CORPORIS IVRIS CANONICI

TOMVS SECVNDVS

DECRETALES

IVSSV

GREGORII IX.

COLLECTAS

CVM LIBRO SEXTO

CLEMENTINIS

ET

EXTRAVAGANTIBVS

TVM IOANNIS XXII TVM COMMVNIBVS

CONTINENS

E

APPENDICE VARII ARGVMENTI

AVCTVS.

IVSTI HENNINGII BOEHMERI, IC.

DISSERTATIO ALTERA

DE

DECRETALIVM PONTIFICVM ROMANORVM

VARIIS COLLECTIONIBVS ET FORTVNA.

§. I.

TOMVS SECVNDVS *corporis iuris canonici* ex *decretalibus pontificum* praecipue conflatus est, quae olim *epistolae pontificum* erant, in quibus consulti de quaestionibus disciplinae ecclesiasticae dubiis sententiam suam edebant, et ita rogati ad instar ICtorum simul decernebant 1), quo iure esset vtendum. Quia enim ecclesiae Romanae magna ab antiquo fuerat auctoritas in *occidente*, in concilio Nicaeno 2) corroborata, sicuti in oriente *Antiochenae*, *Alexandrinae* ac *Hierosolymitanae*: frequentissimae ad eam factae sunt ab aliis sedibus *relationes* 3) de dubiis iuris articulis, de quibus sententiam suam in responsoriis litteris ediderunt, dili-

1) Olim quidem *decreta* versabantur circa causas litigiosas et ea designabant, quae, causa cognita, statuebantur et pronunciabantur a praetoribus, praesidibus aliisque magistratibus maioribus, imo etiam ab ipsis principibus et sic *pro tribunali* tantum, non *de plano*, interponebantur. *l. 7. §. 10. D. de confirm. tut. l. 3. §. 8. de bon. possess.* Breuiter: quicquid ex decreto statutum erat, *decretale* vocabatur. Sic quaedam bonorum possessio *decreto* dabatur, *l. 14. § f. D. de bon. possess. contra tabb. l. 2. §. 11. D. ad SC. Tertull.* quae ea de caussa *decretalis* appellata est in *l. 1. §. 7. D. de success. edict. l. 2. §. 1. D. quis ord. in possess. serv.* Vocantur etiam epistolae pontificum *decreta*, vt innuit DIONYSIVS *exiguus* in *collectione* DECRETORVM *pontificum Romanorum*, quam ZACHARIAS papa in *capitulis ad Pipinum, maiorem domus, et vniuers. episcop. in regn. Franc. constitutos de anno DCCXLVIII.* apud CAROLVM COINTIVM *tom. V. annal. eccles. Franc. ad cit. ann. n. 5. et 6.* laudat sub appellatione *libri* DECRETORVM B. LEONIS. Sed longe in sensu diuerso, quia pontifices de causa, inter partes controuersa, atque cognita, non dicebant sententias, sed consulentibus respondebant, et inde epistolae eorum *decretales* seu *decreta* dictae fuerunt: forsan ideo, quod vim *decreti* habere deberent.

2) In *c. VI. antiqui mores obtineant, qui sunt in Aegypto, Lybia et Pentapoli, vt Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam illa est Romano etiam episcopo consuetudo.* De mente huius canonis dixi in *obseruat. ad Petr. de Marca de conc. sacerd. et imp. libr. 1. c. 3. obs. 6.* Ad hanc, quae *Romanae ecclesiae* olim tributa erat, auctoritatem prouocat IRENAEVS *libr. III. adu. haeres. c. 3.* eam opposuit hereticis, vocatque *maximam, antiquissimam et omnibus cognitam a gloriosissimis duobus apostolis, Petro et Paulo, fundatam et constitutam ecclesiam.* Inde concludit: *ad hanc ecclesiam potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire ecclesiam, h. e. eos, qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quae est ab apostolis traditio.*

3) Quia magna episcopi Romani erat auctoritas; non mirandum est, frequenter ad eum factas fuisse relationes: verum non tam ex necessitate, quam libera voluntate, quemadmodum olim *Scabinatus Magdebur-*

diligenter in archiuo ecclesiæ Romanæ seu *regestis* 4) asseruatæ. Neque enim eo tempore *edicebant*, seu proprio motu leges generales ecclesiis dabant episcopi Romani 5), (quo tunc nomine gaudebant,) quod negotium *conciliis* proprium erat, in quibus noui canones de disciplina ecclesiastica etiam condebantur, ipsimet autem consulti responderunt de *iure*, iam *constituto*, secundum canones scriptos, quibus se quoque alligatos esse profitebantur. 6) Neque æqualem cum *canonibus* autoritatem ab initio habebant eorum decretales, sed scriptis ecclesiasticis reliquis probatis accensebantur, quorum vsus esset in ecclesiis sicuti aliorum doctorum ecclesiæ 7): quamuis

burgensis a gentibus Poloniæ aliisque sæpe consultus fuit, quod iurium Germanicorum optimi interpretes in eo esse crederentur: quamuis hic modo nullam iurisdictionem in alias gentes exercuerit. Ad hanc *prærogatiuam auctoritatis* prouocat INNOCENTIVS I. in *epist. ad episc. Nucerianum*, scribens: *mirari non possumus, dilectionem tuam sequi instituta maiorum, omnia, quæque possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad* CAPVT *atque ad* APICEM *episcopatus referre, vt consulta videlicet sedes apostolica ex ipsius rebus dubiis certum aliquid faciendumque pronunciet.* Ex *communione ecclesiarum inter se* nascebantur hæ relationes, in qua præcipue ad eas, quæ auctoritatis pondus habebant, respiciendum erat. Ipsa communio potissimum literis conseruabatur, quæ de negotiis ecclesiarum agebant, vt innuit ALEXANDER *Alexandrinus* apud SOCRATEM *libr. 1. hist. eccl. c. 3.* aiens: *Cum in sacris literis sit vnum corpus ecclesiæ catholicæ nobis traditum et præceptum, vt concordiæ et pacis vinculum firmum teneamus: consentaneum est, vt per literas colloquamur inter nos.* Tale commercium literarum tunc in primis necessarium erat, quando dubia de *fide* vel etiam de *disciplina ecclesiastica* incidebant, quod vtilitas communis ecclesiæ, quæ communi omnium cura et consilio continebatur, postulabat. Ita rationes subdiuit CYPRIANVS *epist. 35. edit. Brem.* ad clerum Romanum scribens: *Et dilectio communis et ratio exposcit fratres carissimi, nihil conscientiæ vestræ subtrahere de his, quæ apud nos geruntur, vt sit nobis circa vtilitatem ecclesiasticæ administrationis commune consilium.* Ipse clerus Romanus *epist. 36.* in eo cum ipso consentiunt, respondentes circa finem: *omnes nos decet pro corpore totius ecclesiæ, cuius per varias quasque prouincias membra digesta sunt, excubare.* Dum ergo *communi consilio* pro salute communi ecclesiæ excubabant: nihil conuenientius erat, quam, in causis dubiis, *consilia* præcipuarum ecclesiarum expetere, quæ tamen non necessitabant, sed prudenti ratione expendenda et in vsum trahenda erant. Id agnoscebat SIRICIVS *in epist. ad Himerium, Tarraconensem episcopum,* scribens: *consultationi tuæ responsum competens non negamus:* atque innuebat, se *consilium* dare, non *mandare aut iubere* quod etiam *c. 5. cit. epist.* agnoscit: *de his vero non incongrue dilectio tua sedem apostolicam credidit consulendam.* Talia consilia admodum rei communi ecclesiasticæ profuisse, INNOCENTIVS I. *in epist. ad Exuperium, episcopum Tolosanum,* agnoscit his verbis: *Equidem dilectio tua, institutia secuta prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit, quid deberet de rebus dubiis custodire potius, quam vsurpatione præsumta, quæ sibi viderentur, de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus, discere aliquid, quam omnino nescire? mihi quoque ipsi de collatione docilitas accedat, vt perscrutatis rationibus ad proposita respondere compellar, eoque fit, vt aliquid semper addiscat, qui postulatur, vt doceat.* Hæ rationes pertinebant ad regulas prudentiæ et consilii, nec in his *relationibus* aliqua *vis imperii* quærenda erat.

4) *Regesta* et *registra* medio æuo vocata sunt scrinia, in quibus chartæ et rescripta asseruata sunt, vt obseruaui ad *c. 2. X. de constit. not. 51.*)

5) Ad minimum, quæ in *decreto* GRATIANI traditæ sunt pontificum epistolæ, non sunt *edicta noua*, sed secundum *canones* compositæ sententiæ, quibus se ligari, semper agnouere. In decretalibus vero pontificum talia occurrunt frequentius præsertim GREGORII IX. vt intuenti manifestum erit. Nihilominus tamen, potestatem *edicta* condendi, seu *legislatoriam* ex seculi IV. et V. moribus iam exercuisse pontifices, persuasissimum habuit PETRVS de MARCA *de C. S. et imp. libr. 1. c. 8.* et quidem primo ex sanctione VALENTINIANI imperatoris, quæ in *calce cod. Theodos. tom VI. tit. 24* occurrit. HILARIVS, episcopus Arelatensis, metropolitana dignitate, cognitione LEONIS, in concilio, anno CCCCXLV. celebrato, exutus erat, quam sententiam rescripto VALENTINIANVS confirmauit, ex apostolicæ sedis primatu, atque hæc adiecit: *Verum ne leuis saltim inter ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur; hac perenni sanctione decernimus, ne quid tam episcopis Gallicanis, quam aliarum prouinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis, papæ vrbis æternæ, auctoritate tentare: sed illis omnibusque* PRO LEGE *sit, quicquid sanxit vel sanxerit apostolicæ sedis auctoritas.* Circa hæc verba obseruo, (a) sententiam LEONIS I. fuisse latam in *concilio Romano* contra HILARIVM, cui propter *primatum* merito hæc attribuenda erat auctoritas, vt impugnari amplius non posset. (b) Quicquid ergo in *conciliis* celebratis statuerat pontifex de causis dubiis, perenni auctoritate constabat: quia secundum *canones* in his de causis contentiosis decernebatur vt plurimum, et sententiæ contra delinquentes ferebantur. Atque ita (c) verba vltima imperatoris sine dubio restringenda sunt ad *iudicia* pontificis, in *conciliis* exercita, quorum sententiæ impugnari non poterant. Denique (d) quæ in *conciliis* a pontificibus congregatis constituta erant, vim canonis ex hac *sanctione* accipiebant, quod tamen ad ea extendi non poterat, quæ extra concilium *nouiter* et *proprio motu* edicenda erant, a quo etiam eo æuo abstinebant, scientes, in *conciliis* demum nouos canones ferendos esse. Secundum argumentum ex LIBERII *decretis*, quibus concilii Ariminensis, vocem *consubstantialis* eliminantis, sententiam et conclusa rescindebat. Vt enim probet SIRICIVS *c. 1.* baptismum, ab Arrianis collatum, non esse iterandum, his vtitur argumentis: *cum hoc fieri et apostolus vetet, et canones contradicant, et post cassatum Ariminense concilium, missa ad prouincias a venerandæ memoriæ prædecessore generalia decreta prohibeant.* Sed hæc rescissio rursus facta est sub LIBERIO in concilio Romano, anno CCCLXVI. celebrato, apud HARDVINVM *tom. I. p. 743.* quod etiam epistola episcoporum Italiæ *ibid. p. 745.* relata indigitat. Vocantur hæc decreta *generalia*, quia ad prouincias occidentales generaliter missa erant, ne corrumperentur decreto concilii Ariminensis; quamuis ante VALENTINIANI sanctionem ne quidem *decreta conciliorum Romanorum* pro *legibus* agnita fuisse videantur: quia alioquin ea sanctione opus non fuisset. Inde vero minime colligi potest, pontifices etiam extra concilia edixisse, quod ipse agnouit LIBERIVS in *epist. ad* CONSTANTINVM *Aug.*

6) Id aperte fassus est ZACHARIAS pontifex in *not. 1.* laudatus apud COINTIVM *cit. ibid. ib n.* Ad capitula transmissa enim responsurus hæc præfatus: *Itaque vt flagitauit a nobis cum vestro consultu superius effatus filius noster Pipinus, et de omnibus capitulis, quibus innotuit, responsum demus, in quantum Domino donante valemus, de vnoquoque capitulo inferius subscriptum, iuxta quod a sanctis patribus traditum habemus, et sacrorum canonum sanxit auctoritas, etiam nos, quod, Deo inspirante, apostolica auctoritate decernere potuimus, mandauimus in responsis,* h. e. in responsione expressimus et declarauimus, sicuti literis ea mandare dicimur, quæ in scriptis edimus.

7) Dubitasse DIONYSIVM *exiguum*, vtrum æqualem cum *canonibus* conciliorum haberent auctoritatem, vel inde liquet, quod decretales a canonibus separauerit, et earum collectioni locum postremum dederit. Deinde GELASIVS in *c. 3 dist. XV.* primum refert concilia, ab ecclesia recepta, et *§. 2.* addit: *Iam nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur.* Atque inter hæc *§ 16.* etiam decretales episcoporum refert his verbis: *Item decretales epistolæ, quas beatissimi papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt.* Hæc et talia opuscula distinguit *§. 27.* ab hæreticis et apocryphis scriptis, ab ecclesia rejectis. *Venerabiliter quidem eas suscipiendas esse*, monet pontifex, sed etiam *§. 18.* asserit, quod *cum omni honore suscipiamus vitas patrum.* Eodem argumento vsus est HINCMARVS *tom. II. oper opusc. XXXIII. c. 21. p. 481. sqq.* et discretionem esse adhibendam censuit inter *synodalia concilia et apostolicorum virorum epistolas*, ita, vt his non æqualis cum illis tribuenda auctoritas esset, quod testimonio adducto GELASII illustrat. Interim non nego, quod, variis accedentibus causis, post collectionem *vim interpretationis authenticæ* acceperint; quia non *nouum ius* constituerunt, sed *ius dubium* declararunt, et antiquum vsum *ecclesiæ occidentalis* tradiderunt: præsertim cum omnibus insinuarent, vsum ecclesiæ Romanæ omnibus ad imitationem esse propositum, et sequendum, vt *§. sequ.* ostendam.

uis contrarium episcopis pedetentim aliis insinuare studuerint, et post *collectiones earum* finem, quem sibi proposuerant, obtinuerint.

§. II.

MAIOREM enim pedetentim acceperunt auctoritatem, et quidem *vniuersalem*, postquam colligi cœperunt decretales, et codici canonum adiectæ sunt. Etenim ante omnia constituerunt episcopi Romani Seculo IV., Romanæ ecclesiæ morem ab ecclesiis occidentalibus obseruandum esse, a qua omnes aliæ sua auspicia deriuare deberent 8): quamuis, hoc non obstante, diuersi mores in singulis ecclesiis seruati fuerint, in Gallia præsertim. Ex hoc principio collegerunt vlterius, in casibus dubiis recurrendum ad fontem et ad matrem, vnde originem suam traxerunt, eiusque iura inspicienda, adeoque eam necessario consulendam. 9) Atque hoc ipso factum, vt paulatim relationes ad curiam Romanam crescerent, et inde *decretalium* copia quædam iam in promtu esset. Primam earum collectionem factam sub LEONE fuisse, asserit P. de MARCA, additque, eius ætate 10) *codicem canonum vniuersæ ecclesiæ* in latinum sermonem translatum, eique primum subiectas decretales pontificum, ex regestis depromtas.

§. III.

AB HAC sententia vero discesserunt cardinalis AGVIRRIVS 11), PETRVS COVSTANTIVS 12) et CAIETANVS CENNIVS 13), nec eum codicem, cui subiectæ sunt decretales, ad tempora LEONIS I. referendum esse, recte censuerunt. Interpretatio quædam latina codicis græ-

8) Omnis in hoc fuit INNOCENTIVS I. vt hoc dogma, hanc fidem orbi christiano prorsus inculcaret, et omnes occidentis ecclesias ad disciplinam ecclesiæ Romanæ eiusque mores componeret, ita, vt, quicquid iuris in ea, illud vbique obseruandum esset. *Quis enim nesciat*, scribit ad DECENTIVM, Eugubinum episcopum, *aut non aduertat, id quod a principe apostolorum, Petro, Romanæ ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis apostolus, Petrus, aut eius successores constituerint sacerdotes, aut legant, si in iis prouinciis alius apostolorum inuenitur aut legitur docuisse. Qui si non legunt, quia nusquam inueniunt, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a quo eos principium accepisse non dubium est: ne, dum peregrinis assertionibus studeant, caput institutionum videantur amittere.* Vnicum et primarium fundamentum disciplinæ ecclesiæ Romanæ in *traditione*, ab apostolo PETRO deducta, collocatum est: quod admodum lubricum est, vt vel lites de *paschatos* die et *ieiuniis* docent, testibus IRENAEO apud EVSEBIVM *libr. V. c. 25.* et SOCRATE *libr. V. c. 22.* In verbis præcedentibus præmiserat INNOCENTIVS, inde diuersitatem in *ordine ecclesiastico* passim introductam fuisse, *dum vnusquisque non, quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimet sibi tenendum*: quamuis credibilius existat, ex *libertate*, in qua omnes ecclesiæ constitutæ fuerunt, hanc varietatem introductam fuisse.

9) Ita ex præmissis principiis rationes ad minimum subduxit INNOCENTIVS I. *cit. l.* atque: *quibus* (consultationibus) *idcirco respondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed vt maiori auctoritate vel tuos instituas, vel, si qui a Romanæ ecclesiæ institutionibus errant, vt commoneas, aut indicare non differas, vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates inducunt, aut alterius ecclesiæ, quam Romanæ existimant consuetudinem esse seruandam.* IDEM inculcat VICTRICIO, *episcopo Rhotamagensi*, et, *propter eos igitur*, scribit, *qui vel ignorantia vel desidia non tenent ecclesiasticam disciplinam, et multa non præsumenda præsumunt, recte postulasti, vt in illis partibus istiusmodi, quam tenet ecclesia Romana, forma seruetur. Non, quod noua aliqua præcepta imperentur, sed ea, quæ per desidiam nonnullorum neglecta sunt, ab omnibus obseruari cupiamus: quæ tamen apostolica et patrum traditione sunt constituta.* Idem quoque in aliis epistolis, imo et eius successores ingeminarunt, quæ omnia excerpere non vacat.

10) Hoc certum est, codicem canonum græcum in *concilio Chalcedonensi* iam in promtu fuisse, ex quo quidam canones recitati sunt. Hunc Romam legati pontificis cum detulissent: auctoritate LEONIS I. eum non tantum latino sermone donatum, sed re vera nouam canonum collectionem factam fuisse, censet MARCA, quod his adiecti fuerint Sardicenses, XXVII. canones concilii Chalcedonensis, et tandem Africani, reiectis tamen *canonibus apostolorum*, qui dicuntur, adiectis vero decretis pontificum, prout etiam retuli in præfat. ad *decretum Gratiani §. XI. lit. y.* Duos huius compilationis codices MSCtos monasterii Riuipullensis in Catalonia seruasse, testatur PETRVS de MARCA *de veter. coll. &c. canon.* ex quibus præfationem exhibuit, quæ de annexu decretalium testatur his verbis: *Subiicientes etiam decreta præsulum Romanorum, in quibus, pro culmine sedis apostolicæ, non impar conciliorum extat auctoritas: quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in vnum a nobis coacta atque digesta, et sancti præsules paternis constringantur regulis, et obedientes ecclesiæ ministri vel populi spiritualibus imbuantur exemplis.* Hæc si vera sunt; prima decretalium collectio LEONIS I. suggestioni vel mandato, non vero DIONYSIO *exiguo* attribuenda: cum tamen illius mentionem non iniiciat, id non omissurus, si iam quædam decretalium antea facta fuisset compilatio. Denique si iam antea quædam facta tempore LEONIS I., codici latino tantum paucissimæ epistolæ subiici potuerunt, vt SIRICII, INNOCENTII, ZOSIMI, BONIFACII, COELESTINI et aliquot forsan LEONIS I. in quibus necessario hæc collectio subsistere debuit, si coniecturæ PETRI de MARCA locus relinquendus. Vsos fuisse Gallicanos episcopos vsque ad tempora CAROLI M. hoc *prisco codice*, obseruat IDEM *cit. l. c. II. §. 2.* adeoque probabile esse credit, passim LEONEM in prouinciis eum misisse, eiusque vsum commendasse: cum etiam eius vsus in Hispania et Africa fuerit. Hæc opinio adeo mihi probabilis olim fuit, vt in *diss. prælim. ad decret. Gratiani* cit. l. eundem errauerim errorem.

11) *Tom. I. concil. Hispan. in præf.*

12) *Tom. I. epistol. pontific. Roman. in præf. n. 150.*

13) *In præfat. dissert. de antiqu. eccles. Hispan. §. 15. sqq.*

græci quidem poſt Chalcedonenſis concilii tempora facta, Sardicenſibus aucta, et IVSTELLO et VOELLIO publicata eſt 14). Aſt in hac *priſca verſione latina* decretales pontificum non apparent, nec ordo conciliorum, quem tenuit codex canonum græcus, in ea ſeruatus, imo denium poſt LEONIS I. tempora compoſita eſſe videtur, quod in ea *canon XXVIII. concilii Chalcedonenſis*, cui LEO dicam ſcripſerat, reperiatur 15). Inde quoque eſt, quod FVLGENTIVS FERRANDVS, ECCLESIAE Carthaginenſis diaconus, qui ætate IVSTINIANI adhuc vixit, ſed ante DIONYSIVM *breuiationem canonum* ſcripſit, nulla compendia ex *decretis pontificum* adduxerit 16), certo indicio, eum *priſca verſione latina*, non ea, quam P. de MARCA tempori et auctoritati LEONIS I. attribuit, ſed eo tempore ſine dubio adhuc incognita fuit, vſum. Neque enim probabile eſt, illum *ſynopſin* horum *decretorum* omiſſurum, ſi tempore LEONIS I. iam verſio latina cum annexu *decretalium* epiſtolarum compilata et ad Africanos pariter, ſicut ad ceteras prouincias, transmiſſa fuiſſet, ceu manifeſtum reddit CRESCONII *breuiarium canonicum*, quod poſt DIONYSII *exigui* tempora ſcriptum, in quo compendia *decretalium* tradita ſunt æque ac *canonum*, non alia de cauſſa, quam quod illa collectioni ſuæ primus inſeruerit DIONYSIVS EXIGVVS. Quæ cum ita ſint: omnino præferenda eorum ſententia, qui laudatos a P. de MARCA codices ad *ſeculum ſeptimum* referunt et eccleſiæ Hiſpanæ aſſignant, vel etiam ISIDORO Hiſpalenſi cum CENNIO attribuunt, de qua collectione infra §. VII. agendum erit ſpecialius.

§. IV.

NIHIL ergo ſupereſt, quam vt gloriam *collectionis primæ decretalium epiſtolarum* pontificum Romanorum tribuamus DIONYSIO EXIGVO, qui tempore IVSTINIANI, legum ciuilium noui architecti, floruit 17). Poſtquam enim hortatu et ſuggeſtionibus STEPHANI Salonitani inductus nouam canonum græcorum translationem perfeciſſet, illamque variis additamentis ex ſcitis occidentalis eccleſiæ auxiſſet: paulo poſt curam ſuam extendit, ſuaſu IVLIANI, cardinalis presbyteri

14) *Tom. I. biblioth. iur. canon. veter. p. 275. translationis priſcæ* etiam meminit DIONYSIVS *exiguus in præfat. ad cod. canon. eccleſ.* eiuſque confuſione ſe offenſum ait, atque inductum, vt nouam interpretationem conficeret. Verum vero *hæc priſca* translatio eadem ſit, quam IVSTELLVS exhibet, admodum dubium, vt ex *not.* ſequ. apparebit. Variæ enim videntur fuiſſe verſiones latinæ. Sane, Romæ codex canonum nullus latinus ante DIONYSII *exigui* tempora adfuiſſe videtur, qui auctoritatem authenticam legum eccleſiaſticarum haberet, vt PETRVS COVSTANTIVS *tom. I. cit. l. n. 45.* recte docet. Romæ quidem cognita eſſe potuit quædam *priſca translatio*, cuius meminit DIONYSIVS: ſed inde minime euincitur, eam *auctoritatem authenticam* habuiſſe, aut ſub auſpiciis LEONIS I. poſt concilium Chalcedonenſe, eam factam fuiſſe.

15) Grauiter offenſum fuiſſe LEONEM I. *c. 28. concilii Chalcedonenſis*, notum eſt, adeoque eundem Romana non recepit eccleſia, nec DIONYSIVS ſuæ collectioni inſeruit, quem tamen *priſca verſio latina*, extra vrbem Romanam forſan condita, retinuit, et inter *Conſtantinopolitanos* retulit. Vnde multo minus hæc Romæ auctoritatem habere potuit: præſertim cum, quæ in promtu fuerunt verſiones, priuato ſtudio compoſitæ eſſent.

16) Laudat quidem FERRANDVS *concilium Zellenſe ex epiſt. papæ* SIRICII: ſed ideo *epiſtolæ* facit mentionem, quia in ea canones huius concilii relati et tranſmiſſi fuerunt epiſcopis, per Africam conſtitutis. Vid HARDVIN. *tom. I. concil. p. 858.* *Decreta* autem pontificum nulla memorat.

17) DIONYSIVS *exiguus*, celebris ſui temporis ſcriptor, iam floruit circa ſeculi V. finem vſque ad *annum DXL.* et ſic tempora imperatoris IVSTINIANI, ſub quo in colligendis et corrigendis legibus tot egregia ingenia fuerunt occupata. Coæuus ei fuit CASSIODORVS, qui eum obſeruauit, eiuſque vitæ interfuit, vt ipſemet teſtatur *de inſtit. diuin. lect. c. 23.* his verbis: *qui mecum dialecticam legit, et in exemplo glorioſi magiſterii plurimos annos vitam ſuam Domino præſtante tranſegit.* De vita eius, moribus et literarum præſtantia hæc habet: *Fuit noſtris temporibus* DIONYSIVS *monachus. Scytha natione, ſed moribus omnino Romanus, in vtraque lingua valde doctiſſimus, reddens in actionibus ſuis, quam in libris Domini legerat, æquitatem, qui ſcripturas diuinas tanta curioſitate diſcuſſerat atque intellexerat, vt, vndecunque interrogatus fuiſſet, paratum haberet competens ſine aliqua dilatione reſponſum.* Poſt pauca collectionis huius facit mentionem, et, *qui petitus,* ait, A STEPHANO *epiſcopo Salonitano*, (Dalmatiæ et Croatiæ metropolitano,) *ex græcis exemplaribus canones eccleſiaſticos, moribus ſuis, vt erat planus atque diſertus, magnæ eloquentiæ luce compoſuit, quos hodie* VSV CELEBERRIMO *eccleſia Romana complectitur.* Veritatem huius aſſerti illuſtrat ipſa DIONYSII *præfatio*, quam ad STEPHANVM Salonitanum direxit, et IVSTELLVS atque VOELLIVS in *biblioth. iuris canon. veter. tom. I. p. 101.* retulerunt, in qua ſpecialia huius translationis enarrat. Ait: *quamuis charissimus frater noſter Laurentius aſſidua et familiari cohortatione paruitatem noſtram regulas eccleſiaſticas de græco transferre impulerit, confuſione credo priſcæ translationis offenſus: nihilominus tamen ingeſtum tuæ beatitudinis conſideratione ſuſcepi.* et cetera, quæ referuntur in hac præfatione, ordinem et augmenta aliaque, in quibus a *priſca translatione* differt, concernentia, quæ hic examinare nolo, tantum de *prima collectione decretalium* primario ſollicitus.

teri tituli S. Anastasiæ, ad *decreta* seu *epistolas pontificum Romanorum decretales* congerendas. Eas seorsim sine dubio edidit propriaque præfatione instruxit, quamuis postea codici canonum vniuersæ ecclesiæ, a se nouiter composito, hoc decretorum corpus adiecerit, vel alii post eum, vt iungeretur, curauerint, quod Romæ illis non imparem auctoritatem cum canonibus eo tempore adscribendam esse censuerint 18). Hæc compilatio prima tantum octo pontificum decreta a SIRICIO vsque ad ANASTASIVM continet, atque sub SYMMACHO ante annum DXIV. quo decessit pontifex, sine dubio in ordinem redacta. 19) Vtut vero auspiciis ecclesiæ Romanæ hæc collectio minime facta, sed priuato ausu suscepta: eidem tamen admodum grata et accepta fuit, vt mox in vsum trahi atque in decisionibus causarum ecclesiasticarum, vt *opus authenticum*, laudari potuerit, ceu exemplo suo IOANNES II. in causa contra CONTVMELIOSVM, episcopum, variorum criminum reum, et anno DXXXIV. depositum, palam docuit, codice hoc vtroque vsus. 20) Temporis successu hoc decretorum opus incrementa noua ex subsequentium pontificum epistolis 21) accepit, quæ laudat LEO IV., 22) et

18) Occasionem huius collectionis ipse DIONYSIVS indicat in *præfatione*, cuius ex perantiquo codice IACOBVS SIRMONDVS compotem fecerat HENRICVM IVSTELLVM, quam ejdem in *biblioth. iuris canon. vet. tom. I. p. 183.* præmisit, IO. HARDVINVS vero *tom. I. concil. p. 3.* repetiit. Verba, huc pertinentia, hæc sunt: *Domino venerabili mihi Iuliano, presbytero tituli sanctæ Anastasiæ*, DIONYSIVS EXIGVVS. *Sanctitatis vestræ piis excitatus studiis, quibus nihil prorsus eorum, quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, omittis inquirere, præteritorum sedis apostolicæ præsulum constituta, qua valui, cura diligentiaque collegi, et in quendam redigens ordinem titulis distinxi compositis: ita duntaxat, vt singulorum pontificum, quotquot a me præcepta reperta sunt, sub vna numerorum serie terminarem, omnesque titulos huic præfationi subnecterem eo modo, quo* DVDVM *de græco sermonem patrum transferens canones ordinatum, quod vobis nimium placuisse cognoueram.* Excitatum ad hanc collectionem faciendam se fuisse afferit DIONYSIVS a *presbytero* IVLIANO *tituli ecclesiæ S. Anastasiæ*, qui vltra seculi V. finem vixit, vt indicat, *synodus Romana I. anno CCCCXCIX.* celebrata, cui subscripsit, teste catalogo presbyterorum subscribentium apud HARDVINVM *tom. II. concil. p. 962.* in margine idem obseruantem his verbis: *Ad eum, a Gelasio papa educatum, scripsit Dionysius exiguus epistolam, quæ exstat a nobis edita tom. I. p. 3.* Auguror, circa finem seculi V. *tempus* translationem codicis græci publicatam fuisse, tantumque temporis interuallum inter translationem canonum græcorum et codicis decretorum pontificum Romanorum Dionysiani publicationem intercessisse: vt in huius præfatione recte asserere potuerit, illam *dudum* compositam eo tempore fuisse, quod tempus in initium seculi VI. sine dubio incidit. Ad minimum sub SYMMACHO pontifice decretorum collectio confecta, qui ab anno CCCCXCVIII. vsque ad annum DXIV. d. XIX. Iul., quo mortuus, sedi Romanæ ecclesiæ præfuit. Desinit enim DIONYSIVS in ANASTASIO, anno CCCCXCVIII. exstincto, asseritque, se tantum *præteritorum sedis apostolicæ præsulum* decreta collegisse: vt propterea nullum decretum SYMMACHI a[ttin]gere potuerit, sed euidens sit, intra hoc spatium, h. est, ante annum[p]rædictum decreta fuisse compilata.

19) Recensentur enim tantum decreta SIRICII, qui anno CCCLXXXIV. sedere cœpit, INNOCENTII I. ZOSIMI, BONIFACII, COELESTINI, LEONIS I. GELASII et ANASTASII, qui, prout dictum, anno CCCCXCVIII. viuere desiit. Non ergo omnes episcoporum Romanorum epistolas retulit, quarum longe plures fuerunt, etiam eorum, quos hic recensuit. Inter CYPRIANI epistolas quædam CORNELII referuntur: nec aliorum deficit copia, vt IVLII I. quæ ab ATHANASIO *in apol. II.* LIBERII, quæ ab HILARIO *in fragmentis* recensentur, ne dicam de CLEMENTIS egregie ad *Corinthios* nomine ecclesiæ Romanæ scripta epistole, ac, quas COVSTANTIVS collegit, *tom. I. epist. pontif. Roman.* exhibitis. Illas præteriit, quæ iam in scriptis aliorum publicatæ fuerant. Illorum vero pontificum se collectionem potissimum formasse, ait DIONYSIVS, in quibus *præcepta ecclesiastica* et *decisiones iurium ecclesiasticorum dubiorum* obuiæ ipsique cognitæ erant, quæ potissimum in seculo IV. occurrunt, quo pontifices *interpretationem authenticam* sibi iam asseruerunt, eaque de caussa has epistolas *decreta* dixerunt. Sine dubio cognitum habebat, LEONEM I. *in epist. 1. c. 5.* cauisse, vt *decretales epistolæ* pontificum, sancte obseruerentur, idemque GELASIVM, a quo DIONYSIVS educatus erat, constituisse, vt docet *c. 3. §. 16. dist. XV.* adeoque se hac collectione non inutilem laborem suscepturum esse, credidit. Interim LEONEM I. atque GELASIVM, plures scripsisse epistolas, quam quæ ab eo recensentur, certum est; quas tamen omisit: quod, omni adhibita diligentia, eo tempore earum copiam haud habuerit, vel fini suo eas non conuenire, crediderit.

20) *Gratam* et *acceptabilem* ecclesiæ Romanæ hanc DIONYSII *compilationem* fuisse, ipse CASSIODORVS in verbis, *not. 17.* relatis, fatetur, additque ecclesiam Romanam *vsu celeberrimo* eam complexam fuisse. In primis vero vsus eius apparuit anno DXXXIV. sub pontificatu IOANNIS II. qui ob crimina grauiora episcopum Regensem, CONTVMELIOSVM, ab episcopatus ordine suspenderat, vt refert in *epist. ad Cæsareum Arelatensem* apud HARDVIN. *tom. II. concil. p. 1155.* Vt vero ostenderet, se sententiam, canonibus conformem, dixisse, canones ipsos ex *collectione Dionysiana* subiecit epistolæ, his vsus verbis: *Quæ vero de his canones præcipiunt, subter adiecimus, vt, quæ facienda sunt, possitis cognoscere.* Inter hos vero primo loco exhibet *capitulum VII. ex epist. Syricii ad Himerium*, vt appareat, eum traxisse sententiam SIRICII ex *collectione* Dionysii, qui in *certa capitula* eas demum diuiserat.

21) IVSTELLVS et VOELLIVS *in bibl. iur. canon. vet. tom. I. p. 249.* separatim hoc additamentum referunt [hac] sub rubrica: *Collectio II. decretorum pontificum Romanorum ab* [Hilaro] *ad Gregorium II. collectioni I. Dionysii exigui addita*; continens epi[stolas] HILARII, SIMPLICII, FELICIS, SYMMACHI, HORMISDAE et GREGORII *iunioris*, qui ab anno DCCXIV. vsque ad annum DCCXXXI. *mens. Febr.* Romanæ sedi præfuit, et in quo nouus collector desiit. Corpus hoc iuris canonici antiquum anno MDXXV. primum Moguntiæ, et postea Parisiis MDCIX. editum fuit a FRANCISCO PITHOEO. Elegantior editio postea anno MDCLXXXVI. Parisiis subsecuta sub tit. *Codex canonum vetus ecclesiæ Romanæ* a FRANCISCO PITHOEO *ad veteres manuscriptos codices restitutus et notis illustratus*: cui *p. 174* insertus est *tractatus de primatu ecclesiæ Romanæ*, qui tamen ad hunc codicem non pertinet, vt fatetur editor in *præfat.*

22) Etenim anno DCCCL. ad episcopos Britanniæ rescribit, atque *decretalium regulas*, quæ Romæ *simul cum canonibus* habebantur, recenset, ex *codice Dionysiano* haustas. vt docet *c. 1. dist. XX.* In eo tantum differt relatio LEONIS IV. ab ipso fonte, quod *Ephesini concilii* nec in eo, nec in codice Dionysiano mentio facta, cuius tamen GRATIANVS mentionem iniicit, quamuis hic etiam codices MSti varient, et quod præterea ANASTASII, BONIFACII, et FELICIS decretales in *cit. c. 1.* non memorentur, quæ tamen in *codice Dionysiano* aucto referuntur. Parum eo tempore adhuc solliciti Romæ fuisse proceres eruditorum de aliorum pontificum decretalium collectione videntur: quibus tamen LEO I. et GELASIVS generatim vim obligendi tribuerant, quod etiam vrsit NICOLAVS I. in *c. 2. dist. XIX.* cum tamen hodie amplissimum numerum epistolarum LEONIS I. habeamus, quarum non meminit LEO IV. sed, se tantum illas *decretalium regulas* intellexisse, ait, quæ

et NICOLAVS I. 23) quamuis ante tempora LEONIS IV. iam hoc modo creuerit, non vero eius auſpiciis has nouas copias acceperit 24), vt deinceps monſtrabo, oſtenſurus, iam HADRIANVM hunc codicem, auctum et ſua præfatione munitum, CAROLO M. obtuliſſe atque ita denuo, vt *opus authenticum*, agnouiſſe atque deſideraſſe, vt etiam per imperatorem in eccleſiis Galliæ et Germaniæ introduceretur. Atque ita factum eſt, vt *codex Dionyſianus* tandem *corpus iuris canonici* in occidente conſtituere cœperit.

§. V.

OBSERVO vero circa hanc ſyllogen Dionyſianam decretorum papalium, (I) eam non illa intentione collectam fuiſſe, vt publicam vim decidendi haberet, (neque enim hoc præſtare potuit priuatus DIONYSII labor,) ſed vnice priuatorum ſtudiorum cauſa, adeoque eum pro arbitrio optima quæuis informationis et ſcientiæ priuatæ gratia elegiſſe 25), licet *ex accidente* euenerit, vt *publicam auctoritatem* acceperit, maxime Romæ, in decidendo 26), quod epiſtolæ pontificum ex

quæ habentur apud nos cum canonibus, ex collectione videlicet DIONYSII *exigui*, quæ in iudiciis auctoritate ſumma pollebant, et in Gallia, Hiſpania alibique *corpus iuris canonici* conſtituebant, cum canonibus conciliorum in ordinem redactis. Ad minimum tempore LEONIS IV. creditum fuit, conſentiente etiam pontifice, non alias pontificum decretales, quam quarum ſyllogen habebat codex *Dionyſianus*, in cauſarum cognitione vſum et auctoritatem habere, licet LEO I. et GELASIVS, quorum tempore determinata collectio adhuc deficiabat, generatim omnibus decretalibus æqualem auctoritatem attribuerint. Quin potius huic *collectioni* omnem vim vnice attribuebant, quod hæc demum *ius certum* conſtituerit, et hac de cauſa ab eccleſia Romana mox auide accepta fuerit.

23) NICOLAVS I. in *c. 1. diſt. XIX.* collectionem Dionyſianam vocat *codicem canonum* vel *corpus codicis canonum*. Quia enim eo tempore *collectio ſpuria* decretalium eorum pontificum, qui ante SIRICIVM vixerant, ab epiſcopis Galliæ, maxime HINCMARO, in dubium quodammodo vocata erat, ex hoc præcipue fundamento, quod hæ decretales in *corpore Dionyſiano* non continerentur, quod demum auctoritatem iis *in foro* conciliauerat; illud argumentum deſtruere conatur auctoritate LEONIS, et GELASII, qui *omnibus decretalibus* æqualem vim obligandi ſeu auctoritatem legum attribuerant, adeoque diſtinctionem inter *decretales, collectas in codice canonum, et non collectas*, prorſus reiiciebat: quam tamen [illegible]ua eccleſiæ ſanctæ ſeruauerant, illuſtrationis tantum gratia dict[illegible] ſententias *patrum* et ſic multo magis epiſcoporum Romanorum, q[illegible]nus *de fide* eorum conſtabat, admittendo, ceu LEO IV. in *c. 1. diſt. XX.* inculcat. Huius defectum epiſcopi Galliæ primario contra NICOLAI I. apologiam ſpuriarum epiſtolarum allegare et euincere debuiſſent; quod eo tempore vero præſtare haud potuerunt ſubſidiis neceſſariis deſtituti: licet ſuſpectæ illis viſæ fuerint. Ceterum prædicta diſtinctio, a NICOLAO I. impugnata, indubie vſu ſeruata fuerat, vt tantum *collectæ epiſtolæ* vim canonum *in foro* haberent, quod alioquin *fides* earum nutaret, quam ipſi tribuebant *collectioni*, alio *fidei* argumento deſtitutæ. Quamuis enim quidam forſan aliarum epiſtolarum, extra *collectionem* verſantium, copiam haberent: eas tamen inter *canones* referre non audebant, quod in *collectione Dionyſiana*, quæ eo tempore *ius certum* in *foro* conſtituebat, ignorarentur, ex qua demum *forenſes deciſiones* formabantur, vt not. ſq. in f. indicat.

24) Deſiit enim *collectio Dionyſiana aucta* in GREGORIO II. qui anno DCCXV. ſedere cœpit, poſt hunc vero adhuc ſederunt GREGORIVS III. anno DCCXXXII. ZACHARIAS anno DCCXLI. STEPHANVS II. anno DCCLII, STEPHANVS III. anno DCCLII. PAVLVS I. anno DCCLVII. CONSTANTINVS II. anno DCCLXVIII. STEPHANVS IV. anno DCCLXVIII. HADRIANVS I. anno DCCLXXII. LEO III. anno DCCXCV. STEPHANVS V. DCCCXVI. PASCHALIS II. anno DCCCXVII, EVGENIVS anno DCCCXXIV. VALENTINVS DCCCXXVII. GREGORIVS IV. anno DCCCXXVIII. SERGIVS II. DCCCXLIV. quem demum anno DCCCXLVII. ſecutus eſt LEO IV. qui retulit collectionem memoratam in *c. 1. diſt. XX.* non demum recens natam, ſed diu iam etiam tempore HADRIANI I obſeruatam, per quam, vt ait, *indicant epiſcopi et per quam ſimul iudicantur epiſcopi et clerici*. Probabile ergo eſt, eam paulo poſt GREGORII II. tempora conflatam fuiſſe. vid. *infra §. VI.*

25) Supra *not. 17. et 18.* oſtendi, ad inſtantiam priuatorum vtramque ſyllogen compoſitam, decretorum papalium vero corpus hortatu IVLIANI cardinalis conflatum fuiſſe. Neque enim huc vſque in oriente vel occidente compilatio quædam *publica auctoritate* concinnata fuit, quod, pro more illius temporis, non aliter, quam *auctoritate concilii œcumenici*, præſtari potuiſſet, ſicuti ipſi canones, in his conciliis conditi, demum auctoritatem publicam habebant, quaſi conſenſu *totius eccleſiæ* conditi. Denique codex canonum græcus, priuata auctoritate collectus ante concilium Chalcedonenſe, demum per huius approbationem *auctoritatem publicam* acceperat. Ea enim adhuc modeſtia eo tempore vtebantur epiſcopi Romani, vt ea ſibi haud arrogarent, quæ ad ſollicitudinem et iura *concilii œcumenici* ſpectabant, qua de cauſa nec *nouum ius* condebant, ſed ex *iure*, iam *conſtituto*, reſpondebant, vel dubium explicabant, vt perſpicue docet IOHANNES LAVNOIVS *P. III. epiſt. 9.* Videlicet, vt optime obſeruat PETRVS COVSTANTIVS *in præfat. tom. I. epiſtol. pontificum Roman. §. 45. hæc DIONYSII vna mens fuit, amantibus eccleſiaſticarum rerum doctis viris hanc præſtare operam, vt collectum haberent et facili certoque ordine compoſitum, quicquid ad canonum aut pontificiorum decretorum notitiam conferre poſſet.* Vnde etiam quædam attexuit, quæ quidem ad notitiam rerum eccleſiaſticarum eruditam ſpectabant, licet vel dubiam vel nullam in occidente, ob contradictionem ſedis Romanæ, haberent auctoritatem, ceu probat COVSTANTIVS exemplo *L. canonum apoſtolorum*, et canonum concilii Conſtantinopolitani, quibus dicam ſcribebat curia Romana. Hiſtoricæ notitiæ tamen et eruditioni eccleſiaſticæ ad minimum hæc et ſimilia inſeruiebant, in cuius vſum hanc ſyllogen compoſuiſſe videtur priuatus.

26) Approbationem eccleſiæ Romanæ mox poſt eius publicationem accepit codex bipartitus Dionyſianus, vt *celeberrimum vſum* in Italia potiſſimum haberet, et ſic auctoritatem publicam quidem Romæ obtineret, ad alia regna tamen non pene[illegible]ret, nec extra Italiam et curiam Romanam *ius commune* faceret. Singula enim fere regna collectiones proprias habuerunt, quibus vtebantur, præſertim Gallia et Hiſpania. Etenim in Galliam demum ſub CAROLO M. penetrauit, poſtquam hic codex ab HADRIANO I. oblatus imperatori fuit, vt ab eo tempore, vti Romæ, ita in Gallia et Germania auctoritatem authenticam acceperit, poſthabitis antiquis canonum collectionibus, quibus Gallia vſa erat. Vnde colligo, I) pontificis Romani approbationem codicis Dionyſiani, vnde *vſum celeberrimum* Romæ et in Italia acceperat, non id præſtare et efficere potuiſſe, vt *extra Italiam* in aliis regnis quoque parem auctoritatem acceperit, quam ſine dubio mox accepiſſet, ſi in *concilio vniuerſali* approbationem meruiſſet. Atque in hoc differebat diſciplina huius æui ab illa, quæ GREGORII IX. tempore iam vſitata erat, qui, poſtquam *Raymundinam collectionem* approbauerat, effectum iuris communis per vniuerſum occidentem ſeu eccleſiam latinam eidem tribuit. II) Inde quoque liquet vſum authenticum huius codicis in Gallia et Germania magis auſpiciis CAROLI M. quam HADRIANO deberi. Sicuti enim omnem diſciplinam eccleſiarum Galliæ et Germaniæ ad morem Romanum componere ſtuduit: ita ei curæ cordique fuit, vt CODEX Diony-

ex eius vsu et praxi intuitu *ecclesiarum suburbicariarum* hactenus exercita, essent compositæ, etiamsi in aliis prouinciis ecclesiasticis non æque applicari possent. (II) Non dubium esse, quin canonum ecclesiasticorum studiosi ante DIONYSIVM EXIGVVM in vsum proprium versionem quandam latinam codicis græci canonum vniuersæ ecclesiæ passim habuerint, quod ipse indicat DIONYSIVS in præfatione 27), eam tamen publica autoritate caruisse, nec vnam eandemque, præterea vero in solis canonibus occupatam, decretis pontificum vero plane destitutam fuisse. (III) DIONYSIVM primum fuisse 28), qui decreta pontificum, quotquot reperire eo tempore potuit, et vsui ecclesiæ vniuersæ esse credidit, collegerit. (IV) Credibile esse, circa initium seculi VI. defectum hunc in colligendis decretis pontificum, canonibusque adiungendis a quam plurimis notatum, atque

Dionysianus pro norma et regula *iuris ecclesiastici certi* in posterum haberetur, adeo, vt postea plura inde decerperet, et in capitularia transferret atque in conuentibus publicis negotia ecclesiastica inde decidanda esse constitueret, vt ipsæ leges Francorum seu capitularia euidenter docent. Vnde ab hoc tempore *codex canonum* κατ' ἐξοχὴν dictus fuit, vt docet epistola NICOLAI I. in *c. 1. dist. XIX.* III) Certum est, plura constituta fuisse a pontificibus decreta; quæ quidem iura Italiæ, cuius *exarchus specialis* fuerat, erant, sed aliis regnis et diœcesibus occidentis ius facere non potuerunt. Consecrationem ecclesiarum absque suo præscitu fieri non posse, censuit GELASIVS *epist. II.* adeoque episcopos, per *Lucaniam*, Brutios et Siciliam constitutos, obiurgauit, *quod absque præcepto sedis apostolicæ nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare præsumserint.* Quod extra Italiam extendi non potuit ad aliorum regnorum ecclesias, ne quidem postquam in iis authenticam auctoritatem acceperit, quo haud infracta est metropolitanorum auctoritas. IV) Denique obseruo, hunc codicem eo facilius approbationem ecclesiæ Romanæ meruisse, quod seculo IV. tantum canones Niceni, quibus Sardicenses iuncti erant, Romæ *ius ecclesiasticum scriptum et certum* constituerent, teste INNOCENTIO I *epist. 29. et 31.* Et licet versiones codicis græci post *concilium Chalcedonense*, etiam Romæ, et alibi, particulares collectiones apparuerint, additionesque priuata opera, pro arbitrio cuiuscunque acceperint: imperfectæ tamen, inordinatæ atque idonea translatione destitutæ erant, vt nulla ex iis approbatione curiæ Romanæ digna visa fuerit vsque ad tempora DIONYSII. Huius collectio ex noua versione et adiectione eorum, quæ magis disciplinam ecclesiæ occidentalis tangebant, ordinatior et melior omnibus aliis visa fuit, vt mox suffragia eorum, quorum intererat, peritia iurium ecclesiasticorum instrui, in primis vero curiæ Romanæ ferret, postquam eidem altera pars, quæ *decretis pontificum* referta erat, Romæ præcipue dudum desiderata, accederet. vt ab hoc tempore *codex canonum ecclesiæ Romanæ* recte appellari potuerit.

27) Qua indicat, se *priscæ versionis confusione* offensum nouam græci codicis interpretationem suscepisse. Ceterum quæ ad huius obseruationis illustrationem pertinent tradita iam sunt *not. præc. n. IV.* Omnes hi codices, quotquot erant, primum vsus tantum gratia erant compositi, vt recte iudicat PETRVS COVSTANTIVS *cit. l. in præf. § 46. in f.* aiens: *Si plerorumque codicum initia, titulos, præfationes expendemus: persuasum nobis erit, id, quod res est, priuatos homines suam in lucubrandis eiusmodi scriptis posuisse operam, non qua promulgarentur ea, quæ hactenus delituerant, sed ea, quæ publicata iam erant, perlegerentur commodius faciliusque retinerentur.*

28) Romæ ad minimum, vbi DIONYSIVS opus suum exstruebat, talis decretorum papalium sylloge incognita erat, quod ipsemet prodit in epist. ad IVLIANVM, cardinalem presbyterum, cuius adhortatione excitatus decreta pontificum collegit. Ait enim, *se præteritorum sedis apostolicæ præsulum statuta, qua valuerit, cura diligentiaque collegisse, et in quendam redigentem ordinem titulis distinxisse compositis.* Quocirca at primus magna sollicitudine vndequaque collegit decreta, atque in eo sine dubio IVLIANVS illi præstitit manus adiutrices, quod, vt DIONYSIVS præmiserat, *nihil prorsus eorum quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, omiserit inquirere.* Si iam sylloga horum decretorum obuia fuisset, publiceque nota: huius sine dubio æque mentionem fecisset, ac in prima parte *translationis priscæ* meminit. Neque etiam hodie vlla alia allegari potest, quæ sit antiquior. Nec vlla cognita fuit IVLIANO: alioquin vel ad DIONYSII emendationem rhapsodiæ iam exstantis vel supplementum, non collectionem decretorum, hinc inde sparsim existentium prouocare potuisset. Idem etiam recte obseruat FRANCISCVS SALMONIVS *in historia studii concil. earumque collect. gallice scripta P. II. c. 1.* et de DIONYSIO edisserens inquit: *c'est le premier collecteur, qui ait mis les decretales les plus anciens s'etoint contentez de recueillir les synodes et n'avoint point pensé à ramasser les decrets des papes.* In omnia alia tamen iuit PETRVS COVSTANTIVS *in præf. epistol. Rom. pontif. §. II. n. 60.* arbitratus, iam tempore SIRICII *codicem ecclesiæ Romanæ*, ex canonibus Nicænis et Sardicensibus vnice conflatum, etiam decreta pontificum complexum fuisse. Quod colligit ex SIRICII I. *epist. 1. ad Himerium, Tarraconensem episcopum, c. XV.* scribentis: *Statuta sedis apostolicæ vel canonum venerabilia definita nulli sacerdotum ignorare sit liberum.* Addit, *illum sensim creuisse, nouisque canonum additamentis auctiorem factum, quibus et sequentium apostolicæ sedis præsulum sanctiones tum Romana tum etiam ceteræ occidentis ecclesiæ adiunxerint.* In huius causæ fidem et illustrationem prouocat ad COELESTINI I. *epist. ad episcopos Apuliæ ac Siciliæ*, in qua mox ab initio ita scribit: *Nulli sacerdotum suos licet canones ignorare, nec quicquam facere, quod patrum regulis possit obuiare.* Addit: *Frustra enim id præciperet sapientissimus papa, nisi penes sacerdotes codex esset, vnde ecclesiasticarum legum notitiam haurire possent.* Hæc tamen argumenta haud euincunt, quod confirmare debebant. Negat ipsemet *n. 45. cit. præf.* ante DIONYSIVM codicem canonum, qui *publica* gauderet *auctoritate*, Romæ aut alibi exstitisse. Admittit, codices varios ea tempestate priuata auctoritate alibi concinnatos fuisse, nec Romæ aliquam defuisse, qui tamen tantum constabat ex canonibus *Nicænis* et *Sardicensibus*, quibus primario obsequendum curia Romana censebat. Sed illi ex variorum conciliorum canonibus vnice compositi erant, nec vnis eisdemque constabant, vt, quinam auctoritate pollerent, ignotum esset, si canones conciliorum œcumenicorum exceperis, quorum copiam singuli etiam extra hos codices habere poterant. Fatetur COVSTANTIVS, vt iam vidimus *n. 32.* hos codices, in quibus sylloge canonum continebatur, ab eorum auctoribus in priuatos vsus fuisse concinnatos, adeoque ei primario profuisse, qui hos collegerat vel etiam auxerat: licet alii quandoque forsan eos descripserint. Sed vsum communem et authenticum nulli habuerunt; vt nec SIRICIVS nec COELESTINVS ad eos prouocare potuerit: cum nullus *authenticus* eo tempore adesset. Si codex certus ex variis conciliorum canonibus, vti græcus, conflatus iam fuisset; hic facile ex vsu auctoritatem accepisset: quod minime factum est. Si ergo hi pontifices ad talem collectionem prouocare non potuerunt: nec etiam supponere valuerunt, codicem quendam ex *decretis pontificum* locupletatum, quorum copiam extra hanc collectionem *sacerdotes*, h. e. *episcopi*, habere potuerunt, vt mox videbimus. Ceterum si vel maxime supponamus, Romæ syllogen canonum, ex *Nicænis* et *Sardicensibus* conflatam, adfuisse, vti re vera adfuit, et sub titulo *canonum Nicænorum* allegata et laudata fuit; facile liquet, ad hos canones vnice SIRICIVM prouocasse: cum ZOSIMVS et BONIFACIVS alium suo tempore haud agnouerint, et sic COELESTINVS quoque alio vix vsus fuerit. Præterea inde ignorantia communis originem trahebat, quod ob eam Romanos pontifices consulere cœperint, persuasissimum habentes, hos solida canonum ecclesiasticorum notitia innutritos esse: præsertim cum etiam *canonum* appellatione, quæ diuturna obtinuerant obseruantia, et in morem abierant, venirent, quorum notitiam a sede Romana primario petendam esse crediderunt. quod hæc per *traditionem maiorum*, de manu in manum, hos mores acceperit. Denique si iam tempore SIRICII codex qualiscunque extitisset, qui iam *statuta præsulum Romanorum* complexus fuisset; non alia quam præcedentium pontificum statuta continere potuisset: qualia tamen non extant, nec, si in aliquo codice extitissent, ea omittere potuisset aut omisisset DIONYSIVS. Hoc ipse COVSTANTIVS facile animaduertere potuisset, nisi eo præiudicio captus fuisset, tales decretorum papalium collectiones iam diuulgatas publiceque notas fuisse, de quibus est in omni antiquitate ecclesiastica altum omnino silentium.

que ex hoc communi voto non tantum DIONYSIVM, sed etiam alios excitatos fuisse, qui, inordinate quamuis, quædam decreta pontificum corraderent, canonibusque adiungerent vel interspargerent; demonstrari tamen non posse, eas collectiones ante Dionysianam compilatas fuisse, quamuis paulo post quædam priuato studio repertæ fuerint, et adhuc hodie supersint, in codicibus *Corbeiensi* 29), *Quesnelliano* 30) et *Colbertinis* 31). (V) Negari tamen non posse, quin sparsim pontificum decreta a SIRICII tempore exstiterint, et passim in manibus episcoporum versati fuerint, quod hi, ad quorum consultationem epistolæ missæ erant, coepiscopis eas communicare, vel

29) Codicem hunc *Corbeiensem* sedulo perlustrauit PETRVS COVSTANTIVS *in præfat. ad tom. I. epist. Rom. pontificum §. 11. n. 60.* atque *n. 61.* perspicue docet, eum *seculo sexto*, eoque *medio* descriptum esse. Quia Gallicanarum synodorum canones plures intermixti leguntur: inde non obscurum esse, recte *n. 69. in f.* censet, collectionem illam studiosi cuiusdam, qui in Galliis degebat, opus esse, *cui homini*, pergit, *ut videtur, non in animo fuit, peculiarem aliquam exscribere canonum codicem, sed ea colligere, quotquot inuenire posset id genus scripta, quæ ad ecclesiasticæ disciplinæ regulas pertinerent.* In proprium vsum vndequaque sine dubio ex variis aliis codicibus Gallicanis vel nouam syllogen confecit, vel quod credibilius est, ex alio quodam antiquiori codice, pluribus additamentis intermixtis, descripsit suum codicem, quem *monasterium Corbeiense* seruat. Ex his enim additamentis, nullo seruato ordine, ea traxit, quæ ei sub manibus erant: atque inde factum, vt decreta pontificum plane inconueniente loco retulerit vt COVSTANTIVS *n. 62.* obseruat atque: *sed synodi Gangrensis canonem XX. inter et XXII. siue synodi eiusdem clausulam plura occurrunt aliena, eaque manifesta librarii vitia interposita, nimirum epistolæ Innocentii ad Decentium, Zosimi ad Hesichum, item Innocentii ad Victricium et Exsuperium, ad Macedones, Cælestini ad episcopos, per Narbonensem et Viennensem prouincias vna, et altera ad episcopos, per Apuliam et Calabriam constitutas, Leonis quinque ad diuersos episcopos, preces episcoporum ad imperatorem Valentinianum, Theodosium et Arcadium*, etc. Post hæc, quæ memorata sunt, demum traditur concilii Gangrensis conclusio inconcinna admodum confusione, et huic subiiciuntur concilii Niceni gesta et nomina eorum, qui ei interfuerunt. Sequuntur deinceps canones Antiocheni, Laodiceni, Constantinopolitani, Carthaginenses, Valentini et Taurinenses. Rursus intermiscet epistolas INNOCENTII I. *ad Toletanam synodum*, *Leonis ad episcopos Viennensis prouinciæ*, *Hilari ad Leontium, et post Arelatenses Epaonensesque canones*, *Innocentii ad Rufum et Eusebium*, *Symachi ad Cæsarium*, *Damasi ad Paulinum*, *Augustini ad competentes, nomina episcoporum et clericorum, qui ad synodum Arelatensem sub Marino conuenerant, Paulini epistolam ad Faustum, destructionem synodi Calchedonensis*, *Flauiani ad Leonem epistolam eiusque rescriptum*, vt COVSTANTIVS *cit. l. §. 69.* tradit. Qui hoc confusum chaos intuebitur, facile in meam transibit sententiam, decreta pontificum ab eo, qui hunc codicem ex antiquiori descripsit, primum eo tempore, quo exaratus est, prout ei obuia fuerunt, vel ab aliis communicata, (quod diuerso tempore fieri potuit,) adiecta vel interpolata fuisse, quod miram illam commixtionem decretorum cum canonibus peperit. Neque enim credibile est, eum DIONYSII collectionem decretorum vidisse, vnde pauca tradit, alia etiam habet a DIONYSIO prætermissa: quamuis fama huius collectionis, quæ iam circa medium seculi VI. celebrata fuit, eum allicere potuerit, vt vndequaque sparsa decreta corraderet, et codici, quem descripsit, pro mero arbitrio insereret.

30) Edidit QVESNELLVS opera S. LEONIS, ad quorum calcem *codicem canonum et decretorum sedis apostolicæ* adiecit, quem in vsu ecclesiæ Romanæ, INNOCENTIO I. ZOSIMO et LEONE I. pontificibus, fuisse prorsus existimat. Mentem eius prodit titulus, huic codici ab ipso præfixus: *Codex canonum ecclesiasticorum et constitutorum sedis apostolicæ, omnium, qui hucusque prodierunt vetustissimus et amplissimus, qui quidem in vsu fuit in ecclesia Romana, Innocentio I. Zosimo etc. ac Leone I. pontificibus, nunc primum editus ex mss. codicibus Thuaneo et Oxoniensi.* Audacter asserit, eum in vsu ecclesiæ Romanæ fuisse ante DIONYSII EXIGVI collectionem, pedetentim tamen variis accessionibus auctum et in eam molem deductum, qua eum edidit QVESNELLVS. Grauem hac in re accepit aduersarium PETRVM COVSTANTIVM *cit. tr. in præf. §. 72. seqq.* docentem, hunc titulum nullo posse defendi modo, nec codicem in vsu ecclesiæ Romanæ fuisse: quod plenius, omnia eius argumenta excutiendo, demonstrat. Quodsi enim ipsi assentiendum foret: DIONYSII tempore sine dubio cognitus adhuc fuisset, qui ex hoc plura decerpere potuisset, quæ in eius collectione tamen desunt. Facile vero hunc codicem cum Dionysiana sylloge conferenti constabit, DIONYSIVM hoc pariter confusum Chaos non vidisse, nec huius collectorem illius notitiam habuisse. Quæ fata etiam *Corbeiensis codex* habuit: vt ab omni probabilitate alienum sit, ante seculum VI. hanc inconcinnam collectionem apparuisse. Ad exemplum *codicis Corbeiensis* canones cum decretis pontificum commiscuit, vt speciatim ad oculum monstrat COVSTANTIVS *§. III. n. 71.* et sic a *methodo Dionysiana* magnopere differt. Facile igitur illi assentior, recte *n. 87.* existimanti, hanc collectionem esse laborem priuati hominis, in vsus proprios conflatum atque in cumulum, nullo nec rerum nec temporum ordine seruato, congestum, *quicquid canonum, epistolarum aliorumque id genus monimentorum illi fors obtulerit.* Neque etiam necesse est ad diuersa tempora eius initium et finem referre, atque, quod COVSTANTIVS *cit. l. n. 87.* censet, post GELASII tempora eius primam referre structuram longe post, h. e. post GREGORII I. tempora absolutam. Quamuis enim monimenta habeat nulla, quæ vltra GELASII ætatem excurrant, et præfatio quoad maximam partem ex verbis GELASII hausta fuerit, vt euidens sit, post eius tempora opus hoc informe conditum fuisse: tanta tamen peritia collectoris non fuit, vt monimentorum, quæ post GELASII tempora iam exstiterunt, notitiam habuerit, qui tantum corrasit, *quæ ipsi fors obtulit*, vt COVSTANTIVS *cit. l.* ait. Denique si post GREGORII I. tempora demum hic codex absolutus est, vt QVESNELLVS et COVSTANTIVS censent: merito quæri potest, quare monimenta, quæ postea edita sunt, omiserit, qui hoc inconditum opus struxit? vt potius vno eodemque tempore illud exstructum fuisse, et sic post DIONYSII *codicem*, persuasissimum habeam, qui in ecclesia Romana tantum vsum habuit, extra Italiam parum cognitus: vt non mirandum sit, eum in manus huius collectoris non incidisse.

31) Duplex collectio ex Colbertina bibliotheca refertur a PETRO COVSTANTIO *in cit. præf. §. IV. et V.* quarum primam *n. 89. Longobardicam* nominat, quod literis Longobardicis exaratus quidem sit codex, eius tamen prima initia pariter ad seculi VI. primordia, nec multo post SYMMACHI ætatem referri debeant, qui circa finem seculi V. sedit. Architectus huius collectionis tamen notitiam DIONYSII codicis habuisse videtur, cum quo magnam affinitatem habet, adeo, vt STEPHANVS BALVZIVS, Colbertinæ bibliothecæ præfectus, quondam crediderit, hunc codicem MStum esse ipsius DIONYSII opus, et hac ex persuasione tergo eius inscripserit sequentem epigraphen: *Dionysii exigui collectio*, vt rursus COVSTANTIVS *cit. l. n. 94.* refert. Licet vero in eo lapsus sit, vt differentiæ vtriusque collectionis, inter se collatæ, et a COVSTANTIO notatæ, palam faciunt: adeo tamen conuenientiam cum Dionysiana synopsi habet codex Longobardicus, vt facile ei imponere potuerit. Videtur nimirum architectus huius collectionis plures alias præter *Dionysianam* præ oculis habuisse, et nouum opus inde confecisse, ea intentione, vt synodos, in *causa Symmachi* habitas anno DI. et sq. in quibus absolutus erat, propugnaret, vt ipse COVSTANTIVS fatetur *n. 99.* Quod etiam post collectionem Dionysianam fieri potuit: præsertim quod in Italia prælaudatum opus fuerit conditum, in quam facilius generaliter quam in alia regna penetrare potuerit. Alter codex COLBERTINVS, cuius capita recenset COVSTANTIVS *cit. l. §. V. n. 100. sqq.* Gallicanus esse videtur, quod Galliæ concilia plura cum Hispanis quibusdam referat, compositus ex duobus prioribus aliisque variis deinceps additamentis auctus. Hæc prioribus longe posterior, vt persuasum habeat COVSTANTIVS *cit. l. n. 104.* hanc collectionem anno DCLX. adornari cœpisse, et sic Dionysiana posteriorem esse. Conclamatum itaque est, decretorum pontificum Romanorum collectionem ad seculi VI. initium esse referendum, nec vllam *Dionysiana* priorem, aut in publico vsu ecclesiæ Romanæ fuisse: quamuis in colligendis iis parcior fuerit, quæ inter omnes iis abundare debuisset.

vel per synodum in eorum notitiam transferre, more antiquo, soliti et ab ipsis pontificibus, vt eas diuulgarent, admoniti 32). Quædam præterea epistolæ ad plures coniunctim episcopos scriptæ fuerunt, quibus necessario communicari debebant 33). Denique persuasissimum habeo, ipsos pontifices, postquam decretis suis parem cum canonibus auctoritatem tribuendam esse voluerunt, sollicitos fuisse, vt immediate quoque a curia Romana decreta sua, quibus ius ecclesiasticum commune explicabant, aliis episcopis, per litteras communicarentur 34), a quibus sparsim has epistolas petere et in vnam syllogen easdem, vndequaque deprehensas, sibique communicatas, colligere potuit DIONYSIVS. Felicius sine dubio opus cessisset, si ipsa scrinia Vaticani perscrutari DIONYSIO

32) Hæc obseruatio vnice huc tendit, vt intelligamus, vnde copiam decretorum petierint et suæ collectioni inseruerint collectores. Id aliter concipi non potest, quam quod hæc decreta passim iam diuulgata et de manu in manum aliis tradita fuerint. Etenim sicuti a natalibus fidei Christianæ exemplo apostolorum commercium litterarum, qua communio ecclesiarum inprimis conseruabatur, in frequenti vsu fuit: ita potissimum eo vtebantur episcopi inter se, vt alios de rebus ambiguis in consilium vocarent, et, quæ apud se gesta erant, aliis communicarent, imo ipsarum epistolarum, ab aliis episcopis eminentioribus ad se exaratarum, copiam aliis facerent. Testis est CYPRIANVS *lib. I. epist. 5. edit. Brem.* ad clerum Romanum tempore sedis vacantis scribens hoc modo: *Et dilectio communis et ratio exposcit, fratres charissimi, nihil conscientiæ vestræ subtrahere de his, quæ apud nos geruntur, vt sit nobis circa vtilitatem ecclesiasticæ administrationis commune consilium.* Idem euincit epistola ALEXANDRI, episcopi Alexandriæ, apud SOCRATEM *lib. I. c. 6.* cuius præfatio hæc est: *Cum vnum sit ecclesiæ corpus catholicæ, mandatumque sit in sacris litteris, vt pacis et concordiæ vinculum conseruemus: consentaneum est, vt quæcunque apud singulos geruntur, nobis inuicem per litteras significemus.* Testes sunt litteræ synodicæ, post peractam synodum ad alias ecclesias primarias, vel absentes episcopos, qui concilio interesse non poterant, scribi solitæ, vt intelligerent, quæ in concilio gesta conclusaque essent, exemplo patrum Nicænæ synodi Alexandrinæ ecclesiæ fratribusque, per Ægyptum Lybiam et Pentapolim constitutis, scribentium apud SOCRATEM *lib. I. c. 9.* hoc modo: *Prorsus necessarium duximus, ab vniuerso sacro concilio ad vos litteras mitti, ex quibus intelligere possitis, quænam proposita atque examinata, quænam item decreta ac stabilita sunt.* Testes sunt aliæ variæ litteræ, quibus consilia a semet inuicem petebant, ceu produnt CYPRIANI aliorumque litteræ, Cypriani litteris intermixtæ, quibus etiam illæ annumerandæ, in quibus alios et inprimis episcopum vrbis Romæ de ambiguis disciplinæ ecclesiasticæ causis et quæstionibus consulebant, quas *consultationes et relationes* ad sedem Romanam admodum seculo IV. vrserunt pontifices Romani. His responsa dabant, in quibus nihil noui constituebant, sed quod ab antiquo obtinuerat, et non æque ab omnibus obseruatum fuerat, explicabant, vt INNOCENTIVS I. *in epist. ad Victricium, Rothomagensem episcopum,* ingenue fatetur, et illustrat PETRVS de MARCA *de conc. sacerd. et imp. lib. VII. c. 13. §. 4.* Addit IDEM *§. 5. Responsa tamen illa non ita accipienda sunt, ac si simplicis tantum consilii vicem subirent, sed velut decisiones ex canonibus aut traditionibus petitæ, ad quarum obseruationem episcopi erant adstricti.* Huc ad minimum tendebat omnis curiæ Romanæ conatus, et doctrina seculi IV. circa finem: in causis ambiguis, disciplinam ecclesiasticam tangentibus, consulendum esse episcopum Romanum, eius responsa quærenda, hæc vero æqualem vim cum responsis ICtorum antiquorum habere, vt obligarent quoscunque occidentis episcopos, nec integrum iis esset ab iis recedere. Hæc principia passim produnt epistolæ pontificum Romanorum a tempore SIRICII, quo *consultationes et relationes* ad curiam Romanam iam *necessitatis* esse docebant, et responsis suis vim *interpretationis authenticæ* tribuebant. Inde solliciti erant, vt hæc non tantum iis, ad quorum data erant consultationem, sed omnibus aliis episcopis quoque innotescerent. *Eam ob causam,* ait PETRVS de MARCA *cit. l. §. 5. Siricius Himerio mandat, vt responsa sua deferri curet ad episcopos prouinciæ Tarraconensis, itemque ad eos, qui in reliquis quatuor Hispaniarum prouinciis morabantur, in Carthaginensi nimirum, quæ nunc Toletana dicitur, Bætica siue Andalusia Lusitania et Gallæcia.* Id recte colligit ex verbis SIRICII *in cit. epist. c. 15.* a IVSTELLO et VOELLIO *in bibl. iur. canon. antiqu. p. 193.* relata, vbi præmittit hæc: *Nunc fraternitatis tuæ animum ad seruandos* CANONES *et tenenda* DECRETALIA STATVTA *magis ac magis incitamus.* Et ita æqualem vim *canonibus et statutis decretalibus* tribuit. Ideo vero pergit: *vt hæc, quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem et non solum eorum, qui in tua sunt diœcesi constituti, sed etiam ad vniuersos Carthaginenses ac Bæticos, Lusitanos atque Gallicos vel eos, qui vicinis tibi conlimitant hinc inde prouinciis, hæc quæ a nobis sunt salubri ordinatione disposita sub litterarum tuarum prosecutione mittantur.* Ita vero per commercium litterarum ex intentione pontificis omnibus hæc decreta communicanda erant, quorum SIRICIVS meminit, quod, vt statim addit, *statuta sedis apostolicæ et canonum venerabilia definita nulli sacerdotum domini ignorare esset liberum.* Quocirca nouam suasoriam adiungit rationem, censetque hoc ipsi HIMERIO fore *gloriosum, si ea,* ait, *quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per vnanimitatis tuæ sollicitudinem in vniuersorum fratrum nostrorum notitiam perferantur.* Non tantum vero per *litterarum commercium,* sed etiam per *synodos* hæc responsa in aliorum notitiam referri cupiebant, in quibus congregatis in synodo horum copiam faciebant. Hoc suadet INNOCENTIVS I. ALEXANDRO Antiocheno in *epist. 18. c. 3. in f.* apud HARDVIN. *tom. I. coll. concil. p. 1013.* et ait: *Grauitas itaque tua hæc ad notitiam coepiscoporum vel per synodum, si potest; vel per horum recitationem faciat peruenire: vt ea, quæ ipse tam necessario percontatus es, et nos tam elimate respondimus, communi omnium consensu studioque seruentur.* Aliis copiis adhuc hanc caussam instruit quoque COVSTANTIVS *in cit. præfat. n. 49* vt plura iis addere haud necesse sit.

33) Sic INNOCENTIVS I. scribit pluribus episcopis, per Macedoniam constitutis, duplici epistola. Pariter BONIFACIVS omnibus episcopis, per Galliam constitutis, quorum plures ante in inscriptione nominauerat, quod et COELESTINVS fecit, et præterea dedit litteras ad vniuersos episcopos per Viennensem et Narbonensem prouincias, denique ad episcopos, per Calabriam et Apuliam constitutos: LEO vero ad vniuersos per Campaniam, Picenum Tusciam: item ad vniuersos per Italiæ prouincias: ad vniuersos per Siciliam episcopos constitutos etc.

34) Quod horum interesset primario, vt in quorumcumque notitiam peruenirent, et hac via quasi promulgarentur statuta decretalia. Ante SIRICII tempora parcior vsus fuisse videtur harum epistolarum, omnibus aliis communicandarum, licet *consultationum* vsus haud deesset, adeoque tanta verborum vbertate et argumento, a gloria propria petito, sollicitat HIMERIVM, vt diuulgaret vbique per Hispaniam epistolam, quam scripserat, vt in quorumcunque episcoporum manus veniret, in quantum fieri posset. Atque inde sine dubio factum, vt ante huius tempora pontificum epistolas reperire non licuerit DIONYSIO, nec aliis collectoribus, qui non ex scriniis episcoporum Romanorum sua collegerunt, sed ex aliorum, qui has epistolas possidebant, communicatione, quorum quidam has, quidam illas possidebant, et sic quilibet collectorum eas referebat, quorum copiam habere poterat. Quæ res effecit, vt singuli alias quoque traderent, ab aliis neglectas, inprimis vero Hispani, qui in sua collectione plurimarum epistolarum abundantia omnes superarunt, nec tamen alias retulerunt quam a tempore SIRICII diuulgatas, qui primus legem seu morem hæc *statuta decretalia* aliis quibuscunque communicandi introduxit, nisi quod collectiones Corbeiensis, Quesnelliana, et Hispana epistolam DAMASI *ad Paulinum*, episcopum Antiochenæ ciuitatis, habeant, quæ DIONYSIVM fugit. Non nego, alias quoque præcedentium pontificum epistolas ad desiderium eorum, quorum intererat, communicatas fuisse, sed parciorem harum diuulgationis vsum fuisse, frequentissimum vero a tempore SIRICII prorsus arbitror, vt postea copia earum vberior vbique apud plures fieri cœperit.

NYSIO integrum fuisset, qui tamen magis ea in suos vsus transtulit, quæ ex priuatis aliorum scriniis, et ab harum rerum studiosis, vel etiam ab ipso cardinali presbytero, IVLIANO, communicata erant.

§. VI.

OBSERVAVI supra 35), collectionem DIONYSII pedetentim auctam fuisse ex subsequentium pontificum, qui post ANASTASIVM vixerunt, epistolis, atque augmentum ei additum desinere in GREGORIO II. qui anno DCCXV. sedere cœpit. Noua hæc sine dubio collectio fuit, eaque secunda 36), ab HILARO incipiens, et in GREGORIO II. desinens, quæ codici Dionysiano mox addita videtur, atque in vrbe vsum simul accepit, post quam *secundam* collectionem noua nulla facta est. Tempore HADRIANI I. pontificis ad minimum tantum secunda cognita fuit, qui CAROLO M. hunc codicem integrum dono dedit, et dedicauit carmine præfixo, omissa vero ipsius DIONYSII præfatione 37). Hic codex vero etiam *secundam collectionem* continet, certo indicio, eandem hoc tempore Dionysiano codici adiectam et in vsu ecclesiæ Romanæ fuisse. Ideo vero sine dubio eum CAROLO M. obtulit commendauitque, vt in vsum Galliæ et Germaniæ eum transferret, nec non secundum eum *disciplinam ecclesiasticam* efformaret 38), atque hoc modo regna, sceptro CAROLI M. parentia, *codicem authenticum*, quo vtebatur ecclesia Romana, omnium aliarum ecclesiarum magistra, haberent, quo antehac destituta fuerant. Ab hoc tempore codicis huius exempla, in Gallia descripta, in magna copia fuerunt, quorum vnum anno DCCCV. exara-

35) *§. IV.* scilicet *not. 24.*

36) Quocirca IVSTELLVS et VOELLIVS in *biblioth. iur. canon. vet. tom. I. p. 249.* recte peculiarem titulum huic nouo augmento dederunt, hunc videlicet: *Collectio II. decretorum pontificum Romanorum ab Hilario ad Gregorium II. collectioni I. Dionysii exigui addita.* Neque enim credendum est, Dionysianam syllogen pedetentim per successionem singulorum pontificum auctam fuisse, quod alioquin compilatio, hæc, cuius auctor paulo post GREGORII II. tempora vixit, non substitisset in hoc pontifice, sed noua semper augmenta a successorum decretalibus accepisset. Ad minimum miraru dignum est, HADRIANVM, cum donum huius codicis CAROLO M. destinasset; non curasse, vt *collectio tertia* vsque ad sua tempora eidem accederet, et ita in statum perfectiorem hoc opus collocaretur, quod adhuc sincerum purumque fuit a falsis epistolis pontificum Romanorum, quæ tempora HADRIANI etiam apparuerunt et per INGELRAMNVM ei oblatæ sunt in *collectione canonum LXXX.* postea sub titulo: *Hadriani papæ capitula* diuulgatæ, vt obseruaui ad *c. 2. C. XV. qu. 6. not. 55*.*

37) Probabile est, hunc codicem CAROLO M. præsenti Romæ ab HADRIANO I oblatum fuisse, atque vt opus authenticum commendatum. Quia vero ter in vrbem venit rex CAROLVS: de tempore *oblationis* non adeo constat. Sub primo aduentu, qui anno DCCLXXIV. contigit, eum Carolo oblatum esse, censet CAROLVS COINTIVS *tom. VI. annal. Franc. eccles. ad ann. 774. n. 16.* quod Romam, Papis nondum capta sed obsessa a Francia, accesserit hoc anno, cuius circumstantiæ facit mentionem in carmine, præmisso codici:

- - - nempe per ipsos
Aditum petunt vrbis Papiæ te ingredi victorem.

Tempus *secundæ profectionis* Romam CAROLI M. præferendum censet IACOBVS BASNAGIVS in nou. edit. HENRICI CANISII *lect. antiqu. tom II. P I. p. 269.* quod incidit in *annum DCCLXXXI.*, quod tempore primæ profectionis nondum prostrata esset gens Longobardorum, cuius tamen fit mentio in *epistola dedicatoria.* Denique ad *tertiam profectionem*, quæ in annum DCCLXXXVII. incidit, hanc oblationem CAROLO M. factam, referendam censet IACOBVS SIRMONDVS *tom. II. concil. Gallic. p. 119.* quod vel inde probabile redditur, quia eo tempore cum pontifice de aliis etiam ritibus in cantu et antiphonariis emendandis in Gallia egit imperator. *Regem* adhuc appellat HADRIANVS CAROLVM: quod demum in quarto aduentu sub LEONE anno DCCC. *imperiale diadema* acceperit.

38) Id indicant verba vltima epistolæ dedicatoriæ pontificis:

A lege nunquam discede, hæc obseruans statuta.

Vixerant Galli suis moribus, et secundum concilia Gallicana egerant, neque *collectionem authenticam* habebant, vnde *ius certum* et *indubium* in caussis controuersis peti poterat. Codex Corbeiensis circa seculi sexti medium a Gallo quodam priuata opera compositus et ex aliis codicibus Gallicanis conflatus, vt *ad §. V. not. 29.* ostendi, atque *vsus priuati* caussa confectus fuit, sine *auctoritate authentica*, qua etiam alii præcedentes caruerunt. Vbi *Dionysianum codicem*, quo ipsa *ecclesia Romana* vtebatur, acceperunt Galli: eidem *auctoritatem authenticam* denegare non potuerunt prælati Galliæ, quam eidem pontifices iam dudum conciliauerant, et ipse CAROLVS M. approbauerat, penes quem arbitrium in sacris erat. Qua de causa tempore NICOLAI I. nullas alias agnoscere voluerunt decretales, quam in hoc codice authentice recepto deprehensas. Pariter ad hunc prouocat HINCMARVS, Remensis archiepiscopus, *in capitul. LV. aduers. Hincmarum Laudunensem tom. II. oper. p. 543 in f.* atque de canonibus sequendis obseruandisque cum eo disputat, contenditque, proprie *canones* dicendos, non pontificum Romanorum epistolas, qui ante concilium Nicænum tales scripsisse dicebantur, sed illas, *quas*, vt scribit, *et apostolica sedes et omnes episcopi per vniuersum orbem, a primo sedis apostolicæ pontifice vsque ad illum, qui modo nouissime, etiam post te, est ordinatus episcopus, imo et omnis catholica ecclesia canones appellant, quique a Nicæno concilio, quod primum in nostris codicibus, quos ab apostolica sede maiores nostri acceperunt, sequendos per ordinem vsque ad Africanum concilium pro canonibus recipiendis venerandis et obseruandis retinent, et Innocentius, Zosimus, Bonifacius, Cælestinus, Leo, Hilarus, Symmachus, Gelasius, Hormisda, Gregorius et ceteri quique obseruandos canones nominant.* Cum enim eo tempore spurias pontificum priscorum epistolas pro *canonibus* orbi obtrudere quidam conarentur, quos pauci admittebant: HINCMARVS principium cognoscendi, vtrum essent *sinceri* et *legitimi* canones, atque in obseruantiam deducti, inde desumit, *quatenus in codice, a sede apostolica maioribus suis per Carolum M. transmisso, continerentur* et haberentur, quippe quem *authenticum* demum esse censebat, atque ea occasione nominat pontifices, quorum decretales ei insertæ erant, quasque tantum, vt *legitimas*, agnoscebant Galli.

exaratum in monasterio Corbeiensi exstitit, in Sangermanensi bibliotheca nunc asseruatum 39), vt certum sit 40), non alium codicem CAROLO M. quam Dionysianum auctum, dono a pontifice fuisse oblatum, ab illo vero clero Gallicano, vt eum ceu opus authenticum in vsus suos transferrent, communicatum, quod etiam fecisse videtur, vt vel controuersia huius cum NICOLAO I. docet. Adeo enim curiae Romanae addictus fuit imperator, vt omnia secundum morem huius ecclesiae in Gallia et Germania reformare studeret 41).

§. VII.

SVPRA §. *III.* mentionem iam feci collectionis Hispanicae, quam per errorem PETRVS de MARCA ad tempora LEONIS I. referendam esse duxit 42). Memoranda haec ipsa eo magis mihi visa fuit, quod haec longe vberiorem copiam epistolarum decretalium pontificum Romanorum exhibeat, et *Dionysianum opus* hac in re longe superet, atque simul materiam praebeat, vnde postea exstructa est famosa illa ISIDORI MERCATORIS collectio. Iam seculo VI. Hispania habuit collectionem canonum, vnde relecti canones in *concilio Bracarensi I.* 43) cui etiam decretales pontificum insertae videntur. Codicem hunc ex variis conciliis, postea in Hispania habitis, et epistolis GREGORII M. qui post VIGILIVM, in *concilio Bracarensi* laudatum, vixit, accessiones accepisse,

39) Ceu obseruat P. COVSTANTIVS in saepe laudata *praef. n.* 128.

40) Quamuis alii hunc *codicem* HADRIANI nominare malint, tum quod *Dionysianus* augmenta acceperit, tum quod nouus hic canones Africanos aliter, ac illa numerandos censuerit: quae differentia tamen parui ponderis est, vt originem aiurare haud potuerit nec debuerit. Quosdam tamen in transuersum egit *breuiarium* quoddam *canonum*, quod primum ex *codice Weingartensis monasterii* publicauit HENRICVS CANISIVS *tom. II. P. I. p. 266. lect. antiqu. ex edit.* IAC. BASNAGII et repetiit HARDVINVS *tom. III. concil. p. 2033. seqq.* quod Carolo M. oblatum esse censet, a codice Dionysiano longe diuersum. Compendium hoc enim hunc prae se fert titulum: *Incipit compendiosa traditio canonum orientalium siue Africanorum, quas B Hadrianus papa in vno volumine cum superioribus conciliis ad dispositionem occidentalium ecclesiarum Carolo Romae posito dedit regi Francorum et Longobardorum ac patricio Romanorum. In primis de canonibus apostolorum sub numero L. capitulorum.* Ipse vero epitomator I) docet, diuersum fuisse volumen canonum ab hoc compendio, quod HADRIANVS CAROLO Romae dedit, quod eo tempore moris fuarit, *breuiaria* seu compendia ex magnis voluminibus conficata, vt docent *breuiaria* FERRANDI CRESCONII, et *indices canonum, ex collectione Hispanorum* confecti, de quibus statim agendum. II) Ipsum compendium, de quo agimus, imperfectum nec integrum videtur, in quo ne quidem canonas Niceni apparent, quamuis in eo passim laudentur, vt capitula eidem inserta, imo et alia desunt, in primis decretalium compendia. III) Interim canones Africani eodem in eo numerantur modo, vt in codice, CAROLO oblato, qui re vera DIONYSII fuit, vti in praecedentibus monstratum. IV) Negat hoc tamen IAC. BASNAGIVS in *obseru. ad hunc compendiosam canonum collectionem §. 2. p. 264.* (α) quod apud Gallos Dionysii collectio iam inualuerat, ita, vt danuo scripto mandari non debuerit. Verum hoc ipsum sine vlla probatione asserit: nec credibile est, eam apud Gallos *inualuisse*, seu in vsum, vt *authenticam*, deductam fuisse, quod potissimum propriis et domesticis viuerent canonibus, et separatas collectiones haberent: (β) quod epitoma a CANISIO vulgata, alia et diuersa a compilatione Dionysiana sit. Verum huic dubio satisfecit CANISIVS *in praefat.* ostenditque, mancam eam esse, non integram, vt ex hac editiona, quam habemus, nulla diuersitas solida erui queat. (γ) Ipsemet cum SIAMONDO arbitratur, collectionem integram, CAROLO datam, vnda hoc compendium desumtum, tribuendam esse HADRIANO, vt nouum quoddam opus ab eo axstructum, vnde et *collectio Hadriani* a pluribus dicitur. Enimuero codex, in Galliam ab HADRIANO per CAROLVM M. transmissus, et inde desumta exempla nil nisi *codicem Dionysianum auctum* produnt, nec ab hoc diuersum sistunt, vt perspicue docet COVSTANTIVS *cit. praef. n. 128.* nec alium HINCMARVS intellexit, vt eius verba antea relata euincunt. Si nouum codicam confecisset HADRIANVS: sine dubio plures addidisset decretales, quae post GREGORIVM II. ad vsque sua tempora editae fuerant, nec in *secunda* earum *collectione* substitisset.

41) In primis *cantum* in Gallia reformare studuit, petiitque ab HADRIANO *cantores*, qui eis dedit THEODORVM et BENEDICTVM, per quos modum cauendi more Romano introduxit, et antiphonaria, corrupta admodum vitiataque, lima persecutus est. Secum etiam duxit *Grammaticos* peritissimos et artis computatoriae magistros, vt studium liberalium artium in Galliam introducerent, vti ex *monacho Egolismensi* probatum dedit CAROLVS COINTIVS *in annal. Franc. eccl. tom. VI. ad ann. DCCLXXXVII. n. 8.* qui simul innuit, hos cantores etiam Francos instruxisse *in arte organandi.* Plenius haec illustrat THOMASSINVS *de vet. et noua eccles. discipl. P. I. lib. 2. c. 80. §. 5. sqq.* Hac occasione quoque factum videtur, vt HADRIANVS CAROLO M. hunc codicem offerret, vt secundum eum quoque disciplinam ecclesiasticam moderaretur: praesertim cum hactenus Galli *authentico codice* destituti fuissent, at sic *iure* magnopere *incerto* vterentur. Hac eadem occasione facile haec reformatio in *cantu* et *antiphonariis* in Germaniam quoque penetrauit, et morem Romanum in eam inuexit, teste ECKEHARDO *in vita B. Notheri c. 10.* apud CANISIVM *tom. III. P. II. p. 558. edit. Basnag.*

42) Prout iam supra *§. II. not. 11.* et *§. III.* obseruaui.

43) *Concilium Bracarense I.* anno DLXI. habitum est, in cuius c. XVI. patres solliciti fuerunt de reformandis abusibus, qui contra *instituta sanctorum patrum* irrepserant, atque hac de caussa canones praelegendos esse censuerunt. Dicitur enim: *relecti ex codice coram concilio tam generalium synodorum canones, quam localium.* Vnde patet, codicem habuisse Hispanos talem eo tempore, quem nobis describit *praefatio*, postea eidem adiecta. Epistolas pontificum eidem quoque adiectas eo tempora fuisse, innuunt patres, tradentes, praelectam quoque esse epistolam VIGILII *ad* PROFVTVRVM. Ita enim verba concilii *cit. I. Relecta est auctoritas sedis apostolicae ad quendam Profuturum directa episcopum, quae ob prolixitatem his gestis minime est inserta.* Aliunde praelectam esse, quam ex eodem codice, non liquet, in quo etiam adhuc hodie deprehenditur, vt *index generalis*, collectioni praefixus, docet, de quo mox agendum. Inde vero simul colligi potest, Hispanos suo codici *vim authenticam* tribuisse, quod ex eo reformationem disciplinae ecclesiasticae susceperint.

piſſe, certum eſt, adeo, vt tandem operi *præfatio* ab epiſcopo quodam Hiſpano 44). præmiſſa fuerit ante annum DCXXXVI. quo viuere deſiit ISIDORVS *Hiſpalenſis*, qui partem eiusdem tradidit in *libris originum*. Sed præterea eandem poſt annum DLXXXIX. demum ſcriptam et collectioni additam argumentis perſpicuis docet PETRVS COVSTANTIVS 45): quamuis inde minime colligi queat, eandem ISIDORO Hiſpalenſi deberi 46). Conſtare hanc collectionem ampliſſimam tum canonibus conciliorum generalium et particularium, tum decretis pontificum, ipſa *præfatio* innuit, in primis vero ſpeciatim docet *index generalis*, collectioni præfixus. Vnde liquet, quam ampliſſima ſeries harum epiſtolarum, quæ *Dionyſianam* compilationem longe ſuperat 47), congeſta in ea fuerit, tempore ISIDORI Hiſpalenſis, quo hic generalis index collectioni Hiſpanicæ, variis acceſſionibus auctæ, præfixus eſt, cuius codices in variis locis hodie adhuc ſuperſunt.

§. VIII.

EX HAC collectione maiori Hiſpanica, vel, ſi mauis, *Iſidoriana*, in duas partes diuiſa, prodiit compendium vel breuiarium canonum et epiſtolarum papalium, noua methodo compilatum, vt

44) Verum ab ISIDORO Hiſpalenſi hæc præfatio collectioni præfixa fuerit, non conſtat. Id autem certum, partem eius ab eo relatam fuiſſe *lib. VI. orig. c. 16* in quo libro locos celebriores, vndequaque repertos tranſtulit, vt fere probabile ſit, iam ante eum præfationem hanc collectioni præfixam fuiſſe, cum tales loci ab aliis peti ſoleant, verba autem præfationis, ab ISIDORO allata: *quorum geſta in hoc corpore* (alii legunt: *opere,*) *condita continentur*: magis conuenire *collectioni canonum*, quam libris *originum*, in quibus merito omitti debuiſſent per incuriam collectoris addita. Integram præfationem ex codicibus Riuipullenſibus, in quibus collectio Hiſpana ſiſtitur, recenſet PETRVS de MARCA in *diſſert. de veter. collect. canon. c. II. §. 3.* quam poſtea ISIDORVS MERCATOR immutauit, atque auxit, relatam *tom. I. concil.* HARDVINI *p. 4. ſqq.* et ſine dubio arbitratus eſt, eam deberi ISIDORO Hiſpalenſi, vt ſub huius auctoritate ſpurias merces vendere poſſet, cui tamen hac in re fides minime habenda.

45) *Tom. I epiſt. ſumm. pontif. præfat. §. 138* id quod ex eo euincit, quod ſymbolum Conſtantinopolitanum a Latinis ad imitationem Græcorum demum poſt *ſynodum Toletanam III.* anno DLXXXIX. habitam, decantari ſolitum fuerit, cuius moris mentionem præfatio iniicit, vt ſic poſt hoc concilium demum confecta fuerit. Id ipſum ſuadent verba præfationis, de ſynodo Conſtantinopolitana agentis, et quidem hæc: *quam tota Græcia et Latinitas in eccleſiis prædicat.* Memorat ſimul *ſynodus Toletana III. c. 1.* collectionem Hiſpanam, conſtantem ex canonibus et epiſtolis pontificum: *maneant in ſuo vigore conciliorum omnium conſtituta, ſimul et ſynodicæ præſulum Romanorum epiſtolæ.* Quod de ea collectione ſine dubio accipiendum, qua in *concilio Bracarenſi I.* anno DLXI. vt *not. 43.* dictum, iam Hiſpani vſi fuerunt: vt ſic exiſtentia eius antetior inde magis magisque firmetur, eiusque auctoritas probetur

46) Ad minimum ex haſtenus dictis certum eſt, eius primordia ISIDORO Hiſpalenſi non deberi, qui ſeculo ſeptimo floruit et anno DCXXXVI. deceſſit. Interim, quia hæc collectio, vt docet concilium *Toletanum I c. 1. nota praeced.* laudatum, Hiſpanis magno in pretio fuit: non mirandum eſt, eandem ex ſtatutis nouorum conciliorum varie accepiſſe incrementa, ceu liquido euincit ſtatus *codicum MSCtorum*, a COVSTANTIO *cit. l. §. 140.* laudatorum, in quibus *ſynodus Toletana IV.* cui præfuit ISIDORVS Hiſpalenſis, iam deprehenditur, et ſic acceſſione nouorum canonum poſt hanc ſynodum h. e. annum DCXXXII. traducta fuit. Atque inde opinio nata eſt, eam deberi ISIDORO Hiſpalenſi, quod collectio illa in eo ſtatu, prout hodie ſiſtitur, in laudatis codicibus, quorum *indices generales* a COVSTANTIO *cit. l. n. 141.* traduntur, ab ISIDORO nouis acceſſionibus et ipſius concilii *Toletani IV.* aucta fuerit. Quod vel inde probabile redditur, quia hic inter ceteros in magna exiſtimatione fuit et curam ſingularem pro ſalute eccleſiarum Hiſpanicarum geſſit, admodum per integritatem huius collectionis promota. Atque hanc ob cauſam eam merito *Iſidorianam* vocari cenſuit CAIETANVS CENNIVS *in praef. tom. I. antiqu. ec leſ. Hiſp. §. 20.*, quod nec negauit COVSTANTIVS *cit. l. n. 146.* Si quo, inquiens, *Iſidoro Hiſpalenſi præſuli tribuenda canonum collectio eſt: hæc illa ipſa eſt, de qua agimus, non quæ Iſidori Mercatoris nomine circumfertur. Sane, quam conueniat temporis ratio, peruidere eſt cum ex his, quæ de collectionis præfatione diximus, tum ex monumentorum, ex quibus conſtat, ætate et nominatim ſynodorum Hiſpalenſis II. et Toletanæ IV. quibus præſedit Iſidorus.* Ab ILDEFONSO quidem, eius coætaneo, inter eius ſcripta non refertur, ſed hoc vel ideo factum, quod ei non *collectio*, ſed tantum *additamenta*, quæ rurſus aliunde profecta, debeantur, vnde a DVPINIO *in biblioth. ſcript. eccleſ. tom. VI. p. 1. ſqq.* omiſſa, a CAVEO vero ſcriptis eius addita. Maiori ductus fiducia STEPHANVS BALVZIVS eam non dubitauit ISIDORO ſimpliciter attribuere. Poſtquam enim in *præfat. §. 2.* ad REGINONEM de *compilatione Dionyſiana* egerat: hac de re mentem ſuam ita prodit: DIONYSII *ſtudium imitatus eſt poſtea* ISIDORVS, *epiſcopus Hiſpalenſis, qui præter ea, quæ in Dionyſii collectione continentur, etiam diuerſa Africæ concilia, tum Gallicanas et Hiſpanicas ſynodos in ſuam tranſtulit, epiſtolas quoque inſerens eorum pontificum, qui poſt Damaſum Romanam cathedram tenuerunt, quam collectionem poſterorum diligentia auxit his conciliis, quæ habita in Hiſpania ſunt, poſt tempora Iſidori. Viderat vnum collectionis illius exemplar vir illuſtriſſimus et excellentiſſimus in omni genere laudis,* ANTONIVS AVGVSTINVS, *archiepiſcopus Tarraconenſis, illud ipſum fortaſſis, quod etiamnum extat in bibliotheca eccleſiæ Vrgellenſis in prouincia Tarraconenſi, in quo epiſtolæ Romanorum nullæ extant, ante Damaſi et Siricii tempora.* Paulo audacius primordia huius collectionis aſſignat ISIDORO, quæ tamen, prout antea monui, longe vetuſtiora ſunt, quorum veſtigia iam deprehendere licet circa medium *ſeculi VI.* Et ſicuti hæc, vt BALVZIVS recte cenſuit, incrementa noua poſt ISIDORVM accepit: ita tempore eius tantum aucta videtur nouis acceſſionibus. Indices generales collectionis illius auctoris, quam laudat BALVZIVS, traduntur a CAIETANO CENNIO *cit. l. §. 12.* qui in *concilio* Toletano XVI. anno DCXCVI. celebrato, deſinunt. Quos ſi conferas cum *indicibus generalibus*, a COVSTANTIO *cit. l. n. 141.* relatis, vel prout ſtatus collectionis tempore ISIDORI fuit: palam erit, recentiorem illam in *prima parte*, quæ conciliorum canones continet, plura additamenta, in *altera parte* vero, in qua referuntur epiſtolæ pontificum, nulla accepiſſe. Oſtendunt pariter hi generales indices, collectionem hanc Hiſpanam haud inquinatam fuiſſe ſpuriis illis epiſtolis, quas demum orbi Chriſtiani obtruſit ISIDORVS MERCATOR, vel potius impoſtor, qui ſub hoc nomine ſeſe occultauit, vt eo facilius orbem deciperet, quod etiam BALVZIVS monuit cum COVSTANTIO et CENNIO.

47) Continentur enim in hac collectione epiſtolæ pontificum CII. vti pars altera *indicum generalium* apud COVSTANTIVM *cit. l. n. 144.* et CENNIVM *cit. l. §. 13.* perſpicue euincit. Plures enim præ ceteris epiſtolas ad Hiſpaniæ epiſcopos exararunt pontifices, merito huic collectioni inſerendas, ita, vt ſeculo VII. nulla canonum ſylloge hanc Hiſpanicam copia canonum et epiſtolarum pontificum Romanorum ſuperet. Quod hic, vbi de *decretalium collectione* ago, monendum fuit; vt inde colligi queat, quo ſpiritu ductus impoſtor falſas effabricauerit epiſtolas, vt collectionem ſinceram, quæ in GREGORIO ſubſtiterat, his nouis figmentis augeret, cum ſincerarum epiſtolarum ipſi deeſſet copia.

vt horum argumenta specialia sub certis titulis coadunaret, et inter se connexa coniungeret compilator. Etenim opus suum in decem libros diuisit 48), singulos rursus in varios titulos subdiuisit, atque in singulis epitomen canonum vel epistolarum pontificum Romanorum, argumentum tituli speciale illustrantium, retulit. Primus fuit compilator, qui hac noua arte, et ita quodammodo ordinatius, iura ecclesiastica colligeret, quem postea REGINO aliique in hac methodo ad GRATIANVM vsque secuti sunt 49). Primus hanc epitomen canonum edidit cardinalis AGVIRRIVS 50), vnde eam repetiit CAIETANVS CENNIVS, tantique fecit, vt hoc opus ISIDORO Hispalensi magis, quam vlli alii tribuere maluerit. 51) Et quamuis animaduerterit, nonnulla etiam in hoc opusculo tradi concilia, post ISIDORI tempora habita: hæc tamen ad posteriores curas pertinere seu additamenta, ab episcopo quodam adiecta, censet ita, vt *libri VII.* pars maior nullatenus tribuenda sit ISIDORO, sed alienæ industriæ, qua curæ posteriores huic systemati accesserunt. Addit, frequentem laudationem *concilii Toletani IV.* cui ISIDORVS præfuit, eum indicare huius lucubrationis primum auctorem. Verum, vt ingenue fatear, indicia, quibus hanc lucubrationem ISIDORO Hispalensi vindicare satagit, adeo leuis momenti sunt, vt potius contrarium euincant, doceantque, eius auctorem circa finem seculi VII. seu post concilium Toletanum XVI. vixisse, et si ISIDORO tribuenda, eam non *Hispalensi*, sed *Sesabitano*, qui eo tempore vixit., adscribendam, vt COVSTANTIVS non improbabiliter existimauit 52).

§. IX.

48) Singulis libris præfigitur specialis epigraphe; quis liber I. agit *de institutionibus clericorum*: lib. II. *de institutionibus monasteriorum et monachorum atque ordinibus pœnitentium*: lib. III. *de institutionibus iudiciorum et gubernaculis rerum*: lib. IV. *de institutionibus officiorum et ordine baptizandi*: lib. V. *de diuersitate nuptiarum et scelere flagitiorum*: lib. VI. *de generalibus regulis clericorum cet- rorumque Christianorum et regimine principali*: lib. VII. *de honestate et negotiis principum*: lib. VIII. *de Deo et quæ sunt credenda de illo*: lib. IX. *de abdicatione hæreticorum*: lib. X. *de Idololatria et cultoribus eius, ac de scripturis pacis et mu[illegible] rebus missis.* Tituli sub his libris habent etiam speciales inscriptiones, in margine a CENNIO notatas, capitula vero sub his laudantur secundum *capita*, quæ in *indice generali eiusque parte prima* maioris collectionis habentur, decreta vero pontificum per denominationem singulorum pontificum et eorum, ad quos scripserunt, prout etiam in *parte altera indicis generalis* sine vllo numero notantur.

49) Obseruat hoc ipsum quoque COVSTANTIVS *cit. l. n. 150. atque adeo*, inquit, *debetur Hispanis ea laus, vt in texendis eius generis lucubrationibus, Reginones, Anselmos, Burchardos, Iuones, Gratianos ceterosque canonum compilatores antecesserint. Huc adde, quod a nothis illis vndique purus est monumentis, quibus iidem, quos memorauimus, viri collectiones suas inquinarunt.* Inter hos fuit REGINO, qui his falsis spuriisque decretalibus suum systema inquinauit, vt BALVZIVS, eius editor ad singula capitula inde desumta docet, quod eius tempore pro genuinis vulgo habitæ fuerint. Hic itaque dum disciplinam ecclesiasticam, Germanorum præsertim, vt docet titulus primæ editionis, quam ex codice Helmstadiensi procurauit HILDEBRANDVS, instruere voluit, eam magnopere his quisquiliis inquinauit.

50) Cardinalis AGVIRRIVS Romæ anno MDCXCIII. edidit *collectionem maximam conciliorum omnium Hispaniæ et noui orbis epistolarumque decretalium celebriorum, nec non plurium monumentorum, ad illam spectantium cum notis et dissertationibus* etc. in cuius *tomo III.* hoc opusculum, quod *indicem vtilissimum conciliorum et canonum, nunquam hactenus publici iuris factum*, in *præfat. tomi I.* vocat, edidit, CENNIVS vero post eum suis *antiquitatibus ecclesiæ Hispanæ* præmisit, admodumque miratus, eum in hoc indice ipsum ISIDORVM non inuenisse, quem forsan pauci in eo inuenient.

51) In hoc omnis est CENNIVS, vt hanc lucubrationem ISIDORO Hispalensi prorsus adscribat, et gloriam huius inuentionis magna animi constantia sibi asserat in *præfat. tract. de antiquit. eccles. Hispanæ*, Romæ anno MDCCXLI. editi, cui hoc systema præmisit et COVSTANTIVM, AGVIRRIVM aliosque increpat, quod hoc non viderint. Audacter asserit *in præf. §. XX. in f. Quin etiam egregio ecclesiæ doctori codicem potiori iure quis vindicet, quam collectionem, cui postremas tantum curas adiecit.* Per *codicem* systema illud de quo iam agitur, per *collectionem* vero illam Hispanorum compilationem canonum et epistolarum pontificum Romanorum intelligit, cuius historiam *§. anteced.* tradidi, et quam quidam *Isidorianam* vocant. Pariter IDEM *§. XIV. codicem* et *collectionem* ita distinguit, ceu ipsum marginale ostendit, non alio sensu, quam quod *codex systematicus* ex *collectione* maiori Hispanica conflatus fuerit. Multa tamen sibi in hac gloria vindicanda obstare facile præuidit. Licet enim asserat, ISIDORVM huius lucubrationis primum esse auctorem, postea variis accessionibus ab alio circa finem seculi VII. auctæ: non tamen 1) probauit, iam ante hunc *codicem systematicum* similem alium tempore ISIDORI exstitisse, qui augeri potuerit. Collectiones autem alias, tum tempore *concilii Bracarensis I.* tum *concilii Toletani III.* exstitisse, supra iam obseruaui, simulque probabiliter docui, eas pedetentim auctas, etiam ab ISIDORO forsan, vt diuersi codices ostendunt. 2) Codex prædictus in sua integritate, prout a CENNIO denuo vulgatus est, ab vno eodemque auctore conditus videtur, sine vlla accessione, quod inprimis ex *lib. VII.* liquet. Qui admodum exiguus fuisset, si ab ISIDORO conditus esset, cuius maxima pars ex conciliis, post eum habitis, conflata est, hoc est, ex *XIX. capitibus*: cum, quæ eum præcesserunt, concilia tantum in *XV. capitibus* constent, imo integri tres posteriores tituli ex conciliis, post ISIDORVM habitis, collecti fuerunt. 3) Quod frequenter eo canones *concilii IV.* occurrant, vnice euincit, huius concilii canones argumenta grauiora disciplinæ ecclesiasticæ determinasse atque adeo huic systemati admodum inseruisse, non vero ISIDORVM eius artificem esse. 4) Pro certo supponit, ISIDORVM *præfationis* collectionis magnæ præmissæ, auctorem esse: quod tamen pro certo asseri nequit, vt supra *not. 44.* obseruaui. Vide 5) PETAVS COVSTANTIVS *cit. præf. n. 150.* hunc codicem ad initium seculi VIII. non inepte locat. *Cum enim*, inquit, *claudatur synodo, quæ in annum DCXCIII. cadat, neque recentius vspiam quicquam habeat: palam est, vel ante vel non multo post seculi VIII. initia consummatum esse.*

52) *cit. præfat. n. 151.*, quod in eius ætatem optime quadret hæc systematica compilatio, quia *concilio Toletano XVI.* interfuit, sæpius in ea laudato.

§. IX.

ATQVE ad hæc vſque tempora incorrupta manſerat decretalium pontificum Romanorum collectio. Seculo vero VIII. poſt annum DCCLXXX. apparuerunt primum veſtigia quædam falſarum epiſtolarum, quæ euincunt, collectionem hanc, ſpuriis atque genuinis epiſtolis pontificum refertam, eo tempore iam exſtitiſſe, eiuſque compotem factum INGELRAMNVM, Metenſium epiſcopum, CAPITVLA LXXX. offerentem HADRIANO pontifici, anno DCCLXXXV. et cauſam ſuam Romæ inde agentem, quæ quoad maximam partem ex collectione hac noua, admodum corrupta et deprauata, quæ ISIDORI MERCATORIS nomen præ ſe fert, deſumta ſunt 53). Sed circa initium ſeculi IX, quo vixit RICVLFVS, Moguntinenſis archiepiſcopus 54), magis innotuit, quod ſpurium hunc partum, de Hiſpania allatum, eum publicaſſe atque diſſeminaſſe, tradit HINCMARVS, Remenſis archiepiſcopus 55). In Hiſpania eam natam et in quodam eius monaſterio forſan fabricatam, vel inde probabile efficitur; tum quod ISIDORI magnæ auctoritatis in Hiſpania præſulis nomen præ ſe ferat, cui collectio Hiſpana, poſt annum DCXXXIII. auctior reddita, vulgo tributa fuit, eiusque nomen etiam in poſterum retinuiſſe videtur eo tempore, quo impoſtor collectionem ſuam ſuppoſititiis epiſtolis auxit vel infecerit: tum quod collectionem hanc Hiſpanam fundamenti loco poſuerit, eamque tantum aliunde ſuppleuerit, cognitum habens, per varia tempo-

rum

53) Vulgo hæc capitula adſcribuntur HADRIANO, atque ſub hoc titulo: *Hadriani capitula*: in decreto GRATIANI frequentiſſime laudantur, vt obſeruaui ad *c. 2. CXV. qu. 6. not. 55.* Sub eadem inſcriptione ſed pleniori etiam ſiſtuntur ab HARDVINO *tom. III. concil. p. 206. ſqq.* HADRIANI *papæ capitula, quæ ex græcis et latinis canonibus et ſynodis Romanis atque decretis præſulum ac principum Romanorum ſparſim collecta, et Ingelramno, Mediomatricæ vrbis epiſcopo, Romæ a beato Hadriano papa tradita ſub die XIII. kalendas Octobres, indictione IX. quando pro ſui negotii cauſſa agebatur.* Eandem inſcriptionem quidem fere eodem modo repetit HINCMARVS, Remenſium epiſcopus, *tom. II. opuſc. XXXIII. c. 24. p. 475.* Verum vltima verba oſtendunt, potius legendum eſſe: *et ab Ingelramno, Mediomatricæ vrbis epiſcopo, Romæ beato Hadriano papæ tradita - - quando pro ſui negotii cauſa agebatur.* Vtebatur his pro ſui defenſione INGELRAMNVS, adeoque hæc ab HADRIANO eidem non potuerunt offerri vel tradi, ſed potius INGELRAMNVS hæc offerebat pontifici, vt ſuam cauſam his quiſquiliis incruſtaret, vt infra *n. 61.* rurſus euictum eſt plenius. Ad oculum vero oſtendit COINTIVS *in annal. eccl. Franc. tom. VI. ad annum DCCLXXXV. n. 17. ſqq.* INGELRAMNVM in corradendis his capitulis ſpuriis epiſtolis Anacleti, Euariſti, Alexandri, Teleſphori, Hygini, Pii, Aniceti, Eleutheri, Zepherini, Calliſti, Fabiani, Stephani, Felicis, Eutychiani, Marcellini, Euſebii et Iulii vſum: adeoque hoc infelix lolium iam eo tempore natum fuiſſe, negari nequit. In capitulis ipſis quidem non allegantur pſeudo-pontifices, quibus hæc tribui debeant; ipſa tamen epigraphe horum capitulorum, antea exhibita, docet, ea quoad maximam partem *ex decretis pontificum* efficta deſumta fuiſſe: quamuis negari nequeat, illam admodum ſuſpectam eſſe, cum fere pleraque his debeantur. Pronior vero eſt BLONDELLVS in *pſeudo-Iſidoro*, *eiuſque prolegom. p. 61.* in contrariam ſententiam, vt prorſus arbitretur, magis hæc capitula in *ſpurias epiſtolas* eorum pontificum, quos antea nominaui, translata, quam epiſtolis capitula hæc quoad maximam partem natales ſuos debere, quod PSEVDO-ISIDORVS vndequaque corraſerit, quæ in rem ſuam eſſe videbantur. Id quod ſi verum, ipſe INGELRAMNVS impoſtor nequiſſimus erit, qui hæc capitula effinxit: cum tamen credendum non ſit, HADRIANVM tam hebetem aut inſipidum fuiſſe, vt INGELRAMNO fidem ſimpliciter habuerit, nec inquiſiuerit, vnde has ſententias, antehac ignotas, hauſerit, et ex quo fonte hi riuuli fluxerint. Id quod ſi improbabile eſt: INGELRAMNVS ſine dubio in promtu habere debuit collectionem *epiſtolarum*, vnde hæc capitula hauſerat, atque ſyllogen hanc iuſtificare poterat. Fatuum, imo plusquam fatuum INGELRAMNVM fuiſſe, quilibet mecum arbitrabitur, ſi tam crude hæc capitula, ſine auctore, et legitimatione obtuliſſet HADRIANO, quem tamen diuerſa eccleſiæ diſciplina et iurium eccleſiaſticorum rationes non fugiebant, niſi quendam colorem pro auctoritate ſuis capitulis conciliandæ Romæ adferre potuiſſet, quod aliter fieri non potuit, quam productis fontibus, vnde hæc hauſerat. Ceterum BLONDELLVM in diuerſam iuiſſe ſententiam, non adeo mirandum: quia omnis in hoc eſt, vt *collectionem Iſidori Mercatoris* BENEDICTO LEVITAE tribuat vnice.

54) Interfuit adhuc RICVLFVS vel RICHOLFVS ſynodo Moguntinenſi, anno DCCCXIII. habitæ, ceu *præfatio* eius apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p. 1008.* et COINTIVM *tom. VII. ad ann. cit. n. 78.* docet, vt circa initium huius ſeculi hac ſpuria collectione iam inſtructus eſſe potuerit, vt *not. ſq.* indicabitur.

55) HINCMARVS *cit. l.* poſtquam de ſententiis INGELRAMNI iudicium ſuum interpoſuerat, paulo poſt *p. 476.* etiam his iungit ISIDORI *Mercatoris collectionem*, qua pariter vſus erat HINCMARVS, Laudunenſis epiſcopus, aitque: *Si vero talia, quæ tibi viſa ſunt de præfatis* SENTENTIIS, (INGELRAMNI) *ac ſæpe memoratis* EPISTOLIS, *detruncando et præpoſterando atque diſordinando collegiſti, quia forte putaſti, neminem alium eaſdem* SENTENTIAS *vel ipſas* EPISTOLAS, *præter te habere, idcirco talia libere te exiſtimaſti poſſe colligere, res mira eſt, cum de ipſis* SENTENTIIS *plena ſit iſta terra, ſicut et de libro* COLLECTARVM EPISTOLARVM *ab* ISIDORO, *quem de Hiſpania allatum* RICVLFVS, *Moguntinus epiſcopus, in huiuſmodi ſicut et in capitulis regiis, ſtudioſus obtinuit, et iſtas regiones ex illo repleri fecit.* Hæc verba euincunt, I) *ſententias* INGELRAMNI et ISIDORI *collectionem adulterinam* iam eo tempore, h. e. *anno DCCCLXX.* innotuiſſe et in plurimorum manibus fuiſſe, quod iam dudum effabricata et ad tempora RICVLFI referenda ſit. Simul vero II) inde conſtat, eandem collectionem ISIDORO Hiſpalenſi vulgo aſſignatam, quem *peccatorem* potius, quam *mercatorem* dixere, more monaſtico, qui humilitatis ſpeciem præ ſe ferrent, quamuis HINCMARVS eo cognomine non vtatur, quod pluribus aliis commune fuit. Librariorum ſine dubio deſidiæ debetur, quod hæc appellatio adiectitia in *Mercatoris* nomen communiter degenerauerit, adeo, vt eo hodie vtamur ad *genuinam et adulterinam collectionem* diſcernendam. Denique III) non obſcure inde liquet, archiuum Moguntinenſis eccleſiæ tempore RICVLFI iam fuiſſe emporium huius adulterinæ mercis, vnde ad alios tranſlata eſt, et forſan etiam ad ipſum HINCMARVM, qui ex hac ſede originis huius notitiam facile habere potuit: præſertim cum recte aſſeruerit, eam collectionem *ex Hiſpania* allatam fuiſſe: quod admodum probabile eſt, vt *nota ſequens* declarabit.

rum interualla codicem Hispanum incrementa industria posterorum accepisse, quos, sed pessima fraude, imitari studuit 56): tum denique quod ipsa *præfatio* hoc non obscure innuat 57). Sed sicuti INGELRAMNI *capitula LXXX.* parum auctoritatis Romæ nacta fuerunt, vbi *corpore* DIONYSIANO constanter adhuc vtebantur: ita circa primordia seculi IX. quodammodo hinc inde cognita esse cœpit hæc farrago, sine vlla tamen auctoritate, vt Romæ adhuc tempore LEONIS IV. nondum inter leges ecclesiasticas admissa nec in codicem canonum relata 58), licet forsan cognita fuerit. Maluit tamen BLONDELLVS eam potius propriam facere BENEDICTO Leuitæ seu diacono, qui circa annum DCCCXLV. in colligendis libris tribus posterioribus capitularium, admodum falsis mercibus Isidorianis infectis, sollicitus fuit; quem tamen non sine ratione ab hoc fraude purgat STEPHANVS BALVZIVS 59): præsertim cum ante BENEDICTVM collectio hæc adulterina exstiterit.

56) In Hispania natum hoc infelix lolium, et inde ad alias terras translatum fuisse, vel inde in dubium vocat, quod Hispania eo tempore, quo hæc compilatio effabricari debuit, adeo intestinis calamitatibus bellicis fuerit infestata, vt de his piis fraudibus, ad tempore pacis magis referendis, cogitari haud potuerit, quæ præsidia librorum et pacis otia magis desiderant. Quia vero non præcise determinare licet, tempus, quo hæc farrago pia fraude corrasa est, quæ diu latere potuit, antequam in publicum prodiret, imo antiquitatem desiderat, si auctoritatem *veritatis* præ se ferre debet: certo asseri nequit, eam tunc demum natam, quo in publicum prodiit. Recens nata et scripta si diuulgata fuisset: omnem veri colorem emisisset, quem demum commendat obscurior antiquitas, si ex monasterii cuiusdam scriniis, vt *antiquum opus*, extrahitur, si vetustis litteris exaratum deprehenditur, vt ad minimum seculi terminum excedat, et initii memoria desit. Falsa diplomata demum veri speciem nacta sunt, si charactere antiquo exarata, si sigille canitie commendata: si ipsa charta vetustatem prodidit. Forsan ergo hoc monstrum nefandum circa finem seculi VII., vel paulo post *collectionem systematicam*, de qua §. *VIII.* actum, iam conceptum, et occulto partu editum, per seculi octaui partem maximam latuit, et tandem post octingentos annos repertum INGELRAMNO, Metensium episcopo, communicatum fuit, qui inde *capitula LXXX.* HADRIANO oblata desumsit, et ita per ipsum magis magisque in lucem protractum ex Hispania ad RICVLFVM circa seculi IX. primordia peruenit. Ceterum Hispaniæ hunc partum infelicem deberi, multa suadent, quocunque tempore demum conficta fuerit. Fundus eius est *collectio antiqua vera Isidoriana*, seu *Hispana*, de qua §. *VII.* actum, vt hanc aliunde magis pluribus fictis accessionibus ditasse et amplificasse, quam nouum opus exstruxisse videatur. Iam dudum hoc more vsi erant Hispani, vt collectionem, olim natam, perpetuis supplementis augerent. Impostor eandem continuauit, et quis animaduertebat, primam eius partem iam satis suppleram et continuatam vsque ad *concilii Toletani XVI.* tempora, defectum vero in altera parte, quæ continet *epistolas pontificum*, ratione initii potissimum, deprehendi: illam quidem intactam reliquit, hanc vero vel veris vel falsis epistolis adiectis supplere et perficere, in animum induxit suum. Etenim *genuinæ Hispanæ collectionis* duas partes fuisse, supra §. VII. obseruaui: pariter impostor easdem partes retinuit, et sic *Hispanam*, vt ait COVSTANTIVS *cit. præf. n. 154. in suam transfudit vt partem primam ita, vt erat disposita, describserit integram, nec ei peregrinum quidpiam inseruerit, retento conciliorum ordine, ac titulis canonum summa fide seruatis. Quod ex indice generali peruidere est. Alteram vero partem sic adoptauit totam, vt epistolis tamen bene multis eam auxerit. Harum epistolarum alias e cerebro suo excudit homo impudenter mendax. alias autem easque genuinas, quæ in Hispana, collectione deerant, ex Hadriana simul* (vel Dionysiana) *et Quesnelliana, nec non ex Gregorii Registro adsciuit.* Ita accuratius rationes subduxit COVSTANTIVS, quam antea constituerat, quo ex triplici collectione *Hispana*, *Dionysiana* et *Quesnelliana*, hoc nouum ædificium exstructum fuisse censebat, cum ipsa eius verba ostendant, hominis mendacissimi animum vnice in eo versatum fuisse, vt Hispanam vnice aliunde se perfecisse crederetur, exemplo eius, qui ædes iam exstructas signis alienis et furtiuis amplificat, non vero nouas prorsus exstruit. Atque hæc ratio facit, vt gloriam huius operis nulli alii, quam Hispano, qui de *opere domestico* perficiendo et augendo inglorius sollicitus fuit, attribuere queamus, et HINCMARO, referenti, eam ex Hispania allatam fuisse, fidem eo magis adhibeamus. *Monacho* eundem deberi non inepte iudicat CAROLVS COINTIVS *tom. VI. annal. eccl. Francorum ad annum DCCLXXXV. n. 17.* quod olim talia supposititia scripta vel diplomata spuria in monasteriis potissimum condita fuerint, et stylus incultior, barbarus, atque male cohærentes, vndequaque corrasæ, et sine iudicio e patribus aliisque mutuatæ atque inepte conglutinatæ sententiæ monachum istius temporis prodant, qui *peccatoris*, in monasteriis potissimum vsitatum nomen, ISIDORO attribuit, imo hoc ipsum nomen operi præfixit, vt *Isidorianam* legitimam collectionem se tantum nouis incrementis exornasse, ac legitima scripta emendasse, credi posset.

57) Præfationem legitimam, Hispanæ collectioni præfixam, admodum interpolauit, vel, pro more, adulterauit, cuius inscriptio apud HARDVINVM *tom. I. concil. p. 4.* hæc est: *Isidorus peccator, seruus Christi, conseruo suo et parenti fidei in Domino salutem*: quæ rursus monachum prodit. Eum vero Hispanum fuisse, hæc euincunt verba: *in principio vero voluminis huius, qualiter concilium* APVD NOS *celebratur, posuimus, vt qui ordinem sequi voluerint, sciant, qualiter hoc agere debeant.* Ipse ordo subiectus quoad maximam partem desumtus est ex *concil. Toletano IV. c. 4.* vnde perspicuum est, de quibus verba: *apud nos*, accipienda sint, *de Hispanis* scilicet, quod opportune obseruat nota marginalis apud HARDVINVM *tom. I. concil. p. 4.*: *Hispanum fuisse atque ab Isidoro Hispalensi Antist. qui anno DCXXXVI. obiit, plane diuersum, inde merito arguas.*

58) Circa *annum DCCCL.* LEO IV. adhuc in epistolis pontificum Romanorum genuinis, in Dionysiana compilatione aucta traditis, subsistit, vt docet *c. 1. dist. XX.* nec vllas alias agnoscit, adeo, vt inde liqueat, nec *capitula LXXX.* INGELRAMNI eo tempore aliquam habuisse auctoritatem. Nec prorsus refragabor, si quis contendere velit, hoc tempore iam Romæ innotuisse monstrum hoc nefandum, a LEONE IV. tamen non agnitum, nec admissum et hac de causa specialem legitimarum epistolarum pontificum Romanorum in *cit. c. 1.* recensionem factam fuisse. Etenim post quindecim annos demum, hoc est, anno DCCCLXV. NICOLAVS I. in omnia alia iuit, et apologiam grauem, quæ in *c. 1 dist. XIX.* habetur, pro hoc spurio partu scripsit contra Gallos, qui ei litetus controuersiam mouebant, pontifex vero ei legitimos natales, magna animi fiducia, asserebat. Quod fieri non facile potuisset, nisi iam antea, et forsan tempore LEONIS IV. Romæ cognitus fuisset: quia HINCMARI tempore iam dudum in Gallia innotuerat, vt ipsemet fatetur in verbis *not. 55.* adductis.

59) Constat BENEDICTVM Leuitam in *lib. V. VI. et VII.* capitularia collegisse, quod qua ratione fecerit, ipsemet declarauit in *præfat.* huic collectioni præmissa, his verbis: *Hæc vero capitula, quæ in subsequentibus tribus libellis coadunare studuimus, in diuersis locis et in diuersis scedulis, sicut in diuersis synodis et placitis generalibus edita erant, sparsim inuenimus et maxime in sanctæ Moguntiacensis metropolis ecclesiæ scrinio a* RICVLFO, *eiusdem sanctæ sedis Metropolitano, recondita et demum ab* AVTGARIO, *secundo eius successore, atque consanguineo inuenta reperimus, quæ in hoc opusculo tenore suprascripto inserere maluimus.* Fontes hic aperit BENEDICTVS Leuita, vnde sua hauserit, quorsum præcipue scrinia ecclesiæ Moguntinensis refert, in quibus a RICVLFO plura eius generis sparsim recondita erant, qui sine dubio etiam *capitula* INGELRAMNI et ipsam PSEVDO-ISIDORI *collectionem* in iis asseruari curauit, aliisque communicauit, vt ab HINCMARO traditum, vt hæc spuria non potuerint esse BENEDICTO LEVITAE incognita. Sed obseruandum est, plura capitularia, quæ libris *sexto* et *septimo* atque *additione IV. capitularium* continentur, desumta potius esse ab INGELRAMNI *capitulis LXXX.* vt CAROLVS COINTIVS *tom. VI. annal. eccl.*

terit. Interim negari forsan nequit, fraudem hanc piam, cum semel bene cesserit, vni alteriue impostori animum addidisse, vt quibusdam nouis additamentis adulterinis etiam hanc collectionem augeret, vnice fingendis epistolis pontificum, quæ nunquam exstiterunt, expositam 60).

§. X.

COLLECTIO hæc tot suppositiis epistolis pontificum infecta eo tempore conflata, quo de *iudiciis ecclesiasticis* inter curiam Romanam et episcopos prouinciarum, sub metropolitanis suis existentes, lites iam dudum intercesserant, hoc sine dubio consilio seu fraude pia, vt *ius* inde *certum* et extra controuersiam positum erui in posterum 61) posset, et curia Romana haberet, vnde causam

eccl. Franc. ad ann. DCCLXXXV. n. 18. sqq. ad singula INGELRAMNI capitula docet. Deinde, quæ ex epistolis spuriis pontificum ibidem adducuntur, BENEDICTVS ne quidem ex ipsis pontificum epistolis siue veris siue falsis desumsisse videtur, sed, prout BALVZIVS *in præfat. tom. I. ad capitular. Reg. Franc. §. 12.* ait, *ex capitularibus regum nostrorum* (Francorum) *qui decreta illa sua fecerant.* Etenim horum capitularium *collector* tantum, non *architectus* fuit adeoque primus, vt BLONDELLVS *in proleg. ad Pseudo-Isidor. p. 23.* censuit, non fuit, qui epistolas spurias in partes secuit, quod potius ab INGELRAMNO et illis, qui *capitularia* iussu regio condiderunt, factum est. Nec credendum est, hoc latere potuisse HINCMARVM, si eo tempore vlla suspicio cecidisset in BENEDICTVM Leuitam, qui capitularia circa annum DCCCXLV. collegit.

60) Ipse impostor in *præfat.* collectioni adulterinæ præfixa, indicat, se pontificum, qui ante SIRICIVM vixerunt, cuius demum epistolæ in collectionibus genuinis primum locum tulerunt, epistolas ex spurio effinxisse luto dicens: *Deinde* (i. e. post relationem canonum, *qui dicuntur apostolorum*) *quorundam epistolarum decreta virorum apostolicorum interseruimus, id est, Clementis, Anacleti, Euaristi, et ceterorum apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire, epistolae vsque ad Syluestrum papam.* Conciliis deinceps relatis, exhibetur nouus index epistolarum spuriarum et genuinarum, *frontem occupante Syluestro, Gregorio nouissimam aciem claudente*, vt ait CONSTANTIVS cit. *præf. §. 155.* Videlicet vnice intentio MERCATORIS huc directa fuit, vt lacunam suppleret, quam deprehendit in sylloge epistolarum pontificum, et hoc fuco excogitato maiestatem eorum, contra veterem vsum, augeret.

61) Supra *not. 53.* ostensum est, iam INGELRAMNI vel ANGELRAMNI tempore exstitisse hanc farraginem PSEVDO-ISIDORI, atque ex ea illum *capitula LXXX* pro defensione caussæ suæ depromsisse atque HADRIANO pontifici obtulisse. BARONIVS ad annum *DCCLXXXV. n. 6.* inhærens inscriptioni antiquæ horum capitulorum, etiam ab HINCMARO per errorem assumtæ, ait: *Hoc eodem anno Hadrianus pontifex collectionem canonum LXXX. a se elaboratam, dedit Ingelramno, episcopo Mediomatricis ciuitatis, tunc Romæ degenti, vt caussam suam aduersus falsos accusatores defenderet. Quem absolutum, hisce canonibus communitum, remisit ad suos. Postulabat ea causa, vt colligeret idem pontifex canones, spectantes ad accusationem episcoporum, et ad iura Romanæ ecclesiæ pertinentes, ex quo aduersus oppressiones, illatas episcopis a principibus, defensio prodire solet, ea vero oppressa, omnes cum ipsa ecclesias opprimi sit necesse.* Post pauca pergit: *Ex more tunc celebratam esse synodum existimamus, in qua de iurisdictione Romanæ ecclesiæ inspici canones opus fuisse aduersus oppressiones episcoporum, quorum iudicia eidem primariæ ecclesiæ sint reseruata. Vetus ista in ecclesia persecutio secundum Paulum, vt, qui secundum carnem nati, eos affligant, qui secundum spiritum generati sunt.* Pergrata mihi fuit hæc obseruatio BARONII, in qua consilia collectoris pessimi, PSEVDO-ISIDORI, non obscure aperit, atque occasionem ostendit, qua factum fuerit, vt ad effingendos hos spurios partus manus admoueret. Pauca duntaxat moneo, I) falli BARONIVM, tribuentem hanc capitulorum LXXX. collectionem HADRIANO pontifici, ceu *not. 53.* iam monstraui. Magis hæc capitula oblata sunt pontifici ab INGELRAMNO, vt ostenderet, se, accusatum, non ab alio, quam a pontifice Romano iudicari posse, et iudicium, in prouincia contra se institutum, esse incompetens. Probat hanc coniecturam BALVZIVS *in præfat. ad Augustinum de emendat. Gratiani §. 4.* prouocatque ad Cod. MStum bibliothecæ S. Victoris Parisiensis, in quo hæc habentur: *Incipiunt capitula, collecta ex diuersis conciliis siue decretis pontificum Romanorum ab Angilramno, et Adriano papæ oblata.* Eandem coniecturam etiam probare videtur ANTON. PAGI *in critica ad Baron. cit. ann. n. 3.* sed cum MARCA censet, collectionem hanc vetustiorem esse ISIDORO, qua eum in adornanda collectione apocrypharum epistolarum vsum fuisse existimauit. Quod rursus ab omni probabilitate alienum est. Etenim hæc capitula nuda excerpta sunt, tracta ex fonte pleniori, quem sine dubio in promtu habuit INGELRAMNVS: quod alioquin his excerptis, omni auctoritate per se destitutis, efficere nihil potuisset, quamdiu haud constabat, vnde depromta essent. Atque hunc fontem ipsam PSEVDO-ISIDORI collectionem fuisse, nemo forsan in dubium vocabit, qui animaduertit, plane hæc noua fuisse placita seu principia, quibus fides per se haberi non poterat, nisi aliunde probata fuerint. Quis enim crederet, HADRIANVM, qui adhuc solo *codice Dionysiano* vsus fuerat, eumque hanc ob caussam, quod eo solo vteretur ecclesia Romana, vt opus authenticum CAROLO M. transmiserat, credula fide, hæc capitula, ab INGELRAMNO oblata, assumsisse, et sine vllo examine, sine probatione, admisisse, quæ tamen omni inscriptione omnique fide carebant. Aut ergo fontem in promtu habuit, vnde eorum auctoritatem pontifici ostendere potuit, (quod credibile est factum fuisse,) aut operam et oleum perdidit. Quid? quod ne quidem postea auctoritatem in curia Romana acceperint, quam omnino impetrassent, si ab ipso HADRIANO hæc collectio facta fuisset. II) Fallitur quoque BARONIVS asserendo, postulasse eam caussam, vt canones colligeret pontifex, ad accusationes episcoporum spectantes: item synodum ea de caussa habitam fuisse, in qua, quia de *iurisdictione pontificis* agebatur, inspici canones opus fuerit. Id quidem certum est, eo tempore de iurisdictione pontificis in *depositionibus episcoporum* concertatum, nec prouinciales episcopos, seu a metropolitano in synodo congregatos, cognitionem in his caussis sibi a curia Romana eripi passos fuisse. Quos vero canones pontifex inspiceret, qui non exstabant, sed nouiter collecti erant ab INGELRAMNO ex *collectione Pseudo-Isidori*, Romæ incognita, et Hispanis forsan, ac Gallis nota, sed mere priuata et nullius auctoritatis? Si canones inspiciendi erant: HADRIANVS *codicem Dionysianum* in medium proferre debuisset, quo vnice eo tempore vtebatur, non nouos effingere canones, inusitata et noua principia continentes, quod a moribus eius alienum fuit. Alioquin enim magis hæc capitula, quam *codicem Dionysianum* CAROLO M. transmisisset; quod illa magis caussæ curiæ Romanæ fauerent: cum tamen vsque ad LEONIS IV. tempora hæc in solo codice Dionysiano subsisteret, NICOLAVS I. vero primum spuriam ISIDORI *Mercatoris* farraginem, vt *authenticam*, agnosceret atque propugnaret. Interim quia de *iurisdictione pontificis* in caussa INGELRAMNI agebatur: omnino necesse fuit, vt ab eo noua principia, quibus caussam appellationis suæ vel refugii ad pontificem inerustaret, vndequaque corraderentur, quod aliunde quam ex *collectione Pseudo-Isidori* non licuit. Hæc enim vnice in hunc finem conficta, et ab homine barbaro consarcinata fuit, vt iudicia ecclesiastica antiqua conuelleret, pontificis vero iurisdictionem in depositionibus episcoporum, ad hæc vsque tempora in contentionem vocatam, in tuto collocaret, et ita *ius certum*, nouis excogitatis figmentis, constitueret. Series rerum antiquarum seu ratio disciplinæ veteris ecclesiasticæ facile meditationem confirmabit. Ante *concilium Nicænum* iudicia ecclesiastica in synodis prouincialibus agebantur, tantæ auctoritatis, vt ab illis appellare haud licuerit. Confirmata hæc sunt in concilio *Nicæno c. V.* eaque agnouit INNOCENTIVS I. *in epist. ad Victricium c. 3.* quandoque tamen *reuisio* sententiæ, in synodo prouinciali latæ, ex principis rescripto concedebatur, relata ad maius episcoporum concilium, quod indulgebat *concilium Antiochenum c. XII.* Verum *concilium Sardicense*, *anno CCCXLVII.* habitum, *c. 3.* quo principi in concedendis *reuisionibus* omnem adimeret potestatem, pontifici Romano supremam auctoritatem in concedenda *reuisione* attribuit, hoc tamen modo secundum *c. VII.* vt, reuisione decreta, scriberet episcopis, qui erant in finitima et vicina prouincia, vt caussam denuo

ſam ſuam inſtruere poſſet, ex primitiuorum ſcilicet pontificum epiſtolis, quod harum *in genere* magna eo tempore eſſet auctoritas, vt parem vim cum canonibus haberent. Equidem Galliæ ſacerdotes ſupremi, et in primis inter eos HINCMARVS mendacia hæc Pſeudo-Iſidoriana quodammodo in dubium vocarunt: nihilominus in tenebris eorum temporum, quibus publicata, facile ſpe-

nuo ſedulo eximinarent cum illis, quos ſuo nomine ad *maiorem ſynodum* mittere placuerit, atque ita cauſa terminanda erat in illa prouincia, ad cuius cognitionem primario pertinebat. Denique c. *IV*. cautum, vt in locum depoſiti epiſcopi in ſynodo prouinciali alius non ordinaretur epiſcopus, donec poſt prouocationem ad pontificem Romanum decretum fuerit a curia Romana, vtrum cauſa denuo ſub examen vocanda eſſet in maiori ſynodo nec ne? Hoc vero ius orientales, qui a *ſynodo Sardicenſi* diſceſſerant, ægre agnouerant; ſero etiam canones Sardicenſes in occidente recepti, vt euicit PETRVS DE MARCA *de conc. ſacerd. et imper. lib. VII. c. 11. §. 2 ſeqq.* LEO I. tamen varia innouare ſtuduit. Etenim metropolitanorum cauſam apud ſedem Romanam agi debere cenſuit, et exemplo HILARII, Arelatenſis archiepiſcopi, corroborauit. Imo et, poſt prouocationem epiſcoporum depoſitorum in ſynodo prouinciali, cauſæ reuiſionem in concilio, Romæ habito, exemplo CHELIDONII depoſiti ſuſcepit, non vero terminandam remiſit in prouinciam, vt decreuerant patres Sardicenſes, quod *ius nouum* per VALENTINIANI conſtitutionem, ſupra *not. 5.* memoratam, corroborari ſtuduit, vt MARCA *cit. l.* c. 17. §. 6. docuit. Aegre ius nouum tulerunt Galli Hiſpanique, atque, quantum fieri potuit, auctoritatem ſynodorum prouincialium reſtituere allaborarunt, ſub *propriis regibus*, qui epiſcopos egredi ex prouinciis haud facile ſunt paſſi, atque euocationes cauſarum ad peregrina iudicia haud conceſſerunt. Quod IDEM *c. 19. cit. l.* monſtrat, atque eo credibilius eſt: quia eo tempore VALENTINIANI edicto ſe non amplius poterat tegere pontifex. Quocirca plurima exempla depoſitorum archiepiſcoporum et epiſcoporum in *ſeculo VII.* proſtant per ſynodos prouinciales, non concurrente epiſcopo Romano, vt *iuriſdictio papalis* in his cauſis, quas ſibi per viam *appellationis*, imo aliquando in *prima inſtantia* arrogauerat, admodum nutare, atque principium curiæ Romanæ, quod epiſcopus nullus ſine præſcitu et conſenſu pontificis Romani deponi poſſet, euileſcere atque conſeneſcere cœperit. In hoc tam turbido et periculoſo rei Romanæ ſtatu de nouo remedio cogitandum, atque afflictæ iuriſdictioni Romanæ extraordinario ſubſidio ſuccurrendum fuit ab his, quorum intererat, hanc *iuriſdictionem ſupremam* in vſum pleniſſimum reuocare. Deerant quidem canones, hanc diſciplinam inculcantes: ſed non deerant fallaciæ ad circumueniendum imperitos in tantis temporum tenebris. Præſertim vero piis animis CAROLI M. et eius ſucceſſorum captanda erat beneuolentia, ne aliquid contra auctoritatem eccleſiæ Romanæ ſuis archiepiſcopis et epiſcopis indulgerent, quod hactenus fecerant. Capiendi hi erant nouis legibus eccleſiaſticis. effictis ſcilicet illis decretalibus veterum Romanorum pontificum primitiuæ eccleſiæ, cum cognitum haberent, CAROLVM M. cum LVDOVICO pio admodum pronum et procliuem eſſe ad reformandam eccleſiam ſecundum curiæ Romanæ principia, et capitularibus intereodum, quicquid antiquæ diſciplinæ, eccleſiaſticæ conuenire crederetur. In primis *capitulorum LXXX.* INGELRAMNI, ex PSEVDO-ISIDORI decretalibus hauſtorum, ea erat dignatio, (quod ſub nomine HADRIANI papæ vbique innotuerant,) vt frequenter deſcripta fuerint in capitularibus regum Francorum, præſertim a BENEDICTO *Leuita* collectis, prout ſupra *not. 59.* ex CAROLO COINTIO monſtratum eſt, et probatum a MARCA *cit. l. c. 22. §. 4. in f.* Ita vero facile veritatis ſpeciem induere potuerunt ipſæ PSEVDO-ISIDORI effictæ epiſtolæ, et epiſcopis reclamantibus ſilentium imponere, vt iuriſdictionem epiſcopi Romani in cauſis appellationum in dubium amplius vocare non auderent, ſed NICOLAI I. attentatis, hoc fulcro ſubnixis, ſeſe ſubmittere tenerentur, ceu pedetentim factum, ſublatis antiquis iudiciis eccleſiaſticis ſynodalibus, atque Romam tractis. Loquor vero hic primario de *conſilio* PSEVDO-ISIDORI, quo ductus ad confingendas has epiſtolas fuerit. Quisquis ille fuerit; id ad minimum certum eſt ex circumſtantiis eius temporis, eius intentionem vnice huc directam fuiſſe, vt augeret cauſam pontificis eiuſque auctoritatem, variis occaſionibus huc vſque in diſcrimen ab archiepiſcopis in primis, qui papæ ſuarum prouinciarum fuerant, vocatam, epiſcoporum primitiuæ eccleſiæ epiſtolis effictis corroboraret, et ius huc vſque dubium et anceps, *de iuriſdictione pontificis* in tuto locaret: quod rectius fieri non poſſe arbitrabatur, quam productis in medium pontificum primitiuæ eccleſiæ epiſtolis decretalibus, pia fraude effictis, quæ collectioni ISIDORI *Hiſpalenſis* adhuc deeſſe videbantur. Interim hanc fraudem curiæ Romanæ haud tribuo, optime conſcius, vſque ad LEONIS IV. faſces ſacros eam tantum vſam fuiſſe *codice Dionyſiano*, nec ad hanc ſpuriam collectionem prouocaſſe. Quid quod ne probauerit quidem BARONIVS, HADRIANVM pontificem INGELRAMNVM, ſub præſidio capitulorum, ipſi oblatorum, dimiſiſſe abſolutum: quod aſſerit quidem, ſed nullo idoneo teſtimonio firmat. Imo credo, curiam Romanam ante NICOLAI I. tempora ſtudio abſtinuiſſe ab vſu tum *capitulorum LXXX.* laudatorum, tum *epiſtolarum* PSEVDO-ISIDORI: quod ſciret, eas in ſcriniis ſuis haud reperiri, ſed potius, vt plura alia *apocrypha*, effictas eſſe. Maiori cum fiducia eis vtebatur NICOLAVS I. contra Gallos, quod ſciret, ipſos Gallos *inter ſe* has ſpurias merces tanquam legitimas admiſiſſe. Quia vero animaduertebat, Gallos contra ſe de legitimis natalibus huius partus dubitare: neceſſarium ipſi viſum fuit, defenſionem earum qualemcunque in tali ſtatu rerum ſuſcipere, quod præſtitit in *epiſt. ad vniuerſ. epiſcopos Galliæ apud* HARDVIN. *tom. V. concil. p. 592.* Poſt hæc tempora *vniuerſum orbem huius nouæ opinionis iuga*, (vt ſcilicet nulla depoſitio epiſcoporum abſque auctoritate ſummi pontificis a ſynodis prouincialibus peragi poſſet,) *colla ſubmittere coegerunt epiſcopi, magnis illis nominibus veterum pontificum et martyrum muniti, quæ exſtant in titulis apocryphorum epiſtolarum, ab Iſidoro collectarum, quarum auctoritati nemo contradicebat*, vt vtar verbis PETRI DE MARCA *de C. S. et imp. lib. VII. c. 25. §. 1.* Hoc quidem certum eſt, neminem contradixiſſe auctoritati earum epiſtolarum in poſterum, ceu in primis apparuit in cauſa depoſiti in concilio Rhemenſi anno DCCCCXCI. ARNVLPHI, in qua illi, qui eius propugnationem ſuſceperant, negarunt, ſine pontificis ſummi auctoritate poſſe ſynodum ad eius depoſitionem procedere, id quod ex ſuppoſititiis epiſtolis pontificum probarunt, vnice ex his præſidium cauſæ ſuæ deſumentes. His epiſcopos ceteros, qui ſynodo aderant, aperte contradixiſſe, atque eas vt ſpurias declaraſſe, non liquet; quod ex ea perſuaſione ſine dubio factum eſſe reor: quod illegitimos eorum natales ignorarent. Arbitratur quidem BALVZIVS *in præfat. ad Reginonem §. 4.* epiſcopos Galliæ multa quidem reuerentia primum erga Romanorum pontificum decreta, quæ prolata, vſos fuiſſe, *li et falſa haud dubie eſſe intelligerent*; quia tamen nihil ſuppetiiſſet, quo manifeſta eorum decretorum verba eludere interpretatione potuiſſent: vnice præſidium ſuum quæſiuiſſe in canonibus Africanis, eoſque libere decretis illis oppoſuiſſe. Verum ſi falſa hæc decreta indubie intellexiſſent; nunquam paſſi fuiſſent, antiquam diſciplinam his quiſquiliis inquinari et corrumpi; ſed felicius cauſam ſuarum ſynodorum egiſſent, ſi decreta hæc aperto marte impugnaſſent: quod tunc maiori cum fiducia ad canones Africanos prouocare potuiſſent. At id quidem eorum vires tunc ſuperaſſe videtur: adeoque GERBERTVS, in ARNVLPHI depoſiti locum ſubſtitutus, re vera decretorum horum nouum dogma callida quadam interpretatione eludere conatus eſt, ceu ex eius epiſtola, a BARONIO *ad ann. DCCCCXCII. n. 43 ſqq.* adlata liquet. Nulla reuerentia erga hæc decreta opus fuiſſet, imo magis noxia, ſi de horum integritate dubitaſſet GERBERTVS. Neque enim hoc omiſiſſet ex reuerentia erga ſedem Romanam, quam acriter ipſemet exagitat, et ideo a BARONIO indigne acceptus eſt GERBERTVS: neque vlla alia ratio hanc diſſimulationem ſuaſiſſet, niſi cum ceteris epiſcopis eiſdem errorum tenebris obductus fuiſſet. Hac ergo ſub ignorantia facile vicit fortuna Romanorum pontificum; quamuis forſan iis harum decretalium falſitas haud incognita fuerit: ad minimum cognita eſſe potuiſſet, ſi ſcrinia ſua perluſtraſſent, atque euoluiſſent. Imo quia hæc collectio noua priuata auctoritate facta erat: nullam fidem habere potuit, ſed *auctoritate authenti*a caruit. Quod ne animum quidem pontificis ad iuſtam dubitandi rationem induxit, qui vnice id egit, vt *authenticam auctoritatem* ei conciliaret et aſſereret. Longe aliter ſuo tempore animatus fuit INNOCENTIVS III. in *c. 3. X. de fide inſtrument.* referens, crebro ſe ſæpe prouocari ad decretales *ex compilatione ſcholarium*, de quarum integritate haud conſtaret, adeoque ſe rationem decidendi in iis ſecure collocare haud potuiſſe. Ad minimum nemo pontificum ante NICOLAVM I. auſus fuit, tam audacter propugnationem harum epiſtolarum ſuſcipere: qui maiori cum fiducia illam ſuſcipere potuit, poſtquam exploratum habuit, ipſos Galliæ præſules in ſcriptis ſuis paſſim ad illos prouocare, ceu nota ſequens declarabit.

fpeciem veritatis induere potuerunt, plerifque fubfidiis neceffariis deftitutis, quibus fallacia hæc craffior detegi potuiffet. Hæc adeo decepit INGELRAMNVM et BENEDICTVM imo ipfos *Galliæ præfules* 62), vt ex hac collectione in fuos vfus plura transferrent, et fic paulatim has merces adulterinas pro genuinis orbi imperito exponerent. Melior fortuna ei acceffit, poftquam in lite cum Galliæ facerdotibus NICOLAVS I. anno DCCCLXVIII. in fuam tutelam hunc fuppofititium partum fufcepit, et apologiam, augendæ potentiæ fuæ caufa, pro eo fcripfit 63), ad quem potius pertinuiffet, eum in herba fupprimere. Quamuis enim forfan alios fugerit fraudem detegendi ratio; non tamen hæc adeo capere potuit curiam Romanam, vt eam, fi voluiffet, detegere non potuiffet: quod *fcrinia* ei in promtu effent, quæ confulere licuit. In his fi deprehenfæ non fuiffent falfæ decretales, ad minimum titubantem et nutantem fidem iis hæc ratio conciliaffet, atque effeciffet, vt penitius in ortum earum inquifitum fuiffet 64). Sed intererat curiæ Romanæ, hoc monftrum nefandum quouis modo protegere potius, quam in exilium dare, quod ingens augmentum iuribus curiæ Romanæ adderet. Ab hoc tempore igitur eius fortuna quotidie creuit 65): præfertim poftquam in nouis collectionibus, poftmodum concinnatis, videlicet a REGINONE, BVRCHARDO, IVONE et GRATIANO primaria capita adulterina inde repetita, et in primis cum GRATIANI

62) De INGELRAMNO *not.* 53. pariterque de BENEDICTO *Leuita not.* 59 fupra iam actum. Ceterum ipfos præfules paffim in fcriptis fuis has laudaffe decretales, docent HINCMARI tum Laudunenfis, tum etiam archiepifcopi Remenfis fcripta, quorum loca DAVID BLONDELLVS in PSEVDO-ISIDORO ibique in *notis* adiectis paffim adfert. Ipfe NICOLAVS I. hoc in genere in *c.* 1. *dift. XIX* Galliæ præfulibus obiicit, quod *ipfimet, vbi has epiftolas decretales fuæ intentioni fuffragari confpexerint, illis indifferenter vterentur: nunc vero folum ad imminutionem fedis apoftolicæ et ad fuorum augmentum priuilegiorum minus accepta effe perhiberent.* Addit in ipfa epiftola *ad vniuerf. epifc. Galliæ* apud HARDVINVM *tom. V. concil. p.* 592. vnde verba adducta funt haufta, fequentia, quæ a GRATIANO omiffa funt: *Nam nonnulla eorum fcripta penes nos habentur, quæ non folum quorumcunque Romanorum pontificum, verum etiam priorum decreta, in fuis caufis præferre nofcuntur.* Ipfe HINCMARVS de *diuortio Lotharii et Teuteb. reg tom. I. oper. p.* 586. laudat EVARISTI I. *epift. c.* aiens: *Sed et S. Euariftus, papa Romanus quartus a B. Petro, in Decretalibus ad locum ita fcribit: Similiter cuftoditum* vfque ad verba: *dubium eft.* Pariter *cit. l. in refponf. ad interr. X. p.* 622. adducit prolixum locum ex *epift. I.* ALEXANDRI *ad omnes orthodoxos,* et ita HINCMARVS, præcipuus inter Gallos præful, aperte in fuis fcriptis docet, fe non omne robur auctoritatis his epiftolis detraxiffe, imo in contentione cum HINCMARO Laudunenfi eundem hoc tantum fubterfugio vfum fuiffe: *Omnia probate, quod bonum eft, tenete.*

63) Agebatur tunc maxime de *iudiciis ecclefiafticis*, in fynodis prouincialibus reftituendis, quorum in Gallia magna auctoritas erat. Vrgebat curia Romana, nullum epifcopum iudicari poffe, nifi in fynodo, conuocata a fummo pontifice, et depofitionem epifcoporum inter *caufas maiores*, pontifici referuatas, effe referendas. Pofterius negabant Galli et prius *canonibus antiquis* aduerfari allegabant. His opponebat curia Romana decretales epiftolas PSEVDO-ISIDORI, quæ prorfus contrariam fententiam alebant. Teftis eft *epift.* 1. ANACLETI: *Quodfi difficiliores ortæ fuerint quæftiones aut epifcoporum vel maiorum iudicia, aut maiores caufæ, ad fedem apoftolicam, (fi appellatum fuerit) referantur. Quoniam apoftoli hoc ftatuerunt iuffione Saluatoris, vt maiores et difficiliores quæftiones femper ad fedem referantur apoftolicam.* Eandem cantat cantilenam *epift.* 3. et, caufas difficiliores *iudicio* terminandas effe *apoftolico*, contendit. Pariter SIXTVS I. *epift.* 2. *Si quis veftrum* (epifcoporum) *pulfatus fuerit in aliqua aduerfitate: licenter hanc fanctam et apoftolicam appellet fedem, ad eam, quafi ad caput, fuffugium habent.* Quod in fequentibus plenius amplificat, et id, quod demum *concilio Sardicenfi fecundum quid* admiffum, *fimpliciter* obferuandum effe iubet. Idem præcipit HYGINVS I. *epift.* 1. cum ANICETO *epift.* vn. ELEVTHERIO *epift.* vn. VICTORE *epift.* 1. ZEPHERINO *epift.* 1. FABIANO *epift* 3. STEPHANO *epift.* 2. etc. Planius ait SIXTVS II. *epift.* 1. *Vt omnes epifcopi, qui in quibufdam grauioribus pulfantur et criminantur caufis, quoties neceffe fuerit, libere apoftolicam appellent fedem, atque ad eam, quafi ad matrem, confugiant, vt ab ea, (ficut femper fecit,) pie fulciantur, defendantur et liberentur: cuius difpofitioni omnes maiores ecclefiafticas caufas et epifcoporum iudicia antiqua apoftolorum eorumque fuccefforum atque canonum auctoritas referuauit* etc. Item FELIX I. *epift.* 1. *Primates, quoque accufatum difcutientes epifcopum, non ante fententiam proferant damnationis, quam* APOSTOLICA FRETI AVCTORITATE *aut reum fe ipfe profiteatur aut per innocentes et canonice examinatos regulariter teftes conuincatur.* Idem ingeminat MARCELLVS *epift.* 1. et expreffius caufam curiæ Romanæ his inftruit verbis: *Simulque iidem* (apoftoli,) *infpirante Domino, conftituerunt, vt nulla fynodus fieret præter eius fedis auctoritatem, nec vllus epifcopus, nifi in legitima fynodo, fuo tempore* APOSTOLICA AVCTORITATE *conuocata, fuper quibuslibet criminationibus pulfatus audiatur et iudicetur.* Hæc fuit fententia curiæ Romanæ tempore NICOLAI I. quæ rectius propugnari non potuit, quam ex hac MARCELLI dictatoria fententia, quæ immediate poft iam adlata fequitur: *Quia epifcoporum iudicia et fummarum caufarum negotia, fine cuncta dubia apoftolicæ fedis auctoritate funt agenda et finienda etc.* IDEM in *epift.* 2. hoc dogma repetit, cum MELCHIADE *epift.* vn. Sed defino plura ex his quisquiliis excerpere. Vt ergo NICOLAVS I. ius *certum* et *indubium* epifcopis Galliæ opponeret, qui ad canones antiquos prouocabant; neceffe erat, harum epiftolarum auctoritatem propugnare et fidem nutantem corroborare: quod in laudata apologia præftitit, et rhapfodiam hanc ISIDORI *Mercatoris*, priuata licet cura confarcinatam, omni autem fide et auctoritate deftitutam, propugnauit, fine omni ratione et fundamento.

64) Aliunde enim depromi non potuerunt, quam ex fcriniis ecclefiæ Romanæ, fi in iis exftitiffent. Quia vero nunquam in iis apparuerunt, nec vllus prædecefforum pontificum vnquam has laudauit, cum nondum natæ effent: ad minimum NICOLAVS I. eum curia Romana, more antecefforum, de *fide* earum iufte dubitare potuiffet, nifi eius interfuiffet, eam potius corroborare quam conuellere, poftquam prælati Galliæ ipfimet earum vfum in fuis fcriptis agnouerant. Idem exornat PETRVS COVSTANTIVS in *cit. præf.* §. 137.

65) Et paffim in controuerfiis cum curia Romana agnita eft. Apparuit harum epiftolarum auctoritas rurfus in actis fynodi Remenfis, anno DCCCCXCII. in caufa ARNVLPHI, archiepifcopi Remenfis, celebratæ, in qua quæftio mota: vtrum illa competens effet ad iudicium in hac caufa ferendum fine auctoritate fummi pontificis. Allegabant hi, qui a partibus eius ftabant, in ARNVLPHI deiectione exfpectandum fuiffe Romani pontificis iudicium, eamque fententiam his decretalibus incruftabant. Liquet hoc euidenter ex actis huius concilii, et in primis ex GERBERTI, qui ei fubftitutus erat, *epiftola, Seguino, Senonenfi archiepifcopo*, fcripta, apud BARONIVM *ad cit. annum n.* 43. in qua iifdem armis inermibus certat contra has epiftolas, quibus olim vfus erat HINCMARVS.

TIANI *decreto* in pleniorem vſum deducta 66). Sed hæc fortuna, quæ PSEVDO-ISIDORO præter meritum contigit, in grauiſſimum detrimentum et labefactationem diſciplinæ antiquæ eccleſiaſticæ, epiſcoporum iurium atque iudiciorum eccleſiaſticorum, ceſſit: curiæ autem Romanæ admodum profuit, ad maiora in regimine eccleſiaſtico et ciuili audendum, et diſcordiarum ſemina ſpargendum 67). Detecta poſt reformationem a Centuriatoribus huius collectionis fraude, grauiſſimi proceres eccleſiæ Romanæ admodum quidem indoluerunt, ſe tam ſero hunc fucum, oculis omnium ſubductum, cognouiſſe, bonam fidem tamen plerique pedetentim agnouerunt, ſimulque cauſam animaduerterunt, vnde tam inſignis mutatio et deformatio diſciplinam eccleſiaſticam inuaſerit. Tam euidenter enim hoc turpe facinus denudatum eſt, vt etiam paſſim monachi, cauſam curiæ Romanæ ſtrenue agentes, rem non negent, cenſeant tamen, in his epiſtolis ſpuriis nil falſi in rei veritate contineri, ſed quæuis adducta conuenire ſingulis pontificibus, quibus attributa ſunt per piam fraudem. Sed hoc credat iudæus Apella 68).

§. XI.

EX præmiſſis collectionibus vero liquet, varia ratione relatas et recitatas in iis olim fuiſſe decretales, tum in integro ſuo ſtatu et forma, in qua conceptæ fuerunt, ampliſſima 68*), tum in compendio ſeu ſynopſi 69), tum etiam per *capitula* ſeu *excerpta* 70); quatenus ex integris epiſtolis ſententiæ potiores, retentis vt plurimum verbis, depromtæ, et, reiectis reliquis verborum ambagibus, tanquam floſculi quidam, inde decerptæ ſunt. Poſterior modus REGINONI placuit, qui tam ex genuinis quam ex ſuppoſititiis decretalibus particulas certis ſub titulis redegit, iisque adiunxit canones, dicta patrum, leges ex *codice Theodoſiano* ſecundum interpretationem ANIANI, ex regum Francorum *capitularibus* et Longobardorum ſcitis 71). Atque hoc modo propagatæ ſunt ſpuriæ

66) Cum hanc ſcenam iam exornauerim in *diſſert. ad decretum Gratiani præliminari §. 15.* actum non agam: ſed id vnice tantum inde regustabo, cum auctoritate *decreti* GRATIANI admodum creuiſſe auctoritatem harum epiſtolarum, et in decretalibus, auctoritate GREGORII IX. collectis, ab ipſis pontificibus pro legitimis agnitas atque aſſumtas fuiſſe.

67) Prolixe hoc monſtrat toto *lib. VII. de concord. ſac. et imper.* PETRVS de MARCA. Succincte idem agnoſcit PETRVS COVSTANTIVS *in præf. tom. I. epiſtol. pontif. Rom. §. 157.* aitque: *Porro hac fraude quam ſit pernicioſe de eccleſia meritus* (ISIDORVS *Mercator*,) *dici vix poteſt. Hinc debilitati fractique diſciplinæ nerui, perturbata epiſcoporum iura, ſublatæ iudiciorum leges, aut miſerum ſaltim in modum afflictæ, hinc diſcordiarum, ſeditionum ac litium ſeges immenſa, quæ tot ſeculis ad eccleſiæ dedecus fideliumque offenſionem fruticauit.* Addi poteſt, rectius conſultum fuiſſe ſaluti eccleſiæ per temperatam eccleſiaſticam antiquam, quam per nouam, immenſæ vnius prælati voluntati et nutui ſubiectam, diſciplinam. Sic enim pontifex Romanus intra ſuos limites antiquos ſubſtitiſſet, auctoritas ceterorum epiſcoporum conſeruata, nec tot infinita mala ex pontificum Romanorum aſſumta *plenitudine poteſtatis*, quæ nullos limites agnoſcit, in eccleſiam et respublicas inferri potuiſſent. Hanc enim primario hæc farrago epiſtolarum peperit: cum fractis viribus epiſcoporum, et conculcata ſynodorum prouincialium auctoritate, ſolus per omnia et in omnibus fuerit præſul Romanus, nec ei amplius vllus contradicere et dicere potuerit: *Papa, quid facis?*

68) Horum audacia et aperta cauillatio detecta eſt in tr. Gallica ſcripto lingua ſub hoc titulo: *Juſtification des diſcours et de l'hiſtoire eccleſiaſtique de M. l'abbé Fleury contre les reproches et calomnies de quelques Religieux Flamans contre cet hiſtorien.* Poſtquam enim FLEVRIVS *in hiſtoria eccleſ.* eique præmiſſis *diſcurſibus* grauiter doluerat iniuriam, eccleſiæ per PSEVDO-ISIDORVM illatam, et mutationem diſciplinæ priſcæ oſtenderat monſtraueratque; male hoc habuit quosdam religioſos, quorum calumnias repreſſit atque aperuit auctor prælaudati opuſculi, eleganter et ſolide ſcripti: vt inde liqueat, cauſam PSEVDO-ISIDORI a nemine, niſi ab eo, qui ſolis *cauillationibus* vtitur, agi poſſe.

68*) Id antiquis collectionibus in more poſitum fuit, vt ex *Dionyſiana* et his, quæ in Gallia et Hiſpania compilatæ ſunt, imo ex ipſius PSEVDO-ISIDORI, ex cuius ſylloge integras epiſtolas effictas, et pontificibus, qui ante SIRICIVM vixerunt, tributas, habemus, manifeſtum eſt.

69) Hac methodo vſus eſt CRESCONIVS, epiſcopus Africanus, in *breuiario canonico*, in quo habetur, (vt rubrum indicat,) *concordia canonum conciliorum et præſulum Romanorum*, i. e. *canonum apoſtolorum*, *Nicænorum* etc. *item præſulum*, *Siricii*, *Innocentii*, *Zoſimi*, *Celeſtini*, *Leonis et Gelaſii*. Pariter huc pertinet *breuiarium canonum*, ab HENRICO CANISIO publicatum, de quo *not. 40.* ſupra actum, oſtenſumque, illud *compendium codicis Dionyſiani auctis* ſiſtere. Denique huc ſpectat etiam *breuiarium* illud, de quo *§. VIII.* locutus ſum.

70) Hoc videtur factum in INGELRAMNI *capitulis*, HADRIANO oblatis, et, quæ tum inde decerpta ſunt, in capitularibus. Quæ ex genuinis decretalibus depromta ſunt, magis per *compendia* referuntur, vt docent *c. 27. 50. 51. 52. ſqq.* etc. *lib. I.*

71) Diu latuit REGINO, abbas Prumienſis, donec eum ex codice MSCto bibliothecæ Helmſtadienſis edidit anno MDCLIX. IOACHIMVS HILDEBRANDVS ſub tit. *de diſciplina eccleſiaſtica veterum præſertim Germanorum*. Hunc editum librum STEPHANVS BALVZIVS poſtea contulit cum codice MSCto, Pariſiis reperto, et inde innumeris locis emendatum atque reſtitutum, anno MDCLXXI. denuo publicauit

fpuriæ ISIDORI epiftolæ, vt legitimæ, rurfusque a BVRCHARDO in maiori copia collectæ 72), atque fub eadem qualitate laudatæ. Denique hic magnam partem fuæ collectionis ex REGINONE hauftam fuam fecit, non fecutus fontes, fed alienos riuulos lambens, vt non potuerit non genuina et fuppofititia quoque mifcere. Naufeæ tamen fuerunt eidem *capitularia regum Francorum*, quæ quidem fuæ collectioni, fed fub falfis nominibus, inferuit 73). IVONIS collectio a præcedentium tramite non receffit, fed pariter ex REGINONIS labore plura haufit et particulas decretalium retulit tum fpurias tum genuinas cum aliis 74), qui vfque ad GRATIANI tempora collectiones ediderunt, de quibus dictum eft in *differtatione, decreto Gratiani* præmiffa. Per hæc fyftemata, fub certis titulis redacta, *decretalium* vigor admodum corroboratus, auctoritas ad pofteros propogata et fortuna fpuriarum epiftolarum ex collectione Pfeudo-Ifidori promota. Hæc vero feculo XII. opera GRATIANI longe maiora cepit incrementa 75), cuius fyftema, noua methodo efformatum, eandem cum *Dionyfiana collectione*, imo adhuc longe maiorem, nacta eft fortunam, vt mox 76) eodem feculo ad illud, tanquam *opus authenticum*, in decidendo *vniuerfaliter* recurreretur,

blicauit fub titulo: REGINONIS *abbatis Prumienfis* libri duo *de ecclefiafticis difciplinis et religione chriftiana*. Hic ipfe non integras epiftolas pontificum, vt factum erat ab antiquis collectoribus, fed capita potiora ex illis retulit, fimulque exemplum dedit BVRCHARDO, IVONI, et GRATIANO, vt eandem calcarent viam. Quæ ad eius libri hiftoriam et elaborationem pertinent, prolixius tradita funt a STEPHANO BALVZIO. Duo tantum obferuo obiter, quorum primum eft, correctores Romanos multum lucis adferre potuiffe emendationi GRATIANI, fi eo tempore iam notus fuiffet, vel in eorum manus codex MSCtus incidiffet, vt paffim ad *canones decreti* obferuaui: quia, ficut BVRCHARDVS et IVO plurima ex hoc opufculo REGINONIS fua fecerunt, ita horum exemplo GRATIANVS quoque inde multa fiue *immediate* fiue *mediate* defumfit, et decreto fuo, fæpe tamen deprauate, inferuit. Alterum eft, in oriente quidem leges imperatorum, de *ecclefiaftica difciplina* agentes, non neglectas fuiffe in quibufdam collectionibus, vt docent *nomocanones* IOANNIS *Antiochens* et PHOTII, editi a IVSTELLO et VOELLIO *tom. II, biblioth. iur. can. veter.* quod orientales epifcopi comiter conferuarent maieftatem imperialem in legibus ecclefiafticis ferendis; occidentales vero has plane præteriiffe, quod parum poteftatis tribueret curia Romana imperatoribus regibusque in negotiis ecclefiafticis: vtut eam prorfus conculcare et fupprimere non potuerit. Primus fuit REGINO, qui leges ciuiles ex *codice Theodofiano* vel potius ex *breuiario* ANIANI, cum *capitularibus* et *legibus Longobardicis* compilationi fuæ inferuit, quem poftea BVRCHARDVS, IVO et GRATIANVS *fecuti funt*. Ob oculos fibi pofuiffe videtur REGINO BENEDICTI *Leuitæ collectionem capitularium*, anno DCCCXLV. conflatam, in qua confufe et indigefta opera collegit, quicquid ad illuftrationem capitularium et augmentum faciens reperire potuit, adeo, vt etiam ex codice Theodofiano, Pauli fententiis, Iuliani anteceffori nouellis, codice legum Wifigothorum, lege falica, lege Ripuariorum et ex lege Bouuariorum quædam traxerit. Plurima ex *genuinis* decretalibus in fuos vfus tranftulit, plura etiam ex *fuppofititiis*, parcius tamen. Vnde STEPHANVS BALVZIVS colligit, eum non adeo illas magni fecifle, quod feculo IX., circa cuius finem REGINO vixit, illis grauis controuerfiæ flatus a Galliæ prælatis mota fuerit fub NICOLAO I. quæ eidem incognita effe non potuit.

72) Ceu oftendit GERHARD von MASTRICHT *in biftor. iur. eccl. et pontif. §. 254.* enumerando capita, ex hac collectione fpuris defumta.

73) Nefcio quo fato contigerit, vt BVRCHARDVS capitularia regum Francorum quidem in fua collectione non neglexerit, infcriptiones tamen mutauerit, et ipfa loca ex capitularibus laudare nefas duxerit: quamuis REGINO, IVO et GRATIANVS hanc epigraphen non naufeauerint. Interim ipfe GRATIANVS a BVRCHARDO, cuius fyllogen compilauit, fæpe in errorem deductus, vt excerpta nonnulla ex capitularibus, vel conciliis vel patribus adfcriberet fide vel potius perfidia BVRCHARDI. Hanc audaciam merito eidem exprobrat STEPHANVS BALVZIVS *in præfat. ad tom. I. capitular. regum Franc. §. 20.* aitque: *Burchardus, cum Reginonem compilaret, maluit audax effe et mendax, et quæ hinc accepit capitula, tribuere conciliis quibusdam et patribus antiquis, quam regibus noftris, quod Francorum appellatio, qua Reginonis atque Witikindi etiamnum æuo gloriabantur reges Germanorum, vfurpari defiiffet ætate Burchardi, adeoque exuta a faxonibus effet omnis capitularium iftorum veneratio.* Quantum coniectura affequi poffum, BVRCHARDVS REGINONIS folertiam in legibus ciuilibus cum canonibus copulandis tacite improbaffe, adeoque ab hac coniunctione ftudio abftinere voluiffe videtur. Id colligo ex præfatione eiusdem, in cuius fine ait: *ex quibus autem fcriptis felegerim, ordo fequens indicat.* His fubiiciuntur fequentes fontes:

Ex canonibus, qui corpus canonum vocantur.
Ex apoftolorum canone.
Ex transmarinis conciliis.
Ex conciliis, in {Germania, Gallia, Hifpania} celebratis.
Ex Romanorum pontificum decretis.
Ex euangelicis apoftolicisque fcripturis.
Ex veteri teftamento.
Ex libris fancti Gregorii.
Ex Hieronymo, Auguftino, Ambrofio, Benedicto, Bafilio M. Ifidoro.
Ex pænitentiali Romano.
Ex pænitentiali Theodori.
Ex pænitentiali Bedæ.

Omifit leges *ciuiles* et *capitularia*, quibus inter ecclefiaftica fcita locum dare, nefas forfan duxit. Quia tamen quædam loca apud REGINONEM, ex capitularibus depromta, fcitu digna deprehendit: maluit epigraphen eorum immutare, et conciliis atque patribus illa tribuere, quam prodere atque fateri, fe inter fcripta, quæ compilauit, etiam *capitularia* et *leges feculares* retuliffe. Semel tantum expreffo nomine laudat capitula CAROLI M. *lib. 1. c. 218. fqq. ab epifcopis collaudata apud Aquisgranum*, ceu *in marg.* addit BVRCHARDVS. Quæ ideo adiecit ex iudicio BALVZII, quod, nifi ab epifcopis in concilio Aquisgranenfi collaudata fuiffent, iis haud vfurus effet, quia accedente approbatione magis pro *epifcoporum placitis* haberi deberent.

74) ANSELMVM intelligo et BONIZONEM, de quorum collectione in *differt. decreto Gratiani* præmiffa *§. XI. lit. a. in not.* actum eft.

75) Præcedentes enim compilationes habuerunt tantum quandam *particularem* in certis prouinciis auctoritatem; at GRATIANI *decretum vniuerfalem*, ipfo EVGENIO III. fuffragante, vt euici in *cit. diff. §. XII. lit. g. in not. et §. XIV. in not. lit. x. et y.*

76) DIONYSII enim collectio ab initio et per diuturnum tempus tantum Romæ et in Italia *authenticam auctoritatem* habuit, donec tandem CAROLVS M. tempore HADRIANI eam extra Italiam propagauerit, effeceritque, vt *ius canonicum vniuerfale* effet. Sed *decretum* GRATIANI, poftquam Bononiæ auctoritate EVGENII III. in fcholis illuftratum eft, mox *authenticam auctoritatem* in vniuerfum per omnes prouincias, quas occuparunt decretales, accepit, vt *cit. diff. §. XIV.* tradidi.

retur, et ſic quoque *Mercatoris* merces adulterinæ, quibus abundat, grauius pondus acciperent, poſtquam ipſi pontifices ſuas nouas decretales ad eius principia inſolita et noua componere cœperunt 77).

§. XII.

HIC pruritus, quo ſtudioſi, quos *ſcholares* vocabant, in addiſcendo Bononiæ *decreto* et *iure ciuili* ferebantur, ingentes peperit in foro lites; hæ vero infinitas appellationes 78) ad curiam Romanam in quæſtionibus iuris 79) et relationes

77) Hoc iam a tempore NICOLAI I. factum quidem fuit, vt *§. X. not. 67.* ſupra docui: ſed longe magis PSEVDO-ISIDORI noua principia confirmata ſunt per *decretum* GRATIANI, quod his ſuppoſititiis epiſtolis ſcatet, vt in ſingulis capitibus obſeruaui. Ab hoc tempore vero ius omne eccleſiaſticum ſecundum *decretum Gratiani* Bononiæ et Pariſiis quoque traditum, inculcatum et facile ad vſum fori in deciſionibus translatum, vt pontifices etiam in ſuis decretalibus, quæ re vera ſunt deciſiones cauſſarum controuerſarum, ad illud paſſim prouocauerint et ſic etiam ſpuria pro genuinis aſſumſerint, vt *cit. diſſert. §. XVIII.* obſeruaui.

78) Oſtendi in *not. 55. ad c. 44. X. de appellat.* ad curiam Romanam frequentes fuiſſe appellationes in *quæſtionibus iuris*, quarum probationes non eſſe neceſſarias, et ſic facili negotio decidi eas poſſe, pontifex ait. Interim conſtat ex veterum ICtorum et interpretum ſcriptis, grauiſſimas lites de his motas fuiſſe, cum quod inter *antiquam* et *nouam* eccleſiæ diſciplinam, a PSEVDO-ISIDORO foris eccleſiaſticis obtruſam, ingens colliſio deprehenſa fuerit, cuius diuerſa principia GRATIANVS ſuo inſeruit decreto et diſtinguendo in harmoniam deducere voluit, ſed vt plurimum parum feliciter, vt magis rem intricaret, quam extricaret: cum quod interpretes iuris ciuilis parum idonei eorum tempore et ſubſidiis neceſſariis deſtituti fuerint ad nodos iuris ciuilis diſſoluendos, eiuſque ænigmata reſoluenda. Vnde infinita in hoc iure certamina orta ſunt, quæ in Italia, maxime vero in patrimonio Petri, immo etiam extra Italiam infinitas produxerunt appellationes ad curiam Romanam. Sicuti vero quæſtionum iuris vtriuſque, hac occaſione, ad eam ſpectabant deciſiones; ita ex his, vti olim ex *decretis imperatorum*, interpretes poſtea *ius certum* traxerunt, quod tales deciſiones, maxime poſt collectionem, *publica auctoritate* factam, vim *interpretationis authenticæ* haberent, ex intentione ipſorum pontificum. Notanter dixi *poſt collectionem, publica auctoritate factam.* Ante eam *decretalium*, quæ paſſim circumferebantur, vel in priuatis collectionibus continebantur, *incerta* erat auctoritas: quod de *fide* earum non conſtaret, et *compilationes priuatæ* hac pariter deſtituerentur. Inde vero nouæ turbæ et concertationes, an et quatenus ſecundum illas pronunciandum eſſet? Id egregie illuſtrat *c. 8. X. de fide inſtrum.* in quo Helienſis in Anglia epiſcopus INNOCENTIVM III. conſuluit: *quibus indiciis fides eſſet adhibenda decretalibus, de quarum auctoritate iudex poſſet non immerito dubitare? cum plures inuenirentur in* COMPILATIONE SCHOLARIVM *et allegentur in cauſſis, de quibus per bullam non conſtaret, nec ipſæ per metropolitanos inſinuatæ fuiſſent.* Agnoſcit pontifex pondus quæſtionis, ſibi propoſitæ, atque, *ſæpe contingere, quod etiam coram ſe decretales huiusmodi proponerentur, quas eſſe authenticas merito dubitaret.* Aderant eo tempore iam decretalium compilationes, ſed *incertæ fidei* et *auctoritatis*: quia priuatim in vſum ſcholæ collectæ, a ſcholaribus forenſem in vſum trahebantur atque in iudiciis eccleſiaſticis laudabantur, aduerſario iis, ob defectum *fidei*, reclamante. Nam priuata eiuſmodi collectio nullam iis auctoritatem præſtare poterat. In forma probante et per bullam confirmatæ producendæ erant, vel ad minimum per *metropolitanos* in ſynodis prouincialibus publicatæ, more priſco, quem ſupra expoſui *in §. V. not. 35.* atque inde modum communicandi reſcripta papalia aliis antiquum declaraui, ad quem prouocat epiſcopus Helienſis in *cit. c. 8.* Ipſe pontifex INNOCENTIVS III. antiquas fallacias in effingendis his rebus et fraudes, circa litteras curiæ Romanæ poſſe committi ſolitas, cognitas habebat. Falſæ enim litteræ ſeculo XII., quod decretalium abundantia laborabat nimia, ſæpe in foro producebantur, et ad illas ſententiæ ferebantur, vel ſine examine collectionibus priuatis inſerebantur. Laudat proinde LVCIVS III. anno MDLXXXI. ſolleſtiam et prudentiam Vigornienſis epiſcopi in *c. 2. X. de crim. falſ.* quod ſententiam, auctoritate falſarum litterarum latam, noluerit executioni mandare atque ei commendat, vt, *quoties aliqua ſcripta ſub eius nomine impetrata redarguenda viderit falſitatis, nullam eis adhibeat fidem.* Ipſe INNOCENTIVS III. anno MCXCI. in *c. 4. X. eod.* refert, eo tempore deprehenſos *in vrbe* fuiſſe, apud quos bullæ tum ipſius, tum COELESTINI nomine, quas falſas confinxerant, et quam plures litteræ aliæ, bullis ſignatæ, inuentæ fuerint: vt itaque fallaciæ horum impoſtorum cognoſci poſſent. Modos et varias artes eorum in *c. 5. X. eod.* recenſet atque oſtendit, quomodo ſecundum eas diligens indagator falſitatem eruere poſſet. Quis ergo dubitauerit, quin compilationes eiusmodi priuatæ falſis ſpuriisque decretalibus ſæpe infectæ fuerint, quæ ne quidem in origine, ſed ex ſola *ſcholarium compilatione* producebantur? Quocirca INNOCENTIVS III. in *cit. c. 8. X. de fid. inſtrum.* Helienſem epiſcopum admonet, vt, ſi aliqua decretalis, de qua iudex merito dubitaret, allegata fuerit, eam ſedulo examinaret, vtrum *iuri communi* eſſet conſona, nec ne? Et priori cauſa ſecundum illam iudicare non dubitaret: poſteriori vero ſuper ea *ſuperiorem*, h. e. curiam Romanam conſuleret. Lubricum fuiſſe hoc diſcernendi veras a ſuppoſititiis decretalibus principium, atque per *ius commune* GRATIANI *decretum* ſine dubio intellectum, obſeruaui *nota 76. ad cit. c. 8.*, in quo tamen noua diſciplina eccleſiaſtica efformata erat ad præſcriptum ſpuriarum litterarum PSEVDO-ISIDORI, quæ eo tempore *ius commune* conſtituebat: de cuius deprauatione admodum conqueritur STEPHANVS, Tornacenſis epiſcopus, in *epiſt. CCLI.* infra *not. 82.* referenda. Ipſe enim pontifex Pariſiis et Bononiæ inſtitutus et innutritus erat in doctrina decreti, extra quod aliud *ius commune* agnoſcere eo tempore non poterat, quod etiam eius decretales, vnice ad principia decreti, etiam ab eo diſertis verbis laudata, compoſitæ, produnt, vt notaui ad *c. 13. X. de iudic. not. 84.*

79) Non tantum *eccleſiaſtici*, ſed etiam *ciuilis*, cui etiam operam dabant clerici: quod abſque eius ſubſidio non poſſent *decretum* GRATIANI et ſiluam immenſam *decretalium*, quæ circumferebantur, intelligere. Iam enim tempore EVGENII III. vſus iuris ciuilis frequentiſſimus Romam occupauerat. In ipſa curia et iudiciis Romanis *leges* IVSTINIANI dominabantur, vt *diſſ. ad decretum Grat. §. X. lit. p. in not.* obſeruaui. *Decretiſtæ* et *legiſtæ* poſt hæc tempora in magna auctoritate conſtituti erant, et vtrumque ius in curia Romana deciſionibus cauſſarum occurrentium inſeruiebat, vt nec clerici doctrina *iuris ciuilis* carere poſſent. Vtroque admodum innutritus erat INNOCENTIVS III. ceu decretales eius euincunt, vt non inique MATTHAEVS Pariſienſis in *hiſtor. Anglic.* ad ann. MCC. *p. 197* eum *in ſcientia magnum, audacem ſimul iurisperitum* vocauerit, quod omnis in hoc fuerit, vt, data occaſione, lites gloſſatorum, de quæſtionibus *iuris ciuilis* motas, decideret, ſententiis MARTINI fere vnice deditus. Quocirca vſus vtriuſque iuris facile extra Italiam iam ſeculo XIII. migrauerat, et regna alia quæcunque peragrauerat. In Anglia iam documenta muniebantur clauſulis, vſum iuris Romani præ ſeferentibus, quibus renunciatum fuit *omni iuris canonici et ciuilis auxilio*, *epiſtolæ* D. HADRIANI, *beneficio reſtitutionis in integrum* etc. *atque, hæc*, quibus vt inextricabilibus vinculis obſtringebantur debitores, *non ſine curiæ Romanæ conniuentia fieri*, ex communi ſententia retulit MATTHAEVS Pariſ. *ad annum MCCXXXV. p. 353.* In Germaniam pariter iam ſeculo XIII. penetrauerat ius ciuile, vt ad *tit. de conſtitut. tom. I. iuris eccl. proteſt. §. XXXIV. et XLVIII.* obſeruaui. Sub manibus iam, vbi hæc ſcribo, eſt controuerſis illuſtris, in qua deprehendi *litteras reuerſales* ENGELBERTI, *comitis Saynenſis ſuper diuiſione, cum fratre facta, de anno MCCXCIV.* in quibus hæc occurrit formula: *Renunciamus inſuper exceptioni doli mali metus cauſa et in factum, beneficio reſtitutionis in integrum, et omni ſuffragio iuris, legum, canonum, conſuetudinum et ſtatutorum auxilio.* Ita vero factum, vt in *quæſtionibus iuris ciuilis* ſæpe etiam appellationes et relationes ad curiam Romanam ſuſceptæ, et ex hac deciſiones harum quæſtionum *iuris ciuilis* in-

nes 80) produxerunt: ex quarum decisionibus decretalium nouarum 81) exuberantissima messis facta, vt in immensam copiam, maxime tempore ALEXANDRI III. 82) excreuerint, non tantum in

in magna copia prodierint, vt compilationes nouæ et antiquæ decretalium aperte monstrant: quæ tamen vt plurimum ius nouum et a mente iuris Romani alienum produxerunt. Eo enim tempore tanta erat glossatorum, atque inter hos MARTINI, ad enucleandum ius ciuile tamen ineptorum, auctoritas, vt plerumque pontifices horum errores pro iure ciuili assumserint atque inde decisiones formauerint, vt obseruaui ad c. 5. X. vt lite non contest. not. 70. et 74. et ad c. 5. X. de cons. poss. et propriet. not. 99. vbi MARTINI doctrinam appellat legalem prouisionem. In c. 4. X. de confirm. vtil. vel inutili. inter alia INNOCENTIVS III. ait: Nos igitur, diligentius attendentes, quod IVRE sit CIVILI prouida deliberatione statutum etc. sed sententiam, ibidem relatam, glossatoris IOANNES esse, non iuris ciuilis, tum ad c. cit. 5. not. 70. tum ad cit. c. 4. not. 51. obseruaui. Pariter ex MARTINI glossatoris sententia, cum iure ciuili pugnante, formata est decisio in c. 16. et 18. X. de testam. vt not. 98. ad cit. c. 16. notaui. Alia specimina occurrunt in c. 9. X. de in integr. restit. vt not. 90. ibid. monstrat, et in c. 44. X de offic. et potest. iud. deleg.

80) Supra iam not. 9. obseruaui atque docui, iam circa seculi IV. finem id egisse episcopos Romanos, vt necessitatem, in quæstionibus iuris ecclesiastici dubiis ad sedem Romanam relationes faciendi, eamque super his consulendi, omnibus episcopis in occidente imponerent, atque horum decisiones authenticas sibi assererent. Inde decretales, in ecclesiasticis ad relationes episcoporum factæ, magnum in decidendis litibus obuenientibus pondus obtinuerunt, in rariori tamen copia per plurima secula in quibuscunque collectionibus apparentes. Sed seculo XII. GRATIANVS in scenam produxit vberiorem earum numerum. Imo hoc seculum iis adeo refertum fuit, vt quasi quodam diluuio omnia regna deinceps inundauerint: præsertim cum etiam hoc tempore in quæstionibus iuris ciuilis relationes ad curiam Romanam fierent, vt tot decretalium introitus pendunt. Vel vnico monumento id illustrare sat erit, ex c. 5. X. de cons. possess. et propriet. cuius verba proœmialia, ab INNOCENTIO III. prolata, hæc sunt: pastoralis officii debitum sollicita mente prosequeris: cum institiæ zelo succensus SVPER IVRIS ARTICVLIS per apostolicæ sedis oraculum, a qua pendet tuæ iurisdictionis auctoritas, responsa humiliter appetis et deuotus exspectas, ne forte noua opinionum varietas aut iuris exceptio, varia nouitate distincta, non iuris effectum pariat, sed iustitiæ defectum potius inducat. Opinionum varietas, ad quam prouocat pontifex, insignis erat, quæ quotidie inter interpretes iuris noua incrementa capiebat, iurisque incerti abundantiam producebat, ad quod tollendum, pontifex relationes ad se in his fluctibus faciendas esse sæpissime inculcabat: quamuis ex eius decisionibus vt plurimum nouæ lites effluxerint, et iuris incertitudinem magis auxerint, quam minuerint. Præterea in ipsis decisionibus ad ius ciuile disertis prouocatur verbis quandoque, et speciatim textus eius laudatur vt in c. 2. X. de mut. petit. vbi ita rationes pontifex subducit: nec ciuilis iurisperitus ab hac sententia discrepat, quia præter authenticum, quod incipit: Et consequenter, (intelligit auth. Et consequenter. C. de sentent. et interloc.) in qua id de facienda reconuentione expresse habetur, etiam alibi statuitur, quod eodem iure quis vtatur, quod iusserit statuendum in alium. In c. 12. X. de arbitr. prouocat GREGORIVS IX. ad legalem prouisionem, indeque decisionem format, quæ tamen error interpretum illius æui patens est, non legalis prouisionis sententia, vt not. 76. ad cit. c. 12. docui: vt palam sit, magis glossæ sententias, quæ in Romaniæ tribunalibus, dominatum plus quam herilem exercebat, quam legalem prouisionem relatam fuisse. Id quoque ingenue fatentur IANVS A COSTA, FLORENS, CIRONIVS aliique.

81) Solo adiectiuo vtor, omisso substantiuo. Etenim iam dudum in morem abierat tum in scholis, tum in foro hæc loquendi forma, quod innuit INNOCENTIVS III. in c. 11. X. de sentent. excomm. vbi mentionem facit alicuius epistolæ ALEXANDRI III. additque: quam scholastici dicunt decretalem. Inusitata hæc non fuit appellatio, ante plura secula iam cognita, sed adiecto vt plurimum substantiuo, veluti decretalis epistola, decretalia constituta etc. vt in not. 11. monstraui. Verum iam olim substantiue etiam posita reperitur decretalium appellatio apud NICOLAVM I. in c. 1. dist. XIX., sicuti LEO IV. in c. 1. dist. XX. prouocat ad regulas decretalium, epistolarum scilicet. Idem obseruaui ad c. 15. dist. LXIII. not. 89. circa vocem nostra, qua olim denotarunt epistolam principes, seu rescriptum.

82) Adnotaui ad c. 3. X. de appell. not. 35. ALEXANDRI III. tempore appellationum ad curiam Romanam vsum fœcundissimum et frequentissimum fuisse, vt etiam de forma ipsa appellationum ea occasione plures eiusdem decretales emanauerint, in tit. de appell. ad numerum XXXV. relatæ. Inde aliquot collectiones post eius obitum (quia in his adhuc decretales LVCII III. et VRBANI III. rarius quamuis, etiam memorantur) iam innotuerunt, fere vnice ex ALEXANDRI III. epistolis desumtæ. Quanquam vero priuata cura hæ compilationes compositæ, sine fide authentica; passim tamen in foris ad illas prouocatum fuit, vt vel c. 8. X. de fid. instrum. monstrat, et not. 78. supra iam dictum est. Penetrarunt sine dubio circa seculi XIII. initium in Germaniam, quod ex chronico montis sereni ad ann. MCCVI. in dissert. ad decretum Gratiani §. XIV. lit. e. in not. probaui, in quo referuntur hæc notabilia verba: Ad hoc primum tempus fratres sereni montis APPELLATIONIS et VERBORVM DECRETALIVM eis hactenus ignotorum vsum habere ceperunt, quod tales compilationes scholastice dixerint decretales simpliciter, quod de aliis intelligi vix potest, quam de his, qui decretales ALEXANDRI III. consarcinarunt. Insigne veritatis testimonium circa finem seculi XII. de mole vel silua harum decretalium, sub qua admodum tum disciplina ecclesiastica, tum fori strepitus laborauit, occurrit in epist. CCLI. STEPHANI, Tornacensis episcopi, anno MCXCII. ad episcopatum euecti, quam integram ex edit. Paris. de anno MDCLXXXII. p. 366. seqq. adferre libet, ex qua simul liquet, sinceriores iacturam antiquæ disciplinæ doluisse, et ægre tulisse, per inextricabilem siluam decretalium Alexandri III. vt STEPHANVS loquitur, vel earum, quæ ei attribuebantur in priuatis compilationibus, cuncta in peius ruere et artium liberalium studia quoque ruinam minari. En ipsam epistolam, quæ COELESTINO III. scripta videtur.

SVMMO PONTIFICI.

Reprehendit nimiam multitudinem Decretalium, et professores, qui eis abutebantur.

„ Impetrata venia loquamur ad Dominum nostrum, cuius mansuetudo nostram suscitat audaciam, prudentia sustinet imperitiam, patientia promittit impunitatem. Compellit hinc maiorum auctoritas, inde morbus paulatim serpens, cuius molestiæ si non occurritur in primis, incurabilis est in extremis. Nec hoc dicimus, Pater, tanquam velimus esse aut morum censores, aut dictorum iudices, aut doctrinarum discussores; fortiores humeros sarcina illa requirit, et robustos athletarum spiritualium lacertos pugna hæc exspectat. Id tamen, quod doleo, significare volumus sanctæ paternitati vestræ, cui Deus contulit et potestatem corripiendi errores, et scientiam corrigendi. Lapsa sunt apud nos in confusione officinarum sacrarum, studia litterarum, dum et discipuli solis nouitatibus applaudunt, et magistri gloriæ potius inuigilant quam doctrinæ, nouas recentesque summulas et commentaria firmantia super theologica passim conscribunt, quibus auditores suos demulceant, detineant, decipiant, quasi nondum suffecerint sanctorum opuscula patrum, quos eodem spiritu S. scripturam legimus exposuisse, quo eam composuisse credimus apostolos et prophetas. Ignota et peregrina conuiuiis apponunt fercula, cum in nuptiis filii regis, tauri et altilia (seu altilia) eius sint occisa parataque omnia, nec restat venientibus ad nuptias, nisi quæ apposita sunt, prendere et prandere. Disputatur publice contra sacras constitutiones de incomprehensibili Deitate, de incarnatione verbi verbosa caro et sanguis irreuerenter litigat. Indiuidua Trinitas in triuiis secatur et discerpitur, vt tot iam sint errores, quot doctores; tot scandala, quot auditoria: tot blasphemiæ, quot plateæ. Rursus si ventum fuerit ad iudicia, quæ iure canonico sunt tractanda, vel a vobis commissa, vel ab ordinariis iudicibus cognoscenda, profertur a venditoribus inextricabilis silua Decretalium epistolarum, quasi sub nomine sanctæ recordationis ALEXANDRI papæ: et antiquiores sacri canones abiiciuntur, respuuntur, exspuuntur. Hoc inuolucro prolato in medium ea, quæ in conciliis SS. PP. salubriter instituta sunt, nec formam conciliis, nec finem negotiis imponunt, præualentibus epistolis, quas forsitan aduocant, et conductitii, sub nomine Romanorum pontificum iam prophetæ in cubiculis suis confingunt et conscribunt. Nouum volumen ex eis compactum et in scholis solenniter legitur, et in foro venaliter exponitur, applaudente cœtu notariorum, qui in conscribendis opusculis suspectis, et laborem suum gaudent imminui, et mercedem augeri. Vt duo prædicta sunt, et ecce restat tertium, quod facultates, quas liberales appellant, amissa libertate pristina in tantam seruitutem deiiciuntur, vt comatuli adolescentes earum magisteria impudenter vsurpent, et in cathedra seniorum sedeant imberbes; et qui nondum norunt esse discipuli, laborant vt nominentur magistri. Omissis regulis

in caufis ecclefiafticis, fed etiam *fecularibus*, in quibus primario *ex patrimonio* Petri Romam delatæ funt tum relationes tum appellationes, et in rota Romana decifæ 83). Ex his *decifionibus rotalibus*, quarum in foro magnum pondus fuit, *decretales* compofitæ. Et, quia iis abundare cœpit forum; nouæ collectiones prodierunt, quas *decretales* 84), more antiquo dixerunt; quod, in formam litterarum feu refcriptorum redactæ, decifiones vt plurimum ad iudices delegatos in partibus transmiffæ, vel ad præcedentes relationes compofitæ fuerint: vnde tandem *altera pars iuris canonici* natales fuos accepit.

§. XIII.

EX hac filua decretalium, quæ feculo XII. maxime fub ALEXANDRO III. enata eft, mox meffis cura quorundam priuata facta, atque paffim collectiones inftitutæ, vt opus GRATIANI inde fupplementum acciperet, ipfæ vero decretales in vfum forenfem eo promtius et facilius deduci poffent. Plures eandem operam, licet forfan non eodem tempore, fufceperunt. Primam 85) ex codice

„ gulis artium, abiectisque libris authenticis artificio mufcas ignauium „ verborum, et fophifmatibus fuis, tanquam aranearum tendiculis includunt. Clamat philofophia, veftes fuas fcindi et difrumpi, nec confulitur ab antiquo, nec antiquum confolatur. Hæc omnia, Pater, „ correctionis apoftolicæ manum defiderant, vt vniformitas docendi, „ difcendi, difputandi, auctoritate veftra certam redigatur ad formam, „ ne fermo diuinus attritione vulgari vilefcat, ne in angulis dicatur: „ Ecce hic Chriftus, aut ecce illic, ne fanctum canibus et margaritæ „ porcis conculcandæ tradantur.

Egregie hæc epiftola ftatum corruptum et variis moleftiis infectum illius temporis repræfentat, monftratque, plures fufpectas decretales imo falfas his compilationibus priuatis infertas fuiffe, vt iudices iuftam dubitandi rationem de earum integritate habuerint, imo ipfemet INNOCENTIVS III. fuo tempore falfus fuerit in *c. 8. X. de fide inftrum.* coram fe fæpe proferri et laudari ex *compilationibus priuatis* decretales in iudiciis, de quarum fide iufte dubitari poffet. Nihilominus tamen primarium ALEXANDRI III. encomium eruditionis in eo collocat ROBERTVS DE MONTE *in append. ad Chron. Sigeberti Gemblac.* apud PISTORIVM *tom. I. p. 930. ad ann. MCLXXXI.* quod *in diuina pagina praeceptor maximus et in decretis et canonibus et Romanis legibus praecipuus. Nam*, pergit, *multas quaeftiones difficillimas et graues in decretis et legibus abfoluit et enucleauit.* STEPHANVS Tornacenfis fane in alia omnia iuit, et his *decretalibus Alexandrinis*, quæ quodam quafi diluuio inundarunt ecclefias, magis deprauatam quam bene ordinatam fuiffe ecclefiæ difciplinam recte cenfuit.

83) *Rota Romana*, tribunal illud illuftre, Romæ eft, quod decifionibus caufarum, huc delatarum, auctoritate pontificia vacat. Etenim caufæ maiores, publicæ maxime, confeffui cardinalium in *confiftorio* referuatæ funt; reliquas vero, maxime *iuftitiæ*, pontifex explicare folet *in capella feu camera ope et confilio fuorum capellanorum, quales proprie Rotæ auditores vocantur*, vt ait CARDINALIS de LVCA *tom. VII. in relat. cur. Rom. Forenf. difc. 32. n. 4.* Vocantur etiam ab antiquo *auditores S. palatii apoftolici*: cuius rationem ex eo petit de LVCA *cit. l. quod, priusquam congregarentur in confpectu papæ, ipfumque de caufarum ftatu ac meritis informarent atque votum feu confilium præberent, partes in eodem palatio apoftolico audiebant.* Qua de caufa pontifex fupplicationes, quæ ipfi porrigebantur, fingulis capellanis feu auditoribus ab antiquo diftribuere confueuit, vt quilibet cognitum haberet, quas caufas relaturus effet. Diuerfarum nationum auditores huic tribunali affident, inter quos vnus Germanus ad præfentationem imperatoris etiam occupat locum. Memorantur plures ICti eximii et toto orbe cogniti, qui in hac palæftra ftrenue certarunt, vt Guilielmus Durandus, Oldradus de Ponte, Ludouicus Montanus feu Romanus, Zabarella, Turrecremata, Nicolaus de Tudefchis feu abbas Panormitanus, Felinus, Decius, Antonius Auguftinus, præcipue inter ceteros nominandus; porro Gomefius, Mantica, atque ipfe RAYMVNDVS, compilator decretalium decantatus, aliique, quos refert DE LVCA *cit. l. n. 112.* Ipfa *Rotæ* appellatio non propria eft huic illuftri iudicio, fed per Italiam aliorum locorum *maiora tribunalia* appellatione hac veniunt, quæ probabiliter a Francis et Longobardis Italiæ illata eft, et fic *Germanis* debetur. Hos enim *curias iuftitiæ*, aliosque confeffus publicos, in quibus *confilia* agitantur, appellatione RAHT defignare, in aprico eft, quæ pro diuerfa dialecto etiam voce *Roht* exprimitur, et affeffores iudiciorum publicorum *Rohts* vel *Rahtsherren*, vel fimpliciter *Rathe* vocantur. Plures in his, caufa cognita, formantur decifiones. Quia enim non tantum de caufa *principali*, fed etiam de pluribus *incidentibus* inter litigantes contenditur: auditoribus incumbit, de fingulis capitibus, quæ per maiora conclufa, peculiares efformare decifiones, eafque rationibus dubitandi et decidendi more confueto exornare, quæ graue pondus, poftquam colligi cœperunt, in foro habuerunt. Primum earum collectorem fuiffe MATTHAEVM DE AFFLICTIS, teftatur cardinalis de LVCA *cit. l. n. 15.* quem alii poftea fecuti funt. Præcipue vero hi, qui in fingulari quodam argumento enucleando verfati funt publicis fcriptis, fe fuo non fatisfeciffe officio arbitrati funt, nifi etiam filuam decifionum harum, argumentum ipfum illuftrantium, colligerent, et per modum appendicis ipfi operi fubiungerent, quorum in numero referendi MERLINVS, FARINACIVS, NOVARIVS, PAVLVS ZACHIAS, DOMINICVS GALESIVS, PAVLVS GALLERATVS, ASCANIVS TAMBVRINVS, FRANCISCVS de PASGNA, LVDOVICVS POSTIVS, BARBOSA aliique.

84) Idem *nota antecedente* harum decifionum et duplicis tribunalis fupremi, *confiftorii* et *Rotæ*, mentionem inieci, vt fundum oftenderem, vnde *decretales* enatæ, et per modum refcriptorum ad iudices delegatos vel confulentes transmiffæ fuerint, ex quibus altera pars iuris canonici quoad *maximam partem* conflata eft. Negotium hoc cancellariæ Romanæ eft, quæ decifiones, in rota confectas et pleniffime difcuffas atque approbatas, in formam *refcriptorum* conicit. Idem obferuat LOTTERIVS *de re beneficiaria lib. II. qu. 9. n. 35.* et *epiftolæ decretales aliud non funt, quam fententiæ papales, latæ fecundum confilia rotalia.* IDEM *cit. tr. lib. 1. in apparat. n. 87. fq.* plenius hac de re mentem fuam ita aperit: *Cum Romanus pontifex in grauioribus et difficilioribus caufis, quæ ad fedem apoftolicam deuoluuntur, eorum iudicio vti non dedignetur, et ipfemet olim ad eorum relationem iudicabat, mox ex eorum prudentiffimis refponfis decretales epiftolæ, quibus conflatum eft corpus iuris canonici, prodierunt.* Denique idem quoque obferuauit cardinalis de LVCA *cit. l. n. 64.* et, *decretalium*, inquit, *tenor oftendit, quod, exceptis aliquorum conciliorum decretis, quæ in eis regiftratæ funt, reliqui canones* (vel capitula) *ex confiftoriis, et ex huius tribunalis (quod antiquitus capella dicebatur) decretis et determinationibus depromti funt.* Dixi vero, quoad *maximam partem* fecundam iuris canonici partem ex his decretalibus compofitam effe, quod potiffimum de compilatione auctoritate GREGORII IX. facta intelligo, cui tamen canones conciliorum, maxime *Lateranenfium*, loca fcripturæ facræ, dicta patrum, a GRATIANO omiffa, hinc inde interfperfa reperiuntur. *Liber VI.* plures etiam habet decretales, fed præterea etiam abundat conciliorum canonibus, atque *edictis* papalibus per *bullas* publicatis et *proprio motu* conditis. *Clementinæ* vnice depromtæ funt ex concilio Viennenfi, et denique *Extrauagantes* ex bullis papalibus quoad maximam partem hauftæ funt, magisque ad *edicta* pertinere videntur, quamuis quafdam decretales etiam contineant.

85) *Primam* hanc voco, quod hæc in VRBANO III. definat, et ita ante fecundam compofita videatur, quamuis hodie vt plurimum compila-

codice peruetusto bibliothecæ Hasso-Cassellanæ in appendice sub N. II. nondum editam exhibui, atque publici iuris feci, quod ex his collectionibus priuatis plura BERNARDVS *Papiensis* et RAYMVNDVS in suas decretalium compilationes traxerint, atque inde quandoque hæ suppleri, emendari atque declarari queant. Titulum codicis huius 86) retinui, prout in MSCto reperi, quamuis, cum quædam capitula ex LVCIO III. et VRBANO III. eidem inserta fuerint, palam sit, compilationem hanc demum factam fuisse post annum MCLXXXVII. quo VRBANVS III. decessit. In titulos LXV. compilationem distribuit, quorum priores XII. *canones concilii Lateranensis III.* inordinate congestos: reliqui, qui sequuntur, decretales ALEXANDRI III. exceptis quibusdam capitulis, continent. Altera est, quæ sub titulo *appendicis ad concilium Lateranense III.* refertur ab HARDVINO *tom. VI. concil. P. II. p. 1694. sqq.* Re vera tamen non est *appendix ad concilium Lateranense III.* sed principalis collectio decretalium ALEXANDRI III. ad minimum quoad maximam partem, in *L. partes* diuisa, cuius *pars prima* exhibet ipsum *concilium Lateranense III.* pars II. vero cum sequentibus decretales ALEXANDRI III. et aliorum quorundam, atque in CLEMENTE III. desinit, vt post annum MCXCI. sub COELESTINO III. composita fuerit, cuius decretales nullas habet. Habet hæc etiam GREGORII VIII. et CLEMENTIS III. aliquot decretales, quæ in priori desunt. Hæc *prima* scilicet etiam longe plures sistit, in posteriori 87) omissas,

pilatio BERNARDI CIRCA prima inter quinque antiquas vocari solet, quod hæc prima sit inter eas, quæ eadem prorsus methodo conflatæ, quam duæ priores ignorant, quæ etiam principaliter in referendis et digerendis *decretalibus* ALEXANDRI III. occupatæ fuerunt, vt etiam *decretales* ALEXANDRI III. vocatæ fuerint, prout docet *epistola* STEPHANI *Tornacensis, not. 82.* relata. Denique admodum probabile est, BERNARDVM Papiensem *primam* præcipue, quam in appendice edidi, præ oculis habuisse atque pleraque inde petiuisse, RAYMVNDVM vero sua potissimum ex hac *Bernardina* compilasse. Sic vna eademque decretalis ALEXANDRI III. Strigon. et Colocensi archiepisc. scripta in duas partes scissa est, in *c. 5. et 6. X. de conuers. coniug.* relata, non alia de causa, quam quod in prima *infra in app. p. 312.* et apud HARDVIN. *cit. l.* in secunda *p. 1729.* eandem scissionem RAYMVNDVS deprehenderit, et BERNARDVS CIRCA *lib. III. tit. 28. c. 5. et 6.* eandem inde repetierit; vel dici potest, scissionem hanc primum in *prima* factam, eam in *secunda* retentam ad imitationem primæ, a BERNARDO postea rursus ex prioribus eandem scissionem repetitam atque ita ad RAYMVNDVM translatam, qui ex præcedentibus vel immediate vel mediate sua hausit. Euidentius hoc liquet ex *c. 15. X. de iure patron.* relata quidem *in compilat.* apud HARDVIN. *cit. l. p. 1777.* sed sine mentione eius, ad quem hæc decretalis directa. At infra *in append. p. 302. c. 13.* adest inscriptio hæc: *Idem Andrensi episcopo:* quam etiam habet et ex prima hausit BERNARDVS CIRCA in *c. 18. de iure patron.* RAYMVNDVS vero eam corrupte retulit. Rursus *c. 21. X. de iur. patron.* in *collect. apud Hard. cit. l. p. 1864. sq.* in duo capitula scissum, sed *infra in app. p. 304.* in sua integritate relatum. Idem etiam BERNARDVS Papiensis in *c. 27. de iur. patron.* fecit, vt primam præ oculis habuisse videatur. Aliud euidens argumentum huius rei deprehendi in *c. 12. X. de censibus*, cuius integram decretalem habet *collect. decretal. Alex. III. infra p. 201. c. 8.* quam etiam *Bernardus* in *c. 17. comp. 1. de Simon.* ex illa retulisse videtur. Integram enim non habet, quæ sub nomine *append. ad concil. Later. III. P. II. c. 5.* circumfertur, sed particulam tantum *sub falsa epigraphe*, vt hanc haud consuluerit. In *c. 3. X. de sponsal.* deest designatio eius, ad quem decretalis directa, quem defectum etiam deprehendi in *decret. Alex. III. infra p. 330. c. 7.* sine numero pontifici adscripto, quem habet *comp. 1. c. 18. de spons.* Vnde auguror, RAYMVNDVM quandoque illam, quam infra retuli, collectionem inspexisse et sua inde compilasse. Præterea RAYMVNDVS *c. 14. X. de Simon.* adscribit ALEXANDRO III. quod etiam factum est in *decretal. Alex. III. infra tit. XIV. c. 6. et c. 13. comp. 1. de Simon.* vnde in hunc errorem deductus RAYMVNDVS, quia ex HINCMARO *hoc capit.* desumtum est, vt ad *cit. c. 14. not. 23.* obseruaui. Sed *in append. ad concil. Later. III.* plane deest, et quidem recte, qui ALEXANDRO III. non debetur. Aliud exemplum deprehendi in *c. 23. X. de Simon.* in quo epigraphe integra deficit. Pariter ac in *decret. Alex. III. infra p. 200. in f.* et in *c. 21. comp. 1. de Simon.* Quodsi BERNARDVS *Papiensis* et RAYMVNDVS eam, quæ *append. ad concil. Later. III.* tribuitur, inspexissent: ibi *p. 1829.* apud HARDVIN *tom. VI. p. II.* hanc deprehendissent: LVCIVS III. *Turon. archiepiscopo.* Vnde liquet, vtrumque eius nullam habuisse rationem, sed illam, quam edidi, vnice consuluisse. Denique in *c. 2. X. ne prælat. vices suas.* eandem inscriptionem, quæ in *decretal. Alex. III. infra tit. XIV. c. 1. p. 208.* habetur, obseruaui, quæ omissa est in *app. ad concil. Later. III. P. II. c. 1.* vt hanc non fuerint secuti tum BERNARDVS tum RAYMVNDVS, sed vnice illam, quam *infra in append.* publici iuris feci. Atque hæc ratio fuit, quæ me ad eam edendam impulit: vt inde constaret, ex quo fonte potissimum hi duo compilatores sua hauserint, quos aliam præcedentem collectionem præ oculis habuisse, in propatulo est. Illa enim, quam edidi, adhuc rudis et inordinata est, vt ordo inordinatus offendisse BERNARDVM CIRCA videatur atque induxisse, vt aptiori ordine suam componeret compilationem, qua publicata, prima, quam edidi, facile neglecta, et ei *Bernardina* prælata est, quam propterea *primam* dixere HENRICVS OSTIENSIS aliique obseruante ANTONIO AVGVSTINO *in præfat. ad antiq. collect. decretal.* quod illa, quæ præcessit, vt inordinatior derelicta fuerit, omnibus vnice in describenda *Bernardina compilatione* occupatis, quæ illa ipsa *compilatio scholarium* sine dubio fuit, cuius meminit INNOCENTIVS III. in *c. 8. X. de fide instrum. de anno MCCVIII.*

86) Titulus Cod. MSCti præ se fert, *decretales* ALEXANDRI III. *in concilio Lateranensi III. generali anno MCLXXIX.* editas fuisse. Quod tamen falsum est: cum etiam quasdam VRBANI III. decretales contineat. Sed notandum est, veteres collectores a principali et præcipuo collectionis argumento denominationem fuisse. Cum itaque *priores XII. tituli* vnice desumti fuerint *ex concilio Lateran. III.* a potiori facta denominatio; sicuti olim sub titulo *Nicænarum canonum* Romæ etiam *Sardicenses* venerunt: quod illi principatum tenuerint in collectione Romana, quibus subiecti fuerunt Sardicenses.

87) Nouum inde peti potest argumentum, decretales ALEXANDRI III. a me editas, fundum continuere, vnde messem fecerint BERNARDVS et RAYMVNDVS. Sic in *collect. ab* HARDVINO edita, deest *c. 6. p. 201. in collect. Alex. III.* relatum, quod tamen adductum in *c. 13. comp. 1. de Simon. et c. 14. X. eod.* Pariter in illa omissum est *c. 8. cit. p. 201.* quod tamen refertur in *c. 15. comp. 1. de Simon.* et *c. 16. X. eod. cum c. 12. X. de cens.* Vlterius illa non habet *c. 10. p. 202.* quod tamen extat in *c. 16. comp. 1. de Simon.* et *c. 7. X. eod.* Sicut *c. 11. p. 202.* in

fas, vt ad fingula capitula primæ compilationis, quæ in posteriori desunt, obseruaui. Tertia collectio est BERNARDI CIRCA, Papiensis præpositi, mox Fauentini episcopi, qui circa idem tempus vixit, relata ab ANTONIO AVGVSTINO *in antiqu. collect. decretal.* quam *primam* inter quinque celebriores nominat, quod hæc aptiori methodo composita fuerit, adeo, vt, quæ eam secutæ sunt, imo ipsa RAYMVNDIANA sub GREGORIO IX., in eadem methodo substiterint. Plura ex patribus, conciliorum canonibus atque decretis pontificum, a GRATIANO prætermissa 88), suppleuit, præcipue tamen in ALEXANDRI III. *decretalibus*, ad exemplum priorum duarum collectionum, referendis occupatus fuit, atque itidem in CLEMENTE III. desiit, COELESTINI III. vero nullas recensuit, vt ex illa, quam in appendice edidi, conflata, in meliorem tamen formam conîecta videatur. In libros quinque distributa est, quorum singuli titulos, eodem ordine compositos, habent, quem RAYMVNDIANA seruat: quamuis omnes tres collectiones nullam authenticam auctoritatem habuerint, vtut in foro ad eas frequenter prouocatum fuerit 89).

§. XIV.

RETVLI tres diuersas collectiones decretalium ALEXANDRI III: memorantur etiam tres collectores, qui collectionibus insudarunt. Nam præter BERNARDVM CIRCA etiam GILIBERTVS

in Alex. decret. quod in ista omissum, regustatum est in *c. 3. comp. 1. de Simon.* et *c. 3. X. eod.* Porro *c. 8. p. 212.* quod deest apud HARDVINVM, repetitum tamen in *c. 4. comp. 1. de paroch.* et *c. 20. p. 235.* relatum est in *c. 3. comp. 1. de bigam. non ord.* et *c. 2. X. eod.* non alia de caufa, quam quod RAYMVNDVS sua debeat BERNARDO Papiensi, hic vero sua decretalibus ALEXANDRI III. a me editis, sicut rursus docet *c. 21. p. 235.* repetitum in *c. 7. comp. 1. de furtis* et *c. 5. X. eod.* omissum in *collect. apud Harduinum*, quam vterque haud consuluerunt, quod etiam ex pluribus aliis, in *collectione apud* HARDVINVM omissis, colligere licet. Ceterum cui debeatur hæc collectio apud HARDVINVM, incertum est, quamuis ANTONIVS AVGVSTINVS eam tribuendam esse ALANO, veteris iuris canonici interpreti, qui etiam *doctor vniuersalis* nuncupatus est, arbitretur, quod etiam repetiit FRANCISCVS PAGI *in breuiar. pontif. Roman. tom. II. p. 67.* Id tamen sine dubio erroneum est, quod laudatus PAGI crediderit, ex BERNARDI Papiensis *collectione* illam compositam fuisse, quæ ad instar *appendicis* concilio *Lateran. III.* adiici solet, longe ordinatior sine dubio futura, si ex illa hausta fuisset: quin potius illam ideo BERNARDVS confecisse credendus, quod, quæ eius compilationem præcesserant, ex ordine ipso turbato et inepto, eruditorum eius temporis animos offenderint. Nec ab hac sententia me dimouet illustr. de SENCKENBERG *in medit. ex iure publ. et priu. fasc. II. medit. 5. §. 4.* constituens huic collectioni Bernardinæ annum MCLXXVIII., auctoritate codicis, quem seruat bibliotheca Giessensis, fretus, in cuius *præfatione* hæc epigraphe apparet: *Opus sententiarum extrauagantium B. præpositi Papiensis anno dominicæ incarnationis MCLXXVIII. præsidente Romanæ ecclesiæ sanctissimo papa Alexandro in pontificatus anno XX.* etc. Vnde posset colligi præpositi Papiensis syllogen longe antiquiorem duabus reliquis esse, quas tamen antiquiores hac esse docui. Etenim filius meus, natu tertius, GEORGIVS LVDOVICVS BÖHMER, Professor iuris in Georgia Augusta academia, quæ Gottingæ est, in *diatribe de Clementin. § 2. not. b* recte obseruauit, a vero hoc prorsus alienum esse, quod LVCII III. qui anno MCLXXXI., GREGORII VIII. qui anno MCLXXXVII. et CLEMENTIS III., qui anno MCLXXXVIII. sedit, decretales in hac sylloge etiam sistantur, vt non potuerit non sub COELESTINO III. post annum MCXCI. confecta fuisse, vt vel *titulus 2. lib. III.* euincit. Ipsius præfationis verba, ab eo adlata, ante omnia recte interpungenda hoc modo: *Opus sententiarum extrauagantium B. præpositi Papiensis.* Hoc puncto claudenda inscriptio operis. Post noua periodo incipit præfatio ipsi *concilio Lateranensi III.* præmissa, quam etiam habet HARDVINVS *in coll. concil. P. VI. tom. II. p. 1673.* paulo concisius tradita, et in anno celebrati concilii diuersitatem arguens, quam enucleat perspicue filius *cit. l.* Prolixa enim periodo absoluitur hæc codicis Giessensis præfatio post inscriptionem hoc modo: *Anno dominicæ incarnationis MCLXXVIII. præsidente Romanæ ecclesiæ sanctissimo papa Alexandro - - - sancta et generalis synodus CCLXXXIV. episcoporum, de diuersis mundi partibus conuocatorum, congregata est in basilica, quæ appellatur Constantiniana. in qua synodo XXVIII. canones promulgauit sanctissimus papa Alexander.* Hoc modo *titulus operis* separandus a *præfatione, ipsi concilio præmissa*, et per interpunctionem in codicibus MSCtis neglectam distinguendus: quo facto error mox in oculos incurrit.

88) GRATIANI auctoritas eo tempore in *scholis* et *foro* iam tanta erat, vt ad eius *decretum* in decisionibus caufarum vbique prouocaretur. Cum itaque GRATIANO *collectio canonum* ex voto cessisset: se operæ pretium facturum credidit BERNARDVS CIRCA, si GRATIANI *decretum* continuaret, et ab eo prætermissa ex canonibus, patribus, et decretalibus suppleret, atque ex *decretalibus*, post GRATIANVM editis, maxime ALEXANDRI III. nouum opus exstrueret. Sylua harum *decretalium* iam in promtu erat, vt STEPHANVS Tornacensis episcopus, in *not. 82.* laudatus, testatur, sed inordinate composita. Quæ res illum eo magis induxit, vt conuenientiori methodo hanc compilationem exstrueret: quo facto, præcedentes collectiones omnem vsum amiserunt, vtut eam, quam in *appendice* edidi, potissimum in rem suam verterit. Caufam hanc iam in *præf. ad decretum Gratiani §. XIV. in not. lit. a.* egi, atque ostendi, BERNARDVM Papiensem passim ad *decretum* GRATIANI, cuius continuator esse voluit, prouocare.

89) Episcopus Haliensis anno MCCVIII. INNOCENTIO III. refert, sæpe ex *compilatione scholarium* laudari decretales, de quarum fide iuste dubitari posset. Idem pontifex agnoscit in *c. 8. X. de fid. instrum.* adeoque vterque *compilationem priuatam* memorat, quæ *scholarium* dicebatur, quod doctrinis scholasticis inseruiret, et in scholis a ICtis per interpretationem illustraretur, qui etiam illam per scholares suos in forum deducere conabantur, sed non sine contradictione: quod fides harum decretalium collectarum admodum nutaret, ceu ipse INNOCENTIVS III. agnoscit. Ceterum per hanc *compilationem scholarium* vix alia intelligi potest, quam BERNARDI Papiensis, quæ eo tempore in scholis vigebat, et studia in illam admodum feruebant. Noluit tamen INNOCENTIVS III. simpliciter huius codicis decretalibus in foro standum esse: quod publica auctoritate collectio minime facta, nec ipsæ decretales ex hac priuata collectione pro *authenticis* haberi possent.

TVS vel GILBERTVS et ALANVS, *doctor vniuerfalis* dictus, vetus iuris canonici interpres, inter collectores, qui eodem tempore floruerunt, referuntur. ALANO quidam, vt iam dictum eft, eam tribuunt, quæ fub nomine *appendicis ad concil. Lateranenfe III.* circumfertur 90). Id quod fi verum eft: GILBERTO forte adfcribi poteft illa, quam in *appendice* edidi, et quæ fundum conftituit, vnde meffem fecerit BERNARDVS Papienfis. Noua acceffit poft XII. annos ab illa, quam BERNARDVS fecit, diuerfa *collectio* GALLENSIS vel VALLENSIS *Volaterani* ad methodum eius, quæ vulgo *prima* vocatur, compofita, quæ vbique applaufum præ ceteris meruiffe videtur. Tam ferax enim *fylua decretalium* ALEXANDRI III. fuit, vt nouum fpicilegium earum, quæ in *prima* BERNARDI Papienfis omiffæ erant, et præterea pontificum, qui poft ALEXANDRVM III. vixerunt, vberiorem meffem 91) decretalium fecerit, et in COELESTINI III. decretalibus defierit, adeoque fub INNOCENTIO III. conflata fuerit, quæ vulgo *fecunda antiqua collectio* vel *compilatio* appellatur. Sub INNOCENTIO III. curia Romana in confcribendis epiftolis adeo occupata fuit, vt fere omnium priorum pontificum, etiam GREGORII M., fuperauerit induftriam et follicitudinem, ceu *regiftra* earum epiftolarum, quas antiquitas nobis conferuauit 92), oftendunt. Ex his BERNARDVS *Compoftellanus* quidem compilationem quandam, quam *Romanam* dixere, compofuit, fed minus probatam; quod fufpectas quasdam decretales contineret: quod vitium etiam obiectum erat *compilationi decretalium* ALEXANDRI III. a STEPHANO, Tornacenfi epifcopo. Pariter RAINERIVS, diaconus et monachus Pompofianus *collectionem decretalium* ex tribus primis regeftorum libris confcripfit, et fub XL. titulos redegit, editam a STEPHANO BALVZIO poft *lib. II. epiftol.* INNOCENTII III. *p.* 543. quam *primam* vocauit, quod ex fequentibus regeftorum libris plures collectiones confarcinare cogitauerit: fed opus, imperfectum et minus ordinate compofitum, facile neglectum eft 93). Hac de caufa INNOCENTIVS III. fua auctoritate collectionem

nem

90) Vt fupra iam indicaui in *not.* 87. Ipfi tres collectores non tantum ab ANTONIO AVGVSTINO *in præfat. ad quinque collect. antiqu.* fed etiam a GVIDONE PANZIROLO *de clar. LL. interpret. lib. III. c.* 8. memorantur, quamuis de eorum *collectionibus* nihil fpecifice addant, nec *exiftentiam* earum *realem* memorent. Cum itaque duæ collectiones adhuc fuperfint, præter illam, quam BERNARDVS Papienfis compofuit, non improbabile eft, has duas GILBERTO et ALANO tribuendas effe, quamuis determinari nequeat, cui *prima* et cui *fecunda* attribuenda fit. Id quod fi verum, cum PANCIROLO et AVGVSTINO admitti nequit poft BERNARDVM demum GILBERTVM et ALANVM fuas compilationes fecipfiffe, vt *§. anteced.* monftraui, quia *Bernardina* ex rationibus, ibidem adductis, pofterior effe videtur.

91) Plurimas ALEXANDRI III. quidem habet: fed longe plures LVCII III. VRBANI III. GREGORII VIII. CLEMENTIS III. et COELESTINI III. in quo definit, fiftit, quædam etiam ex conciliis vt Maticenfi, Triburienfi, Agathenfi et Arelatenfi, item ex EVGENII III. decretalibus HIERONYMO, GREGORIO I. atque *Hormifda* intermifcuit, fed parcius. Aeque hæc in fcholis, vt BERNARDI Papienfis, recepta fuit, vt in eam HVGO *Ferrarienfis epifcopus*, et BERNARDVS MAIOR *Compoftellanus* gloffas cum aliis fcripferint, quos refert ANTONIVS AVGVSTINVS *cit. l.* vt inde palam fit, fcholis publicis vtramque inferuiiffe, licet neutra *authenticam auctoritatem* acceperit in foro fecundum *c.* 1. *X. de fid. inftrum.*

92) Per partes libri harum epiftolarum a SIRLETTO et BOSQVETTO editi funt. Sed longe plures, vt *quintum, decimum, vndecimum* et *duodecimum*, nunquam antea editos. STEPHANVS BALVZIVS cum aliis quibufdam prioribus editionibus addidit, et hoc modo in plениorem reftituit ftatum volumina duo epiftolarum INNOCENTII III. præfertim cum etiam liber III. ex RAINERII *collectione I.* quem itidem primus edidit, fuppleri poffit. Præterea *noua litteria* fpem nobis fecerunt, fupplementa etiam earum epiftolarum, quæ *Baluzianæ editioni* defunt, Romæ mox editum iri, vnde decretales adhuc perfectius illuftrari atque ætates earum fpecialius determinari queunt.

93) Interim grates debentur STEPHANO BALVZIO, quia in fua collectione multas epiftolas, ad *librum tertium*, h. e. ad annum MCC. pertinentes, conferuauit, ex quibus etiam capitula plura haufit RAYMVNDVS, quorum annum ex RAYNERII *collectione* determinare licuit. Quodfi enim decretales fiftis, quæ nec in *libro I.* aut *II.* quos integros adhuc habemus, deprehendere licet, eas ad *librum III.* et fic ad annum MCC. referendas palam eft, quem annum etiam, ad fingula capitula apud RAINERIVM hoc modo repertum, retuli. Neque enim PITHOEOS fecutus fum, qui vt plurimum in annis fallunt, et pro lubitu qualemcunque annum *Innocentianis decretalibus* attribuerunt, quod iam pleniffima epiftolarum collectio et editio eorum tempore defuerit. Ceterum ipfa *collectio* RAYNERII docet, eum plura fyftemata ex præcipuis epiftolis INNOCENTII III. conficere voluiffe; quia hanc compilationem *primam*, ex *libris tribus* prioribus defumtam, et fub XL. titulos redactam, vocat: adeoque fine dubio fibi propofuit, ex libris ceteris adhuc aliquot fyftemata confarcinare. Sed forfan defectus publicæ approbationis fregit propofitum: quamuis in *præfatione p.* 543. afferat, fe plurimorum votis excitatum fuiffe, vt tale fyftema conderet. Rationem confilii his verbis expoit: *Quorum votis, meæ conditionis confiderans famulatum, ficut debui, tam deuote quam humiliter obediui, et ad laudem et gloriam nominis eius legentiumque profectum, quasque optimas ex regiftris eiusdem, primi videlicet, fecundi et tertii anni, defloraus in hoc opufculo, pleniffima quantum ad decretales et decreta pertinet, auctoritate congeffi, licet quædam, quia diuerfos in fe continent cafus, intercidenda duxerim, vt fub competentibus fibi titulis locarentur.*

nem quandam edi curauit opera PETRI *Beneuentani* anno sui episcopatus XII. h. e. MCCX. Vocatur alias hæc *compilatio III.*, a prioribus tamen in eo discrepans, quod *publica auctoritate* edita fuerit, *Innocentianas decretales* tantum continens, ad methodum tamen BERNARDI Papiensis, quæ tunc vnice in deliciis erat, composita. Huic paulo post *quarta* accessit, ex scitis INNOCENTII III. itidem desumta, hoc est ex *decretis LXX. vel LXXI. concilii Lateranensis IV.* et epistolis decretalibus, quas post *tertiam compilationem* per illud quinque annorum spatium ediderat, vt *tertia* et *quarta ius ecclesiasticum* INNOCENTII III. comprehendat. Atque has IV. compilationes demum edidit ANTONIVS AVGVSTINVS vno volumine 94). Successor INNOCENTII III. HONORIVS III. eadem, quam ille calcauerat, via sibi eundum esse credidit, et sua auctoritate per TANCREDVM, archidiaconum Bononiensem, decretales, a se editas, colligi, et collectionem ad methodum priorum adaptari curauit, quæ *quinta compilatio antiqua* vel *Honoriana* dicta fuit, primum ab INNOCENTIO CIRONIO, academiæ Tolosanæ cancellario et professore iuris, Tolosæ anno MDCXLV. edita et illustrata.

§. XV.

LABORABANT itaque post HONORII III. ætatem iudicia et scholæ compilationibus quinque, quarum tres posteriores *publica* et *authentica* constabant fide, duæ priores autem incertæ auctoritatis et dubiæ fidei erant. Nihilominus tamen manibus eruditorum, scholarium et aduocatorum in foris terebantur, imo non raro ab INNOCENTIO III. ad ALEXANDRI III. LVCII III. VRBANI III. imo et COELESTINI III. decretales prouocatum fuit in decretalibus, a se publicatis, non alia de causa, quam quod aduocati in foro has vel illas decretales laudarent, et fundamenta intentionis vel exceptionis, ab INNOCENTIO III. repetita, in eis constituerent, quæ ex duabus *primis compilationibus* sine dubio adductæ erant, sæpe tamen ab aduersariis in dubium vocatæ, quod *fide authentica* destitutæ essent 95). Nonnunquam etiam in scenam producebantur decretales,

quæ

94) In præfatione ANTONIVS AVGVSTINVS *quintæ compilationis seu Honorianæ* quidem facit mentionem, sed tamen in *quarta* substitit, quod in codicibus MSCtis omnibus fere hæc defuerit, et diligentiam eius, in perscrutandis eiusmodi monumentis admodum alias sollicitam, effugerit. Felicior hac in re INNOCENTIVS CIRONIVS fuit, qui, vt ipsemet in *præfat. ad quintam compilationem* tradit, *in veteris bibliothecæ Albiensis ruderibus tres codices manuscriptos, puluere, situ et pedore confectos*, reperit, repertam collectionem inde publici iuris fecit, notisque optimis et multa doctrina refertis illustrauit. Methodum priorum quattuor compilationum etiam hæc secuta est, sed, ad imitationem duarum præcedentium, in solis *Honorianis* epistolis subsistens. Publica HONORII III. auctoritate etiam composita et publicata est hæc compilatio. Primum *cap. de constit.* hoc ipsum prodit, quod directum est ad magistrum TANCREDVM, *archidiaconum Bononiensem*, his verbis: *Nos quasdam epistolas decretales super his, quæ nostris suborta temporibus per nos vel fratres nostros decidimus, vel etiam aliis de ipsorum consilio commisimus decidenda, compilari fecimus, et tibi sub bulla nostra duximus destinandas. Quo circa discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus eis, solemniter publicatis, absque vllo scrupulo dubitationis vtaris, et ab aliis recipi facias, tam in iudiciis quam in scholis.* Eodem sine dubio vsus consilio pontifex HONORIVS III. TANCREDO publicationem huius compilationis mandauit, quo AVGENIVS III. archidiacono Bononiensi, qua cancellario academiæ, in mandatis dedit, vt approbationem *decreti Gratiani*, a se factam, archigymnasio Bononiensi indicaret, atque se permisisse doceret, vt publicis scholis et doctrinis academicis in posterum inseruiret, vt in *differt. ad decret. Gratiani §. XII. lit. g.* obseruaui. Primario enim hæc publicatio in hoc lyceo illustri facienda erat, ex quo, tanquam ex equo Troiano, vsus huius compilationis facilius in forum deduci posset: quamuis aliam adhuc addat CIRONIVS *in notis*.

95) Prouocatum sæpius a partibus ad ALEXANDRI III. decretales, passim asserit INNOCENTIVS III. quæ aliunde vt plurimum laudari non potuerunt, quam ex *compilatione scholarium prima*, cuius meminit in *c. 8. X. de fid. instrum.* Dixi: *vtplurimum*: quia plures, in compilatione BERNARDI Papiensis seu *prima* omissæ, in *secunda* demum relatæ. Liquet hoc ex *c. 32. X. de offic. et pot. iudic. deleg.* vbi pontifex anno MCXCVIII. prouocatum fuisse dicit ad decretalem ALEXANDRI III. quæ a RAYMVNDO repetita est in *c. 30. X. de appell.* Hæc tamen non fuit inserta compilationi *primæ*, sed demum *secundæ* in *c. 3. de appell.* quæ compilatio tamen anno dicto nondum composita erat. Eo magis ergo de fide eius dubitari poterat. Enimuero illa decretalis, quam idem pontifex in *c. 40. X. de sent. excomm.* ALEXANDRO tributam fuisse asserit, non aliunde, quam ex compilatione priuata laudata fuit: quis tum in *c. 3. comp. 2. de offic. iudic. ordin.* tum in *decret. Alex. III. infra in append. tit. XLI. c. 2.* relatus, deprehenditur. Hanc non simpliciter sequitur pontifex; quia de eius fide ipsi non constabat: qua de causa asserit, *proposuisse partes, hanc decretalem ab Alexandro III. emanasse*,

quæ in nulla compilatione apparebant, de quarum fide itidem non conftabat, vnde rurfus nodi inextricabiles, litium infinitarum nodi aliique grauiffimi morbi fora affligebant, medicinam neceffariam defiderantes 96). Medelam hanc fufcepit HONORII III. fucceffor, GREGORIVS IX. interpres iuris canonici peritiffimus 97), perfuafiffimum habens, ægrotanti rei forenfi et fcholafticæ non aliter fuccurri poffe, quam noua et *auctoritate authentica* compofita compilatione ex quinque præcedentibus collectionibus, additisque nouis decretalibus, ab aliis ac a fe recenter editis. Sine dubio veftigia preffit IVSTINIANI, qui fuo tempore ex codicibus *Hermogeniano*, *Gregoriano* et *Theodofiano*, adiectis conftitutionibus, a fe nouiter editis, nouum codicem, quem *Iuftinianeum* dixit, componi fecit, quod fimile malum eo tempore infecerat publica iudicia. Adeo vero ex formula eius omnia conftituenda effe cenfuit, vt non integras decretales, ex more præcedentium compilationum, fifteret, fed tantum præcipua earum capita vel ipfas decifiones feu *capitula* referret, atque hæc ad ftatum fui temporis dirigeret componeretque. Ex hac vero relatione, fruftillatim facta, et omiffione plurium circumftantiarum, quæ ipfam decifionem non raro ingrediuntur, nouæ rurfus difficultates interpretibus creatæ fuerunt, ac diffenfus fuborti, qui ab iis demum fedari et tolli potuerunt, qui integras decretales euoluerunt vel omiffas circumftantias fuppleuerunt. Hoc ipfum induxit ANTONIVM CONTIVM 98), vt ea, quæ omiffa erant in decretalibus, textui fubiiceret,

enanaffe, quod in medio relinquit, et diftinguendo rem compofuit. Vnde nec RAYMVNDVS, quod dubiæ auctoritatis effet, eam retulit. Rurfus INNOCENTIVS III. *in c. 13. X de reftit. fpoliat.* primo proponit quæftionem, circa cuius folutionem diuerfas diuerforum fententias fuiffe ait. Quidam prouocabant ad decretalem LVCII III. ex *comp. 1. c. 8. de reftit. fpoliat*, relatam *in c. 10. X. h. t.* quidam ad CLEMENTIS III. oraculum ex *comp. 1. c. 1. de ord. iudic.* a RAYMVNDO *in c. 1. X. de ord. cognit.* reguftatum. Vnde apertum eft, compilationem hanc priuatam in foro admiffam fuiffe, multo magis vero *decretum* GRATIANI, ad quod etiam *in cit. c. 13.* prouocatur, nimirum ad *c. 20. C. XXXV. qu. 2.* et alias fæpiffime, vt *in c. 6. X. de defponf. impub. c. 5. X. de eo, qui dux. in matrim. c. 1. X. de cogn. fpirit. c. 30. X. de fent. excomm. cum. fq.* etc.

96) Id iam curfum eft in *not. praced. ex c. 22. X. de offic. et pot. iudic. deleg.*

97) Fuit enim Bononiæ in archigymnafio publicus decreti interpres. Teftis eft ALEXANDER MACHIAVELLVS in *not. ad SIGON. hiftor. Bonon. libr. V. p. 233. tom. III. oper. not. 46.* vbi ex *Kalend. Bonon.* peruetufto hæc refert: *20 Mart. vocat propter electionem in fummum pontificem CLXXX. D. Hugolini Amcli ex comm. Anagnin. QVONDAM ARCHIGYM. PVBL. DECRET. INTERPRET. Libri decretalium eidem archygymnafio per eum infcripti et Angelica ter per diem recitandæ orationis piiffimi auctoris, affumto nomine* GREGORII IX. *quæ inaugeratio contigit hac die A. MCCXXVII.* Idem *not. feq. p. 038. cit. l.* ex *Kalendario* addit diem obitus pontificis: 22. (*in fextili*:) *annin. fun. fanctiffimi* GREGORII IX. *papæ ciu. Bonon. et qui HVIVS LYCEI PVBL. PROF. ad quod etiam mifit fuam infignem compilationem decretalium, de qua fupra, ac quod accidit Romæ A. S. MCCXLI.* In peruetufto codice vaticani elogium *liberalium artium atque vtriusque iuris peritia eminenter inftructi* ei tribuitur apud ODERICVM RAYNALDVM *in cont. Baron. tom. XIII. ad ann. MCCXXVII. n. 13.*

98) Iam ante correctionem Romanam ediderat ANTONIVS CONTIVS *Antuerpiæ* corpus iuris Canonici, et quidem decretales anno MDLXX, quibus primus adiunxit ea, quæ a RAYMVNDO refecta erant. Hoc quidem permolefte tulit curia Romana: illaque poft correctionem *in editione Romana* omittenda effe cenfuit, quæ tamen eruditis admodum grata acceptaque fuerunt. Præterea quandoque pauca verba, a RAYMVNDO *omiffa*, ipfi textui, fed diuerfis typis, inferuit, vt capitulorum verba in pleniorem lucem rurfus reftitueret, fæpe turbata ex paucorum verborum mutilatione. Rationem huius inftituti noui his declarat verbis in *præfat. ad decretales*: *Illud advocandi funt eiliares, idem multo iuftius de Raymundo ifte dici poffe, quod de Triboniano, multas illum vtiliffimas conftitutiones, dum breuitati ftudet, mifere laniaffe et laceraffe, vt plerumque diuinare neceffe fit, quid effet in controuerfia pofitum, quidue iuris refcriptum et refponfum. Sed et plerasque epiftolas ad fummum imperii et neceffariam illorum temporum hiftoriam pertinentes vt c.* Venerabilem. *de elect. c.* Super fpecula. *et alia plurima ita abfcidit, vt exiguus illarum reftet fructus. Fecit fane Raymundus ifta pauca eaque neceffaria detruncando, vt infiniti poftea commentarii atque, vt vocant, apparatus accumularentur ad huius nouiffimæ compilationis interpretationem. Vt igitur inde remedium adferatur, vnde morbus iam dudum graffari capit, ex vetuftis illis compilationibus, multa temere a Raymundo decifa et expuncta pro iudicii mei arbitrio paffim reftitui adiunxi ad eam rem vetuftiffimis illarum compilationum membranis. Ac ne quis hanc meam diligentiam fufpectam habere iufte poffet: tam libros quam totum laborem hunc meum communicaui cum doctiffimis noftri temporis profefforibus, quorum principem locum hic obtinet Io. Quintinus, cum morum fanctitate et grauitate tum doctrina et eloquentiæ fama. Fuit enim mihi non folum totius laboris fufcipiendi auctor, fed in plerisque obferuandis et fidelis monitor et benignus adiutor.* ANTONIVS AVGVSTINVS, etfi hunc in vfum *antiquas decretalium compilationes* adhibendas et conferendas effe cenfuerit, improbat tamen hanc CONTII audaciam, vt vocat, *in præfat. ad* GREGORIVM XIII. præmiffa *antiquis decretal. compilat.*, et poftquam præmiferat, INNOCENTIVM IV. huius rei periculum cœpiffe, *cum ex regiftris archetypis pleraque mutanda effe cenfuit*, pergit: *Audacius Antonius Contius nuper et Ioannes Quintinus, qui multa inferere aufi funt pontificiis refcriptis. Eorum ego ingenium laudo atque, quod dat, minime afpernor: id tamen mihi malo exemplo fieri videtur, fi, quod publicata auctoritate accepimus, liceat nobis priuato voluntate interpolare, illis quidem præclare notas addant, quibus fua ob aliænis diftinguantur: at res eft plena periculi, cum facile et in his librarii labi foleant, et aliena verba vel longius feparata in noftrorum verborum numerum referre. Huc accedit, quod illis permulta aut dedita opera aut alia quacunque de caufa omittunt, quæ non minus vtilia, quam ea, quæ adfcribunt.* Verum hæc monita tantum oftendunt, magna circumfpectione editoribus opus effe, vt ea, quæ textui, ex fontibus ipfis reftituta adduntur, diuerfis typis, et parenthefibus inclufa feparentur, qua circumfpectione me vfum effe perfuafiffimum habeo. Si autem malo exemplo fieri haud exiftimandum, nec periculi plena res cenfenda, ipfam fcripturam facram per *gloffas interlineares*, ceu *in vulgata gloffata* factum eft, de qua egi ad *c. 14. C. XXVIII qu. 1. not. 06.* vel per breuiffimas paraphrafes, diuerfis typis impreffas et parenthefibus vel vncis inclufas, interpolare, qualia funt biblia *Vinarienfia*, B. D. LANGII, quæ *parenthetica* vocat, D. ZELNERI, *Tubingenfia* aliaque: quis afferere, malo exemplo fieri, nec periculo carere, fi quis mutilatos textus iuris canonici ex fontibus

subiiceret, et sensum euidentiorem ei restitueret, quæ additiones adeo in deliciis eruditis fuerunt, vt postea constanter editionibus nouis singulis decretalibus subiici meruerint, non obstante editione Romana sub GREGORIO XIII. publicata, in qua omissæ. Opera RAYMVNDI DE PENNA FORTI vel PENIA FORT 99), ordinis prædicatorum, quem *capellanum* seu *causarum palatii apostolici auditorem* et *pænitentiarum* creauerat, in hac noua collectione concinnanda vsus est GREGORIVS IX, quam absolutam *anno MCCXXXIV.* promulgauit, ceu docet *epist.* 218. *lib. VIII. registri* ad parisienses ecclesiæ doctores *nonis septembris* Spoleti data. Speciatim hic referri meretur rescriptum publicationis GREGORII IX. ad academiam Bononiensem missum, quod decretalibus eius præmitti solet:

GREGORIVS *episcopus seruus seruorum DEI, dilectis filiis doctoribus et scholaribus vniuersis, Bononiæ commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem. Rex pacificus pia miseratione dispo suit sibi subditos fore pudicos, pacificos et modestos. Sed effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia generat, vt, nisi iustitia conatus eius virtute sua reprimeret, et quæstiones ipsius implicitas explicaret, ius humani fœderis litigatorum abusus extingueret, et dato libello repudii concordiæ extra mundi terminos exularet. Ideoque lex proditur, vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanum, vt honeste viuat, alterum non lædat, ius suum vnicuique tribuat, informatur. Sane, diuersas constitutiones et decretales epistolas*

fontibus ipsis per verba eis detracta (quæ mentem eorum genuinam declarant et verbis lumen addunt) typis diuersis exarata et incuruatis signis inclusa interpolauerit, et ita *verba authentica* ab alienis, seu quæ ad illa non pertinent, separauerit. Nam si in margine ponuntur vel textui subiiciuntur: adhuc sensum turbant, impeditamque efficiunt lectionem. E contrario talis eam præstabit vtilitatem, vt sine vlla interruptione coniunctim ea legi possint, qui ad meliorem intellectum faciunt. Quæ ratio sine dubio mouit GONZALEZIVM, vt integras decretales in commentario suo, sine vlla etiam distinctione referret, quatenus adhuc supersunt, qualis conatus meliori iure notam meretur. In *præfat. prima §. XVII lit. i. p. 28.* præterea obseruaui iam idem tentasse, diuersa licet modo, FRANCISCVM PEGNA in Romana editione, cui *additiones* sine nomine suo adiecit. Idem obseruat FRANCISCVS FLORENS in *præf. de method. et auctor. collect. Grat. tom. I. oper. p. 55.* sitque: *In Romana vero* (editione) *idem* (quod CONTIVS inchoauerat) FRANCISCVS PEGNA, *vir doctissimus, vnus ex electis correctoribus Romanis præstitit accuratius et annotauit initio cuiusque decretalis*, quod ex ipsis integris decretalibus casus accurate formauerit, et separatim in margine addiderit, qui in *antiquis glossis*, ante annum MDLXXX. conscriptis, deficiebant. Prouocat subinde ad ANTON. AVGVSTINI indicem correctorum Romanorum. relatum in eius *emend. Gratiani lib. 1. in f.* quo his vsus erat verbis: FRANCISCVS PEGNA, *cuius sunt additiones decretalium sine nomine, qui templum Dianæ incendisse visus est.* Hanc AVGVSTINI obseruationem concoquere non potuit STEPHANVS BALVZIVS *in not.* ad illius *emend. Grat. p. 695. Diu*, inquiens *molestum me habuero, quæ hic dicuntur de Francisco Pegna. Videbam, virum fuisse doctissimum et laudatum non solum ab hominibus, qui eodem cum illo tempore vixerunt, sed etiam ab illis, qui secuti postea sunt. Et tamen Antonius Augustinus subindicare videtur aliquid aduersum famæ viri. Dum ait, templum Dianæ incendisse visum esse, cum additiones decretalium componeret, ac si Franciscus, alioquin ignotus, famam sibi comparare voluerit hoc labore, non secus ac Herostratus incendendo templum Dianæ Ephesæ. Per additiones istas intelliguntur notæ marginales decretalium in editione Gregorii XIII, quas nullus ferme scit esse Francisci Pegnæ atque adeo sunt sine nomine.* Non adeo inepte iudicat BALVZIVS de hac censura AVGVSTINI, in qua sine dubio affectui quid dedisse videtur. Videlicet conscripserat hic eo tempore *emendationem* GRATIANI, quo correctores Romani, a quorum numero exclusus erat, iam dudum correctioni decreti insudauerant. Cum in eo esset, vt finem operi imponeret AVGVSTINVS, allata ipsi est Tarraconem editio emendata Romana, cui præter glossas adlectæ nouiter erant *additiones* FRANCISCI *de* PEGNA. *Hinc vocatus*, ait BALVZIVS *in emendat. Gratiani*, ab AVGVSTINO *conscripta §. 30. ad nouas curas, additiones composuit, quæ in fine singulorum dialogorum extant, correctores illos interdum admonens peccasse.* Ea occasione in secundis curis catalogum correctorum Romanorum refert, sed imperfectum, quia in FRANCISCO *de* PEGNA subsistit, qua occasione eam, quam attuli, censuram nomini eius adscripsit. Valde probabile est, per ironiam aut sarcasmum hoc factum fuisse: quod, etsi viderit, additiones FRANCISCI esse vtiles, inuidia instigante tamen æquo animo id ferre non potuerit. Hoc malo laborant plurimi eruditi, vt, quod alius honori cedit, id ægre ferant. Errat proinde MASTRICHT *in histor. iur. eccl. n. 364.* arbitratus, a censoribus Romanis seculo XVI. ea, quæ inconsulto RAYMVNDVS detraxerat, et sine quibus decretales intelligi vix poterant, subiecisse, addique: *sunt hæc, quæ in editionibus vulgatis alio characteris genere scripta legimus.* At vero hæc supplementa in editionibus, ad *exemplar Romanum* exaratis, prorsus deficiunt, adeoque recentioris æui sunt, et extra Italiam corpori iuris adiecta. Vix enim est, vt Italiæ eruditi tale quid audere potuerint, quod primitus Galli ausi sunt.

99) Ita vocatur in CLEMENTIS VII. *bulla*, qua catalogo sanctorum inscriptus est RAYMVNDVS, quæ præmissa est tractatui eiusdem, cui titulus: *Summa de pænitentia et matrimonio* S. RAYMVNDI *a Penia fort*, atque pontifex, *eum originem duxisse ex nobili familia de Penia fort.* A GREGORIO IX. Romam vocatus inter *auditores Rotæ* assumtus et *pænitentiarii* dignitate ornatus, *quem tanti fecit, vt non nisi adhibito eius consilio grauiores causas tractaret*, vt ait CLEMENS VIII. *in cit. bulla*, in qua alia ad eius vitam pertinentia referuntur. Memorat quoque laudatus pontifex compilationem decretalium a GREGORIO IX. ipsi commissam, aiens: *Decreta Romanorum pontificum quo quæque tempore condita erant, diuersis in epistolis et conciliis sparsa, quæ obscuritatem et incertitudinem inducere videbantur, ad communem omnium et maxime studentium vtilitatem, in ordinem et compendium redigi iam diu omnibus fere placuerat, sed tanto operi vir idoneus quærebatur. Itaque* GREGORIVS *prædecessor, beatum* RAYMVNDVM *huic muneri aptissimum esse ratus, id onus ei imposuit, quod tandem ipse ingenti labore trium annorum spatio feliciter absoluit, quemadmodum in ipso decretalium proœmio grauissimo eiusdem* GREGORII *testimonio est comprobatum.* Verum hic labor trium annorum tam feliciter cesserit, ex antea dictis non tantum, sed etiam inde potissimum iudicari potest, quod SARPIVS in *tr. de benef. eccles*, ex Italico in latinum a CAROLO CAFFA verso, *p. 144.* obseruet, in hoc libro plura esse, *quæ processuum, quam animarum ædificationem concernant.*

epistolas prædecessorum nostrorum, in diuersa dispersas volumina, quarum aliquæ propter nimiam similitudinem, et quædam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter sui prolixitatem confusionem inducere videbantur: aliquæ vero vagabantur extra volumina supra dicta, quæ tanquam incertæ frequenter in iudiciis vacillabant. Ad communem et maxime studentium vtilitatem per dilictum filium fratrem Raymundum, cappellanum et pœnitentiarium nostrum, illas in vnum volumen (resecatis superfluis) prouidimus redigendas, adiicientes constitutiones nostras et decretales epistolas, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes igitur, vt hac tantum compilatione vniuersi vtantur in iudiciis et in scholis, districtius prohibemus, ne quis præsumat aliam facere absque auctoritate sedis apostolicæ speciali 100).

§. XVI.

HANC, GREGORII IX. auctoritate, conditam compilationem sequuntur adhuc duæ, quæ pariter ea intentione conflatæ sunt, vt corpus decretalium augerent. Prima est INNOCENTII IV., vnice ex *concilio generali* Lugdunensi, quod pontifex anno MCCXLV. indixerat et celebrauerat, composita ad methodum decretalium GREGORII IX. et ad academiam Bononiensem transmissa, vt tam in *iudiciis* quam in *scholis* in posterum vsum præstaret. Exhibui hanc compilationem, nondum editam, in *appendice sub N. III. p.* 348. ex codice MSCto regiæ bibliothecæ Berolinensis II. optimæ notæ, decretalibus GREGORII IX. adiectam. Altera est GREGORII X. in ipso *Lugdunensi concilio generali II.* composita, [illegible] compilatio ad methodum decretalium communem in ipso concilio iam ordinata et pariter ad academiam Bononiensem sub eadem forma, qua prior, transmissa erat; quod pariter in *append. sub N. IV.* ex codice MSCto eodem ostendi. Denuo illam edere nolui; cum eodem ordine, quo in codice prædicto sistitur, in *collectionibus conciliorum* tradatur: sed tantum ex ipso codice *variantes lectiones* selegi. Post hæc tempora *corpus decretalium* ex tribus partibus, nimirum ex *decretalibus* GREGORII IX. INNOCENTII IV. et GREGORII X. compositum fuit 101). Et quamuis posteriores duo pontifices iusserint, vt sub suis titulis, prout super eis expressum erat, insererentur prioribus scilicet decretalibus GREGORII IX., hoc tamen factum fuisse, non liquet, sed separatim posteriores duæ compilationes glossis illustratæ fuerunt, quas adiungere nolui 102).

§. XVII.

100) Verum hoc rescriptum pariter anno MCCXXXIV. ad Academiam Bononiensem transmissum fuerit, vti ad Parisiensis academiæ Doctores hoc anno exaratum, dubium reddit obseruatio ALEXANDRI MACHIAVELLI, supra *not.* 97. laudati, qui *cit. l. not.* 104. *p.* 457. asserit, decretales compilari commissas anno MCCXXX, absolutas vero anno MCCXXXIV. Deinde pergit: *ad hoc receptus liber dumtaxat est anno MCCXXXV. OCTAVIANO VBALDINI, nomine archigymnasii recipiente, qui in locum TANCREDI, interea vita functi, fuerat archidiaconus suffectus, et porro, anno MCCXLI. tantum, decreta peculiaris cathedra, ad illum scholaribus exponendum, vt aperte constat ex vetustissimo Kalendar. Archigymnas. in Maii d.* 21. Quantum coniectura assequi possum, obitus TANCREDI impediit, quo minus præcedenti anno potuerit rescriptum recipi nomine Archigymnasii, quod demum ab eius successore VBALDINI anno designato factum est, et quidem qua *Cancellario Academiæ*, ad quem hæc receptio et publicatio spectabat. Interim tamen Romæ et alibi iam anno MCCXXXIV. structura decretalium absoluta et publicata fuerat. Quæ cum ita sint, certum est, non alias decretales huic compilationi inseri potuisse, quam quæ ante annum MCCXXXIV. exaratæ fuerunt, vel ad minimum paulo post initium huius anni. Quæ vero hunc excedunt, ad præcedentes annos referendæ, quod me non semper obseruasse, sero nimis obseruaui, quem errorem indicare lubuit. Sic anno MCCXXXV. adscripta sunt *c.* 70. 71. 72. 73. *de appell. c.* 3. *de precar. c. vn. de commod. c.* 9. *de rer. permut. c.* 8. *de pignor. c.* 5. *de fideiuss. c.* 35. *de decim. c.* 14. *de regul. c.* 29. *de sponsal. c.* 14. *de hæret.* Anno MCCXXXVI. sequentia capitula: *c.* 14. *de sepult. c.* 30. 31. 32. *de sponsal. c.* 8. *de eo, qui duxit in matrim. c.* 11. *de eo, qui cognou. c.* 8. *de donat. inter vir. et vx. c.* 26. *et* 27. *de accus. c.* 2. *de maledic. c.* 16. 17. *et* 18. *de excess. præl.*

101) Quod non tantum laudatus codex II. regius docet, cui in calce adiectus est *codex decretalium* INNOCENTII *papæ* IV. *in concilio Lugdunensi editarum cum glossis Bernardi et codex decretalium* GREGORII *papæ* X. *in concilio Lugdunensi editarum*, sine glossis, vnde primum edidi et variantes lectiones secundi tradidi; sed etiam BERN. DE MONTFAVCON *in biblioth. manuscript. tom. II. p.* 1311. euincit, vbi *n.* 35. sistit codicem cum hac epigraphe: *GREGORII IX. et INNOCENTII IV. decretales iunctis INNOCENTII IV. et GREGORII X. cum glossis.*

102) Hæ duæ compilationes ab his, qui historiam *iuris ecclesiastici* tradiderunt, prorsus neglectæ sunt, quod prior hactenus ignota, posterior vero pro parte *corporis decretalium* habita non fuerit, simpliciter tantum inter *concilia* relata, quæ tamen in forma *compilationum antiquarum* composita et speciatim hac intentione ad academiam Bononiensem transmissa, vt corpori decretalium adderetur. Vnde etiam in *codice*

§. XVII.

HIC neglectus sine dubio ansam dedit compilationi nouæ sub BONIFACIO VIII. conflandæ. Hic enim anno pontificatus III. h. e. anno MCCXCVII. tribus viris doctissimis GVILIELMO de MANDAGOTO, archiepiscopo Ebredunensi, BERENGARIO FREDELLO, episcopo Biterrensi et RICHARDO de SENIS, S. R. E. vicecancellario commisit, vt nouam molirentur compilationem, præsertim quod a temporibus GREGORII IX. plures decretales essent editæ, ac in foro passim laudatæ, de quarum fide non semper constaret. Præter decretales pontificum prædecessorum et ipsius BONIFACII VIII. huic compilationi insertæ duæ præcedentes *decretalium* INNOCENTII IV. et GREGORII X. *compilationes* 103), quo facto, partes *corporis decretalium* separatas constituere desierunt, adeo, vt BONIFACIVS VIII. suam *librum VI.* appellari iusserit, vt in posterum, neglectis duabus præcedentibus, immediate GREGORII IX. compilationi, in libros V. diuisæ, successerit, eiusque *librum sextum* constituerit, licet hæc structura rursus in libros quinque ad methodum compilationum antiquarum esset adornata. Hunc librum in pleno consistorio sedulo perlectum, examinatum atque approbatum, anno MCCXCVIII. quinto nonas Martii, anno pontificatus IV. promulgauit 104), qui *alteram partem decretalium* post hæc tempora constituit. Tertia pars deinceps eidem accessit ex CLEMENTIS V. constitutionibus, in concilio Viennensi, anno MCCCXI. celebrato, editis, quoad maximam partem composita, decretalibus ante et post concilium publicatis aucta, et anno MCCCIII. XII. kal. April. 105) publicata in consistorio, quæ vulgo *Clementinarum* nomine designatur, quamuis CLEMENS V. hanc syllogen appellatione *libri septimi decretalium* 106) venire voluisse dicatur. Ad *studia generalia* tamen eam haud transmisisse legitur, quod etiam obseruat successor eius, IOANNES XXII. in bulla, ad academiam Bononiensem data anno pontificatus secundo, Clementinis præmissa, qua eas ad academiam laudatam demum transmisit. Quod quidem quoad academiam Bononiensem aliasque admitti potest: nam

codice MSCto appellatione *decretalium* GREGORII X., prior vero compilatio titulo *decretalium* INNOCENTII IV. designata; quod, licet *constitutiones conciliares* fuerint, *corpori* tamen *decretalium* pontificum Romanorum, qui in iis condendis primas tulerunt partes, addendæ essent. Vnde errat STRVVIVS *in historia iuris c. VII. §. 26.* aiens: *cessauit postmodum* (h. e. post compilationem GREGORII IX.) *decretalium compilatio vsque ad* BONIFACIVM VIII. Pariter errauit MASTRICHT. *in histor. iur. eccl. n. 368.* tradens: *a temporibus* GREGORII IX. *pontificis in occidente prohibitæ erant collectiones priuatorum; quare cessatum est aliquantisper in colligendis decretalibus vsque ad Bonifacium VIII.* Priuatorum quidem collectiones quieuerunt, sed non *authenticæ*, vt monstratum est.

103) Non semper integræ concilii Lugdunensis constitutiones *libro sexto* insertæ sunt: sæpe tantum particulæ earumdem, quibusdam resectis. Rationem inde peto, quod non ex ipso fonte conciliorum, sed *ex collectione decretalium* INNOCENTII IV. quam *in append. sub n. III.* publicaui, quæque eo tempore partem *corporis decretalium* constituebat, capitula, libro VI. inserenda, hauserint compilatores. Nam quia talis mutilatio in *c. 7. decret. I. Innocentii IV.* occurrit, quod tamen ex concilio Lugdun. haud desumtum, eadem quoque deprehenditur in *c. 2. de suppl. ad. neglig. prael. in 6.* Idem dicendum *de c. 8. infra in app. p. 353.* quod recitatur in *c. 1. de offic. vicar. in 6*: porro *de c. 13. infra p. 354.* relato in *c. 1. de foro comp. in 6*: *de c. 19. infra p. 355.* recitato *in c. 3. de testib. in 6*: *de c. 23. infr. p. 357.* relato *in c. 2. de sent. et re iudic. in 6. de c. 24. in f. p. 358.* quod repetitum est in *c. 3. de sent. et re iudic. in 6*: *de c. 28. infr. p. 361.* quod in *c. 1. de concess. praeb. in 6.* occurrit: *de c. 39. infr. p. 362* quod in *c. 1 de reb. eccles. non alien.* relatum est, et denique *de c. 42. p. 308.* ex quo desumtum *c. 1. de V. S.* in *6.* Breuiter: quæ truncata fuerunt in *decretalibus* INNOCENT. IV. ea etiam ita frustulatim relata in LIBRO IV. BONIFACII VIII. supersunt. E contrario, quia in *decretalibus* GREGORII X. nulla mutilatio facta est, nec *liber sextus* eam ex *concilio* Lugdunensi agnoscit, certo indicio, vtrumque compilationem in eo, in quo fuit, statu in *librum sextum* transfusam fuisse.

104) Vt NANGIVS *in chron. ad annum MCCXCVIII.* tradit. Fortuna huius compilationis in Gallia adeo deliquium passa est, vt nullam auctoritatem vsumque in ea obtinuerit ob acerbissimas inimicitias inter pontificem et regem Galliæ, PHILIPPVM VALESIVM, de quarum caussis et fatis egit ex professo BAILLETTVS in tr. Gallico, quem inscribit *Demeles de Boniface VIII. avec Philippe le b.II.*

105) Vitam CLEMENTIS V. scripsit AMALRICVS AVGERIVS de BITERRIS, prior S. Mariæ de Aspirana in diœcesi Helenensi, quam STEPHANVS BALVZIVS *tom. 1. vit. papar. Auenionens. p. 95.* edidit, qui *p. 110.* hoc confirmat his verbis: *item quod postmodum anno, quo supra* (h. e. MCCCXIII.) *XII. kal. April, quibus fuit festum S. Benedicti, abbatis, dictus papa existens cum curia sua apud castrum de Montiliis diœcesis Auinionensis coram se in consistorio publico suas constitutiones decretales, quas in concilio Viennensi ordinauerat, publicari fecit, quæ hodie Clementinæ vocantur; sed postea infirmitate præueniente ad studia generalia per eum transmissæ non fuerunt: sed sic publicatæ tunc remanserunt, donec per suum successorem executioni demandatæ fuerunt.* Post publicationem tamen adhuc per integrum annum vsque ad XII. kal. Mai. anni MCCCXIV. vixit, intra quem compilationem suam facile ad studia generalia primaria mittere potuisset, si voluisset.

106) Quia prouinciam hanc exornauit filius meus perdilectus, GEORG. LVDOVICVS BOEHMER, *profess. iur. in Acad.* GOETTING. *in diatrib. de Clementinis §. XII. in not. lit. q.* actum non agam. Quanta vero libertate vsus fuerit in constitutionibus concilii Viennensis tum quoad verba tum etiam quoad mentem CLEMENS V. plenius expositum est *in gloss. ad proœm. circa fin. verb. de cetero.*

nam ad *studium generale Aurelianense* illam CLEMENTEM V. transmisisse compertum habeo 107), ad alia forsan etiam transmissurus, nisi, vt quidam probabiliter referunt, pœnitentia ductus de ea abolenda, antequam animam ageret, cogitasset. His postea accessit collectio constitutionum viginti IOANNIS XXII. sub appellatione *extrauagantium Io. XXII.* quæ tamen haud est authentica, sed priuata auctoritate confecta circa annum MCCCXL. Denique seculo XV. rursus noua compilatio decretalium diuersorum pontificum priuato ausu composita, quæ finit in SIXTO IV. qui viuere desiit anno MCCCCLXXXIV. vt post huius obitum demum comparuisse videatur. Vtraque collectio extrauagantium tamen præcedentibus tribus partibus *corporis decretalium* adiecta est, adeo, vt etiam, facta reformatione et correctione corporis iuris canonici, virtute bullæ GREGORII XIII. de anno MDLXXX. stabilem et perpetuam sedem in prædicto corpore, et inde quandam auctoritatem in foro acceperit. Tandem a PETRO MATTHAEO, ICto Lugdunensi, circa finem sæculi XVI. *liber septimus* per nouam compilationem prodiit, priuata auctoritate conscriptus, a partibus corporis decretalium probatis separandus, quem ideo illustrationis et notitiæ caussa in appendicem conieci, sed primo loco retuli, quod continuationem extrauagantium contineat. A qua compilatione distingui debet *liber ille septimus*, cuius confectionem GREGORIVS XIII. suis auspiciis quibusdam cardinalibus commiserat, post eius mortem vero SIXTVS V. æque sollicitudinem suam ad eius *perfectionem*, morte prædecessoris interruptam, extenderat, et absoluerat: publicatio tamen eius suppressa est 108). Parem in censum cum libro septimo referendæ sunt *institutiones* PAVLI LANCELLOTTI, iussu quidem PAVLI IV. conscriptæ, nunquam tamen vt *authenticæ* approbatæ: quamuis id *solatii* loco eis datum a PAVLO V. vt *corpori iuris canonici* adnecterentur, notitiæ vel illustrationis gratia. Merito ergo a partibus probatis *corporis iuris canonici* separandæ sunt, vt consultius duxerim, eas appendici cum ceteris monumentis inserere.

§. XVIII.

107) Prouoco rursus ad filii *opuscul.* antea laudatum *§. IX.* vbi ex *codice in membranaceo Clementinarum* bibliothecæ Hasso-Cassellanæ *pontificis* CLEMENTIS V. epistolam hanc exhibet: CLEMENS, *episcopus, seruus seruorum Dei, magistris et scolaribus, Aurelianis commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuper in generali consilio Viennensi et ante et post quasdam constitutiones super certis articulis duxerimus promulgandas: vobis per apostol ca scripta mandamus, quatenus eis, quas sub bulla nostra vobis transmittimus, vtamini a modo tam in iudiciis quam in scholis.* Singulari fauore prosecutus est hanc academiam, quam ipsemet anno MCCCVI. condiderat, multisque priuilegiis ornauerat, atque a rege Galliæ confirmationem impetrauerat, vt filius perdilectus cit. *l. §.* X. ex AVLAEO monstrat. Quæ res effecit, vt præ ceteris ad eam hanc syllogen in vita sua mox transmitteret, quam æque facile ad alias quoque transmittere potuisset, nisi postea eum consilii pœnituisset, vt de ea magis supprimenda, quam disseminanda cogitauerit, optime consensus, olim academias fuisse instar præconum publicorum, per quos fama noui operis facile totum orbem peragrare posset, adeoque, quamdiu transmissio ad academias in suspenso relinqueretur, notitiam et promulgationis efficaciam nouæ compilationis impediri. Quia ergo hanc transmissionem ad primarias academias distulit: vix alia caussa huius neglectus dari et concipi potest, quam quod pœnitentia ductus eas per orbem Christianum diuulgare noluerit. Rei gestæ probabilitatem confirmauit AVENTINVS *lib. VII annal. Boicor. c. XV. n. 28.* atque ait: *septimum* (Ioannes XXII.) *iuris pontificii librum, quem Clemens V. decessor eius composuerat, sed, quod multa, quæ simplicitati Christianæ, libertati religionis imponerent, ibi continerentur, publicare supersederat atque animam agens aboleri iusserat, edidit.* Se hæc quidem a *Wilhelmo Occamensi* accepisse tradit; non tamen eius testimonio fides derogari potest; quod alioquin omnis fides historica corrueret: præsertim cum nihil a probabilitate alienum tradat. Quamuis enim IOANNES XXII. in bulla, Clementinis præmissa, aliam caussam huius neglectus attulerit his verbis: *Licet eas, collectas in vnum volumen et sub congruis titulis collocatas,* (ad academias) *mittere decreuisset et dare in commune subiectis: assidua tamen occupatio circa magna, et sortis humanæ conditio, quæ ipsum de medio sustulit, in caussa fuerunt, quare suum in hac parte propositum non impleuerit;* hæc tamen magis colorem, quam rei gestæ veram rationem designant, quod per integrum annum adhuc vixerit, et vel vno verbo expeditionem harum litterarum ad academias Bononiensem et Parisiensem officialibus suis committere potuerit. Qua enim facilitate transmissionem suarum decretalium ad vniuersitatem Aurelianensem imperauerat, eademque facilitate, mediis sub turbis occupationum publicarum eam imperare potuisset ad alias academias, nisi quæstio: an? nouiter forsan a quibusdam postea obmota, dubiam eius mentem traxisset.

108) Deputatos fuisse compilationi huic a SIXTO V. anno MCLXXXVII. Dominicum cardinalem Pinellum, Hippolitum cardinalem Aldubrandinum, Hieronymum cardinalem Pinellum, Lucium Sanum episcopum Rupanum, Seraphinum Oliuarium Rotæ auditorem, Laurentium Blancherum Rotæ auditorem et eius in Galliam profecti loco Hieronymum Pamphilum auditorem Rotæ, Franciscum Pegna Rotæ auditorem, Pompeium Arrestinum aduocatum consistorialem, et Iulium Cæsarem Ottinellum secretarium congregationis, refert PETRVS PATROAVS *in synopsi histor. eorum, qui canones et decreta ecclesiastica collegerunt*, corpori iuris Canon. Pithœor. præmissa. Opus iam anno MDXCV. vltimam manum acceperat, et sub titulo *libri septimi Clementis VIII.* promulgandum erat, iam typis impressum, cum obstaculum nouum publicationem eius prorsus sisteret, quod ex concilio Tridentino quædam ei inserta et verendum esset, ne, facta publicatione, prout antea factum erat, interpretes iuris notas et commentaria in hæc capitula, ex concilio Tridentino desumta, conscriberent, quod PIVS IV. prorsus vetuerat, vt B. BVRCHARD GOTTHILFF STRVVIVS *in histor. iur. C. VII. §. 34.* ex relatione PAETTANSEROII refert.

§. XVIII.

RETVLI fata variamque collectionum decretalium fortunam tum antiquarum tum recentiorum. Supereſt, vt ſollicitudinis meæ in noua hac editione corporis decretalium efformanda rationes exponam. Etenim (I), quia animaduertebam, vtilia, ſine quibus capitula intelligi non poſſent, ſæpe detraxiſſe RAYMVNDVM, textumque variis modis mutilaſſe, et hanc ob cauſam recentiori æuo, a RAYMVNDO textui detracta, reſtituta et capitulis ſubiecta fuiſſe: conſultius et conuenientius eſſe credidi, ſi hæc ſupplementa textibus ipſis, diuerſis tamen typis, et incluſis reſtitutis ex antiquis collectionibus, insererem, vt ſine vlla interruptione omnia coniunctim legi poſſent, quo ipſo textus tum integritati ſuæ reſtitutus, tum, quæ ab eo ſeparata et detracta erant, adhuc cognoſci queunt 109). (II) Decretales GREGORII IX. contuli cum aliquot codicibus MSCtis optimæ notæ, atque inde variantes lectiones, ſingulis capitulis ſubiectas, hauſi, atque operam dedi, vt inſcriptiones capitulorum inde atque aliis ex coniecturis emendarem. Duos, indulgente potentiſſimo rege Boruſſiæ glorioſæ memoriæ, FRIDERICO WILHELMO, ex bibliotheca regia Berolinenſi accepi, quorum primus eſt ſeculi XIII. æquali nitore cum *codice primo decreti* conſcriptus 110). Alter eſt ſeculi XIV. cui in fine adiecti ſunt (1) codex decretalium INNOCENTII Pr. IV. in concilio Lugdunenſi I. editarum cum gloſſis Bernardi: (2) codex decretalium GREGORII Pr. X. in concilio Lugdun. II. editarum ſine gloſſis. Tertius codex eſt ſeculi XIII. ex bibliotheca Haſſo-Caſſellana principali inſtructiſſima 111), minori charactere in membrana conſcriptus, ea forma, quam vulgo quarto maiorem vocant, cum gloſſis. Quartum codicem accepi ex bibliotheca B. de LVDEWIG, eiusdem cum regio II. ætatis, cuius ſubſcriptio: *anno Domini MCCCXL* 112). Contuli præterea *editionem antiquiſſimam* in forma maxima anno MCCCCLXXIIX. optimo charactere illius æui ſeu typis exaratam, vnde plures optimas collegi lectiones: quia inſtar optimæ notæ codicis MSCti haberi debet 113). Beneficio bibliothecæ Haſſo-Caſſelanæ quoque acceptum tuli *codicem decretalium* ALEXANDRI III. in forma maiori, minore charactere in membrana


109) Ea libertate vſus, qua iam olim GONZALEZ in *commentario ad decretales* vſus eſt, in qua integras decretales, quatenus ſuperſunt, reſtituit, et ne quidem diuerſis notauit typis, quæ ex antiquis collectionibus vel ex fonte reſtituit: quod tamen merito omittere non debuiſſet, vt, quæ reſtituta ſunt, a *textu Raymundiano* cognoſci poſſent. Rationem huius conſilii expoſuit in præmiſſo *apparatu et orig. ac progreſſu iuris canonici n. 53.* et recte cenſuit: *veram perfectamque cognitionem, inſalutatis antiquis integris pontificum conciliorumque monumentis, haberi non poſſe.* Conf. quæ hac de re iam dixi in *differt. prima ad decretum Gratiani §. XVII. not. i.* et quæ ſupra in *hac differtat. not. 98.* de vtilitate huius *interpolationis paraphraſticæ* dixi.

110) In fine *codicis regii* I. hæc adiecta ſunt: *explicitunt decretales Gregorianæ. Albertus de Arnſtede eſt dominus huius libri.* Variantes lectiones hunc laudant per hæc ſigla: C. R. 1. Alterum vero per hæc: C. R. 2. Si inter ſe conſpirant, indefinite C. R. poſui.

111) Miniſterio et ope hac in re vſus ſum perdilecti filii GEORGII LVDOVICI BOEHMERI in Georgia Auguſta profeſſoris iuris, qui hunc et codicem *libri ſexti* et *Clementinarum* ſedulo inſpexit atque *variantes lectiones*, inde collectas, mihi tranſmiſit. Ipſe codex citatus eſt per H.

112) Duos codices poſſedit hæc inſtructiſſima bibliotheca, quorum alter *decretum*, de quo dixi in *prima differt. p. 58.* alter *decretales* continet. In calce adiectus eſt annus deſcriptionis: *Explicit lib. V. textus decretalium et eſt finis. DEO gratias. Amen. anno MCCCXL.* Adfertur hic codex per verborum notas: C. L.

113) In fine huius antiqui monumenti hæc leguntur, quæ fere coincidunt cum elogio primæ editionis, typis exaratæ decreti in vrbe Moguntinenſi anno MCCCCLXXII. quam refert STEPHANVS BALVZIVS in *præfat. ad not. in* AVGVSTINI *emend. Gratiani §. 25.* *Anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXIIX. XIV. kal. Sept. ſanctiſſimo in Chriſto patre ac domino, domino* SIXTO *papa IV. pontifice maximo, illuſtriſſimo nobiliſſimæ domus Auſtriæ* FRIDERICO, *Romanorum rege glorioſiſſimo, rerum dominis, reuerendiſſimo in Chriſto patre, domino* IOHANNE, *præſule Baſilien. in nobili vrbe Baſilea ſuffraganie diuina clementia, ſine cuius ope nihil rite finitur, hoc præſens decretale gloſſa cum ordinaria domini Bernhardi, non atramentali penna, ſed arte quadam ingenioſa imprimendi,* (ante annos XXXVIII. inuenta) *cunctipotenti adſpirante DEO* MICHAEL WENSZLER *ſuis conſignando armis feliciter conſummauit.*



Inter variantes hæc *editio antiquiſſima* laudata eſt per hæc ſigla: ed. ant. *antiquæ* autem *collectiones* per hæc: c. 3. comp. 3. h. t. *Pithœana* per P. ſ. Pith. *Gonzaleana* per Gonz. *editio Contii* per has notas: ed. Cont. *editio antiqua Lugdunenſis* per has: ed. ant. L.

na confcriptum fæculo XII. in f. quem in appendice edendum e re effe duxi 114). Ratione *libri fexti decretalium* in promtu fuit ex bibliotheca regia vnus duntaxat codex fæculi XIV. et præterea alius membranaceus ex bibliotheca laudata Haffiaca feculi eiusdem, fine gloffa, in forma maiori. Denique compos factus fum editionis antiquiffimæ, *libri fexti* et *Clementinarum* adiectis conftitutionibus XV. communibus, fub titulo *extrauagantium*, quæ non diu poft inuentam artem typographicam typis exarata videtur, vt *codicis impreffi* nomine eam defignare placuerit 115). Idem codex MSCt. membranaceus regius, qui *librum fextum* exhibuit, adiunctas habet *Clementinas* feculo XIV. defcriptas 116). In primis vero hic laudandus *codex Haffo-Caffellanus* feculi XIV. in forma maiori perfpicuo et maiore charactere in membrana confcriptus, fine gloffa cum epiftola CLEMENTIS V. ad *academiam Aurelianenfem* fcripta 117). His fubfidiis vfus fum in colligendis variantibus lectionibus, quæ textum vel illuftrant vel probabilem rationem fiftunt, vnde obfcuritas emergens quandoque tolli poffit. Interim ipfum textum in eo ftatu relinquendum effe cenfui, quem recentiores editiones, maxime fecundum Romanum exemplar efformatæ, determinarunt. Denique in capitula nonnulla *decretalium* GREGORII IX. obferuationes breues tum hiftoricas et criticas tum iuridicas dedi, atque omnis in hoc fui, vt oftenderem, ex quo fonte decifiones decretalium defumtæ fuerint. In *librum fextum*, *Clementinas* et *extrauagantes* illas addere non licuit, quod fenifis ætas mihi quietem a labore extraordinario impofuerit, quantum vero virium fupereft, laboribus ordinariis academicis impendendum vnice fit. Quantum fieri licuit 118) etiam ætatem fingulorum capitulorum defignaui, in qua *Pitboeana editio* admodum lapfa eft. Nihil vero de *appendice* adiicere neceffe eft, cuius rationem paffim hinc inde in hac differtatione 119) expofui; nifi quod *feptem indices* præterea in fine, adiiciendos curauerim, ex quibus quidam ad imaginem eorum, quos exhibet *Pitboeana editio*, compofiti quidem funt, fed ab infinitis mendis purgati vt iam alii 120) facti effe videantur: quidam nouiter efformati ope eorum, qui mihi fideliter manus adiutrices præbuerunt 121). Dab. in regia Fridericiana, d. XVII. Aug. MDCCXLVI.

114) De hoc codice prolixius egi fupra §. *XIII.* atque in notis varias obferuationes de vfu eius addidi. Pariter de decretalibus INNOCENTII IV. et GREGORII X. in *appendice* allatis, etiam actum eft §. *XVI.* atque dictum, inde quoad maximam partem conflatum effe *librum fextum*.

115) Habet hic codex impreffus literas maiores, colore cæruleo et rubro penna depictas, vt inftar codicis MSCti effe videatur, continetque *librum fextum*, ac *Clementinas*. Denique, omiffis *extrauagantibus* IOANNIS XXII. fubiiciuntur *extrauagantes communes*, fed tantum XV. fub hac rubrica: *Incipiunt decretales extrauagantes, quæ emanauerunt poft fextum.* Vnde liquet, *extrauagantes communes* non vno eodemque tempore effe collectas, fed incrementa variis tractu temporis accepiffe, donec in hanc molem, quam hodie habent, excreuerint. Allegatus eft per has notas: C. I. h. e. *codici impreffi*.

116) In fine gloffarum ad Clementinas hæc addita funt: *Explicit apparatus domini* IOHANNIS ANDREAE, *auunculi mei, fuper Clementinas.* Defcriptor ergo huius codicis fuit Andreæ fororis filius, adeoque eodem tempore vixit, quo Andreas. Hic autem mortuus anno MCCCXLVIII. ante quod tempus codex hic exaratus eft.

117) De hoc monumento antiquo et notabili iam actum in §. *XVII. not.* 107.

118) Non femper ipfemet errores circa ætatem decretalium euitaui, vt iam fupra *nota* 100. circa *decretales*, a GREGORIO IX. editas, faffus fum. Alibi etiam aliquot errores iam obferuaui, vt in *c. 9. X. de maior. et obed.*, cui affignandus *annus* 1200. In *c. 6. X. de procur.* omiffus eft annus, ita fupplendus: *a. 1198.* In *c. 14. X. de for. comp.* mutanda ætas ita: *ann. 1213.* vt et in *c. 29. X. de teft.*, cui affignandus *annus* 1198. Porro *capit. 15. X. de præfumt.* referendum ad *annum* 1206. vt obferuaui ad *c. 13. X. de purgat. canon.* et *c. 15. X. de iureiur.* ad *ann.* 1292. cuius vera epigraphe adducta ad *c. 10. X. de iudic. not. 41.* Pariter *c. 15. X. de teftam.* debetur anno 1208. *c. 12. X. de fepult.* anno 1201. etc.

119) Vid. §. *XIII.* et *XVI. huius differt.*

120) Intelligo indicem I. *ad decretum edit. Pith.* quam P. GVENOIS Bituricenfis, fed mendofe admodum compofuit, adeoque in *append. fub N. II.* expurgatus ab erroribus iam comparet. Præterea retuli *indicem I. ad decretales* eodem auctore, fub N. III. fed rurfus admodum caftigatum et emaculatius exhibitum, vt iam vfum præftare queat. Idem dicendum de indicibus fub *N. IV.* et *V. append.* qui itidem in integrum reftituti funt, vt collatio huius editionis cum *Pithoeana* ad oculum monftrabit. Denique index rerum et verborum ad hanc editionem prorfus compofitus, nihilque commune habet cum *indice Pithoeano*, cui adiectus eft index *obferuationum mearum*, et *omnium pontificum*, cui pofteriori locum primum dedi, ita curatius compofito, vt annus regiminis et mortis inde cognofci queat, quem *Pithoei* non habent.

121) Inter quos primum locum obtinet candidatus iurium meritiffimus IOANNES CHRISTOPHORVS FRIDERICVS HENNINGS, *Leucopetrenfis*, qui non tantum in digerendis ad *Decretales* variantibus et fupplendis iis, quæ textui detracta erant, fed etiam in reformandis quibufdam indicibus ac nouis componendis mihi auxilio fuit.

TITVLO-

TITVLORVM QVINQVE LIBRORVM DECRETALIVM GREGORII IX.

INDEX ALPHABETICVS.

a 2 Officio

DECRETALIVM GREGORII IX. CAPITVLORVM
INDEX, SECVNDVM LITTERARVM ORDINEM
CONQVISITVS.

Ad

B.

C.

Cum

Cum

D.

F.

G.

H.

I.

In

L.

Omnis

Quoniam

R.

S.

T.

Tertio

V.

INDEX
TITVLORVM ET CAPITVLORVM
LIBRI SEXTI DECRETALIVM.

TABVLA TITVLORVM QVINQVE LIBRORVM SEXTI DECRETALIVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

TABVLA OMNIVM CAPITVLORVM SEXTI DECRETALIVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

Si

I N D E X
TITVLORVM ET CAPITVLORVM
CLEMENTINARVM.

TABVLA TITVLORVM CLEMENTINARVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

S. Sen-

TABVLA CAPITVLORVM CLEMENTINARVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

INDEX

I N D E X
EXTRAVAGANTIVM VIGINTI IOANNIS XXII. TVM ETIAM TITVLORVM ET CAPITVLORVM EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM PER ALPHABETI ORDINEM DISTINCTA.

INDEX TITVLORVM EXTRAVAGANTIVM XX. IOANNIS XXII. SECVNDVM SERIEM ALPHABETICAM.

TABVLA CAPITVLORVM EXTRAVAGANTIVM XX. IOANNIS XXII. SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

TABVLA TITVLORVM QVINQVE LIBRORVM EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

Officio

TABVLA OMNIVM CAPITVLORVM EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM SECVNDVM ALPHABETI ORDINEM.

DECRE-



DECRETALIVM
D. GREGORII PAPAE IX.
LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.
DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.
CAPITVLVM I.

De Trinitate et ipsius operibus. De fide et articulis fidei.

INNOCENTIVS III. *in concilio generali, cap. 1.* e
(Ann. Christ. 1215. Romæ.)

FIRMITER credimus *b*, et simpliciter confitemur *c*, quod vnus solus est verus Deus, æternus, immensus, et incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, et ineffabilis, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus: tres quidem personæ, sed vna *d* essentia, substantia, seu natura simplex omnino. Pater a nullo, Filius 1) [*autem*] e patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter ab vtroque, absque initio, semper ac sine 2) fine. Pater generans, Filius nascens, et Spiritus Sanctus procedens 3): consubstantiales et coæquales, et coomnipotentes 3°), et coæterni. Vnum vniuersorum principium; creator omnium visibilium et inuisibilium, spiritualium et corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul 4) ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde 5) humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam. Diabolus enim et alii dæmones a Deo quidem natura creati sunt boni: sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestione peccauit. §. 1. Hæc 6) sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua 6°), et secundum personales proprietates discreta, primo 7) per Moysen et sanctos prophetas, aliosque 8) famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. §. 2. Et tandem vnigenitus Dei Filius, Iesus Christus, a tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper virgine Spiritus Sancti cooperatione 9) conceptus, verus homo factus, ex anima rationali 10) et humana carne compositus *e*, vna in duabus naturis persona, viam vitæ manifestius demonstrauit. Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis et impassibilis: idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis et passibilis 11). Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus et mortuus *f*, descendit ad inferos, resurrexit 12) a mortuis, et ascendit in cœlum, sed descendit in anima, et resurrexit in carne, ascenditque pariter in *g* vtroque, venturus in fine 12°) seculi, iudicaturus viuos et mortuos, et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis, qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quæ nunc gestant 13), vt recipiant secundum opera sua 13°), siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, et isti cum Christo gloriam sempiternam.

1) Post vocem: *filius*, in C. L. *autem* additur, vt in c. 1. h. t. sump. 4.
2) Particulam *fine*, omittit C. E. 1. L. et cit. c.
3) *Ab vtroque procedens*, C. E. 2.
3°) In cit. c. legitur: *omnipotentes*, sine antecedente copula.
4) *Similiter*, C. B. et ed. ant.
5) *Demum*, C. H. L. et ed. ant.
6) *Hæc enim*, C. E. 1.
6°) *Indiuidua est*, ed. ant.
7) Vocabulum: *primo*, a C. H. abest, sed ed. ant. loco eius habet: *quia*.
8) *Et alios quoque*, C. B. 1.
9) *Spiritu S. cooperante*, C. B. 1.
10) *Rationabili*, C. H.
11) In C. L. et cit. c. hæc inuertuntur hoc modo: *passibilis et mortalis*.
12) *Et resurrexit*, C. E. 1.
12°) Cit. c. legit: *in finem*.
13) In *concil. Carthag. IV.* a. CCCLXXXIX. celebrato et a GRATIANO in *c. 2. dist. XXIII* relato cautum, vt episcopus ordinandus interrogetur: *si credat hanc, quam gestamus, et non alteram, carnis resurrectionem*.
13°) C. cit. habet: *merita*.

a *Hoc concilium Romæ in Laterano celebratum est anno Christi 1215. assidentibus Hierosolymitano et Constantinopolitano patriarchis, et totius fere orbis episcopis, principumque legatis, anno pontificatus Innoc. III. decimo octauo.* b *cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* c *Hanc decr. et sequ. eruditissime explicat B. Thom. opusc. 23. et 24. tom. 17.* d *Sensus textus in l. nullus hæreticus. 2. C. eod. tit.*

e *Textus in l. inter claras 8. §. omnes. vers. et quoniam C. eod. tit.* f *Omissit illud: et sepultus est, vt et Athanas. in symbolo: et hoc de descensu Christi, Rufino auctore.* g *Extremum iudicium.*

Tractatur hic de sacramentis ecclesiasticis. Abbas Siculus.

§. 3. Vna a vero est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, in qua idem ipse sacerdos est sacrificium b Iesus Christus, cuius corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur 14), transsubstantiatis 15) pane in corpus, et vino in sanguinem, potestate diuina: vt ad perficiendum mysterium 16) vnitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc vtique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui rite fuerit 17) ordinatus, secundum claues ecclesiæ, quas ipse concessit apostolis, eorumque successoribus Iesus Christus. §. 4. Sacramentum vero c baptismi, quod ad Dei inuocationem et indiuiduæ 18) Trinitatis, videlicet Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, consecratur in aqua, tam paruulis, quam adultis in forma ecclesiæ a quocunque rite collatum 18*) proficit ad salutem. Et si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum: per veram potest semper pœnitentiam d reparari 19) e. §. 5. Non solum autem virgines et continentes, verum etiam coniugati, per rectam fidem et operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem 19*) peruenire 20) f.

14) *Continetur*, C. R. 1. H. et cit. c.
15) *Et transsubstantiatis*; C. R. 1.
16) *Ministerium*, C. 8.
17) *Nisi sacerdos rite fuerit*; C. H. habet cum cit. c.
18) *Sancta et indiuidua*, C. R. 1.
18*) *Collatum fuerit*, cit. ant.
19) In c. 72. de pœn. dist. 1 ea de caussa dicitur: *secunda post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri.*
19*) *Beatitudinem*, legitur in c. cit.
20) In concilio Gangrensi, relato in c. 4. et 12. dist. XXX, iam olim contraria sententia quorundam hæreticorum damnata est.

CAP. II.

Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus vera vnione, non collectiua, seu similitudinaria, sunt vna essentia, substantia, seu natura; quæ substantia non est generans, nec genita, nec procedens; quia illi actus non attribuantur substantiæ, sed personis: nec per hoc in Trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes, vt hæretici sunt censendi: nisi ab errore resipiscant, et correctioni apostolicæ sedis se supponant. Abbas Siculus.

IDEM in eodem. f

Damnamus g ergo et reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum, de vnitate seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum et insanum, pro eo, quod in suis dixit sententiis h: quoniam quædam summa res est Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et illa non est generans, neque genita, neque procedens. Vnde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem adstruebat in Deo, videlicet tres personas, et illam communem essentiam quasi quartam; manifeste protestans, quod 21) nulla 21*) res est, quæ sit Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus; nec est essentia, nec substantia, nec natura: quamuis concedat, *) quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt vna essentia, vna substantia **), vnaque natura, verum vnitatem huiusmodi non veram et propriam, sed quasi collectiuam 22) et similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus, et multi fideles vna ecclesia, iuxta illud i: *multitudinis 23) credentium erat cor vnum, et anima vna*, et k: *qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo.* Item 24) l: *ille, qui plantat, et qui rigat, vnum sunt*: et m, *omnes vnum corpus sumus in Christo.* Rursus in libro regum n: *populus meus, et populus tuus, vnum sunt.* Ad hanc autem suam sententiam adstruendam, illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus loquitur in euangelio o: *volo, pater, vt sint vnum in nobis, sicut et nos vnum sumus, vt sint consummati in vnum.* Non enim, vt ait, fideles Christi sunt vnum, i. e. quædam vna res, quæ communis sit omnibus, sed hoc modo 25) sunt vnum, id est, vna ecclesia, propter catholicæ fidei vnitatem, et tandem vnum regnum, propter vnionem indissolubilis caritatis, quemadmodum in canonica Ioannis apostoli epistola legitur p: *quia tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus: et hi tres vnum sunt.* Statimque subiungitur 26): *et tres sunt, qui testimonium dant in terra; spiritus, aqua et sanguis: et hi tres vnum sunt*: sicut in quibusdam codicibus inuenitur 27). §. 1. Nos autem, sacro 28) q [*vniuersali*] approbante concilio, credimus et confitemur cum Petro Lombardo 29), quod vna quædam summa 30) res est, incomprehensibilis quidem et ineffabilis, quæ veraciter est Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus: tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem. Et ideo r in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas: quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura diuina, quæ sola est vniuersorum principium, præter quod 31) aliud inueniri non potest. Et illa res non est generans, neque genita, nec procedens; sed est Pater, qui generat, et Filius, qui gignitur, et Spiritus Sanctus, qui procedit 32): vt distinctiones sint in personis, et vnitas 32*) in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus; non tamen aliud 33), sed id, quod est Pater, est Filius, et Spiritus 34) Sanctus idem omnino: vt secundum orthodoxam et catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno Filium generando, suam substantiam ei dedit, iuxta quod ipse testatur s: *Pater quod dedit mihi, maius omnibus est.* Ac dici non potest, quod partem substantiæ suæ 35) illi dederit, et partem ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indiuisibilis sit, vtpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin desiisset esse substantia. Patet ergo, quod sine vlla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit; et ita Pater et Filius habent eandem substantiam: et sic eadem res est Pater et Filius, nec non et Spiritus Sanctus ab vtroque 36) procedens. Cum vero 37) Veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem t: *volo*, inquiens, *vt ipsi sint vnum in nobis, sicut et nos vnum sumus*; hoc nomen v vnum pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio caritatis in gratia: pro personis vero diuinis, vt attendatur identitatis vnitas in natura, quemadmodum alibi Veritas ait: *estote x perfecti 37*) sicut et Pater vester cælestis perfectus est* *), ac si diceret manifestius: estote perfecti perfectione gratiæ, sicut Pater vester cælestis perfectus est perfectione naturæ. Vtraque videlicet suo modo: quia inter creatorem et creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. §. 2. Si quis igitur sententiam vel doctrinam præfati Ioachim 38) in hac parte defendere vel approbare præsumpserit: tanquam hæreticus ab omnibus euitetur 39) y. In nullo tamen propter hoc 40) Florensi 41) z monasterio, cuius ipse Ioachim extiterit 42) institutor, volumus derogari; quoniam ibi 43) et regularis est institutio, et obseruantia salutaris: maxime, cum ipse 44) Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit 44*) apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, quam 45) propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet ecclesia, quæ, disponente Domino, cunctorum fidelium mater est et magistra. §. 3. Reprobamus etiam et condemnamus peruersissimum dogma impii aa Almarici 46), cuius mentem sic pater mendacii excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica, quam insana sit censenda.

21) *Quia*, C. R. 2.
21*) *Nulla res*, c. 2. cit. comp. h. 1.
*) *Concedat*, ibid. sine præmissa partic. *quamuis.*
**) Verba: *vna substantia*, non habet cit. c.
22) *Collectiuam*, C. H.
23) *Multitudinis autem*, C. R. 1.
24) *Iterum*, C. R. 1.
25) *Isto modo*, C. H.
26) *Subiungit*, C. R. L. et cit. c.
27) *Continetur*, C. R. 1.
28) Addunt C. R. *et vniuersali*, sed H. legit cum c. cit. *sacro vniuersali.*

29) Nomen: *Lombardo*, abest a C. R. H. L. ed. ant. et cit. c.
30) Vox: *summa*, deest in C. R. H. et cit. c.
31) *Præter quam*, C. H. legit cum cit. c.
32) *Procedit ab vtroque*, C. H. et L.
32*) *Trinitas*, c. cit.
33) *Aliud sunt*, C. R. 1.
34) *Est Spiritus* C. R. 1.
35) Pronomen: *suæ*, abest a C. R. et L.
36) Addit C. R. 2. *feliciter.*
37) *Cum ergo*, C. R. H. L. ed. ant. Pith. et Gonz.
37*) *Perfectione gratiæ*, addit cit. c.
*) *Perfectione naturæ*, addit cit. c. sed reliqua vsque ad vocem: *vtraque*, omittit.
38) *Ioachimi*, C. H.
39) *Confutetur*, C. L.
40) Verba: *propter hoc*, omittit C. R. 1.
41) *Florentino*, C. R. 1. et ed. ant. Rectius *Florensi*. C. R. 2. L. et Gonz.
42) *Extitit*. C. H. L. ed. ant. Pith. et cit. c.
43) Particula: *ibi*, deest in C. L.
44) *Idem*, C. R. L. et ed. ant.
44*) *Mandauerat*, ed. ant.
45) *Cui*, C. R. L. et cit. c.
46) *Almeri*. C. R. 1. *Almarici*, L. *Almaricii*, ed. ant. *Amalrici*. Pith. et cit. c. sed vera est lectio: *Almarici*, Theologi Paris. qui seculo XIII. vixit.

TITVLVS II.
DE CONSTITVTIONIBVS.

CAP. I.

Iuris canonici statuta omnes legant: et eorum ritu, tam in pronuntiando, quam in decidendo iudicia sunt regulanda.

Ex concilio Meldensi. bb, c. 14. (*ann. Chr.* 845. *in Gallia. tom. IV. conc. p.* 1489.)

Canonum cc statuta 47) custodiantur ab omnibus. Et nemo in

47) Additur in fonte: *sint præiudicio.*

a Ecclesiæ vnitas. b Eucharistia. c Baptismus. d Pœnitentia. e Concord. can. quia sanctitas 16. c. ponderet. 24 et c. contumaces. 31. dist. 50 *Quod autem ad ciuilem politiam et vindictam attinet, non pœnitentia nocens esse desinit.* l. 67. ff. de furt. l. 17. ff. de adul. ed. l. pen. ff. vt bon. rapt. f cap. 2. g cap. 2. eod. tit. in 4. compil. h Libr. 1. sent. dist. 5. i Act. 4. k 1 Cor. 6. l 1 Cor. 3. m 1 Cor. 12. n 3 Regum 22. o Ioan. 17. p 1 Ioan. 5. q *Vide Melchiorem Can. libr. 12. c. 7. de locis theolog.* § *Sac. præc.*

r *In vno manuscripto stat: et ideo in Deo solummodo Trinitas, non quaternitas reperitur.* s Ioan. 10. t Ioan. 17. v *Significationem et æquiuocationem dictionis vnum vide apud Bart. in l. 1. §. 5 arb. in verb. difficile. ff. de publ. Sed aliter vnum sunt fideles Christi, aliter tres personæ diuinæ.* x Matth. 5. y refutetur. z al. Florentino. aa *Almarici hæreses refert directorium p. 2. q. 7.* bb *cap. 11 et Burch. l. 1. c. 61. Iuo p. 5. c. 171 et c. 3. eod. tit. in 1. comp.* cc *Quod dicatur canon, notant DD. in l. priuilegia. C. de sacr. eccles. et gl. can. 2. dist. 3.*

actioni-

actionibus 48), vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum 49) auctoritate ducatur 50).

48) *Actionibus*, c. 1. comp. 1. h. t.
49) *Illorum*, C. H.
50) Post hæc verba in c. 14. conc. Meld. sequentia adhuc adduntur verba: *in exponendis etiam vel prædicandis diuinis scripturis sanctorum et catholicorum et probatissimorum patrum sensum quisque sequatur, in quorum scriptis, vt B. dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillet.*

CAP. II.

Constitutio respicit futura, et non præterita.

GREGORIVS 50*) a, *in registro 51). (ann. 598. Roma in Campaniam.)*

Cognoscentes b, [*qualis fraternitatem vestram zelus pro Christianis mancipiis, quæ Iudæi de Galliarum finibus emunt, accenderit, adeo nobis sollicitudinem vestram placuisse signamus, vt inhibendo eos ab huiusmodi negotiatione nostra etiam deliberatio iudicaret. Sed Basilio Iudæo cum aliis Hebræis veniente comperimus, hanc illis a diuersis iudicibus reipublicæ emtionem iniungi atque contingere, vt inter paganos et Christiani pariter comparentur. Vnde necesse fuit, ita caussam cauta ordinatione disponi, vt nec mandantes frustrari, nec hi, qui contra voluntatem suam se inquiunt obedire, aliqua sustineant iniuste suspendia. Proinde fraternitas vestra hoc vigilanti sollicitudine obseruari ac custodiri prouideat, vt reuertentibus eis a præfata prouincia Christiana mancipia, quæ ab ipsis adducta contigerit, aut mandatoribus contradantur, aut certe Christianis emtoribus intra diem quadragesimum venundentur, et transacto hoc dierum numero, nullus apud eos, quolibet modo remaneat. Si autem quædam ex iisdem mancipiis talem ægritudinem fortassis incurrerint, vt intra statutos dies vendi non valeant; adhibenda sollicitudo est, vt, dum saluti fuerint pristinæ restituta, similiter omnibus modis distrahantur: quia*] rem, quæ culpa caret, in damnum 52) vocari 53) non conuenit. Quoties vero nouum quid statuit 54), ita solet futuris formam imponere, vt [*multo*] dispendiis 55) præterita non c commendet 56): [*et ita*] ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes d incurrere, quod eos postmodum dignum est vetitos 57) sustinere.

50*) *Gregorius III.* C. L.
51) C. R. L. et ed. ant. cum c. 2. comp. 1. h. t. habent: *in registro.* *Regesta* enim et *registra* medio æuo vocata sunt *scrinia*, in quibus potissimum *chartæ* et *rescripta* condita sunt. Vsus est hac voce iam PRVDENTIVS *hymn. X.* περὶ στεφ. *v. 1131.*
52) *Ad damnum*, edit. Gonz.
53) *Vocare*, ibid.
54) *Statuitur*, C. H. L. et c. cit. 2.
55) Addit Gonz. *multis.* C. R. vero: *multa.* et edit. ant. *vt negotiis dispendiis.*
56) *Commendet*, C. R. 2. Sed restituit: *commodent.* Gonz. habet, et c. cit. *commodet.*
57) *Vetitos*, cit. c. Sed AVGVSTINVS *in not.* magis probat lectionem Raymundi.

CAP. III.

Potestas legem condendi et mutandi est penes vicarium Christi. Et quod de vno connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur. Abbas Siculus.

AVGVSTINVS *super illud epist. 58) ad Hebræos.* e

Translato sacerdotio f necesse est, vt legis translatio fiat. Quia enim simul et ab eodem, et sub eadem sponsione vtraque data sunt: quod de vno dicitur, necesse est, vt de altero intelligatur.

58) *Apostoli*, C. R. 1. et G. Verba tamen hæc non sunt AVGVSTINI, sed potius glossæ ordinariæ *ad epist. ad Hebr. VII.* Illustrat hanc sententiam GREGORIVS M. in c. 12. *de cons. dist. III.*

CAP. IV.

Omne prohibitum a lege, peccatum est, et omne illud, quod sequitur ex eo. H. d.

IDEM 59) *super epist. ad Roman.* 60) g

Nam concupiscentiam h nesciebam, etc. Hoc enim elegit 61) apostolus generale, vnde omnia mala oriuntur. Bona est ergo lex, quæ, dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

59) Vel potius *glossa ordin. ad cit. l.* vt notat AVGVSTINVS *ad c. 7. comp. 1. h. t.*
60) *Epistola ad Hebræos*, secundum C. R. 1.
61) Præcedentem particulam *enim*, omittit c. 7. comp. 1. h. t.

CAP. V.

Constitutiones decretorum singularibus sunt opinionibus præferendæ.

HIERONYMVS *in parabolas.* 62) i

Ne innitaris prudentiæ tuæ. Prudentiæ suæ innititur, qui ea, quæ sibi agenda vel dicenda videntur 63), patrum decretis præponit.

62) C. 6. cit. comp. habet: *in parabolis.*
63) *Esse videntur*, c. cit. Ipsam sententiam huius capituli firmat HORMISDA in c. 9. *C. XXV. q. 1.*

a *Lib. 7. epist. 35. ad Fortunatum episcopum Neapolitanum.* b *cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* c al. non commodent. d *l. cum de indebito 25. et ibi gl. de prob. et l. lege. §. cum quidam. ubi Bart. ff. ad leg. Corn. de fic.* e *cap. 7. Extant verba huius cap. in gloss. ord.* f *cap. 4. eod. tit. in 1. compil.* g *cap. 7. Leguntur hæc verba in gloss. ordin.* h *cap. 7. eod. tit. in 1. compil.* i *cap. 5. Ead. verba sunt in gloss. ordin. in c. 6. eod. tit. in 1. compil.*

CAP. VI.

Non valet constitutio collegii in damnum aliquorum, et commodum aliorum, cessante rationabili caussa. Vel sic: *Absque rationabili caussa non potest maior pars capituli tollere consuetudinem, vtilitatem priuatam nutriendo.*

INNOCENTIVS III. *Senonensi archiepiscopo, et episcopo Trecensi. (ann. 1198. Roma in Galliam.)*

Cum omnes k [*vnum corpus simus in Christo, singuli autem alter alterius membra; nec debent maiores minoribus, aut seniores iunioribus inuidere; sed omnes, qui in vna ecclesia vni Domino famulantur, pari gaudeant libertate: cum pondus et pondus, mensura et mensura vtrumque abominabile sit apud Deum, et euangelicus paterfamilias pari mercede primos vineæ suæ operarios remunerauerit, et extremos. Verum ad audientiam apostolatus nostri 64)* l *peruenit,*] quod [*dilecti filii*] Trecenses canonici [*propriis inhiantes commodis, et aliorum profectibus inuidentes*] nouum fecerunt 65) in Trecensi ecclesia constitutum, vt eis tam in præsentia [*sua*], quam in absentia reditus suos ex integro percepturis 66), qui in eadem ecclesia post illam constitutionem 67) fuerunt, vel de cætero fuerint instituti, reditus [*ex eo*] in absentia non percipiant, sed tunc solum, cum [*in ea*] fuerint residentes: cum 68) secundum Trecensis ecclesiæ consuetudinem omnes in hoc consueuerunt 69) esse pares. Statuerunt m etiam, vt, cum singulis præbendis annexæ sint vineæ, ipsis suis, dum vixerint, possidentibus, vineæ decedentium ad successores non transeant, sed prouentus earum inter singulos diuidantur.

Cum igitur, quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debeat vti eo, et sapientia dicat auctoritas n: *patere legem, quam tu 70) ipse tuleris:* [*f. v. per A. S.*] mandamus, quatenus antiquos canonicos iunioribus, et iuniores in perceptione fructuum tam præbendarum, quam vinearum coæquetis antiquis, secundum priorem consuetudinem, vsque ad tempus prædictæ constitutionis 71) seruatam, vel secundum rationabilem institutionem in posterum 72) obseruandam, [*illos per districtionem ecclesiasticam percellentes, si qui duxerint reniendum.*]

64) Ita legunt C. R. L. H. et ed. ant. sed recentiores edit. *ad audientiam nostram.*
65) *Fecerunt*, ed. antiqua.
66) *Percepturis*, C. H.
67) *Institutionem*, edit. Gonz.
68) Particula *cum*, in ed. ant. non [illegible] stat.
69) *Consueuerunt*, C. H. legit cum [illegible] hoc sensu, quod ex veteri consuetudine tam absentes, quam [illegible] in perceptione redituum pares fuerint.
70) Pronomen: *tu*, deest in [illegible]
71) *Institutionis*, legitur in edit. [illegible] C. H. habet: *constitutionem.*
72) Pro *in posterum*, legitur in c. 1. cit. *deinceps.*

CAP. VII.

Constitutio laicorum ecclesiam, seu eius bona non adstringit.

IDEM o *Tridentino 73) episcopo. (ann. 1198. Roma in Venetiam.)*

Quæ in p ecclesiarum, [*et ecclesiasticorum virorum præiudicium attentantur, firmitatem sortiri non debent, sed ad ecclesiarum indemnitatem debent potius infirmari.*] Sane peruenit ad audientiam nostram, quod ciues q Teruisini 74) [*et Coneglanenses constituendi legem sibi, et vltimam sibi tantum, iurisdictionem temere vsurpantes, impietatem palliant sub nomine pietatis, et dum quibusdam ex alieno gratiam exhibere nituntur, ecclesiis sunt et viris ecclesiasticis onerosi.*] Constituerunt [*siquidem, sicut accepimus,*] vt, si quis se ad inopiam vergere probabiliter allegauerit r, alienandi feudum, quod ab ecclesia vel aliis 75) tenet 76), [*per officiales ad hoc a Teruisinens. ciuibus et Conglan. deputatos*] liberam habeat facultatem. [*Nec emptor teneatur priori domino respondere, nisi in sexta parte pretii, quam ipsi, si recipere voluerit, exhibebit, ex qua ecclesiastica non modicum iura læduntur.*] Volentes igitur ecclesiarum indemnitati consulere, [*et grauaminibus huiusmodi prouidere,*] constitutionem huiusmodi et venditiones feudorum ecclesiasticorum, factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, [*occasione constitutionis, ima verius destitutionis vel destructionis istius, præsentium auctoritate cassamus, et*] vires decernimus non habere.

73) *Tridentino*, C. H. 1. sed Cur. H *Idem Mathæo Cenetensi episcopo*, ed. Gonz. denique in c. 2 cit. comp. est. *Ceten.*
74) *Teruisini*, legitur in ed. ant. sed in C. L. *Teruisini.* et in c. cit. *Teruisinen.*
75) *Ab aliis*, C. R.
76) In cit. c. *tenent*, et paullo post *liberam habeant*, legimus.

CAP. VIII.

Dignitas sublata de ecclesia per statutum capituli, confirmatum per papam, vlterius non censetur vacare, nisi per contrarium actum statutum fuerit reuocatum.

IDEM *(circa ann. 1204. Roma in Galliam.)*

Cum accessissent s ad apost. sedem archid. Tullensis et G. Tullen. 77) Capituli procurator s archid. proposuit memoratus, quod, cum

77) *Tulen. et G. Tulensis*, C. H.

k *cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* l *In multis antiquis ita legitur, ideoque lector hanc textus mutationem æqui bonique consulet* m *Secundum hoc est canonicorum statutum.* n *Catonis scilicet in dist. moral. vt notat Contius text. in cole. et l. 1. D. quod quisque iuris, etc.* o al. Trecensi. al. Cenetensi. al. Ceten. al. suffraganeus Mediolanensis p *cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* q Treuerenses et Conneglanenses. r *Id est, allegando probauerit. Neque enim sufficit dicere, nisi probetur.* s *cap. 4. eod. tit. in 3. compil.*

olim quidam 78) Tullens. canonici nostris auribus intimassent, quod primiceriatus 79) a in Tullens. ecclesia tanto tempore vacauisset, quod 80) ad manus nostras illius personatus esset donatio deuoluta. [*Dil. fil. Altæ sylua et Belli prati abbatibus, et Columbani monasterii decano dedimus in mandatis, vt super hoc inquirerent veritatem, et, si personatum illum tanto tempore ita vacauisse constaret, quod iuxta Lateran. statuta concilii ad nos ipsius esset donatio deuoluta, ipsi personam idoneam de Tullensi ecclesia vel aliunde in ipso primiceriatu instituerent vice nostra, et eundem facerent ob illo pacifice possideri.* [*Et ita*] fuit insuper ex parte capituli allegatum, quod [*rescriptum ad prædictos iudices impetratum exstiterit per falsam suggestionem obtentum. Cum enim*] (de) communi assensu 81) [*et vnanimi voluntate*] canonicorum Tullensium fuerit constitutum, ne primiceriatus dignitas b esset vlterius in ecclesia memorata, inter canonicos ipsos primiceriatus prouentibus et possessionibus distributis; [*et eadem constitutio a bonæ mem. Alex. PP. prædecess. n. fuit postmodum confirmata*:] (propter quod) euidenter apparet, quod primiceriatus ipse tanto 82) tempore non vacauerit, sicut nobis fuerat 83) falsa insinuatione suggestum. (*et infra.*) Quocirca [*d. v. per A. S.*] mandamus, quatenus, [*inquisita diligentius veritate,*] si vobis constiterit, Tullens. canonicos, ne vlterius in Tullensi ecclesia primiceriatus esset officium, communiter statuisse, et statutum ipsum auctoritate sedis apostolicæ fuisse postmodum, sicut dicitur, confirmatum, vos illud faciatis in suo robore permanere: nisi postea dicti canonici contrauenerint, aliquem videlicet in primicerium eligendo.

78) Vocabulum: *quidam*, abest a C. H. et ed. ant.
79) additur in C. L. *dignitas*, assumta videlicet secundum ecclesiæ Rom. morem, in qua primiceriatus primum institutus est.
80) loco *quod*, legitur: *vt*, in c. 4. h. t. comp. 3.
81) *Consensu*, C. B. 1. et cap. 4. cit.
82) *Multo*, c. cit.
83) *Fuit*, C. B. 2. *Fuerit*, cit. c.

CAP. IX.

Non obstante certo canonicorum numero, etiam per papam confirmato, prouidendum est receptis vltra numerum de superexcrescentibus fructibus: maxime si voluntarie per canonicos fuerint recepti.

IDEM Clugiensi 84) c episcopo. (*ann.* 1198.)

Cum Martinus Ferrarrensis d, [*canonicus, F.* [*W.*] *B. et G. canonicorum Ferrariensium, et magi*[illegible] *G. Ferrariensis capituli procuratores ad sedem apostolicam accessissent*, [illegible] *stione, quam de præbendis et redditibus habebant ad inuicem:* [illegible] *sanctæ M. in Cosmidin. diac. cardinalem eis concessimus auditore*[illegible] *quo*] dictus M. pro se ac quatuor sociis suis proposuit, quod Ferrarienses canonici, vt eo amplius suos reditus augmentarent, quo prouentus ecclesiæ, qui diuidi consueuerant inter plures, in vsus cederent paucorum 85), quatuordecim præbendas tantum, præter id, quod mensæ 86) communiter deputarunt 87), in eadem ecclesia contra antiquam consuetudinem statuerunt. Postmodum 88) vero, contra constitutionem ipsam voluntarie venientes, dictos quinque in canonicos receperunt, nullis præbendis assignatis eisdem. Et licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati: nondum tamen eis voluerunt ex superexcrescentibus redditibus prouidere.

Verum 89) ex aduerso e fuit propositum, quod, [*olim de communi tam canonicorum, quam Ferrariensis episcopi voluntate* 90) quatuordecim præbendarum numero in Ferrariensi ecclesia [*prouida deliberatione*] instituto 91), et apostolicæ protectionis præsidio roborato, [*tandem*] cum vna in eadem ecclesia præbenda vocasset, ad quorundam instantiam duos ad eam, et postmodum ad preces [*ven. f. n. Ferrar.*] episcopi dictum M. et quendam alium sine præiudicio dictæ constitutionis in canonicos receperunt, ita, quod ipsi canonici 92) de canonia 93) nihil perciperent, donec primi duo essent præbendas integre assequuti. Cumque per canonicorum industriam fuerit procuratum, vt ex possessionibus, quas [*eadem*] ecclesia tempore longo possedit, plures eis reditus soluerentur; superexcrescentes 94) [*reditus*] communi mensæ, quæ minus sufficiens fuerat, [*communiter*] deputauerunt 95): quos dicti

84) *Clat'n.* C. H. sed L. et ed. ant. *Elugiensi.*
85) *Paucorum*, C. H. L. c. 5. comp. 3. h. t. et ed. Pith.
86) *Quod communi mensa communiter*, ed. ant.
87) *Deputarant*, C. B. 1. *Deputarent*, C. B. 2.
88) *Postea*, C. H.
89) *Verum etiam*, C. B. 2. Sed addit c. cit. *dictus magister proposuit.*
90) Hæc verba merito ex c. 5. comp. 3. h. t. addenda, vt constet, cum voluntate episcopi conditum esse statutum, absque qua illud condere nequit capitulum. c. 9. *X. de consuet.*
91) *Constituto*, C. B. 1. Hoc modo per *diuisionem* bonorum communium *præbenda certa et determinata*, seu *beneficia* in capitulis primum orta et nata sunt ex *bonis communibus.*
92) Vox: *Canonici*, deest in C. H. L. ed. ant. et cap. 5. h. t. comp. 3.
93) *Canonica*, legitur in C. L. et in cit. c. 5.
94) *Super crescentes*, C. H.
95) *Deputarent*, C. B. 2. *communiter deputauere*, edit. Gonz. Ceterum, quod *communi mensæ* hos reditus deputasse legantur canonici, non secundum morem antiquum, quo *mensa communi* vtebantur, dudum iam extinctum, sed secundum recentem est accipiendum, quo scilicet superexcrescentes reditus in *communes vsus* cesserint: quod vsu antiquo loquendi designatum est per *mensam communem.*

a *al.* Primiceriatus dignitas. b *Vide tit. de offic. primic.* c *al.* Flugiens. d *cap. 5. eod. tit. in 3. compil.* e *al.* ex diuerso.

quinque sibi 96) postmodum petierunt contra capituli constitutionem in beneficium assignari. [*Quia vero super his plena nobis, sicut idem cardinalis asseruit, exhiberi non potuit certitudo: caussam ipsam tuo examini duximus committendam,*] mandamus, quatenus, cum in constitutione prædicta, et confirmatione sedis apost. vel fuerit, vel esse debuerit, sicut consueuit, expressum f, nisi in tantum excrescerent ecclesiæ facultates, quod pluribus possent sufficere competenter, et [*cum*] iidem canonici in derogationem suæ constitutionis, ad g vacaturas præbendas quatuor 96*) receperunt *) vltra numerum constitutum, [*ab*] antiquis canonicis præbendas cum integritate percipientibus consuetas, superexcrescentes redditus prædictis canonicis [*app. rem.*] facias assignari, ita [*tamen,*] quod, si ab eis pares potuerint 97) cum aliis sortiri præbendas, quod superfuerit, in communes canonicorum vsus, sicut 98) prius statuerant, siue aliter, prout melius videbitur, conuertatur, reuocatis in irritum [*omnibus,*] quæcunque ab alterutra partium in præiudicium alterius 99) post motam quæstionem coram episcopo Ferrariensi circa præbendas vel possessiones fuerint innouata.

96) *Ex sibi*, C. B. 2.
96*) Præter *Martinum*, qui *quatuor sociorum* nomine et *proprio* egerat, vt re vera *quinque* recepti fuerint. Erant autem hi recepti simpliciter, sine promissione vacaturæ præbendæ, quod permissum erat. c. 19. *X. de præbend.*
*) *Receperint*, C. L.
97) *Poterant*, C. B. 1.
98) *Sicut et*, edit. Gonzal. et cap. cit. 5.
99) *Partis alterius*, C. H.

CAP. X.

Statutum generale laicorum ad ecclesias, vel ecclesiasticas personas, vel earum bona in earum præiudicium non extenditur: nec speciale, etiamsi earum commodum et fauorem concernat. Hoc dicit, quoad intellectum. Abbas Siculus.

IDEM abbati et conuentui sancti Siluestri. (*ann.* 1199. *Romæ.*)

Ecclesia h sanctæ Mariæ [*in via Lata contra I. de Alteia, qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra iustitiam detinere, mouit tempore B. Corosonei dicti senatoris sub L. iudice quæstionem. In ipso autem iudicio præfato I. de Alteia syndicus monasterii vestri adstitit, et ab eo testes producti quidam de monachis exstiterunt. Iudex vero, auditis rationibus partium, pro eodem Ioanne absolutionis sententiam promulgauit: a cuius sententia pars altera vocem appellationis emisit. Super hac igitur quæstione suborta, proponente parte victrice, quod non potuerit appellari, cum dictus L. non vt iudex, sed tanquam arbiter fuisset electus, victa e contrario asserente, quoniam cum arbitrio fuerit contradictum, quod partes non nisi metu pœnæ constringit, quæ in præmisso arbitrio non fuerat comprehensa, merito potuit appellari, et fortius, quam si iudicium exstitisset. De hoc igitur ad iam dictum B. Corosoneum quæstione perlata, caussam appellationis S. primicerio iudicum delegauit; in cuius præsentia partibus constitutis, dictus Iohannes de Alteia proposuit, se conueniendum non esse: cum non possideret id, quod pars altera requirebat, sed monasterium sancti Siluestri possidens rem petitam. Dictus autem B. Corosoneus, quoniam statutum quoddam emerserat, a populo Romano approbatum, pariter et acceptum, quod, si quis post litem contestatam rem a se petitam transferret in alium, daretur possessio petitori, et alter fieret de possessore petitor, et idem I. post litem contestatam, rem ipsam in monasterium transferre præsumsit, possessionem rei petitæ assignauit ecclesiæ memoratæ. Verum quoniam dictus I. de possessionibus ipsis monasterio s. Siluestri annuam reddiderat pensionem, adiecit, vt hoc ipsum ob ecclesia sanctæ Mariæ fieret, donec de proprietate fundi cognosceretur: sed solutio, quæ fieret pensionis ecclesiæ sanctæ Mariæ in via Lata, in iure suo penitus non noceret. Hanc autem possessionem ecclesia sanctæ Mariæ vsque ad tempora Ioannis Petri Leonis, senatoris vrbis, inconcusse possedit: qui, supplicatione monasterii vestri clementer admissa, R. iudici caussam commisit eandem, qui auditis hinc inde propositis, pro monasterio ipso sententiam promulgauit, reuocans, quod præfatus B. Corosoneus statuerat contra ipsum. Per quam sane sententiam quoniam ecclesia sanctæ Mariæ se læsam enormiter querebatur: et ipsa senatori supplicauit prædicto, qui caussam commisit R. iudici cognoscendam. Et quoniam eius iurisdictio erat in proximo defitura: supplicatum fuit ob eandem caussam successoribus eius senatoribus iam electis, et ab eis caussa ipsa eidem iudici delegata. Iudex vero ex veteris, et nouorum pariter senatorum delegatione cognoscens, quod iam dicto B. statutum fuerat, approbans, ecclesiæ sanctæ Mariæ possessionem violenter ablatam, monasterio tribuit nominato. Ex hoc ergo lite crescente, vsque ad armorum strepitum est processum. Ne vero deterius quid contingeret, bonæ memoriæ C. papa, prædecessor noster, totum negotium ad suum sollicitudinem reuocauit. Et quoniam tempus colligendorum fructuum imminebat: fructus præcepit apud colonos in sequestro deponi: circa quos, si qua partium violentiam inferre præsumeret, caussæ suæ dispendium pateretur, venerabilibus fratribus nostris G. Portuens. et I. nunc Albanens. tunc vero Tusculan. episcopis tituli sancti Clementis, et dilecto filio nostro G. sancti Angeli diacono card. caussam committens eandem. In quorum præsentia partibus con-*

f *l. quod si natt. §. quia assidue. D. de adil. ed. Notat Barb. in l. nemo. D. de reb. dub.* g *al.* vacaturas. h *Cap. 5. in 3. comp. de foro comp. Partes huius capit. sunt infra, vt lite pendente, c. 3. et 4.*

stitutis,

stitutus, pro ecclesia sanctæ Mariæ fuit contra monasterium vestrum obiectum, quod violentiam pars vestra commiserat in fructibus sequestrandis. Et cum super hoc testes fuissent utrinque producti, quia violentia liquido probata non fuit, et in dimidia ungia bordei dicebatur admissa; abbate nihilominus probibente, ne delictum personæ redundaret in damnum ecclesiæ; facta bordei restitutione promissum est, ut ad quæstionem possessionis fieret in caussa processus: de qua coram eisdem productis testibus, et attestationibus publicatis, fuit diutius disceptatum. Consequenter vero post decessum præfati prædecessoris nostri, partibus in nostra præsentia constitutis, ecclesia beatæ Mariæ possessionem, qua fuerat, prætermisso iuris ordine, spoliata, sibi restitui postulabat. Et quoniam alii senatorum sententiam pro monasterio, alii latam pro ecclesia processu temporis confirmarant: nos, quicquid ab eis factum fuit, postquam dictus prædecessor noster ad curam suam idem negotium revocavit, de consilio fratrum nostrorum irritum decernimus, et inane. Cum ergo nobis constiterit, et ipsa confessione partium tenuerimus, quod unus consiliariorum contra sententiam de voluntate alta exsequutioni mandatam, de facto, quia de iure non poterat, veniens, ecclesiam ipsam possessione sua spoliaverit violenter; et nihilominus attendentes, quod etiam iniusto possessori violenter eiecto, restitutionis sit beneficio succurrendum: spoliatam ecclesiam in eo statu decrevimus reponendam, in quo fuerat tempore violentiæ perpetratæ. Verum quoniam præfatam possessionem post restitutionem factam ab I. de Alteia, monasterium alii locationis titulo assignarat, neque restituere poterat ecclesiæ spoliatæ: loco illius tantumdem possessionum æquivalentium, secundum arbitrium dilectorum filiorum I. Tineosi capellani, et G. hostiarii nostrorum, eidem ecclesiæ fecimus assignari. Quæ quoniam aliis fuerant iure pignoris obligatæ: a creditoribus eas fecimus liberari, qui nobis instrumentum pignoris postea resignarunt.] Et quia sæpefatum monasterium vestrum se querebatur a præmisso P. Corosoneo contra iustitiam spoliatum: et ipsum per officium nostrum restitui suppliciter postulabat, quod statutum eius nullius valoris extiterit multipliciter asseverans. [Sæpefatus enim B. cum se ipsum intruserit in senatoriam dignitatem, nec apostolicæ sedis favorem habuerit, ad quam institutio pertinet senatorum: statutum non potuit emittere, quod valeret. Qui etiamsi fuisset legitime institutus, ipsius statutum, quamvis sibi subiectos, ecclesias tamen nullatenus obligaret: præsertim cum iuri civili esset adversum, quod aliam pœnam litigiosas res transferentibus statuit imponendam. Illa distinctione inter contrahentes adhibita, ut, si quis sciens ad donationes, venditiones, seu alios contractus accesserit, non solum redimere rem compellatur, sed etiam pretium eius amittat, non ut lucro cedat alienantis, a quo etiam alia tanta quantitas est fisci iuribus inferenda. Sin autem ignorans rem litigiosam emerit, vel per aliam speciem contractus acceperit: tunc, alienatione res facto irrita, pretium eius cum alia tertia parte recipiet, instrumentis etiam nullam vim obtinentibus, quæ super contractibus huiusmodi fiunt. Verum eos, qui dotis nomine, vel ante nuptias donationis, transactionis, vel divisionis rerum hereditariarum factæ, vel per legati, vel fideicommissi caussam huiusmodi dederint, vel acceperint, a præmissis pœnis eadem constitutio excipit nominatim. Quodsi etiam obligare posset ecclesias; monasterium in ista constitutione nequaquam inciderat; cum antedictus I. nullam in aliud penitus possessionem transtulisset: qui tanquam colonus terras illas tenuerat, et eas non suo, sed monasterii nomine possidebat. Quod etiamsi fecisset, quoniam prius conventus a monasterio, quam ab ecclesia fuerat, et per arbitrium et nihilominus iure transactionis, per quam citra pœnam litigiosi contractus res potest in alium lite contestata transferri, res restituit antedictas: in statutum præmissum nullatenus incidisset. Quin potius, etsi contra illud fecisset statutum, quoniam nec conventum, nec confessum in iudicio, vel convictum possessione sua monasterium fuerat spoliatum, instanter eam sibi restitui postulabat, quam ex nulla, vel saltem iniusta caussa pars altera detinebat. Has autem rationes œconomus sanctæ Mariæ nitebatur multifariam infirmare. Quamvis enim dictus B. circa prælationis suæ primordia gratiam sedis apostolicæ non habuerit; quia tamen ab ea fuit tempore procedente receptus, et ratihabitio retrotrahitur; perinde habendus erat, tanquam ab initio fuerit institutus; qui tanquam alienus iudex non poterat a monasterio evitari: cum nec novum sit, nec insolitum, quod, ubi clerici sunt actor et reus, caussas civiles in urbe coram iudicibus, per sedem apostolicam institutis, ex delegatione senatorum, ab eo iurisdictionem habentium prosequantur. Unde nec in alieno foro intelliguntur, sed in proprio Rom. pontificis litigare, cuius auctoritate sortiri videntur effectum, quæ ob huiusmodi senatoribus, vel iudicibus statuuntur. Quodsi forum senatorium fuisset monasterio penitus alienum; quia tamen œconomus dicti monasterii sub L. iudice a præfato B. inter ecclesiam sanctæ Mariæ et dictum I. de Alteia delegato, ipsi I. adstitit, et eum in iure defendit: iudicium eius non potuit ulterius declinare. Statutum autem ipsius B., de quo sæpius est præmissum, et quod non iuri adversum, sed consonum potius existebat; cum etiam in iure canonice caveatur, quod res in litigio posita non sit in personam aliam transferenda: non ad possessores solos, sed etiam ad illos decebat extendi, qui tempore saltem detentionis cuiusque poterant conveniri, quales constat esse colonos etiam temporales. Perpetui namque utilem saltem possessionem habent et conveniri possunt, et in alium transferre, quod habent, sicut I. fuerat ante dictus; cuius factum, neque præmissum arbitrium poterat, nec transactio excusare: cum in dolum, et fraudem fuerit attentata. Iudex namque, in quem fuit a partibus compromissum, consanguineus ipsius I. et infeudatus monasterii dicitur extitisse, nihilque fecisse in publicum, sed omnia in secreto: quamvis instar iudiciorum sint arbitria introducta. Coegit quoque partes ad transigendum, sicut ex rescripto transactionis apparet. Et cum de transactione non fuerit compromissum, quæ non est necessitatis, sed liberæ potius voluntatis: dolo quasi ex perspicuis insidiis iam probato, transactionem inefficacem penitus asserebat. Illa quoque ratione dicebat ecclesia petitionem monasterii repellendam, quod, cum possessionem ipsam sine dolo, et culpa sua obtinuerit auctoritate prætoris, et per hoc ius sibi fuerit acquisitum: monasterium vestrum super possessorio audiri ulterius non debebat, cui parata erat in petitorio respondere. His ergo et similibus in nostra et fratrum nostrorum præsentia prudenter a partibus allegatis,] nos attendentes, quod laicis, etiam religiosis, super ecclesiis, et personis ecclesiasticis nulla sit attributa potestas 100), quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, a quibus, si quid motu proprio statutum fuerit, quod ecclesiarum respiciat etiam commodum, et favorem, nullius firmitatis existit a: nisi ab ecclesia fuerit approbatum. Unde statutum Basilii b de non alienandis prædiis rusticis, vel urbanis, ministeriis 1), et ornamentis ecclesiarum, illa reprobatum fuit 2) potissimum 3) ratione, quod auctoritate Romani pontificis non fuit roboratum: [ne in exemplum transeat similia præsumendi], quod a [sæpe dicto P.] factum fuerat in præiudicium monasterii, non conventi, nec confessi [etiam], vel convicti, [prorsus] in irritum revocantes, possessiones easdem restituendas sibi sententialiter diffinimus c, [nec ipsas, quæ in locum, et ius illarum, quas ab I. de Alteia ecclesia sanctæ Mariæ petierat, successerunt, interim alienare valeat, prohibentes, ut, si ecclesia sanctæ Mariæ, vel de vitio litigiosi contractus, vel de proprietate forsitan voluerit experiri: ne, si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret, monasterio minime possidente, sit, quod evincere valeat, et habere. Datum Lateran. V. Cal. Decembris.]

100) Facultas, edit. vulg.
1) Mysteriis, C. n. 2.
2) Fuerit, ibid.
3) Potissimum, ed. Pith. et Gonz.

CAP. XI.

Pœna simpliciter opposita propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis, et non perpetua.

IDEM universis doctoribus Parisiis commorantibus. [circa ann. 1206. Roma in Galliam.]

Ex litteris d vestræ devotionis accepimus, [quod cum quidam moderni videlicet doctores liberalium artium a maiorum suorum vestigiis in tribus præsertim articulis deviarent, habitu videlicet inhonesto, in lectionum et disputationum ordine non servato, et pio usu in celebrandis exsequiis decedentium clericorum iam quasi penitus negligenter omisso. Vos incipientes vestræ consulere honestati octo ex vobis iuratos, ad hoc unanimiter elegistis, ut super dictis articulis de prudentium virorum consilio bona fide statuerent, quod foret expediens et honestum, ad illud in posterum observandum, vos iuramento interposito communiter constringendo, excepto duntaxat magistro G. qui iurare renuens et formidans fideiussoriam pro se tantum obtulit cautionem. Fuit etiam insuper ad cautelam a vobis fide interposita protinus constitutam, ut, si quisquam magistrorum adversus alios duceret resistendum, et primo et secundo [...] tertiono commonitus infra triduum universitati parere contemneret magistrorum, extunc beneficio societatis eorum in magistralibus privaretur: et quidem hoc ultimum quidam ex vobis simpliciter, quidam vero, nisi satisfaceret, et nonnulli, nisi per vos se admitti, vel ab aliis obtineret, se intellexisse fatentur. Cum autem supradictus magister G. infra triduum universitati non paruerit requisitus: iuxta condictum vestrum extunc a vobis habitus est exclusus. Qui cum satisfactionem condignæ postmodum se obtulisset, in IV. magistros, iuramento interposito, compromisit, illorum dictum pro bono pacis se gratum et ratum pariter habiturum. Illi vero, usi consilio sapientum, dictum suum communiter promulgarunt, memorato magistro in virtute iuramenti præstiti prohibentes, ne deinceps in licitis universitati resisteret magistrorum, et iniungentes eidem, ut tamdiu in eodem statu persisteret, quo tunc erat, donec per se vel per procuratorem se posse ab aliis magistris admitti per sedem apost. obtineret, salva in omnibus honestate. Unde nobis humiliter supplicastis, ut eundem magistrum, virum utique providum et honestum et discretum, qui tanquam obedientiæ filius, quod sibi prædicti quatuor iniunxerunt, suscepit humiliter, et patienter observat, et ex benignitate sedis apostol. faceremus communioni restitui magistrorum. Nos igitur ex præmissis intelligentes eidem magistro fuisse mandatum, ut tamdiu persisteret in eo statu, quo tunc erat, donec magistrorum communioni de mandato sedis apostol. redderetur, et paratus sit super præmissis satisfactionem congruam exhibere:] licet a vobis fide præstita 4) fuerit constitutum, ut, si quis magistrorum ordinationi universitatis ipsorum 4*) duceret resistendum, et primo, [et] secundo tertione *) commonitus intra triduum universitati parere contemneret 5) (magistrorum,) extunc (beneficio societatis eorum in) magistralibus privaretur,

4) Verba: a vobis fide præstita, non extant in c. 12. comp. 3. de iureiur.
4*) Pro his in cit. c. adversus alios, legimus.
*) Tertione, non legitur in c. cit.
5) Contempserit, legit C. n. 1.

a Vide c. quæ in ecclesiarum. 7. sup. hoc tit. Sacra pag. decretorum et liberalium artium ex tit. de iureiur. in 3. comp. b Præfecti urbis Romæ, vid. can. bene. 96. dist. c Residuum est in c. 4. infra, ut lit. pen. d cap. 12. in 3. compil. de iureiur.

uoretur,

uaretur, et ob hoc magister G. fuit 5*) eorum 6) communione priuatus. Quia tamen constitutum non fuit, vt in perpetuum huiusmodi 7) priuatio perduraret 8); cum 9) tam iuris canonici, quam nostri moris existat, vt is, qui propter contumaciam communione priuatur 10), cum satisfactionem congruam exhibuerit, restitutionem obtineat: [*v. v. præc. auct.*] mandamus, quatenus supradictum magistrum statutis vestris (nunc) humiliter parere curantem, ad communionis vestræ consortium in magistralibus admittatis.

5*) *Fuerit*, C. L. et ed. ant.
6) *Ipsorum*, C. R. 1. et H.
7) *Homo*, C. R. 1.
8) *Durare*, C. R. 2.
9) *Et*, C. R. L. et cit. c.
10) Priuatio hæc communionis erat respectu ceterorum doctorum, sicut olim s. pe in pœnam et contumaciam denegatio communionis secundum quid detinebatur, hoc caso vero re vera suspensio erat.

CAP. XII.

Non possunt canonici sine caussa restringere numerum canonicorum sin præbendarum. Abbas Siculus.

HONORIVS III. *episcopo et cantori Cabilonensi.* [*et abbati de Firmitate Cabilonensis diœcesis.*] (*ann.* 1221. *Romæ in Galliam. conf. c. 5. comp. 5. h. t.*)

Ex parte a [*ven. fr. nostri*] episcopi Eduensis fuit propositum [*coram nobis,*] quod canonici Eduenses propriis commodis inhiantes præbendarum numerum ab antiquo in ecclesia Eduensi statutum, licet non sint eius diminuti reditus, restrinxerunt, [*vt sic in temporalibus magis abundent, dum ea, de quibus sustentari valet canonicorum numerus consuetus, tali prætextu in augmentum nituntur conuertere præbendarum, et in facti sui tuitionem super hoc confirmationis litteras a nobis dicuntur impetrasse in communi forma.*] §. 1. Nolentes igitur [*huiusmodi occasione in ecclesia ipsa*] diuini numinis minui 11) cultum, sed potius augmentari, [*discret. v.*] mandamus, quatenus, [*si præmissis veritas suffragatur*] antiquum numerum facientes 12) auctoritate nostra seruari, præbendas, quas a tempore vltimi statuti inueneritis vacasse 13) in ecclesia memorata, non obstante aliqua 14) constitutione super hoc a canonicis ipsis facta, vel confirmatione a nobis b ab eisdem obtenta personis idoneis cum consilio [*eiusdem*] episcopi [*sublata appellationis obstaculo*] conferatis.

11) *Diminui*, C. R. L. et c. 5. comp. 5. h. t.
12) *Faciatis*, C. R. 1.
13) *Vacantes*, edit. Gonz.
14) *Noua aliqua*, C. H. addit.

CAP. XIII.

Constitutio futura respicit, et non præterita: nisi in ea de præteritis caueatur.

GREGORIVS IX. *archipresbytero S. Mariæ maioris de vrbe.* (*ann.* 1230. *Romæ in Galliam.*)

Quoniam constitutio apostolicæ sedis omnes adstringit, et nihil debet obscurum vel ambiguum continere; declaramus, constitutionem c, quam nuper super [illegible]endis in perceptione portionis maioribus, et consuetis seruitiis, a minoribus exhibendis, edidimus, non ad præterita, sed ad futura tantum extendi d; cum leges 15) et constitutiones futuris certum sit dare formam negotiis, non ad præterita facta trahi: nisi nominatim in eis de præteritis caueatur.

15) Addit C. R. 1. *secundum.*

TITVLVS III.
DE RESCRIPTIS. 16) e

CAP. I.

Priuilegia generali, secundum ius commune obtenta, obstat rescriptum speciale, etiam de eo mentionem non faciens. H. d. secundum intellectum magis communem.

ALEXANDER III. *Senonensi archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

Sicut f Romana [*ecclesia omnium ecclesiarum, disponente Domino, mater est, et magistra: ita et nos, qui eidem ecclesiæ, licet immeriti, diuinæ dispositionis prouidentia præsidemus, prout Dominus nobis ministrauit, consultationibus respondere cogimur singulorum, et quæ videntur dubia, apostolicæ circumspectionis prouidentia declarare. Sane*] quæsitum est a nobis 17) ex parte tua, [*vtrum,*] si alicuius caussa [*res inter aliquos*] delegatis iudicibus sublato 18) remedio appellationis committitur, et litteris apostolicis 18*) altera pars [*est*] munita 19), quibus ei generaliter est indultum, vt libere sibi liceat appellare, [*si*] in vocem appellationis proruperit, an 20) eius in eadem caussa debeat appellationi deferri? [*Huic igitur*] inquisitioni tuæ taliter 20*) respondemus, quod eius in hac parte appellatio non debet admitti, postquam est caussa iudicibus appellatione remota commissa: quia speciale mandatum derogat generali.

16) Addunt C. L. et ed. ant. *et eorum interpretationibus.*
17) Verba: *a nobis*, non exstant in C. L.
18) *Submota*, C. R. 2. Sed *aliqua remedio appellationis*, c. 1. comp. 1. h. t.
18*) *Apostolica protectionis*, legit cit. c. 1. Mirandum tamen est, Senonensem facultatem appellandi speciali rescripto impetrasse, quæ omnibus iure communi permissa, qualis concessio sine effectu esse videtur, *l.* vlt. *C. de thesaur.* Sed olim non apud Gallos, qui multa obstacula appellationibus ad sedem Romanam iniicere solebant, vt obseruauit *ad c.* 13. *C. II. q.* 6 *not.* 5*.) Pariter hoc tempore adhuc in Germania tatores tolle appellationes ad curiam Rom. obseruauit in *præfat.* Decreto præmissa, §. *XIV. lit. c.* 10 *not. p. XIX.*
19) Addit C. R. 2. verbum: *sit.*
20) Particula: *an*, deest in C. L. In cit. c. 1. autem ita legitur: *verum eius in eadem caussa appellationi sit deferendum.*
20*) *Præsentibus litteris*, cit. c.

a *Ex hoc c. aperte colligitur, non valere statutum, per quod cultus diuinus fiet contra diminuitur: etiamsi in forma communi per papam facite confirmatum.* b *Hunc textum dicit card. Floren. esse singularem ad ho., quod appellat. confirmationis intelligitur de confirmatione in forma communi.* c *c. statuimus* 14 *infra de maiorit. et ob.* d *Verba l. leges, 7. C. de legibus.* e Et eorum interpretationibus. *add. in quodam edito Vatican.* f *cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. Post concil. Lateran. sub Alex. III. part. 10. cap. 11.*

CAP. II.

In rescripto apostolico subintelligitur clausula: si preces veritate nitantur. Et si rescriptum prohibet caussæ cognitionem, est de falsitate suspectum.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

I. Ex g parte [*ven. f. n.*] Conuentrensis episcopi nostris est auribus intimatum, quod, cum de caussa, quæ inter G. et F. clericos vertitur super præbenda de Noualis 21) h, cognoscens, legitime eidem F. 21*) secundum tenorem litterarum nostrarum, continentium, quod, si constaret, ipsum F. de periurio esse conuictum, et perpetuo illi renunciasse præbendæ, [*app. cess.*] amoueretur ab ea, eo cognito et probato, præbendam adiudicasset 22) eandem, ipse [*F.*] in vocem appellationis prorupit 23): et ad te, quod ei præbendam præcise et absque caussæ cognitione restitueres, litteras nostras 24) reportauit, [*et episcopum, qui post appellationem eum præbenda spoliauerat, auct. ap. alicui beneficium conferendi potestate, app. cessante, priuares, donec per se, vel per nuntium, aut per litteras suas de tanto excessu satisfacturus ad sedem ap. accederet, et prænominatum G. si eundem F. in iam dicta præbenda præsumeret molestare, vinculo excommunicationis vsque ad condignam satisfactionem constringeres.*] Verum quoniam non credimus, [*nos*] ita præcise scripsisse i, et 25) in huiusmodi litteris intelligenda est hæc conditio, etiamsi non apponatur, si preces veritate nitantur k: [*f. t. per A. S. pr.*] mandamus, quatenus, inspectis litteris, quas episcopo prædicto direximus, si inueneris, quod secundum prædictum modum ei scripserimus, [*et in litteris nostris appellatio fuerit inhibita*] et in litteris, quas [*tibi*] præfatus F. reportauit, non fuerit habita mentio priorum litterarum, sententiam præfati episcopi [*omni occ. et app. c.*] confirmes, et sæpedictum F. cum litteris nostris, quas tibi detulit, ad præsentiam nostram *tanquam falsarium* 26), venire compellas.

21) *Nouallus*, C. R. *de Norbal.* c. 2. comp. 1. h. t. Sed legendum est: *de Noruicensi ecclesia*, obseruante Gonzalez.
21*) *Eidem G.* cit. c. quæ lectio congruit voci *adiudicasset.*
22) Sine dubio legendum *abiudicasset*, obseruante IANO a COSTA *ad c.* 4. *X. h. t. in f.* cuius sententia probatur ex C. L. et ed. ant. vbi vere legitur: *abiudicasset*; nisi legas cum cit. c. *eidem G.* cum additamento: *præstatam.*
23) *Proruperit*, ed. ant.
24) Pronomen: *nostras*, a C. L. H. et cit. c. abest. Sed in cit. c. ipsa verborum lectio est hæc: *et ad nos veniens ad te secundum hunc tenorem litteras apportauit, quod eidem præbendam* etc.
25) *Cum et*, legitur in C. L. additur in c. 2. comp. 1. h. t. *et si taliter scripsimus, hoc ex nimia occupatione contigit.* Accedit, quod, etsi non cognitio sed exsequutio mandata fuisset, nihilominus tamen in veritatem precum inquiri debuisset *l. 4. C. si contra ius.*
26) Verba: *tanquam falsarium*, desunt in C. R. L. H. ed. ant. et in c. 2. cit. Sed in edit. Contii iamiam coruscat hoc emblema, et quidem litteris inclinatis impressum.

CAP. III.

Si in secundo rescripto, per aduersarium impetrato, non fiat mentio de primo; valet primum, et non secundum: alias valet secundum. Et si primum fuit impetratum communi consensu partium: non valet secundum impetratum per alteram partem, hoc tacito.

IDEM 27) *Vintoniensi episcopo.* [*pars cap. quamuis simus*] (*ann.* 1180.)

Cæterum l si aliquis [*ad certos iudices*] super aliqua caussa ab apostolica sede impetrauerit litteras [*commissorias*], et aduersarius eius eandem caussam postmodum obtinuerit committi aliis 28), de commissione priori non habita mentione: priores iudices 29) ad decisionem caussæ 30) possunt 31) procedere, nec secundæ litteræ obtinent

27) Pars huius textus refertur in *c. 6. X. de offic. et potest. deleg.*
28) *Post impetratas litteras ipsas aliis iudicibus impetrauerit forte committi*, legimus in c. 3 comp. 1. h. t.
29) *Nisi de commissione prioribus iudicibus facta in litteris commissionis, quæ aliis iudicibus delegantur, mentio fiat: nihilominus priores iudices* etc. ibid.
30) *In cognitione ac decisione caussæ*, etc. ibid.
31) *Debent*, est in c. cit. *possint*, vero in C. H.

g *Post concil. Lateran. p. 7. c. 15 et c. 2. eod. tit. in 1. compilat.* h Norbale *al.* Nobarl. i Et si scripsimus taliter: hoc ex nimia occupatione contigit. k *Iure ciuili, nisi hæc clausula inseratur rescripto, non valet rescriptum l. vlt. C. de diuers. rescript.* l *Post concil. Lateran. p. 7. c. 9. et c. 3. eod. tit. in 1. compil.*

nent

nent 32) alicuius roboris firmitatem. Si vero in ſecundis litteris habeatur mentio de commiſſione priori 33); prædicta cauſſa a priorum 34) eſt exemta iudicio: cum eædem litteræ non ſint veritate tacita impetratæ *a*. Verum ſi de aſſenſu partium 35) cauſſa committitur, et proceſſu temporis, vel etiam continuo, alterutra pars, altera neſciente, cauſſam ipſam, tacito 36) de commiſſione priori, alii iudici 37) obtinuerit delegari: non immerito is, qui tali dolo vel fraude aduerſarium ſuum laborare coegit, in expenſis condemnari debet 38) eidem.

32) *Nec ſecunda littera ſuper eadem cauſſa taliter impetrata de iure poſſunt obtinere alicuius roboris firmitatem*, c. cit.
33) *Prioribus iudicibus facta*, ibid.
34) *Iudicum*, addit C. R. 2. Sed C. L. legit: *a priori*.
35) *Vnde ſi præſentibus partibus de ipſarum aſſenſu cuilibet*, cit. c.
36) *Veritate tacita*, ibid.
37) *Alii*, C. H. *alii impetraret committi*, cit. c. C. L. vero: *alteri*, legit ſimpliciter.
38) *Debebit*, ſecundum C. R. 1. Sed vox: *eidem*, quæ ſequitur, aſt omiſſa in cit. c. 3.

CAP. IV.

Si papa mandat in reſcripto de duobus inquiri alternatiue, ad certum effectum conſequendum: ſufficit alterum probari.

IDEM *Eboracenſi archiepiſcopo.* (*ann.* 1181.)

Inter cæteras *b* conſultationes tuas, fuit propoſitum coram nobis 39), quid tenere debeas, cum alique ſub diſiunctione mandentur, quorum vnum verum eſt, alterum falſum, vtputa ſi proponatur, quod ſi talis 40) ſit ſacerdotis filius, et 41) in ſacerdotio genitus, qui proximo in tali eccleſia miniſtrauit, vel quod illicite eccleſiam occupauit eandem. Huic ergo quæſtioni 42) taliter reſpondemus, [*quod conuenit*] iudici 43) quodcunque 43*) illorum conſtiterit, illi prælibatam eccleſiam adiudicari *c* 44) debere. Et idem in ſimilibus obſeruandum eſt 45).

39) Verba: *coram nobis*, deſunt in C. R. L. H. et c. 4. comp. cit.
40) *Quod aliquis*, legitur in C. R. c.
41) Particula: *et*, deeſt in C. L.
42) Addit C. R. 1. *tuæ*. In c cit. legitur: *cui quæſtioni*.
43) *Quod conuenit iudici*, ed. ant.
43*) *Eſſe*, additur ibidem.
44) *Abiudicare*, omiſſa verba: *debere*, legitur in app. ad conc. Later. III. P. XLI. c. 1. apud HARDVIN. *tom VI. P. II.* cane *p.* 1810. addnarque: *et idem in ſimilibus decernere. Deberet abiudicari*, eſt in cit. *c.* 4. Lectionem Raymundi quidem defendit Gonzal. in not. h. c. ex *c.* 9. *X. de filiis presbyt.* quod tamen huc referri nequit. Pariter *abiudicare*, legit C. L.
45) Verbum: *eſt*, C. H. L. et ed. ant. omittunt. Nec legitur in c. cit. *obſeruandum.*

CAP. V.

Is, ad quem reſcriptum papæ dirigitur, debet illi parere, vel cauſſam rationabilem aſſignare, quare parere non poteſt.

IDEM *Rauennati archiepiſcopo.* (*ann.* 1186.)

Si quando *d* aliqua 46) tuæ fraternitati [*ſcripta*] dirigimus, quæ animum tuum exaſperare videntur; turbari non debes, [*neque moueri, aut credi vi, quod perſonam tuam contemptibilem velimus reddere vel deſpectam: quia te, ſicut rarum fratrem noſtrum, et immobilem columnam eccleſiæ affinentiſſima caritate diligimus, et honoris et exaltationis tuæ deſideramus modis omnibus incrementum. Nam etſi ſæpe fratribus et coepiſcopis noſtris ſecundum varietatem eorum, quæ nobis ſuggeruntur, aſpere et dure ſcripſimus: hoc tamen non ex minori affectione contingit, ſed vt clamoribus querelantium ſecundum Deum, et iuxta officii noſtri debitum ſatisfacere comprobemur. Quapropter monemus prudentiam tuam et exhortamur attentius, quatenus de cætero non monearis, neque turberis, nec tuus animus deiiciatur, ſi tibi durum vel aſperum ſcripſerimus: ſed ſicut vir prouidus et prudens et diſcretus*] qualitatem negotii, pro quo tibi ſcribitur, diligenter conſiderans, aut mandatum noſtrum reuerenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non poſſis, [*ſufficientem et*] rationabilem cauſſam prætendas 47): quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod praua nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum.

46) *Litteras*, legit C. R. 1. loco: *aliqua*. Aegre merito ferebat archiepiſcopus Rauennas commìnationes papales, quod ab antiquo in magna exiſtimatione et auctoritate fuiſſet.
47) *Aſſignes*, C. R. 2.

CAP. VI.

Ciſtercienſes ſunt priuilegiati, quod non poſſunt conueniri per reſcriptum papæ: niſi in eo fiat mentio de eorum ordine.

IDEM *Ciſtercienſibus fratribus.* 48) *e* (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

Cum ordinem *f* Ciſtercienſem 49) profeſſi, [*eo priuilegio, quo fratres alii, gaudeatis: inter vos et clericos aliquos ſeculares ſuper decimis quæſtione ſuborta, tacita quod ſitis Ciſtercienſis ordinis, contra vos, velut in monachos alterius ordinis, litteras a ſede apoſtol. impetrantes, deinde iuramentis, litigiis, ſicut a vobis ſignificantibus accepimus, et expenſis difficilibus vos inquietant. Volentes ergo vobis ſollicite prouidere, ne contra tenorem priuilegiorum veſtrorum poſſitis quorumlibet temeritate vexari, auct. apoſtol. vobis mandamus, vt,*] ſi contra vos ſuper decimis, vel aliis, quæ ordini veſtro ſpecialiter ſedes apoſtolica indulſit, non facta mentione Ciſtercienſis ordinis, litteræ fuerint a ſede apoſt. impetratæ, per eas 49*) minime teneamini reſpondere.

48) In C. R. legitur. *fratribus Ciſtercienſis ordinis*; ſed in edit. Gonzal. ita: *idem fratribus et abbati monaſterii de Cumbr.* et in c. 7. comp. 2. h. t. *Abbati Ciſterc. et fratrib. Cuman.*
49) *Ciſtercienſium*, C. H.
49*) Loco *per eas*, legitur in cit. c. *in*.

CAP. VII.

Si ſede vacante ſcribitur capitulo, vt gerenti vices epiſcopi, vt præbendam alicui conferat; ſi creetur epiſcopus nondum exſequuto mandato, et ad eum ſpectet collatio præbendarum: illud adimplere tenetur. Hoc dicit, ſecundum lecturam communiter approbatam. Abbas Siculus.

IDEM *Tornacenſi epiſcopo.* (*ann.* 1180.)

Eam *g* te: [*etc.*] (*et infra.*) 50) Dudum ſiquidem ante tuam promotionem 51) litteræ a nobis, ſi bene meminimus, emanarunt, quibus decano et eccleſiæ 52) tibi commiſſæ, te adhuc in eodem capitulo exiſtente, mandatum dedimus et præceptum, vt [*d. f. n.*] P. 52*) [*præſ. latorem,*] qui de gente 53) Iudæorum originem duxit, et diuina gratia fidem Chriſti [*humiliter et deuote*] ſuſcepit, [*obtentu ſuæ conuerſationis, obtentuque litterarum, in quibus ita præſtitit, quod eccleſiaſtico beneficio dignus non immerito reputatur, receptis litteris*] in canonicum reciperent *h*, et præbendam, [*ſi qua vacaret, vel quam primo vacare contingeret, liberaliter*] ſibi conferre deberent. [*et infra.*] Ipſi vero [*ſicut eodem M. referente recepimus, litteris noſtris poſt conſecrationem tuam receptis,*] quia donatio præbendarum ad te ſpectabat, præceptum noſtrum exſequutioni, [*ſicut aſſerebant, debitæ*] non potuerunt mandare. Cum itaque præſcriptus P. [*ſicut aſſerit,*] te ſuper hoc ex parte noſtra requireret: [*in ei*] reſpondiſti, quod nullum inde mandatum [*a nobis*] receperes, et ſic eum a te, infecto negotio, remiſiſti. Quod nullatenus feciſſe deberes, ſi data 54) litterarum diligentius attendiſſes: cum tempore, quo litteræ ipſæ datæ fuerunt 55), de capitulo ipſo eſſes, ſicut qui eras archidiaconus et canonicus eiuſdem eccleſiæ, [*licet*] nec eſſes adhuc in epiſcopum conſecratus. [*et infra.*] Pro eo vero, quod *i* Iudæus extiterit, ipſum dedignari non debes 55*). [*et infra.*] *Fraternitati tuæ mandamus, quatenus eum in canonicum eccleſiæ tuæ recipias, et ei ſtallum in choro et locum in capitulo aſſignes.*]

50) Verba hic omiſſa referuntur in c. 4. X. de ætat. et qual. et ord. præfic.
51) *Pronuntiationem*, ed. ant.
52) *Capitulo eccleſiæ*, C. R. 1. Ceterum ex his teſtibus conſtat, ab hoc tempore initia ducenda eſſe dandi reſcripta de prouidendo.
52*) Cap. 3 comp. 2 habet *M.* per totum contextum.
53) *Genere*, C. R. 2.
54) *Datam*, C. R. L. ed. ant. et c. cit.
55) *Fuit*, ſecundum C. H. et cit. c.
55*) Cit. c. legit: *ipſum non deberes aliquatenus dedignari.*

CAP. VIII.

Non valet reſcriptum impetratum ad beneficia, ſi in eo taceatur dignitas impetrantis.

LVCIVS III. *Lincolnenſi* 56) *epiſcopo k.* (*ann.* 1182. *Roma in Angliam.*)

Ad aures noſtras *l* [*te ſignificante*] peruenit, quod plerumque decani, archidiaconi 57), præcentores 58), vel alii 59) eccleſiaſticis præditi dignitatibus, ſuper minoribus beneficiis [*per interpoſitas perſonas*] litteras impetrantes, nomen ſupprimunt dignitatis ſuæ 60), et ſimplici nomine ſe appellant, tanquam non habeant aliquem perſonatum. [*Ideoque reſcripto noſtro poſtulas edoceri, ſi fraus iſta tacendi, præiudicium illis debeat generare?*] Tuæ [*igitur*] conſultationi taliter 61) reſpondemus, quod, cum non ſit intentionis noſtræ, vt perſonæ pluribus reditibus abundantes, per litteras noſtras pauperes clericos ſuper minoribus beneficiis inquietent 62), litteras, in quibus auctor 63) ſuæ nomen dignitatis ſupprimit, vires nullatenus [*aliquas*] obtinere.

56) *Lingonenſi*, C. H. et L. vel potius *Lingonenſi*, propter *i* lineola ſignatum, Sed c. 6. comp. c. h. t. legit: *Waltero Lincola.*
57) *Archipresbyteri*, C. H. ſed ed. ant. *archipræcentores*, pro duabus vocibus, *archidiac. et præcentores.*
58) *Cantores*, C. H.
59) *Alius*, C. R. 1. et L.
60) *Suæ*, non exſtat in C. L.
61) *Breuiter*, c. cit.
62) *Vexent*, ibid.
63) *Actor*, C. H. ed. ant. Pith. et cit. c.

CAP. IX.

Valet ſecundum reſcriptum impetratum ab aduerſario; licet non faciat mentionem de primo: ſi primus impetrans dolo, vel negligentia, non fuit vſus illo.

IDEM *Norwicenſi epiſcopo.* [*pars c.* quæſitum] (*ann.* 1182. *Roma in Angliam.*)

Si autem aliquis *m*, auctoritate poſteriorum litterarum per aduerſarium in iudicium tractus, obiecerit, litteras ſe priores habere, de quibus

a *l. 1. C. ſi contra ius vel vtil. publ. et ibi Bald.* b *Poſt conc. Later. part. 41. c. 1. et c. 4. eod. tit. in 1. comp.* c *In 1. comp. legitur*: abiudicari. d *c. 3. eod. tit. in 1. compil.* e *al.* abbati Ciſtercienſi, et fratribus Cuman. *al.* de Riuall. f *cap. 2. eod. tit. in 2. compil.*

g *Videtur eſſe pars c. eam te. 4. infr. de ætate et qual. et ord. c. 3. eod. tit. in 2. compil.* h *In vno habetur.* in fratrem. i *Vide ad hunc locum Ioann. Iſeram in ſingularibus ſidei ſingul. 11. 4.* k *al.* Waltero Lincoln archidiac. *al.* Vinton. epiſcop. l *Poſt concil. Later. ſub Alex. III. part. 41. c. 8. et c. 6. eod. tit. in 1. compil.* m *cap. 7. eod. tit. in 1. compil. et poſt concil. Later. ſub Alex. III. part. 41. c. 9.*

in

in posterioribus mentio non habetur 63*): si ais dolo, vel negligentia vti postposuerit 64), excusari non debet. Si autem; quia delegati iudicis copiam nequiuerit habere: per posteriores litteras non poterit conueniri.

63*) *Haberetur*, c. 7. comp. 1. h. t.
64) *Non proposuerit*, quidam codices antiqui habent, obseruante Augustino ad cap. 7. citat.

CAP. X.

Non valent rescripta, per quae incerti iudices dantur, vel futura negotia committantur.

IDEM. (ann. 1182.)

Ad haec 65) a sumus [*in sede iustitiae, disponente Domino, constituti, vt, quae contra iustitiam attentantur, nostra sollicitudine ad rectitudinis tramitem reuocentur, etc. et infr. Porro inde.*] significatum est nobis, quosdam in 65*) prouinciae tuae partibus tales, vt asserunt 66), de cancellarie nostra litteras recepisse, per quas eorum omnia negotia vnius iudicis, vel plurium, quos sibi elegerint, arbitrio committuntur; sicque fit, vt, si aliquem 67) pulsare voluerint, examen ordinarii iudicis non requirant, sed ad vnum iudicem vel plures delegatos sibi propitios, et [*exinde*] parti aduersae suspectos, super examinanda quaestione decurrant 68). [*Quod quantum sit Deo contrarium, et ecclesiasticis sacris vel canonibus inimicum, nemo ambigit, qui vel modicam notitiam canonicae institutionis apprehendit. Tales itaque litteras a cancellaria nostra non credimus prodiisse, vel si forte prodierint; conscientiam nostram, quae diuersis occupationibus impedita, singulis caussis examinandis non sufficit, effugerunt. Vnde*] nos huic morbo celeri 69) volentes obuiare remedio, [*fr. t. per A. S. praec.*] mandamus, quatenus, si litteras tales in prouincia tua 69*) [*vel impetratas, vel deinceps impetrandas*] inueneris, eas carere viribus nostra auctoritate decernas, [*et ne ab aliquo in iudicium admittantur super quacumque quaestione prohibeas.*]

65) *Ad hoc*, legimus in C. R. 1. c. 4. comp. 2. h. t. et in ed. ant,
65*) *De*, C. R. 2.
66) Verba: *vt asserunt*, non leguntur in cit. c.
67) *Aliquando*, legitur in C. R. 1. sed in C. L. *cum aliquem*.
68) *Decurrunt*, habet C. R. 1. et L.
69) *Celeriter*, C. R. 2.
69*) In cit. c. legimus pro *tua*: *in subiecta tua ordinationi prouincia*.

CAP. XI.

Falsa latinitas vitiat rescriptum papae. Hoc dicit. Ioan. And. concordat Abbas.

IDEM. b (ann. 1184.)

I. Ad audientiam nostram c, te significante, peruenit, quod H. de sancto Stephano, super absolutione sua litteras tibi, vt prima facie videbantur, apostolicas praesentauit. [*Quas, quoniam habuisti suspectas, nec de cancellaria ecclesiae Romanae emanasse putasti, ad nos remittere curauisti, consulens apostolatum nostrum, vnde deuotionem tuam in Domino commendamus, vtrum occasione ipsarum litterarum praefatum virum habere debeas absolutum. Nos igitur, litteris diligenter inspectis, taliter tibi duximus respondendum, quod, cum eas non credamus de praedecessoris nostri conscientia emanasse, nullam eis*] quoniam manifestum continent in constructione peccatum, fidem te volumus adhibere 70) d.

70) *Exhibere*, C. L.

CAP. XII.

Contra secundum rescriptum non potest apponi de taciturnitate primi impetrati per appellantem, de sua appellatione non habita mentione. H. d. Ioan. Andr. concord. Abbas Siculus.

CLEMENS III. e (ann. 1190. *Roma in Angliam.*)

Ex parte S. 70*) personae f ecclesiae de Tarenro nobis innotuit, quod, cum capella de g Empton 71), ad praedictam ecclesiam de iure pertinens, [*ab ea multis temporibus iniuste est subtracta, et*] O. diaconus, qui iam dictam capellam detinet, capellanum ipsius ecclesiae [*G.*] nomine ipsius S. in ea ministrantem, post appellationem a te factam, amouit 72). Quam cum esset S. prosequutus, et ad iudices 72*) litteras impetrasset: ipse O. appellationem suam prosequi non curauit *). Cumque auctoritate iudicum 73) in ius esset vocatus; dixit, se litteras priores habere, de quibus nulla mentio in posterioribus habebatur, quas vsque ad tertiam citationem suppressit, eisque dolo vel negligentia vti postposuit, quod ea diuturnitate temporis videbatur 74); in quibus nulla etiam mentio de appellatione ab ipso facta fiebat: cum biennium a tempore appellationis iam fuisset elapsum. Ideoque [*f. v. per A. S.*] mandamus, quatenus, si ita esse constiterit, reuocatis in statum pristinum omnibus, quae post appellationem ipsius O. inueneritis attentata, praescriptam capellam 75) h, matrici ecclesiae [*app. rem.*] restituere procuretis, praedictum O. si eum appellationem 76) non fuisse prosequutum constiterit, memorato S. in expensis necessariis condemnantes.

70*) Additur in c. 8. compil. 2. h. t. *presbyteri*, qui *persona* hic vocatur, quod nubilitati ecclesiae praepositus esset, et sic dignitate quadam praecelleret.
71) *Pemton*, C. R. 1. *Empeton* L. *Emtona*, C. R. 2. sed c. 8. compil. 2. h. t. *de Vpetone*. ed. ant. *Empe.on*.
72) *Admouit*, C. R. 1.
72*) Loco vocis: *iudices*, legimus in cit. c. *Bathon. episcopum et decanum et archidiaconum Vallis*.
*) *Nec per se, nec per alium prosequutus est*, ibid.
73) *Praedictorum iudicum*, addunt C. R. H. L. ed. ant. et cit. c.
74) *Videbantur*, C. L.
75) *Ecclesiam*, habent C. R. cum L. et H. quae subiecta erat *ecclesia matrici*, in qua constitutus plebanus *persona* appellatur.
76) *Suam*, C. R. L. ed. ant. et c. 8. comp. 2. h. t. addunt.

CAP. XIII.

Rescriptum, quo scribitur pluribus cum clausula: quod si non omnes etc. *intelligitur tam de impotentia facti, quam iuris.*

COELESTINVS III. (ann. 1191.)

Sciscitatus es a nobis 76*) paritorio i destinato, de qua impotentia illud intelligatur, quod in litteris nostris 77) saepe consueuit apponi, vt, si duo vel tres, [*vel etiam plures eorum,*] quibus litterae diriguntur, ipsis exequendis simul interesse nequiuerint, vnus aut plures k [*eorum,*] quibus scribitur, nihilominus exsequantur. Nos vero [*in hac*] ita sentimus, quod tam de iure, quam de facto, illa impotentia censeatur. De iure, si aliquem illorum 78), [*quibus litterae diriguntur,*] seruum, vel infamem, aut alio legitimo impedimento detentum esse constiterit: de facto, si constiterit, eum casu mortis occumbere, aut ineuitabilis necessitatis articulo impediri, quo minus valeat 79) interesse. Dummodo is 80), qui pro necessitate praesens esse non potest 81), collegis suis canonice 81*) excusationem suam curet, si poterit, destinare: vt alii coniudices 82) vel exequutores nihilominus ad consummationem iniuncti mandati procedant. Nec enim ille, qui tantummodo non vult interesse, hac impossibilitatis interpretatione valet aliquatenus excusari l: nisi forte sic in rescripto habeatur expressum, si non omnes interfuerint, vel simul nequiuerint, aut noluerint interesse 82*).

76*) Cap. 9. comp. 2. h. t. legis: *sciscitatus est a nobis R.*
77) Vox: *nostris*, non est in C. R. L. nec in cit. c.
78) *Alterum*, C. R. 1. *vt si aliquem*, L.
79) *Valet*, C. R. 2.
80) C. L. omittit vocem: *is*, sicut cit. c.
81) *Poterit*, C. H.
81*) *Litteratorie*, c. cit.
82) *Iudices*, C. H.
82*) Iudicandi munus est publicum, non arbitrarium, vt a se nemo hoc declinare queat, nisi ex voluntate delegantis. c. 21. *de off. et pot. iudic. deleg.*

CAP. XIV.

In quaestione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros, si iudices in cognitione sibi non deferant, nec inuicem concordent. H. d. vsque ad §. quoniam.

INNOCENT. III. *Eliensi episcopo.* (ann. 1198.)

Pastoralis officii m: (*et infra.*) Praeterea n quaesiuisti, quando de reuocatione litterarum ambigitur, vtrum iudices priores, an posteriores cognoscere debeant, et vtrum per secundas sint primae litterae reuocatae? Ad quod tibi 83) respondemus 84), quod, nisi posteriores prioribus, vel e conuerso duxerint deferendum, simul vtrique cognoscant o. Et si forte nequiuerint simul 84*) in vnam sententiam concordare; quamuis plures sint 85) ex vna parte, quam ex altera: per arbitros communiter electos a partibus huiusmodi concertatio sopiatur.

Per generalem clausulam positam in rescripto, delegatus ante expressionem personarum, vel rerum, iurisdictionem habet in habita, et non in actu. Et speciales litterae derogant litteris generalibus super non specificatis in eis: quamquam de illis nullam faciant mentionem. Abb. Sic.

Quoniam autem sub huiusmodi 86) forma, videlicet caussam, quam talis aduersus talem, et quosdam alios super hoc, et 87) quibusdam aliis se habere proponit, tibi duximus committendam, a nobis multoties litterae impetrantur: sollicite 87*) quaesiuisti an iudex ea delegatione huiusmodi, ante personarum, vel rerum expressionem, super personis, vel rebus exprimendis habeat potestatem, adiiciens, vtrum, si, antequam personae vel res expressae fuerint nominatim, super non expressis in commissione priori, sed generaliter comprehensis speciales litterae, quae de priori commissione nullam faciant mentionem, ad alios iudices a sede apostolica emanauerint, eundem vigorem debeant obtinere? Nos igitur ad haec duo taliter respondemus, quod, cum gene-

83) *Taliter*, C. R. H. L. ed. ant. et c. 3. comp. 3. h. t.
84) *Respondeo*, secundum Pith. sed *respondemus*, etiam est in cit. c. 3.
84*) *Simul*, in ed. ant. et cit. c. 3. desideratur.
85) *Etiam sint*, C. R. 2. Hoc casu ergo vota maiora non sufficiunt: quia duas partes hic constituunt delegati, vtrimque impetrati.
86) *Huius*, C. R. 1.
87) Copula *et*, non est in C. R.
87*) *Et sollicite*, ed. Cont. et Pith.

a Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. b *In veteri adscribitur Innocentio III.* c cap. 5. eod. tit. in 2. compil. d *Quibus et quo modo rescripta vitientur, tradunt DD. in l. 7. C. de diuers. rescript.* e *Sic in 2. compil.* Clemens III. abbatibus de Osen, et de Heber, ac priori sanctae Frides. f *C. 8. eod. tit. in 2. compil.* g *Al.* Vpetone.

h Ecclesiam. i cap. 9. eod. tit. in 2. compil. k *Vide DD. tac. illa de elect. Sp. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. versic. 18. vbi dicitur, quod suppleri mais posset in defectum.* l *l. vnde Neratius §. sin et sin glos. ff. ad leg. aquil. et l. confessionem iuncta glossa. D. de interrog. in iur. fac.* m *Quae sic de his, reperies supra. de off. et pot. iud. del. c. pastoralis. 28.* n *cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* o *L. si quis ex aliena. §. D. de iudiciis.*

tali

rali per speciale procul dubio derogetur 88) *a*. iurisdictio 89) per generales litteras attributa, per speciales, quamuis ad ea, quæ specialiter exprimuntur, penitus eneruatur: licet de prioribus non faciant mentionem. Vnde superflua relinquitur prima quæstio; etsi merito dici possit, quod, donec iurisdictio reuocetur, eam super rerum, vel personarum articulis exprimendis obtinet delegatus: sed antequam exprimantur personæ, vel res, delegatus nequit iurisdictionem huiusmodi exercere.

88) *Debent derogari*, legitur in C. B. 1.
89) *Et iurisdictio*, est in C. L. Nota hic abusum curiæ Romanæ committendi quæuis negotia præsentia et futura.

CAP. XV.

Per generalem clausulam, quidam alii, et res aliæ,: *multitudo effrenata non includitur, nec personæ, nec res maiores expressis, sed pares, vel minores.*

IDEM 89*) *Senonensi archiepiscopo. (circa ann. 1190. Roma in Galliam.)*

Sedes apostolica *b* consueuit exhibere se petentibus liberalem; sed quidam eius gratia nequiter abutuntur: [*dum, quod ipsa de benignitate concedit, ipsi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes, in commissionibus omnibus nostris minores vel viliores personas propriis nominibus exprimunt, maiores autem et digniores specialibus vocabulis non designant, sed eas sub quodam generalitatis inuolucro comprehendunt, vt commissiones ipsas, a nobis, facilius impetrent, sub hac forma: conqueritur talis de isto, vel illo, et aliis quibusdam propriis nominibus exprimendis, qui eis super tali negotio et quibusdam aliis rebus, iniuriosi nimis et graues existunt.*] Nos igitur volentes eorum malitiis obuiare, decernimus 90), vt, cum in commissionibus nostris minores et viliores personæ solummodo designentur 91), maiores et digniores sub generali clausula non intelligantur includi. Sed nec liceat, occasione generalitatis, huiusmodi multitudinem effrenatam, in iudicium euocare. Nec super maioribus et grauioribus negotiis audiantur, qui de minoribus 92) et leuioribus tantum faciunt mentionem. Si quis vero aliquas personas expresserit, non, vt velit cum eis in iudicio experiri, sed vt ad pares transire valeat, vel *c* minores 92*); quia fraus et dolus ei patrocinari non debent: tanquam mendax precator *d* careat penitus impetratis.

89*) Vel potius CLEMENS III. quia hoc capitulum inter ALEXANDRI III decretales deprehenditur, inter quas nulla INNOCENTII III. constitutio appareat, vt recte obseruat GONZ. ad h. t.
90) *Decernimus*, C. R. 2.
91) *Designantur*, habent C. R. L. et ed. ant. cum c. 4. h. t. comp. 3. videlicet contra quas agendum est. Nam clausula subiecta generalis ad similes et eiusdem conditionis restringitur.
92) *Minoribus*, C. L.
92*) In c. 4. comp. 3. h. t. loquitur hæc periodus de pluribus: ideoque hoc loco ita variat: *sed vt descendere valeant ad minores; quia* etc.

CAP. XVI.

Qui contra vnum super eodem ad diuersos iudices diuersa rescripta impetrat, et eis vtitur, perdit commodum vtriusque.

IDEM *R. cantori, et R. priori de monte Leprosorum. [et I. de Sagis canonico Rothomagen.] e (ann. 1205. Roma in Galliam.)*

Ex tenore *f* litterarum, quas nobis [*per dil. f. Ph. latorem præsentium*] destinastis, intelleximus [*euidenter,*] R. sacerdotem de Collouilla 93) *g* ad alios iudices 94) super quæstione 94*), quæ inter ipsum [*et dil. fil.*] abbatem [*et conuentum*] de Becco 95) [*super manerio de Collevill. et rebus aliis*] vertitur, litteras apostolicas impetrasse. Qui cum partem citasset aduersam 95*): dictus presbyter coram eis noluit *) litigare. [*Postmodum vero idem presbyter super eodem negotio vobis nostras litteras præsentauit, in quibus de prioribus mentio non fiebat.*] Cumque vos, in caussæ cognitione, procedere velletis; [*partibus ad vestram præsentiam conuocatis; memoratus*] abbas coram vobis proposuit, quod non tenebatur per directas ad vos litteras **) presbytero respondere: cum per alias ab aliis iudicibus ***) fuisset citatus, quæ auctoritate illarum non fuerant reuocatæ. [*Vnde, quia super hoc dubitastis, sedem duxistis apostolicam consulendam.*] Nos igitur attendentes fraudem presbyteri memorati, qui duas commissiones super eodem negotio impetrantis, quarum altera non faciebat mentionem de reliqua, quia fraus et dolus alicui patrocinari non debent, decernimus 96), vt ipse commodo careat vtriusque.

93) *Collouille*, legunt C. R. *Collevillia* autem C. L. et ed. ant. habet *Colleuill* c. 5. cit. compil. *Collouil.* [illegible]
94) *Cau* [illegible], legitur in C. R. [illegible]
94*) *Loco* [illegible] *iudices*, legit c. cit. *ad Decanos f. de Prato, de monte leprosorum et S. Laudi, priores Rothomagen.*
95) *Becco*, C. R. 1. sed C. L. et ed. ant. legunt [illegible] *et Becc.* cit. c. *de Beato.*
95*) *Aduersam*, legitur in cit. c. 5.
*) *Voluit*, est in cod. c.
**) *Per illas litteras* [illegible] *habet* cit. c.
***) Verba: *ab aliis iudicibus*, omittuntur in cit. c.
96) *Decernimus*, habent C. R.

a L. in toto, 80. ff. de reg. iuris. Bart. [illegible] 41. de legat. 2. et l. 1. in princ. de nou. oper. nunt. [illegible] 4. eod. tit. in 3. compil. c Vel descendere ad minores [illegible] d In impressis, peccator, male, sed ex mss. manifestum est [illegible] precator. Facit infr. eod. tit. cap. super litteris. 20. et l. eth [illegible] publ. e Additur in 1 comp. et [illegible] de Sagis canonico Rothomagensi [illegible] al. [illegible] R. cantori Rothomagensi et R. priori, etc. f [illegible] in 3. compil. g Collouilla.

CAP. XVII.

Non valet rescriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.

IDEM *Mediolanensi archiepiscopo. (ann. 1199. Roma Mediolanum.)*

Cum *h* adeo scripta sedis apost. moderemur, [*vt ex certa scientia nihil in eis faciamus apponi, quod de iure debeat reprehendi; miramur non modicum et monemur, quod, quoties ad te, vel ad aliquos tibi subiectos nostras litteras destinamus, te super his miraris rescribi: ac si mandaremus aliquid inhonestum.*] Scripsisti [*etenim*] nobis, quod, cum P. clericus in ecclesia Modecensi 97) sufficientem sibi sit 98) præbendam adeptus, mirabaris, quod pro receptione ipsius in ecclesia de Gronzola 99), præposito et fratribus eiusdem ecclesiæ litteras miserimus 100): cum, si 100*) litterarum nostrarum seriem attendisses, nihil [*penitus*] inuenisses 1) in eis, quod debuisset tuum animum offendisse 1*). Cum enim in litteris 2) [*ipsis*] nec de præbenda ipsius [*P.*] mentio haberetur, nec Modecensis 3) canonicus, imo nec clericus diceretur in eis, et in litteris ipsis 4) hæc esset adiecta conditio: si dignus existeret, ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, [*et si eadem ecclesia ex domo parentum ipsius quandam capellam cum dote fuisset adepta, et a consanguineis eius oblationes et mortuaria pro tempore, et decimas perciperet annuatim:*] intelligere potuisses, qualiter litteræ ipsæ fuerant impetratæ, [*in quibus de beneficio ipsius, pro quo scribebatur, mentio non fiebat. Ideoque fr. t. per A. S. mandamus, quatenus, cum ad te, vel ad tuos litteræ apostolicæ diriguntur, earum tenorem diligenter attendas, et quod mandatur in eis, dum tamen nec per suppressionem veritatis, aut expressionem falsitatis obtentæ fuerint, facias effectui mancipari.*]

97) C. R. et H. legunt *Mediocensi*, cum c. 7. comp. 3. h. t. sed C. L. habet: *Modicensi*, et ed. ant. *Mediaensi*.
98) *Esset*, secundum C. R. 1.
99) *Gonzuola*, C. R. 1. *Gongosa*, C. R. 2. *Grongosa*, C. L. et ed. ant. sed *Grongnosola*, habet GONZ. et cit. c. habet: *de Grontosola*.
100) *Miseramus*, legunt C. B. H. et L. cum c. 7. cit.
100*) *Tamen si*, habet ed. ant.
1) *Inueniret*, legitur in cit. c.
1*) *Offendere*. C. L.
2) *Litteris ipsis*, C. H. cum c. cit.
3) *Mediolanensis*, legit C. R. 1. sed *Mediaensis*. C. R. 2. habet.
4) *Ipsius*. C. H. legit.

CAP. XVIII.

Ordo rescripti interpretationem recipit a iure communi.

IDEM *i electo decano, et N. canonico Cameracensi. (ann. 1198. Roma in Belgium.)*

Caussam *k*, quæ inter Præmonstraten. et Premon. 5) *l* ecclesias super possessionibus de Anapia vertitur, [*discretioni vestræ commisisse meminimus fine canonico terminandam.*] Sed 6) quia in literatis 7) animaduertimus fuisse insertum, quod, si alterutra partium citata legitime, præsentiam vestram adire, vel iudicio vestro 8) parere contemneret 9), vos [*nihilominus*] præsentis partis probationes recipere, et quantum de iure poteritis 10), in caussæ cognitione ac decisione procedere minime tardaretis 11): nos volentes, vt clausula illa, quantum de iure poteritis, quæ, antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inserenda, clausulam illam de receptione probationum 12) præcedat, [*d. v. per A. S.*] mandamus, quatenus ipsam intelligentes ibidem in [*eadem*] caussa iuxta tenorem litterarum 13) [*illarum*] procedere non tardetis, [*attento*] prouisuri, vt, si litterarum auctoritate priorum, in eodem negotio legitime est processum, firmum et 14) stabile perseueret: alioquin, si occasione clausulæ memoratæ aliquid 14*) contiterit in alterius partis præiudicium attentatum, id viribus decernimus 15) cariturum, [*volentes et*] mandantes, vt in decisione ipsius negotii, sicut præmissum est, tam super principali, quam super incidentibus quæstionibus, appellatione remota, canonice procedatis. 16)

5) *Premonstratensem*. C. L. *Præmonstratensis*. c. 8. comp. 3. h. t. Sed *Præmonstratensem*, rectius legit GONZAL. quia hæc caussa tangit *Præmonstratense monasterium in Treuirensi diœcesi situm*.
6) *Sed*, in C. H. et ed. ant. non extat.
7) *Litteris illis*. C. H. et L.
8) *Vestro*, in C. R. H. et L. non exstat, tum in C. L. loco *iudicio*, legitur *iudici*. Pariter in c. cit. vox: *vestro*, omissa est.
9) *Contemserit*, C. R. 1
10) *Possetis*. C. R. H. L. ed. ant. et c. cit. habent.
11) *Retardetis*, legitur in C. R. 2.
12) *Probationum*, vox non extat in C. L.
13) In C. H. additur: *illarum*, vt et in C. L.
14) Verba: *Firmum et*, non exstant in C. L.
14*) *Aliud*, legitur in cit. c.
15) *Decreuimus*, est in C. R. 2.
16) *Procedatur*, C. R. 1.

CAP. XIX.

Non valet impetratio in ecclesia numerata, non facta de numero mentione, si per eam frangitur numerus canonicorum; licet non frangatur numerus præbendarum: et processus inde factus est nullus. hoc dicit ad intellectum. Pannor.

IDEM *archiepiscopo Senonensi. [et P. S. Mariæ in via Lata diacon. carden. A. S. L.] m, (ann. 1198. Roma in Galliam.)*

Constitutus *n* apud sedem apostolicam 16*) [*dil. fil. nostri G. sancti*

16*) C. 9. cit. comp. h. t. habet: *Constitutus in præsentia*.

h Cap. 7. eod. tit. in 3. compil. i Idem abbati de Alcobiatia F. et P. monachis Alcobiatiæ, vt habet 3. compil. al. electo decano et M. canonico. k c. 8. eod. tit. in 3. compil. l Præmacensem. m Additur in 3. compil. et S. Mariæ in via Lata, S. apost. legato. n C. 9. eod. tit. in 3. compil.

Angeli diaconi cardinalis] P. clericus 17), [*quem ei concesseramus et parti alteri auditorem*] proposuit, [*totum ipsu,*] quod, cum [*bonæ memoriæ*] C. 18) [*papa*] p. n. a [*dilecto f.*] decano, et capitulo Bituricensi dederit in mandatis, vt ipsum 18°) reciperent in canonicum et in fratrem, et præbendam ei conferrent, si qua tunc in eorum vacaret ecclesia, vel proximo *b* vacaturam: [*ven. f. nostro Bituric. archiepiscopo ei monitore concesso*] at ipsi cum 19) *c* mandatum eius admittere non curassent, eis præcipiendo mandauit, vt quod [*eis*] mandauerat, adimplerent, sibi 19°) super hoc executoribus deputatis. Verum pars *d* aduersa °) respondit, quod, cum in Bituricensi ecclesia certus esset numerus canonicorum institutus, 20) firmatus iureiurando *e* et per Rom. pontificem 20°) confirmatus, et de hoc memoratus P. 21) non fecisset in suis litteris mentionem, intelligendum erat, circumuenisse 22) prædecessorem nostrum, et dictas litteras, veritate tacita impetrasse. [*Licet enim, cum in aliqua ecclesia certus statuatur numerus, hæc apponatur conditio, vel intelligatur apponi, salua sed. ap. auctoritate; non tamen erat credendum, quod cum ex certa scientia contra iuramenta eorum recipi mandauisset: cum de hoc in suis litteris nihil fuisset expressum. Nos igitur de prædictis per cardinalem instructi*] discretioni *f* vestræ [*per A. S.*] mandamus, quatenus, si legitime vobis constiterit, numerum canonicorum 23), qui nunc est in eadem 24) ecclesia, per decanum et capitulum eiusdem ecclesiæ iuramento firmatum, antequam prædictus clericus [*a præd. n.*] litteras executorias impetrasset; 25) quicquid factum est occasione litterarum ipsarum, [*quas idem clericus a sede apost. impetrasse dignoscitur, cassum et*] irritum decernatis [*haberi*]: alioquin ei faciatis in eadem ecclesia præbendam, si qua vacat, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, assignari.

17) *Petrus clericus.* C. L.
18) *Cœlestinus*, habens C. 8.. in L. vero COELESTINVS *prædecessor noster*, legitur apertius: sed in cit. c. G. est præd. C.
18°) *Ipsum V.* legit ed. ant.
19) *Cum*, in C 8 et L. non legitur, itque in c. 9. cit. pro *cum*, legitur. *f.* Ceterum ex hoc capitulo liquet, curiæ Romanæ ab eo tempore, quo beneficia, per totum orbem, ex noua disciplina, conferre cœpit, in more positum fuisse 1) rescriptum de promouendo ad capitula dirigere 2) huic si non paritum fuerit, alterius mandatum adiungere, simulque 3) executorias litteras ad vicinos dare, ita, vt primum precibus obtentum, tandem per vim in effectum deductum Cont. c. 37. X. de elect.
19°) *Pro sibi*, cit. c. habet: *dicto archiepiscopo et ven. f. n. Claromonten. episcopo*
20) *Confirmatus*, C. H legit. C. E. vero omittunt vocem: *canonicorum.*
20°) *Per multos Rom. pontifices*, habet cit c.
°) *Pro pars aduersa*, legimus in c. cit. *dil. f. P. ex aduerso.*
21) *Petrus* C L.
22) *Eum circumuenisse*, secund. C. R. 1.
23) *Clericorum.* C. L.
24) Vox *eadem*, in C. E. L. et cit c. non legitur.
25) Ratio ergo decidendi quærenda in eo, quod litteras *exsecutorias* impetrasset, nulla præbenda vacante, quæ in exsecutionem deduci non poterant.

CAP. XX.

Difficile et famosum c. et est clauis totius tituli. Et h. d. in summa: *Exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto, si malitiose, caret prorsus impetratis. Sed si per simplicitatem, vel ignorantiam, eas obtinuisset, vero expresso, et suppresso falso; saltem litteras in forma communi, et delegatus procedit, seruato iuris ordine, ac non speciali forma rescripti: secus si nullo modo litteras habuisset.*

IDEM *Aymon. [S. Hilarii] canonico Pictauiensi f (an. 1201. Romæ in Galliam.)*

Super litteris *g*, quæ ab aliquibus ex malitia, et a nonnullis ex ignorantia, tacita veritate, vel suggesta falsitate, impetrantur a nobis, diuersos intelleximus diuersa sentire 26), aliis asserentibus, eos debere prorsus carere omni commodo litterarum; cum mendax precator carere debeat penitus 27) impetratis: aliis vero dicentibus, quod, etsi forma carere debeant in litteris nostris expressa, nihilominus 28) tamen rigorem iuris sit a delegato iudice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, et illos, qui per simplicitatem 29) vel ignorantiam litteras a nobis impetrant, huiusmodi credimus discretionem 30) *h* adhibendam 31), vt hi, qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suæ peruersitatis pœnam, nullum ex illis litteris 32) commodum consequantur, ita videlicet, quod delegatus, postquam sibi super hoc facta fuerit fides, nullatenus de caussa cognoscat. Inter alios autem, qui posteriori modo litteras impetrant, duximus 33) distinguendum, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa? Nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ quamuis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominus saltem in forma communi litteras dedissemus *i*: delegatus non sequens formam in litteris ipsis appositam *k*, secundum ordinem iuris in caussa procedat. Si vero per huiusmodi 34) falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis, litteræ fuerint impetratæ, quæ tacita vel expressa nos nullas prorsus litteras dedissemus; a delegato non est aliquatenus procedendum *l*; nisi forsitan eatenus, vt partibus ad suam præsentiam conuocatis 35), de precum qualitate cognoscat: vt sic in vtroque casu, eadem ratio, quæ delegantem moueret, moueat etiam delegatum, et vbi delegans suas litteras denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenus interponat.

26) Dubia hæc nata olim fuere ex *l. 2. C. Si contra ius*, quæ refertur in c. 16. §. 1. C. XXV. qu. 2. in *l. 5. C. eod. tit.* quæ optime resoluit n CONTA ad c. 20. X. h. t. Hanc controuersiam antiquorum interpretum varia distinctione dirimere studuit pontifex morem hereiscundorum ICtorum sequutus.
27) *Penitus*, abest a C R 2. H L. et c. in comp. 3. h. t.
28) *Nihilominus tamen*, legimus in cit. c.
29) *Simplicitatem*, in c. cit. habetur.
30) *Distinctionem*, legit C. R. 1.
31) *Habendam.* C R. L. et cit. c.
32) *Ex litteris.* C. H. legit cum L. et c. cit. omissa voce: *illis.*
33) Loco *duximus*, legitur in cit. c. *dicimus.*
34) *Istos*, est in cit. c.
35) *Vocatis*, per cit. c.

CAP. XXI.

In caussa monasterii conuenitur abbas per rescriptum, in quo nulla fit mentio de conuentu: nec propter hoc appellari potest, nisi abbatis et conuentus bona essent distincta omnino.

IDEM *abbati et conuentui Præmonstratensi. (ann. 1204. Romæ in Galliam.)*

Edocetis [*per vestras litteras*] postulastis 36) a nobis, vtrum per litteras aduersus abbates [*vestri ordinis*], nulla mentione habita de suis conuentibus, impetratas, teneantur abbates ipsi super caussis, quæ ad conuentus pertinent, et eisdem, ipsis 37) querelantibus respondere: ac licet inhibita sit appellatio, per appellationis obiectum possint, ne respondeant, se tueri. Super quo [*vobis*] duximus respondendum, quod [*iidem abbates,*] nisi alia caussa rationabilis suffragetur, per appellationem se tueri non possunt 38), quo minus debeant auctoritate litterarum huiusmodi legitime 39) respondere; cum ex officio suo teneantur [*abbates*] congregationum suarum negotia procurare: nisi forte abbatis et conuentus negotia essent omnino discreta. 40)

36) *Postulastis*, secundum C. H.
37) *De ipsis*, legitur in C. 8 L. et apud Gonzal. *Et iisdem de ipsis querelantibus*, habet c. 11. comp. 3. h. t.
38) *Possint* C. R. 2.
39) *Legitime*, abest a C. E. r.
40) Quæ olim non erant separata, in vita communi consistente abbate cum monachis. Pedetentim abierunt separata mensa abbatis a mensa monachorum, et vt huic separata bona æque ac illi assignata fuerint; inde vero negotiorum diuersitas orta inter hos et illum.

CAP. XXII.

Processus factus per litteras subreptitias irritatur: sed factus contra formam rescripti, irritus nuntiatur.

IDEM *archiepiscopo et magistro W. canonico 41) Magdeburgensi. (ann. 1209. Romæ in German.)*

Cum dilecta *n* in Christo filia R. custos Hesiensis 42) *o* ecclesiæ, ea procurator G. Monialis, [*olim ad sedem accessissent*] super electionibus in eadem ecclesia celebratis, [*de custode ac moniali prædictis*] litigauerint 43) aliquandiu coram nobis: [*et infra.*] [*Nos igitur hæc et alia, quæ tam custos prædicta, quam L. clericus, qui pro eodem negotio venerat contra ipsam, nuper apud sedem apost. constituti, proponere voluerunt, et acta iudicii ab eisdem nobis exhibita diligentius attendentes,*] deprehendimus [*manifeste, prædictas*] litteras ad abbatem de Remech 44) *p* et suos coniudices impetratas, fuisse 45) per subreptionem *q* obtentas, cum in eis illius articuli, videlicet *r*, de subtractorum resignatione, fuerit præter conscientiam nostram cognitio demandata, qui in prioribus litteris ad scholasticum *s* Hildesensem 46) [*custodem ac scholasticum Mindensem.*] coniudices suos obtentis, insertus fuerat, de quibus in secundis litteris mentio 47) non habet: et ideo, quod ipsarum litterarum occasione dignoscitur attentatum, duximus irritandum. Dictum insuper scholasticum, [*Hildesimensem*] et coniudices suos inuenimus minus prouide processisse. Cum enim in litteris nostris 48) eisdem principaliter mandaretur, vt ad prædictam ecclesiam personaliter accedentes, personæ idoneæ administrationem committerent abbatiæ, cui ad opus eius 49) fieret hinc inde resignatio subtractorum: ipsi formam mandati apostolici transponentes, illo capitulo 50) prætermisso, de aliis articulis inordinate plurimum cognouerant 51): propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinem attentatum, irritum decernimus 52) at inanem.

41) *Et M. canon.* C. H. legit.
42) *Heresin.* legit C. R. 1. *Heresensis.* L. et c. 12. comp. 3. h. t.
43) *Litigarunt.* C. L. *Litigauerant.* c. cit.
44) *Remes.* C. R 1. *Remea* C. R. 2. Sed c. cit. legit: *Reneckensem.*
45) *Fuisse*, non exstat in C. R. L. Gonz. et Pith. edit.
46) *Hildesimensem*, rectius legit C L. cum c. cit.
47) *Mentio aliqua*, legimus in c. cit.
48) *In litteris nostris*, in C. R. et L. non legimus.
49) *Eiusdem*, secundum C. H L. et c. cit.
50) *Articulo* C. L.
51) *Cognouerunt.* C H. et L. cum cit. c.
52) *Decreuimus*, legunt C. R.

a *Cœlestinus prædecessor noster. al. ita G. Papa.* p n b *Proximam.* c *Hac dictio. cum, deest in manuscripto* d *Altera.* e *In vulgatis male, dominationi, cum constet legendum, discretioni* f *al. Idem A. Americo can S. Hilarii Pictauiensi.* g *c. 10. eod. tit. in 3. compil.* h *Distinctionem habendam.*

i *Vide l. 2. C. Si contra ius vel util. publ. et ibid. Bald.* k *Sed.* l *Vide l. mutus. cum gloss. 2. ff. de proc. et ff. de petit. her. l. si possessor. et l. si quod possess. 31.* m *al. a nobis per litteras educeri postulastis, c. 11. eod. tit. in 3. compil.* n *Cap. 12. eod. tit. in 3. collect.* o *al. Heronensis. al. Hessiensis.* p *al. Reneane* [illegible] q *Sec legendum in ver.* [illegible] *restitutione.* s *Mindensem.*

nem. Ideoque mandamus, quatenus, G. et quibusdam aliis 53) sororibus ecclesiæ, sicut iustitia fuerit, restitutis, et forma mandati nostri exacta diligentia obseruata, in negotio ipso ratione præuia procedatis, [*ita, quod per vestram sollicitudinem circumspectam saltem hac vice negotio tamdiu prorogato finis debitus imponatur.*]

53) Vocabulum: *aliis*, in C. H. et L. non exstat.

CAP. XXIII.

Valet secundum rescriptum, licet de primo non faciat mentionem, quo uti noluit impetrans intra annum.

IDEM. (*ann.* 1209. *Romæ in Galliam, ni fallor.*)

Plerumque *a* contingit 54), quod aliqui [*contra quosdam super aliquibus rebus*] nostris litteris impetratis, illis uti multo tempore postponentes 55), tunc demum eas exhibent, cum aliarum [*litterarum*] auctoritate, ab eis, contra quos ipsi primitus litteras impetrarant, cœperint conueniri, dicentes, posteriores litteras non valere, vtpote non facientes de prioribus mentionem. Cum igitur non sit malitiis hominum indulgendum: [*præsentium auctoritate*] statuimus, vt, si quis nostras litteras impetrans 56), infra annum 56*), postquam copiam iudicum 57) habuerit, ex malitia, vel negligentia postposuerit vti eis, auctoritate posteriorum litterarum 58) valeat conueniri: licet in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

54) *Plerumque contingit*, c. 13. comp. 3. h. t.
55) *Postponente*, cit. c.
56) *Nostris litteris impetratis*, secundum C. H.
56*) *Et infra annum*, habet ed. ant.
57) *Iudicis*, secundum C. R. 1. et H.
58) *Litterarum*, C. R. L. et H. omittunt, cum c. cit. Ceterum olim rescripta fuisse perennia, docet *l.* 2. *C. de diu. rescript.* et sic etiam *post annum* valebant: modo *secundum ius commune* eliam edita. Quæ personalia, et sic contra *ius commune* impetrata, intra annum insinuanda erant, adeoque *diem et confinem* adiectum habere debuerunt, ceu docetur *l.* 4. *C. de diu. rescr.* vt intelligeretur, vt *eam intra annum* essent insinuata: inde sine dubio pontifex arripuit occasionem decisionis suæ.

CAP. XXIV.

Si a delegato aliquid mandatur ordinario: debet humiliter exsequi. Sed si alius delegatus per alias litteras post exsecutionem mandet contrarium, vel si ante exsecutionem innotuerit ordinario, inter delegatum, qui mandauit, et alium, contentionem esse de iurisdictione; faciat sibi vtrarumque litterarum copiam exhiberi: non vt iurisdictionaliter cognoscat, sed vt se informet, an per secundas reuocentur primæ. Et si primæ reuocentur: exsequatur secundum mandatum. Si autem non reuocentur, vel de hoc dubitet: non exsequatur secundum mandatum, donec contentio de iurisdictione terminetur. Abb. Sic.

IDEM INNOCENT. III. *Rothomagensi archiepiscopo.*
(*ann.* 1211. *Romæ in Galliam.*)

Cum *b* contingat [*et infra.*] 59): Præterea cum quidam super aliquo litigantes, ad diuersos iudices litteras impetrant, quorum quidam obtentas a parte altera tibi mandant, vt partem aduersam denunties excommunicationis sententiæ 60) subiacere; aliis iudicibus postmodum tibi iniungentibus, vt eandem denunties absolutam: quæris, an vtrisque, an neutris, vel alteutris saltem obedire debeas in hac parte. Super quo tuæ prudentiæ respondentes, credimus distinguendum, an, cum primum mandatum recepisse dignosceris, tibi forsan innotuerit 61), inter illos et alios super iurisdictione discordiam suscitatam, an super hoc nihil omnino sciuisti? Et quidem 62), si super contentione huiusmodi nihil tibi penitus innotescit 63), cum primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni *c* mandare. 64) Sed si postea contrarium tibi ab aliis demandatur 65): tunc, litterarum ad vtrosque [*iudices*] a sede apostol. obtentarum copia postulata, quas tibi 66) auctoritate præsentium districte præcipimus exhiberi, si ex ipsarum tenore deprehenderis euidenter ita, quod non sit aliquatenus hæsitandum, quod litteræ, quæ ad illos, a quibus secundum mandatum receperis 67), impetratæ noscuntur, expresse reuocent 68) litteras aliorum, tu 68*) illud, [illegible] exsequaris 69), quod [illegible] secundo loco mandatur. Si vero ex litterarum inspectione manifestissime tibi constet 70), quod litteræ obtentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minime reuocantur 71): secundum mandatum nullatenus exsequaris. Quod si super hoc tibi merito fuerit dubitandum: ad exsequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec iuxta cuiusdam nostræ constitutionis tenorem inter eos huiusmodi concertatio 72) sopiatur. Et idipsum 72*) facere debes, si primo mandato recepto, et nondum exsecutioni mandato, tibi forsan innotuerit, quod inter se super iurisdictione demandata cœperint disceptare. Ceterum in his omnibus puram et prouidam te conuenit intentionem habere; ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, vbi dubitandum non est: vel etiam ad exsequendum te asseras esse certum, vbi certus esse non debes. Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his 73) te debeas habere: nulla tamen tibi 74) attribuitur potestas, vt inter delegatos, aut partes, de iurisdictione debeas iudicare. *d*

59) Verba, quæ hic desunt, supplenda sunt ex C. 11. X. *de ætat. et qualit. et ord. præfic.* vbi ea recensentur.
60) *Excommunicationi*, habet C. R. 1.
61) *Innotuit*, c. 1. comp. 4. h. t.
62) *Equidem*, secundum C. R. 2.
63) *Innotescit*. c. cit.
64) Vnde liquet, iudices delegatos a papa, ipsis archiepiscopis posse mandare exsecutionem sententiæ: qui in hac qualitate superiores illis erant, vt *auctoritate papali* ei excommunicationis exsecutionem imperare possent, quæ per publicam *denunciationem* ex cathedra sacra ritu solemni fiebat post sententiam excommunicationis latam; vt denunciatus ab omnibus euitaretur.
65) *Demandetur*, legunt C. R. 2. et Gonz.
66) *Tibi*. C. R. L. ed. ant. et c. cit. omittunt.
67) *Recipis*, legitur in C. R. 1. et c. cit.
68) *Reuocant*, secund. C. R. 2.
68*) Dictio *tu*, in C. L. non legitur.
69) *Exsequeris*. c. cit.
70) *Constiterit*, est in C. R. 1.

71) *Reuocentur*, habet C. R. 1.
72) *Contentio*, habet Gonz.
72*) Vox: *ipsum*, non adest in ed. ant.
73) Pro *his*, legitur in c. c. cit. *huiusmodi*.
74) *Tibi*, abest a C. R. et a cit. c. Videlicet aliud est inspectio actorum ad sui informationem exsecutori permissa, aliud *cognitio*, quæ mero exsecutori non competit.

CAP. XXV.

Quando in rescripto plura narrantur, diuersos effectus operantia: non sufficit impetranti alterum solum probare, ad vtrumque effectum consequendum.

IDEM *magistro e G. et P. de Firmisca* 75) (*ann.* 1213. *Romæ in Galliam.*)

Olim *f* ex litteris [*dilectorum filiorum*] sancti Nicasii 76) Remensis *g*, Sargiensis 77), et vallis regiæ abbatum fuit nostris auribus intimatum, quod, cum ad eos semel et iterum a nobis litteræ processissent, super eo videlicet 78), quod R. 78*) clericus sancti Remigii [*Remensis.*] parœciam de Salice, [*S. Remigii*] quam R. de Cliuo 79) per interpositam personam [*ab abbate s. Remigii*] sibi collatam fuisse proposuit, detinebat, ipsi partes semel, secundo et tertio citauerunt, et dictum R. [*de sancto Remigio*] quia citatus pluries comparere noluit, per se, vel per responsalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodantes, fecerunt fructus ipsius parœciæ sequestrari. Cumque postmodum idem R. accedens ad eos se iuri promiserit pariturum, ac obtinuerit se absolui; ipsi absolutionis litteras concedentes, diem ei 80) assignauerunt et locum, quibus 81) coram eis, quod promiserat, adimpleret; qui diem et locum ex litteris illis radens, in loco 81*) *h* rasuræ scripsit 82), quod ipsi ei sequestratos fructus assignari 82*) mandabant: quod coram duobus eorum tandem, 83) tertio sui absentiam excusante per litteras, est confessus. Nos igitur, cum tantæ temeritatis excessus falsitatis scrupulo non careret, vobis dedimus in mandatis, vt, si esset *i* ita 83*), ipsi præsumptori super dicta parœcia perpetuum silentium imponentes, præfato R. de Cliuo assignaretis eandem cum fructibus sequestratis. Verum sicut vos [*filii S. et P.*] per vestras nobis 84) litteras intimastis, cum dictus R. rasuram præfatam, coram vobis, per testes idoneos probauisset, et ob hoc postulasset sibi dictam ecclesiam assignari: vos vtrum *k* clausula illa: si esset ita 85), de omnibus superioribus, an de articulo tantum rasuræ deberet 86) intelligi (dubitastis) 87) [*dubitantes in negotio ipso procedere vlterius distulistis; eligentes super hoc sedis apostolicæ potius oraculum implorare, quam aliquid temere definire.*] Nos igitur [*diligentiam vestram in Domino commendantes*] respondemus, quod clausula illa ad omnia debet superiora referri, ad hoc, vt ipsi R. præfata ecclesia conferatur.

75) Omnes codices hic variant, et incongruas lectiones habent. In c. 2. h. t. comp. 4. legitur: *Idem S. de Vallibus magistro G. et P. de Famusta.* Restituit veram lectionem GONZALEZ ex registro epistol. INNOCENTII III. vt inscriptio ita turnanda sit: IDEM *G. de Vallibus magistro G. et P. de Fonte canonicis Laudun.* licet in ed. ant. legatur: *de Firmiscaa.* et in C. L. *de Sumystan.*
76) *Nicasii*, est in C. R. 2. et *Nichasii*, C. L. legit.
77) *Sargiensi* vel *Sagiens.* C. R. 1. et L. ed. ant. *Sarginen.* Sed *Signiaci*, rectius GONZ. legit: quia *Signiacum* est monasterium diœcesis Remensis, ad quam præfatæ litteræ directæ. In c. 2. comp. 4. legimus: *Remanen. Signan.*
78) *Videlicet*, non exstat in C. R. H. et ed. ant. C. L. autem habet: *vero*, pro *videlicet*.
78*) *Quod P.* legit C. L. cum ed. ant. per totum.
79) *De Crun*, legit edit. Gonz. Sed c. 2. cit. h. t. *de Clerini*, per totum.
80) *Eis*, legit C. R. 2. GONZ. vero: *in eis*.
81) *In quibus*. C. L.
81*) *In locum*, habet ed. ant.
82) *Rescribit*, legunt C. R. tam c. cit.
82*) *Exhiberi*, legitur in cit. c.
83) *Tandem*, abest a C. R. H. L. et ed. ant. c. cit. vero habet: *demum*.
83*) In cit. c. legimus: *vt si res taliter se haberet.*
84) *Nobis*, nec in C. L. nec in ed. ant. exstat.
85) *Si est*, habent C. R. et Gonz. item C. H.
86) *Debeat*, habent C. R. et H.
87) *Postulastis*, secundum C. R. 1.

a Cap. 13. eod. tit. in 3. compil. b Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. c *Quod si non fecerit, potest compelli ad exsequendum. c. pastoralis. infr. De off. delegat.*

d *Adde concord. in l. qui procuratorem. in gloss. t. ff. de procur. et in l. a diuo Pio. et ibi Bart. et doctores, ff. de re iudic.* e *al. Idem de vallibus magistro G. et P. de Fonte ca. al. de Sennis canonicis.* f *C. 2. eod. tit. in 4. compil.* g *al. Romanensis, Sagnensis. Alias Signiacen. et est diœcesis Remen. al. Sargie.* h *al. in locum rasura rescripsit.* i *Adde: quod si ista clausula desit in aliquo rescripto, illud præsumitur esse falsum. Archidiac. et DD. in C. cordis. de app. in 6.* k *Vt de clausula illa, si ita est.*

feratur; quia, licet vitium falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem huiusmodi perpetrauit 88), non tamen propter hoc eadem ecclesia 89) est aduersario assignanda: nisi super aliis secta fuerit plena fides.

88) *Perpetrarat.* C. H. legit cum t. sed ed. not. *perpetrat.*
89) Vocabulum: *ecclesia*, non adest in C. H.

CAP. XXVI.

Non valet rescriptum, super restitutione beneficii, impetratum, quod de caussa excommunicationis et amotionis impetrantis non facit mentionem.

IDEM *episcopo Imolen.* 89*) (ann. 1214. *Romæ in Romandiolam.*)

I Dilectus a filius, abbas sancti Stephani 90) Bononiensis, per suas nobis litteras intimauit, quod, cum ipse, cui visitationis 91) officium in ciuitate ac diœcesi Bononiensi commisimus, B. et A. presbyteros ab ecclesiis suis 91*) propter eorum graues et manifestos excessus duxerit amouendos 92), iidem [*presbyteri*] super restitutione sua nostras ad te in communi forma litteras impetrarunt 93), de amotionis suæ caussa, et excommunicationis *b*, qua tenentur adstricti, nullam facientes penitus mentionem. [*Procuratoribus igitur, vicinorum et ecclesiarum ipsarum exceptiones in tua præsentia proponentibus antedictas, in supersedendum huiusmodi negotio decreuisti, donec super hoc nostræ voluntatis beneplacitum recepisses.*] Nos igitur [*in hac tuam prudentiam commendantes*] fraternitati tuæ [*per A. S.*] mandamus, quatenus, si est ita, litteras ipsas, tanquam per veri suppressionem obtentas, viribus carere decernas. [*Quod circa presbyteros prædictos prouida factum est per memoratum abbatem, præcipias firmiter obseruari, appellatione remota.*]

89*) *Imolan.* legitur in ed. ant. et in C. L. *Imolens.*, omnibus expressis litteris.
90) *Sancti S. Proculi*, legitur in c. 1. comp. 4. h. t. quæ lectio verior videtur, quod huic sancto ecclesia insignis ibidem dicata, tanquam *domestico patrono.*
91) *Inquisitionis*, secundum C. H.
91*) *Suis*, in ed. ant. non legitur. Pro hac voce in c. cit. legimus: *sancti M. et sancti P. de Bignorola.*
92) *Admouendos* C. H. legunt.
93) *Impetrauerunt*, secundum C. R. 1.

CAP. XXVII.

Per litteras iustitiæ non tenetur episcopus prouidere habenti perpetuam vicariam, vel sufficiens patrimonium. Nec valent litteræ gratiæ ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans tacuit perpetuam vicariam. Hoc dicit comprehendendo vtrumque intellectum.

IDEM *episcopo Vratislauiensi* 94) c, (ann. 1214. *Romæ in Poloniam.*)

Postulasti *d* per sedem apostolicam edoceri, vtrum alicuius ecclesiæ perpetuo vicario de prouentibus vicariæ, bonisque paternis, habenti, vnde valeat commode sustentari, tenearis per illam formam communem cum secundum e apostolum 95), in ecclesiastico beneficio prouidere? Ad quod sic duximus respondendum, quod, cum per formam prædictam necessitatibus pauperum clericorum, qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium assequuti 96), [*sicut ibidem exprimi consueuit*] sedes apostolica duxerit succurrendum, perpetuus vicarios, nisi de vicaria fecerit mentionem, commodum reportare non debet de huiusmodi litteris, vtpote veritate tacita impetratis. Non enim beneficio 97) carere debet dici, cui competenter de perpetuæ vicariæ prouentibus est prouisum. Et pro habente beneficii sufficientis subsidium, ex certa scientia super obtinendo alio beneficio, de leui non scribimus, quin faciamus de primo in nostris litteris mentionem.

94) *Vratismens.*, legitur in C. R. 1. et C. R. 2. habet *Wratanfament.* M. *Vratistaniens.* sed *Vratislauiensis*, rectius legit Gonzal. ex ipsis epistolis Innocentii III.
95) Intelligit c. 16. *X de præb.* vbi INNOCENTIVS III. generaliter constituerat ordinatis de beneficio prouidendum, vel si beneficio desit, eis interim subministranda vitæ necessaria ab ordinatore. Dicitur hæc prouisio etiam in *forma pauperum*; quia solis indigentibus clericis ita prospectum, vel in *forma communi*, cuius formulæ mentionem facit IDEM in c. 13. *X. de ætat. et qual. et ord. præf.*
96) *Consequuti*, cap. 4. comp. 4. h. t.
97) *Beneficio ecclesiastico*, legitur in C. R. et edit Gonz., sed in C. R. 2. [illegible] subiecta [illegible], in [illegible] litteræ.

CAP. XXVIII.

Per litteras apostolicas de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi vltra duas diætas extra suam diœcesim: nisi de consensu partium litteræ fuerint impetratæ. hoc dicit, vsque ad §. sunt et alii.

IDEM *in concilio generali.* f (ann. 1215. *Romæ.*)

Nonnulli gratia sed. apostol. abutentes, litteras eius ad remotos iudices impetrare nituntur 98), vt reus fatigatus laboribus et expensis, liti cedere 99), vel importunitatem actoris 100) redimere compellatur. Cum autem per iudicium iniuriis aditus patere non debeat, quas 1) iuris obseruantia interdicit; statuimus, ne quis vltra duas diætas extra suam diœcesim 2) per litteras apostolicas ad iudicium trahi possit: nisi de assensu partium fuerint impetratæ, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

Non valent litteræ, ad lites impetratæ, sine speciali mandato domini: nisi impetrentur per nominatam personam. h. d.

§. 1. Sunt et alii, qui se ad nouum genus mercimonii conuertentes, vt vel sopitas possint suscitare querelas, vel nouas immittere quæstiones, fingunt caussas, super quibus a sede apostolica litteras impetrant, absque dominorum mandato: quas vel reo, ne propter eas 3) laborum vel expensarum dispendio molestetur, aut actori, vt per ipsas aduersarium indebita molestatione fatiget, venales exponunt. Cum autem lites restringendæ sint potius, quam laxandæ; hac generali constitutione sancimus, vt, si quis super aliqua quæstione de cætero, sine speciali mandato domini, litteras apostolicas impetrare præsumpserit, et litteræ illæ non valeant, et ipse, tanquam falsarius, puniatur: nisi forte de illis 4) personis extiterit 4*), a quibus non debet exigi de iure mandatum.

98) *Impetrant*, secundum C. R. 1.
99) *Liti cedere* C. H. habet.
100) Pro *auctoris*, in C. L. et c. 6. h. t. comp. 4. est: *actoris*, quod conuenit cum origin. ed. *Tom. VI. collect. concil. pag.* 47.

1) *Quas etiam*, legitur in origine cit. l. sed in C. L. *quem.*
2) Ad hoc constitutum contra *euocationes* reorum extra prouinciam ad extranea iudicia, quod facile, introductis delegationibus, fieri poterat, vnde dicuntur iudices delegari *in partibus.* Conf. c. 29. et 34. X. h. t. Si actor et reus in diuersis loci habitant, delegari debent iudices non vltra vnam diætam. c. 11. § 2. h. t. in 6.
3) *Per eas.* C. H. legit. et c. 5. cit.
4) *Ipsis*, secundum C. R. 1.
4*) *Sit*, legitur in cit. c.

CAP. XXIX.

Si occasione duorum rescriptorum, vnius scilicet in caussa principali, alterius in caussa appellationis, contenditur: non iudex super principali, sed deputatus super appellatione, cognoscere debet de validate appellationis.

HONORIVS III. *Cantuariensi archiepisc.* [*sanctæ Romanæ eccles. card.*] 5) *et coniudicibus suis.* (ann. 1220. *Romæ in Angliam.*)

II. Dilectus filius I. Sarracenus clericus exposuit 6) coram nobis, quod cum Iordanus clericus Dunelmensis 7) g ipsum super ecclesia sancti Nicolai Dunelmensis coram vobis auctoritate litterarum nostrarum traxisset in caussam: ex parte ipsius Iordani 8) fuit excipiendo propositum, quod auctoritate ipsarum 9) litterarum non poterat conueniri, eo quod vltra duas diætas a diœcesi, vbi prædicta ecclesia [*sita*] erat 10), contra statuta concilii generalis, de quo in eisdem litteris non fiebat mentio, distabatis *h*. Et quia huiusmodi exceptionem admittere denegantes, procedebatis in caussa, pro eo [*dumtaxat*] quod idem I. 10*) *i* in Rophensi 11) et Eliensi diœcesi 12) beneficia obtineret 13), quasi ex hoc 14) domicilium intelligeretur habere; ipse ad nostram 15) audientiam appellauit: [*sed vos, eiusdem appellatione contempta, parte alteram mittendam in possessionem eiusdem ecclesiæ, caussa custodiæ, decreuistis.*] Cumque idem I. appellationem interpositam prosequutus, ad [*ven. fr. n.*] Eboracens. archiepiscopum, et eius collegas, super præmissis litteras impetrasset: vos in caussa ipsa 16) nihilominus procedentes, eisdem iudicibus, ne in commisso sibi procedant 17) negotio, inhibetis. Quocirca [*discr. v.*] mandamus, quatenus, si est ita, caussæ supersedeatis eidem: cum non vos, sed dicti iudices cognoscere habeant 18), ad quos iurisdictio debeat pertinere.

5) Hæc in c. 3. comp. 5. de offic. et pot. iud. deleg. [illegible] adduntur, quia ad Stephanum Langthonium hæc epistola scripta est, qui ann. 1212 ab Innocentio III. presbyter cardinalis tituli St. Chrysogoni creatus est, [illegible] cit. c. 3.
6) *Proposuit.* C. H. legit.
7) *Dunmens.*, legunt C. H. sed *Dunelmensis episcopum*, rectius legit cit. c. 3. comp. 5. quia *Dunelmum* sub archiepiscopo Eboracensi fuit. Ceterum in cit. c. [illegible] cum Iordanus [illegible] *Dunelmensem episcopum* super [illegible] et Dunelm [illegible]
8) *I.* C. R. [illegible] Iordanus [illegible] Gonz. et cit. c. *Iordanus.*
9) *Nostrarum* [illegible] C. H. [illegible] in C. H. 2. et Gonz. denique in H [illegible]
10) *Erat sita*, [illegible] C. R. 2. H. [illegible] cum c. cit.
10*) [illegible]
11) [illegible], legit [illegible] *Roff.* [illegible] et [illegible], habet cum L.
12) *Diœcesibus*, legit C. R. 1.
13) *Obtineret*, secundum C. H.
14) *Ex hoc ibi*, legitur in C. R. 2. et Gonz.
15) *Nostram*, omissa particula *ad*, in C. R. 2. L. ed. ant. c. cit. et Gonz. leguntur.
16) Pronomen: *ipsa*, in C. H. non habetur.
17) *Procederent*, secundum C. H.
18) *Cognoscere debeant*, *vt habeant*, in C. H. legimus.

CAP. XXX.

Si plures impetrant in eadem ecclesia: statur datæ, vt primus impetrans præferatur, et solus admittatur. Ita communiter summant doct. Et procedit istud summarium, secundum opinionem communem, quæ hodie inualuit, propter iura noua.

IDEM *episcopo et archidiac. Legion.* 19) (ann. 1220. *Romæ in Galliam.*)

Capitulum sanctæ crucis Cameracensis exhibita nobis petitio-

19) *Lingonensi*, est in C. L. sed vtraque lectio falsa, vt docet c. 1. comp. 5. h. t. cuius inscriptio hæc est: *Honorius III. abbati et priori St. Prascdis et I. de Villa Vocal canonico sancti Quintini Nouiomensis.*

a C. 3. eod tit. in 4. compil. b *Senatrata*, in quibusdam antiquis. c al. *Vratismens* d c. 4. eod tit in 4. compil. e *Infra de præbend. cum secundum apostolum.* f *Lateranens.* c. 37. *de litter. non impetrand. etc.*

g al. *Dulmensis.* al. *Dunadensis.* h *In nonnullis manuscriptis legitur, distabatis.* i *Iordanus.*

ne 19°) monstrauit, quod Callimacho a) clerico [*Naniemrus. diœcesis*] super præbendali beneficio, in earum ecclesia obtinendo, litteras nostras ad eos prius 20) monitorias, et demum præceptorias impetrante 21), Balduinus clericus [*Tornac. diœcesis*] contra eos super consimili beneficio, in eadem sibi ecclesia conferendo, ad I. archidiaconum Tornac. et eius collegas, de prædictis litteris non habita mentione, executorias a nobis litteras impetrauit; qui post appellationem ad nos interpositam, in eos suspensionis et excommunicationis 22) sententias protulerunt: ac dictus a C. super executione mandati pro eo facti, ad alios 22°) obtinuit scripta nostra, qui tulerunt suspensionis et excommunicationis sententias in eosdem. [*Vnde nobis humiliter supplicauit, vt, cum in eadem ecclesia tantum XII. sint præbendæ, et ab hoc non sine magno grauamine simul prouidere possent, vtrique fecremus easdem sententias relaxari, et prouideri alteri eorum in eadem ecclesia de præbenda: præsertim, cum in vtrisque litteris clausula illa contineretur inserta, nisi de mandato nostro eadem ecclesia foret in alterius receptione grauata.*] Quocirca [*discr. v.*] mandamus, quatenus, eo recepto in canonicum et [*in*] fratrem, assignatoque sibi beneficio præbendali, qui ad nos prius mandatum apost. reportauit 23), præfatas sententias iuxta formam ecclesiæ 24) [*sublato appellationis obstaculo*] relaxetis, alteri super præbendali beneficio in eadem ecclesia silentium imponentes.

19°) In cit. c. initium huius c. ipsum est hoc: *capituli sanctæ crucis Camerac. exhibita nobis petitio declarauit.*
°) Loco huius nominis legimus in cit. c. *Renardo.*
20) *Prius*, abest a C. R. L. ed. ant. et c. cit. 1.
21) In C. L. additur: *et etiam præsentante.*
22) *Et excommunicationis*, non legimus in C. R. H. L. et cit. c. 1.
22°) Loco uocis: *alios*, habet c. cit. *scholasticum sancti Quintini Nouiom. diœc. et coniudices eius*
23) Id quod ex *tenore datæ* intelligendum erat *c. 7. X. h. t.*
24) *Formam ecclesiasticam*, secundum C. H.

CAP. XXXI.

Si habens litteras papæ ad beneficium eis propter annuam pensionem renuntiat: non valent litteræ beneficiales per eum hoc tacito impetratæ.

IDEM *Bituricen. archiep. apostol. sedis legato.* (ann. 1223. *Roma in Galliam. c. 4. comp. 5. de præb.*)

II. Ad audientiam nostram, [*te significante,*] 25) peruenit, quod quidam [*laici*] clerici, obtentis a sed. apostol. litteris super prouisione sua in aliquibus ecclesiis tibi [*lege diœcesana*] subiectis, recipientes ab eis annuas pensiones 26), seu alia beneficia, ab eorum 27) impetitione desistunt, renuntiantes beneficio litterarum: [*demum ad sedem apostolicam accedentes super sua prouisione obtinent alias litteras ab eadem, de litteris antea impetratis non habita mentione, et sic gratia apostolicæ benignitatis abutentes, ecclesias multipliciter inquietant. Ne igitur tales de suæ circumuentionis astutia glorientur:*] F. t. mandamus, quatenus eos, qui post litteras taliter venditas, alias, de illis mentione non habita, impetrabunt de cætero, vel hactenus impetrauerint 28), carere decernas 29) commodo earundem, et ecclesias [*contra quas fuerint impetratæ*] non permittas earum occasione vexari, reuocando in irritum, si quid 30) earum prætextu inueneris 30°) esse factum.

25) *Te significante*, C. R. omittunt, vel etiam L. et ed. ant.
26) *Annuam pensionem*, C. H. legit. Hoc modo vero ecclesiæ redimebant olim vexationes eorum, qui mandatis papalibus admodum onerabant easdem, et hoc modo efficiebant, vt litteris hisce impetrantes renuntiarent. Hoc non reprobat pontifex, sed aditum illis præcludit, ad alia beneficia ibidem obtinenda, non facta mentione priorum litterarum.
27) *Earum*, secundum C. R. 1. H. L. ed. ant. c. 4. comp. 5. de præb. et Gonz.
28) *Impetrarunt*, legunt C. R. L. et Gonz. cum cit. c.
29) *Decernens*, secundum C. R. L. cit. c. et Gonz. item C. H. et ed. ant.
30) *Quidquid*, C. H. legit
30°) *Inuenertis*, legitur in ed. ant. et C. L.

CAP. XXXII.

Receptus per litteras apostolicas, licet præbendam exspectet, per alias litteras hoc supprimentes in alia ecclesia recipi non debet. Hoc dicit, inhærendo verbis litteræ.

GREGOR. IX. *Mediolanensi archiepiscopo.* (ann. 1227.)

In nostra proposuisti præsentia, quod nonnulli clerici a sede apostol. plures litteras, non tamen alias de aliis mentionem facientes, impetrant fraudulenter, quod 31) in pluribus ecclesiis admittantur: sicque aliquando in aliis recepti, licet nondum in eis 32) ecclesiasticum beneficium sint assequuti, alias ecclesias super receptione sua nihilominus impetunt 33) et molestant b. [*et infra.*] Mandamus, quatenus eos clericos 34) ecclesiis, in quibus recepti sunt, facias 35) esse contentos, non permittas 36) alias ab eis occasione litterarum huiusmodi molestari. Nisi de receptione forte sua expressam fecerint mentionem.

31) *Vt*, R. C. legunt cum L. et ed. ant.
32) *In eis ecclesiis*, addit C. R. 1.
33) Ita legunt C. R. L. Pith. et Gonz.; non *impetrant*, vt Colonienses.
34) Vox: *clericos*, abest a C. H. et L.
35) *Facias*, secundum C. L.
36) *Et non permittas.* C. L.

CAP. XXXIII.

Non valet rescriptum, quod procurator reuocatus et de hoc certificatus, extra iudicium impetrauit: secus tamen, si in iudicio, dummodo reuocatio ad notitiam aduersarii vel iudicis non peruenit. Hoc dicit, secundum lecturam magis communem.

IDEM *episcopo Syluanectensi, 36°) et abbati Caroliloci. 37)* c (*ann. 1228. Roma in Galliam.*)

III. Ex parte decani et capituli Laudunensis fuit propositum, quod, cum ipsi auctoritate apostol. indulgentiæ in nobilem virum I. excommunicationis sententiam protulissent, procuratoribus partium propter hoc ad sedem apostol. accedentibus, et lite super diuersis articulis contestata, nos caussam vobis commisimus terminandam, hoc adiecto, vt non obstarent litteræ præter assensum partium impetratæ. Dictus autem nobilis citatus proposuit, quod per illas litteras procedendum non erat, ex eo, quod 38) V. qui easdem litteras impetrauerat, falsus extiterat procurator: cum ipse ante impetrationem litterarum ipsarum, propter suspicionem, quam contra eundem 39) conceperat, mandatum sibi traditum reuocasset. Eis igitur 40) proponentibus ex aduerso, quod ad nos vel ad ipsos huiusmodi 41) reuocatio non peruenit, vos quod deberetis per litteras ipsas procedere, per quandam interlocutoriam protulistis: [*et infra.*] 41°) Petente itaque procuratore ipsorum, vt inspiceretis prædictam indulgentiam 42), procurator ipsius nobilis ex aduerso respondit, quod non erat per iam dictas litteras procedendum, exhibens alias quasdam posterius impetratas, inter alia continentes, vt, si de partium voluntate procederet, caussam terminaretis eandem: alioquin ipsam sufficienter instructam remitteretis 42°) ad sedis apostol. examen, cum indulgentia memorata. Quas litteras ipsi ex eo non valere dicebant, quia per eundem V. 43) et post reuocationem mandati fuerant impetratæ. Quia vero iuxta generalis statuta concilii 44), apostol. litteræ, quas sine speciali mandato domini quis impetrat, valere non debent, nisi sit 45) de illis personis, a quibus 46) non est exigendum de iure mandatum: mandamus, quatenus, si reuocatio mandati ad procuratorem peruenit, cum minus valere debeant litteræ, quæ impetrantur ab illo, a quo mandatum dominus reuocauit, in negotio 47) d iuxta priorum continentiam litterarum, non obstantibus posterioribus, procedatis.

36°) *Saluatensi*, habet ed. ant.
37) *Compendiensi*, legunt R. C. H. et L. sed ed. ant. habet: *compediensi.*
38) *Eo quod*, secundum C. H. omissa particula: *ex.*
39) *Eum*, secundum C. R. 2.
40) *Ergo*, C. H. legit cum L.
41) *Huius*, habet C. R. 2.
41°) *Et infra*: nec ed. ant. nec C. L. habent.
42) *Indulgentiam*, additur in C. R. 1. quod per illam capitulum Laudunense haberet potestatem excommunicandi.
42°) *Mitteretis*, legitur in ed. ant.
43) C. R. et H. habent: *IV.* per *iot.*
44) Intelligit *concilii Lateranensis* statutum relatum in *c. 28. §. 2. h. t.*
45) *Sint*, secundum C. R. 1.
46) *De quibus*, C. R. legit.
47) *Negotio ipso*, addit C. R. 1.

CAP. XXXIV.

Rescriptum impetratum contra hominem alicuius diœcesis, non extenditur ad hominem eiusdem nominis alterius diœcesis.

IDEM *decano et magistro G. 48) canonico Leodiensi.* (*ann. 1228. Roma in Galliam.*)

Significante V. nos noueris 49) accepisse, quod cum R. contra V. Remensis diœcesis super quibusdam pannis, et aliis 50) ad iudices litteras impetrasset, idem V. excipiendo proposuit 51), quod, cum idem non de Remensi, sed de Leodiensi diœcesi existerat, per huiusmodi litteras, cum de diœcesi Leodiensi non facerent aliquam mentionem 52) conueniri de iure non poterat, nec debebat. Et quia exceptionem huiusmodi admittere denegarunt: nostram 53) audientiam appellauit f. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in irritum, etc.

48) *Magistro B.* legit C. R. 2.
49) *Noueritis*, legitur in C. R. L. et H. nec non in ed. ant.
50) Verba, *et aliis*, desunt in C. R. L. et H. nec ed. ant. illa habet.
51) *Proposuit.* C. H. legit.
52) *Nullam fecerunt mentionem.* C. H. legit.
53) *Ad nostram*, secundum C. R. 1.

CAP. XXXV.

Per rescriptum impetratum contra homines diœcesis, non possunt conueniri homines ciuitatis.

IDEM *priori sancti Laudinensis, et succentori Rothomagensi.* (*ann. 1228. Roma in Galliam.*)

Rodolphus 54) clericus rector ecclesiæ sancti Christophori de ciuitate Sagiensi 55), sua nobis insinuatione monstrauit, quod, cum magister R. eum per quasdam litteras contra episcopum Sagiensem, et quosdam

54) *Rendulphus*, legit C. R. 1. sed C. H. *Radolphus*, ed. ant. *Radulfus*, at C. L. *Rodolphus.*
55) *Sagien.* per tot. C. H. legit: sed verior lectio est *Sagiensi*, quæ ciuitas est prouinciæ secundæ Lugdunensis.

a *Dictus R. est in c. 1. comp. 5.* b *Vide l. 2. §. sed et si quis. D. de Carb. ed. et D. de lib. caus. l. ordinata.*

c *In multis antiquis ita: et abbati compedien.* d *In vno antiquo: in negotio ipso.* e *Faceret.* f *Vide et l. a procedente, et ibi Kart. C. de dilat.*

alios Sagiensis diœcesis, super reditibus et rebus aliis impetratas a nobis, coram iudicibus super eadem ecclesia per generalem clausulam: quidam alii, conuenisset 56): idem rector proposuit 57) excipiendo, quod, cum esset de ciuitate Sagiensi, et sub eadem clausula nullus de ciuitate ipsa intelligitur 58) inclusus, conueniri non poterat per eandem. 59) Et quia dicti iudices exceptionem huiusmodi recusarunt admittere: nostram audientiam appellauit. 59*) Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, reuoceris in irritum, etc.

56) *Conuenissent*, habet C. R. 1.
57) *Proposuit*, C. H. legit.
58) *Intelligeretur*, est in C. R. H. et L. *Intelligatur*, in Pith. et Gonz.
59) *Per easdem*, secundum C. H.
59*) *Appellarunt*, legit ed. ant.

CAP. XXXVI.

Si conueniendus per clausulam, moriatur re integra: successor conueniri non potest.

IDEM *abbati sancti Iacobi. (ann. 1229. Roma in Gall. Belgicam.)*

Significauit nobis comitissa Namurensis 60), quod, cum mortuo comite fratre suo, ipsa in eius successerit comitatu, G. et B. 61) per quasdam litteras apostolicas 62) contra Tullen. episcopum, et quosdam alios clericos et laicos, impetratas, eam coram iudicibus, ad quos obtentæ fuerant 63), super quadam summa 64) pecuniæ, quam eidem fratri suo se 65) mutuasse dicebant, per illam generalem clausulam: quidam alii, quia in prædicto comitatu successerat, conuenerunt. Excipiente itaque procuratore suo, quod, cum adhuc frater eiusdem mulieris viueret, quando eædem litteræ impetratæ fuerunt 66); nec per ipsas, dum viueret, fuerat ad iudicium euocatus, earum auctoritate non poterat conueniri. Et quia iudices 67) exceptionem non admittebant ipsius: nostram 68) audientiam appellauit. [*et infra.*] Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in irritum, etc.

60) *Namitensis*, legitur in C. R. 2. sed *Manacensis*, habet C. R. 1. *Nanaric.* secundum H. ed. ant. vero legit: *Namuren.* et L. *Namuren.*
61) C. R. habent: *R.* et *S.* cum L. sed ed. ant. tantum transposuit litteras, scil. B. et G.
62) Vox: *apostolicas*, non exstat in C. R.
63) *Fuerunt*, legunt C. R. L. et H.
64) *Quandam summam.* C. L.
65) *Se*, in C. H. non exstat.
66) *Fuerint*, secundum C. R. 2. In hoc vnice ratio decisionis quærenda. Nec enim rescriptum nominatim erat impetratum contra defunctum; et sic respectu eius non poterat lis pro contestata haberi: cum alias oblatio precum pro L. C. habeatur. *l.* 1. *C. quando libell. princip. datus lit. contest. fac.*
67) *Dicti iudices*, C. L.
68) *Ad nostram*, legitur in C. R. 1.

CAP. XXXVII.

Non valent litteræ exsecutoriæ, in quibus impetrans falso dixit, monitorias præcessisse.

IDEM *abbati sancti victoris. (ann. 1229. Roma in Galliam.)*

Ex insinuatione episcopi Ambianensis 69) accepimus, quod I. 69*) clericus super eius 70) prouisione, ad ipsum præceptorias, et postmodum ad vos a exsecutorias contra eum litteras impetrauit. [*et infra.*] Quocirca mandamus, quatenus, si nullæ monitoriæ super hoc præcesserint 71), exsecutoriis supersedeatis eisdem; dummodo eædem exsecutoriæ de monitoriis fecerint mentionem: alioquin in exsecutionis negotio 72), iuxta directum ad vos pro ipso mandatum, ratione præuia, procedatis.

69) *Ambiensis*, secundum C. R. 1. *Ambianensis.* C. R. 2. *Ambie*, secundum H. [illegible]
69*) *Quod cum I.* habet ed. ant. [illegible]
70) *Pro sua.* C. H. legit.
71) *Præcesserunt*, legunt C. R. cum L.
72) *In exsecutione*, C. R. 2. Ceterum morem antiquum Romanum, in euocandis absentibus vsitatum, curiam Romanam circa rescripta de prouidendo in exemplum traxisse, egregie *ad h. l.* obseruat a COSTA. Etenim præmittebant *litteras monitorias*, *l.* 2. *C. quomod. et quand. iud.* quibus vtebantur etiam principes. *l.* 39 *D. de rei iud. et sumt. fun.* Sequebantur *præceptoria*, quæ magis stringebant. *l.* 1. *de confist.* *l.* 15. *ad L. Corn. de fals.* Denique subsequebantur *exsecutoria*, quæ et *peremtoria* dicebantur. *l.* 72. *de iudic.* BRISSON *de V. S.* voce *edictum.*

CAP. XXXVIII.

Cessantibus clausulis in dubio, papa non intendit grauare eundem collatorem super prouisione duorum: ideo secundus impetrans repellitur, sine primus expectet, siue sit iam gratiam consequutus. Hoc dicit secundum intellectum gloss.

IDEM *Nouiensi 73) episcopo. (ann. 1229. Roma in Galliam.)*

Mandatum apostolicum ad te directum, vt magistrum S. 74) faceres in canonicum recipi, et in fratrem Nouien. 75) ecclesiæ, si pro alio ibidem non scripsimus 76), qui huiusmodi gratiam prosequatur 77), alio iam beneficium per nostras 78) litteras obtinente, prosequi non teneris: cum super receptione duorum grauandi ecclesiam antedictam, non fuit 79) intentio mandatoris.

73) *Nouiomensi*, secundum C. R. sed H. legit: *Nouarien.* per tot. *Nouiomen.* habet ed. ant. per tot.
74) *R.* C. R. 1. habet.
75) *Nouiomensis*, habent C. R.
76) Hac modestia adhuc olim vtebatur curia Romana, quam vsque ad nostra tempora retinuerunt Cæsares in precibus primariis, vt semel tantum in singulis ecclesiis rescripta de prouidendo darent, quod etiam ex c. 39. et c. 40. X. h. t. constat.
77) *Exsequatur*, legit C. R. 1.
78) Abest vox: *nostras*, a C. R. 1.
79) *Fuerit*, legitur in C. R. a. H. L. et ed. ant.

CAP. XXXIX.

Ecclesia, in qua papa primus dedit monitorias, et secundus exsecutorias, per primum, non per secundum intelligitur grauata.

IDEM Gregorius IX. *(ann. 1229. Roma forte in Galliam.)*

Litteris apostolicis, ad vos directis, vt G. clericum reciperetis in canonicum, et in fratrem, nisi pro alio fuisset per vos ecclesia vestra grauata, mandatum nostrum vos exsequi volumus et mandamus; non obstante, quod T. subdiaconum per nostras litteras exsecutorias recepistis, qui a bonæ memoriæ H. 80) prædecessore nostro monitorias impetrauit 81): cum factum prædecessoris nostri potius, quam nostrum fuerimus prosequuti. *b*

80) *Ho*, secundum C. R. 2. *Honorio*, sec. L.
81) *Impetrauerat*, C. H. legit.

CAP. XL.

Diœcesanus, cui scribitur, vt in diœcesi sua, vbi pro alio scriptum non est, prouideat vel faciat prouideri, non potest ad exsequi circa beneficium spectans ad collationem alterius, iam pro alio grauati.

IDEM.

Abbatem, qui mandatum apostolicum iam recepit, vt S. clerico in aliqua ecclesiarum sui monasterii prouideret, et 82) per litteras generales ad diœcesanum episcopum 83) obtentas, vt in diœcesi sua, vbi pro alio scriptum non esset, faceret prouideri, cogi iuris ratio non permittit, nec super conferandis ecclesiis, aut beneficiis aggrauari: etiamsi facultatem habeat diœcesanus 83*), per easdem litteras prouidendi.

82) Abest particula: *et*, a C. L. et ed. ant.
83) *Episcopum*, non exstat in C. R. L. et ed. ant.
83*) *Episcopus*, additur in ed. ant.

CAP. XLI.

Per rescriptum directum excommunicatori, vt absoluat excommunicatum, si contra concilium eum excommunicauit, datis exsecutoribus, qui eo non parente exsequantur, non excommunicatori, sed exsecutoribus cognitio demandatur.

IDEM.

Ab excommunicato, qui contra statuta concilii c generalis asserit se ligatum, litteris ad excommunicatorem obtentis, vt, si est ita, sine difficultate absoluat eundem, et aliis d deputatis iudicibus 84), qui, eo non parente, mandatum apostolicum exsequantur, non excommunicatori, qui de facto suo in hoc certus 85) esse debet, licet in hoc deferatur eidem, sed illis cognitio demandatur.

84) Vox: *indictis*, non legitur in C. R. L. H. nec habetur in ed. ant.
85) *Certus*, secundum C. R. L. H. et Gonz. omissis verbis: *in hoc*, quæ nec in ed. ant. exstant.

CAP. XLII.

Si impetrans rescriptum ad beneficium, dixit se non beneficiatum; cum tamen haberet beneficium, licet exiguum: non valet rescriptum.

IDEM.

Si, proponente aliquo, nondum se beneficium ecclesiasticum assequutum, super prouisione ipsius, licet minus competens obtinentis, rescriptum apostolicum de hoc mentionem non faciens impetretur 86): illud, veluti fraudulenter obtentum, dicimus non valere.

86) *Impetrat*, est in C. R. 2. sed C. H. legit: *impetretur.*

CAP. XLIII.

Abutentes rescripto apostolico in casibus hic enumeratis, priuantur commodo rescripti, et condemnantur in sumptibus et damnis aduersario.

IDEM *episcopo Parisiensi.*

Quia nonnulli diuersis modis litteris apostolicis abutuntur: statuimus, vt, quicunque obtentas sub nomine suo litteras aliis eiusdem nominis tradunt, qui quos volunt, fatigant indebite per easdem, et qui eas tali modo recipiunt, quique illos, contra quos nihil habent 87) quæstionis, faciunt in iudicium euocari, aut litteras ipsas ad futuras trahunt controuersias, quæ nondum fuerant tempore impetrationis exortæ, seu quemquam super vno negotio, vel etiam malitiose super pluribus personalibus actionibus, quæ sub vno iudice possent tractari commodius, per varias litteras coram diuersis iudicibus 88) trahunt, vt

87) *Habeant*, secundum C. H. legitur.
88) Non inuenitur vox: *iudicibus*, in C. R. 1. et L.

---

a *Ad duos loquitur, ad abbatem et episcopum. Ne putes erratum esse, et pluralis locutio duorum numero consistere potest.* 4. *qu.* 3. *§. vbi numerus. verum rectius loquitur abbatis S. victoris, et collegio, alias non subaudiret in plurali. c. quam. grauis. infr. de crim. falsi.*

b *Exsequuti.* c *Later. sub Innoc. III. c.* 47. d *Et aliis sibi iudicibus deputatis.*

laboribus

laboribus fatigatus 89) et sumptibus, vel compelletur componere, vel cedere iuri suo, aut reus actorem eodem tempore ad diuersa loca, vel indeterminate ad villam, quæ commune cum pluribus eiusdem prouinciæ villis habet vocabulum, citari procuret, vt, dum non comparuerit, excommunicetur quasi contumax 90), et sic eum a sua intentione repellat: earundem litterarum commodo careant *a*, et aduersariis in moderatis expensis et damnis, quæ propter hoc eos pertulisse constiterit, condemnentur.

89) *Fatigatus vane*, habet C. e. 1. Idem confirmatum et adhuc ampliatum in c. 3. h. t. in 6. vt etiam reus, coram eodem iudice, reconuentione vel conuentione vti debeat.

90) *Tanquam contumax*, C. H. legit.

TITVLVS IV.
DE CONSVETVDINE.

CAP. I.

Consuetudo, inferens grauamen ecclesiis, debet iudicis officio tolli. Hoc dicit secundum intellectum magis singularem.

GREGORIVS I. *in registro.* 90*) *b* (*ann.* 591. *Roma in Siciliam.*)

Consuetudines, quæ ecclesiis 91) grauamen inducere dignoscuntur 92), nostra nos decet consideratione remittere.

90*) *Ex registro*, habet ed. ant.

91) *In ecclesiis*, secundum C. H.

92) *Nascuntur*, in c. 1. comp. 1. h. t. legitur.

CAP. II.

Ex consuetudine potest introduci actus siue sollemnitas, per quam sine apprehensione reali transfertur possessio rei absentis. H. d. et est casus singularis, secundum Abbatem Siculum.

INNOCENTIVS III. *archiepiscopo et cap. Lugdunensi.* 93) (*an.* 1199. *Roma in Daniam.*)

Ex litteris, [*quas tu nobis, frater archiepiscope, destinasti, intelleximus manifeste, quod regnum Daniæ, quantum ad ea, quæ ad ius fori contingunt, consuetudinibus suis, et institutionibus regum suorum omnino regatur. Vnde nullum vsum testamentorum illius prouinciæ hominibus contingit habere, qui alibi in vltimis decedentium voluntatibus secundum legalem obseruantiam custoditur.*] Si vero aliquis possessiones aliquas claustris, vel aliis religiosis locis in bona valetudine, vel vltima voluntate [*constitutus,*] pro suorum vult remedio peccatorum conferre: hanc [*ecclesiæ*] conferendi formam esse proponis 94), quod in huiusmodi donationibus modicum terræ consueuit in manu accipere 95), vel in extremitate *d* pallii, quod manu [*episcopi vel cuiuslibet alterius*] prælati ecclesiæ sustinetur, aut super ipsum altare [*aliquo inuolutum panniculo cum debita humilitate*] ponendum 96) sub testimonio videntium et audientium, sub dicta forma 96*), quæ scotatio 97) vulgariter appellatur. [*Verum quia huiusmodi donatio malitiose a quibusdam cauillatoribus, sicut asseris, impeditur, a nobis humiliter postulasti, ne loca religiosa, et ecclesiæ, quibus multæ possessiones sub scotatione huiusmodi sunt collatæ, ab aliquibus possint vel debeant temere perturbari, paterna debemus sollicitudine prouidere. Nolentes igitur, vt tales constitutiones, quas diuturnitas temporis, vt asseris, obseruauit, et vsus consuetudinis approbatæ hactenus retinuit, temeritate qualibet infirmetur,*] discret. vestræ mandamus, quatenus donationes eorum, quæ sub obtentu consuetudinis 98) claustris, ecclesiis, vel quibuslibet locis religiosis pie conferuntur, vel etiam sunt collata, facietis irreuocabiliter 98*) obseruari: cum huiusmodi signum, quod scotatio dicitur, non tam factæ donationis, quam traditæ possessionis sit euidens argumentum, [*si quos contradictores inueneritis, aut rebelles auctoritate freti apostolica per cens. eccles. monitione præmissa, sub apost. obed. compescentes.*]

93) *Lugdunensi*, C. B. 1. *Lundinsi.* G. vel *Lundiniensi*, c. 1. comp. 3. h. t. rectius legunt: quia hæc consuetudo in regno *Daniæ* viguit.

94) *Proponitis.* C. L.

95) *Assumere*, legitur in edit. Gonz. sed in c. 1. comp. 3. h. t. simpliciter legitur: *accipere*, sine verbis: *in manu*, quo loco ed. ant. legit: *in manum.*

96) *Ponendo*, secundum C. R. e.

96*) In c. cit. legimus: *forma donationis huiusmodi subsequente.*

97) *Scotationis* appellatio sine dubio ortum traxit ex voce antiquissima, etiam Germanis adhuc hodie vsitata: *Schot*, quæ designat glebam vel particulam terræ vel fundi, vnde *Schotten* est *præmere* et *emittere.* Vid. LOCCENIVS *in lexic. iur. Sueo-Goth. voce Skiota.* Erat ergo modus symbolicus transferendi dominium rei immobilis in alterum.

98) *Prædicta consuetudinis.* C. H. habet.

98*) *Irreuocabiles*, est in cit. c.

CAP. III.

Non valet consuetudo, vt in caussis ecclesiasticis dictum populi pro sententia teneatur.

IDEM INNOC. III. *episcopo Pictauiensi.* 99) *e* (*ann.* 1198. *Roma in Galliam vel Venetiam.*)

Ad nostram audientiam *f* noueris peruenisse, quod in tua diœcesi etiam in caussis ecclesiasticis consuetudo minus rationabilis habeatur, quod, cum 100) aliqua caussa tractatur ibidem, et 1) allegationibus et querelis vtriusque partis auditis, a præsentibus litteratis et illiteratis, sapientibus et insipientibus, quid iuris sit quæritur 2), et quod illi dictauerint, vel aliquis eorum præsentium, consilio requisito, pro sententia teneatur. Nos igitur attendentes, quod consuetudo, quæ canonicis obuiat institutis, nullius debet 3) esse momenti *g*, cum sententia a non suo iudice lata nullam 4) obtineat firmitatem, vt in caussis ecclesiasticis subiectorum tuorum, postquam tibi de meritis earum 4*) constiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, auctoritate tibi præsentium, præmissa consuetudine non obstante, concedimus facultatem. *h*

99) *Patauiensi*, legitur in edit. Gonz. *Pictauiensi*, vero in c. 2. comp. 3. h. t.

100) *Quod*, in C. H. omittitur.

1) Particula *et*, deest in c. 2. cit.

2) Quod etiam antiquis Germanis vsitatum fuisse, palam est, vnde vulgo dici solet: *Vrthel finden, oder schöpffen.* Erant autem *scabini*, ad quos hæc interrogatio dirigebatur, a *Schöpffen* dicti.

3) *Debent*, secundum C. H 2. H. et edit. Gonz.

4) *Non vllam*, habet C. R. 1.

4*) *Caussarum*, legit C. L.

CAP. IV.

Consuetudo non potest operari, vt clericus non episcopus possit exercere ea, quæ sunt reseruata ordini episcopali. Et est casus notabilis. Abbas.

IDEM L. 5) *vicario nostro* i *apud Constantinopolim constituto.* (*ann.* 1199. *Roma Constantinopolim.*)

Quanto *k* de benignitate [*sed. apostol. locum obtines celsiorem, tanto tibi est sollicitius procurandum, vt te talem exhibeas in negotiis peragendis, non declinans ad dextram vel ad sinistram, quod non minus re, quam nomine vices apostolicas gerere comproberis.*] Peruenit sane ad audientiam nostram, quod quidam simplices sacerdotes apud Constantinopol. ea sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab apostolorum tempore [rite] fuerunt solis pontificibus reseruata 6), vt est sacramentum confirmationis, quod chrismando renatos soli debent episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis 7), [*et sui erroris fomentum*] solam consuetudinem prætendentes: [*cum diuturnitas temporis peccata non minuat, sed augmentet, quæ tanto grauiora exsistunt, quanto infelicem animam diutius detinent alligatam. Volentes igitur hæc et alia, quæ oculos diuinæ maiestatis offendunt, de agro dominico exstirpari,*] discr. t. mandamus, quatenus omnibus [*latinis*] presbyteris [*apud Constantinopolim*] districte prohibeas 8), ne talia de cætero sua temeritate præsumant. Quæ licet non fiat a fidelibus contemnendo; tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate, quæ legem non *l* habet, omittere, quam vt ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, quæ lege damnatur, non sine graui periculo inaniter conferantur: cum vmbra 9) quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. 10)

5) *I.* secundum C. H. in L. est R.

6) *Obseruata*, legitur in c. 3. comp. 3. h. t. Ceterum hæc consuetudo etiam in Ægypto obtinuit tempore HILARII Sardi in locum ad Eph. IV. scribentis: *denique apud Ægyptum presbyteri consignant, si præsens non sit episcopus.* Idem HIERONYMVS relatus in c. 24. *dist. XCIII.* statuisse videtur, sola *ordinatione* distinguens episcopum a presbyteris.

7) *In prædictis*, secundum C. H.

8) *Præcipiat*, legit C. R. 1.

9) Hæc et sequentia non habet GONZAL.

10) *Effectu*, secundum C. C. 1. omissa partic. *in.*

CAP. V.

Non valet consuetudo, per quam interdicti sententia violatur.

IDEM *decano et cap. Cenomanensi.* 11) *m* (*ann.* 1206. *Roma in Galliam.*)

Cum inter *n* vos ex vna parte, et canonicos sancti Petri de curia ex altera, super eo, quod dicti canonici [*sancti P.*] generale interdictum a [*ven. fratre nostro*] episcopo vestro, vel a vobis 12) in ciuitate Cenomanensi positum non seruabant, quæstio *o* verteretur 13), [*vtraque pars ut eadem caussa posset sine arbitrio terminari, suum nuntium ad sed. ap. destinauit: partibus ergo in nostra præsentia constitutis, per procuratores idoneos audientiam præbuimus liberam et benignam. Et quidem ecclesiæ vestræ proposuit procurator, quod, cum Cenomanens. ecclesia suo loco et tempore pro excessibus secularis potestatis interdicto voluit supponere ciuitatem ecclesiæ beati Petri de Curia, tanquam suo capiti membrum non cohærens, campanis pulsatis, apertis ianuis diuina officia celebrare aliis cessantibus non omisit. Cum autem ven. F. n. Th. Hostien. episc. tunc in partibus illis legationis officio fungeretur: iidem canonici ad eius præsentiam accedentes, suam ei super hoc querimoniam exponere curauerunt. Qui, partibus conuocatis, et rationibus vtriusque partis diligenter auditis, et cognitis, cum pars ecclesiæ sancti Petri per priuilegia sedis apostolicæ non posset ostendere se munitam, imo ei firmiter constaret, quod ex superbia potius, quam ex caussa rationabili ducerentur, sententialiter definiuit, quod, cum in ciuitate Cenomanensi positum fuerit interdictum, eadem ecclesia obseruaret, [illegible]*

a Adde: generaliter de actibus, qui fiunt ex rescripto. l. 1. C. si contra ius vel vtil. publ. *b* Libr. 1. epist. 64. ad Felicem episcopum Messanensem, et cap. 1. eod. tit. in 1. compil. *c* Cap 1. eod. tit. in 3. compil. *d* In quibusdam vetustioribus ita, sed male, meo iudicio: vel in extremitate pallii: manu prælati ecclesiæ, etc. *e* al. Parisiensi. al. Pataniensi. *f* Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.

g Text. est in l. 2. in gloss. magna et ibi [illegible] consuet. et in l. nemo alieno. in gloss. temporalis [illegible] *h* Liberam facultatem *i* Idem Lucio vicario, etc. *k* Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. *l* L. vn. ff. de consuet. et in l. non solum. §. fin. ff. de ret. tut. *m* al. Idem N. decano, etc. *n* Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. *o* Verteretur.

quoque

quoque excommunicationis ac pœnæ ordinis ac beneficii eos supponens, qui suæ ducerent sententiæ resistendum. Postmodum vero cum propter quosdam excessus secularis potestatis tota Cenomanensis ciuitas supponeretur ecclesiastico interdicto, et ipsis canonicis sancti Petri denunciatum fuisset, vt a diuinorum celebratione cessarent, et obseruarent, sicut aliæ ipsius ciuitatis ecclesiæ, interdictum: ipsi maiorem temeritatem suæ audaciæ adiungentes, cum maiori sollemnitate suum fant officium exsequuti, venire contra legati sententiam non verentes.] Procurator vero ipsorum proposuit, [*ex aduerso,*] quod ipsa ecclesia sancti Petri a prima 14) fundatione libera extitit et exempta, [*et de bonis progenitorum karissimi in Christo filii n. I. Anglorum regis illustr. fundata fuerat et dotata, firmiter adseuerans, et in hoc suam credens intentionem fundare, quod decanatum et præbendas illius ecclesiæ idem rex et progenitores sui conferebant, diœcesano episcopo inconsulto. Proposuit etiam, quod ex consuetudine tali hactenus eadem ecclesia gauisa fuerat libertate, et hoc idem multotiens vester episcopus recognouit, quod ius parochialem potestis interdicere capellanum, qui extra chorum celebrat ecclesiæ ante dictæ, allegans*] de consuetudine antedicta 15), quod in generali etiam interdicto licitum erat eis, pulsatis campanis, alta voce, interdictis [*tamen*] et excommunicatis exclusis, diuina officia celebrare. Nos igitur 16) cognito 16°) quod ex tali consuetudine, si qua foret, disrumperetur neruus ecclesiasticæ disciplinæ, ipsam de consensu 17) fratrum nostrorum [*penitus*] duximus irritandam: [*cum non consuetudo, sed corruptela potius sit censenda.*]

> 11) *Commacensi*, legitur in C. B. 2. erronee, potius vt in c. 4. comp. 3. h. t. *Cameren.* quia Cenomanensis ciuitas eiusque capitulum palam hic intelligitur.
> 12) *Vel vobis*, sine præpositione *a*, legitur in c. cit.
> 13) *Verteretur*, habent C. B. L. Gonz. et cit. c.
> 14) *A sui*, legunt C. B. cum L. sed ed. ant. *a primo sui* etc. et c. 4. cit. ob *ipsa sui.*
> 15) *Antedicto*, vox deest in C. L. et ed. ant in qua simul partic. *in*, omittitur.
> 16) *Ergo*, legitur in C. B. 1. et L.
> 16°) *Auditis hinc inde propositis*, legimus in cit. c. pro *cognito.*
> 17) *Consilio*, secundum C. B. 1. et c. 4. cit.

CAP. VI.

In attribuendis officiis nouæ dignitatis, seruatur consuetudo vicinarum ciuitatum. Quæ si diuersa fuerit: seruabitur magis rationabilis, et alii non præiudicans.

IDEM *episcopo Heliensi.* (*ann.* 1208. *Roma in Angliam.*)

Cum olim a [*ven. fr. noster*] Londunensis 18) episcopus nostris auribus intimasset, quod in sua ecclesia proposuerat statuere præcentoriam, [*certum redituum assignaturus eidem sine læsione cuiusquam;*] nos eius precibus inclinati, ei licentiam concessimus 19) præcentorem huiusmodi ordinandi 20): dummodo in conferendis sibi redditibus nulli inferretur præiudicium, [*nihilominus*] statuentes, vt præcentor taliter institutus, in sessionibus, processionibus, et aliis illam haberet in Londoniensi ecclesia dignitatem, quam habent alii præcentores in aliis ecclesiis Anglicanis. [*Postmodum autem nostris fuit auribus intimatum, quod, licet idem episcopus dil. fil. B. in eadem ecclesia instituisset præcentorem, quod tamen a nobis fuerat de prælibata dignitate statutum, biennio iam elapso, exsequi non curarat. Quapropter sibi dedimus in mandatis, vt illud, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, exsequi non postponeres, contradictores per cens. ecclesiasticam compescendo. Nouiter vero dil. fil. decanus et quidam alii personatus habentes in ecclesia memorata suam nobis transmisere querelam, quod, cum per ecclesias Anglicanas consuetudines sint diuersæ, et quidam cantorum minorem, quidam vero maiorem habeant dignitatem, nec possint dignitates earum, cum sint vel variæ vel repugnantes, conuenire simul in vnam, is, qui nouiter est institutus in ecclesia London. præcentor, non contentus eo, quod habere potest sine præiudicio aliorum, occasione litterarum nostrarum quasdam ipsius decani et aliarum personarum eiusdem dignitates ecclesiæ sibi nititur in præiudicium eorum arrogare.*] quocirca mandamus, quatenus, si secundum diuersas consuetudines locorum, diuersas habere noueris præcentores in anglicanis ecclesiis dignitates, iam dictum præcentorem illam habere facias in London. ecclesia dignitatem, eaque manere contentum, quam, rationabilib. et approbatis consuetudinib. ecclesiæ 21) saluis, sine præiudicio alieno poterit obtinere.

> 18) *Londoniensis*, C. H. et L. legunt, per tot. cum c. 5. comp. 3. h. t. Sed ed. ant. habet: *London.* per tot.
> 19) *Dedimus*, legit C. B. 1.
> 20) *Seu constituendi*: est enim officium præcentoriæ *simplex*, nullam desiderans ordinationem ecclesiasticam: alioquin vox hæc in sensu generaliori hic sumitur.
> 21) *Eiusdem ecclesiæ*, habet C. B. 1. *eius*, secund. edit. Gonz.

CAP. VII.

Non potest induci in consuetudinem, vt quis possit dimittere dignitatem sine superioris licentia, vel vt possit electus administrare, non habita confirmatione a superiore.

IDEM INNOC. III. *conuentui Corbien.* 21°) *monasterii.* b (*ann.* 1208. *Roma in Germaniam.*)

Cum venerabilis c frater noster episcopus Hostiens. et [*dilectus filius*] Leo [*tituli*] sanctæ crucis presbyter cardin. in partibus Alemaniæ *) [*olim*] legationis officio fungerentur, inuenerunt abbatem de monasterio Hermionensi,**) quod ad Rom. eccles. noscitur pertinere nullo mediante, ad monasterium Corbien. quod est etiam ***) Rom. eccles. speciale, temeritate propriis migrasse: licentia illud deserendi, vel confirmatione 22) a nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita: [*et infr.*] postmodum autem (nuntii eius) [*cum fuit ad sedem apost. nunties destinasset idem volentes eum multipliciter excusare*] ad defensionem ipsius, generalem illius terræ consuetudinem allegarunt.

Cum igitur hæc non tam consuetudo, quam corruptela merito sit censenda, quæ profecto sacris est canonibus inimica: ipsam mandamus 22°) de cætero non seruari. d

> 21°) In interiori Saxonia exemtum monast. Paderborneus.
> *) *Alamaniæ*, C. L.
> **) *Hermanser.* secundum C. B. 1. *Herbipolensi*, est in C. L. et in c. 6. comp. 3. h. t. *Herwardensi.*
> ***) Abest vox: *etiam*. a C. B. 1. insigne autem hic occurrit testimonium de exemtione monasterii Corbeiensis, sæpius in discrimen vocata.
> 22) *Confirmationem*, legit C. B. 1.
> 22°) *Mandauimus*, legitur in C. L. et ed. ant.

CAP. VIII.

De consuetudine potest induci, quod vna ecclesia de gremio alterius teneatur sibi prælatum eligere. Et consuetudo est optima legum interpres.

IDEM *decano Salesberiensi* 23) *A. archidiac. et magistro P. Peuetel. canon. Parisiensi.* e (*ann.* 1208. *Roma in Galliam.*)

Cum dilectus f filius Guil. Andren. 23°) ecclesiæ monachus, qui pro clerico *) eiusdem ecclesiæ se gerebat, et G. [*Dambitis monachus ac*] procurator monasterii Karofen. super iure eligendi abbatem, in Andren. monasterio, et [*de*] eiusdem **) electione in nostra præsentia ***) ad inuicem 24) litigarent, idem Guil. electionem suam 24°) a fratribus Andren. ecclesiæ concorditer celebratam, auctoritate apostolica petiit confirmari, asserens 25) tam de iure communi, quam de priuilegio speciali, eis 25°) ab Alex. papa concesso, et a nobis postmodum confirmato, liberam eligendi auctoritatem ad eosdem fratres tantummodo pertinere. [*Nam de iure communi omnis congregatio monachorum eligere sibi debet abbatem: et in eiusdem Alex. priuilegio continetur, vt obeunte monasterii Andren. abbate nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres vel eorum pars consilii sanioris secundum Deum et beati Benedicti regulam duxerint eligendum, a nobis quoque prædictis fratribus dignoscitur esse concessum, vt licitum sit eisdem, cum ecclesiam abbate vacare contigerit, personam idoneam de gremio eiusdem ecclesiæ, vel aliunde, per regularem electionem sibi præficere in pastorem Karofen. monasterio præsentandam, vt ab ipso confirmationem accipiat, et reuerentiam, quam ei debet, impendat.*] Dictus vero procurator proposuit ex aduerso, quod, cum olim ad petitionem [*comitis Balduini vxoris et filiorum eius*] patronorum ecclesiæ [*Andrens.*] a [*bonæ memoriæ G.*] Morin g. episcopo fuerit constitutum, quod si præfatus locus diuino munere adeo pullularet, vt prior, aut abbas constitueretur ibidem 26) electio eius penes fratres eiusdem loci et capitulum Karofen. 26°) penderet, et obtentu huiusmodi statuti 27) sic fuerit longe 28) retroactis temporibus obseruatum, vt monasterio Andren. vacante, Andren. fratres in Karofen. capitulo aliquem de gremio monasterii Karofen. sibi eligerent in abbatem: electio prædicti G. 29) tam contra statuti tenorem, quam etiam contra consuetudinem approbatam, quæ optima sit legum interpres, minus canonice attentata, merito cassari debebat 30). [*et mandari fratribus antedictis, vt iuxta quod est hactenus obtentum, procederent ad electionem abbatis,* et infra. *His igitur et aliis, quæ coram nobis vtrinque fuere proposita, perspicaciter intellectis,*] quia nobis constitit, electionem ipsam a suspensis, et de suspenso etiam celebratam 31), eam [*de comm. fratr. nostrorum*] iustitia cassauimus exigente. Cæterum cum supradictum statutum, [*videlicet quod penes fra-*

> 23) Emendanda est hæc inscriptio ex epistolis INNOCENTII III. *lib.* 2. *ep.* 19. *Idem decano Saresbariensi et archidiac. et magistr. Puluerel. canonico Parisiensi*, licet C. L. habeat: *Idem decano Salisberiensi A. archidiacono et magistro P. Peuetel, canonico Parisiensi*, et ed. ant. *Idem decano Salesperbien. archidiacono et magistro P. Pen. canonic. Pisano.*
> 23°) *Andrien.* legitur in C. B. 1.
> *) *Electo*, legunt C. B. et L. cum c. 7. comp. 3. h. t.
> **) *Et super eiusdem*, C. B. 2. *et eiusdem ecclesiæ*, C. B. 1. *et de eiusdem*, habet C. cum c. 7. comp. 3. h. t. L.
> ***) Verba: *in nostra præsentia*, in C. B. L. H. et ed. ant. non leguntur.
> 24) *Inuicem*, legunt C. B. L. ed. ant. et c. cit. sine partic. *ad*
> 24°) Verba: *electionem suam*, vsque ad *asserens*, loco cuius codices habent *asseruit*, absunt a C. B. L. H. et ed. ant. vt probabile sit, ea post correctionem non obstante GREGORII XIII. interdictu, ex textu fuisse textui addita.
> 25) *Asseruit*, habent C. B. H. et L.
> 25°) *De eis*, habet ed. ant.
> 26) *Idem*, est in ed. ant.
> 26°) *Carossen.* secundum C. B. 2.
> 27) *Obtento statuto*, habet C. B. 1.
> 28) *Et longe*, legitur in C. B. 2.
> 29) In cod. H. legitur *IV.*
> 30) *Debeat*, secundum C. B. 2. ed. ant. et c. 7. comp. 3. h. t.
> 31) *Factam*, legit C. B. 1. *esse celebratam.* C. L.

a *Cap.* 5. *eod. tit. in* 3. *comp.* b *al. ita: idem conuentui et Corbiensi monasterio.* c *Cap.* 6. *eod. tit. in* 3. *compil.*

d *Vide l. rem non nouam C. de iud. et ibi Petr. de Bel. Cyn. Bartol. et Bald. ac l.* 2. *C. quæ sit long. consuetudo.* e *al. Salesbiensi.* f *Cap.* 7. *eod. tit. in* 3. *compil.* g *Morinen.*

tres eiusdem loci et capitulum Carosen. pendeat abbatis electio,] ita sane posset intelligi, quod per illud nec iuri communi, nec privilegio 32) derogetur, ut videlicet ad sæpedictos fratres electio spectet abbatis, et ad Karosen. capitulum 33) confirmatio: mandamus, [*devotioni vestræ pr.*] quatenus, si ex parte Karosen. cœnobii 34) talis fuerit consuetudo probata, quæ iuri communi præiudicet, in hac parte vos secundum illam decernatis electionem Andren. abbatis de cætero faciendam [*quod si talis consuetudo probata non fuerit, per quam in hoc casu præiudicetur iuri communi, vos*] Andren. monachis ius eligendi abbatem adiudicare 35) curetis; ut sic de cætero liberam habeant facultatem de gremio 36) ecclesiæ suæ, vel etiam 37) aliunde, per electionem canonicam eligendi personam idoneam in abbatem præsentandam Karosen. capitulo, ut ab eo, si fuerit canonica, confirmetur.

32) *Privilegiis*, C. H. habet.
33) *Monasterium*, legitur in C. R. 1.
34) *Monasterii*, habent C. R. 1. et H.
35) *Abiudicare*, secundum C. R. 2.
36) *Vel de gremio*, C. H. legit cum I.
37) *Vel*, secundum C. R. 1. et Gonz. hac parte, *etiam*.

CAP. IX.

Capitulum sine episcopo statuta seu consuetudines novas facere, vel antiquas immutare non potest.

HONORIVS III. a *Parisiensi capitulo.* (*ann.* 1221.)

Cum consuetudinis vsusque longævi non sit levis 38) auctoritas et plerumque discordiam pariant novitates: auctoritate vobis præsentium inhibemus, ne absque episcopi vestri consensu 39) immutetis ecclesiæ vestræ constitutiones et consuetudines approbatas, vel novas etiam inducatis, si quas forte fecistis, irritas decernentes 40).

38) *Vilis*, C. H. habet.
39) *Concilio et consensu*, legitur in c. 1. comp. 5. h. t. perperamque Raymundus omisit *concilio*, vt CIRONIVS notat.
40) Additur in cit. c. 1. *Si quas forte fecistis in ipsius episcopi præiudicium, postquam est regimen ecclesiæ Parisiensis adeptus.*

CAP. X.

Non valet consuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum.

IDEM *maiori et Burgen.* 41) *de Rupelle.* 41*) (*ann.* 1223. *t. 1. comp. 5. de adult.*)

Ex parte vestra fuit propositum, quod, cum in patria 42) vestra servatæ sint hactenus duæ consuetudines abusivæ, *una* 43), quod si [*forte*] indigens, vel extraneus prodigalitatis vitio, vel incuria, seu quocunque casu alio dissipaverit, vel amiserit [*omnia*] bona sua, bona vxoris suæ, [*quantumcunque laudabilis et honestæ vitæ,*] tam mobilia, quam immobilia, pro suæ voluntatis libito 44) b alienat. [*Quare fit interdum, ut, viro defuncto, uxor remaneat indotata, et superstites filii extremæ subiaceant incommodis paupertatis. Alia quoque consuetudo est non impariter reprobanda,*] quod si vir ducat vxorem, quæ, fide coniugii violata, committat 45) adulterium [*manifeste*] nihilominus ipse medietatem omnium bonorum 46), quæ fuerit vir adeptus, impudenter exigit, et improbe apprehendit, quæ potius privanda esset omnibus viri bonis: [*quare super his vobis per apost. sed. provideri suppliciter postulastis. Nos igitur saluti et utilitati vestræ providere consulere cupientes,*] tenore præsentium declaramus, vos non teneri ad huiusmodi consuetudines [*tamquam iuri contrarias*] observandas.

41) *Burgensibus*, habet C. R. 1. sed C. H. legit: *Burgalean. de Repellis.* verumque perperam.
41*) *De Rebella*, C. L.
42) C. R. H. L. et Gonz. legunt cum edit. ant. *in terra.*
43) Vox: *una*, abest a C. H. L. et edit. ant. sed in comp. 5. c. 1. de adult. legitur: *una quidem hæc est.*
44) *Arbitrio*, secundum C. H. et c. 1. cit.
45) *Committit*, secundum C. R. et H.
46) In Gallia æque ac olim in Germania obtinuit *communio bonorum inter coniuges*, et adhuc hodie viget pluribus in locis, vi cuius olim superstes vxor etiam adultera dimidiam omnium bonorum exigebat, quod merito reprobat pontifex: quia vxor lucro communionis huius indigna erat ob adulterium. Conf. c. 4. *X. de donat. inter vir. et vx.*

CAP. XI.

Consuetudo non derogat iuri naturali, seu divino, cuius transgressio peccatum inducit: nec positivo, nisi sit rationabilis et præscripta.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1229.)

Cum tanto sint graviora c peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam: nemo sanæ mentis intelligit 47), naturali iuri, cuius transgressio periculum salutis inducit, quacunque consuetudine, quæ dicenda est verius in hac parte corruptela, posse aliquatenus derogari. Licet etiam longævæ consuetudinis non sit vilis auctoritas; non tamen est vsque adeo valitura, ut vel iuri positivo debeat præiudicium generare: nisi fuerit rationabilis, et legitime sit præscripta.

47) *Ignorat*, legitur in C. R. 1.

a Papiensi, *leg.* b Arbitrio, *vide text. in l. Labeo ait. §. 1. ff. de pact. et Bart. in extrav. ad reprimend.* c *Vide D. Thom. 1. 2. qu. 97. art. 2. et Dom. Sotum libr. 1. de iust. et iur. qu. 7. art. 2.*

TITVLVS V.

DE POSTVLATIONE PRAELATORVM.

CAP. I.

Impostulabilis est, qui violat interdictum. H. d. quoad titulum: habet enim multa alia dicta, quæ non faciunt ad tit.

INNOCENTIVS III. 48) *decano et capit. Senonensi.* (*ann.* 1198.)

Ad hæc 49) d in B. Petro et infra. [*Sane, cum ecclesia Senonens. semper fuerit ecclesiæ Romanæ devota, non immerito ipsi ecclesiæ pastoris tempa... et dolorem condolemus: cum ea sit viduata pastore, qui, etsi nobilis esset genere, nobilior tamen fuit, sicut credimus, sanctitate, et vita. Dolemus insuper, quod dolore nimio, quem de tanti patris obitu conceperat eccles. Senonens. dolor alius supercrevit: cum, ea vix surgente ab officio funeris tam funesti, vix digne celebratis exequiis tanti patris, rex ipse iniuste omnes possessiones ipsius tam ad mensam archiepiscopi, quam canonicorum etiam pertinentes, non ut debuit, sed ut decuit, sed ut voluit et valuit, occupavit, et personas etiam, quæ de mandato vestro suspenderant organa sua, compulit exsulare.*] (*et infra.*) Cumque [*propter persecutionem instantem et diffidentiam animorum, quam in talibus et valus movet interdum, et usus causat,*] de facili non possetis in unum locum et propositum convenire, sed ad nos fuisset ab aliquibus appellatum: tandem [*non sine difficultate*] convenientes in unum, Altissiodorens. 50) episcopum in archiepiscopum postulastis 51), postulationem vestram per magistrum R. 52) præcentorem vestrum, [*virum in utroque iure peritum, honestum, providum et discretum, qui apud nos super adsumti promotione negotii sollicite institit, et de contingentibus nihil omisit,*] et per abbatem S. Petri [*et per vestras etiam litteras*] exponentes, et petentes, ut faciendæ translationi [*favorem apostolicum et*] pium præberemus assensum, [*considerata præsertim persecutione, quæ communiter instat ecclesiæ Gallicanæ, ac necessitate, quæ incumbit specialiter ecclesiæ Senonensi.*] Verum, quoniam, antequam idem magister ad sedem apostolicam accessisset, [*audieramus et multis, imo etiam*] nobis quasi pro certo constabat, quod idem episcopus interdicti sententiam non servasset, quod etiam idem 53) magister non negavit, in [*nostra et*] fratrum nostrorum præsentia 54) requisitus a nobis, in ipsius episcopi excusationem allegans, quod sententiam latam 55) servare nullatenus 56) tenebatur, quæ ad eius notitiam, nec per litteras nostras 57), nec per [*dil. fil. P. S. Mariæ in via Lata diaconum*] card. tunc apost. sed. leg. qui eandem sententiam promulgarat 58), nec per deputatum ad hoc executoris mandatum, vel litteras 59), pervenisset: [*et quod in Altissiodorensi diœcesi rex ipse terram propriam non haberet, et quod eadem Altissiodorensis diœcesis ex alia causa fuerat interdicta. et infra.*] Quod nec sufficit, imo nec proficit ad excusationem prædicti episcopi, [*et aliorum similium, quod mandatum nostrum et cardinalis eiusdem, vel executoris etiam ad se per speciales litteras ad ipsos directas vel speciale mandatum non pervenisse proponunt;*] cum cardinalis idem sententiam interdicti, præsentibus multis [*archiepiscopis et episcopis*] sollemniter ac publice promulgavit; et eadem interdicti sententia in regno Francorum iam a multis 60) publice 61) cœperit 62) observari; nec sit necessarium, cum constitutio sollemniter editur, aut publice promulgatur, ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum, vel litteras inculcare; sed id solum sufficit, ut ad eius observantiam teneatur 63), qui noverit 64) eam sollemniter editam, aut publice 65) promulgatam; cum et contra quosdam, qui Sardicen. concilium non servabant, tanquam illud non habuerint, aut perceperint 66), canonica tradat auctoritas, quod eis non facile facultas credendi tribuitur: cum idem penes illos in suis regionibus actum fuerit et receptum. Nec valet, quod in Altissiodoren. diœcesi dictus Rex terram propriam dicitur non habere: cum nos terram totam regis ipsius subiici mandaverimus interdicto, et cardin. noster 67) interpretatus mandatum, in terram

48) In ed. ant. numerus *III.* non exstat.
49) *Ad hæc*, secundum C. H. et edit. ant.
50) *Antissiodoren.* per tot. secundum C. H.
51) *Unanimiter postulastis.* C. L.
52) In C. H. legitur: *W.*
53) Vocabulum: *idem*, abest a C. H.
54) *Inter præsentiam*, legit C. R. 1. *In nostra et fratrum nostrorum præsentia.* C. L.
55) Loco *latam*, habet c. 1. comp. 3. h. t. *illam.*
56) *Episcopus nullatenus*, habet C. R. 2.
57) *Nec per vestram.* C. L.
58) *Promulgavit.* C. L.
59) *Vel litteras*, ed. ant. omittit.
60) *A multis*, C. H. L. atque cit. c. leguet; cum aliæ editiones et cod. præpositionem *a* omittant.
61) Vox: *publice*, a C. R. et Gonz. abest.
62) *Cœperat*, secundum C. R. 1.
63) *Teneantur*, legit C. R. 1.
64) *Noverint*, secundum C. R. 1. *quod noverint*, in c. 1. cit.
65) *Ac publice*, pro *aut*, legitur in C. L.
66) *Receperint*, secundum Gonz. et c. 1. cit. quæ lectio sanior videtur.
67) *Noster*, legitur in C. R. 1.

d *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* e *Ad intelligentiam vide D. Thom. 1. 2. qu. 90. art. 4. Sotum l. 1. de iustit. et iure, qu. 1. art. 4. Alphonsum Castrum l. 1. de potestate legis pœnalis, cap. 1. Fernandum Vasqu. l. 2. controvers. illustr. c. 44.*

illam sententiam promulgauerat, quæ regi tunc temporis adhærebat. [*Quod si episcopatus eius ex alia causa fuerat interdictus; interdicti sententiam et tenebatur fortius, et poterat facilius obseruare.*] Sed inde liquido constat, sæpe dictum episcopum sufficienter excusari non posse, quod suam metropolitanam 68) ecclesiam generalis interdicti sententiam et recepisse nouerat, et seruare. [*Ideoque unus eorum extiterat, qui deliberantes super eodem sententia de communi consilio decreuerant; sed ceteruerunt, et eandem sententiam non seruarent: cum, si verbum apostoli Petri de Clemente dicentis diligentius attendissent, commonitionem super hoc non debuerant exspectare, sed obsecundare pendentes, et humiliter obedire.*] Nos igitur, qui secundum apostolum prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci, eiusdem episcopi 69) Altissiodoren. inobedientiam attendentes, ne nil 70) obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset, cum iuxta canonicas sanctiones quædam sint culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, [*habita cum fratribus super hoc diligenti tractatu, quantumcunque vobis, tanquam obedientiæ filiis deferre vellemus,*] postulationem tamen huiusmodi non propter postulantem ecclesiam, sed propter postulatam personam repulimus 71), vt indignam. Licet autem ex eo, quod hominem, qui vestro non conueniebat proposito, postulastis, cum vos interdicti sententiam seruaretis, et ipse 72) [tamen] eam contemneret obseruare, permissa vobis facile 73) abusi fueritis potestate; ac ideo vos ea non immerito priuare possemus; [*cum iuxta diuinæ legis edictum non liceat vestem induere de lana linoque contextam: ne tamen vestræ videamur deuotioni ingrati,*] de solita (tamen) benignitate a concedimus, vt vobis [*et eidem ecclesiæ vel*] per postulationem idoneam 74), vel per electionem canonicam de persona congrua 75) consulatis.

68) *Suæ metropolitanæ*, habet C. R. 1.
69) Vox: *episcopi*, non exstat in C. R. L. edit. Gonz. nec in cit. c.
70) *Elata est.* C. H. habet.
71) Legunt R. C. *repellimus*.
72) In C. L. non legitur pronom. *eam*. Sed in c. cit. non est copula *et*.
73) *Facile*, abest e C. R. L. et c. cit.
74) *Idoneam*, ed. ant. plane omittit.
75) *Idonea*, secundum C. R. 1. in C. R. 2. legitur: *congrua*; sed a C. H. et L. hoc vocabulum abest.

CAP. II.

Qui postulationem cassatam vitio personæ innouat, est eligendi et postulandi potestate priuatus.

IDEM *Hostiensi episcopo apost. sed. legato.* (ann. 1200.)

Gratum b gerimus, [*et acceptum, et fraternitatem tuam plurimum commendamus, quod ad promotionem ven. f. n. S. quondam Cameracensis episcopi, nunc autem archiepiscopi Senonensis, et prudenter et efficaciter attendisti.*] Accepimus autem 76) ex litteris tuis, quod canonici Senonens. quorum postulatio nostra fuit 77) auctoritate cassata, licet cassationis litteras supprimissent in fraudem, vt canonice ad electionem procederent, mandauisti, [*adiiciens etiam, quod, nisi forsitan in talem personam concorditer vota sua transferrent, pro quo merito tuum deberent obtinere consensum: de prouisione ipsius ecclesiæ postmodum faceres, quod crederes expedire.*] Cumque plures eorum postulationem cassatam a nobis innouare denuo niterentur, quidam vero episcopum Cameracensem in archiepiscopum postularent 78); tu intelligens, eos, qui cassationem nostram quodammodo reuocare volebant, eligendi priuilegium amisisse, quia concessa sibi ex apostolicæ sedis benignitate abuterentur temere potestate, ac ideo ad alias, licet pauciores numero c, quantum tamen ad hoc 79) pertinet, consilio saniores, eligendi, vel postulandi deuolutam esse licentiam, prædictum Cameracens. ad eorum instantiam in pastorem auctoritate fretus apostolica prouidisti 80), [*et deputasti ad regimen ecclesiæ Senonensis.*] Nos igitur [*tanto id magis gratum et ratum habentes, quanto in eius promotione de mandato nostro et bene placito potius processisti,*] a sollicitudine Cameracensis ecclesiæ ipsum reddidimus 81) absolutum, [*vt liberius gerat curam metropolis Senonensis,*] quod a te de mandato nostro 81*) factum est, auctoritate apostolica confirmantes.

76) *Autem*, abest a C. R. L. et ed. ant. sed a. 2. comp. 3. h. t. habet: *etiam*.
77) *Fuerat*, secundum C. R. 2.
78) Habent C. R. *postularunt*, cum c. 2. comp. cit.
79) *Ad hoc*, est in c. 2. cit.
80) Additur in C. R. 1. et apud Gonz. *ad regimen ecclesiæ Senonensis*.
81) *Reddimus*, legunt C. R. H. et L.
81*) Verba, *de mandato nostro*, non exstant in cit. c.

CAP. III.

Postulatio, per quam priuata vel minor vtilitas communi vel maiori præfertur, vel quæ fit a minori, quam a tertia parte collegii, admitti non debet.

IDEM d *clericis Rauennensis 82) ecclesiæ.* (ann. 1204.)

Bonæ memoriæ e Guil. archiepiscopo vestro viam vniuersæ carnis ingresso, [*eius nobis obitum per vestras litteras intimastis. Nos autem vobis dedimus in mandatis, vt personam idoneam, quæ in nostra deuotione persisteret, vobis eligeretis canonice in pastorem. Cumque nos postmodum, receptis litteris, super electione substituendi pontificis tractaretis vota vestra fuerunt in diuersa diuisa. Nam*] quidam vestrum 83) [*dil. f. n. S. H.*] sanctæ Praxedis presbyterum cardinal. quidam vero [*v. f. n.*] Imolen. 84) episcopum postulauerunt. [*Cumque partes postulationes suas per nuntios suos nobis præsentassent: proponebatur ab iis, qui cardinalem postulauerant memoratum, quod plures, quam duæ partes vestrum, conuenerant in eundem. Verum pars altera proponebat, quod digniores personæ postulauerant episcopum Imolensem, et quod in postulatione ipsius et forma canonica et tenor compromissionis fuerat obseruatus: cum tanquam suffraganeus Rauen. ecclesiæ postulatus de ipsius gremio extitisset. Fuerat enim compromissum, vt de corpore Rauennaten. ecclesiæ, vel archiepiscopatu personam eligerent congruentem; quod pars altera friuolum asserebat; cum, licet talis conditio fuerit adiecta, poterat tamen de Rom. ecclesiæ collegio propter ipsius priuilegium præfata postulari persona: cum membra capitis a membris corporis censeri non debeant aliena.*] Nos igitur, auditis, quæ de facto, [*fuerunt hinc inde proposita*] et de iure [*insuper*] allegata, [*deliberauimus cum fratribus nostris, et*] plenius etiam pro vtralibet partium curauimus allegare. Considerauimus 85) f vero, quod eiusdem cardinalis præsentia vtilior sit non solum Romanæ, sed etiam ecclesiæ generali, tam apud apostolicam sedem, quam apud ecclesiam Rauennatem, [*et quod maioris meriti sit in huiusmodi necessitatis articulo præire in sanctæ terræ subsidium exercitui Iesu Christi, quam suscipere pondus pastoralis officii.*] Vnde non immerito præferentes speciali vtilitati communem, et minori maiorem, prædictum cardinalem postulationi vestræ non duximus concedendum. Attendentes autem ex altera parte, quod prædictus episcopus *Cenolensis* 86), a minori, quam tertia parte 87) fuerit postulatus, et quod apostolica sedes postulationes huiusmodi non consueuerit in tanta diuisione, ac 88) contradictione recipere, cum etiam quando aliquis ab aliis vnanimiter postulatur, ad admittendam postulationem eorum, non tam ex iustitia, quam ex gratia moueatur, postulationem ipsius non duximus admittendam. [*Monemus igitur discr. v. et exhortamur at. et per. a. s.*] mandamus, quatenus [*infra mensem post susceptionem præsentium*] cum his, qui vocem in electione habere noscuntur, per electionem, postulationem, seu nominationem canonicam in personam idoneam [*quæ in ecclesiæ Romanæ deuotione persistat, concorditer*] conuenire curetis, [*et electionem, postulationem, seu nominationem vestram per idoneos nuntios sedi apost. præsentetis. Venientes autem iidem nuntii parati; vt, si forte, quod absit, factum vestrum fuerit exigente iustitia reprobandum, illum recipiant, quem nos vobis prouidebimus in pastorem: alioquin, cum eidem ecclesiæ cupiamus salubriter prouidere, nequaquam omittemus, quin ei auctoritate apostolica pastorem idoneum assignare curemus.*]

83) *Quidam vestrum* T. C. R. legit.
84) *Imolen.* C. H. habet.
85) *Considerauimus*, secund. C. R. 2.
86) Nomen: *Cenolensis*, abest a C. R. L. et Gloss. In C. R. 2. manu aliena additum: *Imolensis*, prout etiam Pithoei legunt rectius cum c. 3. comp. 3. h. t.
87) Duplo maiora vota habere debet postulatus, si electo præferendus est, c. 40. X. de elect. Sed hic concurrebat postulabilis cum æque postulabili, adeoque cardinalis prælatus præferendus fuisset, nisi pontifex, quod de iure poterat, vtcumque reiecisset, et forma compromissi neglecta fuisset: quam rationem nequidem tetigit pontifex.
88) *Aut*, legitur in C. R. 1.

CAP. IV.

Archiepiscopus in archiepiscopum postulatur. Et ex quo postulatio præsentata est papæ, non possunt postulantes ab ea recedere: sed debet superioris iudicium expectari. H. d. quoad titulum.

IDEM *præposito et capitulo Strigonien.* 89) g (ann. 1212.)

II. Bonæ h memoriæ Guil. archiepiscopo vestro viam vniuersæ carnis ingresso, cum in [*ven. fr. nostrum*] Colocens. archiepiscopum postulandum a nobis contulissetis vnanimiter vota vestra, [*et regium super hoc obtinuissetis assensum;*] suffraganei Strigoniens. ecclesiæ Quinqueecclesiensis episcopus 90) i videlicet, et quidam alii postulationi vestræ se opponere curauerunt, asserentes, quod eis contemptis, qui ius habebant eligendi vobiscum, postulatio eadem fuerat attentata: licet vestri nuntii proponerent ex aduerso, quod super præficiendo vobis pontifice k, de gratia multoties suffraganeorum fuerat requisitus assensus, sed episcopi vobis consilium denegauerunt. Nuntiis igitur in nostra præsentia constitutis, et proponentibus aduersariis quædam alia contra postulationis vestræ processum, [*quæ in prioribus litteris meminimus nos plenius expressisse,*] quia nobis de propositis non constabat, ita duximus prouidendum, vt, si suffraganei 91) persistentibus in contradictione sua, vos 92) l postulationi vestræ

89) *Strigoniensis*, rectius legunt C. R. 2. et H. cum c. 4. comp. 3. h. t.
90) *Episcopus*, in C. L. non exstat. Sed in c. cit. legimus: *Quinqueecclesiensis videlicet, Watien. Wesprimien. et Nitrien. episcopi postulationi* etc. Quæ nomina ibi recensentur loco vocum hic exstantium: *et quidam alii.*
91) *His suffraganeis*, secundum C. R. 1.
92) *Et vos*, legit ed. ant.

a *In manuscr.* de solita tamen benignitate sedis apost. concedimus, etc. b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* c Electio ad quos et quos pertineat. d *al.* idem clericis Rauenn. e *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.*

f *al.* considerantes igitur. g *al.* canonico. *al.* can. can. Strigon. Roma in Hungar. h *cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compil.* i *Vox*, episcopus, *deest in multis antiquis.* k *al.* pastore. l *al.* et vos.

velletis

velletis 92*) insistere, [*usque ad septuagesimam tunc primo venturam*] per procuratores idoneos [*ad omnia sufficienter instructos*,] ad sedem apostolicam veniretis; [*ut statueremus utraque parte præsente, quod iustitia suaderet;*] si autem illi 93) a contradictione sua 94) cessarent, et vos insisteretis proposito vestro 95): ad præsentiam nostram mitteretis personas idoneas, [*infra terminum supra dictum*] quæ 96) super his, quæ opportuna forent, nos redderent certiores. Quodsi, contradicentibus episcopis memoratis, vos contingeret de iure vestro diffidere: [*ne laborem et dolorem subiretis incassum,*] aliam 97) personam idoneam provideretis vobis canonice in pastorem.

Cæterum [*cum inclytæ recordationis rex Hungariæ viam fuisset universæ carnis ingressus:*] quidam vestrum, a postulatione vestra 98), quam nobis præsentaveratis 99), communiter temere recedentes, aliis persistentibus in eadem, [*et ad sedem ap. appellantibus*] prædictum Quinqueecclesiens. 100) episcopum in archiepiscopum postulaverunt. [*Quorum votis nullus suffraganeorum assensit, excepto duntaxat episcopo Nitriensi a. Et licet carissimus in Christo filius noster A. Hungariæ Rex illustris, tunc Dux et Rex regni Hungariæ, L. nepotis sui regis nomine, cuius tutelam et regni curam ipsi frater eius commiserat, gubernator precum suarum primitias ad nos prædicti Colocensis postulatione transmiserit: postmodum tamen pro Quinqueecclesiensi episcopo ad Strigoniens. metropolim transferendo, nobis per litteras suas humiliter supplicavit.*] Nos igitur, [*super*] postulatione ipsa [*cum fratribus nostris habito diligenti tractatu, quoniam eam*] invenimus [*post appellationem interpositam*] in multa discordia, non solum suffraganeorum, verum etiam canonicorum Strigoniens. ecclesiæ et contra formam mandati nostri [*regulari ordine prætermisso*] temere celebratam, [*illam exigente iustitia*] non duximus admittendam; sed vobis dedimus in mandatis, ut ad providendum vobis pastorem idoneum per electionem canonicam, vel postulationem concordem, requisito suffraganeorum assensu, si esset de antiqua et approbata consuetudine requirendus, [*infra mensem post susceptionem litterarum nostrarum*] procedere curaretis 1): alioquin [*ex tunc, ne gregi dominico deesset diutius cura pastoralis,*] nos ipsi provideremus ecclesiæ viduatæ, [*secundum officii nostri debitum ex plenitudine apost. potestatis.*] Verum antequam ad vos litteræ nostræ b pervenissent 2), innitentes mandato priori, suffraganeos, [*qui erant in regno præsentes,*] præter Quinqueecclesien. 3) [*episcopum*] ad concordiam revocastis, [*ita, quod Vatien. Wesprimien. et Iaurin. episcopi pro translatione Colocensis archiepiscopi, salvo iure suo imposterum, cui propter afflictionem et necessitatem Strigon. ecclesiæ supersedebant, ad præsens nos humiliter rogaverunt, prædicto Nitriensi scribente, quod, si non placeret nobis, electionem factam de Quinqueecclesiensi episcopo admittere, postulationem alterius sine præiudicio iuris suppliciter exorabant.*] Post hæc [*autem*] mandato c nostro recepto 4), hi, qui in Colocen. convenerant, ab eius postulatione recedere noluerunt, sed innovaverunt eandem, reversis ad eos quibusdam canonicis 5) d, qui in partem alteram declinarant, [*cum prædicti regis et suffraganeorum litteris dil. fil. A. magistrum scholarum, M. thesaurarium, et A. archidiaconum, et A. et N. canonicos Strigoniens. ecclesiæ ad sed. ap. destinarant, super postulatione dispensationis gratiam petituros.*] Cæteri vero, qui Quinqueecclesien. episcopum postularant, [*sicut ex eorum parte fuit propositum coram nobis*] convenientes in unum, cæteros canonicos ad capitulum convocarunt, ad postulationem concordem, vel electionem canonicam, iuxta mandatum apostolicum [*infra terminum præfixum*] procedere cupientes. Sed, illis nolentibus convenire, intelligentes, penes se tantum remansisse facultatem liberam eligendi, quia reliqui ius suum prosequi negligebant, prædictum Quinqueecclesien. [*episcopum licet ut id peteret, fuisset ab aliis appellatum*] denuo postularunt. [*Cum ergo utriusque partis nuntii ad sed. apost. pervenissent: hi, qui pro Quinqueecclesiensi episcopo venerunt, proponebant, partem suam iuxta mandatum apostolicum processisse, nec obstare discordiam vel contradictionem eorum, qui iuxta formam mandati nostri procedere contemnentes, illo recepto, nec elegerant quenquam canonice, nec concorditer postularant. Unde concori debebat eorum postulatus reputari, cum cæteri, tanquam iussionis apostolicæ contemptores, eligendi ac postulandi se iure privassent, dum nec postulare nec eligere voluerunt, imo nec etiam ad capitulum convenire. Ad hæc autem poterat responderi,*

92*) *Volentes*, est in cit. c.
93) *Ipsi*, habet C. R. 2.
94) Pronomen: *sua*, abest a C. H. L. et ed. ant.
95) *Vestro*, deest in C. H. et L.
96) C. R. Pith. et Gonz. habent rectius: *qua*, non *qui*, uti Coloniensis habet editio.
97) *Aliquam*, legitur in C. R. 2.
98) Pronomen, *vestra*, abest a C. R. L. et c. 4. comp. 3. h. t.
99) *Præsentaveritis*, legitur in ed. ant.
100) *Quinquecclesien.* legit C. H. per tot.
1) *Procederetis*, vel *procedere curaretis*. C. H. legit.
2) *Pervenerat*, legunt C. R. L. et H. cum c. 4. comp. 3. h. t.
3) Quinque ecclesiensem *episcopum*, habent C. R. 1. et Gonz. cum c. 4. cit. sed C. H. habet: *quinquecclesien. episcopum.*
4) *Suscepto*, habent C. R. et L. cum c. cit. 4.
5) *Canonicorum*, secundum C. R. L. et c. 4. cit.

a *al.* Nitriensi. *F. Bosqu.* 277. b *al.* litteræ nostræ secundæ pervenissent c *Aliàs*, mandato secundo nostro. d *al.* quibusdam canonicorum ex his, qui etc. *al.* quibus canonicorum, *qui*, *etc.*

quod illi, qui Colocens. archiepiscopum postularant, formam sequuti fuerant per nostras litteras sibi datam, quoniam innitentes priori postulationi, iuxta tenorem priorum litterarum nostrarum partem concordem fecerant, quæ prius discors fuerat, dum suffraganeos ad concordiam revocarunt.] Nec obstabat 6) e eorum discordia, qui alium postularunt; cum prius in postulatione archiepiscopi supradicti convenissetis pariter universaliter contextum vestrum annotatum litteris, et subscriptionibus propriis roboratum, petiissetis a nobis per communes nuntios confirmari, nosque vestram recepissemus postulationem diiudicandam, si suffraganei fortiter in contradictione persisterent, vel, si consentirent, aut etiam 7) cederent 7*), approbandam. Si enim, postquam postulatio subscriptionibus postulantium roboratur, et præsentatur Romano pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantes: nobis frequenter illuderent, et iudicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur. [*Poterat quoque addi, quod pars altera mandatum apostolicum non servarat, utpote quæ nec postulationem concordem, nec electionem canonicam celebrarat, cum in maiori contradictione, quam prius non solum canonicorum, sed suffraganeorum etiam, ipso rege adversæ parti favente, prædictum Quinqueecclesiensem episcopum postulasset. Auditis igitur his et aliis, quæ fuerunt hinc inde proposita, et habito super his cum fratribus nostris diligenti tractatu,*] intelleximus (itaque), quod, etsi esset neutra postulatio approbanda, iuxta tenorem tamen 8) f posterioris rescripti, ad nos de cætero Strigoniensis ecclesiæ provisio pertineret. Quia vero non plenam de personis illius regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus salva conscientia [*nostra*] eidem ecclesiæ 9) in alia persona g, quæ de regno Hungariæ originem duceret 10), congrue providere: nec vellemus ei præficere alienum. Quamvis [*et*] honestius videretur, si h suffraganeus ad metropolim suam accederet 11), quam archiepiscopus ad metropolim transferretur: partem tamen elegimus potiorem, [*ut*] et eundem archiepiscopum, in quem omnes, quorum consensus in electione vel postulatione pastoris requiritur, licet diversis temporibus convenerant, a vinculo, quo tenebatur Colocens. ecclesiæ absolventes, ad metropolim Strigon. 12) transferimus, et ei licentiam tribuimus transeundi, pallium i ei ad nomen et usum eiusdem ecclesiæ transmissuri.

6) *Nocebat*, legunt C. R. L. H. ed. et cum c. 4. cit.
7) Vocabulum: *etiam*, in C. H. L. et cit. c. non exstat.
7*) *Concederent*, est in cit. c. omissa partic. *etiam*.
8) Particula: *tamen*, in ed. ant. non exstat.
9) Vox: *ecclesia*, deest in C. H.
10) Iam olim constitutum fuit, ne alienigenæ præficerentur ecclesiis c. 13. *dist. LXI*, quod postea variis regnorum legibus provisum fuit, et sic etiam in Hungaria non alii admissi fuerunt, quam indigenæ, æque ac in Gallia, Hispania, aliisque regnis: ideoque nec Germania alium admittit, quam Germanum. Ceterum ed. ant. pro *duceret*, habet: *ducit*.
11) *Ascenderet*, secundum C. R. 1.
12) *Strigon. ecclesia*, habet C. R. 1.

CAP. V.

Postulatio, contra quam agitur de contempta, potest sine præiudicio alicuius reiici: potest tamen de speciali gratia admitti. Hoc dicit.

IDEM INNOC. III. *capitulo Strigoniensi. (ann. 1211. Roma in Hungariam.)*

Postulationem k, quam celebrastis: [*et infra.*] Licet ergo per postulationem huiusmodi nullum ius sit alicui acquisitum 13), ideoque sine præiudicio alicuius postulationem 14) potuissemus repellere memoratam; ut tamen vobis, [*quantum cum Deo possumus,*] de speciali gratia consulamus: ita duximus providendum, quod, [*si prænari pontifices in contradictione persisterent, et vos ad postulationem eorum insisteritis obtinendam, quia nobis non constitit de præmissis usque ad septuagesimam proximo venturam,*] per procuratores idoneos, ad omnia sufficienter instructos, nostro vos conspectui 15) præsentetis, quatenus utraque parte præsente, quod iustum fuerit, decernamus.

13) Adeo ut post publicatam postulationem non possit postulatus, admissione nondum facta, regimen ecclesiæ et territorii suscipere, cum quidem electione facta in Germania electus licet, quod insignem diversitatis habet effectum quoad iura imperii publica.
14) *Postulationem*, deest in C. H.
15) *Aspectui*, secundum C. H.

CAP. VI.

Episcopus non est eligendus ad alium dignitatem, sed postulandus.

HONORIUS III. *cap. Calaritano.* 16) l *(ann. 1220. Roma in Sardiniam. conf. c. 1. comp. 5. h. t.)*

Etsi unanimiter vota vestra concurrerint, ad Sutrien. 17) episcopum in ecclesiæ vestræ archiepiscopum eligendum; cum suæ alligatus

16) *Galliltano*, secundum C. R. 1. sed C. H. legit: *Calaritan.*
17) *Sutrin.* habent C. R. et Gonz. sed etiam *Sutriensem*, erratum esse docet c. 1. comp. 5. h. t. ubi *Suellensem* rectius habetur, quia *Suellensis* episcopatus archiepiscopatui Calaritano unitus fuerat, observante CIRONIO ad cit. c. 1.

e Nocebat, in manuscripto. f Deest dictio, tamen, in antiquis. g In nonnullis exemplaribus infertur hic dictio, alii: quæ nec in antiquis, nec in veteri compil. habetur. h ut. i De pallio vide in synodo actione, canon. 27. et Ivo part. 5. cap. 325. k Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. l al. Caritanensi. in aliis, Innoc. III.

eccle-

ecclesiæ liberum *a* non habeat 18) sine nostra permissione 19) volatum; electionem de ipso factam, tanquam contra canones *b* minus licite attentatam, de fratrum nostrorum consilio duximus irritandam: cuoi eligi nullo iure potuerit, sed potius postulari. [*Volentes tamen, quantum cum Deo possumus, vestris desideriis accurrere, benigno fauore dil. fil. subdiacono H. et capellano R. nostris apost. sed. legatis duximus iniungendum, vt et vota vestra circa ipsum exquirant, et personæ merita vice nostra examinent diligenter, eundem ad nos cum litteris rei veritatem continentibus, destinando, vt, si idoneus repertus fuerit, disponente Domino, et ipsi in ecclesia, et in ipsa ecclesiæ vestræ vtiliter prouideatur.*]

18) *Habeat ad aliam*, legitur in C. 8. 1.
19) *Nostra voluntate.* C. H.

TITVLVS VI.

DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE, [*et iuramento.*]

CAP. I.

Ecclesiæ collegiatæ non debet prouideri de prælato per collationem seu prouisionem, sed per electionem canonicam fiendam per ipsum collegium. H. d. Abbas.

LVCIVS 20) papa. *c* (*forte I. ann. 256. Romæ.*)

Nullus *d* in ecclesia, vbi duo vel tres *fratres* 21) fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonica 22), presbyter eligatur. [*et eisdem conuocatis etiam parochianis, atque in vnum consentientibus;*] si vero aliter quis ecclesiam adeptus fuerit: eo, quod per cupiditatem illam acquisierit, atque contra canonicæ regulæ disciplinam egerit, expellatur.

20) *Pius*, legunt C. R. Sed nec huic nec LVCIO I. tribui potest hic textus, quorum ætate adhuc ignorati fuerant *parochiani*, et *congregationes monasticæ*, licet GONZALEZ hoc capitulum præsens tribuere, et de hisce intelligere maluerit, sine omni fundamento. Fragmentum hoc forsan ISIDORO *mercatori* debetur, cui plures debentur epistulæ, quam quæ hodie supersunt.
21) Vox: *fratres*, deest in C. R. L. c. 1. comp. 1. h. t. et ed. ant.
22) *Canonica*, deest in c. cit.

CAP. II.

Electus ad clamorem populi, non debet per superiorem confirmari.

Ex concilio Sardicens. *e* (*ann. 347. in Dacia.*)

Osius *f* episcopus dixit: si quis 23) ita temerarius exstiterit, vt [*fortasse*] talem excusationem afferens 23*), asseueret, quod litteras populi acceperit 24), cum manifestum sit potuisse plures eorum, qui sinceram fidem non habent 25), præmio et mercede corrumpi, vt clamarent in ecclesia, et ipsum petere viderentur 26) [*episcopum*]: omnino fraudes has damnandas esse arbitror, ita, vt nec laicam in fine communionem, nisi de hoc pœnituerit 27), talis accipiat. Si vero omnibus placet: statuite. Synodus respondit: placet.

23) *Etiamsi talis aliquis*, legimus in c. 2. comp. 1. h. t. omissa voce *ita*.
23*) *Afferens*, est in c. cit.
24) *Acceperit*, est in c. 2. cit. et in antiqu. edit.
25) *Habeant.* C. H. legit.
26) Addit c. 2. cit. *episcopum*. Etenim olim in electione episcopi prævalebant comprouinciales et clerici, et hic populus sæpe *petebat*, atque *postulabat*, hunc vel illum sibi dari episcopum, vt ad c. 3. et c. 15. C. VIII. qu. 1. obseruatur, ad quem morem antiquum alludunt patres Sardicenses.
27) Hoc additamentum est RAYMVNDI, obseruantia, disciplinam sui temporis abhorrere ab hoc canone; vnde etiam in c. 2. cit. non legitur.

CAP. III.

Electio canonica confirmanda est: debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conuersatione et vita electi, vbi fuit conuersatus.

GREGORIVS III. 28) *g* (*imo I. ann. 600. Romæ in Campan.*)

Postquam [*is, qui etc.*] [*et infra.*] Confirmationem 29) *h* petentium desideria, si nihil est, quod electum impediat, impleantur. Cuius vita vel actus, quia melius possunt [*illis,*] vbi est conuersatus, cognosci 30), inquirantur ibidem.

28) GONZ. habet. *Gregorius Magnus*, cuius est indubie hoc fragmentum, desumtum ex *lib. VIII. epist.* 15. Ceterum in ed. ant. numerus *III.* non exstat.
29) Vox *confirmationem*, non legitur in c. 11. comp. 1. h. t.
30) *Agnosci*, secundum C. 8. H. L. et ed. ant.

a *In antiqu.* liberum non habeat ad aliam, sine, *etc.* *b* *Contrauenire canoni est peccatum in c. 2. et c. 8. ead. De maior. et obed.* *c* *Codices hic variant: nam quidam:* Pius, *alii:* Alexander. *d* *Cap. 1. ead. tit. in 1. compil.* *e* *Con. Sardic. can. 2.* Burch. l. 1. *decret. c. 19. Ivo p. 5. c. 73.* *f* *Cap. 2. ead. tit. in 1. compil.* *g* *al. Gregor.* IX. *et male Gregorius lib. 8. epist. 18. regist.* *h* *Cap. 11. ead. tit. in 1. compil.*

CAP. IV.

Electo in archiepiscopum sedes apostolica pallium non tradet, nisi prius præstet fidelitatis et obedientiæ iuramentum.

Paschalis I. 31) (forte II.) *Panormitano* 32) *i archiepiscopo.* (*ann. 1102.*)

Significasti, [*frater carissime,*] reges 33) *k* et regni maiores admiratione permotos, quod pallium tibi ab apocrisiariis *l* nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod a nobis scriptum detulerant, exhiberes 34). [*In pallio, frater, conceditur plenitudo pontificalis officii, quia iuxta sedis apostolicæ et totius Europæ consuetudinem, ante acceptum pallium metropolitanis minime licet, aut consecrare episcopos, aut synodum celebrare.*] Mirentur in hac caussa Dominum nostrum 35) Iesum Christum. Cum enim [*Dominus Iesus, vt Dominus*] ouium suarum curam [*Simoni*] Petro committeret; conditionem posuit, dicens *m*: *si diligis me, pasce oues meas.* Si conscientiarum fallor, et cognitor secretorum 36), conditione hac visus est, nec semel tantum, sed et secundo, et vsque ad contristationem 37): qua nos sollicitudine [*qua prouisione*] oporteт tantum ecclesiæ prælationem [*tantam Christi ouium curam*] imponere fratribus, quorum conscientias non videmus? [*illis maxime, quos nullo vsu nouimus, quorum dilectionem penitus ignoramus?*] Aiunt omne iusiurandum [*in euangelio*] a Domino [*Deo*] esse prohibitum *n*, nec ab apostolis post Dominum, nec in conciliis [*post*] inueniri posse statutum. Quid est ergo, quod [*idem*] Dominus subsequenter 38) ait *o*: *quod amplius est, a malo est?* Hoc enim amplius, vt exigamus malum, nos illo permittente, compellit. Nonne malum est ob ecclesiæ vnitate, et a sedis apostolicæ obedientia resilire? [*Nonne malum est*] contra canonum statuta prorumpere? Quod [*quam*] multi etiam post iura neatum præstitum præsumpserunt 39)? [*Nonne prædecessor tuus præter Rom. pontif. conscientiam damnauit episcopum? Quibus hoc canonibus, quibus hoc conciliis legitur esse permissum? Quid super episcoporum translationibus loquar, quæ apud vos non auctoritate apostolica, sed nutu regio præsumuntur? Propter hæc mala et alia cauenda huiusmodi iuramentum exigitur. Cur autem Dominus iuramentum prohibuit, apostolus Iacobus manifestat, adiiciens, vt non sub iudicium incidatis, nec quisquam, sicut beatus Augustinus exponit, assiduitate iurandi ad periurii consuetudinem dilabatur. Quapropter iuratione non vtatur, nisi necessitate, cum videt pigros homines esse ad credendum, quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmetur.*] Hoc nimirum malo ac 40) necessitate compellimur iuramentum pro fide *p*, pro obedientia, pro vnitate requirere. [*Porro pro auditorum diffidentia apostolum iurasse, ipsius epistolæ protestantur.*] Aiunt, [*regestus*] in conciliis statutum non inueniri: quasi Romanæ ecclesiæ legem 41) concilia vlla præfixerint, cum omnia concilia per Romanæ ecclesiæ auctoritatem, et facta sint, et robur acceperint, et in eorum statutis Romani *q* pontificis 42) patenter excipiatur auctoritas: [*et infra. Possunt apostolicam sed. contemnere? possunt apud nos calcaneum eleuare? Datum a Deo priuilegium inuertere vel auferre non possunt, quo Petro dictum est: tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claues regni cælorum. Quibus tandem conciliorum decretis dandi pallii modus præscriptus est, et professionis vel obedientia ordo sancitus?*] Cum igitur a sede apostolica vestræ insignia dignitatis exigitis, quæ a beati Petri tantum corpore assumuntur: iustum est, vt vos quoque sedi apost. subiectionis debitæ signa soluatis, quæ vos cum beato Petro tanquam membra 43) de membro habere, et catholici capitis vnitatem

31) *Paschalis II.* legit C. 8. 1. Et quidem rectissime; quamuis non ad regnum Siciliæ, sed Hungariæ hæc decretalis pertineat, et ita non PANORMITANO, sed *Colocensi* archiepiscopo legendum sit, vt recte obseruat CIOBENS *ad tit. de vsu et auctor. pall. p.* 232. Videlicet GREGORIVS VII. formulam plane nouam iuramenti a. 1079. in *concil. a Romano VI.* præscripserat archiepiscopis, quamque ab Aquileiensi exegerat, relatam ab HARDVINO *tom. VI. concil. P. I. p.* 1586. et repetitam in *c. 4. X. de iurei.* Idem exigebat PASCALIS II. post breue tempus ab *archiepiscopo Colocensi*, quæ res tanquam noua et insolita percellebat admiratione regem Hungariæ et proceres regni: præsertim quod in hac formula legatorum auctoritatem et potestatem in exigendis procurationibus corroboraueerat. Inde pontifex pro hac formula hanc apologiam scripsit.
32) *Polarm.* legitur in c. 21. comp. 1. h. t.
33) C. 8. et L. habent: *regem*, cum c. 21. cit.
34) Loco *exhiberes*, legitur in c. 21. cit. *iurares.*
35) Pronomen: *nostrum*, abest a C. 8. 1. et Gonz.
36) Vox: *secretorum*, non exstat in C. R. et c. 21. cit. Sed codex L. et H. eam habent.
37) *Tristationem*, habet cap. cit. 21.
38) *Subsequenter*, secundum C. 8. 1. et c. cit.
39) In c. cit. est. *præsumserunt.*
40) Pro particula: *ac*, legitur *hac*, in c. 21. cit.
41) Dictio *legem*, omissa est in c. 21. cit.
42) Pro: *romani pontificis*, in C. L. et c. 21. cit. legitur tantum: *romana.*
43) C. 8. habent: *membrum.*

i Papa Toletano. *al.* Palarm. arch. *al.* Polemensi arch. *k* *Cap. 21. eod. tit. in 1. compil.* *l* Apocrisiarius dicitur responsalis, *ab* ἀποκρίνομαι, *respondeo. Iustin. Nov.* 25. *m* *Ioan.* 21. *n* *Matth.* 5. Hic fuit error Valdensium, *Eymericus in directorio, part. 2. qu. 14. et 17.* *o* *Concor. text. in authen. vt iud. sine quoqu. suffr.* §. *considerantes in gl. allegata.* *p* *Vide B. Thom. 2. qu.* 89. *art. 1. et Sot. lib. 8. de iust. et iur. qu. 1. art. 2.* vbi licitum esse iurare vere ostenditur. *q* *Antiqui*, Roman. ecclesiæ.

seruore

feruere declarant 44). [*In quibus a prædecessoribus nostris ea est adhibita moderatio, ut nil iniuriosum, nil difficile sit adpositum, quod non etiam præter exactionem nostram debeat ab omnibus episcopis observari, qui sub apostoli Petri et Pauli obedientia decreuerint in unitate persistere. Numquid non ultra vos Daci consistunt? et tamen eorum metropolitani et idem iuramentum adserunt et legatos apostolicæ sedis benefice tractant, et in suis necessitatibus adiuuant, et apostolorum limina per legatos suos non tantum per triennium, sed singulis annis visitant.*]

44) *Declarant*, legitur in c. cit. 21. et ed. ant.

CAP. V.

Si schismaticus ad unionem ecclesiæ reuersus, eligitur in episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.

ALEXANDER III. Pet. 45) *presbytero cardin. apostolicæ sedis legato. (ann. 1179. in Istriam.)*

Quia 46) diligentia tua [*per dilectum filium nostrum S. a nobis sollicite*] requisiuit, an electionem electi, qui [*nuper*] abiurato schismate 46*) b ad unitatem ecclesiæ [*et deuotionem nostram*] rediit, debeas confirmare: [*id tibi*] duximus respondendum, quod, si a schismatico nullum ordinem susceperit, et eius electio [*unanimiter et concorditer*] secundum formam 47) canonum 48) fuerit celebrata 49), eum 50), dummodo alia non impediant, dispensatiue permittimus confirmari 51), mandantes, ut eum facias a catholicis episcopis suffraganeis Aquilegiens. ecclesiæ in episcopum ordinari, saluo [*tamen*] debito iustitiæ et reuerentia eiusdem ecclesiæ, cum ad catholicam redierit 52) unitatem; [*cum nec canones, nec consuetudo Romanæ ecclesiæ habeant, ut aliquis delegatos a Romana ecclesia iudices valeat recusare: nisi eis fuerit appellationis remedium obseruatum.* 53)

45) *Ioanni*, legit edit. Gonz. sed C. B. 2. habet: *Pe.* C. B. 1. *P.* et c. 14. comp. 1. h. t.
46) Pro: *quia*, legitur in c. 14. cit. *quod.*
46*) Sermo hic est pontifici de schismate, quod occasione electionis ALEXANDRI III. anno MCLIX. emersit, quibusdam Octauianum cardinalem tituli S. Cæciliæ eligentibus sub nomine VICTORIS III. a pluribus præterea et ipso FRIDERICO I. imperatore agnito, donec tandem anno MCLXXIX. pax inter ALEXANDRUM III. et imperatorem rata fuerit, ut monstrat FR. FLORENS ad h. t. p. 121. tom. 1. oper. iurid.
47) *Normam*, secundum C. B. 2.
48) *Canonicam*, legitur in C. H. 1.
49) In c. 14. comp. 1. h. t. *facta*, legitur.
50) *Eam* C. B. L. et H. legunt cum ed. ant.
51) Longe aliter sese habent verba cit. et quidem hocmodo: *dummodo alia non impediant, eam confirmationem ratam habemus.*
52) In c. 14. cit. legitur: *tunc cum catholica fuerit.*
53) Verba textui adiecta desunt in ipso concilio Lateranensi: in c. cit. tamen reperta.

CAP. VI.

Electus in Romanum pontificem a duabus partibus cardinalium, nulla exceptione obstante, est papa: electus autem a minori numero gerens se pro papa, incidit una cum sibi adhærentibus in pœnas hic contentas.

IDEM *ex concilio Lateranensi.* c

Licet d de vitanda discordia in electione [*summi*] Romani pontificis, manifeste satis a præd. nost. constituta manauerint; quia tamen sæpe post illa 54) per improbæ ambitionis audaciam grauem passa est ecclesia scissuram 54*): nos etiam ad malum hoc euitandum de consilio fratrum nostrorum, et sacri approbatione concilii aliquid decreuimus 55) adiungendum. §. 1. Statuimus ergo, ut, si forte, inimico homine superseminante zizaniam, inter cardinales 55*) de substituendo summo pontifice non poterit 56) esse plena concordia, et duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque [*dubio et sine*] ulla exceptione ab uniuersali ecclesia Romanus pontifex 57) habeatur, qui a duabus partibus concordantibus 58) electus fuerit et receptus. §. 2. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus, quia da ratione esse non potest, sibi nomen episcopi usurpauerit; tam ipse, quam hi, qui 59) eum receperint, excommunicationi subiaceant, et totius sacri ordinis priuatione mulctentur, ita, ut viatici etiam eis, nisi tantum in ultimis, communio denegetur: et si non 60) resipuerint, cum Dathan et Abiron, quos terra viuos absorbuit, accipiant portionem. §. 3. Præterea si a paucioribus, quam a duabus partibus, aliquis electus fuerit ad apostolatus [*sedem vel*] officium, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur, et prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum canonicis constitutionibus 61) et aliis ecclesiis præiudicium generetur, in quibus debet maioris et sanioris partis sententia præualere: quia quod in eis in dubium venerit e, superioris poterit iudicio definiri. In Romana vero ecclesia speciale aliquid 62) constituitur: quia non poterit ad superiorem recursus [*fieri vel*] haberi.

54) Pro *illa*, in C. L. est: *ista.*
54*) Rursus hæc constitutio sub ALEXANDRO III. anno MCLXXVIII. condita est occasione futuri schismatis circa electionem huius pontificis factam a maiori parte collegii cardinalium, paucissimis tantum OCTAVIANUM eligentibus. Pro præcauendis his schismatibus cautum est: ut pro legitime electo pontifice habeatur, qui a duabus tertiis electus est, quia tunc *maior pars* præsumitur *sanior*, et in hac electione deficit superior, cuius confirmatio, causa cognita, expectari queat.
55) *Decreuimus.* C. L.
55*) Ad solos *cardinales* restringitur pontificis electio, ad quam olim concurrebat etiam populus et reliquus urbis clerus. Sed ad solos *cardinales*, (qui olim patriarchiarum Romanarum erant parochi, et sic clerum primarium ciuitatis constituebant) tandem deuoluta est electio sub INNOCENTIO II. anno MCXXX. a solis cardinalibus electo, unde nouum schisma ortum, antipapa electo ANACLETO II, quod etiam obseruat FLORENS cit. l. p. 123. COELESTINUS II. anno MCXLIII. rursus electus est a solis cardinalibus, excluso populo reliquoque clero quod in c. 6. h. t. confirmatur.
56) *Possit*, secundum C. H.
57) Loco vocis *pontifex*, est in c. 15. comp. 1. h. t. *episcopus*, immo integra periodus ita se habet: *et sine ulla exceptione Romanus pontifex ab uniuersa Romana ecclesia habeatur episcopus.*
58) Abest: *concordantibus*, a C. B. L. H. edit. ant. Pith. et cit. c.
59) *Quam qui*. C. H. L. et c. 15. cit. legunt.
60) *Nisi*, legitur rectius in cit. c. 15.
61) *Institutionibus*, secundum c. 15. cit.
62) Ita legunt C. B. L. H. gloss. ant. et Pithœana edit. licet c. 15. citat. habeat: *aliud specialiter*, quam vocem etiam Colonienses retinuerunt.

a *In conc. Lat. tit. de elect. et electi pot. c. 2. Vid. chronic. Sclauor.* b Adde, schismaticum de iure ciuili debere suspendi. *text. est, et ibi Bald. c. 1. responsa de pace tur. fir. col.* 10. et redeunt ad ecclesiam abiuret. *Torrecrem. de eccl. l. 4. p. 1. cap. 15.* c *Quod celebratum est Romæ, ann. Dom. 1179. sub Alex. Pp. III. assistentibus 274. episc. mense Martio. Aliud postea celebratum est Lateranense ann. Dom. 1215. sub Innoc. III. mense Nouembri pontificat. eius ann. 18. assistentibus 412. episco. is, primatibus archiepisc. 72. reperitur tit. de elect. summi pont. c. 1.* d *Cap. 15. eod. tit. in 1. compil.*

CAP. VII.

Electio ad episcopatum fieri debet de digno scientia, moribus, et ætate, et quod habeat tricesimum annum completum, et sit de legitimo matrimonio natus. H. d. usque ad §. cum verb.

IDEM *ex concilio Lateranensi.* f

Cum in g cunctis sacris ordinibus et [*in*] ecclesiasticis ministeriis sint 63) [*et*] ætatis maturitas, [*et*] grauitas morum, et litteratum scientia inquirenda; multo fortius in episcopo hæc 64) oportet inquiri: qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei 65) h oporteat conuersari. Eapropter, ne, quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum 65*), præsenti decreto statuimus, ut nullus in episcopum eligatur, nisi qui iam tricesimum annum ætatis exegerit 66) i, et de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita et scientia commendabilis demonstretur.

Beneficia electi in episcopum vacant per confirmationem, adeptionem possessionis, et consecrationem sequentem, vel postquam præfixum tempus ad petendam consecrationem lapsum fuerit. H. d. usque ad §. *Inferiora.* Abbas Siculus.

§. 1. Cum vero 67) electus fuerit, et confirmationem electionis acceperit, et ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit 68): decurso tempore de consecrandis episcopis a canonibus definito, is, ad quem spectant beneficia, quæ habebat 69), de illis disponendi liberam habeat facultatem.

In dignitatibus et officiis citra episcopatum, ac curatis beneficiis, debet assumendus vigesimum quintum annum attigisse, et alias esse idoneus scientia et moribus; et si non est in ordine requisito, debet se facere promoueri in proximis temporibus; alias monitus non parens, priuetur beneficio, non obstante appellatione: nisi ex causa legitima excusetur. H. d. usque ad §. clerici. Abb. Siculus.

§. 2. Inferiora etiam ministeria, ut puta 70) decanatum, archidiaconatum, et alia, quæ curam animarum 70*) habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis 71) ecclesiæ regimen nisi qui iam vigesimum quintum k annum ætatis attigerit, et 72) scientia et moribus commendandus existat. Cum autem assumptus fuerit,

63) *Sit*, secundum C. H. et c. 16. comp. 1. h. t.
64) *Hæc*, legitur in c. 16. cit. et ant. edit.
65) *Domini*, legitur in C. H. 1. et cit. c.
65*) Intelligit mores peruersos, quibus tempore BERNHARDI seculo XII. adhuc factum, ut quandoque pueri suggestionibus regum ad episcopatus promouerentur, quod IDEM indicat *epist. 42. scholares, pueri, et impuberes, adolescentuli ob sanguinis dignitatem promouentur ad ecclesiasticas dignitates et de ferula transferuntur ad principandum presbyteris.*
66) *Peregerit*, secundum C. B. 1. *egerit*, vero habet c. 16. comp. cit. cum ipso concilio.
67) Cum *autem*, est in c. cit. 16. et in ipso concilio.
68) *Habuit*, legit ed. ant.
69) *Habuerat*. C. B. H. et L. cum cit. c. 16. Nam olim consecratione peracta omnem potestatem accipiebat, et ne quidem de feudis ecclesiæ ante illam iudicare valuerit: c. 7. *X. de for. compet.* quia demum *episcopi* per consecrationem fiebant, c. 1. *dist.* LXXXIV. post illam demum *fratres* dicti a pontifice.
70) C. B. et L. habent: *puta.*
70*) Decani et archidiaconi dicuntur *curam animarum* habere propter *inspectionem* partim, partim etiam propter *iurisdictionem*, quam archidiaconi exercent in clericos, ut *iuxta* iniunctæ *pœnitentiæ*, quam eis indicunt, vel loco eius *pœnas pecuniarias*, quibus illæ redimuntur hodie. Ita vero *cura animæ* venasit lata. Magis vero et proprie parochi curam animæ exercent.
71) *Parochialis*. C. L. cum c. cit. 16. habet.
72) *Et qui*, est in c. 16. cit.

e Interuenerit. f *Cap. 1. concil. Lateranens.* g *Cap. 16. eod. tit. in 1. compil.* h Domini. i Alias egerit, *vide Burch. l. 2. decret. c. 9.* k *Vide concil. Carth. c. 16. et Burch. libr. 2. decr. C. 10. 11. et 12.*

si archidiaconus in diaconum 73), et decanus, et reliqui admoniti non fuerint, præfixo a canonibus tempore in presbyteros ordinari, et ab illo remoueantur officio, et alius conferatur 74), qui et velint et possint illud conuenienter implere. Nec prosit eis appellationis refugium 75) a, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint se tueri. Hoc sane non solum de promouendis, sed etiam de his, qui iam promoti sunt, si canones non obstant b, præcipimus obseruari.

Eligentes indignum contra formam huius s. priuati sunt pro prima vice potestate eligendi, et idem in collatore: et defectum capituli supplet episcopus, et e conuerso. Et si capitulum negligit: fit deuolutio ad metropolitanum. H. d. vsque ad finem.

§. 3. Clerici sane, si contra formam istam quemquam elegerint, et eligendi tunc potestate priuatos, et ab ecclesiasticis beneficiis triennio nouerint se 76) suspensos. Dignum est enim, vt quos Dei timor a malo non reuocat, ecclesiasticæ saltem 77) coerceat seueritas disciplinæ c. Episcopus autem si contra hæc fecerit 78), aut consenserit fieri, in conferendis prædictis 79) officiis et beneficiis 80) potestatem 81) amittat, et per capitulum, aut per metropolitanum, si capitulum concordare nequiuerit, ordinetur 82) d.

73) *Diaconem*, habet c. 16. cit. et edit. ant.
74) *Conferatur*, legit C. L. cum c. cit. 16. et ant. edit.
75) *Diffugium*, in C. L. *remedium*, vero in c. 16. cit. legitur.
76) *Se vice*, legitur in ipso concilio.
77) *Vel saltem*, legit C. R. 1.
78) *Contra hoc*, secundum C. R. et L. cum c. 16. cit. sed C. H. legit: *contra fecerit.*
79) *Præfatis*, secundum C. H.
80) *Verba: et beneficiis*, omittunt C. R. et L. cum c. cit. 16. vnde sine dubio additamentum Raymundi sunt, obseruante etiam AVGVSTINO in not. ad c. 16. cit.
81) *Suam*, additur in concilio.
82) *Ordinentur*, legitur in C. R. et c. 18. cit. nec non ant. edit. et in ipso concilio. Conf. AVGVST. c. loco. hic vero supplet capitulum negligentiam episcopi, si indigno contulerit beneficium: quod vnum corpus cum episcopo constituit. C. 4. X. *de his quæ fiunt a prael.*

CAP. VIII.

Compromittentes super electione, tenentur recipere electum a compromissario, si est idoneus.

IDEM *Rauennati archiepiscopo. (ann. 1179. Roma in Flaminiam.)*

Caussam, quæ inter e moniales sanctæ Margaretæ *[super discordia et dissensione electionis, quam fecerant, dignoscitur agitari, experientiæ tuæ iam pridem commisimus terminandam. Vnde quoniam caussa ipsa in tantum protrahitur, et nondum, sicut accepimus, processisti, et periculosum et damnosum est monasterio, eo quod caussa ipsa in tantum protrahitur. F. r. p. a. s. m. q. infra dies XL. vel duos menses, aut plus secundum tenorem aliarum nostrarum litterarum in eadem caussa procedas, ita videlicet, quod]* si sorores *[ipsæ]* in episcopum electionem contulerint, promittentes, quod illam, quam f eis *[episcopus]* prouideret, reciperent, ipsam quam *[episcopus eis]* prouiderit, facias ab eis, *[app. rem.]* si tamen exstiterit g idonea, in suam recipi abbatissam: *[si autem in caussa procedere non poteris dilectus filius I. Basilicæ XII. apostolorum presbytero card. ap. sedis legato et priori S. Victoris ex parte nostra significes, vt in eadem caussa procedant et eam debito fine decidant.]*

CAP. IX.

Electus ante confirmationem beneficia conferre, vel aliter administrare non potest.

IDEM *Wigorniensi 83) h episcopo. (ann. 1179. Roma in Angl.)*

Nosti i, *[sicut vir prudens et sapiens,]* quomodo *[dilectus filius noster G.]* Lincolnien. 84) electus concedendi honores, vel præbendas, aut alias disponendi de rebus ecclesiæ, cum sua non sit electio confirmata, non habeat facultatem: *[unde est quod F. t. per a. s. præc. m. vt prædicto electo ex parte nostra non differas arctius inhibere, ne archidiaconatum de Norathone, vel præbendam, quam W. eiusdem loci archidiaconus tenuerit, alicui conferre præsumat, et si eundem archidiaconatum vel præbendam cuiquam, quod non arbitramur, concesserit:]* mandamus igitur, quatenus 85) ea auctoritate nostra præcipias, vt concessionem, *[suam, quam cuiquam etc. et app. cess.]* si quam fecit 86) de prædictis, studeat reuocare.

83) *Vigorensi*, habet C. R. 1. *Vigorniensi* C. R. 2. *Exoniensi*, tamen legitur in concil. Lateran. tit. XI. c. 1. sed c. 18. comp. 1. h. t. habet: *Wigor.*
84) C. R. 2. legit: *Lincoll.* sed *Cenomanensi*, habet edit. Gonz.
85) *Verba: Mandamus igitur, quatenus*, non leguntur in c. 18. cit.
86) *Fecerit*, habent C. R. 2. et H. Verum hoc postea correctum est, quoad episcopos extra Italiam in concordia electos, qui statim post electionem administrationem in spiritualibus et temporalibus suscipere possunt. C. 44. X. h. t. Ceterum verba: *si quam fecit de prædictis*, omittit c. cit.

a *Vid. l. 1. §. quæsitum. cum ibi not. ff. de appell. et gloss. in c. non solum. de appell. lib. 6.* b *Concord. text. in l. prætlegia. C. de sacrosanct. eccl. et cap. 1. de constitut.* c *Concord. text. in l. capitulum. §. famosos. ff. de pœn. l. bona fides. ff. de pœnis.* d Ordinentur. in concilio, vnde sumitur. e *Post concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 40. c. 1 et c. 19. eod. tit. in 1. compil.* f *al. ita*, quam episcopus eis. g Nam dantes alicui potestatem videntur intellexisse de idoneo. *facit l. si procurator. ff. de cond. ind.* h *al.* Exonien. i *Post concil. Lateran. sub Alex. III. part. 40. can. 2. et c. 18. eod. tit. in 1. compil.*

CAP. X.

Electio facta post appellationem, et prima non cassata, et contra priuilegia ecclesiæ, cassanda est.

IDEM Alex. III. *(ann. 1174. in Angl.)*

Considerauimus k, quod electio Ioannis Fumini, post appellationem ad nos l interpositam 87), et contra tenorem priuilegiorum ecclesiæ vestræ fuerit celebrata. Perpendimus etiam, quod electio B. post illam qualemcunque electionem non 88) m cassatam, nec non et post appell. per quam ad suum statum omnia debent reduci, facta fuit, *[et illata violentia: quanquam rex penitus inficietur, violentiam aliquam in hoc de assensu vel conscientia sua vnquam perpetratam fuisse.]* Quapropter *[nos]* vtriusque electionem *[de communi fratrum nostrorum consilio]* omnino cassamus, et vobis in aliam personam idoneam et honestam 89) conueniendi liberam tribuimus facultatem: ita *[tamen]* quod vtrique prædictorum fama sua non minuatur *[propter hoc]* integre conseruetur, et quod in aliis ecclesiis possint, si Deus 90) gratiam 91) dederit, *[ad dignitatem]* promoueri. Vobis autem liceat præter illam ecclesiæ vestræ ordinationem, in eorum alterum 92) *[si voluntas fuerit iterum]* conuenire, *[et eum vobis in abbatem atque magistrum canonice prouidere.]*

87) *Verba: ad nos interpositam*, absunt a C. R. et L. sed *ad nos factam*, legimus in c. 22. comp. 1. h. t.
88) *Nondum*, secundum C. R. 1.
89) *Desunt verba: et honestam*, in C. R.
90) *Dominus*. C. R. 1.
91) *Gratiam*, deest in C. R. 1. L. edit. Gloss. et c. 22. cit. h. t.
92) *In alterutrum eorum*, legitur in c. 22. cit.

CAP. XI.

Metropolitanus confirmatus, licet nondum receperit pallium, potest suum suffraganeum consecrari facere.

IDEM *(ann. 1175. Rom. in Germ.)*

Suffraganeis alicuius n metropolitani, ad mandatum ipsius, post confirmationem electionis suæ, etiamsi pallium non receperit, licitum est electum, qui ad eius iurisdictionem pertinet 93), consecrare, *[et metropolitano ægrotante, vel alias impedito, post susceptionem pallii, et etiam ante, si tunc est electio confirmata, suffraganei sui ad mandatum ipsius possunt electo consecrationis munus conferre.]*

93) *Pertineat*, legitur in C. R. 1. et L. et c. 1. comp. 2. h. t. In hoc videtur ratio decidendi collocanda, quod talis metropolitanus licet nondum consecratus nec pallio decoratus, gaudeat tamen iurisdictione, vt eius literas dimissorias dare patet.

CAP. XII.

Is, cuius electio fuit cassata, non vitio personæ, sed electionis modo, iterum eligi potest: secus, si vitio personæ.

CLEMENS III. o *(ann. 1181. Rom. in Angl.)*

Super eo vero p, quod quærere 94) voluisti, si alicuius electione cassata, idem ad alterius ecclesiæ regimen electus fuerit, an eius 95) electio debeat confirmari, hoc tuam volumus discretionem tenere, quod, si prior electio non vitio personæ, sed modo electionis cassetur, promotionem eius fieri 96) in eadem etiam ecclesia, nisi forte simoniacæ prauitatis q aliquid intercessisse constiterit, non debeat impedire.

94) Legit: *a nobis quærere.* C. R. 1.
95) C. R. et H. habent *eiusdem*, cum c. 3. comp. 2. h. t.
96) Abest *fieri*, a C. R. H. L. et c. cit. nec sensus illud desiderat.

CAP. XIII.

Non professus potest postulari in abbatem, si ex aliqua bona caussa fiat talis postulatio. h. d. secundum lecturam, quæ est magis singularis.

COELESTINVS III. *Cenomanensi episcopo. (ann. 1182. Roma in Galliam.)*

Cum monasterium r de Pellicia 97) in tuo situm episcopatu, ad eam dissolutionem deuenerit, sicut tuarum litterarum insinuatio patefecit, quod fratres eiusdem domus obseruantiam religionis et ordinem abiecerunt, *[et bonis eius dilapidatis atque consumptis, ad eligendum sibi abbatem de ipsius ecclesiæ gremio non potuerunt hactenus conuenire, ad tuæ tamen admonitionis et exhortationis instantiam in vnum conuenientes,]* in quendam, qui cum fratribus suis in eremo sit laudabiliter conuersatus, boni testimonii virum vnanimiter consenserunt, *[et]* eum 98) in abbatem totis desideriis postulantes, *[eius scilicet disciplinæ et habitui postulabant]* Tu vero postulationi eorum *[de prudentum et discretorum virorum consilio]* præbuisti assensum, et postulasti 99)

97) *Pellicia*, etiam legitur in c. 5. comp. 2. h. t. in C. R. L. et edit. Gonz. et ant. licet Pithœi habeant *Pellicea*. Ceterum ipsum hoc monasterium est in comitatu Cenomanensi, episcopo huius comitatus subiectum, qui eo tempore fuit AMELINVS, ad quem hæc directa decretalis videtur, vt GONZAL. ad h. t. optime obseruat.
98) *Et eum*, habet c. 5. comp. 2. h. t.
99) In c. 5. cit. est, *humiliter supplicasti.* Quamuis vero regulariter postulata *admitti*, electio vero *confirmari* dicatur: liquet tamen ex hoc textu, non ita stricte olim lusum in verbis quæsitum, sed etiam postulationem *confirmatam* fuisse, quod tamen quodammodo improbatur in c. 20. X. h. t. in f.

k *Cap. 22. eod. tit. in 1. compil. Vid. Matth. Paris. 296.* l *Hæc duo verba*, ad nos, *desunt in antiquis.* m *al.* nondum. n *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* o *Alias*, Alexand. III. p *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. Vid. Sigebert. ann. 1174.* q *Glossa in l. vn. in verbo, contra hanc. ff. de leg. Iul. de amb. gloss. et Bart. in l. Barbarius. de off. præt.* r *Cap. 5. eod. tit. in 2. compil.*

eandem

eandem ordinationem a sede apostolica confirmari. Nos autem *a* ipsam, sicut facta est, canonice confirmamus 100).

100) C. R. legunt: *canonice confirmamus*; sed in Gloss. et Gonz. legitur: *sicut facta est canonice, confirmamus*; in C. H. autem verba: *sicut facta est*, sunt omissa. Amplior est periodus in c. 5. comp. 2. h. t. *Nos autem petitioni tuæ favorem nostrum et assensum liberaliter impertientes, ordinationem ipsam, sicut canonice facta est, confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.*

CAP. XLV.

Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet contraria consuetudo.

IDEM COELESTINVS. *(ann. 1187. Romæ Hierosolymam.)*

Cum terra *b*, quæ funiculus hereditatis Domini censebatur: [*et infra.*] Sicut [*autem*] ex quarundam literarum tenore [*et plurium relatione*] accepimus 1), quidam 2) [*olim*] in electionibus [*faciendis*] prauæ consuetudinis morbus irrepsit: vt [*videlicet,*] cum alicuius prælati electio debet celebrari 3), conuentus, ad quem pertinere dignoscitur, duas personas nominet latenter auribus patriarchæ vel principis exprimendas, vt sic [*illarum vel*] alterius eligendæ, vel totius electionis penitus irritandæ, idem patriarcha vel princeps plenariam habeat facultatem 4). Quia igitur hoc 4*) redundat 5) in grauamen *c* et perniciem 6) ecclesiasticæ libertatis: præscriptam consuetudinis prauitatem sancimus penitus abolendam *d*, statuentes, vt forma 7) electionis canonicæ in omnibus conuentualibus ecclesiis obseruetur 8), videlicet vt, cum debet ecclesiæ consuli, pastoris regimine destitutæ, electores in vnum 9) locum, in quo fuerit electio celebranda, conueniant, et inuocata Spiritus Sancti gratia personam [*sollemniter canonice*] nominent, [*in qua omnes, vel maior pars sanioris consilii potuerint consentire, et ea sine vllius contradictione, dummodo persona idonea fuerit, et electio sine simoniaca prauitate celebrata, ad illius regimen ecclesiæ admittatur.*] Quod si in persona fuerit, vel in electionis modo peccatum: tamdiu [*electores*] in electione diligentiam inquisitionis apponant, donec [*secundum præscriptam formam*] vacanti ecclesiæ de persona idonea 10) *e* valeant prouidere 10*). Quo facto, non prohibemus, quin regis 11), seu patriarchæ, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus: sed propter hoc ipsam electionem nolumus impediri. 12)

1) *Percepimus*, est in c. 6. comp. 2. h. t.
2) *Quod quidam*, secund. C. R. 1. et L. atque c. 6. cit.
3) Loco *celebrari*, est in c. 6. cit. *confirmari*.
4) *Potestatem* C. R. 1. Apud Græcos iam seculo VI. hic mos inualuit, vt tres eligerentur, ex quibus vnus designabatur, *electione et periculo ordinantis*, vt dicitur in *nou.* 123. *c.* 1. §. 1. vel *iudicio ordinantis*, vt est in *nou.* 137. *c.* 2. Ab ordinante optio ex tribus vnum designandi patriarcham transiit ad imperatorem, vt CODINVS CVROPALATES *lib. de offic. c.* 20. obseruat, et ex eo repetiit IOSEPH SIMONIVS ASSEMANNVS *tom. III. p.* 2. *biblioth. orient. p.* 802. Vnde sequer, morem hunc non recentissimum, sed antiquissimum fuisse, quem COELESTINVS III. hic reprobat ex moribus occidentis ecclesiæ diuersis.
4*) In c. 6. c. tota periodus hoc modo sese habet: *quia hoc igitur diabolica nascitur versutia aut fraudis instinctu inuentum in perniciem status ecclesiasticæ libertatis. præscriptam consuetudinis prauitatem penitus abolendam præsentium auctoritate sancimus, statuentes, vt, cum de summi creatoris clementia ea manus fidelium terra illa deuenerit*, vt *forma* etc.
5) *Hæc redundant* legit C. R. 1.
6) *In grauem perniciem.* C. R. L. et ed. ant. habent. Imo e c. 6. cit. absunt verba: *grauamen et.*
7) *Forma*, secundum C. R. 1.
8) *Obseruentur*, habet C. R. L.
9) *Vnum*, non exstat in c. 6. cit.
10) *Congrua*, secundum C. R. H. L. et c. 6. cit.
10*) In cit. c. legimus: *valeat prouidere.*
11) *Regis vel principis.* C. R. 2. Ita vero *electio* præmittenda, et, ea facta, *consensus* regis postulandus: quæ *postulationis* species simplex est, et ab ea, quæ fit pro *dispensatione* facienda magnopere differt. Consensus tamen, negatus ex iusta caussa, potest electionis effectum irritare: quod is cuius consensus postulandus, possit allegare iustas caussas, quare non sit admittendus electus.
12) Verba c. 6. cit. paulo aliter sese habent: *sed propter ipsum, prædictam electionis formam nolumus impediri.*

CAP. XV.

Per confirmationem electionis non transfertur potestas exercendi ea, quæ sunt ordinis. Illa enim transferuntur per consecrationem. Abbas.

IDEM. *[Heliensi episcopo]* f *(ann. 1185. in Angliam.)*

Transmissam g [*iam dudum, sicut insinuare curasti, ad nostram audientiam quæstionem, iam nunc dilectio replicauit.*] (quæsiuisti) quid faciendum sit tibi super eo, quod clerici tuæ diœcesis, cum pro suis excessibus suspensionis, vel interdicti, vel excommunicationis 13) sententiis percelluntur, paruipendentes eam, dimittunt ecclesias, et transferunt 14) se ad mercimonia laicorum: nonnulli quoque ipsorum, habitu clericali postposito, vestes induunt laicales, et sicut laici mercatores se turpibus quæstibus implicantes 15), contubernium sibi laicorum manus *h* associant, et correctionem ecclesiasticam per contemptum eludunt, dicentes, quod potestatem non habeas eos 16), nisi tibi specialiter apostol. sedes indulserit, corrigendi? [*Nos autem volentes in hoc tibi certum dare responsum, tuæ deuotioni respondemus quod, si quando tales repereris, si commoniti noluerint a tam turpibus actibus reuocari, et de contemptu satisfacientes plenarie ad clericale schema redire, tu eos auctorit. nostra suffultus excommunicet, app. cess. subiectas, facias que eos arctius ab omnibus euitari, donec etiam reatum suum congrua satisfactione deluerint: præsertim si qui eorum in sacris ordinibus sunt constituti, hoc etiam sine speciali mandato exsequi posses.*] (respondemus igitur,) quod, ex quo electionis tuæ confirmationem accepisti, de talibus et consimilibus, præter ea, quæ maioris inquisitionis discussionem exigunt, et ministerium consecrationis desiderant, quod iustum est, et ecclesiasticæ conuenit vtilitati, statuendi habeas liberam 17) facultatem.

13) Dictio hæc *excommunicationis*, non exstat in c. 7. comp. 2. h. t.
14) *Conferunt*, legit cap. 7. cit.
15) *Implicant*, leghur in c. 7. cit.
16) *In eos.* C. R. 2. et ed. ant. legunt.
17) Vox: *liberam*, non exstat in c. cit. 7.

CAP. XVI.

Qui electioni de se factæ renuntiat, appellare nequit ad impediendam electionem alterius. Et electio, quæ est a suspensis celebrata, non tenet.

INNOCENTIVS III. *de cella sancti Petri, et Mutinens.* 18) *abbatibus* i [*et præpos. Vercell.*] *(ann. 1199. in Germen.)*

Cum *k* inter [*dilectum filium*] R. seniorem, et iuniorem super abbatia Scaphusen. 19) quæstio verteretur; [*eis in præsentia nostra constitutis dil. fil. N. G. tt. SS. Cosmæ et Damiani, et G. S. Mariæ in Acquiro diaconos cardinales dedimus auditores: in quorum præsentia fuit propositum, quod, cum controuersia ipsa fuerit auditoribus diuersis commissa, deinde ambæ partes ad sedem apostolicam accesserant, quibus a bonæ memoriæ Cæl. Pp. præd. n. nos ipsi, cum in minori eramus officio constituti, et dil. fil. noster Ioan. tt. S. Stephani presbyter cardinalis, dati fuimus auditores: et cum vtrinque coram nobis esset diutius allegatum, et eidem prædecessori nostro per nos esset processus negotii declaratus; ipse*] bon. mem. Cælest. [*papa*] præd. noster prædictum R. seniorem, sententiam cum instantia postulantem ad componendum coegit inuitum 19*): et sic Abbatiæ renuntians, de manu eius custodiam et [*etiam*] prioratum recepit, ab eo dum viueret, [*sine quæstione qualibet*] possidendos. Cui ordinationi licet consentiret inuitus, domum tamen reuersus, aduersarius compositionem ipsam nolentibus obseruare, non potuit, quæ concessa fuit, obtinere: [*quin potius in eum, quod deterius est, manus iniecerunt postea monachi violentes, sed adiutus ab illius loci hominibus et monachorum manus euadens, ad appellationis subsidium conuolauit. Interim vero dil. fil. n. p. S. Mariæ in via Lata diac. card. apostol. sed. legatus, ad partes illas accedens, pro iam dictis et multis aliis excessibus, et suspendit monachos, et monasterium interdixit. Ipsi vero contempta sententia cardinalis, diuina presumpsere, quam antea celebrarunt, et in hac suspensione prædictus aduersarius eius de medio est sublatus. Qua comperta ad ecclesiam venit; et cum vellet prædictæ compositioni parere, parte altera hoc nolente, ne ad electionem procederent abbatis, quousque inter eos quæstio fineretur, obicem prouocationis obiecit: sed monachi per omnia contumaces et post app. ab eodem R. seniore ad nos interpositam R. iuniorem pariter eligentes, ipsum benedicendum diœcesano episcopo præsentarunt, qui post app. interpositam benedixit eum, et in ecclesia introduxit*, et infr. *Cum autem quæ præmissa sunt et alia quædam prædictus card. nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulisset;*] nos attendentes, quod ex consensu compositionis receptæ, [*quam pr. n. confirmauerat,*] ius, si quod sibi competierat 20), R. senior amisisset, ac per hoc, ne monachi ad electionem procederent, de iure minime appellare potuisset: cum, nisi quorum interest, audiri non soleant appellantes, [*de consilio f. n.*] appellationem illam diximus legitimam non fuisse. Vnde per eam electio non potuit impediri. [*Quia vero constitit nobis, monachos ante litis exordium rationabiliter appellare pro eo, quod super falsi suggestione probationem nolebant admittere delegati; et per consequentiam eo ipso, quod bene appellatum fuerat, interdictionem indictum exspirasse: quidquid ab eis est perperam attentatum, vel de recipiendis ante litem contestatam testibus, vel de sententia proferenda decernimus sententialiter non tenere.*] Sane quamuis præpositus [*dilectus f. P.*] et capitulum Constantien. de interdicto, quod cardinalis posuerat, in suis literis inseruerint; quia tamen per id, quod R. iuniori diœcesanus episcopus munus benedictionis impendit, ei videtur 21), quod

18) *Metten.* C. R. 1. *Matten.* C. c. 2. habet. Sed c. 1. comp 3. *Nutrien.* Additur præterea in edit. Gonz. et Contii: *et præposito Verden*, vel *Verand.* c. 1. cit. *Vercellen*
19) *Fusmen.* C. R. 1. *Furcanensi* C. L. *Scafusen.* est in c. 1. cit.
19*) Inuitus etiam potest a superiori cogi ad componendum et renuntiandum, præsertim si remotionem meruit, aut sententia condemnatoria contra eum ferenda. C. 10. X. in f. de success. prælat. c. 6. X. de concess. præbend. in f. c. 9. eod.
21) *Habuerat.* C. H. habet.

a In multis antiquis ita: nos autem ipsam canonice confirmamus. *b* Cap. 6. eod. tit. in 2. compil. *c* In antiquis, in grauem perniciem. *d* Concord. auth. cassa et irrita. C. de sacr. eccles. *e* al. congrua. *f* In coll. 2. Clementis III. Heliensi episcopo, sed in ora lib. annotatur varia lectio, Cœlestin. III. chron. Selsw. 160. Heliensi electo. *g* Cap. 7. eod. tit. in 2. compil.

h Simil. est text. ff. de orig. iur. l. 2. in prin. et l. c. ff. de eo per quem fac. erit. *i* Additur: et præposito Verden. al. Verdinen. *k* Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.

præ-

præmisimus obuiare; vnde vel scriptura facto, vel factum scripturæ præiudicat, nec probatum fuit 22), licet obiectum, quod ab interdictis electio 23) fuerit celebrata; ipsam non potuimus irritare: [*præsertim cum contra personam electi nihil fuerit intentatum.*] Ideoque caussam ipsam [*sub eadem forma*] vobis duximus [*de communi consensu partium*] committendam, vt, si constiterit, quod electio fuerit facta a suspensis, ea omnino cassata ipsi monasterio, post satisfactionem condignam 24), suspensionis et interdicti sententia relaxata, de persona idonea consulatur. [*Alioquin ne vtilitas monast. retardetur, præmissam electionem per vos app. rem. volumus confirmari, et R. iuniorem abbatiæ pacifica possessione gaudere.*]

21) *Videretur*, secundum C. R. 2.
22) *Fuerit*, habet C. R. te
23) *Legitima electio* C. R. legit.
24) *Congruam*. C. R. 1.

CAP. XVII.

Si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat: eius electio cassari debet.

IDEM INNOC. III. *capitulo Pennens.* 25) a (*Roma in Aprutium.*)

Qualiter post b obitum: [*bon. mem. Pennensis episcopi ecclesia vacante, receptis prius super electione facienda litteris nostris, primicerium vestrum vobis elegeritis in pastorem, vos tanquam auctores electionis ipsius plenius cognouistis.*] Verum quoniam electus a vobis ante confirmationem [*obtentam*] administrationi episcopatus se irreuerenter immiscuit, recipiendo tam a clericis, quam a laicis iuramenta, non attendens, quod secundum apostolum, nemo debet sibi honorem c assumere; sed, qui vocatur a Deo, tanquam Aaron; præcipue quia nec donum scientiæ pontifici conueniens 26) fueras assequutus: [*cum iuxta verbum dominicum: qui fecerit et docuerit, magnus vocetur in regno cælorum.*] Postquam nobis præsentassis eundem, sufficienti examinatione præmisso: electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex ea, et ob 27) eam factum est, denuntiantes penitus non tenere.

25) *Pinnauensi*. C. R. 1. et H. legunt. C. L. vero *Pennens.* Sed rectius in c. 2. comp. 3. h. t. leguntur: *Pennens.* quia Penna est ciuitas Italiæ in Aprutio.
26) Non exstat vox *conueniens*, in c. 2. cit. legiturque non *pontifici*, sed *pontificis*.
27) *Vel ob eam*, est in C. L. et c. 2. cit.

CAP. XVIII.

Si vocantur ad electionem non vocandi: valet electio facta eis non exspectatis. H. d. secundum lecturam communem.

IDEM *capitulo* d *Capuano.* 28) (*ann. 1199.*)

II. Cum inter a vniuersas metropoles [*Capuana sit apostolicæ sedi vicinior: ad prouisionem ipsius specialius adspiramus, talem ipsi personam præfigi cupientes, quæ sicut alios metropolitanos loci vicinitate, sic et deuotionis affectu præcellat, per quam et ipsa metropolis tam in temporalibus, quam in spiritualibus optatum suscipiat incrementum.*] Intelleximus autem per [*dil. fil.*] Io. et F. canonicos vestros, et per 29) litteras, quas ad sedem apostolicam detulerunt, quod ad decanum et alios canonicos vestros Panormi manentes, cum ea eorum parte fuisset vobis 30) per litteras intimatum, vt [*ecclesiæ Capuanæ damna pensantes*] sic tractaretis super electione substituendi pastorem 31), quod nullum deberetis in eorum absentia nominare, quendam socium vestrum cum litteris destinastis, duodecim dierum terminum assignantes, intra 32) quem post receptionem litterarum vestrarum iter arriperent redeundi. Quamuis ecclesiastica consuetudo non exigat, vt ad electionem pastoris canonici tam remoti vocentur, et illi præcipue, qui longe antequam vos, metropolitani vestri obitum præsentialiter cognouerunt, quorum aliqui post eius decessum ad Capuanam 33), ecclesiam sunt reuersi; quia vero 34) mora longior est in electionibus 35) valde suspecta, imo sæpe damnosa f: [*discretioni vestræ per apostolica scripta*] mandamus, quatenus, inuocata Spiritus Sancti gratia, personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumatis ad regimen Capuanæ ecclesiæ, consequenter ad audientiam nostram nuntios idoneos transmissuri, per quos a nobis vice regia 35*) postuletis assensum, et apostolicæ confirmationis gratiam requiratis 36). [*attentius prouisuri, vt in eo discretionis et caritatis studio procedatis, quod nec in electione vitium, nec in electo defectus valeat inueniri. Alioquin et factum electionis reuocaremus in irritum, et personas eligentium puniremus.*]

28) *Paduano*, secundum C. R. 1. sed verior est lectio, c. 3. comp. 3. h. t. quæ cum communi conuenit.
29) Præpositio: *per*, abest a C. R. L. et c. 3. cit.
30) Dictio *vobis*, non exstat in C. L. et c. cit.
31) Loco: *pastorem*, in cap. 3. cit. et in eod. epist. Innoc. III. legitur: *pastores*.
32) *Infra*, legit C. L. et c. 3. cit. cum edit. Pithœana: *intra*, vero C. R. et edit. Colon.
33) *Apud Capuanam*. C. R.
34) Sic C. R. L. H. et c. 3. cit. non: *tamen*, vt *Colonienses*, legunt.
35) *Electione*. C. R. 1.
35*) Quia imperatrix CONSTANTIA testamento suo cauerat, vt tutela FRIDERICI II. tanquam regis regni Siciliæ ad INNOCENTIUM III. vt dominum directum, spectaret, ad quem principatus Capuanus spectabat, vt in gestis Innocentii III. §. 23. succincte refertur, pontifex vice regia seu iure tutelæ assensum electioni huic præstare debuit, atque hic ab eo postulandus fuit, secundum formam ab eodem electioni præscriptam in litteris ad imperatricem paulo ante eius obitum missis. Vid. lib. 1. epist. 410.
36) *Reparatis*. C. R. 1. erronee habet.

CAP. XIX.

Non debet inspici, an post appellationem, sed an contra fuerit electio celebrata. Et penes vocantes, quibus competit vocandi potestas, remanet ius eligendi, si vocati venire contemnunt. Et ad officium confirmatoris spectat examinare electum, etiam nemine opponente. Et nisi electus doceatur, legitimæ ætatis et litteraturæ, habetur pro non legitime electo.

IDEM *archiepiscopo* 37) g *et capitulo Capuano.* 38)

Cum nobis h olim de obitu: [*et infr.*] Item cum autem *ex vtriusque partis assertione* 39) constaret, interpositam fuisse appell. ne fieret electio, nisi canonica, videri i poterat, quod post eam medio tempore nihil debuit innouari: vnde talis electio iudicanda erat irrita et inanis, vtpote post appellationem canonice 40) interpositam attentata. Sed contra, cum appellatum fuisset, non, vt nulla electio fieret, sed vt fieret canonica: si factum electionis canonice fuerit 41) subsequutum, non vtique contra formam appellationis huiusmodi, sed magis secundum eam videbatur esse processum. Et ideo, licet post appellationem, non tamen k contra eandem fuit 42) electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda. [*Nam cum duæ partes et amplius electione consenserint et consentiant, licet cautum reperiatur in canone, vt tunc alter de altera ecclesia eligatur; cum nullus in propria fuerit repertus idoneus; quia tamen hoc in fauorem introductum est clericorum, et cuique licet renuntiare iure, quod pro se noscitur introductum, vos, qui duæ partes estis et amplius, cum hoc, quod duæ partes capituli faciunt, totum facere videatur, in hac parte iuri, quod pro vobis facere videbatur, renuntiare potuistis, et electionem de persona alterius ecclesiæ celebrare: præsertim cum illud decretum locum habere videatur, quando clericis renitentibus et inuitis per aliquam violentiam potestatis extraneus ingeritur ex aduerso: propter quod sequitur in decreto, vt sit facultas clericis resistendi, si se viderint prægrauari, et quos ingeri sibi viderint ex aduerso, non timeant refutare. Præterea cum sedes apostolica omnium ecclesiarum caput existat, et Rom. pontifex iudex sit ordinarius singulorum, quando de ipsa quis assumitur in prælatum alterius ecclesiæ; et posse obiici non videtur, propter capitis priuilegium, quod obtinet plenitudinem potestatis, quod de alia ecclesia eligatur: cum a capite non debeant membra reputari aliena.*] Item cum post appellationem emissam archidiaconus [*Theatinus*] cum suis fautoribus chorum exiisset, et vos illos, vt interessent electioni faciendæ vobiscum, curassetis sollicite reuocare, quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos se fecisse videntur: propter quod electioni a vobis iuxta formam mandati apostol. 43) concorditer celebratæ, de iure non posse contradicere videbantur: [*præsertim cum idem archidiaconus postea requisitus responderit, quod in præsentia nostra vellet et suum præbere consensum. Et ideo cum secundum statuta concilii Lateranens. app. rem. semper id debeat præualere, quod a pluribus et sanioribus fuerit ordinatum, nisi forte a paucioribus et inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit, et ostensum; a vobis celebrata electio, tanquam maiori et saniori parte, non obstante contradictione vel appellatione paucorum, debebat et poterat rationabiliter confirmari: cum id, quod obiectum fuerat et ostensum, rationibus præmissis appareat rationabile non fuisse.*] His igitur et aliis 44) allegatis, quanquam contra personam illius, quem elegistis, nihil dictum fuerit vel obiectum; quia tamen iuxta 45) verbum apostoli dicentis l: *nemini cito manum imposueris*; debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa personam 46) inquirenda fuerant 47): duximus ex officio nostro, sicut decuit, procedendum. [*Et quidem cum tria sint in persona electi præcipue inquirenda, videlicet ætas legitima, morum honestas, et litteratura sufficiens, licet de honestate morum, tanquam ei, qui nobiscum est aliquamdiu laudabiliter conuersatus, possimus ipsi laudabile testimonium perhibere,*] illius quoque litteraturæ licet non eminentis, tamen conuenienus electus exstitit 48).

37) *Archidiacono*, legitur in ed. ant. et c. 4. comp. 3. h. t.
38) *Paduano*, al. *Capuano*, secund. C. R. 2.
39) Verba: *ex vtriusque partis assertione*, absunt a C. R. L. ed. Pith. Gloss. et ed. aot. quæ tantum Colonienses restituerunt.
40) *Legitime vel canonice*. C. H.
41) *Fuerat*. C. R. 1. legit.
42) *Fuit eadem*. C. R. et Gonz.
43) *Apostolicæ sedis*, habet C. R. 1. Ceterum clausula: *iuxta formam mandati apostolici*, non exstat in c. 4. comp. 3 h. t.
44) Verba: *et aliis*, non exstant in cit. c. 4.
45) Particula: *iuxta*, non exstat in C. L. et cit. c.
46) *Personam illius*, legit C. R. 1.
47) *Fuerant*, C. R. 1. habet in c. 4. vero cit. hoc verbum plane non legitur.
48) *Exstiterit*, secundum C. H. sed in c. 4. cit. est *exstat*, sine voce *electus*.

a Pennen. vid epist. Innoc. p. 497. Tarat. Brunf. Thean. archiepisc. suffrag. 552. b Cap. 2. eodem titul. in 3. compil. c Adde, quod ambitiose petens dignitatem secularem vel ecclesiasticam, punitur in 100. aureis, et est infamis. lib. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit. vt in l. 2. et ibi Bart. de interr. act. d al. Capuanen. e Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. f Vide l. fin. §. fin. ad leg. Rhod. de iact. et in l. quod te ff. si cert. pet.

g Archidiacono. h Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. i al. prauideri. k al. non tamen contra fuit eadem electio celebrata. l 1. Timoth. c. 5.

vt pro defectu scientiæ, sicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius cognouerunt, ab electione non deberet 49) excludi. De legitima tamen ætate scire plene non potuimus veritatem, [*de qua nec vos, vt accepimus, cogitastis:*] quia, cum 50) a multis, cuius ætatis existeret, curauerimus 51) indagare, a nemine vnquam audiuimus, quod annum ætatis tricesimum attigisset. [*Cum autem secundum prædicti statuta concilii nullus debeat in episcopum eligi, qui tricesimum ætatis non attigerit annum, licet senectus venerabilis sit non diuturna, nec annorum numero computata, sed cani hominis sunt sensus eius, et ætas senectutis vita immaculata; quia tamen post illa tria, quæ Salomon asserit difficilia, quartum quasi reputat impossibile, viam videlicet viri in adolescentia sua tamquam inuestigari non posse:*] nos ecclesiæ pariter et personæ prouidere volentes, et tam rationes, quam canones obseruare, [*habito super hoc cum fratribus nostris diligenti tractatu,*] quia propositum vestrum prouidum intelleximus, et ideo propter vrgentem necessitatem a, et euidentem vtilitatem ecclesiæ Capuanæ, quam in hac parte potius approbamus, volumus ipsum firmiter perdurare, præfatum subdiaconum nostrum 52) [*de communi fr. n. cons.*] vobis in procuratorem concedimus, liberam administrationem ei, tam in temporalibus, quam in spiritualibus committentes.

49) *Eum non debere.* C. R. 1.
50) *Quamuis* C. R. 1. habet: in edit. ant. vero est *quod.* Sed in c. 4. cit. neutra legitur particula
51) *Curauimus*, legitur in ed. ant. et c. 4. cit.
52) *Vestrum*, habet ed. ant. Ceterum huic procuratori etiam administrationem in temporalibus committebat pontifex, qua *tutor regis Siciliæ*, ad quod spectabat principatus Capuanus, vt ad praeced. text. num. 35*) dictum est.

CAP. XX.

Illegitimus potest postulari, non autem eligi: et electores, nisi probauerint, illum ignoranter elegisse, incidunt in pœnas Lateranensis concilii.

IDEM INNOC. III. *Cantuariensi archiepiscopo.* (ann. 1199.)

Innotuit b nobis [*olim tam per tuas litteras, quam quorumdam suffraganeorum tuorum et dilectorum filiorum prioris et conuentus Vigorniensis ecclesiæ,*] quod, Vigorniensi 53) ecclesia destituta pastore, [*dicti*] prior et conuentus eiusdem loci 54) magistrum M. 55) archidiaconum Eboracen. in episcopum 56) elegerunt. [*Et cum eius tibi fuisset electio præsentata;*] (cuius) confirmationem vsque in aduentum ipsius, qui absens eligebatur et inscius 57), distulisti; qui tandem [*quod fuerat factum audito, ad præsentiam tuam deuotus accessit, et præter opinionem omnium, qui nihil obstare credebant, quin statim concors et canonica deberet electio confirmari,*] spontanea tibi et secreta confessione monstrauit, quod conscientia eius aliquantisper ex natalibus esset læsa, [*et, quod ad tantæ dignitatis apicem præter indulgentiam sed. apostol. nollet aliquatenus promoueri, proposuit: etiamsi promouentem benignum et facilem inueniret. Tu autem, sicut vir prouidus et discretus, intellecta conscientia eius, noluisti protinus ad confirmationem procedere, sed nobis rei seriem intimasti per tuas insinuans litteras, et per eas ipsius magistri merita et conscientiam commendasti: capitulum autem eiusdem ecclesiæ, quare per te fuisset electionis confirmatio protelata, se ignorare, per litteras suas nobis transmissas exposuit, et eam*] (cuius electionem capitulum) petiit per sedem apostolicam confirmari, præsentato nobis electionis decreto, subscriptionibus eligentium roborato. Quidam autem 58) suffraganeorum tuorum [*quod per tuas litteras videbaris ostendere aliquantulum innuisse*] asseruerunt 59), eum fuisse filium cuiusdam militis, et ab eo ex quadam ingenua et non coniugata susceptum. [*Interim vero*] idem quoque 60) magister [*ex insperato ad præsentiam nostram accessit, et quod nobis de natiuitate ipsius per litteras aliquorum suffraganeorum tuorum fuerat intimatum, exposuit et*] adiecit, quod nunquam pater eius habuerat vxorem, sed matris 61) c eius virginitatis florem præripuit 62) quasi d furtim 63). [*et cum ipsa infra quadriennium a natiuitate ipsius matrimonium contraxit. Nos ergo super hoc, cum fratribus nostris habita diligenti tractatu, vidimus canones, quosdam inuenimus, qui non legitime genitos promoueri vetant ad officium pastorale, caussam forte trahentes ex lege diuina, per quam spurii et manzeres vsque in decimam generationem in ecclesiam Dei prohibentur intrare. Inuenimus etiam alios, qui vndecunque genitos non prohibent ad sacros ordines promoueri, dummodo sibi merita suffragentur, asserentes, quod culpa parentum non est filiis imputanda. Et ad hoc probandum inducunt, quod Dominus noster Iesus Christus non tantum ex alienigenis, sed etiam ex adulterinis voluit commixtionibus nasci, qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hi etiam scripturæ diuinæ videntur inniti, qua dicitur: filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii, et per quam videtur antiquum prouerbium remoueri, quod inter filios Israel dici solebat: patres comederunt vuam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt. Quidam vero ad concordiam discordantium reuocantes, repugnantiam canonum prædictorum sopire quodammodo videbantur, dicentes, quod illegitime geniti si religiose fuerint aut in cœnobiis, aut in canonicis conuersati, a sacris ministeriis minime reuocentur. Et inter illegitime genitos quidam asserunt eos solos a sacris officiis prohibendos, qui paternam incontinentiam imitantur. Et hi quoque videntur auctoritate diuinæ legis inniti, qua dicitur: ego sum Deus zelotes visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam et quartam progeniem in his, qui oderunt me gratis, quasi dicat, in his, qui circa me paternum odium imitantur. Verum canon concilii Lateranensis a bonæ mem. A. p. p. nostr. editus in synodo generali, primis concordans canonibus non solum vetat tales in episcopos promoueri, verum etiam eligentibus talem personam pœnam infligit. Imo ipso facto eamdem pœnam eos asserit incurrisse, vt secundum hoc canon latæ sententiæ videatur, cuius tenor talis est, ne videlicet, quod de quibusdam pro necessitatibus temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum. Nullus in episcopum eligatur, nisi qui de legitimo matrimonio sit natus, circa finem subiungens: clerici sane si contra formam istam quemquam elegerint, et eligendi potestate tunc priuatos, et ab ecclesiasticis beneficiis triennio se nouerint esse suspensos. Sane prædictus canon, qui non per eum, qui canones non nosset antiquos, sed per illum, qui plene nouerat canonicas sanctiones, in concilio multorum iurisperitorum est editus, et ipsius approbatione concilii roboratus, natis de non legitimo matrimonio omnem videtur in episcopos promouendi aditum præclusisse; cum id etiam ad consequentiam trahi prohibeat, quod pro necessitate innuit prioribus temporibus esse factum; licet nihil amplius quam necessitas dispensantem ad dispensationem inducat. Præterea electionem talium innuit nullam esse; dum in pœnam statuit eligentium, vt tunc nouerint eligendi se potestate priuatos, quod nihil esset, nisi tunc occurreret electio facienda: quod fieri non posset, priori electione seu etiam nominatione durante. Ex quo patet, electionem eiusmodi per ipsum canonem irritatam.*] Quamuis autem canon e Lateranens. concilii, ab Alexandro 64) prædec. nostr. editus, non legitime genitos adeo persequatur, quod electionem talium innuit nullam esse; nobis tamen per eum adempta non fuit dispensandi facultas; cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui successoribus suis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari post eum, imo eadem potestate functuris: cum non habeat f imperium par in parem, [*sed ea tantum fuerit mens ipsius, vt, quia ex eo, quod aliquando ex dispensatione pro necessitate ipsius temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam extendentes, et inde sumentes exemplum, se licite credebant eligere tales, et indifferenter huiusmodi eligebant, cum talia fieri prohiberet. Vnde grauem electoribus pœnam inflixit. Deliberauimus tamen cum fratribus nostris, vtrum in tali casu et cum tali persona deberemus misericorditer dispensare, vel iuris potius seruare rigorem. Inuenimus enim, a bon. mem. Vrbano p. p. nostro in casu multo difficiliori, cum Cenoman. electo dispensatum, qui fuerat filius sacerdotis, et Legionen. episcopo, qui post consecrationem suam humiliter fuerat, et sponte confessus, quod fuisset ex matre non legitima procreatus, quam pater, viuente vxore propria, cognouisset. Sed Vrbanus idem inhibuit, ne id quasi pro regula in posterum ad consequentiam traheretur 64*). Videbatur enim, quod, cum illegitime natis fuisset aliquamdiu dispensatum, et ex certa caussa forsitan in posterum dispensandum. In hac caussa tolerantius debet dispensatio indulgeri, illi personæ videlicet, quæ minus imperfectionis, plus perfectionis habeat.*] Multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur litterarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, et fama personæ, multipliciter a quibusdam etiam ex fratribus nostris, qui eum in scholis cognouerant, approbatæ g. Faciebant etiam hæc 65) ad id non modicum concors capituli Vigorniensis electio, petitio populi, assensus principis, votum tuum, suffraganeorum suffragia, et humilis deuotio confitentis, qui sponte ac humiliter suum maluit confiteri reatum 66), quam, læsa 67) conscientia, thronum conscendere 68) pastoralem. Habito ergo super hoc diligenti tractatu, intelligentes, Vigorniense capitulum eumdem magistrum non humiliter postulasse, sed improuide potius elegisse, cum ad obtinendum dispensationis beneficium procedendum 69) fuisset non per electionem inhibitam, sed per postulationem permissam 70), electionem ipsam præ-

53) C. R. cum ed. ant. et c 5. comp. 3. h. t. rectius *Vigorniensi*, per tot. legunt.
54) *Eiusdem*, omissa voce *loci*. C. R. 1. habet cum L. et ed. ant. *eiusdem ecclesiæ* vero C. R. 2. legit. Sed c. 5. cit. eiusdem *loci*, plane omittit.
55) C. R. 1. habet *R.*
56) *In episcopum animarum suarum vnanimiter*, legit c. 5. cit.
57) *Inscius*. C. R. 1.
58) In c. 5. cit. pro: *autem*, sicut in ipso codice epistol. Innoc. III. legitur: *tamen*.
59) In c. cit. textus hic ita variat: *per suas litteras expresserunt asserentes* etc.
60) In c. cit. non exstat, *quoque*.
61) *Matri*, legit c. 5. cit.
62) *Subripuerat*, est in c. cit.
63) *Quasi furtum*. C. R.

64) *Alexandro Papa*, habent C. R. et L. cum c. 5. cit. Canon ipse huius concilii relatus est supra in c. 7. h. t.
64*) Ex decreto GRATIANI, eiusque c. 11. *dist. LVI.* hoc repetiit pontifex, quod eo tempore iam in magna auctoritate, ipsiusque eius doctrina innotuisset.
65) Pronomen: *hæc*, abest a C. R. et c. cit.
66) *Defectum*, legitur in c. cit.
67) *Cum læsa* C. R. 1
68) *Ascendere*, legunt C. R. 1. et c. cit.
69) *Humiliter procedendum*, secund. C. R. 1.
70) *Præmissam*, est in c. 5. cit.

a *Vide l. 1. D. de noui op. nunc. et in l. iubemus nullam, cum seq. sequ. C. de sacr. eccl.* b *Cap. 5 eod. tit. in 3 compil. vid. Westmonast. an. Matth. Paris. 271. 309. 369.* c Matris d Furtum.

e *Concil. Lateran. can. 3.* f *l. 3. et 4. ff. de arbitris.* g *al.* approbatum. *al.* approbata.

dicti canonis auctoritate cassatam denuntiamus 71) irritam et inanem, parcentes non modicum Vigorien. capitulo, quod eis nec pœnam inffligimus expressam in canone supradicto, nec 72) probare cogimus ignorantiam, quam allegant. Et quamuis post cassationem huiusmodi [a] nobis [*a multis*] fuerit [*humiliter*] supplicatum, vt [*propter causas prædictas*] dignaremur cum eo misericorditer dispensare, [*cum ad dispensandum in talibus nullus se casus habilior posset afferre; quia tamen prædicto capitulo liberam facultatem eligendi, vel postulandi volumus reservare:*] supplicationem huiusmodi, quæ nomine capituli non fiebat, cum non ad postulandam dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius [*capituli*] fuerint nuntii destinati, ad præsens non duximus admittendam 73), decernentes irritum et inane, quicquid 74) super ordinatione ipsius episcopatus ante susceptionem litterarum nostrarum fuerit attentatum. [*Volumus igitur et mandamus, quatenus per Cantuariens. prouinciam ex parte nostra facias districtius inhiberi: ne, quod de multis in eadem prouincia, quod sine pudore non dicimus, inordinate nouimus esse factum, de cetero contra formam præscriptam nullatenus attentetur,*] quod, si 75) Vigorien. capitulum eundem magistrum propter prærogatiuam meritorum ipsius duxerit postulandum, postulationem [*ipsius*] apud sedem apostolicam 76) præsentare procuret.

71) *Denuntiamus*. C. B. 2. L. et c. cit.
72) *Non*. C. B. 1.
73) *Admittendam*, est in c. 5. cit.
74) *Si quid*, legitur in c. eod.
75) *Sed si*, habet etiam c. cit.
76) *Apostolicæ sedi*, habet C. B. 1.

CAP. XXI.

Non possunt electores in præiudicium electi compromittere; sed, si consenserit electioni suæ, vel consentire velit, non obstante laudo in contrarium lato; est confirmandus, si aliud canonicum sibi non obsistat, licet non sit de gremio illius ecclesiæ: quamcunque ob caussam a maiori parte fuerit appellatum. Et in hoc vltimo est iste textus multum notabilis.

IDEM *Genuensi 77) a archiepiscopo, et 78) Placentino, et Bobien. 79) episc. (ann. 1200. in Ligur.)*

Cum *b* inter [*dilectos filios*] canonicos Saonen. 80) super electione pontificis quæstio verteretur, [*eligentium votis in diuersa diuisis;*] ad sedem apostolicam [*dilecti filii*] S. 18) subdiac. Saonen. et I. procurator capituli accesserunt: [*quibus ven. fr. n. I. Albanen. episcopum et dil. fil. n. A. tit. S. Martini presbyterum cardin. dedimus auditores. In quorum præsentia,*] proposuit (autem) procurator prædictus 82), quod singuli 82*) requisiti communi assensu 83) in Halten. 84) præpositum, excepto prædicto subdiacono, conuenerunt 85): quo in sua duritia permanente, aliorum consensus redactus fuit in scriptum publicum consequenter. Ceterum pro parte altera fuit propositum ex aduerso, quod, cum septem *c* essent canonici Saonens. in capitulum 86) se recceperunt, de futura electione pontificis tractaturi 87), [*vbi diuersi a diuersis nominati fuere.*] Sed archidiacono, archipresbytero et 88) præposito dictum Halteus. præpositum nominantibus, fuit a præfato S. 89) [*fortiter*] obuiatum, asserente, ipsum morbo epileptico laborare, pro quo alia vice tanquam inhabilis fuerat recusatus: nec ad aliam ecclesiam debere fieri transitum, donec reperiretur idoneus in ecclesia Saonensi. [*et infra.*] [*Sed præpositus Saonen. spretis appellationibus interpositis, præpositum Halteus. elegit, obiiciente aduersa parte, quod huiusmodi electio propter appellationes interpositas, et alia etiam obstacula non teneret. et infra. Sed et ciuitatem idem præpositus et alii omnes egressi, exceptis presbytero et subdiac. sæpedictis, secum sigillum ignorantibus eis detulerunt, et ad Mediolanensem archiepiscopum accedentes petierunt electionem, quam fecerant confirmari, licet a solo præposito, et post appellationem facta fuisset. Sed quoniam indiscitus electionis processus ipsi archiepiscopo innotuerat, petitioni eorum non annuens: quendam de fratribus suis ad inuestigandum electionis processum Saonam direxit. Sed cum testes coram eo producerentur, et postularetur, ut nuntium ipsum pariter procurarent: pars aduersa iam dictum archiepiscopum, altera vero sedem apostolicam inuocauit. Sed cum ad mandatum nuntii partes Mediolanum iuissent apostolos petituræ; ab archiepiscopo, vt ad pacem redirent, fuerunt monitæ diligenter, cuius arbitrio præpositus Saon. si velle stare constanter asseruit, si et hoc ipsum pars faceret aduersa: quod deliberato consilio præfatus subdiac. recompensit. Post hæc reuersi ad propria, et demum ab archiepiscopo citati,*] archipresbyter 90) pro parte altera de rato, vt dicebat, litteris præmunitus, ipse vero S. 91) pro parte sua 92) in Mediolanens. archiepiscopum compromittere curauerunt *d*, qui magistrum G. Modicen. 93) canonicum eis dedit in episcopum, et confirmauit 94), [*quem in Saonensi ecclesia, præsente clero et populo ciuitatis, adhibitis sollemnitatibus consuetis, electum publice nuntiarunt, cui archiepiscopus, præposito sedem apostol. prouocante, consecrationis manus dicitur impertiri. Postquam igitur coram præfatis auditoribus fuit super his et similibus disputatum, qui nobis ea sufficienter et fideliter retulerunt; quoniam de ipsis nobis non potuit fieri plena fides; caussam ipsam vestro duximus examini committendam: discretioni vestræ per A. S.*] mandamus, quatenus, cum constet, electionem de præposito memorato a maiori et saniori parte capituli celebratam fuisse, publicatam etiam et subscriptam, si dictus præpositus eidem electioni consenserit, vt 95) per mutuum consensum eligentium et electi quasi coniugale vinculum spiritualiter sit contractum, nisi sufficienter sit ostensum, eundem [*præpositum*] morbo epileptico laborare, super quo contra ipsum dicitur 96) appellatum, vos, non obstante appellationis obiectu 97), si qua [*forsan*] ex aliis caussis superius memoratis proponitur interposita, cum [*ex iis, quæ coram nobis allegata fuerunt,*] eas [*appellationes certa ratione*] friuolas reputemus, electionem [*ipsius nostra freti auctoritate, subl. cuiusl. contradict. et app. obst.*] confirmetis, non obstante, quod post talem electionem a præfato archiepiscopo proponitur esse factum; etiamsi a partibus in eum fuerit compromissum: cum electores a tali electione se resilire nequiuerint. Quod si electores illius non compromiserint 98) in archiepiscopum memoratum; etiamsi dictus præpositus nondum electioni de se 99) factæ consenserit, eo tamen consentire volente, dummodo a morbo 100) sit immunis obiecto *e*): vos electionem ipsius nihilominus confirmetis.

77) *Ian*. C. H. *Ianuen*. C. L. cum ed. ant. et c. 6. comp. 3. h. t. *Ianuen*. sed rectius *Genuensi*, vel Genuen. quia Genua etiam Ganua vocatur.
78) Particula *et*, non exstat in c. 6. cit.
79) *Bobiensi*, ed. ant.
80) *Senonen*. C. H. *Saonens*. vero C. L. et c. 6. cit. legunt rectius.
81) *G*. est in c. 6. cit. pro S.
82) *Subdiaconus memoratus*, legit cit. c. 6.
82*) Verba: *quod singuli* etc. vsque ad verba: *quod cum septem*, non exstant in c. 6. cit.
83) *Consensu*. C. E. habent cum c. cit.
84) *Altensi*, ed. ant. et c. 6. cit. p. 101.
85) *Conuenerunt*. C. L.
86) *Capitulo*, secundum C. B. L. ed. ant. et c. 6. cit.
87) C. R. 2. quoque addit: *vbi diuersi a diuersis nominati fuerunt.*
88) Copulam *et*, cit. c. 6. non habet.
89) *Subd*. C. B. 2.

90) *Addit* C. B. 1. *prædictus*.
91) Pro *S*. legit c. cit. *G. et*.
92) Paullo aliter se habet textus in c. 6. cit. et quidem ita: *Et pro parte sua Mediolanum accessit, et iterum ab eo in archiepiscopum compromisso ipse habito fratrum nostrorum consilio magistrum B. Mediocen. canonicum etc.*
93) *Medion*. C. H. habet.
94) *Et etiam confirmauit*, legit L. C.
95) *Aut*. C. L. habet cum ed. ant. et c. 6. cit.
96) *Dicit*, legitur in c. 6. cit.
97) *Appellatione obiecta*. C. R. 2.
98) *Compromiserunt*, secund. C. B. 1.
99) Verba: *de se*, non exstant in C. C. 1. ed. ant. nec in c. 6. cit.
100) *Morbo epilentico*, addit C. C. 1. Sed sine dubio legendum *epileptico*, qui affecti ad manus sacerdotii promoueri nequeunt. c. 3. *dist*. XXXIII.
1) *Sibi obiecto*, C. B. 1.

CAP. XXII.

Electus a maiori et saniori parte capituli, si est et erat idoneus tempore electionis, confirmabitur; si autem erat indignus in ordinibus, scientia vel ætate, et fuit scienter electus: electus a minori parte, si est dignus, confirmabitur.

IDEM *Prænestino episcopo e, apostolicæ sedis legato. 2) (ann. 1206. in Germaniam.)*

Dudum *f* ad audientiam nostram quæstione perlata 3), quod, vacante præpositura *g* Colocen. 4) ecclesiæ, in duo se vota eligentium diuisissent 5), caussam [*super hoc eo tenore*] iudicibus 6) duximus committendam; [*vt auditis, quæ proponerentur hinc inde, si de partium procederet voluntate, definitiuam sententiam promulgarent: alioquin caussam sufficienter instructam ad nostram remitterent audientiam, certum ap. statuentes partibus terminum competentem, quo per se, vel per idoneos responsales ad sed. ap. accederent sententiam recepturæ.*] Ipsi vero 7) [*mandatum apostol. fideliter exsequi cupientes*] partes ad suam præsentiam conuocarunt, receperunt testes [*hinc inde productos*] examinauerunt eligentium conscientias, audiuerunt allegationes vtrinque 8). Et quoniam præpositus sancti Georgii 9) eorum sententiæ se alteruit nolle stare: processum 10) ad sedem apostoli-

a) Verba inscriptionis posteriora non exstant in c. 7. comp. cit. merito tamen addenda: quia hoc tempore Prænestinus in Germaniam missus fuit.
3) *Prolata*, legitur in c. 7. cit.
4) *Colon*. vel *Colonien*. C. B. 1. 2. L. et c. 7. cit. *Coloniensis*. C. H. nec non ed. ant. et quidem rectius habent: quia de præpositura *Coloniensi*, non *Colocensi* in Hungaria sermo est.
5) *Diuiserunt*. C. R. 1. *diuisis*, legitur in c. 7. cit.
6) Quorum nomina cit. c. 7. ita suppeditat: *dilectis filiis nostris de Laco et I. de claustro, et G. de Vallis sancti P. in Hyste.bac abbatibus.*
7) *Ipsi vero auditis iam partes ad suam præsentiam conuocauit* etc. habet ed. ant.
8) *Vtrasque*, legitur in ed. ant.
9) Ita C. H. 2. B. 1. Gioul. et c. cit. habent: non *Gregorii*, prout quidam cod. et editiones legunt.
10) *Processum caussæ*. C. R. 1. pro his vocibus legitur in c. 7. cit. *depositiones testium hinc inde receptas, et allegationes partis alterius sub sigillis suis ad sedem ap.* etc.

a Ianuensi archiepiscopo, *in aliquot antiquis*, Placentino et Papiensi episcopis. *Al. pro Bob.* Bononiensi. b *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil.* c *In aliquot vetustis*, quod cum essent canonici septem Saonen. qui se in capitulo receperunt, de futura, etc.

d *Similis text. est in c. contingit: et ibi Innoc. hoc tit. special. in tit. de arbitr. §. restat vero item ac sentent. et re. iud. ... idem notat.* e *Hæc posteriora verba desunt in 3. compil.* f *Cap. . eod. tit. in 3. compil.* g Coloniensis, in omnibus manuscr. et nonnullis impressis.

cam

cam destinarunt a, [*partibus festum beati Michaelis tunc primo venturum, veniendi ad sedem apostol. terminum præfigentes.*] [*et infra.*] Cumque nuntii præpositi sanctorum apostolorum statuto termino ad præsentiam nostram accessissent: præpositus sancti Georgii nec venit, nec pro *b* se ei) misit idoneum responsalem. [*et infra.*] [*Visis ergo attestationibus et*] gestis 12) iudicum diligenter inspectis, inuenimus, quod pro præposito sanctorum apostolorum auctoritas, pro præposito vero sancti Georgii numerus eligentium faciebat: cum primus a quatuordecim, tum personis, tum canonicis, qui alios dignitate, ætate, et tempore *c* præcedebant, secundus vero a viginti quatuor fuisset electus. [*Obiciebatur autem præposito S. Georgii, minor scientia, defectus ætatis, et quod in minoribus erat ordinibus constitutus. Vnde cum præpositucæ illi esset archidiaconatus annexus: nondum erat et dignitas conferenda, ratione cuius cogebatur infra præfixum a canonibus spatium in diaconum promoueri. Proponebatur autem pro altero, quod erat vir ætate, scientia et moribus commendatus. Vnde meliori ducti zelo propter hoc electores ipsius in eum se confessi fuerant conuenisse; non solum sui, sed etiam quidam alterius electores eum prudentiorem esse præsertim in spiritualibus asserebant: quamuis alium magis vtilem circa temporalia maxime propter potentiam fuerint protestati.*] Cum autem allegationes pro eodem præposito sancti Georgii, coram iudicibus ipsis præpositæ 12*), nobis non fuerint præsentatæ, propter quod non potuimus scire per nos 13), quid obiecerit, vel quid respondérit 14) ad obiecta, sicque caussa remissa non fuit 15) sufficienter instructa; ad definitiuam sententiam non duximus procedendum, sed decisionem caussæ ipsius iudicibus 16) commisimus 17) sub hac forma, vt, si vel 18) notorium *d* esset, vel per ea, quæ iam dicta erant, constaret, quod præpositus S. Georgii [*in*] electionis tempore pateretur, vel in ordinibus, vel in scientia, vel in ætate, defectum, qui eum iuxta canonum 19) sanctiones *e* impediret ad huiusmodi officium promoueri; ei, [*sublato appellationis obstaculo,*] non obstante ipsius absentia corporali, silentium imponentes, præposito sanctorum apostolorum præposituram adiudicarent eandem: [*et eum in possessionem corporalem mitterent, eum pacifica facerent possessione gaudere.*] Alioquin, cum in eum non solum plures, sed duæ pene partes conuenerint 20), et impedimentis cessantibus appareat 21), quod eum bono zelo elegerint 22), præpositi sanctorum apostolorum electione cassata, [*app. cess. auctoritate nostra suffulti*] electionem confirmarent ipsius, et ei facerent [*præposituram assignare prædictam, et de cetero*] tanquam præposito respondere.

11) Verba: *pro se*, non exstant in C. H. nec in ed. ant. nec in c. 7. cit. habentur.

12) *Gesta iudicum* designant *acta iudicialia*, quæ appellatione patres ecclesiæque ecclesiastici sæpe vsi sunt, vt aliis quasi propria dicenda sit. Nam etiam *acta synodalia* hac voce designarunt, quæ *episcopalia* etiam dixerunt. AVGVSTINVS *epist.* 94. *tom. II. oper. p.* 88. *ex edit. Benedict. S. Mauri gesta ecclesiastica* allegat, proemiitque, Iohes CAECILIANI ad *sua gesta* h. e. *acta concilii*, quo damnauerant eum, prouocasse quibus *se acta habere gesta ecclesiastica*, nomine orthodoxorum respondebat, sub quibus intellexit gesta et acta apud Cirtam anno CCCV. in concilio episcoporum, cui præsidebat SECVNDVS Numidiæ primas, confecta. Addit *cit. l. c.* 4. CAECILIANVM fuisse in iudicio Camis, forte innocentem iudicatum, et præterea Felicem Aptungitanum ad CONSTANTINI principis iussionem *proconsularibus gestis* etiam fuisse purgatum. Intelligit sententiam AELIANI proconsulis in *actis* secundum eum latam, quam refert cum rescripto imperatoris *libr. III. contra Cresco. c. LXX tom. IX. p.* 475 *sq.* in quibus more forensi *acta proconsularia*, quæ patres dicere *gesta*, laudantur. In *epist. CALI. c.* 7. *tom. II. p.* 457. rursus agit caussam CAECILIANI, atque *in oper. etiam de criminibus traditionis* nos *episcopalia gesta* protulimus, vbi acta concilii Cirtensis vocat *gesta episcopalia*. IDEM *libr. II. retract. c.* 47. *tom. I. oper. p.* 58. sub voce *gestorum* designat eum *antecentiam episcopi* cum primo loco, tum *acta*, posteriori. Ait enim: *per idem tempus in oriente, hoc est, in Syria Palæstina Pelagius a quibusdam catholicis fratribus ad episcopalia gesta perductus.* — *Sed cum in manus nostras eadem gesta* h. e. acta episcopalia, *venissent, scripsi de his librum*, qui refertur *tom. X. p.* 191. et ita incipit: *postea quam in manus nostras, sancte papa Aureli, ecclesiastica gesta venerunt, etc.* quæ paulo post *episcopalia gesta* vocat. Gestorum appellatio passim etiam in iure ciuili occurrit, sed in diuerso plane sensu, quem cruit BRISSON *de verb. signif. voce gerere, ex edit.* B. HEINECCII, ostenditque voce *agere*, gesta iudicialia sensu forensi *acta* vocata fuisse. Sed curia Romana magis ritum ecclesiasticum sequuta est, passim in hoc sensu obuium.

12*) *Proposita*, secundum C. R. I. L. ed. ant. et c. 7. cit.

13) *Per vos*, habet ed. ant.

14) *Quid obiecerint, vel quod responderint*, habent C. R. L. ed. ant. et cit. c.

15) *Non fuerit*, legit c. cit. 7.

16) Quorum nominatio specialior exhibetur in c. 7 cit. sequenti modo: *dilectis filiis, S. Gedeonis et S. Seueri præpositis et decano Brunn.*

17) *Potius committendam*, habet c. 7. cit.

18) Partic. *vel*, non exstat in ed. ant.

19) *Canonicas* C. R. I.

20) *Conuenerant*, legit ed. ant. *conuenerint* vero c. 7. cit.

21) *Appareat*, legitur in c. 7. cit.

22) *Elegerunt*, legitur ibid.

CAP. XXIII.

Recipientes postulatum ad ecclesiam tanquam institutum vel administratorem, ante admissionem postulationis a superiore factam, priuati sunt potestate eligendi, et ad alios, sicut pauciores, deuoluitur potestas eligendi; et si omnes priuati sunt: deuoluitur ad papam in ecclesiis cathedralibus. H. d. secundum principaliorem intellectum, qui magis congruit litteræ.

IDEM *canonicis Maguntinensibus.* 23) (*ann.* 1203.)

Bonæ *f* memoriæ [C.] Maguntinensi archiepiscopo 24), [*Sabin.*] viam vniuersæ carnis ingresso, [*cum vota vestra se in varia diuisissent*] (et) quibusdam petentibus Wormatiensem 25) episcopum, quibusdam vero [*vener. fratr. nostr. nunc*] archiepiscopum vestrum, tunc præpositum sancti Petri Maguntinensis, sibi eligentibus in pastorem, [*dil. fil. magister P. scholasticus Maguntin. cum quibusdam aliis per illos, qui Wormatiensem episcopum postulaerant, procurator ad apost. sed. accessit, pro aliis vero dil. fil. E. et R. clerici venerunt, quorum alter institutus fuit procurator. Partibus igitur in nostra præsentia constitutis, et eis in consistorio nostro diligenter et sufficienter auditis, de consensu fratrum nostrorum vener. fratri nostro,*] Prænestino episcopo, a sede apostolica Legato 26), dedimus in mandatis, vt, si eundem episcopum, quoad temporalia, vel spiritualia accepisse 27) constaret ecclesiam Maguntinensem, vel ministrasse in temporalibus aut spiritualibus in eadem, [*prout electum fuerat ex aduerso,*] postulationem factam de ipso [*subl. cuiusl. app. obstac.*] nuntiaret irritam, [*de gratia nostra concedens eid. vt Wormatiens. sibi ecclesiam retineret. Nam de iure communi, quia præter auct. nostram transire præsumpsit, vtraque erat spoliandus, vt et ea careat, quam concupiuit auare, et ea, quam superbe despexit: quod si parere contemneret, vtraque ipsum ecclesia denuntiaret auct. nostra priuatum.*] Deinde inquireret de ipsius electione archiepiscopi [*diligentius*] veritatem, et, si ei de vi, quam ipse et sui metuebant, constaret, eo non obstante, quod post appellationem ad nos interpositam, fuerat in ipsius electione processum, cum alii, qui appellationi ad nos interpositæ, ne 28) sine ipso ac sociis eius haberent in electione processum, non duxerint 29) deferendum, vti contra ipsum hac exceptione non possent, quia 30) frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem *g*: vnde nec ab his posse obiici videbatur, quod ideo esset a paucioribus secundum eorum assertionem electus, cum ipsi, appellationem ad nos legitime interpositam contemnentes, et præter licentiam nostram recipientes episcopum memoratum, reddiderint 31) se indignos, electionem archiepiscopi [*dummodo nihil obstaret de canonicis institutis, subl. appell. obstaculo*] confirmaret. [*Quod si nec recepisse prædictam ecclesiam quoad spiritualia, vel temporalia, nec in temporalibus vel spiritualibus ministrasse constaret episcopum memoratum: idem legatus audiret, quæ super postulatione ipsius et electione archiepiscopi proponerentur, huiusmodi testes vtrimque reciperet, et eorum depositionibus publicatis, vsque ad calculum definitiuæ sententiæ procedens, gesta omnia sub sigillo suo ad nostrum præsentiam destinaret, statuens partibus terminum competentem, quo apostolico se conspectui repræsentarent, sententiam recepturæ.*] Licet autem essent notoria, quæ contra dictum Wormatiensem episcopum et eius fautores fuerant obiecta: prædictus tamen 32) legatus ad maiorem cautelam multos [*et magnos*] testes recepit, ex ipsius archiepiscopi parte productos. Vnde ipse iuxta mandati nostri tenorem procedens, postulationem factam de Wormatiensi cassauit, et electionem archiepiscopi 33) memorati, quamuis a paucissimis 34) celebratam, curauit auctoritate apostolica confirmare, ipsumque ordinauit in presbyterum, et tandem in archiepiscopum 35) consecrauit. [*Ipse autem humiliter ad nostram*

23) *Magunt.* C. H. per tot. et quidem rectius, cum sedem archiepiscopalem *Moguntinam* intelligat.

24) *Episcopo*, secundum C. R. I.

25) *Wormatiensem*, est in C. L. et edit. ant. sed in c. 8. comp. cit. *Warcien.*

26) C. R. H. L. et ed. ant. legunt: *sedis apostolicæ legato*, cum c. 8. cit.

27) *Recepisse*, C. R. H. L. et edit. ant. cum cit. c. 8. Lacerabant eo tempore, quo CONRADVS archiepiscopus Moguntinensis decesserat, Germaniam interni motus ex electione PHILIPPI Sueui et OTTONIS Saxonis orti, illius castra sequente LVPOLDO, Wormatiensi episcopo, INNOCENTIO III. vero a partibus OTTONIS stante. Canonicorum Moguntinensium maior pars ad archiepiscopatum LVPOLDVM successorem quidem designauit. Sed quia tota vrbs huic electioni reclamabat: noua electione designatus est archiepiscopus SIGIFRIDVS præpositus. Inde noua belli intestini materia, quæ hunc coegit, vt ad regem OTTONEM confugeret, qui de regalibus eum inuestiuit, et manu militari præsto fuit, controuersia vero de vtriusque electione ad pontificem delata est, de qua in hac decretali pontifex decreuit monstrauitque vbique, se admodum SIGIFRIDO fauisse. Vid. SCHANNAT *in histor. episcopat. Wormat. p.* 363. *sqq.*

28) *Nec*, secund. C. R. I. Ceterum in c. 8. cit. omittuntur verba: *ne sine ipso ac sociis eius haberent in electione processum.*

29) *Duxerant*, legit C. R. 2. et c. 8. cit.

30) *Quoniam*, habent C. R. L. et edit. ant. cum c. cit. 8.

31) *Reddiderunt*, secundum edit. ant. et c. 8. cit.

32) *Tamen*, in cit. c. non legitur.

33) *Episcopi*. C. H. legit, ed. ant. vero: *eiusdem archiepiscopi.*

34) *Paucioribus* C. R. I. Sed verba: *quamuis a paucissimis celebratam*, non exstant in c. 8. cit.

35) *In episcopum*, C. H. habet cum L. et c. cit.

a *Quoniam idem mandauit papa, quod si altera partium vellet, quod ipsi iudices caussam terminarent, caussam instructam remitterent ad eptum. alias non fuisset eis licitum renuntiare.* b *Hæc verba, pro se, desunt in antiquis.* c *Iste textus considerans hoc allegatur, quod scilicet dignitate, ætate et ceteris consideratis præferendus tempore sumtum præcedit. Glossa in vers. contra maiores. c. sex. dist.* 2. d *Vide l. 2. cum gloss. C. qui, et aduers. quos.* e *Canonicas sanctiones.*

f *Cap.* 8. *eod. tit. in* 3. *compil.* g *Concord. text. in l. auxilium. ff. de minor. et in l. sed §. fin. vers. pugnam. C. ad sen. delib.*

præsen-

præsentiam accedens, suppliciter postulavit, ut pallium sibi, videlicet insigne pontificalis officii, de consueta sed. apost. benevolentia conferremus. Verum quidam nuntius ab adversariis eius ad sed. ap. destinatus ex eorum parte apertas nobis cum sigillo pendente litteras præsentavit, per quas idem canonici significabant, quod prædictus legatus pecunia corruptus iniquam sententiam protulisset. Et addebant etiam, quod Maguntinus cives pariter iuraverunt, quod nunquam eum haberent in episcopum, et quod universi clerici, paucis exceptis, suo favebant electo. Cum autem super his cœpissemus deliberare cum fratribus nostris; electioni eiusdem archiepiscopi non videbantur obstare, videlicet quod a paucissimis, et post interpositam app. (ad sed. apostol.) a se ipso dicebatur electus. Nam cum postulatio Wormatiens. episcopi fuerit præcedentis app. ratione cassata: archiepiscopi electio debebat etiam ex eadem caussa cassari. Sed econtra, sicut superius est expressum, qui ante in appellatione deliquerant, appellationem contra eundem archiepiscopum non poterant allegare. Poterat quoque dici, quod, etsi post appellationem, non tamen contra formam appellationis fuisset electus archiepiscopus sæpe dictus: cum appellaverit in hac forma, ne canonici Maguntiæ residentes, sine ipso ac sociis suis haberent in electione processum. Nec nocet, quod posset ex parte altera replicari; quia nec ipse, nec socii sui debuerant procedere sine ipsis: quia ipsi appellationem apud nos interpositam contemnendo, reddiderant se indignos, et abusi fuerant iure suo. Unde, cum in Lateranens. concilio de his, qui quosdam personas inhibitas eligunt, sit statutum, ut eligendi tunc potestate privatos, et ab ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos, illis pro longe maiori delicto tanquam indignis ab electionis potestate cadentibus, penes eundem ac socios suos tantum ius remanserat eligendi. Quare, si multo pauciores in ipsum, quam in alium convenissent, intelligendum est tamen, quod omnes, qui tunc eligere poterunt, elegerunt eundem] Contra legati vero processum hoc facere videbatur, quod non citatis 36) Wormatiensi episcopo, et eius fautoribus, processisset 37). Porro [*iuxta canonicas sanctiones*] excessus notorius examinatione non indiget a; et pro his, quæ a iudice sunt acta, præsumitur, quod omnia rite fuerint 38) celebrata; quamvis et, quod citati non fuerint 39), non posset 40) de facili comprobari; quia negantis factum, per 41) rerum naturam nulla est directa 42) b probatio: cum, etsi quilibet de se posset asserere, quod ad eum citatio minime pervenisset, singuli tamen vestrum essent in suo testimonio singulares. Ad ipsum quoque legatum, si voluissent, secure potuissent procuratorem idoneum destinare, sicut nuntium destinarant 43): [*quemadmodum ex ipsorum ad nos directis litteris comprobatur, qui secure ad eundem legatum accessit, et ad propria remeavit: cum et ipse legatus paratus fuerit securitatem ammunicandam præstare. Nec obest, quod idem nuntius dicitur appellasse, cum appellationi renunciaverit, et in commissione nostra, quam pars reportavit utraque, obstaculum fuisset appellationis amotum. Sed nec apparebat etiam, quod contra factum legati quidquam posset obiicere vel probare: cum non procurator sufficiens, sed simpliciter ad nos contra eundem archiepiscopum fuisset nuntius destinatus. et infra.*] Nos igitur, etsi propter auctoritatem iudiciariam prælibatam pro his, quæ acta sunt a legato, illi tamen plus 44) innitimur rationi, [*quam*] quod adversarii archiepiscopi, ex tribus caussis prædictis, seipsque adeo reddiderunt indignos, quod contra eum non debebant audiri. Unde quod de ipso factum fuerat, non poterat impediri per eos, quin etiam si electores eiusdem partis 45) pariter deliquissent, ut se 46) reddidissent indignos, ad nos 47) devoluta fuisset hac vice ordinatio ecclesiæ Maguntinensis. Quare 48) dictum archiepiscopum sine iuris iniuria potuissemus eidem ecclesiæ præficere in pastorem: [*præsertim cum per legatum apost. fuisset in Maguntin. archiepiscopum consecratus.*] Super his e vero 49) [*cum fratribus nostris*] habito diligenti tractatu, [*de ipsorum consilio*] cassationem postulationis factæ de Wormatiensi episcopo ratam habemus 50), electionem memorati 51) d archiepiscopi confirmantes. 52)

36) *Citato*, C. R. 1.
37) Paullo aliter se habet hic textus in c. 8 cit. scilicet: *quod dicebat eo loco suspecto, et non citatis Wormatiensi episcopo et eius fautoribus processisse.*
38) *Fuerunt*, legit edit. ant.
39) *Fuerunt*, habet ed. ead.
40) *Non possent comprobari*, legit c. 8. cit.
41) *Secundum*, legitur in c. 8 cit. pro *per*.
42) Vox, *directa*, deest in C. R. L. H. et edit. ant. cum c. 8. cit. ut videtur a correctoribus aucta melioris intellectus caussa.
43) *Destinarunt*, C. R. et c. 8 cit.
44) Post *plus*, C. L. addit: *etiam*.
45) Vox, *partis*, non legitur in C. R. 1. ant. edit. et c. cit. 8.
46) *Ita se*. C. H. legit.
47) *Quod ad nos*, habet ed. ant.
48) *Quia*, est in c. 8. cit.
49) *Ergo*, C. R. et c. 8. cit.
50) *Habuimus*, est in ed. ant.
51) a C. R. L. H et edit. ant. abest dictio *memorati*, quam tamen c. 8. cit. habet.
52) Hic textus finalis in c. 8. cit. variat sequenti modo: *et electionem archiepiscopi memorati ex sententia apostolica duximus confirmandam.*

a *Vide l. si vero. §. qui pro rei. cum gl. in vers. evidentissime. ff. qui satisd. cog. et l. ea quidem C. de accus.* b *Dicitio*, directa, *deest in antiquis. vide l. actor. C. de probatio 6. qu. ult. a l. ve, et c. 1. pro intell. infra, de probat.* c *al. ergo.* d *Vox*, memorati, *deest in antiquis.*

CAP. XXIV.

Sufficit electo ad obtinendum, docere, eligentem fuisse in quasi possessione tempore electionis; licet non probet, quod proprietas iuris eligendi ad illum pertineret.

IDEM INNOC. III. *clericis sanctæ Agathes. (ann. 1203. Romæ.)*

Querelam e, quam 53) [*dilectus filius*] G. 54) tituli sancti Vitalis [*nunc*] presbyteri, [*tunc sanctæ M. in Aquiro diaconi*] cardin. per œconomum ecclesiæ vestræ, cuius idem cardin. est gubernator, contra P. 55) [*nunc*] presbyterum [*tunc vero diaconum super*] ecclesia sancti Salvatoris, [*quæ dicitur de Cornutis totam bon. m. præd. n.*] super ecclesia ipsa 56) proposuit, C. 57) f papa p. n. 58) nobis, in minori officio constitutis, audiendam [*et examinandam*] commisit. Petebat igitur [*idem*] 59) œconomus præfatum P. ab ecclesia sancti Salvatoris, quam in præiudicium vestræ ecclesiæ, ac iniuriam cardinalis prædicti occupare præsumpserat, removeri: cum ipsa ecclesia [*sancti Salvatoris*] pertineat ad ecclesiam sanctæ Agathes 60), pleno iure 61), petens [*etiam*] pensionem sexdecim denariorum Papien. [*mon.*] debitam ecclesiæ sanctæ Agathes, pro eadem ecclesia [*sancti Salvatoris*] de Thermis 62) sibi restitui, de novo subtractam. Prædictus vero P. [*clericus*] respondebat, quod ipse nullam iniuriam irrogaverat cardinali, nec in præiudicium ecclesiæ vestræ receperat dictam ecclesiam 63); cum hæc ad illam nullo iure pertineat, nec aliquam sibi debeat 64) g reddere pensionem: sed ipsa per electionem populi, ad quem de antiqua consuetudine h pertinet electio 65) i, a cardinali sanctæ Susannæ, cui eadem ecclesia, tanquam capella suo titulo, in spiritualibus est subiecta, canonice fuerat institutus. [*Cumque ad suam assertionem probandam utraque pars multotes testes produxisset: nos illos recepimus et examinavimus diligenter, quorum depositionibus publicatis disputationem audivimus super illis. Sed antequam huiusmodi controversia finem accipere potuisset, præfatus præd. n. debitum carnis exsolvit. Deinde tamen a nobis utraque pars cum instantia postulavit, ut caussam ipsam decidere curaremus.*] Nos igitur, rationibus 66) utriusque partis [*diligenter*] auditis, [*et plenius intellectis, habito fratrum nostrorum consilio.*] dictum P. ab impetitione œconomi vestri, super electione ac institutione de se facta in ecclesia sancti Salvatoris absolvimus, et super his præfato œconomo silentium duximus imponendum: cum [*per testes*] nobis constiterit, [*evidenter,*] quod populus in quasi possessione præsentandi clericum [*ad illam*] existebat, quando ipsum presbyterum 67) ad illam 68) elegit, et ecclesia eadem spectat 69) ad titulum sanctæ Susannæ in spiritualibus pleno iure, salva quæstione super iure patronatus inter ecclesiam vestram, et populum sæpe dictæ 70) ecclesiæ sancti Salvatoris. Quia vero [*per testes omni exceptione maiores*] fuit 71) liquido comprobatum, quod pensio sexdecim denariorum Papiensis monetæ 72) fuerit 73) clericis ecclesiæ vestræ, pro ecclesia sancti Salvatoris de k Thermis 74), annuatim per multa tempora persoluta, sed de novo subtracta: nos in eundem statum percipiendi huiusmodi 75) de ecclesia sancti Salvatoris de Thermis, ecclesiam vestram decernimus 76) reducendam 77),

53) Pronom. *quam*, in c. 9. comp. 3. h. t. non exstat.
54) *Gausfridus*. C. H. legit.
55) *Petrum*, habet C. L.
56) *Sua*, secundum C. H. sed verba: *super ecclesia ipsa*, hoc loco plane non exstant in c. 9. cit.
57) *Caelestinus*, est in C. L.
58) *Prædecessor noster*, in eadem C. L. sed c. 9. cit. pro *C. papa p. n.* legit tantummodo: *ipse nobis* etc.
59) *Idem*, addunt C. R. H. et c. cit 9.
60) *Agatha*, per tot. in C. H. legitur.
61) *Parochiali iure*, legit c. 9 cit. Et quidem sine dubio rectius, quod iure parochiali, quod hic *plebanum* vocatur, ecclesia S. Agatha sibi vindicaret S. Salvatoris ecclesiam.
62) *De Terminis*, habet C. R. 1. *in Thermis*, legitur in C. R. 2. et ed. ant. per totum. sed *Thermis*, rectius per totum legit cit. c. 9.
63) Pro *vestræ*, legitur in c. 9. cit. *Sanctæ Agathes*, et deinde: *receperat ecclesiam sancti Salvatoris.*
64) *Debebat*, legitur in edit. ant. et c. cit.
65) Abest vox: *electio*, a C. R. H. L. edit. ant. et c. cit. ubi textus ipse ita se habet: *sed ipse per electionem populi, quo de antiqua consuetudine pertinet, ad eundem A. card. sanctæ Susannæ præsentatus, cui eadem ecclesia sancti Salvatoris, tanquam capella, suo titulo* etc.
66) *Attestationibus ac instrumentis*, habet c. 9 cit.
67) *Præsentatum clericum*, c. 9 cit.
68) *Ad ipsam*. C. H. legit: præterea additur in C. R. 1. *ecclesiam*.
69) *Spectabat* C. R. 1.
70) *Supradicta* C. H. legit. sed verba: *sæpe dicta ecclesia*, plane omittuntur in c. 9 cit.
71) *Coram nobis fuit*, C. R. 1. habet.
72) *Papien.* secundum C. R. 2. omissa voce: *monetæ*.
73) C. R. legunt cum cap. 9. cit. *fuit*.
74) *A Termis*, legitur in c. 9. cit.
75) *Huiusmodi*, non exstat in edit. ant.
76) *Decrevimus*. C. H. habet cum c. 9. cit.
77) *Reducendam*, habet C. L.

e *Cap. 9. eod. tit. in 3. compil. et pro intellectu vide Matthæum de afflict. decis. 398.* f Cœlestinus papa prædec. noster. g *al.* [illegible] *hab.* h *Vide l. 2. et ibi Bart. C. qua ex lege, consu. et in authent. hoc ius porrectum C. de sacr. eccl. gl. in l. cum* [illegible] *C. de iud.* i *Dictio*, electio, *deest in antiquis cod.* k *In quibusdam antiquis*, de terminis.

et

ei ad folutionem penfionis fubtractæ condemnamus 78) presbyterum entedictum, folua quæftione proprietetis ioter ecclefias memoreras.

78) *Condemnaumus*, legitur in c. 9. cit.

CAP. XXV.

Eligentes fcienter indignum, priuati funt poteftate eligendi in electione, quæ primo occurrit facienda.

IDEM. (*circa ann.* 1204.)

Cum a Wintonenfis 79) ecclefiæ paftore vocaret 80): erchidiaconus cum fuis fautoribus Salubrienfem 81), (Salesberienfem) decanum, prior vero et complices eius præcentorem Linconenfem 82) in epifcopum elegerunt. [*et infra.*] Licet igitur omnes in commune de facienda electione tractauerint; quia tamen nequiuerunt effe concordes: infecto negotio ed nos habuere recurfum. Et hi quidem, qui præcentorem elegerant, offerebant, quod illi, qui decanum elegerant 83), eligendi erant poteftate priuati, pro ille maxime caufa, quod hominem 84) non legitime natum fcienter eligere præfumpferunt. Vnde fecundum *b* Lateranenfe concilium, et eligendi hec vice perdiderant poteftatem, et per triennium ecclefiefticis beneficiis carere debebant, [*fupplicitèr poftulantes, vt fuper hoc interloqui dignaremur.*] Illi vero taliter refpondebant, quod, licet is, quem elegerant, fuiffet minus legitime natus, per gratiam tamen epoftolicæ fedis legitimari promeruit: et hoc offerebant fe legitime probaturos. Nos igitur ettendentes, quod c illi poft primam electionem admiferant illos ad celebrandom fecundam, et quod decretum memorati concilii decreuit 85), huiufmodi præfumptores vna vice duntaxat eligendi poteftate priuetos d, quoniam electio, quam coram nobis celebrare volebant, non iam fecunda, fed tertia concurrebet, ad eligendum illos cenfuimus admittendos.

79) *Wintonenfis*, fecundum C. H.
80) *Careret*, eft in C. L.
81) *Salesberien. vel Salesbina.* C. H. *Celfien.* C. L. Sed in c. 10. comp. 3. h. t. eft *Salisberienfem*, vel potius. *Sarisberienfem*.
82) *Lincolin* legitur in c. cit. 10.
83) Verba. *qui decanum elegerant*, non exftant in c. cit. 10.
84) *Sibi*, addit edit. ant. Non vero indigitat, præcentorem fuiffe illegitimum fed alium, ante eum electum, cuius electio tamen caffata, et fic demum præcentor electus.
85) *Decreuit*, legunt C. C. H L. et cap. 10. cit.

CAP. XXVI.

Eligens fcienter indignum in epifcopum, eft ob hoc fufpenfus a beneficiis ecclefiæ per triennium: nec poteft interim ad dignitatem illius eligi, vel affumi.

IDEM *abbati Cifercienfi* 86) *R. et P. monachis fontis* 87) *Frigidi.* e (*ann.* 1205. *Roma in Galliam.*)

Per inquifitionem *f*, quam de mandato noftro fecistis fuper ftatu [*facto*] epifcopatus et epifcopi *g* Tholofani, perfpicaciter intelleximus, quod Mafcaron, cancellarius iuratus, afferuit, te fciuiffe pro certo Raimundum olim Tholofanum epifcopum, et amicos ipfius, ante fuam electionem habuiffe colloquium cum quibufdam canonicis, nominatim expreffis, eofque follicitaffe precibus, vt ipfum eligerent in epifcopum: feque vidiffe pariter et audiuiffe, quando prædictus epifcopus, [*exiftens in domo S. Petri de Coquinis.*] recognouit 88) in quorundam canonicorum præfentia, fe canonicis illis, qui aduerfati 89) fuerant fuæ primæ electioni, iuraffe 90), [*in domo Addonis de Montibus*] credens pro certo, quod iuramentum illud illicitum fuit, et præftitum 91), vt idem Raimundus eligeretur ex pacto, et quod ipfemet 92) *h* poft electionem ipfius cellarium, domum epifcopalem eius nomine detinebat, recipiens quofdam reditus et prouentus, quos de ipfius confcientia et confenfu, in eiufdem negotiis expendebat. Cum igitur talem fcienter 93) in epifcopum eligendo, ficut ipfe fuo iuramento firmauit, ecclefiafticis beneficiis reddiderit fe indignum: graue gerimus et moleftum, quod [*dilecto filio*] Tholofano præpofito in epifcopum Conuenarum electo 94), idem Mafceron 95) in præpofitum dicitur

86) *Cafteruien* legitur in c. 11. comp. 3. h. t.
87) *Montis*, habet edit. ant. cum c. cit. quod infuper addit: *apoftol. fed. legatis*, vel vt GONZ. habet: *inquifitoribus*, quod ARNULDO abbati cum legato fedis apoftolicæ inquifitio contra Albigenfes in ecclefia Tholofana commiffa fuerat, cum omnimodo iurisdictione. Depofitus iam erat RAYMVNDVS epifcopus, vnde etiam in *h. t.* dicitur, quod *olim* fuerit *epifcopus*, poft cuius depofitionem infignis inter canonicos ecclefiæ Tolofanæ emerfit diuifio, vt ex c. 30. *h. t.* infra liquet.
88) *Recognouerit* C. H legit.
89) *Aduerfarii*, fecundum C. H.
90) *Iuramentum præftitiffe*, legit c. 11. cit.
91) *Fuerit præftitum*, fecund. C. C. 1. *Fuerit et præftitum*, C. R. 2. H. L. et edit. ant. legunt: *Illicite fuerit factum*, habet c. 11. cit.
92) *Ipfemet.* C. R. ant addit: *idem Mafcaron*, et c. 11. cit. habet: *ipfe M.*
93) Vox: *fcienter*, abeft a C. H.
94) *Communiter electo*, habet c. 11. cit. *Conuenarum*, legit C. L. et *Cunarentarum*, edit ant.
95) *Mafceron* C. H. legit.

a *Cap.* 10. *eod tit. in* 3. *compil.* b *Sub Innocent. III. cap.* 29. c *In C. Barbatia*, *etc.* quod ifti, qui elegerunt præcentorem poft primam, etc. d *Vide l.* 2. *cum not. per Barth. ff de excuf. mun. et l.* 2. *et l. ferus ff. de opt. legat.* e *al.* Cafterniens. et fontis frigidi ap 0 L. f. *C.* 11. *eod tit. in* 3. *compil.* g *al.* Tolofanenfi. h *Squiret* Mafcaron.

fubftitutus 96). Quocirca [*difcr. v. per ap. fed.*] mandamus, quatenus eundem 97) ab officio præpofituræ penitus amouentes 98), faciatis virum idoneum ad officium illud affumi.

96) *Conftitutus*, legitur in c. 11. cit.
97) *Eundem*, non legitur in C. H. fed c. 11. cit. huic voci addit: *Mafcaronem.*
98) *Admonentes*, legunt C. R.

CAP. XXVII.

Si non profeffus eligitur ad regimen ecclefiæ regularis: caffatur electio, confuetudine in contrarium non obftante.

IDEM [*A.*] *priori fancti Frigidiani* 99) *G. et G.* 100) i *canonicis Lucanenfibus.* 1) (*ann.* 1205. *Roma in Etrur.*)

Cum cauffam *k*, quæ inter Bonum Presbyterum, et Brunum, canonicum [*ecclefiæ*] fancti Petri Lucanenfis, vertitur fuper eo, quod dictus presbyter Bonus a maiori parte canonicorum eiufdem ecclefiæ, prædicto Br. et quodam alio contradicentibus, in priorem, ficut dicitur, eft electus, olim vobis 2) duximus committendam: [*vos, ficut ex litteris veftris accepimus, partes citare curaftis, vt iuxta mandatum noftrum cauffam ipfam fine debito canonico terminare. Cumque effent in veftra præfentia conftitutæ: dictus presbyter Bonus cum inftantia poftulabat, vt electionem de fe factam auct. ap. curaretis confirmare. Sed præfatus Brunus econtrario refpondebat, illum non effe dignum regimine prioratus, crimen ei obiiciens fimoniæ, quodque electio ipfius non erat canonice celebrata. Et, quia profeffus non erat, ipfum afferebat merito repellendum. Verum cum de fimonia nihil fuiffet probatum, nec aliquid contra modum electionis oftenfum: monuit vos vehementer ipfius ecclefiæ priuilegium, in quo continebatur expreffum, vt nullus in ea qualibet fubreptionis aftutia præponatur in priorem, nifi quem fratres communi affenfu, vel fratrum pars confilii fanioris fecundum Dei timorem et B. Auguftini regulam, prouiderint eligendum. Vnde*] quamuis autem 3) multi priores continue l vnus poft alium in ipfa ecclefia, per multa et longe tempora fuerint non profeffi; quia tamen 4) præfatus presbyter Bon. non eft profeffus obferuantiam regularem: dubitatis m, et merito, nobis procedere inconfultis, [*contra priuilegium fed. ap. conceffum ecclefiæ me.*] Quia igitur non debemus attendere folummodo, quid factum fit 5), fed potius, quid fit faciendum 6): confultationi veftræ taliter refpondemus, quod, cum fecundum legem diuinam n, non fit in boue arandum et afino, nec quifquam debeat veftem induere de lana linoque contextam, irritetis electionem prædictam, et compellatis præfatum 7) presbyterum, aliofque clericos non profeffos, vt vel beati Auguftini regulam in eadem ecclefia 8) conftitutam profiteantur et feruent 9), aut ipfam ecclefiam omnino dimittant.

99) *Fridiani*, fecundum C. H. L. et c. 12. cit. comp.
100) *R. et F.* C. H. legit. *E. et C.* habet C. L.
1) *Lucen.* legit C. L. Sed lectio hic adducta merito retinenda, quia in ciuitate Etruriæ extra muros ecclefia canonicorum regularium, a S. FRIGIDIANO epifcopo erecta, fita eft.
2) *Nobis*, eft in C. L.
3) *Autem*, non legitur in c. 12. cit.
4) *Quod tamen*, legit c. 12. cit.
5) *Quod modo factum fit*, legit c. 12. cit.
6) *Sed quid potius faciendum*, C. H. legit: *fed quid fit potius faciendum*, C. L. habet, cum c. 12. cit.
7) *Prædictum*, C. C 1.
8) *In eandem ecclefiam*, legit c. 12. cit.
9) *Obferuent*, fecundum C. R. 1.

CAP. XXVIII.

Nominatio vel appellatio eius, cuius non intereft, electionem non impedit. Sed fi vocandus contemnitur, eo profequente contemptum; caffatur electio etiam confirmata; et poteft profequi, nifi confenferit electioni: quod poteft etiam ex poft facto. H. d. vfque ad §. fuper eo.

IDEM INNOC. III. *I. tit. fancti Stephani in Celio* 10) *monte presbytero cardinali, apoftolicæ fedis legato.* (*circa ann.* 1205. *Roma in Hiberniam.*)

Quod a ficut ex litteris tuis: [*et infra.*] [*Nos igitur, litterarum tuarum tenore diligenter infpecto, fex in eis perfpeximus contineri, quorum tria contra præd. Armachanenfe o electum, et alia tria contra eius electionem facere videbantur. Primum, nominatio facta de ipfius, quam in litteris tuis aliquoties electionem appellas, contra quam, fi electio vere fuerit, antequam caffaretur, non debuerat aliquid aliquatenus attentari. Secundum, appellatio interpofita, quæ fi legitima fuit, fequentem electionem iure penitus impediuit. Tertium, quia Miden. epifcopus et abbas Mellifontis, qui intereffe debuerant, ad electionem minime conuenerunt. Vnde fi contempti fuerunt vel ambo vel alter: plus eorum contemptus, quam multorum contradictio prædictam electionem debuit impedire. Quartum, quod præfatus abbas fit electus ante confirmationem obtentam adminiftrare præfumpfit. Quintum, quia in die confecrationis fuæ ordines celebrauit, cum nondum pallium obtineret. Sextum, dilapidatio, quia tabulam ar-*

10) *In Gelio*, C. H. legit. fed *Celio*, habet ed. ant.

i *al.* G et C *al.* R. et S. etc. etc. *al.* idem A. priori S. Fridiani G et G Luc. k *Cap.* 12. *eod tit. in* 3. *compil.* l *Concord. text. in l. ex.* ... *in.* §. *verum eum* ... *ff de her. inftit. et in l.* 1 §. *quotidianæ ff de aqua quotid. et æftiu.* m Dubitafti. n *Deuter.* 22. o *Cap.* 13. *eod. tit. in* 3. *compil.*

genteam

genteam alienare minime formidauit.] Verum cum 11) ex prima electione 12), quæ facta est 13) de tribus, dicenda videtur potius nominatio, [*non nisi quatuor de omnibus, ad quos electio pertinebat, videlicet duo suffraganei ecclesiæ Armacanæ, et prædictus abbas Mellifontis, et archidiaconus Armacanus conuenerant, ex illo tali nominatione*] nihil iuris acquisitum fuerit nominatis; licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præsertim in ecclesia Armachana: cum iuxta a constitutiones canonicas, si fieri potest, in cathedrali ecclesie electio debeat celebrari. Nec [*talis*] appellatio interposita electionem illam potuit impedire; cum in ea nihil attentatum fuerit in præiudicium regiæ dignitatis 14): quia non simplex nominatio, sed sollemnis electio 15), debet principi præsentari, vt postulationi 16) præstet assensum, etsi secus aliquando per vsurpationem aliqui faciant abusiue. Si autem [*præfati*] Miridinensis 17) episcopus, et abbas Mellifontis 18), qui interesse debuerant 19), non contempti fuerint 20), sed ad electionem vocati, si tamen sine periculo potuerint conuocari 21), siue nequiuerint, siue noluerint ad electionem celebrandam accedere; ipsorum 22) absentia non potuit electionem impedire: [*quoniam, si ad locum illum inter Hibernenses non poterant secure proficisci, nec ceteri ad alium locum inter Anglicos tute poterant conuenire propter hoc. Quod tibi super hoc credimus veritatem diligentius inquirendam; et si eos vocatos fuisse constiterit, si vocari absque periculo potuerint, et illos noluisse, vel non potuisse ad electionem celebrandam venire: propter eorum absentiam, si canonicum aliud non obsistat, electio ipsa non debet aliquatenus irritari.*] Quodsi eos vocatos non fuisse constiterit, sed contemptos; infirmanda erit electio penitus taliter celebrata: nisi postea propter bonum pacis [*diligenter admoniti*] curauerint consentire 23). [*Ceterum, cum, antequam tu ad partes Hibernicas peruenisses, illa fuerit electio celebrata, et electus ipse statim ceperit ministrare; tu satis id potes sub dissimulatione transire; cum id, sicut nosti, de Metropolitanis Angliæ, Franciæ, Alemanniæ et aliorum partium remotarum, qui concorditer sunt electi, Romana ecclesia patiatur, ecclesiarum vtilitate pensata: quia, si tanto tempore quousque possit electus confirmationem cum pallio a sed. ap. obtinere, regalia non reciperet, ecclesia, quæ interim administratione careret, non mediocre incurreret detrimentum.*]

Episcopus, dum celebratur Missa consecrationis suæ, vel archiepiscopus ante receptum pallium, ordines conferre non debet. H. d. vsque ad vers. Quod autem.

§. 1. Super eo autem, quod in die consecrationis suæ, antequam Missarum sollemnia finirentur, Acolythum ordinauit, pro tali excessu eum corripias et castiges: [*nisi forte hoc esse de antiqua consuetudine cognoueris ecclesiæ Armacanæ. De qua si tibi constiterit; quod nunc factum est propter simplicitatem et ruditatem gentis illius: poteris misericorditer sustinere. Districte ei ex parte nostra prohibeas, ne de cetero aliquid simile attentetur:*) cum solus Roman. pontifex, qui [*sicut nosti*] ante hymnum angelicum consecratur, et postmodum 24) ipse Missarum sollemnia incipit et perficit consecratus, in die consecrationis suæ valeat ordines celebrare. Ceteri vero, qui inter epistolam et euangelium consecrantur, quia consecrati 25) concelebrant 26) principaliter celebranti, ne diuidatur mysterium 27) vnitatis *b*, non 28) debent tunc ordines celebrare. Præterea cum non liceat archiepiscopo sine pallio conuocare concilium, conficere chrisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, et episcopos consecrare; multum profecto præsumit, qui, antequam impetret pallium, clericos ordinare festinat: cum id non tanquam simplex episcopus, sed tanquam archiepiscopus facere videatur 28*).

Iste vers. non summatur, tum propter diuersitatem lecturarum, tum quia non facit ad titulum. Abb.

§. 2. Quod autem tabulam argenteam dicitur vendidisse; dummodo ecclesiam Armachanam [*sicut promisit*] reddat indemnem, æquanimiter poteris præterire, cum id de cleri et 29) populi processerit voluntate. [*Sane secundum ea, quæ nobis tuis litteris intimasti, tibi præscripto modo duximus rescribendum. Sed cum de circumstantiis eiusdem negotii habere valeas notitiam pleniorem, et nos de discretione tua plurimum confidamus: in isto negotio et in aliis, te sic credimus, auctore domino, processurum, quod tuæ sollicitudinis prudentia poterit merito commendari, et tua legatio ad honorem et commodum sedis apostol. multipliciter redundabit.*]

11) Vocabulum: *cum*, non exstat in C. H.
12) *Ad primam electionem*, habet c. 13. comp. 3. h. t.
13) Vox. *est*, in C. R. et L. nec non c. 13. cit. non legitur.
14) *Maiestatis*, legit C. R. 1.
15) Hic textus in c. 13. cit. ita variat: *quod non simpliciter nominatio, sed sollemniter electio* etc.
16) *Postulatum*, secund. C. R. 2. et L. sed *postulato*, legit C. H. cum c. 13. cit. qualis *postulatio*, fere per omnia regna obtinuit olim, quo præcaueretur: ne infestus regi eligeretur episcopus, maxime vero *partes Hiberniæ*.
17) *Misseneusis*. C. R. 1. *Midensis*, habet c. 13 cit *Midinensis*, secundum C. H. *Mindinensis*, habet C. L. *Mitinensis*, edit. ant.
18) *Mali fontis* C. R. 1.
19) Verba, *qui interesse debuerant*, in c. cit 13. non exstant.
20) *Fuerant*, secundum C. R. 2. *Fuerant*, legit c. cit. 13.
21) *Vocari*, C. R. 2.
22) *Eorum*, secundum C. H.
23) *Assentire*. C. H. habet.
24) *Postea*. C. H. legit.
25) C. R. 1 et c. 13. cit. legunt: *consecratori*.
26) *Celebrant*, secund. C. R. 1.
27) C. 0. legunt: *diuidantur mysteria*.
28) *Nec*, legit edit. ant.
28*) Vnde liquet, plus posse *episcopum consecratum*, quam archiepiscopum post *consecrationem*, qui nequidem clericos ordinare poterit absque *pallio*, vt hoc modo designet, se non iure suo, sed vice *pontificis*, quasi iura ordinis episcopalis peragere: quia in pallio repræsentat pontificem.

29) *Vel*, legitur in c. 13 cit. pro *et*.

CAP. XXIX.

Electio per minorem partem capituli facta, non tenet: nec per subsequentem consensum ratificari potest. Hoc dicit, secundum communem intellectum.

IDEM *Tolet.* 30) c [*episcopo et*] *Sagonensi* 31) d, *et de Arden.* 32) *abbatib.* (*ann.* 1205. *in Galliam.*)

Auditis e et intellectis meritis caussæ de duabus electionibus celebratis in ecclesia Baiocen. 33) vnam de f G. 34) archidiac. et alteram de R. 35) subdiac. inuenimus, vtramque contra 36) formam canonicam attentatam. Cum enim 37), inquisitis voluntatibus singulorum 38), decanus cum paucioribus in ipsum 39) R. et cantor cum pluribus in dictum 40) G. archidiac. conuenissent, solo cantore postmodum quendam alium, videlicet 41) magistrum R. de Algedis 42) g nominante: ad nostram fuit audientiam appellatum, ne decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procederet sine consensu totius 43) capituli, vel maioris et sanioris 44) partis ipsius [*ut discordia tamen, quæ iam videbatur aperta, per appell. ob. clauderetur.*] Ipse vero decanus, non habito consensu maioris partis capituli, sed longe minoris, subito in electionem 45) prorupit, appellans, ne quis contra ipsum 46) aliquid attentaret; quamuis asseueret 47), quod electioni factæ plures alii consenserunt 48); cum tamen ex postfacto nequiuerit conualescere, quod ab initio non valebat: quoniam electio, quæ fuerat 49) irrita ipso iure, per subsequentem 50) consensum, maxime 51) appellatione pendente, non poterat 52) esse rata. Eis ergo ad propria recedentibus h, cantor et alii, qui remanserant 53) in capitulo, post illam 54) electionem nondum cassatam, et appell. ad nos interpositam, a nominatione dicti 55) archidiac. recedentes, de nouo præfatum subdiaconum eligere præsumpserunt 56). Nos igitur [*his et aliis, quæ coram nobis fuere proposita, diligenter auditis, de communi fratrum nostrorum consilio*] electionem vtramque duximus irritandam.

30) *Dolena*, secundum C. H. *Toten*. habet ed. ant. sed *Doloen*. C. L. *Dolu*. c. 14. comp. 3. h. t. vel potius *Dolens*.
31) *Saugneo*. C. H. legit cum L. et c. cit.
32) *Arcien*. legit C. L.
33) *Ba. iocens*, legitur in C. R. 1. erronee, quod *Baiocensis* sit ciuitas Galliæ, cuius episcopo inscriptum c. 13. h. t.
34) C. H. habent: *de V.* sed L. legit cum ed. ant. *de W.* per tot. et c. cit. de R.
35) *De Roberto*, C. R. 2. sed in c. cit. 14. legitur: *de magistro R.* omissa voce *subdiacono*.
36) *Esse contra*. C. H. legit.
37) *Igitur*, secundum C. R. 1. sed neutra vox legitur in c. cit. 14.
38) *Et singulorum*, secundum C. H.
39) *In ipsum*, c. cit. 14. non legit. Sed pro *R.* habet *Rob.* forte *Robertum*.
40) *In V.* legit C. R. 1. Sed in C. H. plane non exstat, et in c. 14. cit. est *W.* omissa voce: *dictum*.
41) Verba: *postmodum quendam alium videlicet*, non exstant in cit. c.
42) *Aedeg.* secundum C. R. 1. *Allegiis*, legitur in C. R. 2. sed in c. 14. cit. *Aelegiis*. *Aldegiis*, C. H. legit cum L. et ed. ant.
43) *Totius*, non exstat in C. R. 1.
44) Verba: *et sanioris*. C. R. 1. non habet.
45) *In electione*, legit c. 14. cit.
46) *Ipsam electionem*. C. R. 1. et c. 14. cit. legunt, sed C. H. legit: *eam*.
47) *Assereret*, legitur in c. cit. 14.
48) *Consenserunt*, legit C. R. 1. Erat hæc electio *tumultuaria*, quia suffragia maioris partis collegii, *quæ talis*, desiderantur, nec attendi debet nudus consensus, extra collegium vel capitulum postea interpositus: quia talis consensus maioris partis non est *capitulariter* interpositus.
49) *Fuit*, secundum C. H.
50) *Sequentem*. C. R. 2.
51) *Maxime*, non exstat in c. cit. 14.
52) *Poterat*. C. H. habet.
53) *Remanserant*. C. H. legit simpliciter.
54) Pronomen: *illam*, abest a C. R. 1.
55) Pro *dicti*, exstat in cit. c. 14. *W.*
56) Differt admodum hic textus in c. cit. 14. et quidem hoc modo: *de nouo magistrum R. absque romani pontificis, vel metropolitani propria conscientia, cum subdiaconus esset, processerunt non solum eligere, verum etiam pulsatis campanis cum processione sollemni, cantando hymnum, in ecclesia deportare.*

CAP. XXX.

Potestas data compromissariis ad eligendum prælatum, re non integra reuocari non potest: et desinit res esse integra, postquam compromissarii ceperunt habere tractatum.

IDEM [*episcopo et*] i *Grandissyluæ* 57) *et Bellæperticæ abbatibus.* (*ann.* 1205. *in Galliam.*)

In caussis, [*quæ ad ap. sed.* et infra. *Nimirum cum in ecclesia Tholosana*

57) *Grandæ Siluæ* C. R. 1.

a 21. *dist. can. in nomine Domini, et cap. qua fronte. infra, de appell.* b Veritatis, *vt est in vno manuscr. vatican.*

c *al.* Dolon. *al.* Deinen. d Saugeno. *al.* Sanguineo. *al.* Sagocio. *al.* Sanigneo. e *Cap.* 14 *eod. tit. in* 3 *compil.* f *Innocent. ait, ita fuisse in registro:* vnam de P. archidiac. et alteram de magistro R. subdiac. g Aldegiis. *al.* Allegiis. h *In cod. Barbatin*, redeuntibus, *scilicet ad domum propriam.* i Idem episcopo Conuenarum et Grandissyluæ, *etc. aliter*, episcopo et Grandissyluæ, *etc. al.* Caducens.

vacante

vacante duo per dissensionem capituli sui, videlicet ven. f. n. episcopus Conuenarum, et dil. fil. R. archidiac. Agennensis nominati fuissent, et R. canonicus S. Saturnini, archidiaconus, et R. canonicus S. Stephani Tholosani pro parte dicti episcopi: pro parte vero altera d. f. magister P. de Roma et G. socius eius ad nostram præsentiam accesserunt, quibus ven. f. n. Albanensem episcopum et dil. f. H. tit. S. Martini presbyterum cardinalem deputauimus auditores. Coram quibus proposuerunt nuntii prædicti, quod,] cum a capitulum Tolosanæ 58) ecclesiæ ad tractandum de electione episcopi conuenissent, duos [*S. R. de Ponte, et M. Celerarium*] elegerunt, vt quinque de eodem capitulo eligerent electores *b*, qui præstito iuramento de substituendi pontificis electione tractarent. Et e singulis de capitulo statutum est, et concessum 59), vt illa, quem illi 60) [*quinque*] concorditer, vel tres ex illis, eligerent, ab eis, si persona esset idonea pro episcopo 61) sine contradictione aliqua 62) c haberetur. [*Et etiam statutum fuit expresse, quod, si quinque electores in vnam personam conuenire non possent, tribus ex eis concordantibus, reliqui duo illorum sequi tenerentur assensum, et electionem eorum ratam habere.*] Postmodum vero, cum a prædictis duobus quinque electores electi fuissent, [*et*] ad 63) tractandum de electione 64) secessissent in partem, et non possent omnes in vnam pariter concordare personam; tres ex eis conuenerunt in [*prædictum*] episcopum Conuenarum, [*qui erat archidiaconus ecclesiæ Tolosanæ; et antequam prænuntiarent nominationem ipsius, eam sub protectione apostolica posuerant,*] et deinde 65) electionem, quam de postulando [*eodem*] episcopo fecerant 66), capitulo publicarunt: ac reliqui duo subsequenter, tertia die cum paucis de capitulo, reliquis absentibus, elegerunt [*prædictum*] archidiaconum Agennensem 67). [*Adiecerunt insuper prædicti R. et alii nuntii memorati, quod a dil. f. I. tt. S. Priscæ presbytero card. ap. sed. leg. fuit ex parte illa specialis nuntius destinatus. Et quoniam episcopus ipse postulandus erat a nobis, et legatus nullam concedendi vel transferendi eam potestatem habebat; cum huiusmodi dispensatio sedi duntaxat ap. reseruetur: ne quid contra fieret, nostram audientiam appellauit.*] Nuntii vero prædicti archidiaconi [*coram prædictis auditoribus*] econtrario responderunt, quod, cum prædicti quinque electores, [*in quos totum capitulum eligendi transtulerat potestatem,*] seorsum de electione tractantes, inter se dissiderent 68), ita, quod contentiosæ voces eorum, a fratribus, qui remanserant *in* capitulo, auditæ fuissent 69), capitulum ipsos, propter huiusmodi contentiones, suspectos habentes, ad eos duos de canonicis destinarunt, per quos inhibuerunt eis ex parte nostra, [*et prædicti legati,*] ne vlterius in facto procederent. Et ita potestatem eligendi, quam eis commiserant, reuocarunt, mandantes eis, vt redirent ad capitulum, et pariter cum aliis fratribus de electione tractarent: ad huiusmodi 70) reuocationi duo ex ipsis electoribus adhibentes consensum, reliquis tribus non contradicentibus, [*cum nuntiis capituli*] ad ipsum capitulum sunt reuersi. Sed alii tres, vsque ad fores capituli subsequuti, ab eis postmodum discesserunt. Capitulum vero, [*illorum assensum admirantes*] cum tota die illa ipsorum præsentiam expectasset 71), subsequenti die campanæ pulsari fecerunt, [*et*] sicut moris est, ad capitulum *d* congregandum: et 72) prædictis tribus, cum paucis complicibus suis, ista contumaciter absentantibus, prior [*sacrista et maior cellerarius ecclesiæ sancti Stephani, quia speciale super hoc præpositi absentis mandatum habebant,*] cum maiori et saniori parte capituli 73), elegit in episcopum 74) archidiaconum 75) supradictum. [*Exhibuerunt etiam eiusdem archidiaconi nuntii litteras prædicti legati, quas nobis super hoc destinauit.* (et infra.) *Cum autem prædicti auditores præmissa nobis et fratribus nostris fideliter retulissent; nos memoratum legatum piam intentionem in hoc facto habuisse pro certo credentes, ex ipso tamen tenore litterarum suarum intelleximus, eum circumuentum fuisse; et per subreptionem, tacita veritate, perpendimus elicitum et extortum, quicquid ab eo fuit obtentum: cum in ipsis litteris non expressisset formam postulationis.*]

(Quia vero postulatio) de episcopo Conuenarum, quæ præcesserat, [*et*] facta erat 76) per eos, in quos totum capitulum eligendi transtulerat potestatem, propter quod vnanimiter de consensu totius capituli intelligitur esse facta 77), quam 78), [*potestatem*] cum res non esset integra, quia in tractatu iam processerant electores, [*et tres, duobus dissidentibus, conuenerent in vnam personam,*] capitulum minime potuit reuocare, [*præsertim ex illa caussa, quia illi quinque erant discordes, tum in translatione potestatis illius manifeste fuisset expressum, quod si illos quinque contingeret dissidere, electionem trium ratam haberent et firmam. Præterea liquet, eundem legatum fuisse deceptum; quoniam in commissione sua prætermisso de electione episcopi, qui erat a nobis solummodo postulandus, inquisitionem de sola electione archid. sub forma superius expressa commisit: super quibus nequaquam taliter processisset, si omnia ex ordine, prout fuit in veritate processum, sibi enarrata fuissent. Vnde, communicato fratrum nostrorum consilio,*] electionem ipsius archidiaconi [*non ex vitio vel culpa personæ ipsius, sed quia processum eius minus canonicum esse cognouimus, et ipsum legatum multipliciter circumuentum,*] decernimus 79) [*penitus*] irritandam. Quocirca [*discretioni vestræ per ap. sed.*] mandamus, quatenus 80), si personam ipsius episcopi e vtilem et necessariam inueneritis ad regimen ecclesiæ Tolosanæ, et idoneam, tam scientia 81) litterarum, quam sire conuersationis exemplo, ad hæreticorum perfidiam de Tolosana diœcesi exstirpandam *f*, quæ ibi per negligentiam præsulum 82) miserabiliter et damnabiliter hactenus pullulauit; [*etsi vobis ita constiterit*] transeundi ad ecclesiam Tolosanam, propter vrgentem necessitatem, et eorundem 83) *g* vtilitatem, [*auctoritate nostra subl. cuiusl. contradict. et app. obst.*] ei licentiam tribuatis: [*alioquin, ipsius postulatione repulsa, capitulo eiusdem ecclesiæ auctoritate apostol. iniungatis, vt personam ad hoc idoneam eligant in pastorem.*]

58) *Tolosanam.* C. H. habet cum edit. ant. Sed C. L. legit: *Tholosana.*
59) *Consensum*, est in c. 15. cit.
60) C. H. 1 legit: *illi V.* sed secundum C. H. legitur: *illi V. concorditer.*
61) *Pro episcopo* C. H. non legit.
62) *Qualibet*, secundum C. H. ed. ant. et c. 15. cit.
63) *Et ad.* C. C. et Pith. legunt, item C. H. L. edit. ant. et c. 15. cit.
64) Verba *de electione*, absunt a C. H.
65) *Deinde*, est in c. cit. 15.
66) *Fecerunt*, legitur in ed. ant.
67) *Agen.* secundum C. H. 1. *Agennen.* secundum c. cit.
68) *Dissiderent*, C. H. legit: *dissiderent*, habet ed. ant.
69) *Fuerunt*, habet c. cit.
70) *Huic*, C. H. legit.
71) *Expectassent*, C. H. Pith. et Gloss. habent, cum C. L. ed. ant. et c. cit. 15. sed C. H. legit: *expectassent.*
72) *Ferme. et*, in c. cit. 15. non exstat.
73) Pro voce *capituli*, textus c. cit. 15. paullo ampliorem continet descriptionem, scilicet: *canonicis aliquibus, prioribus, cum monachis et aliis viris religiosis.*
74) *Elegerunt in episcopum.* C. H. legit cum c. cit. 15.
75) Pro *archidiaconum* est in c. cit. supple *R.*
76) *Fuerat.* C. H.

77) *Factam*, legit c. cit. 15.
78) C. H. 1. *quam potestatem* legit; sed manu aliena hoc additum: nihilominus est eadem lectio in c. cit. 15.
79) *Decreuimus.* C. H. 1. et c. cit. 15.
80) Textus hic admodum in c. cit. variat, et quidem sequenti modo: *omni gratia et timore postposito, circa personam episcopi Conuenarum perscrutari studeatis indagatione sollicita veritatem, si sit vtilis et necessaria ad regimen ecclesiæ Tolosanæ et idonea*, etc.
81) *Scientia*, legitur in ed. ant.
82) *Præsulis*, est in c. cit. 15.
83) *Euidentem*, secundum C. H.

CAP. XXXI.

De consuetudine potest canonicorum electio ad solum capitulum pertinere. Hoc dicit, et solet quotidie allegari.

IDEM *episcopo Florentino.* (ann. 1206.)

Cum ecclesia *h* Vulterana 84) debito 85) canonicorum obsequio longo fuisset tempore destituta; [*ven. fr. n.*] Vulteranus episcopus, volens ministrorum defectum in eadem ecclesia restaurare, canonicos quosdam elegit, et instituit in eadem: quos [*residentes*] canonici recipere noluerunt, asserentes, quod talis electio fuerat 86) in eorum præiudicium attentata. [*Cumque super hoc suam ad nos idem episcopus querimoniam destinasset: caussam ipsam tibi commisimus fine canonico terminandam, etc. et infra.*] [*Nos vero vtriusque partis attestationibus et rationibus diligenter inspectis, de comm. f. n. cons. prat. tibi auct. ap.*] mandamus, quatenus super primo 87) articulo petitionis episcopi, in quo postulauit a te, vt [*prænominatos*] canonicos ab iniuria, quam ei super electione canonicorum Vulteranensis ecclesiæ inferunt 88), prohiberes; ab impetitione ipsius [*episcopi*] i, [*sæpe*] dictos canonicos [*appellat. postposita*] absoluere non postponas; quia [*sicut iuris regula dicit*] non videtur iniuriam facere 89), qui vtitur iure suo: cum per testes longe maius sit probatum, quod canonici supradicti hoc iure vsi fuerint 90), antequam 91) episcopus memoretur. In secundo quoque [*præscriptæ petitionis*] articulo, quo idem petebat episcopus, vt dicti canonici episcopum 92) ipsum iure electionis vti libere paterentur, absoluere studeas canonicos supradictos 93), maxime si sit notorium, quod in Thusciæ generalis consuetudo seruetur, vt in cathedralibus ecclesiis solum capitulum, irrequisito episcopo, eligendi canonicos habeat 94) facultatem 95).

84) *Volterana.* C. H. legit.
85) *A debito*, secundum C. R. 2.
86) *Erat.* C. H. habet.
87) *Primo*, in edit. ant. non legitur.
88) Hæc verba in c. 16. comp. 3. h. t. ita variant: *quæ ei super electione canonicorum Vulterana ecclesia inferatur* etc.
89) Legit. C. R. 1. *alius facere.*
90) *Fuerant*, secundum C. H.
91) *Etiam*, legitur in c. 16. cit.
92) Vox *episcopum*, a C. R. Pith. et Gloss. abest, nec in C. H. L. edit. ant. nec in c. cit. exstat.
93) *Supradictos.* C. H. legit.
94) *Habeat.* C. R.
95) *Potestatem* C. R. 1. habet. De iure communi quidem beneficiorum collatio ad episcopum spectat, in quo se fundabat episcopus Vulteranus: liquet tamen ex textu hoc, generali consuetudine Thusciæ hoc ius lunke intestinum episcopis, iura sua desidiose sine dubio negligentibus, et priuatiue capitulis acquisitum.

a *Cap. 15. eod. tit. in 3. comp.* b *Iste text. optimus sing. per Panor. hoc in suo effectu.* c *Qualibet, in antiquis.* d *l. fr. C. de præd. dec. libr. 10.*

e *Vox, episcopi, deest in nonnullis antiquis.* f *Præcipua episcoporum cura in exstirpandis hæresibus versari debet. nam eis hoc incumbit iure diuino. Albertin. tract. de agn. assert. qu. 11. circa finem, pulchre concordat Tolosanum, c. 2.* g *al.* euidentem. h *c. 16. eod. tit. in 3. compil.* i *al.* ipsius episcopi.

CAP.

CAP. XXXII.

Compromittentes tenentur recipere electum a compromissariis, si sit dignus: nisi contra formam compromissi eum appareat electum.

IDEM 96) *abbati sancti Victoris* a, et 97) *decano Parisiensi*, et *magistro R. Decortonensi* 98), *canonico Morinensi*. 99) b
(*ann.* 1206. *Romae in Galliam.*)

Cum dilectus filius archidiaconus Morinensis 100) nobis intimasset 1): [*et infra.*] 2) Ecclesia Morinensis episcopi solatio destituta, canonici eiusdem [*ecclesiae*] 3) de pastoris substitutione tractantes, in tres canonicos 4) Morinenses potestatem eligendi episcopum vnanimiter contulerunt; [*iuramento interposito*] promittentes, vt 5) illum reciperent in pastorem, quem de gremio ipsius ecclesiae ducerent [*in episcopum*] eligendum: qui, [*postmodum*] examinatis voluntatibus singulorum, archidiaconum [*eumdem*] eiusdem 6) ecclesiae [*virum litteratum, prouidum et discretum*] in episcopum elegerunt 7). Metropolitanus quoque 8) tam electionem, et electi personam [*diligenter*] examinans, quam etiam super ipsius aetate, de cuius defectu fuerat 9) ab aliquibus 10) dubitatum, inquirens sollicite veritatem, per sententiam declarando electum ipsum minime sustinere in aetate defectum, electionem factam de ipso [*utpote canonice celebratam*] sollemniter confirmauit. [*Qui postea, regalibus receptis a rege ad petitionem eiusdem capituli a ven. fr. n. episcopo Atrebaten. de mandato metropolitani praedicti fuit in presbyterum ordinatus; et aliquandiu nullo contradicente, liberam et pacificam tam in temporalibus, quam in spiritualibus administrationem obtinuit in ecclesia Morinensi. Vnde procuratores ipsi a nobis humiliter petierunt, vt his, qui post haec omnia inuidiae stimulis agitati, contra proprium factum temere veniendo, aduersus electum ipsum materiam discordiae suscitare praesumunt, silentium imponentes, et memoratam electionem, tam concorditer celebratam et confirmatam, sollemniter approbantes, eidem faceremus munus consecrationis electo impendi, multorum super hoc non solum abbatum et capellanorum ciuitatis et dioeces. Morinens. sed etiam aliorum presbyterorum litteris nobis praesentatis, qui super praemissis omnibus testimonium perhibentes, electum ipsum de litteratura, discretione ac honestate reddiderunt multipliciter apud nos commendatum. Quinimo et electorum ipsorum super hoc nobis litteras obtulerunt, quibus erat de verbo ad verbum, sicut iidem asserunt electores, litterarum illarum tenor insertus, quae de potestate ipsis tradita iuxta praemissam formam confectae in capitulo fuerant, et sigillo capituli sigillatae.*] Verum [*supradictus*] B. qui contra electum venerat memoratum, proposuit ex aduerso, quod, cum supradictis tribus 11) sub hac forma [*iuramento praestito*] fuerat 12) eligendi concessa potestas 13), vt capitulum eum 14) recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus, vel maiori et 15) saniori parte de gremio ipsius ecclesiae nominatum eligerent in pastorem, electores ipsi 16) terminos potestatis sibi traditae non seruantes, praedictum archidiaconum eligere praesumpserunt, quem pauci de capitulo nominarant 17). Vnde canonici Morinen. postmodum aduertentes, qualiter archid. electus fuerit 18) memoratus, cum plures essent in eadem ecclesia digniores, [*super electionis processu inuicem colloquendo*] coeperunt 19) omnes publice profiteri, quod nullatenus archidiaconum nominarant [*supradictum:*] et reputantes, se in hac parte delusos 20), quod super hoc factum fuerat, [*per eumdem B. cui suas litteras testimoniales assignarunt,*] nostro curauerunt apostolatui referare 21). [*Qui etiam nobis sollicite postulauit, vt, eadem electione cassata, faceremus, ipsi ecclesiae de persona idonea canonice prouideri; cum fere omnes canonici Morinens. sicut asserit, sint parati praestito iuramento firmare, quod praefatum archidiaconum nunquam in episcopum nominarant; et legitime posset ostendi, quod iuxta formam praemissam supradictis tribus collata fuerit eligendi auctoritas, vt videlicet de gremio ecclesiae illum eligerent, in quem omnes, vel maior et sanior pars capituli consentiret: asserente eodem B. se nihilominus probaturum, quod saepe dictus electus pateretur in aetate defectum.*] Nos vero attendentes 22), quia res perniciosa esset exemplo, si per surreptionis astutiam quis ascenderet ad apicem dignitatis, [*de consilio fr. nostr.*] ita duximus prouidendum, vt, praestito a contradictoribus iuramento, quod ipsi malitiose contra praelatum 23) electum non moueant 24) quaestionem huiusmodi, praedicti tres electores iuramenti vinculo adstringantur dicere veritatem, quod ex canonicis examinationis tempore in praefatum archidiaconum conuenerunt. Et si tres simul, aut duo saltem ex ipsis iurati, dixerint 25), maiorem canonicorum partem in ipsum archidiaconum conuenisse; vos contradictoribus silentium imponatis: cum contra hoc eorum esset probatio insufficiens, eo, quod singuli essent in suis testimoniis singulares. Si vero per eorum depositiones constiterit, supradictum archidiaconum extitisse a paucioribus nominatum; tunc, [*demum sollicite auditis, quae vtraque pars proposuerit, ad probandum formam, secundum quam eligendi potestas praefatis tribus electoribus asseritur fuisse concessa: et,*] si fuerit sufficienter ostensum, quod illum de gremio ecclesiae secundum formam sibi traditam 26) debebant eligere, in quem omnes, vel maior aut sanior 27) pars capituli conueniret 28), vos electionem ipsius archidiaconi omnino cassetis, [*et faciatis ecclesiae Morinensi per electionem canonicam de persona idonea in pontificem prouideri.*] Alioquin, quod de ipso 28*) factum est, ratum habentes, contradictores ab eius impetitione per censuram ecclesiasticam [*app. rem.*] compescatis, praefatum P. praebenda Morinen. ecclesiae spoliantes, qui se ad hanc poenam, si forsitan 29) in probatione deficeret 30), obligauit d: non obstante, quod super aetatis defectum 31) obiectum est contra illum, cum idem canonicus huic obiectioni non multum institerit, et super hoc a metropolitano fuerit iudicatum, cuius sententia in rem transiit iudicatam, cum infra 32) decennium 33) non fuerit legitima prouocatione suspensa.

96) Tota haec inscriptio in c. 17. cit. comp. ita se habet: *Idem abbati S. Victoris, decano Parisien. et mag. R. de Lotron canonico Nouiomen.*
97) C. H. copulam et, omittit.
98) *Decorgon*, habet C. R. 1. *Decurgen*, vero C. R. 2. Sed C. H. ita legit: *et G. de Gorgauensi canonico de Morinensi. De Torrona*, legit C. L. *Recorionen* habet ed. ant.
99) *Morinen*, habet C. L.
100) In C. H. hoc caput ita incipit: *cum dilectus filius archidiac. Morin.* et infra. *Ipsi procuratores in nostra praesentia proponere curauerunt, quod, cum ecclesia Morinensis* etc. In cod. vero L. sequenti modo: *Quum dilecti filii, archidiaconus Morinensis* (et infra.) *ecclesia*, etc. Idemque initium capituli huius deprehenditur in ed. ant. praeter quod pro *Morinensis*, legatur *Morinensis*. Textus hic in c. 17. cit. ita variat: *Cum dilecti filii H. archidiaconus Morin. electi procuratores et B. Morin. canonicus ad sed. apost. accessissent: procuratores ipsi proponere in nostra praesentia curauerunt, quod ecclesia Morin.* etc.
1) Verba: *nobis intimasset*, non exstant in C. R.
2) *Et infra*, quibus C. R. 1. addit: *Morinen. etiam magister H. Atrebaten. canonicus Morinen. ad apostolicam sedem accessissent, procuratores ipsi in nostra praesentia proponere curauerunt et infra*
3) C. R. 2. edit. Gonz. nec non C. H. et c. 17. cit. habent: *eiusdem ecclesiae.*
4) *In dil. fil. A. presbyterum G. diaconum T. subdiaconum, canonicos* etc. legit c. 17. cit.
5) *Quod*, secundum C. H.
6) *Eiusdem* C. R. 1. legit.
7) Hic differt valde c. 17. cit. a breuitate textus nostri, nimirum: *et eadem electione, a capitulo concorditer approbata, a metropolitano suo partes praestiterunt, vt electionem confirmaret eandem, qui tamen electionem* etc.
8) Post vocem: *quoque*, legit L. C. *eiusdem.*
9) *Extitit*, secundum C. H.
10) *Ab aliquibus*, non habet edit. ant.
11) *In supra dictos tres*, legit c. 17. cit. omissa particula *cum.*
12) C. R. legunt cum L. *fuerit.*
13) *Facultas*. C. H. vti etiam c. cit.
14) *Illum*, habet C. R. 1.
15) *Vel* C. H. 1.
16) Pronomen: *ipsi* abest a C. H.
17) *Nominarunt*, legit C. R. 2. cum L.
18) C. R. habent: *fuerat*, sicut etiam L. ed. ant. et c. cit. 17.

19) *Pene*, secundum C. H.
20) *Illusos*, legitur in c. 17. cit.
21) *Praesentare* C. R. 1.
22) *Attendentes*. C. R. H. L. ed. ant. et c. cit. 17. non habent. Ceterum in c. cit. ipse textus est hic: *nos vero his et aliis, quae fuerant hinc inde proposita coram nobis, diligenter auditis, quod res* etc.
23) *Praedictum*, secund. C. R. 1.
24) *Mouerant*, legit ed. ant.
25) *Dixerunt*, habet C. L.
26) *Datam*, est in c. cit.
27) *Et sanior*. C. H. legit, cum L. ed. ant. et c. cit.
28) *Conuenirent*, est in c. cit. 17.
28*) *De ipsa*, legimus in cit. c.
29) *Forsan*, secundum C. H. ed. ant. et c. cit.
30) *Defecerit*, est in c. 17. cit.
31) C. R. 1. legit: *defectu*, cum L. et ed. ant.
32) *Infra*, legit C. L. cum ed. ant. et c. cit. quae particulae in iure can. sunt promiscuae.
33) *Decennium*. C. R. ed. ant. et Pith. et c. cit. 17. legunt.

CAP. XXXIII.

Si ex septem compromissariis, tres eligunt quartum, et ille consentit, et est idoneus: confirmabitur electio.

IDEM *episcopo Baiocensi.* 34) (*ann.* 1208. *Romae in Gall.*)

Cum e in iure peritus existas, [*et copiam habeas peritorum: non possumus non mirari, quod super quibusdam iuris articulis nos consulere voluisti, qui nihil, aut modicum dubitationis continere noscuntur.*] Primus f [*siquidem*] tuae consultationis articulus continebat, quod cuiusdam ecclesiae decano defuncto, eiusdem loci capitulum sub hac forma in septem ex ipsis canonicis compromisit, vt illum, quem ex se, vel aliis 35) de gremio ipsius ecclesiae omnes pariter, vel maior eorum pars nominaret 36), idem capitulum reciperet in decanum. Vnde 37) cum vnus ex illis septem a tribus ipsorum, et alius, qui non erat de numero eorumdem, a tribus aliis in decanum fuerint nomi-

34) *Baiocensi*. C. R. Gl. et Pith. legunt, vti etiam C. L. ed. ant. et c. 18. comp. 3. h. t.
35) C. R. 1. *ex aliis*, legit, cum H. et cit. c.
36) *Eligerent*, est in c. cit.
37) *Verum*, legitur in c. cit. pro *unde.*

a *al.* et Mag. R. de Torto can. Morin. b *al.* Nouiomensi. *al.* Parisiensi. Vide sess. 12 1454 C. 17. Vincent. 30. 31.

c *De testium singularitate multiplici*, vide Crauettam tract. de antiqu. temp. 4. *Add.* B. 1. 6 n. 2. qu. 7c. art. 2. d *Ad idem est textus in l. stipulatio ista § alteri*. cum nota. D. *de verb. obl.* e Cap. 16 eod. tit. in 3. compil. f *al.* Primus siquidem. g *Vide l. plane*, cum gloss. in verb. potest. ff. quod cuiusc. vn.

neri,

neri, requisisti 38), vter eorum 39) assumi debeat [*a capitulo*] in decanum 40)? Super quo taliter respondemus 41), quod is, qui de numero septem a tribus eorum dignoscitur nominatus, iuxta compromissi tenorem debet in decanum a assumi: dummodo electioni de se factæ consentiat 42), et aliquod 43) canonicum non obsistat.

38) *A nobis tua fraternitas requisiuit*, c. cit. 18.
39) *Quis eorum*, secundum C. H.
40) Absunt verba: *in decanum*, a C. R. 1.
41) *Duximus respondendum.* C. H legit.
42) Quia tres ex his septem compromissariis elegerant ex suo numero *quartum*: ille poterat *suo consensu* tribus accedere, et sic *maiora suffragia* efficere. Idem etiam in *A. B. c. 2. §. vlt.* ad electionem Cæsaris applicatum, in qua similis casus, pontifici in hoc textu relatus, deprehenditur. Quia enim septem pariter electores concurrebant, vti in hoc textu septem compromissarii: inde collegerunt, quod *in casu, quo tres principes electores quartum ex se seu ipsorum consortio in regem Romanorum elegerint, vox illius electi plenum vigorem habere, et eligentium augere numerum, partemque maiorem constituere queat.* Aliat nemo sibi directo votum dare potest c. *f. de instit. c. 26. X. de iur. patron.* PASSERIN. *de elect. C. XXV. n. 66. seq.*
43) *Aliud.* C. R. 1.

CAP. XXXIV.

Electio imperatoris spectat ad principes Germanos, tres prælatos, et quatuor laicos: et electio facta per eorum maiorem partem, cæteris non contemptis, tenet. Et ad papam pertinet electum examinare, approbare, et inungere, consecrare, et coronare, si est dignus: vel reiicere, si est indignus, vt, quia sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatuus et hæreticus, paganus, periurus, vel ecclesiæ persequutor. Et electoribus nolentibus eligere, papa supplet. Et data paritate votum eligentium, nec accedente maiori concordia, papa potest gratificari, cui vult. H. d. notanter iste textus.

IDEM *duci Caringiæ.* 44) b (ann. 1208. *Romæ in German.*)

Venerabilem c [*fratrem nostrum Salzburgens. archiepiscopum, et dilectum filium abbatem de Salem. et nobilem virum marchionem orientalem, quorundam principum nuntios ad sed. ap. destinatos benigne recepimus, et eis beneuolam duximus audientiam indulgendam. Litteras quoque, quas per eos quidam nobis principes destinarunt, diligenter perlegi fecimus, et quæ in eis continebantur, notauimus vniuersa.*] Inter cætera vero quidam principes 45) hac præcipue obiectione sunt vsi, dicentes, quod [*ven. fr. n. Prænestinus episcopus*] apostolicæ sedis legatus aut electoris gessit, aut cognitoris personam; si electoris, in messem alienam miserat falcem suam, et electioni se ingerens, principum derogauerat dignitati; si cognitoris, absente altera partium 46), videtur perperam processisse: cum citata non fuerit, et ideo non debuit 47) contumax iudicari 48) d. [*Verum nos, qui secundum apostolicæ seruitutis officium sumus singulis in iustitia debitores, sicut iustitiam nostram nolumus ab aliis vsurpari, sic ius principum nolumus nobis vindicare.*] Verum 49) illis principibus ius 50) et potestatem eligendi regem, in imperatorem postmodum promouendum 51), recognoscimus 52), vt debemus, ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur 53) pertinere: præsertim cum ad eos ius et potestas huiusmodi ab apostolica sede peruenerit, quæ Romanum imperium in personam magnifici Caroli a Græcis transtulit in Germanos. Sed et 54) principes recognoscere debent, et vtique recognoscunt, sicut iidem 55) in nostra recognouere præsentia, quod ius et auctoritas examinandi personam electam in regem, et promouendam ad imperium, ad nos spectet, qui eum 56) inungimus, consecramus 57), et coronamus. Est enim regulariter et generaliter obseruatum, vt ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat. Numquid enim, si principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcunque, vel excommunicatum in regem, tyrannum, vel fatuum, hæreticum eligerent 58), aut 59) paganum, nos inungere, consecrare, ac 60) coronare hominem huiusmodi deberemus 61)? Absit omnino. Obiectioni ergo principum respondentes, asserimus, quod legatus noster [*episcopus Prænestinus carissimum in Christo filium nostr.*] approbando regem e [*Ottonem,*] et reprobando [*Philippum*] ducem [*Sueuiæ,*] nec electoris gessit personam, [*iuxta quod nobis per litteras suas quidam principum opponebant,*] vtpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit; [*et sic electioni se nequaquam ingessit:*] nec cognitoris [*personam exhibuit,*] cum neutrius electionem, quoad factum eligentium confirmandam duxerit 62), aut etiam infirmandam. [*Et sic ius sibi principum nullatenus vsurpauit, aut venit contra illud.*] Exercuit autem denuntiatoris officium; quia personam ducis eiusdem indignam 63), et personam regis denuntiauit idoneam, quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quam propter merita electorum 64); quamuis plures ex illis, qui eligendi regem in imperatorem promouendum de iure ac de consuetudine 65) f obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum regem, [*O.*] et ex eo, quod fautores [*Ph.*] ducis, absentibus aliis et contemptis, ipsum eligere præsumpserunt, pateat 66), eos perperam processisse: cum [*exploratì sit iuris, quod*] electioni 67) plus contemptus vnius, quam contradictio multorum obsistat. [*Vnde priuilegium meruerant amittere, qui permissa sibi abusi sunt potestate. Videri non immerito potest, quod iniuria huiusmodi non obstante, cæteri vti poterant iure suo. Et quoniam dux prædictus, nec vbi debuit, nec a quo debuit, coronam et vnctionem accepit; memoratus vero rex et vbi debuit, videlicet Aquisgrani, et a quo debuit, sc. a ven. fr. n. Colonien. archiepiscopo vtrumque recepit:*] nos vtique 68) g non ducem, sed reliquum 69) reputamus et nominamus regem, iustitia exigente 70). [*In reprobatione vero præfati Philippi ducis Sueuiæ, propter manifesta impedimenta personæ, non accusatione, sed condemnatione potius fuit opus: quia non accusatione, sed condemnatione indigent manifesta.*] Quod autem, cum in electione vota principum diuiduntur, post admonitionem et exspectationem alteri partium fauere possimus 71), maxime postquam a nobis vnctio, consecratio et coronatio postulentur 72), [*sicut vtraque pars a nobis multoties postulauit, ex*] iura patet pariter et exemplo. Numquid 73) enim, si principes admoniti et exspectati, vel non potuerunt 74), vel noluerunt 75), in vnum propositum 76) h conuenire, sedes apostolica aduocato et defensore carebit: eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam? Sciunt 77) autem principes, quod 78), cum Lotharius et Conradus in discordia fuissent electi, Roman. pontif. Lotharium coronauit, et imperium obtinuit coronatus, eodem Conrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. Eos igitur 79) duximus commonendos 80), vt, [*sicut nos a iuris ipsorum cessamus iniuria, sic ipsi contra ius nostrum se nequaquam iniuriosos ostendant, sed*] a præfato duce, iusto quidem a nobis iudicio reprobato, recedant, et præfato regi [*O.*] non abnuant adhærere: nisi i tunc demum contra 81) personam vel factum, legitimum quid ab eis obiectum fuerit et ostensum. Sunt enim notoria impedimenta ducis, [*Sueuiæ*] scilicet excommunicatio publica, periurium manifestum, et persequutio diuulgata, quam progenitores

44) Admodum variant in appellatione ducis, ad quem INNOCENTIVS III hanc decretalem direxit, codices MSCti et editiones, quas consului, quorum lectiones erroneas nequidem referam. Palam est, hic indigitari BERTHOLDVM *ducem Zaringiæ* in regem Romanorum a quibusdam contra PHILIPPVM Sueuum electum, qui tamen viribus suis diffidens ad gratiam PHILIPPI confugit, teste CONRADO vrspergensi p. 306. et sic a partibus PHILIPPI stetit cum plerisque Germaniæ principibus. Huic tamen, teste hac decretali, admodum resistebat pontifex eo tempore, et *ducem Zaringiæ* a vinculo, quo se obstrinxerat PHILIPPO, retrahere conabatur, quorsum omnia eiusdem argumenta tendunt, per quæ arbitrium in electiones Cæsarum sibi, pro more illius temporis, vindicat, et quidem ex *consecrandi* et *coronandi* imperatores potestate. Cum vero hoc absque summo imperii Romano-Germanici decremento fieri et admitti non posset, tandem coronatio hæc papalis prorsus neglecta et omissa est: ne electionis examen ad se in posterum traheret sedes papalis.
45) Textus ipse in c. 19. comp. 3. h. t. est hic: *quia dicti principes per easdem nobis litteras intimarunt, hoc* etc.
46) *Parte*, C. H. legit.
47) *Debuerat*, C. B. legunt, sed C. H. et cit. c. *debuerit*.
48) C. H. habet: *reputari*.
49) *Vnde*, legitur in c. cit.
50) *Et ius*, secundum C. H.
51) *Promouendum esse*, C. H. legit.
52) *Cognoscimus*, est in c. cit. 19.
53) *Cognoscitur*, C. H.
54) *Et*, abest tam a C. L. quam ed. ant.
55) *Idem*, legitur in cap. cit. et ed. ant.
56) *Eum*, est in c. cit.
57) *Et consecramus*, C. R. 2.
58) *Elegerint*, secundum C. R. 1. et c. cit.
59) *Et*, legit ed. ant. pro *aut*.
60) *Aut*, est in c. cit. pro *ac*.
61) *Debemus*, est in c. cit.
62) *Duxit*, est in c. eod.
63) *Indignam*, non legitur in c. cit. ac in eo textus ipse sequenti modo variat: *quia personam eiusdem denuntiauit non idoneam quoad* etc.
64) *Electi*, C. R. 2.
65) C. B. et H. legunt: *ac consuetudine*.
66) *Pateat ergo*, secundum C. R. 1. sed C. H. habet: *pateat quoque*, etc.
67) *In electionibus*, C. R. 1.
68) *Igitur*, legunt C. B.
69) *Non Ph. sed O.* habet c. cit.
70) *Exhibente*, C. R. 1. habet.
71) *Possumus*, C. R. 2. et ed. ant. legunt.
72) *Postulentur*, legit ed. ant.
73) *Nunquam*, est in c. cit.
74) *Potuerint*, C. R. 2. legit. cum c. cit.
75) *Noluerint*, C. R. 2. et c. cit. habent.
76) Verba: *in vnum propositum*, C. R. H. edit. ant. et c. cit. omittunt.
77) *Sicut autem principes et tua nobilitas non ignorat, quod* etc. legit c. cit.
78) *Quia*, C. B. 1. legit.
79) Textus hic aliter se habet in c. cit. scilicet: *nos ergo per nuntios principum mem. eos duximus* etc.
80) *Admonendos*, C. R. 1.
81) *Cum contra*, C. H. legit.

a *Hunc text. dicunt singul. Ioan. Andr. in reg. in coto de reg. iur. in 6. et Panorm. hic, quod electus consentiendo electioni de se factæ a media parte eligentium, auget numerum et electionem perficit. Adde Paul. Castr. consil. 390. libr. 2.* b *al.* Zeringiæ, *seu* Zaringiæ, *al.* Laringiæ, *al.* Saringiæ, *al.* Carinthiæ. c *Cap. 19. eod. tit. in 3. compil.* d *Vide l. properandum. §. sin autem. C. de iud. et l. consentaneum, per Bart. C. quomodo et quando iud.*

e *Intelligit Ottonem regem.* f *In C. Barbaria ita:* ac consuetudine antiqua obtinent, *etc.* g *In C. Barb. ita:* nos itaque non Philippum ducem, sed ipsum O. reputamus, *etc.* h *In aliquot vetustis legitur*, præpositum. *al. ita:* vel non potuerunt, vel noluerunt conuenire: *sed qualitercunque legas, idem manet sensus.* i *In quibusdam exemplaribus:* nisi tunc demum, cum contra personam, *etc.*

eius et ipse præsumpserunt in apostolicam sedem 84) a, et alias ecclesias exercere. Fuit quoque 85) c [*bonæ mem. G. papa*] prædec. nostro [*propter invasionem et devastationem patrimonii beati P. commonitione sæpe præmissa, publice et sollemniter*] excommunicationis vinculo innodatus, [*cum in Tuscia moraretur,*] quod [*ipse*] postmodum recognovit, dum per nuntium suum [*ab ipso prædec. nostro*] absolutionis beneficium postulavit, [*et postmodum A. tunc Sutrino episcopo, quem cum abbate sancti Anastasii pro liberatione venerabilis fr. n. Salernitan. archiepiscopi nos in Theutoniam miseramus, contra formam mandati nostri de facto solummodo, quia de iure non poterat, post suam electionem apud Warmatiam occulte se fecit absolvi.*] Unde patet, quod ipse 86) fuit excommunicatus electus. [*Et videtur non immerito; quod adhuc sit ex eadem caussa excommunicationis sententia innodatus; cum prædictus episcopus eum sua auctoritate non posset absolvere; nec. vero nostræ delegationis, nec posset plus, nec aliter liceret hoc ipsi, quam et fuerat ab apostolica sede concessum. Ex eo etiam excommunicationis sententiæ subiacere creditur manifeste, quod, cum perfidus Marcoaldus, Dei et ecclesiæ inimicus, cum universis fautoribus, tam Teuthonicis quam latinis excommunicationis vinculo sua iniquitatis meritis sit adstrictus, sicut iam vobis per litteras nostras directas per P. iudicem Placentinum ipsius Philippi nuncium intimasse meminimus, quas ad ipsius Philippi audientiam credemus pervenisse, nihilominus, quamvis id non tantum ex relatione ipsius iudicis, sed etiam per publicam famam ad notitiam eius devenerit, eidem excommunicato non solum communicat, sed eum in malitia sua fovet, et per nuntios et litteras suas excitavit furorem ipsius, ut carissimum in Christo filium nostrum F. Siciliæ regem illustrem, nepotem suum, quem iam privavit hereditate paterna, adhuc privet possessione materna.*] Idem etiam contra proprium iuramentum, super quo nec consilium a sede apost. requisivit, ambitionis vitio regnum sibi usurpare præsumpsit 87), [*non olim caussa necessitatis in regem eligere: quod utrumque tolerabile videretur,*] cum super illo iuramento prius Romanam ecclesiam 88) consulere debuisset. [*Sicut et eam quidam consuluere prudenter, apud quam ex institutione divina plenitudo residet potestatis.*] Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si iuramentum illud dicatur 89) illicitum; cum nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quam contra ipsum propria temeritate venire: præsertim 90) illo exemplo, quod cum Gabaonitæ 91) b a filiis Israel per fraudem surripuerint 92) iuramentum, ipsi tamen, cognita fraude, contra illud venire temere 93) noluerunt. Utrum vero dictum iuramentum sit 94) licitum, vel 95) illicitum, et ideo servandum 96), an non 97) servandum exstiterit, nemo sanæ mentis ignorat ad nostrum iudicium pertinere. [*Quod autem Philippus de genere persecutorum existat, principes non credimus dubitare: cum Henricus, qui primus imperium de genere ipsius hoc accepit, bon. mem. Paschalem p. p. nostrum cum episcopis et card. et multis nobilibus Romanorum præsumpserit captivare. Fridericus autem pater ipsius Philippi contra fel. recordationis Alexandrum papam, p. n. longo tempore schisma fovit. Henricus frater ipsius Philippi, qualiter se habuit circa interfectores sanctæ memoriæ A. Leodien. episcopi, quem ipse prius coegerat exsulare, ut Conradum, qui Hostiensem episcopum ceperat, fratris nostri. Quin etiam qualiter ven. fr. n. Auximan. episcopum alapis cædi fecerit, et pilos de barba eius avelli, et tractari eum in pluribus inhoneste; qualiter et quosdam familiares ecclesiæ Rom. naso fecerit mutilari; qualiter quoque prædictum Salernitanum archiepiscopum captivarit, et quosdam viros ecclesiasticos flammis torreri fecerit, quosdam vero vivos in mare submergi, ad tuam et aliorum principum credimus audientiam pervenisse.*] Insuper, si prædictus dux [*quod absit*] imperium obtineret, libertas principum in electione periret, et imperium obtinendi de cætero materiæ fiducia tolleretur. Nam si, prout olim frater 98) dicti 99) ducis patri eorum, sic dux ipse fratri suo succederet: videretur imperium non ex electione, sed ex successione deberi. Et in præiudicium principum redundaret 100), si non nisi de domo c ducis prædicti videretur aliquis ad imperium assumendus. [*Cum ergo nos flecti a proposito nostro nulla penitus occasione possimus, sed in eo potius firmissime persistamus, et tu nobis sæpe per litteras tuas duxeris suggerendum, ut eidem duci nullatenus faveremus:*] nobilitatem (ergo) tuam 1) monentes 2) per apostolica scripta mandamus 3), quatenus [*sicut de gratia nostra confidis, et nos de tua devotione speramus, de cetero,*] a præfato duce [*Philippo*] recedas omnino, non obstante iuramento, si quod ei ratione regni fecisti, cum, eo quantum ad obtinendum imperium reprobato, iuramentum huiusmodi non debeat observari: [*prædicto vero regi O. quem nos, annuente Domino, ad coronam imperii disponimus evocare, potenter adhæreas et patenter, ut, cum te ad commonitionem nostram adhæserit, inter primos gratiam et benevolentiam eius obtinere præcipue merearis, ad quod pro tuæ nobilitatis honore dabimus operam efficacem.*]

84) Vox: *sedem*, in C. R. et L. non legitur.
85) *Etiam*, legitur in c. cit. pro *quoque*.
86) Pronomen: *ipse*, C. R. H. et L. non habent.
87) *Præsumserit*, C. R. c.
88) *Sedes apostolica*, legit c. cit.
89) *Dicitur*, C. H. legit.
90) *Præsertim*, est in c. cit.
91) *Gabaonitæ*, legit C. H. cum ed. ant. sed L. *Gabaonita*.
92) *Surripuerunt*, C. H. legit.
93) *Sua temeritate*, C. R. t. legit cum c. cit.
94) Vox: *sit*, deest in C. R.
95) C. R. habent: *an*, cum L. et c. cit. sed C. H. legit: *vel non*.
96) *Et ideo non servandum exstiterit*, nemo etc. habet C. L.
97) *An*, est in c. cit.
98) In c. cit. textus est hic: *Fridericus Conrado, vel Henricus postmodum Frederico ei, nunc vel Fredericus Ph. vel Ph. I. Henrico succederet*, etc.
99) *Supra dicti*, C. R. 2. sed in C. H. vox *dicti*, non exstat.
100) Hæc periodus in c. cit. 19. paullo aliter se habet, scilicet: *præterea cum non si principum ex imperio æque sint nobiles et potentes: in eorum præiudicium redundaret*, etc.

1) *Nobilitati ergo tuæ*, C. R. 1. habet.
2) *Admonentes et exhortantes*, legit c. cit. 19. Econtrario vox: *monentes*, a C. R. 1. abest.
3) *Per apostolica mandata*, *quatenus*, C. H. legit.

CAP. XXXV.

Absentes ad electionem de provincia sunt vocandi: et confirmatur electio maioris et sanioris partis.

IDEM INNOCENT. III. (*ann. 1208. Romæ.*)

Coram dilecto filio [*nostro*] tituli sanctæ d Pudentianæ 4) e presbytero cardinali: [*et infra.*] Si vero utriusque partis fuerit cassata electio: vos, fratribus omnibus, qui fuerint 5) in provincia, convocatis, quæ 6) maiori et saniori parti eorum super prædictis videritis complacere, per censuram ecclesiasticam faciatis firmiter observari.

4) *Prudentianæ*, secundum C. H. L. c. 1. comp. 4. h. t. et ed. ant.
5) *Sunt*, C. H. legit.
6) C. R. L. c. cit. ed. Pith. et Gloss. legunt: *quod*.

CAP. XXXVI.

Cassatur electio partis maioris facta, contempta minori parte, etiam si est unus solus: non tamen ius eligendi devolvitur ad minorem. H. d. secundum intellectum communem.

IDEM *Parmensi 7) episcopo, et eius coniudicibus.*

Bonæ memoriæ f S. 8) Cremon. episcopo in extremis agente, cum de convalescentia ipsius desperaretur, Cremon. capitulum H. 9) canonicum 10) suum, Regii disciplinis scholasticis insistentem, ad certum terminum in vigilia 11) pentecostes pro futuri electione pontificis citari fecerunt. [*Verum secunda feria post pentecosten, dicto episcopo viam universæ carnis ingresso, capitulum, antequam corpus illius esset sepulturæ traditum, absente canonico memorato, in quatuor de ipso capitulo et tres de clero civitatis potestatem eligendi pontificem contulerant, expresso, ut minor pars eorum h II. sequeretur in electione maiorem. Habito itaque post mortem, sed ante sepulturam tamen ipsius episcopi, de futuri pastoris electione tractatu, tum tandem illorum dividerentur in partes, quatuor in archipresbyterum, duobus in archid. uno in alium consentientibus: tandem, illo sepulto, minoris partis arbitrio ad maiorem accedente maioris, eundem archipresbyterum concorditer elegerunt. Cui electioni archid. cum capitulo et clero civitatis, nullo contradicente, consensit. Verum adveniens postmodum Hug. et asserens, se fuisse contemptum, ut propter hoc electionem huiusmodi nullius fuisse momenti, quasi ius eligendi devolutum fuisset ad ipsum pro se, prout potuit archidiaconum memoratum elegit.*] Constitutis autem dicto 12) g H. pro sua electione 13), et dilecto filio nostro I. 14) pro electione archipresbyteri coram nobis: electionem ab ipso H. post electionem archipresbyteri non cassatam, licet de viro multæ litteraturæ, honestæ vitæ et 15) claræ famæ, non tamen sine multa temeritate præsumptam, cum de priori h nostrum deberet 16) expectare 17) iudicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam, in pœnam interdicentes eidem contradictionis vocem i, eo primo consensu capitulo permanente 18).

Electionem autem 19) archipresbyteri, quamvis laudabile testimonium perhibeatur de ipso, iustitia exigente, cassavimus; tum quia, corpore dicti 20) episcopi nondum tradito sepulturæ, habuerunt de

7) *Parmiro*. legit C. R. 1. cum L.
8) Littera: *S.* a C. H. abest.
9) *Ho.* est in c. 2. comp. 4. cit. per totum.
10) *Concanonicum*, secund. C. R. 1. et c. 2. cit.
11) Præpositio: *in*, abest a C. R. sed C. H. legit: *scilicet vigiliam*. L. vero: *vigiliam*. reiecta part. *in*, et ita est etiam in c. cit.
12) Vox: *dicto*, in c. cit. non exstat.
13) *Sua*, C. R. non habent. In C. L. autem contextus paullo aliter se habet, et quidem hoc modo: *H. pro sua et dilecto filio R. pro electione* etc. Editio antiqua contra ita legit: *H. pro sua electione et dilectus frater noster I.* etc. cap. 2. cit. hoc loco ita variat: *pro sua et dil. fil. o. F. et N. pro electione archipresbyteri* etc.
14) Littera: *I.* a C. R. abest L. pro *I.* habet *R.*
15) Copula: *et*, non exstat in C. H. et c. 2. cit. legit: *ac*.
16) *Debebat*, legitur in c. cit.
17) *Spectare*, C. R. 1.
18) *Perdurante*, legitur in c. cit.
19) *Quoque*, C. R. 1. et c. cit. legunt.
20) *Defuncti*, est in c. cit.

a al. deest vox, *sedem*. b *Iosue*. 9. c Ducum Sueviæ.

d *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.* e *Perperam legitur*: Prudentianæ, *cum nullus unquam fuerit talis titulus.* f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 4. *compil.* g *In manuscr. ita*: dilecto filio H. pro suo, et dilecto filio N. pro electione, etc. h al. cum de priori electione. i *Vult pontifex archipresbyteri electionem nunc confirmare, quasi ex novo capituli consensu, si adhuc consentiat.*

ipsa

ipsa 21) electiona tractetum cootra canonicae sanctiones; tum quia inuantus elt H. fuissa contamptus, licet vnus solue extitarit: cum plus in talibus consueuerit 22) contemptus vnius obesse, quam multorum contradictio in praesenti. Nae prædicta debet dici citatio valuisse; quia, cum episcopi mortem prænenerant 23), temeraria nimia axtitit: et ideo 24) non potuit a arcera 25) citatum. [*Adhæc volentes Cremonens. ecclesiæ speciali sollicitudine prouidere concedimus et mandamus, vt, si capitulum in suo voluerit perdurare consensu, ipsam archipresbyteram auctoritate nostra in pastorem Cremonensis ecclesiæ concedatis: alioquin nisi forte infra IX. dies de persona idonea in pontificem sibi et ecclesiæ suæ prouiderint per electionem canonicam et concordem, vos eisdem auctoritate sed. ap. de ipso archipresbytero vel archidiacono, seu de alio viro idoneo prouidere curetis.*]

21) Pronomen: *ipsa*, abest a C. H.
22) *Consueuerint*, secund. C. R. 2.
23) *Praeuenerit*, secundum C. H. L. et c. cit 2.
24) *Ideo*, a C. C. H. et L. abest.
25) *Arctare*, rectius C. R. 2. legit, al. *arcere*, noua manu adiectum.

CAP. XXXVII.

Non monachus in prælatum regularem eligi non potest.

IDEM INNOC. III. (*ann.* 1208. *Roma in Galliam.*)

Cum *b* ad nostram [*nuper*] notitiam 26) peruenisset 27), quod H. 28), qui te pro abbate Lexouiensi 29) *c* gerebat, non fuit 30) ante monachus quam alectus: nos attendentes, quod contra regulares traditiones illud fuerat 31) *d* attentatum, cum nullam spem, vel promissionem habens, vt abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam [*de consensu fratrum nostrorum*] curauimus irritare. [*Quocirca mandamus, quatenus tam monachis, quam aliis fidelibus monasterii memorati, studeatis ex parte nostra districtius inhibere, ne præfato H. vllam obedientiam vel reuerentiam propter iam dictam electionem valeant exhibere. Et si quid in eodem monasterio disponendo perperam attentauit: nullam robur habere volumus firmitatis, sed penitus irritari.*]

26) *Audientiam*, C. H. habet.
27) *Deuenisset*, legitur in c. 3. comp. 4. h. t.
28) *Quod Ha.* est in cit. c.
29) *Lexouien.* C. R. 1. et ed. ant. legunt cum C. H. sed *Ligon.* habet C. R. 2. et *Longonen.* L. *Laxouien.* est in c. cit. 3.
30) *Fuerit*, C. R. H. et L. habent cum c. 3. cit.
31) C. R. *illud fuerit*, legunt cum C. H. L. et c. cit.

CAP. XXXVIII.

In abbatem eligi non potest, nisi instructus in regula monachali.

IDEM *magistro* 32) *C. presbytero cardinali sedis apostolicæ Legato.* (*Roma in Siciliam.*)

Officii tui *e* [*exsequeris laudabilem actionem, cum super illis, de quibus dubitas, per n. t. postulas edoceri.*] Sana oobie tuis litteris 33) intimasti, quod, cum monasterium quoddam [*possessionibus conuenienter ditatum, sed*] positum io medio nationis [*prauæ pariter et*] peruersæ, pastore careret 34), monachi de electiooe abbatis tractantes, [*necessariam duxerint personam eligere aliquam, cuius potentia valeret a persecutoribus liberari.*] Cum [*que*] non possent sui ordinis idoneam inuenire personam; in quandam virum nobilem oculos direxerunt, per quem poterant 35) melius defensari 36): et [*consilio quorundam iuris peritorum*] patrem adierunt ipsius, humiliter postulantes, quod filium suum induceret, vt habitum susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes. Et pater ad hoc induxit filium prouidum (et) discretum, [*litteratum et XXV. annorum ætatis,*] qui affectus [*est*] monachus, [*nulla spe, vt asserit, de sublimatione tributa, sed die, in quo monachus est effectus,*] fuit *f* io abbatem electus: cuius electio extitit 37) per [*dil. fil. n. .. de Bab. in subdiaconum nostrum*] rectorem 38) Massaneolem 39) apostolicæ sedis legatum, qui omnibus 40) prædictis interfuit, confirmata 41). Cum autem idem sit paratus purgare se, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus: [*per litteras nostras*] postulas 42) edoceri, vtrum dictus legatus electionem 43) confirmare *g*, vel dispensare potuit 44), vel, quod factum est, stare possit 45), et vtrum 46), electione [*rite*] cassata, iterum valeat 47) eligi io abbatem? Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quod, cum 48) ex his, quæ in consequenti subsequuta sunt, ostendatur, quod talis taliter non possit 49) eligi in abbatem, maxime pro eo 50), quod antequam esset discipulus, voluit esse magister, electionem illam irritam esse decreuimus 51) *h* et inanem. Verum, postquam fuerit in regula competenter instructus, si vrgens necessitas, et 52) euidens vtilitas ipsius monasterii postulauerit 53), purgatione recepta, poterit in abbatem assumi, ne monasterium opprimatur incursibus malignorum.

32) *In registro*, legunt C. R. 2. ed. ant. quæ addit *M.* et c. 4. comp. cit. quod statim addit: *tituli S. Laurentii in Lucina* etc. omisso nomine *C.*
33) *Per tuas litteras.* C. H.
34) *Vacaret*, secund. C. R. 1.
35) *Poterat*, est in c. 4. cit.
36) *Defendi*, legit ed. ant.
37) *Fuit*, est in c. 4. cit.
38) C. R. 1. addit: *per dilectum filium nostrum G. rectorem.*
39) *Messanum*, habet C. R. 2. cum L. H. vero *Massanens.* et ed. ant. *Masaenens. Messana*, est in c. cit.
40) *In omnibus*, addit C. R. 1. H. et c. 4. cit. sed C. L. pro *qui*, legit: *in.*
41) *Confirmatum*, legit C. L.
42) *Postulasti*, C. H. legit, sed *postulans*, habet C. L.
43) *Electionem huius*, addit C. R. 1. sed in c. 4. cit. additur: *huiusmodi.*
44) *Potuerit*, C. H. habet.
45) *Quod factum est, stare possit, et*, C. H. non legit, sed in c. cit. pro *vel*, legitur: *vt*
46) *Vel vtrum*, C. R. 1.
47) *Possit*, secundum C. R. 1.
48) *Licet*, est in c. cit. pro *cum.*
49) *Potuit*, C. R. 1.
50) *Cum ex eo*, legit c. cit. loco: *pro eo.*
51) *Decreuimus*, C. R. 2. H. L. habent cum c. cit. 4.
52) C. R. 1. legit: *vel.*
53) *Postulauerit id*, C. R. 2.

CAP. XXXIX.

Electio alias canonica confirmatur: licet quidam eligentium essent minori excommunicatione ligati.

IDEM (*ann.* 1210. *Romæ.*)

Illa quotidiana *i* instantia: [*et infra.*] Quia 54) pro certo didicimus, electionem canonicam extitisse: ipsam auctoritate apostolica duximus confirmandam, supplentes de plenitudine potestatis, si quis in ea *k* aut eo fuisset defectus, quod 55) quidam interfuerunt 56) electioni eiusdem, qui ex sola participatione in simplicis excommunicationis laqueum inciderunt.

54) Particula: *quia*, non exstat in c. 5. comp. 4. h. t.
55) *In ea fuisset defectus, eo quod*, C. H. legit.
56) *Interfuerint*, legit C. L.

CAP. XL.

Si postulatio cum electione concurrit, et numerus postulantium est duplo maior, et postulatus est idoneus: postulatio admittitur, reiecta electione. Si vero indignus, et hoc maior pars postulantium ignorauerit: postulatio et electio reprobantur. Si vero sciebant, et electus est idoneus; confirmatur electio: et idem si numerus postulantium non est duplo maior. Hoc dicit, intelligendo secundum quod continet ius commune.

IDEM *magistro Maximo notario nostro* 57). (*ann.* 1212. *Signia Constantinopolim.*)

Scriptum *l* est in Apocal. Ioan. quod io medio [*sedis*] et in circuitu sedis erant quatuor animalia: [*etc.*] [*et infra.*] Sane ad hanc ecclesiam, scilicet Constantinopolitanam, duo animalia fuut vocata, vtrumque plena oculis, et alas habentia senas, videlicet *m* [*ven. fr. n.*] Eradiensis 58) archiepiscopus, et [*dil. fil.*] Plebanus sancti Pauli de Venetiis, sicut per procuratores tam postulantium archiepiscopum, quam eligentium Plebanum fuit propositum coram nobis: [*et infra.*]

Verum quia de his, quæ per assertionem partium in iudicium deducta 59) fuerant, nobis non potuit fieri plena fides; quamuis super his, quæ de numero dicta sunt postulantium, per quoddam instrumentum publicum, nec non per 60) confessionem procuratoris aduersæ partis in iudicio 61) [*quidem*] factam 62), sed postea reuocatam, pars altera assereret 63) suam 64) intentionem esse fundatam: caussam discretioni tuæ duximus committendam, per apostolica scripta 65) mandantes, quatenus super his et aliis inquiras diligentissime veritatem, de meritis electi 66) et postulati apud Venetias, vbi nati fuerunt 67), et diutius conuersati. De studiis autem eligentium et postulantium, et omnibus generaliter, quæ caussam possunt 68) instruere apud Constantinopolim, vbi huiusmodi postulatio et electio celebratæ fuerunt 69), et si partes consenserint, procedas hoc modo, vt, si constiterit de mutuo conuenisse consensu, quod ad electionem patriarchæ septem 70) admitterentur præpositi, siue per seipsos, siue per alios, et duo alii ex parte vniuersitatis pro cæteris conuentualium ecclesiarum prælatis, totque tunc temporis conuentuales ecclesias ha-

57) Dictio *nostro*, non legitur in c. 6. cit. comp.
58) *Grandien.* C. R. 1. legit, sed c. 6. cit. *Heracliens.* per tot.
59) *Ducta*, secundum C. H.
60) *Per*, non exstat in ed. ant. et c. cit.
61) C. R. et H. legunt, *iudicio quidem.*
62) *Reuocatam*, legit C. L. sed ed. ant. habet: *reuocata.*
63) *Asserit*, legitur in c. cit. 6.
64) Vox: *suam*, non exstat in C. H.
65) *Apostolicum scriptum*, C. R. 1.
66) *Eorum electi*, C. R. 2. habet.
67) *Fuerant*, legit C. L.
68) *Possint*, C. H. legit.
69) *Facta*, secundum C. H. ed. ant. autem cum c. cit. 6. legit: *celebrata fuerint.*
70) *Octo admitterentur*, C. R. 2. legit cum c. cit.

a *al.* arctare. b *Cap. 3. eod. tit. in 4. compil.* c *al.* Leroniensi. *al.* Leconiensi. *al.* Luxouin. d *In C. Barbatia ita:* illud fuerit attentatum. e *Cap. 4. eod. tit. in 4. compil.* f *Hic in quibusdam vulgatis habetur dictio, statim: quæ deest tam in manuscr. tam in aliis emendationibus.* g *al.* infirmare.

h *al.* decernimus. i *Cap. 5. eod. tit. in 4. compil.* k *Si quis in eo ex eo fuisset, etc.* *In C. Barbaria, ita: si quis in ea, vel ex ea fuisset, etc.* l *Cap. 6. eod. tit. in 4. compil. Apocal. 4.* m Eracliensi. *Glycas.* 346. *Gregor.* 77. *l.* 6. *Nicephorus.*

buiſſe prælatos, quod cum ſeptem præpoſitis et nouem canonicis, quos quidem canonicos conſtat in poſtulatione præfati 71) archiepiſcopi conueniſſe, duplo maiorem facerent numerum, quam ſexdecim electores plebani, tu vice noſtra poſtulationem admittas: niſi probatum fuerit, poſtulato aliquid obuiare de canonicis inſtitutis a. quod promotionem ipſius 72) debeat impedire, ac plebani electione caſſata, ipſum archiepiſcopum abſoluas a vinculo 73), quo Eradienſ. eccleſiæ tenetur, concedendo ipſum Conſtantinopolitanæ eccleſiæ in paſtorem. Quod ſi ad faciendum duplo maiorem numerum ſimul omnes prædicti minime b ſufficerent 74); ſiue dignus ſiue indignus fuerit 75) poſtulatus; tu, poſtulatione repulſa, electionem plebani auctoritate noſtra confirmes: dummodo nihil obſiſtat eidem, quod ipſum tanto prælatu reddat indignum.

Si vero numerus poſtulantium inuentus fuerit duplo maior, quemadmodum prædictum 76) eſt, et perſona poſtulata reperta fuerit indigna; vt 77) tam poſtulationem, quam electionem non differas reprobare: niſi forſan 78) omnes 79), aut maior pars poſtulantium, præſumptione damnabili, poſtulauerint ſcienter 80) indignum c, vt, hac vice merito debeant eligendi ſeu poſtulandi poteſtate priuari. Et hoc quoque caſu electionem confirmes, ſi eam 81) de perſona idonea conſtiterit celebratam.

71) *Prædicti*, eſt in c. cit.
72) *Eius*, C. H. habet.
73) *Præpoſita*, non extat in c. cit.
74) *Sufficerent*, ſecundum C. H. L. et c. cit.
75) *Sit*, legit c. cit. 6. pro *fuerit*.
76) *Dictum*, C. R. 2.
77) C. R. cum C. L. ed. ant. Pith. Gloſſ. Cont. et c. cit. legunt: *tu*.
78) *Forte*, C. R. 2.
79) *Omnes*, habet c. cit.
80) *Scienter*, omittit c. cit.
81) Dictio *eam*, non extat in c. cit.

CAP. XLI.

Si illi, ad quos ſpectat electio, negligunt eligere prælatum cathedralis vel regularis eccleſiæ intra tres menſes; proximus ſuperior eccleſiam ordinabit: quod ſi intra tres alios menſes non fecerit, canonice punietur.

IDEM in concilio generali. 82) d (ann. 1215. Romæ.)

Ne pro defectu e paſtoris gregem dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata 83) grauem diſpendium patiatur, volentes in hoc etiam 84) occurrere periculis 85) animarum, et eccleſiarum indemnitatibus prouidere, ſtatuimus, vt vltra tres menſes cathedralis, vel regularis eccleſia prælatu non vacet. Intra quos, iuſto impedimento ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice: ac ipſa eligendi poteſtas ad eum 86), qui proximo 87) præeſſe dignoſcitur, deuoluatur. Is vero, ad quem fuerit 88) deuoluta poteſtas, Deum præ oculis habens, non differat vltra tres menſes cum conſilio capituli ſui, et aliorum virorum prudentium, viduatam f eccleſiam de perſona idonea ipſius quidem eccleſiæ, vel alterius, ſi digna 89) non reperiatur in illa 90), canonice ordinare: ſi canonicam voluerit 91) effugere vltionem.

82) *Lateranenſ. conc.* 21. habet c. 8. comp. 4. h. t.
83) *Viduata* dicitur paſtore ſuo, ceu marito, deſtituta, cum quo eccleſia matrimonium contraxiſſe dicitur. Quia vero hæc marito carere nequit: ſecundæ, imo vlteriores nuptiæ in infinitum ſunt neceſſariæ et maturandæ ex decreto concilii Chalcedonenſis relato in *c. 2. diſt. LXXV.*
84) *Et*, legitur in c. cit. 8. pro *etiam*.
85) *In aliis periculis*, C. R. 1.
86) *Ipſum*, C. R. 1. habet.
87) *Proximo*, legit C. H. h. e. capitulo in electione epiſcopi negligente, deuolutio fit ad archiepiſcopum, hodie vero ad pontificem in Germania, ſecundum *Concordata nationis Germ.*
88) *Fuerat*, ſecundum C. H.
89) *Dignus*, eſt in c. cit. 8.
90) C. R. 1. legit: *ea*.
91) *Voluerint*, C. R. 1.

CAP. XLII.

Per aliquam de tribus formis hic contentis, ſcilicet ſcrutinii, compromiſſi, et inſpirationis, procedi debet ad electionem in eccleſiis cathedralibus; aliter electio celebrata non valet: et contra facientes priuandi ſunt ea vice poteſtate eligendi. H. d. vſque ad §. illud.

IDEM INNOC. III. in eodem. [conſt. 24.] (ann. 1215. Romæ.)

Quia g propter diuerſas electionum formas, quas quidam inuenire conantur, et multa impedimenta proueniunt, et magna pericula imminent eccleſiis viduatis; ſtatuimus, vt, cum electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus, qui debent 92), et volunt, et poſſunt 93) commode intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecrete 94) et ſigillatim vota h cunctorum diligenter 95) exquirant 96), et in ſcriptis redacta mox publicent 97) in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto: vt is collatione habita i eligatur, in quem omnes, vel maior et 98) k ſanior pars capituli conſentit. Vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium eccleſiæ viduatæ prouideant de paſtore. Aliter 99) electio facta non valeat: niſi forte communiter 100) eſſet ab omnibus, quaſi per inſpirationem l abſque vitio celebrata. Qui vero contra præſcriptas 1) formas eligere attentauerint, eligendi ea vice poteſtate priuentur.

92) Quales non tantum ſunt, qui ſunt de capitulo; ſed etiam quibus pariter de conſuetudine ſimul electio competit, vt decernit *art. V. I. P. §. 17.* Exempla ſunt in *c. 8. de conſuet.* et *c. 50. X. h. t.*
93) Quales non ſunt, qui valde remoti ſunt, vt eorum reditus reſpectari non poſſit. Tales eo tempore erant, qui expeditioni cruciatorum intererant. *c. 18. X. h. t.* cont. *c. 28.* et *36. h. t.*

Interdicit procuratorem in electionis negotio conſtitui: niſi concurrant hic contenta vſque ad §. electiones. Abbas Siculus.

§. 1. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem 2) conſtituat; niſi ſit abſens in eo loco 3), de quo debeat aduocari 4), iuſtoque impedimento detentus venire non poſſit: ſuper quo, ſi opus fuerit, fidem faciat iuramento, et tunc ſi voluerit, vni committat de ipſo 5) collegio vicem ſuam.

Præcipit electiones ſollemniter publicari, et clandeſtinas reprobari. H. d. vſque ad finem. Abbas Siculus.

§. 2. Electiones quoque clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes, vt, quam cito electio fuerit celebrata, ſollemniter publicetur.

94) C. R. H. et L. legunt: *ſecreto*, cum c. 9. comp. cit.
95) Huc etiam pertinet, vt non ſemper ſuffragia numerent ſecundum numerum perſonarum: cum aliquando vnus idemque *duplici voce* gaudere poſſit *proprio nomine*, cuius fit mentio in *c. 12. X. de ſent. et re iud.* veluti, qui duplici beneficio prouiſus eſt. Qui ſimul abſentis procurator legitime conſtitutus eſt, ille itidem duplex ſuffragium fert, quia *duplicem perſonam* gerit, et ita et *proprio* et *procuratorio* nomine agit in electione. Ideo vero hic modus *Scrutinium* vocatur, quod *diligens examen* ſuffragiorum inſtituendum ſit ab his, qui electioni præſunt.
96) *Inquirant*, ſecundum C. H.
97) *Mox ea publicent*, C. H. legit.
98) *Vel*, legitur in c. cit. 9. pro *et*.
99) *Vel*, eſt in c. cit. pro *aliter*.
100) *Vnanimiter*, C. R. 1. expreſſius legit.
1) *Prædictas*, C. H.
2) De electione per *procuratorem* facienda plenius diſponit *c. 46. h. t. in 6.* vbi ſimul declaratur, abſentem per litteras votum ſuum dare non poſſe.
3) *In loco*, legit c. cit.
4) *Vocari*, C. H. legit.
5) *Ipſo*, abeſt a C. H.

CAP. XLIII.

Conſentiens electioni de ſe factæ per abuſum poteſtatis ſecularis, efficitur ineligibilis ad dignitatem, et electio eſt nulla. Eligentes autem a beneficiis per triennium ſuſpenduntur, et tunc ſunt priuati poteſtate eligendi.

IDEM in eodem. [conſt. 25.] m (ann. 1215. Romæ.)

Quiſquis electioni n de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum conſentire præſumpſerit, contra canonicam libertatem 6), et electionis commodo careat, et ineligibilis fiat, nec abſque diſpenſatione ad aliquam 7) valeat o eligi dignitatem 8). [Quin immo] qui electionem huiuſmodi, quam ipſo iure 9) irritam eſſe cenſemus, præſumpſerint 10) celebrare, ab officiis et beneficiis penitus 11) ſuſpendantur 12) per triennium 13), eligendi tunc poteſtate priuati.

6) Reprobata per initium *inueſtitura per annulum et baculum*, verendum erat, ne principes ſeculares in poſterum per indirectum ſeſe ingererent electionibus, quod *libertati eccleſiaſticæ* repugnare crediderunt, ob quam inueſtituram damnarunt. Qui tamen ius *conſentiendi* habent, ius *conſenſum dandi* exercere non prohibentur, ceu electio ipſius pontificis docet. Eadem eſt ſententia *c. 51. X. h. t.* vbi de iure *conſentiendi* etiam agitur: item *c. 56. X. h. t.*
7) *Aliam*, ſecund. C. R. 1.
8) *Poteſtatem*, legitur in c. 10. comp. 4. h. t.
9) *Ipſo iure*, omittit c. cit. 10.
10) *Præſumſerit*, C. R. 1.
11) *Penitus*, non extat in c. cit.
12) *Suſpendatur*, C. R. 1. legit.
13) *Per triennium*, non legit c. cit.

CAP. XLIV.

Si prælatus per negligentiam confirmauit indignum electum ad regimen animarum: perdit poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem, et a perceptione proprii beneficii ſuſpenditur, et promotus deiicitur. Si vero per malitiam hoc facit: grauius punitur. Electi vero immediate ſubiecti papæ, per ſe aut per perſonas inſtructas debent adire papam, et petere confirmationem. Et ſi ſint electi in concordia, et valde remoti, videlicet vltra Italiam conſtituti, interim adminiſtrant, ita tamen, quod nil alienent: benedicuntur autem et conſecrantur, prout conſueuerunt.

IDEM in eodem p [conſtit. 26.] (ann. 1215.)

Nihil eſt q, quod eccleſiæ 14) Dei magis officiat, quam quod indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere neceſſariam medelam, irrefragabili conſtitutione

14) *Eccleſiam*, ſecundum C. H.

a *Quæ habet ſupra eod. tit. c. notat. eſt.* b Sufficerint. c Vide *l. 1. §. poſtulaſſe. ff. de poſtulando.* d Lateranenſ. *ſub Innocentio III. c. 23.* e *Cap. 8. eod. tit. in 4. compil.* vide *Alphonſum Caſtrum, libr. 3. c. 2. de iuſta hæret. punit.* f *Vide l. quæ extra cum gl. ff. de vi publ. et in l. maium. § viduæ ff. de verb. ſign.* g *Conc. Later. ſub Innoc. III. c. 24.* g *Cap. 9. eod. tit. in 4. compil.*

h Sigillatim voces. i Adhibita. k Vel. l *In cod. Barb. ita:* inſpirationem S. Spiritus abſque, etc. m *ſub Innoc. III. cap. 25.* n *Cap. 10. eod. tit. in 4. compil. Vid. epiſt. Innoc. p. 10. 17. 18. Meſſan. Philipp. 272. 255.* o Poſſit. p *In eodem conc. Lat. ſub Innoc. III. cap. 26.* q *Cap. 11. eod. tit. in 4. compil. vide conc. Trident. ſeſſ. 6. de reform. c. 1. et ſeſſ. 7. de reform. c. 3. et ſeſſ. 23. de reform. c. 1. Adde Alphonſum Caſtrum, libr. 3. de iuſta hær. pun. c. 5.*

iudici-

sancimus, quatenus, cum quisquam ad regimen animarum fuerit electus, is, ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet et electionis processum, et personam electi 15); vt, cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia, si secus fuerit incaute præsumptum, non solum deiiciendus est indigne promotus *a*, verum etiam indigne promouens puniendus. Ipsum quoque decernimus hac 16) animaduersione puniri, vt, cum de ipsius constiterit negligentia, maxime si hominem insufficientis scientiæ, vel inhonestæ vitæ, vel 17) ætatis illegitimæ approbauerit, non solum confirmandi primum successorem illius careat potestate, verum etiam, ne aliquo casu pœnam effugiat, a perceptione proprii beneficii suspendatur, quousque, si æquum *b* fuerit, indulgentiam valeat promereri. Si vero conuictus fuerit in hoc per malitiam excessisse; grauiori subiaceat vltioni. *c*

§. 1. Episcopi quoque tales ad sacros ordines et 18) ecclesiasticas dignitates promouere procurent, qui commissum sibi officium digne valeant adimplere, si et 19) ipsi canonicam cupiunt effugere 20) vltionem. §. 2. Ceterum qui ad Romanum pertinent immediate 21) pontificem, ad percipiendam sui confirmationem officii, eius se conspectui, si commode fieri potest, personaliter repræsentent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super 22) electionibus *d*, et electis possit haberi; vt sic demum per ipsius circumspectionem consilii 23), sui plenitudinem officii assequantur, cum eis nihil obstiterit de canonicis institutis, ita, quod interim valde remoti, videlicet vltra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensatiue propter necessitates ecclesiarum, et vtilitates, in spiritualibus et temporalibus administrent: sic tamen, vt de rebus ecclesiasticis nihil penitus alienent. Munus vero benedictionis, seu consecrationis recipiant 24), sicut hactenus recipere consueuerunt.

15) *Electam*, C. H. habet.
16) *Ipsumque decernimus hac etiam*, C. H. *Ipsumque decernimus*, legit c. 17. comp. 4.
17) *Vel etiam*, C. R. 1. addit cum C. H. sed *aut* pro *vel*, ast in c. cit.
18) *Vt*, secundum C. H.
19) Copula *et*, omittitur in c. cit. &c.
20) *Fugere*, C. R. 2.
21) Eo enim tempore pontifex nondum ad se traxerat omnium episcoporum confirmationem, sed tantum confirmabat eos, qui ei, vt metropolitano, in Italia immediate suberant, vel ex priuilegio exempti erant. Paulo post tamen metamorphosis, quæ hodie obtinet, inualuit.
22) *De*, secundum C. H.
23) Vox: *consilii*, non exstat in c. cit.
24) *Recipient*, C. H. habet cum ed. ant.

CAP. XLV.

Expensæ necessariæ, quas facit capitulum pro electione prælati, de bonis prælaturæ debent fieri, vel reddi.

HONORIVS III. *capitulo Constantinop. (ann. 1219. Romæ Constantinopolim. c. 4. de constit. comp. 5.)*

Vt, præterita [*contentionum decisa materia, futuris litigiis occasio amputetur,*] præsentium auctoritate 25) statuimus, vt expensæ necessariæ, quas capitulum Constantinopolitanum 26), vel eius nuntii, vacante sede, pro electionis negotio fecerint, de bonis patriarchatus fiant totaliter, vel *e* reddantur 27): dummodo ipsi bona decedentis patriarchæ non occupent vel vsurpent.

25) *Præsenti authentica*, legit c. 4. de constit. comp. 5.
26) *Constantinopolis*, legit C. L. in hac ecclesia in discordia facta erat electio, vt docet c. 40. *X. h. t.* quæ caussam magnis expensis erogandis dederat.
27) *Et*, reddantur C. R. 1. habent.

CAP. XLVI.

Electio post collationem ex interuallo celebrata, non valet. H. d. secundum opinionem magis communem.

IDEM HONORIVS III. *electo Lugdunensi.* 28) *(imo Lundensi c. ann. 1222. Romæ in Daniam. conf. c. 1. de elect. comp. 5.)*

Cum post petitam instanter, et demum obtentam [*ven. fr. n.*] quondam Lugdunensis archiepiscopi cessionem vota canonicorum Lugdunensium in te, tunc ipsorum præpositum, concorditer conuenissent; quia tandem examinato, sicut decuit, processu electionis tuæ, inuenimus eam post publicationem consensuum, et collationis tractatum, aliquamdiu fuisse protractam 29), assensumque tuum priusquam electus fueris 30) requisitum: electionem eandem *g*, ex ipsius duntaxat inordinato processu *f*, iustitia cassauimus exigente.

28) *Lundun.* C. R. 1. sed L. habet: *Lundoniensi*, et ed. ant. legit *Lugdun.* per totum.
29) Quæ tamen mox publicanda erat per c. 42. *X. h. t.* nullo extraneo actu interueniente.
30) *Fuisses*, legitur in c. 1. de elect. comp. 5.

CAP. XLVII.

Monachus vnius monasterii alterius factus abbas, in electione abbatis prioris monasterii vocem non habet: etiamsi tale ius ab abbate et monachis prioris monasterii sibi fuit reseruatum.

IDEM *Eboracens. priori, et magistro Guidoni de Canopo.* 32) *h (anno 1222. Romæ in Galliam. c. 5. de el. comp. 5.)*

Constitutis in præsentia nostra procuratoribus [*dilecti filii*] sancti Teurini *i*, Eboracens. 33) et sancti Leofredi 34) de Cruce, abbatum, [*et monasterii Fiscanen. dil. fr. n. B. tt. SS. Io. et Pauli presbyterum cardinalem dedimus auditorem, coram quo proposuerunt procuratores prædictorum abbatum, quod, vacante præfato monasterio, quod immediate ad Romanam ecclesiam pertinet, monachi eiusdem loci contemptis præfatis abbatibus, qui commode poterant et debebant de iure vocari, ad electionem abbatis temere procedentes, Echardum quondam abbatem S. Iudoci ad eundem regimen minus idoneum eligere præsumpserunt, quare petebant electionem huiusmodi penitus irritari.*] Cum autem procuratores ipsorum 35) abbatum iussi essent exprimere, quo iure ipsi abbates deberent electioni abbatis Fiscan. 36) *k* monasterii interesse: responderunt 37), quod olim, cum assumerentur 38) in suorum monasteriorum abbates, eis specialiter indultum eis 39) ab abbate et conuentu monasterii Fiscanen. vt haberent vocem in capitulo eorundem. Nos autem rationem huiusmodi 40) friuolam reputantes, super hoc perpetuum silentium imponimus 41) *l* abbatibus supradictis.

32) *De Canapul.* C. R. 1. habet cum L. sed *de Tanapul.* C. R. 2. legit. in ed. ant. contra legitur *decano*. Longe alia est inscriptio huius capituli in c. 5. comp. 5. [illegible] elect. vbi ita sonat: *P. Balcen. priori sanctæ Barbaræ Lexouiensis* [illegible] *magistro V. de Capella, cancellario Rothomag.*
33) *Carnoten.* [illegible]*ecen.* habet C. L. sed c. cit. legit: *Taurinen. Ebroicen.*
34) C. R. 1. *Leofredi*, sed C. R. 2. *Lefridi* legit, et C. H. habet: *Loefridi.*
35) Vox: *ipsorum*, non exstat in C. H.
36) *Fiscanen.* secundum C. H. per totum. Sed in c. cit. legitur: *supradicti.*
37) Assulebat abbatibus prædictis ius commune, et sic titulum iuris sui edere et probare iussi sunt: maxime quod monasterium, in quo electio facienda, immediate ad sedem papalem pertineret.
38) *Reciperentur*, C. R. 1.
39) *Eis*, non exstat in c. cit.
40) C. H. habent: *huius.*
41) *Imposuimus*, secund. C. R. 1. H. et L. Ceterum hic textus in c. cit. 5. ita variat: *de consilio fr. nostr. perpetuum silentium imposuimus.* vbi omittuntur verba: *super hoc.*

CAP. XLVIII.

Electio debet fieri verbo, et de illo, in quem consenserit maior pars capituli, et non respectu alterum partium.

IDEM *Rothomagensi capitulo. (ann. 1222. Romæ in Galliam.)*

1. Ecclesia vestra destituta pastore, et votis vestris, cum de futura prælati 42) haberetis successione tractatum, in diuersa *m* diuisis, quidam in Thomam, quidam in cancellarium, et quidam singulares 43) in singulares personas eiusdem ecclesiæ consensistis.

Verum cum super his in nostra et nostrorum fratrum præsentia multa fuissent hinc inde proposita, inuenimus, quod illi, qui sua 44) in Thomam desideria dirigebant 45), licet maiorem partem facerent, partium comparatione minorum *n*, non tamen ad maiorem partem capituli peruenerunt. Considerauimus nihilominus, quod post publicationem consensuum, et collationis tractatum, ad electionem nullus habitus est processus: quamuis deportationis sollemnitas etiam post appellationem legitimam fuerit subsequuta 46), quam 47) pro electione nec 48) deceret, nec etiam 49) expediret haberi. Vnde [*de fratr. n. consilio*] quod factum est de T. 50) prædicto 51), cassauimus, petitione contendentium [*etiam*] in cancellarium non admissa.

42) *Prælati vestri*, C. H.
43) *Singulariter*, est in c. 6. cit. comp. 5.
44) *Qui sua*, non habet ed. ant.
45) *Direxerunt*, legit c. cit. 6
46) Quo sollemni facto canonici appellationem suam deseruisse et consensisse in electionem videbantur. Electus enim, si mos consensum edit, sublimari et in chorum deduci solet, quod hic vocatur *sollemnitas deportationis*, vocabulo admodum in hoc significatu obscuro. vid. c. 29. *h. t.* n. 59.
47) *Quod*, legitur in c. cit.
48) *Non*, est ibid. cit.
49) *Etiam*, non exstat in c. cit.
50) *De Thoma*, C. R. 2. legit cum c. cit. 6.
51) *Prædicto*, non exstat in c. cit.

CAP. XLIX.

Non professus in abbatem eligi non potest.

GREGORIVS IX. *(ann. 1227. Romæ.)*

Cum in magistrum 52) assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non nouit: nos, intellecto per te, quod in quibusdam regularibus domibus, iure tibi

52) Ita recte C. R. H. L. ed. ant. Cont. Pith. et Gloss. legunt. Alii: *magistratum.*

a *Vide l. si constat, et ibi Bart. ff. de appell. et in c. cum super. in gl. 1. infr. de caussa poss. et propr.* b *al.* dignum. c *Vide l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi publ. et l. nemo deinceps. ad fin. C. de episc. aud.* d *al.* super electionis processu. e Et. f *al.* tuam. g *Vide auth. de hered. et fal. §. inordinatum. coll. 1. tit. 7. gu. 1. nihil.*

h Ebroicensi priori et magistro G. de Canabul *al.* priori S. Barbaræ, Lexouiensis diœcesis. i Ebroicensi. k *al.* Fiscanensis. l imposuimus. m *Vt si verbi gratia, cum XII. canonici essent, quinque nominauerunt Thomam, quatuor cancellarium, et tres alii alios etc.* n *gl. in l. nulli, et l. plane. D. quod cuiusque vn. facit. l. quod maior. D. ad municip.*

 nitece-

diœcesano subiectis, sunt quidam in abbates, non professi ordinem regularem 53), assumpti, mandamus, quatenus, cum abbates tales esse non debeant, qui per professionem monachi et *a* regulares canonici non fuerint 54), ad amotionem eorum, quos tales inueneris, sublato appellationis impedimento, procedas.

53) *Ordinem regularem*, secund. C. B. 1.
54) C. B. habent: *fuerant*.

CAP. L.

Electio facta a non maiori parte capituli, et omissa collatione, non valet.

IDEM *Cumanen.* 55) *capitulo. (ann. 1228. Roma in Campaniam.)*

Cumana ecclesia pastoris solatio destituta, et congregatis die ad celebrandam electionem præfixa, qui præsentes erant de Cumanis canonicis, ac tribus abbatibus, qui vocem in electione habere noscuntur, capellani et clerici ciuitatis 56) electioni se debere interesse dicentes, sub huiusmodi protestatione admissi fuerunt, quod vox eorum, qui non deberent interesse de iure vel consuetudine, non valeret. Tandem præmisso iuxta formam concilii *b* generalis scrutinio, VII. de canonicis, vnus abbatum, XI. capellani, et nouem clerici in eiusdem ecclesiæ archipresbyterum conuenerunt, nouem canonici 57), vno de abbatibus, vno capellano, et XI. clericis in ipsius ecclesiæ archidiaconum dirigentibus vota sua: [*et infra.*] Cum decem ac octo fuerint canonici, tres abbates, XX. clerici, et XIV. capellani: neutram electionem comperimus 58) ad maiorem partem totius capituli peruenisse. Nec probatum fuerat, quod clerici admitti debuerint 59) *c* nec quod capellani admissi fuerint de consuetudine, vel de iure. Nam etsi capellani duabus *c* electionibus 60) e[...]porum interfuerint, et scrutatores dederint 61) voluntatem: no[n] tamen inquisita vota sua fuisse, vel eos aliquos elegisse probantur. Sed et *d* si inquisita fuissent vota, vel ipsi aliquos elegissent: per hoc tamen non constitit id eis de iure competere, vel ea 62) consuetudine iam præscripta. Vnde nos electiones ipsas præsumptas etiam contra formam concilii generalis, cum collatio in communi omissa fuerit, quæ post publicationem scrutinii fieri debuisset, de fratrum nostrorum consilio sententialiter 63) duximus irritandas, electores hac vice eligendi potestate priuantes.

55) *Cumana*, legit C. H.
56) *Eiusdem ciuitatis*, C. B. 2. antiquitus quidem *clerici eiusdem ciuitatis* electionibus interfuerunt, sed, electione ad capitulum priuatiue delata, postea hoc insolitum visum fuit.
57) *De canonicis*, C. B. 2. H. et L. legunt.
58) *Reperimus*, C. B. 2.
59) *Debuerant*, C. H. legit ed. ant. vero habet: *debuerunt*.
60) *Duabus vicibus electionibus*, C. H. legit.
61) *Exstiterint*, secund. C. B. 1. sed C. H. legit. *dederunt*.
62) Præpos. *ex*, abest a C. H.
63) Vox: *sententialiter*, a C. B. 1. abest.

CAP. LI.

Per compositionem factam cum prælato et capitulo, non potest ius eligendi competere laico, etiam patrono in ecclesia collegiata.

IDEM *abbati Cluniacen.* 64) *(ann. 1228. Roma in Galliam.)*

Sacrosancta Romana 65) *e* ecclesia: [*et infra.*] Sane *f* proposuisti in nostra præsentia 66), quod super ordinatione prioris monasterii sancti Pancratii, ad Cluniacen. ecclesiam pertinentis, cum comite de Varenna 67) *g* patrono ipsius, quidam prædecessor tuus de 68) consenso 69) capituli sui compositionem quandam iniuit 70) iuri contrariam *h*, et ecclesiæ ipsi damnosam, videlicet, vt in optione sit ipsius comitis, assumere, ad prioratum dicti monasterii, Cluniacen. et de Charitate prioribus duntaxat exceptis, vnum de duobus melioribus totius Cluniacens. ordinis, quos abbas duxerit nominandos. [*et infra.*] Attendentes itaque, quod ius eligendi in collegiata ecclesia non cadit in laicum, et ideo id esset 71) perniciosum exemplo, et redundaret 72) *i* in dispendium ecclesiasticæ libertatis, volumus, vt dictum prioratum libere possis, non obstante compositione ipsa, sicut alios prioratus tibi subditos, ordinare, denuntiando *k* ordinationem factam 73) patrono, vt suum 74), si voluerit, honestum *l* impartiatur assensum.

64) *Cluniac.* C. H. legit.
65) Vocabulum *Romana*, abest a C. H.
66) C. B. *in nostra sane proposuisti præsentia*, habent.
67) *Varnia*, C. B. 2. habet. sed C. L. legit: *Warema*, et ed. ant. *Waren*.
68) *Cum*, secundum C. H.
69) *Assensu*, C. B. 1.
70) C. B. 1. legit: *fecit*.
71) *Esse*, secund. C. B. et H.
72) *Redundare*, C. B. 1 H. et ed. ant. legunt.
73) C. B. et H. legunt: *denuntiatione ordinatione facta*.
74) Vox: *suum*, in C. L. non legitur.

a Vel. *b* Lateranensis *sub Innocent. III. c.* 24. *c* *In multis* ... *pressis deest vox*, duabus, *quam habent manuscr. et agnoscit glossa hic.* *d* *al.* sed et si inquisita fuissent eorum vota. *e* *Vox*, Romana, *deest in pluribus manuscr.* *f* *In pluribus manuscr.* in nostra sane proposuisti præsentia. *g* *al.* Valerma, *al.* Varenna. *h* *Vide l. non dubium. cum not. C. de leg. et* 25. *quæst.* 2. *imperiali.* *i* Redundare. *k* *al. sic:* denuntianda ordinatione facta patrono. *l* *al.* honeste.

CAP. LII.

Si per papam mandatur habentibus eligere, quod eligant cum consilio aliquorum, alioquin consiliarii prouideant; eligentes debent consilium requirere in tractatu electionis, et congruo tempore expectare responsum; alias electio non tenet.

IDEM GREGOR. IX. *decano et Cap.* 75) *S. Ioannis et sancti Stephani Bisuntien. (ann. 1228. Roma in Burgundiam.)*

Cum in veteri lege: [*et infra.*] porro iam dudum vobis dedimus in mandatis, vt intra quadraginta dies post *m* susceptionem litterarum nostrarum cum consilio sancti Benigni et Morismundi abbatum, et fratris G. de ordine prædicatorum, eligeretis 76) personam idoneam canonice in pastorem: alioquin dicti consiliarii vobis de archiepiscopo prouiderent. Verum, die ad eligendum præfixa, sex ex vobis potestatem eligendi dedistis, vsque ad consumptionem cuiusdam candelæ 77), quæ ibidem accensa extitit, duraturam. Tandem 78) cum electores huiusmodi conuenissent in prædictum abbatem sancti Benigni, et super hoc sociorum eius consilium requisissent: proponente vno ex illis, quod deliberato consilio responderent, et differentibus eis festinanter dare responsum, præfati electores, cum candela ipsa 79) deficeret 80), non expectato ipsorum 81) consilio, dictum abbatem in Bisuntinen. archiepiscopum elegerunt. [*et infra.*] Relato ergo ad apostolicam sedem negotio, archiepiscopo Viennen. 82) et abbati de Firmitate *n* iniunximus, vt, si constaret ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum, et in tractatu electionis *o* prædictorum consilium requisitum 83), electionem ipsius 84) abbatis, si persona esset idonea, confirmarent. Quod si in tractatu electionis non fuisset 85) illorum 86) consilium requisitum; licet postea requisitum fuerit, non competenti tempore, nec etiam exspectatum responsum ipsorum 87), aut non esset idoneus idem abbas: quod de ipso factum erat, tanquam inualidum irritarent. [*et infra.*] Cum autem compertum non fuerit competenti tempore requisitum consilium de persona *p* prædicti abbatis, et quando extitit requisitum, non fuit exspectatum responsum, nisi modico tempore, nec debeat 88) aliis imputari, quod in tantum illi sibi tempus arctarant *q*: electionem abbatis ipsius, non personæ, sed electionis vitio, duximus irritandam.

75) *Decanus et capitulis*, C. B. H. L. et ed. ant. legunt.
76) *Vobis eligeretis*, C. B. habet.
77) Notanda hic singularis cautela restringendi electionem ad fatale, per accensam candelam futurorum, quod hodie in subhastationibus multis in locis attenditur.
78) C. B. 1. legit: *demum*.
79) Pronomen: *ipsa*, a C. B. 1. abest. Sed C. H. legit: *illa*.
80) *Exstingueretur*, C. B. 2.
81) C. B. *eorum*, legunt.
82) *Viennen.* secundum C. H.
83) *Consilium inquisitum*, C. B. 1.
84) Vox: *ipsius*, non legitur in ant. ed.
85) *Esset*, C. B. 1.
86) Pronomen: *illorum*, a C. B. 1. et H. abest.
87) *Eorum*, C. B. 1.
88) *Debebat*, C. H. legit.

CAP. LIII.

Si maior pars capituli scienter eligit indignum: valet electio de digno a minori parte, etiam ex eodem scrutinio facta. Hoc dicit, secundum veriorem intellectum et intrinsecum.

IDEM *episcopo Syluanecten.* 89) *(ann. 1228. in Galliam.)*

Congregato Niuernen. 90) capitulo ad electionem futuri pastoris, XIII. in decanum, et XVIII., computato procuratore cuiusdam absentis, in cantorem ipsius ecclesiæ conuenerunt: qui, cum plures in eum, et pauciores in alium sua desideria direxissent, a parte sua electus extitit in pastorem ecclesiæ Niuernens. Postmodum, credente parte decani, quod alii plurimum deliquissent eligendo personam scientiæ litteralis expertem, propter quod illis secundum statuta Lateranen. 91) *r* concilii ipso iure eligendi potestate 92) priuatis, potestas eligendi ad eos extitit deuoluta, decanum ipsum, qui in eum sua vota direxerant 93), in suum 94) episcopum elegerunt, ad sedem apost. appellantes. [*et infra.*] Reliquis petentibus, vt irritare decani electionem attentatam a paucioribus, et post aliam non cassatam, ac confirmare reliquam veluti canonice celebratam a pluribus de persona idonea, dignaremur. Nos igitur mandamus, quatenus, si dictus cantor defectum in litteratura non patitur 95), et alias est idoneus ad regimen pastorale, ipsius electionem procures auctoritate nostra, infirmata reliqua, confirmare. Alioquin, ipsius cantoris electione irrita nuntiata, præno-

89) *Saluanenten.* secundum C. H. sed ed. ant. legit: *Siluanetens.*
90) Vox: *Niuernen.* abest a C. H. L. vero habet: *Nemensens.*, et ed. ant. *Munens.*
91) *Generalis*, C. H. legit.
92) Verba: *eligendi potestate*, a C. B. absunt.
93) *Eduxerant*, habet C. L. sed ed. ant. *direxerant.*
94) Pronomen: *suum*, abest a C. H.
95) *Patiatur*, C. B. 1. et ed. ant. legunt.

m Receptionem. *n* Firmitate, *super Gronam, ord. Cisterc. diœcef. Cabilon.* *o* *al.* electione. *p* Persona idonea. *q* *Vide l.* 2. *§. sed si quis ff. si quis caus.* *r* *Later. conc. sub Innoc. III. c.* 26.

mina-

ministrum decanum 96), si nihil ei de canonicis obstiterit 97) statutis 98) a, eadem auctoritate præficias ecclesiæ memoratæ.

96) Licet a minori parte electum, quod penes eam tota electio consisteret, parte maiori pro ea vice iure eligendi priuata ob indignum electum.
97) Obstiterit, C. R. 2. legit, sed C. L. obstaret.
98) Instituens, C. R. habent, cum ed. ant.

CAP. LIV.

Habens plures dignitates, vel plura beneficia curata, sine dispensatione papæ, ineligibilis est. H. d. quoad titulum.

IDEM *Sylvanectens. 99) episcopo, et Ioan. de monte Mirabili archidiac. et succentori Parisiens.* b *(eodem anno.)*

II. **D**udum ecclesia Rothomagens. pastoris solatio destituta, contra electionem, quæ in eadem ecclesia fuerat celebrata, archidiac. 100) et quidam alii eiusdem ecclesiæ canonici ad sedem apost. accesserunt. Dicto vero archid. pro se ac parte sua, et G. archid. procuratore illorum, qui electionem celebrauerant 1), in nostra præsentia constitutis, inter alia, quæ contra electum obiecta fuerant, archidiac. proposuit memoratus, quod idem electus post generale c concilium archidiaconatum Ambianens. adeptus, ipsum cum pluribus parochialibus ecclesiis, quas ante idem concilium 2) obtinuerat, retinere præsumpsit, eoque dimisso d retinuit ecclesias memoratas. §. 1. Vnde, cum in eodem concilio sit statutum, vt, quicunque receperit aliquod 3) beneficium, curam animarum habens annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit ipso iure priuatus, et si forte illud retinere contenderit, etiam alio spolietur, prædictus electus contra huiusmodi veniens statuta, transgressionis notam, nec non cupiditatis vitium, quod in aliis reprobare debuerat, ex pluralitate beneficiorum incurrit. Et retinendo beneficia, quæ non spectabant ad ipsum, cum post receptionem alterius proprie 4) beneficia vacauerint ipso iure, rem contrectauit per consequens alienam, et sic furtum commisit quodammodo vel rapinam. In suæ quoque salutis et multarum animarum dispendium 5), prædictas parœciales 6) ecclesias retinebat e; cum earum cura, quæ iam priuatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus pertineret: et sic per ipsum eædem animæ damnabiliter sunt deceptæ. §. 2. Verum procurator eorum, qui elegerant ipsum 7), etsi pluralitatem beneficiorum huiusmodi coram nobis profiteretur 8) f in iure, per confessionem 9) tamen 10) Rothomagen. archiepiscopi nobis exhibitam, eundem electum nisus g est multipliciter excusare. Nos igitur dictam excusationem, vtpote friuolam, nullatenus admittentes h, vobis dedimus in mandatis, vt, si constaret, quod idem post receptum archidiaconatum prædictum, curam animarum habentem, præfatas parœciales ecclesias electionis tempore retineret, nec ostenderet secum per sedem apostolicam super hoc dispensatum, electionem illius 11) auctoritate apostolica cassaretis. [*et infra.*] Partibus ergo propter hoc in vestra præsentia constitutis, præstito quoque i iuramento de veritate dicenda, et factis positionibus et responsionibus hinc inde 12), tandem eodem decano, prætextu quorundam grauaminum, ad nostram audientiam appellante, vos electionem huiusmodi irritantes, eidem ecclesiæ de Cenomen. episcopo prouidistis. [*et infra.*] §. 3. Licet autem positiones k et responsiones super pluribus articulis factæ fuerint coram vobis; quia tamen contestationem litis non inuenimus esse factam; cum non per positiones 13) et responsiones ad eas factas 14) l, sed per petitionem in iure propositam et responsionem factam, contestatio litis fiat m: eundem processum de fratrum nostrorum consilio irritum duximus nunciandum. §. 4. Tandem archidiaconus electionem ex præmissis caussis petiit irritari, electo respondente prædicto, quod non erat eius electio irritanda. Lite vero coram nobis legitime contestata, præstitoque de veritate dicenda a partibus iuramento, idem electus, etsi confiteretur, se dicta beneficia electionis tempore tenuisse; tamen excusare se super hoc nihilominus n nitebatur 15): quia videlicet dictum archidiaconatum non credebat curam animarum habere. Sed cum in iure confessus fuerit, quod archidiaconus Ambien. 16) de consuetudine suspendit, excommunicat et absoluit presbyteros et priores, et parœciales ecclesias interdicit, nec non archidiaconatum visitat, et 17) inquirit, quæ viderit inquirenda, et procurationes ratione visitationis recipit 18): euidenter apparet, quod curam habeat animarum annexam. Quam si etiam non haberet; negare non potest, quin personatus existat: cum idem de personatibus, quod, et 19) de beneficiis curam animarum habentibus, iudicium sit habendum. §. 5. Insuper indulgentiam, quam super hoc asserit se habere, inualidam reputauimus; cum in ea falsitatem suggesserit, et suppresserit veritatem: quæ tacita vel expressa ipsam nullatenus habuisset. Suggessit enim, quod prædictas parœciales ecclesias, antequam fuisset in archidiaconum assumptus, canonice fuerat 20) assequutus; cum nullus potuerit plures parœciales ecclesias obtinere: nisi vna penderet ex altera, vel vnam intitulatam, et alteram 21) p commendatam haberet. Vnde, cum idem vtramque illarum intitulatam haberet 22), ipsas nequiuit canonice habuisse. Item suggerens, quod reditus personatus 23) sui erant tenues et exiles, suppressit, quod alios reditus in pluribus ecclesiis noscitur obtinere. Suppressit etiam, quod plures parœciales ecclesias cum pluribus aliis beneficiis in diuersis ecclesiis obtineret: cum intentionis nostræ non fuerit secum in tot beneficiis, præsertim habentibus curam animarum, dispensare, nec intentionis nostræ fuerit 24) aliquid ei 25) de nouo concedere, sed vt per indulgentiam posset habita licite retinere. [*et infra.*] §. 6. Tandem cum non restaret, nisi proferenda sententia; idem tam iuri, si quod ei competere videbatur, quam liti cessit q spontanea voluntate: cuius cessionem duximus admittendam.

99) Ecclesiæ Sylvanectens., C. H. legit, sed ed. ant. Silvanectens.
100) C. E. ed. ant. Pith. et Gloss. addunt: A. archidiaconus, sic etiam habent C. H. et L.
1) Celebrauerunt, legit C. L.
2) Idem ante concilium, C. E. 2.
3) Vox: aliquod, abest a C. E.
4) C. R. H. ed. Pith. et Gloss. legunt: priora.
5) Dispendia, habet C. L.
6) Parochiales, C. H. leger.
7) Pronomen: ipsum, a C. E. 1. et H. abest, sed in C. R. 2. additum noua manu.
8) Confiteretur, C. E. habent, cum H. sed confiteretur, habet L.
9) Confessionem, legit ed. ant.
10) Tamen, a C. E. 1. abest.
11) C. R. et H. ipsius, legunt.
12) Hinc et inde, secundum C. R.
13) Ita offerri debent, lite iam contestata, ad eam declarandam: quia hoc iure litis contestatio generalis sufficiebat.
14) Factas, in C. R. H. L. et ed. ant. non extat.
15) Videbatur, C. E. legunt.
16) Ambian. legit C. L. cum ed. ant.
17) Particula: et, omittitur in C. L.
18) Hi actus sunt iurisdictionis et imperii sacri, per quod cura animarum exerceri iure pontificio creditur.
19) Copula: et, non extat in C. H. L. et ed. ant.
20) Fuerit, secundum C. H.
21) Aliam, habent C. R. cum L.
22) Habuit, secundum C. H. sed L. legit: habuerit.
23) Archidiaconatus, secundum C. H.
24) Fuit, C. R. habet cum L.
25) Vox: ei, abest e C. H.

CAP. LV.

Irrita est electio, quam collatio non præcessit, vel quæ facta non est a maiore parte capituli, vel quæ non fuit communis.

IDEM GREGOR. IX. *(ann. 1228. forte in Galliam.)*

In Genesi legitur: [*et infra.*] Cum in concilio 26) r caueatur, vt is collatione habita eligatur, in quem omnes vel maior et sanior pars capituli consentit 27); et in Guil. maior pars totius capituli non consenserit, quanquam maiorem partem habuit 28) partium comparatione minorum; nec plane 29) numeri ad numerum, quia, verum G. et H. de quibus aduersarii referunt quæstionem, in electione vocem habuerint 30), tractatum non extitit, nec discussum; nec zeli ad zelum, nec meriti ad meritum collatio facta fuerit 31); nec etiam electio communiter celebrata, quoniam, licet in eundem Guil. singulariter singuli consensissent, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis, ne vel idem reperi videretur, vel ex hoc sequeretur absurditas, vt, tot essent electiones, quot essent numero eligentes 32); nec ex singularibus, vel 33) particularibus consensibus appareret 34) vniuersalis electio vel communis, licet quilibet singularis veritatem exprimat suæ partis, quemadmodum ex singularibus propositionibus, licet 35) veris, vniuersalis propositio non apparet s, nisi per signum vniuersale forsitan exprimatur; nec præmissi duo canonici poterant sic excludi, cum primus existeret in canonicatus possessione 36), vel quasi t, habendo stallum in choro, locum in capitulo, legendo et cantando vt canonicus, et ad tractatus ac electiones 37) dignitatum et personatuum, quæ occurrerunt pro tempore faciendæ, tanquam canonicus sit vocatus; quanquam hic

26) Generali concilio, C. R. 1. legit.
27) Pars totius capituli consenserit, C. H.
28) Habuerit, secundum C. H. legitur.
29) C. E. ed. ant. Cont. Gloss. et Pith. habent: plene.
30) Habuerit, secundum C. H.
31) Fuit, C. E. 1. Talis collatio votorum demum fieri potuit in illis collegiis, in quibus suffragia nuncupatiue ferantur, et sic de electoribus ipsis constat, appareatque, quinam maiori zelo votum dederint. Ceterum si vota inscripto edantur: de zelo electorum constare nequit, et ideo hodie maiora vnice ex numero æstimantur.
32) Electores, C. H. legit.
33) Vel ex, secundum C. R. 1.
34) Apparet, est in C. H.
35) Partic. licet, non habetur in ed. ant.
36) Possessionem, C. R. 1. legit cum L.
37) Et electiones, C. H. habet.

a instituti. b Parisiens. c sub Innoc. III. c. 26. tenetur, ne vllus habeat nisi beneficium cum cura annexa. d al. omisso. e al. detinebat. f Confiteretur. g al. visus. h Vid. l. aberto. §. pu. ff. de negot. gest. i al. præstitoque. al. et præstito. k Vide l. barf. et sequent. ff. de pat. her. et l. Gallus. §. et quid si tantum ff. de lib. et posthum. l al. habitas. dictum, fac. 28, dest in manuscripto. m Vide l. defensor §. qui interrogatus, ff. de int. act. et l. 1. C. de diuers. rescript. n al. videbatur.

o Vide concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. p Aliam. q Vide l. postquam litis. C. de pact. et Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verborum obligat. r Lateranens. sub Innocent. III. cap. 24. s Vide l. qui habebat. ff. de legatis 3. et l. si pluribus. et ibi Bartol. ff. de legatis 2. t Vide l. certum. C. de rei vendic.

vice fuerit cum protestatione admissus, secundus vero esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus, cum de toto regno Franciæ vocentur obstantes de consuetudine ecclesiæ Gallicanæ: nos, his planius intellectis, de consilio fratrum nostrorum præmissam electionem, vtpote contra formam concilii attentatam, decernimus 38) irritam et inanem.

38) *Decreuimus*, secundum C. R. 1.

CAP. LVI.

Non valet electio pontificis per laicos et canonicos facta, etiamsi hoc habeat consuetudo. H. d. et quotidie solet allegari.

IDEM *capitulo Massano* 39). *(ann. 1226. Roma in Hetruriam.)*

Massana *a* ecclesia pastore *b* vacante: [*et infra.*] Edicto perpetuo prohibemus 40), ne per laicos cum canonicis pontificis electio præsumatur. Quæ si forte præsumpta fuerit; nullam obtineat firmitatem: non obstante contraria consuetudine, quæ dici debet potius corruptela *d*.

39) *Messano*, C. R. 1.
40) C. R. 1. legit: *cohibemus.*

CAP. LVII.

Non sufficit ad confirmationem electionis, quod sit facta a maiori parte capituli: nisi etiam illa pars sit sanior.

IDEM *cap. Cathalan.* 41) *(ann. 1229. Roma in Galliam.)*

II. Ecclesia vestra destituta pastore, conuenientes in vnum, absente Guil. qui tunc noluit interesse, ad celebrandam electionem terminum statuistis. Veniente vero termino, et dicto Guil. cum absens existeret, non vocato, præmisso iuxta formam concilii *e* generalis scrutinio, XIV. magistrum G. 42) presbyterum cardinalem, concanonicum 43) *f* vestrum: at XVII. R. Remen. canonicum elegerunt, præfato G. postmodum electioni eiusdem R. suum præbente consensum. Tandem procuratoribus vtriusque partis in nostra præsentia constitutis, allegabatur pro electione dicti R. quod, cum in IV. excederet alium, computato Guil. prædicto, maiorem capituli partem habebat, et per hoc 44) debebat pars sua sanior reputari: cum, vbi maior numerus est, zelus melior præsumatur *g*. Pars vero altera electionem eandem multipliciter impugnabat, proponens, prænominatum 45) R. in ætate pati defectum, nec esse 46) sufficientis scientiæ ad ecclesiam supradictam: cum ætatis maturæ, et eminentis scientiæ præfatus cardinalis existat. Et cum electores cardinalis alios meritis et auctoritate præcellerent, habito præsertim respectu ad personam electam: meliorem zelum eos habuisse constabat 47). Dicebatur præterea, quod consensus dicti 48) Guil. quem pars eiusdem R. contestabatur fuisse contemptum, asserente parte reliqua, capitulum potius contemptum ab ipso 49) fuisse, cum non fuerit consensus 50) præstitus in scrutinio, sed post electionem accesserit, adiicere nil valebat. [*et infra.*] Denique statutum generali concilio 51), quod electionem decernit 52) inualidam, cum contra eiusdem concilii formam in electione peccatur, non debet ad contemptum, et alia, quæ non sunt de forma, referri. Vnde quod ibi dicitur, quod aliter electio celebrata non valeat, ea respicit tantum, quæ attentantur contra formam concilii memorati: non autem alia, quæ ponuntur ibidem, sicut est illud 53), quod præsentibus omnibus, qui debent, volunt 54), et possunt commode interesse, haberi debeat in electione processus, ne cetera, quæ super hoc alibi statuta noscuntur, vno verbo videantur euerti. Neque enim *h* credendum est, Romanum pontificem, qui iura tuetur, quod alias excogitatum est multis vigiliis et inuentum *i*, vno verbo subuertere voluisse. Nos ergo 55), quæ hinc inde fuere proposita, plenius intellectis, cum ex Lateranensi concilio in ordinationibus ecclesiarum maior et sanior pars capituli exigatur, et statutum generalis concilii contineat inter cætera, vt is eligatur in quem omnes, vel maior et sanior pars consentit 56), electionem dicti R. non personæ, sed potius electionis 57) vitio, cum maior et sanior pars 58) non consenserit in eundem, de fratrum nostrorum consilio duximus sententialiter irritandam.

41) *Cathal.* C. R. 1. sed C. H. legit: *Calatan.* et L. habet: *Catalon.*
42) C. R. *magistrum B.* legunt, sicut etiam L. C. sed ed. ant. pro R. habet G.
43) *Canonicum*, C. R. 2. H. et L. habent.
44) *Propter hoc*, C. H. habet.
45) *Prædictum*, C. R. 1.
46) *Esset*, secundum C. H.
47) Inde vero rursus liquet, hanc electionem *viua voce*, non per schedulas, fuisse factam: quod alioquin constare non potuisset, electores zelum meliorem in suffragio ferendo habuisse. Vbi per schedas fit electio; de electorum qualitate, meritis, et zelo constare nequit: ex quibus tamen *sanior pars* æstimanda, c. 55. et 54. *X. h. t. inutil. c. cap. h. t.* et collatio votorum facienda. c. 42. *X. h. t.*
48) *Prædicti*, C. H. legit.
49) verba: *ab ipso*, desunt in C. R. 1.
50) Vocabulum: *consensus*, non extat in C. H. et L.
51) *Concilii generalis*, C. H. habet.
52) C. R. legunt: *decreuit*. Sic legit etiam C. H.
53) *Istud*, secund. C. R. 1. et H. sed: *id*, C. R. 2. legit.
54) C. R. habent: *et volunt.*
55) *Igitur*, C. R. legunt cum H.
56) *Pars capituli consenserit.* C. R. 1.
57) *Potius ipsius electionis*, C. H.
58) *Pars capituli*, C. R. 1.

CAP. LVIII.

Publicato scrutinio, non possunt electores variare: sed compelli debent ad collationem et electionem.

IDEM GREG. IX. *(ann. 1229. Romæ.)*

Publicato scrutinio, variare nequeunt electores; cum sit facienda collatio, et electio celebranda: ad quod per superiorem, si oportuerit, compellantur.

CAP. LIX.

Cassata electione propter simoniam etiam sine culpa electi, non dispensat episcopus ea vice cum cassato: secus si electus libere resignauit. H. d. secundum intellectum glossæ 2. in fin.

IDEM.

Si alicuius electionem propter simoniam, eo ignorante ac ratum 59) non habente, commissam, contigerit reprobari; cum eo super prælatione 60) *k*, ad quam taliter fuerat electus, illa vice non potest episcopus dispensare: quamuis circa eum, qui ignoranter recipit 61) simplex beneficium per simoniacam prauitatem, post liberam resignationem episcopi dispensatio toleretur 62) *l*.

59) *Et ratum*, C. H. legit.
60) *Electione*, secund. C. R. 1.
61) C. R. 2. legit: *recepit.*
62) *Tolleretur*, C. R. legunt, cum ed. ant. sed C. H. habet: *dispensatio tolleretur.*

CAP. LX.

Electoribus impeditis currit tempus, si possunt impedimentum tollere.

IDEM.

His 63), quibus interdicitur, vt absque superioris licentia eligere non præsumant, tempus statutum a canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi *m*.

63) *Eis*, secundum C. R.

TITVLVS VII.

DE TRANSLATIONE 64) EPISCOPI. 65) *n*

CAP. I.

Patriarcha, qui confirmatum in archiepiscopum transfert ad sedem episcopalem, ab episcoporum confirmatione suspenditur. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS III. 66) *Antiocheno* 67) *patriarchæ.* *(ann. 1198. Roma in Syriam.)*

Cum ex illo generali priuilegio, quod beato Petro, et per eum ecclesiæ Romanæ Dominus noster indulsit, canonica postmodum manauerint instituta, continentia maiores ecclesiæ caussas [*esse*] ad apost. sedem *p* perferendas 68), ac per hoc translationes episcoporum [*sicut depositiones eorum*] et sedium mutationes ad summæ 69) apostolicæ sedis auctoritatem de iure pertineant, nec super his quicquam præter eius assensum debeat 70) immutari *q*: miramur [*non modicum et mouemur.*] quod [*prædecessoris tui exempla secutus, qui motu propriæ voluntatis Manustan. in Tarsen dicitur transtulisse*] L. 71) [*quondam*] Apemen. 72) *r* electum in Tripolitanam ecclesiam transtulisti, [*nec tibi sufficit dictam prædecessoris tui præsumtionem solummodo imitari*;

64) *De translatione episcopi vel electi*, secundum C. R. sed c. 1. comp. 3. h. t. addit: *et electi.*
65) *Episcoporum*, legit C. L.
66) Numerus *III.* abest a C. H.
67) Ad ea tempora *hoc cap.* cum pluribus aliis, quæ ad *Orientis episcopos* possim dirigebant, pertinet, quibus in Oriente rerum potiti sunt *Latini*, recuperata per *cruciatam expeditionem* maxima terræ sanctæ parte, atque ita sedi Romanæ subiecti erant. Inter hos quoque fuit patriarcha Antiochenus, *Latinus* pariter, quamuis etiam Græci suum patriarcham Antiochenum, alibi commorantem, haberent, qui iurisdictionem pontificis in se non agnoscebat, vt optime obseruat FR. FLORENS. *ad h. c. p.* 180. *Latinus patriarcha* tamen etiam *ius suum patriarchale* contra pontificem defendebat, quod rationes huius decretalis indicant.
68) *Referendas*, C. H. legit.
69) C. R. ed. ant. Pith. et Gl. *ad summum*, legunt cum C. L. et c. cit. 1.
70) *Aliqua debeant*, habet c. cit. 1.
71) *Laurentius*, habet C. L. sed c. 1. cit. pro L. habet *La.*
72) *Apanian.* C. R. 2. legit, C. R. 1. vero habet: *Apamien.* et C. L. cum ed. ant. *Amenien.* denique *Appamiens.* C. H. habet. *Apamiens.* est in c. cit.

a *alias.* Messana. b *Vide concil. Bracar. cap.* 1. *et Burchard. lib.* 1. *decr. cap.* 10. c Quod si. d *Vide l. omnes iudices cum not. cod. de dec. lib.* 10. *in glossa* 1. *et in Authent. vt nulli iudic.* § *primo et in glossa magna, collat.* 9. e Concil. Lateranen. *sub Innocent. III. cap.* 24. f *In antiquis*, canonicum, *inuenio.* g *Vide l. ita stipulatus* §. *credendum est ff. de verborum obligation.* h *al.* nec enim. i *Vide* §. *quorum insignia. in prooem. et in auth. vt iud. sine quo suff.*

k *alias*, postulatione. l *Vide l. mater.* §. *sicut filius ff. de inofficios. testament.* m *Vide l. cum, qui ita* §. *sin cum gloss. magna. et ibi Bart. D. de verborum obligation.* n *In quibusdam antiquis additur*, vel electi. o *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* p *Anacl. papa ep.* 1. *Melchior Canus lib.* 1. *de loc. theolog.* q *al.* attentare. r Papheasem, *al.* Appameniem.

ima

imo etiam iniuriam nostram ipsius transgressus excessum] et 73) nouo quodam mutationis genere parurificasti maiorem, et magnum quodammodo minorasti, episcopare archiepiscopum, imo potius dearchiepiscopare praesumens, [*cum dictus praedecessor tuus dictum archiepiscopum de Tarsen. ecclesiam in ecclesiam transtulit similis dignitatis.*] Licet enim dictus L. nondum fuisset in archiepiscopum consecratus; confirmationis tamen munus receperat, et archiepiscopalia, quantum ei licuit 74), ministrarat 75): sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valiens. 76) a episcopum [*cum in nostra esset praesentia constitutus*] asseruit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia caeteris audacia tribuatur 77), [*si tantus excessus relictus fuerit impunitus:*] te ab episcoporum confirmatione duximus suspendendum *b*, [*quousque super hoc aliud statuamus.*]

73) Partic. *et*, non exstat in cit. c. 1.
74) *Licuerat*, est in c. cit.
75) *Ministrauit*, secundum C. H. legitur.
76) *Valiaen.* C. R. 1. habet, in C. R. 2. autem legitur: *Vallimen.* H. legit: *Valiarvs.* L. *Valimouen.* et ed. ant. *Valiaen.* sed c. cit. contrahit vtramque vocem legendo *Senalimen.*
77) *Praebeatur*, secundum C. R. 1. et H.

CAP. II.

Electos in episcopos et confirmatos, transferre potest solus papa.

IDEM *decano et capitulo Andegauensi.* (*ann.* 1198. *Romae in Galliam.*)

Inter corporalia c et spiritualia eam cognouimus *d* [*existere*] differentiam, quod corporalia facilius destruuntur, quam 78) construuntur 79), spiritualia vero facilius construuntur, quam destruuntur. Vnde iuxta canonicas sanctiones 80) episcopus solus honorem dare potest, solus [*autem*] auferre non potest. Episcopi quoque a metropolitanis suis munus consecrationis 81) accipiunt, qui tamen non possunt, nisi per Rom. pontificem 82) condemnari. Cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quam carnale; dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter episcopum et ecclesiam, suo tantum 83) iudicio reseruauerit dissoluendum: qui dissolutionem e etiam 84) carnalis coniugii, quod est inter virum et feminam 85), suo tantum iudicio reseruauit, praecipiens, vt, quos Deus coniunxit, homo non separet. Non enim humana, sed potius 86) diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur; cum per translationem, [*vel*] depositionem, aut [*etiam*] cessionem auctoritate Romani pontificis, quem constat esse vicarium Iesu Christi, episcopus ab ecclesia remouetur: et ideo tria haec, quae praemisimus, non tam constitutione canonica, quam institutione diuina 87), soli sunt Romano pontifici reseruata *f*. Sicut autem 88) episcopus consecratus sine licentia Rom. pontificis suam non debet ecclesiam derelinquere; sic et electus [*et*] confirmatus [*praeter eius assensum, suam nequit deserere ecclesiam, cui est matrimonialiter alligatus;*] cum non debeat in dubium reuocari, quin post electionem et confirmationem canonicam inter personas eligentium et electi coniugium sit spirituale contractum, cui profecto episcopalis dignitas nihil addit; cum quis episcopali praeditus dignitate, nullius tamen ecclesiae possit esse episcopus: quemadmodum de illo contingit, qui oneri pontificali renuntiat, non honori. Vnde, cum non sit maius vinculum episcopi ad ecclesiam *g*, quam electi, maxime cum fuerit confirmatus *h*, imo idem penitus, et non aliud, idem iuris obtinet in vtroque. Sicut ergo 89) episcoporum translatio, [*vel etiam*] depositio et cessio, sic et electorum 90) post confirmationem, spiritualis coniugii ratione, soli est Romano pontifici reseruata. Licet vsque ad tempora ista, quod cautum fuerat de episcopis, expressum non fuerat de electis; propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem 91) potius, nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti: cum de similibus idem iudicium sit habendum. §. 1. Sed neque illud, quod in canone legitur de electo, vt 92), si vltra sex menses per suam negligentiam retinuerit ecclesiam viduatam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, imo metropolitani sui cedat iudicio, aliter intelligentibus poterat suffragari; cum non intelligatur ecclesia viduata 93), quasi sponsum non habeat, sed quia, [*cum*] sponsus eius nondum sit 94) consecratus, adhuc quoad quaedam quasi viri manent solatio destituta: sicut iuxta communem modum *i* loquendi illa dicitur ecclesia viduata, quae, licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, et statutum fuit ad poenam, trahi debet ad gratiam, vt, sicut metropolitani iudicio electus deiicitur, ita etiam ad aliam ecclesiam possit transferri; praesertim cum nec sine auctoritate Romani pontificis fiat cessio vel deiectio memorata: qui, vt haec 95) possent, ex illo canone metropolitanis indulsit. Vnde, si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, et 96) de translatione poterat expressisse. Et quod non est sanctorum patrum decreto sancitum, superstitiose non est adinuentionibus praesumendum: praesertim 97) cum 98) nonnunquam 99) intelligatur 100) prohibitum, quod non inuenitur concessum. §. 2. Sane [*nos, qui sacra docente scriptura monemur, ne nostrum alii demus honorem,*] quoniam 1) [*apostolatui nostro, multis referentibus, innotuerat, quod ven. fr. n.*] Turonens. archiepiscopus electum 3) Abricen. 4) per metropolitanum suum [*postea*] confirmatum, in ecclesiam vestram praeter auctoritatem sedis apostolicae transferre praesumpsit, et in episcopum 5) consecrare, quem [*etiam ven. fr. n.*] Rothomagensis archiepiscopus citra mandatum nostrum 6) absoluit, et ei licentiam tribuit transeundi: [*ven. fr. n. Bituricensi archiepiscopo, de quo plenam fiduciam obtinemus, dedimus in mandatis, vt, inquisita plenius veritate, si rem gestam taliter inueniret,*] praedictos 7) archiepiscopos [*qui saltem apost. sed. super hoc, quod nouum emerserat, praesertim cum iuxta canonicas sanctiones maiores ecclesiasticae causae ad sed. ap. sint referendae, consulere debuerunt,*] a consecratione et confirmatione pontificum, episcopum vero 8) ab exsequutione pontificalis officii 9), Bituricensis archiepiscopus iuxta mandati nostri tenorem suspendit. Et quamuis iidem archiepiscopi [*Turon. et Rothomagen.*] tanquam maiores plus excesserint in praemissis *k*, praefatus vero episcopus minus, vtpote illorum tanquam maiorum errorem sequutus; nos tamen, intellecta [*per litteras et per nuntios*] eorum 10) [*archiepiscoporum*] confessione spontanea, et supplicatione deuota, veniam errori dedimus: quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccauerunt 11) *l*. Et quoniam praefatus episcopus, qui 12) minus peccauerat, [*sicut ex praemissis apparet,*] seuerius fuerat castigatus, [*ad apost. sed. licet spontanea voluntate, non tamen sine multis laboribus et expensis accessit,*] reatum suum recognoscens humiliter et deuote, ac misericordiam postulans 13), et iudicium non requirens: nos [*super facto eius cum fratribus nostris communem tractatum habentes et subtiliter*] intuentes 14), quod, licet sibi 15) munus con-

78) C. R. 1. *quam etiam*, legit.
79) *Constituuntur*, legit C. H. sed *construuntur*, L.
80) *Canonicam sanctionem*, habet C. L.
81) *Confirmationis*, C. H. habet, post vocem: *consecrationis*, autem in C. L. leguntur adhuc sequentia verba: *aduocatis sibi aliis episcopis tribus.*
82) *Per Romani pontificis sententiam damnari*, legit c. 2. comp. 3. h. t.
83) *Tantum*, non exstat in c. cit.
84) *Etiam*, omittitur in cit. c.
85) *Vxorem*, C. R. 1. habet.
86) *Pro potius*, legitur in cit. c. *etiam.*
87) Haec tamen tria ante INNOCENTIVM III. non fuit exercita priuatiue a pontifice Romano, sed vel a patriarchis, vel a conciliis prouincialibus sub directione metropolitani habitis: vt PETRVS de MARCA *de concord. sacerd. et imp. libr. VII.* euidenter docet. Si ergo ex *institutione diuina* haec tria iura sunt reseruata Sedi Romanae: detracta de his tribus iuribus fuerunt illegitima, sedes vero papalis in culpa, quod sibi reseruata ex *institutione diuina* neglexerit.
88) *Enim*, legit ed. ant.
89) *Enim*, legitur in c. cit.
90) *Sic et electorum cessio post etc.* legimus ibid.
91) *Indemnitatem*, legitur in c. cit.

92) Part. *vt*, in cit. c. non exstat.
93) Olim dicebatur ecclesia *viduata*, quae non-*consecratum* habebat episcopum; *c. 2. dist. LXXV. c. 1. dist. C.* qua de caussa anno MDCXVIII. in sede Tholosana disputatum esse refert CERON. *ad tit. de concess. preb. et ecclesia non vac. p. 191. in f.* vtrum ecclesia vacans esset, si intra tres menses electus haud consecratus fuisset, omni cessante impedimento, vt alia electio fieri posset? Nam olim ex *tempore ordinationis* locum habebat inter comprouinciales. *l. 29. C. de episc. aud. c. 1. dist. XVIII.*
94) *Est*, C. H. habet.
95) *Hoc*, secundum C. H.
96) Particula *et*, in ed. ant. non legitur.
97) *Praesertim*, deest in ed. ant.
98) Pro *cum*, C. L. habet: *tamen.*
99) *Nunquam*, est in cit. c.
100) *Intelligitur*, legit ed. ant.
1) *Expresse concessum*, C. R. 1. habet, sed *expressum*, legunt C. R. 2. H. et L. cum cit. c.
2) *Quem*, habent C. L. et ed. ant.
3) *Magistrum W. qui electus fuerat in episcopum Abricens. et per metropolitanum suum postea confirmatus, qui aliquamdiu tam in spiritualibus, quam in temporalibus ministrauerat in ecclesia vestra praeter etc.* Talis est lectio hoc loco in c. cit. 2.
4) *Ambian.* C. R. 1. legit, C. L. vero habet: *Ambricen.* et ed. ant. *Abrecen.*
5) C. R. H. L. et c. cit. habent: *episcopum*, absque particula *in.*
6) *Praeter apostolicae sedis mandatum*, habet c. cit. 2.
7) *Dictos*, C. R. et H. legunt, sed neutrum legitur in c. cit. 2. quod loco illius vocis habet ipsa episcoporum nomina, scilicet: *tam memoratum Turon. quam ipsum Rothomagen. archiepiscopos.*
8) *Memoratum vero W.* legit c. cit. pro: *episcopum vero.*
9) Post hanc vocem capitulum cit. ita legit: *Nostra fretus auctoritate suspenderet, qui mandati nostri diligens exsequutor, super quo deuotionem tuam digna gratiarum prosequimur actione: cum per confessionem spontaneam eidem Bituricen. archiepiscopo de veritate negotii constitisset, dictos archiepiscopos et episcopum iuxta tenorem mandati nostri suspendit.*
10) *Eorundem*, legitur in c. cit.
11) *Peccauerant*, est in c. cit.
12) *Et*, legitur in c. cit. pro *qui.*
13) In c. cit. hic textus aliter distinguitur, nimirum: *Recognoscens humiliter, et deuote misericordiam postulans etc.*
14) *Indagantes*, legitur in c. cit.
15) C. H. legit: *ei.*

a *al.* Silualiensem. *al.* Valsens. b *Vide l. 1. C. ad leg. Iul. rep. et infiitat. de excusat. §. boaec.* c *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. vid. Innoc. III. epist. libr. 1. p. 154.* d *In ed. Pith. cire, legitur, sed abest a manuscripto.* e *Vide diu. Thom. in 4. sententiar. dist. 27. quaest. 1. art. 4. Matth. cap. 19.* f *Vide cap. quamuis, de elect. libr. 6. et cap. vt debitus. ad fin. infr. de appell.* g *Alias add:* quoad ecclesiam. h *Vide text. in 1. consult. C. et l. decimus. et l. Pamphilus. D. de non. test.*

i *Vsum, vide l. librorum. §. quod tamen Cassius. D. de legat. 3. et l. cum de lanionis. §. asinam D de fund. instr. leg.* k *Vide l. in presbyteris. C. de episc. et clericis. et ff. de pan. l. moris. §. fere.* l *Vide l. 3. §. fin. ff. de liber. caus. et not. in l. plagii. C. ad legem Fab. de plagiariis.*

secra-

secrationis impensum 16), nec prioris ecclesiæ ipsum pontificem 17) fecerit, nec secundæ, cum ad primam non fuerit consecratus, et ad secundam, priori vinculo perdurante, non potuerit canonice consecrari, adhuc coniugaliter alteri alligatus: [*illud tamen prouide attendentes, quod et vrgens necessitas, et euidens vtilitas ecclesiæ vestræ, quoniam non poteratis in aliam personam idoneam conuenire, dispensationis gratiam requirebant.*] ei 18) [*de plenitudine potestatis*] tam a vinculo prioris ecclesiæ, quam a pœna suspensionis penitus absoluto, de benignitate 19) sedis apostolicæ duximus concedendum, vt, priori consensu hactenus perdurante, [*sicut per litteras personarum ecclesiæ vestræ nobis intimatum est.*] Andegauen. ecclesiam [*tanquam proprius pontifex ad gloriam et laudem nominis Dei, ad honorem et exaltationem ipsius et ad salutem et vtilitatem suam, et tam cleri, quam populi sibi commissi,*] studeat gubernare: [*vt, præueniente diuina gratia et sequente, plus prodesse velit, et valeat, quam præesse.*]

16) Post vocem: *impensum*, addit C. L. *fit.*
17) *Episcopum*, secund. C. R. 1.
18) *Eo*, legitur in c. cit. pro *ei.*
19) *Sibi*, hic inseritur in c. cit. 2.

CAP. III.

Episcopus, qui propria auctoritate de sua ecclesia se transfert ad aliam, carebit vtraque.

IDEM INNOC. III. 20) *Bambergensi* 21) a *episcopo* 22) *et Petro scholari* 23) *Maguntinen.* (ann. 1198. *Spoleto in Germaniam.*)

Quantam personam b [*ven. fr. n.*] Hildeseman. 24) [*quondam*] episcopi [*sinceriori diligebamus affectu, tanta securius sperabamus, quod nihil aduersus matrem suam Romanam ecclesiam in præiudicium sui ordinis, et ecclesiasticæ disciplinæ dispendium attentaret. Sane, sicut certa multorum assertione comperimus, et suarum didicimus nihilominus testimonio litterarum, quibus ad nos directis Herbipolensem se pontificem nominabat,*] ipse vero 25), relicta Hildesemen. ecclesia, [*cui fuerat spiritualis gratiæ coniugio copulatus,*] ad Herbipolens. ecclesiam 26) [*sine auctoritate Rom. pontificis*] auctoritate propria se transtulit 27), non attendens, quod veritas in euangelio c protestatur: *quos Deus coniunxit, homo non separet*, et 28) potestatem transferendi pontifices ita sibi retinuit Dominus et magister, quod soli beato Petro vicario suo, et per ipsum successoribus suis, speciali priuilegio tribuit 29) d, et concessit: sicut testatur antiquitas, cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam exhibendam, et euidenter asserunt sacrorum 30) canonum sanctiones. Non enim homo, sed Deus separat, quos Romen. pontif. qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, ecclesiarum necessitate vel vtilitate pensata, non humana, sed diuina potius auctoritate dissoluit. [*Nolentes autem tantæ præsumptionis audaciam relinquere impunitam, tum secundum apostolum omnem inobedientiam prompti simus vlcisci,*] ne autem 31) facti prauitas transeat præsumptoribus in exemplum e, quod quidem, si verum est, non potest non esse notorium, [*auctoritate omnipotentis Dei et beatorum P. et P. apostolorum, et nostra, de communi fratrum enim consilio in virtute sanctæ S. districte*] tibi 32) præcipimus, vt, [*visis litteris nostris, omni contradictione et appell. cess.*] administrationem [*ipsius*] Herbipolens. ecclesiæ [*tam in spiritualibus, quam temporalibus*] penitus relinquat. [*Si vero, quod non credimus, hanc suspensionem nostram non curauerit humiliter obseruare, et inhibita sibi vsurpare præsumpserit: excommunicationis vincula ipsum decernimus innodatum. Omnibus etiam tam clericis quam laicis Herbipolens. diœces. sub anathematis interminatione præcipimus, vt, non obstante iuramento fidelitatis, omnem ipsi obedientiam subtrahant, quam ipse sibi contra sacros canones vsurpauit, non attendens, quod dicit apostolus: nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron.*] Cæterum quoniam Herbipolens. ecclesiæ 33) canonici vota sua in ipsum prorsus illicite contulerunt: volentes, sicut dignum est, vt in eo puniantur, in quo peccauerunt, eligendi eos hac vice suspendimus potestate. [*Et si contra sed. apostol. interdictum ad cuiuslibet nominationem processerint: quod ab eis factum fuerit, irritum decernimus et inane.*] Quia vero [*iam dictam*] Hildesemensem 34) ecclesiam, cui fuerat alligatus, vnde secundum apostolum, solutionem quærere non debuisset, nimis 35) improbe dereliquit; ne ad ipsam redeat, vlterius [*in virtute S. S. ei*] districtius prohibemus 36); cum secundum traditiones f canonicas, qui ad meliorem se plebem transtulit 37), a cathedra repelli 38) debeat 39) aliena, et carere propria: vt nec illis præsideat, quos per superbiam spreuit, nec illis [*præsideat,*] quos per auaritiam concupiuit g.

20) In C. H. hæc inscriptio ita extat: *Idem archiepiscopo et P. scholastico Moguntino*, ita quoque se habet inscriptio in ed. ant. præter quod *Maguntino*, in illo legatur. C. L. hoc loco non ita variat. Nam tenor huius inscriptionis in illo est sequens: *Idem episc. et P. scholastico Maguntino*, cum quo etiam congruit c. 3. comp. 3. h. t.
21) Nomen: *Bambergensi*, a C. H. abest.
22) *Archidiacono*, C. H. 2. legit pro *episcopo.*
23) *Scholastico*, C. H. legunt.
24) *Viden* secundum C. H. 1. per totum. *Hildeben.* C. H. legit, sed ed. ant. habet *Hildesem* cum c. cit. 3.
25) *Vero*, non legitur in C. H. et c. cit.
26) Vox: *ecclesiam*, abest a C. R. et H. nec exstat in cit. c.
27) *Transiuit*, legitur in c. cit.
28) *Quod*, est in cit. c. sed C. R. H. L. edit. ant. Pith. et Gl. omittunt particul. *et*, atque nouam periodum incipiunt, cum quibus hac in re facit c. cit. Contra igitur illud *et* deberet, sed cum initio periodi.
29) *Prabuit*, C. R. H. et L. legunt cum c. cit. 3.
30) *Sanctorum*, C. H. habet.
31) *Parum autem*, omittitur in c. cit. h. l. quum alia iam legatur.
32) *Tibi*, legitur in cit. c.
33) Vox: *ecclesiæ*, a C. H. nec non L. ed. ant. et c. cit. 3. abest, prætereaque, expressis litteris, C. L. habet. *Herbipolenses canonici.*

34) *Hildesheim*, C. H. legit.
35) *Minus*, secundum C. H. falso legitur.
36) *Inhibemus*, C. R. legunt cum L. et c. cit.
37) *Transtulerit*, C. H. habet cum L. ed. ant. et c. cit.
38) *Pelli*, C. R. legunt, cum H. et c. cit.
39) *Debet*, legitur in c. cit. Notandum præterea, hanc translationem incidisse in tempora turbulenta, quo imperium diuisum erat inter OTTONEM Saxonem et PHILIPPVM Sueuum. Et quia hunc INNOCENTIVS III. reprobauerat, illum vero coronauerat: non poterat non translationem ad sedem Herbipolensem CONRADI postulati ægre ferre, partes PHILIPPI sequuti, quem vtraque sede priuauit.

CAP. IV.

Solus papa transfert episcopos: et indulgentia, per eum super tali translatione concessa, ad litteram seruanda est.

IDEM *Brandur. episcopo et scholastico Maguntinensi* 40). h (ann. 1199 *Roma in Germaniam.*)

Licet i in tantum: [*et infra*] *Quædam vero sibi apostol. sed. reseruauit, quodammodo specialiter et singulariter, vt præter specialem auctoritatem ipsius nec inde agi valeant, nec attentari debeant cum effectu. In his autem specialiter translationes episcoporum adeo non tam constitutio canonica, quam diuina eius tantum potestati commisit, vt,*] sicut legitimi 41) matrimonii vinculum, quod est inter virum et vxorem, homo dissoluere nequit, Domino dicente in euangelio: *quos Deus coniunxit, homo non separet*: si et spirituale fœdus coniugii, quod est inter episcopum et ecclesiam, quod in electione initiatum 42), ratum in confirmatione, et in consecratione intelligitur consummatum, sine illius auctoritate solui non potest, qui successor est Petri, et vicarius Iesu Christi. Hoc autem 43) C. quondam Hildesem. episcopus non attendens, [*licentiam nostram, nec postulatam nec habitam contra canonicas sanctiones et inuitam ap. sed. cuius super hoc fuerat et requirendus et obtinendus assensus,*] ad Herbipolens. ecclesiam [*ab Hildesem. non auctoritate nostra, sed*] propria temeritate transiuit, [*et administrationi eius se ingerens Herbipolensem se fecit episcopum nominari. et infra.*] Nec illa k [*fel. rec. Cælestini papæ*] prædecessoris nostri indulgentia [*quam impetrasse refertur in hoc*] præsumptionem excusat ipsius, sed ambitionem accusat: [*vtpote quæ ipsum reddidit de ambitione notabilem: non autem tribuit ad aliam episcopalem ecclesiam transeundi licentiam:*] cum in ea sit expressum, quod, si ad maiorem vocaretur forsitan 44) dignitatem, eam sibi liceret assumere, dum tamen nihil ei de statutis canonicis obuiaret. Vnde, licet forsitan aliquibus videatur, vt indulgentiæ occasione ipsius ad dignitatem possit transire maiorem, ad parem tamen ipsi transire non licuit: cum in maiori dignitate propter maiorem vtilitatem facilius soleat dispensari. Præterea 45) cum postulatio, sicut et electio, examinari soleat diligenter, et tenor illius indulgentiæ non solum 46) videatur postulationis examinationem, sed personæ etiam reseruare 47), subiungens, dummodo nihil [*appareat, quod tibi*] de canonicis obuiet institutis, antequam per eum postulatio examinata fuisset, cui fuerat facienda, nulla ratione debuerat transisse 48).

40) Verba sequentia inscriptionis: *Brandur. episcopo et scholastico Maguntinensi*, non exstant in C. H. sed L. pro *Brandur* legit *Brabur*, et ed. ant. *Bambergen.* *Burgn.* habet C. R. 1. *Branburgiano*, C. R. 2. Mirum in modum autem variat illa inscriptio in c. 4. comp. 3. h. t. nimirum: *Idem Brand. Burgen. episcopo, et P. scholastico Maguntino.*
41) *Legitimum*, legitur in c. cit. 4.
42) *Nunciatur*, legit ed. ant. *initiatur*, est in c. cit. 4.
43) *Hæc autem S.* legit c. cit.
44) *Forsan*, C. H. habet.
45) *Propterea*, legitur in c. cit.
46) Vox: *solum*, abest a C. H.
47) *Reseruari*, secundum C. R. 1. sed *reseruasse*, C. R. 2. H. et L. cum c. cit. 4. habent.
48) *Transire*, est in c. cit.

TITVLVS VIII.

DE AVCTORITATE, ET VSV PALLII.

CAP. I.

Intra quamlibet ecclesiam prouinciæ suæ archiepiscopus pallio vti potest: sed extra, non potest.

CLEMENS III. (ann. 1189. *Romæ.*)

Cum super l aliqua re (etc.) [*et infr.*] Quæsiuisti, [*etiam*] quomodo intelligatur, quod in forma traditionis palii continetur, vi-

a *Al.* in 1. compil. *al* Idem episcopo et Petro scholastico Maguntinensi. b *Cap.* 3. *eod. tit.* in 3. *compil.* *Vide et Leonem apud Iuonem part.* 5. *cap.* 103. c *Matth.* 19. d *Al.* Attuit, prabuit e *Vide l. capitalium.* §. *penult. ff. de pœn. et in l. si quis in suo.* C. *de inoffic. testament.*

f *Leo papa* I. *epist.* 82. *cap.* 8. *Adde concil. Sardic. can.* 1. *vbi cauetur, ne quis de vno episcopatu ad alium transferatur.* g *Concord.* 7. *quæst.* 1. *si quis.* h Idem Bamberg. episcop. et magistro præposito scholari Maguntin. i *Cap.* 4. *eod tit. in* 3. *compil.* k *In Cod. Barbatia ita*: nec illa prædecessoris nostri indulgentia, quam impetrasse se refert, præsumptionem, *etc.* l *Cap. eod. tit. in* 2. *compil.*

deli-

delicet, tredimus tibi pallium e, vt eo intra 49) *b* ecclesiam tuam vtaris. Quod ite intelligitur, [*intra ecclesiam tuam*] videlicet 50) intra 51) quamlibet ecclesiam prouinciæ tibi commissa 52). Si vero te facris indutum vestibus ecclesiam processionaliter 53), vel alio modo, exire contigerit: tunc tuo 54) pallio minime c vti debes.

49) *Infra*, habet c. 1. comp. 2 h. t. cum ed ant.
50) *Videlicet*, non extat in cit. c. 1. et pro *intra*, est simplex *i*.
51) *Infra*, legunt C. L. et ed. ant.
52) *Tua*, legitur in cit. c. 1. pro *tibi commissa*.
53) *Processionali*, C. H. legit.
54) Pronomen: *tuo*, a C. R. H. c. 1. cit. edit. Pith. et Gl. abest.

CAP. II.

Archiepiscopus alteri archiepiscopo pallium suum commodare non potest.

COELESTINVS III. 55) (*ann.* 1194.)

Ad hoc 56) *d*, quie 57) quæsitum est a nobis ex parte tua, vtrum liceat tibi pallium tuum metropolitano alii commodare, [*si contigerit, ipsum sine pallio sua ad ecclesiam tibi commissam, vel in aliqua præcipua sollemnitate venire, et in eadem ecclesie missarum sollemnia celebrare, licet exinde nos non recolamus expressum canonem inuenisse, super hoc tamen*] inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod non videtur esse conueniens, vt pallium tuum alicui commodes *e*: cum pallium personam non transeat, sed quisque cum eo debeat, sicut tua nouit 58) discretio, sepeliri.

55) *Clemens III.* C. R. 1.
56) *Hac*, est in C. L. et c. 2. cit. comp.
57) *Quod*, legitur in ed. ant.
58) *Non ignorat*, C. R. 1. legit.

CAP. III.

Per pallium confertur plenitudo pontificalis officii, et nomen archiepiscopale.

INNOCENTIVS III. *C.* 59) (*tt. Sancti Laurentii in Lucina*) *cardinali f presbytero apost. sed. legato.* (*ann.* 1202. *Roma in Siciliam.*)

Nisi specialis dilectio *g* illa: [*et infra.*] Sane si postulatio [*ven. fr.*] Troiani 60) *h* episcopi [*regni Siciliæ cancellarii*] ad Panormitanam ecclesiam fuisset per nos etiam approbata, non tamen deberet se archiepiscopum appellare, priusquam a nobis pallium suscepisset, in quo pontificalis officii plenitudo *i*, cum archiepiscopalis nominis appellatione 60*) confertur. Tu ergo, [*sicut vir prouidus et discretus*] quod factum est, sic studeas palliare, vt id 61) in confusionem tuam, et ad 62) sedis apost. opprobrium non redundet: quoniam 63), si oporteat, vt [*vel*] nos, [*in hoc facto confusionis opprobrium incurremus*] vel tu 64), ex hoc negotio confunderis 65), eligemus 66) potius te confundi, quam lædamus 67) sedis apost. dignitatem.

59) Pro *C.* ed. ant. habet *S.*
60) *Troiana*, secundum C. H. sed in c. 1. comp. 3. h. t. est *Troianen.*
60*) Sic ergo archiepiscopus, licet consecratus, nequidem nomen *archiepiscopi* gerere potest ante impetrationem *pallii*, vt intelligat, se in hac dignitate penitus a pontifice dependere, eiusque vices *in pallio* gerere.
61) *Vt hoc*, C. R. 1.
62) C. R. ed. Gl et Pith. tantum *et*, legunt, sed a C. H. abest hæc copula.
63) *Nam si*, C. R. 1.
64) *Vt vel nos, vel tu*, C. R. H. L. et ed. ant. habent.
65) *Confunderis*, est in c. cit. 1.
66) *Eligimus*, C. R. 1. et H.
67) Ed. ant. habet: *lædi.*

CAP. IV.

Romanus pontifex semper et vbique vtitur pallio: alii in ecclesiis suis et certis diebus tantum.

IDEM (*ann.* 1202. *Romæ.*)

Ad honorem *k* Dei: [*et infra.*] Sane solus Romanus pontifex in missarum sollemniis *l* pallio semper vtitur, et vbique: quoniam 68) assumptus est in plenitudinem ecclesiasticæ 69) potestatis, quæ 70) per pallium significatur 71) *m*; alii autem eo nec semper, nec vbique, sed in ecclesia sua, in qua iurisdictionem ecclesiasticam acceperunt, certis debent vti diebus: quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, non *n* in plenitudinem potestatis.

68) *Quando*, est in c. 2. cit comp.
69) Vox: *ecclesiasticæ*, non extat in C. H.
70) *Quod*, legitur in c. cit. pro *quæ*.
71) *Figuratur*, C. R. 1. H. L. et c. cit. legunt; sed C. R. 2. habet: *signatur.*

a *Pallium sumitur in hoc tit. pro quodam archiepiscoporum ornamento, crucibus nigris intexto, velut stola sacerdotalis, quod super alia ornamenta defertur, humeros velut corona pectusque circumdans, et ante dependens. Vide Panorm. in c. antiqua. de priuil. et Innocent. III. libr. 1. myster. mis. c. 63. vbi copiose de eius materia, forma et mystica significatione.* b *al.* infra. c Nullo modo. d *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil. al.* hæc. e *i. personale ß sol.* f Innocentius III. C. tit. S. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, etc. vt habet 3. compil. g *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* h *al.* Troianens. *al.* Troiecens. regni Siciliæ cancellarii. i *Adde concil. Lateranens. sub Innocent. III. cap.* 5. k *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3 *compil.* l *al.* sollemnitatibus. m Figuratur. n *al.* et non in plenitudinem, *etc.*

CAP. V.

Archiepiscopus extra suam prouinciam pallio vti non potest e etiamsi hoc habeat consuetudo.

IDEM *Compostellano* 72) *archiepiscopo.* (*ann.* 1203. *Roma in Hispaniam.*)

Ex tuarum *o* tenore litterarum accepimus, quod, cum fuerit in concessione pallii tibi dictum, vt ipso intra 73) ecclesiam tuam vtereris 74), et tibi [*tam de mandato regio, quam etiam*] pro ecclesiæ tuæ negotiis [*procurandis*] frequenter extra tuam prouinciam commoranti, verecundum sit absque pallio ministrare, cum consuetudo sit [*talis, sicut asseris,*] in Hispania generalis, quod archiepiscopi extra suas prouincias, pallio indifferenter vtantur, vt extra tuam prouinciam vti pallio valeas, indulgeri tibi a sede apostolica postulasti.

Licet autem [*vsus huiusmodi sit abusus et*] talis consuetudo 75) dicenda sit potius corruptela *p*, [*et ii grauiter offendere dignoscantur, qui vtuntur palliis extra suas prouincias absque licentia sedis apost. specialis:*] nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi 76), vt, si [*quando*] necessitate aliqua præpeditus, ad ecclesiam tibi subiectam accedere forte nequiueris, pro consecrandis suffraganeis tuis 77), vel clericis ordinandis, et ad ecclesiam alienam propter hoc te contigerit declinare, dummodo is, ad quem ecclesia pertinet, id permittat, vtendi pallio in iam 78) dictis casibus liberam habeas facultatem.

72) *Compostell.* est in c. 3. comp. cit. h. t.
73) *Infra*, legitur in c. cit 1.
74) *Vtaris*, C. R. 1. ed. Pith et Gloss. legunt.
75) *Consuetudo illa*, habet ed. ant.
76) Textus hic in c. cit. 3. ita sonat: *Nos tamen in hac parte volentes fraternitati tuæ gratiam facere specialem, auctoritate tibi præsentium indulgemus.*
77) *Suis*, legit C. L.
78) Vocabulum: *iam*, abest a C. H.

CAP. VI.

In qualibet ecclesia suæ prouinciæ, permissis diebus, archiepiscopus missam celebrans, vti potest pallio.

IDEM INNOC. III. (*ann.* 1206. *Romæ.*)

Cum sis [*in partibus remotissimis: gratum gerimus et acceptum, quod in actibus tuis, quotiescunque dubitationis scrupulus emergit, etc.* [et infra] *Noueris igitur, quod, vbi exposcit necessitas, et plures in vna ecclesia clericos, et plures episcopos simul poteris consecrare, et*] vbicunque *q* fueris in missarum celebrationibus constitutus, diebus sollemnibus vsum pallii, per quod plenitudo pontificii 79) *r* designatur, (poteris) liberius exercere.

79) *Pon.* C. R. 1. sed C. H. legit: *pontificis*, vti etiam c. 1. comp. 4. h. t.

CAP. VII.

Sine pallio et sandaliis potest archiepiscopus celebrare.

HONORIVS III. *archiepiscopo Tri.* 80) (*ima Lugdunensi c. ann.* 1220. *Roma in Galliam.*)

Quia nos 81): [*et infra.*] Inquisitioni t. t. 82) respond. quod tam in tua, quam in aliena diœcesi, potes sine pallio 83) et sandaliis 84) celebrare: qui vtique 85) in tua diœcesi non debes 86) semper celebrare cum pallio, sed diebus illis duntaxat, qui in ecclesiæ tuæ priuilegiis sunt expressi. Sicque 87) soluta est quarta quæstio, quæ quæsiuisti 88), an tibi sit licitum pro defunctis cum pallio celebrare.

80) *Toletano*, C. R. 1. legit; sed C. R. 2. habet: *Turonen.* at L. V. editio ant. omittit *archiep. Tri.* in c. 1. comp. 5. h. t. ipsa inscriptio ita sonat: *Honor. III. archiepiscopo Lugdunensi.*
81) *Tua nos*, legit c. cit. 1.
82) *Tuæ taliter*, legit C. L.
83) *Absque pallio*, C. R. H. et c. cit. legunt.
84) *In sandaliis*, secundum C. H. sed in ed. ant. *sandalibus*, legitur.
85) *Cum etiam*, legit c. cit 1.
86) *Debeas*, est in cit. c. 1.
87) *Et sic*, C. R. 1.
88) Verba: *quæ quæsiuisti*, non extant in C. H.

TITVLVS IX.
DE RENVNTIATIONE.

CAP. I.

Non datur licentia cedendi episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarius, vel vtilis sit ecclesiæ suæ.

ALEXANDER III. *Londonensi episcopo* 89). *s* (*ima Lunden. archiep. c. ann.* 1180. *Roma in Daniam.*)

Litteras *t* tuas [*nuper accepimus, deuotione plenas, et dolore non vacuas, quæ quidem et tuam nobis insinuant affectuosissimam caritatem, et tui archiepiscopalis officii, quod fideliter gessisti, et adhuc te*

89) *London.* C. R. 1. legit, sed C. R. 2. habet: *Lndon.* et in c. 1. comp. 1. h. t. est *London. archiepiscopo.* Verior lectio forsan est: *Lugdunensi*, notante AVGVSTINO *in not. coll. ad h. l.*

o *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.* p *Vide i. omnes indices. C. de decur. libr.* 10. *et auth. vt nulli iudic. §. in gloss. magna, collat.* 8. q *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.* r *al.* pontificalis officii. *al.* pontificii. s *al.* London. archiepiscop. *al.* Lugdunensi archiepiscop. *al.* Baion. episcop. *in codice MS. est r* Turonens. t *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.*

gereve

gerere gaudemus, contrariam exigebant ecclesiæ vtilitatibus cessionem. Nosti enim, sicut vir prudens et prouidus, quod tanta est cleri malitia, et contra ecclesiam Dei tam grauis tamque diuturnæ persequutionis instantia, vt nequaquam ei cedat ad commodum, si tuam sedem talem contigerit subire defectum. Quod] si tuam aut a senectutem, aut insufficientiam forte considerans, te tanquam immeritum 90) b postulas relaxari: scito, nos credere, [*et pro certo tenere,*] quod tutius sit hoc tempore, si commissa tibi ecclesia sub vmbra tui nominis gubernetur, quam si alteri nouæ 91) incognitæque personæ gubernanda in tanto discrimine committatur 92): maxime quia in te vigor deuotionis et fidei, etiam corpore senescente, non deficit, sed vergente 93) deorsum conditione corporea, feruor spiritus in sublimiora 94) conscendit. [*Ne igitur huius doloris aculeum vinidem circa te nostri pectoris vulneret caritatem; rogandum te potius duximus et monendum.*] c(Monemus te igitur,) vt, super hoc diebus illis nulla te facias importunitate molestum: quia indecens omnino probatur, prius soluere militiæ cingulum, quam cedat victori 95) eduersitas præliorum. [*Iusta igitur, sicut bonus miles Christi, et in tuæ sollicitudinis officio persevera: ne, dum tuæ quietis desideria quæris, in aliquod talenta tibi credita detrimentum patiaris. Illud quoque te oportet attendere, quod, si pennas habeas, quibus in solitudinem volare satagis, vt quiescas, ligatæ sunt tamen nexibus præceptorum, quæ ita, vt nosti, et sacrorum canonum institutione te vinciunt, vt liberum non habeas absque nostra permissione nostra volatum. Ceterum, ne, frater, te intolerabiliter nos grauare censeris, qui melius tue putes tam animi debilitatem nosse quam corporis, hoc tandem tibi, si induciam conscientiæ tuæ rei id peorsus exigit, indulgemus, vt, si susceptu opportunitate tam per te, quam per principem terræ, vel etiam per litteras suas, et idoneos nuntios, si corporalem ibi vel non potueris, vel nolueris exhibere præsentiam, aliosque regni illius religiosos et industrios de substituenda sibi persona sollicitus, et talem inuenire satagas successorem, qui non a fidei claritate degeneret, neque a tramite rectitudinis et honestatis aberret. De his quoque, quæ tuis duxeris necessitatibus conseruanda, cum eisdem personis tractare et deliberare tenueris: vt, cum nobis hæc vnica tam tua, quam illorum, fuerint assertione comperta, ita prouide ac secure possimus in facto procedere, quod neque nos, nec te ipsum oporteat huius operis in posterum pœnitere.*]

90) C. R. H. ed. Cont. Pith. et Gl. *emeritum*, leguat cum c. cit. 2.
91) *Sub alterius*, legit ed. ant.
92) *Committeretur* est in cit. c. 2.
93) *Vrgente*, legitur in cit. c.
94) *Superiora*, C. R. 1.
95) *Victoriam*, habet c. cit.

CAP. II.

Qui abiurat beneficium, licite potest illud, si denuo eligatur, obtinere.

IDEM *abbati Dolen.* 96) c *et priori de Artegia.* 97) (*ann.* 1180. *Romæ in Galliam.*)

Cum inter P. Gaufridi 98) et quosdam d alios canonicos sancti I. 99) super spirituali e beneficio, scilicet 100) stallo in choro, et loco in capitulo, [*in curia nostra*] quæstio fuisset diutius agitata; [*quia tamen altera pars sufficienter instructa non venerat: negotium non potuit terminari,*] ideoque [*caussam ipsam vestro examini committentes*] vobis 1) [*per A. S.*] mandamus, quatenus [*partes ante vestram præsentiam conuocetis, et rei veritate plenius inquisita,*] si præfatum P. [*Gau.*] inueneritis de consensu f maioris [*et sanioris*] partis capituli fuisse de prædicto 2) beneficio auctoritate apostolica inuestitum, eum faciatis [*app. rem.*] beneficium ipsum pacifice possidere. Non enim videtur nobis impedimentum afferre [*etiam*] iuramentum, quod de eodem non petendo vlterius proponitur præstitisse, si consensus maioris et sanioris partis canonicorum ecclesiæ intercessit.

96) *Dolon.* C. R. 1. legit; sed c. 3. cit. comp. habet: *Dolonen.* vel potius *Dolen.*
97) *Artegn.* secund. C. R. 1. et ed. ant. omissa particula: *de.*
98) *Gaufredi*, C. R. habent cum L. et c. 3. cit.
99) *Sancti Laurentii*, legit c. cit. 3.
100) *Pro scilicet*, est in c. cit. *S.*
1) Pronomen, *vobis*, a C. R. H. L. et ed. ant. abest, pro qua dictione c. cit. habet hæc sigla: *A. v.*
2) *Spirituali*, est in c. cit. pro *prædicto.*

CAP. III.

Qui renuntiauit beneficio suo, illud repetere non potest.

IDEM *episcopo g Verulano* 3). (*ann.* 1180. *Romæ in Latium.*)

Ex transmissa h relatione abbatis sancti Nicolai de Ceparano 4), nostris est auribus intimatum, quod P. Rubeus clericus 5), dum [*olim*] infirmitate i laboraret k, apud monasterium sancti Saluatoris [*de Tele-*

3) Nomen: *Verulano*, a C. R. 1. abest, sed in C. R. 2. legitur: *Verisan.* et C. H. legit: *Verinan.* C. L. habet: *Verulano.*
4) *Ceprano*, legit ed. ant. per totum cap. sed *Ceperano*, est in c. 4. cit. compil. per tot.
5) *Clericus*, non est in cit. c. 4.

sie] sibi petiit habitum monasticum 6) indulgeri, qui, recuperata postmodum sanitate, ad monasterium illud gratia complendi [*suum*] votum accessit: et ibidem moram aliquantulam 7) faciens, ea, quæ prædictæ ecclesiæ sancti Nicolai contulerat, sibi fecit restitui. Nunc autem, mutato animo, [*per te, et per amicos tuos*] laborat, vt restituatur in ecclesia supradicta 8).

Verum quoniam iam dicta ecclesia ab eo soluta dignoscitur, ex quo [*ille*] ea, quæ sibi contulerat, ad [*voluntatem et*] petitionem suam resignauit eidem: [*fr. t. mc. atque*] mandamus, quatenus, si res ita se habet, prædictum abbatem et socios eius ad receptionem [*præfati*] P. nulla ratione compelles inuitos, nec a populo 9) l Ceparano compelli permittas. Hortari tamen eos [*et monere*] poteris, [*si tanti tibi fuerit,*] vt illum non tanquam vnum de ecclesia, sed, quasi de nouo [*deberet intrare,*] recipiant in socium et in fratrem 10).

6) *Monachalem*, C. R. 1.
7) *Aliquantulum*, C. R. 2. legit cum c. cit.
8) *Eadem*, est in c. cit.
9) Vox *populo*, a C. R. H. L. ed. ant. et c. cit. abest; sed in C. R. manus noua adiecit: *id est populo.*
10) Verba *in socium et fratrem*, non exstant in cit. c. 4.

CAP. IV.

Beneficiatus sine licentia prælati sui, beneficio renuntiare non potest.

IDEM *episcopo Tornacensi.* (*ann.* 1180. *Romæ in Galliam.*)

Admonet- [*et infra.*] Vniuersis personis tui episcopatus sub districtione prohibeas, ne ecclesias tuæ diœcesis ad ordinationem tuam pertinentes, absque assensu tuo intrare audeant, aut detinere 11), aut te dimittere inconsulto. Quodsi quis contra prohibitionem tuam venire præsumpserit: in eum canonicam exerceas vltionem.

11) *Tenere*, C. R. 2. legit.

CAP. V.

Contra petentem beneficium admittitur spontaneæ abiurationis exceptio, etiam caussa renuntiationis non adiecta; contra quam actor replicare potest, quod non sponte renuntiauit: et qui melius probauerit, obtinebit.

CLEMENS III. (*ann.* 1189. *Romæ.*)

Super hoc 12), quod scissitaris m, vtrum ecclesiastica beneficia reposcentibus, obiecta spontaneæ abiurationis exceptio sine caussæ cognitione sit admittenda, et an actoris, quod 13) sponte non renuntiauit, an rei de spontanea renuntiatione debeant probationes admitti 14), sic tuæ experientiæ respondemus, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quisquam beneficium [*etiam*] multis forte expensis et laboribus acquisitum, [*vt*] a quo sustentari debet, facile sine 15) magna caussa, [*temere*] sua sponte resignet 16): ideoque superuacuum esse non credimus, caussam resignationis diligenter inquiri n, quam si iudex probabilem, id est, non vi, nec metu 17), nec 18) oppressione, nec interuentu pecuniæ, nec promissione e extortam 19) iudex [*ordinarius, seu delegatus*] inuenerit, [*et*] maxime 20) si non interuenerit 21) iuramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur, quod fere semper a malo est, nisi replicatio canonica fuerit opposita 22), admittere non postponat 23). Porro licet negantis factum per rerum naturam nulla sit probatio p: eius tamen qui spontaneam renuntiationem negat, cum implicite et quodammodo replicando inficiatur super assertione sua, habito ad dignitatem et opinionem respectu 24), probationes credimus admittendas.

12) *Super eo*, secundum C. H.
13) *Qui*, C. R. 1.
14) *Testes sint et probationes admittendæ*, legit c. 3. comp. 2. h. t.
15) *Facile et sine*, secund. C. R. 1. sed in c. cit. vox: *facile*, non exstat.
16) *Pro resignet beneficium acquisitum*, legit c. cit. *beneficio acquisito renuntiare elegerit.*
17) C. R. 2. *non metu*, legit cum c. cit.
18) *Non*, legitur per totum c. cit. pro *nec.*
19) *Extorta*, C. R. 2.
20) *Et maxime*, C. R. 1. legit. Sed ipse textus hic in cit. c. ita variat: *et maxime si iuramentum, quod vix fieri de voluntate spontanea credimus: quia iuramentum semper fere a malo est admittere, nisi etc.*
21) *Interuenias*, legit C. L.
22) *Apposita*, C. R. 1. habet.
23) *Postponas*, legit ed. ant.
24) Textus ipse in c. cit. varians hic est: *habita nihilominus ad dignitatem opinione et relatione*, etc.

CAP. VI.

Qui sponte renuntiauit electioni de se factæ, super ipsa vlterius audiri non debet.

IDEM CLEMENS III. 25) (*ann.* 1190. *Romæ in Angliam.*)

In præsentia nostra: [*etc.*] q [*et infra.*] Licet igitur iudex non semper ad vnam speciem probationis applicet mentem suam, sed ex con-

25) *Cælestinus III.* legitur in c. 4. cit. comp.

a *al. tuam* b *In vno ex manuscriptis* emeritum, *et vox*, immeritum, *per*[illegible] *legitur.* c Deinceps *al. Idem* abbati et priori de Artigi. *al. de Ar*[illegible] d *Cap. 3.* [illegible] *comp.* e *al.* speciali. f *In C. Bar*[illegible] maioris et [illegible] partis, etc. g *al.* Versellensi *al.* Verulan. h *Cap. 4.* [illegible] i *al.* dum olim nimia tunica l. d. *etc.* k *Iuxta illud:* [illegible], hoc tempore annorum: expers languoris, non sum memor [illegible]

l *Vox*, populo, *deest in omnibus manuscr. sed erat expositio marginalis, quæ irrepsit in textum. In antiquis ita habebatur.* Ceparano, id est, a populo Ceparano. m *Cap.* 3 *eod. tit. in 2. compil. legitur ita:* super hoc, quod scissitaris a nobis. n *Vid. l. si vnus. D. de pact. et l. sed etsi quis. §. nec distinguemus. D. de vsufr.* o *Facit quod habetur in l. 1. et 2. D. de calumn.* p *Vid. l. post rem. cum glossa, D. de transf. et l. 1. D. quæ sent. sin. app. rescind.* q *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.*

fessioni-

feſſionibus, depoſitionibus, allegationibus 26), et aliis, quæ in eius præſentia proponuntur, formet 27) animi ſui motum 28), et tanta ſit iudicialis auctoritas, vt ſemper pro ipſo præſumi debeat, donec contra ipſum aliquid legitime comprobetur: quare ſi tu [*contra prædictum R.*] coram Dulmen. epiſcopo 29) et eius coniudicibus 30) nihil penitus probauiſſes: ſtandum tamen ſententiæ fuerat, niſi aduerſarius 31) eam oſtenderet irritandam. Quia tamen præter iſta conſtitit de ipſius renuntiatione ſpontanea per quaſdam epiſcoporum litteras et confeſſionem ipſius: nos [*de conſilio fr. n.*] a ei ſuper eadem abbatia ſilentium duximus imponendum.

26) *In allegationibus*, C. H. habet.
27) *Firmet*, eſt in cit. c. 4.
28) Hæc verba accommodata ſunt ad ſententiam ICti in *l. 3. §. 2. in f. D. de teſtibus.*
29) Vox: *epiſcopo*, a C. R. et L. abeſt, ſed loco eius legitur in c. cit. *prædicto.*
30) *Coniudice*, ſecundum C. H. L. et c. cit.
31) *Dictus R.* habet c. cit.

CAP. VII.

Qui renuntiauit litteris beneficialibus, non ideo inſtitutioni iam factæ renuntiare videtur.

COELESTINUS III. 32) (*ann. 1195. Roma in Galliam.*)

Sane dilecto b filio noſtro I. 33) [*tituli S. Prudentianæ*] presbytero cardinali, tunc apoſtol. ſed. legato, nos 34) [*viua voce*] meminimus [*ac litteris*] iniunxiſſe, vt [*dilectum fil. noſtr.*] H. 35) ſubdiaconum [*qui eccleſiæ veſtræ a primo pueritiæ flore ſeruiuit, contradict. et app. rem.*] canonicum in Pictauien. 36) eccleſia inſtituere procuraret: qui mandatis noſtris obtemperans, ibidem inſtituit in canonicum ſubdiaconum memoratum 37). [*Vos autem nec nobis nec ipſi cardinali reuerentiam exhibentes, quod in litteris ſuis de tam dicto Hug. idem card. iniunxit vobis, adimplere minime curauiſtis, nec etiam ſuſpenſionem ipſius in aliquo obſeruare. Sed*] poſtmodum idem H. quorundam veſtrum ductus conſilio, litteras ſuas vobis reddens, veſtræ miſericordiæ ſe ſubiecit: [*qui, cum crederet apud vos miſericordiam impetrare, vobis ſatisfaciens in hac parte, inde damnum cogitur ſuſtinere, vnde gratiam et præmium [illegible] reportare. Nolentes igitur, quod de ſæpedicto Hug. tam a prædeceſſoribus noſtris, quam a nobis inchoatum eſt, aliquatenus relinquere imperfectum, vniuerſitati veſtræ per A. S. in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus,* (etc.)] Quia vero c vnde miſericordiam debuit impetrare, inde cogitur 38) diſpendium ſuſtinere: mandamus, quatenus, hoc non obſtante, ipſum 39) in fratrem et canonicum 40) [*integre ac plenarie*] admittatis, [*et eidem in choro ſtallum et in capitulo locum aſſignantes, ipſum curetis de cetero fraterna caritate tractare. Alioquin noueritis, nos venerab. fr. n. archiepiſcopo et dilectis filiis canonico Burdegalen. et Sanctonen. decano diſtrictius mandaſſe, vt auctoritate noſtra freti, dilatione et contrad. et appell. ſepoſita, id plenarie exſequantur contradictores diſtrictione eccleſiaſtica percellentes et ad ſedem apoſtol. ab officio et beneficio ſuſpenſos de inobedientia reſponſuros et de ſuſpenſione prædicta nullatenus obſeruata tranſmittere non poſtponant: vt tibi, pœna docente, addiſcant, quam periculoſum et indignum ſit mandatis apoſtolicis obuiare, nullis litteris obſtantibus harum tenore tacito a ſede apoſtol. impetratis.*]

30) *Clemens III.* C. R. 1. addit præterea c. 1. de maior. et obed. comp. 2. pars capitulo: *ſi mandatis.*
31) C. R. 1. legit: *Io.* ſed c. cit. *Iordano.*
34) Dictio *nos*, in c. cit. non exſtat.
35) *Hug. Lem.* legit cit. c.
36) *Pictauen.* eſt in C. L. et ed. ant.
37) Variatio textus c. citati ipſo eſt hæc: *vt decuit, in hac parte vſque adeo in negotio ipſo proceſſit, quod eumdem Hug. auctoritate noſtra et ſua in canonicum eccleſiæ eiuſdem inſtituit ſub pœna officii et beneficii vobis iniungens, vt ipſum plenarie in canonicum veſtrum admitteretis et fratrem.*
38) *Cogeretur*, C. H. habet.
39) In c. cit. et quidem ſtatim poſt vocem *mandamus*, ita legimus: *quatenus eumdem H. non obſtante eo, quod cum litteris ſuis veſtræ miſericordiæ ſe ſubiecit infra viginti poſt ſuſceptionem præſentium dierum, dilatione, contradict. et appell. rem. iuxta eccleſiæ conſuetudinem in fratrem, etc.*
40) *Et in canonicum*, C. R. 1.

CAP. VIII.

Renuntiatio beneficii facta in manibus laici non tenet: renuntians tamen eſt beneficio ſpoliandus.

INNOCENTIUS III. Nidroſien. 41) d *archiepiſcopo* (*ann. 1198. e ciuitate Caſtellan. in Norwegiam.*)

Quod in dubiis e: [*et infra.*] Hi præterea 42), qui beneficium eccleſiaſticum ſibi collatum ſponte in manum laicam 43) reſignantes, illud denuo a laico ſuſceperunt 44), eodem 45) ſunt beneficio ſpoliandi f: licet reſignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem 46).

41) *Vindroſien.* C. R. 1. habet. C. R. 2. autem *Vedroſen.* C. L. *Nordoſenſ.*, et ed. ant. *Moroſenſ.*, ſed c. 1. comp. 3. h. t. habet: *Nidroſienſ.*
42) *Præterea*, C. R. 1. legit omiſſa voce: *Hi*, pro qua c. 1. cit. habet: *Ii.*
43) C. R. cum L. *manu laico* habent, ſed C. H. legit: *in manu laici.*
44) *Suſceperint*, ſecund. C. R. 2.
45) *Eo*, C. R. 2.
46) *Non ergo ideo priuandus erat beneficio, quod reſignationem in manus laici fecerat, quæ nulliter facta erat, ſed quod denuo idem beneficium a laico, patrono forſan, ſine inſtitutione epiſcopi obtinuerat, ſine qua nemo beneficium obtinere poteſt. C. 4. X. h. t.* Qui, hoc ſpreto, beneficium tenet, *intruſus* dicitur. *c. 5. X. de conceſſ. præb.* Ceterum qui tantum reſignat beneficium in manus *laici*, nihil agit: propterea autem beneficio non priuatur, vt recte cenſet ACOSTA *ad h. t.*

CAP. IX.

Papa concedit licentiam cedendi epiſcopo, qui ſine mortis periculo in eccleſia ſua morari non poteſt.

IDEM *Eboracen. archiepiſcopo.*

Ad ſupplicationem g [*inſtantem ven. fr. n.*] Raguſien. 47) archiepiſcopi, eum a cura, [*et ſollicitudine,*] qua tenebatur eccleſiæ Raguſien. duximus abſoluendum, eo [*videlicet,*] quod ibi non poterat ſecure morari: et ſi acceſſum haberet ad illam, mortis ſibi periculum imminebat h. [*et infra.*] Ne vero idem [*archiepiſcopus*] in vituperium miniſterii noſtri, defectum in rebus temporalibus patiatur: [*fraternitatem tuam monemus attentius, ac per A. S.*] mandamus, quatenus beneficium 48), quod de liberalitate regia, ac conceſſione tua in epiſcopatu Carleoli 49), et eccleſia de Malebron. 50) i eſt illi collatum, ad ſuſtentationem conſeruet ipſius. Cui conceſſimus, vt in ipſo 51) epiſcopatu abſque vſu pallii officium epiſcopale valeat exercere, tibi, tanquam metropolitano, reuerentiam et obedientiam impenſurus.

47) *Raguſienſ.* eſt in c. 2. comp. cit. per totum.
48) Hic rurſus variat textus in c. 2. comp. 3. h. t. videlicet: *quatenus de munificentia et liberalitate cariſſimi in Chriſto filii noſtri I. regis Anglorum ill. ac conceſſione in epiſcopatu Karleoli et eccleſia de Malebor. eſt ſibi collatum ad ſuſtentationem conſeruet ipſius. Nos etenim de ſedis apoſtol. benignitate conceſſimus* etc.
49) *Carleoli*, C. R. habent.
50) *Maleboro*, ſecund. C. R. 1. ſed C. R. 2. habet: *Malebor.* et L. *Maleborum.*
51) Vox: *ipſo*, non exſtat in cit. c. 2.

CAP. X.

Debilis, ignarus, male conſcius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans ſcandala cedere poſſit.

IDEM *epiſcopo Calaritano* 52) k. (*Roma in Sardiniam.*)

Niſi cum l pridem [*in officio paſtorali ad diuinum ſeruitium acceſſiſti, præparaſſe te ad tentationes animum crederemus, ac prævidiſſe prudenter, nequaquam in humana fragilitate conſiſtentes, varios anguſtiarum languores, quos te ſciebas in ipſo officio perpeſſurum, non poſſe abſque magno Dei adiutorio ſuſtinere: formidaremus vtique, ne paruulos tuos poſtmodum ad petram allidere neglexiſſes, eoſque tantum in te permiſeris inualeſcere, vt ipſorum, ſuggerentium tibi ſuſcepti miniſterii ceſſionem, inſtantiæ vix iam valeas repugnare. Verum quoniam, (ſicut credimus,) cum te ſciris eſſe contra ſpirituales nequitias pugnaturum, armaturam Dei, qua poſſes ſtare contra inſidias tentatoris, ab apoſtolo monitus, induiſti, et inexpertus non ignoraſti ſollicitudines paſtoralis anguſtias, quas forſitan expertus abhorres: neſcimus cur tam inſtanter ſuſceptum velis regimen inutiliter derelinquere, quod ſuſceptum vtiliter, non deberes vſquequaque irritare.*] Si enim 53) in huiuſmodi ceſſione frugem tibi melioris vitæ promittis, ſcire te debes, non eſſe ſanctificato 54) in vtero ſanctiorem, et ideo non oportet te prædicationis iam ſuſceptæ deſerere miniſterium: cum ille, cuius fieri baiulus recuſabat, tandem prædicandum 55) receperit 56) m verbum Dei. §. 1. Quod ſi forſan humilitatis cauſa de culmine quæris pontificali n deſcendere, [*ac contra ſuperni nutus arbitrium datum tibi per illud in terris te deſerere præſulatum;*] eo ipſo humilitatis videris erigere 57) o male verticem, quod te nimis in reſignendi propoſito exhibet pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem cuſtodies, cum et per eam locum ſublimem fugies 58), et per obedientiam non dimittes. Intueri te 59) itaque [*ven. fr. n. in Chriſto*] volumus, quod hæc ſunt illa, per quæ cedendi epiſcopus [*officio paſtorali*] licentiam poteſt poſtulare, conſcientia criminis 60), debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcandalum 61), irregularitaſque perſonæ: ſed in his omnibus eſt [*adhibenda diſcretio et*] obſeruanda cautela. §. 2. Propter conſcientiam enim criminis cedendi [*paſtorali officio*] poteſt licentia poſtulari 62), et forſitan non cuiuslibet,

52) *Arelaten.* C. R. 1. ſed C. H. legit: *archiepiſcopo Altrateuen.* et L. habet: *archiepiſcopo Kalaten.* edit. ant. *epiſcopo Arelaten.*
53) Vox: *enim*, a C. R. H. L. ed. ant. et Gl. abeſt.
54) *Sanctificatum*, C. R. 2.
55) *Prædicando*, eſt in c. 4. comp. 3. h. t.
56) C. R. 1 *ſuſceperit*, habet.
57) *Exigere*, C. R. 2. et Gloſſ.
58) *Fugiens*, C. R. 2. legit.
59) *Te*, in ed. ant. non legitur.
60) *Criminum*, eſt in c. cit.
61) Verba: *graue ſcandalum*, non exſtant in c. 4 cit.
62) *Epiſcopus licentiam poſtulare*, C. R. 1. habet.

a *al.* nos de conſilio fratrum noſtrorum ſuper, *etc.* b *C. 1. eod. tit. de maior. et obed. in 2. compil.* c *In C. barb.* quia vero indecens eſt, vt vnde miſericordiam deberet impetrare, inde cogeretur, *etc.* d *al.* Nidroſien. e *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.*

f *Vide l. quæro. §. ſi venditor. ff. de adil. edict. et l. Herennius ff. de evi. l.* g *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. B. Thom. 2. 2. qu. 185. art. 5.* h *Vide l. ſi putator. ff. ad L. Aquil. et l. ſi vt certo. §. commodatum. ff. commod.* i Malebros. k *al.* Tralatan. *al.* Arelatenſ. *al.* Claretan. *al.* Caralitano. l *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp. vide B. Thom. 2. 2. qu. 185. art. 4.* m *al.* ſuſceperit. *Hier. 3.* n *al.* pontificalis honoris. o *leg.* erigere, non vt in vulgatis, exigere.

libet,

libet, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officii exsequutio post peractam 63) pœnitentiam impeditur. [*Cum enim quacunque hora pec. conuert. fu. omnium iniquitatum suarum non recordari se Dominus fateatur, et neminem esse sine peccato sacra scriptura testatur; apparet, quod non pro cuiuslibet criminis conscientia quenquam cedere oporteat officio pastorali:*] cum si omnes, quos arguit conscientia cuiuslibet culpæ, cederent, pauci vel nulli [*forsitan*] in illo ministerio remanerent. [*In multis enim offendimus omnes, et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est: quia misericordia illum excusat, qui miserabiliter se accusat.*] §. 3. Alia vero caussa est debilitas corporis 64) a, [*propter quam petere potest aliquis ab honore sollicitudinis pastoralis absolui,*] quæ [*videlicet*] vel ex infirmitate, vel ex senectute b procedit: nec tamen omnis, sed illa solummodo, per quam impotens redditur ad exsequendum officium pastorale. Nam si pro qualibet corporali debilitate, susceptæ seruitutis officium posset declinari, frustra se faceretur apostolus in suis infirmitatibus gloriari. [*et senectute grauatus a cura se non debet quispiam omnino pastoralis regiminis excusare:*] cum interdum non plus hortetur senilis debilitas aliquem cedere, quam 65) moralis maturitas, quæ in senibus esse solet, ipsum in suo suadet 66) officio permanere. Pro talibus enim de se dicit apostolus c: *cum infirmor, tunc fortior sum* 67): quia nonnumquam corporis infirmitas, fortitudinem cordis augmentat. §. 4. Pro defectu quoque scientiæ plerumque potest quis [*pastoralis officii*] petere cessionem; quia, cum ipsa circa spiritualium administrationem sit possibilium necessaria, et circa curam temporalium d opportuna, prælul, qui commissam sibi debet ecclesiam regere in vtrisque, salubriter 68) ei renuntiat 69), si scientiam, in qua ipsam regat, ignorat: [*quoniam, cum subiectos docere habeat, quid facere debeant, quid cauere, nec bene docebit eos, quod nescierit ipse fugere, nec illud, quod ignorauerit exercere.*] *Tu enim*, inquit Dominus e, *scientiam repulisti, et ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi.* Quanquam, etsi desideranda sit eminens scientia in pastore; in eo tamen sit competens toleranda: quia secundum apostolum, *scientia inflat* f, *caritas autem ædificat*: et ideo imperfectum scientiæ potest supplere perfectio caritatis. §. 5. Propter malitiam autem 70) plebis cogitur interdum prælatus ab ipsius regimine declinare, [*et*] quando plebs adeo duræ ceruicis existit, [*et in rebellione sua ita pertinax inuenitur,*] vt proficere nequeat apud ipsam, sed propter alius duritiam, quo magis satagit, eo magis iusto iudicio deficere permittatur 71), dicente Domino per prophetam g, *linguam tuam adhærere faciam palato tuo* 72): *quia Dominus* 73) *exasperans est.* Et apostoli h leguntur dixisse Iudæis: *ecce conuertimur ad gentes, quia verbi* 74) *Dei vos indignos fecistis.* Non tamen pro qualibet culpa pastor i debet gregem deserere [*suum,*] ne [*forte*] mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, et dimittit oues 75), et fugit: sed de 76) superioris licentia, tunc demum potest non tam 77) timide fugere, quam prouide declinare, cum oues conuertuntur in lupos, et qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt; cum, etsi tales sint grauiter pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore vtiliter tolerandi: quia sanguinem elicit 78), qui nimis emungit. §. 6. [*Et*] pro graui quoque scandalo euitando, cum aliter sedari non potest, licet episcopo petere cessionem: ne plus temporalem honorem, quam æternam videatur affectare salutem, memor illius, quod dicit apostolus k: *si esca scandalizauerit* 79) *fratrem meum* 80), *non manducabo carnem* 81) *in æternum*, [*ne fratrem tuum scandalizem.*] Sed inter scandalum et scandalum est subtiliter distinguendum: sicut Dominus l ipse distinxit 82), cui cum dixissent apostoli: *scis, quia pharisæi audito hoc verbo scandalizantur?* respondit: *sinite illos* 83), *cæci* 84) *sunt, et duces cæcorum.* Alibi m vero dixit: *qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris.* 85) [*Nam si necesse fuerit, vt scandala veniant, væ tamen homini illi, per quem scandalum venit.*] Personæ vero irregularitas, vt, si forte sit bigamus, vel viduæ 86) maritus, est caussa, propter quam petere potest licentiam aliquis resignandi [*pontificis dignitatem,*] attestante 87) apostolo, qui dicit 88) n: *oportet episcopum esse vnius vxoris virum.* Non tamen propter quamlibet irregularitatem patronæ debet ei, qui regulariter ministrauit, cedendi licentia indulgeri, vtpote si de legitimo matrimonio non sit natus: quia, licet irregularitatem huiusmodi non potuerit 89) subiicere 90), si tamen et culpa lateat et caussa, cum eo, qui laudabiliter suum impleuit 91) officium, iniuncta sibi pœnitentia competenti, potest non minus vtiliter, quam misericorditer dispensari. *Ego* o *sum*, inquit, *Deus zelotes, vindicans* 92) *peccata patrum in filios, vsque in tertiam et quartam generationem, in his, qui oderunt me*, id est, in illis 93), qui contra me paternum odium imitantur. Vnde patet, quod p illis, qui paterna vitia non sequuntur, propriæ possunt in talibus suffragari virtutes; illo discretionis adhibito moderamine, vt inter nothos et q manzeras, naturales et spurios distinguatur 94). [*Cum autem plerumque vitia se virtutes mimus prouide mentiantur: subtiliter aduertere te oportet, vtrum resignandi propositum, quod tam feruenter gestare videris in pectore, dignum sit Dei odio vel amore. Si enim propter caussam aliquam præmissarum cedere postulares: tam super caussa, quam super eius affectu pariter doleremus. Sed ne improuidæ pietatis amictu ad resignandum detestabilis impietas te impellat: considerare te volumus, et alias esse caussas, propter quas male quis petit, et peius appetit huiusmodi officium resignare. Si enim ex pusillanimitate, fortassis vt laborem deponat, vel persequutionem effugiat, aut ex vanitate, quod absit, vt plenius vacet otiis, seu liberius indulgeat voluptatibus, curam vult aliquis deserere pastoralem; ab ea non meretur absolui, quoniam propter huiusmodi vanitatem, tamquam qui mortaliter peccat, eo reddit se indignum: sed satagere debet, vt, vanitate deposita, satisfaciat de peccata. Aliam vero cedendi caussam omnino credimus detestandam. Si quis aut a pontificali velit discedere dignitate, vt gloriam captet humanam, tanquam eligat in domo Dei abiectus esse magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum, vel vt non amittat mundanum fauorem, quem per hypocrisin acquisiuit, sive quod erat simulata reuelari iam incipit, siue quod feruor ipsius ex qualibet caussa tepescit, nec vult videri, quod malus fuerit, aut quod sit, et ideo sub religionis prætextu suam vult contegere prauitatem, ut quasi deserens Martham, amplectatur Mariam, et Liæ fastidiens lippitudinem, Rachelis concupiscat pulchritudinem: quid autem, si propterea velit cedere, quod tempore prosperitatis, arridente fortuna, visus est laudabiliter ministrare, quoniam omnia sibi prospere succedebant, sed aduersitatis tempore imminente veretur, ne, si quolibet casu sinistro contingant, ipsius negligentiæ imputentur? Plane si propter hoc petis cedere, nautæ se poterit improuide comparare, qui cum mari, sub tranquillitate iacente, non cum multo labore nauis exercuerit gubernaculum, ipsam, tempestate surgente, deserit, et demergi permittit in profundum. Illam quoque cedendi caussam penitus detestamur, si forte cedere velit episcopus, vt, vel alter sibi succedat, vel obtentu protii vel affectu carnali, vel vt, cum peior sibi successerit, ipse velut optimus extollatur. Illud autem quasi nefas respuimus et damnamus, quod episcopus propter occupationes mundanas et sollicitudines secularis non valeat sine crimine pontificale officium exercere: cum multos sanctos ecclesia veneretur, qui spiritualia simul et tempo-*

63) *Peractam etiam*, C. R. addunt licet et L.
64) *Corporalis*, C. R. 2. H. et L.
65) *Eum cedere, quam*, legit c. cit. 4.
66) *Suadeat*, C. R. 1.
67) *Fortior sum et potens*, C. R. 1. addit.
68) *Salubriter*, est in c. cit.
69) *Abrenuntiat*, legitur in eod. c.
70) *Quoque*, habet c. cit.
71) *Permittitur*, legit c. cit.
72) *Faucibus tuis*, C. H. legit.
73) C. R. Vulg. et Gloss. legunt: *Domus*.
74) *Verbis*, legit C. R. 2. sed neutrum est in c. cit. omissa etiam voce: *Dei*.
75) Verba: *dimittit oues*, amittuntur in cit. c.
76) *Sed et de*, secundum C. H.
77) Vox: *tam*, abest a C. H.
78) *Elicit*, habet ed. aut.
79) *Si scandalizauero*, C. H. sed in c. cit. legitur: *scandalizauit*.
80) *Tuum*, est in cit. c.
81) *Carnes*, habet C. R. 1. cum H.
82) *Distinguit*, est in cit. c.
83) Pronom. *illos*, a C. R. et c. cit. abest.
84) *Quia cæci*, C. R. 1. legit.

85) *Maris*, non est in c. cit.
86) *Viduarum*, C. a H. et L. legunt, sed in c. cit. est: *Viduæque*.
87) *Testante*, C. R. 1. legit, et L. addit nomen proprium ipsum, scil. *Paulo*.
88) C. R. H. et L. habent: *dixit*.
89) *Debuerit*, C. R. 1. habet, sed C. R. 2. legit: *poterit*, cum ed. aut. et c. cit. *poterit*.
90) *Subiicere*, legit C. L. cum ed. ant. et c. cit.
91) *Impleuerit*, C. R. 1. legit.
92) C. R. c. cit. et Gl. *visitans*, habent.
93) *Id est, in his*, C. R. 2.
94) Distinguit pontifex inter *nothos et manzeres, naturales et spurios*, sed differentias non indigitat. *Manzeres* Hebræis erant *ex damnato et incestuoso* coitu nati, vt notant *critici sacri ad Deut XXIII, 2.* Speciatim vero SELDENVS *de success. ad LL. Ebraeor in bona def. c. III.* Hos *ad cessionem* facilius admittendos, quam illos esse pontifex censuit, quod DEVS *ait l. diuerti: non ingredietur in cetum Ieboue.* De iure *legitimo* **connubii** hoc accipiendum esse, iam dudum demonstrauit idem SELDENVS *de iur. nat. et gent. secund. disciplinam Ebraeorum lib. V. c. 16.* et præcedens comma illustrat: Non habebatur talis israelita: peregrinus erat, non ciuis. Interim nec macula laborabat, qua hic peregrini onerati erant. Quia vero Vulgata locum prædictum ita interpretata est: *non ingredietur manzer, hoc est, de scorto natus in ecclesiam Dei vsque ad decimam generationem*: a clericatu exclusi, et sic etiam penitentium a collegiis suis honestis et dignitatibus, atque hoc ipso *macula* notati sunt. Nihil enim facilius, quam eos in *contemptum publicum* conficere, qui clericis *contemtibiles* videntur. Alias vulgo *manzeres, nothos, spurios* et *naturales* ita solent distinguere:

MANZERIBVS scortum, sed mœcha NOTHIS dedit ortum,
Vt seges a spica, sic SPVRIVS est ab amica.
Dant NATVRALES, quæ nobis sunt speciales.

quam differentiam forsan in mente habuisse videtur pontifex.

a Corporalis. b *Quis decrepitæ senex*, notatur in l. f. parte, §. in arrogationibus. ff. de adopt. l. unic. ff. de excus. c a Corinth 12. d Vide auth. de eod. §. 1. coll. 9. et l. f. quis §. prohibentur. ff. de edendo e Osee 4. f 1 Cor. 7. l. ide l. sed Julianus §. quod dicit ff. ad Sc. Maced. et l. ex fontibus. de rer. iur. g Eze h. 3. h Actor. 13. i Ioan. 10. k 1 Cor. 8. l Matth. 15. m Matth. 18.

n 1 Tim. 3. o Exod. 20. p B. Thom. 2. 2. qu. 108 artic. 4. et Alfons. Castr. l. 2. de iusta her. pun. cap. 10. q Sic vocat eum, qui ex scorto natus est, inquit vetus interpres. i ide cardinalem Puteum in libr. de nothis et spuriis.

talia

valla ministrarunt. Veruntamen læva debet esse sub capite, et dextra in amplexu. Sed illud te advertere volumus diligenter, ne forte per hoc velis tuæ dispositionis propositum effici ex illis, de quibus dicitur per prophetam: filii Effrem inten. ar. et mit. sag. suas conversi sunt in die belli; cum potius pro domo Israel murum debeas te opponere ascendentibus ex adverso; quia iuxta sententiam veritatis non qui cœperit, sed qui perseveraverit, salvus erit; caveas attente, ne maculam in gloria tua ponas, non solum apud homines, sed etiam apud Deum: quoniam sub hoc pallio te non poteris occultare, nedum apud Deum, qui renes rimatur et corda, sed nec etiam apud homines, qui ex verisimilibus coniecturis talia suspicantur. Illud quoque prudenter attendas, quia iuxta sententiam sapientis, spiritus disciplinæ effugiet fictum, et aufert se a cogitationibus, quæ sine intellectu consistunt. Si vero pro tuenda ecclesiæ libertate difficultatis onus incurrere pertimescis: non ideo deserere debes præsulatus honorem, considerans diligenter, ne forte teneeris iusto iudicio ab illo, qui malorum est inventator, ut probetur, utrum satisfacere velis in eo, in quo forsan deliquisti. Qui vero contemnit aut negligit satisfacere pro delicto, thesaurizat sibi iram in die iræ, cum revelabit Dominus abscondita tenebrarum. Ecce quidem admovimus tibi speculum, ut te ipsum contempleris in ipso, et tuam conscientiam perscrutatus, agnoscas, ex qua caussa cedendi licentiam postulas importune. Nos enim, novit altissimus, ignoramus, quare in tali proposito perseveres: quoniam nec infirmitas corporis, nec longævitas temporis, nec defectus scientiæ, nec malitia plebis, nec irregularitas personæ te reddit ineptum, nec conscientiam sævi criminis te fateris habere.] §. 7. Verum si propter alias caussas cessionem affectes; non est in hoc 95) tibi 96) postulanti favendum; cum huiusmodi postulatio videatur non esse discreta; quoniam, ut id tanquam novissimum 97) omittamus, quod otiositas et voluptas arma sunt hostis antiqui 98) ad miseras animas captivandas, propter laboris angustias, aut persequutionis incursus non debes deserere sponsam tuam, cui defigendo *a* manum apud extraneum 99) te fide media copulasti, sciens quod *beati b sunt illi, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam*: quoniam, cum probati 100) fuerint, accipient coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. §. 8. Sed dices, [*quod*] *spiritus c, ubi vult, spirat, et nescis, unde veniat, aut quo vadat*; et ideo non est, qui possit vias illius spiritus 1) perscrutari; qui *d* vero Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege; quoniam ubi Spiritus Dei, ibi libertas. Quare si cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, nihilominus tamen cedas; quia data est tibi libertas 2) cedendi a Deo: certe desipis 3), si sic sapis. Nam quomodo Spiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit 4)? Si enim vera sunt, quæ præmisimus, imo quia indubitanter sunt vera; procul dubio contra Spiritum Dei agit, qui aliquid 5) contra veritatem attentat: quoniam ipse est spiritus veritatis. §. 9. Porro si dicas, quod forsitan 6) alia est caussa latens, propter quam cedendi voluntas tibi cælitus 7) inspiratur, et nos siquidem respondemus: tu quomodo scis, quod talis inspiratio sit cœlestis? Nonne recolis, quod ille gloriosus pontifex dixit 8), cum cœpisset viribus corporis repente 9) destitui: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua! Illius exemplum sequutus 10), qui dixit *e*): *cupio dissolvi, et esse cum Christo, manere autem in carne necessarium est propter vos.* [*Quia igitur diversas tibi caussas super hoc caussa distinximus, et propter quam earum cedere desideres, ignoramus e te ipsum tibi duximus committendum, ut de propriæ mentis tribunali te iudicans, videas, si sic possis resignandi desiderio satisfacere, ut gregis tibi commissi curam sine culpa valeas declinare. Si enim cedendo proficere appetis tibi soli; profectui tuo sine dubio tantum subtrahis, quantum quod impendere poteras aliis, non impendis: quia cum maiora animæ tuæ lucra conquireres, cum sine tua salute salutem plurimorum procurares. Potioris enim est meriti secum Deo quamplurimos lucrifacere, quam salutem propriam quærere sine illis, quorum salus ad eius curam noscitur pertinere.*] §. 10. Quippe si quantocunque 12) virtutum flore 13) refulgeas, et in te non habeas caritatem, nihil te 14) comprobaris 15) habere, [*sub quo virtutis prætextu deponere quæris onus sollicitudinis pastoralis, quod vir pet-*

95) Verba: *in hoc*, desunt in C. R. 2.
96) Pronomen: *tibi*, abest a C. R. H. et L. nec exstat in c. cit.
97) *Novissimum*, secundum C. H.
98) *Iniqui*, legit C. R. 2. al. *iniqui*, superscriptum.
99) In c. cit. 4. omittuntur verba: *defigendo manum apud extraneum.*
100) *Persequuti*, C. R. 2. habet.
1) Vox: *Spiritus*, e C. R. 1. abest.
2) *Licentia*, C. H. legit.
3) C. R. c. *et desipis*, legit.
4) *Aguntur — agunt*, habet c. cit.
5) *Aliquid horum*, C. R. 1. legit cum c. cit.
6) *Forsan*, C. H. legit.
7) *Divinitus*, secundum C. R. c.
8) C. R. et H. legunt: *dixerit*, cum c. cit.
9) Vox: *repente*, abest a C. H.
10) *Sequens*, C. R. 1.
11) *Dixerit*, legit C. L. cum ed. ant. sed in c. cit. est, *dixerat.*
12) *Quantumcunque*, secund. C. R. 2. et c. cit.
13) *Florere*, C. R. 2. legit.
14) C. R. ed. ant. et c. cit. omittunt: *te.*
15) *Comprobaveris*, est in c. cit.

est absque iactura deseri caritatis.] *nulla f siquidem maior poterit 16) esse caritas, quam ut animam suam 17) ponat quis pro amicis suis.* Cum autem propter hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis 18) ponere nulla occasione, dummodo proficere illis possis, etsi non omnibus, tamen multis, ab eorum regimine te convenit excusare; quoniam *g*, si laboris caussam prætendis, exemplum te apostoli sublevabit, qui suadet tibi laborem huiusmodi non refugere, dum se asserit pro communi salute plus cæteris laborasse; quia, licet non semper sequatur laborem effectus, nihilominus tamen ipse 19) labor est meritorius apud Deum, iuxta quod legitur *h*: *reddet Deus mercedem laborum 20) sanctorum suorum.* [*Sed esto, quod multum hactenus laboraveris, et bonum certamen certaveris, cum eodem apostolo possis dicere: tamen et corona iustitiæ tibi de reliquo reponatur, cursum te decet perfecti operis consummare. Quantumlibet enim in angustiarum laboribus, qui comitantur officium pastorale, noctes tibi laboriosas enumeras, et tanquam fatigatus cervus umbram quietis affectas; quantumlibet inter viæ calores angustias patriæ dilectione traharis, et velut emeritus mercenarius operis tui finem anxius præstoleris: expedit tamen tibi virtutem in infirmitate perficere, ac pugnam tuam perseverantia coronare. Sciensque, quod apud extraneum defixeris manum tuam, cum animas tibi commissi gregis in tuam animam suscepisti, non sic tibi debes portum quietis appetere, ut navigantes hactenus tecum filios sine remigii adiutorio patiaris in hoc mari magno et spatioso cum timore naufragii fluctuare.*] §. 11. Nec putes, quod ideo *i* Martha malam partem elegerit, quæ circa plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea; quoniam, licet illa sit magis secura, ista tamen est magis fructifera; et licet illa sit magis suavis, hæc 21) tamen magis [*est*] utilis; cum in fœcunditate sobolis, lippitudo *k* Liæ, Rachelis pulchritudini sit prælata: quamvis simul in unum et contemplativus esse valeat et activus, legislatoris exemplo *l*, qui nunc ascendebat in montem, ut ibi gloriam Domini cum maiori cerneret libertate, nunc vero descendebat in castra, ut cum utilitate maiori 22) necessitatibus populi provideret *m*. Quapropter facilius indulgetur, ut ascendat monachus ad præsulatum, quam præsul ad monachatum descendat. [*Monemus ergo fraternitatem tuam et exhortamur attentius per a. s. m. q. illam vocem Davidicæ imprecationis abhorrens, tibique formidans eam per effectum operis adaptari, quæ dicit impii paucos fieri, ut episcopatum eius accipiat alter, imprecatur.*] §. 12. (Monemus itaque, ut) laborem pastoralis regiminis non recuses, [*iactans in Domino tuum cogitatum, nihil contra voluntatem altissimi statuas de te ipso, qui, cum te viderit esse populo suo necessarium, forte grave ferret, cum ipsum a te contingeret esse neglectum,*] ne 23) forsitan ad pedes suos cum Maria sperneret 24) te accipere 25), qui sibi *n* apud te 26) divertenti serviisses 27) cum Martha sollicita 28) ministrare. [*Illud quoque te debet fortius in ministrandi proposito stabilire, quia, cum hactenus in ecclesia tibi commissa laudabiliter ministraveris, si, quod absit, alius, te cedente, minus utilis assumeretur ad ipsam, profecto non parum ab ipsa quiete, quam appetis, turbareris; cum, ubi bene ministerium tuum exercueras, non absque dolore cerneres inutilis ministri defectum, fieretque eo tantum, ut in contemplationis arte tibi deperisse cognosceres, quantum ecclesiæ, cui præsides, non sine tua confusione, per te subtractum esse videres.*] Quia vero [*tam per te, quam per nuntios et litteras tuas*] in postulando cedendi licentiam *nimis diutius* 29) institisti; ecce 30) tibi te duximus relinquendum, ut distinctis [*tibi*] caussis, propter quas cedere oporteat 31): si propter aliquam caussam utilem et honestam in huiusmodi proposito persisteres, de licentia nostra cedas 32). Alioquin cedendi licentiam auctoritate apostolica tibi sciat esse penitus interdictam: quoniam, si 33) pennas habeat, quibus satagas in solitudinem evolare 34), ita tamen adstrictæ sunt nexibus præceptorum, ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum. [*Quodsi denique tua voluntas te impulerit ad volandum; volumus et mandamus, ut nostras litteras in audientia tui capituli facias recitari.*]

16) *Potest*, C. R. 2. et H. legunt.
17) *Suam*, non legitur in c. cit.
18) Pronomen: *tuis*, abest a C. R. 2. et H.
19) *Ipse*, non exstat in ed. ant.
20) Vocabulum: *laborum*, non exstat in C. H.
21) *Ista*, legitur iterum in cit. c.
22) Vocem: *maiori*, C. R. omittunt cum c. cit.
23) *Ac*, legitur in cit. c. pro *ne*.
24) *Sperneret*, C. H. legit.
25) C. R. cum L. ed. ant. Gl. Pith. et c. cit. legunt: *recipere.*
26) *Apud se*, habet ed. ant.
27) *Servivisses*, est in c. cit.
28) *Sollicite*, C. R. c.
29) Verba: *nimis diutius*, non exstant in C. R. L. ed. ant. et Gl. sed Pith. et c. cit. *tam nimis*, legunt; et in C. H. vox: *diutius*, omittitur.
30) *Ecce*, abest a C. R. H. L. edit. ant. et Gl.
31) *Vel non cedere*, C. R. 1. et c. cit. addunt. C. L. notam habet: *cedere te oporteat.*
32) *Cedes*, legit ed. ant.
33) *Et si*, C. H. legit, cum L. et ed. ant.
34) C. R. legunt: *advolare.*

a al. *in uno vestrarum sta: defungendo manum tuam, et e. fid. media copul.* *b* *Matth.* 5. *c* *Ioan.* 3. *d* 2 *Corinth.* 3. *e* *Philip.* 1.

f *Ioan.* 15. *g* al. quod si. *h* *Sapient.* 10. *i* *Luc.* 10. *k* *Genes.* 29. *l* *Exod.* 24. *m* *Vid. f. in emptione, cum gloss. in verbo, refert. D. de adil. edict. et gloss. in l. vestigiume, eod. tit.* *n* al. *sibi apud.*

CAP

CAP. XI.

Episcopus, qui propter crimen renuntiauit episcopatui, et ad religionem transiuit, ad episcopatum reassumi non potest: secus, si renuntiauit propter persequutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, simoniam ipso ignorante commissam, vel aliam similem caussam.

IDEM INNOC. III. a [H.] *episcopo Fauentin.* 35) *in archiepiscopum Rauennat.* 36) *electo.* (*ann.* 1208. *Romæ in Æmiliam.*)

Post translationem b tuam ad ecclesiam Rauennaten. cum [*dil. fil.*] præpositus et 37) canonici [*abbates et primicerii*] Fauentin. [*totusque ciuitatis clerus, sicut per litteras eorundem accepimus,*] in [*dil. fil.*] I. 38) [*presbyterum*] eorum concanonicum 39) liberam eligendi auctoritatem 40) vnanimiter contulissent c; ipse d [*sancti S. gratia inuocata dil. fil.*] I. sancti Fridiani 41) Lucanen. canonicum olim episcopum Sarsan. 42) e in Fauentin. episcopum postulandum elegit, [*per curiæ sollicitudinem circumspectam, qui primo canonicus, et postea præpositus in Fauent. ecclesia fuit laudabiliter conuersatus, multipliciter speratur eidem ecclesiæ commoda profutura.*] Porro a [*dilecta fil.*] sancti Fridiani priore super hoc requisito et obtento consensu f, præpositus et alii [*supra dicti*] postulationem eandem approbari a nobis humiliter petierunt. Verum postulationi huiusmodi videbatur concilii Constantinopolitani capitulum [*prima facie*] obuiare, in quo statutum est 43), vt, quicunque de pontificali dignitate ad monachorum vitam et pœnitentiæ locum descenderit 44), nequaquam vlterius ad pontificatum resurgat. Vnde contra dictum concilium, cum sit vnum ex quatuor principalibus 44°), quæ sicut quatuor euangelia ecclesiæ catholica veneratur, nullatenus videbatur eorum g postulatio 45) admittenda. §. 1. Ceterum speciales 46) quidam casus inueniuntur, in quibus, prædicto concilio non obstante, is, qui vitam monachalem elegit, rursum licite potest ad episcopatum assumi. Si enim quisquam persequutionis 47) rabie sæuiente, vel præpediente 48) inualitudine 49) corporis, cum proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris auctoritate ad monasticam vitam descendat, persequutionis vel ægritudinis impedimento 50) cessante, ad episcopalem poterit resurgere dignitatem. §. 2. Item si quis propter 51) litteraturæ defectum, ne tanquam cæcus cæco ducatum h præbeat, locum regiminis auctoritate apostolica deserendo, ad otium se contulerit 52) monachale, ac per exercitium lectionis, scientiæ repererit 53) margaritam: proculdubio poterit denuo vocatus a Domino, cathedram reascendere pastoralem. §. 3. Rursus, si quis cupiditate parentum, eo tamen penitus ignorante, fuerit episcopatum adeptus, et hoc comperto, episcopatum ipsum 54) de licentia superioris dimittens, obseruantiam elegerit regularem, etsi ad episcopatum eundem redire postmodum nequeat, iuxta canonicas sanctiones, ad alium tamen poterit licite reassumi. §. 4. Quomodo quam autem in his et consimilibus casibus is, qui episcopatu dimisso monasticam vitam elegit 55), resurgere valeat ad officium pastorale: nihil tamen in his 56) contra præscriptum i intelligitur concilium attentari, quod in eo loquitur casu, cum propter aliquod crimen episcopatum quis deserens, ad vitam monasticam pœnitentiæ caussa descendit. Vnde quidam in eo casu loqui dixerunt capitulum supra dictum, cum 57) quis pro crimine, de quo conuictus fuerat, vel confessus, ab episcopali dignitate depositus, in monasterio extitit 58) ad pœnitentiam agendam 59) inclusus: vel cum aliquis propter graue crimen pro quo episcopatum retinens pœnitentiam digne 60) agere non valebat, cedendi obtenta licentia, vitam monachalem elegit. Aliis asserentibus, sic 61) intelligendum esse capitulum antedictum 62), vt per se resurgere nequeat, id est, repetere quasi debitum, quod tali modo dimisit: quanquam eligi possit, præsertim, si locum tantum, et non ordinem resignauit. §. 5. Cum ergo 63) nobis [*plene*] constare nequiuerit, ob quam caussam prædictus I. episcopatui olim cesserit; [*cum in vestris litteris, super hoc transmissis, eidem hoc solummodo exprimatur, quod nos, litteris super sua resignatione receptis, eius propositum in Domino commendantes, quod temporali honore salutem animæ proponebat, eundem absoluimus ab onere sollicitudinis pastoralis: quanquam per quendam S. Fridiani canonicum nobis nuperrime sit suggestum, quod idcirco dictus I. cedendi licentiam postulabat, quod ad notitiam eius peruenerat, quod quidam parentes ipsius, vt eligeretur in episcopum, quædam dederant, licet pauca: fr. t. præf. auct.*] mandamus, quatenus 64), [*super his diligentissime veritate inquisita*] si tibi constiterit, quod propter aliquam 64°) ex præmissis 65) caussis, seu consimilibus, idem I. episcopatui cesserit memorato, tu auctoritate nostra, [*subl. cuiusl. contr. et app. rem.*] dummodo necessitas, vel vtilitas id exposcat, licentiam ei tribuas ascendendi 66) ad regimen ecclesiæ Fauentinensis 67), maxime si veritate subnititur 68), quod [*tam præfati præpositus et canonici Fauent. quam prior et capitulum sancti Fridiani nobis suis litteris expresserunt, quod videlicet*] dictus I. loco tantummodo cesserit memorato 69), et non ordini, vel etiam dignitati k. Tunc enim esset 70) vehementissime præsumendum, quod non propter crimen aliquod 71) ab ipso commissum, sed 72) caussa pœnitentiæ ad vitam migrauerit 73) regularem: præsertim cum apostolica sedes post cessionem multo minus, quam antea 74), permisisset eidem tali crimine irretito, in pontificali ordine ministrare: alioquin, cum durum nimis extiterit 75), contra tam sollemne concilium huiusmodi postulationem admittere, præposito et canonicis memoratis iniungas, vt aliam personam sibi idoneam eligant in pastorem.

35) Nomen: *Fauentino*, a C. B. H. et L. abest, nec legitur in c. 5 comp. 3. h. t.
36) *Rauennat.* C. B. 1. legit.
37) Copula *et*, non extat in cit. c. 5.
38) C. B. legunt: *in IO.* per totum.
39) *In* c. cit. *eorum*, non extat, et loco *concanonicum*, legitur: *canonicum* *Fabent.*
40) *Facultatem*, secund. C. B. 2.
41) *Fridigiani*. C. H. legit; sed L. habet: *Fridiani.*
42) *Saxon.* legit C. B. 1. *Saxaren*, C. B. 2. *Saruaben*, Pith. *Saxenanen*, H. *Saxenensem*, L. *Saranacensem*, ed. ant. *Sanxon*. c. cit.
43) *Esse dignoscitur*, legit c. cit.
44) *Descenderet*, C. B. 2. habet; sed ed. ant. *descenderint*, et c. cit. *descendebat.*
44°) Loquitur pontifex in c. 45. *C. VII. q.* 1. forte fortuna, in qua refertur canon ex *synodo Constantinopolitana* sub PHOTIO habita, quam non agnosceret ecclesia Romana, nec GRATIANVS colligere aut referre debuisset. Vel errorem autem credidit, hunc ex *Constantinopolitana I.* desumtum, adeoque et singulare prædicatum tribuit, quod hoc *canonum*, vnde canon ille haustus, *pro vnum ex quatuor principalibus, quæ sicut quatuor euangelia ecclesia catholica venerantur*, quæ incuria vix excusanda. Facilius itaque INNOCENTIVS III ab hoc dubio se expedire potuisset, si simpliciter hunc canonem vel repudiasset, vel plane hoc dubium omisisset, quod tamen magna cum sollicitudine resoluere intendit, ne contra quatuor prima concilia generalia aliquid constituisse videretur, vt verbis vltima indignans. Idem iam obseruauit in *præfat. ad decret. Gratiani* § 18. *not. q.*
45) C. B. H. et L. *eadem postulatio*, legunt cum c. cit.
46) *Spirituales*, C. B. 1.
47) *Persecutoris*, est in c. cit.
48) *Perpediente*, C. B. habet.
49) *Valetudine*, secundum C. H.
50) *Vitio*, secund. C. B. 1.
51) *Propter*, omittit ed. ant.
52) *Tulerit*, C. B. 1. legit.
53) *Reperit*, legit C. L. cum ed. ant.
54) Pronomen: *ipsum*, non extat in C. H. et ed. ant.
55) *Elegerit*, C. B. 1. habet, sed C. B. 2. cum L. *elegit.*
56) *In casibus his*, C. B. 1. legit cum c. cit.
57) *Dum*, secundum C. M.
58) C. B. 2. *existit*, habet cum L. sed ed. ant. legit: *exstitat.*
59) *Peragendam*, C. B. 1.
60) *Dignam*, secund. C. B. 1.
61) *Sic et*, C. B. 2.
62) *Dictum*, C. H habet, sed in c. cit. legitur: *præscriptum.*
63) *Igitur*, secundum C. H.
64) C. B. 1. addit: *quatenus inquisita super his diligentissime veritate.*
64°) *Aliquod*, habet ed. ant.
65) *De præmissis*, secundum C. H.
66) C. B. *accedendi*, legunt cum c. cit.
67) *Fauentinæ*, C. B. 2. legit cum L.
68) *Submittitur*, legit C. L.
69) Vox: *memorato*, in C. B. et c. cit. non extat.
70) *Est*, legit C. H.
71) Pronomen: *aliquod*, C. B. ed. ant. et c. cit. omittunt.
72) Vocabulum: *sed*, abest a C. H. et c. cit.
73) *Migraret*, legit ed. ant.
74) *Ante*, est in cit c.
75) C. B. *existeret*, legunt cum H. L. et cit. c.

CAP. XII.

Qui petiit cedendi licentiam, ex qua illam obtinuit, cedere compellitur.

IDEM *in concilio generali* 76). l (*ann.* 1215. *Romæ.*)

Quidam m cedendi licentiam cum instantia postulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt. Sed cum in postulatione [*cessionis*] huiusmodi, aut ecclesiarum commoda, quibus præsunt, aut salutem n videantur 77) propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus aliquorum quærentium, quæ sua sunt, seu etiam leuitate o qualibet nolumus impedire 78): eos ad cedendum decernimus 79) compellendos.

76) *Lateran. Concil.* 28. legimus in comp. 4. h. t.
77) *Videbantur*, legit C. B. 2.
78) C. B. H. Pith. Gl. et c. 1. comp. 4. cit. *impediri*, legunt.
79) *Decreuimus*, C. B. 1.

CAP. XIII.

Non renuntiat iuri suo, qui gratiæ aduersarii se submittit.

HONORIVS III. *maioris ecclesiæ* [*sancti Iohannis*] *decano, et magistro R. cantori* 80) p *sancti Dionysii Leodiensis* 81). (*ann.* 1217. *Romæ in Belgium. conf. c.* 1. *comp.* 5. *h. t.*)

Veniens ad sedem apostolicam I. 82) [*pauper*] subdiaconus [*in no-*

80) *Magistro T. canonicis*, C. B. 1. habet cum L. qui vero pro *canonicis*, legit. *canonico*; sed in c. I. comp. 5. h. t. legimus: *magistro C. can.* et in C. H. legitur: *N. Cantori.*
81) *Leodiensis*, C. H. legit; sed L. habet. *Leodiensis.*
82) *Io.* C. B. legunt, et in c. cit. *Iohannes.*

a *al.* Idem H. episcopo in archiep. etc. b *Cap.* 5. *eod. tit.* in 3. *compil.* c *Vid. l. item.* §. 1. *D. quod cuiuscunq. vn. et in auth. de quæstor.* §. *t. collat.* 7. d *Id est*, Ioachim. e *alias*, Sarnatens. f *l. vi al.* C. *de act. et obligat.* g *alias*, eadem. h *Vide text. in l.* 2. *cum gloss. in verb. venit. et ibi Bart. D. de decurion.* i *Intellectus concilii Constantinopolitani iubentis, ne, qui ex episcopo monachus factus est, vlterius episcopus fiat.*

k *Vid. l. iubemus cum gloss. in verb. promissa C. de sacr. eccles.* l *Lateran. c.* 28. m *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.* n *al.* aut ad salutem. o *Vid. l. sed etsi.* §. 1. *D. ad L. Aquil. et l.* 1. §. *secundum. D. de aedil. edict.* p *al.* canonico.

stro

stra] proposuit, [*præsentia constitutas,*] quod, cum bonæ memoriæ I. papa 83) p. o. [*dil. fil.*] abbati de Emenco 84) a, [*Treuer. diœc.*] et maioris ecclesiæ ac sancti Pauli 85) cantoribus Treuerens. suis dederit litteris in mandatis, vt [*eidem I.*] si nihil Canonicum obuiaret, præbendam in ecclesia sancti Florentiui 86) b in Confluentis, quam Iacobus decanus ipsius ecclesiæ [*in eius manibus per suas litteras*] resignauit, sublato appellationis obstaculo, assignarent eidem 87), [*eodem Iohanne litteras ipsas prædicto decano et aliis ostendente, idem decanus de resignatione forte pœnitens occultauit litteras supradictas, deinde eidem Iohanni præfatis litteris restitutis, cas nominatis iudicibus, et exsequerentur mandatum apost. præsentauit.*] Cumque [*iidem*] iudices apostolicum vellent adimplere mandatum: quidam se opposuerunt canonici ecclesiæ memoratæ dicentes, subdiaconum antedictum 88) renuntiasse iuri [*suo,*] quod sibi 89) ex ipsis litteris competebat. Dicto igitur 90) subdiacono hoc negante, iam dicti canonici ad hoc probandum testes aliquos produxerunt. Per quos cum videretur probatum, ipsum 91) se gratiæ capituli commisisse: duo iudices 92) prædictorum [*cant. videlicet Treueren.*] sententialiter decreuerunt, eundem 93) [*Ioannem*] non posse vti litteris supradictis 94), pro eo, quod idem [*I. sit*] aduersarii se gratiæ commisisset 95), per quod 96) visus est renuntiasse 97) iuri 98), sibi ex ipsis 99) litteris c competenti. A qua sententia idem [*I.*] appellans, [*licet etiam antea, quam appellasset,*] in d vigiliam 100) epiphaniæ [*proxime præteritam*] terminum suæ appellationis præfixit. Ad quem 1) e cum [*idem I.*] venisset 2), [*et nobis, prout superius est expressum, facti seriem enarraret: dilect. fil.*] Petrum de Colle medio, capellanum nostrum super hoc sibi concessimus auditorem. Sed cum eius aduersarius non accesserit 3), per duos menses et amplius exspectatus, nec vllus compareret 4) pro eo sufficiens responsalis: tandem quidam litteras habens ad contradicendum et impetrandum 5), coram eodem comparuit 6) [*auditore.*] Qui cum ad tractandum 7) caussam minus sufficiens crederetur: [*auditori prædicto, nobis hæc omnia referenti, dedimus in mandatis, vt super hoc aliquos de fratribus consuleret, et in caussa procederet iuxta consilium eorundem.*] Idem 8) auditor [*habito consilio dil. fr. n. T. sanctæ Sabinæ presbyteri cardinalis ac etiam aliorum*] sententiam prædictorum iudicum sententialiter, iustitia exigente, cassauit. Nos igitur ratam et firmam habemus 9) capellani sententiam memorati 10), [*vobis per apostolica scripta mandamus, quatenus reuocantes in irritum quicquid inueneritis post appellationem, ad nos legitime interpositam, attentatum, sententia iudicum Treuer. non obstante, prædictam præbendam ei subdiacono, nisi aliud canonicum obstaculum fuerit et probatum, quare id non debeat adimpleri, auctoritate apostolica, sublato appellationis obstaculo conferatis.*]

83) *Papa prædecessor noster*, C. R. habent cum L. et c. cit.
84) *Emendo*, C. R. 1. legit; sed *de Emenco*, legit C. R. 2. cum L. Denique c. cit. habet: *de Emenrode.*
85) *Sancti Paulini*, legendum esse monuit CIRONIVS *ad h. t.*
86) *Floren.* legit C. L. ed. ant. vero: *Florini*, et c. cit. *Florentii.*
87) Vox: *eidem*, non legitur in C. L. et ed. ant. nec est in c. cit.
88) *Ipsum*, C. R. legit, sed *memoratum*, c. cit.
89) *Ipsi*, legitur in c. cit. pro *sibi.*
90) *Ergo*, secundum C. R.
91) *Ioannem*, est in c. cit. pro *ipsum.*
92) C. R. *iudicum*, habent; sic etiam legit R. L. et c. cit.
93) Voci: *eumdem*, præmittitur: *ipsum*, in C. L. et ed. ant.
94) *De cetero ipsarum commodo litterarum*, legit c. cit.
95) *Commisit*, est in c. cit.
96) *Propter quod*, legimus in cit. c.
97) *Renuntiare*, legit C. L.
98) *Iuri suo*, C. R. 2.
99) Vox: *ipsis*, a C. R. abest.
100) C. R. *vigiliam*, legunt absque præpositione *in*, cum C. L. ed. ant. et c. cit.
1) *Quem*, habet ed. ant. et c. cit.
2) *Veniret*, legitur in cit. c.
3) *Veniret*, iterum est in cit. c.
4) *Appareret*, secund. C. R. 2. et c. cit.
5) *Et ad impetrandum*, C. R. 1.
6) *Apparuit*, secundum C. R.
7) *Tractandum*, legunt. C. R. 1. et L. cum c. cit.
8) *Sæpe dictus*, legimus in c. cit.
9) *Habentes*, est in c. cit.
10) Vox: *memorati*, non exstat in c. cit.

CAP. XIV.

Si prælatus ab obedientia subditos absoluit, non propter hoc prælaturæ renuntiat.

IDEM *archiepiscopo Treuerensi.* (*anno 1220. Romæ in Germ. conf. 5. comp. c. 3. h. t.*)

Lectæ coram f nobis f. t. 11) litteræ continebant, quod abbas sancti Petri 12) g Tullensi. [*quem de conuersatione et vitæ honestate commendas*] tibi humiliter est confessus, quod, cum 13) adeo graui 14) ægritudine laboraret, quod de vita desperaretur 15) ipsius,

11) *Fraternitatis tuæ*, C. R. 2. et L. legunt.
12) *Apri.* legitur in c. 3. comp. 5. h. t.
13) *Quod dum*, legimus in c. cit. 3.
14) *Tam graui*, C. R. 1.
15) *Desperaretur*, C. R. 1.

a Vincto Treuerens. b al. Florini. al. Florentiensis. c *Vid. l. si quis in conscribendo. cum ibi not. C. de pact.* d *Dictio, in, deest in antiquis.* e al. ad quam. f *Hoc caput subiiciebatur sequenti in antiqu.* g al. Apricoli, *Ord. S. Bened. extra muros Tullenses.*

ad cuiusdam [*tamen*] æmuli sui consilium, de quo ipse, cum non crederet eum 16) æmulum, confidebat, [*in quorundam monachorum suorum præsentia excommunicationis sententia, si quam in eorum aliquem protulerat, reuocata, eos*] (monachos suos) ab obedientia, in qua sibi tenebantur, absoluit, vocato 17) diœcesano episcopo, vt abbatiam in eius manibus resignaret; quod h tamen 18) vsus consilio saniori non fecit: et 19) eidem abbati postmodum restituto sanitati, vniuersi et singuli de conuentu 20) obedientiam et reuerentiam requisiti ab 21) eo, in capitulo promiserunt 22) i. [*Idem tamen super eo, quod sic fecerat, dubitans, a te, quid super hoc saluti suæ consuleres, postulauit: propter quod, cum, habito iuris peritorum consilio, diuersi diuersa sentirent, in nostrum consilium, an idem abbas ex hoc resignauerit, requisisti.*] Nos autem 23) ex tali facto [*duntaxat*] eundem abbatem suo resignasse regimini non videmus.

16) *Eum*, non exstat in cit. c.
17) *Vocato ipso*, C. R. habet.
18) *Quo tamen*, (al. *quod*) C. R. 2. pro *tamen* vero legit edit. ant. *cum.*
19) *Licet*, est in c. cit. pro *et.*
20) *De capitulo vel conuentu*, secund. C. R. 1.
21) *Ab eodem*, legit cit. c.
22) *Promisissent*, est in eod. c.
23) *Tamen* pro *autem*, legitur in c. cit.

CAP. XV.

Abbas exemptus, sine licentia papæ renuntiare non potest.

GREGORIVS IX. 24) vel potius: IDEM *Agathensi et Vticensi 25) episcopis* k. (*ann. 1220. Romæ in Gall. conf. comp. 5. cap. 2.*)

Dilecti filii conuentus monasterii sancti G. 26) l [*de desertis*] immediate ad Rom. pertinentis ecclesiam, [*suis nobis litteris*] intimauerunt, quod abbas eorum, sentiens 27), se insufficientem oneri regiminis abbatiæ, cessit in manibus eorundem: ipsi m quoque 28) [*dil. f.*] G. monachum sancti Victoris [*Massiliensis*] elegerunt canonice in abbatem, [*supplicantes, vt eorum parcentes laboribus et expensis, electionem ipsorum faceremus in illis partibus confirmari.*] Cum igitur dictus abbas cedere sine licentia nostra nequiuerit: nos tam 29) electionem, quam cessionem prædictas decernentes 30) irritas et inanes, [*discretioni vestræ per apostolica scripta*] mandamus, quatenus abbatem ipsum loco suo restitui faciatis: quo integre 31) restituto, vice nostra recipiatis cessionem ipsius.

24) *Gregorius IV.* habet C. L. vid. in not. litt. k.
25) *Nicens.* C. R. 1. legit, sed L. habet: *Vticensi.* vera inscriptio exstat in c. 6. comp. 5. h. t. scilicet: *Honorius III. Agath. et Nicen. episcopis et archid. Agath.*
26) C. R. habent: *W.* cum L. c. cit. et ed. ant.
27) *Sentitur*, legit C. L.
28) *Ipsique*, C. R. 1. legit cum c. cit.
29) *Tam cessionem, quam electionem*, legimus in cit. c.
30) *Decernimus*, habet ed. ant.
31) Verba: *quo integre restituto etc.* non exstant in cit. c.

TITVLVS X.
DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRAELATORVM.

CAP. I.

Si diœcesanus requisitus benedicere nolit Cisterciensem abbatem: ipse monachos suos benedicere poterit.

ALEXANDER III. *Cisterciensibus 32).* (*ann. 1169. Romæ. Pars c. Quia nos.*)

Statuimus præterea n, vt, si episcopus tertio cum humilitate ac deuotione [*fuerit,*] sicut conuenit, requisitus, substitutos abbates vestros 33) benedicere forte renuerit, iisdem abbatibus liceat proprios monachos benedicere 34), et alia, quæ ad officium huiusmodi 35) pertinent, exercere, donec ipsi 36) episcopi suam duritiam recogitent o, et abbates benedicere non recusent.

32) *Cisterciensibus*, C. L. non legit, nec exstat illa vox in c. 1. comp. 2. h. t.
33) *Vestros*, non legitur in c. cit. 1.
34) Pertinebat hæc ad priuilegium anno MCLXIX Cisterciensibus datum, vi cuius illis indultum fuerat, *vt, si episcopi tertio cum humilitate et deuotione, sicut conuenit, requisiti substitutos abbates benedicere forte renuerint, eisdem abbatibus liceret nouitios proprios benedicere etc.* Priuilegium habet MANRIQVE *in annal. Cisterc. tom. II. ad cit. ann. C. III. n. 4. p. 478.*
35) *Illud*, est in cit. c.
36) *Ipsius*, legitur in C. L.

CAP. II.

Regulares in suos vsus conuertere non possunt ecclesias, in quibus ius obtinent patronatus: et, si intra tempus Lateranensis concilii, quando vacant, non præsentent rectores ad eas, superior ordinabit easdem.

CLEMENS III. 37) p (*ann. 1190. Romæ forte in Scotiam.*)

Sicut nobis q tua fraternitas intimauit, monachi quidam et cano-

37) Hæc est inscriptio c. 2. comp. 2. h. t. Eam vero falsam esse, et hanc decretalem inter epistolas INNOCENTII III reperiri, liquet ex *libr. II. epist. 5.* vt etiam obseruauit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *in comment. ad decretal. Innoc. III.* vbi quoque hanc decretalem quoque commentario *ad h. t.* illustrauit. Ipsa inscriptio genuina est: *R. episcopo S. Andreæ.*

h Qui. i *Vide l. quamuis ff. de in ius voc. et l. si paruerit ff. de diuort.* k *Falso Gregorio IX. tribuitur, sic autem restituenda est inscriptio ex antiqu. libr.* idem Agathens. et Nicen. episc. et archidiac. Agathens. l Guillelmi de desertis, al. W. al. Guilelmi de desertis Ord. S. Bened. diœcesis Lodouensis. m *In multis antiquis ita: ipsique G. monachum S. victoris sibi elegerunt, etc.* n *C. 1. eod. tit. in 2. compil.* o *Vide l. libertorum. §. 1. D. de his qui not. infam. et l. liberos. §. fin. D. de leg. 3.* p al. Cœlestinus. q *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.*

nici regulares, ecclesias, quæ ad præsentationem eorum pertinent, in tuo episcopatu habentes, propriis vsibus deputare nituntur; nec [ibi] volunt ad eas, cum vacauerint, vocare personas: quin potius occasione concessionis quorundam episcoporum, vicarios in eis pro sua instituunt et destituunt 38) voluntate, admissos 39) ita pensionibus 40) onerantes, quod nec 41) ecclesiis competenter possint in paupertate 42) nimia deseruire a, nec episcopo in episcopalibus respondere, neque 43) hospitalitatem, sicut consueuit, transeuntibus impertiri. Nolentes autem, vt status ecclesiæ debitus et antiquus, per insolentiam 44) b alicuius subuertatur, mandamus, quatenus, nisi a iurisdictione tua exemptæ sint ecclesiæ supradictæ, prædictos excessus studeas rationabiliter emendare, et, nisi prædictæ personæ intra tempus c Lateranensis concilii 45) constitutum, ad vacantes ecclesias tibi personas idoneas præsentauerint, extunc tibi liceat, appellatione remota, in eisdem ordinare rectores, qui eis [et] præesse nouerint et prodesse, ita tamen, quod ex hoc nullum patronis præiudicium in posterum generetur.

38) *Antiquus abusus monasteriorum hic notatur, vi cuius vicarios monachos ecclesiis parochialibus præficiebant, semper pro lubitu reuocabiles, quod ob episcopo haud essent instituti. Similis abusus notatur in c. 30. X. de præb.*
39) *Et admisses*, habet cit. c.
40) *In pensionibus*, C. R. 1. legit, sed L. voci *pensionibus*, præmittit: *certis.*
41) *In ecclesiis*, et pro *nec*, in c. 2. comp. 2. h. t. legitur: *vix.*
42) *Pro paupertate*, secund. C. R. 2.
43) *Nec*, secundum C. H. et c. cit.
44) *Violentiam*, legimus in c. cit. 2.
45) C. R. H. et L. legunt cum cit. c. *in Lateranensi concilio.*

CAP. III.

Supplet superior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, si tempus Lateranensis concilii lapsum sit: et collatio, per inferiorem postea facta, non valet,

INNOCENTIVS III. 46) (*ann. 1210. Roma in Angliam.*)

Licet magister d H. et R. 47) procurator R. 48) de sancto e Cadimundo 49), super archidiaconatu Richemundiæ 50) diutius litigauerint 51) coram nobis: [*tamen postmodum nostris est auribus intimatum, quod neutri eorum de iure competeret, vtpote qui neutri fuerat concessus intra tempus in Lateranen. concilio definitum.*] Ne igitur ius nostrum negligere videamur, qui alios in sua iustitia confouemus: [*discret. vestræ per ap. scr.*] mandamus, quatenus [*conuocatis eisdem, vt proponant, si quid contra duxerint proponendum, inquiratis diligentius veritatem, et*] si vobis constiterit, archidiaconatum Richemundiæ 52) vacasse per annum, tempore [*tamen*] semestri, quo vel ad archiepiscopum, vel ad capitulum donatio pertinebat, non 53) a vacatione 54), sed a notitia computato, cum pro eo, quod Eboracen. archiepiscopus 55) alium superiorem non habet, extunc fuerat 56) ad nos donatio deuoluta, vtrique super eo [*sublata appellationis obst.*] silentium imponatis, [*archidiaconatum ad nostram spectare donationem publice denuntiantes, decernentes irritum et inane, si quid in eo quisquam præsumpserit postmodum ordinare.*]

46) Verom inscriptionem ita restituit GONZALEZ: INNOCENTIVS III. *Eliens. et Cisterc. episcopis et archidiac. Nivren.* ex c. 14. *X. de test.* Ipsam historiam huius textus succincte tradit ALTESERRA *cit. l. ad h. c.*
47) *Dilectis filiis magistris H. archid. de H. et R.* etc. legimus in c. 1. comp. 4. h. t.
48) *Procurator R.* omittit cit. c. 1.
49) *Edemundo*, in C. R. 1. *Amundo*, in C. R. 2. *Admundo*, in C. H. *Eadmundo*, in C. L. et *Cademundo*, in c. cit. legitur.
50) *De Ric.* legimus in cit. c.
51) *Litigauerunt*, habet ed. ant. et *litigarunt*, cit. c. 1.
52) *Richemunda.* C. R. 1. legit, sed loco illius legitur in c. cit. *illum.*
53) C. R. 2. legit: *hoc non.*
54) *Vacatione*, habent etiam C. L. ed. ant. Cont. et Pith. cum cit. c. non *vocatione.*
55) *Archiepiscopus*, non exstat in cit. c.
56) *Fuerit*, est in c. cit.

CAP. IV.

Si is, ad quem spectat beneficii collatio, lapsa tempore Lateranensis concilii consecrat; non valet collatio: nisi de misericordia toleretur.

IDEM *magistro P. 57) de Castro nouo 58), et R. monacho 59) Fontis 60) Frigidi, apostolicæ sedis legatis 61).*
(*ann. 1210. Roma in Galliam.*)

[Per] litteras vestræ discretionis f accepimus: [*et infra*] Quod, cum 62) in quibusdam ecclesiis, legationi vestræ subiectis, quædam beneficia et dignitates tanto tempore vacauissent, quod tam prælati, quam capitula secundum tenorem Lateranensis g concilii, essent iure insti-

57) *P.* edit. ant. non habet.
58) *Nouo*, non exstat in c. 2. comp. 4. h. t.
59) *Monacho*, est in c. cit.
60) *Montis*, C. H. legit.
61) *Legatis*, secundum C. H. et L. sed in c. cit. legimus: *et S. L.*
62) *Cum*, non exstat in c. cit.

a *Gloss. in l. societatem ff. pro soc. et Bald. in l. acceptam. C. de vsur.* b *Insolentiam.* c *Conc. Lat. sub Alexand. III. cap 8. Vide infr. de concess. præb. cap 11.* d *Cap. 1 eod. tit. in 4. compil.* e Eadmunda. f *al.* deuotionis. *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* g *Sub Alex. III. c. 8.*

tuendi priuati, postquam aduentus vester innotuit, in beneficiis illis personas minus idoneas instituere præsumpserunt. [*Vnde cum recuperitis consilium a viris peritis, vt tales institutiones ab his, quarum non intererat, et qui propria culpa iure instituendi se priuauerant, factas, auct. ap. cassaretis, in hoc nostrum prius decreuistis consilium habere. Nos igitur*] discr. v. 64) [*aliter respond. per A. S.*] mandamus, quatenus, si beneficia et dignitates 65) [*ipsas*] noueritis personis idoneis assignatas, eas 66) h de patientia permittatis ab ipsis pacifice possideri: alioquin personas [*ipsas*] amouentes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis auctoritate nostra suffulti, non differatis quantocyus 67) i ordinare.

64) *Discretioni vestræ*, legitur in C. L. et ed. ant. sed *inquisitioni vestræ*, in c. cit.
65) *Vel dignitates*, C. R. H. L. ed. Pith. et Gl. legunt, cum c. cit.
66) *Ea*, legitur in cit. c. et paullo post pro *eas*, ibid. est: *eadem.*
67) *Quanto citius poteritis*, C. R. L. legit cum cit. c. quod vero non habet: *poteritis.*

CAP. V.

It, ad quem primo loco spectabat collatio beneficii, lapso tempore Lateranensis concilii, conferre non poterit.

IDEM *episcopo Samo. 68*) k (*ann. 1210. Roma in Hispaniam. conf. c. 2. comp. 4. de præb.*)

Dilecto filio [*nostro*] P. tit. 69) sancti Marcellini 70) l presbytero cardin. S. et R. procuratoribus *dilectorum filiorum 71*) P. et G. apud sedem apostolicam constitutis, auditore concesso, [*idem S. proposuit coram eo, quod, cum in Salamantin. ecclesia, in qua cantoris electio ad episcopum et ad capitulum communiter pertinet, cantoria vacante, Salamantinum capitulum, sæpius episcopum monuisset, vt ad celebrandam cantoris electionem cum eo pariter conueniret, eodem episcopo intra semestre tempus facere id negligente, capitulum cupiens vti iure suo in ecclesiæ memoratæ capitulo, sicut moris est, dil. fil. P. eiusdem loci canonicum in cantorem elegit, ne quid in eiusdem electionis præiudicium fieret appellando, quam suprad. S. aud. ap. petiit confirmari, ac electionem quam ven. f. n. Compostellanus archiepisc. post app. huiusmodi de G. clerico multis criminibus irretito, ac tunc temporis vinculo excommunic. astricto, fecerat, tanquam minus canonice celebratam cassari. Dictus vero R. proposuit ex aduerso, quod, emenso VI. mensium spatio, intra quod ad episcopum et capitulum cantoris electio pertinebat, decanus et quidam alii canonici Salamant. episcopo archid. et nonnullis aliis canonicis, qui præsentes aderant in ciuitate, inconsultis, non consueta hora, nec in capitulo iuxta morem, sed in ecclesia potius quibusdam laicis aduocatis, stulte et inordinate nimis eligere præsumpserunt. Et cum iam dicti archiepiscopi, qui eos propter hoc excommunicauerat, adire præsentiam voluissent, et ipsi intelligens auctoritatem eligendi, iuxta Lateran. concil. statutum ad se deuolutam, supradictum G. in cantorem elegit, et eundem G. fecit de cantoria corporaliter inuestiri. Postmodum autem decanus et sui complices nobis, mentione de his non habita, suggerendo, quod episcopus, qui monitus sæpius intra sex menses eligere noluerat, in ecclesiæ detrimentum, eo, qui in cantorem ab eodem decano cum maiore parte capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituerat in cantorem ad decanum archid. et archipresb. Abulen. nostras litteras impetrauit. Quarum auctorit. cum supradictus G. ob eisdem fuisset iudicibus euocatus; eisdem inhibuit, ne per prædictas litteras procederent contra eum: cum in eisdem de sua electione facta per archiepiscopum nulla mentio haberetur, et cum propter hoc, tum quia prima citatione ad loca remota peremptorie citatus exstiterat, tum etiam quia iudices quosdam ex electorib. d. P. consanguinitatis linea contingebant, ad sed. ap. appellauit. Sed iudices nihilominus ad Salamantin. ecclesiam accedentes, suprad. P. in cantoriæ possessione caussa reseruanda, contra iustitiam induxerunt. Cum igitur super his et aliis coram eodem cardinali procuratores ipsi aliquamdiu litigassent, et ipse nobis fideliter retulisset, quæ proposita fuerant coram ipso;*] quia nobis constitit a Salamantino decano et eius sequacibus, post elapsum sex mensium spatium, intra quod episcopus et capitulum, prout communiter spectabat ad eos, procedere ad electionem cantoris neglexerant: electionem supradicti P. minus canonice celebratam, eandem decernimus 72) irritam et inanem, et appellationem a decano 73) et suis fautoribus interpositam, factum archiepiscopi, ad quem iam erat eligendi auctoritas deuoluta 74), nequiuisse 75) aliquatenus impedire. [*Quia vero contra personam ipsius G. quædam obiecta fuerant, de quibus nobis non potuit fieri plena fides:*] mandamus,

68) *Zamoren.* C. R. 2. legit, *Zamor.* C. R 1. sed *Zamorensi*, habet C. L. *Samorr*, vero legitur in ed. ant. Longe alia est inscriptio in c. 2. comp. 4. de præb. nimirum: *Idem episcopo et cantori Zemoren, et abbati de Morerola Zemoren. dioc.* quæ conuenit cum ipsa origine epist. Innocent. *libr. XIII. epist. 157. edit. Baluz.* nisi quod *Zamorensis*, rectius legat.
69) *Tit.* ed. ant. non legit.
70) *Marcis*, in C. R. 1. legitur, sed *Marcelli*, C. R. 2. habet cum c. cit. 2.
71) Verba: *dilectorum filiorum*, a C. R. H. L. ed. ant. Gl. et Pith. absunt.
72) *Decreuimus*, C. R. 1. legit cum c. cit. et ed. ant. quæ vero omittit: *eandem.*
73) *Ab eodem decano*, legit c. cit.
74) *Deuoluta*, habet C. L.
75) Post vocem: *nequiuisse*, legitur in ed. ant. *se.*

h *al.* easdem. i *al.* quanto citius. k *al.* Zamorensi, et abbati de Morerola Zamorensis dioecesis. l *In multis antiquis*, Marcelli.

qua-

quatenus, nisi [iam] dicto G. aliquod canonicum obuiet, electionem de ipso factam, sublato 75) *a* appellationis obstaculo 76) confirmetis 77), [*facientes ipsum eiusdem cantoriæ pacifica possessione gaudere, contradictores etc.*]

76) *Sublata appellatione*, secund. C. R. 1. et c. cit. 2.
77) *Confirmetis*, C. R. 1. legit.

TITVLVS XI.
DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM 78), ET QVALITATE *b* ORDINANDORVM.

CAP. I.

Diebus dominicis, vel sabbatho Pentecostes, sacri ordines ab alio, quam a papa, conferri non debent.

ALEXANDER III. 79) [*Baton.*] 80) *episcopo. c* (*ann.* 1163. *Roma in Angliam.*)

Subdiaconos 81) *d* autem nulli, nisi Romano pontifici, liceat 82) [*in*] diebus 83) dominicis ordinare: quamuis consecrandi Deo dicatas 84) virgines, et minores ordines his diebus habeant 85) licentiam celebrandi. Sabbatho quidem 86) pentecostes non licet 87) alicui sacros ordines celebrare: cum in sequenti septimana, recepta Spiritus Sancti gratia, celebrentur.

78) *Ordinatorum*, est in c. 1. comp. 1. h. t.
79) *Innocentius III.* legit C. H.
80) *Batonien.* C. R. 1. habet, et ed. ant. *Batonens.* Rectior prima lectio, quia Bathoniensis diœcesis est in Anglia sub archiepiscopatu Cantuariensi vid. *Index Geograph. episcop. apud* HARDVIN. *tom. XI. concil.*
81) *Subdiaconum*, C. R. 1.
82) *Licet*, est in ed. ant.
83) C. R. ed. Pith. et Gl. legunt: *in diebus.*
84) *Dedicatas*, C. H. habet cum ed. ant.
85) *Habeat.* C. R. 1. legit cum H. Etenim eo tempore iam ordo subdiaconatus a minoribus ordinibus separatus et inter *sacros* relatus erat, quod etiam declarat *c. 3. X. h. t.*
86) *Autem*, legit C. R. 1.
87) *Licet*, habet C. L. cum ed. ant. et c. 1. cit.

CAP. II.

Non valet consuetudo, quod extra statuta tempora sacri ordines conferantur.

IDEM *episcopo Herfurdensi* 88) e. (*ann.* 1165. *Roma in Angliam. conf. c. 2. comp. 1. h. t.*)

Sane super eo, quod moris esse dixisti in 89) ecclesiis quibusdam Scotiæ, et Walliæ 90) *f*, in dedicationibus ecclesiarum vel altarium, extra ieiunia quatuor temporum, clericos ad sacros ordines promouere, [*prud. t.*] significamus, quod consuetudo illa, vtpote institutioni 91) ecclesiasticæ inimica, [*et detestabilis*] est [*et*] penitus improbanda: et, nisi multitudo et antiqua consuetudo terræ esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur, et ordinantes 92) priuarentur auctoritate ordinandi.

88) C. R. *Herfoden.* legunt; sed ed. ant. Pith. et Gloss. *Herfordens*, sicut etiam C. L. et c. 2. cit. comp. denique *Herfordiensi*, est in Cont. edit.
89) Præp. *in*, abest a C. H. et ed. ant.
90) *Walliæ*, C. R. 2. L. et ed. ant. habent. Sed in cit. c. est *Gualge.*
91) *Constitutioni*, secund. C. R. 1.
92) *Ordinatores*, legit ed. ant.

CAP. III.

Minores ordines conferri possunt diebus festis: sacri vero conferri debent in quatuor temporibus, vel sabbatho sancto, vel sabbatho de passione.

IDEM ALEX. III. 93) (*ann.* 1168. *Roma in Angliam.*)

De *g* eo autem 94), quod quæsiuisti, an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in ostiarios *h*, lectores, exorcistas, vel acolythos, aut etiam subdiaconos promouere 95), [*prouidentiæ tuæ*] taliter respond. quod licitum est episcopis, dominicis et aliis festiuis diebus, [*aut*] vnum, aut duos ad 96) minores ordines promouere: sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, aut [*in*] sabbatho sancto 97), vel in 98) sabbatho ante dominicam de passione, nulli episcoporum, præterquam Romano pontifici 99), licet aliquos ordinare.

93) *Idem eidem*, C. R. 1. L. ed. ant. Cont. Pith. et Gl. legunt, et *idem in eodem*, habet C. R. 2. sed in c. 3. cit. comp. legimus: *idem Herforden.*
94) *Autem*, a C. R. abest.
95) C. R. H. L. et ed. ant. *promoueri* legunt; sed in c. cit. hic textus ipse est: *exorcistas, acolythos promouere aut etiam subdiaconos facere.*
96) *In*, est in c. cit. 3. pro *ad.*
97) *Aut in sabbatho S.* C. R. legunt cum L.
98) Præp. *in*, deest in C. H. et ed. ant. quæ etiam pro *vel*, legit: *aut.* Sed c. cit. habet: *et in sabbatho.*
99) *Præter Rom. pont.* C. R. 1. legit, ed. ant. *præterquam Ro. pont.* c. cit. vero: *præterquam Rom.*

CAP. IV.

Criminosus occultus moneri potest, ne promoueatur ad ordines: sed prohiberi non debet.

IDEM *i.* (*ann.* 1170. *Roma in Latium.*)

Ex tenore tuarum litterarum *k* accepimus, quod N. clericus adeo deliquit, quod, si peccatum 100) eius esset publicum, degradaretur *l* ab ordine, quem suscepit, et amplius non posset ad superiores ordines promoueri. Verum quoniam peccatum ipsius 1) fore occultum [*et priuatum*] dixisti: [*f. t. per A. S.*] mandamus, quatenus pœnitentiam ei condignam imponas, et [*ei*] suadeas, vt, parte pœnitentiæ peracta, ordine suscepto vtatur, quo 2) contentus existens, ad superiores [*ordines*] amplius 3) non ascendat. Veruntamen, quia peccatum occultum *m* est, si promoueri voluerit, eum 4) non [*potes, nec*] debes aliqua ratione prohibere.

100) *Delictum*, est in c. 5. comp. 1. h. t.
1) *Peccatum illud*, C. R. 1. habet, sed C. R. 2. H. et L. *peccatum ipsum*, legunt cum ed. ant. et c. cit. 5.
2) *Et eo*, legimus in c. cit.
3) *Superiores ordines*, C. R. 1. habet, *superiores ordines amplius*, legunt C. R. 2. H. et ed. ant.
4) *Ei*, est in c. cit. 5. pro *eum.*

CAP. V.

Religiosus contra prohibitionem prælati sui ordinari non debet.

LVCIVS III. 5) *archiepisc. n Turonensi.* (*ann.* 1183. *Roma in Galliam.*)

Ad aures *o* nostras [*te significante*] peruenit, quod religiosi quidam [*zelum Dei habentes*] ad superiores desiderant ordines promoueri, [*putantes, maius præmium cumulandum, quo in maiore gradu positi sublimius officium fuerint assequuti:*] sed prælati eorum desideriis contradicunt. [*Ideoque tua duxit fraternitas inquirendum, an in inferioribus constituti ordinibus iuxta beneplacitum suorum prælatorum, quibus promotio displicet, a superioribus debeant abstinere, an valeant, prælatis suis renitentibus, promoueri.*] Tuæ igitur quæstioni 6) taliter respond. quod honestius et tutius est subiectis debitam præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deseruire, quam cum præpositorum scandalo, graduum appetere dignitatem. Nec est in hac parte subiectorum desiderium confouendum; quoniam esse potest, quod prælati eorum commissa 7) secreta nouerint, ex quibus constat eis, quod salua conscientia nequeunt sublimari: quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine *p* caritatis, acquiritur regnum Dei.

5) *Innocentius III.* legit C. R. 2.
6) C. R. 1. legit: *tua igitur F.* (*h. e. fraternitati.*)
7) *Omissa*, habet C. L.

CAP. VI.

Metropolitanus ab omnibus suffraganeis consecratur: suffraganeus vero a tribus, metropolitano iubente.

IDEM. 8) *q*

Si archiepiscopus *r* obierit, et alter 9) fuerit ordinandus [*episcopi:*] omnes episcopi eiusdem prouinciæ ad sedem metropolitanam conueniant 10), vt ab omnibus [*ipse eligatur et*] ordinetur. [*Oportet autem, vt ipse, qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur et ordinetur.*] Reliqui vero comprouinciales episcopi, si necesse fuerit, cæteris consentientibus, a tribus iussu archiepiscopi poterunt ordinari 11): sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit, et cuncti [*eum*] pariter pontificem 12) consecrauerint. [*et infra.*] [*Illud autem, quod de archiepiscopi consecratione, ordinatione etc. vt in tractatu ordinandorum 12°*).]

8) LVCIVM III. inscriptio designat, per errorem tamen: cum Pseudo-ANICETO hæc verba tribuantur sint ex spuria collectione ISIDORI, a BLONDELLO in *Pseudo-Isidoro p. 201. sq.* relata.
9) *Alius*, est in c. 9. comp. 1. de elect.
10) *Veniant*, legitur in c. cit. 9.
11) *Poterunt episcopi ordinari*, C. R. 1. legit. Sed in c. cit. legimus: *consecrari possunt episcopi.*
12) *Episcopum*, secund. C. R. 1.
12°) Sunt in decreto GRATIANI *c. 1. dist. LXVI.*

CAP. VII.

Dicit idem, quod in præcedenti.

Ex concil. Arelatensi *s.* (*ann.* 452. *in Gallia. conf. c. 4. comp. 1. de elect.*)

Nullus episcopi 13) sine metropolitani permissu, nec [*episcopus*] metropolitanus sine tribus [vel duobus] 14) episcopis comprouin-

13) *Nec episcopus*, legit c. 4. comp. 1. de elect.
14) Verba: *vel duobus*, omittuntur in c. cit.

a *al.* submoto. b *al.* et ordine proficiendorum. c *al.* Londonensi. *al.* Bonon. *al.* Arth. d C. 1. *eod. tit.* in 1. *compil. Post conc. Later. sub* Alex III *p.* 26. *c.* 23. e *al.* Herfurdiensi. f *In vet. legitur*, walliæ verum Wallia, *prouincia nomen in Britannia. vid. cap.* 5. *De app. in* 3. *coll.* g *Post conc. Later. sub Alex. III. part.* 26. *c.* 25. *et cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.* h *Vide Magistr. Sent. lib.* 4. *dist.* 24. *Adde conc. Trid. sess.* 23. *de reform. c.* 2.

i W. Albanen. episcop. *in prima collect. Trec.* k *Post conc. Lateran. sub Alex. III p.* 50. *c.* 3. *et c.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp.* l *Al. ita:* a iam suscepto ordine degradaretur. m *Adde, quando dicatur peccatum occultum et quando manifestum, in l. cum fratrem. per Bald. C. de his quibus ut indig.* n *al.* Turonensi *archiep. R. al.* Senonensi. o *Post conc. Lateranen. sub Alex. III. p.* 26. *c.* 22. *et c.* 4. *eod. tit. in* 1. *compil.* p *al.* plenitudine. q *Burchard. l.* 1. *c.* 28. *tribuit Aniceto, vt Pan. l.* 3 *tit.* 1 *c.* 3 *al.* Aniceto, *vt Ivo p.* 5. *c.* 139. *decr.* r *Vide Anaclet. pap. epist.* 2. *et Grat. dist.* 64. *c.* 4. *et d.* 65. *c.* 1. *et* 1. *canon. apostol. et c.* 9. *in* 1. *compil. tit. de elect.* s *Grat. Aurel.* 2. *c.* 9. *Burchard. lib.* 1. *c.* 27. *Ivo p.* 5. *c.* 138. *et c.* 4. *tit. de elect. in* 1. *comp. et concord. concil. Nicænum c.* 4. *dist.* 64. *can.* 1. 7. *et* 8. *apud Grat.*

c. al. v. 13

niolibus præsumat episcopum ordinare, ita, vt alii episcopi comprouinciales admoneantur epistolis, vt se suo responso significent consensisse. Quod si inter partes aliqua dubitatio fuerit: maiori numero metropolitanus in *electione* 15) consentiat.

15) Verba: *in electione*, in C. 8. H. L. ed. ant. et Gl. non exstant: sed Com. habet.

CAP. VIII.

Ordinatus extra tempora suspenditur, donec dispensetur cum eo, et ordinans punitur.

VRBANVS III. *archiepiscopo Pisano.* (*ann. 1186. Verona in Tusciam. conf. c. 11. comp. 1. de iureiur.*)

Cum quidam [*episcopi Sardi, sicut nobis est ex tua parte propositum, quibusdam pecuniam, sicut iuramento tenebantur adstricti, non soluerint, et quidam episcopus ipsius terræ in die dedicationis ecclesiæ ordines, cum dies ille ad hoc institutus non fuerit, celebrauerit, quidam etiam iurauerint aliquando, quod fratri vel sorori, patri vel matri loqui non debeant, aut quodlibet eis subsidium ministrare: a nobis, quid de huiusmodi faciendum sit, tua fraternitas requisiuit. Nos itaque denegare nolentes, quod a nobis, caritate suggerente, postulare videris, d. t. præsent. litteris respondemus, quod in episcopos illos, qui suum transgressi sunt iuramentum, est tanto grauius vindicandum, quanto maiori præeminent dignitate, et eorum exemplo facilius alii poterant ad similia prouocari.*] Episcopum [*autem,*] qui die, quo non debuit, ordines celebrauit, canonica disciplina corrigere, et ordinatos a susceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos [*vel successores nostros*] restitutionis gratiam consequantur. [*Illi vero, qui iurant non loqui patri, vel matri, vel sorori, vel fratri, aut eis humanitatis subsidium exhibere, absoluendi sunt ab illius obseruantia iuramenti: cum illicitum sit, et omni contrarium rationi, iniuncta tamen eis de hoc, quod male iurauerunt, pænitentia competenti.*]

CAP. IX.

Græci a Latinis ordinari non debent: nec econtra, si in ritu ordinandi sunt diuersi.

COELESTINVS III. *Hidrontensi* 16) a *archiepiscopo.* (*ann. 1195. Roma in Calabriam.*)

Cum secundum *b* regulas ecclesiasticas, [*et sanctorum instituta pontificum sacri sunt ordines in certis temporibus conferendi: quidam Græci episcopi ritus sui et consuetudinis obseruantiam in Latinos clericos exercentes, eos ad sacros ordines passim promouent, qui non sunt præterquam in IV. temporibus conferendi. Sane sicut præsentium latoris Io. relatione cognouimus, quod, cum ipse a quodam domino, cui ipse seruierat, et vt in capella sua diuina officia celebraret, eidem Græco episcopo foret præsentatus, idem episcopus Cathamarsen. eum in sacerdotem promouit, quem postmodum diœces. episcopus ob exsequutione officii vel suscepti ordinis credidit suspendendum: quæ vtique consuetudo consuetudini ecclesiasticæ inimica et detestabilis est et penitus improbanda, et, nisi multitudo, et antiqua consuetudo esset in caussa, sic ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur, et ordinantes auctoritate ordinandi de censura canonum priuarentur. Verum quia nec plenam de Græcorum obseruantia notitiam habere non possumus, nec est nobis certum, vtrum consuetudo sic se habeat.*] Quia vero, sicut dicitur 17), in partibus Calabriæ [*vt*] Latini a Græcis, et Græci a Latinis secundum alterutrius institutionis obseruantiam ordinantur 18), [*et an sit antiquitus obseruatum, fratern. t. qui discernere melius istu poterit, eiusdem Iohannis iudicium duximus committendum, per apostolica s. m. et potestatem tibi, auctoritate præc. indulgentes, vt, cognito diligentius veritate et obseruantia consuetudinis, si qua super his a Latinis clericis recepta est, et hactenus approbata, vel si tibi apparuerit aliter discernere de ipso Iohanne, quod cum salute animæ suæ poteris, cess. app. diffugio, statuere non morens, studiosius attendens, vtrum reordinandus sit, an sine periculo animæ suæ in sic recepto ordine debeat celebrare, addito, si quid noueris, in supplemento ordinis adiungendum.*] Nolumus [*autem*] de cætero commixtiones et consuetudines rituum in ordinibus 19) obseruari, [*nec sumi ab aliis in exemplum, si cum iste duxeris misericorditer dispensandum.*]

16) Inscriptio hæc admodum corrupta est in C. 8. et L. vt C. H. 2. *Rossanensi* legat. Verior est lectio edit. ant. quæ habet *Idron.* at c. 1. comp. 2. h. t. *Hydrontin.* quia *Hydruntum* ciuitas est *Calabriæ*, de qua hic agitur, et quæ archiepiscopum habet. Paruerant Apulia et Calabria antehac Græcis, a Normannis tandem subactæ: vid. ORDERICVS VITALIS *libr. III. hist. eccles. p.* 483. adeoque non mirandum est, Græcos Latinosque promiscue hic habitasse hoc æuo, diuersis ritibus inter se vtentes.
17) In c. cit. 1. pro verbis: *quia vero, sicut dicitur*, legitur: *quod.*
18) *Ordinentur*, est in c. cit. Principalis diuersitas in ordinandis presbyteris consistebat, quos vngebant Latini, non Græci, solo manuum impositioni acquiescentes.
19) *Commixtiones rituum et consuetudines ordinum obseruari*, legimus in c. cit.

CAP. X.

Si monachus vnius ordinis, in secundo ordine, ad quem transiit, recipit sacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo libere ministrabit.

INNOCENTIVS III. *abbati et conuentui Carlioci.* 20) c (*ann. 1198. Roma in Galliam.*)

Ex parte vestra, nostro fuit apostolatui reseratum, quod quidam

20) *Karlioci*, C. 8. 1. legit, sed c. 2. comp. 3. h. t. habet: *Carloci.*

c *al.* Hydrontin. b *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* c *al.* Karloci. d *Cap. 2. eod tit. in 3. compil.*

monachus vester, se ad nigros monachos transferens, et habitum eorum 21) [*nigrum ibidem*] assumens, ad sacerdotii ordinem in ipso habitu est promotus. Vnde, quia dubitastis 22), vtrum in assumpto taliter ordine 23) ministrare debeat, [*nos huiusmodi dubitationis scrupulum enodantes, per A. S.*] mandamus, quatenus, nisi [*ei*] canonicum aliud obuiet 24), ipsum monachum, officium sacerdotis libere exsequi permittatis.

21) *Eorum*, non exstat in c. cit.
22) *Dubitatis*, secund. C. H. 2. ed. ant. vero legit: *dubitasti*,
23) C. 8. *tali ordine*, habent.
24) *Videritis obstare*, legimus in c. cit.

CAP. XI.

Si Græcus episcopus Latino subiectus ordinatur sine Latini licentia a Græco, interdicitur sibi exsequutio: si vero de licentia, tunc toleratur.

IDEM. C. [*tit. sancti Laurentii in Lucina*] *presbytero* e *cardinali, apostol. sed. legato* 24*). (*ann. 1200. Roma in Siciliam.*)

Quod *f* translationem 25) pontificis: [*et infr.*] [*Super eo vero, quod nos consulere voluisti, quod multi Græcorum clerici consistentes, in diœcesibus Latinorum ab episcopis Græcis non in quatuor temporibus, interdum omnes ordines simul, nonnumquam partem recipiunt, qui postmodum prohibentur a Latinis episcopis celebrare,*] consultationi tuæ taliter respondemus 26), quod, cum clericus Græcus, episcopo Latino subiectus, a Græco pontifice ordinatur, nisi de mandato vel licentia 27) sui episcopi fiat, interdicenda est ei ordinis exsequutio sic suscepti, tanquam ab alieno pontifice, sine mandato, vel licentia sui episcopi ordinato 28). Si vero de mandato vel licentia sui præsulis, a Græco pontifice, secundum morem Græcorum fuerit ordinatus; licet culpandus sit episcopus Latinus, qui clericos suos a Græco facit antistite ordinari; quamdiu tamen talis mos ab ecclesia toleratur 28*), impediri non debet ob exsequutione ordinum taliter susceptorum: [*nos tamen super hoc articulo dispensamus tempore opportuno de consilio fr. n. quod honestum visum fuerit, ordinare.*]

24*) Misso in *Siciliam* a pontifice, olim *magna Græcia* dictam, Græcisque imperatoribus subiectam, donec a Saracenis his erepta, ab his vero per Normannos rursus purgata, atque sedi pontificii quoad *dominium directum* subiecta fuerit. Vnde non mirandum est, Græcos episcopos hoc tempore in Sicilia adhuc superfuisse, et ritu suo vixisse, qui maxime in ordinandis clericis a ritu Latinorum differebat. Interim hæc permixtio hoc producebat incommodum, quod Latini clerici sub episcopis Græcis, et sub Latinis Græci viuerent. Constantinopolitano imperio anno MCCIV. a BALDVINO occupato, de quo plenius agit RAYNALDVS *ad cit. ann.* eadem rerum confusio suborta et iam in Palæstina introducta quæ res mouit pontificem in c. 14. *X. de off. iud. ordin.* vt in concilio generali remedium quoddam sibi quæreret, de quo infra.
25) *Translationem*, legitur in ed. ant.
26) *Duximus respondendum*, legimus in c. 3. comp. 3. h. t.
27) *Et licentia*, C. 8. 1. legit
28) *Sui præsulis ordinatos*, secund. C. 8. 1.
28*) Neque enim reordinantur, qui Græco ritu ordinati sunt presbyteri, ad Latinam ecclesiam forsitan transeuntes, quamuis vnctionem, qua Græci non vtuntur, non acceperint; serius etiam, post NICOLAI I. tempora, in ecclesiam Latinam introducta. Vid. NICOLAI *epist.* 39. MORINVS *de ordinat. SS. P. I. c.* 3. CLEMENS VII. prudenter huic rei prospexit in bulla a LEONE ALLATIO *de ætat. et interstit. in collat. ordin. apud Græc. seruand.* relata.

CAP. XII.

Ordinatus a papa, sine licentia papæ, ad superiores ordines non promouetur.

IDEM *Mutinensi* 29) *episcopo*, [*et magistro Vberto*] g (*ann. 1200.*)

Cum *h* in distribuendis: [*et infra.*] Meminimus, a nobis fuisse suppliciter 30) *i* postulatum, et clementer indultum, vt, quia præfatus A. ecclesiæ Romanæ subdiaconus erat, mandaremus ipsum per Bononiensem episcopum promoueri.

29) *Mutinensi*, C. H. habet.
30) *A vobis fuisse multipliciter suppliciter*, C. H. Sed *humiliter*, legit C. R. 1. et *simpliciter*, habet C. L. cum ed. ant.

CAP. XIII.

Duo sacri ordines non possunt conferri eidem vno die, vel duobus, continuato ieiunio.

IDEM *eidem et magistro* k *H.* [*theologo*] *subdiacono nostro,* [*Modocien. canonico.*] (*ann. 1202. Roma in Æmiliam.*)

Litteras vestras *l* recepimus [*responsiuas*] super inordinata ordinatione Imolensis 31) electi, quem Bonon. episcopus præcedenti sabbatho in diaconum, et sequenti die dominico 32), continuato ieiunio, in presbyterum ordinauit. In quo, quantum vterque deliquerit, euidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim vtrumque ordinem eodem die 33) conferre 34) illi non licuit; pari non

31) *Imolensi*, habet C. L.
32) *Dominica*, legitur in c. 5. cit. comp. omissa voce: *die.*
33) *Eodemque die*, C. 8. 1.
34) *Conferri*, est in c. cit. 1.

e Idem C. tituli S. Laurentii presbytero, etc. vt est 103. comp. et in c. 3. *sup. de vsu et auctor. pall.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* g Et magistro Vberto, *vt est in 3. compil.* h *C. 4. eod. tit. in 3. compil.* i Humiliter. k Huberto canon. Modocien. *al.* H. theologo nostro, Modocien. canonico. l *Cap. 5. eod. tit. in 3. comp.*

licuit

licuit ratione vnum ordinem vno die, et alium altero, ieiunio continuato *b*, conferri 35): cum propter continuationem ieiunii fictione canonica, siue mane diei dominicæ trahatur ad sabbathum, siue vespera sabbathi ad diem dominicam referatur, profecto mane cum vespere, seu vespera cum mane, ad eundem diem pertinere dicetur 36) *c*. Nam si, quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, mane ad vnum 37) diem, et vespera referatur ad alium, cur esset continuatio ieiunii necessaria: cum et sabbatho ante cœnam, et dominica ante prandium intelligantur esse ieiuni 38)? [*Ne autem si factum huiusmodi sub silentio transiremus, id alii licitum reputantes similia facere attentarent, et sic facti peruersitas a posteris traheretur in exemplum:*] præfatum itaque 39) Bonon. episcopum, vt punietur, in quo deliquit, a collatione ordinum 40), diaconii scilicet et presbyterii, alterum vero ab exsequutione officii 41) sacerdotalis tamdiu 42) volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus. [*Vt igitur mandatum apostolicum debitum consequatur effectum: per A.S. v. m. quat. quæ præmissa sunt, faciatis tam ab ipsis episcopis, quam per Bonon. et Imolens. diœc. publicari.*]

35) C. 8. *conferre*, legunt cum L.
36) *Dicetur*, C. N. 1. sed C. H. habet: *dicatur*.
37) *Eundem*, legitur in cit. c.
38) *Ieiunia*, legimus in c. cit. et in ed. ant. *ieiunii*.
39) Particula: *itaque*, non exstat in cit. c. addita a RAYMVNDO.
40) *Ordinis*, est in c. cit.
41) *Ordinis*, secundum C. H.
42) Vox: *tamdiu*, a C. 8. H. et L. abest.

CAP. XIV.

Ordinans puerum tredecim annorum in diaconum, suspenditur a collatione ordinum: et ordinatus ab ipsius exsequutione vsque ad ætatem legitimam.

HONORIVS III. *episcopo et archidiac. Legion.* (*ann.* 1220. *Roma in Hispaniam. conf. t. 2. comp. 5. de æt. et qu. etc.*)

Vel non est compos d sui episcopus Conuentren. 43) vel nimis videtur a se scientiam repulisse, [*aut probatur ex malignitate peccasse*] qui [*vt alia, quæ de ipso dicuntur, enormia taceamus,*] M. puerum latorem præsentium adhuc XIII. 45) e annorum contra sacrorum canonum instituta, inordinate in diaconum dicitur ordinasse, in ludibrium ordinis clericalis: [*quod vtique, si nobis plene constaret, quantumcunque simus proniores ad veniam, quam ad debitam etiam vltionem, taliter hoc castigaremus in ipso, quod ex pœna culpa notoria redderetur, et reuelata eius ignominia efficeret alios in similibus cautiores. Nolentes autem hoc relinquere indiscussum,*] discretioni 46) vestræ mandamus, quatenus, [*inquisita super his et cognita veritate,*] si rem inueneritis ita esse, prædictum episcopum a collatione ordinum [*subl. app. obst.*] suspendentes, ipsum, vt eidem M. quem ab exsequutione officii diaconi 47) *f* vsque ad ætatem legitimam in iniuriam suspendimus ordinantis, prouideat in ecclesiastico beneficio 48) competenti, per censuram ecclesiasticam 49) [*app. postp.*] compellatis.

43) *Conu.* legit, C. N. 1. *Ouetren.* C. R 2. cum c. 2. comp. 5. de ætate et qual. *Conuentren.* C. L. sed *Conuentren.* habet ed. ant. ex *Conuentren.* Gloss.
44) *Quod pro qui*, est in cit. c.
45) *XII. annorum*, legit ed. ant.
46) ita rectius C. 8. H. L. ed. ant. Gloss. et Pith. legunt cum c. cit.
47) *Diaconatus* legunt, C. R. H. et L. cum c. cit.
48) *In ecclesia de beneficio competenti* etc. legimus in c. cit.
49) *Per censuras ecclesiasticas*, legit c. cit.

CAP. XV.

Episcopus conferens eidem vno die plures sacros ordines, etiamsi de mandato metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.

IDEM *Leton.* g *et Cal. Abb.* 50) (*ann.* 1210.)

Dilectus *h* filius G. Humilien. 51) *i* canonicus, nostro dudum apostolatui retulerunt, quod Humiliensis 52) *k* ecclesia suo viduata pastore, canonici 53) [*sed de substituendi pastoris electione tractantes*] ipsum vnanimiter elegerunt. Qui cum esset citra 54) sacros ordines constitutus 55) *l* [*ven. fr. n.*] archiepiscopus *l* Cassatens. 56) metropolitanus eorum episcopo Trecen. 57) mandauit, vt eum vno et 58) eodem die ad tres sacros ordines promoueret: quod ille, non ausu proprio, sed *m* ipsius archiepiscopi mandato, perfecit. Cum ergo 59) nobis constiterit supradictum episcopum in pluribus deliquisse, tum, quia sine mandato archiepiscopi, vt 60) ipse confessus extitit, ad huiusmodi ordinationem inordinate processit, tum, quia, [*et*] si de mandato archiepiscopi constaret, cum illi huiusmodi dispensatio a canone minime sit permissa, [*quam ad solum Romanum pontificem non est dubium pertinere,*] ipsi obtemperare non debuit 61) in hac parte; tum etiam quia cum reatu 62) periurii sæpius variauit, in modo prius, quod archiepiscopus id præceperat, et postea, quod illud non mandauerat in iudicio confitendo: ipsum [*de fratrum nostrorum consi.*] tamdiu ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram meruerit gratiam 63) obtinere.

50) *Leon. et Sabren. abb.* C. 8. 1. sed C. 8. 2. *Leon. et Sabren. abbatibus*, habet, et H. *Salubrien et Leonen. abbatibus*, L. vero legit *Leonensi et Salabruxensi abbatibus*, denique in ed. ant. *Leon. et Sal. abb.* In c. 1. comp. 4. *de Leonen. et Sabertens. abbatib.* Rectius legendum *Leonensi*, secundum INNOCENTIVM III. *libr. XIII. epist.* 194.
51) *Molyen.* legit, C. 8. 1. per tot. sed C. 8. 2. *Milicensis*, H. *Ymelen.* L. *Ymilicen.* ed. ant. *Ymalicen.* per totum. c. cit. habet: *W. Imolen.* per totum. Rectius *Ymilicensis*, vel *Ymlacensis*, quæ ecclesia est in Hibernia, obseruante GONZ. *ad h. c.*
52) *Ymilicen.* C. 8. 2. legit, sed *Emilicen.* H. habet.
53) *Concanonici*, est in c. cit.
54) *Infra*, est in c. cit.

55) *Institutus*, C. R. 1.
56) *Cassan.* C. R. 1. legit; sed *Cassellen.* habet C. R. 2. cum ed. ant. c. cit. vero *Casaten.*
57) *Treuenen.* legit C. R. 1.
58) *Et*, C. L. non habet.
59) C. R. H. L. et c. cit. habent: *Cum igitur.*
60) *Sicut*, legitur in cit. c.
61) *Debueris*, est ibid.
62) *Reatu*, legit c. cit.
63) Vox: *gratiam*, non exstat ibid.

CAP. XVI.

Ordinatus ad sacros extra tempora statuta, ordinem recipit, et post pœnitentiam cum eo dispensat episcopus.

GREGORIVS IX. *archiepiscopo Baranensi* 64) (*ann.* 1228. *Roma in Apuliam.*)

Consultationi tuæ taliter respond. quod eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt 65), characterem non est dubium recepisse: quos pro transgressione huiusmodi, primo eis pœnitentia imposita competenti, sustinere poteris in susceptis ordinibus ministrare.

64) *Baranensi*, C. R. 2. legit, vel potius *Barensi*, ex INNOCENTII III. *epist.* 110. *libr. IV.* seu *Bariensi*, quia *Barium*, caput regionis est in Apulia.
65) *Susceperunt*, C. R. 1.

CAP. XVII.

Occultus criminosus, præter homicidam, post pœnitentiam in susceptis ministrat, et ad superiores adscendit: ante pœnitentiam monetur, vt etiam in susceptis non ministret.

IDEM 66) (*ann.* 1229. *Romæ.*)

Quæsitum est de sacerdotibus, vel aliis clericis, qui per *n* reatum adulterii, periurii, homicidii, vel falsi testimonii, bonum conscientiæ rectæ perdiderunt: [*et infra.*] Respondemus, quod, si proposita crimine ordine iudiciario comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debent hi, præter *o* reos homicidii, post pœnitentiam 67) *p* in iam susceptis, vel suscipiendis ordinibus impediri: qui, si non pœnituerint, monendi sunt, et sub interminatione diuini iudicii obtestandi, vt in testimonium suæ damnationis, in susceptis etiam ordinibus non ministrent.

66) Similis decisio occurrit in c. 3. *compil.* 3. *de ætat. et qual. ordin.* CLEMENTI III. adscripta: vnde colligit GONZALEZ *ad h. c.* huic potius eam deberi. Negari nequit quidem, similem quæstionem ibidem esse propositam: palam tamen simul est, in decisione deprehendi diuersitatem. In *occulto* enim simpliciter asserit CLEMENS III. monendos esse, et sub interminatione diuini iudicii obtestandos, ne in susceptis ordine ministrent. In præsenti textu vero 1) homicidium simpliciter impedire continuationem ordinis suscepti dicitur: 2) quoad reliqua crimina distinguitur, verum delinquentes egerint pœnitentiam nec ne? Priori casu in susceptis vel suscipiendis non impediuntur: posteriori vero demum admonendi dicto modo sunt, vt collatio vtriusque textus docet. Vnde CLEMENTI III. hæc decretalis attribui nequit.
67) *Post peractam pœnitentiam*, C. H. legit.

TITVLVS XII.

DE SCRVTINIO IN ORDINE 68) *q* FACIENDO.

CAP. VNIC.

Episcopus interrogatus in scrutinio episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non nouit illum indignum.

INNOCENTIVS III. (*ann.* 1206. *Roma in Hispaniam.*)

Ex parte *r* tua fuit propositum: [*et infra.*] [*Quæsiuisti præterea per sed. ap. edoceri, vt, cum episcopi ad consecrationem episcoporum ab archiepiscopo, vel etiam ab alio vocentur, et ipsi electum metropolitano offerant consecrandum, dicentes, reuerende pater, postulat sancta mater ecclesia hunc electum in episcopum consecrari, et interrogante archiepi-*

68) Verba: *in ordine*, non exstant in c. 1. compil. 3. h. t.

a *Alias ita*: et alium in alio. b *Vide gloss. l. 1. in verbo, separatim ff. de vsufr. accr. et Instit. de leg. § si eadem, in gloss.* c *Vide l. Titius. et tot. Tit. ff. de lib. et posth. et in l. hac verba. ff. de verb. signif.* d *Nota ex hoc textu, quod per opera alicuius cognoscitur discretio mentis eiusdem.* e *Vet.* XII. f *al.* diaconatus. g *al.* Leonens. et Salabriens. abb. *al.* Leon. et Salebriens. abb. *al.* Leonem. et Sal. abb. *al.* de Leon. et Sabbar. abbatib. h *Cap.* 1. *eod. tit. in 4. compil.* i *Omnes fere manuscr. ita habent:* W. Imolecens. *al.* Ymilit. k *al.* Ymilicen.

l Calacens. m *C. Barb. ita e sed* ipsius archiep. vt ipse confessus, extitit mandato perfecit. n *al.* propter. o *Gloss. in §. homicidium in authent. de par. totam. firm. coll. tit.* p *al. ita*: post pœnitentiam iniunctam. q *al.* in ordinibus. r *C. 1. de scrut. fac. in 3. compil.*

chiepi-

chiepiscopo, si sciant, illum esse dignum, respondeant, quod illum sciunt et credant pariter esse dignum, et te in responsione huiusmodi, ac offenderes hominem, Deum existimes offendisse, quandoque præter, quandoque contra conscientiam respondendo, cum electi conuersatio aut summus tibi cognita aut penitus ignota, qualiter in huiusmodi interrogationibus, solam conscientiam, valeas respondere. Ad quod] f. t. t. resp. quod, cum [*nos*] aliquem in diaconum vel presbyterum promouemus, prior diaconorum 69), qui nobis assistit, dicit 70): postulat sancta mater ecclesia [*catholica*] hunc diaconum vel subdiaconum, ad onus presbyteratus vel diaconatus assumi: et nobis interrogantibus, si eum cognouerit 71) esse dignum, idem respondet 72), quod, quantum humana fragilitas nosse sinit, et scit, et testificatur, illum ad huiusmodi onus officii esse dignum. Vnde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo 73) contra conscientiam non loquatur a; quia non simpliciter illum 74) asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit: cum illum, quem indignum esse non nouit, dignum debeat æstimare. Huiusmodi ergo responsione secure vti poteris, nisi forte de indignitate tibi constiterit consecrandi. Si autem illum indignum esse cognoscas 75); metropolitano, priusquam ad huiusmodi scrutinium veniatur, secreto 76) studeas nuntiare, vel intimare 77) b: quamuis, [*vt diximus,*] nos interrogationem 78) huiusmodi non in consecratione pontificis, sed in ordinatione diaconi vel presbyteri faciamus.

69) i. e. archidiaconus, qui *maior post episcopum eiusque vicarius* est, c. 7. *X. de off. archid.* et hac de caussa *examinatio clericorum* præcedens ei c. t. l. tribuitur, idque confirmatur in c. 9. *X. eod.* cuius fide episcopus ordines confert. In primitiua ecclesia ipse episcopus cum clero suo tale examen diligens suscipiebat, vt suo exemplo docet CYPRIANVS *epist. XXXVIII. edit. Brem.* scribens: *In ordinandis clericis, fratres carissimi, solemus vos ante consulere, et mores ac merita singulorum communi consilio ponderare.* Sed hæc disciplina iam dudum desciuit.
70) Vox: *dicit*, abest a C. H.
71) *Cognouit*, est in c. 1. cit. comp.
72) *Respondet*, habet ed. ant.
73) *Dum hoc modo*, leguntur in c. cit.
74) *Eum*, secundum C. H.
75) *Cognoueris*, C. H. 1. legit.
76) *Secrete*, non exstat in c. cit.
77) Verba: *vel intimare*, a C. R. H. L. et ed. ant. absunt, nec leguntur in cit. c. 1.
78) *Interrogationi*, est in cit. c.

TITVLVS XIII.

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QVI RENVNTIAVIT EPISCOPATVI 79) c.

CAP. I.

Episcopus, qui renuntiauit loco tantum, inuitatus conferre potest ordines, sicut prius. Si vero et dignitati; cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad sacros dispensat episcopus suus: cum ordinato vero scienter ad sacros, non dispensat.

ALEXANDER III. *Toletano* 80) *(al. Tolosano) archiepiscopo.*

Requisiuit d a nobis tua fraternitas 81), vtrum clerici, qui post renuntiationem a factam a prædecessore tuo ordines receperunt, in ipsis debeant remanere, [*aut ad maiores de iure canonum promoueri? Nos igitur, quia nobis non plenarie de veritate constat, non possumus tibi super hoc breuiter respondere.*] Respondemus igitur distinguendo 82), vtrum renuntiauerit 83) loco tantum, an loco 84) simul et dignitati 85). Nam in primo casu 86) ordines, sicut antea, [*nisi a summo pontifice vel eius legato prohibitus fuerit,*] rogatus ab episcopo aliquo, poterit de ratione conferre. In secundo vero casu 87), distinguendum putamus, vtrum sacros 88) f contulerit, an minores 89). Si enim a tali ordines vsque ad subdiacon. aliquis 90) acceperit 91)?

79) C. R. 1. ita habet: *de ordinatis ab episcopo qui resignau. vel excommunicato.* Sed in C. R. 2. ita legitur: *de ordinatis ab episcopo q. re. epi. vel. ex.* (qui renuntiauit episcopatui vel excommunicato.) Aliter C. L. *De ordinatis ab episcopo, qui resignauit episcopatum, vel excommunicato.* Sed ed. ant. in fine huius inscriptionis tantum variat: *vel ab excommunicato* at comp. 1. h. t. habet: *qui resignauerat episcopatum.*
80) *Col.* legit C. R. 2. seu *Colonienss*, quam lectionem merito probat GONZ. eamque ex antiquitatibus illustrat.
81) *Serenitas*, secund. C. R. 1.
82) In c. 1. comp. 1. legimus: *Nam distinguitur.*
83) *Renuntiauit*, C. H. legit cum L. et ed. ant. *Renuntiat*, est in c. cit.
84) *Aut loco*, C. R. 2.
85) Hic textus in cit. c. ipse ita se habet: *vtrum renuntiat loco simul et dignitati.*
86) C. cit. 2. ita hic variat: *Nam vbi tantum loco renuntiat, ordines etc.*
87) Vox: *casu*, a C. R. H. et L. abest. Sed pro hac et antecedentibus verbis legimus in cit. c. *Cum autem loco pontificali cedat et ordini: ibi distinguendum etc.*
88) *Sacros ordines*, C. R. habent.
89) *Vel minores*, secundum C. H.
90) *Quis*, C. R. H. L. at c. cit. legunt.
91) *Acceperit*, secund. C. 6.

a *Vide l. præsent. tam not. C. de his, qui ad eccl. confug.* b *In omnib. mss. desunt hæc duo verba: vel intimare* c *In nonnullis antiquis ita: resignauit episcopatum, et in multis habetur ita hic tit. De ordinatis ab episcopo, qui renuntiauit episcopatui, vel excommunicato.* d *Post conc. Lateran. sub Alex. III. part. 26. c. 18. et c. vn. eod. tit. in 1. comp.* e *al. resignationem in vno.* f *In C. Barb. sacros ordines, etc.*

quia et 92) huiusmodi ordines a non episcopis quandocunque 93) conferuntur: et in illis deseruire poterit, et ad maiores, si idoneus fuerit, promoueri 94). Sane si ab eodem sacros ordines [*facta renuntiatione*] scienter quis receperit; quia indignum se fecit 95): exsequutionem officii non habebit. Vbi autem 96) non scienter g: poterit, nisi crassa et supina fuerit ignorantia, discretus pontifex dispensare.

92) Copula: *et*, abest a C. H.
93) *Quandoque*, C. R. H. L. et ed. ant. habent.
94) *Promouerit*, C. H. legit.
95) *Fecerit*, legit C. R. 1.
96) Partic. *autem*, non exstat in cit. c.

CAP. II.

Breue est.

GREGORIVS IX. (*ann. 1228. Romæ.*)

Cum clericis, qui ab excommunicato episcopo ignoranter 97) ordines receperunt, per suos poterit episcopus dispensari.

97) Vox: *ignoranter*, in C. R. 1. non exstat.

TITVLVS XIV.

DE AETATE, ET h QVALITATE, ET ORDINE PRAEFICIENDORVM 97*).

CAP. I.

Non summatur.

Ex concilio Pictauiensi (*pars e. decreuit. ann. 1078. in Gallia.*)

Vt abbates i [*et*] decani et præpositi, qui presbyteri non sunt, presbyteri fiant, [*aut prælationes amittant*] qui archidiaconatus tenent, diaconi [*fiant*]: qui vero 98) archipresbyteratus, presbyteri *fiant* 99.) aut amittant 100) honorem 1). Quod si, aliqua iusta caussa prohibente, presbyteri aut diaconi esse non potuerint 2) prælationes amittant.

97*) In 4. comp. titulus ipse ita sonat: *De qualitate ordinandorum, præficiendorum et ordinatorum.* Sed in comp. 3. *De temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum, et ordine præficiendorum.*
98) Partic. *vero*, omittitur in c. 1. comp. 1. h. t.
99) *Fiant*, a C. R. 1. H. L. ed. ant. et c. cit. abest, sed in C. R. 2. manu aliena additum.
100) *Dimittant*, C. R. legunt.
1) *Honores*, legitur in cit. c.
2) *Poterint*, C. H. habet, cum ed. ant.

CAP. II.

Ecclesia dispensatiue minori concessa, non per laicos, sed per clericos regi debet, donec ille perueniat ad ætatem.

ALEXANDER III. *Cantuariensi archiepiscopo.* (*ann. 1169. Romæ in Angliam.*)

Ex k ratione [*tibi commissæ dignitatis, et consideratione legationis, ad vniuersas ecclesias tuæ legationis aciem sollicitudinis tuæ extendere debes, et, quæ enormiter seu contra iustitiam facta fuerint, pastorali cura corrigere et emendare, quatenus de commissis tibi coram patrefamilias plenam reddere valeas rationem, et tibi pro labore et sollicitudine tua merces copiosa cumuletur in cælis.*] Accepimus autem 3), quod l Couentren. 4) episcopus, [*non attendens, quid sacrorum canonum statuta decernant, nec modestiam pontificalem conseruans*] pueris, qui sunt infra decennium constituti, in archidiaconatu [*dil. f. n.*] R. archidiaconi Cistrens. 5) m ecclesias plures concessit, quæ non per clericos, sed per laicos [*dispensantur et*] disponuntur. Vnde 6) quoniam [*hoc ecclesiasticæ vtilitati est inimicum et rationi contrarium, et ideo*] non debet hoc 7) aliquatenus tolerari: [*f. t. per A. S.*] mandamus, quatenus [*si ita res se habet*] prædictum episcopum super his [*viua increpatione*] corripias [*et castiges*] et clericis idoneis administrationes, et custodiam 8) præscriptam ecclesiarum, donec prædicti pueri ad congruam venient 9) ætatem, [*omni occas. et opp. cess.*] laicis amotis committas, eidem episcopo [*artius*] prohibens 10), ne de cætero ecclesias, nisi

3) *Autem*, a C. R. H. L. ed. ant. et Gonz. abest.
4) C. R. *Conuentren.* legunt.
5) *Cestren.* C. R. 2. habet; sed c. 3. comp. 1. h. t. *Cestrensi.*
6) *Verum*, legitur in cit. c.
7) In cit. c. dictio: *hoc*, in antecedentibus, non vero hic legitur.
8) Tam insignis abusus infecerat ecclesias plures, distinguentes inter *titulatas et commendatas* ecclesias, ex assumto principio, commendationem tantum continere *curam fiduciariam, custodiam*, et *nudam administrationem*, etiam cuicunque committendam: qui abusus adhuc in Italia regnat, ipsa curia Romana ab hoc more non aliena. Vnde alius potest habere *titulum*, qui adhuc inhabilis est: alius *custodiam*, imo hæc committitur inhabili, vt titulum nemo habeat, sed beneficium *vacare* dicatur. Est [illegible] morbus iam antiquissimus, qui seculo XII. in Anglia regnauit, [illegible] sius, sed pedetentim maiora cepit incrementa, detecta a me in op[illegible] *de iure custodiendi redditus vacantes beneficii.*
9) *Perueniant*, est in cit. c.
10) *Et prohibeas*, legitur ibidem.

g *Vid. l. indebiti. C. de cond. indebiti. l. sed et si quis. §. fin. ff. si quis caution.* h *al. qualitate ordinandorum et ordine, etc.* i *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* k *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. et post conc. Lateran. sub Alex. III. p. 25. c. 1.* l *Eboracensis.* m *Cestrensis.*

perso-

personis, quæ ætatem et scientiam habeant, regendas concedas. Quod 11) si secus egerit: et debitam pœnam infligens 12), [et] institutionem et concessionem ipsius omnino a viribus carere decernas.

11) *Qui*, pro *quod*, est in cit. c.
12) *Infringens*, legit ed. ant. sed c. cit. *infligas*.

CAP. III.

Regimen ecclesiæ minori XIV. annis committi non debet.

IDEM ALEX. III. *Cantuarien. archiepiscopo, et eius Suffraganeis.* (*ann.* 1170.)

Indecorum *b* est, [*admodum et absurdum*,] vt hi debeant ecclesias regere, qui non nouerunt 13) gubernare *c* seipsos: cum ad ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ, quæ discretione præmineant, et morum fulgeant honestate. Nolentes itaque 14) sustinere, vt [*ad preces vel instantiam aliquorum, sicut frequenter solet in vestris partibus fieri*,] paruulis ecclesiæ 15) regimen committatur, [*fr. v. per A. S.*] mandamus, quatenus nemini intra annum XIV. constituto, personatum cuiuslibet ecclesiæ [*aliquorum gratia vel obtentu*] concedere præsumatis: scituri pro certo, quod 16), si [*præcepto nostro in hac parte*] contraire præsumpseritis, quod inde feceritis, [*auctoritate nostra penitus*] irritabimus, et inobedientiam vestram grauiter puniemus.

13) *Nouerint*, C. H. legit, cum ed. ant.
14) *Igitur*, C. E. 1. legit.
15) Vox: *ecclesiæ*, a C. B. H. et c. 4. comp. 1. h. t. abest, sed nouiori manu addita in C. B. 2.
16) Partic. *quod*, abest a C. H.

CAP. IV.

Ad regimen ecclesiarum non debet institui indignus scientia, moribus, vel ætate: et qui habet duas ecclesias, alteram dimittere cogitur, nisi causa subsit.

IDEM. (*ann.* 1180. *Roma in Galliam. Tornacensi episcopo.*)

Eam te *d* decet [*in ordinandis ecclesiis tuæ diœcesis curam habere, ne vllus in eis contra decreta, quæ in Lateran. conc. edidimus, vel etiam contra antiquas sacrorum canonum sanctiones clericus ordinetur, sed tales in ipsis satagas ponere, qui commissi sibi gregis curam commode gerere possint, et exempla boni operis ad virtutes alios inuitent. Inde est, quod præsentibus litteris tibi*] arctius inhibemus, ne personas, quæ in ecclesiis tui episcopatus ad curam animarum fuerint ordinandæ, in ipsis instituas, nec 17) aliqua occasione, vel etiam litterarum nostrarum obtentu institui patiaris, quæ scientia, moribus, et ætate, concilii non congruant institutis. Sed etiam habentes plures ecclesias, quæ ex vna non pendeant, tibi liceat appellatione postposita cogere ad vnam ipsarum, quam maluerint, dimittendam: nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprios sacerdotes non possint 18) conuenienter alere 19) *e*. [*Illas autem ecclesias, de quarum patronatu controuersia fuerit, si infra sex menses, postquam vacauerint, non fuerit quæstio terminata, licitum tibi sit de persona idonea, sublato app. obst. ordinare.*]

17) *Ne*, habet C. L.
18) *Possunt*, C. E. habent cum ed. ant.
19) *Habere*, legunt C. B. H. L. ed. ant. et c. 5. cit. comp.

CAP. V.

Is, qui nondum est in sacris, si alias est idoneus, ad regimen parœcialis ecclesiæ dispensatiue potest assumi.

IDEM *f*. (*Exon. episcopo. Pars c. In litteris* 9. *de offic. et potest. iudic. deleg.*)

Præterea *g* licet ad regimen 20) *h* parœcialis 21) ecclesiæ non debeat aliquis, nisi subdiaconus sit ad minus, admitti 22); dispensatiue tamen in minoribus ordinibus constituti consueuerunt assumi 23) *i*: dum tamen tales sint, quod 24) *k* infra breue tempus possint in presbyteros ordinari 25).

20) *Ad presbyteratum*, legimus in c. 6. cit. comp.
21) *Parochialis*, C. H. legit cum L. et ed. ant.
22) *Recipi*, est in c. cit.
23) *Admitti*, C. E. 1. habet cum c. cit.
24) *Qui*, secundum C. H.
25) *Subdiaconatum, diaconatum et presbyteratum possint recipere*, legimus in cit. c.

CAP. VI.

Propter necessitatem et vtilitatem ecclesiæ, compelluntur clerici ipsius recipere ordines, sat beneficiis non annexos.

IDEM. *l* (*Brigensi episcopo. ann.* 1180. *Romæ.*)

Quæsiuisti *m* a nobis, quid agendum sit de clericis, tuæ iurisdictioni commissis, qui, cum beneficiis ecclesiasticis *m* multis 26), abundent,

26) *Multum*, C. E. H. L. legunt, et ed. ant.

a *In quibusdam impressis legitur: omnibus, sed in manuscr. omnino.* b *Cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lateran. part.* 25. *c.* 2. *Vid. cap.* 7. *de iniur. in* 6. *can.* 8. *synod. Londin. ann.* 1170. *sub Eugen.* c *Vid l. curat. C. de his qui ven. æt. impetr. et in l. fin. C. de curat. min. ind.* d *Cap.* 5 *eod. tit. in* 1. *compil.* e *In antiquis legitur: habere.* f *al. Exoniensi episcopo.* g *Cap.* 6. *eod. tit. in* 1. *compil.* h *al.* presbyteratum. i *al.* admitti. k *al.* qui. l Brigien. episcopo. *al.* Bragan. m Multum, *in omnibus manuscript.*

a te commoniti nolunt ad maiores 27) *n* ordines promoueri, sed 28) tale *o* quid secreto commisisse dicentes, quod eos salua conscientia ordinari non sinit. Cum igitur super hoc 29) casu videantur sacri canones discordare, cum quidem dicant, eos minime compellendos, alii vero contrarium *p* asseuerent 30): omnis contrarietatis vinculum præsenti pagina enodamus, statuentes, vt, si prædicti clerici perceptione maiorum ordinum propter occulta sua peccata se indignos esse fatentur, inferiores in [*eadem*] ecclesia, quorum sit vita probabilis, [*secundum institutionem canonicam*] præferantur eisdem. Et nisi forte illi, qui ordinari pro iam dicta caussa recusent, in aliis ecclesiæ seruitiis valde vtiles fuerint 31), auferantur eis beneficia [*ecclesiastica*,] et aliis canonice conferantur. Quod si pro sola voluntate renuerint ordinari, et suaserit vtilitas ecclesiæ aut necessitas [*prorsus exegerit*:] ipsos 32), dummodo idonei sint, ad maiores ordines recipiendos 33), per amissionem locorum, [*vel ordinum, quos habent*,] et beneficiorum subtractionem, [*vel ordinum*,] appellatione cessante 34), compellas 35).

27) *Sacros*, habet ant. editio.
28) *Se*, C. H. legit cum L. ed. ant. et c. 3. comp. 2. h. t.
29) *Licet igitur super tali casu*, legimus in c. cit.
30) *Asseuerant*, legunt C. E. et Gonz. cum ed. Pith.
31) *Fuerunt*, habet ed. ant.
32) Pronomen: *ipsos*, non exstat in C. H.
33) *Suscipiendos*, legitur in cit. c.
34) *Remota*, C. B. 1.
35) *Cogere valeas*, habet c. cit.

CAP. VII.

Euentus mortalitatis infirmi, non impedit promoueri eius medicum peritum, sollicitum, et traditiones artis obseruantem.

CLEMENS III. *R. Colon.* 36) *canonico.* *q* (*ann.* 1189. *Romæ.*

Ad aures *r* nostras, te significante, peruenit, quod, cum *s* in arte 37) physica eruditus sis 38), pluribus iuxta ipsius artis traditionem 39) exhibuisti 40) cum diligentia medicinam 41): licet pluries in contrarium successerit, et quibus putabas adhibere medelam, medicinæ perceptis, mortis periculum incurrerunt. Verum quia, [*sicut asseris*] ad sacros ordines desideras promoueri, [*et*] super eo nos consulere voluisti: tibi breuiter respond. quod, si super præmissis conscientia tua 42) te remordeat 43), ad maiores ordines de nostro consilio non ascendas.

36) *I. Colon.* C. B. 1. legit.
37) *Quod in arte*, C. B. 2. H. et L. habent, omissa particula: *cum*.
38) C. B. H. L. et ed. ant. *eruditus*, legunt omissa voce: *sis*. Sed in c. 3 compil. 2. h. t. ad: *existas*, pro *sis*.
39) *Illius artis traditiones*, C. H. legit, sed ed. ant. omittit dictionem: *artis*, et C. L. legit: *traditiones*, cum c. cit.
40) *Tribuisti*, est in cit. c.
41) *Medicinas*, habet id. c. cit.
42) *Tua*, a C. H. abest, sicut etiam a L.
43) *Remordet*, legunt C. B. H. et L. sed in c. cit. legimus: *videtur quomodolibet remordere*.

CAP. VIII.

Qui steterit per annum in suspensione, priuatur beneficio, quod prius habebat, et quod interim acquisiuit.

COELESTINUS III. 44) (*ann.* 1195. *Roma in Apuliam.*)

Cum bonæ *t* memoriæ Clemens papa præd. n. I. Buccerum 45), [*Melearum, Manam Reofacam*] et quosdam alios Baran. 46) clericos vocauisset, vt ad præsentiam ipsius accederent, H. 47) archid. suo, quem grauiter læserant, responsuri 48); quia venire iuxta mandatum apostolicum contempserunt: in eos fecit [*per Vigiliensem episcopum*] sententiam suspensionis promulgare, in qua [*sicut dicitur*] triennio *v* permanentes, quidam ex ipsis suspensi 49), aliud beneficium ecclesiasticum sunt adepti. Et quia, vtrum beneficia sic recepta 50) possint rationabiliter retinere, nos consulere voluisti: [*significatione tibi præsentium*] respondemus, quod non licet eis [*nec*] illa, quæ habuerunt 51) beneficia, vel 52) quæ postmodum sunt adepti, aliquatenus retinere. Vnde [*venerabili fratri nostro*] Baranan. 53) archiepiscopo dedimus in mandatis, vt eos pro tanta pertinacia 54), et contemptu apo-

44) *Clemens III.* C. H. legit.
45) *Bruccum*, C. B. 1. legit, sed C. B. 2. habet: *Butarum*, L. *Buccar.* et ed. ant. *Barrum.*
46) *Baren*, C. B. 1. habet, sed rectius *Barenses* C. B. 2. H. et L. legunt, cum c. 5. comp. 2. h. t. ed. ant. vero habet: *Baren.* per tot.
47) C. E. cum L. habent: *B.*
48) Hic textus in c. cit. ita variat: *vt Bernardo archidiacono suo, quem grauiter læserat, satisfacerent, et ad ipsius accederent præsentiam responsuri.*
49) *Suspensi*, est in cit. c.
50) *Sic adepta*, in C. E. 1. legitur, sed neutrum est in cit. c.
51) *Habuerant*, est in cit. c.
52) *Nec ea*, legimus in c. cit. pro *vel*.
53) *Barrin.* C. B. 1. legit, C. B. 2. vero cum ed. ant. *Barren.* et L. *Barensi*.
54) *Contumacia*, secund. C. E. 1. quæ species insubordinatioe est, ob quam priuatio locum habet.

n *al.* sacros. o *Vt verbi gratia, homagium, vel simoniam in ordine.* p *al.* asseuerant. q *al.* canonico. R. *al.* canonico Cremonensi. *Vid. Newberg p.* 135. r *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil.* s *In antiquis exemplar. ita:* quod in arte ph. et plurib. iuxta ipsius artis traditionem, *etc.* t *Cap.* 5 *eod. tit. in* 2. *compil.* v *Factum narrat, quia idem p per annum.* *Ioann. Andr.*

Stoli-

ftolico a, beneficiis, quæ habent, non differat fpoliare, [ea tamdiu in fuis manibus detenturus, donec, quid fuper his facere debeat, litteras noftras accipiat et mandatum.]

CAP. IX.

Subdiaconus in epifcopum eligi poteft.

INNOCENTIVS III. 55) *Mutinenfi epifcopo* 56). (*ann.* 1203. *Romæ in Æmiliam. c. 6. comp. 3. h. t.*)

A multis multoties, en fubdiaconus in epifcopum eligi valeat, hæfitatur 57). Siquidem Vrbanus 58) papa primus b decreuit, vt nullus in epifcopum, nifi in facris ordinibus [et] religiofe viuens inuentus fuerit, eligatur. Sacros, inquit, ordines diaconatum dicimus, et presbyteratum: hos fiquidem 59) folos primitiua ecclefia legitur 60) habuiffe. Subdiaconos vero, quia etiam 61) ipfi miniftrant altaribus, opportunitate exigente, concedimus in epifcopos eligi 61*); fi tamen c præclaræ 62) fcientiæ, ac religionis exiftant: quod ipfum non fine Romani pontificis vel metropolitani licentia fieri permittimus. In quibus verbis innuitur, quod Vrbanus ad ftatum primitiuæ ecclefiæ fe referens, in quo fubdiaconatus ordo facer minime dicebatur, inftituit, vt de fubdiacono 63), nifi vtilitatis cauffa, et tunc etiam nifi de permiffione 64) metropolitani, vel Romani pontificis, non poffet 65) electio celebrari. §. 1. Verum cum hodie fubdiaconatus inter facros ordines computetur, ficut Vrbanus papa II. fub his verbis d expreffit: erubefcant impii, et intelligant iudicio Spiritus Sancti eos, qui in facris ordinibus presbyteratu, diaconatu, fubdiaconatu, funt pofiti, fi cafte non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. Et iterum e: nemo ad facrum ordinem permittatur accedere, nifi aut virgo, aut probatæ caftitatis 66) exiftit 66*), et qui vfque ad fubdiaconatum vnicam, et virginem habuerit 67) vxorem. Et ad fimilitudinem diaconi et presbyteri fubdiaconus debet 68) continentiam obferuare: ficut et in fexta fynodo f conftitutum eft 69), vt g, fi quis eorum, qui ad clerum accedunt 70), nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante fubdiaconatus ordinem faciat. Et beatus h Gregorius ftatuiffe legitur, vt nullum facere fubdiaconum præfumant epifcopi, nifi qui fe cafte victurum promiferit i. §. 2. Nos volentes fuper hoc articulo difceptationis materiam amputare, ftatuimus, vt fubdiaconus in epifcopum valeat libere eligi, ficut diaconus vel facerdos.

55) *Innocentius IIII.* eft in edit. ant.
56) *Mutin. Epifcopo*, C. R. H. L. et ed. ant. cum Gonz. omittunt.
57) *Dubitatur*, C. R. 1.
58) Prouocat INNOCENTIVS III. pro more ad *decretum Gratiani*, in cuius c. 4. *dift. LX.* VRBANI II. fententia refertur, afentis: *facros autem ordines dicimus diaconatum et presbyteratum. Hos fiquidem folos primitiua legitur habuiffe ecclefia.* Quæ verba pontifex hic repetiit, et reliqua eiufdem addit. Epifcopatum ergo aut fub *ordine presbyterorum* comprehendit, aut eum tanquam diuerfum ab hoc ordine ignorauit ecclefia apoftolica. Ipfe fubdiaconatus ordo eo tempore ignotus fuit: vnde eidem *manuum impofitio* denegata eft. Neque in hoc teftimonio fubfiftit e ad alia quoque h. e. ad. c. 7. 11. 12. *dift. LX.* prouocat, eorumque fententiam ex GRATIANO refert, certo iudicio, hunc vnice eo tempore in decifionibus cauffarum ecclefiafticarum fuiffe adhibitum.
59) *Hos quidem*, legunt in C. L.
60) *Elegitur*, legit C. R. 2.
61) *Et*, C. H. legit. cum c. 6. comp. 3. h. t.
61*) Verba: *in epifcopos eligi*, non leguntur in cit. c.
62) *Spectatæ*, legunt C. R. L. et cit. c.
63) *Subdiaconis*, legitur in ed. ant.
64) *Et de permiffione*, in C. R. 1. legitur; fed C. R. 2. H. L. cit. c. et edit. ant. *et tunc etiam de permiffione*, habent.
65) *Poffit*, fecundum C. H.
66) *Vitæ*, C. H. habet.
66*) Dictio: *exiftat*, omittitur in cit. c.
67) *Habuit*, legitur in ed. ant. et cit. c. fed in C. L. *habuerat*.
68) *Subdiaconi debeant*, C. H. fed L. cum ed. ant. legit. *diaconus debeat*.
69) C. R. L. ed. ant. Pith. et Gloff. habent: *ficut eft in fexta fynodo conftitutum.*
70) *Afcendunt*, legit edit. ant.

CAP. X.

Irregularis, et in minoribus poteft difpenfatiue in abbatem inftitui.

IDEM INNOC. III. tit. *S. Crucis presbytero cardinali.* (*ann.* 1208. *Romæ in Bulgariam. c. 7. comp. 3. h. t.*)

Tuam in Domino diligentiam commendamus 71) k, quam fuper monafterio fancti Quirini 72) reformando 73) dignofceris adhibere 74): mandamus, quatenus, fi non potes eidem monafterio de perfona idonea melius prouidere, tu monachum 75) illum, quem litteris tuis de honeftate ac induftria commendafti, per quem ftatus eiufdem loci creditur reformandus l, nullum prorfus habens refpectum ad petitionem illicitam, quam quidam laici faciebant, fed ex tuæ duntaxat prouifionis officio, inftituas in abbatem, ita videlicet, quod ad facros ordines non afcendat: cum, inftante neceffitatis articulo, poffit in abbatem affumi, etiam 76) in minoribus ordinibus conftitutus, et laici memorati non fint confanguinitate, vel affinitate coniuncti monacho memorato, vt ex ipforum petitione debeat contra eum aliqua finiftra fufpicio fuboriri.

71) *Commendantes*, C. R. 1. H. L. et ed. ant. legunt.
72) C. R. L. Pith. et Gonz. legunt: *Quirini*, fed ed. ant. habet: *Quiriaci*.
73) Vox: *reformando*, abeft a C. R. H. et ed. ant.
74) *Habuiffe*, C. R. 1.
75) Verba: *tu monachum*, abfunt a C. H.
76) *Et etiam*, fecundum C. H.

CAP. XI.

Abbas, fi eft presbyter, et eft benedictus, conferre poteft ordinem clericalem.

IDEM *Rothomagen. archiepifcopo.* (*ann.* 1210. *Romæ in Galliam.*)

Cum contingat interdum, quod laici ad monafteria conuolantes, a fuis abbatibus confurentur: [*ap. fed. oraculum*] requifiifti, an clericatus ordo in tonfura huiufmodi conferatur? Super quo tibi 77) refpond. quod, cum in VII. fynodo fit ftatutum 78) n, vt lectores per manus impofitionem licentiæ fit vnicuique abbati in proprio 79) monafterio folummodo faciendi, dummodo ipfis ab epifcopo, fecundum morem præficiendorum abbatum, manus impofitio facta nofcatur, et conftet, eum exiftere facerdotem, per primam tonfuram, iuxta formam ecclefiæ datam, a talibus [*abbatibus*] clericalis ordo confertur.

77) *Taliter*, fecundum C. H. In c. 1. comp. 4. h. t. legimus: *fraternitati tuæ.*
78) Pro fanctione hoc adfert pontifex, vt fedulus decretifta, c. 1. *dift. LXIX.*
79) *Suo*, C. H.

CAP. XII.

Si canonicus regularis factus monachus, iufta de cauffa ad canonicam reuerfus, ibi poftea præficiatur: licite tenere poterit prælaturam.

IDEM. (*ann.* 1210. *Romæ in Galliam.*)

Intelleximus o, quod, cum [*antequam ad regimen tuæ ecclefiæ iffes affumptus, et*] in monafterio tuo fueris laudabiliter conuerfatus, ad monafterium fancti Innocentii 80) [*Vet. cod. Vincentii Landanenfis nigri: vel Vincentii Landonenfis ordinis S. Auguftini*] talis ordinis 81) acceffifti: vbi, cum aliquandiu in ipfo 82) ordine 83) permanfiffes, demum ad cor reuerfus de metropolitani et aliorum confilio ad primam domum redire curafti, in qua tandem fub regularis obferuantiæ difciplina 84) taliter Deo et hominibus placuifti, quod per tuorum exigentiam meritorum fratres tui præfecerunt te [*fibi*] vnanimiter in abbatem. Ne igitur occafione moræ, quam in præfcripto 85) monafterio contraxifti 86), quafi confcientia tua 87) te remordeat, [*ut*] in 88) fufceptæ adminiftrationis cura tepefcas 89): attendentes 90), quod cautum eft in canone 91) p, ne quis canonicus regularis, nifi forte publice lapfus fit, quod abfit 92), affumatur monachus, et fi factus fuerit, ad canonicatus ordinem reuertatur, vltimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus, difcretioni tuæ q mandamus, quatenus circa curam tibi commiffam, follicitudinem [*tuam*] exercere ftudeas indefeffam, et taliter fequentia bona continuare prioribus, quod dignum a Deo poffis meritum 93) exfpectare.

80) *S. Vincentii*, C. R. 2. habet, fed *S. Victoris*, C. R. 1. *Vincentii Laudue.* C. H legit cum c. 2. comp. cit. 4.
81) *Nigri ordinis*, habet C. R. 1. cum c. cit.
82) Pronomen: *ipfo*, abeft a C. H.
83) *Habita*, eft in c. cit.
84) *Obferuatione difciplinæ*, c. cit.
85) *Præfato*, legit edit. ant.
86) *Pertraxifti*, eft in c. cit.
87) Pronomen *tua*, non exftat in C. H. et L. fed in c. cit. legitur: *ipfa*.
88) *Ac ta*, habet C. H.
89) *Tepefcat*, eft in cit. c.
90) *Attendens*, C. R. H. L. et ed. ant. legunt.
91) *Decretum* GRATIANI intelligit, quod refert fententiam VRBANI II. in c. 2. *C. XIX. q. 3.* Inftar canonis enim habebatur, et ius canonicum eo tempore primario conftituebat.
92) C. R. L. ed. Pith. et Gonz. ita legunt: (*quod abfit*) *publice lapfus fit.*
93) *Poffis Dei meritum*, C. R. 1. habet; fed in c. cit. legitur: *exinde*, loco verborum: *a Deo.*

CAP. XIII.

Ordinatus ad facros fine titulo, ab ordinatore iufte petit beneficium.

IDEM. (*ann.* 1214. *Romæ in Hifpaniam.*)

Accepimus r, te noftris auribus intimante, quod quidam clerici, qui ad facros ordines fine titulo 94) funt promoti, te ad ecclefiam Bracaren. 95) fuper beneficiis obtinendis infeftant, [*quibus etiam de cunctis reditibus ecclefiæ tuæ tunc commoda miniftrare non poffes: præfertim cum mandemus eifdem in neceffariis prouidere, qui nec meritis, neque fcientia, aut etiam in parochialibus ecclefiaftica beneficia promerentur, ne dum*

94) *Sine titulo*, legimus in c. 4. cit. compil. 4.
95) *Bracharen.* habet C. L. fed ed. ant. et cit. c. *Bracaren.*

a *Vide l. 1. Si quis ius dic. non obt. et l. 1. ff. de feriis.* 30. *diftinct. c. fi quis extra.* b *Exftat dift. 60. cap. nullus in epifc. vide Panorm. libr. 3. tit. de elect. fumm. pontif. c. 3.* c *Spectatæ* d *Refertur etiam in Panorm. l. 3. tit. de cont. Cler. cap. 103* e 32. *dift. cap. nemo. et Panorm. ibid. cap. 104.* f *Cap. 6. vid. can. 8. dift. 32. fi quis eorum.* g *Cap. 6. et Pan. ibid.* h *l. 1. epift. 42. ad Petrum fubdiaconum Sicil. a* i *Vide 32. dift. ante triennium, et l. 2. cum not. per Bart. §. cum placuiffet. de aetate ordin.* k *In antiq. commendantes.*

l *al. informandus.* m *C. 1. eod. tit. in 4. compil.* n *dift. 69. quoniam.* o *Cap. 2. eod. tit. de qualitate ord. in 4. compil.* p *19 q. 3. mandamus* q *In cod. Harb. ita: difcret. tuæ taliter refpondemus, quod circa, etc.* r *Cap. 3. eod. tit. de qualit. ord. in 4. comp.*

in

in ecclesia Bracarensi, quorum vita et scientia nobis est penitus ignota. De quibus si certitudinem haberemus: nec in maioribus ecclesiis eis, nec in minoribus præciperemus prouideri. Et licet idoneis in tuis capellis et in aliis parochialibus ecclesiis extra ciuitatem valis iuxta mandatum apostolicum prouidere, tum omnibus in maiori prouidere non possis: ipsi tamen prouisionem in ecclesiis eisdem recipere dedignantur. Iudices quoque et monitores, seu exsequutores, ad quos litteras nostras deportant, exceptiones tuas legitimas, quas in eorum proponis præsentia, non admittunt, vnde postulabas a nobis, vt tibi prouideremus benignius in hac parte.] §. 1. Licet igitur in ordinationibus 96) clericorum illam tu et prædecessores tui diligentiam debueritis adhibere, vt minus idonei non ordinarentur a vobis, ac ideo 97) post promotionem eorum exceptionem [*huiusmodi*] non poteris 98) prætendere contra illos, nisi forte postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos; [*nos*] ex superabundanti tamen, quando scribere pro talibus nos oportet, facimus in litteris nostris apponi, vt, si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, et ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel successore ipsius 99) competens beneficium tribuatur 100): cum, et si 1) tecum te iure agere vellemus, te possemus merito ad prouisionem eorum 2) compellere, quos a te, vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, [*et*] eo præsertim, quod 3) ad obtinendum ecclesiasticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti 4). Vnde grauiter sustinere non debes, sed nobis potius deuote inclinare teneris, si illos examinari per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad prouisionem eorum te compellere velimus. §. 2. Mandamus igitur, [*tuæ frat. per ap. sed.*] quatenus eis, pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma communi 5), in maiori ecclesia, vel aliis ecclesiis 6) [*parochialibus*] diœcesis Bracaren. prouidere non tardes a; [*cum te pro minus idoneis compelli nolumus:*] exceptiones autem, si quas contra (tales) [*impetratores litterarum nostrarum in delegatorum præsentia*] proposueris 7), præcipimus audiendas.

96) *In ordinibus*, per c. cit.
97) *Ideo*, non exstat in cit. c.
98) *Possitis*, est in cit. c.
99) Hæc obligatio est ex lege, etiam successori ordinantis imposita, vt ordinato hoc titulo competens beneficium conferatur.
100) *Conferatur*, cit. c. habet.
1) *Etiamsi*, C. H.
2) *Illorum*, legunt C. R. 1. H. L. et c. cit.
3) *Et præsertim*, C. H. legit; sed L. cum ed. ant. *eo præsertim, quia*.
4) *Recepisti*, legit C. H.
5) Verba: *in forma communi*, non exstant in C. R. 1.
6) Vox: *ecclesiis*, abest a C. R. H. L. et ed. ant.
7) *Proponis*, legitur in cit. c.

CAP. XIV.

Minus idoneus in sacerdotem promoueri, vel ad regimen animarum assumi non debet.

IDEM *in concilio generali* 8). b (*ann.* 1215. *Romæ.*)

Cum sit ars artium regimen animarum; districte præcipimus, vt episcopi promouendos in sacerdotes diligenter instruant et informent, vel 9) per seipsos, vel per alios idoneos viros super 10) diuinis officiis, ecclesiasticisque 11) sacramentis qualiter ea rite valeant celebrare: quoniam, si de cætero rudes et ignaros ordinare præsumpserint, quod quidem facile poterit deprehendi, et ordinatores et ordinatos vltioni graui decernimus subiacere. Sanctius 12) d enim est, in ordinatione maxime e sacerdotum 13), paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quia, si cæcus cæcum ducit 14), ambo 15) in foueam f dilabuntur 16).

8) *Lateranensi*, *constit.* XXVII. legimus in cit. comp. h. t.
9) *Pro vel*, ed. ant. legit: *et*.
10) *Hoc super*, secundum C. H.
11) C. R. H. ed. Gonz. et Pith. *et ecclesiasticis* legunt, cum c. 4. cit. comp. 4.
12) *Sanius*, est in cit. c. 4.
13) *Sacerdotii*, habet c. cit.
14) *Duxerit*, C. R. 2.
15) *Ambo pariter*, legit C. R. 1.
16) *Cadent*, est in cit. c.

CAP. XV.

Defectus scientiæ deiicit iam promotum.

HONORIVS III. *capitulo* 17) *Bremen.* 18) g

Quamuis multa proposita fuerint 19) contra [*ven. f. n.*] episcopum Calinensem 20) h, [*etsi nihil probatum esset de illis;*] quia tamen confessus est coram nobis, se nunquam de grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum, et per euidentiam facti vsque adeo de illiteratura et insufficientia sua constat 21), quod contra Deum esset et canonicas sanctiones, tantum in episcopo 22) tolerare defectum: [*de communi fratrum nostrorum consilio*] ipsum a pontificalis officii exsequutione 23) et ab administratione Calinen. 24) ecclesiæ penitus duximus amouendum, [*irritantes, si quid nomine ipsius ecclesiæ, vel de bonis eiusdem de cætero attentabit.*]

17) *Episcopo*, legit ed. ant. sed in comp. 5. h. t. c. 1. legimus: *archiepiscopo Mediolanensi*, quæ lectio merito probanda, quia de Calliena episcopo consultus rescripsit pontifex, quem extra Italiam quærere non licet.
18) *Bremen.* C. R. 2. legit; sed abest hæc vox a C. R. 1.
19) *Fuerunt*, habet ed. ant.
20) *Calnien.* C. R. 2. habet C. R. 1. vero legit *Calen.* et H. *Calinen.* rectius *Calliensem*, vt legit CIRONIVS.
21) *Constet*, secundum C. H.
22) C. R. L. et ed. ant. legunt: *in episcopum*.
23) *A pontificalis exsequutione officii*, C. H. legit.
24) *Calinenen.* legit C. R. 2. sed H. habet *Calinen.* in c. 1. cit. comp. est *Callien.* per ios.

TITVLVS XV.
DE SACRA VNCTIONE.
CAP. I.

Ecclesia Græcorum in ordinationibus et consecrationibus seruare debet vnctiones, quas seruat ecclesia Romana; episcopus autem, cum consecratur, inungitur chrismate in capite et manibus: quod, si fuerit prætermissum, per tres episcopos est supplendum.

INNOCENTIVS III. i (*ann.* 1204. *Roma in Bulgariam.*)

Cum k venisset ad apostolicam sedem [*ven. fr. n.*] Bracarensis 25) l episcopus; [*clara nobis insinuatione monstrauit, quod*] (qui) in consecratione sua sanctam 26) non acceperat vnctionem: quoniam apud vos 27) non consueuerunt 28) pontifices, cum consecrantur, inungi. Nos 29) [*ergo*] quod illi deerat, mandauimus in ipso suppleri 30), facientes caput eius et manus per [*ven. fr. n. I.*] Alban. episcopum, assistentibus ei duobus episcopis, secundum morem ecclesiasticum, sacro chrismate deliniri. [*Hoc enim catholica ecclesia tenet, non solum ex præcepto diuino, verum etiam apostolorum exemplo. In Exodo quippe legitur, præcepisse Moysi Dominus, vt Aaron et filios eius inungeret, quatenus sacerdotio fungerentur. Et Anacletus papa, origine Græcus, qui a B. Petro fuit in presbyterum ordinatus, et postea in apostolatus officio Clementi successit, tradidit in ordinatione sua, vngendos esse episcopos, more apostolorum et Moysi; quia omnis sanctificatio in Spiritu Sancto consistit, cuius inuisibilis virtus sancta chrismati est permixta. Vnde*] §. 1. Scire te volumus, duas esse species vnctionis; exteriorem, quæ materialis est et visibilis: et interiorem, quæ spiritualis est et inuisibilis. Exteriori visibiliter inungitur 31) corpus: interiori inuisibiliter inungitur 32) cor. De prima Iacobus apostolus ait m: *infirmatur quis in vobis* 33), *inducat presbyteros ecclesiæ, et orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei saluabit infirmum.* De secunda Ioannes 34) apostolus ait n: *vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat* 35) *in vobis: et non necesse habetis* 36), *vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus* 37) o. Vnctio visibilis et exterior, signum est interioris et inuisibilis vnctionis 38). Vnctio vero inuisibilis et interior, non solum 39) est signum, sed etiam sacramentum: quia, si digne sumitur 40), vel agit 41), vel auget absque dubio, quod designat. §. 2. Ad exhibendum 42) autem exteriorem et visibilem vnctionem, benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum vel infirmorum: et conficitur chrisma, quod ex oleo fit et balsamo, mystica ratione. Per oleum enim nitor conscientiæ designatur, iuxta quod legitur: *prudentes* p *virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* Per balsamum [*enim*] odor *bonæ* famæ 43) exprimitur, propter quod dicitur q: *sicut balsamum aromatizans, odorem dedi.* §. 3. Hoc ergo 44) chrismate vngi debet episcopus, non tam in corpore, quam in corde: vt et interius [*habeat*] nitorem conscientiæ, quantum ad

25) *Braneasf.* C. R. 1 legit, C. R. 2. autem: *Bratulens.* H. *Branartis* et L. *Bramerbens.* Rectius vero c. 1. comp. 3. h. t. *Brandusberensis*, vel potius *Brandisaberensis*, ritu Græco consecratus, quod Græci vnctionem ignorarent.
26) *Sacram*, legunt C. R. H. L. et ed. ant.
27) *Apud nos*, habet ed. ant.
28) *Consueuere*, C. R. L. ed. ant. et c. cit.
29) *Nos ergo*, C. R. 1. legit.
30) *Suppleri*, habet C. L.
31) C. R. et H. *vngitur*, hic legunt, et postea.
32) *Vngitur*, est in cit. c. 3.
33) *Ex vobis*, habet ed. ant.
34) *Iacobus*, est in c. cit.
35) *Manet*, C. R. 1.
36) *Haberetis*, in C. R. 1. legitur.
37) *De his omnibus*, legit C. R. 1. editio ant. post hæc verba legit præterea: *ita faciatis*.
38) *Vnctionis*, C. H. legit.
39) *Solummodo*, est in cit. c.
40) *Assumitur*, C. R. 1.
41) *Vel salutem agit*, C. R. 2. habet, et in C. R. 1. manu aliena additum: *saltem*.
42) *Ad exhibendam*, legimus in C. R. 1. et H.
43) *Fama*, C. R. 1. legit omissa voce *bona*, cum c. cit. sed in C. R. 2. verbo *bonæ*, puncta subiecta, quod etiam omittunt C. L. et ed. ant.
44) *Hoc igitur*, C. R. 2. et c. cit. habent.

a *Vide l. si cui fundus. ff. de fund. instruct.* et *l. illi cum illo. ff. de vsufr. leg.* b *Conc. Lat. cap.* 27. c *Cap.* 4. *eod. tit. in* 4. *compil.* d Sanius. *al.* Sanius. e *al.* sacerdotii. f Vel cadunt, *vet. Matth.* 15. g *al.* Bremens. Colon. diœcesi. h *al.* Calamitensem. *al.* Talinen.

i Patriarchæ Constantinopolitano. k *Cap. vn. eod. tit. in* 3. *compil.* l Brandisbaren *et rectius, quam Bracarensis. Agitur enim hic de quodam episcopo Græco:* Bracarensis *episcopatus in Hispania est.* *al.* Branembere. *al.* Bramueben. *al.* Bratulens. *al.* Brumciberens. m *Iac.* 5. n 1 *Ioan.* 2. o *In multis impressis adduntur hæc duo verba*: ita faciatis. *Sed male: non sunt in manuscriptis.* p *Matth.* 25. q *Eccles.* 24.

Deum

Deum 45), et exterius habeat odorem famæ, quoad proximum. De nitore conscientiæ dicit apostolus a: *gloria nostra 46) hæc est 47), testimonium conscientiæ nostræ.* Nam *omnis* b *gloria filiæ regis ab intus.* De odore famæ idem apostolus ait c: *Christi bonus odor sumus in omni loco, et aliis sumus odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem.* Debet enim episcopus bonum habere testimonium, et ab iis 48), qui sunt intus, et ab iis, qui sunt foris, vt cortinæ cortinam trahat: et qui audit, dicat, veni. §. 4. Hoc vnguento caput et manus episcopi consecrentur 49). Per caput enim mens intelligitur, iuxta illud d: *vnge caput tuum, et faciem tuam lava.* Per manus opera intelliguntur 50) e, iuxta illud f: *manus meæ distillauerunt myrrham 51).* Manus igitur inunguntur 52) g oleo pietatis, vt episcopus operetur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Caput autem vngitur balsamo caritatis, vt episcopus diligat Deum ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente sua 53), et proximum suum sicut seipsum. Caput inungitur 54) propter auctoritatem et dignitatem: et 55) manus propter ministerium et officium. Caput enim 56) vngitur 57), vt ostendatur illius repræsentare personam, de quo 58) dicitur per prophetam h: *sicut vnguentum in capite eius, quod descendit in barbam; barbam Aaron 59).* Caput i enim viri Christus, caput Christi Deus, qui de se 60) dicit k: *Spiritus Domini super me, eo, quod vnxit 61) me, euangelizare l pauperibus misit me.* Manus episcopi inungitur 62), vt ostendatur, accipere potestatem benedicendi et consecrandi. Vnde, cum eas consecrator inungit 63), consecrare, inquit, et sanctificare digneris, Domine, manus istas, per istam vnctionem et per 64) benedictionem nostram: vt, quæcunque 65) consecrauerint, consecrentur 66), et quæcunque 67) benedixerint, benedicantur in nomine Domini.

Tractat de vnctione regum, et de differentiis in vnctione inter reges et pontifices. Panorm.

§. 5. Vnde in veteri testamento non solum vngebatur 68) sacerdos 69), sed etiam 70) rex et propheta: sicut in libro Regum m Dominus præcepit Heliæ: *vade et reuertere in domum tuam per desertum in Damascum: cumque perueneris illuc, vnges 71) Hazael 72) in regem super Syriam, et 73) Iehu 74) filium Namsi 75) vnges in 78) regem super Israel. Helisæum autem filium Saphat 79), qui est de Abel-meula 80), vnges prophetam pro te.* Sed vbi Iesus n Nazarenus, quem vnxit Deus 81) Spiritu Sancto, sicut habetur 82) in Actibus o apost. vnctus est oleo pietatis 83) p præ consortibus suis: qui secundum apostolum est caput ecclesiæ, quæ est corpus ipsius. Principis vnctio a capite ad brachium est translata, vt princeps 84) extunc non vngetur 85) in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus principatus congrue designatur: iuxta illud, quod 86) legitur q: *factus est principatus super humerum eius, etc.* Ad quod etiam significandum 87), Samuel fecit poni armum ante Saul r, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite vero pontificis sacramentalis est delibutio 88) s conseruata, quæ personam capitis 89) in 90) pontificali officio repræsentat. Refert autem 91) inter pontificis et principis vnctionem; quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium vero principis oleo delinitur 92): vt ostendatur, quanta sit differentia inter auctoritatem pontificis, et principis potestatem 93).

Tractat de Christianorum omnium vnctione.

§. 6. Quia vero Christus fecit nos in sanguine suo Deo nostro regnum et sacerdotes, propter quod Petrus t apostolus v ait: *vos estis genus electum, regale sacerdotium;* ideireo in nouo testamento non solum reges et sacerdotes vnguntur, sed etiam 94) omnes Christiani, bis ante baptismum, scilicet oleo benedicto, primum 95) in pectore, deinde 96) inter scapulas: et bis post baptismum, scilicet chrismate sancto 97), primum in vertice, demum 98) in fronte. In pectore namque baptizandus inungitur, vt per x Sancti Spiritus donum abiiciat errorem et ignorantiam, et suscipiat fidem rectam, quia y iustus ex fide viuit. Inter scapulas [*autem baptizandus inungitur,*] vt per Spiritus Sancti gratiam excutiat negligentiam et torporem, et bonam operationem exerceat; quia fides z sine operibus mortua est: vt per fidei sacramentum sit munditia cogitationum in pectore, et 99) per operis exercitium sit 100) fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem, secundum apostolum aa, operetur. In vertice vero baptizatus inungitur; vt sit paratus omni petenti de fide reddere rationem: quia per caput intelligitur mens, iuxta quod legitur bb: *oculi sapientis in capite eius,* cuius 1) superior pars est ratio, et inferior est sensualitas. Vnde bene per verticem, quæ est superior pars capitis, intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis. In fronte vngitur 2) baptizatus, vt libere confiteatur, quod credit 3): *quia corde cc creditur ad iustitiam, ore vero 4) fit confessio ad salutem:* memor eius, quod Dominus ait: *qui me confessus fuerit coram hominibus, etc.* 5) Ante baptismum ergo [*ergo ?*] vngitur oleo benedicto, et post baptismum chrismate sancto 6): quia chrisma soli competit Christiano. Christianus enim a chrismate dicitur, vel potius a Christo dicitur chrisma: non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationem. A Christo vero Christiani dicuntur; tanquam vncti deriuentur ab vncto: vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum est effusum.

Tractat de vnctione chrismatis post baptismum, quæ dicitur confirmatio.

§. 7. Per frontis chrismationem, manus impositio designatur, quæ alio nomine dicitur confirmatio: quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur et robur. Vnde cum cæteras vnctiones simplex sacerdos, vel 7) presbyter valeat exhibere; hanc non nisi summus sacerdos ff, id est, episcopus debet conferre: quia de solis apostolis legitur, quorum vicarii sunt episcopi, quod 8) per manus impositionem Spiritum Sanctum 9) dabant: quemadmodum Actuum apostolorum lectio manifestat: *cum audissent* inquit gg, *apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Ioannem; qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiri-*

45) *Ad oleum*, legimus in cit. c.
46) *Mea*, in cit. c.
47) *Hoc est*, legitur in C. L.
48) *Ab his*, legunt C. L. et ed. ant.
49) *Consecrentur*, legunt C. H. L. ed. ant. et c. cit.
50) *Designantur*, C. H. habet cum L. et cit. c.
51) *Myrrham*, non exstat in cit. c.
52) *Vnguntur*, C. H. legit cum c. cit. sed C. L. vngitur episcopi.
53) In C. R. 2. ed. Pith. et Gloss. nec non C. H. L. et c. cit. dictio: *sua*, non exstat; et præterea addit L. *ex totis viribus suis.*
54) *Vngitur*, C. R. legunt.
55) Partic. *et*, non exstat in cit. c.
56) In C. R. L. ed. Pith. Gonz. et c. cit. *enim*, omittitur.
57) *Inungitur*, est in cit. c. et C. H.
58) *De qua*, legimus in c. cit.
59) Verba, *quod descendit in barbam, barbam Aaron*, non exstant in C. H. L. ed. ant. et c. cit.
60) *Qui se*, C. H. legit.
61) *Vngit*, est in cit. c.
62) *Episcopo inungitur*, legit C. H. *vngitur episcopo*, C. R. 1. Sed *vnguntur episcopo*, secund. C. R. 2. L. et c. cit. *episcopo inunguntur*, edit. Gonz. *episcopo inunguntur*, Pith. habet.
63) *Vngit*, C. H. habet.
64) C. H. particulam *per*, omittit cum cit. c.
65) *Quæcunque*, legitur in cit. c.
66) *Consecretur*, est in eod. c.
67) *Quæcunque*, in cit. c.
68) *Vngebantur*, C. R. 1. habet.
69) *Sacerdotes*, secundum C. R. 1.
70) Vox: *etiam*, non exstat in C. H.
71) C. R. edit. Pith. et Gonz. *vnges regem*, legunt; sed ed. ant. legit: *vnge.*
72) *Azahel*, habet C. L. et *Azael*, ed. ant. *Azael*, est in cit. c.
73) Copula: *et*, abest a C. H.
74) *Ieu*, est in cit. c.
75) *Naosi*, legit C. L. cum ed. ant. et c. cit.
78) *In*, non exstat in C. L. ed. ant. et cit. c.
79) *Saphar*, habet C. L. sed cit. c. *Saphat.*
80) *Abel*, legunt C. H. et L. cum ed. ant. et c. cit.
81) *Dominus*, C. R. 1. legit.
82) *Legitur*, C. H. habet cum L. et cit. c.
83) Vox: *pietatis*, a C. R. H. L. ed. ant. et cit. c. abest.
84) C. R. 1. legit cum L. *princeps.*
85) *Vngatur*, legunt C. R. 2. et L.
86) *Iuxta quod*, C. R. legunt, cum L. et cit. c. sed a C. H. vocab. *illud*, abest.
87) *Designandum*, C. R. 1.
88) C. R. 1. *delinitio*, legit cum ed. ant. et c. cit. C. R. 2. vero: *delibatio.*
89) *Partem capitis*, C. R. 1.
90) Particulam *in*, non legit C. L.
91) *Ergo*, est in cit. c.
92) *Diniitur*, est in cit. c.
93) *Auctoritatem*, legitur in eod. c.
94) In C. R. H. ed. ant. et cit. c. *etiam*, non exstat.
95) *Primo scilicet*, secund. C. R. 2.
96) *Demum*, C. R. 2.
97) *Sacro*, C. R. legunt cum L.
98) *Deinde*, secund. C. R. 2. et secundum H. *demum*, legitur.
99) *Et*, a C. R. abest, L. autem habet: *vt*, sicut et ant. edit. cum cit. c. omissa partic. *per.*
100) *Vt*, secund. C. R. 2.
1) *Eius*, C. H. habet.
2) *Inungitur*, C. H.
3) C. R. 1. legit: *credidit.*
4) *Autem*, legunt C. H. et L. cum c. cit.
5) In Cod. R. 1. additur: *confitebor et ego ei coram patre meo*, in C. autem L. *conf. et e. etc.* in c. cit. *conf. et ego eis.*
6) C. R. legunt: *sacro*, cum L. et cit. c.
7) In cit. c. pro *vel*, est littera *i.* forte: *id est.*
8) *Sibi*, est in cit. c.
9) Vocabulum: *sanctum*, non exstat in C. H.

a 2 *Corinth.* 1. b *Psalm.* 44. c 2 *ad Tim.* 1. d *Matth.* 6. e Designantur f *Cant.* 5. g *al.* vngitur. *al.* vnguntur. h *Psalm.* 132. i 1 *Corinth.* 11. k *Luc.* 4. l *al.* ad euangelizandum. m 3 *Reg.* 19. n *al.* Iesus venit Nazarenus, *etc.* o *Act.* 10. p *Deest* dictio, pietatis, *in antiquis. Ephes.* 1. *Coloss.* 1.

q *Esa.* 9. r 1 *Reg.* 9. s *al.* delinitio: *sed in vetustioribus lectoribus correctis*, delibutio. t *Vox*, Petrus, *deest in manuscript.* v *Apocal.* 1. 1 *Petr.* 2. x *Hebr.* 10. y *Abac.* 1. z *Iac.* 2. aa *Gal.* 5. bb *Eccl.* 2. cc *Rom.* 10. dd *Matth.* 10. *et Marc.* 8. ee *Aug. tract.* 33 *super Ioann.* ff *Episc. enim ordinarius est minister huius sacramenti. Concil. Trid. sess.* 7. *de confirm. c.* 3. gg *Act.* 8.

tum

tam Sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu: tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. Cuius aduentus per vnctionis ministerium designatur: quia columba a in qua Spiritus Sanctus super Christum in baptismo descendit, ad vesperam in cataclysmo b remeans, ramum retulit virentis oliuæ, cuius vtique sacramentum Dauid c propheta prænoscens, exhilarandam faciem in oleo prædicauit.

Tractat de consecratione altaris. Abbas.

§. 8. Vngitur præterea, secundum ecclesiasticum morem, cum consecratur altare, cum dedicatur templum, cum benedicitur calix, non solum ex mandato legis diuinæ, verum etiam exemplo beati Syluestri, qui cum consecrabat altare, illud 10) chrismate perungebat. Præcepit enim d Dominus Moysi, vt faceret oleum vnctionis, de quo vngeret testimonii tabernaculum 11), et arcam testamenti, mensamque cum vasis, [*de quibus etiam si forsitan dubitaueris, cum a te fuerimus requisiti, f. t. plenius instruemus.*] Verum 12) vnctionis sacramentum aliud e quidem efficit, et figurat, tam in Nouo 13), quam in Veteri Testamento: vnde non iudaizat ecclesia, cum vnctionis celebrat sacramentum, sicut antiqui 14) mentiuntur, qui neque scripturas, neque Dei nouere virtutem. §. 9. Monemus igitur, [*fr. t. et ex. et. ac per A. S. m. quat. ad mandatum dil. fil. n. tt. sancti Crucis presbyteri cardin. ap. sed. leg. tu quoque sacram recipias vnctionem, ne quid tibi desit ad virtutem sacramenti. Cum et sacro fueris chrismate delinitus: archiepiscopos et episcopos tuos similiter vngas, et per eos facias manus sacerdotum inungi oleo benedicto.*] (vt) illum 15) [*de cetero*] in ordinandis presbyteris, et consecrandis episcopis morem serues, et facias 16) obseruari, quem apostolica sedes obseruat 17), [*quæ disponente Domino cunctorum fidelium mater est, et magistra. Mittimus autem tibi per cardinalem prædictum pontificalia ornamenta, caligas et sandalia, amictum et albam, cingulum et succinctorium, orarium et manipulum, tunicam et dalmaticam, chirothecas et annulum, planetam et mitram. Pallium vero per dilect. fil. Io. Capellanum n. antea misimus. Et*] licet f Romanus pontifex non vtatur 18) baculo pastorali, tum propter historiam 19) g tum [*etiam*] propter mysticam rationem: tu tamen ad similitudinem aliorum pontificum poteris eo vti, [*quorum omnium rationem idem card. sicut a nobis accepit, te poterit edocere.*

10) *Et illud*, secundum C. H.
11) *Ostium tabernaculi*, C. H.
12) *Verumtamen*, est in cit. c.
13) In C. R. et H. *tam*, non legitur.
14) *Aliqui*, C. H. L. et c. cit. hoc dubie rectius legunt.
15) Vox: *illum*, abest a C. H.
16) *Seruans et faciens*, legimus in cit. c.
17) Ideo tam amplissime *Latinorum vnctionem* extollere Pontifex maxime in ordinandis presbyteris et episcopis vsitatam, quo ad hunc ritum amplectendum Bulgaros induceret, Græcorum ritibus assuetos. Hi enim ab vnctionibus plane abstinebant, vt mirandum sit, quosdam interpretes contrarium docuisse ex *l. 14. §. 3. C. de episc. aud.* in qua Imperator faciente tradit ritum ordinationis episcopalis his verbis vsus. *in episcoporum ordinationibus preces ad dominum mittuntur Christum, Deum verum, et inuocato sancto et adorando spiritu, et totum sacrificium aut manibus imponuntur sanctissima euangelia, quæ apud nos sunt. v. Petrorum.* Manuum impositio sine dubio his indicatur verbis, vel etiam *libri euangelii* impositio, quo caput manusque tegebantur, cuius magna erat veneratio, et in quo *sanctissima mysteria ... foederis* continebantur, vt Græcorum antiquitates memorant. Pontifex quidem, *decreto* GRATIANI erat, vnctionis ritum ex ANACLETI decretis, in c. 1. *dist. LXXV.* relata, probare conatus est: sed tenebræ illorum temporum GRATIANVM, et pontificem deceperunt, vt impostoris primum PSEVDO-ISIDORI famosi, ab omni antiquitate aliena, ve veras merces venditaret, quibus *decretis* abundat. Eo tempore, quo falsarius scripsit, vnctiones episcoporum iam vsitatæ erant, paulo ante tempora LEONIS I. receptæ, teste MORINO *de SS. ordinat. P. III. ex. 6. c. 2. § 2.* presbyterorum vero nequidem tempore NICOLAI I. in Romana ecclesia cognitæ, teste EODEM *cit. l. §. 5.* Adeoque non mirandum, quod PSEVDO-ISIDORVS hunc ritum suo tempora allegauerit, quem tamen per apertum fucum iam ANACLETO adscripsit.
18) Historiam vel potius fabulam, ad quam pontifex prouocat, adfert GONZALEZ *ad h. c. tot. ex. sacris lepidam.* Interim certum est etiam episcopum Romanum, more ceterorum episcoporum *baculum pastoralem* habuisse adhuc seculo X., teste REGINONE in *Chron. libr. II. ad ann. DCCCLXIV* apud IO. PISTOR *tom. I. script. rer. Germ. p. 110. nouiss. edit.* hæc de LEONE VIII. referente: *tunc Leo apostolicus, condemnata vniuersorum episcoporum synodo, eundem Benedictum, Romanæ sedis inuasorem, indutum omnium ab innato gradu deposuit, et pontificale pallium, quod sibi imposuerat, abscidit, FERVLAMQVE PASTORALEM manu eius arreptam coram omnibus in frusta confregit etc.* Idem quoque narrat LVITPRANDVS *libr. VI. c. vlt.* apud REVBERVM *p. 220, nouiss. edit.* de OTTONE imperatore hæc referens. *posthac pallium sibi abstulit, quod simul cum pontificali ferula, quam manu gestabat, domino papæ Leoni reddidit. Quam ferulam idem papa fregit, et fractam populo ostendit.* Forsan in odium inuestituræ per annulum et baculum noluit amplius vti *baculo*.
19) *Historiacam*, C. H. habet.

a *Matth. 4. Marc. 1. Luc. 3.* b *Gen. 8.* c *Psal. 103.* d *Exod. 30.* e *In C. Rarb.* aliud quidem efficit et aliud figurat, *etc.* f Et licet. g *Vid. Martial. Lamouicens. etat.*

TITVLVS XVI.
DE SACRAMENTIS h NON ITERANDIS 20).
CAP. I.

In ordinato in subdiaconum sine manuum impositione, et confirmato non chrismatis, sed olei vnctione, non fit iteratio, sed suppletur prætermissum.

INNOCENTIVS III. 21) i (*ann. 1205. Roma in Angliam.*)

Pastoralis [*officii diligentiæ*] k: [*et infra.*] Præterea nos consulere voluisti, an permitti debeat ministrare, qui 22) sine impositione manuum fuerit ad ordinem 23) subdiaconatus 24) assumptus. Et si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus. Ad quod 25) [*fr. t.*] breuiter duximus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed caute supplendum, quod incaute fuerat prætermissum.

20) *De sacramentis iterandis vel non*, C. R. 1. et H.
21) *Innocentius III. Eliensi episcopo*, C. H. legit, c. 1. comp. 3. h. t. habet: *Heliensi episcopo.*
22) *Si quis*, pro *qui*, legit c. cit. 1.
23) In C. R. 2. præpositio: *ad*, non exstat; sed in C. R. 1. legitur: *ad ordines.*
24) In C. R. 1. voci: *subdiaconatus*, puncta subiecta sunt, et in c. cit. legitur: *diaconatus*, quod etiam verius: quia *diaconi*, non *subdiaconi* manus impositionem accipiunt.
25) *Ad quæ*, habet cit. c.

CAP. II.

Prohibet sepultos a schismaticis exhumari, vestimenta, cum quibus celebrarunt, iterum benedici, et altaria, in quibus celebrarunt, iterum consecrari.

HONORIVS III. *archiepisc. London.* 26) l *et eius suffragan.* (*c. 1. comp. 5. h. t.*)

A nobis humiliter quæsiuistis, quid fieri debeat de mortuorum corporibus, qui tempore schismatici et reprobi Weldemarii 27) a schismaticis 28) sunt m sepulti, et de indumentis sacerdotalibus, cum quibus, nec non de altaribus 29), in quibus degradati presbyteri celebrarunt. Nos autem inquisitioni vestræ 30) breuiter 31) respond. quod non credimus, ob hoc dumtaxet sepultos huiusmodi exhumandos, aut debere indumenta talia iterum benedici, vel reconsecrari altaria supradicta.

26) C. R. et ed. ant. *London.* legunt, sed C. H. legit: *Lugd.* et L. *Londin.* c. 1. comp. 5. h. t. legit: *capitulo Bremensi*, quæ lectio verior, vt euincit CIRONIVS *in compil. Honor. h. t.* vbi etiam historiam hic relatam illustrat.
27) *Waldemari*, est in c. cit.
28) *Et a Schismaticis*, habet C. R. 1.
29) *Altaribus*, C. H. habet, omissa præp. *de.*
30) *Tuæ*, C. R. legunt cum L.
31) *Taliter*, legit C. R. 2. cum H. et c. cit.

CAP. III.

Si in ordinatione presbyteri, vel diaconi manus impositio fuerit prætermissa: statutis temporibus supplebitur.

GREGOR. IX. 32) *archiepisc. London.* 33) n (*ann. 1128. Roma in Daniam.*)

Presbyter et diaconus cum ordinantur: manus impositionem tactu corporali, ritu ab apostolis introducto, recipiunt. Quod si omissum fuerit; non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos caute supplendum, quod per errorem extitit prætermissum o. Suspensio p autem manuum debet fieri, cum oratio super caput effunditur 34) ordinandi.

32) *Idem*, secund. C. R. 2. sed perperam.
33) C. R. 1. legit: *London* sed a C. R. 2. abest. H. habet: *Lugdun.* et L. *London.* ed. ant. quoque ita legit, quæ lectio approbanda, quia ad Londonensem archiepiscopum hæc decretalis scripta.
34) *Infunditur*, C. R. 1.

TITVLVS XVII.
DE FILIIS PRESBYTERORVM ORDINANDIS, VEL NON 35) q.
CAP. I.

Illegitimus non ordinatur, nisi vt religiosus fiat: nec tunc præficitur, id est, ad prælaturam non habilitatur.

Ex concilio Pictauien. (*ann. 1078. in Galliam.*)

Vt filii r presbyterorum, et cæteri ex fornicatione nati, ad sacros ordines 36) s non promoueantur: nisi aut monachi fiant, vel

35) Verba: *ordinandis vel non*, absunt a C. R. 2. in comp. a. h. t. adduntur hæc verba: *nec in paternis ecclesiis tolerandis.*
36) *Gradus*, C. R. 2. H. et L. legunt cum c. 1. cit. comp. h. t.

h *In quibusdam cod. ita*: de sacramentis iterandis vel non. *Vnus ita*: de sacramentis iterandis vel non iterandis. i Heliensi episcopo. k *Require ex c. pastoralis, sufr. de off. et pot. iud. del. cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* l Archiepiscopo Lugdunen. *etc.* m *In Cod. Bav. adduntur hæc verba*: verum debeant exhumari. n *al.* Lugdun. o *Vide leg. qui testamento. ff. de excus. tut.* p *al.* impositio. *al.* interpositio. q *In vno manuscr. ita*: de filiis presbyt. non ordinandis, nec in paternis ecclesiis tolerandis. *In alio ita*: de filiis presbyterorum et aliis illegitime natis ordinandis, vel non. r *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* s Gradus.

in 37) congregatione canonica regulariter viuentes a; prælationem 38) vero nullatenus habeant: sed neque serui, nisi a dominis suis libertate 39) donentur.

37) *Aut in*, secundum C. H. et c. cit.
38) *Prælationes*, secundum C. R. 2.
39) C. R. *libertate*, legunt cum L. sed ed. ant. habet: *libertati*.

CAP. II.

Illegitimus filius sacerdotis, qui, hoc tacito, per rescriptum apostolicum paternam ecclesiam impetrauit, remouetur ab illa.

ALEXANDER III. [G.] *Lincon.* 40) *electo.* (*ann.* 1176. *Roma in Angliam. c. 2. comp. 1. h. t.*)

Ad præsentiam 41) nostram accedens R. presbyter, tacito, quod esset filius sacerdotis, [*per fraudem*] impetrauit a nobis, vt in ecclesia, [*de Bileshi.*] in qua pater eius ministrauit 42), existeret capellanus. [*Quia vero fraus, siue dolus nulli debet præstare patrocinium: d. t. per A. S.*] (Ideoque) mandamus, quatenus, [*infra XL. dies post harum susceptionem litterarum rei veritatem inquiras diligenter, et*] si tibi constiterit, quod memoratus R. sit in sacerdotio genitus, et quod b pater 43) [*eius*] in eadem ecclesia 44) ministrauit 45), non obstantibus prædictis 46) litteris nostris 47), ipsum [*omni occ. et app. cess.*] amoueas ab eadem 48).

40) *Lincol.* habet C. R. 2.
41) Initium ipsum huius capituli 2. cit. comp. h. t. est sequentis tenoris: *Ex insinuatione prioris et fratrum de Marcelline auribus nostris innotuit quod R. presbyter, tacita veritate.*
42) *Ministrauerat*, C. R. 1.
43) C. R. cum L. et ed. ant. *pater eius*, legunt, sed C. H. ita habet: *et pater eius in etc.*
44) Vox: *ecclesia*, non exstat in cit. c.
45) *Ministrauerit*, secundum C. H. et cit. c.
46) *Prædictis*, non exstat in cit. c.
47) Pronom. *nostris*, non exstat in C. H.
48) *Exinde*, legitur in cit. c.

CAP. III.

Non potest filius sacerdotis ecclesiæ paternæ præesse. H. d. cum sequent.

IDEM. 49) [*Pars c. Inter cetera.*]

Præsentium e auctoritate [*tibi*] iubemus, vt filios sacerdotum in ecclesiis paternis ministrare, vel eas qualibet occasione obtinere nullatenus patiaris: sed ipsos ab ecclesiis, in quibus patres eorum ministrasse 50) noscuntur, [*cessante appellationis obstaculo*] studeas penitus amouere.

49) *Idem Parisiensi episcopo*, C. H. habet, sed ed. ant. legit: *Idem Parisiensi canto.*
50) *Ministrare*, C. R. 2. habet.

CAP. IV.

Idem dicit.

IDEM *Vigorens.* 51) *episcopo.* (*ann.* 1177. *Roma in Angliam.*)

Conquerente d nobis M. [*Milone*] clerico, [*auribus nostris innotuit, quod, cum R. presbyter ecclesiam B. Mariæ de Vic. tanquam persona diutius habuisset, et post mortem eiusdem M. a Richard. Vacesforde, domino fundi fuisset præsentatus, R. filius eius presbyteri in sacerdotio genitus institutionem ipsius clerici nisus est impedire, et ad habendam ecclesiam eandem omnibus modis, quibus potest, adspirat. Quoniam igitur indignum est, et canonicæ obuiat sanctioni, vt filii sacerdotum debeant patribus succedere in ecclesiis: nos ad enormitatem istam eradicandam sollicite volentes et diligenter intendere*] frat. t. mandamus, quatenus, si publicum est et notorium, patrem [*prædicti*] R. clerici 52) habuisse in prædicta 53) ecclesia personatum 54), filium eius 55) ibidem ministrare, aut eiusdem ecclesiæ 56) personatum habere nullatenus patiaris, et, si 57) [*forte*] iam institutus est ibi, eum [*sublato app. remedio, auctoritate nostra*] inde 58) non differas amouere, [*et memoratum M. si tibi ad ipsam ecclesiam fuerit præsentatus ab eo, ad quem repræsentatio spectare dignoscitur ibi, dummodo alias idoneus sit, contrad. et app. cess. non postponas recipere, ipsumque facias prædictam quiete possidere ecclesiam.*]

51) *Vigornien.* C. R. 2. legit cum L. et c. 4. cit. comp. sed a C. R. 1. abest hoc vocabul.
52) *Clerici*, non est in c. cit.
53) *Præscripta*, legunt C. R. et L. cum cit. c.
54) *Presbyteratum*, legitur in cit. c. per totum.
55) *Eiusdem*, est in cit. c.
56) Vox: *ecclesiæ*, a C. R. H. et L. abest.
57) *Sed si*, legimus in cit. c.
58) Partic. *inde*, non exstat in c. cit.

CAP. V.

Episcopus, qui scienter contulit filio sacerdotis paternam ecclesiam, exinde eum remouere non potest.

IDEM *London.* 59) *episcopo.* e

Veniens f ad præsentiam nostram N. clericus 60) [*lator præse*[illegible]

59) *Lond.* C. R. 1. legit, sed C. R. 2. habet: *Lugdon.* C. L. *Londonensis*, et ed. ant. *Lundon.* quæ lectio verior.
60) *Presbyter*, est in c. 8. cit. comp.

supplici] nobis [*insinuatione*] proposuit, quod, cum illum 61) ad capellam [*ecclesiæ*] sancti L. 62) [*de Neneburge,*] quam ei concessisti, [*et assignasti, ateitulasses, et in eadem*] in presbyterum 63) ordinasses, ipsum ea 64) postea spoliasti, eo, quod pater eius in præscripta 65) ecclesia ministrauit. [*Quia vero ad nostrum spectat officium viros ecclesiasticos paterna prouisione consulere,*] (ideoque) frat. t. mandamus, [*præc.*] quatenus, si tibi innotuerit, quando eam sibi dedisti, quod pater eius presbyter in dicta ecclesia ministrasset 66). [*quando eam sibi assignasti*] ipsam ei [*dilatione et app. cessante*] restituas, et in pace dimittas 67), amoto alio, si quem instituisti forsitan 68) in eadem. Verum si hoc ignorans fecisti 69) g, ex quo ad ecclesiam ipsam eum in presbyterum ordinasti: eam sibi restituas 70), [*et*] donec in alia ecclesia sibi 71) prouideas, vnde honeste valeat sustentari, [*eidem nullum super prædicta ecclesia grauamen inferas, vel molestiam.*]

61) *Ipsum*, est in cit. c.
62) *Sancti Laurentii*, C. R. 1. legit cum c. cit.
63) *Cum eum in presbyterum*, C. H. legit.
64) *A prædicta ecclesia*, legit c. cit. pro *ea*.
65) *Prædicta*, est in c. cit.
66) *Ministrauit*, legitur ibidem.
67) *Eam dimittas*, legit C. L.
68) *Forsitan*, non exstat in c. cit.
69) In c. cit. textus hic paulo aliter se habet, scil. *Verum si, te ignorante, quod pater suus in eadem ministrauerit, ipsam sibi assignasti, ex quo etc.*
70) *Restituas et in pace dimittas, donec*, C. H.
71) *Et*, est in cit. c.

CAP. VI.

Gratiam continet et hoc dicit: *Eo, quo filius sacerdotis est ordinatus, non debet carere beneficio.* Ioan. Andr.

IDEM. [R.] *Oxonens.* 72) *episcopo* h.

Proposuit i nobis R. 73) lator præsentium, quod, cum ad ecclesiam de Saleb. 74) a domino fundi fuerit præsentatus, tu curam animarum noluisti sibi committere, [*vel huic rei assensum tuum præstare*] pro eo, quod esset filius sacerdotis. [*Super quo vtique discretionem tuam, sicut dignum est, in Domino commendamus, et in Domino prouidentiam tuam gratam gerimus admodum et acceptam.*] Cæterum, quia [*necessitatibus eius in laboribus, quos ad nos veniendo sustinuit, interna mentis affectione compatimur, et*] indignum est, vt ipse, postquam est in subdiaconum 75) [*vt asserit*] ordinatus 76), omnino debeat ecclesiastici beneficii prouisione 77) carere: [*discr. tuam per A. S. mon. atque*] mandamus, quatenus aliquem honestum presbyterum cum assensu eiusdem clerici [*infra XL. dies post harum susceptionem litterarum, contrad. et app. cess.*] inuenire studeas, qui ecclesiæ seruiat 78) supradictæ 79), ita, quod præfatus R. 80) medietatem omnium beneficiorum prædictæ ecclesiæ, eidem in suo ordine seruiendo, [*diuino intuitu, quoad vixerit, nostra et tua auctoritate*] pacifice debeat obtinere. Non enim solus 81) presbyter missarum sollemnia, vel alia 82) diuina officia potest sine ministri suffragio celebrare.

72) *Exon.* C. R. 1. legit; sed C. R. 2. habet: *Exoniensi*, cum L. et c. 7. comp. cit. h. t.
73) *P.* habet ed. ant. per totum.
74) *De Salabern* C. R. 1. habet cum L. sed *de Salabera*, c. cit. 7.
75) *Subdiaconatum*, est in c. cit.
76) *Constitutus*, C. R. 1.
77) *Perceptione*, legitur in cit. c.
78) *Deseruiat*, est ibidem.
79) *Eidem*, est in cit. c.
80) *P.* est in ed. ant.
81) *Vnus solus*, habet C. L.
82) *Et alia*, secundum C. R. t.

CAP. VII.

Filius præesse potest ecclesiæ, cui pater præfuit mediate.

EIDEM [*venerabilibus fratribus R.*] *archiepiscopo Cantuariens.* k [*totius Angliæ primati et A. S. L. et R. Wigorn. episcopo.*]

Ex transmissa [*nobis*] conquestione G. 83) clerici percepimus, quod ad [*dilecti filii nostri*] abbatis de Castris 84) præsentationem, in quodam beneficio ecclesiæ de N. 85) l eum in præfecti recipere distulisti, eo, quod [*quidam E. qui dicebatur*] pater eius in præfata ecclesia ministrauit: quo defuncto 86), media intercessit persona 87), cui prædictum beneficium est collatum. Ideoque 88) [*f. t. per A. S.*] mandamus,

83) C. R. 1. habet *V*; sed C. R. 2. cum L. ed. ant. et c. 8. comp. cit. *W*, per totum.
84) *De Cant.* secundum C. R. 1. *de Cast.* C. R. 2. habet cum L. *de Castris*, legit cit. c.
85) C. R. cum L. et ed. ant. legunt: *de H.* Sed in c. 8. cit. comp. ita differt hic textus: *in quoddam ecclesia beneficium de Vincrton. ab eo sibi canonice concessum eum etc.*
86) *Præterea ex parte ipsius nobis est insinuatum, quod, memorato E. defuncto*, etc. legimus in c. cit.
87) *In ecclesia media intercessit persona*, C. R. 1.
88) *Inde est, quod*, legimus in cit. c. pro *ideoque*.

a Viuant. b *Concil. Trident. sess.* 25. *in decret. de reform. cap.* 15 *idem sanxit.* c *Post concil. Lateranen. sub Alex. III p.* 19 *cap.* 4. *et cap.* 5 *eod. tit. in* 1. *compil. et concil. Trident. proxime citatum Arnulf Lexon. epist.* 114 *cap.* 7. *de test. cap.* 14 *de purg. can.* d *Post conc. Lateran. sub Alex. III. p.* 19 *cap.* 1. *et cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *compil. conc. Tol. IX. c.* 10 e Lugdunensi. f *Post concil. Lateran. sub Alex. III. p.* 19 *c.* 5. *et cap.* 6. *eod. tit. in* 1. *compil.*

g *Vide leg.* 2. *ff. de inr. et f. ignor. et l. si rer. obligata. ff. de legat.* 1. h Idem a Exoniensi episc. i *Post conc. Later. sub Alex III. p.* 19. *c.* 6. *et cap.* 7 *eod. tit. in* 1. *compil.* k Idem venerabilibus fratribus. R. cant. archiepiscop. totius Angliæ primati, et apost. S. Legato, et R. Vigorn. episcopo, *R. habet* 1. *collectio.* l *al. de H. vide Anton. Aug. in actis veteris collectionis.*

damus,

damus, [*atque præc.*] quatenus, ſi eſt ita, prænominatum Gull. ad præfatum beneficium admittere non poſtponas 89), [*omni occ. et app. ceſſ.*] non ideo minus obſeruato apoſtolici reſcripti decreto, quod [*hic*] ſucceſſionem in eccleſia Dei hereditariam deteſtatur 90), [*et canonicam approbet poſſeſſionem.*]

89) *Si prædicta conſtiterint prænominatum Walterium in poſſeſſionem ad collati beneficii inducere non differatis*, legit cit. c.
90) *Deſtruat*, legitur ibid.

CAP. VIII.

Filius præeſſe poteſt eccleſiæ, in qua pater ſine titulo miniſtrauit.

IDEM *Vigorenſ.* 91) *epiſcopo.* [*et priori De.*] [*ann.* 1188. *Roma in Angliam.*)

Conſtitutus in præſ. noſtr. G. clericus, [*præſentium lator*] ſupplici 92) nobis 93) inſinuatione monſtrauit, quod, cum capellam de Storton. 94) canonice fuiſſet adeptus, et eam pluribus annis pacifice poſſediſſet, R. miles ipſum ea 95) ſine iudicio [*et iuſtitia*] ſpoliauit 96). Cumque memoratus clericus exinde apud te [*frater coepiſcope,*] depoſuiſſet querelam, obiectum fuit 97) ei, quod pater ſuus in capella 98) miniſtrauit 99) eadem: [*ideoque præfatam capellam nondum potuit exhabere. Quia vero ad noſtrum ſpectat officium, inſolentiam laicorum contra viros eccleſiaſticos debita ſeueritate compeſcere:*] (Fr. tuæ) [*d. v. per A. S. præc.*] mandamus, quatenus, [*rei veritate diligenter inquiſita et cognita*] ſi tibi 100) a conſtiterit, quod idem clericus a capella fuerit prædicta per potentiam laicalem eiectus, et quod pater eius præfatæ capellæ perſona, ſeu perpetuus vicarius 1) non fuerit, licet in eadem nomine eiuſdem G. quandoque miniſtrauerit 2), ipſam ſibi cum reditibus, [*inde*] perceptis [*amoto alio, ſi quis eam detinet, dil. occ. et app. ceſſ.*] reſtituere non omittas 3), [*litteris noſtris, ſi quæ ſint impetratæ, veritati et iuſtitiæ non præiudicantibus, et ipſam, ſicut canonice adeptus fuit, faciatis pacifice poſſidere.*]

91) C. 0. 1. habet: *W.* et ed. ant. *Wig.* ſed C. R. 2. legit: *Vigornien.* cum L.
92) *Supplici*, ſecundum C. H.
93) Dictio *nobis*, neque in C. L. neque in ed. ant. legitur.
94) *Stortona*, C. R. 1. *Stord.* ed. ant. habet, ſed C. R. 2. *Stritona*, et L. *Stortona*, legit, c. 10. cit. compil. habet: *Stertona*.
95) *Præſcripta eccleſia*, legimus in cit. c. 10.
96) *Spoliauerit*, eſt in cit. c.
97) *Fuerit*, habet cit. c.
98) *In præfata eccleſia*, legimus ibidem.
99) *Proximo miniſtrauit*, C. H. legit; ſed c. cit. habet: *miniſtrauerit*.
100) Pronomen: *tibi*, a C. R. H. et ed. ant. abeſt; ſed in c. cit. eſt: *vobis*.
1) Ipſo interprete pontifice, perpetuus vicarius dicitur ſignanter *perſona*, quod perſonam principalis, cuius beneficio prædicta capella vacta erat, gerat, eiusque vices ſuppleat, quam *vicaria perpetua* beneficio æquiparatur c. 27 *X. de reſcript.* magis tamen nomine *penſionis* venit, ne non ad idem beneficium promota videatur. Ideo autem *perpetuus* vocatur, quia reuocari nequit, nec morte principalis deſinit. De tali *perſonatu*, etiam agit c. 10. 11. *et* 13. *X. h. t.* et quatenus in parochiis deprehenditur, refertur merito inter *beneficia curam animæ habentia*, in c. 13. *X. h. t.*
2) *Miniſtrauit*, habet ed. ant.
3) *Reſtituatis*, eſt in cit. c.

CAP. IX.

Si is, cui conceſſum eſt a papa, vt poſſit diſpenſare cum filiis ſacerdotum, circa eccleſias paternas immediate tenendas, cum aliquo diſpenſat: ille per litteras iuſtitiæ poſtea contra eum impetratas, remoueri non poterit.

IDEM *Eboracen. archiepiſcopo.* (*ann.* 1177. *Roma in Angliam.*)

Ex tua nobis *b* parte eſt propoſitum, quod, cum olim ad tuam conſultationem ſuper filiis ſacerdotum tales a nobis litteras recepiſſes, vt eos poſſes 4) in eccleſiis, quas patres eorum nullo mediante poſſederant, ſuſtinere, quos probatæ vitæ et ſanæ *c* conuerſationis cognoſceres, vel quos longo tempore illas tenuiſſe *d* conſtaret: quidam ad iudices litteras impetrauerunt, vt, ſi conſtaret, eos eſſe filios ſacerdotum vel clericorum, qui in proximo 5) ante eos eccleſias 6) tenuerunt 7), ſuper his imponatur 8) eis, app. ceſſante, ſilentium, et eccleſias illas 9) ipſis aſſignent, quamuis in eis ſe oſtendere nequeant per epiſcopos inſtitutos. (Super quo tibi 10) t. reſpond. quod) ſi [*autem*] per priores litteras [*noſtras*] cum aliquibus clericis diſpenſaſti, diſpenſationem tuam poſteriorum litterarum [*noſtrarum*] intuitu, nolumus irritari, [*ſed eam ſeruari præcipimus illibatam.*] Alios vero clericos laicæ donationis 11) intuitu, in eccleſiis [*parochiali iure ſubiectis,*] ſine auctoritate pontificis ſui 12) inſtitui, aut inſtitutos remanere [*in eis,*] auctoritate apoſtolica prohibemus.

4) *Poſſis*, eſt in c. it. comp. cit. 1.
5) *Proxime* legit C. H. ſed L. cum cit. c. et ed. ant. habet: *qui proximo*, omiſſa particula *ea*.
6) *Eccleſiam*, C. R. 1. et L. legunt.
7) *Tenuerint*, C. H.
8) *Imponant*, legunt C. R. cum H. et cit. c.
9) *Illas*, legunt C. R. H. et L. cum cit. c.
10) *Confraternitatis* legit ed. ant.
11) *Dominationis*, legitur in c. cit.
12) Pronom. *ſui*, abeſt a C. H. et c. cit. quod etiam legit: *pontificum*.

a Quatenus, ſi conſtiterit, quod præd. clericus. *b* *Poſt concilium Lateran. ſub Alexand. III. part.* 19. *cap.* 1c. *et c.* 10. *eod. tit. in* 1. *compil. al. cap.* 3. *vt eſt in Lateran. veteri.* *c* *alſ.* bonæ. *d* *al.* habuiſſe.

CAP. X.

Si manifeſtum eſt, quod filius in eccleſia immediate ſucceſſit patri: ſine aliqua teſtium receptione ab illa remouebitur.

IDEM *Cantuarienſ. archiepiſcopo* (*et eius ſuffraganeis.*) (*ann.* 1178.)

Quoniam *e* eſt ſacris canonibus prohibitum 13), [*ne quis hereditario iure eccleſiaſtica beneficia poſſidere præſumat, nec hi, qui in ſacerdotio ſunt geniti, niſi probate vixerint, in clauſtra monachorum vel canonicorum regularium, ad ſacros ordines debeant promoueri: vobis*] præcipimus, quatenus, ſi manifeſtum et publicum fuerit, patres 14) *f* [*eorum*] in eccleſiis 15) perſonatus geſſiſſe, filios ab eiſdem [*eccleſiis*], ſi (et) iam eas adepti ſunt, [*app. ceſſ.*] penitus excludatis, nec ad earum gubernationem viterius aſſumantur. Nolumus enim, vt [*propterea*] cauſſa in iudicium deducatur 16), vel teſtes (etiam) admittantur, ſi hoc 17) manifeſtum exiſtat 18).

13) *Inhibitum*, ſecundum C. H.
14) *Patres eorum*, C. R. 2. legit cum c. 12. cit. comp. 1.
15) *Eccleſiæ*, eſt in cit. c.
16) *Ducatur*, C. H. legit.
17) *Cum hoc*, in cit. c.
18) *Exiſtit*, habet cit. c.

CAP. XI.

Filius etiam legitimus remouetur ab eccleſia, in qua immediate ſucceſſit patri vicario, vel rectori.

IDEM *Cantuarien. archiepiſcopo.*

Ad extirpandas *g* ſucceſſiones [*a ſanctis Dei eccleſiis ſtudio totius ſollicitudinis debemus intendere, et etiam ad hoc decet nos vigilem curam exhibere, ne circa miniſterium ſuſcepti regiminis videamur minus diligentes exiſtere, ſi id vitium in eccleſiis vel negotiis eccleſiaſticis, et viris permittimus pullulare. Hinc eſt quod*] f. tuæ [*per A. S. præc.*] mandamus, quatenus, ſi qui filii presbyterorum prouinciæ tuæ teneant eccleſias, in quibus patres eorum tanquam perſonæ, vel vicarii nulla perſona media miniſtrarunt 19), eos, ſiue geniti ſint 20) in ſacerdotio, ſiue non, ab (eiſdem) eccleſiis [*ipſis, contrad. app. ceſſ.*] non differas amouere. [*Si vero aliqui ſint filii clericorum, qui eccleſias, quas patres eorum tenuerunt, perſonis aliis mediis ſunt adepti; eos, dummodo idonei ipſi ſint, poteris ſuſtinere ita, quod, ſi vnus plures eccleſias, quas pater ſuus tenuerit, poſſidet, quarum vna poſſit ſufficere, vna, quam maluerit, facias eſſe contentum: dummodo tales non ſint, a quarum vna reliqua pendere noſcatur.*]

19) *Miniſtrauerint*, C. H. habet.
20) *Sint*, habet C. L.

CAP. XII.

Filius epiſcopi legitime natus, promoueri poteſt ad ordines, et in paterna eccleſia beneficiari.

CLEMENS III. 21) *Caſſel.* 22) *archiepiſcopo.* h (*ann.* 1189. *Roma in Hiberniam.*)

Ad hæc *i* ex parte tua noſtris auribus, eſt relatum 23): etc. [*et infra.*] Quod *e* nobis fr. tua requiſiuit, an a pontificibus generati valeant ad ſacros ordines promoueri, ſi ſcientia 24) fuerint et morum honeſtate probabiles: ſciat fr. t. quod, ſi ex legitimo ſunt 25) matrimonio procreati, nec aliud canonicum obuiat 26), licite poſſunt ad ſacros ordines aſcendere 27), et in eiſdem eccleſiis, in quibus præſunt, vel [*etiam*] præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere.

21) *Clemens*, legitur in ed. ant. omiſſo numero.
22) *Caſſal*, ſecundum C. R. 2. *Caſtl*, habet C. L. ſed in comp. 2. h. t. c. 3. legitur: *Caſſian.*
23) *Intimatum*, C. R. legunt cum c. cit. 3.
24) *Et ſcientia*, ſecundum C. H.
25) *Sint*, legit ed. ant.
26) *Obuiet*, C. R. 2. habet.
27) *In ſacris ordinibus ordinari*, legit c. cit.

CAP. XIII.

Non poteſt filius eſſe vicarius illius eccleſiæ, in qua pater proximus fuit rector.

IDEM. *k*

Michael *l* presbyter de ſancto Germano, tranſmiſſa nobis conqueſtione, monſtrauit, quod, cum eccleſiam ſancti 1. 28) de Corona 29) *m* tuæ diœceſis canonice ſit adeptus, M. filius 30) Antonii, qui proximo ante ipſius 31) eccleſiæ habuit perſonatum, ad ſe vicariam ipſius aſſerit pertinere. [*Quia igitur in eccleſia ſucceſſiones, et in prælaturis et dignitatibus eccleſiaſticis ſtatuta canonica damnantur.*] f. tuæ

28) C. R legunt: *Sancti Io.*
29) *De Ron.* C. R. 1. habet, ſed C. R. 2. *de Toru.* H. *Tornaco* legit; *Toreo.* autem C. L. *Toron.* ed. ant.
30) C. R. habent *N.* per totum, *A. filius*, C. H. legit. Sed L. et c. 4. cit. comp. *N. filius*, per tot.
31) *Ante ipſum*, legimus in cit. c.

e *Cap.* 12. *eod. tit. in* 1. *compil.* *f* *al.* patres eorum. *g* *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compilat.* *h* *alias* Caſan. *al.* Caſſien. epiſcopo. *al.* Caſſelben. *al.* Caſſano arch. *i* *C.* 3. *eod. tit. in* 2. *compil.* *k* Cœleſtinus III. *l* *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *compil.* *m* Corunea. *al.* Toron.

[*per apostolica S.*] mandamus, quatenus, [*veritate diligentius inquisita*] si constiterit tibi, ipsum a M. fuisse filium Antonii, qui eiusdem ecclesiae [*sicut praemisimus*] habuit proximo personatum, [*omni contrad. et app. cess.*] ei super eadem vicaria 32), perpetuum silentium imponere non postponas.

32) *Super eadem vicaria*, legit c. cit.

CAP. XIV.

Illegitime genitus etiam de uxore, sine dispensatione ad ordines vel beneficia promoveri non potest.

IDEM. (*ann.* 1190. *Romae.*)

Litteras [*dilectionis vestrae accepimus, votum latoris praesentium et eius originem continentes.*] Intelleximus *b* [*siquidem*], quod (H.) in sacerdotio genitus, de vxore legitima natus et conceptus, [*voto laudabili*] affectauit a pueritia [*servire et*] ministrare Domino in officio clericali. Verum licet a 33) filiis paternae incontinentiae modis omnibus propellenda noscatur 34), [*et propter cautelam presbyterorum filii a sacris ordinibus iuxta sanctionem canonicam removentur: non expedit, ut super huiusmodi ita supplicantium precibus annuamus, quod videamur aliis impetrandi similia spem aliquam facilius impertiri. Sed ut suae postulationis affectu, cum ad sed. apost. humiliter accesserit, ex toto defraudari se non doleat: praesenti scripto vobis significamus, quod,*] si (tamen) alias 35) dignus inuentus fuerit, permittimus ipsum ordinari in clericum, et ad 36) ecclesiasticum beneficium, vnde commode sustentari valeat, promoueri.

33) *Quia ea*, legit c. 5. cit. comp.
34) *Dignoscitur*, est in c. cit.
35) *Aliter*, legit ed. ant. cum c. cit. *al.* C. L. habet.
36) *Et in*, habet c. cit.

CAP. XV.

Illegitimus in ecclesia Paterna praebendari non debet.

INNOCENTIVS III. (*ex 3. comp. t. 4. de vit. et hon. cler.*)

Cum decorem domus Dei 37): [*et infra.*] [*Interdum ludi fiunt in eisdem ecclesiis theatrales, et non solum ludibriorum spectacula introducuntur in eas monstra larvarum: verum etiam in tribus anni festivitatibus, quae continue natalem Christi sequuntur, diaconi, presbyteri, ac subdiaconi vicissim insaniae suae ludibria exercentes, per gesticulationum suarum debacchationes obscenas in conspectu populi decus faciunt clericale vilescere, quem potius illo tempore deberent praedicatione mulcere. Quia igitur ex officio nobis iniuncto domus Dei nos zelus comedit, et opprobria exprobrantium ei super nos cadere dignoscantur: frat. v. per A. S. m. quat. ne per huiusmodi turpitudinem ecclesiae inquinetur honestas, eos, qui sunt publice uxorati non admittatis de cetero ad ecclesiasticas dignitates, dimissis ab eis, quas non possunt sine prauo exemplo et graui scandalo retinere.*] Filiis [*quoque*] canonicorum 38) praebendas in eisdem ecclesiis conferri non sinatis, quarum *c* sunt canonici patres eorum: cum indecorum sit, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret *d*, in quo vnigenitus Dei filius 39) aeterno patri pro salute humani generis victimatur. [*Praelibatam vero ludibriorum consuetudinem, vel potius corruptelam curetis ab ecclesiis vestris taliter exstirpare, quod vos divini cultus et sacri comprobetis ordinis zelatores.*]

37) *Domus*, est in c. 4. comp. 3. de vit. et hon. cler.
38) *Filiis presbyterorum vel canonicorum*, C. R. 1.
39) Vox: *Dei*, abest a C. B. L. et c. cit.

CAP. XVI.

Si illegitimus, maxime filius spurius instituatur in ecclesia, in qua institutus est pater: institutio non valet, et instituens a suis beneficiis suspendatur.

IDEM in concilio generali *e*. (*ann.* 1215.)

Ad abolendam *f* pessimam, quae in pluribus 40) inoleuit ecclesiis, corruptelam, firmiter inhibemus, ne canonicorum filii, maxime 41) spurii, canonici fiant in secularibus ecclesiis, in quibus instituti sunt patres (eorum). Et *g*, si fuerit contra praesumptum: decernimus 42) non valere. Qui vero tales, vt dictum est, canonicare praesumpserint, a suis beneficiis suspendantur.

40) *In plerisque*, legunt C. R. 2. H. et L. cum c. 1. comp. 4. h. t.
41) *Et maxime*, habet ed. ant.
42) *Decrevimus*, in C. R. 1.

CAP. XVII.

Alius, quam papa non dispensat, vt filius in ecclesia paterna immediate succedat.

HONORIVS III. (*decano Furn. Morin. dioec. et magistro Gilberto Morin. et L. sancti Donatiani in Brugis Tornacen. dioeces.*) h (*ann.* 1220. *Romae in Belgium. ex 5. comp. t. 1. h. t.*)

Dilectus filius G. praepositus [*ecclesiae*] sanctae M. [*in Brugis*] transmissa nobis petitione monstrauit, quod, cum Vergilius 43) presbyter [*Tornacen. dioeces.*] quandam ecclesiam 44), curam animarum habentem, quam nullo medio habuit pater eius, [*tam contra Lateran. quam generalis concilii statuta,*] obtineat, [*in scandalum plurimorum; idem*] ipsum monuit [*diligenter,*] vt resignaret eandem: sed idem asserens, quod [*bonae memoriae*] H. Remen. 45) *i* archiepiscopus, tunc apost. sed. leg. dispensauit 46) cum eo, id efficere contradicit *k* [*quamquam tam eo non fuerit per Romanum pontificem dispensatum.*]

Quocirca [*discretioni v. de vtriusque partis procuratorum assensu*] mandamus, quatenus [*partibus convocatis, et auditis hinc inde propositis*] non obstante dispensatione aliqua, quae a sede apostolica non manauerit 47), quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis.

43) C. R. 2. et L. nec non ed. Rom. et cit. c. *Virgilius*, legunt; sed C. R. 1. habet *W.*
44) *Praebendam eiusdem ecclesiae*, legit cit. c.
45) *V. Remen.* legit C. R. 1. sed *W. Remensis*, C. R. 2. cum L. cit. c. et ed. ant.
46) *Dispensarat*, legit C. L.
47) *Emanauerit*, habet C. L. et c. cit. sed *manauit*, ed. ant.

CAP. XVIII.

Illegitimus absque dispensatione papae ad dignitatem, vel personatum, vel beneficium curatum, promoveri non potest.

GREGORIVS IX. Turon. archiepiscopo. k (*ann.* 1228. *Roma in Galliam.*)

Nimis in tua prouincia ecclesiae deformetur *l* honestas, ex eo, quod filii sacerdotum, et alii non legitime nati, ad dignitates et personatus 48) *m*; et alia 49) beneficia curam animarum habentia, sine dispensatione sedis apost. promouentur. Quocirca mandamus, quatenus praedictis personis a personatibus, et 50) dignitatibus, et huiusmodi beneficiis prorsus amotis, ea 51) personis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipsorum 52) de iure noueris pertinere. Et ne id de cetero praesumatur, districtius inhibemus 53).

48) C. R. 1. ita legit: *dignitates et, (h. e. ecclesia vel ecclesiasticas) personatus;*
49) *Ad alia*, C. R. H. et L. habent.
50) Copula *et*, a C. R. et L. abest.
51) *Eas*, legunt C. H. et L.
52) *Eorum*, C. R. 1.
53) *Prohibemus*, habet C. R. 1.

TITVLVS XVIII.

DE SERVIS NON ORDINANDIS ET EORVM MANVMISSIONE 54).

CAP. I.

Seruus ante plenam manumissionem ordinari non debet.

Ex concilio Toletano. (*forte ann.* 633. *in Hispan. conf. t. 1. comp. 1. h. t.*)

Instituendi 55) *n* [*sunt praeterea Laici, vt sciant, quod nullatenus alio loco manumittere possunt proprios servos, quos dominicis castris adgregare consueverunt, nisi in sacrosancta ecclesia ordine praenotata. Quomodo enim clerici extra ecclesiam libertatem assequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt, et quibus interdicitur, ne ad secularia iudicium procedant, quomodo seculari iudicio a iugo servitutis absolvuntur? Sed*] forte 56) dicet 57) aliquis: clericus fieri non permittitur, nisi ante clericatum 58) ingenuitatis dignitate potiatur. Reuera verum dicit. Et ideo, quod infirmari *o* vel vituperari potest, praecaueri debet. [*Non solum autem, qui ad clericatus ordinem promovendi sunt, in ecclesia manumittendi sunt, verum etiam hi, quos quisque pro remedio animae suae emancipari vult: quia sic scriptum est in pacto Francorum.*]

54) *De servis ordinandis vel non, et eorum manumissione*, C. R. 1. legit; sed C. H. hunc titulum ita habet: *de servis non ordinandis et eorum manumissionibus.* Denique in comp. 3. titulus hic ita sonat: *de servis ordinandis.*
55) *Instituendi*, legit C. R. 1.
56) *Fortasse*, est in c. 1. comp. 1. h. t.
57) *Dicat*, C. R. 1. et H. habent. *Aliquis dicit clericus forte fieri etc.* legit ed. ant.
58) *Ante susceptum clericatus officium*, legimus in cit. c. 1.

CAP. II.

Seruus sine licentia domini ordinatus, depositus, et domino restituitur.

Ex eodem. p

De seruorum ordinatione, [*qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promovuntur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare.*] Statutum est 58*), vt nullus episcoporum deinceps ad sacros ordines eos 59) promouere 60) praesumat, nisi prius a dominis [*propriis*] libertatem fuerint consequuti. Et si quilibet seruus fugiens dominum suum, [*aut latitans, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut*] qualibet calliditate aut fraude 61) ad gradus peruenerit ecclesiasticos: de-

58*) Hic desideratur copula *et*, ante voces *statutum est*, quae etiam legitur apud BVRCH. et IVON. docente AVGVSTINO ad h. c.
59) *Aliquos*, est in cit. comp. c. 2.
60) *Ordinare*, C. R. 1.
61) *Vel fraude*, legunt C. R. L. et c. cit.

a *al.* N. ipsum filium fuisse, etc. b Cap. 4 eod. tit. in 2. compil. c *al.* quorum. d *Vide* not. per *B.* in *l.* generaliter § cum autem C. de suffr. et subst. sub condit. fact. e Cap. 31 f Concordat concilium Trident. sess. 25. de reform. c. 15. et habetur cap. 1. eod. tit. in 4. compil. g *alis:* sed. h Decano Moriensi, et in aliquot vetustis legitur. Innocent. III.

i *In multis antiquis legitur.* G. Remens. k *alias* archidiac. l *al.* diffamatur m *Vide* ff. de aliim. et cib. leg. l. pen. et l. fi. fi.ius ff. de don. n *al.* instituendi. o *al.* infamari. p Burchard. libr. 2 decr. cap. 11. Ivo p. re. 6 c. 133 Grat. dist. 54 cap. 6. Panorm. libr. 3 titul. de servo non ordin. c. 1. et post concil. Lateran. sub Alex. III. part. 50. cap. 56. et c. 2. eod. tit. in 1. comp. ubi integrum caput et variam inscriptionem invenies: nam alias adscribitur concil. Matiscens, al. Toletano.

cretum

cretum est, vt deponatur, et eius dominus eum recipiat. [*Si vero anus, vel pater ab alia patria in aliam migeant in eadem prouincia filium genuerit, et ipse filius, ibidem adnatus, et ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, et verum seruus sit, ignoratum sit, et postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit: sancitum est, vt, si dominus eius libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. Si vero eum catena seruitutis a vestris dominicis abstrahere voluerit; gradum amittat: quia iuxta sacros canones vilis persona permanens sacerdotii dignitate fungi non potest.*]

CAP. III.

Seruus ab ecclesia manumissus ordinari potest; et quod acquirit, post suum obitum, erit ecclesiae manumittentis: quam si accusat, vel contra eam testificatur, libertate et ordine priuetur.

Ex eodem. a

De famulis 62) ecclesiae constituere presbyteros et diaconos per parochias liceat, ita tamen, vt antea manumissi statum recipiant 63) libertatis. §. 1. Quicquid autem talibus [*aut per libertatem concessum, aut per successionem*] extiterit debitum, aut quolibet modo collatum eis [*quippiam*] in personas extraneas transmittere non licebit, sed omnia ad sua ecclesiae, a qua 64) manumissi sunt, post eorum obitum debeant 65) pertinere. §. 2. Quibus 66), sicut ceteris ecclesiae libertis, accusandi vel testificandi aduersus ecclesiam aditus praecludatur 66*); (ad) quod si aspirauerint 67), non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturae, sed necessitate temporis 68) promeruerunt 69).

62) *De famulis*, legit cit. comp. c. 4.
63) C. R. legunt: *accipiant*, cum ff. L. et c. cit. 4.
64) *Ad quem*; legimus in cit. c.
65) *Debeant*, non exstat in c. cit.
66) *His quoque*, habet c. cit.
66*) *Intercludatur*, est in cit. c.
67) *Si ipsi aspirauerint*, C. R. 1.
68) *Necessitatis tempore*, C. R. 1. legit.
69) C. R. ff. L. et ed. ant. Gonz. et Poth. legunt: *meruerunt*, sed in cit. c. est *promeruerunt*.

CAP. IV.

Dominus in seruo, quem manumittit, potest spirituales operas retinere.

Ex concilio apud Altchi 70). b (*ann. 917. in German.*)

Nullus [*clericus ad gradum presbyterii promoueatur, nisi ordine canonica, vt scriptum in canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem,*] quis de seruis suis quenquam [*elegerit, et docuerit litteras, et*] donauerit libertate 71), et [*per intercessionem erga episcopum*] ipsum in 72) presbyterum fecerit ordinari 73), ille autem postea 74) in superbiam elatus, domino 75) suo canonicas horas [*obseruare et*] psallere [*contemserit, et ei iuste obedire, dicens, se liberum esse*] noluerit, [*et quasi libere, cui vult, homo fiet: hoc sancta synodus anathematizat, et illum a sancta communione arceri iudicat, donec resipiscat, et domino suo obediat secundum canonica praecepta. Sin autem obstinate animo, etiam haec contemserit, accusaretur*] (accusatus) apud episcopum, qui ordinauerit 76) eum, [*et*] degradetur, [*et fiat seruus illius, id est, domini sui, sicut natus fuerit. Quisquis vero talem secum habuerit, postquam rem illius praedictam audierit, et domino suo non reddiderit, vel a se non proiecerit, siue episcopus, siue comes, siue clericus, siue laicus, anathematis illius societate innodatus, poenam excommunicationis ducet.*]

70) *Alth.* C. R. 2. habet, sed L. *Alth.* et ed. ant *Arch.* in c. 3. cit. comp. legitur *Altheim*, et quidem rectius. De ipso concilio *Altheimensi* actum est in c. 1. C. XVIII. q. 1. in not. 2. et c. 3. C. XXXI. q. 1. not. 17.
71) C. R. L. ed. ant. et Gl. *libertate* habent, sed in c. cit. est: *libertatem*.
72) Verba: *ipsum in*, non exstant in cit. c.
73) *Ordinari*, omittit idem c.
74) Vox: *postea*, omittitur in C. H. et c. cit.
75) In c. cit. ita legimus: *missam domini, et canonicas horas*.
76) *Ordinauit*, est in cit. c.

CAP. V.

Spurii, vel serui, ordinari non debent.

ALEXANDER III. *archiepisc. Turon.*

Consuluit [*nos tua fraternitas, vtrum tibi liceat spurios et seruos ad ordines promouere; super quo vtique*] cons. t. t. respond. quod neque spurios, neque seruos ordinare debes: et, si memor es, in consecratione tibi dictum fuit, vide, ne quemlibet seruilis conditionis ad ordines promouere praesumas.

CAP. VI.

Manumissus ab ecclesia, vt fiat clericus, et ipsi ecclesiae perpetuo seruiat in diuinis, ad aliam ecclesiam se transferre non potest: secus si pure fuerit manumissus. Vel sic: *secus si fuerit manumissus, vt seruiat.* Io. Andr.

INNOCENTIVS III. *Variensi* 77) d *episcopo.* (*ann. 1207. Viterbo in Hungariam.*)

Eo libentius e: [*et infra.*] Adiecisti aliam quaestionem, an illorum filii, qui ecclesiae seruili conditione tenentur, traditi a parentibus militiae clericali cum suorum conniuentia dominorum, vt [*Deo*] in eadem 78) [*cuius sunt*] ecclesia debeant deseruire, assequentes propterea libertatem, post tempus, ea 79) relicta, possint ad aliam se transferre? In quo [*capitula*] credimus distinguendum, verum eo tenore fuerint manumissi et obligati 80) f ordini clericali, quod manumittendi 81) ecclesiae, dum vixerint, deberent impendere famulatum in obsequiis diuinorum; et tunc transferendi se ad aliam est eis licentia deneganda: vel manumissi extiterint absolute, sicque libertatem habeant ad aliam transeundi.

77) *Vaden*, legit C. R. 1: sed in C. R. 2. abest inscriptio nihilque reperitur, nisi: *idem* C. L. legit cum c. c. comp. 3. h. t. *Vacien.* ed. ant. *Warinen.*
78) *Eorum ecclesia*, C. R. 1. habet; sed c. cit. *in ea*.
79) *Eadem*, est in cit. c.
80) C. R. H. L. et ed. ant. *oblati*, habent cum c. cit. f.
81) *Manumittentis*, legit C. L. cum ed. ant.

CAP. VII.

Ius, quod est de seruo facto diacono, etiam de subdiacono debet intelligi.

IDEM.

Miramur non modicum, cum g certum 82) sit in constitutionibus antiquorum 83), quando 84) h serui in gradus ecclesiasticos ordinati, debeant in seruitutem, vel non debeant reuocari. [*et infra.*] De subdiaconali ordine, quia de eo non fit mentio in patrum 85) statutis expresse, videtur nobis, quod et is 86) cum diaconali gradu priuilegio gaudet eodem. Nam 87) licet sacer ordo 88) non reputaretur 89) in ecclesia primitiua: tamen a 90) constitutione Gregorii atque Vrbani secundum moderna tempora, sacer gradus esse minime dubitatur.

82) *Certum*, secundum C. H.
83) Sine dubio indigitet c. 9. *dist. LIV.* vbi GELASIVS ex *antiquis regulis* hanc caussam definit, et hanc ob caussam auctor huius decretalis *constitutiones antiquorum* illas vocat. Ipsa haec decretalis non est INNOCENTII III. vt GONZAL. obseruat, et hac de causa nec ALTESERRA in *comment. ad Innoc. III. decretales* eam commentario illustrauit.
84) *Quomodo*, legit C. L.
85) *In patrum*, C. H. legit.
86) *Quod et in his*, secundum C. R. 1.
87) *Namque*, C. H. habet.
88) *Sacr.* habent C. R. Vocabulum: *ordo*, in vtroque codice R. abest, nec legitur in C. H. et L.
89) *Reputetur*, legit C. L.
90) Praepositio, *a*, desideratur in C. R. 1.

CAP. VIII.

Natus ex patre seruo et libera matre, liber est, et licite promouetur.

GREGORIVS IX. *archiepiscopo Neapolitano.* (*ann. 1228.*)

Dilectus filius G. 91) diaconus proposuit, quod I. 92) miles ea occasione, quod patrem ipsius hominem seruum 93) esse proponit 94), licet mater sua, cuius debet imitari conditionem, libera esse noscatur, ne promoueatur in presbyterum, impedire praesumit. Quocirca mandamus, quatenus, si tibi constiterit de praemissis, eundem militem ab huiusmodi impedimento cessare 95) k compescas.

91) *H.* ed. ant. habet.
92) C. R. 2. *Io.* legit, cum ed. ant. sed C. L. *Iohannes*.
93) *Seuum*, C. R. L. et ed. ant. habent.
94) *Proposuit*, C. R. 2.
95) Vox: *cessare*, a C. R. H. L. et ed. ant. abest.

TITVLVS XIX.

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDINANDIS, VEL NON.

CAP. VNIC.

Obligatus ratiociniis, deposito onere et reddita ratione, ordinari potest: prius vero non.

Ex concilio Carthag. 96) l (*ann. 348. in Afric. ex 1. comp. c. 1. h. t.*)

Magnus episcopus Augustensis dixit 97): *quid dilectioni vestrae videtur 98)*, procuratores, [*et*] actores, [*et*] exsecutores 99), seu curatores pupillorum si debeant 100) ordinari? Gratus episcopus

96) Refertur quidem hic textus in c. 3. *dist. LIV.* sed sub nota *palea*, adeo vt omissus quoque sit in *Cod. reg.* 1. et 3. *decreti* et probabiliter inde inferatur, adhuc suo RAYMVNDE illum a plerisque codicibus decreti abfuisse.
97) *Dixit*, habet ed. ant.
98) Verba: *quid dilectioni vestrae videtur*, omittuntur in C. H. L. et ed. ant.
99) Haec vox suspecta, vt *supposititia*, videtur ACOSTAE *ad h. c.* et AVGVSTINO; sed immerito, cum appellatio *exsequutorum* etiam praedicetur de schola agentium in rebus in *l.* 12 §. 1. *C. de prox. sacr. scrin.* XII. qui pariter cum obligatis ad ratiocinia *seruis obnoxii* erant; quos omnino hos designat TERTVLLIANVS *de praescript. haeret.* c. 41.
100) *Debent*, legit ed. ant.

a *Addi potest* 4. c. 72. b *al.* Aluern. *al.* Altheum. *alii* Althen. *al.* Archl. *solet Burchardus eum locum appellare* Altheim, *vt libr.* 1 *cap.* 162. *et* 227. *Ivo part.* 6. *cap.* 603. *Decret. ex conc.* apud Altheim habitu, *c.* 38. *Huic rex Conradus interfuisse dicitur.* c *Ex cap.* 3. *eod. tit. in* 1 *compil.* d *alias,* Varinensi, *alias* Vaciensi, *al.* Vaciensi. e *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3 *compil.*

f *In omnibus manuscriptis,* oblati: *in vno solo,* obligati, *sed* I. *et* g. *velut superabundantia erant notata.* g Certum. h *alias,* quomodo. i *Vide* l. *idem Pomponius* §. *idem scribit, de rei vindic. et Instit. de ingen.* §. 1. k *Vox,* cessare, *deest in vet.* l *Concilium Carthaginense primum, cap.* 8. *vt refert Burchardus libr.* 2. *decret. cap.* 75. *Ivo p.* 6. *c.* 137. *Gratianus dist.* 54. *can.* 3. *vbi falso tribuit concil. Moguntinensi.*

scopus

scopus dixit : si post deposita onera 1) et reddita 2) ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus : debent [et] cum laude Dei 3), si postulati fuerint, honore 4) munerari. Si enim ante liberatem negotiorum vel officiorum [*ab aliquo sine consideratione*] fuerint ordinati : ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt : recte [*quoque*] statuit sanctitas vestra 5), ideoque ita *a* est nostra sententia 6).

1) *Omnia*, legitur in c. t. comp. 1. h. t.
2) Vox : *reddita*, abest a C. H.
3) *Cleros*, est in cit. c. pro *Dei*.
4) *Honeste*, C. R. 1.
5) *Tua*, legit c. cit.
6) *Vera* : (al. *nostra*) *sententia*, C. R. 1. habet, sed ed. ant. legit : *iusta est vestra sententia*.

TITVLVS XX.

DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS, VEL NON.

CAP. I.

Presbyter, qui in duello digiti partem amisit, ex dispensatione sui episcopi potest in suo ordine ministrare.

ALEXANDER III. b (*ann. 1165. Roma in Campaniam. Part. c. licet P. conf. c. 1. comp. 1. h. t.*)

De presbytero [*autem*] Campaniæ, qui duellum sponte obtulit, et oblatum suscepit 7), et in eo partem digiti amisit [*sicut illi, ita et nunc prud. t.*] respondemus, quod, cum ipse [*sicut etiam nos videmus*] non perdiderit tantum de digito, quin [*ipse*] sine scandalo possit sollemniter 8) celebrare, satis potes post peractam pœnitentiam cum eo misericorditer agere, et permittere ipsum in suo ordine ministrare : licet eius excessus grauis admodum 9) extitisset.

7) More *Longobardorum* visus, quibus indiciolia duella visoria erant, aliis probationibus destitutis, vt nec clerici illis abstinerent, maxime, si in causa seculari agerent. Vid. HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 258. sq.*
8) *Sollemniter*, legitur in c. t. comp. 1. h. t.
9) *Vltra modum*, C. R. 1.

CAP. II.

Habens in oculo maculam, quæ non inducit magnam deformitatem, etiam ad episcopatum poterit promoueri.

IDEM *Cistercien.* 10) *electo*, (*al. Cicestrens. ann. 1173. Roma in Angliam. conf. c. 3. cit. comp.*)

Cum de tua [*et aliorum*] electione [*qui sunt in quibusdam ecclesiis Anglicanis electi in præsentia nostra et fratrum nostrorum*] quæstio mota fuisset, [*et singulis vestris quædam obicerentur :*] tibi, quod in oculo maculam habeas 11), et filius canonici fueris, est obiectum. [*Attendentes itaque prudentiam et honestatem tuam, et volentes te nostræ gratiæ et dilectionis prærogatiua gaudere, venerabili fr. n.*] Cantuariens. 12) archiepiscopo [*A. S. L.*] dedimus in mandatis, vt pro eo, quod canonici filius diceris, in promotione tua ex multa dispensatione procedat 13). De macula vero *c* [*quam in oculo habere diceris, hoc*] archiepiscopo prædicto mandauimus 14), vt cum 15) consilio suffraganeorum suorum, [*et præsertim venerabilium fratrum nostrorum Exonen. et Wigor. episcoporum*] quod exinde visum fuerit 16), exsequetur 17). [*Tu itaque eundem archiepiscopum, frater, requirere super his studeas humiliter et deuote : quia nos*] (in quo tibi) ex maxima dispensatione [*in hac parte*] curauimus prouidere, [*vtpote qui personam tuam sincera caritate diligimus, et libenter, quantum secundum Deum possumus, ad tuum intendimus commodum et honorem.*]

10) *Cistrensem* legunt C. H. et L. *Cistrensem*. habet editio antiqua. *Cistren.* est in c. 3. cit. comp. h. t.
11) *Habebas*, est in c. cit.
12) Ideo mandatum ad hunc directum, quod *Cicestrensis* episcopus electus eius suffraganeus esset, ad quem eo sensu adhuc *confirmatio* spectabat.
13) *Procedere non postponat*, legit c. cit.
14) *Mandamus*, est ibidem.
15) Partic. *cum*, non exstat in cit. c.
16) *Sibi præuisum fuerit*, C. R. 1. legit, sed C. R. 2. *sibi iustum visum fuerit*, et C. L. cum H. edit. Gonz. et Pith. habent : *sibi visum fuerit*.
17) Textus ipse in c. cit. est hic : *qui exinde sibi, quod visum fuerit, exsequentur*.

CAP. III.

Sectus in cunabulis, licite promouetur.

CLEMENS III. *Varinen.* 18) *episcopo.* (*ann. 1189. Roma in Hungariam.*)

I. Ex parte Bartholomæi monachi [*et diaconi*] petitorium *d* fuit nostro apostolatui præsentatum, quod, cum ipse in cunabulis sectus fuerit, postmodum sub regula et abbate deuote Deo militans, in diaconatus ordinem est promotus : [*vnde suppliciter petiit facultatem sibi a sed. apost. indulgeri, et sit ei licitum in presbyterum ordinari. Nos vero attendentes, quod*] (sane cum) secundum statuta Niceni concilii [*illi*] ad clericatus 19) ordinem prohibeantur 20) accedere, et si etiam in clero fuerint, debeant 21) cessare, qui se ipsos sani absciderint 22), vel affectauerint, vt ab aliis *e* abscindantur ; non credimus ei [*aliquod*] impedimentum afferre, quo minus possit prouehi, qui in cunabulis sectus fuit 23) ; quia non videtur hoc eo tempore affectasse, quo iudicium animi non habebat 24) : præsertim cum in 25) canonibus apostolorum 26) *f* sit manifeste sancitum, quod eunuchus, si per insidias hominum factus, vel ita natus sit, aut etiam in persequutione sint ei amputata virilia, et dignus est 27), possit in episcopum promoueri 28). [*Cognoscenti itaque tibi de substantia veritatis, si precibus eius noueris veritatem inesse, et alias dignus inuenietur, maxime cum diu in ordine perseuerauerit monachali, ipsum in presbyterum promouendi licentiam auctoritate præsentium indulgemus.*]

19) *Illi ad clericatus*, legunt C. H. L. et ed. ant. sed in c. cit. legimus : *diaconatus*, pro *clericatus*.
20) *Prohibentur*, C. H. legit.
21) *Debent*, est in cit. c.
22) *Absciderunt*, est ibid.
23) *Fuerit*, cit. c. habet.
24) *Tunc non habebat*, legit ed. ant.
25) Partic. *in*, non exstat in cit. c.
26) Prouocat CLEMENS III. ad *c. 8. dist. LV.* postquam etiam in *decreto* GRATIANI hi apocryphi canones post DIONYSIVM *exiguum*, approbati, et inter legitimos iuris fontes per errorem relati sunt.
27) *Et si dignus est*, C. R. 1. legit ; sed cit. c. *et dignus sit*.
28) *Vt fieri episcopus possit*, habet cit. c.

CAP. IV.

Sacerdos, qui sine caussa virilia sibi fecit abscindi, credens inde mereri, de dispensatione episcopi suum officium, præter altaris ministerium, poterit exercere.

IOAN. *Rauennati archiepiscopo.* (*conf. c. 1. comp. 2. de cler. ægr.*)

Significauit *g* nobis R. archipresbyter sancti Stephani, [*de Longasco*] quod B. 29) presbyter credens, se obsequium præstare Deo, fecit sibi virilia amputari 30). [*Sed cum idem archipresbyter sit senectute grauatus, nec relinquere valeat presbyterum memoratum : nobis humiliter supplicauit, vt ei concedere debeamus, ea, quæ præter missam ad sacerdotem pertinent, ministrare.*] Quocirca mandamus, quatenus [*inquiras diligenter veritatem, et,*] si iam dictum 31) presbyterum alias 32) Deo 33) *h* dignum inueneris, ei sacerdotale officium, absque [*omni*] altaris ministerio, auctoritate nostra fretus, et tua, prout videris expedire, concedas.

29) *Quod R.* legimus in c. 1. comp. 2. *de cler. ægrot.*
30) Iam olim ex edicto HADRIANI hoc facinus sub pœna capitali prohibitum, vt medicus, qui exciderat, eadem pœna plecteretur, *l. 4. in f. ad L. Cornel. de Sicar.* quod ei non licuit sine permissu præsidis. Testis est IVSTINVS Martyr. *in apol. II. p. 71. in f.* iuuenem quendam Christianum, quo gentiles conuinceret, commixtiones promiscuas et occultas Christianis obiectas meras obtrectationes esse, libellum obtulisse FELICI Alexandriæ præsidi, medico permitti postulantem, *vt testes sibi abscinderet. Nam sine permissu præsidis id facere, loci eius medicis interdictum esse dicebant.* Neque aliter præsides id permittere poterant, quam ex graui et necessaria caussa forsan ad vitæ salutem, quem casum refert *c. sq.*
31) *Ante dictum*, secund. C. R. 1.
32) *Alias*, non legitur in ed. ant.
33) Vox : *Deo*, in C. R. H. L. et c. cit. non exstat.

CAP. V.

Sacerdos, qui ex iusta caussa fecit sibi virilia abscindi, potest, vt prius, sacerdotale officium exercere.

INNOCENTIVS III. *i* (*Parien. episcopo.*)

II. Ex parte [*dilecti fil.*] M. presbyteri fuit *k* [*in audientia nostra*] propositum, quod, cum sibi sentiret lepræ periculum imminere, de consilio medici virilia fecit sibi abscindi, vt posset a tam graui infirmitatis vitio 34) liberari, [*et vt prouideremus ei super exsequutione sui officii, a nobis humiliter postulauit.*] Quoniam igitur canones sanctorum patrum 35) hunc 36) a sacri altaris administratione 37) non prohibent : [*fr. t. per A. S.*] mandamus, quatenus, si est ita 38), et memoratus M. est alias idoneus 39), vt sui ministerii officium exsequatur, [*nullius contradictionis vel appell. obst. auctoritate fretus apost.*] liberam ei tribuas facultatem.

34) *Grauis infirmitatis vitio*, C. R. legunt.
35) *Presbyterum eum*, legit ed. ant.
36) C. 1. comp. 3. h. t. legit : *huiusmodi*.
37) *Ministratione*, habet ed. ant.
38) In cit. c. legimus : *si ita se rei veritas habet*.
39) C. R. 1. tantum legit : *cum alias idoneus sit*, et omittit verba : *memoratus M. est*.

CAP. VI.

Mutilatus manu, si promotus fuerit in abbatem, ab abbatia deponitur.

IDEM *Mileten.* 40) *l episcopo.* (*ann. 1198. Roma in Curiam.*)

Exposuisti *m* nobis, [*in nostra præsentia constitutus*] quod [*I. quondam*]

40) *Milit.* legunt C. R. 1. et edit. Pith. *Militen.* C. R. 2. habet, cum ed. ant. *Mileten.* C. L. cum c. 2. cit. comp.

a *al.* ista. b Salernitano archiepiscopo *in ea collectione, quæ est post Lateranens. part. 26. c. 4. 5. et 6. Vide concilium Tridentinum. Sessione 23. de reformatione, cap. 19. Adde beatum Thomam, et ibi Caietanum 2. 2. quæst. 95. ad articulum 3. et plenissime per Bernardum Vasquium controuersiarum illustrium, cap. 12. et 49.* c *alias*, vero in oculo. d *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.*

e *Vide l. sed. et quæsitum § 1. cum ma ff. de liber. et postbum. et l. spadonem. ff. de verborum signific.* f *dist. 55. can. Eunuchus 5.* g *Idem sancit Innocent. I. epist. ad Felicem Nucerianum episcopum, c. 1. Refert Burchardus l. 2. c. 14. concord. concil. Nicæn. c. 1. sed hic additur dispensatio.* h *Vox, Deo, in antiquis deest.* i *Parisiensi episc. alias, Parteah. episc.* k *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* l *al. Miltens. al. Mildens.* m *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.*

dam]

dam] prædecessor tuus H. 41) in abbatem promouit, nesciens, quod ipse esset manu alteria mutilatus. [*Quia vero ipse abbas noscitur sinistra carere: quid super hoc agendum sit, nostra voluisti responsione doceri.*] Nos igitur fr. t. t. respond. quod, cum pro tam enormi defectu ad sacros non possit ordines promoueri, et [*ipse*] in promotione sua id tacuerit fraudulenter, ab abbatiæ officio est non immerito amouendus.

41) *Tuus P.* legit c. cit.

CAP. VII.

Carens vngula pollicis, dummodo sit fortis in pollice, licite ad sacerdotium promouetur.

HONORIVS III. *episcopo Engolismen.* 42) (*ann.* 1218. *Roma in Galliam. ex comp.* 5. *c.* 2. *h.* t.)

Thomas Monachus [*sancti Amantii de Brixia*] proposuit [*coram nobis,*] quod, cum in annis puerilibus esset constitutus, quædam barra ferrea super dextræ suæ pollicem fortuito casu cadens, vngulam auolsit 43) ab eo. [*Cum autem desideret, sicut asserit, in sacerdotali officio Domino famulari: nobis humiliter supplicauit, vt per te, cuius ipse diœcesanus existis, promoueri eum in sacerdotem mandaremus.*] Quocirca [*fr. t.*] mandamus, quatenus 44), si ad frangendum 45) eucharistiam sit in pollice ipse potens 46), et aliud canonicum non obsistat, propter deformitatem huiusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoueas sacerdotis.

42) Verba *episc. Engolismen* a C. R. absunt. *Innocentius III. episcopo Angolisen* C. H. legit Sed L. habet: *Egolura.* edit ant *Engolism.*
43) *Amisit*, legunt C. R. 1. et c. 2. comp. 5. h. t. sed C. H. legit: *amisit. Quocirca mandamus* etc.
44) *Quod*, est in cit. c.
45) *Frangendam*, C. H. legit.
46) *Ipso pollice potens*, C. R. 1. *In pollice ipso potens*, C. R. 2. H. L. et ed. ant. legunt, sed c. cit. *in pollice illo.*

TITVLVS XXI.

DE BIGAMIS 47) NON ORDINANDIS.

CAP. I.

Breue est.

Ex concilio Aurelianensi 48). (*ann.* 538. *in Gallia.*)

Vt bigami b, [*vel*] pœnitentes, vel 49) repudiatarum mariti, ad sacerdotium 50) non ascendant 51).

47) *De bigamis*, C. R. 1. habet cum comp. 4. omissis reliquis.
48) Forsan respexit ad c. 2. *dist. LV.* cuius epitomen refert. Desumtus autem est c. 2. ex concilio Arelatensi IV. anno 524. celebrato.
49) *Et*, secundum C. H.
50) *Ad clericatum*, secundum C. H.
51) *Non promoueantur*, legit c. 2. comp. 1. h. t.

CAP. II.

Cum bigamo, qui ordinatus est ad sacros, non dispensatur: et ordinator priuabitur potestate ordinandi, nisi cum eo fuerit dispensatum.

LVCIVS III. c *Spalatr.* 52) *archiepiscopo.* (*ann.* 1183. *Roma in Sclauoniam.*)

Super eo d, quod [*a nobis*] tua fraternitas [*quid faciendum sit*] de bigamis requisiuit, [*inquisitioni tuæ taliter*] respondemus, quod ordinatores eorum potestate et officio ordinandi, et ordinati, si ad sacros ordines fuerint 53) promoti, [*ordinibus*] eis ideo sunt priuandi 54): quia in bigamis contra apostolum e dispensare non licet, vt debeant ad sacros ordines promoueri, vel in eis 55), si promoti fuerint, [*possint aliquatenus*] remanere. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, vt ordinandi potestate et officio non priuetur 56).

52) *Spalat.* C. R. 1. legit, sed C. R. 2. habet: *Spaleden.* et L. *Spaltens*, ed. ant. *Spal.* c. 3. cit. comp. *Spoletano.* Sed quia *Spoletana*, non est metropolis, legendum putat GONZ. rectius: *Spalatrensi*, qui est archiepiscopus in Sclauonia.
53) *Sunt*, C. H. legit, et ed. ant. habet: *sint.*
54) *Priuari debent*, habet c. cit.
55) *In eisdem*, legimus in cit. c.
56) *Priuentur*, C. R. 1. legit.

CAP. III.

Bigamus, vxore viuente, vel mortua, non ordinatur.

COELESTINVS III. 57) [pars c. *Quod de his*] (*ann.* 1195.)

De bigamis f presbyteris, et viduarum maritis, idem sentimus 58) omnino, vt nec, viuentibus vxoribus, nec defunctis, ad diuinorum debeant celebrationem admitti: maxime cum a doctrina 59) sit apostoli, et institutionibus 60) ecclesiæ alienum.

57) *Clemens III.* est in c. 1. comp. 2. h. t.
58) *Sentimus*, legitur in cit. c. 2.
59) *Doctrina*, legitur ibid.
60) *Institutione*, C. R. 2. sed H. habet: *constitutionibus.*

CAP. IV.°

Qui, mortua vxore, promotus ad sacros, cum secunda de facto contraxit, et cognouit, bigamiæ pœnam incurrit; licet non sit bigamus.

INNOC. III. *Ratispo.* 61) *episcopo.* g (*ann.* 1199. *Roma in Poloniam.*)

Nuper 62) a h nobis [*t. f.*] [*et infra.*] Tertius et *vltimus* 63) [*inquisitionis*] articulus videbatur habere non modicum quæstionis; quoniam, cum in matrimoniis contrahendis non iuris effectus 64), sed animi destinatio attendatur, vnde illum comitetur infamia, qui duas simul vxores habet, quod partim ad factum conuenit retorqueri, sicut [*et quod*] in canone legitur de presbytero, qui non legalibus nuptiis detinetur, eadem censura tales videntur inter bigamos reputandi; licet obuiet 65) ex aduerso, quod opinioni sit veritas præferenda, et quod iuxta præmissa, qui nullam vxorem habuit 66), foret bigamus reputandus: quod contingeret, si quis de facto contraheret cum diuersis, quibus de iure non posset matrimonialiter copulari. Nos autem in hac quæstione t. respond. quod, cum huiuscemodi clericis, qui, quantum in ipsis fuit, secundas 67) mulieres sibi matrimonialiter 68) coniunxerunt, tanquam i cum bigamis 69) non liceat 70) dispensari 71), licet in veritate bigami non existant: non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis k cum opere subsequuto.

61) Admodum hic variant codices. Vera est lectio *Vratislaniensis*, quæ est in epistolis INNOCENTII III. *libr. II. epist.* 66.
62) *Super*, C. R. 1. habet.
63) Verba: *et vltimus*, a C. R. H. L. ed. ant. et Gonz. absunt.
64) *Affectus*, est in c. 1. comp. 3. h. t.
65) *Obtinet*, legitur ibid.
66) *Habuerit*, legunt C. H. et L.
67) Vox: *secundas*, non exstat in C. H.
68) *Matrimonialiter*, non exstat in c. cit.
69) *Bigamo*, habet cit. c.
70) *Licet*, legitur ibid.
71) C. R. *dispensare*, legunt.

CAP. V.

Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit desponsata, bigamus non censetur.

IDEM INNOC. III. *Mettensi* 72) *episcopo.* (*ann.* 1205.)

Debitum pastoralis officii l: [*et infra.*] [*Secundus autem tuæ dubitationis articulus continebat, an is, qui mulierem ab alio viro traductam, sed non cognitam, matrimonialiter sibi copulauit, valeat ad sacerdotium promoueri? Licet autem is, qui ab alio viro relictam duxit in coniugem, siue cognita fuerit ab illo, siue incognita manserit, videatur duxisse viduam in vxorem, vtpote cuius vir erat mortuus, cum duxit eandem; sicut et ille bigamus esse videtur, qui cum duabus legitime contraxit vxoribus, siue alteram, siue neutram cognouerit, quia vir extitit duarum vxorum: nos tamen*] f. t. ita 73) duximus respondendum, quod, cum duo sint in coniugio, videlicet consensus animorum, et commixtio corporum, quorum alterum significat caritatem, quæ consistit in spiritu 74) inter Deum et iustam animam, ad quod pertinet illud, quod dicit apostolus m: *qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo*: reliquum vero designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum et [*sanctam*] ecclesiam, ad quod pertinet illud, quod euangelista testatur n: *verbum caro factum est, et habitauit in nobis*, profecto coniugium o illud, quod non est commixtione corporum 75) consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum et ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum 76), iuxta quod Paulus p exponens illud, quod dixerat protoplastus q: *hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea*: et propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit vxori suæ, et erunt duo in carne vna; statim subiungit 77): *hoc autem dico magnum sacramentum in Christo et ecclesia.* Cum ergo propter sacramenti defectum inhibitum sit, ne bigamus, aut maritus viduæ præsumat ad sacros ordines promoueri, quoniam nec illa est vnica vnici, nec 78) ille vnus vnius: profecto, vbi

72) C. R. 2. erronee legit: *Mucens.* Rectius ed. ant. *Meth.*
73) Partic. *ita*, a C. R. H. L. ed. ant. Gonz. et Pith. abest.
74) C. R. 1. *in Spiritu sancto*, legit.
75) *Corporis*, est in c. 2. comp. 3. h. t.
76) Quia ex sententia pontificis tunc demum *perfectum* est coniugium, quod *commixtione corporum* est consummatum, inde iure Germanico collegerunt, communionem bonorum demum post *conscensionem thalami* nasci, atque horum tori affectus sese exserere, quæ sententia etiam in principum connubiis est recepta, quod tunc demum sacramentum in eo adsit.
77) *Subiungit*, C. R. 1. et H. habent.
78) *Nec*, C. H. legit.

---

a *Concil. Aurel. III. cap.* 6. *Idem conc. Arelat. III. cap.* 3. *quibus locis eadem est sententia, sed diuersis verbis concepta. Referunt Burchardus libr.* 2. *cap.* 33. *Iuo part.* 6. *c.* 134. *Vide Gratian. dist.* 55. *canon.* 2. *et concil. Trident. sess.* 23. *in decret. de reformatione, c.* 17. b *Ex cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil. Alias legitur: digamis.* c *Alias*, Spalatensi. *alias*, Valetensi. *alias*, Spalentin. *alias*, Spoletensi. *alias*, Spoletano. *alias*, Hispalensi. d *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.* e 1. *ad Tim.* 3. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *comp.*

g *Alias*, Rothomagensi. *alias*, Witalmensi. episcopo. h *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp. Vide doctorem Sanctum in quarto sententiar. dist.* 27. *qu.* 3. *art.* 3. i *Hoc, tanquam, non est expressiuum veritatis, sed similitudinarium, iuxta illud: exiistis tanquam ad latronem.* k *Vide leg. si in emptionem. D. de minor. et l. si aquo. de leg.* 1. l *Quæ hic desunt, reperies in cap.* 4. *de baptismo, et cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil.* m 1 *Corinth.* 6. n *Ioan.* 1. o *Vide magistr. sentent. et ibi doct. libr.* 4. *dist.* 27. p *Eph.* 5. q *Gen.* 2.

deficit inter huiusmodi 79) coniuges commixtio corporum, non deest huiusmodi 79*) signaculum sacramenti. Vnde is, qui mulierem ab alio viro 80) ductam, sed minime cognitam, duxit vxorem 81), quia nec illa, nec ipse 82) carnem suam diuisit in plures, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri.

79) *Istiusmodi*, C. H.
79*) *Istiusmodi*, secund. C. R. 1. et cit. c.
80) *Viro*, non exstat in cit. c.
81) *Duxit in vxorem*, C. R. 1. *in coniugem*, cit. c.
82) *Nec illa, nec ipsa*, C. H. legit.

CAP. VI.

Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est.

IDEM *Lundens. a archiepisc* 83), *apostol. sedis Legato.* (*ann. 1213. Signia in Daniam.*)

Quia circa b minima 84) c [*et maxima frequenter humanus deficit intellectus.*] [*et infra.*] Bene postulasti 85) per sed. apost. edoceri, si presbyteri [*successiue*] plures d concubinas habentes, bigami censeantur? [*et infra.*] Ad quod duximus respondendum, quod, cum 86) [*sacerdotes, siue vno, siue diuersis temporibus plures habuerint concubinas,*] irregularitatem non incurrerint bigamiæ, cum eis tanquam simplici fornicatione 87) notatis, quoad exsequutionem sacerdotalis officii poterie dispensare.

83) *London. ep.* C. R. 1. C. R. 2. *London. archidiacono*, 2. *Londonien.* et c. 1. comp. 4. h. t. *D. archid. Londonen.* legunt. Rectius legendum: *Lundens.*, ex *libr. XVI. epist. Innoc III.* 118.
84) Verbis: *circa minima*, in C. C. 1. sequentia adduntur: *et maxima humanus quandoque deficit intellectus. et infra.* sed C. H. legit: *qua circa matrimonia.*
85) *Postulas*, est in c. cit.
86) Præp. *cum*, abest a C. H.
87) *Concubinatus clericalis*, hoc loco pro simplici fornicatione habetur: vnde factum, vt iura concubinatui olim data etiam ad *fornicationem* tracta fuerint hoc iure, liberusque inde natus.

CAP. VII.

Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, et eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet bigamus non sit.

IDEM.

A nobis fuit: [*et infra.*] Ille autem, qui in subdiaconatus ordine 88) constitutus de facto tantum, quia de iure non potuit, duxit viduam in vxorem, profecto bigamus non existit. Sed nec viduæ potest in veritate dici maritus: cum inter ipsum et illam 89) non fuerit vinculum maritale contractum. Cum eo tamen contra doctrinam apostoli e, tanquam cum marito viduæ, dispensare non licet: non propter sacramenti defectum, sed propter 90) affectum intentionis cum opere subsequuto 91).

88) *Ordinem*, C. R. 1.
89) *Ipsum et ipsam*, C. R. 1.
90) Præp. *propter*, non exstat in C H. et ed. ant.
91) Hanc rationem etiam adducit INNOCENTIVS III. in c. 4. X. h. t. vt probabile sit, hanc decretalem inter deperditas INNOCENTII III. epistolas fuisse, nec GREGORIO IX. cum GONZALEZIO adscribendam.

TITVLVS XXII.

DE CLERICIS PEREGRINIS,

[*et eis sine litteris non recipiendis.*]

CAP. I.

Vltramarini et valde remoti ordinationem suam probare debent per quinque episcoporum sigilla.

ALEXANDER III. f *Cenoman. episcopo*, (*ann. 11[illegible] Roma in Galliam.*)

Tue 92) g nos duxit fraternitas consulendos, quid sit agendum de clericis, qui in remotis regionibus ordinati 93), litteras eorum ostendunt, a quibus sibi proponunt manus impositas, et vtrum episcoporum 94) sigilla sint, quæ repræsentant, incertum existit 95). Tuæ igitur consultationi [*significatione præsentium*] respondemus 96), tutius esse, vt in his statuta patrum veterum obseruentur, quam nouum aliquid statuatur. Statutum autem est de transmarinis, vt ad minus quinque episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur 97): quod in aliis, si similiter h sunt incogniti 98), credimus obseruandum, ita tamen, vt 99) in suspensione aliquanto 100) tempore habeantur, in quo [*videntes*] plenius de actibus instruentur ipsorum. Sed et 1) de inferioribus ordinibus inquiri oportet 2): quia posset contingere, vt aliquibus prætermissis saltum fecissent. His autem peractis, si digni inuenti fuerint, circa eos poterit dispensari.

92) *Quia*, præmittit C. L. et voci huic superscripta est dictio *ina*, absque vllo signo, particulam *quia*, non esse legendam.
93) *Sunt*, addit C. L.
94) *Eorum*, C. H. legit cum c. 1. h. t. comp. 1.
95) *Est*, legitur in cit. c. 1.
96) C. R. legunt: *taliter respondemus*, sed in c. cit. est: *indulgemus*.
97) Intelligit ALEXANDER III. litteras formatas, de quibus actum ad c. 1. *dist. LXXIII.* a 8c. Speciatim vero prouocat pro more illius seculi ad *decretum* GRATIANI in *c. 1. dist. XCVIII.* vbi refertur suppositicium concilium sub SYLVESTRO habitum relatum ab HARDVINO *tom. I. concil. p. 288.* in cuius verbis finalibus *cit. c.* 1. habetur. Hæc supposititia verba sunt illa *statuta veterum patrum*, quæ hic laudat pontifex, vt genuina et sancta decreta, a GRATIANO in hunc deductus errorem.
98) C. R. habent cum ed. ant. *similiter qui sunt incogniti.* H. legit: *sint.* Sed L. *quod in aliis similiter, si sunt*, etc. in c. cit. pro *si*, est: *qui.*
99) *Quod*, legit C. L.
100) *Aliquo*, est in cit. c.
1) Partic. *et*, non exstat in cit. c.
2) *Oporteat*, legitur ibidem.

CAP. II.

Clericus peregrinus, qui iurat se ordinatum, nisi aliter probet, in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promouebitur.

INNOCENTIVS III. *Constantinop.* 2*) *patriarchæ* 3). (*ann. 1206. Ferentino in Thraciam.*)

Inter quatuor [*animalia*]: [*et infr.* i] Consuluit nos iterum tua fraternitas 4), vtrum k clericos ad te sine suorum ordinatorum litteris venientes, et offerentes [*præstare corporaliter*] iuramentum, quod sint in quouis ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas 5) ad superiores ordines promouere. [*Nos igitur*] inquisitioni t. t. r. quod, nisi de ipsorum ordinatione canonica per idonea tibi constiterit argumenta, eos nec in illis suscipere, nec ad maiores debes ordines promouere: præsertim antequam conuersatio eorum fuerit approbata.

2*) Latino scilicet, subacta Constantinopoli per BALDVINVM. Vid. supra c. 11. X. *de tempor. ordinat. not. 24*).
3) *Archiepiscopo*, C. R. 2. legit.
4) Verba: *consuluit nos iterum tua fraternitas*, C. R. H. L. et ed. ant. prorsus omittunt. In c. 1. autem comp. 3. h. t. pro *iterum* est: *insuper.*

CAP. III.

Peregrinus, de cuius ordinatione non constat, non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.

IDEM *patriarchæ Hierosolymitano* 6). (*ann. 1201. Roma in Palæstinam.*)

Tuæ fraternitatis [*discretio postulauit per sedem ap. edoceri,*] l vtrum clericos, qui ad partes Hierosol. sine commendatitiis litteris veniunt, permittere debeas celebrare diuina: [*cum plerique eorum, de quorum canonica ordinatione non constat, statim vt veniunt, præsumant, non expetita licentia, celebrare.* [et infra.] *Nos autem tuam in Domino sollicitudinem commendantes super primo articulo s. t.*] respondemus, quod, nisi legitime tibi constiterit, siue per litteras, siue per testes, de illorum 7) ordinatione canonica, qui penitus sunt 8) ignoti, non debes ipsos permittere in m tuis 9) plebibus celebrare: sed si forsitan eorum aliqui secreto ex deuotione celebrare 10) voluerint, poteris sustinere.

5) *Debet*, legit ed. ant.
6) Hæc verba non exstant in c. 2. comp. 3. h. t. Docent tamen contexta huius decretalis, eam esse ad patriarcham Hierosolymitanum scriptam, et quidem *Latinum*, capta a cruciatis vrbe, qui a sede Romana dependebat.
7) *Eorum*, C. R. 1. habet.
8) *Sint*, secundum C. H.
9) Præpositio *in*, non exstat in C. R. 1. H. et c. 2. cit. atque desideratur cum voce *tuis*, in ed. ant.
10) vox: *celebrare*, a C. R. 1. abest.

CAP. IV.

Inferiores prælati sine diœcesanorum consensu, in ecclesiis suis peregrinos non possunt instituere.

HONORIVS III. *Regin.* 11) *episcopo.* (*ann. 1220. c. 1. ex 5. comp. h. t.*)

Te nobis proponente, didicimus, quod quidam prælati ecclesiarum 12) tuæ iurisdictionis, in ecclesiis sibi commissis sine conscientia n [*et consensu tuo*] clericos de alienis 13) episcopatibus o instituere non verentur. Attendentes igitur, id eis nulla ratione licere, cum sit honestati contrarium p, et a 14) sanctorum patrum institutionibus

11) *Regino episcopo*, recte legunt C. R 1. L. et c. 1. comp. 5. h. t. quia *Regium Lepidi*, situm in vie Æmilia, ab AEMILIO LEPIDO ita dictum hic intelligitur, in qua ciuitate episcopus sedem habuit.
12) Vox: *ecclesiarum*, non est in cit. c.
13) *Aliis*, C. H. habet.
14) Particulam *a*, C. L. non habet.

a Idem D. archidiac. Lundun. A. S. L. b *Cap. vult eod. tit. in 4. compil.* c *al. matrimonia.* d *In vno vetustissimo exemplari ita: plures successiue.* e 1. *ad Tim.* 3. f *In multis: Alex. IV. sed falsa est inscriptio. Nam cum hæc compilatio facta est, nondum erat Alexander quartus creatus.* g *Cap. vult eod. tit. in 1. compil. et habetur integrum post concil. Lateranens. sub Alexandro III. part. 26. cap. 20.*

h *alias ita: qui similiter.* al. ita, *si similiter sunt in eo incogniti.* i *Tota hæc præfatio exstat infra, cap. Inter quatuor. de maioritate et obedientia. Ideo hic non adiectio, quod de finalibus admonitum vult. Vide cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* k *In plurib. antiquis post illud,* intra. *statim sequitur: verum clericos, etc.* l *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* m *In antiquis deest dictio,* in. n *alias,* scientia, *id est facultate eut licentia.* o *alias,* partibus. p *Vide leg. quod vulgo, ff. de statu hom. et l. si cum dies. §. compromissa. ff. de arbitr.*

alie-

clienum, [*ad exemplar fel. rec. Alex. papæ p. n. enct. epost. tibi indulgemus, vt, si qui clerici de alienis episcopatibus in ecclesiis tuæ iurisdictionis sine conscientia et assensu tuo sunt vel fuerint in posterum instituti,*] inquisitioni tuæ taliter respondemus 15), quod tibi licet 16) eos (exinde) [*ex auctoritate nostre app. postp.*] remouere, nisi aliquos [*ex his*] ex dispensatione in eisdem ecclesiis dueeris dimittendos 17).

15) Hæc non leguntur in c. cit.
16) *Liceat*, est in c. cit.
17) *Admittendos*, secund. C. R. 1. sed in c. cit. legitur: *retinendos*.

TITVLVS XXIII.
DE OFFICIO ARCHIDIACONI.
CAP. I.

Ponit, quæ spectant ad officium archidiaconi.

Ex libro 18) Romani ordinis 19).

Vt archidiaconus a post episcopum sciat, se vicarium esse eius 20) in omnibus, et omnem curam in clero, tam in vrbe positorum, quam eorum, qui per parœcias habitare noscuntur, ad se pertinere: siue de eorum conuersatione, siue honore 21) b et restauratione ecclesiarum, siue doctrina 22) ecclesiasticorum [*virorum*], vel 23) ceterarum rerum studio 24), et delinquentium rationem curam 25) Deo redditurus est. Et 26) vt de tertio in tertium annum, si episcopus non potest, parœciam 27) vniuersam circumeat, et cuncta, quæ emendatione indigent 28), ad vicem sui episcopi corrigat et emendet 29).

18) *Ex concil.* C. R. 1. legit.
19) Romani ordines, non vna, sed diuersa tempore conscripti sunt, quos celeri et commentario illustrat IO. MABILLON. *tom. II. mus. Italici.* Antiquissimus est ordo *primus*, quem exhibet MABILLON. Nec minus *secundus* antiquitate illustris est, quem iam *ecloga* sua illustrauit AMALARIVS scriptor seculi noni, edita a STEPHANO BALVZIO *tom. II. capitular. in append.* Alium exhibet sub N. X., qui ad seculum XI iam vergit, CENCII vero sub N. XII. exhibitus ad seculi XII. finem, vt fere per singula secula noui ordines collecti, vel veteres ad ecclesiasticum et morem recentiorem compositi fuerint. Qua de caussa non mirandum est, locum a RAYMVNDO hic adductum non deprehendi in *ordinibus antiquis*, qui ex seculorum recentiorum moribus depromtus est, quorum quidam adhuc latent sine dubio, et studio occultantur, quod rei Romanæ interesse videatur, hæc *arcana sacra* in vulgus haud temere diuulgari, vt olim censuit PARIS de CRASSIS, cærimoniarum in vrbe magister, ægre ferens quod CHRISTOPHORVS MARCELLVS, archiepiscopus Corcyrensis *rituum ecclesiasticorum siue sacrarum cærimoniarum S. R. E. libros tres* anno MDXVI. diuulgasset, obseruante MABILLONIO *in comment. ad ord. Rom. p. v. seq.* Iam enim eo tempore ordo hic laudatus conscriptus fuit, quo archidiaconorum officium, quod per plura secula, imo ad mille annos *administratorium* fuit, et ex mandato episcopi dependit, iam *hereditarium* et *ordinarium* factum fuit, quod in *decretalibus* iam certum atque exploratum est. Conf. THOMASSIN. *de vet. et noua eccl. discipl. P. I. libr. II. c.* 19. §. 12. *et c.* 20. §. *seq.* Plura alia capitula ex hoc recentiori ordine paulo post adducta sunt.
20) *Dictio eius*, in C. L. non exstat.
21) *Honore*, C. H. habet, sed *onere*, legit C. L.
22) *Siue de doctrina*, legit C. L.
23) *Siue*, legit C. H. sed ed. ant. *et*.
24) *Sustinere*, addit ed. ant.
25) *Curam*, C. H. legit.
26) Copula: *et*, a C. H. abest.
27) *Parochiam*, C. H. habet, cum L. et ed. ant.
28) *Indiguerint*, C. e. 1.
29) Verba: *et emendet*, non exstant in c. 2. comp. 1. h. t.

CAP. II.

Non summatur, sed ponit quædam, quæ spectant ad officium archidiaconi.

Ex concilio Toletano 30).

Officium c vero archidiaconi est, euangelium, quando voluerit legere, vel alicui de diaconis præcipere; et quando episcopus missam canit, ad iussionem illius induent se leuitæ vestimentis sacris: qualiter cum pontifice ad missam d procedunt, [*omnem querimoniam seu caussam vel iustitiam presbyterorum vel diaconorum vel subdiaconorum ipse debet deliberare et ordinare et facere. Ideo vero strenuus, prouidus, cautus, vicem sui episcopi agens, totius episcopatus curam habeat, et*] §. 1. Omne ecclesiasticum officium prouidendo, lectiones aut 31) responsorie in matrice ecclesia dare debet, et auscultare, in tantum 32), vt nullus euangelium, aut epistolam, [*aut*] responsoria 33), vel quamlibet in ecclesia lectionem legat vel cantet, donec [*ante ipsum legat vel cantet, et*] auscultetur ab ipso. §. 2. Acolythos e quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre 34), quisue minorum in ecclesia aliqua officia 35) agere debeat 36).

30) Similia, sed non prorsus eadem, reperiuntur in c. 1. §. 11. *dist.* XXV. ex ISIDORO depromta, qui ibidem sua ex aliquo *concilio Toletano*, iam deperdito, repetiisse videtur, ad quod etiam hic textus referendus. Simile quid occurrit in c. 1. *tit. sq.*
31) *Ac*, C. H. legit.
32) *Et in tantum*, C. e. habent cum L. sed *et interim*, legit c. 3. cit. comp.
33) *Responsorium*, secundum C. e. H. L. et c. cit. 3.
34) *Debet deferre*, C. R. 1. legit.
35) *Officium*, C. H. habet.
36) *Debet*, secund. C. e. 1.

a *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* b *alias*, onere. c *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* d *Vt verbi gratia bene honeste et demisse vultu.* e *Quis ordo sit acolythorum in ecclesia tradit magister sententiarum. libr. 4. dist. 24. §. quarto loco.*

CAP. III.

Custodia vasorum ecclesiæ spectet ad archidiaconum.

GREGORIVS M. 37) *archidiacono Salonitano 38) f. libr. 1. epist.* 10.

Ea quæ [*nos*] contra [*vos, tu, et episcopus tuus direxistis scripta, dolemus agnoscentes, quod nihil inter vos caritas recognoscit. Verumtamen in officio ordinis tui te administrare præcipimus; et, si illic potest superueniente gratia caussa vestri scandali dissolui, multam credimus animæ vestræ acquisisse. Si vero ita discordia inter vos partes suas armauit, vt in tumore scandali voluntas vestre debeat remanere: tu ad nostram audientiam indifferenter occurre, et episcopus tuus pro se dirigat, quam elegerit personam instructam, vt omnia subtili ratione perpensa, quæ visa fuerint partibus, audire debeamus.*] [*et infra.*] Scire vero 39) te volumus, quod 40) te districte quæsituri sumus, quæ 41) vel propriæ ecclesiæ, vel ea, quæ de diuersis ecclesiis cimelia 42) sunt collecta, non sub omni sollicitudine et fide seruentur. Quod si quid ex eis, vel negligentia, vel cuiusquam fraude deperiit: tu hoc reatu astringeris, qui per archidiaconatus ordinem custodiæ eiusdem ecclesiæ arctius deputaris.

37) C. e. cum L. legunt: *Gregorius IX. H. (Honorius,)* sed edit. ant. recte omittit numerum. In c. 1. cit. comp. 1. h. t. inscriptio est hæc: Gregorius Honorato archiepisc. Salon.
38) *Salerni* C. e. 1. et H. legit erronee: *Salernitan.* sed C. L. *Salernitan.* ed. ant. g. *Saloni*, pro *Salonitano*, quæ lectio est genuina, ostenditque, hanc epistolam in Dalmatiam, in qua *Salona* ciuitas est et sedes episcopalis, missam fuisse.
39) Vox: *vero*, abest a C. H.
40) *Eo, quod*, C. R. 1.
41) *Quæ*, secundum C. H.
42) C. R. cum L. et ed. ant. legunt: *Cimeilia*, in C. R. 1. manu recentiori superscriptum: *ornamenta*; et in C. R. 2. manus recentior hæc addit in margine de verbi significatu: *Cimeilia: Interdum et ponitur pro pelui, quod portatur in ecclesia, pro eleemosyna colligenda.* Glossa codicis L. ita interpretatur: *per hanc vocem intellige omnia vasa ecclesiæ.*

CAP. IV.

Archidiaconus sine mandato episcopi, non committit curam animarum, id est, non habet institutionem auctoritabilem.

ALEXANDER III. *Elien.* 43) *archidiacono. (ann. 1174. Romæ in Angliam.)*

Cum satis g sit absurdum, [*et a sanctorum patrum institutionibus alienum, vt archidiaconus auct. propria debeat cuilibet ecclesiarum curam committere: ægre nimis ferimus, quod tu sine mandato episcopi tui personis curam animarum committis.*] Quoniam igitur obtentu alicuius consuetudinis non debes contra sanctorum patrum constitutiones 44) venire 45), et quod ad tuum non spectat officium, [*tibi*] vendicare: [*ideo*] mandamus, vt nemini [*de cetero*] sine licentia et mandato episcopi 46) curam præsumas committere animarum 47).

43) *Helyensi*, legit C. L.
44) C. e. H. L. et ed. ant. legunt: *institutiones*, cum c. 4. comp. 1. h. t.
45) Verbum: *venire*, in C. R. 1. adiectum est ab alio; sed in C. e. 2. legitur: *transgredi*, puncta vero sunt subiecta; et a C. H. plane abest. Sicut etiam hanc vocem omittunt C. L. ed. ant. et c. cit. 4.
46) *Domini papæ vel episcopi*, C. R. 1.
47) h. e. conferre beneficia curata; nam institutio realis seu inuestitura de beneficio ad eum pertinet.

CAP. V.

Archidiaconus de iure communi non potest excommunicare. Ant. de But.

IDEM *Vigoriensi 48) episcopo. [Pars c. caussam, quæ vertitur.] (ann. 1176.)*

Archidiaconis h non videtur de ecclesiastica institutione licere, nisi auctoritas episcoporum [*et consensus*] accesserit, in aliquos 49) sententiam 50) promulgare.

48) C. R. *Vigorn.* C. L. *Vigornien.* et ed. ant. *Wigor.* cum c. 5. cit. comp. satis recte legunt.
49) *In alios*, legit ed. ant.
50) *Excommunicationis sententiam*, C. H. cum L. habet.

CAP. VI.

Archidiaconus semel in anno, nisi necessitas exigat plus, visitat suam prouinciam, id est, parœciam. Hoc dicit.

IDEM *episcopo Conuentren. 51) et abbati Cestrens. 52)*

Mandamus i, quatenus prohibeatis Cestrens. 53) archidiacono, ne ad ecclesias sui archidiaconatus visitandas, nisi semel in anno, acce-

51) *Coretren.* legunt C. R. L. et ed. ant. Sed legendum est: *Conuentrensi episcopo*, qui est suffraganeus *Cantuariensis archiepiscopi* in Anglia.
52) *Cister.* C. R. 2. legit, et C. H. habet *Cestrenen.* legendum vero: *Cistrens.*
53) *Cist.* habet C. R. 1. *Cistern.* C. R. 2. *Cestren.* L. rectius legit.

f *Gregorius epist. 10. libr. 1. Registri. et cap. 1. eodem tit. in 1. compil. Alias*, Salernitano archiepisc. *aliter*, archidiacono, *aliter*, diacono Salonitano. *in aliis* episc. *al* archidiac. Salonitano. *Contra: Vide libr. 2. epist. 16. registri, ex qua est apud Gratianum. distinct. 74. canon. 8. et libr. 1. epist. 19. Vide dist. 74. can. 6.* g *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Lateran. sub* Alexandro III. *part. 2d. cap. 2.* h *al.* archidiacono. *cap. 5. eod. tit. in prima compil. et habetur post concil. Lateranens. sub Alexandro III. part. 36. cap. 4.* i *Habetur post concil. Lateranens. sub Alexandro III. part. 2. cap. 11. Vide concil. Trident. supr. cit. eod. cap. 1.*

dat: nisi forte 54) talis caussa emerserit, propter quam ipsum oporteat præfatas ecclesias sæpius visitare.

54) *Forsan*, C. H. legit.

CAP. VII.

Dicit primo, quod sit officium archidiaconi: et in quo per illud relevetur episcopus. Et secundo dicit, decanos rurales per episcopum et archidiaconum eligendos et amouendos, si illorum vices communiter gerant.

INNOCENTIVS III.

Ad hæc nos a dicimus 55) b. [et infra.] §. 1. Sane consuluit nos tuæ fraternitatis deuotio, quid ad officium archidiaconi 56) debeat pertinere; et in quibus per ipsum cura episcopalis sollicitudinis debeat releuari. Et nos, prout possumus, respondemus, quod 57) archidiaconus, secundum statuta B. Isidori 58), imperat subdiaconis 59) et leuitis; parœciarum sollicitudo et earum ordinatio ad ipsum pertinet: et audire debet iurgia c singulorum. §. 2. Archipresbyteri autem 60), qui a pluribus 61) decani nuncupantur, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. §. 3. Secundum vero Romani ordinis 62) constitutionem 63) maior post episcopum, et ipsius episcopi vicarius reperitur, omnem sollicitudinem et curam, tam in clericis, quam in ecclesiis eorum, prout melius secundum Deum poterit, impendendo: cum super his sit redditurus rationem in districti examinis iudicio. §. 4. Item in epistola B. Clementis 64) papæ præd. nostr. oculus episcopi archidiaconus appellatur, vt loco episcopi per episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat et emendet: nisi adeo fuerint ardua negotia, quod absque maioris sui præsentia nequeant terminari. §. 5. In quadam vero nostra constitutione 65) iam alia vice nos meminimus expressisse, quod institutio corporalis, tam super beneficiis, quam etiam dignitatibus ad ipsum debeat pertinere, examinatio etiam 66) clericorum, si fuerint ad sacros ordines promouendi: et hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obseruandum, vt, qui beneficiis ecclesiasticis præficiendi fuerint, a suo prius examinentur archidiacono, et per ipsum postmodum episcopo præsententur. §. 6. Subsequenter postea quæsiuisti 67), vtrum decani rurales, qui pro tempore statuuntur, ad mandatum tuum solum, vel archidiaconi, vel etiam vtriusque institui debeant vel destitui, si fuerint amouendi. Ad hoc breuiter respondemus, quod, cum [*iuxta imperialis sanctionis auctoritatem*] ab omnibus, quod omnes tangit, approbari debeat 68), et cum 69) commune eorum decanus officium exerceat, communiter est eligendus, vel etiam amouendus.

55) *Ad hæc nos Deus*, C. R. 1. legit, sed C. R. 2. habet: *ad hæc nos Dominus*. Quæ verba etiam sunt in L. et ed. ant. In c. 1. comp. 4. h. t. legimus: *Ad hæc nos Dominus etc. Sane etc.*
56) *Archidiaconatus*, C. R. 1. *Archid.* secundum C. R. 2.
57) Vocabulum: *quod*, non exstat in C. H. L. c. cit. et ed. ant.
58) A GRATIANO relati in c. 1. §. 1. *dist.* XXV. quem ducem vbique sequitur INNOCENTIVS III.
59) *Sacerdotibus*, est in c. cit.
60) *Autem*, abest a C. H. L. ed. ant. et cit. c.
61) *A plebibus*, est in cit. c. et C. R. 1.
62) Intelligit recentioris æui *ordinem Romanum* in c. 1. X. h. t. relatum, qui ea æuo maxime viguit.
63) *Constitutum*, est in c. cit.
64) Rursus hæc petit ex c. 6. *dist.* XCIII.
65) Intelligit eam, quæ in c. 9. X. h. t. infra refertur.
66) *Examinatio autem*, C. R. 1. habet cum ed. ant.
67) *Requisisti*, C. H. legit.
68) *Debet*, est in cit. c.
69) Partic. *cum*, a C. R. 1. H. L. ed. ant. abest; in C. R. 2. et cit. c. copula: *et*, non exstat.

CAP. VIII.

Archidiaconus non dat commendatitias ad ordines.

IDEM INNOC. III. 70) (*ann.* 1199. *Roma in Venetiam.*)

Significasti d: [et infra.] Interdicas archidiacono tuo, ne sine conscientia tua et auctoritate litteras suas promouendis concedat: et eis etiam districte e prohibeas, ne ad ordines 71) audeant conuolare. Qui si 72) contra prohibitionem tuam venire præsumpserint: exsequutionem 73) f eis ordinum susceptorum totaliter 74) interdicas.

70) Depromtum est hoc capitulum ex *libr.* II. *epist.* 139. cuius inscriptio ostendit, eam exaratam esse ad *Torcellanum episcopum*. Torcellum enim vrbs venetiæ est, et *Torcellanæ ecclesiæ* iam meminit PAVLVS diaconus *libr.* II. c. 12.
71) *Ordinem*, est in c. 2. comp. 4. h. t.
72) *Quod si*, legit cit. c.
73) *Exsequutione*, legitur in cit. c.
74) *Taliter susceptorum*, legunt C. R. 1. H. et ed. ant. cum c. cit.

CAP. IX.

Archidiaconus examinat et præsentat ordinandos, et ponit prælatos in sede.

IDEM *Mediolanen. archiepiscopo* 75). (*ann.* 1198. *Perusio in Insubriam.*)

Vt nostrum g: [et infra.] Nec fuit h sufficienter probatum, quod cancellarius ex officio suo exerceat 76) spiritualia memorata: cum ea potius de iure communi 77) ad archidiaconi spectent officium, repræsentare 78) i videlicet ordinandos episcopo 79), et illos examinare, ponere abbates et abbatissas in sede.

75) Verba: *Mediolanen. archiepiscopo*, non exstant in C. H. edit. ant. et c. 3. comp. 4. cit.

76) *Faciat*, est in c. cit.
77) Intelligit *ius nouum*, quod inualuit, postquam *vicariatus archidiaconi* constans et hereditarius factus est, qui antea pependit ab episcopi mandato.
78) C. R. 2. *præsentare*, legit.
79) *Episcopo et*, omittit ed. ant. sed *Episcopis*, est in cit. c.

CAP. X.

Archidiaconi in monasteriis iurisdictionem non habent, nisi quantum tribuit eis generalis vel specialis consuetudo.

HONORIVS III. *abbati Arreminen.* 80) *Trecen. diœcesis, et archidiacono* 81) *et decano S. Stephani Trecen.* (*ann.* 1220.)

Dilecto filio: [et infra.] Ad petitionem archidiaconi Senon. conquerentis, quod abbas et conuentus monasterii sancti Petri [*Viui*] Senonens. procurationem k annuam, et quædam alia 82), ratione sui archidiaconatus ad ipsum spectantia, exhiberi 83) sibi 84) contra iustitiam denegabant, abbati sancti Crispini et collegis 85) eius dedimus in mandatis, vt audirent caussam [*huiusmodi*], et fine debito terminarent. Coram quibus petiit prædictus 86) archidiaconus, vt, cum [*idem*] l monasterium intra metas sui archidiaconatus sit situm, [*præfati*] abbas et monachi, sibi 86*) obedirent in his 87), quæ pertinent ad iurisdictionem, correctionem, [*reconciliationem*] et 88) visitationem, ad ius, vt dicebat, archidiaconale spectantes, videlicet vt coram se 89) conquerentibus responderent, [*ac starent iuri, et iustas eius sententias obseruarent.*] Citati etiam 89*) venirent ad eius præsentiam, et eius mandata m honesta et facta 90) secundum Deum, de correctione excessuum, et aliis, quæ archidiaconi solent et possunt rationabiliter iniungere, audituri, et, salua sua 91) regula, et abbatis sui debita obedientia 92), seruaturi 93). Petiit insuper, ne de cætero facerent aliquos de Senon. n ballium 94), eo prætermisso, coram officiali Senonen. archiepiscopi conueniri, asserens, illos prius debere conueniri sub ipso, quam coram officiali prædicto, specialibus ipsius archiepiscopi et hominum, ac familiæ suæ caussis duntaxat exceptis. [*Lite ergo super præmissis coram præfatis iudicibus legitime contestata, et auditis ab eisdem hinc inde propositis, iidem iudices de vtriusque partis assensu caussam ad examen apostolicum remiserunt. Ipsis ergo abbate et archidiacon. in nostra præsentia constitutis, nos attendentes, eorum consuetudines esse super archidiaconorum iurisdictione diuersas, cum in hoc casu nesciremus consuetudinem, qua in abbatiis Senonen. ordinis præfati monasterii vtitur archidiacon. Senonen. finalem nequiuimus habere in huiusmodi quæstione processum. Volentes autem, vt eidem quæstioni finis debitus imponatur, caussam ipsam vobis de ipsius abbatis et procuratoris alterius partis assensu duximus committendam.*] Ideoque discr. v. mandamus, quatenus per maiores 95) ecclesiæ Senonens. canonicos, qui habere debent de huiusmodi consuetudine notitiam pleniorem, super his sollicite veritatem inquiratis: et, nisi vobis [*intra tres menses post primæ citationis edictum*] constiterit [*per eosdem*] præfatum 96) archidiaconum, vel prædecessores 97) ipsius de pacifica sic obtenta consuetudine iurisdictionem aliquam in ipso monasterio, vel in huiusmodi abbatiis hactenus habuisse, præfatum monasterium ab eius impetitione penitus absoluatis, perpetuum super hoc ipsi 98) archidiacono silentium imponentes. Si vero per eosdem [*canonicos vobis*] constiterit, [*ipsum archidiaconum, vel eius prædecessores de sic obtenta consuetudine hactenus habuisse iurisdictionem aliquam in ipso monasterio, vel in aliis huiusmodi abbatiis,*] eandem iurisdictionem 99) duntaxat adiudicantes

80) Codices hic prorsus errant. Verior est lectio c. 1. comp. 5. h. t. *Arremarensi abbati. Arremarense* enim *monasterium* est in diœcesi Trecensi.
81) *Archidiacono Trecensi*, legit C. R. 2. sed L. pro *diœcesis*, habet: *diœcen.* et plane omittit partic. *et*.
82) Vox: *alia*, non exstat in C. H.
83) *Exhibere*, C. H. legit cum L.
84) Pronomen: *sibi*, a C. R. 1. abest.
85) *Collega*, est in cit. c. 1.
86) C. R. H. et L. cum c. cit. legunt: *dictus*.
86*) Pro hac voce *sibi*, in cit. c. est: *ei*.
87) *Ea in his*, secundum C. R. 1.
88) Copula *et*, abest a C. H. et L.
89) *Coram ipso*, habet c. cit.
89*) Partic. *etiam*, non est in cit. c.
90) *Facta*, legitur ibid.
91) Pron. *sua*, non exstat in C. H.
92) *Debitam obedientiam*, habet C. L. sed ed. ant. legit: *debiti obedientia*.
93) *Obseruaturi*, C. R. 1. legit.
94) *Prouinciæ*, C. R. 1. habet, sed superscriptum est: *al. capitulo*.
95) *Maiores*, C. H. habet, cum L. et ed. ant.
96) C. R. 1. addit: *per præfatum*.
97) *Prædecessorem*, C. R. 1.
98) *Illi*, C. H. legit.
99) Loco vocum: *eandem iurisdictionem*, legitur in cit. c. tantum pronom. *ea*.

a Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. b In antiquis legitur: ad hæc nos Dominus. al. docuimus. c Non tamen iudicant archidiaconi caussas matrimoniales et criminum. Concil. Trident. sess. 24. decr. de reform. c. 20. §. ad hæc. nec caussas concubinatus. Idem conc. ibid. c. 12. d Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. e al. discrete. f In vetustis ita: exsequutionem eis ordinum taliter susceptorum interdicas. g Prodeat de vultu Dei iudicium, et c. infra, cap. vt nostrum de appellation. et c. vt nostrum. vt eccles. benef. sine diminut. h Cap. 3. eod. tit. in 4. compil.

i In vetustis: præsentare. k Est autem procuratio, necessariorum sumptuum exhibitio, quæ debetur prælatis diœcesium, subditos visitantib. l Idem. m Quid in visitatione præstare debeant prælati, tradit concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. n Archiepisc.

nidem,

sidem, in monasterio prædicto 100), quam 1) ipsum vel prædecessores suos in monasterio ipso, vel in eisdem abbatiis 2) habuisse constiterit, super eiis perpetuum ei silentium imponatis 3)), [*in prædictis omnibus subl. app. obst. processuri.*]

100) *Supradicto*, legunt C. B. L. et cit. c.
1) *Quæ*, est in cit. c. propter antecedentem vocem: *ea*.
2) *Abbatiis eiusdem*, C. B. 1. legit, omissa autem ed. ant. partic. *in*.
3) *Imponentes*, C. B. 2. et H. habent.

TITVLVS XXIV.
DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI 4).
CAP. I.

Archipresbyter ciuitatis subest archidiacono c et principaliter præest presbyteris, et presbyteralibus officiis.

Ex concilio Toletano 5).

Vt archipresbyter a sciat se subesse 6) archidiacono, et eius præceptis [*omnibus vel præceptionibus*], sicut sui 7) episcopi obedire [*debet*], et quod 8) specialiter ad eius pertinet ministerium b, super omnes presbyteros in ordine presbyterali 9) c positos curam agere animarum 10) d, et assidue in ecclesia stare, et in episcopi sui absentia 11) ad vicem eius missarum sollemnia celebret, et collectam dicat, aut cui ipse iniunxerit.

4) Verba tituli: *De officio archipresbyteri*, omittit C. H.
5) Iam notaui ad c. 2. *tit. præced.* not. 30. non omnia concilia Toletana hodie exstare, sed quædam deperdita esse, ad quæ etiam hic textus referendus.
6) *Esse sub*, C. B. 1. legit.
7) Pron. *sui*, non exstat in C. H.
8) *Quod*, a C. B. 1. abest.
9) Vox: *presbyterali*, a C. B. H. L. ed. ant. et c. 1. comp. 1. h. 1. abest.
10) *Animarum*, in C. B. 2. H. L. ed. ant. et cit. c. non exstat.
11) *Et quando episcopo sui absentia esse contigerit, ipse ad vicem* etc. legimus in cit. c.

CAP. II.
Ad idem.

LEO PAPA. [*forte IV.*]

Ministerium e archipresbyteri in eo constituitur, vt diligenti cura prouideat ministerium sacerdotum f cardinalium 12), qui sollemne debent 13) agere officium in communicatione corporis et sanguinis Domini nostri IEsu Christi, [*ita, vt vicissim eas sibimet succurrere faciat, quatenus*] a sacrosancto die dominico incipiendo, per omnes horas canonicas 14) indeclinabiliter perseuerent, vt opus Dei digne et sancte perficiatur ab eo, cui committitur, [*veram sententiam illius sapientissimi viri, vbi dicitur: maledictus homo, qui negligenter facit opera Dei.*] §. 1. Prouideat etiam archipresbyter vitam sacerdotum cardinalium, præceptis sui obtemperando episcopi, ne aliquando 15) cedant, aut scurrilitate torpeant, [*reminiscantur, quod labia sacerdotum custodiunt scientiam, et iustitiam, et legem requirant ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.*] §. 2. Si episcopus defuerit: exceptis his, quæ prohibita sunt, archipresbyter prouideat cuncta, quæ in sacerdotum ministerio perfici debeant, fontes benedicere, infirmum oleo perungere, pœnitentem infirmum, consulto episcopo, reconciliare, pœnitentiam cunctis aliis sacerdotibus, [*quæ ad purgationem animarum pertinet*] iniungere. §. 3. In præcipuis festiuitatibus, aut ipse celebrationem missæ sollemniter impleat, aut ad [*eius*] sui iussionem, cui committitur, peragat veneranter.

12) De appellatione hac ad c. 5. *dist. LXXI.* n. 69. quædam generaliter monita sunt. Hoc certum est, in hoc textu non indigitari illam eminentem dignitatem, ad quam presbyteri Romæ pedetentim sunt promoti, licet ex antiquis presbyteris parochialibus nati fuerint hodierni presbyteri cardinales. Videlicet Romæ *titulos* appellabant *parochiales ecclesias*, quarum singulæ singulos habebant presbyteros, pedetentim plures acceperunt, quorum qui principalior erat, *cardinalis* in sensu speciali dictus fuit, obseruante MABILLONIO *in comm. ad ord. Roman.* §. *III.* p. 12. cuius dignitas tum ex hac, tum ex aliis caussis facile incrementa capere potuit. Hæc ideo præmisi, quod probabile sit, hunc et sequens capitulum tractum esse ex aliquo *ordine Romano* sub auspiciis cuiusdam LEONIS pontificis compilato, cui proinde vterque textus tribuitur. Plures enim ordines Romanos adhuc in abditis latere, ad c. 1. *tit. præcedentis* dixi, quod forsan ex eodem ordine desumtum est.
13) *Debeant*, legit C. L.
14) *Canonicas*, in C. B. 1. non legimus.
15) *Aliquo modo*, C. H. habet.

CAP. III.

Declarat, quod sit officium archipresbyteri Ciuitatensis. Anton. de But.

IDEM.

Officium g archipresbyteri de vrbe constat, quando ibi præsul defuerit, vice eius officium inchoare, benedictiones presbyterales in ecclesia dare, missam, quando voluerit, cantare, vel cui de sacerdotibus iusserit. Quando vero episcopus missam canit: debet præcipere sacerdotibus, vt induant se vestimentis 16) sacris, et qualiter ad missam procedant. Debet enim præcipere custodi ecclesiæ, vt in sacrario eucharistia Christi propter infirmos non desit. Debet infirmis prouidere, et prouidendo præcipere sacerdotibus, ne forte sine confessione, vel confirmatione 17) corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi 18) moriantur, confessiones 19) [*vero*] peccatorum h eorum, qui a foris 20) i veniunt, recipere cum omnibus sacerdotibus, et exinde per prouisionem 21) pontificis magnam debet illis 22) adhibere curam. Ad Christianos quoque faciendos, et baptizandos infantes, et ad succurrendum, omnia a sacerdotibus per iussionem k illius fiant.

16) *Sacerdotalibus vestibus*, C. H. habet, et ita L. etiam legit: *vestibus*.
17) *Communicatione*, secundum C. B. 2.
18) Verba: *nostri IEsu Christi*, absunt a C. B. 1. H. et L.
19) C. B. H. et L. legunt: *confessiones vero*.
20) *Quia foris*, C. B. 1. legit cum L. sed *qui ad foris*, habet C. B. 2. Gl. *i. e. peregrini*.
21) *Propter prouisionem*, C. B. 1. *propter iussionem*, C. B. 2. legit. Sed c. 3. cit. comp. habet: *per iussionem*.
22) *Eis*, C. B. 1. legit.

CAP. IV.

Archipresbyter ruralis presbyterorum et laicorum plebaniæ suæ curam gerit: contra decretum tamen episcopi nihil ordinare potest.

IDEM 23) *ex synodo* l *Rauennæ habita.*

Vt singulæ m plebes archipresbyterum habeant. Propter assiduam erga populum Dei curam, singulis plebibus archipresbyteros esse volumus 23*), qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam [*eorum*] presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugi 24) circumspectione custodiant, et qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat 25) n, episcopo suo renuntiet 26). §. 1. Nec contendat o episcopus, non egere plebem p archipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat; quia, etsi 28) valde idoneus sit, decet tamen, vt sua onera partiatur; et sicut ipse matrici ecclesiæ 29) q præest 30), ita archipresbyteri præsint 31) r plebibus, vt in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo. Cuncta tamen referant 32) ad episcopum, nec aliquid 33) contra eius decretum s ordinare præsumant.

23) Vel potius LAMBERTI *imperatoris edictum* c. 12. quod rubrum merito substituendum. Præsente quidem LAMBERTO imperatore, sub IOANNE IX. concilium Rauennæ anno DCCCXCVIII. (vt recte animaduertit PAGI *in crit. ad Baron ad cit. ann.* n. 4.) habitum est, sed in eo textus hic relatus non exstat. Deprehenditur tamen inter *canones* putatiui cuiusdam *concilii anonymi* c. 12. quos etiam recitat HARDVINVS *tom. VI. P. I. concil.* p. 490. et ad ann. DCCCCIV. refert, vt paulo post concilium Rauennatense conditi fuerint. Verum error hic iam dudum a STEPHANO BALVZIO *in præf. ad tom I. capitular.* §. 18. detectus fuit, vt mirer, HARDVINVM hæc XII. capitula concilio cuidam ignoto adhuc tribuisse, quæ tamen sunt constitutiones imperialis LAMBERTI, vt ex codice antiquissimo bibliothecæ Thuanæ probatum dedit prælaudatus BALVZIVS, monstraitque, mox post concilium Rauennatense imperatorem hæc duodecim capitula publicasse, pro iure, quo adhuc eo tempore in sacris imperatores vtebantur. Idque adhuc agnoscebat IOANNES IX. vt perspicue docet c. 1. *concil. Rauenn.* in quo æqualis auctoritas legibus regum Francorum in *ecclesiasticis*, ac quidem legibus ab ecclesia conditis tribuitur.
23*) Verba: *singulis plebibus archipresbyteros esse volumus*, a C. B. 1. H. L. ed. ant. et Gloss. absunt; sed in C. B. 2. pro *esse*, legitur: *præesse*. v. c. 3. X. *de offic. iud. ordin.*
24) *Vulgi*, secundum C. H.
25) *Exerceant*, C. B. 2.
26) *Denunciet*, C. B. 1. habet, sed in cit. c. est: *renuntient*.
27) *Ostendat*, C. B. 1. legit, sed C. B. 2. habet cum L. et c. cit. *obtendat*.
28) *Si*, secundum C. H.
29) Vocem: *ecclesiæ*, omittit cit. c.
30) Verbum: *præest*, omittit C. H.
31) *Præsunt*, secundum C. B. 2.
32) *Referantur*, legit C. L.
33) *Ne aliquid*, C. B. 1. legit.

TITVLVS XXV.
DE OFFICIO PRIMICERII.
CAP. VN.

Ponit ea, quæ spectant ad officium primicerii. Anton. de Butr.

IDEM 34) t *in libro Romani ordinis.*

Vt primicerius v sciat, se esse 35) sub archidiacono, sicut et archipresbyter, et 36) ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docendo diaconis, vel reliquis gradibus ecclesiasticis in

34) Idem hic repetendum, quod ad c. 1. *de offic. archidiaconi* et c. 2. *tit. præced.* dixi. Variant vero hic admodum codices, imo c. 1. *compil.* 1. h. t. rubrum habet *ex concilio*.
35) *Subesse*, secundum C. H.
36) *Archipresbyterum*, est in cit. c. omissa sequenti copula: *et*.

a *Burch. l.* 3. *c.* 50. *Ivo part.* 6 *cap.* 20. *et c.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. Isidor. in epist. ad Leudefredum episcopum Cordubensem, et Grat. dist.* 25. *can.* 1. b Officium. c *Hæc vox*, presbyterali, *deest in antiquis.* d *Deest vox*, animarum, *in antiquis.* e C. 2. *eod. tit. in* 1. *compil. Vide concil. Trident. infra. citatum.* f *Sacerdotes cardinales hoc loco non vrbis tantum Romæ, sed aliarum etiam ciuitatum primos interpretantur, quibus tituli, id est, parochiæ committuntur.* g *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. concil. Trident. sess.* 5. *de reform. cap.* 2 *salubriter addit*, vt archipresbyteri et alii curam animarum habentes, populo prædicent Dei verbum.

h *Alias*, dictorum. i Veniunt. k *alias*, prouisionem. l *al.* Romæ habita a Ioanne papa XII. et a Lamberto imp. *sed hic putarem Ioannem IX. siue X. scribendum. Is enim synodum Rauennæ celebrauit. Leo enim antiquior fuit. Al.* ex concilio Triburiensi. m C. 4. *eod. tit. in* 1. *compil.* n *al.* in episcopo. o *al.* obtendat. p *al.* plebes. q *deest vox* ecclesiæ. r Præsunt. s *al.* doctrinam. t *al.* item ex. v C. 1. *eod. tit. in* 1. *compil. Ivo p.* 6. *c.* 20. *Grat. canon. perlectis*, 25. *dist. Panorm. l.* 3. *c.* 41.

ordine

ordine positis, vt ipse disciplinæ 37) et custodiæ insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus, et vt ipse diaconis donet a lectiones, quæ ad nocturna officia clericorum pertinent 38), et de singulis studium habeat, vt in quocunque re capacem sensum habuerit 39), absque vlla vacet 40) negligentia, aut a quo ipse iusserit, instruantur 41) b.

37) *Et ipse disciplinæ*, C. 8. 1.
38) C. 8. *lectiones ad nocturna officia*, legunt cum L. et ed. ant. omissis verbis: *quæ - - - clericorum pertinent*, sed in cit. c. omittitur vox: *clericorum*, et pro *pertinent*, legitur: *dicuntur*, quæ vox AVGVSTINO videtur addita manu recentiori.
39) *Habeat*, legit ed. ant. *habuerint*, cit. c.
40) *Vacent*, habet C. L.
41) *Instruantur*, legit ed. ant. sed cit. c. *instruendi sunt*.

TITVLVS XXVI.
DE OFFICIO SACRISTAE.
CAP. VN.
Ex concilio Toletano. [forte c. ann. 633. in Hispania.]

Vt sciat c, se sacrista subiectum archidiacono, et ad eius curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici 42), nec non, quæ ad luminaria 43) pertinent, siue in cera 44) d, siue in oleo 45).

42) In c. 1. cit. comp. h. t. pro *ecclesiastici*, legitur: *ecclesiæ*.
43) *Lumina*, C. H. habet.
44) *Siue cera*, C. 8. 1.
45) Verba: *siue in oleo*, a C. R. et c. 1. cit. absunt, sed C. H. legit: *siue in oleo, siue in cera, siue in incenso*. Hæc ergo verba vltima: *siue in oleo*, et reliqua in antiquioribus addita manu recentiori: licet, vt AVGVSTINVS putat in notis, veteres libri Gregoriani ista legant aptius.

TITVLVS XXVIII.
DE OFFICIO CVSTODIS.
CAP. I.
Ponit, quæ spectant ad officium custodis. H. d.
Ex libro 46) Romani ordinis.

Custos ecclesiæ e, cui ea, quæ ecclesiæ competunt 47), custodienda committuntur, oportet, vt sui archidiac. iussioni in cunctis 48) obediat, in canonicis 49) horis signa, tintinabulorum pulsanda, ipso archidiacono iubente, ab eo pulsentur, pallia [vero] vel linteamine altaris 50), seu cuncta vtensilia ecclesiæ indesinenter custodiat, lampades et laternas in accendendo, seu [in] extinguendo peruigil existat: ne f aut supra modum 51] lucendo oleum depereat 52), aut minus 53) lucendo obscurior sit 54) ecclesia, sed omnia cum discretione g agantur 55), quæ noscitur omnium virtutum esse mater. §. 1. Si vero is [cui ecclesia custodienda traditur,] minus idoneus ad hoc peragendum extiterit: ab archid. coerceatur 56), vt se emendet. Si autem indomitus permanserit: archidiac. episcopo 57) denunciando 58) prouideat, vt, indecente eiecto, aptus domui Dei constituatur minister, vt omnia in laudem 59) [et nomen] Dei 60) fiant.

46) *Ex concilio*, legimus in c. 1. h. t. cit. comp. quamuis melius legamus iuxta vulgat. ed. *in libro*, vt arbitratur AVGVST. ad h. c.
47) *Quæ ecc. pertinent*, C. 8. 1.
48) *In ecclesia*, secundum C. 8. 1.
49) Male legitur in c. 1. cit. *canonibus*.
50) *Altaria*, legitur ibidem.
51) C. 8. H. et L. cum cit. c. legunt: *vt ne supra modum*, sed ed. ant. habet: *ne vt supra* etc.
52) *Pereat*, C. R. 1. habet.
53) *Nimis*, legit C. H.
54) *Fiat*, C. R. legit cum ed. ant.
55) *Agantur*, legit quidem C. L. sed vltimæ syllabæ puncta subscripta sunt, in signum deletionis: et quidem non male, si, vt AVGVSTINVS in notis memorat, vetus Tarracon. qui pro *sed*, legit: *hæc*, idem haberet: *agant*, vel *agat*, scil. custos.
56) *Arceatur*, C. B. habet.
57) *Omni episcopo*, legit C. L.
58) *Nunciando*, legunt C. R. H. L. et edit. ant. cum cit. c.
59) *In laude*, C. 8. 1. legit.
60) *Domini*, legit C. L. cum cit. c.

CAP. II.
Ad idem.
Ex concilio Toletano 61).

Custos [vero] sollicitus h debet esse de omni ornamento ecclesiæ, et luminariis, siue incenso, nec non panem et vinum omni tempore præparatum ad missam habere debet, et per singulas horas canonicas signum ex consensu archid. sonare, et omnes 62) oblationes seu eleemosynas, seu decimas, cum eiusdem tamen consensu, absente episcopo, inter fratres diuidat. §. 1. In his tribus ecclesiæ columnis, vt sancta sanxit synodus, consistere debet alma mater ecclesia: vt ad hoc opus tales ordinentur, quales [plus] meliores et sanctiores esse videntur, vt nulla negligentia in sancta 63) Dei ecclesia [esse] videatur. Hi tres, archidiaconus, archipresbyter, custos, simul iuncti, vno animo prouide 64) peragant, et perfecte, et non sit inuidia, neque zelus 65) inter illos.

61) Pertinet etiam hoc capitulum ad aliquod concilium Toletanum deperditum, æque cum c. 2. *X. de offic. archidiac.* c. 1. *X. de offic. archipresb.* et c. vn. *X. de offic. sacrist.* quæ omnia capitula ex vno eodemque concilio deprompta esse videntur, vt materiarum affinitas docet.
62) Admodum variat hic c. 3. comp. 1. h. t. scil. post vocem *sonare*, legimus: *Vt oblationes, vel decimas vel eleemosynas, seu decimas* etc. Hinc censens AVGVSTINVS, verba: *vel decimas*, esse delenda, comprobat hancce nostram verborum seriem, at tamen pro *et*, legatur: *vt*,
63) Vox: *sancta*, non extat in C. H.
64) *Prouide*, est in c. cit.
65) *Zelus malus*, C. R. 1. et L. legunt.

TITVLVS XXVIII.
DE OFFICIO VICARII, [et eius beneficio.]
CAP. I.
Vicarius si beneficium curatum postea sit adeptus: vicaria priuabitur.
ALEXANDER III. *episcopo Norwic. 66) et G. archidiacono 67).*
(ann. 1165. Roma in Angliam.)

Ad audientiam i nostram peruenit, quod G. 68) presbyter monachos de Ramesia 69) k [et Thomam clericum suum] petendo vicariam [suam] ecclesiæ de Burnel. 71) l a qua viginti annis retrocessit, in diuersis postea ecclesiis personatum 72) adeptus, [multipliciter vexare ac] fatigare præsumit. Quia igitur non est canonicum m, vt, qui curam animarum in diuersis habet ecclesiis, vicarius in alienis existat 73): [d. v. per A. S. præc.] mandamus, quatenus, [rei veritate plenius inquisita] si ita est 74), prædictum presbyterum a petitione supradictæ vicariæ desistere [app. et occ. rem. districtius] compellatis, [non obstantibus litteris, si quas, tacita veritate per nuntium a nobis impetrent. Exstirpari etenim debent, quæ de auaritiæ radice procedunt, et canonum contraria sunt rationi, vel sanctioni.]

66) *Noruic.* C. 8. 2. habet.
67) *Gaudeo archid.* C. 8. 1. legit, sed H. habet: *G. altera archidiacono*, et L. *Gaul. archidiacono*.
68) *W.* habet C. L. et ed. ant. sed *Vg.* in cit. c. et *Hug. V.* legimus in ed. Contii.
69) *De Masia*, C. R. 2. sed C. H. legit: *de Ramesapa*, L. cum ed. ant. et cit. c. *de Ramesia*.
70) *De vicario generali*, hic agendum fuisset; sed omnia capitula ostendunt, tantum *vicarios parochiarum* in scenam fuisse productos, si c. *pen.* h. t. excipeas, quod agit de *vicario pontificis*, quem in vrbe relinquit, atque hanc ob caussam sibi constituere in vrbe suevit, quod nimiam potestatem archidiaconi sibi arrogarent.
71) *Bur.* C. 8. 1. legit cum L. sed C. 8. 2. habet: *Bur.* et H. *de Burnellis*. cit. c. vero: *de Burnella*, et ed. ant. *de Burnel*.
72) *Personatus*, legit C. H.
73) *Fiat*, est in cit. c.
74) *Si ita esse inueneritis*, legimus in cit. c.

CAP. II.
Plures vicarias quis habere non potest.
IDEM *Eliensi episcopo. [P. c. Conuenient.]* (ann. 1170.)

Prouideas n attentius, ne in episcopatu tuo patiaris aliquem plures vicarias habere: quia, cum vicarii teneantur personis et ecclesiis 75) deseruire, alienum est ab ordine iuris 75*), vt vicariam quis habeat præter vnam.

75) *In personis propriis ecclesiis*, C. H.
75*) *Vicarii*, legitur in c. 3. compil. cit. fortasse rectius, vt putat AVGVST. in notis ad h. c.

CAP. III.
Perpetuus vicarius per episcopum institutus, per rectorem remoueri, vel portione sua fraudari non potest.
IDEM *Vintoniensi 76) episcopo, pars c. Quamuis simus.* (ann. 1175.)

Ad hæc si persona alicuius ecclesiæ vicario, quem in eadem ecclesia instituit, de assensu et auctoritate diœcesani episcopi certam assignauerit 77) portionem, is, qui persona illa defuncta in personatum illius substituitur [ecclesiæ], non potest eundem 78) [vicarium] ab ecclesia remouere, vel assignatam sibi minuere portionem: nisi aliquid committat, propter quod per iudicem in vicaria sit, vel beneficio condemnandus.

76) *V. Vincon.* C. 8. 1. habet, sed C. 8. 2. legit: *Vigor.*
77) *Adsignauit*, legit C. L.
78) *Eundem vicarium*, habet C. 8. 1. cum c. cit.

CAP. IV.
Vicarius non potest substituere vicarium.
IDEM *Norwicensi episcopo [pars c. Significauit.]* (ann. 1178.)

Clericos p in presbyteratu, vel in aliis inferioribus ordinibus constitutos, in vicariis ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sibi

a *In omnibus manuscr.* donet lectiones ad nocturna officia. b *al.* instituantur. c *C. 1. eod. tit. in 1. comp. et Ivo p. 6. c. 20.* d *Hæc postrema verba in nonnullis desunt.* e *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* f *In codice Barbatia ita*: vt ne contra modum lucendo oleum ecclesiæ depereat. *In alio ita*: ne vt supra modum lucendo oleum, etc. g Cum discretione in ecclesia agantur. h *C. 3. eod. tit. in 1. comp.*

i *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Later. sub Alex. III. part. 30. c. 5.* k *al.* Dumesia. l *al.* Burnelia. m *Concil. Trid. sess. 25. in decr. de reform. c. 4. et sess. 24. de reform. c. 17.* n *C. 3. eod. tit. in 1. compil.* o *C. 4. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Lateran. sub Alex. III. p. 39. c. 16.* q *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Lateran. p. 39. cap. 2.*

sibi 79) substituere non permittas : cum id satis sit absonum et absurdum, [*et rationi contrarium.*]

79) Verba : *alios sibi*, non habentur in c. 5. compil. cit.

CAP. V.

Vicarius papæ in vrbe iurisdictionem habet, non extra vrbem.

INNOCENTIVS III. *abbati S. Eugen.* 80) *et Plebano S. Petri.* (*in Pixide, et B. canonico plebis de Martuberisen. et Floren. diœcs.*

(*ann.* 1206. *Roma in Hetrur.*)

Sua nobis, [*vem. fr. n.*] (*et infra.*) Nos igitur 82) vicarii litteras æstimantes per surreptionem obtentas *b*, quoniam iurisdictio vicarii *c*, quem 83) Romanus pontif. in vrbe reliquit 84), non extenditur extra illam 85), nisi ei specialiter sit concessum, præsertim cum ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicet inter Capuanam prouinciam et Pisanam, (*discretioni v. per A. S.*) mandamus, quatenus, quicquid occasione litterarum illarum actum est, in irritum (reuocetis) [*reuocantes præfatam excommunicationis sententiam sicut rationabiliter lata est, faciatis, rem. app. obst. firmiter obseruari.*]

80) *Abb. sancta E.* C. R. 1.

81) C. e. H. L. ed. cor. et c. 1. h. t. comp. 3. legunt : *tua nobis.*

82) *Nos ergo*, habet C. H.

83) *Quam*, legit ed. ant.

84) *Relinquit*, est in cit. c.

85) *Extra vrbem*, habet cit. c.

CAP. VI.

Compellantur vicarii ordinarii ecclesiis deseruire, per subtractionem prouentuum et vicariarum.

HONORIVS *d* III. *Vigor.* 86) *episcopo.* (*ann.* 1220. *Roma in Angliam.*)

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, [*quod quidam in ecclesiis, in quibus perpetuas obtinent vicarias, debitam residentiam facere, ac in presbyteros promoueri contemnunt. Nolentes igitur abusum huiusmodi, sicut nec debemus, æquanimiter sustinere, f. t.*] mandamus, quatenus perpetuos vicarios, vt 87) in ecclesiis, in quibus vicarias obtinent, resideant, (*vt tenentur,*] et se in presbyteros, vt e sorum 88) cura exigit, faciant promoueri, per subtractionem prouentuum, vel 89) ipsarum vicariarum [*app. rem.*] compellas.

86) *Wigorn.* legitur in c. 1. comp. 5. h. t.

87) Vocabulum : *vt*, non exstat in C. H. in c. cit. legitur : *et.*

88) *Earum*, legunt C. H. et L.

89) Particula : *vel*, non adest in cit. c. nec in C. H.

TITVLVS XXIX.

DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS DELEGATI.

CAP. I.

Delegatus papæ potestatem habet non solum in partes, sed etiam in alios, qui suam iurisdictionem impediunt.

ALEXANDER III. *Londonensi* 90) *episcopo.* (*ann.* 1165. *Roma in Angliam.*)

Quia quæsitum *f* est (*a nobis ex parte tua*), quid faciendum sit de potestatibus, quæ *g* cum præcipimus alicui iustitiam exhiberi [*de his, quos diligunt, aut tueri volunt,*] minis ac 91) terroribus conquerentes silere compellunt 92), et sic mandatum nostrum *h* eluditur 93): sic 94) tibi respondemus, quod, sicut agentes et consentientes pari pœna, scripturæ testimonio 95), puniuntur *i*, sic tam eos, qui trahuntur in caussam 96), quam principales eorum fautores, si eos manifeste cognoueris iustitiam impedire, districtione 97) ecclesiastica poteris coercere.

90) *Londou.* C. R. 1. habet, sed C. R. 2. legit : *Lunde.* et ed. ant. cum c. 2. comp. 1. h. t. *London.*

91) Pro *ac*, *aut*, habet C. H. cum L. sed ed. ant. legit : *aut minis aut terroribus.*

92) De *potestatibus*, quæ exsequutionem rescriptorum impediebant, loquitur. Quia enim delegationes papales indiscrete eo tempore fiebant, in prima etiam instantia ad simplicem querelam datæ : non mirandum est, ægre tulisse ordinarios hæc noua attentata, et nouis principiis contra veteres canones nata, talisse, et quouis modo obstacula iis posuisse. Patitur etiam in Gallia soluerunt tales delegationes admittere domini terræ sub quorum iurisdictione litigantes degebant, vt docet c. 38. X. h. t.

93) *Illuditur*, C. R. 1. legit.

94) *Id*, legitur in cit. c. 2. pro *sic.*

95) *Testimonio*, legit C. L.

96) In c. cit. legitur : *in caussa.*

97) *Censura*, habetur in cit. c.

CAP. II.

Cum diuersæ litteræ sub eadem data, et forma contraria impetrantur, et præsentantur a diuersis ad eosdem iudices : supersedetur vtrisque, donec consulatur papa.

IDEM ALEX. III. *Bononiensi k episcopo* 98). (*ann.* 1166.)

Sane si a *l* nobis super aliqua caussa litteræ impetrantur 99), et aliæ postea, non facta mentione priorum litterarum, litteræ opponuntur; si iudicibus innotuerit 100), donec Romanum pontif. consulant, et suam exinde cognoscant plenius voluntatem 1) : exsequutioni [*penitus*] supersedeant 2) vtrarumque, ne, pro varietate litterarum, caussarum fines valeant impediri. [*Item cum aliqua caussa, appellatione remota, committitur, et sententia fertur iniqua ; eam euacuari oportet : nec ei debet stari, si manifestam continet iniquitatem.*]

98) *Eboracensi*, legitur in c. 3. cit. comp. sed male ibid. additur : *episcopo*, cum potius legi debeat : *archiepiscopo.*

99) *Impetrantur*, in C. H. legitur, sicut in L. et cit. c. sed *aliquæ litteræ impetrantur*, C. R. 1. habet, et C. R. 2. legit : *litteræ prius impetrentur.*

100) *Innotuerint*, est in cit. c.

1) *Veritatem*, male legitur in cit. c. et obseruat AVGVST.

2) *Debent supersedere*, cit. c. legit, omissa voce : *vtrarumque.*

CAP. III.

Delegatus papæ impeditus, subdelegare potest caussam, quæ sine ipso commode terminari potest.

IDEM *episcopo m Londonen.* 3) (*ann.* 1166.)

Si pro *n* debilitate, vel pro quelibet alia graui caussa *o*, vel necessitate 4), tractandis caussis, quæ tibi a sede apost. committuntur, interesse non poteris; liberum tibi sit personis discretis et idoneis vices tuas committere, ita tamen 5), quod, si res tanti est, te consulere debeant : nisi forte caussæ ita graues sint, quod sine præsentia tua non possint 6) commode terminari.

3) *London.* C. R. 2. legit cum edit. ant. et c. 4. cit. comp.

4) C. H. habet : *vel qualibet*, omissis verbis : *graui caussa.* vel C. R. L. et ed. ant. ita legunt : *pro alia graui qualibet necessitate*, cit. c. vero ita : *vel pro aliqua graui necessitate.*

5) *Tamen*, abest a C. R. H. L. edit. ant. et c. citato.

6) *Nequeant*, legit C. R. 1.

CAP. IV.

Si caussa committitur intra certum diem decidenda ; nisi partes prorogent : per lapsum diei exspirat iurisdictio.

IDEM V *p. Carnoten. electo* 7). (*ann.* 1167. *Roma in Galliam.*)

De caussis *q* quæ intra 8) certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quod, nisi dies *ab apost. sede* 9) præfixus de communi consensu partium prorogetur, eo transacto, mandatum exspirat.

Vbi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. Hoc dicit.

§. 1. Illis etiam 10) qui pro caussis tibi commissis ad citationem tuam venire, aut tuo super his parere iudicio neglexerint, si rei *r* fuerit *s* negotium, quod certa exinde pœna in 11) canonibus exprimatur, eandem infligas : alioquin ipsos pro delicti qualitate et caussæ 12) secundum tuum arbitrium puniri procures 13).

7) *W. cardinali electo*, C. R. 1. legit cum L. *W. Cara electo*, habet C. R. 2. sed *W. Carnotensi electo*, rectius legitur in ed. ant. In c. 5. denique rit. comp. *Idem Wilhelmo Can. electo.* Vox abrupta *Can.* videtur AVGVSTINO in notis esse : *Cantuarensi* ; sed perperam : cum hæc epistola scripta sit Roma in Galliam.

8) *In*, legitur in cit. c.

9) Verba : *ab apost. sede*, in C. R. 1. sunt deleta, et a C. R. 2. plene absunt, itemque a C. H. L. et ed. ant. legimus autem in cit. c. *ab apostolica.*

10) *Autem*, C. H. legit.

11) Particulam *in*, desideramus in ed. cor. et c. cit.

12) *Pro delicti quantitate et qualitate caussa*, C. R. 1. legit.

13) *Punias*, est in cit. cap.

CAP. V.

Per simplicem commissionem caussæ, potest delegatus citare contumacem, punire, et reliqua facere, quæ spectant ad caussam.

IDEM *archiepiscopo t Senonensi* 14). (*ann.* 1167.)

Præterea *u* super hoc, quod nos consulere voluisti, vtrum liceat iudici delegato non ordinario cogere 15) contumacem, vt veniat, aut damnare 16) si non venerit 17)? hoc tibi auctoritate præsentium innotescat, quod, postquam ei caussa, licet simpliciter, delegatur 18), satis potest nostra auctoritate partes compellere, et etiam 19) contumaces seueritate ecclesiastica coercere ; etiamsi litteræ commissionis id non contineant, aut partes *v* mandatum nostrum 20) non habeant, vt accedant : quia ex eo, quod caussa sibi committitur, super [*his*] omnibus 21), quæ ad caussam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

14) Additamentum aliquod est in c. 6. comp. 1. h. t. nimirum : *Sicut Romana, et infra*, quod initium putat AVGVSTINVS capituli eius, cuius hoc nostrum pars esse videtur.

15) *Exigere*, est in c. cit. sed AVGVSTINVS approbat *cogere.*

16) *Condemnare*, C. R. 1. legit.

17) C. R. H. L. edit. ant. Pith. et Gonz. ita habent : *si non veniat.*

18) *Delegetur*, legitur in cit. c.

19) Particula *et*, in C. L. non legitur.

20) *Aut etiam mandatum partes*, C. R. 2. sic etiam in H. L. et cit. c. pron. *nostrum*, non exstat.

a C. 1. eod. tit. in 3. comp. al. *incipit*, tua nobis. b *Vide l. fin. cum ibi not. C. si a non comp. iud.* c Et de vicariatum iurisdictione, *vide concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 16. d *al.* Innocent. III. e Earum. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Lateran. p.* 7. *cap.* 2. g Qui. h Eluditur. *Rom c.* 1. i *Vide l. iubemus. §. œconomus, cum vulg. C. de episcopis et clericis.* k Eboracensi. l *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Lateran. p.* 7. *c.* 3.

m *Alias*, Lunen. n *Cap* 4. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Later. part.* 7. *cap.* 5. o *Vox*, caussa, *deest in antiquis.* p Idem G *alias*, idem Wilhelmo canon. electo. q *Cap* 5. *eod tit. in* 1. *compil. et post concil. Later. p.* 7. *c.* 6. r Sit. s Cenomanensi. t *Cap.* 8. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Later. p.* 7. *c.* 7. v *In C. Barbosa*. aut mandatum partes non habeant apostolicum, et accedant.

CAP.

CAP. VI.

Si caussa pluribus etiam simpliciter est commissa, quilibet subdelegare potest. H. d. et quotidie allegatur.

IDEM a *Vintoniensi* 21) *episcopo. (ann. 1168. Roma in Angliam.)*

Quamuis b simus 23) [*multiplicitate negotiorum implicati, et grauibus diuersisque sollicitudinibus occupati; nos tamen cogit præter debitum commune t. frat. caritas et dilectio, qua personam tuam diligimus, tuis consultationibus respondere: ne videamur indiscussa relinquere, quæ nobis enodando tua voluit discretio præsentare. Innotescat itaque sollicitudini tuæ, quod iudex a nobis delegatus caussam sibi commissam potest aliis delegare, aut totam audiendam et terminandam, aut etiam, vt audiant allegationes et rationes et attestationes recipiant, et sententias sibi ferant, vel vt horum aliquid tantummodo faciant iuxta voluntatem et beneplacitum delegantis: quanquam non possit eandem caussam alii appellatione postposita delegare, etsi sibi sit appell. re. commissa.*] Si vero duobus caussa committitur; etiam si non apponatur, vt vnus sine altero procedat in ea: nihilominus vnus ex ipsis, siue suo coniudici, siue alii, vices suas potest committere in hac parte.

21) *Super his omnibus*, secund. C. R. 2. et c. 7. cit. comp. 1.
22) *Vigorn.* C. R. 1. legit, sed *Vellon.* C. R. 2. habet pro *Vinton.*
23) *Si vnus*, pro *simus*, frustra legit ed. ant.

CAP. VII.

Delegatus papæ exsequitur sententiam suam, quam exsequi non potest, aut non vult is, cui eam commiserat exsequendam.

IDEM *Norwicensi* 24) *episcopo. (ann. 1168.)*

Significasti d nobis [*per litteras tuas, quod interdum a iudice delegato frustra super aliqua caussa fertur sententia, cum ordinarius iudex cum ad mandatum illius nolit exsequutioni mandare, aut aliis resistentibus effectui mancipare non possit. Super hoc autem*] consult. t. f. r. quod, si iudex ordinarius ad mandatum iudicis delegati a nobis non vult, aut non potest, aliis resistentibus, sententiam ab eo latam suo 25) effectui mancipare, delegatus iudex eam e auctoritate nostra sibi commissam 26) potest exsequutioni mandare: et, si qui sibi restiterint, eos sententia ecclesiastica coercere.

24) *Vigorn.* C. R. 1. et *Norom.* C. R. 2. male legunt, cum in c. 9. comp. 1. sicut hic, legatur rectius *Norwicensi*, in Anglia episcopo sub Cantuariensi archiepiscopo.
25) Pron. *suo*, abest a C. H. L. ed. ant. et cit. c.
26) *Caussam auctoritate sibi commissa*, C. R. legunt cum L.

CAP. VIII.

Si ordinarius scit, eum non canonice institutum, quem delegatus papæ mandat in possessionem induci: non resistet violenter, sed potius instabit, vt differat, donec papa consulatur.

IDEM. *(ann. 1169.)*

Si quando f clerici coram iudice delegato prælatos ecclesiarum, super ecclesiis, quas 27) tenent in caussam traxerint, et coram eodem iudice transactione 28) g, vel alio modo ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit, eos institutionem canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem: ordinarius iudex non debet iudicis delegati mandato resistere violenter h, sed apud ipsum instare [*debet*], vt differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

27) *Suis, quas*, habet C. H.
28) C. R. 1. addit: *vel transactione.*

CAP. IX.

Post diffinitiuam exsequutioni mandatam, exspirat delegati iurisdictio.

IDEM *Brixiensi* 29) *episcopo. (ann. 1170. Roma in Venetiam.)*

In i litteris, [*quas tua nobis destinauit fraternitas, quæstiones quasdam inseruisti, super quibus solutionem tibi a nobis postulasti exhiberi, quarum siquidem vna est, scilicet vsque ad quod tempus iudex delegatus possit se interponere, vt stetur rei iudicatæ vel transactioni? Super hoc itaque*] cons. t. f. r. quod ex quo iudex delegatus per se, vel per alium, [*si potuerit,*] sententiam exsequutioni mandauit, vel mandari præcepit, eius auctoritas et iurisdictio cessat: quia semel est officio suo functus.

29) *Brigensi*, habet C. R. minus recte.

CAP. X.

Reo absente, non per contumaciam, delegatus datus etiam ad diem, non restituet actorem, licet possessionem et deiectionem probare volentem.

IDEM ALEX. III. *abbati sancti Albani* 30). *(ann. 1173. Roma in Angliam.)*

Consultationibus k [*singulorum ex ministerio seruitutis susceptæ cogimur respondere, vt, si quid dubietatis vel quæstionis in mente alicuius emerserit, ab ecclesia Romana soluatur, quæ inter alias, dispensante Domino, meruit obtinere principatum.*] Quæsitum est [*a nobis siquidem,*] vtrum si aliquis ecclesia, vel possessione qualibet 31) se asseuerans absque iudicio et caussa rationabili spoliatum, [*et*] a nobis 32) ad iudices 33) litteras obtinuerit 34), vt intra certum tempus restituatur sibi possessio, si constiterit iudici, eum esse taliter 35) spoliatum, possessio debeat ei restitui, cum is, qui tenet 36) ecclesiam vel possessionem, quam ipse sequitur, antequam de litteris ipsis aliqua mentio fieret, studiorum 37), [*vel*] peregrinationis, vel alia huiusmodi caussa se absentauerit, nec intra tempus præfixum l iudici possit suam præsentiam exhibere? Super quo [*vtique consultationi tuæ taliter*] respondemus 38), quod nec potuit 39), nec debet restitutionem habere; quamuis paratus sit coram iudice delegato, testibus idoneis, possessionem et deiectionem suam probare; nisi is, qui possidet, se per contumaciam 40) absentasset: [*si etiam iudex vsque ad reditum eius, qui possidet, terminum prorogauerit. Exspirat enim iurisdictio sua: quia sine consensu vtriusque non licet iudici terminum prorogare aliquatenus præfixum a delegatore.*]

30) *Albani*, rectius legunt C. H. L. c. 15. comp. 1. h. t. et ed. ant.
31) *Aliqua*, C. R. 1.
32) C. R. H. L. ed. ant. Pith. et Gonz. *et a nobis*, legunt.
33) *Ad iudicem*, legimus in cit. c.
34) *Obtinet*, cit. c.
35) *Taliter*, non est in cit. c. sed paullo post ita legimus: *qualiter possessio* ei etc. qua variatione non ita variatur sensus.
36) *Tenent*, est ibidem.
37) *Studiorum vel*, C. H. legit cum L.
38) *Quo taliter respondemus*, legit C. L.
39) *Non potest*, C. H. habet.
40) *Contumaciter*, habet C. R. 1.

CAP. XI.

Delegatus papæ in caussa sibi commissa, iurisdictionem habet super ordinarium, et quemcunque maiorem.

IDEM m *Carnotensi* 41) *episcopo. (ann. 1175. Roma in Galliam.)*

II. Sane quia n nos 42). [*consulere imprimis voluisti, qualiter a nobis iudex delegatus episcopum, qui ei non subest, ad aliquid faciendum vel dandum compellere debeat, cum caussam, quæ inter episcopum et clericum vel laicum vertitur, de mandato nostro susceperit; id*] tuæ quæstioni duximus respondendum, quod iudex a nobis delegatus vices nostras gerit: vnde in caussa illa superior est, et maior illis, quorum caussam suscepit 43) terminandam o. Ideoque, si episcopus vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius, in caussa, quam ei delegamus, rebellis aut 44) contumax fuerit, secundum qualitatem [*vel quantitatem*] facti poterit vel interdicti, vel suspensionis sententia, a iudice delegato compelli: ita quod 45) iudex secundum negotii qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressum ecclesiæ 46), vel sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suam 47) pertinet specialiter, interdicto supponat.

41) *Conentrensi*, legit C. L. minus recte.
42) C. R. tantum legunt: *Sane quia*, sic etiam L. et ed. ant. habent.
43) *Susceptæ*, C. R. legunt cum L. et c. 16. cit. comp. sed legitur: *suscepit*, in edit. Gonz. Pith. et C. H.
44) *Ac*, pro *aut*, habet C. L.
45) *Ita tamen quod*, C. H. legit, sed c. cit. habet: *itaque iudex.*
46) *Ecclesiarum*, legimus in cit. c.
47) *Eius*, C. H. legit.

CAP. XII.

Si primus impetrauit primam dignitatem in ecclesia vacaturam, secundus impetrauit certam dignitatem ipsius ecclesiæ, cum vacaret, et illa postmodum vacat: debetur primo, et non secundo. H. d. et est notabilis decisio.

IDEM *Eboracensi* 48) *archiepiscopo, et episcopo Conuentren* 49). *(ann. 1176. Roma in Angliam.)*

I. Ex parte N. 50) [*capellani*] nobis p innotuit, quod, cum ad te, frater Conuentren. 51) episcope 52), nostras litteras impetrauerit 53), vt ei archidiaconatum, quem in ecclesia tua 54) primo vacare contingeret 55), assignares: R. aduersarius q eius 56) alias 57) ad te, frater Eboracen. litteras 58) r [*sicut dicitur*] impetrauit, nulla de prioribus habita mentione, vt, si auunculus suus archidiaconatum 59),

48) Vox: *Eboracensi*, in C. R. 1. non legitur.
49) *Conentrensi*, legit C. L. at *Conuentrensi*, habet ed. ant. rectius.
50) *Ex parte Nicolai*, C. R. 2.
51) *Conuentrensis*, secund. C. R.
52) Vox: *episcope*, in C. R. 2. H. L. et ed. ant. omittitur.
53) C. R. 1. legit: *impetrasset*, sed H. et cit. c. *impetrauit.*
54) Vox: *tua*: non est in cit. c. ergo non perperam addidit Raymund. cum in duobus Tarracon. exstare obseruet AVGVST. ad h. l.
55) *Contigerit*, habetur in cit. c.
56) Verba: *aduersarius eius*, in C. R. 1. H. et ed. ant. non exstant, in C. R. 2. recentius adscripta sunt.
57) *Alias*, omittitur in c. cit.
58) *Litteras*, nec in C. L. nec in ed. ant. legitur.
59) *Archidiaconatum*, legit C. L. cum ed. ant.

---

a al. Vutil. b Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Later. p. 7. c. 8. c Non tamen potest alium sibi associare iurisdictionem non habentem, infra eod. cap. cum super. d Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Lateran. p. 7. c. 11. e al. ita: eam auctoritate sibi commissa. Aliter, caussam auctoritate apostolica sibi commissam. Sed plura et vetustiora ita: caussam auctoritate sibi commissa. f Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Lateran. p. 7. c. 12. g al. per transactionem. h Vide l. nec magistratus ff. de iniur. i Post conc. Later. sub Alex. III. c. 14. et 18. eod. tit. in 1. compil. k C. 15. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lateran. part. 7. c. 17.

l al. præmissum. m Cantuar. archiep. n C. 16. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. p. 7. c. 2. o l. generaliter, cum seq. D. de fideiuss. et l. si duo. D. de iudic. p C. 17. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Later. p. 7. c. 21. q Hæc duo verba, aduersarius eius, desunt in antiquis. r Vox, litteras, in antiquis deest.

quem

quem habebat in ecclesia eadem, vellet omnino dimittere, ipsum ei faceres assignari 60). Quoniam igitur, si memores fuissemus, nos pro prædicto N. 61) litteras [*nostras, sicut prædiximus*] direxisse, pro adversario nullatenus scripsissemus: [*volentes litteras nostras, quas pro eodem N. misimus, occasione hac effectu carere, fraternitati tuæ per A. S. præc.*] mandamus, quatenus [*præscriptum Conventrensem commoneas, ut*] præfato N. archidiaconatum ipsius ecclesiæ, si vacat, [*iuxta promissum suum,*] non obstantibus posterioribus 62) litteris, assignetis 63), [*quæ ab adversaria eius postmodum fuerint impetratæ, tacita veritate.*]

60) Hoc aliter fieri non poterat, quam resignatione in favorem eius, cui assignandum beneficium, sed ita, a sede papali approbanda: quem casum hic pontifex proposuisse videtur. Etenim ex litteris prioribus constabat, Conventrensem episcopum archidiaconatum suæ ecclesiæ, si vacaret, capellano N. promisisse, archidiaconum autem, ut hoc promissum eluderet, paratum fuisse ad dimittendum illum in favorem avonculi sui, et hac de caussa litteras posteriores ad episcopum Eboracensem impetrasse, ut is auctoritate apostolica resignationem reciperet.
61) *Nec præfato N.* legimus in c. cit.
62) *Posterioribus*, non adest in cit. c.
63) *Assignet*, est in cit. c.

CAP. XIII.

Ubi contraria voluntas papæ non apparet: delegatus iuris formam servare debet, et rationabiles exceptiones admittere. Ioan. Andr.

IDEM *Eboracensi 64) archiepiscopo.* (*ann.* 1177.)

II. **E**x parte a tua, [*quæsitum est a nobis, utrum, cum caussam aliquam sub certa forma committimus, iudices delegati ita formam sibi commissam debeant sequi, quod rationabiles exceptiones non admittant? Super quo*] quæstioni tuæ taliter respondemus, quod, [*et*] si quando iudici delegato 65) expediat formam sibi statutam servare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, et in caussa iuxta iuris æquitatem procedere: nisi exprimatur in litteris nostris, quod nullæ debeant exceptiones admitti. Quod nec nos, nec antecessores 66) nostros credimus unquam 67) *b* expressisse.

64) *Eboracensis*, legit C. L.
65) Vox: *delegato*, non adest in c. 18. cit. comp.
66) Nec tamen infrequens est, in caussa *spolii* restitutionem sine ulla exceptione alicui mandare, ut passim exempla rescriptorum produnt, ex vulgato principio, quod spoliatus ante omnia sit restituendus. Conf. c. 2. *C. XXI. q. 2.*
67) Adverbio: *unquam*, in C. R. 2. puncta subiecta sunt: in C. vero H. et L. illud plane non exstat.

CAP. XIV.

Delegatio facta dignitati, non expresso nomine proprio, transit ad successorem.

IDEM *abbati et conventui maioris monasterii.* (*ann.* 1178. *Roma in Galliam.*)

Quoniam *c* abbas Leicestriæ, qui [*prius*] suscepto mandato nostro partibus diem ad agendum præfixit, [*præhabito consilio prudentum*] abbatem Vincestriæ 68) de novo substitutum iudici præmortuo, illi mandato nostro porrecto, quia sub expressis nominibus locorum et non personarum commissio [*litterarum a nobis*] emanavit, sibi socium in caussæ cognitione 69) adiunxit: [*ideo*] nos sententiam illorum, sicut est iusta 70), ratam et firmam habemus.

68) In c. 19. cit. comp. legitur: *Lancestria*, sed AUGUSTINUS in h. l. docet, hoc nomen mendosum esse.
69) *In caussa cognitionem*, C. R. 1. legit cum cit. c.
70) *Sicut rationabiliter lata est*, legimus in cit. c.

CAP. XV.

Si quæstionem de iure præsentandi papa deleget appellatione remota, et sub ea forma, ut delegatus ad præsentationem eum, ad quem viderit pertinere, admittat ecclesiam; per hoc non habet instituere, sed pronuntiare; et is, ad quem pertinet, instituet: et si iuri suo detrahitur, licite appellet.

IDEM. [*Cenomanensi episcopo 71).*] [*pars c. tuæ nos.*] (*ann.* 1178. *Roma in Galliam.*)

Super *d* eo vero, quod subiungere voluisti, si, de præsentatione presbyteri inter aliquos quæstione suborta, caussam contigerit 72) delegari alicui sub hac forma, ut, si constiterit ius, de quo agitur, ad partem alterutram *e* pertinere, ad præsentationem eiusdem de persona idonea ordinet ecclesiam, app. rem. an liceat delegato iudici, inferio diœces. episcopo, archidiacono vel archipresbytero reclamante, præsentatum sibi clericum in possessionem ecclesiæ mittere, [*præsertim si ignotus fuerit præsentatus, aut minus idoneus, aut*] si 72*) archipresbyter, vel archidiaconus 73), vel episcopus, ad quem institutio pertinet, appellaverit 74) *f*, [*utrum*] eorum sit appellationibus deferendum 75), hoc tuam volumus discretionem tenere, quod, licet quæstionem, quæ de præsentatione vertitur, app. rem. commiserimus 76) alicui terminandam, non tamen est nostræ intentionis diœces. episcopo, vel archipresbytero, vel archidiacono 77) præiudicium generare. Ideoque præsentandus est illi, qui instituendus fuerit *g*. Et tenebit eorum appellatio, si videntes iuri suo detrahi duxerint appellandum: quia non illis 78) *h*, sed 79) partibus, inter quas caussa commissa est, appellationis remedium est sublatum 80).

71) Hæc vocabula non adsunt in c. 20. cit. comp. 1.
72) *Contingit*, C. R. 1.
72*) In vulgatis edit. legimus: *et an, si etc.*
73) *Aut archidiaconus*, secundum C. H. et cit. c.
74) *Appellaverint*, C. R. legunt cum H.
75) Ratio dubitandi erat, quod delegatio facta *appellatione remota*. Sed quia tertius hic interveniebat *principaliter*, de iure suo agens: eius appellatio, de qua non cogitatum fuerat, non videbatur per rescriptum reiecta.
76) *Commiserimus*, C. R. 1.
77) *Archidiacono vel archipresbytero*, C. H. legit cum L. omisso nimirum in fronte particula *vel*.
78) *Illis*, legunt C. R. 2. et L.
79) *Sed*, in C. H. legitur.
80) *Interclusum*, legitur in cit. c.

CAP. XVI.

Si caussa simpliciter est delegata duobus: sententia unius non tenet.

IDEM ALEX. III. *Arelatensi episcopo 81).* (*ann.* 1180. *Roma in Galliam.*)

I. **C**aussam *i* matrimonii, quæ inter I. 82) mulierem, et Blanchacium 83) agitari dignoscitur, [*venerabilibus fratribus nostris*] Foroiulien. *k* et Vapincensi 84) episcopis nos meminimus commisisse *l* quibus [*utique in unum convenientibus et*] eam 85) [*mulierem, sicut accepimus,*] viro restitui mandantibus, vir mulierem 86) cruciatibus et flagellis adeo affecit, quod invita et coacte inter se et virum suum confessa est parentelam. Sicque factum est, quod ad iudicium unius eorum dimisit eandem, [*quæ quinque filios ex eo dicitur genuisse, et XIV. annis secum sine aliqua quæstione permansisse. Unde quoniam matrimonium in ecclesia Dei a Deo probatur esse magnum sacramentum, quod sine rationabili et evidenti caussa non debet dissolvi; præsertim cum non ab homine, sed a Deo fuerit institutum:*] discretioni vestræ [*per A. S.*] mandamus, quatenus [*huius rei veritatem inquiratis, et,*] si inveneritis, quod præfatus B. dictam I. 87) ad iudicium solummodo alterius prædictorum *l* [*episcoporum*] a se separasset 88), quia, cum caussa duobus committitur, sententia unius non tenet, ipsum, ut eandem mulierem, sicut uxorem suam, [*appell. rem.*] benigne recipiat, et maritali affectione 89) *m* pertractet, monitione præmissa, cogatis 90). [*Quod si facere forte contempserit: eum et superinductam cess. appell. obstac. excommunicationis vinculo adstringatis.*] Si qui tamen apparuerint, qui, postquam ab eo recepta fuerit, matrimonium ipsorum velint, et legitime possint impetere: [*partibus ante vos vocatis*] caussam audiatis, et [*cum rem. app. remoto*] fine canonico terminetis, [*illa maturitate et circumspectione adhibita, quæ in tanto negotio convenit adhiberi.*]

81) Nulla inscriptio legitur in C. R. H. L. ed. ant. in c. 21. cit. comp. præter *idem*.
82) In C. H. per totum legitur: *G.* in c. cit. *Bewgardam*, vel potius *Ermengardam*.
83) C. H. habet: *Blancarium*, L. *Blancatium*, c. cit. *Blasium*, rectius.
84) C. H. legit: *Foroiulien. et Napien.* L. *Foro iulien et Vapen.* cum ed. ant.
85) *Eandem*, legit C. R. 1. cum cit. c.
86) Post hanc vocem repetuntur in cit. c. verba: *sicut accepimus*, sed mendose, prout censet AUGUST. cum non sint in aliis libris.
87) *Prædictam mulierem*, legimus in cit. c.
88) *Separaverit*, est in cit. c.
89) De vinculo consanguinitatis enim nondum constabat; quia confessio uxoris flagellis extorta erat: ideoque in dubio restitutio facienda erat ad domum mariti, c. 10. *X. de restit. spol.* quæ haud restituenda, si in continenti impedimentum probari potuisset. c. 13. *X. eod.*
90) *Instanter commoneatis et districte compellatis*, habet cit. c.

CAP. XVII.

Delegatus, qui est dominus impetrantis, recusari potest.

IDEM *Oxonensi et Vintonien. episc. et abbati Herford. 91)* (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

II. **C**aussam *n*, quæ inter [*nobiles viros*] F. et R. 92) [*de Ardenne, quondam filium Agathæ*] de nativitate ipsius 93) vertitur, vobis, fratres episcopi, et [*venerabili fratri nostro*] London. episcopo [*sub certa forma*] commisimus terminandam. Verum quoniam idem F. [*de Ardenne*] præfatum Londonen. episcopum habebat suspectum, pro eo, quod dominus est prædicti R. ipsum amovendum, et te, fili abbas,

91) *Exon. et Vigorn. episc. et abb. Estro.* C. R. 1. habet, sed C. R. 2. legit: *Exon. et Exonen. episcopis*, manu recentiori addita: *abbati Herforto.* H. habet: *Exonensi*, L. *Exonensi et Vintonien.* rectius, edit. ant. *Vingon. et Oxon. episcopis, etc.* c. 17. comp. 1. h. t. *Exon. Winton. episcopis et abbati Forden.* AUGUSTINUS ad h. l. mavult scribi: *Exoniensi et Wintoniensi episcopis, et abbati Herefordensi.*
92) *H.* C. L. et ed. ant. perperam habent per totum.
93) Pro *ipsius*, vulgo legitur: *Agatha*, sed series verborum restitutorum requirit hanc lectionem, quæ suppeditatur in c. 4. comp. 1. qui fil. sunt legit.

a C. 18. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lat. p. 42. c. 1. b Vox, unquam, non est in antiquis. c Cap. 19. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lateran. p. 46. c. 4. d C. 20. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lateran. part. 47. cap. 3. e Alteram. f Appellaverint.

g Est. h al. illi, sed illis, id est, episcopo archidiacono, vel presbytero. i Cap. 21. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lateran. p. 50. c. 26. k al. Toronitensi et Napitiensi, al. Forojuliensi. l Vide l. falsus. §. sed si is. ff. de furt. gl. et doctor. in auth. de fideiuss. §. 1. m Affectu. n C. 4. qui filii sint leg. in 1. compilat. adde cap. 3. extr. de dolo et contum.

loco ipsius 94) a duximus subrogandum. [*Per apost. itaque scripta vobis mandamus, atque præcipimus, quatenus de natiuitate prædictæ A. rei veritatem subtiliter inquiratis, et si, partibus ante vestram præsentiam conuocatis, legitime vobis constiterit, quod sæpe dicta A. de Aadena maltere tempore Alani viri sui ipsa cum eo, tanquam cum viro suo commorante, nata fuerit, vel quod R. filius Sauarici tam dictam Anelinam matrem ipsius Agathæ, superstite secundo viro R. S. de Vindesceu. publice tenuerit eamdem Agatham, et si de Radulfo filio Sauari nata fuerit, non fuisse legitimam eiusdem R. filii Sauarici, omni occasione et exceptione postposita et app. pronuntietis: quia non potuit esse vxor, quæ viri sui torum maculans, alii, dum ille viueret, iungi et cohabitare præsumserit. Ceterum si aduersarius sui legitime citatus ad præsentiam vestram accedere, vel iudicio vestro parere contemserit, aut si ita, sicut nobis proponitur, se absentauerit; cum a multis retro diebus de Anglia recessisse dicatur, nec in terra postea manifeste comparuisse, neque ad præsentiam vestram accesserit: procuratorem eius, si quem forte reliquerit, ad præsentiam vestram nihilominus conuocetis. Et, siue procurator venerit, siue non, aut si procuratorem non dimisit, denunciationibus eius ad domum missis, secundum ordinem iuris, caussam audiatis attentius; et, receptis testibus alterius partis, infra tres menses post harum litterarum susceptionem iuxta dictam formam subl. app. ad proferendam sententiam procedatis, ita, quod vltra tres menses caussam ipsam minime differatis: nullis obstantibus litteris, siue quæ de restitutione possessionis R. de Ardenna facienda, siue quæ de possessionis iudicio regi relinquendo fecerint mentionem, siue quibuslibet aliis, quæ antea fuerint impetratæ, siue quas in posterum, non exposito tenore litterarum istarum, contigerit impetrari. Sane si infra præscriptum tempus nequiueritis, vel nolueritis in earum, quæ dicta sunt, exsequutione procedere: nolumus, quod commissio nostra debeat propter hoc exspirare.*]

94) *Illius*, legit C. L.

CAP. XVIII.

A subdelegato delegati papæ, qui subdelegauit non in totum, non ad papam, sed ad ipsum delegatum appellari debet.

IDEM *Cantuariensi episcopo* 95).

Cum b te consulente: [etc.] [*et infra.*] Si 96) super caussa, quæ tibi ex nostra delegatione committitur, a personis ecclesiasticis, vna, vel pluribus 97), quibus, vt parcas laboribus partium et expensis, cognitionem ipsius caussæ et testium examinationem, sententia tibi reseruata, committas 98), appellatio 99) fuerit interposita, huiusmodi appellationis intuitu caussam ipsam indiffinitam relinquere non teneris 100).

95) Nullibi legitur ista inscriptio, præter quod eam Pithœi in notis addiderunt scribentes: *Cantuariensi archiepiscopo*, non *episcopo*.
96) *Item*, pro *si*, est in c. 1. comp. 2. h. t.
97) *Vni, vel pluribus*, C. R. 1. H. et L. legunt, cum cit. c.
98) *Committis*, legunt C. H. L. et ed. ant.
99) *Si appellatio*, habet C. L.
100) Ita cum C. H. edit. antiqua et cit. c. rectius negatiue legendum, quia tales subdelegatos, quibus tantum *cognitio cum examine testium* commissa erat, reseruata sibi sententia, a delegato iudice, iudicibus pedaneis æquiparatum poterit, a quibus appellabatur is, qui eos dederat. *l. f. D. quis a quo appell. l. vn. C. qui pro sua iurisd.* conf. c. 27. *X h. t.* Ius ciuile magistratui ordinario in *caussis minoribus*, (h. e. intra 300. numeros constitutis per nou. 82.) potestatem iudices pedaneos dandi seu *notionem* consiliariis committendi, (qui instar *iudicum pedaneorum* erant per nou. 60. c. 2.) olim concedebat per *l. f. C. de pedan. iudic.* quod etiam dicendum de delegatis a principe, quibus in certa caussa mandata erat extra ordinem iurisdictio, qui itidem poterant iudicem pedaneum dare, quia iurisdictionem habebant, *l. 2. C. de iudic.*, quæ *datio notionis etiam delegatio* dicebatur; *l. vn. C. qui pro sua iurisd.* sed iurisdictionem totam alteri mandare non poterant. In *caussis maioribus* magistratibus, publicis demum occupationibus districtis, IVSTINIANVS permisit, partem quandam litis, reseruata tamen sibi sententia, consiliariis, qui erant instar iudicum pedaneorum, delegare, quod negatum erat delegatis a principe extra ordinem, in quibus publicarum occupationum impedimentum cessabat per *nou.* 60. c. 2. *et auth. ad hæc. C. de iudic. Romani tamen pontifices*, ait FRANCISCVS FLORENS *ad h. t. P. II. oper. iurid. p.* 154. *non tantum ea omnia tribuerunt iudicibus a se delegatis, quæ imperatores suis iudicibus delegatis, sed hoc amplius eis permiserunt, vt delegatam sibi a pontificibus iurisdictionem iterum aliis demandare et subdelegare possent, perinde ac si iurisdictio mandata eis propria iure competeret: quod procul dubio contra iuris ciuilis regulas amplificanda et proroganda suæ potestatis caussa induxerunt, vt eorum delegati non tantum iudices dare, (quod iure ciuili licuit delegatis ab imperatore iudicibus;) sed etiam iterum iurisdictionem sibi delegatam aliis mandare possent, quod subdelegare vocant.* Idem euidenter declarat c. 27. *X. h. t.* vbi INNOCENTIVS III. hanc ALEXANDRI III. decretalem explicat, et *nou.* 60. c. 2. dictam scribit per clausulam: *non obstante.* Quodsi ergo delegatus a pontifice partem caussæ tantum alicui committit, hic est instar *iudicis pedanei*, a quo appellatur ad iudicem delegatum: si totam caussam subdelegauit, ad pontificem, quia subdelegatus talis instar eius est, cui mandata est iurisdictio.

CAP. XIX.

Morte delegantis non exspirat iurisdictio delegati, coram quo lis erat contestata.

LVCIVS III. c *Cantuariensi archiepiscopo, et eius suffraganeis.*
(*ann.* 1183. *Roma in Angliam.*)

Relatum est 1): d [etc.] [*et infra.*] Nos itaque consult. vestræ 2)

1) *Dictio est*, in C. L. et ed. ant. non legitur.
2) *Consult. t. h. u. tua*, C. R. 1. et ed. ant.

resp. quod, si lis fuerit ante præd. n. obitum contestata, mandatum morte 3) mandatoris nullatenus exspirauit. Si vero ante litis contestationem decessit 4): non est [*in eo casu*] a iudicibus 5), quos delegauerat 6), ex delegatione huiusmodi procedendum. [*Poterit ergo in eo casu appellatione cessante procedi, in quo ante mortem mandatoris lis fuerit per narrationem et responsionem contestata. Vbi autem mors mandatoris litis contestationem præcessit; penitus subsistat: siue fuerit, siue non fuerit appellationis obstaculum interiectum.*]

3) C. H. legunt: *in morte*, sicut etiam L. et ed. ant.
4) *Decesserit*, secundum C. R. 1. et c. 22. comp. 1. h. t. Videlicet eo tempore adhuc controuersum erat, verum vsu fori *litis pendentia* per litis contestationem, an vero solam citationem rite insinuatam induceretur, et res desineret esse integra, vt dicitur in c. 30. *X. h. t.* Prius affirmabat LVCIVS III. secundum iuris ciuilis principia: posterius VRBANVS III. in c. 20 *X h. t.* secundum præsentem fori statum, vbi aperte distinguit citationem ante obitum delegantis factam a litis contestatione post mortem eius facta, vt omnis conciliandi ratio prorsus exulet. Lis hæc demum decisa est in *clem.* 2. *vt lite pendente*, quæ *litis pendentiam*, secundum VRBANI III. decretalem in citatione rite insinuata constituit, qua res desinit esse integra.
5) Præpositio *a*, a C. R. 1. et c. cit. abest.
6) *Quibus delegauerat*, C. R. 1. legit, sed C. R. 2. et c. cit. *quos delegauerit*, et C. H. *huiusmodi*, *quos*.

CAP. XX.

Si delegatus citauit ante mortem delegantis: perpetuata est eius iurisdictio. Et appellationi renuntiat, qui coram iudice, a quo appellauit, litem prosequitur.

VRBANVS III. *de Vellebech. et de Olseston. abbatibus* 7).
(*ann.* 1186. *Roma in Angliam.*)

Gratum me gerimus [*et acceptum, quod in negotiis vestræ discretioni commissis debitam curam impenditis, et in his, quæ ad dubitationem faciunt pro grauitate vestri officii censuram sed. apost. postulatis.*] Sane consuluit nos deuotio vestra 8), an ante obitum delegantis, proposito citationis edicto, lite vero post mortem contestata, nihilominus debeat in caussa procedere [*iudex*] delegatus. Et verum is intelligatur appellationi renuntiasse, qui ea interposita ad producendos testes inducias postulauit, et demum productioni et allegationi renuntians, attestationes patiit sollemniter publicari, [*sicut hoc totum circa decessum bonæ memoriæ prædecessoris nostri Lucii papæ, qui vos iudices delegauerat, sub examine vestro asseritis contigisse.*] Nos autem inquisitioni vestræ taliter respondemus, quod, cum in casu priori citatione facta, negotium sit quasi cœptum, et maxime si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest et debet in caussa procedi 9), tenebitque, quod iustitia fuerit præuia [*iudicii tramite*] definitum. In secundo vero casu videatur 10) ab appellatione recessum, si secundum ea, quæ præmissa sunt, eum, qui appellauerit, constiterit processisse.

7) In c. 23. comp. 1. de testib. et attest. horum abbatum fit mentio: vnde iniero, hanc inscriptionem ita scribi oportere: *Abbatibus de Vellebec, et Ofelnesson.* vel potius cum GONZ. *de Bela Beru et Ofelbeston.*
8) *Deuotio tua*, C. R. habent, sicut et L. cum ed. ant.
9) *Procedere*, C. R. 2.
10) *Verum*, est in c. 23. comp. 1. h. t. pro *videtur*.

CAP. XXI.

Si caussa committitur tribus delegatis, cum clausula, quod si non omnes, etc. priusquam appareat de impotentia tertii; duo procedere non possunt: et, si procedunt, nihil agunt. Hoc dicit, vsque ad §. adiicimus.

COELESTINVS III. (*ann.* 1194. *Romæ.*)

Prudentiam f tuam: [etc.] [*et infra.*] Quinto loco [*insuper*] supplicas informari, verum, cum tribus [*vel cum pluribus*] caussa committitur, ita, quod si omnes interesse nequiuerint, duo eam nihilominus exsequantur, si reus e duobus tantum fuerit conuocatus 11), venire necessario teneatur. Et si citatus [*fuerit a duobus tantum seu*] e pluribus, [*et*] coram duobus comparuerit 12), tertio [*aut vlteriore*] nec veniente per se, vel g per litteras 13), vt solet fieri, excusante, an duo præsentes in caussa possint procedere, vt eam [*definire et*] sententiæ calculo terminare? In hoc casu taliter respondemus 14), quod, cum aliquis delegatorum iudicum per certum nuntium, vel excusatorem litteratoria destinatum, non ostenderit 15), se interesse non posse, vel alias de eodem canonice constare non poterit, residui procedere ad caussæ cognitionem h non debent. Quodsi 16) processerint, nihil reputabuntur 17) egisse; illa quippe fuit antiqua sedis apostolicæ prouisio, vt huiusmodi caussarum recognitiones 18) i duobus, quam vni, tribus, quam duobus libentius delegaret: cum, sicut canones attestan-

11) *Conuocatus*, C. H. leges.
12) *Adparuerit*, est in c. 3. comp. 2. h. t.
13) *Nec per litteras*, C. H. legunt, cum c. cit. 3.
14) In c. cit. legimus: *Nostra autem in hoc casu talis exstitit responsio*, etc.
15) *Quibus constiterit*, *se* etc.
16) *Quos si*, C. H. 1.
17) *Reputantur*, habet C. H.
18) C. R. H. et L. legunt: *cognitiones*.

a Illius b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* c *al.* Innocent. III. d *Cap.* 22. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Later. p.* 7. *c.* 22.

e *Cap.* 51 *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Lateran. p.* 48. *c.* 3. f *Pars c. prouidentiam infr. de mutuis pet. et c.* 3 *eod. tit. in* 2. *compil. Vide gloss. hic.* g *al. nec, recte.* h *Facit ad hoc glossa in l. magistro. C. de med. et profess. libr.* 10. i Cognitiones.

eur,

tur, integrum sit iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, Mandati siquidem excedere fines probaretur, si quis circa formam 19) rescripti accepti præsumeret iudicare.

Clausulæ, si non omnes potueritis, *sub impotentia includit voluntatem, quoad partiendam iurisdictionem coniudicum. Idem in duobus datis cum clausula*, quod si ambo. H. d. vsque ad §. sexta.

§. 1. Adiicimus 20) etiam, quod, vbi fuerit in commissione appositum, vt, si omnes 21) interesse nequiuerint, duo a eam 22) nihilominus exsequantur; [et] si aliquis 23) ex ipsis, cum possit, noluerit interesse, duo nihilominus in caussa procedant: licet ille tertius grauissime sit arguendus pro eo, quod mandatum apostolicum exsequi subterfugiat aut contemnat. Idem quoque per omnia dicimus obseruandum in b caussa 24), quæ committitur duobus, eo apposito, vt, si ambo interesse nequiuerint, alter nihilominus exsequatur 25).

Si reus coram delegato obiicit excommunicationem actori, quam non probat intra tempus debitum: auditur actor. Si vero probat; delegatus absoluit actorem: si excommunicatus est propter caussam sibi commissam. Si propter aliam: ad excommunicatorem suum illum remittet. Qui si non vult eum absoluere; delegatus papæ eum absoluet: nisi sit de casibus papæ reseruandis. H. d.

§. 2. Sexta nobis proposita ex parte tua quæstio continebat, quod, cum aliquibus iudicibus caussa committitur, et quandoque contingit 26), quod reus actori obiicit, quod stare non potest in iudicio, vtpote vinculo excommunicationis adstrictus: si reus non velit statim eum probare excommunicatum, siue non possit, an actor nihilominus audiri debeat, donec super eo, quod obiicitur, rei veritas fuerit patefacta [et enodata]? Hanc [igitur] dubitationem 27) taliter c remouemus 28), quod, si ille, qui tale [quid] 29) d obiicit, statim, vel intra terminum competentem non probauerit legitime, quod intendit, actor permitti debet 30), vt sine offendiculo quolibet audiatur. Ceterum, si vel ex confessione actoris, vel alio e quolibet 31) modo legitime constiterit esse actorem vinculo excommunicationis adstrictum: a iudicibus delegatis [legitime] secundum formam ecclesiæ valet absolui, ita, vt, si propter aliam 32) initam caussam et euidentem ab ordinario iudice vel delegato excommunicatus fuerit, ad excommunicatorem debet absoluendus remitti. Qui 33) f si malitiam adhibuerit, delegati iudices id ritu g ecclesiastico libere exsequantur 34); dummodo 35) non sit tale genus excommunicationis illius [criminis], cuius [dumtaxat] absolutio sedi apost. reseruetur 36): exploratis siquidem 37) iuris existit, vt delegatis iudicibus, quibus principale committitur, et accessorium committatur.

Absolutus a delegato super caussa, pro qua fuerat excommunicatus, coram excommunicatore parebit, seu respondebit super illa caussa, nisi sit alteri delegata: et, si excommunicator malitiose distulerit, delegatus, qui absoluit, cognoscet. H. d.

§. 3. Si vero ab his fuerit, præstito iuramento, quod stabit mandato ecclesiæ, absolutus, rursus interrogas [edoceri], an coram eisdem delegatis 38) [iudicibus] h, vel [coram] ordinario, a quo excommunicatus extitit, teneatur super eadem caussa, pro qua excommunicatus fuerat 39), respondere, et quorum debeat iudicio vel mandato stare? In quo [siquidem] casu taliter respondemus, quod coram ipsis 40) excommunicatoribus super illa caussa, pro qua fuerat excommunicatus, stare debet, et eorum seruare mandatum: nisi specialiter fuerit illud 41] aliis i iudicibus 42) a sede apost. delegatum. Quod si excommunicatores malitiose distulerint: tunc delegati 43) eandem iurisdictionem, quam in principali, et in 44) accessorio exercebunt.

19) *Citra formam*, C. R. 1. L. ed. Pith. et Gloss. *contra formam*, C. R. 2. legit cum ed. ant.
20) *Addimus*, C. H. habet.
21) *Non omnes*, secundum C. H.
22) *Ea*, C. H. legit.
23) *Si quis*, habet edit. ant.
24) *De caussa*, C. R. H. et L. legunt; sed in c. cit. textus ita variat: *vbi caussa committitur* etc.
25) *In caussa procedat*, C. R. 1. legit.
26) *Contingat*, secundum C. H.
27) *Hanc igitur dubitationem*, C. R. 1. habet cum c. cit.
28) *Amouemus*, legunt C. R. H. L. ed. ant. et cit. c.
29) *Qui tale quid*, C. X. L. edit. ant. Cont. Gunz. et Pith. legunt cum cit. c.
30) *Deceat*, est in cit. c.
31) Vox: *quolibet*, non exstat in C. H.
32) *Aliquam*, legit C. L.
33) *Quod*, habet idem C.
34) *Prosequantur*, est in cit. c.
35) *Dum tamen*, legit C. R. 1.
36) *Reseruatur*, C. H. legit cum L. et c. cit.
37) *Quidem*, C. H. habet cum L. et ed. ant.
38) *Delegatis iudicibus*, C. X. 1.
39) *Fuerit*, C. R. habent cum ed. ant. et c. cit. quod ita variat: *excommunicationis vinculo innodatus*.
40) Vox: *ipsis*, non exstat in C. H.
41) *Illud negotium*, C. R. 1. legit, sed C. R. 2. habet: *id*.
42) Vox: *iudicibus*, a C. R. H. L. ed. ant. et cit. c. abest.
43) *Iudices*, addit C. L.
44) Particula *in*, non habetur in ed. ant.

CAP. XXII.

Si caussa simpliciter delegatur tribus: duo sine subdelegatione tertii procedere non possunt. Quod si fecerint: ab eis poterit appellari. Idem, si sunt dati cum clausula, quod si non omnes. *Non enim valet processus duorum, tertio inconsulto.* Hoc dicit, comprehendendo vtrumque intellectum.

INNOCENTIVS III. *Rheginen. archiepiscopo, et episcopo Cephaludensi* 45) k. (*ann. 1198. Romæ in Calabriam.*)

Cum caussa l, quæ vertitur inter *ven. fr. n.* 46) montis regalis, et Rossan. archiepiscopos, super quibusdam decimis, [*ven. fr. n.*] Panormitano et Capuano archiepiscopis, et tibi fratri Rhegin. 47) commissa fuisset a nobis fine debito terminanda: prædictus archiepiscopus montis regalis, sicut [*ex litteris tuis*] accepimus, ad primam [*prædictorum*] Panormitani et Capuani archiepiscoporum citationem accessit. In quorum præsentia [*constitutus*] excipiendo proposuit, quod pro duabus caussis eorum non deberet stare iudicio: tum [*videlicet*] quia ipsa 48) caussa tribus fuerat 49) iudicibus 50) delegata, et idem 51) m ab illis duobus tantum, [te] fratre Rheginen. [*præsente*] inconsulto 52), [*et inscio*] nec vices tuas [*eis*] super hoc committente, ad iudicium fuerat euocatus, tum [*etiam*] quia ante ipsorum citationem et notitiam litterarum 53), pro eadem caussa 54) nuntium suum 55) ad apost. sedem transmiserat, in quo decretalem n [*felicis mem.*] Alexandri papæ 56) [*III.*] præd. n. sibi affirmabat 57) apertius suffragari. At [*vero*] iidem archiepiscopi exceptiones 58) ipsius nolentes admittere, contra eum, vt responderet, interlocutoriam sententiam protulerunt: propter quod [*idem archiepiscopus se sentiens prægrauari*] ad sedem apostolicam appellauit. [*Nos igitur inquisitionem prædictarum, et decisionem canonicam vestræ discretionis examini committentes,*] fraternitati vestræ [*per ap. scripta*] mandamus, quatenus, [*vocatis ad præsentiam vestram, qui fuerint euocandi, et inquisita super his diligentius veritate,*] si vobis constiterit, prædictos archiepiscopos exceptiones prædictas nullatenus admisisse, non obstante eo, quod per ipsos factum est, decimas ipsas, quibus prædictus montis regalis archiepiscopus se, postquam nuntius suus propter hoc ad sedem apostolicam accesserat 59), asserit spoliatum, præcipue cum easdem tam sibi, quam ecclesiæ suæ a sede apostolica asserit 60) [*fuisse*] confirmatas, siue per laicalem potentiam, siue per eosdem iudices factum sit, cum fructibus inde perceptis [*subl. cuiusl. contradict. et app. obstaculo,*] restitui faciatis o, audientes postmodum, quantum de iure poteritis, quicquid fuerit quæstionis, [*et appellatione remota, fine debito decidentes.*]

45) *Cephald*, C. R. 2. *Cephaluden.* ed. ant. et c. 1. comp. 3. h. t.
46) Verba: *ven. fr. n.* a C. R. H. L. et ed. ant. absunt.
47) *Tibi, frater*, C. R. 1. legit, sed H. habet: *frater Reginen.*
48) *Illa*, C. H. legit.
49) *Fuerit*, habet C. L.
50) Vox: *iudicibus*, in C. R. L. et c. cit. 1. non exstat.
51) *Idem*, omittitur in cit. c.
52) *Te, frater Rheginen inconsulto*, habet C. L. cum ed. ant. et cit. c.
53) *Litterarum impetratarum*, C. H. legit; sed in cit. c. verba, *et notitiam litterarum*, plane omissa.
54) *Caussa contra eum*, C. H. legit.
55) Dictio *suum*, non legitur in cit. c.
56) *Papa*, a C. H. abest.
57) *Affirmauit*, C. H. habet.
58) *Huius exceptiones*, secundum C. H.
59) *Accesserit*, C. H. legit, sed in cit. c. numero plurali hæc exprimuntur, scil. *postquam nuncii sui propter hoc ad sedem apost. accesserant.*
60) *Asserat*, legit C. L.

CAP. XXIII.

Si duo sunt delegati cum clausula, quod si ambo, etc. vno recusato, alter solus procedere potest: nec tenet processus, si eam recusata procedat.

IDEM conuentui de Conchis 61). (*ann. 1199. Romæ in Galliam.*)

Cum super p abbatia monasterii vestri q, inter vos et S. quondam abbatem vestrum 62), fuisset quæstio agitata: demum super ea 63) ad Lexonien. 64) r episcopum et abbatem de Becco 65) nostræ fuerant 66) s litteræ destinatæ 67): [et infra.] Quamuis solus abbas. an-

61) *Conuentui de Conchis*, legit C. X. 2. sed L. habet: *abbati et conuentui.*
62) Dictio *vestrum*, non legitur in c. 2. cit. comp.
63) *Super caussa ipsa*, legimus in cit. c.
64) *Lexon.* C. R. 1. *Lexouien.* C. R. 2. *Exonen.* H. *Lexouensem*, L. cum cit. c. legunt.
65) *De Becco*, non habet cit. c.
66) *Fue.* C. X. 1. legit, sed C. R. 2. habet: *fuerit.* et H. cum L. *fuerant.*
67) *Deportatæ*, legitur in cit. c.

a *In quibusdam manuscr. ita: duo vestrum nihilominus.* b *al.* de caussa. c *al.* amouemus. d *al.* taliter tale quid obiicit. e Aliquo. f *Scilicet* excommunicator. g *al.* de ritu. h Qui paulo antea absoluerunt eum. i *Vox*, iudicibus, *deest in omnib. manuscr. et in vno ita: nisi* specialiter illud fuerit. *in alio ita:* nisi specialiter fuerit illud negotium, etc.

k *al.* Cephaludensi. *Vid p. 452. 53. 54. epist Innocent.* l *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* m Ipse. n *Hanc habes infr. de appell. c. ad hæc sinet.* o *Vide l. quemadmodum cum gloss. C. de agric. et cens. libr. 11.* p *C. 2. eod. tit. in 3. compil.* q *al.* vestri de conchis Eboricensis diœcesis. r Lexiniensis. Lexouiensem. s Fuerant.

 tequam

tequam appellaretur ab eo, iuxta formam 67*) litterarum nostrarum procedere potuisset; quia tamen pro eo, quod cum ipso episcopo interloquutus est, appellationem prius ab eodem 68) episcopo interpositam 69) non tenuisse, de iure sine ipso, cum 70) *a* posset et nollet negotio interesse, per consequentiam *b* confessus est, se non posse mandatum apostolicum adimplere; nec suæ intentionis exstitit, vt sine coniudice suo aliquid diffiniret, et cum eo, qui iam iudex esse desierat, aliquid super prædicto negotio rite disponere non valebat, voluntate ac potestate sibi mutuo aduersantibus; cum noluerit, quod potuerit, et quod voluerit, adimplere nequiuerit: quod a duobus factum fuerat 71) *c*, effectum non potuit de iure obtinere.

67*) Erant quippe dati sub hac forma: *quodsi ambo* etc. Quia vero episcopus vt suspectus recusatus fuerat, et sic procedere amplius non poterat: solus abbas procedere de iure potuisset, si voluisset. *c. 13. X. de rescriptis.*
68) *Ipso*, secundum C. H.
69) Verba: *prius ab eodem episcopo interpositam*, in cit. c. non leguntur.
70) *Dum*, C. R. legunt cum L. et cit. c.
71) *Fuit factum*, C. R. 1. L. et cit. c. habent; sed C. R. 2. legit: *fuerit factum*, et H. *factum est*.

CAP. XXIV.

Si iurisdictio delegati exspirat in termino peremptorio, quem partibus assignauit: post congruam horam peremptoriam iudex non exspectabit contumacem. Si non exspirat: potest exspectare in diem alteram, et iterum citare, si vult.

IDEM *archiepiscopo Toletano* 72). (*ann.* 1203.)

Consuluit *d* nos tua fraternitas 73), vtrum, cum ad recipiendos testes, depositiones publicandas eorum, vel sententiam proferendam, peremptorie citatæ suat partes 74), et earum 75) altera se absentat contumaciter die data, an circa 76) vltimam saltem partem diei tibi 77) sit in negotio procedendum, vel in diem exspectandum potius subsequentem; et, si exspectaueris 78), vtrum contumax iterum sit citandus: cum non fuerit die partibus assignate processum? Nos autem credimus, distinguendum, vtrum iurisdictio duret post terminum peremtorium, an exspiret 79) in illo. Si durat 80): in diem alteram, æquitate suadente, poteris exspectare. Nec erit pars contumax, peremptorio elapso, citanda: nisi gratiam fecerit ei benignitas iudicantis. Si autem exspiret; nisi partes 81), [*maxime*] cum id nouerint, se tibi præsentauerint ea hora, qua congrue possis procedere ad exsequendum id, propter quod eis legitime terminum peremptorium assignasti; extunc exsequi poteris, quod intendis: ne frustra iudicialis instantia eueneteat. Ne vero 82) iudicium ecclesiasticum exerceatur in tenebris, quia iuxta *e* testimonium veritatis, qui male agit, odit lucem; licet enim 83) secundum consuetudinem, et constitutiones 84) legitimas more Romano dies a medietate noctis incipiat *f*, et in medio noctis 85) desinat subsequentis, vnde quod in duobus dimidiatis noctibus agitur, perinde 86) sanxit habendum legalis auctoritas, ac si quolibet parte lucis agatur 87): nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. Porro discretus iudex in assignatione peremtorii 88), non debet iurisdictionem tuam, nisi necessitas exigat, adeo coarctare 89) *g*.

72) *Toletano*, legitur in c. 3. compil. 3. h. t.
73) *Tua fraternitatis prudentia*, habet cit. c.
74) *Citat partes*, legunt C. R. H. et edit. Gonz. sed C. L. habet: *cites*, et ed. ant. cum Cont. *citatas*; cit. c. denique legit: *citasses partes* etc.
75) *Et eorum*, legimus in cit. c.
76) *Citra*, legit ed. ant.
77) Vox: *tibi*, non est in c. cit.
78) *Exspectaueris*, habet not. edit.
79) *Aut exspiret*, C. R. 2. *exspirat*, habet ed. ant.
80) *Si duret*, legunt C. R. 1. et H. sed ed. ant. repetit verba: *post terminum peremtorium.*
81) Pro *nisi*, C. L. habet: *et partes.*
82) *Nec ecclesiasticum vero iudicium*, legimus in cit. c.
83) *Licet etiam*, secundum C. R. H. et c. cit.
84) *Sanctiones siue constitutiones*, C. R. 1.
85) *In medietate noctis*, C. R. 2. legit, sicut et L. sed in cit. c. legimus: *et in media nocte.*
86) *Proinde*, C. H. legit.
87) Verba PAVLI in *l. 8. de feriis et dilat.* recitat pontifex illustrata a GELLIO *libr. III. N. A.* c. 2. et ad illa negotia vatae applicanda, in quibus *integri dies* toto habendi, veluti in mensibus papalibus computandis. Vnde qui decedit vltimo die [illegible] ante horam noctis duodecimam, adhuc in *mense papali* decessisse intelligitur. Verum ad *vastitates alias* hæc computatio non pertinet, qui quatenus in certo die peragendi, eo tempore peragi debent, quo fulliones [illegible] adhuc habentur, quæ instantibus tenebris cessant.
88) *Termini peremtorii*, C. R. 1.
89) *Nisi adeo necessitas exigat, coarctare*, legimus in cit. c.

CAP. XXV.

Ex vera caussa remouetur delegatus, etiam post litem contestatam, et alius subrogatur.

IDEM INNOC. III. *abbati de h Bordellis* 90), *et priori sancti sepulcri.* (*ann.* 1204. *Romæ in Angliam.*)

Insinuante [*dilecto fil.*] R. *i* rectore sancti *k* Albuti 91), ad audientiam nostram 92) peruenit, quod, cum [*olim*] caussam 93), quæ super iure perochiali inter ipsum et T. 94) [*vesterem capellæ sancti: l. de Glouernia Wigornien. diœc.*] vertebatur, [*ven. fr. n.*] Vigornien. 95) episcopo et coniudicibus suis 96) a nobis obtinuerit delegari, postmodum, licet fuerit in eadem quæstione processum, tractu temporis ante [*quam*] diffinitiuæ sententiæ calculum [*veniretur*], idem episcopus dictum 97) R. in familiarem 98) [*suum*] admisit: sine quo alii coniudices 99) *l*, secundum quod in nostris litteris mandabatur, in caussa procedere non valebant, et alter ipsorum coniudicum 100) *m* officialis est episcopi supradicti, propter quod aduersæ parti poterat suspectus haberi. Vnde, cum tam episcopus, quam officialis prædictus 1), vtpote quos idem R. in 2) iudices postulauerat 3) *n*, et ipse familiaris eorum postmodum est effectus, ab aduersa parte possent 4) merito recusari, decisionem ipsius 5) caussæ, vestræ petiit discretioni committi. Quocirca [*fr. c. per A. S.*] mandamus, quatenus, si est ita, nisi postquam familiaris eius est effectus, litigare consenserit coram illo, in caussa [*ipsa*], secundum priorum *o* continentiam litterarum, ratione prævia, [*rem. app. obst.*] procedatis 6): alioquin partes ad priorum iudicum reuertantur examen.

90) *De Prædellis*, C. H. habet, sed c. 4. comp. 3. h. t. *de Bordellis.*
91) *Saidani*, legunt C. R. 1. et H. sed *Albuti*, in cit. c. rectius legitur.
92) *Nostri apostolatus*, habet cit. c.
93) In c. cit. ita legimus: *quod, cum -- caussa super iure parochiali inter ipsum et Thomam -- vertebatur -- obtinuit delegari.*
94) *Et Tho* legit C. L. *Thomam*, vero c. cit.
95) *Vigornien.* C. R legunt cum L.
96) *Eius*, est in cit. c.
97) *Ipsum R.* habet c. cit.
98) Superflue addit C. R. 1. *amicum*: quia notum est per *familiares* episcopi *commensales* eius intelligi.
99) *Secundo duo iudices*, cit. c. *iudices*, C. R. 1. L. et ed. ant. habent, sed H. legit: *duo iudices.*
100) *Iudicum*, C. R. H. et L. legunt, in c. cit. vero neutra vox legitur.
1) *Supradictus*, C. R. 1.
2) Partic. *in*, non est in cit. c.
3) *Postulauit*, C. H. habet cum ed. ant.
4) *Poterit*, secundum C. H.
5) Pron. *ipsius*, non exstat in C. H.
6) *Procedere non tardetis*, c. cit.

CAP. XXVI.

Delegatus papæ sententiam suam exsequi potest vsque ad integrum annum. H. d. et est casus singularis.

IDEM *priori sancti Fridiani* 7) *p.* (*ann.* 1205. *Romæ in Hetruriam.*)

Quærenti *q* quid per censuram *r* ecclesiasticam 8): [*et infra.*] Si vero delegatus a nobis excommunicet illum, qui rei iudicatæ parere contemnit; licet aliquibus 9) videatur, quod suo sit functus officio, vt vlterius 10) non habeat ex delegata sibi 11) iurisdictione processum; alii autem dicunt, quod iurisdictio eius duret, donec sententiæ 12) pareatur, vt interim absoluere possit, petere volentem: nos tamen per æquitatis sententiam 13) incedentes, præsentium auctoritate statuimus, vt delegatus a nobis, non solum vsque ad quadrimestre tempus, quod ad soluendum debitum a lege reo conceditur, sed vsque ad integrum annum iurisdictionem sibi commissam, ad exsequendum 14) sententiam valeat exercere, sicut obseruatur in illis, qui ante litis *s* contestationem 15) contumax 16) inuenitur.

7) *Frigid.* C. R. 1. *Fridiano de Luca*, secund. C. R. 2. *Frigidiano*, C. H. legit.
8) Verba: *quid per censuram ecclesiasticam*, absunt a C. H.
9) *Quorundam*, C. R. 1. legit.
10) *Vlterius*, est in cit. comp. c. 5.
11) Pron. *sibi*, non exstat in C. H.
12) *Sana sententia*, secundum C. H.
13) *Sententiam*, C. H. legit cum cit. c.
14) *Exsequendam*, C. H.
15) *Ante litem contestatam*, C. R. habent.
16) Argumentum recte a [illegible] decreta contra absentes et contumaces, qui *intra annum* contumaciam suam, præstita cautione de iudicio sisti, purgare possunt. *c. 5. vers. in aliis vero. X. vt lit. non contest.* Præterea annus quoque præscriptus est excommunicatis, pariter his occurrentibus, intra quem sub pœna interdicentium absolutionem petere debent.

CAP. XXVII.

Delegatus papæ potest principium, medium, et finem caussæ committere et diuisim subdelegare. H. d. vsque ad §. verum.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo.* (*ann.* 1206.)

Super quæstionum articulis, de quibus nos consulere voluisti 17), [*fr. t.*] t. respond. quod per constitutionem nostram consultationi [*bonæ memoriæ*] Alex. papæ [*II. præd. n.*] nullatenus derogatur, sed illa per istam exponitur, imo in ista verius, quæ in illa fuerant prætermissa, supplentur. Ipse namque respondit, quod, si super caussis, quæ alicui ex apostolica delegatione committitur, a personis ecclesiasticis vna vel pluribus 18), quibus delegatus, vt parcat laboribus

17) *Voluisti*, C. H. habet.
18) *Vna vel pluribus*, C. R. 1. legit cum c. 6. comp. cit. 3.

---

a Dum. b Consequens. c Fuit. d C. 3. eod. tit. in 3. compil. e Ioan. 3. f Vide Iacere Rom. ff. de fer. Bart. in leg. not fa.?a 9 ?a ff. de pact et l. hæ verba. in fin. ff. de verb. sig. g Vide sibi in hanc ?. h al. Berot al. de Bordellis. i C. 4. eod. tit. in 3 compil. k al. Albueti. l Iudices. m Iudicum. n Postulauit. o Priorem. p al. episcopo Prænestino. q C. 5. eod. tit. in 3. comp. r Vide cap. quærenti. infr. de verb. sign. s al. ante litem contestatam. t C. 6. eod. tit. in 3. compil.

par-

pertium 19) et expensis, caussæ cognitionem ipsius, et testium examinationes 20), sententia sibi reseruata, committit, appellatio a fuerit interposita: huiusmodi appellationis intuitu, caussam indefinitam 21) relinquere non tenetur 22). Nos autem statuimus, quod, licet is, cui caussa committitur remota appell. non possit eam alii 23) sine prouocationis 24) obstaculo delegare; si tamen delegatus a nobis, vel iudex quicunque non tam cognitorem, quam exsequutorem 25) ad aliquem b certum articulum, quempiam deputauerit, ab eo, nisi modum excedat, non liceat appellari 26): dummodo de partium deputetur, vel recipiatur assensu. Quod si delegatus a nobis vel litis exordium, vel caussæ finem, nedum 27) totum negotium ei duxerit committendum; ab ipso tanquam a iudice licite prouocetur: cum et lis ante iudicem debeat contestari, et caussa per iudicem diffiniri 28). Intentionis igitur nostræ fuit, sicut ex tenore constitutionis præmissæ potest liquide 29) deprehendi, quod [et], vt iudicialis auctoritas liberius valeat exerceri 30), delegatus a nobis licite possit, et principium 31), et finem, et medium caussæ sibi commissæ, non solum coniunctim, sed etiam diuisim alii delegare c, non obstante, quod dicitur 32), quod iudex debet 33) cognoscere per seipsum in principio, in medio, et in fine: cum antequam ferat sententiam, vniuersa, quæ acta sunt in iudicio, inuestigare debeat diligenter.

A subdelegato cum iurisdictione appellari potest: secus si sine iurisdictione, nisi modum excedat. Tunc enim potest recusari, nisi datus sit de partium consensu. Abbas.

§. 1. Verum cum totam caussam committit 34) alicui, vel principium aut finem ipsius: ab eo, tanquam a iudice, potest licite prouocari. Cum autem alicui medium 35) d tantum committit; ab ipso 36) tanquam ab auditore prouocari non potest: nisi mandati fines excedat e, vel merito sit suspectus. Vnde ne valeat recusari, prouide 37) statuimus, vt de partium detur vel recipiatur assensu.

A subdelegato non in totum, appellatur ad subdelegantem, non autem ad primum delegantem: secus si in totum. H. d. vsque ad §. quem vero.

§. 2. Porro cum delegatus a nobis iurisdictionem suam in alium transfert 38) totam; si fuerit appellandum: non ad eum, sed ad nos appellari debebit 39). Cum autem sibi aliquid de iurisdictione reseruat; si caussa sit ei 40) appellatione remota commissa: non ad nos, sed ad eum poterit de iure appellari. Vnde si forsan appelletur 41) ab eo, cui medium caussæ f committitur 42), siue cognitor aut exsequutor 43) dicatur, vel, quod melius est, auditor, pro eo, quod vel mandati fines excedat, vel merito sit suspectus; nihilominus tamen delegatus a nobis iuxta consultationem præmissam, caussam poterit definire: vt parcatur 44) laboribus partium et expensis.

Auditor datus sine partium consensu, recusari potest vt suspectus, non tamen sine caussa. Abbas.

§. 3. Eum vero, quem 45) delegatus a nobis deputauerit auditorem, neutra partium poterit recusare: nisi coram eo iustam recusationis caussam ostendat 46) g.

Si vnus ex duobus delegatis principis cum clausula appell. rem. *subdelegat alteri acceptanti; non potest acceptans subdelegare, nec appell. rem. procedere: quod tamen ante acceptationem poterat. Et si ab isto fuerit appellandum; appellabitur ad papam: etiamsi fuerit subdelegatus non in totum.* Hoc dicit, secundum intellectum virorum.

§. 4. Si vero duo sunt 47) a principe delegati, et vnus committit 48) vices suas alteri; ille non potest 49), nec h debet 50) appellatione remota procedere 51), nec caussam alii delegare i; quamuis in commissione facta duobus contineatur expressum 52), vt appell. rem. alter possit procedere sine reliquo, si non possunt 53) ambo pariter interesse: quia, quod potest ex sola iurisdictione sibi k a principe delegata, non potest cum iurisdictione 54) sibi a condelegato commissa. Vnde si ab eo fuerit appellatum; licet aliquibus 55) visum fuerit, quod ad condelegatum valeat appellari: nobis tamen 56) videtur, quod ad primum duntaxat appellandum est delegantem, propter rationem superius assignatam.

Si delegatus papæ subdelegat non in totum; pars subdelegato non poterit appellare, ex eo, quod datus sit sine suo consensu; potest tamen recusari in ostendendo caussam iustam coram delegato, & tunc delegatus definiet: a quo, etiamsi noluerit recusationem admittere, appellatur ad papam. H. d.

§. 5. Eius ergo appellatio, de quo 57) tua fraternitas nobis 58) scripsit, si nostræ constitutionis 59) occasione ad nostram audientiam appellauit 60), pro eo, quod delegatus a nobis, reseruata 61) sibi definitiua sententia, auditionem caussæ commisit quibusdam, qui de partium l assensu 62) nec dati sunt, nec recepti, nisi contra eos iustam recusationis caussam ostenderit, vel paratus fuerit ostendere coram iudice delegato, non debuit impedire, quo minus procederent auditores. Qui etiamsi tanquam suspecti fuissent merito recusati: delegatus tamen a nobis nihilominus potuisset, sublato appellationis diffugio 63), caussam [*ipsam*] iudicialiter expedire. Quod si iustam recusationis caussam noluit 64) admittere delegatus, sed eorum suspectis eum litigare 65) m cogebat; a tali grauamine licite potuit 66) n ad nostram audientiam appellare 67): quodque 68) o post appellationem huiusmodi est 69) præsumptum, iudicari debet irritum et inane.

19) *Vox: partium*, non legitur in c. cit.
20) *Examinationem*, C. R. 1. et cit. c.
21) *Caussam ipsam indiffinitam*, legit C. L.
22) Recitat INNOCENTIVS III verba c. 18. *X. h. t.* ostenditque, particulam ; *nisi*, in fine textus addendam esse, ceu in hac edit. et glossata quoque factum. Omiserunt illam plures editiones, vt *Pithœana*, *Lugdunensis*, *Coloniensis* etc. cuius contrarium tamen editores præsens decretalis conuincere potuisset.
23) *Alteri caussam*, legit C. R. 1.
24) *Appellationis*, C. H. 1.
25) Distinguit pontifex circa subdelegatum, virum tantum tanquam *exsecutor et auditor*, an vero vt *iudex et cognitor* datus fuerit? Prius contingit, si ad *certum articulum* duntaxat subdelegatio facta, veluti ad examen testium expediendum vel inspectionem ocularem: a quo appellare non licet, nisi modum excesserit vel recusatus fuerit.
26) *Appellare*, secundum C. H.
27) *Ne dum*, legit ed. ant.
28) *Debeat diffiniri*, C. R 1. legit.
29) *Liquido*, habet C. L. cum cit. c.
30) In hoc recessisse videtur INNOCENTIVS III. ab ALEXANDRI III. decretali 10 cit. c. 18. qui sententiæ ferendæ potestatem subdelegari non posse censuit, quod etiam agnouit FLORENS *ad h. t. tom. II oper. torid. p.* 155 et, *audacter*, ait, *INNOCENTIVS III. vt iudicialis auctoritas liberius exercere valeret, delegatis a S. pontifice permisit principium, medium et finem caussa commissæ subdelegare, non solum coniunctim sed etiam diuisim.* Quia vero animaduertebat, nouellam. 60. c. 2. sibi hac in re obstare: eidem pro affectata potestate legislatoria derogandam censuit per verba: *non obstante quod dicitur* etc.
31) *Etiam principium*, C. H. habet.
32) *Quod dicitur in lege*, C. R. 1. habet.
33) *Debeat*, legit C. L.
34) *Committat*, C. R. 2. legit.
35) C. C. *media*, legunt cum L. et a. cit.
36) *Ab eo*, C. H habet.
37) *Proinde*, secundum C. H.
38) Iam supra ad c. 18. *h. t. n.* 100 iuris ciuilis sententiam retuli, atque obseruaui, delegatum a principe tantum in *caussis minoribus* potuisse iudicem pedaneum dare, non vero *mandare* cuius totam iurisdictionem. Error veterum interpretum, de quo agit ACOSTA *ad h. t.* induxit INNOCENTIVM III. vt in contrariam iret sententiam, et soli delegatis subdelegandi potestatem concederet liberrime, quod glossatorum cogitationes præferret genuinæ interpretationi iuris ciuilis, quæ præterea ad augendam suam potestatem non leue momentum adiicerebant. Hoc nouo principio contra ius ciuile posito subdelegari quandoque cum his, quibus *mandata* est iurisdictio, contendentur, si totam caussam subdelegaret delegatus: quandoque cum *iudicibus pedaneis*, si partem tantum subdelegato commisit, cetera sibi reseruaret, vt ad ipsum tanquam a iudice pedaneo appellari queat. Ita mirifice turbauit iuris ciuilis doctrinam, cuius principia *secundum quid* secutus est.
39) *Debet*, legit C. R. 1. cum cit. c.
40) *Est ei*, C. R. 1. habet.
41) *Appelletur*, C R. H et ed. ant. legunt, sed C. L. edit. Cont. Pith. et Gloss. *appellaretur*.
42) *Media quæque committantur*, C. R. 1. et L. habent: sed *media quæque committit*, legit C. H. cum C. X. 2. et c. cit.
43) *Siue exsequutor*, legit C. H.
44) *Vt parcat*, legimus in cit. a.
45) *Quem vero*, C. R. L. ed. ant. et Gonz. legunt; sed a C. H. vox quem, abest.
46) *Ostenderit*, C. R. 2. legit.
47) *Sint*, habet ed. ant.
48) *Committat*, C. R. 1.
49) *Nec potest*, legunt C. R 1. L et ed. ant. cum cit. c.
50) Verba: *nec debet*, a C. C. H. et cit. c. absunt.
51) Qui subdelegat totam collegæ iurisdictionem, mandat iurisdictionem, et est instar magistratus inferioris, cui potestas remouendi appellationem haud concessa, sed soli pontifici et supremo principi permissa.
52) *Expresse*, C. H. legit.
53) *Possint*, C. H. legit.
54) *Ex iurisdictione*, C. R 1.
55) *Quibusdam*, C. H. legit.
56) *Nobis autem*, legit C. C. 2.
57) *De quo*, C. X. 1 et Gloss. legunt.
58) *Nobis*, non exstat in ed. ant.
59) *Constitutionis*, c. cit. legit.
60) *Appellauerit*, C. H. legit.
61) *Seruata*, habet C. L.
62) *De assensu ipsius*, C. R. H. et L. habent cum cit. c.
63) *Obstaculo*, C. R. 2.
64) C. R. et H. legunt: *noluerit*.
65) *Eum audire*, legunt C. C. H. L. et ed. ant. sed *audiri*, est in cit. c.
66) *Potuerit*, C. R. 2. sed in H. *poterit* legitur.
67) *Appellari*, C. H. habet
68) *Quidquid*, C. R. 1. legit, sicut etiam ed. ant. quæ lectio tamen a manu aliena mutata est in *quod qui*, licet incongrue.
69) *Fuerit*, C. R. 2.

CAP. XXVIII.

Delegatus papæ, nisi malitiose se exoneret, subdelegatum compellit ad suscipiendam subdelegationem: in coactione tamen defert suæ dignitati et personæ. H. d. vsque ad §. Item cum totum.

IDEM *episcopo Helien.* 70) (*ann.* 1206. *Romæ in Angliam.*)

Pastoralis p officii [*diligentia et sollicitudo, quam geris circa exsequu-*

70) *Helyen.* C. R. 1. legit, sed C. R. 2. habet: *Elyensi*.

a *In caussa appellationis multa salubriter cauet conc. Trid. sess.* 13 *de reform. c.* 1. *et sess.* 24. *de reform. c.* 10 *et* 20. *et aliis locis.* b Ad discutiendum aliquem. c *Vide l. a iudice C. de iudic. et gl. in l sæpe audit. ff. de offic. præsid.* d Media. e *Vide auth. qua in prouincia. cum not. C. vbi de crim. agi op.*

f Media caussa committ. *al.* cui media caussæ committuntur. g *Vide leg. apertissimi et l. cum specialis C. de iud.* h *Hæc duo verba*, nec debet, *desunt.* i *Vide leg. a iudice. C. de iud.* k Eis. l Ipsius. m Audire, *in antiquis.* n Potuit. o *al.* quod post. *al.* quicquid potest. p *Ex hoc cap. sumpta sunt cap. pastoralis, infra de offic. iud. ord. et c. pastoralis. de iud. cap.* 7. *eod. tit. in* 3. *compil.*

tionem mandatorum nostrorum, et zelus tuæ rectitudinis nos inuitant, vt, quamuis simus multiplicibus occupationibus præpediti negotiorum, etiam ad horam subtrahimus nosmetipsos, in qua tuis intendamus consultationibus responsuri. Consuluit etenim nos tua fr. discretio, vtrum, si delegatus a principe caussam sibi commissam voluerit aliis delegare, nolentem delegationem suscipere, ad ipsam suscipiendam valeat coarctare.] Consultationi tuæ 71) a [*de fraterno nostro consilio*] duximus b respondendum 72), quod, cum delegato a principe iurisdictio dandi iudicem sit a lege concessa 73), dummodo ipse exonerare seipsum malitiose non quærat, potest compellere renitentem 74), eo, quod iurisdictio illa nullius videretur 75) esse momenti, si coercitionem aliquam non haberet: delegatus tamen debet sollicite prouidere, vt, si personis superioribus, exigente necessitate, negotium duxerit delegandum, c in coactionibus 76) inferendis dignitati deferat et personæ t.

Delegatus papæ, sicut potest committere totam caussam, ita potest citationem, et punire contemnentem acceptare. Hoc dicit, Abbas.

§. 1. [*Subsequenter etiam quæsiuisti, vtrum, cui voluerit delegatus, si viderit expedire, possit iniungere, vt ad suam præsentiam citet partes, et eis, si obedire contempserint, pœnam infligere pro contemtu. Ad quod fraternitati tuæ breuiter respondemus, quod,*] (item) cum totum negotium alii 77) possit committere delegatus, sicut superius est expressum, citationis officium potest cuilibet, discretione præuia, demandare, et punire merito contemptorem. [*et infra.*]

Si papa scienter commisit appellationem interpositam a suo delegato date cum clausula, appellatione remota: *iurisdictio primi delegati est interim suspensa, quoad exsequutionem.* Hoc dicit, secundum verum intellectum.

§. 2. Præterea postulasti 78) [*per sedem apost. edoceri,*] si, cum a sententia lata auctoritate litterarum nostrarum, in quibus appellatio est inhibita, fuerit appellatum, et litteræ post appellationem ad iudices alios emanauerint, an 79) ad mandatum posteriorum iudicum exsequutio sententiæ, a prioribus delegatis, debeat retardari, vt priores iudices ipsam neque per se, neque per alios exsequantur? Nos autem inquisitioni t. t. r. 80) quod, cum appellationis caussam ex certa scientia iudicibus aliis committimus cognoscendam, appellationem videmur recipere, ac iurisdictionem priorum iudicum 81) reuocare d, vt interim exsequutio sententiæ suspendatur, donec appellationis merita plenius sint discussa 82). [*et infra.*]

Ordinarius ad mandatum delegati exsequitur sententiam; etiamsi sciat eam iniustam. Abbas.

§. 3. Quia vero sæpe contingit, quod exsequutio sententiæ ordinario demandatur: quæsiuisti, an 83), si [*ordinarius*] ipsam iniustam 84) esse cognouerit, debeat eam exsequutioni mandare, an sit ei potius 85) subsistendum? Attendentes itaque, quod non cognitio, sed exsequutio tantum demandatur eidem, [*inquisitioni tuæ taliter*] respondemus 86) quod, cum ordinarius teneatur obsequi delegato 87), etsi sciat sententiam illam iniustam, exsequi nihilominus tenetur eandem: nisi apud eum efficere possit, vt ab hoc onere ipsum absoluat. [*et infra.*]

Delegatus, qui impeditur die statuta procedere, partem hoc procurantem puniet; et quantum ad diem illam caussam committet, appellatione remota, in odium procurantis: nisi partes negotium prorogent. Abbas.

§. 4. Cum autem sæpe contingat, ad diem, quem iudex delegatus a nobis partibus assignauit, earum altera procurante, vt negotium prorogetur, iudicem ipsum a rege vel archiepiscopo euocari; nos peruersorum volentes malignitatibus obuiare decernimus 88), vt, si delegato constiterit, hoc fuisse alicuius partis malitia procuratum, ipsam puniat animaduersione condigna, et, ne aliquod lucrum ex huiusmodi fraude reportet, personæ neutri parti suspectæ, quantum ad diem illum, committat ipsum 89) negotium audiendum 90), quæ in ipso, appellatione remota, procedat: nisi forte partes consenserint negotium prorogari.

71) *Ad quod tibi*, etc. habet c. 7. cit. comp.
72) *Taliter respondemus*, C. 8. 2.
73) Rursus pontifex erroribus interpretum innutritus turbat omnia. Delegatus a principe in caussis minoribus dabat *iudices pedaneos*, *l. 5. C. de iudic. l. 5. C. de pedan. iudic.* et sic *notionem* tantum iis committebat, et quidem inuitis: quia iudicandi munus ad personalia munera referebatur, *l. 18. §. 14. de muner. et honor.* nisi iusta de caussa se excusare possent; *l. 13. §. 3. de vacat. et excus.* non tamen ideo, vt INNOCENTIVS III. arbitratur, *mandare* poterat *iurisdictionem*. id quod tamen per subdelegationem intenditur, quæ *iurisdictionem*, non nudam *notionem*, in subdelegatum transfert, etiam cum potestate exsequendi, *c. 7. X. h. t.* si nihil sibi reseruauit subdelegans.
74) *Renitentem*, est in cit. c.
75) *Videtur*, C. H. legit.
76) *Coarctationibus*, cit. c.
77) *Alium*, C. H. legit.
78) *Postulas*, habet C. H.
79) *An*, a C. B. 1. H. L. et cit. c. abest, sed in C. B. 2. puncta sunt subiecta.
80) *Sic duximus respondendum*, legimus in cit. c.
81) *Ipsorum priorum iudicum*, C. B. 1. legit.
82) *Fuerint discussa*, C. e. c.
83) *Sedem duxisti apost. consulendam, vtrum* etc. habet cit. c.
84) Equidem exsequutio hic *ordinario* demandata est, qui non est *merus* exsequutor, sed *mixtus*, vt de exceptionibus, quæ exsequutioni adhuc opponi possunt, ut a BERLICHIO P. 1 concl. 54 recensentur, recte cognoscat, non tamen de *iniusta sententia definitiua* cognoscere potest, quod post *rem iudicatam* nemini integrum est, sed simpliciter exsequutionem facere tenetur. Si *exceptio nullitatis* sententiæ opponitur, quæ rei iudicatæ vigorem excludit: nec de illa cognoscit, sed illam, facta relatione, ad delegantem remittit. *C. 5. X. de sentent.*
85) *Penitus*, C. H. habet.
86) *Duximus respondendum*, legimus in cit. c.
87) *Delegato*, non est in c. cit.
88) *Decreuimus*, C. B. 1. legit.
89) *Illud*, legit C. L. cum ed. ant.
90) Vox: *audiendum*, a C. B. et H. abest.

a *al.* taliter duximus b *Textus in l. apertissimus. C. de iudic.* c *Vide l. capitalium. et ibi glossa ff. de pœnis. facit quod not. in l. 1. ff. eodem.* d *Vide text. in l. 1. cum ibi notat. ff. ad Se. Turpil.*

CAP. XXIX.

Subdelegatus a delegato papæ iurisdictionem non habente, potest coercere impedientem. Hoc dicit, comprehendendo vtrumque intellectum.

IDEM *abbati sancti Hilarii* e *et magistro G. canon. Teruisino* 91).
(*ann. 1207. Roma in Venetiam.*)

Ex litteris f [*venerabilis fr. n.*] patriarchæ Granden. 92) [*accepimus, quod, cum dil. fil. Granden. Primicerius et Plebanus S. Sophiæ de Venetiis, quibus caussa, quæ inter clericos sanctæ Iustinæ et A. presbyterum super eo, quod idem presbyter clericum se ipsius ecclesiæ asserebat, agitari dignoscitur, a nobis fuerat delegata, mandassent eidem, vt clericos memoratos, qui per archipresbyterum Paduan. ad quem fuerat super eodem negotio quoddam a nobis rescriptum obtentum, in quo, sicut asseritur, de prioribus litteris mentio non fiebat, denuntiari fuerant excommunicationis vinculo subiacere, nisi prædictum presbyterum in socium reciperent et in fratrem, idem patriarcha denuntiaret anathematis vinculo non ligatos: ipsi nolens eisdem iudicibus in hac parte parere, qui nostra fungebantur auctoritate, maxime cum ven. fr. n. Castellan. episcopus ipsi super hoc parendum non duxerit, requisitus, clericis sanctæ Mariæ formosæ mandatum prædictorum iudicum per suas litteras nuntiauit, quas dil. fil. a. archidiacon. Castell. plebanus eiusdem ecclesiæ legi publice coram populo non permisit.* et infra. *Vnde considerans idem patriarcha archidiaconum ipsum per tantorum insurrexisse excessum, non se tantummodo, sed etiam Granden. ecclesiam, imo nos ipsos grauiter offendisse, tam ipsum archidiaconum, quam præd. ecclesiam, ecclesiastico supposuit interdicto.* et infra. *Cum igitur super præmissis et aliis inter procuratores vtriusque partis fuisset coram dil. fil. e. SS. Cosmæ et Damiani diac. card. quem auditorem dedimus eisdem, diutius litigatum, et ipse nobis, quæ audierat, fideliter retulisset; quia nobis constare non potuit, an per litteras, quæ ad Paduan. archipr. impetratæ dicuntur, cum nobis ostensæ non fuerint, reuocatæ fuerint aliæ litteræ ad prædictos primicerium et plebanum obtentæ: caussam ipsam vestro examini duximus committendam, per A. S.*] mandamus, quatenus, [*inquisita super præmissis plenius veritate,*] nisi vobis constiterit, quod litteræ, quæ secundo loco ad [*prædictum*] archipresbyterum Paduanum 93) impetratæ dicuntur, de prioribus litteris ad [*sæpe dictos*] primicerium Granden. 94) et plebanum sanctæ Sophiæ 95) obtentis, expressam fecerint mentionem, vt per secundas primæ appareant [*litteræ*] reuocatæ; cum primos iudices auctoritate litterarum nostrarum iurisdictionem non sit dubium habuisse, quam potuerunt postmodum patriarchæ, quoad exsequutionem [*suæ*] sententiæ demandare, ex qua coercitionem etiam idem patriarcha receperat 96), cum huiusmodi demandata iurisdictio delusoria videretur, si subdelegatus huiusmodi coercitionem aliquam non haberet, interdicti sententiam ab eodem patriarcha in Castellan. archidiac. promulgatam, pro eo quod eiusdem patriarchæ exsequutionem impediens, eius g litteras, quibus mandatum prædictorum iudicum nuntiabat, legi in publicum non permisit h: faciatis [*sublata app. obst.*] inuiolabiliter obseruari, donec eidem patriarchæ de iniuriis irrogatis sufficienter fuerit satisfactum. Si vero constiterit primas litteras per secundas legitime reuocatas; cum appareat, primos iudices iurisdictionem nullam penitus 97) habuisse, et ita 98) constet per consequentiam, patriarcham ipsum non recepisse iurisdictionem vel coercitionem aliquam ab eisdem: prædictam interdicti sententiam [*ab eodem patriarcha prolatam*] denuntietis irritam et inanem.

91) *Teruisin.* habet C. B. 2. in *Teruisen* C. L. Denique in c. 8. comp. 3. h. t. tota inscriptio hæc est: *Idem abbati S. Hilarii, Plebano S. Pauli Castell. diœces. et magistro G. Teruisen.*
92) *Granden.* est in c. cit. per tot.
93) *Paduanum*, non exstat in c. cit.
94) *Granden.* omittitur in cit. c.
95) Verba: *S. Sophiæ*, non habentur in cit. c.
96) *Recepit*, legunt C. B. H. et L. cum cit. c.
97) *Nullatenus*, C. B. 1. habet.
98) *Habuisse, vt pote penitus reuocatam, et ita*, C. H. legit.

CAP. XXX.

Iurisdictio delegati, re integra, morte mandantis exspirat.

IDEM *episc.* i *Pictauiensi.* (*ann. 1208. Roma in Galliam.*)

Licet k vndique [*confluentium negotiorum multiplicitas copiosa nostrum animum ad curas varias impellere non desinat: fraternitas tamen tua,*

e Hilarii plebano S. Pauli Castell. diœces. et magistro G. can. Fusin. Teruisien. f *Cap. 8. eod. tit. in 3. compil.* g *al.* eiuique litteras. h *Vid. l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud.* i *al.* Parmensi. k *Cap. 9. eod. tit. in 3. compil.*

quam

quam sincera complectimur caritate in Domino, sollicitudinem nostram ad tempus deponere compellit, quam in exsequendis aliis ex debito pastoralis officii gerebamus, atque tuam dubitationem apostolico certificare responso.] Cum igitur [a nobis] duxeris 99) requirendum, si caussam [*aliquam*] tribus iudicibus delegamus, apponi in litteris nostris illam clausulam facientes: quod si non omnes his exsequendis poteritis interesse, duo vestrum 100) nihilominus eam 1) a exsequantur, et vnus, postquam commiserit cuidam ex aliis 2) vices suas, de medio sit sublatus, tertius vt suspectus 3) merito recusetur, an collega superstes suo nomine ac defuncti possit negotium definire: inquisitioni t. r. r. quod, si, iurisdictione a suo sibi collega delegata, eo viuente, vti non cœperit 4), quia mandatum huiusmodi, re integra, morte mandatoris exspirauit, non habet solus officium iudicandi: si vero ante mortem illius 5) iurisdictione vti cœperit 5*) taliter 6) demandata, vices suas et illius poterit adimplere.

99) *Duxeritis*, secundum C. H.
100) *Pros vestrum*, abest a C. H.
1) *Ea*, C. H. legit, sed ed. ant. habet neutram vocem.
2) *Ex aliis*, omittit ead. ed.
3) *Tertius vero vt suspectus*, secund. C. B. 1.
4) *Non inceperit*, legimus in c. 9. cit. comp.
5) *Mortem ipsius*, C. H. legit.
5*) Vti incipit iurisdictione subdelegatus per citationem secundum sententiam VRBANI III in c. 20. X. h. t. relatam, quam approbasse videtur INNOCENTIVS III. quæque generaliter pro fundamento *litis pendentiæ* agnita in *clem.* 2. *vt lite pend.*
6) *Taliter*, non exstat in C. B. 1.

CAP. XXXI.

Non creditur quis delegatus, nisi delegationem probet.

IDEM *episcopo Baiocen.* 7) (*ann.* 1208. *Roma in Galliam.*)

Cum in iure *b* peritus 8): [*et infra.*] Præterea quæsiuisti, cum tibi ab aliquo sub hac forma mandatur: auctoritate, qua fungor c, iniungo, vt talem denunties excommunicationis sententiæ subiacere, ac tibi super mandato apostolico hæsitanti, ab aliquo non sit facta fides 9) *d*, an mandatum huiusmodi exsequi tenearis?

Super quo tibi huiusmodi damus responsum, quod, nisi de mandato sedis apostolicæ certus exstiteris, exsequi non cogeris, quod mandatur 10).

7) *Artea.* C. B. 1. sed H. legit: *Bonon.* L. habet: *Lineensf.*
8) *Existas*, addit C. L.
9) *Fit fides*, C. B. et L. legunt cum c. 10. comp. cit. In C. B. 1. manu recentiori additur: *facta*, quæ vox in ed. ant. etiam legitur in ordine litteræ, præmisso voce, *fit.*
10) *Quæ mandatur*, C. H. legit.

CAP. XXXII.

Per procuratorem non habentem mandatum, de re ad rem iurisdictio prorogari non potest.

IDEM *Paris. et Trecen. episc. et abbati sanctæ Genouefæ* 11).
(*ann.* 1208.)

Cum olim e [*dilectus fil.*] abbas et conuentus Vergiliacens. 12) *f* sua nobis conquestione 13) monstrassent, quod [*nobilis vir*] P. 14) comes Altissiodoren. quoddam stagnum 15), molendinum 16), et domum in terra eorum 17) construere nitebatur, in ipsorum 18) *g* præiudicium et grauamen; [*ven. fr. n.*] episcopo et [*dilecto f.*] thesaurario Niuernen. 19) commisimus caussam ipsam 19*), [*in quorum præsentia partibus constitutis, ficut*] per litteras [*eorundem*] accepimus, (quod) lite super petitionibus ecclesiæ contestata, receptis 20) vtrinque testibus, et attestationibus publicatis, cum super dictis testium inter partes fuisset postmodum disputatum: eodem pars comitis proposuit [*coram eis,*] quod de damnis in nemoribus et rebus aliis datis, super quibus testes deponere videbantur, cognoscere non debebant 21): cum in rescripto nostro nulla de damnis *h* mentio haberetur. [*Ad quod inter alia fuit ex aduerso responsum, quod, cum super omnibus articulis, de quibus testes deposuerant, lis fuisset sollemniter contestata, de ipsis cognoscere et pronuntiare iudices tenebantur. Ad hoc pars comitis replicauit, quod, et si super damnis a procuratore sua lis fuerit contestata, ei tamen ex hoc non poterat præiudicium generari; tum ad hoc procurator datus non fuerit, sed ad illa duntaxat capitula, quæ fuerant in litteris commissionis expressa, super castro videlicet, stagno et molendino: ad hoc parte altera respondente, quod procuratoris factum comes vlterius impugnare non poterat, quousque post publicationem testium minime duxerat reuocandum.*] Iudices autem [*super hinc inde propositis, habito consilio decretorum*] interlocuti sunt 22) *i*, quod super damnis datis a comite ad eos cognitio pertinebat. Quo audito, comes ad appellationis beneficium conuolauit. Vnde ipsum iudices euocatum 23), et nec per se, nec per responsalem idoneum comparentem, excommunicationis vinculo constrinxerunt 24). [*et infra.*] Quia vero super damnis datis, antequam lis fuerit contestata, nequaquam ad dictos iudices cognitio pertinebat; cum in rescripto nulla de illis 25) mentio haberetur, nec ad ipsos potuerit 26) iurisdictio prorogari; cum procurator ad illa solummodo intelligatur constitutus, quæ in commissionis litteris inueniuntur expressa *k*; et, postquam comes publicatis attestationibus intellexit 27), super his fuisse depositum, protinus contradixit: nos eosdem iudices pronuntiauimus 28), minus iuste interlocutos fuisse, ac sæpedictum comitem, qui ob hoc ad appellat. beneficium conuolauit, excommunicationis sententia non fuisse ligatum.

11) *Gronnepka*, a. tt. comp. cit.
12) *Vergilian.*, C. B. 1. *Vergellanen.* C. B. 2. *Vergilianen.* C. H. et L. *Vergiliacensis*, ed. antiqua: *Vestiliacensis*, denique c. cit. legit: *Wirefaliacen.* Sed vera lectio in aut. adducta.
13) *Quæstione*, C. B. 1. et H.
14) Littera: P. abest a C. H. L. et ed. ant.
15) *Stannum*, legit C. H.
16) *Et molendinum*, C. B. 2.
17) De hac circumstantia constitisse videtur ex vtriusque partis confessione: alioquin, si comes *terram* prædictam suam esse allegasset, seque iure suo egisse in re sua dixisset, caussa ad forum seculare, cui comes subiectus, pertinuisset C. 5. X. *de for. compet.*
18) *Eorum*, C. H. legit.
19) *Thesaurario Niuern.* C. H. habet, et ed. ant. *Viranensi.*
19*) *Ipsam*, C. H.
20) *Et receptis*, habet C. B. 2.
21) *Debeant*, legit edit. ant.
22) *Fuerunt*, C. H. habet.
23) *Reuocarunt*, legit ed. ant. cum c. cit. tt.
24) *Astrinxerunt*, C. B. H. L. et ed. ant.
25) *De ipsis*, legunt C. B. et H. sed C. L. habet: *ipsius.*
26) *Potuerat*, C. B. 2. sed H. legit. *potuit.*
27) *Intellexerit*, in C. B. 2. legitur.
28) *Pronuntiamus*, habet C. L.

CAP. XXXIII.

Qui acta caussæ relationis iudicum delegatorum sigilla violando aperuit, non auditur postmodum contra illa.

IDEM *Senon. archiepiscopo* 29). (*ann.* 1209. *Roma in Galliam.*)

Cum *l* olim [*ad nostram audientiam peruenisset, quod dil. fil.*] magister S. et B. 30) archidiaconatum et præposituram adinuicem commutassent 31): [*magistro eiusdem obtentu caussam super hoc bonæ memoriæ Mascon. episcopo duximus delegandam. Cumque idem B. ad nostram postmodum præsentiam accessisset, vt negotium sine suspicione procederet: abbatem ipsius dil. fil. abbatem Cluniacens. eidem episcopo duximus adiungendum. Verum cum propter abbatis absentiam non fuisset a delegatis ipsis pariter in caussa processum; vtraque partium nostro se conspectui præsentauit, et audientiam obtinuit coram nobis. Quod licet prædictus magister ab initio sponte fuit de permutatione confessus; idem tamen B. eum inficiabatur omnino, assertione proponens, quod et ipse præposituram sine contradictione qualibet resignauerat, et post liberam resignationem prædicti magistri archidiaconi fuerat adsequutus: licet magister ipse proponeret ex aduerso, ipsum secum diutius de permutatione tractasse et compleuisse eandem in manibus ven. fr. n. Eduensis episcopi, quod tractarunt.*] Verum [*sæpe*] dictus B. delegatis nostris non deferens, imo verius 32) deleganti 33), sigilla violauit illorum, et scripta, quæ nobis fuerant præsentanda, non erubuit aperire. Qui postmodum 34) in nostra præsentia constitutus, aduersario 35) præsente, in excusationem suam proposuit, quod iudices perperam processerant *m* contra ipsum 36): cum acta 37) *n* in scriptis minus fideliter 38) redegissent. Vnde timens, ne litteras portaret 39) Vriæ, illorum scripta aperuit, et quod suspicatus fuerat, adinuenit. Sane, si, quod expediret, melius noluisset, vel non recepisset scripta suspecta, vel recepta nobis fideliter præsentasset, et ostendisset caussam suspicionis propositæ coram nobis; præterea cum non conquereretur 40) de iudice, quem ei proprio motu *o* concessimus, sed de illo potius, quem ipse duxerat 41) eligendum, et iudices suas nobis per eum litteras destinassent, de ipso pariter conquerentes; verbis ipsius 42) fidem non duximus adhibendam; sed vt in hoc 43) saltem puniretur 44), in quo peccauerat, contra acta iudicum, quæ temere violarat 45) *p*, ipsum, sicut nec debuimus, noluimus exaudire: ne vi-

29) Verba: *Senon. archiepiscopo*, non exstant in C. H.
30) *G et B.* C. B. 2. legit.
31) *Permutassent*, habet ed. ant. cum c. 1. comp. 3. h. t.
32) *Potius*, C. H. legit.
33) *Delegatorum*, legitur in C. L.
34) *Pro qui postmodum*, legitur in cit. c. *ceterum.*
35) *Et confessus aduersario*, C. H. habet.
36) *Contra eum*, secund. C. B. 1.
37) *Et acta*, C. B. 2. H. L. et ed. ant. legunt.
38) *Legitime*, C. B. 1. habet.
39) *Reportaret*, C. B. 2. et H. legunt.
40) *Conquereretur*, C. H. legit.
41) *Ille duxerat*, C. B. 1 et H.
42) *Verbis illius*, C. B. 1.
43) *In eo*, C. B. H. L. ed. ant. Pith. et Gloss. legunt.
44) *Puniatur*, habet C. H.
45) *Violauit*, legitur in C. L. et ed. ant.

a Ea. b *Cap.* 10. *eod. tit. in* 3. *compil. et est pars decr. cum in iur. supr. de elect.* c Tibi iniungo. d *Vide l. quicunque. ff. de pub. et not. in l. sciendum ff. de verb. oblig.* e *C.* 11. *eod. tit. in* 3. *compilat.* f *Scribendum* Vizeliacensis, *vel* Vezeliac. *Gall.* Vezelay *ord. S. Bened. diœcesis Eduensis.* g Eorum. h De damnis datis, etc.

i Fuerunt. k *Vid. text. in l.* 2. *et ibi Bart. in fin. ff. si cert. pet. Ceterum dicto, et, deest in plur. manuscr.* l *Cap.* 1. *De rerum perm. in* 3. *compil. vnde vera narratio facti peti potest.* m Processerunt. n *al.* et acta 2. *Reg.* 11. o *Hæc clausula, motu proprio, quid operetur, tradit Felin. cap. nonnulla. De rescr. et late Gabrielius in comm. concl. tit. de clausul. concl.* 2. p Violauit.

dare

deretur dolus suus 46) et patrocinium retulisse. [*Cum ergo nobis tum per publicam famam, tum per validam præsumtionem et probationem etiam manifestum constaret, quod suum præstiterit permutationi consensum, prædictus autem magister suum publice fateretur errorem: et hunc præpositura, et illum archidiaconatu curavimus spoliare, super hoc definitivam sententiam proferentes.*]

46) *Eius*, C. H. legit.

CAP. XXXIV.

Delegatus non tenetur admittere collegam sibi adiunctum per litteras subreptitias, nec ipsius subdelegatum. Hoc dicit, secundum unum intellectum. *Vel sic: delegatus subdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere, si in rescripto est clausula: quod si ambo, etc.* Hoc dicit, secundum alium intellectum.

IDEM *abbati, et capellano 47) sanctæ Mariæ Bononiens. 48)* *(vel de porta Ravennat. ann. 1209.)*

Coram a dilecto filio [*nostro*] M. [*sancti Theodori*] diacono cardinali, quem tibi et [*dilecto filio*] Hug. nuntio, ac clerico sanctæ Agathæ adversario tuo, qui cum instrumentis eiusdem 49) ecclesiæ, sed absque litteris de archibitione, ad apostol. sedem accesserat, sed de rato caverat, sub fideiussoria cautione b concessimus auditorem, [*in eius præsentia constitutus*] proponere c curavisti, quod, cum [*olim*] quidam in parochia sanctæ Mariæ, [*post appellationem interpositam ad apostol. sedem*] in honorem 50) beatæ Agathæ [*domum et*] ecclesiam construxisset, [*bonæ memoriæ*] Alexand. papa 51) d prædec. nost. causam super hoc [*T.*] abbati sancti Stephani, et [*T.*] priori sancti Victoris commisit [*sine debito*] terminandam 52); qui [*auditis, quæ fuerint hinc inde proposita, et rationibus partium diligenter inspectis*] pro ecclesia S. Mariæ diffinitivam sententiam protulerunt: [*quæ per fel. rec. Lucium, Gregorium et Clementem prædecessores nostros fuit postmodum confirmata.*] verum capellanus sanctæ Agathæ sententiæ parere contempsit 53), [*et parochianos sanctæ Mariæ ad ecclesiastica sacramenta recepit, et suspensus divina præsumsit officia celebrare.*] Cumque 54) super eadem caussa coram [*ven. fr. n. H.*] Ferrarien. episcopo, [*fere*] per annum disceptatum fuisset [*a partibus, productis testibus coram eo:*] pars ecclesiæ sanctæ Agathæ, horum veritate suppressa, [*dil. fil.*] magistrum L. 55) Bon. canonicum obtinuit eidem episcopo in caussæ decisione adiungi. Qui cum 56) caussæ 57) interesse non posset: prædictus episcopus, cui per sequentes litteras [*impetratas tertio*] mandabatur, ut, si ambo interesse non possent mandatis apostolicis 58) exsequendis, id ipse nihilominus adimpleret, [*attestationibus publicatis et rationibus plenius intellectis*] sententiam prædictam confirmavit, [*capellano S. Agathæ sub pœna excommunicationis iniungens, ut nullum parochianorum suorum infra certos terminos commorantium ad officia divina, vel ecclesiastica reciperet sacramenta. Ad hæc dictus Hugolinus ex adverso respondit, quod, cum olim archipresbyter de Pastino a prædicto Alex. p. n. indulgentiam impetravit, ut in vico Castellionis, in quo superexcreverat populi multitudo, ecclesiam de novo fundaret. Unde tunc Bononiensis episcopus de mandato eiusdem p. n. et locum signavit, et primarium lapidem benedixit, et in fundamento secundum consuetudinem collocavit: capellam in eodem loco constructam cum tota parochia, quam usque hodie habet ecclesia de Pastino, per XX. annos iuste possedit, quam felicis recordationis Cœl. pp. p. n. eis suis litteris confirmavit, et nos sub nostra protectione recepimus, constitutam nobis ab eodem archipresbytero censualem. Unde olim quidam canonicus regularis ab archipresbytero de Pastino, ut divina in eadem celebraret officia deputatus præter auct. archipresbyteri et capituli de Pastino, coram prædicto abbate S. Steph. et priore S. Vict. ab illis citatus apparuit, sed coram illis iudicium non subiuit. Imo ab ipsis tanquam de ratione suspectis, quia prædictam voluerunt sibi parochiam vindicare, ad nostram duxit audientiam appellandum. Iidem autem iudices non dubitantes mandati fines excedere, tam super novo, quam veteri populo, sententiam protulerunt, cum secundum tenorem litterarum directarum ad eos non potuissent nisi de veteri iudicare. Postmodum vero memoratus canonicus contra voluntatem, imo prohibitionem archipresbyteri sui coram Ferrarien. episcopo comparens, sub eo aliquantulum litigavit: sed tandem comperto, quod universi familiares eius ei essent adversi, prædictum L. ei fecit adiungi. Qui cum*] nuntius (vero) ecclesiæ 59) sanctæ Agathæ inter alia proposuit, quod cum dictus magister 60) L. vices suas alii delegasset; episcopus admittere noluit subdelegatum 61); sed post appellationem ad non interpositam solus 62) in caussæ cognitione processit. [*Unde contra primam sententiam allegabat, quod de commissione ad primos iudices impetrata ad archipresbyteri notitiam nil pervenit: quia iudices post appellationem legitime interpositam processerunt, et quia fines mandati fuerunt in processu transgressi. Contra secundam vero similiter proponebant, quod canonicus regularis, qui coram Ferrariens. episcopo litigavit, non solum non fuerat procurator datus ad eam, sed etiam contra prohibitionem archipresbyteri liti se præsumpserat immiscere; quod Ferrarien. episcopus solus processerat: cum non ei soli caussa fuerat delegata, et collega eius, etsi caussæ nequiverit interesse, alii tamen commiserit vices suas, et post app. etiam ad nos interpositam idem Ferrarien. pro ecclesia S. M. sententiam promulgavit. Ad hæc autem pars altera replicabat, quod prædicta stare non poterant: cum credi non debeat, quod a iudicibus illis pars appellaverit admisso, ad quos nec sciverat, nec audierat commissionis litteras emanasse. Præterea cum in litteris commissionis appellationis fuisset obstaculum partibus interclusum: appellationi postmodum interpositæ non fuerat deferendum. Insuper, cum, sicut adversarius fuit in iure confessus, et si pars eius, qui, ut prosequeretur appellationem, litteras impetraret, non fuerat tamen illis usa, pro eodem haberi debebat, ac si non fuerit prosequuta. Unde sententia iam transierat in rei iudicatæ auctoritatem: etiamsi contra ius litigantis prolata fuisset. Cum autem nec litteræ commissionis, ad iudices primos obtentæ præsententur in iure, nec aliter legitime demonstretur formam mandati iudices excessisse: pro sententia potius est præsumendum. Quod dicitur ex adversa, quod canonicus ipse non fuerit procurator, non nocet; cum ipso procurator litem coram eodem Ferrariens. episcopo contestando factus fuerit dominus litis, qui generalis ab ipsius fundatione ecclesiæ procurator fuit, et sic agebat, et contrahebat, ac si vere novæ capellæ dominus extitisset: præsertim cum in caussam non tam ecclesiæ nomine, quam proprio traheretur, utpote qui parochianos adiudicatos ecclesiæ S. M. ad divina recipiebat officia, et exhibebat eis ecclesiastica sacramenta. Præterea, cum ad archipresbyteri notitiam pervenisset, caussam ipsam fuisse Ferrarien. episcopo delegatam, si per canonicum illum nolebat subire iudicium, ad caussam agendam debuerat alium destinare. Quod cum non fecerit; eius est negligentiæ imputandum, imo malitiæ potius: qui sic commissionem nostram nisus fuerit eludere.*] (Sed econtra fuit responsum, quod) [*item*] Ferrarien. episcopus 63) solus procedere potuit; cum [*primum coram eo lis fuerat cont. et testes ad caussam producti et*] in ultimæ commissionis litteris fuisset insertum, quod, si ambo interesse non possent 64), [*exsequendis mandatis apost.*] prædictus episcopus [*ea*] nihilominus exsequi procuraret. Quod non intelligitur, ut, si per se, vel per alios interesse non possent 65); quia id raro f, vel nunquam contingeret: sed si non posset personaliter interesse. [*Appellationi ergo interpositæ ob caussas prædictas, cum caussæ sufficientes non erant, aliquatenus non erat deferendum.*] Idem igitur cardinalis [*auditis his et aliis, quæ fuerant hinc inde proposita,*] latam ab eodem Ferrarien. episcopo sententiam [*de mandato ap.*] confirmavit, et adversæ parti super hoc perpetuum silentium duxit imponendum. Nos ergo 66), quod ab eo factum est, auctoritate apostolica confirmamus, [*et præsentis scripti patrocinio communimus.*]

47) *Idem Alberto Capellano*, C. B. legunt cum L. et c. 1. camp. 3. *de Paroch.*
48) In cit. c. ita post vocem *Mariæ* legimus. *de porta Ravennate Bonon.*
49) Pron. *eiusdem*, non exstat in C. H.
50) *Honore*, legunt C. H. et ed. ant.
51) *Papa*, omittit C. L.
52) Vox: *terminandam*, a C. B. H. et L. abest.
53) *Contemnens*, est in cit. c.
54) Particula *que*, voci *cum*, in ed. ant. non adiecta est.
55) *Magistrum H.* C. B. 1. et H. legit: *L.* c. cit. vero: *Lanfrancum.*
56) *Sed cum idem magister*, legimus in cit. c.
57) *Caussæ*, non exstat in ed. ant.
58) *Mandatum apostolicum*, legit C. L.
59) Vox: *ecclesiæ*, a C. B. 1. abest.

60) Littera: *L*, non exstat in C. B. 1. H. L. et ed. ant.
61) C. B. cum L. et cit. c. legunt: *delegatum*; sed in C. B. 1. a recentiori manu additum: *sub.*
62) Vocabulum: *solus*, abest a C. H.
63) Vox: *episcopus*, non exstat in C. B. H. et cit. c. sed in C. B. 1. addita in margine a manu recenti.
64) *Mandatis apostolicis exsequendis*, addit C. L. loco, qui limam passus est quatuor integris lineis.
65) *Posset*, legit C. H. cum cit. c.
66) *Nos igitur*, C. B. L.

CAP. XXXV.

Locus, ad quem reus secure accedere non potest, et canonicus in caussa canonici delegatus, recusari poterit.

IDEM INNOC. III. *præposito S. Dominici subdiacono nostro 67).* *(ann. 1210. Roma in Liguriam.)*

Cum R. g canonicus Ianuen. 67*) caussam [*pecuniariam*], quæ inter ipsum ex una h parte 68), et P. civem Ianuen. [*ex altera*] vertitur, tibi duxerimus delegari; at idem civis, propter multas et graves inimicitias civitatis suæ, in tua nequeat præsentia comparere: [*sicut ex ipsius et dil. fil. consulum Ianuensium insinuatione nobis innotuit: discr. t. per A. S.*] mandamus, quatenus supradicto R. huiusmodi optionem relinquas, ut exceptis canonicis Ianuen. quos, cum sint eius 69) socii, merito habet pars adversa suspectos, in civitate, vel diœcesi Ianuen. in qua [*sicut pro certo tenemus*] sunt multi viri provi-

67) Verba: *subdiacono nostro*, non exstant in C. H. et ed. ant.
67*) Sive *Genuensis*, quod olim archiepiscopus *Genuensis*, etiam in conciliis, passim *Ianuensis* dictus fuerit. HUGONIS *Ianuensis anno 1179.* fit mentio apud HARDUIN. *tom. VI. conc. P. 2. p. 2058.* et PILEI *Ianuensis* anno 1409. apud EUNDEM *tom. VIII. p. 101. et 279. a de anno 1415.*
68) Verba: *ex una parte*, a C. B. H. L. et ed. ant. absunt.
69) Dictio *eius*, non legitur in C. L.

a *Cap. 1. de paroch. et al. paroch. in 3. compilat.* b *Infero, quod clericus comparens pro altero, si non probat plene de mandato, tenetur de rato. caverd. auth. gener. C. de episc. et clericis.* c *In C. Barb.* constat, proponere curavit. d *Deest, papa, in antiquis.*

e Posset. f *Vide leg. iuram cum l. sequ. C. de postul. et l. nam ad ea ff. de leg.* g *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* h *Hæc verba, ex una parte, desunt in antiquis.*

di,

di a, iudicem eligat, coram quo quæstio terminetur: cui auctoritate nostra districte præcipias, vt eandem caussam iuxta rescripti a te *b* obtenti 70) tenorem, appell. rem. fine debito terminare procuret.

70) *Ad te obtenti*, legunt C. R. L. et ed. ant. cum c. 2. comp. 4. h. t.

CAP. XXXVI.

Si mandatur iudici delegato, vt illum absoluat, qui dicit se iniuste excommunicatum: ante probationem illum absoluere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam: probationem nullitatis ante pronuntiationem admittet.

IDEM *Rathomagen. archiepiscopo. (ann. 1220. Romæ in Galliam.)*

Cum contingat *c* interdum, quod laici: [*et infra.*] Insuper requisiti fuimus, [*quod,*] cum quis conqueritur in se a suo episcopo post appell. ad nos legitime interpositam, vel alias iniuste excommunicationis sententiam promulgatam, et nos iudicibus damus [*nostris litteris*] in mandatis, vt, si est ita, iuxta formam ecclesiæ absolutionis beneficium illi impendant, vel eandem sententiam denuntient esse nullam, ac episcopus paratus sit probare se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel alias iuste huiusmodi sententiam protulisset 71), an probationibus non admissis liceat iudicibus excommunicatum absoluere, vel denuntiare 72) *d* sententiam esse nullam? Ad quod [*tibi*] t. r. quod [*super iam dicto casu non consueuimus, si bene meminimus, sub præscripta forma iudicibus scribere, sed sub ista videlicet, vt, si excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interpositam inueniretis esse latam, ipsam denuntietis penitus nullam esse, et audiatis, si quid fuerit quæstionis: aliquin recepta iuxta formam ecclesiæ cautione impendatis absolutionis beneficium conquerenti, et iniuncto sibi, quod de iure fuerat iniungendum, audiatis caussam, et eam debito fine terminare procuretis. Sed si forsan appareat, nos in iam dicto casu sub prænotata quandoque forma scripsisse, in altero vtique casuum prædictorum,*] cum quis [*videlicet*] conqueritur, se post appell. ad nos legitime interpositam excommunicatione fuisse innodatum 73), semper vtriusque 74) *f*, partis probationes sunt admittendæ, antequam ad 75) decernendum 76) super hoc aliquid procedatur, per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel denuntiandus sit potius 77) non ligatus. In eo vero casu, cum excommunicatum quis se asserit iniuste, vix vel nunquam 78) est eius, antequam absolutus fuerit, probatio admittenda, nisi tunc tantum, cum asserit in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum: ad quod probandum admittitur, antequam absolutionis gratiam consequatur. Verum 79) si proponat, se simpliciter excommunicatum iniuste, ac episcopus ad probandum, quod iuste ipsum excommunicauit 80), suas postulet 81) probationes admitti; non est ante absolutionem ipsius aliquatenus audiendus: cum, etsi pro certo constaret, rationabiliter in illum excommunicationis sententiam promulgatam, nihilominus esset ei 82) absolutio impendenda humiliter postulanti 83). Et ideo in hoc casu illum credimus iuxta formam ecclesiæ pronnus absoluendum: vt sic 84) demum, probationibus vtriusque partis admissis, vtrum iuste vel *g* iniuste 85) ligatus fuerit, decernatur.

71) *Protulisse*, C. R. H. L. et ed. ant. habent cum c. 3. comp. cit.
72) *Et denuntiare*, legit C. H.
73) *Nodatum*, in C. R. et L. legitur, sed H. habet: *notatum.*
74) *Vtriuslibet*, C. L. legit cum c. 3. cit.
75) Præp. *ad*, non exstat in C. H.
76) *Discernendum*, C. R. 2.
77) *Penitus*, secundum C. H.
78) *Vix vnquam*, habet cit. c.
79) *Vnde*, legitur in cit. c.
80) *Eum excommunicauerit*, C. H.
81) *Postulat*, C. R. 2.
82) Dictio *ei*, in C. L. non exstat.
83) *Ad cautelam* scilicet, vt appellans suam appellationem coram iudicibus delegatis possit iustificare, et ostendere, se esse iniuste excommunicatum. Vnde formula consueta est: *absoluo te ad cautelam* h. e. ad *cautionem*, vt caueatur et prospiciatur *prouisionaliter* tam excommunicato quam parti aduersæ. Ideo autem decretum absolutionis est *prouisionale* quia tantum suspendit quodammodo effectum excommunicationis, vt obseruat *IANVARIVS de absolut. ad cautelam c. 2.*
84) *Tunc*, C. H. legit.
85) Verba: *vel iniuste*, in C. L. non leguntur.

CAP. XXXVII.

Si subdelegatus delegati papæ iurisdictione vti cœperit; a delegato remoueri non potest; et si fecerit contra mandatum, siue excesserit formam rescripti: processus est nullus.

HONORIVS III. *Messan. et Regin.* 86) *archiepiscopis.* (*ann.* 1224.)

[*Rogatus h alias a nobis et fratribus nostris carissimis in Christo fil. noster Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus, rex Siciliæ, vt restituerit ven. fratr. nostr. Cephaluden. episcopum, quem spoliauerat ecclesia et aliis bonis suis, se id libero facturum vinu voce promisit, vnde per scripta nostra*]

86) *Reginen.* legunt C. R. 2. et Gonz. sed a C. H. inscriptio plene abest, et ed. ant. habet: *Messanensi*, etc. denique in c. 2. comp. 5. h. t. legimus: *Messen. et Regien. archiep.*

Venerabili fratr. nostr. archiepiscopo Cusentin. 87) [*nostris*] dedimus [*litteris*] in mandatis, vt [*ven. fr. n.*] Cephaluden. episcopum restitui faceret ad episcopatum, et ad alia 88), quibus fuerat [*indebite*] spoliatus: quo restituto plenarie, et corporalem ac pacificam possessionem adepto, si [*euideret, quod idem*] episcopus merito esset [*prout nobis suggestum fuerat*] de dilapidatione suspectus, virum prouidum et honestum prouideret coadiutorem *k* eidem adiungere 89) *l*, sine cuius consilio nihil eorum 90) faceret, quæ ad administrationem pertinent temporalem, quoadusque 91), veritate comperta, duceremus aliter prouidendum, interim omne alienationis genus eorum 92) vtrique auctoritate nostra districtius interdicens 93). Porro idem archiepiscopus corporis infirmitate grauatus, commisit 94) in huiusmodi negotio vices suas primo abbati sancti Spiritus de Panormo, ac demum thesaurario Cusentinen. 95) Quorum processus nobis exhibitos 96) de fratrum nostrorum consilio cassauimus, iustitia exigente: quia 97) videlicet abbas contra mandati nostri tenorem *m*, ad inquirendum, vtrum de dilapidatione suspectus esset episcopus, eo non restituto, processit, et archiepiscopus ipse, cum iam suo functus esset officio, dicto abbati committendo in integrum vices suas 98), huiusmodi 99) negotium dicto thesaurario non potuit demandare.

87) *Sensentin.* C. H.
88) *Et alia*, C. R. H. L. et c. 2. cit.
89) *Adiungere*, in C. R. H. L. ed. ant. et c. cit. non legitur.
90) *Nihil horum*, C. R. 1.
91) *Quousque*, legunt C. R. 1. L. et cit. c.
92) *Eorum*, in cit. c. non exstat.
93) *Interdicentes*, habet cit. c.
94) *Commisit etiam*, C. R. 1.
95) *Cosentino*, habet C. L. sed ed. ant. *Tosentino.*
96) *Processus nobis exhibita*, legit ed. ant.
97) *Quod*, est in cit. c.
98) *Suas tolle*, C. H. habet.
99) *In huiusmodi*, C. L.

CAP. XXXVIII.

Si delegatus pronuntiauerit, se iurisdictionem non habere: ipsam etiam de consensu partium non reassumit.

GREGOR. IX. *S.* 100) *præcentori et magistro N. canonico Ambian.* 1) (*ann.* 1227.)

Significantibus M. muliere, et I. nato eius, nos noueritis accepisse, quod, cum nobilis mulier Iuliana vidua, mentiens se pauperem *n* contra eos super terris et rebus aliis ad iudices nostras 2) litteras impetrasset, iidem 3) coram eis excipiendo proponere curauerunt 4), quod, cum dictæ litteræ, suggesto mendacio, impetratæ fuissent, cum prædicta Iul. quæ nobilis est et diues, pauperem se dixisset in eis, coram ipsis, nisi requisito prius domino, sub cuius iurisdictione ipsi consistunt, et coram quo parati erant eidem 5) exhibere iustitiæ complementum 6), non debebant de iure 7) per tales litteras conueniri: vnde dicti iudices interloquendo pronuntiarunt, se per easdem litteras procedere non debere. [*et infra.*] Demum fuit a partibus in quosdam tanquam in arbitros taliter compromissum, quod, si intra terminum, in compromisso expressum, caussam non deciderent, partes ad eorundem iudicum redirent examen. Verum arbitris caussam intra terminum negligentibus terminare 8), dicti iudices iurisdictionem per formam compromissi huiusmodi resumpserunt: a quibus iidem se sentientes grauari, quod super his, super quibus ab eis 9) fuerant absoluti, litigare compellebant eosdem, ad nostram audientiam appellarunt. Ideoque, mandamus, quatenus, si est ita, reuoceris in irritum 10), etc.

100) Littera *S.* abest a C. R. 1. H. et L. sed eius loco in C. R. 2. legitur: *can.*
1) *Magistro H.* legunt C. R. sed *canonicis Abbauen.* H. et L. *Magistro B. canonicis Ambianis*, habent.
2) Pronomen: *nostras*, a C. R. H. L. et ed. ant. abest.
3) *Et*, præmittitur voci: *iidem*, in ed. ant.
4) *Curauerunt*, legit C. H.
5) Pronomen: *eidem*, in C. R. 1. non exstat.
6) Affectauerant ab antiquo episcopi patrocinium viduarum; quod illarum esset, eas defensare: quo intuitu laicale permittebant, caussas earum ad forum ecclesiasticum trahi. *c. 15. X. de for. compet. c. 26. in f. de V. S.* Hoc tamen non simpliciter admissum, sed tunc demum, si per iudicem secularem non possent iustitiam obtinere, cuius defectum iudicio ecclesiastico supplere conabantur; *c. 11. X. eod. c. 6. de donat. inter vir. et vxor.* ad quam rationem etiam in hac decretali prouocatum fuit: nec fuit ratio decidendi in eo posita, quod vidua non *pauper*, sed *diues* exstiterit.
7) Verba: *de iure*, a C. R. 1. absunt.
8) *Deffinire*, C. H. legit.
9) Verba: *ab eis*, non exstant in C. H. *et ab iis*, habet L.
10) *Et inanem.* addit C. L. sed ed. ant. plane abrumpit periodum absque siglo: *etc.*

a *In codic. Barb. ita:* prouidi, et discreti. b *In omnibus antiqu. ita: ad te, et initium capitis indicat, omnino ita esse legendum.* c *Cap. 3. eod. tit. in 4. compilat.* d *Hic est,* huiusmodi, *in quibusdam manuscr.* e *Hunc sens. dicit abbas singul. esse hic, ad hoc, quod appellatio iniusta sententia veniat nulla.* f Vtriuslibet. g *Hæc duo verba*, vel iniuste: *desunt in vetustioribus.* h *In ipsius Honorii commentariis seu registris, huius capitis hoc erat initium.*

l *l. videamus. §. in Fauiana ff. de vsur. et l. cum prætor. ff. de verb. signific.* k *Coadiutores quando dandi sint, et qualiter permittantur, tradit conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 6. et sess. 25. de reform. cap. 7.* l *Verbum*, adiungere, *deest in antiquis.* m *Vide l. 1. cum not. C. de appellat.* o *l. si quis ad declinandam. §. sin autem, C. de episc. et cleric. et l. illicitas. §. fin. ff. de offic. præs.*

CAP. XXXIX.

Arbitri electi ad caussam recusationis, assignant partibus terminum ad probandam caussam suspicionis: et iudex recusatus compellit arbitros ad caussam finiendam.

IDEM. (*ann.* 1227.)

Suspicionis a caussa contra iudicem assignatæ, non ipse, qui forsan prouocatus obesset, sed arbitri potius, coram quibus probatio 11) est facienda, et ad quos omnia, quæ ad hunc articulum faciunt, pertinere noscuntur, possunt ad hoc terminum assignare. Ab ipso quoque iudice, cui sicut iurisdictio, sic et cætera, sine quibus explicari caussa 12) non potest, intelliguntur esse commissa, iidem et conueniant, si discordes fuerint, in vnam sententiam, vel tertium concorditer aduocent 13) *b*, cum quo duo, vel alter eorum id faciat, sunt cogendi, ne huiusmodi occasione principale negotium plus debito prorogetur.

11) De *iure ciuili* arbitri iidem, recusato iudice, eligendi erant, qui de ipsa caussa principali, non *de caussa recusationis*, cognoscebant, quasi arbitri a principe forent delegati. *l.* 16 *l. fin C. de iudic.* At iure pontificio eligendi sunt arbitri, vt de *caussa recusationis*, non de *principali* cognoscant; in quo diuortium eundem fecit a iure ciuili: vtrum per errorem, an vero scienter et prudenter? haud autumem.
12) Vox: *caussa*, desideratur in C. R. H. L. et ed. ant.
13) Hoc etiam iure ciuili constitutum, *l.* 17. §. 5. *D. de recept. qui arbitr.* adeoque e in duos compromissum, hoc tacite in compromisso latitare videtur, vt in casu *dissensus* tertium eligant. Et tamen pontifex in *c.* 12. *X. de arbitr.* compromissum, in quo generaliter et indefinite cautum erat, vt in casu *dissensus* tertium eligerent, esse nullum decernit, licet arbitri concorditer tertium elegissent: quæ male cohærent, vt ad *cit. c.* 12. declarabo.

CAP. LX.

Delegata iurisdictio ad personas, non expressas in rescripto, etiam de ipsarum consensu prorogari non potest.

IDEM *abbati sanctæ Genouefæ.*

P. et G. 14) per litteras apostolicas conquerentibus coram te de episcopo London. 15) *d* quod concessum ab eis mutuum promisso loco et termino non persoluit; pendente iudicio, I. laicus, qui in quantitate quadam eisdem mercatoribus tenebatur, se in tuam iurisdictionem 16), sicut asserit, voluit prorogare *e*: vt, si intra terminum constitutum prædictam non solueret quantitatem 17), excommunicationis et interdicti sententias in personam et terram 18) eius 19) promulgares. Quas huiusmodi occasione a te latas, decernimus 20) non valere; cum, etsi alias iurisdictioni præesse diceris, quia 21) in dictum I. nullam iurisdictionem habebas, iurisdictionis 22) prorogatio nulla noscitur 23) extitisse: cum huiusmodi delegata iurisdictio ad alias personas nequeat 24) prorogari 25).

14) *Petro et G.* legit C. R. 1. *Pe. et G.* L.
15) C. R. et L. legunt: *Londun.* sed H. habet: *Londinien.*
16) *In se tuam iurisd.* C. R. L. et Gloss. habent.
17) *Pecunia quantitatem*, habet C. L.
18) *Excommunicationis in personam et interdicti in terram sententias*, C. R. et L. legunt cum ed. ant.
19) *Suam*, C. H.
20) *Decreuimus*, C. H. legit cum ed. ant.
21) *Qui tamen*, C. R. 1.
22) *Iurisdictionis huius*, C. R. 1.
23) *Dignoscitur*, C. H.
24) *Non valeat*, legit ed. ant.
25) Iurisdictio delegata est limitata ad certam caussam et personas, vltra quam prorogari nequit.

CAP. XLI.

Maior XX. annis potest a quocunque dari delegatus. Idem in maiori XVIII. dummodo interueniat consensus partium. Minor vero XVIII. non potest dari, nisi a principe.

IDEM.

Cum vigesimum annum 26) peregeris *f*: dari potuisti in ætate huiusmodi delegatus. Cæterum constituto intra ætatem eandem, nisi partes scienter consentirent in eum, qui annum XVIII. transcendisset, facta delegatio ab alio, quam a principe, non teneret.

26) Ex prauo intellectu *l.* 41. *de recept.* vt *l.* 57. *de re iudicat.* hanc diuersam sententiam, recte censuit FRANC. FLORENS *ad h. c. tom. II. oper. p.* 162. Iure videlicet ciuili iudices pedanei a magistratu ante annum XXV. non dabantur; *l.* 6. §. 1 *de decur. l.* 1. *C. qui ætat. vel prof. se excus. l.* 41 *de recept.* nisi ex consensu minor, qui annum XVIII. impleuerat, datus fuisset, quod etiam ad compromissarios iudices est tractum. Valebat ergo sententia a minore XXV annis iudice lata, modo XVIII. annum excessisset, et litigantes in eum consensissent. Sed postulatur iudex XX. annis minor ex *L. Iulia* inuitus non dabatur, et maiori quidem, sed adhuc intra XXV. annos constituto succurrebatur, si temere in se auditorium recepisset. *l. cit.* 41. Ceterum solus princeps minorem post annum XVIII. magistratum conferre poterat, vt sententia ab eo dicta valeret, *quia princeps, qui et magistratum dedit, omnia gerere decreuit*, vt dicitur in *l.* 57. *de re iudic.* Hæc omnia mira confusione peruertit pontifex. Iudicem maiorem XX. annis delegari posse simpliciter constituit, minorem vero, nisi partes consenserint in eum, qui XVIII. annum transcendisset, a solo principe.

CAP. XLII.

Potestas plurium delegatorum, vel arbitrorum simpliciter datorum, exspirat per mortem vnius.

IDEM. (*ann.* 1228. *Romæ.*)

Vno delegatorum *g* vel arbitrorum, sicut proponis, rebus humanis exempto, eorum officium exspirauit: nisi aliud in delegatione aut 27) compromisso fuisset expressum.

27) *Vel*, legit C. H. sed L. habet: *et.*

CAP. XLIII.

Delegatus papæ subdelegare potest, licet datus sit ex officio, vel de partium consensu, vel cum clausula præelectionis, videlicet, quod si non omnes, tu cum alio exsequaris, etc. Hoc dicit, vsque ad §. Is autem.

IDEM.

Quoniam apostolica sedes intendit prouidere negotiis, et 28) non personis, quibus eadem committuntur, si iudex tertius, licet ex officio nostro, vel de assensu partium pro communi vtilitate 29) a nobis datus eisdem, alii delegauerit vices suas, cum delegato a principe id concedatur a iure 30) *h*: delegatio valebit ipsius. Idem quoque dicendum est, cum mandetur episcopo, vt cum altero suorum coniudicum mandatum apostolicum exsequatur: et tunc sine subdelegato ab ipso episcopo reliqui duo procedere non valebunt.

Is, cui committitur negotium, vt personaliter exsequatur, potest, si partes consentiant, alteri subdelegare. Fallit in casibus hic expressis. Hoc dicit vsque ad §. cæterum.

§. 1. Is autem, cui iniungitur, vt personaliter negotium exsequatur, potest, dummodo partes consentiant, hoc aliis delegare, præterquam si inquisitionem fieri, vel ecclesiis de prælatis, vel aliis 31) ministris prouideri mandaremus 32) *i*: cum in his omnibus 33) casibus industriam et fidem personæ, cui talia committimus, eligere videamur.

Is, cui committitur nudum ministerium exsequendum, non potest vices suas alteri committere: fallit in legato sedis apostolicæ. Et est text. notabilis, et multum allegatur. Abb. Siculus.

§. 2. Cæterum, salua legatorum 34) sed. apostol. auctoritate, nulli, cui commissum fuerit prædicare crucem, excommunicare, vel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias 35), liceat hæc 36) de cætero aliis demandare: quia non sibi iurisdictio, sed certum ministerium potius committitur in hac parte.

28) Copula: *et*, in C. R. H. et L. omittitur.
29) Vox: *vtilitate*, non exstat in C. R. H. L. et ed. ant.
30) Rursus pontifex hic sequitur errorem, supra ad *c.* 18. *X. h. t.* iam profligatum, quem ex *l.* 5. *C. de iudic.* traxit. Permittitur enim in *hac l.* tantummodo delegato principis, vt possit iudicem pedaneum dare eique *notionem* committere in caussis *minoribus*, non vero *mandare iurisdictionem*, quod maiorem potestatem inuoluit; et tamen delegato a principe in hac decretali per errorem ac veterum interpretatione eadem adscripta est.
31) *Aut aliis*, C. R. H. et L. legunt.
32) *Mandauimus*, legit C. H. *mandaremus*, L. et ed. ant.
33) Vox: *omnibus*, non exstat in C. H. et L.
34) Qui talia ministeria subdelegare possunt, quæ hic adferuntur, quod negatum est delegato.
35) *Pœnitentiam*, C. R. 1. sed ab H. verba: *vel iniungere pœnitentias*, absunt.
36) *Hoc*, legunt C. R. H. L. et ed. ant.

TITVLVS XXX.
DE OFFICIO LEGATI.
CAP. I.

Legatus papæ etiam per simplicem querelam adiri potest.

ALEXANDER III. *vniuersis suffraganeis Cantuarien. ecclesiæ* 37).
(*ann.* 1170.)

Cum *k* non ignoretis, [*ven. fratr. n.*] Cantuar. archiepiscopum vobis non solum metropolitico 38) *l*, sed etiam legationis iure præesse. [*mirabile satis est, quod quidam vestrum, sicut audiuimus, asserere præsumit, quod idem archiepiscopus nullam caussam de episcopatibus vestris, siue metropolico, siue legationis iure, debeat audire, nisi per appellationem perferatur ad ipsum.*] Sane licet idem archiepiscopus metropolitico iure 39) audire non debeat caussas de episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum: legationis tamen obtentu vniuersas 40) *m* [*ecclesiasticas caussas de ipsis episcopatibus,*] quæ per ap-

37) Vocabulum: *ecclesiæ*, non exstat in C. H.
38) *Metropol.* C. R. legunt; sed c. 1. comp. 1. h. t. *metropolitani.*
39) *Metropolitano iure*, C. R. 2. et H. legunt.
40) *Vniuersas caussas*, C. H. habet.

a *Caussas recusationum refert Hostiens. in summ. tit. de recus. §. quæ sunt iustæ caussæ. Ioan. Andr. in c. legitima. de app. in 6. et Pan. in c. cum speciali. infra. de appell.* b *Vide l. item si vnus ff. de arbitr.* c *Vide Lanfr. in. tract. de arb. §. prorogatio.* d Laudunen. e *Vide leg. 3. ff. de eo, quod certo loco. et ibi Bart. C. de fruct. quæ pro eo, quod interest.* f *Vide l. 2. ff. de min. et l. 3. ff. de iudic. et l. cum prætor. ff. de iudic.*

g *Hunc textum intellige, cum facta est delegatio nominatis personis: secus si dignitati, iuxta c. quoniam abbas, sup. eod.* h *Vide l. a iud. et not. Petr. de Bellapert. et Cyn. C. de iud. et Bart. in l. et quia, ff. de iurisd. omn. iud.* i Mandamus. *al.* mandarent. k *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* l Metropolitico. m *In multis manuscr. additur iterum vox: caussas.*

pell.

pell. vel querimoniam 41) [*aliquorum*] perueniunt ad suam audientiam, audire potest et debet, sicut qui in prouincia sua vices nostras gerere comprobatur. [*Mandamus itaque et præcipimus, vt caussas, quæ de episcopatibus vestris ad eumdem archiepiscopum perferuntur, eius iudicis ethnquamis, nec quemlibet clericum, vel laicum vestræ iurisdictionis deterrere vel impedire tentetis, quo minus caussam ad præfatum archiepiscopum, si voluerit, possit transferre.*]

41) Et ita in *prima instantia* caussæ ad *legatum natum* deferri olim poterant, sicut ad ipsum pontificem: quo ipso episcoporum seu ordinariorum iurisdictio admodum turbata fuit. Dico: *olim*: nam per *concil. Trident. sess. XXIV. de reform. c.* 20. hoc correctum, et omnis turbatio iurisdictionis ordinariorum in *prima instantia* legatis interdicta.

CAP. II.

De caussa specialiter delegata a papa, legatus se intromittere non potest.

COELESTINVS III. *magistro Columbo* 42). (*ann.* 1192. *Roma forte in Angl.*)

Studuisti a nobis 43) *b* quærere, verum de caussa, quam alicui delegamus, alius, qui sit generalis in prouincia legatus, [*vel*] ante cognitionem, vel postea cognoscere valeat; vel 44) commissionis nostræ processum, quem iudici delegato transmittimus, taliter impedire. [*Hanc igitur dubitationem de animo tuo amputare volentes*] respondemus, quod, cum mandatum speciale deroget generali, legatus commissionem alii [*vel aliis*] factam specialiter impedire non [*debet nec*] potest: [*ubi*] et 45) si secundum formam [*expressam*] mandati nostri sententia iam 46) fuerit promulgata, non poterit 47) ipse legatus, nisi super hoc mandatum specialiter 48) receperit, eam quomodolibet irritare: ipsam tamen, si rationabiliter lata fuerit, confirmare valebit 49), et exequutioni demandare 50).

42) Verba: *magistro Columbo*, non exstant in C. R. et L. In ant. vero edit. simpliciter legimus: *Idem*.
43) *A nobis*, in C. R. H. L. et ed. ant. non exstat.
44) *Et*, secundum C. H. et c. 1. in 2. comp. h. t.
45) *Etiam*, est in cit. c.
46) Aduerbium: *iam*, in C. R. H. L. et cit. c. non exstat.
47) *Poterit*, habet C. L.
48) *Speciale*, C. H. habet, sicut etiam L. et ed. ant.
49) *Valeat*, est in cit. c.
50) *Mandare*, C. R. H. et L. legunt cum cit. c.

CAP. III.

Legatus etiam de latere, ex generali legatione non potest transferre episcopos, vel vnam ecclesiam cathedralem alteri subiicere, et alteri concedere ius primatiæ, vel duos episcopatus vnire, vel vnum diuidere: excommunicatos tamen propter manuum iniectionem in clericos, absoluere potest. Hoc dicit cum c. seq.

INNOCENTIVS III. c [*G.*] *tit.* 51) *sancti Laurentii in Lucina* 52) *presbytero cardinali, sed. apost. legato* 53). (*ann.* 1202. *Roma in Siciliam.*)

Nisi specialis illa dilectio *d*, quam ad personam tuam habuimus et habemus, iustum [*imo iustissimum*] motum animi nostri temperaret, pœna docente cognosceres 54), quantum *e* [*in personam tuam*] excesseris, [*quantum in Romanam ecclesiam deliqueris, matrem tuam: quæ cum te nutriuerit et exaltauerit, tu tam penitus spreuisse videris. Tu autem*] spretis canonicis sanctionibus et consuetudine generali, motu proprio præsumpsisti [*quod nec factum fuit, nec auditum, venerabilem fr. nostr.*] Troianum 55) episcopum [*regni Siciliæ cancellarium præter speciale mandatum nostrum*] de Troiana 56) ecclesia ad Panormitanam 57) de facto, [*quia de iure non potuisti,*] transferre.

51) *Innocentius III. I. titulo* nec. habet C. R. L.
52) *Luca*, habet C. H.
53) verba: *sed. apost legato*, non exstant in C. H.
54) *Agnosceres*, C. R. 1. legit, sed ed. ant. *cognosces*.
55) *Troianum*, C. H. legit.
56) *Troiana*, habetur ibid.
57) Legatum a latere in Siciliam missum fuisse ab INNOCENTIO III. inde liquet, quamuis ROGERIO pro se et quibuscunque successoribus datum fuisset priuilegium de non mittendis in Siciliam legatis, nisi quem ipse petiisset. Nec negari potest, pontificem hoc priuilegium ægre tulisse, idque reuocationem attentasse *libr. II. epist.* 447. vbi clausula notanda: *nullo prorsus in omnibus præscriptis capitulis obstante priuilegio vel rescripto.* Sed sciendum est, INNOCENTIVM III. nec *potuisse*, nec *debuisse* hoc priuilegium regibus Siciliæ adimere. Non prius, quia illud per modum conuentionis et pacti cum ROGERIO initum erat, vt antiquitates historicæ docent: non posterius, quia pontifex eo tempore FRIDERICI II. imperatoris tutor, nec in eius potestate erat pupilli sui iuribus derogare, aut eadem minuere. Quare non mirandum est, hanc reuocationem, aut attentatum, omni effectu caruisse.

CAP. IV.

Summatum fuit supra in cap. præcedenti.

IDEM. *eidem.*

Quod *f* translationem [*pontificis de Troiano episcopatu ad Panormitanam metropolim a te factam nolumus ratam habere, salus vtique non amaritudinis, sed rectitudinis nos induxit: quia,*] licet in regno Siciliæ generalis sit tibi commissa legatio, ad ea tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quæ in signum priuilegii singularis sunt tantum summo pontifici reseruata. [*Tamen*] et si quædam ex his, quæ 58) de speciali concessione sæpe fuere legatis indulta 59), vt illorum videlicet absolutio, qui propter sacrilegas manuum iniectiones in clericos, incidunt 60) in canonem promulgatæ sententiæ, videntur ex ipso legationis officio iam licere legatis. An existimas, quia vices nostras, tanquam legato, tibi commisimus exsequendas, quod 61) Panormit. ecclesiam posses subiicere Messan. vt illam præficeres isti 62), concesso sibi priuilegio primatiæ? Aut putas 63), ex eadem caussa tibi licere, duos episcopatus vnire, vel vnum diuidere sine licentia speciali? [*Non ergo in eius odium, vel ad iniuriam tui reputes esse factum, sed vt priuilegium Petri maneat inconcussum: cum et felic. mem. Alexander papa prædec. nost. quasi simile fecerit obuiando præsumtioni legati, quem in Hispaniam destinarat, volenti simile attentare.*]

58) Dictio: *quæ*, non exstat in ed. ant.
59) *Olim indulta*, legit C. H.
60) *Inciderunt*, est in c. 2. comp. 3. h. t.
61) *Quia*, cit. c.
62) *Illi*, C. H legit.
63) *An putas*, legunt cum cit. c. C. R. L. et ed. ant. sed C. H. habet: *et an putas.*

CAP. V.

Ex quo legatus retulit caussam papæ, illius desinit esse iudex.

IDEM *Bonon.* g *episc. et M. Capellano subdiacono nostro* 64). (*ann.* 1202.)

Licet Tranens. 65) canonici *h* ab initio dissensissent; tandem 66) [*tamen omnes*] vnanimiter consenserunt, [*dil. fil.*] G. fratrem Cassinen. abbatis *i* in archiepiscopum eligentes: cuius electionem [*ven. fr. n.*] Portuens. episcopus tunc [*apost. sed.*] legatus 67) examinari præcepit, [*et examinationem redactam in scriptis fecit sigillis dil. fil. n. archidiac. et mag. Petrarch. muniri cum suo quoque sigillo ad sedem apostolicam transmittendam. Litteras quoque suas nobis pro fratre dicti Cassin. abbatis deprecatorias destinauit, quas cum decreto electionis omnium canonicorum subscriptionibus roborato, necnon et litteris suffraganeorum et populi, tres de canonicis Tranen. ecclesiæ ab vniuerso capitulo destinati, nobis humiliter præsentarunt, petentes electionem canonicam de persona idonea celebratam auctoritate apost. confirmari. Nos autem ad maiorem cautelam a præfatis canonicis iuramentum recepimus, non a nobis exactum, sed ab ipsis oblatum, et factum electionis, sicut est et moris et iuris, examinauimus diligenter. Interim vero*] nuntius præfati *Cassinatis* 68) abbatis [*suas*] nobis litteras repræsentauit 69), grauem contra iam dictum legatum querimoniam continentes, quod, postquam electionem examinauerat, et eam ad nostræ deliberationis examen transtulerat, nuntiis iam directis, electionem eandem malitiose nimis examinare præsumpsit. [*Vnde petebat per viros idoneos suspicione carentes, de ipso facto inquiri. Cumque præfatus superuenisset episcopus, et ea, quæ gesta sunt, intellexerimus ab ipso:*] de consilio fratrum nostrorum examinationem secundam, tanquam *k* non suo iudice factam, postquam negotium ad nostrum fuerat translatum examen, censuimus irritam et inanem.

64) *Borontinensi*, C. R. 1. legit: sed C. R. 2. habet: *Barouiensi*. R. *Barouiensi* C. et *M. capellano et subdiacono*. L. legit: *Idem Barontensi episcopo, et M. capellano, et subdiacono nostro.* Denique ipsa inscriptio in c. 3. cit. comp. est hæc: *Idem Barontin. episcopo et Mart. an. capellano et subdiacono nostro.* Verum sine dubio legendum *Barensi episcopo*, quia *Barium* est ciuitas Apuliæ æque ac *Tranum*, cuius hic fit mentio, et ab HORATIO *libr.* 1. *satyr. V. vers.* 97. memorata.
65) *Troiani*, C. R. 1. et ed. ant. legunt, sed *Tranenses*, C. R. 2. legit, et cit. c. *Tran.* rectius.
66) *Tandem omnes*, C. H.
67) *Legatus sedis apostolicæ*, C. R. 2. legit cum L.
68) Nomen: *Cassinatis*, desideratur in C. R. H. L. ed. ant. Pith. et Cont. legitur tamen in cit. c. et ed Cont.
69) *Præsentauit*, legunt C. R. L. ed. ant. Pith. et cit. c.

CAP. VI.

Legatus de latere confert beneficium vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicuius clerici. H. d. et est casus notabilis.

IDEM *l* *sancti P. et sancti Leonis abbatibus, et R. archid. Tullen.* 70) (*ann.* 1202. *Roma in Belgium.*)

Dilectus filius *l* R. Metensis canonicus [*nobis humiliter*] intimauit 71), quod, cum [*ven. fr. n.*] Prænestinus 72) episcopus apostol. sed. legatus, ecclesiam sancti Trudonis eidem, [*ad resignationem proprii pastoris in manibus eius factam liberaliter*] contulisset, [*dil. fil. R.*]

70) *Sancti apo.* C. H. legit, sed C. R. 1. habet rectius: *Idem sancti Apri. et S. Leonis abbatibus et magistro I. archid. Tull.* c. 4. cit. 1. pro *sancti P.* legit: *sancti Apri*, ac pro *et R.* habet: *et magistro R.* integra inscriptio in C. L. est hæc: *Idem sancti Ap. et sancti Leonis abbatibus et magistro R. archidiacono Tulens.*, in qua C. H. pro *R.* habet *B.*
71) *Intimauit nobis*, C. R. 1. legit.
72) *Penestrinus*, legit C. L.

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* b *Hæc duo verba*, a nobis, *desunt in antiquis.* c Innocent. III. de tit. *etc.* d *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* e §. *item lex Iulia de vi. publ. instit. de publ. iudic.* f *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil. pro ratione vide conc. Trident. sess.* 24. *de reform. c.* 13.

g Barotinensi. h *C.* 3. *eod. tit in* 3. *comp. in quibusdam*, Troiani, *legitur.* i *al.* abbatem, *et tunc dic:* G fratrem Cassinensem abbatem. k Sancti Apri, et sancti Leonis abbatibus, et magistro B. archid. Tullensi. l *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compilat.*

quod

Meten. archid. ad quem illius ecclesiæ præsentatio pertinebat, asserens, quod, eodem inconsulto, conferri non potuit a legato, [*donationi eius minus rationabiliter se opponens*] canonicum ipsum super eadem ecclesia molestare 73) præsumit 74). Cum igitur plus iuris habeat in concessione prælatus, quam in præsentatione patronus 75) a, nec præiudicetur prælato, si quando 76) per apostol. sed. legatum, eo inconsulto, ecclesia conceditur: [*discr. v. per A. S.*] mandamus, quatenus dictum archid. vt ab eius super hoc [*indebita*] molestatione desistat, [*mo. præ. per cens. eccl.*] appellat. rem. cogatis.

73) *Indebite molestare*, legit C. L.
74) *Præsumsit*, est in cit. c.
75) De *laico* intelligendus est pontifex, cui non potuit præiudicare legatus a latere: facilius *patrono ecclesiastico*, cuius præsentationi inest ipsa *collatio*, *c. 6. X. de his quæ fiunt a prœl.* in qua eandem potestatem legatus cum pontifice gerit.
76) *Vel patrono, siquando*, habet C. H.

CAP. VII.

Legatus in pluribus locis, potest in quolibet dictorum locorum iurisdictionem suam exercere, ita, quod facta vnius loci potest in alio explicare. Hoc dicit Panorm.

IDEM. *Illustri regi Francorum Philippo* 77). (*ann.* 1202.)

Nouit b ille, qui nihil ignorat, [*quod regiæ sublimitati:*] et infra. *Nuper autem primo dil. fil. M. et Walth. milites, et postmodum dil. fil. mag. decanum Aurelianensem cum litteris tuis benigne recepimus: et curauimus multipliciter honorare, sicut per ipsos poterit tuæ serenitati plenius patere. Ipsi autem in nostra et fratrum nostrorum præsentia constituti contra eundem card.*] ex parte tua querimoniam intenderunt, [*videlicet*] quod, cum tibi legatus 78) esset certa ratione suspectus, [*post appellationem ad nos interpositam*] extra fines regni Francorum 79) in terram tuam interdicti sententiam promulgauit. [*Qui etiam in animam tuam promiserunt et obtulerunt iurare, quod tu coram legatis et delegatis nostris super hoc negotio stabis iuri, et quod propter huiusmodi negotium, nec per nos, nec per alium fueris ex parte nostra citatus, vt iuri pareres, prædictam petens sententiam recepta huiusmodi cautione iuratoria relaxari. Cæterum ad ea, quæ contra cardin. obiecerant, et eis respondimus, et*] tuæ magnificentiæ respondemus, quod, etsi fines regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos 80) suæ legationis egressus: cum non solum in regno Francorum, sed in Vienn. Lugdun. et Bisuntin. 81) prouinciis iniunctam sibi a nobis legationis sollicitudinem suscepisset.

77) Nomen: *Philippo*, a C. R. H. L. ed. ant. Pith. Gloss. et c. 3. cit. comp. abest.
78) Vox: *legatus*, omittitur in cit. c. loco cuius paullo post mentio fit *cardinalis*.
79) Memorantur hic tres prouinciæ *Viennensis*, *Lugdunensis* et *Bisuntina*, quæ sub pontificato INNOCENTII, non regni Francorum, sed *imperii* fuerunt ad *regnum Arelatense* spectantes, quod ab vltimo Arelatensium rege RODOLPHO CONRADO SALICO eiusque successoribus testamento delatum erat. vid. SIGEBERTVS *ad ann. MXXXIV.*
80) *Terminum*, C. H. habet.
81) *Besuntin.* legit C. L. sed *Bisuntinum*, est in cit. c.

CAP. VIII.

Præsente legato de latere, minor legatus exsequutionem officii sui dimittere debet.

GREGORIVS IX. *patriarchæ Hierosolymitano.* (*ann.* 1228. *Romæ in Palæstin.*)

Volentes: [*et infra.*] Fraternitati tuæ legationis officium in prouincia tua duximus 82) committendum, ita tamen, quod, si 83) legatum ad partes illas de latere nostro 84) contigerit destinari, exsequutionem ipsius officii, quamdiu legatus ipse ibi fuerit 85), pro sedis apostol. reuerentia omnino dimittas c.

82) *Tua sibi duximus*, legit C. H.
83) *Vt si*, C. R. 1. legit.
84) Hæc prærogatiua vtique debetur *legato a latere*, vt *legati nati* officium, eo præsente, quiescat, adeoque eadem haud tribuenda *simplicibus nunciis*, quorum præsentia *legatis natis* in exsequutione officii officere nequit.
85) *Fuerat*, habet C. L.

CAP. IX.

Legatus non de latere, sed ratione personæ, extra prouinciam sibi decretam absoluere nequit excommunicatos pro iniectione manuum in clericos, nec etiam in prouincia, si tales excommunicati aliunde veniant. Legatus vero ratione dignitatis nullos tales absoluit. H. d. secundum communem intellectum.

IDEM. (*anno* 1229. *Romæ.*)

Excommunicatis pro iniectione manuum violenta, ecclesiæ Romanæ legati, qui de ipsius latere non mittuntur, extra prouinciam sibi commissam, vel ibidem, si huiusmodi manuum iniectores illuc contingat aliunde accedere; et qui ecclesiarum suarum prætextu legationis sibi vendicant dignitatem, etiam subditis, quamuis in prouincia sua existentes 86), beneficium absolutionis impertiri non possunt: nisi de speciali gratia illis et 87) istis amplius a sede apostolica concedatur.

86) *Existentibus*, C. H. habet.
87) *Vel*, C. H. legit.

CAP. X.

Durant legati statuta etiam legatione finita: finitur tamen sui delegati iurisdictio, si citatio non præcessit.

IDEM. (*ann.* 1229. *ibid.*)

Nemini dubium esse volumus, quin legatorum sedis apostolicæ statuta edita in prouincia sibi commissa durent, tanquam perpetua; licet eandem postmodum sint egressi; secus autem d, si caussas duxerint delegandas e aliquibus: cum iurisdictio illorum exspiret, si ante illorum discessum 88) horum citatio 89) non præcessit.

88) *Decessum*, habet C. H.
89) Per hanc res desinit integra esse litisque pendentia inducta videtur, vt ad *c. 19. tit. præced. n. 4. et c. 30. eod. n. 5°.* obseruaui, et antiquorum altercationes desuper retuli.

TITVLVS XXXI.

DE OFFICIO [*et potestate prælati et*] IVDICIS ORDINARII 90).

CAP. I.

Episcopi in suis diœcesibus possunt crimina inquirere, et punire, et cum opus fuerit, inuocare brachium seculare.

Ex synodo IOANNIS PAPAE 91). (*ann.* 898.)

Perniciosam 92) f: [*etc.*] [*et infra.*] Habeant igitur episcopi singularum vrbium in suis diœcesibus 93) liberam potestatem, adulteria et scelera inquirere 94), vlcisci et iudicare g, secundum quod canones censent, absque impedimento alicuius. Et cum opus fuerit, publicum conuocent auxilium 95), non ad præiudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo sunt placita, prosequendum 96).

90) *De officio ordinarii*, C. H. legit, sed L. *De officio prælati et iudicis ordinarii*
91) IOANNEM IX. intelligit RAYMVNDVS, qui anno DCCCXCVIII. Romanam habuit concilium, vt recte chronologiam constituit PAGIVS *ad cit. ann.*, quamuis HARDVINVS et LABBEVS ad ann. DCCCCIV. illud male retulerint. In huius c. 12. hoc decretum occurrit apud HARDVINVM tom. *VI. P. I. p.* 490. adeoque errant ACOSTA, qui illud ex concilio Rauennæ habito, et GONZALEZ, qui ex *Trecasens.* anno DCCCLXXII. in Gallia celebrato, repetit. Conf. *c. 4. X. de offic. archipresb. not.* 23.
92) *Perniciosa*, legitur in c. 1. comp. 1. h. 1. et in ed. Pith.
93) *In sua diœcesi*, legimus in cit. c.
94) Non quod *inquisitorius processus* eo tempore iam in vsu fuerit, qui demum INNOCENTIO III. debetur, sed quod *cognoscere* in foro pœnitentiali possint de criminibus, per viam accusationis more ecclesiastico delatis, quæ eo tempore tantum cognita erat.
95) Vox, *auxilium*, omittitur in c. cit.
96) *Prosequenda*, C. R. 1. habet, sed C. R. 2. *persequendo*, et in c. cit. legitur: *ad custodiendum.*

CAP. II.

Ordinarius, qui scit, non vt iudex vel homo, sed vt Deus, subditum esse criminis reum, indeterminate poterit, sed non nominatim, eum arguere vel puniri.

EVGENIVS PAPA 97) h. (*circa ann.* 1165. *Romæ in Angl.*)

Si sacerdos sciat i pro certo, aliquem esse reum alicuius criminis, vel si confessus fuerit, et emendare noluerit; nisi iudiciario ordine quis probare possit: non debet eum arguere nominatim, sed indeterminate, sicut dixit Christus k: *vnus vestrum me traditurus est.* Sed si ille, cui damnum illatum est, petierit 98) iustitiam; potest excommunicare auctorem 99) l damni: licet etiam ei confessus sit 100). Sed tamen non nominatim potest eum remouere a communione, licet sciat eum esse reum: quia non m vt iudex scit, sed vt Deus. Sed debet eum admonere, ne se ingerat: quia nec Christus Iudam a communione 1) remouit 2).

97) Vel potius ALEXANDER III. *Norwicens. episcopi*, vt inscriptio habet apud HARDVINVM *tom. VI. P. II. p.* 1871. RAYMVNDVS collectione decretalium ALEXANDRI III. vsus videtur, in qua pari errore, cum illa, quam in appendice *p.* 264. *c. 6. tit. XLI.* adduxi, EVGENIO hæc decretalis tributa est.
98) *Petat*, C. H. habet.
99) *Actorem*, C. R. 1. legit cum ed. ant.
100) *Confessus fuerit*, C. R. 1.
1) *A communione fidelium*, C. H.
2) Ad illustrationem et comparationem *c. 2. et 3. C. VI. q. 2.* hanc decretalem scripsit ALEXANDER III. Vnde constat, per *accusationem* publice conuincendum fuisse reum, antequam communione pelleretur, nec sufficere *priuatam episcopi scientiam.*

CAP. III.

Si ordinarius subiectus episcopo profert in sibi subiectum iustam censuram ecclesiasticam; episcopus illam seruare debet: et illam sine satisfactione et conscientia proferentis relaxare non debet.

ALEXANDER III. *Florentin. episcopo.* (*ann.* 1170. *Romæ in Hetruriam.*)

Cum n ab ecclesiarum prælatis ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur: rata debet et firma consistere 3), et vsque

3) *Subsistere*, C. R. 1.

a *Vide leg. si communem ff. quemadmod. seru. amitt.* b *Cap. 5. eod. tit. in 3. compilat.* c *Vide auth. multo magis. C. de sacr. eccl. et l. 2. C. de testam. tut.* d Tamen. e *Vide l. vn. C. qui pro sua iurisd. et l. 3. C. de offic. præt.* f *Cap. 1. eod tit. in 1. compil. Trident. conc. sess. 24. de reform. cap. 8.* g *Vid. l. imperium. cum not. ff. de iurisd. omn. iud.* h *al. Augustin. in concil. part. 50. cap. 55.* Idem Norwicensi episcopo. i *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Lateran. p. 50. cap. 55.* k *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan 13.* l Actorem. m *Thom. 3. p. qu. 80. art. 6. Sotus in 4. sent. dist. 12. qu. 1. art. 6.* n *C. 3. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Later. p. 31. c. 7.*

ad

ad dignam 4) satisfactionem inuiolabiliter obseruari. Quapropter [*d. f. per A. S.*] mandamus, quatenus, si quando [*dil. fil. noster Lan.*] plebanus 5) sancti P. 6) a [*de Lucar.*] in clericos vel laicos parœcianos suos interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam facias inuiolabiliter obseruari, et eam sine congrua satisfactione, et absque eiusdem 7) plebani conscientia non 8) relaxes.

4) *Condignam*, C. R. 2. et H. habet.
5) H. e. qui *plebi seu baptismali ecclesiæ* præerat, qui *prælaturam* gerebat, quia *archipresbyter* erat, vt fusius obseruaui ad *c. 41. C. XVI. q. 1. not. 63.* Non ergo de *parochis* minorum titulorum quibus fuit accipienda hæc decretalis, quibus negata fuit potestas *excommunicandi*, sed de plebano *prælatorum* numero adscripto, qualis erat archipresbyter, qui eo tempore hanc exercebat censuram, quod illustrat *c. f. X. de offic. archipresb.* omnibus parochis demum *excommunicationem minorem* dedit INNOCENTIVS III. in *c. 12. X. de poenit.*
6) *Sancti Prancaci*, C. C. 1. sed H. habet cum L. et c. 3. comp. cit. *Pancratii.*
7) *Eius*, C. H. legit.
8) *Nollatenus*, est in cit. c. in quo præterea pluralis adhibetur in verbis nemerus.

CAP. IV.

Si ordinatio vacantis ecclesiæ etiam patronatæ ex iusta caussa differtur: est ibi per episcopum œconomus ponendus.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo et eius suffraganeis.* (*ann. 1165. Roma in Angliam.*)

Cum vos plerunque b oporteat ordinationem ecclesiarum differre, pro eo, quod quandoque personæ vobis 9) minus idoneæ præsententur, aut [*interdum*] inter vos et præsentatores [*personarum*] alia de caussa radix dissensionis 10) emerserit 11) c: [*prouidendum vobis est, ne occasione huius dissensionis et scandali interim fructus illarum ecclesiarum depereant, aut eius parochiani in spiritualibus grauia proueniant detrimenta. Inde est, quod*] fraternitati vestræ [*per A. S.*] mandamus, quatenus, si quando in [*illis*] vacantibus ecclesiis, in quibus ecclesiastica persona præsentationem non habet, vel quia personæ minus idoneæ [*vobis*] præsentantur, vel alia de caussa, de iure personas non potueritis 12) in eis 13) instituere, appellatione remota 14) d, ponetis œconomos 15), qui debeant fructus 16) percipere 17), et eas aut in ecclesiarum vtilitatem expendere, aut futuris personis [*eos*] fideliter reseruare 18).

9) Pronom. *vobis*, a C. R. 1. abest.
10) *Dissensio*, est in c. 5. cit. comp. 1.
11) C. C. H. et L. *emergit*, legunt.
12) *Poteritis*, legunt C. R. 1. H. et L. cum c. cit.
13) *In ecclesiis*, legimus in cit. c.
14) *Appellatione cessante*, C. R. 1. H. et L. habent cum cit. c.
15) *Idoneos œconomos*, legit C. L.
16) *Fructus earum*, C. R. 1. habet.
17) Vnde ratio dubitandi petenda sit, eleganter explicat FRANCISCVS de ROYE *de iur. patron. in proleg. c. XIV.* obseruatque olim in Anglia et Gallia alibique *custodiam* ecclesiæ, quæ iuri patronatus suberat, sibi vindicasse patronos, et vi huius iuris vacantis ecclesiæ fructus suos fecisse, contradicentibus licet pontificibus, uno et episcopis: *c. 12. X. de pœn. c. 13. X. de elect. l. in 6.* quod etiam *ius guardiæ* vocarunt. Inter libertates, quas IOANNES rex Angliæ anno MCCXV teste MATTHAEO PARIS *ad h. ann. p. 217. in f.* Baronibus confirmare coactus est, etiam hæc fuit: *omnes patroni abbatiarum, qui habent chartas regis Angliæ de aduocatione vel per aliquam antiquam tenuram vel possessionem, habeant earum custodiam cum vacauerint, sicut habere debent et sicut supra declaratum est.* Prouocatur in verbis vltimis ad antecedentia, in quibus custodia vacantium feudorum, episcopatuum, aliarumque dignitatum ecclesiasticarum regi asseritur, ceu plenius a me illustratum est in opusculo: *de iure custodiendi reditus vacantis beneficii.* Verum hoc ius ALEXANDRO III. admodum inuisum fuit, adeoque Cantuariensi archiepiscopo commisit, qua ratione in custodiendis reditibus vacantis ecclesiæ, iuri patronatus subiectæ, versari deberet. Vtrum vero hanc papalem prouisionem patroni, libertatibus regni aduersam, admiserint, valde dubito, post quam eandem adhuc anno MCCXV. strenue propugnauerunt.
18) *Conseruare*, C. R. 2. legit.

CAP. V.

Si constet ordinario, quod absolutus a papa suppressit veram caussam, quare fuerat excommunicatus: debet illum remittere ad papam. Si vero sibi non constat; est tamen sibi vrgens suspicio contra eum: debet cogere eum se purgare.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo.* (*ann. 1165.*)

Ex e parte tua [*nobis est constanti assertione propositum, quod interdum quidam pro tertiis caussis excommunicati sed. apostol. visitant, et reticentes caussas, pro quibus sunt vinculo excommunicationis astricti, de absolutione sua litteras deferunt, continentes, eos ad sedem apostolicam accessisse, et, auditis confessionibus suis, absolutionis beneficium meruisse. Vnde*] quia nos consulere voluisti, vtrum illorum 19) absolutio valeat, qui 20), occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerant 21), absolutionis beneficium per sedem apostolicam 22) meruerunt, suæ 23) excommunicationis caussam aliam prætendentes: [*tuæ consultationi*] taliter resp. 24) quod, si ita tibi constiterit, debes eos ecclesiastica censura compellere 25), cum litteris tuis, rei veritatem continentibus, ad sedem apostolicam redire. Si vero id tibi f non constiterit, et eos suspectos habueris, quod confessi non fuerint veritatem: ipsos compellere debes exinde 26) coram te, quod [*rei*] veritatem confessi fuerint, purgationem præstare 27).

19) *Illa*, est in c. 7. cit. l.
20) *Si*, legitur in cit. c.
21) *Fuerunt*, legitur in C. L.
22) *A sede apostolica*, legit C. H. sed neutrum legitur in cit. c.
23) *Suæ*, habetur in c. cit.

24) *Taliter tibi respondemus*, C. R. 2. legit.
25) *Cogere*, cit. c.
26) *Deinde*, habet C. H.
27) Series verborum ipsa in cit. c. est hæc: *Ipsos compellere debes, quod exinde coram te rei veritatem confessi fuerint purgationem præstare.*

CAP. VI.

Si ex desidia vel malitia delegati papæ, quis perseuerat in peccato: ordinarius loci potest supplere, non obstante, quod caussa fuerit delegato commissa. Hoc dicit, et est casus notabilis et singularis.

COELESTINVS III. 28) (*ann. 1194. Romæ.*)

Significauit g nobis tua fraternitas, quod quidam de parochianis tuis, cum pro illicita consanguinitatis et 29) affinitatis copula excommunicatione h notantur, ad iudices remotiores ab apostolica sede litteras impetrant 30) [*commissionis*]. Per quas, cum ab excommunicatione fuerint absoluti 31), quia dicti delegati ad locum, vbi testes [*consanguinitatis vel affinitatis*] produci valeant, non accedunt, nec aliquos 32) pro eorum receptione transmittunt; in prænominata nefariæ coniunctionis copula remaneat: et caussa debitum non sortitur 33) effectum. [*Vnde postulasti a nobis, quid sit tibi in tali articulo faciendum. Cum itaque dolus suus alicui patrocinari non debeat, nec etiam quis per malitiam vel desidiam iudicis delegati debeat*] ad remanendum in copula coniunctionis iniquæ suffragium inuenire: tale damus tuæ fraternitati [*in hac consultatione*] responsum, quod, quotiens ea, quæ prædiximus, in tua diœcesi euenire contigerit 34), licite potes taliter absolutos in pristinam excommunicationis sententiam reuocare, ipsosque tam diu eadem sententia tenere ligatos, donec caussa in receptione testium, et in aliis 35) legitimum incipiat habere progressum, [*vel aliud exinde suscipias ab apost. sede mandatum.*]

28) *Alexander III.* C. R. 1. habet.
29) *Vel*, est in c. 2. comp. 2. h. t.
30) *Impetrarunt*, cit. c.
31) *Ad cautelam* seu per *prouisionale decretum*, quo legitimam haberent standi personam in iudicio coram delegatis, vt addit A COSTA *ad h. c.*
32) *Aut aliquos*, cit. c.
33) *Sortiatur*, ibid.
34) *Contingat*, est ibid.
35) *Aliis*, C. H. legit. omissa partic. *in.*

CAP. VII.

Ordinarius supplet negligentiam abbatis, non reuocantis monachum vagabundum.

INNOCENTIVS III. *Auxitano* 36) *archiepisc.* i (*ann. 1198. Roma in Galliam.*)

Quanto k deuotio religiosorum [*virorum studiosius mandatis diuinis inhæret, et creatori suo placere per opera sanctæ conuersationis intendit, tanto humani generis inimicus ad seductionem eorum suæ fraudis malignitate laborat, et variis modis eis præstat materiam excedendi, et animas eorum inextricabili laqueo nititur irretire.*] Ad audientiam [*siquidem*] nostram nouerıs peruenisse, quod monachi, canonici et alii regulares tuæ prouinciæ 36*), cum deberent potius in claustro iuxta regularis constituta 37) diuinis obsequiis vigilare, de obedientiis 38) et reditibus, quorum curam gesserunt, pecunia congregata, claustrum abhorrentes, per curias principum et potentum discurrere 39) non verentur, [*et muneribus suis illorum sibi fauorem et gratiam acquirunt, ac de ipsorum familiaritate confisi in conuentu suo graues dissensiones commouent, et cæterorum humilitatem in spiritu arrogantiæ contemnen-*

36) *Auxitano*, recte legunt C. R. 1. et L. vel *Auscitano* in Aquitania archiepiscopo.
36*) In c. 1. comp. 3. h. t. ita legimus: *canonici regulares et alii in tua prouincia constituti.*
37) *Iuxta regularem constitutionem*, C. R. 1. legit, sed *instituta*, H.
38) Ea olim in nobilioribus monasteriis erat disciplina, vt minores sub se haberent colonias, quas *cellas*, *obedientias*, vel *prioratus* et *monasteriola* passim vocarunt. Horas instituti hanc fuisse rationem, constat MABILLON *in act. Benedict. præf. ad secul. V. § 33.*, vt cum disiecentibus monasteriis prædia, fundi villæque plures in remotioribus locis accessissent, quo fructuosior et fidelior eorum esset administratio, cotioribus fertilibusque locis monachos præficerent sub directione *præpositi*, *prioris* vel *decani*, et ad continendos in officio seruos gubernandosque rite colonos, ecclesias ibi construerent atque reparent. Inde elatiores ex abundantia redituum facti monachi sæpe *obedientias*, vt hic refertur, deseruerunt, et potentiorum gratiam muneribus sibi acquirere studuerunt, sub qua se contra monasterium principale defenderent. Vnde sine dubio factum, vt monachi de triennio in triennium in obedientiis, substitutis aliis, reuocati fuerint.
39) *Decurrere*, C. R. 2.

a *Pancratii.* b *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Lateran. p. 15. cap. 21.* c Emergit. d Cessante. e *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Later. p. 31. c. 4.*

f *Sensus est: si suspecti sunt, quod non dixerint papæ veritatem, compellendi sunt ad purgandam tam suspicionem, vt inde colligatur eos verum dixisse.* g *Cap. 2. eodem tit. in 2. compilatione.* h *Vide Trident. concil. sess. 24. in decret. de reformat. per multa capita.* i *al.* Auxitano. k *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.* *Vide concil. Viennens. in Clem. de stat. monach. c. ne in agro. §. quia vero. vbi etiam hoc prohibentur. Facit tex. Deo nobis. C. de episc. et cler.*

tes, mandatis prælatorum suorum inobedientes et contumaces existunt, et contra illorum prohibitionem secularium negotiorum sollicitudinibus se immergunt. Cum igitur propter hoc ordo religionis non modicum enervetur: f. t. per A. S.] mandamus 40), quatenus, quoscunque tales inueneris, nisi ad commonitionem tuam resipuerint, vt proprium 41) [*suum*] in manibus prælatorum suorum sine difficultate resignent, conuertendum in vtilitatem domus, secundum abbatis consilium, et regularem vitam obseruent, si prælati 42) eorum post tuam commonitionem 43) id exsequi negligenter omiserint, per suspensionem officii et beneficii, appellatione remota, compellas.

40) *Fraternitati tuæ mandamus*, C. R. 1.
41) *Vt proprium etiam*, habet C. R. 1.
42) *Et si prælati*, C. R. 1. legit.
43) *Post commonitionem*, C. R. 1. *Post tuam admonitionem*, C. R. 2.

CAP. VIII.

Ab vno episcopo excommunicatus, ab aliis est vitandus. Et archiepiscopus per querelam aditus, non absoluet, nisi prima remittat.

IDEM *Rothomagen.* 44) *archiepiscopo et eius suffraganeis* 45). (*ann. 1198. Roma in Galliam.*)

Ad reprimendam a malitiam peruersorum, pœnæ certæ sunt in canonibus constitutæ: quas, sicut latas a vobis interdum in subditos 46), vultis inuiolabiliter obseruari 47), ita latas ab aliis debetis inuiolabiliter obseruare. Ideoque 48) [*per ap. sed.*] mandamus, quatenus sententias, quas [*ven. fr. n.*] Lexouien. 49) episcopus duxerit in subditos suos canonice promulgandas, et vos ipsi seruetis, et a vestris subditis facietis 50) inuiolabiliter obseruari 51). §. 1. Tu vero, frater archiepiscope, cum excommunicationis sententia per appellationis non suspendatur obiectum, si quis excommunicatus ab episcopo 52), de iniusta tibi fuerit excommunicatione conquestus, ad ipsum, ei quasi coepiscopo deferens, absoluendum, secundum ecclesiæ formam remittas 53). Qui si 54) [*forte*] noluerit ipsum 55) absoluere: tu, recepta cautione iuratoria, absolutionis munus ei poteris exhibere, ita tamen 56), quod, nisi legitime tibi 57) constiterit, eum contra iustitiam excommunicatum fuisse, ex debito sibi iuramento 58) præcipias, vt super eo, de 58*) quo fuerit 59) excommunicatione notatus 60) b, eidem episcopo satisfaciat competenter. Quod si facere [*forte*] contempserit: eum in excommunicationis sententiam 61), appellatione remota, reducere non omittas.

44) *Rotomen.* C. H. legit.
45) *Et eius suffraganeis*, omittit c. 2. comp. 3. h. t.
46) *Sententias in subditos*, habet C. L.
47) *Inuiolabiliter obseruari*, C. R. 2. et L. legunt cum cit. c. per totum.
48) *Vnde est, quod vat. v.* legimus in cit. c.
49) Exon. habet C. R. 1. *Lexouiensis*, legit C. L. *Lexouen.* edit. Pith. sed Gloss. habet: *I. Exoun.* et H. legit: *Lexonien.* denique in cit. c. est: *Lexouen.*
50) *Faciatis*, legitur in C. L. et ed. ant.
51) Antiqua hæc est ecclesiæ disciplina, vt excommunicatus ab aliquo episcopo non recipiatur in communionem ab alio. Idem confirmatum in c. 5. concil. *Nicæni*, cautumque, *vt hi, qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur.* Idem repetit quoque pontifex in verbis hic adductis, vt tamen legem, quam alius scripsit, sibi haud scripserit.
52) *Ab ipso*, C. R. 1. H. L. et ed. ant. legunt cum c. cit.
53) *Remittatur*, habet ed. ant.
54) *Et ad si*, cit. c.
55) *Illum*, C. R. 1. H. et L. habent cum cit. c., sed C. R. 2. *eum*, legit.
56) *Tamen*, ed. ant. non habet.
57) *Tibi*, non exstat in C. L.
58) *Iuramento*, legitur rectius in C. L. ed. ant. et cit. c. non *iuramenti.*
58*) Præp. *de*, abest a C. H.
59) *Fuerat*, C. H. habet.
60) *Nodatus*, legitur in C. L. et *innodatus*, in ed. ant.
61) *Sententia*, habet C. L.

CAP. IX.

De caussis subditorum archiepiscoporum et episcoporum suorum patriarcha non cognoscit: nisi per appellationem legitimam, aut vigore consuetudinis seu priuilegii.

IDEM *Turonensi* 62) c *archiepiscopo.* (*ann. 1198. Roma in Syriam.*)

Duo d simul [*consultationem scilicet et querimoniam; vnica tuæ f. petitio continebat, per quam a ven. fr. n. Hierosolymitano patriarcha conquerebaris, clericos tuos tecum fuisse grauari, qui eos, spreto iudicio tuo, coram quo parati sunt de se querimoniam deponentibus iustitiam exhibere, licet ad eum per appellat. caussa minime deferatur, coram se respondere compellit, et vtrum ad id possint de iure compelli, per nostras postulabat litteras edoceri. Volentes igitur super grauaminibus tibi prouidere prædictis, et*] consult. t. [*quod canones sentiunt*] t. r. quod 63), cum sit in canonibus 64) definitum, primates vel 65) patriarchas nihil iuris præ cæteris habere, nisi quantum sacri canones concedunt, vel e prisca 66) illis 67) consuetudo contulit ab antiquo f, ita, vt secundum Nicænas g regulas sua priuilegia seruentur ecclesiis, præterquam si apostol. sed. 68) antiquam ecclesiam 69), vel rectorem ipsius, quolibet speciali priuilegio decreuerit honorare: [*de cons. f. n. con. respondemus, quod,*] quamdiu clerici tui 70) coram te voluerint stare iuri, compelli non debent iudicium [*eiusdem*] patriarchæ subire, nisi caussa [*forsitan*] per appell. ad eius audientiam perferatur 71): aut [*quod non credimus,*] ei aliquid super hoc a sede apostolica sit indultum.

62) Falsa est hæc inscriptio, et verior ex C. R. 1. et H. substituenda hæc: *Tyrensi*, qui hoc tempore subiectus erat patriarchatui Hierosolymitano. Postquam enim ab occidentalibus regnum *Hierosolymitanum* Saracenis ereptum in nouam formam redactum fuerat: fines patriarchatus eiusdem quoque extensi, et Tyrensis, antea Antiocheno subiectus, patriarchæ Hierosolymitano assignatus est, cuius iudicii in hac decretali fit mentio. Patriarcha enim Latinus idem ius sibi attribuisse videtur, quod eo tempore pontifex vsurpabat, vt etiam in prima instantia ex quibuscunque diœcesibus ad eum pateret recursus.
63) Partic. *quod*, omittitur in c. 3. cit. l.
64) *Decretum* GRATIANI intelligit, quia INNOCENTIVS III. verba, quæ hic sequuntur, descripsit ex c. 8. C. IX. q. 3. vt ibidem not. 32. obseruaui, adeoque rursus liquet, *decretum* appellatione *canonum* eo tempore venisse, et *authenticam* habuisse *auctoritatem.* Ceterum C. H. legit: *canone*, pro *canonibus.*
65) *Vel*, non adest in cit. c.
66) *Et prisca*, legunt C. R. cum L. et cit. c.
67) *Eis*, C. R. 1. legit, sed in H. neutrum habetur.
68) *Apostolica sedes*, legit C. L. integris vocibus.
69) *Antiquam ecclesiam*, C. R. H. L. ed. ant. Pith. et cit. c. legunt.
70) *Tui*, non exstat in C. L.
71) *Proferatur*, C. H. habet.

CAP. X.

Archiepiscopus impeditus potest consecrationem sui suffraganei alteri committere: et consecrandus tenetur ab illo commissario munus consecrationis recipere.

IDEM *Turonensi* 72) *archiepiscopo.* (*ann. 1198. Roma in Gall.*)

Quod sedem h apost. 73) [*consulis super his, quæ tibi dubia existunt, gratam gerimus et acceptam, et tua exinde f. merito videtur commendanda: cum lex diuinæ constitutionis eandem sedem totius posuerit orbis terrarum magistram, vt quicquid dubitatur ab aliquo, ab ea tandem eiusdem ratio requiratur.*] Nos siquidem consuluisti 74), vtrum, si [*forte*] aliqua infirmitate, vel alia iusta 75) caussa detentus, aliquem suffraganeorum tuorum consecrare non posses, alicui 76) coepiscoporum tuorum vices tuas committere licitum tibi esset, [*et vtrum electus, qui pro consecratione instaret, ab eo, cui vices tuas commisisses, taliter deberet licite consecrari?*] Consult. tuæ taliter respondemus 77), quod in tali articulo 78) constituto, et tuas vices, vt dictum est, tibi committere 79) licet, et consecrandus munus debet ab eo consecrationis i accipere 80), k cui eas duxeris committendas: dummodo catholicus habeatur, et impedimentum ei ex 81) subtractione gratiæ apost. sedis non obsistat.

72) *Cyrenensi*, legitur in C. L. sed male.
73) *Quod sedem apostolicam*, habet C. L.
74) *Consulere voluisti*, C. R. 1. legit; sed c. 4. comp. cit. *decreuisti prouidendos consulendos.*
75) *Aliqua iusta*, C. H. legit; sed a. cit. *iusta de caussa.*
76) *Vtrum* voci *alicui* præmittitur in C. L. quum tamen antecedens *vtrum*, loco suo quoque legatur.
77) *Tale damus responsum*, legimus in cit. c.
78) *In tali in articulo*, C. R. 1. legit.
79) Pronomen: *tibi*, a C. R. 1. abest.
80) *Recipere*, C. R. 1. legit.
81) Particula *ex*, non exstat in ed. ant.

CAP. XI.

Archiepiscopus caussam ad se per appellationem delatam, subditis suffraganei committere potest: non tamen ad ipsam suscipiendam compellere potest. H. d. vsque ad §. Præterea.

IDEM *episcopo Heliensi.* (*ann. 1204. Roma in Galliam.*)

Pastoralis officii: [*et infra.*] Ex parte m tua fuit insuper quæsitum 82) n, vtrum, si aliqua caussa fuerit ad archiepiscopum per appell. delata, possit 83) eandem iure ordinariæ potestatis suffraganei sui subdito delegare, vel animaduertere in eundem o, si caussam renuerit suscipere delegatam? Ad quod 84) [*vtique*] respondemus, quod archiepiscopus ipsum 85) ad suscipiendam delegationem huiusmodi compellere nequit inuitum; cum in eum, exceptis quibusdam articulis, nullam habeat potestatem: licet episcopus suus eidem sit metropolitana 86) p lege subiectus. [*et infra.*]

Mortuo delegato papæ, qui excommunicauit reum, vel actorem in possessionem induxit, si eius successor in delegatione succedit, absoluere et restituere possessionem poterit; alias solus papa restituet et absoluet, præterquam in mortis articulo; ne tamen currat annalis præscriptio, reus coram ordinario, vel publicis personis de stando iuri cautionem præstabit. Hoc dicit.

82) C. R. H. et L. *requisitum*, legunt cum c. 5. comp. cit.
83) *An possit*, habet C. R. 2.
84) *Ad quod breuiter.* C. H.
85) *Eum*, secundum C. H.
86) *Metropolitica*, C. R. et L. legunt, et ed. ant. habet: *metropolita.*

a *Cap. 2. eod tit. in 3. compil.* b *al notatus. Nam, innodatus. ve nulla manuscr. repetitur.* c *al. Tirenh.* d *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.*

e Et prisca. f *Vide l. de quibus. ff. de leg. et C. quæ sit long. consuet.* g *Has habet in dist. conc. can. 6. et 7.* h *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* i *al.* a consecratore. k *Vide l. vnicam. C. qui pro sua iurisd.* l *Quæ hic desunt, require ex c. pastoralis. supr. de off. iud. delegat.* m *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.* n Acquisitum. o *Ratio est, quia induere publicum munus. l. munerum. §. iudicandi. De mun. et hon. et l. vn. C. qui pro sua iurisdict.* p Metropolitica.

§. 1.

§. 1. [*Edocere*] præterea postulasti, an alicui 87) a liceat sine speciali mandato apostol. sedis, delegato, qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis vinculo innodauit, vel petitorem caussa rei seruandæ in possessionem petitorum 88) induxit, rebus humanis exempto, eidem volenti iuri parere, absolutionis beneficium impertiri, et possessionem restituere intra annum, sufficienti recepta primitus cautione?

Ad quod [*vtique*] dicimus, quod, cum delegatus, quantum ad illud sit maior ordinario, sine mandato summi pont. excommunicatus ab huiusmodi delegato non potest per alium, præterquam in mortis b articulo, absolutionis gratiam obtinere, nisi forsan delegatus talis extiterit, cui alius succedat in onere et honore. Nec per alium, quam per summum pontificem recuperare poterit possessionem amissam. Veruntamen, ne alius post annum verus efficiatur possessor, coram ordinario; vel si eius copiam habere nequiuerit 89), coram publicis et honestis personis, vt quasi præscriptionem interrumpat annalem, offerre ac 90) præstare, quod iuri parebit 91), poterit cautionem 92): vt sic post annum recuperare possessionem per sedem apostolicam mereatur.

87) Voci *alicui*, adiicit C. L. *ordinario*.
88) *In possessionem rei*, C. R. 1. habet, sed simpliciter *in possessionem*, C. R. 2. legit.
89) *Nequiuerint*, C. R. 1. legit.
90) *Et*, C. H. habet.
91) *Parebat*, legit C. L.
92) Decisionem huius caussæ pontifex ex *l. 8. §. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* speciatim vero ex *l. 2. C. de annali except.* petiit, in qua hoc remedium interrumpendi præscriptionem annalem *coram honestis personis* in hoc casu præscriptum est.

CAP. XII.

Papa per rescriptum, quo mandat ordinario, vt subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum: ideo ab eo poterit appellari ad proximum superiorem, sicut, si papa nullum mandatum fecisset. Hoc dicit.

IDEM *archiepiscopo Senonens.* (al. *Senens.* ann. 1207. *Romæ in Galliam.*)

Licet c in corrigendis excessibus iuxta canonicas sanctiones 93) appellationis sit diffugium interclusum, et ideo [*ven. fr. n.*] Parisiens. 94) episcopus a nobis receperit 95) in mandatis, vt tam circa [*monachos et alios*] viros religiosos, quam etiam clericos seculares suæ iurisdictioni subiectos, qui d multa et 96) grauia crimina 97) committere proponunt 98), [*quæ cedunt non solum in animarum dispendium, sed etiam scandalum plurimorum,*] inquirat et corrigat, appell. rem. quæ viderit corrigenda, statuens 99) ad reformationem eorum, quod regulare fuerit et honestum; quia tamen intentionis nostræ nec fuit 100), nec esse debuit, iurisdictioni tuæ per mandatum huiusmodi derogare: præsentium auctoritate duximus declarandum, quod, si in inquisitionibus 1) ab eodem episcopo, non tanquam delegato, sed tanquam ordinario faciendis, aliquis casus emerserit, in quo licitum sit ad sedem metropolitanam appellare, prædicti occasione mandati a), auctoritati tuæ, quo minus ad te tanquam ad metropolitanum appellari valeat, nolumus aliquatenus derogare e. [*Tu tamen nec impedias per te ipsum, nec per alios facias impediri, quo minus idem episcopus in corrigendis excessibus subditorum officii sui debitum exsequatur, et, si forsan in casu concesso ad te fuerit appellatum, in appellationis caussa prudenter et iuste procedas.*]

93) Verba: *iuxta canonicas sanctiones*, in C. R. H. et L. non leguntur.
94) *Parisien.* est in c. 6. comp. cit. 3. h. t.
95) *Recepit*, legitur in C. L. ed. ant. et c. cit.
96) Copula *et*, non adest in cit. c.
97) Vox: *crimina*, non legitur in C. R. H. L. nec in cit. c.
98) *Proponuntur, quæ*, legunt C. R. H. L. ed. ant. et c. cit.
99) *Statuentes*, habet C. L.
100) *Non fuit*, C. H.
a) a C. R. 1. præpos. in, abest.
a) Aliud enim est, caussam specialiter delegare ordinario, quale quid occurrit in c. 13. §. 1. X. h. t. et aliud, ordinarium duntaxat admonere officii sui, vt in subditorum crimina inquireret, et quæ corrigenda erant, corrigeret, quæ admonitio in concilio generali, in c. sq. relato, quoque facta est. Similis decisio occurrit in c. 19. X. h. t.

CAP. XIII.

Prælati subditos corrigunt, et reformant, appellatione remota, vel consuetudine non obstante. Si tamen capitulum consueuit corrigere excessus canonicorum, si intra terminum ab episcopo præstandum non facit: ipse episcopus hoc faciet. Hoc dicit, vsque ad §. Cæterum.

IDEM *in concilio generali* 3) f. (*ann.* 1215. *Romæ.*)

Irrefragabili constitutione sancimus, vt ecclesiarum prælati ad corrigendum 4) subditorum excessus, maxime clericorum, ad reformandos 5) mores prudenter ac diligenter g intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Vt autem correctionis et reformationis officium libere valeant exercere: decernimus, vt exsequutionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio 6) valeat impedire, nisi formam in talibus excesserint obseruandam. Excessus tamen canonicorum cathedralis ecclesiæ, qui consueuerunt corrigi per capitulum, per ipsum in illis ecclesiis, quæ 7) talem hactenus consuetudinem habuerunt, ad commonitionem vel h iussionem 8) episcopi corrigantur, intra terminum competentem ab eo 9) i præfigendum: alioquin extunc episcopus Deum habens præ oculis, ipsos, vt animarum cura requirit, per censuram ecclesiast. corrigere non postponat.

Si canonici sine manifesta et rationabili caussa, maxime in contemptum episcopi, cessant a diuinis: episcopus cessationem non seruabit, et metropolitanus vice papæ cognoscet. Hoc dicit.

§. 1. Cæterum si canonici absque manifesta et rationabili caussa, maxime in contemptum episcopi, cessauerint a diuinis 10); episcopus, si voluerit, nihilominus celebret in ecclesia cathedrali; et metropolitanus ad querelam ipsius, tanquam super hoc delegatus a nobis, taliter eos per censuram ecclesiast. cognita veritate, castiget: quod pœnæ metu talia de cætero non præsumant.

Prælatus in impositione pœnæ, cauere debet a quæstu pecuniæ, et ab omni alio grauamine. H. d. vsque ad finem.

§. 2. Prouideant itaque diligenter ecclesiarum prælati, vt hoc salutare 11) statutum ad quæstum k pecuniæ vel grauamen aliud non conuertant, sed illud 12) studiose ac fideliter exsequantur, si canonicam velint 13) effugere vltionem: quoniam super his sedes apost. auctore Domino, attentissime vigilabit.

3) *Lateran.* const. 8. legimus in c. 2. comp. 4. h. t.
4) *Corrigendos*, C. R. 2. et H. legunt, sed *corrigend* C. R. 1. habet, absque terminatione.
5) *Et reformandos*, C. R. 1. H. L. ed. ant. Pith. et Gonz. legunt cum cit. c. *et ad reformandos*, legimus in C. R. 2.
6) Verba, *vel appellatio*, non habentur in cit. c.
7) *Qua*, C. H. legit cum L. et cit. c.
8) *Et iussionem*, C. R. legunt cum L. et cit. c.
9) *Ab episcopo*, C. R. 1. H. et L. habent.
10) Hoc remedio vti solebant decanus nomine capituli, ad tuendam suam iurisdictionem contra episcopum, vt præsente episcopo a diuinis cessaretur in ecclesia cathedrali, vt docent c. 55. X. de appell. et c. 2. h. t. in 6.
11) *Salubre*, C. R. 1.
12) *Sed illud*, C. R. 1. H. et L. habent cum cit. c.
13) *Voluerint*, legit C. R. 1. cum cit. c.

CAP. XIV.

Cum in ciuitate vel diœcesi sunt populi diuersarum linguarum: episcopus debet prouidere eis per viros idoneos, qui secundum varietatem linguarum officia eis celebrent, et sacramenta ministrent. Et si vrgens est necessitas; constituet sibi vicarium pontificem illius linguæ: non tamen propter hoc eadem diœcesis debet habere duos episcopos.

IDEM INNOCENT. III. *in eodem* l. (*ann.* 1215.)

Quoniam m in plerisque partibus intra eandem ciuitatem atque diœcesim permixti sunt populi diuersarum linguarum, habentes sub vna fide varios ritus et mores: districte præcipimus, vt pontifices huiusmodi ciuitatum 14), siue diœcesium [*eidem*] prouideant viros idoneos, qui secundum diuersitates 15) rituum et linguarum, diuina illis officia celebrent et 16) ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter et exemplo. Prohibemus autem 17) omnino, ne vna eademque ciuitas, siue diœcesis, diuersos pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuersa n capita, quasi monstrum. Sed si 18) propter prædictas 19) o caussas vrgens necessitas postulauerit: pontifex loci catholicum præsulem nationibus 20) illis conformem 21), prouida deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens et subiectus. Vnde p, si quis 22) aliter se ingesse-

14) *Huius ciuitatis*, habet c. 2. cit. l.
15) *Diuersitatem*, C. H. habet.
16) Particula *et*, in ed. ant. non legitur.
17) *Enim*, ed. ant. habet.
18) *Sed si forte*, secundum C. R. 1.
19) *Præscriptas*, C. R. 2. H. L. ed. ant. et cit. c.
20) Vox: *nationibus*, non exstat in C. H.
21) Supra iam ad c. 11. X. de tempor. ordin. not. 24*) occasionem adduxi, qua factum fuerit, vt in locis, sedi papali eo tempore subiectis, Græci Latinis permixti vixerint, et proprios sacerdotes habuerint. Remedium, quod huic permixtioni et inde præcauendis incommodis quæsitum est, merito probandum, vt scilicet vicarium, *nationibus illis conformem*, h. e. Græcæ ecclesiæ sacris addictum, episcopus Latinus Græcis constitueret. Quod etiam merito probandum in terris protestantium, in quibus subditi ecclesiæ Romano-catholicæ addicti degunt, quibus vicarius, sacris huius ecclesiæ addictus, pari æquitatis ratione constitui potest. Verum a quo? Non a quodam episcopo, vel Romano ipso pontifice, quorum iurisdictio in his terris omni effectu destituta est, sed a domino territorii, qui iurisdictionem ecclesiasticam ibidem exercet in quoscunque subditos, sine religionis discrimine, ipsa pace Osnabrugensi suffragante.
22) *Si aliquis*, C. R. 1. legit.

a In omnibus impressis habetur dictio, *ordinario*, quæ deest in antiquioribus exemplaribus. In recentioribus ex margine irrepsit in textum, ex glossa tamen constat, non fuisse a Raym. positam. b *Quia in mortis articulo nulla est criminum aut casuum reseruatio*, et ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis et censuris absoluere possunt. Concil. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseru. c C. 6. eod. tit. in 3 compil. d In omnibus antiqu. ita: quia multa et grauia committere proponuntur. e Derogari. f Const. 7. et c. 2. eod. tit. in 4. compil.

g *Qua autem ratione prælati subditorum excessus corrigere debeant, præscribit conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1.* h Et. i al. episcopo. k *I. 10. de pœn. cap. licet.* l Const. 9. et c. 2. eod. tit. in 4. comp. m *Lud. Gon. in Reg. Canc. de Idiom. vbi plura tradit de linguarum similitudine et diuersitate.* n *Alias, diuersa habens, capita, etc.* o Præscriptas. p *al. rerum.*

tit.

rit; excommunicationis se nouerit mucrone percussum: et si nec sic resipuerit, ab omni ministerio ecclesiastico deponendum, adhibito, si necesse fuerit, brachio seculari, ad tantam insolentiam a repellendam.

CAP. XV.

Episcopi, qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui suppleant sua loco, quoad prædicationes, visitationis et confessionum auditiones: et vt possint episcopi reperire tales, præcipit in ecclesiis cathedralibus et collegiatis tales institui.

IDEM *in eodem* b.

Inter cætera, quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei permaxime sibi noscitur esse 23) necessarium: quia sicut corpus materiali, sic anima 24) spirituali cibo nutritur, eo, quod non in solo pane c viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei 25). Vnde d, cum sæpe contingat, quod episcopi propter suas occupationes 26) multiplices, vel inualetudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias 27), ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cætero tolerandum, per seipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei populo 28), maxime per amplas diœceses 29) et effusas 30); generali constitutione sancimus, vt episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exsequendum assumant, potentes in opere, et sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum, cum per se iidem nequiuerint 31), sollicite visitantes, eas verbo ædificent et exemplo 32), quibus ipsi, cum indiguerint, congrue 33) necessaria e subministrent 34): ne pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepto. Vnde præcipimus, tam in cathedralibus, quam in aliis conuentualibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos episcopi possint 35) coadiutores et cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus et 36) pœnitentiis iniungendis, ac cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem 37) hoc 38) adimplere neglexerit, districtæ subiaceat vltioni.

23) Vox: *esse*, abest a C. H. L. et c. 3. cit. comp. 3.
24) *Sic et anima*, habet C. R. 1.
25) *Ex ore Dei*, C. R. 2. legit cum L. et cit. c.
26) *Propter occupationes*, C. R. 1. H. et L. legunt, cum cit. c. sed *vel propter occupationes*, C. R. 2. habet.
27) *Occasiones aliquas*, C. R. 1.
28) Vox: *populo*, non habetur in cit. c.
29) Harum regimen, quod simul in Germania territoriale ius annexum habet, vt plurimum impedit, ne episcopi doctoris officio amplius fungi et ad illud idonei doctores assumi queant. Alioquin proprie hoc munus docendi ad officium episcopi spectat, c. 6. *dist. LXXXVIII.* ceu pluribus illustrant ANDREAS du SAUSSAY in *Panoplia sacerd. P. II. libr. 4. c. 2. sqq.* MAIMBURG in *historia pontific. Gregorii M. libr. I. ad ann. DXCV.* SIRMOND. *tom. I oper. p. 333.*
30) *Diffusas*, legunt C. H. L. et ed. ant. cum Pith. et cit. c.
31) *Idem nequiuerint*, C. R. 1. legit cum L. et ed. ant. sed *id nequiuerint*, habet C. R. 2.
32) *Pariter et exemplo*, C. R. 1.
33) *Congrue*, non legitur in cit. c.
34) *Subministrant*, legit C. L.
35) *Poterunt*, C. R. 2.
36) Copula: *et*, a C. R. 2. abest.
37) Partic. *autem*, in cit. c. non habetur.
38) Pron. *hoc*, non exstat in C. H.

CAP. XVI.

Episcopus in ecclesiis diœcesis suæ debet esse contentus iuribus episcopalibus: et quæ sint iura episcopalia, declarat.

HONORIUS III. *episcopo Assisinatin.* 39) (*ann. 1218. Romæ in Vmbriam. c. 1. comp. 5. h. t.*)

Conquerente œconomo monasterii sancti Benedicti montis Subasii 40), nobis innotuit, quod tu iuribus episcopalibus non contentus, quæ in ecclesiis seu capellis eiusdem monasterii debes 41) habere, a quibusdam earum procurationem exigis, quas ad dandam procurationem minime sufficere proponebat, petens, [*vt iure tuo contentus existens a molestatione dictarum ecclesiarum super ceteris desisteres, postulans etiam ad omnem litis materiam in posterum amputandam,*] vt specificares, quæ tibi ratione iuris episcopalis competerent in eisdem, quorum 42) f quibusdam [*iuribus episcopalibus*] specificatis, [*hinc inde*] lis fuit [*super præmissis*] legitime contestata. Nos autem, inspectis probationibus [*vtrimque receptis,*] et quæ ab vtraque parte fuere proposita, [*plenius*] intellectis, decreuimus 43), vt in ecclesiis seu capellis tuæ diœcesis 44), ad monasterium ipsum 45) spectantibus, habeas canonicam obedientiam, subiectionem et reuerentiam, institutionem et destitutionem, correctionem et reformationem, ac censuram ecclesiasticam, iurisdictionem quoque caussarum omnium ad forum ecclesiasticum de iure spectantium, pœnitentias, et sacramentorum omnium, quæ ab episcopo sunt recipienda, collationem, synodum, et synodatici 46) g seu cathedratici nomine duos solidos [*Lucensis monetæ,*] quartam decimationum et 47) mortuariorum, visitationem quoque annuam, ita, quod, cum ad eas visitandas accesseris, non h amplius procurationis nomine requiras ab eis, nisi quantum, pensatis facultatibus earundem, moderate poterunt 48) exhibere, ne plus cæteris 49) capellis eiusdem 50) diœcesis in procurationibus 51) onerentur, [*et ecclesiam S. Pauli de Assisio a procurationis onere penitus relaxamus.*] Tu autem his iuribus in præfatis ecclesiis contentus existens, non amplius 52) ab eis exigas præter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateran. concilii, si manifesta rationabilis 53) caussa extiterit, cum caritate postulandum: sicut ab aliis ecclesiis eiusdem diœcesis pro necessitate 54) temporis sustinemus.

39) *Asinat.* C. R. 1. *Assisinati*, C. R. 2. et L. *Asinati*, legunt. Rectius c. 1. comp. 5. h. t. *Assisiensi*, ab *Assisio* ciuitate in Vmbria.
40) *Subassii*, legitur in C. L. vel potius *Subasii*, quod est monasterium in diœcesi Assisiensi.
41) *Debebas*, cit. c.
42) *Quorum*, non legitur ibid.
43) *Decreuimus*, ibid.
44) Verba: *tuæ diœcesis*, non leguntur in cit. c. sed paullo post eorum loco legimus: *ad dictum monasterium in diœcesi Assisiensi spectantibus.*
45) Loco vocis: *ipsum*, legitur in cit. c. *dictum.*
46) *Seu synodatici*, habet C. R. 1.
47) *Ac*, legit C. H. cum L.
48) *Poteritis*, habet ed. ant. cum c. cit.
49) *Nec plus cæteris*, secundum C. R. H. et cit. c.
50) *Seu ecclesiis eiusdem*, C. H.
51) *In procurationibus*, legit ed ant. sed in c. cit. sunt verba: *in procuratione.*
52) *Nil amplius*, C. R. 1.
53) *Et rationabilis*, C. R. H. L. ed. ant. cum Pith. et cit. c. legunt.
54) *Necessitatibus*, C. R. 1.

CAP. XVII.

Episcopus visitans monasterium, non introducat seculares, sed duos aut tres canonicos suæ, cum aliquibus religiosis.

IDEM *abbati et conuentui sancti Remigii* 55) i. (*ann. 1220. Romæ in Galliam. rens. c. 2. comp. 5. cit.*)

Vt iuxta 56) [*illius supremi post Christum pastoris edictum, pastor forma factus gregis ex animo dignoscitur, non dominandi libidine, sed amore recte regendi debet eum salubriter visitare, sic excessus delinquentium quantum potest corripiens, ne vacillet, sic increpans, ne confundat: quia, cum iuxta sapientis edictum secrete sit arguendus amicus, amicitiæ legem violare videtur, si econtra palam arguat exprobrando.*] Attendentes igitur, quod indecens est, vt [*ven. f. n.*] Remen. archiepiscopo in monasterio vestro visitationis officium exercente, seculares k intersint 57), per quos 58) possit in claustro dissolutionis materia prouenire [*cum nequaquam bene in claustralibus inducantur; auctoritate præsentium*] firmiter inhibemus, vt nullos de cætero seculares in capitulum, nisi duos vel tres de canonicis ecclesiæ suæ in decenti habitu, [*viris*] aliis 59) l quos 60) expedire viderit religiosis adiunctis, secum visitationis tempore introducat m.

55) *Remigii Rem.* C. H. legit cum L.
56) *Et iusta*, C. R. 1. legit.
57) *Seculares intersint personæ*, C. R. 1. habet. Alii *clericos* intelligunt *seculares.*
58) *Per quas*, C. R. 1. legit.
59) *Aliis viris*, C. R. 1.
60) *Quot*, C. R. 1. legit cum L. et c. 2. cit. comp. 5.

CAP. XVIII.

Lex diœcesana, et lex iurisdictionis, sunt diuersæ: vnde res indicata in vna, non obstat agenti in alia.

IDEM *episcopo Baiocen.* 61) n *et archidiacono Rothomagen.* o (*ann. 1220. Romæ in Galliam. c. 4. comp. 5. h. t.*)

Dilectus filius abbas monasterii Rothomagen. 62) p [*Venet. diœcesis tenam*] nobis 63) exposuit, quod tertia pars emendarum, quas homines quinque parœciarum [*quæ suis conuentus sunt vsibus deputatæ*] pro suis excessibus soluere compelluntur, ad suum spectat monasterium ab antiquo, [*et quod inter ipsos homines orta ecclesiastica quæstione citatis ad eundem, sed examinatio et decisio quæstionis ad ven. fr. n. Veneten. episcopum, et ipsum abbatem pertineat, in commune.*] Cumque *fel. mem.* 64) Innoc. papa præd. n. [*conquerente ipso abbate, quod præfatus episcopus super hoc inquietabat eundem,*] vobis [*de assensu partium*] dederit in

61) C. R. 1. et edit. ant. rectius legunt: *Briocensi*, a ciuitate *Briocensi* in prouincia Turonensi. Integra inscriptio in *c. 4. comp. 5. h. t.* est hæc: *episcopo Briocensi et abbati de Sagonio et archidiacono Redon.* quam recte iam emendat GONZAL. *ad h. l. abbati S. Sergii et archidiacono Redonensi*, quia ecclesia *Redonensis* est suffraganea archiepiscopi Turonensis.
62) *Rothonensis* per totum habet C. L. cum c. cit. quam lectionem etiam approbat GONZ. quod monasterium in diœcesi Venetensi situm et ordinis Benedictini sit. Vid. *c. 2. X. de restit. in int.*
63) Pronom. *nobis*, desideratur in C. R. H. et ed. an.
64) Verba: *felicis memoriæ*, in C. R. L. et ed. ant. non leguntur.

a Insolentiam. b *Const.* 10. *et c.* 3. *eod. tit.* in 4. *comp* c *Matth.* 4. *Luc.* 4. *Deut.* 8. d *Conc. Trid. sess.* 5. *c.* 2. *sub rubr. decr. de reform. c.* 4. *concord. conc. Carthag.* 4. *c.* 4. *et concil. Rhem. c.* 14. e *Salarium habere debent per DD. in l. iurisper. ff. De excus. tut. et in clem. cum ab omni. De vita et honest. cler.* f *In vno manuscr.* quorum quibusdam autem iuribus specificatis hinc inde fuit super præmissis lis legitime contestata. *In alio vero* lis fuit sic legitime contestata.

g *Synodatici et cathedratici nomine quid intelligatur, explicat Grat.* 10. *qu.* 3. *per totum. Adde archid. c.* 1. *de præb. libr.* 6. h *al.* nec. i Folon. k Intersint personæ. l *al.* viris aliis. *al. ita*, vel aliis. m *Tales introducens debet illorum vti consilio. l. quid tamen et ibi Bart.* §. *si arbiter. ff. de arb.* n *al.* Broceensi. o Abbati de Saguot. p *al.* Veneten. Rotonensis, Venetensis diœcesis.

man-

mendatis, vt [*vocatis partibus et*] auditis hinc inde propositis, caussam remitteretis ad eum sufficienter 65) instructam: dictus episcopus processum vestrum 66) diutius impediuit occasione cuiusdam sententiæ, quæ super quibusdam ecclesiis, quoad legem diœcesanam 67), promulgata extitit 68) pro eodem. Vnde præfatus abbas nobis humiliter supplicauit, vt cum citatio, caussarum examinatio, et 69) decisio *a*, ac emenda, ad legem iurisdictionis pertinere noscantur 70), non sinamus sententiæ memoratæ prætextu negotii processum 71) vlterius impediri. Cum igitur 72) prædicta de lege iurisdictionis existant; [*discr. v.*] mandamus, quatenus huiusmodi sententia non obstante, procedatis in negotio iuxta traditam vobis formam.

65) *Sufficienter*, in C. R. 1. non legitur.
66) *Nostrum*, habet ed. ant.
67) Huius in *c. 1. C. X. qu. 1. et c. 34. C. XVI. qu. 1.* specialim fit mentio, per quam, vt ad cit. *c. 34. not. 9.* obseruaui, *omnis potestas episcopalis* designatur. Primum fuisse IOANNEM HVGVTIONEM glossatorem asserunt IAN. A COSTA et FLORENS *ad h. c.* qui nouam et hactenus ignotam canonibus et pontificibus, qui HONORIVM III. præcesserunt, distinctionem subtili ingenio excogitauit inter *legem diœcesanam*, qua olim omnia iura episcopalia continebantur, et *legem iurisdictionis*, in sensu speciali acceptam, quam distinctionem HONORIVS III. nouo commento glossatoris deceptus, approbauit, et noui iuris hoc modo conditor fuit, quod successores sequuti sunt. Recte proinde ait IANVS A COSTA *ad h. c. in f. et ita explicandum nouum commentum* IOANNIS HVGVTIONIS, *quod confirmauit primus hac decretali* HONORIVS III.
68) *Extiterit*, C. R. legunt.
69) *Et*, non legitur in C. L.
70) *Noscuntur*, habetur in eodem C.
71) *Processum huiusmodi*, C. R. 1.
72) *Ergo*, C. R. H. et L. legunt cum cit. c.

CAP. XIX.

Per rescriptum, quo papa mandat ordinario, vt corrigat clericos suæ diœcesis, non datur ei iurisdictio super exemptos.

GREGORIVS IX. *episcopo Suanensi.* (*ann. 1228. Roma in Hetruriam.*)

Graue gerimus *b*, quod, cum in ecclesiam sanctæ Mariæ de Orbitello 73), et quasdam alias *c* existentes 74) in tua diœcesi ad monasterium sancti Anastasii de vrbe spectantes, nullam iurisdictionem habeas ordinariam, aut etiam delegatam *d*, occasione litterarum nostrarum, quas super correctione clericorum tibi transmisimus, in eas interdicti, ac in clericos earundem suspensionis sententias promulgasti: quanquam abbas eiusdem monasterii eos corrigere sit paratus. (*et infra.*) Mandamus, quatenus, si est ita, prudenter 75) corrigens 76) per te ipsum, quæ minus prouide attentasti, prædictas sententias sine difficultate relaxes 77).

73) *De orbicello*, habet ed. ant.
74) *Alias ecclesias existentes*, legunt C. R. H. L. et ed. ant.
75) *Prouidenter*, habet ed. ant.
76) *Corriges*, legitur in C. L.
77) *Relaxans*, C. H. legit.

CAP. XX.

Ordinarius, cui competit absoluere ab excommunicatione, potest aliis absolutionem demandare.

IDEM. (*ann. 1229. Romæ.*)

His, quibus 78) *e* ex officio in certis casibus competit illos absoluere, qui pro violenta manuum iniectione incidunt in canonem sententiæ promulgatæ, licet 79) aliis huiusmodi absolutionem committere, cum viderint expedire.

78) *Eis, quibus*, C. R. H. et L. habent.
79) *Liceat*, secundum C. R.

TITVLVS XXXII.
DE OFFICIO IVDICIS.

CAP. I.

Ad officium iudicis etiam delegati spectat prouidere aduocatum parti, quæ non potest habere: et poterit dare domesticum.

HONORIVS III. *archiepiscopo sancti Leonardi, et* [*S. Benedicti*] *abbati Salernitano* 80) *f.* (*ann. 1220. Roma in Apuliam. c. un. comp. 5. de postul.*)

Ex litteris vestris accepimus, quod, cum caussam, quæ inter [*dil. filios*] abbatem et conuentum 81) Fossæ Nouæ ex parte vna, et abbatem et conuentum monasterii Cauan. 82) [*Salernit. diœcesis*] *g* ex altera, super quibusdam possessionibus monasterii sancti Petri de Almaphia 83) *h* vertebatur, [*quas bon. mem. fr. Syluester monachus Fossæ Nouæ, cum idem S. Petri monasterium visitasset, eisdem abbati et conuentui Cauensi vendidit in eiusdem monasterii S. Petri præiudicium et grauamen, vobis duximus committendam,*] quia [*partibus in vestra præsentia constitutis*] pars prædicti 84) monasterii [*S. Petri*] proposuit, quod [*aliquem de ciuitate Salernitana*] habere non poterat aduocatum, vestrum *i* super hoc implorando officium, tu, frater archiepiscope, eidem de 85) magistro R. [*Capuda, Aquensi thesaurario*] clerico tuo ad exhibendum in caussa ipsa patrocinium prouidisti. Verum frater S. [*prior S. Mariæ de Dompno*] Cauen. monachus [*pro monasterio suo*] proposuit, [*id*] in præiudicium 86) eiusdem monasterii factum esse, eo quod dictus R. 87) clericus [*et*] domesticus tuus 88) erat. [*Nos igitur decisionem negotii nolentes friuolis exceptionibus impediri, caussam ipsam ad vos duximus remittendam per apost. v. f.*] mandamus 89), quatenus, hoc non obstante, in negotio ipso, [*sublato app. obst. sine moræ dispendio,*] ratione *k* præuia, procedatis, [*iuxta priorum continentiam litterarum, et quia instrumenta monasterii S. Petri, quæ ipsi dictus S. eiusdem venditionis tempore tradidit, abbas et conuentus Cauen. malitiose occultare dicuntur, ipsos, vt ea vobis exhibeant, monitione præmissa, per censuras ecclesiasticas, sicut iustum fuerit, appellatione postposita, compellatis.*]

80) *Archiepiscopo et S. Leonis abbate Salernit.* C. R. 1. legit, sed in C. R. 2. et H. ita legitur: *archiepo et S. Leonardi abbati Salernit.* a quibus L. non discrepat, præter quod legat: *Leonardi.*
81) *Conuentum monasterii*, habet C. L.
82) *Cauenen.* C. R. 2. legit per totum.
83) *Almafia*, legunt C. R. H. et ed. ant. sed L. habet: *Delamafia.* Rectius *Amalphia*, vti legitur in *c. vn. comp. 5.* de postul. in quo tamen mendose omittitur: *vertebatur.*
84) *Dicti*, C. R. legunt cum H. L. et cit. c.
85) *Et de*, C. R. 1. L. et ed. ant. legunt.
86) *Hoc in præiudicium*, C. R. 1. legit.
87) *Dictus magister R.* secundum C. H.
88) *Tuus et domesticus*, C. H. et L. legunt.
89) Ipse verborum tenor in cit. c. est hic: *mandantes, quatenus, exceptione huiusmodi non obstante, in negotio* etc.

CAP. II.

Cum imploratur officium nobile; fit litis contestatio: secus in mercenario.

GREGORIVS IX. (*ann. 1229. Romæ.*)

Iudicis officium 90), vbicunque pro actione *l* proponitur, veluti cum restitutio in integrum principaliter 91) postulatur, litis contestationem exposcit: alias ante et post ingressum *m* caussæ potest ad hoc sine litis contestatione haberi recursus.

90) *Iudicis officium pro actione proponi*, dicitur in sensu antiqui iuris Romani, quando prætor ipse cognoscebat, nec per *formulam* seu *actionem*, dato iudice pedaneo, procedebat, quo casu eius officium implorabatur, seu *cognitio prætoria*, *l. 2. §. 1. vt in poss. legat.* [illegible] *§. de damn. inf.* adeoque hæc remedia *a mero prætoris officio*, non a *formula* seu actione ordinaria, dependere dicebantur *l. 1. pr. l. 27. pr. de V. obl. l. 4. pr. de damn. inf. l. 27. pr. l. 1. §. 14. de extraord. cognit.*
91) i. e. separato processu et imploratione. Respexit vero pontifex ad *l. 24. §. 5. de min.* vbi dicitur: *ex hoc edicto de minoribus, nulla propria actio proficiscitur: totum enim hoc pendet ex prætoris cognitione.*

TITVLVS XXXIII.
DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. I.

Prius ordinatus, cæteris paribus, prior et maior habendus est.

GREGORIVS 92) *Augustino Anglorum episcopo n.* (*libr. XII. epist. 15. ann. 604.*)

Cum *o* certum [*sit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reseruari; nobis tamen eis necesse est honorum beneficia tribuere: vt in spiritualis operis studio ex remuneratione valeant multipliciter insudare, etc.*] Sit honoris ista distinctio, vt ipse prior et maior habeatur, qui prius communitatis *p* consilio 93), et concordi fuerit actione ordinatus *q*.

92) C. H. addit Gregorio numerum, scil. *IX.* sed perperam.
93) *Cum vnitatis consilio*, habet C. L. et *c. 1. comp. 1. h. t.*

CAP. II.

Veniens contra decretum vel constitutionem episcopi, debet excommunicari.

IDEM. (*Romæ.*)

Si quis venerit *r* contra decretum episcopi: ab ecclesia abiiciatur. In libro regum legitur *s*: *qui non obedierit principi, morte moriatur.* Et in concilio Agathen. quod *t* anathematizetur 94).

94) *Præcipitur*, C. R. 2. addit, in H. vero verba: *et in concilio Agathen. quod anathematizetur*, non leguntur. In *c. 4. comp. 1. h. t.* loco *quod*, habetur *vt.*

CAP. III.

Clericus administratione carens, non tenetur ad iuramentum obedientiæ, vel ad faciendam scripturam super ea.

LEO PAPA 95) *v* (*ad Anastasium Thessalonicensem episcopum epist. 84. c. 1. in med. ann. 445. Roma in Macedoniam.*)

Legebatur *x* in litteris tuis, quod frater Atticus 96) *y* chartulam de

95) *Alexander Papa*, C. R. 1. legit erronee.
96) *Henricus*, habet C. R. 1.

a Dictio earum. b *In pluribus antiqu. ita*: quod cum in S. Mariæ de Orbitello et quosdam alias ecclesias existentes in tua, *etc.* c Ecclesias. d *Quod hodie possint episcopi circa visitandos et corrigendos monachos, statuit Triden. concil. sess. 21. de reform. cap. 8.* e *Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseru. et sess. 24. de reform. c. 6.* f *In duobus vetustissimis codicibus ita*: archiep. Salernitano et abbati S. Leonardi. *et in cæteris ita*: archiepiscopo et S. Leonardi abbati Salernit. ord. S. Bened. diœcesis Salern. g Cauensis Salernitanæ diœc. *al.* Cauensis. *aliter* Sagensis, ord. S. Ben.

h Almafia. *al.* Amalphia. *al.* Almasia. i *Quid importet hæc clausula Bart. in l. Tertia antica. ff. de aur. et arg. leg.* k *Parenthesi inclusa, desunt in multis manuscr.* l *Id est, vice actio deficit.* m *Id est, vel post litem contestatam, vel postquam est in caussa conclusum.* n *libr. 12. epist. 15.* o *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. et post. concil. Trid. sub Alex. III. p. 44. c. 1.* p *al.* cum vnitatis. q *Vide l. honores. ff. de decur.* r *Cap. 3. et 4. eod. tit. in 1. comp. Burch. l. 15. c. 23. Ivo p. 16. c. 24.* s *1 Reg. 13. Deut. 17.* t *vt.* v *Ep. 82.* Anastasio episcopo Thessalonicensi. x *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* y Atticus.

obedien-

obedientiæ sponsione conscripserat 97), in qua 98) signum prodebatur initiæ. Non enim necessarium fuerat 99), ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso iam voluntatis adnexus officio comprobabat 100).

97) *Scripserat*, est in c. 2. comp. 1. h. t.
98) *In cuius chartulæ mentione*, legimus in cit. c. pro *in qua*.
99) *Fuit*, C. H. legit.
100) *Comprobat*, legit C. L. sed cit. c. *probat*.

CAP. IV.

Ab omnibus de dioecesi obediendum est episcopo.

CLEMENS PAPA III. 1) b

Omnes a principes terræ, et ceteros 2) homines episcopis obedire, beatus Petrus præcipiebat.

1) *Clemens papa*, legitur in C. H. L. et ed. ant. sine numero. Ceterum Pseudo-CLEMENTEM I. in *epist. ad Iacobum* intelligendum esse, docet collectio spuria Isidoriana apud BLONDELLUM in *Pseudo-Isidoro* p. 81.
2) *Cunctos*, legitur in c. 3. cit. comp.

CAP. V.

Non obediens canonicis institutis, incurrit inobedientiæ notam, id est, infamiam.

INNOCENTIUS III. *capitulo Herbipolen.* 3) (ann. 1198.)

Illud Dominus in d beato Petro: [*et infra.*] [*tacer. fr. n. quondam Hildesemen. episcopus, imperialis aulæ cancellarius, non attendens, quia multa sunt, quæ præter specialem auctoritatem sed. apost. de iure non possent nec deceret impune ab aliquibus attentari, utpote cessiones et translationes episcoporum, et alia, quæ nota sunt vobis, licentia nostra non solum non obtenta, non petita, sed nec etiam postulata, ecclesia Hildesem. relicta, Herbipolensem ecclesiam occupavit.* [*et infra.*] *Munitiones autem et oppida Herbipolensis ecclesiæ in utilitatem ipsius se asserunt tenuisse, ne, si ad alias manus forsitan devenissent, non essent, qui postmodum eas liberarent. Sed*] cum spiritualia sint temporalibus digniora e, et obedientia melior sit quam victima 4), et auscultare magis, quam adipem arietum offerre: non debuerat 5) Hildesemensis 6) episcopus pro temporali commodo obedientiæ notam incurrere, et apostolicis iussionibus contraire.

3) *Innocen*[illegible]. *canonicis Herbipolensibus*, C. H. habet.
4) *Quam* [illegible], C. B. 2. legit cum H. et L.
5) *Debuit*, in C. B. 1. legitur.
6) *Hyldemen.* C. B. 2. habet. Eadem est in c. 1. comp. 3. h. t. quæ alias habet: *Hildesem.* et *Hildemen.* Vid. c. 3. X. *de translat. episc.* not. 39.

CAP. VI.

Imperium non præest sacerdotio, sed subest, et ei obedire tenetur. Vel sic: episcopus non debet subesse principibus, sed præesse. H. d. et est multum allegabile.

IDEM *illustrissimo Constantinopolitano imperatori* 7). (ann. 1199. *Romæ in Tusculano.*)

Solitæ f benignitatis affectu [*recepimus litteras, quas per dil. fil. n. archid. Duracinis, virum providum, et discretum, et fidelem, imperialis nobis excellentia destinavit: per quas intelleximus, quod litteræ, quas per dil. fil. capellanum I. nunc apost. sed. legatum tibi transmisimus, imperio tuo præsentatæ fuerant et perlectæ.*] §. 1. Mirata est imperialis sublimitas, [*sicut per easdem nobis litteras destinasti*] quod te nisi fuimus 8) in nostris litteris increpare, [*licet non increpandi animo, sed affectu potius commonendi, quod scripsimus, meminerimus nos scripsisse.*] Huic autem tuæ admirationi non causam, sed occasionem præbuit, [*sicut ex eisdem continetur litteris,*] quod legisti, beatum Petrum apostolorum principem sic scripsisse g: *subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi, tanquam præcellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum* 9), *laudem vero bonorum. Volens enim, de quo nos rationabiliter admiramur, imperatoria celsitudo per hæc et alia, quæ induxit, imperium sacerdotio dignitate ac potestate præferre, ex auct. præmissa voluit triplex trahere argumentum; primum ex eo, quod legitur, subditi estote; secundum ex eo, quod sequitur, regi tanquam præcellenti; tertium ex eo, quod est adiectum subsequenter, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: per primum subesse sacerdotium, per secundum imperium præeminere, per tertium imperatorem tam in sacerdotes, quam in laicos iurisdictionem, imo etiam gladii potestatem accepisse. Cum enim et boni quidam sint sacerdotes, et quidam eorum malefactores existant; is, qui secundum apostolum gladium portat ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, imo malefacientes presbyteros et eorum excessus præsumptos potest ultore gladio vindicare: cum inter presbyteros et alios apostolus non distinguat.*] §. 2. Verum si 10) personam loquentis, et eorum, ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendisses: scribentis non expressisses taliter intellectum. Scribebat enim apostolus subditis suis, et eos ad humilitatis meritum provocabat. Nam si per hoc, quod dixit h: *subditi estote*: sacerdotibus 11) voluit imponere iugum subiectionis, et eis prælationis auctoritatem afferre 12) i, quibus eos subiectos esse monebat. Sequeretur ex hoc etiam, quod servus quilibet in sacerdotes imperium accepisset: cum dicatur, *omni humanæ creaturæ*. Quod autem sequitur 13), *regi* 14) *tanquam præcellenti*: non negamus, quin præcellat k imperator in temporalibus illos 15) l duntaxat, qui ab eo suscipiunt 16) m temporalia. Sed pontifex in spiritualibus antecellit 17); quæ tanto sunt temporalibus digniora, quanto 18) anima præfertur n corpori: licet non simpliciter dictum fuerit, *subditi estote*. Sed additum fuit, *propter Deum*, nec pure sit subscriptum, *regi præcellenti*, sed interpositum forsitan fuit 19) o non sine causa, *tanquam*. Quod autem sequitur, *ad vindictam malefactorum* 20), *laudem vero bonorum*: intelligendum non est, quod rex 21) vel imperator super [*omnes*] bonos et malos gladii acceperit potestatem, sed in eos 22) solummodo 23), qui utentes gladio eius sunt iurisdictioni commissi. [*Iuxta quod veritas ait: omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Non enim debet, nec potest quisquam alterum servum iudicare: cum servus secundum apostolum domino suo stet aut cadat. At id etiam induxisti, quod, licet Moyses et Aaron sacerdotii dignitate secundum carnem fratres extiterint; Moyses tamen princeps populi, Aaron sacerdotii potestate præerat: et Iesus successor eius imperium in sacerdotes accepit. David quoque ron Abiatar pontifici præeminebat. Ceterum licet Moyses dux populi fuerit: fuit et sacerdos, qui Aaron in sacerdotem unxit, et cui propheta sacerdotium recognoscens, Moyses (inquit) et Aaron in sacerdotibus eius. Quod vero de Iesu Benianini ad commendandam prælationem eius scripsisti, magis secundum spiritum, quam secundum litteram debes intelligi; quia secundum apostolum littera occidit, spiritus autem vivificat: pro eo, quod ipse veri Iesu figuram expressit, qui populum suum in terram promissionis induxit. David etiam quamvis diadema regium obtinuerit: Abiatar sacerdoti non tam ex dignitate regia, quam auctoritate prophetica imperabat. Verum quicquid olim fuit in veteri Testamento, nunc aliud est in novo, ex quo Christus factus est sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, qui se non ut rex, sed ut sacerdos in ara crucis hostiam obtulit Deo patri, per quem genus redemit humanum, circa illum præcipue, qui successor est Petri apostoli et vicarius Iesu Christi.*] §. 3. Potuisses autem 24) prærogativam sacerdotii ex eo potius intelligere, quod dictum est, non a quolibet, sed a Deo; non regi, sed sacerdoti: non de regia 25) stirpe, sed de sacerdotali prosapia descendenti, de sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot q: *ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et dissipes, ædifices et plantes.* [*Dictum est etiam in divina lege: diis non detrahes, et principem populi tui non maledices, quæ sacerdotes regibus anteponens istos Deos et alios principes appellavit.*] §. 4. Præterea nosse debueras, quod fecit *Deus duo magna r luminaria in firmamento cæli; luminare maius, ut præesset diei, et luminare minus, ut præesset nocti;* utrumque magnum, sed alterum maius: [*quia nomine cæli designatur ecclesia, iuxta quod veritas ait: simile est regnum cælorum homini p. f. qui ex. pri. ma. con. du. op. in vineam suam. Per diem vero spiritualis accipitur, per noctem carnalis secundum propheticum testimonium: dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.*] Ad firmamentum igitur cæli, hoc est, universalis ecclesiæ 26), fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt pontificalis auctoritas, et regalis potestas.

7) Non BALDUINO, qui demum a. MCCIV. imperium Græcorum invasit, hæc epistola scripta est, ut A COSTA *ad h. c. p.* 211. *in f.* arbitratus est, credidítque, huius arrogantiam castigatam fuisse ab INNOCENTIO III. sed ALEXIO COMNENO, ut traditur in *gestis Innocentii III.* §. 63. more Græcorum imperatorum uso, qui talem patriarchæ dignitatem haud deferebat, qualem ipsi vindicandam esse credebat papa, ex principiis novis ecclesiæ Latinæ, quibus principatum super omnes reges et principes terræ patriarchis, imo episcopis quibuscunque asserebat, ut eius argumenta docent, et iam PSEUDO-ISIDORUS, in c. 4. X. h. t. citatus, in hoc tramite ei præiverat, cuius vestigia fideliter legit. Quod reliquum est C. L. legit: *Illustri Constantino*
8) *Visi fuimus*, recte C. H. 1. habet cum c. 2. cit. comp. *fuimus*, est in C. H.
9) *Malorum*, legit C. B. 1.
10) *Verum etsi*, c. cit.
11) *Sacerdotes*, idem c. legit.
12) *Auferre*, legit editio antiqua cum cit. c. Ast C. L. litteræ *u*, puncta subscripsit eamque radendo tollit, litteram *f*, autem interdum geminare, et manu aliena superscriptum est *tricuere*: ex quo coniicitur, scribam dicti codicis in mente habuisse, *asserere*.
13) *Sequebatur*, est in cit. c.
14) *Sive regi*, habet C. L.
15) *Illis*, cit. c.
16) *Recipiunt*, C. B. 1. H. L. et c. cit.
17) *Antecellet*, cit. c.
18) *Quantum*, in C. B. 2. legitur.
19) Vocabulum: *fuit*, abest a C. H. L. et ed. ant.
20) *Malorum*, C. H. legit.
21) *Intelligendum est, non quod rex*, C. B. 2.
22) *In eis*, habet C. B. 2.
23) *Tantummodo*, C. B. 1. legit.
24) *Potuisses sane*, C. B. 2.
25) *Nec de regia*, legunt C. B. 1. et L. cum cit. c.
26) *Universæ ecclesiæ*, C. B. 1. legit.

a Quod. b *In vetustioribus ita:* Clemens Papa. c *Burch. l.* 1. c. 124. *Ivo p.* 5. c. 224. *et c.* 5. *eod. tit. in* 1. *compil. In aliis:* omnis principes. etc. 1. *Petr.* 2. d *Cap.* 1 *eod. tit. in* 3 *compil.* e *Facit lex, innovatione. et ibid. Bart. C. de sacr. eccles.* f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil.* g 1 *Petr.* cap. 2.

h Dicit. i *In quibusdam impressis, auferre, et male ut ex serie constat.* k Præcedat. l Illis. m Recipiant. n *l. sanctimus. C. de episcop. et cler.* o *Verbum, fuit, deest in antiquis.* p *al.* nec. q *Hier.* 1. r *Genes.* 1. *Psal.* 135.

stas.

flat. Sed illa, quæ præest diebus, id est spiritualibus, maior est: quæ vero carnalibus 27), minor, vt, quanta est inter solem et lunam, tanta inter pontifices et reges differentia cognoscatur. Hæc autem 28) si prudenter attenderet imperatoria celsitudo; non faceret, aut permitteret Constantinopolitanum patriarcham, magnum quidem et honorabile membrum ecclesiæ, iuxte scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere; cum alii reges et principes, archiepiscopis et episcopis suis, sicut debent, reuerenter assurgant, et eis iuxte se venerabilem sedem assignent. [*Nam et piissimus Constantinus quantum honoris exhibuit sacerdotibus, tua, sicut credimus, discretio non ignorat.*] §. 5. Nos autem etsi non increpando scripserimus 29), potuissemus tamen rationabiliter increpare: [*cum B. Paulus apostolus episcopum instruens ad Timotheum scripsisse legatur: prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia et doctrina. Non enim os nostrum debet esse ligatum, sed patere debet ad omnes: ne secundum prophe-ticum verbum simus canes muti, latrare non valentes. Vnde correctio nostra tibi non debuit esse molesta, sed magis accepta: quia pater filium quem diligit, corrigit, et Deus, quos amat, arguit et castigat. Debitum igitur pastoralis officii exsequimur, cum obsecramus, arguimus, quando increpamus, et non solum alios, sed imperatores et reges opportune, et importune, et ad ea studemus adducere, quæ diuinæ sunt placita voluntati.*] §. 6. Nobis autem 30) in B. Petro sunt oues Christi commissæ, dicente Domino a: *pasce oues meas;* non b distinguens inter has oues et alias c: vt alienum a suo demonstraret ouili, qui Petrum et successores ipsius 31) magistros non recognosceret 32) et pastores. Ve illud tanquam notissimum 33) omittamus 34), quod Dominus dixit ad Petrum, et in Petro 35) dixit ed successores ipsius: *quodcunque* d *ligaueris super terram, erit ligatum et in cœlis* 36), etc. nihil excipiens, qui dixit: *quodcunque* 37) [*solueris super terram, e. s. et in c. nihil excipiens, qui dixit, quodcunque. Verum his diutius insistere nolumus, ne vel contendere videamus, vel in huiusmodi gloriari; cum, si gloriari expediat, non in honore, sed in onere, non in magnitudine, sed in sollicitudine sit potius gloriandum: cum et apostolus in infirmitatibus glorietur. Nouimus esse scriptum: omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. Et iterum: quanto maior es, humilia te in omnibus. Et alibi: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Propter quod exaltationem nostram in humilitate ponamus, et humilitatem exaltationem maximam reputemus. Vnde nos etiam seruos non solum Dei, sed etiam seruorum Dei nos esse scribimus et fatemur, et tam sapientibus, quam insipientibus secundum apostolum debitores sumus.*] §. 7. Vtrum autem e imperatoriam excellentiam ad bonum et vtile per litteras nostras 38) duxerimus 39) inuitandam 40), vtrum tibi iusta 41) suggerimus 42) et honesta, tua sollicitudo 43) discernat: cum non nisi 44) ad vtilitatem ecclesiæ et terræ Hierosolymitanæ subsidium nos te meminerimus 45) inuitasse.

27) *Vero noctis, id est, carnalibus*, C. H.
28) *Hoc autem*, C. B. legunt cum L. et cit. e.
29) *Scripsissemus*, C. B. 2. habet, sed ed. ant. *scripsimus.*
30) *Nobis enim*, legunt C. H. L. et cit. e.
31) *Successores suos*, C. B. 1. sed *successores illius*, C. B. 2. habet cum e. cit. *suos successores ipsius*, C. H.
32) *Cognosceret*, legitur in ed. ant.
33) *Notissimum*, legunt C. H. L. et ed. ant.
34) *Non committemus*, habet C. L.
35) *In beato Petro*, C. H. legit.
36) *Et in cœlis*, non legit C. L. nec cit. e.
37) *Quemcunque*, C. H.
38) *Pron. nostras*, abest a C. H.
39) *Duximus*, legunt C. B.
40) *Inuitandam*, cit. e.
41) *Iusta*, C. H. legit.
42) *Suggesserimus*, habet C. L. cum e. cit.
43) *Conscientia*, est in cit. e.
44) *Non*, in C. H. non extat.
45) *Meminimus*, C. B. H. et ed. ant. legunt.

CAP. VII.

Ordinatus per papam, non per hoc eximitur a iurisdictione sui episcopi.

IDEM *episcopo Floren.* 46)

Per tuas f nobis litteras 47) [*intimasti, quod, cum aliqui ecclesiæ Rom. subdiaconi prælationis in tua diœcesi assequuntur, pro quibus tibi deberent obedientiam exhibere, si quando, exigente iustitia, te contigerit exercere in ipsis ecclesiasticam disciplinam, illi subdiaconatus priuilegium allegantes, ea se asserunt non teneri; ac si per huiusmodi subdiaconatus assignantes, ea se asserunt non teneri; ac si per huiusmodi subdiaconatus effectum ab obedientia, qua tibi tenentur, ratione obtentis beneficii sint exempti. Super quo*] postulasti per sedis apostolicæ oraculum edoceri, vtrum quis per ordinem subdiaconatus a Romano pontifice susceptum, a debita tibi reuerentia subtrahatur 48)? Ad quod [*tibi*] breuiter respondemus, quod, etsi decens sit, vt illis, quantum conuenit, a te

46) *Florentino*, legit C. L. *Florent.* est in c. 3. cit. comp.
47) *Intimasti*, in C. B. 2. et H. additur.
48) Paulo aliter sonant verba in c. 3. comp. 2. cit. *Vtrum per ordinem subd. assertu a Romano pontifice perceptum, ii tales a debita tibi reuerentia subtrahantur.*

a *Ioan* 21. b *In extrau. c. vnam sanctam. tit. de maioritate et obed.* c *Vide l. 1. ff. de et. iudic. et l. quos prohibet. cum simil. ff. de pupil.* d *Matth.* 16. e *In C. Barb.* verum autem imperatoriam excellentiam ad bonum et vtile per nostras litteras duximus inuitandam. Verum igitur tibi iusta suggerimus, etc. f *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.*

inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas apostolica collatione ipsius ordinis 50) honorauit 51), per eam tamen ab obedientia 52), quam alias tibi debent, minime absoluuntur.

50) *Illius ordinis*, C. B. 1. legit.
51) *Decorauit*, habet C. B. 2. et H. legit: *honorauerit.*
52) Quam iure *subiectionis* ei debebat, quæ et *manualis* vocatur in *c.* 11. *X. h. t.* quia data dextra promissa, adiuncto etiam homagio. *c.* 5. *X. de iureı.*

CAP. VIII.

Quando de obedientia vel subiectione agitur: nihil attentari debet in præiudicium rei, vel possessoris non citati.

IDEM *Constantinopolitano patriarchæ.* (ann. 1206. *Ferentino in Thraciam.*)

Inter g quatuor [*animalia, quæ in medio sedis et circuitu eius describuntur ab Ezechiele, facies aquilæ super ipsorum quatuor memoratur, quia inter quatuor patriarchales ecclesias, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quæ per animalia supradicta significantur, quas apost. sedes in medio habens, quasi filias amplectitur spirituales, cui eadem quasi in circuitu famulæ obsequentes, ipsa Constantinopol. post apostol. sedem excellentia præeminet dignitatis, ad cuius exaltationem tanto libentius adspiramus, quanto ipsam honorabilius membrum sacrosanctæ Rom. ecclesiæ arctius amplexantes, ipsius auxilio temporibus istis eandem amplius nescimus indigere, at tuas, qui, Domino disponente, præesse dignosceris, petitiones libentius promouere disponimus, quibus non repugnat honestas, nec aliis præiudicium generatur: cum a nobis iniuriarum actis non debeat exoriri, a quibus iura tanquam a fonte ad cæteros deriuantur* c *et infra. Tibi duximus respondendum, concedendo, vt hi, qui ecclesias siue seu beneficia possident, obedientiam tibi exhibeant: nisi forte aliqua illarum ecclesiarum ante captionem regiæ ciuitatis a iurisdictione patriarchæ legitime fuisset exempta. Subsequentem vero*] petitionem h contra ecclesias, quas tibi subiici postulabas 53), quæ priusquam Constantinopolis ciuitas caperetur 54), Constantinop. 55) patriarchæ minime respondebant, duplici ratione non duximus admittendam. Iuris namque 56) ratio postulat 57), vt in eorum præiudicium, quibus eædem ecclesiæ sunt subiectæ, nihil 58) ordinemus 59) de ipsis 60): cum nec citati sunt 61), nec conuicti, nec per contumaciam se absentent. [*et infra.*] Super obedientia vero, quam vt tibi impendi faceremus, ab archiepiscopo 62), et episcopis regni Cypri similiter postulasti, fere idem [*quod in præcedenti petitione tibi*] duximus respondendum; cum et ipsi ante tuam promotionem fuerint i exempti 63), quando videlicet Constantin. ecclesia erat inobediens et rebellis: et in eorum absentia circa k statum eorum 64) non debuimus l aliquid immutare. Iustitiam tamen non negabimus 65) tibi, cum eam duxeris postulandam.

53) *Quæ ecclesias subiici tibi postulabas*, C. B. legunt, sed L. ita habet: *petitionem, quas ecclesias tibi subiici etc.* In c. 4. cit. comp. legimus: *subsequente vero petitione, qua illas ecclesias* etc.
54) Quod anno MCCIV. a Comite Flandriæ BALDVINO factum fuisse supra ad *c.* 11. *X. de temp. ordin. not.* 24*) dixi, quo ipso in ius ecclesiæ Latinæ transiit.
55) Ita C. B. edit. Gonz. et Pith. legunt; sed C. H. *Constantinopol.* L. cum e. cit. et ed. ant. seriem posteriorum litterarum vocis ita abrupit: *Constantinop.*
56) *Enim*, C. H. habet.
57) *Ratio id hoc et postulat*, legitur in C. L. sed *postulatio*, in cit. e.
58) *Nihil etiam*, inique legit ed. ant.
59) *Ordinaremus*, est in cit. e.
60) Verba *de ipsis*, absunt a C. H.
61) *Citati sunt*, legunt C. L. et ed. ant.
62) Liquet inde, quod, capta a Latinis Constantinopoli, patriarcha archiepiscopum regni Cypri cum episcopis sibi subiicere conatus fuerit, qui tamen ab antiquo paruit Antiocheno, vt docet CAROLVS a S. PAVLO in Geograph. sacra p. 281 quamuis postea se in plenam libertatem vindicauerit, et sine capite esset metropolis, quod quodammodo in concil. Ephes. act. VII. confirmatum, ita quo datu eo tempore, quo hæc decretalis scripta, subsistit.
63) *Extiterant ex mst*, C. B. 1. H. et L.
64) *De statu ipsorum*, habet C. H. sed L. cum edit. Pith. et cit. e. *circa statum ipsorum*, et denique ed. ant. *contra statum eorum.*
65) *Non denegabimus*, habet C. B. 1. *non negamus*, C. L.

CAP. IX.

Abbates et sacerdotes, qui sunt diœcesani episcopi, ad eius synodum venire, et sibi obedire compelli possunt per censuram ecclesiasticam.

IDEM. (ann. 1214. *Romæ.*)

Quod super m his: [*et infra.*] Abbates et sacerdotes diœcesana tibi lege subditos 66) n, qui ad tuam synodum venire contemnunt, dummodo o in ipsa synodo non ducas aliquid 67) statuendum, quod canonicis obuiet institutis, per cens. eccles. ad synodum ipsam 68) p venire compellas, et debitam tibi 69) obedientiam et reuerentiam exhibere 70).

66) *Subiectos*, C. B. legunt cum L.
67) *Pron. aliquid*, abest a C. H.
68) *Pronom. ipsam*, in C. B. 1. non extat.
69) *Tibi*, in C. H. non legitur.
70) *Ingerere*, C. B. 1 habet.

g *Huc refer. c. inter quatuor. supra de cler. peregr. et infr. de cler. non resid.* et c. 4. *eod. tit. in* 3. *compil.* h *In omnibus manuscr. ita:* petitionem, quas ecclesias tibi subiici, etc. i Extiterant. k *al.* contra. l Debuimus. m *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.* n *al.* subiectos. o *Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 2. p illam.

M 2 CAP.

CAP. X.

Canonici regulares inobedientes priori suo, per ipsum excommunicari possunt: et, si fuerint incorrigibiles, de fratrum consortio expelli debent.

IDEM *sancti Stephani et sancti Proculi abbatib. Bononiensibus.*
(*ann.* 1214. *Roma in Æmiliam.*)

Cum in a ecclesiis sancti Victoris et S. Ioannis de monte: [*et infra.*] Nos igitur ad reformationem earundem ecclesiarum [*quæ peccatis exigentibus et in temporalibus deminutæ, et in spiritualibus sunt multipliciter collapsæ,*] diligenti sollicitudine intendentes, vniuersis canonicis 71) dedimus [*firmiter*] in mandatis 72), vt priori suo in his, quæ ad eum 73) b pertinent, obedirent. Cumque omnes, quatuor duntaxat exceptis, se obedire 74) velle [*eius monitis et præceptis*] concorditer respondissent; prædicti quatuor se contra priorem in superbiam erigentes, licet de obedientia suo priori præstanda præstitissent iuramentum corporaliter, tamen exhibiti iuramenti [*et districtæ præceptionis*] immemores, suo priori per omnia restiterunt: et, cum pro contumacia sua nequiuissent ad debitam obedientiam reuocari, dictus prior in eos [*dictante iustitia*] excommunicationis sententiam promulgauit. Cum c igitur præfati canonici ad apostolicam sedem accessissent: per scripturas authenticas d ex multorum testimonio 75) prælatorum effecti de ipsorum contumacia certiores, recepto secundum formam ecclesiæ ab eisdem 76) corporaliter iuramento, ipsis fecimus absolutionis beneficium impendi, præcipiantes eis 77) sub debito iuramenti 78), vt ad suum claustrum, de quo exierant, redeuntes, priori suo secundum Deum deuote ac humiliter obedirent. [*Nolentes igitur, quod idem canonici tam effrenata deinceps libertate vagentur, discr. v. per ap. s.*] mandamus, quatenus [*nostra freti auctoritate*] præfatos canonicos, vt ad prioris sui obedientiam reuertantur, [*sublato cuiuslibet appellationis diffugio*] per cens. eccles. compellatis; et, ne de sua possint contumacia vel malitia 79) e gloriari, cogatis eos, si videritis expedire, vt iuramentum, quod de parendo mandatis 80) prioris, [*quod*] pro absolutionis beneficio impetrando 81) superbe negauerant, humiliter præstare procurent 82): alioquin eos de fratrum [*ipsorum*] consortio penitus excludatis.

71) *Regularibus*, scilicet, qui in monasteriis pristinum statum, iam votis adstricti, conseruauerant, licet in cathedralibus et collegiatis ecclesiis plerique vitam communem seculo XI. abiecissent, *seculares* proinde dicti.
72) *In præceptis*, c. 2. comp. 4 h. t.
73) *Ad Deum*, secundum C. d. 1. H. et c. cit.
74) *Se parere*, legimus in c. cit.
75) *Et multorum testimonio*, C. R. 1.
76) *Ab eis*, legit C. L. absque compositione.
77) *Eisdem*, secundum C. H.
78) *Iuramento*, legitur in C. L.
79) Verba: *vel malitia*, in C. R. H. L. ed. ant. et cit. c. omittuntur.
80) *Mandato*, habet C. L.
81) *Impendendo*, est in cit. c.
82) *Præstent*, simpliciter legimus in cit. c.

CAP. XI.

Presbyteri et clerici capellarum subditarum titulo cardinalatus, debent cardinali obedientiam, et reliqua, de quibus hic. Et, vacante titulo, succedit capitulum illius ecclesiæ: nisi pro bono pacis aliquid sit exemptum.

HONORIVS III. *G. presbytero cardinali, et capitulo sancti Laurentii in Damaso* 83) f. (*ann.* 1216. *Romæ. conf. comp.* 5. *c.* 1. *h. t.*)

His, quæ pro ecclesia 84) S. Laurentii in Damaso ex parte vna, et capellis 85) sibi subiectis ex altera, super scrutinio [*manuali obedientia, correctione, interdicto et excommunicatione*] aliisque articulis g fuere [*coram nobis*] proposita 86), diligenter auditis 87), sententiando decreuimus 88), vt earundem capellarum presbyteri et clerici, cardinali, qui nunc est 89) in ipsa 90) ecclesia, et qui fuerint 91) h per tempora 92), manualem obedientiam et 93) reuerentiam, et honorificentiam omnem exhibeant, et ad ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo et capitulo celebrandis, conueniant temporibus consuetis, correctionem ipsius cardinalis recipientes humiliter, et excommunicationis, [*et*] interdicti 94), vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos et ecclesias 95) eorundem, inuiolabiliter obseruantes. Quando autem ecclesia ipsa cardinali 96) i vacabit 97); capellani et clerici memorati [*nihilominus*] eidem ecclesiæ reuerenter exhibeant omnia supradicta, [*eo duntaxat*] excepto, quod de correctione, et 98) excommunicatione, et suspensione ipsorum pro bono pacis nostræ prouidentiæ reseruamus.

83) *Damaso*, C. R. legunt per totum cum H. sed huius inscriptionis in c. 1. comp. 5. tenor est hic: *dilecto fr. Vuidoni presbyt. card. et capitulo ecclesiæ sancti Laurentii in Damaso.*
84) *In ecclesia*, secundum C. H.
85) *Et capellanis*, legit c. cit.
86) Verba: *fuere proposita*, desunt in C. M.
87) *Coram nobis auditis*, secundum C. R. 1. et in C. R. 2. hæc in margine a manu recent. addita, sed L. ita legit: *fuerunt proposita, coram nobis diligenter* etc.
88) *Decreuimus*, C. L.
89) *Sunt*, legit C. R. sed L. omittit dictionem *est*, sicut et ed. ant.
90) Pron. *ipsa*, a C. H. abest.
91) *Fuerit*, cit. c.
92) *Pro tempore*, legunt C. R. H. et cit. c.
93) Particula *et*, non exstat in C. L.
94) *Et interdicti*, C. R. legunt sicut et L. Habent enim cardinales presbyteri in suis titulis *iurisdictionem episcopalem.*
95) *In ecclesias*, C. H. habet.
96) *Cardinalis*, est in c. cit.
97) *Vacabat*, legitur in ed. ant.
98) Particula *et*, rursus non exstat in C. L.

CAP. XII.

Licet abbatissa subditos excommunicare non possit: ipsi tamen sibi obedire tenentur.

IDEM *abbati de Lapide S. Michaelis* [*Michelstein*] *Abradensis* 99) *diœcesis.*
(*ann.* 1222. *Roma in German. conf. c.* 3. *cit. comp.*)

Dilecta filia in Christo 100) abbatissa de Bubrigen. 1) k transmissa nobis petitione, monstrauit, quod, cum ipsa plerumque canonicas suas, et clericos suæ 2) iurisdictioni subiectos, propter obedientias 3) et culpas eorum, [*ab*] officio, beneficioque suspendat 4), [*et*] iidem confisi ex eo, quod eadem abbatissa excommunicare eos non potest, suspensionem huiusmodi non obseruant, propter quod ipsorum 5) excessus remanent incorrecti. Quocirca [*discret. t.*] mandamus, quatenus dictas canonicas et clericos, vt abbatissæ præfatæ obedientiam et reuerentiam debitam impendentes, eius salubria monita et mandata obseruent, [*monitione præmissa*] ecclesiastica censura [*appellatione remota*] compellas 6) l.

99) C. 3. cit. comp. *Halberstadensis diœcesis*, rectius habet, quia de *abbatissa Quedlinburgensi* hic agitur. Integram decretalem refert KETTNER *in antiq. Quedlinburg. seculo XIII. dipl. VIII. p.* 230.
100) Verba: *in Christo*, non exstant in C. H.
1) *Quindelsburgen.* C. R. 2. legit, et L. *Quidelinburdensis.* Denique in c. cit. legitur: *Quidlsburgens.* qua voce insigitari abbatiam *Quedlinburgicam*, recte putat CIRONIVS ad h. c. episcopatui subiectam Halberstadiensi, vt ipsa decretalis integra apud KETTNERVM et LEVCKFELD *in antiq. Michelstein. p.* 104. *in append.* docet.
2) Ita legunt C. R. L. ed. ant. Pith. et cit. c. rectius.
3) *Inobedientiam*, C. H. habet.
4) *Suspendit*, legit C. L.
5) *Eorum*, C. H. legit.
6) *Mo. p. compelles*, C. R. 1. *p. ec. cen.* (per ecclesiasticam censuram) habet C. L. sed cit. c. *per ecclesiasticas censuras.*

CAP. XIII.

Si metropolitanus a suffraganeo iuramentum exigit vltra formam statutam a canone: in eo, quod est vltra, suffraganeus non tenetur.

GREGORIVS IX. *patriarchæ Gradensi.* (*ann.* 1227. *Roma in Venetiam.*)

Dilecti filii archidiaconus et capitulum Castellan. suam ad nos querimoniam detulerunt, quod, cum a Castellano 7) episcopo exigeres iuramentum præter formam canonicam, quam ceteri suffraganei metropolitanis suis consueuere præstare, iidem 8) conspicientes ex hoc ecclesiæ suæ præiudicium generari, ad sedem apostol. appellarunt. [*et infra.*] Cum igitur non deceat alii te fecisse, quod ab alio fieri tibi nolles: mandamus, quatenus contentus forma canonica, quam nos a coepiscopis nostris nobis immediate subiectis recipimus 9) m, nihil 10) amplius a Castellano episcopo obtentu alicuius consuetudinis exiges, prætextu præstiti n iuramenti, sciens, nos eundem episcopum ab huiusmodi iuramento, quoad alios articulos absoluisse, vel denuntiasse potius non teneri.

7) *De Castellano*, C. R.
8) *Et iidem*, habet C. L.
9) *Recepimus*, legit C. L. cum ed. ant.
10) *Nil*, secundum C. H. et ed. Pith.

CAP. XIV.

Vacante episcopatu, capitulum confirmat et infirmat electiones.

IDEM *priori fratrum prædicatorum* 11), *et archidiac. Rhegin.*
(*ann.* 1228. *Roma in Siciliam.*)

Cum olim caussa: [*et infra.*] Quocirca mandamus, quatenus, licet conuentus monasterii sancti Saluatoris Messanens. sint ipso a iure hac vice eligendi potestate priuati 12), de gratia tamen eligendi seu postulandi dictis ipsis auctoritate nostra liberam facultatem 13), mandantes eisdem 14), vt, cum ecclesia Messan. vacet ad præsens, electionem suam confirmandam, prout de iure fuerit, vel etiam infirmandam, præsentent capitulo Messan. 15)

11) C. R. 1. *Priori fratrum*, legit. Cetera non exstant.
12) Quod elegissent indignum.
13) *Potestatem*, C. R. 1.
14) *Eisdem*, C. H. legit.
15) Habet ergo capitulum ius confirmandi electos abbates: quia iurisdictionem ecclesiasticam interim exercet, ad quam etiam *confirmatio* pertinet, cum caussæ cognitione facienda.

---

a *Cap.* 2 *eod. tit. in* 4. *compil.* b *al.* ad Deum. *et pro vtraque littera facit, quod notatur supra de temp. ordin. c. ad aures in gloss.* 2. c *al.* cumque. d *i. e. sigillis authenticis prælatorum sigillatas, quod dic. vt not. infr. de fid. instr. cap.* 1. *et c. cum dilectus.* e *Hæc duo verba*, vel malitia, *desunt in antiquis.* f *In pluribus manuscr. habetur*, Damasco, *tam in titulo, quam in textu, sed male: cum sit titulus notus et valde antiquus Romæ.* g Diligenter auditis, *additur.* h *al.* qui pro tempore fuerit.

i vacauerit. k *al.* Lumburgens. *al.* Neburgen. *al.* Quedeborgen. l *Vide l. a diuo Pio. ff. de re iud.* m *Vide l.* 1. *C. de summ. trinit. et fid. cath. et l.* 1. *de emanc. liber.* n Præteriti. n *In cod. Barb. ita:* ipso iure hac vice eligendi seu postulandi priuatus.

CAP.

CAP. XV.

Qui maior est ordine, licet in ecclesia posterius receptus, in loco et portione præfertur. H. d. secundum veram lecturam.

IDEM *archipresbytero sanctæ Mariæ maioris de vrbe* 16).
(*ann.* 1228. *Romæ.*)

Statuimus *a*, vt presbyteri primum locum, diaconi secundum, subdiaconi tertium, et sic de reliquis obtineant ordinarium 17), etiamsi posterius admittantur 18). Et qui maior est ordine, etiamsi postea sit receptus, in portione percipienda potiorem esse volumus, ac minores facere seruitia consueta.

16) *Idem archiepiscopo S. Mar. maior*, C. R. 1. legit; verba autem: *de vrbe*, non exstant. Sed omnino *archipresbytero* legendum. Sunt enim Romæ plures ecclesiæ S. Mariæ dicatæ, relatæ a GONZALEZIO ad *c.* 13. *X. de consuet.* inter quas primatum habet *ecclesia S. Mariæ maioris*, cui præest *archipresbyter* cum canonicis, certo indicio, hanc olim fuisse ecclesiam *baptismalem*, vid. *c. f. X. de offic. archipresb.* et *c.* 3. *X. de offic. iudic. ordin.* not. *f.* verba: *maioris de vrbe*, non exstant in C. H. Inscriptio hæc in L. ita se habet: *Idem archiepiscopo sanctæ Mariæ de vrbe.*

17) *Ordinatum*, habet C. L.

18) Hoc iam dudum ab antiquo in ecclesia obtinuisse certum est: simul tamen ex hoc textu liquet, litem desuper motam et a GREGORIO IX. decisam fuisse. Videlicet de *collegio canonicorum regularium*, ecclesiæ S. Mariæ maioris in vrbe hic fuit quæstio, qui quatenus erant canonici, *æquales* videbantur, vt prius receptus præferendus iis videretur, qui posterius recepti erant, licet *ordinis sacri* intuitu minor ille videretur. Contrarium inter hos canonicos pontifex constituit voluitque, vt *canonicus* presbyter seu de *canonicatu presbyterali* prouisus præferendus esset canonico, qui de *præbenda diaconali* tantum prouisus est, licet postea demum receptus sit, quo in sensu recte hunc textum accipiendum esse censuit BARBOSA *in tr. de canon. et dignit.* c. 18. n. 10. Vereor tamen, ne in plerisque canonicorum *secularium* collegiis contraria obtineat consuetudo, et canonici prius possessionem adepti posterioribus, etsi maiores ordine sint, præferantur, in stallo, voce, optione et ceteris prærogatiuis, ita, vt nouiter receptus vltimum occupare debeat locum, reliquis ascendentibus. Licet enim hanc consuetudinem improbasse videatur pontifex: palam tamen est, hanc in capitulis iuri scripto in Germania, Gallia, aliisque regnis præferri. Vnde in *c. f. X. de consuet.* pontifex hanc præsentem decretalem restringit ad casus futuros, vt hi, qui eo tempore iam in possessione præcedentiæ fuerant, hac constitutione non ligarentur, certo indicio, nouum quid a pontifice contra præsentem morem Romæ constitutum fuisse, quem plures probant apud BARBOSAM *cit. l. n.* 12.

CAP. XVI.

Si ecclesia sita in aliqua archidiaconatu erigitur in cathedralem: a iurisdictione archidiaconatus eximitur.

IDEM *archiepiscopo Colocensi* 19) b. (*ann.* 1229. *Romæ in Hungariam.*)

Cum inferior superiorem 20) *c* soluere nequeat vel ligare *d*, sed superior 21) inferiorem liget regulariter et absoluat; et satis absonum videatur, vt filius potestatem habeat in parentem: miramur, quod, cum tu 22) monasterium de Cheur. 23) constitutum in Firmiensi archidiaconatu tuæ diœcesis in ecclesiam 24) erexeris cathedralem, archidiac. Firmiensis 25) in tantum prorupit temeritatis audaciam, vt in episcopum ibi consecratum et ecclesiam, suam iurisdictionem exercere 26) præsumat. [*et infra.*] Mandamus, quatenus præfato archidiacono 27), a cuius iurisdictione dictum episcopum denuntiamus 28) exemptum, id districte studeas inhibere. Prouiso, vt, si ex hoc archidiaconi 29) Firmien. iura læduntur, in diœcesi tua, vbi expedire videris, absque alieni iuris præiudicio, recompensationem illi facias congruentem.

19) *Colon.* in C. R. 1. legitur, sed male.

20) *Potiorem*, C. H. legit cum L. et ed. ant.

21) *Potior*, C. H. habet cum L. et edit. ant.

22) Pronomen: *tu*, abest a C. R. 1.

23) *Cheer*, legunt C. R. L. et ed. ant. licet in L. etiam legi queat *Thoer*. Bellius *Cheuer*, quod est monasterium in Hungaria in prouincia Colocensi, erectum in ecclesiam cathedralem, quod etiam obseruat CHOPPIN *libr.* 1. *de sacra polit. tit.* 5. *n.* 4. *in f. p.* 75.

24) Præpos. *in*, a C. R. H. L. et ed. ant. abest.

25) *Firmien.* C. R. 1. legit: *Firmea.* in C. R. 2. est per cor. C. L. *Pirimea.*

26) *Dictum episcopum exercere* etc. habet C. L. quamuis *in episcopum* paullo ante quoque legerit.

27) *Præfecto archidiacono*, legitur in ed. ant.

28) *Denuntiauimus*, habet C. L.

29) *Archidiaconatus*, C. R. 1. H. et L. legunt.

CAP. XVII.

Compositionem super iura primatiæ vnus soluit, cuius interest, poterit impedire.

IDEM *Lemonic.* 30) *archidiac. et priori sanctæ Radegundis* 31) *Pictauiensis.* (*ann.* 1229. *Romæ in Galliam.*)

Humilis doctrina magistri: [*et infra.*] Mandamus, quatenus prælatorum Burdegalensis prouinciæ in ea præsentium, et cathedralium capitulorum eiusdem, nec non et Bituricen. capituli super prouisione 32), quam inter Bituricen. et Burdegalen. archiepiscopos in caussa primatiæ duximus faciendam, requiratis assensum, quo habito, prouidentiam *e* nostram 33) sollemniter publicetis. Si qui vero consensum præstare noluerint: vos supersedentes publicationi prædictæ, districte præcipiatis eisdem, vt personaliter, si prælati fuerint, vel si alii, per procuratores idoneos, nostro se conspectui repræsentent, prosequuturi coram nobis ius, si quod habere contendunt, et satisfacturi parti alteri, si succubuerint, in expensis.

30) *Lemouicensis*, legitur in C. L. et ed. ant.

31) *Radeg.* C. R. 1. et H. legit: *Ragedundis*, sed L. habet: *Radegunde.*

32) Diuturna lis fuit inter Bituricensem et Burdegalensem de *iure primatus*, cuius rationes succincte ex antiquitatibus refert P. DE MARCA *de primatu Lugdun.* §. *LII. sqq.* Hanc per *sententiam transactionalem* dirimere tentauit hac decretali pontifex, conf. *c.* 8. *C. IX. q.* 3. *not.* 20. vbi de *Bituricensi primate* actum.

33) *Vestram*, legit ed. ant.

TITVLVS XXXIV.
DE TREVGA 34) ET PACE.

CAP. I.

Statuit tempora Treugarum, et pœnas violantium.

ALEXANDER III. *in concilio Lateranensi f.*
(*ann.* 1179. *Romæ.*)

Treugas 34*) *g*, a quarta feria post occasum solis, vsque ad secundam feriam in ortu solis, ab aduentu Domini, vsque ad octauas 36) paschæ, ab omnibus inuiolabiliter obseruari præcipimus. §. 1. Si quis autem treugas frangere præsumpserit 37): post tertiam admonitionem 38), si non satisfecerit, suus episcopus sententiam excommunicationis dictet in eum 39), et scriptam vicinis episcopis annuntiet 40), quorum nullus 41) excommunicatum in communione recipiet 42), imo scriptam sententiam quisque confirmet 43). Si quis autem hoc violare præsumpserit: ordinis sui periculo subiaceat 44). §. 2. Et quoniam funiculus *h* triplex difficile rumpitur, præcipimus, vt episcopi ad solum Deum, et ad salutem populi habentes respectum, omni trepidatione 45) seposita, ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium et auxilium præbeant 46): neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quod si quis in hoc opere tepidus *i* inuentus fuerit: damnum propriæ dignitatis incurret.

34) *De Treuga et pace*, C. R. legunt, sicut etiam L. per totum tit. retinentes post elementum *g* vocalem *u*.

34*) Recte obseruat A COSTA *ad h. t.* vocem hanc esse originis Germanicæ a *fide*, *Treu*, dictam, vnde etiam *vertragen*, *componere* vel *transigere*, vel *austragen*, *decidere* deriuandum, quod fide data lites componantur vel decidantur. TREVGA ergo hic denotat fidem datam de cessatione pugnæ ad aliquot dies conuentione determinatos, quæ erat *treuga conuentionalis*, quæ contra priuata prœlia, eo tempore vsitata, forsan episcoporum, religionis intuitu, introducta, atque inde tandem *treuga legalis* orta, de qua in *c.* 2. *h. t.* agitur.

35) *Octauam*, habet C. L. cum *c.* 1. comp. 1. h. t.

36) *Octauam*, iterum legit id. R. cum *c.* cit.

37) *Tentauerit*, C. R. 1. et cit. c.

38) *Communitionem*, cit. c.

39) Verba: *in eum*, non exstant in c. cit.

40) C. R. 1. legit: *denuntiet*, sed *repræsentet*, cit. 2.

41) *Episcoporum autem nullus*, cit. c.

42) *Suscipiat*, cit. c.

43) Sua *subscriptione*, vt eleganter obseruat A COSTA *ad h. t. in f.* vnde etiam testes, qui aderant actui, quorum nomina ei subnotabantur, dicebantur *confirmatores* obseruante CANGIO in *glossar. med. et inf. latinit.* voce *confirmare*. Repetit videlicet ALEXANDER III. decretum INNOCENTII II. in *concil. Lateran. II. anno MCXXXIX. celebrato* c. 12. quod de *treuga legali* agit, et sententiam hic regulatam ita signat apud HARDVIN. *tom VI. P. II. coll. concil. p.* 1210. *Episcoporum autem nullus excommunicatum in communionem suscipiat, imo scripto susceptam sententiam quisque confirmet.*

44) *Subiaceat*, cit. c.

45) *Tepiditate*, est in eod. c.

46) *Mutuum et auxilium sibi præbeant*, habet C. L.

CAP. II.

Personæ hic enumeratæ, plena securitate gaudent tempore guerræ.

IDEM *k.*

Innouamus *l* [*autem*], vt 47) presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes vel redeuntes, vel in 48) agricultura existentes, et animalia, quibus arant, et semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur *m*. [*Nec quisquam alicubi nouas pedagiorum exactiones sine consensu et auctoritate regum et principum statuere aliqua modo præsumat. Si quis autem contra hoc fecerit, et commonitus non destiterit: donec satisfaciat, communione careat Christiana.*]

47) *Quod*, C. R. 1. legit.

48) *Et*, habet C. L. pro *vel*, sicut etiam *c.* 2. cit. L. *et in*, legunt C. R. et L.

a *Ad huius c. declarationem factum fuit c. vlt. supr. de consuet.* b *al.* Coloniensi. c Potiorem. d *Vide l. decurio. C. de decur. l.* 12. *not. in l. hominem ff. mandati.*

e Prouisionem. f *Cap.* 21. g *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *compilat. et in Panorm. l.* 8. *cap.* 147. h *Psalm.* 138. *eccl. c.* 4. i *al.* tepidus. k *Cap.* 21. *in eodem concilio.* l *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil. Pan.* 8. *c.* 147. m *Posterior pars huius cap. exstat sub tit. de censibus. c. innouamus.*

TITVLVS XXXV.
DE PACTIS.

CAP. I.

Pacta quantumcunque nuda, seruanda sunt.

Ex concilio *a* Africano 49). (*ann.* 348.)

Antigonus *b* episcopus [*Matutensis*] dixit: [*grauem iniuriam patior, et credo, dolere sanctitatem vestram, et contumeliam meam computare communem iniuriam. Optantius cum se repræsentaret; pactum mecum habuit: sed diuisum est, vt in se illiciat populorum imperitorum animos contra disciplinam, et contra euangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam si sibi contingere hoc posse arbitraretur: profecto in fratrem aliquid nunquam deliquisset. Vnde*] aut iusta pacta *c* suam obtineant firmitatem, aut conuentus, si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam. Dixerunt vniuersi *d*: pax *e* seruetur, pacta custodiantur.

49) vel potius ex *concil. Carthag. I.* anno CCCXLVIII. habito *c.* 12. quem integrum refert SCHELSTRATE *in eccles. Africana diss. III. c.* 5. Agitur autem in *cit. c.* de transactione inter ANTIGONVM et OPTANTIVM, qui inter se diuiserant plebes, diuisionemque scripto confirmarunt. Vnde frustra hic disceptatur de *nudi pacti* efficacia ex mente iuris canonici: quamuis aliunde satis apertum sit, nunquam a patribus agnitam fuisse doctrinam iuris Romani de *nudorum pactorum* inefficacia.

CAP. II.

Conuentio inualida, per consensum superioris validatur.

GREGORIVS 50) *f.* (*ann.* 598. *Romæ in Siciliam.*)

Quoties *g* in conuentionibus noster exspectatur assensus: ne in dubium veniant, quæ geruntur, ratihabitio eas debet pro securitate partium solidare.

50) *Gregorius VIII.* frustra legit C. L. numero nono ante adiecto rursus deleto.

CAP. III.

Iudex debet studiose agere, vt promissa adimpleantur.

IDEM *Ianuario episc. Caralitano* 51) *h.* (*ann.* 600. *Romæ in Sardiniam.*)

Qualiter *i* in Sardinia [*minores vel pauperes ab eis, qui illis maiores sunt, opprimantur, reuerendissimi fratris nostri Carthaginen. episc. atque eminentiss. filii n. Innocentii præf. epistolæ testantur, a quibus, vt quæ nobis scripta sunt noueritis, ipsarum vobis epistolarum exemplaria præuidimus transmittenda. Et ideo quia ea, quæ nobis petenda sunt, offeruntur,*] studiose agendum est, vt ea, quæ promittuntur, opera compleantur.

51) inscript. abest a C. B. sed in H. L. et ed. ant. legitur tantum vox: *idem.* c. 3. denique cit. comp. habet: *Idem P. E. Ioanni a partibus Sar.*

CAP. IV.

Non valet pactum, per quod beneficium ecclesiasticum debet pecunia resignari.

ALEXANDER III. *Exonen. et Vigornen. episcopis.* (*ann.* 1164.)

Cum *k* pridem S. *l* clericus procurator prioris et monachorum de Acra 52), et P. clericus, pro caussa, quæ inter eos [*monachos*] et prædictum P. ac fratrem eius, [*pro*] cuius [*parte*] vices se gerere dicebat, super ecclesia [*de S.*] et capella de L. vertebatur: ad nostram præsentiam [*pariter*] accessissent, [*ita interim*] inter se, non tamen nobis mediantibus, conuenerunt, quod [*prædictus procurator prioris et monachorum*] eidem P. pro expensis, quas fecerat, tres marchæ 53) argenti soluerentur, et idem P. liti cederet, et [*a*] monachorum 54) infestatione [*penitus*] cessaret. Cumque compositionem illam 55) *m* [*ad nostram pertulissent audientiam, eamque*] auctoritate apostolica peterent 56) confirmari: nos eam non duximus admittendam, pro eo, quod videbatur prauam illicitæ pactionis speciem 57) continere. [*Monuimus autem prædictum P. vt ipse tam pro se, quam pro suo fratre monachos in pace dimitteret, et eidem liti omnino abrenunciaret.*] Ille igitur nostris monitis acquiescens 58), et eidem *n* liti pro se ac fratre suo [*penitus*] renuntians 59), authentica [*etiam*] instrumenta, quæ super hoc 60) habebat, in nostris manibus resignauit: quæ nos 61) [*ea*] priori et monachis [*prædictis S.*] destinantes 62), mandauimus 63), vt [*ex quo prædictos P. nostris super hoc monitis acquieuit, ipsi quoque benignius nostris precibus intenderent, et*] eidem P. et fratri eius 64) in aliquo studerent beneficio 65) prouidere, de quo maius lucrum valeant apostolica intercessione percipere, quam eis deberet 66) ex illa pactione illicita prouenire. Cæterum quia [*sæpe dicti*] prior et fratres [*sicut accepimus, et monitis et mandatis nostris*] acquiescere noluerunt 67): [*nos eorumdem clericorum laboribus paterna pietate compatientes vobis per A. S. præc.*] mandamus, quatenus [*priorem et monachos*] moneatis (eosdem,) vt præfato P. et fratri 68) eius [*decens et*] competens beneficium conferant et assignent: alioquin 69) si vobis constiterit, [*sæpe*] dictos clericos [*prout ipsi asseuerant,*] a prænominata ecclesia [*de Sintonia*] et capella [*de Lintonia iniuste et*] absque ordine iudiciario 70) violenter 71) [*fuisse*] eiectos, ipsos eisdem restitui faciatis, non obstantibus litteris nostræ confirmationis, quas prædicti 72) prior et monachi a nobis impetrasse noscuntur.

52) *Archa*, C. H. *Accbra*, L. vtrumque mendose.
53) *Marcæ*, habet C. H.
54) *A monachorum*, C. B. H. L. ed. ant. Pith. et Gloss. legunt.
55) Pronomen: *illam*, in C. B. 1. non exstat, sed H. et L. legit: *ipsam*, cum c. 4. cit. comp. 1.
56) *Supplicarent*, cit. c.
57) Intelligit collusionem inter actorem et reum, de qua infra agitur *de collus. deteg.* Aliud collusionis pactum occurrit in *c.* 6. *X. h. t.*
58) *Acquieuit*, est in cit. c.
59) *Abrenunciauit*, ibid.
60) *Super eadem ecclesia*, ibid.
61) *Et nos*, legimus ibid.
62) *Destinauimus*, legitur in cit. c.
63) *Monentes itaque et mandantes*, ibid.
64) *Ac fratri*, C. B. 1. L. et cit. c. legunt; sed H. habet: *ac fratri suo.*
65) *Aliquod studerent beneficium*, legimus in cit. c.
66) *Deberetur*, est ibid.
67) Verba ipsa in cit. c. ita sonant: *nec monitis, nec mandatis nostris acquiescere voluerunt.*
68) *Ac fratri*, C. B. H. et L. legunt.
69) *Qui si forte facere noluerint, vos, cum exinde requisiti fueritis*, legimus in cit. c. pro voce *alioquin.*
70) *Iudicati*, legit ed. ant.
71) *Laicali violentia*, habet cit. c.
72) *Dicti*, habet C. B. 1. sed *prædictus*, C. B. 2. legit.

CAP. V.

Non valet pactum de succedendo post mortem prælati in ipsius ecclesia.

IDEM *archiepiscopo Eboracensi.* (*ann.* 1170.)

Accepimus *p*, quod quædam sunt 73) ecclesiæ clericis tali tenore concessæ, quod post eorum obitum alii nominatim succedant 74). Verum quoniam hoc iniquum est, a sacris canonibus inimicum, et ideo non debet aliquatenus tolerari: [*frat. v. per A. S. præc.*] mandamus, quatenus huiusmodi successiones tam *q* detestabiles et iniquas, [*contradictione et*] appellatione cessante, prohibeas 75), et omnino friuolas et inanes 76) *r* esse discernas 77).

73) *Sint*, legunt C. L. et ed. ant.
74) *Succederent*, C. B. 1.
75) *Fieri prohibeas*, C. H. legit.
76) *Vanas*, legitur in C. B. 2. L. et in c. 5. cit. comp. sed *vacuas*, habet ed. ant.
77) *Decernas*, legunt C. B. H. L. ed. ant. et Gloss. cum c. cit.

CAP. VI.

Qui per pactum augendæ pensionis consequutus est ecclesiam, debet ea priuari, et alios canonice puniri.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo, et eius suffraganeis.* (*ann.* 1176.)

Cum clerici vestræ iurisdictionis *r*, sicut accepimus, decedentibus ecclesiarum personis paciscantur, ex ipsis 78) ecclesiis maiores solito 79) soluere pensiones, vt facilius possint easdem ecclesias adipisci: nos *s* [*quidem*] ad tam detestabile vitium exstirpandum [*aeternam volumus curam et sollicitudinem adhibere. Inde est, quod*] fraternitati vestræ [*per A. S. præc.*] mandamus, quatenus [*clericis vestris,*] ne id attentare præsumant, [*publice*] districtius prohibentes 80). [*Et*] si [*quidem*] contra prohibitionem vestram venire præsumpserint: appellatione cessante, eos taliter adeptis ecclesiis [*quam citius*] spolietis, alios pro tantæ præsumptionis excessu seueritate ecclesiastica punientes 81) eosdem. [*Adhæc, quia sunt clerici quidam, qui cum religiosis viris, collusione facta, citra auctoritatem dicti episcopi ecclesias, quas tenent, eis constituunt censuales, vt post decessum eorum ecclesiæ per repræsentationem eorumdem religiosorum vnorum ad filios, vel nepotes clericorum ipsorum possint transferri: præsentium auctoritate vobis præcipimus, vt, si qui clericorum vestrorum inuenti fuerint facere talia, eos a præscriptis ecclesiis, subl. appell. remedio, non differatis auctoritate apostolica remouere, ne de sua fraude vel dolo fructum videantur reportare.*]

78) *Pro ipsis*, habet c. 6. cit. comp.
79) *Solito*, legitur in cit. c.
80) *Sub districta pœna prohibeatis*, cit. c.
81) *Et puniatis*, C. B. 1. legit cum L. et cit. c. in quo vox: *eosdem*, plane omittitur.

CAP. VII.

Si ecclesia rem suam locando, vel in feudum concedendo, apponit pactum in præiudicium iuris parochialis alterius ecclesiæ; non tenet: et quicquid hac occasione perceperit, reddere cogitur illi ecclesiæ.

INNOCENTIVS III. *in concilio generali.* [*const.* 58.] *v* (*ann.* 1215.)

Plerique, sicut accepimus, regulares *x* clerici et seculares interdum, cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præiudicium parochia-

a Carthaginis Africæ primo, c. 12. b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* c *al.* sui. d *al.* simuter. e *Pax hoc pro pactione pont videtur.* f *lib.* 7. *epist.* 60. *regestr.* g *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* h *lib.* 8. *epist.* 32. *regestr.*: Ioanni episcopo Caralitano i *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.* k *Post concil. Lateran. p.* 28. *c.* 1. *tit. de pact. licitis et illic. in rebus ecclesiast.* et *c.* 4. *eod. tit. in* 1. *compil.* l eunon. m ipsam. n idem.

o *Facit l.* 2. *ff. de vi et vi arm.* p *Post concil. Lateranen. p.* 28. *c.* 28. et *c.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp.* q *Idem conc. Trident. sess.* 25. *de reform. c.* 7. r Vanas. al. vacuas. s *Post conc. Later. par.* 28. *c.* 28. et *c.* 6. *eod. tit. in* 1. *compil.* t al. addatur, intendentes. v *C.* 56. *al.* 57. x *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.*

rochia-

rochialium ecclesiarum pactum adiciunt, vt conductores et feudatarii 82) decimas eis soluant, et apud eosdem 83) eligant sepulturam 84). Cum autem id de auaritiæ radice procedat: pactum huiusmodi penitus reprobamus, statuentes, vt quicquid fuerit occasione huiusmodi pacti perceptum, ecclesiæ parochiali reddatur.

82) *Vel feudatarii*, habet ed. ant.
83) *Eos*, legunt C. R. 1. et L. in C. R. 2. puncta sunt subiecta vltimæ syllabæ vocis: *eosdem*.
84) Inde vero liquet, quibus artibus vsa fuerint monasteria, vt constringerent laicos sibi obnoxios, ad sepulturam, penes se eligendam quia inde quæstus insignis in monasteria redundauit. Inde CLEMENS IV. apud EDMVNDVM MARTENIVM *in thes. anecdot. tom. II. p.* 397. optime dixit: *vtinam nunquam monachi fuper cadauera consedissent.* Quibus verbis designat, optandum fuisse, vt nunquam *ius sepulturæ* monasteriis datum fuisset.

CAP. VIII.

Non valet pactio in spiritualibus, vel quæ pactum inducit, vel turpis, seu de re turpi, vel impossibilis de iure, vel de facto.

GREGORIVS IX. *(ann. 1229.)*

Pactiones factæ a a vobis, vt audiuimus, pro quibusdam spiritualibus, obtinendis, cum in huiusmodi omnis pactio, omnisque conuentio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti. Quod etiam de aliis est dicendum, quæ obseruare vergunt in animæ detrimentum. Nam etiam iuxta 85) legitimas sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de iure, vel de facto 86), nullam obligationem inducit.

85) *Nam et iuxta*, C. R. H. L. et ed. ant. legunt.
86) *Vel facti*, habent C. R.

TITVLVS XXXVI.
DE TRANSACTIONIBVS.

CAP. I.

Instrumenta, et alia iura partium, contraria transactioni tolluntur.

GREGORIVS I. 87) b. *A. subdiac. et domitic.* 89) *abb. libr. VII. ep. 27. (ann. 591. Roma in Siciliam.)*

Sicut graue: [*et infra.*] [*Proinde*] post salubrem e decisionem de controuersia vestra factam, decreuimus 90), vt omnia instrumenta, vel quicquid aliud est, quod partibus quoquo modo, aut 91) ex temporis præscriptione d seu aliter opem de lege, aut quocunque priuilegio ferre poterat, sit [*sicut vos petitis*] vacuum, et omni virtute cassatum 92): et sola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur obtineat. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissimæ notionis 93) ex hac nostra auctoritate suscipiat.

87) *Gregorius Aud.* C. H. legit; sed L. *Gregorius VII.* qui numerus inscriptus punctis deleto IX. In c. autem 1. comp. 1. h. t. inscriptio ita se habet: *Gregorius Aat. Subdiac. aubati.*
89) *Don.* C. R. 1. habet; sed *Dua.* C. R. 2. legit. L. et edit. Pith. *Dom.* et ed. ant. *Domt.*
90) *Decernimus*, C. R. 1. et L. legunt cum cit. c.
91) *Vel*, legunt C. R. H. et L. cum c. cit.
92) Ita vero omnis transactio re vera est *nouatio priuatoria*: quia ius pristinum, quod actor vel reus habuit, tollit, et in locum eius aliud substituit debitum. Nec hic necesse est, *animum nouandi* expressis declarare verbis, quod tantum desideratur in *casibus dubiis*, §. 3. *I. quib. mod. toll. oblig.* non vero in *indubiis et certis*, de quibus nemo sanus dubitauit, id actum fuisse, vt, sublato pristino iure controuerso, nouum, pacto determinatum, in eius locum substitueretur, quod pontifex *in h. c.* eleganter illustrat. Et tamen in hoc argumento interpretes cespitasse deprehendimus.
93) *Rationis*, est in cit. c.

CAP. II.

Tenet compositio super decimis facta cum assensu superioris.

ALEXANDER III. *(ann. 1180. Romæ.)*

Statuimus d, vt, si super decimis inter vos et aliquam personam ecclesiasticam, de 94) assensu episcopi vel archiepiscopi sui compositio facta fuerit, rata [*perpetuis temporibus*] et inconcussa persistat 95).

94) Præp. *de*, abest a C. H. et c. 2. cit. comp.
95) *Permaneat*, legit ed. ant.

CAP. III.

Si capitulum consensit transactioni, quam fecit prælatus nomine ecclesiæ: vlterius dissentire non potest.

IDEM *Dulmensi episcopo* a. *(ann. 1180. Romæ in Angliam.)*

Contingit f interdum, quod, licet 96) abbas vel prior alicuius conuentualis ecclesiæ, cum ecclesiastica vel seculari persona super his, de quibus inter eos controuersia vertitur, coram delegato vel ordinario iudice transigat, [*litteris capituli sui de ratihabitione monstratis, ipsam*] capitulum tamen eandem transactionem 97) nititur reuocare. Vnde quia [*super hoc*] nos consulere voluisti: tibi respondemus 98), quod, si abbas 99) vel prior a capitulo suo de ratihabitione litteras habuerit, transactionem, quam facit, si fuerit aliquot annis seruata, capitulum, ac si consenserit 100) in eam, non poterit reuocare 1).

96) *Licet*, omittitur in c. 3. comp. cit.
97) *Transactione*, legitur in cit. c.
98) *Taliter respondemus*, C. R. et H. legunt, cum L. et ed. ant. sed c cit. habet: *consultationi tuæ taliter respondemus.*
99) *Si abbas*, cit. c.
100) Affirmatiuam lectionem prætuli, cum GONZALEZIO, quam ipse decisio suadet, licet *vulgata*, *Pithœana*, aliæque editiones, et ipsi codices legant: *ac si non consenserit.* Etenim si capitulum haberi debet, ac si non consenserit: transactionem sine dubio posset reuocare. Affirmatiuam quoque lectionem compilatio ALEXANDRI III. in *append. ex cod. Casselano* edita *tit. XVII. c. 4. p.* 167. seruat, quæ adhuc euidentior euadit, si hoc modo decisionis formulam formamus: *quod si abbas vel prior a capitulo suo de ratihabitione litteras NON habuerit, transactionem, quam fecit, si fuerit aliquot annis seruata, capitulum, ac si consenserit in eam, non poterit reuocare.* Etenim si capitulum transactionem ratihabuerat: nullus dubitandi locus supererat: quin capitulum illam seruare teneretur. Deficientibus vero litteris ratihabitionis, iuste demum dubitari poterat vtrum capitulum eam seruare teneretur. Quod tamen asserit pontifex: quia eam capitulum per aliquot annos seruauerat, et sic *ipso facto* per aliquot annorum obseruantiam in eam consenseret. Denique si citra *ratihabitionem* particula negatiua omittenda, ex editione HARDVINI *tom. VI. P. II concil. p.* 1608. legendum: *PRÆSERTIM si fuerit annis seruata.* vt sensus sit, tunc ratihabitionem eo grauius pondus habere, si aliquot annorum obseruantia fuit roborata.
1) In c. cit. ita distinguuntur hæc verba: *consenserit, eam non poterit reuocare.*

CAP. IV.

Super ecclesiastico beneficio transigi non potest, etiam cum iuramenti interpositione.

IDEM ALEX. III. *abbati de Strat.* 2) *et priori sancti Eusebii.* *(in Angl. ord. D. August. ann. 1180.)*

Constitutus g in nostra præsentia G. clericus sua nobis assertione monstrauit, quod, cum inter ipsum, et A. clericum super capella de stratis 3) controuersia auersisset, tandem per transactionem sopita fuit: et, licet [*transactio ipsa*] hinc inde, fide præstita, firmata 4) fuisset, eam tamen 5) præfatus A. 6) seruare recusat 7). Quia igitur huiusmodi transactiones speciem [*nonnunquam*] continent simoniæ, [*et non solum a malo, sed etiam a specie mali secundum apostolum nos conuenit abstinere: deuotioni vestræ per A. S. præc.*] mandamus, quatenus [*cum propter hoc fueritis requisiti, partes ante præsentiam vestram conuocetis, et*] reuocata transactione in irritum, caussam [*diligentius*] audiatis, [*et fine canonico terminetis.*] etc. 8)

2) *Abb. de Stran.* C. R. 1. legit: *abb. de Strata*, habet C. R. 2. *Stanter*, H. sed in c. 4. comp. cit. *abbati de Stradeford. et priori de Eiche*, legimus.
3) *Strata*, C. R. habent L. ebrumpit vltim. syllabum. Sed *de Straadford.* cit. c.
4) *Confirmata*, cit. c. legit.
5) Partic. *tamen*, non est in c. cit.
6) *Alanus*, habet cit. c.
7) *Contradicit*, est ibid.
8) In C. H. sequentia sunt adiecta: *et fine debito terminetis*, loco etc. quod signum nec in cit. c. extitet.

CAP. V.

Per transactionem factam sine auctoritate episcopi potest prælatus, sed non ecclesia constitui censualis.

IDEM *Carnotensi* 9) *episcopo.* vel potius: *Cantuariensi. (ann. 1180.)*

De cetero b noueris, quod, cum aliquis, ad extraordinarium iudicem litteris impetratis, cum aduersario suo componit 10), postmodum in ecclesia, de qua agitur, ius aliquod habiturus, si compositio non est iuri contraria, non est a loci episcopo [*aliquatenus*] reprobanda, sed censas absque episcopi auctoritate 11), qui 12) præest ecclesiæ, [*super hoc*] sub hoc prætextu solutus, vitam eius, qui soluerit, non excedit 13) i.

9) In *compil. Alexandri III. tit. XVIII. c. 3. p.* 208. in *append.* adducta notatum, hunc textum esse *partem capitali: nos ea eustenie*, quod in *compil. ant. 1. c. 36. de appellat.* habetur, cuius inscriptio est: ALEXANDER III. *Cantuariensi archiepiscopo*, vnde sine dubio hæc corrigenda.
10) *Amicabiliter componit*, habet C. L.
11) *Episcopali auctoritate*, legunt C. R. Gonz. c. 5. comp. cit. ed. Pith. et ant. cum C. H. et L.
12) *Cui*, C. R. Gonz. ed. ant. et Pith. legunt cum L. sed c. cit. habet *i et cui.*
13) *Excedat*, legit C. L.

CAP. VI.

Si beneficium, quod per transactionem habetur, impetratur vt vacans: ab eo qui fuit transactionis mediator, non valet impetratio. H. d. quoad titulum.

IDEM [*venerabilibus fratribus R.*] *Eboracensi archiepiscopo, [ep. f. l.]* et k *[R.] Vigorensi episcopo* 14). *(ann. 1160.)*

Ex litteris vestris 15) l accepimus, quod, cum olim inter R. et A. 16)

14) *Vigorn.* C. R. 1. sed H. legit cum c. 6. cit. 1. *Wigornensi episcopo*, via etiam L. sed editio ant. hæc duo verba plane non habet.
15) *Vestræ fr.* cit. c.
16) *Inter N. et A.* legit C. L.

---

a *Vide Nauarrum in manuali confess. c. 23. tit. de finon. et Sot. l. 9. de iust. et iure, qu. 5. et cap. vlt. infr. de condit. appos.* b Anthemin. *sic in vet.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* d *Post concil. Later. p. 28. c. 3. et cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* e Dulmusin. *al.* Dulcnen. f *Post concil. Later. p. 28. c. 5. et c. 3. eod. tit. in 1. compil.*

g *Post concil. Lateran p. 28. c. 16. et cap. 4. eod. tit. in 1. comp.* h *Post concil. Later. p. 28. c. 10. et c. 5. eod. tit. in 1. compil.* i *In quibusdam manuscr.* excedat. k *al.* Wigorensi, *al.* Wigorniensi. l *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil.*

clericos

clericos super ecclesia de Vult. 17) a [*et capella de Torbet ad eandem ecclesiam pertinenti*] coram te, frater episcope, qui iudex fueras delegatus auctoritate G. qui tunc eidem A. patrocinabatur in caussa, et testis inscriptus fuerat, transactio [*iam pridem*] facta fuisset, postmodum 18) idem G. [*veniens ad præsentiam nostram, et*] se mentiens clericum, cum nondum 19) esset in clericum tonsuratus, [*ad Danbelmam episcopum et decanum Eboracens. si bene meminimus,*] super eadem ecclesia [*et capella*] tacito 20) de transactione [*ipse G.*] litterae nostras impetrauit. Cum autem idem G. [*et responsales prædicti R. in nostra deinde præsentia fuissent constituti: nos ex litteris vestris, veritatem super his cognoscentes, et attendentes etiam, quomodo præfatus G.*] non inficiaretur, se transactioni interfuisse, et nondum fuisse tonsuratum, cum litteras illas 21) obtinuit, ei super prædicta 22) ecclesia [*et capella auctoritate apostol.*] silentium duximus imponendum 23). [*Et memoratum R. ab eius impetitione duximus absoluendum.*]

17) *De minist.* C. R. 1. legit: *deministra*, cit. c. *de mist.* habet C. R. 2. sed H. *de ministris*, et L. *de ministrat.*
18) *Postea*, C. R. 1. sed c. 6. cit. legit: *post transactionem.*
19) *Nedum*, habet C. L.
20) *Tacita veritate*, cit. c.
21) *Istas*, legunt C. R. et c. cit. H. *suas*, sed L. *nostras*, habet.
22) *Dicta*, C. R. 2. legit cum L. sed c. cit. habet: *præscripta.*
23) *Imponimus*, legitur in cit. c. omissa voce: *duximus.*

CAP. VII.

Super ecclesiastico beneficio non potest transigi, sed amicabiliter componi. H. d. et quotidie allegatur.

IDEM 24). (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Super eo b, quod quæsiuisti, verum de ecclesiastico beneficio in litigium deducto, possit fieri transactio, tale damus [*sicut iam pridem, si bene meminimus, alii non absimile dedimus*] responsum, quod 25) [*secundum formam a canonibus in aliis transactionibus adscriptam*] transigi super re sacra c et litigiosa 26) non 27) potest. Etenim res sacræ, vt possideantur, aliquo dato, vel retento seu promisso 28), speciem credimus habere simoniæ. Alias [*autem*] si 29) gratis et amicabiliter inter se litigantes componant 30), sacris canonibus nequaquam dicimus obuiare.

24) *Idem Vigorn. episcopo*, C. R. 1. addit.
25) *Quoniam*, est in c. 1. comp. 2. h. t.
26) *Sacra litigiosa*, C. R. 2. H. et L. legunt omissa particula *et*. Sed in cit. c. est: *religiosa.*
27) *Minime potest*, legimus in cit. c.
28) *Siue promisso*, C. R. legunt cum L. sed *vel*, est in cit. c.
29) *Si*, omittitur in cit. c.
30) *Componere*, est ibid.

CAP. VIII.

Transactio facta de rebus ecclesiæ per prælatum, sine superioris consensu, non obligat successorem.

IDEM *abbati de Strepho.* 31) d *et priori de Phæbi* 32).
(*ann.* 1180.)

Veniens ad e apostolicæ sedis clementiam magister G. 33) de Faull. 34) f sua nobis insinuatione monstrauit, quod monachi maioris monasterii, terras in parocia sanctæ M. 35) de Marchia 36) g excolunt 37), et ab eadem ecclesia coloni eorum omnia ecclesiastica tam necessaria, quam voluntaria suscipiunt sacramenta, et tamen eidem ecclesiæ [*suas a canonibus constitutas*] decimas soluere contradicunt. [*Sed de frugibus tertiam partem soluunt ei, et duas partes sibi retinere præsumunt, de reliquis autem minutis decimis, vtpote nutrimentis animalium et de fructibus hortorum, nil penitus præstare non erubescunt.*] Arbitrantur autem, [*ob hoc*] se posse tueri cuiusdam transactionis prætextu 38) inter præfatos monachos, et quendam sacerdotem memorati Guil. prædecessorem factæ 39), [*ita videlicet*] vt 40) de duabus carrucatis 41) h terræ, quas in dominio suo monachi tenent, tertiam tantum 42) decimarum partem exsoluant 43). [*Quo fit, vt inde occasionem sumentes malignandi prædia ex agricolarum defectu ad eos deuoluta, monachi in suum, magis astute, quam prouide dominium conuertunt, et quatuor, vel forte plures carrucatas duabus aggregant, non tamen decimas præstantes de illis, quam prius de duabus præstitissent: cum secundum compositionis tenorem integras de illis decimationes soluere tenerentur. Quoniam igitur nos conuenit ecclesiis prouidere, ne sua cuilibet videantur iura deperire: f. v. p. a. s.*] mandamus, quatenus [*cum exinde fueritis requisiti, vtraque parte ante præsentiam vestram conuocata, rei veritatem diligentius inquiratis, et, nisi priuilegium apostolicæ sedis sibi super hoc indultum coram vobis præfati monachi palam produxerint, vel,*] nisi (præfati monachi) transactionem præscriptam 44), auctoritate apost. confirmatam esse docuerint, cum alias 45) inter personas facta potius, quam inter ecclesias videatur 46), ne 47) pacta inter alios acta aliis obesse patiamur, [*omni dil. et opp. remota*] ipsos 48) et agricolas decimationes, ex quibuslibet rebus, prouenientes 49) ex integro, [*absque diminutione ecclesiæ S. Mariæ de Martevin. ingi præstatione singulis annis præstare,*] et illarum, quas 50) illicite detinuerunt 51), iustam æstimationem restituere (eidem ecclesiæ) [*cum omni districtione*] compellatis. [*Quodsi discretioni vestræ secundum ea, quæ proponuntur nobis, in iudicio visum fuerit, præfatos monachos, non nisi ad tertiæ partis decimationum præstationem, secundum iustitiam vrgeri posse: tunc omnium eorum, quæ canones decimanda decreuerunt, app. rem. sæpe dictos monachos tertiam partem ecclesiæ iam dictæ auctoritate apost. decimam præstare cogatis.*]

31) Corrupta est inscriptio in Codic. et edit. quibuscunque: imo apud HARDVINVM *cit. l. p.* 1844. plane alia ponitur: ALEXANDER III. *Wigorniensi episcopo.* Emendanda vero ex inscriptione c. 4. X. h. t. *abbati Strataflorida et S. Eusebii*, vt recte censet GONZAL. *ad c.* 4. *cit.* ostenditque teste MANRIQVIO *in annal. Cisterc. tom. II. ad ann. MCLXIV.* c. 10. n. 3. *p.* 406. hæc monasteria Angliæ esse, in cuius confirmationem MANRIQVIVS ad *c.* 4. *et* 8. *X. h. t.* prouocat.
32) *De pleb.* C. R. 1. habet, sed C. R. 2. *de pebs.* L. *de Sebi*, ed. ant. *de Beberi*, c. 3. cit. comp. *Esebii.*
33) C. R. 1. habet *V*, sed C. R. 2. cum L. ed. ant. et c. cit. *W.* per totum.
34) *De Flauel.* C. R. 1. et H. *Faulis*, legit. Sed L. habet: *Flauillis*, ed. ant. *Famil.* c. cit. *Flauilla.*
35) *Sancta Maria*, legunt C. R. 1. et L.
36) *Marcha*, habet C. R. 1. sed C. R. 2. legit: *March*, L. *de Marrhon*, et c. cit. *Martinon.*
37) *Excolant*, est in cit. c.
38) *Pactione*, legimus ibidem.
39) *Facta*, ibid.
40) *Quod*, est ibid.
41) Sine dubio legendum: *carrucatis*: quia *carruca*, scriptoribus sequioris æui pro *aratra* accipitur, teste CANGIO *in glossar. hac voce.* Iure Romano enim *vehiculi genus* designat, teste BRISSONIO, *de V. S. voce carruca*, quem significatum posterius æuum auxit ac ad *aratrum* quoque traxit, vt *duæ carrucatæ terræ* dictæ sint, quæ *gemino aratro* indigent, obseruante GONZALEZIO, quem morem loquendi adhuc hodie in Holsatia tenent.

42) *Duntaxat*, cit. c.
43) *Exsoluunt*, habent C. L. et ed. ant. sed *exsoluere debeant*, legimus in cit. c.
44) *Prædictam*, C. R. 1.
45) *Alioquin*, legitur in cit. c.
46) *Videantur*, legunt C. R. 1. et Gloss.
47) *Nec*, C. H. legit cum cit. c.
48) *Præfatos monachos*, cit. c.
49) *Dependentes*, est ibid.
50) *Et earum, quæ*, legimus ibid.
51) *Detinuerint*, ibid.

CAP. IX.

Sicut super iure præsentandi, ita super annexo non potest transigi, vt recedatur a lite, interueniente aliqua temporalitate.

LVCIVS III. i *Ormensi* 52) *episcopo.* [*Pars c. Tua nos*]
(*ann.* 1180.)

I. Præterea k, quando inter laicos et viros religiosos de præsentatione alicuius ecclesiæ, quæstione, suborta transigitur [*inter eos*] ita, quod præsentationem laicus obtineat, religiosi vero nouam 53) vel maiorem percipiant 54) [*portionem*] in ecclesia 55), in qua prius nullam, vel minorem habere consueuerant portionem 56), an huiusmodi transactio teneat 57), quæsiuisti. Cum igitur ipsa pactio simoniaca merito videatur: respondemus, quod 58) de iure non tenet, nec ex ea religiosi vllum debent commodum obtinere 59).

52) *Orsens*, legunt C. R. H. et c. 4. cit. comp. *Quernens*, vero C. L. sed vbique perperam. Cum enim hic textus sit pars *c. tua nos*, quod *in c.* 11. *X. de iures.* refertur: palam est, *Norwicens episcopo*, legendum esse.
53) *Nonam*, cit. c.
54) *Percipiant*, C. R. 2.
55) Verba: *in ecclesia*, non leguntur in cit. c.
56) *Portionem*, desideratur ibid.
57) *Valeat*, legit C. H.
58) Verba: *respondemus, quod*, non habentur in cit. c.
59) *Reportare*, habet C. R. 1. sed c. cit. *assequi.*

CAP. X.

Super spirituali subiectione non licet transigere.

COELESTINVS III. [*Pars c. bonæ memoriæ*] (*ann.* 1195. *Romæ.*)

II. Præterea l quarto loco quæstio talis accessit, quod 60) quædam cella eximi voluit a subiectione, qua matrici domui tenebatur. [*Cumque caussa debita marte percurreret:*] fratres illius cellæ, se confitentes in iure 61) illi domui quondam fuisse subiectos, referebant quæstionem olim de hac subiectione fuisse motam, et transactionem sopitam, [*videlicet*] eatenus, vt quendam 62) annuum 63) m censum 64) ecclesiæ matrici reddendo, [*fratres memoratæ cellulæ penitus*] essent a subiectione principalis domus exempti. [*Ceterum ex aduerso Prior maioris domus duo pariter allegabat, vnum sc. quod, ex quo confessi fuerant, se dudum illi domui fuisse subiectos, et non ante transactionem illam esse exemptos, constabat, eos fuisse rebelles eo ipso, quod ante transactionem illam et exceptionem se contendebant ab eiusdem iurisdictione fuisse subtractos, nec transactio subsequens eos poterat a tanto crimine inobedientiæ relaxare. Alterum quoque*] Prior consequenter pro maiori ecclesia proponebat, quod de spirituali subiectione [*contra votum professionis*] transigere non liceret

60) Particula *quod*, a C. R. abest.
61) Verba: *in iure*, non leguntur in cit. comp. c. 5.
62) *Vt quiddam determinatum annuatim*, legimus ibid.
63) *Annuatim*, C. H. legit cum L. et ed. ant.
64) Vox: *censum*, non habetur in cit. c.

a *al.* de ministra. b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compilat.* c *Alias*, super re religiosa et sacra d *Stanpha et priori de Pible.* e *C.* 3. *eod. tit. in* 2. *comp.* f Famulla. *al.* Flauilla. g Marchon. h *al.* Carruatis.

i Morinensi. *al.* Oriensi. *al.* Orin. k *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *compil.* l *Cap.* 5. *eod. tit. in* 2. *comp.* (cumque caussa debito Marte percurreret.) m Annuatim.

liceret 65). Respondemus igitur 66), quod ex prædicta fratrum [*de cella*] confessione, contra eos sententia procedere debeat: præsertim cum illa transactio, licet nobis de illo, quod cellæ determinate [*prædictæ domus*] reddere tenebatur, [*clare*] constare nequiuerit, iniquitatem simoniacam 67) continuisse putetur.

65) *Non licebat*, legimus ibidem.
66) *Nostra vero in his huiusmodi reddit sollicitudo responsum*, quod etc. legimus ibid.
67) *Simoniacam*, a C. R. H. L. ed. ant. et cit. c. abest.

CAP. XI.

Iudex potest, et debet se interponere pro transactione inter partes facienda, præterquam in casibus, in quibus iura hoc non admittunt, ut super matrimonio. H. d.

HONORIVS III. *l.* 68) *tituli sanctæ Praxedis presb. cardin.* [*apost. sedis legato.*] (*ann.* 1220. *Romæ. conf. c.* 1. *comp.* 5. *h. t.*)

Ex parte tua [*fuit propositum coram nobis, quod nonnulli Græci furtiue sacros ordines a non suis episcopis receperunt, quidam etiam excommunicati celebrant in ecclesiis interdictis, et Græcis ritibus pertinaciter inhærentes, in nullo volunt Latinis obedire prælatis. Præterea quidam Græci et Latini episcopi consecrationes faciunt in alienis episcopatibus, et decimas percipiunt in eisdem, in episcoporum eorundem locorum præiudicium et grauamen: licet episcopi Græcorum nec percipere decimas, nec consecrationes huiusmodi consueuerint celebrare. Ad hoc laici Græci uxores suas secundum motum propriæ voluntatis dimittere, et alias superducere non verentur, ac operari dominicis et festiuis diebus, quemadmodum in profestis. Porro quidam barones et milites, tam Latini, quam Græci, abbatias et ecclesias alias cum hominibus et bonis aliis earundem contra iustitiam detinentes, decimas non exsoluunt, et alios soluere recusantes, in suo errore defendunt: et si pro his aut aliis excessibus feratur in eosdem sententia excommunicationis, eam in animarum suarum periculum et aliorum scandalum vilipendunt. Vnde a nobis postulas edoceri, quid tibi agendum sit, in omnibus supradictis, et qualiter Neopatrensis archidiaconus puniendus sit, qui quibusdam euntis cum mercibus in Alexandriam contra statutum concilii generalis licentiam tribuere de facto non expauit. Nos igitur discr. t. breuiter resp. ut, cum iura canonica et ciuilia edita sint fere super omnibus his articulis prænotatis, procedas in his, cum necesse fuerit, secundum canonicas et legitimas sanctiones.*] Poteris etiam 69) ad componendum interponere a partes tuas, et interdum aliquid seueritati detrahere, prout, statu imperii et excedentium multitudine, prouida deliberatione pensatis, videris expedire: exceptis nimirum casibus, qui compositionis, seu dispensationis 70) b remedium non admittunt, utpote coniugii sacramentum, quod, cum non solum apud Latinos et Græcos, sed etiam apud fideles et infideles 71) existat, a seueritate canonica circa illud recedere non licebit. In his vero, super quibus ius non inuenitur expressum, procedas, æquitate seruata, semper in humaniorem partem [*maxime propter statum imperii adhuc debilem*] declinando, secundum quod personas et caussas, loca 72) et tempora videris postulare.

68) *Io.* C. C. 1. legit, a. 1. comp. 5. h. t. *Ioanni*, sed C. R. 2. habet *R.* sicut etiam ed. ant. quæ simul omittit numerum tertium Honorii.
69) Partic. *etiam*, a C. R. H. L. ed. ant. et Gloss. abest.
70) *Dispositionis*, habet ed. ant.
71) Eliminato INNOCENTIVS III. in *c.* 7. *X. de diuort.* matrimonium, *infidelium* magnopere distinguit a *fidelium* coniugio, quod, licet illud verum, non tamen *ratum* dicendum, nec *sacramenti* rationem habeat, vnde facilius dissolui queat. Qua de caussa *seueritas canonica* ad hæc connubia haud trahenda, quæ *indissolubile vinculum* non habent, quod tamen æque iis adscribere videtur HONORIVS III.
72) *Et loca*, secundum C. H. Ceterum desideratur in cit. c. tota hæc vltima linea.

TITVLVS XXXVII.
DE POSTVLANDO.

CAP. I.

Clericus in sacris vel minoribus beneficiatus, in seculari foro postulare non debet, nisi pro se, vel sua ecclesia, vel miserabilibus personis.

Ex concilio Lateranensi d. (*ann.* 1179. *Romæ.*)

Clerici e in subdiaconatu, et supra, et in ordinibus 73) quoque minoribus, si stipendiis ecclesiasticis sustententur 74) f, coram seculari iudice aduocati in negotiis secularibus fieri non præsumant: nisi propriam caussam, vel ecclesiæ suæ fuerint prosequuti, aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias caussas administrare non possunt. Sed nec procurationes 75) villarum aut iurisdictiones etiam seculares sub aliquibus principibus et secularibus viris, ut iustitiarii eorum fiant, quisquam clericorum exercere præsumat.

73) *Et ordinibus*, C. H. legit, sed L. habet cum ed. ant. et c. 1. comp. 1. h. t. *et supra*, *in ordinibus quoque.*
74) *Sustentantur*, legitur in cit. a.
75) Verba: *sed nec procurationes*, vsque ad finem absunt a C. R. 1 H. L. ed. ant. Glossatore, et cit. c. Quamuis ergo ista in c. 4. concilii Later sequantur: docet tamen AVGVSTINVS ad h. c. primum legendum esse: *procurationes*, deinde, antecedentia verba huius capitis desumta esse ex concilii c. 12.

a *Concord. l.* 2 §. *et post ff. de noui op. nunt. et* 90. *dist. per tot.* b *Perperam in impressis*, dispositionis. c *Vid. Turrecrem. ad qu.* 1. *in summa.* d *Cap.* 12. *sub Alexandro III.* e *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* f *Infero ergo, quod onedia cogente postulare poterit. l.* 1. *et ibi Bart. C. de patr. qui fil. distr.*

CAP. II.

Canonici regulares postulare non possunt, sicut monachi, nisi pro vtilitate ecclesiæ, vel sui monasterii, et præcepto abbatis.

INNOCENTIVS III. *Compostell. archiepiscopo.* (*ann.* 1210. *Romæ in Hispan. tens. c.* 3. *comp.* 3. *Ne clerici vel mon.*)

Ex parte tua [*coram*] nobis 76) fuit propositum, quod quidam canonici regulares, [*ut se forte in iure peritos valeant demonstrare, ac extra claustrum materiam habeant euagandi,*] non solum in ecclesiasticis, verum etiam in forensibus caussis præsumunt aduocati officium exercere. Cumque obiicitur eis 76*) g, quod [*iuxta canonicas sanctiones*] non debent esse forensis, vel ecclesiastici negotii susceptores vel [*etiam*] exsequutores 77), nisi forte id monasterii exposcat 78) vtilitas: abbate nihilominus imperante 79), [*ipsi*] ad suam proponunt insolentiam 80) h excusandam, quod capitulum illud 81), per quod prædicta prohiberi videntur, de monachis, non de canonicis regularibus loquitur manifeste. Vnde [*nos consulere voluisti, vtrum tales sint ad patrocinium admittendi: ad quod*] consultationi 82) tuæ taliter 83) respondemus, quod idem iudicium de canonicis regularibus, quod de monachis, quantum ad supradicta credimus obseruandum, licet de monachis in canone specialiter sit expressum.

76) Pron. *nobis*, non exstat in C. H. et L.
76*) *Obiiciatur eisdem*, c. 3. comp. 3. ne cler. vel mon.
77) *Vel exsequutores etiam*, C. R. H. et L.
78) *Poscat*, habet C. L.
79) *Imperante ipso*, C. H. et L.
80) *Insolentiam*, legitur in C. L. et c. cit. 3.
81) Intelligit *c.* 31. *C. XVI. q.* 1. ex decreto GRATIANI pro more allegatum, quod illustrat INNOCENTIVS III.
82) *Discretioni*, est in cit. c.
83) Vox: *taliter*, abest a C. H. et L.

CAP. III.

Se summat.

GREGORIVS IX. 84) (*ann.* 1230. *Romæ.*)

Cum sacerdotis sit officium 85) i nulli nocere, omnibus autem velle prodesse: non nisi pro seipso, vel ecclesia sua, vel, si necessitas immineat, pro personis coniunctis, aut miserabilibus sibi licitum est postulare 86). [*et infra.*] Clericus autem, qui contra ecclesiam, a qua beneficium obtinet, pro extraneis aduocatus vel procurator esse præsumit k, tanquam ingratus potest, maxime si clericus sit eiusdem ecclesiæ, beneficio huiusmodi spoliari.

84) *Gregorius III.* habet C. H. sed perperam.
85) Vox: *officium*, a C. R. abest, sed in L. manus aliena vocem hanc adiecit super lineam. Edit. ant. eam quidem omittit: manus tamen alia superscripsit lineæ particulam: *maxime.*
86) Ars postulandi desiderat peritiam iuris ac præcipue ipsius processus. Quia vero vtrumque in iure canonico habetur, ad cuius pleniorem intellectum ius Romanum addiscendum erat: clerici vtrique iuri frequentes operam dare, adeoque *aduocationis* munus ambire solebant.

TITVLVS XXXVIII.
DE PROCVRATORIBVS.

CAP. I.

Non auditur quis tanquam alterius procurator, nisi habeat mandatum legitime factum.

GREGORIVS *Maximo Salonensi* 87) *episcopo lib. XI. epist.* 13. (*ann.* 596. *Roma in Dalmatiam.*)

Alia l quidem: [*et infra.*] Scripsisse te quibusdam m [*nostris*] comperimus, quod prædictos viros tunc n ad caussam non miseris 88), et ideo ea, quæ cum ipsis facta sunt, subsistere non debere; sed et Thomas sibi hoc [*idem verbum*] a te dictum perhibuit: ex qua re nec præsentium portitoribus [*tam*] iudicauimus 89) esse credendum o, ne de ipsis [*quoque post hoc*] similiter diceretur. Quia ergo hoc cautiorem 90) nos esse [*debere*] præmonuit; [*si caussam vultis dicere*] instructam personam cum 91) mandato legaliter facto, [*tuo*] et presbyterorum, seu diaconorum, testiumque subscriptionibus 92) roborato, gestisque ex more indicto transmitte 93): vt, quicquid cum 94) ea actum fuerit, iure subsistat 95).

87) *Salonitano*, C. H. legit, sed L. habet: *Salonitano*, c. 1. comp. 1. h. t. *Salonit.*
88) *In caussa non immiseris*, legimus in cit. n.
89) *Iudicamus*, C. R. 2. legit.
90) *Hac res nos cautos*, habet c. cit.
91) Præp. *cum*, non exstat in C. H.
92) In ed. Gloss. legitur: *subscriptorum.*
93) *Indito transmittite*, c. cit. rectius habet, docetque, vocem præcedentem *indicto*, esse corruptam et *indita* legendum esse, vt *mandatum gestis inditum* nihil aliud sit, quam mandatum actis insertum. Scriptores enim ecclesiastici sub appellatione *gestorum* ipsa intelligere *acta*, supra ad *c.* 22. *X. de elect. not.* 12. obseruauit.
94) *Cum eo*, legitur in ed. ant.
95) *Possit cum ea iure subsistere*, c. cit.

g *Concil. Trident. sess.* 22 *de reform. cap.* 1. h *Eadem vox supr. de suppl. negl. præl. cap* 2. *et fortassis leg.* insolentiam, *vt ibi notaui: vel* al. insolertiam *id est*, inscientiam. i *Hæc vox, officium, in multis deest, et super verbo, sit, ha. habetur expositio*, id est, intersit. *ut habetur in cap. denique* 14 *q.* 5. *vnde sumitur* k Præsumpserit. l *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* m al. quibusdam nostris. n *alias*, nunc. o *Vid. l. non solum.* §. *qui alternum. et ibi Bart. ff. eod.*

N

CAP.

CAP. II.

Non valet sententia, etiam expensarum condemnatoria, lata contra absentem ex probabili caussa legitime per nuntium excusatum. H. d. quantum ad verum intellectum.

ALEXANDER III. (*ann.* 1160. *Romæ.*)

Querelam a A. clerici accepimus, [*quod, cum ven. fr. n. Wigor. episcopus caussam, quæ vertitur inter ipsum et Salesbirien. episcopum super ecclesia de Bibec. de mandato nostro suscepisset fine debito terminandam, tandem, quia idem clericus termino constituto suam ei exhibere præsentiam non potuit, pro eo, quod erat infirmitate gravatus, sicut per quendam presbyterum et diaconum, quos ad præsentiam ipsius episcopi miserat, paratus erat probare, tandem A. in restitutione expensarum, quas R. L. xiii. ac clericus pro ipsa caussa ad diem ipsam tunc sententia fecerat, condemnavit.*] Mandamus [*itaque discr. v. atque præcipimus,*] quatenus, [*si præfatus episcopus eundem A. iuxta mandatum nostrum a præscripta sententia non absolverit, vos, rei veritate diligentius inquisita,*] si vobis constiterit, quod Vigor. 96) episcopus præfatum A. in restitutione [*ipsarum*] expensarum, pro nulla alia rationabili caussa condemnaverit, nisi pro eo tantum, quod in termino 97) constituto ad eius præsentiam non accessit, infirmitate detentus *b*, cum non possit quis cogi, nisi velit, in gravibus 98) caussis procuratorem constituere, et [*cum*] ipse ad probandum infirmitatem suam, presbyterum et 99) diaconum destinaverit, [*auctoritate nostra, subl. app. rem.*] eum absolvere ab eadem sententia minime differatis.

96) *Vigorn.* C. A. 1. legit, sed C. A. 2. *Vigornien.* In c. 1. comp. 2. h. t. loco eius habetur: *prædictus.*

97) Præpositio: *in*, abest a C. A. et L. ed. ant. Pith. et cit. c.

98) Palam est, mentem pontificis hoc reddere, in caussis gravioribus, *nemine ipsis* desiderans præsentiam, neminem cogi posse, caussam procuratori committere et per eum agere: quod non in omnibus caussis... cum *l.* 26. *C. h. t.* secundum quam caussa maiores ipsam principalis præsentiam desiderabant, prout verba finalia eleganter emendat et illustrat A COSTA *ad h. c.* Non ergo semper in arbitrio litigantium erat per procuratorem easdem peragere.

99) *vind*, habet C. H.

CAP. III.

Sententia lata cum procuratore revocato, et de hoc certificato, non præiudicat domino. H. d. secundum communem intellectum.

CLEMENS III. (*ann.* 1190. *Roma in Galliam.*)

Ex insinuatione [*dilecti filii I.*] archidiaconi Segi[n. 100)] accepimus, quod, cum inter ipsum et magistrum G. 1) [*de Sang.*] super quadam præbenda Leon. 2) ecclesiæ, [*quæ de Pomeria dicitur,*] controversia mota fuisset, [*eidem magistro propter hoc ad sedem apostol. accedente G. de Tortona procuratorem ipsius accipit, se gerens ad illam caussam constitutum cum quibusdam litteris de ratihabitione, prout decebat, se opposuit. Cum autem aliquantulum in caussæ cognitione processum fuisset,*] licet [*prædicto G.*] ab eodem archidiacono procuratori suo 3), duobus clericis præsentibus [*et assistentibus,*] expresse fuisset inhibitum 4), ne caussæ cognitionem susciperet, [*et ne ad iudicium suscipiendum in iure suis litteris uteretur,*] ipse nihilominus in [*ipsa*] caussa procedens, sententiam [*sicut dicitur*] contrariam reportavit. Ceterum, quia alter de prædictis clericis dicitur obiisse; [*nos autem attendentes, quod idem G contra ipsius archidiaconi prohibitionem in suscipiendo iudicio ipsius caussæ procedere non debuerit: discretioni vestræ per A. S.*] mandamus, quatenus, si [*sicut ratio dictat*] per ipsius archidiac. et superstitis [*illius*] clerici iuramentum 5) constiterit (de præmissis *d.*) [*eundem archidiaconum expresse prohibuisse, ne dictus procurator illius controversiæ diffinitionem susciperet, et ne in iure ad suscipiendum iudicium suis litteris de ratihabitione aliquatenus uteretur,*] sententia contra eum lata nequaquam obstante, [*tam*] prædictæ 6) præbendæ possessionem, cum fructibus inde perceptis, [*a quocumque detineatur, archidiacono, subl. contrad. et appell. obst.*] *h* eius restitutioni aliud canonicum non obsistat 7), auctoritate nostra restitui faciatis eidem. Restitutione vero facta, si archidiaconus ipse suam canonicam institutionem probare potuerit, ipsam ratam [*et inviolabilem*] permanere 8), [*sicut iustum fuerit,*] appell. postposita, decernatis 9).

100) *Segia* C. H. sed ed. Pith. legit: *Seg.* vel etiam C. L. et ed. ant. habent, c. 3. cit. comp. *Sang.*

1) In cit. c. habetur: *W.*

2) *Leon* legit C. H. 1.

3) Verba: *procuratori suo*, non leguntur in cit. c.

4) *Prohibitum*, C. H. habet.

5) Testis enim iuramentum *testimoniale* præstiterat atque semiplene probaverat, quo facto archidiaconus poterat admitti ad *suppletorium iuramentum*, quo demum probatio perficiebatur.

6) *Iam dictæ*, legimus in cit. c.

7) *Obsistit*, est ibid.

8) Vox: *permanere*, non exstat in C. H.

9) *Discernatis*, C. H. legit.

CAP. IV.

Rescriptum super consequutiis iudicis impetratum a procuratore revocato, et de hoc certificato, non valet, nec processus, vel sententia lata per ipsum, si revocatio pervenit ad adversarium. H. d. secundum glossam.

INNOCENTIUS III. *Cabilon. et Catalan. episcopis* 10).
(*ann.* 1210. *Roma in Germaniam.*)

In nostra præsentia [*constitutus ven. fr. n.*] Tullen. *f* episcopus [*lacrimabiliter*] est conquestus, quod, cum [*olim*] ad [*procurandam*] caussam, quæ inter ipsum *g* et [*bonæ mem.*] decanum Tullens. super dilapidatione, excommunicatione, et periurio 11), ac quibusdam aliis criminibus 12) *h* vertebatur, T. et G. 13) presbyteros procuratores instituens, ipsos ad sedem apostolicam duxerit destinandos, cum de ipsorum fide postmodum titubasset 14), mandatum, quod eis dederat, intra modicum temporis spatium revocavit, sed ipsi, licet mandati litteras revocatorias recepissent, nihilominus in negotio processerunt, et pro procuratoribus se gerentes, cum adversario [*Gaufredo scil. archidiacono Tullens. sunt*] ingressi iudicium 15), cum eo [*demum*] ad [*dil. f. G.*] Parisiens. archidiaconum et collegas suos 16), in eiusdem 17) præiudicium nostras litteras impetrarunt 18). [*Quorum citatio licet eidem episcopo minime fuerit præsentata; cum tamen ad eius notitiam devenisset, quod eisdem erat caussa commissa, quæ inter ipsos et dictos decanum et archidiac. vertebatur: ad eorum præsentiam properavit.*] Cumque prædictus episcopus [*per multam instantiam nostri rescripti copiam habuisset, et eiusdem tenorem cum iurisprudentibus inspiceret diligenter, admirans plurimum, quod supradicti presbyteri, tamquam procuratores, huiusmodi litteras impetrarunt,*] ad probandum, quod falsi procuratores fuerant, ab ipsis iudicibus inducias postulasset 19); ipsi 20) exceptionem oppositam 21) inutilem et supervacuam reputantes, ad probationem ipsius dilationem concedere noluerunt: propter quod [*idem episcopus*] ad appellationis beneficium convolavit, [*et ab ipsorum iudicum præsentia recessit appellans.*] Sed iidem 22) [*appellationi minime deferentes in negotio ipso procedere, ac,*] (nihilominus,) lite non contestata, et iuris ordine prætermisso, testes contra eum 23) [*episcopum*] recipere præsumpserunt, ipsum a Tullen. ecclesia per sententiam removendo. Nos vero, licet vix fidem adhibere potuerimus, quod [*sæpe*] dicti 24) iudices, utpote viri litterati, providi et honesti, taliter [*ut dictum est*] processissent, [*et*] maxime cum in sua relatione, quam ad nostram præsentiam transmiserunt, de huiusmodi exceptione [*proposita*] nullam fecerint mentionem; quia tamen episcopus per viros religiosos, providos 25) et honestos, de quibus non est verisimile, quod suæ salutis obliti, ac iuramenti religione contempta, falsum testimonium tulerint: nobis fecit super his, quæ sunt proposita, plenam fidem, attendentes etiam 26), quod falsi procuratoris exceptio non solum ante sententiam, verum etiam postea 27) potest obiici 28): [*iuxta canonicas et legitimas sanctiones,*] utpote quia probata 29) iudicium nullum 30), et nullius momenti controversia reputatur, [*de consilio fr. n.*] processum supradictorum iudicum 31) sententialiter duximus irritandum.

10) *Cabilon. et Cassan.* C. H. 1. legit, sed C. H. 2. *Cappell. et Catall.* et C. L. habet: *Cabilon et Catalan. episcopis.* ed. ant. *Cabellon. et Cathalan.* In H. legimus: *Cabilon episcopo et episcopo Catal.* In c. 1. comp. 3. h. t. hæc inscriptio plane omittitur.

11) Copula *et*, a C. H. L. ed. ant. et c. cit. abest.

12) Vox: *criminibus*, in C. H. II. 1. et cit. c. non legitur.

13) *V. et G.* C. H. 1. legit, sed H. L. et ed. ant. cum cit. c. *W. et T.* C. H. 2. habet: *W. et C.*

14) *Dubitaret*, C. H. 2. (addit Gloss. *alias titubasset.*)

15) *In iudicium*, habet C. L.

16) *Magistrum R. de Corzon. et R. S. Victoris penitentiarium*, legimus in c. cit. loco ultimorum: *collegas suos.*

17) *Eius*, C. H. 2. et L.

18) *Impetrantes*, legitur in cit. c.

19) *Postulavit*, est in cit. c.

20) *Qui*, ibidem.

21) *Oppositam, vel oppositionem, inutilem*, legit C. L.

22) *Ipsi vero*, legimus in cit. c.

23) *Contra ipsum*, C. H. 1. et cit. c.

24) *Prædicti*, secundum C. H.

25) *Pariter*, est in cit. c.

26) *Etiam*, a C. H. H. L. ed. ant. et cit. c. abest.

27) *Verum et post sententiam*, cit. c.

28) *Opponi*, C. H. legit.

29) *Prolata*, est in cit. c.

30) Dictio: *nullum*, desideratur ibid.

31) Verba: *supradictorum iudicum*, non exstant in C. H.

CAP. V.

Si agitur de adulterio coram iudice seculari ad pœnam legalem; non intervenit procurator: secus si coram ecclesiastico ad separationem.

IDEM *Brixien.* 32) *episcopo.* (*ann.* 1208. *Roma in Lombard.*)

Tuæ frat. *k* [*et infra.*] Consultationi tuæ 33) *l* taliter 34) responde-

32) *Brixien.* est in c. 2. comp. cit.

33) *Consuluit etenim tua fraternitas, utrum vir per procuratorem valeat super adulterio coniugem accusare; cum videantur illud t. leges, quam canones inhibere: ad quod fraternitati tuæ taliter respondemus.* Ita se habet textus in c. cit.

34) Partic. *taliter*, desideratur in C. H.

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* b *Vid. l. quæsitum. arg. a contrario sensu, ff. de re iud.* c *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* d *Vid. l. in bona fact. C. eod. et l. admonendi. ff. eod.* e *al. Cathalan.* f *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* g Episcopum, legitur in impressis, et male: antiqui omnes habent, ipsum. h Vox, criminibus, deest in omnibus antiquis. i *Vid. l. licet C. de iudic.* k *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* l *C. tua. infr. de sponsal. est pars huius c.*

mus,

mus, quod, si vir accuset vxorem de crimine adulterii coram iudice seculari, ad pœnam legitimam infligendam, quia tunc inscriptionis vinculum debet arripere 35), seque ad pœnam talionis adstringere 36), non per procuratorem, sed per ipsum 37) præsentem oportet præsentialiter accusare. Si vero vir accusare velit vxorem de adulterio coram ecclesiastico iudice, vt ab eius cohabitatione discedat, quia tunc, etsi forsan oporteat eum inscribere 38), vt designet in scriptis nomen, locum et tempus, et omnia, quæ comprehenduntur in lege ciuili a; ad talionem tamen non debet se aliquatenus obligare, ne forte cum in probatione defecerit, intentionis suæ consequatur effectum; sustineri potest, si necessitas id 39) postulauerit, vt per procuratorem accuset: quoniam huiusmodi accusatio, etsi de crimine fiat, non est tamen criminalis, sed quasi mixta inter ciuilem et criminalem, quanquam in præsentia principalium personarum securius procedatur.

35) *Arripere*, habet C. L.
36) *Debet adstringere*, C. R. 1.
37) *Per se ipsum*, in C. H. L. ed. ant. et c. cit. legimus.
38) *Ipsum inscribere*, legunt C. R. 1. H. L. et cit. c.
39) Pron. *id*, abest a C. H.

CAP. VI.

Qui de mandato domini caussam procurauit, ab eo repetit expensas propter hoc factas.

IDEM.

Cum pro b caussa, quæ inter [*dil. fil.*] G. et F. Gabilonen. 40) c ecclesiæ archidi. c. 41) vertebatur, [*procuratores vtriusque partis ad n. audientiam accessissent, F. archid. procurator proposuit, quod a bon. mem. Cælest. papa p. n. confirmationis litteras impetrauit, super quibusdam institutionib. ecclesiæ de communi consensu capituli constitutis, ex quarum inobseruantia ecclesia debita seruitia fraudabatur. Petebat itaque procurator ipse pro archidiacono memorato caussam committi, et confirmari constitutiones prædictas, et ea restitui, quæ ad vtilitatem ipsius ecclesiæ conclusa fuerat expendisse. et infra.*] [*Nos igitur caussam ipsam vestro examini committentes*] discret. v. [*per A. S.*] mandamus, quatenus [*prædictas constitutiones, si eas de consensu maioris et sanioris partis capituli sine prauitate qualibet inueneritis esse factas, et possibilitas ecclesiæ patitur, faciatis inuiolabiliter obseruari. et infra.*] Expensas [*vero*] archidiacono [*ante dicto*] restitui faciatis, si legitime probare potuerit, se de mandato capituli suscepisse prædicta negotia promouenda, et propter hoc ad sedem ap. accessisse.

40) *Gabilon.* est in c. 1. comp. 4. h. t.
41) *Archidiaconus*, legit C. L. cum c. cit.

CAP. VII.

Vniuersitas etiam scholarium potest ad agendum et defendendum procuratorem constituere.

IDEM *scholaribus Parisien.* (*ann.* 1208.)

Quia in caussis 42), quæ contra vos, et pro vobis mouentur, [*interdum*] vestra vniuersitas ad agendum et respondendum commode 43) interesse non potest: postulastis 43*) a nobis, vt procuratorem instituere super hoc vobis 44) de nostra [*libere*] permissione liceret. Licet igitur de iure communi d hoc facere valeatis; [*quia tamen hoc petiistis, a nobis deuotioni vestræ specialiter indulgeri:*] instituendi procuratorem super his auctoritate præsentium vobis concedimus facultatem.

42) *Quæ caussis*, legimus in c. 2. comp. cit.
43) *Com. hic*, est in c. cit.
43*) Caussam huius petitionis non percepisse pontificem, acute obseruant A COSTA et ALTESERRA ad h. c. vnice in eo quærendam, quod olim iure francorum agere per procuratorem non licuerit sine diplomate regio, qua de caussa vniuersitas Parisiensis, ex more et iure illius regni, sibi diploma petiit a pontifice in quibuscunque caussis per procuratorem agendi. Conf. BIGNONIVS ad form. Marculfi tit. 1. c. 21. apud BALVZ. tom. II. capitul. p. 903.
44) *Vobis*, non est in cit. c.

CAP. VIII.

Si citatus ad totam caussam constituat procuratorem, quem postea reuocat: potest nihilominus contra eum procedi, in quantum status caussæ patitur, sine alia citatione. H. d. quoad intellectum.

HONORIVS III. e *episcopo Egitanensi* 45) f. (*ann.* 1220. *Roma in Hispan. c.* 1. *comp.* 5. *de procuratoribus.*)

Auditis et intellectis, quæ [*fratris Ioannis Colibrien. et Bartholomæi Egitanen. canonicorum, nec non et decani ciuit. suorumque contradicentium*] super 46) delegatorum nostrorum processibus 47) [*in caussa, quæ inter te et fr. ven. n. Colibrien. episcopum super limitatione diœcesium ac rebus aliis vertitur, a procuratoribus partium*] fuere proposita, [*coram nobis*] processus ipsos 48), et quæcunque secuta sunt ex eis, vel ob eos, noueris nos [*de cons. f. n.*] irrita iudicasse, non obstantibus litteris, quas de reuocatione g mandati procuratori suo [*prædictus*] Colubriens. 49)

45) *Agitanen.* C. R. 2. legit, sed H. *Egitanen.* et L. *Egitanensi*, vel potius: *Igeritanensi*, habent.
46) Partic. *super*, non exstat in c. 1. comp. 5. de procuration.
47) *Processibus*, habet C. H.
48) *Ipsorum*, cit. c.
49) *Colibriensis*, legit C. L. per totum, *Colibrien.* per totum c. cit.

a Vid. l. libellorum ff. de accus. et l. prætor edixit. et ibi Bart. ff. vbi post. b C. [illegible], tit. 12. 4. comp. c al. Gabilon, al. Gablont. d Vide Horat. [illegible] tract. de privil. scholarium, privil. 52. e In aliquot, Ionoc. III. f al. Agitanensi. g Recusatione.

episcopus destinauit: cum, antequam ad illum litteræ huiusmodi peruenirent, fuisset super eisdem processibus hinc inde conclusum. Ceterum memoratum Colubriens. episcopum, qui procurauerat totum negotium ad examen sedis apostol. aduocari, et postmodum mandatum factum procuratori, non sine nostro contemptu, et tuo dispendio reuocauit, condemnandum tibi decreuimus in expensis, quas fecisti a tempore, quo ad procuratorem ipsius 49*) reuocatoriæ litteræ peruenerunt, et facies etiam 50) h, vt, vsque [*ad diem,*] quo per se idem 51) episcopus, vel per 52) procuratorem idoneum se nostro conspectui præsentabit, in principali negotio [*et contingentibus ipsum*] legitime processurus. [*Ne igitur super his possit aliquatenus dubitari, has litteras duximus concedendas.*]

49*) *Colubr. episcopi*, cit. c.
50) Partic. *etiam*, non legitur in cit. c.
51) *Colubrien.* legit c. cit. pro *idem.*
52) Partic. *per*, non exstat ibid.

CAP. IX.

Procurator episcopi caussas episcopatus agit et defendit, licet non fuerit datus sub nomine syndici vel actoris.

IDEM *M. et R. canonicis Mutinen.* 53) (*ann.* 1220. *Roma in Flaminiam. c.* 2. *comp. cit.*)

Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod, cum [*ven. fr. n.*] Mutinen. episcopus in Lombardiam profecturus, vos vicarios suos et procuratores constituerit 54) generales, vobis 55) volentibus agere contra detentores bonorum episcopi Mutinen. vel contra illum 56) agentibus respondere, frequenter opponitur i, quod hoc 57) facere non potestis, pro eo, quod in instrumento 58) vicariæ, siue procurationis huiusmodi non exprimitur, quod episcopus ipse constituerit vos syndicos vel actores 59). [*Quare humiliter postulastis, vt, cum per exceptiones huiusmodi frequenter impediatur vtilitas episcopi supradicti, super hoc prouidere salubriter dignaremur.*] Nos igitur ex tenore ipsius 60) instrumenti liquido 61) cognoscentes, quod intentio fuit ipsius episcopi dare vobis agendi et respondendi 62) pro ipso 63) [*episcopo*] k liberam potestatem, exceptionem huiusmodi penitus reprobamus.

53) *Idem magistro R. canonico Mutin.* secund. C. R. 1.
54) *Constituerit*, C. R. 1. H. et L. legunt cum c. 2. comp. cit. c.
55) *Nobis*, habet ed. ant.
56) *Illud*, legit C. L.
57) Pronomen. *hoc*, a C. R. H. L. ed. ant. et Pith. abest; in c. cit. vero legitur: *id.*
58) *Siue instrumento*, C. R. 1. habet.
59) *Et actores*, C. H. legit cum cit. c.
60) *Vestri ipsius*, non exstat in C. H.
61) Part. *liquide*, in cit. c. non exstat.
62) *Vel respondendi*, C. R. 2.
63) *Pro ipso episcopo*, C. R. 2. et H. habent.

CAP. X.

Prouidere debet iudex, maxime in caussa matrimoniali, quod constitutus procurator gaudeat plena libertate.

GREGORIVS IX. *nobili viro Vbaldo* 64) l *ciui Pisano.* (*ann.* 1235. *Roma in Tusciam.*)

Accedens ad apostol. sed. [*et infra.*] Mandamus, quatenus D. 65) nobilem mulierem, quæ sub tua potestate tenetur, plenæ 66) restituas libertati, faciens ipsam ad castrum de Massa Lucana 67) diœcesis secure perduci, vt existens ibi libera 68), procuratorem libere ordinare valeat, qui suam coram nobis iustitiam prosequatur. Tu ergo super sponsalibus, quæ inter natam tuam et filium eiusdem nobilis contracta proponuntur, procuratorem idoneum ad præsentiam nostram mittas, qui ad agendum et respondendum plenam m habeat potestatem.

64) *Vbaldo*, C. R. 1. legit.
65) *B.* habet C. R. 2.
66) *Plenariæ*, C. R. 1.
67) *De Massan. Lucan.* C. R. 1. legit, sed C. R. 2. et L. *de Massa Lucan.*
68) *Existens ibi libere*, C. R. 1. legit, at ed. ant. habet cum Pith. *ibidem libera.*

CAP. XI.

Si procuratori generali denegantur induciæ ad consulendum dominum, ex caussa probabili absentem: poterit procurator appellare.

IDEM *Cantuariens. archiepiscopo.* (*ann.* 1236. *Roma in Angliam.*)

Dilectus filius magister L. rector ecclesiæ de Auna 69) transmissa nobis petitione monstrauit, quod, cum R. presbyter contra ipsum caussa studii Bononiæ commorantem, super eadem ecclesia ad iudices nostras litteras impetrasset, eaque auctoritate a iudicibus ipsis eodem rectore citato, procurator ipsius generalis ad omnia eius tractanda negotia, pro eo, quod competentem terminum, intra quem rectorem ipsum consuleret, vtrum deberet contendere vel cedere quæstioni, sibi concedere denegabant, pro eodem nostram audientiam appellauit. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in irritum, etc.

69) *Auna*, C. R. H. L. ed. ant. et Pith. legunt.

h Quousque. i Proponitur, in aliquot antiqu. k In multis antiqu. est addita, episcope. l Vmbalda. m Plenariam.

CAP. XII.

Si reus recedit a iudicio, dimisso procuratore solummodo ad agendum: contumax est, et condemnatur in expensis.

IDEM *episcopo Laxonien.* 70) (*ann.* 1236. *Roma in Galliam.*)

Constitutis in praes. n. H. priore Segien. et T. laico dilectum filium O. subdiac. nostrum super caussa, quae inter ipsos super quadam summa pecuniae vertitur 71), concessimus auditorem: [*et infra.*] Quia prior super ipsa pecunia, in qua dictus T. eum sibi suae vxoris nomine teneri dicebat, recepto libello, illicentiatus recessit, quendam procuratorem dimittens solummodo ad agendum; quem cum auditor ipse per mandatum procuratorium sibi datum, ad defendendum priorem sufficientem non viderit 72): eum ex hoc 73) reputans contumacem, ipsum praefato T. in vnam marcham 74) sterlingorum condemnauit, taxatione praehabita in expensis *a*. [*et infra.*] Nos autem finem litibus imponere cupientes, et, quod ab auditore praefato factum esse dignoscitur, approbantes, mandamus, quatenus partibus conuocatis, etc.

70) *Leonensi*, habet C. L.
71) *Vertebatur*, legit id. C.
72) *Videret*, C. e. 1.
73) *Eum esse ex hoc*, C. B. 1. habet.
74) *Marcam*, legitur in C. H.

CAP. XIII.

Tenet iudicium agitatum cum procuratore reuocato, si reuocationem iudex et aduersarius ignorauerunt. H. d. secundum communem intellectum et verum.

IDEM. [*Romae.*]

Mandato procuratoris post litem contestatam a domino reuocato, si hoc, ignorante iudice, vel aduersario, factum fuerit 75), iudicium quod idem quasi procurator postmodum expertus est, ratum esse debebit.

75) *Fuit*, habetur in C. L. Hoc in sensu quoque accipienda et limitanda est decisio INNOCENTII III. in c. 4. X. h. t.

CAP. XIV.

Filiusfamilias potest esse procurator in iudicio, etiam ad futuras lites; et procurator datus cum pluribus simul in solidum, praefertur, si praeoccupauit negotium: secus si diuerso tempore fuit datus. Item procurator appellare debet a sententia, nisi ex caussa excusetur; quo casu debet domino nuntiare de sententia: appellationem tamen prosequi non tenetur.

IDEM. [*Romae.*]

Non iniuste iudex processit, qui filiumfamilias in procuratorem admisit, quamuis ad futuras controuersias constitutum: qui, licet simul cum aliis datus fuerit, prius tamen procurationis 76) officium occupauit. Quod fieri nequiuisset in procuratoribus diuersis temporibus constitutis: quoniam dato posteriori, prioris esset procuratio reuocata *b*. Potuit quoque is, et debuit 77) a sententia in eo, quod lata extitit contra ipsum, nostram audientiam appellare, vel, si iusta *c* caussa excusabat eundem, saltem domino contestari 78) *d*, vt ad appellationis beneficium conuolaret: licet appellationem prosequi non teneatur inuitus.

76) *Procuratoris*, C. H. legit.
77) Quod etiam iure canonico in eum dominium litis quidem translatum, illud tamen rationibus reddendis obnoxium esset, si male procurator prouinciam suam administrasset. Interim addit pontifex *in fin. quod appellationem prosequi non teneatur inuitus*, quod tamen ratio dominii litis in ipsum translati postulare videbatur. Enimuero pontifex magis respexit ad morem plerorumque iudiciorum, in quibus *in instantia appellationis* alii procuratores sunt plerumque necessarii, quod haec saepe in alio loco peragi debeat, tribunalibus appellationum alibi constitutis.
78) *Protestari*, habet C. L.

CAP. XV.

Procurator vniuersitatis, cuius maiores et iurati sunt excommunicati, non repellitur ab impetrando; nisi illi in procuratorio sint expressi, vel eorum auctoritate factum sit, vel ad id scienter sint admissi. H. d. et est decisio notabilis et subtilis.

IDEM.

Consulti sumus, an constitutus ad impetrandum a communitate aliqua procurator 79), ab impetrando deberet 80) excludi pro eo, quod maiores 81) et iurati, per quos eadem communitas regebatur, tempore, quo iniunctum fuit 82) procurationis officium, erant excommunicationis sententia innodati.

Taliter respondemus, quod, nisi essent illi in litteris procurationis 83) expressi, vel alias eorum auctoritate procuratoris *f* institutio facta fuisset, aut sciens, eos esse tales, ipsa communitas vna cum eis constituisset eundem, non est procurator huiusmodi repellendus.

79) Alias quidem *communitas* constituit *syndicum*, singuli autem *procuratorem*; sed ius canonicum has diuersas appellationes non adeo subtiliter distinguit, adeo, vt, quae de hoc praedicantur, etiam ad illum applicari debeant: nisi ratio diuersitatis euidens dari queat. *c.* 2. *de resc. in* 6*to.*
80) *Debeat*, secundum C. H.
81) *Maiores*, C. B. 2. H. L. et ed. ant. legunt, cui alia manus in C. L. superscripsit: *quasi rectae.*
82) *Fuerit*, secundum C. B. 1.
83) *Procurationis*, C. B. 1. legit.

TITVLVS XXXIX.
DE SYNDICO 84).
CAP. I.

Religiosi debent habere syndicum, qui caussas monasterii agat, et defendat, etiam, si oportuerit, constituto illi salario.

GREGORIVS PAPA 85) *subdiac. g defensori* 85*) *Siciliae. libr.* 1. *ep.* 67. (*ann.* 599. *Roma in Siciliam.*)

Sicut studii *h* nostri esse debet 86) a litigiis forensibus 86*) monachos submouere: ita necesse est nostra prouisione, quemadmodum negotia eorum disponi 87) debeant, ordinare. Pro qua re tibi praecipimus, quatenus, cum Fausto loqui debeas, cui, si voluerit 88), constituto salario 89), monasterii [*ipsius*] generaliter debeas negotia commendare. Expedit enim pro paruo 90) incommodo a strepitu caussarum seruos Dei esse 91) quietos.

84) *De syndico et actore*, C. H. habet.
85) *Petro*, C. H. legit cum c. 1. comp. 1. h. t. loco vocis: *papa*.
85*) Vox *defensori*, desideratur in cit. c.
86) *Conderet*, habetur ibidem.
86*) *Foralibus*, est ibid.
87) *Dispositiora*, legitur in ed. ant. quod substantiuum in C. L. radendo mutatum est in *disponi*.
88) *Quem si hoc velle perspexeris*, legimus [illegible] cit. c. vbi tamen pro *ipsius*, legendum videtur: *ipsi*.
89) *Et salario*, C. H. habet.
90) Praepos. *pro*, a C. B. et cit. c. abest, sed in L. adiecit eam manus recentior.
91) *Existere*, legimus in c. cit.

TITVLVS XL.
DE HIS, QVAE VI, METVSVE CAVSSA FIVNT.
CAP. I.

Si quis timore mortis, postea ratum non habens, religionem profitetur; exire, et matrimonium contrahere potest: secus si a principio, vel ex post facto libere consensisset.

ALEXANDER III. *Oscen.* 92) *episcopo i, et priori sanctae Mariae Caesaraugust.* 93) (*ann.* 1180.)

Perlatum est 93*) ad audientiam *k* nostram, quod, cum quidam [*vir*] nobilis [*prudens*] et potens [*A. nomine*] M. vxorem 94) suam suspectam *l* haberet, milites sui, eius praecepto eam ad quandem siluam ducentes, euaginato gladio occidere voluerunt: sed tandem pietate ducti, sub tali conditione pepercerunt eidem, quod in monasterio de Colobria 95) *m* habitum susciperet monachalem. [*Quo audito maritus eius, quia reseruata erat ad vitam, graue plurimum tulit, sed tamen postmodum acquieuit. Sicque factum est, quod duos episcopos Caesaraug. et Tirasonen. vt eam benedicerent et illi velum imponerent, ad monasterium ipsum adduxit.*] Episcopi vero [*rem ignorantes*] missi a viro, vt ei velum imponerent 96), [*et*] quia iuuenis erat 97), et filium paruulum 98) habebat, mutationem 99) vitae suae suspectam habentes, seorsum conuenerunt eandem: quae [*vtique ipsis*] rem [*per ordinem*] patefaciens, quod mortis timore [*et non bono animo*] monasterium intrabat, proposuit, et quod inde 100), quandocunque posset, exiret, [*nihilominus adiecit. Tunc episcopis de morte ipsius timentibus, et, quod ab ea audierant, propalare nolentibus.*] (Sed) alter *n* episcoporum 1), [*Tyrasen. scil.*] vt viri [*illius*] tyrannidi satisfacere videretur, mulieri velum imponere simulauit: tandem [*autem*] viro de medio sublato 2), praedicta mulier de monasterio exiens 3), alium maritum accepit 4): quos 5) Galaguritanensis 6) episcopus ad instantiam sororum vinculo

92) *Oxonensi*, legit ed. ant.
93) *Sarragiensi*, habetur ibidem.
93*) *Relatum est*, c. 1. comp. 1. h. t.
94) Ipse textus in cit. c. sonat ita: . . . *mulierem de Oreia, quondam vxorem suam suspectam haberet: fratri et militibus suis praecepit, vt eam longe ad priuata loca deducerent, et gladio occiderent. Qui cum ipsam ad quandam siluam duxissent, et euaginato gladio eam occidere vellent: eadem ad pedes cognati cecidit, et, vt sibi vitam seruaret, lacrymosa supplicatione rogauit. Cognatus vero misericordia et pietate ductus, et sub tali conditione pepercit, quod in monasterio de Colobres habitum monasticum deberet suscipere.*
95) *De Columbr.* C. B. 1.
96) Verba: *missi a viro, vt ei velum imponerent*, non leguntur in cit. c.
97) *Multum erat* C. H.
98) Vox: *paruulum*, abest a C. H.
99) *Permutationem*, C. H. legit.
100) *Vt inde*, C. B. 1. legit, sed L. habet: *et inde*, omissa partic. *quod*.
1) *Alter eorum*, cit. c.
2) *Viro et fratre de medio sublatis*, legimus in cit. c.
3) *Exiuit*, ibid.
4) *Et eidem nobili P. videlicet de Cambersis nupsit*, legimus ibid.
5) *Eam et virum*, cit. c.
6) *Calaguritanus*, C. B. 1. habet, et edit. Gonz. *Calaguritanus*, sed C. H. legit: *Calaguritanus*, et L. *Calaguritanus*. cit. c. *Calaguritan.*

a *Vide l.* 1. *cum not. ibi*, *ff. quod cuiusque vniuers.* b *Vid. l. si quis cum.* §. *fin. ff. eod.* c *Vt infirmitas, paupertas, vel iustus metus.* d *Id est, nuntiare coram testib. l. si procuratorem* §. *si ignorantes. ff. mand.* e *Vid. l.* 1. *ff. quod cuiusque vniu. et c. cum non ignoret. de praeb.* f Procurationis.

g *libr.* 1. *epist.* 67 *registri* Petro. h *C.* 1. *eod tit in* 1. *comp.* i *Restituta est a nobis vera inscriptio. Nam perperam ita prius legebatur*, Exonien. episc. et priori S. M. Caesariae. k *Post conc. Later. p.* 50. *c.* 13. *et c.* 1. *eod tit. in* 1. *comp.* l *Suspectam, scil de adulterio.* m *Ita manuscr. emendatores, sed fortassis* Calabris. *al.* Colubris. *al.* Tolubris. n Tirasonensis *scilicet. Nam hic cum Caesaraugustano velum imponebat, vt patet ex integra.*

excom-

excommunicationis adstrinxit 7), [*et totem terram eius interdixit, ignorans, quomodo res processisset, quam vtique sententiam ven. fr. n. Turraconens. archiepiscop. postmodum confirmauit. Nos igitur de prudentia et honestate vestra confidentes, caussam ipsam experitutiæ vestræ duximus committendam, et fine canonico terminandam.*] Ideoque [*discr. v. per A. S. præc.*] mendamus, quatenus prædictam mulierem et virum, recepto iuramento 8), quod vestro debeant stare mandato, ab excommunicationis vinculo absolueris: deinde tam mulieram, quam priorissam et moniales præscripti 9) monasterii ante vestram præsentiam conuocantes, [*caussam diligentissime audiatis, et fine canonico terminetis. Quod*] si legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intrasse, aut, quod fecit, postmodum ratum habuisse: ipsam ad monasterium redire, et habitum depositum reassumere 10) a censure ecclesiastica compellatis.

7) *Sorores autem cum reclamarent, et episcopo Calaguritano conquestæ fuissent, et episcopus non posset eam videre, nec super his cunueuire: ad instantiam sororum eam, et virum, quem acceperat, excommunicauit. cit. c.*
8) *Iuramento*, legitur ibid.
9) *Prædictis*, C. H.
10) *Resumere*, legunt C. R. H. L. ed. ant. et a. cit.

CAP. II.

Qui per metum amissionis patrimonii sui beneficio renuntiat, illud repetere potest.

IDEM *episcopo Vigornien.* 11) (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

Abbas sancti *b* Cedmuodi 12) c, e quo R. 13) præsentium lator patrimonium suum tenere dignoscitur, milites *suos* 14) et burgenses ad domum eius 15), sicut accepimus, destinauit 16), qui eum e domo et vniuersa possessione expellerent, nisi ecclesiam suam penitus abiuraret. Quod cum idem R. tali modo coactus fecisset 1 abbas alii concessit supradictam 17) ecclesiam. Vnde quia, quæ metu et vi fiunt, de iure 17*) debent in irritum reuocari 18): [*frat. t. per A. S.*] mendamus, quatenus prædicto R. cum integritate restituas vniuersa 19).

11) *Vigornus*, habetur in ed. ant. in c. 2. comp. cit. legitur. *Wigor.*
12) *Cadomundi.* C. R. 1. cum ed. ant. habet. *Eamundi*, C. R. 2. legit cum L. sed, *Eadmundi*, est in cit. c.
13) *Ra*, habet C. L.
14) Pronom. *suos*, in C. R. c. H. L. ed. Gonz. et ant. omittitur.
15) *Prædicti R.* legimus in cit. c.
16) *Misit*, est in cod. c.
17) *Præscriptam*, est ibid.
17*) *De ratione iuris et ordine*, ibid.
18) Maxime si negotium h. s. fuerit, quod ipso iure nullum et irritum est, vt ne quidem *restitutione* indigeat, *l.* vid *de R. I.* quæ vnice introducta fuit propter *negotia stricti iuris*, vt recte censuit ACOSTA *h. c. p.* 250. cum CIRONIO.
19) *Omnia*, est in cit. c.

CAP. III.

Qui terrore laicorum electioni de se factæ renuntiauit, si renuntiatio iuramento vel fide firmata non sit, regimini, ad quod electus erat, præfici poterit.

CLEMENS III. (*Romæ.*)

Ad aures nostras *e*, te significante, peruenit, quod electus quidam in plebanum 20) cuiusdam ecclesiæ [*quæ ad tuam dispositionem pertinet,*] ad terrorem laicorum renuntiauit electioni, quæ de ipso 21) fuerat a clericis, vno excepto, vnanimiter celebrata: [*is autem, qui dissensit, ante electionem ad sedem apostolic. vocem appellationis emisit. Ideoque consulere voluisti, si renuntiatio facta ad terrorem laicorum impediat, quo minus ad regimen prædictæ ecclesiæ is, qui fuerit prius electus, assumi debeat, et si eius appellatio valeat, qui se non electurum iurauit, et ne alii eligerent, appellauit.*] Tuæ igitur discretioni [*litteris*] præsentibus 22) innotescat, quod renuntiatio facta 23) ad terrorem laicorum, nisi forte iuramento, vel fide interposita, sit confirmata, non impedit, quo minus is, qui renuntiauit ecclesiæ, ad cuius regimen prius erat electus, præficiatur eidem 24). [*Pro contradictione autem vel appellatione eius, qui se, non electurum, publice confessus est, iurasse, non est electio ab aliis celebrata canonica irritanda.*]

20) Seu *archipresbyterum*, qui eo tempore in *baptismali ecclesia prælaturam* gerebat, electione constituendus, vt obseruaui ad *c.* 3. *X. de offic. iudic. ordin. not.* 5.
21) Verba: *de ipso*, non habentur in c. *c.* compil. 2. h. *t.*
22) *Litteris præsentibus*, C. R. 2. cum ed. ant. legit.
23) Post vocem *facta*, legimus in cit. c. *in manu laicorum ad ipsorum terrorem.*
24) vox *eidem*, in c. cit. non exstat.

CAP. IV.

Qui per metum, qui cadere potuit in constantem virum, beneficia sua renuntiare iurauit, et renuntiauit, illud repetere poterit.

INNOCENTIVS III. *decano et subdiacono* 25) *Lincon.* (*ann.* 1200. *Roma in Angliam.*)

Ad audientiam *f* nostram, [*dilecto filio*] magistro G. 26) de Cheuel. 27) *g* significante, peruenit, quod, cum ecclesiam de Cheuel. 28) [*auctoritate sed. ap.*] canonice fuisset adeptus, et aliquandiu pacifice possedisset, grauissimo tandem metu regis, quod eam resignaret iurare coactus 29), eam in eorum, ad quos pertinebat, manibus resignauit. Quia vero, quæ vi metusue caussa fiunt, carere debent robore *h* firmitatis 30): [*discr. v. per A. S.*] mendamus, quatenus, si eundem [*magistrum*] ad resignationem [*faciendam*] constiterit vobis, per talem metum fuisse coactum, qui potuerit et debuerit cadere in virum constantem, non obstante iuramento prædicto 31), quo 32) non ad repetendum, sed ad resignandum solummodo tenebatur, præfatam ecclesiam ei [*per cens. ecclesiast. sublato cuiusl. app. obst.*] restitui faciatis.

25) *Et subdecano*, C. R. legunt cum c. 1 comp. 3. h. t.
26) *Magistro H.* legit cit. c. rectius, quia dictus fuit *Helias.*
27) *Tenell.* C. R. 2. sed male.
28) De *Thevill.* C. R. 2. legit, sed rectius L. *de Cheuellis.*
29) *Coactus est*, C. H. legit.
30) *Roboris firmitate.* C. R. 1.
31) Vocabulum: *prædicto*, abest a C. H.
32) *Quod*, est in cit. c.

CAP. V.

Excommunicatus non est, qui absolute coactus excommunicato communicat: secus si coactio fuit conditionalis.

IDEM *Vidronen.* 1 *archiepiscopo.* 33) (*ann.* 1200. *Roma in Norwegiam.*)

Sacris *k* est canonibus: [*et infra.*] Distinguimus autem, vtrum is, qui communicat excommunicatis inuitus, sit per coactionem adstrictus 34) *l*, aut per 35) metum inductus. In primo [*siquidem*] casu talem non credimus excommunicatione teneri: cum magis pati, quam agere *m* conuincatur. In secundo [*vero*] licet 36) metus attenuet culpam *n*; quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere: [*talem*] excommunicationis labe credimus inquinari.

33) *Vidrosen.* C. c. 1. *Vihonen.* C. R. 2. cum ed. ant. At *Nidrosen.* c. 2. comp. cit. rectius habet. *Nidrosen archidiacono*, C. H. quoque legit: Verum non archidiacono, sed archiepiscopo in regno Norwegiæ pontifex scripsit.
34) *Attractus*, C. R. habent cum L. et cit. c.
35) *An per*, legitur in C. c. 1. et c. cit.
36) *Vero licet*, C. H. legit.

CAP. VI.

Metum passus non subuenitur, si non fuit talis, qui cadere potuit in constantem virum.

IDEM *Massil.* 37) *et Agathen. episcopis.* (*ann.* 1200. *Roma in Galliam.*)

Cum dilectus filius 38): [*et infra. Nos igitur rationibus et allegationibus canonicorum insular. et abbatis de Florejo Cisterciens. ordinis per tam dictum episcopum Portuen. eisdem auditorem concessum a nobis, qui eas in scriptis nobis exhibuit, quibus plenius intellectis,*] quia *o* constitit nobis de voto emisso, et de præstito 39) iuramento a canonicis insularum, quod regulam Cistercien. obseruarent, vel [*quod*] translationem 40) ipsius ecclesiæ ad ordinem illorum nullatenus impedirent, cum vtrumque seruatum non vergat in dispendium salutis æternæ, nolentes viam periuriis aperire 41), non obstante violentia, quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis continerat *p*, et ideo non debuerat cadere in constantes 42) nec obstante dolo, quo 43) se proponebant fuisse seductos, cum talis dolus non tam ad circumuentionem prædictorum Cistercien. 44) quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri, super restitutione petita silentium eis [*de fratrum nostr. consilio*] duximus sententialiter 45) imponendum.

37) *Massilien*, C. R. 1. legit, et ed. ant. *Marcell.* sed in c. 3. comp. cit. nominis huius locum asteriscus occupat.
38) *Dilecti filii*, habet C. H. sed L. et ed. ant. *dilect. fil.*
39) *Et præstito*, C. H. habet cum L. et cit. c.
40) *Ordinationem huiusmodi nullatenus impedirent*, cit. c.
41) *Aperiri*, legitur in cit. c.
42) *In viros constantes*, C. H.
43) *Pro quo*, legit ed. ant.
44) *Abbatis*, est in cit. c. pro *prædict. Cisterc.*
45) Vocabulum: *sententialiter*, non exstat in C. H.

CAP. VII.

Probatur violentia per testes: res amissæ probantur per iuramentum. Et super valore rerum amissarum, taxatione iudicis præmissa, et sequuta petentis iuramento, fit condemnatio.

GREGORIVS IX. *Romæ.*)

Super eo, quod aduersarius vester se conquerebatur a vobis per violentiam spoliatum, arbitramini, contra vos fuisse iniuste processum: cum non nisi proprio iuramento probauerit singula, quæ amisit. Verum, postquam de violentia per testes, et de amissis rebus per ipsius constiterit sacramentum 46): potuit iudex, taxatione ab ipso facta, pro personarum ac negotii qualitate vos in æstimatione rerum amissarum iuramento aduersarii declarare 47), rationabiliter condemnare. *q*

46) Iudex sine dubio processerat secundum *l. 9. C. vnde vi*, quia, probata violenta deiectione, æstimatio rerum amissarum committitur iuramento deiecti in litem, quod deiicientes in dolo fuerint.
47) *Declarato*, secundum C. H.

---

a Resumere. b *post Concil. Lateranen. part* 22. *cap.* 7. *et c.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp.* c Eadmundi. d *Vide leg. cum gloss. C. & ff. eod. Item. Sot. infra cit.* e *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* f *Capit.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* g Cheuelle. h *Vid. l. metum.* §. *sed quod prætor.* et §. *volenti.* et *ibi Bart. ff. eod.* i Victrosen. *al.* Nidrosiensi. k *C.* 2 *eod. tit. in* 1. *comp.* l attractus, *in manuscr.* m videatur, *in impressis.* n *vid. l. fin. et ibi Bart ff. de condict. ob turp. caus.* et *l.* 1. §. *metum. ff. eod.* o *C.* 3. *eod. tit. in* 3 *comp.* p *vid. l.* 2. *et ibi Bart. ff. de usuc.* q *Iste text. reputatur singul. per Abb. Brix. in suo dict. in verb. æstimatio.*

TITV-

TITVLVS XLI.
DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

CAP. I.

Si in contractu venditionis vel locationis ecclesia fuit enormiter læsa; potest aduersus talem contractum petere restitutionem in integrum: emptor tamen siue conductor non debet fraudari in pretio suo, vel in sumptibus per eum factis.

ALEXAND. III. *Alphanen. episc.* 48) (*ann.* 1180. *Romæ in Campan.*)

Requisiuit 49) [*a nobis*] tua fraternitas, quid agendum sit de possessionibus laicis sub modico censu concessis? Noueris 50) itaque 51), quod, si ecclesia læsa est, et manifeste apparet detrimentum ipsius, cum episcopo eius conditionem facere deteriorem non liceat 52), et ecclesia iure minoris debeat semper illæsa seruari, quæ in damnum eius data constiterit 53), ad ipsius conuenit ius et 54) proprietatem redire. Prouidendum est tamen, ne, si forte coloni possessiones illas expensis ac labore suo reddiderint 55) meliores sumptibus 56), quos bona fide 57) fecerunt 58), debeant defraudari.

48) A C. R. 1. absunt hæc verba, L. legit: *Altan.* et ed. ant. *Albanen.* denique in c. 1. comp. 1. restitui h. t. legimus: *Alphano episcopo* vel *Altphano.*
49) *Requisiuit a nobis*, C. R. 2. et H.
50) *Noueris itaque fraterni. tua*, legimus in cit. c.
51) *Igitur* C. H.
52) *Non licuit.* cit. c.
53) *Constiterunt*, legitur in cit. c.
54) Verba: *ius et*. omittuntur in eod. c.
55) *Fecerint*, est ibidem.
56) *Siue partibus*, legitur in ed. ant.
57) *Bona animo*, legimus in cit. c.
58) *Fecerint*, habetur in ed. ant.

CAP. II.

Restituitur ecclesia læsa propter negligentiam procuratoris, qui iura ecclesiæ non produxit.

INNOCENTIUS III. *sancti Gregorii et sancti Sergii* 59) *abbatibus.* (*ann.* 1206. *Romæ in Gall.*)

Cum venissent ad apostolic. sedem [*dil. fil.*] electus *b*, et monachi Rothon. 60) pro se ac pro monasterio 61) suo, et [*dil. fil.*] magister 62) A. pro [*ven. fr. nostro*] episcopo Venet. 63) eis [*dil. f. n. G.*] sancti Georgii *ad velum aureum* 64) Diacon. Cardinal. 65) dedimus auditorem. Coram quo idem magister pro episcopi parte proposuit, quod, cum monasterium Rothonen. esset 66) situm in diœc. Veneten. et ecclesiæ Veneten. subiectum, prædictus episcopus possessione subiectionis usus est hactenus inconcusse. Sed cum occasione cuiusdam electionis, quæ ibidem facta fuerat 67), partes de communi assensu ad [*ven. fr. n.*] Nannen. 68) *c* episcopum et [*dil. fil. de Mellen, et de Granont. abbates super his et multis aliis,*] (eius collegas *d*.) commissionis litteras impetrassent 69), duo eorum [*assignatis induciis ad instantiam monachorum eorundem*] ad monasterium accesserunt: quorum aduentum intrusus prætendens, renunciauit huiusmodi electioni, et se a monasterio absentauit. Sed iudices auctoritate apostol. monachis iniunxerunt, vt syndicum vel procuratorem eligerent, qui in causis monasterii et consulere ageret, et viriliter responderet, districtius inhibentes eisdem, ne aliquem eligerent in abbatem, donec plenius cognosceretur de iure, quod episcopus se habere in abbatis 70) electione 71) dicebat. Monachi vero, etsi procuratorem ad mandatum iudicum elegissent, abbatem tamen [*in monasterio interdicto excommunicati nihilominus*] contra inhibitionem eorum 72) eligere præsumpserunt: cuius electionem episcopus petiit infirmari, et se ad possessionem restitui, qua eum monachi spoliarent. Deinde 73) [*vero*] iudices [*auditis, quæcunque partes proponere voluerunt, et plenius intellectis post dilationes multiplices tam ad testes, quam ad instrumenta partibus producenda concessas, receptis testibus et attestationibus publicatis, pro eodem episcopo super præmissis articulis*] definitiuam sententiam protulerunt, electionem [*ap. fretti auctor.*] cassantes 74) eandem, quam sententiam dictus 75) magister [*a nobis eam instantia*] petiit confirmari. Ad hæc 76) fuit [*inter alia ex aduerso*] responsum, quod [*dictus episcopus et abbas de Malegio, absente abbate de Granter, qui in iudicem fuerat ab ipsis electus, cum nec absentiæ suæ censas, vel quod alii in causa sine eo procederent, mandauisset,*] licet per procuratorem ex parte monachorum fuisset propositum, quod monasterium ipsum ad Roman. eccles. nullo medio pertineret, [*et esset sed. apost. emfoale*] dicti tamen iudices 77) contra eos procedere nimis animose cœperunt 78). [*et infra.*] Nos igitur [*auditis per cardinalem eundem, quæ fuerant hinc inde proposita coram eo, et*] inspectis priuilegiis præd. nostr. Leonis 79), Gregorii 80) et Clem. quæ monasterium illud ad ius et proprietatem indicant sed. Apostol. pertinere, intelligentes, quod monasterii procurator, etsi eadem priuilegia coram prædictis iudicibus exhibere omiserit 81) negligenter, ius tamen non tam suum, quam nostrum fuerit 82) protestatus, videlicet, quod monasterium ipsum ad Rom. eccles. nullo medio pertineret, ne ipsius 83) negligentia in damnum tam nostrum, quam monasterii 84) redundaret, ad audientiam restituimus monachos Rothon. [*et infra*] Electionem autem a monachis, sicut dicitur, concorditer factam, pendente controuersia, ex que pendet, nec confirmandam ducimus, nec etiam infirmandam.

59) *Sergii*, C. H.
60) *Redon.* C. R. 2. sed C. L. *Roton.*
61) *A. monasterio*, C. H. et L. habent.
62) *Et magister*, C. H. habet, sed L. legit: *et magistro.* plane autem omittitur copula in c. 1. comp. 3. h. t.
63) *Veteren.* est in cit. c.
64) Verba: *ad velum aureum*, a C. R. H. L. edit. ant. et Gonz. absunt.
65) *Cardinalem*, habet C. L.
66) *Sit*, legunt C. H. et L. cum cit. c.
67) *Fuit*, habet ed. ant.
68) *Maceo.* legunt C. R. cum ed. ant. H. vero: *Venetten* et L. habet: *Neclen.* c. cit. *Naletten.*
69) *Impetrarant*, legit ed. ant.
70) In cit. c omittitur vox: *abbatis.*
71) *Electionem*, C. R. 1. legit.
72) *Ipsorum*, legit C. R. 2.
73) *Demum*, C. R. 2 legit cum cit c.
74) Post vocem: *cassantes*, textus cit. c. variat sequenti modo: *propter quod idem magister eandem sententiam etc.*
75) *Idem*, C. R. 1.

76) *Adhæc*, cit. c.
77) Verba, *dicti tamen iudices*, non leguntur in cit. c.
78) *Cœperunt vel præsumserunt*, C. R. 2 habet.
79) *Leonis Papæ*, C. R. 2. legit cum ed. ant.
80) In c. cit. loco *Gregorii*, exstant literæ *GG.*
81) *Omisit*, legitur in ed. ant. et cit. c.
82) *Fuit*, C. H. legit.
83) *Nec ipsius*, C. R. 1.
84) *Quam ipsius monasterii*, habet C. L. *tam nostri, quam etc.* cit. c.

CAP. III.

Ecclesia læsa in probatione necessaria omissa, potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino iuris probationis exclusiuo. Et restitutionem petere potest, non solum contra priuatum, sed etiam contra ecclesiam. H. d.

EOSDEM *Helien.* 85) et *Floren.* 86) *e episcopis.* (*ann.* 1208. *Romæ in Angl.*)

Auditis et intellectis *f* causæ meritis 87) in quæstione, quæ vertitur 88) inter [*ven. fr. n.*] Vigornien. 89) episcopum et [*dil. fil.*] abbatem de Euescam 90) super ecclesiis in valle de *g* Euescam [*consistentis*], quas episcopus asseruit 91) ad se diœcesana lege spectare, abbas autem eas ab eius 92) iurisdictione prorsus esse exemptas, cognouimus euidenter, ecclesias illas per priuilegia illa 93) Rom. Pont. 94) non esse ab episcopali iurisdictione subtractas, nisi forte vallis de Euescam 95) sit ille locus, qui fuit a duobus regibus *h*, Roe videlicet et Offa 96) libertate 97) donatus, et quem bonæ memoriæ Cœlestinus Papa 98) libertate donauit, sicut in ipsius priuilegiis continetur. Verum tanto tempore probantur per testes ab abbatibus de Euescam pleno iure possessæ, vt videatur 99) in eis ius episcopale legitime præscripsisse, nisi forte per tantum temporis 100) spatium 1) Vigornien. ecclesia interim vacauisset, vt tempore vacationis subducto, præscriptio minime sit completa. [*et infra*] Licet autem vtrinque sit in causa conclusum; quia tamen vtraque pars necessariam, vt asserit, probationem omisit: nos attendentes, quod vtraque ecclesia fungatur 2) iure minoris, æquitate pensata, vtramque restituimus contra reliquam, ad probandam rationem *i* omissam, ne alterutra pars 3) propter huiusmodi negligentiam graui iactura ledatur.

85) *Elyen et Rofenen.* C. H. habet. *Helyen. et Rofen.* L. *Elien. et Roren.* ed. ant.
86) *Et Rofen*, C. R. 1. legit. *et hefer.* C. R. 2. sed. c. 2. comp. cit. 3 *et Rofen.* habet.
87) *Attestationibus, instrumentis et allegationibus in causa, quæ etc.* legimus in cit. c.
88) Verbum: *vertitur*, non exstat in C. H.
89) *Vigorn.* C. R. legunt cum L. sed. in c. cit. est: *Wigornien.*
90) *Vesham*, C. R. 2. habet, sed H. legit [illegible] *Euesham*, vel potius *Euesham*, cum ed. ant. L. *Euesham.* denique c. cit. *Euesham.*
91) *Afferit*, secundum C. H.
92) In c. cit pro *ab eius*, legimus: *altera.*
93) Pron: *illa* abest a C. H. L. et cit c.
94) *Romanorum pontificum*, habet C. L.
95) *Euesham*, secundum C. H. in cit. c. est *Euesham* per tot.
96) Admodum hic variant Codices et editiones, nihil sani habentes. Veram lectionem restituit GONZALEZ *ad h. c. lit. e.* cum ALTESERRA attendens, legendum esse: *Coenredo et Offa.* De his regibus *Brittanniæ* agit MICHAELIS ALFORDIVS *in annal. eccles. Anglo-Saxon. tom. II. ad annum DCCIX*, attendique, hunc annum illustrem fuisse eo aduentu harum principum in vrbem. Caussa vero hic controuertitur de illa decantato discrimine inter *legem diœcesanam et iurisdictionem* ab HVGVTIONE condito, vt dictum est ad *c. 18. X. de offic. iud. ordin. nota 67.*
97) *Libertate*, legitur in C. L. et ed. ant. et hoc et subsequente linea.
98) *Papa p. ad. nostræ*, secundum C. H sed in c. cit. *G. Papa*, legimus.
99) *Videantur*, C. R 2. legit cum cit. c.
100) *Tanti temporis*, secundum C. R. 1.
1) Vocabulum: *spatium* non exstat in C. H. L. cit. c. et ed. ant.
2) *Fungitur*, C. R. legunt cum H. et L.
3) Dictio: *pars* in C L. et cit. c. omittitur.

a C. 1. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. Later. p. 29. c. 7.
b C. 1. eod. tit. in 3. compil.
c Vincen. al. Venassen. al. Nauacen.
d Abbates scilicet de Matee, et de Grumat.

e Ratrofen. al. Rofen. in plur. manusc. al. Taren
f C. 2 eod. tit. in 3. comp.
g Super quibusdam eccl. in valle de Euescam consist. al. Vesham.
h In vno manusc. ita: Q videlicet et I.
i allegationem suæ intentionis.

CAP.

CAP. IV.

Restitutio ex iusta caussa etiam maiori est concedenda; dummodo iusta caussa petendi probetur; si autem non probatur plene vel semiplene: conceditur restitutio in caussa fauorabili. H. d.

IDEM *Priori sanctæ Mariæ ad carceres, et I., canonico sanctæ Mariæ de Mandria* 4) a (ann. 1208.)

Ex literis b [*dil. f.*] abbatis de Caluens. 5) didicimus, quod, cum [*dil. f.*] Ramisane. et Grimol. 6) archipresbyteri 7) inter I. virum et L. 8) mulierem ex delegatione nostra 8*) sententiam diuortii protulissent, et appellat. interposita 9), c cognitionem sententiæ ipsi abbati et archipresbytero Paduano [*sublata cuiuslibet appellationis obst.*] duxerimus 10) committendam, [*archipresbyter ipse, qui non poterat his exsequendis interesse, commisit suo coniudici vices suas. Cumque abbas partibus peremtorium terminum assignasset;*] quia pars mulieris ad peremptorium terminum non accesserat 11); abbas ipse 12), cui alter coniudex commiserat vices suas, allegationibus [*viri*] diligenter inspectis 13) latam a iudicibus prædictis confirmauit sententiam. Sed post octo dies pater puellæ accedens ad ipsum, intellecto, quod sententiam protulisset, firmauit proprio iuramento, quod quidam ad eum 14) et filium eius accedens, fraudulenter sub ipsius abbatis nomine falsas ea 15) d litteras præsentauit, quibus mandabatur eidem, vt, quia iudex ad diem, quam assignauerat, venire non poterat, post octo dies a termino constituto, ipsius se conspectui præsentaret: et postmodum appellauit ad sedem apostolicam, et etiam supplicauit. Licet autem de fraude taliter perpetrata per huiusmodi iuramentum non constet 16) ad plenum: in fauorem tamen matrimonii de benignitate canonica contra fraudem propositam supplicationem mulieris 17) admisimus, et ad audientiam restituimus eam pro matrimonio postulantem. Ideoque [*discr. v. per A. S.*] mandamus, quatenus de caussa prioris appellationis ordine iudiciario cognoscentes, confirmetis vel infirmetis, sicut iustum fuerit, [*app. rem.*] sententiam a primis iudicibus promulgatam 18), [*facientes quod decreueritis etc.*]

4) *S. Mariæ de Vall.* C. n. 1. habet. *S. Mariæ de Mantua*, C. n. 2. et ed. ant. *de Mancia*, legunt C. H. et L. *de Mandria*, c. 3. comp. cit.
5) *Abbates S. Mariæ de Cauell.* C. n. 1. sed. *Abbas de Calo.* C. n. 2. in c. 3. comp. 3. cit. legimus: *abbatis de Caluena.* vel potius *Caluanensis.*
6) *Ramen. et Grimol'a*, C. n. 1 habet sed C. n. 2. *Ramfna. et Erenol.* H. *de Sarnica. et de Grimolia.* L. *Ramisan.* c. cit. *Ramasan.* ed. ant. Cont. et Pith. *Ramisana* pro *Grimol.* ed. ant. legit: *Ersnol.*
7) In ed. Pith. et Contii legitur *archiepiscopi.*
8) *Et I.* secundum C. H.
8*) *Nostram*, cit. c.
9) Aliter legimus in c. cit. scilicet: *et propter hoc fecisset ad nostram audientiam appellatum, ac nos sententiæ cognitionem ipsi et dilecto filio nostro archidiacono Paduano etc.*
10) *Duximus*, ed. ant.
11) *Accessit*, C. n. H. L. et c. cit.
12) *Abbas ille*, C. n. 2. In cit. c. desiderantur verba: *cui alter vices suas.*
13) *Dictis*, C. n. 1.
14) *Ad ipsum*, legit C. n. 1.
15) *Ei*, C. n. 1. H. et cit. c.
16) *Non constat*, habet C. L.
17) *In litteris*, habet ed. ant.
18) *Latam*, est in cit. c.

CAP. V.

Etiam contra sententiam Papæ restituitur ecclesia. Hoc primo. *Et caussa restitutionis in integrum debet, præsentibus partibus, tractari.* Hoc secundo. Hæc duo dicit quoad titulum.

IDEM *Episcopo et Capitulo f. Oscen.* 19) (ann. 1220. *Remm in Hispaniam*)

Tum 20) g ex literis [*bon. m. m.*] Cœlestini Papæ, prædecessoris nostri, tum ex his, quæ ipsius temporibus [*in præsentia vestra, frater episcope, et ven. fr. n. Ilerden. episcopi, apud sed. ap.*] gesta fuerunt, grauem b Ilerden. Ecclesiæ intelleximus quæstionem per sententiam [*felicis recordat.*] Eugenii Papæ [*prædec. nostri*] super ecclesiis [*de Barbastro, de Belsa, de Gistau. et de Alaur, cum pertinentiis earum*] prolatam, se læsam enormiter, ut olim et nunc etiam 21) conquerentis. Vnde cum idem Cœlest. [*p. n.*] tempore [*piæ record.*] Anastasii Papæ [*p. n.*] proximi successoris eiusdem Eugenii in minori adhuc officio constitutus, in partibus Hispaniæ legationis officio fungeretur, et 22) i ex delegatione ipsius cognoscere cœpit 23) de controuersia memorata, cui etiam Alexand. successor ipsius Anastasii, officio legationis denuo 24) in partibus eisdem fungenti, caussam commisit eandem, [*quam etiam fine debito terminasset, nisi ab eo fuisset ex parte Oscen. ecclesiæ prouocatum; quæ quidem omnia in suis litteris ipse et viua voce coram nobis et fratribus nostris est sæpius protestatus:*] idem quoque Cœlestinus 25) ad apicem summi Pontificatus promotus [*dil. fil. n.*]

19) *Oscens.* C. n. 1. recte, *Osenen.* C. n. 2. et ed. ant. male legunt. In c. 4. comp. cit. 3. legitur. *Oscen.* eidem corrupte.
20) *Cum*, C. n. 1. et ed. ant. habent.
21) Particula *etiam* non legitur in c. cit.
22) Copula *et*, a C. n. H. L. et cit. c. abest.
23) *Incepit*, C. H. habet.
24) Vocabulum: *denuo* abest a C. H.
25) *Cœlestinus*, omittitur in cit. c.

G. 26) sancti Angeli diacon. cardin. 27) tunc apostol. sed. leg. 29) dictam controuersiam sub eo tenore commisit 30), vt, inspectis Ilerden. ecclesiæ priuilegiis, auditis etiam partium k rationibus [*et allegationibus,*] memorata sententia non obstante, [*vel quibuscumque rescriptis, tum occasione illius sententiæ, quam alio modo in præiudicium iuris Ilerden. ecclesiæ, quondam a sede ap. vel a quocumque impetratis, omni contradictione et app. cessantibus, tam super principali, quam super incidenti quæstione remotis,*] definitiuam proferret sententiam, eamque [*sine difficultate qualibet exsequutioni mandando*] faceret [*per censur. ecclesi. firmiter*] obseruari. Verum quoniam per ipsum legatum, aut per alios 31), quibus sub eodem tenore caussa eadem commissa extitit, licet producti testes ex parte Ilerden. episcopi recepti fuerant 32), mandatum [*tamen*] apostol. [*in hac parte*] non extitit adimpletum, [*dil. f.*] magister A. canonicus Ilerden. [*ad præsentiam nostram accedens, præmissam querelam nomine Ilerden. replicauit, obnixe deposcens,*] (postulauit) per officium nostrum [*iam*] dictam sententiam in melius reformari, et contra eam restitui ecclesiam Ilerden. Nos igitur cum fratribus nostris et aliis [*viris prudentibus et in utroque iure peritis canonico videlicet et ciuili super ipsa supp.*] deliberauimus diligenter, nonnullis [*firmiter*] asserentibus, quod, cum prædictus C. 33) l præd. nost. contra iam dictam sententiam visus fuerit Ilerden. ecclesiæ restitutionis beneficium indulsisse, cum 34) ea non obstante, duxerit negotium committendum, et nos supplicationem eiusdem 35) ecclesiæ admittere debebamus 36) m: præsertim quia 37) [*in hac canonica et ciuilia iura pariter concordarunt. Nam et per statuta canonica*] sententia 38) Roman. sedis 39) non negatur posse in melius commutari; cum aut 40) surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum et temporum 41) seu grauium necessitatum dispensatiue 42) quicquam ordinare 43) decreuit 44), et secundum iura ciuilia principes etiam contra res bis iudicatas in auditorio suo examinari restitutionem in integrum permiserunt. Perspeximus 45) quoque ex data sententiæ 46) in registro dicti Eugenii Papæ [*p. n.*] repertæ 47), quod [*sententia illa*] primo mense sui pontificatus fuerit promulgata: quando non plene de meritis ipsius caussæ [*fuisse*] videbatur instructus, illa nitens præcipue ratione, quod priuilegium Vrbani secundi ex parte vestra 48) productum, subiectum 49) fuerat 50) falsitati, cuius tenorem nos in registro ipsius [*subtiliter intuendo integrum*] inuenimus [*et penitus*] incorruptum. [*Ceterum licet iura Ilerden. eccles. illæsa seruare velimus; quia tamen et ecclesiam in sua volumus iustitia confouere:*] tandem deliberatio nostra in hoc resedit 51) vt, an data sit restitutio, an danda contra præmissam sententiam, partibus præsentibus, determinetur, quarum assertione merita caussarum panduntur 52) [*iuxta legitimas sanctiones, vt, cum nihil de contingentibus omiserimus, utraque partium habeat, quod nobis merito valeat imputare.*] Quocirca [*discr. v. per A. S.*] mandamus, quatenus vsque ad festum B. Lucæ 53), [*proxime venturum*] vel in propriis personis, vel per [*sufficientem et*] idoneum responsalem nostro vos conspectui præsentetis, quod [*ante*] dicta sententia retractari non debeat, si poteritis, ostensuri: vel, si forte 54), exigente iustitia, fuerit retractanda, vel 55) per vos, vel per responsalem idoneum 56) appareatis 57) n sufficienter instructi, vt in principali negotio canonice procedatur, pro certo scituri, quod, cum [*finem litibus imponere cupiamus, et in quæstione præmissa*] propter multam locorum distantiam non possit ad nos sine magnis laboribus et expensis sæpius haberi recursus, si ad præmissum terminum, quem vobis peremtorium

26) *G.* non adest in c. cit.
27) *Et cardinalis*, habet ed. ant.
29) *Apostolicæ sedis legato*, legitur in C. L.
30) *Commisit*, est in cit. c.
31) *Per Tyrason. Oscen. et Calagurritan. episcopos* legimus in cit. c.
32) *Fuerint*, C. n. 1. H. et L. legunt: sed cit. c. habet: *fuissent fuerint.*
33) *Iam dictus C.* habet cit. c. sed loco *C.* in C. H. et L. est *Cœlestinus.*
34) *Tamen*, habet ed. ant.
35) Pron.: *eiusdem* desideratur in C. H.
36) *Debemus*, legitur in C. H.
37) *Præsertim cum*, cit. c.
38) *Sententiam*, C. H.
39) *Romani pontificis*, C. n. 2.
40) *Autem*, est in cit. c.
41) *Aut temporum*, C. H.
42) *Dispensatione*, C. H.
43) *Quiddam ordinare*, cit. c.
44) Verba hæc depromsit INNOCENTIVS III. ex c. 6. C. XXXV. q. 9 vbi NICOLAVS I. totam hanc sententiam protulit, vnde eam hic repetiit pontifex, vt optimus decretista. Præterea, vt optimus ciuilista, idem probat ex l. 18. §. 2. de minor. quarum verba, quibus prouocat ad ius ciuile, pertinent.
45) *Prospeximus* habet C. H.
46) *Sententia*, ed. ant.
47) *Reperta*, C. H. habet cum ed. ant.
48) *Ex parte altera*, C. n. 1. habet; sed H. et L. *a parte vestra*, denique *ab altera parte*, cit. c.
49) *Suggestum*, C. n. 2. legit: L. habet: *suggestum fuerit.*
50) *Fuerit*, C. H. legit cum cit. c.
51) *Recedit*, perperam legitur in cit. c.
52) *Pandantur*, est in cit. c.
53) *Beati Lucæ*, habent C. L. et ed. ant. sed in c. cit. legimus: *Beata Lucia.*
54) *Forsitan*, C. L. et c. cit.
55) Particula *vel*, in cit. c. non exstat.
56) *Responsalem eundem*, C. n. habent cum H. et cit. c.
57) *Comparentis*, C. n. 2. habet.

a *Al.* Mantera *al.* Mantua. b *C.* 1. eod. tit. in 3. comp. c Interposita ad nos, etc. d ei. e eisdem f Oscen. *al.* Oscenens. g Capit. 4. eod. titul. in 3. compilat. h *Vide* Ioannem *Vasæum in Annal. Hispaniæ*, cap. 20. i *non exstat in antiqu. diction.* et.

k *Id est*, rationes et alleg. l Papa, m debeamus. n comparentia. assigna.

assignamus, iniuncta vobis 58) contempseritis adimplere: nos nihilominus in ipso 59) negotio, quantum de iure poterimus, procedemus. [*Miramur autem non modicum et movemur, quod confirmationem eiusdem sententiæ, et revocationem omnium, quæ sæpe dictus præd. n. C. egit pro ecclesia Ilerden. tanquam subrepta faciat, tu, frater episcope, diceris impetrasse: cum vix de ipso possimus suspicari, ut contra scripturas et assertiones suas, quas frequenter coram nobis et aliis fratribus nostris viva voce proposuit, subito venerit, nisi fuerit circumventus.*]

58) Pronom. *vobis* in C. R. 1. H. et c. cit. omittitur.
59) Pron. *ipso* non exstat in C. H.

CAP. VI.

Petitio restitutionis in integrum contra sententiam suspendit regulariter exsequutionem sententiæ in eventu istius caussæ restitutionis; fallit, si contra petentem restitutionem est præsumptio malitiæ, quod caussa differendæ exsequutionem hoc petat: quo casu exsequutio fit, præstita cautione de restituendo, si petens restitutionem obtinebit in caussa. H. d. secundum mentem iunctæ gloss. pen. et in hoc ultimo est iste textus valde singularis respectu utriusque iuris.

IDEM INNOC. III. (*ann.* 1211. *Roma in Hispaniam.*)

Suscitata[a] super diversis articulis inter [*vener. fr. n.*] Burgens. episcopum et Ouien. 60) monasterium quæstione: [*et infr.*] Nos [*igitur, auditis et*] intellectis, quæ utraque pars proposuit coram nobis super quatuor articulis prænotatis 61) monasterium Ouien. 62) [*de consilio fr. n.*] iustitia condemnavimus exigente. Sententia vero lata, procurator monasterii 63) ad probandam præscriptionem factam 64), tam super quatuor articulis prænotatis, quam etiam super quibusdam decimis per transactionem acquisitis 65) [*a monasterio, ecclesiis et colonis ipsius ex parte petitis, quando controversiam volebamus sententiæ calculo terminare, et in qua fuerat coram iudicibus supra dictis conclusum,*] restitutionem in integrum nomine monasterii postulavit. [*Et cum super hoc coram nobis fuisset aliquamdiu litigatum: nos, deliberatione præhabita, restitutionem in integrum ad præscriptionem probandam tam super quatuor articulis prænotatis,*] quam [*etiam super controversia decimarum procuratori*] eidem [*nomine monasterii*] duximus indulgendam. [*et infra.*]

Ne vero per 65*) excogitatam malitiam, sicut ex præsumptionibus 66) pluribus videbatur, effectum 67) sententiæ in damnum episcopi contingeret impediri, neve monasterium per exsequutionem sententiæ propter diversas 68) suspiciones incurreret detrimentum: nos, æquitate pensata, iure duximus 69) providendum, ut ante omnia supradicta sententia exsequutioni mandetur. Volumus nihilominus et mandamus, ut[b] ab ipso episcopo recipiatis 70) idoneam cautionem: quod, si monasterium in caussa ipsa [*per sententiam*] prævaluerit, universa, quæ medio tempore sententiæ ipsius occasione perceperit, monasterio restituat memorato.

60) *Oniæ.* C. e. H. et L. sed ed. ant. legit: *Oniense.* et c. 4. comp. 1. h. t. *Onien.* per totum.
61) *Præmissis*, est in cit. c.
62) *Oniense*, C. R. 2. sed C. R. 1. habet: *Onien.* et H. legit: *Omen.* Rectius: *Oniense.*
63) *Præfatus*, legitur in cit. c. loco *monasterii.*
64) Vox: *factam*, non exstat in C. H. L. ed. ant. et cit. c.
65) Post vocem: *acquisitis* C. L. habet: *et infra.*
65*) *Propter*, legit C. H.
66) Habet alias restitutio in integrum petita effectum suspensivum, ut pendente desuper cognitione, nihil innovandum sit secundum *tit. C. in integr. restit. petita nihil innovari*: pontifex tamen hunc effectum tunc denegandum esse censuit restitutioni, si præsumtiones contra eandem militant.
67) *Officium*, est in cit. c.
68) *Ipsas*, legitur ibid.
69) In c. cit. vox: *iure*, omittitur, et deinde legitur: *dinimus.*
70) *Nihilominus ante recipiatis*, habet ed. ant.

CAP. VII.

Post peremtorium non auditur ecclesia de iure communi: auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum.

HONORIUS III. *Archiep. et Capitulo* 71) *Bracar.* 72) (*ann.* 1220. *Roma in Hispan.*)

Coram felicis mem. I. Papa præd. n. 73) lite inter [*ven. fr. n.*] archiepiscopum Toletan. 74) et te, frater archiepiscope, super primatia sollemniter contestata, fuit peremptorius terminus assignatus: [*et infra.*]

Verum, elapso termino constituto, post exspectationem non modicam comparuerunt procuratores vestri 75): sed, quia [*ut dicebant,*] non attulerant 76) depositiones testium et alia munimenta, dilationem cum instantia postularunt. Postquam vero contra[c] eos 77) interloquuti fuimus super dilatione petita: tandem indulgeri ecclesiæ Bracaren. dilationem propter instructionem caussæ, per auxilium restitutionis in integrum postularunt, exhibentes super hoc ex parte vestra 78) speciale mandatum. Nos autem [*de fr. n. consilio*] usque ad octaves pentecostes 79 [*proxime futuras*] per restitutionis beneficium id vobis duximus indulgendum.[d]

71) Verba: *et capitulo*, non exstat in c. 1. comp. 5. h. t.
72) *Bracharen.* C. H. legit cum L.
73) *Innocentio papa prædecessore nostro*, legitur in C. L.
74) *Toletanum*, habet id. C.
75) Cit. c. ita variat: *dilectis magister scholarum et magister D. canonici Bracaren. Visitans nobis litteras præsentantes, quibus eos esse procuratores vestros in caussa prædicta, ita, quod in solidum uterque apparebat. Sed etc.*
76) *Non attulerant*, legit ed. ant.
77) *Inter eos*, legunt C. R. Hæc autem verba plene absunt a C. H. L. et ed. ant.
78) *Nostra*, legitur in cit. c.
79) *Ad octavam pentecostes*, legit. C. L.

CAP. VIII.

Restituitur minor in eo, quod contraxit vel omisit, si probat exinde se læsum, et fit intra tempora restitutionis petendæ.

GREGORIUS IX. (*ann.* 1230. *Romæ.*)

Constitutus in nostra præsentia magister Guil. pro se ac fratre suo I. 80) canonico Partosinen. 81)[e], exhibita nobis petitione, monstravit, quod[f] eis 82) in minori constitutis ætate, ac eorum matre, cuius successores existunt, rebus humanis exempta, quondam G. pater ipsorum quasdam possessiones utrique communes quibusdam vendidit pro quadam pecuniæ quantitate, ac, ut huiusmodi 83) venditio robur firmitatis haberet, emancipavit eosdem[g], et fecit eos contractui consentire. Quare supplicavit, ut vel venditionem eandem mandaremus nuntiari nullam, vel, cum adhuc existant intra tempus ad obtinendum beneficium in integrum restitutionis indultum, et intra annum et diem 84) a tempore 85) contractus, ipsis tanquam proximioribus competeret super alia 86) portione ius offerendi emptoribus pretium, iuxta municipii Perrotinen. 87) consuetudinem 88) approbatam, quod hactenus omiserunt, dignaremur eis super utroque, cum in hoc non modicum læsi noscantur, et emptoribus portionis eiusdem, vel eorum successoribus pretium sint offerre parati, per idem beneficium subvenire. Quocirca mandamus, quatenus, si præmissa inveneritis veritate subnixa, vel venditionem prædictam, quoad partem ex successione materna ipsos contingentem, nullam nuntiare curetis, si in ea debita iuris sollemnitas est omissa, vel si forsitan intervenerit 89), et eos læsos esse constiterit, tam super ea, quam super residua portione: dum tamen, quod offerunt, duxerint faciendum[h], auctoritate nostra in integrum restituere studeatis.

80) *In*, C. R. 1.
81) *Paronn.* habet C. R. 1. sed *Paronen.* C. R. 2. *Perronen.* H. legit, L. *Parrorofi*, et ed. ant. *Parrosiens.* per totum.
82) Quod *cum eis*, C. R. 2. habet cum ed. ant.
83) *Eius*, secundum C. H.
84) *Vel diem*, legit C. L.
85) Verba: *a tempore*, non exstant in C. H.
86) *Super illa*, habet ed. Pith.
87) *Paronæ.* C. R. 1 legit. *Parom.* secundum C. R. 2. *Perronen.* H. habet.
88) Refertur hic *retractus gentilitius*, consuetudine Gallorum, Germanorum aliorumque populorum introductus, intra annum exercendus, et in ipsa ratione *bonorum hereditariorum*, seu *avitorum* fundatus. Quæ, quia regulariter alienari non poterant, hanc semel legem acceperunt, ut, ubi ex *necessitate* alienata fuissent, proximioribus *iure retractus* competerent, quo in gente venditoris manerent, vel ad illam reverterentur. Hoc vero modo bona a proximiori revocata, non noviter acquisitis accensenda, sed naturam *antiquorum bonorum* retinent. Quare non improbabilis est coniectura ALTESERRÆ *de ducib. libr. II. c. 3.* existimantis, consuetudinem *municipii Paronensis*, quod in *pago Veromanduorum*, populi Gallici, fuit, intelligendam esse. quamvis hoc GONZAL. *ad c. h.* vel inde in dubium vocet, quod in ipso municipio ecclesia cathedralis defuerit, et tamen pontifex in præsenti capitulo *canonicos* memoret. Etenim canonici regulares in monasterio vel in collegiata *seculares* esse potuerunt, et vix admitti potest, *Perusiam* in Etruria hic intelligi, quod de consuetudine *Germanorum et Gallorum*, non *Italiæ* agatur.
89) *Intervenit*, legit C. L.

CAP. IX.

Restitutio in integrum postulanda est ab ordinario, administrationem habente, vel a delegato ab eo: sive hæc caussa sit specialiter delegata, sive incidat in caussa generaliter sibi commissa. Ab ordinario vero administrationem non habente, vel a delegato peti non debet: nisi veniat incidenter in caussa. Arbiter autem de caussa restitutionum non cognoscit, nec potest assumi in maioribus caussis.

IDEM. (*Romæ.*)

Caussæ restitutionis in integrum, coram iudicibus ordinariis 90) ad-

90) Revera nihil aliud egit pontifex, quam ut *l. 3. C. ubi et apud quem cognitio in int. restit. agit.* explicet, et ad iura ecclesiastica applicet, magis tamen secundum antiquorum interpretum, quam veram eius mentem, ut DUARENUS *ad cit. tit.* argumento *de restit. in integr.* insertum, in f. censet atque: *hac constitutio iuris pontificii hausta est ex fæce commentariorum iuris civilis, ut sunt multa alia in iure pontificio.* Sensus *cit. l.* simplicissimus est, restituere posse tantum magistratus maiores, qui *imperium augustius* habent, ad quod restitutio relata fuit, et qui ab his delegati erant, h. e. quibus mandata erat iurisdictio. Tales *magistratus maiores* dicebantur *administratores reip.* in oppositione magistratuum minorum, in municipiis, quibus *imperium tale* negatum fuit. Non ergo restituere poterant *arbitri*, nec *iudices pedanei*, qui non *propriam iurisdictionem*, sed tantum *notionem* habebant, seu *iudicandi facultatem*: cum tamen restitutio esset actus *iurisdictionis maiori imperio munitæ.* Palam est, verba *cit. l. 3. qui propriam iurisdictionem non habent*, sese referre non ad eos, qui dederant, sed ad iudices datus pedaneos, qui *notionem tantum* accipiebant. Sed pontifex sequutus doctrinam veterum interpretum verba hæc retulit ad magistratus, qui delegarunt, inquiens: *delegato vero ab ordinariis, qui* admi-

[a] *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* [b] *al.* quatenus. [c] inter eos.

[d] *Vid. l. si quando, et ibi. Barc. C. de dilat.* [e] Paronen. *al.* Patenens. [f] *Hic in vulgat. habetur dictum, cum, quam nec series orationis admittit, nec habent manusc.* [g] *Infero, quod qualitas clericatus et canonicatus non liberat quem a patria potestate, sed sola episcopalis, cunc. in auth. qua dign. §. palam et auth. dignitas. C. de episc. et cler.* [h] *In vno antiquo:* ipsos auctoritate nostra

mini-

ministrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari poterit et finiri *a*, siue hoc ipsis delegatis specialiter 91) demandatum fuerit, siue in 92) *b* commisso eis negotio contingat incidere huiusmodi quæstionem. Delegati vero ab ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantummodo facultatem iudicandi, seu arbitri de hac caussa cognoscere nequeunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter: in matrimoniali quoque caussa, liberali vel criminali, cum maiores iudices exigant, arbiter nequit assumi.

administrationem non habent sed tantummodo facultatem iudicandi, quales vero hi sint, non satis innuit. Addit tamen limitationem: *nisi coram eis fuerit mota incidenter*, a mente IVSTINIANI alienam. Hic enim *in §. cit. l. 3.* restituendi facultatem magistratibus maioribus eorumque mandatariis seu delegatis concedit, siue hoc specialiter eis mandatum vel generaliter sint iudices dati per *mandatam iurisdictionem* generaliter factam, vel in aliis speciebus inciderit quæstio restitutionis, ita, vt tum *principaliter*, tum *incidenter*, de ea cognoscere queant: id quod ad iudices pedaneos trahi non poterat.

91) *Ab eis specialiter*, C. R. 1.
92) præpos. *in*, desideratur in C. R. H. L. et ed. ant.

CAP. X.

Restitutio denegata ecclesiæ, vlterius sibi non conceditur, nisi ex noua caussa: restituitur tamen ad appellandum a sententia denegationis.

IDEM. (*Romæ.*)

Beneficio restitutionis in integrum ecclesiæ tuæ in alio iudicio denegato 93), restitutio, præterquam ad appellationem omissam, videtur eidem ecclesiæ posse denegari 94): nisi nouis defensionibus ad huiusmodi sit beneficium admittenda.

93) Traditur hic breuis synopsis ex tribus legibus *Cod. si sæpius restit. in integr. postul.* quia vbique pontifices doctrinas iuris ciuilis immiscuerunt, vt hi, qui *iuri canonico* seculo XIII. operam dederunt, non potuerint non *iuri ciuili* quoque operam dare, ad illud recte intelligendum, eoo non tantum ex hactenus dictis liquet, sed *in seqq.* plenius declarabitur. Inde vero simul perspicuum est, iam seculo XIII. cum introductione *decretalium* in Germaniam simul *ius Romanum* introductum iam fuisse, quod diplomata restantur.
94) *Negari*, legunt C. R. H. L. et ed. ant.

In Codice Reg. 2. post Cap. X. adhuc aliud subiicitur, quod non est in impressis, nec in aliis manuscriptis.

IDEM.

Ecclesia, quæ ad retractandam sententiam, vel contractum per beneficium restitutionis in integrum postulat se admitti, si quadriennii spatium post sit elapsum, et negligenter omiserit, non est ad beneficium huiusmodi admittenda: nisi præuaricationis vel fraudis super hoc interuenisse comprobetur manifeste commentum.

TITVLVS XLII.
DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSSA FACTA.

CAP. I.

Is, in quem facta est alienatio rei caussa mutandi iudicii, conuenitur per rescriptum impetratum contra alienantem.

ALEXANDER III. *Dulmen.* c *episc.* 95) (*ann.* 1180. *Romæ in Daniam.*)

Ex quorundam *d* [*certa*] relatione audiuimus 96), quod, cum aliqui [*viri ecclesiastici de prouincia vestra de prosequenda sua iustitia*] litteras a nobis commissionis impetrant 97), aduersarii [*eorum*], vt 98) mandatum nostrum eludant, antequam litteræ [*nostræ*] ad iudicem 99) perueniant, vel etiam postea 100), priusquam [*illi*] citentur 1) ab eis 2), in vocem appellationis prorumpunt, [*aut commutationem facientes aliquos in possessionem eorum, de quibus controuersia vertuntur, malitiose inducunt: quoniam huiusmodi calliditates et versutiæ suis non debent in aliquo fraudatoribus suffragari, et*] nos contra prædictam calliditatem et versutiam [*pastorali sollicitudine*] prouidere volentes [*d. v. per. A. S. præt.*] mandamus, quatenus, si aduersarii eorum 3) [*inter quos et ipsum super ecclesiæ caussa controuersia est actitata,*] pro euacuando nostro mandato taliter 4) appellauerint, aut de possessione, de qua controuersia vertitur 5), commutationem fecerint 6) *e*, vel se malitiose duxerint absentandos 7), eos, qui in [*prædictam*] possessionem 8) se ingesserint 9), appell. cess. cogatis sub vestro examine iuris æquitati parere.

95) verba Inscriptionis: *Dulmen. episcopo* non extant in C. H. L. et ed. ant. quæ præterea vitiosa sunt. Etenim apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. concil. p.* 1248. *c.* 5. vera inscriptio est: *Alexander, III. archiepiscopo Rotomagensi.*
96) *Cognouimus*, habet C. L.
97) *Impetrent*, est in c. 1. comp. 1. h. t.
98) *Eorum*, et, legunt C. H. et L.
99) *Ad iudices*, C. R. L. c. cit. ed. ant. et gloss.
100) Pro his verbis legimus in c. cit. *litteris a iudicibus receptis.*
1) *Citentur*, habet ed. ant.
2) *A iudicibus*, cit. c.
3) *Eius*, est in eod. c.
4) *Supra dicto modo*, legitur ibid.
5) Loco verborum huius totius commatis tantum legimus in cit. c. *qualibet.*
6) *Fecerunt*, legitur in C. L.
7) *Absentauerint*, est simpliciter in cit. c.
8) *In possessione*, C. H. 2. ed. ant. Cont. Pith. et Gloss. habent.
9) *Malitiose ingesserint*, habet C. R. 1. sed C. R. 2. ed. ant. Pith. et Cont. *ingesserunt.*

CAP. II.

Clericus caussa mutandi iudicium, non debet recipere cessionem a laico.

GREGORIUS IX. *Abbati* 10) *S. Nicolai, et decano Furnen.* 11) f *Morinen.* 12) *diœces.* (*ann.* 1230. *Romæ in Galliam.*)

Ex parte scabinorum g Hipretis 13) *h* fuit propositum, quod inter laicos eiusdem loci quæstionibus emergentibus dirimendis per iudicium seculare, quidam clerici sibi dono vel pretio ab aliquibus laicorum ipsorum cedi faciunt actiones, vt aduersarios ad ecclesiasticum forum trahant 14), et prædam ex huiusmodi commercio assequantur. [*et infra.*] Cum igitur cessiones et emptiones litium legitimæ prohibeant sanctiones, ita, quod iactura caussæ afficiant illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter aduocare præsumunt; et ex eo sint etiam odiosæ, quod ex fonte cupiditatis videntur procedere: mandamus, quatenus clericos memoratos a præsumptione huiusmodi per cens. eccl. compescatis.

10) *Abbatibus*, C. R. 2.
11) *Et decano fratrum*, C. R. 1. *et decano Pharea* C. R. 2. legit. ed. ant. et Cont. *Farea* C. L. *Fuspeap* ed. Pith. *Furnen.*
12) *Moriacen.* C. R. 2. habet, L. vero et ed. Pith. *Morien.* vel potius *Morinensi.*
13) *Cypre.* legunt male C. R. sed H. et ed. ant. legunt: *Ypreti*, et C. L. habet *Yperis*, cui voci manus recentior inscripsit: *Sancti* cum tamen de loco hic textus loquatur, et *Hipres* sit Flandriæ oppidum.
14) Hic abusus eo tempore in multis locis irrepserat, vt actores, maxime *clerici*, caussas ciuiles ad iudicem ecclesiasticum sub eo traherent colore, quod in foro seculari iustitia vel retardaretur, vel denegaretur: quem in finem agere volentes in foro ecclesiastico sese offerebant ad *iuramentum perhorrescentiæ*. De hoc abusu grauiter conquesti sunt status imperii in *centum grauaminibus*, oratori pontificio in comitiis oblatis.

TITVLVS XLIII.
DE ARBITRIS.

CAP. I.

Arbitri sunt in dispari numero assumendi, et, eis discordantibus, statur sententiæ maioris partis.

Ex concilio African. 14*) i (*ann.* 418.)

Sane k [*si episcopi, inter quos caussa versatur, diuersarum sunt prouinciarum: ille, primas, det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contenditur.*] Si autem ex communi placito episcoporum 15), inter quos caussa versatur, arbitros 16) elegerint; aut vnus eligatur, aut tres: vt, si 17) tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum *l*.

14*) De hoc canone actum est ad *c.* 15. *C. XVI. qu.* 3. *not.* 83. vbi verba, hunc textum præcedentia, referuntur.
15) Hæc vox cum sequentibus: *inter quos caussa versatur*, non extat in c. 4. comp. 1. de foro comp.
16) Loco dictionis: *arbitros*, habet cit. c. *vicinos iudices.*
17) *Et si*, C. H. legit.

CAP. II.

Nullum est arbitrium seu arbitramentum continens peccatum per partes non remissibile.

ALEXANDER III. *Eboracen. archiepisc.* 18) (*ann.* 1160. *Romæ in Angliam.*)

Non sine multa necessitate *m* [*et discrimine corporis sui*] A. presbyter [*præsentium lator ad sed. ap. fatigatus multiplici*] nobis 19) [*querela*] proposuit 20), quod, cum in ecclesia sancti Alphridi 21) [*de N.*] per manum R. archidiac. [*et canonici*] de Sussa 22) personæ illius 23) ecclesiæ *n* capellanus institutus fuisset, [*et*] eodem R. mortuo, M. nepos eius, qui sibi in ecclesia iam dicta 24) successit, eundem presbyte-

18) *Eleito arch.* C R. 2.
19) *Coram nobis*, C. R. 1.
20) *Exposuit.* C. R. 2.
21) *Afri*, in C. R. 1. legitur; sed *Alfredi*, in C. R. 2. L. habet. *Afredi* et c. 1. comp. 2. h. t. *S. Alfidi.*
22) *Salle*, C. R. 1. sed C. R. 2. cum cit. c. et L. habet: *Suelle.*
23) *Ipsius*, C. R. habet cum L. et c. cit. sed ed. ant. omittit vocem: *ecclesia.*
24) Vocabulum: *dicta* abest a C. H.

a *Vide l. fin. et ibi* [illegible] *C. vbi et apud quem.* b *Dictio*, in, *non extat.* c *vt cap.* 14. *de app. in* 1. *compil. al.* Landensi. d *Cap.* 1. *eod. tit.* 1. *comp. et post Concil. Lateran. sub Alexandro III.* 49. *a.* 5.

e *Vide fin. cum gloss. C. de litig.* f *Al.* Taren. *ord. Præmonstr.* g *Scabinos vocant Belgæ et alii populi, senatores seu oppidorum magistratus.* h Hipreti. i *Conc. Afric.* 88. *concil. Mileuit. c.* 24 *Burch. libr.* 1. *de rit. c.* 68. *Ivo p.* 5. *c.* 176. k *cap.* 4. *De for. comp. in* 1. *compil.* l *Vide l. item si vnus. et l. si in tres. ff. eod* m *cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* n *Vox*, ecclesiæ, *non extat in aliquot vet.*

rum [*ad maiorem securitatem*] capellanum ibidem 25) iterum 26) ordinauit, [*qui eam temporibus XXX. annis et vltra capellaniam eiusdem ecclesiæ pacifice se asserit tenuisse. Tandem vero idem M. ab eadem ecclesia volens ipsum presbyterum remouere, in eum cœpit indebitas exactiones exercere; et quidam eius homo circa domum suam egressus, violentas manus in eum iniecit: et ipse idem M. visus est eum circumuenire, vt pro quinque marchis argenti, quas etiam idem M. ei promittebat annuatim nomine pensionis soluturum, prædictæ capellaniæ cedere non differret. Præfato vero presbytero nolente eius exsequi voluntatem, M. prædictus tantum dicitur fecisse, quod post multas iniurias et grauamina sibi illata, occupatis omnibus aliis rebus, ab officio et beneficio est spoliatus.*] Cum autem idem presbyter [*per te adhuc*] extra prouinciam [*tuam*] exsulans, de suo beneficio non posset iustitiam obtinere, [*tandemque, sicut asserit, multis necessitatibus arctabatur,*] nec suam vlterius inopiam [*potuit*] sustinere: per dolum et fraudem ipsius M. ab eo 27) est sacramentum extortum, vt arbitrium clericorum duorum exinde susciperet et seruaret. [*Iidem vero clerici, voluntatem eius assequenti, et*] iam dicto M. fauentes *a* [*eidem*] presbytero præceperunt, vt quinque marchas 28) ab eodem 29) [*tantum*] susciperet, et toti cederet quæstioni. Quoniam igitur non decet te 30) aliquatenus sustinere 31), vt 32) quod perperam arbitrati sunt, debeat incorrectum relinqui: [*fratern. t. per A. S.*] mandamus, quatenus [*præfatos clericos moneas studiosius et inducas, vt,*] si se 33) cognouerint (præfati clerici) [*in hac parte*] tam nequiter arbitratos fuisse 34), [*iam*] dictum presbyterum ab obseruantia iuramenti auctoritate nostra prorsus absoluas, vel, si 35) arbitrium ipsum nouaria æquitate 36) subnixum, ad obseruantiam 37) ipsius vtramque partem, app. cessante 38), compellas.

25) Partic: *ibidem* non adest in cit. e.
26) Vox: *iterum* non exstat in C. H. sed ed. ant. pro ea legit: *auctrim.*
27) *Ab eodem*, C. R. 1.
28) *Marchas argenti*, ibidem.
29) *Pro eodem*, habent Pithœi cum Contio.
30) Pronomen: *te*, in C. R. H. L. et ed. ant. omittitur.
31) *Sustineri*, secundum C. H.
32) *Vel*, legit ed. ant. loco *vt*.
33) *Vt, si se*, C. R. 1. legit.
34) Vox. *fuisse*, in C. R. L. et ed. ant. non exstat.
35) Ipse tenor horum verborum sontium in *a.* cit. est hic: *aut, si arbitrium ipsum in iustitia noueris et veritate obnixum, vtramque partem, appell. remota, stare arbitrio compellas.*
36) *Æquitati*, C. R. 2.
37) *Obseruationem*, C. R. 1. et H.
38) *Remota*, legunt C. R. 1. et L.

CAP. III.

Arbiter assumptus in patrimoniali caussa clerici, non potest adiudicare rem ecclesiæ possidendam, etiam ad vitam clerici. Hoc dicit, et est casus notabilis.

IDEM *Exoniensi episc.* 39) (*ann. 1160. Roma in Angliam.*)

Peruenit *b* ad nos, quod, cum [*W. clericus de Calestin in minori esset ætate constitutus*] G. de Cal. 40) sororem [*eiusdem W.*] clerici duxisset 41) in 42) vxorem, [*et*] (idem G.) fidei interpositione firmauit, quod 43) V. solidos sterlingorum annuatim daret 44) eidem. Vnde, cum [*postea*] super eisdem V. solidis inter ipsos 45) controuersia mota fuisset, in quatuor compromissum personas 46), quæ [*vtique inter se*] taliter arbitratæ fuerunt 47), quod idem G. 48) decimas [*proprias, et rusticorum suorum,*] quas in parœcia 49) de Cal. præfatus G. 50) habere dignoscitur, pro V. prætaxatis solidis perciperet annuatim 51). Vnde quoniam huiusmodi arbitrium ecclesiæ posset in posterum 52) perniciosum existere [*nec memoratus W. aut personæ illæ, in quibus compromissum fuerat, id vllatenus in ecclesiæ damnum facere debuissent: fr. t. per A. S.*] mandamus, quatenus [*rei veritatem diligenter inquiras, et,*] si ita inueneris, prænominatum 53) G. diligenter commoneas 54), et ecclesiast. district. *c* compellas, vt [*ecclesiæ, cuius est parochianus,*] prælibatas decimas [*omni occasione et opp. rem.*] libere omnino 55) dimittat, nec sibi 56) occasione huiusmodi 57) aliquid vlterius vendicare præsumat. Clericum vero [*supra dictum*] moneas, vt cum eodem G. 57*) amicabiliter [*pacificeque*] studeat conuenire.

39) Verba: *Exoniensi episcopo*, desunt in C. H. L. et ed. ant.
40) *De Cal.* C. R. 2. legit; sed C. R. 1. habet: *de tali loco*, et L. *de Calis.*
41) *Duxit*, est in c. 2. comp. cit. 2.
42) Prap. *in*, non exstat in C. H. et L.
43) *Quod quinque*, habet C. L. cum cit. c.
44) *Donaret*, est in cit. c.
45) *Inter ipsum clericum et iam dictum G.* cit. c.
46) *Personæ*, est ibid.
47) *Fuerunt*, legit C. L. sed c. cit. habet: *sunt.*
48) *Præfatus G.* c. cit.
49) *Parochia*, C. H. legit cum L. et cit. c.
50) verba: *præfatus G.* non exstant in cit. c.
51) *Singulis annis*, habet cit. c.
52) Ne forsan maritus, qui clerici sororem duxerat, post mortem huius clerici decimas retinere tentaret in præiudicium ecclesiæ et futuri successoris. De cetero cessio decimarum *ad vitam* a clerico facilius sustineri potuisset, si debita præcautione facta fuisset.
53) *Præfatum*, secundum C. H.
54) *Moneas*, habet C. L. sed *admoneas*, est in cit. c.
55) *Prorsus*, est in cit. c.
56) *Nec sub huiusmodi occasione*, legit C. L.
57) *Occasione huiusmodi*, non legimus in cit. c.
57*) Littera *G*, non exstat in C. H.

CAP. IV.

In mulierem singularem, tanquam in arbitratricem, compromitti non potest: secus si mulier habet aliter iurisdictionem de iure communi vel consuetudine. Nam tunc etiam super rebus temporalibus ecclesiæ potest in eam valide compromitti. H. d. clara.

INNOCENTIUS III. *Cancellario* 58) *et magistro Loth.* 59) *canonico Parisiens.* 60) (*ann. 1204. Roma in Galliam.*)

Dilecti filii abbas *d* et conuentus de Scarduna 61) Cistercien. ordinis 62), sua nobis querela monstrarunt, quod, cum inter eos ex vna parte, ac [*dilectos filios*] Hospitalarios [*de Ceresein Senon. diœc.*] ex altera 63), super vsufructu cuiusdam nemoris [*in Ochia, quod dicitur fagetum in territorio vallis mortui,*] quæstio verteretur, in [*carissimam in Christo filiam*] A. Reginam 64) Francorum [*illustr.*] fuit compromissum vtrinque, quæ, [*auditis hinc inde propositis, et*] caussæ meritis [*plenius*] intellectis 65), [*de plurimorum virorum consilio,*] arbitrium suum per diffinitiuam sententiam promulgandum 66), [*et redactum in scripta propria et episcoporum, qui ibi interfuerant, fecit firmari sigillis; contra cuius sententiam Hospitalarii temere venire non timent.*] Quamuis autem 67) secundum regulam iuris ciuilis feminæ a 68) publicis officiis sint remotæ, et alibi dicatur *e*, quod, licet summæ opinionis [*et optimæ constitutæ*] existant 69), si 69*) arbitrium in se susceperint, vel, si patronæ inter 70) libertos suos interposuerint audientiam, ab omni sint 71) *f* iudiciali examine separandæ, vt ex 72) earum prolatione 73) nulla pœna aduersus [*illas*] earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur. Quia tamen iuxta consuetudinem approbatam, quæ pro lege seruatur, in partibus Gallicanis [*huiusmodi*] feminæ præcellentes in subditos 74) suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur: [*fr. t. per A. S.*] mandamus, quatenus [*præfatos*] Hospitalarios, vt arbitrium ipsum 75), præsertim cum episcoporum fuerit præsentia et consilio roboratum, sicut [*sine prauitate*] prouide 76) latum est, et ab vtraque parte sponte receptum, obseruent 77), [*monere et inducere procuretis, et eos ad hoc, si necesse fuerit,*] per pœnam in compromisso 78) statutam, appellatione postposita, compellatis. 79)

58) *Episcopo Cott.* C. R. 1.
59) *Lothe*, C. L. sed *Lothario*, habet c. 1. comp. 3 h. t.
60) *Parisiensi*, C. R. 2. sed H. habet: *canonicis Parisiensibus.*
61) *Sancta duno*, C. H. legit, sed L. *de Scandin.* c. 1. comp. 3. h. t. *de Escad.* et ed. ant. *de Sandun.*
62) Quia hoc capitulum ad historiam ordinis Cisterciensis pertinet: ideo MANRIQUE in annal. *Cisterciens. tom. III. ad ann. MCCIV. c. 5. n. 9. p. 409.* eum ipsam epistolam e medio restitutam, cum eius historiam recenset, atque ad cit. *annum* refert, quod PITHOEI erronee ad ann. MCCX. retulerunt.
63) Verba: *ex altera*, non exstant in cit. c.
64) *In reginam*, legunt C. R. H. L. et ed. ant.
65) *Inspectis*, C. H.
66) *Promulgandam*, habet ed. ant.
67) Particula *autem*, non exstat in ed. ant.
68) *Feminæ ab huiusmodi*, legimus in cit. c.
69) Vox: *existant*, non est in cit. c.
69*) Partic. *si*, omittitur in cit. c.
70) *In*, secundum C. H.
71) *Sint*, C. L.
72) Particula *ex*, in C. L. non legitur.
73) *Electione*, legitur in cit. c.
74) *Subditos*, C. H. habet cum L. et cit. c.
75) *Ratum*, cit. c.
76) *Prouide*, legitur in ed. ant.
77) *Obseruetur*, habet C. L.
78) *In compromissione*, est in c. cit.
79) *Compellentes*, ibidem.

CAP. V.

Ecclesia exempta non potest in præiudicium exemptionis compromittere. H. d. et clare.

IDEM INNOC. III. *Abbati et conuentui de Pigrania.* 80) *g* (*ann. 1208. Roma in Germaniam.*)

Cum tempore [*bon. mem.*] C. 81) papæ *h* præd. nostr. [*tu, fili abbas, ad Rom. ecclesiam accessisses, et priuilegium et alia scripta a sede ap. meruisses obtinere; Magdeburgens. episcopus, sicut asseris, propter hoc est gra-*

80) *Pigrat*, C. R. 1. legit, sed L. *de Pigania*, recte habet, vel *Pegania*, in diœcesi Merseburgensi. Erronee legit c. 2. cit. comp. *Piganta.*
81) *Ce.* secundum C. R. 1. sed L. legit: *Clementis*, et c. cit. habet: *G.*

a Eidem presbytero. b C. 2. eod. tit. in 3. compil. c *Id est*, *ecclesiastica districtione, vel disciplina, non districtiaue.* d Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. e *l.* vlt. [illegible] *de arbitris.* f *al. sunt.* g *al.* Pigamia. *al.* Pisania. *Vid. annal. Misc.* 108. h *Cap.* 2. *eod. tit.* in 3 *compilat.*

niter

inter contra te commotus. Tu vero timens, tibi et monasterio tuo periculum imminere,] super controuersiis, quæ inter te et Marsburgens. 82) episcopum, et quosdam tuos monachos vertebantur 83), te 84) promisisti [*fide manibus hinc inde posita*] arbitrium Magdeburgens. archiepiscopi seruaturum: [*sicque factum est, vt idem archiepiscopus, adiunctis sibi tam clericis quam laicis, sub certa forma arbitrium promulgauit, et caussas suspectionis multiplices assignauit. Consequenter etiam iudicium volens declinare sed. Ap. appellauit, sed reuersus postmodum coram eisdem sacramentum de calumnia præstitit, et testes produxit, petitis dilationibus et obtentis. Ipsi vero iudices procedentes in caussa, auditis attestationibus vtriusque partis, gesta omnia, sigillorum suorum munimine roborata, ad sed. Ap. destinarunt, terminum partibus imponentes, quo recepturæ sententiam Ap. sedi se præsentarent.* et infra. *Quia vero memoratus episcopus eo, quod iuramentum præstitit de calumnia, et a delegatis inducias postulauit, et testes coram eis produxit, renunciasse appellationi videtur, et eorum examini consensisse: nos habito fr. n. cons. in præmissa incidenti quæstione interloquuti sumus, et quod deberent, quæ coram prædictis iudicibus gesta fuerant, publicari, vt secundum tenorem ipsarum nostra tandem sententia informaretur. Tibi igitur et procuratoribus supradicti episcopi, ven. fr. n. Hostien. episcop. et dil. fil. P. tit. S. Cæciliæ presbyterum cardinalem dedimus auditores. Qui cum ea, quæ fuerant hinc inde proposita et ostensa, nobis et fratribus nostris fideliter retulissent, et*] quia [*tam per confessiones, quam attestationes,*] legitime constitit, quod 86) fide hinc inde data, compromissum est in archiepiscopum memoratum 87) [*et quorumdam etiam aliorum;*] nos arbitrium ab ipso 88) prolatum decernimus 89) obseruandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterii, et duarum capellarum eiusdem in arbitrio 90) sunt expressa; cum, etsi sponte volueris *a*, de iure tamen nequiueris, sine licentia Romani pontif. renuntiare priuilegiis vel indulgentiis libertatis, quæ monasterium illud indicant 91) ad ius et proprietatem Rom. ecclesi. pertinere: [*præsertim cum in vltimæ confessionis litteris contineatur expressum, quod præd. noster super renuntiatione a te super priuilegiis vel aliis scriptis facta nullum tibi, vel successoribus tuis, aut etiam monasterio et duabus capellis de Pigania præiudicium voluerit generari.*]

82) *Magdeburgensem*, C. e. 1. habet, sed L. legit, cum ed. Cont. et Pith. *Merburgensem*, c. cit. vero per totum de *Magdeburgensi episcopo* mentionem facit, nec vnquam commemorat *Mersburgensem*, aut *Merburgensem*.
83) *Vertebatur*, C. H. legit cum L. et cit. c. sed perperam et incongrue.
84) *A te*, legimus in cit. c.
86) *Data*, est in cit. c.
87) *In arbitrium episcopi memorati*, legimus in cit. c.
88) *Ab eo*, C. H.
89) *Decreuimus*, C. R. habent, sed c. cit. ita h. l. variat: *nos de consilio fr. n. ipsius arbitrium decreuimus* etc.
90) *Arbitrio eiusdem*, secundum C. R. 1. sed ab H. vox: *eiusdem*, abest.
91) *Indicant*, habet ed. ant.

CAP. VI.

Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso: ideo coram eo non fit reconuentio.

IDEM *episcopo S. Andreæ, et abbati de Becbot.* 92) b (*ann.* 1208. *Romæ in Scotiam.*)

Cum dilectus filius: [*et infra.*] [*Vnde*] vtrum coram arbitris reconuentioni sit locus, postulasti 93) per sed. apost. explicari. Nos igitur [*deser. v. super primo articulo taliter*] respondemus, quod, licet in iudicio conuenientem reconuenire valeatis 94), qui coram iudice conuenitur, coram arbitris tamen 95) reconueniri 96) non potest: cum arbitri 97) iudicare non valeant 98), nisi de his tantum, super quibus in eos 99) extiterit 100) compromissum.

92) C. H. legit: *de Becsob.* L. *de Becc.* Tota inscriptio huius cap. in comp. cit. 3. est hæc: *Idem priori S. Andreæ, abbati de Beroth. T. priori archid. et magistro A. officiali S. Andreæ.*
93) *Postulastis*, secundum C. H. sed *postulastis*, est in c. 3. comp. cit.
94) *Valeat is*, legunt C. B. H. L. ed. ant. et gloss.
95) vox: *tamen*, non exstat in C. H.
96) *Reconuenire*, legunt C. L. ed. ant. Cont. et c. cit. sed Pithœi habent: *conuenire*.
97) *Arbiter*, C. R. 1.
98) *Valeat*, est in C. R. 1.
99) *In eum*, secundum C. R. 1.
100) *Exstitit*, C. H. legit.

CAP. VII.

Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur.

IDEM *rectori et fratribus hospitalis S. Bartholomæi* [*in silice*] *Lucani.* (*ann.* 1209. *Soræ in Hispaniam.*)

Cum olim *c* super eligendo 1) in hospitali vestro, rectore et fratribus inter vos [*et dilectum filium*] et priorem [*ecclesiæ*] sancti Bartholomæi Lucan. coram [*priore S. Fridiani et primicerio S. Martini Lucan. a sede apost. et*] iudicibus delegatis quæstio verteretur, et vtraque pars in eos 2) compromittens, ipsorum arbitrium se promiserit seruaturum 3); [*ac ipsius iudices certum duxerint arbitrium proferendum:*] super prolato ab ipsis arbitrio vtrinque dubitatio est exorta, quam petiistis per sed. apost. declarari. Nos igitur, publico instrumento arbitrium continente diligenter inspecto, cognouimus, quod secundum formam arbitrii prior sancti Barthol. (*in*) Lucan. tenetur habere consilium cum familia hospitalis eiusdem, et tractare cum ea de 4) inueniendo rectore 5): [*sed siue concordet, siue discordet familia cum ipso priore, idem prior eligere debet in vtroque casu rectorem.*] Propter quod dicimus, quod, nisi prior super inueniendo rectore tractauerit cum familia hospitalis, et ipsius 6) consilium requisierit 7), non habet potestatem eligendi 8) rectorem, et, si alio modo eum 9) elegerit, eius electio haberi debet irrita et inanis. Verum 10), habito *d* cum familia super hoc consilio ac tractatu 11) [*de inueniendo rectore, ipse*] prior libere potest rectorem eligere, duntaxat idoneum: siue concordet, siue discordet familia cum ipso super inuentione rectoris.

1) *Eligendis*, C. R. et ed. Gonz. legunt, vti etiam C. L. et c. 4. comp. cit.
2) *In eodem iudicio*, habet cit. c.
3) *Seruaturam*, C. R. 1. ed. ant. gloss. et c. cit.
4) *Cum eadem*, C. B. 1. legit cum L. sed per incuriam scriptorum.
5) *Rectorem*, habet C. L.
6) *Eiusdem et ipsius*, C. H.
7) *Requisiuerit*, C. H. legit, sed ed. ant. *requisierint*.
8) *Eligendi primo*, C. B. 1.
9) Pron. *eum*, non exstat in C. H. sed c. cit. pro *eum*, habet: *rectorem*.
10) *Vnde*, est in cit. c.
11) *Tractato*, C. H.

CAP. VIII.

De rebus spiritualibus in laicum compromitti non potest.

IDEM *in concilio generali e.* (*ann.* 1215. *Romæ.*)

Contingit *f* interdum, quod, cum actori: [*et infra.*] Ad hoc 12) generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum: quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur.

12) *Ad hæc*, c. 1. comp. 4. h. t.

CAP. IX.

Auctoritate iudicis etiam delegati potest de caussa spirituali in clericum et laicum compromitti; et, si arbitrium est a partibus receptum, debet a partibus exsequutioni mandari: licet per generalem procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, et pœna fuit apposita: agitur ad pœnam, alias ad interesse. H. d. generaliter intelligendo litteram.

IDEM *Pisano archiepiscopo.* (*ann.* 1214. *Romæ in Tusciam.*)

Per tuas *g* litteras intimasti, quod, cum super exsequutione arbitrii, quod inter Hospitalarios sancti Ioannis et plebanum de Piscia *h* super hospitali sancti Allucii *i* latum erat, a nobis litteras accepisses 13), [*partibus in tua præsentia constitutis, Hospitalarii arbitrii exsequutionem arbitrii postulabant, asserentes, illud debere obseruari pro eo, quod procurator plebani sponte in arbitros, iuramento interposito, compromisit, quoniam dicebat, potestatem compromittendi et transigendi super eodem negotio recepisse.*] Plebanus [*idem*] proposuit [*ex aduerso*], quod 14) ad caussam tractandam *k* [*prædicto*] procuratori dedit 15) generale mandatum: non tamen ei mandauit, vt, sine speciali mandato [*suo*] compromittere posset, vel 16) transigere super eo. Et præterea procurator iam dictus 17) de assensu 18) canonicorum suorum 19) non fuerat institutus. Et ideo dicebat arbitrium non valere; præsertim cum procurator fines mandati excesserit, et arbitrium fuerit per vnum clericum et duos laicos promulgatum: licet ipsi de assensu [*v. fr. n.*] Genuens. 20) *l* archiepiscopi, cui caussa commissa fuerat, arbitrium protulissent. [*Vnde, tam super his dubitatio fuisset exorta, per ap. sed. oraculum edoceri petiisti, qualiter super negotio isto tibi sit procedendum.*] Super quo fraternit. t. e. r. quod, si ex parte plebani arbitrium receptum fuerit 21), indistincte ratum haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mandati apost. exsequutioni mandari. Si vero receptum non fuerit:

13) *Recepisses*, C. R. L. et c. 2. comp. cit. habent, sed C. H. legit: *accepisses*.
14) *Quod cum*, C. B. 2.
15) *Dederat*, C. B. 2.
16) *Vel etiam*, C. H.
17) *Iam datus*, legitur in C. L.
18) *De consensu*, habet id. C.
19) Dictio *suorum*, non adest in c. cit.
20) *Ianuensis*, C. B. H. L. et ed. ant. legunt, cum c. cit.
21) Ipse tenor horum verborum in c. cit. est hic: *quod in primis est, verum arbitrium ipsum ex parte plebani receptum fuerit, distinguendum. Si enim receptum fuerit: indistincte* etc.

a *Hinc videtur inferri, quod exempta ecclesia non potest renuntiare priuilegio libertatis, contra l. si quis in scribendo. C. de pactis.* b *al.* Beson. *al.* Abcrbroth. ord. S. Ben. diœcesis S. Andreæ. c *Cap. 4. eod. tit. in 3. compilat.*

d *al. ita*: verum habito fratrum et familiæ super hoc consilio et tractatu, *etc.* e *Later. c. 40.* f *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. Reliqua pars huius capitis habetur in c. contingit. et infr. de dolo et contum.* g *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* h Pisa. i Alburzi. k *In aliquot exempl.* quod licet ad caussam tractandam proc. suo dederit generale mand. *etc. quæ lectio planior est.* l Ianuens.

tefert, verum fuerit 22), vel non [*fuerit*] da obferuando ipfo 23) pœna ftatuta. Et quidem 24) fi pœne appofite fuit 25) [*in compromiffione*:] agi poreft ad pœnam. At fi 26) nulle [*pœna*] ftatuta fuerit 27), fed fimplicitar fuit, quod ftaretur 28) fententiæ, compromiffum; procurator ad intereffe poterit a conueniri: quie iuramento 29) fuo feipfum perfonaliter, non ecclefiam poterat obligare. Quod autem 30) a duobus laicis et vno clerico dicitur effe prolatum 31); nequaquam obuiate videtur: cum auctoritate dicti archiepifcopi 32) factum fit, cui cauffa, de qua dicitur compromiffum, fuerat delegata.

22) *Fuit*, legit C. L.
23) *Ipfum*, C. R. L. ed. ant. et c. cit.
24) *Eiusdem*, fecundum C. H.
25) *Fuerit*, legitur in c. cit.
26) *Et fi*, C. R.
27) *Fuiffet*, C R. 1. habet, et H. legit eum L. *fuit*.
28) *Staret*, C. R. 1. legit, fed *ftare*, eft in cit. c. omiffa partic. *quod*.
29) Hoc reprobauerat et prohibuerat IVSTINIANVS in *Nov.* 82. c. 11. vnde defumta *auth. decernit. C. de recept. arbitr.* Ius vero pontificium potius iuramentum commendat, quod negotia, quibus iuramentum accedit, fpiritualem qualitatem accipiant, et ita etiam ad forum ecclefiafticum trahi queant. Hac de cauffa loique iudicant interpretes iuris huius de legibus fecularibus iuramenta talia damnantibus, quales font in Lufitania, tefte FELICIANO DE OLIVA *de for. eccles. P. I. c.* 30.
30) *Quod vero*, c. cit.
31) *Latum*, C. R. H. L. et c. cit.
32) *Epifcopi*, legitur in cit. c.

CAP. X.

Si per duos electos ad eandem prælaturam in difcordia compromittitur in ordinarium; morte alterius compromittentium exfpirat compromiffum: ordinarius tamen ex poteftate ordinaria procedit fuper iure fuperftitis, antequam fiat tranfitus ad aliam electionem. H. d.

HONORIVS III. *archiepifcopo Colonien.* 33) (*ann.* 1220. *Romæ in German.*)

Ex parte tua noftris eft auribus intimatum 34), quod vacante præpofitura fancti Cuneberti 35) *b* in Colonia, canonici eiufdem ecclefiæ [*et electioni die præfixa de præficiendo fibi præpofito difcordantes*] vota fua diuiferunt in duos, videlicet Herm. de Iulisco *c*, [*decanus et fuciι fui, alii vero*] Conr. de Lombardie 36) *d* [*Colon. canonicor nominarunt.*] Cumque 37) poftmodum tractaretur 38) fuper electione huiufmodi, et 39) partes effent in tua præfentia conftitutæ 40), in te demum 41) fuper hoc 42), fide præftita, compromittere curauerunt, qui, cauffæ meritis diligenter infpectis [*et cognitis,*] ad proferendam 43) diffinitiuam fententiam diem ipfis confentientibus præfixifti. Interim vero præfato H. ab vna parte electo fublato de medio, fupradictis canonicis inhibere curafti, ne, tua pendente fententia, procederatur 44) [*ab ipfis*] ad electionem aliam faciendam: quorum quidam nihilominus Brunum [*de Aecch.*] Colunien. canonicum elegerunt. Die igitur 45), quo fententia proferri debuit, in tua præfentia partibus conftitutis 46), [*et præfato C. vt diffinitiuam proferri fententiam, poftulante,*] dictus Brunus [*econtrario*] allegauit, quod procedere vlterius non deberes 47). Quapropter tibi, edoceri a nobis humiliter poftulanti 48), breuiter refpondemus, quod, licet arbitrium fit finitum per mortem ipfius *e* H. prius tamen de primæ electionis meritis debuifti cognofcere, quam proceffus fieret ad fecundam 49). Nam fi [*forte*] dictus 50) C. [*qui eft*] fuperftes, in electione ius habet 51), [*de qua compromiffio facta fuit in te,*] fecundam 51*) confiet penitus non valere.

33) *Collet.* fecundum C. R.
34) *Relatum*, c. 1. comp. t. h. t.
35) *Cumb.* C. R. 1. legit *Cobertus* habet L. fed *Comberti*, legunt C. R. 2. et H. nec non ed. ant. *Coberti*, eft in c. cit.
36) *Vibiaca*, C. R. 1. habet, fed C. R. 2. legit *Villiaco*, et L. habet: *in H. de Villiaco et C. de Lombardia.* Ed. ant. vero: *videlicet H. de Iuliaco et C. de Lombardia.* In c. cit. legimus: *de Vultaco*, et paullo poft: *de Bobardia.*
37) *Cum*, legunt C R.
38) *Tractaretur*, eft in cit. c.
39) Partic. *et*, omittitur ibidem.
40) vox: *conftitutæ*, a C. R. 1. abeft, fed eam adiecit in C. L. manus recentior.
41) *Deinde*, C R. 2. legit.
42) verba: *fuper hoc*, non leguntur in cit. c.
43) *Ferendam*, legunt C R. *Ferendam*, L. ed. ant. et c. cit.
44) *Procederent*, legitur in C. L.
45) *Die ergo*, cit. c.
46) *Conuocatis*, habet C. L.
47) *Deberes*, C R. 1.
48) Verborum feries in cit. c. variat fequenti modo: *Quapropter, quid a te fuper hoc effet agendum, edoceri a nobis humiliter poftulafti: ad quod tibi breuiter etc.*
49) *Ad fententiam*, cit. c.
50) *Prædictus*, eft ibid.
51) *Haberet*, legit ed. ant.
51*) *Secundo factam*, cit. c.

CAP. XI.

Arbiter poft rem iudicatam, fuper difcordiis nouis affumptus, non poteft per fuum arbitrium fententiam immutare: etiamfi de componendo inter partes mandatum acceperit a papa.

IDEM *electo* f *et abbati fancti Zenon.* 52) *et C. canonico Veron.* 53) (*ann.* 1220. *Romæ in Dalmatiam.*)

Expofita nobis [*dilecti filii O.*] Feltren. 54) et Belin. 55) g electi petitio continebat, quod, cum cauffa, quæ inter [*quondam bonæ mem.*] anteceſſorem fuum ex parte vna, et ciues Teruifinos 56) ex altera, fuper 57) districtu et [*iurifdictione ac*] rebus aliis vertebatur, per fententiam [*venre. fr. n.*] Hoftienf. 58) epifcopi tunc apoft. fed. leg. fuerit terminata, [*et ipfius anteceffor electi adiudicata fibi per legatum eundem diu pacifice poffediffet, ipfe nihilominus, canonicorum fuorum affenfu in præiudicium ecclefiarum fuarum,*] tandem fuper quibufdam difcordiis, quæ hinc inde videbantur exortæ, in [*nobilem virum*] ducem Venetorum, tanquam in arbitrum, cum parte altera compromifit: [*qui veniens contra tandem fententiam, auct. ap. confirmatam, fuper rebus iudicatis ab eodem legato aduerfus prædictas ecclefias, æquitate poftpofita, iniquum arbitrium promulgauit.*] Licet autem eidem duci litteras noftras 59) miferimus 60), vt ad componendum inter partes laborare deberet; cum tamen intentionis noftræ 61) non fuerit immutare fententiam ipfam, vel 62) fopitas per eam querimonias fufcitare: [*difcr. veftræ*] mandamus, quatenus, præfatis litteris non obftantibus, quicquid per prænominati 63) ducis arbitrium 64) contra ipfius legati fententiam inueneritis effe factum, in irritum reuocatis *h*, ei diftrictius inhibentes, ne vlterius in compromiffo procedat, eundem ad reftitutionem obfidum 65) [*et cuftodiam caftri*] occafione illius 66) compromiffi 67) fibi datorum, vt ipfius arbitrium feruaretur, per cenfuram ecclefiafticam [*appellatione poftpofita*] compellentes 68).

52) *Zenonis*, C. H. legit, L. *Stenantis*.
53) *Et Conftantio can. Veron.* C. R. 1. fed in c. 2. comp. cit. §. aft *Conftantium*.
54) *Tertien.* C. R. 1. *Fel. Trenfen. et Bellunen.* H.
55) *Belnen.* legunt C. R. 1. et ed. ant. fed *Belunen.* C. R. 2. cum L. et c. 2. cit.
56) *Teruifinos*, cit. c.
57) *Super*, non eft in cit. c.
58) *Oftienf.* eft ibid.
59) Pron. *noftras*, non exftat in C. R.
60) *Transmiferimus*, C. R. 1.
61) *Veftra*, eft in cit. c.
62) *Aut*, fecundum C. H.
63) *Nominati*, C. R. 1.
64) *Per prænominatum ducem*, legimus in cit. c.
65) *Obfidum et cuftodiam caftri ipfius*, C. H. legit cum c. cit. Intelligit vero obfides *obftagio* deuinctos, qui olim regulariter in eiufmodi cauffa dari folebant.
66) *Ipfius*, C. H.
67) *Commiffi*, legitur in C. L.
68) *Compellatis*, eft in c. cit.

CAP. XII.

Non valet compromiffum factum in duos fine plures, hoc adiecto, vt in cafu difcordiæ eligatur tertius per eofdem vel alios. H. d.

GREGORIVS IX. *decano et magiftro P. canonico* 69) *S. Petri Atrebatenfis* 70) *diœcefis.* (*ann.* 1230. *Romæ in Artefiam.*)

Innotuit nobis, Guilielmo laico conquerente, quod, cum O. laicus 71) ipfum fuper quadam fumma pecuniæ coram iudicibus auctoritate apoftolica conueniffet, tandem fuit a partibus in duos arbitros compromiffum, fic tamen, quod, fi illi duo adinuicem difcordarent, tertium adderent iudices nominati, retenta penes fe compellandi partes ad obferuandum arbitrium per dictos 72) arbitros promulgandum nihilominus poteftate. Cumque tertius arbiter, a iudicibus prædictis electus, cum altero duorum, ipfum parti 73) alteri condemnaffet; idem, ex eo fentiens a fæpedictis 74) iudicibus fe grauari, quod ipfum ad obferuantiam 75) *i* huiufmodi arbitrii compellebant, noftram appellauit audientiam: fed ipfi, appellatione contempta, excommunicationis tulerunt fententiam in eundem. Ideoque mandamus, quatenus, fi eft ita, cum legali fit prouifione 76) ftatu-

69) *Canonicis*, C. H. et L.
70) *Atrebatenfis*, C. L. *Atrabat.* ed. ant.
71) *S. Laicus*, habet C. L.
72) *Prædictos*, C. H.
73) *Ipfum P. parti*, ibid.
74) *Ex hoc fentiens a dictis*, C. H.
75) *Obferuationem*, legunt C. R. et H. fed L. habet. *ab obferuatione etc.*
76) Legalis prouifio continetur in *l.* 17 §. 5. *de recept. qui arbitr. recep.* vbi ICtus afferit. *puto, tale compromiffum non valere*, h. e. *effectu et exitu deftitui*, quia addit ICtus: *nam in affumendo poffunt diffentire*, et fi diffentiunt, compromiffum exitum non habet. Quid ergo fi compromiffarii iudices mox confenferint in tertium, et ita effectum habere potuerit compromiffum, vt in cafu pontifici oblato? Sane fi VLPIANVS de hoc cafu

a *Vide l. Plautius. ff. de procur.* b vauberti. *al.* Caliberti. Coniberti, Humberti. c Villiaco. d Barbatia. e *Vide l. diem proferre.* §. 1. *et l. fed interpellatur. ff. eod.*

f *al.* electo abbati. g *al.* Feleen. *al.* Telien *al.* Belnen *al.* Belien. *unita fuerunt, fed* 1440. *feparata.* h *Ad hunc text. vide abbat.* i Obferuationem.

tum,

rum, vt compromissum de incerta persona in arbitrium 77) assumendo non teneat, dictam excommunicationis sententiam denuntietis 78) penitus nullam esse a.

casu consultus fuisset: non est dubium, quin eo casu compromissum valere asseruisset, quod tunc exitum habere potuisset. Etenim eadem fere verba declarat in cit. l. 17. §. 6. in casu si in duos compromissum fuerat, vbi eleganter asserit: *quia res fere sine exitu futura est propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem*. Quae ergo difficilem et impeditum habent exitum, in effectu non valere dicuntur: adeoque pontifex veram mentem ICti assequutus non videtur. Accedit, quod in hoc *pacto indefinito* id exprimatur, quod in omni compromisso tacite et per se latitat, videlicet, vt in *casu dissensus* debeant eligere tertium compromissarium, quod pontifex agnouit in c. 39 X *de offic. et pot. iudic. deleg.* ceu ibid. not. 13 illustratum, et ab ipso ICto agnitum in l. 17. §. 6. cit. tit.

77) *In arbitrum*, C. B. L. et ed. ant.
78) *Denuntiet*, C. H.

CAP. XIII.

Valet compromissum factum in vnum, vel in plures, vt ipsi per se caussam definiant, vel per alios, quos ipsi elegerint. H. d. secundum intellectum, quem sensit gloss. hic: et Innocentius in capite praecedenti, qui placet mihi. Panorm.

IDEM *abbatissae et conuentui Iotren.* 79) (*ann.* 1230. *Romae in Galliam.*)

Cum a nobis petitur: [*et infra.*] Ex parte vestre fuit propositum, quod, olim inter vos et Senon. archiepiscopum quaestione suborta, super eo, quod idem 80) archiepiscopus asserens, monasterium vestrum metropolitico iure sibi subesse, procurationes et res alias exigebat a vobis. Tandem, in R. 81) sancti Angeli diacon. cardin. tunc apostolicae sedis legatum, a partibus concorditer compromisso, et promisso sub certa poena, quod arbitrio 82) seu ordinationi eiusdem, vel duorum mediatorum 83), quos idem super hoc deputaret, praecise parerent, magister P. capellanus noster, et I. archidiaconus Senonen. mediatores ab eodem 84) super hoc deputati legato, ordinando et diffiniendo caussam 85) huiusmodi 86) terminauerunt. Nos igitur, quod per praedictos 87) mediatores super hoc actum est, auctoritate apostolica confirmamus.

79) *Iotren.* C. H.
80) Pronom. *idem*, non exstat in C. H.
81) Edit. Pith. legit: *in V.*
82) *Arbitrio suo*, C. B. 2.
83) [...] arbitri alias potestatem substituendi non habent: nisi vel speciatim haec [...] iis data fuerit, vel eminens dignitas arbitrorum hoc eis indulserit. Poterat ergo arbiter hic designatus duplici iure substituere, tum ex voluntate compromittentium, tum ex cardinalitia dignitate.
84) Verba: *ab eodem*, desiderantur in C. H.
85) *Caussas*, legit C. L.
86) Partic. *huiusmodi*, non exstat in C. H.
87) *Dictos*, secundum C. B. 1.

CAP. XIV.

Compromissum ante sententiam latam, finitur, morte alterius compromittentium; vnde non transit in heredes compromittentium: nisi de eis sit cautum in compromisso. Hoc dicit, comprehendendo mentem capituli.

IDEM. (*Romae.*)

Compromissum non extenditur in compromittentis heredes, si 88) de ipsis non caueatur ibidem b.

88) *Cum*, legitur in C. L.

a *Vide l. item si vnus. §. si in duos. ff. eod.*

b *Vide l. veteribus. C. de contr. et committ. stipulat.*

FINIS LIBRI PRIMI.

DECRETALIVM EPISTOLARVM GREGORII IX.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.
DE IVDICIIS 89).
CAP. I.

Contumax in non comparendo, vel non respondendo excommunicari potest: beneficio autem priuari non debet. H. d. Abbas Siculus.

Ex concilio Africano 90) a. [*ann.* 402.]

De b QVODVVLTDEO 91) Centuriensi episcopo, quem c cum aduersarius ipsius 92) eum 93) d petiisset ad concilium 94) [*nostrum*] introduci e, interrogatus, an 95) cum eo vellet [*apud episcopos*] experiri, primo id 96) promiserat, et altere 97) die respondit, hoc sibi non placere, atque discessit. Placuit [*omnibus episcopis*], vt nullus eidem f [*Quoduultdeo*] communicet, donec 98) g, satisfactione praemissa, fuerit absolutus. Nam adimi sibi episcopatum ante caussae eius exitum nulli potest de iure 99) videri.

89) *Explicitus liber primus: incipit secundus de iudiciis*, C. L. sed C. B. 1. ita habet: *incipit liber secundus de iudiciis*, ac deinde legitur separatim vocabul. *Gregorius.*
90) Verba inscriptionis: *ex concilio Africano*, C. H non habet, sed loco dictionis *Africano*, legitur in c. 1. comp. 1. h. t. *Magotiensi*. Est autem haecce capitulum in *cod. can. Afric. eccles. c.* 87. apud IVSTELLVM et VOELLIVM *in biblioth. iuris canonic. vet. P. I. p.* 371. Ceterum notandum, in versu: *placuit*, quaedam a RAYMVNDO immutata, et loco verborum, quae concilium habet: *donec caussa eius, qualem potuerit, terminum sumat*, ab illo haec substituta esse: *donec, satisfactione praemissa, fuerit absolutus*. Ita accommodat RAYMVNDVS canonem ad disciplinam sui temporis, secundum quam ob contumaciam accusatus, praestita cautione de iudicio sisti, absoluebatur. Aliud erat iure antiquo, quo excommunicatus contumax non antea absoluebatur, vsque quo caussa finem accepisset. c. 1. C. IV. q. 5. ESPEN *in schol. ad can. concil. P. II.* §. 8. *p.* 61. Lite pendente ergo olim non absoluebatur, iure nouo autem, praestita cautione, absolutionem impetrabat.
91) *De quo vult Deo*, C. B. legunt, nec non H. L. et ed. ant. sed male, cum episcopus tali nomine videatur esse designatus, scil. *Quoduultdeus.*
92) *Suus*, secundum C. B. 1.
93) *Eum*, non legitur in ed. ant. ipsa verborum series in c. cit. est haec: *quem aduersarius ipsius cum se petisset* etc.
94) *Ad concilium*, C. L.
95) *Verum*, est in c. cit.
96) Pronom. *id*, omittitur in c. cit.
97) *Alia*, cit. c.
98) Verba ipsa in c. cit. sonant ita: *donec caussa eius, qualem potuerit, terminum sumat. Nam adimi episcopatum ante, quam caussa exitus appareret, nulli Christiano iure videri potuisset.*
99) *Iure*, C. B. 2. H. L. et ed. ant. simpliciter habent, omissa praepos.

CAP. II.

Laici ecclesiastica negotia tractare non debent, sed praelatorum iudicio disponentur. Hoc dicit, Abbas.

Ex synodo EVGENII III. PAPAE h. [*apud Remos.*] (*ann.* 1148. *in Gallia.*)

Decernimus, vt laici [*etiam*] ecclesiastica i tractare 100) negotia non praesumant. Sed k episcopi 1), abbates 1*), archiepiscopi 2) l, et alii ecclesiarum praelati de negotiis ecclesiasticis, maxime 3) de illis, quae spiritualia esse noscuntur, laicorum iudicio non disponant, nec propter eorum prohibitionem, ecclesiasticam dimittant iustitiam exercere.

100) *Terminare*, est in c. 2. comp. cit. 1.
1) *Et episcopi*, C. B. H. L. ed. ant. et c. cit.
1*) *Et abbates*, C. L.
2) *Archidiaconi*, ed. ant et c. cit.
3) Loco partic. *maxime*, legitur in c. cit. *vel.*

CAP. III.

Caussa iuris patronatus spectat ad iudicium ecclesiae. H. d. specifice ad literam.

ALEXANDER III. *illustri m regi Anglorum* 3*). (*ann.* 1180. *Romae in Angliam.*)

Quanto n diuina gratia: [*et infra.*] Caussa vero iuris patronatus ita coniuncta 4) est et connexa spiritualibus caussis, quod non nisi

3*) *Angliae*, C. B. H. L. et ed. ant.
4) In c. 5. comp. cit. tenor verborum est hic: *caussa vero patronatus ecclesiarum ita iuncta est, et connexa ecclesiasticis caussis*, etc.

a *Cap.* 54. *Refert Burch. libr.* 2. *decret. cap.* 191. *et Ivo p.* 5. *c.* 297. *Vid. tom.* 2. *concil. p.* 554. b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* c Quoniam, *et* rectius. d Si. e *Hinc videtur inferri, quod ad valorem citationis oporteat, quod fiat auctoritate iudicis ad instantiam partis. l. ad peremptoriam. et ibi Bart. D. eod. tit.*

f Quoduultdeo. g Caussa eius qualem potuerit terminum sumat. h *Eugenii III. in synod. Remensi c.* 4. i *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.* k Et. l Archidiaconi, *in* 1. *compil.* m Illustrissimo n *C.* 5. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Later. sub Alex. III. p.* 47. *tit. de iur. patron.*

ecclesiastico iudicio valeat definiri, [*et apud ecclesiasticum iudicem solummodo terminari.*]

CAP. IV.

Clericum conuictum vel confessum de crimine coram iudice seculari, ex eo non punit episcopus; sed coram se conuictum vel confessum, punit pœna debita; nisi cum illo dispenset, quod potest in adulterio et minoribus: depositum vero non statim tradit curiæ seculari. H. d. vsque ad fin. Abbas Siculus.

IDEM *Salernitano 4°) archiepiscopo 5).* (ann. 1180. Rom[illegible] *in Campaniam.*)

At si clerici coram a seculari iudice conuicti fuerint vel confessi de crimine: non sunt propter hoc a suo episcopo aliquatenus 6) condemnandi. Sicut enim sententia a non suo iudice lata non tenet, ita et 7) facta confessio coram ipso 8). Si vero coram episcopo de criminibus in iure confessi sunt 9), seu legitima probatione conuicti; dummodo sint talia crimina, propter quæ suspendi debeant vel deponi: non immerito suspendendi sunt a suis ordinibus, vel ab altaris ministerio perpetuo remouendi.

Summatus est iste §. supra in princ. c. tamen quia habet materiam separatam et notabilem, ideo dic aliter: in adulterio et minoribus potest cum clericis peracta pœnitentia episcopus dispensare: depositum autem pro suis excessibus non tradit indifferenter curiæ seculari. H. d. Abbas Sicul.

§. 2. De adulteriis 9°) *b* vero 10) et aliis 11) criminibus, quæ sunt minora, potest episcopus cum clericis post peractam pœnitentiam dispensare, [*vt in ordinibus suis deseruiant:*] sed non debet quemlibet depositum pro suis excessibus 12), cum 13) suo sit 14) functus officio, nec 15) duplici debeat 16) ipsum contritione conterere, iudici tradere seculari.

4°) *Salonit.* C. 8. 1. sed ed. ant. habet: *Salonit.*
5) *Episcopo*, secundum C. H.
6) *Aliqua sententia*, c. 6. comp. cit.
7) *Ita etiam*, ibid.
8) De antiqua iurisdictione iudicum secularium in clericos prolixe est IANVS A COSTA, *ad h. c.* simulque varias eius mutationes aperit. Licet vero talis confessio non habeat vim *confessionis iudicialis*; ad minimum tamen vi *extraiudicialis* valebit: quamuis hoc casu iudicia secularis protocollum fidem publicam non habeat, sed vt *testis iuratus* deponere de confessione debeat.
9) *Fuerint*, C. 8. 1.
9°) *Adulterium* ex seculi sui moribus inter minora crimina refert, quibus pœnitentia grauior temperata erat, et iam seculo XI. teste PETRO DAMIANO, pecunia redimebatur. Olim certe inter grauissima, et tria primaria, ob quæ excommunicatio locum habebat, illud relatum fuisse, plus quam notum est, ob quod quædam ecclesiæ nunquam veniam dabant.
10) Partic. *vero*, in c. cit. non extat.
11) *Vel aliis*, C. H.
12) *Culpis*, C. 8. 1.
13) *Quia*, C. 8. 1. et c. cit. legunt, formatis verbis per indicatiuum.
14) *Fit*, C. 8. 1.
15) *Ne*, C. H.
16) *Debet*, C. R. 1.

CAP. V.

Vasallus coram domino feudi conueniendus est, etiamsi dominus feudi sit ecclesiastica persona; dummodo ibi actor possit suam iustitiam consequi: alias loci ordinarius poterit adiri. (Et secundum hoc est casus notabilis.)

IDEM 17) c. (*Romæ.*)

Cæterum *d* quia [*quandoque, sicut accepimus,*] in eos, quos ab ecclesia tua constat possessiones tenere 18) in feudum, occasione ipsarum 19) excommunicationis seu interdicti sententia 20) promulgatur: nos id districtius inhibemus 20°), quamdiu parati fuerint super his in tua præsentia iustitiam exhibere. [*Quod si fuerit a quoquam temerario ausu præsumtum: liceat tibi eandem sententiam, sublato appell. remedio, renouare. Nulli ergo hominum fas sit hanc paginam nostræ concessionis etc.*

17) *Idem T. episcopo*, C. H.
18) *Habere*, secundum C. H. sed c. 7. cit comp. 1. mire variat vsque ad finem, videlicet: *in eos, qui a te terras vel possessiones alias tenent in feudum, licet super feudis illis coram te stare iustitiæ sint parati, sine iudicio et caussa rationabili excommunicationis, seu interdicti sententia feratur, volentes in posterum super hoc tibi et eisdem hominibus prouidere præsenti scripto districtius prohibemus, ne de cetero id permittas, donec fuerint super feudis illis in tua præsentia respondere parati et in eis sine malitia et frustratoria dilationis diffugio voluerint iustitiam exhibere.*
19) *Ipsarum possessionum*, C. 8. 1.
20) Quod contumaces iuste crederentur, idem, quod nollent respondere coram iudice ordinario vel delegato, sed tantum coram *iudice feudali*. A contumacia tales absoluit ALEXANDER III. quod de *quæstione feudali* tantum competens iudex esset *dominus feudi*.
20°) *Prohibemus*, C. 8. et L.

CAP. VI.

Nomen actionis in libello exprimere pars non cogitur: debet tamen factum ita clare proponere, vt ex eo ius agendi colligatur. Hoc dicit quoad intellectum, Abbas.

IDEM *Exonien. episcopo, et e capitulo Londonen.* 21) (ann. 1160. *Roma in Angliam. conf. c. 1. comp. 1. de appellat.*)

Dilecti filii [*nostri*] Prior et clerici 22) de Guiseburnen. 22°) *f* contra Eboracen. archiepiscopum epost. sed. leg. 23) grauem [*admodum et difficilem nobis*] querimoniam transmiserunt: [*et infra.*] [*Super quibus omnibus rei veritatem per idoneas personas, et famam loci sollicite inquiratis, et, si ita inueneritis, ecclesiarum concessiones taliter factas, nisi prior et canonici malitiose distulerunt eas, quantum ad se pertinet, ordinare, nullius app. obst. renouetis auctoritate nostra in irritum, et priori et canonicis ecclesias ipsas restitui faciatis, et tam vicarios, quam iuratos eorum canonicorum iuramentum pristinum seruare cogatis, nisi fuerit a priore inique extortum. et infra.*] Prouideatis 24) attentius, ne ita 25) subtiliter, sicut a multis fieri solet, cuiusmodi actio intentetur 26), inquiratis, sed simpliciter et pure factum ipsum, et rei veritatem, secundum formam canonum et 27) sanctorum patrum instituta 28), inuestigare curetis 29).

21) *Idem ex concilio*, C. H. habet, sed in L. tota inscriptio hæc est: *idem Exoniensi episcopo et decano Lund.* In c. 1. comp. 1. de appellat. et *decano London* legimus. Denique in C. 8. 1. *London.*
22) *Canonici*, cit. c.
22°) *De Gisebur.* C. R. 1. legit cum L. in quo vero adhuc syllaba *gen.* literam passa extat. *De Gisebr.* C. 8. 2. habet. *Gisebernem*, legit H. sed in c. cit. legimus: *de Giseburna.*
23) Variat c. cit. sequenti modo: *quod venerabilis frater noster, R. Eboracens. archiepiscopus et A. S. L. eundem priorem post appellationem ad nos factam suspendit, et ecclesias suas interdixit, et canonicos, si eidem tanquam priori, obedirent, excommunicatos denuntiauit. et infra.* Quæ verba occupant locum sequentium: *contra Eboracens. archiepiscopum apost. s. l.*
24) *Prouisuri*, cit. c.
25) *Tam*, habet C. H.
26) *Intendatur*, C. L. et cit. c.
27) *Formam canonicam*, C. R. 1.
28) Vox: *instituta*, omittitur in c. cit.
29) Loco verborum: *inuestigare curetis*, c. cit. legit: *inuestigetis.*

CAP. VII.

Excommunicatus in iudicio, nisi tanquam reus, stare non potest.

IDEM. *Paduano episcopo.* (*ann.* 1660. *Roma in Lombard. conf. c. 9. comp. 1. h. t.*)

Intelleximus [*ex litteris tuis, quod, cum filia cuiusdam nobilis viri parochiani tui, cum quodam viro matrimonium contraxisset, comperto postea, quod idem vir pro nece bon. mem. Vicentini episcopi vinculo tenebatur excommunicationis adstrictus, in tua proposuit præsentia quæstionem. Vnde*] quia postulasti 30) a nobis, vtrum excommunicatus 31) in iudicio 31°) stare possit; respondemus, quod conueniri potest, et debet per alium respondere in iudicio: ne videatur de sua malitia commodum reportare, *g* [*si ex ea fuerit ab eorum impetitione securus.*]

30) *Postulatis humiliter*, C. 8. 1. habet.
31) *Vtrum præfatus vir vinculo excommunicationis innodatus stare possit in iudicio, vel ad præsentiam suam vocari, donec in præfata sententia detinetur. Fraternitati t. duximus respondendum, videri nobis, quod possit, et debeat conueniri et per alium in præfato iudicio respondere, ne etc.* ita variat c. 9. comp. 1. h. t.
31°) Ita vero excommunicatio effectus ciuiles sortitur, si agere nequit proscriptus ab ecclesia, quod grauiter dolens erudit. Effectus hos demum accepit a primordiis seculi V. teste DVPINIO *de discipl. eccl. diss. III.* c. 3. p. 295. cuius nouæ disciplinæ rationes traduntur in *C. 1. de except. in 6.* quæ tamen magis vmbratili colore quam veritate rei nituntur.

CAP. VIII.

Clericus de omni crimine debet coram ecclesiastico iudice conueniri: nec valet consuetudo contraria.

LVCIVS III. *Strigon.* 32) *archiepiscopo.* h (*ann.* 1160. *Roma in Hungar.*)

Clerici [*vero maxime in criminalibus in nullo casu possunt ab alio, quam ab ecclesiastico iudice condemnari; etiamsi consuetudo regia habeat, vt fures a iudicibus secularibus iudicentur:*] cum imperator *i* dicat, quod leges non dedignentur sacros canones 32°) imitari, in quibus gene-

32) *Strigon.* C. L.
32°) An IVSTINIANVS in *Nov. 5. in f. sacras regulas nostra lex sequitur.* expressius vero in *Nov. 83. c. 1. sacras et diuinas regulas nostræ sequi non dedignantur leges.* Hoc vero tantum ad certa capita pertinere, et sic propositionem magis *particularem*, quam *vniuersalem* esse docent perpetuæ contentiones inter imperium et sacerdotium ob diuersa per omnia secula propugnata principia. Spuria etiam in hac materia, de qua hic agitur, effusa sunt, ceu liquet ex c. 33. *C. XI. q. 1.* ex pseudo-synodo hausta, et ex c. 37 *ibid.* Olim sane in criminibus non generatim fuisse exemtos clericos a iudicibus secularibus, patet ex *l. 23. C. Th. de episc. et cler. l. 3. C. de episc. et cler.* et quatenus exemti fuerunt, id tribuendum beneficio imperatorum. *l. 41. C. Th. de episc. et cler. Nov. 21. 79. 83. 123.*

a C. 6. *eod. tit. in 1. comp. post conc. Later. p. 26. c. 4.* b *Bernhard. Dias in proc. crim.* c In veterib. ita: idem E. i. eidem Salernitano archiepisc. *al.* Turonensi episcopo. d *C. 7. eod. tit. in 1. comp.*

e *In antiquis*: et decano Lundan. f *al.* Gisebugen. g *Vide l. cum te. §. si quis. de transact. et l. et cui. ff. de seruitut.* h *al.* Alexand. III. abbati de Euesham. i *Cap. 8. eod. tit. in 1. compil. Iuo part. 6. c. 427. et p. 16. c. 150. Iul. Clar. pract. crim. quæst. 136.*

raliter

raliter traditur, vt de omni crimine clericus debeat coram ecclesiastico iudice conueniri; non debet 33) in hac parte canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generari.

33) *Nec debet*, legimus in cit. c. quæ lectio admodum congruit verborum seriei distinguendæ.

CAP. IX.

Iudex ex officio prouidere debet, vt debitæ sollemnitates seruentur in iudiciis: quibus omissis, iudicium redditur frustratorium. H. d. Abbas Siculus.

CLEMENS III. 34) *(abbati de Eueschamn. ann. 1189. Romæ.)*

Caussam, quæ a vertitur inter fratres Dulmen. 35) *b* monasterii 36), et monachos sancti Albani, c [*super ecclesia de Cantine. audiatis et app. rem. terminetis illud praeuisuri specialiter*] inter cætera, vt fratres Dulmen. monasterii 37), cum auctoritate & assensu episcopi sui 38) ingrediantur negotium 39): ne, si fratres sancti Albani obtineant, episcopus idem 40) abbatem monasterii se proponens, litem sopitam valeat suscitare.

34) *Cælestinus III.* secundum C. H. *Alexander III.* c. 2. comp. 2. h. t.
35) *Dauetinee.* recte C. H habet. *Dimtlien.* C. L. per totum.
36) In plerisque ecclesiis cathedralibus Angliæ fuerunt olim monasteria monachis commissa, quorum abbas simul episcopus fuit ex instituto AVGVSTINI in Angliam missi a GREGORIO M., monasticis instituti moribus.
37) *Ecclesia*, habet c. cit. per totum loco *monasterii*.
38) Vox: *sui* non est in cit c.
39) *Caussam adgrediantur*, ibidem.
40) *Dulmen.* pro *idem*, est in eod. c.

CAP. X.

Clericus depositus, incorrigibilis excommunicandus est, et successiue anathematizandus. Et si sic non resipuerit: per iudicem secularem comprimendus est. H. d. Abbas Siculus.

COELESTINVS III. *d Strigon. archiepiscopo* 41). *(ann. 1192. Romæ in Hungar.)*

Cum non ab homine: e [*et infra.*] A nobis [*itaque*] fuit ex parte tua quæsitum, vtrum liceat regi, vel alicui seculari personæ iudicare clericos cuiuscunque ordinis, siue in furto, siue in homicidio, vel 42) periurio, seu quibuscunque fuerint criminibus deprehensi. Consultationi 43) tuæ taliter respondeo 44), quod, si clericus in quocunque ordine constitutus, in furto, vel homicidio, vel periurio, seu alio *f* [*mortali*] crimine fuerit deprehensus legitime, atque conuictus, ab ecclesiastico iudice deponendus est. Qui, si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde, contumacia crescente, anathematis mucrone feriri 45). Postmodum vero, si in profundum malorum veniens *g* contempserit; cum ecclesia non habeat, vltra, quid faciat 46): et ne possit esse vltra perditio plurimorum, per secularem comprimendus est potestatem, ita, quod ei deputetur exsilium *h*, vel alia 47) legitima pœna inferatur *i*.

41) Cum hoc capitulum sit pars c. 3. comp. 2. *de sentent. excommun.* a RAYMVNDO in c. 14. *X. eod.* relati, ibique memoretur, quod hæc decretalis scripta sit ad archiepiscopum in remotissimis ab vrbe prouinciis: facile assentior IANO a COSTA in comm. *ad h. c.* hoc non de Pannoniæ, sed longe remotioris prouinciæ archiepiscopo esse intelligendum, et, prout ipsemet ostendit ex probabilibus coniecturis, ad *archiepiscopum Vpsaliensem* decretalem hanc directam fuisse. Minime vero assentiendum GONZALEZIO *ad h. c. n. 5.* contendenti, eam scriptam fuisse ad *archiepiscopum Brundusinensem* ex inscriptione c. 15. *X. de iureiur.*, quod pars est c. *cum non ab homine.* vt legitur in c. 6. *comp.* 2. *de iureiur.* cum tamen *Brundusium* in finibus Italiæ situm sit, non in remoto ab Italia loco, cuius c. 14. *X. de sentent. excommun.* ex eadem decretali desumtum, mentionem facit: quin potius inscriptio *cit. c.* 15 pariter vitiosa haberi debet. Denique ex *c. cit.* 14 liquet, hanc decretalem potius CLEMENTI III. attribuendam: quamuis rursus c. 15. *X. de iureiur.* nomen COELESTINI præ se ferat. Ceterum verba huius inscriptionis: *Strigon. archiep.* desiderantur in c. 3. comp. 2. h. t.
42) *Seu*, C. L.
43) *In prima ergo consultatione*, cit. c.
44) C. R. habent *R.* sed *respondemus*, est in C. H. L. ed. gloss. et cit. c.
45) *Percuti*, est in cit. c.
46) Hac formula vsi etiam sunt patres Constantienses in degradatione HVSSI, interprete ANTONIO episcopo Concordiensi. apud HARDVINVM tom. IV. *histor. conc. Constant. p. 6. p. 435. Hæc sacrosancta Synodus Constantiens. Iohannem Huss attento, quod ecclesia Dei non habeat vltra quod agere valeat, iudicio seculari relinquit, et ipsum curiæ seculari relinquendum fore decreuit.*
47) *Alia et*, C. H. legit.

CAP. XI.

Per rescriptum impetratum contra violentum conuenitur, qui scienter succedit in vitium. H. d. secundum communem modum, qui mihi placet. Panorm.

IDEM *Winton. episc. et abb. S. Albani.* 48) *(ann. 1192.)*

Quia V. 49) qui violenter *k* dicebatur ecclesiam P. clerici 50) occupasse 51), defunctus est, vt accepimus 52), et R. eam postmodum 53) est ingressus: præcipimus, vt secundum formam priorum litterarum inter ipsos 54) R. et P. sub eisdem iudicibus 55) mediante ratione 56), sicut inter eumdem P. et præfatum V. si viueret, negotium terminetur.

48) Verba: *Winton. episc. et abb. S. Albani* absunt a C. H. L. et ed. ant.
49) *W.* C. L. ed. ant. et c. 4. comp. cit. per totum.
50) *P. clerici*, non legimus in cit. c.
51) *Ingressus esse*, ibidem.
52) Verba: *vt accepimus*, non exstant in C. R. 1.
53) Dictio: *postmodum*, non legitur in cit. c.
54) *Inter ipsum*, ibidem.
55) Verba: *sub eisdem iudicibus*, omittuntur. ibid.
56) *Iustitia seu ratione.* C. R. 1. legit. Quas voces statim sequitur in cit. c. hæc verborum differentia, scilicet: *caussa terminetur, sicut inter eumdem P. et præfatum W. si viueret, iudicaretur.*

CAP. XII.

Solus papa cognoscit de dubiis priuilegiorum Apostolicæ sedis, et non inferior.

INNOCENTIVS III. *S. Sergii* 57) *et S. Georgii* 58) *abbatibus*, l [*et cantori Andegauen.*] *(ann. 1200. Romæ in Galliam.)*

Cum venissent: m [*et infra.*] Cum [*enim*] super priuilegiis sedis Apostolicæ caussa vertatur 59): noluimus 60) de ipsis per alios iudicari.

57) *S. Sergen.* C. R. 1.
58) *Gregorii*, C. R. 2. et ed. Pith.
59) *Vertitur.* C. R. 1. H. L. et c. 2. comp. 3. h. t.
60) *Nolumus*, legunt C. R. H. L. edit. ant. Gonz. et c. cit.

CAP. XIII.

Iudex ecclesiasticus potest per viam denuntiationis Evangelicæ seu iudicialis, procedere contra quemlibet peccatorem, etiam laicum, maxime ratione periurii, vel pacis fractæ.

IDEM *Prælatis* 61) n *per Franciam constitutis. (ann. 1200.)* [vid. c. 37. C. II. q. 1.]

Nouit ille, o qui nihil ignorat, [*qui scrutator cordium est, ac conscius secretorum, quod clarissimum in Christo fil. n. Philippum regem Francorum illustrem, de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta diligimus, et ad honorem et profectum et incrementum ipsius efficaciter adspiramus, exaltationem regni Francorum, sublimationem Apostolicæ sed. reputantes; cum hoc regnum benedictum a Deo semper in ipsius deuotione permanserit, et ab eius deuotione nullo vnquam, sicut credimus, tempore sit discessurum: quia, licet interdum hinc inde fiant immissiones per angelos malos, nos tamen qui satanæ non ignoramus astutias, circumuentiones ipsius studebimus euitare, credentes, quod idem rex illius seduci fallaciis non se permittet.*] Non [*ergo*] putet aliquis, quod iurisdictionem [*aut potestatem*] illustris 62) regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus; cum ipse iurisdictionem nostram [*et potestatem*] nec velit 63), nec debeat [*etiam*] impedire 64); [*cumque iurisdictionem propriam non sufficiamus explere, cur alienam vsurpare velimus?*] Sed cum Dominus dicat in Euangelio *p*: *si peccauerit in te frater tuus, vade et corripe* 65) *eum inter te et ipsum solum. Si te audierit; lucratus eris* 66) *fratrem tuum; si te non audierit; adhibe tecum vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit* [eos]; *dic ecclesiæ; si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus*; et rex Angliæ [*sicut asserit*] sit paratus sufficienter ostendere, quod rex Francorum 67) peccat in ipsum 68), et ipse circa eum 69) in correptione 70) processit secundum regulam Euangelicam, et tandem quia nullo modo profecit, dixit 71) ecclesiæ: quomodo nos, qui sumus ad regimen vniuersalis ecclesiæ superna dispositione vocati, [*et*] mandatum diuinum possumus non 72) exaudire, vt non 73) procedamus secundum formam ipsius, nisi forsitan 74) ipse coram nobis, vel legato 75) nostro sufficientem in contrarium rationem ostendat? Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum spectat iudicium; nisi forte iuri communi per speciale priuilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum 76), sed decernere 77) de peccato: cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quamlibet 78) exercere possumus 79) et debemus. Non igitur iniuriosum sibi debet regia dignitas reputare, si super hoc apostolico iudicio se committat, cum Valentinianus *q* inclytus Imperator,

61) In c. 3. comp. 3. h. t. legimus: *archiepiscopis et episcopis per etc.*
62) Pro: *illustris* et sequentibus c. cit. habet: *ipsius munere aut perturbare velimus.*
63) In cit. c. legimus: *non debeat, aut velit.*
64) Ibid. *conculcare*, legitur.
65) *Corrige*, C. H. legit.
66) *Es*, secundum C. H.
67) *Franciæ*, C. R. 1.
68) *In illum.* C. R. 1. sed *in eum*, est in c. cit.
69) *Ipsum*, C. H legit.
70) *Correctione*, C. L. et ed ant.
71) *Dixit*, C. R. 1. H. L. ed. ant. et cit. c.
72) *Non*, omittitur in cit. c.
73) Partic. *non*, iterum omittitur ibid.
74) *Forsan.* C. H habet cum cit. c.
75) *Delegato.* C. R. 1. legit cum c. cit.
76) *Distractum*, habet C. L.
77) *Discernere*, C. R. 1.
78) *In quolibet*, legimus in cit. c.
79) *Possumus Christianum.* C. H.

a *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* b Dimolens. c Aluin. d Clemens III. e *Est autem pars cap. cum non ab homine. infr. de sentent. excommun.* *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. vide Couarruuiam in cap. alma mater. part. 2. relect. §. 8. num. 8. et Bernard. Diaz de Lugo in pract. crim. cap. 131. et sequ.* f aliquo. g veniens hæc omnia contempserit h quod ei deputetur pœna exsilii. i *Ita in omnibus manuscriptis. al. seriatur. al. infligatur.* k *Cap. 4. eod. tit. in 2. comp. vnde sumenda inscriptio.*

l *Recte additur in 3. compilat. et Cantori Andegauensi. vid. S. Ren.* m *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* n Archiepiscopis et episcopis. o *Cap. 1 eod. tit. in 3. compilat. vide Iac. Lap. tract. de confed. prin. memb. 1.* p *Matth. 18.* q *63. dist. Valentinus. Hoc narrat Cassiod. in Hist. trip. lib. 7. c. 8.*

rator, suffraganeis Mediolanen. Ecclesiæ dimisso legatur: talem in pontificali sede constitutam procuretis 80), cui et nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus, et eius monita, cum 81) tanquam homines deliquerimus, suscipiamus necessario, velut medicamenta curantis. Nec sicut illud humillimum 82) omittamus, quod Theodosius statuit Imperator 83) *b*, et Carolus innovavit 84), de cuius genere rex ipse noscitur descendisse: quicunque videlicet litem habens, siue petitor fuerit, siue reus 85), siue in 86) initio litis, vel decursis temporum curriculis, siue cum 87) negotium peroratur, siue cum iam cœperit promi 88) sententia, si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi 89) pars alia 90) refragetur, ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur 91). Cum enim 92) non humanæ constitutioni, sed diuinæ [*legi*] potius 93) innitamur; quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo 94): nullus, qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocunque mortali peccato corripere *c* quemlibet Christianum, et, si correctionem 95) contempserit, [*ipsum*] per districtionem 96) ecclesiasticam coercere. [*Quod enim debeamus corripere et possimus, ex vtriusque patet pagina Testamenti, cum clamet Dominus per prophetam: clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum: et subiungit ibidem: nisi annuntiaueris impio impietatem suam, ipse in iniquitate, quam operatus est, morietur. Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Apostolus quoque nos monet corripere inquietos: et alibi dicit idem: argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Quod autem possimus et debeamus coercere, patet ex eo, quod dicit Dominus ad prophetam, qui fuit de sacerdotibus Anathot: ecce constitui te super gentes et regna, vt euellas et destruas, et disperdas, et dissipes, ædifices, et plantes. Constat vero, quod euellendum, destruendum et disperdendum, est mortale peccatum. Præterea cum Dominus claues regni cœlorum B. Petro tradidit, dixit ei: quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in cœlis, et quodcunque solueris super terram, erit solutum et in cœlis. Verum nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccans apud Deum sit ligatus. Vt ergo Petrus diuinum iudicium imitetur, ligare debet et in terris, quos ligatos esse constet in cœlis.*] Sed forsan dicetur, quod aliter cum regibus, et 97) aliter cum aliis est agendum. Cæterum scriptum nouimus in lege diuina *d*: *ita magnum iudicabis, vt paruum, nec erit apud te acceptio personarum.* *e* [*quam B. Iacobus interuenire testatur. Si dixeris ei, qui indutus est veste præclara: tu sede hic bene: pauperi vero, sta tu illic, aut sede sub scabello pedum meorum. Et*] licet hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali 98) peccato, vt peccatorem reuocemus a vitio ad virtutem, ab *f* errore ad veritatem 99), præcipue 100) [*tamen*,] cum 1) contra pacem peccatur 2), quæ est vinculum caritatis, [*et infra*] [*Numquid apud nos debet esse pondus, et pondus, mensura et mensura: quorum vtrumque est abominabile apud Deum?*] postremo cum inter reges ipsos reformata 3) fuerint pacis fœdera, et vtrinque præstito proprio 4) *g* iuramento firmata, quæ tamen vsque ad tempus prætaxatum 5) seruata non fuerint 6): numquid non poterimus de iuramenti religione cognoscere, quod ad iudicium ecclesiæ non est dubium pertinere, vt rupta pacis fœdera reformentur? Ne ergo 7) tantam discordiam videamur sub dissimulatione fouere, [*dissimulare religiosorum locorum excidium et stragem negligere populi Christiani: dil. fil. abbati Casemarii*] prædicto legato dedimus in præceptis 8), vt, nisi rex ipse vel solidam pacem cum prædicto rege reformet, [*vel treugas ineat competentes*,] vel saltem 9) humiliter patiatur, vt idem abbas et [*venerabilis fr. n.*] archiepiscopus Bituricen. de plano cognoscant, verum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram ecclesia rex Anglorum, vel eius exceptio sit legitima, quam contra eum per suas nobis 10) litteras duxit exprimendam, iuxto formam sibi datam a nobis procedere *h* non omittat. [*Ideoque vniuersitati vestræ per apostolic. scripta mandamus, et in virtute obedientiæ districte præcipimus, quatenus, postquam idem abbas super hoc mandatum fuerit apostolicum exsequutus, sententiam eius, imo nostram verius, recipiatis humiliter, et vos ipsi seruetis, et faciatis ab aliis obseruari, scituri, quod, si secus egeritis, inobedientiam vestram grauiter puniemus.*]

80) *Procurate*, C. B. H. L. et cit. c.
81) *Dum*, est in cit. c.
82) *Sic*, a C. B. abest. H. legit: *nec illud omittamus*; et L. habet: *nec illud etiam omittamus*. c. cit. *Vt illud humiliter*.
83) *Imperator*, non legitur in cit. c.
84) Rursus rationes decidendi, pro more INNOCENTIVS III. petit ex decreto GRATIANI. Etenim 1) prouocat ad effatum VALENTINIANI, relatum in c. 3. *dist. LXIII.* 2) laudat legem THEODOSII relatam in c. 35. *C. XI. q.* 1. et confirmatam in capitularibus, vt 3) refertur in c. 37. *ibid.* Ceterum ipsam huius decretalis historiam prolixe exponit IANVS A COSTA *ad h. c.*
85) Verba: *siue reus*, a C. B. et H. absunt, in L. ea quidem leguntur, sed sequens *siue* omittitur. loco cuius in c. cit. legitur: *vel*.
86) Partic. *in*, non exstat in cit. c.
87) *Cum*, C. H. legit simpliciter absque *siue*.
88) *Permi*, legitur in C. L. et super hac voce interpretatio conspicitur manu recentiori adsecta: *promulgari*, quæ tamen nihilominus supponere videtur verbum *promi*, sed in cit. c. habetur: *fremi*.
89) *Etsi*, C. H. habet cum cit. c.
90) *Aliqua*, C. B. 1. legit cum eod. c.
91) *Negotium dirigatur*, C. B. 2.
92) Partic: *enim*, omittunt in cit. c.
93) *Diuinæ potius legi*, C. B. 1.
94) *A Deo non ex homine*, C. B. 2.
95) *Correptionem*, C. H.
96) *Ipsum per districtionem*, C. B. 2.
97) Particula: *et* in C. L. non exstat.
98) *Mortali*, legitur in C. L.
99) Verba: *ab errore veritatem* in C. B. H. L. non exstant, in c. cit. sunt tantum transposita.
100) *Præcipue tamen*, C. B. 1. nec non L.
1) *Cum hoc*, C. B. 1.
2) *Peccantis*, est in cit. c.
3) *Formata*, legunt C. B. 1. H. et c. cit. sed. *Firmata*, C. B. 2. habet cum L.
4) Vox: *proprio* a C. B. L. et cit. c. abest.
5) *Ad terminum præfixum*. C. B. legunt. cum cit. c. Et C. L. habet: *quæ tamen seruata vsque ad præfixum terminum non fuerunt*.
6) *Fuerunt*, secundum C. B.
7) *Igitur*, C. B. habent cum L. et cit. c. sed C. H. legit: *Sic ne igitur*.
8) *In mandatis*, C. H. 1.
9) *Vel Treugas ineat competentes*, C. B. H. et ed. ant. eddunt: quæ verba etiam leguntur in L. præter, quod pro *ineat*, legitur. *faciat*.
10) Pronom. *nobis* abest a C. B. H. et L.

CAP. XIV.

Principalis persona per se, non per aduocatum debet factum proponere in iudicio, nisi sit indiscreta.

IDEM *episcopo Heliensi.* (*ann.* 1200. *Romæ in Angliam. c.* 2. *comp.* 3. *de except.*)

Pastoralis [*officii diligentia*]: [*i Quoniam autem per dilatorias exceptiones malitiose nonnunquam caussarum terminatio prorogatur; inquisitioni tuæ respondendo decernimus, vt infra certum tempus, a iudice assignandum, omnes dilatoriæ proponantur, ita, quod, si partes extunc aliquas voluerint opponere, quas non fuerint protestatæ, nullatenus audiantur: nisi forte aliquid de nouo sibi competens exortum fuerit, vel is, qui eam voluerit opponere, fidem faciat iuramento, se postmodum ad illius notitiam peruenisse.*] Statuimus præterea, vt principales personæ non per aduocatos, sed per seipsas factum *k* proponant: nisi forte sint 11) adeo indiscretæ, vt earum defectus de iudicis licentia per alios 12) suppleatur.

11) *Fuerint*, C. B. legunt; cum H. L. et c. 3 comp. 3. de except.
12) Verba: *per alios*, non exstant in C. H.

CAP. XV.

Si actio et intentio sunt ineptæ, vel sola intentio; debet reus absolui ab instantia iudicis: iterum tamen vltar audietur, si apte egerit. H. d. quoad intellectum.

IDEM *nobili viro Matthæo de* l *Riperia.* 13) (*ann.* 1200. *Romæ.*)

Examinata *m* caussa, quæ vertitur inter te et milites Campaniæ 14) *n* [*super ecclesia S. Angeli de Casu paruta, actis confessionibus et attestationibus intellectis, inspectis instrumentis et allegationibus indagatis, perpendimus euidenter, arbitrium, quod contra te vicedominus Saben. dicebatur super eodem negotio promulgasse, contra formam iuris, et compromissi fuisse dictatum. Vnde, non obstante confirmatione fel. mem. C. p. p. n. qui confirmauerat illud, sicut pronide latum fuerat, et ab vtroque parte receptum, decernimus ipsum irritum et inane.*] Actionem [*autem*], quam super iure patronatus eiusdem Ecclesiæ contra præfatos milites intentabas 15), incongruentem cognouimus et ineptam *o*. Quia, cum testes induxeris ad probandum, quod, quando prætatus A. 16) vicedominus ecclesiam eandem tanquam sequestratam 17) accepit 18), tu ius patronatus 19) ipsius 20) ecclesiæ possidebas: profecto nec rei vindicationem intentare 21), nec ipsius restitutionem poteras postulare. Vnde intentionem tuam in hac parte pronuntiauimus non tenere, absoluentes eosdem milites ab eadem, ita tamen, quod si congruentem et aptam intentare 22) volueris actionem, respondere tibi nihilominus teneantur.

13) *De Vina*, C. B. 1. habet, sed *de Rinario*, legunt C. B. 2. et H. Contra C. L. habet: *Ranaria*, et c. 3. comp. 4. de confirm. vtil. vel inut. *de Romana*.
14) *Campaniæ*. legunt C. B. c. cit. C. H. et L. qui vltimus etiam cum. c. cit pro *et* antecedente habet. *ac*.
15) *Intendebas*, est in cit. c.
16) Littera: *A.* a C. H. abest, nec habetur in H. et ed. ant.
17) *Sequester*: est in cit. c.
18) *Accepisset*, C. B. 1. legit.
19) Loco verborum: *ius patronatus ipsius ecclesiæ*, legimus in c. cit. *ipsam ecclesiam*.
20) Pron. *ipsius* non exstat in c. cit.
21) *Intendere*, legunt C. H. ed. ant. et cit. c.
22) *Intendere*, C. H. legit cum ed. ant. et cit. c.

a *eis, non exstat.* b *In C. Theodosian. libr. 6. titul.* 1. *l. quotiens*, et refert. *Grat. in can. quicunque. C.* 11 *q.* 1. c corrigere. d *Deuter.* 1. e *l. hoc accusare. de accus. l. in multis. de stat. hom.* f *Hæc verba*, ob errore ad veritatem, *in manuscript. non exstant.* g *Vox*, proprio, *non exstat in antiquis.*

h *Vid. l. ea quidem C. de accus. et l. diuus. D. de custod. et exhib. reor.* i *Require supra, de offic. et pot. iud. deleg.* k factum suum. l *Roma. alit. Rinaria.* m *Cap.* 3. *in* 3. *compilatione. tit. de confirmat. vtili vel inutil.* n Companicon. o *Vid. l. cum procum. C. de lib. caussa. et l. item apud. Labeonem.* §. *si quis libello. D. de iniur.*

CAP.

CAP. XVI.

Præceptores templi pro domibus suis agere et defendere possunt: nec obstat eis religio, vel quod ignota sit eorum origo.

IDEM *Magistro et fratribus militiæ templi in Italia constitutis.* (*ann. 1200. Romæ. c. 1. comp. 3. ne clerici vel mon.*

Cum deputati [*sitis obsequio Iesu Christi, qui, cum iustus sit, iustitiam diligit et æquitatem conspicit vultus eius; indemnitatibus vestris paterna tenemur sollicitudine prouidere: ne pro eo, quod operibus pietatis intenditis, læsionem in vestra iustitia subeatis.*] Accepimus [*siquidem,*] quod quidam tam seculares, quam ecclesiastici iudices, illos, quos habetis in domibus vestris præceptores 23), in caussis ad prosequendam suam iustitiam non admittunt 24); tanquam licitum non sit eis super litigiosis negotiis curam gerere, qui pacificis decreuerunt studiis inhærere, illud allegantes in repulsione 25) ipsorum, quod eorum ipsa generatio non est nota: qui vndecunque venerint gratia diuina vocati, dum laudabiliter exsequantur 26) officium sui ordinis, ex superabundanti requiritur suæ notio nationis. [*Ea propter, dilecti filii in Christo, vestris postulationibus annuentes,*] ne quis in prosequutione caussarum præceptores eosdam ab agendo vel 27) respondendo [*super*] occasione huiusmodi repellat, auctoritate a Apostol. 28) inhibemus.

23) Notum est, ordinem *templariorum* occasione expeditionis in terram S. natum fuisse, cum grauissima admodum paupertate ab initio quidem colluctantem, sed iam hoc tempore per vniuersam Europam tot bonis tumescentem, vt vbique *domos* opulentissimas exstruerent, demandatas procuratoribus, ex ordine suo electis, quos *præceptores* vocabant. Hi instar *beneficiorum* illas possidebant, et ea caussa eas *præceptorias* vel *commendatorias* dicebant, quod eo tempore, fratribus reliquis adhuc in Palæstina militantibus, eorum curæ et administrationi essent commendatæ cum prædiis singulis domibus assignatis. Vid. IACOB. DE VITRIACO *in histor. Hierosol. c.* 65. In his domibus oratoria habuerunt, quia ad instar *monasteriorum* erant, in quibus tamen campanas pulsare iis a COELESTINO III prohibitum. *c.* 10. *X. de priuil.* Quia vero sæpe alienigenæ seu extranei hasce domibus præficiebantur; illis quæstio de statu eo tempore mota, et *legitimationis exceptio* obiecta, quod ignotæ nationis essent, instar *beneficiorum* tamen, indigenis tantum conferendorum, domos cum prædiis possiderent: quam exceptionem pontifex hic reprobat.
24) *Admittant*, C. H. L. et c. 1. comp. 3. ne clerici vel mon.
25) *Repulsionem*, C. H. L. ed. ant. et c. cit.
26) *Exsequantur*, C. R. L. et cit. c.
27) *Et*, secundum C. H. et c. cit.
28) *Auctoritate præsentium*, C. R. L. ead. ant.

CAP. XVII.

Prælati debent laicis de clericis, appellatione frustratoria non obstante, iustitiam facere: ad seculare tamen forum clerici a laicis trahi non debent, etiam data ipsorum Prælatorum negligentia.

IDEM *Vercellen. episcopo, et abbati de Toleto.* 29) (*ann. 1200. Romæ in Pedemont. c. 4. comp. 3. de acc. et den.*)

Qualiter et quando 29*): [*et infra.*] Præcipiatis ex parte nostra Prælatis, vt laicis de clericis 30) conquerentibus plenam b faciant iustitiam exhiberi, non obstantibus appellationibus frustratoriis, quas in eorum grauamine 31) clerici frequenter opponunt: ne pro c defectu iustitiæ clerici trahantur a laicis ad iudicium seculare 32), quod omnino fieri prohibemus 33).

29) *Toleto*, legunt C. R. cum L. sed H. *Aleto*. c. 4. comp. 3. de acc. et denunt. *Aliete*.
29*) Integrum capitulum vid. infra c. 17. de accusat.
30) Verba: *de clericis*, non exstant in c. cit.
31) *Grauamen*, C. E. L. ed. ant. et Gunz. legunt cum c. cit.
32) Sine dubio iudices laici implurati *iure retorsionis* vtebantur. Quia enim clerici actores sæpe hoc sub prætextu laicos ad iudicium ecclesiasticum trahebant, vt obseruaui ad c. 2. *X. de alien. mut. iudic. caussa fact.* et constat ex c. 8. *X. h. t.* pari ratione quoque iudices seculares laicis de clericis conquerentibus ius dicebant, ob retardatam in foro ecclesiastico iustitiam, quod frustratoriæ exceptiones in hoc foro, ex processu iuris canonici, attenderentur, quem nondum eo tempore secularia iudicia in aliis regnis et prouinciis receperant.
33) *Fieri modis omnibus prohibemus*, C. R. r.

CAP. XVIII.

Index habens vt priuatus pæne consimilem caussam, quam habet vt iudex, a iudicando remouetur. H. d.

IDEM d. [*pontificatus sui anno IX.*] (*Roma in Galliam anno 1200.*)

II. Caussam e, quæ inter [*dil. fil.*] abbatem et conuentum Vindon. 34) [*ex parte vna,*] et archidiaconum Carnoten. [*ex altera,*] super quibusdam procurationibus vertitur, vobis, [*filii T.*] et [*S.*] archidiacono Parisien. meminimus commisisse. [*Dictus vero abbas et conuentus nolentes parti alteri respondere, nisi vos primo consulerent secundum priuilegia Rom. pontificis, indulta monasterio eorundem, dil. fil. W. eiusdem monasterii monachum, propter hoc ad sed. apost. transmiserunt, nihilominus supplicantes, quatenus te, fili decane, loco Parisien. archidiaconi supra dicti subrogare ad decisionem ipsius negotii dignaremur.*] Quia vero, cum eundem archidiaconum 35) similis pæne 36) caussa contingat, nimis 37) fauorabilis parti alteri 38) videretur f: [*quocirca*] nos te 39), fili decane, loco ipsius 40) archidiaconi subrogentes, [*discr. v. per A. S.*] mendamus, quatenus, non obstantibus prioribus 41) litteris, in caussa 42) g [*ipsa*] ratione præuia procedatis.

34) *Vinton.* legitur in C. L. *Vincon.* in ed. ant. *S. Vincentii*, in c. 1. comp. 4. h. t.
35) *Eum*, legitur in cit c. omissa voce: *archidiaconum.*
36) *Fere*, C. R. 1.
37) *Minus*, est in cit. c.
38) Vox: *alteri*, non exstat in C. L.
39) Verba: *nos te, fili decane, loco ipsius archidiaconi subrogantes*, in c. cit. non leguntur.
40) *Illius*, C. R. H. et L.
41) Pro dictione *prioribus*, in c. cit. leguntur hæc verba: *ante aduentum monachi impetratis.*
42) Verba: *in caussa*, a C. R. H. et L. absunt.

CAP. XIX.

Si iudices de principali et exceptionibus præiudicialibus simul cognoscunt, vel super principali lite non contestata testes recipiunt: licite ab eis appellatur.

HONORIVS III. [*abbati sancti Martini*] *archiepiscopo* 43) h. *Remensi, et decano* i *Bermensi Colon. diœcesis.* (*ann. 1220. Roma in Galliam Cons. c. 1. comp. 5. h. t.*)

Exhibita nobis [*dilecti filii*] R. Virdunensis 44) electi petitio declarauit 45), quod, cum super facto electionis suæ 46), [*et*] H. archid. 47) ac quorundam canon. Virdunen. 48) k [*et*] aduersariorum suorum procuratores ad nostram [*olim*] audientiam 49) l accessissent, [*nos, audita petitione partis aduersæ, et quæ proposita fuerunt ab ipsa, venerabili fratri nostro*] Parisien. episcopo et coniudicibus suis sub certa forma litteras nostras direximus 50), inter alia continentes, vt, vocatis, qui forent 51) euocandi, super propositis 52) et eius negotium 53) contingentibus inquirerent veritatem 54), [*et testes, quos nominari contingeret iuxta consuetam formam, ad testimonium compellendo, et præfigendo partibus terminum competentem, quo per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui præsentarent, iustam sententiam recepturæ. Partibus ergo citatis, non fuit processum in aliquo prima die. Cumque decem de parte aduersa secundo termino comparuissent, et fuissent, si electo se opponerent, auide requisiti: septem eorum respondere nolentibus, ad agendum tres se residui obtulerunt.*] Cum autem idem electus quibusdam 55) ex his, qui contra eum agebant, conspirationem, et quibusdam 56) excommunicationem in modum exceptionis obiiceret 57), se id offerens 58) probaturum; præfati iudices interloquuti fuerunt, quod de his et principali negotio simul inquirerent, nolentes 59), quasi non iudices, sed inquisitores existerent, super dictis 60) exceptionibus ipsius electi probationes 61) admittere, sed peruertendo iuris ordinem, de præmissis exceptionibus et principali negotio 62) pariter per se inquirere intendentes, et procedentes etiam 63) ad receptionem testium, lite nondum super eodem negotio contestata: quare præfatus 64) electus nostram audientiam appellauit, [*humiliter supplicans, vt, cum litteræ ad ipsos iudices obtentæ, non inquisitionem, sed commissionem sapiant, prout apparet ex continentia earundem, quod ab eis factum est post app. ipsius, reuocare in irritum, et caussam aliis committere dignaremur.*] Quia vero non in modum inquisitionis, sed commissionis negotium extitit delegatum: [*discr. v. per A. S.*] mandamus, quatenus, [*conuenientes ad locum idoneum et partibus competentem,*] si eo dictis grauaminibus vel aliquo ipsorum 65) appellatum 66) constiterit, reuocato in irritum, quicquid post appellationem huiusmodi inueneritis attentatum, in caussa ipsa iuxta priorum continentiam 67) litterarum, [*appellatione remota,*] ratione præuia [*sine moræ dispendio*] procedatis.

43) Admodum vitiosa est hæc inscriptio. Rectior est lectio C. R. 2. edit. ant. et gloss. atque c. 1. comp. 5. h. t. *Archidiacono Remensi et decano Roanensi Colon. diœc*; quæ vltima verba habet ant. edit.
44) *Virdunensi*, habet C. L. sed ed. ant. *Virdunensi*, per totum.
45) *Contestabat*, legitur in ed. ant.
46) *Sui ipsius*, cit. c.
47) *Archidiaconi*, habet C. L.
48) *Virdunen.* C. R. 2. sed L. habet *Viridien.*
49) *Præsentiam*, legunt C. R. H. L. et cit. c.
50) *Direxerimus*, est in cit. c.
51) *Essent*, ibidem.
52) *Propositis suis*, C. R. 1. legit cum ed. ant.
53) *Rerum negotia*, legimus in cit. c.
54) In hac formula latitabat lapis offensionis, cuius verba delegati captauerant, processum peruertentes.
55) Vox: *quibusdam*, non exstat in ed. ant. et pro ea legimus in cit. c. *prædictis tribus*, omissis sequentibus vsque ad vocem: *conspirationem.*
56) *Et duobus*, c. cit.
57) *Obiecerit*, C. R. H. et L.
58) *Asserens*, C. L.
59) *Valentes*, C. H. sed in L. ante scriptum *n*. mutatum est cultro et penna in *u*.
60) *Prædictis*, secundum C. R. 1.
61) *Probationem* est in cit. c.
62) Vox: *negotia*, a C. R. H. L. ed. ant. et Pith. nec non a cit. c. abest.
63) Coniunct: *etiam*, in C. R. 1. omittitur.
64) *Prænominatus*, C. R. H. L. ed. gloss. at c. cit.
65) *Ex aliquo eorum*, C. R. 1. habet cum ed. ant.
66) *Appellatum fuisse*, ed. ant.
67) *Formam*, C. L.

a *Al.* auctoritate præsentium inhibemus. b plenariam. c. *Conc. Carthag. III c. 9. et concil. Tolet. III c. 13.* d *In aliquot antiquis:* Idem Parisiensi episcopo et decano. e *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.*

f *Vide l. Litigatores. ff. de arbitr.* g *desunt hæc verba:* in caussa: *alii ita:* in negotio. h *In omnibus vetustis:* Innoc. III. arch. Remensi. i Et decano Beromnensi Culmen. diœc. *al.* Brunensi. *al.* Renecuens. *al.* Bituricen. k Virdunensis. l præsentiam.

CAP. XX.

Lapsu triennii non obstante, potest delegatus in caussa sibi commissa procedere.

IDEM *magistro Tancredo canonico Bononien.* (*ann.* 1220.
Romae in Flaminiam. Conf. c. 3. comp. 5. h. t.)

Venerabilis frater noster archiepiscopus Rauennas 68), proposuit coram nobis, quod, cum decisio caussae, quae inter ipsum [*ex parte vna,*] et communitatem Ceruiae 69) [*ex altera,*] super iurisdictione ciuitatis Ceruiae, et quibusdam aliis articulis vertitur, sit per subterfugia et cauillationes eorum 70) per triennium prorogata, [*et tandem post litis contestationem et commissiones varias tibi dedimus in mandatis, vt eam ad nos remittas sufficienter instructam,*] dicti Ceruienses asserentes, instantiam iudicii per decursum triennis periisse, [*et ideo*] respondere sub tuo examine recusauerunt 71), [*consuetis tergiuersationibus processum impedientes dictae caussae. Nolentes igitur, vt eiusdem caussae decisio vlterius prorogetur, praesentium tibi auctoritate*] mandamus, quatenus, exceptione huiusmodi non obstante, in negotio isto 72), [*appell. remotione praeuia*] procedas iuxta traditam tibi formam. a

68) *Rauennatensis*, ed. ant. et c. 3. comp. c. 3.
69) *Ceruien.* C. R. 1. legit cum ed. ant. et *Ceruiensem*, c. cit. sed H. *Ceruensis*.
70) En acuum documentum *cauillationum et subterfugiorum*, ex processu iuris canonici in fora ecclesiastica introductorum, quae tamen promtiorem iustitiae administrationem prae iudiciis secularibus prae se ferebant, et facile caussas seculares sub hoc inani praetextu ad se trahebant. Suo tempore BERNHARDVS *libr.* 1. *de consideras. c.* 4. malum hoc ex *legibus* IVSTINIANI, in forum rursus reuocatis, aegre tulit atque: *hae autem non tam leges quam lites sunt, et* CAVILLATIONES *subuertentes iudicium.*
71) *Recusantes*, est in cit. c.
72) *Ipso*, C. H. L. ed. ant. et c. cit.

CAP. XXI.

Actor obtinens in possessorio coram iudice rei, non tenetur coram eo iudice super proprietate respondere, si est prorsus alterius fori. H. d. et est casus notabilis.

IDEM *Episcopo* b *et magistris 73) Tancredo* [*Bon.*] *et Bandi 74) Praten. 75) Bononiae commorantibus. 76)* (*ann.* 1220.
Romae in Flaminiam. Conf. c. 5. comp. 5. h. t.)

Significauerunt nobis olim abbas et conuentus sanctae Mariae de Florentia, quod Florentina 77) potestas pro eis contra communitatem castri de Signa super possessione, vel quasi 78) iuris ibidem eligendi [*sibi*] rectorem, quod ad se pertinere dicebant 79), definitiuam sententiam promulgauit. Sed postmodum, [*eadem communitate nolente recipere nobilem virum B. Vinti-Vuerra, quem iidem in rectorem elegerant castri praedicti praefata potestas non solum non curauit sententiam suam exsequutioni mandare, ac communitatem ipsam compellere ad recipiendum dictum nobilem pro rectore saepius requisita; sed nec permisit communitatem eamdem ad hoc a fidelibus eorum monasterii coarctare: quin potius*] abbatem et conuentum praefatos ipsa potestas 80) coegit, communitati praedictae super proprietate vel quasi memorati iuris, in seculari iudicio respondere. Vnde vobis [*per litteras nostras*] iniunximus, vt, si ita esset, [*per censuras ecclesi.*] cogeretis communitatem eamdem, electum ab eisdem 81) monachis in rectorem admittere, audituri postea, quae partes super proprietate vel quasi praedicti 82) iuris ducerent proponenda, [*et caussam, sicut iustum existeret, decisuri, non obstante statuto quolibet contrario ecclesiasticae libertati, seu quod abbas et conuentus praedicti compulsi sunt super hoc litem contestari in iudicio seculari. Nuper autem, referentibus abbate et conuentu, didicimus, quod, cum de litteris, a nobis super hoc obtentis, ad ipsius communitatis notitiam peruenisset, syndicus eius, exhibito coram iudice potestatis calumniae iuramento, citari fecit abbatem, quod coram illo subiret simile iuramentum, vt per hoc renuntiare intelligeretur idem abbas apostolicis litteris ipso facto: aut pro conuicto, si hoc facere recusaret, haberetur. Cumque praefatam communitatem ad praesentiam vestram saepius et peremtorie citassetis; syndico eius se velle dilatorias exceptiones proponere protestanti, terminum, in quo id faceret, vel super principali responderet negotio, statuistis; ad quem idem veniens fuerit protestatus, paratum se proponere alio tempore litteras nostras per suggestionem falsi, et veri suppressionem obtentas, sed tunc ad hoc se non teneri de iure:*] cum tempus propter vindemias existeret feriatum. Respondente 83) syndico monasterii, hoc malitiose proponi, vt videlicet caussa protracta, tempus regiminis electi inutiliter 84) elaberetur. [*Quod apparebat ex eo, quia per nuntium potestatis id abbati fuit prohibitum, ne communitatem eandem extra Florent. districtum in iudicio conueniret: quare praenominati abbas et conuentus humiliter petierunt, vt obuiare huiusmodi malitiis dignaremur. Quocirca discr. v.*] mandamus, quatenus [*tam eundem syndicum, quam eiusdem monasterii monachos, quorum testimonia vti voluit, si excommunicationem contra eos ad impediendum eiusdem processum oppeni contingat absoluentes, subl. appell. obst. ad cautelam, ne tali praetextu valeant ab agendo vel testificando repelli,*] hoc non obstante 85), in negotio, [*iuxta recepti formam mandati*] ratione praeuia, procedatis. [*caussae finem debitum absque morae dispendio imponendo, ita praeceptum apostolicum implentes, vt non debeamus vobis difficultatem, quae dicto monasterio morae occasione euenire dignoscitur, imputare.*]

73) *Magistro*, legitur in C. L.
74) *G. et B.* C. H.
75) *Paten.* C. R. 1.
76) *Commorantibus canonicis*, c. 5. comp. cit.
77) *Florentinorum*, legimus in c. cit.
78) *Quasi possessione*, ibidem, per totum.
79) *Dicebat*, habet C. L.
80) Pro verbis, *ipsa potestas*, legimus in cit. c. *laesione*.
81) Vox: *eisdem*, non legitur in ed. ant. Pith. nec. in c. cit. quod insuper pro *electum a monachis* habet: *praefatum nobilem*.
82) *Dicti*, C. R. H. L. edit. ant. et Taurin.
83) In c. cit. statim post vocem: *feriatum*, ita legimus: *et G. monachus, syndicus monasterii pro eodem, vt dicebat, monasterio interdictione in presbyterum excommunicationis laqueo teneretur, eodem G. proponente, hoc malitiose partem aduersam proponere, vt, caussa prolata, tempus labatur regiminis electi memorati.*
84) *Inutiliter*, ed. ant.
85) *Praemissis exceptionibus non obstantibus*, c. cit.

a l. 1. l. ad leg. Iul. et l. ad rem mobilem. ff. de proc. et l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. b Bononien. c In vno antiquo, cogeretis communitatem praedictam, eundem electum, etc.

TITVLVS II.
DE FORO COMPETENTI.

CAP. I.

Clericus coram suo episcopo conueniri debet.

Ex concilio Chalcedonen. 86) d (*ann.* 455. *in Bithynia.*)

Si quis clericus e aduersus clericum negotium habeat; non deserat episcopum proprium, [*et ad secularia percurrat iudicia,*] sed prius apud ipsum actio ventiletur 87): vel certe 88) consilio eiusdem [*episcopi*] apud alios, quos vtraque f pars voluerit 89), iudicium obtinebunt. 90) g [*Si quis autem praeter haec fecerit: canonicis iudiciis subiacebit.*]

86) *Calcedonensi*, C. L. et ed. ant.
87) *Sed prius accusatio ventiletur apud episcopum proprium*, legimus in c. 1. comp. 1. h. t.
88) *Certe*, abest a C. R. H. L. et ed. ant.
89) *Apud quos vtraeque partes voluerint*, ibidem.
90) *Contendant*, est ibid.

CAP. II.

Iudex secularis, si clericum per se distringit, vel condemnat, excommunicari debet.

Ex concilio Parisiensi. 90*)

Nullus iudicum h, neque presbyterum, neque diaconum aut clericum vllum aut minores 91) i ecclesiae, sine permissu k pontificis 92) per se distringere 93) aut condemnare praesumat. Quod si 94) fecerit; ab ecclesia Dei, cui iniuriam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscens 95) emendet.

90*) Iam correct. Rom. ad c. 2. C. XI. q. 1. vbi hic textus sub nota: *Palea* refertur, annotarunt, eum ex capitularibus petendum esse, et interpolatum: adeoque in C. R. 1. et 3. decreti omissus est.
91) *Iuniores*, legitur in c. 3. comp. 1. h. t.
92) *Permissu episcopi*, C. H. 1. sed C. R. 2. *permissione pontificis*, in c. cit. legimus: *sine sententia*.
93) *Distringat*, est ibid.
94) *Et si*, C. H. 1. habet: sed c. cit. *qui si*.
95) *Cognoscat et*, cit. c.

CAP. III.

Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum ibi, vbi res est. Sic communiter summatur.

Ex concilio Africano. 95*) (*ann.* 418.)

Sane si episcopi, inter l quos caussa versatur 96), sint 97) diuersarum prouinciarum: ille Primas det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contenditur. [*Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint; aut vnus eligatur aut tres: et, si tres elegerint, aut omnium sententiam sequuntur, aut duorum.*]

95*) In cod. canon. eccl. Afric. apud IVSTELLVM et VOELLIVM est c. cit. et post c. 2. X. de arbitr.
96) *Vertitur*, C. R. 1.
97) C. R. H. L. et c. 4. comp. cit. legunt: *sunt*.

CAP. IV.

Episcopus vt suspectus recusatus, de cuius suspicione notorie constat, potest dare delegatum partibus non suspectum, cuius sententiam poterit per se exsequutioni mandare.

GREGORIVS *Bonifacio defensori Corsicae.* m (*ann.* 594.
Roma in Corsicam insulam.)

Si quis n contra clericum 98) caussam habuerit; episcopum ipsius 99) adeat: qui, si vt suspectus fuerit recusatus 100), exsequutor ab eo 1) deputetur. Aut si [*et*] hoc ab eo refugerit; ab eodem episcopo 2) est deputandus, qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat

98) *Contra clericum aliquem*, legimus in c. 5. comp. cit.
99) *Suum*, C. R. 1.
100) *Quod si forte suspectus fuerit: exsequutor* etc. habet cit. c.
1) *Ab ipso*, C. R. H. L. et cit. c.
2) *A te*, habet c. cit.

d Act. 15. vbi refertur aut canones conc. viii. cap. 9. Burch. libr. 2. decr. c. 183. Ivo p. 6. c. 135. et 310. Gratianus 11. quaest. 1. can. si clericus. e Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. f vtraque pars. g al. continebunt. h Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. i iuniores. t mech. k al. sententia. l Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. m Gregorius l. 9. epist. 74. regist. n Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.

pellat

pellat eligere: a quibus quicquid fuerit definitum, ipsius sollicitudine 3), seruata lege, modis omnibus compleatur.

3) Pro voce *ipsius*, in cit. c. legitur: *episcopus*. sed ad verba: *ipsius sollicitudine*, in C. d. 2. in margine notatur: *fratrisepisc.*

CAP. V.

Super re ecclesiæ vel clerici potest laicus coram ecclesiastico iudice conueniri: sed si probabiliter negat, rem esse ecclesiæ vel clerici, ad iurisdictionem ecclesiasticam declinandam, conuenietur coram suo iudice.

ALEXANDER III. a [pars c. *Idec inter alios.*] (*ann.* 1180. *epist. Genuensi.* 4))

Si [*vero presbyter, vel*] clericus [*alius aliquem*] laicum b de rebus suis vel ecclesiæ impetierit, et laicus res ipsas non ecclesiæ esse 5) [*vel presbyteri*] aut clerici, [*qui eum exinde impedit,*] sed suas proprias, asseuerat; [*laicus ipse*] debet de rigore iuris 6) [*super hoc*] ad forensem iudicem 7) trahi; cum actor forum 8) rei sequi debeat: licet in plerisque 9) partibus aliter de consuetudine habeatur 10).

4) Verba *episcopo Genuensi*, non leguntur in comp. cit. c. 7.
5) Verbum *esse*, desideratur in C. H. L. et ad ant.
6) Ea qualitas in re eiecta attendenda, sub qua illam reus possidet, quod etiam in vindicatione feudi obtinet, quod cum sub *qualitate allodiali* possidet, vt ad forum commune, non iudicium feudale caussa referri debeat.
7) *Forensem iudicium*, cit. c.
8) *Semper forum.* C. H. legit: cum L. et a. cit.
9) *Pluribus.* C. B. 1.
10) *Fiat*, est in cit. c. pro *habeatur.*

CAP. VI.

Si quæstio feudalis est inter clericum et laicum, cognoscet dominus feudi: sed eo negligente, cognoscet delegatus papæ, etiam ante negligentiam datus. H. d. secundum lecturam gloss.

IDEM c (*Senonensi archiepiscopo* 11) *circa idem tempus.*)

Ex transmissa d nobis insinuatione B. C. e et W. 12) militum f ecclesiæ tuæ 12*) intelleximus, quod, cum R. de Cassauille 13) g eos super quadam possessione coram 14) [*ven. fr. n.*] Trecen. episcopo traxisset in caussam, nobilis vir de Campis 15) h eorum dominus, sub debito fidelitatis [*eis*] inhibuit 16), ne de seculari feudo in iudicio ecclesiastico responderent. [*Itaque præfatus episcopus in eos, velut in contumaces, excommunicationis sententiam promulgauit (et infra.)*] [*Deinde*] per dominum feudi caussam iubeas terminari, et, si ipse [*aliquid*] malitiose distulerit, tu ei [*subl. app. obst.*] debitum finem imponas.

11) Dictiones *Senon. archiep.* non habentur in 2. comp. c. 2.
12) *B. et G. et V.* C. d. 1. habet, sed L. *B. G. et W.* c. cit. *G. B. et W.* ad Pith. *B. C. et W.*
12*) Vox: *tuæ*, desideratur in cit. c.
13) *Rabul* C. B. 1. *de Cahmille* L. ed ant. in cit. c.
14) *Ante, episcopum traxit*, legimus in cit. c.
15) *De Capis*, ibid.
16) *Eis inhibuit.* C. B. 1. habet. *Eis inhibuit*, legunt C. B. 2. H. L. ed ant. Cont. Pith. et gloss.

CAP. VII.

Per dominum feudi secularem siue ecclesiasticum, quæstio feudalis terminari debet, etiamsi vasalli sint clerici: et si plures prætendantur domini non potest vnus cognoscere, maxime alio absente, an feudum ad eum pertineat. H. d. secundum lecturam magis notabilem.

IDEM. (*c. ann.* 1180. *Romæ.*)

Verum i quoniam de quibusdam feudis aduersus [*eumdem*] præpositum quæstio mota fuit 17): statuimus, vt, ex quo episcopus fuerit in [*eadem*] ecclesia consecratus 18) k, (*qui plenam auctoritatem habeat et potestatem*] de feudis ipsis sub suo iudicio cognoscatur 19), si ad ecclesiasticam cognitionem pertineant: alioquin [*ipsa quæstio*] imperiali beneplacito 20), sicut iustum fuerit, relinquatur. 21)

17) *Quæstionem mouerunt*, legimus in c. 3. comp. cit.
18) Olim consecratio demum constituebat verum episcopum, vt, quæ ad officium episcopi pertinebant, optimo iure peragere, c. 2. *dist.* LXXV. c. 1. *dist.* C. et ita etiam vt dominus de feudis ecclesiasticis cognoscere, et vasallos ecclesiæ, qua tales, h. e. qui ab ecclesia ex patrimonio eius, feuda tenebant, inuestire posset. In Germania enim prælati etiam *secularia territoria* ab imperatore et imperio possident, vt duces, comites etc. et qua tales suos habent vasallos, quos olim ne quidem statim post consecrationem inuestire poterant, sed demum post *inuestituram* ab imperatore acceptam. Testis est OTTO Frisingensis episcopus *libr.* II. c. 28. et, *imperium, ait, his Hardewicus, qui nuper per electionem cleri et populi et metropolitani sui, consecrationem, pontificatum eiusdem ciuitatis acceperat. Regalia siquidem, quæ iuxta curiæ vnitis episcoporum ministri, antequam de manu principis suscipiantur, tradere licet, ipse huius rei nescius, inpræmeditate, morante adhuc in Italia principe, tradiderat: ob ea in caussam positus, dum et factum inficiari, qualitatemque facti defendere nequit, compositionis incurrit nexum, cæteri quoque, qui ab eo susceperunt, quique iuxta suam conditionem et sortem eo plus minusue compositione pœna damnantur.*
19) Verba: *iudicio cognoscatur*, absunt a C. H. sed in c. cit. legitur: *cognoscantur.*
20) *Beneficio.* C. C. 1.
21) *Ab imperiali --- terminetur.* cit. c.

a *Post concil. Later. part.* 8. c. 7. b *Cap.* 7. *eod. tit. in* 1. *compil.* c Epifc Trouet. d *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *comp.* e *B G.* f Treuer. g Calle. h Caris. i *Cap.* 3. *eod. tit. in* 2. *compil.* k *In Cod. Barb.* consecratus vel confirmatus de feudis, etc.

CAP. VIII.

Malefactores ecclesiarum in vtroque foro conueniri possunt.

LVCIVS III. l (*ann.* 1181.)

Cum sit m generale, vt actor forum rei sequatur: [*conueniens est, vt apud iudices seculares raptores primo conueniantur. Sed si iustitiam exhibere contempserint, aut iudices ex quacunque caussa fuerint negligentes; quia iudicandi sunt sacrilegi ab ecclesia: de crimine illa censuram poterit in eos ecclesiasticam exercere.*] Verum quoniam seculares iudices in exhibenda iustitia personis ecclesiasticis sæpe in iudicio suo remissi; [*iam per consuetudinem*] in fauorem 22) ecclesiæ est introductum, vt malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi 23) venerabilium locorum rectores possint, sub quo maluerint, iudice 23*) conuenire. n

22) *Fauore ecclesiæ*, C. H. L. et c. 4. comp. cit.
23) *Qui sacrilegi* etc. c. cit. non habet. 23*) *Iudicio*, est ibid.

CAP. IX.

Caussæ clericorum secundum iura, non secundum consuetudines laicorum terminentur. Vel sic: *In loco temporalis iurisdictionis ecclesiæ, caussæ clericorum sunt secundum ius canonicum terminandæ.* Hoc dicit, secundum gl. et vtrumque summarium recipit determinationem.

COELESTINVS III. (*ann.* 1195. *epist. Paris.* 24)

Quod a clericis 25): [etc. [et infra.] *Nullus episcoporum vel clericorum ad iudicia secularia est trahendus. Habent enim illi suos iudices et nec quam est eis publicis commune cum legibus. Constituit vero papa at Gelasius, et alii plures antecessorum nostrorum antiquioribus conciliis consonantes, sicut bene patet viris iuris vtriusque peritis, id ipsum in suis constitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducti, per apost. sedem*] mandamus, quatenus, si quas caussas pecuniarias 26) clerici Parisius commorantes 27) habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos 28), ipsas 29) (*app. rem.*] iure canonico decidatis, [*nec permittatis iuri scripto consuetudinem præualere.*]

24) Verba *epist. Paris.* non habentur in comp. 2. c. 5.
25) *Quod de Clericis.* C. H. 1.
26) *Seculares*, est in c. cit.
27) Tales fuisse *scholares*, studiorum caussa Parisiis commorantes, optime obseruat A COSTA ad h. *tit.* p. 368. sq. qui eo tempore *clericorum* nomine veniebant, quod sub disciplina ecclesiastica alent constituti. Hac de caussa censuit COELESTINVS III. eorum caussas pecuniarias secundum *ius canonicum*, non secundum consuetudinem ciuitatis esse decidendas, quod *clericorum* iure censeri deberent.
28) Contra *ipsos*, C. B. 1. legit, sed c. cit. omittit *ipsos.*
29) *Illas* C. H. 1. habet, sed in H. ista vox plane non exstat.

CAP. X.

Laicus laicum super re ciuili coram iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi in defectu iustitiæ secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

INNOCENTIVS III. *Vercellensi episcopo.* (*ann.* 1208. *Romæ in Pedemontium.*)

Licet ex p suscepto 30) [*seruitutis officio simus omnibus in iustitia debitores: sic tamen in iure suo nos quosdam conuenit praeuidere, ne aliis iniuriam facere videamur, et, quod absit, inde sumatur materia scandali, vnde prouida debet consideratione sedari. Ex insinuatione sane dil. filiorum consulum et communis Vercellensis, nos noueris accepisse, quod, cum de singulis quæstionibus, quæ motæ fuerant contra eos coram consulibus, iustitiæ, iuxta consuetudinem approbatam velint cuilibet conquerenti iustitiæ plenitudinem exhibere, laici quidam, vt eorum iurisdictionem enatent, et fatigent eos laboribus et expensis, super rebus, quæ iudicium ecclesiasticum non contingunt, litteras ap. impetrant, et sic præter iurisdictionem consulum, quam eneruent, eos cogunt multipliciter laborare. Volentes igitur sic eorum vtilitati consulere, ne patiamur iustitiam eorum deperire. f. t. per a. f.*] mandamus, quatenus, si quando a laicis Vercellen. 31) [*tales*] litteras super rebus, præcipue, quæ forum seculare contingunt 31*), a sede apostol. contingerit impetrari, sublato [*cuiusl.*] appellationis obstaculo, decernas auctoritate nostra as irritas 32) et inanes: dummodo [*dicti*] consules et commune de se conquerentibus in iudicio seculari exhibeant iustitiæ complementum.

Liceat tamen ipsis, qui 33) sub eisdem consulibus 34) taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint prægrauari 35), ad tuam, sicut hactenus seruatum est, vel ad nostram, si maluerint q, audientiam appellare, hoc præsertim tempore, quo, vacante 35*) imperio, ad iudicem secularem recurrere nequeunt, qui e superioribus 36) in sua iustitia opprimuntur. Si vero consules iustitiæ tanquam merito

30) *De suscepto*, C. L.
31) *Vercellens.* non est in c. 1. comp. 3. h. t.
31*) *Requirunt*, est ibid.
32) *Inutiles*, legitur ibidem.
33) Hæc verborum series in c. cit. variat hoc modo: *qui cum eis taliter duxerint contendere.*
34) *Eisdem iudicibus consulibus*, C. H.
35*) Quia hoc tempore dissidium, inter PHILIPPVM et OTTONEM IV. electos, adhuc durabat, et incertum erat, vtrum hic an ille verus esset imperator? imperium vacasse ait pontifex, adeoque RAYNALDVS in annal. tom. I. per hoc tempus vsque ad mortem PHILIPPI annos *vacantis imperii occidentalis* constituit.
35) *Aggrauari*, C. B. 1.
36) *A suis superioribus*, C. L.

l *Al.* Idem. m *Cap* 4. *eod. tit. in* 2. *compil.* n vide l. *fi quis in hoc genus*, et l. *placet C. de episc. et cler.* o *Cap.* 5. *eod. tit. in* 2. *compil.* p *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* q voluerimus.

 suspecti

fuspecti fuerint recufati; coram arbitris communiter electis, de caussa fuspicionis agatur: quæ si probata fuerit esse iusta, ad te, vel ad nos pro iustitia recurratur, sicut superius est expressum.

CAP. XI.

Vidua laicum coram iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi super caussa ecclesiastica, vel in defectum iudicis secularis.

IDEM *a archidiacono* 37) *et thesaurario* b *Turonensi.*
(*ann.* 1210. *Roma in Galliam.*)

Ex tenore c litterarum [*nobilis viri G.*] comitis Britanniæ nostris est auribus intimatum, quod, cum caussam, quæ inter mulierem nobilem F. et [*nobilem virum*] I. 38) de Meduano super hereditate sua noscitur agitari, vobis [*et bon. mem. G. magistro scholarum B. Martini*] commiserimus 39) [*fine debito*] terminandam, ipse comes eidem mulieri, cum tam ipsa, quam prædictus I. essent de foro ipsius 40), mandauit, vt caussam [*ipsam*] deferrent 41) ad ipsum, promittens eidem, quod [*in curia sua*] faceret ei iustitiæ plenitudinem 42) exhiberi d, [*nobis nihilominus intimare procurans, quod in curia sua debeat huiusmodi negotium terminari. At vos et mulier supradicta ei nequaquam abtemperare volentes, satagitis in caussa procedere, et sibi suam minus rationabiliter iurisdictionem auferre, unde nobis humiliter supplicauit, vt caussam ipsam ad eum, ad quem specialiter pertinet, mittere dignaremur.*] Nos igitur attendentes, quod sic sumus viduis 43) in iustitia debitores, quod aliis iniustitiam 44) facere non debemus, [*distr. v. per A. S.*] mandamus, quatenus, nisi sit talis caussa, quæ ad ecclesiasticum iudicem pertinere noscatur, ei supersedere curetis; dummodo per iudicem secularem suam possit iustitiam obtinere; alioquin, non obstante ipsius contradictione, caussam ipsam, ratione præuia, terminetis.

37) *Archiepiscopo*, recte legitur in C. 8. 2. L. et c. 2. comp. cit.
38) *F. et Io.* C. 8. 1. legitur et L. per totum.
39) *Commisimus*, C. H. ed. ant. et Pith.
40) *Suo*, C. H.
41) *Deferret*, C. L. ed. ant. et c. cit.
42) *Complementum*, C. 8. 1.
43) Nouum prætextum, caussas seculares ad fora ecclesiastica trahendi, clerici quæsiuerunt in qualitate litigantium, si caussæ *viduam* concernerent, ceu etiam liquet ex c. 15. *X. h. t.* quem tamen improbat pontifex, sed cum solita limitatione: *dummodo per iudicem secularem suam possit iustitiam obtinere*, quia iudices ecclesiastici in casu *denegata iustitia*, quem facile sibi et aliis persuadebant, qualescunque caussas seculares ad sua trahebant fora, quas tamen subterfugiis et cauillationibus litms immortales faciebant. c. 20. *X. de iudic.*
44) *Iniuriam*, est in cit. c.

CAP. XII.

Clericus non potest constituere sibi iudicem laicum: etiamsi proprium iuramentum et aduersarii consensus accedat.

IDEM *Pisano archiepiscopo.* (*ann.* 1210. *Roma in Tusciam.*)

Si e diligenti [*meditatione.*] et infra. *Super eo autem miramur multum, et mouemur, quod, cum te reputemus virum prouidum et discretum, et iuxta debitum pontificalis officii, statuta sanctorum patrum ignota tibi esse non debeant, et iurisperitorum copiam habere noscaris,*] asseruisti, te vsque ad hæc tempora tenuisse, [*et habere pro certo,*] quod licitum sit [*cuilibet*] clerico renuntiare saltem in temporalibus caussis 45) iuri suo, et sibi laicum iudicem constituere, præsertim vbi aduersarii voluntas accedit 46), ac [*per hoc tacite te minus rationabiliter redarguturn, pro eo, quod huiusmodi pacta teneri*] temere 47) iuramentum super hoc 48) interpositum respondisti, immemor constitutionis [*illius*], f qua cauetur, pacto priuatorum 49) iuri publico minime derogari. Cum ergo 50) hoc ius in g Mileuitano et Carthaginensi conciliis 51) sit specialiter promulgatum, ne clerici clericos, relicto suo pontifice, ad iudicia publica pertrahant, alioquin caussam perdant, et a communione habeantur extranei, et 52) tam episcopi 53) quam diaconi 54), seu quilibet clerici in criminali, seu in 55) ciuili negotio 56), si, derelicto ecclesiastico iudicio 57), publicis iudiciis se purgare 58) voluerint 59), etiamsi pro eis sit lata sententia, locum suum amittant, et hoc in criminali actione, in ciuili vero perdant, quod euicerint 60), si locum suum maluerint h obtinere; manifeste patet, quod non solum inuiti, sed etiam voluntarii 61) pacisci non possunt, vt secularia iudicia subeant: cum non sit beneficium hoc personale 62), cui renuntiari valeat, sed potius toti collegio ecclesiastico sit publice indultum, cui priuatorum pactio derogare 63) non potest. Nec iuramentum licite seruari potuit, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur.

45) *Vor: caussis*, a C. 8. L. et c. 4. comp. cit 3. abest.
46) *Accessit*, est in. c. cit.
47) *Temere*, non est in c cit. *tenere*, autem legunt C. H. L. et ed. ant. sicut cit. c.
48) Verba *super hoc*, non exstant in cit. c.
49) *Priuate*, habetur ibid.
50) *Igitur*, habet C. L. cum ed. ant.
51) *Concilio*, habet cit. c. Rursus rationes decidendi ex *decreto* petit, et erroribus GRATIANI nimat. Prima ratio petita ex c. 42. C. *XI.* q. 1. quem hic tribuit concilio *Mileuitano*, cum tamen desumtus sit ex *concilio Toletano III* c. 13 anno DLXXXIX habito, vt *ad cit. can.* ostendi. Altera petita est ex c. 43. C. *XI.* q. 1. in quo refertur *concil. Carth. III.* c. 9. Interim ævo IVSTINIANI talis prorogatio pactitia non erat prohibita clericis, vt docet *l.* 51. *C. de episc. et cler.* in qua restitui censet, forum hoc priuilegiatum admittere renuntiationem quoad certam caussam: quia, si pontificia ratio solido niteretur fundamento, omne forum priuilegiatum prorogationem excluderet, quam rationem haud remouet responsio adducta in c. 18. X. h. t.
52) Partic. *et*, C. L. omittit.
53) *Tam presbytero*, C. 8. 1. habet.
54) *Diaconus*, secundum C. H. L. et ed. ant.
55) Partic. *in*, non exstat in C. L.
56) *Negotio*, non legitur in ed. ant.
57) *Ecclesiæ iudicio*, C. 8. 1.
58) *Purgare*, est in cit c.
59) *Voluerit*, C. H. legit.
60) *Quæ euicerint*, cit. c.
61) *Voluntarie*, C. H.
62) Ed. ant. paullo aliter legit, nimirum: *quum sit beneficium hoc generale, non personale.*
63) *Pacto derogari*, legimus in cit. c.

CAP. XIII.

Clerici super excessibus coram suo episcopo, conueniri debent; non coram his, quibus seruiunt: nisi consuetudo vel priuilegium aliud inducat.

IDEM *Beluacensi* 64) *episcopo.* (*ann.* 1210. *Roma in Galliam.*)

Cum contingat i interdum in tua 65): [*et infra.*] Insuper postulasti, an, cum aliqui clerici deputati 66) seruitio capituli Beluac. aut aliorum clericorum tuæ diœcesis super excessibus 67) impetuntur, sint 68) conueniendi coram te, vel potius coram illis, quibus seruiunt, querelantibus respondere; cum illi sibi iurisdictionem huiusmodi vindicare contendant: licet illos excommunicare non valeant, vel alias etiam 68*) coercere. Super quo [*fr. t.*] taliter respondemus, quod ad te, vtpote ordinarium, de talibus debent 69) conquerentes habere recursum; maxime si super his [*criminibus*] impetuntur, quæ in tua noscuntur diœcesi commisisse; nisi forte hi, quibus delinquentes ipsi deseruiunt, ex indulgentia vel consuetudine speciali iurisdictionem huiusmodi valeant sibi vindicare.

64) Comp. 4. c. 1. h. t. habet: *Bebnacensi.*
65) Verba: *in Tua*, a C. 8. H. L. ed. ant. et Gonz. absunt.
66) *Deputati sint.* C. 8. 1. legit.
67) *Si super excessibus*, in C. 8. 1. legimus, sed in cit. c. *super criminibus.*
68) *Sunt*, C. 8. 1. et c. cit.
68*) Partic. *etiam*, non est in cit. c.
69) *Debeant*, C. 8. 1. habet.

CAP. XIV.

Episcopus delicti condemnat clericum de delicto; sed non priuat beneficio alibi existente: sed episcopus beneficii priuabit quasi exsequendo condemnationem iudicis delicti. H. d. secundum vnum intellectum. Secundum alium intellectum h. d. *Episcopus delicti condemnat, clericum de delicto, priuanda beneficio alibi sito: sed exsequutio realis fit ab episcopo beneficii.*

IDEM INNOCENTIVS III. *k Senicen. episcopo.* 70)
(*ann.* 1210. *Roma in Galliam.*)

Postulasti l per sedem apost. edoceri, vtrum sacerdos habens ecclesiam in vna diœcesi, et residens in eadem, domicilium vero patrimonii 71) ratione in alia, ibi 72) delinquens, ab eo, in cuius diœcesi habeat 73) patrimonium, pro delicto ibidem commisso debeat iudicari, præsertim 74) in caussis, quæ officii sui 75) seu beneficii priuationem exposcunt? Ad quod breuiter respondemus, quod per episcopum 76), in cuius diœcesi deliquit 77), sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo 78), in cuius diœcesi beneficium 79) obtinet, erit quoad illud 80) [*huiusmodi*] exsequutio facienda. 80*)

70) Hæc verba non exstant in C. H. L. et edit. ant. In c. 3. comp. 4. h. t. atque ex hic vitiose legitur: *Vicen. episcopo.* Integra hæc decretalis deprehenditur in *collect. epist.* INNOCENTII III. *libr. XVI.* ep. 26. *edit. Baluz.* vnde hæc restituenda inscriptio: *Stefaniensi episcopo.*
71) Bona quidem de *iure Romano* non constituunt domicilium: facilius *iure Germanico*, quod in plerisque prouinciis desiderat subiectionem in possessoribus immobilium, vt hæc nemo possidere possit, nisi præstiterit homagium, vt *sorte landsassiatus.* Vnde hoc loco dicitur clericus habere *domicilium ratione patrimonii.*
72) *Ibique*, est in C. L.
73) *Habet*, C. H. L. ed. ant. Pith. et c. cit.
74) *Præsertim etiam*, C. 8. 1.
75) *Sui*, non exstat in C. L. et ed. ant.
76) *Per ipsum*, habet cit. c.
77) *Delinquit*, est ibidem.
78) *Ab episcopo*, ibidem.
79) *Ecclesiam*, legitur in eod. c.
80) *Quoad ipsam ecclesiam*, ibid.
80*) Reliqua vid. infra c. 21. de homic.

CAP. XV.

Miserabilis persona potest laicum interdicto, vnde vi, coram iudice ecclesiastico conuenire: etiamsi res subtracta dicatur feudalis.

HONORIVS III. *archiepisc. decano* 81), *et archidiacono Turon.*
(*ann.* 1220. *Roma in Galliam. conf. c.* 1. *comp.* 5. *h. t.*)

Ex parte B. 82) quondam Angliæ reginæ [*illustris*] fuit propositum [*coram nobis*], quod, cum nobilem virum G. 83) [*de Vuer-*

81) *Et decano*, C. H. et L. in quo vltima verba *et archidiacono*, non leguntur.
82) Pro *B.* in c. 1. comp. 5. h. t. legimus: *carissima in Christo filia*, vti quoque habet ed. Cont. retenta littera *B.*
83) C. 8. 1. pro G. habet: W. Contius: *G. de Guinchia.*

---

a Archiepisc. b 8 Cancellario. c *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil.* d *Vid. l.* 1. § *post aperta ff. de noui oper. nunt. et l.* 2. *ff. de iudic. per Bart.* e *C.* 4. *eod. tit. in* 3. *compil.* f *Additur*: illius. g *Verba, quæ tribuuntur hoc loco Mileuitano concil. habentur in concil. Tolet. III. cap.* 13 *et alia in concil. Carthag. III. cap.* 9.

h *L. id quod nostrum. de reg. iur. et l.* 1. *ff. solut. matrim.* i *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.* k *al.* Vicensi. l *Cap.* 3. *eod. tit. in* 4. *compil.*

120 }

tia] detentorem castri Segrey 84), ratione dotalitii pertinentis ad ipsam, quo per eum vel eius complices contra iustitiam fuerat spoliata *a*, auctoritate bonæ memoriæ Ioannis 85) Papæ præd. nostr. coram vobis [*super hoc*] traxisset in caussam, dictus nobilis excipiendo proposuit, quod litteræ apostolicæ non valebant, pro eo, quod castrum Guargiæ 86), vbi est eius domicilium principale 87), consistit in diœcesi Redon. 88) quæ vltra duas diætas a Turonis est remota, [*vnde hic trahi non poterat secundum statutum concilii generalis.*] Verum replicatum fuit ex parte reginæ, quod idem nobilis Turonis seris poterat [*secundum statutum concilii generalis*] conueniri: cum non solum in Redon. diœcesi 89), sed et in Andegauensi diœcesi existat, eo, quod *b* et castra 90) et reditus plures habet in ipso, et castrum, de quo quæstio vertitur, in eadem est 90*) diœcesi, quæ a Turon. nequaquam vltra XII. leucas distat. Idem quoque adiecit, quod, cum dicta regina ius suum coram domino feudi prosequi debuisset, litteræ apostolicæ 91) non valebant, cum non faciebant 92) mentionem, quod dominus feudi fuerit 93) requisitus, et ipse in exhibenda [*sibi*] iustitia extiterit 94) negligens vel remissus, subiiciens 95), quod eædem litteræ falsitate expressa fuerant impetratæ, eo, quod suggestum fuerat, castrum illud ad eandem reginam ratione dotalitii pertinere: cum nec ab initio, nec durante 96) matrimonio a viro sibi fuerat 97) in donationem propter nuptias 98) assignatum. Ad hoc 99) autem fuit ex parte ipsius 100) reginæ responsum, quod vidua spoliere, irrequisito feudi domino, spoliatorem seu detentorem rei 1) coram ecclesiastico iudice poterat conuenire, cuius interest viduas 2) defendere 3): [*Nec obest, quod sibi castrum illud a viro non fuerit assignatum, cum claræ mem. Ioan. rex Angliæ, heres et successor viri sui, castrum præfatum in concambium pro aliis rebus dotalitiis eidem concessit, et ipsa illud pro dote diu pacifice possedisset. Ad hæc autem fuit ex parte ipsius nobilis replicatum, quod prædictus rex heres non fuerat regis Richardi, nec dominus Andegauiæ, sed eiusdem caster raptor potius et inuasor. Item sui, quod ipse nequaquam habuit, transferre non potuit in reginam. Ad hoc pars eiusdem reginæ respondit, quod contra rescriptum exceptio huiusmodi non valebat, nec locum habere debebat in possessorio, quod eadem contra dictum nobilem intentabat. Vnde vos aures huiusmodi exceptionibus friuolis adhibentes, in principali negotio procedere hactenus distulistis in eiusdem reginæ grauamen non modicum et iacturam. Nos vero volentes, vt finis litibus imponatur, discr. v.*] mandamus, quatenus, si vobis constiterit, dictum nobilem 4) terram et mansionem habere in Andegauensi diœcesi, in qua interdum consueuit 5) commorari, et ipsam diœcesim vltra duas a Turon. 6) non distare diætas, et in eadem litigiosam rem esse, non obstantibus exceptionibus eius, quæ in petitorio potius, quam in possessorio, quod 7) regina contra eundem nobilem intentabat, locum habere videntur, in ipso 8) negotio iuxta priorum continentiam litterarum, [*sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo,*] ratione prævia procedatis, [*præceptum apostolicum taliter impleturi, quod eadem regina pro defectu vestro ad nos laborare vlterius non cogatur, nec vos possitis de negligentia reprehendi.*]

84) *Segren* C. R. 1. sed Contius: *Sergri*. et c. cit. *Segrel*.
85) *Innocentii*, habet C. L. et c. cit.
86) *Garc.* legit C. R. 1. sed H. *Guerchia*. L. vero: *Guarcha*. et cit. c. *Vuarchia*.
87) Vox: *principale*, a C. R. 1. abest.
88) *Redonens.* legunt C. H. et L. per tot.
89) *Redonensi*, *sed etiam Andegauensi diœcesi existat*, C. H. L. et ed. ant. quamuis vltima *Rodonensi*, legat pro *Redon*. Denique hæc verba in cit. c. ita variant: *cum non solum Redon. sed etiam diœcesi Andegau. existat eo, quod in ipsa castra etc.*
90) *Quod in ipsa et castra*, C. R. sed in C. R. 2. glossa superscripto: *scil. diœcesi*
90*) *Constat*, c. cit.
91) *Præfata*, ibid.
92) *Faciant* C. R. 1. L. et c. cit. habent, et ita quoque correctum est in C. R. c.
93) *Fuerat*, C. R. 1.
94) *Non extiterit*, C. R. 2.
95) *Subiungens*, est in c. cit.
96) *Vel durante*, C. R. 1.
97) *Fuerit*, C. H. L. et c. cit.
98) Leguleii, instituta maiorum ignorantes, dotalitium dixere *donationem propter nuptias*, omnia ad iuris Romani principia accommodantes: cum tamen longe diuersus finis et diuersa ratio sit in Germania Galliaque *dotalitii*, quod assignatur daturque vxori intuitu futuræ viduitatis, a *donatione propter nuptias Romana*, quæ in securitatem dotis vxori datur, qua salua et restituta regulariter exspirat.
99) *Adhæc*, c. cit.
100) Pron. *ipsius*, desideratur in C. H.
1) *Rei suæ*, C. H.
2) Verba: *cuius interest viduas defendere*, omittuntur ibid. Sed *defensare* est in C. R. ed. Pith. gloss. et c. cit. De hoc inani prætextu dixi ad c. 11. X. h. t. n. 43.
4) *Vt dictum est nobilem*, C. H.
5) *Consueuerat*, C. R. 1. *consueuerit*, C. R. 2. H. L. in cit. c.
6) *A Turonis*, C. L.
7) In c. cit. verba: *quod regina - intentabat*, omittuntur.
8) *Ipsa*, ed. ant. omittit.

CAP. XVI.

Laici vsurpantes iura ecclesiastica, velut sacrilegi per iudicem ecclesiasticum compellantur.

GREGORIUS IX. *fratri Palmerio* 9) *canonico S. Trinitatis.* (*ann.* 1230. *Romæ in Angliam.*)

Conquestus est nobis 10), Bononiensis episcopus, quod potestas et commune Bononien. temporalem iurisdictionem, quæ in quibusdam castris et villis ecclesiæ Bononiensis competit pleno iure, et in cuius quasi possessione fuisse ac esse dignoscitur, per violentiam vsurpare præsumunt. [*et infra.*] Cum autem valde sit iniquum, vt ea 11), quæ collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus ecclesiis, vel relicta, aut eis iustis modis alias acquisita, aliis vsibus applicari: propter quod merito inuasores ipsarum rerum, tanquam sacrilegi, sunt anathemati 12) vsque ad satisfactionem congruam supponendi. [*et infra.*]

Mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam cessare ipsos ab huiusmodi, et satisfacere de præteritis 13) damnis et iniuriis, appellatione remota, compellas.

9) *Gregorius fratri Paliterno*, C. H. habet: sed L. *Gregorius IX. Petro canonico S. Trinit.* et ed. ant. pro *fratri Palmerio*, habet *Palomno*.
10) Dictio *nobis*, in C. L. non legitur.
11) Particula *vt*, omissa est in C. R. H. L. nec non in ed. ant. Cont. et Pith.
12) *Anathematizari*, ed. ant.
13) *Prædictis*, C. R. 1.

CAP. XVII.

Priuilegiatus vt non teneatur respondere nisi in certo loco. Si in alio loco respondere vel soluere promittit: ibi poterit conueniri, et etiam vbi habet domicilium, secundum Ioan. Andr.

IDEM *episcopo Dulmensi.* 14) (*ann.* 1230. *Romæ in Angliam.*)

Dilecti filii L. et A. ciues Romani, sua nobis petitione monstrarunt, quod, cum abbati S. Genouefæ Parisien. super quadam pecuniæ summa, contra R. prædecessorem tuum litteras impetrassent, tu proponi fecisti, quod omnibus Anglicis est a sede apost. indultum, vt super caussis pecuniariis citra mare conueniri non possint, propter quod idem 15) abbas in negotio non processit. Verum, quia 16) etsi 17) fuisset priuilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se certo loco respondere, vel soluere aduersariis 18) promiserunt 19); cum ibi et vbi domicilium habent, valeant conueniri: mandamus, quatenus eisdem de pecunia ipsa cum iustis et moderatis expensis, ac congrua satisfactione damnorum, vsuris omnino cessantibus, satisfacias, vt teneris. Alioquin eidem abbati nostris damus litteris in mandatis, vt in commisso sibi negotio, proposita ex parte tua indulgentia non obstante, iuxta prioris mandati nostri tenorem sine dispendio moræ procedat.

14) *Dunelmens.* C. R. 2. sed H. habet: *Dulmelmens.* et L. *Dunelens.*
15) Dictio *idem*, in C. L. non exstat.
16) Vox: *quia*, non exstat in C. H.
17) Pro *etsi*, C. L. habet: *si*.
18) Vocabulum: *aduersariis*, non exstat in C. H.
19) *Promisissent*, C. R. 1.

CAP. XVIII.

Quanquam laici possunt iurisdictionem non sui iudicis prorogare; clerici tamen non possunt: nisi episcopi diœcesani consensus accedat, et iudex, cuius iurisdictionem prorogare volunt, sit ecclesiasticus.

IDEM *abbati Trecen.* 20)

Significasti *d* nobis, quod P. 21) clericus ad petitionem C. mercatoris se tuæ iurisdictioni subiecit, si in termino nunc elapso, de pecunia mutuata non satisfecisset eidem: [*et infra.*] Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod, licet prioratorum consensus eum, qui iurisdictioni præesse dignoscitur, suum possit iudicem constituere, clerici tamen in iudicem non suum, nisi forte sit persona ecclesiastica, et episcopi diœcesani voluntas accedat, consentire non possunt. 22)

20) *Cirrensi abbati*, legitur in C. L. sed mendose.
21) *Quod H.* C. R. 1. habet cum H. et L. sed *quod cum H.* C. R. 2.
22) Ex doctrina INNOCENTII III. in c. 12. X. h. t. cuius rationes illustratæ sunt ad cit. c. 12.

CAP. XIX.

Legitime citatus tenetur coram iudice citante caussam prosequi, non obstante, quod post citationem mutauerit forum.

IDEM. 23)

Proposuisti nobis 24), quod quidam subditus tuus ad petitionem cuiusdam 25) *e* aduersarii sui a te legitime citatus ad caussam, quæ postmodum iurisdictionis alterius esse cœpit, tuum intendit iudicium declinare. Porro tuæ prudentiæ dubium esse non credimus, quod is in prædicta caussa ius reuocandi forum non habet, quasi ab altero 26) *f* iam præuentus.

23) *Idem Trecensi episcopo*, habet C. L.
24) Pron. *nobis*, abest a C. H.
25) Pronom. *cuiusdam*, desideratur in C. R. H. L. atque in ed. ant.
26) *Ab alio*, C. R. H. L. et ed. ant. legunt; sed Pith. *ab illo*.

a *Vide l. 3. §. diuus. de sepul. viol. et l. iubemus. C. de sacros. eccles.*
b quod in ipsa diœcesi, etc.

c *l. contraxisse. ff. de action. et obligat. et Bart. in l. 1. C. de summ. Trinit.*
d *Vide Ferdinandum Vasquium libr. 1. §. 9. de success. resolut. num. 95.* e *dictio*, cuiusdam, *non exstat in quibusdam manuscr.* f *al.* illo.

CAP. XX.

Quisque clericus potest in curia Romana conueniri; licet alias specifice forum ibi non sortiatur: habet tamen ex caussa ius reuocandi domum.

IDEM.

Licet ratione delicti seu 27) contractus aut domicilii, siue rei, de qua contra possessorem caussa mouetur, quibus forum regulariter quis sortitur, episcopus vester apud sedem apostolicam conuentus non fuerit; quia tamen omnium ecclesiarum mater est eadem 28) et magistra 29); rite compelli potuit, vt ibi suo 30) aduersario 31) responderet: nisi pro alia iusta et necessaria caussa venisset, quam si tunc allegasset, ius reuocandi domum saluum fuisset eidem.

27) *Siue*, legitur in C. L.
28) Pronom. *eadem*, in C. R. 1. non exstat. et C. R. 2. cum L. ita legit: *mater est Romana ecclesia.*
29) Olim *ciuis Romanus*, alibi licet domicilium habens, Romae deprehensus, tanquam in matre ipsius ciuitatis Romanae conueniri poterat, vbi forum originis generale erat. *l. 33. ad munic.* Hoc pontifex applicuit ad quemuis clericum Romae repertum, vbi creditur esse communis clericorum patria et origo generalis in republica ecclesiastica vastissima.
30) Pron. *suo*, desideratur in C. R. 2. H. L. et ed. ant.
31) *Aduersario*, C. R. 1. legit.

TITVLVS III.
DE LIBELLI OBLATIONE.

CAP. I.

Actor tenetur in scriptis libellum porrigere. Vel sic: *Iudex non debet admittere actorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis afferat.* H. d. per alia verba.

Ex Concilio apud sanctum Medardum habito. 32) a
(*ann. 853. in Gallia.*)

Ignarus 33) b episcopus dixit: habetis libellum reclamationis vel postulationis, [*sicut ecclesiastica se habet traditio?*] illi responderunt, se prae manibus nullum habere libellum. 34) Ignarus episcopus dixit c: [*legum ecclesiasticarum etc. et infra. Quapropter*] oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem, reclamationem vestram libelli serie declarare 35) d, eamque vestris manibus roboratam, synodo porrigere, vt tunc vobis 36) [*conuenienter et*] canonice valeat responderi. Et tunc ipsi 37) fratres libellum conscribentes [*Hicmaro*] porrexerunt.

32) *Apud Mediolanum* C. H. legit, sed L. ed. ant. et c. 1. comp. 2. h. t. tantum omittunt, *habito.*
33) Intelligitur hic *concilium Suessionense II.* in monasterio S. Medardi ann. DCCCLIII. habitum, cuius particula huc pertinens refertur in *c. 9. C. II. q. 1.* verba hic relata referuntur in act. 1. huius concilii apud HARDVINVM *tom. V. concil. p. 47.* vnde mendose pro HINCMARO hic legi IGNARVM constat, cui lectio propius accedit, quae in *c. 1. comp. 2. h. t.* deprehenditur, puta. *Hicmarus.*
34) Vox *libellum* non exstat in C. H.
35) *Allegare*, est in cit. c.
36) *Nobis*, abest a C. H.
37) *Isti*, secundum C. H.

CAP. II.

Cum agitur reali, non sufficit rem generaliter peti: sed debet ita specificari, vt tollatur obscuritas et aequiuocatio.

INNOCENTIVS III. [*Magistro G. archidiacono et Willo. Normanda et G. de Crethes, canonicis Suessionensibus.*] (*ann. 1210. Roma in Angliam. conf. c. 7. comp. 3. de appellat.*)

Significantibus e T. et R. fratribus nostro fuit apostolatui declaratum 38), quod, cum inter ipsos ex vna parte, et V. 39) [*Turpem de Ashechi et sorores eius dioeces. Suession.*] ex altera, super quadam terra 40) coram [*dilecto f. abbate et priore sancti Bartholomaei Nouiom.*] iudicibus [*a sede apost.*] delegatis tracti fuissent in caussam, oblato eis libello 41), illi 42) [*T. et R.*] cum plures terras haberent, vt terra illa, super qua quaestio vertebatur, ostenderetur eisdem, a iudicibus postularunt. Quod, cum ipsi facere denegarent 43), [*nec vtrum hoc deberet eis concedi, vellent per sententiam diffinire: iidem fratres a manifeste grauamine*] ad nostram audientiam prouocarunt. 44) Quocirca [*discr. v. per A. S.*] mandamus, quatenus, si est ita 45), [*vos,*] reuocato in statum debitum, si quid 46) post appellationem huiusmodi 47) noueritis attentatum, etc. 48)

38) *Referatum*, C. R. 1. habet, et H. legit, *referatum vel declaratum.*
39) *Et W* legimus in c. 7. comp. 3. de appellat.
40) *Super quibusdam vineis, terris arabilibus et pratis*, ibid.
41) Loco verborum: *tracti fuissent — libello*, legimus in cit. c. *quaestio verteretur.*
42) *Ipsi*, secundum C. R. H. L. et cit. c.
43) *Nollent*, C. R. 1. legit.
44) *Appellarunt*, C. R. 1. et ed. ant. sed H legit: *prouocauit.*
45) *Si verum est, quod asseritur*, legimus in cit. c.
46) Partic. *si*, in C. L. non exstat, et loco *quid*, legitur: *quicquid.*
47) *Ad nos legitime interpositam*, habet c. cit. pro *huiusmodi*
48) *Etc.* in C. L. ed. ant. et c. cit. omittitur. in quo eius loco legimus: *audiatis caussam, et app. rem. fine debito terminetis.*

a *Medardum monasterium est in vrbe Suessionensi, vbi id. concilium habitum est. Burchardus libr. 2. decret. cap. 192. Iuo part. 6. cap. 269. et c. 1. eod. tit. in 1. compil.* b *Hincmarus. al. Hincmarus.* c *Vid. l. si quando. C. vnde vi. et l. si homicidii. C. de accus. et authent. de ind. §. oportet. coll. 6.* d *allegare.* e *Vid. Lanfranc. in cap. quoniam §. probationes. infra de prob. et quatenus hic agitur de libello incerto et obscuro. Iasonem in §. sed istae. Instit. de action. Decium in cap. delicti sup. de iudic. et Paulum de Castr. consil. 145. et Alex. consil. 181. et 184. in 2. vol.*

CAP. III.

Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur caussa petendi.

GREGORIVS IX. *Archipresbytero ciuitatis nouae, et M. canonic.* 49) *Culmen.* 50) (*ann. 1235. Roma in Prussiam.*)

Dilecti filii fratres ecclesiae sanctae Mariae de Hispida, sua nobis 51) petitione monstrarunt, quod, cum Prior et conuentus sanctae Mariae ad Carceres, *dioecesis Paduanae* 52), ipsos super quadam pecuniae summa coram Priore sanctae Trinitatis Veron. auctoritate apostolica conuenissent, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum, quod, cum dicti 53) Prior et conuentus nollent exprimere in porrecto libello f conuentionali, quare sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minime respondere tenebantur: et 54) quia dictus iudex exceptionem huiusmodi admittere denegabat 55), nostram 56) audientiam appellauerunt. Ideoque 57) mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in irritum, etc. 58)

49) *Gregorius IX. archiepiscopo Coronica.* C. R. 1. *Greg. IX. archipresb. ciuit. nouae et M. Can. Tagiro.* in C. R. 2. legitur L. ita habet. *Archiepiscopo ciuitatis nouae et A. canonico Clagensi.* sed ed. ant. pro *archipresbytero*, legit: *archidiacono.*
50) *Gaugiensi*, secundum C. H.
51) *Nobis*, abest a C. H. et L.
52) Verba: *dioeces. Paduana*, a C. R. H. L. ed. ant. Pith. et Gonz. absunt.
53) *Dictus*, C. H. legit cum L.
54) Partic. *et*, non exstat in C. L.
55) *Denegabat contra iustitiam*, C. R. 1.
56) *Et nostram*, habet C. H.
57) *Ideo*, est ibid.
58) C. H. sequentia addit: *irritum, quidquid post appellationem huius inueneritis attentatum,*

TITVLVS IV.
DE MVTVIS PETITIONIBVS.
[*coram eodem iudice.*]

CAP. I.

Iudex etiam delegatus compellit actorem ad respondendum reo in caussa reconuentionis, et vtramque caussam ordine successiuo simul audiet, et vna sententia terminabit. H. d.

ALEXANDER III. *Vulterano* 59) *episcopo* 60) g *et abbati de Spognia* 61) (*ann. 1180. Roma in Campaniam.*)

Ex h litteris [*vestris accepimus, quod dil. filii nostri abbas et fratres Maturensis monasterii, super quaestionibus, quas plebanus et clerici Maturens. aduersus eos proponunt, vestrum parati sunt subire examen, si illi in continenti deberent de suis quaestionibus respondere. Vnde,*] quoniam rationis ordo exigit 62) i, vt plebanus et clerici Maturen. 63) abbati et fratribus Maturens. monasterii 64), de iis 65), quae aduersus eos proponunt, [*non*] debeant in vestra praesentia 66) respondere, cum sibi ex ipsis 67) coram vobis 68) a sede apostolica 69) delegatis iustitiam postulant 70) exhiberi: [*discr. v. per A. S. praec.*] mandamus, quatenus, actione plebani et clericorum proposita, et responsione facta, monitione praemissa 71), compellatis eosdem, memoratis abbati et fratribus in continenti 72) coram vobis super suis quaestionibus respondere, vt 73) [*vos*] vicissim postmodum rationes [*et allegationes*] partium 74) [*diligenter*] audientes 75), concordia vel iudicio vtriusque negotium 76) terminetis.

59) *Vulterano.* C. R. 2. legit; et C. H. *Vercellensi.*
60) *Archipresbytero*, est in c. 2. comp. 1. h. t. Edit. Cont. habere *archipresb. episc. et abb.* etc.
61) *De Spang.* C. R. 1. *de Spangia*, cit. c. ed. Cont. et Pith.
62) *Indignum penitus et absurdum videtur*, legimus in c. cit. h. t.
63) *Maturen.* habet ed. ant. per tot. sed loco huius vocis legimus in cit. c. *memorati.*
64) Verba: *Maturens. monasterii*, non adsunt in cit. c.
65) *De his*, C. L. et ed. ant.
66) Verba, *in vestra praesentia*, non leguntur in cit. c.
67) *Ex ipsis*, C. H.
68) Cit. c. omittit verba: *coram vobis a sede apostolica delegatis.*
69) *Sedis apostolica*, C. L.
70) *Postularent*, C. R. 1. habet, et H. *Postulent*. vti etiam L.
71) In c. cit. textus ita variat: *eos moneatis, et auctoritate nostra et vestra districtius compellatis.*
72) Verba: *in continenti*, non habentur in cit. c.
73) *Et*, C. R. 1. H. L. ed. ant. Cont. gloss. et c. cit.
74) *Vtriusque partis*, legimus in cit. c.
75) *Audiatis et concordia*, ibid.
76) Verba: *vtriusque negotium*, desiderantur ibid.

CAP. II.

Modus procedendi datus per rescriptum in caussa conuentionis, intelligitur repetitus in caussa reconuentionis.

COELESTINVS III. *Rothomag.* k *decano.* 77) (*ann. 1195. Roma in Galliam.*)

Prudentiam l [*tuam delitam*]: [*et infra.*] Sane consuluisti nos,

77) *Archiepiscopo.* C. R. 1. legit.

f *Vid. l. hac C. de non. numer. et l. 1. ff. de edend. per Bart.* g *male alii: Archipresbytero.* h *Post conc. Lat. sub Alexandro III part. 11. c. 2. eod. tit. in 1. comp.* i *Vid. l. cum Papinianus. in fin. C. de sent. et interl. omnium iud.* k *al. archiep.* l *Pars. c. prudentiam. supr. de offic. iud. del. et c. 1. eod. tit. in 2. comp.*

e vtrum

virum, cum caussa, appellatione remota 78), committitur, et reus coram eodem 79) iudice actorem reconuenerit 80), [*vel eisdem, quod quidem ex constitutione tam canonici, quam forensis iuris licite fieri potest*,] et actor super reconuentione appellationis obstaculum 81) interponit 82), an sit 83) huiusmodi appellationi deferendum? Nos vero, ita respondemus, quod, cum [*in hoc casu*] actoris et rei eadem sit conditio 84), [*vel caussa*] et vno eodemque iure circa appellationis remedium debeat vterque censeri 85), [*vnde nec appellationi taliter interpositæ deferendum esse iudicamus. Etenim, ipso Christo, qui est veritas, attestante, didicimus, quod omnia, quæcumque voluerint aliqui, vt faciant eis homines, eadem et ipsi facere debeant. Nec cuilis iurisperitus ab hac sententia discrepat: quia præter authenticum, quod incipit: et consequenter, in quo id de facienda reconuentione expresse habetur, etiam alibi statuitur, quod, eodem iure quis vtatur, quod duxerit statuendum in alium. Ideoque*] sicut desiderat actor 86), vt sibi iuxta mandatoris rescriptum iustitia fiat, appellatione remota: eodem modo 87) [*se*] reconuenienti debet 88) in sua iustitia respondere.

78) In plerisque decretalibus a RAYMVNDO collectis harum commissionum cum tali clausula fit mentio ita, vt rarius curia Romana eam omittere soleat. Etenim postquam hæc appellandi ambitum adeo extenderat, vt a quouis decreto et interloquutione simplici appellationes admitterentur, haud consultum eo tempore visum fuit, hanc appellandi libertatem immensam lege generali, ceu in concilio Tridentino demum factum, restringere. Interim tamen, quia abusum ingentem in appellationibus interponendis perspectum cognitumque habebant, ei hoc modo per indirectum obicem poni posse crediderunt, si commissiones sub hac clausula decernerent; quamuis hoc ipso abusus appellationum in iudiciis ordinariis haud sublatus fuerit.
79) *Sub eodem*, C. R. H. L. et c. 1. comp. 2. h. t.
80) *Conuenerit*, est in ed. Pith.
81) *Appellationem*, legitur in cit. c.
82) *Appellat*, in C. R. 1. legitur loco harum trium dictionum: *app. obst. int.*
83) *Verum sit*, C. B. c.
84) *Conditio*, C. L.
85) *Vti*, habetur in cit. c.
86) *Actor*, non est in cit. c.
87) In c. cit. legimus: *ita et eadem ratione.*
88) *Debeat*, C. L.

TITVLVS V.
DE LITIS CONTESTATIONE.
CAP. VN.

Non per positiones et responsiones, sed per petitionem in iure propositam, et responsionem sequutam, fit litis contestatio: qua omissa nullus est processus.

GREGORIVS IX. *abbati S. Ioannis in Vineis.* (*ann. 1230. Romæ in Galliam.*)

Olim inter episcopum Nouiomensem 89) ex parte vna, et capitulum ecclesiæ sancti Quintini ex altera, super quibusdam 90) iniuriis, et 91) excommunicationum sententiis, et quibusdam aliis articulis orta fuit 92) materia quæstionis: [*et infra.*] Iudices factis quibusdam positionibus et responsionibus ad easdem, auditis etiam, quæ partes voluerunt proponere coram eis, caussam eandem ad examen apostolicum remiserunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra 93) præsentia constitutis, quamuis positiones et responsiones hinc inde super pluribus articulis factæ fuerint coram iudicibus memoratis; quia tamen litis contestationem a non inuenimus esse factam, cum non per positiones et responsiones ad eas, sed per petitionem in iure propositam, et responsionem 94) sequutam contestatio b litis fiat: processum ipsorum 95) de fratrum nostrorum consilio irritum duximus nuntiandum.

89) *Nouiomen.* C. H.
90) Vox: *quibusdam*, abest a C. H.
91) Part. *et*, C. L. non habet.
92) Verbum *fuit*, non exstat in C. H. L. et ed. ant.
93) *In vestra*, legit C. L.
94) *Contradictoriam* scilicet, quo ipso lis reuera a reo cum actore suscipitur, atque per hanc litis susceptionem insignes effectus producuntur. Quia tamen *litis contestatio generalis* sufficiebat de iure canonico: eius declaratio tentabatur per *positiones* oblatas hac intentione, vt reus præcise et specifice ad eas respondere cogeretur. Inde fluxit ratio decidendi pontificis, quam supra iam adduxeram in c. 64. X. de elect. imo inde quoque liquet, in responsione per *confessionem*, reum litem non contestari, quin potius confessum mox pro iudicato habendum, et sic nullam litem vel controuersiam a reo suscipi, quod egregie illustrat ACOSTA *ad c. 1. p.* 403.
95) *Illorum*, C. H. 1.

TITVLVS VI.
VT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDATVR AD TESTIVM RECEPTIONEM, VEL AD SENTENTIAM DIFFINITIVAM. 96)
CAP. I.

Si agatur de adulterio ad separationem tori, et ante litis contestationem reus est contumax; potest excommunicari: sed testes recipi non possunt, nec caussa diffiniri.

INNOCENTIVS III. *abbati sancti Proculi* (*Ord. S. Ben.*) *et L. canonico* 97) *Bononiensi.* (*ann. 1204. Romæ in Flaminiam.*)

Ad d hæc Deus 98) [*in apostol. sede constituit totius ecclesiæ magistratum vt, quia secundum Scripturam Sanctam fecit Deus hominem rectum, et ipse se immiscuit quæstionibus infinitis, ad eum modi quæstionum difficiles referantur, suo recto iudicio dissoluendi. Ad apostolatus nostri notitiam litterarum vestrarum insinuatione peruenit, quod,*] cum caussa, quæ inter R. et B. vxorem eius vertitur, auctoritate apostolica 99) vobis commissa fuisset, tandem procurator eiusdem R. libello vxoris, quo virum ad separationem tori, et vt 100) dotem reciperet, de adulterio accusabat, noluit respondere donec aduocatus eius veniret inducias postulando. Qui cum 1) huiusmodi inducias sæpe petendo, vobis illudere videretur; [*vos testes mulieris, habito consilio, recepistis,*] tandem 2) [*procurator*] ad præsentiam vestram accedens, dixit, se respondere paratum: sed 3), die statuto, cum crederetur responsurus 4) libello, [*de quo præmisimus,*] restitutionem vxoris [*ex parte viri*] primo 5) fieri postulauit, ne secus fieret, appellando e. Verum quia dicebat mulier, se virum habere suspectum, [*tum quia in domo eius coacta fuerat se adulteratam tum pluribus confiteri, tum quia meretricem publice retinebat,*] et idem procurator nec de mulieris impunitate cauere, nec vestro se curasset 6) postmodum conspectui præsentare: vos testes mulieris [*iterum*] recipere studuistis 7), [*et, attestationibus publicatis, diligenter audistis, quæ fuerunt ipsius nomine allegata. Quia vero, tum de ferenda sententia cum viris prudentibus tractastis, vniuersorum inuenistis diuersa consilia, quibusdam dicentibus appellationi simpliciter deferendum, aliis autem appellationi deferendum non esse; nonnullis etiam asserentibus, appellationem nullatenus tenuisse, cum mulier non sit restituenda viro suspecto, nisi, de impunitate sufficienti præstita cautione: vos in tanta varietate nos consulere voluistis, qualiter esset in hoc negotio procedendum? Nos igitur*] consultationi vestræ [*de consilio f. n.*] taliter respondemus, quod, licet ordo iudiciarius in aliis controuersiis sit seruandus, et 8) in matrimonialibus caussis non vsquequaque seruetur 9), quia tamen in præsenti negotio non est actum de fœdere matrimonii, sed de crimine adulterii, per quod ad separationem coniugii 10), non ad coniunctionem intenditur 11), quia 12), lite non contestata, testes fuerunt 13) recepti, et attestationes etiam publicatæ, siue deferendum, siue non deferendum 14) appellationi fuisset, non est ad diffinitiuam sententiam procedendum. Potuit tamen præfatus R. propter suam 15) contumaciam, vel etiam procuratoris, si sciens non purgauerit 16) eandem 17), excommunicationis sententia innodari. 18)

96) *Proferendam*, addit C. L.
97) *L. canonico* C. H. habet, *Laurentio canonico*, C. L. in c. 1. comp. 3. h. t. pro *L.* habetur: *Sant.....*
98) *Ad hæc vos Deus*, C. H. legit, *Ad hæc* ed. ant. et cit. c.
99) Loco harum duarum dictionum in cit. c. legimus: *a ven. f. n. tunc ap. sed. legato.*
100) Pro *et vt*; legitur: *aut*, in cit. c.
1) Pro *qui cum*, ibid. legimus: *Sed cum idem.*
2) Loco partic. *tandem*, legimus ibidem: *quo facto.*
3) *Qui*, ibid. pro *sed.*
4) *Respondere*, C. R. 1.
5) Vocabulum: *primo*, non exstat in C. H.
6) *Curauit*, C. H.
7) *Recepistis.* cit. c.
8) Part. *et*. non est in cit. c.
9) *Seruatur*, legitur in eod. c.
10) *Coniugum*, ibid.
11) *Attenditur*, C. H.
12) *Cum*, est in cit. c. pro *quia.*
13) *Fuerint*, est ibid.
14) Vox: *deferendum* a C. R. 2. abest.
15) *Suam*, non legitur in cit. c.
16) *Purgauit*, C. R. L. et edit Gonz.
17) Verba, *vel etiam procuratoris, si sciens non purgauerit eandem*, omittuntur in cit. c.
18) *Ligari*, C. R. 1.

CAP. II.

In caussa restitutionis, contra contumacem, lite non contestata, sententia proferri non potest. Hoc dicit, comprehendendo omnem modum summandi.

IDEM *Hierosolymit.* 19) *patriarchæ et archiepisc.* f *Cæsen.* 20) (*ann. 1210. Romæ in Palæstinam.*)

I. Accedens g [*ad præsentiam nostram ven. f. n. Paphen. Ep. ven. f. n. Accon. Tiberiad et Biriten. episcoporum nobis litteras præsentauit, sententiam continentes, quam super caussa, quæ inter ven. f. n. Tyren. Archiepiscopum ex vna parte, et plebanum sancti Marci ex altera vertebatur, iidem episcopi promulgarant. Asserebant tamen episcopi memorati per suas litteras, quod, cum caussam ipsam de mandato nostro suscepissent terminandam, partes ad suam præsentiam conuocarant. Sed Plebanus nec eorum litteras, in quibus mandati nostri tenor erat expressus, recipere voluit, nec eorum se conspectui præsentauit, et secundo citatus, licet nec litteras eorum recipere voluisset, coram eis apparuit prioris absentiæ suæ caussas allegans, et inspecto nostrarum litterarum tenore, petitis etiam induciis et receptis, ab eis licentiatus abscessit, se statuta die ad eos redire promittens*] Cum 20*) in iudicum delegatorum præsentia, archiepiscopus Tyreneo. 21) restitutionis beneficium postularet: plebanus sancti Mar-

19) *Idem* I. *Hierosol.* etc. habet C. L.
20) *Cæsarien.* in c. 2. comp. 3. h. t. rectius legitur.
20*) In c. cit. ipse textus est hic: *Cumque postmodum vtraque partium in eorum fuisset præsentia constituta et archiepiscopus* etc.
21) *Tyren.* legitur in ed. ant. per tot. sed neutrum est hoc loco in cit. c.

a Vid. Bart. et Imol. et Panorm. in l. cum lis. C. de transf. Soc. in reg. 295.
b l. vn. C. eod. tit. Iacobus §. ideoque ff. de lib. leg. c Vid. Bart. Soc. in fallen. reg. 296. et aliquot seq. d C. 1. eod. tit. in 3. compil.

e Vid. auth. qui semel. C. quomodo et quando iud. et ibi gloss. f Cæsarien. g C. 2. eod. tit. in 3. comp.

ci 22) de Venetiis 22*), contra quem egebat 23) nihil ad obiecta respondit a, sed ad nostram eudientiam appellauit. Et licet sæpe [*per ipsei*] fuisset edmonitus, vt iuri pareret, quia eius appellatio non tenebat, [*cum in litteris nostris epp. esset obstaculum partibus interclusum, et per ipsorum nuntios ad iudicium fuerit reuocatus c*] noluit tamen respondere amplius, vel coram eis etiam comperere. Ipsi vero iudices [*accedentes ad ciuitatem Tyren.*] cum plebanus [*ipse*] in sua contumacia 24) perduceret b, testes receperunt ab aduersa 25) parte productos, et depositionibus [*testium*] redactis in scriptis, mandauerunt eidem [*plebano,*] vt ad eos accederet, in personas, vel in dicta 26) testium, obiecturus. Quod cum 26*) facere noluisset 27) c, in ipsum 28) excommunicationis sententiam protulerunt, possessionem iuris parochialis adiudicantes archiepiscopo memorato: et cum [*quantum in eos erat*] restituentet in integrum, [*auct. sedis apostolicæ*] districtius veruerunt, ne quis possessionem Tirenen. 29) Ecclesiæ restitutem præsumeret perturbere, [*vel institutioni apost. contraire, et ne plebanus S. Marci vel quilibet alius parochiale ius exerceret in Tyro.*] Cum igitur d [*nobis ex inspectione sententiæ constitisset, quod*] lis coram eisdem iudicibus non esset contestata 30), et [*ex transcripto litterarum, quas iidem prædecessores nostri concesserant Venetis,*] manifeste pateret 31), litteras ipsas 32) per veri suppressionem obtentas, cum [*non veniret in dubium, sed potius*] manifestum esset, duos 33) prædictorum iudicum, Achonien. 34) videlicet et Beriten. episcopos, eidem archiepiscopo tanquam suffraganeos 35) suo 36) Metropolitano subesse, et ex his plebanum [*ipsum*] legitime appellasse consteret. In quem etiamsi 37) minus legitime appellasset, licet iudices ipsi propter 38) contumaciem excommunicationis forte potuerunt 39) proferre sententiam 40), non tamen debuerunt 41) super principali negotio diffinitiuam sententiam, lite non contestata, proferre 42) prædictas [*ab ipsis iudicibus latas de consilio fr. n.*] cessauimus sententias, imo cassas denuntiauimus 43) et inanes, [*et per eas nullum præiudicium ecclesiæ S. Marci vel eius fautoribus volumus irrogari.*] Vnde Tiren. archiepiscopo dedimus in mandatis, vt [*ipse*] ecclesiæ S. Marci instrumenta restituat, et etiam vniuersa, quæ huiusmodi occasione sententiæ per se, vel per alios occupauit, [*nec impediat, quo minus, sicut ante latam sententiam Venetam ecclesia parochialis iuris, et aliarum dignitatum suarum possessione lætetur.*]

22) *Marchi*, habet C. L. per tot. to c. cit. autem omittuntur verba: *sancti Marci de Venetiis, contra quem agebat.*
22*) Anno MCXXII. teste WILHELMO Tyrens. archiepiscopo *libr. XII. c. 22.* relato in *gest. Dei per Francos, tom. I. p. 828.* dux Venetiarum cum ingenti classe in Palæstinam appulerat, pactumque cum principibus regni Hierosolymitani inierat, *c. 25. cit. l.* relatum, de certa parte in singulis ciuitatibus a Venetis possidenda. Speciatim vero duarum ciuitatum *Tyri et Ascalonis* tertia pars assignata erat Venetis, si eorum auxilio in potestatem Christianorum venissent. Capta vrbe Tyrensi vi conuentionis acceperunt Veneti tertiam ciuitatis partem, in qua castruxerant *ecclesiam D. Marci*, eique præfecerant plebanum, cui hoc tempore de *iure parochiali* quæstionem mouerat archiepiscopus Tyrensis, quæ caussam huic decretali dedit.
23) *Agebatur*, secundum C. H.
24) *Sua duritia contumacia*, ibid.
25) *Ab altera*, cit. c.
26) *Vel dicta*, C. H. L. et c. cit.
26*) *Sed cum ipse*, habet cit. c.
27) *Ipse facere noluisset*, C. c. 1. legit, sed in c. cit. legimus: *ad eorum præsentiam noluisses accedere.*
28) *In plebanum et complices eius*, legimus in cit. c.
29) *Tyrensis*, C. H. *Tiren.* cit. c. rectius.
30) *Fuerit contestata*, C. R. t. H. L. ed. ant. et gloss. sed in cit. c. legitur: *fuerat contestata.*
31) *Appareret*, C. R. 1. et L. habent.
32) *Illas*, ed. ant.
33) *Dictos Accon. et Beriten. episcopos, eidem* etc. legimus in cit.
34) *Accon.* C. R. L. et ed. ant. sed H. *Acconen. videlicet et Bericen.* ed. ant. pro *Beriten.* habet *Ciren.*
35) *Suffraganeo*, perperam cit. c.
36) *Suo*, legit ed. ant.
37) *Et si*, C. H.
38) *Per*, est in cit. c. loco *propter*.
39) *Potuerint*, C. H. L. et cit. c.
40) Vox: *sententiam*, abest a C. H.
41) *Debuerint*, cit. c.
42) *Promulgare*, ibid.
43) *Denuntiamus*, legitur in ed. ant.

CAP. III.

Si lite non contestata reus est contumax; si fieri potest, mittitur actor in possessionem, caussa custodiæ: alias reus excommunicabitur.

IDEM *episcopo Brixiensi.* 44) (*ann. 1210. Roma in Lombard.*)

Tuæ fraternitatis f deuotio: [*et infra.*] [*Consuluisti præterea, vtrum si aliquis citatus legitimis peremptoriis comparere noluerit, iudex lite non contestata contra ipsum debeat sententiam promulgere, vt idem effectus tædio appellatorus, saltem iudicii se conspectui repræsentet: ad quod*] consultationi 45) tuæ taliter 46) duximus respondendum 47), quod, si reus, lite non contestata, se absentat 48) g contumaciter, talisque sit caussa, quod actor possit in petitarum rerum possessionem induci, est in eandem caussa custodiæ 49) inducendus. Quod si caussa talis fuerit 50), quod idem in possessionem nequeat intromitti 51) h: vt iuri pareat, [*is, qui contumaciter se absentauit,*] per censuram ecclesiasticam est contumax 51*) compellendus.

44) *Bertea.* C. B. t. *Parisien.* C. R. 5. *Brixin.* H.
45) *Fraternitati*, legitur in c. 3. comp. cit. §.
46) *Pariter taliter*, omisso in C. L. et ed. ant.
47) *Respondemus* C. R. t.
48) *Absentet*, C. R. H. et L. sed. ed. ant. habet: *absentauit*, et in cit. c legimus: *reus se curauerit absentare.*
49) Duplex de iure romano edictum erat de *missione decernenda*: alterum contra eos, qui iudicii sistendi caussa cauerant, sed potestatem sui non faciebant, vt tamen non constaret, vtrum *dolo* et *fraudationis caussa* abessent nec ne? quo caso mittebatur actor in bona absentis *seruandæ rei caussa*, et ita reuera hæc sequestro subiiciebantur. *l. 2. pr. D. quib. ex causs. in poss. eat.* Ita vero non tam contumacia puniebatur quam securitati creditorum vel actorum prospiciebatur, ceu liquet ex *l. 6. pr. et §. 2. l. 5. R. cit. tit.* Alterum edictum concernebat eos, qui *fraudationis caussa* latitabant, quorum contumacia *dolosa* erat, *l. 7. § 1. eod.* et ita quoque missio in eorum bona decernebatur non tam *rei seruandæ* gratia, sed, si a nemine defenderentur latitantes, vt bona tandem in contumaciam venderentur, et ita pro confessis et conuictis haberentur. *l. 7. §. 1. cit. l. 21. §. 1. ex quib. causs. mai.* Atque hæc missio fiebat in vniuersa bona, *l. 7. §. 1. et 17. quib. ex causs. in poss. eat. l. 2. C. vbi in rem. l. pen. §. 3. C. de præscr. 30. vel. 40. ann.* sine discrimine, vtrum actio esset *realis* an *personalis*. Pontifex hæc omnia confundit in *h. c. et c. 5. X. h. t.* vt ad c. 5. monstrabo plenius.
50) *Existat*, est in c. cit.
51) *Introduci*, C. R. 1.
51*) Vocab. *contumax*, desideratur in cit. c.

CAP. IV.

Receptio testium facta contra non contumacem, lite non contestata, in caussa matrimoniali est nulla.

IDEM *de decima et Helemosina i abbatibus* 52) *Aurelian.* 53) *et Carnoten. diœcesis.* (*ann. 1210. Roma in Galliam.*)

II. Accedens k ad sedem apostolicam [*dil. fil.*] nobilis vir. Guil. l vicecomes [*Conaici. et infra. Granem toram*] nobis exposuit [*quæstionem contra dictos iudices,*] quod, cum [*dictus*] Corisopiten. episcopus [*nob. virum Guidonem de Tereteo*] comitem Britanniæ proxime linea consanguinitatis attingat, et archidiaconus eius sit clericus commensalis, qui eidem vicecomiti est aduersarius principalis, vtpote qui vxorem m suam, et terram publice detinere præsumit, et magister P. [*de Burton*] de terra vxoris sua oriundus, existat nimis fauens 54) eidem, et omnes sub districtu [*et potestate ipsius G.*] existant 55) comitis memorati 56), nec 57) nisi per districtum ipsius ei pateat 58) accessus ad eos, et 59) ipsi, quibus caussa inter ipsum et vxorem suam commissa fuerat, nunquam ei voluerint 60), nisi in terra inimicorum suorum, locum et terminum assignare, quo 61) sine mortis periculo accedere non audebat. Et licet litteras non habuit 62) de conductu; si tamen missæ ei 63) fuissent; non debebat se credere suis capitalibus inimicis, [*qui lite noncontestata super consanguinitate testes recipere præsumpserunt.* et infra. *Cum igitur in matrimonialibus caussis non tam ad disiungendum, quam ad coniungendum debeamus existere proniores; ne forte quod Deus coniunxit, homo non separare præsumat: dis. n. p. c. f.*] mandemus, quatenus, cum, [*sicut idem asserit vicecomes*] propinquiores sitis terræ nobilis iam dictæ 64), quam sua, et caussa ipsa per vos commodius valeat terminari, cum ad vos securus 65) n pateat accessus, vtrinque o partibus conuocatis 66) [*et inquisita super præmissis diligentius veritate*] si vobis constiterit, quod ante litem legitime contestatam, vel post appellationem ex præmissis caussis 67) interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium absque culpa [*maxime*] contumaciæ recepti fuissent, vos attestationes huiusmodi decernatis irritas et inanes [*appell. cess.*] compellentes [*per cens. etc.*] dictam 68) nobilem, vt reuertatur ad virum suum, quem inconsulte dimisit [*mandatum apostolicum, subl. cautel. contrad. et app. obst. impleturi,*] ita, quod, postquam ipse vir 69) plenariam restitutionem habuerit tam vxoris, quam terræ, caussam super matrimonio audiatis, eamque fine canonico terminetis.

52) *Idem Decano et Relig. abbatibus* C. c. 1. *Idem de curia Dei et eleemosyna abbat. Aurelian. et Carnoten. diœcesis.* C. R. 2. H. et L. nec non ed. ant. quæ tamen cum H et c. d. comp. 3 h. t. partic. *de* repetit. ante voc. *Eleem.*
53) C. L. pro *Aurelian.* habet: *Auren.*
54) *Nimis esset fauens*, C. R. 2. sed ed. ant. *existens.*
55) *Existant*, C. H. L. et ed. ant.
56) Verba: *comitis memorati*, desiderantur in c. cit.
57) *Nec etiam*, C. c. 2. sed ed. gloss. legit: *nec ipsi.*
58) *Pateret*, C. R. habent cum c. cit. sed H. *patuit*, legit cum L.
59) *Et*, non legimus in c. cit.
60) *Voluerunt*, C. H. L. ed. ant. et c. cit.
61) *Vbi*, C. R. H. L. ed ant. Gonz. et cit. c.
62) *Habuerit*, in C. R. L. H. et ed. gloss. legitur.
63) Pron. *ei*, non extat in C. R. L. et c. cit.
64) In ed. Cont. et Pith. legitur: *tam dicta*, sed c. cit. habet: *iam dicti.*
65) *Securus*, cit. c.
66) *Partibus ad vestram præsentiam conuocatis*, legimus ibid.
67) *Rationabiliter*, habet idem pro: *ex præm. causs.*
68) *prædictam*, est in c. cit.
69) *Idem vir.* C. R. 1.

a *Vid. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. et l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit.* b *al.* malitia permaneret. c *Vid. l. 2. § si quis a principe. ff. ne quid in loco publ.* d *ordo est*: igitur nos caussauimus prædictas sententias, cum lis non esset contestata, et pateret, etc. et constaret, etc. e *Vid. l. diffamari. C. de ingen. ex lege.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.*

g *al.* absentauerit se. h introduci. i de Curia Dei et de eleemosyna abbatib. *etc. Ord. Cist.* k *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* l *al.* IV. m *Ex quibus enim horum caussarum oritur inimicitia capitalis, vt hoc per Doct. tradit Marg. in l. 2. § præterea ff. de quæst.* n Securior. o vtriusque.

CAP.

CAP. V.

Lite non contestata, non recipiuntur testes regulariter super principali. Fallit in casibus hic annotatis, scilicet cum timetur de morte, vel absentia diuturna testium. Tunc enim, seruata sollemnitate hic posita, possunt etiam lite non contestata testes examinari. H. d. vsque ad §. *Porro.*

IDEM. (*Romæ.*)

Quoniam a frequenter in dubium reuocatur 70) a multis, an, lite non contestata, testes recipi valeant; auctoritate præsentium duximus declarandum, regulariter verum esse, quod, lite non contestata, non est ad receptionem testium procedendum: nisi forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna. In quibus casibus, cum ciuiliter sit agendum 71), ne veritas occultetur, et probationis 72) copia fortuitis casibus subtrahatur, senes 73), et valetudinarii, et alii testes, de quibus ex aliqua rationabili caussa timetur 74), etiam lite non contestata, sunt procul dubio admittendi: seu pars conuenta sit 75) contumax, seu sit absens absque malitia, vt conueniri non possit. Sed si actor 76) non conuenerit aduersarium intra annum, ex quo conueniri poterit, vel saltem receptionem huiusmodi testium non denunciauerit illi: attestationes sic receptæ non valeant, ne forte hoc procuret in fraudem, vt processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes 77), vel aliæ 78) locum habere non possint.

Cum agitur de matrimonio carnali vel spirituali: possunt contra contumacem, etiam lite non contestata, testes recipi, et sententia diffinitiua ferri. Si vero reus est absens, sed non contumaciter: tunc in carnali non proceditur, sed exspectatur absens. In spirituali vero, si agatur de contracto, statur iuribus antiquis: si de contrahendo, exspectatur absens per sex menses. Sed de hoc vltimo, quando agitur de contrahendo, dic hodie vt in capit. *quam sit.* et capit. *cupientes. de elect. in 6.* vbi aliter est prouisum. H. d.

§. 1. Porro speciales caussæ possunt occurrere, in quibus casualiter est aliud 79) obseruandum, vt 80), verbi gratia, si super alicuius electione, vel copula maritali b quæstio moueatur 81). Tunc etenim, ne propter longam moram in spiritualibus et temporalibus patiatur ecclesia læsionem, vel viro siue 82) mulieri fornicationis occasio præbeatur, maxime cum propinquitatis gradus opponitur, lege diuina prohibitus, in huiusmodi casibus, si [*videlicet*] contumax apparuerit is, in quem fuit 83) actio dirigenda, seu 84) quia, peremptoria citatione recepta, venire contemnit, seu 85) quia malitiose seipsum occultat, c seu quia impedit 86), ne possit ad eum citatio peruenire, testes, lite non 87) contestata, sunt merito admittendi, et nihilominus 88), si de caussa liqueat, ad diffinitiuam 89) sententiam procedendum. §. 2. Si vero aliter absens fuerit, et agatur de spirituali coniugio inter prælatum et ecclesiam iam contractu, electione maxime confirmata: illud in hoc articulo volumus obseruari, quod super exspectatione talium personarum in sacris est canonibus diffinitum. §. 3. Quod si forsan agatur de spirituali coniugio contrahendo; is, qui est in prælatum electus, per spatium sex mensium exspectetur: nisi, pensatis negotii 90) circumstantiis, per 91) superioris prouidentiam 92) magis vel minus fuerit exspectandus 93). §. 4. Si autem de carnali coniugio sit agendum; tam diu alteruter coniugum, exspectetur, donec de ipsius obitu d verisimiliter 94) præsumatur; quia, cum sine culpa sit absens, vt, si captiuitate, vel ægritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneantur, aut etiam propria, sed non malitiosa voluntate, in remotis partibus moram faciat e, vt de facili vel in breui 95) citari non possit, ei quidem præiudicari non debet; cum habeat forsan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam; eo nequaquam obstante, quod de lapsu carnis posset opponi: quoniam in coniugio multi casus occurrunt, in quibus coniuges sine culpa, sed non sine caussa, continere coguntur. 96)

Ad perpetuam rei memoriam, vel cum agitur per viam inquisitionis, possunt testes sine litis contestatione recipi, et etiam publicari. H. d. vsque ad §. *In aliis vero.*

§. 5. Sunt et alii 97) casus similiter 98) f speciales, [*quos alibi nos meminimus distinxisse,*] in quibus absque litis contestatione legitime possunt testes produci, vt quando excessuum inquisitio, vel testium publicatio imminet facienda. 99)

Si reus, lite non contestata, est contumax, et agitur reali; mittitur actor in possessionem rei petitæ, caussa custodiæ; quam tamen recuperat reus veniens intra annum, si offerat cautionem de stando iuri, et restituat expensas: post annum vero litis non seruatis non auditur, nisi super proprietate. Sed si conuenitur reali, qui nomine aliena possidet; nominabit dominum in iudicio, et statuetur ei terminus, intra quem faciet dominum comparere. Qui si intra terminum non venerit; iudex illum citabit: quo adhuc non veniente, iudex mittet actorem in possessionem veram. Si vero reus contumax conuenitur actione personali; mittetur actor in possessionem bonorum ipsius rei, pro modo debiti declarati, et primo mobilium, secundo immobilium, si mobilia non existunt: vel excommunicabitur reus. H. d. vsque ad finem.

§. 6. In aliis vero casibus prudenter est attendendum, vtrum contumax reali actione 100), an 1) personali conueniatur. Si reali, mittendus est [*itaque*] actor in rei petitæ possessionem, vt tædio affectus reus veniat responsurus 2). Qui si 3) venerit intra annum: iudicio sisti præstita cautione g, ac exhibita satisfactione congrua expensarum, possessionem recuperat 4). Quodsi cautionem offerre neglexerit intra annum: actor post annum 5) verus constituetur 6) possessor, super proprietate duntaxat, aduersæ parti defensione legitima 7) reseruata. §. 7. Quodsi super rebus immobilibus quisquam conuenia„tur, qui eas possidet nomine alieno; debet statim in iudicio 8) do„minum nominare, certo dierum spatio a iudice statuendo 9) h, eoque „ad eius notitiam perducendo: vt 10) vel ipse veniens, vel idoneum „dirigens responsalem, actoris intentionem excipiat 11). Si vero post „tempus indultum, quod dispositum est, noluerit adimplere, tanquam „lite, quæ ingeritur, ea eo die, quo possessor ad iudicium vocatus „est, ad interrumpendam præscriptionem longi temporis contestata; „dominum possessionis iudex tribus 12) i edictis legitimis euocabit: „et tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summarim exa„minans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit, „omni allegatione absenti super principali quæstione reseruata 13).

70) Intelligit controuersiam antiquorum iuris interpretum, vt obseruat *gl. ad c. 1. X. h. t.* ad verba: *ad definitiuam sententiam.* Etenim MARTINVS et HVGOLINVS docuerunt, testes etiam, lite non contestata, posse recipi in caussa, tam ciuili, quam criminali, quibus contradixit IOANNES: adeoque glossa ostendit, INNOCENTIVM III. per totum hunc titulum fuisse in opinione IOANNIS, docuitque, quod lite non contestata non sint testes *regulariter* recipiendi, ceu præsens *constitutio Innocentiana* docet.

71) *Sit agendum*, C. R. 1.

72) *Probationum*, C. R. 1.

73) *Senex*, a. 5. comp. 3. h. t.

74) Hoc *iure ciuili* statutum esse censuit pontifex in *c. 4. X. de confirm. vel inut.* sed non probauit. In *l. 40. ad L. Aquil.* testes recepti [illegible] mota iam actione *ex L. Aquil.* ex qua, lite contestata, eandem [illegible] condemnatio. In edicto Carboniano, si metus erat, ne testimonia, dilata quæstione, interirent, vt quidem olim dilata est controuersia, sed testes, lite contestata, recepti. *l. 5. §. 3. de Carbon. edict.* Ius ergo ciuile ignorat tale examen *extraordinarium*: veterum interpretum opiniones illud non ignorant, quas pro iure *ciuili* assumsit pontifex.

75) *Siue pars conuenta*, -- *siue*, cit. c.

76) De eo tantum hoc agit loco pontifex: plus indulget reis in *c. 41. X. de testib.*

77) *Repellendos testes*, C. R. 1.

78) *Vel alia exceptiones*, C. R. 1.

79) *Esset aliud*, C. R. H. L. et ed. gloss.

80) Partic. *vt*, non adest in cit. c.

81) *Moueatur*, legitur ibid.

82) *Seu*, habet C. L. pro *siue*.

83) *Fuerit*, C. R. H. L. et cit. c.

84) *Siue*, C. L. et cit. c.

85) *Siue* - - - *siue*, C. R. legunt, nec non L. ed. ant. et cit. c.

86) *Quod impedit*, C. H. habet cum cit. c.

87) Verba: *lite non contestata*, omittuntur in cit. c.

88) C. cit. omittit verba, *et nihilominus*, vsque ad finem §.

89) *Est ad definitiuam*, C. R. 1.

90) *Negotiorum*, ed. ant.

91) Partic.: *per*, in C. L. non extat.

92) *Prudentiam*, est in c. cit.

93) *Exspectandum*, legitur ibid.

94) *Verisimile*, C. R. 1.

95) *Vel etiam in breui*, C. R. 1.

96) *Cogentur*, cit. c.

97) *Sunt alii* etc. ibid.

98) *Similiter*, a C. R. 1. abest.

99) Præliminariter scilicet, pro fundando remedio, quo quis agere intendit, veluti ex *testamento nuncupatiuo*, an quo quis agere intendit remedio possessorio ex *l. vlt. C. de edict. D. Hadriani tollendo*: vel an *L. diffamari*, ad demonstrandam summariter *diffamationem*, ex qua quis diffamantem prouocare intendit.

100) *Accusatione*, cit. c.

1) *Vel*, legimus in eod. c.

2) Si non constabat de dolo aduersarii; *l. 5. §. 1. D. vt legat. seu fideic.* hæc missio in rem petitam fiebat, eius conseruandæ caussa, cuius nomine cautio præstanda: si dolo latitabat, de iure Romano etiam in vniuersa bona. *l. 7. §. 1. et 17. D. quib. ex causs. in poss.*

3) *Quodsi*, cit. c.

4) *Solitariam* scilicet, quia immissus compossessionem habebat. *l. pen. §. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

5) *Postmodum*, legitur in C. H.

6) *Constituetur*, C. R. 1. habet cum ed. ant., sed L. *constitueretur*. C. R. 2. et H. *efficiatur*.

7) *Legitime*, C. H.

8) *Et in iudicio*, ed. ant.

9) *Statuendo*, C. R. H. L. et ed. ant.

10) Partic. *vt*, in cit. c. non habetur.

11) *Recipiat*, C. R. 1.

12) Dictio *tribus*, a C. R. H. et c. cit. abest, nec L. eam in serie textus legit, nisi quod manus recentior illam inscripserit vna cum his vocibus: *et vno peremtorio.*

13) *Seruata*, est in C. R. L. H. et cit. c. item etiam in *l. 2. C. vbi in rem.* vnde hæc verbotenus desumta et regustata sunt. Hic vero *vnius tantum missionis* fit mentio, non *duplicis*, quam pontifex in verbis præcedentibus adstruxit ex *tit. de damno inf.* in cuius casu tantum duplex obtinebat missio.

a *C. 5. eod. tit. in 3. compilat.* b contrahendo vel contracto, sed is, qui abest, contumax est; *et sic variat a §. sequ. si autem. secund. Hostien. Ioann. Andr.* c *vide l. contumacia. cum not. ff. de reg. iur.*

d *Quot modis probetur aliquis mortuus*, dic et Odofr. in *leg. fin. C. de sacros. eccles.* Cyn. in *l. quidem. C. sol. matr.* Maranta *in leg. prosp.* vbi ponit 25. modos. e *De modo probandi iustam absentiam vid. in l. pen. et 4. ad crimen. D. de publ. iudic.* f *In antiquis*: casus speciales, in quibus similiter, etc. g *Vid. l. cum clericus. C. de episc. et cleric.* h a... statuendo. i *Dictio*, tribus deest in omnib. vet. ex Reymundi et Aret. compilatione.

§. 8. Si autem super personali actione conueniatur; vel mittendus est actor in possessionem mobilium [*bonorum*] ipsius 14), vel immobilium, si forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati 15); vel in contumacem est ecclesiastica sententia proferenda; ita videlicet, quod alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex a principio sit contentus; ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis: qui veniens intra annum, vel post annum etiam audietur, iuxta distinctionem in alio casu superius annotatam.

14) *Mobilium bonorum*, C. R. 1. *Mobilium bonorum ipsius*, C. R. 2. L. et ed. gloss. *Bonorum ipsius*, C. H.

15) Dictum est ad c. 4. X. h. t. de iure Romano olim fuisse immissionem factam in *omnia bona*, non vero prius in *mobilia*, et, his deficientibus, in *immobilia*. Talis ordo obtinebat secundum *l.* 15. §. 2. *D. de re iudic.* in missione, *iudicati exsequendi caussa*. Verba vltima desumta sunt ex *Nou.* 53. *c.* 4. §. 1. quæ tamen non restringunt *missionem*, faciendam in omnia bona, sed designant *effectum missionis*, vt in *distractione* bonorum ratio habeatur *de iurate debiti*, nec plus vendatur, quam ad solutionem debiti necesse est. Multa habet incommoda hic procedendi modus: merito ea de caussa in Germania sublatus per *R. I. de anno* 1654. §. 36.

TITVLVS VII.
DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

CAP. I.

Clericus in caussa ecclesiæ suæ iuramentum calumniæ potest alteri committere: et per se iurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia.

HONORIVS II. 16) a (*ann.* 1127. *episc. occid.*)

Inhærentes 17) vestigiis prædecessorum nostrorum, dicentium, grauiores quæstiones per summum pontificem terminari, [*nostrorum fratrum consilio diligenter inquisita, huius caussæ speciem irrefragabiliter, Deo apitulante, decidimus.*] Legibus 18) itaque comperimus esse cautum, vt nullus clericus iurare præsumat. Alibi vero reperitur scriptum 19), vt omnes principales personæ in primo litis exordio subeant calumniæ iuramentum 20), propter quod plerisque 21) venit in dubium, vtrum clericus iusiurandum præstare debeat, aut alii 22) [*personæ liceat*] hoc officium delegare. Quia [*ergo*] illud 23) constitutionis edictum, vbi clerici iurare prohibentur, a Marco 24) b Augusto [*Constantinopolitano præfecto prætorio*] de Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur: idcirco ad alios non creditur pertinere. Vt ergo dubietas ista [*ab omnibus penitus*] auferatur, secundum etiam 25 decisionem filii nostri c H. 26) quondam imperatoris, [*vt accepimus, Arimino factam tertio nonas Apriles, vel, sicut ibi continetur, dia.*] cuius sunt verba hæc 26*): [*et infra.*] 27) Nos eius itaque interpretationem corroboramus, et diui Marci 28) constitutionem ita interpretari debere 29) decernimus 30), vt ad omnium ecclesiarum clericos 31) generaliter pertinere iudicetur 32). Nam „cum imperator 33) Iustinianus [*sacra*] decreuerit 34), vt canones patrum vim legum habere oporteat, et in nonnullis patrum canonibus „reperiatur, vt clerici omnino iurare non audeant: dignum est, vt to-„tus clericalis ordo a iuramento calumniæ 35) præstando sit immunis 36). „Præterea statuti principis 37) tenor [*penes vos*] talis esse dignoscitur: „Nos itaque, [*vtriusque*] diuinæ et humanæ legis intentione seruata, „decernimus 38) et imperiali auctoritate irretractabiliter 39) diffinimus, vt non episcopus, non presbyter, non cuiuscunque ordinis „clericus, non abbas, non aliquis monachus, vel sanctimonialis, in „quacunque caussa, siue controuersia, seu criminali, seu ciuili 40), „iusiurandum compellatur qualibet ratione subire, sed aliis idoneis „defensoribus 41), si expedire ecclesiæ suæ 42) nouerit 43), huiusmodi „officium liceat delegare: verum cum hac moderatione, vt episcopus 44), inconsulto Rom. pontifice, vel quisque 45) clericus, inconsulto prælato suo, minime iurare audeat. Omnibus autem episcopis [*a cunctis generaliter sacerdotibus,*] et 46) vniuerso clero, hæc 47) ita custodiri debere mandamus, vt, si quis in illam constitutionem 48) commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari, [*non sumentes exemplum, seu formam a nobis, quod in caussa nostrorum fratrum et coepiscoporum Aretinæ et Senen. ecclesiæ nuper fecimus, quando eorum voluntati et postulationi annuimus.*]

16) *Honorius III.* C. 8. et ed. ant. sed in c. 2. comp. 1. h. t. numerus omittur, additis tamen verbis sequentibus: *episcopus vrbis Romæ omnibus episcopis occidentalibus.*

17) *Adhærentes*, est in cit. c. 2.

18) Respexit sine dubio ad *l.* 25. §. 1. *in f. C. de episc. et cler.*

19) *Rescriptum*, cit. c.

20) *Iusiurandum*, est ibid.

21) *Nonnullis legis peritis, sed et aliis quam pluribus sapientibus venit*, etc. c. cit. omissis vocibus: *propter quod.*

22) *Aliena*, C. R. 1.

23) *Id*, C. H.

24) Vel potius *Marciano* Augusto, qui auctor est *cit. l.* 25. quæ generalem prohibitionem, ex disciplina ecclesiæ antiqua, continet, ne clerici iurare teneantur, et sic non restringendam ad clerum Constantinopolitanum.

25) Partic. *etiam*, deest in ed. ant.

26) *Henrici*, C. R. 1. et c. cit.

26*) Constitutio HENRICI II. cuius verba hic adducuntur, desumpta est ex *LL. Longobard. libr.* 2. *tit.* 47. *leg.* 11.

27) *Et infra*, nec in C. L. nec in ed. ant. nec in cit. c. legimus.

28) *Marchi*, C. B. et L.

29) Vox: *debere*, abest, a C. H.

30) *Decreuimus*, C. R. 1.

31) *Prælatos vel clericos*, C. H.

32) *Videatur*, c. cit.

33) Loco *imperator*, c. cit. *diuus*, habet.

34) *Decreuit*, ibidem.

35) *Calumniæ*, desideratur ibidem.

36) *Immunis esse procul dubio censeatur.* ibid.

37) *Statuti principis prædicti*, C. R. 1.

38) *Decreuimus*, c. cit.

39) *Irrefragabiliter*, c. cit.

40) *Seu controuersia criminali siue ciuili*, C. H. L. et ed. ant.

41) *Aduocatis defensoribus*, C. R. 1.

42) *Ecclesiis suis*, ibid.

43) *Nouerint*, C. L. ed. ant. et c. cit.

44) *Episcopi*, est in cit. c.

45) *Quisque*, C. R. H. et L. *quiuis*, cit. c.

46) Pro *et*, legimus *aut*, in c. cit.

47) Pron. *hæc*, abest a C. H. L. et c. cit.

48) *In illa*, C. R. H. L. ed. ant. et c. cit. omissa prorsus dictione: *constitutionem.*

CAP. II.

In spiritualibus caussis, de calumnia non iuratur.

IDEM d *ordinatori* 49) *Rom. eccles. subd. et magistro Omnibono.* 49*) (*circa annum* 1156.)

Litteras e *benignitatis vestræ benigne suscepimus, in quibus, vtrum in caussa, quæ inter ven. f. n. G. Bonon. episcopum, et dil. fil. nostrum Aldricum Padnanum abbatem, sub vestro examine agitatur, iuramentum calumniæ præstari vel recipere conueniat, requisistis.*] Sane Rom. eccl. in his casibus 50), in quibus de ecclesiis, decimis 51) et rebus spiritualibus tantum agitur, iuramentum calumniæ nec dare, nec recipere 52) consueuit eo, quod tales 53) caussæ non ex legum districtione 54), sed ex canonum æquitate finem debitum sortiuntur, canones autem iuramentum calumniæ in huiusmodi caussis 55) nulli prorsus indicunt 55*). Vnde, contentione de iuramento calumniæ 56) præstando dimissa, ad vlteriora 57) discretio vestra procedat.

49) In c. 3. comp. 1. h. t. inscriptio verior hæc est: *Item Eugenius Papa III. Arduino Rom.* etc.

49*) De magistro OMNIBONO actum est in *præfat. ad decretum* GRATIANI §. X. *let.* S. dictumque, cum vixisse tempore EVGENII III. non HONORII II. adeoque inde palam est, hanc decretalem deberi EVGENIO III. et non ad annum MCXXVII. cum Pithœis, sed magis circa annum MCLVI, quo floruit OMNIBONVS, eam reiiciendam esse. Confirmat hoc ipsum inscriptio *collect. decretal.* ALEXANDRI III. *in append.* adductæ *tit.* 44. *c.* 2. *p.* 273, quæ hunc pontificem auctorem epistola designat, atque cum *ætate* OMNIBONI, magistri Bononiensis, concenit.

50) *In his omnibus casibus*, C. L. sed *in his caussis*, c. cit.

51) *De ecclesiasticis decimis*, C. R. 1. *de ecclesiis decimis*, c. cit.

52) *Nunc dare, vel recipere*, c. cit.

53) *Huiusmodi*, ibidem.

54) *Districtione*, C. H.

55) Verba: *in huiusmodi caussis*, desiderantur in c. cit.

55*) BONIFACIVS VIII. in c. 1. h. t. in 6. hoc correxit ex hac ratione, *quia frequenter calumniari videmus in ipsis.*

56) Dictio: *calumniæ*, non exstat hoc loco in cit. c.

57) *Anteriora*, C. R. H. et L.

CAP. III.

Principalis persona non indistincte releuatur ab onere iurandi de calumnia; licet compareat per œconomum: sed sibi vel œconomo est deferendum, inspecta qualitate caussæ et personarum. H. d.

EVGENIVS PAPA 57*) (*ann.* 1150. *Romæ.*)

In pertractandis f caussis iuramentum calumniæ 58) non passim præcipimus exhiberi; sed [*iam fieri fecimus, et*] caussæ et 59) principalium personarum qualitate inspecta [*diligenter*]: quandoque per ipsas 60) principales personas, quandoque per œconomos [*siue syndicos*], qui caussam omnino non nesciant, in animam 61) iurantis illud 62) præcipimus 63) præstari. [*Vt igitur caussa, quæ inter abba-*

57*) In C. H. additur: *Aug. Papa.* et in c. 4. comp. 1. h. t. *Augusl. seruus Dei.* Merito vero hæc inscriptio attribuenda EVGENIO III. qui anno 1150. hoc priuilegium dederat Cisterciensibus, ne iuramentum calumniæ præstare cogerentur, teste MANRIQVIO in *annal. Cisterc. tom. II. ad ann. MCL. c.* 6. *p.* 164. quod etiam obseruat *Gonzal. ad h. c.* vnde cum Pithœis textus huic *annus* 655. non est tribuendus, quod etiam in sequenti textu eiusdem tenoris est obseruandum.

58) *De calumnia*, cit. c.

59) Partic. *et*, non legitur in ed. ant.

60) Dictio: *ipsas*, omittitur in cit. c.

61) *In animam*, cit. c.

62) *Illud*, ibid. omittitur.

63) *Mandamus*, C. H. L. et cit. c.

---

a *In impressis:* Honor. III. *sed ex codicib. Bartol. veterem lectionem restituimus, et* Honorium secundum, *repofuimus, vt etiam obseruat Cont. cum ex ordine capit huius tituli, tum ex Henrici imperatoris mentione in hoc capite, habita. Vixit enim Eugenius, et sedit circa annum Christi* 1126. *imperatore Henric. V. Habetur hæc decretalis post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p.* 29 *capite* 1. *et cap.* 2. *eod. titul. in* 1. *compilatione. In vna:* Honor. III. omnibus episc. occidentalibus. *In alia,* Honorius, *Impisiaer.* b *Legend.* Marcianus, *vt et infra paulo post. Error hinc prouenit, quod in scriptis codicibus, quos ei habeo, ita scriptum erat.* Imperat. Marc. Marcianus. *Illi autem scripserant:* Marcus. c Henric. *et scribitur in ms. Bar. vbi additur, eam Henrici confit. Arimini factam esse 3. kalend. April.*

d *In Cod. Barb. ita* Eugenius Pap. III. Arduino Rom. etc. e Cap. 3. *eod. tit. in* 1. *comp. et post Conc. Lat. sub Alex. III. c.* 7. f *Post Conc. Lat. sub Alex. III. p.* 23. *c.* 3. *et c.* 4. *eod. tit. in* 1. *compilat.*

tissam

tissam sanctae Trinitatis, et Ripulensem ecclesiam agitatur, fine dilatione finem debitum, auctore Domino sortiatur: praesentium vobis auctoritate mandamus, quatenus, sicut salubrius et competentius vobis visum fuerit, caussam ipsam, appellatione remota, dictante iustitia, terminetis. Adiicimus etiam, ut propter iniuriam, quam, ignorante abbatissa sanctae Trinitatis, Ripulensi Abbati audiuimus illatam, si aliter ei iustitiam facere dignoscitur, monasterium sanctae Trinitatis nullatenus suo iure priuetur.]

CAP. IV.

Vniuersitas tenetur iurare de calumnia: nisi velenet se constituendo oeconomum.

IDEM *Magalon. et R.* 64) *Nemmensen.* 65) *episcopis.*
(ann. 1150. Romae in Gothiam Galliae.)

Imperatorum a [*secularium leges et sanctorum patrum constitutiones ecclesiasticae, viros religiosos in omnipotentis Dei seruitio protegunt et defendunt, et nullam eis molestiam vel turbationem, quae sacro ordini contradicat, irrogari permittunt.*] Accepimus *autem* 66), quod [*quidam caussidici de terra vestra occasione decidendarum litium, quae aliquando solent exigere*] ab abbate et fratribus Clareuallis 66*) *b*, sicut ab aliis, exigitur 67) calumniae iuramentum: [*quod quidem inter fratres huius ordinis insuetum est, et*] ad quod 67*) faciendum [*nos*] eos cogere non [*possumus nec*] debemus. §. 1. Sed ne aliena iura videantur huiusmodi occasione illicite detinere, et ipsi a caussa sua decidant, si ex parte 68) ipsorum praedictum 69) iuramentum, cum res postulauerit 69*), non fuerit praestitum: eisdem praecipimus, vt in suo monasterio [*sicut imperiales leges consentiunt*] oeconomum statuant, qui pro eis petere et excipere, atque iuramentum de calumnia 70), cum necesse fuerit, valeat exhibere. *Idemque per praesentia scripta f. v. m. q. eosdem fratres, qui in ista caussa sunt, sicut ratio exigit, plenius instruatis, ut de caetero sua iura per hoc non possint amittere, et aliis, quantum iustitia permittit, in talibus caussis debeant satisfacere.*] §. 2. Tu vero, frater Neumausen. 71) episcope, oeconomum 72) idoneum statuas, qui in tali officio conueniens ipsi monasterio videatur.

64) *Idem Magalonensi et Vzon.* C. R. 1. sed *Idem de Magal. Nemausen.* C. R. 2. inscriptio tota est in C. L. *Idem Magalon. et Neuman. episcopis.* In c. 5 comp. cit. sonat ista sequenti modo: *Idem R. Magal. Eumoern. episcopus.*
65) *Neman.* C. H. sed ed. ant. *Nemauzen.* per to.om.
66) Partic. *autem*, C. R. H. L. ed. ant. et Gonzal. omittunt.
66*) Vocab. *Clareuallis*, desiderat in cit. c. obseruatque IANVS A COSTA ad h. c., id mendosum esse, et legendum: *Francha vallis*, quod est monasterium ordinis Cisterciensis in dioecesi Nemausensi.
67) *Sicut ab aliis hominibus exigebant, de calumnia iuramentum*, cit. c.
67*) *Ad*, id, ibid.   68) *A parte*, C. R. 1.
69) *Dictum*, C. H.   69*) *Expostulauerit*, cit. c.
70) *Calumnia*, C. H.
71) *Nemausen.* C. R. 1. *Nemosenen.* C. R. 2. *Nemasan.* H. *Nemausensis.* cit. c.
72) C. cit. in hac periodo variat sequenti modo: *personam idoneam, quae in tali officio conueniens videatur, ipsi monasterio oeconomum statuas.*

CAP. V.

Clerici etiam in suorum caussis iurant de calumnia, contraria consuetudine non obstante.

LVCIVS III. *Helien.* 73) c *episcopo, et archid. Norwicen.* 74)
(ann. 1181. Romae in Angliam.)

Caeterum, quia *d* nouis morbis, noua conuenit antidota praeparari: [*volumus et*] mandamus, quatenus 75) in caussa *fideiussionis* 76), quae inter R. clericum de sancto Albano, et I. 77) et F. 78) canonicos 79) London. 80) vertitur, ad veritatem eliciendam, appellatione cessante, praestari faciatis ab vtraque parte calumniae iuramentum, consuetudine 81), quae legi contraria est, non obstante.

73) Nomen: *Helien.* non adest in hac inscriptione c. 6. comp. cit. nihilominus tamen legendum esse: *G. Helien. episcopo, et S. archid. Norwicensi.* recte monet AVGVSTINVS ad h. c.
74) *Vernesen.* C. R. 1. sed c. cit. *Norwicen.*
75) *Vt*, legitur in cit. c.
76) Vox: *fideiussionis*, in C. R. H. L. edit. ant. et Gonz. desideratur.
77) *Et Io.* C. R. 1. et L. sed cit. c. et *Helien.*
78) *Et Phy.* legimus in cit. c. quod *Phy.* denotare *Philippum*, docet idem AVG.
79) *Clericos*, ait ibid.
80) *Londan.* C. R. 1. *London.* C. R. 2. et cit. c.
81) Lacunam capitali septem vltimarum vacuam non habet cit. c. sed RAYMVNDVS addidit ex c. sequ. 7. compil. cit. 1. et c. 3. X. de fideiussor.

CAP. VI.

Procurator vel syndicus vniuersitatis ecclesiasticae vel secularis, de calumnia iurare potest. H. d.

INNOCENTIVS III. *episcopo Placent.* (*ann.* 1203.)

Cum caussam *e*, quae inter [*ven. fr. n.*] Rauennaten. archiepiscopum, et commune Fauentinum, super villa Luci, ac quibusdam aliis, vertitur, delegatis iudicibus duxerimus 82) committendam, et iidem 83) in negotio minime processissent; nos partibus dedimus in mandatis vt pro ipsa caussa nostro se conspectui praesentarent. Quorum procuratoribus cum instrumentis de facto, in nostra praesentia constitutis, [*cum aliquamdiu super lit. cont. receptione quorumdam testium et multis exceptionibus fuisset in nostra praesentia disputatum, nos tandem*] petitionem ipsius archiepiscopi per procuratorem eius fecimus exhiberi: et ad eam, partem alteram [*ett.*] respondere ac, interrogationibus et responsionibus redactis in scriptis, et lite coram nobis 84) legitime 85) *f* contestata, fecimus calumniae iuramentum ab ipsis procuratoribus 86) vtrinque praestari. 86*)

82) *Duximus*, C. H. L. et c. 1. comp. 3. h. t.
83) *Idem*, C. H. et L.
84) *Vobis*, C. H.
85) *Legitime*, C. R. 1.
86) Verba: *ab ipsis procuratoribus*, in c. cit. non leguntur.
86*) Pressa pede sequitur INNOCENTIVS III constitutionem Iustiniani in *l.* 2. *C. de iuram. propt. calum.* Quamuis enim per c. 1. *X. h. t.* in *primo litis exordio*, illud praestandum esse dicatur: constat tamen cap. c. hac non de lite inchoata, sed contestata esse intelligendum, more antiquo, qua litis contestatio dicebatur *initium iudicii*. Expediret sine dubio, vt ante L. C. praestaretur: quia principaliter calumnia in ea patet committi per temerariam negationem.

CAP. VII.

Episcopus iuret de calumnia, si per seipsum elegit litigare, propositis tantum, non tactis Euangeliis. Si vero per syndicum litigat: per illum poterit iurare. H. d.

GREGORIVS IX. *episcopo Belvacen.* 87) (*ann.* 1233.)

Cum in caussa pecuniaria, quam inter te et R. 88) *g* motam esse proponis, non per te, sed syndicum, vel actorem elegeris litigare: per illum quidem praestandum erit calumniae iuramentum. Quod si per te ipsum: propositis tantum, sed non tactis Euangeliis, sicut in dicendo testimonio, a te videtur huiusmodi iuramentum exhibendum. [*et infra.*]

Actor refutando iuramentum calumniae sine caussa, cadere debet ab instituta actione: reus autem debet haberi pro confesso. Hoc dicit.

§. 1. Poena vero recusantis hoc iuramentum, cum praestandum fuerit, est, ut actor ab instituta cadat actione 89), reus autem haberi debeat pro confesso.

87) *Belvacensi*, legitur in C. L.
88) *Et M.* C. R. H et L.
89) *Ab instantia iudicii cadat*, C. R. 1.

TITVLVS VIII.
DE DILATIONIBVS.
CAP. I.

Summa sic, ne videatur conuenire rubricae de appellationibus: *Citatio vocatoria cum peremptoria non debet esse nimis breuis; maxime vbi de rebus ecclesiasticis agitur: nisi necessitas aliud suggerat.*

ALEXANDER III. *Cantuar.* 90) *et Vigor. episcopis.* (*ann.* 1180. *Romae in Angliam. Vid. c. 3. Comp. 1. de dolo et contum.*)

Dilecti *h* filii [*nostri*], abbas et monachi 91) de H. 92) nobis insinuare curarunt 93), quod, cum caussam, quae vertitur inter ipsos, et moniales de Leden. 94) super ecclesia de Alten. 95) decano 96) et archidiacono Lincon. 97) commiserimus terminandam; ipsi 98) timentes, se a [*praedictis*] iudicibus aggravari, eo, quod ad primam citationem terminum 99) sibi 100) nimis breuem et peremptorium statuerunt *i*, ad nostram audientiam duxerunt appellandum 1): [*sed ipsi nihilominus praedictam ecclesiam praefatis monialibus adiudicauerunt. Nos igitur attendentes,*] quia non spectat ad iuris ordinem, diem peremptorium, [*et*] maxime cum de rebus ecclesiasticis agitur, nisi forte, necessitate vrgente 2), taliter 3) maturare 4), [*nec etiam in eos, qui se contumaciter absentant, sententiam taliter promulgare, nisi vt pars aduersa in possessionem mittatur, vt sic taedio affecti iudicio stare cogantur: frat. v. per A. S. praecipiendo*] mandamus, quatenus 5), si est ita, reuocato in irritum, si quid inueneritis post ap-

90) *Cant.* C. R. 1. *Canten.* C. R. 2. sed in c. 3. comp. 1. de dolo et contum. ita sonat haec inscriptio: *Alexander III Cant. archiepisc. et Wig. episcopo.*
91) *Et conuentus monasterii de H.* C. R. 1.
92) *De N.* C. L. qui facit cum ipso concilio, in quo nomen est: *de Nouburs.* sed in c. cit. legimus *sancti H.*
93) *Sua insinuatione monstrarunt*, C. R. 1. *Nobis monstrarunt*, cit. c.
94) *De Lesen.* C. H. et c. cit. sed L. *De Lojen.* exhibet.
95) *De Leden.* C. R. sed c. cit. *de Altin.*
96) *Decano Lincon. et archid. commiserimus* etc. legimus in c. cit.
97) *London.* C. R. 1. *Lincol.* C. R. 2.
98) Loco vocis: *ipsi*, legimus in cit. c. *praedicti abbas et fratres.*
99) *Diem peremtorium sibi statuerunt, ad audientiam nostram appellarunt*, ita variat h. l. cit. c.
100) Pronom: *sibi*, abest a C. H.
1) *Appellarunt*, C. R. 1. sed L. et ed. ant. pro *duxerunt*, legunt: *duxerint.*
2) *Vrgente*, C. R. H. L. et c. cit.
3) *Ita*, cit. c.
4) *Mutare*, ed. Pith.
5) Mire differt hoc loco cit. c. in qua textus ipse ita sonat: *quatenus partes conuocetis, et, si constiterit, quod ita sententia lata fuit, eo, quod praedicta partes venire aut iudicio stare noluerint, aduersam partem faciatis in ipsius ecclesiae possessionem induci. Postea si statim, vel intra annum idem abbas vel fratres vobis praestiterint cautionem, quod vestro super hoc stabunt iudicio, possessionem ei restituatis.*

a *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *compil. et post Conc. Lat. sub Alex. III. p.* 23. *c.* 4.
b Francaeuallis, *vet.*   c *Vt in c.* 4. *et infra. de fideiuss.*   d *Post concil. Lat. sub Alex. III. part.* 53. *c.* 5. *et c.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp.*   e *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.*

f *al.* legitima.   g *al.* M.   h *Post concil. Later. sub Alex. III. p.* 3. *c.* 5. *vbi est integra facti species.*   i *Vide l.* 1. *contumacia. ff. de re iud. et l. tres denunciationes. C. quomodo et quando iud.*

pellationem

pellationem huiusmodi attentatum, in caussa iuxta 6) priorum tenorem litterarum procedatis. 7)

6) *In caussa etc.* C. B. sed reliqua desunt: et in H. desiderantur omnia a verbis: *in caussa*, vsque ad finem.
7) C. L. post vocem *priorum habet etc.* et in ed. ant. a manu recentiori verba: *tenorem litterarum procedatis*, lineæ inscripta sunt.

CAP. II.

Induciæ deliberatoriæ denegantur reo, si per litteras citatorias plene potuit instrui, et deliberare super eo, de quo quæritur.

COELESTINVS III. (*ann.* 1195. *Romæ.*)

Præterea a [*in tua petitorio*] adiecisti, quod, cum caussæ tibi a sede apostolica delegantur 8), in literis 9) citatoriis rescriptum apostolicum inseris, vt, eo viso, deliberare valeat, qui ab altero conuenitur. *Cumque non ad primam et secundam canonicam citationem, sed ad tertiam tantummodo peremtoriam veniat, actore ad omnes citationes veniente, et ipse actor intentionem suam in iure proponat: reus vexatione eius intendens, tunc primo deliberatorias requirit inducias, cum actor eidem authenticum offerat, vt conferat cum rescripto, quod in prima citatione recepit, afferens etiam, quod iam longo citationis spatio, si voluerit, plenæ tempus deliberationis potuit habere.*] §. 1. Quia igitur, quid agendum sit in hoc casu, desideras edoceri; taliter tibi 10) respondemus, quod, [*prædicto modo.*] reo ad iudicium legitime 11) conuocato 12) b, si ex rescripto sibi transmisso plene potuit instrui super eo, de quo in iudicio 13) conuenitur 14), induciæ deliberatoriæ [*sibi*] non sunt vlterius indulgendæ: sed procedendum potius est ad examinationem caussæ, et finem ei debitum imponendum.

8) *Destinantur*, C. B. 1.
9) *Ex in litteris*, C. B. L. ed. ant. et gloss.
10) Pron. *tibi*, abest a C. H. L. ed. ant. et c. 1. comp. 2. h. t.
11) Vox: *legitime*, non legitur in cit. c.
12) *Vocata*, est in eod. c.
13) *In iudicio*, non habet cit. c.
14) *Conueniebatur*, cit. c.

CAP. III.

Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui positi in libello, nouæ induciæ deliberatoriæ dandæ non sunt, si per expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa, vel generalitate. H. d.

HONORIVS III. *Ferentino* 15) c *episcopo.* (*ann.* 1220. *Romæ in Companiam. conf. t. 1. comp. 5. h. t.*)

Litteræ tuæ ac petitio [*dilecti filii*] presbyteri 16) d sanctarum 17) Priscæ et Aquilæ 18) de vrbe 19), nobis exhibitæ continebant, [*quod, cum caussam, quæ inter ipsum archipresbyterum ex vna parte, et nobiles viros Andream Alatem. et G. et fratres et filios eorum ex altera, super quibusdam possessionibus et rebus aliis vertitur, tibi duximus committendam;*] idem presbyter contra nobiles viros A. et G. 20) libellum ecclesiæ suæ nomine obtulit, continentem, quod pensio de 21) [*dictis*] possessionibus soluta non fuerat ipsi ecclesiæ, elapsis iam tribus annis, et vltra. Nobilibus vero ipsis petentibus, vt explicaret ipsis 22) spatium, quod per hanc dictionem, et vltra, significari 23) volebat, et ipso presbytero exprimente, quod septem annis fuerat in dictæ pensionis solutione cessatum: [*et*] iidem [*nobiles*] dicentes, libellum esse huiusmodi expressione mutatum, longiores ad deliberandum petierunt inducias. Quas quia denegasti eisdem, ad nostram 24) audientiam appellauerunt. Nos igitur appell. huiusmodi friuolam reputantes, [*fraternitati t.*] mandamus, quatenus 25), ea nequaquam 26) obstante, in negotio ipso, ratione præuia, procedas iuxta priorum continentiam litterarum.

15) *Ferrariensi*, C. B. 1. sed H. *Florentino*, L. et ed. ant. *Ferrentino*, in c. 1 comp. 5. h. t. habetur: *Ferentinati*, quod vocabulum conuenit cum textu nostro. Indigitatur autem ciuitas *Ferentinum* in ditione pontificia: *Citta di Ferentino*. CIRONIVS ad h. c.
16) *Archipresbyteri*, rectius C. B. H. L. ed. ant. et c. cit. per totum.
17) *Sanctorum*, C. B. 2. ed. ant. et c. cit.
18) *Aquilæ*, legitur in ed. ant.
19) *Deinde*, ast in cit. c. pro: *de vrbe*.
20) verba: *contra nobiles viros A. et G.* omittuntur in cit. c.
21) *Pro*, ast in cit. c.
22) *Exemplificaret eis*, C. H.
23) *Vltra significare*, ibid.
24) Præpos: *ad*, in C. B. H. et cit. c. deest.
25) Vocabulum: *quatenus*, abest a C. H.
26) *Nequaquam*, C. B. 1.

CAP. IV.

Si citatus in caussa ardua de longinquo vocatur pro publica vtilitate, etiam ad locum iudicis, ita, quod intra terminum citationis deliberare, et alia sibi necessaria ad comparendum explicare non potuit: in termino respondere non cogitur, si reperiatur in loco iudicis, sed habebit nouas inducias. H. d. notabiliter.

GREG. IX. *Abbati Aquæ viuæ Turonen. diœc.* (*Ord. S. Ben.*) *et archidiac. Turonen.* (*ann.* 1234. *Romæ in Galliam.*)

Exposuit nobis Bituricensis archiepiscopus: [*et infra*] Burdegalen. archiepiscopo dedimus in mandatis 27) vt super iure primatiæ, quam in eo et in prouincia 28) sua dictus Bituricen. archiepiscopus 29), se habere proposuit 30), ad initium proxime præteritæ Quadragesimæ, quod ei terminum peremtorium assignauimus, per se, aut per 31) procuratorem idoneum, se conspectui nostro præsentaret f. Cumque postmodum personaliter vocatus pro ecclesiæ Romanæ subsidio, ad nostram g audientiam 32) accessisset 33): dictus Bituricen. archiepiscopus apud sed. apostolic. constitutus, postulauit instanter, vt in eodem negotio procedere deberemus. Idem vero Burdegal. archiepiscopus ad propria rediens, constituit pro se procuratorem in ipso negotio, qui, saluis exceptionibus sibi competentibus in respondendo et defendendo, ac aliis 34), omnia faceret, quæ in propria erat persone facturus. Petente ergo archiepiscopo supradicto 34*), vt præfatus procurator responderet eidem, ille excipiendo proposuit, se ad hoc non teneri: cum pro alia maiori caussa, pro publica scilicet vtilitate, dictus Burdegalen. vocatus, pro absente reputari debuerat h et reuocandi domum priuilegium habuisset. Nondum etiam super hoc deliberauerat cum suffraganeis suis, et aliis, quorum consilium tam ardua caussa requirit: nec tempus 35) habuerat, in quo ad vtrumque negotium valuerit, sicut expediret, esse paratus. Sed pars altera econtra 36) respondit, quod, cum super quæstione prædicta prius fuerat euocatus, nostræ intentionis non fuerat primum mandatum per posterius reuocare. Temporis quoque spatium habuerat 37) tam prolixum, vt potuisset 38), si voluisset, super caussa deliberare prædicta, sicut 39) fecerat cum quibusdam, et commode vtrinque negotio imminere. [*et infra.*] Nos igitur de consilio fratrum nostrorum vsque ad proximum 40) i venturum 41) festum natiuitatis Dominicæ dilationem adhuc sibi duximus indulgendam.

28) Præpos. *in*, a C. B. et. L. abest.
29) Vox: *Archiepiscopus*, a C. B. et H. abest.
30) *Proponit*, C. B. L. ed. ant. et Gonz.
31) Præp. *per*, in C. H. est omissa.
32) *Præsentiam*, C. B. H. et L.
33) *Accedens*, ed. ant.
34) *Alia*, C. H.
34*) *Bituricensi* pro *supradicto*, ed. ant.
35) *Nec ipse tempus*, C. H.
36) *Contra*, C. L.
37) *Habuit*, C. H.
38) *Qua potuisset*, C. B. c.
39) *Sicut et*, C. B. H. et L.
40) *Ad primum*, C. B. sed L. *ad primo venturum.*
41) *Futurum*, C. H.

TITVLVS IX.

DE FERIIS.

CAP. I.

Diebus dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non debet: sed de vespera in vesperam debent celebrari.

Ex concilio apud Compendium. k (*ann.* 833. *in Gallia.*)

Omnes dies dominicos a vespera in vesperam cum omni veneratione decreuimus obseruari 42), et ab omni illicito opere abstinere: vt in eis mercatum minime fiat, neque placitum 43), neque 44) aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta 45), nisi pro pace vel alia necessitate, præstentur.

42) *Obseruare*, c. 1. comp. 1. h. t.
43) *Mallum vel placitum publicum* dicitur in synodo Suessionensi sub CAROLO CALVO c. 8. apud BALVZIVM *tom. II capitul. p.* 51. nihilque aliud designauit, quam conuentum publicum iudicii celebrandi caussa Germanice, *Landgericht*, quæ iudicia festis diebus haberi prohibita.
44) Pro, *neque*, in c. cit. est *vbi*.
45) *Nec sacramenta iurentur, nisi pro pace facienda*, legimus ibidem.

CAP. II.

Festorum principium et finis fieri debet, secundum ipsorum magnitudinem, et consuetudinem regionis. Hoc primo. *In præcipuis festis et intra Pascha et Pentecosten, non fit solemnis genuum flexio. Si tamen tunc clerici vel episcopi ordinentur: secundum ordinationis modum genua flectuntur.* Hoc secundo. *Romana ecclesia speciale festum de Trinitate non facit: seruetur tamen de hoc cuiuscunque ecclesiæ consuetudo.* Hoc tertio.

ALEXANDER III. l *Terdon.* 46) *archiep.*

Quoniam in parte: [*etc. et infra. Vestram volumus prudentiam certa cognitione tenere; quoniam.*] licet scriptum sit, de vespera 47) in vesperam

46) Verba hæc non leguntur in C. B. H. L. et edit. ant. et sine dubio vitiosa sunt quia ex verbis vltimis additis liquet, decretalem hanc cuidam archiepiscopo, non episcopo *Terdonensi*, scriptam fuisse, vt GONZAL. recte obseruat contra CVIACIVM. Probabiliter legendum esse censet IANVS A COSTA ad h. c. *Vpsaliensi archiepiscopo*, ad quem plures epistolas scripsit ALEXANDER III. vt ad c. 10. X. de sudis, hoc 41. iam obseruauit. Idem suadet c. *seqn.* quod non *Triburiensi*, sed *Vpsaliensi* scriptum videtur, coniectura haleum, cuius ibidem fit mentio, designat.
47) *A vespera*, C. H.

a C. *eod. tit. in* 2 *comp.* b euocato c *al.* Ferratien. *al.* Florentinum. d *Eccl. S. Pauli in vrbe Rom. præest abbas vnus: et huic ecclesiæ deseruiunt* 7. *Presb. Card. quorum vnus est presb. cardinalis S. Priscæ. Ergo forte non archipresbyteri legendum, sed presbyteri: nihilominus tamen, archipresbyteri, legitur in omnib. manuscr.* e Præceptio.

f *Vid. leg.* 1. *ibi glos. et DD. C. eodem.* g *alii:* præsentiam. h *Vide l. actione.* § *Labeo ff. pro soc. et l.* 1. *in fin. ff. solutio matr.* i primum. k *Burch.* 2. *decr. cap.* 91. *Ivo part.* 4 *cap.* 16. *et c.* 1. *eod. tit.* in 1. *compil. vide Conarruuiam lib.* 4. *var. Resol. cap.* 19. l *al.* Teid. archiepisc. *al.* Treuirensi eccl. id. m *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil. Gen.* 2. *Exod.* 16. *et* 20. *Leuit.* 23. *Num.* 28. *Deut.* 5.

speram

ſperam 48) celebrabitis ſabbatha veſtra, feſtorum tamen principium et finis, iuxta eorum qualitatem, et diuerſarum regionum conſuetudinem debet attendi 49): et, ſicut magnitudo dierum exigit [*celebrari, ſic*] prius incipere, et tardius terminari [*vera ratione videntur.*] [*et infra.*] §. 1. Diebus autem dominicis et aliis præcipuis feſtiuitatibus, ſiue inter paſcha et pentecoſten 50) genuum *a* flexio nequaquam debet fieri: niſi aliquis ex deuotione id velit facere in 51) ſecreto. §. 2. In conſecrationibus *b* autem epiſcoporum, et clericorum ordinationibus, conſecrans et conſecratus 52) tantum genua flectere poſſunt: ſecundum quod conſecrationis modus requirit. §. 3. Præterea feſtiuitas ſanctæ Trinitatis, ſecundum conſuetudines diuerſarum regionum a quibuſdam conſueuit in octauis pentecoſtes, ab aliis in dominica prima ante aduentum Domini celebrari. Eccleſia ſiquidem Romana in vſu non habet, quod in aliquo 53) tempore huiuſmodi celebret 54) ſpecialiter feſtiuitatem: cum ſingulis diebus, Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, et cætera ſimilia 55) dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis. [*Quare tibi, frater archiepiſcope, de vſu petiiſti ea die, quo Trinitatis feſtiuitas celebretur, certum nequaquam potuimus dare reſponſum.*]

48) *Ad veſperam*, C. R. 2. L. et c. 2. comp. 2. h. t.
49) *Conſiderari*, eſt in cit. c.
50) *Pentecoſten*, C. H. per totum.
51) Præpoſ. *in*, omittit cit. c.
52) *Conſecrandus*, ibid.
53) *Vt in aliquo*, C. R. H. L. et a. cit.
54) *Celebraret*, C. R. 1.
55) *Conſimilia*, C. R. L. et cit. c.

CAP. III.

Propter neceſſitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem Dei operi ſeruili intendere, maxime circa rem tempore perituram. H. d.

IDEM *Triburien.* 56) *archiepiſcopo.* c [*et eius ſuffraganeis*] (*ann.* 1160. *Romæ in Germaniam.*)

Licet tam *d* veteris, quam noui Teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputauerit 57), et tam eum, quam alios dies maieſtati altiſſimæ 58) deputatos, nec non natalitia ſanctorum martyrum eccleſia decreuerit 59) obſeruanda: et in his ab omni 60) opere ſeruili ceſſandum: [*nos tamen, cui ab omnium Proniſore eccleſiæ eſt regimen commiſſum, ſuper his, quæ neceſſitas exegerit, Chriſti fidelibus tenemur commode prouidere, vt, ſi quando eos non ſeruili operi, id eſt, actioni peccati ſed neceſſariis victus et veſtitus quærendis forte intendere contigerit, volumus, ut eis Ap. ſed. prouidentia, miſericordia conſueta ſubueniat. Inde ſiquidem eſt, quod regio veſtra non multis frugibus abundet, et mare, in quo populus maiorem conſueuit habere ſuſtentationem, ſterilius ſolito effectum fuiſſe multorum relationibus cognoſcentes, B. Petri auct. et noſtra*] indulgemus, vt liceat parochianis veſtris diebus dominicis, et aliis feſtis, præterquam in maioribus anni ſollemnitatibus, ſi alecia 61) terræ ſe inclinauerint 62), eorum captioni, ingruente neceſſitate 63), intendere: ita, [*tamen,*] quod poſt factam capturam eccleſiis circumpoſitis et Chriſti pauperibus congruam faciant portionem. [*Si autem illi, qui aliquos dies in pane et aqua ex iniuncta ſibi pœnitentia tenentur peragere, panem quo veſcantur, non habent, leguminibus aut piſcibus, aut aliis cibariis, ſi neceſſitas exegerit, reficiantur, moderata tamen diſcretione habita, quod his non ad delicias, ſed ad neceſſariam ſolummodo ſuſtentationem vtantur.*]

56) Vel potius *Vpſalenſi archiepiſcopo*, vt ad c. *præcedens in f.* notaui.
57) *Deputauit*, eſt in c. 3. comp. cit. 2. h. t.
58) *Altiſſimi*, eſt ibid.
59) *Decreuit*, ibid.
60) *Abomni ſit*, C. H.
61) *Allecia*, cit. c.
62) *Se inclinaverint*, C. R. 1. *ſe inclinauerit*, H.
63) *Congruenter*, cit. c.

CAP. IV.

Tres ſeptimæ, quibus canon prohibet fieri nuptias, ante feſtum Ioannis Baptiſtæ, non continuantur feſto: ſed intelligitur de ſeptimana Aſcenſionis cum duabus ſequentibus.

CLEMENS III. (*ann.* 1190. *Romæ.*)

Capellanus tuus, frater epiſcope *f*, coram nobis ex parte tua propoſuit, quod, cum ſtatuta 64) canonica declarent nuptias tribus ſeptimanis 65) ante feſtum natiuitatis 66) B. 67) Ioannis Baptiſtæ minime celebrari debere, quidam hebdomadas illas abſque interpellatione continuandas intelligunt. Alii vero inter feſtum et ipſas volentes facere interuallum, illud, dicunt, ob reuerentiam feſtiuitatis pentecoſtes fuiſſe ſtatutum, quæ in ſeptimanis iſtis 68) ſolet interuenire quandoque: et ſic a tribus diebus rogationum ante aſcenſionem Domini inchoantes, vſque ad octauum diem poſt pentecoſten 69), illis hebdomadis 70) computatis, illo tantum ſpatio temporis celebrari nuptias *g* non permittunt, earum celebrationem abinde nullatenus inhibentes. Quia ergo 71) conſulti fuimus, vtra iſtarum 72) opinionum potior videatur: nobis et fratribus noſtris apparuit, quod, licet 73) ea ſit 74) Romanæ eccleſ. conſuetudo, [*a longis retro temporibus obſeruata,*] vt, quocunque tempore matrimonium contrahatur, conſenſu interueniente legitimo de præſenti, quia 75) tamen a ſeptuageſima vſque ad ſeptimum diem 76) *h* poſt pentecoſten celebrari nuptiæ non ſinuntur 77), et poſtea etiam 78) tribus 79) ſeptimanis, vel pluribus, ante feſtiuitatem ſancti Ioannis ſine differentia celebrantur 80), poſterior ſententia maiori et ſubtiliori nititur 81) ratione, et, ſiue ſecundum canones a ſeptuageſima vſque poſt 82) octauas paſchæ, ſiue iuxta conſuetudinem eccleſiæ Romanæ 83) vſque poſt ſeptimum diem 84) feſti pentecoſtes 85), quod caret octauis 86), nuptiæ ſuſpendantur 87) in dominica, quæ ſequitur, [*et*] deinceps 88) poſſunt licite celebrari. 89)

64) Intelligit *decretum* GRATIANI, ibique veterum concilium in c. 10. *C. XXXIII. q.* 4 quia illud *ſtatuta* canonica continebat.
65) *Ebdomadis*, C. R. H. et L.
66) Vox: *natiuitatis*, a C. R. L. et ed. ant. abeſt, ſed gloſſa addidit: *ſcil. natiuitatis.*
67) *Sancti Iohannis*, C. L. et c. 4 comp. cit. 2.
68) *Ipſis*, C. R. H. L. et cit. c.
69) *Pentecoſtes*, C. H. et L.
70) *Hebdomadibus*, C. H. et cit. c.
71) *Igitur*, C. R. H. L. et cit. c.
72) *Quæ iſtarum*, C. R. 1. *quæ illarum*, C. R. 2.
73) *Cum*, eſt in cit. c. pro *licet.*
74) *Talis*, C. R. 1.
75) *Quia*, non habetur in cit. c.
76) *VII dies*, C. H. et. ed. ant. ſed C. L. et cit. c. integris litteris legunt *ſeptem dies.*
77) *Sinantur*, eſt in cit. c.
78) Copula: *etiam*, a C. R. abeſt.
79) *In tribus*, C. R. 2.
80) *Celebrentur*, cit. c.
81) *Innititur*, C. L. ſed *fonetur*, eſt in cit. c.
82) *Vſque ad*, C. L. et ed. ant. quæ etiam habet: *octauam* loco *octauas.*
83) Vox: *Romanæ* deeſt in C. H. et L.
84) *Poſt ſeptem dies*, C. L. et ed. ant.
85) Vox: *feſti*, a C. R. 1. abeſt. L. vero legit: *feſti pentecoſten* pro *pentecoſtes.*
86) *Quæ caret*. C. R. 1. *qui caret octaua*, H. *qui caret octauis*, L. et cit. c. *Octauæ* autem ſunt *feſtorum ſollemnium concluſiones*, ex Iudaiſmo aſſumtæ et receptæ, quia Iudæis iniunctum erat in lege Moſaica, vt *primo die* feſtorum ſollemnium eſſet ſabbathum, et *die octauo* pariter *Exod. XII,* 16. *Leuit. XXIII,* 7. 8. 35. 36. quibus duobus diebus conuentus facti, et ab omni opere abſtinendum erat. Conf. *Num. XXIX,* 35. *Deut. XVI,* 8. Iam ſeculo IV. paſcha hoc modo celebrarunt Chriſtiani, vt integra hebdomade conuentus agerent cum ſermonibus aliiſque deuotionis exercitiis, teſte CHRYSOSTOMO *homil. XXXIV. de reſurrect. Chriſti*, ita, vt dominica poſt paſcha concluſio ſollemnitatis eſſet. Poſtea ad quæuis feſta ſollemniora hæc octaua tracta: quamuis *feſtum Trinitatis* his caruerit, cuius ratio ſolida vix dari poteſt. V. c. 2. *in f. h.*
87) *Suſpendantur*, C. R. 2.
88) *Et deinceps*, C. L. ed Cont. ant. Pith. et c. cit.
89) *Indiſtincte valeant celebrari*, cit. c.

CAP. V.

In feriis introductis in honorem Dei et ſanctorum, niſi ob neceſſitatem vel pietatem, iudicium exerceri non poteſt, etiam de conſenſu partium: feriis tamen introductis fauore hominum, partes renuntiare poſſunt.

GREGORIUS IX. (*ann.* 1232. *Romæ.*)

Conqueſtus eſt nobis: [*et infra.*] Quamuis non prorogari, ſed expediri deceat *i* quæſtiones: debet tamen iudicialis ſtrepitus conquieſcere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noſcuntur eſſe ſtatuti, ſcilicet natalis 90) Domini, ſancti Stephani, Ioannis 91) Euangeliſtæ, innocentium 92), ſancti Silueſtri, circumciſionis, Epiphaniæ 93), VII. diebus 94) Dominicæ paſſionis, reſurrectionis, cum VII. ſequentibus 95), aſcenſionis 96), pentacoſtes 97), cum duobus *k* qui ſequuntur 98), natiuitatis Ioann. 99) Baptiſtæ, feſtiuitatum omnium virginis glorioſæ 100), XII. Apoſtolorum, et præcipue Petri et Pauli, beati Laurentii, dedicationis beati Michaelis, ſollemnitatis omnium ſanctorum, ac diebus Dominicis, cæteriſque ſollemnitatibus, quas ſinguli epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero et populo duxerint ſollemniter venerandas 1); quibus 2) vtique ſollemnibus feriis, niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat, vſque adeo conuenit ab huiuſmodi abſtinere, vt, conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat 3), nec ſententia 4), quam contingit 5) diebus huiuſmodi promulgari,

90) *Natale*, C. R. 1.
91) *Sancti Iohannis*, C. L. per totum
92) *Innocentum*, C. R. 1. L. et ed. ant.
93) *Epiphaniarum*, C. R. 1 H et L. ſed in primo eſt præmiſſa copula *et.*
94) *Et ſeptem diebus*, C. L.
95) *Sequentibus diebus*, ibid.
96) *Diebus aſcenſionis*, C. H.
97) *Et pentecoſtes*, C. R. 1.
98) *Qui ſubſequuntur diebus*, C. R. 1. *ſubſequuntur*, H. et L.
99) Nomen: *Ioannis*, deſideratur in ed. Pith.
100) *Virginis Mariæ*, C. R. 1.
1) *Celebrandas*, ibidem.
2) *Quibus vtique*, C. H.
3) *Valeat*, ibid.
4) *Sententiam*, C. R. 1. et ed. gloſſ.
5) *Contigerit*, C. R. 1.

a *Vid. Burch. l.* 13. *c.* 3. b *al.* conſecratione. c *In pleriſque* epiſcopo, non archiepiſc. d *Cap.* 3 *eod. tit. in* 2. *compil. Arnald. Albertin. in Rub. de haret. libr.* 6 *quæſt.* 12. §. *quintus cor. num.* 23. *Couarruuias l.* 4 *var reſol. c.* 19 *num.* 4. e *al.* Cœleſtinus. f *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *compil. Burch. l.* 13. *decr. c.* 21.

g *Vide* ... *Trident. ſeſſ.* 24. *in doctr. de ſacr. matr. can.* 11. *et ead. ſeſſ. de reform. matr. c.* 10. *et conc. Laodicenſ. c.* 52. h *al.* ſeptem dies. vt *infra poſt* 7. *dies.* i *al.* debeant, k *al. ita:* cum duobus diebus, quæ ſubſequuntur.

licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum vel messium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate.

TITVLVS X.
DE ORDINE COGNITIONVM. 6)
CAP. I.

Contra mulierem vindicantem aliquem in maritum, admittitur exceptio consanguinitatis; quae prius discutienda est, quam super matrimonio pronuntietur: et sufficit super ipso principali pronuntiare. H. d.

CLEMENS III. *Alatrino 7) episcopo* a (*ann. 1190. Romae.*)

Intelleximus b, quod, cum quaedam mulier peteret quendam in virum, testes ad suae intentionis assertionem induxit 8) per quos pars viri futurum sibi praeiudicium metuens, exceptionem consanguinitatis obiecit, ex qua intendit petitionem mulieris [*prorsus*] elidi. [*Quia vero nos consulere voluisti, an prius de impedimento consanguinitatis, sit agendum, quam super caussa matrimonii sententia proferatur:*] inquisitioni tuae taliter 9) duximus respondendum, quod, cum, exceptione probata, quaestio principalis perimatur, ante est cognoscendum de ipsa, quam ad definitionis articulum procedatur. Quo facto, virum ab impetitione mulieris, prout exposcit ratio iuris, absoluas.

6) In comp. 1 ipse titulus ita sonat: *de ordine iudiciorum*: sed in comp. 3. *de ordine conditionum*. Denique in 5. comp. *de ordine cognitionum*
7) *Alatrino*, est in c. 1. cit. comp. 1.
8) *Induxerit*, ed. ant.
9) Vox: *taliter*, deest in C. H. L. et. cit. c.

CAP. II.

Si reus contra actorem spoliatorem spoliationem opponit, aut excipiendo; et tunc prius auditur, et, ea probata, respondere non cogitur; sed per hoc non restituitur: aut agendo, et tunc simul utraque quaestio terminatur, et, ea probata, restituetur.

INNOCENTIVS III. *episcopo Narniensi*. 10) c (*ann. 1206. Roma in Vmbriam.*)

Cum dilectus filius d abbas de Ferentino 11) [*ad nostram praesentiam accessisset, conquerens*] de nobilibus viris 12) [*O. et A. fratre ipsius et filio R.*] dominis de Artone 13) e [*partibus in nostra praesentia constitutis, dil. f. n. G. tit. S. Mariae trans Tiberim et G. tit. S. Prudentianae presbyteros card. deputauimus auditores, in quorum praesentia suam abbas*] deposuerit 14) quaestionem, quod [*praefati nobiles, nulla requisitione praemissa,*] manu armata, et cum exercitu ad castrum 15) monasterii [*Ferentini et Gab.*] venientes, in praedis 16) animalium, [*segetum combustionibus, captionibus hominum, homicidiis perpetratis*] et [*damnis*] aliis [*usque ad L. libras Lucen. praeter stragem hominum et uniuersas irrogatas,*] damnificare dictum coenobium praesumpserint 17): de quibus [*et aliis pariter, quae vellet proponere contra ipsos,*] iustitiam sibi fieri postulabat. Et citra 18) litis contestationem sub forma exceptionis fuit ex aduerso responsum, quod, [*cum abbas ipse nobilibus viris O. et R. promiserat, praestito iuramento, quod eos contra omnes homines, exceptis Rom. pont. et imper. ac legatis ipsorum ad retinendum, quod tunc habebant in castris, villis et bonis aliis, et recuperandum sine fraude et malo ingenio, si eorum aliquid amitterent, adiuuaret,*] per ipsius dolum et violentiam castrum Sirsti 19) amiserant; quod et progenitores eorum tenuerant, et ipsi possederant in quiete, et sibi petentes prius restitui, quam petitionibus ipsius responderent: praesertim cum testes haberent praesentes, per quos intentionem suam in continenti probare volebant, [*et quod restitutio ante caussae ingressum deberet fieri spoliatis utriusque iuris auctoribus ostendere conabantur.*] Verum ex parte abbatis fuit 20) taliter replicatum, quod [*libello suo secundum regulam iuris, quia dicitur, ut, qui prior appellat, prior agat, debebat primitus responderi,*] ab eo restitutio peti non 21) poterat; quia 22) non fuerat spoliator: praesertim cum dictum castrum 23) ad ius et proprietatem sui monasterii pertineret, quod etiam pars aduersa nullatenus denegabat. Vnde et f verus 24) dominus, ad quem ab alio res sua possessa reuertitur, etiam 25) post tempora longiora, retentionis debebat 26) commodum obtinere: et iudicium restitutorium contra spoliatorem tantum competere dignoscitur 27). [*Pro damnis quoque illatis restitutio postulari non poterat; sed ad ea debebat actio tempore suo intentari: alioquin, cum et pars abbatis damna grauissima sibi quereretur illata, prius restituenda fuerunt, si pro huiusmodi esset restitutio facienda secundum tenorem regulae memoratae. Capitula quoque de restitutione facienda loquentia, locum habere in criminalibus asserebant: quando et quis ab aduersario spoliatur, et super re ipsa, qua spoliatus fuerat, conuenitur. Caeterum ex parte abbatis regulam introductam aduersa pars in mutuis petitionibus locum habere dicebat: cum caussae vicissim tractatae vna postea sententia terminantur. Cumque vero pars aliqua post restitutionem, vel alio modo aliquid sibi deberi proponit, et altera in modum exceptionis se asserit spoliatam, et ante restitutionem suam nullatenus responsuram; de incidenti asserebat antea cognoscendum. Cum enim ea, quae praemisimus, et alia quaedam praedicti cardinales nobis et fratribus nostris fideliter retulissent:*] nos distinguendum esse credimus 28), vtrum spoliationis quaestio ab eisdem 29) nobilibus sit obiecta in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis, ad intentionem aduersarii repellendam. Cum, ea in modum actionis proposita, intelligantur 30) mutuae petitiones sese tanquam diuersae 31) minime contingentes: ac per hoc iuxta regulam iuris 31*) [*praemissam*] qua dicitur: qui prior appellat, prior agat 32), quae prius 33) esset 34) proposita, prius foret 35) tractanda: quanquam in idem iudicium ambae deductae, vicissimque tractatae, simul essent eadem sententia 36) terminandae. Sed quoniam quaestio illa fuit ab eisdem nobilibus tantum in modum exceptionis obiecta, [*de communi fr. n. consilio*] interloquendo pronuntiauimus, vt probationes eorum super ipsa exceptione primitus audirentur 37), et, ea probata legitime, abbati non cogerentur respondere super petitionibus memoratis, donec restituerentur ab ipso: cum spoliatori spoliatus ante restitutionem non cogatur vllatenus respondere. 38)

§. 1. Verum 39), spoliatione in modum exceptionis tantum probata, non est per hoc 40) restitutio facienda. Quemadmodum, si 41) in modum exceptionis aliquod crimen testi obiicitur, vt [*sic*] a testimonio repellatur, etsi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideo sibi poena infligitur ordinaria; sed eius duntaxat testimonio non creditur: quod ea ratione contingit, quoniam in ipsum accusatio non procedit, testes etiam, quorum testimonium reprobatur, inter 42) infames quasi ex falso testimonio non habentur.

10) *Narn.* C. R. 1. rectius legit, quia *Narniensi episcopo* scripta est haec decretalis, et *Narnia* ciuitas Vmbriae est. *Narin* C. R. 2. *Narniensi*, L. et ed. ant. Denique c. 1. comp. 3. h. t. *Martinensi*.
11) *Ferentella*, C. R. 2. H. L. ed. ant.
12) vox: *Viris*, a C. R. 1. abest.
13) *Arene*, C. R. 1 sed *Arone*, C. R. 2. *Arrone*, L. tandem cit. c. *Arion*.
14) *Deposuit*, cit. c.
15) *Ad castra*, ibidem.
16) *In praedis*, ed. ant.
17) *Praesumpserunt*, C. L. ed. ant. et cit. c.
18) *Et*, C. c. sed H. et [illegible]. L. *et circa*, ed. ant. *et citra*. c. cit. *mi citra*.
19) *Sirsti*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Syrasti*, et H. *Stratam*. L. et ed. ant. *Strastri* cit. c. *Sarasi*.
20) *Fuerit* C. H. et c. cit.
21) Pro *non*, legimus in c. cit. *nec*, et quidem ob lectio commatis.
22) *Vbi*, c. cit. edit. Pith. et Cont.
23) *Dictum*, non est in c. cit. sed pro eo *Castra Sarasi*, legimus ibidem.
24) *Vt verus*, C. R. 1. et L. in quo manus recentior particulam: *vt* addidit, sed in C. R. 2. partic: *vt*, deleta est. in H. et ed. ant. copula *et* deest.
25) *Et etiam*, C. L.
26) *Debeat*, C. H.
27) *Dignoscatur*, C. R. H. L. et c. cit.
28) *Credentes*, est in c. cit.
29) *Ab eisdem*, C. L.
30) *Intelligantur*, ed. ant.
31) *Diuersae petitiones sese minime* etc. cit. c.
31*) Intelligit l. 19 *D. de iudic.* in qua ICtus ait: *qui prior appellat, agit*. h. e prius *actor* in instantia appellationis habetur, vtroque scilicet appellante. Haec vero regula plane huc non pertinet, nec fundamentum decisionis praestare debuit pontifici.
32) Verba sequentia non exstant in c. cit. qua dicitur: *qui prior appellat, prior agat*
33) *et quae prius*, C. R. 1.
34) *Essent*, ed. ant.
35) *Prior esset*, C. H. sed edit. ant. *forent*.
36) *Vna eademque sententia*, C. R. 1.
37) *Audiantur* [illegible]
38) Quod inde [illegible] collegerunt, quia iura volunt, spoliatum *ante omnia*, i. e. reiectis [illegible]cunque exceptionibus, esse restituendum. Sed errone hoc trahe[illegible] quascunque actiones contra spoliatum a spoliatore motas, quod nec ad has respondere teneatur, nullam licet connexionem cum caussa spolii habentes. Vnde infinitae calumniae, administrationem iustitiae retardantes, in forum prorupterunt, cum iam obseruauit ad c. 1. C. III. q. 1. not. 96.
39) Pro dictione *verum*, exstat in c. cit. *tamen*.
40) *Propter hoc*, C. R. et H.
41) *Cum*, cit. c.
42) Praepos. *inter*, non est in c. cit.

CAP. III.

Petenti hereditatem, obstat exceptio natiuitatis: quae prius debet coram ecclesiastico iudice terminari. Hoc dicit, secundum gloss. intelligendo, quod hic erat prius coram iudice seculari petita hereditas, et exceptum fuit de illegitimitate.

HONORIVS III. *Ludouico 43)* [*illustri regi Francorum.* (*ann. 1219. Roma in Galliam.*)

Tuam non credimus latere prudentiam, caussam natalium 44) [*ca-*

43) *Lodouico*, C. L. sed ed ant. *Ludouico*, denique in c. 1. comp. 5. h. t. legimus. *Lodoico*.
44) Quaestio natalium reginae Cypri ADELAE dependebat ex *praeiudiciali* exceptione, ipsi a THEOBALDO, fratre HENRICI II. Comitis Campaniae, ipsiusque reginae patris, obiecta, quod orta esset ex illegitimis nuptiis, quas uxore erat ISABELLA ab HENRICO II. contractis, vnde tota caussa successionis in comitatum Campaniae dependebat. Eadem exceptio sorori eius PHILIPPAE obiecta erat, vt docent HONO-

a *Al.* Aperrino. *al.* Alatrin. *al.* Alen. *al.* Alteran. b *Cap.* vn. eod. tit. in 1. compilat. c *al.* Narniens. *al.* Nouariens. *al.* Variceus. *al.* Marin. d *Cap.* 1. eod. tit. in 3. compil. e Arrone.

f *al.* vt.

risi-

vissimæ in Christo filiæ N. illustris] reginæ cypri, ad examen nostrum, vtpote, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet, [*iam dudum*] esse delatam. [*Vnde claræ mem. Philippum regem Franciæ patrem tuum litteris nostris curauimus præmonere, vt, si forsan regina ipsa super successione comitatus Campaniæ, quæstionem proponeret coram eo, non audiret eandem, quousque terminata esset prædicta caussa natalium, ex qua illa noscitur dependere. Licet ergo, sicut eidem patri tuo scripsimus, velimus reginam ipsam in suis iustis petitionibus exaudiri;*] quia vero 45) *a*, antequam natalium caussa terminata esset, dependentem ex illa successionis caussam 46) incipere, nihil aliud esset, quam diuersis processibus intricare negotium, et confusione quadam iudicii ordinem perturbare: mandamus, quatenus, si 47) forte ab ipsa regina [*vel nuntiis eius seu quolibet alio*] fueris super hoc requisitus, donec iam dicta caussa natalium apostolico iudicio finem acceperit, patienter exspectes. 48)

HONORII III. litteræ apud RAYNALDVM *ad ann. MCCXIX. n.* 38. in quibus significat, quod caussa natalium prædictæ PHILIPPAE coram se penderet. Adhuc sub GREGORIO IX. hæc lis durauit anno *MCCXXXIII.* vti docent eiusdem litteræ ad *regem Francorum* eiusque scriptæ, a RAYNALDO *ad cit. ann.* n. 62. laudatæ. Vnde constat, nondum hanc controuersiam fuisse finitam, vt fere dicere possis, hanc decretalem magis attribuendam esse huic pontifici, quam HONORIO III. Ad minimum expeditum est, eam non esse cum PITHOEIS referendam ad *annum MCCXIV.* quo adhuc viuit INNOCENTIVS III. nec HONORIVS III. solium papale ascenderat, sed magis *circa annum MCCXIX.* collocandam, si HONORIO III. tribuenda est. Loquitur enim decretalis de quæstione natalium IAM DVDVM coram se mota: quod magis asserere potuit GREGORIVS IX. in *epist. ad regem Franciæ anno MCCXXXIII.* scripta.

45) *Tamen*, est in cit. c. pro vero.
46) Vox: *caussam*, deest in C. H.
47) Verba: *mandamus, quatenus*, a C. R. L. ed. ant. gloss. et Pith absunt: in C. R. 1. recentiori manu superscripta sunt in c. cit. sequentia leguntur: *tuam quoque serenitatem præmonendam duximus et rogamus, quod, si etc.*
48) Post vocem *requisitus*, in cit. c. verba ipsa ita se habent *eorum precibus aures regias, donec iam dicta caussa natalium apostolico iudicio finem acceperit, non inclines.*

CAP. IV.

Agens possessorio recuperandæ, non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus, nisi super quæstione spoliationis, respondere: potest tamen ab agendo repelli per exceptionem spoliationis. H. d.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1235. *Romæ.*)

Super spoliatione conuentus, aduersus restitutionem petentem non est, nisi super quæstione spoliationis, si eum reconuenier, audiendus; cum restitutionis petitio in hoc priuilegiata noscatur, vt ipsam 49) intentans non cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere *b*: quamquam ab agendo, spoliatione ab eis in modum exceptionis proposite 50) *c* repellatur.

49) *Vt eam*, C. R. 1.
50) *Opposita*, C. R. 1. H. L. et ed. ant.

TITVLVS XI.
DE PLVS PETITIONIBVS.
CAP. VNIC.

Ponit quatuor modos plus petendi, et pœnas plus petentium.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1234. *Romæ.*)

Consilium *d* prouidentiæ 51) dici non potest, quod pecuniam tibi debitam, ante terminum ab aduersario repetisti. Punitur enim importunitas plus petentium, si super petitione sua duxerint in iudicio persistendum, ita 52), quod, qui repetunt amplius sine caussa, in expensis aduersario condemnantur. §. 1. Qui autem plus loco, ad interesse tenentur *e*, pro eo, quod vtilitas adimitur debitoribus, quam haberent, si statuto loco soluissent. §. 2. Ei vero, a quo amplius *f* tempore 53) petitur, induciæ duplicantur: nec litem excipiet, nisi ei soluantur expensæ. §. 3. Te quoque dubitare non credimus, quod caussa plus petitur, cum aliquid in genere vel sub alternatione debetur, et rem in specie, vel vnum præcise peti contingit. §. 4. Re autem, si X. sint 54) debita et XX. repetantur. §. 5. Loco vero, cum quis, non vbi conuenit soluere, sed alibi conuenitur. §. 6. Tempore quoque, cum ante diem vel conditionem petitur, quod debetur.

51) *Prudentia*, C. H.
52) *Itaque*, ibidem.
53) *Temporis*, C. L.
54) *Sunt*, C. R. 1.

TITVLVS XII.
DE CAVSSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS,
(*in eodem iudicio mota.*)
CAP. I.

Caussæ possessionis et proprietatis sub eodem iudice terminari debet: nec contra absentem est pronuntiandum.

GREGORIVS I, *Duci* 55) *g Siciliæ.* (*libr. VII. ep.* 102. *Romæ in Siciliam.*)

Susceptis *h* [*Magnitudinis vestræ epistolis contristati sumus, etc. et infra.*]

55) *Felici*, C. H. L. ed. ant. et c. 1. comp. 1. h. t.

a Tamen b *Vid. l. bona fides, cum not. ff. deposit.* c *al.* opposita, *in manuscr.* d *Vid. iustin. in §. si quis agens. Instit. de act.* e *Vid. l.* 2. *ff. de eo, quod certo loc.* f plus. g *al.* Felici. *Gregor. VII. Registri ind.* 2. *epist.* 98. *siue* 100. h *cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.*

Legali prouisione 56) decretum est, tam *i* momenti, quam proprietatis caussam, sub vno eodemque iudice 57) debere cognosci *k*: nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire.

56) Prouocat ad *l.* 10 *C. de iudic.* in qua connexitas caussæ pro fundamento ponitur.
57) *Iudicio*, ed. ant. sed in c. cit. verba ita sonant: *in vno eodemque iudicio.*

CAP. II.

Si actum est possessorio et petitorio: potest iudex, receptis probationibus super vtroque, prius discutere probationes super possessorio, et illud terminare. H. d.

COELESTINVS III. (*ann.* 1195. *Romæ.*)

Ad vltimum interrogati fuimus *l*, si iudices deputati, vt de possessione et proprietate cognoscant 58), grauibus partium sumptibus parcere cupientes, de vtraque commixtim audiant 59) allegationes, pariter et testes admittant *m*: deinde prius audiant 59*) attestationes de possessione, et pronuntient 60) secundum tenorem illarum, vtrum licite hoc agatur. Nos autem, cum hoc sit in iure ciuili 61) expressum, quod licite possit fieri, respondemus.

58) *Agnoscant*, C. L.
59) *Audiant*, C. H. et L.
59*) *Audire possunt*, c. vnic. comp. 2. h. t.
60) *Pronuntiant*, C. H. L. et ed. ant.
61) Vel potius in *glossis* interpretum, ius ciuile in peruersum detorquentibus sensum. Iure ciuili enim cautum est, prius *possessionis* et TVNC DEMVM caussam *proprietatis* decidendam esse, *l.* 13. *C. de R. V. l.* 3. *C. de interdict.* non vero *commixtim* vtrumque iudicium peragendum, prout pontifex cum glossatoribus decernit, qualem commixtionem horret ordinatur iuris ciuilis ratio.

CAP. III.

Si spoliatus possessorio et petitorio simul agens, possessionem et spoliationem probat, sed non dominium seu proprietatem; obtinet in possessorio: sed succumbet in petitorio.

INNOCENTIVS III. *archiepiscopo et canonicis Sutrinis.* 62)
(*ann.* 1206. *Romæ in Tusciam.*)

Cum ecclesia Sutrina pastore *n* vacaret, vos conuenientes in vnum, et, sicut moris est, Spiritus sancti gratia inuocata, pastorem vnanimiter elegistis, petentes ipsius 63) electionem a sede apostolica confirmari. Verum [*dil. fil.*] clerici conuentualium ecclesiarum ciuitatis eiusdem [*apud nos de vobis*], consequenter suam deposuere querelam, quod, cum in episcoporum electionibus [*faciendis*] ipsi ac prædecessores eorum 64) consueuerint interesse, vos, eis, [*inuitis*] renitentibus et exclusis, ad [*faciendam*] electionem procedere præsumpsistis: quam ob hoc non confirmari, sed infirmari potius postulabant. 65) Partibus ergo 66) [*pro quæstione huiusmodi*] apud sed. apost. constitutis, [*dil. f. n. B. tit. S. Petri ad vincula, et I. tit. S. Priscæ presbyteros, et tit. S. Mariæ in Cosmedin diac. card. dedimus auditores,*] in [*quorum*] auditorum 67) præsentia testes vtrinque producti fuerant 68): et eorum depositionibus publicatis, pars canonicorum per testes a se introductos 69) intentionem suam, quod ad eos tandem spectaret electio, sufficienter dicebat 70) *o* esse probatam. Pars clericorum nihilominus asserente, quod per dicta testium, quos produxerant, et ipsi assertionem suam, quod electioni pontificum 71) interesse deberent, plenius probauissent: per quæ constare dicebant, eos electionibus trium episcoporum, qui ecclesiæ Sutrinæ vltimo et immediate præfuerant, cum canonicis cathedralis ecclesiæ adfuisse, vocemque habuisse cum aliis eligendi. Nos igitur 72), [*auditis allegationibus et rationibus partium et depositionibus ipsis diligenter inspectis,*] quoniam [*liquido*] deprehendimus, testes vestros in perhibendis testimoniis varios extitisse, atque aduersus fidem attestationis suæ coram auditoribus 73) vacillasse, [*sicut ipsi nobis postea retulerunt,*] et quod negatiuam 74) quodammodo astruere satagebant, probare volentes, ius electionis ita *p* ad vos 75) spectare, quod ad aduersarios minime pertineret: per testes vero aduersæ partis fuit 76) sufficienter ostensum, quod in trium episcoporum

62) *Archipresbytero Sutrin.* C. R. 2. sed verba: *Archiepiscopo et*, ab H. absunt. In c. 1. comp. 3. h. t. tota inscriptio ita se habet: *Episcopo et canonicis Sutrinis.* C. R. 1. *Capitulo Sutrino.*
63) *Illius*, legitur in C. L. sed c. cit. *ipsum*, omissa voce: *electionem.*
64) *Ipsorum*, C. H.
65) C. cit. in hoc commate sequenti modo variat: *quam ob hoc non confirmandam, sed infirmandam potius asserebant.*
66) *Igitur*, C. R. H. L. et ed. ant.
67) Vox: *auditorum*, non est in cit. c.
68) *Fuerunt*, C. R. H. L. et c. cit.
69) *Productos*, c. cit.
70) *Dicebat*, C. R. 1. L. et cit. c.
71) *Pontificis*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Pontificis Sutrini.*
72) *Nos ergo*, cit. c.
73) *Dictis card.* c. cit.
74) *Negationem*, est ibid.
75) *Ita quidem ad vos canonicos*, C. R. 1. sed C. R. 2. *ita ad vos*, in margine adiectum: *quidem*, H. et L. *ita quidem*, denique *ita quidem ad se*, c. cit.
76) *Fuerit*, C. R. 1. et L.

i *al.* momentaneæ possessionis: *sed in registr. Greg. est* momenti. k *Vid. l.* 2. *et per totum tit. ff. de quib. reb. ad eundem iudic. eatur.* l *cap. vn. eod. tit. in* 2. *comp.* m accipiant. n *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* o Dicebat. p *al.* ita quidem.

electi-

electionibus, de quibus præmissum est, clerici præscotes adfuerint, et vocem habuerint 77) eligendi, præmissam electionem factam eis contradicentibus et exclusis, [*de fr. n. cons.*] decreuimus 78) irritandam, clericos sæpe dictos 79) in eam quasi possessionem, quam ante controuersiam motam habuerant, reducentes. Verum quoniam in quæstione prædicta quicquid iuris vtraque pars in electione habebat, deductum 80) in iudicium videbatur, cum iure ciuili 81) sit cautum, id venire in iudicium, non solum 82), de quo actum est 83), vt veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret, et secundum statuta canonica electiones episcoporum ad cathedralium ecclesiarum clericos regulariter pertinere noscantur 84), nisi [*forte*] alibi secus obtineat de consuetudine speciali: nec ex eo, a quod clerici antedicti se inter eligentes Sutrinos 85) episcopos probauerunt tertio extitisse, ius eligendi propter breuitatem temporis vsque ad præscriptionem legitimam non producti, sibi acquirere non potuerunt, et actore non probante, qui conuenitur, etsi nihil præstiterit, obtinebit: ab eorum impetitione super electionibus faciendis vos duximus absoluendos, prædictis 86) ecclesiarum clericis super hoc perpetuum silentium imponentes.

77) *Fuerant et vocem habuerunt*, C. H. et ed. ant.
78) *Decreuimus*, C. a. H. et c. cit.
79) *Sæpefatos*, c. cit.
80) *Deductum esse*, C. B. 1.
81) Regula quidem hæc in *l. 61. D. de iudic.* fundata, sed sine dubio de his, quæ et quatenus *compatibilia* sunt, intelligenda est. Verum ius ciuile a permixtione *possessorii* cum *petitorio* abhorret, constituitque de illo prius, et tunc *demum*, h. e. illo finito, de hoc agendum esse, vt ad *c. praced. not. 61.* obseruaui.
82) *Solum*, non habet c. cit.
83) *Nominatim actum est*, C. B. 1.
84) *Noscuntur*, ast in c. cit.
85) *Sutrinen.* c. cit.
86) *Sæpe dictis*, C. B. H. L. ed. ant. gloss. Pith. et cit. c.

CAP. IV.

Idem dicit quoad intellectum, quod decretalis supra proxima.

IDEM *canonicis de Bethlehem*, 87) (*post ann.* 1210. *Roma in Palæstinam.*)

Cum super b electione Bethlehemiten. ecclesiæ 88) inter R. subdiaconum nostrum 89), et P. canonicum sepulcri Dominici [*nuper in nostra præsentia*] quæstio verteretur, vtroque se pro electo gerente: cum præfatus subdiaconus 90) a [*v. f. n.*] patriarcha Hierusolymitano fuerit confirmatus, [*alter vero fauorem regum obtineret, nos dil. f. P. Basilicæ XII. Apostolorum I. titul. S. Stephani in monte Cælio presbyteros et G. S. Mariæ in porticu diac. card. dedimus auditores. In quorum præsentia receptis vtrimque testibus, et eorum depositionibus publicatis, quæ hinc inde allegata fuerunt, nobis et fratribus nostris retulerunt fideliter et prudenter. Nos vero tam per relationes ipsorum cardinalium, quam per gesta de caussæ meritis sufficienter instructi, communicato fratrum nostrorum consilio, tam dictum subd. R.*] eum c qui se 91) probauerat per seculorem potentiam spoliatum, restituendum decreuimus 92), iustitia mediante 93). Verum quoniam tam possessorium, quam [*etiam*] petitorium deductum fuerat in iudicium, et tam restitutionis, quam electionis quæstio plenius agitata, et constitit nobis, electionem vtriusque minus canonicam extitisse, eum iudex, de qua re cognouit 94), [*etiam*] pronuntiare d debeat: [*iuxta canonicas sanctiones*] vtramque duximus sententialiter irritandam. e

87) WILLELMVS *Tyrensis* archiepiscopus *libr. XI. c. 12.* ostendit, Bethlehemiticam ecclesiam, quæ ad illum vsque diem prioratus tantum fuerat, auctore BALDVINO, Hierosolymitano rege, in cathedralem anno MCCX. demum erectam fuisse, adeoque controuersia, de qua hic agitur, post hunc annum, sede vacante, tempore INNOCENTII III. emergere et sic annus MCCVI. cum Pithœus huic decretali assignari non potuit.
88) Vox: *ecclesiæ*, non est in c. 2. comp. cit. 3.
89) *Nostrum*, c. cit. non habet.
90) *Subdiaconus noster*, C. H. sed in c. cit. legimus: *cum primus etiam* pro vocibus: *præfatus Subdiaconus*.
91) *Eum qui a se*, C. B. 2. H. et L. sed ed. ant. *et quia se*, denique in c. cit. vox: *eum*, non exstat.
92) *Decreuimus*, C. L.
93) *Iustitia exigente vel mediante*, C. H.
94) *Cognouerit*, C. B. 1. ed. gloss. Pith. et c. cit. sed H. *de ea re, de qua cognouerit*.

CAP. V.

Qui agit de proprietate, ante conclusionem caussæ possessorio adipiscendæ vel recuperandæ agere potest: post conclusionem vero, et ante sententiam hoc non potest, nisi iusta caussa subsit.

IDEM *episcopo Nouimen.* 95) f (*ann.* 1204. *Roma in Galliam.*)

Pastoralis g officii [*debitum sollicita mente prosequeris: cum iustitiæ zelo succensus super iuris articulis per ap. sed. oraculum, a qua tua pendet iurisdictionis auctoritas, responsa humiliter appetis et deuotus expectas, ne forte noua opinionum varietas, aut iuris exceptio varia nouitate distincta, non iuris effectum pariat, sed iustitiæ defectum potius inducat.*] Sane, sicut [*nobis per tuas litteras*] intimasti, contingit aliquando, vt, cum is, qui se asserit spoliatum, suum trahit spoliatorem in caussam 96), inter ipsa iuris auspicia 97) requisitus, quo malit experiri iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullam faciens mentionem. Cum autem [*adeo*] fuerit in caussa processum, [*vt testes sint hinc inde producti,*] nouum iudicium super possessorio nititur inchoare, [*dicens, quod non videtur possessorio renuntiare iudicio, qui rem cœperit vindicare. Cui ex aduersa resistitur: quia, dum querelam proprietatis sponte proposuit, præiudicium sibi fecit in quæstione possessionis, quam secundum ordinem iuris prius proponi liceat et debuit terminari: quid igitur in his statuendum sit, tua f. requisiuit. Nos autem*] consultationi tuæ taliter respondemus, quod possessorio quidem iudicio, quod de recuperando, seu adipiscenda possessione proponitur, antequam renuntiatum sit, aut conclusum in proprietatis iudicio primitus instituto, agi potest ab eo, qui rem cœperit 98) vindicare: cum legali sit prouisione statutum 99), eum, qui feudum vindicauerit 100) ab eo, cum quo interdicto vnde vi potuit experiri, pendente iudicio, interdictum posse nihilominus intentare 1), aliis possessoriis iudiciis in 2) suo robore duraturis, quæ vendicationem dominii sui natura præcedunt. Si vero renuntiatum fuerit vel 3) conclusum, vt iam possit caussa proprietatis definitiuæ [*sententiæ*] calculo terminari; ne lites litibus inculcentur, et via 4) possit fraudibus aperiri, caussa non decisa, possessorio non erit vtendum: nisi iudex, qui de caussis cognoscit, hoc ipsum ex iusta caussa viderit expedire h, puta cum ex perspicuis indiciis facile arguitur iniquitas inuasoris, et spoliato casus 5) seu malitia probandi dominium subtraxerit facultatem. His igitur et aliis caussis inspectis, quæ continent æquitatem, aut iuste mouerint animum iudicantis, postquam etiam conclusum fuerit, posse agi possessorio iudicio non negamus.

95) *Nouiom.* C. B. 1. sed in C. B. 2. et gloss. ed. *Nouiom*, H. et ed. ant. *Nouiomen.* L. *Nouiomagens.* c. vero 1. comp. 3. h. t. *Nouiom.*
96) *In caussa*, cit. c.
97) *Exordia*, C. B. 1.
98) *Cœpit*, C. H.
99) Non *legali prouisione* id statutum, sed MARTINI glossatoris auctoritate approbatum. Etenim in *l. 18. §. 1. de vi et vi arm.*, ad quam prouocat pontifex, tantum cautum est, actorem in petitorio agentem, eo suspenso posse agere remedio *vnde vi*, vt sensum huius legis exponit *clem. vn. h. t.* vel, *eo pendente*, seorsim, non vero permittit per cumulationem, quam ius ciuile ignorat, iudicium *vnde vi*, instituere.
100) *Vendicauit*, C. B. et H.
1) *Intentare*, cit. c.
2) Præp. *in*, deest in C. H. ed. ant. et cit. c. sed in L. addita est manu recentiori.
3) *Seu*, C. H. L. ed. ant. et cit. c.
4) *Et ne via*, C. H.
5) *Casus*, legitur in cit. c.

CAP. VI.

Si petitorio et possessorio simul est actum; vna sententia terminatur, et præmittitur possessorium in terminando: sed in exsequendo præualet petitorium.

IDEM *episcopo S. Andreæ, abbatum de Broch. T. priori, R. archidiacono,*] et [*magistro L.*] *officiali sanctæ Andreæ.*

Cum dilectus 5*) [*filius abbas et canonici*]: i [*et infra.*] Ad quartum [*autem*] breuiter respondemus, quod, cum super possessorio et petitorio simul est actum, vtrumque vna sententia debet terminari k. Sed licet in pronuntiatione sit possessio præmittenda: in exsequutione tamen debet proprietas præualere.

5*) *Cum dilecti.* C. B. 1. sed ed. ant. *cum dilectis*.

CAP. VII.

Adiudicatur illi beneficium, qui probauit collatorem suum fuisse in possessione conferendi collationis tempore: per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate iuris conferendi cum ipso collatore. Hoc vult tota littera.

IDEM *Veronen.* 6) *episcopo.* (*ann.* 1205. *Roma in Dalmatiam.*)

Cum olim l quæstio, quæ inter [*dil. fil.*] archidiaconum ex vna parte, et archipresbyterum 7) et canonicos Vincentinos 8) ecclesiæ ex altera: [*et infra.*] [*Cum igitur archidiaconus prædictus hæc coram nobis fideliter recitaret;*] quoniam per [*ipsas*] attestationes nobis constitit euidenter, quod ab episcopis Vincent. archidiaconatus ipse sine reclamatione aliqua canonicorum, duobus Archid. continue, qui ante ipsum exstiterant 9) fuerat assignatus, et quia canonici prædicti, iudices recusare [*vel postulare rescripti copiam*] minime debuerunt; cum caussa prædictis iudicibus fuisset delegata, de vtriusque partis procuratorum assensu, [*et ab eisdem esset rescriptum impetratum, nec deliberationis inducias petere, cum apud sed. apost. per procuratores vtriusque partis lis esset contestata;*] prædictum 10)

6) *Bononien.* C. H.
7) *Archipresbyterus*, c. 1. comp. 4. de off. iud. del.
8) *Vicentinæ*, C. L.
9) Loco verborum: *qui ante ipsum exstiterant*, legimus in cit. c. *antequam prælato archidiacono fuerat* etc.
10) *Ipsum*, C. B. 1.

a *Huius periodi sensus est: consuetudinem ecclesiarum, quamuis tribus episcoporum electionibus interfuerant, non tamen acquisiuerunt ius eligendi, quoniam nondum legitimo tempore id ius præscripserant.* b C. 2. eod. tit. in 3. comp. c al. Et quia se probauerat. al. ita. Cum quia se probauit. d In Cod. Barb. de ea pronuntiare, etc. e *Reliqua pars huius c. est infra. de confess. c. 2.* f Nouiomensi. g *Cap. 3. eod. tit. in 3. compilat.*

h *Vide l. datum, cum gloss. 1. et not. C. de donat.* i *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* k *Vide l. etiam ff. de minor. per Bart.* l *Omissis multis intellectibus huius cap. de quibus late Doctor. hoc loco, hic mihi videtur satis aptus, quamuis archidiaconus per episcopum esset electus. sup. c. 1. Comp. 4. de off. iud. del.*

archi-

archidiaconatum [*non obstantibus huiusmodi exceptionibus*] eidem 11) per diffinitiuam sententiam adiudicare curauimus, canonicis Vincen. [*contradicentibus eidem archidiacono, stallo etiam archidiac. deputato, et aliis pertinentiis suis*] perpetuum silentium imponentes, reseruata 12) tamen eis quaestione proprietatis super collatione archidiaconatus ipsius, si forte super hoc contendere voluerint aduersus episcopum Vincen. cum res inter alios acta, non debeat eis 13) praeiudicium generare.

11) Pro *eidem*, in cit. c. legimus: *praedicto fil. archidiacono.*
12) *Seruata*, ed. ant.
13) *Aliis*, C. B. 1.

CAP. VIII.

Si petens rem ex vna caussa succumbit: ex alia caussa petere poterit. Hoc dicit, quoad litteram. Vel sic: *Petenti rem iure dominii, possessionem probare non sufficit.* Hoc dicit, quoad titulum.

HONORIVS III. *abbati S. Cypriani (ord. S. Ben. 14) Torcel. 15) dioecesis, et S. Mariae nouae 16) de Venetiis 17), [et S. Mariae Ananr. Pap. prioribus.] (ann. 1220. Romae in Lombard. conf. 1. 3. comp. 5. h. t.)*

In caussa, quae inter [*n. fr. n.*] patriarcham Graden. 18) [*et episcopum Castellan.*] ex vna parte, et abbatem et conuentum monasterii sancti Georgii de Venetiis, super subiectione ipsius monasterii, ex altera, vertebatur, inuenimus pro eodem 19) patriarcha probatum, [*quod recipiebatur in ipso monasterio processionaliter cum incenso, aqua benedicta, et icona, et quando recipiebatur, a gradu pulsabantur ibi campanae, sicut in aliis ecclesiis consueuit: et*] quod inter alia 20) [*dictus*] abbas quandoque iuit ad eius 21) synodum L. solidos 22) Venetorum ei per plures annos exsoluens *a*. [*Probatum vero pro episcopo inuenimus, quod eiusdem monasterii confirmauit abbatem, cui obedientiam et reuerentiam impendebant. Abbates etiam eiusdem monasterii ad synodos veniebant episcopi, et idem ad exsequias inuitatus recipiebatur processionaliter cum sollemnitate praedicta, ac similiter inuitatus in festo beati Georgii procurationem recipiebat, ibidemque in barca sua in festo purificationis B. Virginis conducebant. Cum autem in his primo possessorio egerint patriarcha et episcopus memorati: nos eos ad possessionem vel quasi restituimus praedictorum. Verum quia hinc inde petitorio nihilominus actum fuit, et vtraque pars totum ius suum videretur in iudicium deduxisse; nos, visis praedecess. n. priuilegiis monasterium ipsum de fr. n. cons. liberum esse decreuimus, et immediate ad Rom. eccles. pertinere, illud in praemissis, et aliis quae iurisdictionem et subiectionem respiciunt, ab impetitione dictorum patriarchae et episcopi absoluentes, non obstante possessione circa praedicta probata: cum non docuerint se tanto tempore talia percepisse, quod per hoc libertatis priuilegiis fuerit derogatum. Reseruamus tamen episcopo supradicto, quae sibi circa chrisma, oleum sacrum, ordinationes clericorum, et quaedam alia in eisdem priuilegiis specialiter reseruantur.*] Ad haec cum de praemissis L. solidis, quos petiit ad subsidium iudicium, a patriarcha sit actum per sententiam diffinitiuam 23), quam super hoc contrarium reportauit 24): ei non adimimus, si alio iure de ipsis experiri voluerit, potestatem.

14) Parenthesis haec debetur notis PITHOEORVM.
15) *Torcell.* ed. ant.
16) *Noua*, in C. H. non legitur.
17) *De vrbe Venetiis*, ed. ant.
18) *Graden.* c. 1. comp. 5. h. t.
19) Vox: *eodem*, in cit. c. omittitur.
20) Dictiones: *inter alia*, non leguntur in cit. c.
21) Pro *eius*, in c. cit. est: *patriarchae*.
22) *Soldos*, C. L. qui elementum *i*, semper elidit in hac voce, sed c. cit. legit: *solidorum numerum*.
23) Vox: *diffinitiuam*, a C. B. H. L. et cit. c. abest.
24) Loco dictionum, *quam super hoc contrarium reportauit*, in c. cit legitur: *huiusmodi*.

TITVLVS XIII.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

CAP. I.

Aduersus restitutionem petentem, non est audiendus reus de proprietate opponens, nisi actore consentiente.

GREGORIVS IX. *S. 25) episcopo Constantinop. 26)*

Licet multum 27) *b*: [etc. et *infra.*] Conquestus e8) sit [*autem*] nobis 29) Philasius 30) *c* caecus, eius 31) campum [*cum vinea sua*] ab ecclesiae *d* [*vestrae*] hominibus irrationabiliter occupatum. Quod si ita est, quanquam ante omnem contentionem 32) possessio ei debuerat violenter ablata restitui; tamen, quia Euentus diaconus ipsius ecclesiae 33), consentiente illo 34), constituit se legitima probaturum 35), dictum campum eiusdem ecclesiae iuris esse, [*ideoque*] veritatem inquire 36), et, si hoc probatum fuerit 37), huic dicendum est, vt a sua intentione discedat: alioquin [*ante omnem contentionem*] res ei ablata 38) reddatur 39). [*Dicit etiam praedictus caecus, quod ad collatam inter alios ciuitatis Genuensis habitatores, et ipse pariter compellatur. Quodsi ita est; deinno ab eo pro quemlibet exigi non permittas: quia eum, quem caecitas [illegible] grauat, inhumanum nimis est in collatione affligere, cui, si esset [illegible], debuit ex collatione misereri.*]

25) Sola *Gregorii* sine numero appellatio occurrit in C. H. L. edit. ant. et c. 7. comp. 1. h. t. nec GREGORIO IX. hoc capitulum adscribi potest, quod desumtum potius est ex GREGORII M. *libr. VII. epist.* 132. quae hanc inscriptionem habet: *Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi.* Ergo vitiosa est in vulgatis editionibus tota inscriptio.
26) *Constantino episcopo*, c. 7. cit. qui, prout etiam docet AVGVSTINVS in not. ad h. c. fuit episcopus Mediolani.
27) *Multam*, C. H.
28) *Questus*, cit. c.
29) Pronom. *nobis*, a C. B. 2. L. et cit. c. abest.
30) *Philasius*, C. H. sed c. cit. *Philagrius*.
31) Dictio *eius*, non est in cit.
32) *Ante iudicium*, cit. c.
33) *Vester*, est in cit. c. loco *ipsius eccl.*
34) *Praedicto caeco*, legimus ibid.
35) Pro *se legitime probaturum dictum campum*, habet cit. c. *per quinque testes partem ecclesiae vestrae satisfacere posse, illum eiusdem etc.*
36) *Inquirere*, C. L. et ed. ant.
37) *Si manifeste, sicut his asserit, probari potuerit vestri iuris esse, huic etc.* cit. c.
38) *Colta*, est in cit. c. pro *ablata*.
39) *Restituatur*, C. B. 1. *restituatur vel reddatur*, H.

CAP. II.

Petenti restitutionem beneficii, non obstat renuntiatio facta post spoliationem; quia praesumitur non spontanea. Et seriose addidi: quia praesumitur non spontanea: quoniam, etsi probaretur spontanea, deberet obstare talis exceptio, vel renuntiatio in beneficialibus.

ALEXANDER III. *Vigeren. episcopo 40). (ann. 1180. Romae in Angliam.)*

Sollicite cures e [*et diligenter*] perquirere 41), quo tempore H. renuntiauit 42) ecclesiae, et, si tibi 43) constiterit, eum [*esse*] spoliatum, cum 44) eidem ecclesiae renuntiauit, [*si hac vice tantum, aut si pluribus vicibus renuntiauit ecclesiae praescriptae, dummodo spoliatus renuntiauit*], contra eum testes alterius partis, de iuramento, et renuntiatione sponte 45) facta, antequam restitutus fuerit 46), non 47) admittas: quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renuntiauerit, qui renuntiat [*iam*] spoliatus. Sed testes eiusdem 48) H. quibus intendit se probare, quod violenter praedicta ecclesia fuerit spoliatus, dummodo idonei sint, recipere non postponas 49).

40) Erronee pro ALEXANDRO III. edit. ant. ponit CLEMENTEM, nec legendum *Vigoren.* sed cum C. B. 1. et compil. Alexandri III. in append. tit. 45. c. 1. p. 274. *Wigorniensi episcopo.*
41) Verbum *perquirere*, in c. 1. comp. 1. h. t. desideratur.
42) *Renuntiauerit*, C. H.
43) Pronom. *tibi*, a C. B. et L. abest.
44) *Quando*, cit. c.
45) *Spontanee*, legitur ibid.
46) verba *antequam restitutus fuerit*, haut exstant in cit. c.
47) *Nullatenus*, ibid. legitur.
48) Vox: *eiusdem*, omittitur ibid.
49) *Minime differas*, legimus ibid.

CAP. III.

Petens restitutionem beneficii non auditur, etiamsi spoliationem probat, si probatur, eum sponte illud beneficium prius resignasse.

IDEM 50). *(ann. 1180. Romae.)*

Accepta *f* quaestione 51) P. clerici, quod 52) violenter fuerat 53) ecclesia [*de Procebrant*] spoliatus, vobis 54) [*per A. S. si bene meminimus*] dedimus in mandatis, vt, si hoc constaret 54*), eam sibi [*auctoritate nostra*] restitui faceretis. Quo cognito 55), responsum est [*sicut nobis dicitur*] ab aduersario, id 56) non debere prohibere 57) e[t q]uod spontanea voluntate coram Eboracen. archiepiscopo apost. sed. leg. 58) praescriptam ecclesiam *g* abiurasset. [*Quia vero non fruimur idiotis, sed discretis personis, et nostrum est discernere, quid castio dictet: praesentium auctoritate discr. v.*] mandamus, quatenus 59) [*rei veritatem diligenter et subtiliter inquirentes, et,*] si vobis constiterit, quod praelatus

50) In compil. ALEXANDRI tit. apud HARDVINVM *tom. VI. p. 2. P. XXII. c. 2. p. 1793.* integra inscriptio haec est: IDEM *decano Lincolniensi et abbati de Rieuans*, vel potius, de *Rieuallis*, ordinis Cisterciensis, de quo monasterio agit MANRIQVE *in annal. Cisterc. tom. I. ad ann. MCXXXI. c. 7. p. 227. sq.*
51) *Conquestione*, C. B. L. ed. ant. et c. 2. comp. cit. l.
52) *Sibi*, C. H.
53) *Fuerit*, C. B. 1. sed *fuisset*, est in cit. c.
54) Pro *vobis*, in cit. c. legimus: *discr. v.*
54*) Loco verborum: *hoc constaret*, legimus in cit. c. *per officiales venerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi, A. S. L. ex concessione ipsius in eadem ecclesia introductus fuisset, et inde per violentiam eiectus.*
55) *Quibus cognitis*, cit. c.
56) *Ista omnia*, ibid.
57) *Ei proficere*, C. B. 1.
58) Pro his verbis in cit. c. legimus: *in praesentia praefati archiepiscopi.*
59) *Iniungimus, vt*, ibid.

a L. *cum quid*, D. *si cert. petat.* *b* C. 7. *eod. tit. in 1. compil.* *c* Philagrius, *al.* Philatius.

d *In C. Barb* ab ecclesia vestrae *e* *Post conc. Lat. sub Alexand. III. p. 22. c. 1. et c. 1. eod. tit. in 1. compilat.* *f* *Post conc. Later. part. 22. c. 2. et c. 2. eod. tit. in 1. compil.* *g* *l. si quis vt, 9. differentia. D. de acquir. poss.*

P. nullo metu vel vi coactus 60), sed sponte 61) *a* prælibatam ecclesiam taliter 62) abiurauerit, ei [*omni etc. et app. rem.*] super hoc perpetuum silentium imponatis.

60) *Illicita* scilicet : vi *iusta* coacti ad renunciandum spoliare haud accensendi. Nam ex decreto *concilii oecumenici*, pro bono pacis communis in ecclesia reducenda, etiam pontifices ad cedendum cogi posse, docuit exempla illustri Constantiense concilium. Idem dicendum de eo, qui remotionem meruit, *c.* 102 *in f. de except. prael.* vel beneficium contra ius obtinuit. *c.* 6. *et* 7. *X. de concess. praeb. in f.*

61) *Sponte*, C. R. 1.

62) Partic. *taliter*, non exstat in cit. c.

CAP. IV.

In interdicto de retinenda succumbit reus, ipsius abiuratione probata. H. d. quoad titulum.

IDEM *Vigorn.* 63) *episcopo, et* [R.] *Helien.* 64) *archid.*)

Audita querela [*dil. fil. n.*] T. clerici *b*, [*carissimi in Christo filii nostri illustris Scotorum regis.*] quod H. persona ecclesiæ de Sander 65), ipsum super ecclesia sua 66) de Pelen. 67) *c* indebite molestaret 68), [*quam liberam tunc et vacantem ad repræsentationem eiusdem regis prædictus T. fuerat adeptus : licet idem H. sponte iurasse dicatur, quod super ecclesia de Pommene præfato T. nullam quæstionem moueret, venerabili fratri nostro*] Londonen. 69) episcopo, et tibi, fili archid. dedimus in mandatis, ut, [*veritate vos plenius inquisita*] si vobis constaret 70), quod prædictus H. alterius ecclesiæ personatum haberet, vel iuramento spontanee præstito firmauerit, se memorato T. super eadem ecclesia 71) *d* quæstionem de cætero non moturum, [*ei exinde, app. rem. perpetuum imponatis silentium, et*] ab eius molestia super hoc compesceretis 72) eundem 73). *Postmodum vero nuntius præfati H. ad præsentiam nostram accedens constanti nobis assertione monstrauit, quod per violentiam idem H. eadem ecclesia spoliatus fuerit, et ideo ad vos nostras litteras impetrauit, ut, si constaret vobis, veritate cognita, ipsum H. spoliatum esse, cum idem renuntiauerit ecclesiæ, contra eum testes alterius partis de iuramento et renuntiatione spontanee facta nullatenus reciperetis, sed testes potius H. quibus intendebat posse probare, quod violenter præd. ecclesia spoliatus fuerit, dummodo essent idonei, non differatis recipere, et secundum eorum depositiones et rationes et allegationes hinc inde productas in caussa ipsa, app. abst. rem. quod iustum esset, iudicetis, non obstantibus litteris nostris, si quæ aliæ ab alterutra parte impetratæ fuissent, aut forma, quam expressimus in aliis litteris super hoc impetratis. Addidimus insuper, quod, si in caussa ipsa aliquid esset mutatum, postquam nuntius prædicti H. tunc iter arripuit ad nostram præsentiam veniendi, totam caussam ante ingressum principalis caussæ, contradictione, et appell. cess. in eum statum reduceretis, in quo fuisse dignoscitur, cum nuntius ipsius H. est iter ipsum aggressus : nisi forte interim idem H. cum altera parte spontanea voluntate posset super ecclesia ipsa conuenire. Nunc autem ex litteris prædicti episcopi et tuis, fil. archid. nobis innotuit, quod vos priorum litterarum tenorem sequuti, partes debita sollemnitate citastis, et*] cum [*post plures citationes, die tandem peremtoria constituto, de tam prædicti H. contumacia legitima probatione*] vobis plenius constitisset, [*idoneaurum personarum testimonia cognoscentes, sæpe*] dictum H. non solum 74) ecclesiæ alterius personatum habere, sed etiam 75) spontanea voluntate ecclesiam de Pelen. 76) [*in faciem ecclesiæ*] in perpetuum abiurasse, prohibuistis 77) eidem, ne dictum T. super hoc de cætero molestaret. Licet autem nuntius eiusdem H. posteriores 78) litteras impetrauerit 79), formam aliam continentes, quod, non obstantibus 80) litteris e parte altera impetratis, reuocari deberet, si quid immutatum esset in caussa, postquam idem nuntius iter ad nos arripuerit 80*) veniendi; quia tamen non intelleximus, nec intelligi debuit, ut reuocaretur [*in irritum,*] quod per vos factum esset 81) auctoritate litterarum nostrarum *e*, sed si quid præsumptione 82) vel violentia immutatum *f* esset 83): [*discr. v. p. A. S. præcipiendo*] mandamus, quatenus 84) sententiam, quam protulistis 85) ante posteriorum litterarum receptionem, occasione ipsarum 86) nullatenus reuocare tentetis, et, si contra sententiam ipsam 87) aliquid statuistis, studeatis id, sublato app. obstaculo, reuocare, [*et præfatum H. contra eamdem sententiam nullatenus venire permittatis, sed potius sententiam contrad. et app. postposita, faciatis auctoritate nostra inuiolabiliter obseruari.*] Si vero post receptionem 88) sequentium litterarum sententia lata fuerit 89); ea [*sententia*] non obstante, [*in caussa*] iuxte tenorem [*litterarum*] ipsarum 90), appell. postposita, procedatis : [*dummodo præfatus H. per violentiam spoliatus fuerit, et spoliatus illud præstiterit iuramentum.*]

63) *Wigorniensi*, rectius C. L. et c. 4. comp. cit. 1. *h. t.*

64) *Eliensi*, id. C. et cit. c.

65) *De Saute*, C. H. sed *de Sandeca*, cit. c.

66) Dictio *sua*, non est in cit. c.

67) *Pelen.* C. R. 1. sed C. R. 2. et L. *de Peleren.* H. *de Pelerenen.* per ter. cit. c. *de Posseione.*

68) *Molestaret præsumite*, cit. c.

69) *Londin.* C. R. L. ed. ant. et cit. c.

70) *Constiterit*, cit. c.

71) *Eadem caussa*, C. R. 2. L. et cit. c.

72) *Compescatis*, C. R. 1. et H.

73) Post voces *ab eius*, ita legimus in cit. c. *in petitione eumdem T. absoluere minime differatis.*

74) Partic. *non solum*, omittuntur ibid.

75) *Et*, legitur ibid. pro *sed etiam.*

76) *De Piron* ibid.

77) C. cit. hic ita variat : *et super eadem ecclesia perpetuum imposuistis silentium, et ab eius impetitione præmemoratum T. penitus absoluistis.*

78) *Alias, sine dicimus*, pro *posteriores*, legimus ibid.

79) *Impetrante*, est ibid.

80) Verba hæc inclusa commati omittuntur ibid.

80*) *Arripuit*, C. L.

81) In cit. c. ita legimus : *si quod per iudices delegatos factum est.*

a Sed spontanea voluntate; et c. 4. eod. tit. in 1. comp. causa, in ma. tis antiqu.

b *Post conc. Lat. sub Alex. III. p. 22. cap. 4.*

c *al.* Peleren.

d *al. ita* : super eadem

82) *Et præsumtione*, C. R. 1.

83) *Est immutatum*, C. H. et cit. c.

84) In cit. c. ipsa verborum series est hæc : *quatenus, si ante receptionem litterarum ipsarum, quas nuntius præfati H. super ipsa caussa ad vos impetrauit, memoratus episcopus, vel tu, fili archidiacone, super iam dicta ecclesia sententiam protulistis, eam contrad. et appellatione remota, ratam habeatis et firmam, nec eam obtentu posteriorum litterarum reuocare tentetis, ita quidem, quod, si contra sententiam ipsam aliquid statuistis, sublato app. remedio reuocetis.*

85) *Tulistis*, C. R. 1.

86) *Ipsarum litterarum*, C. R. 2. *earum*, H.

87) *Ipsam*, non est in ed. ant.

88) *Post susceptionem*, cit. c.

89) *Fuit*, C. H. et L.

90) *Tenorem ipsarum secundarum*, C. R. 1. *tenorem ipsarum litterarum*, C. R. 2.

CAP. V.

Petenti restitutionem beneficii, quæstio institutionis non canonicæ referri non potest.

IDEM *Brixien.* 91) *episcopo.* (*ann.* 1180. *Romæ in Lombard.*)

In litteris *g* tuis 92): [*et infra.*] Super illa quæstione, videlicet cum quis 93) dicit, se de possessione violenter eiectum [*esse*], et aduersarius dicit, eum non fuisse canonice institutum, respondemus 94), prius de violenta eiectione, quam de canonica institutione agi debere : quia prædo etiam est secundum rigorem iuris 95) restituendus.

91) *Exoniensi*, C. L. *Bisontin.* ed. ant. sed vtrumque erroneum.

92) Pronom. *tuis*, a C. R. H. L. et c. 5. comp. cit. 1. *h. t.* abest.

93) *Cum aliquis*, C. R. 2.

94) *Hoc modo tibi damus responsum*, legimus in cit. c.

95) *Nam* cui abiicitur, quod tanquam prædo possideat : quia sufficit, quod possederit, deiectus sit, nec vlla exceptio restitutionem impedire queat. *l.* 12. *D. de vi et vi arm.*

CAP. VI.

Non obstat exceptio criminis agenti interdicto unde vi, vel quod vi aut clam.

IDEM *Exonen.* 96) *h episcopo.* (*Pars c. in litteris. ann.* 1180. *Romæ in Angl.*)

Item cum quis *i* dicit, se de possessione violenter 97) eiectum, vel aduersarium clam possessionem intrasse, et aduersarius ei crimen obiicit, vt eum [*ratione criminis*] a sua intentione repellat; non occurrit [*quidem*] nobis, quod illius obiectio admitti debeat *k*, vel principalis caussæ propter hoc exsequutio retardari : quoniam criminaliter aduersus eum ante restitutionem 98) agere non potest, cum præsumatur eius 99) existere inimicus 100).

96) *Exoniensi*, habet C. L. cum cit. comp. 1. c. 6.

97) Partic. *violenter*, desideratur in cit. c.

98) Verba *ante restitutionem*, non leguntur ibid.

99) *Ei*, C. H.

100) *Cum ipsum constet eius inimicum existere*, cit. c.

CAP. VII.

Spoliatus etiam a iudice, iuris ordine prætermisso, ante omnia restituatur.

IDEM *Cantuar. archiepiscopo.* (*ann.* 1160. *Romæ in Angliam.*)

Conquerente *l* nobis Renaldo 1) clerico [*latore præsentium*] accepimus, quod, [*eum vacaret ecclesiasticis disciplinis*] ipsum ecclesia de Wefort. 2) *m* sine iudicio spoliasti. Quia vero iam non decet honestatem tuam, clericos tuæ iurisdictionis sine manifesta caussa et rationabili suis beneficiis spoliare, quibus teneris paterne 3) prouisione consulere : [*frat. t. per A. S. præc.*] mandamus, quatenus, si est ita, prædicto clerico præfatam ecclesiam cum redditibus inde perceptis restituas, et in pace eam possidere permittas. Restitutione autem facta,

1) In C. H. L. et c. 1. comp. 2. h. t. tantum exstat littera *R.*

2) Variant hic admodum Codices. C. R. 1. *Nefort*, C. L. *Verfort*, edit. ant. et Cont. *Wrefort.* Denique C. R. 2. *Dorefort*, habens vel potius *Dunfort*, secundum Gonzal.

3) *Tua paterna*, C. R. 1.

e *Hunc text. dicit hic abbas esse singularem ad hoc, quod hæc verba, reuocetur in irritum, non intelligantur de legitime actis.* f Innouatum. g *Post concil. Lat. sub Alexandr. III. part.* 22. c. 3. *et c.* 5. *eod. tit. in* 1. *compilat. Anton. Gabr. comm. conc. tit. de restit. spol.* h *al.* Lexouiensi i *Post conc. Lat. part.* 22. *cap.* 6. *et cap.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp.* k *Vid. l. qui ad nundinas, §. clam possidere, cum l. seqq. per Bart. ff. de acquir. poss.* l *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *comp.* m Caisetort.

si quid aduersus eum super præscripta 4) ecclesia proponere volueris 5), coram [*ven. fr. n.*] Exon. episcopo delegato a nobis 6) per te, vel per sufficientem responsalem tuum, cum eodem R. ordine iudiciario poteris experiri 7), [*et, quod exinde statuerit, suscipias firmiter et obserues. Nos enim eidem episcopo caussam commisimus terminandam.*]

4) *Prædicta*, C. R. 1.
5) *Volueris*, cit. c.
6) *Delegato a nobis*, non legimus in c. cit.
7) *Experiaris*, ibidem.

CAP. VIII.

Restituitur coniux viro probanti desponsationem et copulam, et de ipsius impunitate tauenti: nisi magna sit viri sæuitia.

IDEM *Ambian. et Beluacens. episcopis* 8). (ann. 1160. *Roma in Galliam.*)

Ex transmissa a nobis: [et *infra.*] [*Quia nobis de veritate liquere non potuit: caussam experientiæ vestræ duximus committendam. F. v. p. a. s.*] mandamus, quatenus, si vobis constiterit, quod præfata mulier prædicto militi legitime desponsata fuisset, et ab eo cognita, ipsam ei restitui faciatis, recepta tamen 9) sufficienti cautione, quod illi 10) non debeat aliquod 11) malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierem vir persequitur 12), quod merito de ipso diffidat [*et eum habeat suspectum*]: alicui probæ et honestæ mulieri vsque ad caussæ [*cognitionem seu*] decisionem custodienda 13) studiosius committatur, in loco, vbi vir, vel parentes eius, mulieri 14) nullam possint violentiam *b* inferre.

8) Verba: *Ambian. et Beluacens. episcopis*, desunt in C. H. L. et ed. ant. sed c. 3. comp. 2. *h. t.* rectius habet: *Albiens.*, pro *Ambian.*
9) Part. *tamen*, non habetur in cit. c.
10) *Ei*, C. H.
11) Vox: *aliquod*, desideratur in cit. c.
12) *Prosequitur*, C. H. et cit. c.
13) Notabile exemplum *sequestrata mulieris* hic occurrit, qualia plura habet *H.* a COCCEII *de sequestr. feminar.*
14) *Aut mulieris nullam possint violentiam exercere*, cit. c.

CAP. IX.

Per solutionem pensionis rei donatæ, factam donatario cum auctoritate donatoris, acquiritur illi donatario rei donatæ possessio, adeo, quod, si ab illo expellitur, per interdictum recuperandæ agere poterit.

IDEM *Exon. episcopo et abb. de Herford.* 15)

Cum venissent ad nos [*dil. fil. n.*] B. 16) canonicus 17) sanctæ Trinitatis de Hasul. 18) *d* a suo priore et capitulo destinatus: in audientia nostra proposuit, quod, cum [*ven. fr. n.*] Eboracensis archiepiscopus ecclesiam de N. eis concessisset, et per scriptum proprium confirmasset 19), ita, quod post decessum G. [*de Poatino*] clerici, qui præfatam ecclesiam tunc [*temporis*] tenebat, vsibus eorum 20) omnibus modis proficeret, et interim [*de*] auctoritate ipsius archiepiscopi idem G. ipsis canonicis annuam solueret pensionem, [*nos postmodum eandem concessionem, scripta ipsius archiepiscopi diligenter inspecta, auct. apost. duximus confirmandam. Mortuo autem præfato clerico iam dicti canonici, licet per ipsum archiepiscopum non fuissent in possessionem ecclesiæ prædictæ inducti, tamen de concessione et confirmatione nostra plurimum confidentes, ecclesiam ipsam, ne a quodam clerico turbaretur, qui eos super eadem ecclesia nitebatur fatigare, sunt ingressi, et tam contra ipsum archiep. a quo grauari timebant, quam contra præfatum clericum ad n. audientiam appellauerant. Ipsis vero per duos de fratribus suis appellationem factam prosequentibus, sæpe dictus archiepiscopus bladum et omnia bona ecclesiæ, quæ præfatus G. clericus suus moriens ibidem reliquit, fecit, quod vix credere possumus, inuitis prædictis canonicis asportari.* et infra. *Magister vero M. et A. clerici et nuntii eiusdem archiepiscopi, qui præsentes aderant, ipsum super his constanter excusauerunt, et adiecerunt coram archiepiscopo tam prædicto per præfatos canonicos grauem iniuriam irrogatam: quia, et si ab ipso litteras concessionis habuissent, ipsius auct. postmodum contempta, per se ipsos in possessionem ingredi non deberent. Nos itaque*] respondemus 21), quod, si præfati canonici, de prædicta ecclesia 22), auctoritate eiusdem 23) archiepiscopi, viuente clerico perceperunt annuam pensionem, eo mortuo, quamuis auctoritate eiusdem archiepiscopi non quæsierunt 24), vitiose tamen non sunt possessionem ingressi: cum, sicut [*in secularium legibus principum*] cautum est, is possideat, cuius nomine

15) Verba: *Exon. episcopo et Abb. de Herford.* desunt in C. H. L. et ed. ant. in c. 4. autem comp. 2. h. t. male legitur: *de Refsaden.* loco *Herford.*
16) G. C. R. H. L. ed. ant. et Gloss. sed c. cit. habet: *S.*
17) *Clericus et canonicus*, C. R. 1.
18) *Barell* C. R. 1. sed C. R. 2. *Varell.* et H. *de Barellis*, L. *de Barel.* ed. ant. *de Barill.* c. cit. *de Barten.*
19) Verba: *et per scriptum proprium confirmasset*, desiderantur in cit. c.
20) *Horum*, secundum C. H. et L.
21) *Attendentes*, habetur in cit. c. pro *respondemus.*
22) *Pro dicta ecclesia*, C. R. sed L. omittit partic. *de*, et nihilominus separatim legit: *pro*, quæ particula cum voce *dicta*, non composita est.
23) Pronomen: *eiusdem*, a C. R. et H. abest.
24) *Quæsierint*, C. R. et H.

a C. 4. eod. tit. in 2. compilat. b Molestiam. c C. 4. eod. tit. in 2. compil. d al. Barilis. al. Basillis. al. Barsalf. al. Barcellis. e al. proficeret.

possidetur. [*Caussam ipsam vobis, de quorum prudentia et honestate confidimus, committimus frat. t. per A. S. præcipiendo mandantes, quatenus ante præsentiam vestram, partibus conuocatis, si de ipsorum assertione constiterit, bladum et omnia bona ecclesiæ post appellationem de mandato ipsius archiepiscopi asportata ante ingressum principalis caussæ auctoritate nostra subl. app. obst. restitui faciatis. Deinde archiepiscopum attentius moneatis, ut concessionem suam ratam habeat, et præfatos canonicos amodo desinat super præfata ecclesia fatigare. Si vero commonitioni vestræ adquiescere noluerit: super ecclesia caussam diligentius audiatis, et sine personarum acceptione, sublato app. diffugio, terminetis.*]

CAP. X.

Si, actore agente petitorio, reus super eadem re deducit possessorium: proceditur in solo possessorio, suspenso petitorio.

LVCIVS III. *G.* 25) *archidiacono*, [et] *I. archipresbytero* 26) *Turonen.* 27) [et *Alcapterio, canonico.*] (ann. 1181. *Roma in Galliam.*)

Ex conquestione B. 28) mulieris *f* ad nos 29) noueritis peruenisse, quod, cum C. 30) miles eam sibi matrimonio copulasset, et 31) maritali affectione pertractans, ex ipsa 32) filium suscepisset, sine iudicio ecclesiæ [*postmodum*] a se remouit eandem 33): at [*decanum Aurelian. et abbatem sancti Euurtii*] de accusando super consanguinitate matrimonio, remoto appellationis obstaculo, litteras ad iudices 34) impetrauit. Cum autem, priusquam a [*delegatis*] iudicibus mulier citaretur, per diœcesanum episcopum virum sibi restitui petiisset, et ob hoc [*ipsa*] ad nos proprium nuntium destinasset: demum 35) coram præfatis iudicibus constituta, modo per se, modo per procuratorem, ante ipsius caussæ ingressum, et post 36), virum sibi restitui postulabat. Iudices vero restitutione [*penitus*] denegata 37), quod fieri non 38) debuit, in principali negotio 39) procedere voluerunt 40) *g*: vnde ipsa [*a tali grauamine, ad*] nostram 41) audientiam appellauit 42). [*Quia ergo iniuste grauatis apostolicum debemus patrocinium impertiri: discr. v. p. a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si ita est 43), [*memoratæ*] mulieri [*omni contrad. et app. cessante*] virum restitui faciatis, [*et omnibus*] quæ post appellationem *h* ipsius acta sunt 44), in irritum reuocantes 45), postmodum 46) super matrimonio caussam audiatis, ac fine canonico terminetis.

25) Hanc decretalem sub hoc nomine laudat INNOCENTIVS III. in c. 13. *X. h. t.* eamque certo modo limitat.
26) *Presbytero*, ed. ant.
27) *Turon.* C. R. 1.
28) *G. mulieris*, ed. ant. sed in c. 8. comp. 1. h. t. legimus: *Burg. mulieris.*
29) *Ad nostram audientiam*, habet cit. c.
30) *E.* C. R. 1. et H. sed C. R. 2. *F.* in c. cit. autem legitur: *Ebbo.*
31) Partic. *et*, desideratur in cit. c.
32) *Ex ea*, legimus ibid.
33) *Eam*, ibid.
34) In c. cit. desiderantur verba: *ad iudices.*
35) *Postmodum*, est ibid.
36) *Et post prius*, C. R. 2.
37) *Negata*, C. R. H. L. et ed. ant.
38) *Minime*, cit. c.
39) Vocabulum: *negotio*, abest a C. R. L. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
40) *Noluerunt*, ed. ant. sed frustra et errance.
41) *Ad nostram*, C. L.
42) *Necessarium duxit appellare*, legimus in cit. c.
43) Pro his verbis: *si ita est*, habentur in c. cit. sequentia: *si præmissa veritate fulciuntur noueritis.*
44) Pro verbis, *ipsius acta sunt*, legimus in cit. c. *ad nos interpositam irrationabiliter facta sunt.*
45) *Reuocetis*, cit. c.
46) Partic. *postmodum*, non habetur in cit. c.

CAP. XI.

Violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuissent, restituere, damna resarcire, et de iniuriis satisfacere compellitur.

COELESTINVS III. 47) (vel potius: ALEXANDER II. ann. 1063.)

Grauis *i* ad nos querela 48): [*et infra.*] [*Ideoque fr. v. per A. S.*] mandamus, [*firmiterque præcipimus,*] quatenus, [*partibus conuocatis,*] si vobis constiterit de præmissis, prædictum archidiaconum 49) ablata prænominati monasterii fratribus cum integritate restituere, [*et*] damna 50) plenarie resarcire, et de illatis iniuriis competenter satisfacere, [*omni gratia, timore et amore postpositis, dilatione et con-*

47) Hanc decretalem GONZALEZ, fretus testimonio *chronici Dolensis monast.* apud LABBEVM *tom. I. bibl. f.* 316. attribuit ALEXANDRO II. Quo posito, ei annus MLXIII assignandus est. Etenim de Dolensi monasterio in hac actum fuisse docent 1) verba adiecta in fine: 2) chronicum adductum, quod hanc decretalem ad annum prædictum pertinere, disertis testatur verbis, et ad compilationem prouocat antiquam.
48) *Nos circumstrepit, et infra*, C. R. 1. sed L. et ed. ant. cum c. 5. comp. 2. h. t. partic. *ad*, non habent.
49) *Archiepiscopum*, C. R. H. L. et c. cit. rectius habent.
50) *Et damna*, C. H.

f Cap. 8. eod. tit. in 1. compil. g Hic legitur, noluerunt, cui repugnat et sensus et series huius cap. Nam cum virum ei restitutionem negassent, et de facto procederent, ipsa appellauit. h Vide ad hoc abbat. i Cap. 5. eod. tit. in 2. comp.

traditione et appellatione cessante per diffinitionem ecclesiasticam nostra freti auctoritate] compellatis 51) a, prouisuri [*attentius*], vt non tantum fructus a nouo et violento possessore perceptos 52), sed quos, si eis possidere fuisset licitum, possessores veteres percepissent, reddi faciatis 53) eisdem 54) [*per supradictam sententiam, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, compellatis. Praeterea si qui, quo minus secundum mandatum nostrum memoratis fratribus restituantur ablata, se duxerint opponendos: vos auctoritate nostra suffulti eos, non obstante appellatione, anathematis sententia percellatis. Si praefatus vero archiepiscopus ad citationem commonitionis vestrae, forte non venerit, vel mandato vestro parere noluerit: vos, Dolen. monasterii testibus receptis, secundum formam praedictam in toto negotio procedentes, secundum quod diximus, app. cessante, exsequi procuretis, omnimoda sollicitudine prouidentes, ne libertates praefato monasterio vestro a praedecessoribus nostris, nobisque concessas, a quoquam sustineatis minui vel infringi.*

51) *Cogatis*, cit. c.
52) In c. cit. ita legimus: *fructus, quos noui et violenti possessores interim perceperunt.*
53) Dictio *faciatis*, non exstat in cit. c. paullo post autem in parenthesi legimus eius loco: *compellatis.*
54) *Eis*, ibid.

CAP. XII.

Ingressus possessionem ignorante domino, ad quem pertinet, potest per ipsum dominum, statim cum scinerit, repelli etiam violenter: nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictum possessorium. H. d.

INNOCENTIVS III. *episcopo et capitulo Tridon.* 55) b
(*ann.* 1199.)

I. Olim caussam c, quae inter vos nomine Tridon. d ecclesiae, et [*dil. f. B.*] magistrum et fratres militiae templi in Lombardia, super domo Calumniae vertebatur, [*dilect. fil.*] de Locedio 56) e et de Columba abbatibus [*sub certa forma*] meminimus commisisse. [*Ipsi autem abbates, partibus conuocatis, et lite in eorum praesentia contestata, testes receperunt ex vtraque parte productos. Ac tum renuntiatum fuisset, vtrimque depositiones eorum sollemniter publicarunt, et eas per manum publicam redigentes in scriptis, caussam plene instructam ad nostram praesentiam remiserunt. Nos ergo dil. fil. C. canonico et procuratori ecclesiae Terdonen. et praedicto magistro dil. fil. n. I. tit. S. Stephani in Coelio monte presbyterum et H. S. Eustachii diac. card. concessimus auditores, coram quibus fuit ex parte vestra propositum, quod, cum olim Humiliati quidam a bon. mem. V. episcopo Terdonen. licentiam postulassent, hospitale et oratorium in loco Calumniae construendi,*] episcopus Tridon. 57) f possessiones quasdam [*a quibusdam militibus, qui eas tenebant in feudum, ab ecclesia Terdon. redemit, et illas*] Humiliatis 58), g [*petentibus*] sub ea conditione concessit, quod [*ad honorem Dei et Beatae Virginis*] nomine Tridon. episcopi oratorium ibidem et hospitale construerent 59), et tres solidos censuales Tridon. h episcopo annis singulis exhiberent, e quo etiam personae, quae loco 60) praeficeretur eidem 61), inuestituram perciperet 62), et pro se, et aliis 63) fratribus, et et successoribus eius obedientiam faceret manualem, episcopo sibi loci dominium 64) nihilominus retinente. [*Cumque id fuisset diutius observatum,*] dictus vero 65) magister ad eandem domum adspirans, [*et volens eam copulare domui de Casellis,*] ipsos 66) adeo circumuenit, quod praeter conscientiam vestram 67) se et sua in eius manibus tradiderunt, ea tamen conditione apposita, si vobis quod i facerent, complaceret, sine quorum assensu se nihil posse facere asserebant: [*magister vero conditionem appositam acceptauit, et quod aliter eos non reciperet affirmauit.* et infra. *Tunc vero magister accedens Calumniam exinde paramenta ecclesiae, instrumenta domus, et libros accepit, et nonaginta oues*

55) *Episcopo Sterzon. et capitulo Tridon.* C. R. 1. sed C. R. 2. *Episcopo et capit. Terdon.* in H. L. et c. 2. comp. 3. h. t. per totum legitur: *Terdonen.*
56) *De Locedio*, legimus in cit. c. rectius *Locedium*, quod est monasterium Cisterciensis ordinis in Lombardia. MANRIQ. *tom.* 1. *Cist. p.* 151.
57) *Idem*, est in eod. c.
58) *Humilitatis*, legunt Pithoei, sed erronee.
59) *Construerent*, C. R. 2. H. L. et cit. c.
60) Vocabulum: *loco*, non exstat in C. H. et ed. ant.
61) *Ibidem*, C. H.
62) *Acciperet*, C. R. 1.
63) *Et pro aliis*, C. R. 2.
64) Revera ergo oratorium et hospitale, quod Humiliati ibidem nomine episcopi Tridonensis exstruxerant, pertinebat ad dictum episcopum cum loco, cuius dominium sibi reseruauerat, vt etiam possessionem haberet, ab Humiliatis nomine episcopi exercendam: ipsi vero tantum vsumfructum habebant, in cuius recognitionem soluebant quotannis tres solidos. Manus ergo istas habebant quasi *superficiarii*. quod etiam superficiem nomine episcopi exstruxissent.
65) Part. *vero*, non est in cit. c.
66) *Praefatos Humiliatos*, legimus ibid.
67) *Nostram*, C. L.

a *Vid. l.* 1. §. *qui autem. cum* §. *sequ. ff. de vi et vi armata.* b Terdon. *al.* Terdonen. c *Cap.* 2 *eod. tit. in* 3. *compilatione.* d Terdonen. e Lucodiu, *al.* Lucadio. f Terdonens. g *B. Anton. in hist. histor. p.* 2. *tit.* 15. *cap.* 23. *et Cassan. in Catal. gloriae mund. p.* 4. *consid.* 60. *vide cap.* 10 h Terdon. i Facerent, *in aliquot exemplar. et male; cum facerent ad Humiliatos referatur, qui ea conditione se et sua magistro templi tradiderunt, si, quod fecerunt, placeret episcopo et cap. Tridonen. vt clarius patet ex antiqua.*

fecit abduci, ac postmodum reuersus ad vos, cum ei fuisset, quod petierat, denegatum, quia paratus esset vobis facere rationem, si forsan vos offenderat, edixit. Vos autem intentionem eius maleuolam attendentes, et ne se de domo intromitteret memorata districtius inhibentes, ad sed. apost. appellastis. Et cum tu, frater episcope, quae gesta fuerant audiuisses: omnes pariter ad domum accessistis eandem, et eos, quos inuenistis ibidem ad domus custodiam a magistro relictos, eiecistis, ex eo vim vi, secundum quod omnia iura permittunt, licite repellentes. Vnde cum possessio praedictae domus sub conditione tradita fuerit eidem magistro: non exstante conditione traditio non tenuit. Praeterea cum idem magister clam domum illam intrauerit; nullum est vobis praeiudicium generatum, quo minus eum possetis repellere, cum id ad vestram audientiam perueniret: praesertim cum verus dominus controuersiam ipsi moueret, vel suspicatus fuerit, vel debuerit suspicari. Cum autem cardinales praedicti, quae coram eis tam ex parte vestra, quam ex alia, proposita fuerant, nobis fideliter retulissent,] intelligentes, praedictam domum eidem magistro traditam sub conditione fuisse, et quod 69) nullum iuri vestro praeiudicium fuerat irrogatum, ex eo, quod idem magister iustitiae vestrae non inscius, vobis ignorantibus, possessionem accepit, praesertim cum statim, ex quo id vobis innotuit, vim vi duxeritis repellendam: et quod 70) idem [*magister*] sua temeritate possessionem 71) praeter conscientiam vestram, ad quos ipsam possessionem nouerat pertinere, et quos 72) quaestionem sibi mouturos suspicari debuerat, est ingressus, [*dictam*] procuratorem vestrum et vestro 73) nomine ab impetitione ipsius magistri, nomine domus militiae templi, quoad faciendam restitutionem, quam petebat 74), [*de cons. fr. n.*] reddimus absolutum, [*salua ei quaestione proprietatis, de qua in hoc iudicio nihil est actum sicut praedictus abbas de Locedio nobis exposuit viua voce,*] decernentes, vos 75) magistro [*ipsi*] satisfactionem debitam exhibere, si defendendo ius vestrum, in offensam ipsius vel domus militiae templi modum forsitan excessistis.

69) *Atque*, legimus ibid. pro *et quod.*
70) *Attendentes etiam, quod*, C. R. 1. et cit. c.
71) Post hanc vocem in c. cit. omittuntur verba: *praeter conscientiam*, et loco sequentium legimus: *quam ad vos nouerat pertinere, et quos* etc.
72) *Et quod*, C. L.
73) Copula *et*, desideratur in C. H. L. et cit. c.
74) Verba: *quam petebat*, absunt a cit. c.
75) *Vero*, C. H. legit.

CAP. XIII.

Si contra petentem restitutionem coniugis, opponitur consanguinitas in gradu prohibito, et offeruntur probationes paratae: recepto ab opponente iuramento de malitia, negabitur restitutio quoad torum, et fiet quoad reliqua. Si vero probationes promptae non sint; fiet plena restitutio: nisi sit magna viri saeuitia.

IDEM *Bituricen. archidiacono.* (*ann.* 1199. *Romae in Galliam.*)

Litteras tuas [*nuper*] recepimus 76) k [*continentes,*] quod, cum quaedam matrimonialis caussa, [*ven. fr. n.*] Bituricen. archiepiscopo in remotis l agente, in tua praesentia tractaretur, Guilielma 77) mulier m separari a B. 78) viro suo instantissime postulabat, cui se quarto gradu consanguinitatis proponebat esse coniunctam. [*Apparebant etiam accusatores et testes exhibentes certam ab vtroque latere consanguinitatis lineam contingentium, qui se contracti matrimonii tempore absentes fuisse dicebant, et quod in continenti parati erant, quae proposuerunt, comprobare.*] Vir autem [*econtra*] sibi vxorem postulabat restitui, quam ab eo sua temeritate diuerterat 79), [*quemadmodum allegabat. Caeterum pars replicabat vxoris, tum propter futurum incestus periculum, tum quia probationibus paratis et promptis sine diffugio, quod intendebatur poterat demonstrare, restitutionem penitus denegandam. Adhaec notam ipse mariti saeuitiam proponebat, cui erat impetuosa leuitas et crudelitas bestialis, et, si liberam restitutae facultatem sibi haberet vxoris, eius amici timebant mortis ex hoc sibi periculum imminere vel corporis cruciatum, et sic ab accusatione desisterent, eam qualitercunque viuere, quam interire malentes. Adiicientes, nihilominus ipsam a viro licentiatam recessisse cum lacrymis et inuitam. Ipse vero miles nihilominus petebat, sibi vxorem libere ac pacifice restitui, et, ne secus fieret, sed. apost. appellauit. Cum igitur in caussis matrimonialibus exceptiones huiusmodi saepius proponantur: quid sit in talibus agendum,*] rescripto petebas apostolico edoceri, [*ex praemissis velut quodam themate multas eliciens quaestiones, primo quidem*] vtrum, quando aliquis consanguinitatis gradus obiicitur, in quo sedes apostolica dispensare non potest, nec etiam 80) consueuit, et probationes 81) promptae sint et paratae, [*an*] indulgenda restitutio sit, an ne-

76) *Accepimus*, C. R. 1.
77) *V.* est tantum in C. H. L. et ed. ant. sed c. 3. comp. 3. *h. t. Imberga*, Cont. *N.* et in margine *Yberga.*
78) *A* C. habet c. cit. sed Cont. et Pith. a *G.* viro.
79) *Deuerterat*, cit. c.
80) Partic. *etiam*, ibid. omittitur.
81) *Cum probationes*, C. R. 1.

k *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compilat.* l In remotis partibus, etc. m *al.* N. *al.* D. *al.* V.

gandae?

gande? [*Secundo quærebas, an idem iuris existat, si aliquis gradus dispensabilis, vel aliud impedimentum dispensabile allegetur, et probationes similiter sint præsentes, vtrum restitutio concedi debeat, an negari? Tertio loco quærebas, si mariti crudelitas et sævitia sint nota iudici, vt propter motam controversiam indignatus vxorem tormentis tractaturus sit et iniuria affecturus; et sic accusatores de morte fœminæ metuentes, accusare desistant: vtrum hoc in primo vel in secundo casu restitutionis præbeat adminiculum deneganda? Postremo quærebas, si deneganda sit restitutio in aliquo casuum præmissorum, et ad sed. apost. appelletur, vtrum appellationi sit huiusmodi deferendum?*] Sane circa solutionem propositæ quæstionis, diversæ sunt 82) sententiæ diversorum; aliis asserentibus restitutionem faciendam 83); aliis sentientibus in contrarium: nonnullis viam mediam eligentibus, ac dicentibus, eam faciendam interdum, quandoque [*vero*] penitus denegandam. Primi per decretalem epistolam a [*bon. mem.*] Lucii 84) papæ [*prædec. n.*] iuvari videntur, arguentes quosdam iudices delegatos, qui restitutionem viri, qui sine iudicio ecclesiæ vxorem dimiserat, et ei consanguinitatem postmodum opponebat, spoliatæ ac repetenti coniugem denegabant: et mandantis, sibi 85) prius restitui taliter spoliatam, et postea de matrimoniali caussa cognosci. Horum 86) autem assertionem incestus b videtur periculum oppugnare 87); sed ipsi timorem incestus inanem esse respondent; cum etiam beneficio restitutionis obtento, qui consanguinitatis habet notitiam, nec exigere debitum c contra conscientiam, nec soluere 88) teneatur; quoniam, si secus egerit, ædificat ad gehennam: sicut nec consanguinitatis conscius, super cuius 89) coniugio quæstio non movetur. Secunda vero assertio per oraculum d [*fel. rec.*] Clementis papæ [*prædec. n.*] fulcitur. A quo cum fuisset quæsitum, virum, muliere quadam quendam in virum petente, qui, vt eam repelleret, exceptionem consanguinitatis obiecit, prius esset de impedimento consanguinitatis agendum, quam super matrimonio sententia proferretur; sic inquisitioni factæ respondit, quod, cum, exceptione probata, principalis quæstio perimatur, prius est cognoscendum 90) de ipsa, quam ad diffinitionis articulum procedatur: cum etiam in multis casibus restitutio differatur, secundum canonicas sanctiones. Opinioni autem vltimæ videtur non incongrue adaptari, vt in gradibus consanguinitatis diuina e lege prohibitis restitutioni 91) aditus præcludatur; sed constitutione 92) interdictis humana, restitutio locum habeat cum effectu: cum in illis dispensari non possit, et 93) in aliis valeat dispensari 94), sicut B. Greg. 95) et multi alii dispensarunt 96). Vnde non peccat, qui in hoc articulo ad mandatum ecclesiæ reddit debitum coniugale. Nos autem ad præsens nullam de prædictis sententiis reprobamus; nec cuiquam earum aliquod præiudicium ex nostra responsione volumus generare 97): quamuis præscriptum Lucii papæ mandatum ad possessorium, responsum vero [*patris et prædecessoris nostri*] Clementis ad petitorium referatur. Porro cum mulier [*ille*], quæ consanguinitatis habet notitiam, præsertim in gradibus, quos lex f diuina prohibuit, non possit huiusmodi viro sine mortali peccato carnaliter commisceri; quoniam omne, quod g non est ex fide, peccatum est; et quicquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam; frustra in tali casu adiudicaretur restitutio spoliato; cum illa contra Deum non debeat in hoc iudici obedire, sed potius excommunicationem humiliter sustinere. Sicque difficultas occurreret quasi perplexa: quia propter 98) sententiam oporteret eam reddere debitum, et propter conscientiam [*debitum*] reddere non deberet. Vnde contingeret eos grauiter impediri; et vtrique laqueus pararetur: cum inter se carnaliter coniungi non possent, nec alter 99) alteri matrimonialiter copulari. Propterea melius [*nobis*] videtur, quod, cum opponitur consanguinitas, præsertim in gradibus diuina 100) lege prohibitis, et probationes offeruntur in continenti paratæ, in ceteris [*quidem*] adiudicanda sit restitutio, sed ad maiorem cautelam iuramento recepto, quod talis obiectio maliciose non fiat 1), sola, quoad commixtionem carnalem, nisi tunc h fama consentit, est restitutio differenda, donec, auditis probationibus et discussis, caussa sine diffugio terminetur: cum vtrique sit melius taliter expediri, quam manere taliter 2) impeditos. Quod si non habeat probationes in continenti paratas, sed dilationes expectat h longiores; quia præsumitur i contra eam, quæ sine iudicio ecclesiæ sua tantum 3) temeritate recessit a viro; ad restitutionem plenariam ecclesiastica debet censura compelli, quam k tamen ipsa tori negando consortium, debet humiliter tolerare, donec probationes offerat præparatas: et tunc absolutione petita, secundum formam ecclesiæ absoluetur 4). Sed antequam fiat ei 5) mandatum sub debito iuramenti: receptis probationibus procedatur 6), quemadmodum est præmissum. Si vero tanta sit viri sævitia, vt mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri; non solum non debet 7) ei 8) restitui, sed ab eo potius amoueri l: alioquin sufficienti, si fieri potest, securitate prouisa, profecto videtur coniux ante caussæ cognitionem restituenda marito 9).

82) *Sunt*, C. H.
83) *Esse faciendam*, C. R. 1.
84) Intelligit *c.* 10. *X. h. t.* ad quod prouocabant ex *prima compilatione antiqua*, aduersarii vero allegabant CLEMENTIS III. rescriptum in *c.* 1. *X. de ord. cognit.* relatum. Denique mediam viam incedentes laudabant decretum GREGORII M. relatum in *c.* 20 *C. XXXV. q.* 2. et 3. quod tamen admodum corruptum esse, *ibidem* in notis ubiecimus.
85) Pron. *sibi*, non exstat in C. H. et L.
86) *Harum*, est in cit. c.
87) *Impugnare*, C. H.
88) *Nec contra conscientiam soluere teneatur*, C. R. L. ed. ant. et c. cit.
89) *Eius*, C. H.
90) *Prius enim cognoscendum est*, ed. ant.
91) *Restitutionis*, cit. c.
92) *Sed in gradibus constitutione interdictis humana* etc. C. L.
93) *Sed*, pro *et*, est in cit. c.
94) *Dispensare*, C. H.
95) vocabula: *Beatus Gregorius*, ad litteram expressa legimus in C. L. et ed. ant.
96) *Dispensauerint*, c. cit.
97) *Generare*, C. L. et ed. ant.
98) *Per*, C. H.
99) *Alter*, deest in C. L. et cit. c.
100) *A diuina*, C. H.

1) *Opponatur*, ibid.
2) *Manere taliter*, C. H. et L.
3) Vox: *tantum*, deest in C. H.
4) *Absoluatur*, C. R. 1.
5) *Illi*, C. H. L. et c. cit.
6) *Procedetur*, C. H. L. et c. cit.
7) *Non debetur*, C. L.
8) *Illi*, C. e. H. L. ed. ant. gloss. et cit. c.
9) *Viro*, C. R. 1.

CAP. XIV.

Per solam traductionem mulieris ad domum viri factam, non præcedentibus sponsalibus, vel nuptiis, non acquiritur possessio: vnde ea recedente propria auctoritate, non competit restitutio

IDEM INNOC. III. *Vulterano* 10) *episcopo*. (ann. 1200. *Romæ in Campan.*)

Ex parte M. mulieris tuæ propositum [*coram nobis*,] quod, cum eam [*adhuc*] intra pubertatis tempora 11) constitutam, [*quidem*] patruus suus filio H. 12) Senen. ciuis, nondum VII. annorum, [*in*] matrimonio voluerit 13) copulare, ac eadem traducta fuerit in domum 14) [*eius*] eiusdem, ipse, ex quo ad nubiles annos peruenit 15), ratum nolens habere, quod a patruo suo circa hoc procuratum fuerat, a [*ven. f. n.*] Senen. episcopo nubendi alii licentiam postulauit. [*Cumque partes idem episcopus citasset, et præfata M. per procuratorem idoneum in iudicio compareret, quærens possessionem, et res alias restitui sibi dotis nomine pro se datas, et pars altera restitutionem peteret mulieris eiusdem, asserens eum non posse per alium caussam agere, sed debere ipsius tractatui personaliter interesse: præfatus episcopus dubitans, quid super his statuere posset de iure, prout nobis suis litteris intimauit, processu negotii supersedit.*] Quia igitur non credimus ambigendum, quin ipsa mulier, quamuis minor [*esse dicatur et*] caussam possit matrimonii per procuratorem 15*) tractare, ac pars alia, quæ mulieris restitutionem sibi fieri prius postulabat 16), restitui nequaquam debeat, vtpote 17) nullo iuris seu possessionis [*est*] commodo destituta; cum per solam traductionem [*prædictam*,] quam non præcesserunt sponsalia, vel consensus legitimus, nec fuerunt 18) etiam subsequuta, nullum inter eos obligatorium vinculum sit contractum: [*vt finis litibus imponatur, f. t. per A. S.*] mandamus, quatenus, si est ita, non obstantibus exceptionibus supradictis, [*partibus conuocatis*,] audias, quæ hinc inde partes 19) duxerint 20) proponenda, et quod canonicum fuerit, app. remota, decernas.

10) *Vulteran.* C. R. 1. ed. ant. *Vulcan.* vtrumque erroneum.
11) *Annos*, C. R. 1.
12) *H.* C. R. et L. sed H. habet: *R.* et in c. 4. comp. 3. h. t. *H.* [prorsus omittitur.
13) *Voluit*, ed. ant.
14) *Domo*, C. H.
15) *Peruenerat*, legitur in ed. ant.
15*) Ratio dubitandi erat, quod virgo adhuc minorennis esset, quæ procuratorem sine *curatore* constituere non posset, quem tamen non desiderabant caussæ matrimoniales, quod etiam definitum est in *c. f. de iudic.* in 6.
16) Verb.: *quæ mulieris - - postulabat*, desiderantur in cit. c. sed *postulantis*, habet C. H.
17) *Qua*, est in cit. c.
18) *Fuerint*, C. R. 1. et L. sed in c. cit. legimus: *nec fuerit etiam subsequutus*.
19) Dictio: *partes*, omittitur in cit. c.
20) *Duxerunt*, legitur in C. L.

CAP. XV.

Interdictum vnde vi, non competit contra illum, qui non spoliauit, nec spoliari mandauit, nec spoliationem ratum habuit.

IDEM. *archiepiscopo Mediolanen. et præposito canonicæ Petron.* P. P. (ann. 1200. *Romæ in Campan.*)

Cum p ad sedem apost. accessissent [*olim A. ven. f. n.*] Cuman. episcopi, et [*frater G. dil. fil.*] fratrum hospitalis Hierosol. procuratores,

a *C. ex conquestione. supra eod.* b Videretur periculum expugnare. c Nec contra conscientiam soluere teneatur. d *Intelleximus supr. de ord. cogn.* e *Olim, ob hominum raritatem, tantum inter filium et matrem, patrem et filiam vetitus erat coniugalis nexus lege diuina.* f *Vid. Leuit.* 18. et 8. qu. 1. g *Rom.* 14.

h Expectat. i *al.* hic præsumitur. k *scil.* censuram. l *In hunc locum vide abbatem.* m Vulteranensi. n *C.* 4. *eod. tit. in* 3. *compil.* o *Vid. l. qui vniuersas. ff. de acquir. possess.* p *C.* 5. *eod. tit. in* 3. *comp.*

ras, [*et instrumenta nobis et acta caussæ, quæ super ecclesia et hospitali de monte Cinara inter eos agitabatur, prout gesta fuerant, in præsentia ven. f. n. Papien. episcopi, qui ex delegatione nostra de caussa cognouerat, præsentassent: nos, diligenter inspectis, quæ coram eodem episcopo acta fuerant, habere ea decreuimus pro infectis, cum constiterit nobis, eum in caussa ipsa iudicem non fuisse, sicut ipsemet ad vltimum recognouit, et eodem dilecto filio,*] abbati de Accon. 21) caussam, quæ super 22) ecclesia et hospitali de monte Citano 23) inter eos vertebatur, [*de assensu partium*] taliter duximus committendam 24), vt audiret omnia tam ad possessorium, quam ad petitorium iudicium pertinentia, quæ vtraque pars duceret proponenda, et caussam ipsam fine debito terminaret. Coram quo [*post*] procurator hospitalis [*Hierosol. ecclesiam et hospitale*] prædicta cum 25) possessionibus et pertinentiis suis, quæ [*iniuste*] tenebat [*dictus Cumanus*] episcopus sibi restitui postulauit 26), asserens, illa 27) de iure ad hospitale a Hierosolym. spectare, et quod ipsa diutius possedisset 28). Ad quæ 29) respondit procurator episcopi, se nec scire 30), nec credere, supradicta [*vnquam*] ab hospitali [*Hierosol.*] possessa, vel ad illud aliquatenus pertinere, quæ Cumanen. episcopus, vtpote in sua diœcesi constituta, rationabiliter detinebat. Cum igitur 31) ad fundandam intentionem suam pars vtraque testes produceret 32): dictus abbas [*deinde vtriusque partis attestationibus, rationibus et instrumentis inspectis,*] procuratorem episcopi condemnauit ad restitutionem omnium prædictorum. [et *infra.*] Nuper autem vtriusque partis procuratoribus [*propter hoc*] comparentibus coram nobis, [*prioris actis iudicii nobis fideliter præsentatis,*] caussam ipsam [*interdum per nos, quandoque per dil. f. n. B. tit. S. Marcelli et R. H. S. Anastasiæ presbyteros card.*] examinauimus diligenter. [*Et*] quidem per testes 33) videbatur esse probatum, quod [*Cretus*] Cumanen. episcopi nuntius cruces hospitalariis [*olim*] abstulit, inhibendo ipsis, ne ad supradictam ecclesiam vel hospitale redirent, et quod episcopus supradicta omnia possidebat 34): vnde procurator hospitalariorum petiit dictam restitutionis sententiam [*auct. ap.*] confirmari. [*Ex aduerso vero proponebatur, quod, etsi per testes forsan esset ostensum sufficienter, quod per nuntium episcopi fuerint hospitalarii spoliati, tum tamen non constiterit, quod de mandato eius hoc fecerit, vel quod episcopus ratum habuerit factum ipsius, restitutio non potuit sibi locum vendicare: quamquam constaret episcopum prædicta tenere, qui vtique ipsa de iure possidet, vtpote ad se spectantia et in sua diœcesi constituta. Sed ad hoc pars altera replicauit, quod, quamuis per dicta testium euidenter mandatum episcopi vel ratihabitio non probetur, quia tamen iudex motum animi non potuit ex aliis caussis informare, pro sententia erat merito præsumendum. His igitur et aliis intellectis, quæ vtriusque partis procuratores proponere curauerunt,*] nos b prioris acta iudicii [*quæ nobis fuerant, sicut præmissum est, plene ac fideliter præsentata, diligentius*] recensentes, quia nec per dicta testium, vel confessiones 35) partium c, cum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint, vel etiam instrumenta, quæ nullatenus de spoliatione tractabant, nec [*etiam*] per euidentiam facti nobis constare potuerit 36), quod Cumanen. 37) episcopus [*supradictus*] hospitalarios spoliauerit, vel mandauerit spoliari, vel spoliationem factam 38) saltem 39) ratam habuerit: [*de cons. fr. n.*] pronuntiauimus 40) in quæstione prædicta, interdictum Vnde vi 41), locum nullatenus habuisse, restitutionis sententiam a prædicto abbate prolatam 42), licet pars 43) aduersa d proponeret, quod præsumendum esset pro sententia iudicis, qui motum animi sui potuit ex caussis aliis informare, iustitia exigente cassantes.

21) *Acton.* C. L. sed c. 5. cit. comp. *de Arrou.*
22) Verba: *quæ super - - vertebatur*, in c. cit. non exstant.
23) *Citano*, C. H. *Ritan.* ed. ant.
24) *Taliter committentes*, habet cit. c.
25) *Prædictæ ecclesiam et hospitale cum*, C. H.
26) *Postulabat*, C. B. 1. H. et cit. c.
27) *Supra dicta omnia*, cit. c.
28) *Ac ea diutius possedisse*, ibid.
29) *Ad hoc*, ibid.
30) *Nescire*, C. B. 1.
31) *Cum ergo*, C. B. H. L. et cit. c.
32) *Produxerit*, C. B. H. L. ed. ant. et cit. c.
33) *Equidem per testes idoneos*, C. H. *et quidem*, L. et ed. ant.
34) *Possideret*, C. B. 1.
35) *Confessionem*, cit. c.
36) *Poterat*, C. H. sed *potuit*, cit. c.
37) *Cumanus*, C. L.
38) *Factam*, desideratur in C. L. et cit. c.
39) Vox: *saltem*, abest a C. H.
40) *Pronuntiamus*, edit. ant.
41) Vnum tantum remedium recuperandæ possessionis INNOCENTIVS III. admisit, nec plura in caussa spolii obtinere censuit, quæ postea interpretes finxerunt, magno numero relata a MENOCHIO in *tract. de remed. possess.* Nam nec remedium ex c. *redintegranda* diuersum esse ab *interd. vnde vi* liquet. Quamuis vero pontifices plura noua principia ex interpretum doctrina assumserint in caussa spolii: in hoc tamen a iure ciuili non discessit INNOCENTIVS III. quod hoc interdictum tantum detur contra spoliatorem, non tertium possessorem, quam sententiam tamen in c. 18. *h. t.* postea declarauit.
42) *Latam*, C. H. habet cum cit. c.
43) Verba: *licet pars - - - informare*, in c. cit. non leguntur.

a *Id est, ad fratres hospitalarios. Iidem dicuntur milites Rhodienses, et nunc de Malta. vide Cass. in cat. glor. mund. part. 9. cons. 4. et S. Anton. 2. p. hist. tit. 15. c. 20.* b *al.* Nos igitur. c *Vid. l. admon. C. de probat. et l. 1. C. de confess.* d Altera.

CAP. XVI.

Exceptio inopiæ, de qua constat, a clerico opposita, impedit executionem sententiæ, etiam latæ in possessorio. H. d. comprehendendo mentem litteræ, et veram lecturam.

IDEM INNOC. III. (*ann. 1200. Romæ in Hispaniam.*)

II. Olim vobis e dedisse meminimus in mandatis, vt [*ven. fr. n.*] Oueten. 44) f episcopum ad debitam partis restitutionem [*pertis*] Zamorinen. 45) diœcesis, quam tenebat, eum inde 46) perceptis fructibus cogeretis restituere. [*et infra.*] Verum quoniam 47) inanis est actio, quam inopia debitoris excludit g: mandamus, quatenus non prius 48) episcopum ad restitutionem fructuum compellatis, quam ipse fuerit taliter restitutus, vt restituere possit, quod percepit 49) de prouentibus alienis.

44) *Ouetinen.* ed. ant.
45) *Carnoten.* C. H. *Camoren.* L. sed ed. ant. *Amoren.* et c. 1. comp. 4. h. t. *Zamoren.*
46) Vox: *inde*, non exstat in C. H. L. ed. ant. et cit. c.
47) *Quia*, legitur in cit. c.
48) Vnde palam est, etiam in *exceptione spolii*, spoliatori, diuersa actione contra spoliatum agente, oppositæ idem esse seruandum, vt propter inopiam spoliatoris, restituta possessione, reus actioni propositæ respondere teneatur, nec reus audiendus sit, exceptione spolii nondum plenarie restituti: quia actor ob inopiam de fructibus satisfacere spoliato statim non poterit.
49) *Perceperat*, C. B. 1.

CAP. XVII.

Per excommunicationis probationem non probatur quasi possessio iurisdictionis; licet aliquibus diebus fuerit obseruata: ideo petens restitutionem, hoc solo probato, succumbit. Hoc dicit, quoad intellectum.

IDEM h abbati S. Genouefæ Parisien. 50) (*ann. 1205. Romæ in Galliam.*)

III. Olim i inter te pro abbatia tua, et [*ven. fr. n. O.*] Parisien. episcopum, nomine Parisien. ecclesiæ, super possessione iuris parochialis in parochia de Monte, quæstione suborta: [*et infra.*] Nos attendentes, quod, ex eo solo, quod populus prædictæ 51) parochiæ, timore sententiæ suæ per aliquot 52) dies abstinuit a diuinis, nullam in eos iuris parochialis possessionem idem 53) episcopus fuerit assequutus, nec fuerit 54) aliquo modo probatum, quod, eo tempore, quo sententiam ipse protulerit 55), possessionem in ipsis iuris parochialis haberet, vel prius etiam habuisset k, restitutionem ei 56) adiudicare de iure nequiuimus: cum ipsum non constiterit spoliatum [*fuisse.*]

50) Verba: *abbati S. Genou. Paris.* desiderantur in C. B. 1. H. L. ed. ant. et c. 2. comp. cit. 4.
51) *Dictæ*, C. B. 1. et H.
52) *Aliquot*, C. H.
53) Pron. *idem*, non exstat in C. H.
54) *Fuit assequutus, nec fuit*, C. H. et L.
55) *Protulit*, C. B. H. L. ed. ant. et gloss.
56) *Eis*, legitur in ed. ant. sed neutrum est in cit. c.

CAP. XVIII.

Recipiens scienter rem inuasam a spoliatore, tenetur cum spoliato restituere: licet non probet dominium.

IDEM in concilio generali. [*constit. 39.*] l (*ann. 1216. Romæ.*)

Sæpe contingit m, quod spoliatus [*iniuste*] per spoliatorem in alium re translata, dum aduersus possessorem non subuenitur per restitutionis beneficium eidem 57) spoliato, commodo possessionis amisso, propter difficultatem probationum, iuris 58) n proprietatis amittit effectum. Vnde, non obstante iuris ciuilis rigore 59), sancimus, vt, si quis de cætero scienter rem talem receperit 60) o, cum spoliatori quasi succedat in vitium, eo quod non multum intersit, quoad periculum animæ, iniuste detinere, ac p inuadere alienum, contra possessorem huiusmodi, spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

57) Pronom. *eidem*, a C. B. H. L. ed. ant. et c. 3. comp. cit. 4. h. t. abest.
58) *Ius*, C. L.
59) Non adeo ius ciuile reclamare videtur, quia, qui rem, spolii vitio affectam, recipit scienter, collusisse cum spoliatore, imo ratihabuisse spolium videtur. Alienus ergo fuit pontifex prorsus ab illorum interpretum sententia, qui ex c. *redintegranda* agi posse censuerunt contra tertium, etiam b. f. possessorem, quia quod nequidem hac decretali nouum remedium in caussa spolii construere, sed tantum interdictum *vnde vi* declarare, illisque contradicere voluerit, qui remedium spolii contra quemuis possessorem extenderent.
60) *Accepit*, C. B. 1. sed C. B. 2. *recepit.*

e *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* f Ouetensis et Zamorensis episcopatus in Hispania sunt. *Vid. Ioan. Vasæum in ann. Hispan. cap. 21.* g *Vid. l. num 21. ff. de dolo.* h *Deest in edit. Rom.* i *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* k *Semel possidens, semper præsumitur possidere.* l Later. *sub Innocent. III. cap 43.* m *Cap. 3 eod. tit. in 4. compilatione. Quænam remedia huius capitis, et quando et quibus competant, tradit Matth. Afflict. decis. 250. Prosdoc. Pap. in tit. de forma lib. in caussa spoliata possessionis.* n *al.* ius. o Acceperit. p Aut inuadere alienum.

CAP.

CAP. XIX.

Occupans certum locum, in quo quis iura libere possidebat, si per ipsius occupationem non potest possessor sua iura libere possidere sicut prius, conueniri potest possessorie pro libertate possidendi: et restitutio fieri non potest, nisi dimittat locum in pristina libertate. H. d. valde singulariter,

GREGORIVS IX. *episcopo Lucan.* a (*ann.* 1232. *Roma in Tusciam.*)

Pisanis ac Lucanis ciuibus per grauem discordiam, quam diu inter se habuerant, afflictis grauiter et attritis: [*et infra.*] P. subdiacono nostro dedimus in mandatis, vt, possessione, quam in quibusdam castris constat Lucanam ecclesiam habuisse, sibi prius plene ac libere, sicut tempore motæ discordiæ 61) habuerat, restituta, et super ea, de qua dubietas orietur, sufficienti cautione recepta, quod iuri coram nobis prædicti Pisani parerent, prolatas pro occupatione castrorum ipsorum in eos sententias relaxaret. [*et infra.*] Pisanis igitur asserentibus, quod per te stabat, quo minus tibi iuxta mandatum nostrum fieret restitutio, et instanter petentibus, vt dictas sententias præfatus subdiaconus relaxaret, ipse 62), receptis cautionibus de parendo iustitiæ coram nobis, sententias relaxauit easdem: propter quod tu 63) reputans te grauatum, ad nostram præsentiam accessisti, impugnaturus processum subdiaconi sæpe dicti. [*et infra.*] Porro duo in nostro continebantur mandato, vt videlicet possessio, quam constabat Lucan. ecclesiam habuisse tempore motæ discordiæ, prius restitueretur eidem, et vt eiusdem possessionis restitutio fieret plene ac libere, sicut eam habuerat tempore supradicto: quorum primum ad factum, alterum vero referebatur ad modum. Vnde licet, prout pars Pisanorum dicebat, in facto mandati formam subdiaconus ipse adimplere nequiuerit, quia non poterat facere tibi restitui possessionem castrorum, de qua non constabat eidem b, nec etiam, secundum quod tu ipse dicebas, affictuum 64) et pensionum possessio poterat tibi restitui, quia ea non fueras spoliatus; fuit tamen in modo peccatum: quia debuit facere, vt Pisani 65) possessionem pensionum et affictuum, quam per eorum confessionem constabat 66) te in castris prædictis habere, tibi dimitterent plene 67) ac libere, sicut ecclesia tua illam habuerat tempore motæ discordiæ. Quod quidem esse non poterat, nisi Pisani castra ipsa 68) omnino dimitterent: quia illis detinentibus castra et munitiones castrorum, in quibus dictas pensiones recipis et affictus, ea plene ac libere habere non posses, sicut habebas, quando ipsi castra eadem 69) minime detinebant, eo, quod, quamdiu ea detinent, in eorum potestate relinquitur, te non admittere vel repellere, quando velint c. His ergo 70) diligenter auditis, processum huiusmodi de fratrum nostrorum consilio irritum iudicamus 71).

61) Intelligit discordiam, inter *Gibellinos*, iura imperii defendentes, quorum castra Pisani sequebantur: et *Guelphos*, pro ecclesia contra imperium militantes, quorum in numero Lucani erant.
62) *Et ipse*, C. H.
63) Pronomen: *tu*, a C. B. 1. abest.
64) *Affictum* Itali vocant *censum* ratione prædiorum soluendam, quod ex caussa varia fieri potest. Vnde *affictare*, idem est quod *locare*.
65) In ed. ant. pro *Pisani*, legitur *ipsum*.
66) *Constat*, C. B.
67) *Vt plene*, C. B. 1.
68) *Illa*, C. L.
69) Pron. *eadem*, a C. H. abest.
70) *Igitur*, C. H.
71) *Iudicantmus*, C. B. 2.

TITVLVS XIV.
DE DOLO ET CONTVMACIA.

CAP. I.

Reus, qui mittendum in possessionem ad mandatum iudicis non admisit, non mulctabitur de canonica æquitate, si intra annum caueat stare iuri. H. d.

ALEXANDER III. *Herforden.* d *episcopo.* (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

Ad hæc 72) cum e contingat, actorem multoties mittendum esse in possessionem caussa rei seruandæ, propter absentiam partis aduersæ 73), et per eius 74) dolum, siue potentiam non possit 75) [*actor*] rem custodiendam nancisci, ac imminente fine anni, reus, ne possessionem amittat, debitam offerat cautionem 76): cuiusmodi sit pœna [*reus*] mulctandus, quia iussioni non paruit 77) iudicis, a nobis tua fraternitas requisiuit 78). Ad quod dicimus, quod in ecclesiasticis personis et negotiis rigor et districtio iuris non requiritur 79). f [*nec exercetur:*] sed, cum iustitia propter hoc non periclitatur, patienter [*tolerari et*] admitti debet, cum reus per cautionem 80) standi iudicio 81) se adstringit. 82)

72) *Ad hoc*, C. L. et ed. ant.
73) *Alterius partis*, c. 2. comp. 1. h. t.
74) Vox: *eius*, non habetur in cit. c.
75) *Potest*, C. H.
76) *Reus offerat cautionem, vt possessionem recipiat*, legimus ibid.
77) *Paruerit*, secundum C. H.
78) *Inquisiuit*, ed. ant. sed ipsa verba in cit. c. ita se habent: *qui iussioni non paret iudicis, a nobis t. fr. postulasse.*
79) *Requiratur*, C. B. 1. legit.
80) *Cautione*, est in cit. c.
81) *In iudicio*, C. L.
82) *Adstringat*, C. B. et L.

CAP. II.

Propter contumaciam rei potest iudex rem petitam sequestrare, et ipsum contumacem in expensis condemnare, quas propter ipsius contumaciam vel dolosam exceptionem actor fecit. Hoc dicit. Panorm.

EIDEM *Abbati de Ramesf.* 83) *et archidiacon. Helien.* (*ann.* 1180.)

Ex litteris g vestris [*ad nos directis*] accepimus, quod, cum vobis 84) caussam, quæ inter [*dilectos filios nostros*] monachos de Krollen. 85) h et canonicos Linconen. [*nec non etiam Geruasium clericum*] super ecclesiis de V. et M. vertitur 86), duxerimus 87) committendam, et 88) canonici citati legitime 89), [*aliquando coram vobis apparuissent, et interdum nec venire, nec responsalem mittere voluissent,*] se [*scilicet*] contumaciter absentauerint 90), vos 91), licet monachi essent 92), ob contumaciam adversæ partis in possessionem rerum petitarum 93) mittendi, intuitu tamen religionis [*suæ*] cum eis mitius agere volentes, possessionem sequestrari fecistis: vt sic saltem canonici affecti tædio, stare iudicio cogerentur. Tandem [*vero, partibus in vestra præsentia constitutis, et memoratis*] monachis ecclesias sibi restitui postulantibus, canonici responderunt 94), auctoritatem vestram penitus exspirasse, eo, quod [*a nobis*] ad alios iudices litteras impetrarunt 95), quæ præiudicare prioribus videbantur. Verum quoniam 96) in posterioribus litteris non fuit mentio facta priorum, nec in eis 97) nomina continebantur ecclesiarum, quæ in prioribus posita fuerant, sed i indefinite 98) dicebatur, super quibusdam ecclesiis: nos attendentes, malitiam et dolum nulli patrocinari debere, [*et nolentes tantam illusionem impunitam relinquere, d. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus [*cum exinde requisiti fueritis, partem in vestram conuocetis præsentiam, et*] prædictam 99) k caussam secundum formam priorum litterarum, non obstantibus posterioribus 100), terminetis 1), expensas, quas propter hoc monachi fecisse noscuntur, eis a canonicis restitui facientes. 2)

83) Ita etiam habent C. B. 2. edit. ant. et gloss. *Ramese*, legentes. *Ramesse*, vero C. L. et H. denique c. 2. comp. 1. h. t. *Ramesen.* Sed legendum esse *Ramisiens*, observat GONZAL. quod *Ramesia* in pago Lincoliensis diœceseos sita sit. Iam hoc monasterium exstructum a S. OSWALDO archiepiscopo Eboracensi, cuius vitam descripsit EADMERVS relatus a WHARTONIO in *Anglia sacra*, vbi p. 199. vocatur *Ramesiia* locus monasterio deputatus, et ipsum monasterium p. 201. *Ramesiense.*
84) Pronomen: *vobis*, a C. B. 1. et B. abest.
85) *De Sorell* C. B. 2. sed C. B. 1. *de Esel. ex vna parte*, et H. *de Rolis*, L. *de e. Zullis*, in cit. c. *de Trosl.*
86) *Vertitur ex altera*, secundum C. B. 1. sed mire hic variat cit. c. nimirum sequenti modo: *de V. et M. agitari dignoscitur, commisissemus sub certa forma diffiniendam, et canonici* etc.
87) *Duximus*, C. L.
88) Copula *et*, non exstat in C. L.
89) *Litterarum nostrarum auctoritate*, legimus in cit. c. pro *legitime*.
90) *Absentarunt*, C. L. *absentantes*, cit. c.
91) *Et vos*, C. L. sed in c. cit. pron. *vos*, prorsus omittitur.
92) *Essetis*, legitur in c. eod.
93) Dictiones *rerum petitarum*, in cit. c. non exstant.
94) *Responderent*, habet ed. ant.
95) *Impetrarunt*, C. H. cum cit. c.
96) *Vnde quoniam*, C. B. 1. et cit. c.
97) Verba: *in eis*, a C. B. 1. H. cit. c. et ed. ant. absunt.
98) *Indefinite*, C. B. 2. Est vero hæc vox a manu aliena addita.
99) *Prædictam*, C. H. L. et cit. c.
100) *Non obstantibus vero*, C. B. 1. sed c. cit. loco harum dictionum habet: *omni contrad. et app. cess.*
1) *Diffiniatis*, est in cit. c.
2) In fine cit. c. ita variat post vocem *diffiniatis*: *et canonicos, qui ausi fuerunt mandatum nostrum eludere et per subreptionem huiusmodi litteras impetrare, quod nuntius eorum plenius recognouit, ad victum et pœnam alterum expensam, quam nunc monachi ad nos mittendo fecerunt, eis, remoto appell. obst., reddere compellatis.*

CAP. III.

Actore contumace, testes recipi, et sententia ferri debent, etiam lite non contestata, reo instante. Hoc dicit, secundum communem intellectum.

IDEM *Exon. et Vintonien.* l *episcopis, et abbati Herforden.* 3) m (*ann.* 1160. *Roma in Angliam. Conf. c. 4. Comp. 1. Qui filii sunt legitimi.*)

Caussam, quæ inter F. et R. Filium Agathæ de natiuitate ipsius A. vertitur, vobis, fratres episcopi, et Londonen. episcopo commisimus terminandam. [*et infra.*] Cæterum, si aduersarius suus legiti-

3) *Forden.* legitur in c. 4. comp. 1. Qui filii sunt legit. Vide supra de officio et potest. iud. del. c. 17. vbi integrum cum variantibus exstat capitulum.

---

a Gregor. episcopo Lucensi. b *Vid. l. diligenter. ff. mandati.* c *Vid. Abbat. et Felin. in hunc locum.* d *al.* Herford. *alii* Elforen. e *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lateran. sub Alexand. III. part. 3. c. 1.*

f *Vid. l. vnicam. ff. si quis ius dicent. non obtemp.* g *Post conc. Lateran. sub Alex. III. p. 41. c. 6. et c. 2. eod. tit. in 1. comp.* h Crollen. *al.* Erollis. i Sed tantum indefinite, etc. k *al.* præscriptam. l Vigorn. m *al.* Farden.

me

me a citatus, ad præsentiam vestram accedere, vel iudicio vestro parere contempserit, aut etiam se absentauerit, cum de Anglia recessisse dicatur, procuratorem eius, si quem reliquerit, conuocetis: qui siue venerit, siue non, aut si procuratorem non dimisit, denuntiationibus ad domum eius missis, receptis testibus alterius partis, iuxta dictam formam ad proferendam sententiam procedatis. b

CAP. IV.

Si reus post litem contestatam est contumax; si alias liquet de caussa, fertur diffinitiua sententia: si non liquet, actor in veram possessionem inducitur.

VRBANVS III, *de Noua loca, et de Viger.* 4) *prioribus.* c
(*ann.* 1186.)

Prout nobis d [*vestris litteris annotastis: etc. et infra.*] Reum, quia 5) e contumaciter a præsentia vestra recesserat, iuratoriam coegistis exponere cautionem, quod coram vobis 6) [*per omnia*] iuri pareret. Cumque die præfixa vestro se conspectui præsentasset 7), prætextu aduocati, quem non habebat, respondere solita malitia recusauit. Tandem actore instante, respondit, quod quadraginta annis decimas, de quibus 8) erat contentio, percepisset: variisque postmodum excusationibus vtens, in vocem appell. prorupit, et contumaciter, iuramento contempto, recessit. Ideoque [*vobis præc.*] mandamus, quatenus ad conuincendam f eius malitiam, semel eum ad præsentiam vestram conuocetis, et, si venerit, [*audiatis, quæ fuerint proponenda, et appellatione cessante*] finem imponatis negotio competentem. Quod si [*vocatus*] venire contempserit: [*vos nihilominus*] caussam, vtpote litem, quæ ingeritur, contestata, diffinitiua sententia terminetis 9), vel præsenti saltem adiudicetis possessionem, seruata duntaxat quæstione proprietatis absenti.

4) *De loge*, C. R. 1. sed C. R. 2. *de Viagen.* C. L. et *Vigerit.*
5) *Qui*, C. H.
6) *Iustitia ecclesiastica*, habes c. 4. samp. t. h. 1. pro: *coram vobis.*
7) *Præsentarat*, C. H.
8) Cit. c. hoc loco ita variat: *actore instante, praedictus reus prætextu aduocati quem non habebat, respondere -- renuisset excepto, quod interrogatus ab actore quotannis decimas, de quibus -- percepisset, respondit XL. pluque variis excusationibus vtens etc.*
9) *Et post probata per idoneos testes caussa*, addit C. L. post vocem: *terminetis.*

CAP. V.

Qui fundata intentione actoris exceptionem peremptoriam obiicit, quam non probat in continenti, sed accipit inducias, si defecerit in probando; condemnatur in continenti, diffinitiua non exspectata, in expensis, ad soluere cogitur: quod si non potest, punietur in corpus secundum arbitrium iudicis. H. d. notab. ille text. secundum lecturam, quæ placet Panorm.

INNOCENTIVS III, (*ann.* 1206. *Romæ.*)

Finem litibus g cupientes imponi, ne partes vltra modum grauentur laboribus et expensis h, præsertim cum de beneficiis [*vel officiis*] ecclesiasticis litigatur, quæ sine dispendio diu vacare non possunt, præsenti decreto statuimus, vt, postquam intentionem suam altera pars fundauerit, si reliqua 10) forte voluerit legitimam exceptionem opponere, quam nolit i, aut nequeat in continenti probare, quia frequenter ad impediendum, vel differendum processum, exceptiones huiusmodi per excogitatam malitiam opponuntur, ad soluendas alteri parti 11) moderatas expensas extunc in iudicio faciendas, cum acceptis induciis, si forsitan in probatione defecerit 12), condemnetur. Et si soluendo non fuerit, alias 13) k secundum arbitrium discreti iudicis puniatur: vt hoc saltem timore perterritus, non facile quis in grauamen alterius falsas exceptiones opponat.

10) *Reliqua pars*, C. R. 1.
11) Vox: *parti*, deest in C. H.
12) *Defecerint*, C. H.
13) *Aliter*, C. R. 1.

CAP. VI.

Citatus ad totam caussam, certo termino ad comparendum assignato, tenetur comparere in termino; et dato impedimento in termino, debet comparere quam citius potest post terminum: alias condemnabitur in expensis a tempore citationis emissæ.

IDEM *Prænestinen.* 14) *episcopo, apost. sed. leg. et decano Brinen.* 15)
(*ann.* 5169. *Romæ in German.*)

Cum dilecti l filii [*magister S. Leodien. et H. Lundunen. canonici*] nuntii [*dil. fil. H. dicti*] Leodicen. 16) m electi pro eo [*quondam*] ad sedem apostolicam accessissent, [*dil. fil. L.*] archidiac. et H. canonicus Leodicens. ecclesiæ 17), nomine suo et quorundam concanonicorum 18) n suorum [*L. archid. H. cantoris, L. præpositi sancti Petri et quorundam aliorum.*] quorum litteras [*super eodem negotio*] exhibuere 19) de rato, [*ad nostram postmodum præsentiam venientes*] contra eundem electum 20) quædam crimina proponebant, per quæ nitebantur eum ab electione [*Leodiensis ecclesiæ*] repellere, vt indignum: [*et infra.*] Quamuis autem ex eo, quod idem electus 21) a grauamine aduersæ partis appellauerit 22) et appellationem non fuerit 23) [*interpositam*] per sufficientes procuratores o, cum possit 24), illis prosequentibus, prosequutus, non leuis exorta esset suspicio contra eum: volentes tamen [*in omnibus*] iuris ordinem obseruare, ipsi 25) [*districte præcipiendo*] mandamus 26), quatenus vsque 27) ad dominicam, qua cantatur: *ego sum pastor bonus*, [*transactam*] per se, vel per procuratorem sufficientem, [*sufficienter instructum, ne postmodum per dilationes vel occasiones quaslibet subterfugere videretur examen,*] ad præsentiam nostram accederet, super prædictis omnibus responsurus: alioquin, cum assignaremus ei pro peremptorio 28) terminum supradictum, sciret, quod, quantum de iure possemus, procederemus extunc in negotio memorato p. Exspectantibus igitur aduersariis [*eius apud apostolicam sedem,*] ipsum diu q [*etiam*] vltra terminum duximus exspectandum: sed ipse [*nec venit, nec sufficientem procuratorem*] direxit, [*sed*] simplicem solummodo nuntium excusationis [*suæ*] litteras afferentem 29). Scribebat enim, quod [*prædictum magistrum S. suum*] nuntium, cui [*nos,*] cum a nobis recederet, iniunximus viua voce, vt citaret eundem, sero receperat: vnde non poterat, tum propter termini breuitatem, tum propter viarum discrimina, nostro se conspectui præsentare. Sed contra hoc faciebat 30), quod, sicut excusatorem [*ad nos*] direxerat, sic dirigere potuerat r responsalem 31): cum ei non fuisset iniunctum, vt ad caussam in propria persona duntaxat veniret, sed vel ipse 32) accederet, vel procuratorem idoneum destinaret. Præterea cum mandatur alicui, vt ad certum terminum se iudici repræsentet 33): duo sub hac forma mandantur, vt ad iudicem veniat, et ad diem sibi præfixum accedat. Vnde si venire non possit ad diem 34) s assignatum 35): tenetur nihilominus se iudici præsentare, [*sicut ratio suggerit et legitima sanctio manifestat.*] Si enim mandatur alicui, vt alii ad certum diem certam rem exsoluat; non ideo erit a mandato solutus, si soluere nequiuerit 36) die data: imo ad solutionem, elapso etiam die solutioni præfixo, tenetur. Quapropter quia dictus electus 37) nec venerat 38), nec sufficientem miserat responsalem, ad diem sibi statutum, vel post, etiam diutius exspectatus, nec de vicino eius aduentu spes erat; vtpote qui per litteras vtcunque 39) excusauerit 40) moram suam, et calores æstiuos, et insidias sibi positas formidabat: eum [*de consilio fratrum nostrorum*] reputauimus contumacem t, et ad legitimas et moderatas expensas, quas aduersarii eius fecerant a tempore citationis emissæ, quam 40*) v extunc exspectare inceperant, ipsum curauimus condemnare, [*quod de H. præposito sancti Dionysii dicebatur interim ab aliquibus attentatum, friuolum reputantes.*]

14) *Prænestino*, C. H. et c. 2. comp. t. h. 1. *Penestrino*, L.
15) Verba: *Decano Brin.* a C. R. 1. absunt, sed C. R. 2. *Decano London*, H. *Bremensi*, L. *Barensi*, cit. c. *Ilinanea.*
16) *London.* C. R. 1. sed C. R. 2. *London.* H. cit. c. et ed. ant. per totum: *Leodiens.*
17) Vox: *ecclesiæ*, desideratur in C. L. et cit. c.
18) *Canonicorum*, C. R. 2. H. et cit. c. in L. syllaba *con.* manu aliena adiecta est.
19) *Exhibuerant*, cit. c.
20) *Contra eundem H.* ibid.
21) *Prædictus H.* ibid est loco dictionum: *idem electus.*
22) Pro verbis: *aduersæ partis appellauerit*, cit. c habet: *prædictorum archid. et Henr. et sociorum ipsorum canonicorum Leodien. sicut dicebantur ad sed. ap. appellatas*
23) *Fuit*, C. H. *fuerat*, c. cit.
24) *Cum posset*, C. L. cum cit. c.
25) *Ipsi quoque*, C. R. 2.
26) *Mandauimus*, C. R. et cit. c.
27) *Vt vique*, C. R. H. L. et cit. c. in L. vero partic.: *quatenus*, simul extat, sed punctis obiectis in signum deletionis. Sicut etiam legit ed. ant. scil. *quatenus vt vsque.*
28) *Peremtorium*, C. R. 1. sed cit. c. *peremtorie.*
29) *Deferentem*, legitur in cit. c.
30) *Pars aduersa proponebat*, legimus in cit. c. pro *faciebat.*
31) *Sufficientem responsalem*, C. R. 1. sed L. *et responsalem.*
32) *Sed vt ipse*, C. L.
33) *Præsentaret*, C. R. c.
34) *Diem sibi*, C. H.
35) Vox: *assignatum*, a C. R. 1. abest.
36) *Noluerit*, C. R. 1.
37) *Prædictus H.* cit. c.
38) *Non venerat*, C. L.
39) *Vtrumque*, C. H. et ed. ant. sed in c. cit. est: *vtrumque.*
40) *Excusauerat*, C. R. ad quod. et cit. c.
40*) *Quam*, cit. c.

a *De citatione vide Socin. reg. 71. incipiente:* citandus personaliter. b *Vid. l. consentaneum. C. quomodo et quando iud. per Bart.* c fratribus de Gileber d C. 4. eod. tit. in 1. compil. e al. ita: qui contumaciter a præsentia vestra recessit. f conuincendum. g C. 1. eod. tit. in 3. compil. h *Vid. l. 4. et ibi Bart. §. hoc autem iudicium ff. de damn. inf. et in l. ad peremptorium. ff. de iud.* i *Vid. l. qui se patris. C. vnde liberi. et l. filii mater. §. 1. ad Tertull.* k Aliter l C. 2. eod. tit. in 3. compil.

m Leodien. n al. Canonicorum. o *Vide leg. §. qui stipulatus. in fin. cum not. ff. de verb. sign.* p *Vide l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. per Bart.* q diu etiam vltra, etc. r Nuntium responsalem. s Diem sibi. t *l. 8. et ibi Bart. C. de inr. calumn. et §. eius qui. ff. de cur. fisc.* v al. quam.

CAP.

CAP. VII.

Sententia in caussa beneficiali non transit in rem iudicatam respectu superioris, quo minus possit de iuribus partium inquirere: maxime quando sententia fuit lata contra absentem, licet contumaciter, et indefensum.

IDEM *Armachano* et *Casseliensi* 41) *archiepiscopis*, a [*et episcopo Laon.*] (*ann.* 1170. *Romæ in Hiberniam.*)

Cum olim D. *b* clericus Cœlestino Papæ 42) prædecessori nostro, diuersis prælatorum Hyberniæ litteris præsentatis, se assereret in episcopum fuisse Rosceinem 43) electum, nullusque 44) appareret, qui aliquid 45) contra eum proponeret: dictus præd. n. ei [*per bon. mem. A. Albanen. episcopum*] munus fecit consecrationis impendi, [*et ad suam eum remisit ecclesiam consecratum.*] Postmodum [*vero dil. f.*] F. et G. monachi ad eiusdem præd. n. præsentiam accedentes, vterque 46) se asseruit a canonicis Roscen. 47) ecclesiæ fuisse electum, et 48) [*idem F.*] quod prædictus D. [*ad eamdem ecclesiam apud sedem apostolicam, quam*] per falsas litteras [*circumuenerat,*] fuerat 49) consecratus, [*exposuit.*] Propter quod idem præd. n. caussam [*eorum*] vobis, [*fratres, Casellen. et Laaten. episcopi*] sub ea 50) forma commisit, vt de forma et processu electionis memorati D. sollicite quæreretis, et, si eum electum canonice fuisse constaret, ipsum faceretis pacifica possessione gaudere; alioquin inter prædictos F. et G. audiretis caussam: et cuius electionem canonicam, et magis rationabiliter 51) factam inueneritis 52), [*ratione præuia,*] alterius curaretis electioni præferre, [*ut tu, frater Casellen. alterum eorum, quem rationabilior duceres confirmandum, in episcopum consecrares. Verum, sicut ex litteris vestris accepimus, cum dictæ commissionis vobis fuissent litteræ præsentatæ, iuxta tenorem earum primo de electione prædicti D. inquirere voluistis.*] Cumque 53) a vobis dictus D. 54) tertio citatus, vestro se nollet conspectui præsentare; procedentes in caussa, tam ex testimonio et populi Roscensis ecclesiæ, quam assertione [*illustris*] regis Coarciæ 56) c, et prælatorum [*ipsius*] prouinciæ, de prædicto F. electionem fuisse celebratam canonice didicistis, et eam d [*postmodum*] curauistis auctoritate apostol. confirmare: præsertim cum capitulum 57) Roscensis ecclesiæ dictum D. se non elegisse constanter assereret 58), nec de prædicti G. monachi electione aliquatenus cogitasse 59). Interim [*autem*] memoratus e D. ad apostolicam sedem accedens, [*nullam penitus de commissione prædicta, vel etiam de prædictorum electionibus faciens mentionem,*] super quibusdam aliis grauaminibus et iniuriis contra dictum F. et quosdam alios 60) litteras impetrauit. [*Ceterum eodem D. a nobis cum huiusmodi litteris recedente, fere post trium mensium spatium*] dictus F. 61) f [*monachus ad sedem apost. accessit, et*] postmodum 62) ex parte vestra nobis 63) litteras præsentauit 64), quæ qualiter a vobis in commissione prædicta processum fuerat, continebant. [*Cum fratribus igitur nostris habita super his diligenti tractatu, timentes, ne, sicut p. n. per litteras, quas idem D. ei præsentauerat, dicitur circumuentus, nos etiam circumueniri contingeret per litteras vestras, nobis ab eodem monacho præsentatas.*] Volentes igitur 65) adhuc misericorditer agere cum absente, vt eius malitia conuincatur, dictum F. [*monachum*] ad vos [*communiter*] duximus remittendum, [*f. r. per A. S. dictr. præc.*] mandantes, quatenus, [*eo*] non obstante, quod eiusdem F. 66) fuit 67) electio confirmata, sæpe dictum D. si in Hibernia poterit inueniri, legitime citetis ad caussam, et, facultate sibi defensionis indulta, [*Deum solum habentes præ oculis*] in caussa ipsa canonice procedatis. Qui si 68) inuentus, intra tres menses vestro se conspectui contempserit præsentare, ad consecrationem dicti F., omni occasione postposita, procedatis. Si autem in Hibernia inuentus non fuerit, indulto sibi vnius anni spatio, ex quo ad nos, etsi non verbo, facto tamen intelligitur prouocasse, arrepto itinere ad sedem apostolicam veniendi, dicto F. administrationem Roscensis 69) ecclesiæ in spiritualibus et temporalibus committatis 70): quo elapso, eum non differatis in episcopum consecrare. 71)

41) *Armacano et Casellen.* c. 3. cit. comp. 3.
42) *Papæ*, non legitur in C. L.
43) *Rosen.* C. B. sed H. *Rosonen.* L. vero *Rosenen.* per tot.
44) *Cum olim dil. D. clericus ad sed. ap. de Hiberniæ partibus accessisset: bon. mem. C. PP. præd. n. diuersorum prælatorum Hiberniæ litteras præsentans, quibus se asserebat in episcopum fuisse Rosen. electum. Cumque nullus*, cit. c.
45) Vox: *aliquid*, desideratur in C. L.
46) *Accesserunt, quorum vterque*, cit. c.
47) *Rosenen.* C. H. per tot.
48) *Sed*, est in cit. c. pro *et*.
49) *Fuisset*, legitur ibid.
50) *Sub hac*, C. L.
51) *Rationabilem factam*, ibid.
52) *Inueneritis*, C. B. ed. ant. Pith. et c. cit.
53) *Sed cum*, cit. c.
54) Verba: *dictus D.* non leguntur ibid.
56) In C. B. 1. *regis Scotiæ*, vitiose legitur, cum de vno ex regulis Hiberniæ, quorum plures habuit, sermo sit, vt ipse tenor huius decretalis docet. Nomen huius reguli admodum varie legitur. C. H. habet *Coarchiæ*: C. L. vero: *Coarchiata*, et edit. ant. *Coarcayæ*, C. B. 1. *Archata*. Denique GONZAL. et ALTESERRA *Corcaiæ*, legunt rectius, quia Corcaya, prouincia Hiberniæ fuit.
57) Loco vocis *capitulum*, in cit. c. legimus hæc verba: *decanus, archid. cantor, thesaurarius et totus clerus et populus Rosc. eccl.* etc.
58) *Assereret*, est ibid.
59) *Excogitasse*, habet C. L.
60) Variat hic c. cit. sequenti modo: *contra prædictos, regem et decanum Roscens. ad episcopum Corcaiens. et F. monachum quasdam litteras* etc.
61) *Eodem F.* C. B. H. L. et ed. ant.
62) Partic. *postmodum*, desideratur in cit. c.
63) Pronom. *nobis*, a C. B. 1. abest.
64) *Præsentauit*, C. B. H. L. et ed. ant.
65) Vox: *igitur*, abest a C. H. et cit. c.
66) In cit. c. tantum legitur: *eius*: omissa littera *F.*
67) *Fuerit*, C. B. 1.

68) *Quod*, C. H.
69) *Rosen.* C. H.
70) Fiduciario hæc cura erat, pendente lite, cuius exitus non adeo in propinquo erat, prouisionaliter actori ob contumaciam rei commissa, quæ termino præfixo desinere, et in proprietatem coram degenerare debuit.
71) Verba his duabus vltimis periodis comprehensa in cit. c. sequenti leguntur sensu: *Quodsi forsan in Hibernia inuentus non fuerit, indulto sibi vnius anni spatio, ex quo ad nos, etsi non verbo, facto tamen intelligitur prouocasse, arrepto itinere ad sed. ap. veniendi, dicto F. administrationem Rosensis ecclesiæ tam in spiritualibus, quam in temporalibus auctoritate freti ap. committatis. Quo elapso, cum non differatis in episcopum, sicut canonicum fuerit, consecrare. Si vero prædictus D. inuentus in Hibernia et citatus legitime infra tres menses vestro se conspectui duxerit contemnere præsentari: ad consecrationem prædicti F. sicut dictum est, omni contradictione postposita, procedatis.*

a Al. archiepiscopo et episcopo Lorin. b Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. c al. Coarcliæ. al. Coarchatæ al. Concl...æ. d al. eum. e tertium autem. f In omnibus exempl. dicto F. postmodum ex parte vestra nobis litteras præsentante, quæ, etc.

CAP. VIII.

Si proceditur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter; etiam lite non contestata testes recipi possunt, et sententia diffinitiua ferri: etiam per viam depositionis, si hoc meretur delictum.

IDEM. (*ann.* 1170. *Romæ.*)

Veritatis g est verbum organo dominicæ vocis emissum, [*quod arbor, quæ terram inutiliter occupat, digne excidi, et in ignem mitti censetur, vt terra, quæ sub vicina occupatione inutilis arboris sterilis habetur, per nouam plantationem ad fructificandum culturam recipiat congruentem. Huic nimirum arbori H. quondam Curien. episcopus non immerito comparatur, qui Curien. ecclesiam vsque modo per violentiam detinuit, et,*] sicut [*dil. fil.*] canonici Curien. [*V. S. et R. et Be. Ro. plebanus S. Georgii ex parte vestra*] in nostro auditorio retulerunt, [*quod dictus*] H. Curien. episcopus 72) ecclesiam suam 73) non solum dilapidando depressit 74), sicut publica prædicabat infamia, sed etiam 75) homicidio, incestu, aliisque criminibus polluit. [*Nos autem, vtpote quibus hæc imminent corrigenda, cum ipsi canonici vestri bono zelo, vt arbitramur, inducti prædictum episcopum accusare, et intuentes, enormitates eiusdem ad aures nostras deferre curarunt, timendo, ne, sicut in decreto Gelasii continetur, apost. offensam incurrerent, si huiusmodi excessus audituri catholicæ ecclesiæ supprimendos putarent,*] super his 76) commisimus primo caussam [*v. f. n.*] Tridon. 77) *h* episcopo, et [*dil. fil.*] abbati Montis sanctæ Mariæ, et præposito de Insula, secundo quoque [*v. f. n.*] Brixiensi episcopo, et ipsis [*iterum*] abbati et præposito. [*et infra.*] Verum cum episcopus ipse priorum iudicum præsentiam adire per contumaciam contempsisset: [*etc.*] auctoritate nostra fuit per ipsos [*primos*] iudices ab officio beneficioque suspensus. [*et infra.*] Tandem vero coram iudicibus 78) canonica citatione vocatus, præsentiam suam difficulter exhibuit: sed friuolam tunc excusationem [*in*] malitia concepta prætendens, experiri cum canonicis in iure neglexit. Qua de caussa nos de consilio fratrum nostrorum suspendentes episcopum ipsum, vel potius suspensionem a iudicibus factam auctoritate apostol. confirmantes, tertio super his [*v. f. n.*] Cumano episcopo et [*d. f.*] abbati 79) sancti A. 80) caussam ad superandam malitiam ipsius episcopi. 81) commisimus 82) audiendam: qui, partibus citatis, [*adhibitis secum viris prudentibus et honestis,*] cum nec per se, nec per responsalem idoneum comparuerit 83), in eundem [*episcopum*] propter inobedientiam, excommunicationis sententiam protulerunt, testes ex parte vestra i, quemadmodum in mandatis a nobis acceperant, admittentes, scilicet 84) abbates, priores, præpositos, et alios religiosos viros, per quos quemlibet articulum criminum prædictorum constat fuisse probatum 85). [*et infra.*] Nos igitur videntes, ordinem iudiciarium in hoc facto fuisse seruatum, considerato 86) præterea k, quod post sententias in se datas 87) l celebrare præsumpserit 88), cum multi prælati

72) Verba: *Curien. episcopus*, desiderantur in c. 1. comp. 4. h. t.
73) *Prædictam*, ibid.
74) *Depressisset*, ibid.
75) Coniunctio: *etiam*, a C. B. L. ed. ant. gloss. et cit. c. abest.
76) *Super his*, non legimus in cit. c.
77) *Triden.* C. B. 1. sed C. B. 2. et cit. c. *Tridentino*, H. et L. *Trident.* ed. ant. *Triden.*
78) *Iudicibus iisdem*, C. B. 1. sed L. *iudicibus secundis.*
79) *Et abbati*, C. H.
80) *Abundi*, cit. c.
81) Vox: *episcopi*, deest in C. H.
82) *Commiseramus*, cit. c.
83) Loco horum verborum legimus in cit. c. *cum nec ipsum, nec responsalem eius aliquem inuenirent.*
84) Partic. *scilicet*, desideratur ibid.
85) *Quemlibet articulus -- probatus*, ibid.
86) *Considerando*, C. L.
87) *Latas*, C. B. 1.
88) *Præsumpsit*, C. L.

g Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. vide Ludou. Rom. sing. 412. incip. Tu scis duas regulas. h al. Triden. i nostra. k etiam. l latas.

S

ecclesiæ-

ecclesiarum contra eundem episcopum scripserint 89), nec vnus pro eo defendendo vel aliquatenus 90) excusando [*comparuerit*]: in nomine Domini cum apostolo omnem inobedientiam vlcisci volentes, licet absentes corpore, præsentes tamen spiritu, iuxta verbum eiusdem apostoli *a*, tulimus sententiam perpetuæ depositionis in ipsum, et eum tam a pontificali, quam ab omni officio sacerdotali priuantes, sine spe restitutionis reliqua 91) duximus condemnandum, ea nihilominus in irritum reuocantes, quæcunque post inhibitionem apostol. sedis, seu factam suspensionem *b* et excommunicationem, de rebus ecclesiæ alienare præsumpsit.

89) *Scripserant*, cit. c.
90) *Nec aliquatenus*, C. B. 2.
91) *Aliqua*, C. B. H. L. ed. ant. et gloss.

CAP. IX.

Actor non admissus in possessionem sibi decretam per iudicem caussa rei seruandæ, vel ab ea expulsus, per lapsum anni verus efficitur possessor.

IDEM in *Concilio generali.* c (*ann.* 1216. *Romæ.*)

Contingit d interdum, quod, cum actori ob contumaciam aduersæ partis adiudicatur, caussa rei seruandæ, possessio, propter rei potentiam siue dolum, actor intra annum rem custodiendam nancisci non potest, vel acquisitam 92) e amittit: et sic, cum secundum multorum assertionem verus non efficeretur 93) post lapsum anni possessor, reportet 94) commodum de malitia sua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens, conditionis existat: de canonica æquitate sancimus, vt in casu præmisso, actor verus constituatur, elapso anno, possessor.

92) *Nullam*, c. 2. comp. cit. 4. h. t.
93) *Efficiatur*, C. B. 1.
94) *Reportaret*, C. H. sed *reportat*, cit. c.

CAP. X.

Si reus non inuenitur: sufficit publice citationem ad ecclesiam suam proponi.

GREGORIVS IX. *archiepiscopo Burdegalens.* (*ann.* 1235.)

Venerabilis frater noster: [*et infra.*] Volentes finem imponi litibus, ne immortales existant, mandamus, quatenus ad initium proxime venturæ Quadragesimæ *f*, quod tibi peremptorium terminum duximus assignandum, super iure primatiæ 95): quod Bituricens. archiepiscopus in te ac in prouincia tua se habere proponit, per te 96), vel per procuratorem idoneum sufficienter instructum ad litem contestandam 97), et ad alia omnia negotia 98) *g* peragenda, quæ necessaria decisioni negotii videbuntur, nostro te conspectui repræsentes. Nos vero nihilominus archidiacono Transfuigens. 99) et magistro M. canonico Turonens. dedimus in mandatis, vt et ipsi ad eundem terminum auctoritate nostra iuxta præmissam formam te peremptorie citare procurent, et, si non poteris inueniri, faciant, vt citationis edictum per ipsos vel alios 100), apud ecclesiam tuam publice proponatur.

95) *Primatia*, C. H.
96) *Vel per te*, C. B. 1.
97) *Contestatam*, ed. ant. et ita quoque scriptum fuisse in C. L. apparet ex litterarum mutatarum vestigiis.
98) Vox: *negotia*, a C. B. H. et L. abest.
99) *Transtig.* C. B. 1. sed C. B. 2. *Transfigen.* L. *Trasfgen.* ed. ant. vero, *Transingen.*
100) *Per se ipsos vel alios*, C. B. 1. sed H. *illos.*

TITVLVS XV.

DE EO, QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSSA REI SERVANDÆ.

CAP. I.

Missus in possessionem ex primo decreto in reali, per lapsum anni veram et incommutabilem illius rei possessionem acquirit: licet passus missionem, habuerit intra annum voluntatem cautionem præstandi, quam tamen non deduxit ad effectum suo defectu. Hoc dicit, secundum verum intellectum.

ALEXANDER III. *Priori et fratribus de Guisebureb.* 1) h (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Constitutis in præsentia i nostra [*dilecto filio nostro*] R. canonico vestro, et responsalibus [*dilecti filii nostri G.*] præpositi de Beril. 2) super possessione ecclesiæ de Lementa 3) in quam 4) [*de mandato et auctoritate nostra per iudices delegatos, videlicet Exon. episcopum et priorem de Chinelus*] caussa rei seruandæ fueratis inducti, hinc inde fuit coram nobis aliquandiu disputatum. Tandem [*vero post rationes et allegationes vtrimque productas*] ex vtriusque partis assertione tenuimus, quod, licet caussa rei seruandæ tantum, in eiusdem ecclesiæ possessionem inducti fueritis 5), intra annum tamen altera pars [*super eadem caussa vobiscum*] standi iuri 6) non præstitit cautionem: licet voluntatem *k* [*ipsam cautionem*] præstandi habuerit, et vos eam parati recipere fuissetis. Inde [*est vtique, quod nos de communi fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica*] decernimus, vt [*vos*] amodo possessionem præscriptæ 7) ecclesiæ, saluo iure, quod idem præpositus in petenda ecclesia habere dignoscitur, [*libere et*] absque contradictione qualibet habeatis 7*), [*nec præfatus præpositus super eadem possessione vos audeat aliquatenus de cetero vexationibus fatigare.*] Vt autem nostræ diffinitionis sententia [*futuris temporibus*] inuiolabiliter obseruetur; eam apostolico duximus patrocinio roborandam, [*statuentes, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ diffinitionis infringere. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei et apostolorum Petri et Pauli se nouerit incursurum.*]

1) *De Gebeseb* C. H. sed L. *de Caseb.* et ed. ant. *de Gueseburg.* MANDVIN *Tom. VI. P. II. p.* 1726. habet: *Canonicis de Guesebeburn*, quæ inscriptio propius ad veritatem accedit, quia *Gieseburnense monasterium* hic intelligitur in Anglia, obseruante GONZAL.
2) *De Bel.* C. B. H. et L. In c. 1. comp. 1. legimus: ecclesiæ *Belacrysa.*
3) *De Latim*, ibid.
4) *In qua*, ibid.
5) *Fueratis*, C. L. *fuissetis*, cit. c.
6) *Iudicio*, cit. c.
7) *Prædicta*, C. B. et H.
7*) Hunc modum procedendi desumsit pontifex ex *l. 8. C. vbi in rem* et *l. vlt. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* de quo dictum est ad c. 5. X. *vt lite non contest.* not. 13.

CAP. II.

Tempus annale non currit missionem passo, si intra illud cautionem iudicibus, vel alteri eorum aliis absentibus obtulit: licet per eos, seu per eum recepta non fuerit. Et est casus notabilis secundum hunc intellectum.

CLEMENS III. *episcopo et archiepisc. Eboracensi* 8), [*et Priori de Luc.*] (*ann.* 1189. *Romæ.*)

Cum, sicut l accepimus, inter [*dil. fil.*] P. subdecanum 9) m, [*Baiocen*] et [*dilectas in Christo filias*,] abbatissam et conuentum sanctæ Trinitatis, [*de Cadome*] super ecclesia de Capit. 10) n quæstio verteretur: de Taurinn 11) o et de Corinth. 12) abbates, ac archidiac. Chime: 13) a sede apostolica delegati, moniales ipsas 14) rei seruandæ caussa, in possessionem rei petitæ miserunt, (*quod in personas contumacium iuris videtur constitutio decreuisse.*] Vnde cum hoc ad subdecani 15) p notitiam peruenisset, ad archidiac. prædictum accessit, et offerens ei sistendi iudicio cautionem, quoniam abbas de Corinth. 16) profectus erat 17) in Angliam, et abbas Thaurinensis 18) viam fuerat 19) vniuersæ carnis ingressus, possessionem intra annum sibi resignari cum instantia postulauit, sed non potuit obtinere. [*Processu vero temporis moniales, W. Rothomagen. archiepiscopum et dilectos filios abbates S. Catharinæ et I. de Von. Ponte archid. Rothomagen. literas alias impetrarunt, quorum iudicium ideo subdecanus, sicut asserunt, subire recusat, quod prædict. archiepiscopum habet certa ratione suspectum, et metuit, ne iudices ad partem quamlibet eius auct. de facili trahantur. Quia vero nemo inuitus suspectorum iudicum compellatur iudicio subiacere:*] discretioni vestræ [*per A. S.*] mandamus, quatenus, [*si certam suspicionis caussam contra archiepiscopum ostendit subdecanus, audiatis negotium, et appellatione rem. mediante iustitia, terminetis, in primis tamen,*] si est ita 20), sistendi iudicio ab eo 21) cautione recepta, ei possessionem restitui faciatis. Nec obstare volumus, quod annus elapsus esse

8) *Archidiacono Abin.* C. B. 1. sed C. B. 2. *Archidiacono Abrin.* ed. gloss. *Archidiacono Eboran.* H. *Archidiacono Albanensi*, L. et ed. ant. *Archidiacono Abor.* denique c. 2. comp. 2. h. t. *Archidiacono Abrinc.* Verior est lectio: *Abrincensi*, quæ ecclesia est in prouincia Rhotomagensi Galliæ.
9) *Subd.* C. B. H. L. sed ed. ant. *Subdiaconum*, c. cit. *Subdiaconum.*
10) *Capith.* C. B. et c. cit. sed L. habet: *de Capiyr.* Ceterum series verborum post hanc vocem in citato c. differt sequenti modo: *coram dilectis filiis Taurinen. et Corinen. abbatibus, et H. Chimicen. archid. ex delegatione sedis apost. quæstio verteretur: prædictus subdecanus de partibus assignatis in persona propria ad præsentiam iudicum non valens accedere, responsalem ad eos cum propriis literis destinauit. Verum adeo dicitur eius procuratio reprobata, quod nomen subdecani, quem dicimus sigilli descriptum impressio non habebat. Vnde iudices occasionem ex suo sensu satis inuenientes assumentes moniales etc.*
11) *Taur.* et *de Coche*, C. H. *Taur.* C. B. 1. sed C. B. 2. et ed. ant. *Thaur.* In vtroque autem C. B. particula *de* abest, sicut etiam hoc *de* simpliciter L. habet. *Taurren.* per totum.
12) *Cont.* C. B. 1. et ed. ant. sed C. B. 2. *Dont.* per tot. L. *Corinthi*, per totum.
13) *Cunen.* C. B. 1. sed C. B. 2. *Clemen.* H. *Chimid.* L. *Curinen.* et ed. ant. *Chemen.*
14) Dictio: *ipsas*, desideratur in cit. c.
15) *De hoc ad subdiaconi*, C. H. et L. qui vltimus pro *de* legit *cum*, vti textus noster.
16) *Candin.* C. B. 2. sed H. *Conchi.*
17) *Erat*, deest in C. L. ed. ant. et cit. c.
18) *Thesaurien.* ed. ant. *Taur.* cit. c.
19) *Fuerit*, est in cit. c.
20) *Si præmissa narratio veritate nitatur*, ibid.
21) *Ab ea*, ed. not. sed cit. c. *ab eodem.*

a 1. *Cor.* 5. b vide *l. Fulcinius.* §. *quod si autem ff. ex quib. causs. in poss. eatur.* per Bartol. c Lateranen. *sub Innocent. III. cap.* 40. d *Cap.* 2. *eod. tit. in* 4. *compil.* e nactam. f vide *l. Quadraginta C. de fer.* g var. *negotia*, deest in omnibus manusc. h *al.* Geseburch. i *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* et *post concil. Lateranen. sub. Alex. III. p.* 3. *c.* 3.

k Vide *l. si repetendi C. de cond. ind.* et *l. prætor.* et *ibi Bart. ff. de noui oper. nunciat.* l *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* m Subdiaconum n *al.* Col. o *al.* Taurensi, et de Colle abbates et archid. Chimeton *al.* ita: Thaur. et de Conth. abbates et et archid. Chimen. p ad eiusdem subdiaconi, etc.

esse proponitur, si per eum non steterit, quo minus intra annum 22) et possessionem receperit 23), et dederit cautionem. [*Si quid autem per prædictas litteras, ex quo suspectos iudices recusauit, aduersus eum super hoc noueritis contra iustitiam innouatum: in statum debitum reducatis, in his omnibus sine appellationis obstaculo processuri.*]

22) *Annum*, C. H. omnia partic. *intra*. sed in cit. c. legimus: *intra illum*.
23) *Recuperauerit*, C. R. 1.

CAP. III.

Si passus missionem, repetens possessionem, allegat se contumacem non fuisse; restituitur in pristinum statum, præstita cautione, et dilata condemnatione expensarum: quam euitat, si postea constiterit, eum non fuisse contumacem.

INNOCENTIVS III. *Vrbinati* 24) *et Senagalensi episcopis.* 25) (*ann.* 1210. *Romæ in Vmbriam.*)

Cum venissent ad apostolic. a sedem [*dil. fil.*] abbas sancti angeli [*pro monasterio*], et nobilis vir P. Gal. 26) [*miles pro se patre et vxore suis*;] idem P. 27) proposuit [*coram nobis*], quod, [*cum*] prædictus 28) b abbas cum super quadam possessione coram [*dilecto f. n.*] Ioan. [*tit. S. Priscæ presbytero cardinali, tunc*] apost. sedis legato [*in Marchia*] traxit 29) in caussam: [*quod ei secundum bonam terræ consuetudinem respenderet coram eodem asseruit Card.*] Verum legatus 30) ipse caussam [*ipsorum*] commisit iudicibus 31), secundum ius et bonam terræ consuetudinem c terminandam. Qui cum 32) secundum ius tantum (*et non huiusmodi consuetudinem*] vellent [*in caussa*] procedere; prælatus 33) P. [*ab eis, tanquam qui formam mandati volebant excedere, ad*] nostram audientiam appellauit: sed iudices nihilominus partem aduersam in possessionem rerum petitarum inducendam caussa custodiæ decreuerunt, ita, quod 34), si [*miles ipse*] vsque ad annum et diem præstaret 35) sistendi iudicio cautionem, et parti alteri triginta libras restitueret pro expensis, [*et*] reciperet 36) possessionem eandem. 37) Cumque [*postmodum dil. f. n.*] G. [*tit. S. Mariæ trans Tiberim presbyter cardinalis*] sedis apost. legatus intra annum fuisset terram illam 38) ingressus: ipse cautionem standi iuri obtulit coram eo, et possessionem sibi restitui postulauit. [*Sed idem legatus prædictum abbatem citauit ad caussam, cui postmodum*] paratus 39) [*idem miles*] expensas restituere factas in litem 40), quæ sex librarum 41) summam, sicut asserit 42), non excedunt: sed Abbas triginta librarum sibi restitui petiit quantitatem. [*et infra.*] Nos igitur, [*cum sæpe dictus miles possessionem sibi restitui peteret, abbas vero ex secundo decreto verum possessorem se constitui postularet, intelligentes, abbatem ipsum se esse confessum in iure, quod sæpe dictus miles intra legitimum tempus cardinalem interpellasset eundem, immo etiam intra annum coram eodem cardinali cautionem obtulit standi iuri, et tandem ad eum intra annum suas litteras destinauit, licet ad longiorum terminum citaretur.*] ipsum R. 43) cautione præstita in possessionem d credimus reducendum 44): hoc etiam decernentes, vt, si consuetudinem [*illam*], quam [*miles*] allegat, laudabilem esse constiterit, quia ex hoc sequitur, eum rationabiliter appellasse, ad restituendas 45 expensas nullatenus compellatur. [*Quod si consuetudinem illam inueneritis reprobandam;*] cum ex hoc appareat, eum frustratorie appellasse 46): ad restitutionem cogatur expensarum illarum, quas abbatem constiterit propter hoc necessarias in lite 47) fecisse.

24) *Vrbitan*. C. R. 1. *Vrbani*, C. R. 2. vtrumque vitiose.
25) *Senegen. et Esien. episc.* C. R. 1. sed H *Senogan*. L. et ed. ant. *Senogalien*. c. 2. comp 3 h. t. *Senogallien*.
26) *Gallus*, C. R. 1. et L. sed ad. gloss. *Gallen*. edit. ant. *Gall*.
27) *Idem miles*, cit. c.
28) *Idem*, C. L.
29) *Traxisset*, cit. c.
30) *Cardinalis*, ibid
31) Quinam fuerint isti iudices, palam est ex cit. c. in quo loco eius vocis legimus: *ven. fr. n. Esino episcopo et dil. f. abbati sanctæ Elenæ*.
32) *Sed cum iudices*, ibid.
33) *Ipse*, ibid.
34) *Sic videlicet*, vt, ibid.
35) *Idem præstaret*, C. R. 2.
36) *Reciperet*, C. L.
37) *Eorum, de quibus quæstio vertebatur*, cit. c.
38) *Marchiam*, ibid
39) *Paratus sibi*, C. R. 1 *voluit*, cit. c.
40) *In lite*, C R L. ed ant gloss. et cit. c.
41) *VII librar*. C. R. 1.
42) *Asseruit*, cit c
43) *Militem ipsum* ibid.
44) *Remittendum*, C. R. 2.
45) *Restituendam*, cit c.
46) *Prouocasse*, C. H. et L. sed *proclamasse*, est in cit. c.
47) Verba: *in lite*, desiderantur in cit. c.

CAP. IV.

Contra absentem, qui non dimisit procuratorem, facta citatione domi, nullo defendente, fit missio. H. d. supplendo ad litteram maxime, vt dicitur in gloss. Et est verus et notabilis intellectus.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1236. *Romæ.*)

Si aduersarius tuus post citationis edictum, ad remota loca se transferens, procuratorem legitimum non dimisit, et denuntiatione publice facta domi, non apparet, qui defendat eundem: iure petere potes, vt in possessionem earum 48) terrarum, de quibus quæstio vertitur, caussa custodiæ inducaris. e

48) Pronomen: *earum*, a C. R. H. L. et ed. ant. abest.

TITVLVS XVI.

VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

CAP. I.

Priuilegium etiam a principe impetratum, per quod priuatur quis sine caussæ cognitione, lite pendente, vsu possessionis, tanquam surrepticium non valet, seu tanquam rationi obuium est reuocandum.

ALEXANDER III. *Eboracensi archiepiscopo.* (*ann.* 1170. *Roma in Angliam.*)

A memoria f nostra non excidit 49), [*qualiter in primo anno nostræ promotionis transscriptum litterorum fel. m. præd. n. Honorii Papæ nobis feceris præsentari, in quo continebatur, antecessoribus tuis apostolica benignitate esse indultum, vt cum eis, quam successoribus suis liberum essit per totam Angliam ante se crucem deferre. Nos vero antecessores nostri vestigiis inhærentes, tibi sub scripti nostri munimine, confirmamus, quod antecessoribus tuis fuerat a prædecessore nostro clementer indultum. Postmodum vero sanctæ et venerandæ mem. T. quondam Cantuariens. archiepisc. existimans hoc in præiudicium sui iuris et suæ dignitatis redundare, exinde cœpit quæstionem mouere. Vnde propter hoc ad sedem apostol. appellauit, affirmans, si bene meminimus, quod tibi et prædecessoribus tuis id nullatenus licuisset. Sicque factum est, vt nos tibi per scripta nostra prohibuerimus, ne in prouincia Cantuarien. ecclesiæ, donec de caussa ipsa cognosceretur, ante te crucem deferre aliqua ratione auderes. Quia ergo per dil. fil. nostros I. et A. clericos tuos grauem coram nobis querimoniam deposuisti, asserens, quod te de possessione huius rei, quam tu et antecessores tui habuistis, ante cognitionem iudicii spoliassemus; volentes nos tibi tanquam ven. f. nostro deferre, et iura tua integra illibataque seruare, præsentibus litteris*] statuimus, vt litteræ 50) prohibitionis, quas ad petitionem archiepiscopi Cantuariensis tuæ fraternitati direximus 51), nullum [*tibi*] præiudicium 52) faciant 53), quo minus tibi et successoribus tuis liberum sit, quemadmodum vobis est beneficio 54) priuilegiorum apostol. sedis indultum, et tu et prædecessores tui [*id*] consueuistis facere, ante vos per totam Angliam deferre crucem 55), quousque diffinitiua sententia decernatur, an ecclesia tua de iure hoc debeat habere. 56) g

49) In c. 1. comp. 2. h. t. ita legimus: *Memoria nostra non excedit*.
50) *Quod littera*, C. R H. L. et cit. c.
51) In cit. c. loco verborum hoc commate contentorum tantum legimus: *nostra*
52) *Nullum tibi præiudicium*, C R. H. L. ed. ant. et gloss.
53) Per litteras pontificis prohibitus erat archiepiscopus Eboracensis, crucem ante se deferre in prouincia Cantuariensis ecclesiæ, et hoc ipsa possessione sua spoliarat, vt querelæ ad pontificem directa disertis verbis declarant. Obiecit ergo litteris prohibitoriis *exceptionem spolii*. pontifex hoc minime ægre tulit, sed potius *factum spolii* agnouit, atque hac decretali emendauit. Vnde liquet, per exceptionem *spolii* nemini iniuriam inferri nec venerationem superiori debitam violari.
54) *In beneficium*, C. R. 1.
55) *Crucem portare*, ibid.
56) In C. R. 1. verbo: *habere*, additur: *vel etiam non habere*.

CAP. II.

Accusatus de adulterio ad separationem tori, non debet lite pendente priuari possessione coniugali.

CLEMENS III. 57) h (*ann.* 1190. *Romæ.*

Laudabilem i [*et infra.*] Quæris 58), quando matrimonium accusari 59) contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum, [*aut quamdiu dissimulari possit vel potius sustineri.*] Ad quod i breuiter respondemus, quod, [*cum Alexander II. aperte prohibeat, ne ab inuicem, donec iustæ sint caussæ examinatio, separentur, et Symmachi Papæ contineat institutum, vt Prælatus aliquis accusatus, antequam ea, quæ*

57) *Cœlestinus III*. C. R 1. H. et c. 2. comp. cit.
58) *Quæsisti item*, cit c.
59) *Accusari*, est in eod. c.

a *Cap. 2. eod. tit in 2. compilat Dec. in c. ecclesia S. Mariæ de constit. et cap. consultationibus de offic. delegat. et Roman. Angul. 41a.* b *In Codice Barbat.* quod cum dictus abbas cum super quadam possess. coram. I. ap. sed. leg. traxerit, etc c Consuetudo terræ ligat clericos. *Vid. l. 1. C. de summ. Trinit. et ibi Dd. et deficiente terra consuetudine, tunc ad quam sit recurrendum, vid. gloss. in can. consuetud. distinct. 1. et c. illud. distinct. 12.* d Decreuimus, *in Codic. Barb.*

e *Vid. leg. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. per Bart.* f *Cap. 1. eod. tit in 2. compilat et adde notas huius capitis, in quibus contra hæreticos defenditur. consuetudo gestandi crucem* g *Hodie de iure possunt archiepiscopi crucem ante se deferre per quæuis loca etiam exempta suæ prouinciæ, quouis priuilegio contrario non obstante. Clement. vltim. de priuileg. et quod dicit hic gloss. in verbo de iure, procedit de iure antiquo.* h *Alias* Cœlestinus. *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* i Ad quod tibi breuiter, etc.

obii-

abiiciantur, luce clarescant, relinqui non debeat a subiectis in præsenti articulo,] coniugum alteruter accusatus, ante probatam accusationem, iure, quod habet in altero, priuari non possit. 60)

60) *Non potest*, habet *cit. c.* Decisionem petit pontifex ex *decreto* GRATIANI peaooiane (1) ad decisionem ALEXANDRI III. in *c. in. C. XXXV. q. 7.* (2) ad SYMMACHI placitum, vel potius sententiam ENNODII in *c. 1. C. VIII. q. 5.* et ita rursus *decreta* auctoritas Romæ asserta.

CAP. III.

Qui rem litigiosam alienauit, ita, quod rehaberi non potest, debet æquiualentem substituere in locum illius, quam alienare non poterit. H. d. cum sequ.

INNOCENTIVS III. *abbati et conuentui sancti Syluestri.* (*ann. 1199.*)

I. Ecclesia 61) sanctæ Mariæ a in Via lata contra Ioannem de Ateia 62) qui quosdam possessiones ipsius dicebatur contra iustitiam detinere, mouit sub L. iudice 63) quæstionem b: [*et infra.*] Prohibemus, ne possessiones, quæ successerunt 64) in locum et ius illorum, quas ab Ioan. de Ateia ecclesia sanctæ Mariæ petierat, in monasterium vestrum ab eodem Ioan. lite pendente translatas, alienare interim præsumatis: vt, si ecclesia sanctæ Mariæ de vitio litigiosi contractus, vel de proprietate voluerit experiri, ne, si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret, monasterio vestro minime possidente, sit, quod 65) euincere valeat et habere.

61) Integra decretalis, vnde hoc capitulum cum sequ. desumtum, iam adducta et restituta est in *c. 10. X. de constit.*
62) *De Arcbeya*, C. R. 1 per tot. sed *Ateia*, L. per totum.
63) *Sub Laurentio iudice*, C. L.
64) *Successerant*, C. R. 1.
65) *Si quid euincere*, etc. C. L.

CAP. IV.

Idem dicit, quod in præcedenti.

IDEM.

II. Ecclesia 66) sanctæ Mariæ c: [*et infra.*] Possessionem, qua fuerat, prætermisso iuris ordine, prædicta ecclesia spoliata, sibi restitui postulabat d: [*et infra.*] Nos quicquid ab aliis factum fuit 67), postquam prædecessor noster ad curiam 68) suam idem negotium reuocauit, irritum decernimus et inane: [*et infra.*] Verum quoniam præfatam possessionem post restitutionem vobis factam ab Ioan. de Ateia 69), aliis locationis titulo assignastis, neque restituere poteratis 70) ecclesiæ spoliatæ; loco ipsius tantundem possessionum æquiualentium 71), ad arbitrium bonorum virorum, ipsi ecclesiæ fecimus assignari: quas, cum 72) alii fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus a creditoribus, qui nobis instrumentum pignoris resignauerunt.

66) *Ecclesiam*, C. L.
67) *Fuerat*, C. B. 1.
68) *Curam*, C. L.
69) *De Arcbeya*, C. R. 1.
70) Forsan propter resistentiam detentoris, iure *conductionis* fundo inhærentis pertinaciter, qui ante finitam conductionem, nondum auditus, priuari non poterat possessione sua naturali, quæ etiam in *possessorio recuperandæ* attenditur.
71) Obseruauit in hac decretali pontifex principium iuris naturæ, quod GROTIVS *lib. II. de iur. bell. et pa. c. VII. §. 2. n. 1.* his signanter exprimit verbis: *iustitia expletrix quoties ad idem non potest pertingere, fertur ad tantundem, quod est morali æstimatione idem.*
72) *Quas ipsa*, C. L. omissa partic. *cum.*

CAP. V.

Lis decidenda est secundum iura existentia tempore controuersiæ, non autem secundum priuilegium impetratum lite pendente: nisi de litis pendentia mentionem faciat.

HONORIVS III. *Cancellario, Cantori, et A.* [*dicto marescallo*] *canonico* 73) *Parisien.* (*ann. 1221. Romæ in Galliam. conf. c. 3. comp. 5. h. t.*)

Dilectus filius, magister A. persona ecclesiæ de Basseuilla 74) e, exposuit coram nobis, quod, cum inter prædecessorem suum ex parte vna, et Priorem ac monachos de Basseuilla [*Carnotensis diœcesis*] ex altera 75), super decimis noualium intra fines parochiæ suæ consistentium, quæstio emersisset 76), ea pendente coram iudicibus [*a sede apostolica*] delegatis, abbas et conuentus [*sancti Martini*] maioris monasterii Turonen. quibus subsunt Prior et monachi supradicti, pro se ac membris suis obtinuerunt a sede apost. indulgentiam super perceptione huiusmodi decimarum: cuius prætextu Prior et monachi supradictas decimas sibi vendicare contendunt, licet in indulgentia [*ipsa*] de [*supra*] dicta 77) quæstione facta mentio non fuisset 78). Ideoque [*discr. v.*] mandamus, quatenus [*auctoritate nostra*] eisdem 79) iudicibus iniungatis, vt, indulgentia non obstante prædicta, in negotio ipso procedant, iuxta traditam sibi formam.

73) *Canonicis*, C. R. 1 habet perperam, quia ad vnum tantum canonicum directa hæc decretalis.
74) *Bassauilla*, C. R. 1. per tot.
75) *Altera parte*, C. H.
76) Hæc quæstio sine dubio mota occasione *decimationis antiquæ*, quam monachi possidebant, et hac de caussa etiam *decimas noualium* sibi asserebant, in aliena parochia, quod iura non permittunt. *c. 25. in f. X. de decim.*

77) *De indulgentia in dicta quæstione*, etc. C. L.
78) *Non fuerit*, c. 3. comp. 5. h. t.
79) *Quibus commissa fuit ipsa quæstio*, ibid.

TITVLVS XVII.

DE SEQVESTRATIONE f POSSESSIONVM ET FRVCTVVM.

CAP. I.

Res, in quam facta est missio, non debet sequestrari: etiam si missus inde fuerit violenter eiectus. Vel notabilius sic: *Sequestrum factum loco missionis propter scandalum euitandum, reuocari debet, oblata cautione et restitutis expensis.*

INNOCENTIVS III. *Mediolanen. archiepisc.* 80) (*ann. 1206. Romæ.*)

Ad hoc vnxit 81) nos Deus g: [*et infra.*] [*Veniens siquidem ad ap. sed.*] abbas de Regula 82) h nobis exposuit, quod, cum M. prædecessor tuus super caussa, quæ inter ipsum et monasterium suum 83) [*diutius*] fuerat agitata, [*post multas commissiones tandem*] obtinuisset 84) Veronensi 85) episcopo litteras destinari, et ipse super iudicio possessorio partim pro monasterio, partim pro archiepiscopo sententiam 86) protulisset, procuratore ipsius 87) monasterii quæstionem de proprietate postmodum intentare volente, archiepiscopus iurisdictionem episcopi opposuit exspirasse, asserens, caussam possessionis tantum, et non proprietatis fuisse commissam. Et quia super possessione pronuntiauerat: semel functus officio suo, super quæstione proprietatis deinceps cognoscere non valebat. [*Ad hæc pars monasterii inter alia respondebat, quod caussa, quæ inter archiepiscopum et monasterium vertebatur, fuerat episcopo memorato absolute et indistincte commissa; et sic continentiam caussæ diuidi non debere dicebat.* [et infra.] *Hanc nimirum et alias rationes cum iudex plenius aduertisset, et*] actorem in possessionem, quæ fuerat per ipsum archiepiscopo adiudicata, propter eiusdem contumaciam 88) mitti decreuit, a qua tamen archiepiscopus violenter monasterium eiecit. i [*Cumque processu temporis vtriusque partis nuntii propter hoc ad sedem apost. accessissent: bon. mem.*] Cœl. Papæ prædecessor noster, [*supra dictis omnibus per sancti Martini presbyterum et sanctæ Mariæ in Acquiro diac. card. quos eis auditores concesserat, plenius intellectis, per A. tunc Albanen. episcopum,*] sic suum interpretatus fuit 89) rescriptum, quod tam caussæ possessionis, quam proprietatis, fuerat iudici delegata 90), cum absolute et indistincte commissa fuerit, et eius continentia diuidi non deberet. [*Vestra igitur idem præd. n. archiepiscopo et abbati sine iustitiæ læsione deferre,*] prælibatam possessionem [*apud v. f. n. Vercellens. et bon. mem. Nouariens. episcopos*] pro suo arbitrio 91) sequestrari præcepit, iniungens 92) Regin. et Mutinen. episcopis, vt de caussa possessionis et 93) proprietatis [*intra duos menses*] plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent, et possessionem ei parti postmodum resignarent, quæ obtineret de proprietate triumphum. [*et infra.*] [*Nos autem supradicta abbati, mandauimus, vt illis litteris, quas ad Bobien. et Ferrarien. episcopos super restituenda sibi possessione cum fructibus per mendacium impetrarat, omnino careret.*] [*et infra.*] In eum statum continentiam caussæ reducimus, in quo fuerat, cum prædictus prædecessor noster caussam proprietatis et possessionis 90*) Reginen. et Mutinen. episcopis 94) commisit, mandato sequestrationis penitus reuocato. [*et infra.*] Ne autem monasterio videamur 95) in suo iure deesse, moderatas expensas, ex quo episcopus 96) Veron. 97) ipsum in possessionem induci decreuit, vsque ad satisfactionis tempus oblatæ, propter hoc factas sibi restituendas esse censemus, et a te sufficientem præberi standi iudicio cautionem.

80) *Archiep.* C. R. 2.
81) *Iunxit*, C. H.
82) *De Seregula*, C. R. H. L. et ed. ant. sed *Seregula*, est in c. vn. comp. 3. h. t.
83) *Sancti Donati de Seregula*, cit. c.
84) *Obtinuerat*, C. L.
85) *Vercellens.* cit. c.
86) Vocabulum: *sententiam*, deest in C. H.
87) *Ipse*, cit. c.
88) In c. cit. desiderantur verba: *propter eiusdem contumaciam.*
89) *Est*, C. R. 1.
90) *Delegata commissa*, cit. c. omissis vocibus: *cum absolute et indistincte commissa fuerit, et eius continentia diuidi non deberet.*
91) *Pro sue voluntatis arbitrio*, ibidem.
92) *Per ap. scripta præcipiens*, ibid.
93) Pro copula *et*, cit. c. habet *tam*, *quam*.
90*) Voces *et possessionis*, omittuntur ibid.
94) Vox: *episcopis*, a C. R. 2. cit. c. et ed. ant. abest.
95) *Videatur*, C. H.
96) Vox: *episcopus*, desideratur in cit. c.
97) *Veronen* C. H.

---

a *Sup. cap. 10. de constit.* b *quæ hic abscissa sunt, supra integra posita sunt, cap. 10. de constit.* c *Sup. de constit. cap. 10. in textu, sub titulo de restitut. spoliat.* d *l. iuste possidet. et ibi Bartol. de et iudic.* e Baccruilla. *alii*, Bassauilla.

f *In manuscr. antiquis ita:* De sequestratione possessionum et fructuum *alii* possessionis. g *Cap.* [illegible] h *al.* de Seragula. *al.* Oreentu de Regula Ord. S. Bened. diœcesis Taraconis. i [illegible]

CAP.

CAP. II.

Si missus in possessionem caussa custodiæ fructus dissipat: dissipati reuocantur, et cum aliis sequestrantur.

HONORIVS III. *Priori Deben. et decano de Calinen.* 98)
(*ann. 1220. Roma in Angliam. c. 1. comp. 5. h. t.*)

Dilectus filius a R. Rector ecclesiæ de Berhusie 99) sua nobis petitione monstrauit, quod, cum inter ipsum ex parte vna, et abbatem, et conuentum de Cisterie 100) b [*Lond. diœcesis*] ex altera, super eadem ecclesia, coram abbate de Sibiron 1) et eius collegis [*ex delegatione apostolica*] quæstio verteretur, iudices ipsi, [*prout erant plus debito parti alteri fauorabiliores post appellationem ab eodem R. legitime interpositam*] prædictos abbatem et conuentum in possessionem ipsius ecclesiæ caussa custodiæ induxerunt: [*memorato vero R. caussa prosequendæ appellationis apud sedem apostolicam constituto,*] qui 2) fructus [*ipsius ecclesiæ*] medio tempore perceptos pro suæ 3) distrahunt libito voluntatis c [*in eius prædictum et grauamen.*] Quocirca [*discret. v.*] mandamus, quatenus, si est ita, facientes 4) [*vsque ad decisionem negotii*] fructus sequestrari prædictos, si quid [*interdum*] de ipsis 5) per eos 6) distractum inueneritis, in statum pristinum 7) reuocetis, [*contradictores per censuras ecclesiasticas compescentes.*]

98) Vera inscriptio est in c. 1. comp. 5 h. t. *Priori de Reham decano de Dalit. et F. canonico sanctæ Mariæ de Hastinges Cicestrensis diœcesis.*
99) *Bertui.* C. H. sed L. *Berdeya.* ed. ant. *Berusya* cit. c. *de Bertucia.*
100) *Cestria*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Centria*, et H cum L. *de Colcestria.* Legitur autem in cit. c. et ed. ant. *de Cesteria* vel *Cestrea*, CIRONIVS ad h. c. mauult: *Cestria*, quod est vocabulum monasterii in diœcesi Lond. vero minime siti: inde recte putat, delendas esse voces: *Lond. diœcesis.*
1) *Sixton.* C. R. 1. sed H. *de Sibetenon*
2) *Præfati abbas et conuentus*, legimus in cit. c.
3) *Pro suo*, ibid.
4) *Facientes*, ibid. legitur cum copula et antec. partic. *si.*
5) Verba: *de ipsis*, desunt in C. H.
6) *Per ipsos*, habet C. H sed neutra verba leguntur in cit. c.
7) *In statum debitum*, cit. c.

CAP. III.

Si reus possessor appellat a sententia contra eum lata: licite rei petitæ fructus sequestrantur, si dissipantur ab eo.

GREGORIVS IX. (*ann. 1232. Romæ.*)

Ab eo, qui a sententia prouocauit, fructus possessionis, si dissipentur 8) ab ipso, possunt, lite pendente, rationabiliter sequestrari.

8) Conuenit hæc decisio cum *l. 21 § 3. de appell.* in qua hanc sententiam ICtus confirmat rescripto *Antonini* et *Veri* sub hac circumstantia: *cum popularentur ab aduersario fructus agri*, quam etiam hic desiderat pontifex.

TITVLVS XVIII.
DE CONFESSIS.

CAP. I.

Ad solum dictum confitentis crimen proprium, non est alteri infligenda pœna aliqua; infamato tamen est indicenda purgatio.

CLEMENS III. 9) (*c. 2. comp. 2. de hom. vol. v. cas.*)

Cum monasterium: [*et infra.*] [*Super eo vero, quod tuis litteris adnectere studuisti, quid tibi faciendum sit, de quodam eiusdem monasterii sacerdote, qui diabolo instigante quendam ex fratribus, sicut eum publice proposuisti, confessum occidit, hoc fraternitati tuæ rescribimus, et per A. S. mandamus, quatenus eum sollemniter ab omni officio diuino non differas degradare, et in monasterium aliquod Cistercien. ordinis retrudere, in quo iniunctam sibi tanti facinoris pœnitentiam agens ibi, dum vixerit, digne lugeat, quæ commisit.*] Eos [*autem, de*] quorum suggestione scelus homicidii presbyter d se 10) perpetrasse proponit, nisi [*tibi*] aliis modis [*et iustis caussis*] verum esse constiterit, nulli censemus pœnæ e subdendos: cum 11) f secundum vtriusque iuris 12) statuta, de se confessi super aliorum conscientiis interrogari non debent, et 13) crimine læsæ 14) maiestatis excepto, de reatu proprio confitentis 15) periculosa confessio non est aduersus quemlibet admittenda. Si tamen eos 16) infamia huiusmodi laborare cognoueris: singulis eis, adiunctis tribus sociis sui ordinis, purgationem iniungas.

9) Vel potius COELESTINVS III. cum pars sit *c. 13. X. de elect.* quod pontifex direxit ad AMELINVM *Cenomanensem episcopum*, obseruante GONZALEZIO, *ad cit. c. 13* Romæ in Galliam anno MCLXXXXII.
10) *Se P presbyter*, C. R. 1. *scelus prædictum perpetrasse* etc. c. 2. comp 2. de homicid deficientibus vocabulis: *homicidii presbyter se*
11) *Quia*, C. R. H. L. et c. cit.
12) Etenim ex iure ciuili huc pertinet *l. 16. § 1. de quæst. l. 11. C. de testib. l. f. C. de accus.* ex decreto GRATIANI vero *c. 3. § 40. C. IV. q. 3. c. 1. C. IV q. 11 c. 5. C. XV q. 3.* et denique ex decretalibus pontificis ALEXANDRI III. *c. 10. et 20. X. de testibus* quæ eo tempore partem insignem *iuris canonici* constituebant, vti cum *collectio antiqu. 1* tum ea, quæ in *appendice* infra apparet, testatur, ut in *præf. ad decretum* GRATIANI *§. XIV.* in *not. litt. e* obseruatum est. Sic itaque ea tempore IVRIS VTRIVSQVE *statuta* designarunt *iuris canonici et ciuilis* placita, quæ omne punctum tulerunt in decisionibus, ad quæ etiam pontifices suas accommodarunt decisiones, indeque *doctores vtriusque iuris* vsque ad nostra appellati sunt tempora.
13) Particula, *et*, non exstat in ed ant
14) Vox *læsæ*, abest a C. H. ed. ant. et c. cit.
15) *Confitentes*, C. L.
16) *Hos*, c. cit.

CAP. II.

Si de crimine contingente caussam principalem constat contra aliquem per eius confessionem; punitur pœna ordinaria: etiamsi directe contra eum non agatur. H. d. secundum glossam. Et est casus notabilis et verus in se. Vel summa sic, secundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam sentit gloss. licet non perfecte explicet: *Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter: potest iudex ordinarius nouum inchoando processum, illum punire pœna ordinaria.* H. d. singulariter abbas.

INNOCENTIVS III. 17) *Canonicis de Bethlehem.* 18)
(*post ann. 1210. Roma in Palæstinam.*)

Cum super electione g Bethlehem ecclesiæ 19) inter R. [*subd. v.*] et P. 20) [*canonicum sepulcri Dominici nuper in nostra præsentia*] quæstio verteretur h; [*vtroque se pro electo gerente, cum primus etiam a ven. fr. n. patriarcha Hierosolymit. fuerit confirmatus, alter vero fauorem regum obtineret: eis dil. fil. P. basilicæ duodecim apostolorum I. tit. sancti Stephani in Cælio monte presbyteros, et G. sanctæ Mar. in porticu diac. card. dedimus auditores. et infra.*] [*Ceterum*] quoniam V. 21) canonicus Bethlehemitanus fuit in iure confessus, quod pro præstando alterius electioni consensu, quingentorum Sarracenorum obligationem receperat 22), [*et promissam*] et mediator extitit simoniacæ prauitatis: nos [*intelligentes, contractum huiusmodi continere simoniacam prauitatem,*] quoniam 23) vitium huiusmodi 24) persequi volumus, vt debemus, ipsum [*ab omni ordine clericali*] per definitiuam sententiam duximus ab omni beneficio et officio ecclesiastico deponendum.

17) *Innocentius*, C. H. omisso numero.
18) *Bethlehemitanis*, C. H. L. et c. 1. comp. 3. h. t. sed ed. ant. *de Bethleem*, in cit. c. desideratur vox *ecclesiæ*, et loco *Bethlehem*, habet: *Bethleemitanen.*
19) *Bethlehemitanæ ecclesiæ*, plenius legitur in C. R 1. quia BALDVINVS, Latinorum rex primus Hierusolymitanus, hanc ecclesiam anno MCCX. erexerat in cathedralem, et ita sede vacante super electione episcopi quæstio mota erat. Vid. *c. 4. X. de caus. possess. et propr. not. 87.*
20) *Et F.* legimus in cit. c.
21) *W* habent C L. ed. ant. et cit. c.
22) *Acceperat*, C. R 1. et cit c.
23) *Quam*, est in cit c.
24) Verba: *vitium huiusmodi*, non sunt in cit. c.

CAP. III.

Confessio facta in iure per œconomum ecclesiæ, nocet ipsi ecclesiæ: potest tamen reuocari, si ante finitum negotium doceatur, per errorem facti emanasse. H. d.

GREGORIVS IX. *B. i iudici Viterbiensi.* 25) (*ann. 1232. Roma in Tusciam.*)

Ex parte abbatis et conuentus monasterii sancti M. 26) fuit propositum, quod, cum inter ipsos ex parte vna, et V. 27) nomine suæ vxoris ex altera, coram te quæstio verteretur, œconomus monasterii memorati, quædam per errorem facti fuit in iure confessus, ex quibus timet 28) k sibi præiudicium generari. Cum igitur 29), negotio nondum 30) finito, nemini noceat error facti: mandamus, quatenus, si de huiusmodi potuerit 31) errore docere, prouideas, vt nullum sibi super hoc præiudicium generetur.

25) *Viterbiensi*, legit ed. ant.
26) *Sancti Martini*, C. R. 1.
27) *Et W* C. L. et ed. ant.
28) *Timent*, C. R. H. et L.
29) *Ergo*, C. R. 1.
30) *Necdum*, C. H. et L.
31) *Poterunt*, C. H. et L. Probatio ergo erroris post triduum desideratur.

TITVLVS XIX.
DE PROBATIONIBVS.

CAP. I.

Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur. Ita communiter summatur.

GREGORIVS *Tancredo Regi Vincestriæ.* l (*ann. 597. Romæ.*)

Ex epistolæ verbis m: [*et infra.*] Tua 32) excellentia postulauit 33), vt imperatori 34) scriberem, quatenus n pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter [*piæ memoriæ*] Iustinianum prin-

32) *Vestra*, c. cit.
33) *Mihi mandare curauerat*, ibid.
34) MAVRITIO scilicet, cum quo RECAREDO Wisigothorum regi lis fuit de parte Hispaniæ, quam AGILA IVSTINIANO cedere pacto promiserat, cuius editionem, interuentu pontificis GREGORII M., desiderabat RECAREDVS. Vnde liquet, inscriptionem: *Tancredo regi Vincestria* hic positam, vitiatam esse, sicuti etiam codices et edit. ant. nihil sani habent, præter C. R. 1. qui proxime ad veram accedit lectionem: *Racharendo regi Visig.* multo emendatior est inscriptio in *c. 1. comp. 1. h. t. Racaredo regi Wisigoth.*

a *De materia huius cap. vid. Fest. gull. Ioan. Andr. in rep. examinato. Spec. de iudic. Socin. in Reg. 458. verbo sequestrato.* b Glocestria. c *Adde, ista verba importare liberum arbitr. l. 1. ff. de re mil. et ibid Bart.* d *In aliquot antiquis ita.* se Presbyter, et cetera. e *Vid. l. fin. cum gloss. et ibi Bart. in l. maritus. ff. de quæstion.* f al quia.

g *Cap. vn. eod. tit. in 3. compil.* h *quæ hic desunt, reperies supr. c. cum super de caussa p. ff. et propr.* i Rich k *In Codic. Barb.* ex quibus timent monachi, sibi *etc. in omnibus manuscr. legitur,* timent. l *Alias,* Tancredo *videtur esse Gregorius VII. al.* Tancredo regi visigoten. *sed leg. est.* Recaredo regi Wisigotorum. *ex libro septimo epistol. 122. siue 126. Reg. B. Greg.* m *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* n Quod.

 cipem

cipem et prædecessores tuos 35) fuerunt emissa 36), vt ex his 37) colligeret, quid tibi seruare deberet. 38) Sed ad hoc faciendum [*hoc nimis*] vehementer obstitit; quia 39) nulli dicendum est: ea, quæ contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, [*atque hæc*] in medium proferre.

35) *Et iura regni vestri*, cit. c.
36) *Fuerant emissa*, C. L.
37) *Illis*, C. H. legit.
38) *Vobis debuisset*, c. cit.
39) *Quod*, C. L.

CAP. II.

Actor, qui plene probauit, non debet compelli iurare.

ALEXANDER III. (*ann. 1176. Romæ.*)

Sicut a consuetudo laudabilis [*nullo debet nouitate diuelli: sic, quod noscitur contra ius moribus introductum, obuia ratione debet dissolui.*] Sane quoniam 40) apud vos consuetum esse didicimus, vt, cum aliquis intentionem suam fundauerit instrumentis, aut testibus [*introductis*], ei sacramentum nihilominus deferatur: quod si subire noluerit, fides probationibus [*exhibitis*] b non habetur 41). [*Quod cum nulla sit ratione subnixum, sed manifeste legibus aduersetur:*] nos 42), cum tunc demum ad huiusmodi sit suffragium recurrendum, cum aliæ legitimæ probationes deesse noscuntur, talem consuetudinem reprobamus, [*nec vllam habere firmitatem deinceps sancimus.*]

40) *Quoniam*, desideratur in c. 1. comp. 2. h. t.
41) *Non adhibeatur*, C. 8. 1.
42) Dictio: *nos*, omittitur in cit. c. et verba sequentia ita variant: *qua tunc demum ad huiusmodi suffragium decurrendum esse decreuerunt, cum alia legitime non suppetant; talem* etc.

CAP. III.

In communi iudicio probant actor et reus. Et si pariter probant; reus absoluitur: nisi fauorabilem caussam foueat actor.

LVCIVS III. *Cestren. c episcopo.* 43) (*ann. 1181. Romæ in Angliam.*)

Ex d litteris tuis 44) intelleximus, te et archidiaconum consiões habere præbendas in villis, quas singuli singulas possidetis, et prætextu terminorum inter vos controuersiam agitari 45), eo, quod dicas, eum antiquos fines egressum partemque 46) tui fundi occupasse: illo in contrarium asserente 47), se partem eandem fundi possedisse, quadraginta annorum spatio 48) inconcusse. Tu autem, quod per idem tempus quiete illam possederis, asseueras: quare vtrum incumbat petitori vel possessori probatio, quæsiuisti 49). Ad quod scire debes, quod iudicium finium regundorum tale est, vt in eo vtraque persona vices duorum habeat, videlicet actoris et rei 50). Vnde hinc inde testes [*recte*] produci 51) possunt ad cognitionem iudicis instruendam: quibus examinatis, iudex, quos præcellere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admittat. 52)

Quod si [*forte*] ambarum partium testes sint æque idonei; possessoris testes 53) præferentur 54); cum promptiora sint iura ad absoluendum, quam ad condemnandum: præterquam 55) in liberali caussa, in qua si vtriusque partis testes [*forte*] æquales fuerint, pro libertate [*tamen semper*] sententia proferetur 56). Nam possessori probationem aliquando dari, iuris manifesti est: cum iure 57) [*ita*] cautum sit, quod, qui obiecerit præscriptionem longissimi temporis, quam nemo recte obiicit, nisi qui possidet, et eam probauerit, in caussa debeat obtinere 58).

43) In append. ad concil. Lateran. III. apud HARDVINVM P. XXXVIII. c. 3. *Tom. VI. P. II. p.* 1825. rectius legitur: *Idem Cestrensi decano*, quia de finibus regundis inter præbendam *decani* et *archidiaconi* agebatur.
44) *Vestræ discretionis*, c. 2. comp. 1. h. t.
45) *Verti*, ibidem.
46) *Partem*, tantum legimus ibid. absque particula *que*.
47) *Ille contra asserit*, ibidem.
48) In C. H. legitur: *LX.* sed *quadraginta annis*, in cit. c.
49) In c. cit. ipsa hæc verborum series ita sonat: *Tu autem ad tuam quietem per idem tempus præbendam pertinuisse affirmas: qua tu re quæris, vtrum in ambas probatio petitori an possessori?*
50) Loco horum verborum ita legimus in cit. c. *Agentis scilicet, et rei, cum quo agitur.*
51) *Induci*, C. H.
52) *Admittet*, cit. c.
53) Vocabulum: *testes*, abest a C. H. L. et cit. c.
54) *Præferantur*, C. R. 1. sed C. 8. 2. *præferuntur*, in cit. c. est: *recipiuntur.*
55) *Extra quam*, cit. c.
56) *Proferetur*, C. H. sed *pronuntiabitur*, cit. c.
57) *Cum sacris canonibus*, cit. c.
58) Hæc verba finalia in cit. c. hoc ordine leguntur: -- *præscriptionem longissimi temporis, et eam probaueris, reportet possessionem, quam nemo recte obiicit, nisi qui possidet.*

CAP. IV.

Non creditur marito asserenti etiam cum iuramento, vxorem se cognouisse, si vxor per matronas attestantes, super ipsius corporis aspectum probat contrarium.

GREGORIVS VIII. 59) *Præposito sancti Cataldi* 60) *et archipresbytero Casæ maioris.* 61) (*ann. 1187.*)

Proposuisti [*nobis, dilecte fili præposite,*] e quod caussa matrimonii, quæ inter [*dil. f. n.*] O. 62) de Casa noua, et [*S. filiam*] O. 63) [*de Pisia*] mulierem 64) vertitur, tibi fuit 65) de mandato apostolico delegata 66). Cumque partes essent in tua 67) præsentia constitutæ; mulier proposuit, se nec a viro cognitam, nec potuisse cognosci: quod tam proprio 68) iuramento, quam testimonio septem mulierum probauit, quæ per aspectum corporis eam esse virginem asseuerant 69). Viro autem 70) per iuramentum suum contrarium asserente, [*vos in negotio procedere minime voluistis, donec de hoc nostrum consilium haberetis.*] Videtur igitur nobis, quod iuramento puellæ, et testimonio 71) f illatum septem mulierum, [*quæ ipsam per experientiam virginem asseuerant,*] fides est 72) potius adhibenda. 73)

59) *Gregorius nonus*, perperam legit C. H.
60) *Sancti Cataldi*, C. 8. 1. *Sancti Ambaldi*, C. 8. 2.
61) Verba: *et archipresb. Casæ maioris*, C. 8. H. L. et ed. ant. obstant: in comp. 2. c. 8. h. t. pro *archipresbytero* legimus *Casæ Archiepiscopo.*
62) *Inter G.* C. 8. 1. et H. sed L. *inter D.*
63) *Et S.* C. 8. H. L. ed. ant. et Gonz.
64) *Nobilem mulierem*, cit. c.
65) *Vobis fuerit*, ibid.
66) *Demandata*, C. R. 1.
67) *Vestra*, cit. c.
68) *Proprio*, non est in cit. c.
69) *Quæ per experientiam asseuerant, mulierem adhuc virginem esse, viro*, etc. legimus ibidem.
70) *Autem*, a C. 8. H. L. et ed. ant. abest.
71) *Testimoniis*, C. 8. H. L. ed. ant. et cit. c.
72) *Sit*, C. 8. 1.
73) Quia quæstio erat de viri impotentia, quam offerebat mulier, negabat maritus: dupliciter modo peccatum fuisse in procedendi modo videtur, 1) quod vtrique in caso contradictionis iuramentum impositum fuerit: 2) quod mariti *inspectio ocularis* neglecta, primatus hoc in casu suscipienda.

CAP. V.

Singulares de vniuersitate possunt ad commodum vniuersitatis reprobare instrumentum, falso confectum nomine vniuersitatis.

CLEMENS II. 74) g

Tertio b loco fuit a nobis ita quæsitum: ecce quidam regularis sigillo capituli, quoddam instrumentum cuidam amico suo signauit 75) in quo facta est alienatio quarundam rerum ecclesiæ immobilium continetur. Quo exhibito in iudicio, Procurator vniuersitatis illud asseruit de assensu conuentus non fuisse 76) confectum, et adulterinum 77), vel furtiuum esse sigillum i. Cumque [*volens falsitatem similiter reuelare*] fratres [*regulares*] ad perhibendum testimonium produxisset: iurati dixerunt 78), quod [*eo tempore, quo aduersarius allegabat idem instrumentum fore factum collatum,*] quoties de hoc 79) inter fratres aliqua erat mentio, consilium totius conuentus, et vox fuit vnanimis, quod nolebant alienationem rerum illarum, sed rem domus [*suæ fore*] integres [*et*] conseruari 80) volebant. Sed quoniam contra hoc nihil pars aduersa probauit 81): respondemus secundum 82) assertionem testium tantummodo 83) iudicandum. 84)

74) *Clemens III.* C. 8. H. L. et edit. ant. cum c. 3. comp. 2. h. t. legunt. Sæpe vero confunditur hic pontifex cum COELESTINO III. cui potius hoc capitulum, tanquam pars c. 21. *de offic. et pot. iudic. deleg.*, assignandum. Plures enim quæstiones proposuerat decanus Rotomagensis COELESTINO III. ad quas respondit distincte: et quidem ad tertiam h. c. ad quintam c. cit. 2. ad primam in c. 2. *X. de mut. petit.* et sic porro, ita ad annum MCXCIV. vel sequentem hic textus referri debet.
75) *Sigillauit*, C. 8. 1.
76) *Non esse*, ibid.
77) *Vel adulterinum*, C. H.
78) *Dicebant*, cit. c.
79) *De se ipso*, ibid.
80) *Reseruari*, C. H. habet.
81) In cit. c. verba ipsa sunt hæc: *sed quoniam aduersarius testes aliquos minime producebat: ita est forma consultationis, quod tudex his statuere debeat, an S. instrumento, an testibus fides sit potius adhibenda? Respondemus autem* etc.
82) *Quod secundum*, C. R. 1.
83) *Duntaxat*, c. cit.
84) *Esse iudicandum*, C. R. 1. *censendum esse*, cit. c.

CAP. VI.

Vbi agitur de matrimonio contrahendo, probato impedimento, et publicatis attestationibus: alii testes super defectu impedimenti admittendi non sunt.

IDEM CLEMENS 85). II. [*Aquilmari episcopo.*] (*ann. 1090. Romæ.*)

Iurauit k quidam, vt asseris, se quandam in vxorem legitimam acce-

85) CLEMENS III. *Aquilmari episcopo*, hanc decretalem in c. 2. comp. 2. h. t. scripsisse legitur, quæ diœcesis tamen ignota est. Forte legendum: *Aquilano episcopo*, in regno Neapolitano.

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compilat.* b *alis* probationis. c *alis.* Hebtonsis episcopo. *alit. simpliciter habetur*, Lucius III. *forsassis legend.* Alexander III. Cestrensi decano, *vt post concil. Lateranens. sub Alexander III. p.* 38. *c.* 2. *habetur.* C. 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* d *al.* ex litteris tuæ fraternitatis.

e *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil. et ad intellectum huius cap. et gloss. hic vide Dominicum Sotum libr.* 4. *Sententiarum, distinct.* 34. *quæst.* 1. *artic.* 2. *vbi plene et eleganter.* f *aliàs*, testimonio. g *al. III. p. c.* bon. mem. h *Cap.* 3. *eod. tit. in* 2. *compil.* i *vide text. in l. qua de tota.* §. *sincera.* ff. *de vind.* k *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *compil. et pro intelligentia, vide Dominicum Sotum libr.* 4. *Sententiarum, distinct.* 40. *artic.* 5. *Adde concilium Tridentinum, Sess.* 24. *canon.* 3. *et in ead. sess. in decretal. de reformatione matrimonii, cap.* 2. *et* 5.

pturum;

ptorum. Quam cum 86) vellet traducere: quidam iuramentis, secundum morem adhibitis, legitime probauerunt, ipsos 87) in quinto consanguinitatis 88) gradu sibi inuicem attinere.

Quia vero requisisti a nobis, quid agendum sit, cum quidam alius [*sit, qui*] probare velit contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, et partibus publicatam 89), nullo eos sese 90) consanguinitatis gradu contingere: [*fr. t. in præsenti articulo*] respondemus, quod standum est probationi priori 91). [*Nec de vnius testimonio tantum curandum est. Illud etiam, vt matrimonium remaneat, non suadet, quod sponsus et sponsa constanti assertione proponunt, se carnaliter cognouisse: cum commercium carnale inter non legitimas personas matrimonium de iure facere non possit.*]

86) *Et cum eam*, cit. c.
87) *Illos*, ibid.
88) Hæc vox desideratur in cit. c. En videlicet tempore adhuc prohibitio extensa erat ad *octauum* consanguinitatis *gradum* secundum computationem ab ALEXANDRO II. approbatam, quam demum constituit ad quartum INNOCENTIVS III. in c. 8. *de consanguin. et affin.* vt secundum hanc nouissimam sanctionem in *quinto gradu* matrimonium impugnari non potuisset, si eo tempore iam similis publicata fuisset.
89) Hæc verba ibidem non leguntur: *et partibus publicatam.*
90) Vox: *sese*, abest a C. H. sed *se*, habet cit. c.
91) *Prima*, cit. c.

CAP. VII.

Si per litteras ordinarii probatur quis excommunicatus: a procuratione repellitur. H. d. et hæc summatio conuenit textui et titul. et nullam patitur calumniam et ideo eam tene.

INNOCENTIVS III. *archidiacono Parisiens. et magistro R. de Corsen. canonico Noviom.* 92) (*ann.* 1208.)

Post a cessionem [*dil. fil.*] b [*et infra.*] Cum igitur [*super hoc coram nobis disceptatum fuisset; quia*] per litteras iudicis ordinarii, quibus standum est, donec probetur contrarium, nobis constiterit 93), quod W. 94) [*tunc*] excommunicatus erat, cum procurationis 95) officium assumpsit: ipsum tanquam procuratorem non duximus admittendum.

92) verba: *et magistro R. de Corsen. canonico Nov.* a C. 8. H. L. et ed. ant. absunt. In c. 1 comp. 3 h. t. tota inscriptio hæc est: *episcopo Parisien. et magistro R. de Corcon. canonico Noviomen. Parisiis commoranti.*
93) *Constitit*, est in c. cit.
94) *Wilhelmus*, C. H. *sæpe dictus V.* cit. c.
95) *Procuratoris*, C. 8. 1. et cit. c.

CAP. VIII.

Si rogatus restituere totam hereditatem, eo sine liberis decedente intret monasterium; euanescit fideicommissum, et hereditas applicatur monasterio: nec ad inualidandum ingressum sufficit probare minorem ætatem tempore ingressus, si ex aduerso geminatus probetur ingressus. H. d. intelligendo, quod substitutio fuit fideicommissaria. Si vero fuit directa, summa sic: *substitutio facta filio, eo decedente sine liberis, euanescit per ingressum monasterii.* Et tunc adde id, quod est in primo summario ibi: *nec ad inualidandum*, etc. vsque ad finem, et vterque intellectus est verus in se. Dico tamen, quod primus est verior, quod hic fuit substitutio fideicommissaria: licet Dom. Anton. hic dicat, quod fuit compendiosa.

IDEM *abbati et conuentui Cassin.* 96) c (*ann.* 1207. *Romæ in Latium.*)

In d præsentia [*nostra dil. f. n.*] C. 97) sancti Hadriani diaconi cardinalis G. [*subdiac.*] et B. [*mulier soror eius Verulanæ.*] fratres 98) [*eam*] vestro syndico constituto 99) coram ipso 100) facere proponi, quod, cum quondam A. 1) frater ipsorum conderet 2) testamentum, M. 3) filium suum sibi heredem instituit 4), et præcepit, vt, si absque liberis [*forte*] decederet, ad eos 5) [*G. et B.*] bona deuoluerentur ipsius: vnde illa, quæ de bonis ipsius 6) vestrum monasterium detinebat, sibi restitui postulabant 7), et petebant vos super hoc 8) a sua molestatione compesci. Verum syndicus ipse proposuit ex aduerso, quod prædictus M. monasterio vestro 9) obtulit se et sua: vnde vniuersa e, quæ habuerat, erant ad monasterium deuoluta f, quare vniuersa, quæ ipsi 10) de bonis eius inuaserant, restitui monasterio vestro petebat, et super ceteris silentium illis imponi. Ad hæc 11) autem pars altera replicauit, quod dictus 12) M. oblationis suæ tempore fuerat minor annis, [*sicut per testes legitime probauit,*] et quod voti 13) facti pœnitens, [*id*] quod feruore infirmitatis fecerat, post conualescentiam reuocauit 14). *Vnde tum ex eo, quod Milo infra ætatem legitimam monasterio Casemarii obtulit se et sua, tum quia, quod inconsulte fecerat, postmodum reuocauit, eius oblatio non tenebat.*] Vnde cum sine liberis decessisset, ex testamento patris [*illius*] ad ipsos erat eius hereditas deuoluta.

Verum [*ad hæc*] syndicus respondere curauit, quod, licet dictus M. de monasterio [*ipso,*] *fili abbas, de tua licentia* 15) fuisset 16) egressus, eidem 17) postmodum [*cum auo suo, qui eius erat procurator, ad præsentiam tuam, cum Verulæ fuisses accedens,*] se et sua 18) obtulit humiliter et deuote 19), et quod, ne 20) contra oblationem [*et donationem*] suam veniret [*alterans,*] iuramento firmauit, [*sicut publicum continet instrumentum.*] Quare 21) cum constet [*ex his,*] quod idem M. bis monasterio vestro contulit se et sua, nec ex aduerso probetur 22), quod vtriusque oblationis tempore [*M.*] fuerit minor annis; probationem vestram huiusmodi exceptionis probatio non elidit: cum, etsi primæ oblationis tempore fuerit minor annis, secundæ tamen potuit maior 23) extitisse. Præterea cum verbum illud, minor annis, duobus potuerit modis intelligi: cum et 24), qui minor est quatuordecim annis, et qui 25) viginti quinque [*minor fuerit,*] dici soleat minor annis; intentioni vestræ verbum dubium non nocebat: cum intra 26) viginti quinque ff annos 27) teneret 28) donatio [*præsertim*] iuramento firmata. Sed etsi teneret, quod factum 29) fuerat a dicto A. 30) g quis tamen intelligendum 31) non erat sine herede decedere, qui monasterium filii heredem instituit 32) h: hoc monasterio non nocebat. [*Cumque cardinalis prædictus ea, quæ coram ipso proposita fuerant in nostro et fratrum nostrorum audientia retulisset: nos ad consilium dil. fil. H. sancti Eustachii diac. Card. duximus deputandum. Idem igitur*] dilectus filius B. 33) sancti Eustachii Cardinalis 34) [*causæ meritis plenius intellectis*] attendens, quod syndicus vester intentionem suam plene fundasset, et quod nihil fuisset 35) ex aduerso sufficienter probatum; cum, etsi ostensum esset per testes, quod M. suæ oblationis tempore fuerit minor annis: verum tamen primæ vel secundæ 36) oblationis tempore 37) minor fuerit, et quot annis minor, non fuisset expressum, de mandato nostro sententiam protulit, et prædictis G. et B. 38) silentium imponens super his, quæ a monasterio postulabant, eos 39) ad restitutionem illorum, quæ de bonis prædicti M. propria temeritate inuaserant, condemnauit. Nos igitur sententiam ipsam auctoritate apostolica confirmamus.

96) *Casemar.* C. 8. 1. *Cassemarii*, L. et c. 2. comp. cit. 3.
97) In C. H. exstat: *G.* vti etiam est in C. L. ed. ant. et c. cit.
98) *Cives*, c. cit.
99) *Constituti*, ibid.
100) *Episcopo*, est ibid.
1) *Amatus*, ibid.
2) *Concederet*, ibid.
3) *Milonem*, ibidem per totum.
4) *Constituit*, C. 8. 1. et cit. c.
5) *Eosdem*, cit. c.
6) *Ipsis*, C. H. et L.
7) *Postularunt*, C. H.
8) *Syndicum vestrum*, c. cit. pro verbis: *vos super hoc.*
9) *Casemarii*, ibidem loco dictionis: *vestro.*
10) *Dicti G. et B.* c. cit. loco pronom. *ipsi.*
11) *Ad hoc*, C. 8. c. cit. et ed. ant.
12) *Prædictus*, c. cit.
13) Vox: *voti*, a C. 8. H. L. ed. ant. et c. cit. abest.
14) *Curauit penitus reuocare*, c. cit.
15) Verba *fili abbas*, etc. in C. 8. H. L. et ed. ant. desunt.
16) *Esset*, C. 8. 1.
17) *Monasterio*, c. cit. pro *eidem.*
18) Verba *et sua*, desiderantur in C. 8 et L.
19) *Deuotus*, c. cit. quod statim addit sequentia: *et vniuersa bona sua tibi monasterii nomine tradidit; et quod* etc.
20) *Nec*, ibid.
21) *Vnde*, ibid.
22) *Probatur*, ibid.
23) *Maior extitisse annis*, ed. ant.
24) *Vt videlicet*, c. cit.
25) *Qui*, desideratur in C. H.
26) *Ante*, est ibid.
27) *XXV. annum*, C. 8. 1. H. L. et cit. c.
28) *Tenuerit*, C. 8. 1.
29) *Dictum*, C. H.
30) *Ab Amato*, c. cit. sine verbo *dicto.*
31) *Intelligendus*, ibid. omissa part. *tamen.*
32) *Instituerat in heredem*, est in cit. c. Prouocanis syndicus monasterii ad l. 51. § 2. C. *de episc. et cler.* et Nou. 131. c. 13. et inde desumtam auth. *nisi rogati.* C. *ad SC. Trebell.* in quibus prouisum, non deficere conditionem, filio monasterium intrante. Enimuero in casu præsente non intrauerat minor monasterium, sed se suaque monasterio obtulerat, quales oblati inter religiosos haud reputandi. Ipsa *oblatio* vero continet donationem monasterio factam omnium bonorum, retento vsufructu, adeoque tamen, verum iuris ciuilis dispositio, exorbitans admodum, ad hunc casum extendi queat.
33) *Filius H.* C. 8. H. L. et ed. gloss. sed in ed. ant. neque *H.* neque *B.* exstat et in c. cit. verba *dilectus filius B.* plane non leguntur.
34) *Eustachii diaconus cardinalis*, C. L.
35) *Esset*, C. 8. 1.
36) *Et secunde*, C. H.
37) *Tempore*, abest a c. cit.
38) *G. et B.* C. 8. 1.
39) *Imposuit - - et eos*, cit. c.

CAP. IX.

Si actor et reus in interdicto retinendæ possessionis probant; obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maxime iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. H. d. notabiliter, et probatur satis hoc summarium in versic. ex præmissis, ponderato versic. maxime.

IDEM *Ariminensi i episcopo.* 40) (*ann.* 1207. *Romæ in Vmbriam.*)

Licet k causam, quæ vertitur 41) inter ecclesiam Rausn. et commune

40) Verba *Ariminensi episcopo*, desunt in C. H. L. et ed. ant.
41) Vox *vertitur*, a C. 8. 1. L. ed. ant. et gloss. abest

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compilat.* b decisionem. c Casemarii. *al.* Cassemar. *al.* Cole Marii Verulanens. diœces. Ord. Cist. d *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil. et de materia bonus cap. vide Bartol. et doctores in Authen. ingressi, et sequentibus Cod. de sacrosanct. eccles. vbi plene.* e Concordat text. in Auth. *ingressi de sacrosanct. eccles. et cap. quod ingredientibus.* 14. *quæst.* 1. f *Hic abb. et Felinus dicunt, posse quem se priuare in vita potestate testandi, scil. per monasterii ingressum.*

ff *al.* XXX. g Amato. h *Vid. l.* 6 *quod et l.* 6 *præsens C. de prad. min.* i *al.* Rauen. k *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compil. Et de intellectu, vide Fernandum Vasquium, lib.* 2. *c.* 26. *controuersiarum vsu frequentium, et ad Purpur. consil.* 81. *vol.* 1.

Faueo-

Feuentiæ 42) super iurisdictione, honore, *hominia* 43) ac districtu in villa [*Luci*] sancti P. 44) et castro Arioli, quod 45) a de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat: [*et infra.*] [*Verum, quia vtrique parti erat plurimum onerosum, testes producere coram nobis, Placentino episcopo dedimus in præceptis, vt infra tres menses testes app. rem. reciperet, quos vtraque pars, tum super principali negotio, quum in personas testium duceret producendos, ita videlicet, vt multitudine refrenata hinc inde quadragenarium numerum nullatenus excedere pateretur.* et infra. *Sicque postmodum vtriusque partis procuratores*] porro 46) attestationibus [*sollemniter*] publicatis, syndicus Feventinorum proposuit, se velle in personas testium ex parte altera productorum quædam obiicere et probare, œconomo ecclesiæ asserente, id fieri non debere. Super quo [*cum fuisset hinc inde aliquamdiu altercatum; tandem*] interloquendo decreuimus, ipsum [*super hoc*] nullatenus audiendum: cum [*ut*] intra trium mensium spatium, in nostris litteris comprehensum 47), testes huiusmodi producere non curauerit 48), intra quem terminum pars vtraque testes inducere *b* potuit, tam in personas testium, quam super 49) negotio principali. Post hoc 50) idem [*syndicus*] obiecit in testes prædictos, quod corrupti falso 51) dixissent. Vnde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi 52) [*secundum legitimas sanctiones,*] licet nonnulli crederent, Fauentinorum 53) partem exceptionem huiusmodi per excogitatam malitiam ad impediendum processum negotii obiecisse; quia tamen 54) noluimus a iuris tramite declinare: [*dil. fil.*] magistris G. et T. 55) *c* [*Bononiæ commorantibus per scripta nostra*] præcipimus 56), vt [*partibus conuocatis*] testes, quos super hac exceptione procurator Fauentinorum duceret producendos, intra mensem, recipere et 57) examinare curarent, de singulis circumstantiis *d* subtiliter inquirentes. [*et depositiones eorum fideliter redigentes in scriptis,*] indulto extunc altero mense procuratori ecclesiæ supradictæ, intra quem si vellet, ad *e* reprubationem 58) testium 59) illorum, produceret testes coram eis, [*et eorum dicta fideliter conscribentes XX. dierum terminum vtrique parti præfigerent, infra quem cum attestationibus ipsis nostro se conspectui præsentarent, sententiam recepturæ. Partibus itaque comparentibus iterum coram nobis, et huiusmodi attestationibus publicatis, audiuimus quæcunque proponere voluerunt.*] Quanquam autem pars Fauentinorum testes multos produxerit 60) super negotio principali, [*ad probandum, quod homines prædictorum locorum a longis retro temporibus eis exhibuerant seruitia in bandis, et placitis, fossatis et collectis, et caualcatis, et quibusdam aliis pertinentibus ad districtum;*] vix tamen ex illis sex [*tantummodo*] reinenserunt concordes 61): cum alii [*multi*] sibimet in serie sui testimonii contradicant, et quidam alii sint 62) in dicto sui testimonii singulares. Ad reprobandum vero quosdam testium 63) ecclesiæ Rauenn. etsi ex parte Feventinorum quidam sint 64) testes inducti; plures tamen 65) illorum reprobantur: quia sibi inuicem euidentissime contradicunt. Quidam vero alii, pauci numero, quamuis non reprobentur expresse, vsque adeo tamen 66) malæ famæ sunt, et leuis opinionis, [*sicut per attestationes exhibitas est probatum,*] quod eorum dictis nulla vel modica est fides adhibenda 67) *f*. Ii item quoque testes Fauentinorum generaliter repelluntur; quia non probant illud, ad quod probandum 68) eorum 69) syndicus se adstrinxit, videlicet, quod corrupti falsa dixissent; quoniam, etsi 70) de corruptione videantur 71) aliquid dicere, de falsitate 72) [*tamen*] penitus nihil dicunt *g*: [*per multos autem ecclesiæ tuæ testes omni exceptione maiores probatum esset manifeste, ecclesiæ Rauenn. villam Luci S. Petri et castrum Arioli a longissimo tempore possedisse cum omni honore, districtu et iurisdictione, nominatim expressis vniuersis, articulis exprimentibus iurisdictionem, honorem atque districtum.*] Ex præmissis igitur euidenter apparet, quod ecclesia [*Rauenn.*] per testes numero 73) plures, quibus potius lux veritatis assistit, qui etiam 74) propiora negotio, et vero proximiora in suis testimoniis expresserunt, sufficienter ostendit, quod a LX. annis et citra cum omni iurisdictione, honore, atque 75) districtu loca supra dicta possedit. Per quod patet, quod, si 76) commune Fauent. a L. annis [*et*] citra, sicut videntur testes eorum deponere, aliqua seruitia in locis perceperunt 77) supra dictis, illa procul dubio sine iusto titulo percipere inceperunt; cum duo insimul eandem rem et eodem modo in solidum possidere non possint 78): maxime *h* cum iidem Fauentini iustum possessionis titulum non ostendant, et ex priuilegiis imperatorum et Roman. Pontif. ecclesiæ Rauennati 79) concessis, euidentissime colligatur, possessionem ipsius ecclesiæ in prædictis locis iustam fuisse. Cum ergo constet Fauentin. ab eo tempore, quo se possedisse probare contendunt, minus *i* iuste ac sine titulo aliquo in prædictis locis temeritate propria occupasse, [*ac processu temporis per violentiam extorsisse, sicut per multos testes ecclesiæ Rauenn. manifeste probatur.*] et œconomus eiusdem ecclesiæ petierit 80) [*coram nobis,*] a vi 81) turbatiua seu inquietatiua super præmissis commune Fauent. prohiberi; nos recognoscentes 82) in hoc casu, non sic locum esse interdicto, vti possidetis 83), vt dicere debeamus, vti possidetis, ita possideatis 84): cum probationes ecclesiæ longe sint potiores, et ideo sit in 85) interdicto superior, [*de fratrum nostrorum consilio*] commune Feuentiæ sibi 86) condemnemus, super iurisdictione, et honore 87), atque districtu, et aliis ad hoc 88) generaliter pertinentibus in locis prædictis, quoad possessorium iudicium, quo 89) tantummodo actum est, perpetuum silentium imponentes, et prohibentes eidem 90), vt neque per se, neque per alios super his præsumat 91) Rauennat. ecclesiam, aut habitatores prædictorum locorum aliquatenus 92) molestare. *k*

42) *Fauentinum*, ed. ant.
43) Vox: *hominia*, desideratur in C. R. H. L. in ed. ant. gloss. et in c. 4. comp. cit. *t*.
44) *Sancti Petri*, C. L. sed *sancti Petri*, c. cit.
45) *Quæ*, C. R. H. L. et c. cit.
46) Pro partic. *porro*, est in c. cit. *cum*.
47) *Apprehensum*, C. R. *t*.
48) *Curaret*, C. R. 2. sed H. *curasset*, cit. c. *non curauit*.
49) *In*, C. H.
50) *Postha*, C. R. H. L. et cit. c.
51) *Falsa*, C. R. 1. H. L. ed. ant. et cit. c.
52) Prouocat hic pontifex ad *legitimas sanctiones*, et paullo post, se a *tramite iuris* non declinaturum, innuit, quia secundum *l.* 1. *et seqq. C. Ne ex fals. instrum. vel testim. iudicatum sit*, exceptio falsi contra testimonia vel instrumenta etiam post *rem. iudicatam*, si antea de falsis non fuit quæsitum, locum habet; multo magis eadem admittenda ante sententiam definitiuam: licet testes ab aduersa parte producti iam examinati fuissent.
53) *Fauentina*, C. H.
54) *Quia vero*, cit. c.
55) *Tenb.* C. H. sed ed. ant. *M. et P.* denique *C. et G.* habet. cit. c.
56) *Præcepimus*, C. L. et ed. ant.
57) *Ac*, C. H. L. et cit. c.
58) *Contra probationem eorum*, C. H.
59) Vox. *testium*, a C. R. 1. abest.
60) *Produxit*, est in cit. c.
61) Dictio. *concordes*, desideratur in cit. c.
62) *Sunt*, C. H. et ed. ant. sed *fuerint*, est in cit. c.
63) *Quosdam testes*, C. R. 2.
64) *Plures sint*, C. R. 1.
65) *Quidam tamen*, C. R. 1. sed pro *tamen*, cit. c. legit: *potius*.
66) In cit. c. *cum*, legitur pro *tamen*, sed perperam.
67) *Habenda*, C. L. et ed. ant.
68) *Probandum*, omittitur in cit. c.
69) *Eorumdem*, c. cit.

70) *Et quoniam, si*, C. L.
71) *Viderentur*, C. H.
72) *Defalsitate tamen*, C. L.
73) *Per testes non plures*, cit. c.
74) *Qui et*, habet C. L.
75) *Et*, C. H. sed L. *ac*.
76) *Etsi*, cit. c.
77) *Perceperint*, C. R. H. L. et cit. c.
78) *Possunt*, C. R. 2. et. ed. ant.
79) *Rauennatum*, C. H. et ed. ant.
80) *Coram nobis petierit*, C. R. 2. *petierat*, L.
81) Vocabulum: *vi*, deest in C. H.
82) *Cognoscentes*, C. R. L. ed. ant. gloss. et cit. c. *attendentes*, H.
83) Hic nomen ipsius interdicti desideratur in cit. c.
84) Iudicium hoc duplex est, et sic contingere potest, vt vterque vincat, vtroque possessionem probante, quo facto vterque est in possessione tamdiu tuendus, donec alteruter in petitorio contrarium euicerit. Id vero ad probationem vtriusque in præsenti casu applicari non posse, tenuit pontifex, in quo deficiebat probatio *æqualis*, quod ecclesiæ Rauennatensis possessio cum titulo cum plenius euicta fuerit: vnde præsumendum erat, actus possessorios pro Fauentinis adductos fuisse turbatiuos.
85) Particula. *in*, non habetur in c. cit.
86) Pro *sibi*, legitur in cit. c. *eidem*.
87) *Honore*, C. H. et L. sine copula, sed statim sequitur in vltimo *ac*, pro *atque*.
88) *Ad hæc*, legimus in cit. c.
89) *Super quo*, C. R. 1.
90) *Illi*, C. H.
91) *Præsumant*, C. L.
92) *Aliquo modo*, C. R. 2.

CAP. X.

Si qui nominent aliquem filium, et ita communiter reputatur: non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium.

IDEM (*episcopo Tiburtino, ann. 1209. Romæ in Campania.*)

Per *l* tuas nobis litteras intimasti, quod, cum T. Tiburtinus 93) ciuis quandam per septennium habuerit 94) concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadem, et ipsa postmodum diuertens ab eo 95), ad ipsum non post multum tempus 96) *m* redisset, filium, quem [*postmodum*] reuersa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse. [*Qui licet a principio dixerat, illum nequaquam filium suum esse; tamen illa moram per septennium eidem cohabitans ex eo minime concepisset: mulieris tandem et aliorum deuictus instantia, suum filium recognouit, Reinaldum eum nomine appellando. Cum autem idem R. ad virilem peruenisset ætatem, et domum Saturnellæ sororis ipsius T. frequentaret, quæ ipsum nepotem suum publice nominabat, et Sophiam ipsius Saturnellæ*

93) *Tiburtinus*, C. R. 2. *Tiburtinus*, L. et ed. ant.
94) *Habuerat*, C. L.
95) *Ab eodem*, C. R. 1.
96) *Multum temporis*, C. R. et c. 2. comp. 4. h. t. sed L. *non multum post temporis*.

a *Al.* qua. b *al.* producere. c *al.* A. d *Vide l.* vbicunque. *ff. de interr. act.* cum aliis similes. e In pluribus ant. ita: ad reprobationem illorum, testes produceret coram eis. f *al.* habenda.

g *Vide l. Celsus. ff. de arbitr.* et *l.* duos et ibi *Bartol. ff. de re iudic.* h *al.* et maxime. i In vno vetustissimo ita: minus iuste ac sine iusto titulo. k *Vid. l. fin. Cod. de Edicto diui Hadr. tollend.* l Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. et de materia huius cap. vide plene per Petrum Duenam, regula. 241. et seqq. incipit, filiatio, et qualiter probetur filiatio, vide Alexandrum consil. 51. lib. 1. et consil. 74. l. 2. m temporis.

filiam,

filiam, cum qua quotidianam habuit conuersationem, errauit, et carnaliter cognouit eandem. Quod cum peruenisset ad notitiam Saturnellæ: acriter increpauit vtrumque, apud se filiam retinens, supradictum R. remouit a domo. Cum autem mater ipsius R. accepisset, quod vir eiusdem Saturnellæ eidem R. grauiter interminabatur: in ciuitatis platea iurauit publice coram multis, quod R. supradictam Sophiam propinquitatis linea minime contingebat, affirmans sub virtute præstiti iuramenti, se de alio, quam de supradicto T. præfatum suscepisse Rainaldum. Cum igitur nos duxeris consulendos, an mulieris assertioni standum sit in hac parte, et an memoratus R. supradictam Sophiam habere valeat in vxorem; insinuationi præs. tibi respondemus, quod, cum] mulier illa 97) de dicto T. suscepisse 98) R. de quo agitur, primitus constanter asseruit, et idem 99) T. præfatæ mulieris præcipue deuictus instantia, ipsum suum filium publice recognouit, et filius eius 99*) nominatus communiter fuit, et habitus ab ambobus; eiusdem 300) mulieris postmodum iuramento in contrarium præstito non est standum: a cum nimis indignum sit 1) iuxta legitimas sanctiones 2), vt, quod sua quisque voce dilucide 3) protestatus est 4), [id] in eundem casum 5) proprio valeat testimonio infirmare. Vnde apparet per consequens 6), quod prædictus R. [*memoratam*] Sophiam neptem memorati T. 7) cuius prima facie præsumitur consobrinus, non potest habere aliquatenus in vxorem.

97) verba cit. c. ipsa sunt hæc: *Respondemus, quod, cum idem R. quem dicta mulier filium dicti T. constanter primitus asseruit, et ipse ipsius præcipue deuictus instantia*, etc.
98) *T. se suscepisse*, C. H.
99) *Quod idem T.* ed. ant.
99*) *Dicti T.* cit. c.
300) *Et eiusdem*, C. L.
1) *Indignum sit*, id. C.
2) Verba hic adducta depromta sunt ex *l. 13. in f. C. de non num. pecun.* quæ, licet de confessione *in scriptis* facta loquantur, ad confessionem tamen et asseuerationem *ore et factis* factam recte applicantur.
3) *Lucide*. C. H.
4) *Protestatur*, cit. c.
5) *In eodem casu*, ibid.
6) *Per consequentiam*, ibid.
7) verba: *neptem memorati T.* desiderantur ibid.

CAP. XI.

Iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicii; alias, si quid difficultatis emerserit, per superiorem punietur, nec credetur ei super processu: nisi in quantum per acta, vel alias per legitima documenta constabit.

IDEM *in concilio generali.* b (*ann. 1216. Romæ.*)

Quoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis innocens litigator quandoque non potest veram negationem probare; cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio 8): ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati, statuimus, vt tam in ordinario iudicio, quam [*in*] extraordinario 9), iudex semper adhibeat aut publicam, si potest habere, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicii acta conscribant, videlicet citationes, [*et*] dilationes, recusationes, [*et*] exceptiones, petitiones, [*et*] responsiones, interrogationes 10), [*et*] confessiones, testium depositiones, [*et*] instrumentorum productiones, interlocutiones, [*et*] appellationes, renuntiationes, [*et*] conclusiones 11), et cætera, quæ occurrerint c, competenti ordine conscribenda 12), loca designando, [*et*] tempora, et personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita, quod originalia penes scriptores remaneant: vt, si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari, quatenus hoc adhibito moderamine, sic honestis et dis-

8) Tradirur hic simplex enuntiatio logica, quam ad trutinam rectæ rationis reducere nihil vetat. Videlicet propositio probanda est vel *affirmatiua* vel *negatiua*. Et *directa* eiue probatio dicitur, quæ fieri potest *testibus, instrumentis*, vel *delatione iuramenti*. In dictis testium distingue duo: *depositio testis*, a *ratione scientiæ*, de qua tam in *affirmatiua* quam in *negatiua* propositione probanda testis interrogandus est. Et ita directa dicitur probatio, in qua testis directa thema probandum vel affirmat vel negat. Sit thema probandum: *Titia non supposuit falsum partum*, tres mulieres directe respondent: *non supposuit*. Interrogatæ de *ratione scientiæ* respondent, quod parturienti manus admouerint, et puellam, de cuius statu quæritur, ex matris ventre extraxerint. Hoc casu ratio scientiæ adducta degenerat in propositionem *affirmatiuam*; ipsum testis dictum vero directe probat propositionem probandam. Præterea cum probatio etiam per *delationem iuramenti* fieri possit: nil prohibet, quo minus directe probari possit propositio hæc: *Titius non soluit debitum*, contra quod apposuerat reus exceptionem *solutionis*, delato super ea iureiurando. Et quid vetat, quo minus exceptio: *non sum nominatus in instrumento*, productione ipsius documenti directe probari queat? Ceterum regula hic adducta est desumta ex *l. 23. C. de probat.* quæ manifeste prodit, reum litem negatiue contestantem ad probationem non esse adstringendum: non vero innuit, negatiuam non posse, nec debere directe probari, cuius probatio in iudiciis quotidie suscipitur, reprobatione suscepta.
9) *Quam in extraord.* C. R. et L.
10) *Et interrogationes*, C. H. L. et ed. ant.
11) *Et conclusiones*, C. L.
12) *Conscribendo*, c. 3. comp. 4. h. t.

a *Vide l. generaliter. C. de non num. pec.* b *Innocentius III in concilio generali Later. cap. 38. et cap. 3. eod. tit. in 4. compil. et de materia huius cap. vltra tradita hic per doctores, vide, quæ scripsi libr. 3. comment. in direct. inquisitor. Sent. 22 adde Angelum in l. gesta C. de re iudic. et Francisc. Curtium iuniorem, tract. feud. part. 7. quæst. 4. vbi multa de vel duabus personis loco vnius notarii adhibendis.* c *In concilio, et aliquot antiquis codicibus:* occurrant.

cretis deferatur 13) iudicibus, quod per improuidos et iniquos 14) innocentium iustitia non lædatur. Iudex autem, qui constitutionem ipsam 15) neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam quid difficultatis emerserit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur: nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in caussa legitimis constiterit documentis.

13) *Deferant*, est ibid.
14) verba *et iniquos*, desiderantur ibid.
15) *Istam*, C. R. et H.

CAP. XII.

Si probari potest, reum deliquisse: eius probatio, quod non deliquerit, non est admittenda.

HONORIVS III. *archiepiscopo Londen.* 16) d *et eius suffraganeis.* (*ann. 1222. Romæ in Daniam. c. 1. comp. 5. h. t.*)

Ad nostram noueritis 17) audientiam peruenisse, quod sacerdotes et clerici Daciæ legi regni, per quam negatiua probatur, [*contra canones et legitimas sanctiones*] temere innitentes, a criminibus, quæ probari testibus fide dignis possunt legitime contra eos, reputantur insontes, si se 18) super his purgare valeant quoquo modo. [*Vnde contingit, quod quandoque ad purgationem sui similes criminosos adducunt, vt eis debeant in similibus opportuno tempore respondere: ideoque multa crimina committuntur audacius ab eisdem.*] Volentes igitur, vt hæc pestis contraria omni iuri penitus 19) exstirpetur a clero, [*f. v.*] mandamus, quatenus in huiusmodi 20) probatione negatiua 21), dum tamen possit affirmatiua ex aduerso 21*) probari, [*contra canonicas sanctiones in foro ecclesiastico*] neminem audiatis 22): [*sed in purgationibus bonæ famæ viros duntaxat canonice admittentes cum minus esse idoneum ad purgandum quodlibet crimen sciatis, qui nota infamiæ super culpa consimili est respersus.*]

16) *Londonen.* C. R. 1. sed C. R. 2. *Lugdun.* et L. *Lugdun.* ed. ant. *Ludens.* c. 1. comp. 5. h. t. *Lund.*
17) *Noueris*, C. H.
18) Pron. *se*, deest in C. H.
19) Partic. *penitus*, in cit. c. non legitur.
20) Desideratur vox: *huiusmodi*, ibidem.
21) *Negatiua*, C. R. H. L. cit. c. ed. ant. et gloss.
21*) Voces *ex aduerso*, ibidem non leguntur.
22) Quod intelligo de *purgatione* tacenda, quam in Dacia *quoquo modo* contra probationem plenam suscipiebant, etiam vulgaribus purgationum modis adhibitis, penes hos populos vsitatis, vt antiquitates loquuntur. Hac reprobatio videtur pontifex, non *legitimam probationem contrarii*, per reprobationem suscipiendam, quæ in caussa ciuili nemini deneganda, multominus in caussa criminali, in qua detentio adhuc plus fauoris habet.

CAP. XIII.

Fines diœcesium probantur per libros antiquos, adminicula, testes et famam.

IDEM *Aurel.* 23) *et Lameten.* 24) *episcopis.* [*et abbati de Palumbario Beatæ Aretensi.*] (*ann. 1220. Romæ in Hispan. c. 2. comp. cit.*)

Cum e caussam, quæ inter [*ven. ff. nn.*] Colobrien. 25) et Egitan. 26) episcopos super suarum limitatione diœcesum vertitur, vobis duximus 27) committendam: [*discr. v.*] mandamus, quatenus, [*cum ad principale in caussa veneritis supra dicta, vos*] secundum diuisiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo melius probabuntur 28), nec non testes, famam, et quæcumque alia adminicula [*Deum habentes præ oculis*] in [*commisso vobis*] negotio procedatis.

23) *Auriens*, rectius legitur in C. R. 1. H. L. et c. 2. compil. c. h. t. quod hæc caussa non ad Galliam sed Hispaniam pertinet. Vnde etiam *Lamecensi*, legendum, ab vrbe *Lameca*, in Lusitania sita.
24) *Lamen.* perperam legitur in C. R. 1.
25) *Colibrien.* habetur in C. L.
26) *Egitanen.* C. R. 1. et L. sed H. legit: *Exitan.*
27) *Duxerimus*, C. H. et cit. c.
28) *Probantur*, legunt Pithœi cum Contio.

CAP. XIV.

Possunt reprobari matronæ, per quas virginitas probatur.

IDEM *episcopo et archiepiscopo* 29) *Senon.* 30) (*ann. 1220. Romæ in Gall. c. 3. comp. cit.*)

Caussam matrimonii, quæ inter V. 31) iuuenem, et G. puellam Senon. 32) quæ se virginem et monacham profitetur, noscitur agitari, [*quia non ita instructam misistis, frater episcope, vt in ea vsque ad calculum sententiæ diffinitiuæ procedere libere valeremus, vobis remittimus plenius instruendam, discret. v.*] mandantes, quatenus eandem puellam ponatis interim in illo monasterio [*auctoritate apostolica,*] quod intrauit: vt ibi secure valeat commorari, donec iudiciali sententia, quid agi debeat, decernatur 32*), recepturi postmodum, [*prout iustitia dictauerit,*] non solum probationes viri, [*sicut protestatus fuerat*] quas inducere voluerit 33) contra mulieres illas, quæ ad inuestigandum

29) *Archidiacono*, C. R. H. L. ed. ant. gloss. et c. 3. comp. cit. 5.
30) *Senen.* C. R. 1.
31) *Inter W.* C. L.
32) *Senensem*, cit. c.
32*) *Donec iudicialis sententia, quid eis sit agendum, decernat*, ibidem.
33) *Voluit*, ibid.

d *alias*, Lundon *alias*, Lond. Luden. e *De materia huius decret. qualiter possint probari fines diœcesis, tradit notabiliter Aret. cons. 42 in c. viso consilio et Alex. post Bart. in l. cum aliquis. C. de iur. delib. adde recentiores in l. 1. ff. si cert. pet. vide etiam notas nostras in hoc c.*

signa virginitatis ex parte puellæ fuerint 34) introducte, verum etiam probationes alias hoc negotium contingentes, quas pars a vtralibet duxerit producendas. Et quia, vt dicit canon 35), sæpe manus fallitur, et oculus obstetricum: volumus et mandamus, vt adhuc honestas matronas, prouidas ac prudentes 36) deputare curetis, ad inquirendum, vtrum dicta puella virginitatis priuilegio sit munita, [*confessamque nobis sub vestris sigillis instructam plenius remittatis.*]

34) *Fuerunt*, est ibidem.
35) Per *canonem decretum* GRATIANI intelligitur, in quo hæc sententia CYPRIANI refertur in *c.* 4. *C. XXVII. q.* 1. quo ipso inter *canones* relata erat.
36) *Et prudentes*, C. H. L. et ed. ant.

CAP. XV.

Acta etiam litis ordinatoria facta coram primis iudicibus, fidem faciunt coram b secundis.

GREGORIVS IX. *præposito sanctæ M. Magdeburgens. et decano Misnen.* 37) (*ann.* 1235. *Roma in Germaniam.*)

Cum bonæ memoriæ: [*et infra.*] Cum acta originalia dicantur apud priores iudices remansisse: mandamus, quatenus ea cum omni diligentia requirentes, ipsa si potuerint inueniri c, et si qua partes duxerint legitime proponenda, in scriptis redacta, ad nostram præsentiam remittatis. Alioquin cum non reuocetur in dubium de contestatione litis super statu Pigamen. monasterii, et quibusdam spoliationibus contra abbatem eius factis a Magdeburgan. episcopo, recipiatis partium probationes de nouo: et audientes, si partes audire voluerint 38), de compositione tractatum, tam quod super hoc inueneritis, quam caussam sufficienter instructam ad nos remittere procuretis.

37) Hanc inscriptionem firmat C. L. nisi quod præpositio addat nomen G. et edit. antiqu. pro *Misn.* legat *Mina*, cum C. B. 1. et H. solius GREGORII IX. mentionem faciunt. Enimuero sine dubio inscriptio edducta vera. quia hic agitur de *monasterio Pegauiensi*, cui quæstionem status mouebat *episcopus Merseburgensis*, non *Magdeburgensis*, vt monitum in titulo in hac decretali legitur, eique nomen *Amplissi episcopi* tribuitur. Quare et caussa edit. ant. habet: *Mersburgen.*, cui proxime accedit C. B. 2. legens: *Mesbergen.* et C. L. *Mesburgen.* Denique loco *Pigamen.* rectius legit C. L. *Pegauien.* seu *Peganien. monasterii.*
38) *Noluerint*, C. L.

TITVLVS XX.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS. 39)

CAP. I.

Breue est.

Ex Concilio Macien. d Materceen. 40)

Placuit 41) sancto conuentui, vt testes *ad testimonium dandum* 42) non conducantur pretio, et vt quicunque idonei et fideles 43) in testimonium 44) assumantur 45): [*vt ii, contra quem testimonium ferre debent, nullam eis possit inferre calumniam,*] ac nullus 46) testimonium dicat, nisi ieiunus.

39) In comp. 2. desiderantur verba: *et attestationibus.*
40) Inscriptio tota vitiosa, vnde varietas in codicibus quoque grauis est, quam ne quidem referam. Exstat hoc capitulum, in *c.* 2. *C. IV. q.* 2. et 3. ibique sub signo. *Palea* refertur, vt non sit GRATIANI, sed *interpolatoris*, qui ex *concilio Maticensi* illud laudauit, vel *Matisconensi*, sub qua inscriptione BVRCHARDVS *libr. XVI. c.* 35. illud refert. Verum illud desumtum est ex capitularibus, et quidem *libr. III. c.* 52. vnde istud etiam laudauit REGINO *libr. II. c.* 336 Aliquoties iam monitum est ad GRATIANI *decretum*, BVRCHARDVM non tantum fontes ipsos turbasse, sed etiam capitula, ex *capitularibus* depromta, alicui concilio per fraudem tribuisse, et ita GRATIANVM quoque aliosque collectores in similem errorem induxisse, vt sub his inscriptionibus falsis veros occultaret fontes, vnde sua hausit, et in primis præcaueret, ne *capitularia regum* Francorum inter fontes suæ collectionis per iaudidam poneret.
41) Verba initialia: *placuit sancto conuentui*, desunt in *capitular. cit. l.* ideo adiecta, vt eo citius, ex quodam concilio ea depromta esse, constaret
42) Verba: *ad testimonium dandum*, a C. B. H. L. ed. ant. et gloss. absunt. In cit. autem c. sola vox. *dandum*, desideratur.
43) *Optimi et fideliores*, cit. c.
44) *In testimonio*, C. B. 1. sed cit. c. *ad testimonium*.
45) *Admittantur*, C. H.
46) *Et vt nullus*, cit. c.

CAP. II.

Nulla est receptio testium facta contra non citatum.

GREGORIVS *Ioanni defensori eunti in Hispaniam. libr. XI. epist.* 56. (*ann.* 603. *Roma in Hispaniam.*)

In e nomine Domini: [*et infra.*] Quod autem dicit [*idem*] episcopus, quia 47), se absente, etiam 48) vilissimi sunt 49) testes exhi-

47) *Quod*, C. H.
48) In c. 3. comp. 1 h. t. post vocem *absente*, tenor verborum ipse est hic: *aliqui vilissimi sunt testes exhibiti, nullius etiam esse momenti* etc.
49) *Sunt*, C. B. 2. H. L. et Gonz.

a Vtraque. b *Conc. text. et ibi Dd. infra. de test. c. caussam, quæ.* 1. *last. et alle in l. vt. apud quem. C. de edend.* c *vid. l. fin in gloss. C. de probat. Spec. in tit. de procur. §. ratione forma.* d *In omnibus manuscr.* Maticen *al.* Matericen. *Id concilium nondum vidimus, desumpsit vero Raymundus hoc c. ex 2. comp. tit. de test. c.* 1. e *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et pro hist. ac intelligentia textus videto notas nostras in hoc cap.*

biti nullius momenti 50): lege noscendum est constitutionis 51) nouellæ, quæ de testibus loquitur in hæc verba 52): at 53) ne postea obiiciatur eis, quod 54) per vnam partem gesta et confecta 55) f sunt, oportet, vt 56) testimonia dentur, illo admonito a iudice, aut defensore, venire et audire testes 57). Si vero noluerit venire, et non ex 58) ineuitabili quadam necessitate venire non possit: sancimus, huiusmodi testimonia ita 58*) valere, tanquam si non ex vna parte consisterent, sed etiam ipso præsente facta fuissent. Ecce admonendus est semper aduersarius, vt ad audiendos testes veniat: quod quia hic 59) omissum est, necesse est, vt, quod 60) g contra legem actum est, non habeat firmitatem.

50) *Nulli esse momenti*, C. B. 2.
51) *Constitutione*, habet C. L. cui respondet cit. c. legendo: *constitutione nouella*, sed præmisso voto.
52) Non tam verba, quam sententiam nov. *XC. c.* 9. refert GREGORIVS M. Ceterum in cit. c. 3. comp. 1. loco harum dictionum legimus: *C. XVI.*
53) Copula: *et*, in C. H. L. et ed. ant. deest.
54) *Quæ*, C. H. sed *quia*, est in cit. c.
55) Verba: *et confecta*, a C. B. et L. absunt, sed in cit. c. tantum desideratur copula: *et*.
56) *Vt, illo in ipsa ciuitate consistente, testimonia dentur, admonitus a iudice* etc. legimus in cit. c.
57) Ex sententia iuris Romani ergo litigantes quoque præsentes esse iubebantur ipsi examini testium, vt depositiones etiam testium audirent, a qua doctrina discessit hodierna praxis communis.
58) Desideratur partic. *ex*, in cit. c.
58*) Part. *ista*, ibid. non legitur.
59) *Quod quia hoc*, habet ed. ant. cit. vero c. *quia quod hic*, etc.
60) *Vt, quia*, C. B. 1. et L. sed in cit. c. desideratur partic. *vt*.

CAP. III.

Mulier testificatur contra clericum, cum de crimine agitur.

IDEM *Sabino defensori Sardiniæ. libr. II. epist.* 36. (*ann.* 592. *Roma in Sardiniam.*)

Quoniam *h* aliqua nobis de persona Epiphanii presbyteri 61) sunt facinora 62) nuntiata; necesse est, vt cuncta diligentius perscruteris, et seu mulieres, cum quibus peregisse dicitur, seu alios, quos de caussa [*eadem*] scire aliquid senseris, huc [*pariter*] festines adducere: quatenus ecclesiastica districtione 63) liquide possint, quæ vera sunt, aperiri.

61) Hunc tamen presbyterum sententia pontificis absolutum et in locum suum restitutum, ex *libr. III. epist.* 24. liquet, adducta in *c.* 4. *C. V. q.* 6.
62) Vox: *facinora*, non exstat in c. 4. comp. 1. h. t.
63) *Ecclesiastica discretione*, c. cit. legit.

CAP. IV.

Vbi agitur ad correctionem de peccato impediendo: principalis persona admittatur in testem.

PASCHALIS PAPA II. (*ann.* 1099. *Romæ.*)

In omni negotio principalis persona dicens veritatem de re sibi nota 64) rectissime habenda est pro teste: cui 65) adhibito vno 66), efficiuntur duo testes, adhibitis duobus, efficiuntur tres. Quod patenter ostendit Dominus, cum dicit i: *si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum; quodsi te non audierit, adhibe tecum 67) vnum vel duos testes 68): vt in ore duorum, vel trium 69) stet omne verbum.* [*et alibi affirmat. dicens; non vnus stet contra alium, sed in o. d. vel trium t. s. o. v.*] Idem 70) alibi affirmat dicens 71) k: *ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimonium perhibet de me pater: nam in lege vestra 72) l scriptum est, quod 73) duorum hominum 74) testimonium verum est.*

64) *Res sibi nota*, c. 5. cit. comp.
65) *Cum quidem*, ibid. pro *cui*.
66) *Vno teste*, C. B. 2.
67) *Tecum*, non exstat in c. cit.
68) *Testes*, non legimus ibid.
69) *Trium testium*, C. B. H. et L.
70) *Et*, C. H. sed L. *item*, vti etiam habet ed. ant. et c. cit.
71) Verba: *affirmat dicens*, desiderantur in c. cit.
72) *Nostra*, C. B. 1.
73) *Quia*, C. H. L. et c. cit.
74) Vocabulum: *hominum*, a C. H. abest.

CAP. V.

Dicit, quales esse, et qualiter iurare debeant, qui super consanguinitate deponant.

EVGENIVS III. 75) (*post ann.* 1145. *Romæ.*)

Quotiens m aliqui propter cognationem propinquitatis [*vel consanguinitatis*] separari petuntur 76): duobus vel tribus testibus adhibitis [*affirmari debet*], qui de eadem consanguinitate supersint, vel

75) Hoic etiam præsens decretalis tribuitur in *collect. decret. Alexandri III. in append. p.* 282 infra relata, et apud HARDVINVM *tom. VI P. II. p.* 1750. non ALEXANDRO III. quem in inscriptione nominare maluerunt Pithœi, forsan ea de caussa, quod in *collect. cit.* deprehendatur.
76) *Separantur*, c. 20. cit. comp. 1.

f *Hæc duo verba. et confecta, in manuscriptis codicibus non habentur* g quia. h *Beatus Greg. l.* 2. *epist.* 36. *indictione* 11. *c.* 63. *et c.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp. Et an et quando mulier possit esse testis in criminalibus, vide plene per Antonium Gometium Tomo* 3 *variarum resol. c.* 12. *et per Iul. Clarum in pract. crim.* §. *fin. qu.* 24. i *Matth.* 18. *Luc.* 17. k *Ioan.* 8 l *Deut.* 17. m *Post Conc. Lat. sub. Alex. III. p.* 8. *c.* 27. *et c.* 20. *eod. tit. in* 1. *compil.*

totidem 77) senioribus et melioribus 78) loci eiusdem, id debet legitime comprobari 79). Probatio autem testium debet fieri duplici iuramento, vt iurent se non 80) priuato odio, neque amicitia 81), neque 82) pro aliquo commodo, quod habuerint, vel quod habent 83), vel habituri sint 84), ad hoc iurandum [*esse*] inductus, [*Postea debent iurare,*] sicut ipsi dicunt, rei veritatem accepisse a maioribus suis, et credere 85) ita esse.

77) *Vel a duobus, vel a tribus testibus*, ibidem.
78) *Vel meliori* etc., C. H.
79) *Probare debet*, c. cit. omissis verbis: *id legitime.*
80) In c. cit. series verborum ita se habet: *Testes autem debent iurare, se neque priuato* etc.
81) *Pro amicitia*, C. E. 2.
82) Partic. *neque*, post vocem *amicitia*, in C. L. deest.
83) Pronomen: *quod*, a C. R. L. et cit. c. abest.
84) *Sunt*. C. R. 2. L. cit. c. edit. ant. et gloss.
85) Verbum *credere*, desideratur in cit. c.

CAP. VI.

Prælatus et clerici, qui caussam ecclesiæ non procurant, testificari possunt in ea.

IDEM 86) *Priori* 87) *et fratribus S. Trinitatis.* (*Lundon.*)

Insuper a [*etiam auctoritate nostra*] statuimus, vt liceat vobis in caussis ecclesiæ vestræ 88) ferre testimonium: dummodo vnus ex vobis, vel duo ad agendum et respondendum 89), instituantur, quorum testimonium in caussis, in quibus actores vel 90) responsales sunt instituti, non debet admitti.

86) In append. prædicta tit. 46. c. 14. loco *Idem* legitur: ALEXANDER III. sed apud HARDVINVM ibidem tribuitur EVGENIO III. hæc decretalis.
87) *Prioribus*, C. L.
88) Dictio *vestræ*, in c. cit. comp. cit. non habetur: cum tamen in ipso legatur concilio.
89) *Vel respondendum*, C. R. 2. ed. ant. et Pith.
90) Partic. *vel*, minus recte omittitur in cit. c.

CAP. VII.

Si probatio exceptionis oppositæ contra testem productum non admittitur; antequam dictum testis recipiatur: in casu, in quo admitti debeat, licite appellatur. Hoc dicit secundum lecturam, quam ponit Panorm.

IDEM 91) *R. Herforden. episcopo, et abbati Sardis.*

Ex b parte A. 92) presbyteri ad nos est querela perlata, quod, cum [*ipse*] ecclesiam de Clunoden. 93) canonice fuisset adeptus, et eam 94) c XXX. annis et amplius pacifice possedisset, miles quidam H nomine, [*ipsum exinde grauibus molestiis et iniuriis lacessit, et tandem,*] tacito, quod laicus esset, ad iudices 95) [*nostras*] litteras impetrauit, quod, si dictus presbyter filius esset illius, qui proximo in eadem ecclesia ministrarat 96), [*et iure hereditario eam tenet,*] vel [*quod*] publice fornicariam 97) haberet, ipsum 98) a prædicta ecclesia [*prorsus*] amouerent 99). Tandem [*vero,*] cum [*idem*] miles per interpositam personam eum 100) coram præfatis 1) iudicibus traxisset in caussam: quosdam laicos insames et notabiles ad testimonium [*perhibendum*] dicitur produxisse, [*quod videlicet memoratus presbyter filius sacerdotis illius fuisset, qui proximo in ipsa ecclesia ministrauerat.*] Licet autem [*prædictus A.*] presbyter assereret, illos [*testes*] non esse recipiendos 2) pro eo, quod quidam eorum 3) latrones et raptores manifesti essent 4), quidam vero in alia caussa fuissent 5) conuicti de periurio, et se [*constanter*] diceret hoc probaturum: nihilominus [*tamen præfati*] iudices, testibus talibus [*aduersæ partis*] receptis, eidem [*presbytero*] absenti 6) [*etiam*] post appellationem, [*quam super hoc se interposuisse proponit, et eo absente*] præscriptam d ecclesiam abiudicauerunt ecclesiam, quam nunc [*præscripti*] militis dapiferi filius detinet occupatam. [*Quoniam igitur de vobis satis plene confidimus: caussam ipsam d. v. duximus committendam, præsentium vobis auctoritate præcipiendo mandantes,*] quatenus, [*partibus coram vobis conuocatis, super hoc rei veritatem diligenter inquiratis, et*]

91) Apud HARDVINVM cit. l. p. 1751. P. VIII. c. 22. hæc decretalis LVCIO III. assignatur, in append. prædict. vero ALEXANDRO III. Priorem sententiam probat AVGVSTINVS in not. ad c. 23 comp. 1 h. t. atque ita inscriptionem format: LVCIVS III. R. Herfordensi episcopo et Bal. abbati de Ford. ex c. 7. X de iur. patron.
92) *Ada*, C. R. H. L. et cit. c. 23.
93) *Calmod.* C. H. sed L. *Cumoden.* et cit. c. *Culmido.*
94) Pronom.: *eam*, a C. E. et H. abest.
95) *Ad Herforden. episcopum et abbatem de Fantresem.* cit. c.
96) *Ministrauit*, C. R. 1. L. et cit. c. sed ed. gloss. *ministrarat.*
97) *Focariam*, C. R. H. L. et ed. ant.
98) In cit. c. vox: *ipsum*, non legitur: quia sequitur verbum passiuum.
99) *Amoueretur*, est ibid.
100) *Præfatum A. presbyterum*, cit. c.
1) *Prædictis*, ibid.
2) *Admittendos*, C. H.
3) *Illorum*, C. R. 1.
4) In cit. c. desideratur vox: *essent.*
5) *Fuerant*, ibid.
6) Vocem *absenti*, non legimus in cit. c.

si vobis constiterit, quod prædictus 7) presbyter non fuerit 8) legitime per testes idoneos prædicta 9) e ecclesia spoliatus, eorundem iudicum cassata 9*) sententia, litteris etiam confirmationis, si quæ sunt super eadem ecclesia impetratæ, non obstantibus, ecclesiam illam presbytero restituatis eidem 10), [*dilatione, contrad. et app. cess.*] ipsumque [*de cetero*] non permittatis exinde [*a supra dicto milite, vel ab eo, qui ipsam tenet,*] molestari. Si vero res 11) aliter se haberet 12): [*nihilominus*] caussam audiatis, et fine debito terminetis. Testes autem, si quos idem A. in suæ assertionis testimonium inuocauerit, monere curetis, [*et diligenter inducere, diuino intuitu et amore iustitiæ:*] vt coram vobis super his perhibeant testimonium veritati, [*nec quicquam exinde in suæ salutis periculum reticere præsumant.*]

7) *Dictus*, C. E. 1.
8) *Fuit*, C. H.
9) *Præscripta*, C. E. 2. et L. ed. ant. gloss. et cit. c.
9*) Vox: *cassata*, desideratur in cit. c.
10) *Prænominato presbytero A.* legimus in cit. c.
11) *Caussa*, C. H.
12) *Habet*, est in cit. c.

CAP. VIII.

Iudex mittere debet examinatorem discretum ad testes recipiendos, qui ad eum commode venire non possunt.

IDEM *Exon. et Vigor. episcopis.* 13)

Si qui testium 14) valetudinarii sunt, et f senes 15), vel debilitate confecti, aut paupertate depressi 16), ita, quod non possint 17) ad vestram præsentiam adduci 18): ad ipsos recipiendos mittatis g personas idoneas et discretas.

13) Pariter hoc capitulum tribuitur ALEXANDRO III. in append. prædict. infra c. 17. p. 284. sed in HARDVINI collect. plane deest. Ceterum in c. 24 comp. 1 cit. inscriptio est hæc: *Idem Exoniensi episcopo.*
14) *Testes*, C. H.
15) *Senio*, cit. c. 24.
16) *Deprehensi*, ibid.
17) *Et non poterit eos idem ad vestram præsentiam ducere*, legimus ibid.
18) *Deduci*, C. R. 1.

CAP. IX.

Retractanda est sententia, si constat, eam fuisse latam ad dictum corruptorum testium. H. d. secundum lecturam, quam tenet Panorm.

ALEXANDER III. *Beluacen. episcopo.*

Sicut h nobis est [*ex parte tua*] intimatum 18*), quidam [*parochiani tui*] accepta 19) pecunia de parentela inter virum et vxorem exhibent 20) iuramenta, per quæ inter ipsos 21) diuortii sententiæ promulgatur: postea vero priuatim nullam inter eos consanguinitatis lineam asserentes, se corruptos [*muneribus*] dicunt, [*et*] testimonium perhibuisse falsitati. Super quo taliter respondemus, quod, si vir et vxor, aut alter eorum 22) ad secunda vota transiuit 23), [*nullum aliud remedium superesse videretur, nisi vt*] testibus de periurio et adulterio 24) vno pluribusue, quibus caussam dederunt, pœnitentia indicatur 25): i Si vero ad secunda vota idem vir et vxor non migrauerint; diligenter inquirendi sunt, coram quibus corruptio intercessit: et, si tales exhibeantur, per quos possit prædictæ corruptionis veritas comprobari, recepto eorum testimonio est sententia reuocanda 26). Non enim testimonium prædictorum, cum periuri sint, est in hoc casu 27) aliquatenus admittendum.

18*) *Significatum*, legitur in c. 7. comp. 1. h. t.
19) *Recepta*, C. H.
20) *Perhibens*, C. R. 1.
21) *Eos*, C. E. 1.
22) *Ipsorum*, C. H.
23) *Transierit*, ed. ant. sed cit. c. *transissent.*
24) *Vel adulterio*, C. L.
25) Quia pontifex asserit, *nullum aliud superesse remedium*, quam vt confessis testibus de periurio pœnitentia indiceretur, sine dubio matrimonia postea contracta non esse irritanda censuit: quia, semel sententia diuortii lata, nec res amplius integra erat. Quamuis enim sententia contra matrimonium lata in rem iudicatam non transeat; id tamen re adhuc integra intelligendum: alioquin nunquam effectum habere posset, nec, matrimonio rescisso, integrum partibus esset ad alia transire vota. Tunc enim sententia demum reuocanda dicitur, si, re integra, testes de periurio conuincantur.
26) *Debet sententia reuocare*, cit. c.
27) Vox: *casu*, in C. R. H. L. et cit. c. deest.

CAP. X.

Socius criminis et muneris non testificatur etiam in crimine simoniæ. Et vnius testimonium non sufficit ad condemnationem.

IDEM *Attinensi* 28) *archiepiscopo.* (*ann.* 1170.)

1. Veniens k ad nos [*cum litteris tuis*] L. 29) presbyter [*tuus*] sua 30) [*nobis*] relatione monstrauit, [*ut hoc idem litteræ continebant,*] quod, [*cum in ecclesia de Oven. institutus fuisset,*] ei obiectum fuit 31),

28) *Athenen.* C. R. 1. sed C. R. 2. *Attelen.* in H. vero, sicut etiam in ed. ant. hoc nomen deest. sed L. habet, *Arelatensi*, rectius sine dubio.
29) G in C. R. 1. habetur.
30) *Sua voce*, C. R. sed c. 9. compil. cit. 1. *supplici*, pro *sua.*
31) *Fuerat*, C. E. 1.

a C. 21. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lat. sub Alexandr. III. part. 8. c. 18. b Post conc. Lat. sub Alexandr. III. part. 8. c. 22. et c. 23. eod. tit. in 1. compil. c Vox. eam, deest in pluribus. d prædictam.

e prædicta. f Cap. 14. eod. tit. in 1. comp. Similis sententia in conc. Lat. sub Alex. III. p. 8. c. 30. g Ad quos debeant mitti examinatores, vid. in l. ad egregias. per Bart. ff. de iureiur. et in l. generaliter. C. eod. h C. 7. eod. tit. in 1. comp. i Vid. l. generaliter Cod. de non num. pecun. et l. cos. per Bart. ff. de fals. k Cap. 9. eod. tit. in 1. comp.

quod

quod in ecclesia 32) de Ouen. 33) canonicum non habuisset ingressum, quia 34) promisisset vnicuique parœcianorum quinque 35) barillos 36) vini remittere 37), qui sacerdoti [*eiusdem ecclesiæ*] ibi pro tempore seruienti *a* consueuerant pro beneficio dari. Verum cum 38) duo apparuissent, qui iurati deposuerunt, prædictum 39) presbyterum talem fecisse promissionem, et cum altero illorum pactum illud 40) [*indecenter*] factum fuisse: tu presbytero 41), prout [*decuit, et*] ordo rationis *b* exigit, indicasti. Nos 42) tuam sententiam, [*prout dignum est,*] commendamus, eo, quod ille, qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum testificari non posset, nullique de se confesso, aduersus alium in eodem crimine sit credendum, nec vnius testimonium ad condemnationem sufficiat alicuius. 43)

32) *In ecclesiam ipsam*, cit. c. loco dictionum: *in eccl. de Ouen.*
33) *Drouen.* C. A. H. sed L. *Dron.*
34) *Videlicet quod prius*, cit. c. pro *quia.*
35) Vox: *quinque*, deest in C. H. et L.
36) *Barilos*, C. A. et L.
37) Post voc. *promisisset*, in cit. c. textus ipse est hic: *quod vnicuique parochianorum barilos vini remitteret.*
38) *Quia*, habetur ibid.
39) *Prædictum*, non exstat in C. L.
40) *Prædictum pactum*, C. A. L.
41) *De presbytero illo*, C. L. rectius.
42) *Et nos*, C. H. L. ed. ant. et cit. c.
43) In cit. c. desideratur pronom. *alicuius.*

CAP. XI.

Attestationes in vno iudicio receptæ, fidem faciunt in eadem caussa, et inter easdem personas coram alio iudice.

IDEM [*Caprario episcopo, et*] *abb. S. L. et priori S. Crucis.* 44) (*ann.* 1169. *Romæ in Campaniam.*)

Caussam c, quæ [*inter N. et O. monachos super electione de vtroque facta in monasterio est diutius agitata, experientiæ vestræ committimus audiendam, et app. rem. fine debito terminandam. Ideoque*] discret. vestræ [*per A. S. præc.*] mandamus, quatenus [*partes ante vestram conuocetis præsentiam, et*] susceptis attestationibus vtriusque partis, quæ ab aliis iudicibus sunt receptæ, [*testes alios, si qui idonei producti sunt, admittentes, nisi attestationes ipsæ sint publicatæ, et rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis,*] caussam ipsam [*subl. app. rem.*] fine debito terminetis.

44) *Abbati S. Laurentii*, legunt C. A. *S. Luciæ* vero c. 10. *comp.* 1. *h. t.* Restituit verum lectionem GONZAL. hoc modo. IDEM *Capacio episcopo et abbati S. Leoporii et priori S. Crucis*: quod *Capea* in prouincia Africana ecclesiam cathedralem habuerit, et vtrumque monasterium ibidem viguerit.

CAP. XII.

Clerici non sunt a ferendo testimonio in caussa ecclesiæ suæ sine rationabili caussa repellendi.

IDEM [*R.*] *Cantuar. archiep. et* [*R.*] *Vigor. episc.* (*ann.* 1180.)

Cum nuntius [*canonicorum de Plutino, et nuntius Nicol. militis, etc. et infra. Præterea*] non *d* lateat prudentiam vestram, quod clerici 45) non sunt a ferendo testimonio super [*proprio*] negotio ecclesiæ suæ, nisi alia rationabilis caussa impediat, repellendi. *e*

45) *Prædicti canonici*, c. 11. comp. 1. cit.

CAP. XIII.

Crimen nunc probatum repellit testem, alias de illo crimine non damnatum.

IDEM *Cantuar.* 46) *archiepisc.* (*ann.* 1180.)

Super eo [*vero,*] quod *f* quæsiuisti [*a nobis,*] verum testes [*illi*] sint reprobandi in caussa criminali vel ciuili, quibus ab aduersa parte crimina opponuntur, [*tuæ prud. nttæ*] respond. quod, si etiam 47) ante non sunt 48) conuicti vel confessi de criminibus illis, dummodo inde conuincantur, in testimonium 49) non debet admitti.

46) *Terracon.* c. 12. comp. cit.
47) Vox. *etiam*, abest a C. H.
48) *Sint*, C. L. et cit. c.
49) *In testimonio*, C. R. 1. *Ad testimonium*, cit. c.

CAP. XIV.

Laicus in criminali non testificatur contra clericum: accusat tamen pro sua vel suorum iniuria.

IDEM *Salernitano archiepisc.* (*ann.* 1180.)

De cetero laicos in accusationem *g* vel testimonium 49*) contra clericum 50) in criminali caussa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonum 51) manifestius 52) edocet; nisi forte suam vel suorum iniuriam prosequantur 53); nec tunc etiam ad testimonium; sed ad accusationem possunt admitti.

49*) *In accusatione vel testimonio*, c. 14. comp. cit. 1.
50) *Clericos*, C. R. 1.
51) *Censura sacrorum canonum* designat sine dubio farraginem a GRATIANO collectam, cuius canones in *C. II. q.* 7. tam veri quam *spurii* huc spectant. Ceterum exstat etiam hic textus in *append. infra. p.* 280. *tit.* 48. *c.* 6.
52) *Manifeste*, C. A. 1.
53) *Persequantur*, cit. c.

CAP. XV.

In caussis ecclesiasticis et ciuilibus possunt fieri tres productiones testium: quarta autem non admittitur absque sollemnitate legali. Et super dictis testium post ipsorum publicationem potest publice disputari. H. d. secundum lecturam communem, et verbis textus congruentem.

IDEM *eidem.* 54)

In caussis ecclesiasticis *h* vel ciuilibus vltra tertiam productionem non debent testes produci 55), nisi adhibita quadam sollemnitate, quæ in legibus inuenitur expressa. Et super dictis testium, cum fuerint publicata, publice potest disputari.

54) *Idem in eodem*, ed. in edit. ant. Enimuero in c. 15. *comp.* 1. *h. t.* et *c.* 7. *tit.* 48. *collect. decret.* ALEXANDRI *infra in append. p.* 280. adducto inscriptio est hæc: IDEM *eidem in eadem epistola*, vt indigitetur, ex præcedentis decretalis epistola hoc quoque depromtum esse capitulum: quod et eadem collectio apud HARDVINVM *tom. VI. P. II. p.* 1748 innuit.
55) *Admitti siue produci*, C. R. 1. *induci*, H.

CAP. XVI.

Si quis probat actum gestum post appellationem, et aduersarius probat, quod ante; præfertur prima probatio; et actus iudicatur non tenere: nisi secundus probet, quod ante omnem appellationem.

IDEM *præposito et canonicis Embrunden.* 56) *ecclesiæ.* i (*ann.* 1180.)

Cum tu, fili *k* præposite, cum quibusdam canonicis tuis, et [*venerabilis frater*] archiepiscopus vester [*pro caussa, quæ inter vos et ipsum vertebatur,*] essetis in nostra præsentia constituti, [*archiepiscopo asserente, quod vos ante appellationem excommunicasset, et postulante sententiam suam confirmari: econtra proposuisti, quod post appellationem in vos sententiam excommunicationis protulisset, et ob hoc dixisti, eam nullius momenti fuisse. Obiecisti etiam tam tu, quam altera pars, quod testes fuerunt hinc inde producti, et attestationes eorum receptæ. Nos vero, auditis et cognitis rationibus, et allegationibus vtriusque partis, et attestationibus diligenter inspectis,*] cum constet, testes vestros iurasse, quod post appellationem, excommunicationis 57) sententiam tulerit, et archiepiscopi testes similiter iurasse, quod ante appellationem, dicta testium benigne 57*) interpretari [*ac prouidere*] volentes, ne [*de*] periurii reatu notentur, quia vtrumque esse potuit, et quod post 58) primam appell. [*sententiam tulerit*] et ante secundam sententia lata fuerit, [*de communi consilio fratrum*] eandem sententiam [*denuntiamus et*] decernimus non tenere.

56) *Emirun.* C. A. 1. *Ebradun.* L. *Brunden.* c. 16. comp. 1. h. t. Ac denique *Eurdunis* vel *Ebredunensis eccl.* legitur in collect. ALEXANDRI III. in *append. supra. tit.* 48. c. 8. p. 290. adducta, et apud HARDVIN *cit. l.* qua appellatione *Ebrudunensis ecclesiæ* episcopus designatus fuit, quia *Eburodunum* vel *Ebredunum* metropolis Galliæ Narbonensis fuit, quæ hodie *Embrun* vocatur, notante CELLARIO in *Geogr. ant. tom. I. p.* 247. et ideo *archiepiscopum* habet.
57) *Dictis excommunicationis*, desideratur in cit. c.
57*) Hoc recta ratio suadet, vt, quantum fieri potest, testium depositiones in concordiam reducamus, et ita *benigne* accipiamus, ne sibi contradicant.
58) *Licet post*, C. R. 1.

CAP. XVII.

In caussa appellationis super nouis capitulis tantum testes noui et veteres producuntur, iuramento secundum morem prius recepto.

IDEM *episcopo Placent.* (*ann.* 1180.)

Fraternitatis 59), *l* tuæ litteris nos consulere voluisti 60), vtrum recipiendi sint noui testes super quæstione iudicata, in qua testibus renuntiatum [*fore*] constet vtrinque 61), et an 62), testibus in prima caussa receptis, propter caussam appell. liceat super quæstionibus iudicatis aliquid noui proponere? [*Licet igitur nobis ex his non plene innotuit, vtrum testes super eisdem vel nouis capitulis a partibus desiderentur induci; quia tamen, cum prudentium iuris copiam habeas, nos super hoc consulere voluisti:*] duximus tibi respondendum, quod in appellationis caussa 63) si noua contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit nouos testes inducere, vel per iam receptos

59) In cit. comp. 1. c. 17. præmittuntur sequentia: * *Vt autem hæc nostra distinctione, etc. et infra.* Quæ verba propterea AVGVSTINVS ad h. c. ait esse recisa, quod in duobus antiquis reperta fuerint codicibus: licet ipsa sint capituli antecedentis lacinia, sicuti patet ex concil. part. 8. cap. 10. et 12.
60) In cit. c. simpliciter est, *consuluisti.*
61) *Ex vtraque parte*, ibid.
62) *Et vtrum*, ibid.
63) *In prædicta caussa*, ibid.

a *Al.* morari. b *al.* iuris. c *Cap.* 10. *eod. tit. in* 1. *compil. vid.* Alexand. *conf.* 58. *c.* 2. *Ias. et alios. in l.* 21, *apud quem. C. de edendo.* d *Cap.* 11. *eod. tit. et post conc. Later. part.* 8. *cap.* 3. e *vid.* l. *fi. de fers. vel prad.* f *Cap.* 12. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lat. sub Alex. III. part.* 8. *cap.* 4. g *Cap.* 14. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lat. p.* 8. *c.* 4.

h *C.* 15. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lat. sub Alexand. III. p.* 9. *c.* 8. i *Eab.* ... *Al.* ... k *Cap.* 16. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 8. *c.* 1. l *Post conc. Lat. c.* 12. *p.* 8. *et cap.* 17. *eod. tit. in* 1. *compil.*

ali ,uid

aliquid comprobare, eos credimus posse recipi 64) super nouis duntaxat 65) capitulis, receptis prius ab ipsis, secundum formam recipiendorum testium, iuramentis.

64) *Fraternitatem tuam posse recipere*, ibid.
65) Et tamen *nouis probationibus* locus est in instantia appellationis, *l.* 4. *C. de tempor.* Quae hoc modo admodum restringitur, si tantum super nouis articulis noua testium productio permittitur, testium depositionibus in prima instantia iam publicatis. Metus *subornationis* super articulis antea iam productis tantum nouos testes repellit ex sententia *Clem.* 2. *h. t.* quem si idoneos remouere potest appellans, nihil obstat, quo minus noui testes super iis produci queant.

CAP. XVIII.

Qui iurauit testimonium non dicere, testificari compellitur, si testificationes publicatae non sunt.

IDEM *Exonien.* 66) *episcopo*, (*et abbati sancti Albani.*)

Intimauit 67) *a* [*nobis*] R. presbyter 68) *b*, quod G. 69) *c* clericus Capellanum eius et alios quamplures de testibus suis 70) iuramento constrinxit 71), quod testimonium consilium et auxilium 72) contra ipsum non praeberent eidem. Ideoque [*praesentium auctoritate vobis*] iniungimus, vt, si testimonium eorum 73) *d* publicatum non est, nec 74) est abrenuntiatum testibus, eos, qui sunt iuramento adstricti, et alios, si necesse fuerit, idoneos, [*quos ipse*] in testimonium [*perduxerit,*] recipere non postponas. 75)

66) *Oxoniensi*, ed. ant.
67) *Intimauit nobis*, C. R. 1. et L.
68) Vox: *presbyter*, a C. R. H. L. ed. ant. et c. 18. comp. cit. 1. abest.
69) C. R. 1. habet: *V.* sed in C. R. 2. H. L. et edit. ant. legitur: *W.* in cit. c. *Wolt.*
70) Pron. *suis*, deest in C. H.
71) *Adstrinxit*, C. R. 1. et cit. c.
72) *Vel auxilium*, C. R. et L. sed in cit. c. legimus: *quod nec testimonium, vel consilium, vel auxilium eidem R. contra ipsum praeberent.*
73) *Illorum*, C. R. 1. H. et L. sed in C. R. 2. superscriptum est: *alias, illorum.*
74) *Et non est*, cit. c.
75) *Non postponatis*, ibid.

CAP. XIX.

Publicatio vel renuntiatio testium in certis capitulis non praeiudicat volenti testes producere in aliis. H. d. quoad titulum.

IDEM *abbati et fratribus* [*sancti Michaelis*] *de Martura.* 76) *e*

Caussam *f*, quae vertitur inter vos, et [*dilectos filios nostros*] plebanum, et clericos sanctae Mariae de Martura, [*iam pridem filiis nostris archipresbytero Vulterrano et abbati de Spongia*] commisimus 77) [*appell. rem. sine debito*] terminandam 78). Cumque vtraque pars [*propter hoc*] in eorum esset praesentia constituta, et testes essent hinc inde recepti 79), et eis ab vtraque parte renuntiatum, et 80) attestationes [*vtriusque partis*] etiam 81) publicatae, quoddam priuilegium nuper a nobis impetratum in medium protulistis, [*asserentes, vos quaedam alia munimenta a nobis impetrasse, quae rationes supra dictae plebis obscurasse et impedire videntur, quare caussa ipsa nondum potuit terminari. Quia vero sollicitudini nostrae incumbit, vtrique ecclesiae iura sua seruare integra, ac litibus et contentionibus finem imponere:*] iudicibus ipsis [*praecipiendo*] mandauimus 82), vt [*partes ipsas ante suam praesentiam conuocent, et*] super aliis capitulis, si qua alia fuerint 83) ab his, super quibus testes recepti sunt, et eorum attestationes publicatae, [*rationes hinc inde diligenter audiant, et*] testes, si qui idonei producti fuerint, recipiant, et nullis capitulis nouiter 84) a nobis per vestros 85) nuntios impetratis, quae continentur 86) *g* in priuilegio vestro 87), vel in aliis litteris, quas vobis indulsimus, postquam caussam ipsam 88) eisdem commisimus, praedictae plebi 89) in hac caussa impedimentum praestantibus, concordia vel iustitia mediante, decidant. Quia vero 90) [*venerabilis frater noster Iulius*] Florentinus episcopus [*per suas nobis litteras*] intimauit 91), quaedam capitula eidem 92) priuilegio esse inserta, quae obuia rationi videntur: [*per praesentia scripta vobis praecipiendo mandamus, quatenus priuilegium*] illud, [*sicut gratiam beati Petri et nostram caram habetis,*] ad nostram praesentiam 93) cum vestro nuntio, [*qui ad nos secure cum eodem veniat, dilatione et occ. cess.*] transmittatis. 94)

76) *Martura*, C. R. 1. *Meltura*, C. R. 2. *Matura* H.
77) Huius commissionis pariter fit mentio in *c.* 1 *X. de mut. petit.* vnde constat, *archipresbyterum Volterranum et abbatem de Spongia* inter plebanum clericosque et Marturensis monasterii abbatem ac monachos delegatos iudices antea datos, quod etiam ex *c.* 19. *comp. vet.* 2. liquet.
78) *Finiendam*, C. R. 1.
79) *Producti vel recepti*, C. H.
80) Copula *et*, a C. R. L. et ed. ant. abest.
81) Partic. *etiam*, non adest in cit. c.
82) *Mandamus*, C. R. 1. et cit. c.
83) *Fuerunt*, C. L.
84) Partic: *nouiter*, desideratur in cit. c.
85) *Nostros*, C. H.
86) *Continentur*, C. R. 1.
87) *Nostro*, C. H. sed cit. c. *in priuilegiis vestris.*
88) Pron. *ipsam*, deest in C. H.
89) *Praedicto plebano*, C. R. 2. *praedicto caussa impedimentum praestantibus*, etc. cit. c.
90) *Et quia*, cit. c.
91) *Intimauit nobis*, C. R. 1.
92) Loco vocis: *eidem*, legimus in cit. c. *nostro, quod monasterio vestro nuper indulsimus.*
93) Pro his verbis in cit. c. tantum legimus: *nobis.*
94) *Mittatis*, ibid.

CAP. XX.

A testimonio repellitur simili morbo laborans.

IDEM *Nonien.* 95) *h episcopo.*

Personas *i* ecclesiarum [*in tua dioecesi consistentium, ita tuis, et dominorum fundi authenticis scriptis praemunias, vt, cum aliquam personam ecclesiarum illarum decedere forte contigerit, decedentis filius, vel vicarius, seu alius quilibet personatum ecclesiae vacantis viro idoneo conferendi tibi viam praecludere aliqua calliditate non possit. Quodsi aliquis talium frustratoriae dilationis caussa ad nostram audientiam appellauerit, et appellationi suae prolixum terminum praefixerit: tu ei diem, intra quem apostolicam sedem possit conuenienter adire, assignes. Et, si ad illum venire contempserit, tu illum extunc iudicio tuo super his, quae in quaestione vertuntur, sine contradictione aliqua stare, omni excusatione et appell. cess. districte compellas. Si autem quisquam appellationi suae congruentem terminum praefigat, nec tamen caussam ad diem appellationis fuerit prosequutus: ipsum nihilominus extunc sententiae tuae, sicut de alio diximus, app. rem. parere constringas.*] Verum si coram te, vel alio quolibet [*huiusmodi*] negotia 96) ventilentur 97), nolumus, vt aliqui consimili 98) morbo laborantes, si certum sit, aut legitime super hoc 99) possint conuinci, si ab alterutra parte testes 100) adducti fuerint, in testimonium admittantur. 1)

95) *Norwicensi*, rectius C. R. 1. L. H. et c. 4. comp. 1. de app. et rec.
96) *Huiusmodi negotia*, C. R. 2.
97) *Negotium ventiletur*, C. H.
98) *Simili*, C. H.
99) *Super his*, c. cit.
100) Dictio *testes*, abest a cit. c.
1) *Recipiantur*, ibid.

CAP. XXI.

Christianus contra Iudaeum in testem admittitur.

IDEM *in concilio Lateranensi.* 2) *k* (*ann.* 1179.)

Iudaei siue *l* Sarraceni, [*neque sub alendorum suorum puerorum obtentu, nec pro seruitio, vel alia qualibet caussa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. Excommunicetur autem, qui cum eis praesumserit habitare.*] Testimonium quoque Christianorum aduersus Iudaeos in omnibus 3) caussis, cum illi aduersus Christianos testibus suis vti praesumant 4), recipiendum esse censemus. Et anathemate decernimus feriendos, quicunque Iudaeos Christianis voluerint in hac parte praeferre: cum eos Christianis subiacere oporteat, et ab eis pro sola humanitate foueri. 5)

2) *Ex concilio generali Lateran.* C. R. 1. *ex conc. Lateran.* C. R. 2. et L.
3) *In communibus*, c. 5. comp. 1. de Iudaeis etc.
4) *Vtantur*, ibid.
5) Quae omissa et post haec in *concilio generali* sequuntur, relata sunt in *c.* 5. *X. de Iudaeis.*

CAP. XXII.

Testimonium matris est suspectum, vbi filia petit in virum aliquem se maiorem. Et ad dictum solius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, sed contractum non dissoluitur.

IDEM ALEX. III. *Matthaeo* 5*) *m Cardin.* (*ann.* 1170.)

Super eo *n*, quod a nobis tua deuotio postulauit, verum, viro negante, se mulierem affidasse *), ipsius mater mulieris, et altera mulier possint ad testimonium recipi, consult. tuae taliter resp. quod *o*, cum 6) mater filiae incrementum et honorem videtur diligere, vbi vir superior est diuitiis et 7) nobilitate, potentia vel honore, testimonium eius [*omnino*] videtur esse suspectum 8), et ideo non esse 9) aliquatenus admittendum. Super *p* illa 10) vero quaestione, quam fecisti, an mulier 11) coniungenda non sit viro, pro eo 12), quod sola mater alterutrum 13) eos esse consanguineos confitetur, [*discr. t. t.*] respondemus, quod, si non est firmatum 14) matrimonium inter eos, matre asseuerante, ipsos 15) *q* esse consanguineos, non debent coniungi: quia praesum-

5*) *Marco*, c. 1. comp. 2 h. t.
*) Seu mulierem sibi *despondisse*, obseruante CANGIO voce *affidare*.
6) *Quod quia*, C. R. et c. cit. in H. vox *cum*, deest. L. vero ita legit: *quia mater videtur filiae* etc.
7) Partic: *et*, ante voc. *nobilit* in C. L. non exstat.
8) *Suspectum*, C. H. omissa dictione *esse*.
9) *Ideo non est* etc. cit. c.
10) *Super alia*, C. R. 1.
11) *An filia*, cit. c.
12) Partic: *pro*, non adest ibid.
13) *Alterius*, C. R. 2.
14) *Confirmatum*, C. L. sed cit. c. *consummatum*.
15) *Eos*, C. H.

a *Post conc. Lat. p.* 8. *c.* 13. *et cap.* 18. *eod. tit. in* 1. *comp. vid. Oldrad. consil.* 127 *et* 160. *et cons.* 90. *et* 99. b vox, Presbyter, *deest in antiquis.* c *al.* V. d illorum e *al.* Martura. f *Post. conc. Lat. sub Alex. III. p.* 8. *cap.* 15. *et cap.* 19. *eod. tit. in* 1. *comp.* g continentur.

h Norwicensi. i *Cap.* 4. *tit de appell. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 10. *c.* 5. k *sub Alex. III c.* 26. l *C.* 5 *tit. de Iudaeis in* 1. *compil. Vide Specul. tit. de test.* §. 1. *Adde quae de hoc art dixi. tibr.* 2. *comm. in decretal. Inquisit. schol.* 1. *et libr.* 3. *schol.* 124. m *al.* Marco. n *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *comp.* o quia. p alia. q eos.

ptio

obiiciuntur, luce clarescent, relinqui non debeat a subiectis in præsenti articulo,] coniugum alteruter accusatus, ante probatam accusationem, iure, quod habet in altero, priuari non possit. 60)

60) *Non potest*, habet cit. c. Decisionem petit pontifex ex *decreto* GRATIANI prouocans. (1) ad decisionem ALEXANDRI II. in c. 10. C. XXXV. q. 7. (2) ad SYMMACHI placitum, vel potius sententiam ENNODII in c. 1. C. VIII. q. 5. et ita cursus *decreta* auctoritas Romæ asserta.

CAP. III.

Qui rem litigiosam alienauit, ita, quod rehaberi non potest, debet æquiualentem substituere in locum illius, quam alienare non poterit. H. d. cum sequ.

INNOCENTIVS III. *abbati et conuentui sancti Syluestri.*
(*ann.* 1199.)

I. Ecclesia 61) sanctæ Mariæ a in Via lata contra Ioannem de Ateia 62) qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra iustitiam detinere, mouit sub L. iudice 63) quæstionem b: [*et infra.*] Prohibemus, ne possessiones, quæ successerunt 64) in locum et ius illarum, quas ab Ioan. de Ateia ecclesia sanctæ Mariæ petierat, in monasterium vestrum ab eodem Ioan. lite pendente translatas, alienare interim præsumatis: vt, si ecclesiæ sanctæ Mariæ de vitio litigiosi contractus, vel de proprietate voluerit experiri, ne, si obtinuerit in iudicio, in venum laboret, monasterio vestro minime possidente, sit, quod 65) euincere valeat et habere.

61) integra decretalis, vnde hoc capitulum cum sequ. desumtum, iam adducta ac restituta est in c. 10. X. de constit.
62) *De Archeya*, C. R. 1 per tot sed *Ateia*, L. per totum.
63) *Sub Laurentio iudice*, C. L.
64) *Successerant*, C. R. 1.
65) *Si quid euincere*, etc. C. L.

CAP. IV.

Idem dicit, quod in præcedenti.

IDEM.

II. Ecclesia 66) sanctæ Mariæ c: [*et infra.*] Possessionem, qua fueret, prætermisso iuris ordine, prædicta ecclesia spoliata, sibi restitui postulabat d: [*et infra.*] Nos quicquid ab aliis factum fuit 67), postquam prædecessor noster ad curiam 68) suam idem negotium reuocauit, irritum decernimus et inane: [*et infra.*] Verum quoniam præfatam possessionem post restitutionem vobis factam ab Ioan. de Ateia 69), alii locationis titulo assignastis, neque restituere poteratis 70) ecclesiæ spoliatæ; loco ipsius tantundem possessionum æquiualentium 71), ad arbitrium bonorum virorum, ipsi ecclesiæ fecimus assignari: quas, cum 72) alii fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus a creditoribus, qui nobis instrumentum pignoris resignauerunt.

66) *Ecclesiam*, C. L.
67) *Factae*, C. R. 1.
68) *Curam*, C. L.
69) *De Archeya*, C. R. 1.
70) Forsan propter resistentiam detentoris, iure *conductionis* fundo inhærentis pertinaciter, qui ante finitam conductionem, nondum auditus, priuari non poterat possessione sua naturali, quæ etiam in *possessorio recuperanda* attenditur.
71) Obseruauit in hac decretali pontifex principium iuris naturæ, quod GROTIVS *libr. II. de iur. bell. et pac. c. VII.* §. 2. n. 1. his signanter exprimit verbis: *iustitia expletrix quoties ad idem non potest pertingere, fertur ad tantundem, quod est morali æstimatione idem.*
72) *Quas ipsa*, C. L. omissa partic. *cum.*

CAP. V.

Lis decidenda est secundum iura existentia tempore controuersiæ, non autem secundum priuilegium impetratum lite pendente: nisi de litis pendentia mentionem faciat.

HONORIVS III. *Cancellario, Cantori, et A.* [*dictæ marescallo*] *canonice* 73) *Parisien.* (*ann.* 1221. *Romæ in Galliam.*
conf. c. 3. *comp.* 5. *h. t.*)

Dilectus filius, magister A. persona ecclesiæ de Bassevilla 74) e, exposuit coram nobis, quod, cum inter prædecessorem suum ex parte vna, et Priorem ac monachos de Basseuilla [*Carnotensis diœcesis*] ex altera 75), super decimis noualium intra fines parochiæ suæ consistentium, quæstio emersisset 76), ea pendente coram iudicibus [*a sede apostolica*] delegatis, abbas et conuentus [*sancti Martini*] maioris monasterii Turonen. quibus subsunt Prior et monachi supradicti, pro se ac membris suis obtinuerunt a sede apost. indulgentiam super perceptione huiusmodi decimarum: cuius prætextu Prior et monachi supradictas decimas sibi vendicare contendunt, licet in indulgentia [*ipsa*] de [*supra*] dicta 77) quæstione facta mentio non fuisset 78). Ideoque [*discr. v.*] mandamus, quatenus [*auctoritate nostra*] eisdem 79) iudicibus iniungatis, vt, indulgentia non obstante prædicta, in negotio ipso procedant, iuxta traditam sibi formam.

73) *Canonice*, C. R. 1. habet perperam, quia ad vnum tantum canonicum directa hæc decretalis.
74) *Bassauilla*, C. R. 1. per tot.
75) *Altera parte*, C. H.
76) Hæc quæstio sine dubio mota occasione *decimationis antiquæ*, quam monachi possidebant, et hac de caussa etiam *decimas noualium* sibi asserebant, in aliena parochia, quod iura non permittunt. c. 25. *in f. X. de decim.*
77) *De indulgentia in dicta quæstione*, etc. C. L.
78) *Non fuerit*, c. 3. comp. 5. h. t.
79) *Quibus commissa fuit ipsa quæstio*, ibid.

TITVLVS XVII.

DE SEQVESTRATIONE f POSSESSIONVM ET FRVCTVVM.

CAP. I.

Res, in quam facta est missio, non debet sequestrari: etiam si missus inde fuerit violenter eiectus. Vel notabilius sic: *Sequestrum factum loco missionis propter scandalum euitandum, reuocari debet, oblata cautione et restitutis expensis.*

INNOCENTIVS III. *Mediolanen. archiepisc.* 80)
(*ann.* 1206. *Romæ.*)

Ad hoc venit 81) nos Deus g: [*et infra.*] [*Veniens siquidem ad ap. sed.*] abbas de Regula 82) h nobis exposuit, quod, cum M. prædecessor tuus super caussa, quæ inter ipsum et monasterium suum 83) [*diutius*] fuerat agitata, [*post multas commissiones tandem*] obtinuisset 84) Veronensi 85) episcopo litteras destinari, et ipse super iudicio possessorio partim pro monasterio, partim pro archiepiscopo sententiam 86) protulisset, procuratore ipsius 87) monasterii quæstionem de proprietate postmodum intentare volente, archiepiscopus iurisdictionem episcopi opposuit exspirasse, asserens, caussam possessionis tantum, et non proprietatis fuisse commissam. Et quia super possessione pronuntiauerat: semel functus officio suo, super quæstione proprietatis deinceps cognoscere non valebat. [*Ad hæc pars monasterii inter alia respondebat, quod caussa, quæ inter archiepiscopum et monasterium vertebatur, fuerat episcopo memorato absolute et indistincte commissa; et sic continentiam caussæ diuidi non debere dicebat.* [et infra.] *Hanc nimirum et alias rationes cum iudex plenius aduertisset, et*] actorem in possessionem, quæ fuerat per ipsum archiepiscopo adiudicata, propter eiusdem contumaciam 88) mitti decreuit, a qua tamen archiepiscopus violenter monasterium eiecit. i [*Cumque processu temporis vtriusque partis nuntii propter hoc ad sedem apost. accessissent: bon. mem.*] Cœl. Papa prædecessor noster, [*supra dictis omnibus per sancti Martini presbyterum et sanctæ Mariæ in Acquiro diac. card. quos eis auditores concesserat, plenius intellectis, per A. tunc Albanen. episcopum*] sic suum interpretatus fuit 89) rescriptum, quod tam caussa possessionis, quam proprietatis, fuerat iudici delegata 90), cum absolute et indistincte commissa fuerit, et eius continentia diuidi non deberet. [*Vestris igitur idem præd. n. archiepiscopo et abbati fine iustitiæ læsione deferre,*] prælibatam possessionem [*apud v. f. n. Vercellens. et bon. mem. Nouariens. episcopos*] pro suo arbitrio 91) sequestrari præcepit, iniungens 92) Regin. et Mutinen. episcopis, vt de caussa possessionis et 93) proprietatis [*intra duos menses*] plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent, et possessionem ei parti postmodum resignarent, quæ obtineret de proprietate triumphum. [*et infra.*] [*Nos autem supradicto abbati, mandauimus, vt illis litteris, quas ad Bobien. et Ferrarien. episcopos super restituenda sibi possessione cum fructibus per mendacium impetrarat, omnino careret.*] [*et infra.*] In eum statum continentiam caussæ reducimus, in quo fuerat, cum prædictus prædecessor noster caussam proprietatis et possessionis 90*) Reginen. et Mutinen. episcopis 94) commisit, mandato sequestrationis penitus reuocato. [*et infra.*] Ne autem monasterio videamur 95) in suo iure deesse, moderatas expensas, ex quo episcopus 96) Veron. 97) ipsum in possessionem induci decreuit, vsque ad satisfactionis tempus oblatæ, propter hoc factas sibi restituendas esse censemus, et a te sufficientem præberi standi iudicio cautionem.

80) *Archiep.* C. R. 2.
81) *Iunxit*, C. H.
82) *De Stregula*, C. R. H. L. et ed. ant. sed *Stregula*, est in c. vn. comp. 3. h. t.
83) *Sancti Donati de Stregula*, cit. c.
84) *Obtinuerat*, C. L.
85) *Vercellens.* cit. c.
86) Vocabulum: *sententiam*, deest in C. H.
87) *Ipsa*, cit. c.
88) in c. cit. desiderantur verba: *propter eiusdem contumaciam.*
89) *Est*, C. R. 1.
90) *Delegato commissa*, cit. c. omissis vocibus: *cum absolute et indistincte commissa fuerit, et eius continentia diuidi non deberet.*
91) *Pro suæ voluntatis arbitrio*, ibidem.
92) *Per ap. scripta præcipiens*, ibid.
93) Pro copula *et*, cit. c. habet. *tam, quam.*
93*) Voces *et possessionis*, omittuntur ibid.
94) Vox: *episcopis*, a C. R. 1. cit. c. et ed. ant. abest.
95) *Videatur*, C. H.
96) Vox. *episcopus*, desideratur in cit. c.
97) *Veronen.* C. H.

a *Supr. cap. 10. de constit.* b *qua hic abscissa sunt, supra integra posita sunt, cap. 10 de constit.* c *Supr. de constit. cap. 10. in tertio, sub titulo de restitut. spoliat.* d *l. vosse possidet. et ibi Bartol. de re iudic.* e Bacervilla. *alii.* Bassauilla.

f *In nonnullis antiquis ita:* De sequestratione possessio[illegible], rerum et fructuum *alii* possessionum g *Cap* [illegible] h *al.* de Stregula. *al.* Orceatu de Regula Ord. S. Bened. diœcesis T[illegible] i *St.* [illegible]

CAP.

CAP. II.

Si missus in possessionem causa custodiæ fructus dissipat: dissipati reuocantur, et cum aliis sequestrantur.

HONORIVS III. *Priori Deben. et decano de Calinen.* 98)
(*ann. 1220. Romæ in Angliam. c. 1. comp. 5. h. t.*)

Dilectus filius a R. Rector ecclesiæ de Bethusia 99) sua nobis petitione monstrauit, quod, cum inter ipsum ex parte vna, et abbatem, et conuentum de Cisteria 100) b [*Lond. diœcesis*] ex altera, super eadem ecclesia, coram abbate de Sibiton 1) et eius collegis [*ex delegatione apostolica*] quæstio verteretur, iudices ipsi, [*prout erant plus debito parti alteri fauorabiliores post appellationem ab eodem R. legitime interpositam*] prædictos abbatem et conuentum in possessionem ipsius ecclesiæ caussa custodiæ induxerunt: [*memorato vero R. caussa prosequendæ appellationis apud sedem apostolicam constituto,*] qui 2) fructus [*ipsius ecclesiæ*] medio tempore perceptos pro suo 3) distrahunt libito voluntatis c [*in eius præiudicium et grauamen.*] Quocirca [*discret. v.*] mandamus, quatenus, si est ita, facientes 4) [*vsque ad decisionem negotii*] fructus sequestrari prædictos, si quid [*interdum*] de ipsis 5) per eos 6) distractum inueneritis, in statum pristinum 7) reuocetis, [*contradictores per censuras ecclesiasticas compescentes.*]

98) Vera inscriptio est in c. 1. comp. 5 h. t. *Priori de Beham decano de Dalit. et P. canonico sanctæ Mariæ de Hastinges Cicestrensis diœcesis.*
99) *Bertul.* C. H. sed L. *Berdteya.* ed. ant. *Betusya.* cit. c. *de Bertucia.*
100) *Cestria*, C. B. 1. sed C. e. 2. *Ceutria*, et H cum L. *de Colcestria.* Legitur autem in cit. c. et ed. ant. *de Cestria* vel *Cestria*, CIRONIVS ad h. c. mauult: *Cestria*, quod est vocabulum monasterii, in diœcesi Lond. vero minime sit. inde recte patet, delendas esse voces. *Lond. diœces.*
1) *Stinto.* C. B. 1 sed H. *de Sebetenon*
2) *Prefati abbas et conuentus*, legimus in cit. c.
3) *Pro suo*, ibid.
4) *Facientes*, ibid. legitur cum copula *et* antec. partic. *si.*
5) Verba: *de ipsis*, desunt in C. H.
6) *Per ipsos*, habet C. H. sed neutra verba leguntur in cit. c.
7) *In statum debitum*, cit. c.

CAP. III.

Si cuius possessor appellat a sententia contra eum lata: licite rei petitæ fructus sequestrantur, si dissipantur ab eo.

GREGORIVS IX. (*ann. 1232. Romæ.*)

Ab eo, qui a sententia prouocauit, fructus possessionis, si dissipentur 8) ab ipso, possunt, lite pendente, rationabiliter sequestrari.

8) Conuenit hæc decisio cum *l. 21 § 3. de appell.* in qua hanc sententiam ICtus confirmat rescripto *Antonini* et *Veri* sub hac circumstantia, cum *popularitate eius ab aduersario fructus egit*, quam etiam hic desiderat pontifex.

TITVLVS XVIII.
DE CONFESSIS.
CAP. I.

Ad solum dictum confitentis crimen proprium, non est alteri infligenda pœna aliqua: infamato tamen est indicenda purgatio.

CLEMENS III. 9) (*c. 2. comp. 2. de hom. vol. v. cas.*)

Cum monasterium: [*et infra.*] [*Super eo vero, quod tuis litteris adnectere studuisti, quid tibi faciendum sit, de quodam eiusdem monasterii sacerdote, qui diabolo instigante quendam ex fratribus, sicut eum publice proposuisti, confessum occidit, hoc fraternitati tuæ rescribimus, et per A. S. mandamus, quatenus eum sollemniter ab omni officio diuino non differas degradare, et in monasterium aliquod Cistercien. ordinis reducere, in quo minimam sibi tanti facinoris pœnitentiam agens ibi, dum vixerit, digne lugeat, quæ commisit.*] Eos [*autem, de*] quorum suggestione scelus homicidii presbyter d se 10) perpetrasse proponit, nisi [*tibi*] aliis modis [*et iustis rationibus*] verum esse constiterit, nulli censemus pœnæ e subdendos: cum 11) f secundum vtriusque iuris 12) statuta, de se confessi super aliorum conscientiis interrogari non debent, et 13) crimine læsæ 14) maiestatis excepto, de reatu proprio confitentis 15) periculosa confessio non est aduersus quemlibet admittenda. Si tamen eos 16) infamia huiusmodi laborare cognoueris: singulis eis, adiunctis tribus sociis sui ordinis, purgationem iniungas.

9) Vel potius COELESTINVS III. cum pars sit c. 13. *X. de elect.* quod pontifex direxit ad AMELINVM *Cenomanensem episcopum*, obseruante GONZALEZIO, *ad cit. c.* 13. Romæ in Galliam anno MCLXXXII.
10) *Se P. presbyter*, C. B. 1. *scelus prædictum perpetrasse* etc. c. 2. comp. 2. de homicid. deficientibus vocabulis: *homicidii presbyter se.*
11) *Quia*, C. e. H. L. et c. cit.
12) Etenim ex iure ciuili huc pertinet *l. 16. §. 1. de quæst. l. 11. c. de testib. l. 5. C. de accus.* ex decreto GRATIANI vero c. 3. §. 40. C. *IV.* q. 3. c. 1. C. *IV.* q. 11. c. 5. C. *XV.* q. 3. et denique ex decretalibus pontificis ALEXANDRI III. c. 10 et 20. *X. de testibus* quæ eo tempore partem insignem iuris canonici constituebant, vti tum *collectio antiqua* tum ea, quæ in *appendice* infra apparet, testatur. et in *præf. ad decretum* GRATIANI §. *XIV.* in hoc iam e obseruatum est. Sic itaque eo tempore IVRIS VTRIVSQVE *statuta* designarunt *iuris canonici* et *ciuilis* placita, quæ omne punctum tulerunt in decisionibus, ad quæ etiam pontifices suas accommodarunt decisiones, indeque *doctores vtriusque iuris* vsque ad nostra appellati sunt tempora.
13) Partic. *et*, non exstat in ed. ant.
14) Vox *læsæ*, abest a C. H. ed. ant. et c. cit.
15) *Confitentes*, C. L.
16) *Hos*, c. cit.

CAP. II.

Si de crimine contingente causam principalem constat contra aliquem per eius confessionem, punitur pœna ordinaria: etiamsi directe contra eum non agatur. H. d. secundum glossam. Et est casus notabilis et verus in se. Vel summa sic, secundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam sentit gloss. licet non perfecte explicet: *Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter: potest iudex ordinarius nouum inchoando processum, illum punire pœna ordinaria.* H. d. singulariter abbas.

INNOCENTIVS III. 17) *Canonicis de Bethlehem.* 18)
(*post ann. 1210. Romæ in Palæstinam.*)

Cum super electione g Bethlehem ecclesiæ 19) inter R. [*subd. v.*] et P. 20) [*canonicum sepulcri Dominici nuper in nostra præsentia*] quæstio verteretur h; [*vtroque se pro electo gerente, cum primus etiam a ven. fr. n. patriarcha Hierosolymit. fuerit confirmatus, alter vero fauorem regum obtineret: et dil. fil. P. basilicæ duodecim apostolorum l. tit. sancti Stephani in Cælio monte presbyteros, et G. sanctæ Mar. in porticu diac. card. dedimus auditores. et infra.*] [*Ceterum*] quoniam V. 21) canonicus Bethlehemitanus fuit in iure confessus, quod pro præstando alterius electioni consensu, quingentorum Sarracenorum obligationem receperat 22), [*et præmissum*] et mediator extitit simoniacæ prauitatis: nos [*intelligentes, contractum huiusmodi continere simoniacam prauitatem,*] quoniam 23) vitium huiusmodi 24) persequi volumus, vt debemus, ipsum [*ab omni ordine clericali*] per definitiuam sententiam duximus ab omni beneficio et officio ecclesiastico deponendum.

17) *Innocentius*, C. H omisso numero.
18) *Bethlehemitanis*, C. B. L. et c. 1. comp. 3. h. t. sed ed. ant. *de Bethlem*, in cit. c. declaratur vox *ecclesia*, et loco *Bethlehem*, habet: *Bethlemitanæ.*
19) *Bethlehemitanæ ecclesiæ*, plenius legitur in C. R. 1. quia BALDVINVS, Latinorum rex primus Hierosolymitanus, hanc ecclesiam anno MCX erexerat in cathedralem, et ita sede vacante super electione episcopi quæstio mota erat. Vid. c. 4. *X. de caus. possess. et propr.* not. 37.
20) *Et P.* legimus in cit. c.
21) *W.* habent C. L. ed. ant. et cit. c.
22) *Acceperat*, C. B. 1. et cit. c.
23) *Quam*, est in cit. c.
24) Verba: *vitium huiusmodi*, non sunt in cit. c.

CAP. III.

Confessio facta in iure per œconomum ecclesiæ, nocet ipsi ecclesiæ: potest tamen reuocari, si ante finitum negotium doceatur, per errorem facti emanasse. H. d.

GREGORIVS IX. *B.* i *iudici Viterbiensi.* 25) (*ann. 1232. Romæ in Tusciam.*)

Ex parte abbatis et conuentus monasterii sancti M. 26) fuit propositum, quod, cum inter ipsos ex parte vna, et V. 27) nomine suæ vxoris ex altera, coram te quæstio verteretur, œconomus monasterii memorati, quædam per errorem facti fuit in iure confessus, ex quibus timet 28) k sibi præiudicium generari. Cum igitur 29), negotio nondum 30) finito, nemini noceat error facti: mandamus, quatenus, si de huiusmodi potuerit 31) errore docere, prouideas, vt nullum sibi super hoc præiudicium generetur.

25) *Viterbiensi*, legit ed. ant.
26) *Sancti Martini*, C. B. 1.
27) *Et W.* C. L. et ed. ant.
28) *Timeat*, C. e. H. et L.
29) *Ergo*, C. B. 1.
30) *Necdum*, C. H. et L.
31) *Poterant*, C. H. et L. Probatio ergo erroris post triduum desideratur.

TITVLVS XIX.
DE PROBATIONIBVS.
CAP. I.

Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur. Ita communiter summatur.

GREGORIVS *Tancredo Regi Vincestriæ.* l (*ann. 597. Romæ.*)

Ex epistolæ verbis m: [*et infra.*] Tua 32) excellentia postulauit 33), vt imperatori 34) scriberem, quatenus n pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter [*piæ memoriæ*] Iustinianum prin-

32) *Vestra*, c. cit.
33) *Mihi mandare curauerat*, ibid.
34) MAVRITIO scilicet, cum quo RECAREDO Wisigothorum regi lis fuit de parte Hispaniæ, quam AGILA IVSTINIANO cedere pacto promiserat, cuius editionem, interuentu pontificis GREGORII M., desiderabat RECAREDVS. Vnde liquet, inscriptionem: *Tancredo regi Vincestriæ* hic positam, vitiosam esse, sicuti etiam codices et edit. ant. nihil fani habent, præter C. B. 1. qui proxime ad veram accedit lectionem: *Recharundo regi Visig.* multo curatior est inscriptio in c. 1. comp. 1. h. t. *Recaredo regi Wisigoth.*

a *De materia huius cap. vid. Felin. post Ioan. Andr. in cap. examinata. supr. de iudic. Specu. in Reg. 458. verbo sequestratio.* b Glocestrie. c *Adde, ista verba importare liberum arbitr. l. 1. ff. de re mil. et ibid. Bart.* d *In aliquibus antiquis ita* se Presbyter, et cætero. e *Vid. l. fin. cum gloss. et ibi Bart. in l. maritus. ff. de quæstion.* f al. quia.

g *Cap. in eod. tit. in 1. compil.* h *quæ hic desunt, reperies supr. c. cum super de caussa p. & et propr.* i Rich. k *In Codic. Barb.* ex quibus timent monasterio, sibi etc. *in omnibus manuscr. legitur,* timent. l *Alias,* Tancredo *videtur esse Gregorius VII. al.* Tancredo regi Visigotorum *sed leg. est.* Recaredo regi Wisigotorum, *ex libro septimo epistol. 122. sive 126. Reg. B. Greg.* m *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* n Quod

 cipem

cipem et prædecessores tuos 35) fuerunt emissa 36), vt ex his 37) colligeret, quid tibi seruare deberet. 38) Sed ad hoc faciendum [*hoc mihi*] vehementer obstitit; quia 39) nulli dicendum est: ea, quæ contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, [*atque hæc*] in medium proferre.

35) *Et iura regni vestri*, cit. c.
36) *Fuerant emissa*, C. L.
37) *Illis*, C. H. legit.
38) *Vobis debuisset*, c. cit.
39) *Quod*, C. L.

CAP. II.

Actor, qui plene probauit, non debet compelli iurare.

ALEXANDER III. (*ann.* 1176. *Romæ.*)

Sicut a consuetudo laudabilis [*nulla debet nouitate diuelli: sic, quod nos error contra ius morthar introductum, obuia ratione debet dissolui.*] Sane quoniam 40) apud vos consuetum esse didicimus, vt, cum aliquis intentionem suam fundauerit instrumentis, aut testibus [*introductis*], et sacramentum nihilominus deferatur: quod si subire noluerit, fides probationibus [*exhibitis*] b non habetur 41). [*Quod cum nulla sit ratione subnixum, sed manifeste legibus aduersetur:*] nos 42), cum tunc demum ad huiusmodi sit suffragium recurrendum, cum aliæ legitimæ probationes deesse noscuntur, talem consuetudinem reprobamus, [*nec vllam habere firmitatem deinceps sancimus.*]

40) *Quoniam*, desideratur le c. 1. comp. 2. h. t.
41) *Non adhibeatur*, C. R. 1.
42) Dictio: *nos*, omittitur in cit. c. et verba sequentia ita variant: *qua tunc demum ad huiusmodi suffragium decurrendum esse decreuerunt, cum alia legitime non suppetunt; talem* etc.

CAP. III.

In communi iudicio probant actor et reus. Et si pariter probant; reus absoluitur: nisi fauorabilem caussam foueat actor.

LVCIVS III. *Cistren.* c *episcopo.* 43) (*ann.* 1181. *Romæ in Angliam.*)

Ex d litteris tuis 44) intelleximus, te et archidiaconum confines habere præbendas in villis, quas singuli singulas possidetis, et prætextu terminorum inter vos controuersiam agitari 45), eo, quod dicas, eum antiquos fines egressum partemque 46) tui fundi occupasse: illo in contrarium asserente 47), se partem eandem fundi possedisse, quadraginta annorum spatio 48) inconcusse. Tu autem, quod per idem tempus quiete illam possederis, asseueras: quare vtrum incumbat petitori vel possessori probatio, quæsiuisti 49). Ad quod scire debes, quod iudicium finium regundorum tale est, vt in eo vtraque persona vices duorum habeat, videlicet actoris et rei 50). Vnde hinc inde testes [*vestri*] produci 51) possunt ad cognitionem iudicis instruendam: quibus examinatis, iudex, quos præcellere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admittat. 52)

Quod si [*forte*] ambarum partium testes sint æque idonei; possessoris testes 53) præferentur 54); cum promptiora sint iura ad absoluendum, quam ad condemnandum: præterquam 55) in liberali caussa, in qua si vtriusque partis testes [*forte*] æquales fuerint, pro libertate [*tamen semper*] sententia proferetur 56). Non possessori probationem aliquando dari, iuris manifesti est: cum iure 57) [*ita*] cautum sit, quod, qui obiecerit præscriptionem longissimi temporis, quam nemo recte obiicit, nisi qui possidet, et eam probauerit, in caussa debeat obtinere 58).

43) In append. ad concil. Lateran. III. apud HARDVINVM P. XXXVIII. c. 3. Tom. VI. P. II. p. 1825 rectius legitur: *Idem Cistrensi decano*, quae de finibus regundis inter præbendam *decani* et *archidiaconi* agebatur.
44) *Vestræ discretionis*, c. 2. comp. 1. h. t.
45) *Verti*, ibidem.
46) *Partem*, tantum legimus ibid. absque particula *que*.
47) *Ille contra asserit*, ibidem.
48) In C. R. legitur: *LX.* sed *quadraginta annis*, in cit. c.
49) In c. cit. ipsa hæc verborum series ita sonat: *Te autem ad tuam quietem per idem tempus præbendam pertinuisse affirmas: qua in re quæris, vtrum incumbat probatio petitori an possessori?*
50) Loco horum verborum ita legimus in cit. c. *Agentis scilicet, et eius, cum quo agitur.*
51) *Induci*, C. H.
52) *Admittat*, cit. c.
53) Vocabulum: *testes*, abest a C. H. L. et cit. c.
54) *Præferantur*, C. R. 1. sed. C. R. 2. *præferuntur*, in cit. c. est: *praesentantur*.
55) *Extra quam*, cit. c.
56) *Profertur*, C. R. sed *pronuntiabitur*, cit. c.
57) *Cum fuerit cautum*, cit. c.
58) Hæc verba finalia in cit. c. hoc ordine leguntur: -- *præscriptionem longissimi temporis, et eam probauerit, reportet possessionem, quam nemo recte obiicit, nisi qui possidet.*

CAP. IV.

Non creditur marito asserenti etiam cum iuramento, vxorem se cognouisse, si vxor per matronas attestantes, super ipsius corporis aspectum probat contrarium.

GREGORIVS VIII. 59) *Præposito sancti Cataldi* 60) *et archipresbytero Casæ maioris.* 61) (*ann.* 1187.)

Proposuisti [*nobis, dilecte fili præposite,*] e quod caussa matrimonii, quæ inter [*dil. f. n.*] O. 62) de Casa noua, et [*S. filiam*] O. 63) [*de Pisca*] mulierem 64) vertitur, tibi fuit 65) de mandato apostolico delegata 66). Cumque partes essent in tua 67) præsentia constitutæ; mulier proposuit, se nec a viro cognitam, nec potuisse cognosci: quod tam proprio 68) iuramento, quam testimonio septem mulierum probauit, quæ per aspectum corporis eam esse virginem asseuerant 69). Viro autem 70) per iuramentum suum contrarium asserente, [*vos in negotio procedere minime voluistis, donec de hoc nostrum consilium haberetis.*] Videtur igitur nobis, quod iuramento puellæ, et testimonio 71) f illarum septem mulierum, [*quæ ipsam per experientiam virginem asseuerant,*] fides sit 72) potius adhibenda. 73)

59) *Gregorius nonus*, perperam legit C. R.
60) *Sancto Cathaldo*, C. R. 1. *Sancti Ambaldi*, C. R. 2.
61) Verba: *et archipresb. Casæ maioris*, C. R. H. L. et ed. ant. obsunt: in comp. 2. c. 2. h. t. pro *archipresbytero* legimus: *archiepiscopo*.
62) *Inter G.* C. R. 1. et H. sed L. *inter D.*
63) *Et S.* C. R. H. L. ed. ant. et Gonz.
64) *Nobilis mulieris*, cit. c.
65) *Vobis fuerit*, ibid.
66) *Demandata*, C. R. 1.
67) *Vestra*, cit. c.
68) *Proprio*, non est in cit. c.
69) *Quæ per experientiam asseuerant, mulierem adhuc virginem esse, viro.* etc. legimus ibidem.
70) *Autem*, a C. R. H. L. et ed. ant. abest.
71) *Testimoniis*, C. R. H. L. ed. ant. et cit. c.
72) *Sit*, C. R. 1.
73) Quia quæstio erat de viri *impotentia*, quam afferebat mulier, negabat maritus: duplici modo peccatum iuisse in procedendi modo videtur, 1) quod vtrique in casu contradictionis iuramentum impositum fuerit. 2) quod mariti *inspectio ocularis* neglecta, primario hoc in casu suscipienda.

CAP. V.

Singulares de vniuersitate possunt ad commodum vniuersitatis reprobare instrumentum, falso confectum nomine vniuersitatis.

CLEMENS II. 74) g

Tertio h loco fuit a nobis ita quæsitum: ecce quidam regularis sigillo capituli, quoddam instrumentum cuidam amico suo signauit 75) in quo tacita et alienatio quarundam rerum ecclesiæ immobilium continetur. Quo exhibito in iudicio, Procurator vniuersitatis illud asseruit de assensu conuentus non fuisse 76) confectum, et adulterinum 77), vel furtiuum esse sigillum i. Cumque [*volens falsitatem cautius reuelare*] fratres [*regulares*] ad perhibendum testimonium produxisset: iurati dixerunt 78), quod [*eo tempore, quo aduersarius allegabat idem instrumentum sibi fuisse collatum,*] quoties de hoc 79) inter fratres aliqua erat mentio, consilium totius conuentus, et vox fuit vnanimis, quod nolebant alienationem rerum illarum, sed res domus [*suæ fore*] integras [*et*] conseruari 80) volebant. Sed quoniam contra hoc nihil pars aduersa probauit 81): respondemus secundum 82) assertionem testium tantummodo 83) iudicandum. 84)

74) *Clemens III.* C. R. H. L. et edit. ant. cum c. 3 comp. 2. h. t. legunt. Sæpe vero confunditur hic pontifex cum COELESTINO III. cui potius hoc capitulum, tanquam pars c. 21. *de offic. et pot. iudic. deleg.*, assignandum. Plures enim quæstiones proposuerat decanus Moromagensis COELESTINO III. ad quas respondit distincte: et quidem ad tertiam h. c. ad quintam c. *cit.* 21. ad primam in c. 2. X. *de mut. petit.* et sic porro, et ita ad annum MCXCIV. vel sequentem hic textus referri debet.
75) *Signauit*, C. R. 1.
76) *Non esse*, ibid.
77) *Vel adulterinum*, C. H.
78) *Dicebant*, cit. c.
79) *De re ipsa*, ibid.
80) *Reseruari*, C. R. habet.
81) In cit. c. verba ipsa sunt hæc: *sed quoniam aduersarius testes aliquos minime producebat, ea est forma consultationis, quid iudex his statuere debeat, an S. instrumento, an testibus fides sit potius adhibenda? Respondemus autem* etc.
82) *Quod secundum*, C. R. 1.
83) *Dumtaxat*, c. cit.
84) *Esse iudicandum*, C. R. 1. *censendum esse*, cit. c.

CAP. VI.

Vbi agitur de matrimonio contrahendo, probato impedimento, et publicatis attestationibus: alii testes super defectu impedimenti admittendi non sunt.

IDEM CLEMENS 85). II. [*Aquilmari episcopo.*] (*ann.* 1090. *Romæ.*)

Iurauit k quidam, vt asseris, se quendam in vxorem legitimam acce-

85) CLEMENS III. *Aquilmari episcopo*, hanc decretalem in c. 2. comp. 2. h. t. scripsisse legitur, quæ diœcesis tamen ignota est. Forsan legendum: *Aquilane episcopo*, in regno Neapolitano.

a *Cap.* 1 *eod. tit. in* 2. *compilat.* b *aliis* probationis. c *alis.* Heistensi episcopo. *alii.* *simpliciter habetur*, Lucius III. *fortassis legend.* Alexander III. Cistrensi decano, *vt post concil. Lateranens. sub Alexander III. p. 38. c. 2. habetur.* C. 2. *eod. tit. in c. comp.* d *al.* ex litteris tuæ fraternitatis.

e *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil. et ad intellectum huius cap. et gloss. hic vide Dominicum Sotum libr.* 4. *Sententiarum, distinct.* 34. *quæst.* 1. *artic.* 2. *vbi plene et eleganter.* f *aliae*, testimonio. g *al. III. p. c. bon mem.* h *Cap.* 3. *eod. tit. in* 2. *compil.* i *vide text. in l. qua de tota.* §. *incerta.* ff. *de rei vind.* k *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *compil. et pro intelligentia, vide Dominicum Sotum libr.* 4. *Sententiarum, distinct.* 40. *artic.* 5 *Adde concilium Tridentinum, Sess.* 24. *canon.* 3. *et in ead. sess. in decretal. de reformatione matrimonii, cap.* 2. *et* 5.

plurum;

pturum. Quam cum 86) vellet traducere; quidam iuramentis, secundum morem exhibitis, legitime probauerunt, ipsos 87) in quinto consanguinitatis 88) gradu sibi inuicem attinere.

Quia vero requisiisti a nobis, quid agendum sit, cum quidam alius [*sit, qui*] probare velit contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, et partibus publicatam 89), nullo eos sese 90) consanguinitatis gradu contingere: [*sc. t. in præsenti articulo*] respondemus, quod standum est probationi priori 91). [*Nec de vnius testimonio tantum curandum est. Illud etiam, vt matrimonium remaneat, non suadet, quod sponsus et sponsa constanti assertione proponant, se carnaliter cognouisse: cum commercium carnale inter non legitimas personas matrimonium de iure facere non possit.*]

86) *Et cum tam*, cit. c.
87) *Illos*, ibid.
88) Hæc vox desideratur in cit. c. Eo videlicet tempore adhuc prohibitio extensa erat ad *octauum* consanguinitatis *gradum* secundum computationem ab ALEXANDRO II. approbatam, quam demum coarctauit ad quartum INNOCENTIVS III. in c. 8. *de consanguin. et affin.* vt secundum hanc nouissimam sanctionem in *quinto gradu* matrimonium impugnari non potuisset, si eo tempore iam similis publicata fuisset.
89) Hæc verba ibidem non leguntur: *et partibus publicatam*.
90) Vox: *sese*, abest a C. H. sed *se*, habet cit. c.
91) *Prima*, cit. c.

CAP. VII.

Si per litteras ordinarii probatur quis excommunicatus: a procuratione repellatur. H. d. et hæc summatio conuenit textui et titul. et nullam patitur calumniam et ideo eam tene.

INNOCENTIVS III. *archidiacono Parisiens. et magistro R. de Corsen. canonico Nouiom.* 92) (*ann. 1208.*)

Post *a* cessionem [*dil. fil.*] b [*et infra.*] Cum igitur [*super hoc coram nobis disceptatum fuisset; quia*] per litteras iudicis ordinarii, quibus standum est, donec probetur contrarium, nobis constiterit 93), quod W. 94) [*tunc*] excommunicatus erat, cum procurationis 95) officium assumpsit: ipsum tanquam procuratorem non duximus admittendum.

92) Verba: *et magistro R. de Corsen. canonico Nou.* a C. B. H. L. et ed. ant absunt. In c. 1. comp. 3. h. t. tota inscriptio hæc est: *episcopo Parisien. et magistro R. de Corcon. canonico Nouiomen. Parisiis commoranti.*
93) *Constitit*, est in c. cit.
94) *Willelmus*, C. H. *sæpe dictus V.* cit. c.
95) *Procuratoris*, C. B. 1. et cit. c.

CAP. VIII.

Si rogatus restituere totam hereditatem, eo sine liberis decedente intret monasterium; euanescit fideicommissum, et hereditas applicatur monasterio: nec ad inualidandum ingressum sufficit probare minorem ætatem tempore ingressus, si ex aduerso geminatus probetur ingressus. H. d. intelligendo, quod substitutio fuit fideicommissaria. Si vero fuit directa, summa sic: *substitutio facta filio, eo decedente sine liberis, euanescit per ingressum monasterii.* Et tunc idem id, quod est in primo summario ibi: *nec ad inualidandum*, etc. vsque ad finem, et vterque intellectus est verus in se. Dico tamen, quod primus est verior, quod hic fuit substitutio fideicommissaria: licet Dom. Anton. hic dicat, quod fuit compendiosa.

IDEM *abbati et conuentui Cassen.* 96) c (*ann. 1207. Romæ in Laterano.*)

In *d* præsentia [*nostra dil. f. n.*] C. 97) sancti Hadriani diaconi cardinalis G. [*subdiac.*] et B. [*milites fratres eius Verulanen.*] fratres 98) [*cum*] vestro syndico constituto 99) coram ipso 100) fecere proponi, quod, cum quondam A. 1) frater ipsorum conderet 2) testamentum, M. 3) filium suum sibi heredem instituit 4), et præcepit, vt, si absque liberis [*forte*] decederet, ad eos 5) [*G. et B.*] bona deuoluerentur ipsius: vnde illa, quæ de bonis ipsius 6) vestrum monasterium detinebat, sibi restitui postulabant 7), et petebant vos super hoc 8) a sua molestatione compesci. Verum syndicus ipse proposuit ex aduerso, quod prædictus M. monasterio vestro 9) obtulit se et sua: vnde vniuersa e, quæ habuerat, erant ad monasterium deuoluta *f*, quare vniuersa, quæ ipsi 10) de bonis eius inuaserant, restitui monasterio vestro petebat, et super cæteris silentium illis imponi. Ad hæc 11) autem pars altera replicauit, quod dictus 12) M. oblationis suæ tempore fuerat minor annis, [*sicut per testes legitime probauit,*] et quod voti 13) facti pœnitens, [*id*] quod feruore infirmitatis fecerat, post conualescentiam reuocauit 14). *Vnde tam ex eo, quod Milo infra ætatem legitimam monasterio Casemarii obtulit se et sua, tam quia, quod inconsulte fecerat, postmodum reuocauit, tunc oblatio non tenebat.*] Vnde cum sine liberis decessisset, ex testamento patris [*illius*] ad ipsos erat eius hereditas deuoluta.

Verum [*ad hæc*] syndicus respondere curauit, quod, licet dictus M. de monasterio [*ipso,*] *fili abbas, de tua licentia* 15) fuisset 16) egressus, eidem 17) postmodum [*cum avo suo, qui eius erat procurator, ad præsentiam tuam, cum Verulas iuisset accedens,*] se et sua 18) obtulit humiliter et deuote 19), et quod, ne 20) contra oblationem [*et donationem*] suam veniret [*vlterius,*] iuramento firmauit, [*sicut publicum continet instrumentum.*] Quare 21) cum constet [*ex his,*] quod idem M. bis monasterio vestro contulit se et sua, nec ex aduerso probetur 22), quod vtriusque oblationis tempore [*M.*] fuerit minor annis; probationem vestram huiusmodi exceptionis probatio non elidit: cum, etsi primæ oblationis tempore fuerit minor annis, secundæ tamen potuit maior 23) extitisse. Præterea cum verbum illud, minor annis, duobus potuerit modis intelligi: cum et 24), qui minor est quatuordecim annis, et qui 25) viginti quinque [*minor fuerit,*] dici soleat minor annis; intentioni vestræ verbum dubium non nocebat: cum intra 26) viginti quinque *ff* annos 27) teneret 28) donatio [*præsertim*] iuramento firmata. Sed etsi teneret, quod factum 29) fuerat a dicto A. 30) *g* quia tamen intelligendum 31) non erat sine herede decedere, qui monasterium sibi heredem instituit 32) *h*: hoc monasterio non nocebat. [*Cumque cardinalis prædictus ea, quæ coram ipso proposita fuerant in nostra et fratrum nostrorum audientia retulisset: nos ad consilium dil. fil. H. sancti Eustachii diac. Card. duximus deputandum. Idem igitur*] dilectus filius B. 33) sancti Eustachii Cardinalis 34) [*caussæ meritis plenius intellectis*] attendens, quod syndicus vester intentionem suam plene fundasset, et quod nihil fuisset 35) ex aduerso sufficienter probatum; cum, etsi ostensum esset per testes, quod M. suæ oblationis tempore fuerit minor annis: vtrum tamen primæ vel secundæ 36) oblationis tempore 37) minor fuerit, et quot annis minor, non fuisset expressum, de mandato nostro sententiam protulit, et prædictis G. et R. 38) silentium imponens super his, quæ a monasterio postulabant, eos 39) ad restitutionem illorum, quæ de bonis prædicti M. propria temeritate inuaserant, condemnauit. Nos igitur sententiam ipsam auctoritate apostolica confirmamus.

96) *Casemar.* C. B. 1. *Cassemarii*, L. et c. 2. comp. ait 3.
97) In C. H. exstat: *G.* vti etiam est in C. L. ed. ant. et c. cit.
98) *Cines*, c. cit.
99) *Constituti*, ibid.
100) *Episcopo*, est ibid.
1) *Amatus*, ibid.
2) *Conderet*, ibid.
3) *Milonem*, ibidem per totum.
4) *Constituit*, C. B. 1. et cit. c.
5) *Eosdem*, cit. c.
6) *Ipsis*, C. H. et L.
7) *Postularunt*, C. H.
8) *Syndicum vestrum*, c. cit. pro verbis: *vos super hoc.*
9) *Cassemarii*, ibidem loco dictionis: *vestro.*
10) *Dicti G. et B.* c. cit. loco pronom. *ipsi.*
11) *Ad hoc*, C. B. c. cit. et ed. ant.
12) *Prædictus*, c. cit.
13) Vox: *voti*, a C. B. H. L. ed. ant. et c. cit. abest.
14) *Coram e penitus reuocare*, c. cit.
15) Verba *fili abbas*, etc. in C. B. H. L. et ad. ant. desunt.
16) *Esset*, C. B. 1.
17) *Monasterio*, c. cit. pro *eidem.*
18) Verba *et sua*, desiderantur in C. B. et L.
19) *Deuotus*, c. cit. quod statim addit sequentia: *et vniuersa bona sua eius monasterio nomine tradidit; et quod etc.*
20) *Ne*, ibid.
21) *Vnde*, ibid.
22) *Probatur*, ibid.
23) *Maior extitisse annis*, ed. cit.
24) *Vt videlicet*, c. cit.
25) *Qui*, desideratur in C. H.
26) *Ante*, est ibid.
27) *XXV. annum*, C. B. 1. H. L. et cit. c.
28) *Tenuerit*, C. B. 1.
29) *Dictum*, C. H.
30) *Ab Amato*, c. cit. sine verba *dicto.*
31) *Intelligendus*, ibid. omissa part. *tamen.*
32) *Instituerat in heredem*, est in cit. c. Prouocauit syndicus monasterii ad l. 54. § 2. C. *de episc. et cler.* et Nou. 123. c. 37. et inde desumtam auth. *nisi rogati*, C. *ad SC. Trebell.* in quibus prouisum, non deficere conditionem, filio monasterium intrante. Enimuero in casu præsente non intrauerat minor monasterium, sed se tantum monasterio obtulerat, qui ita oblati inter religiosos haud reputandi. Ipsa oblatio re vera continet donationem monasterio factam omnium bonorum, retenta vsufructu, nescio tamen, vtrum iuris ciuilis dispositio, exorbitans admodum, ad hunc casum extendi queat.
33) *Filius H.* C. B. H. L. et ed. gloss. sed in ed. ant. neque *H.* neque *B.* exstat et in c. cit. verba *dilectus filius B.* plane non leguntur.
34) *Eustachii diaconi cardinalis*, C. L.
35) *Fuit*, C. B. 1.
36) *Et secunda*, C. H.
37) *Tempore*, abest a c. cit.
38) *C. et B.* C. B. 1.
39) *Imposuit - - et eos*, cit. c.

CAP. IX.

Si actor et reus in interdicto retinendæ possessionis probant; obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maxime iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. H. d. notabiliter, et probatur satis hoc summarium in versic. ex præmissis, ponderato versic. maxime.

IDEM *Ariminensi episcopo.* 40) (*ann. 1207. Romæ in Vmbriam.*)

Licet *k* caussam, quæ vertitur 41) inter ecclesiam Rauen. et commune

40) Verba *Ariminensi episcopo*, desunt in C. H. L. et ed. ant.
41) Vox *vertitur*, a C. B. 1. L. ed. ant. et gloss. abest.

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.* b decisionem. c Casemarii. al. Cassemar. al. Cole Marii Verulanens. diœces. Ord. Cist. d *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. et de materia huius cap. vide Bartol. et doctores in Authen. ingressi, et similiter Cod. de sacrosanct. eccles. vbi Abbas.* e *Concordat text. in Auth. ingressi de sacrosanct. eccles. et cap. quod ingredientibus. 14 quæst. 2* f *Hic abb. et Petrus dicunt, posse quem se priuare in vita potestate testandi, scil. per monasterii ingressum.* ff al. XXX. g Amato. h *Vid. l. 6 quod et l. 6 præcium. C. de prad. min.* i al Rauen. k *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. Et de intellectu, vide Fernandum Vasquium, libr. 2. c. 26. controuersiarum vsu frequentium, aud. Purpur. consil. 91. vol. 1.*

Rauen-

Fauentiæ 42) super iurisdictione, honore, *dominio* 43) ac districtu in villa [*Luci*] sancti P. 44) et castro Atioli, quod 45) a de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat: [*et infra.*] [*Verum, quia utrique parti erat plurimum onerosum, testes producere coram nobis, Placentino episcopo dedimus in præceptis, ut infra tres menses testes app. rem. reciperet, quos utraque pars, tam super principali negotio, quam in personas testium duceret producendos, ita videlicet, ut multitudine refrenata hinc inde quadragenarium numerum nullatenus excedere pateretur.* et infra. *Sicque postmodum utriusque partis procuratores*] porro 46) attestationibus [*solemniter*] publicatis, syndicus Fauentinorum proposuit, se velle in personas testium ex parte altera productorum quædam obiicere ac probare, œconomo ecclesiæ asserente, id fieri non debere. Super quo [*cum fuisset hinc inde aliquamdiu altercatum; tandem*] interloquendo decreuimus, ipsum [*super hoc*] nullatenus audiendum: cum [et] intra trium mensium spatium, in nostris litteris comprehensum 47), testes huiusmodi producere non curauerit 48), intra quem terminum pars vtraque testes inducere b potuit, tam in personas testium, quam super 49) negotio principali. Post hoc 50) idem [*syndicus*] obiecit in testes prædictos, quod corrupti falso 51) dixissent. Vnde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi 52) [*secundum legitimas sanctiones,*] licet nonnulli crederent, Fauentinorum 53) partem exceptionem huiusmodi per excogitatam malitiam ad impediendum processum negotii obiecisse; quia tamen 54) nolumus a iuris tramite declinare: [*dil. fil.*] magistris G. et T. 55) c [*Bononiæ commorantibus per scripta nostra*] præcipimus 56), vt [*partibus conuocatis*] testes, quos super hac exceptione procurator Fauentinorum duceret producendos, intra mensem, recipere et 57) examinare curarent, de singulis circumstantiis d subtiliter inquirentes. [*et depositiones eorum fideliter redigentes in scriptis,*] indulto extunc altero mense procuratori ecclesiæ supradictæ, intra quem si vellet, ad e reprobationem 58) testium 59) illorum, produceret testes coram eis, [*et totum dicta fideliter conscribentes XX. dierum terminum vtrique parti præfigerent, infra quem cum attestationibus ipsis nostro se conspectui præsentarent, sententiam recepturæ. Partibus itaque comparentibus iterum coram nobis, et huiusmodi attestationibus publicatis, audiuimus quæcunque proponere voluerunt.*] Quanquam autem pars Fauentinorum testes multos produxerit 60) super negotio principali, [*ad probandum, quod homines prædictorum locorum a longis retro temporibus eis exhibuerant seruitia in bandis, et platidis, fossatis et collectis, et caualcatis, et quibusdam aliis pertinentibus ad districtum;*] vix tamen ex illis sex [*tantummodo*] remanserunt concordes 61): cum alii [*multi*] sibimet in serie sui testimonii contradicant, et quidam alii sint 62) in dicto sui testimonii singulares. Ad reprobandum vero quosdam testium 63) ecclesiæ Rauenn. etsi ex parte Fauentinorum quidem sint 64) testes inducti; plures tamen 65) illorum reprobantur: quia sibi inuicem euidentissime contradicunt. Quidam vero alii, pauci numero, quamuis non reprobentur expresse, vsque adeo tamen 66) malæ famæ sunt, et leuis opinionis, [*sicut per attestationes exhibitas est probatum,*] quod eorum dictis nulla vel modica est fides adhibenda 67) f. Item quoque testes Fauentinorum generaliter repelluntur; quia non probant illud, ad quod probandum 68) eorum 69) syndicus se adstrinxit, videlicet, quod corrupti falsa dixissent; quoniam, etsi 70) de corruptione videantur 71) aliquid dicere, de falsitate 72) [*tamen*] penitus nihil dicunt g: [*per multos autem ecclesiæ tuæ testes omni exceptione maiores probatum est manifeste, ecclesiam Rauenn. villam Luci S. Potiti et castrum Atioli a longissimo tempore possedisse cum omni honore, districtu et iurisdictione, nominatim expressis vniuersis, articulis exprimentibus iurisdictionem, honorem atque districtum.*] Ex præmissis igitur euidenter apparet, quod ecclesia [*Rauenn.*] per testes numero 73) plures, quibus potius ius veritatis assistit, qui etiam 74) aptiora negotio, et vero proximiora in suis testimoniis expresserunt, sufficienter ostendit, quod a LX. annis et citra cum omni iurisdictione, honore, atque 75) districtu loca supra dicta possedit. Per quod patet, quod, si 76) commune Fauent. a L. annis [et] citra, sicut videntur testes eorum dicere, aliqua seruitia in locis perceperunt 77) supra dictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere inceperunt; cum duo insimul eandem rem et eodem modo in solidum possidere non possint 78): maxime h cum iidem Fauentini iustum possessionis titulum non ostendant, et ex priuilegiis imperatorum et Roman. Pontif. ecclesiæ Rauennati 79) concessis, euidentissime colligatur, possessionem ipsius ecclesiæ in prædictis locis iustam fuisse. Cum ergo constet Fauentin. ab eo tempore, quo se possedisse probare contendunt, minus i iuste ac sine titulo aliqua in prædictis locis temeritate propria occupasse, [*ac processu temporis per violentiam extorsisse, sicut per multos testes ecclesiæ Rauenn. manifeste probatur.*] et œconomus eiusdem ecclesiæ petierit 80) [*coram nobis,*] a vi 81) turbatiua seu inquietatiua super præmissis commune Fauent. prohiberi; nos recognoscentes 82) in hoc casu, non sic locum esse interdicto. vti possidetis 83), vt dicere debeamus, vti possidetis, ita possideatis 84): cum probationes ecclesiæ longe sint potiores, et ideo sit in 85) interdicto superior, [*de fratrum nostrorum consilio*] commune Fauentiæ sibi 86) condemnamus, super iurisdictione, et honore 87), atque districtu, et aliis ad hoc 88) generaliter pertinentibus in locis prædictis, quoad possessorium iudicium, quo 89) tantummodo actum est, perpetuum silentium imponentes, et prohibentes eidem 90), vt neque per se, neque per alios super his præsumat 91) Rauennat. ecclesiam, aut habitatores prædictorum locorum aliquatenus 92) molestare. k

42) *Fauentinum*, ed. ant.
43) Vox: *dominio*, desideratur in C. 8. H. L. in ed. ant. gloss. et in c. 4. comp. cit. t.
44) *Sancti Petri*, C. L. sed *sancti Potiti*, c. cit.
45) *Quæ*, C. 8. H. L. et c. cit.
46) Pro partic. *porro*, est in c. cit. *cum*.
47) *Apprehensum*, C. 8. 1.
48) *Curaret*, C. 8. 2. sed H. *curasset*, cit. c. *non curauit*.
49) *In*, C. H.
50) *Postbac*, C. 8. H. L. et cit. c.
51) *Falsa*, C. 8. 1. H. L. ed. ant. et cit. c.
52) Prouocat hic pontifex ad *legitimas sanctiones*, et paullo post, *se a tramite iuris non declinaturum*, innuit, quod secundum *l. 1. et seqq. C. si ex fals. instrum. vel testim. iudicatum sit.* exceptio falsi contra testimonia vel instrumenta etiam post rem. *iudicatam*, si antea de falso non fuit quæsitum, locum habet: multo magis eadem admittenda ante sententiam definitiuam: licet testes ab aduersa parte producti iam examinati fuissent.
53) *Fauentina*, C. H.
54) *Quia vero*, cit. c.
55) *Theob.* C. H. sed ed. ant. *M. et P.* denique *C. et G.* habet, cit. c.
56) *Præcipimus*, C. L. et ed. ant.
57) *Ac*, C. H. L. et cit. c.
58) *Contra probationem eorum*, C. H.
59) Vox: *testium*, a C. 8. 1. abest.
60) *Produxit*, est in cit. c.
61) Dictio: *concordes*, desideratur in cit. c.
62) *Sunt*, C. H. et ed. ant. sed *fuerint*, est in cit. c.
63) *Quosdam testes*, C. 8. 2.
64) *Plures sint*, C. 8. 1.
65) *Quidam tamen*, C. 8. 1. sed pro *tamen*, cit. c. legit: *potius*.
66) In cit. c. *cum*, legitur pro *tamen*, sed perperam.
67) *Habenda*, C. L. et ed. ant.
68) *Probandum*, omittitur in cit. c.
69) *Eorundem*, c. cit.

a *Al.* qua. b *al.* producere. c *al.* A. d *Vide l. vbicunque. ff. de testib.* e *al.* [illegible] *alias multis.* e *In pluribus ant. ita:* ad reprobationem illorum, testes produceret coram eis. f *al.* habenda.

70) *Et quoniam, si*, C. L.
71) *Viderentur*, C. H.
72) *De falsitate tamen*, C. L.
73) *Per testes suo plures*, cit. c.
74) *Qui et*, habet C. L.
75) *Et*, C. H. sed L. *ac*.
76) *Etsi*, cit. c.
77) *Perceperint*, C. 8. H. L. et cit. c.
78) *Possunt*, C. 8. 2. et ed. ant.
79) *Rauennatem*, C. H. et ed. ant.
80) *Coram nobis petierit*, C. 8. 2. *petierat*, L.
81) Vocabulum: *vi*, deest in C. H.
82) *Cognoscentes*, C. 8. L. ed. ant. gloss. et cit. c. *attendentes*, H.
83) Hoc nomen ipsius interdicti desideratur in cit. c.
84) Iudicium hoc duplex est, et sic contingere potest, vt vterque vincat, vtroque possessionem probante, quo facto vterque est in possessione tamdiu tuendus, donec alteruter in petitorio contrarium euicerit. Id vero ad probationem vtriusque in præsenti casu applicari non posse, innuit pontifex, in qua deficiebat probatio *æqualis*, quod ecclesiæ Rauennatensis possessio suo titulo tam plenius certa fuerit: vnde præsumendum erat, actus possessorios pro Fauentinis adductos fuisse turbatiuos.
85) Particula: *in*, non habetur in c. cit.
86) Pro *sibi*, legitur in cit. c. *eidem*.
87) *Honore*, C. H. et L. sine copula, sed statim sequitur in vltimo *ac*, pro *atque*.
88) *Ad hæc*, legimus in cit. c.
89) *Super quo*, C. 8. 1.
90) *Illi*, C. H.
91) *Præsumant*, C. L.
92) *Aliquo modo*, C. 8. 2.

CAP. X.

Si qui nominent aliquem filium, et ita communiter reputatur: non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium.

IDEM (*episcopo Tiburtino, ann. 1209. Romæ in Campaniam.*)

Per l tuas nobis litteras intimasti, quod, cum T. Tiburtinus 93) ciuis quandam per septennium habuerit 94) concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadem, ac ipsa postmodum diuertens ab eo 95), ad ipsum non post multum tempus 96) m rediisset, filium, quem [*postmodum*] reuersa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse. [*Qui licet a principio diceret, illum nequaquam filium suum esse; cum illa mulier per septennium eidem cohabitans ex eo minime concepisset: mulieris tandem et aliorum deuictus instantia, suum filium recognouit, Rainaldum eum nomine appellando. Cum autem idem R. ad virilem peruenisset ætatem, et domum Saturnellæ sororis ipsius T. frequentaret, quæ ipsum nepotem suum publice nominabat, et Sophiam ipsius Saturnellæ*

93) *Tiburtinus*, C. 8. 2. *Tibertinus*, L. et ed. ant.
94) *Habuerat*, C. L.
95) *Ab eadem*, C. 8. 1.
96) *Multum temporis*, C. 8. et c. 2. comp. 4. h. t. sed L. *non multum post temporis*.

g *Vide l. Crispus. ff. de arbitr. et l. diuus et ibi Bartol. ff. de re iudic.* h *al.* et maxime. i *In uno vetustissimo ita*, minus iuste ac sine iusto titulo. k *Vid. l. si* [illegible] *Cod. de fideicommiss. libert.* l *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* et de materia huius cap. vide plene per Petrum Duenam, regula. 141. in seqq. *auctor, filiatio, et qualiter probatur filiatio, vide Alexandrum consil. 51. lib. 1. et consil. 74. l. 2.* m temporis.

filiam,

filiam, cum qua quotidianam habuit conuersationem, errauit, et carnaliter cognouit eandem. Quod cum peruenisset ad notitiam Saturnellæ, acriter increpauit vtrumque, apud se filiam retinens, supradictum R. remouit a domo. Cum autem mater ipsius R. accepisset, quod vir eiusdem Saturnellæ eidem R. grauiter interminabatur: in ciuitate plures iurauit publice coram multis, quod R. supradictam Sophiam propinquitatis linea minime contingebat, affirmans sub virtute præstiti iuramenti, se de alio, quam de supradicto T. præfatum suscepisse Rainaldum. Cum igitur nos duxeris consulendos, an mulieris assertioni standum sit in hac parte, et an memoratus R. supradictam Sophiam habere valeat in vxorem; insinuatione præs. tibi respondemus, quod, cum] mulier illa 97) de dicto T. suscepisse 98) R. de quo agitur, primitus constanter asseruit, et ideo 99) T. præfatæ mulieris præcipue deuictus instantia, ipsum suum filium publice recognouit, et filius eius 99*) nominatus communiter fuit, et habitus ab ambobus; eiusdem 100) mulieris postmodum iuramento in contrarium præstito non est standum: a cum nimis indignum sit 1) iuxta legitimas sanctiones 2), vt, quod sua quisque voce dilucide 3) protestatus est 4), [*id*] in eundem casum 5) proprio valeat testimonio infirmare. Vnde apparet per consequens 6), quod prædictus R. [*memoratum*] Sophiam neptem memorati T. 7) cuius prima facie præsumitur consobrinus, non potest habere aliquatenus in vxorem.

97) verba cit. c. ipsa sunt hæc: *Respondemus, quod, cum idem R. quem dicta mulier filium dicti T. constanter primitus asseruit, et ipsa ipsius præcipue deuictus instantia*, etc.
98) *T. se suscepisse*, C. H.
99) *Quod idem T.* ed. vet.
99*) *Dicti T.* cit. c.
100) *Et eiusdem*, C. t.
1) *Iniquum sit*, id. C.
2) Verba hic adducta deprompta sunt ex *l. 13. in f. C. de non num. pecun.* quæ, licet de confessione *in scriptis* facta loquantur, ad confessionem tamen et agnitionem *ore et factis* factam recte applicantur.
3) *Lucide*, C. H.
4) *Protestatur*, cit. c.
5) *In eodem casu*, ibid.
6) *Per consequentiam*, ibid.
7) verba: *neptem memorati T.* desiderantur ibid.

CAP. XI.

Iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicii: alias, si quid difficultatis emerserit, per superiorem punietur, nec credetur ei super processu: nisi in quantum per acta, vel alias per legitima documenta constabit.

IDEM *in concilio generali.* b (*ann. 1216. Romæ.*)

Quoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis innocens litigator quandoque non potest veram negationem probare; cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio 8): ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati, statuimus, vt tam in ordinario iudicio, quam [*in*] extraordinario 9), iudex semper adhibeat aut publicam, si potest habere, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicii acta conscribant, videlicet citationes, [*et*] dilationes, recusationes, [*et*] exceptiones, petitiones, [*et*] responsiones, interrogationes 10), [*et*] confessiones, testium depositiones, [*et*] instrumentorum productiones, interlocutiones, [*et*] appellationes, renuntiationes, [*et*] conclusiones 11), et cætera, quæ occurrerint c, competenti ordine conscribenda 12), loca designando, [*et*] tempora, et personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita, quod originalia penes scriptores remaneant: vt, si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari, quatenus hoc adhibito moderamine, sic honestis et dis-

8) Traditur hic simplex enuntiatio logica, quam ad trutinam rectæ rationis reducere nihil vetat. Videlicet propositio probanda est vel *affirmatiua* vel *negatiua*. Et *directa* eius probatio dicitur, quæ fieri potest *testibus*, *instrumentis*, vel *delatione iuramenti*. In dictis testium distinguendum *depositio testis*, a *ratione scientiæ*, de qua tam in *affirmatiua* quam in *negatiua* propositione probanda testis interrogandus est. Et ita directa dicitur probatio, in qua testis directo thema probandum vel affirmat vel negat. Sit thema probandum: *Titia non supposuit falsum partum*, tres mulieres directe respondent: *non supposuit*. Interrogatæ de *ratione scientiæ* respondent, quod parturienti manus admouerint, et puellam, de cuius statu quæritur, ex matris ventre extraxerint. Hoc casu ratio scientiæ addita degenerat in propositionem *affirmatiuam*: ipsum testis dictum vero directe probat propositionem probandam. Præterea cum probatio etiam per *delationem iuramenti* fieri possit: nil prohibet, quo minus directe probari possit propositio hæc: *Titius non fuisti debitor*, contra quod apposuerat reus exceptionem *solutionis*, delato super ea iuramento. Et quid vetat, quo minus exceptio: *non sum nominatus in instrumento*, productione ipsius documenti directe probari queat? Ceterum regula hic adducta est desumta ex *l. 23. C. de probat.* quæ manifeste prodit, reum litem negatiue contestantem ad probationem non esse adstringendum: non vero innuit, negatiuam non posse, nec debere directe probari, cuius probatio in iudiciis quotidie suscipitur, reprobatione suscepta.
9) *Quam in extraord.* C. R. et L.
10) *Et interrogationes*, C. H. L. et ed. ant.
11) *Et conclusiones*, C. L.
12) *Conscribendo*, c. 3. comp. 4. h. t.

cretis deferatur 13) iudicibus, quod per improuidos et iniquos 14) innocentium iustitia non lædatur. Iudex autem, qui constitutionem ipsam 15) neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam quid difficultatis emerserit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur: nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in caussa legitimis constiterit documentis.

13) *Deferant*, est ibid.
14) Verba *et iniquos*, desiderantur ibid.
15) *Ipsam*, C. R. et H.

CAP. XII.

Si probari potest, reum deliquisse: eius probatio, quod non deliquerit, non est admittenda.

HONORIVS III. *archiepiscopo Lunden.* 16) d *et eius suffraganeis.* (*ann. 1222. Romæ in Daniam. c. 2. comp. 5. h. t.*)

Ad nostram noueritis 17) audientiam peruenisse, quod sacerdotes et clerici Daciæ legi regni, per quam negatiua probatur, [*contra canones et legitimas sanctiones*] temere innitentes, a criminibus, quæ probari testibus fide dignis possunt legitime contra eos, reputantur insontes, si se 18) super his purgare valeant quoquo modo. [*Vnde contingit, quod quandoque ad purgationem sui similes criminosos adducunt, vt eis debeant in similibus opportuno tempore respondere: ideoque multa crimina committuntur audacius ab eisdem.*] Volentes igitur, vt hæc pestis contraria omni iuri penitus 19) exstirpetur a clero, [*f. v.*] mandamus, quatenus in huiusmodi 20) probatione negatiua 21), dum tamen possit affirmatiua ex aduerso 21*) probari, [*contra canonicas sanctiones in foro ecclesiastico*] neminem audiatis 22): [*sed in purgationibus bonæ famæ viros duntaxat canonice admittentes eum minus esse idoneum ad purgandum quodlibet crimen sciatis, qui nota infamiæ super culpa consimili est respersus.*]

16) *Lundunen.* C. R. 1. sed C. R. 2. *Lugdun.* et L. *Lugdun.* ed. ant. *Ludens.* c. 1. comp. 5. h. t. *Lund.*
17) *Noueris*, C. H.
18) Pron. *se*, deest in C. H.
19) Partic. *penitus*, in cit. c. non legitur.
20) Desideratur vox: *huiusmodi*, ibidem.
21) *Negatiue*, C. R. H. L. cit. c. ed. ant. et gloss.
21*) Voces *ex aduerso*, ibidem non leguntur.
22) Quod intelligo de *purgatione* facienda, quam in Dacia *quoquo modo* contra probationem plenam suscipiebant, etiam vulgaribus purgationum modis adhibitis, penes hos populos vitatis, vt antiquitates loquuntur. Has reprobasse videtur pontifex, non *legitimam probationem contrarii*, per reprobationem suscipiendam, quæ in caussa ciuili nemini deneganda, multominus in caussa criminali, in qua defensio adhuc plus fauoris habet.

CAP. XIII.

Fines diœcesium probantur per libros antiquos, adminiculo, testes et famam.

IDEM *Auril.* 23) *et Lameten.* 24) *episcopis.* [*et abbati de Palumbario Bracar. diœcesis.*] (*ann. 1220. Romæ in Hispan. c. 2. comp. cit.*)

Cum a caussam, quæ inter [*ven. ff. nn.*] Colobrien. 25) et Egitan. 26) episcopos super suorum limitatione diœcesum vertitur, vobis duximus 27) committendam: [*discr. v.*] mandamus, quatenus, [*cum ad principalem caussa veneritis supra dicta, vos*] secundum diuisiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo melius probabuntur 28), nec non testes, famam, et quæcunque alia adminicula [*Deum habentes præ oculis*] in [*commisso vobis*] negotio procedatis.

23) *Auriensi*, rectius legitur in C. R. 1. H. L. et c. 2. compil. 5. h. t. quod hæc caussa non ad Galliam sed Hispaniam pertinet. Vnde etiam *Lamecensi*, legendum, ab vrbe *Lameco*, in Lusitania sita.
24) *Lamen.* perperam legitur in C. R. 1.
25) *Colibrien.* habetur in C. L.
26) *Egitanen.* C. R. 1. et L. sed H. legit: *Euitan.*
27) *Duximus*, C. H et cit. c.
28) *Probantur*, legunt Pithœi cum Contio.

CAP. XIV.

Possunt reprobari matronæ, per quas virginitas probatur.

IDEM *episcopo et archiepiscopo* 29) *Senon.* 30) (*ann. 1220. Romæ in Gall. c. 3. comp. cit.*)

Caussam matrimonii, quæ inter V. 31) iuuenem, et G. puellam Senon. 32) quæ se virginem et monacham profitetur, noscitur agitari, [*quia non ita instructam misistis, frater episcope, vt in ea vsque ad calculum sententiæ diffinitiuæ procedere libere valeremus, vobis remittimus plenius instruendam, discret. v.*] mandantes, quatenus eandem puellam ponatis interim in illo monasterio [*auctoritate apostolica,*] quod intrauit e vt ibi secure valeat commorari, donec iudiciali sententia, quid agi debeat, decernatur 32*), recepturi postmodum, [*prout iustitia dictauerit,*] non solum probationes viri, [*sicut protestatus fuerat*] quas inducere voluerit 33) contra mulieres illas, quæ ad inuestigandum

29) *Archidiacono*, C. R. H. L. ed. ant. gloss. et c. 3. comp. cit. 5.
30) *Senon.* C. R. 1.
31) *Inter W.* C. L.
32) *Senonensem*, cit. c.
32*) *Donec iudicialis sententia, quid eis sit agendum, decernat*, ibidem.
33) *Voluit*, ibid.

a *Vide l. generaliter. C. de non num. pec.* b *Innocentius III in concilio generali Later. cap. 38. et cap. 3. eod. tit. in 4. compil. et de materia huius cap. vltra tradita hic per doctores, vide quæ scripsi libr. 3. comment. in decret. in quæstione. Sed et adde Angelum in l. gesta C. de re iudic. et Franciscum Curtium iuniorem, tract. feud. part. 7. quæst. 4. vbi multa de his duabus personis loco vnius notarii adhibendis.* c *In concilio, et aliquot antiquis codicibus: occurrant.*

d *alias, Landon alias, Lond. Loden* e *De materia huius decret. qualiter possint probari fines diœcesis, tradit notabiliter Aret. consil. 41. inc. visa consilia et Alex. post Bart. in l. cum aliquis. C. de iur. delib. adde recentiores in l. 1. ff. si cert. pet. vide etiam notas nostras in hoc c.*

signa virginitatis ex parte puellæ fuerint 34) introductæ, verum etiam probationes alias hoc negotium contingentes, quas pars vtralibet duxerit producendas. Et quia, vt dicit canon 35), sæpe manus fallitur, et oculus obstetricum: volumus et mandamus, vt adhuc honestas matronas, prouidas ac prudentes 36) deputare curetis, ad inquirendum, vtrum dicta puella virginitatis priuilegio sit munita, [*caussamque nobis sub vestris sigillis instructam plenius remittatis.*]

34) *Fuerant*, est ibidem.
35) Per *canonem decretum* GRATIANI intelligitur, in quo hæc sententia CYPRIANI refertur in *c.* 4. *C. XXVII. q.* 1. quæ ipsa inter *canones* relata erat.
36) *Et prudentes*, C. H. L. et ed. ant.

CAP. XV.

Acta etiam litis ordinatoria facta coram primis iudicibus, fidem faciunt coram b *secundis.*

GREGORIVS IX. *præposito sanctæ M. Magdeburgens. et decano Misnen.* 37) (*ann.* 1235. *Roma in Germaniam.*)

Cum bonæ memoriæ: [et *infra.*] Cum acta originalia dicantur apud priores iudices remansisse: mandamus, quatenus ea cum omni diligentia requirentes, ipsa si potuerint inueniri c, et si qua partes duxerint legitime proponenda, in scriptis redacta, ad nostram præsentiam remittatis. Alioquin cum non reuocentur in dubium de contestatione litis super statu Pigamen. monasterii, et quibusdam spoliationibus contra abbatem eius factis a Magdeburgen. episcopo, recipiatis partium probationes de nouo: et audientes, si partes audire voluerint 38), de compositione tractatum, tam quod super hoc inueneritis, quam caussam sufficienter instructam ad nos remittere procuretis.

37) Hanc inscriptionem firmat C. L. nisi quod præposito addat nomen G. et edit. antiqu. pro *Misn.* legit *Misn.* cum C. R. 1. et H. solius GREGORII IX. mentionem faciunt. Enimuero sine dubio inscriptio adducta vera: quia hic agitur de *monasterio Pegauiensi*, cui quæstionem status mouebat *episcopus Mersiburgensis*, non *Magdeburgensis*, vt manifesto vitio in hac decretali legitur, eique nomen *Ampliatio episcopi* tribuitur. Qua de caussa edit. ant. habet: *Mersburgen.*, cui proxime accedit C. R. 2. legens: *Mesbergen.* et C. L. *Mesburgen.* Denique loco *Pigamen.* rectius legit C. L. *Pigauien.* seu *Pegauien. monasterii.*
38) *Noluerint*, C. L.

TITVLVS XX.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS. 39)

CAP. I.

Breue est.

Ex Concilio Macien. d Matercen. 40)

Placuit 41) sancto conuentui, vt testes *ad testimonium dandum* 42) non conducantur pretio, et vt quicunque idonei et fideles 43) in testimonium 44) assumantur 45): [*vt is, contra quem testimonium ferre debent, nullam eis possit inferre calumniam.*] ac nullus 46) testimonium dicat, nisi ieiunus.

39) In comp. 2. desiderantur verba: *et attestationibus.*
40) Inscriptio tota vitiosa, vnde varietas in codicibus quoque grauis est, quam ne quidem recenseam. Istud hoc capitulum, in *c.* 1. *C. IV. q.* 2. et 3. ubique sub signo *Palea* refertur, vt non sit GRATIANI, sed *interpolatoris*, qui ex *concilio Matiscensi* illud laudauit, vel *Matisconi*, sub qua inscriptione BVRCHARDVS *libr. XVI. c.* 35. illud refert. Verum illud desumtum est ex capitularibus, et quidem *libr. III. c.* 52. vnde illud etiam laudauit REGINO *libr. II. c.* 336. Aliquoties iam monitum est ad GRATIANI *decretum*, BVRCHARDVM non tantum fontes ipsos turbasse, sed etiam capitula, ex *capitularibus* deprompta, alicui concilio per fraudem tribuisse, et ita GRATIANVM quoque aliosque collectores in similem errorem inductos esse, vt sub his inscriptionibus falsis veros occultaret fontes, vnde sua hausit, et in primis præcaueret, ne *capitularia* regum Francorum inter fontes suæ collectionis per inuidiam poneret.
41) Verba initialia: *placuit sancto conuentui*, desunt in *capitular. cit.* 1. ideo adiecta, vt eo citius, ex quodam concilio ea deprompta esse, constaret.
42) Verba: *ad testimonium dandum*, a C. R. H. L. ed. ant. et gloss. absunt. In cit. autem c. sola vox: *dandum*, desideratur.
43) *Optimi et fideliores*, cit. c.
44) *In testimonio*, C. R. 1. sed cit. c. *ad testimonium.*
45) *Admittantur*, C. H.
46) *Et vt nullus*, cit. c.

CAP. II.

Nulla est receptio testium facta contra non citatum.

GREGORIVS *Ioanni defensori eunti in Hispaniam. libr. XI. epist.* 56. (*ann.* 603. *Roma in Hispaniam.*)

In e nomine Domini: [*et infra.*] Quod autem dicit [*idem*] episcopus, quia 47), se absente, etiam 48) vilissimi sunt 49) testes exhibiti nullius momenti 50): lege noscendum est constitutionis 51) nouellæ, quæ de testibus loquitur in hæc verba 52): et 53) ne postea obiiciatur eis, quod 54) per vnam partem gesta et confecta 55) f sunt, oportet, vt 56) testimonia dentur, illo admonito a iudice, aut defensore, venire et audire testes 57). Si vero noluerit venire, et non ex 58) ineuitabili quadam necessitate venire non possit: sancimus, huiusmodi testimonia ita 58*) valere, tanquam si non ex vna parte consisterent, sed etiam ipso præsente facta fuissent. Ecce admonendus est semper aduersarius, vt ad audiendos testes veniat: quod quia hic 59) omissum est, necesse est, vt, quod 60) g contra legem actum est, non habeat firmitatem.

47) *Quod*, C. H.
48) In c. 3. comp. 1. h. t. post vocem *absente*, tenor verborum ipse est hic: *aliqui vilissimi sunt testes exhibiti, nullius etiam esse momenti* etc.
49) *Sunt*, C. R. 2. H. L. et Gonz.
50) *Nullius esse momenti*, C. R. 1.
51) *Constitutione*, habet C. L. cui respondet cit. c. legendo: *constitutione nouella*, sed præmisso cuius.
52) Non tam verba, quam sententiam *nov. XC. c.* 9. refert GREGORIVS M. Ceterum in cit. c. 3. comp. 1. loco harum dictionum legimus: *C. XVI.*
53) Copula: *et*, in C. H. L. et ed. ant. deest.
54) *Quæ*, C. H. sed *quia*, est in cit. c.
55) Verba: *et confecta*, a C. R. et L. absunt, sed in cit. c. tantum desideratur copula: *et.*
56) *Vt, illo in ipsa ciuitate consistente, testimonia dentur, admonitus a iudice* etc. legimus in cit. c.
57) Ex sententia iuris Romani ergo litigatores quoque præsentes esse iubebantur ipsi examini testium, vt depositiones etiam testium audirent, a qua decisione discessit hodiernus praxis communis.
58) Desideratur part.: *ex*, in cit. c.
58*) Part. *ista*, ibid. non legitur.
59) *Quod quia hoc*, habet ed. ant. cit. vero c. *quia quod hic*, etc.
60) *Vt, quia*, C. R. 1. et L. sed in cit. c. desideratur partic. *vt.*

CAP. III.

Mulier testificatur contra clericum, cum de crimine agitur.

IDEM *Sabino defensori Sardiniæ. libr. II. epist.* 36. (*ann.* 592. *Roma in Sardiniam.*)

Quoniam h aliqua nobis de persona Epiphanii presbyteri 61) sunt facinora 62) nuntiata; necesse est, vt cuncta diligentius perscruteris, et seu mulieres, cum quibus peregisse dicitur, seu alios, quos de caussa [*eadem*] scire aliquid senseris, huc [*pariter*] festines adducere: quatenus ecclesiastica districtione 63) liquido possint, quæ vera sunt, aperiri.

61) Hunc tamen presbyterum sententia pontificia absolutum et in locum suum restitutum, ex *libr. III. epist.* 24. liquet, adducta in *c.* 4. *C. V. q.* 6.
62) Vox: *facinora*, non extat in c. 4. comp. 1. h. t.
63) *Ecclesiastica discretione*, c. cit. legit.

CAP. IV.

Vbi agitur ad correctionem de peccato impediendo: principalis persona admittitur in testem.

PASCHALIS PAPA II. (*ann.* 1099. *Romæ.*)

In omni negotio principalis persona dicens veritatem de re sibi nota 64) rectissime habenda est pro teste: cui 65) adhibito vno 66), efficiuntur duo testes, adhibitis duobus, efficiuntur tres. Quod patenter ostendit Dominus, cum dicit i: *si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum; quod si te non audierit, adhibe tecum* 67) *vnum vel duos testes* 68): *vt in ore duorum, vel trium* 69) *stet omne verbum.* [*et alibi affirmat. dicens; non vnus stet contra alium, sed in o. d. vel trium t. s. o. u.*] Idem 70) alibi affirmat dicens 71) k: *ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimonium perhibet de me pater: nam in lege vestra* 72) l *scriptum est, quod* 73) *duorum hominum* 74) *testimonium verum est.*

64) *Res sibi nota*, c. 5. cit. comp.
65) *Cum quidem*, ibid. pro *cui.*
66) *Vno teste*, C. R. 2.
67) *Tecum*, non extat in c. cit.
68) *Testes*, non legimus ibid.
69) *Trium testium*, C. R. H. et L.
70) *Et*, C. H. sed L. *item*, vt etiam habet ed. ant. et c. cit.
71) Verba: *affirmat dicens*, desiderantur in c. cit.
72) *Nostra*, C. R. 1.
73) *Quia*, C. H. L. et c. cit.
74) Vocabulum: *hominum*, a C. H. abest.

CAP. V.

Dicit, quales esse, et qualiter iurare debeant, qui super consanguinitate deponunt.

EVGENIVS III. 75) (*post ann.* 1145. *Romæ.*)

Quotiens m aliqui propter cognationem propinquitatis [*vel consanguinitatis*] separari petuntur 76): duobus vel tribus testibus adhibitis [*affirmari debet*], qui de eadem consanguinitate supersint, vel

75) Huic etiam præsens decretalis tribuitur in *collect. decret. Alexandri III. in append. p.* 282 infra relata, et apud HARDVINVM *tom. VI P. II. p.* 1760. non ALEXANDRO III. quem in inscriptione nominare maluerant Pithœi, forsan ea de caussa, quod in *collect. cit.* deprehenderetur.
76) *Separantur*, c. 20. cit. comp. 1.

a Vtraque. b *Conc. text. et ibi Dd. infra. de test. c. caussam, quæ.* 1. *las. et alii in l.* 10. *apud quem. C. de edend.* c *vid. l. fin in gloss. C. de probat. Spec. in tit. de procur.* § *ratione formæ.* d *In omnibus manuscr.* Masicen *al.* Masticen *Id concilium nondum vidimus, desumpsit vero Raymundus hoc c. ex* 2. *comp. tit. de test. c.* 1. e *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et pro hist. ac intelligentia textus videte notas nostras in hoc cap.*

f *Hæc duo verba:* et confecta, *in manuscriptis codicibus non habentur* g quia. h *Beatus Greg. l.* 2 *epist.* 36. *indictione* 11. *c.* 63. *et c.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp.* *Et an et quando mulier possit esse testis in criminalibus, vide plene per Antonium Gomezium Tom.* 3 *variarum resol. c.* 12. *et per Iul. Clarum in pract. crim.* §. *fin. qu.* 24. i *Matth.* 18. *Luc.* 17. k *Ioan.* 8 l *Deut.* 17. m *Post Conc. Lat. sub. Alex. III. p.* 8. *c.* 17. *et c.* 20. *eod. tit. in* 1. *compil.*

totidem

totidem 77) senioribus et melioribus 78) loci eiusdem, id debet legitime comprobari 79). Probatio autem testium debet fieri duplici iuramento, ut iurent se non 80) priuato odio, neque amicitia 81), neque 82) pro aliquo commodo, quod habuerint, vel quod habent 83), vel habituri sint 84), ad hoc iurandum [*esse*] inductos. [*Postea debent iurare*,] sicut ipsi dicunt, rei veritatem accepisse a maioribus suis, et credere 85) ita esse.

77) *Vel a duobus, vel a tribus testibus*, ibidem.
78) *Vel melioribus*, C. H.
79) *Probare debet*, c. cit. omissis verbis *id legitime*.
80) In c. cit. series verborum ita se habet: *Testes autem debent iurare, se neque priuato* etc.
81) *Pro amicitia*, C. R. a.
82) Partic. *neque*, post vocem *amicitia*, in C. L. deest.
83) Pronomen *quod*, in C. R. L. et cit. c. abest.
84) *Sunt*, C. R. 2. L. cit. c. edit. ant. et gloss.
85) Verbum *credere*, desideratur in cit. c.

CAP. VI.

Prælatus et clerici, qui caussam ecclesiæ non procurant, testificari possunt in ea.

IDEM 86) *Priori* 87) *et fratribus S. Trinitatis. (Lundun.)*

Insuper a [*etiam auctoritate nostra*] statuimus, ut liceat vobis in caussis ecclesiæ vestræ 88) ferre testimonium: dummodo unus ex vobis, vel duo ad agendum et respondendum 89), instituantur, quorum testimonium in caussis, in quibus actores vel 90) responsales sunt instituti, non debet admitti.

86) In append. prædicta *tit.* 46. *c.* 14. loco *Idem* legitur: ALEXANDER III. sed apud HARDVINVM ibidem tribuitur EVGENIO III. hæc decretalis.
87) *Prioribus*, C. L.
88) Dictio *vestræ*, in c. 22. comp. cit. non habetur: cum tamen in ipsa legatur concilio.
89) *Vel respondendum*, C. R. 2. ed. ant. et Pith.
90) Partic. *vel*, minus recte omittitur in cit. c.

CAP. VII.

Si probatio exceptionis oppositæ contra testem productum non admittitur; antequam dictum testis recipiatur: in casu, in quo admitti debuit, licite appellatur. Hoc dicit secundum lecturam, quam ponit Panorm.

IDEM 91) *R. Herforden. episcopo, et abbati Sardin.*

Ex b parte A. 92) presbyteri ad nos est querela perlata, quod, cum [*ipse*] ecclesiam de Clunoden. 93) canonice fuisset adeptus, et eam 94) c XXX. annis et amplius pacifice possedisset, miles quidam H nomine, [*ipsum exinde grauibus molestiis et iniuriis lacessit, et tandem,*] tacito, quod laicus esset, ad iudices 95) [*nostras*] litteras impetrauit, quod, si dictus presbyter filius esset illius, qui proximo in eadem ecclesia ministrarat 96), [*et iure hereditario eam tenet,*] vel [*quod*] publice fornicariam 97) haberet, ipsum 98) a prædicta ecclesia [*prorsus*] amouerent 99). Tandem [*vero,*] cum [*idem*] miles per interpositam personam eum 100) coram præfatis 1) iudicibus traxisset in caussam: quosdam laicos infames et notabiles ad testimonium [*perhibendum*] dicitur produxisse, [*quod videlicet memoratus presbyter filius sacerdotis illius fuisset, qui proximo in ipsa ecclesia ministrauerat.*] Licet autem [*prædictus A.*] presbyter assereret, illos [*testes*] non esse recipiendos 2) pro eo, quod quidam eorum 3) latrones et raptores manifesti essent 4), quidam vero in alia caussa fuissent 5) conuicti de periurio, et se [*constanter*] diceret hoc probaturum: nihilominus [*tamen præfati*] iudices, testibus talibus [*aduersæ partis*] receptis, eidem [*presbytero*] absenti 6) [*etiam*] post appellationem [*quam super hoc se interposuisse proponit, et eo absente*] præscriptam d abiudicauerunt ecclesiam, quam nunc [*præscripti*] militis dapiferi filius detinet occupatam. [*Quoniam igitur de vobis satis plene confidimus: caussam ipsam d. v. duximus committendam, præsentium vobis auctoritate præcipiendo mandantes,*] quatenus, [*partibus coram vobis conuocatis, super hoc rei veritatem diligenter inquiratis, et*] si vobis constiterit, quod prædictus 7) presbyter non fuerit 8) legitimo, per testes idoneos prædicta 9) e ecclesia spoliatus, eorundem iudicum cassata 9*) sententia, litteris etiam confirmationis, si quæ sunt super eadem ecclesia impetratæ, non obstantibus, ecclesiam illam presbytero restituatis eidem 10), [*dilatione, contrad. et app. cess.*] ipsumque [*de cetero*] non permittatis exinde [*a supra dicto milite, vel ab eo, qui ipsum tenet,*] molestari. Si vero res 11) aliter se haberet 12): [*nihilominus*] caussam audiatis, et fine debito terminetis. Testes autem, si quos idem A. in suæ assertionis testimonium inuocauerit, monere curetis, [*et diligenter inducere, diuino intuitu et amore iustitiæ:*] ut coram vobis super his perhibeant testimonium veritati, [*nec quicquam exinde in suæ salutis periculum reticere præsumant.*]

91) Apud HARDVINVM *cit. l. p.* 1751. *P. VIII. c.* 22. hæc decretalis LVCIO III. assignatur, in *append. prædict.* vero ALEXANDRO III. Priorem sententiam probat AVGVSTINVS in *not. ad c.* 23. *comp.* 1 *h. t.* atque ita inscriptionem format: LVCIVS III. *R. Herfordensi episcopo et Bal. abbati de Ford.* ex *c.* 7. *X de iur. patron.*
92) *Ada*, C. R. H. L. et cit. c. 23.
93) *Colmod.* C. H. sed L. *Colmoden.* et cit. c. *Colmido*.
94) Pronom. *eam*, in C. R. et H. abest.
95) *Ad Herforden. episcopum et abbatem de Fauersen.* cit. c.
96) *Ministrauit*, C. R. 1. L. et cit. c. sed ed. gloss. *ministraret*.
97) *Focariam*, C. R. H. L. et ed. ant.
98) In cit. c. vox: *ipsum*, non legitur: quia sequitur verbum *priuauit*.
99) *Amoueretur*, est ibid.
100) *Præfatum A. presbyterum*, cit. c.
1) *Prædictis*, ibid.
2) *Admittendos*, C. H.
3) *Illorum*, C. R. 1.
4) In cit. c. desideratur vox: *essent*.
5) *Fuerant*, ibid.
6) Vocem *absenti*, non legimus in cit. c.
7) *Dictus*, C. R. 1.
8) *Fuit*, C. H.
9) *Præscripta*, C. R. 2. H. L. ed. ant. gloss. et cit. c.
9*) Vox: *cassata*, desideratur in cit. c.
10) *Præmemorato presbytero A.* legimus in cit. c.
11) *Caussa*, C. H.
12) *Habet*, est in cit. c.

CAP. VIII.

Iudex mittere debet examinatorem discretum ad testes recipiendos, qui ad eum commode venire non possunt.

IDEM *Exon. et Vigor. episcopis.* 13)

Si qui testium 14) valetudinarii sunt, et f senes 15), vel debilitate confecti, aut paupertate depressi 16), ita, quod non possint 17) ad vestram præsentiam adduci 18): ad ipsos recipiendos mittatis g personas idoneas et discretas.

13) Pariter hoc capitulum tribuitur ALEXANDRO III. in *append. prædict. infra t.* 17 *p.* 185 sed in HARDVINI *collect.* plane deest. Ceterum in c. 24 comp. 1 cit. inscriptio est hæc: *Idem Exonensi episcopo.*
14) *Testes*, C. H.
15) *Senio*, cit. c. 24.
16) *Deprehensi*, ibid.
17) *Et non poteris eos idem ad vestram præsentiam ducere*, legimus ibid.
18) *Deduci*, C. R. 1.

CAP. IX.

Retractanda est sententia, si constat, eam fuisse latam ad dictum corruptorum testium. H. d. secundum lecturam, quam tenet Panorm.

ALEXANDER III. *Brinaten. episcopo.*

Sicut h nobis est [*ex parte tua*] intimatum 18*), quidam [*parochiani tui*] accepta 19) pecunia de parentela inter virum et vxorem exhibent 20) iuramenta, per quæ inter ipsos 21) diuortii sententia promulgatur: postea vero priuatim nullam inter eos consanguinitatis lineam asserentes, se corruptos [*muneribus*] dicunt, [*et*] testimonium perhibuisse falsitati. Super quo taliter respondemus, quod, si vir et vxor, aut alter eorum 22) ad secunda vota transiuit 23), [*nullum aliud remedium superesse videretur, nisi ut*] testibus de periurio et adulterio 24) suo pluribusue, quibus caussam dederunt, pœnitentia indicatur 25): i Si vero ad secunda vota idem vir et vxor non migrauerint; diligenter inquirendi sunt, coram quibus corruptio intercessit: et, si tales exhibeantur, per quos possit prædictæ corruptionis veritas comprobari, recepto eorum testimonio est sententia reuocanda 26). Non enim testimonium prædictorum, cum periuri sint, est in hoc casu 27) aliquatenus admittendum.

18*) *Significatum*, legitur in c. 7. comp. 1. h. t.
19) *Recepta*, C. H.
20) *Perhiberet*, C. R. 1.
21) *Eos*, C. R. 1.
22) *Ipsorum*, C. H.
23) *Transierit*, ed. ant. sed cit. c. *transissent*.
24) *Vel adulterio*, C. L.
25) Quia pontifex asserit, *nullum aliud superesse remedium*, quam ut confessis testibus de periurio pœnitentia indiceretur, sine dubio matrimonia postea contracta non esse irritanda censuit: quia, semel sententia diuortii lata, nec res amplius integra erat. Quamuis enim sententia contra matrimonium lata in rem iudicatam non transeat; id tamen re adhuc integra intelligendum: alioquin nunquam effectum habere posset, nec, matrimonio rescisso, integrum partibus esset ad alia transire vota. Tunc enim sententia demum reuocanda dicitur, si, re integra, testes de periurio conuinci queunt.
26) *Debet sententia reuocari*, cit. c.
27) Vox: *casu*, in C. R. H. L. et cit. c. deest.

CAP. X.

Socius criminis et muneris non testificatur etiam in crimine simoniæ. Et unum testimonium non sufficit ad condemnationem.

IDEM *Attinensi* 28) *archiepiscopo. (ann.* 1170.)

I. Veniens k ad nos [*cum litteris tuis*] L. 29) presbyter [*tuus*] suo 30) [*nobis*] relatione monstrauit, [*et hoc idem litteræ continebant,*] quod, [*cum in ecclesia de Onen. institutus fuisset,*] ei obiectum fuit 31),

28) *Athinen.* C. R. 1. sed C. R. 2. *Attelen.* In H. vero, sicut etiam in ed. ant. hoc nomen deest. Sed L. habet, *Arelatensi*, rectius sine dubio.
29) *G.* in C. R. 1. habetur.
30) *Sua* *nobis*, C. R. sed c. 9. compil. cit. 1. *supplici*, pro *suo*.
31) *Fuerat*, C. R. 1.

a C. 21. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lat. sub Alexandr. III. part. 8. c. 18. b *Post conc. Lat. sub Alexandr. III. part.* 8. c. 22. et c. 23. eod. tit. in 1. compil. c *Vox: non, deest in pluribus.* d prædictam.

e Prædicta. f *Cap.* 14. eod. tit. in 1. comp. *Similis sententia in conc. Lat. sub Alex. III. p.* 8. c. 20. g *Ad quos debeant mitti examinatores, vid. in l. ad egregias. per Bart. ff. de iureiur. et in l. generaliter. C. eod.* h C. 7. eod. tit. in 1. comp. i *Vid. l. generaliter C. t. de non num. pecun. et l.* 101. *per Bart. ff. de fals.* k *Cap.* 9. eod. tit. in 1. comp.

quod

quod in ecclesia 32) de Ouen. 33) canonicum non habuiss[e] ingressum, quia 34) promisisset vnicuique parœcianorum quinque 35) barillos 36) vini remittere 37), qui sacerdoti [*eiusdem ecclesiæ*] ibi pro tempore seruienti a eonis e[ran]t pro beneficio dari. Verum cum 38) duo apparuissent, qui iurati deposuerunt, prædictum 39) presbyterum talem fecisse promissionem, et cum altero illorum pactum illud 40) [*indecenter*] factum fuisse: tu presbytero 41), prout [*decuit*, et] ordo rationis *b* exigit, indicasti. Nos 42) tuam sententiam, [*prout dignum est*,] commendamus, eo, quod ille, qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum testificari non posset, nullique de se confesso, aduersus alium in eodem crimine sit credendum, nec vnius testimonium ad condemnationem sufficiat alicuius. 43)

32) *In ecclesiam ipsam*, cit. c. loco dictionum: *in eccl. de Ouen.*
33) *Donen.* C. H. H. sed L. *Deon.*
34) *Videlicet quod prius*, cit. c. pro *quia*.
35) *Vnicuique*, deest in C. H. et L.
36) *Barilos*, C. R. et L.
37) Post voc. *promisisset*, in cit. c. textus ipse est hic: *quod vnicuique parochianorum bariles vini remitteret.*
38) *Quia*, habetur ibid.
39) *Prædictum*, non exstat in C. L.
40) *Prædictum pactum*, C. R. 1.
41) *De presbytero illo*, C. L. rectius.
42) *Et nos*, C. H. L. ed. ant. et cit. c.
43) In cit. c. desideratur pronom. *alicuius*.

CAP. XI.

Attestationes in vno iudicio receptæ, fidem faciunt in eodem caussa, et inter eosdem personas coram alio iudice.

IDEM [*Caprario episcopo*, et] *abb. S. L. et priori S. Crucis.* 44)
(*ann.* 1169. *Roma in Campaniam.*)

Caussam c, quæ [*inter N. et O. monachos super electione de vtraque facta in monasterio est diutius agitata, experientiæ vestræ committimus audiendam, et app. rem. fine debita terminandam. Ideoque*] discret. vestræ [*per A. S. præc.*] mandamus, quatenus [*partes ante vestram conuocetis præsentiam*, et] susceptis attestationibus vtriusque partis, quæ ab aliis iudicibus sunt receptæ, [*testes alios, si qui idonei producti sunt, admittentes, nisi attestationes ipsæ sint publicatæ, et rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis*,] caussam ipsam [*subl. app. rem.*] fine debito terminetis.

44) *Abbati S. Laurentii*, legunt C. R. *S. Luciæ* vero c. 10. *comp.* 1. *h. t.* Restituit veram lectionem GONZAL. hoc modo. IDEM *Caprario episcopo et abbati S. Leopardi et priori S. Crucis* quod Capræ in prouincia Africana ecclesiam cathedralem habuerit, et vtrumque monasterium ibidem viguerit.

CAP. XII.

Clerici non sunt a ferendo testimonio in caussa ecclesiæ suæ sine rationabili caussa repellendi.

IDEM [R.] *Cantuar. archiep. et* [R.] *Vigor. episc.*
(*ann.* 1180.)

Cum nuntius [*canonicorum de Plutina, et nuntius Nicol. militis, etc. et infra. Præterea*] non d[ebet] lateat prudentiam vestram, quod clerici 45) non sunt a ferendo testimonio super [*proprio*] negotio ecclesiæ suæ, nisi alia rationabilis caussa impediat, repellendi. *e*

45) *Prædicti canonici*, c. 11. comp. 1. cit.

CAP. XIII.

Crimen nunc probatum repellit testem, alias de illo crimine non damnatum.

IDEM *Cantuar.* 46) *archiepisc.* (*ann.* 1180.)

Super eo [*vero*,] quod *f* quæsiuisti [*a nobis*,] vtrum testes [*illi*] sint reprobandi in caussa criminali vel ciuili, quibus ab aduersa parte crimina opponuntur, [*tuæ prud. vestræ*] respond. quod, si etiam 47) ante non sunt 48) conuicti vel confessi de criminibus illis, dummodo inde conuincantur, in testimonium 49) non debet admitti.

46) *Terracon.* c. 11 comp. cit.
47) Vox: *etiam*, abest a C. H.
48) *Sint*, C. L. et cit. c.
49) *In testimonio*, C. R. 1. *ad testimonium*, cit. c.

CAP. XIV.

Laicus in criminali non testificatur contra clericum: accusat tamen pro sua vel suorum iniuria.

IDEM *Salernitano archiepisc.* (*ann.* 1180.)

De cetero laicos in accusationem *g* vel testimonium 49*) contra clericum 50) in criminali caussa non esse aliquatenus admittendos, [exceptis cas]ibus [quos] ecclesiarum sacrorum canonum 51) manifestius 52) edocet; nisi forte suam vel suorum iniuriam prosequantur 53): nec tunc etiam ad testimonium; sed ad accusationem possunt admitti.

49*) *In accusatione vel testimonio*, c. 14. comp. cit. 1.
50) *Clericos*, C. R. 1.
51) *Censura sacrorum canonum* designat sine dubio farraginem a GRATIANO collectam, cuius canones in *C. II. q. 7.* tam vero quam *sparsis* huc spectant. Ceterum refertur etiam hic textus in *append. supra. p.* 280. tit. 48. *c.* 6.
52) *Manifeste*, C. R. 1.
53) *Persequantur*, cit. c.

CAP. XV.

In caussis ecclesiasticis et ciuilibus possunt fieri tres productiones testium: quarta autem non admittitur absque sollemnitate legali. Et super dictis testium post ipsorum publicationem potest publice disputari. H. d. secundum lecturam communem, et verbis textus congruentem.

IDEM *eidem.* 54)

In caussis ecclesiasticis *h* vel ciuilibus vltra tertiam productionem non debent testes produci 55), nisi adhibita quadam sollemnitate, quæ in legibus inuenitur expressa. Et super dictis testium, cum fuerint publicata, publice potest disputari.

54) *Idem in eodem*, est in edit. ant. Enimuero in *c.* 15. *comp.* 1. *h. t.* et *c.* 7. *tit.* 48. *collect. decret.* ALEXANDRI *supra in append. p.* 280. adducta inscriptio est hæc: IDEM *eidem in eadem epistola*, vt indigitetur, ex præcedentis decretalis epistola hoc quoque depromtum esse capitulum: quod et eadem collectio apud HARDVINVM *tom. VI. P. II. p.* 1748. innuit.
55) *Admitti siue produci*, C. R. 1. *induci*, H.

CAP. XVI.

Si quis probat actum gestum post appellationem, et aduersarius probat, quod ante; præfertur prima probatio; et actus iudicatur non tenere: nisi secundus probet, quod ante omnem appellationem.

IDEM *præposito et canonicis Embruden.* 56) *ecclesiæ.* i
(*ann.* 1180.)

Cum tu, fili *k* præposite, cum quibusdam canonicis tuis, et [*venerabilis frater*] archiepiscopus vester [*pro caussa, quæ inter vos et ipsum vertebatur*,] essetis in nostra præsentia constituti, [*archiepiscopo asserente, quod vos ante appellationem excommunicasset, et postulante sententiam suam confirmari: econtra proposuisti, quod post appellationem in vos sententiam excommunicationis protulisset, et ob hoc dixisti, eam nullius momenti fuisse. Obiecisti etiam tam tu, quam altera pars, quod testes fuerunt hinc inde producti, et attestationes eorum receptæ. Nos vero, auditis et cognitis rationibus, et allegationibus vtriusque partis, et attestationibus diligenter inspectis*,] cum constet, testes vestros iurasse, quod post appellationem, excommunicationis 57) sententiam tulerit, et archiepiscopi testes similiter iurasse, quod ante appellationem, dicta testium benigne 57*) interpretari [*ac prouidere*] volentes, ne [*de*] periurii reatu noreentur, quia vtrumque esse potuit, et quod post 58) primam appell. [*sententiam tulerit*] et ante secundam sententia lata fuerit, [*de communi consilio fratrum*] eandem sententiam [*denuntiamus et*] decernimus non tenere.

56) *Embrun.* C. R. 1. *Ebruden.* L. *Brunden.* c. 16. comp. 1. h. t. Ac denique *Ebredunensis* vel *Eboredunensis eccl.* legitur in collect. ALEXANDRI III. in append. supra. tit. 48. c. 8. p. 290. adducta, et apud HARDVIN. cit. 1. qua appellatione *Ebredunensis ecclesiæ* episcopus designatus fuit, quia *Eberodunum* vel *Ebredunum* metropolis Galliæ Narbonensis fuit, quæ hodie *Embrun* vocatur, notante CELLARIO in *Geogr. ant. tom. I. p.* 247. et ideo *archiepiscopum* habet.
57) Dictio *excommunicationis*, desideratur in cit. c.
57*) Hoc recta ratio suadet, vt, quantum fieri potest, testium depositiones in concordiam reducamus, et ita *benigne* accipiamus, ne sibi contradicant.
58) *Quia post*, C. R. 1.

CAP. XVII.

In caussa appellationis super nouis capitulis tantum testes noui et veteres producuntur, iuramento secundum morem prius recepto.

IDEM *episcopo Placent.* (*ann.* 1180.)

Fraternitatis 59), *l* tuæ litteris nos consulere voluisti 60), verum recipiendi sint noui testes super quæstione iudicata, in qua testibus renunciatum [*fore*] constet vtrinque 61), et an 62), testibus in prima caussa receptis, propter caussam appell. liceat super quæstionibus iudicatis aliquid noui proponere? [*Licet igitur nobis ex his non plene innotuit, vtrum testes super eisdem vel nouis capitulis a partibus desiderentur induci; quia tamen, cum prudentiam iuris copiam habeas, nos super hoc consulere voluisti*:] duximus tibi respondendum, quod in appellationis caussa 63) si noua contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit nouos testes inducere, vel per iam receptos

59) In cit. comp. 1. c. 17. præmittuntur sequentia: * *Vt autem hæc nostra distinctionis, etc.* et infra. Quæ verba propterea AVGVSTINVS ad h. c. ait esse recisa, quod in duobus antiquis reperta fuerint codicibus: licet ipsa sint capituli antecedentis lacinia, sicuti patet ex concil. part. 8. cap. 10. et 12.
60) In cit. c. simpliciter est: *consuluisti.*
61) *Ex vtraque parte*, ibid.
62) *Et vtrum*, ibid.
63) *In prædicta caussa*, ibid.

a *Al.* mortal. b *al.* iuris. c *Cap.* 10. *eod. tit.* in 1. *compil.* vid. *Alexand. conf.* 58. *t.* 2. *Ias. et alios.* in *l.* 11, *apud quem. C. de edendo.* d *Cap.* 11. *eod. tit. et post conc. Later. part.* 8. *cap.* 4. e *vid. l.* si *diuus ff. de seru. vrb. præd.* f *Cap.* 12. *eod. tit.* in 1. *compil.* et *post conc. Lat. sub Alex. III. part.* 8. *cap.* 4. g *Cap.* 14. *eod. tit.* in 1. *compil.* et *post conc. Lat. p.* 8. *c.* 6.

h *C.* 15. *eod. tit.* in 1. *compil.* et *post conc. Lat. sub Alexand. III.* c. 9. p. 8. i [illegible] k *Cap.* 16. *eod. tit.* in 1. *comp.* et *post conc. Lat. p.* 8. *c.* 7. l *Post conc. Lat. c.* 12. *p.* 8. et *cap.* 17. *eod. tit.* in 1. *compil.*

ali[q]uid

aliquid comprobare, eos credimus posse recipi 64) super nouis duntaxat 65) capitulis, receptis prius ab ipsis, secundum formam recipiendorum testium, iuramentis.

64) *Fraternitatem tuam posse recipere*, ibid.
65) Et tamen *nouis probationibus* locus est in instantia appellationis, *l. 4. C. de tempor.* Quæ hoc modo admodum restringitur, si tantum super nouis articulis noua testium productio permittitur, testium depositionibus in prima instantia iam publicatis. Metus *subornationis* super articulis antea iam productis tantum nouos testes repellit ex sententia *Clem. 2. h. t.* quem si idonee remouere potest appellans, nihil obstat, quo minus noui testes super iis produci queant.

CAP. XVIII.

Qui iurauit testimonium non dicere, testificari compellitur, si testificationes publicatæ non sunt.

IDEM *Exoxen.* 66) *episcopo, (et abbati sancti Albani.)*

Intimauit 67) a [*nobis*] R. presbyter 68) b, quod G. 69) c clericus Capellanum eius et alios quamplures de testibus suis 70) iuramento constrinxit 71), quod testimonium consilium et auxilium 72) contra ipsum non præberent eidem. Ideoque [*præsentium auctoritate vobis*] iniungimus, vt, si testimonium eorum 73) d publicatum non est, nec 74) est abrenuntiatum testibus, eos, qui sunt iuramento adstricti, et alios, si necesse fuerit, idoneos, [*quos ipse*] in testimonium [*perduxerit,*] recipere non postponas. 75)

66) *Oxoniensi*, ed. ant.
67) *Intimauit nobis*, C. R. 1. et L.
68) Vox: *presbyter*, a C. R. H. L. ed. ant. et c. 18. comp. cit. 1. abest.
69) C. R. 1. habet: *V.* sed in C. R. 2. H. L. et edit. ant. legitur: *W.* in cit. c. *Walt.*
70) Pron. *suis*, deest in C. H.
71) *Adstrinxit*, C. R. 1. et cit. c.
72) *Vel auxilium*, C. R. et L. sed in cit. c. legimus: *quod nec testimonium, vel consilium, vel auxilium eidem R. contra ipsum præberent.*
73) *Illorum*, C. R. 1. H. et L. sed in C. R. 2. superscriptum est: *alias, illorum.*
74) *Et non est*, cit. c.
75) *Non postponatis*, ibid.

CAP. XIX.

Publicatio vel renuntiatio testium in certis capitulis non præiudicat volenti testes producere in aliis. H. d. quoad titulum.

IDEM *abbati et fratribus [sancti Michaelis] de Martura.* 76) e

Caussam f, quæ vertitur inter vos, et [*dilectos filios nostros*] plebanum, et clericos sanctæ Mariæ de Martura, [*iam pridem filiis nostris archipresbytero Vulterano et abbati de Spongia*] commisimus 77) [*appell. rem. sine debito*] terminandam 78). Cumque vtraque pars [*propter hoc*] in eorum esset præsentia constituta, et testes essent hinc inde recepti 79), et eis ab vtraque parte renuntiatum, et 80) attestationes [*vtriusque partis*] etiam 81) publicatæ: quoddam priuilegium nuper a nobis impetratum in medium protulistis, [*asserentes, vos quædam alia munimenta a nobis impetrasse, quæ rationes supra dictæ plebis obscurasse et impedire videntur, quare caussa ipsa nondum potuit terminari. Quia vero sollicitudini nostræ incumbit, vtrique ecclesiæ iura sua seruare integra, ac litibus et contentionibus finem imponere:*] iudicibus ipsis [*præcipiendo*] mandauimus 82), vt [*partes ipsas ante suam præsentiam conuocent, et*] super aliis capitulis, si qua alia fuerint 83) ab his, super quibus testes recepti sunt, et eorum attestationes publicatæ, [*rationes hinc inde diligenter audiant, et*] testes, si qui idonei producti fuerint, recipiant, et nullis capitulis nouiter 84) a nobis per vestros 85) nuntios impetratis, quæ continerentur 86) g in priuilegio vestro 87), vel in aliis litteris, quas vobis indulsimus, postquam caussam ipsam 88) eisdem commisimus, prædictæ plebi 89) in hac caussa impedimentum præstantibus, concordia vel iustitia mediante, decidant. Quia vero 90) [*venerabilis frater noster Iulius*] Florentinus episcopus [*per suas nobis litteras*] intimauit 91), quædam capitula eidem 92) priuilegio esse inserta, quæ obuia rationi videntur: [*per præsentia scripta vobis præcipiendo mandamus, quatenus priuilegium*] illud, [*sicut gratiam beati Petri et nostram caram habetis,*] ad nostram præsentiam 93) cum vestro nuntio, [*qui ad nos secure cum eodem veniat, dilatione et occ. cess.*] transmittatis. 94)

76) *Martoren.* C. R. 1. *Multura*, C. R. 2. *Matura* H.
77) Huius commissionis pariter fit mentio in c. 1. X. de mut. petit. vnde constat, *archipresbyterum Volteranum et abbatem de Spongia* inter plebanum clericosque et Maturensis monasterii abbatem ac monachos delegatos iudices fuisse datos, quod etiam ex c. 19. comp. cit. 1. liquet.
78) *Finiendam*, C. R. 1.
79) *Producti vel recepti*, C. H.
80) Copula *et*, a C. R. 1. et ed. ant. abest.
81) Partic. *etiam*, non adest in cit. c.
82) *Mandamus*, C. R. 1. et cit. c.
83) *Fuerunt*, C. L.
84) Partic: *nouiter*, desideratur in cit. c.
85) *Nostros*, C. H.
86) *Continentur*, C. R. 1.
87) *Nostro*, C. H. sed cit. c. *in priuilegiis vestris.*
88) Pron. *ipsam*, deest in C. H.
89) *Prædicto plebano*, C. R. 1. *prædictæ caussæ impedimentum præstantibus*, etc. cit. c.
90) *Et quia*, cit. c.
91) *Intimauit nobis*, C. R. 1.
92) Loco vocis: *eidem*, legimus in cit. c. *nostro, quod monasterio vestro nuper indulsimus.*
93) Pro his verbis in cit. c. tantum legimus: *nobis.*
94) *Mittatis*, ibid.

CAP. XX.

A testimonio repellitur simili morbo laborans.

IDEM *Nouicen.* 95) h *episcopo.*

Personis i ecclesiarum [*in tua diœcesi consistentium, ita tuis, et dominorum fundi authenticis scriptis præmunias, vt, cum aliquam personam ecclesiarum illarum decedere forte contigerit, decedentis filius, vel vicarius, seu alius qualibet personatum ecclesiæ vacantis viro idoneo conferendi tibi viam præcludere aliqua calliditate non possit. Quodsi aliquis talium frustratoriæ dilationis caussa ad nostram audientiam appellauerit, et appellationi suæ prolixum terminum præfixerit: tu ei diem, intra quem apostolicam sedem possit conuenienter adire, assignes. Et, si ad illum venire contempserit, tu illum extunc iudicio tuo super his, quæ in quæstione vertuntur, sine contradictione aliqua stare, omni excusatione et appell. cess. districte compellas. Si autem quisquam appellationi suæ congruentem terminum præfigat, nec tamen caussam ad diem appellationis fuerit prosequutus: ipsum nihilominus extunc sententiæ tuæ, sicut de alio diximus, app. rem. parere constringas.*] Verum si coram te, vel alio quolibet [*huiusmodi*] negotia 96) ventilentur 97), nolumus, vt aliqui consimili 98) morbo laborantes, si certum sit, aut legitima super hoc 99) possint conuinci, si ab alterutra parte testes 100) adducti fuerint, in testimonium admittantur. 1)

95) *Norwicensi*, rectius C. R. 2. L. H. et c. 4. comp. 1. de app. et rec.
96) *Huiusmodi negotia*, C. R. 2.
97) *Negotium ventiletur*, C. H.
98) *Simili*, C. H.
99) *Super his*, c. cit.
100) Dictio *testes*, abest a cit. c.
1) *Recipiantur*, ibid.

CAP. XXI.

Christianus contra Iudæum in testem admittitur.

IDEM *in concilio Lateranensi.* 2) k *(ann. 1179.)*

Iudæi siue l Sarraceni, [*neque sub alendorum suorum puerorum obtentu, neque pro seruitio, vel alia qualibet caussa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. Excommunicetur autem, qui cum eis præsumserit habitare.*] Testimonium quoque Christianorum aduersus Iudæos in omnibus 3) caussis, cum illi aduersus Christianos testibus suis vti præsumant 4), recipiendum esse censemus. Et anathemate decernimus feriendos, quicunque Iudæos Christianis voluerint in hac parte præferre: cum eos Christianis subiacere oporteat, et ab eis pro sola humanitate foueri. 5)

2) *Ex concilio generali Lateran.* C. R. 1. *ex conc. Lateran.* C. R. 2. et L.
3) *In communibus*, c. 5. comp. 1. de Iudæis etc.
4) *Vtantur*, ibid.
5) Quæ omnia et post hæc in concilio generali sequuntur, relata sunt in c. 5. X. de Iudæis.

CAP. XXII.

Testimonium matris est suspectum, vbi filia petit in virum aliquem se maiorem. Et ad dictum solius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, sed contractum non dissoluitur.

IDEM ALEX. III. *Matthæo* 5*) m *Cardin.* (ann. 1170.)

Super eo n, quod a nobis tua deuotio postulauit, verum, viro negante, se mulierem affidasse *), ipsius mater mulieris, et altera mulier possint ad testimonium recipi, consule. tuæ taliter resp. quod o, cum 6) mater filiæ incrementum et honorem videtur diligere, vbi vir superior est diuitiis et 7) nobilitate, potentia vel honore, testimonium eius [*omnino*] videtur esse suspectum 8), et ideo non esse 9) aliquatenus admittendum. Super p illa 10) vero quæstione, quam tecum, an mulier 11) coniungenda non sit viro, pro eo 12), quod sola mater alterutrius 13) eos esse consanguineos confitetur, [*discr. t. t.*] respondemus, quod, si non est firmatum 14) matrimonium inter cos, matre asseuerante, ipsos 15) q esse consanguineos, non debent coniungi: quia præsum-

5*) *Marco*, c. 3. comp. 2. h. t.
*) Seu mulierem sibi *despondisse*, obseruante CANGIO voce *affidare*.
6) *Quod quia*, C. R. et c. cit. in H. vox *cum*, deest. L. vero ita legit: *quia mater videtur filiæ* etc.
7) Partic: *et*, ante voc. *nobilitate* in C. L. non exstat.
8) *Suspectum*, C. H. omissa dictione *esse*.
9) *Ideo non est* etc. cit. c.
10) *Super alia*, C. R. 1.
11) *An filia*, cit. c.
12) Partic: *pro*, non adest ibid.
13) *Alterius*, C. R. 2.
14) *Confirmatum*, C. L. sed cit. c. *consummatum*.
15) *Eos*, C. H.

a *Post conc. Lat. p. 8. c. 13. et cap. 18. eod. tit. in 1. comp.* vid. *Oudead. constit.* 127 et 160. et *const.* 90. et 91. b vox, presbyter, deest in *antiquis.* c al. V. d illorum e al. Marthe. f *Post. conc. Lat. sub Alex. III. p. 8. cap. 15. et cap. 19. eod. tit. in 1. comp.* g continentur.

h Norwicensi. i *Cap. 4. tit. de appell. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 10. c. 5.* k *sub Alex. III. c. 26.* l *C. 5 tit. de Iudæis, in 1. compil. Vide Specul. tit. de test. §. 1. Adde quæ de hoc art dixi. libr. 2. comm. in decret. Isagog. schol. 1. et libr. 3. schol. 124.* m al. Marco. n *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* o quia. p alia. q eos.

ptio

prin est non modica, quod se linea consanguinitatis attingant, [*cum mater id confiteatur.*] Si vero matrimonium est firmatum 16): non debet sine plurium iuramento dissolui,

16) *Ratum*, cit. c.

CAP. XXIII.

Ad decisionem caussae maxime pro parte Iudaei, non sufficit regulariter unius testimonium, quam duorum probatae vitae et laudabilis conuersationis.

IDEM. (*ann.* 1175.)

Licet vniuersis 17) a: [*etc. Perlatum est ad audientiam nostram, quod Iudaei in ciuitate vestra morantes ad tantam deuenerunt superbiam et elationem, quod, si quando inter eos et quemlibet clericum, seu inter vos et ipsos caussa emerserit, vos ad secularem iudicem trahant, et coram quocumque iudice vobiscum litigant, et per simplicem chartam absque testibus, vel per vnum qualemcumque Christianum vel Iudaeum contra omnem iustitiam et rationem caussam probare contendunt, et aduersum se etiam magnorum et probatorum virorum non recipiant testimonium.*] Quia [*vero*] non est licitum alicui Christiano, et 18) multo minus crucis Christi inimico, vt [*s. ecclesiasticos viros ad secularem curiam trahant, et*] caussae suae vnius tantum quasi 19) legitimo testimonio finem imponant: [*d. v.*] mandamus, quatenus, si inter vos et quoscunque [*Christianos siue*] Iudaeos emerserit quaestio 20), [*pro nullius vocatione ad secularem curiam, vt ibi de negotio tractetis, ad iudicem illum accedere praesumatis, sed, sicut exigit iustitia et aequitatis ratio postulat,*] in qualibet caussa Christiani, et maxime clerici, non minus, quam 21) duorum vel trium virorum, qui sint probatae vitae, et fidelis 22) conuersationis testimonium admittatis 23), iuxta illud Dominicum 24) b: *in ore duorum vel trium testium stat* 25) *omne verbum*: quia, licet quaedam sint caussae, quae plures, quam duos exigant testes, nulla est tamen caussa 26) c, quae vnius testimonio [*tantum*], quamuis legitimo, terminetur.

17) *Vniuersum*, C. H.
18) Copula *et*, desideratur in c. 1. comp. 2. de foro compet.
19) *Quamuis*, ibid.
20) *Caussa*, ibid.
21) *Ad minus nisi*, ibid.
22) *Et fidei vel*, etc. ibid.
23) *Non admittatis*, ibid.
24) *Verbum Dominicum*, C. L.
25) *Stet*, C. R.
26) Vox *caussa*, desideratur in C. R. H. L. ed. ant. et cit. c.

CAP. XXIV.

Non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxit.

IDEM *Firman. episcopo.* (*ann.* 1174. *Romae in Vmbriana.*)

In litteris d: [*et infra.*] Quidam nobilis tui episcopatus quandam sibi legitime 27) copulans, cum eam in domo [*sua*] fere per septennium tenuisset, consobrinam patris eius, antequam eam 28) duceret, se asserit 29) cognouisse: ad quod probandum testes de familia sua tres produxit. Respondemus igitur, vt, si res ita se habet 30), pro illorum testimonio ipsum 31) ab vxore 32) nulla ratione diuidi patiaris: nec contra ipsos aliquos 33) audias, nisi probatae essent vitae et opinionis, de quibus verisimile non esset, quod deberent pro aliquo deierare.

27) Vox *legitime*, in C. R. 1 addita a recentiori manu.
28) Dictio *eam*, non exstat in ed. ant.
29) *Asserit*, est in c. 5. comp. 2. h. t.
30) *Habeat*, C. R. 1.
31) *Eum*, C. H.
32) *Vxore sua*, C. R. 1
33) *Aliquos testes*, C. R. 2.

CAP. XXV.

Donec attestationes fuerint publicatae, et eis renuntiatum, produci possunt testes: postea vero non super eodem capitulo, sed super alio sic. H. d. quoad titulum.

VRBANVS III. [*de Rafort et de Ostren. abbat. et prioribus de Turgnan.*] (*ann.* 1186.)

Cum venisset f ad apost. sedem [*dilectus filius noster*] magister M. 34) nobis exposuit 35), quod [*feliсis mem.*] Lucius Papa praed. mist. caussam, quae inter ipsum et [*dilectum filium nostrum*] abbatem de Siculan. 36) g vertebatur 37), commisit iudicibus 38) sine debito terminandam: [*etc. et infra. discr. v. per. a. s.*] mandamus, quatenus, [*partibus conuocatis,*] si sententiam illorum noueritis canonice promulgatam, eam auctoritate apost. 39) confirmetis [*et faciatis exsequutioni mandari:*] nec appellatio illam 40) h impediat, quae hic 41) i

34) *Alectinus*, c. 25. comp. 1. h. t.
35) *Proposuit nobis conquestione monstrauit*, ibid.
36) *Aculan.* C. R. 1. et 2. sed C. R. 2 *Siculan.* H. de *Acule.*
37) *Abbatem de Cronaud. et Ve. clericum eius diutius dignoscitur agitata*, cit. c.
38) Loco *iudicibus*, legimus ibidem, *dilectis fil. nostris de Villabet. et Ojstensium abbatibus.*
39) *Nostra*, ibid.
40) *Illa*, C. R. 2. L. ed. ant. et cit. c.
41) Dictio *hic*, a C. R. L. ed. ant. et cit. c. abest.

a *Cap. 1. de foro compet. in 2. comp.* b *Matth. 18 Luc. 17.* c *Vox, caussa, deest in multis antiquis.* d *Cap 5. eod. tit. in 2. comp.* e *Vid. l. 2 §. fin. tit. D. ut bon. rapt. et l. pronunciatio. §. 1. ff. de verb. signif.* f *Cap. 25. eod. tit. in 1. compil.* g Siculan. h illa. i *Dictio, hic, deest.*

interposita dicitur occasione mortis praed. mist. cum postea [*et*] egerit et responderit, testesque 42) duxerit producendos 43). Quaestiones quoque alias 44), super quibus testes fuere producti 45), et depositiones publicatae 46) eorum, vel renuntiatum fuit testibus hinc et inde 47), nullis aliis ab alterutra 48) parte 49) super eadem 50) receptis, secundum tenorem ipsarum mediante iustitia [*sine app. obst.*] terminetis. Si quae vero fuerint quaestiones 51) k, super quibus vel testes non fuerint 52) producti, vel renuntiatum eisdem 53): audiatis, si qua hinc inde proposita fuerint, [*app. cess.*] finem illis debitum imponentes.

42) *Et testes*, C. R. H. et L. Sed c. cit. *et testes etiam.*
43) *Produxerit*, c. cit.
44) *Illas*, ibid.
45) *Et publicati*, addit C. L.
46) Dictio *publicatae*, non exstat in C. L. quum vocі *testibus*, per errorem adiecta sit.
47) *Attestationes fuere productae, quibus publicatis abrenuntiatum fuit hinc inde* etc. cit. c
48) *Vtraque*, C. R. 2. superscriptum est. *alias alterutra.*
49) *Partium*, C. H.
50) *Super eadem*, non habet c. cit.
51) *Si qua vero fuerint*, ibid. omissa scil. dictione: *quaestiones.*
52) *Fuere*, ibid.
53) *Abrenuntiatum attestationibus*, idem c. habet.

CAP. XXVI.

Potest reus producere testes ad probandum contrarium eius, quod actor probauit, si publicatio attestationum non est facta, consuetudine contraria non obstante. H. d. secundum notabiliorem lecturam.

CLEMENS III. (*ann.* 1190. *Romae.*)

Series l tui rescripti nobis aperuit, quod, cum nuper inter filios [*et filias*] quorundam nobilium tuae ciuitatis, coniugalis quaestio tractaretur, [*quia distrahebaris ad alia vrgentiora negotia, vices tuas in ventilatione illius quaestionis quibusdam viris prudentibus commisisti, ante quos*] pars 54) [*illa,*] quae matrimonium accusabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter praedictos esse firmiter asserebant, [*in quinto gradu. Ex aduerso quoque pars altera non sic esse constanter aiebat. Nam cum ipsi testes*] in primo gradu posuissent duas personas, B. videlicet et I. dicentes, illos esse fratrem et sororem: pars opposita id 55) falsum 56) [*esse*] dicebat, B. scilicet esse sororem I. ad corroborandam assertionem suam, tam testes offerens 57), quam publicum instrumentum. Vnde, quia pars accusantium testes illos non esse recipiendos proponit 58), et tu non esse consuetudinem ecclesiae 59) [*tuae*] affirmas 60), vt post receptos testes, qui consanguinitatem secundum formam canonum 61) computant, alii ex opposito admittantur; [*super quo tam in praesenti negotio, quam in similibus postulas edoceri:*] praesenti pagina respondemus, quod, si non est aliud canonicum, quod obsistat, non obstante illa consuetudine, vtpote iuri contrarie 62), testes [*app. cess.*] recipere non omittas.

54) *Et pars scilicet*, C. L.
55) Pronom. *id*, non est in c. 3. comp. 2. h. t.
56) *Falsum esse*, C. R. H. et ed. gloss.
57) *Et ad corroborandam etiam assertionem suam tam testes volebant, quam proferre*, c. cit.
58) *Clamabat*, est ibid.
59) *Ecclesiae tuae*, C. R.
60) *Affirmans*, C. R. 1.
61) *Canonicam*, C. L.
62) Nec tamen *ius commune* admittit, publicatis depositionibus a parte actoris, testes a parte rei, quibus directe contrarium probare nititur, nisi forsan ad initium matrimonii, in gradu prohibito contracti, *specialі iure* permissum dicamus. Ceterum obseruandum, matrimonium hic impugnatum fuisse, quod in *quinto gradu* secundum computationem canonicam contractum fuerat, h. e. in remotissimo gradu. Vnde liquet, ante INNOCENTII III. constitutionem matrimonia fuisse admodum solubilia ex hac nimia prohibitionis extensione, vt nihil facilius coniugi, ab altera parte diuertere cogitanti, fuerit, quam sub praetextu consanguinitatis in quinto, sexto vel septimo gradu matrimonii rescissionem petere. Ita vero ius ecclesiasticum, quod diuortia valde horret, simul vias varias aperuit, quibus ad nullitatem matrimonii agere liceat.

CAP. XXVII.

Carnalis copula probatur per conueniens testimonium de visu: idem in testimonio auditus, quod adminicula et fama coadiuuant.

COELESTINVS III. 63) (*ann.* 1195. *Romae.*)

Praeterea m cum quis accusatur aliquam cognouisse, an sint testes interrogandi de visu, aut sola 64) viciniae fama sufficiat, vel si iuratis testibus sit credendum, qui se carnalis copulae 65) conscios esse fatentur, sed de visu nihil affirmant n, [*nos interea consulere voluisti. Ad hoc itaque*] respondemus, quod, si testimonium conueniens de visu reddatur, vel etiam de 66) auditu, et praesumptionem violentam fama consentiens subministret, ac alia legitima adminicula suffragentur 67),

63) *Clemens III.* C. R. 2. qui saepe locum COELESTINI occupat per ignorantiam.
64) *An sola*, C. R. 2.
65) *Illius copulae*, c. 4. comp. 2. h. t.
66) Verba: *etiam de*, non leguntur in c. cit.
67) *Et adminicula legitima ad hoc intercurrantur*, c. cit.

k *Hac dictio, quaestiones, deest in pluribus.* l *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* m *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* n *Sola fama carnalem copulam non probare, vid. gloss. in l. 3. §. 1. cum seq. ff. de test.*

[*eidem*]

[*eidem*] ltendum est testimonio iuratorum. Etenim circumspectus iudex atque discretus, [*iuxta illud, quod in iure ciuili continetur existit,*] motum animi sui ex argumentis et testimoniis, quæ rei aptiora esse compererit 68), confirmabit. 69)

68) *Conspexerit*, C. R. 1. sed L. hanc vocem plane omittit, nisi quod in margine manus prorsus insolita eam adiecerit et quidem mutilam: *-omperit.*

69) Ita ICtus in *l.* 21. *D. de testib. in f.* eleganter rationes subducit, quas pontifex optimo consilio hic applicat.

CAP. XXVIII.

Vnius iudicis verbo non creditur: scripturæ vero eius per testes reprobari possunt. Fallit hoc in papa. Ita communiter summatur.

INNOCENTIUS III. *Consulibus et populo Beneuentano* 70). *ann.* 1200.)

Cum e a nobis [*petitur:*] [*et infra.*] Et canonica et ciuilia iure sequentes, districtiue inhibemus, ne vnius iudicis 70*), quantæcunque fuerit 71) auctoritatis, verbo credatur in caussis, siue super testamentis, siue [*super*] quibuslibet aliis contractibus quæstio agitetur 72). Nec scriptum 73) eorum, nisi testium adminiculo fulciatur, eam obtineat firmitatem, quin 74) ei possint et debeant duorum vel trium testium 74*) bonorum testimonia præualere, salua in omnibus sedis apostolicæ auctoritate.

70) *Venet.* C. R. 1. *Beneuentanis*, H.

70*) Extra acta, coram se gesta legitime, aliquid asserentis. In his enim iudici tantum creditur, quatenus eius gesta ex actis apparent, per *c.* 11. *X. de probat.*

71) Vox *fuerit*, deest in C. H.

72) Vox *quæstio*, in c. 1. comp. 3. h. t. omittitur, et pro *agitetur*, legimus: *agitantur.*

73) *Scriptura*, C. H.

74) *Tandem quin*, C. R. 1. 74*) *Virorum*, cit. c.

CAP. XXIX.

Testi super dilatoria inducto, non creditur super principali, nec cogitur deponere: secus si super peremptoria. Tunc enim cogi potest, vt iuret deponere super toto.

IDEM *Tyren.* 75) b *episcopo.* (*ann.* 1207.)

De c testibus, [*qui ad exceptionem probandam a partibus inducuntur, tua nos duxit fr. consulendos, vtrum cogendi sint etiam super principali negotio ferre testimonium veritati, et an illi sint, sicut cæteri testes, examinandi districte, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur. Super hoc igitur f. tuam plurimum commendantes, quæ in dubiis sed. apost. vult certificari rescripta,*] taliter [*ad propositum*] respondemus, quod, si testes [*iam*] sint inducti ad exceptionem dilatoriam 76) solummodo probandam, cum super ea tantum iurauerint dicere veritatem, super principali nec debent audiri, nec cogi testimonium perhibere, vtpote super quo deponerent non iurati. Si vero, cum 77) ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducuntur 78), reliqua pars super principali negotio 79) etiam eos deponere forte petierit, et 80) vt cogantur super toto negotio dicere veritatem, sacramento eos postulauerit obligari; ad id 81) sunt sine dubitatione cogendi: nisi forsitan sufficiens productio testium super principali 82) iam 83) facta fuerit, vel renuntiatum testibus d, vel depositiones testium fuerint publicatæ.

75) Non *Turon.* vt habet C. R. 1. aut *Cirens.* vt est in *c.* 2. *compil.* 4. In Palæstinam hæc scribit pontifex, et ita in omnibus decretalibus, quas per omnes prouincias orbis Christiani latissime sparsit, iuris Romani doctrinas in vsum deduxit, effecitque, vt vsus huius iuris primum in fora ecclesiastica *vbique*, et pedetentim ab his in *fora secularia* introduceretur, secundum quid tamen, et in *subsidium*, salui singulorum regnorum et locorum legibus. Vt dicere possis, ius Romanum vbique receptum esse, primario *ex pontificum decretalibus*, quæ sine peritia iuris Romani intelligi non potuerunt; secundario vero ex *celebritate academiæ Bononiensis*: ad quam haud compositæ fuissent aliorum locorum academiæ, nisi iam pontifex per suas decretales iuris Romani vsum docuisset.

76) *Dilatoriam*, desideratur in cit. c.

77) Partic. *cum*, a C. R. 2 abest.

78) *Inducuntur testes*, C. R. 1.

79) Vox, *negotio*, non habetur in c. cit.

80) Copula *et*, desideratur ibid.

81) *Ipsum*, C. H.

82) *Super principali caussa*, C. R. 1. legit cum H. et L. sed in cit. c. legimus: *super principali facta iam fuerit.*

83) In C. H. et L. omittitur part. *iam.*

CAP. XXX.

Dicta testium non sunt ad petitionem tertii publicanda. Et is, qui produxit testes coram tertiis iudicibus, non potest ad eundem effectum coram iudicibus aliis illos producere: sed illorum attestationibus debet esse contentus.

IDEM *Helien. et Cistren.* 84) *episcopis, et archidiac. de Norhamen.* 85) (*ann.* 1208.)

Constitutus in præs. nostra e [*dil. fil. Robertus procurator*] magistri R. 86) [*de sancto Caditiundo*] proposuit, quod, cum [*d. f.*] decanus et capitulum Eboracen. et 87) tum auctoritate Lateranen. concilii f, tum priuilegii proprii ratione archidiaconatum Richemundiæ 88) canonice contulissent [*eidem, tam stallum in choro, quam locum in capitulo assignantes, et ipse possessionem archidiaconatus per eundem adeptus obedientiam et iuramentum solitum ab eiusdem archidiaconatus clericis recepisset, dilectus filius*] magister H. 89) [*de Rent.*] qui archidiaconus Richemundiæ nominatur 90), ipsum eo [*præter iuris ordinem et*] post appell. ad nos 91) interpositam spoliauit. Cumque prædictus g R. 92) ad iudices 93) super restitutione sua 94) commissionis litteras impetrasset: memoratus [*magister.*] H. [*ad sedem apost. appellauit, et ad prædec. n. accedens*] litteras reuocatorias impetrauit 95), [*quas idem procurator per falsi suggestionem asseruit impetratas. et infra.*] [*Et*] inter alia postulabat prædictus H. 96) vt faceremus depositiones quorundam testium aperiri; sed procurator prædictus aperiendas eas non esse dicebat: cum non in hac caussa fuissent inducti, sed in ea [*potius*], quæ inter [*ven. fr. n.*] Eboracen. archiepiscopum et eundem R. vertebatur: [*et infra.*] [*Licet autem archidiaconus, sicut superius est præmissum, ad faciendam nobis fidem super omnibus pleniorem, attestationes quasdam peteret aperiri; aduersarius autem in alia caussa eas assereret fuisse receptas:*] nos eas aperire noluimus 97), sed caussam [*earundem ipsorum assensu*] duximus vestro examini committendam. [*Ideoque d. v. per A. S. m.qu. partibus conuocatis, inquiratis super præmissis omnibus diligentius veritatem, et quod canonicum fuerit, app. postp. discernatis facientes, quod decreueritis, per censuram eccles. firmiter obseruari,*] ita [*tamen,*] quod, si vobis constiterit, præfatum H. 98) testes pro se coram [*bonæ mem.*] episcopo et decano Lincon. 99) et te, fili archidiac. [*ac dilecto nostro tit. s. Marcelli presbytero cardinali, tunc ap. sed. legat.*] delegatis iudicibus produxisse, attestationibus apud eum depositis sit contentus: alioquin, eo non obstante, quod testes illi coram iudicibus ipsis, et te, fili archidiac. fuere producti, pro dicto H. 100) si producti fuerint, ad testimonium admittantur.

84) *Cisternen.* C. R. 1. *Castren.* c. 3. comp. cit. 3. Rectius *Cicestrensi*, sub archiep. Cantuar.

85) Nihil sani in C. MSCt. et edit. ant. deprehenditur, vt errores referre non expediat, quin potius legendum: *Norwicensi*, cuius ecclesiæ episcopi in WHARTONII *Anglia sacra P. I. p.* 397. *sqq.* recensentur, vbi etiam *p.* 593. *historia Elyensis*, auctore THOMA, producta est. De archidiaconatu *Richemundia* sub *Eboracensi* archiepiscopo agitur in *c.* 3. *X. de suppl. neglig. prælat.*

86) *Magistri Rogeri*, C. R. 2. H. L. et c cit.

87) *Eidem*, C. R. 2. sed cit. c. *eidem Rogerio.*

88) *Richemundia*, habet cit. c.

89) *Honorius*, C. H. L. et cit. c.

90) Quod ei archiepiscopus Eboracensis contulerat archidiaconatum Richemundiæ, cuius collationem sibi asserebat capitulum Eboracense tum ex iure *deuolutionis*: tum ex *proprio priuilegio.*

91) *Legitime ad nos*, C. R. 2.

92) *Rogerius*, C. H. L. et cit. c.

93) Loco huius vocis in c. cit. legimus: *ad dil. fil. abbatem de sancto Eadmundo et coniudices suos super hic.*

94) Dictio *sua*, ibidem omittitur.

95) *Impetrarat*, legitur ibid.

96) Voces *prædictus H.* non habentur in cit. c.

97) *Noluimus*, C. H. L. et cit. c.

98) *Archidiaconum*, cit. c.

99) *Lincolnien.* ibid.

100) *Pro archid.* ibid.

CAP. XXXI.

Publicatis attestationibus non opponitur in personas testium: nisi rursus excipit, et ad secundam determinationem subdit.

IDEM. (*ann.* 1208.)

Præsentium h auctoritate statuimus, vt, si quis post depositiones testium publicatas, obiicere voluerit in personas eorum, ei tunc tandem id 1) liceat, cum iuramento firmauerit, quod ad hoc ex malitia non procedat: nisi forsan ante publicationem id fuerit protestatus, vel ostendere poterit, quod post publicationem didicerit, quod obiicit 2) in personas. Cæterum, cum quis personas testium se velle post publicationem 3) depositionum repellere, fuerit protestatus, si quid pro ipso dixerint, de facili non credatur 4).

1) Pronomen: *id*, a C. R. 2. et H. abest.

2) *Obiecerit*, est in cit. comp. c. 4.

3) *Publicationes*, ibid.

4) Vnde consultius agunt aduocati, vt tantum generaliter in productionis termino sibi reseruent quascunque exceptiones contra personas et dicta testium.

CAP. XXXII.

Si actoris et rei testes contraria deponunt; fidem sibi non derogant, sed præualent digniores, et verisimiliora deponentes: at, si in cæteris est disparitas, præfertur numerus.

IDEM *London.* 5) i *et Helien. episcopis.* (*ann.* 1209.)

In nostra præsentia [*constitutis dil. fil. mag. W. nomine, dil. fil. archid. Cantuar. a quo procurator fuerat destinatus, possessionem ecclesiæ de Malton. quam dil. fil. abbas et monachi S. Augustini Cantuar. illicite oc-*

5) *London.* c. 5. comp. cit. 3.

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil. Vide Anton. de Butr. supr. de arb. c. non sine.* b Turonens. archiepisc. *al.* Tiren. *al.* Tiicens. *al.* Trien. c *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil. Vide specul. tit. de testib.* §. 1. d *Vid. notabil. inferius. et ibi Bart. C. de iudic.* e *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.*

f *Sub Alexandr. III. c.* 8. *habetur tit. de concess. præb. c.* 2. g Prædictus magister e. h *C.* 4. *eod. tit. in* 3. *comp. Vid Ant. de Butr. in c. ex parte supr. eod. et Lap. alleg.* 72. i *al.* Lingon. et Exoniens. episc.

cape-

superant, cum fructibus medio tempore perceptis sibi restitui postulauit. et infra.] Cum igitur 6) a hinc plures, inde vero sint testes numero pauciores producti, quos non solum diuersa, sed aduersa penitus in quibusdam constat testimonia reddidisse; quia etiam ad multitudinem tantum respicere 7) non oportet, sed ad testium qualitatem, et ad ipsorum deposita, quibus potius lux veritatis assistit, ex quibus motum animi sui conuenit iudicem informare: [*d. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, si testes vtrinque producti eiusdem honestatis et existimationis 8) exstiterint, cum constet testes monachorum esse testibus archidiaconi numero pauciores, [*subl. cuiusl. contr. et app. obst.*] pro [*ipso*] archidiacono sententiam proferatis. Si vero testes ex parte monachorum producti tantæ præeminentiæ fuerint, quod eorum auctoritas aliorum sit merito multitudini præferenda, [*contrad. et app. pariter non obstante*] ab impetitione archidiaconi absoluatis eosdem [*abbatem et monachos.*]

6) *Vero*, C. H.
7) *Tam respici*, c. cit. 5.
8) *Æstimationis*, C. H.

CAP. XXXIII.

Ad probanda impedimenta electi, laici et feminæ admittuntur. Adde: *et testes de auditu et fama sufficienter non probant.*

IDEM *priori sancti Fridiani* 9) *Lucan.* b *et magistro G.* 10) *canonico Pisano* 11). (*ann.* 1209.)

Tam c litteris vestris, quam depositionibus testium [*diligenter inspectis,*] intelleximus [*euidenter,*] nihil esse contra [*dil. f.*] Lucanum electum sufficienter ostensum, nisi de auditu tantum et fama: cum super aliis, si quæ forte videantur esse probata, testes sint vel soli, vel tales, qui non potuerunt 12) illa legitime comprobare. Quia vero super matrimonio, quod idem electus dicitur contraxisse cum vidua, testes non fuere recepti propter appellationis obstaculum, ne [*videlicet*] laici vel feminæ in tali reciperentur articulo contra ipsum, [*sicut vestris nobis litteris intimastis; licet nuntii eiusdem electi coram nobis aliter probare niterentur:*] nos, vt 13) tantæ irregularitatis obiectio non remaneat indiscussa, [*d. v. per A. S.*] mandamus [*atque præcipimus,*] quatenus testes siue laicos 13*) siue feminas d, duoraxat idoneos, qui ad hoc fuerint probandum [*intra mensem*] inducti, recipiatis legaliter, et examinetis prudenter: excommunicantes sollemniter, si quis eos impedire præsumpserit, quo minus testimonium perhibeant veritati. Demum attestationibus publicatis, si forte constiterit 14), irregularitatem huiusmodi non esse probatam, indicatis eidem electo purgationem canonicam de obiectis 15), per septem canonicos maioris ecclesiæ, vel priores ecclesiarum [*secularium*] ciuitatis Lucan. 16) presbyteros 17) seu diaconos bonæ famæ præstandam. Qua recepta, præfigatis ei terminum [*competentem,*] quo consecrandus nostro se conspectui repræsentet. Si vero vel irregularitatis impedimentum fuerit probatum, vel intra terminum constitutum 18) non præstiterit purgationem indictam: vos eum [*auctoritate nostra suffulti, rem. cuiusl. contrad. et app. obst.*] a prælatione Lucan. ecclesiæ [*penitus*] amouentes, mandetis ex parte nostra capitulo, vt electionem de alio non differant 19) canonice celebrare. Archipresbyterum autem Lucan. et G. 20) sacristam, qui contra prædictum electum litteras nobis sub nomine maioris partis capituli destinauerunt 21), cum constet per attestationes prædictas, longe maiorem partem capituli non fuisse consciam huiusmodi litterarum, ab officio et beneficio denuntietis esse suspensos: donec mereantur nostram indulgentiam obtinere.

9) *Fridiani*, C. tt.
10) *Magistro B.* C. B. 1.
11) *Pisan.* C. B.
12) *Potuerint*, C. B. 2. tt. L. et c. 6. comp. 3. cit.
13) *Ne*, C. L. pro: vt non.
13*) In criminalibus alias laici testes reiiciuntur contra clericos. Sed *irregularitas ex bigamia* contracta non est crimen; quia eo tempore, quo viduam duxerat reus, non erat clericus, et sic licite viduam ducere poterat: licet hoc postea obstaret, ne ordines recipere aut episcopus eligi possit.
14) *Contigerit*, est in cit. c.
15) In c. cit. horum loco ita legimus: *super iis, quæ in commissione vobis facta comprehensa fuerint, et in attestationibus, quas vobis sub bulla nostra remittimus, sunt expressa.*
16) *Lucana*, C. B. 2. et L. *Lucanensis*, ed. Gonz.
17) *Vel presbyteros*, C. H.
18) *Vel intra mensem*, cit. c.
19) *Differat*, C. H.
20) *Etiam et*, ibid.
21) *Destinarant*, C. B. 2.

CAP. XXXIV.

In caussa liberali contra contumacem, etiam lite non contestata, testes recipi possunt. Hoc dicit notabiliter, secundum lectur. communem.

IDEM *Dulmen.* e *episcopo* 22), *et decano* 23), *et priori sanctæ Trinitatis Eboracens.* f (*ann.* 1199. *Romæ in Angliam.*)

Cum g olim [*dil. fil.*] archid. 24) Menen. 25) aduersus [*v. f. n.*] Cantuar. archiepiscopum super statu Menen. ecclesiæ proposuerit 26) [*in nostra et fr. n. præsentia*] quæstionem: [*archiepiscopo ipsi per litteras nostras dedimus in mandatis, vt per se, vel procuratorem idoneum ad præsentiam nostram super hoc accederet responsurus. Vnde cum ipse nec venisset, nec misisset propter hoc idoneum responsalem: volentes Menen. ecclesiæ paterna sollicitudine prouidere, caussam super hoc ven. f. n. episcopo Heliensi et dil. fil. Lundonens. decano et archid. de Bochinigam sub certa forma duximus committendam, a quibus non fuit hactenus iuxta mandatum nostrum in negotio ipso processum. Ne igitur caussa ipsa remaneat indecisa, discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, nisi pars aduersa prædictum archidiaconum per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo, partibus, si poterit fieri, vel procuratoribus earum ad locum securum h et idoneum 27) [*per nuntios vestros et litteras*] conuocatis, et lite legitime contestata, testes, quos archiepiscopus in Anglia 28), et quos archid. duxerit producendos [*contra eum*] in Wallia, recipere procuretis. Verum si archiepiscopus citatus legitime [*coram vobis*], vel per se 29) vel per procuratorem idoneum noluerit comparere, aut litem etiam 30) contestari: vos [*nihilominus*] testes, maxime 31) senes et valetudinarios, quos archid. [*per se, vel per procuratorem idoneum*] duxerit producendos, sublato [*cuiusl. contrad. et*] app. obstaculo, admittatis, et depositiones eorum conscriptas [*et vestris sigillis inclusas*] ad sed. curetis apost. destinare, statuentes partibus terminum peremptorium [*competentem*], quo per se, vel per responsales idoneos nostro se conspectui repræsentent, sententiam recepturæ.

22) *Capitulo Dulmen.* C. B. 1. *Dulminen.* H. *Dunelmen.* c. 7. comp. cit. 3.
23) Verba: *et decano*, a C. B. 1. absunt.
24) Non *archidiaconus*, vt hic per errorem traditur, sed *archiepiscopus Menevensis* GIRALDVS in Wallia super *statu* ecclesiæ suæ mouit hanc quæstionem Cantuariensi archiepiscopo HVBERTO coram INNOCENTIO III. in initio sui regiminis h. e. anno MCXCIX. vel testimonio ROGERII HOVEDENI in vita regis Ioannis ad cit. ann. probatum dedit ALTESERRA ad decretal. Innoc. III. et quidem ad h. c. quamuis Pithœi annum MCCVIII. huic decretali assignauerint: cum tamen HVBERTVS iam anno MCCV. obierit, teste MATTH. PARIS. in hist. Angl. ad cit. ann. p. 178.
25) *Menenen.* C. H. *Methen.* L. per totum, sed elementum h. deinde alio loco omittitur: denique in cit. c. est: *Meneven.* per totum.
26) *Proposuisset*, cit. c.
27) *Eorum ad locum idoneum vel securum*, ibid.
28) *Quos archiepiscopus duxerit producendos in Anglia, et quos archidiaconus voluerit producere* etc. ibid.
29) *Vel*, a C. B. abest.
30) *Aut legitime etiam*, C. B. 1. legit.
31) Duæ voces: *testes, maxime*, desiderantur in cit. c.

CAP. XXXV.

Publicatis attestationibus, admittitur aduersarius ad probandum contrarium, si ante publicationem super hoc probatione contraria instrui non potuit. H. d. et est casus singularis.

IDEM *priori de Belonis.* 32) h *et I. rectori ecclesiæ* 33) *de Borellis.* (*ann.* 1210. *Romæ.*)

Ex tenore i vestrarum accepimus 34) litterarum, quod, cum vobis [*et dil. f. abbati de Sotreto*] caussam, quæ vertitur inter R. [*filium W. de Estan.*] militem, et M. 35) mulierem, [*sororem W. de Archit.*] commiserimus fine debito terminandam, [*prædicto abbate se rationabiliter excusante, quod cognitioni eiusdem caussæ interesse non posset, partes ad vestram præsentiam citastis. Quibus in vestra præsentia constitutis,*] pars mulieris 36) proposuit, quod dictus miles prius 37) corporale præstitit iuramentum, quod ipsam duceret in vxorem, et postmodum carnaliter cognitam traduxit in domum k, [*et prolem suscepit ex ea.*] Miles vero 38) [*prædictus*] hoc inficiabatur omnino, adiiciens, quod, etsi hæc 39) vera essent, eam tamen de iure habere non potuit, eo, quod aliam tunc viuentem prius duxerat in vxorem. [*Testibus itaque ab vtraque parte receptis, et attestationibus publicatis,*] cum per testes militis [*sæpe dicti*] videretur esse probatum, quod ipse ante

32) *Belonis.* C. B. 2. et H. sed ed. Gioii. *Belonis.* L. *de Belen.* c. 8. comp. c. *de Belens.*
33) Vox *ecclesiæ*, a C. R. 2. abest.
34) *Recepimus*, cit. c.
35) *L.* est in C. H.
36) *Pars dictæ mulieris*, C. R. 2.
37) Particula *prius*, desideratur in cit. c.
38) Vox *vero*, deest in C. H.
39) Loco vocis *hæc*, in cit. c. legimus: *quæ proponebantur ab ipsa.*

---

a *C. 5. eod. tit. in 3. comp. Vid. Rom. singul.* 362. *et Consil. singul.* 252. *Incip. duo testes, vers. tertio.* b *Luccus.* c *C. 6. eod. tit.* in *3. comp. Vide Abb. in c. reprehensibilis. extr. de appell.* d *Vide l. 1. et 2. per Cyn. ff. de leg. et de vest. spol. c. litteras.*

e *al.* Helien. f *C. 7. eod. tit. in 3. compil.* g *Locus itaque securus esse debet, ac talis, vt omnis iniquitatis suspicio procul absit.* h Bolenti. i *Cap. 8. eod. tit. in 3. comp. vid. Socin. in reg.* 498. *incipit, testes publicatis, etc.* k *Vide l. 1. C. de sponsal. et in l. 2. eod. tit.*

festum

festum purificationis beatæ virginis 40) [*Mariæ*] P. a mulierem sollemniter accepit 41) in vxorem, et testes M. 42) mulieris [*de Arcbis*] dicerent, quod in septimana paschali sequente 43) festum prædictum, de ea ducenda præstitit 44) iuramentum, prædictus miles ab impetitione ipsius absolui cum instantia postulabat 45). Verum ex parte sæpedictæ mulieris exstitit replicatum, quod eo tempore, nec non b et ante, quo testes dicti militis dixerant 46), eum cum alia matrimonium contraxisse, fuerat semper in Eboracen. prouinciæ commoratus; cum testes ipsi dicerent, hoc longe extra dictam prouinciam actum esse 47), determinantes tempus et locum: quod per testes idoneos erat probare parata. Sed econtra fuit ex aduerso responsum, quod, cum attestationes iam essent hinc inde sollemniter publicatæ, locus productioni testium iam non erat. Quia igitur dubitatis 48), vtrum post publicationem attestationum super illo articulo deberent testes admitti: nos inquisitioni vestræ auctoritate 49) præsentium respondemus, testes mulieris ad probandum illum articulum admittendos 50).

40) *Beatæ Mariæ virginis* B. C. B. 1. L. et cit. c. *beatæ Mariæ*, H.
41) *Acceperat*, habet C. L. sed cit. c. *acceperit*.
42) *L.* secundum C. H.
43) *Consequenti*, cit. c.
44) *Præstiterit*, C. B. L. ed. ant. et cit. c.
45) *Postulauit*, C. B. 1. et H.
46) *Dixerant*, cit. c.
47) *Exstitisse*, habetur ibid. retentis nihilominus vocibus nostris, sed sequenti modo separatis: *actum esse*.
48) *Dubitastis*, C. B.
49) *Insinuatione*, cit. c.
50) *Admittendos esse*, C. B. 1. habet, sed in cit. c. legitur: *quod - - sunt admittendi*.

CAP. XXXVI.

Indulgenda est in caussa quarta productio testium, petita cum sollemnitate legali, caussa legitima non refragante: alias legitime appellatur.

IDEM priori sancti Victoris. (*ann. 1210. Roma in Gall.*)

Significauerunt nobis [*per litteras suas ven. f. n. Sylvanecten. episcopus, et dilect. fil. I. abbat. S. Victoris Parisien. et P. Aurelianen. decanus, quod.*] cum caussa, quæ vertitur inter abbatem et monachos sancti Dionysii ex vna parte, ac abbatissam et moniales de Forcellis 51) d ex altera, tam super proprietate, quam super 52) possessione prioratus de Argentolio 53) e, iudicibus 54) a nobis commissa fuisset, et moniales super caussa proprietatis prius litem ingressæ, testes produxissent 55) in illa: postmodum possessionis iudicium, suspenso petitorio, intentarunt, [*quod eis de iure licere ipsi de prudentium consilio per interlocutoriam sententiam declararunt.*] Vnde in caussa possessionis, quam moniales petebant, ea [*videlicet*] ratione, quod 56) illæ, quibus ipsæ successerant, inde fuerant 57) violenter eiectæ, testes fuerunt 58) ab vtraque 59) parte producti, et eousque [*erat*] processum, vt publicatio iam fieri deberet. [*Petebant moniales prædictæ, depositiones testium in caussa possessionis tantummodo publicari: sed contradicebant monachi, allegantes, quod, sicut caussa proprietatis fuerat prius cœpta, ita debebat accipere prius finem, vel saltem tam super petitorio, quam super possessorio testes simul publicari debebant. Ipsi vero, auditis hinc inde propositis, cum super hoc vellent interloqui, habito super hoc consilio sapientum, monachi adiecerunt, quod super caussa proprietatis renuntiauerant productioni testium moniales. Quod cum pars aduersa negaret, et inter partes quasi dubium verteretur; interlocuti fuerant, quod attestationes in possessorio publicarentur, et super renuntiatione monialium probationes monachorum audirent: sed ab hac interlocutoria monachi ad nostram audientiam appellarunt. Ipsi autem diem alteram partibus præfigentes, vt deliberarent, an deberent huiusmodi appellationi deferre, conuocatis prudentibus de ipsorum consilio, sententiam suam minime reprobantes, parti monachorum audientiam indulserunt, si forte rationem aliquam allegarent ad retractandam sententiam prædictam inefficacem: qui tandem post app. suas appellationi prius factæ fortiter insistebant.* et infra. *Nos igitur, his et aliis diligenter auditis, quæ fuerant hinc inde proposita, de communi f. n. c. discr. v. p. a. f.*] mandamus, quatenus, [*Partibus conuocatis in vnum*] si [*per legitimas probationes*] vobis constiterit, abbatem et monachos quartam productionem testium, cum iuris sollemnitate super possessorio petiuisse, seque propter hoc intra decem dies post interlocutoriam sententiam appellasse, nisi forte iudices quartam productionem negauerint; pro eo, quod voluerint effrenatam multitudinem testium refrenare, vos [*præfatos abbatem et monachos*] ad quartam productionem [*testium,*] adhibita sollemnitate legali, admittatis eosdem 60), ipsos 61), si in probatione defecerint, in expensis legitimis condemnantes. Et nisi adeo sit in petitorio iam processum, vt plene possit de proprietate liquere f, vna caussam possessionis, ad quam de iuris beneficio abbatissa et moniales habuere 62) recursum, primitus terminetis, in caussa proprietatis postmodum processuri: alioquin quæstionem terminetis simul vtramque.

51) *De Festel*, c. 9. comp. cit. c. vel potius: *de Festil.*
52) *Quam possessione*, C. H. L. et cit. c.
53) *Argentorio*, ed. ant.
54) *Sibi*, legitur in cit. c. loco *iudicibus*.
55) *Produxerint*, ibid.
56) *Quia*, C. H.
57) *Fuerant*, C. B. 1.
58) *Fuissent*, cit. c.
59) *Ex vtroque*, C. B. 2.
60) *Dictio eosdem*, desideratur in cit. c.
61) *Eos*, C. H. et cit. c.
62) *Habere*, cit. c.

CAP. XXXVII.

Diligenter examinandi sunt testes, et puniendi, qui eos impediunt: et ipsorum testium multitudo est per iudicem refrenanda.

IDEM episcopo Placentino. (*ann. 1208. Roma in Ligur.*)

Cum caussam g, quæ inter [*v. fr. n.*] archiepiscopum Rauennen. 63) ac [*d. f.*] commune Fauent. [*super villa Luci et S. Ponti, et castro, Auriolen. et super eorum districtu honore et iurisdictione noscitur agitari, diuersis iudicibus duximus committendam; nec potuisset per aliquos eorum terminari: et infra. Procuratoribus deinde vtriusque partis comparentibus coram nobis iuramentum de calumnia fecimus vtrinque præstari.*] Quia vero vtrique parti nimis existeret onerosum, vt testes producerent 64) coram nobis: [*f. t. de qua plenam fiduciam obtinemus, per A. S. præs.*] mandamus, quatenus [*intra tres menses post susceptionem præsentium*] recipias [*app. rem.*] testes, quos vtraque pars, tam super principali negotio, quam in personas testium duxerit producendos, ac eos diligenter examinare procures, et de singulis circumstantiis prudenter inquirens 65), de caussis videlicet, [*de*] personis 66), loco [*et*] tempore, visu [*et*] auditu, scientia [*et*] credulitate, fama et certitudine, cuncta plene [*et curiose*] conscribas, [*et ea nobis fideliter sub tuo sigillo transmittas, iniungens partibus, vt ad præsentiam nostram veniant sic instructæ, quatenus attestationibus publicatis, et instrumentis exhibitis, postquam sufficienter fuerit allegatum, iustam a nobis sententiam domino auctore reportent.*] Testes autem, etc. Quod si forte Fauentini, vel alii eos, quos dictus archiepiscopus ad perhibendum testimonium veritati duxerit producendos, præsumpserint impedire: tu ipsos ab huiusmodi 67) præsumptione cessare [*mon. præm. per cens. eccl. app. rem.*] compellas. Volentes autem effrenatam multitudinem testium refrenari 68), volumus, vt 69) hinc inde quadragenarium numerum testium excedere non permittas, ita videlicet, vt, si Fauentini testium depositiones ratas habere voluerint, quæ a [*v. f. n.*] Ferrarien. 70) episcopo et abbate Pompun. 71) receptæ fuerint 72), testes ipsi computentur in 73) numero prælibato: alioquin, cum attestationes ipsæ sint clausæ, iidem testes, si necesse fuerit, iterato producentur.

63) *Rauennat* C. B. 2. ed. ant. gloss. et c. 10. comp. cit. sed C. B. 1. et Pith. *Rauen.* L. *Rauenaaten.*
64) *Producerent*, C. B.
65) Ad *officium ergo iudicis* pertinet, in tales circumstantias, ex quibus demum depositiones testium ad articulos lucem accipiunt, inquirere, eosque de iis sollicite interrogare, vtpote cum fides sit. Itaque probabile est, ne quidem hoc tempore iudici exhibita interrogatoria a parte aduersa, verum hæc a iudice *ex officio* ad singulos articulos formata fuisse, pedetentim tamen inualuisse, vt, pro iudice sublevando, pars aduersa *interrogatoria* iudici exhiberet. Hæc obseruatio hunc præstat vsum, vt, non exhibitis iis, iudex nihilominus de necessariis circumstantiis testes interrogare debeat *ex officio*: quod alioquin eorum depositiones sint frustraneæ.
66) Vox *personis*, abest a C. H. sed L. præmittit iterum partic. *de*.
67) *Eius*, C. H.
68) Quod iubet *ius ciuile* ex constitutionibus principum, quibus licentia producendi testes seu gregem testium ad *sufficientem numerum* coarctatur, *vt iudices moderentur, et eum solum numerum testium, quem necessarium esse putauerint, euocari patiantur, ne effrenata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testium protrahatur*, vt ICtus ait in *l. 1. §. 2. D. h. t.*
69) In cit. c. legimus loco harum dictionum: *præs. mandamus, quatenus*.
70) *Coram Fecarien.* C. H.
71) *Pomposo*, C. B. 1. sed C. B. 2. *Pomposano*, et cit. c. habet: *Pomposanen.* In C. L. terminatio huius vocis adscripta est a manu aliena, vt legitur: *Pomposina*.
72) *Fuerant*, C. L.
73) Partic. *in*, desideratur in cit. c.

CAP. XXXVIII.

Attestationes receptæ in summario, fidem non faciunt in plenario iudicio. Et illarum publicatione non obstante iidem, vel alii testes super eisdem capitulis recipi possunt.

IDEM de b Nouo Fonte 74) et Casæ Dei abbatib. [*in Claromonten. diœc. constitutis.*] (*ann. 1210. Roma in Gall.*)

Veniens ad apostolicam i sedem [*d. f.*] G. [*de Gros*] archid. Cle-

74) Abbatem *monasterii Noui fontium* diœcesis Claromontanæ intelligit, vt *Nouem fontium et Casæ Dei abbatibus* legi debeat. De his abbatibus agit SAMARTH. *Gallia Christ. tom. II. p. 327. seqq. et p. 414. sqq.*

a *al.* ita: B. mulierem accepisset sollemniter. etc. b *In plur. antiqu.* nec non et antequam. c *Cap. 9. eod. tit. in 3. comp.* d *al.* Fortel. e Argentorio.

f *Quando dicatur liquere*, tradit Abb. in c. cum olim. de verb. sign. Anton. Butr. in c. pront. de dol. et cont. gloss. in can. decernimus. 3. qu. 9. g *Cap. 10. eod. tit. in 3. comp. Ideo vero tam diligens cura in examinandis testib. est adhibenda per iudicem, ne mendacium dicant, facit Decret. 19 Eleuther. Papa in c. iudicantem 30. qu. 5. Videtur Seuuan. cutb. Instit. tit. 64. num. 18.* h *al.* Nouem font. i *C. 11. eod. tit. in 3. comp. Vid. Petr. de Beaturen. dis decis. 14.*

remon.

remon. 75) [nobis] humiliter supplicaunt, vt sententiam [per v. f. n. Lemonicen. episcopum] super decenatu Claremonten. ecclesiæ pro eo[i ationabiliter] latam, quæ iam fuerat in parte exsequutioni mandata, faceremus in totum exsequutioni mandari. Cum autem [dilectus f. abbas et O. Dalamas Claremonten.] procuratores [dil. fil.] capituli Claremont. in nostra [essent] præsentia [constituti: nobis] proposuerunt, sententiam illam 76) contra iustitiam, et post appellationem ad nos [legitime] interpositam, promulgatam 77): [et infra.] Cumque idem archidiaconus ipsos tanquam procuratores admittere noluerit 78), vel dictis eorum aliquatenus respondere: [dil. f.] Parentius subdiacon. noster [basilicæ principis apostolorum canonicus] se ipsi 79) opposuit ex aduerso, asserens se canonice [fuisse] in decanum Claremont. electum. Propter quod dictus archid. in sua petitione non erat aliquatenus audiendus: quia decanatus ipse non ad illum, sed ad se potius pertinebat. [et infra.] Cum igitur super his aliquandiu disceptassent: interloquuti fuimus, vt dictus P. si posset, in continenti 80) suam intentionem funderet. Qui cum 81) [ad suam intentionem fundandam] super hoc 82) testes et instrumenta produxerit; [super quibus cum vtrimque fuisset aliquamdiu disputatum, nos] interloquendo pronuntiauimus: [quoniam per ea, quæ fuerant ostensa, constabat,] quod lite interesset, vt [idem P.] se posset opponere archid. memorato. Lite igitur inter eos, tam super electione, quam super sententia [legitime] contestata, quæsitum fuit ab ipso 83) archid. [coram nobis,] vtrum attestationes prius exhibitas in articulo supra dicto in 84) hoc iudicio vellet admittere: qui, [præhabita deliberatione,] respondit, quod vellet, dummodo posset, obiecta tam in personas testium, quam in dicta. Quo audito, pars aduersa respondit, quod attestationibus illis in hoc iudicio vti nolebat: cum non super principali negotio, sed super articulo incidenti fuissent, lite non contestata, receptæ. Vnde super toto negotio alios volebat testes producere vel eosdem. Pars autem respondit aduersa, quod, cum testes illi, tam super sententia, quam super electione dixissent, et eorum attestationes fuissent in iudicio publicatæ, non licebat eidem, postquam testificata didicerat, super eisdem articulis alios testes 85) producere: præsertim cum in hoc iudicio attestationibus illis vsus fuisset subdiacon. prælibatus 86). Nos igitur [auditis, quæ fuerant hinc inde proposita,] iustitia pronuntiauimus exigente, quod testes essent recipiendi super toto negotio, quos vtraque pars duceret producendos. Quocirca [d. v. per A. S.] mandamus, quatenus, receptis testibus, et rationibus partium intellectis 87), caussam ipsam tam super principali 88) a, quam etiam 89) incidenti, [subl. cuncl. contrad. et app. obst.] fine canonico terminetis, [facientes etc. et infra.] Quia vero, quæ in capitulo aguntur, non facile possunt, nisi per canonicos ipsos probari: volumus [et m.], vt 90) ad cautelam absoluatis eosdem, vt vocati ad testimonium libere valeant pro vtraque parte testari 91) b.

75) Claremontea. c. 11. comp. cit. 3. per tot.
76) Proponere curauerunt, quod sententia illa, ibid.
77) Fuerat promulgata, ibid.
78) Nollet, ibid.
79) Ei, C. H. sed cit. c. ipsum.
80) Controuersia principalis erat inter archidiaconum et capitulum Claromontanæ ecclesiæ super exsequutione sententiæ faciendæ. Interueniebat PARENTIVS subdiaconus pro suo interesse, quod, quia processus exsequutionis motus, in continenti docere debebat, quod etiam fecit et pontifex interloquutus est, eius interesse, vt se ex electione opponere posset.
81) Demum . . produxit, cit. c.
82) Voces: super hoc, desiderantur ibid.
83) Pron. ipso, deest in C. H.
84) Partic. in, abest a cit. c.
85) Vox: alios, a C. d. 1. H. L. ed. ant. abest, et in C. 8. 2. illi voci puncta sunt subiecta in signum deletionis.
86) Pars eadem attestationibus illis vsa fuisset, c. cit.
87) Loco vocum: et rationibus partium intellectis, leguntur ibid. sequentia: instrumentis inspectis et confessionibus, et allegationibus diligenter auditis.
88) Super principali negotio, C. 8. 1. et H.
89) Partic. super, repetitur in C. L. et cit. c. sed in vltimo desideratur part. etiam.
90) Pro partic. vt, habet c. cit. quatenus.
91) Testificari, C. L.

CAP. XXXIX.

Religiosi etiam ad testificandum non admittuntur absque iuramento: nisi a partibus remittatur.

IDEM *Bisuntino* 92) *archiepiscopo.* (*ann.* 1210. *Romæ in Germaniam.*)

Tuis r quæstionibus [respondemus: et infra.] Monachi vero de suis fratribus ac conuersis, testes in caussis propriis producere absque iuramenti exhibitione non possunt: nisi forte 93) a parte 94) remittatur aduersa.

92) Bisuntinum, C. P. 2. sed c. 12. cit. comp. habet: Bisuntino.
93) Forsan, C. H. habet cum ed. ant. C. L. interiicit, hoc.
94) Il. a parte, C. 8. 2.

a In C. Barb. negatiu. quam super etiam. b al. testificari. c C. 12. eod. tit. in 3. comp. vid. hic Gud. Pap.

CAP. XL.

Delegatus necessariae in testem remouetur a iudicando, et alius subrogatur.

IDEM *Attrebaten. episcopo* et d *Dedimenen. et Vrsicampi* 95) *abbatibus.* (*ann.* 1210. *Romæ in Belgium.*)

Dilecto filio Arienen. 96) e præposito nobis f intimauit exponente, quod, cum caussam, quæ inter ipsum et [mulierem] comitissam Flandrensem super donatione sex præbendarum sacerdotalium 97) agitatur, vobis 98), [frater] episcope ac [fili] abbas 99) Dedimenen. [nec non] et [dil. f.] Attrebaten. 100) decano duxerimus 1) committendam, idem præpositus citra litis contestationem 2) proposuit [coram nobis], quod testimonium [ipsius] decani sibi necessarium erat in caussa prædicta: cum de iure suo non nisi per ipsum et alium vnicum tantum testem, facere fidem posset. Vnde postulauit [instanter,] vt [vel duo] in caussa ipsa eo procederetis 3) excluso, vel supersederetur negotio, quousque 4) [nos] substitueremus 5) alium loco eius: vos autem petitionem eius [in hoc] admittere recusastis, quin imo post appellationem, [quam ad nos ipse propter hæc et alia interposuit,] a præbendarum ipsarum donatione suspendistis eundem. Ne igitur ob [huius] testis defectum eius 6) iustitia valeat deperire, te, [fili] abbas Vrsicampi, loco ipsius 7) duximus subrogandum g, [per A. S. v.] mandantes, quatenus, si est ita 8), [prælibata] suspensione præpositi relaxata, in caussa [ipsa] iuxta priorís mandati tenorem, ratione præuia, procedatis.

95) Lectio hæc æque vitiosa est ac C. MSCt. Etenim ad abbatem Dunensis monasterii, ordinis Cisterciensis hæc decretalis directa est, de quo agit MANRIQVE in annal. Cister. tom. I. ad ann. MCXXXVIII. c. 13. p. 356.
96) Edit. ant. q. habet rectius, Ariensi, non Aurien vt est in C. L. quia præposito Ariensi in Flandria lis erat cum Ioanna Constantinopolitana comitissa Flandrensi de collatione quarundam præbendarum.
97) Sacerdotum, C. L.
98) Vobis, frater, C. H.
99) Ac fili abbas, C. 8. 2.
100) Ne. non Atreb. ibid.
1) Duximus, c. 13. comp. cit. ed. ant. Cont. et Pith.
2) Litem contestatam, C. 8. 1. et L.
3) In caussa illo procederetis excluso, et supersederetis negotio, cit. c.
4) Quousque, ibid.
5) Substitui mandaremus, ibid.
6) Illius, C. H. et L. Præpositi memorati, cit. c.
7) Prænominati decani, cit. c.
8) Si præmissis veritas suffragatur, ibid.

CAP. XLI.

Ne probationis copia pereat, citato aduersario, recipiuntur et publicantur testes, quos reus induxit.

IDEM INNOC. III. *iudici Sabinen.* 9) (*ann.* 1210. *Romæ in Sabinam, siue Latium.*)

Significauit h nobis [dilectus f.] presbyter sancti N. 10) Sabinen. diœcesis 11), quod fundatores eiusdem ecclesiæ liberam eam esse volentes, fundationis tempore se 12) in ea nihil iuris [penitus] retinere dixerunt. Vnde timens, ne processu temporis probationis copia valeat deperire 13), prouideri [sibi] super 14) hoc idem presbyter postulauit. Quocirca [præs. tibi auctoritate] mandamus, quatenus testes idoneos, quos ipse 15) i super hoc [tibi] duxerit producendos 16), examines diligenter, et eorum dicta in publica redigi 17) facias monumenta 18), denuntiando k fundatoribus ante dictis vel eorum heredibus, vt receptioni testium, si velint 19), intersint: et super denuntiatione sic facta, confici facias publicum instrumentum.

9) Sabinæ, c. 14. comp. cit. 3.
10) Sancti Nicolai, C. 4. et cit. c.
11) Dioec. Sabin. cit. c.
12) Pron. se, abest a C. H.
13) Facilius reo, quam actori, permittitur examen testium extraordinarium ad perpetuam rei memoriam: quia in eius potestate non est, quando excipere velit, sed contra quemuis actionem intentantem se mature præparare debet. De actore actum est supra c. 5. pr. vt lite non contest. de reo vero h. c. agitur.
14) Prouideri sibi, C. 8. 2. H. et L.
15) Dictus presbyter, cit. c.
16) Præsentandos, C. 8 H. L. et cit. c.
17) Reduci, cit. c.
18) Monimenta, C. 8. L. ed. ant. et cit. c.
19) Si voluerint, cit. c.

CAP. XLII.

Si materia antiqui capituli repetitur aliqua addita, quod subiicitur necessitati probandi: possunt testes etiam antiquis publicatis attestationibus produci.

IDEM *episc. et archidiacono Beneuen.* 20) l (*ann.* 1210. *Romæ.*)

Cum caussa 21) m, quæ 22) inter œconomum 23) monasterii sancti

20) Vrbeuetan. C. 8. sed H. Vrbeuetanetan. L. Vrbe vetanis, vocibus diuisis. Ed. ant. Vrbenti. c. 2. comp. 4. de emtore: Vrbeueter.
21) Caussam, C. H. vt quoque legerat C. L. in quo litteræ m, subiecta sunt puncta.
22) Quæ vertitur, C. 4. 2.
23) Inter L. canonicum, ed. ant.

d D: Dun e Amenti. f C. 13. eod. tit. in 3. comp. vid. Gud. Pap. hic. g Vid. l. litteras per Cyn. et Bart. C. de præsumpt. h Cap. 14. eod. tit. in 3. compil. Vid. Hart. in auth. sed et a. ut. C. de testib. et Gud. Pap. i In C. Barb. quos super hoc idem presbyter duxerit præsentandos. k Vid. Lambertin. de iure patron. art. 4. q. princ. 1. part. 2. libr. l al. Vrbeueta. m Cap. 2. tit. de empt. in 3. comp. Vid. Gud. Pap.

M.

M. 24) de Monte [*Viterbien. ex parte una ac F. et R. cives Viterbien. ex altera super accasamentis, quondam Tornampartis et terris Denfiare ac salicetis et molendino, ubi fossa est Galcheria, vertebatur coram nobis, fuisset aliquamdiu ventilata: nos, intellectis rationibus utriusque partis, attestationibus diligenter inspectis, cum constitisset nobis, monasterium ipsum in prædictarum rerum venditione ultra dimidiam iusti pretii fuisse deceptum, sententiando decrevimus, ut præfati cives aut, recepto pretio, restituerent possessiones memoratas, aut supplerent, quantum constaret legitime venditionis tempore iusto pretio defuisse.*] Cum igitur abbas et fratres eiusdem loci probare intendant 25), quanti pretii 26) venditionis tempore possessiones prædictæ fuere: [*præsentium vobis auctoritate*] mandamus, quatenus [*intra trium mensium spatium*] recipiatis 27) [*appell. rem.*] testes, quos alterutra partium super hoc 28) duxerit producendos, [*audiatis caussam et eamdem remittentes ad nos sufficienter instructam, præfigatis partibus terminum competentem, in quo nostro se conspectui repræsentent, sententiam recepturæ.*] Si vero pars monasterii ad hunc [*probandum*] articulum eosdem testes produxerit, quos ad alium 29) probandum produxit; vos nihilominus eos 30) recipere procuretis: quoniam aliud est probasse 31) deceptionis excessum, et aliud, probare 32) quantitatem valoris.

24) *Sancti Martini*, C. a. H. et L.
25) *Intendebant*, C. R. 1.
26) Ideo de vero pretio probatio suscipiebatur, quia quæstio erat de læsione ultra dimidium, ceu etiam liquet ex c. 6. X. *de empt. vendit.*
27) Verbum: *recipiatis*, deest in C. H. sed in cit. c. est: *recipientes*.
28) Dictiones: *super hoc*, desiderantur in cit. c.
29) *Aliud*, C. H. legit cum ed. ant.
30) Pron. *eos*, deest in C. H.
31) *Probare*, C. H. et L.
32) Verbum: *probare*, deest in C. H.

CAP. XLIII.

Recipiuntur et publicantur testes, qui interfuerant sententiæ, ubi per scripturam de sententia non apparet.

IDEM (*ann. 1210. Romæ.*)

Albericus miles a nobis insinuare curavit, quod, cum olim inter ipsum, et C. mulierem Ravennatem 33) coram capitulo Ravennaten. 34) matrimonii quæstio verteretur, tandem [*exigente iustitia*] lata fuit divortii sententia inter eos. Postea vero dictus miles [*duas diversis temporibus legitime sibi copulavit uxores, et filios ex eisdem suscepit,*] timens sibi et filiis, quos de legitima uxore 35) suscepit, ex eo posse 36) præiudicium generari, quod in scriptis redacta non fuit 37) sententia memorata, [*nobis humiliter*] supplicavit, ut [*super hoc paterna sibi sollicitudine providentes*] testes, qui sententiæ interfuere prædictæ, recipi faceremus. [*Quoniam igitur iusta petentibus favorem nos decet benignum impertiri:*] ideoque 38) mandamus, quatenus testes curetis recipere antedictos, depositiones ipsorum 39) in scripturam publicam redigi facientes 40).

33) *Et E. mulierem Ravennatem*, habet C. L. *et G. mulierem* etc. ed. ant.
34) *Ravennate*, C. L. et c. 2. comp. 4. h. t.
35) *Muliere*, C. H. sed propter antecedentia resistunt, hoc commate comprehensa plane omittuntur in cit. c.
36) In cit. c. legimus: *timens ne - - - possit* etc.
37) *Fuerit*, C. R. 2.
38) *Ideoque*, in cit. c. non legitur.
39) *Eorum*, C. a. 1.
40) *Et - - - faciatis*, cit. c.

CAP. XLIV.

Publicatis attestationibus possunt produci testes super eodem articulo, vel directe contrario, qui prius fuerant producti in iudicio summario, seu extra iudicium. H. d. secundum notabiliorem intellectum, non ponendo aliquam specialitatem in caussa matrimoniali. Et tunc expone textum in fin. ibi, in hoc casu: scilicet cum testes alias producti reproducantur. Panorm.

IDEM *Belvacensi episcopo.* (*ann. 1210. Roma in Gall.*)

Cum in tua diœcesi *b*: [*et infra.*] Utrum autem, si accusatore idoneo comparente, per tres vel quatuor testes inter iam coniunctos parentela probaretur 41), per depositiones eorundem 42) posteriorum testium derogetur fidei undecim vel duodecim propinquorum, qui antiquiores tempore, ac 43) præstantiores meritis ante contractum matrimonium in contrarium iuraverant 44) *c*, distinguendo personas et gradus, a quibus directe hi, de quorum copula agitur, descenderunt, ut primi posterioribus præferantur, non immerito quæri posset. Quamquam autem ad aliud et ob aliud iuraverint, tam 45) illi quam isti: tamen si in 46) secundo iudicio priores personæ iuratæ deponerent illa eadem, quæ primo dixerunt, absque dubio eorum testimonia prævalerent. Nec eo possent 47) prætextu repelli, quod partes testificata didicerant 48): cum talis exceptio locum non habeat in hoc casu.

41) *Probetur*, C. R. et c. 3. comp. cit.
42) Pron. *eorundem*, a C. R. 1. abest.
43) *Et*, C. H.
44) *Iuraverunt*, C. L.
45) Vox: *tam*, abest a C. H. L. ed. ant. et c. cit.
46) Partic. *in*, in c. cit. non exstat.
47) *Possunt*, C. B. 1.
48) *Didicerant*, C. R. 2. *didicerunt*, cit. c.

CAP. XLV.

Excommunicari possunt, qui partem impediunt in testibus producendis. Et denuntiandi sunt testes non teneri iuramento, de veritate non dicenda. Et si consanguinei impediunt testes alterius, de veritate non dicenda: punitur reus, de cuius voluntate hoc fieri præsumitur.

IDEM (*ann. 1210. Roma in Campaniam.*)

Constitutis *d* in præsentia nostra [*v. f. n.*] archiepiscopo et [*dil. f.*] M. canonico Surrentin. 49) dum 50) ipse illum 51) de simoniæ crimine deferret: [*et infr.*] Cæterum quoniam a principio protestatus est præfatus M. [*nobilem virum S. Surrentin. german. archiepiscopi memorati, et quosdam alios*] ipsius archiepiscopi consanguineos multa 52) impedimenta per suam potentiam præstitisse, quo minus probationum copiam in nostra præsentia secum haberet 53), cum quosdam induxerint 54) ad iurandum, ne adversus archiepiscopum aliquid dicerent, et alios minis et terroribus a testimonio perhibendo arcere nitantur. Nos 55) ex officio nostro super hoc providere volentes, mandamus, ut generalem feras excommunicationis sententiam *e* in omnes, qui impedimentum aliquod ipsi M. præstare præsumpserint in testibus producendis. Illos autem, quos, ut dictum est, iurasse constiterit, quod contra archiepiscopum 56) nihil dicerent, denunties iuramento huiusmodi non teneri. Si quis autem de consanguineis dicti 57) *f* archiepiscopi aliquem de testibus præsumpserit impedire; quia verisimile non videtur, ut eo invito talia fierent, et ob hoc non caret 58) scrupulo societatis occultæ, eo, quod, si voluerit, poterit 59) prohibere; cum secundum legitimas sanctiones 60) iniquum ostendant 61) *g* se caussam fovere, et aperiri debeat iudicis auctoritate elusam, qui defensionis copiam subtrahit 62) adversario: eundem archiepiscopum ab officio pontificali suspendas, et facias 63) [*rem. app. obst.*] manere suspensum, donec illum 64) fecerit a tali præsumptione cessare.

49) *Surin.* C. R. 1. *Surrain.* C. R 2. *Surritin.* H. Rectius L. *Surrentan.* et c. cit. *Surrentinis.* ed. ant. *Surentin.*
50) *Cum*, C. H. sed L. *tandem dum.*
51) *Eundem M.* c. cit. omisso pron. *ipse.*
52) *Et multa*, C. M.
53) *Haberent*, c. cit.
54) *Induxerunt*, C. R. 1.
55) *Nos igitur*, ibid.
56) *Ipsum archiepiscopum*, C. R. 2.
57) Vox: *dicti*, a C. R. H. L. ed. ant. et c. cit. abest.
58) *Carere*, c. cit.
59) *Poterit*, C. R. H. L. ed. ant. et c. cit.
60) *Traditas in l. pen. C. de postul.* quæ verba sequentia refert. Provocat præterea pontifex in præcedentibus verbis ad rationem traditam in c. 3. *dist.* LXXXVI.
61) *Ostendat*, C. R. H. L. ed. ant. et c. cit.
62) *Subtraxit*, C. H. *Subtrahat.* L.
63) *Facies*, C. L.
64) *Illos*, C. R.

CAP. XLVI.

Qui testificata non didicit, nec renuntiavit testibus producendis, super antiquis articulis seu capitulis, testes etiam alias productos producere potest.

IDEM *Magdeburgen.* *h* *archiepisc. et præposit. Seburgen.* 65) (*ann. 1210. Roma in Germaniam.*)

I. Constitutis in præsentia *i* nostra procuratore [*dil. fil. in Christo*] A. sororis nobilis viri marchionis Misnen. 66) *k* et nuntio illustris principis 67) Bohemorum 68), [*dil. fil. n. P. Sancti Marcelli presbyterum cardinalem concessimus auditorem, coram quo proposuit procurator nobilis memoratæ, quod, cum olim ea significante ad nostram audientiam pervenisset, quod prædictus princeps eam duxisset legitime in uxorem, et XIV. annis et amplius velut coniugem legitime pertractasset, et filiis et filiabus susceptis ex ea,*] Pragen. episcopus ad petitionem [*et mandatum*] eiusdem principis, ipsa volente ad ipsum accedere, ut suas coram eo 69) proponeret actiones, sed a satellitibus 70) eiusdem [*principis*] prohibita, qui ei bis vel tertio 71) prohibuerunt ingressum, post appellationem ad nos interpositam divortii sententiam promulgavit 72):

65) Verba: *et præp. Seburgen.* a C. R. 1. absunt.
66) *Misnen.* c. 5. comp. 4. h. t.
67) *Ducis Bohemorum*, C. L. et c. cit.
68) *Boemie*, secundum C. M.
69) *Coram ipso*, C. R. 1.
70) *Satellitibus*, C. H. sine præpositione.
71) *Vel ter*, C. R. H. L. ed. gloss. et cit. c.
72) *Promulgasse*, cit. c.

a *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* b *Cap. 3. eod. tit. in 4. comp. Vid. Guid. Pap.* c Iuraverunt.

d *Cap. 4. eod. tit. in 4. compil.* e *Per excommunicationis sententiam subsistentio. succurritur. concord. quod not. Bart. in l. prima ... confitentur. ff. de re iudic.* f *Vox, dicti, deest* g Ostendat h *al. Magdeburgen. archiepisc. et præposito Sebingenum.* i *C. 5. eod. tit. in 4. comp. Vid. Guid. Pap.* k *Misnen. Vid. Annal. Misnia 670. 104. ... Schanor. 189.*

e qua ipsa 73) [*per suum capellanum intra decem dies*] fecit ad nostram præsentiam prouocari. [*et infra.*] [*Nos igitur, intellectis per cardinalem prædictum, quæ fuere hinc inde proposita, attestationes pro nobili memorata receptas, nec adprobandas duximus, nec etiam improbandas, sed eas tempore discussionis decernimus reseruari, vt tunc pro illis, vel contra illas a partibus allegetur per ap. scr. discr. v. per ap. scr. præc.*] mandamus, quatenus, partibus ad locum idoneum conuocatis, [*omni excusatione et contrad. cess. cot*] recipiatis testes, quos vel nobilis ipsa pro se, vel princeps pro parte sua, cum nondum testificata 74) didicerit 75), super processu Pragen. episcopi, vel posteriorum iudicium duxerint producendos, et nobilis ipsa pro se 76) a, vel testes, quos prius induxit, vel alios, si voluerit, inducere non vetetur: cum non renuntiauerit testibus producendis.

73) *Præfata nobilis*, ibid.
74) *Sententia testificata*, C. R. 1.
75) *Didicerit*, cit. c.
76) Verba *pro se*, desiderantur in C. R. H. L. ed. ant. et cit. c.

CAP. XLVII.

Ponit concilium duodecim, sine quibus ad probandam consanguinitatem in caussa matrimoniali, non valet testimonium de auditu. H. d. summendo generaliter.

IDEM *in concilio generali* b. (*ann. 1216. Romæ.*)

II. Licet c ex quadam necessitate præter communem formam olim fuerit institutum 77), in consanguinitatis et affinitatis gradibus computandis valere 78) testimonium de auditu, cum propter breuem hominum vitam testes de visu deponere non valerent, vsque ad gradum septimum computando; quia tamen pluribus exemplis et certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima prouenisse coniugia; statuimus, ne super hoc recipiantur de cætero testes de auditu d, cum iam quartum gradum prohibitio non excedat 79); nisi forte 80) e personæ graues extiterint, quibus fides sit merito adhibenda, et ante litem motam testificata didicerint ab antiquioribus quidem suis, non vtique ab vno 81); cum non sufficeret ille, si viueret, sed duobus 82) ad minus; nec ab infamibus et suspectis, sed a fide dignis et omni exceptione maioribus: cum satis videretur 83) absurdum illos admitti, quorum repellerentur auctores. Nec tamen, si vnus a pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint, quod testantur, tanquam plures et 84) idonei testes debent 85) admitti; cum secundum ordinem solitum iudiciorum non sufficiat vnius testis assertio: etiamsi præsidiali 86) refulgeat 87) dignitate, et actus legitimi sint infamibus interdicti. Testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes, quod ad ferendum testimonium in caussa ipsa odio, [*vel*] amore, [*vel*] timore, vel commodo non procedant, personas 88) expressis nominibus, vel demonstratione, vel circumloquutione sufficienti designent, et ab vtroque latere singulos gradus clara computatione distinguant: et in suo nihilominus iuramento concludant, se accepisse a suis maioribus quod deponunt, et credere ita esse. Sed nec tales sufficiant 89), nisi iurati deponant, se vidisse personas, vel 90) [*saltem*] in 91) vno prædictorum graduum constitutas pro consanguineis se habere. Tolerabilius est enim, aliquos contra statum hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Domini separare.

77) *Constitutum*, *vt*, C. H.
78) *Valeret*, C. H.
79) In hoc eodem concilio, in c. 8. X. *de consang. et affin.* relato, hoc confirmarat pontifex, prouidenter perspiciens, nouam computandi rationem cum gradu septimo, in qua olim plerique concluserant consanguinitatem, seruata tamen ciuili computatione, consistere non posse.
80) Voc. *forte*, in c. 6. comp. 4. cit. omittitur.
81) Præp. *ab*, a C. R. H. L. et cit. c. abest.
82) *A duobus*, C. R. 1.
83) *Videatur*, ibid.
84) Copula : *et*, abest a C. H. et c. cit.
85) *Debeant*, C. R. 1.
86) *P. p. dignitate*, C. H.
87) *Præfulgeat*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
88) *Sed*, habet cit. c. pro *personas*.
89) *Sufficiant*, C. R. 2.
90) *Vel saltem*, C. R. L. et ed. ant.
91) Partic. *in*, desideratur in cit. c.

CAP. XLVIII.

Post publicationem ad petitionem producentis, interrogari non debent testes: nisi quando dolo, vel negligentia examinatorum super omnibus capitulis interrogati non fuerunt.

HONORIVS III. *præposito Molisii Firman.* 92) *diœcesis.* (*ann. 1220. Romæ in Vmbetam. conf. c. 1. h. t. comp. 5.*)

Per tuas nobis litteras f intimasti, quod, cum caussa, quæ super quibusdam terris vertitur inter canonicos sancti g Petri [*veteris*] ex vna parte, et G. sancti 93) Simonis [*Vuidonis Firman.*] ex altera, tibi fuisset 94) ab apostolica sede commissa, dictus G. tribus mensibus post testium publicationem elapsis, testes suos interrogari postulat 95) iterato: [*super quo quid agere debeas, apost. responsa desideras edoceri.*] Nos igitur [*discr. tuæ breuiter*] respondemus, illum non esse super hoc de cætero audiendum: nisi forsan a principio illos interrogari super certis capitulis postulasset, idque malitiose, vel negligenter fuerit 96) prætermissum.

92) *Molisii*, C. R. 1., C. R. 2. vero : *Molisii Firman.* H. et L. *Molis*, c. 1. comp. 5. h. t. *Molisii*.

93) *Sancti*, desideratur in C. L. ed. ant. et cit. c.
94) *Fuerit*, cit. c.
95) *Postulabat*, C. H.
96) *Vel negligentia fuisset*, cit. c.

CAP. XLIX.

Testes probatorios et reprobatorios probatoriorum reprobare licet: sed reprobatorios reprobatoriorum non licet.

IDEM *Vall. Oleti* 97) *et Sacramentæ* 98) *abbatibus Palentiæ* 99) *et Segobiens.* 100) *diœcesis.* [*et R. archidiacono Oxon.*] (*ann. 1223. Romæ in Hisp. conf. c. 2. comp. cit.*)

III. Licet h dilectus f. n. L. tituli sanctæ crucis presbyter cardinalis, quem procuratoribus [*: en. fr. n.*] Burgien. 1) episcopi, et clericorum sanctæ Mariæ de Castro Soret. 2) dedimus auditorem, ea, quæ procuratores ipsi proponere voluerunt, audierit diligenter; quia tamen procurator dicti 3) episcopi contra personas testium productorum in principali adhuc se velle dicere i proponebat; [*protestans nihilominus attestationes alterius partis, quæ nunc vacante sede Burgensi dicuntur receptæ fuisse, certis de caussis nullius esse momenti: cum lis per vos non potuerit terminari, licet pars altera sententiam cum instantia postularet. Illam igitur ad vos de consensu partium remittentes, d. v.*] mandamus, quatenus 4) recipiatis testes, quos contra personas 5) productorum super principali negotio partes duxerint producendos. Quos si rursus pars altera vel vtraque voluerit reprobare; contra illos probationes admittere procuretis, ita 6), quod vltra non liceat partibus ad reprobationem testium adspirare: ne, si producendi quartos contra tertios, et sic deinceps, partibus licentia tribuatur, negotium [*protelatum iam diu*] diutius protelari contingat.

97) Vera inscriptio est : *Vallis Oleti et sacræ Mensæ abbat.* obseruante CIRONIO *ad 5. compil.* prout etiam C. R. 2. cum c. 2. comp. cit. edit. gloss. et antiqu. habent. Tenorem huius c. refert etiam MANRIQVE *in Annal. Cisterc. tom. IV. ad ann. MCCXXIII. c. 1. n. 12. p. 247. in f.* obseruatque, pro *Castro de Soret.* in textu legendum esse: *castro Gerz.*
98) *Sacramens.* C. R. 2. sed L. in voce geminat *m*, *Sacrammensæ*, c. cit. habet : *Sacræ Mensæ*.
99) *Palentinæ*, C. H. L. ed. ant. et gloss. sed C. R. 2. *Palerut.* in C. R. 1. desideratur hoc vocabulum.
100) *Segobien.* C. R. 2. sed in C. R. 1. hæc vox non habetur.
1) *Burgen.* C. H. L. ed. gloss. et c. cit. *Pragen.* H.
2) *Serri*, C. R. 2. sed C. R. 1. *Seram.* cit. c. *Sorte.*
3) *Burgen.* cit. c.
4) *Quod*, est ibid.
5) *Personas testium*, C. H.
6) *Illa tamen*, C. R. 1.

CAP. L.

Attestationes receptæ per arbitrum, fidem faciunt in iudicio, si testes mortui sunt: si viuunt, est in optione illius, contra quem testes producti sunt, an velit attestationes recipere, an testes de nouo deponere. Et adde: *etiamsi attestationes publicatæ sunt.* Et hoc vltimum non est in l. fin. C. eod. vbi ponitur casus huius decret.

IDEM *præposito et magistro G. et R.* 7) *Laudun.* 8) k *canonicis* [*Remensibus.*] (*ann. 1220. Romæ in Gall. c. 3. comp. cit. 5.*)

Præsentata l nobis [*Garnadi.*] Suesson. 9) archidiac. petitio continebat, quod, cum inter quondam R. prædecessorem suum ex vna parte, et capitulum sancti Petri Suesson. 10) ex altera, super iurisdictione, quam idem archidiaconus se in dicta ecclesia ratione archidiaconatus proponebat habere, quæstio verteretur, tandem [*de mutuorum bonorum consilio Bernardum*] cancellarium Parisien. et magistros R. 11) Remen. et P. 12) Briton. canonicos 13) m super hoc arbitros elegerunt. Qui cum, suscepto arbitrio, adeo in [*prædicto*] negotio processissent, quod productis testibus et depositionibus publicatis [*coram*] receptisque allegationibus vtrorumque, et actis omnibus redactis in scriptis, sigillorum 14) suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberent: [*eisdem differentibus*]

7) *G. et F.* habet C. L. sed in c. 3. comp. cit. 5. habentur ipsa nomina, scil. *Galfredo et Ricardo*.
8) *Laudun* legitur in ed. ant. *de Landuno*, in cit. c.
9) *Suessionen.* C. H. et c. cit. *Suesson* L. habet cum ed. Cont.
10) *Suessionen.* C. H. *Suessen.* L.
11) *Magistrum R. Rem.*, C. L. sed pro *R.* cit. c. legis : *Radulphum*.
12) *Et Petrum*, legimus in cit. c.
13) *Clericos*, C. R. H. ed. ant. et cit. c.
14) In c. cit. ipsa verborum series ita se habet : *allegationibus, vtrorumque actis omnibus redactis in scriptis et sigillorum etc.*

---

a *Hæc duo verba, pro se, desunt in antiq. exemplar.* b *Lateranen. sub Innoc. III. c. 52.* c *Cap. 6. eod. tit. in 4. compil. et declara hanc compilationem, vt per Dominicum, in can. præsens, dist. 57. vid. Gord. Pap.* d *Vid. l. ad testium. C. eodem. l. in summa. ff. de aqu. pl. arc.* e *Dictio, forte, deest in concil. habetur tamen in Greg. compil.* f *Vid. Paul. de Castr. cons. 369. in cap. in caus. de quo quæritur. et Ioann. Andr. in cap. cum caussam, quæ intee supr. eod. quem sequitur Alex. Cons. 104. in c. istiæ persona vol. 5.*

g *Dictio, sancti, deest in omnibus manuscr.* h *An hac decret. habeat locum in caussa summaria, vid. per Butrium, in c. veniens. 2. supr. eod.* i *Producere. alias. proponere.* k *al. London.* l *Vid. Innoc. in c. ex parte. supr. de arbitr.* m *Clericos, in antiquis cod.*

ventibus

ventibus pro suæ libito voluntatis,] vnus ipsorum viam 15) [*fuit*] vniuersæ carnis ingressus, et alius a [*est*] in archiepiscopum Ebredun. 16) *b* assumptus, qui distat 17) per duodecim diætas et amplius ab eisdem. Vnde cum prædicto R. solo minime arbitrari valente, videatur 18) arbitrium exspirasse: [*nobis humiliter supplicarit, vt viris discretis, qui secundum arbitrii acta prædicti ad decisionem caussæ procedere debeant, scribere dignaremur. Ideoque*] discret. vestræ 19) mandamus, quatenus 20) [*si ita est*] caussam [*ipsam*] iuxta huiusmodi acta, [*sublato appellationis obstaculo*] fine debito terminetis: optione [*tamen eidem*] capitulo [*secundum sanctiones legitimas*] reseruata 21), vt vel recipiat 22) depositiones eorum, qui supersunt productorum testium contra eos, vel eos 23) respuentes consentiant, vt iidem testes admittantur iterum, saluo [*tamen*] iure, quod in vtroque casu eidem capitulo competit, tam in personas testium, quam in dicta.

15) *Viam fuit*, C. B. H. L. ed. ant. et Gonz.
16) *Eburdun.* C. R. *Ebrunen.* Pith.
17) *Distabat*, C. R. 1.
18) *Videretur*, C. L.
19) Verba: *discret. vestræ*, desunt in C. H.
20) *Quod*, cit. c.
21) Ex legitimis sanctionibus hoc didicit pontifex relatis in *l. vlt. C. de test.* et *l. pen. C. de recept. arbitr.* Valent enim acta coram arbitris gesta inter litigantes ex consensu in ordinario iudicio producta, non æque contra tertium: quia non æque fidem publicam habent, vti iudicialia acta.
22) *Recipiant*, C. B. L. ed. ant. Gonz. et cit. c.
23) *Easdem*, cit. c.

CAP. LI.

Non creditur testi etiam religioso, qui sine iuramento deponit.

IDEM HONOR. III. *Pennen.* 24) *episcopo* c. (*ann.* 1220. *Romæ in Marsiam. c. 4. comp. cit. 5.*)

Nuper nobis *d* A. presbytero supplicante innotuit 25), vt, cum ipse ordinem fratrum minorum caussa probationis *intra annum* 26) intrasset, [*ac exinde, nulla facta professione, intra annum exiisset, super hoc prouidere misericorditer dignaremur, nos tibi dedimus in mandatis, vt, si res taliter se haberet, denunciares ipsum ad regularem obseruantiam non teneri. Dicto ergo presbytero et fratre Ioanne in partibus tuis minorum fratrum custode cum quibusdam aliis propter hoc in tua præsentia constitutis, dictus*] custos ad probandum, quod idem presbyter professionem fecisset 27), quosdam ordinis sui testes induxit, qui deposuerunt super hoc, contradicente dicto presbytero, non iurati. [*Vnde præfatus presbyter asserebat, eorum testimonium nullum esse, prædicto replicante custode, quod secundum sui ordinis regulam iurare non poterant, nec debebant, sed eorum verbis simplicibus in huiusmodi standum erat: quare nobis humiliter supplicasti, vt, quid agendum sit tibi, te redderemus nostris litteris certiorem. Nos ergo tuæ f. breuiter.*] respondemus, quod nullius testimonio, quantumcumque religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius præiudicium debet credi.

24) *Parisien.* C. B. 1. sed H. *Patten.* L. *Penestrino*, denique c. 4. comp. c. 5. *Parmens.* legit; in ulea: quem hic intelligenda in vrbs *Penna*, gaudens præsule suffraganeo Theatini archie., in opi. in regno Neapolit. CIRON. *ad h. c.* recte, quæ lectio etiam firmatur ex C. R. 2. ed. ant. et Cont. quæ habent: *Pena*.
25) Vox: *innotuit*, a C. R. 1. H. L. et cit. c. abest, et in C. R. 2. est addita recentiori manu.
26) Verba *intra annum*, a C. R. H. L. ed. ant. gloss. Pith. et cit. c. absunt.
27) *Perfecisset*, cit. c.

CAP. LII.

Diligenter et sigillatim examinandi sunt testes. Supple: *etiamsi agitur de vita et miraculis alicuius canonizandi.* Abbas.

IDEM *Corisopiten.* 28) e et *Trecoren. episcopis*, [*et abbati S. Crucis, Camparell. Corisopit. diœces.*] (*ann.* 1220. *Rom. in Gall. c. 5. comp. cit.*)

Venerabili fratre nostro *f* episcopo et [*dilectis filiis*] capitulo Corisopiton. ac vniuersis abbatibus apud Cistercien. 29) *g*, in generali capitulo 30) congregatis, [*nonnullisque episcopis aliis et religiosis, vna cum abbate et conuentu S. Mauritii monasterii Cisterciens. ordinis Corisopiten. diœces. olim nobis insinuantibus, piæ mem. Mauritium abbatem præfati monasterii diuino munere claruisse coruscare miraculis, adeo, vt monasterium ipsum quadam vsurpatione vsum, seu potius quadam anticipatione futura nominis ab eius nomine sortiatur, et humiliter supplicantibus, vt ipsum annumerari sanctorum catalogo faceremus, quia, quod populus deuota præsumptione, vt, sicut diximus, nunc vsurpat, seu etiam diuino instinctu anticipat, illum appellando sanctum, et absque auct. apostol. sed. venerando, rite tandem iussione apostolica faciat, ad gloriam Christi et nominis Christiani, nos eorum deuotis precibus, in quantum decuit, annuentes, ven. fr. n. episcopo Leon. et dil. fil. abbati, S. Gigalcei de Landeneneck Corisopiten. diœces. per nostras dedimus litteras in mandatis, vt inquirerent super dicti viri vita et miraculis diligentissime veritatem, et eam nobis fideliter intimarent, vt, ea plene comperta, pro supplicantium desiderio plenius annuere valeremus. Iidem autem episcopus et abbas quandam nobis paginam transmiserunt, propriorum sigillorum appensione munitam, in qua multa quædam et magna miracula continentur facta, vt dicitur a Domino, meritis dicti viri; quæ licet probata per testes iuratos et nominatos in ipsa pagina innuantur: non tamen apparet per paginam sæpe dictam, quod ipsos testes examinauerint sigillatim, et quod eos super his, de quibus testificati fuerunt, ac circumstantiis, cum ea interrogauerint diligentia, quæ solet et debet in testium receptionibus adhiberi. Vnde licet humana deuotio prompto debeat affectu honorare, quos dignatio diuinæ benignitatis honorat: tutius tamen esse censuimus hoc differre negotium, quam in eo sententiam minus considerate proferre. Nolentes autem deesse supernæ gratiæ muneri, sed adesse,*] discret. vestræ mandamus, quatenus testes, quos abbas et monachi S. Mauritii 31) *h* Cisterciens. ordinis super vita et miraculis piæ memoriæ M. 32) abbatis monasterii supradicti duxerint producendos, examinare sigillatim 33) curetis, cum ea diligentia, quæ solet et debet in *i* receptione 34) testium adhiberi.

28) *Crisopiten.* C. R. 1. sed C. R. 2. ed. ant. et gloss. *Corisopiten.* per totum. L. *Corisopiten.* et *Trecoren.* H. *Corisopiten.* et *Trecoren.* c. 5. comp. cit. *Corisopit.* ed. Cont. *Corisopiton.* per totum. *Corisopitum* est ciuitas Britanniæ minoris.
29) *Cistercium*, C. H. L. et cit. c.
30) *Concilio*, C. R. 1. et L.
31) *Monachi monasterii S. Maur.* C. R. habent cum L. sed cit. c. *monachi dicti loci super vita et miraculis dicti viri duxerint* etc.
32) C. R. 1. habet *H.* In L. hoc loco nulla extat littera.
33) *Prudenter*, ut in cit. c. In reliquis denique hoc c. mire differt sequenti modo: *ac diligenter, vt moris est interrogare curetis, et depositiones eorum sub sigillis vestris inclusas fideliter transmittatis, vt in ipso negotio cum diligentia et maturitate debita procedamus.*
34) *Receptionibus*, C. R. H. et L.

CAP. LIII.

Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit. Supple tu: *ex iudicis officio.*

GREGORIUS IX. (*ann.* 1230. *Romæ.*)

Cum clamor *k* validus contra Acherontinen. 35) episcopum 36) super simonia et aliis criminibus ascendisset: Melfiten. 37) et Ruben. 38) episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent. [*et infra.*] Verum quia apertis attestationibus L. et G. super simonia ita deposuere confuse, quod ex dictis eorum non potest veritas declarari: mandamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter, et tam eorum, quam aliorum 39), quos receperitis testificata, sub sigillis vestris nobis fideliter referatis 40).

35) *Acheruntinum*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Claromontinum*, L. *Acherotinum*, et ed. ant. *Archerotum*.
36) *Archiepiscopum*, C. R. H. L. et ed. gloss.
37) *Melten.* ed. ant.
38) *Rubin.* C. R. 1.
39) *Illorum*, ed. ant.
40) *Remittatis*, C. R. 2.

CAP. LIV.

Perseuerans in crimine, etiam in ciuili repellitur a testimonio: emendatus vero, non infamis, admittitur in ciuili, et etiam criminali mota ciuiliter. Fallit in periuro, qui in criminali repellitur.

IDEM.

Testimonium *l* eius, cui ab aduersa parte opponitur crimen, merito reprobatur in criminali caussa, siue ciuili, si in ipso crimine perseueret 41). Si vero sit de crimine emendatus, et eum non comitetur 42) infamia: non est in caussa ciuili, vel etiam cum de crimine ciuiliter agitur, præterquam pro reatu periurii, repellendus. In criminali autem, si in alio iudicio instituta accusatione contra ipsum, de crimine conuictus extitit, vel confessus, vel si nunc 43) per exceptionem exinde conuincatur, aut grauata sit eius opinio, pro eo, quod quandoque fuit 44) tali modo repulsus, quamuis in hoc casu non excluderetur in caussa ciuili, potest a testimonio, licet egerit pœnitentiam, remoueri.

41) *Perseuerat*, C. R. H. et L.
42) *Comitatur*, C. H.
43) Part. *si*, a C. R. H. et L. abest. Ed. ant. legit: *si*, et omittit *nunc*.
44) *Fuerit*, C. R. 2.

CAP. LV.

Quarta productio non est danda sine sollemnitate legali, de qua hic.

IDEM.

Vltra tertiam productionem non debent testes vlterius 45) produci in caussam; nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, iuramento, quod neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel fuerit per-

45) Vox *vlterius*, a C. R. H. et ed. gloss. abest.

a Alter. b Ebrudun. *al.* Ebreden. c Marien *al.* Penn. *al.* Mariensis vel Remensis. d *Vid. Gonz. Pap. et de materia, quod non credatur testi, nisi iurato, vid. Felinum in c. litteris. De præs. et Dec. cons. 90. et cons. 120.* e Crisopon. et Corisopoton. f *Vid. Chass. in catal. glor. mund. p. 3. cons. 47. 49. et 50.* g Cistercium.

h *In C. Barb.* monachi monasterii S. Maur Cisterc. etc. i receptionibus. k *Vid. Archid. in c. 24 off. com. § verum. De heret. libr. 6. et Eymer. in direct. Inquisitor. part. 3. qu. 62. et quæ tradita l. 3. adnotat. schol. vrp.* l *Vid. Arch. tract. de hæreticis p. 4. qu. 71. et 72. et plene per archid. in c. parmen. 82. qu. 5. Huc refer. Bened. l. 1. decr. c. 164.* m *Vid. auth. quæ semel. C. de probat.*

cuncta-

cunctatus 46); nec per dolum, aut artem aliquam quartam productionem expostulat: sed quia, quos desiderat de nouo producere, prius habere nequiuit 47).

46) *Percunctatus*, C. H. et ed. ant. rectius.
47) Ita IVSTINIANVS disposuit in *Nov.* 90. c. 4. et inde desumta *auth. At qui semel. C. de probat.* quae inde simpliciter regulam GREGORIVS IX.

CAP. LVI.

Accusatus criminaliter non admittitur in testem contra alium in caussa criminali, sua accusatione pendente, nisi in exceptis criminibus.

IDEM.

Non debet a quis in criminibus, nisi forsan in exceptis 48), ad testificandum admitti, pendente accusatione de crimine contra ipsum: cum etiam accusati, nisi prius se probauerint innocentes, ab accusatione ac susceptione ordinum repellantur. †)

48) *Forsan in exceptis*, C. L.
†) Codex R. 2. Decretalium in fine tit. de testibus, etc. habet insuper sequentia: Idem (scil. GREGORIVS IX.) *Mediatores, per quos saepius* [illegible] *ad testimonium* [illegible] *eis* [illegible] *admittuntur, si non agatur criminaliter, sed ciuiliter, et* [illegible] *fuerint prosequuti.*

TITVLVS XXI.
DE TESTIBVS COGENDIS, VEL NON 49).

CAP. I.

In caussa ciuili monendi et inducendi testes sunt ad testificandum: et, si se subtrahunt odio, gratia, etc. compelluntur.

ALEXANDER III. *Papiensi* 50) *electo.* (*ann.* 1170. *Roma in Insubriam.*)

Caussam *b* matrimonii, quae inter M. mulierem et filium R. 51) [*Canis*] vertitur, [*ab examine tuo ad audientiam nostram appellatione perlatam*] commisimus iudicibus 52) terminandam. Ideoque 53) [*f. t. per A. S.*] mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in suae assertionis testimonium inuocatos, ne veritatem occultent, diligentius moneas et inducas. Si autem [*videris, quod*] odio, vel gratia, vel timore se subtrahant: [*ne veritas occultetur,*] eos ad ferendum 54) testimonium coram praefatis iudicibus 55), vel eorum 56) e nuntio, quem ad hoc miserint, ecclesiastica districtione compellas.

49) Verba: *vel non*, absunt ab vtroque Codice R. H. L. comp. 2. et 5.
50) *Papae*, c. 2. comp. 1. h. t.
51) *Quae inter uxorem* [illegible] *de Syderio et filium* etc. ibid.
52) Loco vocis *iudicibus*, legimus ibidem: *venerabilibus fratribus nostris, Terdonen. et Asten. episcopis.*
53) *Inde est, quod*, ibid.
54) *Ad* [illegible]*endum*, C. R. 1. *ad deferendum*, H.
55) *Praedictis episcopis*, cit. c.
56) Pron. *eorum*, C. H. L. et cit. c. omittunt.

CAP. II.

Vbi testimonium est necessarium: compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis et depositionis sententiam.

IDEM *presbyteris Pentiae* 57). (*ann.* 1170. *Roma in Latium.*)

Cum super caussa *d*, quae vertitur inter [*venerabilem fratrem nostrum*] Praenestinen. 58) episcopum et [*dilectum filium*] Subl. 59) abbatem, sit testimonium vestrum necessarium: [*ne contrarium veritati contingat, praesentium auctoritate vobis*] mandamus 60), quatenus [*quarta feria proxime sequentis hebdomadae*] perhibituri, testimonium veritati, [*omni occ. et app. cess.*] apostolico vos conspectui praesentetis. Si vero [*tunc*] non veneritis; sciatis vos ab officio et beneficio ecclesiastico apostolica auctoritate suspensos: et, si nec sic veneritis, excommunicationis sententiam et depositionis poteritis formidare.

57) In coll. *Alex III. infra in append. tit.* 49 *c.* 1. *p.* 211 aliter legitur: *presbyteris Pontis et Assisii.* qua lectione etiam vtitur *edit.* CONT cum *c.* 2. *comp.* 1. *h. t.* verum recte obseruat GONZAL. *ad h. c.* legendum esse *Potentiae et Assisii.* *Potentia* enim est ciuitas Italiae in agro Piceno, et *Assisium* oppidum Vmbriae prope Perusiam.
58) *Penestrinum*, C. L. sed *Praenestinum*, cit. c.
59) *Sublacen.* C. R. 2. et cit. c. *Subl.* H.
60) *Praecipimus*, cit. c.

CAP. III.

Testis, qui timore aduersae partis se subtrahit, testificari compellitur: adde: etiam in criminali, secundum communem intellectum, et sic aliquid additur ad c. 1. supr. eod. et c. dilectorum. intr. eod.

IDEM *Genuensi* 61) *e archiepiscopo* 62). (*ann.* 1120. *Roma in Liguriam.*)

Super *f* eo [*vero, quod certificari desideras, an, cum aliquis de aliquo facto manifeste ante iudicem conuenitur, hi, qui facto interfuerant, cogendi sint ad ferendum testimonium veritati,*] consult. t. t. respond. 63) quod, si factum est notorium 64), non eget testium depositionibus declarari: cum talia 65) [*sicut tua non ignorat discretio,*] probationem vel ordinem iudiciarium non requirant. Verum si non est notorium, et is, qui conuenitur, factum negauerit; testes, qui interfuerunt 66) facto, [*de consuetudine Romanae ecclesiae*] monendi sunt, non cogendi ad ferendum testimonium veritati; nisi forte timore aduersae partis constiterit 67) iudici, eos 68) a ferendo testimonio reuocari: licet ad hoc [*forte*] passim possint de iuris humani rigore compelli.

61) *Ianuen.* C. R. H. L. ed. ant. et Cont.
62) *Episcopo*, c. 4. comp 1. cit.
63) *Prudentiae tuae* [illegible] *innotescere*, ibid.
64) *Manifestum*, ib. per totum.
65) Loco vocis: *talia*, ibid. legimus: *manifesta, sicut tua non ignorat discretio.*
66) *Interfuerint*, C. R. et L.
67) *Constaret*, cit. c.
68) Pronom. *eos*, desideratur ibid.

CAP. IV.

Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiose accusatori subtraxit. Hoc dicit, secundum verum et communem intellectum. Abbas.

IDEM. (*ann.* 1170. *Romae.*)

Peruenit ad audientiam *h* nostram, quod, cum I. 69) Prior 70) sancti Laurentii coram te fuisset de simoniae et adulterii crimine 71) accusatus, quemdam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, [*induxit et*] iuramento astrinxit, vt non deponeret 72) contra ipsum. [*Ideoque dubitas, qualiter aduersus reum sit procedendum, vel si testis supradictus sit cogendus ad veritatis assertionem.*] Nos igitur attendentes, quod nemo debet aduersario instrumenta, quorum appellatione testes 73) continentur, subtrahere, et quod tam ille, qui surripit instrumenta, quam qui aduersario patenti aduocationis, [*seu defensionis,*] copiam 74) subtrahit 75), iniquam ostendit a se litem foueri, et experiri debet in se iudicis auctoritatem elusam, [*praesentium auctoritate tibi taliter*] respondemus ad detegendum tantae fraudis et calliditatis commentum, ipsum saltem merito esse 76) compellendum 77).

69) *L.* habetur in c. 1. comp. 2. de praesumt.
70) Vox: *prior*, a C. R. H. et L. abest.
71) *Vitio*, C. R. 2.
72) *Testimonium nequaquam perhiberet*, cit. c.
73) *Etiam testes*, C. H.
74) *Aduocationis seu defensionis*, C. R. L. et ed. ant. sed H. *aduersa parti aduocationis seu defensionis copiam subtrahit.*
75) *Subtrahat*, C. L.
76) Verbum: *esse*, deest in C. H. L. et ed. ant.
77) In cit. c. verba ipsa ita sonant: *respondemus, quatenus, si res ita se habet, aduersus praedictum reum ita procedas, quemadmodum reus processurus, si testis praefatus fuisset in caussa productus, et ad detegendum quoque tantae fraudis et calliditatis commercium, ipsum testem ad perhibendum rei veritatem, omni app. rem. nostra fretus auctoritate compellas: his quoque cessantibus, siue de adulterii crimine, siue simonia accusatum reum esse, euidenti ratione constiterit, districtionem in eum canonicam exerceas, omni app. remota.*

CAP. V.

Si res aliter probari non potest: etiam in caussa criminali compellendi sunt testes. H. d. secundum lecturam notabiliorem.

CLEMENS III. *Segobiensi* 78) *episcopo* k. (*ann.* 1189.)

II. Peruenit *l* ad nos, quod, cum 79) [*in episcopatu tuo contingit, vt*] a laicis 80) enormis et intolerabilis iniuria clerico 81) multis 82) adstantibus et videntibus inferatur, [*et ob hoc*] iniuriantes in caussam tracti negent, se tantum facinus commisisse. Et cum laesus eorum testimonio, qui praesentes extiterant, [*et viderant*] hoc probare desideret 83): illi 84) [*tamen, licet veritatem cognouerint,*] nolunt 85) veritati testimonium perhibere. [*Sicque fit, quod ecclesiastica iustitia deperit, et ordo clericalis vilescit.* et infra. *Quia super his tua nos duxit t. f. consulendos:*] consul. t. t. r. quod hi, qui de rebus ecclesiasticis testificari recusant 86), si aliter veritas nequiuerit eliei, [*et*] ad illud 87) sunt per censuram ecclesiasticam compellendi, [*et, si forte clerici passi iniuriam veritatem aliquorum testimonio probare nequiuerint, licet iuxta rigorem canonum vnius testimonio non sit standum, iuxta consuetudinem*

78) Propius ad veram lectionem accessit c. 1. comp. 2. h. t. vbi legitur: *Segou.* Clarissime enim eum est ex prototypo archiui ecclesiae Segontinae, MANRIQVIVS *tom. III. annal.* Cister. *ad ann.* MCLXXXIX *c.* 5. *n.* 7. *seq. p.* 223. legendum esse: *Segontino episcopo*. vnde integram decretalem retulit, et ex eo repetiit GONZALEZ.
79) Partic. *cum*, non est in cit. c.
80) *A laico*, legimus ibid.
81) *Clericis*, C. H.
82) *Coram multis*, C. R. 2.
83) Loco vocis *hoc*, in cit. c. legimus: *illam sibi iniuriam*, et pro *desideret*, ibid. habetur: *desiderat.*
84) *Ipsi*, legitur ibid.
85) *Contemnunt*, ibid.
86) *Nolunt testimonium perhibere*, ibid.
87) *Ad id*, C. R. 2.

a [illegible] *Barb. libr.* 1 [illegible] 164. b *Cap.* 2 *eod. tit. in* 1. *comp.* [illegible] *Gord. Pap.* [illegible] c *Dictio*, *eorum*, *deest in vetust.* d *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Lateran. sub Alex III. part.* 8 *c.* 2. e *al. Ianuens. et ita* [illegible] f *Cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *compil. et c.* 7. *part.* 8. *post concil. Later. sub Alex. III.*

g *Dictio, de, deest in vetustioribus.* h *Cap.* 1. *de praesumpt. in* 2. *compilat.* i Patem aduocationis seu defensionis copiam *al.* partem. k *Sogoren. al. Gaboren.* l *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compilation.* *Vid. Iul. Clar. in pract. crimin.* 9. *Imp. quaest.* 24.

tamen

tamen Romanæ ecclesiæ propter reuerentiam ordinis clericalis, ipsorum iuramento fidem volumus adhiberi.]

CAP. VI.

Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Ita communiter summatur. Sed Panorm. non placet hoc summarium, et ideo summat, sicut c. 1. supra eod.

IDEM. 88)

Cæterum, quod super a consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimonium veritati, non dubitatur a nobis; cum id tam ius scriptum approbat, quam consuetudo actibus veterum approbata b c [vi.] si ipsum constiterit odio, vel gratia, veritatem supprimere, aut timore, [*cogendus sit, vt quod verum est, penitus fateatur.*]

88) Aliquoties iam obseruatum est, CLEMENTEM III. sæpe cum COELESTINO III. permixtum fuisse, quod etiam hic factum videtur. Docet c. 2. *compil.* 2. *h. t.* præsentem textum esse partem *c.* 8. *X. de offic. iud. ord.* quod COELESTINO III. debetur, et argumentum connexum continet.

CAP. VII.

a *Testis synodalis, qui iuramentum ordinarie super matrimonio deposuit, non compellitur iurare super eo coram delegato*; hoc primo. *Propter superuenientem infamiam, a testimonio repellitur*; hoc secundo. *Potest tamen, si errauit, in continenti, non ex interuallo, dictum suum corrigere.* Hoc tertio.

COELESTINVS III. (*ann.* 1195.)

Præterea si testes c publici, quos tua ciuitas nuncupat synodales 88*), super caussis 89) matrimonii coram te, vel tuo capitulo semel testimonium reddiderint 90); non debent compelli, vt in præsentia alicuius delegati iudicis super eadem caussa iterato præbeant iuramentum; dummodo aliter fiat fides iudici delegato: nisi forte articulus nouæ quæstionis emergat. Huiusmodi d vero testes publico iure 91) possunt propter infamiam a perhibendo testimonio remoueri, si eam, postquam in communi 92) recepti fuerant 93), contigerit [*publice*] contraxisse. Quorum testimonia, si quandoque non [*tamen*] studiose, sed in [*ipso*] proferendo errauerint, et se in continenti correxerint, reprobari non debent: secus autem erit, si correctioni suæ interposuerint interuallum.

88*) Quod in synodis euocati, et iuramento ab episcopo constricti manifestarent ea, de quibus interrogabantur. Formulam iuramenti sistit REGINO *libr. II. de discip. eccl. ab init.*, cum GRATIANO in *c.* 7. *C.XXXV. q.* 6. Ab his ortum traxerunt denuntiatores publici, ab episcopo electi, vt per annum sollicite inquirerent in delicta, eaque in synodo ad episcopum deferrent, quorum facit mentionem INNOCENTIVS III. *in c.* 25. *X. de accus.* Atque hi etiam eos denuntiabant, qui in gradu prohibito nuptias contraxerant contra statuta synodalia, quos indigitasse videtur COELESTINVS III. in *h. c.*

89) *Super caussam*, C. L.

90) *Reddiderunt*, C. B. 2. legit cum L.

91) *Testes publici iure*, C. B. H. L. et c. 3. comp. 2. h. t.

92) *In communione*, C. H.

93) *Fuerint*, C. B. L. et cit. c.

CAP. VIII.

Cum de fama vel vitio falsitatis inquiritur: cogendi sunt testes. Hoc dicit, secundum Ioan. Andr. sed secundum Panorm. nimis restringit textum.

INNOCENTIVS III. *priori sancti Fridiani* 94), *et magistro P.* 95) *canonico Pisano* 96). (*ann.* 1206.)

Super his 97) e: [*et infra.*] Cæterum volumus et [*præc. vobis auctoritate*] mandamus, vt super inquisitionis articulis, tam de fama electi, quam litteris 98) contra eum sub nomine longe maioris et sanioris partis capituli destinatis, cogatis testes, qui nominati fuerint 99), perhibere testimonium veritati.

94) *Frigidiani*, C. H.

95) *Magistro H.* C. B. 1. sed c. 3. comp. 3. de accus. et C. B. 2. *magistro B. H.* et L. *magistro G.*

96) *Canonico Paduano*, C. H.

97) *Super his*, cit. c. Quæ vero hic desiderantur, infra c. 16. *de accusationibus* et c. 8. *de pœnis* tradimus: quippe quæ ipsa capitulo nostro in compil. cit. præmittuntur.

98) *De litteris*, C. B. 1.

99) *Sunt*, ibid.

CAP. IX.

Testes, qui se subtrahunt, etiam in criminali cogendi sunt.

IDEM *archidiacono* 100) *Mediolanensi.* (*ann.* 1206. *Roma in Insubriam. conf. c.* 1. *comp.* 4. *de testibus.*)

Cum contra magistrum R. 1) [*de Acta Mariana Nouarien. diœcesis*] super eo, quod dicitur a sede apost. 2) falsas litteras reportasse 3), ac per se vel per procuratorem fuisse vsum eisdem 4), tibi direxerimus 5) scripta nostra: postulasti per sedis apostol. oraculum edoceri, vtrum super præfato vitio falsitatis testes compellere debeas nominatus. Nos igitur f [*f. t. breuiter*] respondemus, quod, testes prædicti 6), si se gratia, odio vel timore 6*) subtraxerint, per cens. eccl. debes 7), appellat. remota, compellere veritati testimonium perhibere g.

100) *Archiepiscopo*, C. B. 1. H. et L.

1) *Rode plum*, c. 1. comp. 4. de testibus.

2) Verba: *a sede apostolica*, desiderantur ibid.

3) *Impetrasse*, C. H.

4) Ipsa horum verborum series in cit. c. ita se habet: *ac per se, seu procuratorem fuisset vsus eisdem.*

5) *Duximus scripta nostra transmittere*, ibid.

6) *Prædictos*, C. B. 2. quod etiam L. habuisse docet manus correctoris, et vestigia deletarum litterarum. Sed loco vocis *prædicti*, legimus in cit. c. *qui fuerint nominati.*

6*) Hanc conditionem fere semper ius pontificium addit atque supponit, vt in c. 1. 3. d. 9. m. *h. t.* et pro regula constituit, hos iure testes magis monendos quam cogendos ad ferendum testimonium, et in hac silua a *iure humano*, vel potius *Romani rigore* distingui, vt ait pontifex in *c.* 1. *X. h. t.* In *collect. decret. Alexandri III. tit.* 49. intra in *append. p.* 284. a... ALEXANDRI III. decretalis ad Carnotensem episcopum: *de testibus non habemus in sacris canonibus, quod sint cogendi, sed annotandi: cum celare veritatem, sicut dicere falsum, mortale sæpe reputetur delictum.* Sed vt plurimum, si testes perhibere testimonium recusant, id fit odio, *gratia vel timore*; quia nemo sine ratione sufficienti tale officium alteri denegare præsumitur: adeoque merito inde regula in contrarium facienda esset, quod ordinarie vt plurimum et regulariter fieri solet.

7) *Debeas*, C. B. 2. *potes*, H.

CAP. X.

Non summatur propter varietatem lecturarum, nec etiam diuiditur.

HONORIVS III. *abbati S. Eugenii*, [*archidiacono*] *et magistro G.* 8) [*subdiacono nostro*] *canonico Senen.* 9) (*ann.* 1222. *Roma in Tusciam. c.* 2. *comp.* 5. *h. t.*)

Dilectorum filiorum Vulterani 10) capituli ex parte vna, et [*ven. fr. n.*] episcopi Vulterani ex altera, procuratoribus in nostra præsentia constitutis, [*dil. fil. n. sanctorum Cosmæ et Damiani diaconum card. concessimus auditorem, coram quo cum per conuentionis et reconuentionis modum super diuersis capitulis, quæ sub bulla nostra vobis transmittimus interclusa, lis fuerit legitime contestata, etc. et infra.*] Testes [*autem,*] qui fuerint nominati, præterquam super criminibus 11), si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam 12) [*cessante app.*] cogatis 13) veritati testimonium perhibere.

8) *Et magistro H. canonico Senonen.* C. L. sed *Bonon*, loco G. legitur in c. 2. comp. 5. h. t.

9) *Genen.* ed. ant.

10) Vocabulum *Vulterani*, h. l. non legitur in cit. c.

11) Docent verba textui inserta, caussam eiusdem agitatam fuisse inter episcopum Vulteranum eiusdemque capitulum, et hanc tantum auditoribus delegatis commissam fuisse. Vnde, quia commissiones stricti iuris erant, voluit pontifex, vt in hac tantum testes ad testimonium ferendum cogerent, non item super *criminibus*, quæ litigantes sibimet obiecerant, quarum inquisitio illis haud erat delegata. vid. ZOES. *ad h. t. n.* 3.

12) *Per censuras ecclesiasticas*, cit. c.

13) *Compellatis*, C. B. 1.

CAP. XI.

Ad detegendam veritatem coniurationis, coguntur socii, etiam iurati.

IDEM *episcopo Bonon.* [*et Andreæ*] *et magistro B.* 14) h [*Prat. Bon. commoranti canonicis.*] (*ann.* 1220. *Roma in Flaminiam. c.* 3. *comp.* 5. *h. t.*)

Venerabilis frater noster archiepiscopus Rauennaten. 15) proposuit [*coram nobis,*] quod ciues Ceruien. 16) i cum M. et I. 17) k quondam clericis ecclesiæ Rauenn. quandam præsumpserunt coniurationem facere contra eum, nihilominus 18) in detrimentum eius dantes eis quandam pecuniæ quantitatem, et ad hæc celanda se adstringentes vinculo iuramenti. Vnde [*idem archiepiscopus nobis*] humiliter supplicauit, vt, cum caussam super his, et quibusdam 19) articulis vobis [*eius obtentu*] duxerimus committendam, et ipse intentionem suam probare non possit, nisi testimonio 20) ciuium prædictorum l [*super hoc*] prouidere ei 21) m, ne pro defectu testium 22) pereat sua iustitia, dignaremur. Ideoque [*discr. v.*] mandamus, quatenus, monitione præmissa, per censuram eccles. appellat. remota, cogatis illos 23), c[...] deritis compellendos, vt ab huiusmodi iuramento absoluant 2[4)] idem archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos i[...]

14) *P.* est in C. B. 1.

15) *Rauennas*, C. L. et c. 3. comp. cit. 5.

16) *Ceruien.* C. B. 1. H. L. et c. cit. *Cremonen.* ed. ant.

17) *M. et Io.* C. L. *M. et R.* ed. ant.

18) *Nihilominus*, desideratur in cit. c.

19) *Quibusdam aliis*, C. B. 1.

20) *Testimonium*, C. L.

21) Pronomen *ei*, in C. B. 1. et H. deest, sed C. B. 2. legit *sibi*. In L. desideratur pron. *ei*, sed signo adiecto manus correctoris in margine fuisse legenda esse docet verba: *sibi super hoc.*

22) *Testimonii*, C. B. 1.

23) *Contra illos*, cit. c.

24) *Absoluant illos*, ibid.

a Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. b Vid. text. in l. 5. et ibi Cyn. C. quæ sit long. consuetud. c Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. d Huiusmodi vero testes publici, iure possunt, etc. et in pœnis habetur vt in textu. e Cap. 3. titul. de accusat. in 3. compil. Adde hic Guid. Pap.

f Non igitur taliter, etc. g Adde quod de iure ciuili multantur, conc. l. 1. ff. f. quæ sui docentis non obtemp. h In quibusdam, B. episcopo. i Cermen. alit. Cermen alit Tremen. k al. M. et L. l L. fin. C. de heret. l. quotiens. ff. de quæstion. et l. cum probatio. ff. de probat. m Dicito, ei, deest.

hiiomi-

hilominus, si se gratia, vel odio 25), vel timore subtraxerint, districtione simili 26) compellantur ad perhibendum testimonium veritati.

25) *Odio*, C. R. L. et cit. c. omissa part. *vel.*
26) *Districtione ecclesiastica*, C. R. 1. *districtione consimili*, C. R. 2.

TITVLVS XXII.

DE FIDE INSTRVMENTORVM 27).

CAP. I.

Instrumenti exemplum non solemniter sumptum, fidem non facit absque originali. H. d. secundum ipsius mentem.

GREGORIVS 28) a. (*lib. II. ep. 3. ann. 592. Romae.*)

Si scripturam *b* authenticam non videmus: ad exemplaris nihil facere possumus.

27) Adduntur in comp. 1. hæc verba: *et decretalium.*
28) *Gregorius anno*, C. H. perperam legit, quod nomen in ed. ant. h. l. plane non exstat.

CAP. II.

Cernit instrumentum, si testes inscripti decesserint: nisi sigillum habeat authenticum, vel a notario sit confectum.

ALEXANDER III. (*Wigorn. episcopo ann. 1166.*)

Scripta vero authentica, si testes inscripti decesserint 29), nisi [*forte*] per manum publicam facta fuerint, ita, quod appareant publica 30), aut authenticum sigillum 31) habuerint, per quod possint 32) probari, non videntur 33) nobis alicuius firmitatis robur habere.

29) Declarat his verbis pontifex *l. 11. C. qui pot. in pign. hab.* quæ docet, *quasi publicis instrumentis* accensenda ea esse, quæ *trium testium* subscriptione munita, quod intelligi debeat, modo adhuc testes vixerint, et manus suas recognoscere queant. His defunctis, fidem publicam amittit, et vim privati instrumenti tantum retinet tale instrumentum: quod in concursu imprimis observandum.
30) *Publica instrumenta*, C. R. 1.
31) *Authentici* prædicatum hic apponitur tum *scripturæ* tum *sigillo*, designatque *auctoritatem* seu omne, quod ab auctoritate conspicua confectum et comprobatum est. Vnde *authentica scriptura* sunt ipsa *originalia* fidem habentia, opposita *exemplis* inde desumtis. VOSSIVS *in etymol. voc. authentica.* *Authentica sigilla* vocantur, quæ publica authoritate assumta vel indulta sunt iis, qui imperium vel officium publicum gerunt, vt ea negotiis eorum se gestis ad fidem publicam faciendam apponant. Ideo enim in *c. 6 X. h. t.* Henrici priuilegium *ad fidem instruendam* haud sufficere visum fuit: quia sigillum non habebat *authenticum*. Econtrario instrumentum hoc munimine roboratum plene probat. *c. 2. pr. de offic. ordin. in 6.* Tale *sigillum authenticum* in negotiis ecclesiasticis adhibendum, a cardinali OTTONE cleri maiori in Anglia anno MCCXXXVII. concessum est teste MATTHAEO PARIS *in histor. Angl. ad cit. ann. p. 384.* Huius custodia demandanda viris grauibus et iuramento obstrictis, adeo, vt *sigillum capientis a duobus fratribus bonæ vitæ et maturæ ætatis* custodiendum esset ex sententia INNOCENTII III. *lib. I. ep. 369.*
32) *Possint*, C. L. et ed. ant. Additur in *c. 2.* comp. 1. *per quæ possint.*
33) *Videtur*, C. R. 1.

CAP. III.

Rescriptum apostolicum propter rasuram, in loco non suspecto, non censetur vitiosum. H. d. secundum mentem.

IDEM. (*ann. 1176.*)

Ex litteris vestris 34) *d* [*euidenter*] accepimus, quod, cum 35) caussa, quæ inter magistrum A. 36) [*de Cardeta*] et R. [*de Alta ripa*] super capella et 37) Ambitoria 38) *e* vertitur, de mandato nostro susceperitis 39) terminandam, [*et cum nostras litteras in communi audientia perlegi fecissetis,*] præfatus R. earum sibi copiam fieri postulauit. Qui [*siquidem, litteris illis inspectis,*] cum eas argueret falsitatis, quia 40) in narratione facti abrasæ sunt, vbi scriptum est 41), iura parochialia [*etc. et infra.*] [*Nos autem inspicientes litteras nostras*] dicimus, quod propter abrasionem illam iudicari falsæ non possunt, nec etiam 42) haberi suspectæ: præsertim cum et priuilegia in possessionibus 43) abradantur, et litteræ in narratione facti 44), si erratum est 45), possunt 46) incunctanter abradi.

34) In c. 1. comp. 2. h. t. loco huius vocis legimus: *quas nobis vestra fraternitas destinauit*
35) *In*, habetur ibid. pro *cum.*
36) *Alanum*, ibid.
37) *De*, C. H. L. ed. ant. et cit. c. pro *et.*
38) *Ambitana*, C. R. 2.
39) *Susceperitis*, cit. c.
40) *Ex caussa, quod*, ibid.
41) *Scripta sunt.* C. H.
42) *Etiam*, a C. H. abest.
43) In priuilegiis varia *bona* et *loca possessa* memorantur, in quibus a descriptoribus facile error committi potest, vt rasura in illis, detecto postea errore, sit inevitabilis, fierique soleat ab ipsis descriptoribus. Docent hoc quoque ipsæ decretales, infinitis correctionibus et emendationibus obnoxiæ. Quæ vitia licet vt plurimum ab imperitis descriptoribus in nominibus locorum, rerum et personarum originem trahant; non tamen credendum est, ipsa originalia ab his fuisse libera: cum nemo, ex litterarum huc transmissarum scriptura minus accurata et legibili, hæc vitia, per rasuram corrigenda, contrahi debuerint.
44) *De facto*, cit. c.
45) *Erratum fit*, C. L.
46) *Possint*, C. L. et ed. ant.

CAP. IV.

Redarguenti priuilegium de falso, iudex faciet illud exhiberi coram iudice et partes, et in loco congruo et securo: et interim statur sententiæ latæ per illud.

IDEM Eboracensi *f* archiepiscopo. (*ann. 1165. Romæ in Angl.*)

Accepimus *g* litteras, quas [*dil. filius noster R.*] abbas [*et fratres*] sancti Augustini contra [*v. f. n.*] Cantuarien. archiepiscopum [*ap. sed. leg.*] transmiserunt, [*et infra.*] [*Nos igitur attendentes, tempus ad prosequendam appellationem præscriptum nullatenus exspectandum,*] cum priuilegia non inspecta non valeant 47) argui falsitatis, et difficile sit, et *h* periculosum, ea apud sedem apost. exhiberi, præcipimus, vt vel 48) exhibeantur [*priuilegia*] eidem archiepiscopo 49) in claustro prædictorum fratrum, vel in alio loco [*illis*] congruo et [*ipsis*] securo, [*ad arbitrium vestrum*] vsque ad natiuitatem proximam sancti 50) Ioannis Baptistæ. Si vero nec venerit, nec sufficientem responsalem miserit: ei [*suisque successoribus*] perpetuum silentium imponatis ipsa vlterius arguendi. Interim autem nolumus illa priuilegia vacillare: sed præcipimus, sententiam, quæ eorum obtentu 51) super statu monasterii lata est, inuiolabiliter obseruari. [*et infra.*] Iubemus etiam 52), vt archiepiscopum in inspectione 53) priuilegiorum XII. hominum numero faciatis 54) esse contentum. [*Sententiam quoque, si quam in clericos et ecclesias monasterii post appellationem interpositam pronuntiatam esse inueneritis, nullius appellatione obstante, denuntietis publice non tenere.*]

47) *Valeat*, est in c. 2. comp. 2. h. t.
48) *Vt a te vel*, C. H.
49) *Quæ archiepiscopus duxerit arguenda in claustro* etc. cit. c.
50) *Beati*, est ibid.
51) Verba: *eorum obtentu*, desiderantur ibid.
52) *Etiam*, a C. R. H. et ed. ant. abest, sed in C. R. 2. recentius additum.
53) *In susceptione*, cit. c.
54) *Facias*, C. H. sed in cit. c. verba ipsa sunt hæc: *numerum excedere non facias: sed cum XII. inter clericos et monachos facias esse contentum.*

CAP. V.

Instrumentum vel priuilegium, quo quis vtitur coram iudice, aduersario integraliter legi non debet: sed solum illud capitulum, de quo agitur, edi debet.

COELESTINVS III. 55) abbati sancti *i* Secundi 56). (*ann. 1194. Romæ.*)

Contingit interdum *k*, vt dicitis, quod quandocunque 57) cum aliquo litem [*in caussis*] habetis 58), [*et*] priuilegium vestrum aduersæ parti cogimini plenius exhibere: vnde accidit, quod [*forte*] occasione vnius capituli, super quo conuenimini, plurima 59) litigia suscitentur 60), [*et sic æmuli multorum cauillationum argumenta recipiunt, quibus pacem et tranquillitatem vestram impugnant. Quia igitur interest nostra iurgiis suscitandis obuiare, et suscitata decidere:*] consult. tuæ 61) taliter respondemus [*et volumus,*] vt 62) quandocunque super exhibendo priuilegio, vel indulgentia, seu instrumento fueritis requisiti 63), præsente iudice, aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipso [*iudice,*] audiente parte contraria, tantummodo recitetur, ita, quod [*priuilegium ad transscribendum nullo modo tradatur, verum*] si super vno tantum [*priuilegii*] capitulo *l* quæstio fuerit, illud [*capitulum*] solummodo describatur 64), et aduersæ parti copia eius fiet.

55) *Clemens*, C. R. 2. sine numero.
56) *S. Fecundi*, C. S. 2. pariter ac editio vulgata: *Secundi*, vtrinsa legit. Rectius C. L. cum c. 3. comp. 2. cit. habet: *S. Facundi*, quod monasterium est ordinis S. Benedicti in Hispania.
57) *Quandoque*, C. R. 1.
58) *Habentes*, C. R. et L.
59) *Plurium*, cit. c.
60) *Suscitentur*, C. R. 2.
61) *Consultationi vestræ*, C. R. ed. ant. et cit. c. quod addit sequentia: *quam super hoc proposuistis.*
62) *Quod*, C. H. et cit. c.
63) Variat c. cit. sequenti modo: *quandocunque fueritis requisiti priuilegium vestrum, seu quamcunque indulgentiam exhibere, vel quodcunque instrumentum vestrum aut præsente iudice* etc.
64) *Rescribatur*, C. R. H. L. ed. ant. Gonz. et cit. c. quod etiam loco part. *solummodo*, habet. *dumtaxat.*

CAP. VI.

Instrumentum publicum manu non confectum, habens sigillum, cuius litteræ non sunt legibiles, vel scripturæ deletæ, vel enormem patitur fracturam, non probat. Hoc dicit, prout magis facit ad titulum. Et est casus quotidianus et notabilis pro istis sigillis antiquis. Panorm.

INNOCENTIVS III. *Mediolanensi archiepiscopo.* (*ann. 1208. Romæ in Insubriam.*)

Inter dilectos *m* filios 65) G. 66) abbatem sancti Donati 67) de Sco-

65) *Inter dilectum fil.* n. c. 1. comp. 3. h. t.
66) Littera: G. a C. R. 1. L. et ed. ant. abest; sed H. legit: *W. abbatem.*
67) Vocabula *sancti Donati*, desiderantur in ed. Pith. et Cont.

a *Lib. 2. epist. 3 cap. 42. registri.* b *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat.* c *Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat.* d *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* e Ambitiona. *al.* Alidon.

f *Male:* episcopo. g *Cap. 2 eod. tit. in 2. compil. vid. Gund. Pap. loc. et Petr. Blesens. epist. 201.* h Etiam i *In cod. Barb.* Fecundi, at eiusdem conuentus. k *Cap. 3 eod. tit. in 3. compil. vid. Flori. et Bald. in l. fin. C. de pre. Imp. off. Bart. et Angel. in l. fin. C. de bon. quæ aut. post Felin. in cap. 1. sup. de probat. Bald. et doct. in l. ancillæ. ff. de legib.* l *al.* articulo. m *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.*

aula

zula 78) [*ex una parte nomine monasterii W.*] et B. 79) [*Mediolanensem canonicum*] procuratorem tuum [*nomine Mediolan. archiepiscopatus ex altera,*] super subiectis 80) articulis, diu fuit 81) in nostro auditorio litigatum. Petebat siquidem [*dictus*] abbas nomine monasterii sui 82) a præfato procuratore tuo, nomine Mediolanen. ecclesiæ, restitui monasterio memorato portum Scozulæ 83), [*sive Sexti,*] cum honore, districtu 84) et iurisdictione loci præfati [*et castellaniæ*] dicens, ad monasterium hæc omnia pertinere, hoc ipsum dicens de hominibus 85), qui habitant in curte Berunen. 86) *a* et tenent res monasterii [*memorati f.*] in Granlia 87) [*Capitrien. vestri Planen. Cordeplanen. Baeen. super manso de curte:*] de quibus monasterium obtinuerat in iudicio possessorio per sententiam episcopi Veronensis. [*et infra.*] Hæc 88) omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis, saluo in omnibus iure addendi vel diminuendi 89). satagens [*multipliciter*] comprobare omnia, quæ præmissa sunt, ad suum monasterium pertinere. Primo per priuilegium Luitardi 90) comitis, quondam episcopi Lucani 91) *b*. qui monasterium ipsum fundauerat, et ei 92), quæ præmissa sunt, donauerat vniuersa. Secundo per instrumentum sententiæ Asperti 93), quondam Mediolanens. archiepiscopi, quam ex delegatione Ludouici 94) *c* Imperatoris tulit super his 95), pro monasterio [*sæpe dicto*] contra A. præfati Luitardi nepotem, qui super his monasterium molestabat. Tertio per priuilegia Romanorum Imperatorum et præsertim Henrici, qui præmissa omnia monasterio confirmabat, vel etiam conferebat 96). Quarto per instrumenta locationum, quas fecerant diuersis personis abbates monasterii memorati. Testes quoque produxerat, per quos nitebatur probare, quod monasterium a LX. 97) annis et citra 98) *d*, et a L. annis et supra [*tenuerat et*] possederat 99) [*omnia*] supradicta: et quod fama publica erat, ea omnia præfato monasterio a iam dicto Luitardo fuisse donata 100). Sed contra priuilegium donationis 1) a procuratore tuo multa fuerunt 2) obiecta. Primo, quia ibi maxime apparebat consumptum, videlicet in annotatione indictionis, vbi potuisset falsitas facilius deprehendi. Secundo, quia, cum charta vetustissima videretur, recentior apparebat scriptura, tanquam non illo tempore facta fuisset. Tertio, quia falsum sigillum vitiose videbatur appositum, eo, quod a media 3) parte sigilli apparebat quædam imago, non cum mitra in capite, sed cum pileo: nec induta pontificalibus, sed regalibus indumentis 4) *e*, tenens in manu non baculum pastoralem, sed quasi sceptrum regale, cuius facies non apparebat integra, sed dimidia, tanquam in illa medietate 5) respiceret 6) aliam mediam 7), quæ tamen tota vacua remanebat. Sed quædam imago videbatur ex ea fuisse deleta: quia cera in ea parte, nec in colore, nec in planitie, reliquæ parti similis apparebat. Vnde non episcopi, sed Imperatoris videbatur fuisse sigillum: quia 8) *f* in vna medietate Cæsaris imaginem exprimebat, et in altera medietate 9) præsumebatur vel sibi, vel coniugis imaginem habuisse. Nam in ipso 10) sigillo nullæ aliæ litteræ apparebant, nisi quæ nomen proprium cum hac adiectione, Dei gratia, designabant. Sed cum proprium nomen ipsius episcopi fuerit Luitardus 11), in nomine proprio, quod exprimebat sigillum, deletæ fuerant 12) duæ litteræ: secunda, quæ erat 13) inter l. et i. et sexta quæ fuerat inter r. et v. ita, quod, si secunda 14) o. et sexta fuisset i. procul dubio 15) non Luitardus, sed Lotharius legeretur. Quod etiam inde cognosci 16) *g* poterat, quod 17) secundum dispositionem aliarum litterarum inter i. et t. non erat spatium, nisi quod potuisset vnam litteram continere: cum secundum integritatem huius nominis, Luitardus 18), inter l. et t. duæ litteræ sint 19) diuersæ. Præterea inter r. et v. tam modicum erat spatium, vt in eo nec hæc 20) littera d. quæ maius 21) occupat spatium, sed hæc littera i. quæ minimum occupat 22), videretur formata fuisse. Rursus cum cera sigilli ab interiori 23) parte vetustissima esset, cera, quæ posita erat ab exteriori parte, quasi ad conseruationem sigilli, recens erat et mollis. Quod cum diligenter inuestigatum fuisset: certa certius est compertum, quod sub vetusto sigillo charta fuerat 24) perforata, et per glutinum 25) nouæ ceræ, quæ posita fuerat exterius 26), quasi ad conseruationem sigilli, vitiose fuit 27) ipsi chartæ subiunctum. Eadem falsitatis specie 28), per vitiosam 29) videlicet 30) appositionem sigilli, cætera fere priuilegia Romanorum Impp. præter priuilegium Henrici, vel falsa reperta sunt, vel falsata. Sed et ipsum Henrici priuilegium ad fidem instruendam 31) non videbatur sufficere: quia nec erat publica manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, eo, quod erat ex media fere 32) parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi vltima medietas, videlicet, ricus, nec de cæteris litteris 33), nisi hæc adiectio, Dei gratia, apparebat 34). ita, quod ex litteris ipsis non magis poterat comprobari fuisse sigillum Henrici, quam Ludouici. Instrumentum quoque sententiæ multis modis inueniebatur suspectum; tum quia in ipso quædam apparebant lituræ; tum quia subscriptio notarii videbatur manus alterius fuisse 35), quam subscriptio *h* instrumenti: quum tamen notarius in subscriptione 36) profiteretur, se instrumentum manu propria conscripsisse. Littera quoque recentior videbatur, quam charta, et aqua videbatur encaustum *i* infectum, vt antiquius appareret. In omnibus *k* autem 37) imperialibus priuilegiis, quæ posteriora fuerant, nulla [*prorsus*] est habita 38) mentio de illa sententia: quamuis in eorum aliquibus mentio facta fuerit 39) Luitardi, qui dicebatur donationem fecisse. Porro si legitimum esset [*et verum*] instrumentum sententiæ; per illam tamen sententiam nullum Mediolanen. archiepiscopatui præiudicium poterat generari; dum ipsa sententia lata fuerit 40) inter alios: et res inter alios acta aliis 41) non præiudicet *l*. Nec attestationes, quæ continebantur 42) in instrumento sententiæ, per quas legitima donatio Luitardi videbatur esse probata, poterant 43) eidem archiepiscopatui nocumentum aliquod irrogare: cum inter alias personas, et in alio iudicio receptæ fuissent. Cæterum [*per*] memorati 44) Henrici priuilegium, quod 45) non solum confirmationis, sed etiam donationis videbatur fuisse, vnde 46) rerum dominium donatarum intelligi forte poterat monasterio acquisitum [*ac traditum;*] quamuis ex forma petitionis, quæ in ipso priuilegio declaratur, [*et quibusdam aliis verbis, quæ proponuntur in ipso,*] confirmatorium [*factum fuisse*] videre-

78) *Scozula*, C. R. 1. sed C. R. 2. at ed. ant. *Scozula*. L. *de Scozula*, per totum.
79) *Baleum*, cit. c. partic. *et*, omissa.
80) Dictio *subiectis*, in ed. Pith. non legitur.
81) *Fuerat*, legunt C. R. 2. et cit. c.
82) *S. Donati de sexto*, cit. c.
83) *Scozulæ*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Scozula*, at ed. ant. *de Scozula*.
84) *Et districtu*, C. R. 1.
85) *De omnibus*, cit. c.
86) *Breue*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Turbin* H. *ciuitate Biuen*. L. *in curte Bunen*. ed. ant. *in curte Biuen* et cit. c. *in Curtebucen*
87) *Gratia*, C. R. 1. et Gonz. sed C. R. 2. *Grania*, H. L. ed. ant. et cit. c. *Gratia*.
88) *Et hæc*, C. L.
89) *Minuendi*, ibid.
90) *Lucardi*, cit. c.
91) *Lucio*. C. R. 1. et L. sed C. R. 2. *Lucen*. cit. c. *Ticin*.
92) *Et ea*, cit. c.
93) *Alberti*, C. L.
94) *Lodoici*, C. L. sed ed. ant. *Lodouici*.
95) *De hæc*, cit. c.
96) *Confirmabant vel etiam conferebant*, ibid.
97) *A XL. annis*, ibid.
98) *Et infra*, C. R. L. et ed. ant. sed H. *et infra et L.*
99) *Possederat*, C. H.
100) *Omnia prædicto monasterio a dicto Luitardo donata*, C. H.
1) *Donationis*, cit. c.
2) *Fuerant*, C. R. 2.
3) Præp. *a*, C. R. 1. non habet.
4) Vox *indumentis*, desideratur in C. R. 1. et cit. c. sed C. R. 2. legit *ornamentis*, et H. cum L. *vestibus*.
5) *In alia medietate*, C. R. H. L. et cit. c.
6) *Respiceret*, cit. c.
7) Vox *mediam*, desideratur ibid.
8) *Quod*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
9) Dictio *medietate*, abest a cit. c.
10) *Et in ipso*, C. R. H. L. et ed. ant.
11) Hoc loco demum c. citatum respondet nostro textui: arguens falsitatem sigilli simulque docet falsitatem vocabuli *Lucardi* in antecedentibus obuii.

12) *Fuerunt*, C. H.
13) *Fuerat*, C. R. H. L. et ed. ant.
14) *Secunda fuisset*, C. L.
15) Verba *procul dubio*, in C. R. 1. L. et edit. ant. desunt, sed in C. R. 2. puncta sunt subiecta in signum deletionis.
16) *Cognosci*, C. R. sed cit. c. *constat*.
17) *Quia*, C. R. et L.
18) *Luitardi*, C. R. 1.
19) *Sunt*, C. R. 2.
20) *Non hæc*, C. R. H. et L.
21) *Magis*, C. R. 2.
22) *Occupat spatium*, ibid.
23) *Inferiori*, ibid.
24) *Fuit*, C. L.
25) *Glutinum*, C. R.
26) *Superius*, C. R. 1.
27) *Fuerit*, ibid.
28) *Eandem falsitatis speciem*, C. R. 1. et cit. c.
29) *Permissiosam*, legitur in C. L. pariter atque in ed. ant. quod vocabulum interpres explicant per vocem superadditam: *dolosam*.
30) *Scilicet*, C. H.
31) *Astruendam*, C. R. 2. H. L. ed. ant. et cit. c.
32) Vox *fere*, a C. R. 1. et ed. ant. abest.
33) Vocabulum *litteris*, abest a C. H.
34) *Comprobabat*, C. R. 2. L. ed. ant. et cit. c.
35) Verbum *fuisse*, deest in C. H.
36) *In subscriptione sua*, C. R. 2.
37) *In omnibus etiam*, C. R. H. L. et cit. c.
38) *Erat habita*, C. R. 2. sed cit. c. *fuit*.
39) *Fuerat*, C. H. L. et cit. c.
40) *Fuerat*, cit. c.
41) *Aliis*, C. R. 1. et H.
42) *Continentur*, C. L.
43) *Poterat*, C. L. et ed. ant. sed falso.
44) *Memoratum*, cit. c.
45) *Quod*, deest in C. H.
46) *Vnde*, desideratur in cit. c.

a *al.* Biniens. b Licinien. c Lodoici. d *al.* infra. e *Dictio*, indumentis, *deest in nonnullis vetustis exempl.* f *al.* quod.

g Coniici. h superscripto. i *al.* incaustum. *Est autem encaustum librariorum atramentum, de quo Cæl. Rhodig. libr. 7. lect. antiqu. cap. 31.* k Etiam. l *Vid. l. 3. et ibi Doct. et Batt. D. Ind. Iulus.*

tur vt tamen 47) intelligatur eo modo, quo magis posset valere; distinguendum 48) [*vtique*] videbatur, vt idem Henricus alia donauerit, et alia confirmauerat: cum eadem legitima nequiuissent confirmari pariter et donari. Confirmari, tanquam prius 49) habita et possessa: donari, tanquam tunc tradita et concessa. [*Donauerit, inquam, illa, quæ ipse circa trium milliarium spatium monasterio concedebat: confirmauerit autem, quæ prius ipsi monasterio concessa fuerant et donata, inter quæ illa continebantur, quæ deducta sunt in iudicium.*] Ac per hoc illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata, sed 50) confirmata; cum iuxta *a* legum sanctiones 51), quod meum est, ex alia caussa meum fieri non possit; nisi desierit esse meum; [*præsertim cum pars monasterii visa fuerit comprobare, tam per priuilegium concessionis, tum per instrumentum sententiæ, quod illa legitime fuerant a Luitardo donata, quod ille donationis per totum iudicium est innixus: vnde post donationem huiusmodi eadem iidem non poterant redonare.*] Cum ergo 52) priuilegium Henrici 53) confirmatorium tantum extiterit, sibi in quoad illa, quæ deducta 54) sunt in iudicium; si principale non tenuit, nec accessorium, quod ex eo, vel ob id dignoscitur esse sequutum: *pari modo cætera priuilegia Romanorum Imperatorum, et sententia si fuisset sine suspicione reperta, ad probationem tamen inualida probarentur.*] Per instrumenta vero locationis, nec est vtique 55) probata proprietas, nec ad plenum 56) possessio *c* cum [*iuxta legitimas sanctiones*] ad probationem rei propriæ siue ad defensionem non sufficiat 57) facta locatio. [*et infra.*] Cum autem super his, [*quæ præmisimus, in nostra et fratrum nostrorum præsentia*] fuisset diutius litigatum; quia 58) legitime probata non fuerant, quæ petebantur 59) ad monasterium pertinere; [*de comm. f. n. consilio*] ab impetitione ipsius [*præfatum*] procuratorem tuum nomine tuo et Mediolan. ecclesiæ 60) sententialiter duximus absoluendum: quoniam, cum obscura sunt iura partium, consueuit contra eum, qui petitor est, iudicari.

47) *Videretur fuisse*, C. R. 2. sed C. H. ita legit: *videretur fuisse ex quibusdam verbis, quæ proponuntur ab ipso, vt tamen.* In cit. c. desideratur *vt.*
48) *Distinguendum vtique*, C. R. 2.
49) Partic. *prius*, deest in C. H.
50) *Sed etiam*, C. L.
51) *Legitimas sanctiones*, C. R. H. L. et cit. c.
52) *Igitur*, C. R. H. L. et ed. gloss.
53) *Priuilegium Henrici*, non legimus in cit. c.
54) *Ducta*, C. R. 1. sed cit. c. *inducta.*
55) *Vtique*, C. R. ed. Cont. Pith. et Gonz. sed H. L. et cit. c. *vtrumque*, et ed. ant. *vtrimque.*
56) *Plene*, cit. c.
57) *Non sufficiet*, ibid.
58) *Quæ*, ibid.
59) *Ea quæ petebant*, ibid.
60) Desideratur ibid. vox *ecclesiæ.*

CAP. VII.

Non valent litteræ super absolutione voti per cruce signatos impetratæ, tacita veritate, vel expressa falsitate.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.* (*ann.* 1208. *Roma in Angliam.*)

Quod super his [*sed. ap.*] [*et infra.*] Quæsiuisti *b* [*præterea,*] quid agere debeas circa cruce signatos 61), qui dicentes, se ab apostolica sede redire, super absolutione 62) sua ignota cardinalium sigilla reportant: cum eis super impedimentis expositis non fuisset de leui credendum. Ad quod [*tuæ fraternitati*] taliter respondemus 63), quod, [*cum nos,*] si quandoque 64) talibus litteras [*apostolicas*] indulgemus, illis 65), qui personas et facultates eorum plenius nouerunt 66), hoc modo scribimus 67), vt super impedimentis expositis, inquisita diligentius veritate, statuant circa illos, quod animarum saluti, et succursui terræ sanctæ magis nouerint expedire, prouidentes attentius 68), [*sicut superius continetur,*] ne quid in fraudem 69) voti fallaciter contingatur 70). Vnde 71) si tales per suppressionem veritatis, aut falsitatis expressionem, litteras non solum cardinalium, sed etiam nostras, nec 72) solum dubias, sed etiam 73) certas constiterit impetrasse: easdem volumus irritatas, et, eis non 74) obstantibus,

61) *Circa illos*, c. 2. comp. 3. cit.
62) Plures eo tempore temere votum crucis suscipiebant, a quo tantum a pontifice vel ab eo, qui ab illo potestatem habebat, absolui poterant, redempto tamen voto per nummos, secundum vires patrimonii et quantitatem expensarum, in ipsum iter faciendarum, determinandos, vt in c. 8. X. *de vot.* INNOCENTIVS III. definit, quod cum hoc textu coniungendum est.
63) Partic. *taliter*, abest a cit. c. at deinde legimus: *duximus respondendum.*
64) *Quando*, C. H. L. ed. ant. et cit. c.
65) Pro voce *illis*, legitur in cit. c. *vel.*
66) *Nouerint*, ibid.
67) *Scribimus*, ibid.
68) Voc *attentius*, in C. R. 1. et L. abest; sed in C. R. 2. puncta subiecta sunt.
69) *In fraude*, cit. c.
70) *Confringatur*, ibid.
71) *Vnde*, desideratur ibid. quare ante partic. *si*, verborum series distinguitur per semicolon.
72) *Nec*, est ibid. pro *nec.*
73) *Sed et*, C. H. ed. ant. et cit. c.
74) Pro partic. *non*, cit. c. habet: *in nullo prorsus.*

ad voti exsequutionem [*vel redemtionem*] compelli [*præcipimus, app. remota, sicut superius est expressum.*]

CAP. VIII.

Si de extrauaganti dubitatur, an decretalis sit authentica; aut est iuri consona, et tunc iudicatur secundum illam: aut dissona, et tunc Papa consulitur.

IDEM *Heliensi episcopo.* (*ann.* 1208. *Roma in Angliam.*)

Pastoralis *c* [*officii diligentia:*] (et infra.) [*Quæsiuisti etiam, quibus indiciis fides sit adhibenda decretalibus, de quarum auctoritate iudex potest non immerito dubitare: cum plures inueniantur in compilatione scholarium, et allegentur in causis, de quibus per bullam non constitit, nec ipsæ per metropolis insinuatæ fuerunt. Quia igitur sæpe contingit, quod etiam coram nobis decretales huiusmodi proponuntur, quas esse authenticas dubitamus; f. t. benignius respondentes,*] auctoritate præsentium duximus statuendum, vt, cum aliqua decretalis 75), de qua iudex merito dubitet, allegatur, si eadem iuri communi sit consona, secundum eam non metuat iudicare: cum non tam ipsius, quam iuris communis auctoritate procedere videatur 76). Verum si iuri communi sit 76*) dissona: secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulat super ea 77).

75) Variæ eo tempore erant *compilationes decretalium priuatæ*, quibus scholares ante publicam GREGORII IX. in foro vtebantur; tamquam authenticam vim haberent. Huc sine dubio pertinebat *compilatio decretalium* ALEXANDRI III. in Append. relata, et duæ priores antiquæ, eo tempore natæ, quæ in scholis passim laudatæ, imo scholaribus explicatæ, vt conqueritur STEPHANVS TORNACENSIS *epist.* CCLI. ex edit. MOVLINETTI in præfatione decretalium relata, atque inde etiam in foro allegatæ, vt ex *h. c.* liquet: veri de fide earum per bullam et legitimam subscriptionem atque promulgationem non constaret. Hæc incerta et lubrica fides decretalium, quibus fora obruebantur, tandem effecit, vt publice pontificum auctoritate compilationes fierent, de quibus plenius in *præfat. ad decretal.* agendi erit occasio.
76) Sed de eo vel plurimum dubitari poterat, vtrum *iuri communi* decretalis esset contraria, nec ne? et quid per *ius commune* intelligeretur, vtrum genuina et antiqua ecclesiæ disciplina? quam per *decretales*, quæ circumferebantur, conculcatam esse, querebatur STEPHANVS TORNACENSIS *cit. l.* an vero noua per ISIDORI *spurias epistolas* effabricata, a curia Romana recepta, atque per GRATIANVM promota? Posterius sine dubio sensit INNOCENTIVS III. atque per *ius commune* ipsum *decretum* GRATIANI intellexit, quo ipsemet in suis decisionibus, vt *iure communi*, vsus est, seu multoties abusus: vt ergo *decretalis iuri communi consona* illa dicatur, quæ ad præcepta *decreti* est composita et efformata. Ex nomine et ipso statu *decreti* saltem! Neque enim eo tempore ipsa fontes consulebantur, sed eius in *compilationibus* vtebant, quarum nulla tamen, excepta *farragine* GRATIANI, habebat auctoritatem. Denique *ius commune* hic sine dubio ab *vsu communi* designatur, in quo vnice eo tempore GRATIANI *decretum* fuit, auctoritas vero decretalium collectarum fallax, dubia et lubrica erat.
76*) *Videatur*, cit. c.
77) *Super ipsam*, ibid.

CAP. IX.

Post publicatas attestationes vsque ad conclusionem possunt instrumenta produci. Hoc primo. *Consuetudo loci facit instrumentum authenticum.* Hoc secundo.

IDEM *episcopo sancti Andreæ, et abbati de Broch.* 78) [*T. priori, R. archidiacono, et magistro B. officiali sancti Andreæ.*] (*ann.* 1206. *Roma in Scotiam.*)

Cum dilectus *d* [*filius:*] (*et infra.*) Ad secundum [*autem*] quæstionem [*taliter*] duximus respondendum, quod vtraque 79) pars potest instrumentum 80) etiam post publicationem attestationum vsque ad definitiuæ sententiæ calculum exhibere, notoquam sit in caussa 81) conclusum. Super tertio vero articulo [*taliter*] respondemus, quod [*inquiratis diligentius veritatem, et,*] si consuetudo 82) illius patriæ obtinet approbata, vt instrumentis illius regis fides adhibeatur, vos ea 82*) secure poteritis admittere: præsertim cum supradictus rex tantæ fuerit honestatis, quod ipsius instrumenta maximæ auctoritatis sint in partibus *e* Scoticanis 83).

78) *Berteb*, C. R. 1. sed L. *Brueb.* c. 4. comp. cit. *de Berneb.* rectius.
79) *Vtralibet*, C. R. 1. H. L. et cit. c.
80) *Instrumenta*, C. R. 1. cit. c. H. L. et Gonz. sed C. R. 2. *instrumenta sua.*
81) *Fuerit*, est in cit. c. et deinde eadem ibid. legitur: *in ea.*
82) Instrumenta regum principumque nunquam carent *sigillo authentico*, atque inde fidem connatam habent, non ex consuetudine, alioquin *sigillorum authenticorum* nulla vel lubrica esset fides, si consuetudo de fide eorum probanda esset: quod tamen ex decisione pontificis colligendum.
82*) Loco dictionum *vos ea*, legimus ibid. *in talibus instrumentum.*
83) *Scoticanis*, C. R. sed edit. ant. *Scotianis.*

CAP. X.

Falsitas instrumenti, vel quod deest instrumenta, probari potest per testes.

IDEM *Petro ciui Viterbiensi.* 84) (*ann.* 1208. *Roma in Tusciam.*)

Cum Ioannes *f*, Eremita, a te centum et triginta libras Senen. 85)

84) *Idem B. ciui Biterbiensi*, C. H.
85) *Senen.* desideratur in c. vaic. comp. 4. h. t.

a Iuxta sanctiones legitimas, quod meum est, ex vna caussa amplius meum fieri non posse. b *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.*

c *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Vid. Bart. et DD. in l. cum prolatis. ff. de re iudic.* d *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* e *Scotianis.* f *C. 1. eod. tit. in 4. comp.*

ex

ex caussa mutui coram Donedeo 86) et Ioan. iudicibus Viterbien. petiisset, et tu 87) ex aduerso proponeres 88), quod, cum idem [*Ioannes*] in centum et octoginta libris tibi pro pretio domus, quam eidem vendideras, teneretur 89), centum triginta libras ex illis non immerito [*in mutuo*] debebat compensare. Tandem cum super hoc et 90) quibusdam aliis articulis inter vos fuisset aliquandiu litigatum: [*iidem*] iudices, [*vtriusque partis rationibus intellectis et diligenter inspectis*] attestationibus, [*et*] publicatis 91) [*instrumentis,*] te sententialiter condemnauerunt, vt eidem [*Ioanni*] prædictæ domus possessionem vacuam a tradere, [*et*] a creditoribus 92) liberatam. [*et infra.*] Cum igitur 93) ab hac sententia ad nostram audientiam duxeris appellandum, et nos tam tibi, quam prædicto 94) Ioanni [*dil. f. n.*] Tz. 95) subdiaconum et 96) capellanum nostrum dederimus auditorem: ex parte tua fuit propositum [*coram eo,*] supradictæ 97) domus venditionem non puram, sed conditionalem potius exstitisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominus testibus, ad hoc probandum inductis, quod, etsi nouum esset capitulum, pendebat tamen ex eorum, qui iurati deposuerunt 98), se interfuisse contractui inter te et prædictum Ioannem super eadem 99) domo [*posita in horto S. Blasii*] celebrato, pro qua centum octoginta librarum pretium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adiecta conditione, vt tu domum ipsam 100) inhabitares libere in vita tua, et post obitum tuum M. et R. 1) natis tuis, eiusdem Ioannis nepotibus, remaneret. Cuius conditionis intuitu domum ipsam eidem Ioanni pro minori pretio vendidisti, cum a G. 2) Morandi 3) pro ipsa ducentas libras potuisses habere: anni vero, mensis et diei, quo venditio facta fuit 4), iidem testes se dixerunt minime recordari. Dictus vero Ioannes venditionem [*ipsam*] non conditionalem, sed puram proposuit exstitisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum [*anno dominicæ incarnationis MCCVI. VI. mense Nouembri die quarto confectum: in quo proptebatur, te propria voluntate vendidisse ac tradidisse domum ipsam eidem Io. Heremitæ, et pro ea CLXXX. librarum pretium recepisse.*] Tabellionem quoque 5), qui confecerat instrumentum, et vnum ex 6) testibus in instrumento subscriptis ad id probandum induxit 7). [*Sed licet tabellio venditionem puram exstitisse firmauit, praeterea etiam testis asserat, venditionem esse factam, in serie instrumenti continetur: verumtamen sub conditione vel pure fuerit contractus initus, dixit se minime recordari.*] Porro cum dubitatio fuisset exorta, vtrius 8) deberet probatio præualere; pro tua fuit parte propositum: quia, etsi [*secundum legitimas sanctiones*] eandem vim obtineant instrumentorum fides, et depositiones testium, in litibus exercendis, non tamen quodlibet instrumentum tanti debet esse momenti, vt trium vel plurium idoneorum testium depositionibus præferatur. [*Satis est etenim, si propter tabellionis auctoritatem, qui suum officium fideliter adimplere præsumitur, cum ad hoc ex iuramento teneatur, tanta fides adhibeatur instrumento confecto, quanta foret duobus idoneis testibus adhibenda. Sed cum per quatuor testes omni exceptione maiores fuerit manifeste probatum, supradictam venditionem fuisse conditionaliter celebratam: eorumdem depositiones asseruit instrumento merito præferendas.*] Ad hoc autem idem Ioan. ex aduerso respondit, quod, cum 9) intentionem suam per iam dictum fundauerit instrumentum, [*cui fides est indubitata adhibenda, cum nec cancellatum, nec abolitum, nec corruptum sit in aliqua parte sui,*] et tu in modum exceptionis venditionem ipsam non pure, sed conditionaliter celebratam esse 10) proposueris 11) b, nec per testes ad hoc a te 12) inductos de certo fuerit tempore facta fides, et ideo non appareat, quod super illa venditione deponant, quam constet per dictum 13) instrumentum determinato tempore fuisse contractam, huiusmodi probatio videbatur inefficax ad intentionem contrariam elidendam. Verum responsionem etiam esse 14) proponebas inualidam; quoniam, cum vtraque pars a nobis interrogata, fuisset 15) in iure confessa, quod vnica tantum venditio super domo contracta fuerit 16), et ex depositionibus testium liqueat, venditionem conditionalem 17) fuisse, ex vtriusque 18) confessione colligitur, eiusdem 19) domus venditionem conditionalem exstitisse 20), non puram 21), non obstante, quod ipsa interrogatio facta fuerit, postquam a partibus exstitit in caussa conclusum: cum iudex, qui 22) vsque ad prolationem sententiæ debet vniuersa rimari, possit 23) interrogare de facto, quotiens dubitationis aliquid c occurrit 24). [*His ergo et aliis tam coram nobis, quam coram dicto capellano propositis et plenius intellectis,*] de consilio fratrum nostrorum pronuntiauimus 25), venditionem prædictæ domus fuisse conditionaliter celebratam 26), et te ob hoc 27) d nullatenus 28) obligatum ad traditionem ipsius, super hoc memorato Ioanni silentium imponentes 29) [*perpetuum.*] Sententiam vero iudicum prædictorum, qui 30) aliis iuste 31) pronuntiasse noscuntur, cum huiusmodi exceptio coram ipsis nec probata fuerit, nec obiecta, quoad dictum capitulum 32) infirmamus, eam quoad 33) alios articulos auctoritate e apostolica 34) confirmantes.

86) *Donate*, C. R. 2. *Donande*, H.
87) *Ipse*, ibid. loco *tu*
88) *Proponens*, C. H. et ed. ant.
89) *Teneatur*, C. B. 1.
90) *At cum super his, quam super quibusdam etc.* cit. c.
91) *Publicati*, ibid.
92) *Et a creditt.* C. B. 2. *et eam a creditoribus*, H.
93) *Cum ergo*, cit. c.
94) *Eidem*, ibid.
95) *I. C.* habet C. L. sed ed. ant. *I. T.*
96) Part. *et*, in C. L. non exstat.
97) *Prædicta*, C. H.
98) *Dixerunt*, ibid.
99) Vox *eadem*, non habetur in cit. c.
100) Pronom. *ipsam*, a C. B. abest.
1) *M. et V.* C. R. 1. sed C. R. 2. *M. et A.* cit. c. *Matthæo* etc.
2) *A. G. filia*, C. L.
3) *Menaldi*, cit. c. vel *Monaldi*, vt sit tertia inter licitantes nomen.
4) *Fuerat*, est ibid.
5) *Vero*, C. H. et cit. c.
6) *De*, C. H.
7) *Induxerit*, C. B. 1.
8) *Vtra*, cit. c.
9) *Ad hoc autem fuit exaduerso responsum, quod, cum idem Io. intentionem* etc. ibid.
10) Vox *esse*, a C. R. H. L. ed. ant. et cit. c. abest.
11) *Asserens*, cit. c.
12) Voces *a te*, desiderantur ibid.

13) *Dictum*, non habetur in cit. c.
14) Verba *etiam esse*, desunt in C. H. sed in cit. c. desideratur *esse*.
15) *Interrogata fuerit, et in* etc. cit. c.
16) *Fuit*, C. H.
17) *Conditionaliter celebratam*, cit. c.
18) *Ex vtriusque partis*, C. R. 1.
19) *Eamdem*, cit. c.
20) *Fuisse*, ibid.
21) Voces *non puram*, ibid. desiderantur.
22) *Dictio qui*, ibid. non legitur.
23) *Et posse*, ibid.
24) *Occurrerit*, ibid.
25) *Pronuntiamus*, ibid.
26) vel potius *sub modo*, quo venditio perfecta domus certis fuit circumscripta limitibus, vt non alii quam ipse emtor cum filio et nepotibus domum ipsam inhabitarent. Hac sub modo venditio dicebatur contracta. Quem cum implere emtor recusabat: venditor negauerat, se ad tradendum obligari. Hoc probato, pontifex etiam pronuntiabat, venditorem ad tradendum non obligari: quia, modo non impleto, contractus resoluitur.
27) Verba *ob hoc*, in C. R. H. L. ed. ant. et cit. c. desunt, in ed. glossa. inclusa sunt parenthesi.
28) *Nullo modo*, C. R. 2. et cit. c.
29) Occurrit in hac decretali egregium specimen *collisionis probationis inter instrumenta et testes*. atque ostenditur, pro re nata quandoque his grauiorem gradum probationis quam testibus inesse posse, vt ipsemet ostendi plenius in opusculo de *collidente probationum*.
30) *Quam*, C. L. et c. cit.
31) Pro his vocibus cit. c. habet: *in*, vel potius: *iure*.
32) *Articulum*, C. H. et cit. c.
33) *Sed quoad alios approbandam duximus, et auctoritate ap. confirmandam*, cit. c.
34) Verba: *auctoritate apost.* a C. R. 1. H. et L. absunt. In C. R. 2. illis puncta sunt subiecta; et in ed. gloss. sunt in parenthesi.

CAP. XI.

Defectus litteræ non vitiat rescriptum.

HONORIVS III. 35) (*ann. 1222. Roma in Gall. Conf. c. 1. comp. 5. de offic. et pot. iud. deleg.*)

Ex parte f carissimæ in Christo filiæ B. 36) quondam Anglorum g reginæ fuit propositum [*coram nobis, quod, cum nobilis vir W. de Gaerchia Nanneten. Redon. et Andeg. diœcesis ipsam castro de Segreio, ad eam ratione sui dotalitii pertinente, pro suæ voluntatis arbitrio spoliarit, et ipsa super hoc contra eum a bonæ memoriæ I. Papa prædecessore nostro ad nos litteras impetraret,*] quia [*pars aduersa, postulatis a nobis iudicibus delibeeratoris et obtentis,*] rescriptum apostolicum pro eo 37), quod in hac dictione, spoliauit 38), hæc figura O. deerat, asseruit vitiosum, [*proponens nihilominus, quod mandatum huiusmodi exspirauerat, mortuo mandatore; licet iam a nobis tres citationes, vel quatuor emanassent: vos tamen, admissis huiusmodi exceptionibus friuolis, in ipso negotio procedere distulistis. Nos ergo de discretione vestra non modicum admirantes, cum per præcedentia etiam subsequentia intelligantur, licet ex scriptoris vitio, vel occasione prædictum O fuerit omissum, satis vobis potuerit de mandatoris intentione constare, nec eius mandatum in ipsius obitu exspi-*

35) Prior pars huius decretalis, cuius verba initialia hic referuntur, supra adducta est in c. 15. X. *de fur. comp.* sub hac inscriptione: HONORIVS III. *archiepiscopo decano et archidiacono Turonensi*. quæ hic omissa, sed vitiosa esse videntur: cum ex c. 1. *comp.* 5. *de offic. et pot. iud. del.* constet, hanc decretalem non ad *Turonensem*, sed *Biturisensem* fuisse directam.
36) *Filia H.* C. L.
37) *Ex eo*, C. H.
38) *Spoliarit*, cit. c.

a *Quando dicatur vacua possessio, vide per Arg. et legistas in l. in conuentionalibus § si iure vacuam. ff. de verb. oblig. gloss. in §. quod autem. Instit. de vsucap.* b *Infero, quod per confessionem rei, vbi debitum est liquidum, admittitur recompensatio. concord. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.*

c *Vide l. vbicunque. de interr. act. l. 2. et c. eod. tit.* d *Hæc duo verba, ob hoc, desunt in vetustioribus.* e *Hæc verba, auctoritate apostolica, desunt etiam* f *Vid. Rom. cons. 348. Bald. in l. imperator ff. de stat. hom. et Iaf. in l. si quis mihi bona. de acqu. heredit.* g *Anglicorum.*

ventret, eo, quod res integra iam non erat, ac volentes, ut finis litibus imponatur, discr. v. p. a. f.] mandamus, quatenus, hoc 39) non obstante, in negotio ipso [*iuxta priorum continentiam litterarum, sublata cuiuslibet contradictione et appellationis obstaculo*,] ratione prævia procedatis.

39) *Exceptione huiusmodi*, legimus ibid.

CAP. XII.

Licite appellatur a iudice, qui parti hoc petenti, non facit edi communia instrumenta.

GREGORIVS IX. *priori sancti Bartholomæi et decano de Arcubus* 40) *London.* 41) (*ann.* 1232. *Romæ in Angl.*)

G. perpetuus vicarius ecclesiæ de Recham. 42) nobis exposuit, quod, cum prior et conuentus de Ledis 43) eum super decimis coram iudicibus auctoritate apostol. conuenissent, et dictus G. super similibus coram ipsis 44) reconuenisset 45) eosdem, quia dicti iudices copiam quorundam 46) instrumentorum communium, quæ habebat pars altera, et per 47) quæ intendebat intentionem suam super principali fundare, fieri non faciebant eidem hoc cum instantia postulanti, nostram audientiam appellauit. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in statum debitum, etc.

40) Verba *et decano de Arcubus*, a C. R. 1. absunt; sed C. R. 2. legit: *et decano de T.* et ad. ant. *de Arcubus*.
41) *London* a C. R. abest, sed in ed. ant. pro eo legitur: *Ludonen.*
42) *Recuen*, C. R. 1. *Petham*, C. R. 2. *Racham*, L. *Recham.* ed. ant.
43) *Leatis*, C. R. et L.
44) *Coram ipsorum præsentia*, C. R. 1.
45) *Conuenisset* ibid.
46) *Prædictorum*, edit. Pith.
47) Copula *et*, abest a C. H.

CAP. XIII.

Scripturæ contrariæ, ab eodem productæ, fidem non faciunt.

IDEM 48). (*ann.* 1230. *Romæ.*)

Imputari ei *b* potest, qui contrarias inter se scripturas, in iudicio protulit, fidem 49) sibi adinuicem derogantes 50), cum in ipsius fuerit potestate, quam voluerat 51), non proferre.

48) *Idem in concilio generali*, C. H.
49) Vocabulum *fidem*, abest a C. H.
50) Nihil noui disposuit GREGORIVS IX. sed, quæ in *l.* 14. *C. de fide instrum.* cauta sunt, repetiit.
51) *Voluerit*, C. R. et H.

CAP. XIV.

Si in instrumento debiti exprimitur caussa; condemnatur debitor: nisi probet indebitum. Si non exprimitur: necesse est, ut creditor probet, id fore debitum.

IDEM.

Si cautio, quam a te indebite proponis expositam, indeterminate loquatur: aduersarius tuus tenetur ostendere debitum, quod continetur in ea. Sed si caussam, propter quam huiusmodi scriptura processerit, expresserit in eadem; confessioni tuæ statur; nisi probaueris, te id indebite promisisse 52).

52) Recepta hæc sunt ex *l.* 25. §. *f. D. de probat.* non in alium finem, quam ut vsum iuris Romani quauis occasione laudaret, ostenderetque pontifex, se iure vrbis antiquo, vel *vrbis Romani* per omnes prouincias agere.

CAP. XV.

Auctoritate ordinarii potest notarius tabellionis mortui notas in publicam formam redigere.

IDEM *I. tabellioni* 53).

Cum P. rebellio morte præuentus, quædam non perfecerit 54) instrumenta, quæ in notam 55) redacta fuerant ab eodem: ad petitionem eorum, ad quos pertinent, auctoritate ordinarii iudicis 56) poteris ea fideliter in publicam formam redigere, habitura per hoc perpetuam firmitatem.

53) *In tabellion.* C. R. 2.
54) *Perfecerat*, C. L.
55) *In nota*, C. R. H. L. ed. ant. gloss Cont. et Pith. Ceterum in C. R. 2. glossator superscripsit: *id est in subnotatura.*
56) *Non propria.* Caussæ cognitionem hæc instrumenti confectio ex protocollo alieno desiderabat, auctoritatem organam, solisque iudicibus ordinariis reseruatam.

CAP. XVI.

Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate ordinarii, eandem vim habet cum originali.

IDEM.

Si instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam 57) iustam caussam exemplari petantur: coram ordinario iudice 58) vel delegato ab eo 59) specialiter præsentetur. Qui si ea diligenter inspecta, in nulla sui parte vitiata repererit: per 60) publicam personam illa 61) præcipiet exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.

57) *Vel aliam*, C. R. et L.
58) Pariter hic actus *caussæ cognitionem* requirebat, vti docet pontifex, adeoque a solo notario perfici non poterat, ad hunc effectum, vt exemplo vis authentica tribueretur.
59) *Ab ipso*, C. R. 2.
60) *Et per*, C. L.
61) *Ea*, C. H.

a Lugdun. b *Vid. Anton. de Butr. in c. cum nostra, supr. de testibus. et c. ex tenore supr. de rescript. Ripa. et Salic. in l. scriptura C. de fide instrum. Bald. in l. imperator. 1. ff. de stat. hom.* c *Vide Matth. de afflict. super const. Neapol. in c. Baiulos omnes not. 13. et sequ. Bal. cons. 62. l. 5. Alex. cons. 136. et 152. libr. 1.*

TITVLVS XXIII.

DE PRAESVMPTIONIBVS.

CAP. I.

Sicut manifeste nocens est pœnæ obnoxius; ita et occultus: licet postea dicat, se ioco fecisse.

SALOMON. *in parabolis* d.

Sicut noxius est, qui mittit lanceas et sagittas in mortem: ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, et, cum fuerit deprehensus, dicit 62): ludens feci.

62) *Dicet*, c. 1. comp. 1. h. t.

CAP. II.

Ex violenta præsumptione fertur definitiua. Et est casus notabilis.

IDEM e.

Afferte mihi gladium. Cumque attulissent, ait: diuidite 63) infantem viuum, et date dimidiam partem vni, et dimidiam partem 64) alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regem, commota sunt quippe viscera eius super filio suo 65): obsecro, domine, date illi infantem viuum, et non occidatur 66). E contrario alia 67) *f* dicebat: nec mihi, nec tibi sit 68), sed diuidatur. Respondit rex et ait: date huic infantem viuum, et non occidatur. Hæc est enim mater eius.

63) *Dolo bono* vtebatur Salomo, vt ex materna erga verum filium affectu erueret veritatem. Committitur enim *dolus bonus* per *simulationem*, cum actio externa discedit ab interna animi intentione, sed in bonum finem. Talem etiam iudex pro eruenda veritate extra ordinem adhibere potest, aliis deficientibus mediis, vt vel *territio* in criminalibus docet. Simili dolo vtebatur THEODOSIVS M. pœnas capitales hæreticis minitando, quas nunquam exsequi cogitabat. *Neque enim*, ait SOZOMENVS *libr. VII. c. 12. in f. puniri subditos quam terrere tantummodo studebat: vt idem cum ipso de deuotantate sentirent.*
64) Dictio *partem*, desideratur in c. 2. comp. 1. h. t.
65) Verba *super filio suo*, desunt in C. H.
66) *Et nolite interficere eum*, legimus in cit. c.
67) *Illa*, C. R. 1. L. et cit. c.
68) Desideratur in ed. ant. verbum: *sit*.

CAP. III.

Conuersatio in adolescentia facit præsumptionem in senectute.

HIERONYMVS *super parabolis* 69) g. (*ann.* 390. *in Iudæa.*)

Ex studiis suis intelligitur puer *h*. Quemcunque enim virtutibus studere, cum modestia continentiæ, auditioni sapientum, obseruantiæ mandatorum Dei, [et] maxime simplicitati et humilitati videris, huius mundi et recte opera intellige. [*Si autem his contrarium, corrige; aut si hoc non potes: deuita, ne ab eo corrumparis.*]

69) *Parabolas*, c. 4. comp. cit.

CAP. IV.

Præsumitur contra illum, qui dilationibus subterfugit iudicium.

BONIFACIVS PAPA *episcopis Galliæ* 70). (*ann.* 419. *) *Romæ.*)

Nullus dubitat *i*, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum vt absoluatur, qui est innocens, quærit: [*sed astuta cauillatio eorum, quæ versutiis agendum credunt esse consiliis numquam innocentiæ nomen accipiet.*] Confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat.

70) *Walliæ*, C. H.
*) Hoc anno, non 422. vt PITHOEI volunt, hanc epistolam scriptam fuisse, docet ipsa subnotatio anni consularis FL. MONAXII apud HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 1240. vti etiam ipse HARDVINVS notat. Conf. *Fasti consulares ab* ALMELOVEEN *p.* 169. et PETRO RELANDO *p.* 581. *edit.*

CAP. V.

Qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum affirmare præsumitur.

GREGORIVS M. *in homilia* k. (*ann.* 600. *Romæ.*)

Nunne *l* bene dicimus 71) [*nos*,] quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes? Respondit Iesus: ego dæmonium non habeo.

Duo quippe illata fuerunt ei: vnum negauit, aliud tacendo concessit.

71) *Dicimus nos*, C. R. 2.

d *Cap* 26. *et c.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* e In iudicio duarum mulierum, *l.* 3 *Reg. c.* 3. *et c.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* f Illa. g *al.* Salomon in parabolis. h *C.* 20. *et c.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp. Hoc spectat l.* 16, *qui.* §. *diuus. ff. de excus. et cur. dat. ab his. et* §. *seruus in gloss. deperdit inst. de rer. diuis.* i *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp.* k *Homil.* 18. l *Cap.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp. Bald. in l.* 2. *C. de sacr. eccles.*

CAP.

CAP. VI.

Ex præteritis præsumitur circa futura.

IDEM *Maximo episcopo* a. (*libr. II. ep. 4.*)

Mandata cœlestia efficacius gerimus b, si nostra cum fratribus onera partiamur. Proinde 72) super cunctas ecclesias Siciliæ te, [*fratrem et coepiscopum meum*] vices 73) sedis apostolicæ ministrare decernimus.

Quas [*scil. vices*] non loco tribuimus, sed personæ: quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti 74) conuersatione tua præsumamus.

72) *Deinde*, legitur in c. 7. comp. cit. sed in ed. ant. *prouide*.
73) *Vicem*, est ibid.
74) *Consequenti*, C. H.

CAP. VII.

Ex vicinitate præsumitur notitia facti loci vicini.

IDEM c, [*Italicæ patriciæ et domino Venantio cancellario Italiæ. libr. VII. epist. 129.*]

Quosdam d: [*et infra.*] Aphrica vero qualiter mortalitate et languoribus 75) vasteiur, quanto viciniores estis, credo, quod 76) subtilius 77) cognouistis.

75) *Mortalibus languoribus*, c. 8. comp. cit.
76) *Tanto quidem subtilius cognouistis*, ed. ant.
77) *Facilius*, C. R. 1.

CAP. VIII.

Præsumitur factum notum in vicino loco, quod est notum in remoto.

IDEM *Victori episcopo* a.

Quanto: [*et infra.*] Latere te in vicino 78) non potuit, quod ad nos in longinquo peruenit.

78) *In vicinio*, ed. ant. et c. 9. comp. cit.

CAP. IX.

Ex præteritis præsumitur circa futura.

HIERONYMVS *super Osee* f. (*ann. 390. in Iudæa.*)

Scribam eis multiplices leges meas. Ex prius datis, et 79) neglectis appatet, quod has negligent.

79) Copula *et*, desideratur in c. 10. comp. cit.

CAP. X.

Efficatior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud, quod non est verisimile.

ALEXANDER III. 80) *decano Cassien.* 81) g (*ann. 1170. Romæ.*)

Quia verisimile b non est, quod H. presbyter 82) personatum ecclesiæ R. capellano concesserit, et ab eo eiusdem ecclesiæ acceperit vicariam; prouideas 83) [*attentius*,] ne [*memorati V.*] super hoc probationem recipias 84); nisi communis loci fama id 85) habeat, vel tales personæ appareant, de quibus verisimile non sit, quod debeant deierare: quoniam sæpe contingit, quod testes facile [*pretio*] corrupti inducantur 86) ad falsum testimonium proferendum.

80) *Innocentius III* ed. ant.
81) *In append. ad concil. Lateran. III. p VIII. c. 14.* apud HARDVINVM *tom. VI. P. II. p. 1749.* vera lectio hæc est: *Decano Cicestrensi.* Haec frustra legitur in C. R. 1. *Cassil.* et in H. *Casion.* denique a C. R. 2. verba directionis plane absunt.
82) Vox *presbyter*, a C R. et H. abest, nec habetur in ed. ant.
83) In c. 11. comp. cit. 1. ipsa verba sunt hæc: *quia veri similitudinem non habet, quod prædictus E. personatum prælibatæ ecclesiæ capellano prænominato R. cesserit, ut ab eo ipsius ecclesiæ vicariam acciperet: prouideas* etc.
84) *Accipias*, C. H.
85) *Hoc*, C. H. et cit. c.
86) *Inducuntur*, C. R. 1. et H.

CAP. XI.

Per cohabitationem diutinam et famam de matrimonio et contractibus matrimonialibus, ac alia adminicula probatur matrimonium. Panorm.

IDEM *Genuen.* 87) i *archiepiscopo* 88). (*ann. 1170. Romæ in Tusciam.*)

Illud quoque k [*nihilominus ex tua inquisitione*] nobis innotuit, quod, cum [*quædam*] libera mulier 89) per decem annos et vltra 90), cuidam seruo scienter cohabitauerit, et ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipsum asserit suum non esse maritum, [*pro eo, quod testes desponsationis non comparent.*] Verum vir eam vendicans 91) in vxorem, ostendit publicum instrumentum, in 92) quo ipsa coniuges nominant, et per quod ipsum ei donationem propter nuptias fecisse apparet 93). Mulier vero instrumentum illud asserens vitiosum 94), vt seruo dominus fraudaretur, plures 95) testes produxit, quod 96) [*seruus*] ille ab amicis eius 97) sæpe rogatus, vt eam desponsaret, [*et ille*] nec 98) desponsasse, nec desponsaturum se ipsam firmiter asserebat. Vir autem nonnisi prædicto instrumento, et quibusdam 99) testibus, qui viderant 100) eam annulos deferentem, [*mulierem*] ipsam probauit [*esse*] vxorem: sed mulier de more illarum 1) [*mulierum*], quæ panes vendunt, se annulos detulisse dicebat. Verum a), quia in huiusmodi 3) dubietate, fama viciniæ magis debet attendi: [*tuæ sollicitudinis erit famam loci diligenter inquirere, vtrum prædictus vir eam in lecto et in mensa, sicut suam vxorem et non concubinam habuerit. Et*] si fama loci habet, quod vir ipsam 4) in lecto l, et in mensa 5), sicut vxorem tenuerit; cum matrimonium sit maris et feminæ coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens; cogenda est mulier, vt eidem viro affectu seruiat coniugali: præsertim si præscriptum instrumentum ab eo conditum fuerit, qui officium suum fideliter adimpleuit 6).

87) *Ianuensi*, C. R. H. ed. ant. et c. 14. comp. 1. de sponsal.
88) *Episcopo*, cit. c.
89) *Quædam mulier libera*, C. R. H. et ed. ant.
90) *Amplius*, C. H.
91) *Vindicat in vxorem et ostendit*, cit. c.
92) Præp. *in*, omittitur ibid.
93) *Comparet*, C. R. 1. et cit. c.
94) *Vitiosum fuisse fatetur*, cit. c.
95) *Et plures*, ibid. propter anteced. *fatetur*.
96) *Quoniam*, ibid.
97) *Mulieris*, ibid.
98) *Nec eam*, C. R. 1.
99) *Quibusdam aliis*, ibid.
100) *Viderant*, C. R. 1.
1) *Illarum mulierum*, C. R. 2.
2) *Vnde*, cit. c.
3) *Huius*, ed. ant.
4) *Eam*, C. H.
5) In cit. c. desiderantur hæc loco verba: *in lecto et in mensa.*
6) *Consueuit adimplere*, C. R. 1. sed *adimpleuerit*, cit. c.

CAP. XII.

Per violentam præsumptionem probatur carnis copula.

IDEM. *Archid. Genuen.* 7) m (*ann. 1170. Romæ in Tusciam.*)

Litteris n fraternitatis tuæ receptis [*ex tenore illarum*] nobis innotuit, quod, cum P. 8) [*parochianus tuus*] ab A. muliere, quam in 9) vxoram acceperat, [*tuo iudicio*] petarat 10) separari, accusatores matrimonii produxerunt testes firmiter asserentes, quod, postquam [*prædicta*] mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, consanguineum viri eiusdem 11) solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem 12) lecto iacentem, ea, vt credebant, intentione, vt eam cognosceret carnaliter o, viderunt, [*sed et in*] multis locis 13) secretis, et latebris ad hoc commodis, et [*tam*] horis electis, [*quam locis se, præsentibus eis, contigisse dixerunt. Et publica fama consentit, quod post contractum matrimonium se miscuerant ad inuicem, quod in præsentia tua publice, vt asseris, sunt confessi, quamuis id se ante contractum matrimonium fecisse negarant. Dicitur quoque de muliere prædicta, quod de marito sese simulans concepisse, alienum partum iam baptizatum, vt fertur, se mentita est peperisse, et rebaptizari faciens virum suum decepit. Procedente vero tempore cum fama empti alieni partus fraudem detegeret, parentibus a quibus eum emerat occulte restituit, postea venenosum poculum et alias vitæ insidias viro parasse eadem mulier perhibetur. Quia ergo nos duxit tua fraternitas consulendos, si ad dissoluendum matrimonium iam dictæ probationes sufficiant;*] consult. tuæ taliter respondemus 14), quod [*tam ex confessione, tum*] ex huiusmodi 15) violenta, et certa suspicione 16) fornicationis, [*præsertim, si quod de partu et machinatione mortis, vt dictum est, probari valet, non immerito*] potest sententia diuortii promulgari, ita quidem, vt vir licentiam habeat, mortua illa, ducendi aliam, muliere sine spe coniugii remanente 17).

7) Verba: *archidiacono Genuen.* desunt in C. H. ed. ant. et c. 2. comp. 2. h. t.
8) *Petrus*, c. cit.
9) Præp. *in*, abest a C. H. et ed. ant.
10) *Vellet*, c. cit.
11) *Eiusdem*, desideratur ibid.
12) *Et in eodem*, C. R. 2.
13) *Locis*, non habetur in cit. c.
14) *Præsentium significatione tibi iniungimus*, cit. c.
15) Vox *huiusmodi*, non est in cit. c.
16) In hac suspicione violenta iam tum supremus fidei iuridicæ gradus, qui plenam probationem commissi adulterii inducebat, sufficientem ad diuortium decernendum, non item ad pœnam ordinariam criminalem dictandam.
17) In c. cit. verbo ita sonant: *mulier vero sine spe coniugii maneat.*

CAP. XIII.

Idem dicit, vt præced. cap.

CLEMENS III. (*ann. 1190. Romæ.*)

Tertio loco quæstionis p huiusmodi nodum tuæ f. petiit explicari 18),

18) *Enodari*, c. 8. comp. 2. de sponsal. et matrimon.

---

a *Greg. l. 2. epist. 4. registri.* b *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil.* et c. 1. *tit. de offic. vic. in 1. comp.* c *Greg. l. 7. epist. 123. siue 127. registr.* d *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp.* e *Greg. in registr. l. 10. epist. 33. et 34.* f *Cap. 8. et 10. eod. tit. in 1. compil.* g *al.* Castrensi. h *Cap. 11. eod. tit. in 1. compil.* i Ianuensi. k *Cap. 14. de sponsal. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 42.*

l *Nota signa aliquam fuisse vxorem tractandi, et vide Bald. in c. Ego N. de iureiur. et in cap. ex transmissa, de rest. spol.* m *In quibusdam deest inscriptio, vt in 2. comp.* n *Cap 2. eod. tit. in 2. comp. Vide Matth. Pag. 116. et Alexandr. conf. 15. incipit Visu processu.* o *In C. Barb.* vt eam cognoscerent carnaliter, viderunt, et in secretis, etc. p *Cap. 8. tit. de sponsal. in 2. compil.*

an iuuenis sponsam, in quam per verba de præsenti consensit, debeat [in] vxorem habere: ad quorum matrimonium impediendum neptis ipsius sponsæ prosiliens *a*, se a iuuene carnaliter præcognitam proponebat. A qua producti testes dixerunt 19), se pro certo credere, quod illa dicti 20) iuuenis adulterit concubina, [*et in carnali commixtione adiuncta*,] adicientes, quod eos insimul viderant 21), [et] per plana et nemora, viis et inuiis, pluries conuenientes: et testimonium viciniæ [*se*] super hoc 22) recepisse dicebant. Ad maiorem vero 23) certitudinem, quia minus sufficienter credidisti esse probatum, quod eadem mulier asserebat, tam ipsa, quam iuuenis iuramentis adstricti 24) seorsum confessi sunt, quod se 25) inuicem carnaliter præcognouerant 26): licet iuuenis nollet ab ea, quam desponsauerat, separari. Nos autem 27) [*hæc*,] quæ 28) dicta sunt, intelligentes, [*et attendentes viciniæ famam, et dictæ mulieris ac iuuenis consuetas consalutationes, et per solitudines vagos incessus, per testes esse probatos, et de carnali cognitione eos per iuramentum separatim fuisse confessos*,] præsertim cum hoc non dicatur occultum, sed quasi prædicetur 29) a pluribus manifestum 30), [*prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, et præsertim felicis memoriæ Alex. III. statuta sectantes*] consultius [*et securius*] esse credimus, vt matrimonialiter non *b* coniungantur 31), sed [*ab inuicem*,] solutis sponsalibus, separentur.

19) In c. cit. ipse tenor verborum est hic: *et cum de hoc testes produceret, dixerunt illi se.*
20) *Prædicti*, c. cit. ibid.
21) *Viderant*, C. H.
22) *Se super hoc*, C. B. et ed. ant.
23) *Autem*, C. R. H. et c. cit.
24) In c. cit. verba ita se habent: *tam ipsam, quam iuuenem iuramentis adstrictos conuenisse, et seorsum etc.*
25) *Se ad*, C. H.
26) In C. R. 1. ad verba: *præcognouerant*, hæc adduntur: *antequam verba de præsenti inter eos venissent*, et in H. deest part. *carnaliter.*
27) *Autem*, abest a C. H.
28) *Ea, quæ*, C. R. 1.
29) *Prædicatur*, c. cit.
30) *Manifeste*, ibid.
31) *Iungantur*, C. R. 2.

CAP. XIV.

Propter præsumptionem etiam vehementem, non debet quis de grauiori crimine condemnari.

INNOCENTIVS III. *Niuernen.* 32) *episcopo et archidiacono Bituricen.* (*ann.* 1198. *Romæ in Gallium.*)

Litteras vestras recepimus *c*, continentes, quod, cum caussa, quæ vertitur 33) inter [*ven. f.*] Altissiodoren. episcopum, et quosdam Burgenses de Caritate, quos idem episcopus de hæresi impetebat, vobis et [*dil. fil.*] abbati Collonensi 34), a sede apostolica delegata fuisset, vtraque pars [*tandem, vt negotii prolixitas posset facilius expediri*,] vos duos sub certa pœna sibi arbitros statuerunt, delegata vobis nihilominus potestate reseruata: G. 35) autem lator præsentium, vnus ex illis, [*quos præfatus episcopus impetebat*,] hæresim suam [*apud Caritatem*] fuerat 36) publica voce confessus, et de [*quodam*] fratre suo similiter recognouerat, quod eodem secum laborabat 37) *d* errore. [*Qui cum de fide sua coram ven. f. n. Bituricen. archiepiscopo conueniretur, eique purgatio facienda per eundem W. qui vere credens et catholicus credebatur, esset indicta; ipse W. fratrem suum, quem publice asseruerat hæreticum, præstito iuramento firmauit: et sic a præfato episcopo contraria proponebatur dixisse. Vnde ab ipso et periurus et hæreticus censebatur. E contrario vero idem W. proposuit, quod, licet de se publice confessus fuisset, nihil tamen de fratre fuerat confessus. Vnde bene poterat illum purgasse, maxime cum a duobus capellanis de Albiniaco, qui conscientiam illius nouerant, audiuisset, quod tanquam catholicum poterat illum secure purgare, quorum litteras postea vobis ostendit. Sed episcopus super eo, quod de fratre negauerat, protinus eum per ipsum et vnum presbyterum et alium diaconum coram vobis conuicit: vnde ipsum relapsum in hæresim asserebat. Vos igitur hos in prædicto W. contrarietates notabiles attendentes, ipsum cum litteris vestris ad præsentiam nostram transmisistis, bonis eorum interim annotatis, donec de persona eius et bonis, quid statuendum foret, statuere curaremus, adiicientes, quod, cum idem W. apud vos cum quibusdam instaret, vt purgationem reciperetis ipsius, sicut aliorum quorundam, vos iuramentum eius, quia sibi contrarius videbatur, admittere noluistis, purgatione tamen pro eo per manum VIII. bonorum virorum admissa. Quia vero vulpeculæ, quæ moliuntur vineam Domini demoliri, fugaci sunt studio capiendæ; nam vulpes foueas habent, et volucres cœli nidos*:] nos [*ex iis, quæ scripta sunt*,] prædictum G. suspectum de hæresi 38) vehementer habuimus 39); tum quia, quod ante dixerat, postea in diuisa negauit; [*sicut conuictus est coram vobis*:] tum quia vel mendacium prius 40) dixit in fratrem, asserendo illum hæreticum, vel periurium postea commisit in Deum, purgando illum de hæresi, quorum vtrumque reddit illum valde suspectum: quanquam verisimilius 41) *e* videatur, quod eo tempore 42), quo 43) tanquam vere pœnitens ab hæresi reuertebatur 44) ad fidem, tam graue mendacium non dixisset præsertim in fratrem, quem [*vtique*] tanquam certissimum, non 45) asseruisset hæreticum, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxæ. Vnde præsumitur, quod, cum postea purgauit 46) illum de hæresi 47), turpiter deierauit 48). Quocirca [*d. v. per A. S.*] mandamus, quatenus, cum propter solam suspicionem, quamuis [*vtique*] vehementem, nolumus 49) illum 50) de tam graui crimine condemnari 51), talem et tantam securitatem recipiatis 52) ab ipso 53), præter iuratoriam cautionem, quod timore pœnæ corporalis 54) *f* debeat coërceri, discretam ei pœnitentiam iniungentes 55), ex qua valeat apparere, vtrum in tenebris ambulet, an in luce, vtrumne sit vere pœnitens, an ficte conuersus 56). Et si eum hoc modo verum catholicum cognoueritis; non sinatis ipsum indebite molestari: alioquin eum tanquam hæreticum condemnetis.

32) *Niuernensi*, C. R. 1. *Senon.* C. R. 2. *Nametens.* ed. ant.
33) *Vertebatur*, C. R. edit. Gunz. et c. 1. comp. 3. h. t.
34) *Callon.* C. R. 1. sed C. R. 2. habet: *de T.* et H. *Calloni*, denique c. cit. *Callonis.*
35) *W.* est in C. H. ed. ant. et cit. c. per tot.
36) *Fuit*, C. H.
37) *Qui - - laboret.* c. cit.
38) Atque hic quoque in grauissimo crimine hæret, quia *hæresis* est vel *vera* vel *præsumta*. *Hæc quæritur in graui et violenta suspic. quæ de errore intellectus pertinaci contra fidem ecclesiæ Romanæ a baptizato contracta.* Crimen *suspecti* vacare hanc speciem licet, quam ex professo explicat DADINVS *de suspect. de hæresi* cuius fundamenta euidentius adhuc traduntur in *c. 9. vers. qui vero, et c. 13. X. de hæret, c. 7. et 8. eod. in 6.*
39) *Habemus*, cit. c.
40) *Prius*, non exstat in ed. ant.
41) *Verisimile*, C. R. 1.
42) *Illo tempore*, C. R. 2.
43) *Dicto quo*, omittitur in ed. ant.
44) *Cum reuertebatur*, ed. ant. *vertebatur*, cit. c.
45) *Non vtique*, C. R. 2.
46) *Purgauerit*, C. R. 1.
47) verba *de hæresi*, non habentur in c. cit.
48) *Peierauit*, c. cit.
49) *Nolumus*, C. R. 1. *nolimus*, c. cit.
50) *Ipsum*, C. H.
51) *Condemnare*, C. R. 1.
52) *Recipientes*, c. cit.
53) *Ab illo*, C. R. 1.
54) *Temporalis*, C. R. ed. ant. et c. cit.
55) *Iniungatis*, c. cit.
56) *Confessus*, C. R. 1.

CAP. XV.

Non præsumitur incontinens in senectute, qui in iuuentute continuit: maxime si est litteratus.

IDEM *Cenadien.* 57) *episcopo et abbati de Ciquedor.* 58) (*ann.* 1198. *Romæ in Pannoniam.*)

Cum in iuuentute sua [*ven. f. n. C.*] *g* Quinque ecclesiensis 59) episcopus adeo se maturum, honestum et prouidum exhibuerit, vt 59*) [*propter suauem suæ probitatis odorem*] ab ecclesia Romana meruerit pallio 60) decorari; non est de leui credendum, quod, postquam ad senilem *h* peruenit ætatem, turpiter abiecerit 61) iugum Domini, fœtores [*et fœditates*] libidinis amplectendo: cum labes huiusmodi, quæ nonnunquam in iuuentute contrahitur, in senectute frequentius expietur. Quis præterea de facili crederet 62), quod vir præditus scientia litterarum, propriæ salutis oblitus, ad eam passionis ignominiam se conuerteret *i*, vt cum propria nepte abominabilem perpetraret incestum? Cum etiam secundum sententias 63) ethnicorum naturale fœdus inter tales personas, nihil permittat 64) tanti criminis suspicari *k*. Licet igitur [*illustris*] rex Hungariæ eundem episcopum nobis [*interdum*] per nuntios et litteras de tali crimine detulisset, postulans [*suppliciter et instanter*,] vt malum huiusmodi perniciosum exemplo de Hungarica ecclesia 65) tolleremus; quia tamen eius suggestio non de caritatis radice [*sed ex odii fomite*] procedere videbatur, [*cum ipsum tanquam inimicus persequi non cessaret, sicut est in tota prouincia manifestum*:] voluimus 66) aures nostras quasi malignis delationibus 67) inclinare, sed *l*, vt probaremus, si spiritus 68)

57) *Canadien.* C. R. 1. sed C. R. 2. *Tenens.* denique edit. Pith. *Genadien.*
58) *De Stor.* C. R. 1. *de Nor.* C. R. 2. sed ed. ant. *de Aquarum*, et c. 2. comp. 3. h. t. *de Ciquedor.*
59) *Wesiensis.* C. H
59*) *Vt propter suauem suæ probitatis odorem*, C. R. 2.
60) *Ornamento pallii*, c. cit.
61) *Eiecerit*, C. R. 1.
62) *Præsumeret vel crederet*, C. H.
63) *Leges*, C. R. 1.
64) *Committat*, c. cit.
65) *De Hungarica ecclesia*, C. R. 1. *de Hungaria*, C. R. 2.
66) *Noluimus*, C. H. et ed. ant.
67) *Detractionibus*, ed. ant.
68) *Spiritus eius*, ibid.

a Quod sit audiendus, qui suam turpitudinem allegat ob animæ periculum euitandum, vide Iason. in l. iusiurandum, quod ex conuentione §. procurator ff de iureiur. *b* Iungantur. *c* Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. *d* Quid continuatur sub hoc, infr. patet in gloss. super verb. purgando.

e Videtur, al. videbatur. *f* Temporalis, in omnibus vet. libr. et in vet. compil. *g* Cap. 2. eod. tit. in 3. compilation. *h* Postq. venit ad senilem ætatem, etc. *i* Conuerteret. *k* Vide l. vt nun. et ibi gloss. et Doct. ff. de iust. et iur. *l* al. Sed vt probaremus spiritus, si essent ex Deo, etc.

essent

esset ex Deo, [*bon. mem.*] Auriensi 69) a episcopo 70) dedimus [*nostris litteris*] in mandatis, vt prudenter et caute a coepiscopis 71) indagaret, vtrum præfatum episcopum crederent 72) tali labe respersum. Qui nobis postmodum rescripserunt, quod eum virum honestæ conuersationis esse credebant, personam illius multipliciter commendantes 73).

69) *Iauarens.* C. R. 1. et H. sed C. R. 2. *bonæ memoriæ Lauar.* ed. ant. *Lauanen.* o. cit. vero: *Iauriens.*
70) *Archiepiscopo*, C. R 1.
71) *Ab episcopis*, C. R. 2.
72) *Crederet*, c. cit.
73) Hoc tamen non obstante ipsi pontifex purgationem canonicam indixit, *non iuris necessitate sed importunitate petentis*, vt ait pontifex in *c.* 12. *X. de purgat. canon.*

CAP. XVI.

Is, pro quo beneficiando scribitur cum clausula, si idoneus fuerit, non tenetur probare se idoneum: cum idoneus præsumatur.

ADAM *b archidiac.* 74) *et præposito* [*de Secam, subd. nostro, canonico*] *Mediolan.* (*ann.* 1200. *Romæ in Insubriam. Conf. c.* 9. *comp.* 3. *de verb. sign.*)

Dudum [*bon. mem.*] r archidiac. Mediolan. dedimus in mandatis, vt [*dil. fil.*] C. scholarem a presbytero sancti Victoris [*XL. martyrum, qui solus in ipsa ecclesia ministrabat, in quo, sicut schol. idem asserait, quondam ministrauerunt clericus et sacerdos,*] in clericum et fratrem d eiusdem ecclesiæ recipi faceret, [*cuius facultatis idem schol. proponit nullatenus immunitos*]. Sed presbyter memoratus [*ipsius*] archidiaconi [*molestiosi*] declinans examen, [*I. clericum ad nostram præsentiam destinauit, cui et præfato C. ven. f. n. Tranen. archiepiscopum ap. sed. leg. tunc subd. et capellanum nostrum dedimus auditorem, coram quo dictus I.*] asseruit, quod nequaquam sufficiebant duobus clericis facultates ecclesiæ memoratæ, adiiciens, quod prædictus C. non erat idoneus ad illius ecclesiæ beneficium obtinendum. [*et infra.*] Causam vobis duximus committendam 75) ita, vt ex illa clausula, scilicet si persona fuerit idonea, quæ nostro rescripto reperitur inserta 76), eidem scholari probandi se idoneum nulla necessitas imponatur 77); cum prima facie præsumatur idoneus: nisi aliud 77*) in contrarium ostendatur.

74) *Archiepiscopo*, C. R.
75) *Committere*, c. 9. comp. 3. de verb. sign.
76) In cit. c. desiderantur verba: *quæ nostro rescripto reperitur inserta.*
77) Negatiua ergo ab aduersario probanda. quia præsumtio pro *habilitate* militat, quæ semper etiam in *affirmatiua propositione* onus probandi in aduersarium deuoluit.
77*) *Aliter*, cit. c.

TITVLVS XXIV.
DE IVREIVRANDO.

CAP. I.

Agi potest ad relaxationem iuramenti, cuius implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis. H. d, quoad intellectum, et est casus notabilis. Abbas,

GREGORIVS III. 78) *o vniuersis Christianis* 79)

Ex administrationis f: [*et infra.*] 79°) [*Quoniam igitur creditores ad vsuras sibi soluendas in manifestum periculum animarum iuramento debitores astringunt: nos eorum saluti volentes iuxta debitum officii nostri prospicere, et iniquum grauamen a debitoribus remouere, et illis præcipue, qui se, vel auxilium dederunt ad succursum terræ Hierosolymitanæ præstandum, vnia. v.*] mandamus, quatenus 80) creditores [*ipsos*] ad iuramento super vsuris sibi 81) soluendis præstita, relaxanda, *subl. contradict. et app. obst.* 82) ecclesiastica districtione 83) cogatis 84).

78) Verba huic textui inserta ex *c.* 4. *comp.* 2. *h. t.* ostendunt euidenter, textum hunc Gregorio VIII. tribuendum esse, qui anno MCLXXXVII. sedit, et pro negotio crucis sollicitus fuit, quod eo tempore feruebat.
79) Verba *vniuersis Christianis*, desunt in C. H. et ed. ant.
79°) Verba hæc inserta etiam leguntur in ed. Cont. paucis tantum mutatis.
80) Voces *mandamus, quatenus*, absunt a C. H.
81) Dictio *sibi*, desideratur in c. 4 comp. 2. h. t.
82) Verba *subl. contradict. et app. obst.* desiderantur in C. R. et ed. ant.
83) *Districtionis ecclesiasticæ sententiæ*, cit. c.
84) Creditoribus ius quæsitum erat ex præstito iuramento, qui illud restitui voluere et ad hæc auctoritate ecclesiastica cogi poterant. quum ve ipsimet episcopi illud relaxarent, quia debitores illud poterant seruare salua salute æterna. *c.* 6. *X. v. v.*

CAP. II.

Non valet iuramentum præstitum a prælato de non repetendis rebus ecclesiæ. Vel sic: *a iuramento meticuloso fit absolutio per iudicem ecclesiasticum.*

GREGORIVS *in registro* 85) *g. Remo in Gall.*

I. Peruenit ad nos *h*, Laudicen. 86) episcopum ab Ar. 87) comite rebus suis spoliatum, et [*ad nequitiæ suæ augmentum gladiis*] iurare compulsum, quod non repeteret sic ablata 88): [*et huius tanti sceleris veniam sibi impertiri rogat*] Cognita igitur 89) contumelia, [*sibi in beato Petro illata,*] valde doluimus, asserentes, ipsum episcopum nullius 90) iuramenti vinculis super hoc 91) posse constringi 92): quem tamen 93) [*apostolica auctoritate*] absoluimus; quia nefandissima coactione iurauit 94).

85) Excerpta hæc sunt et in compendium contracta ex epist. prolixiori libr. VII Gregorii VII. relata ab *Harduino tom. VI. p.* 1. *concil. P.* 13. p. 1436. et ad annum MCLXXX. referenda.
86) *Laudunensem*, habetur in comp 1 c. 9. h. t rectius.
87) *Ab Arnulpho*, C. R 2. et H sed in cit. c. est: *Arfulfo.*
88) *Quod ablata numquam peteret.* cit. c.
89) Ibid. est: *itaque.*
90) *Iure fraternitatem nullis*, ibid.
91) Verba *super hoc*, desiderantur ibid.
92) *Adstringi*, C. R. 2.
93) *Tamen eum*, cit. c.
94) *Iurauerit*, ibid.

CAP. III.

Non deierat, qui iuramenti implementum in melius commutat. Et non adstringitur quis iuramento ad implendum, quod iurauit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu præbuit iuramentum.

IDEM 95) [*in registro*] *regi Francorum* 96).

II. Peruenit i ad nos, [*quod, cum iam pridem ad partes Aluerniæ, et c. et infra.*] Non enim propositum aut promissum infringit, qui in melius illud commutat 97). Nec tu ei, etiamsi [*præscriptum*] promissum tuum iuramento 98), vel fidei obligatione, interposita conditione, firmasses, aliquatenus teneris, si constat 99), eum conditioni minime paruisse.

95) Ergo hic quoque textus debetur *Gregorio VII.* regi Francorum *Philippo* I. scribenti.
96) *Franciæ*, C. R. 1.
97) *Immutat*, C. H.
98) *Sacramento*, ibid.
99) *Si constet*, c. 10. comp. 1. h. t.

CAP. IV.

Ponitur forma iuramenti septem capitula continens, secundum quam iurant papæ episcopi: sed hodie omnes recipientes dignitatem a papa sibi iurant. Hoc sit pro summario et diuisione.

IDEM *Petro subdiacono.*

Ego 100) *k* N. episcopus ab hac hora in antea fidelis ero sancto *l* Petro, sanctæque [*apostolicæ*] Romanæ ecclesiæ, dominoque meo papæ C. 1) eiusque successoribus canonice intrantibus. Non ero neque 2) *m* in consilio, neque in facto, vt vitam perdat aut membrum *n*, vel capiatur mala captione. Consilium, quod mihi 3) aut per se, aut per literas, aut per nuntium, manifestabit, ad eius *o* damnum 4) nulli pandam. Papatum sanctæ 5) Romanæ ecclesiæ et regulas sanctorum patrum adiutor ero ad defendendum et retinendum, saluo ordine meo, contra omnes homines. Vocatus ad synodum veniam: nisi præpeditus 6) fuero canonica præpeditione. Legatum apost. sed. 7) quem certum [*legatum*] esse cognouero, in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adiuuabo. Limina apostolorum singulis annis aut per me, aut per certum nuntium [*meum*] visitabo: nisi eorum absoluar *p* licentia. Sic me Deus adiuuet, et hæc sancta *q* euangelia.

100) Hæc formula iuramenti habetur in *concilio Romano VI.* sub *Gregorio VII.* habito anno MCLXXIX apud *Harduinum tom. VI. P.* 1. *concil. p.* 1586.
1) C. H. legit: *G.* cum ed ant. sed in c. 20. comp. 1 de elect. et el. potest. est: *N*
2) Part. *neque*, in C. R et cit. c. non legitur.
3) Partic. *aut*, in cit. c. non habetur.
4) *Eorum damnum*, C. R H ed. ant et cit. c.
5) Vox *sanctæ*, a C. R. H. ed. gloss et c. cit. abest.
6) *Impeditus*, ed ant.
7) *A sede Apostolica*, C. R. 1.

CAP. V.

Non tenetur clericus episcopo suo obedientiæ iuramentum præstare, nisi ratione administrationis sibi concessæ.

VRBANVS 8) PAPA. (*ann.* 1228. *Romæ.*)

Nullus *r* episcopus clericos suos, nisi forte, quibus ecclesiasticarum rerum commissa fuerit dispensatio, sibi 9) iurare compellat.

8) *Vrbano* II. hic textus adscribitur in *c.* 23. *C. XXII. q.* 5. circa annum MXCV
9) Pron. *sibi*, deest in C. H

CAP. VI.

Qui se obligauit ad vsuras soluendas, soluere non cogitur, nisi iurauerit: quo casu cogitur, sed repetit

ALEXANDER III. *episcopo Vigilen.* 10) (*ann.* 1180. *Romæ in Apuliam.*)

Debitores *s* [*autem*] ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerant, cogi non debent: [*nisi eas iuramento soluere teneantur.*] Si vero de ipsarum solutione iurauerint 11): cogendi sunt domino reddere

10) *Vigilien.* C. R. 1. et ed. ant. rectius, quæ est ciuitas apuliæ.
11) *Iuramentum fecerint*, c. 2. comp. 1. h. t.

---

a Iauarensi. b Archiepiscopo. c *Ex hac Decr. collige, quemlibet præsumi bonum, de quo art. præter hic vide Alex. cons.* 127. *incip. Saluatoris in* 3. *volum.* d *vide Angelum.* e *In duobus vetustissimis*, nonus: *in ceteris tertius habetur; in vno octauus, quod rectius videtur. Hoc caput inordinate et præpostere sequentibus est præpositum: cum sit ex sec. compil. sequentia ex* 1. f *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *compil.* g *al.* ex registro Gregorii. h *Cap.* 9. *eod. tit. in* 1. *compil. et post Conc. Lat. sub Alex. III. p.* 37. *c.* 7.

i *Cap.* 10. *eod. tit. in* 1. *comp. Sed neque hoc c. dicit Ant. August. se inuenisse in reg. B. Gregor. vide R. Thom.* 2. 2 *q.* 89. *art.* 7. *et q.* 88. *art.* 2 *et* 12. k *Cap.* 20. *de elect. et el. potest. in* 1. *compil.* l *al.*, beato. m *dicto* neque, *alest.* n *Quid appell. membri venit. Bartol. in l.* 1. *ff. de pœn. iud. Auth. sed nouo iure, C. de fen. fugit. et* 89. *dist. c. singula.* o eorum. p *al.* absoluar q Sancta Dei r *Cap.* 1. *eod. in* 1. *comp.* s *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compilat. et post concil. Lat. sub Alex. III. p.* 16. *c.* 4.

iure

iuramentum, [*ut creditoribus soluatur.*] Et cum vsuræ solutæ fuerint: creditores ad eas restituendas sunt ecclesiastica seueritate, si necesse fuerit 12), compellendi 13).

12) *Necessitas fuerit*, C. R. 1.
13) *Cogendi*, cit. c.

CAP. VII.

Debitor, qui iurauit, creditori nullum grauamen super re pignorata inferre, donec soluerit debitum, non auditur repetens pignus, volendo compensare fructus in sortem: sed debet prius debitum integraliter soluere, et demum rem cum fructibus inde perceptis exposcere. H. d. et est casus notabilis.

IDEM *Rothomagen. archiepiscopo et eius suffraganeis.* (*ann.* 1180. *Romæ in Gall.*)

I. Ad nostram noueritis audientiam peruenisse a, quod, cum Petrus [*de Nuardem tempore guerræ, quæ fuit inter carissimum filium nostrum H. illustrem regem Anglorum et filios eius,*] quibusdam hominibus [*prouinciæ regni Francorum*] certam summam pecuniæ mutuasset, quasdam ab eis possessiones et reditus recepit in pignore 14), ipsos sub iuramenti religione [*sibi*] adstringens 15), quod super [*possessionibus et reditibus*] illis, donec soluerent sibi pecuniam [*mutuatam.*] nullum ei grauamen [*vel molestiam*] inferrent. Licet autem de possessionibus illis et reditibus [*præfatis*] nondum [*plene*] sortem [*suam, sicut asserit,*] deductis expensis, receperit b; [*quia*] tamen tu, frater archiepiscope, eum propter hoc excommunicationis vinculo adstrinxisti; [*exinde vobis litteras nostras cogimur destinare: præsertim tam ipse, sicut asserit, forte velit esse contrarius.*] Ideoque 16) [*f. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, recepta a præfato P. sufficienti cautione, quod [*exinde*] vestro debeat parere mandato, eundem, [*penitus auctoritate nostra, contradict. et app. cess. a sententia, qua tenetur,*] absoluatis [*et*] deinde 17) debitores eius, qui [*sibi*] prædictas possessiones et reditus contra iuramentum [*suum*] subtraxisse dicuntur, si ita est 18) c, eos 19) ecclesiastica censura 20) cogatis, vt hæc 21) [*eidem P. dilatione et app. cess.*] restituant, nec sibi [*de cetera contra iuramentum suum*] molestias inferant, donec ei pecunia persoluatur: [*quia non est tutum cuilibet, sed periculosum potius religionem infringere iuramenti.*] Cum autem ei 22) pecuniam [*suam,*] sicut iurauerunt 23), persoluerint; vos ipsum ad restituendum, quicquid [*vobis tunc*] deductis expensis, vltra sortem 24) recepisse constiterit, [*studiose monere et diligenter*] inducere studeatis: et, si commonitus [*id*] non fecerit, in eandem excommunicationis sententiam reducatis 25) eundem, [*rem. app. obst. quia, sicut periculosum est debitoribus suum iuramentum infringere, ita et non minus periculosum est creditoribus detinere, quod pro vsuris receperint: cum detestabile sit vsurarum crimen, et horrendum plurimum et vtriusque testamenti pagina condemnatum.*]

14) *Cepit in pignus*, c. 1. comp. cit. 1.
15) *Iuramento Adstrinxit*, Ibid.
16) *Inde est, quod*, ibid.
17) *Demum*, C. R. 2.
18) In ed. ant. legimus: *si ita esse inueneritis.*
19) Pronom. *eos* a C. R. H. et. cit. c. abest.
20) *Per censuram ecclesiasticam*, C. R. 1.
21) *Hæc eadem P.* C. H. sed loco vocis *hæc*, in cit. c. ita legimus: *possessiones ipsas et reditus.*
22) *Prædicto P.* cit. c.
23) *Iurauerunt*, C. R. 2. et cit. c.
24) Etenim etiam hoc iure antichresis damnata fuit, quod fructus loco vsurarum perciperentur; c. 4. 6. *de pignor.* c. 1. 8. §. 16. *X. de vsur.* c. 13. *X. h. t.* quæ tamen hoc tempore in Germania frequens fuit, ab ipsis Cæsaribus exercita, teste STRAVCHIO *de oppign. imper.* Exempla diplomatum addita sunt *tom. V. tur. eccl. tit. de vsur.* §. 28. quæ ostendunt, principia iuris canonici vsurarum vsum in nostro imperio abolere non potuisse.
25) *Reducatis*, C. H.

CAP. VIII.

Si iuramentum per metum extortum seruari potest sine interitu salutis æternæ; seruandum est: ecclesia tamen Romana consueuit a tali iuramento absoluere.

IDEM ALEXAND. III. *Senon archiepiscopo.* (*ann.* 1180. *Romæ in Gall.*)

Si vero d aliquis quenquam grauissimo metu sub religione iuramenti suum ius remittere 26) coegerit, ipsumque sibi retinuerit 27); quia nos consulere voluisti, an alter eorum, vel neuter id habere debeat: [*hoc*] tibi duximus respondendum, quod non est tutum, quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit, quod seruatum 28) vergat in interitum salutis æternæ. Nec nos alicui 29) [*ex responsione nostra*] dare materiam volumus veniendi contra iuramentum propri-

26) I. e. ius suum dimittere, quo in sensu frequenter hoc verbum occurrit in diplomatibus medii æui, teste CANGIO *in glossar.* hoc vero imo frequentissima est in iure feudali, quo de *refutatione feudi* sæpe agitur.
27) *Ipsum quoque sibi retinuit*, c. 4. comp. cit. 1.
28) *Conseruatum*, ibid.
29) *Cuilibet*, ibid.

a C. 3. eod. tit. in 1. compil. b Ibid. § 1 cum not. C. de fruct. et lit. expens. c *Cod. Barb.* Si ita est, per censuram ecclesiasticam cogatis. d *Cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *compil. et post Conc.* p. 17. c. 1. vide c. *ad audientiam*, *supra*.

um 30), ne auctores periurii [*esse*] videamur 31). Verum 32) aliquando in Rom. eccles. a pluribus [*etiam*] præd. n. factum esse 33) recolitur, quod clerici, qui coacti ministerium ecclesiæ abiurarunt 34), de iuramento absolutionis beneficium meruerunt, et ad coercendam iniquitatem eorum, qui ecclesiasticos viros ad præstandum illud [*iuramentum*] compulerant 35), permissi sunt in eadem ecclesia ministrare.

30) *Suum*, ibid.
31) Quod, licet is, qui extorsit iniquo hoc iuramentum nullum ius quæsitum inde habeat, DEO tamen ius quæsitum sit, cui iurans promisisse dicitur se iuramentum seruaturum. Ita etiam GROTIVS rationes subducit cum iure canonico, vt *relaxatione* eius opus sit, quo ab eo liberetur
32) *Veruntamen*, C. R. 1.
33) Verbum *esse*, deest in C. H.
34) *Abiurauerint*, est in cit. c.
35) *Compellant*, C. R. 2.

CAP. IX.

Monachi, qui pro debito monasterii iurant stare in obstagio, et fideiussores, qui iurauerunt creditorem indemnem seruare, iuramenta seruare coguntur.

IDEM *Sardiniensibus* 36) *episcopis.* (*ann.* 1180. *Romæ in Sardin.*)

Ex rescripto f [*quodam,*] quod nobis est præsentatum, [*manifeste nobis*] innotuit, [*R. quondam*] abbatem Tremen. 37) cum Petro 38) super summa octo millium solidorum taliter conuenisse: [*et infra.*] Super hæc 39) prædictus abbas quosdam ex monachis obsides 40) dedit, qui de obseruanda conuentione iurauerunt 41), vt, si ipsi deficerent, alii monachi loco eorum in obstagio ponerentur 42). Insuper, si fidem dicti monachi non seruarent, abbas dedit eidem W. g et eius vxorem 43) fideiussores: qui similiter fidem præstitisse dicuntur. Ideoque mandamus 44), quatenus tam abbatem quam h monachos 45), quam W. et vxorem ipsius 46) [*studiose*] monere curetis, vt, sicut iurarunt 47), eandem conuentionem faciant adimpleri: alioquin 48) [*eidem*] abbati et monachis ingressum interdicatis ecclesiæ, et in terra 49) præfati W. et vxoris eiusdem, vsque ad dignam 50) satisfactionem, inhibeatis diuina officia celebrari.

36) Recte obseruat GONZAL. cum CVIACIO, legendum esse: *Senonensi et Cabilonensi episcopis*; quia hic agitur de *Trenorciensi* monasterio, sito in Cabilonensi diœcesi: vnde CONTIVS cum C. H. legit: *Sardinensi episcopo*, et c. 6. comp. 1. h. t. *Sarcon. et Sardon. episcopis.*
37) *Trecen.* C. R. 1.
38) *Cum W.* c. cit.
39) *Super hoc*, C. R. et cit. c. quod etiam addit. *eund.*
40) H. e. Fideiussores, vinculo *obstagiali* obstrictos, cuius vsus in Gallia et Germania olim frequens fuit. Erat enim OBSTAGIVM *pactum, quo debitor promittebat, de se, vbi ad constitutum tempus non solueret, in certo loco sistendo et inde non recedendo, donec promissioni satisfactum.* Vocabantur tales debitores *obsides*, qui iure gentium in bellis dari solent, ad promissi fidem seruandam, et tam diu detineri, donec fides promissi fuerit impleta. Formulas obstagii habet SCHATEN *libr. XI annal. Paderborn. ad ann. MCCXXX.* MARTENE *thes. anecdot. P. I. p.* 972. MADERVS *antiqu. Brunsuic. p.* 135 vid. supra c. 11. *X. de arbitr.* Ab hoc vinculo ne quidem *clerici* et *monachi* exemti fuerunt, nec hodie in Holsatia teste AMTHORIO *de obstagio p.* 87. *sq.* quod approbat pontifex in *h. c.*
41) *Iuramentum præstiterunt*, cit. c.
42) *Reintrarentur*, ibid.
43) Frustra legitur in cit. c. *vxori*, cum hoc non respondeat concilio.
44) Ipse tenor. cit. c. post vocem *dicuntur*, est hic: *Si ita est, tam abbatem et monachos, qui iurauerint, quam W. et vxorem ipsius etc.*
45) *Et monachos*, C. R. H. at Pith.
46) *Vxorem eius*, C. R. 1. L. et. H. habent. Hæc pariter vinculo obstagiali iurato erat obstricta, a quo se eximere non poterat *exceptione SC. Velleiani*, iure Romano introducta, sed Gallis Germanisque seculo XII. incognita, fidem datam, maxime in *obstagio*, sancte colentibus, adeoque pontifex ad hoc asylum recurrere non potuit.
47) *Iurauerunt*, cit. c.
48) Pro *alioquin*, legimus in cit. c. *Si vero ad admonitionem vestram facere neglexerint.*
49) *In terram*, ibid.
50) *Condignam*, C. R. 1.

CAP. X.

Periurus est et ab ecclesia remouendus, qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum iuramentum.

IDEM *London. et Vigorien. episcopis* 51). (*ann.* 1180. *Romæ in Angliam.*)

Querelam i R. canonici Lincolnien. [*ecclesiæ*] accepimus, quod, cum W. [*Salaagius nomine,*] clericus ei 52) duos Bisantios 53) nomine ecclesiæ de Statera 54) se annuatim soluturum, interposito iuramento firmasse, [*contemta religione iuramenti iam*] per biennium ab huiusmodi pensionis solutione cessauit. Quoniam igitur non me-

51) *Wigor. episcopo*, in c. 7. comp. 1. h. t. rectius legitur.
52) Vox *ei*, desideratur in ed. ant.
53) *Byzantios*, est in cit. c.
54) *De Statan.* C. R. 1. sed C. R. 2. *de Strata.* cit. c. *destinauerit.* de inde ibid. e concilio hæc adducitur: *quos annis plurimis persoluisset, et se illos annuatim sibi soluturum etc.*

e Sardin. et Gabilon. Episc. f *Cap.* 6. *eod. tit. in* 1 *compil. et post Conc. Lat. sub Alex. III. p.* 17. c. 3. g *Al. G. al. N.* h *In antiqu. et Monachos.* i *Cap.* 7. *eod. tit. in* 1. *comp. et post Conc. Lat. sub Alex. III. part.* 17. c. 5. *Vide Corsft. sing.* 93. *lit. E. in verbo emphyteuta.*

ren-

rentur ecclesias regere, qui sint crimine periurii irretiti, [*f. v. per A. S. præc.*] mandamus, quatenus [*partes ante vestram præsentiam conuocetis, et super his rei veritatem curetis diligentius inquirere, et.*] si vobis constiterit, memoratum 55) W. contra iuramentum suum non necessitate, sed voluntate, ab eiusdem 56) pensionis solutione a cessasse 57), ipsum a præscripta 58) ecclesia [*auctoritate nostra, contradictione et app. cess.*] remouentes, eam 59) præfato R. restituere minime differatis, [*ipsumque faciatis pacifice possidere.*]

55) *Præfatum* C. H.
56) *Huiusmodi*, C. R. r.
57) *Cessare*, ed. ant.
58) *Prædicta*, C. R. 1. et cit. c.
59) *Remouens curetis, et ecclesiam*, cit. c.

CAP. XI.

Si præsentatus iurat præsentanti de antiquo censu augendo, et postea contrarium iurat instituenti; valet secundum, et non primum: tamen ab ecclesia remouetur.

LVCIVS III. *Norwicen. episcopo.* (*ann.* 1181. *Roma in Angliam.*)

Quia tua nos duxit fraternitas b consulendos, cui standum sit iuramento, cum clericos 60) [*quosdam*] religiosi [*viri*] iurisiurandi religione constringunt ad maiorem solito 61) pensionem soluendam, vel præstandum aliquid beneficii, præter solitam pensionem; cum autem instituuntur ab episcopis, iurant, quod antiquam pensionem et solitam non augebunt: tuæ igitur consult. breviter c respondemus, quod, cum posterius iuramentum 62) ratione et Lateranensis Concilii d auctoritate iuuetur, primo præiudicat, quod de cupiditate processit 63). Cæterum iustum est 64), vt clerici pro periurio, quod vitare non possunt, ab ecclesiis perpetuo excludantur.

60) *Quosdam*, C. H.
61) *Solita*, est in c. 2. comp. 2. h. t.
62) *Iuramentum, quod fit episcopis*, C. R. 1.
63) *Procedit*, ibidem.
64) in c. cit. legimus: *Iustum est autem.*

CAP. XII.

Episcopi de periurio grauius, quam alii, sunt puniendi. H. d.

VRBANVS III. [*in registro*] *archiepisc. Pisan.* 65) (*ann.* 1186. *Romæ in Tusciam.*)

Cum e quidam [*episcopi Sardi, sicut nobis est ex tua parte propositum, quibusdam pecuniam, sicut tenebantur iuramento adstricti, non soluerint; et quidam episcopus ipsius terræ in die dedicationis ecclesiæ ordines, cum dies ille ad hoc institutus non fuerit, celebrauerit; quidam etiam in venerint aliquando, quod fratri vel sorori, patri vel matri loqui non debeant, aut quodlibet eis subsidium ministrare: a nobis, quid de huiusmodi faciendum sit, tua f. requisiuit. Nos itaque denegare nolentes, quod a nobis caritate suggerente postulare videris,*] consult. t. i. r. 66) quod in episcopos, qui suum transgressi sunt iuramentum, est tanto grauius vindicandum, quanto maiori præeminent dignitate, et eorum exemplo facilius alii poterunt 67) ad similia prouocari. [*Episcopum autem, qui die, quo non debuit, celebrauit ordines, canonica disciplina corrigere et ordinatos a susceptis ordinibus tamdiu debet reddere expertes, donec apud nos vel successores nostros restitutionis gratiam consequantur.*]

Illicitum est iuramentum de non præbendo subsidium coniunctis. H. d.

§. 1. Illi vero 68) f. qui iurant, non loqui patri vel matri 69), sorori vel fratri, aut eis humanitatis subsidium non exhibere 70), absoluendi sunt 71) ab illius 72) obseruantia iuramenti: cum illicitum sit, et [*enim*] contrarium rationi, iniuncta tamen eis de hoc, quod male iurauerant 73), pœnitentia competenti.

65) *Pisanæ*, C. R. 1. Cæterum papa VRALDVM intelligit, vt notat VGHELL. *tom. III. Ital. sacr.* p. 410. cont. c. 20. h. t. not. 55.
66) In c. 11. comp. 1. h. t. ita legimus: *d. c. præsent. litteris resp.*
67) *Potuerunt*, C. R. 1. *poterant*, ed. Pith.
68) *Autem* C. H.
69) *Nec matri*, C. R. 2. *patri, matri*, H.
70) *Non*, a C. R. et cit. c. abest.
71) Sed quod *absolutione* opus est, cum tale iuramentum recta *rationi contrarium*, et sic nullum ipso iure sit? vt pontifex ipse indicat. Absoluendi erant iurantes non *ab obseruantia iuramenti*, sed a peccato, quod in *præstatione ipsius iuramenti* commiserant, post factam pœnitentiam. Si inepte petita fuit *absolutio*: docendi erant errantes, non in errore suo confirmandi. Vnde merito in *c. fin.* pontifex idem non absoluit temere et inique iurantem, sed ei pœnitentiam iniungit. conf. c. 18. *X. h. t.*
72) *Huiusmodi*, C. H.
73) *Iurauerunt*, C. H. et cit. c.

CAP. XIII.

Non valet iuramentum monachi claustrum abiurantis: et sibi de hoc gratis pœnitentia iniungitur.

IDEM

Sicut g ex litteris tuæ discretionis cognouimus 74), R. Prior monasterii tui, [*inter præsentiam*] iracundiæ calore succensus [*præcipitato mentis instinctu temerario*] iuramento firmauit 75), quod in claustro eiusdem monasterii, quo se vinculo professionis adstrinxit 76), non esset cum G. 77) monacho vlterius moraturus. [*Quærentis ergo tibi, quid super hoc circa eundem monachum sit agendum,*] respondemus, quod, [*cum beatus Benedictus in regula sua, quam fere omnes monachi profitentur, iurare omnino prohibeat,*] non licuit monacho supra dicto temerarium h iuramentum facere: maxime cum fidem professionis frangeret, et stabilitatis suæ propositum euacuaret 78). Ideoque circa eum tua sollicitudo prouideat, quod talis ei pœnitentia iniungatur, [*per quam omnipotenti Deo de suscepto in vanum eius nomine satisfaciat,*] vt alius quilibet exemplo eius deterritus 79), simile aliquid facere 80) pertimescat: ipse 81) vero in claustro, quod licite abiurare non potuit, cum stabilitate perpetua suam pœnitentiam exsequatur, [*ita tamen, ne ex eo, quod ad præsentiam nostram accessit, solita regularis beneficii portione priuetur.*]

74) *Agnouimus*, C. R. et H.
75) *Firmauerit*, c. 3. comp. 2. h. t.
76) *Constrinxit*, C. R. 2. et H.
77) *Cum Guidone*, cit. c.
78) *Vacuaret*, ibid.
79) *Perterritus*, C. H.
80) Vox: *facere*, a C. R. 1. H. et cit. c. abest.
81) *Ipso*, ed. ant.

CAP. XIV.

Vasallus, qui iurauit prælato, successoribus iurare non cogitur.

CLEMENS III. W. i *regi Siciliæ* 82). (*ann.* 1189. *Romæ in Siciliam.*)

Veritatis k amica simplicitas [*nullis verborum fallaciis, nullis appetit ambiguitatum innubilis obfuscari etc. Eo propter, fili carissime in Domino, audito, quod in magnitudinis tuæ præsentia quæstio mota fuerit, vtrum ex tenore nostri rescripti colligeretur, quod singuli tuorum heredum singulis nostris successoribus fidelitatis præstare debeant et hominii iuramentum? Intellecta igitur etiam expositione dilectorum filiorum nostrorum A. tit. S. crucis in Hierusalem et P. tituli S. Laurentii in Damaso presbyterorum Cardin. sed apost. legatorum, quæ ad nos fuit ab ipsis sigillorum suorum testificatione transmissa, o sano intellectu eorum nolentes aliquatenus dissentire, serenitati regiæ duximus intimandum, quod, cum intentio nostra sit nil intolerabile tibi tuisque heredibus imponere, taliter in hoc articulo tibi*] respondemus 83), vt heredes tui, qui nobis vel alicui successorum 84) nostrorum iurauerint, aliis 85) iurare minime compellantur: catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, et homagii 86) l, et fidelitatis puritatem, nihilominus, ac si iurassent, omni tempore teneantur absque tergiuersatione aliqua 87) fideliter obseruare; [*nisi forte alicui eorum, sicut personæ tuæ fuerit hominium de benignitate sedis ap. relaxatum: quæ tamen non credat propterea a fidelitatis suæ obseruatione se immunem esse.*]

82) Verba *W. Regi Siciliæ*, desunt in C. H. et edit. ant. sed CONTIVS habet ista in margine. Rescribit autem pontifex WILHELMO II. qui anno MCLXXXIX. in fine decesserat, teste PAGIO *ad cit. ann.* n. 10. adeoque de suis successoribus sollicitus ad pontificem hoc anno vltimo vitæ scripsisse videtur, non sequ. vt Pithœi existimant, quo iam mortuus fuerat, et TANCREDVS successerat, electione potius, quam legitima successione. Etenim WILHELMVS II. heredem regni designauerat HENRICVM, FRIDERICI imperatoris filium, quem sub appellatione *heredis sui* sine dubio intellexerat, cui et successoribus eius prospicere voluit.
83) *Duximus respondendum* c. 5. comp. 2. h. t.
84) *Prædecessorum*, C. R. 1.
85) *Aliis*, cit. c.
86) *Hominii*, C. R. et cit. c. rectius. Nam de nexu *feudali* quæstio erat, qui conseruari poterat sine *iuramento fidelitatis*, et erga regnum Siciliæ *secundum quod* fuerit *feudum iuratum* pontificis.
87) vox *aliqua*, deest in C. H.

CAP. XV.

A iuramento per metum extorto ecclesia solet absoluere: et eius transgressores vt peccantes mortaliter non puniuntur.

COELESTINVS III. *in Brundusiensi episcopo* 88). (*ann.* 1194. *Roma in Apuliam.*)

Verum n in ea quæstione, quæ [*propter hoc*] quinto loco ponitur, an [*scil.*] a sacramenti vinculo absoluantur, qui illud inuiti pro vita et rebus seruandis 89) fecerunt, [*secundum morem nostræ ecclesiæ prosequentes*] nihil aliud arbitramur, quam quod antecessores nostri Rom. Pont. [*Zacharias, Gelasius, Gregorius VII. et Vrbanus II. atque alii*] arbitrati fuisse noscuntur, qui tales a iuramenti nexibus absoluerunt 90). Cæterum vt agatur consultius, et [*ab eis*] auferatur materia deierandi 91) o; non eis ita expresse dicatur, vt iuramenta

88) Verba *Brundus. Episc.* in C. R. H. ed. ant. Cont. et gloss. desunt.
89) *Saluandis*, C. R. 2.
90) Cen quoque obseruaui supra ad c. 9. in not. Prouocat præterea pontifex ad VRBANI II. et GREGORII VII. decreta in c. 4. et 5. C. XV. q. 6. qui tamen de iuramento vi exacto non agunt.
91) *Periurandi*, C. H. *peierandi*, c. 6. comp. cit.

a cessare. b Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. c taliter. d Conc. Lat. sub Alex. III. c. 7. §. prohibemus. Habes iste de cens. c. prohibemus. e Cap. 11. eod. tit. in 1. comp. f Vide Sotum libr. 8. de iust. et iur. q. 1. art. 7. g C. 3. eod. tit. in 2. comp.

h Vide B. Thom. 2. 2. q. 89. artic. 7. et Sot. l. 8. de iust. et iure. q. 1. art. 7. i Al. Guilielmo. k Cap. 5. eod. tit. in 2. compil. l Al. hominii et fidelitatis puritatem. etc. m Al. Brundusinus. archiepisc. n Pars c. cum non ab homine, supr. de iud. et c. 6 eod. tit. in 2. compil.

non seruent: sed, si non attenderint ea, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi.

CAP. XVI.

Si is, cuius mandata stare iurans, aliquid mihi praecipit contra iuramentum per me prius licite factum: illud seruare non teneor. H. d. inhaerendo verbis litterae.

INNOCENTIUS III. a [*nobilibus viris*] *H. et S. et M. ciuibus Venetis.* 92) (*Roma in Lombard.*)

Veniens b ad praesentiam nostram [*dil. f.*] A. [*lator praesentium humili relatione*] nobis exposuit 93), quod, [*cum*] olim [*fuisset in praesentia dil. f. nobilis viri ducis Venet. cum pluribus aliis constitutus, pro multarum discussione caussarum, accidit, vt,*] cum M. Mauricen. 94) c alternatim conuitia inferendo 95) certauit 96). Propter quod cum grauis inimicitias incurrisset, [*et vos ac alii parentes vestri propter hoc fuissetis vehementius excitati:*] quidam, qui partis vtriusque amatores exstiterant, [*se in medium ingerentes turbationem illam ad pacem studuerunt et concordiam reuocare,*] suggesserunt 97) praedicto A. vt in satisfactione 98) iniuriarum vestro iuraret obedire mandato. Cumque idem d non crederet 99), se tale quid commisisse, propter quod ei aliquod 100) graue deberet imponi, iuramentumque illud 1) sub tali 2) confidentia praestitisset, ipsi [*statim*] sub iuramenti debito praecepistis, [*quod a festo beati Michaelis proximo praeterito in antea*] nunquam curiam [*praedicti*] ducis intraret, nisi tunc, cum omnes per edictum ipsius generaliter ad curiam vocarentur, [*aut nisi per nobilem virum R. comitem et M. Mauricen. quia absentes esse dicuntur, ipsum contingeret reuocari.*] Verum quia idem A. qui, [*sicut asserit,*] dicti ducis est 3) consiliarius, et in iure suo multis ecclesiis, quarum est aduocatus, ex promisso tenetur adesse, nequaquam taliter iurauisset, si mandatum illud sibi contrarium praesciuisset: [*praesertim cum animae suae timeat obuiare saluti, per A. f. mandamus, quatenus mandatum ipsum pro vestrarum remedio animarum penitus reuocetis. Quodsi mandatum ipsum aut nolueritis, aut nequiueritis reuocare:*] noueritis, nos [*ven. fr. n.*] patriarchae Graden. 4) mandasse, vt, si mandatum priori iuramento licite facto repugnet, ipsum auctoritate nostra denunciet non seruandum. e

92) verba *H. et. S. et M.* a C. R. 1. absunt, sed in C. H. 2. ita leguntur; *H. L. et M.* in H. ita: *H. L. et G. ciuibus Veneten.* Denique in c. c. comp. 3. h. c sunt haec: *H. L. M. Mauricen. ciuibus Veneten.*
93) *Proposuit*, C. H. H. et c. cit.
94) *Mauren.* C. H. 1. et ed. ant. *Morien.* edit. Pith.
95) *In ferendo*, C. H. *ingerendo* ed. Pith.
96) *Certaret*, cit. c.
97) *Suggerentes et consulentes*, ibid.
98) *Satisfactionem*, C. H.
99) *Credens*, C. R. H. et cit. c.
100) *Aliquid*, C. H.
1) *Iuramentum*, C. R. ed. ant. et cit. c. sed H. *iuramentum sub* etc.
2) *Sub tanta*, C. H. 2.
3) Haec hic variat cit. c. nimirum sequenti modo: *dicti ducis consiliis, iuramento et in iure suo multis ecclesiis, quarum est aduocatus, promisse tenetur.* etc.
4) Cuius sedes a NICOLAO V. demum venetias translata est anno MCCCCL. teste RAYNALDO *ad cit. ann. n.* 19. hoc tempore adhuc Gradi, vrbis Venetiarum, residentis.

CAP. XVII.

Qui iurauit, ecclesiam defendere, et requisitus sine iusta causa recusat, periurus est: nec eum defendit appellatio.

IDEM *magistro Apollinari* 5). (*ann.* 1206. *Romae.*)

Breui [*a sede ap.*] sollicitatus f es quaestione, vtrum ille, qui iura alicuius ecclesiae seruare, ac pro posse defendere iuramento tenetur, si necessitate imminente super hoc 6) sub iuramenti debito requisitus [*fuerit, et nolens hoc facere ad sedem ap.*] duxerit appellandum 7), periurii reatum incurrat. [*Nos autem quaestioni t.*] respondemus, quod in hoc articulo appellantem a periurio talis appell. non excusat, imo, nisi [*aliqua*] difficultas exsistat 8), propter quam requisitus non possit ecclesiae subuenire, culpa periurii potius irretitur.

5) Integra inscriptio, ex *libr.* 9. *ep.* 287. desumta, est haec: *Magistro Apollinari clerico venerabilis fratris archiepiscopi Strigoniensis.*
6) *Ad hoc*, c. 2. comp. cit.
7) Tanquam a *grauamine extraiudiciali*, a quo hoc iure permissa est appellatio.
8) *Obsistat*, cit. c.

CAP. XVIII.

Iurans scienter illicitum, non indiget absolutione, sed tenetur illud non obseruare. Si vero iurauit ignoranter; debet illud obseruare: si aliquo licito modo est obseruabile. Si autem iurauit licitum, quod putabat illicitum; debet obseruare iuramentum: sed de animo deprauato aget poenitentiam.

IDEM *illustri regi Aragoniae* 9). (*ann.* 1212. *Romae in Arragoniam.*)

Quanto personam g tuam [*inter alios Christianos principes sinceriori caritate diligimus; tanto serenitati regiae diligentiori sollicitudine volumus praecauere, ne quid ei, quod absit, immineat, quod vel in periculum animae, aut detrimentum terrae valeat redundare. Ex tenore siquidem literarum tuarum et plurium praelatorum, nec non et aliorum multorum in regno tuo consistentium nobis innotuit, quod, cum aduersus inimicos Christianitatis, qui prae magnitudine suae potentiae terram Hispaniae tunc temporis occupabant, in auxilium carissimi in Christo fil. n. regis Castellae illustris, cum armatorum multitudine festinares,*] quidam consiliarii tui, [*quin*] imo potius deceptores, tuum animum induxerunt, vt iurares irrequisito assensu populi, vsque ad certum tempus patris tui conseruare monetam, quae tamen circa mortem eius fuerat legitimo pondere defraudata. Cum 10) autem [*eadem moneta*] adeo sit 11) diminuta et minoris valoris effecta, quod graue propter hoc scandalum in populo generatur; tu quod egeras h indiscrete, cupiens 12) reuocare, ac necessitati populi satisfacere, ab obseruatione iuramenti praedicti, [*ex quo tibi et regno tuo metuis graue periculum imminere,*] postulasti suppliciter 13) a nobis absolui. Super quo diligens indagator, [*veritate comperta,*] potuisset facile intueri, quod non tam erat absolutio necessaria, quam interpretatio requirenda: quoniam, cum iuramentum fecisti, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas. Si falsam, [*quod de regia serenitate non credimus;*] iuramentum fuisset 14) illicitum, et nullatenus obseruandum 15); et pro eo esset tibi poenitentia iniungenda: cum iuramentum non, vt esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum. Si vero [*ipsam*] legitimam esse credebas: iuramentum licitum fuit, et vsquequaque seruandum. Et vt irreprehensibiliter obseruetur, consulimus et mandamus, vt reprobata moneta, quae a 16) legitimo pondere fuerat defraudata 17), alia sub nomine patris tui moneta 18) cudatur, quam ad legitimum pondus reducas, secundum eum 19) statum, quem tempore patris tui habuit 20) meliorem, ita, quod [*et*] antiqua moneta, quae ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur: per quod et dispendium vitari poterit, et iuramentum seruari. Veruntamen si [*forte*] monetam ipsam in praestatione iuramenti credebas a legitimo pondere diminutam, et tua super hoc conscientia te remordeat 21): [*v. f. n. Caesaraugustan. episcopo, cui super hoc scribimus,*] tuum humiliter confitere peccatum 22), et satisfactionem iniunctam 23) tibi pro illicito iuramento [*deuote suscipias et*] studeas adimplere.

9) PETRUS II. Rex Arragoniae, ALFONSO regi Castellae, e Saracenis vexato, anno MCCXII. in auxilium venerat, quo anno etiam insignem stragem hos delevit, teste RAYNALDO *ad cit. ann. n.* 22. Auxilii huius meminit ipse pontifex, adeoque circa hunc annum referenda videtur haec decretalis; quamuis RAYNALDUS eius meminerit *ad ann. MCXCIX. n.* 41. Pithoei vero ad ann. MCCV. eandem retulerint.
10) *Quantum*, c. 4. comp. cit.
11) *Est*, ibid.
12) *Discrete cupiens*, C. R. 2. H. et ed. ant. In C. R. 1. vox *discrete*, manu aliena est superscripta. Ex quo conficimus, in nostra verborum serie desiderari partic. *discrete*, scilicet antecedenti *indiscrete*.
13) *Supplicasti humiliter*, cit. c.
14) *Fuit*, C. R. 1.
15) Et ita non indigebat *absolutione*, vt recte censuit INNOCENTIUS III, licet eam postulasset Rex Arragoniae. Aliter censuit URBANUS III. in c. 12. *in f.* h. t. et absoluendos iniqua iurantes credidit: quod *absolutio*, vt dicitur GONZ. *ad cit. c. in f.*, saepe petita fuerat.
16) Praep. *a*, deest in C. H.
17) *Diminuta*, cit. c.
18) Vox *moneta*, a C. R. 1 abest.
19) Pronom. *eum*, non habetur in cit. c.
20) *Habuerit*, cit. ibid.
21) *Remordet*, C. H. *remorderet*, cit. c.
22) *Peccatum*, cit. c.
23) *Quam indixerit*, ibid.

CAP. XIX.

Non valet iuramentum praestitum in praeiudicium iuris superioris.

IDEM *Consulibus et populo* i *Tudertino* 24) (*ann.* 1204. *Romae in Marcam.*)

Venientes k [*nuper*] ad sed. apostol. [*dil. f.*] consules vestros [*benigne recepimus et*] super his, quae ad nos de vobis 25) saepius referuntur, et commonere 26) [*paterne*] curauimus, et aliquantulum aspere conuenire. Cum enim 27), et 28) appellationibus interpositis ad apost. sed. teneamini humiliter et deuote deferre, cum et leges etiam seculares post sententiam beneficium appellationis 29) non denegent aggrauatis, vos [*id minus, quam vos deceat, attendentes*] sententias appellatione suspensas exsecutioni mandatis, [*et grauatis in contemtum sedis ap. appellantes.*] Verum iidem consules nobis [*ad excusationem vestram*] exponere curauerunt, quod, cum aliqui vestrum vocantur ad officium consulatus, firmant proprio sacramento 30), quod super mutuis et plegiariis 31) secundum vestrae ciuitatis consuetudi-

24) *Tudertino*, C. H.
25) *A vobis*, C. H. 1.
26) *Corripere*, C. H.
27) *Autem*, C. H. 2.
28) Copula *et*, desideratur in C. R. H. et c. 5. comp. 3. h. t.
29) *Etiam appellationis*, C. H.
30) *Iuramento*, cit. c.
31) *Plegii et plegiarii*, vti etiam habet CONTIUS, dicebantur *fideiussores*, qui pro aliis fidem interposuerant, obseruante CANGIO *in gloss. hac voce.* Ergo frustra legitur in codicibus et plerisque editionibus: *plagiariis*, vel, vti in cit. c. *plegiatis.* Obseruandum vero ex hoc textu,

a Henrico Vitali et Leonardo Marco Mauricen. b *Cap.* 1. *eod. tit.* in 3. *comp.* c Mauricen. d Cumque idem A. non credens se tale, etc. e obseruandum. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compilatione.* g *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compilat.*

h *In Cod. Barbat.* egeras indiscrete, discrete cupiens, *etc.* i *al.* Tridentino. k *C.* 5. *eod. tit. in* 3. *comp. vide Guid. Pap. hic.*

tudi-

tudinem iudicabunt, et 32) intra XXVIII. dies, quæ iudicauerunt, exsequentur 33). Vnde, saluo huiusmodi iuramento, vos non posse super his appellationibus deferre dicebant. Quia vero non minus iudices secundum leges, quam consules vestri secundum consuetudinem vestræ ciuitatis iudicare iurantur; et ideo 34), sicut iudices contra leges, sic et consules 35) vestri contra consuetudinem 36) possent a subditos aggrauare; [*ne in his etiam videamur deesse grauatis, vniuersit. v. per apostolica scripta*] mandamus [*atque præcipimus.*] quatenus, [*cum approbatas consuetudines vestræ seruari velimus,*] appellationibus ad nos interpositis, deferatis [*humiliter et deuote:*] cum prædictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet 37) intelligi ius superioris exceptum. Cum ergo, [*sicut accepimus,*] postquem [*dil. f.*] S. lator præsentium ad sed. apost. a sententia G. iudicis appellauit 38), sententiam ipsam 39) duxeritis exsequutioni mandandam, in possessionem 40) rerum, de quibus quæstio vertebatur, appellantis aduersarium inducentes; volumus et mandamus, vt possessionem ipsam 41) restituatis eidem 42): alioquin noueritis, nos [*v. f. n.*] episcopo Nucerino 43) b [*per A. S.*] mandasse, vt vos ad id [*mon. præe. per*] eccles. cens. [*ap. rem.*] compellat.

in causa *mutui* et *fideiussionis*, quæ super illa vt plurimum interponebatur, hoc tempore iam *paratissimam exsequutionem*, etiam in Italia obtinuisse, consuetudine adscriptam in ciuitate Vmbriæ Tudertina, quæ sine dubio ex moribus Francorum, iura sua in Lombardiam introducentium, originem traxit. Adeo enim paratissimæ exsequutionis hæ causæ fuerunt, vt ne quidem appellationem admittere voluerint, quod Franci et Germani singulariter fidem in *mutuo* ex *fideiussione* colerent, in hac prouerbio vtentes: *burgen muss man wurgen*, in *mutuo* vero adeo paratam solutionem desiderantes, vt fidem frangentes infamia notarent.

32) In cit. c. desideratur partic. *et*, ac deinde legimus sequentia: *intra XXIX. dies, quod iudicauerint, exsequantur.*
33) *Exsequantur*, C. H. et ed. ant.
34) *Ita*, C. H.
35) *Etiam consules*, C. H.
36) *Consuetudines*, C. R. 1.
37) *Debere*, C. R. 2.
38) *Appellauerat*, C. R. et ed. ant.
39) Vocabulum *ipsam*, deest in C. H.
40) *In possessione*, legimus in cit. c.
41) Pron. *ipsum*, abest a C. H.
42) *Vt possessionem, eidem S. post interpositam ad nos appellationem ablatam, ei sine difficultate qualibet restituere procuretis*, cit. c.
43) *Nucerino*, C. R. 1. sed H. *Metcerino*, ad ant. *Micerio*, cit. c. *Miten.*

CAP. XX.

Iurans vsuras non repetere, potest, iuramento non obstante, ex noua caussa repetere. H. d. secundum intellectum notabiliorem.

IDEM *Pisano archiepiscopo.* (*ann. 1205. Romæ in Tuscian.*)

Ad nostram c noueris audientiam peruenisse, quod, cum I. [*Pellatum*] et G. [*filius eius*] Petro [*Saccan.*] vsuras non modicas persoluissent, [*præstito*] iuramento firmauerunt, quod nec per se, nec per alium prædictas vsuras repeterent, vel 44) apud ecclesiasticum iudicem, seu etiam secularem super his deponerent quæstionem. Cumque creditor [*ipse in mortis articulo constitutus*] condiderit testamentum: suis præcepit heredibus, vt omnibus, qui [*rationibus*] probarent 45), se dedisse 46) vsuras eidem, ipsas eis 47) restituere 48) procurarent. Vnde cum 49) prædicti I. et G. vsuras repetere non attentent propter huiusmodi iuramentum, et 50) heredes prædicti P. eis 51) negligant 52) satisfacere de vsuris; [*ideoque f. t. per A. S.*] mandamus, quatenus sub pœna excommunicationis publice in ecclesia proponi 53) facias vel proponas, vt, qui super hoc nouerint 54) veritatem, procedant ad testimonium proferendum 55): et, si per dicta testium, vel alia documenta tibi [*legitime*] constiterit de præmissis, heredes illius 56), vt vsuras, quas a prædictis [*I. et G.*] pater eorum accepit, restituant vniuersas, [*mon. præe.*] ecclesiastica censura 57) [*app. rem.*] compelles.

44) *Nec*, C. H.
45) *Possent probare*, c. 6. comp. cit.
46) *Soluisse*, C. H.
47) *Eisdem*, C. R. 2. ed. ant. et cit. c.
48) *Restituant*, C. R. 1.
49) Loco harum dictionum in cit. c. tantum legitur: *et*,
50) Hæc copula desideratur ibidem.
51) *Pron. eis*, deest in C. H.
52) *Negligunt*, cit. c.
53) *Proponere*, ibidem.
54) *Nouerunt*, ibidem.
55) Hoc modo coacti sunt debitores, imo et heredes sub pœna excommunicationis ad reuelandum, quippe qui optimum hac in re præ ceteris ferre poterant testimonium. Perceptio vsurarum inter *crimina* de iure canonico refertur, et instar *furti* habetur, c. 10. et. 11. C. XII. q. 3. Quia vero peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum: recepta est iure canonico *excommunicatio ad effectum reuelandi*, vt restitutio fieret, cuius natales pleique tribuunt decretali IOANNIS XXII. in c. vn. extrav. comm. de furt. Verum ex hac decretali INNOCENTII III. liquet, vsum eius longe antiquiorem esse, iam ab hoc pontifice præscriptum, virtute cuius monitoria publica in ecclesia proponuntur ad testimonium perhibendum, seu ad reuelandam quantitatem vsurarum, atque personas a quibus defunctus vsuras perceperat, et quidem sub terrore excommunicationis, quæ etiam hoc iure ignotos ferit, vt notabili exemplo illustraui in c. 2. C. V. q. 1.
56) *Eiusdem*, P. cit. c.
57) *Per censuram ecclesiasticam*, ibidem.

CAP. XXI.

Iuramentum generale debet ita intelligi, si fieri potest, vt non obuiet iuri: alias nunquam temerarium non obliget contra iuris obseruantiam.

IDEM *Neapolitano archiepiscopo.* (*ann. 1206. Romæ in Campan.*)

Ad nostram d noueris audientiam peruenisse, quod [*dudum*] a te quasi per extorsionem tale fuit 58) præstitum iuramentum, quod in omni caussa deberes ordinem iudiciarium obseruare. Verum quoniam secundum traditiones canonicas manifesta accusatione non indigent e; nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus 58*), qui debet in aliis obseruari; nec tu, quando 59) sub præmisso tenore iurasti, habebas 60) in mente, vt propterea venires contra canonicas sanctiones; alioquin non iuramentum, sed periurium potius exstitisset; nec esset 61) aliqua ratione seruandum 62); nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita, quod consonet canonicis institutis, frat. t. auctoritate præsentium intimamus, quod in manifestis et notoriis ratione iuramenti præmissi 63) non credimus, te teneri seruare subtilitatem 64) ordinis iudiciarii: quam 65) in his non seruari per omnia ipsa [*quoque*] iuris ratio postulat et requirit. Vnde videbitur [*nec immerito*] subtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, vt in præmissis non per omnia ordo iudiciarius obseruetur: quanquam et secundum approbatum intellectum [*scripturæ diuinæ*] tacite possit intelligi, quod iurasti, vt in omnibus caussis ordinem iudiciarium obseruares, in illis videlicet 66), in quibus est ordo iudiciarius obseruandus. Sic ergo faciens et iuramenti tenorem seruabis, et instituta canonica non omittes.

58) *Fuerit*, C. R. 2.
58*) Verum quænam sint *notoria et manifesta*, in hypothesi vt plurimum incertum est, quia multa dicuntur notoria, quæ talia non sunt, adeoque reus nunquam inauditus condemnandus. Factum generaliter *notorium* esse potest, vt tamen circumstantiæ eius lateant. Si ergo reus inauditus non est condemnandus; processu opus est et accusatione: alioquin summa committitur iniustitia, vt declaratione et interpretatione pontificia opus non habuerit iuramentum præstitum in casu adducto.
59) *Neque tu cum*, C. H.
60) *Habeas*, est in ed. ant.
61) Vox: *esset*, a C. R. et. c. 7. comp. cit. abest.
62) *Reseruandum*, C. R. 2. *obseruandum*, C. R. 1. et cit. c.
63) *Præstiti*, C. R. 2.
64) *Sollemnitatem*, c. cit.
65) *Quem*, C. R. 1.
66) Verba: *in illis videlicet*, desunt in C. H.

CAP. XXII.

Si vnum iuramentum vni debitum alteri præstatur; illicitum est: et eo non obstante, cui debetur, præstandum est.

IDEM *iudici Carolitano* 67) f. (*ann. 1206. Romæ in Sardin.*)

Et tua g credimus discretione vigere, vt intelligas per teipsum, quod onus non remittitur, sed augetur, cum cuiquam improuide soluitur, quod alii ex debito est præstandum. Sane, [*ven. f. n.*] archiepiscopus Turritanus 68) [*per suas nobis litteras intimauit, quod,*] cum e re [*non*] nomine h nostro iuramentum fidelitatis, sicut a nobis mandatum 69) acceperat, exegisset, illud exhibere in eius manibus distulisti, asserens, quod [*v. fr. n.*] Pisano archiepiscopo 70), saluo apostolicæ sedis honore, huiusmodi præstiteras iuramentum. Cum igitur nobis et ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere tenearis, [*sicut tua*

67) *Iudici B. Caralitano*, C. R. 1. sed C. R. 2. *iudici Massæ Callaritano*, vel potius, vt legitur in cap. 17. X. de præscript. *Marchiani Massæ iudici Caralit.*
68) *Turrilitanus*, c. 8 comp. cit. c. 3.
69) *In mandatis*, ibid.
70) Hac de caussa increpat grauiter archiepiscopum Pisanum Sardiniæ primatem et legatum in c. 17. X. de præscript. quod *Carallitanum iudicem* iussus a iuramento fidelitatis causto absoluere recusaret: cum tota Sardinia, et sic etiam prædictus iudex ad ius et proprietatem B. Petri pertineret. Videlicet episcopus Pisanus ab VRBANO II. ann. MXCII ob præclara Pisanorum merita archiepiscopus creatus Corsicæ episcopos suffraganeos accepit per bullam ab VGHELLIO *tom. III. Ital. Sacr. p.* 360. relatam, vt et postea, bello inter Pisanos et Ianuenses ex hac causa, exorto, tres episcopi Corsicæ illi et tres Genuensi archiepiscopo subiecti, præterea vero, teste bulla INNOCENTII III. apud EVNDEM *cit. t. p.* 409 Pisano primatus in *Turritanam, Carallitanam et Arborensem* prouinas cum *legatione Sardiniæ* concessus. Hac de causa a Carallitano iudice Pisanus Archiepiscopus exegerat *iuramentum fidelitatis* iure legationis et primatus, quod ægre ferebat pontifex, quia Turritano archiepiscopo alius exactionem nomine suo præstandæ commiserat, nec vtique eius ius primatus extendendum esse credebat ea ratione in c. 17. cit. allegata. Sed vid. c. 30. dist. LXIII. not. 71.

a Possunt. b Nocentino c *Cap. 6 eod. tit. in 3. compil. vide B. Thom. 2. 2. q. 78. art. 3. et Sotum libr. 6. de iust. et iur. q. 1. art. 4.*

d *C. 7. eod. tit. in 3. comp.* e *Vide l. si vero. §. qui: pro rei. ff. qui satisdar. cog. et leg. 2. et Bart. ff. de furtis.* f *Al. Karalitan.* g *Cap. 8. eod. tit. in 3. comp.* h nomine ecclesiæ.

etiam prudentia recognoscit,] si præstitum iuramentum ei, quod a te nobis tanquam debitum est præstandum, contrarium reputes, illud illicitum iudicabis; et illicito non obstante, quod licite, imo ex debito petitur, exhibebis: vel, si præstitum præstando contrarium non existit, illud sine difficultate 71) præstabis. [*Monemus igitur nobilitatem tuam, et exhortamur attentius, et per A. S. m. atque præc. quat. omni excus. et occasione cess. in manibus eiusdem archiepiscopi fidelitatis nobis et ecclesiæ Rom. exhibeat iuramentum.*]

71) *Dubitatione*, C. H.

CAP. XXIII.

Qui iurauit stare mandato alicuius, non tenetur parere, si præcipit illicita, ut quod filium exheredet, vel uxorem abiuret.

IDEM *Alatrino 72) episcopo. (ann. 1204. Romæ in Latium)*

Quintauallis [*cittarini*] *b* nostris auribus intimauit, quod, [*cum olim filiæ suæ cum Giburga et Venetia filiabus Ioannis Bertii ad verba et etiam ad verbera descendissent, idem Quintauallis*] pro offensa, quam filiæ ipsius aliis mulieribus 73) irrogarant, [*satisfacere cupiens de consilio conciuium mulieribus illis et consanguineis suis,*] quod 74) [*pro offensa*] earum mandato pareret, præstitit iuramentum: quæ [*ab ipso iuramento recepto*] tale illi sub debito iuramenti dedere mandatum, quod, si quando filii 75) *c* [*vel filiæ,*] aut uxor illius aliquod factum vel verbum contumeliosum mulieribus illis obiicerent, idem [*Quintauallis*] filias 76) et filios [*suos*] exheredaret, et a se propriam remoueret uxorem. Quocirca [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus [*inquiras de præmissis diligentius veritatem, et, si rem noueris ita esse,*] cum licitum fuerit iuramentum, sed mandatum illicitum, prædictis, [*filiabus Ioannis Bertii,*] ut reuocent mandatum illud 77), iniungas: alioquin eum 78) ad mandati obseruationem illius [*auctoritate nostra suffultus*] denunties non teneri.

72) ANDREAS eo tempore episcopus Alatrinus fuisse videtur, quem memorat VGHELL. *tom. I. Italiæ sacræ p.* 299.
73) Vox *mulieribus*, desideratur in c. 9. comp. cit.
74) *Ut*, est ibid.
75) *Filii vel filiæ*, C. 8. 1.
76) Vox *filias*, in C. R. 1. manu recentiori addita est; sed e C. R. 2, et H. abest.
77) *Illius*, cit. c.
78) *Prædictum Quintauallem*. ibid.

CAP. XXIV.

Ex caussa leui et temeraria coniuges etiam quoad torum et mutuam cohabitationem se separare non possunt, etiam cum iuramenti interpositione.

IDEM *archiepisc. Tarraconen. 79) (ann. 1206. Romæ in Hispaniam.)*

Tua nos duxit *d* fraternitas consulendos, quid tibi super hoc [*articulo*] sit faciendum, [*videlicet*] quod B. [*de Bello loco*] et Agnes uxor eius 80) [*olim*] adinuicem iurauerunt, se nunquam mutuo periuros: idem vero nunc repetit illam instanter, ea econtrario 81) affirmante, quod prius se faceret *e* Saracenam, [*et perderet animam suam,*] quam rediret ad eum: [*sed adulterum, cui adhæsit, postquam recessit ab eo, libenter dimitteret, et castitatem promitteret, et iuraret.*] Nos igitur fraternitati tuæ [*super hoc*] respondentes, [*tibi per A. S.*] mandamus, quatenus utrumque ad continentiam seruandam moneas [*attentius*] et inducas. Quam si promittere voluerint et seruare: utrumque dimittas sine alio commotari. Alioquin, si vir noluerit continere; tu illam 82), ut reuertatur ad ipsum, et tanquam uxor cum viro moretur, per excommunicationis sententiam, appell. rem. compellas: cum et temerarium 83) fuerit huiusmodi 84) iuramentum, et adulterium utrinque sit commissum 85).

79) Vox *Tarraconen.* a C. 8. 1 abest.
80) Pron. *eius*, deest in C. H.
81) In c. 10. comp. 3. h. t. legimus: *illa in contrarium etc.*
82) Loco harum dictionum in cit. c. legimus: *prædictam uxorem ipsius.*
83) *Illicitum*, C. H.
84) Particula *huiusmodi*, a C. R. 1. abest.
85) Ut neuter possit agere ad diuortium, sed mutua adulteria inter se compensentur.

CAP. XXV.

Is, qui iurauit cum muliere contrahere, propter superuenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere potest: propter præcedentem non. H. d.

IDEM *f Genuen. 86) archiepiscopo. (ann. 1207. Romæ in Liguriam.)*

Quemadmodum *g*, si vir mulieri iurasset, quando contraxit cum illa, quod eam semper pro legitima uxore teneret, [*ipse quidem*] pro fornicatione, quam mulier antea commisisset, non posset eam dimittere, sed pro fornicatione, quam postea perpetraret 87), eam dimittere posset, non obstante huiusmodi *h* iuramento 88), quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio, si videlicet in legem illa coniugii non peccaret; ita si quis iurauerit 89), se ducturum aliquam in uxorem, [*ipse profecto*] non potest ei fornicationem opponere præcedentem, sed subsequentem [*ei potest opponere,*] ut illam non ducat in coniugem: quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi 90), si videlicet illa 91) contra regulam desponsationis non venerit. Alioquin si post huiusmodi iuramentum publica meretrix fieret; teneretur eam ducere in uxorem: quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum coniugium vir propter fornicationem, licite potest uxorem a sua cohabitatione dimittere; longe fortius ante coniugium celebratum propter eandem caussam sponsus licite potest in suam cohabitationem non admittere sponsam: quia turpius eiicitur, quam non admittitur hospes *i*, non obstante in alterutro 92) casu vinculo iuramenti, quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale, ut is, qui iurauit, ad utrumque sine transgressione se possit habere. Quod si post huiusmodi iuramentum mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos, vel nasum amitteret, vel quicquam 93) ei turpius eueniret, nunquid vir teneretur eam ducere in uxorem 94)? Profecto ductam non posset dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur? Quamuis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.

86) *Ianuensi*, C. 8. H. ed. ant. et c. 11. comp. cit.

Si vir iurauit non accusare uxorem: temerarium est iuramentum. Sed si specialiter de adulterio hoc iurauit; denuntiare poterit: sed accusare non debet.

Illud autem iuramentum est proculdubio temerarium, si vir iuret uxori, quod eam super nullo crimine accusabit: quia, si 95) mulier fieret infidelis, et nollet cohabitare viro absque contumelia creatoris, vel, ut illum traheret 96) ad infidelitatis errorem, tunc 97) [*vir*] incunctanter deberet illam 98) impetere apud iudicem suum, ut eam, nisi penitus resipisceret, omnino dimitteret, secundum canonicas sanctiones 99). Quod si expresse iurasset 100), quod eam super 1) adulterio non impeteret; essetne seruandum 2) huiusmodi iuramentum? cum scriptura *k* testetur, quod patronus est turpitudinis, qui celat crimen uxoris: et 3) secundum regulam euangelii *l*, si primo et secundo correcta resipiscere nollet, dicendum esset ecclesiæ, ut tanquam ethnica et publicana deinde uteretur, nec per 4) hoc libere præberetur ei peccandi facultas propter impunitatem peccati. Sed nunquid vir non potest dimittere uxori 5) peccanti non solum septies, sed etiam usque 6) septuagies septies, secundum euangelicam veritatem *m*? Tutius ergo in hoc casu videretur 7), ut propter iurisiurandi religionem vir accusare desistat uxorem ad diuortium celebrandum: quanquam denuntiare eam possit ad pœnitentiam peragendam. [*Pensata itaque huiusmodi responsionis tenore, procedas in caussa, super qua nos consulere decreuisti.*]

87) *Perpetrasset*, C. H.
88) *Sacramento*, C. 8.
89) *Iurauit*, C. H. et cit. c.
90) *Intelligi*, C. 8. 1.
91) Pronom. *illa*, a C. 8. 1. abest.
92) *In alterutroque*, ed. ant.
93) *Seu quodquam*, C. 8. ed. ant. gloss. et cit. c.
94) Cum omnis promissio, etiam iurata, intelligenda sit sub conditione: *rebus sic stantibus*, obligatio sponsalitia corruit, si status rerum ita notabiliter mutatus fuerit, ut, si mutatio initio prævideri potuisset, nunquam alter desponsatorum in hæc sponsalia consensisset: id quod ex communi hominum intellectu æstimandum est. Quocirca nec per vim stuprata a sponso inuito ducenda est.
95) *Quod si*, C. R. 1.
96) *Vel illum pertraheret*, C. R. 1. sed C. R. 2. H. ed. ant. et glossata cum cit. c. legunt: *vel ut illum pertraheret.*
97) Particula *tunc*, in cit. c. non habetur.
98) *Eam*, C. 8. 1. et cit. c.
99) Quas idem exponit plenius in c. 8. *X. de diuort.*
100) *Iurasset et*, C. 8. 1.
1) *De*, C. H.
2) *Obseruandum*, C. 8. 1.
3) Copula *et*, in c. cit. non habetur.
4) *Ne propter*, C. H. sed ed. ant. et cit. c. *ne per.*
5) *Ipsi*, cit. c. loco vocis: *uxori.*
6) *Usque ad*, C. H.
7) *Videtur*, C. R. H. cit. c. et ed. gloss.

CAP. XXVI.

Licite ex caussa necessaria etiam per religiosos iuratur.

IDEM *abbati et capitulo Castellionis. (ann. 1206. Romæ in Galliam.)*

Etsi Christus *n* præceperit secundum euangelicam veritatem: *sit sermo vester, est, est, non, non*, ut affirmatio vel negatio, sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde; quia tamen, hominum excrescente malitia, simplici assertioni vel negationi vix creditur: ideirco prudenter adiunxit, *quod amplius est, a malo est.* A malo 8) quidem, non

8) Præp. *a*, non est in C. H.

a Salatrino. b C. 9. eod. tit. in 3. comp. Vid. Bald. in Authent. generaliter. C. de episc. et cler. c Filiæ. d Cap. 10. eod. tit. in 3. comp. Vid. Sot. lib. 4. sentent. dist. 12. qu. 1. art. 3. e Vide Couarrau. lib. 4. var. ref. c. 9. f In antiqu. Ianuens. g Cap. 11. eod. tit. in 3. comp. Vid. Mag. et Doct.

h Sacramento. i Vide l. pen. ff. de cond. ob turp. causs. et l. generaliter et l. si stipul. per Bart. ff. de verb. obligat. k Leuit. 18. l Matth. 18. m Matth. 18. Luc. 17. n C. 12. eod. tit. in 3. compil. Vid. B. Thom. 2. 2. qu. 89. art. 2. et Sot. l. 8. de iust. et iure. qu. 1. art. 2. Matth. 5.

tam

tam culpæ, quam pœnæ: nec exhibentium, sed exigentium iuramentum. Nam incredulitas huiusmodi magis est pœna, quam culpa. Vnde non dixit, *malum*: sed dixit, *a malo* 9). Licet enim iuramentum prohibuisse Dominus videatur; nusquam tamen per creatorem, sed per creaturam iurare prohibuit: ne per huiusmodi iuramentum transferretur 10) ad creaturam honorificentia creatoris. Quare cum in euangelio *a* præmisisset: *dico vobis, nolite iurare* 11) *omnino*; statim subiunxit 12): *neque per cælum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum pedum ipsius est; neque per Hierosolymam, quia ciuitas est regis magni: neque per caput tuum, quia non potes* 13) *vnum capillum facere album aut nigrum.* Et quamuis non sit per creaturam iurandum; si tamen iuretur per creaturam, seruandum 14) est quidem, dummodo sit licitum, quod iuratur: quia teste veritate 15), *qui iurat in cælo* 16), *iurat in throno Dei, et in eo, qui sedet super eum.* Iacobus *b* quoque non simpliciter prohibet 17) iuramentum: sed voluntatem iurandi, cum ait: *ante omnia, fratres mei, nolite iurare*: quoniam *c* ad iuramentum 18) non debet quenquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere 19) importuna. Et tunc potest sine culpa iurare; dummodo illos tres *d* comites habeat iuramentum, de quibus propheta [*sic*] ait *e*: *et iurabunt, viuit Dominus, in veritate, et iudicio, et iustitia* 20), [*et benedicent eum omnes, ipsum quoque laudabunt.*] Quod autem Iacobus *f* subdit: *neque per cælum, neque per terram, neque per quodcunque aliud iuramentum*: iurare vetat per quamlibet creaturam, quodcunque sit illud. Alioquin non dixisset apostolus *g*: *homines per maiorem suum* 21) *iurant* 22), *et omnis controuersiæ eorum ad confirmationem finis est iuramentum.* In quo patenter ostendit, per quem sit iurandum, cum ait: *homines per maiorem suum iurant*, id est, per Deum: et sic sit iurandum, vt videlicet 23) omnis controuersiæ finis sit iuramentum. Angelus quoque, quem vidit in Apoc. *h* Ioan. stantem super mare et super terram, leuauit manum suam ad cælum, et iurauit per viuentem in secula seculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in euangelio, quam est est, non non: cum sæpissime 24) dixerit: *amen* 25) *dico vobis* 26). Quod ipse, secundum Lucam exponens, cum præmisisset *i*, *amen dico vobis, quia* 27) *nemo propheta acceptus est in patria sua*: consequenter adiunxit: *in veritate dico vobis, quia* 28) *multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Israel.* Apostolus quoque iurabat, cum diceret *k*: *testis est mihi Deus*: et iterum *l*: *quotidie morior per gloriam vestram, fratres.* Quæ 29) Græca exemplaria manifestissimam iurationem esse ostendunt 30). Si enim per se malum esset iurare; profecto Dominus non iurasset; cum tamen in Veteri Testamento legatur *m*: *quia iurauit* 31) *Dominus, et non pœnitebit eum*; et rursus 32) *n*: *iurauit Dominus Dauid veritatem, et non frustrabitur eum* 33): imo et præcepit in Veteri Testamento *o*: *redde Deo* 34) *p iuramenta tua* 35).

9) Id est a *mala consuetudine Pharisæorum*, qui affirmationibus et negationibus addere solebant iuramentum, et principio pessime applicato, quod per iuramentum Deus laudaretur et glorificaretur. Quia ergo Pharisæi commendabant iuramenta, eaque frequentiam laudabant et suo exemplo aliis præibant: CHRISTUS hunc morem a malo et erroneo principio destructum reprobauit, et contrarium docuit, *regulariter* non esse iurandum; quamuis hoc ipso haud vetuerit in casu *necessitatis* iurare. Abusum Pharisæorum sustulit; legitimum vsum admisit, vt paullo post indicat pontifex. Restringendus ergo est vsus iuramentorum, non extendendus: quod tamen ipsum ius canonicum haud præcauit, sed vsum eius per *indirectum* admodum promouit, constituendo, vt ex iuramento, actibus nullis adiecto, onus obligatio nasceretur, c. 28. X h t Quo ipso factum, vt quibuslibet contractibus magni momenti iuramentum adiici, et hæc cautela ab interpretibus commendari soleat.
10) *Transferretur*, C. R. 1. sed C. R. 2. *transferetur.*
11) *Non iurare*, c. 14. comp. cit. pro *nolite iurare.*
12) *Subiungit*, C. R. 2.
13) *Tu non potes*, ibid.
14) *Obseruandum*, C. R. 1.
15) *Veritate testante*, ibid.
16) *Cælum*, C. H.
17) *Prohibuit*, ibid.
18) *Iurandum*, C. H. ed. ant. et c. cit. c.
19) Verbum: *trahere*, desideratur in cit. c.
20) *Et in iudicio, et in iustitia*, C. R. 1. et H.
21) *Per maiores suos*, cit. c. *per ipsum.*
22) *Iurant i. e. per Deum*, C. R. 1.
23) *Vt videlicet*, abest a C. H.
24) *Sæpe*, C. H. legit.
25) *Amen, Amen*, C. R. 1.
26) Hæc vero formula non erat iuramentum, sed nuda *obtestatio*, nullibi prohibita.
27) Partic. *quia*, abest a C. H.
28) *Quod*, C. H.
29) *Quam*, est in cit. c.
30) *Ostenderunt*, est in ad. ant. Enimuero particula τὶ, non præcise iuramenti, sed etiam *obtestationis* significatum habet.
31) *Quod iurauit*, C. H.
32) Loco horum dictionum rursum legitur in cit. c. *rursum.*
33) Verba *et non frustrabitur eum*, a C. R. H. et c. cit. absunt.
34) *Domino*, C. P. H. et cit. c.
35) Pron. *tua*, in cit. c. non habetur.

Quædam enim 36) prohibentur: quia per se mala sunt, vt furtum, adulterium, et huiusmodi: quæ non sunt aliquatenus facienda. Quædam vero prohibentur ex caussa; non quia per se mala sunt 37); sed quia, si fiant frequenter et multum, ex his mala sequuntur 38); vt vinum per se malum non est, et tamen prohibet apostolus dicens *q*: *nolite inebriari vino, in quo est luxuria*: quoniam ex frequenti et immoderata potatione vini, luxuria generatur. Sic et iuramentum per se quidem malum non est; cum sit confirmatio veritatis; sed tamen prohibetur ex caussa; quoniam ex frequenti et incauta iuratione periurium sæpe contingit: sicut in Ecclesiastico legitur *r*: *vir multum iurans replebitur* 39) *iniquitate, et non discedet* 40) *a domo eius plaga.* Quemadmodum ergo Paulus indulsit 41) propter necessitatem 42) discipulo suo Timotheo *s*, vt vtatur modico vino propter stomachum, et frequentes infirmitates; sic profecto cum necessitas exigit, pro re vera, licita et honesta 43) potest secure iurari 44): quia cessante caussa, cessat effectus *t*. Licet ergo debeatis esse viri 45) perfecti, vt, quantum potestis, iuramenti vinculum euitetis: volentes tamen indemnitati vestri monasterii [*paterna sollicitudine*] prouidere, ne propter defectum testium sui iuris sustineat læsionem, [*eius auctoritate, qui dicit in euangelio: si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum, et, si non audierit te, adhibe tecum duos vel tres testes, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum,*] præsenti vobis pagina indulgemus, quatenus vos et monasterii vestri 46) conuersi possitis in caussis eiusdem, deficientibus aliis testibus, pro ipso perhibere testimonium veritati.

36) *Earum*, C. B et c. cit.
37) *Sint*, C. H.
38) *Sequantur*, ibid.
39) *Implebitur*, c. cit.
40) *Recedet*, C. E. 2.
41) *Indulget*, cit. c.
42) *Per necessitatem*, cit. c. sed neutra verba leguntur in C. H.
43) *Licite et honeste*, C. B. 2.
44) *Iurare*, C. E. 1.
45) Vocab. *viri*, abest a cit. c.
46) Pronomen *vestri*, a C. B. 2. abest.

CAP. XXVII.

Iuramentum contra vtilitatem ecclesiasticam præstitum, non tenet.

IDEM *episcopo Amelien.* 47) (*ann.* 1204. *Romæ in Marchiam.*)

Sicut *v* nostris est auribus intimatum, [*dudum*] ecclesia Tudertina 48) vacante, ipsius canonici, et [*ven. quoque frater noster*] episcopus [*Tudertinus*] cum eis, dum esset in minoribus ordinibus 49) constitutus, iuramenta quædam in damnum episcopalis iuris fecerunt, priusquam de pontificis electione tractatus aliquis haberetur. [*Quæ a tuum seruare debeant, cum ex eis præsertim contingeret redditus episcopales minorari, tanquam vir prouidus et discretus olim nos duxit idem episcopus consulendos. Nos igitur saluti eius paterna volentes sollicitudine prouidere,*] pro iuratione incauta imponi fecimus episcopo 49*) pœnitentiam congruentem. [*Et nihilominus attendentes, quod iuramentum non, vt esset iniquitatis vinculum fuerit institutum; et*] quia 50) *x* non iuramenta, sed periuria potius sunt dicenda, quæ contra vtilitatem ecclesiasticam attentantur: [*f. t. per A. S.*] mandamus, quatenus [*personaliter ad ecclesiam Tudertinam accedens*] ab ipsis canonicis inquiras super præmissis diligentius veritatem, et, si ea [*quæ dicta sunt superius,*] inueneris esse vera, quod in damnum episcopalis iuris repereris taliter attentatum, [*nostra suffultus auctoritate*] in statum debitum, appellatione remota, reducas, [*faciens, quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari.*]

47) Verba *epifc. Amelien* a C. R. 1. absunt.
48) *Tudertina*, c. 3 comp. 3. de constitut.
49) *In minori officio*, ibid.
49*) *Ipse et*, ibid.
50) *Quia vero*, C. R. 1. sed cit. c. *quod.*

CAP. XXVIII.

Iuramentum præstitum super actu a lege infirmato principaliter fauore iurantis; licet secundario in fauorem publicum, necessario est obseruandum: si non vi, nec dolo fuit præstitum, et in alterius præiudicium principaliter non redundat. H. d. multum singulariter considerata medulla capituli.

IDEM *Beluacensi episcopo* 51). (*ann.* 1206. *Romæ in Galliam.*)

Cum contingat *y* interdum [*in tua diœcesi,*] quod constante matrimonio mulieres alienationibus super rebus dotalibus et donationibus 52) propter nuptias consentiant 53), ne vlterius contraueniant 54) proprio sacramento firmando, ac soluto processu temporis

51) Inscriptio hæc desideratur in C. E. H. ed. ant. et Cont.
52) *Donatione*, c. 1. comp. 4. h. t. cum additamento: *sibi data.*
53) *Consentiant*, C. H.
54) *Contra vlterius veniant*, C. B. et cit. c.

a *Adde, an testis iurans per S. Iacobum, vel alium deponat, vid. Cyn. in l. iusiurandum. C. de test.* b *Iac.* 5. c Quoniam ad iurandum, etc. d *S. Thom.* 2. 2. *qu.* 89. *art.* 3. e *Hier.* 4. f *Iacob.* 5. g *Hebr.* 6. h *Apoc.* c. 20. i *Luc.* 4. k *Rom.* 1. l 1 *Corinth.* 15. m *Psal.* 109. n *Psal.* 131. o *Leuitic.* 19. *Matth.* 5. p Domino.

q *Ephes.* 5. r *Eccles.* 23. s 1 *Timoth.* 5. t *Vid. l. generaliter C. de episc. et cler. et l. si pater. C. de hered. instit.* v *Cap.* 1 *tit. de consuet. in* 3. *comp. Vid. Gaud. Pap.* x *al.* quia vero. y *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compilatione.*

matri-

matrimonio contrauenire nitantur 55), vtrum hoc eis liceat, e nobis tua frat. requisiuit. Nos autem f. t. t. r. quod, vtsi mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones 56), ne tali tamen 57) prætextu viam contingat periuriis aperiri, mulieres ipsæ seruare debent huiusmodi iuramenta. [*si*] sine vi et dolo, sponte [*ac prouide*] præstita [*sint*]: cum in alterius præiudicium non redundent, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ.

55) *Nitantur*, C. H. et cit. e.
56) Si vel maxime iuramento firmatus fuerit, vtpote quod actui nullo et inualido adiectum erat *l. 5. C. de LL.* Quamuis vero ea ratione *conscientia* hoc immutandum censuerit pontifex: hac noua tamen doctrina præcauere non potuit, quo minus vsus iuramentorum in infinitum extenderetur contra mentem saluatoris, vt præstitisse videatur, *si ius ciuile in suo vsu mansisset.*
57) Partic. *tamen*, desideratur in cit. e.

CAP. XXIX.

Mouens bellum iniustum compellitur restituere, quæ per violentiam occupauit, et eos absoluere, e quibus indebite iuramenta extorsit. H. d. vsque ad vers. Iuramentum.

IDEM. (*ann.* 1200.)

Sicut: [*et infra.*] Si [*vobis*] constiterit a, quod prædictus H. 57*) iniuste bellum mouerit contra I. ipsum H. [*monere attentes et*] inducere studeatis, vt [*terram ipsius et alia*] vniuersa per huiusmodi violentiam occupata 58) [*sine dilatione*] restituat conquerenti, eum a præstito sibi iuramento prorsus absoluentes. Quodsi 59) [*monitis vestris forte*] acquiescere noluerit: ipsum ab hoc, si præmissa veritate nitantur 60), cogatis 61) per sententiam excommunicationis, terram eius interdicti sententiæ supponentes, [*sublato cauil. contr. et app. obst.*]

Non adstringitur quis iuramento ad implendum quod iurauit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu præstitum est iuramentum.

§. 1. Iuramentum autem, quod I. [*vltimo*] se asserit præstitisse, si de assensu factum est vtriusque, eum non ligat, qui præstitit: dum ille, cui præstitum fuerit 62), seruare negligit, quod promisit.

57*) Vel potius *Ph.* quia regem Galliæ PHILIPPVM intelligit, inter quem et regem Angliæ IOANNEM bellum exortum, pro quo sopiendo archiepiscopis et episcopis Galliæ in *c. 13. X. de iudic.* scripserat, et in Galliam delegatos miserat, ad quos hæc decretalis directa.
58) *Ablata*, C. H.
59) *Si forsan*, ibid.
60) *Nitantur*, C. H. c. 2. comp. 4. h. t. edit. ant. et Pith.
61) *Compellatis*, cit. e.
62) *Fuerat*, C. H et cit. e. *fuit*, H.

CAP. XXX.

Clerici non habentes temporalia e laicis non tenentur eis præstare iuramento fidelitatis.

IDEM *in concilio generali.* [*constit. XLIII.*] b (*ann.* 1216.)

Nimis de iure diuino e quidam laici vsurpare 63) nituntur, cum viros ecclesiasticos nihil temporale obtinentes ab eis, ad præstandum 64) sibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia vero secundum Apostolum d, seruus suo 65) domino [*aut*] stat, aut cadit: sacri auctoritate concilii prohibemus, ne tales clerici 66) personis secularibus præstare cogantur huiusmodi iuramenta 67) e.

63) Sicut *vsurpare* dicuntur, qui per iniuriam ius exercent: ita *vsurpare nimis de iure diuino*, creduntur, qui partem iuris diuini insignem per iniuriam sibi arrogant, ecclesiasticos viros seu clericos ad iuramenta fidelitatis et subiectionis magistratibus secularibus præstanda compellentes. De iure diuino ergo non sunt subjecti secularis imperantis, sed exemti ab omni *potestate ciuili*. quod tamen haud credidit GREGORIVS *M. libr. II. epist.* 62. sed semet ipsum subiectum esse censuit imperialibus iussionibus.
64) *Præstanda*, C. H.
65) Pron. *suo*, deest in C. H.
66) Vox *Clerici*, deest ibid.
67) *Iuramentum*. C. H. et cit. e.

CAP. XXXI.

Qui iurat non esse contra aliquem, potest in caussis propriis et ecclesiæ suæ esse contra eum. H. d. secundum intellectum glossæ.

HONORIVS III. *A. et G.* 68) *canonic. Antiochenis.* (*ann.* 1222. *Romæ in Syriam. Conf. c. 1. comp. 5. h. t.*)

Petitio f vestra nobis exhibita continebat, quod, ecclesia Antiochena vacante, [*nobilis vir R.*] princeps Antiochenus, timens 68*), conspirationes aliques fieri contra eum, a vobis iuramentum extorsit, quod contra ipsum de cætero non essetis. [*Cum autem idem princeps aduersus ipsam ecclesiam frequentes habeat quæstiones; vos nec ipsi deesse*

68) *Honorius*, *A. et E.* C. H. sed in c. 1. comp. 5. h. t. ipsa inscriptio est huius tenoris: *Honorius magistro Anselmo DD. et Gerardo canonicis Antioch.*
68*) vnde hic timor ortus fuerit, exponit INNOCENTIVS III. in *epist.* 223. *libr. II. edit. Baluz.* quæ contentio de principatu Antiocheno ne quidem tempore HONORII III. sedata erat. Conf. *Gesta* INNOCENTII *III.* §. *III. seq.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp.* b *Lateran. sub Innocent. III.* c *Cap. 3. eod. tit. in 4. compilat.* d *Rom. 14.* e Iuramentum. f *Nota qua conditiones intelligantur in iuramento. de quibus Aretin. in §. aque. Instit. de except. Ias. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iud.*

ecclesiæ sine ipsius detrimento potestis: nec eidem audetis adesse, ne videamini contra dictum facere iuramentum. Quare nobis humiliter supplicastis, vt vobis super his paterna prouidere sollicitudine dignaremur. Nos igitur vtilitati ecclesiæ eiusdem, et saluti ac famæ vestræ, et honori dicti principis pariter prouidentes,] interpretatione g congrua declaramus, vos iuramento huiusmodi non teneri, quin pro iuribus et honoribus ipsius 69) ecclesiæ, ac etiam specialibus h vestris legitime defendendis, contra ipsum principem stare libere valeatis, coercendo vos a machinatione duntaxat, per quam idem princeps deberet læsionem personæ vel sui amissionem incurrere principatus. [*Decernimus igitur, vos pro defensione iuris seu honoris ecclesiæ sæpe dictæ, vel vestri, dicto principi, cum opus fuerit, resistentes nulli per hoc notæ seu calumniæ subiacere.*

69) Pron. *ipsius*. abest a C. H.

CAP. XXXII.

Cum agitur de vsuris: potest iudex in qualibet parte litis ex officio suo, deficientibus probationibus, exigere a partibus iuramentum de veritate dicenda. Et eadem ratione idem in qualibet causa, in quo imminet peccatum. H. d. secundum Panormitanum.

IDEM *Archidiac.* 70) *et magistro G. Canonico Tullen.* 71) (*ann.* 1220. *Romæ in Germ. c. 1. comp. 5. de iur. cal.*

Ex literis i vestris accepimus, quod 72) super causa vsurarum vobis pro G. [*de Russnel milite*] contra E. [*de Espinal militem Tullen. diœcesis,*] ab apostolica sede 73) commissa, non potuit [*vobis*] per testes ab ipsius G. parte productos de sortis quantitate liquere: licet de obligatione pignoris constitisset. Vnde expedire videtis, quod exigatur 74) de dicendo veritate a partibus iuramentum; cum ex fama quasi notorium habeatur, præfatum E. ex quadam terra ipsius G. sibi titulo pignoris obligata, sortem 75) et amplius percepisse. Ne igitur ex huiusmodi iuramenti defectu iustitia, occulta 76) veritate, succumbat: [*dîscr. v.*] mandamus quatenus, [*si est ita,*] partes ad præstandum huiusmodi iuramentum per cens. eccles., appell. remota, cogatis 77).

70) *Archiepiscopo*, C. H. t.
71) *Tullen.* C. H.
72) *Quod*, *cum*, ibid.
73) *S. apud ap. sed.* ibid.
74) *Si expedire videritis*, C. H. partic. *si*, habetur etiam in ed. ant.; sed in c. 1 comp. 5. de iuram. cal. ita legimus: *Vnde non immerito videbatur expedire iustitia, quod exigeretur* etc.
75) *Et sortem*, C. A. 2.
76) *Occultata*, C. A. edit. ant. Cont. Gonz. et cit. e.
77) *Compellatis*, C. H.

CAP. XXXIII.

Si positus in dignitate alienat bona dignitatis; non valet alienatio; et ipsemet reuocare debet, non obstante iuramento de non reuocando: maxime si prius iurat non alienare. H. d. secundum verum intellectum Panormitanus.

IDEM *Colossen.* 78) k *archiepiscopo et eius suffraganeis.* (*ann.* 1220. *Romæ in Pannon. c. 3. comp. 5. h. t.*

Intellecto iamdudum, quod carissimus in Christo filius noster Hungariæ rex illustris, alienationes quasdam fecerit 79) in præiudicium regni sui, et contra regis honorem. Nos [*super hoc affectione paterna consulere cupientes*] eidem regi dirigimus 80) scripta nostra 81), vt alienationes prædictas, non obstante iuramento, si quod fecit de non reuocandis eisdem, studeat reuocare l; quia, cum teneatur, et in sua coronatione iurauerit, [*etiam*] iura regni sui et honorem coronæ illibata seruare, illicitum profecto fuit, si præstitit 82) de non reuocandis alienationibus huiusmodi iuramentum, et propterea penitus non seruandum.

78) *Colocen.* C. R. 1. sed C. R. 2. H. ed. ant. et. c. 3. comp. cit. legunt. *Colocen.* rectius: quia in Hungariam hanc decretalem direxit. cuius metropolis erat *Colocza.*
79) *Fecit*, C. H.
80) *Direximus*, C. R.
81) *Nostra mandantes* C. H.
82) *Præstiterit*, C. R.

CAP. XXXIV.

Si mulier iurauit, aliquem esse suum maritum, et succubuit; quia aliter non probauit: non datur, nec denegatur ei licentia cum alio contrahendi.

GREGORIVS IX. *episcopo. Cenoman.* (*ann.* 1232. *Romæ in Galliam.*

Mulieri, quæ in iure præstito iuramento asseruit, virum talem in ipsam per verba de præsenti matrimonialiter consensisse, probationes alias non habenti, viro ab eius impetitione per sententiam absoluto, non debes licentiam dare cum alio matrimonium contrahendi:

g *Iuxta*: Hoc autem interpretatione congrua. h Specialibus, *legitur in omnibus scriptis, licet in aliquot vulgatis mendose legatur: Spiritualibus.* i *Vid. Gued. Pap. loc. et beat. Thom. 2. 2. quæstion.* 78. *art.* 3. k Colon. alii. Colocen. in omnibus. l *Vid. leg. prohibere.* §. *quod plane. per Bartol. ff. quod vi aut clam.*

ne

ne auctor periurii videaris *a*. Nec hoc ei dicimus prohibendum; ne forte, si falsum iurauerit 83), matrimonium contingat legitimum impediri: sed suæ conscientiæ est potius relinquenda 84).

83) *Iurauit*, C. H.
84) *Relinquendum*, est in ed. ant.

CAP. XXXV.

Qui iurauit seruare statuta edita, et postea per illud iuramentum aliter non iuranda promisit seruare edenda, seu postea edita, non tenetur ex iuramento ad noniter edita. H. d. secundum verum intellectum.

IDEM.

Clericus, qui iurauit, se statuta in ecclesia sua edita seruaturum, promittens per idem iuramentum, statutum, quod postmodum subsequutum est 85), fideliter obseruare, licet transgredi non debuerat 86), quod promisit, non tenetur ad illius obseruantiam ex debito præstiti iuramenti 87).

85) *Esset*, C. B. 1.
86) *Debeat*, C. R. et H.
87) *Sacramenti*, C. R. 2.

CAP. XXXVI.

Iuramentum litis decisorium a iudice delatum, sine iusta caussa recusari non potest; delatum vero a parte, licite recusatur et refertur: in actione tamen famosa non licet reo referre. Hoc dicit, vsque ad §. sane.

IDEM *H.* 88) *iudici.*

Iuramentum *b* a te parti delatum, nisi iusta de caussa, non potuit recusari; quamuis, quod in iudicio a parte parti defertur, recusari possit licite, ac referri: nec liceat conuento famosa actione referre huiusmodi iusiurandum 89).

Actore nihil probante, reus est absque omni onere absoluendus: si vero præsumptio est pro eo, defertur reo iuramentum, vel ipsi actori, consideratis personarum et caussæ circumstantiis. H. d.

§. 1. Sane, si actor *c* omnino in probatione defecerit, reus debet, et si nihil præstiterit, obtinere; præsumptione vero faciente pro illo, reo deferri potest, ad ostendendam suam innocentiam, iuramentum: nisi iudex, inspectis personarum et caussæ circumstantiis, illud actori videat 90) deferendum.

88) *Haurico*, C. H.
89) *Iuramentum*, habet ed. ant. Optima vero hæc exceptio nititur ratione, ne ex actoris iuramento relatu reus infamia afficiatur. Delatio autem iuramenti in actione famosa ciuiliter intentata permissa est actori, vt ex hoc textu liquet.
90) *Viderit*, C. R. 3.

TITVLVS XXV.

DE EXCEPTIONIBVS.

CAP. I.

Si testis de crimine contra eum excepto conuincitur, vel alias conuictus appare; repellitur a testimonio: sed de crimine non punitur, si non tangit negotium principale.

CVELESTINVS III. (*ann.* 1195. *Romæ.*)

Denique *d*, quod in dicta et personas testium, [*quibus ante iuramentum vel depositiones nihil obiectum fuit, post attestationes publicatas possit opponi, hoc in Romana ecclesia de longa consuetudine obtinuisse cognoscas, vt ante iuramentum vel depositiones et post, in dicta et personas testium legitima exceptio possit opponi. Et,*] si crimina testibus obiiciuntur, de quibus non fuerant hactenus accusati, sed tantum per exceptionem 91) [*a quolibet*] opponuntur; probatio [*vtique*] illorum criminum exhibenda est, antequam caussa per sententiam terminetur: cum, sicut canonica instituta 92) declarant, testes absque vlla infamia, vel suspicione, vel manifesta macula in ferendo testimonio requirantur. Quodsi sola crimina, de quibus alio tempore conuicti vel confessi fuerunt 93), testibus obiiciuntur; a testimonio repelli possunt: quia, sicut Stephanus 94) papa *e* et alii pontifices *f* multi Romani testantur, non est credendum contra alios eorum confessioni, nisi prius se probauerint innocentes. Cæterum si de criminibus ad solam exceptionem obiectis, testes conuicti fuerint siue confessi; pœna ordinaria mulctari non debent: cum accusatio in ipsos, secundum iuris ordinem, non procedat. Sufficit ergo, si a perhibendo testimonio repellantur: præsertim vbi crimen, quod eis obiicitur, caussam, de qua agitur, contingere non videtur.

91) *Exceptione*, C. E. 1. sed c. vn. comp. 2. h. t. *ad solam exceptionem.*
92) *Statuta*, cit. c.
93) *Fuerint*, C. B. H. et cit. c.
94) HADRIANO hæc sententia tribuitur in *c.* 3. *C. XI. q.* 1.

CAP. II.

Reo excipiente, de excommunicatione contra actorem, non obstat communionis replicatio.

INNOCENTIVS III. *archid. Richemundiæ.* (*ann.* 1208. *Roma in Angliam.*)

A nobis ex parte tua *g* fuit quæsitum *h*, vtrum is, qui excommunicato in loquutione vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum a sua possit accusatione repellere: cum ille communionem huiusmodi replicet contra eum.

Nos igitur inquisitioni tuæ t. r. quod ipse ab accusatione illius 95) poterit remoueri: cum primus a communione fidelium sit exclusus, secundus vero tantum a sacramentorum participatione 96) sit remotus *i*.

95) *Ipsius*, C. B. 1. *sua*, c. 2. comp. 3. h. t.
96) *Perceptione*, C. H.

CAP. III.

Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipit. H. d. Ioan. Andr.

IDEM *Audicen.* 97) *episcopo.* (*ann.* 1209. *Roma in Angliam.*)

Cum 98) ecclesiasticæ *k* prouisionis officium: [*et infra.*] [*Pro quæstione siquidem, quæ inter dilect. fil. Nouarien. capitulum et Iacobum clericum super præbenda Nauarien. ecclesiæ vertebatur, tam nuntii capituli, quam idem Iacobus ad sedem apostolicam accesserunt. Et dum in nostra et fratrum nostrorum præsentia foret vtraque portium constituta; pro ipso Iacobo fuit taliter in nostro auditorio allegatum, quod, cum placuisset bon. mem. C. p. n. Iacobo præbendam Nauarien. ecclesiæ, quæ fuerat magistri B. de Sim. ad preces quorundam cardinalium conferre, et ipsum de illa manu propria inuestire, de apostol. sed. mandato fuit postmodum in corporalem ipsius possessionem inductus: quam non permittebant eum canonici possidere.* [et infr.] *Econtrario vero Nauariens. canonici respondentes, exceptiones quamplurimas allegabant, quibus ipsum Iacobum a perceptione præbendæ repellere omnino intendebant.* [et infra.] Mandamus, quatenus, [*ceteris exceptionibus non obstantibus, ipsum*] Iac. faciatis præbendæ illius, de qua per C. 99) præd. nostr. noscitur 100) inuestitus, pacifica possessione gaudere: [*præsertim*] cum exceptionem illam, quod præfatus Iac. in alia ecclesia beneficium possidet, ei non possint 1) opponere, quos constat varia beneficia in diuersis ecclesiis obtinere 2).

97) In epist. INNOCENTII III. *libr.* 1. *ep.* 19. inscriptio sincerior hæc est: *episcopo Laudens.* Variantes lectiones erroneas hic referre non lubet.
98) *Cum in*, C. H.
99) *C. papam*, C. H. sed cit. c. *præfatum.*
100) *Dignoscitur*, C. B. 2.
1) *Possent*, C. B. 2. et cit. c.
2) *Qui varia beneficia in diuersis ecclesiis obtinebant*, cit. c.

CAP. IV.

Iudex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi in tribus casibus hic exceptis.

IDEM *episcopo Helien.* 3) (*ann.* 1206. *Roma in Angliam.*)

Pastoralis 4) *l* [*officii diligentia:*] [*et infra.*] Quoniam per dilatorias exceptiones malitiose nonnunquam caussarum terminatio prorogatur; inquisitioni tuæ t. respondendo decernimus 5), vt intra certum tempus a iudice assignandum, omnes dilatoriæ *m* proponantur, ita, quod, si partes extunc voluerint aliquas opponere 6), quas non fuerint protestatæ, nullatenus audiantur *n*: nisi forte aliqua de nouo sibi competens exorta fuerit, vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat iuramento, se postmodum ad illius notitiam peruenisse. [*Statuimus præterea, vt principales personæ non per aduocatos, sed per se ipsas factum proponant: nisi forte adeo fuerint indiscretæ, vt earum defectus de iudicis licentia per alios suppleantur.*]

3) *Eliens.*, ed. ant.
4) *Pastoralis officii*, C. R. 2.
5) *Decernimus*, C. H.
6) *Proponere*, C. R. [illegible] H.

CAP. V.

Excommunicatus excipere, appellare, et omnem defensionem facere potest: sed reconuenire non potest.

IDEM *monachis Farsen.* 7) *o* (*ann.* 1207. *Roma in Galliam.*)

Cum inter *p* [*dil. fil. T.*] priorem et conuentum de Argentolio 8) *q*

7) Hanc inscriptionem falsam esse, recte obseruat GONZ. quia *monasterium Farfense* prope Romam in diœcesi Sabinensi situm est, cui non potuit caussa in diœcesi Pictauiensi litigiosa committi. Vnde etiam hæc verba desiderantur in C. H. et in c. 2. comp. 4. de iudic. ac sine dubio huc per errorem tracta ex inscriptione c. sq.
8) *Argentaria*, c. 2. comp. 4. de iudiciis.

---

a *Iuramentum non debet deferri ei, quem credimus incursurum periurium. l.* 3. *de iud. vadantur. coll.* b *Vid. Guid. Pap. hic.* c *Vid. Bart. in l.* 1. *D. de except. Spec. tit. de prob. Salic. et alios in l. qui accusare. C. de edendo.* d *C. vn. eod. tit. in* 2. *compil.* e *Epist.* 2. *Refert. Burch. libr.* 1. *decret. c.* 164. f *Scilicet Felix, Calixtus et Damasus, quorum refert Burch. de hac re dicto l.* 1. *decr. c.* 169. 171. *et* 172.

g *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compilat.* h Requisitum. i *Dictio, sit, deest in pluribus.* k *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil.* l *Sup. de off. iud. delegat. c. pastoralis require quæ sunt hic decisa cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compilat. Vid. Bald. in l.* 2. *ff. quod vi aut clam.* m *Vid. l. fin. C. de recept.* n *Vid. text. in auth. qui semel. cum ibi notat. C. de probat.* o *Hæc duo postrema verba desunt in antiquis.* p *Cap.* 2. *de iudiciis in* 4. *compil.* q Argentoria.

ex

ex parte vna, et nobilem virum S. de Melileone 9) a diœcesis 10) Pictauien. ex altera, super decimis et aliis coram vobis ex delegatione nostra 11) quæstio verteretur; procuratore ipsius nobilis vestrum volente declinare iudicium, eo, quod duos ex vobis habebat 12) suspectos; procurator monasterii allegauit parti eiusdem nobilis, cum esset vinculo excommunicationis adstrictus 13), exceptionis huiusmodi beneficium interdictum. [*Cum enim excommunicatus, ne reportet ex contumacia commodum, valeat conueniri, si ad exceptione liberum posset habere recursum: traheretur multoties in fauorem, quod est in odium introductum. Vnde postulastis per sedis apostolicæ oraculum edoceri, qualiter in hoc dubitationis articulo procedere debeatis. Ad quod sic*] inquisitioni vestræ 14) duximus respondendum, quod prædicto nobili legitime defensio in iudicio reseruetur, et maxime iudicis *a* recusatio: cum periculosum sit coram suspecto iudice litigare, et suspectis iudicibus sed. apostol. caussam de certa conscientie 15) *c* non committat. Vnde in talibus non excommunicati fauor attenditur, sed æquitas iudicantis; cum non debeat claudicare iudicium; ac satis videatur absurdum, si, actore impugnante, reo defensionis copia denegatur: quia sic condemneretur multoties absoluendus. Porro cum excommunicato, quando in caussa absolutionis existit 16), non sit iuste deneganda 17) sententia: nec interdici debet 18) eidem appellationis remedium, si contra iustitiam condemnetur, qua ratione in vno eodemque negotio ipsi 19) alia legitima subtrahantur 20) suffragia, non videmus. Cæterum non sic in reconuentione sentimus: ne, quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiem extendatur.

9) *Vallene.* C. H. *Valle*, ed. ant. *de Orioleon.* cit. c.
10) Vox *diœcesis*, desideratur in ed. Pith.
11) *Vestra*, ed. ant. sed neutra vox est in cit. c.
12) *Habeat*, C. H. 1.
13) *Constrictus*, cit. c. 2.
14) *Tuæ*, C. H. 1. et ed. ant. sed H *tuæ taliter.* Denique voces *inquisitioni vestræ*, plane non leguntur in cit. c.
15) *Scientia*, cit. c.
16) *Extitit*, ed. ant.
17) *Neganda*, est in cit. c.
18) *Debeat*, C. B. H. ed. ant. et cit. c.
19) *Ipsos*, est in cit. c.
20) *Subtrahentur*, ed. ant.

CAP. VI.

Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur: et exceptio falsi potest etiam post sententiam apponi.

IDEM *monachis Farfen.* 21) d (*ann.* 1208. *Roma in Sabiniam.*)

Cum a venerabilis frater noster I. Sabinen. episcopus coram dilectis filiis nostris R. tituli 22) S. Anastasiæ presbytero 23), et P. sanctæ Luciæ [*ad septa sol.*] diacon. cardin. quos tibi et R. procuratori vestro concessimus auditores, ecclesiam sancti Viti cum suis possessionibus et pertinentiis petiuisset, asserens, eandem ad se in spiritualibus et 24) temporalibus pertinere. Idem 25) nondum [*eiusdem*] episcopi intentione fundata, præpropere *f* sic respondit, quod, etsi 26) dicta ecclesia dudum fuerit 27) ecclesiæ Sabinen. subiecta 28), eam tamen non poterat episcopus vendicare, quam ex permutationis caussa Farfen. 29) monasterium obtinebat, ad hoc probandum quoddam exhibens instrumentum, in quo contineri prima facie videbatur, quod Theodosius episcopus cum suorum sacerdotum assensu prædictam ecclesiam sancti Viti, pro quibusdam ecclesiis et rebus aliis in cambium 30), vestro duxit 31) monasterio concedendam.

Ad hæc 32) episcopus proposuit memoratus, intentionem suam per huiusmodi responsionem esse fundatam. Cum enim pars vestra respondens 33), se dictam ecclesiam ex permutatione facta per Sabinen. episcopum obtinere, [*quod etiam nitebatur publico instrumento probare:*] confiteri per consequens videbatur 34), se credere, quod dicta ecclesia tempore permutationis pertinuit ad ecclesiam 35) Sabinen. cum permutatio 36) inter contractus bonæ fidei computetur, nec cum alio, quam cum domino, vel cum eo, qui habebatur loco domini, legitime valeat celebrari, [*adiiciens, quod, etsi confessioni stare vellet, in quantum contra vos facere videbatur, instrumentum tamen huiusmodi contra se minime admittebat, quod nec tabellionis auctoritate, nec subscriptione testium dignoscitur esse fulcitum. Sed ad hoc pars vestra respondit, quod, cum procurator in modum exceptionis id obiiceret, non videbatur de aduersæ partis intentione fuisse confessus; quia iuxta legitimas sanctiones, qui exceptione vtitur, non æstimatur de intentione aduersarii, cum quo agitur, confiteri, adiungens, quod, etsi permutationis tempore cœnobium Farfen. crediderit ecclesiam dictam S. Viti ad Sabin. ecclesiam pertinere, prædictus tamen procurator ex certis caussis seu verisimilibus coniecturis credulitatem suam postmodum potuit taliter informare, vt crederet eandem ecclesiam ad Sabinen. ecclesiam tunc temporis non spectasse.*] Porro memoratus episcopus ad probandum, quod iam dicta ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quosdam testes induxit, per quos nitebatur 37) *g* ostendere, quod tam dictam ecclesiam, quam molendina, terras, et alia bona eius, Sabinen. episcopi diutius possederunt, de illis pro sua voluntatis 38) arbitrio [*libere*] disponendo. [*et infra.*] [*Super his igitur et aliis propositis coram supradictis cardinalibus, deliberatione cum fratribus nostris habita.*] intelleximus, supradictum episcopum intentionem suam minime fundasse per testium depositiones 39), vel procuratoris supradicti responsionem; quia, [*sicut præmissum est.*] exceptionem obiiciens de intentione partis aduersæ, non intelligitur fuisse confessus, vel per instrumentum ex aduerso 40) exhibitum: cum in eo Theodosius episcopus, a quo permutatio facta proponitur, non dicatur episcopus Sabinens. quanquam in transcriptu, quo procurator vtebatur, appositum fuerit 41) Sabinen. per vitium falsitatis. Licet autem nimis excesserit, qui 42) transcriptum illius instrumenti falsauit: quia tamen delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet, ac non solum ante sententiam, verum etiam post 43) vbique potest exceptio falsitatis; cum falsorum instrumentorum prætextu lata sententia, vsque ad XX. annorum spatium valeat *h* retractari, veritate comperta 44) *i* nolumus, vt per id monasterio vestro præiudicium generetur 45).

Quia vero nobis constitit, supradictam ecclesiam sancti Viti constitutam esse in diœcesi Sabinen. episcopale ius in omnibus eidem episcopo adiudicauimus in eadem, illis duntaxat exceptis, quæ per authentica scripta ei noscuntur 46) esse subtracta: cum per priuilegium vel per præscriptionem 47) legitimam nullatenus probaretur exempta.

Verum quia dictus episcopus, qui eandem ecclesiam vindicabat, munitum se præscriptione legitima non ostendit; quanquam probauerit, episcopum 48) Sabin. bona eiusdem ecclesiæ aliquanto tempore possedisse: vos ab impetitione episcopi quoad temporalia eiusdem ecclesiæ sententialiter duximus absoluendos.

21) *Innocentius III. archidiacono Richem.* C. H. sed neutra inscriptio legitur in ed. ant. et c. 1. comp. 4. de confessis.
22) Voces *tituli*, et *presbytero*, in c. cit. non habentur.
23) *Presbytero card.* ed. ant.
24) Loco particulæ *et*, cit. c. habet: *tam*, *quam.*
25) *Item R.* C. H et ed. ant.
26) *Quod si*, C. H. 2. sed in C. B. 1. copula *et*, manu recentiori est addita, et in cit. c. legitur: *quod etiamsi.*
27) *Fuerat*, C. B. 2.
28) Vox *subiecta*, desideratur in cit. c.
29) *Farfen.* legitur in ed. ant. sed in cit. c. *Farfensis.*
30) *In concambium*, ibid.
31) *Duxerit*, C. H.
32) *Ad hoc*, ibid.
33) *Respondisset*, C. B. 2. sed ed. ant. et cit. c. *respondit.*
34) *Videtur*, ed. ant.
35) *Episcopum*, C. H.
36) Vox *permutatio*, a C. B. et c. cit. abest: sed in margine a manu recentiori adiecta

37) *Videbatur*, C. H.
38) *Libertate*, cit. c.
39) *Depositionem*, ibid.
40) *Ab aduersario*, C. H.
41) *Fuit*, cit. c.
42) *Quod*, habetur ibid.
43) *Et post*, C. H.
44) Per l. 12. C. ad L. Cornel. de fals.
45) *Vt id - generaret*, cit. c.
46) *Dignoscuntur*, ibid.
47) Præp. *per*, a C. B. et cit. c. abest.
48) *Episcopos*, C. B. H. et cit. c.

CAP. VII.

Si exceptio iurisdictionis exclusiua, propter quam fuit appellatum, probatur vera: iudex appellationis non debet de principali cognoscere, sed supersedere. H. d. intelligendo, quod isti erant iudices appellationis *k* et est notabilis intellectus. Panorm.

HONORIVS III. *abbati* 49) *S. Huberti et sancti Martini Leodien.* l (*ann.* 1220. *Roma in German. conf. c.* 1. *comp.* 5. *h. t.*)

Olim [*fuit nostris auribus intimatum, quod, cum fel. recordationis Innocentius P. p. n. mandasset ven. fr. n. archiepiscopo Treueren. vt compositionem inter nobiles viros L. comitem Delos. et W. de Hollandia tractatam Traiecten. diœces. super rapta nobilis mulieris vxoris eiusdem comitis, terris et rebus aliis amicabiliter initam faceret obseruari, dicto W. attente venire contra prædictam compositionem, vt si ad appellationis diffugium conuerteret, idem archiepiscopus appellationi eius non deferret, quam friuolam esse decreuit, in præfatum W. qui alias erat vinculo excommunicationis adstrictus, specialiter propter compositionem prædictam excommunicationis, et in terram eius interdicti sententias promulgauit. Cumque postmodum dilect. fil. G. dicti comitis procurator, nostras ad vos super exsequatione sententiarum ipsarum litteras impetrasset, et H. procurator præfati W. in audientia publice contradixisset eisdem; ven. fr. n. P. Albanus episc. et dilect. fil. n. B. sanctæ Mariæ in Cosmed. diaconus cardinalis, quos*

49) *Abbatibus*, C. H. sed tota inscriptio c. 1. comp. 5. h. t. ita se habet: *Dilecto f. abbati sancti Oberti Leodien. diœcesis, et S. Ioannis et S. Martini decanis Leodien.*

a Ab malis. b *Vid. Hostien. in sum. tit. de recus.* §. *quæ sit iusta caussa.* c *al.* scientia. d *Vid.* Farsen. *al.* Franctra. *In quibusdam ita:* Innoc. III. archid. Richemundiæ. e *Cap.* vn. *tit. de Confess. in* 4. *compilat. Vid. Dyn. in cap. exceptione. De reg. iur. Adde Roman. in l. cum. mulier.* ff. *sol. matrim.* f *al.* propere.

g Videbatur. h *Arg. l. querela. C. ad L. Corn. de falsis. et c.* 9. *supr. de probat.* i *De materia huius decret. quotiens agit de statu, vid. Bartol. in leg.* 1. *si quis caut. Imolam in l. continuus.* ff. *de verb. obligat. Ascanius. cons.* 22. *Insp. consideratis verbis statuti. in* 4. *volum.*

procu-

procuratoribus antedictis auditores dedimus, quia per ea, quæ ab eisdem fuerant proposita coram eis, constitit manifeste, dictum W. excommunicationis vinculo esse innodatum, procuratorem eiusdem W. ad impetrandum litteras vel contradicendum admittendum non esse, sententialiter decreverunt, litteris, quas ad vos procurator dicti comitis impetraverat, obsolutis. Nos quidem ad instantiam procuratoris comitis sæpe dicti alterius partis astutiam metuentes, vobis dedimus in mandatis, ut in commisso vobis negotio iuxta formam in prædictis nostris litteris expressam, ratione prævia procedentes, litteras decerneretis carere viribus, si quas forte a nobis super præmissis pro ipso W. in præiudicium sæpe dicti comitis per subreptionem contingeret impetrari, quæ plenam de prædictis non facians mentionem.] Nuper vero 50) ex parte [*memorati*] *W.* fuit propositum [*coram nobis,*] quod litteris [*prædictis*] præd. n. Treviren. 51) archiepiscopo præsentatis, idem W. 52) excipiendo proposuit [*coram eo,*] quod auctoritati [*litterarum*] ipsarum respondere minime tenebatur; [*tum quia, mortuo mandatore, exspiraverat iam mandatum: tum etiam,*] quia ultra duas diætas extra suam diœcesin trahebatur in caussam [*contra constitutionem concilii generalis.*] Et quia dictus archiepiscopus hanc exceptionem 53) admittere recusabat: [*idem W.*] vocem ad nos appellationis emisit. [*Sed præfatus archiepiscopus, ipsius appell. contempta, mandavit ven. fr. n. Traiecten. episcop. ut compositionem præfatam faceret per cens. eccles. firmiter observari. Adiectum etiam fuit ex parte prædicti W. quod dictus comes appellationem frivolam mentiens antedictam, a nobis excommunicatus existens, veritate tacita, litteras impetraverat supradictas. Quare pro parte ipsius W. fuit a nobis humiliter supplicatum, ut, cum idem, ac terra et alia bona sua sub apostol. sed. protectione consistant, super hoc sibi providere misericorditer dignaremur, non obstante sententia, quam incurrerat, cum Ludovico in Angliam transfretando: cum ipsum absolverimus ab eadem. Nos igitur eidem ab excommunicationis vinculo absoluto, providere volentes, abbati S. Laurentii in Hostbroch et coniudicibus suis per nostras litteras dedimus in mandatis, ut, si rem invenirent taliter se habere, revocato in irritum, quicquid invenirent post appellat. huiusmodi attentatum, caussam audirent, et fine debito terminarent: alioquin partes ad examen nostrum remitterent, appellantem in expensis legitimis condemnantes.*] Porro procurator partis adversæ 54) respondit, quod idem W. ultra duas diætas extra suam diœcesim minime 55) trahebatur: cum ipse archiepiscopus terminum in tali loco statuerit, qui remotus ab illo non erat ultra, quam provisum est per constitutionem concilii generalis 56). [*Adiecit etiam eiusdem comitis procurator, quod sæpe dictus W. auctoritate iam dicti prædecessoris nostri, alia est excommunicatione ligatus, de qua in litteris ad iam dictum abbatem S. Laurentii et eius coniudices directis nullam fecit penitus mentionem. Quare petiit sæpe dicti comitis procurator, ut eas ob caussas prædictas decerneremus irritas et inanes. Quia vero in tanta iuris contrarietate proponentium nobis de veritate non constat:*] discr. v. mandamus, quatenus, si procurator dicti W. [*intra tres menses post primum terminum, sibi super hoc assignatum a nobis,*] probare potuerit exceptionem, quam 57) coram archiepiscopo proposuit sæpe dicto, videlicet [*mandatum re integra exspirasse, vel*] se in caussam trahi ultra duas diætas contra constitutionem concilii generalis b, [*seu etiam ipsum comitem Doles excommunicatum fuisse tempore, quo nostras ad vos litteras impetravit, prout eiusdem W. procurator exposuit coram nobis,*] vos appellationem dicti W. legitimam decernentes, negotio supersedere curetis 58).

50) *Vero*, a C. B. H. ed. ant. et gloss. abest, sed in c. cit. legimus: *autem.*
51) *Supradicto*, ibid.
52) Littera *W.* deest in C. H. et ed. ant.
53) *Has et alias exceptiones suas legitimas*, c. cit.
54) *Ipsius comitis*, ibid.
55) Loco dictionum *respondit, quod - - minime*, ibid. legimus: *novissime proposuit coram nobis, litteras, quas pro ipso W. ad eundem abbatem S. Laurentii et eius collegas direximus, subreptas esse per expressum mendacium et tacitam veritatem. Nam nec iam dicti prædecessoris nostri mandatum exspiraverat cum mandante, prout nobis fuit ex parte W. sæpe dicti suggestum; cum ante mandatoris mortem archiepiscopus procedere incepisset; nec idem W. ultra duas diætas extra suam diœcesim trahebatur.*
56) *Memorati*, ait ibid.
57) *Exceptiones, quas*, ibid.
58) Verba finalia in cit. c. ipsa post vocem *vos*, ita sonant: *vos nisi dictus comes probaverit, sæpe dictum W. tempore, quo littera ad abbatem S. Laurentii et eius coniudices pro eo directa impetrata fuerant, alia excommunicatione teneri ab ea, quam incurrit cum Lodowico in Angliam transfretando, negotio supersedentes, omnino iam dictum abbatem S. Laurentii et eius coniudices procedere permittatis iuxta traditam sibi formam. Procuratore vero sæpe dicti W. deficiente in exceptionum probatione dictarum, vel ipso comite sufficienter probante, dictum W. tempore litterarum impetratarum pro eo, excommunicatione alia ab ea, quam in Angliam transfretando incurrit, fuisse ligatum, vos, litteris ad abbatem S. Laurentii et eius coniudices obtentis, nequaquam obstantibus, in negotio ipso iuxta formam vobis traditam, appellatione postposita, procedatis, nullis litteris obstantibus, si quæ apparuerint, harum tenore tacito, a sede apostolica impetratis.*

CAP. VIII.

Pro defensione suæ ecclesiæ potest quis opponere exceptionem excommunicationis, periurii, vel aliam legitimam exceptionem: nec per replicationem excommunicationis vel periurii repelli potest.

IDEM *archid.* 59) *Transrig.* 60) et 61) *officiali, et I.* [*Borelli*] *canonico Turonen.* (*ann. 1222. Romæ in Galliam. Conf. c. 4. comp. cit. h. t.*)

Dilecti filii S. et 62) P. ac C. 63) [canonici] ecclesiæ sanctæ Mariæ 64) [*Gratiac.*] transmissa nobis 65) c petitione monstrarunt, quod, cum M. canonicus eiusdem ecclesiæ [*Bituricen. diœcesis*] ipsos coram [*decano et magistro Herveo canonico Altissiodorens.*] delegatis a nobis 66) traxisset in caussam, super eo, quod se opponunt 67) electioni a quibusdam canonicis d Graciacen. 68) factæ de ipso in priorem ecclesiæ supradictæ, [*et*] iidem proposuerunt [*coram præfatis iudicibus,*] quod dictus M. non debebat audiri, eo, quod excommunicatus erat 69), et periurii crimine irretitus. Cumque dictus M. 70) præfatis G. et P. 71) periurium, et S. 72) excommunicationem in modum e exceptionis et 73) replicationis obiiciens, [*per hoc*] eorum exceptionem elidere niteretur; procurator eorum proposuit, quod, [*licet iudices præfato M. ad probandam replicationem suam terminum assignassent,*] eius [*tamen*] super hoc probatio recipi non debebat 74): quia, etsi obiectum præfatis canonicis periurium probaretur, non essent [*tamen*] propter hoc a defensione suæ ecclesiæ repellendi. Adiecit etiam, quod contra excommunicationem dicto M. in modum exceptionis obiectam, excommunicatio supradicti S. replicari non poterat [*cum effectu: tum quia suæ absolutionis litteris ostendebat, tum*] quia exceptio ipsi M. opposita et 75) probata, eundem repelleret ab agendo, replicatio vero 76) sæpe dictum S. nequaquam a defendendo repelleret, si etiam probaretur. [*Quare petebat, ut, omissis probationibus huiusmodi replicationis, in quibus etiamsi probaretur, labor, ut præostensum est, consumeretur inanis, probationes reciperent, quas ad probandum obiecta ipsi M. ducerent producendas.*] Ipsi vero iudices interloquuti fuerunt, quod prius probationes reciperent super replicatione præmissas, propter quod ad nostram fuit audientiam appellatum 77). Quocirca [*discr. v.*] mandamus, quatenus 78), si res ita se habet, revocato in irritum, [*si quid post huiusmodi appellationem inveneritis temere attentatum, audiatis caussam, et quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis.*]

59) *Archiepiscopo*, C. B. 2.
60) *Transligeren.* C. B. 1. sed C. B. 2. *Transligeri* et c. 4. comp. cit. *trans Ligerim.*
61) Copula *et*, desideratur in ed. ant. et cit. c.
62) Hic rursus omittitur copula *et*, in cit. c.
63) Loco *C.* ibid. est *G.*
64) *S. Mariæ Gracei.* C. B. 1.
65) Dictio *nobis*, non adest in ed. ant.
66) *Iudicibus*, C. H.
67) *Opposuerunt*, ibid.
68) *Gracien.* C. B. 2. et H. sed C. B. 1. *Granden. ecclesia*, et cit. c. *Graciac.*
69) *Esset*, C. B. 1.
70) *Cum prædictus*, C. B. 2.
71) *Ac P.* C. H. et cit. c.
72) *S. vero*, C. B. 2. sed in ed. ant. desideratur: *S.*
73) Verba: *exceptionis et*, a C. B. H. et cit. c. absunt.
74) *Deberet*, C. H.
75) *Probata*, C. H. et cit. c. sine copula.
76) In C. B. 2. additur: *etiam.*
77) In cit. c. verba ipsa post vocem *reciperent*, ita se habent: *quas ad probandam sæpe dictam replicationem produceret M. prædictus, propter quod idem procurator nostram audientiam appellavit.*
78) *Quod*, est ibidem.

CAP. IX.

Si per exceptionem suspensionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio ecclesiæ retardatur: fit absolutio ad cautelam.

GREGORIUS IX. *I. et M.* 79) *canonicis Pragen.* (*ann. 1232. Romæ in Bohem.*)

Apostolicæ sedis g: [*et infra.*] Sane, vobis apud sedem apostolicam constitutis, quædam suspensionis 80) et amotionis a beneficiis sententiæ fuerunt 81) in modum exceptionis obiectæ. Quas licet proponeretis vos posse 82), nullas esse, per testes idoneos et instrumenta probare: ne tamen ordinationem Pragens. ecclesiæ, propter quam venistis, huiusmodi obiectionis obstaculo contingeret retardari, sententias ipsas relaxavimus 83) ad cautelam.

79) *Per M.* secundum C. H.
80) Et tamen tempore huc celebraverant divina, atque ita irregularitatem incurrisse dicebantur: quæ circumstantia supplenda ex c. 9. *X. de cler. excommun.* ubi alia particula ex hac decretali refertur.
81) *Sunt*, ed. ant. Cont. et Pith.
82) verbum *posse*, abest a C. H.
83) *Relaxamus*, ed. ant.

a Ipsius comitis. b *Lateranen. sub Innocent. III. cap. 37.*

c *Dictio, nobis, deest in multis.* d *al.* Graciacensis ecclesiæ. e *Hæc duo verba, exceptionis et, desunt in antiqu. manuscr.* f *Vid. l. circa. cum seq. ff. de probat.* g *De absolutione ad cautelam, vide Specul. tit. de sentent. § ut autem. Adde Ioan. de Ananía cap. 1. tit. de maleflc. et Albertc. in l. a præcedente. C. de dilat.*

CAP. X.

Excommunicationis exceptione non obstante, valet rescriptum impetratum in caussa appellationis: licet de excommunicatione lata post appellationem a grauamine non faciat mentionem. Hoc dicit, et sanundum hoc est casus not. et singularis: per quem forte posset colligi vna regula, quod de innouato post appellationem etiam ab interlocutoria non est necesse in rescripto facere mentionem. Panorm.

IDEM *decano Lincolniensi*, 84) (*ann.* 1233. *Roma in Angl.*)

Dilectæ a in Christo filiæ 85) [illegible] priorissa et conuentus de Campessia 86) nobis significare curarunt 87), quod, cum inter ipsas ex vna parte, et priorem et conuentum de Burcellia 88) ex altera, super quibusdam decimis et rebus aliis, pro quibus conueniebantur ab illis coram abbate S. Benedicti et eius collegis, auctoritate apostolica quæstio verteretur, et ipsæ ad nos ex sufficienti grauamine appellassent, ac nuntium suum ad appellationem miserint prosequendam: præfati iudices postmodum tulerunt excommunicationis sententiam in easdem 89). Nostris ergo litteris super appellatione præfata, non facta mentione de excommunicatione, per eundem nuntium ad priorem de Angles 90) et suos coniudices impetratis, pars aduersa ex eo se appellasse proponens. quod ipsi iudices exceptionem excommunicationis prædictæ, contra ipsas ab eadem parte 91) propositam admittere denegarunt, 92) ad priorem de Gernemoe 93), et suos coniudices nostras super hoc litteras impetrauit. Coram quibus ex parte ipsarum fuit excipiendo propositum, quod, cum post appellationem legitimam 94) dicta sententia lata fuerit, et cuilibet excommunicato defensionis auxilium competere dignoscatur, memorati iudices exceptionem partis, contrariæ 95), sicut nec 96) debebant, admittere noluerunt 97). Sed cum dictus prior de Gernemoe et coniudices sui talem exceptionem non reciperent eandem: ipsæ ad nostram 98) audientiam appellarunt. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in statum debitum, quicquid post huiusmodi appell. inueneris attentatum, in eodem negotio iuxta prioris mandati nostri 99) ad præfatum priorem de Gernemoe et coniudices suos directi tenorem, præuia ratione procedas.

84) *Lincoln.* C. R. 1. *Lincolniensi episcopo.* C. H.
85) *Dilecta in Christo filia*, C. H.
86) *Campesseya*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Campesseia*, et H. *Candessia.*
87) *Significauerunt*, C. H.
88) *Burcella*, C. R. 2. sed ed. ant. et Gonz. *Bucellsia.*
89) Vt ita forsan in *singulas*, quæ tales. In *vniuersitatem* enim, quæ talem, sententia excommunicationis ferri nequit, c. 5. *de sent. excomm. in* 6. *in f.* quamuis etiam dici queat, talem excommunicationem olim tempore GREGORII IX. adhuc vetitam fuisse, prohibitam demum ab INNOCENTIO IV. *in cit.* c. 5. quod etiam liquet ex c. 11. *X. h. t.* ibi: *exceptione excommunicationis opposita contra capitulum.*
90) *De Angle*, C. R. 1. *de Anglo.* C. R. 2.
91) *Ab ea*, C. R. et ed. ant. sed in H. desiderantur verba: *ab eadem parte.*
92) *Denegarent*, C. R. 1. sed C. R. 2. et H. *denegarant.*
93) *De Gernia*, C. R. 1. per tot. sed C. R. 2. *de Germine*, et H. *de Germeuse.*
94) Vocabulum *legitimam*, deest in C. H.
95) *Partis aduersæ*, C. R. 1.
96) *Sic non*, ibid.
97) *Noluerunt*, ibid.
98) Pron. *nostram*, abest a C. H.
99) Pron. *nostri*, deest, ibid.

CAP. XI.

Per exceptionem excommunicationis a prosequutione appellationis etiam originalis actor repelli non debet. H. d. et est casus, singularis, quatenus dicit de actore.

IDEM *abbati sancti Saluatoris Papien. et Vercellen. præposito.* (*ann.* 1230. *Roma in Insubriam.*)

Significauerunt 100) *b* nobis capitulum de Tornacens. 1) quod, cum P. in suum archipresbyterum elegissent, Mediolanens. archiepiscopus præsentatam sibi electionem renuens confirmare, quendam 2) Zephum 3) clericum in archipresbyterum instituit ecclesiæ supradictæ. Quare, ipsis ad sedem apostolicam appellantibus, præposito sancti Stephani caussam ipsam 4) super his diximur 5) commisisse, qui electionem ipsorum confirmans, et pronuntians, ius eligendi ad ipsum capitulum 6) pertinere, partem aduersam ab impetitione ipsorum absoluit: a qua sententia partes ad sedem apostolicam appellantes, caussam ipsam vobis ubiuuera committi. Sed a parte altera, exceptione excommunicationis opposita, contra capitulum memoratum, vos mi-

100) *Significauit*, C. R. 1. et H.
1) Tornacensis in Gallia non est suffraganea Mediolanensi archiepiscopo, qua de caussa legendum *Tortonensis*, quod *Tortona* seu *Derthona* sit suffraganea huic archiepiscopo, teste VGHELLIO *tom. IV. Ital. Sacra* p. 721.
2) Pronom. *quendam*, a C. R. abest.
3) *Zetum*, C. R. ed. ant. et Gonz. *Il. clericum*, H.
4) Pronom. *ipsam*, a C. R. et Gonz. abest.
5) *Dicimur*, habent Pith. et.
6) *Electionis ad capitulum*, C. H.

nus prouide attendentes, quod prætextu excommunicationis oppositæ a prosequutione appellationis non debeat quis excludi, cum omnis legitima defensio excommunicato in iudicio reseruetur, partem aduersam non esse cogendam ad respondendum eisdem, perperam decreuistis: propter quod dictum capitulum nostram audientiam appellauit 7). [*et infra.*] Mandamus, quatenus, si est ita, exceptione huiusmodi non obstante, in eodem negotio procedatis.

7) *Appellarunt*, C. R. 2. edit. ant. Cont. Gloss. et Pith.

CAP. XII.

Reus in qualibet parte litis excommunicationem contra actorem obiiciens auditur; et, si malitiose distulerit, in expensis condemnatur: et dato, quod non excipiat, ipse iudex publice excommunicatum repellet.

IDEM.

Exceptionem r excommunicationis in dilatoriis proponendis reus scienter omittens, in qualibet parte litis opponere minime prohibetur, quod est in hac exceptione specialiter obseruandum: ne quisquam 8) *d* in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur. Qui si eam omiserit, vt actor laboribus et sumptibus fatigatur: in expensis est legitimis condemnandus. Excommunicatus a autem publice, etsi huiusmodi 9) exceptio non opponitur 10), nihilominus est officio iudicis repellendus.

8) *Ne quis*, C. R. et H.
9) *Huius*, ed. ant.
10) *Opponatur*, C. R. 1. et H.

CAP. XIII.

Non competit exceptio rei iudicatæ reo absoluto: quia non possidebat.

IDEM GREGORIVS IX. (*ann.* 1224.)

Aduersario *f* tuo per iudicem absoluto, quoniam tempore motæ litis rem petitam ab ipso sine dolo desierat possidere, si eam modo possidet, tibi petenti denuo, rei iudicatæ exceptio non obsistat 11).

11) C. R. et ed. Gonz. *obsistat*: H. *obsistet.*

CAP. XIV.

Valet rescriptum impetratum ab excommunicato super prosequutione appellationis: licet de excommunicatione non fecerit mentionem.

IDEM.

Venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum *g* Narbonen. qui a iudicibus ex sufficienti 12) grauamine ad apost. sedem appellans, ad vos super appellatione sua nostras litteras reportauit; etsi ex caussis aliis tempore impetrati rescripti vinculo fuerit 13) excommunicationis adstrictus, de quibus ibi mentio non habetur, ad prosequendam per easdem literas appellationem prædictam decreuimus 14) admittendum: quia nihil excommunicato appellare prodesset, si non posset appellationem suam 15) prosequi, et super ea litteras impetrata.

12) *A sufficienti*, C. R. 2.
13) *Fuerat*, C. H.
14) *Decreuimus*, C. R. et ed ant.
15) Pronom. *suam*, a C. R. abest.

TITVLVS XXVI.
DE PRÆSCRIPTIONIBVS.
CAP. I.

Episcopus contra episcopum locum per se conuersum ad fidem, præscribit triennio: sed, cum vacat ecclesia, vel est in schismate, non præscribetur contra ipsam.

Ex concilio Aphricano. *h* (*ann.* 402.)

Placuit, vt, si 16) quisquam *i* [*post leges*] aliquem locum 17) ad catholicam vnitatem conuerterit, si eum per triennium, nemine

16) *Etiamsi*, c. 1. comp. 1. h. t.
17) *Post leges*, adiectum est in *cit. concil.* quibus verbis designatur *l.* 41. *C. de heret.* qua conuersi ab omni pœna contra hæreticos lata liberati sunt, cuius etiam mentio iniicitur in *c.* 79. *Codic. can. Afric. eccl.* atque disponitur, *a lege*, seu post legem *vnitatis*, *et deinceps oportere vniuersas ecclesias vindicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hæreticis pertinebant.* Huius dispositionis hic traditur exceptio, nisi quisquam aliquem locum, post *leges de vnitate latas*, ad catholicam vnitatem conuerterit, et per triennium nemine repetente, retinuerit: quod talis ecclesia deserta videatur. *Cura* conuertendi errantes ad ecclesiam catholicam *communis* erat, et sic plebem conuersam *iuste* possidebant, qui eam ad vnitatem fidei reduxerant ex legum præscripto. Hanc *sollicitudinem communem*, pro salute omnium ecclesiarum, optime probat exemplum DIONYSII Corinthiacæ ecclesiæ episcopi, qui, teste EVSEBIO *lib. IV. c.* 23. *Corinthiorum ecclesia episcopatum gessit, nec solum populis sibi commissis, verum etiam aliarum regionum et vrbium incolis diuinos labores suos prolixe communicauit, maxime commodis vtilitatibusque catholicas illas, quas ad diuersas ecclesias scripsit, epistolis.* Hæc cura communis, seu omnibus commissa cum negligentia propriorum episcoporum facile abstergere poterat omnem *malam fidem*, quod conuertentes episcopi locum alienum scientes per triennium possederint.

---

a *De mater. videlicet an et quando valeat rescriptum impetratum per excommunic.* vid. *Card. consil.* 3. *tit. de rescr.* et *consil.* 12 *de reg. Felin. in c.* 1. *supr. de rescript.* b *Al. Significauit.* *Vid. Petr. Duenam reg.* 579. *in c. excommunicatus non potest.*

c *Vid. Bellamer Dec.* 226. *et Gomez. in comp. vtriusque sign.* d *al.* ne quis. e *De materia vitandorum excommunicatorum* vid. *Felin c. Rodulfus. de rescript.* f *De intellectu huius decret.* vid. *Anton. de Butr. in c.* 1. *de re iud.* g *De mater. huius decretal.* vide *Pestip. in cap. alim. supr. de rescript.* h *Canonum Græce collectorum ex Carthaginensibus Conciliis. hic numeratur centesimus primus.* i *Can.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.*

repe-

repetente, tenuerit 18), vlterius ab eo non repeatur: si temen per ipsum triennium fuerit 19) *a* episcopus, qui posset repetere, et tacuit. Si autem non fuerit 20); non præiudicetur matrici ecclesiæ, sed liceat, cum locus ecceperit episcopum, [*qui non habebat*,] ex ipso 21) die intra triennium repetere. Item 22) si fuerit episcopus ed catholicam fidem ex Donati *b* parte conuersus; non ei præiudicet præfinitum tempus: sed ex quo die conuersus est, habeat per triennium potestatem repetendi locum, qui 23) ed ipsam cathedram pertinebat.

18) *Retinuerit*, cit. c.
19) *Fuit*, C. R.
20) Voci huic in ed. ant. rursus adiicitur vocabulum *episcopus*.
21) *Ab ipso*, C. a. 1.
22) *Ideoque*, cit. c.
23) *Loca, quæ* - - - *pertinebant*, ibid.

CAP. II.

Duobus modis summatur, primo sic: *taciturnitas prælati non nocet ecclesiæ, donec sit præscriptum.* Secundo sic: *in rebus inuasis non currit præscriptio.* Ioan. Andr.

Ex REGISTRO GREGOR. *c* Italiæ patriciæ 24). (libr. II. ep. 58. *ann.* 600. *Romæ.*)

Nihil *d* prodest [*gloriosissima sanitas et pulchritudo in corporis superficie, si vulnus latet intrinsecus. Atque illa magis cauenda est discordia, cui satellitium pax præbet exterior. Illud vero, quod in epistolis vestris eenotare in memoriam nostram excellentia vestra studiose contendit, scriptum esse vobis,*] nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu, vobiscum nos velle de caussis pauperum definire: [*hæc nos et*] vobis 25) scripsisse meminimus, [*et scimus, nos adiuuante Domino, a sanctarum litigiis ecclesiastica moderatione compescere, atque secundum illum apostolicum sensum capiaum bonorum nostrorum cum gaudio sustinere.*] Sed illud vos scire credimus, taciturnitatem atque patientiam nostram futuris post me pontificibus in rebus 26) pauperum præiudicium non facturam.

24) *Italica patricia*, C. R. 1. et c. 3. comp. cit. 1. sed C. R. 2. *Italiæ patria.*
25) *Vobis*, desideratur in cit. c.
26) *Pontificalibus rebus*, C. H.

CAP. III.

Per quietam et sinceram possessionem triginta annorum, præscribit ecclesia rem priuati. H. dicit, prout loquitur in præscriptione ecclesiæ actiue, et iste intellectus tenendus est.

GREGORIVS.*)

Sanctorum *e* patrum sanctiones [*humanæ leges irrefragabiliter*] statuentes confirmauerunt, et nos [*in præsenti concilio cum omnibus, qui adsunt nobiscum;*] irrefragabiliter confirmamus, vt omnes possessiones 27) ed singulas prouincias nostrorum fratrum pertinentes, a quibus per triginta annos 28) possessæ sunt quiete et sincere absque synodali proclamatione perpetuo teneantur 29). [*nullaque vox audiendi alicui aduersario concedatur. Si vero aliquis præsumtor temerario ore exorbitauerit; quia contra sanctorum patrum statuta agit: sit vinculis indissolubiliter inodatus, et penitus exterris ab ecclesia, et a communione fratrum alienus.*]

*) vid. not. sub n. 28.
27) *Vt omnibus possessionibus ad* - - - *pertinentibus*, c. 4. comp. 1. h. t.
28) De hac *lege tricennali*, quæ æque in rebus ecclesiasticis olim viguit vsque ad tempora IVSTINIANI, qui demum loco eius *quadragenariam* substituit præscriptionem, egi *ad c.* 1. *C. XIII. qu.* 2. *not.* 68. Vnde colligo, hunc textum non tribuendum GREGORIO, cuius tempore iam *lex tricennalis* in facultatibus ecclesiasticis sublata erat, sed GELASIO, veu perspicue docent *c.* 2. *C. XVI. q.* 4. iuncto *c.* 1. *C. XIII. q.* 2. et *c.* 3. 4. et 6. *C. XVI qu.* 3. cuius tempora adhuc *tricennalis præscriptio* obtinebat, post IVSTINIANI tempora abolita, vt ALEXANDER III *c.* 4. *X. h. t.* innuit. Qua de caussa hic textus ad annum CCCCXCIV. referendus.
29) *Detineantur*, cit. c.

CAP. IV.

Quarta decimarum et funeralium præscribitur contra episcopum, si quadraginta annorum spatio non soluatur, et cathedralis ecclesia interim non vacauit.

ALEXANDER III. *Salernitano archiepisc. f (ann. 1180. Romæ in Campaniam.)*

De quarta [*vero*] decimæ et *g* oblationis defunctorum clericus ab impetitione episcopi quadragenaria præscriptione temporis se 30) posse tueri videtur: nisi forte interim pastoralis sedes caruisset pastore, qui iura in ecclesiæ suæ exigere debuisset 31). Nam Romana ecclesia tricennalem 32) præscriptionem contra ecclesiam non admittit 33).

30) Dictio *se*, desideratur in c. 6. comp. cit.
31) *Debuit*, ibid. legitur.

a Fuit. *b* Aug. libr. de her. c. 69. tom. 6. *c* libr. 2. c. 95. epist 57. *d* C. 3. eod. tit in 1. compil. *e* Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. et post. concil. Lateran. sub Alex. III. part. 38. c. 7. in regist. Greg. nondum inueni. *f* al. Salonitano. al. Salernitanen. *g* Cap. 6. eod. tit. in 1. comp.

32) *Et tricennalem*, C. R. 2.
33) Quia ex decreto GRATIANI forsan hæc præscriptio in hac caussa allegata erat, quæ olim obtinuit, vt ad *c. prec.* monitum. Pontifex hanc obiectionem his verbis remouet.

CAP. V.

Possessor malæ fidei non præscribit.

IDEM *h* [*episcopus Clemens gloriosus, martyr in L. Stemmatum.*] (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Vigilanti studio *i* cauendum est, [*cum summa dimensio diuini iudicii ab initio consueuit propria dimittere, aliena non appetere.*] ne malæ fidei possessores simus in prædiis alienis, [*atque rebus ecclesiasticis;*] quoniam nulla antiqua dierum possessio [*diuino iure*] iuuat aliquem malæ fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam se nouerit aliena possidere: cum [*vere*] bonæ fidei possessor [*etiam*] dici non possit. Ephesinus 34) enim legislator [*Origenis patianus*] solum propter vitandam miserorum segnitiem, et longi temporis errorem et confusionem, primus tricennali vel quadragenali 35) præscriptione 36) vigorem legis imposuit *k*. Nobis autem tam in rebus cognitis, quam [*in rebus*] latentibus placuit non habere vigorem.

34) *Barbarum*, non pontificis imperitiæ hanc denominationem tribuendam esse, recte censet IANVS A COSTA in *comm. ad h. c.* optime cognitum habentis. THEODOSIVM auctorem hanc præscriptionem primum introduxisse in *l.* 3 *C. de præscript. XXX. ann.* Sine dubio enim pontifex scripserat: THEODOSIVS legislator: cum etiam C. H. non *Ephesinus*, sed *Ephesius*, legat loco *Theodosius*. Præterea verba adiecta: *Origenis patroni*, æque vitiosa sunt, et forsan *orientis partibus*, loco O P. cum ACOSTA substituenda: quia pontifex sub nomine *legislatoris Theodosii* laudat *codicem Theodosianum*, in *partibus orientis* primum promulgatum. Vnde non mirandum, etiam *quadragenariæ præscriptionis* hic mentionem fieri, quæ æque in *C. Theod.* scil. in *l.* 2. *C. de long. temp. præscript.* deprehenditur: licet non sit THEODOSII iunioris, sed CONSTANTINI. Vtramque legem corrigit pontifex, namque m. f. possessoribus haud profuturam in posterum constituit. Alii loco *Ephesinus* substituunt EVGENIVS, qui THEODOSIIM. coætaneus imperio per tyrannidem potitus erat, quam emendationem præfert GONZAL. *ad h. c.* n. 5. Sed si vel maxime probari posset, EVGENIVM in Italia hanc introduxisse præscriptionem; improbabile tamen prorsus est, ad hunc prouocasse ALEXANDRVM III. cum ipse GONZALEZ. *cit. l.* fateri cogatur, legem EVGENII vt a tyranno editam, in Italia ac ceteris prouinciis nunquam auctoritatem habuisse, et hic et sine dubio incognitam. Accedit, quod simul *quadragenariæ* mentionem faciat *præscriptionis*, quam codex *Theodosianus*, non EVGENIVS legislator, refert.
35) *Quadriennali*, C. H.
36) *Præscriptione*, C. a. et ed. Gonz. sed c. 7. comp. cit. *possessioni*.

CAP. VI.

Vna ecclesia in parochia alterius quadraginta annorum spatio decimas præscribit.

IDEM *Mauritano* 37) *l* *episcopo.* (*ann.* 1170. *Romæ.*)

Ad aures *m* nostras [*te significante*] peruenit, duas ecclesias [*sub examine tuo sæpius*] litigasse 38) super decimis, quas vna earum 39) in alterius parochia annis XL. possedit, [*ac per hoc eius actionem putat esse exstinctam: altera vero volens eas iure parochiali euincere, præscriptionem non debere sibi obesse proponit. Ideoque quid iuris sit in hoc casu, tua nos duxit f. consulendos.*] Tuæ [*itaque*] fraternitati tenore præsentium 40) innotescat, quod de iure *diuino et humano* 41) melior est conditio possidentis: quia quadragenalis 42) præscriptio 43) omnem prorsus actionem excludit 44).

37) *Mauritan.* C. R. 1. et L. *Mauritiano.* C. R. 2.
38) *Litigare*, c. 9. comp. cit. 1.
39) *Vna ecclesiarum*, ibid.
40) *Præsent.* C. R. 1. sed C. R. 2. et cit. c. *litteris præsentibus.* et H. tantum habet *præsentium.*
41) Verba *diuino et humano*, a C. R. H. et ed. ant. absunt.
42) *Quadriennalis*, C. H.
43) *Præscriptio, si apponatur*, C. R. 1.
44) *Secludit*, cit. c.

CAP. VII.

Laici spiritualia possidere non possunt: ergo et per consequens, nec præscribere. H. d. et quotidie allegatur.

IDEM [*B.*] *Parmensi* 45) *episcopo.* (*ann.* 1172. *Romæ in Insubriam.*)

Caussam *n*, quæ inter [*dil. fil.* N. I.] Regin. 46) archid. et nobilem virum G. [*de Bosio*] super decimis vertitur 47), [*quas idem G. et homines sui habere in curte Folinani dignoscuntur, experientiæ tuæ, de qua plene confidimus, committimus audiendam, et mediante iustitia terminandam.*] Ideoque *f. t. p. a. s. p.* 48) mandamus, quatenus [*partes an-*

45) *Parisiensi*, C. L.
46) *Reginam*, C. R. 1. et L.
47) Vox *vertitur*, desideratur in c. 10. comp. cit.
48) In C. H. et edit. ant. sigla: *f. t. p. a. s. p.* non habentur.

h Al. Clemens IV. *i* Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. et post. concil. Lateran. sub Alex. III. part. 38. c. 1. *k* Vid. l. fin. C. de præscr. long. temp. *l* al. Mauritiano. *m* C. 9. eod tit. in 1 comp. Cald. in tract. de præscr. in t. p. 5 part. principalis. q. 14. *n* Cap. 10. eod. tit. in 1. comp. et quare laicis decima non debeatur, B. Thomas. et ibid. Caiet. 2. 2. q. 87. art. 3.

Z 2

te tuam praesentiam connocet, et rationibus auditis diligenter, et cognitis, contrad. et app. rem.] caussam ipsam debito fine decidas, non obstante praescriptione temporis, vel concessione ecclesiasticae 49) secularisue personae, si idem G. opponera 50) eam voluerit: quia, cum laici decimas detinere non possint, eas nulla valent, praescribere ratione.

49) Intelligit episcopos, qui XI. saeculo potissimum per decimarum dationem in feudum sibi vasallos acquirebant, vt inter alios tradit ALBERTVS Stadensis *ad ann. MLXVI*, retereas, apud Bremenses plerasque decimas in vsum laicorum cessisse. Idem perspicue fusius cit. FRIDERICVS I. in camitiis Gelenhusensibus apud ARNOLDVM Lubecensem *lib. III. c. 18. n. 3.* testeum a LEIBNITIO *tom. II. script. rer. Brunsuic. p. 669.* atque: *cum tempore Christianitatis ab aduersariis infestarentur ecclesiae, easdem decimas praepotentes, et nobiles viri ab ecclesiis in beneficio feudali acceperunt, vt ipsi defensores ecclesiarum fierent, qua per se sua obtinere non valerent.* Verum hae laicaudatiunes pontificibus displicuerunt, et quorum principio hanc decretalem edidit ALEXANDER III. et hac vana ratione, *quod laici possessores decimarum haud sint capaces*: contra contrarium vsus tot seculorum docuit, et praesens aetas in Germania Galliaque docet.

50) *Obtinere*, C. H. et ed. ant.

CAP. VIII.

Si contra praescriptionem XL. annorum, [a] *quae sola currit contra ecclesiam, opponatur interruptio: vtraque probabit.*

IDEM a. (*ann. 1172 Romae.*)

Illud *b* autem te scire volumus et [*firmiter*] tenere, quod aduersus ecclesiae minorem praescriptionem, quam quadraginta annorum Rom. eccles. non admittit; licet quidam canones 51) comprobent 52) tricennalem, et ecclesia se potest aduersus ecclesiam 53) quadragenaria 54) temporis praescriptione tueri de re illa, quam inconcussa quadraginta annis noscitur possedisse. Verum si de praescriptione inter partes fuerit mota quaestio; ab 55) vtraque parte testes recipi debent: et, si probata fuerit interruptio, praescriptio non tenebit 56).

51) De quibus *ad c. 3. X. h. t.* in not. actum est.
52) *Comprobant*, ed. ant.
53) *Contra ecclesiam*, C. H. *aduersus alteram*, c. [14] comp. 2. h. t.
54) *Quadragenali*, C. R. 1.
55) *De*, c. cit.
56) *Non retinebit*, ed. Cont. et Pith.

CAP. IX.

Fines praediorum ecclesiasticorum, quadraginta annorum spatio praescribuntur.

IDEM 57). *Syracusano epist.* 58) (*ann. 1174. Romae in Sicil.*)

Quia iudicante c abbate C. 59) compertmus, inter eum et [*Vehanum*] abbatem [*monasterii*] sanctae Luciae, *grauem esse* 60) suortam de finibus quaestionem: [*et ne ipsa inter eos valeat contentio prolongari, certamina eorum*] agrimensoris 61) definitione 62)) prospeximus 63) finiendo.

Hortamur igitur, vt [*cum eo*] ad loca, de quibus est contentio, accedentes 64), eam 65) in vestra facieris 66) praesentia terminari, quadraginta tantum 67) annorum praescriptione vtrique parti seruata.

57) Non recte hic textus tribuitur ALEXANDRO III. adeoque nec ad annum MCLXXIV. referendus: sed GREGORIO M. debetur, in cuius *lib. VI. epist. 36.* haec verba deprehenduntur, circa annum DCVI. scripta.
58) Verba *Syrac. episcopo*, a C. 4. et ed. ant. absunt.
59) *G.* legitur in C. H. sed in c. 2. comp. cit. *Casariis, monasterii sancti Petri*
60) verba *grauem esse*, desiderantur in C. R. H. ed. ant. et Cont.
61) *Agrimensoris*, C. 4. et ed. ant.
62) *Mensuratione*. C. R. 1. sed superscriptum est: *i. e. definitione*.
63) *Respeximus*. C. R. 1. *perspeximus*, cit. c.
64) *Debeatis accedere*, cit. c.
65) *Et loca, quae in lite sunt*, ibid.
66) *Caussam faciatis vestra*, C. H.
67) *Vtr tantum*, a C. R. 1. abest.

CAP. X.

Tempore hostilitatis non currit praescriptio.

LVCIVS III. *de Massandane et de Dorcestre abbatib. et magistro A. de W. de Fardst.* 68) (*ann. 1181. Romae in Angl.*)

Ex transmissa d [*nobis*] conquestione abbatis et monachorum de Haben. 69) accepimus, quod, cum ecclesia de Camenone 70) ad ius eorum pertineat, et homines de Sibon. et Vinton. 71) ecclesiarum 72) parochiani sint ipsius ecclesiae: clerici, qui praedictas habuerunt ecclesias [*de N. et W.*] minuentes 73) omne iue parochiale praeter ius funerandi, matrici ecclesiae subtraxerunt. [*Sibi enim decimas et obuentiones alias retinentes tantum mortuorum cadauera ad praedictam ecclesiam deferre sinebant, quorum successores praedictu parochialia iura, vt dicitur, contendunt auferre. Propter hoc*] discr. vestr. [*per n. f.*] mand. quatenus, [*si, quod asseritur, noueritis veritate esse subnixum, praedictas*] decimas et oblationes cum aliis obuentionibus memoratae matrici ecclesiae, [*app. rem.*] praescriptione hostilitatis tempore non currente 74), restitui faciatis, [*et praefatos clericos de cetero ab earum perceptione ecclesiastica censura compescatis.*]

68) Verba *de Massand.* etc. desiderantur in C. R. H. ed. ant. et Cont. ipsa vero inscriptio vitiosa est
69) *Abi* C. L. sed H. *Haden.* et c. 2. comp. 2. de capell. monach. *de Arbandue.*
70) *Ecclesia parochialis de Cawan.* C. R. 1. sed C. R. 2. et L. *ecclesia de Camemone* c. cit. *de Camenone.*
71) *De Sib. et Vinto*, C. R. 1. sed C. 4. 2. *de N. et W.* L., et ed. Cont. *de Sib. et Whatto.* ed. ant. *de S. et W. Nichola.* c. cit. *de N. et de Winthan.*
72) Vox *ecclesiarum*, desideratur in cit. c.
73) *Alienatim*, cit. c.
74) Quod desumtum videtur ex c. 13. *C. XVI. q. 3. h. f.*

CAP. XI.

Procurationes, quae debentur legatis et nuntiis apostolicae sedis, praescribi non possunt.

INNOCENTIVS III. *abbati de Cenedo* 75). (*ann. 1210. Romae in Insubr.*)

Accedentes e ad praesentiam nostram [*dil. f.*] praepositus sancti Nazarii, et A. canonicus sancti Stephani, syndici et procuratores [*dil. f.*] primicerii et clerici 76) f Mediolan. de ordinariis maioris ecclesiae [*nobis*] grauiter sunt conquesti, quod, cum ipsi legatos et nuntios apost. sed. deuote recipiant et procurent, dicti ordinarii procurare ipsos 77) renuunt, et procurantibus g ad expensas subsidium impertiri. [*Vnde clerici Mediolanen. graue querebantur sibi praeiudicium generari. Cum enim per ciuitatem ipsam saepe contingat transitum facere nuntios nostros et legatos, quanto in earum procurationibus faciendis pauciores existunt, tanto facientes amplius praegrauantur, et quanta per plures onus esset procurationis diuisum, tanto a facientibus facilius portaretur. Quodsi quidem ordinarii, cum pro eis et aliis vigilare nequiter non essemus, et spiritualia, sicut Deus dederit omnibus ministrare, cur in huiusmodi se iure speciali tueri satagunt, non videtur; praesertim cum et Apostolus dicat: si vobis spiritualia seminamus, non est magnum, si carnalia vestra metamus: et instantia nostra quotidiana sit omnium ecclesiarum sollicitudo continua, sicut plenius norunt praesentes pariter et remoti.*] Volentes autem, vt, quod omnibus imminet, ab omnibus comprobetur 78), mandamus, quatenus, nisi 79) dicti ordinarii per speciale priuilegium apostol. sed. a praestandis procurationibus ostenderint se immunes, etiamsi longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint, cum in talibus praescriptio sibi locum nequeat 80) vendicare, ipsos ad procurationis sarcinam ordine debito subeundam [*app. rem.*] teneri decernas.

75) *De Cella.* C. R. 1. sed C. R. 2. *de Trento*, L. *de Cerreto.* ed. ant. *de Citreto.* at c. 1. comp. 3. h. t. *de Cereto.* Vera lectio restituta est a GONZ. *de Caneto*, quod est monasterium in dioecesi *Valterana.*
76) *Cleri*, C. H. et cit. c.
77) Nuntiis enim missis debentur procurationes, praecipue vero *legatis a latere*. Historiam harum procurationum, quibus integrae prouinciae exhaustae sunt, perteruit prolixe STEPHANVS BALVZIVS *in supplem. ad P. de Marca de conc. sacerd. et imp. libr. V. c. 49. seq.*
78) *Comprobetur*, C. R. H. ed. ant glost. et cit c.
79) *Hoc loco* cit. c. ita *dedere: quatenus praedictis ordinariis ad tuam praesentiam conuocatis, nisi per speciale priuilegium sed. ap. praestandis.* etc.
80) *Non valeat*, C. H.

CAP. XII.

Subditus non praescribit obedientiam contra praelatum.

IDEM *de Costa* 81). *et de S. Donato prioribus.* (*ann. 1210. Romae in Hispan.*)

Cum non *h* liceat a capite membra recedere; non sufficimus admirari, quod, sicut, referente [*ven. fratre n.*] Bracaren. archiepiscopo, nobis 82) est intimatum, licet ecclesiae vestrae in ipsius fint dioecesi constitutae, vos tamen [*nullum exemtionis priuilegium praetendentes*] obedire sibi, tanquam episcopo 83) i vestro, contumaciter recusatis. [*Cum igitur crimen ariolandi sit repugnare, et scelus idololatriae nolle acquiescere; sustinere nolentes, quod subditi praelatis suis non obediant, vt tenentur, de communi f. n. cons. per n. f.*] mandamus, [*et in virtute obedientiae districte praecipimus,*] quatenus praefato archiepiscopo et ecclesiae Bracaren. obedientiam et reuerentiam debitam, sicut alii clerici suae dioecesis faciunt, [*de cetera sine contradictione qualibet*] impendatis, praescriptione temporis non obstante. [*Alioquin sententiam, quam idem in vos vel ecclesias vestras propter hoc rationabiliter tulerit, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, inuiolabiliter obseruari.*]

81) *In epist. Innocentii III. 150. libr. III. edit. Baluz.* Vera inscriptio haec refertur: IDEM *Vimaranensi, de Costa, et de sancto Torcato prioribus.* Cod. Milit. et alter edit. hanc nil nisi vitia habent, nisi quod c. 2. cit. comp. habeat recte: *de sancto Tornato.*
82) *Nostris auribus*, cit. c.
83) *Archiepiscopo*, C. H.

a *Al.* Vrbanus tertius. b *Cap.* 1 *eod. tit. in* 2. *compil. vid. Bald. tract. de praescr. in* 5. *parte principali.* c *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil.* vnde ita reponenda est inscriptio. Idem Syracus. episcopo. d *Cap.* 1. *comp.* 2. *De capell. mon.* b. vnde reponenda est inscriptio, quando videlicet currat praescriptio, *vid. Specul. tit. de app.* §. *nunc breuiter. Add. latt per Ripam tract. de peste.*

e *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* f *al.* clerici Mediol. *in ant.* g *al.* expensas nolunt subsidium, etc. h *Cap.* 2 *eod. tit. in* 3. *compil. vid. Rom. singul.* 500. *incip. curialis de Florentia.* i Archiepiscopo.

CAP.

CAP. XIII.

De iuribus ad Romanam ecclesiam spectantibus currit sola centenaria præscriptio.

IDEM *nobili viro Matafeloni.* 84) (*ann.* 1212. *Roma in Insubr.*)

Ad audientiam a apostolatus nostr. [*te conquerente*] peruenit, [*quod quædam iura de castro Palatioli, a fel. mem. Alexandr. papa p. n. tibi concessa, castellanus eiusdem castri reddere denegabat. Porro te ac dil. fil. Leonis consulem ipsius castri propter hoc in nostra præsentia constitutos audiri fecimus diligenter.*] Proponebatur [*quidem*] ex parte tua, [*præfatum*] Alexandrum pap. præd. nostr. tibi in [*iam dicto*] castro Palatioli 85) concessisse singulis annis XL. solidos denariorum Papiens. quos Rom. eccles. ibi consueuit 86) recipere annuatim: insuper comestiones 86*), banna *), placita **), forisfacta 87) et omnia iura, quæ ibi apostolica sedes habebat. Sed ea tibi ratione nulla deberi castellanus eiusdem castri constantissime asserebat. Ad quod 88) probandum inducebas prædicti 89) papæ priuilegium 90), [*in quo continebatur expressum, prædicta omnia tibi ab eo communi fratrum consilio fuisse concessa. Inducebas etiam*] librum eccles. Rom. censualem: *in quo similiter continetur, sicut consul cum alio concastellano suo in nostra præsentia recognouit, quod omnes de Palatiolo annis singulis tenentur ecclesiæ Romanæ persoluere quadraginta sol. Papiens. monetæ.*] Hoc etiam 91) nitebaris probare per testes, qui dicebant, se vidisse præscriptum censum nuntiis Rom. pont. a L. annis, et infra fuisse solutum. [*Alia insuper capitula per multos testes probare multipliciter nitebaris.*] Sed inter alia fuit ex aduerso responsum, quod nec priuilegium 92) [*Alex. papæ*] nec liber censualis 93) tibi aliquid commodi afferebat 94) b; cum priuilegio vsus non fueris 95) spatio annorum XXX. et liber censualis suspectus existeret 96): quia non fuerat in nostra, [*sed in magistri G. sancti Hadriani diaconi cardin.*] camera [*tunc*] receptus 97), ac scriniarius alio modo scripsisset dicta testium, quam dixissent 98). Nos igitur, [*attestationibus, allegationibus, rationibus et instrumentis vtriusque partis diligenter auditis et cognitis,*] magis auctoritatem priuilegii, quam depositiones testium attendentes, considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habuimus c, licet non in nostra, sed 99) in cardinalis sancti Hadriani 100) camera sit inuentus, qui d eum 1), quando camerarius fuerat, de camera B. Petri suscepit, nec a 2) credentes, ipsum scriniarium, cum iuratus sit officium suum fideliter exsequi, aliud scripsisse quam a testibus diceretur. Respicientes insuper, quod est longe validius, ipsum negotium tangere principaliter Rom. ecclesiam, contra quam non nisi centenaria currit præscriptio, in solutione prædicti census [*scil. XL. sol. Papiens. monetæ*] et aliorum petitorum [*de consilio f. n.*] condemnanimus partem aduersam 3), [*auctoritate apostolica firmiter*] iniungentes eidem 4), vt tibi, non 5) tanquam tibi, sed tanquam eccles. Rom. cuius auctoritate debes percipere, cuius etiam propter prædicta beneficia vasallus existis, sine difficultate persoluat, [*quod constat a nobis de communi f. n. cons. iudicatum.*]

84) *Matafellon.* C. R. 1. et L. sed C. R. 2. *Mathafel.* et R. *Notaro.*
85) *In*, c. 4. comp. cit. 3. hoc loco vocabulum *Palatioli*, non legitur.
86) *Consueuerat*, ibid.
86*) Quæ alias dicuntur *pastus*, et species procurationum sunt, atque exactionum, quibus se pascebant officiales ad loca illa causa accedentes.
*) Banna sunt edicta seu *mandata poenalia* mulctam contrauenientibus dictantia: adeoque hoc loco videntur *mulctam indictariam* designare. DU FRESNE *in gloss. hac voce.*
**) De his actum ad c. 2. C. XV. q. 4. not. 25.
87) H. e. mulctæ et emendæ ob foris factum seu delictum soluendæ. DU FRESNE *in gloss. voc. foris-factum.* Hæc concedebantur iudicibus, in primis cum iurisdictione inuestitis, cuius fructus dicebantur, quæ impediuerunt, ne actiones penales iuris Romani recipi potuerint, his fructibus suo commodis admodum aduersantes. *Castellanus* enim cum his iuribus a sede Romana inuestitus erat, vt verba vltima declarant, adeoque ad hanc iure *docenti directo* pertinebat, prouidere, ne quid de his iuribus vasallo interuerteretur.
88) *Ad hoc autem*, cit. c.
89) *Dicti*, C. H.
90) *Priuilegia*, C. R. 1.
91) *Et hoc etiam*, ibid.
92) *Priuilegia*, ibid.
93) *Censualium*, cit. c.
94) *Afferebant*, ibid.
95) *Fuisses*, ibid.
96) *Et librum censualem dicebant suspectum*, ibid.
97) *Repertus*, C. H. et M. sed *inuentus*, est in cit. c.
98) In cit. c. verba hæc ita differunt: *Dicebant etiam, scriniarium alio modo scripsisse dicta suorum testium, quam dixissent. Nos ergo etc.*
99) Verba *non in nostra, sed*, desiderantur in cit. c.
100) Pro vocibus *sancti Hadriani*, legitur ibidem: *prædicti.* sed in ed. ant. *S. Adriani.*
1) *Una cum* C. R. 1. L. et. cit. c.
2) *Non*, cit. c.
3) *Ipsum consulem, nomine Castell.* ibid.
4) Ibidem desiderantur hæc verba.
5) *Vt non*, C. H.

a C. 3. eod. tit. in 3. compil. *Anchar. consil.* 310. et *Paul. Castr. consil* 280. *incip. In facto præsenti.* b afferebant. c *Libro censuali ecclesiæ in loco non suspecto seruato creditur. l. 1. ff. si cert. pet. Bart.* d al. quia.

CAP. XIV.

De centenaria præscriptione, quæ solum currit contra Romanam ecclesiam, tempora schismatum deducuntur.

IDEM INNOC. III. [*de*] *Hel.* 6) [*Quarteruen.*] et [*de Hel.*] *Gu.* 7) *abbatibus.* (*ann.* 1209.)

Cum e vobis [*aliis litteris dederimus in mandatis, vt in caussa, quæ inter ecclesiam Hildesemen. ex vna parte, et ecclesiam de Gandersheim et eccles. Roman. ex altera dignoscitur agitari, testes ad probandam præscriptionem recipere deberetis: insinuatione præsentium vobis duximus declarandum, quod, postquam præscriptio contra monasterium sæpe dictum et libertatem ipsius dicitur inchoata, scissura trium schismatum aduersus Rom. eccl. interuenit.*] Licet igitur 8) tam legali, quam canonica sit definitione 9) statutum, vt 10) contra [*sacrosanctam*] Rom. eccles. quæ gaudet priuilegio speciali, non nisi centum annorum 11) præscriptio locum sibi valeat vindicare: tempora tamen intercidentium 12) schismatum, quæ secundum iuris ordinem cursum præscriptionis impediunt, nolumus aliquatenus computari, sed diligenti consideratione adhibita de ipsa computatione 13) deduci.

6) *Hely*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Helyen.* ed. ant. *Hel* et *W.*
7) *Werteruen.* c. 4. comp. cit. Sunt hæc monasteria in prouincia Moguntina.
8) Vox *igitur*, a C. R. abest.
9) Hæc centenaria præscriptio fundata est in *Nov.* 9. et *auth. quas action. C. de SS. eccles.* quam etiam *decretum* repetiit ex IOANNIS VIII. decreto in c. 5. C. XVI. q. 3. ad quod prouocat pontifex sub *canonica definitione* in hoc c. et c. 17. in f. h. t. conf. c. 4. X. de confirm. vtili.
10) *Vt*, abest a C. H.
11) *Centenaria*, C. R. 1.
12) *Intercedentium*, C. H. et c. cit.
13) *Supputatione*, C. H. L. et c. cit.

CAP. XV.

Prælatus inferior potest præscribere in certis ecclesiis suæ diœcesis totum ius episcopale: subducitur tamen de præscriptione tempus, quo vacauit ecclesia cathedralis.

IDEM *Helsen. et Roffen. f episcopis.* (*ann.* 1210. *Romæ in Angl.*)

Auditis et intellectis g meritis caussæ 14), quæ vertitur inter [*ven. fr. n.*] Vigorens. 15) episcopum, et [*dil. fil.*] abbatem de Heuescam 16) super ecclesiis in valle de Heuescam 17) [*constitutis,*] quas episcopus asserit ad se diœcesana lege spectare, abbas autem eas esse ab eius iurisdictione prorsus exemptas, [*cognouimus euidenter, ecclesias ipsas per priuilegia Rom. pontif. non esse ab episcopali iurisdictione subtractas, nisi forte vallis de Euesham sit ille locus, quem a duobus regibus, Kenredo videlicet et Offa, libertati donatum bon. mem. Constantinus papa libertati donauit, sicut in ipsius priuilegiis continetur.*] Verum tanto tempore probantur per testes ab abbatibus de Heuescam 18) pleno iure possessæ, vt videantur in eis episcopale ius legitime præscripsisse: *nisi forte per tantum temporis spatium Wigorniens. ecclesia interim vacauisset, vt tempore vacationis subducto, præscriptio minime sit completa, et infra.*] Quocirca [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, inspectis priuilegiis Ke. et Of. 19) regum, quæ abbas super præmissa 20) libertate asserit se habere, si per illa constiterit, quod vallis de Heuescam sit ille locus, quem C. præd. nost. libertati donauit, absoluatis [*Euesbamens.*] abbatem ab impetitione [*Wigorniens.*] episcopi super ecclesiis memoratis, et adiudicentes illas abbati pleno iure subiectas, episcopo super illis silentium imponatis. Quod si abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes super tempore, quo intra quadraginta annos sedes episcopalis vacauit. Et, si per tantum temporis vacasse constiterit, vt, illo subducto, non sit quadragenaria completa præscriptio; vos in illis ecclesiis 21) ius episcopale adiudicetis episcopo, et super illo perpetuum silentium imponatis abbati. Si autem exceptionem huiusmodi episcopus non probauerit; quia tamen interruptionem probauit circa processionem pentecostalem 22) in villa et ecclesia de Moriana 23), et receptionem ac pro-

14) *Attestationibus, instrumentis et allegationibus in caussa*, c. 5. comp. cit. 3.
15) *Wigorniens.* cit. c. *Vigorn.* ed. ant.
16) *Eues an*, C. R. 1. et L. sed C. R. 2. *Vesebam*; cit. c. *Euashamen. abbat.* ed. ant. *Heuesham*, per totum rectius, quod est monasterium in diœcesi Wigorniensi situm, *Eues-ame* sub nomine sæpius laudatum in *annal. eccles. Wigorniens.* apud WHARTONIUM in *Anglia sacra. p.* 484. alibique.
17) *De Vasham.* cit. c.
18) *Euashamen.* ibid.
19) *Prædictorum*, ibid.
20) *Prædicta*, ibid.
21) In C. R. 2. vocabulo *ecclesiis*, puncta sunt subiecta; et in L. istud additum est recentiore manu.
22) Vetus institutum ecclesiæ fuit, vt minores ecclesiæ circa pentecosten ad matrem ecclesiam, instituta sollemni processione, venirent, atque hoc modo matrem ecclesiam, seu cathedralem recognoscerent. In *Concil. Juliobonens. de anno MLXXX. c.* 8. apud HARDUIN. *tom. VI. p. 1. p.* 1599. hac de re ita cautum: *presbyteri semel in anno circa pentecosten cum processionibus suis ad matrem ecclesiam veniant.* Celebrat hoc concilium ORDERICUS VITALIS *lib. V. ad cit. ann.* apud ANDREAM DUCHENIUM *in histor. Norman. script. p.* 552. atque ita optime argumentum INNOCENTII III. quo *interruptionem præscriptionis* probat, illustrat.
23) *Mortariæ*, C. R. 1. per totum sed C. R. 2. et ad. glos. *Mortona*, cit. c. *Mortona*, per totum.

e Cap 4. eod tit in 3. compil. f al. vacroien. g Conf. c. 5. eod. tit. in 3. compil. vid. c. auditis supr. de in integr. rest. vbi Doctores. Bald. in tract. de præscr. in 3. p. 6. p. principalis q. 2. Felin. in c. irrefragabili. supr. de offic. ordinarii.

euratiouem orchidiaconi, nec non 24) folutionem deoariorum 25) S. Petri in valla de Hevefcam, circa cognitionem quoque cauffarum matrimonialium *a*, et capellani fufpenfionem io prædicta villa de Moiceno, et interdictum cipellarum 26), in præfata villa de Heuefcam 27) vos fuper his ius epifcopale adiudiceris eidem: fi tamen circa fufpenfionem et interdictum huiufmodi intra quadraginta annos interruptio facta fuit 28), in cæteris ei fileotium imponentes, quæ abbas præfcripfiffe probatur.

24) *Nec non et*, C. H.
25) Hoc vectigal, quod de fingulis domibus in Anglia S. Petro, hoc eft pontifici, foluebatur, exigebant archidiaconi in fingulis diœcefibus, in perpetuum ad hoc delegati, tefte *c.* 12. *X. de cenfib.* et ita fimul argumentum *legis diœcefana* per illa loca exercendæ erat.
26) *Capellan* C. R. 1. fed cit. c. *capellanum*.
27) *De Haefian.* cit. c.
28) *Fuerit*, C. R. 2. et H.

CAP. XVI.

Non poteft fubditus contra fuperiorem vifitationem, aut procurationem ratione vifitationis debitam, in feipfo præfcribere; quamuis alius in perfonam alterius præfcribere poffet vtramque.

IDEM *Parifienfi epifcopo.* (ann. 1212. *Roma in Galliam*

Cum *b* ex officii fui debito Senonen. prouinciam vifitaret: [*ven. fr. n.*] archiepifcopus Senonen. per Parifien. diœcefim tranfitum faciens, et abbatis fancti Maglorii, prioris de Caftres 29) et quorundam aliorum ecclefias eiufdem diœcefis 30) neceffe habuit declinare. A quibus cum procurationem fibi debitam poftularet: ipfi eam [*exactam*] inhumaniter negauerunt 31), [*illam foluere penitus contemnentes*] ad fuæ negationis defenfionem hoc folum allegantes, quod non meminerant 32), feprocurationem huiufmodi prædeceſſoribus eiufdem archiepifcopi exfoluiffe, [*fed*] nec ab eis aliquando fuiffe petitam. [*Idem vero archiepifcopus propter procurationem fibi minus rationabiliter denegatam illos auctoritate refcripti, quod fuper hoc a fede apoftolica impetrauit, ab officiorum exfequutione fufpendit, eofdem poftmodum, quoniam fufpenfionis fententiam non feruabant, vinculo excommunicationis adftringens; quod totum in ipfius archiepifcopi litteris perfpeximus contineri; qui eandem fententiam petebat auct. ap. confirmari.*] Nos igitur præmiffam allegationem eorum nullam penitus reputantes, cum contra procurationem, quæ ratione vifitationis debetur, præfcribi nequiuerit, quemadmodum nec contra vifitationem ipfam poteft aliquo modo præfcribi, etfi alius contra eum præfcribere poffet vtramque *c*, [*fraternitati t. per a. f.*] mandamus 33) *d*, quatenus fententiam, quam in huiufmodi 34) contemptores [*tam noftri auctoritate refcripti, quam*] de antiqua metropolis confuetudine tulit archiepifcopus memoratus, vfque ad fatisfactionem condignam 35) [*per tuam diœcefim*] facias [*inuiolabiliter*] obferuari, quia [*fecundum legem diuinam, non eft os boui trituranti claudendum, et*] fecundum Apoftolum, *qui fpiritualia feminat, non eft magnum, fi metat* 36) *carnalia, cum nemo cogatur fuis ftipendiis* 37) *militare.* Si quid enim aliud, quam fuperius fuerit 38) allegatum, contra intentionem archiepifcopi [*fæpe fati*] obiicere voluerint et probare: nos eis 39) faciemus iuftitiam 40) exhiberi.

29) *Caftres*, C. H.
30) In c. 6. comp. cit. defiderantur verba: *eiufd. diœcefis.*
31) *Denegarunt*, C. R 2.
32) *Meminerunt*, C. R. 2. H. ed. ant. gloff. et cit. c.
33) In ed. ant. voci *mandamus*, præmittitur partic. *ideoque*.
34) *Prædictos*, cit. c.
34*) Partic. *de*, ibid. defideratur.
35) *Congruam*, C. H.
36) *Metet*, C. R. 1. *metet*. H.
37) *Difpendiis*, ed. ant.
38) *Fuit*, C. H.
39) Pronomen *eis*, a C. R. 2. abeft.
40) *Iuftitia plenitudinem*, cit. c.

CAP. XVII.

Qui alieno nomine poffidet, non præfcribit; nec etiam is, qui proprio: nifi habeat bonam fidem et iuftum titulum, fi præfumptio eft contra eum. Hoc dicit, fecundum Ioan. Andr. addita fuppletione Panormitani.

IDEM *Pifano archiepifcopo.* (ann. 1213. *Roma in Tufciam.*

Si e diligenti 41) [*penfes animo, quid illo tabernaculi arca fignificet, in qua cum tabulis virga fimul et Manna funt, iubente Domino, recondita; nequaquam nos tibi fcripfiffe dure et afpere reputares: cum in pectore Rom. pont. qui vniuerfis ecclefiarum prælatis præeffe Deo auctore dignofcitur, et virga correctionis et Manna debeat effe dulcedinis, vt altero foueat humiles et deuotos, et reliquo rebelles feriat, et puniat delinquentes. Hinc eft, quod illius vulneribus fanciati, quem Samaritanus duxit in ftabulum, vinum adhibetur et oleum, vt, nifi commonitionis et exhortationis oleo delinquentium vulnera foueantur: vinum ecclefiafticæ feueritatis fubfequatur. Licet igitur ex his, quæ præmifimus, contemptis monitis noftris et mandatis, quibus nifi fuimus fraternitatem tuam frequenter inducere, vt dil. fil. G. marchionem Maffæ, iudicem Calaritanum a iuramento fidelitatis abfolueris, quod exhibere tibi et ecclefiæ Pifanæ fecifti, vt, eo non obftante, nobis et eccles. Rom. iuraret, non folum afperitate verborum, fed exfequutione forfitan potuiffemus in te procedere ecclefiafticæ difciplinæ;*] cum iudicatus Calaritanus ad ius et proprietatem B. Petri pertineat, ficut tota Sardinia nullo pertinet mediante, [*nec ex parte tua fit quidquam rationabiliter allegatum, quare*] tibi licuerit pro te vel ecclefia tua a marchione Maffæ iudice Calaritano 42) fidelitatis exigere iuramentum 43). [*Et infra. Super alio vero articulo taliter refpondifti, quod ab eo tempore, quo fuifti affumptus ad præfulatus officium, iuramentum fidelitatis pro fede apoft. ab ipfis iudicibus recepifti, ficuti te per archiepifcopum Vitalianum prædeceff. tuum, virum magnæ auctoritatis et honeftatis, qui longo tempore in curia Rom. exftitit cardinalis, ipfiusque plenius nouit confuetudines, et ftatuta, et omnes prædeceffores tuos, qui fuerunt viri magnæ auct., fic de antiqua confuetudine tenuiffe pariter et feciffe, cum nihil tibi vel ipfis hactenus ab apoft. fede fuiffet obiectum.*] Nos igitur, [*his et aliis,*] quæ [*dil. f. magifter Bonitius*] nuntius tuus proponere voluit, plenius circumfpectis, non intelleximus, te vel ecclefiam tuam fuper hoc 44) aliquo iure fubnixam, [*quo valeas a mandati noftri exfequutione rationabiliter excufari,*] cum auctoritatem fedis apoftolicæ non oftendas, per quam a iudicibus Calaritanis 45), tu et anteceffores tui fidelitatis exegeritis 46) iuramenta: nec præfcriptione aliqua muniaris, cum fecundum confeffionem tuam *f* nec ecclefia 47) Pifana, vel tu fueris in quafi poffeffione iuris exigendi huiufmodi iuramentum, quod *g* per fedem apoft. 48) ab ipfis iudicibus receptum fuiffe fateris, per quod conftat, ecclefiam Romanam femper in quafi poffeffione fuiffe: cum pro ea minifterio tuo et anteceſſorum tuorum exactum fuerit, et præftitum iuramentum, et is etiam poffidere dicatur, cuius nomine poffidetur. Si vero dicatur, quod nomine tuo et anteceſſorum tuorum, et non nomine noftro ea ecclefiæ Romanæ [*fæpe nominatum*] fuerit 49) iuramentum exactum: poffet inferri, quod iuramentum præftitum de conferuando iure et honore fedis apoft. fuerit violatum. Vnde licite retineri non poffet, quod contra iuramentum huiufmodi fuerit fcienter obtentum; quia etiam 50) fecundum hoc locum præfcriptio habere non poffet: cum in præfcriptione rerum ecclefiafticarum bona fides et iuftus titulus exigantur *h*. Et fi 51) etiam locum potuiffet 52) habere præfcriptio: non credimus, contenoriam præfcriptionem, quæ fola currit aduerfus Rom. eccl., poffe probari.

41) Verba hæc reftituta ex ed. Cont. defiderantur in c. 7. comp. cit. vfque ad paragraphum: *Licet igitur.*
42) *Prædicto*, c. 7. comp. cit. 3. loco verborum: *Maffæ iudice Calaritano.*
43) De hoc argumento actum ad *c.* 23 *X. de iureiur.* in not. Cæterum IVDICATVS, quem pontifex hic fibi afferuit, eft poteftas fupremæ iurifdictionem in Sardinia, et quidem Caralis, cum omni poteftate et annexis præeminentiis exercendi, *die gerichtbarkeit* Germanice, ad cuius exercitium Marchio G. conftitutus erat, et iuramentum fidelitatis præftiterat. Alias etiam *iudicatura* dicebatur.
44) Defiderantur in cit. c. verba: *fuper hoc.*
45) *Prædictis*, ibid. loco vocab. *Calarit.*
46) *Exegeris*, ibid.
47) *Non ecclefia*, C. R. H. ed. Gonz. et cit. c.
48) *Pro fede apoft.* cit. c. et ed. ant.
49) *Fuit*, C. H.
50) *Cum etiam*, cit. c.
51) *Cum fi*, cit. c.
52) *Poffet*, C. H.

CAP. XVIII.

Abbas in capellis præfcribere poteft iura epifcopalia: obtinet tamen in his folis, quæ præfcripfit. H. d. quoad titulum.

IDEM *epifc. Lucano.* (ann. 1212. *Roma in Tufciam.*)

Cum *i* olim, frater epifcope, cum [*dil. fil.*] abbate et monachis fancti Saluatoris de Fichecto 53), fuper plebe Falomazonæ 54) et adiacentibus capellis ipfius 55) in noftra præfentia litigando, inftitutionem in eis, et alia ad ius epifcopale pertinentia 56) vendicares: ad fundandam intentionem tuam ius commune principaliter allegabas, cuius auctoritate dicebas, vniuerfa fpiritualia in prædictis locis, quæ funt in diœcefi tua conftituta, ad te tanquam ad diœcefanum epifcopum pertinere, arbitrium *k* præterea fuper hoc promulgatum a [*bon. mem.*] Piftorien. epifcopo, [*et*] archipresbytero ac primicerio Lucanis 57) [*a partibus electis*] allegans, [*quod ab vtraque parte fuerat communiter approbatum. et infra.*] Ad elidendam autem intentionem tuam, abbas [*prædictus felicis rec.*] Greg. VII. papæ *l* prædeceff. no-

53) *Sicheto*, C. R. 1. *Sicheto*. c. 8 comp. cit. *Ficheti* ed. ant. fed verba *de Ficheto*, abfunt ab H.
54) *Salamazan.* C. R. 1. *Sanamazana*, C. R. 2. *Saleruttan.* H. *Salmazana*, ed. ant. *Salamazana*, L. ed. gloff. et cit. c.
55) *Illius*, ed. ant.
56) *Spectantia*, cit. c.
57) *Lucana*, ibid.

a *Hodie Conftit. Trid. feff.* 24. *de reform. cap.* 20. b *Cap.* 6. *eod. tit. in* 3 *compil. De materia procurationis et vifitationis vid. concil. Lateran. fub Alexandr. III. cap.* 4. *et fub Innocent. III. cap.* 33. *adde concil. Oxonienfe c. vt fingulis, et concil. Trident. feff.* 24. *de reform. c.* 23. *et Bernard. Diaz. reg.* 396. *incip. procuratio fiue vifitatio.* c vtrumque. d *al.* ideoque mandamus. e *Corinth.* 9. e *Cap.* 7. *eod. tit. in* 3. *compil. Bona fides qualiter probetur, vid. Innocent. et Imol. in cap. fin. extr. eod. Oldrad. conf.* 244. *et Paul. de Caftr. conf.* 153. *Bald. in l. fin. C. de edict. Diui Hadr. toll.*

f *An confeffio præiudicialis noceat. ecclef. Cyn. in* 15. *q. in l.* 1. *C. de confeff. Bart. in l. certum.* * *fed an et ipfo. ff. eod.* g *al.* ita: quod pro fede apoft. *Cæterum omnes manufcr. habent, vt impreffum eft.* h Exigatur. i *C.* 8. *eod. tit. in* 3. *compil. vide Guid. pap. hic.* k *Ab vtraque fcil. parte approbatum. fupr. de arb. cap. ex parte.* l *Hæc duo verba* prædeceff. noftri, *in omnibus manufcr. defunt.*

ftri

stri 58) priuilegium exhibuit, quod prædictum arbitrium multo[s] videbatur tempore præcessisse 59): per quod tam [*Fitbenthæ*] monasterium, quam plebs 60) et capellæ prædictæ videbantur libertati donatæ. [*et infra*] Aliorum quinque Rom. pont. [*Vrbani sc. Paschalis, Calixti, Eugenii, Anastasii, Hadriani, Alexandri et Lucii*] dictus abbas priuilegiis vtebatur post arbitrium pomulgatum obtentis, qui 61) libertatis priuilegia 62) sibi concedere videbantur. [*et infra.*] [*Nos igitur, his et aliis, quæ coram nobis vtrimque fuere proposita, perspicaciter intellectis,*] quia prædictus 63) abbas sufficienter ostendit, monasterium suum super institutionibus, destitutionibus, et ordinationibus plebani et clericorum, baptismo, et pœnitentia in leuioribus culpis, sepultura, decimarum perceptione, ac diuinis officiis celebrandis, tam in plebe, quam in capellis prædictis 64), in excommunicando atque 65) interdicendo, et etiam absoluendo legitima præscriptione munitum, abbatem ipsum ab impetitione tua super iam dictis articulis [*de cons. f. n.*] duximus absoluendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo, super aliis omnibus 66), quæ ad ius episcopale spectare noscuntur, iuxta tenorem arbitrii eundem abbatem, quoad plebem et capellas prædictas, sententialiter condemnantes.

58) In ed. ant. desiderantur verba: *prædecessoris nostri.*
59) *Processisse*, cit. c.
60) *Plebes*, C. H.
61) *Quæ*, C. H. et cit. c.
62) *Priuilegium*, C. H.
63) *Dictus*, ibid.
64) *Etiam supra dictis*, cit. c.
65) Part. *atque*, abest a C. H.
66) Abbas tantum præscripserat quædam iura episcopalia. Quia ergo tantum præscriptum, quantum possessum: reliqua iura adiudicanda erant episcopo Lucano.

CAP. XIX.

Qui, præscriptione completa, priuilegium contrarium impetrat, et vtitur illo, præscriptioni renuntiat. Si præscriptio non erat completa; malam fidem habet: et ideo non præscribit.

IDEM INNOC. III. 67) (*ann.* 1212. *Romæ.*)

Veniens *a* ad præsentiam nostram [*dil. fil.*] abbas sancti Martini de Pannonia 68). [*et infra*] Petiit a nobis postmodum idem abbas, [*et humiliter postulauit,*] vt Vesprimen. 69) episcopus non impediat, vel faciat impediri, quo minus omnes 70), qui in Simigien. 71) parochia vel comitatu consistunt, de omnibus, quæ possident, decimas sibi soluant: sicut in priuilegiis [*fel. mem.*] Paschalis papæ præd. nostr. 72) et sancti regis Stephani [*plenius*] continetur. Præfatus vero episcopus [*in nostra præsentia constitutus e contrario*] postulauit, vt decimas Simigien. comitatus intra suæ diœcesis terminos constitutas, quas detinet idem abbas, sibi restitui faceremus: nisi [*dictus abbas*] aliquo iure speciali se ipsas possidere [*iuste*] monstraret, [*mandantes, ipsum per eundem abbatem, cum dictum comitatum visitat, in suis ecclesiis procurari. [et infra.] Nos autem, intellectis per ven. fratr. n. Ostiens. episcopum, quem partibus concessimus auditorem, quæ proposita fuerunt coram eo, obiectionibus propositis ab ipso episcopo contra priuilegia prædictorum Paschalis papæ et sancti regis Stephani, quibus abbas sufficienter respondit, inualidas esse decreuimus, vt, eis non obstantibus, priuilegia ipsa valida reputentur, si prædicti regis authenticum tale repertum fuerit, quale nobis rescriptum ipsius sub bulla carissimi in Christo filii nostri Hungarorum regis illustris exstitit præsentatum: quantum tamen ad fundandam intentionem abbatis proficiat, opportuno tempore decernemus.*] Chrisma vero, oleum 73) sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines promouendi fuerint 74), clerici ecclesiarum vel capellarum ipsius monasterii, quod est in vesprin. 75) diœcesi constitutum, a Vesprimen. episcopo postulabunt; si quidem catholicus fuerit, et gratiam sedis apost. habuerit, et ea gratis [et] sine prauitate aliqua voluerit exhibere: alioquin ab alio, quem 76) maluerint, præsule catholico 77) suscipiendi ea 78) liberam habeant facultatem, sicut in priuilegio dicti 79) Paschalis, et [*bon. mem.*] Alexandri papæ prædecess. nostr. perspeximus 80) contineri, non

67) Restituenda est inscriptio ex *libr. XV. ep. 7. edit. Baluz. Colocensi electo et Sobcardiensi et de Sekudwar Cisterciensis abbatibus Quinqueecclesiensis diœcesis.* Scripta est hæc decretalis anno pontificatus XV. qui in annum MCCXII incidit, non MCCX, vt PITHOEI constituerunt.
68) *Pannonia*, C. R. 2.
69) *Vesprim.* C. H. per totum. *Wesprim.* c. 1. comp. 4. de priuileg.
70) *Homines*, C. R. 2. H. et L.
71) *Simalgien.* C. L. per totum. *Sungien.* c. cit. licet paullo post legatur: *Simiagien.*
72) Verba *prædecess. nostr.* desiderantur in cit. c.
73) *Et oleum*, C. H.
74) *Sunt*, C. R. 1.
75) *Vesprimiens.*, C. L. *Vesprimnien.* C. R. 2. *Vesprimiensis*, C. R. 1. et cit. c.
76) *Quo*, C. H.
77) *Præside et Catholico*, C. R. 1. et. H. nisi quod vltimus non habeat part. et.
78) *Eam*, cit. c.
79) *Prædicti*, C. H.
80) *Plenius perspeximus*, C. R. 1. sed *prospeximus*, cit. c.

obstante priuilegio [*fel. mem.*] Clementis papæ, per quod priuilegiis suorum prædecessorum non exstitit derogatum, cum de ipsis nullam fecerit mentionem, præsertim cum et ipse 81) Clemens priuilegium illud concesserit, saluis institutionibus non solum Romanæ ecclesiæ, sed ipsius etiam legatorum. Nec obstare poterat præscriptio 82), quam idem abbas in suum subsidium opponebat; quia, si consummata erat 83), quando [*abbas sancti Martini*] ab Alexandro papa priuilegium impetrauit, iuri præscriptionis renuntiasse videtur *b*: præsertim cum coram vobis 84) priuilegio illo sit vsus, quod suæ intentioni, quantum ad hunc articulum, contradicit. Si vero nondum consummata erat præscriptio, sed erat in præscribendo; post impetratum huiusmodi priuilegium bonam fidem non habuit 85): et ideo secundum canones non præscribit.

81) *Cum ipse*, cit. c.
82) *Non obstante præscriptione*, ibid.
83) *Erat præscriptio*, C. H.
84) *Nobis*, 1. P. H. ed. ant. Gong. et cit. c.
85) Quia agnoscere debuit, *alieni iuris* esse, quod priuilegio acquirere voluit: adeoque eum ipso agnouit, se *alienum ius* eo tempore, quo priuilegium impetrauit, possedisse. Qui scire potuit et debuit, imo ipso facto agnouit, se alienum ius possidere, non est in *bona fide.*

CAP. XX.

Non in foro canonico, nec ciuili, valet præscriptio cum mala fide.

IDEM *in concilio generali. c* (*ann.* 1216. *Romæ.*)

Quoniam *d* omne, quod non est 86) ex fide, peccatum est; synodali iudicio diffinimus, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam canonica, quam ciuilis: cum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest 87) obseruari 88). Vnde oportet, vt, qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ 89).

86) In c. 1. comp. 4. de præscript. desideratur verbum: *est.*
87) *Poterit*, C. R. 1.
88) *Seruari*, cit. c.
89) Traditur hic definitio *bonæ fidei*, quod sit *iusta opinio, qua quis rem alienam, tanquam suam, ignoranter possidet*, quam pontifex in omni *præscriptione acquisitiua* desiderat. Datur etiam *extinctiua*, qua quis ius suum per non vsum amittit, vt tamen alter nihil *alieni iuris* possideat; ad quam hæc constitutio applicari nequit, adeoque nec ad *actiones personales*, in quibus aliquis ex suo patrimonio aliquid alteri debet, vt ex mutuo, empto, cetera, referri potest: nisi interpellatio probata sit, quas præscriptio XXX. annis interrupta est.

TITVLVS XXVII.
DE SENTENTIA 90) ET RE IVDICATA.

CAP. I.

Sententia lata contra leges vel canones, non tenet: nec ab ea opus est appellare. Panorm.

GREGORIVS *Ioanni archiep. primæ Iustinianeæ.* 91) *libr. II. epist. 6.* (*ann.* 600. *Romæ.*)

Sententia *e* contra leges canonesue 92) prolata, licet non sit appellatione suspensa, non potest tamen subsistere 93) ipso iure. [*Postquam tamen ex abundanti et appellationem tibi constat esse porrectam: mirati sumus, cur nec homines, qui tui iuris petatissime rationem reddere, transmisisti.*]

90) *De sententiis*, etc. comp. 2. et 3.
91) *Gregorius nomen*, C. H. habet, sed in c. 2. comp. 1. h. t. desideratur vocabulum: *archiep.* et præterea legitur. *Iustiniana.* In ed. ant. tantum habetur: *Gregorius.*
92) *Canonesque*, C. H. et cit. c.
93) *Sistere*, C. H.

CAP. II.

Lites debent celeriter terminari.

IDEM. *f Ioanni Rauennati episcopo.* 94) (*ann.* 595. *Romæ in Flaminiam.*)

Iurgantium *g* controuersias celeri sententia terminare et æquitati conuenit, et rigori.

94) Verba *Ioanni Rauennati episcopo*, in C. H. ed. ant. et c. 3. comp. cit. omittuntur.

CAP. III.

Sacerdos sine iusta caussa non est deponendus.

IDEM *h* [*Natali archiepisc. Salonitano. libr. II. ep. 1.*] (*ann.* 596. *Romæ.*)

Non potest quenquam a 95) sacerdotali gradu, nisi iustis ex caussis concors 96) sacerdotum sententia submouere.

95) Partic. *a*, in cit. comp. c. 4. non exstat.
96) *Etiam concors*, C. R. 2. *iusto et consors*, H.

a Cap. 1. De priuil. in 4. comp.

b *Vide l. vnic. C. de Thesaur. l. 10.* *c* *sub Innoc. III. c.* 41. *d* *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. Vide Matheßl. Reg. 23. iuris nota, quod omnes leges.* *e* *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* *f* *Scilicet Greg. Ioan. episc. Rauenn. l. 2. c. 18. eiusd. regist.* *g* *C. 3. eod. tit. in 1. comp.* *h* *fel. Greg. l. 2. c. 47. epist. 8. reg. et c. 4. eod. tit. in 1. comp.*

CAP

CAP. IV.

Iuste quis petit sententiam a papa confirmari, si iuste et rationabiliter fuit lata.

LEO PAPA 97) a [*vniuersis per Cæsariensem Mauritaniam.*] (*ann.* 450. *Romæ.*)

Ea, quæ iuxta ecclesiasticum morem iuste et rationabiliter fuerint diffinita, nostra quoque sententia roborentur.

97) In c. 6. comp. cit. legitur: *episcopus.*

CAP. V.

Iudex deputatus super exsequutione sententiæ, admittit exceptionem fraudis seu nullitatis sententiæ, non ad effectum, vt super ea pronuntiet, sed vt negotium ad superiorem, qui iudicauit, transmittat, si illam probabilem repererit. H. d. notabiliter.

ALEXANDER III. *Eboracen. archiepiscopo.* 98) (*ann.* 1180. *Romæ in Angl.*)

De cætero noueris b, quod, si sententiam a nobis latam præcipimus per aliquem exsequutioni mandari, et fraus interuenerit, non est facultas exsequutori de toto negotio cognoscendi, sed deferri 99) quæstiones, quæ inciderint 100), ad sedem apostolicam oportebit.

98) *Episcopo*, c. 7. comp. cit. 1.
99) *Referri*, ibid.
100) Possunt enim variæ exceptiones exsequutioni apponi, quæ eam suspendunt, de quibus non cognoscit merus *exsequutor*, sed delegans.

CAP. VI.

Non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis, tradere pignus pro ipsa possessione.

IDEM *Nornicen. episcopo.* (*ann.* 1180. *Romæ in Angl.*)

Cum aliquibus c est adiudicata possessio; non sufficit eis 1) dari pignora 2): nisi corporali possessione lætentur 3).

1) Pron. *eis* deest in C. H.
2) vel offerre pignora pro exsequutione impedienda in rem euictam.
3) *Gaudeant.* c. 8. comp. cit.

CAP. VII.

Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam: vnde quandocunque reuocatur, cum constat de errore.

IDEM *eidem* d. et [*T. et*] *Wi. Archidiacono.*

Lator e præsentium [*W. parochianus vester*] sua nobis insinuatione monstrauit, quod, cum [*in facie ecclesiæ*] quandam mulierem [*viduam A. nomine*] legitime desponsasset, et carnalis esset copula subsequuta, inter eos scandalum est subortum, cuius occasione [*prædictus vir*] debitum ei subtraxit. Consanguinei vero [*iam dictæ*] mulieris hoc molestum habentes, [*coram vobis*] quæstionem mouerunt proponentes, quod mulierem inuitam et renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio existentem duxisset vxorem. Et quoniam idem 4) [*vir, sicut nobis proponitur,*] vitam cupiebat agere 5) dissolutam: demum, vtriusque studio interueniente, fuerunt minus rationabiliter separati. Nolentes igitur matrimonia canonice 6) contracta, leuitate quadam dissolui 7), [*d. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si vobis constiterit, eos 8) per iudicium ecclesiæ 9) non fuisse legitime separatos, ecclesiamque deceptam, ipsos f [*quoque contrad. et app. rem.*] faciatis sicut virum et vxorem insimul permanere 10).

4) *Idem vir*, C. R. 2.
5) *Ducere*, C. R. 1.
6) *Rationabiliter et canonice*, C. H.
7) *Ve - - dissoluantur*, c. 9. comp. cit.
8) *Prædictos virum et mulierem*, cit. c. loco vocis: *eos.*
9) *Iudicem ecclesiasticum*, C. R. 1.
10) Præsertim cum res adhuc esset integra, et neutra pars ad alia vota transiisset: quo casu rei iudicatæ exceptio non obstat.

CAP. VIII.

Retractatur sententia prætextu iniquæ consuetudinis lata contra ecclesiam.

IDEM *T. et clericis S. Anastasiæ Veron.* 11) (*ann.* 1170. *Romæ in Dalmatiam.*)

Cum caussa g, quæ vertitur inter vos, et G. et A. 12) laicos super domo quadam eis ab archipresbytero vestro vendita, ad examen [*filii n.*] I. 13) [*basilicæ XII.*] apost. [*presbyteri cardinalis, tunc*] sed. [*apost.*] legati delata fuisset, post appell. ad nos interpositam, et receptas 14) inducias, quoniam 15) intra terminum tibi, fili T. ad eam prosequendam præfixum 16) iter [*ad nos veniendi*] non arripueras, contra te sententiam proferens 17) memoratis G. et A. prætaxatam domum secundum Veronen. ciuitatis consuetudinem adiudicare curauit 18). Deinde 19) cum caussa fuisset ad nos per appell. delata, Brixien. 20) episcopus delegatus a nobis sententiam contra vos, spreta forma canonum, secundum eandem consuetudinem, sicut præfatus legatus fecerat, promulgauit. Nos autem, [*cum tandem vtraque pars nostro se conspectui præsentasset, diligentius*] considerantes, quod, licet vsus vel 21) consuetudinis non minima sit auctoritas, nunquam tamen veritati aut legi præiudicat 22), præscriptam sententiam [*de communi fratrum nostrorum consilio*] reuocauimus, et vos ab impetitione absoluentes illorum 23) h, vobis et ecclesiæ vestræ domum [*auctoritate apostolica*] adiudicauimus 24) supradictam 25) i.

11) Verba *T. et clericis S. Anastasiæ Veron.* in C. H et ed. ant. non habentur. Sed in cap. 10. comp. cit. hæc inscriptio ita sonat: *Idem Theobaldo ecclesiæ sanctæ Anastasiæ.* in qua tamen voces *et canonicis*, - - *Veron.* desiderari, docet *ad h. c.* AVGVSTINVS ex veteri quodam Gregor. codice.
12) *Et Gerardum et Armannum*, cit. c.
13) *Io.* C. R. 1.
14) *Factam*, *et datas*, cit. c.
15) *Quam* ibid.
16) *Præscriptum*, ibid.
17) *Tulerit et*, ibid.
18) *Adiudicauit*, ibid.
19) *Demum*, C. R. 2. et cit. c. Præterea in cit. c. ipse tenor huius periodi est hic: *Demum vero, cum caussa fuisset ad nos per appellationem delata, tam ven. fr. n. R. Brixien. episc. appellatione remota, delegauimus finiendam, qui vtique, rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis, sententiam contra vos, spreta forma canonum, secundum Veron. ciuitatis consuetudinem, sicut et præfatus cardinalis fecerat, promulgauit.*
20) *Brixien.* ed. ant.
21) *Et*, C. H.
22) Agitur hic 1) de domo quadam ecclesiastica ab archipresbytero vendita, nec additur, eam adhibita debita sollemnitate ecclesiastica fuisse alienatam: 2) de consuetudine Veronensis ciuitatis legi communi prohibitioræ contraria. Vnde probabiliter conficit BARBOSA *ad h. c.* n. 4. et cum eo GONZ. n. 1. per hanc consuetudinem contra ius commune ecclesiasticum defensam fuisse alienationem rerum ecclesiasticarum sine sollemnitatibus adhibitis factam: quam improbat pontifex, quod magis *abusum*, quam *veram consuetudinem*, inuolueret. Probo hanc coniecturam, quia vix alius casus, ex adductis circumstantiis, concipi potest.
23) *Prælibatorum G et A. super hac impetitione* etc. cit. c.
24) *Adiudicamus*, ibid.
25) *Sæpe dictam*, C. R. II. et cit. c.

CAP. IX.

Sententia iniqua retractatur per superiorem; licet caussa fuerit appellatione remota commissa. Si autem continet manifestam iniquitatem: est nulla. H. d. intelligendo, quod ponat duos casus.

IDEM *Eboracen. archiepiscopo.* (*ann.* 1172. *Roma in Angliam.*)

Inter cæteras k [*consultationes, etc.*] [*et infra.*] Item cum aliqua caussa, appell. rem. 26) committitur, et sententia fertur iniqua; eam euacuari oportet: nec ei debet stari, si iniquitatem continet 27) manifestam 28).

26) *Cessante*, c. 17. comp. 1. de appellat.
27) *Contineat*, ibid.
28) Qui committit caussam, appellatione remota, delegato tantum præscribit, ne appellationem recipiat: sibi autem non ligat manus, quo minus ob *manifestam iniquitatem* eam recipere queat.

CAP. X.

Sententia lata contra absentem non contumacem in caussa matrimoniali, non valet. H. d. intelligendo, quod hæc mulier non fuit contumax. Panorm.

CLEMENS III. (*ann.* 1190. *Romæ.*)

Tenor litterarum l tuarum [*nobis transmissus*] ostendit 29), quod, cum [*in archipresbyteratu sancti Germani*] inter R. 30) et M. mulierem quæstio matrimonii verteretur, [*ipsa testes pro matrimonio producente, vir ad sedem ap. appellauit. Cumque ven. f. n.*] Theatino 31) episcopo [*caussa*] commissa fuisset; [*quia terra illa tunc pro regis morte turbata fuerat: mulier sibi euidenti periculo viarum præcauens non poterat se iudici, a quo iam tertio citata fuerat, præsentare. Licet autem ad eum nuntium cum excusatione transmiserit: episcopus tamen*] eundem R. [*postmodum,*] muliere absente, ab impetitione ipsius absoluit. Cæterum eadem mulier [*ad nostram præsentiam veniens*] a nobis ad te litteras impetrauit, vt de caussa cognosceres, et eam fine debito terminares: [*quoniam quidem coram memorato episcopo pro commotione terræ non poterat desuisse.*] Dictus vero R. a te vocatus 32) ad caussam infirmitate prætenta 33) m non adfuit. Sed quia nocte sequente 34) aliam sibi copulare præsumpsit; in eum 35) excommunicationis sententiam promulgasti; a qua postmodum absolutus [*cum*] ad te 36) [*in propria persona*] veniens, ostendit litteras episcopi memora-

29) *Nobis ostendit*, C. H.
30) *Inter virum R.* C. R. 1.
31) *Theloston*, c. 5. comp. 2. h. t.
32) *Conuocatus*, ibid.
33) *Detentus*, C. H.
34) Ergo lite iam pendente: qua nihil innouandum, quam ob rem tale attentatum merito reuocandum fuit.
35) *In eundem*, C. R. 2.
36) *Ante se*, cit. c.

a *Leo I epist.* 89. et c. 6. eod. tit. in 1. compilat. b *Post conc. lat. sub Alex. III. p.* 49. c. 12. et *cap.* 7. eod. tit. in 1. comp. c C. 8 eod. tit in 1. comp. et *post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 36 1. 2. d *Al.* Nornic. episc. T. et V. archid. e C. 9. eod. tit. in 1. compil. et *post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 6. c. 11. f *Al. eos.* g C. 10. eod. tit. in 1. compil. vbi talis est inscriptio, Theobaldo.

h *al.* eorum. i sæpedictam k C. 27. tit. de appell. in 1. compil. vid. *l. vlt.* C. de appell. quæ *videtur contraria.* Adde gloss. et doct. ibid. l C. 5 eod. tit. in 2. comp. m prætensa. *al.* prætentus. *al.* detentus.

mora-

moreti, quibus eum ab inquietatione 37) ipsius [*ob hoc*] absolutum fuisse patebat, [*quod mulier ad præsentiam episcopi non accessit.*] Quia igitur, [*sicut proponis,*] mulier [*eadem quotidie cum lacrymis illunat post te, et*] suos testes offert ad probandum, quod idem R. eam desponsationis annulo a publice subarrosset 38): et 39) tu, quid super his agere debeas, [*humiliter*] postulas edoceri, ideoque 40) inquisitioni tuæ taliter respond. quod, non obstante [*tali*] illicita absolutione, quam episcopus fecit, in caussa, [*subl. app. impedimento,*] procedas 41), [*et eam debito fine decidas,*] eidem R. sub pœna excommunicationis arctius interdicens, ne ad eam, quam superinduxit 42), accedat, priusquam fuerit caussa decisa; [*testes autem non respuas, quos de parentela sua, vel alios, dummodo idonei sint, prænominata M. duxerit producendos: cum consanguinei sui tarnst, tam testibus, tum ex recitationibus maiorum, vel argumentis aliis melius, quam extranei, suam consueuerunt cognoscere parentelam.*]

37) *Impetitione*, C. M.
38) *Subarrauit*, C. 2. c.
39) Copula *et*, abest a C. R. edit. ant. Gonz. et c. cit.
40) *Igitur*, abest a cit. c.
41) *Procedens*, C. H.
42) *superduxit*, C. M. sed Pithœis *superinduxit*.

CAP. XI.

Sententia diuortii in caussa matrimoniali rite lata, ad solam coniugis confessionem asserentis contrarium, non reuocatur: sed retractari et statur, donec legitime de contrario doceatur. Ita summatur, vt aliquid de nouo afferat. Panorm.

IDEM. (*ann.* 1190. *Romæ.*)

Consanguinei *b* B. 43) latricis præsentium, sicut [*nobis*] tuis litteris intimasti, [*productis rite sub examine tuo testibus,*] compaternitatem inter ipsam et virum suum legitime probauerunt, ita, quod inter eos sententiam diuortii protulisti 44). Prædicta vero E. cum sic tibi postmodum confesse, quod eius commater in veritate ante sententiam non fuisset, sed e post 45) separationem compaternitatem cum eo contraxit, et 46) tandem ad secundas nuptias conuolauit. [*Quia igitur reatum suum nunc recognoscens, consilium nostrum super hoc exspectat, tu etiam a nobis in hoc postulasti responsum:*] fraternitati tuæ [*præsentium pagina*] respond. quod propter solam confessionem mulieris non est recedendum e sententia per iudicium ecclesiæ 47) rationabiliter promulgata, nisi [*forte*] legitime in contrarium probaretur. [*Ad vltimum vero eidem mulieri delictum suum tibi confessæ, pœnitentiam illam iniunges, quam iuxta qualitatem personæ et quantitatem excessus ei videris imponendam.*]

43) In C. H. legitur *M.* per totum.
44) *Promulgasti*, ibid.
45) Verba *sed post*, absunt a C. R. in C. R. 2. manu nouiore addita. In C. H. autem, et in c. 6. comp. 2. h. t. *sed*, tantum deest.
46) *Cum*, habet c. cit. pro *et*.
47) *Iudicium ecclesiasticum*, C. R. 2. *iudicio*, M.

CAP. XII.

Si papa contra pronuntiationem suam confert beneficium: hoc tacito, subreptitie dicitur collatum, et non tenet.

INNOCENTIVS III. *archidiac. et sacristæ Magalonen* 48). (*ann.* 1212. *Romæ in Gothiam Galliæ.*)

Cum olim [*bon. mem.*] *d* Magalon. episcopus P. de Castro nouo, ad vacantem archidiaconatum eiusdem ecclesiæ nominasset, I. 49) præposito, ne nullus ibi, nisi prius duplici sibi voce concessa, institueretur per appellationem interpositam inhibente. [*et infra.*] Episcopus dictum P. de archidiaconatu per suum 50) annulum inuestiuit [*in locum archid. corporaliter illum inducens.*] Præpositus vero 51) alium ad eundem archidiaconatum nominare præsumpsit, [*cuius facti occasione tam præpositus, quam idem P. apostolico se conspectui præsentarunt, et infra.*] Tandem C. 52) prædecessor noster, quod factum fuerat ab vtraque parte, [*pro sua voluntate*] cassauit, [*sententiando*] pronuntians, quod aliquibus [*de prouincia*] scriberet, vt tam 53) episcopum, quam personas ad ordinandum concorditer archidiaconum 54) monerent, et, eorum forte monitis non admissis, hoc ipsi [*auctoritate ap.*] exsequi non differrent. Post hæc vero dictus prædecessor noster 55) G. 56) qui nondum ad diaconatus erat promotus officium, præter conscientiam [*præfati G.*] procuratoris episcopi apud sed. apost. tunc morantis, ipsum archidiaconatum contra pronuntiationem suam 57) contulit, sicut credimus, circumuentus. Nos igitur inhærentes vestigiis prædecess. nostr. dicentium, sententiam Rom. sed. cum aliquid fuerit subreptum, posse in melius commutari 58), quod de 59) prædicto G. factum est, non obstante donatione, quam ab eodem episcopo 60) in illusionem 61) donationis apostolicæ nuper dicitur recepisse, [*de communi f. n. cons.*] in irritum reuocamus: at ei, licet absenti, cum de subreptione liquido constet *e*, super [*supra*] dicto archidiaconatu perpetuum silentium imponentes, [*vobis præsentium auctoritate*] præcipiendo 62) mandamus, quatenus [*nullius contrad. vel app. obst. intra vnius mensis spatium post harum susceptionem litterarum,*] sæpe dictum archidiaconatum, [*de persona, cui nihil de canonicis obuiet institutis,*] plena omnium vestrum, qui præsentes fuerint in ecclesia 63), interueniente concordia, ordinare curetis.

48) *Sacristæ Magalonen ecclesiæ*, C. L. *Magdalonen.* ed. ant per totum.
49) Littera *I.* a C. 2 edit. Gonz. et c. 2. comp. 3. h. t. abest.
50) *Pron. suum*, in C. A. H. et ed. gloss. deest.
51) *Vnde præpositu. alium*, c. cit.
52) Loco litteræ *C.* c. cit. habet: *dictus.*
53) *Quod tam*, C. e. 1.
54) *Archidiaconatum*, C. M. ed. ant. et cit. c.
55) In cit. c. non habentur verba: *dictus prædec. noster.*
56) *G.* est in C. A. 1. et L. sed in C. R. 2. est *G.* cum superscripto additamento: *S. Calestinus.*
57) *Propriam*, c. cit.
58) Prouocat pontifex ad decretum GRATIANI, quod in *c.* 6. *C. XXXV. q.* 9. hanc sententiam ex NICOLAI I. epistola recitat.
59) *In*, cit. c.
60) *Quam a te, frater episcope*, ibid.
61) *Elusionem*, C. R. H. et c. cit.
62) Vox *præcipiendo*, desideratur in c. cit.
63) *In ecclesiam*, ed. ant.

CAP. XIII.

Valet sententia contra ius litigatoris lata, si sub ea intra X. dies non fuerit appellatum. Vel sic et aliter: *per sententiam, qua non fuit appellatum, potest ecclesia subiici prælato inferiori episcopo, seu ad alium ecclesiam pertinere.*

IDEM *abbati et conuentui S. Zenonis* 64) *Veron.* (*ann.* 1213.)

Cum inter vos *f* pro ecclesia vestra et [*Musen.*] archipresbyterum et clericos S. Proculi, [*nomine ecclesiæ suæ,*] super subiectione eiusdem 65) ecclesiæ [*et aliis multis articulis*] quæstio verteretur [*coram Composell. archiepiscopo et R. subd. et capellano nostro, quos vobis dedimus auditores:*] ex parte vestra 66) fuit propositum, quod dicta ecclesia monasterio vestro 67) pleno iure debet esse subiecta, videlicet in 68) institutione, destitutione, [*vel*] inuestitura archipresbyteri, et eiusdem 69) fidelitate, ipsius et fratrum obedientia, correctione, repræsentatione ad ordines, tonsuratione, susceptione chrismatis, litaniis 70), et aliis similibus, per quæ plena subiectio declaratur. Ad quod probandum instrumentum publicum concessionis [*bon. mem.*] B. 71) quondam Veronensis episcopi pars vestra 72) in medium producebat, quam concessionem successor eius G. 73) ratam habuit, et etiam confirmauit. Super his quoque tam Rom. pontificum, quam patriarcharum Aquilegien. priuilegia et confirmationes induxit, quorum vnus [*sc. Godefridus*] de subiectione plenaria in priuilegio suo euidenter expressit, quod sub testimonio R. 74) *g* quondam Veronen. episcopi, qui eiusdem ecclesiæ archipresbyter exstitit, factum fuerat et completum, et in eodem 75) a priore [*monasterii*] sancti Zenonis mandauit sua vice subscribi, [*sicut in instrumento publico continetur.*] Adiecit etiam pars vestra, quod inter [*dil. f. n.*] B. 76) *h* quondam abbatem eiusdem monasterii, et sancti Proculi archipresbyterum 77) et fratres ipsius procedente tempore de fidelitate et obedientia manuali, controuersia fuit exorta. Ad quæ duo illi se 78) duntaxat teneri negabant 79), et super his testes producti fuerunt. Tandem præfatus G. 80) Veronen. episcopus, [*rationibus vtriusque partis auditis et cognitis,*] quendam cardinalem sequens, a quo idem 80*) fuerat iudicatum, quod vel archipresbyter dimitteret ecclesiam, aut abbati obedientiam repromitteret, [*credens etiam, quod testes vera deposuerant coram eo, qui de fidelitate manifestam protulerant testimonium, idem et ipse*] sententialiter diffinit, [*sicut in instrumento publico perspeximus contineri.*] Cuius sententia, cum nulla fuerit appellatione suspensa, in rem transiit iudicatam; [*qua asserebant nulla posse iuris remedio attentari, a cuius prolatione vsque ad hæc tempora L.*

64) Verba *S. Zenonis*, a C. R. 1. absunt, et H. legit: *Zenon.*
65) *Sancti Proculi*, c. 3. comp. cit. 3.
66) *Tua, fili Abbas*, c. cit.
67) *Sancti Zenonis*, ibid.
68) Partic. *in*, desideratur ibid.
69) *Ecclesiæ eiusdem*, C. M.
70) *Letaniis*, ed ant.
71) *G.* habetur ibid. *Brunonis*, in cit. c.
72) *Pars sua*, cit. c. per totum.
73) C. 2. et edit. Gonz. habent: *T.* H. vero: *eiusdem B.* et cit. c. *Theobaldus.*
74) C. H. habet: *B.*
75) *In eo*, c. cit. *in eo*, ed. ant.
76) *Inter H.* C. R. 2. et L. in ed. ant. et c. cit. littera *B.* desideratur.
77) *Et S. archipr.* C. R. et *Stcborum archipresb* c. cit.
78) *Dictus archipresbyter cum fratribus suis duntaxat se*, c. cit.
79) *Negabat*, ibid.
80) C. 2. et ed. gloss. habent: *T.* sed H. cum cit. c. *R.*
80*) Vox *idem*, a c. cit. abest.

a *Hinc præsumitur matrimonium contractum. Folta. in c. illud. supr. de præsumpt.* b *C. 6. tit. eod. in 2. comp. vide Gonz. pap.* c *Dicto, sed, deest in pluribus manuscr.* d *C. 2. eod. tit. in 3. comp. vide Rom. et Aret. in l. plurium. ff. de arquir. hered. Anch. cons. 41. incipit. visa dicto puncto et Lambert. tract. de iure patron. l. 1. p. 2. q. 3. art. 8.*

e *Vide Bart. in l. quod iussit in fin. ff. de re iud.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. ... scilicet sententia lata contra ius litigatoris valeat. Felin. in c. nouit. supr. de iud. Bart. in l. pen. ff. de iust. et iure.* g *R.* h *In C. Barb.* quod inter quondam abbatem eiusdem monasterii et S. archipresbyt. etc.

se annorum spatium est transactum, per quod monasterium S. Zenonis præfatam ecclesiam pleno iure possederit, et quod prædictus archipresbyter et fratres eius præteriti et præsentes obedientiam abbatibus S. Zenonis fecerint. et infra. *Cum itaque hæc, quæ præmisimus, et similia multa præfati auditores nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulissent; nos, communicato f. n. consilio,*] quamuis forte dicto instrumento donationis non sit plurimum innitendum, nec confirmationibus, nec priuilegiis 81), quæ de ipso caussam et originem acceperunt, attendente tamen 82), quod, quantum ad litigantes ipsos ius ex sententia factum fuit 83), postquam in rem transiit iudicatam, etiamsi contra ius litigatoris lata fuisset, cum contra ius constitutionis expresse lata non fuerit, veritate gestorum sermonibus præualente, quæ præsumitur 84) a rite per omnia celebrata, [*statuimus, et per sententiam*] diffinimus, vt archipresbyter S. Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem et obedientiam præstet abbati sancti Zenonis.

81) *Vel priuilegiis*, C. B. H. ed. ant. et cit. c.
82) Partic. *tamen*, desideratur in cit. c.
83) *Fuerit*, C. H.
84) *Præsumuntur*, cit. c.

CAP. XIV.

Sententia contra actorem lata, nihil iniqui continens, venit in caussa appellationis confirmanda; licet per attestationes videatur pro actore fuisse probatum: dummodo pro sententia concurrant præsumptiones. De quibus hic in litera, et secundum hunc intellectum est hic casus singularis valde.

IDEM *canonicis Nouarien.* (*Roma in Insubr.*)

Caussam *b*, quæ inter vos et [*dil. fil.*] A. [*Sitium*] clericum super præbenda Nouarien. ecclesiæ vertebatur, [*quæ quondam fuerat ven. fratris. Nouarien. episcopi, de qua se dicebat idem A. per bon. mem. C. p. præd. nostrum fuisse per annulum inuestitum, coram nobis diutius ventilatam, ven. tandem fratri n.*] Laudun. 85) episcopo de consensu partium *c* [*appellatione remota*] commisimus terminandam; qui, [*sicut ex litteris ipsius accepimus, vtriusque rationibus plenius intellectis,*] pro vobis contra dictum A. diffinitiuam sententiam promulgauit: a qua fuit ad nostram audientiam appellatum. [*Dicto igitur A. et magistro I. et V. procuratoribus ecclesiæ vestræ, in nostra propter hoc præsentia constitutis, idem A. probare multipliciter nitebatur, sententiam ipsam inique latam fuisse, ac propter hoc debere non immerito retractari, dictis procuratoribus vestris defendentibus sententiam et eam petentibus confirmationis nostræ præsidio communiri. Nos igitur, auditis, quæ fuerant hinc inde proposita, et diligentius intellectis, habito cum fratribus nostris super hoc diligenti tractatu,*] licet 86) ex parte ipsius A. fuisset propositum, quod contra formam mandati nostri dictus episcopus sententiam promulgauit 87), sicut per attestationes nitebatur probare; quia tamen iudicis animus non semper ad vnam probationis speciem inclinatur, et ipsa sententia nihil continebat iniquum, et ei iudici 88) de communi partium assensu fuerat caussa [*app. rem.*] commissa, qui, vt sententiam ferret post examinationem caussæ, ab vtraque parte fuerat requisitus: sententiam ipsam [*de fratrum nostrorum consil. auctoritate ap.*] curauimus confirmare, [*ac eam per ven. fr. n. Portuen. episcopum diffinimus obseruandam.*]

85) *Laudun.* C. B. 1. *Laudun.* ed. ant. gloss. et c. 4. comp. cit.
86) *Licet autem*, C. B. 1.
87) *Promulgauerat*, cit. c.
88) *Eidem de etc.* C. H. et ed. ant.

CAP. XV.

Si sententia præcipit aliquid fieri ad certum terminum: tempus decendii ad appellandum currit a tempore sententiæ, non autem a die finiti termini. Hoc primo. *Quadrimestre tempus, quod a lege datur condemnatis in personali, potest a iudice ex caussa arctari; et sponte terminum arctatum recipiens, non potest post decendium appellare: licet non constet, iudicem ex caussa terminum abbreuiasse.* Hoc secundo. *Ab exsequutione sententiæ non appellatur: nisi in exsequutione modus excedatur.* Hoc tertio d. quacunque medullam cap. secundum Panorm.

IDEM *Constantien.* 89) *d episcopo.* (*ann.* 1212. Conf. c. 5. comp. 3. h. t.)

Quod ad consultationem: [*et infra.*] Quia 90) [*a nobis similiter*] postulasti, verum 91) appellationi sit clerici deferendum, qui purgationem indictam sibi per sententiam, et ad ipsius receptionem terminum competentem *e*, puta 92) viginti dies vel amplius, sine contradictione *f* recipiens, et ad diem veniens consequenter appellat, caussam non exprimens appellandi; nec sit locus nisi suscipiendæ purgationi et exsequutioni sententiæ, a cuius prolatione 93) et purgationa 94) iniuncta vltra 95) decendium 96) *g* dicitur effluxisse; taliter duximus 97) respondendum, quod, cum post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat iudicatæ, qui ad prouocationis subsidium intra id temporis 98) non recurrit 99), appellandi sibi aditum denegauit: cum per hoc 100) videatur per 1) interpretationem iuris latæ sententiæ paruisse, præsertim vbi caussa non redditur appellandi. Sed nec exsequutionem ipsius sententiæ ideo conuenit retardari; licet ad hoc agendum quadrimestre tempus regulariter sit statutum: quia id arctari potest nonnunquam a sedente in medio, et etiam prorogari. Et qui ab initio sponte recipit 2) terminum breuiorem, imputari 3) *h* sibi potest et debet: cum ex hoc videatur amplius 4) beneficium contempsisse. Vnde talis non audietur appellans: nisi forte aduersus eum modus exsequutionis canonicus excedatur.

89) *Constantiens*, ed. ant. erronee.
90) *Si autem quod*, c. 5. comp. cit. 3.
91) *A nobis verum*, C. H.
92) Verbum *puta*, deest in C. H.
93) *Latione*, cit. c.
94) *Purgatione canonica*, C. B. 1.
95) *Infra*, C. B et ed. Gonz.
96) *Decennium*, legitur in cit. c.
97) *Creatmus*, ibid.
98) *Id tempus*, C. B. *idem tempus*, cit. c.
99) *Currit*, C. L.
100) *Super hoc*, C. B 1. et L.
1) Partic. *per* hic desideratur in cit. c.
2) *Recepit*, C. B. ed. ant. Gonz. et cit. c.
3) *Imputare*, cit. c. et ed. ant.
4) *Amplioris*, cit. c.

CAP. XVI.

Sententia potest probari per testes: licet non deponant de caussis, quæ solent iudicem mouere ad sententiandum.

IDEM *decano, cancellario et C. canonico i Laudunen.* (*ann.* 1212. *Roma in Galliam.*)

Sicut nobis *k* [*vestris litteris*] intimastis, cum 5) caussa, quæ inter H. 6) subdiac. et B. 7) presbyterum [*sancti Clementis*] super quinque frumenti modiis vertebatur, ipsi subdiacono per annos singulos exsoluendis 8), [*ex delegatione nostra*] vobis commissa fuisset, et [*partibus in vestra præsentia constitutis, idem Henricus*] restitutionem sibi fieri postularet; subdiaconi supradictus 9) aduersarius se ad hoc non teneri respondit, cum alia vice super hoc [*coram iudice*] conuentus fuerit 10), et sententialiter absolutus: quod ostendere voluerit 11) duorum testimonio [*sacerdotum,*] ex quorum depositione [*vobis*] constitit, quod magister A. auctoritate 12) [*ven. f. n.*] episcopi Laudun. 13) ipsum 14) [*per iudicium*] absoluit ab impetitione subdiac. memorati. Verum quia testimonium ipsorum quasi nude prolatum fuerat, cum de caussis 15), quæ iudicem mouere solent ad sententiam proferendam, nihil [*se scire*] dixerint 16): *variatum fuit inter iuris peritos, a quibus consilium postulastis, aliis asserentibus tale iuramentum, quod valeret. Vnde in hac ambiguitate*] quid tenendum sit, sedem duxistis apost. consulendam. Cum autem in plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris 17) existat, quod omnia, quæ iudicem mouent 18), non exprimantur 19) in sententiis proferendis: vobis taliter respondemus, quod, cum ex depositionibus, testium prædictorum constiterit [*vobis,*] sententiam a iudice suo 20) [*fuisse*] prolatam, propter auctoritatem iudiciariam præsumi debet 21), omnia legitime processisse *l*.

5) *Et infra. Cum etc.* C. H.
6) *Henricum*, c. 6. comp. cit. 3.
7) *Et H.* C. H et ad. ant per totum, *et Huardum.* cit. c.
8) *Qui decebantur ipsi Henrico per annos singulos exsoluendi*, cit. c.
9) *Subdiac. supradictus*, non habet cit. c.
10) *Fuerat*, ibid.
11) *Voluit*, C. H. cit. c. ed. ant. Cont. et Pith.
12) *Ex parte*, cit. c.
13) *Lauduuen.* C. H.
14) *Huardum presbyterum*, cit. c.
15) *Allegationibus, testibus et rationibus*, cit. c. loco vocis: *caussis.*
16) *Dixerunt*, C. H. *dixissent.* c. cit.
17) *Hic modos*, C. B. 1.
18) *Mouerant*, c. cit.
19) *Exprimuntur*, C. H.
20) Pronom. *suo*, in cit. c. non legitur.
21) *Debeat*, cit. c. *debent.* ed. ant.

CAP. XVII.

Ab eadem sententia potest appellare, nedum reus victus, sed etiam tertius, cuius interest: et poterit sententia quoad reum nil de sua iura docentem confirmari, respectu vero tertii rationabiliter appellantis infirmari.

IDEM *Asturicen. episcopo, et abbati, scilicet sancti Isidori Legionen.* 22) (*ann.* 1211. *Roma in Galliam.*)

Cum super *m* controuersia, quæ inter [*ven. f. n.*] Autien. 23) episcopum [*ex parte vna,*] et monasterium Cellæ nouæ super statu ipsi-

22) Ipsa inscriptio plenior in c. 7. comp. 3. h. t. est hæc: *Idem Asturicen. episcopo, sancti Isidori Legionen. et de Castaneto abbatibus.* in ed. ant. desiderantur particulæ et, atque *scilicet.*
23) *Auriensi* C. L. *Aurien.* H *Autien.* Pithœi, sed erronee, legunt.

---

a *Al. præsumuntur.* b *C. 4. eod. tit. in 3. comp.* c *Et quia de partium consensu fuit datus iudex: non poterat recusari, nisi noua caussa superueniret. sup. de off. deleg. cap. insinuante.* d *Antea male*, Constantina. e *Vid. leg. generaliter. cum not. per Doct. C. de reb. cred. et iureiur.* f Conditione.

g Decennium. h imputare i Laudunen. k *C. 6. eod. tit. in 3. comp. Vide Alex. et Iason. in l. 2. C. de iur. poss. sec. tab.* l *Facit ad hoc l. 1 C. de profess. qui in vrb. Constan. et l. 2. cum not. C. de legib.* m *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil. An et quando tertius possit appellare, vid. Card. in Clem. 1 de consf. poss. et propr.*

us [*ex altera,*] vertebatur, pro [*ipso*] episcopo diuersæ sententiæ latæ 24) fuissent: [*O. archidiaconus, et*] nuntius [*ven. f. n.*] Oueten. 25) episcopi [*ad apostolicam sed. accedens*] per eas Oueten. ecclesiam læsam granitet quetebatur 26), ad quam [*illud*] proponebat monasterium pertinere. [*Postquam igitur hæc et similia, nobis et fratribus nostris præfati cardinales fideliter retulerunt; quia constitit nobis per legatorum litteras, e duobus cum tertius interesse nequiuerit, sicut in ipsius etiam assertione tenuimus, apud sedem ep. constituti, fuisse processum, et contra ipsorum sententiam,*] ex parte monasterii nihil rationabile fuerit propositum et ostensum, quare sententia pro episcopo promulgata 27) deberet 28) irritari, eam, [*communicato fr. n. consilio,*] quantum ad monasterium [*ipsum*] duximus confirmandam, [*sibi perpetuum hac in parte silentium imponentes. Cæterum, quia super appellatione Oueten. ecclesiæ non potuimus elicere veritatem; caussam ipsam vestro duximus examini committendam, et per. a. s.*] mandamus, quatenus, si constiterit, app. pro ecclesia Oueten. rationabiliter interpositam, et ad eam prosequendam nnotium eius 29) e intra tempus legitimum destinatum fuisse, exsequutio sententiæ differatur: ne circa possessionem [*eandem*] Oueten. ecclesia detrimentum incurrat. Alioquin [*ea,*] sicut ius postulat, exsequutioni absque Oueten. ecclesiæ præiudicio demandetur, cui 30), quæ præmisse sunt, non præiudicent 31), quo minus suam 32) valeat 33) consequi rationem: cum res inter alios acta non noceat regulariter aliis 34) *b*, iuxta constitutiones 35) canonicas et ciuiles.

24) *Prolata*, C. H.
25) *Oueten.* ed. ant. per totum.
26) *Conquerebatur*, C. 2. 1. L. et cit. c.
27) Verba *sententia pro episcopo promulgata*, in cit. c. non habentur.
28) *Deberetis*, C. B. 1. L. et cit. c.
29) *Ecclesiæ Ouetens.* cit. c.
30) *Quibus*, pro *cui*, ibid.
31) *Præiudicent*, C. B. H. ed. Gonz. et cit. c.
32) Dictio *suam*, desideratur in cit. c.
33) *Valeant*, ibid.
34) *Aliis*, ed. Pith. et ant.
35) *Sanctiones*, C. B. 1.

CAP. XVIII.

Si citatus ad sententiam, ex legitima caussa iudici ignota non comparuit; tenet sententia eo absente lata: sed retractatur, eo probante legitimam absentiæ caussam. Si vero impedimentum probatur non plene; non retractatur sententia: nisi prius doceat de ipsius iniquitate. H. d. et est verus et not. intellectus, secundum Panorm. quem alii doctores non clare dilucidarunt.

IDEM (*ann. 1211. Romæ in Gall.*)

Cum Bertholdus 36) miles e curiam suam *siue fundum Nutnestanen.* 37) P. 38) militi pignori obligasset: eodem P. 39) sublato de medio A. 40) nepos eius, qui successit eidem, [*Argentinen. dioec.*] vacante ecclesia, eiusdem loci [*in Westusen,*] asserens, quod ius patronatus cum vniuersitate transisset in eum, D. 41) clericum [*eiusdem dioecesis ad preces bon. mem. C. Argentin. episcopi*] eiusdem loci archidiacono ad supradictam ecclesiam præsentauit: qui de consensu [*et voluntate*] episcopi ipsum instituit in eadem 42), in possessionem eum induci faciens corporalem. Prædictus vero Bertholdus 43), dominus fundi, [*asserens, quod sibi retinuerat ius patronatus expresse, cum fundum obligauerat creditori*] T. sacerdotem memorato episcopo præsentauit: sed ipsum episcopus non admisit 44), [*pro suæ arbitrio voluntatis.*] Cum autem [*præfatus episcopus viam fuisset vniuersæ carnis ingressus:*] dictus T. aduersus memoratum D. 45) super prædicta ecclesia [*coram substituto electo*] deposuit 46) quæstionem, Remen. episcopus 47) *d* apost. sedis leg. iudicibus negotium delegauit. Ad quem cum attestationes vtrinque receptas per partes postmodum remisissent, et præfato D. cum suis attestationibus accedente, dictus T. nec per se, nec per responsalem idoneum comparere curaret 48); ipse attestationibus [*eiusdem B. sicut in ipsius litteris perspeximus contineri, diligenter*] inspectis, ipsum ab impetitione sæpe dicti T. sententialiter 49) reddidit absolutum, eidem T. imponens silentium super ecclesia memorata. Postmodum 50) autem 51) idem presbyter 52) ad [*eiusdem*] archiepiscopi præsentiam [*cum attestationibus suis*] intra breue tempus accedens, iustam caussam absentiæ allegauit; archiepiscopus vero, [*prædicto*] Argentino electo et [*dil. f.*] Altæ sylvæ, et Tudebernon. 53) *e* abbatibus dedit suis *f* litteris 54) in mandatis, vt 55), si iustam absentiæ 56) caussam ille 57) ostenderet coram eis, [*demum*] prædictam sententiam nullius decernerent esse valoris, et 57*) [*vtriusque partis attestationibus diligenter inspectis*] caussam [*ipsam*] fine debito terminarent; alioquin facerent sententiam, [*quam ipse tulerat, firmiter*] obseruari. Verum dicto electo et præfatis abbatibus committentibus aliis vices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt: a quibus dictus clericus vocem ad nos app. emisit 58). [*Cum igitur vtraque pars cum attestationibus signatis sigillis prædictorum iudicum ad nostram præsentiam accessisset;*] licet iustam caussam absentiæ minus sufficienter presbyter 59) probauisset; ne tamen præiudicaret opinio veritati, [*volentes in veritate procedere, cum Christus sit veritas: dil. f.*] R. [*Idempnica*] diaconum card. eis concessimus auditorem. Qui cum nobis omnia 60), [*quæ coram ipso proposita fuerant, plene et*] fideliter retulisset, [*nos, vtriusque partis attestationibus, et sententia præfati episcopi diligenter inspectis, quia eundem*] ex tenore [*ipsius*] sententiæ archiepiscopum inuenimus circumuentum; cum quia continebatur in illa, quod per attestationes ipsius clerici 61) fuerat sufficienter probatum, quod præfatus Arthongus in possessione iuris patronatus exstiterat, cum eundem [*B.*] ad prædictam ecclesiam præsentauit; cum tamen per attestationes illas nihil aliud [*super hoc*] ostensum fuerit, nisi quod pro quodam iure, quod de illa ecclesia consueuit exhiberi patronis, prædicti Peregrinus et Arthongus annuatim decem solidos acceperunt, [*quos tamen plebanus eiusdem loci semper contradicebat præbere;*] tum etiam 62) *g* quia in eadem sententia dicitur, quod dictus T. in probatione [*penitus*] defecit, cum per attestationes suas appareat [*manifeste,*] ipsum suam intentionem sufficienter probasse 63): tum etiam quia caussam non recepit sufficienter instructam, cum vnius tantum partis attestationes receperit, quæ parum faciebant ad caussam. Vnde 64) sententiam ipsam 65) duximus irritandam, memorato T. adiudicantes ecclesiam supra dictam: cum per attestationes nobis constiterit euidenter, ipsum a vero patrono fuisse ad sæpe dictam ecclesiam præsentatum, [*aduersario super ea perpetuum silentium imponentes. Quocirca discr. v. per a. s. m. quat. auctoritate nostra suffulti sententiam nostram faciatis inuiolabiliter obseruari, præfatum T. in corporalem possessionem eiusdem ecclesiæ inducentes, et tuentes inductum.*]

36) *Beldorus*, c. 3. comp. cit.
37) verba *siue fundum* etc. a C. B. H. ed. ant. et Gonz. absunt, sed in cit. c. pro *Nutnestanen.* legimus: *in Westusen.*
38) Pro P. in cit. c. leguntur hæc verba: *quondam peregrino.*
39) *Eodem B.* ibid.
40) *Artongus*, ibid.
41) *Brunone*, ibid.
42) *In eandem*, ibid.
43) *Ber.* ibid.
44) *Admittere renuit.* ibid.
45) *B.* habetur ibid.
46) *Deposuerit*, C. B. et H.
47) *Archiepiscopus*, C. H.
48) Hæc verborum series in cit. c. variat post vocem *quæstionem*, hoc modo: *a cuius examine fuit postmodum ad venerabilem fr. n. Remens. archiepiscopum, sanctæ Rom. ecclesiæ card. tunc episcopum Prænestinum ap. sed. leg. appellatum, qui dil. f. abbati Noui castri, et decano sancti Thomæ Argentin. mandauit, vt audirent hinc inde proposita, et, receptis testibus et redactis inscriptis depositionibus eorumdem, eas sub sigillis suis miserunt ad archiepiscopum mem. partibus termino peremtorio assignato, ad quem cum sæpe dictus B. cum suis attestationibus accessisset, nec per se, nec per responsalem idoneum dictus T. coram eo comparere curasset.*

49) *Sententiando*, cit. c.
50) *Post*, est ibid.
51) Part. *autem*, abest a C. H.
52) *Sæpe dictus T.* cit. c.
53) *Tudebene*, C. B. 1. et L. sed H. *Tudeburten.* cit. c. *Toroelburen.*
54) Pron. *suis*, a C. B. 1. H. et ed. ant. abest: cit. c. habet: *per suas litteras.*
55) Particula *vt*, desideratur in cit. c.
56) *Absentiæ suæ*, C. B. 1.
57) *Præfatus T.* cit. c.
57*) Part. *et*, ibid. non legitur.
58) Ipsa verba in cit. c. sunt hæc: *Verum cum dictus electus aliis negotiis impeditus interesse non posset: vices suas K. canonico Argentin. commisit, præfatis abbatibus sententias committentibus maiori præposito et scholastico Argentin. qui in negotio procedentes testes super prædicto articulo receperunt, vel eorum redactis depositionibus in scriptis, prædictus B. asserens se grauari ab eis vocem etc.*
59) *Dictus presbyter*, C. B. 2. *dictus T.* cit. c.
60) *Ea*, cit. c.
61) *Ipsius B.* ibid.
62) Vox *etiam*, in C. B. H. et cit. c. deest.
63) Intentio Bertholdi in eo posita erat, quod sibi in appignoratione ius patronatus expresse reseruasset, et ita *quæstio facti*, super qua etiam probationes receptæ erant, non iuris hic vertebatur. Hoc si probatum non fuisset, quod tamen ex sententia probatum erat: sine dubio pontifex pro creditore antichretico respondisset, quod ius patronatus reale cum vniuersitate in eum transisset. Quocirca in fine dicitur, clericum T. a vero patrono fuisse præsentatum: quia ius patronatus ex *reseruatione* penes eum remanserat.
64) *His et aliis intellectis*, cit. c. pro partic. *vnde.*
65) pron. *ipsam*, ibid. deest.

CAP. XIX.

Papa in sententiis, quas profert, ordinem iuris seruat.

IDEM *Prænestino episcopo, apost. sed. legato, et de Capemberch et de Cold. abbatibus in Coloniensi et Monasteriensi dioecesi constitutis* 66). (*ann. 1212. Romæ in German.*)

In caussis *h*, quæ summi pont. iudicio deciduntur, et ordo iuris et vigor æquitatis est subtiliter obseruandus; cum, in similibus casibus 67) cæteri teneantur similiter iudicare: nisi forte, cum aliquid,

66) Inscriptio *Idem Prænestino*, vsque ad finem, plane desideratur in C. H. et ed. ant.
67) *Caussis*, C. H.

---

a *Vide l. a fratre in princ. cum § sequ. ff. de appell.* b *Vide l. Lucius. ff. de his qui not. infam. et l. res inter alios. ad. est. l. Medestinus ff. de except.* c *C. 8 eod. tit. in 3. comp.* d *Archiepisc. in pluri antiqu. et iam legend. puto. Est autem in Gallia is archiepiscopatus, cui multi subsunt suffraganei.*

e *Al. Tuderrinn. al. Tudeben.* f *Vox suis, in antiqu. deest.* g *Dictio, etiam, deest in antiqu. comp.* h *Cap. 9. eod. tit. in 3. comp.*

 caussa

caussa necessitatis et vtilitatis inspecta, dispensatiue duxerit 68) statuendum.

68) *Duxerit*, cit. c.

CAP. XX.

Secunda sententia, in diuersa instantia contra primam lata, tenet mero iure; nec debet infringi, etiamsi sit iniusta, ex quo ab ea non fuerit appellatum: praesertim si primae sententia secundis iudicibus non fuit ostensa. H. d. Panorm.

IDEM conuentui [*monasterii*] *sancti Leodif.* 69) [*de Cruce.*] a (*ann.* 1172. *Romae in German.*)

Inter monasterium b sancti A. 70) Rothomag. et vestrum, super modo eligendi abbatem, in [*dicto*] monasterio vestro [*iam dudum*] fuit quaestio agitata: [et *infra.*] *His igitur et similibus, quae iam dicti episcopi et card. nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulerunt, plenius intellectis,*] cum constiterit nobis, primam commissionem non fuisse per vltimam reuocatam; tum quia caussae suspicionis in iure propositae friuolae videbantur, quas etiam, tanquam dilatorias, ante litis ingressum opponere debuissent c, quibus 71) coram delegatis eisdem subeundo iudicium renunciasse videntur: tum etiam quoniam de priuilegiis 72) apost. sed. et processu negotii [*vsque ad publicationes testium*] coram primis iudicibus nihil in secundis litteris dicebatur. Quod si fuisset expressum, obtinere 73) d minime potuissent, non obstante sententia, quae pro monasterio sancti A. 74) dicebatur fuisse prolata, quae tamen nobis ostensa non fuit; cum, si e 75) praedictis iudicibus fuisset ostensa, ea posthabita, contrarium statuissent. Alioquin [*est, quod*] eam obiicientibus imputetur: cum sub praetextu nouorum instrumentorum lites non debeant instaurari. [*Comm. f. n. caus.*] factum priorum iudicum 76) ratum et firmum habemus, et eorum sententiam confirmantes 77) electo a vobis [*postmodum*] vos ipsi munus benedictionis, saluo iure dioecesani 78) [*episcopi.*] curetis exhibere.

69) Verior est lectio C. R. 1. *S. Leufredi*, ad quam proxime accedit C. H. *Leufredi*, et c. 10. comp. cit. *Leufrede*, quod monasterium est in ciuitate Rothomagensi, vt inquit INNOCENTIVS III *libr. II. epist.* 81. cuius inscriptio haec est: *Conuentui monasterii S. Leufredi de cruce.*
70) *Sancti Anto*, C. R. 1. *Andreae*, c. 10. comp. cit. 3.
71) *Quibus tamen*, C. H.
72) *Typis de priuilegio*, cit. c.
73) *Obtinere*, C. H.
74) *Sancti Antonii*, C. R. 1. *Andreae*, cit. c.
75) Praep. *a*, desideratur in C. H. ed. ant. et cit. c.
76) *Iudicium*, ed. ant. et cit. c.
77) *Approbantes, ipsam auctoritate ap. confirmamus et electo* etc. cit. c.
78) *Dioecesani episcopi*, C. R. 2.

CAP. XXI.

Tenet sententia contra priuilegium ostensum vel non ostensum, si ab ea non fuerit appellatum vel supplicatum.

IDEM *episcopo, decano et cancellario Parisien.* (*ann.* 1210. *Romae in Gall.*)

Suborta e [*dudum*] inter [*ven. f. n.*] Meldens. episcopum et monasterium Attrebatense 79) super ipsius monasterii subiectione materia quaestionis, et procuratoribus partium 80) litigantibus coram nobis, quia per confessionem partis aduersae constitit, eundem episcopum, quasi possessionem obedientiae in eodem monasterio habuisse, ipsum restituendum decreuimus 81) ad eandem. Verum quia priuilegium [*felicis mem.*] Innocentii papae praed. nostri libertatem monasterii 82) plenariam exprimebat, decano Suession. 83) et suis coniudicibus 84) dedimus in mandatis, vt episcopo in quasi 85) possessionem obedientiae restituto, nisi [*post restitutionem suam intra sex menses*] contra priuilegium 86) rationabile aliquid obiiceret et probaret, super subiectione monasterii [*supra dicti perpetuum*] sibi 87) silentium [*app. rem.*] imponere procurarent. [*et infra.*] Iudicibus autem caussam instructam remittentibus 88), quia cognouimus efficaciores episcopi rationes, subiectionem eidem adiudicauimus memorati monasterii,

79) In cap. 11. comp. cit. 3. rectius legitur: *Resbacense*, quod est monasterium in dioeces. *Meldens.* cuius episcopus super subiectione ipsius monasterii litem monasterio mouerat.
80) Post vocem *quaestionis*, cit. c. ita variat: *procuratores partium propter hoc ad sed. ap. accesserunt, quibus aliquamdiu litigantibus* etc.
81) *Decreuimus*, ed. ant.
82) A voce *nostri*, ibid. legimus: *ex monasterii parte nobis exhibitum libertatem plenariam* etc.
83) *Suession* ibid.
84) Loco vocabuli *coniudicibus*, cit. c. habet: *Remen. cantori et succentori Syluanecten.*
85) Partic. *quasi*, desideratur ibid.
86) *Priuilegii libertatem*, ibid. legitur.
87) *Eidem*, ibid.
88) Verba ipsa in cit. c. ita sonant: *Iudicibus autem volentibus dirimere quaestionem, caussam ipsam testibus com procuratoribus partium ad nostram praesentiam remiserunt. et infra Nos vero, vtriusque partis rationibus diligenter auscultatis,* etc. Ceterum in ed. ant. voci *remittentibus*, praemittitur *prius* [illegible]

vt ibidem [*illam*] habeat 89), tanquam dioeces. episcopus, potestatem, ita tamen, vt nullum per hoc apost. sedi praeiudicium generetur, quo minus [*legitimo tempore*,] si voluerit, suam iustitiam prosequatur. Nimirum si praefati Innocent. priuilegium Alexandro fuit in iudicio praesentatum, et f ipse 90) tulit sententiam contra illud 91), intelligitur reprobasse. Si vero non fuit coram 92) eo exhibitum: praetextu priuilegii de nouo reperti, praedicta non debet 93) sententia retractari 94).

89) *Haberet*, C. H.
90) *Ille*, cit. c.
91) *Contra illud ipsum*, C. R. 1. et L.
92) Verba *coram eo*, absunt a C. H. et ed. ant.
93) *Non debetur*, ed. ant.
94) *Reuocari*, C. H.

CAP. XXII.

Sententia, a qua fuit appellatum, retractatur, si constat, testes, ad quorum dicta tantum lata fuit, conspiratores fuisse, et contradicente parte, receptos.

IDEM ALEX. III. *S. Mariae in Cagi* 95) et *Vallis secretae abbati.* 96) g (*ann.* 1174. *Romae in Galliam.*)

Cum I. et A. h canonici sancti Dionysii [*et M. canonicus*] Remen. [*ad nostram dudum praesentiam accessissent*:] ex parte quorundam canonicorum eiusdem ecclesiae nostro apostolatui retulerunt, quod abbas eorum super dilapidatione, periurio, simonia, et quibusdam aliis erat multipliciter infamatus. [*Et cum super his et aliis cum procuratore ipsius abbatis apud sed. ap. aliquamdiu litigassent*:] nos [*postmodum ven. f. n.*] Cathalan. episcopo, et eius collegis 97) dedimus in mandatis, vt ad ecclesiam [*ipsam*] personaliter 98) accedentes, tam in capite, quam in membris [*app. postposita*] corrigerent corrigenda, et statuerent, quae statuenda viderent. [*et infra.*] Iudices autem abbatis et canonicorum iuramenta recipientes, [*habito virorum prudentum consilio, memoratam*] abbatem ab administratione ipsius ecclesiae per sententiam remouerunt, correctione membrorum dilata, quam tunc non putarant expedire. A qua sententia, [*tanquam iniqua,*] cum 99) procurator praedictus ad nostram audientiam appellauerit; proposuit, dictam sententiam [*merito*] reprobandam 100); tum quia iudices, lite non contestata, in ipso negotio processerunt 1): tum [*etiam,*] quia iuramenta conspiratorum contra ipsum recipientes, depositionibus coram partibus minime publicatis, nec i ostensis eidem 2), ad sententiam procedere praesumpserunt. [*et infra.*] Quia vero de conspirationis articulo 3) nobis non potuit 4) fieri plene fides: mandamus, quatenus, [*inquisita plenius veritate,*] si vobis constiterit, quod illi conspiratores fuerint, quorum constat a iudicibus iuramenta recepta, [*et*], quod [*hoc ipsum*] abbas 5) probare voluit coram eis, et [*quod*] eorum dicta iudices sequuti tantummodo, cum per alios 6) ea probata non essent, sententiam protulerunt, vos 7) [*app. rem.*] irritantes processum eorum 8) in negotio [*ipso*] iuxta praedictam formam, comprehensam in prioribus litteris, procedatis. Si vero eos conspiratores fuisse nequiuerit comprobare 9); vel, licet de hoc constaret, appareat tamen, illos nihil super his deposuisse, pro quibus idem abbas fuit amotus; vel, etiamsi aliqua super his deposuerint 10), ea tamen per aliorum dicta fuerant sufficienter ostensa; processum ipsorum iudicum [*sublato app. obst.*] confirmetis; quia, licet aduersus abbatem non debuerint 11) conspiratores admitti, iuramenta tamen ipsorum de veritate dicenda super statu ipsius domus recipi potuerunt 12), vt per ipsorum 13) dicta super aliis fides possit haberi, quae abbatem minime

95) Ita etiam legitur in c. 12. comp. 3. h. t. Emendat cum CVIACIO inscriptionem GONZ. ad h. c. n. 1. vt legendum sit: *S. Crispini et vallis secreta abbatibus.* Vtrumque monasterium est in dioecesi Suessionensi.
96) *Abbatibus*, C. H. et c. cit.
97) *Et dil. f. decano sancti Quintini Nouiomen. dioec. et magistro Simoni de Vallibus canonico Laudun. dedimus* etc. cit. c.
98) *Pariter*, ibid.
99) Partic. *cum*, ibid. omittitur, et deinde legimus: *appellauit*, et infra: *Vnde procurator canonicorum ipsorum inter alia postmodum in nostra proposuit praesentia constitutus dictam* etc.
100) *Merito reprobandam*, C. R. 1.
1) *Processerant*, C. H. et cit. c.
2) *Eisdem*, C. R. ed. ant. et Cont.
3) Qui hic omne punctum ferre videbatur, cum tamen conspiratores in nullius accusatione sint recipiendi, c. 5. *C. III. q.* 4. quippe qui in publicum crimen inciderunt. c. 22. *seq. C. XI. q.* 1.
4) *Non potuerit*, cit. c.
5) In ed. ant. huic vocabulo *abbas*, praemittuntur dictiones: *hoc ipsum.*
6) *Alios testes*, C. H.
7) *Nos*, C. R. 2.
8) *Ipsorum*, C. H.
9) *Comprobari*, cit. c.
10) *Deposuerunt*, C. H.
11) *Non debuerant*, cit. c.
12) *Potuerint*, C. R. 1. et H.
13) *Eorum*, C. H.

a *Alit.* S. Leufridi de Cruce. b *C.* 10 *eod. tit. in* 3. *compil. vide l. Imperatores, cum gloss. ff. de re iud. Alex. cons.* 191. *Paulus de Castro cons.* 325 *incip. in caussa, quae vertitur.* c *vide l.* 1. *et ibi Cynum. et doct. Cod. de dilat.* d *abstineri.* e *C.* 11. *eod tit. in* 3. *comp.*

f *Alias ita: tulit sententiam contra ipsum, illud intelligitur, etc. alias ita: tulit sententiam contra illud intelligitur, et c. in omnibus tamen desunt illa duo verba paullo infra, coram eo.* g *al.* in Cagia. *al.* Catag[illegible]. Vallis secren. seu secret. *Ord. praemonstr. Suessionensis Dioecesis.* h *C.* 12. *eod. tit. in* 3. *compil.* i *Hunc text. Innoc. dicit esse singularem, quod attestationum publicatio est de iustitia non autem de substantia. Male legitur pro eidem, eisdem: cum de solo abbate sermo sit.*

con-

contingebant: praesertim cum tunc 14) probatum non esset, eos conspiratores fuisse.

14) Partic. *tunc*, desideratur in cit. c.

CAP. XXIII.

Damnatus in actione iniuriarum infamis est, et per papam potest famae restitui. H. d. prout communiter summatur.

IDEM *H. de castro Guarri.* 15) a (*ann.* 1214. *Romae.*)

Cum te b a Bartholomaeo, 16) iniuriarum actione 17) conuento, eo, quod diceres 18), equum tuum non esse minoris pretii, quam capillos ipsius 19), iudices, qui super hoc cognoscebant, te in decem solidos condemnassent; tu timens, ne ipsorum sententia te notaret infamia c, beneficium restitutionis ad famam a sede apostolica implorasti: nos autem 20) considerantes, quod nulla fuerit vel minima facta 21) iniuria, volumus te per d praedictam sententiam infamia non notari.

15) Inscriptionem hanc vitiosam esse, docet *epist.* 156. *libr. XV.* INNOCENTII hoc modo indeemendandam: *Rainerio militi de Vico.* Ceterum et decisione huius textus hoc dubium locum, vt iudices reis, ab iniuriis iniuriis condemnatis, soleant famam integram reseruare: quod maxime eam publica inter opifices fonder.
16) *Benedicto*, C. 8 3. sed C. 8. 2. et L. habent: *B.* et ed. ant. *ab E.*
17) *Accusatione*, c. 1. comp. 4. h. 1. *euasione*, ed. ant.
18) *Diceres*, cit. c.
19) *Illius*, C. 8 et H.
20) Partic. *autem*, abest a C. H. et ed. ant.
21) *Facti*, C. 8. 1.

CAP. XXIV.

Reuocata sententia propter defectum iurisdictionis, vt, quia vnus ex iudicibus publice excommunicatus erat, vel propter iuris ordinem non seruatum, iterum de principali quaeritur.

IDEM. (*ann.* 1209. *Romae.*)

Ad probandum e, quod procurator domine: [*et infra.*] Vos autem interim agnoscatis de confirmatione sententiae 21*) quae lata est a iudicibus delegatis de electione custodis, vt eam, sicut de iure fuerit faciendum, confirmare vel infirmare curetis, ita [*quidem,*] vt, si pro eo, quod vnus ex delegatis iudicibus, qui eandem sententiam protulerunt, excommunicationis vinculo esset publice innodatus, quando sententia lata fuit, sicut per metropolitani litteras perhibetur, aut ex alia iusta caussa eandem sententiam contigerit infirmandam, ipsa cassata, de ipsius electione custodis iterum cognoscatis.

21*) *De confirmatione sententiae*, C. 8. H. ad. Gonz. Cont. et. c. 2. comp. cit. 4.

CAP. XXV.

Res inter alios iudicata, aliis non nocet. Fallit in eo, qui passus est illum litigare, cui secundo loco competebat actio, vel defensio, vel a quo caussam in iure iudicato habuit.

GREGORIVS IX.

Quamuis regulariter aliis non noceat f res inter alios iudicata: ei tamen, qui, cum sibi primum de ea re actio vel defensio competebat, sustinuit sequentem agere, nec 22) illi etiam, qui passus est eum, a quo caussam habuit, experiri, est praeiudicium generatum 23).

22) *At*, secundum C. H.
23) Nihil noui hoc edicto constituit GREGORIVS IX. sed pro more sententiam iuris ciuilis in *l.* 63. *de re iudic.* regulat. Idem quoque dicendum de sententia *c. ff.* quae ex *l.* 38. *et sq. de re iudic.* et *l.* 27. §. 3. *de recept.* composita: marito tamen supplenda est ex *l.* 17. §. 5. et 6. *de recept.* De quo argumento dixi ad *c.* 39. *X. de off. et pot. iudic. deleg. not.* 13. et ad *c.* 12. *X. de arbitr. not.* 76.

CAP. XXVI.

Si duo ordinarii pronuntiant contraria: tenet sententia pro reo. Fallit in quatuor casibus hic contentis, et similibus. Si vero delegati discordant; delegans est adeundus: si arbitri, neutra tenet.

IDEM. (*ann.* 1224.)

Duobus g iudicibus, vt accepimus, diuersas sententias proferentibus, si ex iurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo, non pro actore sententia: nisi in caussa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, seu testamento, pro ipso fuerit promulgata. Si vero ex delegata potestate: vtraque pendet sententia ex arbitrio delegantis. Quodsi ex compromisso: neutra debet habere vigorem.

a *al.* vuarim. *al.* Idem R. militi. b *C.* 1. *eod. tit. in* 4. *comp. vid. Bart. in l. infamem de publ. iud.* c *vide l. Athletas ff. de his, qui not. infam.* d *al.* propter dictam. e *C.* 2. *eod. tit. in* 4. *comp. vid. Ant. de Butr. in c. fraternitatis. sup. de test.* f *Vide l. res inter. C. quando res iud. non noc.* g *Cum plures iudices proferunt diuersas sententias, quae praeualeat, vid. Alex. in l. si duo ex tribus, et l. si in tres. ff. de recept. arb.*

TITVLVS XXVIII.

DE APPELLATIONIBVS h, RECVSATIONIBVS, ET RELATIONIBVS 24).

CAP. I.

Collatio beneficii facta post appellationem ex probabili et verisimili caussa interpositam est ipso iure nulla.

ALEXANDER III. *Exonen. episcopo et decano Lundonen.* 25) (*ann.* 1180. *Rotae in Angliam.*)

Dilecti i; filii [*nostri*] prior et clerici de Gisebergian. 26) grauem 27) k [*admodum et difficilem nobis*] querimoniam transmiserunt, quod [*ven. f. n. R.*] Eboracen. archiepiscopus [*et*] apost. sed. legatus, eundem priorem post appellationem [*ad nos factam*] suspendit, [*et*] suas 28) ecclesias interdixit, et canonicos, si eidem tanquam priori obedirent, excommunicatos denuntiauit. [*et infra.*] Super quibus [*omnibus*] si veritate per idoneas personas et famam 29) loci sollicite inquisita 30), inueneritis ecclesiarum concessiones [*taliter*] factas, nisi prior et canonici malitiose distulerint 31) eas, quantum ad se pertinet, ordinare, [*nullius app. obst. auctoritate nostra*] in irritum reuocetis easdem 32), [*et priori et canonicis ecclesias ipsas restitui faciatis, et tam vicarios, quam iuratos eorum canonicatum iuramentum pristinum seruare cogatis: nisi fuerit a priore iniquo extortum. et infra. Prouisuri attentius, ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, cuiusmodi actis intendatur, inquiratis, sed simpliciter et pure factum ipsum et rei veritatem secundum formam canonum et sanctorum patrum inuestigetis.*]

24) *De appellationibus et recusationibus* C. L. et comp. 1. sed in comp 3. et 4. tantum legimus *c. de appellationibus.*
25) Ita quoque legitur in *c.* 6. *X. de iudic.* Verum in *compil. Alexandri III. infra in append. cit.* 51. *c.* 1. *p.* 286 et apud HARDVINVM *tom. VI. p.* 21. *concil.* est: *decano Lincolniensi.*
26) C. H. rectius legit: *Gyseburn.* seu *Giseburnenses.* Fuerunt enim clerici Giseburnenses canonici regulares ordinis Augustini in Angliae occiduis finibus, teste PENNUTTO in *histor. cleric. canon. libr.* 2. *c.* 17. *n.* 11. *p.* 388.
27) *Nobis grauem*, C. 8. 1. sed L. habet *grauem ad nos.*
28) *Et suas*, C. 8. 1.
29) C. B. 2. et L. *fama.*
30) In cit. c. ipso verba sunt huius tenoris: *Super quibus omnibus rei veritatem per idoneas personas et famam loci sollicite inquiratis, et, si ita esse inueneritis.* etc.
31) *Distulerunt*, ibid.
32) Pron. *easdem*, desideratur ibidem.

CAP. II.

Appellatio generalis respectu caussae non valet.

IDEM *archiepiscopo Remen.* 32*) (*ann.* 1180.)

Inter cetera l: [*et infra.*] Super eo, quod abbas sancti Apollinaris in claustrum te appellationem interposuit generalem super omni caussa, quae aduersus eum aliquo tempore 33) posset moueri, ipsum exinde 34) redarguimus, nec huiusmodi appellationem duximus admittendam.

32*) Agitur hic de *abbate S. Apollinaris*, quod monasterium est in *Rauennatensi* dioecesi, teste TAMBVR. *de iur. abbat. tom. I.* in tanta enim. abbas *sub tit. R.* vnde legendum est: *Rauennaten.*
33) Verba *aliquo tempore*, a C. R. H. et ed. ant. absunt.
34) Vox *exinde*, deest in C. H.

CAP. III.

A correctione legitima non appellatur: nisi modus excedatur. H. d. inspecta mente litterae.

IDEM *abbati S. Petri* 35). (*super dubia.*) (*ann.* 1180. *Romae.*)

Ad nostram [*noueris audientiam peruenisse, quod, si quando subditos tuos vis pro suis excessibus secundum regulam B. Benedicti et institutionem tui ordinis corrigere et castigare, ipsi, vt malitiam suam liberius valeant exercere, ad remedium appellationis confugiunt.*] Quia in vero remedium appell. non ideo est 36) inuentum, vt alicui a religionis et

35) In c. 3. compil. cit. additur: *super dubia*, quam lectionem probat AVGVSTINVS *in not. ad cit. c.* 3. Enimuero in *tabul. chron. abbat.* apud TAMBVRINVM *de iur. abb. tom.* 1. *p.* 440. legitur: *supra dictum ord. Benedict.* vel *de dima*, vti legitur *in app. ad concil. Later. III.* apud HARDVINVM *tom. VI. p.* 2. *p.* 1781. Ceterum hic generatim notandum, nullum titulum in ALEXANDRI III decretalibus esse foecundiorem, quam hunc *de appellationibus*, quod etiam *tit.* 51. *in append. decretal.* eiusdem pontificis docet: quia ab hoc tempore magis frequentari et in infinitas trahi coeperunt contentiones, quarum decisio ad curiam Romanam tracta et ad regulas iuris Romani composita est. Ne quidem hae appellationes vbique notae erant, sed in Germaniam demum circa initium seculi XIII penetrarunt, vel ad minimum magis in ea frequentari coeperant, vt ex *chron. montis sereni* probatum dedi in *praefat. ad decretum* GRATIANI §. *XIV* tit. a. *in not. circa fin.* Frequentiores fuerunt in Italia, Gallia, Anglia et Hispania, vti capitula hic notata docent, aliique textus, qui de *appellationibus ad curiam Romanam* passim loquuntur.
36) *Fuit*, cit. c.

h *De hac materia vide conc. Trident. sess.* 13. *de reform. c.* 1. *et sess.* 24. *de reform. c.* 20. i *Post conc. Later. sub Alex. III. p.* 10. *c.* 1. *et c.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* k *al.* grauem ad nos querim. l *C.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. p.* 10. *c.* 2. m *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 10. *c.* 4.

ordinis obseruantia exorbitanti debeat in sua nequitia patrocinium exhibere: [*d. t. per A. S. praec.*] mandamus, quatenus, si quando quilibet subditorum tuorum 37) [*ne ipsum pro suis excessibus corrigas et castiges*] ad remedium appellationis cunuolauerit; non ideo minus eum iuxta tenorem mandati, quod in praedicta regula continetur, et institutionem 38) ordinis corrigas et castiges a.

37) *Dictio tuorum*, desideratur ibid.
38) *Institutione*, ibid. omissa vocabula: *ordinis*.

CAP. IV.

Si appellans intra terminum, a iudice, a quo appellauit, vel a se ipso statutum, appellationem non prosequitur: sententiae vel iudicio illius stare compellitur.

IDEM Noruicen. 39) episc. (*ann. 1180. Roma in Angl.*)

Personas ecclesiarum b, [*in tua dioecesi consistentium, ita tuis et dominorum fundi authenticis scriptis praemunies, ut, cum aliquam personam ecclesiarum illarum decedere forte contigerit, decedentis filius vel vicarius, seu alius quilibet, personatum ecclesiae vacantis viro idoneo conferendi tibi viam praecludere aliqua calliditate non possit. Quod*] si quis 40) c [*talium*] ad nostram audientiam [*frustratoriae dilationis caussa*] appellauerit, et appellationi suae prolixum terminum praefixerit: tu ei diem, intra quem apost. sedem conuenienter possit adire, assignas 41). Ad quam si 42) venire contempserit: tu illum extunc iudicio tuo super iis, quae in quaestione vertuntur 43), sine contradictione aliqua stare [*omni excusatione et appell. cess. districte*] compellas. Si autem quisquam appell. suae praefigat terminum congruentem 44), nec tamen 45) caussam ad diem appell. fuerit prosequutus: ipsum nihilominus extunc 46) sententiae tuae, sicut de alio diximus, appell. remota, parere constringas.

39) *Nouicen.* C. L.
40) *Si aliquis*, C. R. et H.
41) Inde olim inualuit, vt iudex inferior appellanti possit praefigere terminum, intra quem appellationem apud superiorem introducere debeat. conf. *c. 15. 25. et 33 X. h. t.*
42) *Et, si ad illam* etc. c. 4. comp. cit.
43) *Mouentur*, C. R. 1.
44) *Competentem*, C. H.
45) Partic. *tamen*, desideratur in ed. ant.
46) *Tunc*, C. H.

CAP. V.

Appellans ad prosequendam habet annum, et ex caussa biennium; nisi iudex moderetur. Et si intra id tempus non prosequatur: rata manet sententia, vel redit ad primum, si ante sententiam appellauit. H. d.

IDEM [*Henrico*] Remen. archiepiscopo. (*ann. 1180. Roma in Gall.*)

Cum sit d Romana [*ecclesia caput et magistra omnium ecclesiarum, disponente Domino, constituta, et ad eandem consultationes, et quaestiones de diuersis mundi partibus merito referantur, quod eam super variis iuris quaestionibus consuluit: gratulamur, et prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde est, quod litteris praesentibus*] fraternitati tuae [*per A. S. dignata*] duximus respondendum, quod, 46*) si [*frustratoriae dilationis caussa vel etiam necessario,*] ante sententiam, vel postea fuerit appellatum, huiusmodi appellantibus e annus 47) indulgetur, aut ex necessaria et euidenti caussa biennium 48): nisi forte iudex a quo appellatum fuerit, secundum locorum [*et prouinciarum*] distantiam, et personarum 49), et negotii 50) qualitatem praecisius 51) tempus fuerit moderatus. Intra quod 52) si is, qui appellauerit, caussam appell. non fuerit prosequutus: tenebit sententia. Si post sententiam appellauerit, et a caussa sua cecidisse videtur: nec amplius super eodem negotio audietur appellans. Si vero a grauamine et ante litis ingressum fuerit appellatum; huiusmodi audietur appellans; quoniam sacri canones etiam extra iudicium 53) passim appellare permittunt: nec solent huiusmodi dici appellationes, sed prouocationes ad caussam 54). Si autem autem ante sententiam quis appellauerit: cogitur illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse 55).

46*) Partic. *quod*, desideratur in c. 5. comp. 1. h. t.
47) *Per auth. et qui appellat, et l. f. §. 4. C. de temp. appell.* vnde praesens decisio desumta. Conf. *c. 8 X. h. t.*
48) *Aut, si necessaria et euidens necessitas apparuerit, indulgetur biennium*, cit. c.
49) Voces *et personarum*, ibid. non leguntur.
50) *Et temporis*, legimus ibidem, sicut in ipso concilio.
51) Ita recte legit edit. Pith. non: *recipius.*
52) *Ita, quod*, cit. c.
53) Ibidem desideratur: verba *etiam extra iudicium.*
54) Qua de caussa etiam ad *primam instantiam* deferuntur appellationes e *grauamine extraiudiciali*, vt tamen, quia hae querelae in forma appellationis proponuntur, habeant effectum *suspensiuum*. His appellationibus id effectum est, vt per indirectum *ius futurum*, de quo nondum directo agere licet, in litem deduci queat, quatenus in iustificatione huius appellationis praeiudicium imminens, veluti ex alienatione fideicommissi, ostendere, et ita de iure futurae successionis agere cogitur, ceu obseruaui in opuscula *de iure futuro.*
55) In cit. c. post vocem *permittunt*, verba ipsa se ita habent: *Si vero ante sententiam appellauerit: cogitur illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse. Si autem in agro, vel alias, ante ingressum caussae fuerit appellatum: non solent huiusmodi dici appellationes, sed ad caussam prouocationes.*

Qui de crimine impetitur, appellare potest, nisi sit notorium. Hoc dicit.

§. 2. Praeterea si raptor sit, vel [*alias*] violentus detentor alienae rei, [*is,*] qui appellat; huiusmodi appellatio facta in iudicio apud ecclesiasticas personas solet audiri: nisi forte manifestus raptor vel fornicator existat, sicut ille, quem absentem et irrequisitum Apostolus f excommunicauit.

CAP. VI.

Coram iudice, a quo appellaui in vna caussa, possum in alia conueniri: nisi eum recusem vt suspectum.

IDEM eidem 56). (*ann. 1180. Roma in Galliam.*)

1. Ad haec g si in vna caussa quis appellauerit, et pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commisisse dicatur, vel modo etiam accusetur, aut conueniatur de alia 57) re, super qua 58) non sit 59) appellatum, et illam perferri 60) contingat ad audientiam iudicis, a quo [*etiam*] in alio negotio appellauit 61); eum potest, si voluerit, tanquam suspectum 62) vitare: alioquin debebit eius stare iudicio, [*a quo fuerat appellatum,*] maxime si suus ordinarius iudex 63) existat.

56) *In eadem*, c. 6. comp. cit. 1.
57) *De aliqua*, C. R. 2.
58) *De qua*, cit. c.
59) *Non fuerit*, C. R. 1. *non fuit*, H.
60) *Proferri*, ed. vet.
61) *Appellauerit*, ibid. et in cit. c.
62) Hoc magis ex glossatorum limitationibus, quam ex sententia iuris ciuilis traxit pontifex, ceu liquet ex *l. vn. D. apud eund. a quo appell.* Idem censuit pontifex infra in *c. 24. h. t.*
63) Vocabulum *iudex*, abest a C. H.

CAP. VII.

Si a iudice inferiori vnus appellat ad papam, alius ad inferiorem; tenetur appellans ad papam comparere ad citationem iudicis inferioris, saltem allegaturus appellationem suam; alias valebit processus a minori: nisi sciuerit appellationem interiectam ad papam.

IDEM [*in eadem.*] (*ann. 1180. Romae.*)

Si, duobus h coram suo iudice litigantibus, alter ad nostram 64), alter ad sui iudicis audientiam super eodem negotio appellauerit 65), et ille, qui ad suum iudicem appellauit, [*et*] ad diem appellationis veniens, se ad eum appellasse proposuit, eo 66) tacito quod aduersarius eius ad audientiam Romani pontificis appellauerat 67); si legitime citatus nec venit, nec [*aliquem*] responsalem misit 68), aut etiam alias 69) parere contemnit, [*et in eum sententiam excommunicationis tulerit;*] tenebit excommunicationis sententia in eum pro contumacia 70) promulgata 71): nisi iudex cognouerit 72), eum ad audientiam Romani pontificis appellasse.

A ciuili iudice, qui non est de temporali iurisdictione ecclesiae, non appellatur ad papam. H. d. vsque ad finem.

§. 1. Denique, quod [*in fine quaestionum tuarum*] quaeris, si a ciuili iudice ante iudicium, vel post, ad nostram audientiam fuerit 73) appellatum, an huiusmodi appellatio teneat; tenet quidem in his, qui sunt nostrae temporali iurisdictioni subiecti: in aliis vero, etsi 74) de consuetudine ecclesiae 75) teneat, secundum [*tamen*] iuris rigorem credimus non tenere.

64) Licet ad *immediate superiorem* regulariter prouocandum sit; permisse tamen semper appellatio ad pontificem, omisso intermedio: quod concurrentem cum omni iudice habere dicatur iurisdictionem.
65) *Appellauit*, c. 7. comp. cit.
66) Vox *eo*, deest in C. H.
67) *Appellauit*, C. R. et ed. ant. sed *appellasset*, cit. c.
68) *Miserit*, cit. c.
69) Partic. *alias*, abest ab edit. ant.
70) *Sua*, additur in ed. ant.
71) Verba *in eum promulgata*, desiderantur in cit. c.
72) *Agnouerit*, C. H.
73) *Fuit*, ed. ant.
74) *Si*, cit. c.
75) Intelligit abusum, secundum quem in caussis secularibus recusari solebant iudices seculares sub praetextu *denegatae et protractae iustitiae*, ac ita etiam prouocari ad pontificem, vtpote concurrentem cum iudice ecclesiastico habentem iurisdictionem.

CAP. VIII.

Lapsus biennii non praeiudicat appellanti, quo minus ex caussa legitima audiatur, saltem per beneficium restitutionis in integrum. H. d. secundum vberiorem intellectum.

IDEM plebano et clericis sancti Nazarii de Albia. 76) i (*ann. 1174. Roma in Lusitaniam.*)

Ex ratione: [*et infra.*] verum si appellationem biennio elapso interpositam 77) a sententia, [*quae fuerat*] contra vos prolata, [*de controuersia quam habuistis in ecclesia Solariae.*] prosequuti non estis; dum-

76) Vox *Albia*, desideratur in C. R. 1. sed C. R. 2. et L. habent: *Albar.* et H. *Alberat.* c. 8. comp. cit. 1. *Nazari de Albareto.*
77) In cit. c. series verborum ipsa est haec: *Verum post appellationem, postquam biennium est elapsum, factam a sententia*, etc.

a *Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1 §. cum igitur.* b *C. 4. eod. tit. in 1. comp. et post conc. p. 10. c. 4. iung. c. 20. sup. de testib.* c *si aliquis.* d *C. 5. eod. tit. in 1. comp. et post conc. p. 10. c. 16.* e *al.* appellationibus.

f *1. Cor. 5.* g *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Lat. sub Alex. III. p. 10 c. 15.* h *C. 7. eod. tit. in 1. comp. et post conc. part. 10. c. 7.* i Albareto. *alias*, Albezar. *C. 8. eod. tit. in 1. compil. vid. Ioan. de Ananea consil. 1. et Angelum cons. 39.*

modo

modo prosequutionem ipsius [*appellationis*] per impotentiam nos constiterit omisisse: nolumus, quod iustitiæ vestræ debeat [*aliquatenus*] præiudicium generare 78) a.

78) *Praeiudicare*, ibid.

CAP. IX.

Si reus post citationem vel notitiam litterarum iuit ad curiam; delegatus in caussa procedat: alias non. Hoc dicit, cum c. suggestum. infra. eod.

IDEM. *Vigorien.* 79) *b episcopo* 80) [*et cet.*] (*ann. 1175. Romæ in Angliam.*)

Meminimus c [*et infra.*] ceterum cum aliquam caussam contingit 81) tibi appell. remota, committi 82), et aduersa pars post citationem 83) [*factam*] iter arripuerit ad sed. ap. veniendi: non minus poteris in negotio 84) secundum iuris formam procedere. Quod [*vtique*] si ante citationem [*factam*] iter arripuerit 85): non est aliquatenus procedendum.

79) *Vigorn.* rectius C. 2. 1. et L. *Wigor.* c. 9. comp. cit. h. a. *Wigorniens.*
80) *Archiepiscopo*, C. 2. 1.
81) *Contingat*, C. H. *contigerit*, cit. a.
82) *Commissam fuisse*, cit. c.
83) Qua ista pendentia hoc iure inducitur, vt non obstante appellatione, rescripto remota, delegatus procedere queat.
84) *In cognitione negotii*, cit. c.
85) *Inceperit*, ibid.

CAP. X.

Supersedetur propter articulum, in quo appellatum est, etiam super principali caussa, si sine illo articulo expediri non potest. H. d. inhærendo litteræ.

IDEM. (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Super eo d [*vero,*] quod [*a nobis*] sollicitudo tua [*sollicite*] quæsiuit 86), [*vtrum sententia per appellationem, quam ex incidenti quæstione sæpe contingit, si fuerit suspendenda, licet caussa fuerit app. rem. commissa.*] prudentiæ tuæ duximus respondendum, quod, si de 87) aliqua exceptione quæstio oriatur 88), et exinde appellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit merito supersedendum, at, si principalis caussa sine illa terminari 89) non poterit, ei nihilominus supersedeatur.

Non obstante appellatione, ex falsa caussa interposita, potest iudex ad ulteriora procedere. H. d.

§. 1. Si autem aduersa pars e de falsi suggestione in appellationem prorupit 90): non est sententia super hoc differenda, [*si litteris commissoriis appellationis obstaculum subibeatur.*]

86) *Requisiuit*, C. 2. 2. et c. 10. comp. cit.
87) *Super*, C. H.
88) *Suboriatur*, cit. a.
89) *Determinari*, C. 2. 2.
90) *Prorumpit*, cit. c.

CAP. XI.

Etiam pro minoribus, seu leuioribus caussis appellari potest.

IDEM [*in eadem.*]

De f appellationibus [*vero,*] pro caussis 91) minimis interpositis 92), volumus te 93) tenere, quod sit, pro quacunque 94) [*et quantacunque*] leui caussa fiant, non minus est, quam si pro maioribus fierent 95), deferendum. [*Vnde si appellantes appellationem contempserint prosequi: tu illos aut appellationem prosequi, vel tuo iudicio stare, app. rem. districte compellas.*]

91) *De caussis*, C. H.
92) In c. II. loco vocis *interpositis*, legimus: *quæ fiunt.*
93) Loco pronom. *te*, ibidem habentur verba: *tuam cognitionem.*
94) *Quantamcunque*, C. H. *qualicumque*, cit. c.
95) *Quam illas, quas pro maioribus fieri contingit negotiis*, cit. c.

CAP. XII.

Secundum canones appellatur etiam ante sententiam: secundum leges non, nisi in quibusdam casibus. Hoc primo. *Et appellatio, et recusatio æquiparantur in hoc: quia, sicut in appellatione requiritur caussa rationabilis, ita et in recusatione.* Hoc secundo. *Et tempus assignatum iudici ad caussam decidendam incipit currere a tempore præsentationis rescripti.* Hoc tertio, secundum verum intellectum.

IDEM.

II. Super eo g [*vero, quod interdum iudices delegati ab altera partium tanquam suspecti recusantur, hoc tuæ prudentiæ præsentibus litteris, innotescat, quod, cum*] sacri canones [*et*] ante et post litis contestationem 96), et in prolatione sententiæ, et post [*sententiam*] singulis facultatem tribuunt appellandi: leges autem seculares appellationem 97), nisi in casibus 98), ante sententiam non admittunt. In

96) *Litem contestatam*, C. H. et c. 13. comp. cit. 1.
97) Post vocem *appellandi*, legimus in cit. c. verba sequentia: *non admittunt aliud remedium præter solam appellationem, sicut leges faciunt seculares, quæ appellationem nisi casu ante senteat.* etc.
98) Quibusdam scilicet, veluti quatenus sententia interlocutoria vim de-

a Generali. b Vigoren. c Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. et post conc. p. 10. c. 8. integra clausula exstat in c. 6. qui cleric. vel vou. in 1. comp. et post conc. p. 21. c. 3. d Cap. 10. eod. tit. in 1. comp. et post conc. par. 10. c. 9. e vide l. si vteris. cum not. C. de fide instrum. f C. 11. eod. tit. in 1. comp. et post conc. c. 10. g C. 13. eod. tit. in 1. comp. et post conc. p. 10. c. 12.

caussis quoque 99) ecclesiasticis, vbi appellationis remedium tollitur, [*vtrumque remedium denegatur, et ideo,*] sicut appellationi, ita recusationi non est aliquatenus deferendum h. Si autem intra certum tempus 100) [*personis aliquibus*] lis [*aliqua*] committitur decidenda, [*intra quod continetur in litteris caussam post susceptionem litterarum intra certum terminum terminare debere:*] extunc terminus incipit 1) currere 2) i, cum iudices 3), [*quibus litteræ delegantur, easdem*] contigerit litteras recepisse.

finiciae habet, etc. vt declaratum *in iur. eccl. ad tit. de sentent.* § 5. In ALEXANDRI III. *compil. infra in app. p.* 289. c. 12. sententia hæc ita refertur: *sicut leges faciunt seculares, quæ appellationem nisi in casu (excepto) non admittunt ante sententiam definitiuam:* quam lectionem etiam secuta est editio GONZALEZII.
99) Particula *quoque*, in cit. c. non legitur, et paragraphus in fronte habet. *Vnde.*
100) *Temporis spatium*, cit. c.
1) *Incipiat*, ibid.
2) Vox *currere*, desideratur in C. B. 2. H. edit. ant. et cit. c. in C. B. 2. tamen addita nouiori manu.
3) *Cum eos*, cit. c.

CAP. XIII.

Conuentus super iniuria clerici, vel super adulterio, appellare potest, nisi sit notorius. H. d. cum c. sequ.

IDEM. 4)

I. Peruenit k ad nos, quod, cum [*presbyteri et alii*] clerici se conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel alias [*grauiter*] esse 5) læsos, [*et ad probandum, quod asserunt, plerumque testes producant ii.*] qui imputantur, apost. sedem appellant; [*sed appellationem interpositam prosequi, vel consortia hominum deuitare contemnunt. Vnde quia, quid tibi faciendum sit, exinde nostris litteris certiorari desideras:*] f. t. [*præsentium auctoritate*] mandamus, quatenus, si eorum excessus publicus non sit et notorius, eos [*qui pro tali caussa appellant, cautend. et appellatione cessante,*] eccles. censura compellas, vt intra conueniens tempus [*ipsum*] appellationem interpositam prosequantur. Si vero [*eorum excessus*] publicus est 6) et notorius: appellationis obtentu, [*si quam ad iniquitatem suam fouendam interposuerint,*] non 7) prætermittas 8), quin eos excommunicatos denunties, [*sicut ipsi iniectione manuum in clericos excommunicationis sententiam incurrerant,*] ipsosque facias, sicut excommunicatos, cautius euitari, donec passis iniuriam satisfaciant, et cum litteris tuis apostolico se conspectui repræsentent.

4) In *app. ad concil. Later. III. apud* HARDVIN. *tom. VI. P. II. p.* 1755. c. 13. inscriptio hæc est: *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo.*
5) Verbum *esse*, desideratur in c. 15. comp. c. 1.
6) *Sit*, C. 2. 1.
7) *Nullatenus*, cit. a.
8) *Omittas*, C. 2. 1.

CAP. XIV.

Summatum est supr. cap. proximo.

IDEM *archiepiscopo Toletano.*

I. Consuluit l nos fraternitas tua, [*vtrum deferendum sit appellationibus, quando caussa frustratoriæ dilationis appellatur, nec interpositam appellationem prosequuntur. Super quo vtique*] consult. t. t. duximus respondendum, quod, si [*aliquando*] aliqui, quos manifestum sit et notorium vxorem alterius detinere, aut iniecisse manus violentas in clericum, appellauerint, eorum appellationi non est aliquatenus deferendum. Sed cum multa dicantur notoria, quæ non sunt: prouidere debes, ne, quod dubium est, pro notorio videaris habere 9). Illos 10) autem, qui appellant a præsentia tua, cogere debes intra tempus conueniens 11) appellationem interpositam prosequi, aut iudicio tuo, appell. remota 12), parere.

9) Ita recte subducit rationes pontifex, vt fere tota doctrina de notorio, in quo omnem processum excludit INNOCENTIVS III. in c. 21. X. de *accus.* applicatione in hypothesi distinguatur, vt ad cit. textum in not. obseruaui.
10) *Eos*, c. 16. comp. cit. 1.
11) A lectione inferiori præfigendum, vt obseruaui supra ad c. 4. X. h. t. in not. et c. 26. X. h. t. constitui.
12) *Cessante*, cit. c.

CAP. XV.

Hoc cap. summatum est supr. eod. cap. meminimus.

IDEM *Dulmens. episcopo* 13). (*ann.* 1180. *Romæ in Angl.*)

Suggestum est m auribus nostris, quod, cum oppressi [*et grauati*] ad præsidium 14) apost. sedis recurrunt, et, appellatione facta, iter arripiunt, aduersarii eorum appell. interpositam cognoscentes, nec ad præsentiam nostram accedunt, nec [*pro se*] responsalem transmittunt, cum autem senserint 15), illos [*recessisse, et*] nostras litteras reportasse in vocem appellationis prorumpunt, et iter ad nos arripiunt venien-

13) Vel rectius *Dunelmens.*, vt est apud HARDVIN. cit. l. p. 1757. c. 19. Sed in C. H. et ed. ant. desideratur ista inscriptio.
14) *Subsidium*, C. H.
15) *Persenserint*, c. 20. comp. cit. 1.

h Vid. l. si quis ex. et ibi Bart. ff. de vulg. subst. sed. i currere, deest in omnibus antiqu. k Cap. 15. eod. tit. in 1. comp. et post conc. p. 10. c. 13. vid. Bald. in l. addictos. C. de episc. aud. et Dd. in c. Rom. de appell. libr. 6. l Cap. 16. eod. tit. in 1. comp. et post conc. part. 10. c. 14. m C. 20. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p. 10. c. 19.

di,

di 16), vt ne eorum 17) sollicitudinem, a quibus impetuntur, eludant [*Verum quoniam nemini fraus sua patrocinari debet, et falce apostolici moderaminis sunt resecanda, quæ in se vitium noscuntur calliditatis et fraudis continere;*] tuæ consultationi 18) taliter respondemus, vt, si quis deprehensus fuerit, hoc ex fraude vel malitia facere, appellationi eius non deferas, neque ob id caussam tibi commissam [*sine contrario*] terminare postponas: qui decretalem epistolam, qua tales muniti videntur, non ad deprimendam a cuiusque iustitiam, sed ad removendum 19) [*in iustum*] grauamen non fecisse cognoscas.

16) *Vaudendi*, desideratur ibidem.
17) *Iliorum*, C. H.
18) *F. t. nos super hoc consulentes*, cit. c.
19) *Præp. ad*, in C. B. deest.

CAP. XVI.

Excommunicatus, pendente cognitione appellationis, absolui potest ad cautelam: et, si apparet, eum legitime appellasse, non punitur pro eo, quod interim celebrauit diuina.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.* 20)

Ad præsentiam nostram R. b presbytero veniente 21), episcopo Tusculano, et P. sanctæ Susannæ cardin. tuam et ipsius caussam commisimus audiendam. Qui ad obiectionem tuam, licet R. presbyter 22) non esset excommunicatus de iure, de facto tamen fecerunt eum absolui. [*Quia vero, quod a fratribus nostris noscitur in hac parte statutum, nolumus aliqua ratione mutare; f. t. præs.*] mandamus, quatenus prædictum presbyterum, [*vel alium*] pro eo, quod 23) post excommunicationem contra appellationem factam diuina cantauit 24), nullatenus inquietes 25), sed ad eum statum [*cessante app.*] reducas omnia, in quo erant tempore appellationis [*ad sedem ap.*] emissæ 26).

20) *Episcopo*, c. 22. comp. cit. t.
21) *T. et R. presbyteris conuenientibus*, ibid.
22) ibid. male omittuntur vocabula: *R. presbyter*, et paullo post: *tamen* ... *eum*
23) *Quia*, ibid.
24) *Celebrauit*, C. B. 1.
25) *Nullo modo inquietare attentes*, cit. c.
26) *Facta*, ibid.

CAP. XVII.

Si appellans turbatur in possessione, super qua fuit appellatum: iudex a quo potest illam possessionem sibi reformare, appellatione in suo statu permanente. H. d. secundum communem intellectum.

IDEM ALEX. III. *Cantuariensi archiepisc.* (*ann. 1180. Roma in Angliam.*)

Cum c teneamur [*consultationibus singulorum, Dominus quantum nobis ministrauerit, respondere: tanto gratius tibi volumus responsum impendere, quanto personam tuam abundantiori diligimus caritate.*] Quoniam *igitur* 27) nos consulere voluisti, vtrum, si eorum possessio, qui ad audientiam nostram appellant, turbata fuerit, tibi eam sibi 28) liceat reformare, eo, de quo appellatio est interposita, prætermisso: prudentiæ tuæ taliter respond. quod 29), si exinde 30) ad te querela peruenerit, id ordine iudiciario tibi licebit experiri 31) d.

27) *Quia*, C. B. 1. et vox *igitur*, a C. B. H. et edit. Gonz. abest.
28) *Quæ ipsis turbata fuerint*, c. 23. comp. cit. habet loco dictionum: *eam sibi*. In append. decret. Alex. p. 29. legitur rectius: *eam tibi*.
29) Partic. *quod*, desideratur ibid.
30) *Inde*, ed. ant.
31) Verbum *experiri*, non adest in C. H. ed. ant. et c. cit. quod superfluum est.

CAP. XVIII.

Generalis et vaga appellatio respectu cuiuslibet grauaminis non valet, sed restricta ad certam caussam sic.

IDEM *episc. et archidiacono* 32) *Bononien.* 33) (*ann. 1180. Roma in Flaminiam.*)

II. Consuluit e [*nos vestra deuotio, ut, si appellatio, quæ ab omni grauamine interponitur, teneat, vestram prudentiam redderemus certiorem: et ideo*] consult. vestræ 34) r. r. quod, si [*forte*] generaliter appell. quis interponeret ab omni grauamine, quod sibi posset contingere, huiusmodi appell. tenere non debet. Si vero [*aliquis*] ab 35) aliquo iudice super omni grauamine, quod in vna caussa sibi posset inferri 36), [*appellationis obstaculum interponeret;*] quanquam generalis appellatio sit interposita: appellationi tamen eius 36*) est ab eodem iudice deferendum. *Super eo vero, quod quosdam dicitis frustratorie, vt pœnam possint vitare canonicam, appellare, nec appellationem interpositam prosequi, hoc vobis volumus innotescere, quod, si qui a vobis appellauerint, eos debetis cogere, vt intra tempus congruum et competens appellationem prosequantur, aut super iis, de quibus appellatum fuerit, ap. re iudicio vestro pareant.*]

32) *Archipresbytero*, c. 27. comp. cit.
33) *De Bonon.* ed. ant. Sed infra in append. decret. Alexandri III. p. 192. c. 23. inscriptio vetus hæc est: *Idem episcopo Bononiensi et archipresbytero.*
34) *Tua*, C. B. 1. sed ceutra vox est in C. B. 2.
35) *Sub*, c. cit.
36) *Contingere posset*, ibidem.
36*) *Huiusmodi*, ibid.

CAP. XIX.

Appellatio friuola non excusat inferiorem, quo minus teneatur obedire superiori; et et de contemptu punietur: nisi innocentiam suam aliter purget. H. d. et est casus notabilis, in eo, quod dicitur, illum esse puniendum.

IDEM *Zamorensi* 37) *episc.* f

Cum parati g essemus petitiones, [*quas nobis per nuntium tuum porrexisti, benigne*] admittere, [*et efficaciter exaudire; dilectus filius noster*] I. 37*) diaconus cardinal. olim apostolicæ sedis legat. 38) [*constanti nobis assertione*] proposuit, quod, cum [*te ad synodum suam vocasset, et*] ad eius vocationem contempsisses accedere, in personam tuam excommunicationis sententiam promulgauit: [*post cuius excommunicationem, qui vice nostra fungebatur, te fecisti in episcopum consecrari.*] Cumque [*dilectus filius noster*] N. 39) canonicus B. Iacobi firmiter asseueraret, quod in legatione regis esses 40), et ideo non potuisses ad vocationem prædicti cardinal. accedere: cardinalis e contra asseruit, quod non in legatione regis, sed in Salamantina ecclesia, te suus h nuntius inuenisset, [*tibique dixisset, quod in alia ecclesia te non esset requisiturus. Et tum iterum ex parte tua fuisset propositum, quod, quando ven. fr. n. archiepisc. Compostellanus, appellauerit, tuam appellationem etiam interposuisset. Cardinalis adiecit, quod appellatio illa te tueri illa in parte non potuit, quia ad ipsius vocationem accedere teneretis.*] Nos vero 41) attendentes; quod te non decuit 42) contemnere 43) obtentu appell. ad vocationem venire legati 44), [*f. tuam monemus atque*] præcipimus, quatenus vel in persona propria; vel per nuntios idoneos apostolico te conspectui repræsentes, innocentiam [*et immunitatem*] tuam, si poteris, ostensurus.

37) *Auorensi*, C. H. *Zamorten.* ed. ant. *Gemensi*, c. 29. comp. 1. cit.
37*) *Ie* C. A. 1. et. ed. ant *Hyacinthus Sanctæ Mariæ in Cosmidin*, cit. c.
38) Verba *olim. apost. sed. legat.* desiderantur in cit. c.
39) *R.* C. B. 2. sed *Martinus*, habetur in cit. c.
40) *Esset*, C. H.
41) *Igitur*, ibid.
42) *Quomodo te non decuerit*, cit. c.
43) *Contempsisse*, C. A. 1.
44) Loco verborum *venire legati*, in cit. c. legimus: *cardinalis venisse.*

CAP. XX.

Si mandatum factum ei, qui iurauit stare iudicio ecclesiæ, excedit limites iuramenti et licitæ promissionis; appellare poterit: alias secus. H. d. compendiose. Abb.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.* (*ann. 1180. Roma in Angl.*)

Ad hæc i: [*et infra,*] præterea de his, qui iuramentum præstant 44*), quod ecclesiæ stabunt iudicio, et postea [*præstito iuramento*] appellant, id tua sollicitudo prouideat, vt eos seruare, quod iurant, vel intra XL. dies post appellationem interpositam iter arripere ad ipsam prosequendam compellas.

44*) Post absolutionem ab excommunicatione, vt moris est in eo, qui ob contumaciam excommunicatus est, a quo iuramentum *de iudicio sisti* exigitur, vt docet *c. sq. et c. 22. h. t.* Hic tamen postea appellare non prohibetur ab *nouum grauamen* illorum.

CAP. XXI.

Summa vt supr. cap. proxime.

IDEM *Carnotensi episcopo.* (*ann. 1180. Roma in Galliam.*)

Quæstioni, quam facis, vtrum k appellationi illius sit deferendum, qui, sicut moris est, præstito iuramento, absolui meretur, et 45) antequam ei mandetur aliquid, vel, [*p.*] mandato recepto, caussa subterfugii appellauerit, [*taliter*] respond. quod, [*postquam iurauit,*] appellationi [*eius*], quæ iuramento eius debeat derogare, non est in aliquo deferendum; sed statim erit in eandem reducendus sententiam: quæ, donec mandatum susceperit, et susceptum pro posse fuerit prosequutus, debet firmiter obseruari.

45) *Si*, est in c. 31. comp. cit. 1. pro cop. *et*.

CAP. XXII.

Appellans ab ordinario, postea de delicto ab eo commisso puniri potest per ipsum ordinarium. H. d. sed supple ad textum, idem esse de antea commissis, si nunc de illis accusatur, vt cap. *ad hæc* 1. supr. eod. et cap. *propesuit.* infra. eod.

IDEM *Vinton. episc.* l. (*ann. 1180. Roma in Angl.*)

I. Præterea m de his 46), qui ad sed. apost. appellant, et postea

46) Ipsum huius capituli initium in cit. comp. c. 32. ita sonat: *præterea qui ad apost. sedem de clericis appellant.*

a Deprimendum. b C. 22 eod. tit in 1 comp. et post conc. p. 10. c. 31 vid c. *cum fraterniter* § *quod per viginti.* et vbi Gemini de elect l. 6. c C. 23. eod tit in 1. compilat. et post concil part. 10. c. 25. d Verbum, experiri, vacare videtur. e Cap. 27. eod. eod. tit. in 1. compil. et post. conc. part. 50. c. 54.

f Alias: Zameren. alii. Vamoren. al. Amoren. alii. Gemoren. g cap. 29. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. sub Alex. III p. 10. c. 28 h Vid. l. p quis vxori § appellationem. ff vbi Bart. ff de furt. et in l. num quis. § 1. ff commod. i Cap. 30 eod. tit in 1. comp et post concil. part. 10. c. 29. gloss in canon. quod bene 6 quæst. 4 k C. 31. eod. tit. in 1. compil et post concil. part. 7. c. 10. vbi habes integram clausulam. l alias, Vintonien. alias, Vintonen. m C. 32. eod. tit. in 1. compil. et post concil. part. 50. c. 53.

grauia [*et enormia*] committentes, se, dum conueniuntur, appellatione tuentur, [*hoc*] duximus respondendum, quod, [*si post appellationem grauia committunt, et ita publice et manifeste, quod alii grauiter scandalizentur, et decor ecclesiasticae honestatis deformetur,*] eos appellatio non debet in sua 47) [*nequitia et*] iniquitate tueri, quo minus eorum excessus censura canonica puniantur 48). [*Porro de iis, qui sententia excommunicationis innodati iurant ecclesiastico iudicio stare, et max obliti in vocem appellationis prorumpunt, d. t. significamus, quod eos per excommunicationem compellere debes, appellationem factam congruo tempore prosequi, vel iudicio ecclesiae stare.*]

47) *In tanta*, ibid.
48) *Puniatur*, ibid.

CAP. XXIII.

Qui non detulit appellationi sui aduersarii, de sua posteriori circa idem contra eum excipere nequit.

IDEM *Gradensi 49) patriarchae et* [*E. tit.*] *S. Vitalis presbytero cardinali* [*et priori sanctae Crucis.*] (*ann. 1172. Romae.*)

Constitutis in praesentia nostra a [*dilectis filiis nostris M.*] abbate sancti Felicis et presbytero R. [*atque canonico sancti Marci*] pro controuersia, quae de electione Torcellanae 50) ecclesiae [*instigante maligni hostis inuidia*] est suborta: [*et infra.*] ideoque [*vobis per a. s. praecip.*] mandamus, quatenus, [*ut vnum pariter conuenientes vtramque partem ante praesentiam vestram conuocetis, et, inquisita rei veritate diligenter et cognita,*] si [*vobis constiterit, quod praefatus*] archidiaconus post appellationem [*ad nos factam*] et denuntiationem 51) excommunicationis, ad nominationem 52) saepe dicti C. processerit 53), et primicerius cum canonicis, et plebanus cum assensu clerici episcopatus, vel maioris et sanioris partis, praenominatum I. in episcopum et pastorem elegerint 54), non obstante appellatione [*vel prohibitione*] praefati archidiaconi 55), si ipse 56) appellationi prius factae non detulit 57), electionem de praefato I. 58) factam [*appellatione et exc. rem.*] auctoritate apostolica confirmetis, [*et tu, frater patriarcha, ei consecrationis manus impendas. Si autem res aliter se habuerit: conuocatis suffraganeis Gradensis patriarchatus, aliisque viris discretis et honestis vobis adsitis, caussam audiatis et eam, rem. app. obst. fine debito terminetis.*]

49) *Gradensi*, ed. ant. et c. 37. comp. cit. i rectius.
50) Ferrense ad ant. *Torcelane*, ut cit. c. *Tolcana*, legunt.
51) *Post denunciationem etiam*, cit. c.
52) *Denuntiationem*, ibid.
53) *Processit*, C. H.
54) *Elegerunt*, C. H. *elegerit*, cit. c.
55) *Praefati ab archidiacono*, cit. c.
56) Pron. *ipse*, desideratur in ed. ant.
57) *Non deferre appellationi aduersarii* dicitur, qui eam insuper habet, ac ad actum, contra quem appellatum est, nihilominus procedit: quod praecipue in *appellatione extraiudiciali* obseruandum, quae suspendit actum in praeiudicium appellantis imminentem. Sed idem etiam in *iudiciali* contingere potest, vt ex c. 42. h. t. liquet.
58) *Io.* C. R. i. sed C. est in cit. c.

CAP. XXIV.

Appellans ab ordinario in vna caussa, in aliis coram eo respondere tenetur; potest tamen eum recusare, vt suspectum: nisi conueniatur de crimine manifesto, et in quo non cadit excusatio nec suspicio, vt quia imponitur poena iuris surgens ipso facto. H. d. secundum intellectum intrinsecum.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.* (*ann. 1174. Roma in Angl.*)

Proposuit nobis M. 59) *b* clericus tuus, quod saepe contingit, vt, cum aliquis super aliqua caussa appellat, in aliis caussis, in quibus non est appellatum, respondere [*penitus renuat et*] recuses 60). Super quo consult. t. t. respondemus, quod, licet pro illa appellatione non minus teneatur in aliis, super quibus appellatum non est, respondere: iudex tamen, a quo appellatur, quia illi omnino suspectus 61) est, eum 62) non debet ad respondendum super aliis compellere, nisi pro crimine adeo graui et manifesto, quo 63) ipso actu [*habetur reus, et*] merito sit 64) damnandus.

59) *R.* habet C. H.
60) *Recusat*, ibid.
61) vanam hanc esse suspicionem, iam supra ad c. 6. X. h. t. in not. obseruaui.
62) *Cum in caussa procedere non deberet ad respondendum super aliis caussis compellere*, c. 38. comp. cit. i. habet loco verborum: *eum non debet* etc. sed incongrue.
63) *Quod*, C. R. i. et cit. c.
64) *Fonet*, cit. c.

CAP. XXV.

Absoluitur excommunicatus, cautione recepta: licet aduersarius, vel excommunicator, ne absoluatur, appellet. H. d. secundum vnum intellectum, quem tamen oportet limitare, quando excommunicatio non fuit lata pro manifesta contumacia vel offensa: quia tunc non debet absolui, nisi satisfactione praecedente: vt in cap. *ex part.* 2. infra, de verb. signif.

IDEM *R. Cantuariensi archiepiscopo.* (*ann. 1180. Roma in Angl.*)

Qua fronte nos *c* [*super articulis certis*] consulere valeas, non videmus: cum [*in iis, quae tibi nota sunt et liquida manifeste,*] dicaris ordinem iuris peruertere, [*et euidenter libertati ecclesiasticae contraire, pro qua ille gloriosus inclytus martyr Thomas, praedecessor tuus, subire martyrium non expauit.*] Iam enim non in ecclesia, sicut est canonicum et honestum, non etiam 65) in palatio, non in camera tua, sed in [*propria*] camera regis, contra debitum iuris et [*contra*] pontificalis officii dignitatem 66), episcoporum electiones diceris confirmare. [*Verum ne petitionibus tuis nostrum denegare videamur assensum: super his, de quibus nos consulere voluisti, tibi, prout dedit nobis Dominus, respondemus.*] Sane, si quis pro contumacia vel alia qualibet caussa, interdicto vel excommunicatione tenetur adstrictus, et offert se ad iustitiam, de his, pro quibus sententiam ipsam excepit; iudex eum, ne 67) in excommunicatione decedat, absoluere poterit; etiamsi pars aduersa, ne absoluatur, appellationis obstaculum interponat: ab ipso tamen ante absolutionem, sufficienti cautione recepta, quod vel in praesentia Rom. pontif. ad cuius audientiam appellatur, si maluerit aduersarius, vel coram iudice, cui caussam [*Romanus pontifex*] delegauerit, iuris pareat aequitati. De his etiam, qui conqueruntur, se irrationabiliter excommunicationi vel interdicto suppositos, illud idem dicimus: etiamsi 68) ii, qui huiusmodi protulerunt sententiam, ad sedem apostolicam duxerint appellandum. [*Super eo vero, quod defuncto aliquo interdum religiosae personae, interdum ecclesiasticae, interdum seculares postulant sibi debita solui, quae defunctus ipsis debebat, et nisi soluantur, ne corpus defuncti sepulturae tradatur, vocem appellationis emittunt, hoc tuae fraternitati duximus respondendum, quod, nisi sit de solutione debitorum, dummodo sit soluendo, ab herede vel consanguineis defuncti sufficiens cautio detur, corpus eius post appellationem non est tradendum sepulturae.*]

65) Partic. *etiam*, in c. 41. comp. cit. i. non legitur.
66) *Et contra pontificalis officii dignitatem*, ibidem.
67) *Vt non*, ibidem.
68) *Licet ii, qui huiusmodi protulerint*, ibidem.

CAP. XXVI.

Praelatus subditum suspendere vel excommunicare non debet, nisi monitione praemissa: nec subditus contra disciplinam ecclesiasticam appellare potest, maxime si est religiosus. Et iudex a quo, praefigit terminum ad appellationem prosequendam, intra quem si non prosequatur, iudex a quo reassumit iurisdictionem. Appellans vero non prosequens appellationem suam, condemnatur in expensis, appellato hoc prosequenti.

IDEM *in concilio Lateranensi.* d (*ann. 1198.*)

Reprehensibilis *e* [*valde consuetudo in quibusdam partibus inoleuit, vt, cum fratres et coepiscopi nostri, seu etiam archidiaconi, appellaturos quosdam in suis caussis existimant, nulla penitus commonitione praemissa, suspensionis siue excommunicationis in eos sententiam ferant. Alii etiam, dum superioris sententiam et disciplinam canonicam reformidant, sine aliquo grauamine appellationem obiiciunt, et ad defensionem iniquitatis vsurpant, quod ad praesidium innocentium dignoscitur institutum. Quocirca, ne praelati sine caussa valeant grauare subiectos, vel subiecti pro sola voluntate sub appellationis obtentu correctionem valeant eludere praelatorum;*] praesenti decreto statuimus, vt nec praelati, nisi canonica commonitione 69) praemissa, suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant 70) in subiectos: nisi forte talis sit culpa, quae ipso suo genere suspensionis vel excommunicationis poenam inducat, nec subiecti contra disciplinam ecclesiasticam [*ante ingressum caussae*] in vocem appell. erumpant 71). Si vero quisquam pro sua 72) *f* necessitate crediderit appellandum: competens ei ad prosequendam appellationem terminus praefigatur. Intra quem si forte prosequi neglexerit: tunc episcopus libere sua auctoritate vtatur. Si autem in quocunque negotio aliquis appellauerit, et, eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellat 73), venire neglexerit; si quid 74) proprium habuerit, competentem illi recompensationem faciat expensarum 75): vt hoc saltem timore territus 76) *g*, in grauamen alterius non facile quis appellet. Praecipue vero 77) hoc in religiosis volumus obseruari, ne [*monachi siue quicumque viri*] religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem *h* praelati sui et capituli disciplinam appellare praesumant, sed humiliter ac deuote suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem iniunctum.

69) *Admonitione*, ed. Pith.
70) *Ferant*, ibid.
71) *Prorumpant*, c. 43. comp. cit. i.
72) *Sui*, C. R. ad. ant. Cont. et cit. c.
73) *Appellauerit*, cit. c.
74) *Quidem*. C. H. et cit. c.
75) *In expensis*, C. H.
76) *Deterritus*, C. R. et cit. c. sed L. legit: *perterritus*.
77) *Ergo*, C. R. i.

a C. 37. eod. tit. in 1. compil. b C. 38. eod. tit. in 1. compil. c Cap. 41. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Lateran. sub Alex. III part. 3. c. 2.

d *sub Alex. III. c. 6.* e C. 42. eod. tit. in 1. compilat. *Quam caute et prudenter sententia excommunicationis ferenda sit*, *tradit Trident. concil. sess. 24. de reform. c. 3.* f *alii. sui.* g perterritus *al.* deterritus, *aliter*, deterritus. h *In C. Rich.* contra regulam praelati sui, et capituli sui disciplinam appellare, *ibi.*

CAP. XXVII.

Iudex a quo, non obstante appellatione, cognoscit de caussa, si appellans non prosequitur. Hoc primo. *Et iudex, vt suspectus recusatus, potest alteri caussam committere.* Hoc secundum.

IDEM *p. c. Eam te.*

Ad a haec [*praesentibus tibi litteris duximus indulgendam, vt,*] cum a te super aliqua caussa fuerit appellatum, fas tibi sit appellantes, appell. remota 78), compellere, vt vel appellationem interpositam prosequentur, vel coram te iuris pareant aequitati. Aut, si alterutra partium 79) te suspectum habuerit, te insistente, iudicem eligant b, qui propositam inter eos valeat dirimere 80) quaestionem.

78) *Cessante*, C. R. 1. ed. Gonz. et c. 43. comp. cit. 1.
79) *Pars*, C. R. 1.
80) *Terminare*, C. H.

CAP. XXVIII.

Si canonicus ad residentiam monitus appellat; statuitur sibi terminus ad appellationem prosequendam: et interim deseruitur beneficio per vicarium de fructibus beneficii sustentandum. Et, si appellationem non prosequitur, vel residentiam non facit: priuatur praebenda.

IDEM *Salabricensi* 81) *episc.* c (*ann. 1175. Roma in Angliam.*)

Peruenit ad nos d, quod. cum [*Rogerium filium*] G. 82) ecclesiae tuae canonicum, vt [*debitam*] in ea 83) residentiam faceret, monuisses, [*ad audientiam nostram*] in appellationem prorupit 84), [*et appellationi suae terminum proximum festum beati Lucae praefixit. Quoniam igitur indignum est, per eius et vel per aliorum subterfugia praescriptam ecclesiam debitis obsequiis defraudari;*] cum ipse 85) frustratoriae dilationis caussa videatur dictus canonicus 86) appellasse: *per a. s. praec.*] mandamus, quatenus eum 87) [*diligenter et*] studiose moneas 88), vt in eadem ecclesia [*debitam, omni mora postposita,*] residentiam faciat, vel intra terminum 89) eam 90) prosequuturus, iter ad nos arripiat veniendi. Interim vero alicui honestae personae vices eius in ecclesia praetaxata [*exsequendas*] committas, et de beneficiis illius [*app. cess.*] assignes, vnde possit congrue sustentari. Quodsi praefatus 91) G. 92) alterum istorum adimplere neglexerit: tu [*extunc*] praebende sua priues eundem, [*omni contrad. et app. postp.*] et eam alii 93) idoneae 94) personae, [*nullius app. admissa,*] concedas, 95) [*pariter et assignes.*]

81) vitiosa est haec inscriptio, pro qua legitur in edit. ant. *Salubriensi*, et in c. 41. comp. cit. *Salesberiensi*, vel potius *Saresberiensi*.
82) In C. H. et ant. ed. est: *W.* in cit. c. *Wilhelmi*, in ed. Cont. et Pith. *V.* per totum.
83) *In eadem ecclesia*, cit. c.
84) *Prorupperit*, ibid.
85) Pron. *ipse*, a C. R. H. et Gonz. abest rectius.
86) Vocabula: *dictus canonicus*, absunt ab eod. c.
87) *Praefatum Rogerium*, ibid. legimus.
88) *Commoneas*, ibid.
89) Loco vocis *terminum*, legimus in cit. c. *proximum festum beati Lucae*.
90) *Appellationem eam*, C. R. sed L. H. et cit. c. *appellationem suam*.
91) *Praesbyter*, C. R. edit. ant. Cont. Pith. et cit. c.
92) In C. H. habetur *W.* sicut est in ed. ant. Sed loco *G.* cit. c. habet: *Rog.*
93) *Alicui discreto et honesto viro*, cit. c.
94) *Honesta*, C. R. 2.
95) *Assignes*, C. R. 1.

CAP. XXIX

A iudice iurisdictionem exsequente non appellatur.

IDEM. (*ann. 1176. Roma in Galliam.*)

Consuluit nos tua fraternitas, verum sit e appellationibus deferendum a [*carissimo in Christo filio nostro L.*] rege Francorum pro Iudaeis interpositis, vt mancipia detineant Christiana, [*et vtrum sustinere debeas, quod de nouo construant synagogas, vbi eas nullatenus habuerunt.* etc. et infra. *Vnde*] non conuenit, vt pro huiusmodi appellationibus ab obseruatione decreti 96) debeas abstinere.

96) Verum cuiusnam *decreti*? An ALEXANDRI III. in c. 7. X *de Iudaeis*? quod tamen paullo serius editum, atsic huc non pertinet. An GRATIANI? Quod verius existimo, quia sententia huius decretalis relata est in c. 13 *dist. LIV.* et *decreto*, tempore huius pontificis, magna auctoritas fuit: cum pro *iure authentico* haberetur.

CAP. XXX.

Qui ante citationem vel notitiam litterarum misit nuntium ad papam, appellasse potest, ne delegatus procedat, secus si post.

IDEM *Genuensi* 97) f *archiepiscopo* 98.) (*ann. 1175. Roma in Tusciam.*)

Ad haec, sicut g asseris, [*quandoque super caussa, quae iudicii appell. rem. committitur, altera pars appellat, asserens, se pro eadem caussa nuntium suum ad sedem apost. destinasse; ad quod taliter*] respondemus, quod iudex, si ei constiterit, [*ipsum*] appellantem, antequam partes essent citatae, vel delegatio caussae peruenisset ad ipsum, qui appellationis interponit obstaculum, nuntium ad sedem apostolicam 99) destinasse, facta debet appellationi deferre: sed, si post citationem fuerit destinatus, securus potest exsequi, quod mandatur.

97) *Ianuensi*, C. H. ed. ant. et c. 2. comp. 2. h. t.
98) *Episcopo*, c. cit.
99) Ibidem desiderantur verba: *ad sed. apost.*

CAP. XXXI.

Qui non detulit appellationi interpositae ad papam, mittitur cum litteris ordinariis ad curiam puniendus.

IDEM 99*). (*ann. 1175.*)

De h priore, [*qui non deferens protectioni nostrae et appellationi ad sedem apostolicam factae, quendam canonicum suum vestibus fecit omnibus vsque ad camisiam spoliari, et eam accusationi et appellationi renuntiare coegit, quia de suis et quorundam fratrum enormitatibus murmurauit, id tuae sollicitudini duximus insinuandum, vt, rei veritate diligenter inquisita, si inueneris, quod pro custodia disciplinae praedictus canonicus appellauit, eidem priori propterea nullam poenam infligere debes: quoniam sacro-sancta Rom. ecclesia huiusmodi appellationem non consueuit admittere, ne monachis vel canonicis regularibus praeberetur audacia delinquendi.*] Ceterum si praefatus canonicus priorem propter suas enormitates manifestas 100), quae ipsum 1) notabilem reddunt, ad sedem apost. appellauit, et ipse 2) tali appell. deferre contempsit 3): eum cum litteris tuis veritatem continentibus, de tanto excessu satisfacturum ad sed. apost. venire compellas. [*Suis autem in hac malitia complicibus talem poenitentiam infligas, quod ceteri audientes similia non audeant perpetrare.*]

99*) *Idem I. Priori*, C. R. 1.
100) *Propter suam enormitatem manifestam*, c. 3. comp. cit. 2.
1) *Ipsam*, ibid.
2) *Si ipse*, ibid.
3) *Contempserit*, C. R. 1. et cit. c.

CAP. XXXII.

Contra constitutiones regulares appellatio religiosum non defendit.

IDEM *vniuersis abbatibus* 4). (*ann. 1169. Romae.*)

Quia i vos [*elegit Dominus in hereditatem sibi, et a longe de alto prospexit, paci et tranquillitati vestrae, quantum diuina gratia concedit, prospicere cupientes: auctorit. apostolic. vobis concedimus et indulgemus,*] vt abbates [*vestri ordinis,*] qui de aliqua publica infamia publice respersi fuerint k aut conuicti [*ab abbatibus, et*] deinde 5) l in communi capitulo commoniti, [*sponte sua*] praelationi cedere noluerint 6), [*ad sed. ap.*] appellandi non habeant facultatem, [*suum reatum per appellationem defendendo.*]

4) Verba haec omissa sunt in C. H. et ed. ant. Refertur autem in h. c. particula priuilegii, *omnibus abbatibus ordinis Cisterciensis* ab ALEXANDRO III. ann. MCLXIX. dati, quod recitat MANRIQVE tom. III. *annal. Cisterc.* ad cit. ann. c. III. n. 4. p. 478.
5) *Et deinde*, C. E. sed ab H. partic. *deinde*, abest.
6) *Noluerunt*, C. R. 2.

CAP. XXXIII.

Iudex a quo potest praefigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem: quo lapso, reassumit iudex iurisdictionem.

IDEM. (*ann. 1175. Romae.*)

Ad aures m nostras, [*te significante, peruenit, quod, cum interdum tibi vel aliis caussas sabl. appell. rem. delegamus, altera partium, vt examen valeat declinare iudicis delegati, quaestiones incidentes opponit, et, cum in principali caussa appellatio sit remota, in appellationis tamen vocem prorumpit, appellationi suae terminum non praefigens, sicque partem alteram sine prosequutione appellationis facit remanere suspensam. Postulas igitur tibi et aliis iudicibus indulgeri, vbi caussae sine appellationis remedio committuntur, posse vos incidentes quaestiones sine debito appell. postposita terminare. Ceterum cum incidentes saepius praeiudiciales non immerito iudicentur; petitioni tuae in hac parte non duximus annuendam: sed, ne qua pars frustratoriis dilationibus iudicis affligatur,*] appellanti ad prosequutionem appellationis, terminus congruus praefigatur. Intra quem 7) si appellationem non fuerit prosequutus: extunc [*tam super incidentibus quaestionibus, quam super caussa principali, app. postp.*] compellatur stare iudicio delegati [*iudicis: et ita nec vni commune remedium subtrahetur, nec erit alter frustratoriis dilationibus fatigatus.*]

7) *Ita, quod*, c. 6. comp. cit. 2.

CAP. XXXIV.

Si, praecedente grauamine, quis submittit se protectioni superioris; habetur pro appellante: dummodo seruauerit ea, quae in appellatione sunt necessaria.

IDEM *Abulensi episc.* (*ann. 1176 Roma in Hispaniam.*)

Ad audientiam n nostram noueris peruenisse, quod, cum Zamorensis episcopus G. presbyterum ecclesiae sancti Iacobi

a Cap. 43 eod. tit. in 1. comp. b Vid. leg. 6 suspecta. cum gloss. et l. secunda sequent. ff eod. c Alias, Salesberien. alias, Salesberien. d Cap. 44. eod. tit. in 1. comp. e Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. Quantam potestatem habeat papa inter Iudaeos, et alios infideles, tradit Innocent. et alii in cap. super his. infra de vot. et vot. redempt. f al. Ianuensi, sed idem est. Nam olim Genuam, Ianuam vocabant. g Cap. 2 eod. tit. in 2. comp. et de missione nuntii, an aliquid nunc operetur, vid. Panorm. infra hoc tit. cap. vt debitus.

h Cap. 3 eod. tit. in 2. comp. sed Gold. pap. bic. i Cap. 5. eod. tit. in 2. comp. k Verbum, fuint, deest in plur. antiquis. l al. et deinde m Cap. 6. eod. tit. in 2. compil. vnde cognosces aperte huius decretalis sensum n C. 7. eod. tit. in 2. comp. vide Lanfr. de Oriano in c. quoniam. supr. de probat.

Ze-

Zamoren. [*quæ est propria Compostellanæ ecclesiæ*,] multipliciter molestaret, tandem idem presbyter [*pro eius grauaminibus euitandis*] se et ecclesiam a suam 8) nostræ [*ac Romanæ ecclesiæ*] protectioni subiecit. [*Sed præfatus episcopus pro eo forte, quod expresse non appellauit, in eum post inuocatum sed. apostol. patrocinium, contra etiam priuilegium Compostellanæ ecclesiæ indultum, excommunicationis sententiam promulgauit.*] Licet autem prædictus 9) presbyter ex simplicitate forte verbum appell. non expresserit 10); quia tamen, postquam se et sua nostræ protectioni subiecerat, non debuit sine caussæ cognitione aliqua sententia condemnari: [*fr. t. per a. s.*] mandamus, quatenus [*super hoc inquiras diligentius veritatem, et,*] si ita tibi constiterit, sententiam, quam præfatus episcopus in eundem 11) presbyterum tulit, [*contrad. et app. cess.*] denunties non tenere. [*Postmodum vero, si præfatus episcopus aduersus presbyterum forte agere voluerit, caussam audias, et fine debito decidas. Eundem quoque episcopum studiosius moneas et inducas, vt a molestiis et grauaminibus Compostellanæ ecclesiæ omnino desistat: et sic iure suo sit contentus, vt ea, quæ ad prædictam ecclesiam spectant, sibi nequaquam præsumat vsurpare.*]

8) Pron. *suam*, a C. R. H. et ed. ant. abest: sed c. 7. comp. cit. 2. loco eius habetur *parochianus suus*.
9) *Idem*, C. H. *præfatus*, cit. c.
10) *Expresserit*, cit. c.
11) *Præfatum*, C. E. 1.

CAP. XXXV.

Caussa non est ad iudicem a quo remittenda, appellatione adhuc non iustificata, nisi de partium consensu.

IOAN. *archiepiscopo Tarracon.* 12) b. (*ann.* 1170. *Roma in Hispan.*)

Accepta e conquestione canonicorum Pampilon. [*quod dilect. fil. n. dux Nauarrorum eos bonis suis spoliasset, caussam ipsam tuæ fraternitati ad eorum petitionem duximus committendam, et fine canonico terminandam. Verum quoniam nobis tacuerunt, quod ab audientia tua fuit ad sed. apost. appellatum; nec nos, si hoc nobis constitisset, ipsam caussam tuo commisissemus examini; cum*] non debeat ad eos caussa remitti, nisi partes [*in hoc*] consenserint 13), a quibus noscitur appellatum: [*fraternitati tuæ per a. s. mandamus et districte inhibemus, ne in exsequutione ipsius negotii occasione litterarum nostrarum aliqua ratione procedas.*]

12) *Terraconen.* C. R. et ed. ant.
13) *Consenserint*, c. 2. comp. 2. de rescript.

CAP. XXXVI.

Delegatus etiam datus cum clausula, appellatione remota, recusari potest, si est consanguineus impetrantis, vel si fuit aduocatus eius in illa caussa.

LVCIVS III. *Gualtero* 14) d *Lincolnen. episcopo.* (*ann.* 1181. *Roma in Angliam.*)

Postremo fraternitati e tuæ litteris præsentibus intimamus, quod, si caussa alicui fuerit delegata, qui consanguineus sit illius, qui litteras impetrauit, aut in eodem negotio aduocati officio functus, vel ex alia [*quacumque*] iusta caussa suspectus, huiusmodi delegatus non immerito poterit recusari: quamuis appellatione remota 15) fuerit ei 16) negotium delegatum.

14) *Waltero*, C. H. et ed. ant. *Wal. Lincon.* c. 45. comp. 1. h. t.
15) Traditur ergo hic limitatio sententiæ in *c.* 10. *X. h. t.* supra relatæ, per quam clausula, *remota appellatione*, etiam recusandi delegatos potestatem adimit; nisi forsan caussa recusationis sit *liquida*: quales *aliàs iustas caussas* etiam hic intelligit LVCIVS III.
16) Pron. *ei*, abest a C. H.

CAP. XXXVII.

Sententia interdicti non suspenditur per appellationem sequentem.

IDEM *Noruicensi episcopo.* f (*ann.* 1181. *Roma in Angl.*)

Ad hæc g, quoniam sub interdicto aliqui constituti appellant, et deinde illud 17) seruare contemnunt, quid in hoc casu seruandum sit consulere voluisti. Noueris igitur 18), quod, sicut post appell. excommunicari non possunt, sic interdictum nequeunt, cui ante appell. eos constat suppositos 19), declinare.

17) *Interdictum*, c. 46. comp. cit.
18) *Nos igitur respondemus*, C. R. 1. sed in cit. c. desideratur particula *igitur*.
19) *Esse suppositos*, C. R. 2.

CAP. XXXVIII.

Iudex appellationis remittit appellantem et caussam ad priorem iudicem: nisi sibi constiterit a grauamine vel iniusta sententia fuisse appellatum.

CLEMENS III. (*ann.* 1190. *Roma in Angl.*)

Cum h in ecclesia: [*et infra.*] Accepimus [*a ven. fr. n. Lincoln. episcopo, transmissa nobis insinuatione, querelam,*] quod quidam clerici de Gual. 20) [*grauaminis necessitate non compulsi et nullius oppressionis mole grauati, sed solo prætextu excutiendi a se iugum ecclesiasticæ disciplinæ, vt possint liberius in suis erroris et iniquæ propositi libertate bacchari ab audientia sua vocem appellationis emittunt, et*] occasione iudicii tui 21), quod velle obseruare se iactant, Lincolnien. episcopo 22) iudicis ordinarii sine caussa rationabili cognitionem euitant. Vnde [*discr. t. per a. s.*] mandamus, quatenus, si quando contigerit, aliquem de [*prædictis*] clericis a præfato episcopo ad tuam audientiam appellare, non ante 23) [*audientiam sibi præbeas, nec eius*] appellationem admittas, quam tibi 24) constiterit, eum 25) vel a grauamine, vel iniusta condemnatione i porrectam: alioquin ipsum ad prædicti episcopi audientiam 26) remittas, appell. remota, [*in suæ discussionis examine iusto*] eius iudicio pariturum. [*Sic etenim contumacia refrenabitur improborum, et bonus coepiscopus debitam per fraternæ vicissitudinis obseruantiam in sua libertate consistet.*]

20) *De Galles*, C. R. 1. sed L. *de Gualtia*, et R. *Gualad.* c. 11. compil. 2. h. t. *de Valandonia*.
21) *Cantuariensis* scilicet, cui Lincolniensis tanquam suffraganeus suberat. Vnde palam est, CLEMENTEM III. ad *Cantuariensem* hanc direxisse decretalem.
22) *Lincolnien.* C. R. 2. sed verba *Lincolnien. episcopo*, desiderantur in cit. c.
23) *Ante eius*, C. H.
24) *Si tibi*, ibid.
25) *Appellationem ipsius*, cit. c.
26) *Ad præfati episcopi auditorium*, ibid.

CAP. XXXIX.

Si appellans, qui non prosequitur, redit ad iudicem a quo, et iterum grauatur: non obstante prima desertione, potest iterum appellare. H. d. et est casus notabilis. Panormit.

IDEM.

Directæ k nobis tuæ litteræ demonstrarunt 27), quod, cum in tua præsentia caussa cuiusdam matrimonii tractaretur, in qua pars viri consanguinitatis vinculum opponebat, et pars mulieris ad sedem apostolicam appellasset, nec 28) appellationem suam præfixo termino fuerit prosequuta, postmodum ea renuntiante appellationi quam fecerat, tu in caussæ cognitione procedens, de parentela testimonia recepisti. Verum quia mulieris pars iterum appellauit, [*et a nobis*] postulas, vtrum ad calculum sententiæ procedere valeas, edoceri: [*præsenti pagina*] respondemus, quod, licet iuxta decretum Lateran. concilii, postquam in termino prosequendæ appell. statuto, appellans suam appell. non fuerit 29) prosequutus, auctoritate tua libere posses vti, tamen, quia iterum appellauit, cum secundum iura ei licuerit l in eadem caussa bis appellare 30), se a iurisdictione tua fecit exemptam; præsertim cum hic ad separationem matrimonii, quod est res fauorabilis, intentio viri procedat, [*vbique agendum sit, nisi quod suspicione careat, quod et irreprehensibile censeatur. Alius vero iudex poterit eandem caussam iuxta dicta testium, qui post renuntiationem primæ appellationis esse admissi fuerint, et alia si qua adhuc poterunt in eadem caussa produci, secundum Deum et sanctiones canonum terminare.*]

27) *Demonstrarant*, C. H. et ed. ant. *declararunt*, c. 13. comp. 2. h. t.
28) Voces *appellasset, nec*, desiderantur in cit. c. ac deinde illius textus ita variat: *appellationem suam præfixo termino ad prosequutionem ipsius et ad recipiendos apostolos fuisset, adueniente termino, prosequuta, postmodum accedente parte mulieris eiusdem et renuntiante appellationi, quam fecerat in caussa cognitione procedens de parentela testes et dicta testium recepisti.*
29) *Fuerat*, C. A. et H.
30) *Appellare secundo*, C. R. 1. L. ed. ant. et cit. c. sed C. R. 2. *appellare secundario*, et in H. vox *bis*, deest.

CAP. XL.

Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata sub conditione suspenditur, si ante conditionis euentum fuerit appellatum. H. d. inhærendo verbis litteræ, vt sic satisfaciat cuilibet lecturæ. Et est decisio subtilis, et multum allegabilis.

COELESTINVS III. (*ann.* 1195. *Roma in Gall.*)

Præterea m requisiti fuimus, si quis iudex ita protulerit sententiam: nisi Sempronio intra XX. dies 31) satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscas n, (et) ille, in quem fertur sententia, medio tempore appellans, ad diem statutum minime satisfecerit, vtrum ille sententia tali ligetur, aut 32) interpositione appell. tutus existat? Videtur autem nobis, quod huiusmodi sententiam appellationis obstaculum debeat impedire.

31) *Intra decem dies*, c. 14. comp. cit.
32) *An*, ibid.

CAP. XLI.

Si per rescriptum committuntur plures articuli connexi, et in vno remouetur appellatio: intelligitur remota etiam in aliis. Hoc dicit.

IDEM 33) (*ann.* 1194.)

Secundo o requiris, cum pluribus articulis in vna commissione positis, in vno tantum contingit appellationem expresse vetari, vtrum

33) Hoc capitulum est pars c. vn. comp. 2. *de mutuis petit.* Vnde liquet, epistolam hanc *Rhotomagensi episcopo* scriptam fuisse. Alia eiusdem pars occurrit in c. 21. *X. de offic. et pot. iudic. deleg.*

---

a *Dilecto*, *suam*, *deest in antiqu.* b *al.* Terraconensi. c *C.* 2. *de rescript. in* 2. *comp. vnde intelligitur hoc fragm. vid. l. legatus. ff. de offic. præs. et l. muneris.* §. *iudic. ff. de mun. et hon.* d *al.* Walterus. *al.* Gualtero. e *C.* 45. *eod. tit. in* 1. *comp. et post. conc. p.* 10. *cap.* 18. f *al.* Nnuacensi. g *C.* 46. *eod. tit. in* 1. *compil.* h *Cap.* 11. *eod. tit. in* 2. *comp. vid. Gofd. pap. tit.*

i *Vid. l. qui ad ciuitat. Cod. de appellat. et l. vn. C. vt causs. post pubert. adsit. tut.* k *Cap.* 13. *eod. tit. in* 2. *comp.* l *In omnibus manuscr.* ei licuerat in eadem caussa appellare secundo. m *Cap.* 14. *eod. tit. in* 2. *comp. vid. Bald. in cap. commissa. de elect. libr.* 6. *et Anton. de Butrio in cap. licet. de voto et voti redempt.* n *videtur deesse coniunctio, vt, quæ est in vet. comp.* o *Cap.* 16. *eod. tit. in* 2. *comp.*

appellatio teneat, si super aliis fuerit appellatum? In quo tibi 34) respondemus, quod, cum secundum B. Gregorium *a* verba intentioni deseruiant 35) *b*, et hæc sit nostra intentio, vt de omnibus articulis, qui in commissione ponuntur, iustitia. [*non obstante app.*] suum consequatur *c* effectum, in omnibus appellatio intelligitur interdicta. Nihil enim interest, vtrum [*appellatio*] inhibeatur primo, an secundo, medio *d*, an in fine 36): cum, sicut vtriusque iuris argumenta [*expressa*] nos docent, [*et*] ea, quæ in principio [*rescriptorum ponuntur,*] ad medium et ad 37) finem, illa vero, quæ in medio, ad finem atque principium sæpe 37*) referri contingat.

Caussa suspitionis proponenda est coram iudice, qui recusatur, et probanda coram arbitris. h. d.

§. 1. Tertio 38) postulas edoceri, [*cum aliquis iudicem tanquam suspectum recusat, an caussam suspicionis debeat allegare, et caussam, nisi manifesta sit, coram eodem iudice probare teneatur: vtrum etiam iudex possit in ipso iudicio et negotio procedere, si ille, qui suspitionem obiicit, caussam eius nec velit, aut non possit in iure probare. In hoc nimirum duximus dandum*] consult. t. t. resp. quod, cum aliquis iudicem proponit se habere suspectum, suspicionis caussam coram eodem [*iudice*] allegare tenetur, [*ne possit alius quilibet pro suæ voluntatis arbitrio quodlibet iudicium frustratorie declinare:*] sed partes, vt in [*aliquem iudicem, vel*] aliquos non valde remotos conueniant, per eundem [*tamen*] iudicem, [*qui nominatur suspectus,*] debent cogi. Coram [*quo, vel*] quibus si caussa suspicionis intra terminum competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate sua iudex 39) vtetur. Quodsi coram ipsis [*ea quos renominatur, eandem*] caussa suspicionis probata fuerit: caussæ cognitioni 40) supersedere tenebitur [*iudex*] recusatus. Ipsa namque ratio dictat, [*et plurimis probatur exemplis,*] quod 41) suspecti et inimici iudices esse non debent: [*quum ex decretis sit constitutum, nil gratius vel amabilius deo quis magis valet inimica, quam si ad impetrandum commiserit, quem lædere et damnificare intendit. Illam vero prætereo quæstionum quarta loco proponis, vtrum iudex possit de officio suo cognoscere, an frustratorie sit, an caussa rationabili sit appellatum; et si appellans rationabilem appellationis caussam non opposuerit, aut non probauerit, quam apposuit, an iudex huius appellationis obtentu teneatur a caussæ cognitione cessare: his autem non placet aliter diffinire, quam ab antecessoribus nostris et vtriusque iuris peritis fuit definitum. Cautum est enim in lege, quod appellatio interposita, siue ea recepta sit, siue non, tempore medio nihil innouari oportet, et canonica nihilominus tenent instituta, vt, qui volt, vel quibus necesse fuerit, ad Romanam ecclesiam, quasi ad caput suum confugere possint, et siue impedimento quolibet appellare, ad quam nimirum sine vllo calumnia vel custodia, vel excommunicatione, vel excusatione, vel domustione, vel spoliatione ire libere conceditur, quæ siquidem sanctorum canonum sanctiones passim appellare permittit. Idea iudex quam ante se caussam tractauerit, quam sic per appellationem suspensam esse cognouerit, a cognitione caussæ quam citius abstineat.*]

34) Verba: *in quo tibi*, absunt a C. H. sed ea *hac taliter respondemus*, legimus in c. 16. comp. cit. Denique in ed. ant. et Cont. verba sunt hæc: *inquisitioni tua taliter respondemus.*
35) *Deseruiunt*, cit. c.
36) *Aut in fine*, C. a. 1.
37) *Principio, medio et ad*, C. H.
37*) Vox *sæpe*, deest ibid.
38) *Tertio loco*, ibid.
39) Dictio *iudex*, abest a cit. c.
40) *A caussa cognitione*, cit. c.
41) *Quia*, ibid.

CAP. XLII.

Non tenetur iudex vel aduersarius deferre appellationi, cui non detulit appellans.

IDEM.

An sit deferendum *e* appell. illius, quem aduersarius de exspoliatione post appell. legitime interpositam sibi facta 42) *f* paratus est in continenti conuincere, nos duxisti per tuos nuntios consulendos. Respondemus [*itaque,*] quod, cum in eo quis 43) *g* puniendus sit, in quo deliquit, qui appellationi deferre neglexit 44) *h*, se beneficio reddit 45) appellationis indignum: [*vnde nec ei appellanti esse deferendum censemus.*]

42) *Factam*, C. R.
43) Vox *quis*, a C. R. H. ed ant. et c. 17. comp. cit. abest.
44) *Neglexerit*, C. a. 2. L. ed ant. et Cont.
45) *Reddidit*, C. a. H. ed ant. et ait. c.

CAP. XLIII.

Habet duos intellectus; secundum primum hoc intendit: *merus exsequutor non recusatur, nec ab eo appellatur; nisi modum excedat: maxime si est datus cum clausula, appellatione remota.* Secundum alium intellectum h. d. *a iudice suspecto non receditur per appellationem: nisi modum excedat.*

INNOCENTIVS III. *illustri regi Francorum.* (*ann.* 1208. *Romæ in Galliam.*)

Nouit ille *i*, qui, nihil ignorat 46): [*et infra.*] Præterea [*dictam*] interdicti sententiam 47) [*ipse*] cardin. non edidit, sed potius publicauit: nec fuit dictator ipsius, sed verius 48) *k* exsequutor. Vnde cum secundum ius [*canonicum et legale*] ab exequutoribus appellari non possit, nisi forsan modum excederent in exequendo 49), nos etiam in litteris 50) super hoc directis ad ipsum, appellationis curauimus obstaculum inhibere: appellationi ab eo interpositæ 51) non fuerat deferendum. De suspicionis autem *l* obiectis 52), licet eum merito tibi suspectum non 53) fuisse credamus, non tamen, et si fuisset, propter appellationem interpositam ab eo desistere debuisset, ad quod non proprio motu, sed nostro potius præcepto processit.

46) Conf. supra c. 7. *de officio legati*, vbi sua integritati hocce restitutum est capitulum.
47) Agitur hic de interdicto, quod toti Franciæ regno, ob diuortium regis PHILIPPI cum legitima vxore attentatum, impositum fuit, de quo in c. 1. *X. de postul. prælat.* mentio iniecta, vt probabiliter censet GONZAL. *ad h. c.* Etenim contra hoc interdictum, a cardinali publicatum, rex PHILIPPVS querimoniam interposuerat, ad quam respondet pontifex in *h. c.* et *c. 7. X. de offic. leg.* illamque e medio remouere intendit.
48) *Verus*, c. 1. comp. 3. h. t.
49) Præp. *in*, a C. R. H. et cit. c. abest: sed *exsequendi*, habet ed. ant.
50) *Et nos litteris*, cit. c.
51) Loco verborum *ab eo interpositæ*, in cit. c. est: *huiusmodi.*
52) *Obiecta*, C. R. ed. Gonz. et cit. c. sed ed. ant. et Cont. *de caussa suspic. obiecta.*
53) Partic. *non*, desideratur in ed. Cont. et Pith.

CAP. XLIV.

Si appellatio recipitur a iudice, vel approbatur a parte; terminus ad eam prosequendam præfixus obtinet vicem peremptorii, vt in absentem procedatur, ac si peremptorie fuisset citatus: nec talis terminus præueniri poterit ab aliqua partium.

IDEM.

Sæpe *m* contingit, quod, cum ad nostram audientiam appellatur, propter defectum partis alterius neque per se, neque per responsalem idoneum appellationem interpositam prosequentis, vel forsitan ex malitia subsequentis 54) responsalis mandatum occultantis, lites, quæ de facili poterant terminari, remaneant indecisæ: cum frequenter iuris quæstio moueatur, cuius apud nos probationes necessariæ [in *n* contrario 55] non existunt, et interdum etiam facti quæstio de leui posset partibus præsentibus comprobari. Vnde, licet in Lateranen. concilio *o* fuerit constitutum, vt, si in quocunque negotio aliquis appellauerit 56), et eo, qui appellatus fuerat, veniente, qui appellauit 57) venire neglexerit: competentem illi recompensationem 58) faciat expensarum, vt hoc saltem timore deterritus 59) *p*, in grauamen alterius non facile quis appellet. Quia tamen propter hoc quæstiones nihilominus prorogantur: [*volentes, vt finis litibus imponatur, et ne fraus et dolus alicui suffragentur, de cons. f. n.*] præsenti decreto statuimus, vt, si huiusmodi appellatio, vel 60) a iudice recepta *q*, vel a parte fuerit approbata, post terminum appellationi præfixum edicti peremptorii vires obtineat, ita videlicet, vt extunc in absentem perinde procedatur, ac si peremptorie vocatus ad iudicium extitisset. Quodsi forsitan interposita prouocatio malitiose recepta, vel approbata non fuerit, cum constiterit legitime prouocatum; nihilominus eam vigorem volumus

54) Vox *subsequentis*, abest a C. R. H. ed. ant. et c. 2. comp. 3. h. t. in gloss. parenthesi inclusa.
55) Verba hæc omissa sunt in C. R. H. edit. ant. et cit. c. omisit ea etiam GONZAL. in sua edit. et re vera superflua sunt. Videlicet quæstiones in litem deductæ vel *iuris* vel *facti* sunt. Hæ probationem desiderant, reprobationem admittunt, atque *altioris indaginis* esse dicuntur, de quibus olim regulariter iudicabat iudex pedaneus. Illæ vero nulla probatione indigent, quarum cognitio olim prætoris erat, quia altiorem indaginem caussa non desiderabat, obseruante NOODTIO *de iurisdict. libr. I. c. 8.* De his vtplurimum appellationes olim fiebant ad pontificem, sub grauissima iuris Romani, in infinitas controuersias tracti, caligine, in Rota Romana decisæ. Hoc docent decretales a RAYMVNDO collectæ, ex his decisionibus natæ, quæ nouum sæpe ius a veteri iure Romano et ecclesiastico alienum, induxerunt; tum quod illius solidam intelligentiam non habuerint: tum quod ad *decreta* noua principia ab ISIDORO orbi per falsum obtrusa, decisiones accommodauerint.
56) *Appellaret*, cit. c.
57) *Qui appellauerit*, ibid.
58) *Compensationem* C. H.
59) *Perterritus*, C. R.
60) Partic. *vel*, non est in cit. c.

a *libr.* 26. *in Iob. c.* 7. b *vid. l. pater. §. fundum. ff. de legat.* 3. et *l. cum pater §. dulcissimis. et vtrobique Bart. ff. de legat.* 2. c exsequatur. d medio, an fine e *Cap.* 17. *eod. tit. in* 2. *comp.* f *al.* factam. g vox, quis, *deest in antiquioribus.* h neglexerit.

i *vid. c. nouit. supr. de offic. legat cuius pars est.* et c. 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* k *al.* verus. l *In recent. impress.* De suspicione autem obiecta m C. 2. *eod. tit. in* 3. *comp.* o *Initio desunt in antiqu.* a *sub Alex. III. c.* 6. p deterritus. q suscepta.

obti-

obtinere, saluis constitutionibus, de provocantibus post sententiam, promulgatis: quibus appellationes suas 61) prosequi non curantibus, post terminum appellationi prosequendæ præfixum, rata maneat 62) sententia, quæ fuerat appellatione suspensa. Quicquid autem contra citationem peremptoriam posset ab absente proponi: aduersus appellationem huiusmodi valeat allegari. Si quis autem terminum appell. præueniens, tacita veritate 63), litteras impetrauit 64): et careat impetratis, et pœnam contumaciæ non euadat 65). Hoc 66) autem in litibus, siue iudiciis 67) exercendis volumus obseruari.

61) *Appellationem suam*, C. H.
62) *Maneat*, C. X 2.
63) *Tacite*, ibidem.
64) *Impetrauerit*, C. H. *reportarit*, cit. c.
65) *Euadet*, cit. c.
66) *Hac*, ibidem.
67) *In iudiciis*, C. R. 2. et L.

CAP. XLV.

Appellatione deserta per negligentiam appellantis, potest iudex ex officio procedere in casibus, in quibus eius officium exuberat. Et est casus valde notabilis.

IDEM *Lemouicens.* a *et Cantuariensi episcopis. (ann. 1210. Romæ in Galliam.)*

Constitutus in præsentia b nostra [*dil. f. G.*] archidiaconus Claremon. 68) [*ecclesiæ*] nobis exposuit, quod [*olim,*] Claremon. decanatu vacante, [*abbas, cantor et*] quidam canonici [*Claremont.*] vota sua in [*ven. fratrem Claromonten.*] episcopum transtulerunt, et episcopus cum quibusdam aliis expresse consentientibus in eundem 69) archidiaconum ei contulit decanatum, XI. [*tantum*] canonicis prius appellantibus, ne quis assumeretur præter assensum omnium in decanum cum electioni 70) eius XXV. tum per se 71), tum episcopo 72) medio consentirent. Cumque [*dil. f. B. tit.*] sancti Marcelli presbyter cardinalis tunc 73) apost. sed leg. per partes illas transitum faceret, non vt appellationi ad nos 74) interpositæ derogaret, sed vt instructam transmitteret ad nos caussam; [*dil. f.*] sancti Egidii 75) c et sancti Andreæ abbatibus examinationem delegauit ipsius, et mandauit eisdem, vt partem contradicentem electioni decani citerent ad ipsum, contradictionis suæ caussam in eius præsentia ostensuram. [*et infra.*] Intellecto igitur per assertionem cardinalis [*prædicti,*] quod sub ea forma fuerat appellatum, ne [*scilicet*] sine assensu 76) omnium procederetur in electione decani, et quod 77) appellantes appellationem 78) intra annum non fuerant prosequuti, nec erat, propter quod eis esset biennium indulgendum; cum, sicut bis intra tempus legitimum simplicem nuntium ad sedem apostolicam destinarant 79) d, sic ponuissent saltem semel procuratorem idoneum destinasse; ne tamen peremptorias exceptiones ex eorum parte propositas videamur sub silentio præterire; [*frat. u. per a. s.*] mandamus, quatenus [*inquiratis diligentius veritatem de his, et,*] si vobis constiterit, archidiac. facto episcopi, ex quo nititur, sponte renuntiasse, vel prædictum episcopum processisse ad electionem ipsius, prætermissis prædictis, sine quibus ne procederet 80) in illa translatione voluntatum, ex qua nititur archidiac. proponitur esse actum, 81), ei super decanatu [*ipso*] silentium imponatis, alioquin nominationem seu electionem taliter factam de alio, et quicquid fuerit sequutum ex ipsis, [*subl. app. obst.*] denuntietis [*auctoritate nostra*] irritum et inane.

68) *Claromontre*, C. H. *Claromonten.* c. 3. cit. comp. 3. pei tot.
69) Vox *eundem*, desideratur in cit. c.
70) *In electionem*, legimus ibid.
71) *Pro se*, ibid.
72) *Tum cum episcopo*, C. R.
73) Partic. *tunc*, deest in C. H
74) Dictiones *ad nos*, absunt e C. H. et ed. ant.
75) *Illidii*, C. 8. et cit c. sed *Illadii*, ed. ant.
76) *Præter assensum*, cit. c.
77) *Atque*, ibid. loco dictionum: *et quod.*
78) In C. X 2. additur: *suam.*
79) *Destinauerant*, ed ant. et cit c.
80) *Procederetur*, C. X 2.
81) *Archidiaconum facto episcopi, ex quo nititur sponte renuntiasse, vel prædictum episcopum ad electionem ipsius prætermissis prædictis, sine quibus illa translatione voluntatum, ex quo archid. nititur, actum proponitur, ne procederet, processisse, et super decanatu etc.* cit. c. post vocem: *constiterit.*

CAP. XLVI.

Contra electum, vel confirmatum nullum aliud ius exspectantem, non admittitur regulariter exceptio, vel appellatio, maxime frustratoria ad impediendum electionis vel confirmationis effectum: sed possessione habita, poterit accusari vel denuntiari. H. d. et secundum hoc est casus notabilis.

IDEM *cancellario Metensi. (ann. 1210. Roma in German.)*

Constitutis in præsentia e nostra [*dil. f.*] N. 82) decano [*ecclesiæ*] sancti Saluatoris, et cantore 83) Metens. [*et D. scholastico eiusdem ecclesiæ tuæ procuratoribus benignam curauimus audientiam indulgere. Fuit autem nobis ex parte tua propositum, sicut etiam ven. f. n.*] Metens. episcopus [*per suas etiam nobis litteras*] intimauit, quod, 84) sancti Saluatoris præpositura vacante, die electioni 85) præfixo, [*intelligens prædictus D. episcopus, in duas partes fratrum vota diuisa, et infra.*] per Patrem et Filium et Spiritum sanctum in virtute obedientiæ, ac sub animæ periculo canonicos adiurauit, vt secundum Deum, et iuxta 86) conscientiam suam [*tantum*] vnum eligerent de duobus, in quos [*iam*] partes videbantur oculos extendisse, quem ecclesiæ magis 87) vtilem et idoneum reputarent. Decanus autem cum duobus diaconis et subdiaconis tribus, dictum 88) cantorem [*maioris ecclesiæ cognatum suum*] in præpositum nominauit. Cantor vero ipse 89), qui presbyterali officio fungitur, et custos cum scholastico et magistro B. 90) sacerdotibus, leuitis duobus, et subdiaconis quinque, te f concorditer elegerunt: cuius electionem tanquam a maiori et saniori parte capituli factam, cum de personæ tuæ honestate 91) constaret, prædictus episcopus confirmauit. Et cum tibi vellet domum 92) g et inuestituram porrigere, vt moris est 93): decanus ad sedem apostolicam appellauit, contra te, impotentiam 94) duntaxat allegans. [*Licet autem episcopus appellationi huiusmodi non crederet deferendum; cum felicis recordationis Alex. Papa, præd. n. in concilio Later. statuerit, vt, nisi a paucioribus et inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit et ostensum, app. rem. semper præualeat, et suum consequatur effectum, quod a maiori et saniori parte capituli fuerit institutum: nobis tamen humiliter deferens et deuote ab inuestitura cessauit. Fuit autem propositum ex aduerso, quod decanus, qui maiorem locum obtinet in ecclesia memorata, cum duobus antiquioribus diaconibus et tribus subdiaconibus de antiquis ecclesiæ intelligens, quod propositus administrationem temporalium debeat exercere: ideoque ille ad hoc vtilior, qui potentior reputatur, bono zelo prædictum E. in præpositum nominauit, scientem, ecclesiæ prouidere ac potentem iura et possessiones ipsius, si esset necesse, in forti manu et brachio extenso tueri. Vnde cum pars altera, licet maior numero, auctoritate tamen inferior,*] te [*in præpositum nominasset*] in partibus illis, quasi penitus impotentem, in quibus præpositurae possessiones existunt, [*tum propter hoc, tum quia episcopum habebat de sorte suspectum ad sedem ap. appellauit,*] addens, quod alia tibi obiiceret in præsentia nostra, quæ tunc in præsentia iudicis suspecti noluit explicare: [*sed episcopus appellationi non deferens nominationem de te factam nihilominus confirmauit.*]

Nos ergo 95), [*auditis his et aliis, quæ fuerant hinc inde proposita,*] quia constitit euidenter, illam appellationis caussam, quæ fuit 96) [*exposita et*] expressa, rationabilem non fuisse h, aliam autem tunc 97) non [*apposuit vel*] expressit, etsi dixerit idem decanus, quod aliam 98) vellet obiicere coram nobis, [*de consilio fr. n.*] decreuimus 99), tuæ confirmationis effectum non debere per ea 100), quæ sunt proposita, impediri. Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendum electionis 1) et confirmationis effectum, sed in modum denuntiationis, vel accusationis duxerit proponendum, post-

82) Littera *N.* a C. R. 1. H. ed ant. et Gonz. abest. Loco huius littera c. 4. cit. comp. 3. habet: *I.*
83) Verba *et cantore*, desiderantur in cit. c.
84) *Vt*, ed. ant.
85) *Electionis*, ibid.
86) Copula *et*, in C. X. 1. et cit. c. deest: sed a C. R. 2. et H. prep. *iuxta*, abest.
87) *Et magis*, C. R. 2. et ed. ant.
88) Loco vocis *dictum*, cit. c. habet: *E.*
89) *Cantor autem*, ibidem, omisso pronom. *ipse.*
90) *Bernardo*, ibid.
91) *Innocentiæ*, ibid.
92) *Donum*, C. R. 1. L. et ed. ant.
93) Improbabile est, legendum esse: *donum*, et sub voce hac intelligi annulum, in ipsa inuestitura porrigendum, quæ ipsa tamen inuestitura fiebat, vt eius seorsim mentionem facere haud necesse fuerit. Domus præpositurae, seu officio præpositi ab antiquo destinata, intellecta tenetur sine dubio, quam porrigere seu tradere cogitabat episcopus præposito electo.
94) Præpositi bona capituli eorumque iura tuebantur, adeoque credebant aduersarii præpositi electi, eum minus ad hoc officium esse idoneum, quod ea potentia et auctoritate in locis, in quibus capituli bona erant, esset destitutus, quæ ad iura eiusdem defendenda erat necessaria, et ita huic officio plane impar. Hanc ob caussam præpositi sæpe eligi erat esse cogebantur, ad iura ecclesiæ suæ tuenda, c. 11. X. *de cleric. non resid.* Atque ita vtplurimum egebant capitula, vt præpositum eligerent, qui cum potentia, tum prudentia necessaria erat instructus, vt bona et iura capituli cum auctoritate contra aduersarios defendere posset. Hinc natum vulgatum illud: *decanus in choro: præpositus in foro.* Hoc tamen obiectio, electo præposito facta, minus rationabilis pontifici visa fuit, quæ potuisset quidem inducere electores, ne eum eligerent: sed electionem ipsam, per eam maiora factam, annullare non potuit. Neque enim, quod contra leges prudentia susceptum, inualidum censendum. Expedit pariter in Germania, non alios ad archiepiscopatus et primarios episcopatus euehere, quam sanguine illustri natos: quamuis, eo neglecto, electio impugnari nequeat.
95) *Nos igitur*, cit. c.
96) *Fuerat*, C. H.
97) *Caussam*, ibid
98) *Aliis*, ed. ant. et cit. c.
99) *Decreuimus*, C. X. 2. L. edit. Gonz. et cit. c.
100) *Propter ea*, cit. c.
1) *Electionem*, C. R. 1.

a *al. Lemouicen.* b *C. 2. eod. tit. in 3. comp. Ex hoc decr. obseruabis multa singularia, quæ præ cæteris collegit Gust. pap. hoc.* c *Illidii.* d *destinauerant. al. destinarent.* e *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. ubi necesse sit semper eligere magis idoneum. vid. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2. ad 3. arg. Sot. libr. 3. de iust. et iure q. 6. art. 2. et Couarruu. in reg. peccatum, de reg. iur. lib. 6. in 2 p. relect. §. 7.*

f *Hoc est, Cancellar. metensem, cui hoc scribit papa.* g *domum, habent aliquot exemplaria.* h *Quæ dicatur rationabilis caussa, vide apud Bart. in l. quod vero ff. de leg. et in l. si postulauerit. §. ratio. ff. de adult.*

quam pacificam ipsius præpositure possessionem fueris assequutus 2), proponendi licentiam non negamus.

2) *Consequutus*, C. H.

CAP. XLVII.

Appellari potest, si locus non tutus partibus assignatur: etiamsi sit scriptum, appellatione remota.

IDEM *Vigorien.* 3) *episcopo.* (*ann.* 1212. *Roma in Angl.*)

Ex parte tua a [*fuit propositum coram nobis, quod, cum inter Anglicos et Wallen. sint inimicitiæ manifestæ, et ad partes illas Anglicis sit transitus periculosus, per viarum pericula et guerra, quæ inter gentes illas frequens esse dignoscitur, vel continua, multi de caussæ suæ meritis diffidentes, te aliquando vel tuos auct. litterarum nostrarum trahere satagunt ad iudices in Wallia constitutos, vt sic indefensas caussas etiam iustissimas, relinquatis, vel compositionem subeatis iniustam pariter et damnosam. Cum igitur caussas, quas committimus, sit velimus fine debito terminari, quod neutra partium contra iustitiam aggrauetur;*] præsenti pagina respondemus, quod, cum excusatur honeste, qui 4) ad præsentiam delegatorum iudicum non potest secure venire 5) citatus, tu vel tui, quoties ad illos iudices vos euocari contigerit 6), ad quorum præsentiam vobis 7) periculosum 8) est ire, libere poteritis 9) [*sedem ap.*] appellare; etiamsi in litteris commissionis [*nostræ*] appell. fuerit remedium interclusum: nisi iudices [*ipsi*] vobis assignent locum idoneum et securum.

3) *Wigorniensi*, C. 2. et c. 5. comp. cit. 3. rectius.
4) *Quod, cum talis excusatio sit honesta, cum ad* etc. cit. c.
5) Hunc securum aditum ad iudices delegatos in Wallia constitutos impediebant inimicitiæ inter Anglos et Wallenses inueteratæ, quæ hoc anno, quo hæc decretalis scripta, grauissime erant, testibus *annalibus ecclesiæ Wigorniensis* apud WARTHONIUM *ad ann. MCCXII. p.* 481. Conf. ALTESERRA *in decret. Innocentii III. ad h. c.*
6) *Contingit*, C. R. 2.
7) Pron *vobis*, deest in C. H.
8) *Periculum*, cit. c.
9) *Poteris*, C. R. 1. et ed. ant.

CAP. XLVIII.

Licite appellat reus, si non auditur excipiens, procuratorem actoris non habere sufficiens mandatum, vel se primo conuentum per alias litteras, de quibus non fit mentio in secundis. Hoc dicit, quoad titulum.

IDEM [*P.*] *episcopo*, et 10) *decano et præcentori Herfordensi* 11). (*ann.* 1212.)

Significauit b nobis [*dil. fil. I.*] magister hospitalis Eboracens. [*quod, cum P. quondam rector hospitalis ipsius diem clausisset extremum, ven. f. n. Eboracen. archiepiscopus, ad quem et prædecessores suos hospitalis eiusdem ordinatio pertinuit ab antiquo, nolens ipsum ex defectu rectoris dispendium sustinere, dictum I. presbyterum eiusdem domus a suis fratribus vnanimiter in rectorem electum præfecit ibidem, sperans, quod domus ipsa per eum tam in temporalibus, quam in spiritualibus susciperet incrementum: procedente vero tempore decanus et capitulum Eboracen. ecclesiæ, tanquam ad ipsos hospitalis eiusdem ordinatio pertineret, magistrum ipsum a suæ administrationis officio remouere volentes, litteras super hoc apostolicas ad decanum Lincolnien. et suos conindices impetrarunt, quorum auct. in ius vocari fecerunt tam archiepiscopum, quam rectorem. Partibus igitur die sibi peremptorie assignata coram ipsis iudicibus constitutis, iudices aliis vices suas commiserunt, sola sibi definitiua reseruata.*] Præterea capitulum Eboracen. auctoritate quarundam litterarum, in quarum sigillo continebatur sigillum capituli ad citationes tantum, cuius aliud sigillum capitulum illud noscatur habere, [*per ipsum*] quendam constituebat 12) actorem. Sed licet idem magister allegauerit 13), quod [*idem*] occasione litterarum illarum actor non deberet 14) admitti, et insuper adiunxisset, quod auctoritate litterarum quarundam a nobis [*super hoc*] ad alios iudices 15) obtentarum, prius conuentus non debuit 16) per litteras posteriores, in quibus nulla fuerat 16*) mentio de prioribus, conueniri: iudices tamen exceptiones huiusmodi admittere noluerunt 17), propter quod 18) vocem ad nos appellationis emisit. Quocirca [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus [*inquiratis super præmissis diligentius veritatem, et,*] si vobis constiterit, ob dictas caussas, vel [*ob*] earum aliquam 19) ad nostram 20) fuisse audientiam appellatum: reuocato 21) in irritum, quicquid post appellationem huiusmodi 21*) nouiter 22) esse factum 23) c, partes 24) d [*ad vestram præsentiam conuocetis, et audiatis diligenter, app. rem. quæ hinc inde duxerint proponenda.*]

10) *Copula et*, desideratur in ed. ant. Cont. et Pith.
11) *Herfordensibus*, c. 6. comp. cit. 3.
12) *Statuebat*, ed. ant.
13) *Sed licet pars allegasset aduersa*, cit. c.
14) *Debebat*, ibid.
15) *Ad ven. f. n. Elien. episcopum et suos conindices*, ibid.
16) *Conuentus erat, quare non debuit*, C. L. *prius erat conuentus, quare non debuit*, cit. c.
16*) *Fiebat*, C. R. 1. H. L. et cit. c.
17) *Nolunt*, ed. ant.
18) *Quapropter pars eadem*, cit. c.
19) *Ob earum aliquam*, C. R. 2. *aliarum aliquam.* L.
20) *Ad vestram*, cit. c.
21) *Reuocetis*, C. R. 1.
21*) *Ad nos legitime interpositam*, cit. c.
22) *Noueritis*, C. H.
23) Verbum *esse*, in cit. c. desideratur, et loco vocis *factum*, legitur: *attentatum*.
24) *Attrayat partes*, C. R. 1. *sed per cens.* ed. ant.

CAP. XLIX.

Licite appellat reus, si non auditur petens declarari rem petitam in libello.

IDEM *magistro G. archid. et e Wormanno* 25) [*et G. de Crethes,*] *canonicis Suessionen.* (*ann.* 1212. *Roma in Galliam.*)

Significantibus 26) f T. et R. fratribus, nostro fuit apostolatui declaratum, quod, cum inter ipsos ex vna parte, et V. [*Turpem de Athochi et sorores eius diœcesis Suession.*] ex altera, super quadam terra 27) coram [*dilecto f. abbate et priore sancti Bartholomæi Nouiom.*] iudicibus [*a sede apost.*] delegatis quæstio verteretur, ipsi [*T. et R.*] cum plures terras haberent, vt terra illa, super qua quæstio vertebatur, ostenderetur eisdem, a iudicibus postularunt. Quod cum ipsi facere denegarent, [*nec vtrum hoc deberet eis concedi, vellent per sententiam diffinire: iidem fratres a manifesto grauamine*] ad nostram audientiam prouocarunt. Quocirca [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, si est 28) ita, [*vos,*] reuocato in statum debitum, si quid post appellationem 29) [*ad nos legitime interpositam*] noueritis attentatum, [*audiatis caussam, et app. rem. fine debito terminetis.*]

25) Edit. ant. habet: *et W. Normanno*, sed c. 7. comp. cit. 3. *et Willo Normando.* et GONZAL. legit: *G. archidiaconum de Wetto*, *Normando.* In nominibus propriis vtplurimum incerta lectio.
26) Vid. supr. c. 2. de libelli oblat.
27) Pro vocibus *quadam terra*, in cit. c. legimus: *quibusdam vineis, terris arabilibus et pratis.*
28) *Si verum est, quod asseritur*, ibid.
29) C. R. et H. voci *appellationem*, addunt: *huiusmodi.*

CAP. L.

Iudex a quo non potest statuere terminum ad finiendam appellationem: quod si fecerit, intelligitur statuisse ad se præsentandum.

IDEM *Eboracen.* 30) g *episcopo*, *et de Luc.* 31) *et de Monte Morelli abbatibus* [*Abricen. diœc.*] (*ann.* 1213. *Roma in Angl.*)

Ex insinuatione h [*dil. f.*] prioris et canonicorum sanctæ Barbaræ 32) nobis innotuit 33), quod, cum inter ipsos ex vna parte, et V. 34) camerarium de Tangar. 35) i [*Rothomagen. diœcesis*] ex altera, super quodam manerio 36) k coram iudice ordinario [*non ex delegatione nostra*] quæstio verteretur, et idem camerarius ad nostram audientiam appellauerit 37) [*ab eodem, suæ*] appellationi terminum [*aliquem*] non præfigens, dictus iudex 38), qui caussam illius videbatur fouere pro eo, quod quidam clericus commensalis 39) suus, [*tam*] dicti camerarii in eadem caussa fuerat aduocatus, [*deceptorie et contra consuetudinem*] hunc 40) terminum appellationi præfixit, vt ad festum purificationis [*sanctæ Mariæ*] vtraque pars alias ab appellationis prosequutione teneretur; licet non potuerit nobis legem imponere, vt eam teneremur 41) intra dictum terminum expedire: cum et secundum legitimas sanctiones 42) l lis, quæ in consistorio principis speratur inferri, absque damno moræ intacta permaneat, donec ipsam 43) faciat introduci, et a proceribus dirimi iuxta morem. Interim autem nuntius camerarii [*supra dicti*] præueniens nuncium eorundem, nec [*ab*] ipso vsque ad terminum legitimum exspectato, impetrauit litteras et recessit. Quia vero fraus et dolus alicui patrocinari non debent: [*d. v. per*

30) Vel potius, vt est in C. R. 2. H. L. et c. 8. compil. cit. 2 *Abricensi* seu *Abrincensi episcopo.* Additur in cit. c. 8. *et de Basoc.* sed legendum potius: *et de Luc.* h. e. *de Lucerna et de monte Morelli abbat.* Sunt enim duo hæc monasteria in diœcesi Abrincensi, *Trinitatis de Lucerna*, et *montis Morelli seu Maurelli* ord. S. August. vt docet *taxa monaster.* apud TAMBVRIN. *sub A. voc. Abrincens. diœces.*
31) *De Lucen.* C. L.
32) *Sanctæ M. Varbaræ*, C. R. 5
33) *Innotuisse noscatis*, cit. c.
34) *Et W.* ed. ant. et cit. c.
35) *Tangart*, C. L. sed C. R. 1. *Tangarinill.* cit. c. *Tankaruill.*
36) *Super manerio de Mouetil.* cit. c.
37) *Appellante*, C. R.
38) *Item ordinarius, qui caussam eiusdem camerarii fouere videbatur fauens ei, quod* etc. cit. c.
39) *Commensalis*, C. R. 2.
40) *Tunc*, C. R. 1
41) *Teneretur*, C. H.
42) Ex *Nou.* 23. c. 2. et inde desumta *auth. sed et his*, C. *de tempor. appell.* verba subsequentia desumsit INNOCENTIVS III.
43) *Ipse*, cit. c.

a *Cap.* 5. *eod. tit. in* 3 *comp. præter Philippum de Perus. hoc vid. Bartol. in l. ante sententiam. ff. de appell. recipiendis.* b *C.* 6. *eod. tit. in* 3. *compil. De materia sigilli, vid. latius in c. supr. de fide instr. Dictum in cap.* 8. *post cess. supr. de prob. et quos citantes in c.* 6. *de fide instr.*

c attentatum. d *Vetus codex addit:* ad vestram sententiam conuocetis, et audiatis diligenter, appell. rem. quæ hinc inde duxerint proponenda. e *Male*; vid. Normanno. f *C.* 2 *eod. tit. in* 3. *comp.* g Abrincen *al.* Abricen. episc. et de Luen. et Monte Morelli abbatib. h *C.* 8. *eod. tit. in* 3. *compil.* i Tangeri. *al.* Taager. k *Hic perperam in vulgatis*, monasterio. l *Nou.* 23.

B.

v. f.] mandamus, quatenus, si est ita, partibus convocatis, [*et auditis hinc inde propositis, caussam super his, app. rem. med. iustitia terminetis.*

CAP. LI.

Qui extra iudicium appellat, ex verisimilibus et probabilibus caussis, ne in possessione molestetur, si postea spoliatur, restituitur ante omnia in statum, in quo erat tempore appellationis emissæ. H. d. inhærendo verbis literæ, ut et mos geratur vnicuique lecturæ. Panormitan.

IDEM *Rofen.* 44) et *Bonden.* 45) a *episcopis.* (*ann.* 1213. *Roma in Angl.*)

Bonæ *b* memoriæ O. de Camera persona ecclesiæ de Fanen. 46) e vitam vniversæ carnis ingresso, [*dilectus f.*] abbas sancti Augustini Cantuariensis 47) eiusdem ecclesiæ, quam ad se asserit pertinere, primo per quosdam monachos, secundo per se ipsum possessionem ingressus, ad nos pluries vocem appellationis emisit, ne quis eum super possessione ipsius 48) ecclesiæ præsumeret [*indebite*] molestare. Cumque aliquamdiu prædictam ecclesiam pacifice possedisset; quidam laici Cantuariensis diœcesis [*in*] ipsum abbatem et monachos [*intra eamdem ecclesiam usque ad effusionem sanguinis manibus iniectis temere violentis, eos*] de possessione ipsius ecclesiæ 49) per violentiam eiecerunt. [*et infra.*] [*His igitur et aliis pluribus ex parte abbatis et monachorum propositis,*] procurator [*memorati*] archidiaconi proposuit ex adverso, quod [*nec possessionis, nec dominii ratione abbas et monachi hanc restitutionem poterant postulare. Cumque non possederint ecclesiam ante dictam ratione iuris custodiæ, quæ,* defuncta persona ecclesiæ tantum datur, imo archidiaconi [*Cant.*] qui fuerunt 50) pro tempore, tam de iure communi 51), quam de generali consuetudine [*Cantuar. provinciæ,*] tam in illa ecclesia, quam in aliis vniversis eiusdem diœcesis, hoc iure semper vsi fuerunt 52). [*sicut fuerat sufficienter probatum: talis restitutio nequaquam monachis competebat, nec videbatur ea sua eis iniuriam facere videbatur.*] Præterea [*tum*] præfatus O. [*de Camera*] nomine archidiaconi ecclesiam possedit eandem, vtpote 53) qui ei vnam procurationem, et V. sol. nomine [*ipsius*] ecclesiæ annis singulis exsolvebat; [*eodem O. sublato de medio, apud archidiacon. animo possessio dignoscitur remansisse: quæ non perdidit, nisi archidiaconus se putaret repelli, vel nisi veniens non fuisset admissus. Sic ergo monachorum possessio potius detentio clandestina deberet dici, quam archidiaconi; qui ipsam possessionem non perdidit. Et sic eam monachi non potuerunt habere: cum duo in solidum quicquam possidere non possint. Cum igitur archidiaconus potuerit suo iure in possessionem intrare, ac tenentes de facto fortius eiicere; potuit, nullo ibi exsistente, nec violentia exsistente, sibi ius proprium reservare: cum iuris exsequutio nullam habere iniuriam dignoscatur. Ad hæc monachi possessionem archidiaconi non possunt aliquatenus auocare; etsi eos ipsum habuisse constaret; quia, cum eos nequaquam de possessione eiecerit, nec hoc probatum fuerit, nec in iure confessum, non habetur, quid obiiciant extraneo detentori: præsertim cum et ipsi auct. sua possessionem intraverunt, et iniuriam aliis facientes ius aliquod acquirere nequiverunt. Appellatio quoque, quam monachi se interposuisse proponunt, penitus nulla fuit: cum non nisi a gravamine præsenti, præterito vel futuro debeat appellari. Archidiaconus vero nec prius eos gravaverat, nec ipsos post appellationem gravavit, cum rem vacuam, cuius custodiendi ius habet, imo quam ex officio custodire tenetur, custodiendam suscepisse noscatur. Denique appellationi monachorum non fuit volentius deferendum; quoniam, etsi ad eos eadem ecclesia pertineret,* non debuerunt auctoritate propria ipsius possessionem intrare; præsertim cum scierint, vel scire potius debuerint, quod custodia ecclesiarum vacantium ad archidiacon. pertinebat: et, si tunc idem archidiaconus præsens esset, eandem denegasset eisdem, et sibi penes ad eius spectabat officium, tenuisset. Cum autem clandestina fuisset eorum possessio; non potuerant vere possessores haberi: cum super possessione nequeat iniuria fieri clandestino possessori.*] Præmissis igitur 54) diligenter inspectis 55), prædictos abbatem et monachos in eum statum, in quo tempore appellationis factæ 56) ex verisimilibus et probabilibus caussis ad nos legitime interpositæ fuisse noscuntur, proprietatis parti vtrilibet 57) salvo iure, decernimus 58) reducendos, ac fructus medii temporis perceptos 59) *a* censuimus pariter assignandos eisdem. [*Quocirca discr. v. per a. s. m. quat. subl. cavill. contrad. et app. obst. in eum statum, in quo tempore appellationis fuisse noscuntur, præfatos abbatem et monachos reducatis et faciatis eisdem pariter resignari fructus medii temporis vniversos contradictores, si qui apparuerint, vel rebelles monit. præm. per cens. eccles. app. postposita compescentes.*]

44) *Rofenen.* C. B. 2. *Rofen.* L.
45) *London.* rectius C. B. H. c. 9. comp. cit. 3. et edit. Gonz., vel *Londunensibus;*
46) *Fan.* C. B. 3. L. ed. Cont. et Pith. sed C. B. 2. *Sav.* cit. c. *Faversham,* rectius.
47) Pro voce *Cantuar.* in cit. c. habetur: *custodiam.*
48) *Eiusdem,* C. B. 1.
49) *Monachos ipsius ecclesiæ de possessione,* C. B. 1.
50) *Fuerant,* ed. ant.
51) Ius hoc *custodiæ vacantis ecclesiæ,* cui interim providendum, erat lucrosum, et perceptionem redituum cum iure exauctorum seu spolii adiunctum habebat, quod in Anglia affectabant Archidiaconi, c. 6. *X. de instit.* quia vacanti sedi episcoporum dicebantur, c. 9. *X. de offic. archidiac.* et hoc sub titulo episcopalia iura ad se trahere nitebantur. Econtrario episcopi eam institutionem, quam ius *custodiæ lucrosum de iure communi* rectius sibi vindicabant, quod posterius ob *institutione* dependeret, archidiaconis negata. *cit. c.* 6. Vnde ius commune magis pro eis erat, qui ius *instituendi* habebant, quod etiam patronis ecclesiasticis competebat. Si hac de caussa abbas S. Augustini monasterii Cantuariensis sibi *ius custodiæ* asserebat contra archidiaconum in *h. c.* Non ergo *iure communi* sibi *ius custodiæ* arrogare poterat archidiaconus, sed vnice *privilegio vel consuetudine,* ceu constat ex c. 9. *de offic. ordin. in* 6. *Conf. concil. Londin.* de anno *MCCLXXIII.* apud *Harduin. tom. VII. concil p.* 627. *c.* 16. et *concil. Ravennat.* de anno *MCCLXVII. c.* 1. apud EVNDEM *tom. VI. p.* 1115. Vnde liquet, dispositionem redituum vacantium ecclesiarum ad ordinarios collatores pertinere: *nisi forte alii ius huiusmodi ex speciali privilegio vel consuetudine ab antiquo sibi valeant vindicare.*
52) *Fuerant,* C. H. *Fuerant,* cit. c.
53) *Nomine archidiaconi possideret, vtpote* etc. cit. c.
54) *Ergo,* C. H.
55) *Cum igitur hæc et alia multa vtrimque proposita fuerint coram nobis: visis instrumentis et attestationibus partium et allegationibus diligenter intellectis, de communi f. c. cons. abbatem* etc. cit. c.
56) *Dictio facta,* recte omittitur ibid.
57) Pro vocibus *parti vtrilibet,* ibidem legitur: *vtriuslibet.*
58) *Decrevimus,* C. B. 2. et cit. c.
59) Vox *perceptos,* desideratur in C. B. 1. H. et cit. c. sed in C. B. 2. est in margine.

CAP. LII.

Itineris arreptio habet vim appellationis, si serventur ea, quæ servari debent in appellatione. H. d. secundum vnum intellectum intrinsecum.

IDEM INNOC. III. *S. Augustini, et S. Gregorii prioribus* [*Cantuar.*] (*ann.* 1213. *Roma in Angliam.*)

II. Dilecti filii Io. et H. 60) prioris et monachorum Cantuariens. ecclesiæ nuntii 61) [*nobis humiliter*] retulerunt, quod, cum pro caussa, quæ inter dictos priorem et monachos, et [*ven. fr.*] Cantuarien. archiepiscopum super capella de Lamede 62) vertebatur, [*et*] ab ipsis [*priore et monachis*] ad sedem apostolicam 63) mitterentur, [*sicut eis propositum fuit,*] idem archiepiscopus post iter arreptum in eos excommunicationis sententiam promulgavit. Cum autem plus sit ad sedem apostolicam facto provocare, quam verbo, et ipsi propter dictam caussam ad Romanam ecclesiam venientibus intelligatur ad sedem apost. provocatum: [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, si est ita 64), dictos Io. et H. [*appell. postposita,*] denuncietis excommunicationis vinculo non teneri.

60) *I. et A.* c. 10. comp. cit. 3.
61) *Prior et monachi eccles. Cantuarien. nobis* etc. ibidem.
62) *Lamesse,* C. B. 1. *Lamec.* C. B. 2. *Lameeb.* L. *Lameeb.* H. *de Lamehe,* cit. c.
63) In cit. c. desiderantur verba: *ad sedem apostolicam.*
64) *Si verum est, quod asseritur,* ibid.

CAP. LIII.

Per clausulam, appellatione remota, inhibetur omnis appellatio, quæ a iure non indulgetur expresse. Hoc dicit, vsque ad §. *verum.*

IDEM *episcopo* f *Helin.* 65) (*ann.* 1213.)

Pastoralis officii diligentia g: [*et infra.*] quæsivisti *h*, [*etiam diligenter,*] vtrum, quando inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tantum [*appellatio*] inhibita videatur, [*vt ab omni gravamine liceat appellare, an omnis appellatio videatur exclusa, nisi tantum in casibus expressis a iure.*] Nos igitur attendentes, quod per appellationem frustratoriam, etiamsi 66) non fuisset inhibita, negotium non debeat 67) impediri, [*diligentiæ tuæ breviter*] respondemus, quod qualibet provocatio 68) intelligitur removeri, quæ a iure non indulgatur expresse: sed, si 69) appellanti fuerit gravatus iniuste, gravamen huiusmodi per superiorem poterit emendari.

Licet excommunicatus ab excommunicatione appellet: nihilominus denunciari potest, et beneficiis redditibus spoliari. Hoc dicit.

§. 1. Verum quia multotiens *i* 70) quid ad tempus per appellationem legitimam a iudicio sui, quoad 71) aliquem certum articulum, eximitur potestate: consuluisti nos 72), vtrum, si quis 73) ex-

65) *Helyen.* C. B. 1. et L. *Elyensi,* C. B. 2. *Elien.* ed. ant. et Cont. *Helien.* c. 11. comp. cit. 3.
66) *Etsi,* cit. c.
67) *Debebat,* C. B. 1.
68) *Appellatio,* C. H.
69) *Quod si,* ibid.
70) *Longe,* C. B. H. ed. ant. Gonz. et cit. c.
71) *Quoad ad,* cit. c.
72) *Tua fraternitatis nos duxit discretio consulendos,* ibid.
73) *Si clericus,* ibid.

a Bondunen. *al.* Rofenen. et Lundonien. *al.* Bundon. *al.* Londonen. b *Cap.* 9. *eod. tit. in* 1. *comp. Vid. Philip. Franc. in sue. quæstionib. in materia gentis quasi* 1 c Paterstam *Balæus* 410 *Camdenus* 170. *Matth. Paris. Westmonast., anno* 1154. *in vita episcopor. Cantuariens.*

a *Dictio, perceptos, deest in versione. exemplar. et in codic. Barb iuxta vocem fructus, in margine hæc. perceptos, qui percipi potuerunt. supr. de restitut. spol. c. gravis.* e *Cap.* 10. *eod. tit. in* 1. *comp.* f *al.* Elien. *al.* Helen. g *Supr. de off. et pot. iud. del. c. pastoralis. et cap.* 11. *eod. in* 3. *compil.* h *Vid. glossa in l.* 2. *C. de appell. et Anton. Butrig in c. vt debitus. infr. hoc tit.* i *Vid. quid per hunc §. determinat. Rom. consil.* 482. *in casu præmisso, in* 2. *dubio.*

com-

communicationis ſententia innodatus, ante denuntiationem ipſius ab eis, tanquam minus rationabiliter promulgata, in eo caſu, in quo ante ſententiam appellatio vires obtinuiſſet 74), curaueris pronunciare, eo, quod per appellationem interpoſitam excommunicantis videtur iuriſdictio dormitaſſe 75), ipſe denuntiare poſſit eundem, et ad tempus eccleſiaſticis beneficiis clericum 76) ſpoliare; [*cum per prouocationem taliter factam ſuo effectu excommunicatio non priuetur.*] Nos itaque [*inquiſitioni tuæ taliter*] reſpondemus 77), quod, cum exſequutionem excommunicatio ſecum trahat a, et excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur, ipſum excommunicatum denuntiare [*non immerito*] potes 78), vt ab aliis euitetur. Et illi [*nimirum*] prouentus eccleſiaſtici merito ſubtrahantur 79), cui eccleſiæ communio denegatur.

74) *Obtinuiſſe videtur*, ibid.
75) *Dormitaſſe*, C. H.
76) Vox *clericum*, non eſt in cit. c.
77) *Duximus reſpondendum*, cit. c.
78) *Poteſt*, C. R. 1. ed. ant. et c. cit. ſed C. R. 2. *pot.*
79) *Subtrahantur*, C. H. ed. ant. Cont. et cit. c.

CAP. LIV.

Si appellans ad ſuperiorem, comparet coram iudice inferiori ſuper contentionibus ipſam appellationem: ipſi appellationi renuntiare videtur. Si autem proteſtetur, quod propter hoc non intendit renuntiare appellationi; tanquam contraria allegans, non eſt audiendus: niſi notorium ſit, actum illum eſſe iniuſtum, ſuper cuius emendatione adiuit ſuperiorem. H. d. et eſt bonus caſus.

IDEM *epiſcopo Pariſienſ.* (*ann.* 1213. *Roma in Gall.*)

Sollicitudinem b paſtoralis officii [*prudenter exſequeris, cum ſuper dubitationibus iuris reſponſa ſedis apoſtolicæ poſtulas edoceri.*] Sane, cum, ſicut [*ex tua inſinuatione*] recepimus 80), duobus coram [*ſuo*] epiſcopo 81) litigantibus, alter eorum 82) ad ſedem apoſtolicam appellaſſet, epiſcopus [*interpoſitæ appellationi non deferens, ſed*] appellantem reputans contumacem, ipſum excommunicationis vinculo innodauit: qui coram metropolitano [*ſuo*] de epiſcopo ſibi petiit [*ſuper hoc*] iuſtitiam exhiberi, aſſerens, quod poſt appellationem legitime ad nos interpoſitam ipſum excommunicauerat, [*et excommunicatum fecerat publice nuntiari,*] et petens, ſe ad eum ſtatum, in 83) quo fuerat appellationis tempore, a metropolit. reduci, denuntiari videlicet abſolutum, adiiciens etiam, quod appellationi non renuntiabat ubiectæ, ſed proſequi 84) volebat c eandem. [*Vnde tua fr. requiſiuit a nobis, vtrum metropolitanus de huiuſmodi conqueſtione cognoſcere valeat: et, ſi reperit, illum legitime prouocaſſe, an eum denuntiare debeat abſolutum, et an, ſi epiſcopus coram archiepiſcopo appellauerit, ne is, qui excommunicatus fuerat, appellationi ſit huiuſmodi deferendum.*] Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod, ſicut metropolitanus de appell. ad nos interpoſita cognoſcere omnino non valet, ſic nec de his, qui poſt appellationem [*ipſam*] fuerant 85) innouata, dummodo d de aliis 86) cognoſci non poſſit, niſi de appellatione pariter cognoſcatur, vel de iis, quæ appellationis cauſſam contingere cognoſcuntur 87). In quo caſu ſi metropolitanus ad cognoſcendum partes ſuas interponere forte præſumeret, epiſcopus [*vtique*] poſſet ad appellationis beneficium conuolare. Nam ad officium eius, qui de appellatione cogniturus eſt, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipſam inuenerit attentata. Si vero notorium [*forſan*] exiſteret, quod mandatum epiſcopi indiſcretum fuerat vel iniuſtum, cui non tenebatur ſubditus obedire, ac per conſequentiam ei liqueat 88) euidenter, ſubditum legitime prouocaſſe: poteſt archiepiſcopus auctoritate metropolitana 89) declarare ſubditum irrationabiliter extitiſſe anathematis mucrone percuſſum. Cum autem excommunicatus, qui appellauerat, iuxta præſcriptam formam coram archiepiſcopo deponit contra epiſcopum quæſtionem, [*vt videlicet de iniuria ſibi ab epiſcopo irrogata cognoſcat;*] metropolitanus [*ipſe*] ad cognoſcendum de cauſſa poteſt interponere partes ſuas: cum ille appellationis proſequutioni renuntiare tacite videatur. Sed ſi verbo vel facto appellationem ſe velle proſequi proteſtetur 90) e, [*ſicut in propoſito caſu ſuperius eſt expreſſum:*] non eſt, tanquam aduerſa petens, et ſibi contrarius, audiendus.

80) *Accepimus*, C. H. 2.
81) *Coram ſuo iudice*, C. R. 1. *coram ſuo epiſcopo.* C. R. 2. et L.
82) Pron. *eorum*, abeſt a C. H.
83) Partic. *in*, non habetur in c. 12. comp. cit. 3.
84) *Perſequi*, C. H.
85) *Fuerint*, cit. c.
86) *Illis*, C. H. et cit. c.
87) *Dignoſcuntur*, C. R. H. ed. ant. Cont. et Pith. ſed c. cit. *dignoſcantur.*
88) *Liqueat*, cit. c.
89) *Metropolitica*, C. L. et cit. c. ſed H. *metropolitani.*
90) *Proteſtatur*, cit. c.

a *Excommunicatio trahit ſecum exſequutionem.* b *Cap.* 12 *eod. tit. in* 3. *comp. Felin. in cap. cum Ant. Ferrarienſ. ſupr. de conſtit. et DD. in l. non ſolum.* §. *morte ff. de nou. operis. nuntiat.* c *Vid. leg. ſi pluribus. ad Maced. et l.* 2. *C. de iure deliber.* d *et. dummodo de illis, etc.* e *proteſtetur.*

CAP. LV.

Per appellationem legitime interpoſitam, principale cum acceſſoriis ad iudicem appellationis defertur: et ſententiæ excommunicationis et interdicti poſt appellationem latæ non tenent.

IDEM *epiſcopo et canteri* 91) [*et M. archid.*] *Trecen.* 92) (*ann.* 1213)

Dilectis filiis 93) f decano Altiſſiodorenſi 94), ac magiſtro R. 95) [*can. ſ. n.*] Altiſſiodorenſis epiſcopi procuratore in noſtra præſentia conſtitutis, idem magiſter propoſuit [*coram nobis,*] quod, cum dictus epiſcopus [*R.*] presbyterum domus Dei 96), in qua [*prouiſionem et*] diſpenſationem 97) g plenariam obtinere dignoſcitur, detineri faceret vinculis mancipatum, pro eo, quod bona quædam eiuſdem domus 98), quæ furtiue ſubtraxerat, reſtituere detrectabat 99), propter quod etiam ab eodem epiſcopo fuerat excommunicationis vinculo innodatus, et ſupradictus decanus epiſcopum monuiſſet, vt ei reſtitueret, vel ſaltem recrederet 100) h presbyterum memoratum i, quem ad iuriſdictionem ſuam ſpectare firmiter aſſerebat, epiſcopus metuens, ne decanus aliquid in ſuum præiudicium attentaret, ſe ac ſuos 1), ſtatum 2) eccleſiæ, 2*) ac ciuitatis, protectioni metropolit. ſupponens, ad eius 3) audientiam appellauit, [*feſtum ſanctæ Mariæ Magdalenæ proximo præteritum terminum appellationi præfigens.*] Verum decanus poſt modicum tempus 4) [*canonicis Altiſſiodorens. conuocatis,*] interdictum huiuſmodi, [*eis contradicentibus,*] promulgauit, vt, epiſcopo in ciuitate præſente, a diuinis in Altiſſiodoren. eccleſia ceſſaretur. Poſtmodum vero cum die appellationi præfixo comparuiſſent partes coram officiali curiæ Senon. decanus allegans, quod appellationi ab epiſcopo interpoſitæ ideo non duxerat 5) deferendum, quoniam presbyter ſupradictus adhuc in vinculis tenebatur 6), quando 7) k ad nos vocem appellationis emiſit: officialis autem iudicauit irritum interdictum a decano poſt appellationem epiſcopi [*ad ſedem metropol. iam interpoſitam,*] promulgatum. [*et infra.*] [*His igitur et aliis, quæ vtrimque fuere propoſita coram nobis, intelleximus euidenter, quod, et epiſcopus prudenter et vtiliter prouidiſſet, et recrediſſet decano presbyterum ſæpe dictum, ad omnem prorſus ſcandali materiam amputandam.*] Quia vero 8) idem epiſcopus, [*ſicut præmiſſum eſt,*] diuerſos modos expreſſit, ſecundum quos decano paratus fuerit 9) ſuper captione presbyteri iuſtitiam 10) exhibere, ad metropolitanam ſedem appellans; decanus non potuit poſt hoc 11) ferre ſententiam interdicti: et ideo [*de communi ſ. n. conſ.*] ſententiam ipſam ab eo poſt appellationem legitime promulgatam 12), irritam decernimus 13) et inanem, non obſtante, quod decanus ad excuſationem ſuam quaſi variando propoſuit 14) [*coram nobis,*] quod, priuſquam epiſcopus 15)

91) *Epiſcopo Cant.* c. 13. comp. cit. 3.
92) *Trecen.* ed. ant.
93) *Dilecto filio*, cit. c.
94) *Altiſſiodorenſis eccleſiæ*, ibid.
95) *R.* ibid.
96) Ita vocatum fuiſſe xenodochium Altiſſiodorenſe, obſeruat ALTESERRA *ad h. c.*
97) *Diſpoſitionem*, C. R. H. ed. ant. et cit. c.
98) Vox *domus*, omittitur in cit. c.
99) *Detrectabat*, C. R. 1. *detractabat*, C. R. 2. et L.
100) C. R. 2. ed. ant. et Cont. legunt *redderet*, et L. *retraderet.* Verum ſeruanda eſt lectio communis: *recrederet*, quia decanus presbyterum in vinculis ab epiſcopo Altiſſiodorenſi detentum, quem ad ſuam iuriſdictionem pertinere, aſſerebat, repetebat, adeoque vrgebat, vt vel vinctum *reſtitueret*, quod plus erat, vel ad minimum *recrederet*, quod minus erat, vt oſtendit ALTESERRA *ad Innocentii III. decretal. h. t.* et deſignabat, per modum *prouiſionis*, lite pendente, cautionem de re reddenda præſtare, vt planius docet DV FRESNE *in gloſſar. hac voc.* Quocirca in *form. Bignon.* 6. apud BALVZ. in *capitular. tom. II p.* 499. *rewadiare*, coniungitur cum hac formula: *ſe in deitorius ſeruitium recredere*, quæ etiam repetitur apud BALVZ. *cit. l. p.* 825. *n.* 6.
1) *Ac ſua*, ed. ant.
2) *Et ſtatum*, C. L. in C. R. 1. copula *et*, addita nouiori manu, et in C. R. 2. partic. *quæ* adiecta.
2*) Metuebat enim epiſcopus, ne, prout in more poſitum habebant ad maiorem iam potentiam euecti plerique decani, *ſacrificium* in eccleſia cathedrali, præſente ipſo, iuſſeret decanus, prout olim Romani in *luctu publico* iuſtitium indicere ſolebant. Idem hic intendiſſe videtur, iubendo, vt canonici, præſente in ciuitate epiſcopo, in ſignum luctus eccleſiaſtici ob contumaciam epiſcopi putatiuam, in eccleſia ſilerent vel a ſacris, ianuis clauſis, ceſſarent: quia his ſacris in eccleſia cathedrali præerat decanus.
3) *Ad metropolitanæ ſedis.* etc. cit. c.
4) Dictio *tempus*, deſideratur in eod. c.
5) *Duxerat*, ed. Cont. et Pith.
6) *De tenebatur*, C. R. 1.
7) Part. *quando*, deſideratur in C. R. ed. ant. et cit. c.
8) *Tamen*, cit. c.
9) *Fuit*, C. R. H. ed. Cont. et c. cit.
10) *Iuſtitiæ plenitudinem*, cit. c.
11) *Poſt hæc*, C. R. et L.
12) *Interpoſitam promulgatam*, C. R. 1. ſed in C. R. 2. manus nouior ſuperſcripſit *ſupple interpoſitam.*
13) *Decernimus*, ed. ant.
14) *Propoſuerit*, C. R. 1.
15) Vox *epiſcopus*, deeſt in C. H.

f *Cap.* 13. *eod. tit. in* 3. *comp.* g *diſpoſitionem.* h *Redderet legebatur. ſed, recrederet. reſtitueret.* i *Vide leg. cum* ff. *ad mun. et l.* 1. §. *per hanc cum gloſ.* ff. *de rei vind.* k *Dictio, quando. deeſt in omn. antiqu. aut in quibuſdam legitur ita, adhuc in vinculis tenebatur ad nos voce, etc.*

appel-

appellasset, [*ipse*] sententiam tulerat, cuius [*tamen*] effectum ad tempus duxerat suspendendum; cum interim, appellatione interposita, procedere non debuerit 16) ad sententiam exequendam, officialis [*tamen*] processum, qui post appellationem [*ad sedem ap. interpositam*] huiusmodi sententiam interdicti irritam et inanem decreuit, [*et mandauit penitus non seruari,*] temerarium iudicantes: cum appellatione ad nos interposita 17) nihil debuerit innouari. Praeterea licet excommunicationis sententia in decanum 18) per episcopum promulgata, rite lata prima facie videretur 19); [*quoniam,*] cum per [*iam*] dictum officialem esset prohibitum 20), ne seruaretur in ecclesia interdictum, et [*idem*] decanus, ne celebraretur 21) in ecclesia prohibendo, diuinum videretur officium perturbare 22); quia tamen per appellationem ad nos interpositam ex parte decani, cui etiam officialis duxerat deferendum, apostolos concedendo, non solum principale negotium, sed accessoria etiam ad nostrum referebantur examen: eandem sententiam post appellationem huiusmodi promulgatam 23) decernimus 24) viribus caruisse. [*ac ipsum decanum ea non fuisse ligatum.*] Verum licet archiepiscopus [*quorundam consilio circumuentus*] post appellationem praedictam 25), de qua sibi per officialis [*sui*] litteras innotuerat, decanum denuntiauerit 26) euitandum: Senon. tamen 27) canonicos, qui saniori ducti consilio communicauerunt eidem, vt appellationi ad nos interpositae magis, quam denuntiationi ab archiepiscopo 28) factae deferrent, inculpabiles iudicamus 29).

16) *Debuit*, C. H. et ed. ant.
17) *Post appellationem ad nos interpositam*, C. L. *ad vos*, H.
18) Verba *in decanum*, absunt a cit. c.
19) *Videbatur*, ed. ant.
20) *Mandatum esset*, cit. c.
21) *Celebrarent*, ibid.
22) *Re vera turbatio sacrorum* inducta erat, sed impunita, quod ad conseruationem sacri imperii facta, episcopo prohibente, ne seruaretur interdictum: decano iubente in contrarium, ne in ecclesia cathedrali celebraretur diuinum officium.
23) *Sententiam utpote post app. ad nos legitime interpositam decernimus* etc. cit. c.
24) *Decreuimus*, C. H. et ed. ant.
25) *Ad nos emissam*, cit. c.
26) *Denuntiauerat*, ibid.
27) Partic. *tamen*, desideratur ibid.
28) *Ab episcopo*, ed. Cont. et Pith.
29) *Iudicauimus*, C. R. I.

CAP. LVI.

Postquam papa aliquam caussam ad se reuocat; non valet processus postea per inferiorem iudicem factus: sicut non valeret, si fuisset ab eo legitime appellatum. Hoc dicit, vt cuilibet lecturo satisfiat.

IDEM *Mediolanen. archiepiscopo.* (*ann.* 1212. *Romae in Insubr.*)

Vt nostrum a prodeat de vultu Dei iudicium, [*et oculi nostri videant aequitatem; via regia debemus incedere, nec ad sinistram omnino, neque ad dextram declinare, ita magnum iudicantes, vt paruum: quia non est personarum acceptio apud Deum.* etc. *Quia post interdictum nostrum eis praesumsisti tradere bullam; cum traditionem saltem debuisset differre, donec nostrum consuleres beneplacitum:*] iudicibus 30) dedimus in mandatis, vt, si 31) [*etiam*] post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotii ad nostrum iudicium reuocauimus, traditionem sigilli 32) dicto H. a te cognoscerent esse factam, eam decernerent irritam et inanem, inhibentes illi 33), ne quomodolibet eo vti praesumeret: cum plus sit, Romanum pontificem ad se aliquod reuocare 34) b negotium, quam quenquam 35) ad eum super aliquo negotio prouocare 36).

30) Loco huius dictionis in c. vn. comp. 3. vt eccles. benef. sine dem. conf. legimus: *del. f. L. archid. et O. Leuto, canonico Mediolan.*
31) *Quod, si*, edit. ant.
32) Docete. vn. X. *vt eccles. benef. sine dimin.* quod est pars huius c. contentionem fuisse inter pontificem et archiepiscopum Mediolanensem super collatione officii cancellarii, quod vltra annum vacauerat, adeoque pontifex ad se hanc reuocauerat caussam, qua non obstante reuocatione, archiepiscopus contulerat officium cancellarii dicto H. eique sigillum tradiderat, quam traditionem irritam fuisse in h. c. iudicabat pontifex.
33) Post vocem *reuocauimus*, cit. c. ita variat: *ad ipsum cognosceret esse attentatum, traditionem sigilli decernerent irritam et inanem, inhibentes H.* ne etc.
34) *Euocare*, C. R. H. et cit. c.
35) Pron. *quemquam*, in C. R. et ed. ant. deest.
36) *Appellare*, C. H. integra decretalis vid. infr. cit. vt eccl. benef. sine dim. conf.

CAP. LVII.

Si terminum appellationi prosequendae statutum ab homine altera pars praeuenit; hoc tacito litteras impetrando, litterae non valent: sed terminum infra vit etiam appellatus praeuenire potest, dummodo nimium non praecurrat. Et vbi ex dilatione imminet periculum: etiam neutra parte prosequente potest iudex ad quem supplere, partes compellendo ad prosequutionem.

IDEM *abbati sancti Felicis, et G. canonico Bononiensi.* (*ann.* 1212. *Romae in Flaminiam.*)

Oblatae c nobis vestrae 37) litterae continebant, quod, cum quidam iudices, quibus caussa, quae inter Sambr. 38) et Rinocor. 39) plebes vertebatur, [*absque appellationis remedio*] fuerat ab apostolica sede commissa, pro plebe Sambricensi 40) sententiam protulissent, et a procuratore plebis de Rinocor. ad nos fuerit sine termino appellatum, nec delatum appellationi fuisset, nec ad prosequutionem ipsius terminus a iudicibus 41) partibus assignatus: plebanus de Sambr. 42) super obseruatione praedictae sententiae, sicut rationabiliter lata erat, nostras ad vos litteras, et alia pars alias commissionis litteras a nobis super infirmande [*vel confirmanda*] eadem postmodum ad alios iudices impetrauit, nulla in posterioribus litteris de prioribus habita mentione. Vnde in dubitationem 43) reuocato, an posteriores iudices, vel vos de illa debeatis cognoscere, nos super hoc 44) consulere voluistis. [*et infra.*] Licet igitur appellanti legitime a sententia indulgeatur annus a lege, aut ex iusta caussa biennium ad appellationem interpositam prosequendam; quia tamen huiusmodi terminus potest restringi non solum a prouocante, verum etiam a iudice, a cuius sententia prouocatur; cum ideo, sit constitutus 45), non vt terminus ipse praeueniri non possit, sed ne valeat prorogari: credimus, distinguendum, in quo casu litterae 46) impetrantur 47). Et quidem quando 48) certus terminus ab appellante, vel a iudice 49) appellationi praefigitur prosequendae, si, eo tacito, appellatus litteras impetrauerit 50): huiusmodi 51) litterae tanquam tacita veritate subreptae, obtinere non debent aliquam firmitatem. Si vero non sit aliquis [*certus*] terminus a iudice vel ab appellante praefixus; pars appellata intra terminum constitutum a lege, dummodo nimium non praecurrat, vt appellantem in commissione impetranda supplantet, commissionis litteras poterit impetrare: quarum auctoritate in appell. caussa legitime procedatur, ita, quod, si appellans voluerit in caussa appellationis procedere, oportebit eum agere sub iudice sic obtento, nisi possit eum legitime recusare. Quod si agere noluerit [*appellans;*] appellatus d potest nihilominus prosequi caussam ipsam: maxime si sentiat, sibi ex dilatione imminere grauamen. Superior quoque iudex, si viderit, ex dilatione periculum imminere, potest et debet, neutro prosequente appellationem, occurrere, vt periculum euitetur, puta, si a sententia lata super confirmatione alicuius electi fuerit prouocatum, et vtraque pars velit etiam ad annum 52) prosequutionem appellationis 53) differre, potest vtique, imo debet, superior iudex, ad quem fuerat appellatum, terminum prouide moderari, ne gregi Dominico diu desit cura pastoris 54). Ex his igitur consult. vestrae noueritis esse responsum, quod 55) per posteriores non derogatur prioribus legitime impetratis, per quas ad confirmandam sententiam vel 56) infirmandam, praeuia potest ratione procedi.

37) *Vox vestra*, desideratur in c. 1. comp. 4. h. t.
38) *Sambrra.* C. R. 1. *Sambren.*, C. R. 2. *Zambri*, L. *Sambro*, c. cit.
39) *Rinocorn.* C. R. 1. *Rino cornach.* C. R. 2. *Rino cor.* L. *Rino cornicarie.* cit. c. per tot.
40) *Sambri*, C. R. 2. L. et cit. c. *Sambrica.* ed. ant. et Cont.
41) *Iudice*, C. R. 1.
42) *Sambri*, C. R. 1. et ed. ant. *de Sambro*, C. R. 2. L. ed. Cont. Pith. Gonz. et cit. c.
43) *In dubitatione*, C. R. 1. ed. ant. et Gonz.
44) *Per hoc*, ed. ant.
45) *Constitutum*, C. R. H. et Gonz. *Cum id sit constitutum*, cit. c.
46) *Huiusmodi litterae*, C. R. 1. sed in cit. c. neutra vox legitur.
47) *Impetrentur*, C. R. H. et cit. c.
48) *Equidem cum*, C. R. 2.
49) *Vel iudice*, C. R. et cit. c.
50) *Impetrauit*, C. R. et ed. ant.
51) Pron. *huiusmodi*, deest in C. H.
52) *Vsque ad annum*, C. R. 1.
53) *Appellationem*, C. R. 2.
54) *Pastoralis*, C. H. et cit. c.
55) *Quia*, C. R. 1. H. L. et cit. c.
56) *Vel etiam*, C. H.

CAP. LVIII.

Altera parte contumaciter absente, potest iudex appell. etiam principale negotium definire, si post litem contestatam fuerit appellatum.

IDEM. (*ann.* 1212. *Romae.*)

Per tuas e [*nobis*] litteras requisisti, vtrum, si [*sub alicuius examine*] post latam sententiam, vel saltem post depositiones testium publicatas [*et lectas,*] fuerit ad sed. apost. appellatum, hi, qui super hoc delegantur 57) a nobis, si altera partium eorum se noluerit 58) conspectibus 59) praesentare, caussam sibi delegatam f iudiciali possint 60) calculo terminare. Nos igitur consult. t. taliter respondemus, quod, cum 61) lis super eodem negotio coram primis iudicibus sit legitime contestata, poterunt g iudices delegati, eo, qui conuenitur, se per contumaciam absentante, cum eis 62) de meritis caussae liquebit, commissum sibi negotium definire.

57) *Hi, quibus super hoc delegatur*, etc. ed. ant.
58) *Voluerit*, c. 2 comp. 4. cit.
59) *Aspectui*, C. H.
60) *Possunt*, C. R. 1. H. et cit. c.
61) Part. *cum*, abest a C. H.
62) Pron. *eis*, deest ibidem.

---

a *Ex 3 compilat. c. vn. tit. vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. caput nostrum infr. vt ecclesiast. benef. sine dim. conf. vbi quae hic desunt, reperies. vid. archid. in c. multum studeo 3. q. 6* b al. *euocare.* c C. 1. eod. tit. in 4. comp. *Et quia varii sunt huius decret. articuli: variis locis sunt videnda. Dec. Feder. de Senis consil. 28. incipit, gou.lus quaestionis. Felinus in c. ex tenore, supr. de rescr. Rom. cons. 481 in 5 dubitatur. Calder. consil. 14. tit. de rescr. vbi quaerunt, an de litteris nulla fieri mentio debeat.*

d *Ita legendum: agere noluerit appellatus, etc. vbi intelligitur appellans.* e *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. vide Matth. singul. 60. in cap. nota, quod in caussa.* f delatam. g potuerunt.

CAP. LIX.

Notabile et famosum cap. habens multa noua dicta vtrumque ius limitantia. et h. d. in summa, inhærendo simpliciter verbia litteræ. *Appellans ante sententiam tenetur exprimere caussam rationabilem coram ipso iudice a quo: nec admittitur exceptio, quod prius miserat nuntium ad sedem apost. vel quod litteras impetrauerat, quæ nondum sunt iudici præsentatæ.*

IDEM *in concilio generali.* a *(ann. 1216. Romæ.)*

Vt debitus *b* honor deferatur iudicibus, et litigatoribus consulatur super laboribus et expensis: statuimus, vt, si quis coram idoneo iudice conuenerit aduersarium, ille ante sententiam 63) ad superiorem iudicem absque rationabili caussa non prouocet, sed coram illo suam iustitiam prosequatur, non obstante, si dicat, quod ad superiorem iudicem nuntium destinauerit 64), aut litteras 65) impetrauerit ab eodem, priusquam delegato 66) fuerint assignatæ. Cum autem ex rationabili caussa putauerit appellandum; coram eodem iudice caussa probabili appellationis exposita, tali videlicet, quæ, si 67) foret probata, deberet legitima reputari: superior de appellatione cognoscat. Et si minus rationabiliter eum appellasse constiterit; illum 68) ad inferiorem 69) remittat, et in expensis alteri parti 70) *c* condemnet: alioquin ipse procedet 71), saluis constitutionibus de maioribus caussis ad sedem apostolicam referendis.

63) *Definitiuam: ab interlocutoria* hoc iure quidem appellare permissum est, non aliter tamen ex hac noua constitutione, quam si grauamina appellationis coram iudice, a quo prouocatum, exposuerit appellans, vt lue decernere possit, vtrum appellationem admittere, an grauamen per interloqutionem illatum corrigere malit, quod ipsi integrum est. *l.* 14. *D. de re iudic. c. seqq. X. h. t.* Diuersa est ratio sententiæ *definitiuæ*, vel vim *definitiuæ habentis*, quam reuocare aut mutare nequit, ideoque nec grauamina iudici inferiori indicanda sunt, excepto caso in *c.* 61. *X. h. t.* relato.
64) *Destinauerat*, c. 3. comp. cit. 4.
65) *Alias litteras*, C. R. 1.
66) *Delegato iudici*, C. H.
67) *Quod si*, a. cit.
68) *Illum*, ibid.
69) In C. R. 1. additur: *iudicem*.
70) *Parti*, in C. R. 1. deest, et tanquam glossa voci *alteri*, superscriptum est: *scil. parti.*
71) *Procedat*, C. H.

CAP. LX.

Si iudex, a quo est appellatum a grauamine, illud reuocat: potest, in principali caussa procedere.

IDEM *in eodem.* d

Cum, cessante caussa *e*, cesset effectus; statuimus, vt, siue iudex ordinarius, siue delegatus aliquid comminando vel interloquendo protulit, quo exsequutioni mandato, alter litigantium grauaretur, et sano vsus consilio ab huiusmodi interloqutionis vel comminationis effectu destiterit, libere in caussæ cognitione procedat, non obstante, si a tali comminatione 72) vel interloqutione fuerit appellatum; dummodo non sit ex alia caussa legitima suspectus: ne processus negotii friuolis occasionibus retardetur.

72) *Grauamine*, C. H.

CAP. LXI.

Volens iudicem recusare, debet coram eodem suspicionis caussam proponere, et eam coram arbitris communiter eligendis probare; qua non probata, sua iurisdictione iudex vtitur in principali: ea vero probata, remittit negotium ad superiorem, vel caussam committit de recusatoris consensu.

IDEM *in eodem.* f *(ann. 1216.)*

Cum *g* speciali sit prohibitione prouisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi 73) competenti commonitione 74) præmissa, promulgare præsumat; volentes etiam prouidere, ne forte commonitus frustratoriæ recusationis vel appellationis obtentu 75) monentis possit declinare examen, statuimus, vt, si allegauerit, se iudicem 76) habere suspectum, coram eodem caussam iustæ suspicionis assignet *h*, et ipse cum aduersario, vel, si forte aduersarium non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat: aut, si communiter conuenire non possint 77), absque malitia ipse vnum, et ille alium eligat *i*, qui de suspicionis caussa cognoscant. Et si nequiuerint in vnam concordare sententiam; aduocent tertium; vt quod duo ex ipsis decreuerint, robur obtineat firmitatis: sciantque, se ad id fideliter exsequendum ex iniuncto a nobis in virtute obedientiæ sub obtestatione 79) diuini iudicii districto præcepto teneri. Caussa vero suspicionis legitima coram ipsis intra competentem terminum non probata, sua 80) iurisdictione iudex vtatur. At ipsa probata legitime, de recusatoris assensu personæ idoneæ committat negotium recusatus, vel ad superiorem transmittat, vt in eo ipso 81) procedat, secundum quod fuerit procedendum.

73) *Non*, c. 5. comp. 4. cit.
74) *Admonitione*, C. R. 2. *monitione*, ed. ant.
75) *Obtectu*, cit. c.
76) *Ordinarium* videlicet, de quo pontifex hic primario agit; et ita quoque verba vltima huius primi versiculi, *quod iudex recusatus de recusatoris assensu personæ idoneæ possit negotium committere*, de eo sunt accipienda, *c.* 4. *X. de foro compet.* quia delegatus, probata recusationis caussa, iudex esse statim desiit, vt recte obseruat ALTESERRA *ad h. c.* in *Comm. ad Innocent. III. Decretal.* Iudices delegati enim vtplurimum dantur sub clausula: *si non omnes*, quo facto non recusatus de collegæ recusatione cognoscere potest. *c.* 21. *X. de offic. et pot. iudic. delegati.*
77) *Non possi*, ed. Cont. et Pith.

In notoriis non admittitur appellatio; in dubiis caussa probabilis coram iudice est exprimenda, quæ debeat legitima reputari: quam si non prosequitur, iudex a quo in caussa procedat. Idem si prosequitur, et non probat. Hæc autem constitutio non extenditur ad regulares. H. d.

Porro commonito ad appell. obstaculum conuolante, si eius excessus euidentia rei, vel ipsius confessione, aut alio modo legitimo fuerit manifestus *k*, cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ institutum: non est prouocationi huiusmodi deferendum. Excessu quoque dubio existente, ne friuolæ appellationis diffugio appellans iudicis processum impediat, coram eodem 82) probabilem caussam appellationis exponat, talem videlicet, quæ, si foret probata, deberet 83) legitima reputari: et tunc, si habuerit aduersarium, intra terminum, secundum locorum distantiam, et temporis qualitatem, et naturam negotii, ab eodem iudice moderandum, appellationis caussam prosequatur. Quam si prosequi non curauerit: extunc ipse iudex, appellatione non obstante, procedat. Nullo autem aduersario comparente, cum 84) iudex ex suo 85) *l* procedat 86) officio, appell. caussa coram superiore probata, superior suæ iurisdictionis officium exsequatur. Sed si appellans in eius probatione defecerit: ad eum, a quo ipsum malitiose appellasse constiterit, remittatur. Ceterum has duas constitutiones *m* præmissas nolumus ad regulares extendi, contra *n* suas speciales obseruantias 87).

79) *Obtestatione*, C. R.
80) *Sua*, in cit. c. non habetur.
81) *In eo ipse*, C. R. et edit. Gonz.
82) *Coram eodem iudice*, C. R. 2. *coram eo*, ed. Pith.
83) *Debeat*, cit. c.
84) *Tunc*, ed. ant. Cont. Pith. et c. cit.
85) Vox *suo*, desideratur, in ed. Pith.
86) *Procedat*, ed. Cont. et Pith.
87) Quod a correctione abbatis appellatio non sit permissa, *c.* 3. *c.* 26. *X. h. t.* et sic nec eius recusatio.

CAP. LXII.

Si iudex confessionem aduocati eadem die reuocatam pro litis contestatione velit habere, vel processum a subdelegato subdelegati factum ratificat: licite appellatur.

HONORIVS III. *decano, cancellario et cantori Lincolnien.* 88) *(ann. 1214. Romæ in Angliam.* Conf. c. 1. comp. 5. h. t.*)*

Cum caussam *o*, quæ inter [*dilectos filios*] abbatem et fratres de Valle sancti Ioannis [*de Croston. Præmonstratensis ordinis,*] ex parte vna, et priorem et canonicos 89) de Nouo loco [*Ebor. diœcesis*] ex altera, super ecclesia de Holiseth 90) *p* vertitur, [*vtriusque partis procuratoribus apud sedem apostolicam constitutis, d. f. n.*] R. sancti Angeli diacono 91) cardinali commisimus audiendam: [*P. et B. procuratores prædictorum abbatis et fratrum in ipsius præsentia constituti, petebant instanter, vt processum approbantes de Hickenalle et Bellalandæ abbatum et prioris de Molton. quibus a bon. m. I. papa p. n. eadem caussa fuerat delegata, caussam ipsam, quæ tanto tempore iam durauerat, dignaremur sententialiter terminare. W. vero*] procurator prædictorum prioris et canonicorum proposuit [*ex aduerso,*] quod [*coram prædictis iudicibus lis non fuerat contestata, sed perperam processerant ex abrupto. Nam*] cum [*die statuta idem*] coram subdelegatis iudicum 92) delegatorum 93) [*comparens*] inducias ad proponendum exceptiones dilatorias petiisset; quia 94) aduocatus ipsius ductus errore respondit, quod ecclesia de Nouo loco ecclesiam [*ipsam,*] de qua erat quæstio, per annos et amplius pacifice possederat 95) [*et quiete,*] licet ipsa eadem die aduocati erro-

88) *Lincoln.* c. 1. comp. 5. h. t. rectius habet.
89) *Conuentus*, C. H.
90) *Olisin*, C. R. 1. sed C. R. 2. *Bolyse*; L. *Holise*, cit. c. *Hecbenale*, Rectius *de Rienalle*, notante CIRONIO.
91) *Diacono*, C. H.
92) *Iudicibus*, C. R. 2. et cit. c.
93) *Eorundem*, cit. c.
94) *Quod*, est ibidem.
95) Creditum ergo fuit communi errore, opposita exceptione peremtoria, litis contestationem factam fuisse. Etenim reus nolebat litem contestari, sed exceptiones dilatorias opponere, eumque in finem procurator eius inducias petierat, aduocatus vero eiusdem nimia festinanter exceptionem *præscriptionis* obiecerat vltori: vnde colligebant iudices delegati, litis contestationem ita fuisse factam. Sustulit hunc antiquum errorem BONIFACIVS VIII. in *c.* 2. *de lit. contest.* in 6. et merito sustulit: quia, qui excipit peremtorie, non intendit litem contestari, sed eandem mox amputare.

a *Scilicet Inno. III. in conc. gener. Later. c.* 35. b *C.* 3. *eod. tit. in* 4. *comp. Hanc decr. explicat Paulus de Lazaratis, et Philip. de Perusio. Trid. conc. sess.* 13. *de reform. c.* 1. c *vide l. tutores. §. tutor. et ibi Barb. ff. de admin. tut.* d *c.* 36. e *C.* 4. *eod. tit. in* 4. *comp. vid. l. adigere.* §. *quamuis. ff. de iure patron. et l. quod dictum. ff. de pactis.* f *Scilicet conc. Later. c.* 48. g *C.* 5 *eod. tit. in* 4. *compil.* h *Iure ciuili non est necesse probare caussam, l. cum specialt. l. apertissimi. C. de iud.* i eligant.

k *Confessionem solam inducere notorium, vide in l. cum fideicommissum. ff. de fideicomm.* l Ex officio suo procedit, appellationis caussa. m *Vet. Cod.* hanc et illam, *cap.* 48 *infr. de sentent. excommunic.* n Contra suas obseruationes speciales. o *De materia huius decret. quatenus iudicat errorem aduocati nocere clienti, vid. Barb. conf.* 6. *vol.* 1. *et Ias. in l. error, C. de iur. et fact. ignor.* p Olisene, Holsatuels.

rem corrigens, ipsius responsionem, quæ suæ petitioni contradicere videbatur, ne per eam aliquod sibi posset præiudicium generare 96) a, pro eo, quod ante litis contestationem suas exceptiones dilatoriæ proponendæ, coram eisdem iudicibus reuocauit 97). Iudices tamen per huiusmodi responsionem erroneam aduocati, litem contestatam fore credentes, non solum ad receptionem [*et examinationem*] testium partis alterius [*tenere*] processerunt: [*sed etiam grauamini grauamen addentes, cum examinationem quorundam testium priori de Vellebeo et suo coniudici delegassent, qui vices suas subdelegarunt aliis contra canonicas sanctiones, receptionem et examinationem testium ab ipsis de facto, cum de iure nequiuerint, factam minus prouide approbarunt. Propter quæ grauamina ex parte præfatorum prioris et canonicorum ad sed. apostol. fuit appellatum. Vnde idem procurator cum instantia postulabat, vt memoratum iudicum processum decerneremus irritum et inanem. Quia vero super præmissis nobis potuit fieri plena fides: discr. v. cum insque partis procuratorum assensu*] mandamus, quatenus 98), si dicti prior et canonici [*de Nouo loco intra tres menses post susceptionem præsentium*] legitime probauerint [*coram vobis,*] quod per [*præfatum W.*] procuratorem ipsorum eadem b die aduocati responsio exstiterit 99) reuocata, quia sic per consequens lis contestata non fuit 100), [*cum etiam procuratores alterius partis recognouerint, litem non aliter, quam per dicti aduocati responsionem, præscriptionem temporis allegantis, contestatam fuisse,*] vel quod [*primi*] delegati, [*videlicet abbas de Riuallis et eius collegæ*] testes receptos a subdelegatis subdelegatorum suorum 1), [*sicut ab altera parte proponitur,*] approbauerint, cum [*secundum canonicas et legitimas sanctiones*] non nisi delegatus a principe caussam alii 2) valeat delegare, quicquid ab ipsis post appell. eorum 2*) factum est, dummodo hæc in appellatione ipsa expressa fuerint, nuntietis 3) irritum et inane.

96) *Generari*, C. H. et cit. c.
97) *Reuocauerit*, C. H. sed *reuocarat*, cit. c.
98) *Quod*, cit. c.
99) *Exstitit*, C. H. et cit. c.
100) Quod errorem aduocati eodem die reuocauerit procurator rei, et sic per exceptionem *præscriptionis* obiectam litis contestationem haud factam fuisse pontifex censuit, quæ pro facta accepta fuisset, nisi *reuocatio* accessisset. Atque hic error plurimis adhuc in iudiciis præualet.
1) *Iudicum*, cit. c. loco vocis *suorum*.
2) *Alter*, ibid. 2*) *Prædictam*, ibid.
3) *Denuntietis*, C. R. 2. et cit. c.

CAP. LXIII.

Non sufficit appellanti docere, quod exceptionem legitimam et veram opposuit et appellauit: nisi doceat propter exceptionem non admissam appellasse. H. d. et est casus not. et quotidianus.

IDEM *decano et 4) thesaurario et P. S. 5) Petri canonico Zamoren.* (*ann. 1224. Roma in Hispaniam.* Conf. c. 2. comp. 5. h. t.)

Dilecto filio G. capellano nostro, D. presbytero et L. [*episcopi et G.*] capituli Salamontini 6) procuratori 7) a nobis auditore concesso, procurator capituli [*pro se et procuratore ipsius episcopi*] proposuit coram eo, quod, cum dictus presbyter super receptione sua in Salamantina 8) ecclesia exsequutorias a nobis ad archid. ciuitaten. 9) collegas eius litteras impetrasset, [*partibus*] coram eis [*exsequutoribus constitutis,*] fuit ex parte 10) [*ipsorum episcopi et*] capituli allegatum, quod, cum in ipsa sit ecclesia certus numerus canonicorum iuramento firmatus, de quo in litteris ad eos directis mentio non fiebat; per eas non debebant contra ipsos 11) procedere: et, ne aliter facerent, fuit ad nostram audientiam, [*assignatis quibusdam aliis caussis legitimis,*] appellatum. [*Sed ipsi exsequutores, huiusmodi appellatione contemta, excommunicationis sententiam in episcopum et capitulum protulerunt. Quare petebat procurator prædictus, sententiam ipsam irritam nuntiari, et dictum presbyterum super hoc ab eorundem episcopi et capituli vexatione compesci. et infra.*] Quoniam igitur, etsi per confessionem [*ipsius*] presbyteri factam coram auditore prædicto constiterit 12) Salamantinam ecclesiam habere certum numerum canonicorum iuramento firmatum, et huiusmodi exceptionem coram exsequutoribus 13) [*supra dictis*] fuisse propositam, et [*etiam*] quod appellatum exstiterit 14) ab eisdem; quia tamen non constitit 15), quod propter exceptionem huiusmodi non admissam, aliamue legitimam [*caussam*] fuerit appellatum: [*discr. v.*] mandamus, quatenus, si vobis constiterit, præfatam exceptionem huiusmodi 16) de certo canonicorum numero, iuramento firmato, vel alias legitimas exceptiones fuisse propositas coram ipsis exsequutoribus, nec admissas, ac 17) ideo partem [*episcopi et*] capituli appellasse, ipsorum exsequutorum processum denuntietis irritum et inanem.

4) Copula *et*, omittitur in c. 2. comp. 5. cit.
5) Siglum *S* ibid. non habetur.
6) *Salmatini*, C. H. sed c. cit. *Salmant.* per ton.
7) *Procuratoribus*, cit. c.
8) *Salmantina*, ibid.
9) *Ciuitatis*, C. R. 1.
10) *A parte*, C. H.
11) *Deberent contra eos*, ibid.
12) *Constitit*, ut in cit. c.
13) *Ipsis exsequutoribus*, C. R. 1. *auditoribus*, H.
14) *Exstitit*, C. R. H. et cit. c.
15) Neque enim reiecta erat ab exsequutoribus data exceptio nullitatis rescripti: sed, ne secundum illud ad exsequutionem procederetur, mox appellatum fuerat. Præterea vero illi, contemta appellatione, qua facta nihil innouandum, excommunicationis sententiam in episcopum et capitulum publicauerant præpostere.
16) Dictio *huiusmodi*, a C. R. H. et c. cit. abest.
17) Partic. *ac*, in cit. c. desideratur.

CAP. LXIV.

Appellans, qui terminum appell. præfigit, si mittit procuratorem ad impetrandum et contradicendum tantum, et appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, aduersario legitime prosequenti, condemnatur in expensis. H. d. secundum communem intellectum, licet glossa aliud senserit.

IDEM *sancti Andreæ [et Dinichesd.] archidiac. et magistro I. 18) canonico de Melten. 19) c* (*ann. 1214. Roma in Scotiam.* C. 3. comp. cit.)

Nicolao militi ac fratri E. monacho d monasterii sanctæ Mariæ [*de Drandann. Cisterciensis ordinis diœcesis Candidæ casæ apud sedem ap. constitutis, dil. fil. n. S.*] sancti Hadriani 20) diac. cardinal. concessimus auditorem. In cuius præsentia cum dictus monachus non nisi ad impetrandum et contradicendum procurator fuerit institutus 21): [*sicut ex litteris dictorum abbatis et conuentus constitit euidenter,*] supplicauit humiliter idem miles, vt contra ipsos tanquam e contumaces procedere deberemus, [*ac dare aliquibus in mandatis, qui eosdem pro eo, quod ad prosequendam appellationem emissam procuratorem minus idoneum destinarunt, ipso eandem personaliter prosequente, in resarciendis sibi damnis et expensis legitime condemnantes, eo prius, sicut iustum fuerit, restituto, audirent super his, quæ contra prædictos abbatem et conuentum præfatus miles rationabiliter duxerit proponenda. Quia vero super præmissis nobis non potuit fieri plena fides: de assensu militis et monachorum prædictorum, discr. v.*] mandamus, quatenus, si vobis constiterit, dictos 22) abbatem et conuentum appellationi suæ terminum præfixisse f, cum ad prosequendam 23) eandem, sufficientem procuratorem non miserint, memorato milite ipsam personaliter prosequente, ipsos ad restituendas expensas, a tempore appellationis factas, eidem militi condemnetis 24), [*eodemque, sicut iustum fuerit, primitus restituto, audiatis caussam, et app. rem. fine debito terminetis.*]

18) *Magistro Io.* C. R. 1. et L. *Ioanni*, c. 3 comp. cit. 5.
19) Varia hic est lectio. *Nam Nortido.* C. R. 1. sed C. R. 2. *Michaldea*, et L. *Rellsbeidaw*, H. *Mitread.* et cit. c. *Dinechesd.* quæ verior.
20) *S. Sancti Adriani*, C. R. et ed. ant. sed H. habet: *G. sancti.*
21) *Constitutus*, cit. c.
22) *Prædictos*, C. R. 1.
23) *Prosequendum*, C. L.
24) *Condemnantes*, cit. c.

CAP. LXV.

Ab eadem sententia ab eodem tertio appellare non licet.

IDEM *episc. Mantin. 25) et 26) P. canonico Tuscan. 27)* (*ann. 1214. Roma in Flaminiam.* C. 4. comp. cit. 5.)

Sua nobis g Reinerius tutor filiorum quondam B. ciuis Tuscan. h petitione monstrauit, quod, cum inter ipsum ex vna parte, et F. pro se, ac Petrum [*Campanellam*] tutorem quondam filii B. 28) ex altera, super quadam summa pecuniæ [*et rebus aliis*] coram [*R. tunc*] iudice [*comitatus*] Tuscan. [*non ex delegatione apostolica*] quæstio verteretur: idem diffinitiuam pro eodem R. 29) sententiam promulgauit, quæ bis fuit per iudices delegatos a sede ap. 30) i confirmata. [*Et licet Petrus Picheta canonicus Tuscanen. cui exsequutionem sententiæ ipsius dicimur commisisse, ipsum in possessionem quarundam domorum et aliorum rerum legitime induxisset.*] sed 31) pars altera, quæ [*ab aliorum delegatorum cognitione*] semel et iterum appellauerat, tertio vocem appellationis ad nos emittens 32) [*contra legitimas sanctiones, dilecto f.*] P. 33) [*Seuerini canonico Tuscan.*] et eius collegæ 34) cognitionem ipsius sententiæ a nobis obtinuit delegari: [*illi, prout erant contra eum plus debito animosi, a possessione prædicta contra iustitiam eiecerunt eundem.*] Cumque [*dil. f. n.*] R. sanctæ Mariæ in Gosmed. 35) diac. card. super appell. tertio ad nos emissa, vtrique parti a nobis datus auditor, interloquutus fuerit, illos non potuisse de iure tertio appellare: nos prædicto P. [*Seuerini*] et eius collegæ 36) [*nostris*] dedimus [*litteris*] in mandatis, vt in negotio ipso nequaquam procedere attentarent.

25) *Martin.* C. R. 1. L. et c. 4. comp. cit. 5. sed C. R. 2. *Martura.*
26) Loco partic. *et*, in c. cit. est: *N.*
27) *Tusculan.* C. R.
28) Loco verborum *quondam filii B.* in c. cit. legimus: *V. consortes.*
29) *Post*, litteram *R.* in ed. ant. repetitur vocabul. *Tuscan.*
30) verba *a sede apost.* desiderantur in ed. Pith.
31) *Quia*, cit. c. pro partic. *sed.*
32) Prouocatur hic ad *legitimas sanctiones*: quia secundum *l. vn. C. ne liceat in vna ead. causs. tert. appell* tertia appellatio prohibita est, ob tres conformes sententias, quæ vim rei iudicatæ sortiuntur.
33) *Petro*, C. R. 1. L. et cit. c.
34) *Collegis*, C. R. 1.
35) *Cosmedin*, C. R. 1. *Cosmedin*, C. R. 2. *Consbutin.* L. in *Cosmed.* ed. ant. *Cosmedin.* cit. c.
36) *Collegis*, C. R. 1. et H.

a *Al. generari. vide l. 2. cum l. fin. C. de error. aduoc.* b eodem die.

c *Alii Melden.* d *Al. ita: ac fratri G. monacho monasterii S. Mariæ.* sancti Adriani. e *Al.* tanquam contra. f *Appellans appellationi suæ potest terminum statuere.* g *Vide Domin. dist. 20. in summ.* h Tusculan. i *Vide l. 1. cum not. C. de adminis. tutor.*

CAP. LXVI.

Appellatio, omisso medio iudice, interposita, caussam non deuoluit exceptione opposita. Hoc dicit, secundum communem intellectum.

IDEM *magistro G. archidiac. et offic. Lemon.* 37) [*et archipresbytero de Nontron. Lemouic. diœcesis.*] (*ann.* 1224. *Romæ in Gall.* Conf. c. 5. comp. cit. 5.)

III. Dilecti filii prior et conuentus de Lacu Rubeo 38) *a*, transmissa nobis petitione, monstrarunt, [*quod, cum inter ipsos ex parte vna, et f. de Hambaro, militem Claromont. diœc. ex altera, super quodam nemore et aliis rebus coram magistro A. canonico Claromont. non ex delegatione ap. quæstio verteretur, idem miles ad ven. f. n. Bituricen. arch. frustratorie vocem appellationis emittens, caussam super his officiali Bitur. obtinuit delegari. Coram quo*] ex parte dictorum prioris et conuentus fuit excipiendo propositum, quod, cum, omisso diœcesano episcopo, fuisset ad [*eumdem*] archiepiscopum appellatum, ad quem gradatim fuerat appellandum, in caussa ipsa de iure procedere non [*poterat, nec*] debebat. Sed quia [*dictus*] officialis archiepiscopi 39) huiusmodi [*coram*] exceptionem 40) admittere denegabat: ipsi ad nostram audientiam appellarunt. [*At ille, ipsorum appellatione contempta, suspensionis et interdicti tulit sententias in eosdem.*] Quocirca [*discr. v.*] mandamus, quatenus, [*si dictas*] sententias 41) post huiusmodi appell. [*inueneritis esse*] latas in *b* eos 42), denuntietis 43) [*eas*] penitus non tenere.

37) *Officiali Lemouicen.* C. R. 1. et c. 5. comp. cit 5. sed C. R. 2. et L. *officiali Lemouicen*, et H. *Lemouicen. Lemouicensi*, rectius.
38) *Rubro*, c. ait.
39) Vocabulum *archiepiscopi*, desideratur ibid.
40) *Exceptiones*, C. R. 1.
41) *Huiusmodi sententias*, ibid.
42) Verba *in eos*, desiderantur in C. R. 2. et cit. c. sed C. R. 2. et L. habent: *in eosdem*.
43) *Nuntietis*, C. L.

CAP. LXVII.

Si is, qui desiit esse tutor, nomine pupilli conuenitur inuitus: poterit appellare.

GREGORIVS IX. *magistro scholarium H. et G. de Rupe. canonicis* (44 *sancti Audoniani* 45) *c Morinen. diœcesis.* (*ann.* 1232.)

II. Ex parte M. dominæ *d* de Colub. 46) *e* nobis fuit oblata querela, quod, cum nobilis mulier domina de Bellebrun. 47) *f* super quibusdam terris, ipsam nomine filiorum suorum coram iudicibus auctoritate nostra 48) traxisset in caussam, eadem in iudicum ipsorum excipi fecit præsentia, quod, cum res 49), de quibus in iudicio agebatur, et prædicti filii eius, sub potestate 50) et tutele ipsius minime permanerent, cum iam ad secunda vota transisset *g*, super his ei non tenebatur ipsorum nomine, quorum tutrix esse desierat, respondere. Sed quia dicti iudices, hac exceptione neglecta, nihilominus ad hoc compellebant eandem: ipsa sentiens se grauari, nostram 51) audientiam appellauit. Ideoque mandamus, quatenus, si ita est, reuocato in irritum, quicquid post appell. huiusmodi 52) inueneritis attentatum, audiatis hincinde proposita, etc.

44) *Canonico*, C. R.
45) *Audomari*, C. R. 2. *Audoniani*, L. sed ipsa Inscriptio in H. ita sonat: *Magistro scholarum de Rup. et G. canonicis Audomari Morinen. diœcesis.* Denique *Antemaus*, est in ed. ant. *Audonians*, in ed. Cont.
46) Ed. ant. *de Colub.*
47) *Labron.* C. R. 1. sed C. R. 2. et H. *Lebron.*
48) Et tamen caussa mere secularis erat inter seculares personas, quæ ad forum ecclesiasticum trahi non poterat. Quia tamen exceptio *fori incompetentis* a rea non erat obiecta, et sic tacite prorogata iurisdictio, imo per appellationem ad pontificem interpositam firmata: ideo eius ratio non fuerat habita. Tales recursus ad iudicia ecclesiastica ex variis prætextibus olim frequentes erant, vt sæpe iam monitum. Vid. c. 10. X. de *for. compet.*
49) Dictio *res*, abest a C. H.
50) *In potestate*, C. R. 1.
51) *Ad nostram*, ibidem.
52) *Huiusmodi*, non legitur in ed. ant.

CAP. LXVIII.

Si iudex de iure dubitans vult consulere superiorem; debet consultationis copiam partibus edere: alias eius verbis consultationis fides non adhibetur.

IDEM *magistro et fratribus domus Morinen.* 53) (*ann.* 1227.)

Intimasti *h*: [*et infra.*] Præterea hospitalariis ignorantibus, et non facta eis copia de inquisitionis processu, ad nos relationem transmisisse noscuntur: cum iuxta legitimas sanctiones, quoties relaturum se iudex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur.

53) C. L. legit: *domus Morineti*, H. *domus Montia*, edit. antiqu. *domus Morenf.* Pithoei et Gunz. *Morteuf.* Forsan legendum: *Margatensis*, quod est castrum Phœnicum non procul a mari, ad quod sedem suam transtulerunt circa hoc tempus Hospitelarii. Vid. NABERAT *sommaire des priuileges de l' ordre de S. Iean. de Ierusalem* p. 24.

a Rubro. b *Verba in eos desunt in aliquot antiqu.* c *in cod. Barb. ita:* Magistro scholarum G. et P. de Rupe canon. S. Adeniani Morinensis. d *vide Baldum in* §. *nu. autem l.* 8 *de Actl. tut.* e Colestor. f Breuion. g *vide authent. matri et auiæ. Cod. quando mul. tut. offi. fung.* h *De materia relationis vide gloss. et Doctor. in c. caussam, secundo, de testibus.*

CAP. LXIX.

Si ante litem contestatam circa principale negotium iudex aliquid innouat, vel diem assignatam sine caussa præuenit: licite appellatur. Et si procurator datus ad impetrandum super appellatione non seruauit formam mandati: auditur appellans etiam post annum.

IDEM *archiepisc. archidiacono, et G. canonico Turonen.* (*ann.* 1234.)

Significante *i* Aurelian. episcopo, nos noueritis accepisse, quod, cum decanus et capitulum Magdun. 54) ipsum super eo, quod dicebant alibi, quam in stallis 55) decani et capituli prædictorum carnifices carnes vendere non debere *k*, coram iudicibus auctorit. apost. conuenissent, petentibus tandem decano et capitulo nominatis iudicum officium implorando, vt, cum idem episcopus post citationem carnes in stallis aliis vendi fecisset, quod per eum super hoc 56) factum fuerat, in statum pristinum reuocarent, pro parte ipsius fuit propositum, quod, cum lis præsertim non fuisset super negotio contestata, locum imploratio huiusmodi non habebat, adiiciens, quod, cum de consensu partium coram dictis iudicibus, ad litigandum super ipso negotio certus dies statutus fuisset, et 57) quantum ad illam diem solutum fuisset iudicium eorundem, præuenire diem ipsum ac audire partem aduersam in tali imploratione absque consensu partium non debebant. Et quia super his non audiebant eundem: nostram audientiam appellauit. Et licet procuratorem suum intra annum ad huiusmodi appellationem miserit prosequendam; quia tamen dictus procurator, vt creditur, circumuentus contra inhibitionem ipsius episcopi nostras super hoc ad quosdam iudices certa ratione suspectos literas impetrauit: dictus episcopus vti noluit litteris sic obtentis, petens, non obstante 58) lapsu anni, ad prosequutionem appellat. admitti. Ideoque mandamus, quatenus, si inhibitione huiusmodi, et præmissis 59) caussis appellationis vel earum altera constiterit, reuocato in irritum, etc. vsque ad *l* attentatum 60) in iam dicto *m* negotio iuxta 61) priorum continentiam litterarum, etc.

54) *Maldeo* C. R. 2. *Magudea* L. Rectius *Magdunea*.
55) *Stallum* alias prædicatur de sedibus canonicorum statis in choro. Generaliter autem designat *stationes*, etiam *lanionum*, propolarum etc. vt h. l., quales stationes etiam habebant capitula, in quibus *laniones*, qui hic carnifices vocantur, carnes vendebant.
56) Verba *super hoc*, a C. L. et H. absunt.
57) Copula *et*, desideratur in ed ant.
58) *Se non obstante*, C. H.
59) *De præmissis*, C. R. 1.
60) Verba *vsque ad attentatum*, desunt in C. H. sed in ed. ant. desideratur par *ad*.
61) *Procedatis iuxta*, C. H.

CAP. LXX.

Capitulum famosum et multum allegabile. et h. d. *Ad iustificandam appellationem ex caussa interpositam, probare oportet caussæ veritatem coram iudice ad quem: nisi fuerit coram iudice a quo oblata et reiecta.* H. d. singulariter vsque ad §. *eidem.*

IDEM. (*ann.* 1235.)

Interposita *n* appellatione ex caussa probabili, non sufficit appellanti probare, quod ex caussa huiusmodi prouocauit 62), si eam non doceat esse veram: nisi hoc se offerens probaturum, non fuisset admissus.

Si appellatio non fuit recepta a iudice, vel approbata a parte; sufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum et contradicendum: licet pars appellata sit parata in curia prosequi. H. d. vsque ad §. *ille denique.* Abbas Siculus.

§. 1. Eidem quoque permittitur, si non recipiatur appellatio eius a iudice, nec ab aduersario approbatur 63), super prosequutione appellationis per procuratorem ad impetrandum et contradicendum constitutum litteras impetrare: licet pars altera per se, vel per procuratorem idoneum, iudicium super hoc apud sedem apostolicam recipere sit parata.

Ante inchoatam persequutionem appellat. appellans potest, si vult, inuito appellato, petere, vt remittatur ad iudicem a quo: sed condemnabitur in expensis factis per partem aduersam in illa appellatione. H. d. vsque ad §. *sane.* Abbas Siculus.

§. 2. Ille denique *o*, qui vocem appellationis emisit, cuius nondum est alii cognitio delegata ad petitionem eiusdem 64), ad eum, a quo prouocauit, de iure remittitur, contradictione partis alterius non obstante: est tamen 65) in legitimis expensis aduersario, quas eum propter hoc fecisse constiterit, condemnandus.

Articulus appellationis interpositæ a grauamine discutitur per iudicem ad quem, parte absente per contumaciam, etiam lite non contestata in appell. vel principali caussa. Hoc dicit, abbas Siculus.

62) *Prouocauerit*, C. R.
63) *Approbetur*, C. R. H. ed. ant. et Cont.
64) *Ipsius*, C. R. 1. Sic enim res adhuc est integra. Etenim post citationem a iudice appellationis alteri insinuatam commutata appellatione inducitur, vt, inuito appellato, renunciare non possit appellationi, qui adhuc meliorem et pinguiorem sententiam obtinere sperat. l. 5. pr. C. de appellat.
65) Verba *est tamen*, a C. R. H. L. ed. ant. Cont. et Pith. absunt.

i *Vide Iason. in rep. l. quo minus. ff. de fluminibus.* k *Vide l. 1. C. quæ sit. long. consuet. et ibi Cyn.* l *Dictio, ad, deest in aliquot antiqu.* m dicta caussa. n *vide Robertum Alexandr. in tract. de potest. procur.* q. 1. *annot. per Iunne. et Butrig. in c. cum inter canonicos. supr. de elect. et c. ad dissoluendum infra. de sponsal. impub.* o *Vide abb. in c. dilectus. et c. 3. infr. de presbyt. et Ang. in l. si quis libellus. Cod. eod. tit.*

§. 2.

§. 3. Sane parato aliquo probare grauamen, propter quod duxerit 66) appellandum, et parte aduersa se contumaciter absentante, potest super hoc, lite non contestata, procedi; licet nondum litis contestatio facta fuerit in ipso appellationis articulo vel negotio principali: quia, cum in hoc casu iniquitas prioris iudicis principaliter arguatur 67), non est rigor iuris, ex quo sequi posset caussæ perplexitas, requirendus.

66) *Duxerit*, C. H.
67) *Arguatur*, ed. ant. Cont. et Pith.

CAP. LXXI.

Clausula, appellatione remota, in medio litterarum posita, respicit præmissa, quibus annectitur, non sequentia: nisi repetatur in fine litterarum. Et hoc si, negotia sunt separata.

IDEM. *(ann. 1235.)*

Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod, quoties clausula, per quam tollitur appellationis remedium a, in medio litterarum ponitur, si sunt 68) plura negotia se minime contingentia, præmissa tantum complectitur: nisi forte in fine litterarum prædicta clausula iteretur.

68) *Sint*, C. 8. 2. et H.

CAP. LXXII.

Breue est, sed per alia verba sic summatur: *appellatio vnius prodest alteri, si communi iure inuentur: et idem sit negotium, et eadem defensionis caussa, et sint eadem sententia condemnati: alias secus.*

IDEM. *(ann. 1235. Romæ.)*

Vna sententia b, pluribus condemnatis, si vnus solus ad appellationis beneficium conuolauerit 69), illius victoria iure communi ceteris suffragatur, si communi iure inuentur 70), idemque negotium, et eadem caussa defensionis existat.

69) *Conuolauit*, C. 8 et H.
70) *Iunctur*, C. 8. et H. Hoc est, si omnes litis consortes vna eademque defensione vtantur, et *communione iuris* iuuentur. Potest enim appellans ex *speciali iure* appellare, quod ceteris non est commune. His tamen, qui agnouerunt sententiam, victoria appellantis non prodest. Conf. *l.* 10. §. *vlt. h. t,* et c. 1, C. *si vnus ex plurib.*

CAP. LXXIII.

Iustus metus excusat, adeo, quod non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, et appellationis caussas duxerit exprimendas.

IDEM. *(Ibid.)*

Si iustus c metus, quo minus appellaueris, te excusat; ad appellationis reputaris beneficium conuolasse: dummodo intra tempus, quo licite prouocatur, coram iudice, a quo appellasse volueris 71) vel, si habere ipsius copiam nequiuisti 72), in præsentia bonorum virorum protestatione 73) super hoc proposita, caussas appellationis duxeris exprimendas.

71) *Volueras*, C. 8 H. edit. ant. et Gonz.
72) *Nequiueris*, C. H.
73) *Contestatione*, C. 8 H. ed. ant. et Cont. Hæc *protestatio* efficit, ne labatur fatale decendii, intra quod forsan recursum habere non potuit ad iudicem superiorem, et coram eo appellationem interponere.

TITVLVS XXIX.
DE CLERICIS PEREGRINANTIBVS. 74)
CAP. VN.

Contra peregrinantem seu proficiscentem ad sed. apost. non est aliquid innouandum.

COELESTINVS III. *Ambian. epist. 75) (ann. 1195. Romæ in Gall.)*

Conquerente d L. 76) presbytero, intelleximus, [*quod, postquam ad nos veniendi iter arripuit, quidam res eius diripere præsumpserunt.*] Licet 77) [*autem*] presbyter idem res suas et ecclesiæ suæ 78) in protectione nostra non posuerit, quando 79) ad nos accessit; [*quia*] tamen [*propter hoc non debuit rebus suis spoliari;*] cum hi, qui accedunt ad præsentiam nostram, cum rebus eorum 80) debent esse sub apostolica protectione securi 81): [*f. t*] mandamus, quatenus, quicquid eidem presbytero post iter arreptum 82) ad nos veniendi subtractum est vel ablatum 83), sibi [*omni appellatione rem.*] restitui faciatis e [*incunctanter.*]

74) *De peregrinantibus*, C. 8. et comp. 2. *de peregrinationibus*, ed. ant. sed rubrum hoc desiderarunt in C. H.
75) *Albecensi episcopo*, rectius habetur in C. 8. 1.
76) *In.* C. H.
77) *Licet autem*, C. 8. 1.
78) Loco pronom. *suæ*, c. vn. comp. 1. h. t. habet: *et sic.*
79) *Cum*, est ibidem.
80) *Et res eorum*, ibidem.
81) Sicut etiam is, qui protectioni superioris se submittit, appellasse ad eum dicitur: ita qui iter arripit Romam appellandi caussa, ipso facto suspendit sententiam, et interim sub *protectione apostolica* constitutus est cum bonis suis, licet *protectorio formali* destitutus sit, quod tamen appellantium datum.
82) *Acceptum*, C. L.
83) *Sublatum*, ibid.

a *Hæc clausula*, appell. rem. *solum est principes. l.* 1. §. 1. *ff. a quibus appell. non licet.* b *Vide quæ copiose scribit Soc. cons.* 152. *incipit. insequis doctor: in prima parte.* c *Qualis metus esse debeat*, *tradit Aret. in §. quadrupl. instit. de act. Paul.* d *Castr. et Ias. in l. cum aliquis. C. de iure delib. et l. interpositas. C. de transact.* d *C. 1. eod. tit. in 2. comp.* e *Faciatis*, *legitur in omnib. manuscr. vnde constat, non soli episc. Ambian. esse directam hanc decretalem, sed aliis, vt varia lectiones ostendunt.*

TITVLVS XXX.
DE CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.
CAP. I.

De re scienter confirmata per papam, inferior iudex cognoscere non potest: nisi confirmatio non tenuerit, vt quia subreptitia, vel de re litigiosa. H. d. cum cap. sequenti.

ALEXANDER III. *Exonien. 84) episc. P. C. in litteris. 85) (ann. 1170.)*

Si quis f rei litigiosæ confirmationem impetrauit 86) ab apost. sede 87): non minus potest iudex de caussa cognoscere, et eam fine debito terminare. Sed si rem tunc pacifice possidebat, cum inde confirmationem obtinuit 88): non est [*totum aut*] licitum iudici, de quæstione postea exorta decernere, aut eam definire absque sed. apost. mandato 89).

84) *Oxon.* ed. ant. sed male.
85) Verba *P. C. in litteris*, non sunt in C. H. et ed. ant.
86) *Impetrauerit*, C. 8. H. et c. 1. comp. 1. h. t.
87) *Apostolica sedis*, C. L. et cit. c.
88) *Obtinuerit*, ed. ant. Cont. et Pith.
89) *De quæstione suborta sine mandato Romani pontificis decernere, aut eam diffinire*, cit. c.

CAP. II.

Idem dicit.

IDEM *Vigoriensi 90) episcopo. g (ann. 1170. Romæ in Angl.)*

De confirmationibus h autem Romanorum pontificum volumus 91) te tenere, quod contra illas, nisi nouum apost. sed. procedat 92) mandatum, aut certum sit, quod [*ipsæ confirmationes*] sint per falsi suggestionem elicitæ 93), non est aliquatenus iudicandum 94).

90) *Vigorn.* rectius est in C. 8. 2. L. et c. 2. comp. cit. t.
91) *Tuam cognitionem*, cit. 8.
92) *Procedit*, ibid.
93) *Impetrata*, C. H. *illicita*, ed. ant.
94) Ita vero per indirectum fit, vt in plerisque caussis, si modo *confirmatio pontificis*, etiam in *forma communi*, et sine cognitione accedat, quæ impetratu facilis est, impediatur cognitio iudicis ordinarii, eique semper opponi queat a reo *exceptio fori incompetentis*, quod rursus admodum turbat ordinariam iurisdictionem. Hoc foro præterito plerique ducuntur, quod ita caussa *priuatiue* protectioni pontificis subiecta fuerit, quem non admittunt fora nostra.

CAP. III.

Litteræ confirmationis super sententia, a qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiose præuenit appellantem: alias pendent, donec de appellatione cognoscatur.

COELESTINVS III. *(ann. 1195. Romæ.)*

Bonæ memoriæ i A. 95) [*quondam*] canonicus vester, [*qui apud sedem ap. diem conclusit extremum, super quibusdam nos consulere studuit, quæ secundum tenorem vestræ responsionis vobis necessario duximus intimanda.*] Proposuit [*autem,*] sententiam [*per falsa instrumenta*] a delegatis iudicibus prolatam fuisse, [*quæ nimirum vera esse credebantur,*] et intra decem dies 96) ille, contra quem sententiatum fuerat 97), [*falsitatem instrumentorum aduertens*] ab illa sententia appellauit 98): iudices tamen nihilominus sententiam exsequutioni mandarunt. Cæterum appellans, itinere statim ad apost. sedem 99) arrepto, litteras de retractando sententiam 100) impetrauit; aduersarius autem ipsum caute præueniens, confirmationis promulgatæ sententiæ rescriptum 1) [*iam*] fuerat assequutus: [*tamen*] in quo 2) nulla de facta appellatione 3) mentio habebatur. Ideoque 4) requisisti, quæ quibus litteris præiudicium faciant. Respondemus igitur 5) quod posteriores debent prioribus præiudicium generare 6): [*ab hac siquidem prima consultatione, quæstio quasi suborta exhibita est in auditorio nostro secunda, quæ ita se habet: Si in eisdem videlicet posterioribus litteris hæc clausula poneretur, non obstantibus aliquibus litteris confirmationis latæ sententiæ audiatur caussa, et ea fine debito terminetur, vtrum sic primæ reuocari deberent. Ad hoc dicimus, quod per vltimas primæ forent penitus reuocandæ.*] Verum 7) si dicatur, [*sicut frequentius in litteris ap. consueuerunt apponi*] nullis litteris 8) veritati et iustitiæ præiudicantibus, vel sub alia forma verborum, dummodo nihil 9) diceretur de litteris confirmationis expresse: dicimus, quod primæ tandem

95) *I.* habetur in ed. ant. *Alanus*, in c. 1. comp. 2. h. t.
96) *Intra decimum diem*, C. L. H. et cit. c.
97) *Fuit*, C. H. *erat*, cit. c.
98) *In vocem appellationis prorupit*, cit. c.
99) *Apud sedem*, C. 8. 1.
100) *De retractanda sententia*, cit. c.
1) *Confirmationem promulgata sententia*, C. H.
2) *Qua*, ibid.
3) *Nulla facta appellationis mentio*, cit. c.
4) *Ad hæc itaque*, C. 8. 1. *Itaque*, C. 8. 2. et L. *Ad hoc itaque*. cit. c.
5) Partic. *igitur*, desiderarunt in cit. c.
6) *Præiudicare*, est ibidem.
7) *Veruntamen*, C. 8. 2.
8) *In illis litteris*, C. L. et ed. ant.
9) *Non*, cit. c.

f *C. 1. eod. tit. in 2. comp.* g *Wigorn. al. Wigorn.* h *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* i *C. 1. eod. tit. in 2. comp.*

suum debent 10) habere vigorem, donec de iniqua 11) [*et falsa*] sententia cognitio plenior habeatur 12).

10) *Debeant*, C. H.
11) *De aliqua*, ed. Pith.
12) *Haberetur*, cit. c.

CAP. IV.

Innouatio priuilegii nouum ius non tribuit, nec antiquum confirmat: sed, si quod competebat, conseruat. Breuius sic potest summari: *innouatio priuilegii non inducit confirmationem iuris in eo contenti.*

INNOCENTIVS III. *decano Padeburen.* 13) a (*ann.* 1209.)

Cum dilecta b in Christo filia 14) abbatissa et sorores ecclesiæ de Gandersh. 15) c sua cuperent priuilegia innouari 16): [*nobis humiliter supplicarunt, quatenus aliquibus personis scriberemus, vt priuilegia ipsius ecclesiæ, quæ*] propter viarum d discrimina quatuor episcopis, et abbatibus totidem, vt ea inspicerent diligenter, et tenorem ipsorum fideliter transcribentes sub sigillis suis nobis remitterent, duximus 17) iniungendum 17*), [*qui apostolico mandato parentes, priuilegia felicis recordationis Agapetii et Ioannis p. nostrorum sibi præsentata subtiliter conspexerunt, tenorem eorum sub sigillis suis nobis fideliter transmittentes. Ven. f. n. G. Remen. archiepiscopus, tunc episcopus Prænestinus in partibus illis officium legationis exercens, tenorem priuilegiorum ipsorum sub sigillo proprio, nostro fecit conspectui præsentari.*] Nos autem tam legato, quam inquisitoribus ipsis fidem debitam adhibentes, licet non videremus 18), quare non deberent eadem e priuilegia innouari, quia tamen C. maioris ecclesiæ, et I. 19) sanctæ Crucis canonici proposuerunt, Hildesemen. 20) ecclesiam in possessione subiectionis ipsius monasterii per centum annos et amplius exstitisse, priuilegia ipsa tunc non duximus innouanda. Vnde iudicibus 21) dedimus in mandatis, vt ad locum idoneum [*pariter*] accedentes, citatis, qui fuerint 22) euocandi, inquirerent super his 23) diligentius veritatem, [*et vsque ad diffinitiuam sententiam procedentes gesta omnia sub suarum testimonio litterarum conscripta fideliter ad sed. apost. destinarent, præfigentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui præsentarent, sententiam recepturæ. Ipsi vero mandatum apostolicum exsequi cupientes partes ad suam præsentiam citauerunt:*] a quibus 24) pars Hildesemen. ecclesiæ ad apost. sed. appellauit, [*propter quod iudices ipsi in causa procedere nequiuerunt.*] Nuper autem, [*partibus in nostra præsentia constitutis,*] iterato 25) prædicta petiit abbatissa, quatenus deberemus priuilegia suæ ecclesiæ renouare 26): [*præsertim cum in præsentia delegatorum iudicum pars Hildesemen. ecclesiæ nihil ostendere studuerit vel probare, quod monasterio, vel priuilegiis eiusdem in aliquo derogaret.*] Ex aduerso vero fuit [*sollicite*] postulatum, vt caussam ipsam discretis viris committere dignaremur, qui testes reciperent, quos contra priuilegia 27) monasterii, et ad probandum 28) f præscriptionem legitimam 29) inducere proponebant. Nos igitur 30) [*diligentius*] attendentes, quod iure sit ciuili 31) [*prouida deliberatione*] statutum 32), vt, quando periculum testium formidatur, ne veritas occultetur, et probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata, testes valetudinarii, et alii, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ad testimonium admittantur, eiusdem æquitatis similitudine prouocati, prædicta priuilegia, quasi iam nimia vetustate consumpta, cum fuerint 33) non in pergameno, sed in papyro conscripta g, duximus innouanda, nolentes, quod 34) ex 35) innouatione 36) huiusmodi nouum ius monasterio acquiratur 37), sed [*vt*] antiquum [*ius,*] si quod 38) habet, per innouationem priuilegii 39) conseruetur. Quia vero præfatum monasterium ad ius et proprietatem apost. sed. per priuilegium 40) præd. nostri pertinere monstratur; ne ius ecclesiæ Romanæ remaneat indefensum, eandem abbatissam procuratricem 41) ipsius duximus statuendam: vt, cum aduersus Romanæ ecclesiæ possessiones et iura non nisi centenaria currat præscriptio, ipsa super hoc et aliis vice nostra procuret, quæ coram te 42) in iudicio fuerint procuranda. Nolentes igitur, quod de statu eiusdem monasterii diutius dubitetur, [*per quod caussa ipsa remaneat vlterius indecisa, d. v. per a. s.*] mandamus, quatenus locum tutum 43) et commodum eligens 44), [*intra sex mensium spatium post susceptionem litterarum nostrarum præsentium*] recipias 45) testes, quos ad præscriptionem probandam Hildesemen. ecclesia, vel ad interruptionem ostendendam [*Ganden.*] cœnobium duxerit 46) producendos, etsi legitimam præscriptionem probauerit, vt intendit, nisi probata fuerit interruptio ex aduerso, subiectionem ipsius monasterii adiudices episcopo memorato 47); cum constet, ipsum in sua diœcesi constitutum, priuilegium, quod [*ipsi*] monasterio innouari fecimus, corrumpendo 48): alioquin eidem super hoc perpetuum imponens 49) silentium, monasterium [*ipsum*] pronunties 50) perpetua libertate gaudere, nostro sibi priuilegio resignato 51) h.

13) *Padeburn.* C. L. et ed. ant. *Padebergen.* vel *Paderbornens*, c. 1. comp. 3. h. t.
14) *Dilecta in Christo filia*, C. R. 1. ed. Cont. et Pith.
15) *Gandenen.* C. H. *de Gandesem*, cit. c.
16) *Reuocari*, cit. c. sed incongrue.
17) *Duxerimus*, ed. ant.
17*) In hac verborum serie cit. c. admodum variat; nimirum ibid. post vocem *discrimina*, ita legimus: *ad nostram præsentiam tute destinari non poterant, inspicerent diligenter tenorem ipsorum fideliter conscribentes, sigillis earum signatum nostro conspectui præsentandum. Verum nos eorum postulationibus concurrentes, quatuor episcopis et abbatibus totidem hoc iniunximus exsequendum, qui apostolico, etc.*
18) *Videremus*, C. H.
19) *Io.* C. L.
20) *Hildenheimensem*, C. H. per totum.
21) Loco verborum *vnde iudicibus*, in cit. c. sunt sequentia: *Verum vt tam monasterio, quam ipsi ecclesiæ suam iustitiam seruaremus: dil. f. Piganen. Corbien. et de Lapide S. Michaelis abbatibus*, etc.
22) *Fuerant*, C. R. 2. et cit. c.
23) *Super omnibus*, cit. c.
24) Pro dictionibus *a quibus*, ibid. hæc legimus verba: *Et cum vellent in causa procedere occasione cuiusdam interlocutoriæ, quam tulerunt, pars Hildes.* etc.
25) Dictio *iterato*, ibid. non legitur.
26) *Innouare*, C. H. et cit. c.
27) *Priuilegium*, C. H.
28) *Probandam*, C. R. 1.
29) *Legitime*, C. L.
30) *Siquidem*, cit. c.
31) Vel potius ex glossatorum præualente sententia, quem pro *iure ciuili* hic accipit pontifex, vt supra ad c. 5 X. *vt lite non contest.* n. 74. iam observaui. Hac *probatione* autem *extraordinaria per testes* approbata, æquum fuit, eam pariter ad probationem per *instrumenta* extendere, si ea vetustate sua ad interitum ruunt, vt auctoritate publica innouentur, et vis probandi pristina iis conseruetur. Nec ergo *nouum ius*, quod forsan præscriptione iam sublatum erat, ex hac innouatione nascetur: sed antiqua vis probandi ei salua manet, quæ ex chartæ lubrico statu perire facile potuisset.
32) *In iure sit constitutum*, C. H.

33) Ipsa verba in cit. c. sunt hæc: *quasi* - - - *consumta fuerint*, non in etc.
34) *Tamen quod*, C. H.
35) Partic. *ex*, in c. cit. non legitur.
36) *Nouatione*, C. H.
37) *Sit acquisitum*, ibid.
38) *Quid*, ibid.
39) *Per renouatum priuilegium*, cit. c.
40) *Priuilegia*, ibid.
41) Magis procuratrix *in rem suam* abbatissa *Gandersheimensis* fuit constituta, quæ caussam propriam monasterii agebat: quamuis etiam *vicem pontificis* simul sustineret, vt indicant verba sequentia. Nec hoc a iurisdictione fuit, quod hæc abbatissa inter *status imperii* relata, adhuc subscripserit *Recessus Imperii de anno* 1654. per legatum, quasi illustris femina etiam arbitrium suscipere potest, et virili officio recte fungitur. Integram pontificis bullam, a mendis purgatam, exhibet LEVCKFELD in *antiquit. Gandersheimens. in append. ad c. XIII §. 5 p.* 422. vnde liquet, abbatissam ab impetitione Hildesheimensis episcopi absolutam, et in sua *exemtione* et *libertate* confirmatam fuisse.
42) *Coram nobis*, cit. c.
43) *Etiam tutum*, C. H.
44) *Eligentes*, cit. c.
45) *Recipiatis*, ibid.
46) *Duxerit*, ibid.
47) *Adiudicetis eidem*, ibid.
48) *Corrumpentes*, ibid.
49) *Imponentes*, ibidem.
50) *Pronuntietis*, ibid.
51) *Reseruato*, C. H.

CAP. V.

Non valet confirmatio, quam religiosus impetrauit a papa super temporali administratione, seu prioratu, si tacuit, se regularem. Si vero expressit; rescriptum præsumitur falsum: quia papa non consueuit concedere. H. d. cum sequent.

IDEM *episcopo et præposito Vticen.* 52) (*ann.* 1213.)

Ad nostram i audientiam [*dil. f.*] præposito Nemanen. 53) k ecclesiæ significante peruenit, quod quidam 54) canonici Nemanen. 55) ecclesiæ, [*super dilapidatione vel aliis criminibus infamati,*] a nobis litteras confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant 56), religionis [*ac professionis*] suæ conditione suppressa. Cum igitur regularibus personis non consueuerit apost. sedes aliquas personaliter 57) confirmare: [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus confirmationes, quas ab ipsis canonicis, cum regulares existant 58), noueritis taliter impetratas, [*auctoritate nostra suffulti,*] denuntietis irritas et inanes.

52) *Vercellens.* C. H. *Vticen.* c. 2. comp. 3. cit. *Vticens.* rectius.
53) *Nemausen.* per tot. C. R. 1. L. et cit. c. rectius, omissa in vltimo voce: *ecclesiæ*.
54) *Vox quidam*, deest in C. H.
55) *Nemesen.* C. R. 2.
56) *Laborabant*, C. H.
57) H. e. ad vitæ tempus certæ personæ. Sunt videlicet *regularium canonicorum administrationes* prioratuum seu obedientiarum *temporales*, quod ratio œconomica, æque ac monasteriorum, postulat, ob quam singulis fere triennii administrationes mutantur, sine administratores ad aurum superiorum reuocantur, quod etiam *c. sq.* declarat.
58) *Existerent*, C. R. 2.

CAP. VI.

Idem dicit, quod supra cap. proximo.

IDEM INNOC. III. [*abbati Imolensi.*] (*ann.* 1213.)

Porrecta l nobis 59) ex parte tua petitio continebat, quod plures ex religiosis 60), qui prioribus vel aliis administrationibus 61) per-

59) Pronom. *nobis*, desideratur in c. 1. comp. 3. de rescript.
60) *Ex monachis tuis*, ibidem legimus per totum.
61) Verba *vel aliis administrationibus*, ibid. omittuntur.

a *Al.* Eand. *al.* Padebiterens. b *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* c *Al.* Guidinn. *al.* Gardenouens. *al.* Gerundus. d Distantiam et discrimina. e *adde, quod est tutum, vt solemniter transscribatur. conf. l. unam testamentum. ff. de testam.* f probandam.

g *Vid. l.* 2. *C. de diuers. rescriptis.* h Reseruato. i *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp.* k Neumasen. *sed ego* Nemausen. *scribendum puto, cui lectioni aliquot veteres adstipulantur.* l *C.* 1. *de rescript. in* 3. *comp.*

sunt

ſunt, a nobis ſuper ipſis 62) [*prioratibus,*] quoed vixerint, poſſidendis, confirmetionis litteras ſe aſſerunt impetraſſe: [*quorum occaſione bona ipſorum prioratuum diſtrahunt et conſumunt, aſſerentes, ſe tibi quoad prioratus illos nulla ratione ſubeſſe.*] Cum igitur a cancellaria noſtra huiuſmodi litteras 63) emanaſſe non credamus 64); [*d. t. per a. ſ.*] mandemus, quatenus illos, qui tales litteras exhibuerint, in quibus prioratus vel adminiſtrationes 65), tanquam religioſis confirmantur, eoſdem punias tanquam falſitatis auctores: ſi vero in eis non ſit mentio religionis ipſorum 66), illas, tanquam tacita veritate ſubreptas, denunties non valere.

62) verba *ſuper ipſis*, deſunt in C. H.
63) Vox *litteras*, non eſt in cit. c.
64) *Non credamus*, ibidem legimus.
65) Verba *vel adminiſtrationes*, non habentur ibidem.
66) Loco verborum *religionis ipſorum*, ibid. legimus: *prioratus vel monachatus.*

CAP. VII.

Sententia ſeu laudum contra formam iuris vel compromiſſi latum per arbitros, licet per papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet.

IDEM *nobili viro Matthaeo de a Rinariis.* 67) (*ann.* 1213.)

Examinata *b* cauſſa, quæ vertitur inter te et milites Campanicos ſuper eccleſia ſancti Angeli [*de Romana Caſaperata actis confeſſionibus, et atteſtationibus intellectis, inſpectis inſtrumentis et allegationibus indagatis,*] perpendimus [*euidenter*] arbitrium, quod [*contra te*] vicedominus Sabinen. dicebatur ſuper eodem 68) negotio promulgaſſe, contra formam iuris et compromiſſi fuiſſe dictatum. Vnde, non obſtante confirmatione [*felicis mem.*] C. papæ prædeceſſoris noſtri, qui confirmauerat illud, ſicut prouide latum fuerat, et ab vtraque parte receptum, decernimus 69) ipſum irritum et inane 70).

67) *De Rinaria*, C. 8. et ed. ant. ſed L. *de Nuoria* c. 3. comp. 3. h. t. *de Romana.* in C. M. autem verba *nobili viro Matthaeo de Rinaria*, deſunt.
68) *Eo*, C. R. 1.
69) *Decrevimus*, C. H.
70) Reliqua videantur ſupra in c. 13. *de iudiciis*: vbi integrum hoc habetur capitulum.

CAP. VIII.

In confirmatione ex certa ſcientia, dictio, ſicut, ponitur cauſatiue: nec nocet, ſi verbum confirmationis præcedit tenorem confirmati.

HONORIVS III. *illuſtri regi,* [*et dilectis, filiis nobilibus viris H. Nata et ballinis eius, nec non conneſtabulo,*] *baronibus et militibus,* 71) *et aliis hominibus* 72) *Cypri* 73), (*ann.* 1220. Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Venerabilis frater 74) n. archiepiſcopus Nichoſien. 75) et ſuffraganei eius, tranſmiſſa nobis petitione, monſtrarunt, quod inter ipſos [*ex parte vna*] et vos [*ex altera,*] ſuper quibuſdam decimis [*poſſeſſionibus et rebus aliis*] mediante [*ven. f. noſtro*] Albanen. epiſcopo c, tunc apoſtolicæ ſedis 76) legato, amicabilis compoſitio interuenit, [*hoc*] expreſſe adiecto, quod d quantocyus 77) eam auctoritate apo-

71) Verba *et militibus*, deſunt in C. H. ſed in c. 1. comp. 5. h. t. deſideratur tantum partic. *et.*
72) *Omnibus vniverſis*, legimus ibid.
73) *Cyprien.* C. R. 1.
74) *Venerabiles fratres noſtri*, C. H.
75) *Nicoſien*, cit. c.
76) Verba *apoſtolicæ ſedis*, in C. R. et H. deſunt: ſed in cit. c. h. l. ita legimus: *tunc fungente legatione in partibus orientis.*
77) *Quam citius*, C. L. ex. ſt. *quanto citius*, ed. ant.

ſtolica confirmari contingeret, ſtatim deberet exſequutioni mandari. Verum licet [*ipſa*] ſit per nos [*compoſitio*] confirmata, et ad maiorem rei euidentiam litteris confirmationis tenor compoſitionis inſertus; [*compoſitionem*] ipſam tamen 78) renuiſtis 79) obſeruare, occaſionem friuolam prætendentes 80): tum ex eo, quod in litteris [*noſtris*] verbum 81) confirmationis, tenorem e compoſitionis 82), iuxta ſtilum eccleſiæ Romanæ procedat 83) f, tum quia [*illa*] clauſula 84) confuſa, ſcilicet, *ſicut ſine prauitate prouide facta eſt*, in eiſdem litteris continetur. [*Cum igitur nedum contra Deum et eccleſiat, ſed nec etiam contra priuatas perſonas huiuſmodi cauilloſis diffugiis inſiſtere debeatis:*] mandamus 85), quatenus, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur 86), compoſitionem [*obſeruantes*] eandem, [*ipſam*] adimplere curetis.

78) Partic *tamen*, non eſt in cit. c.
79) *Renuitis*, C. e. H et cit. c.
80) *Mendicantes*, cit. c.
81) *Verba*, C. H.
82) Verba *tenorem compoſitionis*, deſunt in C. H. ed. ant. et Cont.
83) *Procedit*, C. R. et cit. c.
84) *Clauſula illa*, C. R. 1.
85) Loco verbi *mandamus*, in cit. c. legimus: *vniverſitatem veſtram monemus, et exhortamur attente.*
86) *Suffragetur*, C. R. 1.

CAP. IX.

Collatio eccleſiæ alteri facta per legatum, et per papam confirmata, ius diœceſani non lædit.

IDEM *vniverſis abbatibus et prælatis* [*aliis,*] *ac conuentibus et clericis in Conſtantinop.* 87) [*et Chalcedon.*] *diœceſ. conſtitutis.* (*ann.* 1220.)

Sua nobis g [*ven. frat. noſter*] patriarcha Conſtantinopolitanus conqueſtione 88) monſtrauit, quod, cum quidam veſtrum ſumentes 89) occaſionem ex eo, [*dil. f. n.*] I. [*tit. ſanctæ Praxedis*] presbyter cardinalis tunc apoſtolicæ ſedis 90) legatus 91), quibuſdam aliis eccleſiis et clericis in ſpiritualibus et temporalibus contulit 92) monaſteria eorundem h, ipſi patriarchæ obedire recuſant, et ei de iuribus patriarchalibus reſpondere, in ſuæ præſumptionis adiutorium inducentes confirmationes huiuſmodi collationum a ſede apoſtolica impetratas. Cum igitur 93) nolimus i iura quæ diœceſanis debentur, per collationes, ſeu confirmationes prædictas minui ſeu [*aliquatenus*] lædi; [*vniverſitati veſtræ*] mandamus, quatenus, occaſione huiuſmodi non obſtante, ipſi patriarchæ reuerentiam et obedientiam [*debitam humiliter*] exhibere curetis, atque de iuſtitiis ſuis integre [*et de ſpiritualibus*] reſpondere; [*niſi forſan aliqui per expreſſum exceptionis priuilegium oſtenderint ſe munitos: alioquin ſententiam, quam idem patriarcha propter hoc rationabiliter tulerit in rebelles, volumus vſque ad ſatisfactionem condignam firmiter obſeruari.*]

87) *In Conſtantinopol.* C. R. 1. ſed H. *Conſtantinopolis.*
88) *Quæſtione*, C. R. 1.
89) *Aſſumentes*, c. 2. comp. cit. 5.
90) Verba *apoſtolicæ ſedis*, deſunt in C. H.
91) *Tunc, cum in partibus illis legationis officio fungeretur*, cit. c. habet loco verborum: *ap. ſ. leg.*
92) Ad abuſum hoc referendum, per quem legati a latere monaſteria ſeu beneficia regularia conferebant ſecularibus.
93) *Ergo*, C. R. N et cit. c in quo ſtatim poſt hanc partic. ita legimus: *nec ipſius intentio fuerit cardinalis, nec nos quoque volumus iura, quæ diœceſano debentur, etc.*

a Rinaria. b *C.* 3. *eod. tit.* in 3. *comp.* c Mediante Alban. epiſc. tunc legato? d quanto citius.

e *Voces tenorem* compoſitionis, *in omnibus impreſſis deſiderantur, et male, quia ſine illis, nullus conſtat ſenſus: ea tamen nos ex omnibus manuſcr. ſuppleuimus.* f *Vide l. prounde.* §. *fin.* ff. *ſi cert. pet. per Bart. et gl. in clem.* 1. *de offic. delegat.* g *Vide Archidiac. in c. de eccleſiaſticis.* 25. *q.* 2. h eorundem. i nolumus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE-

DECRETALIVM EPISTOLARVM GREGORII

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.
DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

CAP. I.

Cum celebratur: diuisus esse debet clerus a populo.

Ex concilio Maguntino. 1) *a*

Vt laici secus altare, quando sacra 2) mysteria celebrantur, [*tam ad vigilias, quam ad missas penitus*] stare, vel sedere inter clericos non præsumant; sed pars illa, quæ *b* cancellis ab altari diuiditur, tantum psallentibus pateat clericis: ad orandum vero et communicandum 3) laicis et feminis, sicut mos est, pateant sancta sanctorum.

1) *Africano* concilio hoc c. tribuit c. 1. comp. 1. h. t. quod potius attribuendum concilio *Turonensi II. c.* 4. apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p.* 318. Repetitum est illud *in capitular. libr. VII c.* 278 apud BALVZ. *tom. I. p.* 1087. vnde probabile est, in *concilio* quodam *Maguntino*, cuius canones non supersunt, illud ex *concilio Turonensi* repetitum et ita capitularibus insertum fuisse. Sunt enim concilia et conuentus, in quibus reges Francorum ac imperatores cum episcopis aliisque proceribus de caussis ecclesiasticis et secularibus agebant, fons capitularium, vt recte censet AVGVSTINVS *in emend. Gratiani libr. II. dial.* 10.
2) *Sancta*, c. 1. comp. 1. h. t.
3) *Vel communicandum*, C. R. 2.

CAP. II.

Breue, nec potest breuius summari.

Ex concilio Pictauien. *c* (*ann.* 988.)

Clerici arma portantes *d*, et vsurarii excommunicentur.

CAP. III.

Presbyter habens populum, debet habere clericum, qui secum cantet, et in aliis hic expressis eum iuuet.

Ex concilio Maticen. 4) *e*

Vt quisque 5) presbyter *f*, qui plebem regit, clericum habeat, qui secum cantet, et epistolam et lectionem legat, et qui possit scholas tenere, et admonere, suos parochianos, vt filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat.

4) *Maticen.* C. R. Rectius *Nannetensi*, c. 7. comp. 3. h. tit.
5) *Quisquis*, C. R.

CAP. IV.

Non potest breuius summari.

GREGORIVS IX. 6)

Si quis ex clericis comam *h* relaxauerit: anathema sit.

6) GREGORIO II rectius tribuitur hoc capit. in c. 21. *dist. XXIII.* adeoque ad *annum DCCXXI.* referendum, quo concilium Romæ habitum, ex cuius *c.* 17. haustum est.

CAP. V.

Breue est, et non aliter summatur.

Ex concilio Carthaginensi. i (*ann.* 398.)

I. Clericus neque comam nutriat, neque barbam 7).

7) Textus hic desumtus est ex *concil. Carthaginensi IV. c.* 44. quem vtplurimum mutilatum esse obseruant, creduntque, post vocem *barbam*, addendum verbum: *radant*, vt prohibitum sit vtrumque clericis, et *comam nutrire*, et *barbam radere*. Prius placuit, forsan ex moribus monasticis, quod monachi eo tempore iam crines deposuissent, et in clerum assumti teste *l.* 32. *C. Theod. de episc. et cleric.* quamuis *prima tonsura* tanto ab hac *tonsura priuata* longe differat, obseruante THOMASSINO *tom. I. libr.* 2. *de vet. et nou. eccl. discipl. c.* 37. §. 10. Vtrum posterius etiam placuerit Carthaginensibus, incertum. Negat hoc EMANVEL A SCHELSTRATE *in eccl. Africana p.* 220. et simpliciter verbis concilii insistit, quod mos *barbam nutriendi* Græcis proprius, sicuti Latinis vsitatum fuit, *radere barbam*.

CAP. VI.

Clericus non professus, nec in sacris existens, potest vxorem ducere: sed iterum tondebitur, si vult gaudere priuilegio clericali, vel dispensatiue tenere beneficium. H. d. secundum modum, qui est magis consentaneus litteræ, secundum quem ponit vnum casum duntaxat.

Ex concilio Triburien. k (*ann.* 895.)

II. Clericus, si tonsura dimissa vxorem acceperit 8), qui quidem sit sine gradu, nec monasterio a parentibus traditus vxorem permittatur habere, et iterum tondeatur 9), nec in vita sua vxorem dimittere audeat.

8) *Receperit*, c. 6 comp. cit. 1.
9) Quod semel *tonsuram acceperit*. Prisca hæc erat disciplina, vt clerici, qui, dimissa tonsura, vxorem accepissent, repetere illam cogerentur, quod postea demum mutatum *c.* 7. *X. de cleric. coniug.*

CAP. VII.

Clericus debet tonsuram deferre: et, si non vult, potest inuitus a suo superiore tonderi.

ALEXANDER III. *Cantuarien. Archiepisc.* (*ann.* 1170. *Roma in Angliam.*)

III. Clericis *l*, [*qui in sacris ordinibus constituti sunt, ex Toletano concilio iudicium sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut indicent inferendas. Quodsi quis tale quid fecerit: honore priuetur et loco. Iubemus etiam sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vicecomitis aut præpositi secularis.*] Clerici, qui comam nutriunt 10) et barbam *m*, etiam inuiti a suis archidiaconis tondeantur. [*Vestimentis autem et calceamentis, nisi quæ honestatem et religionem deceant, vti non liceat. Si quis contra hoc venire præsumserit, et commotibus emendare noluerit: excommunicationi subiaceat.*]

10) Hæc verba non sunt ALEXANDRI III. sed *concilii Agathensis*, relati in *c.* 22. *dist. XXIII.* in quo tamen desunt sequentia: *et barbam*, omissa etiam in C. R. H. et c. 6. comp. 1. ne cler. vel monach. vt ad *interpolata* referri debeant merito. Sine dubio ea adduxit ALEXANDER III. ex *decreto* GRATIANI in sua decretali, vnde ea excerpsit RAYMVNDVS, et ALEXANDRO III. adscripsit.

CAP. VIII.

Frequentans monasteria monialium, et monitus non desistens, si clericus est, deponitur: si laicus, excommunicatur.

IDEM *in concilio Lateran.* n (*ann.* 1170.)

Monasteria *o* sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta et rationabili caussa frequentare præsumserit; per episcopum *p* arceatur; et, si non destiterit 12) *q*, ab officio ecclesiastico reddatur immunis: si laici, excommunicationi subdantur, et a cœtu fidelium fiant penitus alieni.

12) *Deserit*, ed. ant.

CAP. IX.

Episcopus potest statuere in ecclesia certum numerum clericorum secundum ipsius facultates, qui viuant in communi, et contradictores ad hoc compellere: et istos in communi viuentes, potest absoluere ab excommunicatione incursa, propter iniectionem manuum in socium.

GREGORIVS VII. 13)

Quoniam *s*, vt ait scriptura, [*proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua; sicut ex sensualitate vergit caro in culpam: ita vigore spiritus præcedente, et subsequente diuina gratia, animus niti debet ad veniam, et remedia semper inquirere, quibus imminentes occasiones mortis valeat declinare. Inde siquidem est, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in vestris ecclesiis peruenisse, quæ aut delictum in se, aut occasionem habeant delinquendi, per auct. apost. sedis, cui ex dispositione Domini deseruimus, prout datur ab eo, decreuimus abusandum, et auct. in vobis episcopalis officii ad resecanda nociua in subditis vestris et inserenda vtilia scriptis apostolicis muniendam, recolentes quod in veteri lege præcepit Dominus, dicens: ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens mane ligna per singulos dies,*] statuimus, vt, facultatibus ecclesiarum, [*atque*] prouentibus et expensis diligenter inspectis, certum in eis valeatis ponere numerum clericorum, et statuere, vt bona eorum veniant in commune 14), in vna 15) domo vescantur, atque sub vno tecto dor-

13) Admodum turbasset ordinem pontificum RAYMVNDVS, si hæc decretalis adscribenda foret GREGORIO VII. quæ potius cum C. R. 2. L. et c. 10. comp. 1. tribuenda GREGORIO VIII. ann. MCLXXXVII.
14) *In communione*, cit. c.
15) *Et in vna*, C. R. 2.

---

a *Anton. August. in notis ait, esse ex conc. Turon.* 2. *c.* 4 *al.* Africano. *vel. Maguntin. c.* 9. b Quæ a cancellis c Nannetens. *al.* Pictauiens. d C. 2. *eod. tit. in* 1. *compil. Glos. de excess. prael.* e Maticenen. *al.* Nannetens. f *Burch. libr.* 2. *decr. c.* 96. *Iuo p.* 6. *c.* 152. *et c.* 7. *eod. tit. in* 1. *comp.* g *De-est* Nonus, *in antiquis.* h *Cap.* 2 *eod. tit. in* 1. *compil.* i *Conc. Carth.* 4. *c.* 44. k *Al.* Maguntinens. *al.* Triburiens. *c.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp.*

l *Cap.* 6. *ne cler. vel. Monach. in* 1. *comp.* m *Hæc duo verba*, et barbam, *desunt in omnibus manuscr.* n *sub Alex. III c.* 11. o *Cap* 8. *eod. tit. in* 1. *compil.* p Ab episcopo arceatur. q *Al.* desierit. r *Al* IX. *al.* VIII. *al.* IV. *al.* III. *sed vt plurimum legitur:* ultimum. s *Cap.* 10. *eod. tit. in* 1. *compil. confert concilium Tol. IV. can.* 28. *refert Grat.* 23. *q.* 8. *c.* 1.

miant

miant et quiescant 16). Si qui 17) vero contradictores exstiterint: licitum vobis sit per suspensionem officii et beneficii, aut grauiori etiam pœna, si opus fuerit, ad hanc obseruantiam eos, appellatione non obstante, compellere. Indulgemus etiam, vt, si quisquam eorum, qui simul viuunt, pro manus *a* iniectione 18) in socium, a communione meruerit fieri alienus, reconciliandi et pœnitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis; nisi forte atrocitas facti pœnam grauiorem exspectet. *b* [*Quod etiam de mulieribus et iis, qui præ senectute vel infirmitate præsentiam nostram adire non possunt, volumus obseruari, nullum præiudicium constitutioni ecclesiasticæ aut successoribus nostris afferentes, quo minus super his, quæ rectius viderint, valeant ordinare.*]

16) Ita olim a temporibus CHRODOGANGI vixerant canonici in *ecclesiis cathedralibus*, et postea etiam in *collegiatis*. Sed iam circa finem seculi X. plura capitula vitam communem deseruerant, teste TRITHEMIO *in chron. Hirsaug. ad ann. CMLXXVII.* quæ defectio etiam multo magis continuata est seculo XI. contra quam pontifex hanc decretalem direxit, et refractarios ad priscum viuendi vsum reducere conatus est. Verum omnes conatus in fumum abiissent, nisi hi, qui adhuc vitam communem colebant, per *vota monastica* emissa constricti fuissent, ad vitam communem in posterum colendam, quæ olim ad statum canonicorum non desiderabantur, obseruante GERARDO DV BOIS *in histor. eccl. Paris. libr. IX. c. 8. §. 5. p. 788.*
17) *Dictio qui*, desideratur in cit. c.
18) *propter manuum iniectionem*, C. B. c. *pro manuum iniectione.* ed. ant.

CAP. X.

Ecclesiastici iudices et delegati gratis iudicare debent, nec exigere possunt decimam, vel aliam quotam litis: etiamsi hoc habeat consuetudo.

INNOCENTIVS III. *prælatis et clericis Lombardiæ* 19).

(*ann. 1210. Romæ in Lombard.*)

Cum ab omni e specie mali 20) præcipiat Apostolus abstinere: [*nos, qui, licet indigni, constituti sumus a Deo super gentes et regna, vt iuxta verbum propheticum euellamus et destruamus, et ædificemus etiam, et plantemus, summopere debemus satagere, quatenus euellamus vitia, plantemus virtutes, destruamus iniqua et ædificemus honesta. Sicque nostra sollicitudine mediante praua transeant in directa, et aspera conuertantur in plana. Licet autem huius nostræ sollicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi; quia sapientibus et insipientibus sumus debitores: tamen specialiter ad clericos, qui dormire debent a vitiis, vt sint pennæ columbæ deargentatæ, ne quid appareat in illis, quod obfuscet candorem ecclesiasticæ puritatis.*] Sane ad audientiam apostolatus nostri [*multorum assertione*] peruenit, quod, cum ex delegatione nostra caussas suscipitis petractandas 21), more *d* secularium super decima 22) litis vel parte alia, pro diuersa terrarum consuetudine præter expensas victualium cum litigantibus, receptis pignoribus, pro salario conuenitis, [*quod postmodum vsque ad solutionem pecuniæ, nolentibus etiam partibus, contenditis detinere,*] non 23) attendentes, quod ad hoc vobis et aliis clericis sint 24) ecclesiastici redditus deputati, vt ex ipsis honeste viuere debeatis, [*ne vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Cum igitur opera vestra lucere debeant laicis in exemplum, nec vos deceat ad instar secularium ad turpe compendium iuris occasionem arripere; vniu. v. p. a. s.*] mandamus [*atque præcipimus,*] quatenus ab huiusmodi 25) exactionibus de cætero abstinentes *e*, vigorem iudiciarium gratis studeatis litigantibus impertiri, non obstante, quod in fraudem a quibusdam proponitur, quod idem exigatur nomine assessorum: cum nec iustum iudicium iudici vendere liceat, et venales sententiæ ab ipsis etiam 26) secularibus legibus reprobentur 27).

19) Verba *prælatis et clericis Lombardiæ*, desunt in C. H. et ed. ant.
20) *Mala*, c. 1. comp. 3. h. t. 21) *Terminandas*, C. H.
22) Hæc olim erat pœna calumniantis actoris, mediante *sponsione* promissa, cuius facit mentionem Imperator in §. 1. *I. de pœna temer. litigant. in f.* quæ in nou. 112. c. 2. restituta. Hæc decima etiam apud Francos recepta fuit, teste *form. 20. libr. 1.* MARCVLFI, et per hos in Lombardia, fisco soluenda primum, postea iudici concessa per cit. *form.* ad quem morem alludit pontifex *h. c.* quem illustrat BIGNONIVS *ad cit. form. 20.* apud BALVZ. *tom. II. capitular. p. 901. in f.*
23) *Nos*, habetur in edit. vulgata, sed perperam.
24) *Sunt*, c. cit. 25) *Huius*, C. B. 1.
26) Præp. *ab*, a C. B. L. et cit. c. abest; sed in C. B. 1. et H. vox *etiam*, deest.
27) *Reprobantur*, cit. c.

CAP. XI.

Ad euitandum scandalum, possunt religiosi diuersi habitus, missi ad prædicandum de nouo conuersis, se in vnum superiorem habitum et propositum conformare.

IDEM *Liuoniens.* 28) *episcopo, et eis, qui cum ipso sunt, fratribus.* (*ann. 1199*).

Deus, qui ecclesiam *f* suam 29) noua semper prole fœcundat, [*volens moderna tempora conformare prioribus, et fidem catholicam propagare, prædecessoribus vestris et vobis post eos pium inspirauit affectum, vt Liuonien. ingressi prouinciam paganis euangelizaretis nomen Domini nostri Iesu Christi, eorum sequentes exemplum, quibus in euangelio legimus esse dictum: euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti: et de quibus euangelicus sermo subiungit: illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. Attendens enim euangelicus ille paterfamilias, quod messis est multa, operarii autem pauci, adhuc mittit operarios in messem suam, et in hac quasi vndecima hora vineæ suæ nouos deputat vinitores, quorum laborem pariter cum primis denario recompenset. Vnde cum euangelizandi officium eo assumseritis inspirante, qui facit vtraque vnum: oportet vos in vnitatis et caritatis spiritu ambulare, illorum sequentes exemplum, de quibus legitur: multitudinis autem credentium erat cor vnum et anima vna.*] Ne igitur, si 30) dispar in vobis obseruantia fuerit, et dissimilis 31) habitus apud eos, quibus vnum euangelium prædicatis, scandalum suscitetur, [*priusque diuidatur populus ille nouus in partes quam in vnam ecclesiam congregetur, cum paratus sit adhuc inimicus homo messi Dominicæ superseminare zizania: discr. v. mon. et exhort. in Dom. per a. vobis s.*] mandamus, quatenus, eo non obstante, quod inter vos monachi sunt, et canonici regulares, vel alii etiam regularem 32) vitam sub alia districtione 33) *g* professi, omnes 34) pariter in vnum regulare propositum et honestum habitum, quantum ad hoc spectat officium, conformetis, [*ne noua ecclesiæ Liuon. plantatio piæ mem. p. tui, frater episcope, sanguine rubricata vel leue in vobis scandalum patiatur, per quos radicanda est in fide catholica et fouenda.*]

28) Inter deperditas epistolas INNOCENTII III. hæc referenda, vnde præter præsens capit. desumta sunt *c. 9. X. de diuort.* et *c. 9. X. de pœnit. et remiss.* Particulam huius etiam refert RAINERIVS diaconus in sua *collect. decret. Innocent. III. tit. 40.* edita a STEPHANO BALVZ. *tom. I. p. 604. epist. Innocentii III.* Inde integram, quantum fieri potuit, compilauit, vel potius deperditam restituit vir doctissimus IO. DANIEL GRVBER *in orig. Liuon. sacr. et ciuil.* et quidem in *syllabo docum. n. XIX. d. p. 242.* eamque ad *annum MCXCIX.* potius referendam censuit, quod RAINERIVS ex *regesto anni primi, secundi et tertii* suam compilauerit, et ita defectum libri III. inde suppleri posse, censuerit BALVZIVS *in præf.* Pithœi hos textus tres, vni eidemque decretali tribuendos, ad diuersa tempora, et quidem hunc *ad ann. MCCX.* secundum *ad ann. MCCCXII.* tertium *ad ann. MCCXIV.* mira inconstantia, referunt.
29) Pron. *suam*, abest a C. H.
30) Vox *si*, deest in C. H.
31) *Dissimiliter*, n. 2. comp. cit. 3.
32) *Secularem*, C. B. 1.
33) *Distinctione*, C. B. 2. et cit. c.
34) Vox *omnes*, desideratur in cit. c.

CAP. XII.

Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinis, in ecclesiis, vel per clericos fieri non debent.

IDEM. (*ann. 1210.*)

Cum decorem *h* domus Dei 35) [*et infra.*] Interdum ludi fiunt in [*eisdem*] ecclesiis theatrales, et non solum ad 36) ludibriorum spectacula introducuntur in eis 37) monstra laruarum 38), verum etiam in aliquibus 39) [*anni*] festiuitatibus [*quæ continue natalem Christi sequuntur,*] diaconi, presbyteri ac subdiaconi [*vicissim*] insaniæ suæ ludibria exercere præsumunt 40), [*per gesticulationum suarum debacchationes obscœnas in conspectu populi decus faciunt clericale vilescere, quem potius illo tempore deberent prædicatione mulcere. Quia igitur ex officio nobis iniuncto domus Dei nos zelus comedit, et opprobria exprobrantium ei super nos cadere dignoscuntur;*] frat. v. [*per a. s.*] mandamus, quatenus, ne per huiusmodi turpitudinem ecclesiæ inquinetur honestas, [*eos, qui sunt publice vxorati, non admittatis de cætero ad ecclesiasticas dignitates, dimissis ab eis, quas non possunt sine prauo exemplo et graui scandalo retinere. Filiis quoque canonicorum præbendas in eisdem ecclesiis conferri non sinatis, quarum sunt canonici patres eorum: cum indecorum sit, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, in quo vnigenitus filius æterno patri pro salute humani generis immolatur.*] Prælibatam [*vero*] ludibriorum consuetudinem, vel potius corruptelam, curetis a vestris ecclesiis [*taliter*] exstirpare, [*quod vos diuini cultus et sacri comprobetis ordinis zelatores.*]

35) *Domini*, n. 4. comp. cit. 3.
36) Præp. *ad*, desideratur in ed. ant. et cit. c.
37) *Eas*, C. H. et cit. c.
38) Quia ecclesiæ in *instar operum publicorum* habebantur: in plurimis locis hæ, vbi alia *publica opera* deerant, iam olim in abusum tractæ, et ad publicos conuentus, veluti ad placita habenda secularia, ad negotiationes etc. applicatæ, vt ex *tit. de immun. eccl.* liquet. Turpior adhuc abusus erat ecclesiarum ad *ludos theatrales*, ad *laruarum monstra* seu bacchanalia et alia spectacula, clericis deperditis etiam in deliciis habita, quippe qui ab antiquo in more habuerunt, in præcipuis festiuitatibus ludos populo exhibere, in quibus historia festi repræsentata fuit sub laruis pro more in scenis vsitato. Nec hodie talia *laruarum monstra* desunt in processionibus, quæ ipso *passionis dominicæ* die fieri solent.
39) *In tribus*, cit. c.
40) *Exercentes*, ibidem.

CAP. XIII.

Clerici debent continere, et caste viuere; contra facientes punit: et seuerius puniuntur illi, qui possunt legitimo matrimonio vti.

IDEM *in concilio generali.* i (*ann. 1216.*)

Vt clericorum *k* mores et actus in melius reformentur, continenter et caste viuere studeant vniuersi: præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maxime 41) illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, quatenus 42) in conspectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne vero facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, statuimus, vt, qui comprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout

41) *Et maxime*, C. H.
42) *Qua*, C. B. 1. et L.

a Manuum. b Expectet. c *C. 1. eod. tit. in 3. compil. 1. Thess. 5.* d *In codice Barb.* more secularium iudicum. e *Simile vide in l. 3. ff, quod cuiusque vniu. et in l. qui contranda. ff. de op. leg.* f *C. 2. eod. tit. in 3. comp. vide extrav. Alex. IV. cum hora quam inferimus post directorium inquisitor. inter litteras apost.*

g *Al.* distinctione. h *C. 4. eod. tit. in 3. compil.* i *Conc. generale Lateran. sub Inn. III. c. 14.* k *C. 3. eod. tit. in 4. compil.*

magis aut *a* minus peccauerint, puniantur *b* secundum canonicas sanctiones, quas efficacius et districtius præcipimus obseruari, vt, quos diuinus timor a malo non reuocat, temporalis saltem 43) pœna cohibeat 44) a peccato. Si quis igitur hac de caussa suspensus præsumpserit celebrare diuina, non solum ecclesiasticis beneficiis spolietur, verum etiam pro duplici culpa perpetuo deponatur. Prælati vero, qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu 45) pecuniæ vel alterius commodi temporalis, pari subiaceant vltioni. Qui autem secundum *c* regionis suæ morem non abdicarunt 46) copulam coniugalem, si lapsi fuerint, grauius puniantur: cum legitimo matrimonio vti possint 47).

43) Vocabulum *saltem*, a C. H. abest.
44) *Coerceat*, C. R. 1.
45) *Prætextu*, C. H.
46) *Abdicauerint*, C R. 1. et L.
47) *Possunt* agt, C. R. 1 sed superscriptum est: *vel*, atque etiam c. 2. comp. 4. h. t. habet: *possunt*.

CAP. XIV.

Clericus crapulosus vel ebriosus monitus non desistens, ab officio vel beneficio suspenditur.

IDEM *in eodem*. d (*ann.* 1216.)

A crapula et ebrietate *e* omnes clerici diligenter 48) abstineant: vnde vinum sibi temperent, et se vino. Nec 49) ad bibendum quispiam incitetur 50); cum ebrietas et 51) mentis inducat exsilium, et libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores: et ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, et calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi a superiore commonitus satisfecerit: ab *f* officio vel 52) beneficio suspendatur.

48) *Se diligenter*, C. H.
49) *Ne*, ibid.
50) *Excitetur*, C. R. 1. Nec vltra tertiam vicem poculum contingat *c.* 9. *dist. XLIV.*
51) in C. R. 1 copula *et*, deest.
52) *Et*, C. H. et ed. ant.

CAP. XV.

A negotiis, personis, locis, ludis, vestibus inhonestis et ornatu minus honesto, præcipit clericos abstinere, et habitu honesto vti: cuius vanitatem in pluribus exprimit et detestatur.

IDEM *in eodem*. g

Clerici officia *h* vel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta. Mimis, ioculatoribus, et histrionibus non intendant. Et tabernas prorsus euitent, nisi forte caussa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas, et taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam et tonsuram habeant congruentem. Et se in officiis ecclesiasticis, et aliis bonis studiis exerceant diligenter. Clausa deferant desuper indumenta, nimia breuitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, nec non manicis aut sotularibus 54) consutitiis [*vel rostratis*,] frenis, sellis, pectoralibus, [*et*] calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus 55), non vtantur 56). Cappas manicatas ad diuinum officium intra ecclesiam non 57) gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio et personatibus constituti: nisi iusta caussa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas 58) omnino non ferant, neque corrigias auri 59) vel argenti ornatum habentes, sed nec annulos: nisi quibus competit 60) ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico et in ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur: nisi monachi fuerint, quos oportet ferre 61) habitum monachalem. Palliis diffibulatis 62) non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

54) *Subtellaribus*, C. B. 2. sed *subtullaribus*, C. L. et in C. R. 1. additur: *rostris*, forte *rostratis*.
55) *Habentibus*, c. 4. comp. 4. cit.
56) Potissimum hæc spectare videntur ad *canonicos seculares*, qui, deposita vita communi, elegantius, more seculari, viuere cœperunt, quod reprobat pontifex. Singula momenta huius canonis illustrat CAROLVS HANNIBAL FABROTTVS *de vita et honest. cleric. p. 41. sqq.*
57) *Nulli*, ibid.
58) C. R. 1. voci *fibulas*, addit. *vero*.
59) *Aureas*, C. H.
60) *Competat*, C. R. 1. L. ed. ant. et cit. c.
61) *Deferre*, cit. c.
62) Qualia erant pallia, quibus iuncta et inserta erant varia ornamenta potissimum ex auro. STATIVS in *Theb. libr. VI. vers.* 576:
- - - torto chlamydem diffibulat auro

CAP. XVI.

Clericus, qui tertio monitus a negotiationibus secularibus non abstinet, interim perdit quoad bona priuilegium clericale. H. d. Et est textus multum notab. et qui quotidie allegatur.

HONORIVS III. *Ambianen.* 63) *episc.* i (*ann.* 1222. *Romæ in Gall.*)

Ex litteris *k* [*nobilis viri*] Pontini 64) [*et Monstrolien.*] comitis intelleximus, quod quidam [*solo nomine*] clerici suæ terræ [*vxorati vsurarii et tabernarii ecclesiasticis, quibus carere debent, beneficiis non contenti*] potius secularibus [*illicitis*] negotiationibus *l*, [*et curis domesticis*,] quam officiis diuinis 65) intendunt: et gaudere volentes priuilegio *m* clericali, nolunt statutis patriæ, quibus, quoties expedit, sicut laici se tuentur, [*etiam*] in negotiationum suarum *n* quæstibus subiacere. [*Vnde quia magnum ex hoc scandalum inter laicos generetur, nobis humiliter supplicauit, vt vel compelli huiusmodi clericos ad seruiendum ecclesiis, illicitis secularibus negotiationibus postpositis, mandaremus, vel pateremur eos quoad facultates eorum statutis et consuetudinibus patriæ subiacere. Cum ergo prædicta in clericalis ordinis vituperium redundare noscantur, et clericorum vitæ generare non debeat laicis scandalum, sed præstare honestatis exemplum: f. t.*] mandamus, quatenus, si [*est ita, cum loci diœcesanus existas, clericos*] tales, [*si*] tertio a te commoniti 66), ab huiusmodi non resipuerint, sed, prætermissis diuinis officiis, negotiationibus institerint *o* supra dictis 67), cum facto 68) [*huiusmodi*] priuilegium abiiciant clericale, tu 69) quo minus, dum his se implicant, de suis facultatibus, statutis et consuetudinibus patriæ subiaceant, non defendas eosdem 70).

63) *Abien.* C. H perperam.
64) *Pontis*, c. 2. comp 5. h. t.
65) Loco vocis *diuinis*, ibid legimus: *et obsequiis ecclesiarum.*
66) *Admoniti*, C. R. 1 sed C. R. 2. et cit. c. *moniti.*
67) Post dictionem *commoniti*, cit. c. variat sequenti modo: *ecclesiis seruire contempserint, huiusmodi negotiationibus prætermissis.*
68) *Huiusmodi facto*, C. R. 1.
69) Pron. *tu*, desideratur in cit. c.
70) Vox *eosdem*, ibidem non legitur.

TITVLVS II.

DE COHABITATIONE CLERICORVM ET MVLIERVM, [*et clericis concubinariis.*]

CAP. I.

Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia: etiamsi sit mater vel alia consanguinea.

Ex concilio Maguntin. 71) p (*ann.* 813.)

Inhibendum *q* est, [*et modis omnibus interminandum est*,] vt nullus sacerdos feminas 72), [*sicut in canone insertum continetur*,] de quibus suspicio potest esse, [*in domo sua*] retineat. Sed neque 73) illas, quas canones concedunt 74), matrem, amitam, et 75) sororem: quia instigante diabolo, et in 76) illis scelus [*frequenter*] perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earundem 77). Sed si qua de his [*talem patientem*] necessitatem habuerit; presbyteri habeant in vico aut 78) in villa domum longe a sua conuersatione: et ibi eis, quæ sunt necessaria, subministrent 79). [*Sed secundum auctoritatem canonum modis omnibus*] prohibendum quoque 80) est, vt nulla femina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, aut intra cancellos 81) stare siue sedere.

71) *Nannetensi*, habet *c.* 1. *comp.* 1. *h. t.* quam inscriptionem etiam præfert GONZAL. Repetitus est hic canon in *libr. VII. capitular.* 376. apud BALVZ. *tom. I. p.* 1107. qui in margine illud etiam laudat *ex concilio Nannetensi c.* 3. simul tamen ostendit, sententiam eius etiam deprehendi in *concil. Mogunt. de anno DCCCXIII. c.* 49. *et de anno DCCCLXXXVIII. c.* 10. vt inscriptio vulgata retineri possit.
72) *Eas personas feminarum*, ibid.
73) *Nec*, C. H.
74) *Concilii Nicæni* relati in *c.* 16. *dist. XXXII.* vbi etiam legum ciuilium assensum dedi. Conf. *c.* 27. 30. 31. 33. *dist. LXXXI.*
75) Copula, *et*, in cit. c. non exstat.
76) *Etiam in*, C. R. L. et cit. c. sed ab H. et ed. ant. copula *et*, abest.
77) *In pedissequas illarum*, cit. c.
78) *Vel*, C. H.
79) In cit. c. verba ipsa post vocem *habuerit*, sunt huius tenoris: *cui si necessitas sustentationis presbyteri, habeat in vico aut in villa domum longe a presbyteri conuersatione, et ibi ei subministret, quæ necessaria sunt.*
80) Particula *quoque*, ibid. omittitur.
81) *In cancello*, ibid.

CAP. II.

Excommunicatur clericus in sacris, qui a suspectarum mulierum colloquio, vel earum consortio monitus non desistit.

Ex decreto EVGENII 82) PAPÆ. II (*ann.* 826.)

Si quisquam 83) *r* sacerdotum, id est, presbyter 84), diaconus, vel 85) subdiaconus, de quacunque femina crimine fornicationis suspectus 86), post primam [*et*] secundam et tertiam admonitionem 87) inueniatur fabulari, et aliquo modo conuersari cum ea: excommunicationi subdatur 88), femina vero canonice iudicetur.

82) EVGENIO II. hoc decretum etiam attribuit GRATIANVS in *c.* 22. *dist. LXXXI.* Vnde RAYMVNDVS illud sine dubio repetiit.
83) *Si quispiam*, c. 3. comp. cit. 1.
84) *Et presbyter*, C. H. *idem presbyter*, ed. ant.
85) Partic. *vel*, desideratur in cit. c.
86) *Suspectus est*, ibid.
87) *Monitionem*, C. R. 1.
88) *Excommunicetur*, cit. c.

a *Al.* vel minus etc. b *L. ex diuersa.* § *cum non ff. de vend. et Inst. de publ. iud.* §. *item lex Iulia.* c *Hoc dicitur propter Græcos.* d *Conc. Later. sub Innoc. III. c.* 5. e *Cap.* 5. *eod. tit. in* 4. *compil.* f A beneficio vel officio suspendatur. g *Lat. sub Innoc. III. c.* 16. h *Cap.* 4. *eod. tit. in* 4. *comp. c. Trid. sess.* 14. *de reform. c.* 6. *et sess.* 22. *c.* 1. i Ambien. *al.* abien. *al.* Albienen. *al.* Abienen. k *Vid. Gemin. in c. fin. de off. deleg. in* 6.

l *Al.* negotiis. m Priuilegiis clericorum. n *Vid. l. quæst. Cod. de re iud. et l. si proponas.* §. 1. *ff. de inoff. test.* o Vtuntur. p *Hoc reperio in conc. Nannetensi c.* 3. q *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* r *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp. vid. conc. Later. sub Leone X. sess.* 9. *de reform. curiæ et alibi.*

CAP.

CAP. III.

Non debet prælatus clericum cogere ad concubinam abiurandam: sed eam nolentem dimittere, potest excommunicare.

ALEXANDER III. *Salern. archiepiscopo* 89) *p. c. cum tu.* 90) (*ann.* 1180. *Romæ in Campaniam.*)

Clericos [*autem*] in sacris ordinibus a constitutos, qui [*in domibus propriis*] publice tenent 91) concubinas, ad eas abiurandas nolumus a tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem instinctu diabolicæ fraudis redeuntes 92), periurii reatum incurrant. Verum ipsos per suspensionis et interdicti sententiam debes arctius cogere, ut mulieres ipsas a se ita 93) remoueant, quod de illis 94) sinistra suspicio non possit haberi. Et si qui eorum 95) ad ipsas redire, vel alias accipere forte præsumpserint 96), in aliquos eorum 97) debes perpetuam excommunicationis sententiam proferre 98): ut alii eorum b exemplo perterriti 99), a similibus arceantur.

89) *Sabinen. episcopo*, C. B. 1. *Salern.* ed. ant. *Salernitano*, c. 4. comp. cit.
90) Verba *p. c. cum tu*, in C. R. L. et ed. ant. desunt. cit. c. *vera cunctos sicut*, sed minus recte habet.
91) *Detinent*, C. B. L. H. ed. ant. et c. cit.
92) *Ne in eadem fornicatione - - - - redeant, et insuper periurii* etc. cit. c.
93) Vox *ita*, deest in C. H.
94) *Vt de ipsis*, cit. c.
95) *Ipsorum*, C. H.
96) *Ad eas vel ad alias accedere forte præsumserint*, C. B. 2. sed loco vocis *alias*, in cit. v. est: *alteras*.
97) *Ipsorum*, ed. ant. *aliorum*, ult. c.
98) Post vocem *eorum*, in cit. c. verba ita se habent: *debes perpetuæ sententiam excommunicationis vindicare.*
99) Vox *perterriti*, a C. R. L. H. ed. ant. et cit. c. abest.

CAP. IV.

Si clerici moniti concubinas non dimittunt; suspendantur a beneficiis, et, si se non corrigunt, deponantur.

IDEM *Cantuarien. archiepisc. et eius suffraganeis.* (*ann.* 1180. *Romæ in Angl.*)

Sicut c ad exstirpanda 100) [*vitia, quæ periculum pariunt animarum, summopere nos decet intendere: ita etiam nos conuenit germina propagare virtutum, ex quibus fidelibus salutis augmentum, et sacris ecclesiis decor proueniat honestatis. Vnde cum in Anglia praua et detestabili consuetudine et longo tempore sit obtentum, ut clerici fornicarias in suis domibus habeant nos volentes tam graue scandalum de populo remouere, et prædictos clericos ad honestatem ecclesiasticam reducere,*] frat. vestr. 1) mandamus, quatenus clericos vestræ iurisdictionis, qui in subdiaconatu et supra, [*in domibus suis*] fornicarias 2) habuerint, studiose monere curetis, ut a se illas 3) [*dil. et app. cess.*] remoueant, eas 4) ulterius minime 5) admissuri. Si vero [*intra XL. dies post commonitionem vestram vobis in hic fere*] [illegible]uiescere contempserint, eos [*subl. app. rem.*] ab ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfactionem congruam 6) suspendatis, et, si eas suspensi præsumpserint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo remouere curetis.

100) *Exstirpandas*, ed. ant.
1) *Tuæ*, C. H. et c. 5. comp. cit. t.
2) *Focarias*, C. B. 1.
3) Loco voc. *illas*, repetitur in cit. c. *fornicarias*.
4) *Et eas*, C. R. 1.
5) *Non*, cit. c.
6) *Dignam*, ibid.

CAP. V.

Litteræ a clerico concubinario suspenso super absolutione, tacita facti serie; obtentæ non valent.

IDEM *Eboracen.* 7) *archiepisc.* (*ann. eod.*)

Super eo vero d, quod asseris A. presbyterum fornicariam 8) detinentem 9), propter 10) hoc ab officio suo suspensum: [*prud. t. t. v. quod, si super hoc appellatum sit ad præsentiam nostram, si contigerit ipsum ad nos accedere, prout expedire videbimus, pertinaciam eius et audaciam corrigemus. Si vero non venerit ad præsentiam nostram: suspensionis in eum sententiam propter hoc latam tamdiu volumus obseruari, donec fornicariam suam e se prorsus abiiciat, et viuat, sicut decet presbyterum, continenter.*] Porro si litteras a nobis obtinuerit, quæ facti seriem non contineant: nolumus illas 10*) sibi prodesse.

7) *Bellicensi episcopo*, c. 8. comp. cit. 1.
8) *Focariam*, C. B. 1.
9) *Detinere, et eam ad crebam admonitionem tuam dimittere nolentem ab officio suspensum*, cit. c.
10) *Et propter*, C. H.
10*) *Litteras ipsas*, cit. c.

CAP. VI.

Si clerici moniti non dimittunt concubinas; suspendantur a beneficiis; et, si non corrigunt, deponantur.

IDEM *Londonen.* 11) *episcopo.* e (*ann.* 1180.)

Si autem f clerici tuæ iurisdictionis, siue in sacris ordinibus, siue in inferioribus constituti, fornicarias 12) detinent: nisi eas ad secundam vel tertiam admonitionem a se dimiserint, easdem 13) de cetero contempturi, liceat tibi g eos ecclesiis, vel earum 14) portionibus, [*si quas habent,*] appellatione postposita, spoliare, officio ipsis 15) nihilominus interdicto 16).

11) *Lundon.* ed. ant. et c. 7. comp. 1. cit. rectius.
12) *Focarias*, C. B. 1.
13) *Eas*, C. B. 1. et cit. c.
14) *Earum*, C. H. ed. ant. et cit. c.
15) Verbis *officio ipsis* in C. B. 1. addit. *ecclesiastico*.
16) *Et ipsis officia interdicere*, ult. c.

CAP. VII.

A clerico fornicario, quamdiu toleratur, nec habet operis euidentiam, licite audiuntur diuina, et percipiuntur ecclesiastica sacramenta: a notorio vero abstinendum est, non quia in sacramenta sit defectus, sed ad ipsorum fornicatorum emendationem. H. d. inhærendo verbis litteræ.

LVCIVS III. h *ex concilio Maguntino.* 17) (*ann.* 1181.)

Vestra duxit deuotio i inquirendum, [*ut consulamus fratribus vestris parochiales ecclesias adeuntibus, quarum clerici concubinas habere creduntur. De hoc enim videntur diuersæ sacrorum canonum sententiæ emanasse.*] Alicubi [*enim*] dicitur 18): nullus audiat missam sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere. Alibi 19) vero legitur 20): non potest aliquis, quantumcunque pollutus fuerit 21), diuina polluere sacramenta, l quæ purgatoria [*primitiarum*] cunctarum contagionum 22) k existunt. Qualiscunque l enim sacerdos sit, quæ sunt sancta, coinquinari non possunt 23). Sumite ergo ab omni sacerdote [*intrepide*] Christi mysteria 24): quia omnia 25) in Christi fide purgantur. Ceterum aliud est crimen notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo presbyter canonice condemnatur. [*Aliud est*] occultum, quod ab ecclesia toleratur. Ceterum aliud est, quando crimen notorium non diffitetur presbyter, vel de ipso est canonice condemnatus. Aliud est pene 26) occultum, quod ab ecclesia toleratur 27). Item aliud est a talium officiis abstinere, ut peccandi licentia ceteris 28) auferatur, et huiusmodi ad pœnitentiæ fructum 29) trahantur: atque aliud, si 30) talium 31) tanquam 32) in fornicatione iacentium, mysteria 33) m respuantur. Sine dubitatione itaque teneatis n, quod a clericis et presbyteris, quanquam 34) fornicariis, quamdiu tolerantur 35), nec habent 36) operis euidentiam, licite diuina mysteria 37) audiantur, et alia recipiantur sacramenta ecclesiastica 38).

17) Verba hæc recte omissa sunt in C. H. et ed. ant. Etenim in app. concil. Lateran. III. apud HARDVIN. tom. VI p. II. inscriptio vera hæc est: LVCIVS III. magistro et fratribus militiæ S. Iacobi.
18) Decretum GRATIANI palam indigitat LVCIVS III. in quo NICOLAI II. sententia adducta est c. 5. dist. XXXII.
19) *Alicubi*, C. H.
20) Rursus prouocat ad decretum, quod sententiam NICOLAI I. in c. 5 C. XV. q. 8. exhibet, ut GRATIANVS eo tempore in foro ecclesiastico omne punctum tulerit.
21) *Pollutus sit*, C. R. 2. sed verbum *fuerit*, deest in C. H. et c. vn. comp. 2. h. t.
22) *Cogitationum*, Pithœi et Contius.
23) *Coinquinare non potest*, C. B. 1.
24) *Ministerio*, C. R 1. et L. *ministerium*, H.
25) *Quæ omnia*, C. B 1
26) *Iterum aliud est pene*, C. B. 11.
27) *Vel ab ecclesia toleratum*, cit. c.
28) *Aliis*, C. H.
29) *Fructus*, C. R. 2.
30) *Est, si* C. R.
31) Vox *talium*, desideratur in cit. c.
32) Vox *tanquam*, deest in C. H.
33) *Talia mysteria*, ed. Pith. et Cont. *ministeria*, C. R. et L.
34) *Tanquam*, ed. ant. et cit. c.
35) *Ab ecclesia tolerantur*, ed. ant. et cit. c.
36) *Habeant*, cit. c.
37) *Ministeria*, C. R. et L.
38) *Ecclesiæ*, C. H.

CAP. VIII.

Si fornicatio clerici est ita publica, quod transit in notorium: nec accusator, nec testis necessarius est. Sed si est publica per solam famam: non sufficiunt ad condemnationem sola testimonia, id est, testium dicta non iuratorum. Sed si ex hoc orietur scandalum; inducitur purgatio; in qua deficiens canonice punitur.

INNOCENTIVS III. *Exon.* 39) *episc.* (*ann.* 1200. *Romæ in Angl.*)

Tua nos duxit fraternitas consulendos e, si de clericis publice concubinas 40) habentibus, qui 41), quando ea conueniuntur, se esse concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accusator, credendum 42) sit testimonio bonorum virorum, inter quos viuere dignoscuntur. Nos igitur consult. t. t. respond. quod, si cri-

39) In epist. INNOCENTII III. *libr. II. ep. 65. edit. Baluz.* legitur *Oxomensi episcopo*, qui episcopatum in Hispania gessit, quæ ab antiquis temporibus sub grege concubinariorum clericorum laborauit.
40) *Concubinam*, c. 1. comp. 3. h. t.
41) Vox *qui*, desideratur in ed. ant.
42) *An credendum*, C. B. 1.

a *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat sub Alex. III. p. 18. c. 1.* b *In C. Barb.* ut alii exemplo liberum a similibus arceantur. c *Cap. 5. eod. tit. in 1. comp et post conc. Lat. p. 18. c 2.* d *C. 8. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 18. c. 9.* e *Al.* Lunden. *al.* Lundan. f *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 18. c. 8.*

g *In c. Barb.* tibi ab ecclesiis suis, etc. h *Al.* Vrban. III. i *C. 1. eod. tit. in 2. comp et post conc. Lat. sub Alex III. p 50. c. 38.* k *Al.* cogitationum. l *In Cod. Barb.* Qualiscunque sacerdos, quæ sacra sunt, *etc.* m Ministeria. n Retineatis. o *Cap 1. eod. tit in 3 compil. ed. Anton. Gouxanum tom. 3.* *Vat. vasel. c. 1. et lol. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 9.*

meo eorum its publicum est, vt merito debeat appellari notorium, in eo casu nec testis 43), nec accusator 44) est necessarius: cum huiusmodi crimen nulla possit tergiuersatione celari 45). Si vero publicum est, non ex 46) euidentia 47), sed ex fama; in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt: cum non sit testimoniis, sed testibus iudicandum. Sed si de clericis ipsis talis habeatur 48) suspicio, vt ex ea scandalum generetur in populo a; licet contra ipsos non apparuerit accusator: eis tamen est canonica purgatio indicenda 49). Quam si præstare noluerint 50), vel b defecerint 51) in præstanda 52): eos canonica debetis 53) c animaduersione punire.

43) *Nec testes*, cit. c.
44) *Actor*, C. B. 2.
45) *Cognosci*, C. H.
46) Partic. *ex*, abest ab ed. ant.
47) *Euidentia facti*, C. B. 2. et H. in C. B. tanquam glossa superscripta legitur: *scilicet facti* cit. c. *non ex euidenti causa*.
48) *Illis*, cit. c. *illis habeatur*, C. H.
49) *Tu tamen eis canonicam potes indicere purgationem*, cit. c.
50) Verba *quam si præstare noluerint*, desunt in C. H.
51) *Vel si defecerint*, legitur ibid.
52) *In præstando*, cit. c.
53) *Debes*, C. B. 1. sed C. B. 2. et L. *debebis*, et cit. c. *poteris*.

CAP. IX.

Breue est: vnde non summatur.

IDEM *Pistoriensi episcopo.* (*ann.* 1210.)

A nobis d tua fraternitas requisiuit: [*et infra.*] cum clericis quoque non permittas 54) mulierculas habitare: nisi forte de illis personis existant 55), in quibus naturale fœdus nihil permittit sæui criminis suspicari 56).

54) *Permittatis*, C. H.
55) *Existat*, ibid.
56) Hoc quidem etiam prohibitum in *concilio Nannetensi*, in c. 1. X. h. t. relato, ob summam clericorum incontinentiam; sed in Italia ius antiquum retentum esse, vel ex h. c. apparet: quamuis sub appellatione *sororum* vel *neptium* facile extraneas *feminas* sibi adsciscere potuerint.

CAP. X.

clericus concubinarius in officiis vitandus non est, nisi sit notorius.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1235.)

Quæsitum est de clericis in fornicationem prolapsis, si eorum 57) sit officium, priusquam pœnituerint, audiendum. Verum etsi quemlibet pro mortali peccato, quoad seipsum constet esse suspensum; non debet tamen in officiis euitari; quia quantum ad alios etiam in casu proposito suspensus non est: nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, seu confessionem factam in iure, aut per euidentiam 58) rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit.

57) *An eorum*, C. B. 1.
58) *Per*, in C. B. et L. deest.

TITVLVS III.

DE CLERICIS CONIVGATIS.

CAP. I.

Matrimonium contractum per clericum existentem in sacris, non tenet; secus in minoribus: sed tunc cogitur dimittere beneficium.

ALEXANDER III. *Cantuariensi episc.* 59) (*ann.* 1180.)

Si qui e [*autem*] clericorum [*ipsorum*] infra subdiaconatum acceperint vxores: ipsos ad relinquenda beneficia ecclesiastica, [*si qua habent,*] et retinendas 60) vxores [*suas*] districtione ecclesiast. compellatis. Sed si [*forte*] in subdiaconatu f et aliis superioribus ordinibus vxores accepisse noscuntur: eos vxores dimittere, et pœnitentiam agere de commisso 61), [*auctoritate nostra*] per suspensionis et excommunicationis sententiam, [*appellatione remota,*] compellere procuretis 62).

59) Hæc verba adduntur *in append. ad concil. Lateran. III. p. XVIII. c. 2.* apud HARDVIN. *tom. VI. p.* 2. *p.* 1784. et *infra in collect. decret. Alexandri III p* 114 *sub f* hoc modo: *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis*, quæ tamen pariter desiderantur in *edit. antiqu. et c.* 1. *comp.* 1. *h. t.*
60) *Et ad retinendas*, C. B. 1.
61) *Commissis*, C. H.
62) *Compellatis*, cit. c.

CAP. II.

Coniugatus ad administrationem, et ad ordinem ecclesiasticum, vel beneficium, non promouetur: nisi castitatem promittat, et non sit bigamus.

IDEM *Herford.* 63) *episcopo.* (*ann.* 1180)

Sane, [*de clericis inferiorum ordinum, qui in coniugio constituti diu ecclesiastica beneficia ex concessione prædecessorum tuorum habuerunt, a quibus sine magno discrimine et effusione sanguinis non possunt priuari, f.* 1. *id duximus respondendum, vt, quia ibi natio et gens barbara et multitudo in causa est, eos sub dissimulatione sustineas ecclesiastica beneficia tamdiu habita possidere, et*] prouideas 64) g attentius, ne deinceps clericus coniugatus ad ecclesiastica beneficia, vel sacros ordines, aut administrationes ecclesiasticas admittatur 65): nisi forte castitatem vouerit perpetuam, et 66) qui vnicam, et virginem habuisset vxorem 67).

63) *Herfinden*, C. B L. et ed. Gonz.
64) *Prouiseris*, c. 3. comp. cit. 1. habet, omissa copula: *et*.
65) Tantum *in futurum* disponit, de *præterito* non cauet, quod tanta copia esset clericorum *inferiorum ordinum coniugatorum*, beneficiis ecclesiasticis prouisorum, vt sine *effusione sanguinis* ab his dimoueri non potuerint. Resistebant enim grauiter, turbasque mouebant, vt eleganti exemplo monstrat LAMBERTVS Schaffnaburgensis, apud BARONIVM *ad annum MLXXV. n.* 17.
66) Copula *et*, deest in C. H. et ed. ant.
67) Vocabulum *vxorem*, abest a C. H. Sed in cit. c. tenor verborum variat hoc modo: *ut deinceps clericis coniugatis ecclesiastica beneficia conferantur, sed illorum aliqui ad sacros ordines vel ecclesiarum administrationes non admittantur, nisi castitatem forte vouerent et perpetuo seruarent, qui vnicam et virginem habuerint vxorem.*

CAP. III.

Si clericus in minoribus beneficiatus matrimonium contrahat; priuatur beneficio: at, quod dedit ecclesiæ, sibi restituatur. H. d. Et in hoc vltimo est casus not. et multum allegabilis.

IDEM *Verulan.* h *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Quod i a te 68) [*et infra.*] [*De cætero, quia fraternitatis tuæ quærit industria,*] vtrum clerici infra subdiaconatus ordinem constituti, qui continere carnis deuicti vitio non valentes 69), vxores accipiunt, ecclesiastico beneficio canonice debeant spoliari: id volumus te 70) [*indubitata veritate*] tenere, quod, cum simul voluptatibus et carnalibus desideriis, ac diuinis et ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant, ob immunditiam suam ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis 71), [*et*] ecclesiasticis procul dubio beneficiis sunt 72) priuandi. Sane si ecclesiis, quibus k intitulati 73) fuerant 74), de possessionibus, aut aliis bonis [*suis*] aliqua contulisse noscuntur: cum ab earundem ecclesiarum ministerio fuerint et beneficio sequestrati: ad ipsos recta via [*dominium ac proprietas libere*] debent 75) [*et*] absque [*vlla*] contradictione redire.

68) *Quod te cum inimicis tuis* etc. c. 5. comp. cit. 1.
69) *Qui cum* - - - *non valent*, ibid.
70) *Tuam experientiam*, ibid.
71) *Contractandis*, ibid.
72) *Sint*, ibid.
73) *Attitulati*, G. B. 2. H. L. et cit. c.
74) *Fuerint*, C. B. 2. et ed. ant.
75) *Debet*, cit. c.

CAP. IV.

Peracta pœnitentia, dispensant episcopi cum sacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt.

IDEM (*ann.* 1170.)

Sane l, sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, sed contubernia sunt potius m nuncupanda, post longam pœnitentiam, et vitam laudabilem continentes, officio suo restitui poterunt, et ex indulgentia sui episcopi eius exsequutionem habere.

CAP. V.

Auferenda sunt clerico beneficia, quæ habebat tempore contracti matrimonii: collata vero postmodum scienter per episcopum, per eundem auferri non possunt, sed per superiorem. H. d.

INNOCENTIVS III. *Noruicen.* 76) *episc.* 77) (*ann.* 1212.)

Diuersis n fallaciis [*homines circumuenti, Deo et mammonæ famulari conantur; cum tamen secundum euangelicam veritatem nemo possit duobus dominis seruire: quoniam, si vnum dilexerit, alium habebit exosum, aut vno contempto, alium sustinebit.*] Accepimus autem 78), quod 79) quidam clerici tuæ diœcesis, qui [*sollemniter in conspectu ecclesiæ*] matrimonium contraxerunt, ecclesiastica beneficia detinere contendunt: in quorum conuersatione 80) cithara cum psalterio male concordat. Cum ergo vir cogitet, quomodo placere possit vxori 81), et ideo minus, quæ Dei sunt, valeat cogitare; cum quasi 82) diuisus in duo o, plenam sui non habeat potestatem, vt 83) ei, a quo stipendium recipit, plenius famuletur; [*fraternitati tuæ præs. auctoritate*] mandamus, quatenus huiusmodi clericos beneficiis ecclesiasticis, quæ in tua diœcesi sunt adepti, [*auctoritate nostra suffultus*] priues 84), app. rem.

76) *Nouicensi*, C. B. 2. *Nordac.* H. sed erronee.
77) *Archiepiscopo*, c. 1. comp. 3. h. t. sed mendose.
78) *Etiam*, ibidem.
79) *Quod cum*, ed. ant.
80) *Conuersione*, C. B. 2.
81) *Vxori suæ*, ibidem.
82) *Cumque*, C. H.
83) *Nec*, ibid.
84) *Valeat priuare*, cit. c.

a *Vid. l. si oleum. ff. de dolo et l. agri ssimum. ff. de vsufr.* b In Cod. *Barb.* vel si defecerint. c Debet. d *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp. l. cum qui, C. de episc. et cler.* e *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. Et post conc. Later. sub Alex. III c.* 2. f *Tales ex hoc facto suspecti sunt de hæresi. Bern. Dias in pract. crimin. can. c.* 74.

g *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp. Et post conc. Lat. p.* 18. *c.* 5. h Veneran. *al.* Verulen. *al.* Velinen. *al.* Varuiacen. i *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 50. *c.* 7. k Attitulati. l *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *comp vid. Felin. in c. ita nos de tortiur.* m Dicenda. n *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp. vbi legitur*: archiep. Noruicensi, *sed male.* o *Vide leg. si plures. ff. de pact.*

pre-

præsertim cum rerum ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire: nisi forte tu 85) talibus scienter contuleris ecclesiastica beneficia, quibus nos non per te, sed per *a* superiorem decernimus spoliandos.

85) *Tu*, desideratur in ed. ant.

CAP. VI.

Filius sacerdotis Græci ex vxore genitus, licite inter Latinos promouetur, si scandalum non obsistat. H. d. Et est casus notabilis.

IDEM *b Archerontino* 86) *archiepisc.* (*ann.* 1212.)

Cum olim *c* ad nostram audientiam peruenisset, quod canonici Anglorum. 87) *d* [*dil. f.*] cantorem Tricaricen. 88) *e* sibi elegerant 89) in pastorem: [*tibi dedimus in mandatis, vt, examinata electione diligenter, et persona, si electionem canonicam, et personam idoneam inuenires, electionem ipsam auct. apost. confirmares, sicut metropolitanus in cæteris processurus.*] Licet [*autem*] tibi de forma electionis canonicæ, ac idoneitate personæ, in alius *f* constitisset: mouit te tamen, [*et ad nos consulendos induxit,*] quod, cum pater eius 90) Græcus fuerit *g*, et iuxta ritum Græcorum vxorem duxerit *h*, in minoribus ordinibus constitutus, cantorem ipsum ex vxore legitima in sacerdotio suscepisset. Nos igitur attendentes, quod orientalis ecclesia votum continentiæ non admisit, quoniam 91) orientales in minoribus *i* ordinibus contrahunt 92), et in superioribus vtuntur 93) matrimonio iam 94) contracto, [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus, nisi pro eo, quod inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur 95), regionis consuetudo repugnet, si aliud canonicum 96) *k* non obsistet 97), ad confirmationem et consecrationem eiusdem [*cantoris*] sine dubitatione procedas.

86) *Achrontino*, C. R. 1. et L. sed C. R. 2. *Acherontino*, H. *Archeranen.* ed. Cont. *Archeronensi*, c. 2. comp. cit. 3. *Acheruntino*.
87) *Anglon.* C. R et L. *Anglonen.* cit. c.
88) *Tercarien.* C. R. 1. sed *Citarien.* C. R. 2. *Tricen.* L.
89) *Elegerunt*, C. L. et H. *elegerant*, ed. Pith.
90) *Eiusdem cantoris*, cit. c.
91) *Quia*, ibid.
92) *Contrahant*, C. R. L. et cit. c.
93) *Vtantur*, C. R. L. et cit. c.
94) Vox *iam*, in C. R. 1. deest.
95) Acheruntia enim est ciuitas *Calabriæ*, quæ olim subiecta fuit imperatoribus Græcis, et inde factum, vt Græci adhuc hoc tempore inter Latinos versati fuerint, qui cœlibatus durum iugum non imposuerunt clericis suis, teste STEPHANO IV. in c. 14. *dist.* XXXI.
96) Vox *canonicum*, a C. R. L. ed ant. et cit. c. abest.
97) *Obstat*, C. R. 1.

CAP. VII.

Clericus coniugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonsuram.

IDEM *episcopo Pictauiensi.* (*ann.* 1212. *Romæ in Galliam.* Conf. c. 1. comp. 4. h. t.)

Ioannes *l* [*filius A.*] nobis conquerendo monstrauit, quod tu eum, quanquam iam dudum vxorem legitimam duxerit, [*et filios et filias susceperit ex eadem,*] pro eo, quod prius in acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, vt tonsuram deferat clericalem, ex quo 98) inter ipsum et ventrem suam 99) posset scandalum generari, cum de consuetudine terræ tuæ 100) clerici vxorati non cogantur inuiti portare 1) tonsuram. Quoniam igitur [*virum oportet, quomodo vxori placeat, cogitare, et*] idem etiam tonsuratus non potest priuilegio clericali 2) gaudere; [*præf. auctoritate*] mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi [*de cætero*] non molestes 3); dummodo 4) nullum 5) percipiat beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre 6) tonsuram: quia, cum eum oporteat secularibus negotiis immisceri, tonsura ipsius 7) secularia exercentis videretur profecto in ministerii nostri vituperium redundare.

98) *Ex qua*, c. 1. comp 4. h. t.
99) Pron. *suam*, non habetur in cit. c.
100) *Sua*, C. H sed neutrum est in cit. c.
1) *Deferre*, C. H.
2) Vox *clericali*, desideratur in cit. c.
3) Olim diuersam obtinuisse disciplinam, obseruaui ad *c.* 6 *X. de vit. et honest. cleric.* Sed postquam *prima* tonsura quibuscunque ambientibus data, vt per *clericatum* numerum subditorum ecclesiæ propriorum augerent, nec tamen tonsurati a seruitiis laicalibus liberarentur *c.* 9. *X h.* t. mutanda prius disciplina fuit, ne in publicum prodiret miles tonsuratus vel mercator.
4) In cit. c. verbis *dummodo nullum* etc. præmittuntur, quæ hic postposita sunt, scil. *quia, cum* etc.
5) *Non*, C. R. 1.
6) *Ferre*, ibid.
7) *Illius*, C. H.

CAP. VIII.

Vxorati non admittuntur ad ecclesiasticas dignitates, et coguntur dimittere, quas habent.

IDEM. (*ann.* 1212.)

Cum *m* decorem 8): [*et infra.*] Eos, qui sunt 9) publice vxorati, non admittatis de cætero ad ecclesiasticas dignitates, dimissas *n* ab eis, quas non possunt sine prauo exemplo et graui scandalo retinere.

8) *Decorem domus Dei*, C. L. Integrum hoc cap. vide supra c. 13. de vita et hon. cleric.
9) *Qui fuerint*, ed. ant.

CAP. IX.

Clerici coniugati, in rebus suis non gaudent priuilegio clericali.

HONOR. III. *H.* 10) *quondam reginæ Anglorum* [*illustri.*] (*ann.* 1220. Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Ex parte tua fuit propositum [*coram nobis,*] quod nonnulli litterati terræ tuæ, habitu et tonsura clericalibus relictis, publice duxerunt *o* vxores, [*de his, quæ huius mundi sunt, solliciti, et quomodo placeant vxoribus, existentes: qui, licet negotiationibus et aliis negotiis secularibus insistant,*] vt tamen consuetis iustitiis et debitis obsequiis te defraudent, tonsuram resumunt *p* abiectam, [*qua ipsius prætextu ab huiusmodi vt clerici excusentur, quanquam non militent Domino, sed potius mundo, vt cæteri vxorati.*] Quidam etiam, accepta prima tonsura, similiter contrahunt, et eandem tonsuram deferunt, vt eodem *q* prætextu excusari valeant a prædictis. [*Et ven. f. n. episc. et dil. fil. decanus et archidiac. et capitulum Cenomanense ipsos tanquam clericos in subtractione seruitiorum tuorum fouere nituntur, in tuum præiudicium et grauamen.*] Cum igitur reddenda sint, quæ sunt cæsaris, cæsari *r*, et quæ sunt Dei, Deo; [*et publice vxorati viri ecclesiastici non existant, dum se sic secularibus negotiis implicant;*] æquanimiter duximus 11) tolerandum, si *s* a talibus 12) iustitias debitas, velut ab aliis vxoratis, exigas et seruitia consueta, [*et recipias ab eisdem: cum tonsuram, quam non obtentu religionis, sed in fraudem subtrahendi seruitia præsumsisse, vel accepisse videntur, in his non debeat patrocinium impertiri.*]

10) *R.* est in C. R. 2. et c. 1. comp. 5. h. t. at recte, quia ad *Berengariam* reginam rescripsit pontifex.
11) *Ducimus*, cit. c.
12) *Vt a talibus*, C. L. et ed. ant. sed neutra verba leguntur in cit. c. In fraudem legum hæc suscepta erat tonsura, quo tonsurati se subducerent oneribus et seruitiis secularibus et foro clericali atque immunitate gauderent.

CAP. X.

Si clericus in minoribus militet: non est cogendus deferre tonsuram vel habitum clericalem.

IDEM *t* (*Lingoniensi episcopo. Romæ in Galliam. ann.* 1222. Conf. c. 4. comp. cit. 5.)

Vt consultationi tuæ breuiter satisfiat, respondemus 13), quod R. miles 14) tuæ diœcesis, qui, [*sicut tibi humiliter est confessus,*] olim cum 15) in minori esset constitutus ætate, [*tum modicum sciret legere vel cantare,*] tonsuram tantum 16) et coronam clericalem assumpsit, [*quam gestare inter milites et laicos erubescit,*] non est cogendus deferre habitum clericalem.

13) *Taliter satisfiat, breuiter respondemus*, ed. ant. sed in c. 4 comp. cit. 5. desideratur verbum: *respondemus*
14) *Rauerius miles*, C. H. De *milite lecto* hanc decretalem non esse intelligendam, credit GONZAL., sed de *nobilibus* in ciuitate degentibus, qui olim *milites* etiam dicti fuerunt. Verum ita nulla dubitandi ratio subfuisset, quin talis posset deferre habitum clericalem, quæ vnice in militem lectum quadrabat: quia a militia non liberabat prima tonsura per *c.* 9. *X. h.* t.
15) Particula *cum*, et subsequens verbum *esset*, desunt in cit. c.
16) *Tamen*, est ibid. pro *tantum*.

TITVLVS IV.

DE CLERICIS NON *v* RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRAEBENDA 17).

CAP. I.

Episcopo non licet sine licentia papæ transire ad alium episcopatum, ipsum acceptando: alias priuatur habito et ambito. Hoc intendit cum glossa.

Ex concilio Sardicensi 18) *x.* (*ann.* 347. *in Dacia.*)

Non liceat episcopo de ciuitate sua transire ad aliam. Manifesta est enim 19) caussa, pro qua [*ee*] facere hoc tentat 20): cum nullus [*in hac re*] sit inuentus 21) episcopus, qui ad minorem de maiori ciuitate transiret 22).

17) *In ecclesia præbendali*, C. L. *Præbendatis in ecclesia*, comp. 3.
18) *Sardacensi*, ed. ant.
19) *Etenim*, C. H.
20) *Tentat*, c. 1. comp. 2. h. t.
21) *Inuentus est*, ibid.
22) Hic canon concilii Sardicensis a præsenti argumento alienus est, qui de *volatu* ab vna ecclesia in aliam sine decreto metropolitani agit, qui prohibitus est. Aliud enim est, non residere in ecclesia, quam deserere non cogitat: et aliud, relicta ecclesia, in qua incardinatus erat, in alia episcopi munus suscipere. Ansam autem huic canoni dedisse videtur IVLIVS episcopus Romanus in *epist. ad Eusebianos* apud HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 616. vbi dolet, quod synodum Nicænam contemtui habeant, et iam in vsu habeant, *de loco in locum ad episcopatus capessendos transilire.* Post pauca pergit: *oportere eum, cui concredita est parua ciuitas, in ea, quæ credita est, permanere, et nequaquam, relicta concredita, transuolare: ne eam, quæ a DEO data est, aspernari, illam vero, quæ hominum ambitu concessa est, exoptare videantur.*

a *In cod. Barb.* sed per superiorem tuum. b *Alii.* Archeronen. c *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp.* d Aglon. e Tricaricen. f Et in aliis. g Fuerat. h Duxerat. i In minoribus ordinibus constituti contrahunt. k *Vox*, canonicum, *deest in antiquioribus.* l *De materia huius decreti vid. Gemınian. in c. 1. eod. tit. libr. 6. et Lupum alleg.* 40. m *C.* 4. *de vit. et hon. cler. in* 3. *comp.*

n Dimissis. o Duxerunt. p Reassumunt. q Eo prætextu. r *Matth.* 22. *Marc.* 12. *Luc.* 23. s *Al.* vt a talibus, *etc. sed in antiquis ita legitur, vt est impressum.* t Ep. Lingonensi. v *Vid. conc. Trid. sess.* 6. *de reform. c.* 1. *et* 2. *et sess.* 23. *de reform. c.* 1. x *Conc. Sardic. c.* 1. *Burch. l.* 1. *dec. c.* 79. *Ivo p.* 5. *c.* 186.

CAP. II.

Deponitur cardinalis, qui in suo titulo non residet. H. d. et est iste textus multum notabilis.

LEO IV. 23) a (*ann.* 850.)

Ex gestis 24) b [*Rom. pontificum consilio Lotharii et Ludouici imperatorum sanctam et ven. LXVII. episcoporum in ecclesia beat. Petri synodum congregauit.*] In qua 25) synodo Anastasius presbyter cardin. titul. beati Marcelli, ab omnibus canonice est 26) depositus, eo, quod 27) parœciam suam per annos quinque, contra canonum instituta deseruit, et in alienis 28) vsque hodie demoratur.

23) *Leo III.* C. a. 1. H. et L. sed numerus desideratur in C. R. 2.
24) In c. 2. comp. 1. h. t. capitulum hoc cum inscriptione legitur sequenti ordine:
EX GESTIS ROMANORVM PONTIFICVM.
Leo III (vel potius IV.) *natione Romanus consilio Lotharii et Ludouici imperatorum sanctam et venerandam LXXVII. episcoporum in ecclesia beati Petri synodum congregauit. In hac synodo etc.*
25) Vox *qua*, desideratur in C. a. L. H. et Gonz.
26) Verbum *est*, deest in C. H.
27) *Pro eo, quod*, legitur ibid.
28) *Alienis locis*, C. R. 2.

CAP. III.

Vni plures dignitates vel ecclesiæ conferri non debent, et ecclesia est conferenda illi, qui residere et regnare valeat per se ipsum: alias perdit ecclesiam, et donans conferendi potestate priuatur.

Ex concilio Lateranen. c (*ann.* 1179.)

Quia nonnulli d modum auaritiæ non ponentes, [et] dignitates diuersas ecclesiasticas et plures ecclesias parœciales, contra sacrorum canonum instituta nituntur accipere, vt, cum vnum officium vix implere sufficiant 29), stipendia sibi vindicent 30) plurimorum: ne id de cætero fiat e, districtius inhibemus. Cum igitur [*vel*] ecclesia vel ecclesiasticum ministerium f committi debuerit: talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, et curam eius per se ipsum 31) valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit; et qui receperit, quod contra sacros canones accepit g, amittat; et qui dederit, largiendi potestate priuetur.

29) *Sufficient*, C. H.
30) *Vendicant*, ibid.
31) Non *per vicarium*, qui abusus iam infecerat ecclesiam, magnopere auctus per *expeditionem cruciatorum*, clericis etiam crucem assumentibus.

CAP. IV.

Præsentatus ad ecclesiam non confirmatur, si apparet, quod nolit residere, non debet institui per superiorem: confirmatus autem et ex non iusta caussa non residens, priuatur, appellatione remota.

ALEXANDER III. Eboracen. *archiepiscopo.* (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

Relatum h est nobis [*ex parte tua,*] quod, cum in Lateran. concilio statutum 32) sit, vt personæ tali ecclesia vel beneficium ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, et curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad ecclesias præsentati hoc 33) se posse affirmant, sed efficere contradicunt. [*Ideo consulere voluisti, an propter hoc possis tales præsentatos repellere, vel institutos subl. app. obstac. remouere. Tuæ igitur prudentiæ innotescat, quod,*] cum verba accipienda sint cum effectu, tales, si præsentati fuerint, non debent admitti 34); et admissi 35) [*si instituti fuerint, sicut*] poterunt amoueri: nisi forte de licentia suorum prælatorum 36), vel studio 37) litterarum, vel pro aliis 38) honestis caussis contigerit eos abesse. Nec patrocinari debet eis appellationis diffugium 39), si contra huiusmodi 40) intentionem decreti fuerit interiectum i.

32) *Constitutum*, c. 4. comp. cit. 1.
33) *Præsentati se posse residere affirmant et curam habere ecclesiæ vel ecclesiastici beneficii profitentur, id tamen efficere contradicunt*, cit. c.
34) Vox *debent*, a C. R. 2. H. et cit. c. abest, sed L. habet *admittantur*.
35) *Et si admissi*, C. L.
36) Dictio *prælatorum*, non legitur in ed. ant.
37) *In studio*, C. R. 2.
38) *Ab aliis*, ibid.
39) *Beneficium*, C. R. 1.
40) *Si contra ius et intentionem* etc. cit. c.

CAP. V.

Breue est, nec potest breuius summari.

IDEM Eboracen. *archiepiscopo.* (*ann.* 1180. *Roma in Angl.*)

Fraternitati k tuæ [*duximus indulgendum, vt, si clerici, qui in ecclesiis tuæ iurisdictionis beneficium sunt adepti, ad alium diœcesin absque licentia et assensu tuo morandi caussa transierunt, liceat eos tibi beneficiis, quæ habent a te, spoliare: nisi forte scholasticis disciplinis inuigilauerint, aut rationabilem tibi caussam ostenderint, quare reuerti non debeant.*] Præterea clericum alterius diœcesis absque commendatitiis litteris sui episcopi non debes recipere: nisi pro eo receperis ab apost. 41) sede l [*preces aut*] mandatum.

41) *Apost. sed.* C. H. *apostolicæ sedis*, c. 1. comp. 2. h. t.

CAP. VI.

Qui non residet in beneficio etiam modicæ æstimationis, illo priuatur.

IDEM *Lingonensi episcopo* 42). (*ann.* 1170.)

Conquerente m nobis R. presbytero, accepimus, quod G. clericus 43) ab eo pro ecclesia sua, de qua, [*sicut dicitur,*] vitæ 44) necessaria vix potest percipere, annuatim viginti solidos extorquere conatur, asserens beneficium istud 45) in eadem ecclesia sibi fuisse collatum: [*quamquam eidem ecclesiæ, sicut accepimus, non deseruiat, et alia ecclesiastica beneficia sufficientia habeat et possideat ab ecclesia. Quoniam igitur indecens est, et non consentaneum rationi, vt idem, cum alia ecclesiastica beneficia sibi sufficientia habeat, et possideat, ab ecclesia, cui non deseruit, beneficium quærat:*] frat. t. [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod dictus G. 46) habeat ecclesiastica beneficia sibi sufficientia, vel quod eidem ecclesiæ non deseruiat 47), sibi super præscripto beneficio silentium, sublato n impedimento appellationis 48), imponas.

42) Vocabula *Lingonensi episcopo*, desunt in C. H. ed. ant. et Cont.
43) Vocabulum *clericus*, desideratur in c. 2. comp. cit. 2.
44) *Vita sua*, C. R. 2.
45) *Illud*, C. a L. ed. Gonz. et c. cit.
46) *Dictus G. clericus*, C. R. 2. *quod vel G.* cit. c.
47) Quia beneficium est *stipendium* pro officio facto, c. 25. *X. h. t.* quo cessante, illud *sine caussa* petitur et possidetur contra iuris rationem. Nihilominus tamen hodie plura beneficia *sine caussa* possidentur per abusum, quorsum refero, qui canonici *scholastici* præbendam huic officio assignatam possident, ipso officio ad academias translato.
48) *Appellatione remota*, cit. c.

CAP. VII.

Qui est in seruitio episcopi, percipit fructus beneficii tanquam residens, præter distributiones quotidianas. Abbas.

IDEM. (*ann.* 1170.)

De cætero o, [*quia dignum est, et conueniens, vt ecclesiæ tuæ canonici, donec circa te in tuo seruitio morantur, communitatis portionem recipiant; præsenti scripto*] statuimus, ne canonicis [*tuis,*] donec in seruitio tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat vel auferri, quod de communitate sibi beneficio debetur: nisi forte sint victualia 49), quæ non consueuerunt absentibus exhiberi.

49) Ita vocantur *distributiones quotidianæ, sportula et manualia beneficia* alias dictæ in c. vn. h. t. in 6. quæ adhuc ex *vita communi canonicorum antiqua* supersunt, et tantum præsentibus in *choro* porriguntur. c. 32. *X. h. t.* His accrescunt portiones absentium, atque ex *præpositura* more antiquo soluuntur, vt *diuinus cultus a canonicis magis frequenter et diligentius peragatur*, vt dicitur in *constit. Salisburg. de a.* 1569. *constit.* 24.

CAP. VIII.

Priuandus est prælatus vel clericus non residens, qui citatus non reuertitur in termino sibi præfixo: nisi habeat iustum impedimentum. H. d. cum duobus sequentibus.

COELESTINVS p III. *capitulo Magdeburgens.* (*ann.* 1195. *Roma in Germaniam.*)

Ex parte vestra q nostro fuit apostolatui relatum, quod, [*licet dilectus filius N. Cenoman. archidiaconus sit*] ecclesiæ vestræ decanus, [*tamen quod*] in partibus Gallicanis 50) sibi potius habitationem elegit, iam per decem r annorum spatium ecclesia vestra ipsius præsentiam habere nequiuit. Quia ergo 51) nolumus, vt eadem ecclesia decani officio defraudetur: [*vniuersitati vestræ per a. s.*] mandamus, quatenus scribatis eidem 52), quod 53) [*ecclesiam vestram visitare dignetur, et*] suum ibidem officium, vt decanus, debeat exercere. Quodsi vocatus venire noluerit: eligendi alium, qui præesse ecclesiæ vestræ 54) valeat et prodesse, vobis extunc concedimus liberam facultatem.

50) Decanus Magdeburgensis ecclesiæ erat simul archidiaconus Cenomanensis ecclesiæ, in qua residebat, duplici beneficio, residentiam postulante, instructus, obseruante GONZAL. *ad h. c.*
51) *Igitur*, C. R. L. H. edit. Gonz. et c. 3. comp. cit. 2.
52) *Archidiacono memorato*, cit. c.
53) *Vt*, ibid.
54) Pron. *vestræ*, deest in C. H.

CAP. IX.

Summarium est in capitulo præcedente.

INNOCENTIVS III. *cap. Ragusino* 55). (*ann.* 1214. *Roma in Dalmatiam.*)

Qualiter archiepiscopus s vester temeritate propria recessit ab eccle-

55) *Ragusinen.* C. R. et ed. ant. sed L. *Ragusina*, et c. 1. comp. 3. h. t. *Ragusen.*

a *al.* tertius. b *Cap.* 2 *eod. tit in* 1. *compil.* c *Conc. Later. sub Alex. III.* d *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp.* e *Al. ita*: vt id de cætero non fiat. f Officium. g Receperit. h *C.* 4. *eod tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 15. *cap.* 1. i *Vid.* c *si qua pæna. cum concord. ff. de verb. signif.* k *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *comp.*

l Apost. sedis. m *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil.* n *Alias*, obstaculo. o *C.* 4. *tit. de preb. in* 1. *comp.* p *Alias*, Clemens. q *Cap.* 6. *eod. tit. in* 2. *compilat. vid. Fetm. in c.* 2. *de rescr.* r Per decem annos. s *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.*

sia Regusiensi 56), nec iam vltra quadriennium exspectatus 57) redierit, [et] per litteras etiam vestras reuocatus, [vestræ vniuersitati plene nouit: cum sæpius apud nos deposueritis super hoc querelam, et vobis concedi postulaueritis licentiam eligendi. Nos autem exspectantes diutius duximus exspectandam, si forte reuerteretur ad cor, et ad ecclesiam suam, quam taliter reliquerat, remearet. Nolentes igitur, quod diutius ecclesiæ ipsa pastoris maneat solatio destituta,] discret. v. 58) [per a. s.] mandamus [atque præcipimus,] quatenus, nisi forsitan iam redierit, eos post mensem a receptione præsentium, personam vobis idoneam in archiepiscopum eligatis, [et electionem vestram nobis curetis quam citius præsentare.]

56) *Ragusin.* cit. c. *Ragusiensis*, ed. Cont.
57) *Spectatus*, C. R. 1.
58) *Vobis*, C. H.

CAP. X.

Summa vt in capitulo, ex parte. *supr. eodem.*

IDEM *Constantinop. patriarchæ.* (*ann.* 1214.)

Inter quatuor animalia: [*et infra.*] De clericis [*autem*,] qui ecclesias, vel præbendas sibi concessas, sine iusta et necessaria caussa [*in hac nouitate*] deserunt 59), tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi duximus respondendum, quod, postquam congruo tempore fuerint exspectati, nisi redierint ad illas, possunt eis iuste priuari: dummodo non sint iusto impedimento detenti.

59) In verbis *suppletis* prouocat ad *nouitatem*: quia anno MCCIV. a comite Flandriæ BALDVINO Constantinopoli capta, et in sua ecclesia Latinæ transierat, vt ad c. 11. *de tempor. ordin.* not. 24*) obseruaui. Clerici ergo *Latini* cu moribus suis corruptis antiquis etiam in his ecclesiis viuebant, nec residentiam obseruabant.

CAP. XI.

Si nescitur, vbi sit clericus; tribus publicis edictis citabitur in ecclesia sua: et, si intra sex menses non reuertatur, priuabitur ecclesia sua. H. d. vsque ad vers. *contra eos.*

IDEM *archiepiscopo Panormitano* 60) b. [*ann.* 1214.]

Ex tuæ deuotionis 61) d [*insinuatione recepimus:*] [*et infra.*] In ecclesiis [*autem*] eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos velet 62) citatio peruenire, trinæ citationis edictum facias publicari, et, si nec 63) sic curauerint obedire, et 64) vltra sex menses suas deseruerint 65) ecclesias, iuxta e sanctiones canonicas 66), eis debent merito s. oliari.

Iste versiculus non summatur propter varietatem lecturarum, et quia secundum vnum intellectum non facit ad rubricam.

Contra eos [*quoque, sicut supra dictum est,*] etiam procedatur, [*scilicet*] vt ipsos per suspensionis et excommunicationis sententiam 67) ad tuam obedientiam venire compellas. Quodsi 68) nec sic eorum 69) f malitia poterit emolliri; eos [*dil. f.*] B. tit. sanctæ Susannæ presbyter card. apost. sed. leg. a spiritualium administratione 70) remoueat, et quibus præsunt 71) ecclesiis, de personis idoneis faciat prouideri: sed in 72) eos degradationis sententiam non promulgeat, vt cum eis misericorditer, si expediat, facilius agi possit.

60) *Patracen.* C. R. 1. *Patracen.* C. R. 2. H. L. et c. 3. comp. 3. cit., quæ lectio merito vulgatæ præferenda, ex sententia GONZAL. quod cardinalis, cuius hic fit mentio, in Patracensi metropoli degebat.
61) *Dilectionis*, C. R. 1. et L.
62) *Ne ad ipsos valeat*, C. H.
63) *Et si non sic*, cit. c.
64) *Si*, repetitur ibid. pro *et.*
65) *Deserunt*, C. R. 2. et H.
66) Verba *iuxta sanctiones canonicas*, e C. R. L. H. et ed. ant. absunt in cit. c. autem legimus: *vt iuxta sanctiones canonicas eis debeant merito spoliari.*
67) *Sententias*, cit. c.
68) *Et si*, ed. ant.
69) *Illorum*, C. R. 2. H. L. et cit. c.
70) *Vel ab episcopatuum administratione*, C. H.
71) *Possit*, cit. c. loco verbi *præsunt.*
72) *Et in* etc. ibid.

CAP. XII.

Priuilegiatus vt absens in studio fructus præbendæ recipiat. Existens in villa vel castello, vbi nullum est, aut minus competens studium, priuilegio non vtitur.

IDEM. *Altissiodorensi* g *episcopo.* (*ann.* 1214. *Romæ in Gall.*)

Tuæ fraternitatis discretio h postulauit: [*et infra.*] Quæsiuisti præterea, vt, cum interdum canonici, quibus studiorum gratia est indultum, vt in absentia sua fructus percipiant præbendarum suarum, accepta licentia se ad villas transferunt 73) vel castella, in quibus nullum est vel minus competens exercitium studiorum, vtrum præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi; ad i quod breuiter respondemus, eis, qui huiusmodi fraudem committunt, cum fraus et dolus nemini debeat k patrocinium 74) impertiri, præfatam indulgentiam competere non debere.

73) *Transferant*, C. R. 1. H. et c. 4. comp. cit. 3.
74) *Patrocinari impertiri*, cit. c.

CAP. XIII.

Qui iurauit in ecclesia residere, pro seruitiis ecclesiæ licite se absentat.

HONORIVS III. [*V.*] *præposito de Veleriis* 75). (*ann.* 1220. *Romæ in Gallian.* Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Ex parte l tua fuit propositum [*coram nobis,*] quod tempore, quo recepisti præposituram de Valeriis 76), præstitisti de facienda residentia iuramentum 77), [*quæ ligia nuncupatur in ecclesia S. Martini Turon. in qua præposituram eandem obtines, præstito insuper iuramento promittens, quod homines et iura ipsius præposituræ manuteneas et defendas. Cum autem prosequendo iura præposituræ residere interdum in ecclesia memorata non possis; de iuramento super ipsa residentia præstito metuens, prouideri tibi super hoc a nobis humiliter postulasti. Nos vero*] postulationi t. t. r. 78) quod, si te 79) non absentando in fraudem, præposituræ tuæ iura fideliter prosequeris 80), cum ex hoc censeri debeas residens, periurium non incurris.

75) *Innocentius III. præposito de Vallis*, C. H. sed mendose.
76) *Vallis*, ibid.
77) Hæc iuramenti formula ex statu primæuo præpositorum adhuc retenta fuit: quia in *ecclesiis cathedralibus* proximam post episcopum, in monasteriis vero primam habuit potestatem præpositus, quam adhuc exercet in regulares canonicos. Hac de caussa *residentia* olim desiderata fuit in præposito, qui *specialis dux et auriga præcipuus capituli* notanter vocatur a BONIFACIO VIII. in *bulla de anno MCCCI.* apud VGHELLIVM *tom. I. p. 317. nouiss. edit.* Hac in bulla, quæ Anagninæ ecclesiæ data est, officium præpositi in eo constituitur, *vt bona omnia capituli gubernet fideliter et sollicite administret: de mortuariis omnibus et fructibus prouentibus, redditibus et obuentionibus vniuersis eiusdem ecclesiæ, qui quomodocunque, qualitercunque et vndecunque ad dictum capitulum seu canonicos peruenient Anagninos, centum annuatim percipiat, quantum percipiunt et percipient duo ex canonicis supradictis, teneatur præpositus ter in anno quolibet in capitulo, episcopo ipso præsente vel eius successore, qui pro tempore fuerit, si vocatus voluerit interesse, de his, quæ ad eundem noscunt episcopum pertinere et de aliis, eodem irrequisito episcopo, reddere rationem: possit insuper auctoritate propria interdicere, suspendere, et excommunicare canonicos et clericos ecclesiæ supradictæ, statuta ipsius temere non seruantes, ac etiam chorum cuicunque diuinum in præfata ecclesia ordinare, et excessus leues corrigere, qui ab eisdem canonicis et clericis in choro prædicto, vel etiam extra ipsum pro tempore committentur: in choro et capitulo cum processionibus quibuscunque habeat et teneat primum locum*, etc. Quia itaque amplissimum gerebat magistratum, qui eius *præsentiam* desiderabat: ideo ob antiquam de *residentia* facienda iurare debebat. Postquam vero, nostris admodum bonis capituli, magis in *foro* et *extra ecclesiam* versari cogebantur præpositi: admodum laxata est eorum residentia et potestas imminuta, decanorum vero aucta, in quibus ea de caussa *residentia* eo magis necessaria est.
78) *Duximus*, pro *respondemus*, c. 1. comp. 5. h. t. deficientibus verbis: *postulationi tuæ taliter.*
79) Pron. *te*, abest a C. H.
80) *Prosequaris*, C. R. L. H. et cit. c.

CAP. XIV.

Familiaris papæ, non obstante constitutione contraria, præbendæ suæ fructus percipit in absentia.

IDEM HONOR. III. *capitulo Metens.* m (*ann.* 1220. Conf. c. 2. comp. cit. 5.)

Cum dilectus filius magister Otto, [*scriptor noster, canonicus eccles. vestræ, grate nobis iugiter impendat obsequia, et non minus, si sit absens, quam præsens, eidem ecclesiæ vtilis habeatur: vniuersitatem vestram rogandam duximus et monendam, ac per apost. vobis scripta*] mandamus, quatenus, non obstante constitutione 81), quæ contra absentes canonicos inter vos dicitur emanasse, [*ob reuerentiam apost. sedis et nostram annuatim*] fructus præbendæ suæ [*integraliter*] assignetis eidem, in nostro seruitio commoranti, [*satisfacientes sibi congrue de subtractis:*] cum familiares nostri n, qui circa nos se obsequiales exhibent vniuersis o, minori non debeant prærogatiua gaudere, quam vestrum singuli, quorum negotia per se 82) ipsos sæpius promouentur.

81) *Consuetudine*, c. 2. comp. cit. 5.
82) Pron. *se*, e C. R. L. ed. ant. gloss. et cit. c. abest.

CAP. XV.

Duo canonici absentes cum episcopo, seu in eius seruitio, fructus præbendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione ecclesiæ contraria non obstante.

IDEM *Melden. episcopo.* (*ann. eod.* Conf. c. 3. comp. cit. 5.)

Ad audientiam nostram [*te significante*] peruenit, quod, cum in Melden. ecclesia quædam sit constitutio [*inita,*] vallata iuramento, et auctoritate sed. apostol. confirmata, et [*videlicet eius*] canonici, qui [*per sex menses*] non residerent 83) in eadem, suarum priuentur fructibus præbendarum, illis [*duntaxat*] exceptis, quos infirmitas [*proprii corporis*] excusaret, seu in apostolicæ sedis seruitio contingeret detineri 84), [*quosque peregrinationis labor, aut studia traherent litterarum, decanus et quidam alii canonici Melden. occasione constitutionis huiusmodi, canonicos in tuo seruitio commorantes præbendarum suarum priuare fructibus*

83) *Non resederint*, c. 3. comp. cit. 5.
84) *Siue ad apostolicam sedem accedere, vel in eius seruitio contingeret detineri*, ibid.

a *Supr. de maior. et obedient. inter quatuor. et cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* b *Alias*, Patracen. c *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp.* d Dilectionis. e *Hæc verba*, iuxta sanctiones canonicas, *desunt in omnibus manuscriptis.* f *Alias*, istorum, *alias*, illorum. g Alidiac. h *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* i *Alias*, taliter resp. quod eis, etc. k *Alias*, debeant. *al.* debent.

l *De materia iuramenti huc spectante vid. lex. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob caussam.* m Melden. *alias* Metten. n *Vid. Lud. Gomez. in reg. de impetr. benef. vac. per obit. familiaris cardinalium quæst. 13.* o *Vide leg. sed et reprobari. §. penult. per Bald. ff. de excusat. tutor.*

moliun-

moluntur. Vnde, cum tibi plurimum expediat aliquos canonicorum ipsorum in tuo seruitio retinere, nobis humiliter supplicasti, vt super hoc necessitati tuæ apostolicæ dignaremur prouisionis moderamine prouidere. Volentes igitur sic constitutionem moderari prædictam, vt dicta ecclesia fructum sentiat ex eadem, et tu per eius absentiam dispendium non incurras, præsentium auctoritate,] decernimus, vt duo ex canonicis ecclesiæ memoratæ, in tuo seruitio existentes, suarum fructus integre percipiant præbendarum: cum absentes dici non debeant, sed præsentes, qui tecum pro tuo et ipsius ecclesiæ seruitio commorantur.

CAP. XVI.

Si ecclesia patitur ministrorum defectum: priuilegiati super absentia per subtractionem prouentuum redire coguntur. H. d. Et est bonus textus, et potest multum practicari.

GREGORIVS IX. *patriarchæ Antiochiæ* 85) *apost. sed. Legato.* (*ann.* 1230. *Roma in Syriam.*)

Cum ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata: [*et infra.*] Sane, nobis innotuit, quod ecclesia Antiochena *a* multis ex seruitoribus eius absentibus est fere destituta ministris. Vnde mandamus, quatenus, non obstantibus apostolicis indulgentiis *b*, et prædecessorum tuorum licentiis, absentes canonicos et alios 86) reuoces ad residendum in ecclesia supra dicta: et, si non venerint 87), tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi ecclesiæ facias congrue deseruiri 88) *c*, in vtilitatem eiusdem, quod ex 89) præfatis beneficiis superfuerit, conuertendo.

85) *Antiocheni*, C. H.
86) Quia *assisæ* appellatio olim denotauit etiam *pensionem annuam*; ita *assisi* vocati fuerunt in quibusdam ecclesiis cathedralibus *pensionarii*, qui vices absentium canonicorum in choro implebant, seu eorum *vicarii*, qui ea de causa annuam pensionem accipiebant, obseruante FRESNEO in *glossar. med. latin. hac voce.*
87) *Venerint*, ed. Pith.
88) *Deseruiri*, C. H. et ed. ant.
89) Præp. *ex*, deest in C. H.

CAP. XVII.

Priuatur beneficio clericus non residens, si monitus non redeat, nec iustam excusationem alleget. H. d. et est casus notabilis.

IDEM. (*ann.* 1231.)

Clericos in ecclesiis tuæ iurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt, assequutos, si ad alterius diœcesim absque licentia tua morandi caussa transierint, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis, nisi excusationem rationabilem ostenderint, spoliare.

TITVLVS V.
DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS 90).

CAP. I.

In bonis ecclesiæ non succeditur iure consanguinitatis.

Ex concilio Pictauien. 91) (*ann.* 1178. *c.* 3.)

Vt nullus *d* de clero siue [*de*] populo 92) ecclesiastica bona e iure consanguinitatis sibi requirat habenda.

90) In comp. 1. desiderantur voces: *et dignitatibus.*
91) Refertur hic canon 3. ab HARDVINO *tom. VI. P. I. p.* 1575. et quidem recte ad annum *MLXXVIII.* quem BARONIVS per errorem retulit ad *ann. MC.* in quo quidem *concilium Pictauense* celebratum, sed inter eius canones præsens caput non deprehenditur.
92) *De populo*, C. R. L. et ad. gloss.

CAP. II.

Non licet episcopo aliquem ordinare sine titulo.

In corpore canonum 93). [*P. V. ex nouellis.*]

Non liceat 94) *f* vlli episcopo ordinare clericos, et eis nullas alimonias præstare: sed duorum 95) alterum eligat, vel non faciat clericos, vel si fecerit, det illis, vnde viuere possint.

93) Intelligit *codicem canonum ecclesiasticorum* DIONYSII *exigui*, in quo tamen nec quoad verba, nec quoad mentem hoc caput deprehenditur. Nam sententia *c. 6. concil. Chalcedon.* a DIONYSIO relata apud IVSTELLVM *tom. I. bibl. iur. canon. antiqu. p.* 134. de clericis absolute et sine titulo non ordinandis, repetita 2. *dist. LXXI.* huc non pertinet: cum *titulus* eo tempore haud denotauerit medium idoneum se alendi, quem significatum recentius æuum demum assumsit. Quin potius verba hæc sunt desumta ex *nou. constit.* 5. *translat.* IVLIANI.
94) *Non licet*, ed. Pith.
95) *Sed horum alterum*, c. 2. comp. 1. h. t.

CAP. III.

Bona ecclesiarum communia sunt, nec debet quisquam tanquam propria sibi vendicare.

GREGORIVS 96) *Anthemio* 97) *subdiacono.* (*ann.* 603. *Romæ.*)

Ratio nulla *g* permittit, vt, quod pro communi vtilitate datum esse cognoscitur, propriis cuiusquam 98) vsibus applicetur.

96) Inter interpolata capitula etiam in *decreto* hoc relatum, et quidem in *c.* 2. *C. XVII. q.* 4., desumtum ex *libr. XI. epist.* 31.
97) *Anthemio*, C. L. *lingratos Antonio*, H.
98) *Cuiuslibet*, C. R. 2.

a Antiochiæ. b *Vide leg.* 2. *per Bald. ff. ne quid in loco publico.* c Deseruire. d *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* e Beneficia. f *C.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* g *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.*

CAP. IV.

Qui ordinauit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo, vnde viuat, prouidere tenetur ei de suo, donec aliquem titulum fuerit consequutus.

ALEXANDER III. *in concil. Lateran. c.* 5. h (*ann.* 1179. *Romæ.*)

Episcopus, si aliquem i sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinauerit 99), tamdiu ei necessaria subministret, donec in aliqua ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericalis 100) assignet: nisi talis [*forte*] ordinatus 1) de sua *k* vel paterna hereditate subsidium vitæ possit habere 2).

99) *Ordinauit*, c. 5. comp. cit. 1.
100) *Clericalis*, C. H.
1) *Qui ordinatur, extiterit, qui de sua* etc. cit. c.
2) Hoc colore tandem discessum est a canone *concilii Chalcedonensis* relato in *c.* 1. *dist. LXX.* in quo generaliter ordinationes *absolutæ* seu *sine titulo* prohibitæ fuere, h. e. sine certo officio in certa ecclesia peragendo. Pedetentim vero, postquam cupiditas ambiendi clericatum innumeros homines incesserat, quos repellere nefas ducerent, *tituli* appellatio hunc nouum accepit significatum, vt medium sufficiens se aliunde alendi denotaret: præsertim cum non amplius *ordinatio*, vt olim, sed *prima tonsura* faceret clericum, quam etiam aptiores, quibusdam rectam ecclesia, recipere poterant. Præterea talis ordinatio olim erat nulla, quæ tamen valet ex hac decretali et *c.* 16. *X. h. t.*

CAP. V.

Non debent episcopi permittere, quem plures ecclesias obtinere.

IDEM *in eodem c.* 14. l (*ann.* 1179.)

Quia *m* in tantum [*iam*] quorundam processit ambitio, vt non duas vel tres, sed [*sex aut*] plures ecclesias perhibeantur habere; cum nec duabus possint 3) debitam prouisionem impendere: per fratres et coepiscopos nostros hoc 4) *n* emendari præcipimus, et de multitudine præbendarum 5) *o* canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam et euagationis 6) inducit, certumque continet periculum animarum, eorum, qui ecclesiis deseruire valeant 7), indigentiam volumus 8) subleuari.

3) *Possunt*, ed. ant.
4) *Hac*, c. d. comp. cit. t.
5) Vox *præbendarum*, in C. R. H. L. et cit. c. desideratur.
6) *Vagationis*, cit. c.
7) *Valeant et*, C. H.
8) *Præcipimus*, C. R. 1. et L. sed verbum *volumus*, ab H. et cit. c. abest.

CAP. VI.

Ad mandatum papæ non tenetur quis prouidere illi, qui beneficium in litteris tacuit, vel cui sine scandalo prouideri non potest. H. d. Et in vltimo est iste textus semper menti tenendus.

IDEM 9). (*ann.* 1180.)

Cum *p* teneamur [*ex debito suscepti regiminis prouisioni clericorum intendere: tibi et aliis ecclesiarum prælatis pro eis scripta nostra dirigimus, et interdum etiam super illorum prouisione, qui aliud sufficiens beneficium habere noscuntur. Verum etiam aliquando ignoramus, eos habere aliud beneficium, pro quibus tibi et aliis ecclesiarum prælatis scribimus.*] Si [*preces et*] mandatum nostrum pro aliquius prouisione receperis 10), [*vel aliquando recipies,*] qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commode sustentari; nisi forte in litteris ipsis de hoc 11) mentio habeatur; aut si non potest 12) ei sine 13) scandalo prouideri 14): æquanimiter sustinemus 15), si pro eo [*preces et*] mandatum nostrum non duxeris exsequendum.

9) In *append. concil. Later. III.* apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. p.* 1814. inscriptioni hæc verba adiecta: *Londonensi episcopo:* quæ tamen pariter desunt in *collect. decret. Alexandri III. infra p.* 243.
10) *Pro aliquo receperis*, c. 8. comp. cit. 1.
11) *De alio beneficio, quod habeat mentio* etc. cit. c.
12) *Potes*, C. R. et L.
13) *Sine graui*, C. H.
14) *Prouidere*, C. R. L. et H.
15) *Sustinebimus*, cit. c.

CAP. VII.

Habens plures ecclesias, alteram eligere et alteram dimittere compellitur.

IDEM. (*ann. eod.*)

Referente I. *q* presbytero [*latore præsentium,*] accepimus, quod, cum duas haberet ecclesias, archidiaconus tuus 16) ipsum altera spoliauit 17), et [*eam*] cuidam presbytero G. *r* nomine assignauit eandem: prædictus autem I. 18) sentiens se in hac parte grauari, ad metropolitanum 19), videlicet 20) Remen. archiepiscopum appellauit. Cumque

16) *Suus*, C. H.
17) *Spoliauerit*, c. 9. comp. 1. cit.
18) *Io.* C. R. 2.
19) Loco huius vocabuli legimus in cit. c. *ad fratrem nostrum carissimum.*
20) Partic. *videlicet*, non habetur in cit. c.

h *Libr.* 11. *epist.* 29. *siue* 31. *Ind. G. regist.* i *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp.* k *Al. de sua paterna hereditate, quod non probo.* l *Cap.* 14. m *Cap.* 6. *eod. tit. in* 1. *compil.* n Hæc. o *Vox*, præbendarum, *non est in antiquis, nec in concilio.* p *Cap.* 8. *eod. tit. in* 1. *compilat. et post concil. Lateran. part.* 30. *c.* 2. q *Cap.* 9. *eod. tit. in* 1. *compilat. et post concil. Lateran. sub Alex. III. part.* 30. *c.* 3. r *Alis.* 8.

[idem

[*idem I.*] de mandato eiusdem archiepiscopi in prædicta 91) ecclesie restitutus fuisset, [*memoratus G. ad nostram audientiam appellauit. Postea vero*] præfatus archidiaconus eundem I. eo 92), quod ad præsentiam suam vocatus, [*vt alteram de prædictis ecclesiis præunominato G. concederet,*] venire contempsit, vinculo excommunicationis adstrinxit. Nos autem e ipsum 93) a sententia, qua tenebatur, facientes absolui, [*eundem ad te duximus remittendum. Quocirca*] tibi 94) mandamus, quatenus, [*partibus ante præsentiam tuam conuocatis,*] præscripto I. de prædictis 95) *b* ecclesiis vnam, quam maluerit 96), [*cum pertinentiis suis*] relicta, alteram præfato G. 97) si ecclesiam non habet 98) *c*, non differas 99) assignare: alioquin 100) ipsam alteri personæ idoneæ, beneficio ecclesiastico carenti, incunctanter assignes.

91) *Præscripta*, ibid.
92) *Pro eo*, C. H.
93) Pron. *ipsum*, desideratur in cit. c.
94) Pron. *tibi*, deest in C. H. et cit. c.
95) *De præfatis*, cit. c.
96) *Voluerit*, C. H. et cit. c. sed vid. c. 14. *X. h. t.* in not. 44.
97) *Waltero*, cit. c.
98) *Non habeat*, ibid.
99) *Differat*, C. R. 2.
100) *Si vero etiam habet ecclesiam*, legimus in cit. c. loco particulæ: *alioquin.*

CAP. VIII.

Præbendæ et dignitates non debent diuidi, nec etiam permutari.

IDEM *in concilio Turonensi.* d (*ann.* 1180.)

Maioribus *a* ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus 1), indecorum nimis videtur, vt e 2) minorum clericorum præbendæ 3) patiantur sectionem. Idcirco, vt 4), sicut in magnis 5), ita quoque in minimis membris suis, firmatam 6) ecclesia habeat vnitatem *f*, diuisionem præbendarum, aut 7) dignitatum permutationem 8) fieri prohibemus.

1) *Permanentibus*, c. 10. comp. cit. 1.
2) *Si*, loco vt, ibid.
3) Maiora *beneficia* et *præbendas* minorum clericorum hic distinguit pontifex; quamuis in *effectu* hic conueniant. Etenim stricte differunt, (1) vt *beneficium* ius certum ecclesiastico officio iure perpetuo assignatum reditus percipiendi designet: præbenda vero in genere id denotet, quod ex communibus bonis clericis ad *sustentationem vitæ* præbetur. Et sic etiam canonici in communi vita, æque vt monachi, viuentes, *præbendas* habuerunt, non *beneficia*, post discessum a vita communi demum erecta. Ea de caussa hæc *distinctas præbendas* vocauit pontifex in c. 10. *X. de concess. præb. et eccl. vac.* atque tales sectionem haud admittere recte censuit in *h. c.* In c. 27. *X. h. t.* appellantur *præbendalia beneficia.* vnde palam est, pedetentim has voces promiscue sumtas fuisse: quamuis (2) appellatio *præbendarum* magis minoribus clericis tantum, *beneficii* omnibus indistincte tribuatur, vt ex hoc textu liquet. Denique (3) *beneficia* stricte *certum numerum canonicorum* habent, non item *præbendæ* in stricto sensu acceptæ, cit. c. 10. quæ determinatam quantitatem non habent.
4) *Vt*, deest in C. H.
5) *In maximis*, cit. c.
6) *Firmam*, C. R. L. H. ed. ant. et c. cit.
7) *Ac*, C. B. 1.
8) Vel potius *commutationem*, vt recte obseruat A CORTA *ad h. c.* Talis enim *permutatio dignitatum* hic supponenda, quæ *mutationem* earum in se continet, qualis etiam in *sectione præbendarum* contingit. Breuiter ? prohibuit pontifex *mutationem* dignitatum, quæ absque *suppressione* vix concipi potest, cuius exemplum de sublato primiceriatu in ecclesia Tullensi auctoritate pontificis, illustrat c. 8. *X. de constitut.*

CAP. IX.

Receptus in canonicum ex promissione capituli, debet, quando facultas se obtulerit, habere præbendam. Vid. cap. 2. de concess. præbend. in 6. cum gloss.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo* g. (*ann.* 1170.)

Relatum *h* est, [*auribus nostris, quod, cum dil. fil. n. magister. Iac. in ecclesia tua sit per te canonice institutus, et in choro et capitulo et aliis locis, quorum communis est vsus, plenam, sicut canonicus habeat, potestatem, nondum sibi præbendam iuxta promissionem tuam assignare curasti, licet post promissum tuum plures præbendæ in ipsa ecclesia vacasse dicantur.*] Quoniam igitur dignum est, [*et omnimodis consentaneum rationi,*] vt, postquam magister I. 9) in ecclesia tua 10) canonicus est institutus, et a te habuit 11) in promissis 12), de conferenda sibi prima præbenda, cum in ecclesia ipsa 13) vacaret, vt debeat præbendæ integritate gaudere; [*præsertim cum, sicut nobis proponitur, litteratus sit et discretus; f. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si idem I. in ecclesia tua est canonice 14) institutus, et in choro et 15) capitulo et [*m*] aliis, quorum vsus est communis, potestatem, sicut canonicus habet, ei præbendam, si qua [*de antiquis in ecclesia ipsa*] nunc vacat, vel cum ibi primo 16) vacauerit, [*omni occ. et contrad. cessante,*] secundum promissionem tuam concedas liberaliter et assignes, [*ita, quod de constantia et grauitate possis merito commendari, et nos propter hoc iterato tibi scribere non compellamur:*] quia non est congruum 17), vt præbenda careat, qui in canonicum noscitur esse receptus.

9) *Iacobus*, C. R.
10) Verba *magister I. in ecclesia tua*, absunt e cit. c.
11) *Habuerit*, C. R. 1. H. et cit. c.
12) Ætate ALEXANDRI III. iam plures recepti erant canonici, atque stallum in choro et vocem in capitulo acceperunt, quam essent præbendæ distinctæ, adeo vt his *supernumerariis* præbenda vacatura duntaxat promitteretur, et sic sæpe inani spe pascerentur, vt ex *h. c.* liquet. Adhuc tempore, quo hæc scripta decretalis, prohibitæ et reprobatæ erant: tales promissiones de conferenda vacatura præbenda, quod demum factum est in concilio Lateranensi III. anno MCLXXX. celebrato, in c. 2. *X. de concess. præb. et eccles. non vac.* relato, ad quod prouocat ALEXANDER III. in c. 9. *X. cit. tit.* quod ad eundem annum, post hoc concilium, referendum, ad quod etiam prouocat INNOCENTIVS III. in c. 19. *X. h. t.*

13) *Tua*, cit. c. loco *ipsa*.
14) *Canonicus*, ibid.
15) Copula *et*, desideratur ibid.
16) *In primo*, C. H.
17) Promissiones tales non tribuere *ius perfectum* receptis inter canonicos, sed tantum stringere conscientiam episcoporum, creditum eo tempore fuit: quod tamen improbat pontifex, et confirmat INNOCENTIVS III. in c. 19. *X. h. t.* æque vt de his, qui *sine titulo* et *absolute* vedientes erant, decretum est supra c. 4. *X. h. t.* Quocirca receptis supernumerariis *ius perfectum* competit, secundum sensum, exigendi præbendam primum vacantem, et obligatio *ex lege* singulis prælatis incumbit eam conferendi, vt *conditione ex lege* teneantur etiam successores in prælatura. c. 16. *X. h. t.*

CAP. X.

Religiosi reditus ecclesiarum suarum diminuere non possunt respectu portionis, quæ debetur rectoribus seu vicariis, nec parœcias diuidere.

IDEM *canonicis regularibus et monachis Eboracensi. diœcesis* 18) i. (*ann.* 1180.)

Auaritiæ *k*, quæ est idolorum seruitus, [*ii debent radicem studiosius extirpare, qui seculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerunt in religionis habitu militare.*] Intelleximus [*autem,*] quod in ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones 19) consueuistis percipere 20), portiones, vel antiquos reditus minorastis, quos nonnulli clerici ecclesiarum ipsarum olim habuisse noscuntur 21). [*Vnde quoniam hoc ex radice auaritiæ et cupiditatis procedit, quam debetis modis omnibus cauere: vestræ f. p. a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si quos portiones vel antiquos reditus clericorum [*indebite*] sine consensu [*vel consilio*] archiepiscopi vestri 22), [*postquam ipse archiepiscopatum habuerit,*] minuere 23), vel parœcias diuidere præsumpsistis, ad integritatem pristinam reuocetis, [*et rationabiles et antiquas pensiones clericorum, qui debent altaribus deseruire, integras eas et illibatas seruetis, et in ecclesiis, de quibus certas pensiones soliti estis percipere, portiones vel antiquos reditus, quos nonnulli clerici ante tempora ipsius archiepiscopi, et postquam adeptus est archiepiscopatum, habuerant, nullatenus præsumtione temeraria minuatis, nec parochias ecclesiarum auctoritate vestra diuidere aliquatenus præsumatis.*]

18) Loco: *diœcesis*, legitur in c. 10. comp. cit. *archiepiscop.*
19) Loquitur pontifex de ecclesiis, quæ *vnitæ* erant monasteriis vel collegiatis ecclesiis canonicorum regularium, in quibus perpetuos alebant vicarios, hisque *pensiones* assignabant, vel *beneficia*, quæ ipsorum monachorum erant, perpetua vnione monasteriis collata, id quod illustrat c. 3. *X. de suppl. neglig. prael.* et c. 12. *X. h. t.*
20) *Accipere*, C. H.
21) Post vocem: *minorastis*, cit. c. ita variat: *quos solis ante tempora venerabilis fratris nostri R. Eboracen. archiepiscopi a. f. i. et etiam, postquam est episcopatum adeptus, clerici non habuerunt.*
22) *Præfati*, loco pron. *vestri*, habetur in cit. c.
23) *Minuistis, vel parochias diuisistis*, etc. ad etc. ibid.

CAP. XI.

Possunt prælatus et capitulum præbendæ vacanti honestum onus imponere, ad quod præbendarius teneatur.

IDEM *præposito et capitulo Insul.* 24) (*ann.* 1180.)

Significatum est nobis 25) *l*, quod cuidam sacerdoti præbendam vnam in ecclesia vestra communi voluntate dedistis, ita [*quidem,*] quod missam de sancta Maria, nisi corporis infirmitate grauatus sit 26), debeat quotidie celebrare, et ecclesiam vestram non nisi communi tam propositi, quam capituli assensu 27) possit dimittere, vel 28) cuiquam præbendæ illius anniuersarium delegare. Quam siquidem institutionem *m* eatenus confirmamus, vt prædictus sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assidue debeat obsequium suum impendere ecclesiæ memoratæ, et quanto frequentius poterit, salua honestate sua, et debita deuotione, missarum sollemnia celebrare: nec sibi liceat hoc illi subtrahere, siue caussa voluptatis, siue se ad aliam ecclesiam transferendo.

24) *Insulensi*, recte legit C. R. 2. quæ ecclesia est in Belgio, non *Insilensi* vt habet c. 13. comp. cit. 1.
25) Pron. *nobis*, in C. R. 1. et H. deest.
26) Vox: *sit*, in C. R. 2. H. et L. abest.
27) *Consensu*, C. R. 1. H. L. ed. Gonz. et cit. c.
28) *Potest dimittere nec cuiquam*, cit. c.

a *Al.* Nos autem a sententia, qua detinebatur, eum facientes, etc. b Præscriptis. c Habeat. d *Vid. Ant. Aug. in not. 1. comp.* e Cap. 10. eod. tit. in 1. compilat. et post concil. Lateran. part. 30. c. 4. f *Vid. l. cum pacto, per Bart. ff. de seruis export.* g Sard. episc. h Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. cum hodie sit correcta hæc decret. per cap. de concess. præb. in 6. vide ibi gloss. et Decium in cap. ex part. 1. supra de officio delegat.

i *Vox*, diœcesis, deest in antiquis. k Cap. 12. eod. titul. in 1. compilat. et post concil. Lateran. part. 29. c. 1. l Cap. 13. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Lateran. part. 50. c. 59. m Constitutionem.

CAP. XII.

Ad præsentationem religiosorum in eorum ecclesiis nullus debet institui per episcopum: nisi prius ei congrua portio redituum assignetur.

IDEM a *Vigoricn.* 29) *archiepiscopo.* 30) *(ann. 1170. Roma in Angliam.)*

De monachis b [*autem,*] qui vicarios parœcialium 31) ecclesiarum [*in tantum*] grauant, vt hospitalitatem tenere non possint, [*nec honestam sustentationem habere,*] eam [*curam et*] prouidentiam habeas, quod ad præsentationem monachorum nullum recipias, nisi tantum ei de prouentibus ecclesiæ 32) coram te fuerit assignatum, vnde iura episcopalia possit persoluere 33), et congruam [*atque sufficientem*] sustentationem habere. [*Illis autem sacerdotibus, quibus a te vel prædecessoribus tuis in ecclesiis monachorum cura est animarum commissa, eam subtrahere poteris, nisi ipsis a monachis honesta et sufficiens sustentatio fuerit assignata.*]

29) *Vigornien.* C. a. 2. et L. rectius legunt, sed C. R. 1. *Vigitien.* ed. ant. *Wigorn.* c. 14 comp. cit. 1. *Wigor.*
30) *Episcopo*, C. H. et cit. c.
31) *Parochialium*, C. H. et cit. c.
32) *De beneficiis ecclesiasticis*, cit. c.
33) *Soluere*, C. R. 2.

CAP. XIII.

Plures dignitates vel personatus in vna vel in diuersis ecclesiis quis habere non potest.

IDEM *Salernitano* c *archiepisc.* (*ann.* 1170.)

Ad hæc 34) d licet *consuetudo illa non sit consona rationi, secundum quam clericus, si a Kal. Mart. vsque ad Kal. Nouembris decesserit, totum fructum beneficii, quod debet anno illo percipere, secundum suam voluntatem largitur; quia tamen in multis ecclesiis obseruatur; eam satis in episcopatu tuo poteris tolerare: præsertim si clericus in decessu suo grauetur onere debitorum.*] [*et infra.*] Illud 35) est omni 36) rationi contrarium, vt vnus clericus in vna [*ecclesia,*] vel [*in*] diuersis 37) ecclesiis, plures dignitates vel personatus 38) obtineat: cum singula officia in ecclesiis assiduitatem exigant personarum. e

34) *Ad hoc*, C. R. 1.
35) Verba antecedentia, hic inserta, notatu digna sunt, et supponunt casum, quo clerico circa *Kal. Martias* beneficium collatum erat, cui pro officio, et sic ob *caussam*, eiusdem beneficii debentur. Si ergo decedit circa *Kal. Nouembr.* non potest integros vltimi anni reditus suos facere, sed tantum pro ratione temporis, quo deseruiit ecclesiæ, nisi alia consuetudo in illa ecclesia vigeat, quam non improbat pontifex: simul tamen innuit, tales reditus *heredibus* deberi, ad hos alicuius defuncti inde soluendum obstrictis. Si enim *ecclesiæ* iure antiquo cederent: frustra foret quæstio proposita de fructibus anni vltimi integris percipiendis.
36) *Omnino*, c. 7. comp. 1 de testam.
37) *In diuersis*, C. R. 2. et L.
38) *Archid. et decanatum*, cit. c.

CAP. XIV.

Habens plures dignitates, alteram dimittere compellitur.

IDEM *Burdegalen. archiepisc.* (*ann.* 1180.)

Præterea f de [*archid.*] G. qui in tua et Tolosana ecclesia est 39) archidiaconus constitutus, et 40) in vtraque ecclesia 41) regulariter professus 42), [*collectis illis, quæ in archidiaconatu ecclesiæ tuæ colligere potest, præter conscientiam tuam Tolosam regreditur, et ibi per annum vel eo amplius moratur, prudentiæ tuæ*] mandamus, quatenus 43) eundem [*G. si res ita se habet,*] altero, quem maluerit 44), archidiaconatu [*occ. et app. cess.*] facias esse contentum.

39) *Sit*, c. 4. comp. 1. de excess. prael. in f.
40) Copula *et*, desideratur ibid.
41) Vox *ecclesia*, deest in C. H.
42) *Est professus*, C. R. et L.
43) *Significamus*, vt, cit. c.
44) Eadem electio quoque tributa est ab ALEXANDRO III. plura beneficia iam habenti in c. 7. *X. h. t.* et vtraque decretalis paulo ante concilium *Lateranense III.*, anno eodem celebratum, edita esse videtur, in quo hæc electio sublata, cautumque, vt posterius beneficium nulliter collatum censeri debeat, eoque priuandus sit beneficiatus. *c.* 3. *X. de cleric. non resid.* Idem quoque iure antiquo, si posterior collatio impugnata, nec adhuc per *institutionem* in effectum deducta: quo casu electio cessabat. *c.* 15 *X. h. t.* Denique alias electio locum non habebat, si consuetudo, vt in Gallia, plura beneficia habendi potestatem fecerat, quæ toleranda magis ob multitudinem huic iuri inhærentium, quam probanda, vt pontifex in *cit. c.* 15. prudenter censet. Sæpe enim tam altas radices egit consuetudo, vt sine grauioribus malis eradicari nequeat, et ita, etiamsi *irrationabilis* sit, valeat. *vid. c.* 16. *X. h. t.*

CAP. XV.

Si electus ad secundam ecclesiam noluerit dimittere primam: eligentes possunt resilire, et electum non acceptare.

IDEM *Genuen.* 45) *archiepiscopo.* g (*ann.* 1170.)

Cum non ignores h, quod vna ecclesia vnius debeat esse sacerdotis: [*mirabile gerimus et indignum, si vni personæ locum in pluribus ecclesiis velis concedere, vel in episcopatu tuo inducere consuetudinem ecclesiæ Gallicanæ. Quæ, cum vnum ad plura recipiat beneficia, contra sacrorum canonum instituta, non comprobatur a nobis: licet non possit præ multitudine delinquentium emendari.*] Cum igitur nuntius [*illius*] presbyteri, qui in duabus ecclesiis locum habere contendit 46), et quidam clerici alterius 47) ecclesiæ, [*in qua locum se habere dicebant,*] ad nostram præsentiam accesserint contra eum 48): nos attendentes, non esse conueniens [*vel honestum,*] vt idem presbyter locum habeat i in duabus ecclesiis, [*volumus et*] mandamus, quatenus ipsum [*illo*] beneficio, quod habet, facias 49) manere 50) contentum. Quodsi forte archipresbyter et clerici 51) alterius ecclesiæ in eum consenserint: eis nunc 52) dissentientibus 53) k, cum ipsorum scandalo non debet locum in ipsa ecclesia [*vel*] quærere vel habere.

45) *Ianuens.*, C. a. L. H. et c. 1. comp. 2. h. t. in quo vltimo etiam legitur: *episcopo* Sed ed. ant. et Cant. *Cantuarien. archiepiscopo.*
46) *Conatur*, cit. c.
47) *Sancti G. de Rabalo*, ibid. loco *alterius*.
48) Verba *contra eum*, desiderantur ibid.
49) *Facias*, ibid.
50) *Esse*, C. R. 1.
51) *Vel clerici*, ibid.
52) *Non*, est in edit. vulg.
53) *Dissidentibus*, C. a. L. ed. ant. et cit. c.

CAP. XVI.

Ordinato ad sacros per episcopum sine titulo, nemine præsentante, ordinator vel successor compellitur in necessariis prouidere, donec titulum habuerit.

INNOCENTIVS III. *Zamoren. episcopo.* l (*ann.* 1217. *Roma in Hispan.*)

Cum secundum m apostolum, qui altario 54) seruit, viuere debeat de altari; et qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede: patet a simili, vt 55) clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur, vt ipsa nominis ratio persuadet. Cum enim 56) a cleros, quod est sors vel hereditas, clerici appellentur; quia in sui n ordinatione vel assumuntur in hereditatem Domini, vel assequuntur hereditatem in ipso o, vt vere possint psallere cum propheta dicente 57): *Dominus pars hereditatis meæ:* dignum est, vt ecclesiæ 58) stipendiis sustententur, in qua et p per quam diuinis obsequiis adscribuntur. Licet autem prædecessores nostri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promouentur, in iniuriam 59) ordinantium irritas esse voluerint et inanes; nos tamen benignius agere cupientes q, tam diu per ordinatores vel successores eorum prouideri volumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficia consequantur: [*ne forte clamores clericorum pauperum, quos in aures Domini Sabaoth credimus introire, indurata facie negligere videamur.*] Inde est, quod, cum [*dil. f.*] G. lator præsentium a [*G. bon. mem.*] prædecessore tuo, [*sicut asserit,*] fuerit ad subdiaconatum 60) r, nullo præsentante, promotus, [*f. e.*] mandamus, quatenus, si eum hi 61), quibus examinationem ipsius duximus 62) committendam, te citato legitime, vt per te ipsum vel idoneum responsalem intersis, et tam super idoneitate personæ, quam etiam super quantitate beneficii proponere tibi liceat, quicquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum 63) esse 64) repererint 65), [*et ecclesiastico beneficio non indignum,*] tam diu ei 66) vitæ necessaria congrue subministres, donec per te in Zamoren. ecclesia vel in alia 67) fuerit competens 68) beneficium ecclesiasticum assequutus, sciturus pro certo, quod, si per examinationem eorum 69) s fuerit repertus idoneus, et tu ei iuxta mandatum nostrum neglexeris prouidere, cum hoc nobis per litteras eorum innotuerit, ad id exsequendum te per dictam ecclesiam 70) compellemus: [*quia, sicut nolumus iniusta præcipere, sic volumus, cum iusta præcipimus, efficaciter exaudiri.*]

54) *Altari*, C. H.
55) *Quod*, ibid.
56) *Cum igitur*, c. 1. comp. 3. h. t.
57) *Dicendo*, C. a. 2. sed a C. R. 1. H. L. et cit. c. abest.
58) *Ecclesiasticis*, C. R. 2.
59) *In iniurias*, C. a. 1. et H. sed C. a. 2. ad iniuriam.
60) *In subdiaconum*, C. a. L. et H. in *subdiaconatus officium*, cit. c. Rationem desumtam esse censet FLORENS *ad h. c. P. II. oper. iurid. p.* 199. quod *subdiaconorum* non fuerit speciatim mentio facta in concilio *Later.* relato in *c.* 4. *X. h. t.* Notandum proterea, subdiaconum a prædecessore episcopi ordinatum, et successori quoque obligationem impositam fuisse, vt ordinato de beneficio competente prouideat: quod etiam de supernumerariis canonicis dicendum esse, ad *c.* 9. *X. h. t.* in not. monui.
61) *Dilecti filii*, cit. c.
62) *Commisimus vel duximus*, C. H.
63) *Et si eum idoneum*, ibid.
64) Vox *esse*, in C. a. 2 deleta est.
65) *Reperierint*, C. a. 1. et L.
66) Pron. *ei*, a C. a. 1. abest.
67) Præp. *in*, a C. R. 2. L. ed. ant. Gonz. Cont. Pith. et cit. c. abest.
68) Vox *competens*, desideratur in cit. c.
69) *Illorum*, C. a. L. H. et cit. c.
70) *Per districtionem censuræ ecclesiasticæ*, C. R. 1. sed C. R. 2. H. L. ed. ant et gloss. *per districtionem ecclesiasticam.*

a *Alias*, episcopo Wigor. b *Cap.* 14. *eod. tit. in prima compilatione.* c Sal. episc. d *C.* 7. *tit. de testam. in* 1. *comp.* e *Vid. l. fin. per Bald. C. de indict. vid. et l. his. C. de reuoc. don.* f *C.* 4. *de exc. prael. in* 1. *comp. et post concil. Lateran. part.* 24 *c.* 5. g *Al.* Cantuar. *al.* Ariminen. h *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *comp.*

i Haberet. k Dissidentibus. l *Vide. Vasæum in Annal. Hisp. c.* 21. m *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* 1 *Corinth.* 6. n Sua. o *Al.* in Christo. *psalm.* 15. p *Al.* vel. q *Vid. l. cum in testamento. ff. de verb. sign. et l. quoties. de reg. iur.* r In subdiaconum. s Illorum.

CAP. XVII.

Qui hoc ignorante scienter contulit præbendam, quam non potuit, illa euicta, aliam, quam potest, conferre tenetur. H. d. et est singularis dispositio.

IDEM *archiepiscopo Senonen. (ann. 1210. Roma in Galliam.)*

Inter cætera: [*et infra.*] [*Tibi satis credimus esse notum, qualiter,*] facta a resignatione a G. 71) *b* quodam canonico Laudunen. *c* de præbenda eiusdem ecclesiæ, per commutationem præbendarum H. tunc Siclunen. 72) *d* canonico [*a bon. mem. decan. Rem.*] auctoritate apostolica assignari debebat 73), magister P. [*de Constanent.*] per Laudunen. episcopum de præbenda fuit 74) inuestitus eadem, [*et tam in choro, quam capitulo per decan. et canonicos Laudun. adhibitis sollemnitatibus debitis, iuxta Laudun. ecclesiæ consuetudinem inuestitus.*] Super quo 75) cum inter magistrum ipsum et dictum H. controuersia suborta fuisset 76), per [*bon. mem.*] C. 77) papam præd. nostr. omnia retractata fuerunt 78); [*sicque magistro ipso spe sua omnino frustrata:*] [*et infra.*] Supra dicto 79) episcopo [*districte*] dedimus in præceptis 80) *e*, vt, donec idem magister in eadem ecclesia fuerit præbendale beneficium 81) assequutus, nulli alii præbendam [*modo quolibet*] assignare præsumat: quod si forte præsumserit, id irritum decernimus et inane. Decet enim, vt, quia 82) præbendam ei, quam de iure non potuit 83), assignauit, eam, quam de iure potest 84), assignet: ne præbendam illi 85) fraudulenter visus sit 86) assignasse 87)

71) *A W.* C. R. 2. L. ed. ant. et c. 3. comp. cit. 3. sed C. R. 1. *ab V.* H. *a Wilhelmo.*
72) *Sidun.* C. R. 1. *Sidunen.* C. R. 2. *Siclitien.* L. *Siclunen.* ed. ant. et Cont. *Siclunen.* cit. c.
73) *Debeat*, cit. c.
74) *Fuerit*, ibid.
75) *Super qua*, C. R. 1.
76) Post vocem *fuisset*, in c. cit. habentur verba: *et infra.*
77) *Per Celestinum*, C. L.
78) I. e. collatio alii facta, quam ei debebat, nulla declarata. In permutatione enim beneficiorum fit mutua resignatio in fauorem alterius, auctore pontifice, vt beneficium ab ordinario collatore conferri alii nequeat, quam iis, quos pontifex designauerat.
79) *Super quo dicto*, C. R. 1.
80) *Mandatis*, C. R. 1. et H.
81) *Officium*, C. R. 1.
82) *Quo*, C. H.
83) *Potuerit*, C. R. 2.
84) *Possit*, ibidem.
85) *Ei*, C. R. 2. L. et Gonz.
86) *Fuerit*, C. L.
87) *Assignare*, cit. c.

CAP. XVIII.

Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates atque præbendas: et idem, si detinetur aliquo vitio hic scripto.

IDEM *episcopo, [archidiacono] et cantori Tornacensi. (ann. 1207.)*

Cum iam *f* dudum: [*et infra.*] Verum quoniam ab [*iam dicto*] R. Siclunen. 88) canonico [*præfato*] I. de Bythinia 89) *g* quædam obiecta fuere 90), [*quæ non decuit sub silentio præteriri,*] multitudo videlicet tam dignitatum, quam etiam præbendarum, ambitionis et auaritiæ vitium, cui 91) nondum finem imponens, contra definitionis nostræ tenorem, et Lateran. *h* concilii statuta, ad obtinendam præposituram Siclunen. 92) *i* se ingerit et ingessit, et quod die intrusionis suæ, ante confirmationem 93) [*suam*] præsumpserit ministrare, sicut et post confirmationem cassatam, [*quam a Suessionen. iudicibus impetrauit; per a. v. f.*] mandamus, quatenus, si inueneritis prædictum I. habere 94) plures alias dignitates atque præbendas, aut aliquid 94*) *k* aliud præmissorum, quod ad cassationem eius sufficiat, inueneritis esse verum, ei super iam dicta præpositura [*subl. app. obstac.*] silentium imponatis, ab impetitione ipsius Siclunen. ecclesiam absoluentes: cum multa per patientiam tolerentur 95) *l*, quæ, si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia, non debeant 96 tolerari. *m*

88) *Sidun.* C. R. 1. sed C. R. 2. *Siclinen.* vterque per tot. c. 5. comp. cit. 3. *Orunnen.*
89) *Bitinia*, C. R. 1. sed C. R. 2. et L. *Pithania*, et H. *Pinerina*, ed. ant. *de Bitunia*, denique in cit. c. desiderantur voces: *de Bythinia.*
90) *Fuerint*, C. R. 1.
91) *Qui*, cit. c. pro *cui*.
92) *Siclinen.* ibid. per totum.
93) *Confirmationem suam*, C. H.
94) *Habentem*, cit. c.
94*) *Aliquod*, C. H.
95) Prouocauerat enim canonicus de *Bitunia*, vt legendum, ad consuetudinem Galliæ communem, de qua c. 15. *X. h. t.* dictum.
96) *Deberent*, C. H.

CAP. XIX.

Recepta in canonicum, quum ei a facultas se obtulerit, debetur præbenda: et interim habebit quotidianas distributiones.

IDEM INNOC. III. *archiepiscopo, et archid. Senonen. (ann. 1211. Roma in Galliam.)*

Dilectus *n* filius T. canonicus [Linconien. 97) *o* [*in nostra præsentia constitutus*] proposuit, quod, cum de mandato [*bon. mem.*] C. 98) papæ præd. nostr. [*G. quondam*] Linconiens. episcopus quandam præbendam assignauit 99) eidem in ecclesia Linconien. [*et eadem sibi per prædictum prædecess. n. fuerit confirmata,*] quia 100) capitulum [*Lingon.*] ipsum ad eandem [*præbendam*] recipere contemnebat, [*dil. fil. Clareuall. et Longuinadi abbates auct. p. n. cum nollet aliquatenus a contradictione cessare, ipsum supposuerint ecclesiastico interdicto. Postmodum autem accedens ad præsentiam nostram, ad dil. fil. Medulenen. et Guincian. abbates obtinuit scripta nostra. Sed cum per eos suam non posset iustitiam obtinere; nos ven. Remensi archiepiscopo, S. Rom. eccles. cardinali, tunc episcopo Prænestino, apost. sed. legato, sicut asserit, dedimus in mandatis, vt prædictam interdicti sententiam, sicut fuerat rationabiliter promulgata, faceret, app. postp. firmiter obseruari. Vnde cum idem archiepisc. negotium prorogaret, et idem post labores multiplices fere de promouendo ipso negotio desperasset, deficiens in expensis:*] ad instantiam Remens. 1) archiepiscopi, tunc episcopi Prænestinen. apost. sed. leg. 2) et auctoritate illius 3), talis inter eum [*T. ex vna parte,*] et [*ven. f. n. R.*] episcopum et [*dil. f.*] canonicos Linconien. [*ex altera,*] compositio intercessit, quod, ipso ab eis 4) [*per manus prædicti archiepiscopi*] recepto in canonicum et [*in fratrem, et*] concesso sibi stallo in choro, et participatione qualibet diuinorum, idem fructus præbendæ [*alicuius eiusdem ecclesiæ*] percipere non deberet, nisi loco proximo 5) vacaturæ. [*Licet autem præfatum archiepiscopum sincera diligamus in Domino caritate, ipsiusque velimus honori deferre; quia tamen in his, quæ contra canonicas sanctiones attentari noscuntur, ei deferre nec volumus nec debemus: quod ab eo illicite factum est in hac parte, duximus irritandum, quod licite factum est, approbantes.*] Cum ergo dictum T. in canonicum recipi [*et fratrem,*] canonicis non obuiet institutis, et vacaturam exspectare præbendam Lateranen. concilio *p* non sit dubium obuiare 6): nos, facto eiusdem legati 7) illicito reprobato, quod est licitum *q*, approbantes, quia 8) videtur indignum, vt [*is, qui*] receptus [*est*] in canonicum, præbendæ beneficio defraudetur, [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus dictos 9) episcopum et canonicos [*Lingon. si verum est, quod asseritur,*] vt ei præbendam, cum se facultas obtulerit, non differant assignare, [*vos eos, mon. præmissa per cens. eccl.*] appell. postposita, compellatis, facientes 10) eidem portiones quotidianas, quæ fiunt 11) in ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignari, [*contradictores per cens. eandem, app. postp. compescendo.*]

98) *G. Pap.* cit. c.
99) *Assignauerit*, C. R. 1. *assignaret*, cit. c.
100) *Quoniam*, C. R. 1.
1) *Memorati*, cit. c.
2) In cit. c. desiderantur verba: *tunc episcopi Præn. ap. sed. leg.*
3) *Ipsius*, C. R. L. H. ed. Gonz. et cit. c.
4) *Ab eodem capitulo*, cit. c.
5) *Loco proximo*, C. R. 2.
6) Ad c. 9. *X. h. t.* in not. 12. hoc de argumento actum, vnde tamen simul liquet, receptiones canonicorum sub *certa conditione*, de præbenda vacatura conferenda, non fuisse improbatas: quia receptio *supernumerariorum* non fuit improbata, quibus necessario de præbenda primum vacante prouidendum fuit. Et ita, quod vna manu ademtum, altera rursus concessum. Imo ne quidem hæ receptiones supernumerariorum sublatæ sunt per c. 2. *de concess. præb. in 6.* licet pontifex alios fucus ibidem damnauerit.
7) In cit. c. verba: *facto eiusdem legati*, non habentur.
8) *Sed quia*, C. H.
9) *Prædictos*, C. L.
10) *Sublato cuiusl. contrad. et app. obst. compellentes faciatis etc.* cit. c.
11) *Fuerint*, C. H. et cit. c.

CAP. XX.

Non tenet electio, cum ad vnam præbendam duo simpliciter eliguntur.

IDEM *episc. Brixien. r (ann. 1207.)*

Tuæ *s* fraternitatis deuotio: [*et infra.*] [*Præterea consuluisti,*] cum sæpe contingat, quod ad vnam præbendam duo clerici propter [*nimiam*] importunitatem petentium eligantur 12), [*vtrum confirmanda sit talis electio, vel potius irritanda.*] Nos [*igitur*] attendantes, quod, si duo [*clerici*] vnam præbendam tenerent, illud esset contra concilium Turonen. 13) quod præbendarum prohibet 14) sectionem, et, si *t* vnus illorum ipsam obtineret præbendam, sub exspectatione alius contra Lateranen. *u* concilii statuta 15) remaneret, inquisitioni *x* tuæ taliter respondemus, quod talis electio de rigore iuris penitus est cassanda.

12) *Eligantur*, c. 7. comp. cit. 3.
13) Relatum in c. 8. *X. h. t.*
14) *Inhibet*, C. R. L. H. ed. ant. gloss. et cit. c.
15) Relata in c. 2. *X. de conc. eccles. et præb. non vac.*

CAP. XXI.

Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in iudicem: poterit iudex alterum confirmare, et alteri pro bono pacis de prouentibus prouisionem facere. Ista est pulcherrima dispositio, et in toto corpore iuris non habet consimilem.

IDEM. *(ann. 1206.)*

Nisi essent *y* viri prouidi et honesti, tam [*ii,*] qui ordinationem fecerunt 16), quam illi, circa quos est facta ordinatio in ecclesia

16) *Fecerint*, C. R. 1.

a C. 3. eod. tit. in 3. compil. b VV. c Laudensi. d Siclunen. alit. Sedunf. e Mandatis. f Cap. 5. eod. tit. in 3. comp. et de materia vide Cardin. cons. 3. et Oldrad. cons. 67. g Bitunia. al. Bitumia. h sub Alex. III. capit. 13. et 14. i Sidunen. k aut aliquod præmissorum, etc. l tolerantur. m eid. l. 1. §. pen. ff. de his, qui not. infam. et l. 1. §. 2. ff. si quis in ius vo. non ierit. n C. 6. eod. tit. in 3. comp. o Lingon.

p Sub Alex III. cap. 8 et habetur infra de conc. præbend. cap. nulla. q Vid. l. si conuenerit. cum gloss. ff. de pign. act. melius in l. nec non §. 1. cum gloss. non prohibeat ff. ex quibus causs. maior. r Burdegal. s Cap. 7. eod. tit. in 3. comp. t Al. quod si vnus illorum etc. u Sub Alex. III. c. 8. x Alias, super quo i. responderimus. y C. 8. eod. tit. in 3. comp. Bald. in cap. 1. §. inter partes. de leg. Corr. in vsibus feudorum.

vestra: super negotio prioratus, ordinationem illam valde suspectam propter exempli perniciem haberemus. Quod ergo post concertationem diuturnam ordinatum est circa vnum de duobus electis, vt ipse habeat prioratum, hoc ex iurisdictione delegata secundum iustitiam videtur esse statutum. Quod autem ordinatum est circa reliquum, vt ipse viginti a libras de reditibus capituli, et quadraginta [*libras*] de prouentibus prioratus percipiat 17) b annuatim; hoc secundum prouidentiam intelligitur esse præceptum ex arbitraria potestate: cum c in delegatos 18) fuerit compromissum 19), qui auctoritatem sibi retinendo commissam, se pro bono pacis et vtilitatis hoc 20) ordinasse fatentur. Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus est recepta, possuntque 21) licite, prior et capitulum, de prouentibus suis propter caussas prædictas, non quidem ex pactione partium, sed ex iussione iudicum, prouisionem huiusmodi exhibere; nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, vt ad præstationem quadraginta librarum non dignitas prioratus, sed persona prioris 22) maneat onerata: ne forte [*sed*] circa prouentus aliqua videatur facta sectio prioratus, ita, quod, ipso priore defuncto, successor ipsius ad præstationem quadraginta librarum minime teneatur.

17) *Accipiat*, ibid.
18) *In delegatis*, c. 8 comp. cit. 3.
19) Hoc compromissum non tam in *arbitros*, qui caussam, ordine iuris seruato, dirimerent, id quod ex delegatione iis datum erat, quam in *arbitratores*, factum erat, vt ex *aequo* et *bono* interponerent arbitrium, quod pontifex demum approbauit. Vnde ex *hoc c.* colligi nequit, cum A COSTA *ad h. c. p.* 475. arbitratur, iure pontificio post delegationem susceptam compromitti in delegatos, vt *arbitros*, posse. Neque enim delegati sententiam secundum *ius* dictarant, sed tanquam arbitratores cauerunt, quæ rationibus, multis difficultatibus obnoxiæ, componi posset.
20) *Hæc*, C. R. 2.
21) *Possintque*, cit. c.
22) Verbo *sed*, etc. in C. R. 1. obscure, et in L. in parenthesi inclusa.

CAP. XXII.

Canonici priuilegiati e papa super certo numero, si sponte receperunt aliquem supra numerum, contra impetrantes e papa exceptione numeri vti non possunt.

IDEM *Valden.* 23) d *episcopo, et abbati Vatican.* e (*ann.* 1210. *Romæ.*)

Pro illorum prouisione f: [*et infra.*] [*Pro dilecto filio magistro R. Audoen. qui apud apost. sed. moram fecisse dignoscitur. longiorem, nec adhuc erat competens beneficium ecclesiasticum assequutus, licet ad ipsum esset idoneus obtinendum, ven. f. n.*] Burdegalen. archiepiscopo 24) [*litteris nostris præcipiendo*] mandauimus, vt, magistro R. 25) in aliqua ecclesiarum suarum, vbi ei expedire cognosceret, [*omni dilatione et excusatione postpositis, subl. cuiusl. contrad. et app. obst.*] competens [*ei*] faceret beneficium assignari, contradictores 26) ecclesiast. districtione compescens: qui [*si et duxerent super hoc temere opponendos, ipse autem archiepiscopus, sicut suis nobis litteris intimauit, attendens præfati magistri scientiam et probitatem, illum cognoscens idoneum ad tale beneficium obtinendum, et post susceptionem mandati nostri,*] decano et capitulo Xantonen. g auctoritate nostra mandauit, vt ipsum [*pro reuerentia sed. ap.*] admitterent in canonicum et in fratrem, [*et fraterna caritate tractarent.*] Cumque [*precibus eius et mandatis nostris*] iidem reluctarent 27) canonici, ac indulgentiam de quadragenario 28) h canonicorum numero ei opponerent 29), [*quam a sede ap. iactitant se habere;*] quia [*idem*] archiepiscopus [*manifeste*] cognouit, illos 30) in elusionem 31) mandati nostri, [*et sua*] indulgentia 32) eis concessa irreuerenter abuti, [*et non tantum XL. tunc esse canonicos in eadem ecclesia, sed plures constiterit illi euidenter;*] prædictum magistrum de præbenda et canonica 33) i Xantonen. ecclesiæ 34) [*cum consensu et voluntate tue, frater episcope, et prudentium virorum consilio*] inuestiuit, contradictores vinculo excommunicationis adstringens. [*et infra.*] Quia vero, quod per dictum 35) archiepiscopum de memorato magistro auctoritate nostra prouide factum est, firmitatem [*debitam*] volumus obtinere: [*distr. v. per a. s.*] mandamus 36), [*et distr. præc.*] quatenus, si vobis constiterit, prædictos canonicos indulgentiam [*prædictam,*] quam habent de certo canonicorum numero, non seruasse, et aliquem vltra constitutum 37) numerum in canonicum auctoritate propria recepisse, cum nobis legem imponere non debeant, quam ipsi negligunt obseruare, latam in ipsos excommunicationis sententiam a prædicto archiepiscopo tamdiu denuntietis 38) [*auctoritate nostra,*] sublato [*cuiusl. contradict. et*] appellationis obstaculo, seruandam 39) k, donec sæpe dictum 40) magistrum 41) recipiant in canonicum [*et in fratrem,*] et ea, quæ ad canonicatum 42) pertinent, cum stallo chori 43) et loco capituli ei studeant assignare.

23) C. R. 2. c. 9. comp. 3. h. t. et edit. ant. *Santon.* vel *Sanctonens. episcopo* legunt, Burdegalensi archiepiscopo subiecto. Denique idem c. 9. addit: *et abbati Rotton.* GONZALEZ vero ex sententia Cuiacii: *Russacens.* Liquet vero ex *hoc c.* potuisse pontificem in ecclesiis, in quibus certus numerus canonicorum non fuit determinatus, mandata de prouidendo, nulla vacante præbenda, dare, pro quibus auertendis, determinatio numeri canonicorum introduci cœpit. Conf. *c.* 25. *X. h. t.*
24) *Epistolo*, C. H.
25) C. R. 1. H. et Gonz. habent: *P.* sed c. cit. *vt ei in aliqua etc.*
26) In C. R. 1. et L. voci: *contradictores* adduntur verba: *et rebelles*, sed loco huius vocis in cit. c. habentur verba: *præsumtionem eorum.*
27) *Reluctarentur*, C. H. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c. quod vltimum respuit quoque antecedentem vocem: *iidem.*
28) *Quadragesimo*, C. H. ed. ant. et cit. c.
29) *Detraherent*, cit. c. habet loco dictionum: *ei opponerent*, sed incongrue.
30) *Eos*, C. R.
31) *Elusione*, C. H.
32) *Ac indulgentia*, C. R. 2.
33) *Canonica*, C. R. 2. ed. ant. et Gonz.
34) In cit. c. desideratur vox: *ecclesiæ.*
35) *Prædictum*, C. R. 1. et L.
36) *Ideoque mandamus*, C. H.
37) *Statutum*, C. R. 1.
38) *Nuntietis*, C. R. L. H. et cit. c.
39) *Obseruandam*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
40) *Prædictum*, C. H.
41) Vox: *magistrum*, in cit. c. non habetur.
42) *Canonicam*, C. R. 1. *canonicam*, cit. c.
43) *Choro*, C. H.

CAP. XXIII.

Non beneficiatus, habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitime promouetur.

IDEM INNOC. III. *Bisuntino archiepiscopo.* (*ann.* 1208.)

Tuis l quæstionibus respondemus, quod clericos in minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus bonis habentes 44), vnde possint congrue sustentari, etsi nondum fuerint beneficium ecclesiasticum assequuti, dummodo aliud canonicum non obsistat, ad superiores poteris ordines promouere.

44) *Qui de patrimonialibus bonis habent*, C. H.

CAP. XXIV.

Absenti potest conferri beneficium alio mediante. Nec refert, vtrum absens inuestiatur per personam mediam, vel persona media inuestiatur pro absente. H. d. coniungendo vtrumque intellectum. Et est casus not. et quotidie practicatur.

IDEM *episc. Zamoren.* 45) m (*ann.* 1208. C. vn. comp. 3. de raptor.)

Accedens ad apostolicam sedem [*dilectus filius B. Hierosolymit. hospital. a nobis ex parte tue quæsiuit, vtrum clericus absens gratia studiorum de ecclesiastico beneficio possit inuestiri, et vtrum, si rapta puella et in alienam dilata diœcesim, in ecclesiæ facie consenserit in raptorem, matrimonium huiusmodi legitimum sit habendum. Nos igitur*] inquisit. t. t. respond. quod [*et*] clericus absens per alium, vel alius magis [*per ipsum*] pro eo poterit 46) de beneficio ecclesiastico 47) inuestiri. n [*Et rapta puella legitime contrahet cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum, et quod ante displicuerit, tandem incipiat complacere: dummodo ad contrahendum sint legitimæ personæ.*]

45) *Lataniensis*. C. R. 1. sed L. *Latonen.* C. R. 2. *Lat.*- H. *Laden.* ed. ant. *Latomen.* c. vn. comp. 3. de raptor. *Glasonen.*
46) *Potest*, cit. c.
47) Vox *ecclesiastico*, desideratur ibid.

CAP. XXV.

Si ad vnum canonicatum et præbendam duo sunt recepti simpliciter: receptio non tenet, etiam interueniente apostolica auctoritate. H. d. et est notabile cap. quare tene semper mente, et nota ipsum.

IDEM *Trecen. episcopo.* (*ann.* 1210. *Romæ in Gall.*)

Dilecto filio o [*nostro*] P. [*tit.*] sanctæ Pudentianæ 48) presbytero cardinali, [*dil. f. L.*] cellerario 49) Trecen. 50) et R. [*clerico*] procuratori tuo auditore concesso, idem cellerarius 51) proposuit coram eo, quod, cum in manibus Remen. archiepiscopi, tunc apost. sed. leg. intendentis 52) prouidere, G. nepoti suo in Trecen. ecclesia præbendam, quam ibi 53) obtinebat, liberaliter resignauit p, dictus legatus præfatum G. et eundem cellerarium in canonicos Trecen. instituit, et ambobus idem 54) capitulum Trecen. stallum 55) in choro, et locum in capitulo, et idem archiepiscopus supra dictæ præbendæ fructus diuidendos communiter assignarunt 56), donec idem G. integrum 57) esset

48) *Prudentianæ*, C. R. L. H. ed. ant. Cont. et c. 1. comp. 4. h. t.
49) *Cancellario*, C. H.
50) *Senon.* cit. c.
51) *Cancellarius*, C. H. per totum.
52) *Intendentis*, C. R. L. H. ed. ant. et Gonz. rectius.
53) *Ille*, C. H.
54) Pron. *idem*, deest ibid.
55) *Concessit*, ibid. additur.
56) *Assignauit*, ibid.
57) Verba ipsa in cit. c. post voces: *coram eo*, sunt hæc: *quod, cum bon. mem. G. Remensis archiepiscopus, tunc ap. sed. leg. ad Trecen. accessisset ecclesiam, in qua G. nepoti suo præbendas concedere intendebat, cum nulla penitus tunc vacabat, et ibidem dictus cellerarius, non tam ei, quam etiam nobis cupiens in hac parte placere, præbendam, quam in ipsa obtinebat ecclesia, in eius manibus resignauit; qui liberalitati eius volens postmodum grata vicissitudine respondere, de capituli Trecen. assensu, præsente quoque ven. f. n. Senon. archiepiscopo, tam præfatum nepotem suum, quam etiam cellerarium in canonicos Trecen. instituit, et ambobus idem capitulum stallum in choro et locum in capitulo assignauit: quibus idem Remen. archiepiscopus fructus supra dictæ præbendæ cum diu diuidendos communiter assignauit, donec præfatus G. integre esset etc.*

a Triginta b recipiat c *In iudicem delegatum potest compromitti.* Dd. *in cap. cum tempore. sup. de arbitr. Specul. tit. de arbitr.* §. 1. *add. Lanfranc. tract. de arbitr.* d *Al.* Vesen. *al.* Vadenen. e *Al.* Varien. f C. 9. *eod. tit. in* 3. *comp.* g Sanctonens. h quadragesima. i canonicatu. *al.* canonica. Sanctum.

k Obseruandam. l C. 11. *eod. tit. in* 3. *comp. huius decret. decisionem accipere debemus secundum concil. Trid. sess.* 21. *de reformat. c.* 2. m Latamen. *alias:* Baton. n *Vide l. qui mihi donatum. per Bart. ff. de donat.* o *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.* p resignaret.

[*eccle-*

[*ecclesiæ*] præbendale stipendium *a* assequutus, [*in eos, qui contra venire præsumerent, excommunicationis sententia promulgata.*] [*et infra.*] Quorum receptionem procurator generalis præd. tui 58), in partibus Constantinopolitanis 59) tunc agentis, postmodum approbauit. Dictus quoque cellerarius 60) lectionem 61) et euangelium in hebdomada sua legisse dignoscitur 62), et tam decani, quam episcopi electioni et aliorum negotiorum tractatibus, sicut canonicus Trecen. interfuit, et domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi canonico consueuerat assignari. Tuque 63) *b*, cum ad eandem accessisses 64) ecclesiam consecratus, eum 65) cum canonicis aliis ad osculum recepisti; cum [*tamen*] tunc [*temporis*] non nisi canonici ad osculum admittantur, et eidem super prædictis non mouisti per biennium quæstionem. Propter quod petiit 66), vt te ab ipsius super hoc molestatione indebita compescere dignaremur. [*Vnde dictus R. procurator tuus proposuit ex aduerso, quod, cum dictus cellerarius præbendam suam in prædicti archiepiscopi Remens. manibus resignasset, ipse de medietate vna dictum G. nepotem suum, et de medietate alia dictum cellerarium inuestiuit.*] Procurator tuus 67) proposuit ex aduerso, quod, [*cum in Trecensi ecclesia institutus fuerit olim certus numerus canonicorum, et capituli iuramento firmatus, supra dictus archiepiscopus, qui, etsi legatus fuisset in Teutonia, in Senon. tamen prouincia eidem non fuerat officium legationis iniunctum, institutionem huiusmodi facere non potuit, vt legatus: quin immo, etsi legatus in eadem prouincia exstitisset,*] sed vnicum [*tamen*] ius spirituale, quod vacabat ibidem, insimul duos canonicos instituere prædicto legato 68) non licuit [*contra canonicas sanctiones.*] Nam si duo vnicam 69) præbendam haberent; id esset contra Turonen. concilium: quod præbendarum inhibet sectionem. Si vero, duobus [*in fratres et canonicos*] receptis, vni tantum 70) præbenda daretur: sub expectatione alius contra Lateranen. *c* concilium remaneret. Præterea licet in ecclesia, in qua non est certus numerus præbendarum, nulla etiam [*præbenda*] vacante 71), in canonicum quis possit 72) assumi; cum intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum assensu de nouo creatur *d*, et cum electo in canonicum nascitur, et desinit cum defuncto 73); in ecclesia tamen, quæ determinatum habet numerum præbendarum, vno [*duntaxat*] indiuiduo iure vacante, duo simul 74) eligi non possunt ad illud, eo, quod 75) huiusmodi spirituale ius diuidi seu communicari nequeat inter eos: quanquam interdum hi, ad quos spectat electio, de communi assensu 76) augmentare valeant numerum præbendarum, quoddam ius spirituale 77) de nouo creando, nisi forte statuto aliquod obuiaret, [*et*] quod esset iuramento firmatum, vel cui sed. apost. confirmatio accessisset, huiusmodi clausula prohibitionis adiecta, vt, si 78) quicquam contra id fieret, non valeret. Propter quod institutionem præfatam nullam fuisse, dictus asserit procurator; cum in Trecen. ecclesia, [*sicut præmissum est,*] certus sit præbendarum numerus, quem capitulum vel legatus augmentare minime intendebat *e*, vel ius aliquod de nouo creare. Vnde [*nos, his et aliis intellectis, ante*] dictum cellerarium, [*quem præbendam constitit prius libere resignasse,*] ad restitutionem eorum, quæ ratione prædictæ institutionis 79) tenebat, [*de consilio f. n.*] sententialiter duximus condemnandum, ei super præbenda ipsa, vel eius parte, silentium imponentes, ita, quod per hoc prædicto G. 80) nullum præiudicium generetur: [*maxime*] cum res inter alios acta, regulariter aliis non obsistat 81), [*iuxta canonicas et legitimas sanctiones.*]

58) *Episcopi Trecen.* ibid. loco dictionum: *præd. tui.*
59) *Constantinopolis*, ibid.
60) *Vnde dictus cellerarius*, ibid.
61) *Lectiones*, ibid.
62) *Noscitur*, C. L.
63) *Tu quoque*, C. B. L. H et cit. c.
64) *Accessisti*, cit. c.
65) *Dictum cellerarium*, ibid.
66) *Vnde petiit*, ibid.
67) *Idem quoque proposuit procurator, quod*, cit. c.
68) *Sibi*, ibid. loco dictionum: *prædicto legato.*
69) *Vnam*, C. B. 1.
70) *Tantummodo*, cit. c.
71) In C. L. voci *vacante*, additur: *præbenda.*
72) *Posset*, C. H.
73) Eandem caussam illustraui ad *c. un. X. h. t.* Vnde præterea et hoc liquet, in illis ecclesiis, vbi deficit determinatus canonicorum numerus, receptionem proprie per mortem alicuius non induci, nec ius deuolutionis locum habere posse.
74) *Insimul*, C. B. 2. et cit. c.
75) *Cum huiusmodi*, cit. c.
76) *Consensu*, C. B. L. H. et cit. c.
77) *Speciale*, C. B. 2. superscriptum est: *alias spirituale.*
78) Part. *si*, C. H. non habet.
79) *Inuestitura*. cit. c.
80) *Supra dicto S.* ibid.
81) *Non nocent*, ibid.

CAP. XXVI.

De vna præbenda vacante, possunt fieri duæ, si eius suppetant facultates: alias diuidens integrare tenetur.

IDEM 82) [*V. episcopo.*] (*ann. 1214. Romæ.*)

Vacante *f* quadam præbenda in ecclesia tua, duas ex ea constituens, ad illas de consensu 83) *g* capituli tui 84) duos canonicos assumsisti: quorum altero [*apud sed. apost.*] viam vniuersæ carnis ingresso, præbendam, quam defunctus habuerat, quidam clericus, nomine Hippolytus, fuit auctoritate sedis apost. 85) assequutus. Verum 86) cum idem Hippolytus te super integritate præbendæ, per quasdam nostras litteras inquietet, et alius idem ius aduersus te se habere proponat: quid facere debeas, requisisti 87). Super quo [*f. t.*] sic duximus respondendum, quod, cum Turonen. statuta concilii sectionem inhibeant præbendarum, teneris vtrique de his, quæ vacare contigerit *h*, integrare præbendam: nisi [*forte*] rationabili caussa de vacante præbenda supradicta 88) duæ fuerint constitutæ, ac tot sint vtriusque prouentus, quot per vtramque sit vtrique prouisum in beneficio competenti.

82) Ad Vratislauiensem episcopum hæc decretalis directa fuit, vt ex lib. XVI. epist. Innoc. 166. constat.

83) *Assensu*, C. B 1. H. ed. ant. et c. 3. comp. cit. 4.
84) Pron. *Tui*, in C. B. 1. deest.
85) *Apostolica*, C. B. 1. loco vocum: *sedis apost.*
86) *Vnde*, C. B. 1.
87) *Postulasti per sed. ap. edoceri*, cit. c. loco verbi: *requisisti.*
88) *Prædicta*, C. B. 1.

CAP. XXVII.

Si papa mandat capitulo, vt aliquem in canonicum recipiant, et præbendam, si qua vacat, conferant, si de mandato scientes alii contulerunt, coguntur primum recipere, et de redditibus ecclesiæ loco beneficii prouidere, donec præbendam habeat.

IDEM *Vercellen. episcopo.* (*Romæ in Pedemontium.*)

Dilectus filius *i* G. 89) clericus, [*pro quo canonicando in ecclesia Nouar. scripseramus, quod intendebat per nostras litteras, non obtenta contra canonicus eiusdem ecclesiæ,*] nobis exposuit 90) *k* conquerendo, quod, cum pro eo ad Nouarien. capitulum mandatum apostolicum misissemus, vt eum in canonicum reciperent et in fratrem, præbendam, si qua [*tamen*] tunc *l* vacabat, conferentes eidem, [*ipsi non solum mandatum apostolicum noluerunt adimplere, verum etiam præbendam vacantem, quam mandauimus illi conferri, alii præsumpserunt assignare. Vnde petebat a nobis, vt, quæ de ipso inceperamus, exsequi dignaremur. Magister autem Greg. Nouarien. ecclesiæ procurator proponebat econtra, quia, cum in illa ecclesia nulla vacaret præbenda, prædictus clericus ad ap. sed. accedens, falso in ecclesia ipsa nobis suggessit, vacare præbendam, et ad suggestionem falsam super receptione sua litteras impetrarat. Vnde cum mendax precator carere debeat impetratis penitus: idem procurator ab impetitione ipsius ecclesiam postulabat absolui. Cum igitur coram dil. fil. n. G. S. Gregorii ad velum aureum diac. card. quem eisdem dedimus auditorem, super his diutius litigarent, et idem card. quæ fuerant proposita coram eo, nobis retulit diligenter;*] fraternitati 91) tuæ [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod in Nouarien. ecclesia præbenda vacaret, tempore, quo [*super præbenda*] eiusdem ecclesiæ canonici 92) nostras litteras receperunt: cum eam [*penitus*] alii in elusionem 93) mandati nostri duxerint conferendam, eundem clericum, si non [*aliter*] habet 94) *m* sufficiens beneficium ecclesiasticum, [*iuxta tenorem prioris mandati nostri a prædictis clericis*] in canonicum 95) recipi facias 96), et sibi 97) de redditibus [*ipsius*] ecclesiæ singulis annis [*competentes*] assignari prouentus, donec ei sit in beneficio præbendali 98) prouisum.

89) *G.* est in c. 4. comp. 4. de concess. præb.
90) *Proposuit*, C. B. L. H. et cit. c.
91) *Discr.* cit. c.
92) *Iam dictis clericis*, legimus ibid. loco verborum: *eiusd. eccl. canonici.*
93) *Delusionem*, ibid.
94) *Habeat*, ibid.
95) Verba: *in canonicum*, desideramus ibid.
96) *Facias*, ibid.
97) *Et eisdem*, ibid.
98) *Præbendario*, ibid.

CAP. XXVIII.

Habens personatum, vel beneficium curatum, si secundo tale receperit, vacat primum: quod si retinere contenderit, etiam secundo priuabitur. Hoc primo. *Et is, ad quem spectat beneficii curati collatio, licite confert statim, cum institutus aliud recepit: et, si intra sex menses non conferat, deuoluitur ad alium collatio, et aliter ponitur.* Hoc secundo. *Cum sublimibus vero et litteratis personis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium solus papa dispensat.* Hoc tertio. Hoc dicit illud cap. vtile et famosum.

IDEM INNOC. III. *in concilio generali.* *n* (*ann. 1216. Romæ.*)

De multa *o* prouidentia fuit in Lateran. concilio *p* prohibitum, vt nullus diuersas dignitates ecclesiasticas, 99) vel plures ecclesias parœciales reciperet 100) contra sacrorum canonum instituta: alioquin [*et*] recipiens sic acceptum amitteret, et largiendi potestate conferens priuaretur. Quia vero propter præsumptiones et quorundam cupiditates, nullus hactenus, aut rarus, de prædicto statuto fructus prouenit;

99) *Aut*, C. H. et, c. 4. comp. 4. h. t.
100) *Acciperet*, C. H.

a Beneficium. *b* tu quoque. *c* *Later. sub Alex. III. c. 8.* *d* crearetur. *e* *Aliud*, non intendebat. *f* *C. 1. eod. tit. in 4. comp.* *Et de materia, an ex caussa rationabili possint fieri duæ, vide Dd. hoc. tit. c. auaritia.*

g Assensu. *h* contigerint. *i* *C. 4. de concess. præb. in quarta comp.* *k* proposuit. *l* vacaret. *m* habeat. *n* *Concil. gener. Lat. sub Innocent. III. c. 29.* *o* *C. 4. eod. tit. in 4. comp.* *p* *Priore isto, quod factum est sub Alex. III. c. 13. et cum hoc decreto conuenit conc. Trident. sess. 7. de reform. c. 2. et 4. et sess. 24. de rescript. c. 17.*

nit; nos euidentius *1*) et expressius occurrere cupientes præsenti decreto statuimus, vt, quicunque receperit aliquod beneficium, curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso iure priuatus 2): at, si forte illud retinare contenderit, etiam alio spolietur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, cui merito viderit conferendum: et, si vltra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios secundum Lateran. *a* concilii statutum eius collatio 3) deuoluatur, verum etiam tantum de suis cogatur prouentibus in vtilitatem ecclesiæ, cuius est illud beneficium, assignare, quantum a tempore vacationis ipsius [*ex ea*] constiterit esse perceptum. Hoc idem [et] in personatibus esse 4) decernimus obseruandum, addentes, vt in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat 5); etiamsi curam non habeant animarum: circa sublimes tamen et litteratas personas, quæ maioribus beneficiis sunt honorandæ, cum ratio postulauerit, per sedem apost. poterit dispensari.

1) *Nos attentius et euidentius*, C. H.
2) *Ex concilii Lateranensis* decreto demum priuandus erat beneficio posteriori, præuia caussæ cognitione, vt liquet ex *c.* 3. *X. de cler. non resid.* et ad *c.* 14. *X. h. t.* obseruaui. Nouum et arctius prohibitio hæc accepit vinculum, quod in posterum *ipso iure priuatus priori beneficio* censeri debeat, acceptando secundum, vt illud libere, vt vacans, conferri queat.
3) Verba: *eius collatio*, desiderantur in cit. c.
4) *Personatibus ecclesiæ*, C. R. 1. et L.
5) *Præsumant*, cit. c.

CAP. XXIX.

Concilium prouinciale a beneficiorum collatione suspendit eos, qui post secundam correptionem indignis beneficia conferunt: prouidet etiam, quis interim beneficia conferat, et illam suspensionem relaxat solus papa, vel solus patriarcha.

IDEM *in eadem.* b (*ann.* 1216. *Romæ.*)

Graue e nimis est et absurdum, quod quidam ecclesiarum prælati, cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragetur 6), carnalitatis sequentes affectum, non iudicium rationis: vnde quanta ecclesiis damna proueniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo *d* mederi, præcipimus, vt, prætermissis indignis, idoneos assumant, qui Deo et ecclesiis velint et valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in prouinciali concilio diligens inquisitio annuatim, ita, vt 7) qui post primam et secundam correctionem fuerit repertus e culpabilis, a beneficiis conferendis per ipsum concilium suspendatur, instituta in eodem concilio persona prouida et honesta, quæ suspensi suppleat defectum 8) in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa capitula, quæ in his deliquerint, obseruetur. Metropolitani vero delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte concilii nuntiandum. Vt autem hæc salubris prouisio 9) pleniorem consequatur effectum, huiusmodi suspensionis sententia præter Romani pontificis auctoritatem, aut proprii patriarchæ, minime relaxetur, vt in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur 10). *f*

6) *Suffragantur*, C. H.
7) *Ita quod*, c. 5. comp. cit. 4.
8) *Defectus*, ibid.
9) *Institutio*, C. R. 1. superscriptum est: *alias: prouisio.*
10) verba finalia *vt in hoc quoque* etc. absunt a cit. c.

CAP. XXX.

Rector ecclesiæ, non obstante consuetudine episcopi, vel patroni, debet de reditibus ecclesiæ sufficientem habere portionem. H. d, vsque ad §. *qui vero.*

IDEM *in eadem.* g

Exstirpandæ *h* consuetudinis vitium in quibusdam partibus inoleuit, quod scilicet parœcialium ecclesiarum patroni, et aliæ quædam personæ, prouentus ipsarum sibi penitus vindicantes, presbyteris earum 11) seruitiis deputatis, relinquunt adeo exiguam portionem, vt ex ea nequeant *i* congrue 12) sustentari. Nam, vt pro certo didicimus, in quibusdam regionibus parœciales presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, id est, sextam decimam decimarum. Vnde fit, vt in his regionibus pene nullus inueniatur sacerdos parœcialis, qui vllam 13) vel modicam habeat 14) peritiam litterarum. Cum igitur os *k* bouis ligari non debeat triturantis; sed qui altario 15) seruit, de altari viuere debeat: statuimus, vt, consuetudine qualiber episcopi vel patroni, seu cuiuslibet 16) alterius non obstante, portio presbyteris ipsis sufficiens assignetur.

11) *Earundem*, C. R. 1. L. ed. ant. et c. 6. comp. cit. 4.
12) Vox: *congrue*, a C. R. 1. abest.
13) vox *vllam*, in C. R. et cit. c. deest: sed in ed. vet. legimus: *nullam.*
14) *Habeant*, C. L.
15) *Altari*, cit. c.
16) *Cuiuscumque*, ibid.

Priuatus est parœciali ecclesia rector in ea non residens, nisi sit annexa dignitati vel præbendæ: quo casu debet ibi habere perpetuum vicarium. Et in fine prohibet, in fraudem rectoribus de ipsius prouentibus pensionem in beneficium dari. H. d. Vel sic: *non residens in ecclesia parœciali, vel non ponens vicarium, quando est annexa beneficio maiori, priuatus est ea.* H. d.

Qui vero parœcialem habet ecclesiam, non per vicarium, sed per se ipsum illi deseruiat in ordine, quem ipsius ecclesiæ cura requirit: nisi forte dignitati vel præbendæ parœcialis ecclesia sit annexa 17). In quo casu concedimus, vt, qui talem habet præbendam vel dignitatem, cum oporteat eum in maiori ecclesia deseruire, in ipsa parœciali ecclesia idoneum et perpetuum habeat 18) vicarium, canonice institutum, qui, vt prædictum est, congruentem 19) habeat de ipsius ecclesiæ prouentibus portionem: alioquin *l* illa se sciat auctoritate huius decreti priuatum, libere alii 20) conferenda, qui velit et possit, quod dictum est, adimplere. Illud *m* autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem 21) de prouentibus ecclesiæ, quæ curam habere debet proprii sacerdotis, pensionem alii quasi pro beneficio conferre præsumat.

17) Hic annexus vnice in fraudem legum ecclesiasticarum excogitatus est, ad palliandam beneficiorum pluralitatem: quod merito prohiberi debuisset, si pontifices saluti ecclesiæ prouidere voluissent. Verum sibi leges scribere, aut se eis subiicere noluerunt: quod alias fecissent, si vniones tales sub pœna nullitatis prohibuissent.
18) *Studeat habere*, cit. c.
19) *Congruam*, C. R. 1. sed cetera vox est in cit. c.
20) *Aliis*, cit. c.
21) *In fraudem patroni*, C. L.

CAP. XXXI.

Non debent religiosi ecclesias vel decimas a laicis sine diœcesanorum consensu recipere, excommunicatos, vel interdictos ad diuina admittere, in ecclesiis quoque, quæ ad eos non pleno iure pertinent, instituere vel destituere: sed præsentabunt diœcesanis ad eas viros idoneos.

IDEM *in eodem.* n

In Lateranensi a concilio noscitur fuisse 22) prohibitum, ne quilibet regulares ecclesias seu decimas sine episcoporum consensu de manu laici 23) præsumant accipere, nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad diuina. Nos autem id fortius inhibentes, transgressores digna curauimus 24) *p* animaduersione punire, statuentes nihilominus, quatenus in ecclesiis, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, iuxta eiusdem concilii statuta, Episcopis instituendos presbyteros repræsentent, vt illis de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus 25) temporalibus rationem exhibeant competentem, institutos vero remouere non audeant, episcopis inconsultis.

Sane adiicimus *q*, vt illos repræsentare procurent, quos vel conuersatio notos reddit, vel commendat probabile testimonium prælatorum.

22) *Esse*, C. P. 1.
23) Patroni scilicet, qui olim sine auctoritate episcopi libere in Anglia alibique conferebant ecclesias ad se pertinentes, vt docet *c.* 3. *X. de institut.*
24) *Curabimus*, C. H.
25) *De rebus*, ibid.

CAP. XXXII.

Absens in theologiæ studio, fructus beneficiorum suorum percipit in absentia, sed quotidianas distributiones non.

HONORIUS III. *abbati et priori sanctæ Genouefæ.* (*ann.* 1222. *Romæ in Gall.* Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Licet vobis *r* dixerimus scripta nostra, vt [*dilecto filio*] magistro N. 26) *s* Eboracen. 27) archidiacono in sacra pagina cupienti studere, prouentus suos ecclesiasticos faceretis integre ministrari: nolumus tamen 28), [*nec nostræ intentionis exstitit*,] vt quotidianas [*illas*] distributiones 29), quæ tantum residentibus in ecclesiis, et his, qui intersunt horis canonicis 30), exhibentur, ei tribui faciatis.

26) C. R. et c. 1. comp. 5. h. t. habent: *R.*
27) *Ebraicensi*, cit. c.
28) *Non tamen volumus*, ibid.
29) *Retributiones*, ibid.
30) quod etiam supra in *c.* 7. *X. de cleric. non resid.* traditum est, in hoc vero ita declaratum, vt non sufficiat in loco residere, nisi etiam horis canonicis intersit canonicus.

CAP. XXXIII.

Propter paupertatem præbendarum ecclesiæ cathedralis possunt eis annecti capellæ, reseruata ipsarum presbyteris congrua portione.

IDEM *Vesprimen.* 31) *t* *episcopo.* (*ann.* 1222. *Romæ in Hungariam.* C. 3. comp. cit. 5.)

Exposuisti *u* nobis [*in nostra præsentia constitutus*,] quod ecclesiæ tuæ canonici, diminuta ipsorum prouisione a tempore concilii generalis,

31) in *c.* 3. *comp. c. h. t.* rectius legitur: *Vesprimensi*, qui suffraganeus in Hungaria est Strigoniensi archiepiscopo.

a *Sub Alex. III. c.* 8. b *Cap.* 30. c *C.* 5. *eod. tit. in* 4. *comp. conc. Trid. sess.* 7. *de reformat. cap.* 3. d *In cod. Barb.* huic morbo adhibere medelam. e *Vid. l.* 3. *C. de episc. aud. et l. seruos. C. ad leg. Iuliam. de vi public.* f *Vid. Chass. in catal. glor. mund. pag.* 4. *consil.* 9. g *cap.* 32. h *C.* 6. *eod. tit. in* 4. *compil. vid. conc. Trid. sess.* 25. *in decr. de reform. c.* 9. §. *patroni autem beneficiorum.* i nequeunt. k *Deut.* 25.

l ipse illa, *etc.* m *Vide conc. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 13. n *C.* 61. *et refertur in cap.* 7. *eod. tit. in* 4. *comp.* o *Sub Alex. III. c.* 6. *cuius initium, cum et plantare.* p curabimus. q *Conc. Trid. sess.* 25. *de reform. c.* 9. r *Vid. conc. Trid. sess.* 5. *de reform. cap.* 1. *in fin. et Hor. Lucium, tract.* 98. *de priv. schol. priuil.* s R. Ebroycen. t Vesprimen. *alias*, Vespen. *al.* Vesperrimien. *al.* Vespamensi. *al.* Vesprimicensi. u *Vide concilium Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 5. *et sess.* 24. *de reform. cap.* 13. *et* 15.

cum

cum eis extunc non fuerint ad earum sustentationem concessæ capellæ, sicut ante 32) fieri consueuit, de redditibus præbendarum suarum, [*cum nimium sint exiles,*] nequeunt *a* sustentari: [*propter quod plures ipsorum eadem ecclesia relicta in eisdem et clericatus coguntur opprobrium aliorum se obsequiis mancipare. Vnde humiliter supplicasti, vt de capellis eisdem prouisionem earundem ampliare de nostra tibi permissione liceret. Quia vero per hoc statutis eiusdem concilii derogaretur, quæ seruari volumus inconcussa: te in hac parte nequiuimus exaudire. Verum illarum paupertati paterno compatientes affectu, et tibi, etiam, prout exposcit tuæ deuotionis meritum, gratiam facere cupientes, fil. t. de qua plenam fiduciam obtinemus p. auct. m. vi,*] si euidens necessitas vel vtilitas exigat, præbendas ecclesiæ tuæ poteris 33) de capellis in perpetuum annectendis eisdem, sicut 34) discretione præuia expedire 35) videris, augmentare, reseruata tamen 36) congrua [*singularum*] capellarum presbyteris portione.

32) *Antea*, C. H. et c. cit.
33) *Possis*, cit. c.
34) Partic. *sicut*, a C. R. 1. abest.
35) Verbum: *expedire*, deest ibidem.
36) Partic. *tamen*, a C. R. L. H. ed. ant. Cont. et Pith. abest.

CAP. XXXIV.

Licet ecclesia ex donatione laici beneficium conferat: tenet illius beneficii impetratio, de hoc mentione non habita.

IDEM *episcopo, et priori, et archidiacono Herforden.* 37) b
(ann. 1222. C. 5. comp. cit. 5.)

III. Dilectus filius G. 38) [*pauper*] clericus nobis 39) proposuit c, quod, cum decano et capitulo [*ecclesiæ beati Martini*] Andegauen. preces direxerimus et præcepta, vt ipsum, quam cito facultas se offerret, in canonicum reciperent et in fratrem, vobis super hoc exsequutoribus sibi datis, [*vacantibus interim duabus in ecclesia præfata præbendis, dictus clericus, vt mandatum nostrum exsequeremini circa ipsum a vobis cum instantia postulauit. Sed*] quia [*ipsorum*] decani et capituli procurator excipiendo proposuit, [*nostras super hoc*] literas non valere, pro eo, quod in eis mentio non fiebat, quod præfatus 40) decanus ex donatione regis præbendarum eiusdem ecclesiæ collationem haberet; vos mandati nostri exsequutores non esse, interloquendo dixistis: et sic [*illæ*] duæ præbendæ, quæ medio tempore 41) vacauerunt, aliis sunt collocatæ 42). [*Et dictus clericus occasione huiusmodi, quam vos multiosi recepisse videmini, remansit hactenus sua prouisione frustratus, propter quod idem nostram audientiam appellauit: appellationi cuius dicimini detulisse. Nolentes igitur, vt sæpe dictus clericus frustratus a vobis, litterarum nostrarum commodo vlterius suspendatur, vobis firmiter*] mandamus, quatenus, occasione 43) huiusmodi, quam reputamus friuolam 44), non obstante, mandatum nostrum, [*ad vos pro ipso directum, taliter sine difficultate qualibet*] exsequi procuretis 45), [*quod ipse propter hoc ad nos vlterius non recurrat, nec vos possitis de inobedientia reprehendi, quæ idololatriæ comparatur.*

37) *Idem episc. Priori et archid. Maclouien.* c. 5. comp. cit. 5. rectius legies quæ hæc ecclesiæ *Andegauensi* vicina ei est, ad quam *preces de prouidendo* direxerat pontifex. Vocat hæc rescripta in *b. c. preces*, quibus ab initio pontifex egit, qua appellatione constanter vsi postea sunt imperatores in *præsentatione ad beneficia ecclesiastica.* Quid enim aliud sunt *preces primariæ*, quam *rescripta de prouidendo?*
38) *De Rec.* C. L. sed H. habet: *S.*
39) *In nostra præsentia constitutus*, cit. c. loco pronom. *nobis.*
40) *Prædictus*, C. R. 1.
41) Vox *tempore*, e C. R. 1. abest.
42) *Collata*, C. R. L. edit. ant. Cont. Pith. Gonz. et cit. c.
43) *Ratione*, cit. c.
44) Etsi enim olim collatio harum præbendarum ad regem Galliæ spectaueret, quem pontifex rescriptis huiusmodi grauare non audebat: de præsenti tamen ius conferendi, decano et capitulo proprium, et ius patronatus *ecclesiasticum* non *seculare* erat.
45) *Exsequamini*, ibid.

CAP. XXXV.

Pueri et alias beneficiati non sunt idonei ad beneficia consequenda. H. d. inhærendo verbis litteræ.

GREGORIVS IX. *Argentinen. episc.* [*ann. 1230. Romæ in German.*]

Super inordinata d ordinatione: [*et infra.*] cum autem illi sint in ecclesiis idonei reputandi, qui seruire possunt et volunt in ipsis 46): consult. t. t. respond. quod pueri et beneficiati, qui non possunt in eadem ecclesia deseruire, in ea 47) non debent idonei reputari.

46) Verba *in ipsis*, desiderantur in ed. Pith.
47) Verba *in ea*, in C. R. 1. desunt.

CAP. XXXVI.

Pro vnius præbendæ integratione, alia diuidi non debet.

IDEM *archiepisc. et magistro R. Turonen.* (*ann. 1232.*)

Cum caussam, quæ inter Aurelianen. episcopum, et I. de Blesis canonicum sanctæ Crucis super integratione præbendæ ipsius canonici vertebatur, vobis duxerimus committendam: [*et infra.*] Consultationi tuæ 48) t. respond. quod nostræ intentionis non exstitit 49), vt pro integratione præbendæ supradicti canonici, præbenda de nouo 50) aliqua scinderetur.

48) *Vestræ respondemus*, C. R. et L. *vestræ taliter* etc. H.
49) *Existit*, C. R. 2. ed. ant. Cont. et Pith.
50) *De nouo*, C. R. 1. non habet.

CAP. XXXVII.

Clerici ignobiles et non eminentis scientiæ, propter hoc non debent a præbendis repelli, etiam in ecclesia, quæ tales admittere non consueuit.

IDEM. (*ann. eod. Romæ in German.*)

Venerabilis frater noster Portuen. episcopus supplicauit e, vt, cum quandam præbendam, quæ in Argentinen. 51) ecclesia tamdiu vacauerat, quod donatio eius erat ad sedem apostolicam deuoluta, I. clerico contulerit, dum f in illis partibus legationis officio fungeretur, suam collationem benigno prosequeremur affectu 51). Verum procurator Argentini capituli proposuit ex aduerso, quod idem capitulum, hoc audito, consuetudinem allegans antiquam, inuiolabiliter obseruatam, iuxta quam nullum, nisi nobilem et liberum 52), et ab vtroque parente illustrem 53), honestæ 54) conuersationis ac eminentis scientiæ, in suum consortium hactenus admiserant: ne contra hoc fieret, maxime cum nulla tunc præbenda vacaret, antequam monitorias vel exsequutorias literas recepisset, ad sedem apost. appellauit: [*et infra.*] Nos igitur attendentes, quod non generis g, sed virtutum nobilitas, atque honestas, gratum Deo faciunt et idoneum seruitorem, ad cuius regimen non multos secundum carnem nobiles et potentes elegit, sed ignobiles ac pauperes 55) eo, quod non est personarum acceptio 56) apud ipsum 57) h, et vix ad culmina dignitatum, nedum ad præbendas, viri eminentis scientiæ valeant reperiri, exceptiones huiusmodi non ducimus admittendas: [*et infra.*] discretioni vestræ mandamus, quatenus, si vobis constiterit, prædictam præbendam vacasse, quando ipsam dicto I. episcopus contulit memoratus, ipsum ad eam 58) recipi faciatis.

51) *Argentina*, C. R. et L.
51[a]) *Effectu*, C. R 1. L. et edit. ant.
52) *Nobilem virum*, C. H. legit: sed communis lectio magis accedit ad veritatem rei Germanicæ antiquæ, quæ homines in quatuor classes distinxit, teste MEGINHARTO (non EGINHARTO vel EGINHARDO, vt et ADAMO BREMENSI *libr. 1. hist. eccles. c. 5.* plerique legunt, cuius contrarium docet Mscrus codex MEGINHARTI, qui in regia bibliotheca Hannoueræ asseruatur) aiente: *quatuor igitur differentiis gens illa consistit: nobilium scilicet, et liberorum, libertorum et seruorum.* MEGINHARTVS tempore LVDOVICI Germanici vixit, vt ipse codex docet, adeoque optime antiquam diuisionem personarum referre potuit. *Nobilitatis* encomio decorati sunt proceres Germaniæ, duces, principes, comites, barones, munerum præcipuorum in republica participes, quod supremo nobilitatis gradu conspicui. *Liberi*, etiam *ingenui* vocati, qui ex maioribus parentibus liberis nati allodia libere possidebant, militiæ maxime equestri operam dantes, vnde posteriori eum nata est *nobilitas inferior.* Vtrique decus ex *natalium gloria*, et singulare momentum in republica: adeoque facile contingere potuit, vt tantum *nobiles* et *liberi*, exclusa plebe vrbium, ex liberis potissimum orta, in seculo XII. ob hanc prærogatiuam vel *statuto* vel *consuetudine* ad capitula, quorum canonicatus iam ad decus eximium peruenerant, admissi fuerint, quod experientia Germaniæ adhuc docet.
53) Ita potissimum designabant *nobilitatem* vtramque *auitam* eo tempore, quo iam *nobiles* et *liberi* in Germania per *expeditionem cruciatam* ita attriti erant, vt ex plebeio ordine ditiores per *diplomata* imperialia ad statum nobilitatis infimæ tempore FRIDERICI I. admissi fuerint. Hos reliqui nobiles, quorum libertas connata erat, despectui habuerunt, vt ab his *nouis hominibus* se separarent, eosque tantum in suum consortium admitterent, quorum nobilitas *auita* fuit, et ita priores e capitulis quoque excluderent, quibus ingenuitas haud ingenita fuit. Ab hoc tempore *nobilitas auita* præualuit, atque ex hoc nati ea de caussa *Stifts- und Turnier-mæssige* vocati sunt.
54) *Et honestæ*, C. L.
55) Exemplo Romanæ ecclesiæ doctus pontifex rationes hic subdoxit. Ad papatum enim admissi a multis seculis sunt viri virtutum et doctrinæ meritis conspicui, nulla habita distinctione nobilitatis, vt etiam ex infima plebe rustica nati, exemplo SIXTI V. ad solium pontificale euecti fuerint. Sed postquam canonici a *vita communi* discesserant, bonisque immensis ditati, splendidiorem vitam viuere cœperunt: hoc *nobiles* et *liberos* facile inducere potuit, vt hunc clericatum elegantem, et suis conuenientem moribus, occuparent pedetentim priores, nec alios in societatem suam, quam ex auita nobilitate natos, admitterent. Nec obstante hac decisione, consuetudo prædicta per potiora capitula Germaniæ non tantum conseruata, sed etiam per statuta, et fundationes confirmata, atque in *I. P. art. V.* §. 17. corroborata.
56) *Exceptio*, C. L.
57) *Apud Deum*, C. H.
58) *Eandem*, C. R. 2.

CAP. XXXVIII.

Si mandatur prouideri in ecclesia: non potest de ecclesia prouideri.

IDEM. (*ann. 1232.*)

Cum i olim priori sanctæ M. 59) dederimus k in mandatis, vt G. 60) l Diacono in aliqua ecclesia ciuitatis vel diœcesis Luc. 61) aucto-

59) *Sanctæ Mariæ*, C. R. L. et H.
60) *Vt V.* C. R. 1. *vt W.* C. R. 2. H. et ed. ant. *vt Gu.* Cont. et Pith. per totum.
61) *Lucan.* C. R.

a Nequiuerint. b De Ber. al. Rech. In vno vet. cod. episcopo Pistoriensi et priori. c exposuit. d *De ætate requisita vide Lapum alleg.* 36. *et Gemin. in c. indemnitatibus, de elect. in 6.*

e supplicauit nobis. f Cum. g *Rom. 12. Galat. 2. Eph. 6. Coloss. 3.* h Deum. i *Vide Oldrad. consil.* 306. k dedimus; *in antiqu.* l V.

ritate

rinate apostolica prouideret; idem præfatum Gu. *a* ecclesiæ sancti Pe. 62) de vico rectorem auctoritate huiusmodi nisus 63) *b* est designare: in qua rector ab eiusdem ecclesiæ clericis eligi consueuit 64), excommunicationis sententiam nihilominus proferens in rebelles. Cum igitur 65) mandatum huiusmodi se ad talia non extendat, nec ad rectoriam vel dignitatem nostra feratur *c* intentio; cum pro simplici beneficio iussio nostra manat *d*: mandamus, quatenus tam institutionem huiusmodi, quam excommunicationis sententiam, propter hoc latam, denunties 66) non tenere.

62) *Sancti Petri*, C. R. 2. et L.
63) *Visus*, C. L.
64) *Consueuerat*, C. H.
65) *Cum enim*. C. R. 1.
66) *Denuncietis*, ibid.

TITVLVS VI.
DE CLERICO AEGROTANTE VEL DEBILITATO. 67)

CAP. I.

Clericus infirmus integre percipit fructus beneficii sui.

GREGORIVS *Candido episcopo Vrbeuetan.* 68) (*ann.* 620. C. 3. comp. 3. h. t.

Cum percussio corporalis: [*et infra.*] [*Et quia, cum præsentium lator calumniosus pro hac percussione, quam sustinet, consueta sibi commoda ab ecclesia vestra asserit negari: idcirco*] fraternitatem tuam [*præsentibus*] hortamur [*apostolis,*] quatenus eum ad 69) percipienda [*beneficia,*] quæ consueta sunt ab ecclesia tua, ægritudo sua non debeat impedire; quia, si alii eius essent exemplo deterriti, forte non posset, qui militaret ecclesiæ, inueniri 70): sed secundum [*loci*] eius ordinem quæcunque ei, si sanus esset, poterant ministrari, de ipsa exiguitate, quæ ecclesiæ potest accedere, fraternitas tua [*diuini contemplatione iudicii*] præbeat 71) ægrotanti.

67) *De Clerico ægroto vel debilitato*, C. R. 1. *et debilitato*, *comp.* 1. sed in 2. comp. desiderantur dictiones vltimæ.
68) In *epist.* 5. GREGORII M. *lib. II.* et *c.* 1. *comp.* 3. *h. t.* inscriptio hæc est: GREGORIVS *Candido episcopo de vrbe veteri*, quod oppidum est *Etruriæ*, *Orvieto* dictum etiam, sine dubio ex denominatione *vrbis veteris* tracto nomine, vt augurátur CELLARIVS in *Geograph. antiqu. tom. I. lib. II. c.* 9. *p.* 722.
69) *M ad* C. H.
70) *Quatenus nihil eum ad percipienda beneficia, quæ consueta sunt, hæc ægritudo debeat impedire. quia diuersis in ecclesia militantibus varia, sicut nostis, sæpe contingit infirmitas, et, si hoc fuerint exemplo deterriti, de cætero nullus, qui ecclesiæ militet, poterit inueniri*, cit. c.
71) *Præbere non desinat*, ibid.

CAP. II.

Presbyter, cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscissa, missam non celebrat: sed ceteris sacerdotalibus fungi potest.

EVGENIVS 72) *e* PAPA. (*ann.* 655.)

Presbyterum *f*, cuius duos digitos cum medietate palmæ a prædone abscissos [*esse*] significasti, missam non permittimus celebrare 73): quia nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem *g* membri hoc fieri posse confidimus.

Ipsum autem cæteris officiis sacerdotalibus fungi minime prohibemus.

72) In *append. ad concil. Later. III.* apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. p.* 1805. inscriptio hæc est: EVGENIVS *Sarzensi episcopo*.
73) Ita iam legitime ordinatus, *ex accidente*, secundum quod, seu respectu *missæ* celebrandæ irregularis fieri, seu inhabilitatem contrahere potest, et in suscepto ordine ministrare nequeat. In hoc differt hic casus ab argumento *tituli de corpore vitiatis non ordin.*

CAP. III.

Si rector ecclesiæ sit leprosus: dandus est ei coadiutor.

LVCIVS III. (*ann.* 1181. *Romæ.*)

De *h* rectoribus ecclesiarum lepræ macula vsque adeo infectis, quod altari seruire non 74) possunt, nec sine magno scandalo eorum, qui sani sunt, ecclesias ingredi, hoc volumus te 75) tenere, quod eis dandus est coadiutor 76), qui curam habeat animarum: et de facultatibus ecclesiæ ad sustentationem suam, congruam recipiat 77) portionem.

74) *Nulla ratione*, c. 3. comp. 1. cit.
75) *Ita, tuam volumus fraternitatem*, ibid.
76) Sicuti *adiutor* datur tutori decreto prætoris, *l.* 13. *§.* 1. *de tut.* quoties vel *ætas* vel *valetudo* eius id postulat: *l.* 24. *pr. de admin. et peric. tut.* ita etiam presbytero ægrotanti, seu diuturno morbo confecto, *coadiutor* datur, qui curam exerceat animarum de facultatibus ecclesiæ pensionem accepturus. Non itaque viuenti successor datur, quod *regulariter* prohibitum: quamuis non iniquum sit, et talis viuenti substituatur cum superioris auctoritate, maxime in ecclesiis, in quibus nemo *sine titulo* ordinandus est. Iure Decretalium facilius talis *adiutor*, non *a* successor, reperiri potest, ad *titulum patrimonii* vel *paupertatis* ordinatus, qui ægrotantis presbyteri vices in parochia interim suppleat.
77) *Percipiat*, C. R. 1. *recipiant*, cit. c.

CAP. IV.

Si rector ecclesiæ sit leprosus; ab administrationis officio remouetur: sed de bonis ecclesiæ sustentatur:

CLEMENS III. *i* (*ann.* 1190. *Romæ.*)

Tua *k* nos duxit fr. consulendos: [*et infra.*] De sacerdote [*vero,*] qui diuino iudicio lepræ morbo repercussus 78) *l*, in parœciali ecclesia prælationis officio fungitur, dicimus 79), quod pro scandalo et 80) abominatione populi, ab administrationis debet officio 81) remoueri, ita [*quidem,*] quod iuxta facultates ecclesiæ sibi necessaria, quamdiu vixerit, ministrentur.

78) *Respersus*, C. R. L. H. et c. 2. comp. 2. h. t.
79) *Tibi duximus intimandum*, cit. c.
80) *Vel*, ibid.
81) Notanter ait pontifex: ab *administrationis officio*, vt *administratio* tali interdicatur. Neque enim *ab officio ipso* remouendus, *c.* 1. 3. 4. *C.* 7. *q.* 1. sed, coadiutore constituto, ei necessaria vitæ adhuc præstanda: substituto vero pariter pensio ex eo beneficio assignanda. Hoc potissimum ad *furiosum* clericum applicandum, e consortio hominum remouendum.

CAP. V.

Episcopo, qui propter morbum incurabilem pastorale officium exercere non potest, dandus est coadiutor.

INNOCENTIVS III. *Arelaten. archiepiscopo.* (*ann.* 1208. *Romæ in Gall.*)

Ex *m* parte tua fuit propositum [*coram nobis,*] quod, cum 82) [*ven. f. n.*] Arausicensis 83) *n* episcopus graui morbo, et incurabili fere [*iam*] per quadriennium laborauit 84), ita, quod pastorale officium non [*potuit, nec*] potest vllatenus exercere, [*nobilis de Baotia*] princeps terræ illius [*consules*] ac ciues ciuitatis eiusdem, a te postulant 85) incessanter, vt [*tam*] ipsis [*quam Arausicen. ecclesiæ,*] cum sis metropolitanus eorum, studeas prouidere. Verum [*tamen*] cum ipsum 86) ad cessionem compellere non 87) possis, nec debeas vllo modo, nec afflicto afflictio sit addenda, imo potius [*sit*] ipsius miseriæ miserendum 88) *o*, eo, quod *p* idem 89) vir 90) bonus exstiterit [*et honestus,*] et ecclesiam salubriter sibi commissam gubernauerit: [*quid super his agere debeas, sedem apostolicam duxisti consulendam.*] Nos [*igitur*] volentes tam [*præfato*] episcopo, quam ecclesiæ [*suæ salubriter*] prouidere 91), [*f. t. t. respond. et per a. s.*] mandamus, quatenus illi coadiutorem 91*) associes virum prouidum et honestum, per quem tam episcopo, quam populo [*sibi commisso*] vtiliter 92) consulatur.

82) Partic. *cum*, a C. R. 1. abest.
83) *Arausicanensis*, C. L. *Arelaten*. H. *Aurasiensis*, ed. Cont. *Arausicen.* c. vn. comp. 3. h. t.
84) *Laborarit*, cit. c.
85) *Postularunt*, ibid. *postulabant*. C. H.
86) *Prædictum episcopum*, cit. c.
87) *Nec*, ibid.
88) *Miserandum*, ed. ant. Cont. et cit. c.
89) *Ipse*, cit. c.
90) Vox *vir*, a C. R. L. et H. abest.
91) *Prouidere*, C. R. L. H. et cit. c.
91*) Et quidem vnum vel plures secundum modum in *c.* 1. *h. t. in* 6. præscriptum. Vnde liquet, proprie talem non constituendum *successorem* censeri: quia plures ei substitui possunt.
92) *Salubriter*, cit. c.

CAP. VI.

Breue est, et non summatur.

HONORIVS III. *episcopo Auersano.* 93) (*ann.* 1222.)

Consultationibus: [*et infra.*] archidiacono autem quem morbo paralytico laborantem officium linguæ asseris amisisse, coadiutor est merito adhibendus 94): [*maxime si de ipsius processeris voluntate.*]

93) *Aduersano*, C. R. 1. et L. *Verce.* H. sed vitiose.
94) *Coadiutorem poteris adhibere*, c. 1. comp. 5. h. t.

TITVLVS VII.
DE INSTITVTIONIBVS. 95)

CAP. I.

Numerus clericorum debet institui in ecclesiis collegiatis, secundum facultatem ipsarum.

Ex concilio Arelatensi. VI. *q* (*ann.* 812. *in Gallia.*)

Non amplius suscipiantur in monasterio monachorum, aut clericorum, seu etiam puellarum, quam quod se regere de bonis ecclesiæ absque penuria [*ecclesiæ*] possint.

95) *Institutio* hic designat ipsam beneficii collationem, obseruante CIRONIO *ad h. t. ab init.* seu *translationem iuris perfecti in beneficium vacans vel vacaturum*, quod posterius contingit in *receptione supernumerariorum canonicorum. c.* 9. *X. de præb. et dignit.* Vnde nata regula: *beneficium ecclesiasticum non potest licite sine canonica institutione obtineri. c.* 1. *de R. I. in* 6.

a V. b visus. c perferatur. d manent. e Greg. *sed in omnib. manuscr. vt est impressum* f *Post con. Lat. sub Alex. III. p.* 26. *c.* 11. *et c.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp* g deformationem. h *Post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 37. *c.* 4. *et c.* 3. *eod tit. in* 1. *compil.*

i In vno *ita*: Clemens III. Pillau. episc. k *cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil.* l *Al.* percussus *al.* respersus m *Cap. vnic. eod tit. in* 3. *compil.* n Aren. *al.* Aurasicen. *al.* Auraicens. o miserandum. p *Al. ita*: eo quod ipse. q *Hæc est synodus Arel.* 4. *sub Carolo magn. imp. et habetur hoc tit. c.* 8. *et cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.*

CAP.

CAP. II.

Laici in canonicos non possunt institui.

EVGENIVS a 96).

In ecclesia b vestra certum numerum canonicorum, sicut nobis innotuit, communiter instituere curauistis, [*et institutionem vestram religione firmare iuramenti. Vnde, quia illo, numero successu temporum diminuto, in dubitationem deducitis, vtrum ipsum numerum de institutione canonicorum supplere possitis, cum laicis computatis, qui in ecclesia vestra canonicorum titulo nominantur, et statutus numerus sit impletus: sedem apostolicam consulere voluistis. Vt autem hac ambiguitas a vestris cordibus auferatur, nobis videtur, quod,*] cum 97) laici non debeant in canonicorum numero computari, nec vos debeatis differre, quo minus statutum numerum, [*iuramento præstito roboratum,*] de aliis clericorum personis idoneis [*canonicos*] suppleatis. [*Nec enim alia vestra intentio fuisse putatur, quam quod*] tales ad supplendum numerum, [*cum necesse fuerit,*] inuenire [*vnanimiter*] curetis 98), per quos Deo in diuinis officiis per ecclesiasticos ordines congrue seruiatur 99). [*Ad hæc vero districtius prohibemus, ne de cetero laicos in canonicos admittatis.*]

96) vix est, vt EVGENIO I. qui floruit anno DCLVI. vel EVGENIO II. qui anno DCCCXXIV. ad solium promotus est, hæc decretalis tribui possit; cum hic agatur de *certo numero canonicorum* constituendo, vel supplendo, qualis œconomia ecclesiastica demum eo tempore, quo canonici communem vitam deseruerunt, et *præbenda distincta* introductæ, c. 10. *X. de concess. et eccles. non vac.* innotuit: adeoque magis ad EVGENII III. tempora illa quadrat. Nec obstat ratio GONZALEZII pro EVGENIO II. ex serie temporis militantis: quia RAYMVNDVS facile in designando pontifice errare potuit.

97) Partic. *cum*, desideratur in c. 3. comp. cit. 2.

98) *Curaretis*, ibid.

99) *Seruiretur*, ibidem.

CAP. III.

Institutio beneficiorum spectat ad episcopos, vel eorum officiales.

ALEXANDER III. *Cantuariens. archiepiscopo, et eius suffraganeis.* (*ann.* 1180. *Roma in Angl.*)

Ex c frequentibus querelis [*personarum satis manifeste*] didicimus, in partibus vestris consuetudinem prauam [*admodum et enormem, etiam sanctorum patrum constitutionibus omnimodo contrariam,*] e multis retro temporibus inualuisse, quod [*videlicet*] clerici, [*cæca cupiditate ducti, ecclesias et*] ecclesiastica beneficia sine consensu 100) d episcopi diœcesis 1), vel officialium e) suorum e, qui hoc de iure possunt [*facere,*] recipiunt, minus quam deceat [*sollicite*] cogitantes, quomodo id 3) a 4) patrum sanctorum est institutionibus alienum, et ecclesiasticæ contrarium honestati. Vnde cum tu 5), frater archiepiscope, ex officio tibi commisso 6), tam iniquam consuetudinem de prouincia tua velis 7), sicut debes, radicitus exstirpare f, tam in [*clericos*] illos, qui [*ecclesias vel*] ecclesiastica beneficia [*de cetero*] taliter occupare scienter detinent, quam in eos, qui [*ecclesias vel ecclesiastica beneficia*] de cetero [*taliter*] occupare præsumpserint, [*sicut ex litteris tuis intelleximus,*] excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam [*firmam et*] ratam habentes, et eam auctoritate apostolica confirmantes, [*per a. s.*] mandamus, quatenus [*singuli vestrum sententiam in suis episcopatibus saltem quater in anno innouantes eam contrad. et opp. cess. faciatis inuiolabiliter obseruari, nec*] clericos ipsos, qui ipsam sententiam incurrerint 8) g, nisi congrue satisfecerint, [*et a præsumtione sua omnino destiterint,*] absoluere præsumatis.

100) *Assensu*, C. 8. L. & H. ad. ant. et c. 2. comp. 1. h. t.

1) *Diœcesani*, cit. c.

2) Sæpe enim *vicario generali* specialiter *ius instituendi* præsentatos conceditur, vnde liquet, hic de consuetudine Angliæ sermonem esse, virtute cuius sibi arrogabant patroni ius, clericos *in suis ecclesiis* instituendi sine auctoritate episcopi: quod ab antiquo tales fuissent *clerici domestici* patronorum. Quocirca erronea CAROLI MOLINAEI est annotatio ad h. c. existimantis, de iure *regaliarum* hic esse sermonem, pro quo abrogando THOMAS tot certamina, imo necem, sustinuit.

3) Pron. *id*, abest a C. H.

4) Præp. *a*, in C. R. 2. et L. deest, in C. R. 1. addita noua manu.

5) Pron. *tu*, abest a C. H.

6) *Commissæ tibi sollicitudinis*, cit. c.

7) Verbum: *velis*, deest in C. H.

8) *Incurrerant*, C. R. 2. et L. *incurrunt*, H. et cit. c.

CAP. IV.

Vltra facultates non debet quis institui, inuitis clericis ecclesiæ.

CLEMENS III. 9) *clero* 10) *Constantinopolitano.* (*ann.* 1190.)

Auctoritate h apost. sedis [*debitoque officii nostri compellimur, viros ecclesiasticos oculo benigniori prospicere, eisque, ne grauentur molestiis, pastorali sollicitudine prouidere. Hac itaque ratione inducti auctoritate ep. prohibemus, ne aliquis vestrum e quocunque in ciuili, vel criminali negotio, nisi in foro ecclesiastico impetatur, nec per secularem personam carceri aut vinculis, nisi ab archiepiscopo suo eiectus fuerit ex ordine clericali, aliquatenus mancipetur, nec absque rationabili et manifesta causa in officio suo, vel iure suo grauamen ab aliquo patiatur. Prohibemus etiam, ne vicarius regis, seu quæcumque persona vicem secularis potestatis gerens vobis in domibus aut aliis rebus vestris iniuriam præsumat inferre: sed tam in his, quam in aliis, priuilegia, vobis a regibus vel archiepiscopis pia consideratione concessa, inuiolata volumus conseruari.*] Statuimus insuper, vt nullus in ecclesiis vestris, vltra quam facultates earum [*ecclesiarum*] sustineant i, vobis instituatur inuitis.

9) *Cælestinus III.* C. H.

10) *Capitulo*, C. 8. 1.

CAP. V.

Cum in ecclesiis oportet extraneos institui; non debent institui clerici certæ originis tantum, sed vndecunque sint: dum tamen sint idonei.

INNOCENTIVS III. k [*P. tit.*] *S. Marcelli* 11), *et* [*B. tit.*] *S. Susannæ* [*presbyt.*] *cardin. apost. sedis legat.* (*ann.* 1210. *Roma in Thraciam.*)

Ad l decorem [*et commodum tam ecclesiæ S. Sophiæ, quam aliarum ecclesiarum, quæ sunt in vrbe Constantinopolitana constructæ, noscitur pertinere, vt litterati viri, et honestate morum conspicui, de quibuslibet mundi partibus venientes, institui debeant in eisdem. Verum*] sicut nostris m auribus est suggestum, [*v. s. n.*] Constantinopolitanus patriarcha [*immemor eorum, quæ sibi suggessimus viua voce, ac postmodum per a. s. m. si tamen ad ipsum nostræ litteræ peruenerint,*] aliarum nationum clericos spernens, Venetos 12) tantum in Constantinopolitanis ecclesiis 13) satagit collocare, non attendens, quod in omni n gente, qui facit iustitiam, acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei conuenit iure hereditario possideri. Quocirca [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus moneatis 14) eundem, vt viros [*religiosos, honestos et*] litteratos o, et alias p idoneos 15), vndecunque originem duxerint, in prædictis ecclesiis, et maxime in maiori, instituere non postponat; alioquin 16) indignum se reddet 17), vt vos aliarum clericos nationum ad eius obedientiam compellatis: [*præsertim cum ipsi propter hoc ad nostram decreuerint audientiam appellandum.*] Nec q dissimulare potestis, quin hoc 18) nostris auribus intimetis, vt ex hoc ipso, an verum sit, quod super hoc 19) Venetis dicitur promisisse, conicere valeamus. [*Si qui vero clerici per vos vel per alterum vestrum sunt in prædictis ecclesiis instituti: app. postposita, faciatis eos pacifica possessione gaudere, amotos, sicut iustum fuerit per cens. eccl. app. rem. facientes restitui ad eandem.*]

11) *P. Sancti Marcelli*, C. R. L. et H.

12) Capta Constantinopoli a BALDVINO, patriarcha primus e Venetis electus THOMAS MAVROCENVS, a quo extorserant Veneti iuramentum de aliis in maiori ecclesia, quam Venetis, non admittendis, eisque aliis ex diuersa gente præferendis. Series tota huius rei egregie declaratur in *gestis* INNOCENTII III. §. 92. et 99. secundum edit. BALVZII *epist. Innocentii III.* Quia vero hoc non poterat non vergere in Francorum iniuriam, qui æquale studium in occupanda Constantinopoli posuerant: merito hoc pactum reprobauit pontifex. Alias valet consuetudo et lex publica regni, vt tantum indigenæ admittantur, vt obseruant ad *c.* 4. *X. de postul. prælat. not.* 10.

13) *In ipsis ecclesiis, et præcipue in ecclesia S. Sophiæ*, c. 1. comp. 3. h. t.

14) *Monere ac inducere studeatis*, ibid.

15) *Et alias personas*, C. 8. 1. *et alios idoneos*, L. et ed. ant. sed neutra verba habentur in cit. c.

16) Loco partic. *alioquin*, in cit. c. ita legimus: *proponentes eidem, quod, si monitis nostris adquiescere forte non curauerit.*

17) *Reddat*, C. L.

18) *Quin hac*, C. R. 1.

19) Dictiones: *super hoc*, desiderantur in cit. c.

CAP. VI.

Institutiones et custodiæ possunt de iure speciali ad non episcopum pertinere, et pendente lite cum diœcesano defenditur in possessione. H. d. Vel sic: *si possidet ius instituendi is, ad quem de iure communi non spectat: pendente iudicio proprietatis in possessione defenditur.*

IDEM *Helien. episcopo, et archidiac. Norwicen.* 20) [*et magistro H. de Gers.*] (*ann.* 1210. *Roma in Angliam.*)

Cum venissent r ad apost. sed. [*dil. fil. magister Honorius*] archidiaconus 21) Richemundiæ, et [*magister Columbus subdiaconus noster I. de Eboraco, et R. Auenel*] procuratores [*v. s. n.*] Eboracen. archiepiscopi: [*eos in consistorio nostro duximus audiendos.*] Ex parte [*autem*] archiepiscopi [*memorati*] fuit propositum, quod institutio personarum, et custodia ecclesiarum vacantium, ad eum in diœcesi sua spectat 22)

20) *Norw.* C. 8. 2. *Norwicena*, c. 3. comp. cit.

21) Similis controuersia archidiacono fuit mota, in primis de iure *custodiæ vacantis ecclesiæ*, in c. 52. *X. de appellat.* quod in not. ibid. et ad *c.* 4. *X. de offic. iud. ordin. not.* 17. illustraui. De iure *custodiæ* etiam in c. sq. agitur.

22) *Spectant*, C. R. 2.

a *In aliquot manuscr. ita: Eugenius papa.* b *C.* 3. *eod. tit. in* 2. *comp.* c *Post Recte autem Contius addit hoc omissa a Raymundo ex antiqu. comp.* c. *concil. Lat. p.* 28. *c.* 11. *et c.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* d Assensu, *in antiqu.* e Ipsorum. f *Vid. l. omnes. C. de dec. libr.* 10. g Incurrerunt. h *Cap.* 1. *tit. de ind. in* 2. *comp.*

i Sufficiant. k D. sancto Marcelli: *et vnus vetus ita*: P. sancti Marcelli, et B. sancte, etc. l *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* m *Al. ita: sicut nostris est auribus intimatum.* n *Actor.* 10. o *Litterati ita debent recipi in canonicos sicut nobiles.* vt not. in l. *societatem*, in *gloss. ff. pro soc.* p Et alios. q *Al. ita*, nec vos. r *C.* 3. *eod. tit. in* 3. *comp.*

tum

tam de iurisdictione a communi 23), quam de consuetudine generali. Verum quidam prædecessores ipsius quibusdam archidiac. Richemundiæ tam institutionem, quam custodiam personaliter commiserunt, [*iure sibi aliorum tempore retinentes, et libere, sicut spectabat ad eos, vtentes eisdem, ita, quod archiepiscopus, qui Eborac. ecclesiæ modo præest, W. de Chimili, quondam archid. Richem. illas ad preces inclytæ recordationis R. regis Anglorum de gratia speciali concessit, et eo in episcopum post electo sibi retinuit tanquam suas.* et infra. *Ad hæc archid. ipse respondit, quod, cum inclytæ recordationis primus H. rex Angliæ apud Carleolum sedem episcopalem vellet de nouo creari, quia ex hoc archid. Richem. lædebatur, rex ipse a bon. mem. T. archiepiscopo Eboracen. humiliter postulauit, vt in recompensationem cuiusdam partis, quæ subtrahebatur archidiaconatui memorato, ei prædictas concederet dignitates. Archiepiscopus autem annuit precibus postulantis,*] et iam institutiones, quam custodias, non personaliter archidiacono 24), qui tunc erat 25), sed perpetuo de consensu [*Eboracens.*] capituli archidiaconatui reali [*et liberali*] concessione donauit. Cum autem archidiaconatus 26) ipse in continua possessione tam istarum, quam aliarum [*etiam*] libertatum, multorum archiepiscoporum, [*regum*] et archidiaconorum temporibus 27) extitisset, et [*sæpe dictus*] archiepiscopus sine 28) conditione 29) *b* qualibet concessisset ipsum eidem: post concessionem asseruit, quod ipsum [*cum omnibus libertatibus suis ille*] concesserat 30), institutionibus et custodiis vacantium ecclesiarum exceptis. Ipse *c* vero timens, ne, si negaret expresse, cum nondum esset archidiaconatus 31) *d* possessionem adeptus, vel impeditetur *e* penitus factum eius, vel diutius differretur, respondit, quod non solum de illo, sed de omnibus redditibus suis faceret, quod sibi 32) placeret. [*et infra.*] [*Super hoc pars replicauit aduersa, quod, si renunciatio vel abiuratio archidiaconatui non noceret, super hoc tamen esset archidiacono repetendi facultas adempta. Sed archidiaconus libertates illas se non repetere respondebat: cum eis libere, sicut prius, quando iter arriperet veniendi ad sedem apostol. vteretur, et earum possessione gauderet. Sed contra hoc iterum replicabant, quod idem archidiaconus in quadam ecclesia sui archidiaconatus non per archiepiscopum institui postulasset, si talis institutio pertinebat ad ipsum, et ipse tunc ipsarum libertatum possessione gauderet. Ad quod archidiaconus ipse respondit, quod per archiepiscopum non institui, sed confirmari potius postulauit: licet, quod se ipsum institueret, incongruum videretur.*] Nos igitur, [*auditis, quæ fuerint hinc inde proposita, et plenius intellectis,*] interloquuti sumus 33), archidiaconum esse in plena libertatum eiusdem archidiaconatus possessione tuendum, donec probatum legitime fuerit ex aduerso, libertates *f* ipsas archidiaconis 34) ab archiepiscopis personaliter fuisse concessas: cum in hoc casu tam ante, quam post, et in ipsa etiam concessione archiepiscopus eas *g* retinere [*sic*] potuerit licite, tanquam suas, vel donec legitime probatum fuerit, easdem libertates archidiaconum abiurasse. Sed in hoc casu, si concessio illa fuerit realis, archiepiscopo nihil iuris vel vtilitatis accederet 35): quia nos vel ad petitionem Eboracen. ecclesiæ, vel per nos ipsos super hoc archidiaconatui consulemus. Si ergo alterutrum ipsorum fuerit legitime approbatum 36): archidiacono super libertatibus ipsis, si neutrum, archiepiscopo silentium imponatur.

23) *Tam de iure communi*, C. R. L. H. ed. ant, et alt. e.
24) *Archidiacono*, C. H.
25) *Erant*, ibid.
26) *Archidiaconus*, C. R. 1 et L.
27) *Longis temporibus*, C. R. 2. et L.
28) *Ipse sine*, C. H.
29) *Sine contradictione*, cit. e.
30) In C. R. 2. verbo. *concesserat*, additur verba: *cum omnibus libertatibus.*
31) *Archidiaconus*, C. L.
32) *Quod archiepiscopo*, cit. e.
33) *Sumus*, C. H.
34) *Archidiacono*, C. R. 1.
35) *Accedat*, C. R. 1 H. et L. *accedat*, C. R. 2. et cit. e.
36) *Comprobatum*, C. R. L. cit. e. et Gonz.

CAP. VII.

Is, ad quem spectat collatio dignitatum, se ipsum instituere non potest.

IDEM *episcopo Trecen. et archidiac. Parisiensi 37). (ann. 1212. Romæ in Galliam.)*

Cum *h* ad nostram: [*et infra.*] Illud autem nolumus vos ignorare, quod, postquam [*idem*] M. fuit abbas electus 38) *i*, [*prædictam*] custodiam de iure non potuit obtinere; quia, cum ratione abbatiæ ad ipsum pertineat donatio tam custodiæ, quam aliarum dignitatum, ac etiam præbendarum in ecclesia Patranen. custodiam ipsam recipere non 39) potuit a se ipso; cum inter dantem et accipientem debeat esse distinctio personalis 40): sed nec ab alio, cum ius conferendi alius non haberet.

37) *Parisiensi*, legit c. 4 *comp. cit.* 3. pro quo tamen cum CVIACIO substituendum esse *Peronensi*, monet GONZAL. quæ ecclesia est in Picardia vnde etiam paullo post loco verborum: *in ecclesia Patranensi*, in cit. e. rectius legitur: *Peronensi.*
38) *Electus*, C. H.
39) *Nequaquam*, cit. e.
40) *Personarum*, C. H.

a In omnib. antiqu. tam de iure. b Contradictione. c Idem vero. d Archidiaconus. e Impediret. f Easdem libertates. g Ipsas. h *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* i Institutus.

TITVLVS VIII.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, ET ECCLESIAE NON VACANTIS 41).

CAP. I.

Institutus scienter in beneficium viuentis, deponendus est.

GELASIVS I. 42) *l papa ad Rom. (ann. 495.)*

Qui *l* in 43) viuorum sacerdotum loco 44) ponuntur, hoc ipso [*secundum canones*] sunt ab ecclesiastica communione pellendi, quo 45) se passi sunt successores, viuis sacerdotibus, adhiberi.

41) *De concessione præbendæ et dignitatis vel ecclesiæ non vacantis*, comp. 3.
42) *Gregorius*, C. H.
43) Præp. *in*, deest ibid.
44) *Locum*, e. 1. comp. 1. h. e.
45) *Quod*, C. R. 1. et H.

CAP. II.

Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent; et, cum vacauerint, concedi debent intra sex menses: quibus elapsis, de episcopo ad capitulum, et econtra, demum ad proximum superiorem deuoluitur collatio.

Ex concilio Lateranen. m (ann. 1179. Romæ.)

Nulla *n* ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel ecclesiæ tribuantur alicui, seu promittantur, antequam vacent: ne desiderare quis mortem 46) proximi videatur, in cuius locum et beneficium se crediderit successurum. Cum enim in 47) ipsis etiam legibus gentilium 48) inueniatur inhibitum: turpe est, et diuini plenum animaduersione iudicii, si locum 49) in ecclesia Dei futuræ successionis exspectatio habeat 50), quam ipsi etiam gentiles [*homines*] condemnare curarunt. Cum vero præbendas ecclesiasticas, seu quælibet officia in aliqua ecclesia vacare contigerit, [*vel si etiam modo vacant:*] non diu maneant in suspenso 51), sed intra sex menses personis, quæ digne administrare 52) valeant, conferantur. Si autem episcopus, vbi ad eum spectat *o*, conferre distulerit: per capitulum ordinetur 53) *p*. Quod si ad capitulum peruenerit, et intra præscriptum terminum hoc non fecerit: episcopus secundum Deum hoc [*et*] cum 54) religiosorum virorum consilio exsequatur. Vel si omnes forte neglexerint: metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum 55) contradictione disponat.

46) *Mortem sui*, C. H.
47) Partic. *in*, desideratur in cit. e.
48) Sine dubio respexit concilium ad leges Romanas, quæ pacta de hereditate viuentis et non consentientis damnant, nec conuentiones de futura paciscentium successione admittunt: quæ tamen huc minime quadrant, sed aliunde rationem prohibitionis habent.
49) *Vt locum*, ibid.
50) *Habeatur*, C. R. 2.
51) *In suspensione*, cit. e.
52) *Ministrare*, ibid.
53) *Ordinetur*, C. R. L. et H.
54) Præp. *cum*, a C. R. 1. abest.
55) Pron. *illorum*, deest in C. H.

CAP. III.

Beneficia vacantia conferuntur, non obstante appellatione illorum, quibus promissa fuerant, antequam vacarent.

ALEXANDER III. *Eboracen. archiepisc. 56) (ann. 1180. Romæ in Angl.)*

Relatum *q* est auribus nostris, [*quod, cum quidam clerici in beneficiis ecclesiasticis C. vel CC. marcarum reditus possidentes et proponentes primas vacantes ecclesias a monachis vel canonicis, aut aliis ius patronatus habentibus sibi fuisse promissas, ne in illis, cum vacant, instituantur alii, vocem appellationis emittunt, vt interim arte aliqua valeant propositum suum adimplere.*] [*et infra.*] Consultationi tuæ taliter respond. 57) quod, cum in Lateranensi concilio promissiones factæ de ecclesiis non vacantibus, sint cassatæ, prætextu appellationis eorum, qui [*iam*] dictis promissionibus innituntur 58), omitti 59) non debet 60), quin ecclesiæ, cum vacauerint, de 61) personis idoneis ordinentur.

56) *Archiep*, C. R. 2.
57) *Quia igitur consulis, an a diœcesano episcopo huiusmodi appellationi sit deferendum, præsentibus litteris respondemus*, c. 39. comp. 1. de appellat.
58) *Nituntur*, ibid.
59) *Admitti*, C. L.
60) *Debent*, ibid.
61) Præpos. *de*, non habetur in cit. e.

k *In vno vetusto nulla est inscriptio.* l *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. et c. 2. de ætate et qualit. in 1. comp.* m *Sub Alex. III. c. 8.* n *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. et concord. conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 19. vbi hoc decretum roboratur, et c. deuoluendo. eod. tit. l. 6.* o *In cod. Barb. ita:* vbi ad eum spectat collatio. p Ordinentur. q *Cap. 39. eod. tit. de appell. in 1. comp. et post concil. Lat. p. 47. c. 7.*

CAP. IV.

Si scribitur ei, ad quem spectat collatio, dato exsequutore ad providendum: per præsentationem litterarum collatori factam, afficitur præbenda, ita, quod collatio alteri facta non tenet. H. d. secundum verum intellectum. vide cap. *si capitulo.* eod. tit. in 6.

INNOCENTIUS III. *præposito [et decano] et capitulo Cameracen.* (*ann.* 1210. *Romæ in Belgium.*)

Proposuit a nobis [*dil. f.*] T. presbyter, quod, cum [*bon. mem.*] C. 62) papa præd. noster, [*post preces, quas vobis*] pro receptione ipsius in fratrem, et assignatione præbendæ, ad donationem vestram spectantis, in ecclesia vestra proximo 63) vacatura 64) [*eidem faciendo porrexerat,*] mandatum apostolicum vobis destinasset, decano Remensi exsequutore concesso 65), decanus ipse vos [*in exsequutione mandati apostolici*] contumaces inveniens [*et rebelles,*] ipsum de præbenda primo vacatura in ecclesia vestra, quæ ad donationem capituli pertinet 66), auctoritate apostolica investivit. Sed cum [*ipse decanus morte præventus, in negotio ipso ulterius non potuisset procedere, et*] præbenda, quæ ad donationem vestram spectabat, in ecclesia Cameracen. vacasset: eam alii assignastis 67). [*Cum autem propter hoc idem presbyter ad eiusdem prædecess. nostri præsentiam accessisset, sicut ex litteris eius nobis innotuit:*] idem autem prædecess. noster 68), quod ab eodem decano factum fuerat, ratum volens 69) haberi 70), collationem præbendæ factam a vobis penitus irritavit, et eum de ipsa per annulum investivit. Licet autem intentionis nostræ non sit, investituras de vacaturis factas contra canonum instituta ratas habere, qui secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius 71) dispensare b: attendentes tamen, quod idem presbyter non de vacatura, sed de vacante per præd. nostrum fuit 72) investitus, utpote quam post cassationem concessionis 73) a vobis factæ intelligebatur 74) vacare, [*disquisitioni vestræ per a. s.*] mandamus, [*atque præc.*] quatenus, amoto ab ea præbenda quolibet detentore, eam ipsi [*T. omni dilatione et excusatione et appellatione postpositis, conferatis, et permittatis eb eadem pacifice possideri, et ei stallum in choro et locum in capitulo*] cum plenitudine honoris canonici assignetis 75).

62) *Celestinus*, C. L.
63) *Proxime*, C. B. 2.
64) *Vacatura*, C. B. L. ed. ant. et c. 1. comp. 3. h. t.
65) *Et bona mem. decanum Remen. exsequutorem concessisset eidem*, cit. c.
66) *Pertineret*, C. H.
67) Non alia de caussa, quam quod mandatum apostolicum cum constitutione *concilii Lateranensis* de non conferenda præbenda *vacatura*, sed tantum *vacante*, pugnaret, et sic nullum esset. Sed si hæc ratio in curia Romana admissa fuisset: quævis mandata de providendo cessare debuissent.
68) *Ipse*, cit. c. habet loco verborum: *idem u pr. n.*
69) *Nolens*, ibid.
70) *Habere*, C. H.
71) *Super his*, cit. c.
72) *Fuerat*, C. 6. L. H. et cit. c. *fuerit*, ed. ant.
73) *Collationis*, C. 6. 2. in margine: *alias*, *concessionis*.
74) *Intelligitur*, C. 6. 1. et cit. c.
75) *Assignantes*, cit. c.

CAP. V.

Semestre ad eligendum seu conferendum a iure præfixum non currit legitime impedito: nec incipit currere, nisi a die notitiæ vacationis. H. d. Et est textus multum allegabilis et quotidianus.

IDEM P. [*tit.*] *sanctæ M.* 76) *in Via late* 77) *diac. card. apost. sed. legato.* (*ann.* 1200. *Romæ.*)

Quia c diversitatem corporum, diversitas sæpe sequitur animorum; [*ne plenitudo ecclesiasticæ iurisdictionis in plures dispensata vilesceret, sed in uno potius collata vigeret: apost. sedi Dominus in B. Petro universarum ecclesiarum et cunctorum Christi fidelium magisterium contulit et primatum: quæ, retenta sibi plenitudine potestatis, ad implendum laudabilius officium pastorale, quod omnibus constituit eam debitricem, multos in partem sollicitudinis evocavit, sicut sunm dispensant onus et honorem in alios, ut nihil suo iuri subtraheret, nec iurisdictio sua in aliquo minoraretur. Cum autem ex susceptæ auctoritatis officio singulis, tanquam singulorum mater iuste petentibus, iustitiam nec possit nec debeat denegare; cum iustitia et iudicium sit præparatio sedis eius; nos, qui ad eius regimen sumus, licet insufficientes, assumpti, fratribus et coepiscopis nostris ad nos clamantibus non possumus in iustitia non adesse, aut quod iuste postulaverint, non audire: ne, si forte circa exhibendam eis iustitiam fuerimus inventi remissi, ipsi quoque negligentes inveniantur in reddendis iuribus subditorum, et commissam nostræ sollicitudinis partem minus laudabiliter exsequantur, si, quod absit, nos viderint declinare a iure, vel non audire iustitiam postulantes. Hac autem ratione diligenter inducti, venientem ad apost. sed. ven. f. n. Eboracen. archiepiscopum benigne recepimus, et multiplices curavimus eius querelas audire.*] Conquerebatur inter cætera, quod, cum ad eum in ecclesia Eboracen. et aliis suis ecclesiis collatio pertineat præbendarum, tempore suspensionis 78) ipsius, et postmodum etiam quidam præter eius auctoritatem se intruserunt 79) d in ipsas, [*et in hoc et in aliis iuri eius non modicam derogant. Quidam etiam in quasdam abbatias diœc. Eboracen. post interpositam ad nos appellationem irrepserant, qui ab eo nec confirmationis munus, nec benedictionis gratiam postularunt. Volentes igitur eidem archiepiscopo per tuæ sollicitudinis industriam provideri, discr. t. per apost. sed. de fratr. nostr. cons.*] mandamus, quatenus eos, qui præbendas vel dignitates ecclesiæ Eboracen. vel aliarum [*ecclesiarum*] ad donationem eius spectantes, præter auctoritatem acceperunt 80) e ipsius, ad eas resignandas, monitione præmissa 81): [*cum eas non possint sana conscientia detinere. Quodsi monitis tuis acquiescere forte noluerint; eos ad id*] per excommunicationis sententiam, et subtractionem aliorum beneficiorum [*suorum,*] non obstante confirmatione, a sede apost. obtenta, sub forma communi 82), quæ confirmat beneficia, et præbendas, sicut iuste et pacifice possidentur, appell. rem. compellas: etsi forte aliqui ea vel 83) [*ex*] speciali 84) mandato apost. sed. vel auctoritate Lateranen. concilii ab Eboracen. capitulo sint adepti. Sic tamen, ut tempus suspensionis in sex mensibus nullatenus computetur; cum illa Lateranen. concilii constitutio 85) contra negligentes tantum [*et desides*] fuerit promulgata: et f tunc, si voluerit, non tamen valuerit 86) archiepiscopus ipse in conferendis præbendis uti propria potestate. Atque etsi fuerit g sua culpa suspensus; non tamen ad ipsum capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio devoluta: sed ad illum tempore suspensionis illius h, præbendarum donatio pertinebat, qui propter 87) eius desidiam et negligentiam poterat præbendas donare i. Tempus etiam, quo ad apost. sed. accessit, et apud illam permansit 88), vel recessit ab illa, intra sex menses nullatenus computetur. Semestre autem 89) tempus non a tempore vacationis præbendarum, sed notitiæ ipsius [*archiepiscopi*] potius [*et commonitionis ad præsentiam eius a capitulo factæ, cum in privilegio, quod a prædecessore nostro idem capitulum dicitur impetrasse, fiat mentio de commonitione canonica præmittenda,*] volumus computari. [*Illud autem omnino frivolum reputamus, si qui forte se dicant ex donatione regia quasdam ex illis obtinuisse præbendas: quasi regalis sublimitas tempore suspensionis archiepiscopi præbendas ipsas sua potuit auctoritate conferre. Abbates autem prædictos, si post appellationem legitimam interpositam confirmationis et benedictionis beneficium susceperunt, canonice punias, ne alii exemplo eorum contra prælatos suos supercilium elationis assumant.*]

78) Historia huius decretalis refertur secundum quid in *libr. II. epist. Innoc. III.* 57. 58. 59. 60. ex edit. BALUZ, plenius autem a ROGERIO de HOVEDEA *ad ann. MCXCVIII.* ut BALUZIUS in margine observat. Unde etiam ALTESERRA *in comm. ad Innocentii III. decretal. ad h. c.* succincte eandem retulit. Videlicet archiepiscopus Eboracensis, accusatus de variis criminibus, tandem præter meritum suum suspensus erat. Regali permissione demum impetrata, pontificem adiit, atque post monstratam innocentiam ab eodem absolutus fuit. Tempore suspensionis alii contulerant beneficia ad eius collationem pertinentia sub iuris devolutionis obtentu: quod improbat pontifex, quod negligentia nulla archiepiscopo inique suspenso et absenti imputari posset.
79) *Intruserant*, c. 2. comp. cit. 3.
80) *Acceperint*, ibid.
81) *Diligentius moneas, et inducas*, ibid.
82) Sine caussæ cognitione ad solam instantiam potentis, cuius sub præsidio se utplurimum tuebantur possessores beneficiorum intrusi.
83) *Nisi forsan aliqui præbendas ipsas vel*, etc. cit. c.
84) *Vel ex speciali*, C. B. L. et ed. ant.
85) *Lateranensis constitutio*, C. B.
86) *Si voluit, non tamen valuit*, C. B. L. et ed. ant.
87) *Propter*, cit. c.
88) *Remansit*, C. 8. 9.
89) *Quoque*, cit. c.

CAP. VI.

Non valent litteræ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorato facti possessione non faciunt mentionem. Hoc dicit secundum verum et communem intellectum. Et est textus multum allegabilis, et habet materiam quotidianam. Et fuit decisio multum subtilis.

IDEM *Basiliensi* k *episc.* 90) *et abbati S. Mariæ.* (*ann.* 1216. *Romæ in Germaniam.*)

Cum l nostris fuerit olim auribus intimatum, quod præpositura ecclesiæ Lausanen. 91) tempore tanto vacasset, ut secundum statuta Lateran. concil. ad nos esset eiusdem donatio devoluta: [*nos volentes v. f. n.*] episcopo et [*dil. fil.*] canonicis Lausan. [*specialem gratiam exhibere, atque de nostro eis meritum comparere, ipsis per scripta*] mandavimus, ut præposituram ipsam [*dil. f. B. subd. nostro*] thesaurario Lausan.

76) *S. Mariæ*, C. L. et Gonz.
77) *Maria inviolata*, C. H.

90) *Basilicen. et Balicen. episcopis*, C. 8. 2. sed C. B. 2. et c. 3. comp. 3. cit. *Basilicen. et Belliuen. episcopis*; et L. *Basilien. et Belicen. episcopis*, H. et *Belvacensi episcopis.*
91) *Laudanen.* C. H. *Lausan.* cit. c.

a Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. et vide *Fridericum consil.* 299. b *De hoc articulo vide Felinum in c. postulatis. infra. De rescript. vers. quartus casus. Adde notas huius loci, quibus declaratur glossa in verbo, dispensare.* c C. 2. eod. tit. in 3. comp.

d *Hinc discas, quis dicatur intrusus: de quo vide Calderinum cons. 7. tit. de verb. sign.* e Acceperint. f *Codex Barbatiæ ita: et tunc si voluit, non tamen valuit, etc.* g Fuit h Ipsius. i *Vid. l. pupillus. ff. de privil. cred. et l. gravi. ff. de his, qui not. infam.* k *Al. ita: Basil. episc. al. ita:* Basilien. et Belicen. episc. et abb. etc. l C. 3. eod. tit. in 3. comp.

san.

fan. [*sine qualibet difficultate,*] conferrent 92), [*et, cum in præpositum assumtus esset ab eis, thesaurarium ipsius ecclesiæ, cuius ad eosdem episcopum et canonicos assignatio proponebatur de iure spectare, personæ idoneæ assignarent. Ne autem beneficium apostolicæ promissionis remaneret aliquatenus imperfectum, dilect. fil. Altæ ripæ et fontis Andreæ abbatibus et priori Vallis transuersæ dedimus in mandatis, vt, si præfati episcopus et canonici mandatum nostrum negligerent adimplere, ipsi, submoto cuiuslibet contrad. et app. obst. si interentur veritate præmissa, illud exsequi non tardarent, eos app. rem. per distr. eccles. cohibentes, qui se mandata nostro temere ducerent apponendas.*] Verum præfati episcopus et canonici, litteris 93) [*nostris*] receptis, præposituram prædictam non vacare dixerunt: quia, licet ille, qui præpositus fuerat, in episcopum fuisset assumptus, ad ipsam tamen præposituram post consecrationem suam 94) denuo fuerat ab ipsis canonicis 94*) electus, et eam, sicut antea, possidebat. Quod [*iam*] dicti exsequutores dicentes 95) contrarium esse iuri, [*nisi hoc eis specialiter ab ap. sed. fuisset indultum, quia*] ipsam præposituram de iure vacantem auct. apost. [*qua videbantur esse fulti,*] præfato thesaurario 96) assignarunt [*corporaliter possidendam, ipsis canonicis, nisi intra octo dies eidem, sicut suo præposito, humiliter obedirent, ecclesiæ interdicentes ingressum. et infra. In cuius præsentia, cum prædicta et alia fuissent per nuntium dicti subdiaconi nostri relata, nuntius partis aduersæ proposuit, quod, postquam dominus suus Sedunen. episcopus, qui præpositus fuerat Lausanen. fuit in episcopum consecratus, Lausan. capitulum ei præposituram illam iterato contulit et concessit habendam, in hoc vtilitatem ecclesiæ suæ necessitatem nec non et antiquam consuetudinem attendentes. Episcopus Lausanen. videns eum plurimum vtilem et necessarium ecclesiæ suæ, quod a canonicis suis factum fuerat super hoc approbauit: cui tanquam præposito a canonicis, et etiam ab ipso thesaurario, est honor impensus. Memoratus vero thesaurarius postmodum ad ecclesiam Rom. accedens, et supprimens omnia, quæ tam fuerant ab episcopo, quam a canonicis dicto acta, nobis præposituram illam vacare suggessit. Quare super assignanda præpositura sibi litteras impetrauit a nobis, quas multis ex caussis proponebat esse per veri suppressionem et falsi suggestionem obtentas: nuntius pro parte domini sui Sedunen. vtilitatem, consuetudinem et necessitatem allegans, quæ thesaurarius suppresserat memoratus. et infra. Econtra v. partis aduersæ nuntius proponebat, et rationibus multis præposituram illam vacare monstrabat, et vacantem thesaurario Lausan. auct. superioris, ad quem fuerat secundum statuta concil. Lateran. donatio deuoluta, concessam. Ratione etiam insuper multipliciter monstrare conabatur, quod dictus Sedun. episcopus ad præposituram Lausan. a qua fuerat ad regimen episcopatus assumtus, post consecrationem suam minime eligi potuisset: cum super hoc et sacrarum canonum instituta repugnent. Dicebat etenim, præposituram illam alia ratione vacare, eo, quod illi, quorum erat donatio, assumpto eo in episcopum, concedere præsumpserunt: cum secundum statuta concilii prædicti, qui receperit, debeat, quod contra sacros canones accepit, amittere, et qui dedit, largiendi potestate priuari debeat. Ostendebat etiam multis assertionibus, quod pro ipso Sedun. episcopo vtilitas, consuetudo et necessitas, quas, nuntius in caussæ suæ subsidium allegarat, minime facsebant: cum hæc potius mendicata suffragia, quam suæ caussæ vera subsidia videantur. Vnde nuntius ipse petebat, vt, quod a supra dictis iudicibus factum fuerat, dignaremur auct. apost. confirmare, et ab ipsa præpositura Sedunen. episcopum amouere.*] Auditor igitur super hoc datus a nobis 97) de mandato nostro decreuit, vt, quod a memoratis exsequutoribus 98) factum fuerat obtentu litterarum nostrarum, eo [*videlicet,*] quod per falsi suggestionem, et veri suppressionem fuerant impetratæ, cum præpositura illa non vacaret de facto, quia talis possessio plus habet facti, quam iuris 99), haberetur irritum et inane. Nos vero sententiam [*cardinalis*] eiusdem ratam habentes, [*per a. s. v.*] mandamus, quatenus, nisi prædictus [*Sedun.*] episcopus sufficienter ostenderit, quod vel ex indulgentia sed. apost. speciali, vel ex alia iusta caussa et necessaria sibi 100) post consecrationem suam, præpositura concessa fuerit 1) memorata, ipsum ad resignationem ipsius, si sponte noluerit, [*per cens. eccl. app. rem.*] compellatis, [*et*] deinde 2) Lausan. capitulum ad conferendam eam thesaurario supradicto [*ex parte nostra monere*] diligentius [*et*] inducere procuretis.

92) *Conferre curarent*, cit. c.
93) *Litteris nostris*, C. R. et L.
94) Dictam *suam*, desideratur in cit. c.
94*) Vocabulum: *canonicis*, in C. R. L. H. et cit. c. non habetur.
95) *Abbates et prior dixerunt*, cit. c.
96) *Subdiacono nostro*, ibid.
97) *Cum igitur hæc et multa alia ab vtraque parte in eiusdem cardinalis essent præsentia recitata: idem cardinalis, allegationibus auditis vtrimque, et munimentis eorum diligenter inspectis, ea eis nobis intimauit fideliter, postmodum per sententiam de mandato* etc. ibid.
98) *Iudicibus*, ibid.
99) Episcopus Lausanensis eo tempore erat in *possessione præposituræ*: vnde, petitorio nondum instituto, asseri non poterat, eam vacasse *de iure*, quod postea demum cognoscendum erat. Hic ergo effectus erat *possessionis*, vt exsequutores sub obtentu litterarum, in quibus illius mentio facta non erat, non potuerint ad eius collationem procedere, de quo demum post *petitorium absolutum*, decerni poterat. Atque huius decisionem in versic. *nos vero.* delegatis pontifex mandat.
100) *Et*, cit. c.
1) *Fuerat*, C. R. 2.
2) *Et deinde*, C. H.

CAP. VII.

Vbi constat beneficium collatum per habentem potestatem: per exceptionem abiurationis et renuntiationis, non debet possessio retardari.

IDEM [*magistro Honorio*] *archid.* a *Richemundiæ.* (*ann. 1202. Romæ in Angl.*)

Post b electionem et confirmationem [*ven. f. n.*] episcopi Elien. vacante archidiaconatu Richemundiæ, quem tenuerat Eboracen. archiepiscopus, eum 2*) tibi propria liberalitate concessit, dans Eboracen. 3) capitulo [*suis litteris*] in mandatis, vt te in archidiaconum, [*sicut mos est,*] recipere procurarent: cuius noluerunt mandato parere [*propter huiusmodi rationes,*] quia [*videlicet bon. mem. C. papa*] prædecessor noster inter alia, quæ decano et capitulo Eboracensi suo priuilegio noscitur indulsisse, ordinationem [*quoque*] canonicorum seu personarum, [*sicut ab ipsa fundatione loci erat hactenus obseruatum,*] liberam esse decreuit, vt videlicet idonea et honesta persone, cui archiepiscopus vacantem in ecclesia Eboracensi præbendam vel dignitatem duxerit 4) c conferendam, secundum antiquam ipsius ecclesiæ consuetudinem, præsentaretur decano et capitulo supradictis 5). [*et infra.*] [*Et*] si quis 6) d contra consuetudinem huiusmodi 7) in ecclesia ipsa esset per aliquem introductus: nec pro persona, nec pro canonico haberetur. Quodsi archiepiscopus 8) [*vacantem in ecclesia ipsa præbendam, vel personatum*] intra terminum Lateran. e concil. secundum formam [*canonicam*] præscriptam, [*canonica admonitione præmissa,*] personæ idoneæ non conferret: liceret 9) decano et capitulo auctor. apostol. [*nullius contradict. vel app. obst. illud*] iuxta eiusdem concilii statuta conferre. Cum igitur in litteris archiepiscopi, directis capitulo, de decano mentio nullatenus haberetur, per cuius manum debebas in capitulo inuestiri: eius mandato extitit 10) contradictum. [*et infra.*] Ipsius igitur institutione propter præmissas rationes [*et alia*] a capitulo reprobata, ipsi 11), [*ne iuris sui dispendium sustinerent,*] intelligentes, [*etiam*] archidiaconatus [*ipsius*] donationem ad eos, tam auctor. Lateranen. concilii, quam indulti sibi priuilegii deuolutam, [*habito prudentum consilio, dil. fil.*] R. de sancto Cadmundo 12) f illum vnanimiter contulerunt, inuestientes eundem de ipso, [*prout mos est,*] et sollemniter installantes. Processu vero temporis præfatus archiepiscopus [*ab ap. sed. rediens in Normandiam*] post resignationem et abiurationem a te factam, et receptam ab ipso 13), eidem R. archidiaconatum contulit ante dictum: qui archidiaconatum ipsum 14), tam ratione primæ, quam secundæ concessionis sibi assignatum 15), per sedem apostolicam petiit confirmari. 16) [*Ad cuius obiectiones ex ordine taliter respondebat, quod, licet decani mentio in litteris, archiepiscopi directis, capitulo expresse facta non fuerit, non tamen ob hoc exclusus videri poterat vel debebat, sicut pars proponebat aduersa, immo continebatur in capitulo, sicut pars continetur in toto, cuius decanus pars est honorabilis, archiepiscopus vero caput exstitit, nec in vno contingat corpore sine monstruosa prodigio duo capita inueniri. et infra. Adiecisti præterea, quod, si etiam ea fecisses, per aduersarium tamen tuum tibi obiici non poterat cum effectu, cui potius super ipso archidiaconatu esset silentium imponendum, et, approbata institutione tua, tibi restitutio facienda, ex confessione partis aduersæ, in iudicio facta et sæpius repetita, ostendere nitebaris. Ipse namque Rogerius a nobis interrogatus in iure, ex quo tempore archidiaconatus Richemundiæ sibi per capitulum fuit assignatus, respondit, quod circa festum adscensionis proximum triennium compleretur. Cum igitur ex data litterarum nostrarum constaret, tempore illo archiepiscopum apud sed. apostol. constitutum, et in eis per nos antiquum ius fuerit declaratum, vt tempus, quo ad apostolicam sedem accessit, et apud illam permansit, vel recessit ab ipsa, non esset infra tempus sex mensium computandum: liquido constare debebat, tempus illud archiepiscopo minime cucurrisse. Sed si etiam*

2*) Post vocem *tenuerat*, in c. 4. comp. cit 3. ita legimus: *cum id ad v. f. n. Eboracen. archiepiscopi notitiam peruenisset, agentis tunc in partibus transmarinis*, eum etc.
3) Vocabulum: *Eborac.* desideratur in cit. c.
4) *Duceret*, C. R. L. H. et cit. c.
5) Voces: *supra dictis*, in cit. c. non habentur.
6) *Et si quis*, C. R. et L.
7) *Ipsam antiquam et approbatam*, cit. c. pro *huiusmodi*.
8) *Episcopus*, ibidem.
9) *Licet*, C. L.
10) *Fuit*, cit. c.
11) *Et ipsi*, C. H.
12) *Cadmundo*, C. R. 1. *Amunda*, C. R. 2. *Eadmunda*, L. et cit. c.
13) Vt ex his verbis liquet, HONORIVS archidiaconus, ad quem hæc decretalis scripta, factum renunciationis pontifici quidem retulerat et sic confessus erat, sed sine dubio plura huic obiecit, ex quibus hæc illiquida censebatur, vt non potuerit institutionem eius semel factam vlterius suspendere, contra quam *de facto* alii a decano et capitulo collatus erat archidiaconatus, et sic HONORIVS quodammodo spoliatus, qui propterea *restitutionem* vrserat, vt verba interna docent. Hac de caussa etiam quæstionem de *renuntiatione* reseruat aduersaria in separato iudicio excutiendam.
14) *Ante dictum*, C. R. 1. *sibi*, H.
15) *Concessionis sibi facta assignatum*, C. L.
16) *Petebat igitur et impetitione penitus absolui, et archidiaconatum ipsum tam*

a *In antiqu.* magistro H. archidiac. etc. b *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp.* c Duceret. d *In multis antiqu. ita:* et si quis. e *Sub. Alex. III. c. 8.* f Eadmunda.

qua

quadriennium effluxisset, sicut prioris responsi penitens ultimo proposuit pars aduersa, quod ex parte tua de iure fieri dicebatur, cum etiam tunc arripuisset iter ad sed. apostol. veniendi; licet illud non sit continue prosequutus, impedimentis multiplicibus retardatus, interpretatio rescripti nostri ad tempus etiam huiusmodi pertinebat: cui præterea præscriptio nocere non poterat in exsilio constituto. Factum autem capituli eundem R. non poterat excusare, qui, cum institutio facta per archiepiscopum præcessisset, et quod superior ordinauerat, capitulum tanquam inferius non poterat reprobare: cum, etsi contra statutum priuilegii fuisset admissus, ipsi tamen, quia non fuerant exsequutores priuilegii constituti, nec poterant simul esse iudices et actores, contra te præsertim absentem et non contumacem procedere non valebant. Si quid ergo per ipsos erat contra factum archiepiscopi proponendum; huiusmodi quæstio ad tribunal erat superius deferenda, vt auctoritate finiretur ipsius: pendente perinde institutione tua facta per illum, ad quem tam iure communi, quam auctoritate priuilegii ante dicti, propter quod collatio personatuum et præbendarum archiepiscopo reseruatur, idem R. non debuit locum vinentis arripere. Nos igitur, auditis his et aliis, quæ partes in præsentia nostra proponere voluerunt, et plenius intellectis,] quoniam constitit nobis, archidiaconatum prædictum tibi per Eboracen. archiepiscopum primitus fuisse concessum, et quod, institutione facta per ipsum, secundum iuris ordinem minime reprobata, archidiaconatus non vacans non potuit nec debuit in alium rite transferri, memorato R., qui contra iustitiæ regulam in archidiaconatum alterius prouehi se consensit, super eo duximus silentium imponendum, sententialiter decernentes, vt institutio facta per [*Eboracen.*] archiepiscopum de te sortiatur effectum. Exinde a [*vero,*] si super renuntiatione, vel abiuratione, vel aliquo præmissorum aliquis, qui 17) velit et valeat, aduersus te quicquam 18) duxerit proponendum, ordine poterit iudiciario experiri.

ratione primæ, quam secundæ concessionis sibi rationabiliter assignatam per sed. ap. confirmari, cit. c.

17) *Alius, qui*, C. 8. 1. *quis quidem*, cit. c.

18) *Quidquid*, C. H. sed neutrum est in cit. c.

CAP. VIII.

Recepto in canonicum, tenetur capitulum prouidere, quam cito facultas se obtulerit.

IDEM *C. canonico Tridentino* 19) b. (*ann.* 1210. *Romæ in Lombard.*)

Cum super 20) c quæstione Triden. 21) d præbendæ, [*quæ vertebatur inter te ex vna parte, et ven. fr. n. episcopum et dil. filios canonicos Triden. ex alia, tu et procuratores partis alterius in nostra essetis præsentia constituti: vobis dil. f. Hug. tit. S. Martini presbyterum cardin. concessimus auditorem. Coram quo pro te fuit taliter allegatum, quod, cum bon. m. O. Triden. episcopus, patruus tuus, ab apostolica sede reuersus, Triden. canonicos attentius rogauisset, vt te reciperent in fratrem et canonicum, ipsi eius precibus annuentes te hilariter receperunt, nulla primæ vel secundæ habita mentione, qui ab illo tempore vsque nunc locum in choro et in capitulo habuisti, sicut alii canonici, lectiones legisti in ecclesia, et responsoria cantasti, ac per prædictum episcopum tibi fuerant domus in ipsa canonica assignatæ, quas tu possedisti, ac possides in quiete. Et in eadem ecclesia Trident. ex illis canonicis, qui præbendam in ea non possident, tu primo institutus fueris et receptus, et nunc vacet beneficium in eadem, humiliter postulabas a nobis, vt Trident. canonicis dare dignaremur districtius in mandatis, quod vacans beneficium tibi, omni dilatione postposita, assignarent et facerent pacifica possessione gaudere. Procuratores vero partis alterius econtrario respondebant, quod, cum in Trident. ecclesia certus sit numerus canonicorum institutus et scriptis Romanorum pontificum confirmatus, ac canonicam constitutionem ipsam obseruare teneantur, præstito iuramento, nos eis nostris litteris dedimus in mandatis, vt dil. f. B. subdiac. et capellanum nostrum in canonicum reciperent et in fratrem ac ei præbendam, sicut vni ex aliis canonicis, assignarent. Verum quia statutus numerus canonicorum tunc in eadem ecclesia erat plenus: mandatum nostrum non poterant exsequutioni mandare. Post non modicum vero temporis prædictus O. quondam episcopus minis ac terroribus institit apud canonicos Trident. vt te reciperent in canonicum ad præbendam proximo vacaturam, eis constanter promittens, quod eos tam a petitione ciuium Trident. quam exsequutione mandati apostol. quod ipsi pro eiusdem subd. nostri receptione receperant, liberaret: ac sic eos circumueniens fraudulenter te recipi fecit ad præbendam proximo vacaturam. Nos igitur ex iis, quæ fuerunt hinc inde proposita, certiores effecti per cardinalem prædictum, concessionem, præfato subdiacono nostro a prædictis canonicis factam, de præbenda prædicta de fratrum nostrorum consilio ratam habentes, eam ei auctoritate ap. duximus confirmandam.*] Cum autem [*tam assertione tua, quam confessione partis alterius*] constet, te in [*fratrem et*] canonicum Triden. e ecclesiæ fuisse receptum; licet receptionem suam factam contra Lateran. f concil. pars aduersa proponat; quia tamen 22) probatum non exstitit,

19) *C. canonico Terdonen.* C. 8. et L. *Cerdonen.* H. *conceßio Tridens.* Pith. sed ipsa. inscriptio in c. 5. comp. cit. 3. est hæc: *Idem Claramonti canonico Terdon.*

20) *Cum pro*, cit. c.

21) *Terdon.* C. 8. L. et cit. c. *Cerdonen.* H.

22) Partic. *tamen*, desideratur in cit. c.

a *Al. ita:* exinde vero. b Tridonen. *al. ita:* Idem canonicis Tridonen. c *Cap. 5. eod. tit. in 3. comp.* d Tridonen. e Tridon. f *Alias ita:* Lateran. conc. statuta.

[*parte alterius penitus hoc negante,*] nec ipsi canonici videbantur tibi hoc opponere posse de iure, qui se fatentur te contra statuta præfati concilii recepisse; sententialiter 23) decernimus, vt tibi, quam cito se facultas obtulerit, præbendale 24) beneficium in Terden. g ecclesia conferatur: cum, ex quo receptus es in canonicum, non debeas carere præbenda.

23) *Sententiando*, C. 8. L. H. et cit. c.

24) *Præbenda*, C. 8. 1.

CAP. IX.

Si habens præbendam, in eadem ecclesia recipit dignitatem cum præbenda, vel aliam: vacat prima. Et quamuis a superiore sibi confirmetur: tamen valet impetratio per alium facta de ipsa, etiam tacito de possessione alterius, quæ colorata non est. H. d. secundum verum intellectum. Panorm.

IDEM *episcopo et magistro P. canonicis Hildesem.* 25) (*ann.* 1210.)

Litteras h vestras accepimus, [*per quas nobis significare curastis,*] quod, cum pro [*dil. f.*] D. clerico vobis scripserimus 26), vt eum de præbenda vacante 26*) sancti Vuiscardi 27) Bremen. quam dicebat ad donationem nostram fuisse 28) iuxta Lateranen. concil. statuta deuolutam, curetis auctor. apostol. inuestire, [*si canonici, quibus super hoc scribebamus, id exsequi non curarent: Herberto præposito et quibusdam canonicis ipsius ecclesiæ cum ipso Daniele et magistro B. canonico ipsius ecclesiæ, in vestra propter hoc præsentia constitutis, sic fuit*] de facto propositum coram nobis 29) i, quod [*idem*] Herbertus præpositus, quondam simplex canonicus eiusdem ecclesiæ, de ipsa k in maiori ecclesia in canonicum 30) [*canonice*] est electus, et postmodum [*vnius anni, vel*] anni [*et dimidii*] spatio euoluto, in ipsa ecclesia sancti Vuiscardi 31) in præpositum est assumptus, priorem præbendam nihilominus retinens 32), quam in ipsa ecclesia tunc habebat: [*et super hoc partes consentiebant. Fuit etiam ab vna parte propositum, quod ipse præpositus præter præbendam illam aliam præbendam habebat præpositura annexam, quam idem præpositus et fautores ipsius inficiati sunt esse præbendam. Præterea fuit allegatum de iure, quod, ex quo idem præpositus de minori ecclesia vocatus fuerat ad maiorem, prima præbenda de iure inceperat vacare iuxta canonum instituta. Deinde fuit ex parte clerici allegatum, primam fuisse ordinationem eiusdem ecclesiæ, vt in ea tredecim essent personæ, præpositus scilicet cum duodecim fratribus: quæ nullatenus seruaretur, nisi diceretur illa præbenda vacare.*] Sed præpositus, allegabat econtra, quod erat [*fere*] ex consuetudine generali, quod vnus in eadem ecclesia plures haberet præbendas. [*Adiectum est, præbendam illam ratione alia non vacare: quia,*] cum archiepiscopus Bremen. præpositum ipsum de præpositura in plena synodo inuestiret, tam præposituram illam 33), quam præbendam ei de communi 34) l canonicorum confirmauit assensu, [*eos, qui super hoc inquietarent eundem, vinculo excommunicationis adstringens. Vnde obiiciebatur clerico memorato, quod propter hoc sententiam excommunicationis incurrisset; sed ipse talem confirmationem interuenisse negabat; quæ etiamsi interuenisset, asserebat eam non tenere de iure: quoniam nemini res illa rationabiliter poterat confirmari, quæ de iure obtineri non potest. Dicebat enim, se propter hoc excommunicationis sententia non fuisse ligatum: cum super his experiretur auctoritate maioris.*] Vnde cum vobis dubium 35) videretur, vtrum, cum aliquis de vna præbenda eligitur 36) ad aliam, statim prior vacare incipiat, an per sententiam debeat adiudicari 37) m eidem 38), an propter 39) confirmationem huiusmodi, quæ superius est expressa, præbenda illa 40) dici debeat non vacare, nos consulere voluistis, [*priusquam velletis super hoc aliquid diffinire.*] Cum igitur, si ita est, præbenda illa, etsi non de facto, de iure tamen vacare noscatur; [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus [*iam*] dictum præpositum, vt [*præbendam*] illam sine difficultate resignet 41), [*monit. præm. per cens. eccl.*] appell. rem. cogatis: quam,

25) *Et M. et P. canonicis*, C. H. *H. canonico Hildesemen.* c. 6. comp. cit. 3.

26) *Scripsimus*, C. 8. 1. *scriberemus*, cit. c.

26*) *Vacante*, non habetur in cit. c.

27) *Wisicardi*, per tot. C. 8. L. H. ed. ant. et Gonz. *Willeaidi*, cit. c.

28) *Esse*, C. 8. 1.

29) *Vobis*, C. 8. L. et cit. c.

30) *In maioris ecclesiæ canonicum*, C. 8. L. et H. *de ipsa ecclesia in maioris ecclesiæ præpositum*, cit. c.

31) *Willebaldi*, cit. c.

32) *Detinens*, C. 8. 1. et cit. c.

33) *Ipsam*, C. 8. 1. sed nostra vox est in cit. c.

34) Dictio *communi*, desideratur in ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.

35) *Dubium esse*, C. 8. 2.

36) *Eligatur*, cit. c.

37) *Abiudicari*, C. 8. L. et ed. ant. *iudicari*, cit. c.

38) *Eadem eidem*, C. 8. 1.

39) *Per*, ibidem.

40) Pron. *illa*, ibid. deest.

41) Resignatio quidem omnis libera et spontanea esse debet: tunc tamen de iure ad eam potest clericus cogi, si contra ius possideatur vel retineatur beneficium, quod retineri nequit. Similis decisio est in c. 6. X. *in f.* vnde liquet, magis honoris caussa resignationem prioris beneficii iniungi ei, qui posterius accepit, quia prius vacat ipso iure.

g Tridun. h *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil.* i Vobis, *legitur in antiqu. et ita etiam habetur in antiqu. compilat.* k *In omnibus antiqu. ita:* de ipsa in maiorie ecclesiæ canonicum est electus. l *Dictio*, communi, *deest in recentioribus, quam habent veteres ut plurimum.* m Abiudicari, *legitur in omnibus manuscript. et ponitur pro auferri, quod et series indicat: vnde colliges, perperam in aliquot vulgatis legi*, adiudicari, *in aliis*, abdicari: *quod est suanius.*

cum

eum de facto vacauerit, clerico memorato [*auctoritate nostra suffulti subl. app. obst.*] conferre curetis, [*eum in corporalem possessionem inducentes ipsius, et defendentes inductum, eos autem, qui se temere duxerint opponendos, per distr. eccl. app. rem. compescatis.*]

CAP. X.

In ecclesiis non numeratis vacatio præbendarum seu canonicatuum possibilis non est: nec fit ibi deuolutio ad superiorem ex negligentia semestri in non prouidendo ecclesiæ de ministris. H. d. et est casus notabilis.

IDEM *episc. et archipresbytero* 42) *Papien. (ann. 1210. Roma in Insubriam.)*

Ex parte a Hastenen. 43) ecclesiæ nostris est auribus intimatum, quod, cum quædam præbendæ in ipsa per quatuor annos, et amplius vacauissent, [*v. s. n.*] Hastenen. [*episcopus canonicos ipsius monuit diligenter, vt ecclesiam ordinarent. Quibus non admittentibus monitionem ipsius,*] episcopus quosdam ibidem 44) instituit b, credens, sibi hoc 45) ex Lateran. concilio licere. Instituti autem scientes 46), non esse firmam institutionem huiusmodi, ad [*v. s. n.*] Mediolanen. archiepiscopum recurrerunt: qui eosdem in canonicos Hastenen. [*Astensis*] ecclesiæ ordinauit et in corporalem possessionem præbendarum induxit, capitulo eiusdem ecclesiæ præbente assensum c, tribus tantum exceptis, qui se institutioni huiusmodi opponere curauerunt 47). [*Tres illi dicebant, electionem debere cassari; quia nec episcopus nec archiepiscopus supra dictus de concessione Lateran. concilii tunc in ordinatione illa potuerant præfatam ecclesiam ordinare: cum vterque circa tempus eis indultum a canone, in ordinatione fuerit negligens et remissus. Pars vero altera dicebat econtra, quod, licet institutio episcopi non valeret, archiep. tamen ordinatio de iure valebat; quia tempus ei indultum a canone, nisi a tempore, quo illi declaratum fuerat, non currebat: ad quod probandum multas induxit rationes. His autem vtrinque propositis,*] tandem vtraque pars concorditer est confessa, quod in prædicta ecclesia non erant distinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus erat certus.

Nos igitur [*his et aliis, quæ fuerunt vtrinque proposita, diligenter auditis,*] intelleximus euidenter, statutum 48) Lateran. d concilii de beneficiis vltra sex menses vacantibus, locum in hoc articulo 49) nullatenus habuisse. Etsi forte 50) Hastenen. ecclesia canonicorum pateretur defectum 51); [*nullæ tamen in ea præbendæ vacabant: cum in illa nec sint distinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus diffinitus.*] Vnde institutio per archiepiscopum, vel episcopum facta, occasione concilii memorati, carere debet robore firmitatis. Quia vero totum capitulum, tribus [*tamen*] exceptis, prædictorum receptionem [*approbat et*] affectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile contra ipsos obiectum est et ostensum: [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, [*inquisita diligentius veritate,*] si Hasten. ecclesiæ suppetant 52) facultates, secundum consuetudinem hactenus obseruatam, prædictos clericos, [*subl. cuiusl. contrad. et app. obst.*] pro canonicis faciatis haberi.

42) *Archiepiscopo*, C. H. ed. Cont. et Pith.
43) *Astensis*, rectius per tot. C. R. L. ed. ant. et c. 7. comp. cit. 3.
44) *In ecclesia*, cit. c.
45) Pron. *hoc*, abest a C. L.
46) *Sentientes*, cit. c.
47) Post voc. *exceptis*, cit. c. hoc modo variat: *quibus contra institutionem illam proponere in præsentia nostra volentibus, et ecclesiam ipsam defensare paratis, dil. fil. n. t. S. Vitalis presbyterum card. dedimus auditorem, in cuius præsentia tres illi etc.*
48) *Statuta*, ibid.
49) Vbi non sunt distinctæ præbendæ, ibi vacatio beneficii, quod *distinctam præbendam*, et determinatum canonicorum numerum supponit, concipi nequit, et sic in locum defuncti vel resignantis non necessario alius surrogandus. Sine dubio ergo in eiusmodi secularibus capitulis diuidentur reditus bonorum capituli quotannis inter eos, qui inter canonicos recepti sunt, siue plures siue pauciores adfuerint.
50) *Cum et forsan*, cit. c.
51) In C. R. I. voci *defectum*, adduntur hæc verba: *nulla tamen præbenda in eadem ecclesia vacabant.*
52) *Suppetunt*, C. R. L. H. et cit. c.

CAP. XI.

Habens potestatem conferendi, potest de iure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.

IDEM *episcopo et capitulo Landun.* 53) a *(ann. 1210. Roma in Galliam.)*

Constitutus f in præsentia nostra [*d. f.*] H. *Subdiaconus* 54) [*noster*] ecclesiæ vestræ canonicus humiliter intimauit, quod tu, frater episcope, potestatem ei dedisti sacerdotalem conferendi præbendam, quæ g primo 55) in ecclesia vestra esset vacatura: et [*bon. mem. W.*] Remen. archiepiscopus, tunc apost. sed leg. vobis, filii capituli 56) h, auctoritate nostra [*districte*] precepit, [*sicut per litteras suas ad nos directas apparet, quæ totam nobis lectæ fuerunt,*] vt, cum præbenda ipsa 57) [*in ecclesia vestra*] vacaret, personam illam, cui vellet idem 58) H. eam conferre, sine interpositione alterius personæ reciperetis ad ipsam, [*et eamdem personam coraretis de illa sine difficultate qualibet inuestire. Asseruit etiam idem subdiac. quod, cum esset ad apostolicam sedem accessurus, ipse præcautus, appellauit, ne tu, frater archiepiscope, si forte interim aliquam sacerdotalem contigerit vacare præbendam, eam ulli conferres, nec vos, fili, capitulum, reciperetis aliquem præsentatum ad illam, nisi quem duxerit præfatus subd. præsentandum.*] Quocirca [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus personam illam, cui memoratus H. 59) sacerdotalem præbendam, cum contigerit eam i vacare, duxerit canonice conferendam, sine contradictione qualibet admittatis. Tu 60) interim, frater episcope, præbendam huiusmodi contra formam concessionis tuæ, conferre alicui non præsumas 61): [*alioquin noueritis, nos dilect. fil. n. cancellario, et Helien. et A. canonicis Parisien. dedisse in mandatis, vt vos ad hoc per cens. eccles. appell. rem. compellant, in irritum reducentes, si quid post appellationem, a præfato subdiacono ad nos legitime interpositam, contra concessionem sibi factam de sacerdotali præbenda noueritis attentatum.*] Quia vero concessiones tales, si ad consequentiam traherentur 62), fieri possent in fraudem canonicæ sanctionis 63) k, per quam prohibentur ecclesiastica beneficia concedi 64) siue promitti, antequam vacent: nolumus, quod huiusmodi occasione mandati, quod gratiam continet 65) personalem, fraudem adhibere volentibus licentia concedatur. l.

57) *Sacerdotalis*, est in cit. c. loco vocis: *ipsa.*
58) *Præfatus subdiaconus*, ibid. pro vocibus: *idem H.*
59) *Subd.* cit. c. pro *H.*
60) *Tibi, frater episcope, firmiter inhibentes, ne interim aliquam sacerdotalem præbendam alicui contra* etc. cit. c.
61) Mandauerat quidem episcopus subdiacono H. collationem præbendæ *sacerdotalis*, h. e. ad quam alius, quam *sacerdos* ordinatus, promoueri nequit, et hoc mandatum reuocare omni tempore poterat. Verum postquam pontifex hanc potestatem, ei ab episcopo datam, confirmauerat: hic illam amplius reuocare non poterat. Quod iuste verebatur subdiaconus, et hac de caussa *confirmationem papalem* impetrauerat, quo ipsemet mandasse seu potestatem dedisse videbatur, vt optime obseruat ALTESERRA *ad h. c.*
62) *Trahantur*, ibid.
63) Directo non peccatum fuit contra sanctionem canonicam; quia aliud est, promittere alicui præbendam primum vacaturam, quod prohibitum; aliud est, ius conferendi præbendam primum vacantem alicui mandare seu concedere, quod non æque prohibitum: quia ius conferendi per alium veluti vicarium generalem potest exerceri. Per indirectum tamen fraus legi fieri potest, si mandatum duntaxat ad vnam præbendam, non in genere, directum est: quia mandatarius callidis artibus occultum mandatum habere potest, de præbenda ei conferenda, cui illam promisit ordinarius collator occulte, ceu *c. f. h. t.* declarat.
64) *Conferri*, C. H.
65) *Obtinet*, ibid.

CAP. XII.

Lateranense concilium de beneficiis vltra sex menses vacantibus, ad episcopatus non extenditur.

IDEM. [*Geruntin.* vel potius *Gerentino capitulo.*] *(ann. 1210. Roma in Calabriam.)*

Dilectus m filius magister G. 66) canonicus 67) vester [*olim*] nobis 68) suggessit, quod, episcopo vestro viam vniuersæ carnis ingresso, [*maior et sanior pars vestri conuenerat in eundem, et ipsum eligere in episcopum proponebat: sed impediente viro nobili comite Catronæ non fuit electio celebrata. Postmodum autem idem comes de ipso episcopatu Madium capellanum suum inuestiens vobis iniunxit, vt vel a terra recederetis ipsius, vel eligeretis eundem M. in pastorem. Quod cum ven. f. n.*] archiepiscopus sanctæ Seuerinæ [*tunc electus audisset: prædictum W. ad suam præsentiam accessiuit, et*] asserens, quod propter negligentiam vestram ad ipsum erat eligendi auctoritas deuoluta, in episcopum vestrum elegit eundem 69). Nos igitur attendentes, quod canon Lateranen. concilii, ab Alexandro 70) papa 71) contra negligentes editus, ad archiepiscopatum vel episcopatum 72) non solet extendi, sed ad personatus alios et minora 73) ecclesiastica beneficia coarctari, electionem huiusmodi 74) iustitia cassauimus exigente.

66) C. R et ed. ant. habent; *W.* sed in C. 2. H. et L. hoc siglum omittitur.
67) *Concanonicus*, C. H.
68) *Apostolatui nostro*, c. cit.
69) Loco harum dictionum in cit. c. ita legimus: *ipsum induxit, vt electioni de se facienda præberet assensum, qui suis monitis acquiescens electus extitit ab eodem, suffraganeorum interueniente conniuentia et consensu.* et infra.
70) Secundum hoc concilium eo tempore vnice iudicandum erat: quia nondum celebratum erat *concilium Lateranense*, sub INNOCENTIO III. postea anno MCCXV. habitum. Etenim in hoc concilio, vt docet c. 41. *X. de elect. et elect. pot.* constitutum fuit, vt intra tres menses, sub *pœna deuolutionis ad superiorem*, electiones fierent: adeoque, si casus adductus post hoc concilium contigisset, longe aliter decisio facta, nec electio archiepiscopi cassata fuisset. Forsan hæc caussa ansam dedit, vt in hoc concilio *pœna deuolutionis* ad electiones prælatorum extensa fuerit.
71) Verba *ab Alexandro papa*, desiderantur in cit. c.
72) *Ad archiepiscopatus vel episcopatus*, C. R. L. H. et c. cit.
73) *Minora*, cit. c.
74) *Eundem W. qui ab archiepiscopo et suffraganeis eius fuit, ad quos electio non spectabat, electus*, cit. c. pro dictione: *huiusmodi.*

a *C. 7. eod. tit. in 3. comp.* b Constituit. c Consensum. d *Lateran. concil. sub Alex. III. c. 8.* e Laudonen. *al.* Laudeo. f *Cap. 8. eod. tit. in 3. comp.* g *Al. ita: quæ primo esset in vestra eccl. vacatura.* h Capitulum.

i Illam. k *In conc. Lat. sub Alex. III. c. 8. et c. 2. supr. eod. adde conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 19.* l Tribuatur. m *C. 9. eod. tit. in 3. compilat.*

CAP.

CAP. XIII.

Non valet promissio beneficii vacaturi.

IDEM *priori a Hostien. et supperiori S. Fridi.* 75) (*ann.* 1210. *Romæ.*)

Ex *b* tenore litterarum vestrarum accepimus 76), quod, cum caussam, quæ inter I. clericum ex vna parte, et abbatem et conuentum de Bella 77) ex altera, super prouisione vertebatur ipsius 78), [*vobis deximus committendam,*] dictus clericus post litem contestatam chartam quandam [*ipsorum*] monachorum [*coram nobis*] exhibuit, [*expresse*] continentem, quod primam ecclesiam ad donationem suam spectantem, [*valentem X. marchas vel XV.*] assignarent 78°) eidem, [*nihilominus per idoneos testes probans, ipsos post promissionem eius, licet potuerint, nolle sibi, quamquam super hoc admoniti fuerunt, prouidisse: quare dictos abbatem et monachos ad assignandum sibi reditum X. marcharum admitus cogi cum instantia postulabat. Ad hæc autem fuit ex aduerso responsum, quod ratione promissionis, vtpote factæ contra Lateran. concil. statuta, quæ probari per chartam exhibitam videbatur, eos non poterat conuenire: præsertim cum non de aliqua ecclesia, sed de promissione tantum] in litteris mentio haberetur, Cum igiter, aliis ipsos posse conueniri asserentibus, aliis vero in contrarium sentientibus, super hoc fuisset hinc inde coram vobis diutius disputatum: vos, quid iuris sit in hoc articulo dubitantes, in negotio ipso vlterius procedere noluistis, donec super hoc reciperetis nostræ beneplacitum voluntatis, nobis humiliter supplicantes, vt, quid sit in hac parte agendum, vos dignaremur per nostras reddere litteras certiores.*] Nos igitur attendentes, quod promissio prædicta non tenet, vtpote contra statuta Lateranensis concilii attentata, [*discr. v. p. a. s.*] mandamus, quatenus memorato clerico super hoc silentium imponentes, ab impetitione ipsius dictos abbatem et monachos absoluetis.

75) Ipsam inscriptionem, in codicibus et edit. admodum corruptam, ex GABRIELE PENNOTO *in histor. canonicor. cleric. lib. II. c. 37. p. 388. in f.* restituit GONZAL. qui duorum monasteriorum Oxoniensium mentionem facit, quorum alterum *de Osney*, alterum vero, quod *p. se*. refert, *S. Fridiswida* vocatur.
76) *Intelleximus euidenter*, c. 10. cit. comp. 3.
77) *De bello loco*, C. R. 2. sed videtur vox *loco*, ob imperita manu adiecta, cum de *prato* seu *bello* nomen acceperit.
78) Post voces *ex altera*, c. cit. ita variat: *super reditu decem marcharum vel quindecim, quas idem exigebat ab ipsis, eo videlicet, qui eidem, quam cito se facultas offerret, interim se promiserant prouisuros, nec promissionem suam curauerant adimplere, mouebatur agitari.*
78°) *Assignare promiserant*, ibid.

CAP. XIV.

Obligatur prælatus, qui promittit prouidere, cum poterit.

IDEM [*Abbati et conuentui monasterii sancti Michaelis de Carasta vel de Caranto.*] [*ann.* 1210. *Romæ in Galliam.*)

Accedens *d* ad apostol. sed. [*dil. fil.*] R. clericus suam nobis insinuationem 79) monstrauit, quod, cum promiseritis, vos prouisuros eidem in ecclesiastico beneficio, cum possetis, sicut per litteras iudicum delegatorum 80) inde confectas liquido apparebat 81), [*vos id hactenus efficere non curastis, allegantes coram iudicibus memoratis, quod talis promissio vos nullatenus obligarat: cum videretur esse facta contra Later. conc. statuta, quod promissionem inhibet non vacantis benefici.*] Nos autem considerantes, quod aliud est prælatum promittere beneficii collationem, cum poterit 82), aliud 83), cum vacabit, cum in multis casibus se facultas offerre posset, in quibus collatio non esset in expectatione vacaturi beneficii differenda, [*per ap. vobis scripta*] mandamus, quatenus memorato R. cum poteritis 84), ecclesiasticum beneficium assignetis: [*alioquin abbati sancti Ioannis et decano Suession. damus nostris litteris in mandatis, vt vos ad id per cens. eccl. app. rem. compellant.*]

79) *Sua nobis insinuatione*, C. R. L. ed. ant. Cont. et c. 1. comp. 4. h. t.
80) *Iudicis delegati*, C. R. 1. L. et ed. ant.
81) *Sicut per litteras decani Suession. et [illegible] super hoc a sed. apostol. delegatorum, quibus tenor litterarum vestræ promissionis erat insertus, liquido edocetur*, c. cit.
82) Subtilis est hæc differentia, easpropter sublata in c. 11. h. t. in 6. Neque enim poterit ordinarius collator præbendam conferre, quam vbi vacauerit, vt etiam in hac clausula lateat *exspectatio beneficii vacaturi.*
83) *Et aliud*, C. H.
84) Loco verborum *cum poteritis*, in c. cit. habetur: *competens.*

CAP. XV.

Si ad capitulum et prælatum, vt prælatum, potestas conferendi pertinet; de vno ad alterum lapsu temporis non transit; secus, si prælatus interfit, vt canonicus: quia tunc de capitulo transit ad prælatum, nisi dolum committat. H. d. et est textus multum allegabilis.

IDEM [*P. subdiacono nostro, præposito et capitulo Ebredun.*] (*ann. eod.*)

Postulastis *e* per sed. apostol. edoceri, vt, cum ad vos et archiepiscopum vestrum simul donatio præbendarum ecclesiæ vestræ pertineat, vtrum præbendæ vacantis donatio penes archiepiscopum ipsum remanet 85), si eam intra semestre tempus neglexeritis 86) ordinare. Ad quod [*vobis*] breuiter respondemus, quod, si vos et idem archiepiscopus intra tempus præscriptum, circa hoc negligentes extiteritis 87), sicut nec ab illo ad vos, ita nec a vobis ad illum, potestas deuoluitur conferendi, secundum statuta Lateran. concilii *f* ad superiorem transit donatio [*earundem:*] nisi forte archiepiscopus, non vt prælatus, sed vt canonicus, vobiscum ius habet conferendi *g*. Et in hoc casu, cum dolose [*forsitan*] impedierit 88), dolus ei suffragari non debet.

85) *Remaneat*, C. H. edit. ant. Cont. Pith. et c. 6. comp. cit. 4.
86) *Neglexistis*, C. R. 1. *neglexerit*, H.
87) *Negligentes exstitistis circa collationem vacantium præbendarum*, c. cit.
88) *Forsitan*, dicit pontifex: quia ad decanum hoc casu spectat *conuocatio capituli*, cui archiepiscopus, vt canonicus, interest. nec plus iuris, quam alii canonici, habet, nisi illam arte callida impedierit.

a Priori Host. et supperiori S. Fridi. *al. ita:* priori de Osen. et supriori S. Fridesuidæ. *b* *C.* 10. *eod. tit. in* 3. *comp.* *c* *Sub Alex. III. c.* 9. *et nunc contra conc. Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 19. *d* *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *comp.* *e* *Cap.* 2. *eod. tit. in* 4. *comp.*

CAP. XVI.

Sicut non potest patronus promittere, se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum: ita nec dare potestatem præsentandi, antequam beneficium vacet.

HONORIVS III. *episcopo et præposito capituli* 89) *Cameracen.* (*ann.* 1222. *Romæ in Belgium.*) (Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Cum dilecta in Christo filia [*nobilis mulier Ioanna,*] comitissa Flandreo. [*deuicta quorundam precibus importunis,*] *h* fecerit promissiones [*illicitas*] de non vacantibus beneficiis ecclesiarum, in quibus ius obtinet patronatus, et donationes eorum in manibus posuerit alienis, [*sicut est nostris auribus intimatum: discr. v.*] mandamus, quatenus id 89°) irritum decernentes, [*auctoritate nostra,*] inhibeatis eidem, ne similia de cætero attentare præsumat. *i*

89) *Præposito et Cantori Cameracen.* C. R. 1. L. et c. 1. comp. 5. h. t. Sed C. R. 2. *præposito et canonicis Cameracen*, et H. *præposito et canonico Cameracensi.*
89°) Loco vocis *id*, c. cit. legit: *quidquid super hoc ab eadem inuenietis esse factum contra instituta canonica.*

TITVLVS IX.

NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOVETVR. 90)

CAP. I.

Vacante sede status eius mutari non debet.

INNOCENTIVS III. *priori et conuentui k Glaston.* 91) (*ann.* 1210 *Roma in Scotiam.*)

Nouit *l* ille, qui scrutator est cordium, et cognitor secretorum 92), quod, licet [*bon. mem.*] C. 93) [*papa*] præd. nost. ecclesiam vestram erexit cathedralem, ipsam Bathonien. 94) ecclesiæ vniendo, et idem 95) esset episcopus vtriusque, [*suamque constitutionem, non solum per priuilegium suum, verum etiam per alia scripta multa curauerit confirmare.*] Quia tamen hæc vnio allerebatur a vobis 96) [*esse confusio, conquerentibus, eam*] in graue præiudicium Glaston. 97) ecclesiæ redundare; cum per ipsam dissolueretur religio, et 98) frauderetur eleemosyna, et hospitalitas tolleretur 99): nos [*vestris supplicationibus inclinati*] ad releuandum ecclesiæ vestræ statum cœpimus intendere, [*quantum decuit,*] diligenter. [*Et quoniam absonum videbatur, vt subito prædecessoris nostri euacuaremus in hac parte statutum; cum ei, quantum cum Deo possumus, deferre velimus, sicut et volumus, quod, quantum cum Deo poterunt, nobis nostri deferant successores, vnione manente: sic de cæteris disposuimus, quantumcumque bon. mem. Saueric. Batholonien. episcopo displiceret, frequenter ob hoc ad sed. apost. laboranti, quod status ecclesiæ vestræ videbatur in melius releuatus. Vnde post diuersos tractatus et deliberationes multiplices, quod per viros prouidos et honestos auctor. nostri mandati super hoc exstitit ordinatum, ad petitionem eiusdem episcopi, postquam aliud a nobis non potuit obtinere, apostolico tandem curauimus munimine roborare.*] Vos autem post obitum [*præfati*] Bathonien. episcopi [*ad nostram præsentiam recurrentes*] humiliter postulastis, vt 100), quia tempus aduenerat 1), quo 2) sine scandalo ecclesiæ vestræ ruina poterat [*in statum pristinum*] releuari *m*, cum et Bathonien. ecclesia 3) [*et Wellen.*] id ipsum pariter postularet, rex quoque cum regni magnatibus, et quidam episcopi cum multis abbatibus deposcerent illud idem, vt 4), vnione penitus dissoluta, monasterium vestrum reduceremus in statum antiquum, sub abbatis regimine gubernandum. [*Nos*] attendentes igitur 5) [*diligentius,*] quod, episco-

90) *Vt sede vacante nihil innouetur.* comp. 5.
91) *Glastonen.* per tot. C. H. *Cassonen.* c. 1. comp. 3. h. t.
92) Verba: *et cognitor*, etc. a C. R. L. H. ed. ant. et Gonz. absunt.
93) *C. papa*, C. R. 1. *Celestinus*, L.
94) *Bartholom.* c. cit. per totum.
95) *Vt idem*, C. R. L. H. ed. ant. Gonz. et cit. c.
96) Post voces *a vobis*, in ed. Cont. legimus: *esse confusio, conquerentibus vobis, eam in graue* etc.
97) *Glastonen.* C. L. *Glassonen.* c. cit.
98) Copula: *et*, in C. R. L. et c. cit. desideratur.
99) Verbum: *tolleretur*, in c. cit. non exstat.
100) Part. *vt*, desideratur in c. cit.
1) *Aduenerit*, C. L.
2) *Quod*, C. R. 2.
3) Additur: *et Wellensis*: quia etiam hic episcopatus iam antea episcopatui Bathoniensi vnitus erat, vt ita huius episcopus duarum sedium esset præsul, vt recenset plenius ALTESERRA *ad h. c.*
4) Part. *vt*, in C. R. L. H. et c. cit. omittitur.
5) *Vero*, c. cit.

f *Sub Alex. III. c.* 8. *g* *Vtrum donata ambasciatorib. cedant eorum lucro, vide varias opinion. in l. si vero. §. item quicquid. ff. sol. matr. et in l. qui proprio. ff. de procur.* *h* Flandrorum. *i* *Al.* vt similia de cætero attentare non præsumas. *k* *Al.* Caston. *l* *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp. Psal.* 7. *Sap.* 1. *Hier.* 17. *m* *Vid. l. aquissimum. cum notat. ff. de vsufr.*

pali

pali sede vacante, non debet 6) [*super hoc*] aliquid innouari, cum non sit, qui episcopale ius tueatur, maxime 7) ne plus fauisse 8) personæ, quam ecclesiæ videremur 9), si, quod, eo viuente, concessimus, post obitum eius subito mutaremus, petitionem vestram [*ex toto obsque damno conscientiæ ac periculo famæ*] nequiuimus exaudire. [*Vt autem solito more, quem et vobis vtilem, et nobis honorabilem estis experti, gradatim ob imo procedatur ad summum,*] auctoritate prædicta 10) a indulgentes 11), vt, cum Bathonien. ecclesia de præsule fuerit ordinata, [*si ostendere volueritis, quod ecclesiæ vestræ nondum sit ad detrimentum, vel præiudicium vitandum plene prouisum,*] ius vestrum apud sedem apostolicam prosequendi facultatem liberam habeatis: interim autem sub cura prioris idem monasterium gubernetur.

6) *Non decet*, c. cit.
7) *Præsertim*, ibidem.
8) *Cauisse*, ed. ant. et c. cit.
9) *Videamur*, C. H.
10) *Præsentium*, C. R. L. et c. cit.
11) *Vobis indulgentes*, C. R. 1. *vobis indulgemus* c. cit.

CAP. II.

Beneficia spectantia ad collationem prælati, non possunt conferri per capitulum, sede vacante.

HONOR. III. 12) *episcopo* b *Clamen.* 13) *et magistris V. et S.* 14) *canonicis Suessionen.* 15) c (*ann.* 1223. *Roma in Galliam.* Conf. c. 1. comp. 5. vt sede vac. n. innou.

Illa deuotionis sinceritas [*et sincera deuotio, quam dil. fil. magister R. decanus Teonen. ad personam nostram et sed. apostol. hactenus habuisse dignoscitur, nos inducunt, vt eum pro suæ scientiæ et probitatis intuitu geramus in visceribus caritatis, et ei denegare nolimus, quæ secundum Deum fuerint concedenda. Vnde nos*] ecclesiam sancti Leucini 16) [*cum omnibus pertinentiis suis,*] de qua magistrum R. 17) donationis nostræ gratia præcedente, præbendæ nomine de mandato nostro [*ven. f. n. R.*] Capuanus archiepiscopus inuestiuit, sibi duximus [*auctoritate apostolica*] confirmandam, non obstante concessione, per capitulum 18) facto [*de ipsa ecclesia*] alii 19), seu confirmatione nostra, si qua [*forte*] in forma communi apparet 20) d obtenta: cum nusquam inueniatur cautum in iure, quod capitulum, vacante sede, fungatur vice episcopi in collationibus 21) præbendarum. Nec in eodem casu potest dici potestas conferendi præbendas ad capitulum per superioris negligentiam deuoluta: cum non fuerit ibi superior, qui eos posset 22) de facto vel de iure conferre. [*Quocirca discr. v. mandamus, quatenus eumdem magistrum in corporalem ipsius ecclesiæ possessionem, sublato appellationis obstaculo, inducatis, et defendatis inductum.*]

12) *Innocentius III.* C. H.
13) *Caluen.* rectius c. 1. comp. 5. vt sed. vac. n. inn.
14) *I. et V.* C. R. 1. H. et c. cit. sed C. R. 2. et L. habent: *I. et W.*
15) *Suesson.* C. R. 2. *Suessanen.* ed. gloss. *Suessee.* c. cit.
16) *Leucii*, C. R. et L. *Leucii de Capua*, ibid. redduit.
17) *Ipsum*, cit. c.
18) *Capitulo facta*, ibid.
19) *Roberto de Franco, canonico Capuano*, ibid. pro dictione *alii.*
20) *Appareret*, C. R. L. H. ed. ant. et c. cit.
21) *Donationibus*, C. H. Vnde sequitur, vt nec feuda tempore vacantis sedis aperta, ceu ad collationem futuri episcopi pertinentia, conferre queat.
22) *Possit*, c. cit.

CAP. III.

Sede vacante, iudicium habitum contra ecclesiam, non tenet.

IDEM [*Maurino*] *episcopo Burginen.* 23) e (*ann.* 1223. *Roma in Belgium.* C. 2. comp. cit. 5.)

Constitutis [*olim*] coram [*bon. mem.*] I. [*papa*] præd. nostro procuratore ecclesiæ sanctæ Mariæ de Castro forti 24) et [*bon. mem. G.*] Burginensi f episcopo, prædecessore tuo, dictus procurator petebat ab eodem episcopo restitutionem [*tam*] super libertate libere 25) eligendi sibi prælatum, [*quam etiam super terris ipsius ecclesiæ et rebus aliis, quibus omnibus pars sua spoliata fuerat, vt dicebat. et infra. Lite igitur coram eodem p. n. super præmissis, legitime contestata, et postmodum coram iudicibus delegatis, factis confessionibus et receptis testibus ab eisdem caussa fuit ad nos instructa remissa. Procuratoribus igitur partium in nostra præsentia constitutis, cum super præmissis coram nobis diutius litigassent,*] nos depositiones testium, qui, vacante Burginen h ecclesia, et carente legitimo defensore, fuerunt i recepti, duximus reprobandas 26).

23) *Burgen.* C. R L. et H. per totum.
24) *De Castro Sorti.* C. R. 1. sed C. R. 2. *de castro Sori.* Denique *de castro fororum*, c. 2. comp. cit.
25) Vox *libere*, a C. R. 1. abest.
26) Verba in cit. c. variant sequenti modo: *nos diligenter hinc inde propositis, et rationibus partium plenius intellectis, reprobatis quibusdam depositionibus testium, qui, vacante Burgen. ecclesia, et carente legitimo defensore fuerunt minus iuste recepti, procuratorem tuum nomine tuo de fr. n. conf. ab impetitione alterius partis sententialiter duximus absoluendum, quæstione proprietatis parti vtrilibet reseruata.*

a *Alii.* auctoritate præsentium. b *Alii ita*: episcopo Cam. et magistr. *etc. alias*: Calinen. c *Al.* Suessanen. d Apparent. *alii.* appareret. e Burgens. *habent omnes codices Vatic. vno excentiori excepto, in quo legitur*: Burgunensi. f *Al.* Burgd. h *Al.* Burgd. i Fuerint.

TITVLVS X.

DE HIS, QVAE FIVNT A PRAELATO 27) k SINE CONSENSV CAPITVLI.

CAP. I.

Non tenet alienatio rei ecclesiasticæ absque approbatione capituli.

Ex concilio apud Valentiam. (vel potius ex *concil. Carthag. IV. c.* 32.)

Irrita erit episcoporum donatio, vel venditio 28), vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque collaudatione et subscriptione clericorum 29).

27) *A Prælatis*, C. R. 1. et ed. gloss. *De iis, quæ conceduntur ab episcopo sine consensu clericorum*, comp. 1. et 3. *De his, quæ fiunt vel conceduntur sine consensu capituli.* comp. 5.
28) *Et venditio*, C. R et L.
29) Qui eo tempore *synodum ecclesiasticum* constituebant, cuius consensu et consilio arduæ caussæ tantum valide peragere poterant. In huius locum postea *capitula* successerunt.

CAP. II.

In temporali alienatione, quam facit prælatus, taciturnitas capituli habetur pro consensu.

ALEXANDER III. *Norwicen. episcopo.* (*ann.* 1180. *Roma in Angl.*)

Continebatur l: [*et infra.*] Cons. t. t. r. quod concessio decimæ 30) ab abbatissa prius facta, si, conuentu sciente et non contradicente, facta est, robur firmum 31) debet habere. Verum si [*præfata abbatissa,*] ignorante conuentu aut 32) contradicente, decimam [*suam*] prius prædicto H. concessit, et non post multum temporis 33) m, de assensu conuentus eandem decimam dedit eidem 33*): secunda concessio debet præiudicare priori.

30) *Decimam* hic denotare *ecclesiam*, recte obseruat Gonz siquidem cum *decimæ* vel *altaria* in feudum dantur, sæpe ecclesiæ hac appellatione nimirum veniunt, æque vt in *c.* 2. *X. de locat.* hic significatus quoque necessario. Colligi hoc ipsum euidenter potest ex integro textu, hic admodum mutilato, *in append. ad concil. Later. III.* apud HARDVIN *tom. VI. P. II. p.* 1841. adducto vbi refertur, abbatissam *decimam H. concessisse*, seu ex iure patronatus contulisse, *et archidiaconum Winton. per clauem et librum inuestituram eius fecisse*, quippe ad quem talis inuestitura spectabat.
31) *Robur firmitatis*, C. R. 2.
32) *Ac*, C. R.
33) *Multum tempus*, c. 2. comp. t. h. t.
33*) *Memorato H.* ibidem.

CAP. III.

Alienatio temporalis facta sine consensu capituli, per ratificationem eius roboratur.

IDEM *Vigorien.* 34) *episcopo.* n (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

Cum nos o iampridem, [*si bene meminimus, tibi per litteras nostras, indulserimus; vt, si Io. prædecessor tuus, reclamante capitulo, ecclesiæ tuæ abbati et fratribus de Oseneia ecclesiam de Brara contulit, eam tibi reuocare liceret: iam dictis fratribus, sicut asseris, litteras nostras indulsimus, vt ipsis ecclesiam iam dictam dimitteres pacifice possidendam, immemores existentes illius scripti, quod super hoc tibi fuerat indultum. Licet autem hoc tibi indulserimus; prudentiam tamen tuam monemus et exhortamur attentius, quatenus diuinæ intuitu, et pro reuerentia B. Petri et nostra, ecclesiam ipsam, si quoquo modo sine graui detrimento ecclesiæ tuæ fieri potest, iam dictis fratribus in pace et quiete dimittas: quia decet prudentiam tuam ad commodum et profectum religiosorum locorum intendere, et quod idem præd. tuus pietatis studio fecit, ratum et firmum habere. Si autem eamdem ipsis ecclesiam dimittere forte non poteris; non obstantibus litteris, quas prædicti fratres super hoc impetrauerunt, scriptum tibi exinde indultum in sua volumus stabilitate consistere; quoniam*] certum est, de rigore iuris concessionem illam non tenere, quam 35), reclamante capitulo, per [*eumdem*] prædecessorem tuum constat factam fuisse: nisi [*idem capitulum concessionem*] eam ratam postmodum habuisset 36).

34) *Vigorn.* rectius C. R. et L.
35) *Si - - ipsam*, c. 3. comp. cit. 1.
36) *Habuissent*, minus recte habent C. R. et L. quia de ratihabitione capituli, in corpore considerati, non de *singulis* extra capitulum rati habentibus, loquitur, qualis ratihabitio non sufficit.

CAP. IV.

Prælatus sine consilio capituli instituere vel destituere, vel alia negotia ecclesiæ tractare non debet. Hoc dicit cum capitulo sequente.

IDEM *Hierosolym. patriarchæ.* (*ann.* 1180. *Roma in Palæstinam.*)

Nouit p [*plenius, sicut credimus,*] tuæ discretionis prudentia, qualiter tu et fratres tui vnum corpus sitis, ita [*quidem,*] quod tu caput, et illi 37) membra esse probentur 38). Vnde non decet te, omissis membris, aliorum consilio in ecclesiæ tuæ negotiis vti: cum id non sit du-

37) *Fratres tui*, c. 4. comp. cit. 1.
38) *Probentur*, ibid.

k Prælatis. l *Post conc. Lateran. sub Alex. III. part.* 47. *cap.* 5. *et c.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* m Tempus. n Wigorn. o *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.* p *Cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 50. *c.* 18.

bium

bium et honestati tuæ, et sanctorum patrum institutionibus a contraire.

Innotuit siquidem auribus nostris, quod tu sine consilio fratrum tuorum *canonicorum S. Sepulcri* 39), abbates, et abbatissas, et alios ecclesiasticas personas instituis et destituis, [*non considerans, nec attendens, quomodo te non sit dubium statuta sacrorum canonum transgredi, cum in huiusmodi caussis clericorum et laicorum, circa te commorantium, qui de corpore ipsius ecclesiæ non sunt, potius, quam fratrum tuorum consilio inducaris.*] Ideoque id auctor. apost. prohibemus 40). [*et infra.*] Nos enim tales institutiones, et destitutiones, [*si quas amodo feceris, auctoritate apostolica cassamus, et*] carere decernimus robore firmitatis 41).

39) verba *S. sepulcri*, a C. R. L. et Gonz. absunt, et in H. ed. om. et cit. c. desunt verba: *Canonicorum S. Sepulcri.*

40) Ipsa verba in cit. c. sunt hæc: *Inde est, quod discretioni tuæ auctoritate apostolica prohibemus, ne abbates, abbatissas, vel alias ecclesiasticas personas sine consilio et assensu prioris et fratrum tuorum canonicorum sancti Sepulcri instituere vel destituere aliqua ratione de cætero præsumas. Quod si forte, quod non credimus, contra prohibitionem nostram attentare præsumseris: nos tales etc.*

41) *Omni robore et stabilitate*, ibid. omissa voce: *firmitatis.*

CAP. V.

Summatum est supra capitulo proximo.

IDEM *eidem.* (*ann. eod.*)

Quanto *b* [*maiori dignitate, Domino dante, præemines, tanto decet amplius, et oportet te in omnibus eam diligentiam et grauitatem habere, qua omnia videaris sine nota et reprehensione peragere, et laudabiliter iniunctæ tibi sollicitudinis officium dispensare. Audiuimus autem, vnde mirati sumus, sicut mirari merito poteramus, quod in concessionibus et confirmationibus omissis canonicis ecclesiæ tuæ, consilium clericorum et laicorum, circa te commorantium, qui non sunt de corpore ecclesiæ ipsius, interdum, immo sæpe requiris, et in eisdem concessionibus et donationibus et confirmationibus, iuxta eorum consilium et voluntatem procedis, et in priuilegiis etiam, quod tuam prorsus dedecet honestatem, ad maiorem auctoritatem et certitudinem nomina fratrum tuorum, qui absentes fuerint, tanquam si præsentes fuerint, facis subscribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam in negotiis tibi commissæ ecclesiæ consilium fratrum tuorum postponere, cum quibus vnum existere comprobaris:*] frat. tuæ [*per a. s. præc.*] mandamus, quatenus in concessionibus et confirmationibus, et aliis ecclesiæ tuæ 42) negotiis fratres tuos requiras, et c cum eorum consilio, vel sanioris partis, [*negotia*] eadem peragas et pertractes, et, quæ *d* statuenda sunt 43), statuas 44) *h*, et 45) errata corrigas, et euellenda dissipes et euellas. Absentium quoque fratrum nomina inscribi non sinas 46) *e*: quia talia munimenta sunt irrita et falsa, et tu exinde quæstionem falsi poteris merito formidare. [*Nos enim vniuersa priuilegia, in quibus absentium fratrum nomina, ipsis ignorantibus vel absentibus, subscripta sunt vel amodo describentur, irrita esse decernimus, et nullius firmitatis robur habere censemus.*]

42) *Eiusdem*, c. 5. comp. cit. loco pron. *tuæ.*

43) *Fuerint*, C. R. L. H. et c. cit.

44) *Statuens*, C. R. sed L. legit: *statues.*

45) Copula *et*, a C. R. et L. abest.

46) *Non facias*, C. R. L. H. et cit. c.

CAP. VI.

Si ecclesia collegiata habet præsentationem; præsentabit prælatus de consensu capituli, vel maioris partis: nisi de consuetudine, vel priuilegio competat soli prælato.

COELESTINVS 47) III.

Ea *f* noscitur: [*et infra,*] [*Ex tua siquidem nobis est parte propositum, quod,*] cum in prouincia tua sæpe contingat, quod 48) ad ecclesias, in quibus collegia ius præsentandi habere noscuntur, eorum abbates aut per se, aut per litteras [*suas,*] personas idoneas episcopis diœces. præsentant 49), et, eis præsentatis 50) [*postmodum*] et receptis, aliquando ante [*institutionem,*] aliquando post 51), monachi [*seu alterius ordinis collegia*] contradicunt, [*et reclamant. Super quibus aperto quærunt certificari responso, vtrum institutio iam facta, vel adhuc facienda, propter huiusmodi debeat impediri. Ad quæ tibi hoc modo*] respondemus 52), quod [*videlicet*] in præsentationibus [*talium*] prælatorum intelligi debet, quod fiant de collegiorum suorum assensu, sine quo non obtinent 53) [*aliquatenus*] firmitatem. Vnde, si 54) constiterit, conuentus vel maioris et *g* sanioris 55) partis 56), non adfuisse consensum, institutiones huiusmodi conuenit euacuari 57), nisi ex antiqua et approbata consuetudine, vel concessa libertate, aliqui eorum probauerint 58) commissi sibi collegii non debere in ecclesiarum seu beneficiorum collationibus 59) requiri consensum.

47) Vel potius CLEMENS III. Gonz. *b. Anno* 1188.

48) *Contingit*, vt, c vt. comp. a. h. l.

49) *Præsentent*, C. R. et L. *repræsentent*, cit. c.

50) *Quibus repræsentatis*, cit. c.

51) *Postea*, ibid.

52) *Duximus respondendum*, ibid.

53) *Non valent obtinere*, ibid.

54) *Vnde cum*, ibid.

55) *Vel*, deest in C. H. *Vel maioris vel sanioris*, habet cit. c.

56) *Partis capituli*, C. R. 1.

57) *Vacuari*, C. R. 2. L. et H.

58) *Aliquos eorum probauerit*, cit. c.

59) Quia hic agitur de iure *patronatus ecclesiastici*; non adeo mirandum est, patrono ecclesiastico *collationem beneficii vel ecclesiæ ipsam* attributam fuisse: quia in eo cessant rationes, quæ contra *patronum laicum* moueri solent. Vnde noc amplius variare potest: *c.* 5. *et* 24. *X. de iur. patron.* sed per præsentationem factam præsentatus, cui beneficium iam collatum, ius quæsitum habet. Id ergo tantum superest, vt episcopus mediante examine inquirat, vtrum præsentatus debitis qualitatibus instructus sit: et, si talem deprehenderit, vt collationem iam factam seu *vocationem confirmet.* Æque enim præsentatus ad officium sacrum, ac electus per electionem ad prælaturam vocatur. Hæc fuit praxis antiquæ iuris patronatus *generatim*: quamuis intuitu *laicorum* diuersitatem inducere voluerit ius recentius. Etiam *electio* ius perfectum tribuit electo, vt electores variare non possint: licet confirmatio superioris quoque necessaria sit. Et sic idem quoque præstare debet præsentatio.

CAP. VII.

Tenet donatio, quam de solius diœcesani consensu facit laicus ecclesiæ de decimis, quas ab alia ecclesia habet in feudum ab antiquo, i. e. ante Lateranense concilium.

INNOCENTIVS III. 60) *archipresbytero* h *et magistro scholarium* 61) i [*et P. de Vico, canonico S. Astregisili*] *Bituricens.* (*ann.* 1198. *Romæ in Galliam.*)

Cum *k* apostolica sedes 62), *cui, licet immeriti, præsidemus, vniuersis per orbem ecclesiis, non humana, sed diuina, institutione sit prælata; iustum est et conueniens, vt ad eam tanquam ad magistram et matrem super diuersis iuris articulis referantur dubiæ quæstiones, quatenus, quæ iura constituit, eadem quoque iura distinguat, ne, quæ diuersa cernuntur, videantur aduersa.*] Sane, sicut ex litteris vestris 63) accepimus, cum ex vna parte capitulum S. Stephani, [*et capitulum de Sal.*] et ex altera monachi de Platea 64) *l*, super decima quadam, [*quam a monachis ipsis petebant,*] in vestrum compromisissent arbitrium, [*et vos, partibus conuocatis, cognosceretis de caussa:*] dicti 65) monachi proponebant, donationem ipsius 66) decimæ tibi a quodam milite factam, et [*a v. f. n.*] Bituricensi archiepiscopo, diœcesani eius 67) accedente consensu, confirmatam fuisse, seque auctoritate Hieronymi munitos existere, qui scribens ad Damasum 68) ait: *si aliquando m fuerint a laicis male detentæ, quæ diuini iuris esse noscuntur, et in vsum transierint monachorum, episcopo tamen loci præbente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate subnixa.* Econtrario pars allegabat aduersa, consensum episcopi sine cleri consensu minus sufficere, auctoritate 69) Leonis papæ n dicentis: *ne quis episcopus de rebus ecclesiæ quicquam 70) donare vel commutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat o, vt meliora prospiciat, et cum totius cleri consensu atque tractatu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ profuturum.* Quia vero [*super his auctoritatibus dubitantes*] nos 71) consulere voluistis, [*humiliter inquirentes,*] vtrum, quando decima tenetur 72) a laico, si conferatur ecclesiæ, ad confirmandam donationem consensus episcopi sine cleri 73) consensu sufficiat: [*nos deuotioni vestræ*] taliter respondemus, quod monendus est laicus, qui decimam *p* detinet, vt eam restituat ecclesiæ, ad quam spectat. Qui si 74) forte induci nequiuerit, et eam cum 75) diœcesani consensu alteri ecclesiæ assignauerit, præsertim religioso conuentui: constabit ipsa *q* donatio perpetua firmitate subnixa. Auctoritates enim 76) præmissæ, licet diuersæ sint, non ta-

60) Scripta est hæc decretalis *anno primo regiminis non. Iul.* vt docet *lib.* I. *epist.* 313. *edit. Baluz.* quæ incidit in annum MCXCVIII. non in MCCX. vt Pithœi censuerunt.

61) *Scholarum*, C. R. L. H. et c. 1. comp. 3. h. t. Sed Cont. addit. *et P. de Vico S. d.*

62) *In apostolica sede*, C. H. sed frustra.

63) Verba *ex litteris vestris*, a C. R. L. H. et edit. Gonz. absunt.

64) *De Pratea*, C. R. 1. *Pratea*, H. L. et c. cit.

65) Vox *dicti*, desideratur in cit. c.

66) Pron. *ipsius*, deest in C. H.

67) Pron. *eius*, abest ab eod.

68) *Damasum*, C. L. et H.

69) Vterque litigantium intentionis suæ fundamentum petiit ex *decreto* GRATIANI. Monachi enim ad *c. vlt. C. XVI. q.* 2. capitulum vero ad *c.* 52. *C. XII. q.* 2. prouocabant, atque hos duos textus INNOCENTIVS III. vt peritus decretista, in concordiam deducit, atque decisionem format potissimum ex *concilio Claromontano*, relato in *c.* 39. *C. XVI. qu.* 7.

70) *Quacunque*, C. H.

71) *Sedem apostolicam*, cit. c.

72) *Possidetur*, ibid.

73) *Clericorum*, C. H.

74) *Quodsi*, cit. c.

75) Part. *cum*, desideratur ibid.

76) *Autem*, C. H. sed neutra dictio est in cit. c.

a Constitutionibus. b *Post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 50. *c.* 16. *et c.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp.* c *Al.* vt cum. d *In C. Barb. et* qua statuenda fuerint, statuens, *etc.* e *Al.* facias. f *Cap. vn. eod. tit. l. in* 2. *compilat.* g *Al.* vel.

h *Al.* archiepiscopo, *in plur.* i Scholarum, *legitur in omnib. fere Vatic.* k *C.* 1. *De his, quæ conceduntur ab episcopo sine conf. capit. in* 3. *compilat.* l Pratea. m *Al.* aliqua. n *C.* 12. *quæst.* 2. *can. sine exceptione. fc.* 52. o *Facit. l. prætor in princ. cum gloss. et not. Bart. D. ne quid in loco publ. et l. prohibere. §. plane. D. quod vi aut. clam.* p Tenet. q ista.

mea

meo aduersæ: cum aliud sit alienare, quod ab ecclesia possidetur, et aliud, quod detinetur a laico, ad vsum ecclesiasticum reuocare. In alienatione quoque 77) iuxta Leonis papæ decretum, consensus episcopi sine clericorum consensu *a* non sufficit. In reuocatione autem iuxta scripturam 78) *b* Hieronymi sufficit consensus episcopi: cum per *c* vtrumque vtilitati ecclesiæ consulatur. Nam et in Lateranen. *d* concilio est inhibitum, ne quælibet religiosa persona ecclesias et decimas de manibus laicorum sine consensu episcoporum recipiat: per quod 79) indirecte datur intelligi, quod sufficit consensus episcopi, vt licitum ecclesiæ sit decimas de manibus 80) recipere laicorum. Hoc autem 81) de illis 82) decimis intelligimus, quæ laicis 83) in feudum perpetuo 84) sunt concessæ.

77) *Vero*, cit. c.
78) *Scriptum*, C. R. L. H. et Gonz. sed *rescriptum*, cit. c.
79) *Per quo*, C. R. 1.
80) *Decimam de manu*, cit.
81) Hæc verba non sunt INNOCENTII III. sed ex *compil. ant.* 3. *epist.* 313. in f. adiecta a quodam glossatore, eaeque e BALVZIO parenthesi inclusa. Ipsa videlicet decisio magis desumta est ex *concilio Claromontano* quam *Lateranensi* III. Etenim in *c.* 9. *eiusd. concilii* verba sunt hæc: *ecclesias sane et decimas de manu laicorum sine consensu episcoporum tam illos, quam quoscunque alios religiosos recipere prohibemus*: quæ tamen euidenter de *ecclesiis ipsis*, quæ sæpe *decimæ* vocantur, sine auctoritate non conferendis intelligenda sunt, de quo significatu dixi ad *c.* 2. *h. t. not.* 30. In *c.* 14. *eiusd. concil.* autem, quæ refertur in *c.* 1. 9. *de decim.* prohibentur laici in alios laicos decimas transferre, de quo casu hic non agitur, sed potius *de iure permissa cum consensu episcopi*. Quae tamen interpretes crediderunt, INNOCENTIVM III. in *hoc c.* prouocasse ad *c.* 19. *X. de decim.* illud vero accipiendum esse de decimis, post hoc concilium non transferendis, vt ante illud in feudum datæ in tuto et irreuocabiles esse deberent: pia fraude *in compil.* 3. hæc verba interpolata addiderunt, et RAYMVNDVM induxerunt, vt etiam eadem huc transferret. Et, quod magis est, ALEXANDRVM IV. in *c.* 2. *de decim. in* 6. *vers. sane.* eiusdem erroris participem fecerunt: ac si decima, olim alienata, in *conc. Lateran.* esset in securum locum deducta.
82) *Hac autem de his*, ibid.
83) Vox *laicis*, non est in cit. c.
84) Dictionem *perpetuo*, Pithœi non habeat.

CAP. VIII.

Non potest episcopus sine consensu capituli concedere ecclesias aliis ecclesiis: etiamsi habeat ius patronatus in ecclesiis concessis.

IDEM *Meten. archidiacono.* e (*anno.* 1210. *Roma, in Germ.*)

Tua *f* nuper [*a nobis*:] [*et infra.*] adiecisti etiam, vtrum episcopo, vel electo cum solo archidiacono præter assensum maioris ecclesiæ cum [*et*] ab ipsa eligatur episcopus, et archidiaconus assumatur de ipsa, cœnobiis 85), vel ecclesiis conuentualibus, ad quas ius pertinet patronatus, liceat conferre perpetuo 86) vacantes ecclesias baptismales: [*et infra.*] Alterius etiam quæstionis solutio ex epistola Leonis papæ colligitur euidenter, in qua legitur 87) [*constitutum*,] *ne quis episcopus de rebus ecclesiæ quicquam donare, vel permutare* 88), *vel vendere audeat, nisi forte aliquid* 89) *horum faciat, vt meliora prospiciat, et totius* 90) *cleri tractata atque consensu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ profuturum.* Irrita enim episcoporum donatio 91), venditio 92), et commutatio 93) rei ecclesiasticæ erit 94) absque conniuentia et subscriptione clericorum. Per hoc enim noueris solutam secundo loco propositam quæstionem: cum concessiones ecclesiarum perpetuas ad alienationes 95) non sit dubium pertinere.

85) *De ipsis cœnobiis*, c. 2. comp. cit. 3. sed minus recte.
86) Part. *perpetuo*, a C. R. 1. abest.
87) In Decreto GRATIANI *c.* 52. *C. XII. q.* 2.
88) *Commutare*, cit. c.
89) *Aliquod*, ibid.
90) *Et cum totius*, C. R. et ed. gloss.
91) Voc *donatio*, a C. R. 1. L. et cit. c. abest; sed C. R. 2. legit: *donatio vel*,
92) vocabulum *venditio*, deest in C. H.
93) *Permutatio*, C. R. 1.
94) *Est*, C. H.
95) *Cum concessiones ecclesiarum ad perpetuas alienationes*, Cont. *ad alienationem*, cit. c.

CAP. IX.

Episcopus parœciales ecclesias, vel obuentiones ipsarum, de consensu capituli sui, monasterio conferre non potest.

IDEM *episcopo Helien.* (*ann.* 1210. *Roma in Angl.*)

Pastoralis officii diligentia 96): [*et infra.*] [*Sollicite*] præterea quæsiuisti, cum auctoritate *g* Dionysii 97) fuerint parœciæ limitatæ, quatenus singularum parœciarum prouentus in vsus ecclesiæ cederent necessarios, et stipendia ministrorum, si episcopo liceat sine auctoritate summi pont. vel saltem sine capituli sui voluntate, viris religiosis conferre obuentiones alicuius parœcialis ecclesiæ, sustentatione vicarii reseruata. Et cum *h* Lateranen. concilii statuta prohibeant ecclesiis nouam imponi, vel augere 98) veterem pensionem: postulas edoceri, an episcopus valeat religiosis, consentiente patrono, totam ecclesiam, vel de nouo conferre aliquam portionem. Ad quod breuiter respondemus, quod, salua constitutione canonica 99), de concedenda piis locis quinquagesima portione, neque primum, neque secundum potuit 100) facere episcopus, nisi de licentia Rom. pontif. præter capituli sui voluntatem.

96) Partes huius capituli vide supra c. 14. de rescriptis et c. 28. de officio et pot. iud. del. etc
97) Deceptus erat episcopus, quærens a GRATIANO, qui in *c.* 1. *C. XIII. q.* 2 Pseudo-Isidori fabulam pro veritate adduxit. Eius tempore nulla diuisio parochiarum facta est fieri potuit, sed in singulis locis, in quibus cœtus fidelium erant, vna erat ecclesia loco circumscripta, quam episcopus cum presbyterio regebat.
98) *Augeri*, C. R. L. H. et ed. Gonz.
99) Constitutio canonica est *decretum* GRATIANI in *c.* 74. *C. XII. q.* 2. in quo *concilii Toletani IX.* canon refertur, qui vim vniuersalem ante compilationem non habuit. Post illam demum ad illam, vt *ius commune*, prouocare licuit, vnde eius auctoritas æstimanda.
100) *Potest*, C. H. et cit. c.

CAP. X.

Ad concilia prouincialia vocari debent et admitti cathedralium ecclesiarum capitula.

INNOCENTIVS 1) III. 2) *i* *archiepiscopo Senon. et eius suffraganeis.* (*ann.* 1212. Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Etsi membra corporis [*Christi*:] *k* [*et infra.*] Prouinciæ Senon. capitula Cathedralium ecclesiarum 3) [*suam*] ad nos querimoniam transmiserunt, quod archiepiscopus Senon. et eius suffraganei, procuratores eorum 4) nuper ad prouinciale concilium conuocatos, ad tractatum eorum admittere noluerunt: [*licet nonnulla soleant in huiusmodi tractari conciliis, quæ ad ipsa noscuntur capitula pertinere, quare nostram audientiam appellarunt. Sane, nos, auditis, quæ ipsorum nuntii super his proponere voluerunt, et intellectis nihilominus litteris, quas nobis super eodem curastis negotio destinare, tractatu exinde cum fratribus nostris habito diligenter, et vtique concorditer*] visum fuit nobis et [*eisdem*] fratribus nostris, vt capitula ipsa ad huiusmodi concilia debeant inuitari, et eorum nuntii ad tractatum 5) admitti, maxime super illis, quæ ipsa capitula contingere dignoscuntur.

1) Vel potius HONORIVS III. ceu docet *c.* 1. *compil.* 5. *h. t.* quam ob caussam nec ALTESERRA commentarium ad *h. c.* dedit in *comment.* ad INNOCENTII III. *decretales.*
2) *Honorius*, C. R. L. et c. 1. cit. Sed tota hæc inscriptio in C. H. desideratur.
3) *Capitula cathedralia*, cit. c. omissa voce: *ecclesiarum.*
4) Pron. *eorum*, a C. R. L. et H. abest: sed *ipsorum*, est in cit. c.
5) *Ad tractatus*, cit. c.

TITVLVS XI.

DE HIS, QVAE FIVNT A MAIORI PARTE CAPITVLI

CAP. I.

In vniuersitatibus ecclesiasticis prænolet regulariter, quod fit a maiori parte: nisi minor pars rationabiliter contradicat. H. d.

Ex concilio Lateranen. *l* (*ann.* 1179.)

Cum in cunctis ecclesiis, quod pluribus et sanioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat obseruari: graue nimis est, et reprehensione dignissimum 6), quod per quasdam ecclesias pauci quandoque non tam de ratione, quam de propria voluntate [*ordinationem multorum impediunt, et*] ad 7) *m* ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt.

Quocirca præsenti decreto statuimus, vt, nisi a paucioribus et inferioribus aliquid rationabiliter 8) obiectum fuerit et *n* ostensum, appell. rem. præualeat semper, et suum consequatur effectum, quod a maiori et saniori parte capituli 9) fuerit constitutum. Nec constitutionem nostram *o* impediat, si forte aliquis ad conseruandam 10) ecclesiæ suæ consuetudinem se iuramento dicat 11) adstrictum: nec enim 12) iuramenta, sed potius periuria sunt dicenda, quæ contra vtilitatem eccle-

6) *Dignum*, C. R. 2.
7) Præp. *ad*, in C. R. L. H. et c. vn. comp. 1. h. t. non habetur.
8) H. e. si tam euidentes et graues rationes pro minori parte militant, vt merito voluntati maioris partis præferri debeat. De eo vero, contentione hac suborta, cognoscit superior, et ita, quicquid per maiora constitutum, arbitrio eius subiicitur, vt illud rescindere valeat, si id sibi rebusque suis expedire videat. Hoc præcipue pertinet negotium electionum episcopalium in discordia factarum, cuius cognitio ad curiam Romanam pertinet. Hac deuoluta, nihil facilius est, quam electionem rescindere, si rationibus curiæ non conuenire videretur. Quo facto, hæc alium loco electi nominat *c.* 11. *extrau. comm. de praeb. et dignit.* Sunt hominum voluntates in tali negotio ad dissentiendum et ad factiones faciles, vt, nisi *simpliciter* maioribus votis fletur, non adsit satis negotiorum expediendorum. Ita vero præstaret, semper pro rato habere, quod per maiora constitutum, omni *exceptione* exclusa.
9) *A maiori et saniori parte consilii*, cit. c. licet in ipso concilio legatur: *consilii.*
10) *Obseruandam*, C. H. *seruandam*, cit. c.
11) *Dicit*, cit. c.
12) *Non enim*, C. R. L. H. ed. Gonz. et cit. c.

a Assensa. b Aliter, rescriptum. c Vtramque. d Sub Alexandr. III. cap. 9. e Alit. Meten. f Cap. 2. De his, quæ conced. ab episc. sine cons. capit. in 3 comp. g Dionys. pap. epist. 2. ad Seuerum episc.

h Conc. Lateran. sub Alexand. III. c. 7. §. prohibemus. i Alit Honor. III. habetur in omnibus antiquis. k De prouincialib. concil. vid. concil. Trid. sess. 24. de ref. c. 2. et sess. 25. de reform. c. 2. l Conc. Lat. sub Alex III. c. 16. et cap. vn. eod. tit. in 1. compil. m Dictio, ed, deest in aliquot antiqu. n vel. o vestram.

siæ 13) et sanctorum patrum veniunt 14) instituta. Si quis autem a huiusmodi 15) consuetudines, quæ nec ratione b iuuantur, nec sacris congruunt institutis, iurare præsumpserit 16): donec dignam 17) egerit pœnitentiam, a perceptione sit 18) Dominici corporis alienus.

13) *Ecclesiasticam*, C. R. L. H. et cit. c.
14) *Venerint*, C. R. 2.
15) Dictio *huiusmodi*, deest in C. H.
16) *Præsumserint*, C. L.
17) *Condignam*, cit. c.
18) *Existat*, ibid.

CAP. II.

Canonicus non interdicit ecclesiam; sed hoc facere debet episcopus cum capitulo.

COELESTIN. c III. 19) R. 20) *Claremonen.* 21) d *episcopo.* (*ann.* 1190. *Roma in Gall.*)

Quæsiuit [*a nobis tuæ diligentia probitatis, quid obseruare debeat, et apostolicæ responsionis auctoritate statuere*] super e eo, quod ecclesiam tuam quidam ex canonicis etiam 22) minimis, [*occasione assumta, vel*] quia pensio ecclesiæ debita, [*sicut solitum est,*] non redditur, vel [*quia non numquam*] clericus aliquis aut parœcianus deliquit 23) f, sine tuo et aliorum canonicorum assensu interdicto g supponunt 24). [*per quod ipsius ecclesiæ seruitium deperit, et in populo scandalum non modicum generatur. Super hoc autem*] fratern. tuæ taliter 25) respond. [*sicut in similibus consultationibus nos recolimus respondisse, videlicet*] quod 26) interdictum in aliqua ecclesia per aliquem vel 27) per aliquos de canonicis tuis sine tuo et aliorum [*tuorum*] fratrum assensu positum, obseruare non debes 28). [*nisi talis excessus exstiterit et tam grauis, per quem merito ecclesia silere debeat, nec sustineas, vt prætextu occasionis huiusmodi interdictum ab aliis obseruetur, nisi tuus et aliorum canonicorum consensus accesserit.*] Sed, si quis in his 29) deliquerit; ecclesiasticæ coercitioni subiaceat: cum peccata suos auctores 30) h tenere debeant 31), nec pœna sit vlterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente 32) repertum.

19) *Clemens III.* C. L. *Cælestinus*, H. omisso numero.
20) Littera *R.* in C. R. ed. ant. Cont. et Pith. est omissa.
21) *Claremonten.* C. R. 1. et H. *Claramonten.* C. R. 2. et L. *Claremontano*, c. 3. comp. 2. h. t.
22) *Tuis etiam*, C. H. *vel etiam minimus quilibet*, cit. c.
23) *Deliquerit*, C. R. et L.
24) *Supponit*, C. R. L. ed. Cont. et cit. c.
25) Partic. *taliter*, deest in C. H. sed in cit. c. ita legimus: *sic duximus respondendum.*
26) *Vt*, cit. c.
27) Verba *per aliquem vel*, desiderantur in ed. ant.
28) *Nullatenus debeas*, ibid.
29) In cit. c. verba ipsa hoc loco ita sonant: *Sed si quis occasionem dederit, vel deliquerit, siue canonem debitum non soluerit, vel alia commiserit, propter quæ irregulariter hactenus ecclesia ipsa interdicto supponebatur, ecclesiastica* etc.
30) *Actores*, C. R. 1. et cit. c.
31) Hæc vero ratio in genere omnibus obstat interdictis. Nec ratio diuersitatis inter pœnas *seculares* et *spirituales*, qua vtitur GONZAL. h. t. n. c., attendenda, quia, si ratio adducta, *quod pœna suos tenere debeat auctores*, vera est, etiam in *pœnis ecclesiasticis*, ad quas pontifex eam applicat, vera esse debet: alioquin applicatio eius falso dicenda, quod asseri nequit. Idem dicendum de altera ratione, *quod pœna non sit vlterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum*, quæ pariter interdicto obstat. Puniatur igitur delinquens, ne pœna in innocentes protrahetur.
32) *Exercente*, C. R. 2.

CAP. III.

Communis ordinatio ecclesiæ, per contradictionem et appellationem eius, cuius non interest, impediri non debet. H. d. quoad titulum.

INNOCENTIVS III. 33) *Augusten. præposito.* (*ann.* 1198. *Roma in Gall.*)

Ex ore i sedentis 34) [*in throno procedebat gladius bis acutus. Hic est gladius Salomonis, qui secat vtrimque, reddens vnicuique, quod suum est. Nos igitur, qui, licet immeriti, locum veri Salomonis diuina dignatione tenemus, gladium istum tunc pendenter exercemus, cum quæstiones in auditorio nostro legitime ventilatas, mediante iustitia, definimus. Ad hoc vero emergentium prolixitas quæstionum et difficiles nodi caussarum ad sedem apostolicam referuntur, vt, cum earum merita fuerint assertione partium patefacta, procedat ab apostolica sede sententia deducens in certitudinem dubia, et obscura producens in lucem, vt litigantium dissensione sopita, suum iustitia teneatur et sequatur auctorem. Inde siquidem fuit, quod*] accedentibus ad prædecess. nostr. 35) T. ac [*dil. fil. nostro*] B. Augusten. k canonico pro quæstione, quæ inter vos super præpositura August. ecclesiæ vertebatur: [*nos ven. f. nostrum Ostien. episcopum, et dil. f. G. sanctorum Cosmæ et Damiani diac. cardinalem vobis concessimus auditores, in quorum præsentia*] ex parte ipsius 36) B. fuit propositum, quod, [*cum dil. fil. E. Augusten. præpositus fuisset in episcopum Brixien. electus, rogauit capitulum, Augusten, ne aliquem sibi prius eligerent in præpositum, antequam eius esset electio confirmata, cumque ipsi eius precibus annuissent, et idem electus electionis suæ confirmatione per suum metropolitanum obtenta veniens Tibur. fuisset de regalibus inuestitus, B. miles*] pater eiusdem 37) [*ad ap. sed. accedens*] a [*bon. mem.*] C. præd. nostr. [*dil. f.*] decano et capitulo 38) Augusten. litteras obtinuit destinari, vt intra spatium mensis vnius eundem 39) [*sabl. app. obstac.*] eligerent et assumerent in præpositum Augusten. in signum inuestituræ annulo 40) [*ei*] aureo destinato, [*v. f. nostris Frisingen. et Eisteten. episcopis, et dil. fil. maiori Spiren. præposito*] mandati apostolici exsequutoribus constitutis. [*Decanus autem et*] capitulum memoratum cum audissent, quod C. 41) l quondam eorum præpositus in episcopum Brixien. electus et 42) confirmatus fuisset: licet dictas litteras recepissent 43) m, in contemptum n tamen eorum 44) assignato prius termino, intra quem ipsi deberent super mandato apostolico respondere, H. 45) tunc Augusten. decanum in præpositum elegerunt. [*Cum ergo episcopus et cardin. prædicti hæc et alia, quæ fuerunt hinc inde proposita, nobis et fratribus nostris fideliter retulissent; attestationibus et allegationibus, et rationibus vtriusque partis plenius auditis et cognitis,*] quia legitime [*nobis*] constitit, quod prædictus B. de præpositura [*ipsa*] non fuit aliquatenus inuestitus, etsi mandatum fuerit, vt de ea inuestiretur; de qua etiamsi inuestitus fuisset, inuestitura eius per præd. nostrum [*semel et secundo*] certa fuit ratione cassata, quæ nec, etiamsi cassata fuisset, per hoc, quod [*sæpe*] dicto H. reuerentiam exhibuit, quæ debetur o præposito, iuri suo renuntiasse videtur: nos 46) attendentes, sibi de iure non potuisse competere, vt per appellationem, ob id interpositam, communem ordinationem 47) ecclesiæ impediret, intelligentes etiam, te a maiori parte tam dignitate, quam numero eorum, quos eligendi ius constabat habere, electum fuisse canonice 48), in præpositum, [*de communi f. n. cons.*] electionem tuam 49) auctoritate apostolica confirmamus, præfato B. super [*ipsa*] præpositura silentium imponentes.

33) Desumta est hæc decretalis ex *libr.* 1. *epist.* 290. *edit. Baluz.* et sic ad annum primum regiminis h. e. ad annum MCXVIII, etiam clare in *epist.* 296. designatum, referenda.
34) C. R. 1. voci *sedentis*, addit: *in throno.* Sed verba, quæ sequuntur, in c. vn. comp. 4. h. t. non habentur, vsque ad dict. *accedentibus.*
35) *Ad præsentiam nostram*, C. R. L. et cit. c.
36) *Prædicti*, cit. c.
37) *Ipsius R.* Ibidem.
38) *Ad dil. fil. decanum et capitulum Augusten.* ibid.
39) *Dictum B. filium eius*, ibid.
40) Sicuti episcopatus per *annulum* et *baculum* ab imperatoribus et regibus collati sunt: ita his subordinatæ dignitates per *annulum* tantum datæ, velut *archidiaconatus*, ceu docet INNOCENTII IV. *epistola* apud VGHELLIVM *in Ital. sacra tom.* I. p. 136. *nouiss. edit.*, item *præpositura*, vt *præsens cap.* monstrat, imo etiam *canonicatus* c. 4. X *de concess. præb.* postquam canonici seu capitulares supra reliquorum clericorum sortem euecti sunt.
41) C. R. 1. habet: *E.* sed in L. est: *D.* verba autem in cit. c. ita se habent: *quod dictus electus fuisset in episcopum confirmatus.*
42) Copula *et*, e C. R. et L. abest.
43) *Susceperissent*, C. R. L. H. et cit. c.
44) *Earum*, cit. c.
45) Elementum *H.* denotans nomen electi desideratur in cit. c. Sed *C.* est in ed. Gonz.
46) *Nos igitur*, C. H.
47) *Ordinem*, cit. c.
48) Vox *canonice*, deest in C. H.
49) *Ipsum*, cit. c.

CAP. IV.

Prælatus cum maiori parte capituli, contradicente minori, statuere potest, quod ad necessariam reparationem fabricæ quilibet canonicus conferre teneatur.

IDEM. (*ann.* 1225. *Roma in Gall.*)

Ex parte tua p nobis 50) fuit, frater archiepiscope, intimatum, quod ad restaurandam fabricam Rothomagens. ecclesiæ tractatum communiter habuistis, te, [*frater archiepiscope,*] postulante, vt quilibet canonicorum tecum pariter aliquam suorum redituum portionem operi tam pio et necessario deputaret. [*Quia vero super eo diuersæ fuerunt inter vos, filii canonici, et variæ voluntates, ne tam laudabile opus ex vestra differentia negligatur: auctoritate præsentium*] statuimus 51), vt, si quis 52) q vestrum tuis, frater archiepiscope 53), et maioris et sanioris partis capituli statutis super hoc [*constitutionibus*] duxerit 54) r resistendum, obtineat sententia plurimorum. s

50) *Apostolicis auribus*, c. vn. comp. 4. h. t.
51) *Duximus statuendum*, ibidem.
52) *Si quis*, C. R. 2. L. H. et cit. c.
53) *Ipsius archiepiscope*, cit. c. loco verborum; *tuis, frater archiepiscope.*
54) *Duxerint*, C. R. et L.

e Kolm. b *Alii.* non. c *Alii.* Clemens III. d Claromontec. e *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compilat.* f *Al.* delinquit. g Supponit. h Actores. i *Cap. vn. eod. titul. in* 3. *comp.* k *Alii.* Augustensibus canonicis.

l D *al.* E. m Suscepisse. n *In aliquot ita legitur*: in contemptum earum, assignato tamen prius, etc. o *In codice Barbar.* quæ debet præposito exhibere p *Cap. vn. eod. tit. in* 4. *comp.* q Qui. r Duxerint. s *Vid. l. et si non hered.* §. *fin. cum l. sequ. ff. de pact. et l. quod maior. ff. ad munic.*

 TI-

TITVLVS XII.

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA SINE DEMINVTIONE CONFERANTVR.

CAP. VN.

Rubrum sufficit pro summario: vel summa sic secundum abbatem: *Occulta collatio beneficii, licet sit suspecta, bene valet: dummodo alias legitime facta probetur.* H. d. Et est casus oot. non tamen facit ad titulum, nec omnes indistincte hoc tenent: sed maior pars concludit cum hoc summario.

INNOC. III. 55) *Mediolan. archiepiscopo.* (*ann.* 1198. *Romæ in Insubr.*)

Vt nostrum a prodeat de vultu Dei iudicium, [*et oculi nostri*] *videant æquitatem, quia recta via debemus incedere, nec ad sinistram omnino, neque ad dextram declinare, ita magnum iudicantes, vt paruum: quia non est apud Deum acceptio personarum:* [et infra.] *Quia post interdictum nostrum eis præsumpsisti tradere bullam; cum traditionem saltem debuisses differre, donec nostrum consuleres beneplacitum; dilect. fil. I. archidiac. et O. Lento canonico Mediolanen. dedimus in mandatis, vt, si etiam post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotii ad nostrum iudicium reuocauimus, id ipsum cognoscerent attentatum, traditionem sigilli decernerent irritam et inanem, inhibentes H. ne quomodolibet eo vti præsumeret: cum plus sit Roman. pontific. ad se aliquod negotium euocare, quam quemquam ad eum super aliquo negotio prouocare.* et infra.] Præterea proponebas, quod, cum nullus debeat sine accusatore 56) b damnari, nec aliquid circa negotium illud sit actum in forma iudicii, depositiones testium non poterant sibi præiudicium generare. Quia vero hæc allegatio 57) personam nostram tangere videbatur; dignum duximus caussam commissæ inquisitionis et ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quod nos in hoc negotio perperam processerimus 58): præsertim cum ratio assignanda debeat esse 59) posteris profutura. Cum enim iuris sit explorati, quod, actore non probante, is, qui conuenitur, etiamsi nihil præstiterit, debeat c absolui: videri poterat 60), quod nos tibi, qui conueniebaris a nobis, malitiose vel indiscrete onus probationis super tribus præmissis articulis imposuimus, videlicet vt ostenderes, quod prædictam cancellariam personæ idoneæ, modo canonico, et tempore [*sibi*] competenti donasses. Porro cum donatio fuisset occulta, et ideo suspicione non careat 61), et, elapso iam anno, nullus cancellarius omnino appareat 62); non immerito credebamus, quod secundum Lateran. concilii d statuta, ad nos esset ipsius cancellariæ donatio deuoluta, et ideo potuissemus ipsam sine culpa conferre: quoniam, etsi locum Dei teneamus 63) in terris, non tamen de occultis potuimus 64) e diuinare. Quia f ergo contra illud, quod prima facie iuste præsumebatur pro nobis, præsertim cum responderis 65) prima vice, quod cancellariam alicui non contuleras, facultatem tibi pro te probandi concessimus: non fuit grauamen, sed gratia, nec ex malitia, sed ex benignitate processit. Quod 66) etiam de modo canonico fidem nobis fieri mandauimus; tu caussam præstitisti mandato 67), qui sæpe nobis per litteras tuas 68) intimasti, et tandem probasti per testes, quod, retentis tibi prouentibus, officium contuleras memoratum. Ex quo non immerito in talem 69) concessionem fuimus suspicati: [*cum et proponeretur a parte altera, quod illud ei personæ commiseras, cui secundum consuetudinem Mediol. ecclesiæ non debuerat aliquo modo committi.*] Et ideo nos, qui non tam ex plenitudine potestatis, quam ex officii debito possumus et debemus 70) de subditorum excessibus ad correctionem inquirere veritatem, te maxime caussam g et occasionem præstante, inquisitionem commisimus faciendam. Omnibus ergo diligenter auditis, [*quæcumque fuerint in nostro auditorio proponenda, deliberauimus cum fratribus nostris, et ipsa deliberatione*] te in tribus [*præcipue*] comperimus fuisse culpabilem, circa contrarietatem responsi, quia non solum nobis, [*qui, licet immeriti, locum Iesu Christi tenemus,*] sed nec cuiquam debuisses ex certa scientia 71) contraria respondere; circa carnalitatem animi, quia non ex 72) h affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum officium et beneficium in persona magis idonea dispensare; et circa inhonestatem facti, quia non licuit ex pactione vel [*ex*] conuentione quacunque, sub modo vel tenore præscripto concedere nudum officium 73), et k tibi retinere prouentus: cum 74) [*et*] in Lateranen. concilio l prohibitum sit, ne quis conferendo ecclesiasticum beneficium, partem prouentuum suis vsibus retinere præsumat, et alibi cautum reperiatur in canone 74*), quod ecclesiastica beneficia sine deminutione debent conferri. Vnde credimus distinguendum, vtrum 75) qui dat spirituale beneficium, prouentus ipsius ante donationem percipiat. Nam si prouentus ante donationem non perceperit m ipse, sed alius, et ex donatione consequatur n, vt ipse prouentus percipiat o: non est dubium circa hæc 76) p intercedere simoniacam prauitatem. Si vero ante donationem perceperit ipse prouentus: credimus distinguendum, vtrum ante donationem constituat, vt ipsi prouentus retineantur ad tempus pro caussa iusta et necessaria, aut 77) conueniat cum eo, qui accepit beneficium, seu cum mediatore quocumque, vt, officio illo concesso, retineat ipse sibi 78) prouentus. Primum enim membrum credimus esse licitum, secundum autem dicimus non licere: ne vitam aperiamus 79) his, qui prauitatem suam satagunt palliare.

55) Deprehenditur hæc decretalis inter *epistolas Innocentii lib.* 1. *ep.* 368. *edit. Baluz.* et ita rursus ad annum regiminis primum referenda, *IX. Kal. Oct. seu ann. MCXCIX.*
56) *Accusatione*, C. H. et c. vn. comp. 3. h. t.
57) *Per hanc vltimam allegationem*, cit. c.
58) Hanc rationem dubitandi vel ideo mouebat INNOCENTIVS III. quod nondum publicatum esset concil. Lateranense IV. vnde desumtum est c. 24. *X. de accus.* in quo primum *processus inquisitorius* publica lege ecclesiastica legitimatus et approbatus est: licet concilium, illum introducendi iam antea, sed forsan non sine contradictione, edideris. Nam in *decreto* GRATIANI, *cui adsuetus erat* INNOCENTIVS III. cum decretistis, tantum *processus accusatorii*, in foris ecclesiasticis etiam vsitati, mentio iniicitur, etiam per seculum XII adhuc continuati. Hac de caussa (1) processum ipsum ante omnia a contradictionibus liberat: (2) ostendit, se non *ex plenitudine potestatis*, ab omnibus legibus libera, sed *ex officii debito* sine accusatore procedere: (3) simul docet, se *actoris* simul et *iudicis* vices sustinuisse, quod antehac incognitum erat: denique (4) etiam in *accusatis* huius noui processus vsum admisisse videtur ex caussa *suspicionis*. In ipso vero *concilio Lateranensi IV.* hic processus, adductis variis rationibus confirmatus, ad duos duntaxat tamen casus restrictus: (I) si quis de crimine per famam publicam admodum diffamatus fuerit: (II) denunciatio fuerit facta. c. 24. *X. de accus.*
59) *Sit*, C. R. 1.
60) *Poterit*, C. L.
61) *Non careret*, cit. c.
62) *Appareret*, C. R. L. ed. ant. gloss. et cit. c.
63) *Teneamus*, cit. c.
64) *Possumus*, C. H. et cit. c.
65) *Quod ergo contra illud prima facie iuste præsumebatur pro nobis, præsertim cum respondens prima*, etc. cit. c.
66) *Quia etiam*, ibid.
67) *Tu caussam præstiti mandato*, ibid. sed inconcinne.
68) *Tuas*, a C. R. L. et H. abest.
69) *Contra talem*, C. R. L. H. ed. gloss. et cit. c.

70) *Quia, cum nos non tam ex plenitudine potestatis, quam ex officii debito, quod possumus et debemus, de subditorum*, etc. cit. c.
71) *Conscientia*, ibid.
72) *Præp. ex*, a C. R. 1. L. et cit. c. abest.
73) *Nudum dumtaxat officium*, C. R. 2.
74) *Cum et in*, C. R. 1. et L.
74*) *C. 8. X. de præb.*
75) *Vtrum ne*, C. H.
76) Dictiones *circa hæc*, desiderantur in C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
77) *An*, C. R. L. H. et ed. gloss.
78) Pron. *sibi*, deest in C. H.
79) *Via aperiatur*, legimus ibid.

TITVLVS XIII.

DE REBVS ECCLESIAE ALIENANDIS, VEL NON q [*alienandis.*]

CAP. I.

Non potest prælatus res vnius ecclesiæ alteri dare, nec inuicem res illas commutare, sine ambarum consensu.

Ex concilio Lugdunen. quarto. 80) (*ann.* 1055. *in Gall.*)

Non licet r episcopo vel 81) abbati terram vnius 82) ecclesiæ vertere ad aliam; quamuis ambæ in eius sint potestate: tamen, si commutare voluerit 83) terras earum, cum consensu ambarum s partium 84) faciat 85).

80) Nec in *primo* nec in *secundo*, anno DLXVII. celebrato, deprehenditur hic canon; et eo vero, quod anno MLV. celebratum, nulli canones supersunt, adeoque forsan huic rectius, non Lugdunensi I. cum GONZALEZIO tribui potest, quamuis in *c.* 1. *comp.* 1. *h.* t. numerus desit. Denique in capitularibus, huius canonis non fit mentio, ut ad seriorum potius referri debeat.
81) *Nec*, cit. c.
82) Vox *vnius*, omittitur ibid.
83) *Voluerint*, ibid.
84) Vox *partium*, a C. R. L. H. et cit. c. abest.
85) *Faciant*, cit. c.

CAP. II.

Principes seculares res ecclesiæ donare non possunt: et qui ab eis recipiunt, excommunicantur, et perdunt omnia, quæ ab ecclesia alias legitime obtinebant. H. d. secundum vnum intellectum, qui satis placet.

Ex eodem. 86) t (c. 2. comp. 1. h. t.)

Qui res ecclesiæ petunt a regibus, et horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ obtinent, et a communione ecclesiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.

86) Vel potius ex *concilio Aruernensi* anno DXXXV celebrato c. 5. apud HARDVIN. *tom. II. concil. p.* 1181. Mos apud Gallos iam inoleuerat, petere terras ecclesiæ in *beneficium*, ad quem patres Aruernenses respexisse videntur.

a *C. vn. eod. tit. in* 3. *comp.* b Accusatione. c Debeat. d *Alex. III. cap.* 8. e Possumus. f Quod ergo, etc.

g *Qualiter differant caussa et occasio, vide hic Panorm.* h *Dictio, ex, deest in quibusdam.* i *Concord. cap. constitutis. supra de appell.* k Eius sibi. l *Lateranen. sub Alexand. III. cap.* 7. §. *prohibemus.* m Percepit. n Consequitur. o Recipiat. p *Hæc duo verba*, circa hæc, *desunt in antiqu.* q *Al.* vel non alienandis. r *Burch. l.* 3. *decr. c.* 24. *Ivo p.* 3. *cap.* 29. *et cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil. Vid. Calder. consil.* 4. *hoc tit.* s *Vox* partium, *deest in antiqu.* t *Al.* Idem. *Burch. libr.* 55. *c.* 36. *et Ivo p.* 16. *c.* 37.

CAP.

CAP. III.

Rector ecclesiæ, qui dat ecclesiæ rem duplæ æstimationis, seruos ecclesiæ manumittere potest: ipse tamen manumissus et eius posteri erunt sub patrocinio ecclesiæ. Ita communiter summatur, tamen non placet Panorm. id, quod dicitur de æstimatione.

Ex concilio Toletan. 87) IV. c. 69. (*ann.* 633. *in Hisp.* Conf. c. 3. comp. 1. h. t.)

Consensus totius concilii 88) definiunt 89), vt sacerdotibus 90), qui aut 91) aliquid 92) ecclesiæ suæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua prædia, vel familias ecclesiis suis acquirunt, liceat 93) aliquos de familiæ eiusdem ecclesiæ manumittere, iuxta rei collatæ modum, quem antiqui canones 94) decreuerunt, ita, vt cum peculio et posteritate sua sub patrocinio ecclesiæ maneant, vtilitates iniunctas sibi, iuxta quod potesunt 95), prosequentes.

87) Hunc canonem etiam ISIDORVS *Hispalensis libr. III. tit.* 39. c. 3. ex *concilio Toletano IV. c.* 69. laudat apud CAIET. CENNIVM in *antiqu. eccles. Hispan. tom. I. p.* 87. quem etiam GRATIANVS iam in scenam produxerat in *c.* 68. *C. XII. q.* 2.
88) *Capituli*, C. L.
89) *Definiuit*, C. R. L. H. et ed. gloss.
90) *Sacerdotes*, C. R. H. ed. ant. gloss. et c. 3. comp. cit.
91) *Aut*, in C. R. 2. et L. deest.
92) *Aliquid*, a C. C. 1. abest, sed pro hac voce ed. ant. habet: *sua*, et H. cum c. cit. *res suas*.
93) *Liceat illis*, C. C. H. ed. ant. et Gonz.
94) Antiqui canones, quos *concilium Toletanum IV. c.* 69. laudat, sunt *concilii Agathensis*, in *c.* 35. *et* 56. *C. XII. qu.* 2. relati.
95) *Potuerint*, C. L.

CAP. IV.

Si prælatus nil de suo dans ecclesiæ, seruum ecclesiæ, manumittit: non tenet manumissio.

Ex eodem 96) a. (*ann. eod.* c. 5. comp. cit.)

Episcopi, qui nihil ex proprio [*suo*] ecclesiæ Christi 97) conferunt, liberos ex famulis 98) ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium est enim, vt, qui res suas ecclesiæ [*Christi*] non attulit 99), damnum [*ecclesiæ*] inferat. Tales igitur liberos *b* successor episcopus absque vlla 100) oppositione ad ius ecclesiæ reuocabit.

96) Pariter hunc canonem adduxit GRATIANVS in *c.* 39. *C. XII. q.* 2.
97) Vocabulum *Christi*, non est in c. 5. comp. 1. cit.
98) *Ex familiis*, ibid.
99) *Contulerit*, ibid.
100) *Nulla aliqua*, C. R. 2.

CAP. V.

Res ecclesiæ alienari non debent.

Ex concilio apud Silvanect. 1) c (*in Gallia.* c. 4. comp. cit. 1.)

Nulli liceat alienare rem immobilem ecclesiæ 2), siue agrum, siue rusticum mancipium *d* [*siue domum, siue hortum,*] neque [*creditoribus*] specialis 3) hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet 4) [*] *e* conditionem 5), donationem, venditionem 6), permutationem, et emphyteuticum 7) perpetuum contractum. Vnde 8) omnes sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant, pœnas timentes, quas Leonina constitutio 9) comminatur 10).

[*] *Ita legit* INNOCENTIVS IV, *intelligitque de contractu, cui fuit adscripta conditio, veluti, si nauis ex Asia venerit. Lectio mihi non probatur ob illud in iure vulgatum: conditio nihil disponit. Alii* conductionem *legebant, quos* INNOCENTIVS *damnat, inquiens: conducere non est alienare. Sane recte, nisi forte conductio perpetua foret, vt annotat Hostiensis, ego legendum putarem:* alienationis verbum continet Testamenti conditionem, etc. *Nam procul dubio, qui Testamentum condit, alienat. Vel etiam, quod sentit et* INNOCENTIVS, *accipias immutatam rei conditionem, id est, statum, caussam, naturam prædii, veluti, si faciat illud tributarium, vel annua pensione grauet.* QVINTINVS.]

1) Hoc capitulum etiam habet REGINO *libr.* 1. c. 360. qui illud ex *capitularibus* adducit, et *libr.* 2. c. 29. *ibid.* habetur. Desumtum autem est in capitularibus ex *Nov.* 7. c. 1. vt obseruat BALVZIVS ad *cit. c.* 29. *capitul. in marg.*
2) *Ecclesiæ suæ*, C. R. L. et ed. Gonz.
3) *Specialis*, C. H.
4) *Contineat*, c. 4. comp. 1. cit.
5) Hanc vocem omisit *cit. capitul.* 29. et *nov.* 7. *cit.* REGINO tamen habet. Voce vero hac intelligitur omnis *conditio ecclesiasticæ rei imposita*, quæ scilicet illam grauat, vel qua deterior eius status fit, vt census etc. vid. IANVS A COSTA ad *libr.* 2. *X. tit.* 41. *p.* 281.
6) Vox *venditionem*, desideratur in cit. c.
7) *Emphyteosis*, C. R. 1. et L. *emphyteosin*. C. R. 2. *emphyteosis*, cit. c.
8) *Sed*, pro partic. *Vnde*, cit. c.
9) Non est hic sermo de LEONIS IV. *canone* in concil. sub eo habito, vnde quidem laudatur in *c.* 19. *C. XII q.* 2. in eodem tamen non deprehenditur; sed de constitutione LEONIS imperatoris, in *l.* 14. *C. de SS. eccles.* quam etiam citat cit. *capitular.* 29. et *Nov. cit.* 7.
10) *Minatur*, cit. c.

CAP. VI.

Alienatio de rebus ecclesiæ facta non tenet, et alienatores, nisi rem restituant, excommunicantur: et quilibet clericus potest contradicere, et rem cum fructibus repetere. H. d. Et est textus notabilis, et quotidie allegatur.

SYMMACHVS PAPA 11). (c. 6. comp. cit. 1.)

Si quis presbyterorum, diaconorum, seu defensorum alienanti prædium ecclesiæ subscripserit, quo iratus Deus animas percutit; anathemate feriatur, [*seruata, quam præmisimus, in alienatorem vindicta:*] nisi forte et alienator, [*dum repetit,*] et qui acceperit *f*, celeri restitutione sibi prospexerint 12). Quod si minore animæ suæ cura remedium *g* oblatum neglexerint: præter pœnam, super hoc adscriptam, confectum exinde documentum viribus, quamuis ab initio nullas habuerit, vacuetur 13). Sed etiam liceat 14) *h* quibuscunque ecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre 14*), et vt cum fructibus possint 15) alienata reposcere, et ecclesiastica auctoritate fulciri. [*Hanc autem constituti legem in apostolica tantum volumus sede seruari, vniuersis ecclesiis per prouincias, quæ proposito religionis conuenire rectores earum viderint, more seruato.*]

11) Mentem eorum, quæ SYMMACHVS papa in *concilio Romano VI.* anno DIV. celebrato, apud HARDVIN. *tom. II. concil. p.* 991. constituit, RAYMVNDVS in compendio hic retulit, quæ etiam GRATIANVS in *c.* 2. *dist. X. c.* 57. *C. XVI. q.* 1. recensuit.
12) *Prospexerit*, C. R. et L. *prospexit*, c. 6. comp. cit. 1.
13) *Quod si minorem animæ suæ curam quisquam remedium oblatum forte neglexerit: super ea pœnarum genera, quæ superius tenentur adscripta, contra fas, si quod præceptum fuerit documentum, vniuersis viribus suis, quamuis ab initio nullas vires habuerit, efferetur.* Ita confuse cit. c. et ipsum concilium. Sed ego cum AVGVSTINO ad h. c. crediderim, pro vltimo verbo *efferetur*, legendum esse, vti est in concilio: *effetetur*, h. e. *destituatur*, sc. viribus.
14) *Liceat*, ibid.
14*) Post vocem *offerre*, verba in cit. c. ita se habent: *et ecclesiastica auctoritate fulciri, ita, vt cum fructibus possint alienata reposcere.*
15) Vox *possint*, a C. R. 1. abest.

CAP. VII.

Terra non fertilis ecclesiæ dari potest in emphyteusim ei, cuius studio reducatur ad culturam.

ALEXANDER III. *Vigorien* 16) *i episcopo.* (*ann.* 1180. *Roma in Angl.*)

Ad *k* aures: [*et infra.*] Illas terras, quæ de siluis exstirpatæ sunt arabiles factæ, eis hereditario iure poteris concedere 17) sub annuo censu reddendas 18), a quibus [*ipsas*] sua vel parentum suorum labore constiterit [*fuisse*] exstirpatas: nisi forte tunc aliis possint 19) ad maiorem [*tuæ*] ecclesiæ vtilitatem cum eodem labore et onere 20) conferri.

16) *Vigorn.* C. R. et L.
17) Sollemnitates consuetas non desiderat pontifex, quod ratio manifesta et sufficiens, tales terras exstirpatas in perpetuam emphyteusin concedendi iis, qui eas arabiles fecerunt, pro pensando labore et impensis, adsit, nec ecclesia inde damnum sed maiorem vtilitatem capiat.
18) *Reddendas*, C. R. 1.
19) *Nisi forte aliis possent*, cit. c.
20) *Maiore*, C. H.

CAP. VIII.

Iurans non alienare bona ecclesiæ, nec potest alienare ea, quæ sunt de mensa, vel ea, de quibus dubitatur, an sint de mensa. Hoc dicit, vsque ad §. *Possessiones.* Abbas.

COELESTINVS III. 21) *Rauenn. archiepiscopo.* (*ann.* 1196. *Roma in Flaminia.*)

Vt *l* super aliqua [*repositæ quæstionis dubietas apost. sed. prouidentia enodetur, Romana ecclesia, cui licet immeriti præsidemus, singulorum consultationibus consueuit respondere.*] Sane quæsiuisti a nobis, si possessiones, siue reditus regalium decimationum, et aliunde ex certis locis prouenientes, quos prædecessor tuus [*bonæ memoriæ,*] quousque diem clausit extremum, ad manus suas tenuit, et in proprium vsum excepit 22) vel expendit 23) *m*, nec aliis infeudauit, de mensa [*sua*] sint archiepiscopi intelligendi et de eis, cum sacramento fidelitatis tenearis 24) apostol. sedi nihil alienare, contractus alienationis cuiusli-

21) VRBANVS III *legendum esse, existimat* GONZ. *h.* et supplendum: GERARDO *archiepiscopo Rauennatensi.* Quo posito, ad annum MCLXXXVI. referenda foret hæc decretalis: quia hoc anno electus est VRBANVS III. Sed vix admitti potest hæc coniectura; quia GERARDVS iam decessit anno MCLXXXII, notante VGHELLIO in *Ital. sacra tom. II. p.* 373. *nouiss. edit.*: ergo ad eum VRBANVS III. decretalem hanc dirigere non potuit, sub cuius pontificatu iam WIDO sedem archiepiscopalem tenuit, licet RVBEVS, GERARDVM hunc fuisse, arbitretur, obseruante VGHELLIO *cit. l.*
22) *Accepit*, C. R. 1.
23) Verba *vel expendit*, desiderantur in C. R. L. H. ed. ant. et c. 1. comp. 2. h. t.
24) *Teneatur ab apostol. sede nihilominus caussa subiectionis contractus* etc. cit. c.

a *Ex eodem scil. concilio Toletan. IV. cap.* 66. b Libertos, duo vetusti codices. c *Burchard. libr.* 3. *decret. cap.* 144. *Ivo part.* 3. *cap.* 183. d *Vid. l.* 2. *et* 3. *ff. de diuers. temp. præscr.* e Conductionem, *aliter*, conditionem.

f *Aliter*, receperit. g *Aliter*, remedio. h Liceat. i Wigorn. *al.* Vigornensi. k *Post concil. Later. sub Alexandr. III. part.* 29. *cap.* 4. *et cap.* 7. *eod. tit. in* 1. *compilat.* l *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* m *Hæc duo verba, vel expendit, desunt in omnib. antiquis.*

bet possit interuenire. Tuæ ergo inquisitioni taliter 25) respond. quod, siue intelligantur de mensa, siue non, vt non alienentur, consultius existimamus 26). a

Possessiones ecclesiæ minus vtiles, pro vtilioribus de consensu capituli potest episcopus permutare vel alienare. H. d.

Possessiones vero, quæ ecclesiæ tuæ minus sunt 27) vtiles, pro aliis vtilioribus 28) de fratrum tuorum consilio, et b assensu sanioris 29) partis [*capituli*] alienandi seu commutandi [*tibi*] liberam concedimus facultatem.

25) *Præsenti pagina*, ibid.
26) *Aestimamus*, ibid.
27) *Existunt*, ibidem.
28) *Pro illis, quæ ipsi ecclesiæ sunt vtiliores*, ibid.
29) *Vel senioris*, C. R. atq L.

CAP. IX.

Canonicus prædium ecclesiæ perpetuo locare non potest.

IDEM. *Exonen. episcopo. (ann. 1196. Romæ in Angliam.)*

Ad c audientiam nostram noueritis 30) peruenisse, quod quidam de canonicis Exonen. ecclesiæ, quædam prædia eiusdem [*ecclesiæ*,] inconsultis aliis fratribus, in damnum eius 31) d [*et detrimentum eorum, accepta inde pecunia*,] in perpetuum 32) locauerunt 33). Ideoque 34) [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus, si verum est, quod asseritur, locationes illas legitime reuocare procures 35), ita [*quidem*,] quod, si eadem prædia non aliter reuocari poterunt 36) e, eos, quos noueris harum locationum auctores f, ad susceptam inde pecuniam conductoribus refundendam g appell. rem. compellas 37): [*ne, si huiusmodi locationes in suo contigerit stabilitate persistere, inde grauis eidem ecclesiæ possit incommoditas peruenire.*]

30) *Noueris*, C. R. L. H. ed. ant. Gonz. et c. 2. comp. cit. 2.
31) *Ecclesiæ*, c. cit.
32) *Perpetuo*, C. H.
33) *Locauerint*. C. R. 1.
34) Loco vocis: *ideoque*, c. cit. legit *vnde quoniam id indignum penitus noscitur et iniquum.*
35) *Curetis*, ibid.
36) *Potuerint*, C. R. L. et ed. Gonz. *poterint*, qu. In c. cit. autem verba huius commatis ita se habent: *quod si locata prædia non aliter reuocari poterint*, etc.
37) *Susceptam inde pecuniam refundere conductoribus compellas*. c. cit.

CAP. X.

Possessiones, quæ sunt de mensa, non possunt alienari. Et ecclesiæ consuetæ regi per regulares, secularibus clericis conferri, non debent. H. d. Ioann. de Imola.

INNOCENTIVS III. 38) *archiepiscopo Montis regalis (ann. 1198 Romæ in Siciliam.)*

Possessiones h ad mensam tuam vel capituli pertinentes, alienare non debes, aut ecclesias, in quibus monachi ministrare consueuerunt, clericis vel 39) laicis assignare [*personis.*]

38) Desumta est hæc decretalis ex *libr. I. epist. 106. edit. Baluz. anno primo regim. h. e. anno MCXCVIII. non MCCX*, vt PITHOEI existimarunt.
39) *Et*, c. 1. comp. 3. h. t.

CAP. XI.

Restituitur ecclesia contra alienationem, per quam enormiter fuit læsa. H. d. secundum lecturam veriorem.

IDEM *episcopo Mauriensi, et præposito Vlten. [et i Decano Hectorien. Turonen. et Maurien. Diœc.] (ann. 1210. in Galliam.)*

Ad k nostram noueris 40) audientiam peruenisse, quod, cum Tusien. 41) l monasterium depressum esset onere maximo debitorum, [*dil. fil.*] abbas et conuentus eiusdem villam quandam 42) necessitate coacti, R. 43) laico concesserunt in feudum, tali conditione apposita, quod idem [*laicus*] LXXX. libras persolueret, pro quibus eadem [*villa*] exstiterat obligata: quod [*idem*] non distulit effectui mancipare. [*Verum quia præfatum monasterium est, sicut dicunt, enormiter in hoc læsum, eo, quod de redditibus villæ præfatæ conuentus diebus singulis vnum ferculum, et in festis duodecim lectionum, pisces vel aliud æquipollens consueuit percipere;*] [*nobis*] humiliter supplicarunt m, vt feudum prædictum faceremus ad vtilitatem monasterii reuocari 44): præsertim cum idem Laicus primo anno de ipsius prouentibus vltra summam perceperit prætaxatam, et per multos postmodum annos sumpserit 45) eius fructus. [*Nos ergo sic volentes grauaminibus, præfati monasterii prouidere, quod alii videamur iniuriam irrogare, discr. v. per a. s.*] n mandamus, quatenus, [*inquisita plenius veritate*,] si prædictum monasterium, propter hoc inueneritis enorme dispendium incurrisse, [*sæpe*] dictum laicum, vt pecunia, quam pro exoneratione [*prædicti*] feudi, seu etiam pro vtilitate ipsius monasterii expendisse noscitur, ab eisdem 46) abbate et conuentu recepta, cum sibi fructus percepti [*hactenus*] sufficere debeant pro labore 47), præfatum feudum eidem monasterio dimittat liberum et quietum, appellatione postposita, [*mon. præu. per cens. eccl.*] compellatis.

40) *Noueritis*, C. R. H. ed. Gonz et c. 2. comp. cit. 3.
41) *Cusiensi*, legit C. R. 2. vel potius *Secusiensi*, vt obseruat Gonz. h. n. 2.
42) Pro dictione *quandam*, c. cit. habet: *quæ lannea appellatur vulgariter.*
43) *Riec.* C. L. *Bonuardo*, c. cit.
44) *Reuocare*, cit. c.
45) *Suppressit*, ibid.
46) *Ab eodem*, ibidem.
47) Soluerat R. laicus LXXX. libras, quibus monasterium ab onere maximo debitorum liberauerat, et sic interim vsu pecuniæ suæ carueret. Deinde seruitia feudalia præstiterat monasterio pretio æstimabilia. Denique in culturam et curam laborem insignem impenderat. Omni vero probabilitati repugnat, R. laicum *primo anno* vltra summam dictam de redditibus villæ percepisse, quæ si tot fuissent reditus, facile sine omni alienatione vel infeudatione æs alienum monasterium soluere potuisset, et admodum iniqua hæc decisio ratione redituum fuisset, si adductam circumstantiam, vt veram, præsupposuisset pontifex. Quin potius, ea neglecta, ex *æquo et bono* caussam hanc dirimi, longe aliter decidendam, si iam enormis læsio, improbabilis tamen, apparuisset, vel probata fuisset.

CAP. XII.

Alienatio rei ecclesiasticæ facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, non tenet, licet approbetur per constitutionem laicorum.

IDEM *in concilio generali.* o *(ann. 1216. Romæ.)*

Cum p laicis, quamuis religiosis, disponendi de rebus ecclesiæ 48) nulla sit attributa potestas 49) q, quos obsequendi 50) manet necessitas, non auctoritas 51) imperandi: dolemus, in quibusdam ex illis r sic refrigescere caritatem, quod immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam non tantum 52) sancti patres, sed etiam principes seculares priuilegiis multis munierunt, non formidant suis constitutionibus, vel potius 53) destitutionibus 54) s, impugnare t, non solum de alienatione feudorum, ac aliarum possessionum ecclesiarum 55), et vsurpatione iurisdictionum, sed etiam de mortuariis, nec non et aliis, quæ iuri spirituali annexa videntur, illicite præsumendo. Volentes igitur super 56) his indemnitatibus consulere ecclesiarum, ac tantis grauaminibus prouidere, constitutiones et venditiones huiusmodi feudorum, seu aliorum bonorum ecclesiasticorum 57), sine legitimo personarum eccles. assensu præsumptas, occasione constitutionis laicæ potestatis, cum non constitutio, sed destitutio vel destructio dici possit, nec non vsurpatio iurisdictionum 58) v, sacri approbatione concilii decernimus 59) non tenere, præsumptoribus per censuram ecclesiast. compellendis 60).

48) *Ecclesiasticis*, c. vn. comp. 4. h. t.
49) Hanc rationem pro more desumsit pontifex ex *decreto* GRATIANI, et quidem ex *c. 24. C. 16. q. 7.* Verba vero, quæ sequuntur, ex *c. 1. §. 4. dist. XCVI.* quæ sunt LAVRENTII episcopi Mediolanensis, hausta sunt.
50) *Subsequendi*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
51) *Autem*, cit. c. loco vocis: *auctoritas.*
52) *Nedum*, ibid. pro *non tantum.*
53) Verba *vel potius*, a C. R. 1. absunt.
54) *Constitutionibus*, cit. c.
55) *Ecclesiasticarum*, C. H.
56) Præp. *super*, deest ibid.
57) *Ecclesiæ*, C. R. 2.
58) *Iurisdictionis*, cit. c.
59) *Decernimus*, C. H et cit. c.
60) *Compescendis*, cit. c.

TITVLVS XIV.
DE PRECARIIS.

CAP. I.

Breue est, nec potest breuius summari.

Ex concilio apud Beluacen. 61) x *(ann. 845. in Gallia.)*

Precariæ de quinquennio in quinquennium secundum auctoritatem et antiquam consuetudinem renouentur.

61) *Beluacum*, c. 1. comp. 1. h. t.

CAP. II.

Reuocat successor precariam, per prædecessorem irrationabiliter factam.

Ex concilio Carthaginen. 62) y *(in Africa.)*

De precariis, irrationabiliter factis a rectoribus ecclesiarum, se suosque successores pœna graui obligantibus, vt facta ipsorum dissoluere

62) In notis iam obseruatum est *in s. pag. huius*, in conciliis Africanis hoc capitulum non reperiri. Exstat autem in *LL. Longobardicis libr. III. tit. 10 leg. 2.*

a Aestimamus. b Vel. c *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. et vid. Auth. consf. 115.* d *Al. ita:* in damnum ecclesiæ. e Poterint, potuerint. f Actores. g Referendam. h *C. 1. eod. tit. in 3. compil.* i Vlten. *al.* Vltricen. *al.* Vlrien. k *C. 2. eod. tit. in 3. compil.* l *Al.* Secusien. *al.* Cussien *vel* Cusiin. *in antiquioribus.* m *Vid. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor.*

n *De intellectu huius textus vide latissime per Couarruu. l. 1. var. resol. c. 3.* o *Later. conc. gener. sub Innoc. III. c. 44.* p *C. vnico, eod. tit. in 4. compil.* q Facultas. r *Al.* Istis. s *Al.* destructionibus. t *Vid. auth. cass. per Carth. C. de sacrosanct. eccles.* v iurisdictionis. x Beluacum. *Burch. l. 3. c. 169. Ivo p. 3. c. 210 et c. 1. eod. tit. in 1. comp.* y *Ant. August. in not. antiqu. collectionis eod. tit. c. 2. ait, se non inuenisse in conciliis hoc caput.*

ne-

nequeant 63), præcipimus, vt nemo successor antecessoris sui 64) pœna 65) sit obligatus, sed suæ prouidentiæ 66) sit concessum, vt, si antecessor eius res ecclesiæ irrationabiliter distribuit 67), ab eo ad ius eiusdem ecclesiæ reuocentur.

63) *Eorum nequiuissent absoluere*, c. 2. comp. cit.
64) Pron. *sui*, e C. B. 1. abest.
65) *In antecessoris sui pœnam*, cit. c.
66) *Prudentia*, ibid.
67) *Distribuerit*, ibidem.

CAP. III.

Concessio precarii exstinguitur voluntate concedentis, aut ei succedentis: precariæ autem concessio non.

GREGORIVS IX. (*ann. 1235. Romæ.*)

Precarium *a* vtendum conceditur, quamdiu patitur, qui concessit. Soluitur quoque obitu eius, cui concessum est, non *b* etiam concedentis; aut cum ipsum alienari contingit alicui, hoc reuocare volenti: quia per conuentionem huiusmodi non licet rem alienam inuito domino possideri 68). Porro precariæ, quæ quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium reuocandæ. c

68) *Possidere*, C. H.

TITVLVS XV.
DE COMMODATO.
CAP. VN.

Commodatarius gratia sui tenetur etiam de leuissima culpa, non de casu, nisi in tribus casibus hic positis. Et commodatum ante vsum completum non reuocatur. H. d.

IDEM GREGORIVS IX. (*ann. 1235. Romæ.*)

Cum *d* gratia sui tantum quis commodatum accepit; de leuissima etiam culpa tenetur: licet casus fortuitus, nisi acciderit culpa sua, vel interuenerit pactum, seu in mora fuisset, sibi non debeat imputari. Contra eum quoque recta commodati non agitur, nisi post vsum expletum, cuius gratia res fuerat commodata: cum non decipi beneficio nos oporteat, sed iuuari 69).

69) *Adiuuari*, ed. Cont. et Pith.

TITVLVS XVI.
DE DEPOSITO.
CAP. I.

Ex deposito, facto apud clericum ecclesiæ, non tenetur ecclesia: nisi in vtilitatem ecclesiæ sit versum.

ALEXAND. III. *London.* 70) e *episc.* (*ann. 1180. Romæ in Angl.*)

Grauis *f* illa [*et adibilis*] querimonia, [*quæ*] vsque ad nos super deposito tuo, tibi hactenus denegato, peruenit, [*duplici nos anxietate perstringit, eo, quod tibi in hoc et deesse non possumus, et adesse, prout velles efficaciter, non valemus,*] Cum enim non constet [*nobis,*] pecuniam tuam, quam ille vir Belial [*impia et detestabili surreptione*] furatus est, in ecclesiæ vtilitatem 71) conuersam; non debemus de iure, [*nec possumus*] contra [*canonici, vel*] canonicos eiusdem ecclesiæ præcise intentare iussionis instantiam, vt tibi eandem reddant pecuniam 72), personæ, [*vt dicunt,*] non ecclesiæ commendatam.

Quocirca [*discretioni tuæ consulimus, et in æternæ caritatis diligentia*] suademus, vt in [*raptorem*] illum [*et*] furem tuam [*interim*] dirigas actionem, eo, quod, vt audiuimus, loculos habet, et ea, quæ tibi subrepta 73) sunt, asportauit 74). Nam et [*nos ipsi*] iudicibus 75) dedimus in mandatis, vt illum 76) iniquum sub [*duris*] quæstionibus 77) ad rationem ponant, [*et,*] etiamsi oportuerit 78), vinculis [*macerent*] alligatum, [*et affligant,*] vt dictam pecuniam reddere compellatur 79). [*Ceterum circa ecclesiam illam affectum te habere volumus, vt nil ab ea requiras indebitum.*] Si autem cum eis amicabiliter poteris de 80) redituum perceptione pacisci: noueris id nobis acceptum.

70) *Lugdun.* c. 2. comp. 1. h. t. rectius legit.
71) *In vtilitates*, c. cit.
72) Vox: *pecuniam*, desideratur ibid.
73) *Arrepta*, C. B. 1.
74) *Portauit*, cit. c.
75) Loco: vocabuli *iudicibus*, in cit. c habentur sequentia: *venerabilibus fratribus nostris Senon. archiepisc. A. S. L. et Parthens. episcopo.*
76) Vox *illum*, ibid non legitur.
77) Non quod torturæ subiiciendus, sed quod arctius examen cum eo instituendum, et contra pertinacem etiam vinculis vtendum.
78) *Oportuit*, C. B.
79) *Vt cogatur bene ligatus reddere, quod male dissolutus ausus est asportare.* cit. c.
80) Partic *de*, non est in cit. c.

CAP. II.

Dicit, ad quid tenetur depositarius, et quomodo repetatur depositum.

GREGORIVS IX. (*ann. 1235.*)

Bona fides *g* abesse præsumitur, si, rebus tuis saluis existentibus, depositas amisisti. De culpa quoque teneris, si te ipsum deposito obtulisti, vel si aliquid pro custodia recepisses. Pacto vero, culpa vel mora præcedentibus, casus etiam fortuitus imputatur. Sane depositori licet 81) pro voluntate sua depositum reuocare, contra quod compensationi vel deductioni 82) locus non fuit, vt contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minime referatur *h*: licet compensatio admittatur in aliis 83), si caussa, ex qua postulatur, sit liquida, ita, quod facilem exitum credatur habere.

81) *Licuit*, C. H. ed. ant. Cont. et Pith.
82) *Deductionibus*. C. L.
83) In aliis scilicet contractibus, excepto deposito, in quibus tamen aliter *l. f. C. de compens.* non admittit compensationem, quam si debitum compensabile liquidum sit: quod hic pontifex repetit ex iure ciuili.

TITVLVS XVII.
DE EMPTIONE ET VENDITIONE.
CAP. I.

Cogit episcopus, ne carius vendatur transeuntibus, quam in mercato venderetur.

Ex Concilio apud Valen. 84) *i*

Placuit, vt presbyteri *k* plebes suas admoneant, vt et 85) ipsi hospitales 86) sint, et non 87) carius vendant transeuntibus, quam mercato vendere possunt 88): alioquin 89) ad presbyterum transeuntes hoc referant, vt illius iussu cum humanitate sibi 90) vendant.

84) Codices MSCti et edit. antiqu. mirum in modum hic variant. HARDVINVS *tom. II. coll. concil. p.* 1184. hoc capitulum retulit ad *concilium Aruernense*, anno DXXXV. sub THEODEBERTO, rege habitum, ex vetusto codice.
85) Partic. *et*, in cit. c. non habetur.
86) *Hospites*, C. L.
87) *Et nisi*, cit. c.
88) *Nisi quantum in mercato vendere possint.* ibid.
89) Loco vocis *alioquin*, ibid. legimus: *Quod si carius vendere voluerint.*
90) *Eis*, ibidem.

CAP. II.

Fraudans mensuras et pondera, triginta diebus in pane et aqua pœnitere debet.

Ex concilio Moguntin. 91) (*in German.*)

Vt mensuræ et pondera iusta fiant, [*sicut in diuinis legibus sancitum est, et in capitulari domini Caroli continetur, sicut et ipse socer conuentus statuit, sic in omnibus obseruare placet. Et,*] si quis iustas mensuras et iusta pondera caussa lucri mutare præsumpserit, XXX. 92) dies in pane et aqua pœniteat.

91) Sententia capituli refertur in *c.* 16. *concil. Arelat. VI. de anno DCCCXIII.* apud HARDVIN. *tom. II. concil. p.* 1008. *libr. III. capitul.* 90. apud BALVZ. *tom. I. capitular. p.* 771. et REGINONEM *libr. II. c.* 427. In conciliis Moguntinis editis vero non habetur.
92) *Viginti*, c. 3. comp. cit. 1.

CAP. III.

Tenet venditio, licet venditor sit deceptus vltra dimidiam iusti pretii; potest tamen venditor agere, vt restituatur res vel iustum pretium suppleatur: et, si alterum præcise petit, succumbit.

ALEXANDER III. *Attrebaten. episcopo.* (*ann. 1170. Romæ in Gall.*)

Cum dilecti *l* filii Beluacen. canonici contra [*religiosos viros*] abbatem et fratres Coriloci 93) *m* proponerent querimoniam 94), quod siluam, quæ Nigra vallis dicitur, a quibusdam eorum, ignorante capitulo 95), X. libris, XL. marchas tunc valentem, comparassent: [*post multas commissiones eamdem*] caussam ipsam [*ven. fratri nostro*] Morinan. 96) *n* episcopo, et [*dilecto filio*] decano Remen. [*sub certa forma*] commisimus terminandam, adiicientes [*in litteris,*] quod, si 97) vterque [*eosdem*] caussæ cognitioni interesse nequiret, alter, [*adhibitis sibi viris prudentibus et honestis,*] in eodem negotio procedere non differret. [*Cum itaque decanus partes ad suam propter hoc præsentiam conuocasset: abbas et monachi non ad agendum et respondendum, sed ad quærendum dilationes, nuntios destinarunt, asserentes, quod ad nos miserant, et ad audientiam nostram appellauerant. Verum quia in litteris appellatis*

93) *Caroli loci*, C. L. H. et c. 4. comp. cit 1.
94) Vox: *querimoniam*, e C. B. et cit. c. abest.
95) Præp. *pro*, in C. L. H. et cit. c. deest, sed in C. B. eam addidit manus recentior.
96) *Morien.* C. B. 2. et cit. c. *Morifen.* ed. ant.
97) *Vt, si*, C. H.

a *Vid. l.* 1. *et ibi gloss. et Bart. ff. eod. tit.* b *Hostiensis, legendum, seu corrigendum hic admonet* [illegible]: sed non concedentis. c *Vid. l. creditores. et quod ibi not. Bart. c. de pignor.* d *Vid. text. in §. item is, cui res. Instit. quibus modis re contrahitur obligat.* e London. al. Ludon. al. Lugdonen. al. Landonien. al. Linconien. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 50 *c.* 25.

g *Vid. text. et ibi plene per Doct. §. præterea et in Inst. quib. mod. re contrah. oblig. et Anton. Gouea. tom.* 2. *var. resol. c.* 7. h Reducatur. i Alumnias *al.* Aluim. *al.* Aluernam. *al.* Alouram. *al.* Alacen. k *Burch. l.* 2. *decr. c.* 168. *Ivo p.* 6. *c* 259. *et c.* 2. *eod. tit in* 1. *compil. Vid. B. Thom. et ibi Caiet.* 21. *q.* 77. *art.* 1. *Couarr. l.* 3. *c.* 14. *var. resol.* l *Cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp.* m Caroli loci. n Morin

remota fuerat:] tandem 98) decanus in illius caussæ cognitione processit. Et cum ei per testes 99) a [*canonicorum Belvacens.*] constitisset, quod prædicti fratres silvam minus dimidia iusti pretii comparassent: pronuntiavit 100) b, venditionem non tenere, et silvam [*ipsam*] Belvacen. ecclesiæ adiudicans, canonicos in possessionem induxit. [*Nunciis igitur utriusque partis in nostra propter hoc præsentia constitutis, dum ex parte canonicorum instanter et sollicite peteretur auct. ap. confirmari, habita deliberatione cum fratibus nostris et aliis sapientibus viris, qui legibus iurati iudicant, eandem sententiam iuri contrariam intelleximus.*] Quia vero 1) in arbitrio 2) emptoris est, si velit 3), supplere iustum pretium, aut venditionem rescindere cum res minus dimidia iusti pretii c comparatur: sententiam ipsam, tanquam iuri contrariam, irritantes, possessionem monachis iudicavimus esse reddendam, salva [*omni*] quæstione canonicis 4) super deceptione pretii, vel consensu capituli in venditione 5) non habito, et alia caussa 6) rationabili, quam canonici contra monachos duxerint proponendam.

98) Partic. *tandem*, deest in cit. c.
99) Verba *per testes*, a C. 8. L. et H. absunt.
100) *Pronuntiavit*, in C. 8. L. ed. ant. et cit. c. desideratur.
1) *Vero*, a C. L. et cit. c. abest, in quo ultimo propterea series verborum ita variat: *intelleximus, quia in arbitrio emtoris est, si velit, supplere aut venditionem rescindere, cum res minus dimidia iusti pretii comparatur. Ea propter sententiam de communi consilio, fratrum et prædictorum sapientum irritantes possessionem etc.*
2) Nec hoc arbitrium emtori per sententiam ereptum fuit, ad cuius *beneficium et facultatem* tantum pertinet, id, quod deest iusto pretio, supplere, si venditionem servare malit; adeoque ad hoc se in ipso exsequutionis termino offerre adhuc potuit; id quod ubi neglexit, sibi, quod imputet, habet. Neque enim, ut censuit cum glossatoribus pontifex, *alternative* sententia ferenda, aut *alternative* agendum, sed actio ad rescindendum competit, facultas autem, supplendi pretium, ad beneficia reorum pertinet, ab his observanda, non ab actoribus suggerenda. Breviter, mens *l. 2. C. de rescind. vendit.* est: venditor læsus ultra dimidium in pretio, agit ad rescindendum, et ad id condemnandus reus, nisi malit id, quod iusto pretio deest, *sponte* supplere.
3) Verba *si velit*, in C. 8. 2. desunt.
4) Vocabulum *canonicis*, non est in cit. c.
5) *In venditionem*, legitur, ibid.
6) Vox *caussa*, ibid. omittitur.

CAP. IV.

Si vir habeat alia bona, unde uxor possit sibi consulere, et, consentiente uxore, rem propter nuptias donatam uxori vendiderit; emptorem, qui spatio triginta annorum rem possederit, non potest uxor inquietare super ea: maxime si pretium fuit conversum in communem usum viri et uxoris. H. d. secundum intellectum, quem tenet Panorm. et est casus notab. limitans ius civile. Secundum Io. Andr. non oportet adiicere, *maxime*, sed omnia illa tria necessario requiruntur.

COELESTINVS III. (*ann.* 1194. *Romæ.*)

Pervenit d ad nos [*ex insinuatione tua*,] quod [*olim*] Petrus, miles, A. uxori suæ quandam domum in donationem 7) propter nuptias assignatam, muliere ipsa expressum 8) dante consensum, B. mulieri vendidit pro certa pecuniæ quantitate, [*quam ex eadem venditione B. matrimonio supra dicto constante, XXX. annis libere pacificeque possedit.*] Præmonominato vero milite viam 9) universæ carnis ingresso, relicta eius venire contra hoc 10) præsumit, allegans, dictam domum, titulo donationis propter nuptias sibi concessam, alienari non potuisse 11); licet eius consensus ipsi noscatur 12) contractui accessisse e. Præfata vero B. [*mulier*] ex eo nititur se tueri, quod triginta annis f constante illorum matrimonio, domum ipsam 13) bona fide, tituloque iusto possedit. Et quia in communes usus viri et uxoris, illius pretium est conversum, ac 14) factæ venditionis tempore, unde sibi præfata mulier 15) [*utiliter*] consulere potuisset: in viri facultatibus consistebat. Quia igitur 16) super his nos consulere curasti 17): [*tuæ sollicitudini*] respondemus, prædictam emptricem, si vera sunt, quæ præmisimus, [*domum ipsam debere pacifice possidere. Nec enim credimus, illam*] præscriptis occasionibus super ipsa domo posse ulterius 18) fatigari.

7) *In donatione*, c. 2. comp. 2. h. t.
8) *Expressim*, ibidem.
9) *Iter*, ibid.
10) *Contra venditionem de suo consensu sollemniter celebratam*, ibid. loco dictionum: *contra hoc*.
11) *Non posse*, cit. c.
12) *Nascitur*, C. H.
13) Hic desiderantur in cit. c. verba: *triginta annis etc. domum ipsam.*
14) Loco partic. *ac*, in cit. c. sunt hæc verba: *et quia etiam.*
15) Hæc verba: *præfata mulier*, ibid. hæc ommittuntur.
16) *Unde quia*, ibid.
17) *Voluisti*, C. 8. 1.
18) *Ulterius*, C. H.

CAP. V.

Si in venditione apponitur pactum de recuperanda re: post certum tempus, modico constituto pretio, præsumitur pignus, et non venditio.

INNOCENTIVS III. *episcopo Pallienen.* 19) g (*ann.* 1208. *in Angliam.*)

Ad nostram h noveris audientiam pervenisse, quod, cum R. laicus, lator præsentium 20) i, ab M. mutuum recipere 21) voluisset, creditor [*Ternens. diœces.*] ne per canonem contra usurarios editum k, posset in posterum conveniri, domos et olivas [*ipsius*] recepit ab eodem titulo emptionis; cum re vera contractus usurarius ageretur l: quod patet ex eo, quod creditor, [*sicut publicum continet instrumentum,*] debitori promisit, quod 22), quandocunque a septennio usque ad novennium daret LX. 23) uncias Tarenorum 24), quæ 25) vix dimidium m iusti pretii contingebant, domos eius 26) restitueret et olivas. Quia igitur fraus et dolus cuiquam patrocinari n non debent: [*s. e. per a. s.*] mandamus, quatenus, si res ita se habet, instrumento venditionis, confecto in fraudem canonis, promulgati contra usurarios, non obstante, prædictum M. 27) ad restituendas domos et olivas [*prædictas*] ei, ad quem debent hereditario iure devolui, cum debitor sit viam universæ carnis ingressus, per pœnam, in Lateran. concilio contra usurarios promulgatam, appellatione remota, compellas.

19) *Pallien.* c. 1. comp. 3. h. t. vel potius PENNENSI ex sententia CVIACII et GONZAL.
20) Verba *lator præsentium*, a C. 8. L. H. ed. ant. et cit. c. absunt.
21) *Accipere*, C. H.
22) *Ut*, ibid.
23) *XL.* est in C. 8. 2. et ed. gloss.
24) *Tarentorum*, C. H. *Catalaunorum*, ed. ant.
25) *Quæ*, cit. c.
26) *Ei*, est ibid.
27) *Martinum*, C. H.

CAP. VI.

Venditor, deceptus ultra dimidiam iusti pretii, agere potest, ut res sibi, reddens pretium acceptum, restituatur, vel iustum pretium suppleatur: et in hoc electio est emptoris. H. d. secundum Antonium.

IDEM *episcopo et archid. Urbinatensi* 28) (*ann.* 1208. *Romæ in Tusciam.*)

Cum caussa o, quæ inter œconomum monasterii sancti Martini de monte [*Viterbien.*] ex parte una, ac [*F. et R.*] cives Viterbienses 29) ex altera, super casamentis 30) [*quondam Tornampartis et terris Densiare et salicis, et molendino, ubi facta est Gualcheria,*] vertebatur, [*coram nobis*] fuisset aliquamdiu ventilata; [*nos, intellectis rationibus, utriusque partis, attestationibus diligenter inspectis,*] cum constitisset nobis, monasterium [*ipsum*] in [*prædictarum rerum*] venditione ultra dimidiam iusti pretii fuisse deceptum, sententiando decrevimus, ut præfati cives aut, recepto pretio, possessiones restituerent memoratas, aut supplerent 31), quantum constaret legitimæ venditionis tempore iusto pretio defuisse.

28) *Urbinatensi*, rectius legunt C. 8. 1. 2. et H. *Urbevetanum* est Etruscorum civitas. GONZAL. habet: *Viterbiensi*.
29) *Alterutra*, C. 8. 2.
30) *Accasamentis*, C. 8. 1. H. et c. 3. comp. cit. 3.
31) *Complerent*, C. H. De cetero integrum cap. vide supra c. 42. de testib.

CAP. VII.

Ponit tres casus, in quibus, re evicta, non tenetur venditor emptori de evictione.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1235.)

Si venditori post p institutum contra se iudicium quis omiserit, ut rem venditam sibi defenderet, nuntiare, vel contumaciter absfuit tempore sententiæ promulgatæ, seu per iniuriam sententia lata fuit: de evictione iuxta legitimas sanctiones agere non valebit.

TITVLVS XVIII.
DE LOCATO ET CONDVCTO.

CAP. I.

Excommunicati sunt magistri et scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conducunt hospitia aliorum magistrorum vel scholarium, sine eorum consensu.

CLEMENS III. (*ann.* 1189. *Romæ in Flaminiam.*)

Ex rescripto q literarum [*piæ record. P. quondam*] Tusculanen. 32) episcopi nobis innotuit, quod, cum civitatem Bonon. tempore suæ legationis intrasset, [*invenit, ibi fuisse a bon. mem. W. quon-*

32) *Tusculani*, C. 8. 2. sed C. 8. 1. et L. *Tusculan.* Ceterum huic vocabulo CONTIVS præmisit verba: *piæ record. P. quondam.*

a *Hæc duo verba, per testes, desunt in omnibus manuscr. et aliis antiqu. exemplarib.* b *Verbum, pronuntiavit, deest in antiquis, quod tamen adesse debere postulat series textus.* c *Vide l. 2. C. de rescind. vend. per Pinellum.* d *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* e *Vid. auth. sive a me. C. ad Velleianum.* f *Al. per 30. annos, etc.*

g Pallionen. *al.* cap. Pallion. h *Cap. 1. de empt. in 3. compil.* i *Hæc duo verba, lator præsentium, desunt in omnib. antiqu. codicib.* k Edictum. l Extitisset. m Dimidium. n Debet. *l. si in fraudem. C. de leg. l. 1. ex dolo ff. de dolo. Intellectus. Auth. sive a me. C. ad Velleian.* o *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* p *Vid. Anton. Gometz. tom. 2. var. resol. c. 2. de empt. et vend.* q *C. un. eod. tit. in c. 2. comp.*

dam

dam Portuen. episcopo constitutum, et sub excommunicatione prohibitum, ne aliqui scholares hospitia maioris mercedis promissione conducerent, vt ea sibi vel maioris gloriæ studio, quasi potentiores in expensis apparere valentes, vel priuatæ vtilitatis commodo vindicarent. Vnde ipse sollicita prouisione considerans, quod huiusmodi conditionis improbitas et discordiæ fomitem, et impedimenta non modica pareret studiorum, prædictam] constitutionem, factam ab episcopo Portuen. apostol. sed. leg. at a prædicto Tusculan. 33) episcopo 34) postmodum confirmatam, videlicet vt nullus 35) magistrorum a (seu) scholarium super conducendis aliorum hospitiis in læsionem et præiudicium 36) habitantium audeat hospitem conuenire, nisi prius constiterit tempus conductionis elapsum, vel inquilini in hoc suum in fauorem præstiterint et consensum 37), cum idem 38) Portuen. sub excommunicatione b hoc prohibuerit obseruandum, ratam esse decernimus 39), et [*eam*] auctoritate apostolica confirmamus, statuentes, vt a te, frater episcope, et tuo quolibet successore hoc 40) singulis annis in communi audientia magistrorum atque scholarium recitetur, [*et prætextu prauæ conductionis improbitas, innouata excommunicationis sententia exprimatur. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam nostræ confirmationis infringere, etc.*]

33) *Tusculano*, C. R. 2.
34) Vox *episcopo*, a C. R. et L. abest.
35) Post vocem *constitutionem*, c. 1. comp. 2. h. t. ita variat: *legatione, qua fungebatur, sedis ad confirmante, perpetuis temporibus sub pœna decernens anathematis obseruandam, vt nullus* etc.
36) *Vel præiudicium*, C. R. L. ed. gloss et cit. a.
37) Infinita priuilegia scholares Bononienses sibi attribuerunt, nullo iure fundata, quæ tamen passim a glossatoribus vel interpretibus iuris iis asserta sunt sine fundamento, collecta a REBVFFO *de priuileg. scholar.* His sine dubio annumerarunt ius expellendi alios aedium conductores ante tempus, si scholaribus commodior talis habitatio visa fuerit: quod merito reprobat pontifex, nec in aliis, veluti militibus tolerandum.
38) *Et cum idem*, C. L. Sed loco horum et sequentium verborum in cit. c. ita legimus: *quocirca nos, qui detestabiles versutias, bona fidei contractibus inimicas, non solum in clericis, sed etiam in quibuslibet mercatoribus condemnamus, prædictam constitutionem a præfato Portuen. episcopo factam, et demum a iam dicto episcopo Tusculano confirmatam, ratam esse* etc.
39) *Decreuimus*, C. R. et cit. c.
40) Loco vocis *hoc*, cit. c. habet: *præsens pagina*.

CAP. II.

Personæ ecclesiasticæ locare possunt prouentus decimarum his, cum quibus conditio ecclesiæ fit melior, statuto diœcesani contrario non obstante: et eadem ratio est de aliis rebus ecclesiæ.

INNOCENTIVS III. 41) *abbati et conuentui S. Petri de Pratellis London.* c *diœcesis.* (*Romæ in Angliam* Conf. c. vn. comp. 5. h. t.)

Vestra nobis relatio declarauit, quod, cum ad firmam 42) fructus vestrarum dare consueueritis 43) decimarum, [*diœcesani locorum statutum quoddam de huiusmodi decimis non locandis parochialibus presbyteris ediderunt, per quod vtilitas vestra non modicum impeditur: quare super hoc apostolicæ prouisionis remedium imploratis. Nos igitur vtilitates vestras nolentes indebite impediri, auctoritate vobis præsentium indulgemus, vt,*] diœcesi. episcoporum 44) statuto contrario 45) non obstante, vestrarum decimarum prouentus illis 46) libere locare possitis, [*quibus vobis expedire videritis, et*] cum quibus ecclesiæ vestræ 47) conditionem potteritis facere meliorem, ita tamen, quod huiusmodi locatio ad feudum vel alienationem non videatur 48) extendi.

41) ALTESERRA ad hunc textum commentarium non dedit: quia non INNOCENTIO III. sed HONORIO III. adscribendus, vt recte legunt C. a L. H. et c. vn. comp. 5. h. t. Præterea loco *London. diœcesis*, rectius legit C. R 1. *Lexouien.*
42) In Anglia *firmam* dicebant *reditum* vel *præstationem annuam aut annonariam*, in elocandis prædiis domino reseruatam, vt in Germania in contractu villicationis fieri solet. Vnde antiquæ formulæ: *tenere pro hoc vel illa firma: pro eadem firma tenere, per quam terras prius tenere consueuerunt*, quæ in Anglicanis documentis sæpe occurrunt, relatis in KENNETTI tr. Anglice scripto, cui titulus: *parochiall antiquities.*
43) *Consueueritis*, C. L.
44) Pro his duabus vocibus cit. a. habet: *huiusmodi.*
45) Vox *contrario*, desideratur ibidem.
46) Pron. *illis*, ibid. non legitur.
47) Dictio, *vestræ*, non est in cit. a.
48) *Non valeat*, ibidem.

CAP. III.

Propter sterilitatem grauem conductori sine culpa sua contingentem, remittitur pensio pro rata: nisi possit cum vbertate præcedentis, vel sequentis temporis compensari. H. d. vsque ad §. *Verum.*

GREGORIVS IX. (*ann.* 1235. *Romæ.*)

Propter e sterilitatem, afficientem magno incommodo conductores, vitio rei, sine f culpa coloni, seu casu fortuito contingentem 49) g, colonis ecclesiæ tuæ pro rata pensionis remissio est facienda: nisi cum vbertate præcedentis vel subsequentis 50) h anni valeat sterilitas compensari.

49) *Vitio rei, sine culpa coloni, siue casu fortuito contingente*, ed. ant.

Ponuntur hic quatuor casus, in quibus inquilinus potest ante tempus conductionis finitæ licite expelli. Abbas.

Verum inuito inquilino domum inhabitare vel reficere poteris, si necessitas, quæ tamen non imminebat locationis tempore, id exposcat, remissa sibi pro residuo temporis 51) pensione: qui etiam inde rationabiliter amouetur, si peruerse ibi fuerit conuersatus 52), vel, cum canonem per biennium non soluisset, sibi satisfactione celeri non prouidit. i

50) *Sequentis*, C. R. et L.
51) *Tempore*, C. R. H. et ed. ant.
52) *Versatus*, C. R. 1. et L.

CAP. IV.

Emphyteuta ecclesiæ meliorationes suas vendere non potest: nisi seruatis his; de quibus hic. Et si contra fecerit, vel canonem per biennium non soluerit, nec moram postea celeriter purgauerit: iuste potest expelli.

IDEM. (*ann. eod.*)

Potuit emphyteuta, ecclesia primitus requisita, eique nuntiato, quantum sibi ab aliis offertur 53) k, si nolle se emere dixerit, vel a denuntiationis tempore duorum mensium spatium sit elapsum, meliorationes et ius sibi competens aliis vendere, qui ab emptione huiusmodi minime prohibentur. Emphyteuta quoque secus præsumendo, vel cessando in solutione canonis per biennium, nisi celeri satisfactione 54) postmodum sibi consulere studuisset, iuste potuisset repelli 55) l, non obstante, quod ei, vt canonem solueret, non exstitit 56) nuntiatum: cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellet. m

53) *Affertur*, C. R. L. et H.
54) H. e. re adhuc integra, antequam dominus se declarauerit, quod ad priuationem agere velit.
55) *Expelli*, C. R. L. et H.
56) *Exstiterit*, C. R. 1.

TITVLVS XIX.
DE RERVM PERMVTATIONE.

CAP. I.

Principi potest rem ecclesiæ immobilem per permutationem acquirere, data re meliori vel æquali. H. d. Et in hoc, quod dicit, vel æquali, est casus notabilis.

Ex concilio apud Siluen. 57) (*ann.* 864. C. 1. comp. 1. h. t.)

Si princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare, et accipere ab eis 58) aliam immobilem, eoque modo de communi voluntate 59) permutationem contrahere: liceat ei hoc facere, si caussa rationabilis id exposcat, et res, quam præstiterit, maior fuerit, vel æqualis 60), [*diuina*] pragmatica sanctione super hoc [*ab eo*] promulgata.

57) Idem hic repetendum, quod supra ad *c.* 5. *X. de rebus eccles. alien. not.* 1. obseruatum, videlicet sententiam huius capituli desumtam esse ex *tit.* 7. *c.* 12. et repetitam in *capitular libr. II. c.* 30. relatamque pariter a REGINONE *libr. I. c.* 361. BVRCHARDVS Syluanectensi eidem concilio hoc capitulum, quod ex *capitularibus* laudare ausus duxit, adscripsit pro more, quem RAYMVNDVS secutus est.
58) *Ab eo*, c. 1. comp. 1. h. t. sed falso.
59) Voces *de communi voluntate*, in c. cit. non habentur: ergo sunt emblema RAYMVNDI.
60) Verba *si caussa rationabilis id exposcat, et res, quam præstiterit, maior fuerit, vel æqualis*, addidit Raymundus, quum non legantur in cit. c. et quidem, prout etiam obseruat AVGVSTIN. *ad h. c.* ex verbis *auth. sed et permutare. C. ad tit. de sacrosanct. eccles.*

CAP. II.

Permutatio rerum ecclesiasticarum, facta in casu non concesso, seu non seruata sollemnitate iuris, est reuocanda per successorem.

Ex concilio Beluacen. 61) n (*ann.* 844.)

Vt commutationes rerum ecclesiasticarum [*caueantur et subtilissime inspiciantur, si aliqua modo fieri debent:*] quæ [*autem*] ab antecessore 62) inconsulte factæ sunt, [*vel ab aliis illicite commissæ sunt,*] ab eo qui successor est, emendentur, [*iuxta decretum canonum Hilarii papæ.*]

61) Ex hoc etiam laudatur in *concilio Meldensi* anno *DCCCXLV. c.* 23. apud HARDVIN *tom. IV. p.* 1487. quia in hoc concilio a *c.* 17. *seqq.* ex capitulis apud Beluacum in Synodo factis, pleraque repetita sunt.
62) Loco dictionum: *ab antecessore*, demum post voces *factæ sunt*, c. 2. comp. cit. 1. habet: *quas illicite decessor episcopus admiserit.*

CAP. III.

Mancipia ecclesiæ non debent permutari, nisi ad libertatem, vel nisi sint fugitiua. H. d. cum c. sequenti.

Ex concilio apud Siluanectum. 63) (*ann.* 864. C. 3. comp. cit. 1.)

Mancipia ecclesiastica, nisi ad libertatem, non conuenit 64) commutari, videlicet vt mancipia, quæ pro ecclesiastico homine dabuntur, in eccle-

63) *Apud Synodum*, c. 3. comp. cit. 1. erronee.
64) *Non possunt*, ibidem.

a *Appellatione magistrorum comprehenduntur doct. vtriusque iuris. leg. militat. et l. 16, qui. ff. ex quib. causs. maiores.* b *Al.* sub pœna excommunicationis. c *Vid. Ant. Contii. tionis.* d Batum. d Lexouiens. *al.* Londra. e *Vid. Ant. Gouea. Pacem. 2. var. resc. c.* 3 *Arium Pinellum sol.* 2. *C. de rescind. vend. part.* 1. *c.* 3. f Et sine culpa. g *Contingente conf.* § *l.* 1. *Gaud. pop. dec.* 650.

h Sequentis. i Prouiderit. k *Vid. l.* 1 §. *si rem. ff. dep. et l. domos.* §. 1. *et vtrobique Bart. ff. de leg.* 1. l *Vid. l. sciolum. et ibi doct. ff de verb. oblig.* m Interpellat. n *Refertur in conc. Meld. c.* 23. *tanquam ex conc. apud Beluac. Bur. l.* 3. *decr. c.* 171. *Ivo p.* 3 *c.* 262. *et c.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.*

ecclesiæ 65) seruitute permaneant, et ecclesiasticus homo, qui commutatur, fruatur perpetua libertate. Quod enim semel Deo consecratum est, ad humanos vsus [iam] transferri non decet 66).

65) *Ecclesiastica*, C. L.
66) *Non potest*, cit. c.

CAP. IV.

Serui ecclesiæ cum profanis permutari non possunt, nec alienari: nisi sint fugitiui.

Ex eodem. (*ann.* 864. C. 4. comp. cit. 2.)

Iniustum videtur et impium, vt mancipia, quæ fideles [*viri, seu feminæ,*] Deo et sanctis eius pro remedio animæ suæ consecrarunt, cuiuscunque muneris mancipio, vel commutationis commercio iterum in seruitutem secularium redigantur; cum canonica auctoritas seruos tantummodo permittat distrahi fugitiuos. Et ideo ecclesiarum rectores summopere caueant, ne eleemosyna vnius, alterius peccatum fiat. Et est absurdum, vt ab ecclesiastica dignitate 67) seruus discedens 68), humanæ sit obnoxius seruituti.

67) Vel potius *mansuetudine*, quod mitiorem dominum sub episcopis, quam sub secularibus habuerit. Eadem sententia refertur in c. 55. *C. XII. qu.* 2. ex *concilio Cerifiaco*, vt ibidem obseruauimus *not.* 43.
68) *Decedens*, C. R. 2. et L.

CAP. V.

Præbendæ, pacto præcedente, permutari non possunt: episcopus tamen potest de loco ad locum permutare personas.

VRBANVS III. (*ann.* 1185. *Romæ.*)

Quæsitum *a* est ex parte tua, si commutationes fieri valeant præbendarum, cum commutatio dignitatum in Turonens. concilio fuerit interdicta. [*Sunt enim quidam, qui præbendæ suæ cedunt, et iuri renunciant, vt maiorem præbendam obtineant, vel ex hoc certam summam pecuniæ consequantur, quod quidem honestati est contrarium, et simoniacam procul dubio continet prauitatem.*] Generaliter *b* itaque teneas, quod commutationes præbendarum de iure fieri non possunt, præsertim 69) pactione præmissa, quæ circa spiritualia vel connexa 70) spiritualibus, labem semper 71) continet 72) simoniæ.

Si autem episcopus caussam inspexerit necessariam; licite poterit de vno loco ad alium transferre personas: vt, quæ vni 73) loco minus sunt vtiles, alibi se valeant vtilius exercere.

69) *Præsertim cum pactione præmissa*, ed. ant.
70) *Annexa*, c. 1. comp. 2. h. t.
71) Partic. *semper*, in ed. ant. non legitur.
72) *Continens*, C. R. 1. et L.
73) *In vno loco*, cit. c.

CAP. VI.

Ecclesiæ iure proprietatis possunt ad inuicem permutari: et possessiones earum etiam permutari possunt, et pro minus valentibus pretium suppleri.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Ad quæstiones *c* soluendas: [*et infra.*] intelleximus [*itaque*] ex literis tuis, quod duæ conuentuales ecclesiæ sunt in tua diœcesi constitutæ, quarum vtraque parœcialem habet ecclesiam cum possessionibus magis alteri, quam sibi vicinam. Illis autem desiderantibus permutare eas, cum illarum altera respectu meliorum prouentuum plus [*in possessionibus*] abundet, et ideo 74) [*suæ ecclesiæ*] sibi postulet adiici certam summam pecuniæ numeratæ 75), vt sic ad æqualitatem permutationis 76) *d* valeant peruenire, vtrum posset 77) id licite fieri, extitit dubitatum 78): [*quam ob caussam sed. apost. consuluisti. Licet itaque tuæ discretionis industriam ignorare minime putemus, quid super eodem articulo sit agendum: nihilominus tuæ prudentiæ*] respondemus, quod, cum de [*iam*] dictis *e* parœcialibus ecclesiis per se queat commutatio celebrari, et in permutatione possessionum per se non sit inhibitum, si altera ratio possessionum alteri præponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum [*quoque*] possessionibus ad inuicem, prout visum fuerit expedire, refusa certa 79) pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniri, sic tamen *f*, quod illi 80) contractus nequaquam sibi inuicem misceantur.

74) Dictionec: *et ideo*, in c. 2. comp. cit. 2. non habentur.
75) *Enumeratæ*, ed. ant.
76) *Permutationis*, ibid. et in ed. Cont.
77) *Posse*, C. R. L. H. ed. gloss. et c. cit. 2.
78) *Cœpit ab aliquibus dubitari*, cit. c.
79) *Certa*, C. H.
80) Pron. *illi*, a C. R. L. H et cit. c. abest.

CAP. VII.

Beneficia sua perdunt, qui ea propria permutant auctoritate.

INNOC. III. *Senon. archiepiscope.* (*ann.* 1250.)

Cum olim *g* [*ad nostram audientiam peruenisset, quod dilect. f.*] magister S. et B. archidiaconatum et præposituram ad inuicem commutassent 81): [*magistri eiusdem obtentu caussam super hoc bonæ mem. Nascen. episcopo duximus delegandam. Cumque idem B. ad præsentiam nostram postmodum accessisset, vt in negotio sine suspicione procederet: obtentu ipsius dil. fil. abbatem Cluniacen. eidem episcopo duximus adiungendum. Verum cum propter abbatis absentiam non fuisset a delegatis ipsis pariter in caussa processum; vtraque partium se nostro conspectui præsentauit, et audientiam obtinuit coram nobis, quod,*] licet prædictus magister ab initio sponte fuerit de permutatione confessus, idem tamen B. eam inficiabatur omnino, [*assertiue*] proponens, quod [*et*] ipse præposituram sine conditione qualibet resignauit 82), et post [*liberam*] resignationem prædicti magistri archidiaconatum fuerat assequutus: [*licet magister ipse proponeret ex aduerso, ipsum secum diutius de permutatione tractasse, et complenisse eandem in manibus ven. f. n. Educen. episcopi, quod tractauerant, posuisse. Verum sæpe dictus B. delegatis nostris non deferens, imo verius delegantis sigilla violauit illorum, et scripta, quæ nobis fuerant præsentanda, non erubuit aperire. Cæterum in nostra præsentia constitutos, aduersario suo præsente, in excusationem propriam proposuit coram nobis, quod iudices perperam processissent contra ipsum, cum acta in scriptis minus fideliter redegissent. Vnde timens, ne litteras portaret Vriæ, scripta illorum aperuit, et, quod suspicatus fuerat, adinuenit. Sane, si quid expediret, melius notauisset, vel non recepisset scripta suscepta vel recepta nobis fideliter præsentasset, et ostendisset caussam suspicionis propositæ coram nobis. Præterea cum non quereretur de iudice, quem ei proprio motu concessimus, sed de illo potius, quem ipse duxerat eligendum, et iudices suas nobis litteras per eum destinassent, de ipso conquerentes, verbis ipsius fidem non duximus adhibendam, sed vt in eo saltem puniretur, in quo peccauat contra acta iudicum, quæ temere violarat, ipsum, sicut non debuimus, sic noluimus exaudire, ne videretur ei dolus suus patrocinium attulisse.*] Cum ergo nobis [*tum per publicam famam, tum per validam præsumtionem et probationem etiam manifestam*] constaret, quod ipse B. 83) suum præstiterit 84) *h* permutationi consensum), prædictus autem magister suum publice fateretur 85) errorem: et hunc præpositura, et illum archidiaconatu curauimus spoliare, super hoc definitiuam contra eos sententiam proferentes.

81) *Permutassent*, C. H. et c. vn. comp. 3. h. t.
82) *Sine contradictione qualibet resignarat*, cit. c.
83) *Ipse B.* ibid. non legimus, et in ed. Cont. desideratur siglum. *B.*
84) *Præstitit*, C. R. 1. *præstiterat*, C. R. 2.
85) *Fateatur*, C. R. 1.

CAP. VIII.

Si permutatio beneficiorum completa est ex vna parte, et per alteram stat, quo minus impleatur: restituitur pars ad suum beneficium, et secundum hoc continet ius.

IDEM *archiepisc. præposito* 86) *sancti Andreæ* [*et scholastico S. Petri*] *Colon.* *i* (*ann.* 1198.)

Cum *k* vniuersorum [*fidelium ab ipso Domino Iesu Christo pastoralis sit nobis cura commissa: sollicitudini nostræ incumbit, vel dignoscitur expedire, vt sic debeamus quotlibet in suis rationibus confouere, quod aliquorum iura in conspectu ecclesiæ dispendium non sustineant, sed firma et illibata debeant semper manere.*] Intelleximus, G. canonico referente, quod, cum ipse et L. 87) clericus de permutatione præbendarum suarum inter se tractare 88) cœpissent, quam vtilitati vtriusque imminere credebant, tandem idem L. 89) præbendam suam ei, sicut promiserat, noluit resignare: [*et infra.*] Cum igitur deceptis, et non decipientibus, iura subueniant; licet ipsi per se de iure non possent ecclesiastica beneficia permutare; vt tamen simplicitati venia tribuatur *l*: mandamus, quatenus, si constiterit, prætaxatum G. taliter fuisse deceptum, amoto a præbenda sua consanguineo ipsius L. vel quolibet alio illicito detentore, eam restitui faciatis eidem.

86) *Archid. et P.* ed. ant.
87) *Laur.* C. L.
88) Duplex videlicet negotium in hoc casu concurrit: (1) præcedens conuentio de permutatione præbendarum facienda, quæ, licet *per se* vim non habeat, præcedere tamen debuit, vt de voluntate contrahentium mutua constaret. (2) imploratio superioris pro admittenda mutua resignatione in fauorem alterius. Ad hanc petendam ad minimum recentiori æuo obligabat præcedens *conuentio de permutatione* facienda, vnde pontifex decisionem format, insimulque ostendit, in genere talem conuentionem de *certa permutatione* efficaciter obligasse, sicuti et hodie in Germania vim obligandi perfectam habet, quæ iure Romano *ante vatus implementum* inefficax erat, quod contra huius iuris rigidos adoratores notandum.
89) *Idem Laur.* C. L.

CAP. IX.

Spirituale cum temporali permutari non potest.

GREGORIVS IX. *Beton.* 90) *et Fungin.* 91) *abbatibus.* *m* (*ann.* 1235.)

Exhibita nobis abbatis et conuentus sancti Martini de Pannonia petitio continebat, quod, cum super caussa, quæ inter ipsos ex

90) *De Becon.* C. R. 1. sed C. R. 2. et L. *de Beton.* H. *de Betonen.*
91) *Sungion.* C. R. 1. *Fung.* C. R. 2. *Sunugien.* L. *Sungten.* H. *Fungten.* ed. ant. et Cont. Sed omnia hic corrupta, recte censet GONZ.

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* *vid.* *notata in* *c. maioribus. supr. de præbend.* *vid. Aegid. Bellamer. tract. de benefic. permut.* *b* Igitur. *c* *C.* 2. *eod. tit. in* 2. *comp.* *d* Permutationes. *e* Prædictis. *f* *Al.* tras sic tamen, quod contractus nequaquam sibi ad inuicem misceantur. *g* *C.* vn. *eod. tit. in* 3. *comp.*

h *Al.* præstiterit permutationi assensum. *i* *Al.* Coloniens. *k* *C.* 2. *de præb.* in 3. *comp.* *vid. Couarr. libr.* 1. *var. resol. c.* 5. *l* *Vid. l.* 1. *ff. de donat.* et *l. tutor. ff. de suspect. tut.* *m* De Beton. et Singien. abbat. *al.* Beton, et Semugien *al.* de Betonen. et Simugien. abb. *al.* de Becan. et Simigien.

vna

vna parte, et præpositum Abbaten. 92) a ex altera, super quibusdam decimationibus vertebatur, ad C. 93) b capellanum nostrum, tunc in Hungaria commorantem, nostras litteras impetrassent; ipse ac magister M. in quos vtrinque, tanquam in arbitros, extitit compromissum, arbitrati fuerunt, quod, si dictus præpositus obtineret decem millia solidorum 94) c regalium a Rege Hungariæ concedi monasterio memorato, ipsi ab earundem decimationum petitione cessarent. [et infra.] Quocirca mandamus, quatenus, si vobis constiterit de præmissis, cum permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur, prædictum arbitrium, et quicquid sequutum est ex eo vel ob id, irritum decernatis.

92) *Alban.* C. R. et edit. Gonz. *Alben.* L. et ed. ant. *Alberen.* H. et ed. Cunt.
93) *Ad E.* habet C. R. 1.
94) *Saltem*, C. R. L. et H.

TITVLVS XX.
DE FEVDIS.

CAP. I.

Si dominus a vasallo recipit feudum in pignus: abstinendo ob eius seruitio non tenetur computare fructus in sortem. H. d. secundum intellectum communem. Et est casus singularis, qui alibi non legitur.

INNOCENTIVS III. *Marien.* 95) d *episcopo.*
(*ann.* 1212. *Romæ.*)

Insinuatione præsentium declaramus, quod gageriæ 96), quam de feudo ecclesiæ tuæ ab M. 97) dignosceris recepisse f, [*Gaudefredi fratris eius accedente consensu,*] a te potest libere detineri 98), fructibus non computatis in sortem, ita videlicet, vt, quam diu fructus illos ceperis 99) in sortem minime computandos 100), idem M. 1) a seruitio, in quo tibi et ecclesiæ tuæ pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis.

95) *Mauria* rectius C. R. 1. vel *Maurien.* vel C. R. 2. L. ed. Gonz. et c. 1. comp. 3. h. t. *Maurinen.* H. *Mariensi*, ed. ant.
96) *Gangeriæ*, C. R. 1. minus recte legit. Denotat enim hoc loco *Gageria* antichresin, seu pignus rei immobilis, hac conditione datum, vt creditor fructus libere percipere possit, non computandos in sortem, adeoque idem significat, quod in c. 1. X. *de pignor.* designat *vadium* in specie adducta vero *vadium mortuum* dicitur, ceu illustrat DV FRESNE in *glossar. voc. vadium mortuum.* Ex vadio enim natum *Guagium*, ex hoc vero *Gageria*, et Gallorum vox *gage*, notante BIGNONIO *ad form. Bignon. apud BALVZ. tom. II. Capitular. p.* 979. *cum ECKARDO ad Leg. Salicas. p.* 172.
97) *Quam in epud Argentinam a Nantelino*, cit. c.
98) *Retinere*, C. R. L. et H.
99) *Perceperis*, C. R. L. H. ed. Gonz. et cit. c.
100) Alias fructus in sortem imputantur secundum ius canonicum, quod vsuras improbat. c. 6. X. *de pignor.* Sed in hac specie pignori dederat prædium feudale vasallus domino suo, et ita *quædam consolidatio* dominii directi et vtilis, ad minimum *ad tempus*, facta erat, quæ impediebat, ne fructus in sortem imputari possent, id quod pontifex adiecta declaratione illustrat, quod vasallus debitor interim a seruitiis immunis esse debeat.
1) *Nantelinus*, cit. c.

CAP. II.

Ponit tres casus, in quibus, non obstante iuramento de non infeudando, potest episcopus antiquum feudum, ad ecclesiam reuersum, nouo vasallo concedere. H. d. Et est casus notabilis, interpretans iuramentum de alienando.

IDEM *Mediolanen. archiepiscopo.* [*S. Rom. ecclesiæ cardinali.*]
(*ann.* 1212.)

Ex parte tua g nostro est apostolatui referatum, quod sæpius dubitasti, vtrum, cum contingit vasallum tuum 2) decedere, et ad te feudum ipsius cadere, feudum eius alii 3) liceat tibi dare, quamuis iuramento tenearis adstrictus, non infeudare de nouo, Romano pontifice inconsulto. Ad hæc 4), si vasallum tuum feudum alienare contingat 5), an ipsius filium vel consanguineum eiusdem feudi consortem de ipso valeas inuestire. Alia quoque dubitatio continebat, vt, cum feudum alienatum repereris 6), quod per te facile recuperare non potes, vtrum possis alicui laico in feudum illud concedere, qui 7) et illud recuperet et in feudum per ecclesiam 8) recognoscat: [*et infra.*] [*Nos igitur super his de mente tua scrupulum volentes dubitationis auferre, præc. tibi mandamus, quatenus, si quando præfati casus emerserint,*] in primo casu 9) feudum decedentis libere, si videris expedire, concedas 10): atque in secundo filium, vel consanguineum alienantis inuesties 11). In tertio feudum alienatum poteris ei licenter h concedere, per quem ipsa 12) i ecclesia valeat rehabere.

2) *Pron. eum*, a C. R. 1. obest.
3) *Alii*, C. H.
4) *Adhuc*, ed. ant. et c. 2. comp. cit. 3.
5) *Contingit*, ed. ant.
6) *Reperies*, ed. ant.
7) *Quod*, cit. c.
8) *Et in feudum pecuniam recognoscat*, ed. ant. et *in feudum ecclesiam* etc. cit. c.
9) *Casu*, non est in cit. c.
10) Quod feudum, ad ecclesiam reuersum, esset ab antiquo infeudari solitum, ex ablatione bonorum forsan ortum.
11) Qui in alienationem non consentit, vt illud filius repetere possit. Filius, quasi de nouo feudo inuestitus, illud repetere non prohibetur, vt factum patris præstare non teneatur. Quia enim talis alienatio nulla, et dominus feudum vindicare poterat, non prohibebatur quoque, illud filio vel alii de nouo concedere.
12) *Ipsum*, C. R. L. H. et cit. c.

TITVLVS XXI.
DE PIGNORIBVS ET ALIIS CAVTIONIBVS. 13)

CAP. I.

Res ecclesiæ pignorari non debent, nisi ex necessitate et rationabili causa.

Ex concilio Remen. 13*) k (*in Gallia.*)

Nullus presbyter præsumat calicem, vel patinam 14), [*vel pallium altaris,*] vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico, vel feminæ in vadium l dare 15), nisi iustissima necessitate vrgente: sicut et Zepherinus papa et martyr ad S. Hilarium in suis decretalibus docuit, 16).

13) *De pignoribus et aliis obligationibus*, C. R. 1. Sed lectio vulgata rectior, quia in c. 5. *de contione vsufructuaria* agitur.
13*) HINCMARVS *tom. I. p.* 713. refert capitula concilii Remensis esse habita *de anno DCCCLII.* inter quæ c. 11. præsens textus, et verba sinalia, quibusdam interiectis, etiam referuntur. vnde sine dubio factum, vt *concilio Remensi* adscriptus fuerit. Ceterum mirandum est, HINCMARVM ipsum prouocasse ad STEPHANI *decretales*, (quæ hic ZEPHERINO per errorem tribuuntur, quæ tamen PSEVDO-ISIDORO debentur,) cuius collectionem ipsemet impugnauit in lite cum NICOLAO I. Verba PSEVDO-STEPHANI traduntur in c. 42. *de consecrat. dist.* 1.
14) *Patenam*, C. R. L. et H.
15) H. e. pignori dare, vt ad c. 1 X. *de feud. not.* 96. dictum. *Vadium* enim designat securitatem per pignus vel fideiussionem, vt ECKARDVS *cit. supra loc* et SIRMONDVS *ad capitular.* apud BALVZ. *tom. II. capitul. p.* 784. obseruant et illustrant.
16) Verba *sicut* etc. vsque ad finem non sunt in C. R. L. H. ed. ant. et gloss. sed CONTIVS habet, et c. 1. comp. 1. h. t. nisi quod, in vltimo legamus: *sicut Stephanus.* etc.

CAP. II.

Liber homo non potest pignorari.

GREGORIVS III. 17) *Exonien.* 18) *episcopo.*

Latore præsentium: [*et infra.*] [*Quoniam et*] lex habet 19) m, vt homo liber pro debito non teneatur; etsi 20) res defuerint, quæ possint pro debito addici.

17) Corrupta est in totum inscriptio hic, et in cod. MSCt. Desumtus enim hic textus est ex GREGORII I. *lib. III. epist.* 43. adeoque ad annum DXCIV. referendus: quia anno regiminis IV. scripta hæc epistola indict. XII.
18) *Exonien.* ed. ant.
19) Sine dubio intelligit *l.* 12. *C. de obl. et act.* vbi dicitur: *ob æs alienum seruire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur.*
20) *Si res defuerint, quæ possint ei de debito addici.* cit. c.

CAP. III.

Si rector ecclesiæ pro facto proprio rem ecclesiæ obligauit: cogitur eius heres rem redimere, et ecclesiæ restituere.

ALEXANDER III. *episcopo Exonien.* (*ann.* 1180.)

Ex præsentium n latoris insinuatione 21) accepimus, quod [*Alex. quondam*] sacerdos ecclesiæ de Offitona 22) o calicem argenteum, et medietatem vnius breuiarii eiusdem ecclesiæ pro sua necessitate pignori obligauit, et ea 23), morte præuentus, minime recollegit.

Vnde quoniam indignum est, vt eidem ecclesiæ res suæ, [*et*] præsertim, quæ sacris ministeriis 24) deputatæ sunt, taliter debeant deperire: [*f. e. per. a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si verum est, quod asseritur 25), filium eius [*Walterium,*] qui ex successione ipsius patrimonii ius dicitur obtinere, moneas [*diligenter,*] et compellas,

21) *Latore*, C. R. 1.
22) C. R. 1. habet *de officio*, h. e. *de Offitona*, vt legendum putat ACOSTA *ad. h. c.* quorsum etiam C. H. et ed. ant. faciunt, legentes *de offic.* In c. 3. *comp.* 1. h. t. est: *sacerdos de Ofecolon.*
23) *Eas*, C. R. 2. et L.
24) *Mysteriis*, cit. c.
25) *Quod asserit*, ibid.

a Albco *al.* Albanen. b t. c Solium, *legitur in cod. manuscr. in vno*, solidorum. *in alio*, sulmasium. d Maurien. e C. 1. *eod. tit. in* 3 *comp. vid. Conarr. l.* 3 *var. res. c.* 1. *et de materia tituli plene Iul. Clarus recept. de feud.* f accepisse. g C. 2. *eod. tit. in* 3. *comp. vid. Iul. Clar. de feud.*

h Licite. i Ipsum. k *Non inuenta in concil. Remens. sed tamen tribuunt Burch. l.* 3. *decr. c.* 104. *Iuo p.* 2. *c.* 139. *et c.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* l *Id est*, obligatum. *Est enim modus vulgaris loquendi Gebenn. vt hic ait Hostien.* m C. 3. *eod. tit. in* 1. *comp.* n C. 4. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 29 *c.* 1 o Offic. *al.* offic.

vt ea 26) recolligat, et restituat 27) ecclesiæ memoratæ 28). [*Quod si facere noluerit: eum vinculo anathematis non differas coercere.*]

26) *Eas*, C. H. *res ipsas pignoratas recolligas et eas etc.* ibid.
27) Potuisset quidem ecclesia res pignoratas directo vindicare; *c.* 42. *C. XII. q.* 2. sed ne creditor ita cogeretur, nauo processu, creditos nummos a debitore repetere: rectius visum est pontifici, vna lite res prædictas ad ius ecclesiæ reuocare.
28) Vox *memorata*, deficiente in c. cit. 3.

CAP. IV.

Si vsurarius emit rem eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori: recipiendo aliquid vltra sortem, fructibus tamen in ea computatis, iudicatur contractus fœneratitius.

INNOCENTIVS III, *G.* 29) *subdiacono nostro, et P.* 30) [*Vitali*] *canonica* 31) a *Pisano.* (*ann.* 1206.)

Illo vos *b* credimus scientiæ dono vigere, [*quod super eo, de quo nos consulere voluistis, quid iuris sit, liquido cognoscatis. Quia tamen nostro postulastis edoceri responso, ne sub ipsius exspectatione responsi decisio negotii prorogetur: præsentibus vobis litteris duximus respondendum.*] Sane, [*per vestras,*] nobis [*litteras*] intimastis, quod 32), [*cum*] caussam, quæ vertitur, inter H. et [*dil. f.*] Guido de Cosa 33) *c* ex vna parte, et 34) G. filium Teberti *d* et heredes ipsius ex altera, super quibusdam terris 35) *e* præfatis personis pro viginti tribus 36) *f* libris pignori obligatis, vobis duximus committendam, [*dantes vobis per litteras nostras in mandatis, vt ipsum G. et heredes ipsius ad restituendas vineas, et quicquid vltra sortem perceperant, eisdem restituerent conquerentibus, per pœnam, in Later. concil. contra vsurarios promulgatam, cogere curaretis, vos, vt iuxta mandatum nostrum procederetis in negotio memorato, partes citare curastis. Cumque in præsentia vestra essent constitutæ:*] ex parte prædictæ G. et heredum eius fuit propositum [*coram vobis,*] terras [*et vineas,*] quas iidem H. et B. repetebant, ab eis non esse pignori obligatas, sed pure venditas: sicut in instrumento confecto exinde [*plenius*] continebatur 37) *g*. Præfatus vero H. pro se ac fratre suo firmiter asserebat, terras non esse pure venditas, sed pignori obligatas: cum venditioni prædictæ talis fuerit adiecta conditio, vt, si a tempore contractus vsque ad duos proximos annos præfato T. emptio displiceret, G. pater H. ab inde vsque ad annum, viginti sex libras, perceptis fructibus computatis in ipsis, dare deberet 38), [*sicut in eodem instrumento asserebat firmiter contineri.*] Verum 39) quia, [*sicut in eisdem litteris continetur,*] ambigitis, verum pura sit, et absoluta venditio, an præfatus contractus pignus debeat iudicari: [*per nostras postulastis litteras edoceri. Nos autem consultationi v. f.*] respondemus, quod, qualiscunque fuerit intentio contrahentium, et ex forma contractus venditio non appareat 40) conditionalis, sed pura 41) quamuis per conditionem possit resolui, ex duobus tamen, quæ in pacto fuerunt expressa, videlicet, quod fructus percepti deberent 42) in soluenda pecunia numerari, et quod vltra summam receptam LX. 43) *h* solidi deberent 44) persolui, contra ipsum emptorem præsumitur vehementer: præsertim cum vsuras consueuerit exercere,

29) *Gallando*, c. 1. comp. 3. h. t.
30) C. R. 1. L. H. etc. cit. habent: *B.* sed in C. R. 2. est: *H.*
31) *Canonicis*, C. L. *canonicis Pisanis*, cit. c.
32) *Quod cum*, C. R. 2.
33) *Fosa*, ibid.
34) verba *ex vna parte, et - - ex altera*, in cit. c. non leguntur.
35) *Vineis*, cit. c.
36) *Pro viginti sex*, ibid.
37) *Continetur*, C. R. L. H. et cit. c.
38) *Deberet*, cit. c.
39) *Vnde*, C. R. 1.
40) *Appareat*, cit. c.
41) Pactum adiectum erat resolutiuum, nec veram *conditionem*, sed *modum*, continebat. Verum suspectum erat pactum de vsuraria prauitate: quod magis res pignori tradita, quam vendita, videretur.
42) *Debent*, cit. c.
43) *XL.* habent C. R. 1. et cit. c.
44) *Debent*, cit. c.

CAP. V.

Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.

IDEM *episcopo Aquinati.* (*ann.* 1206.)

Ex litteris *i* fraternitatis tuæ accepimus, quod, [*cum*] caussam, quæ vertitur inter R. [*sancti Georgii*] et A. 45) mulierem [*sancti Germani,*] tibi duximus committendam, [*cum fere per biennium studuisses; vt eadem caussa concordia finiretur, partibus non acquiescentibus, adscitis viris prudentibus, prædictæ caussæ meritis diligenter examinatis, idem negotium de prudentum consilio ad nostram duxisti præsentiam remittendum, ea maxime ratione, qua videbatur hoc ad regium iudicium specialiter pertinere.*] Si quidem probatum est [*euidenter,*] quod pro 46) facinore a marito prædictæ mulieris commisso, eo fugam petente, tam frater mariti *k*, præfatus videlicet R. quam ipsa mulier, licet minus *l* iuste, ab [*R. comite Caserton. tunc*] regio 47) iustitiario 48), capti fuerint, et de ipsius mandato bonorum omnium delinquentis facta 49) distractio, et soluta pecunia mercatori, qui a marito [*dictæ*] mulieris vulneratus fuerat, et rebus propriis spoliatus, [*per prædictum autem R. illorum bonorum venditio facta fuit, de mandato iustitiarii ante dicti:*] sed quædam possessiones illius 50) penes eundem R. [*mulieris ferentium*] remanserant 51) *m*, quas idem [*R.*] de mandato curiæ retinuit, soluta pro eis pecunia prædicto 52) mercatori: quia emptor alius, [*sicut dicit,*] propter possessionum minutias 53) *n* non exstabat. Pars vero mulieris [*firmiter allegabat, quod, cum dos omnibus creditoribus præferatur, et omnia bona mariti eidem mulieri propter dotem fuerint obligata, cum mulier in hoc non fuisset culpabilis, dotem suam amittere non debebat: propter quod*] æstimationem dotis instantius petebat sibi restitui 54), vel in possessiones, quæ mariti fuerant *o*, ex officio delegationis induci, [*asserens culpam viri sui nequaquam ei de iure debere nocere. Pars autem viri econtrario respondebat, se non debere super his aliquo modo respondere; quia nihil auctoritate vel voluntate sua distractum fuerat de bonis mariti ipsius mulieris; sed fiscus ea capi fecerat, et mandauerat distrahenda, quod et testium assertione probauit. Sane cum pars mulieris diceret, de possessionibus viri sui aliqua remansisse, quæ distracta non fuerant, et ex eis sibi satisfieri postulabat, ab eo studiosius inquisisti, quanta fuisset pecunia, quæ soluta fuerat mercatori: et ex confessione tibi constitit vtrinsque, quod de immobilibus vsque ad XXIV. vncias auri alienatum exstiterat, sed præscriptus R. se XXIII. vel XXIV. dicebat addidisse, et XL. duarum vnciarum auri numerum compleuisse mercatori. Allegabat quoque prædictus R. quod, cum quinque filii essent vnius patris, et omnes in paternis bonis succederent, facta æstimatione totius hereditatis, non perueniebat ad maritum mulieris ipsius de hereditate paterna, quod vltra XXIV. vncias valeret. Quia vero ad nos eadem caussa remissa non fuit sufficienter instructa, nec nobis constitit, vtrum X. libras Turonorum, quas petebat mulier, dedisset in dotem, aut quod R. aliquid possidebat de bonis, pertinentibus ad fratrem suum, virum mulieris prædictæ, nec potuissemus examinationi caussæ insistere; tum quia in præsentia tua renunciatum fuerit allegationibus et probationibus, sicut dicis, tum quia idonei et sufficientes non venerant ad nostram præs. responsales: eandem caussam tuo duximus examini remittendam, per apost. scd. præc.*] mandantes, quatenus, si tibi constiterit ex his, quæ in præsentia tua fuere proposita et probata, quod mulier dicit, viro dedisse in dotem, et prædictum R. de bonis fratris aliqua possidere: cum mulieribus fauor multum 55) in recuperandis dotibus debeatur, et cautum sit [*etiam*] in iure, quod propter maleficium viri mulier 56) remanere non debeat indotata, cum et iam bona viri mulieri sint 57) pro dote tacite obligata, et 58) *p* cum suo onere transierint 59) ad quemlibet possidentem: R. prædictum eidem mulieri ad restitutionem dotis eatenus [*app. rem.*] condemnes, quatenus de bonis fratris sui præfati 60) noscitur possidere.

47) *Regis*, C. L. et C. R. 2.
48) *Iudiciario*, cit. c.
49) *Facta fuit*, C. R. 2.
50) Pron. *illius*, desideratur in cit. c.
51) *Remanserunt*, C. R. L. H. et cit. c.
52) Dictio *prædicto*, desideratur in cit. c.
53) *Inimicitias*, ed. ant.
54) *Aestimationem eius instantius petebat sibi confirmari*, cit. c.
55) *Multus*, C. R. L. H. et cit. c.
56) *Viri et mulier*, ed. ant.
57) Vox. *sint*, abest a C. R. L. H. et cit. c.
58) Copula *et*, in C. R. L. H. ed. ant. et cit. c. non habetur.
59) *Transeant*, C. R. 1. *transferunt*, cit. c.
60) Vox *præfati*, abest a C. H.

CAP. VI.

Si creditor, vel is, qui ab eo caussam habet, tot fructus percepit ex pignore, quod satisfactum est sorti: debet pignus restitui debitori.

IDEM *R.* 61) *de Monte Fortino.* (*ann.* 1210. *in Latium.*)

Cum *q* contra [*nobilem virum*] G. [*Docutem,*] ciuem Anagninum 62) *r*, super quibusdam possessionibus, quas quondam pater 63) tuus L. de Saul 64) *s* pro certa quantitate pecuniæ obligauerat, et ipsius 65) creditoris heredes [prædicto G. pignorauerant, mouisses in nostra præsentia quæstionem 66), [*tibi, et ei dil. f. P. de Saxo. subd.*

61) *L.* est in c. 3. comp. cit. 3.
62) *Anagnien.* C. R. 1. *Anagnin*, L. *Agarinum*, H. *Anagenen.* ed. ant. et Cont.
63) *G. pater*, C. R. 2.
64) *Laus de Saul*, C. L. *L. de Saulis*, C. R. 2. *Landun. de Salis*, cit. c.
65) Pron. *ipsius*, in cit. c. non legitur.
66) Debitor quondam creditori L. de Saul pro certa pecuniæ quantitate certa prædia obligauerat, cuius heredes ciui Anagnino G. eadem rursus pignorauerant, propitio iure, quod pignus pignori dari permisit. Egit debitor contra præsentem possessorem *actione pignoratitia*, contendens, pignus iam liberatum et sibi restituendum esse, quod fructus in sortem computandi sortem exæquarent. Actio quidem personalis *directa* non datur contra tertium possessorem: vtilis tamen datur, quoties de voluntate tradentis, tertio illeu

a Canonicis Pisanis. b C. 1. eod. tit. in 3. comp. vid. Conarr. 3. var. resol. c. 9. c Chosa. d Tiberti. e Vineis. f Al. XCIII. g Vid. l. quodsi nolit. in fin. ff. de adil. edict. h Quadraginta. i C. 2. eod. tit. in 3. comp.

k Mariti præfati, etc. l Vid. l. 1. C. ne vxor. pro marito. et l. sciure. C. quibus modis pign. tac. contr. m Remanserunt. n In multis versibus, inimicitias, quam vocem sensus non admittit. o Fuerunt. p Dictio, et, deest in antiquis. q C. 3. eod. tit. in 3. compilat. r Anagnien. al. Anagum. s Salis.

et

et capellanum nostrum concessimus auditorem. Constitutus igitur in nostra praesentia] legitime probeuisti, quod [*possessiones ipsae pignoris titulo fuerunt obligatae, ac*] ex earum prouentibus tantum fuerat tam 67) ab eodem G. quam 68) ab aliis, qui eas tenuerant, a tempore, quo fuerant obligatae, perceptum, quod 69) a fructus sorti poterant adaequari. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in solutione sortis accedat, cum secundum canonicas sanctiones 70) fructus restitui, et in sortem debeant computari: considerantes etiam, quod possessiones ipsae iam extenuassent penitus totum onus, et debitum annullassent, [*de consilio f. n.*] ipsas tibi restituendas esse decreuimus 71), et te per nuntium nostrum in possessionem induci fecimus corporalem.

debitori actionem acquirendi, constet, quae hic non deficit. Quoties enim creditor pignus, quod habet, alteri pignori dat id ea intentione tacite praesumitur, vt debitori integrum sit illud ab eo reluere. Quae enim pignus sub hac qualitate alteri dat pignori, id non potest alia fecisse intentione, quam ut debitori salua esset facultas reluendi a praesente possessore seu creditore: quo ipso ex *aequitate ipsi* acquiritur actio vtilis. *l. 26. pr. depos. l. 3. C. de donat. sub modo.*

67) *Tum*, C. R. L. et H. *tunc*, cit. c.
68) *Tum*, C. R. L. et H. sed in cit. c. est: *et*.
69) *In quo*, ed. ant.
70) Secundum quas vsurae non permissae, sed reprobatae. Iure ciuili quidem pro vsu pecuniae expresse poterat creditori perceptio fructuum ex pignore concedi: *l. 14. l. 17. C. de vsur.* alias vero, quia mutuum erat suae naturae gratuitum, tantum poterat creditor de fructibus rei, sibi pignoratae, ad modum legitimum vsuras retinere. *l. 8. D. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah.* quod tacite vsurae ex fructibus promissae videreutur. Quamuis enim vsurae, promissae *ex pacto*, peti non possent: per modum *exceptionis* tamen retineri poterant. *l. 3. C. de vsur.*
71) *Decreuimus*, cit. c.

CAP. VII.

Si is, qui sub pacto legis commissoriae pignorauit rem suam, et iurauit non contrauenire, iuste impeditus intra diem statutum non redemit: post diem redimere poterit.

IDEM. (*ann. 1210. Romae in Insubr.*)

Significante [*dilecto f.*] Rotberto, ciue Pisano b, nobis innotuit 72), quod, cum domum suam 73) e [*cum horto Gallicianae*] G. Pisano ciui pro CCL. libris 74) pignori obligasset, ac promisisset praestito 75) iuramento, quod, nisi domum ipsam statuto [*inter eos*] termino recolligeret, [*i. e. redimeret, eundem*] creditorem vlterius super eo 76) minime molestaret; et 77) intra statutum tempus per certum d et fidelem nuntium, prout ei 78) videbatur, creditori pecuniam numeratam remisit, quam idem nuntius infideliter agens, sicut ei iniunctum fuerat, non persoluit: et 79) postmodum idem 80) R. ab imperatore detentus, [*multa pericula sustinuit et labores, nec*] dicto G. satisfacere potuit 81), vt debuit 82). [*Nunc per Dei gratiam libertati pristinae restitutus, paratus est pecuniam reddere creditori: licet ipse prorsus recusaret recipere, quia ei non fuerit statuto termino persoluta.*] Cum igitur pactum legis commissoriae e sit in pignoribus improbatum 83), et praedictus R. quantum in eo fuit, iuramenti debitum adimpleverit; cum per eum, quem certum nuntium esse sperabat, pecuniam remiserit termino statuto 84) f, sed [*dum fuit*] in [*imperiali*] captione detentus, satisfacere non potuit creditori g: [*d. v. p. auctoritate*] mandamus, quatenus, si est ita 85), praedictum creditorem, vt sorte [*sua*] contentus [*existat,*] peonsionibus [*praefati*] pignoris computatis in eam 86), [*et domum*] illam 87) h [*et hortum*] praefato R. omni dilatione postposita, resignet, pacto tali vel iuramento nequaquam obstante 88), censura ecclesiastica 89), [*admonitione praemissa, sublata contradict. et app. obstaculo,*] cogatis 90)

72) *Ad nostram noueritis audientiam peruenisse*, c. vn. comp. 4. h. t.
73) Pron. *suam*, e C. R. L. et H. abest.
74) *CCLII. libr.* cit. c.
75) *Cautione praestiti iuramenti*, cit. c.
76) *Super ea*, C. R. L. H. ed. Gonz. et cit. c.
77) Partic. *et*, in ed. ant. non legitur.
78) Pron. *ei*, in C. R. et L. deest.
79) *Et*, desideratur in cit. c.
80) *Praedictus*, est ibid.
81) *Posuerit*, ibid.
82) *Debebat*, C. R. L. H. ed. gloss. et cit. c.
83) *Reprobatum*, C. H.
84) *Constituto*, C. R. 1. L. H. et cit. c.
85) *Si praemissis veritas suffragatur*, cit. c.
86) *In sortem*, ibid.
87) *Illud*, C. R. L. et H. *ipsam*, cit. c.
88) Vnica ratio decidendi fuit, quod debitor in mora soluendi non fuerit, quam lex commissoria, etiam iurata, praesupponit. Non ergo inde colligi potest, legem commissoriam, iuramento firmatam, vim habere: quae quaestio e pontifice insuper habita, aliunde decidenda.
89) *Per censuram eccl.* cit. c.
90) *Compellatis*, ibid.

CAP. VIII.

Vsufructuarius cauet, quod fruetur rebus immobilibus salua ipsarum substantia, et pecuniam et aestimationem mobilium, quae consumuntur vsu, finito vsufructu restituit.

GREGORIVS IX. (*ann. 1227. Romae.*)

Cum i constet I. mulierem, vxorem Ogerii 91) k, quoad vsumfructum filio suo successisse in bonis, quorum proprietas ad M. mulierem, vxorem C. dignoscitur pertinere: mandamus, quatenus eam ad cautionem idoneam exhibendam, quod vtetur et fruetur salua rerum substantia rebus l immobilibus 92), quae vsu non consumuntur, ad arbitrium boni viri, pecuniam vero, si quam habuit m vel habebit, ac aestimationem bonorum, quae consumuntur vsu, et in hereditate inuenta fuerint, in morte sua dictae mulieri vel heredibus eius restituat, per censuram ecclesiasticam compellatis.

91) *Ogerii*, C. R. 1.
92) *In mobilibus rebus*, C. R. ed. ant. et Cont.

TITVLVS XXII.

DE FIDEIVSSORIBVS. 93) n

CAP. I.

Breue est, nec potest breuius summari. 94)

Ex concilio Cantuariensi o (*in Anglia.*)

Clericus p, fideiussoribus 95) q inseruiens, abiiciatur. 96)

93) *De Fideiussionibus*, C. R. 1.
94) *Carthaginensi*, legitur in c. 3. comp. 1. h. t. edit. antiqu. et Cont. sed aeque erronee. Quin potius desumtus est hic textus ex *can. apost.* 20 vbi dicitur: *clericus fideiubens deponatur.* Parem habet PSEVDO CLEMENS in c. 29 C. XI q. 1. ex quibus spuriis locis minime colligendum cum GONZALEZIO, ab apostolorum temporibus demandatam hanc prohibitionem.
95) *Fideiussionibus*, C. R. et L.
96) Additum in C. R. 2. *a clero*: vnde liquet, iure seculi V. facilius, quam nono, clericos deponi potuisse, quo hodie nihil impeditius est.

CAP. II.

Compellitur clericus seruare fideiussorem indemnem per assignationem redituum suorum.

LVCIVS III. *Elien.* 97) *episcopo, et r archidiacono* 98) *Neruicensi* 99) (*ann. 1180.*)

Peruenit s ad nos ex [*transmissa nobis*] conquestione 100) R. clerici [*de sancto Albano,*] quod, cum ipse pro C. 1) et F. 2) clericis [*London. ad eorum instantiam pro altero Helia, videlicet in sex, et pro altero in septem marchis argenti*] mercatoribus Bononiensib. fideiussisset, illis, [*sicut vnus fide, et alter iuramento promiserant,*] praescriptam pecuniam non soluentibus, coactus est [*creditoribus pro ipsis, sicut inter eos conuenerat,*] satisfacere de eadem 3). Ne igitur [*supra dictus R.*] dispendium patiatur, vnde videtur praemium meruisse: [*vener. f. n.*] Bononiensi episcopo dedimus in mandatis, vt super debitis illis instrumenta, quae sunt apud creditores, inspiciat, et eorum transcripta 4) suo sigillo signata vobis mittere non postponat. Mandamus itaque discretioni vestrae, [*atque praecip.*] quatenus, si ex confessione praedictorum clericorum, vel alias legitime vobis rem ita se habere constiterit, moneatis eosdem 5), vt memorato R. 6) pecuniam, quam pro eis soluit, [*dilat. et appell. cess.*] restituant, ipsumque seruent indemnem; alioquin 7) [*vos, auctoritate apostolica freti,*] de reditibus eorum praescripta debita faciatis, [*app. remoto, m. m.*] exsolui 8), et damna etiam, quae [*idem R.*] propter hoc pertulit 9), resarciri: aut praedictos reditus sibi 10) assignetis, tamdiu sine molestia detinendos 11),

97) Vocabul. *Elien.* non est in ed. ant. sed *Helien.* habetur in c. 4. comp. cit. 1.
98) *Archiepiscopo*, ed. Cont.
99) *Neruien.* C. H.
100) *Quaestione*, ibid.
1) *E.* est in C. R. et L. *Helia*, in c. cit.
2) *P.* est in C. H. et *Philippo*, in cit. c.
3) *Pecuniam exhibere*, cit. c.
4) *Scripta*, ed. ant. *Rescripta*, cit. c.
5) *Praedictos clericos*, cit. c.
6) *Procuratori memorati R.* ibid.
7) *Si vero ad vestram commonitionem non egerint*, ibid. loco dictionis *alioquin*.
8) *Solui*, ibidem.
9) *Pertulerit*, ibidem.
10) *Procuratori eius*, ibid. loco *sibi*.
11) vnde sequitur, 1) ob debita clericorum immissionem in ipsos reditus beneficii fieri posse, aliis modis exsequendi cessantibus; 2) ne quidem hic debitoribus clericis indulgeri beneficium *competentiae*, quod vulgo eis assignet, cum *sine diminutione* fideiussori solutio fieri debeat: 3) posse etiam clericum pro alio *clerico* fideiubere valide, et sine dubio etiam pro *laico*, sine formidine depositionis, quod talis fideiussor *praemium meruisse*, vt in h. c. vel *gratiam*, vt in c. *fin.* dicitur, seu bonum opus le

a *Al.* in quo fructus. b *C.* vnic. eod. tit. in 4. comp. c *Pron. suam*, deest in antiqu. d *Vid. Gonz.* tom. 2. var. ref. c. 7. e *Vid. Gonz.* l. 3 var. ref. c. 11. f Constituto. g *Vid. l. 2. et ibi Cyn. ex quib. conss. ma. et l. 2. et Bart. ff. de in rem ver.* h Illud, in vulgatis. *sed perperam: cum ad domum referri debeat, cuius initio c. facta est mentio.*

i *Vid. l. 1. c. de vsufruct. et ibi c. tit. de pign.* §. *sequitur videre.* k *Regidii.* l *Al.* in rebus. m *Habuerit.* n *De materia huius capitis vid. Anton. Gouea. tom. 2. variar. resol. 13.* o Cantuarien. *al.* Carthaginen. p C. 3. eod. tit. in 1. compil. q *Al.* fideiussoribus r *Al.* archiepiscopo. s C. 4. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. sub Alex. III p. 25. c. 5.

 donec

donec ipse damna resarcita fuerint, et debita sine deminutione soluta. Præfatos vero clericos, si religionem fidei et iuramenti sui eos violasse constiterit, [*subl. app. obst.*] ob officio et beneficio suspendatis. [*Ceterum, quia nouis morbis noua conuenit antidota præparari: volumus et mandamus, vt ad veritatem eliciendam, app. rem. præstari faciatis ab vtraque parte calumniæ iuramentum.*]

ciisse dicatur. Neque enim spurii canones, in *not. ad c.* 1. adducti, indistincte agniti videntur.

CAP. III.

Per districtionem canonicam compellitur debitor a fideiussione absoluere fideiussorem, qui a creditoribus molestatur.

IDEM *Cantuariensi a archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

Constitutus *b* in præsentia nostra [*d. f. n.*] magister Stephanus sua nobis assertione monstrauit, quod pro [*magistro P. Blessensi*] cancellario tuo tempore Lateranen. concilii, [*ad preces ipsius*] in quadam summa pecuniæ 12) intercessit: quam quia 13) vsque modo debitor non persoluit, se asserit plurimas a creditoribus Bononien. molestias pertulisse, et debitum augmentatum 14). Ideoque 15), [*quia pro nostro volumus officio prouidere, ne, qui gratiam meruit, pœnam sustineat, f. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si legitime tibi de huiusmodi assertione constiterit, præfatum debitorem 16), vt eum e prædicta intercessione sine dilatione prorsus absoluat, [*omni gratia et timore postposito, nullius app. obst.*] ecclesiastica censura 17) c compellas. [*Quia vero diuersa experimenta morborum varia nos compellunt remedia inuenire:*] præsentium quoque auctoritate 18) iniungimus, vt, si [*forte*] debitum vel exceptiones ille 19) negauerit, consuetudine, quæ est legi contraria, non obstante, iuramentum calumniæ subire cogatur. Præterea, quia difficile foret intercessori suos 20) testes in Angliam ducere, iudicibus Bonon. satisdatione idonea a cancellario ipso accepta 21), quod ad testes audiendos vadat, vel mittat intra terminum competentem, litteris tuis significes, vt eos vice tua recipiant, et examinent [*et interrogent*] diligenter, et depositiones eorum transmittentes inclusas significent, quanta fides possit instrumentis vel testibus adhiberi 22). [*Ceterum si iam dictus P. citatus præsentiam tuam adire, vel iudicio stare contempsit: eum intra XXX. dies post harum susceptionem reddas beneficio alienum, et reditus eius in debitorum solutionem conuertas, quousque fuerit debitoribus satisfactum.*]

12) *In quindecim marcas sterlingorum legalium et communium*, c. 5. comp. 1. cit.
13) *Quoniam*, C. H. et ed. ant. *quas quoniam*, cit. c.
14) In *cit. c.* dicitur: *et antiquum debitum plurimum augmentari.* Augmentum debiti sine dubio ex mora debitoris, propter quam id, quod interest, peti poterat: sub quo tamen tegebantur vt plurimum vsuræ, quod deinceps *accessionum* nomine venit. Non igitur probabile est, hac appellatione pontificem consuetas intellexisse vsuras.
15) *Vade*, cit. c.
16) *Præfatum*, P. ibid.
17) *Districtione*, C. 2. L. H. et cit. c.
18) *Præsentium significatione*, cit. c.
19) *Præfatus* P. ibidem.
20) Dictio *suos*, ibid. non habetur.
21) *A P. accepta*, ibid.
22) *Haberi*, ibidem.

CAP. IV.

Si sine licentia prælati et maioris partis capituli religiosus fideiusserit, vel mutuum acceperit; non tenetur ecclesia, et ipse recipiens punitur: nisi mutuum sit versum in vtilitatem ecclesiæ.

INNOCENTIUS III. *in concilio generali.* d (*ann.* 1216.)

Quod e quibusdam religiosis a sede apost. est prohibitum, volumus et mandamus ad vniuersos extendi *f*, ne quis videlicet religiosus 23) absque maioris partis capituli, et abbatis sui licentia pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuam 24) accipiat vltra summam communi prouidentia constitutam; alioquin non teneatur conuentus pro his aliquatenus respondere: nisi forte in vtilitatem *g* domus ipsius manifeste constiterit redundasse 25). Et qui contra illud statutum venire præsumpserit, 26) grauiori disciplinæ subdatur 27).

23) Vox *religiosus*, desideratur in c. vn. comp. 4. h. t.
24) *Mutuo*, C. E. 2. et cit. c.
25) Recte inde infertur, ex *mutuo* obligari monasterium, cum maioris partis capituli consensu ab abbate accepto, etiam sine probatione *versionis* a creditore suscipienda. quia monasterium hoc casu *ex suo facto* immediate, non *ex alieno* obligatur, quo casu demum versio probanda per *auth. hoc ius porrectum in l. 14. C. d. SS. eccles.* quæ de mutuo, ab œconomis accepto, accipienda. Sane, ex *mutuo alieno* nemo obligari potest, nisi probata versione: quæ probatio in quouis alio creditore, proprio nomine contrahente, haud desideratur. Vnde etiam mutuum, ab episcopo et capitulo acceptum, simpliciter ecclesiam obliget. quod episcopus cum capitulo repræsentare ecclesiam dicatur, vt hoc *immediate* contraxisse dici debeat.
26) *Contempserint*, C. R. 1.
27) *Subdantur*, ibidem.

CAP. V.

Ponit tres casus, in quibus fideiussor contra debitorem agit, antequam soluat, vt a fideiussione liberetur.

GREGORIUS IX. (*ann.* 1235.)

Eum, pro *h* quo te fideiussorem 28) obligasti, si diu in debiti solutione cessauit, aut dissipare bona sua cœpit, seu super hoc condemnatus fuisti, iure poteris conuenire, vt te a fideiussione debeat liberare.

28) *Fideiussoris*, C. R. et L.

TITULUS XXIII.
DE SOLUTIONIBUS.

CAP. I.

Successor in beneficio tenetur soluere debita prædecessoris pro necessitate ecclesiæ contracta.

ALEXANDER III. *decano et capitulo Morinen.* 29) i (*ann.* 1170. *in Angliam.*)

Ad hoc *k* in apostolicæ: [*et infra.*] sicut filius debita patris soluere tenetur: ita prælatus sui prædecessoris, pro ecclesiæ necessitate contracta 30).

29) *Morinen* C. E. 2. et L. *Norwicen.* ed. ant. *Monen.* c. vn. comp. 1. h. t.
30) *Certa*, cit. c.

CAP. II.

Si prælatus obligat ecclesiam pro alienis debitis: est suspensus ipso facto ab administratione spiritualium et temporalium, et ecclesia non tenetur.

GREGOR. IX. *vniuersis ecclesiarum prælatis.* (*ann.* 1234.)

Si quorundam: [*et infra.*] Firmiter inhibemus, ne quis præsumat ecclesiam sibi commissam pro alienis grauare debitis, aut litteras alicui seu sigilla concedere, quibus possent ecclesiæ obligari *l*, decernentes, si secus fuerit attentatum, ad solutionem talium debitorum ecclesias non teneri. Si quis autem contra præmissa de cætero venire præsumpserit: ab administratione spiritualium et temporalium nouerit se suspensum.

CAP. III.

Si clericus non habeat, vnde satisfaciat suis creditoribus; non debet excommunicari, nec aliter molestari: præstabit tamen cautionem saltem iuratoriam de soluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam.

IDEM *decano et I. canonico Tullen.* 31). (*ann.* 1235. *in Galliam.*)

Odoardus 32) m clericus proposuit, quod, cum P. clericus, D. 33) laicus, et quidam alii ipsum 34) coram officiali archidiaconi Remen. super quibusdam debitis conuenissent 35), idem in eum recognoscentem huiusmodi debita, sed propter rerum inopiam soluere non valentem 36), excommunicationis sententiam promulgauit: [*et infra.*] Mandamus, quatenus, si constiterit, quod prædictus Odoerdus in totum vel pro parte 37) non possit soluere debita supra dicta 38), sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis, recepta prius ab eo n idonea cautione, vt, si ad pinguiorem fortunam deuenerit, debita o prædicta persoluat.

31) *Cantori Tullensi*, C. H.
32) *Odardus*, C. R. L. H. et ed. ant. per tot.
33) In C. H. legitur: *T.*
34) Pron. *ipsum*, omittitur ibid.
35) *Conuenirent*, C. L.
36) De Odoardo clerico, qui *beneficio* carebat, sed absolute promotus, et tandem ad inopiam redactus erat, pro more illius seculi, quo infinita multitudo ad clericatum ruebat quotidie, hoc cap. intelligendum esse, vel inde liquet, quod alioquin, si *beneficium* possedisset, ex eius reditibus creditoribus potuisset satisfieri, cuius non meminit pontifex, id non omissurus secundum *c.* 2. *X. de fideiuss.* nisi sine vero *titulo* promotus fuisset, qui tamen patrimonium, ad quod promotus fuerat, dilapidauerat.
37) *In parte*, habet C. H. Inde tamen minime colligi potest, Odoardo clerico beneficium *competentiæ* indultum fuisse. Qui *pro parte* soluere potest, is est, qui bona habet, sed minus sufficientia ad æris alieni solutionem. Ille quidem, moto concursu, pro parte soluit, bonis diuenditis, pro parte vero non soluit, quatenus nummi inde redacti omnibus non sufficerent, quibus cautio præstanda erat. Neque enim pontifex censuit aut decreuit, eum, qui partem soluere potest, ad solutionem plane et absolute compelli non posse, quod iniquissimum fuisset: sed tantum eius mens huc redit, quod talis debitor clericus excommunicari non possit, sed, cautione præstita, ab hoc vinculo absoluendus sit. Ceterum alia quæstio est, annon clerici beneficia, maxime curata habentes, ad beneficium *competentiæ* prouocare possint, vt officio suo pastorali recte fungi queant? quod ex *hoc c.* decidi nequit, quod vnice ad clericos, sine beneficio ordinatos, pertinet, tali fauore indignos.
38) *Scripta*, C. R. 2. L. et H.

---

a *Al.* Cartusiensi. b *C.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp.* c *Al.* disciplina. d *Cap.* 59. e *C. vn. eod. tit. in* 4. *comp.* f *Vid. l. cum acutissimi. per Iust. C. de fideicom.* g *Vid. Bald. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles.*

h *Vid. Gard. pap. decis.* 117. *incipit, fideiussor. potest.* i *Al.* Norwicen. k *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* l *Vid. l. quæ dotis. ff. solut. matr. et l. Lucius, et vtrobique Bart. ff. de fide instrum.* m Odardus, *habent antiqua exemplaria. Vid. late per Bald. in §. fin. Inst. de act.* n *Al.* ab ipso. o Prescripta.

CAP.

CAP. IV.

Conquerens se indebite soluisse, hoc probare debet, nisi in casu hic posito.

IDEM. (*ann.* 1235. *Romæ.*)

Is[a], qui conqueritur, indebitam pecuniam se soluisse, probare tenetur, quod indebite sit soluta *a*: nisi eius aduersarius solutionem inficiens exinde conuincatur. Tunc enim diffitenti onus incumbit probandi, quod debitum recepisset.

TITVLVS XXIV.
DE DONATIONIBVS.

CAP. I.

Potest intelligi duobus modis et secundum primum intellectum h. d. *Liberalis in donando existimat se debere, quod donat.* Vel sic secundum alium intellectum: *promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere tenentur.*

GREGORIVS *b A. patricio* 39) *Gallorum.* (*ann.* 604. *Romæ.*)

Prudentes 40) [*viros, sicut essis, regibus adhærere, multorum solamen est, etc.*] Hoc c sibi quodammodo nobilitas legem imponit 41) *d*, vt debere se, quod sponte tribuit, existimet 42) *e*: et, nisi in beneficiis suis creuerit 43), nihil *f* se præstitisse putet, [*et apud nobilium mentes semiplenum bonum videtur, quod sine adiectione relinquitur.*]

39) *Asclepiodoto*, c. 1. comp. 1. h. t. Desumta autem hæc verba hic relata sunt ex *libr. XII epist.* 17. paulo ante obitum eius scripta.
40) Verba hic inserta non sunt in cit. c.
41) *Imposuit*, C. R. 1. *ponit*, C. R. 2. L. et cit. c.
42) *Aestimet*, cit. c.
43) *Excreuerit*, C. R. 2.

CAP. II.

Non valet donatio, quam facit prælatus, inconsulto capitulo, et in damnum ecclesiæ.

ALEXANDER III. *Parisien.* 44) *episcopo* (*ann.* 1170.)

Fraternitatem g tuam credimus non latere, quod, cum episcopus et quilibet prælatus [*alius ecclesiasticus*] ecclesiasticarum rerum sit procurator, et 45) non dominus: conditionem ecclesiæ *h* meliorare potest, facere vero deteriorem non *i* debet 46). Accepimus autem, quod [*bon. mem. P.*] prædecessor tuus graues donationes [*et onerosas ecclesiæ*] in rebus episcopatus [*ad quarumdam instantiam*] fecit, in detrimentum ecclesiæ, suis canonicis [*catholicis*] inconsultis.

Vnde quoniam donationes huiusmodi de iure non tenent, [*auctoritate apost.*] indulgemus *k* tibi 47), vt 48) liceat [*tibi*] donationes huiusmodi tam a clericis, quam a laicis, legitime reuocare.

44) *Papiensi*, c. 2. comp. cit. 1. habet. Verum lectionem in vulgata recte præfert GONZ. eruditque per prædecessorem eius, ad quem scripsit pontifex, intelligendum esse PETRVM Lombardum rerum ecclesiasticarum dissipatorem.
45) Copula *et*, omittitur in C. R. L. H. ed. ant. Gonz. et cit. c.
46) *Meliorem facere potest, non vero deteriorem*, C. H.
47) *Fraternitati tuæ*, cit. c.
48) *Indulgemus, vt tibi*, C. R. et L.

CAP. III.

In considerando, an valeat donatio, facta per prælatum, debet attendi quantitas rei donatæ, et loci consuetudo. H. d. cohærendo litteræ.

IDEM *Vigorien.* 49) *l episcopo.* (*ann.* 1180.)

Cæterum *m*, si abbatem [*tuæ diœcesis*] donationem cum priore et quibusdam de conuentu [*suo*], vel solum abbatem facere contigerit 50), et postea conuentus pars reclamauerit; datæ rei quantitas, et illius terræ consuetudo 50*), quæ tamen sacris canonibus non [*manifeste*] obuiet, est diligentius attendenda: et secundum hoc est 51) donum ratum vel irritum iudicandum. [*Verum si alicui ecclesiæ possessio qualibet, interposita conditione, donetur; non potest a donatore postea reuocari: nisi forte tali sit conditione collata, quod, ea cessante, possessio reuocari debeat.*]

49) *Vigornien.* C. R. et L. sed in c. 3. comp. cit. 1. desiderantur vocabula: *Vigor. episc.*
50) *Contingat*, C. H.
50*) Debantur donationes, pro moribus populi seu loci *consueta*, et certis occasionibus vsitatæ, *Xenia* dictæ, quæ gratulationis ergo et feudii testandi caussa fiebant. *l.* 6. *D. de offic. proc.* quæ nec abbatibus interdictæ, et de quibus hic pontifex intelligendus, quod hæ *modica* esse soleant. Vnde prudenter ait, et *quantitatem* et *terræ consuetudinem* esse inspiciendam.
51) Verbum *est*, non habetur in cit. c.

CAP. IV.

Ecclesia non vacans, in beneficium concedi non potest, sed in proprietatem sic: de auctoritate tamen episcopi, et sine præiudicio prælati.

IDEM *abbati S. Alberti* 52). (*ann.* 1180.)

Consultationibus *n*: [*et infra.*] Donationes 53) vero vel 54) concessiones ecclesiarum, si quæ fiant priuatis personis, viuentibus illis, qui ipsas 55) ecclesias possident, nullius debent esse momenti. Si religiosis fiant locis ab episcopo, vel eius auctoritate 56): ratæ debent haberi, ita, quod personæ, quæ iam dictas ecclesias possident, sine ipsorum 57) assensu eis in vita sua non debeant *o* spoliari 57*).

52) Rectius *Albano*, C. H. vel potius: *S. Albani*, c. 13. comp. 1. de iure patr.
53) Quæ his præmittuntur in cit. capitulo, vide, *sis*, intr. c. 19. de iure patr.
54) *Et*, C. R. L.
55) Pron. *ipsas*, deest in C. H.
56) Verba *ab episcopo vel eius auctoritate*, omissa sunt in cit. c. 13.
57) *Ipsarum*, C. R. c. et cit. c.
57*) Sermo hic est de *concessionibus ecclesiarum*, religiosis locis per viam donationis auliter, seu *sine capituli consensu* factis, quibus valo inducebatur. c. 7. in f. X. h. t. Quando ergo e monasterio hæ ecclesiæ sacerdotibus collatæ erant: hæ concessiones medio interim, seu *ad vitam* possessoris, valere debebant, cui factum episcopi illicitum nocere non debebat.

CAP. V.

Non obstante iuramento de non infeudando de nouo, prælatus integrare potest feudum, si appareat vasallum in concessione fuisse deceptum.

INNOCENTIVS III. *episcopo Florent.* 58) (*ann.* 1205.)

Per tuas *p* [*nobis*] litteras proponere procurasti, quod, cum quidam 59) nobiles Florentini 60), [*et potentes prompti ad seruitium et deuoti,*] tempore schismatis [*bon. mem. I.*] episcopum 61) Florent. 62) in domo sua tenuerunt 63) [*contra imperatorem, suorumque fautorum insultus,*] idem episcopus, sedare schismatis tempestate, de mandato [*fel. rec.*] Alexandri papæ [*præd. n.*] quatuor modios terræ in feudum concessit eisdem, et. [*eo postmodum viam vniuersæ carnis ingresso, bon. mem. B.*] successor ipsius, prout est moris, de certo 63*) feudo præfatos nobiles inuestiuit. Verum cum ipsi assignatam terram mensurari 64) fecissent: non nisi duos modios inuenerunt, feudum integrari cum instantia postulantes 65). Super quo dubitas, eo, quod non sunt in possessione ipsius, ne de nouo videaris illud conferre; [*licet tibi fidelitatem curauerint exhibere, et de quatuor modiis fuerint inuestiti, antequam eorum petitioni duceres annuendum, sed. duxisti apost. consulendum.*] Nos igitur attendentes, quod ecclesia in actibus suis fraudem non debet aliquam 66) adhibere, [*f. t. r.*] respondemus, quod feudum ipsum 67) secure poteris 68) [*eisdem nobilibus*] integrare: cum terra illa quatuor modiorum 69) ipsis fuerit assignata, [*et iam dictus episcopus quatuor promiserit se daturum.*]

58) *Florent.* C. R. 2.
59) Dictio *quidam*, in c. 2. comp. 3. h. t. non habetur.
60) *Florentiæ*, C. L.
61) *Episcopi*, cit. c.
62) *Florentinum*, C. R. et L.
63) *Retinuerint*, C. R. 2. et ed. ant. *tenuerint*, L. cit. c. et ed. Gonz. *retinuerunt*, H.
63*) In c. 2 comp. 3 h. t. legitur rectius: *de recto feudo*, quod verum feudum est, et opponitur aliis concessionibus, quæ essent feudæ sunt: sed vera et recta feuda non sunt, essentialibus eius destituta.
64) *Sibi assignari*, cit. c.
65) *Vnde ab antecessore tuo, vt ipsis feudum integraret cum instantia postulaverunt*, ibid. et tum adduntur sequentia: *qui licet hoc aliquando se facturum promiserit, effectus tamen nunquam mancipauit. Ipsi autem, vt tu præfatum feudum ipsis adimpleas, assidue postulant et instanter. At tu aliquantulum dubitas eo, quod* etc.
66) *Ecclesiam non decet fraudem vel dolum aliquem*, ibid.
67) Pron. *ipsum*, deest in C H.
68) *Potes*, cit. c.
69) *Nomine quatuor modiorum*, C. R. 2. *modiorum nomine*, H.

CAP. VI.

In donationibus plenissima fit interpretatio: et ob hoc clausula onerosa post multas donationes apposita, proximam donationem tantum respicit. H. d. et est casus singularis.

IDEM R. *q de Barg.* 70) *et G. Berbur.* 71) *abbatibus*, [*et magistro I. rectori ecclesiæ de Bilchiale.*] (*ann.* 1208 *Romæ.*)

Cum dilecti *r* filii 72) abbas et monachi de Melros 73) proposuerint coram nobis, quod nobilis vir Alanus quasdam terras ab [*W. quondam*] patre ipsius, eorum ecclesiæ [*de Machelim*] in eleemosynam *s* assignatas, violenter redigere cupiat in forestam, [*et eos super his indebite molestaret: vobis dedisse recolimus in mandatis, vt ipsum ab*

70) *R. Gedeburgen.* C. R. 1. *R. Gedeburgen.* L. et H. *R. Cedeburgen*, c. 3. comp. cit. 1.
71) *Et G. Triburgen.* C. R. 1. *et G. Biburgen.* C. R. 2. *et G. Brebien.* L. *et G. Ruburg. abbatibus*, H. *Berburg.* ed. ant. *Brsburgen.* cit. c.
72) *Dilectus filius*, C. L.
73) *De Nerslios*, C. R. 1. *de Melros* cit. c.

a *Vid. l. cum de indebito. ff. de probat.* b Asclepiodoto *l.* 12. c *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* d Ponit. e Extimet. f Nec. g *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.* h *In C. Barb.* meliorem potest facere, *etc.* i *Al.* non potest. k *Al.* indulgemus, vt tibi liceat, *etc.* l Wigurien. m *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp. et c.* 2. *tit. de consuet. in* 2. *comp. et post conc. Lat. p.* 29. *c.* 3.

n *Cap.* 13. *tit. de iur. patr. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 15. *cap.* 10. o Decent. p *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp.* q *Al. ita:* R. G. de Burg. et G. Burge. abbatib. r *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.* s Eleemosynas.

ipsorum

ipsorum super illis terris indebita molestatione desistere per cens. eccl. app. postpos. cogeretis. Verum cum super caussa ipsa mandatum apost. impleretis, diligenter procedentes in caussa; partibus in praesentia vestra constitutis, testes recepistis hinc inde, et super attestationem illorum et instrumentis diu disputationibus ac disceptationibus habitis in caussa ipsa, usque ad sententiae calculum processistis, caussam ipsam sufficienter instructam ad nostram audientiam remittentes. Vt autem per diligentiam vestram finis caussae imponatur: eidem instrumentorum tenorem, depositiones testium et allegationes etiam, prout ea receperatis, sigillorum vestrorum munimine consignata, nobis sub sigillo nostro remittimus interclusa, et per apost. scd. u. praec.] mandamus, quatenus [*auctoritate nostra suffulti*] ad sententiam pro ipso monasterio proferendam, appell. postposita 74), procedatis, [*contradictores per censuram ecclesiasticam cogentes et facientes, quod iudicaveritis, auctoritate nostra firmiter observari:*] cum ex tenore instrumenti euidenter appareat a, quod haec fuit mens et intentio donatoris, vt clausulae de forma, quae in hoc ponitur instrumenti, non ad superiorem donationem, quae tam libera et pura fuit, vt immunis esset [a] b vexatione 75) et consuetudine seculari, sed [*hoc*] ad inferiorem concessionem, quae pensionem et determinationem habet insertam, iuxta sanum referri debeat intellectum; quia in contractibus plena c, in testamentis plenior, in beneficiis quoque planissima est interpretatio 76) adhibenda.

74) *Non obstante contrad. vel app. cuiuslibet*, cit. e.
75) *A vexatione*, C. R. 1. L. et ed. Gonz. *ab omni exactione* C. R. 2. et ed. ant. *ab exactione et*, H. *ab omni vexatione* ed. Cont.
76) Interpretatio in quibuscunque negotiis cum *pleno effectu*, quem latenderunt disponentes, facienda, quod recta ratio, et praecepta Logices iubent, quae *regulas interpretandi* tradit. Nec credendum est, legislatores alias regulas contractibus, alias vltimis voluntatibus, alias demum beneficiis principum dedisse: cum etiam haec cum *pleno effectu* sint accipienda. Videntur tamen veterani interpretes diuersitatem interpretandi hic constituere voluisse, quos sequitur pontifex, quod *l.* 12. *de R. I.* in testamentis PLENIVS voluntates testantium explicandas esse, asserat, et *l.* 3. *D. de constit. princ.* constituat: *beneficia principum quam* PLENISSIME *interpretari debemus.* Ergo existimarunt, *positiuum* ad contractus, *comparatiuum* ad testamenta, *superlatiuum* ad beneficia referendos esse: cum tamen tales loquutiones *arbitrarie* et *synonymice* in iure accipiantur. Nam etiam in contractibus *plenissima* dicitur fieri interpretatio in *l.* 19. *D. de iudic. solut.* et *plenior* in *l.* 95. §. 3. *de solut.*

CAP. VII.

Si episcopus in ecclesia, quam de consensu capituli pio loco concessit, percipiat certos prouentus; illos donasse videtur: alioquin omnes prouentus praeter cathedraticum, cedunt pio loco. Et si episcopus concessit de consensu patroni: intelligitur patronus donasse ius patronatus.

IDEM *episcopo Heliensi.* d (*ann.* 1210.)

Pastoralis e officii [*diligentia: et infra.*] Tua nos [*insuper*] duxit discretio 77) f consulendos, si episcopus, consentiente patrono, viris religiosis aliquam ecclesiam concedendo, hac vtatur simplicitate verborum: concedimus vobis illam ecclesiam: vtrum eo ipso videatur [*ecclesia illa*] in eorum vsus fuisse concessa, vel ius tantummodo patronatus. Nos autem inquisitioni tuae [*taliter*] duximus respondendum 78), quod, si episcopus 79) ecclesiam illis conferat de consensu patroni, profecto patronus, quod suum est, conferre videtur, ius videlicet patronatus g, et episcopus, quod [*ipse*] temporaliter obtinet in eadem, vt, si fructuum ecclesiae eiusdem aliquam recipiat 80) portionem, in eorum vsus illa portio conuertatur. Quodsi ex ipsius prouentibus nullam debeat 81) [*episcopus*] portionem habere; omnes prouentus praeter cathedraticum in eorum vsus credimus conuertendos: sed vt episcopi donatio sit legitima, consensus est sui capituli requirendus.

77) *Fraternitas*, C. H.
78) *Respondemus*, C. R. 1.
79) De iure communi patronus ius patronatus potest monasteriis donare, inconsulto episcopo. *c.* 8. *X. de iure patron. c.* vn. *eod.* in 6. Sed in Anglia olim id sine episcopi consensu non licuit, qua de caussa *reuocationis episcopalis* hic fit mentio. Vid. *concil. London. de anno MCII. c.* 21. apud HARDVIN. *tom. VI. P.* 2. *p.* 1863. et 1827.
80) *Percipiat*, c. 4. comp. 3. cit.
81) *Debet*, ibid.

CAP. VIII.

Possunt hospitalarii in praeiudicium suum, sic et domum suam alteri religiosae domui subiicere et donare. Hoc dicit, secundum intellectum glossae.

IDEM *Florentin. et Fesulan.* 82) *episcopis.* [*et archipresbytero Pistoriensi.*] (*ann.* 1208.)

Inter dilectos h filios hospitalarios sancti sepulcri [*de Pisis, hospitalis Hierosolymitani, ex vna parte,*] ac fratres hospitalis S. Allucii, [*Lucanae dioecesis, ex altera,*] super eodem hospitali [*s. Allucii*] quaestione suborta, cum iidem hospitalarii super possessorio, quod semel et iterum, ex caussis tamen 83) dissimilibus, intentarunt, contrariam sententiam reportassent: deinde 84) ad petitorium recurrentes, [*per procuratorem suum coram dil. f. H. subd. et capellano nostro, quem sibi et procuratori partis alterius auditorem concessimus,*] proponere curarunt, quod, cum G. 85) quondam rector, et fratres ac patroni eiusdem hospitalis [*sancti Allucii,*] habito communi tractatu i, deliberassent, hospitale ipsum hospitalariis supponere supra dictis, commiserunt 86) in hoc tribus procuratoribus vices suas, communiter statuentes, vt, quod per ipsos [*super hoc*] fieret, acceptarent. Qui [*postmodum ad praedictos hospitalarios accedentes,*] cum eisdem taliter statuerunt, vt ad ipsum hospitale aliqui mitterentur, qui eorum nomine acciperent 87) k assignationem ipsius. Cum autem duos illuc de suis fratribus 88) [*propter hoc*] transmisissent: ipsi 89) [*in camera praedicti rectoris*] donationem et assignationem hospitalis [*praedicti*] tam a [*praefato*] magistro, quam a supra dictis procuratoribus, et aliis eiusdem domus fratribus receperunt. [*et infra.*] Procurator autem partis alterius 90) ex aduerso respondit, quod praedicta donatio debebat 91) non immerito retractari: quoniam, multis ex fratribus inconsultis, a praedicto rectore, ac paucioribus fratribus excommunicatis [*nihilominus*] et periuris, de re litigiosa [*et*] in fraudem plebani de Piscia 92), qui super eodem hospitali mouerat quaestionem, fuerat celebrata. [*Et haec omnia proponebat sufficienter esse probata per depositiones testium productorum. Ad haec vero, parte altera multipliciter respondente, hinc inde fuit aliquandiu disputatum. Nos igitur, his et aliis intellectis, quae coram capellano praedicto partes proponere curauerunt, et ipsarum attestationibus diligenter inspectis,*] attendentes, quod fratres et patroni sancti Allucii pro se, imo potius contra se, [*suam*] turpitudinem allegabant, videlicet periurium, excommunicationem, et fraudem 93), non vtique contra ipsos, sed ab ipsis commissam, et intelligentes donationem ab eis [*praefatis*] hospitalariis factam, puram ac simplicem exstitisse, quia non deceptoribus, sed deceptis iura subueniunt, vnde per ea, quae superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant, [*cum et quaedam ex ipsis non fuerint comprobata, de cons. f. n.*] hospitale praedictum [*s. Allucii*] cum pertinentiis suis hospitalariis sancti sepulcri adiudicare curauimus, ita, quod per hanc [*nostrae diffinitionis*] sententiam dioecesano episcopo et plebano de Piscia nullum praeiudicium generetur: cum res, inter alios acta, non debeat aliis praeiudicium generare. l

82) *Fesulanis.* C. H. *Fesulan.* c. 5. comp. cit. 3.
83) Part. *tamen*, a C. R. 1. abest. et in C. R. 2. est deleta.
84) *Demum*, ed. ant.
85) *Cum B.* cit. c.
86) *Compromiserunt*, ibid.
87) *Reciperent*, C. R. 1. H. L. ed. ant. et cit. c. ita etiam correctum in C. R. 2.
88) *Cum autem fratres M. et R.* cit. a.
89) Pronom. *ipsi*, desideratur ibid.
90) *Ipsius*, C. H.
91) *Debeat*, cit. a.
92) *Prisca*, C. H. per tot.
93) Intelligit *fraudem* in eo commissam, quod *de re litigiosa*, in fraudem plebani de Piscia, donatio facta fuisset a reis, qui ex hac fraude exceptionem frustra sibi tribuebant. Plebanus recte hac exceptione donationis *rei litigiosae*, nulliter factae, vti poterat, nec iure canonico abolita, quatenus litem contra fratres Hospitalis S. Allucii continuare volebat. Neque enim hi eum ad Hospitalarios s. sepulcri ablegare, atque obiicere poterant, contra eos litem motam esse continuandam, quod donatio rei litigiosae esset ipso iure nulla, nec lite pendente aliquid innouandum esset.

CAP. IX.

Donatio quinquagesimae vel centesimae, quam facit episcopus cum graui ecclesiae suae detrimento, potest legitime reuocari: nec etiam potest vltra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam cessante laesione ecclesiae, sine auctoritate superioris.

IDEM INNOC. III. *episc. sancti Andreae.* (*ann.* 1211. *Romae in Scotiam.*)

Apostolicae m sedis oraculum: [*et infra.*] [*Cum plerumque contingat, quod episcopi successiue locis religiosis de reditibus, qui pertinent ad easdem, vltra quinquagesimam conferant portionem, ita, quod interdum vsque ad tertiam partem, vel quartam, interdum vero plus minusue huiusmodi reditus minuantur: tua frat. nos consuluit, vtrum successoribus eorundem ea, quae taliter fuerint vltra quinquagesimam portionem concessa, liceat aliquatenus reuocare. Nos igitur*] inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, licet sit in canone 94) n definitum, vt, si quis episcoporum in parochia sua monasterium [*forte*] construere voluerit, et de rebus ec-

94) H. e. in decreto GRATIANI, qui canonem concilii Toletani IX. retulit in *c.* 74. *C. XII. qu.* 2. Illud enim magis vbique consuluit INNOCENTIVS III. non ipsos fontes, cum illi totus immersus fuerit. Ceterum hic canon ad annum DCLV. referendus, quo nondum beneficia introducta: quibus introductis, episcopo non aeque liberum est, de bonis, mensae suae assignatis, aliquid donare.

a Appareat. b Ab omni. in recent. c *Interpretatio facienda est in meliorem partem, vt res valeat. vid. l. quoties. ff. de reb. dub.* d *Al. Helinen.* e *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *comp. reliquas partes huius decr. quaere sopr. de resor. pastoralis, et aliis locis.* f Fraternitas. g *Vid. l. Casus, cum not. D. de pignor. act.* h *Cap.* 5. *eod. tit. in* 3. *compil.* i Contractu. k Reciperent. l *Vid. l. transactionum. C. de pact. et l. si pensor. ff. de iud. et l. si vnus. §. pacto.* m *Cap.* 6. *eod. tit. in* 3. *compilat.* n *Hunc canonem habes in concil. Tolet. cap.* 5. *refert. Grat.* 12. *q.* 2. *c.* 71. *incipit. bona res. Eius canonis verba hic inferri. Innoc. vsque ad verb.* Hoc semper.

clesiae

clesiæ, cui præsidet, ipsum dotare 95), non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem 96), ecclesiæ vero, quam monasticis regulis informare, vel pro suis propriis 97) magnificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiæ, cui præest, debeat elargiri, quia tamen in eodem canone consequenter adiungitur, vt hæc a temperamento æquitas obseruetur, quod cui tribuit, competens subsidium conferat, et cui tollit, damno graui non affligat, ea quidem cautela seruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit ex his duabus, remunerationem assumat, hoc semper est obseruandum, quod vnus episcopus, vel alius, non solum non debet 98) amplius, sed nec tantum, nec minus cum graui ecclesiæ suæ 99) detrimento conferre: siue simul et semel id facere velit, siue pluries successiue, eisdem 100) *b* vel diuersis ecclesiis conferendo. Vnde cum graue detrimentum siue de possessionibus, siue de prouentibus, ad episcopalem mensam vel cathedralem ecclesiam pertinentibus, in quantalibet portione constiterit esse collatum; poterit legitime reuocari: nisi præscriptione vel alia exceptione legitima actio huiusmodi excludatur. Nam, etsi prima facie præsumatur, quod collatio quinquagesimæ vel centesimæ partis graue non inferat 1) detrimentum; quia tamen non solum si sæpe, sed etiam, si semel id fiat, ex variis circumstantiis, deprehendi potest interdum [*esse*] valde damnosum, quod quidem magis potest ex ostensione [*ipsius*] facti, quam expressione alicuius statuti cognosci: nec quinquagesima 2), nec 3) centesima semel aut 4) successiue debet cum graui ecclesiæ 5) damno conferri. Si vero in 6) tantum abundet episcopus, vt sine damno ecclesiæ suæ possit amplius etiam 7), quam per 8) quinquagesimam vel centesimam partem necessitati alterius ecclesiæ subuenire; quamuis per se non debeat summam excedere, a canone præfinitam 9), per quem incaute largiri volentibus est occursum: de superioris tamen auctoritate pontificis 10) *c* potest etiam in maiori summæ inopiæ alterius prouideri.

95) *Et hoc de reb. eccl. cui præsidet, ipse dotare*, c. 6. comp. cit. 3.
96) Vox *partem*, in C. B. 1. L. H. ed. ant. et cit. c. deest, et in C. B. 2. deleta.
97) Vox *propriis*, desideratur in C. B. 2. H. L. ed. ant. et cit. c.
98) *Vt det*, C. C. 1.
99) Pron. *suæ*, a C. C. 2. abest.
100) *Eisdem*, C. B. 1. H. et cit. c.
1) *Ferat*, C. L.
2) *In quinquagesima*, C. B. 1.
3) *Vel*, cit. c.
4) *Ac*, ibidem.
5) Vox *ecclesiæ*, ibid. deest.
6) Præp. *in*, omittit C. H.
7) Partic. *etiam*, in c. cit. non habetur.
8) *In*, est ibid. loco part. *per*.
9) *Præfixam*, ed. ant.
10) Vox *pontificis*, abest a C. B. L. H. et ed. ant.

CAP. X.

Donatio potest per donatorem, non per heredem eius, qui tacuit, ob ingratitudinem donatarii reuocari, in casibus hic expressis.

GREGORIVS IX. (*ann. 1235.*)

Propter eius ingratitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore iuris eam potuit reuocare *d*; si forte in ipsum impias manus iniecerit 11) *e*, aut sibi atroces iniurias, seu graue rerum suarum damnum, vel vitæ periculum inferre præsumpserit 12): quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores.

11) *Iniecit*, C. L. et H.
12) *Præsumsit*, C. B. 2. L. H. et ed. ant.

TITVLVS XXV.
DE PECVLIO CLERICORVM.

CAP. I.

Quæsitum a rectore ecclesiæ, tempore promotionis nihil habente, præsumitur de bonis ecclesiæ quæsitum.

Ex concilio Arelatensi. 13) *f* (*in Gallia.*)

Inuestigandum *g* est, si nihil patrimonii habens presbyter, quando promotus 14) *h* est ad ecclesiasticum ordinem, postea *i* emerit 15) prædia, cuius iuris sint: quoniam ecclesiæ, ad quam nihil habens promotus est, esse debent iuxta canonicam auctoritatem.

13) Vel potius: *Remensi*: quia inter capitula HINCMARI Remensis, anno DCCCLII. edita, c. 18. deprehenditur. Vid. *tom. I. oper. HINCM. p.* 717.
14) *Prouectus*, cit. c. et in C. B. superscriptum est: *i. e. promotus*.
15) *Emit*, C. B. 1. et ed. ant.

a Et per hoc temperamenti. b Eisdem. c Vox, pontificis, deest in vetustissimis codic. d Vid. l. 1. et 2. C. de lib. et eorum liber. e Ingerit. f In conciliis editis nondum inueni. Burchard. libr. 3. decr. cap. 118. et Iuo part. 3. c. 94. g Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. h Prouectus. i Alia si postea.

CAP. II.

De emptis per prælatum de bonis ecclesiæ, debet instrumentum confici nomine ecclesiæ: alias debet prælatus ab administratione remoueri.

Ex EODEM. 16)

Presbyter *k* cum diœcesim tenet; de eis *l*, quæ superemerit, ad ipsius ecclesiæ nomen scripturam faciat: aut ab eius, [*quam tenet,*] ordinatione discedat.

16) Vel potius ex *concilio Agathensi*, anno DVI. celebrato, vnde relatum est in *c.* 3. *C. XII. q.* 4.

CAP. III.

Quæsita per episcopum post consecrationem suam, ecclesiæ relinquenda sunt.

Ex epistola Pii papæ. 17) *m*

Vt vnusquisque *n* presbyter res, quas post dies consecrationis 18) acquisierit, propriæ ecclesiæ relinquat.

17) Si huic caput hoc tribuendum; spurium est. Videtur autem in compendio magis relatus canon *c.* 49. *concilii Carthaginensis III.* anno CCCXCVII in Africa celebrati, relati in *c.* 1. *C. XII. q.* 3.
18) *Consecrationis suæ*, C. L.

CAP. IV.

Empta per prælatum ex emolumentis ecclesiæ, efficiuntur ecclesiæ: licet prælatus emerit nomine alieno.

Ex concilio Remensi 19) *o*. (*in Gallia.*)

Inquirendum est, si quis *p* presbyterorum de reditibus ecclesiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res comparauit *q*, [*et ibi structuras fecerit, vel, quæ ad ecclesiam pertinent, ibidem collocauerit;*] quia, sicut nec suo, ita nec alieno nomine, presbyter [*fenus exercere, multo minus*] fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis *r* debet: quoniam hoc sacrilegium *s* est, et par crimini 20) Iudæ, furis, qui sacras oblationes asportabat et furabatur.

19) Refertur enim ab HINCMARO *c.* 19. inter capitula, quorum annus indicatus ad *c.* 1. *X. h. t. not.* 13.
20) *Par crimini*, c. 9. comp. cit. 1.

CAP. V.

Meliorationes, factæ per prælatum in rebus ecclesiæ, sunt suæ in vita; etiamsi dimittat beneficium: sed de his testari non potest. H. d. secundum intellectum satis notabilem.

Ex concilio Toletano II. *t* (*ann.* 531.)

Si quis sane *v* clericorum agella vel vineolas in terra ecclesiæ sibi fecisse probabitur sustentandæ vitæ caussa; vsque ad diem obitus sui possideat; verum post suum [*de hac luce*] decessum [*iuxta priorum canonum institutiones ius suum*] ecclesiæ restituat, nec testamentario aut 21) successorio iure cuiquam heredum, proheredumue 22) relinquat, nisi forsan, cui episcopus pro seruitiis ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit.

21) *Nec*, C. B. 1.
22) *Heredi proheredive*, C. H.

TITVLVS XXVI.
DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

CAP. I.

Episcopus de rebus patrimonialibus testari potest: de rebus vero ecclesiæ, seu intuitu ecclesiæ quæsitis, testari non valet.

GREGORIVS IX. *Antonio* 23) *subdiacono.* (*ann.* 597. *Roma in Campaniam.*)

Quorundam *x* ad nos relatione peruenit, quod [*Importunus,*] Atellanæ ciuitatis episcopus, [*dum de hac luce migraret,*] condito testamento in octo vnciis [*totius*] substantiæ suæ nurum [*suam*] heredem instituit 24), ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur igitur [*experientiam tuam,*] vt sollicite 25) hoc 26) discutias, et quicquid ipsum habuisse 27) patuerit, a qualibet persona detineri nullatenus patieris, nisi hoc solum *y*, quod eum ante episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quicquid vero ecclesiæ [*vel*] ante ipsius

23) Vel potius: *GREGORIVS M. libr. VII. epist.* 53. *Anthemio Campaniæ subdiacono*, quæ est vera inscriptio, ex operibus Gregorii M. desumta.
24) *Constituit*, et C. H.
25) *Sollicita inquisitione*, c. 2. comp. 1. h. t.
26) *Hæc*, C. H. *hic*, ed. ant. sed in cit. c. hæc dictio non habetur.
27) *Et quidquid ecclesiæ ipsius esse patuerit*, cit. c.

k Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. l De his. m Videtur sumptum ex concilio Carthaginens. III. cap. 49. refert. Burchard. libr. 3. decr. cap. 122. Iuo part. 3. cap. 96. Grat. 12. q. 3. c. 1. n Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. o In concilio impresso nondum inueni. p Si aliquis presbyter. q comparauerit. r Ecclesiæ. s Sacrilegum. t Concil. Toletan. II. v Cap. 4. et cap. 7. eod. tit. in 1. compil. x Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. y Item, Thom. 2. 2. q. 185. art. 6. et 7. et ibidem Caietan. et conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 1.

Ii

con-

consecrationem 28) fuisse cognoueris 29), vel in episcopatus ordine prædictum episcopum acquisiuisse *a*, in eiusdem ecclesiæ dominio consistuetur. 30)

28) Quæ olim constituebat episcopum, vt demum ab hoc tempore episcopatum gereret consecratus. Ergo quicquid post *consecrationem* acquisiuerat episcopus, ex reditibus ecclesiasticis acquisiuisse, imo plus, quam debebat, percepisse, credebatur: quod vltra vitæ necessaria ex *patrimonio pauperum* percipere haud licuerit, sed, quæ ex iis supererant, *ecclesiæ* bonis accenseri deberent, quod iam ie *l.* 1. *C. de episc. et cler.* prouisum. Sub dispositione enim episcopi bona ecclesiastica communera olim erant, nec *beneficia* cognita: adeoque facile ex his plus sibi, quam licuerat, tribuere poterat. Episcopis itaque de his testamenti factio adempta, non item presbyteris ceterisque inferioribus clericis, quibus testamenti factionem indistincte concessit IVSTINIANVS in *Nov.* 123. *c.* 19. quod hi ex *bonis* communibus nil nisi necessaria perciperent: qua de caussa etiam GREGORIVS M. de *episcopo* tantum in *h. c.* loquitur.
29) *Agnoueris*, C. L.
30) *Referuetur*, C. H.

CAP. II.

Abbatissa testari non potest: etiamsi nunquam induisset habitum monachalem.

IDEM *libr. VII. ep.* 7. (*ann.* 597. *Romæ.* Conf. c. 3. comp. cit. 1.)

Quia ingredientibus: [*et infra.*] Gabina 31) *b* abbatissa conquesta est, Syricam quondam 32) abbatissam monasterii sui, postquam regendi suscepit officium, condito testamento legata quibusdam reliquisse, dicens, eam vsque in diem obitus sui non induisse habitum monachalem 33), sed in vestibus, quibus vtuntur loci illius *c* presbyteri, permansisse, sicut et illa, quæ ante ipsam fuerat abbatissa, et hoc pæne *d* ex consuetudine licuisse: [*et infra.*] Necessarium ergo visum est, [*tam cum consiliariis nostris, quam cum aliis huius ciuitatis doctis viris, si quid esset, de lege tractaret: qui tractantes dixerunt,*] postquam abbatissa [*ab episcopo*] ordinata est 34) et in 35) monasterio per annos plurimos vsque ad obitum præfuit, vestis qualitatem ad culpam forte episcopi pertinere, qui eam sic esse permisit, non tamen potuisse 36) præiudicium monasterio irrogare 37), sed 38) res ipsius eidem loco, ex [*eo*,] quo illic ingressa, et 39) abbatissa constituta est, de iure competere, [*et ideo si litigium oritur inter monasterium et xenodochium, cui reliquit, præcipimus, vt quod legalis sanxerit ordo, diffiniatur.*]

31) *Gabinana*, c. 3. comp. cit. c. 1.
32) Partic. *quondam*, ibid. non habetur.
33) *Vestem monasticam*, ibid. legitur.
34) Idem de monachis et monialibus dicendum, quibus IVSTINIANVS in *nov.* 5. c. 5. demum ademit testamenti factionem: adeoque in *nov.* 76. *c.* 1. ita hoc declarat, vt hæc noua prohibitio eos non tangeret, qui eo tempore iam intrassent monasterium. Erant enim monachi *laici* *conuenientes*, et *vitam priuatam* ducentes, vt his testamenti factio integra vsque ad hæc tempora permanserit. *l.* 13. *C. de SS. eccles.* Neque imperator hanc prohibitionem ex vero *paupertatis*, sed ex ea ratione tradit, *quod ipso ingressu se suaque dedicarent* DEO, *et monasterio acquirerent.*
35) Part. *in*, non est in cit. c.
36) *Debuisse*, C. R. L.
37) *Generare*, C. H.
38) *Si*, secundum C. L.
39) Copula *et*, in cit. c. omittitur.

CAP. III.

Si intra annum a die monitionis non sit exsequutio testamenti per defunctum exsequi: deuoluitur exsequutio ad episcopum.

IDEM *libr. III. ep.* 10. *e* (*ann.* 594).

Nos quidem: [*et infra.*] Peruenit ad nos, Stephanum, de hac luce migrantem 40), supremæ voluntatis elogio *f* monasterium præcepisse fundari: cuius desiderium a T. religiosa femina, eius herede, protrahitur 41). Quamobrem te hortamur, vt eam 42) commonens, quatenus intra annum monasterium, quod iussum est, debeat ordinare, et cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere. Quod si intra prædictum tempus sine in loco, quo 43) constitutum fuerat 44), seu [*certe*,] si ibi non potest, et alibi placet ordinari, tecum 45) implere neglexerit: tunc per te ædificetur, et omnia per te loco ipsi [*venerabili*] sine diminutione quælibet assignentur 46). Sic enim secundum 47) piissimas leges 48) dilatas defunctorum pias voluntates episcopali decens est studio adimpleri 49).

40) Ita omnes fere codices habent cum c. 12. comp. cit. 1. et ipso registro GREGORII. Quod cum verborum seriei congruat, non palam est, quare nouiores editiones legant: *migrante.*
41) *Cuius desiderium Theodosia, religiosa femina, ab eius dilatione protrahitur*, cit. c.
42) *Prædictam feminam*, ibid.
43) *Vbi* secundum C. H.
44) *Institutum fuerat*, C. a. 1. *constitutum fuerit*, ed. ant.
45) *Ecclesiam tecum*, C. a. 2.
46) *Sine minoratione aliqua faciantur*, cit. c.
47) Verba *sic enim*, etc. vsque ad finem desunt in C. a. 2.
48) Secundum quas episcopi sunt exsequutores dispositionum ad pias caussas. *l.* 28. *l.* 46. 49. *C. de episc. et cler. Nov.* 131. *c.* 11. quod etiam repetit pontifex in *c.* 6. *X. h. t.*
49) *Suppleri*, cit. c.

CAP. IV.

Debetur legatum: quamuis nudis verbis a testatore sit relictum.

IDEM *g* *Petro subdiacono* [*Siciliæ.*] *libr. XII. epist.* 30. [(*ann.* 602.)

Indicante 50) *g*: [*et infra.*] Cognouimus 51) [*autem*,] Romano referente, quod 52) moriens vxor Redempti *h* [*vnam*] concham argenteam nudis verbis 53) iussit venundari, et suis dari 54) libertis, et scutellam argenteam cuidam monasterio reliquisse 55) *i*: in quibus [*vtrisque*] voluntatem eius per omnia volumus adimpleri 56).

50) *Indicare*, falso legitur in c. 13. comp. cit. 1. Nam in *Registro* GREGORII integra clausula hæc est: *Indicante Romano defensore cognoui* etc.
51) *Cognoui*, cit. c.
52) *Quia*, ibidem.
53) Iam ergo tempore Gregorii M. legata ad pias caussas *nudis verbis*, h. e. sine solemnitatibus facta, vim iuris habuerunt, ad quæ decreta ecclesiæ prouocat pontifex in c. 11. *X. h. t.*
54) Ita rectius legitur in veteribus Raymundi libris, ed. ant. et c. cit.
55) *Reliquit*, cit. c.
56) *Impleri*, ibid.

CAP. V.

Non debetur legatum, cum testatur rem non suam, sed ecclesiæ legauit. H. d. simpliciter inhærendo litteræ.

IDEM *T.* 57) *episcopo, libr. VII. ind. I. ep.* 4. (*ann.* 597. *Roma in Siciliam.* Conf. c. 14. comp. cit. 1.)

Filius noster, Faustinus, conquestus est [*nobis*,] quod quondam P. pater suus 58) aliqua ecclesiæ vestræ, sepulturæ suæ gratia, iuris alieni reliquit 59). Et quidem 60) leges seculi 61) hoc habent, vt heres ad soluendum cogatur, si auctor eius rem legauerit alienam 62). Sed quia lege Dei, non autem lege huius 63) seculi viuimus 64): valde mihi 65) videtur iniustum, vt res, tibi legatæ, quæ cuiusdam ecclesiæ esse perhibentur, a te teneantur, qui aliena restituere debuisti 66).

57) *Dono*, c. 14. comp. cit. 1.
58) *Eius*, ed. ant.
59) *Reliquerit*, cit. c.
60) *Quadam*, C. H.
61) Secundum quas legatum rei alienæ a testatore *sciente* relictum, hoc effecto valet, vt vel heres eam, si venalis est, redimere vel æstimationem præstare teneatur. Hoc non absolute improbat GREGORIVS, sed tantum ea respectu, ne legatarii rem alienam, inuito domino, cuius est, detinere præsumant, quod nec leges seculi permittunt.
62) *Si auctor eius aliena legauerit*, cit. c.
63) Pron. *huius*, desideratur in C. a. 2. et L. et deinde legitur: *viuis.*
64) *Quia fraternitas tua lege Dei, non autem lege viuis seculi.* C. a. 1. et cit. c. in quo tamen legitur: *vestra*, pro *tua.*
65) *Nobis*, C. H.
66) Post vocem *iniustum*, verba in cit. c. ita se habent: *vt calix oloserinus, et pater, qui cuiusdam ecclesiæ esse perhibetur, a te teneatur. Quum enim vir reuerendissimus Palumbus, archid. ita fuisse testatus est. vos eius fidei credere et restituere omnia aliena debuistis.*

CAP. VI.

Heredi, non adimplenti iussa testatoris, ab episcopo interdicitur res, a testatore relicta. H. d. inhærendo litteræ.

Ex concilio Maguntino 67). (*in Germania.* Conf. c. 11. comp. cit. 1.)

Si heredes iussa testatoris non adimpleuerint 68); ab episcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta est, canonice interdicatur cum fructibus et cæteris emolumentis: vt vota defuncti adimpleantur. *k*

67) *Magocens*, c. 11. comp. cit. 1. falso habet.
68) *Adimpleant*, C. H.

CAP. VII.

De bonis, per ecclesiam acquisitis, clerici testari non possunt.

Ex concilio Lateran. *l* (*ann.* 1179. *Romæ.*)

Cum in officiis caritatis primo loco illis teneamur obnoxii, a quibus beneficium nos cognoscimus 69) recepisse, econtra quidam clerici cum ab ecclesiis suis multa beneficia perceperint, bona [*tamen*,] per eas 70) acquisita, in alios transferre præsumunt. Hoc igitur, quia [*et*] antiquis canonibus constat inhibitum, nos [*etiam inhibemus.*] Indemnitati [*igitur*] ecclesiarum prouidere volentes, sine intestati decess-

69) *Cognouimus*, c. 4. comp. cit. 1.
70) *Eos*, C. a. 1. *per ecclesiam*, cit. c.

---

a Acquisiisse, in antiq. b Sabina abbatissa questa. c Ipsius. d Plene, in vulgat. sed. in regist. Greg. pæne. e Scilicet Gregor Ianuar. episcopo Caralitano *l.* 3. *epist.* 10. *regist.* et c. 12. *eod. tit. in* 1. *comp.* f Eulogio.

g *Gregor. in regist. libr.* 12. *epist.* 30. *et cap.* 13. *eod. tit. in* 1. *comp.* h Recepti, *puto esse proprium viri nomen.* i *Alter:* reliquisset, *sed* reliquisse, *in nostris antiqu.* k Impleantur. l *Sub Alexand. III. cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compilat.*

sine

rint, siue aliis 71) a conferre voluerint, penes ecclesias eadem bona præcipimus remanere 72).

71) *Alii*, C. R. L. H et cit. c.
72) Hoc tempore iam *beneficia* erant introducta, ex quibus certos reditus, *iure salarii*, sibi acquirebant clerici et sic fructus suos faciebant, vt de iis etiam testamenta conderent: quod æquitati congruum erat. Nec antiqui canones hoc trahi poterant, ad tempora, quibus beneficia nondum introducta, restringendi. Quamuis vero in concilio Lateranensi sub ALEXANDRO III. aliud constitutum: in Germania tamen in plerisque locis contrarium ex vsu antiquo seruatur. Quod non improbat IDEM in c. 13. *X. de prob.* vt not. 35. ducui: quod *iure beneficii* fructus percipiantur, et sic de iis inter viuos etiam libere disponi queat. c. 8. *X. h. t.*

CAP. VIII.

Moderatam eleemosynam de bonis, per ecclesiam acquisitis, clerici facere possunt, etiam in ægritudine constituti.

ALEXANDER III. (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Ad hæc *b* præsentibus 73) [*litteris tibi*] innotescat, quod clerici de mobilibus, quæ per ecclesiam 74) sunt adepti, de iure testari non possunt: viuentes tamen, et sui compotes, moderate valent aliqua de bonis ipsis non ratione testamenti, sed eleemosynæ intuitu, erogare in ægritudine constituti.

73) In C. R. 2. voci *præsentibus*, additur *litteris*.
74) *Per ecclesias*, c. 5. comp. cit. 1.

CAP. IX.

De bonis propriis, vel acquisitis, intuitu personæ clerici testari possunt, de acquisitis intuitu ecclesiæ non.

IDEM Alex. III. *Vigilensi 75) c episcopo.* (*ann.* 1180. *Roma in Apuliam.*)

Quia *d* nos [*duxit tua prudentia consulendos, vtrum clerici de mobilibus rebus possint condere testamentum:*] consultationi tuæ taliter respondemus, quod, licet clerici 76) de his, quæ paternæ successionis vel cognationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, aut amicorum [*suorum,*] non habito respectu ad ecclesiam, peruenerunt 77) ad ipsos, libere 78) disponere valeant. De his tamen, quæ consideratione ecclesiæ [*suæ*] perceperunt, nullum de iure possunt 79) facere testamentum.

75) *Vigiliensi*, C. R. et ed. ant. *Vigil.* L.
76) Vocab. *clerici*, h. l. non habetur in c. 6. comp. 1. h. t.
77) *Peruenerint*, C. R. 2. et cit. c.
78) *Licite*, C. H.
79) *Poterunt*, C. R. 1.

CAP. X.

Valet testamentum, quod parochianus facit coram presbytero parochiali et duobus testibus: nec valet contraria consuetudo. H. d. inhærendo verbis litteræ.

IDEM [*Vbaldo*] *Hostiensi* 80) *episcopo,* [*et archipresbytero et canonicis Velletren.*] (*ann.* 1170. *Roma in Latium.* Conf. c. 9. comp. 1. h. t.)

Cum esses, [*frater episcope,*] in nostra præsentia constitutus; [*diligenti nobis narratione*] proposuisti, talem in tuo episcopatu consuetudinem obtinere 81), quod testamenta, quæ fiunt in vltima voluntate [*ab iis, qui potestatem habent super alios,*] penitus rescindantur: nisi cum subscriptione septem vel quinque testium fiant, secundum quod leges humanæ decernunt 81*). Quia vero a diuina lege et sanctorum patrum institutis 82), et a generali ecclesiæ consuetudine id noscitur esse alienum; cum scriptum sit *e: in* 83) *ore duorum vel trium testium* 84) *stet omne verbum*: præscriptam consuetudinem [*penitus*] improbamus. Et testamenta, quæ Parochiani coram presbytero suo 85), et tribus vel duabus aliis 86) personis idoneis 87), in extreme [*de cetero*] fecerint voluntate, firma decernimus permanere, [*et robur obtinere perpetuæ firmitatis,*] sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis [*præsumtione qualibet*] huiusmodi audeat rescindere 88) testamenta.

80) *Ostiensi*, c. 9. comp. cit. 1.
81) *Inoleuisse*, ibidem.
81*) *Decreuerunt*, ed. ant.
82) *Statutis*, cit. c.
83) *Quod in* etc. ed. ant.
84) Vox *testium*, a C. R. 1. abest.
85) Pron. *suo*, deest in C. H.
86) Vox *aliis*, in C. R. 1. omittitur.
87) Dictio *idoneis*, desideratur in ed. ant.
88) In Germania *constitutio MAXIMILIANI de notariis* de anno MDXII. obtinuit, quo minus hæc dispositio recipi potuerit.

CAP. XI.

Valet vltima voluntas ad pias caussas coram duobus testibus: et est casus singularis.

IDEM *iudicibus Velletren.* 89) f (*ann.* 1170. *Romæ.*)

I. Relatum est 90) g [*auribus nostris,*] quod, cum ad vestrum examen 91) [*aliqua*] super [*testamentis,*] ecclesiæ relictis, caussa deducitur, vos [*secundum humanam, et non secundum diuinam, legem vultis procedere, et,*] nisi septem, vel quinque idonei testes interuenerint 92), [*omnino*] inde 93) postponitis iudicare. [*Vnde, quia huiusmodi caussa de iudiciis ecclesiæ, non secundum leges, sed secundum canones debet tractari, et hic, diuina scriptura testante, duo aut tres idonei testes sufficiunt; d. v. præc.*] mandamus, quatenus, cum 94) aliqua caussa talis 95) ad vestrum fuerit examen deducta, eam 96) non secundum leges, sed secundum decretorum statuta 97) tractetis, [*et*] tribus aut duobus legitimis 98) testibus requisitis 99): quoniam scriptum est 100): *in ore duorum vel trium testium stat* 1) *omne verbum* 2).

89) *Vallatren.* C. H. *Vellenen.* ed. ant. et Cont. sed erronee.
90) C. L. verbis *relatum est*, addit: *nobis*.
91) *Ad vestræ discussionis examen*, c. 10. comp. cit. 1.
92) *Producti fuerint*, ibid.
93) *Exinde*, ibid.
94) *Quatenus, quod, cum*, C. L.
95) *Super testamentis ecclesiæ relictis*, cit. c. loco dictionis: *talis*.
96) *Ea*, ibidem.
97) Secundum quæ *nudis verbis* valebant, seu ex sola voluntate disponentis sine vlla sollemnitate c. 4. *X. h. t.* Idem iam antea in *concilio Lugdunensi II. anno DLXVII.* celebrato, c. 2. Vnde liquet, talia legata valere et nuda testatoris voluntate, et, si de hoc constat, ne quidem testes desiderentur.
98) *Legitime*, C. R. 1.
99) Vox *requisitis*, frustra amittitur in cit. c. quum legatur in concilio et in Gregor.
100) *Cum in ore*, etc. C. H.
1) *Stet*, C. R. et L.
2) Hæc ratio euincit, testes tantum hic desiderari *veritatis* gratia. De qua si aliunde constat: ne quidem testes necessarii sunt, vt canones antiqui, ad quos simul prouocat pontifex, docent.

CAP. XII.

De propriis potest testari clericus; in acquisitis per ecclesiam, etiamsi sint mobilia, succedit ecclesia vel successor: potest tamen aliqua seruitoribus vel pauperibus elargiri. Si autem defunctus habet plures ecclesias vel beneficia: fiet æque diuisio inter illa.

IDEM *electo et capitulo Cassanen.* (*ann.* 1170. *Roma in Calabriam.*)

II. Relatum est *h* auribus nostris, quod, quia statuimus in Lateranensi concilio *i*, vt bona, per ecclesiam acquisita, ad eam in clericorum obitu deuoluantur, dubitatis, an hoc sit de immobilibus tantum, vel de mobilibus sentiendum. [*Responso quoque nostro quæritis edoceri, si præscripta bona in vsus episcopi, vel eius, qui decedenti successerit, de iure transeant, vel communi vtilitati ecclesiæ debeant applicari. His itaque breuiter*] respondemus, quod generaliter bona *k* quælibet, per ecclesiam acquisita, ei 3) *l* debent iuxta Lateran. concilium 4) post acquirentis obitum remanere. Nomine autem ecclesiæ, non [*solum*] episcopus 5), vel successor clerici morientis, vbi est collegium clericorum, sed communis congregatio intelligitur, quæ rerum illarum debet canonicam distributionem et curam habere. Vbi autem in loco defuncti 6) tantum est vnus ordinandus: is ea bona 7), sicut et alia ipsius ecclesiæ, in 8) Dei 9) *m* timore dispenset. Licet autem mobilia, per ecclesiam acquisita, [*vt diximus,*] de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non possint: consuetudinis tamen non est improbandæ, vt de his pauperibus, religiosis locis, et illis, qui 10) viuenti seruierant, siue sint 11) consanguinei, siue alii, aliqua 12) iuxta seruitii meritum conferantur 13). Ceterum, quæ ex 14) hereditate, vel artificio, aut doctrina proueniunt, distribuentur 15) pro arbitrio decedentis. Quia vero nonnulli in diuersis ecclesiis beneficia possident: [*ita distinguimus, vt*] diuidantur, quæ habuerant 16), per æstimationem congruam inter ipsos 17). *n*

3) *Ei*, C. R. et c. 2. comp. 2. h. t.
4) Verba *iuxta Later. concil.* in cit. c. non habentur.
5) Particula *solum* in compilatione RAYMVNDI deest, vt inde magis sensus negatiuus erui debeat hoc sensu, vt in hoc argumento voce *ecclesiæ*, non debeat intelligi episcopus, quem in aliis materiis designare solet. Econtrario vero in c. 2. comp. 2. h. t. magis sensum affirmatiuum, et quidem hunc habet, vt non primatiue episcopus hunc acquæstum ecclesiasticum sibi arrogare queat.
6) *Decedentis*, cit. c. per tot.
7) *Bona huiusmodi*, ed. ant.
8) *Cum Dei*, C. L.
9) *In timore Domini*, cit. c.
10) *Quæ*, C. H.
11) *Fuerint*, cit. c.
12) Pron. *aliqua*, a C. R. 1. et cit. c. abest.
13) *Conferatur*, cit. c.
14) Part. *ex*, ibid. non legitur.
15) *Distribuantur*, C. R. L. H. et Cont. *diuidantur*, cit. c.
16) *Habuerint*, cit. c.
17) *Ipsas*, C. R. et L. sed verba *inter ipsos*, in cit. c. prorsus non habentur.

a Alii b *Post concil. Lateran. sub Alexandr. III part. 29. c. 8. et c. 5. eod. tit. in 1. compil.* c *Vigiliensi, habent antiqui.* d *Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 29. c. 5. et c. 6. eod. tit. in 1. comp.* e *Deut.* 17. f Vellenen. g *Cap. 10. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lateran. sub Alex. III. p. 50. cap. 8.* h *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. Vide præ aliis Hostiensem et Couarr* i *Cap. 15.* k *Vide Pinellum in rubr. C. de bonis matern. 10 1. part'e* l *Codex Barbosæ ita: ei debeant, etc. consonat antiqua compilat.* m Cum Dei etc. n ipsas.

CAP. XIII.

Tenet testamentum, si quis extremam voluntatem suam alterius dispositioni committit, et dicitur testatus ad pias caussas. H. d. secundum intellectum notabiliorem.

INNOCENTIVS III. *Altissiodoren. episcopo.* 18) (*ann.* 1204. *Romæ in Galliam.*)

Cum tibi de benignitate 19) *a*: [*et infra.*] In secunda [*vero*] quæstione 20) dicimus, quod 21), qui extremam voluntatem in alterius dispositionem 22) *b* committit, non videtur decedere intestatus.

18) Vocabula *Altissiodor. episc.* in ed. ant. desiderantur.
19) Præmittendum est ex *epist.* 30 *INNOCENT. III. libr. V.* quod episcopus Altissiodorensis ex indulto papali *ordinationem rerum clericorum, ab intestato decedentium, libere in sua potestate et dispositione haberet.* Hoc indultum eo magis necessarium fuit, quia voce *ecclesiæ* secundum *c.* 12. *X. h. t.* quo vnice *episcopus* intelligebatur, et ita *acquæstum ecclesiasticum* sibi priuatiue vindicare non poterat, qui ex hoc indulto tamen eius lucro cedebat. Præterea notandum, *hoc c.* de bonis clericorum *patrimonialibus* intelligi non posse, in quibus ipsimet heredes vel ex testamento vel ab intestato habebant; adeoque vnice pertinere ad *acquæstum ecclesiasticum.* De hoc vero tantum *pro anima* disponere poterant clerici c. 12. *X. h. t.* adeoque necessario de tali dispositione præsens textus intelligi debet. Talis vero dispositio *pro anima* in alterius voluntatem conferri poterat, vt tertius, cuius arbitrium electum erat, determinaret *quid, cui loco*, vel *personæ*, quæ ad piam caussam pertinebat, conferri deberet. Quocirca non existimandum est, generaliter hac decretali INNOCENTIVM III. ius ciuile corrigere et constituere voluisse, licite quamlibet vltimam voluntatem in arbitrium tertii conferri potuisse. Id quod si intendisset; sine dubio prolixiori decretali voluntatem suam pro more declarasset: cum tamen textum ad propositum casum decisionem formet.
20) Voceb *quæstione*, in c. 1. comp. 3. h. t. non habetur.
21) Part. *quod*, deest in C. H.
22) *Dispositione*, C. R. L. et H. *dispensatione*. cit. c.

CAP. XIV.

De relictis ecclesiæ petet episcopus partem suam; licet aliquid fuerit sibi a testatore relictum: nisi eo modo et non in fraudem fuerit relictum a testatore, quod maneret ea parte contentus, et legatum agnouerit.

IDEM C. tit. *sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali.* [*ap. sed. leg.*] (*ann.* 1209. *Romæ.*)

Officii 23) *c*: [*et infra.*] Secundo quæsiuisti, cum quis in testamento relinquit episcopo propriam portionem, et alia multa monasteriis vel ecclesiis, [*aliisque dimittit,*] vtrum episcopus ex illis legitimam possit petere portionem, [*adiicientes autem, cum quis ex testamento, in fraudem modicum constituerit mortuarium, et alio dimiserit pro anima sua plura, nihilominus possit episcopus exigere portionem, de aliis a canone constitutam. Nos autem super his*] consultationi tuæ taliter respondemus, quod, si portionem illam cum conditione legauit episcopo, vt esset illa sola contentus, et [*eam*] episcopus acceptauit, quia per hoc aliis renuntiasse videtur, de cæteris non poterit 24) exigere portionem. Quodsi eam ipsi 25) absolute reliquit 26) portionem, sibi debitam: poterit nihilominus de cæteris vindicare. Si vero constiterit, quod in fraudem modicum constituit mortuarium, vt in cæteris episcopus portione debita 27) fraudaretur; quia fraus et dolus alicui patrocinari non debent *d*: episcopus portionem ex illis poterit exigere, a canone constitutam, saluis indulgentiis Romani *e* pontificis 28), quæ quibusdam regularibus sunt concessæ.

23) *Officium*, c. 2. comp. cit. 3. legit, sed male, vt ostendit *epist.* 262. *INNOCENTII III. libr. XI.*
24) *Possit*, C. L.
25) *Sibi*, C. R. 1.
26) *Reliquerit*, ed. ant. *relinquat*, cit. c.
27) *Sibi debita*, C. R. 2. et L.
28) *Romanorum pontificum*, C. L. et cit. c.

CAP. XV.

Relictum episcopo contemplatione personæ, non diuiditur cum ecclesia cathedrali; secus, si contemplatione ecclesiæ: siue nihil relinquatur ecclesiæ, siue aliquid, siue coniunctim, siue separatim. Si autem soli ecclesiæ est factum relictum: episcopus habebit portionem canonicam. Præsumitur autem relictum contemplatione ecclesiæ factum, quando fit ab extraneo, habente administrationem: secus, si fiat ab administrationem non habente. Cum ecclesiis vero inferioribus episcopus non diuidit sibi relictum: quia non est sibi tanta communio cum ecclesiis inferioribus, sicut cum cathedrali.

IDEM. (*ann.* 1210. *Romæ.*)

Requisisti *f* de his 29), quæ testator pro anima sua legat in vltima voluntate, qualiter sint inter episcopum et ecclesiam 30) diuidenda. Et quidem regulariter verum est, quod episcopus debet de his secundum diuersas consuetudines tertiam vel quartam portionem habere; sed considerandum est diligenter, vtrum testator 31) leget hoc modo: relinquo, [*inquit,*] illud *g* episcopo, an, relinquo illud ecclesiæ; vel, relinquo istud episcopo et ecclesiæ: an, relinquo istud episcopo, et [*relinquo*] illud ecclesiæ. In primo casu distinguendum est, vtrum relinquatur [*illud*] episcopo ab extraneo, an a propinquo 32). Si ab extraneo; generaliter verum est, quod 33) præsumitur 34) esse 35) relictum intuitu 36) ecclesiæ, non personæ. Vnde cathedralis ecclesia de illo potest canonicam petere 37) portionem: quemadmodum episcopo competit sua portio 38), si aliquid [*ipsi*] ecclesiæ relinquatur. Et hoc [*vtique*] verum est: nisi testator exprimat, quod velit illud tantum esse episcopi, non ecclesiæ. In quo casu seruanda est dispositio testatoris; secus autem, si exprimat, quod velit esse illud tantum ecclesiæ, non episcopi: quia priuata dispositio testatoris non potest generalem constitutionem canonis 39) immutare. Nec est contrarium, quod in canone 40) *h* legitur, videlicet quod pontifices, quibus ab extraneis aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratim 41) dimittitur, aut donatur; quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium 42), sed quasi dimissum ecclesiæ, inter facultates ecclesiæ computabunt 43): quoniam hoc est verum, cum testator ita sequestratim legat illud episcopo, quod non exprimit, vtrum velit ad episcopum tantum, [*et*] non ad ecclesiam pertinere. Si vero relinquatur illud episcopo a propinquo; præsumitur esse relictum non intuitu ecclesiæ, sed personæ; nisi forte 44) contrarium probaretur: et de isto nihil potest ecclesia petere in vim eius. Quod si relinquatur 45) episcopo et ecclesiæ: de illo inter ipsos *i* canonica est diuisio facienda. Si vero istud episcopo, et 46) illud ecclesiæ relinquatur; siue æqualia, siue inæqualia sint relicta; reducenda sunt ad diuisionem canonicam, [*faciendam*] inter episcopum 47) et ecclesiam cathedralem; nisi ambo 48) velint *k* esse testatoris dispositione contenti: quam *l* propter vltimæ voluntatis fauorem satis decens est obseruare, vbi neque fraus interuenit 49), neque dolus, ne 50) quisquam nimium defraudetur 51) debita portione. Secus autem est, si aliquid legetur 52) episcopo, et aliqua 53) capellis vel monasteriis, aut aliis piis locis. Nam in hoc casu, quod legatur episcopo, eius est præcipuum cum ecclesia cathedrali, quemadmodum si cuilibet alii legaretur. Et de illis *m*, quæ aliis 54) legantur, portionem canonicam nihilominus obtinebit: quoniam non est tanta communio inter episcopum, et inter capellas et 55) monasteria, seu alia pia loca, quanta est inter episcopum 56) et ecclesiam cathedralem, cui est spirituali coniugio copulatus. Vnde, quæ acquirit episcopus, non illis, sed isti 57) tantum acquirit. Illud autem est generaliter obseruandum circa eum, qui potest 58) pro-

29) *A nobis de his*, C. H.
30) *Ecclesias*, c. 2. comp. cit 3.
31) *Testatur*, ibid.

32) *Aut propinquo*, ed. ant. et Cont.
33) *Quia*, C. R. 1. et L.
34) *Præsumatur*, C. L.
35) Verbum *esse*, deest in C. H.
36) *Tuum tacito*, C. L.
37) *Exigere*, C. R. 1.
38) Verba *sua portio*, desunt in C. H.
39) *Canonum*, est ibid.
40) Intelligit *c. 6. concilii Agathensis*, de anno DVI. relatum in c. 3. *C. XII. q.* 3. Ceterum ipsa *canonica portio*, episcopo vel aliquando *ecclesiæ cathedrali* debita, originem traxit ex antiqua distributione redituum ecclesiasticorum in quatuor partes, ex quibus *quarta*, alibi *tertia*, debebatur episcopo, vt GREGORIVS M. *libr. XII. ep.* 31. distincte tradit, et capitularia repetunt *libr. V. capit.* 390. cum GRATIANO in c. 26. *sqq. C. XII. q.* 2. Bona enimquum erant communia: *beneficia* incognita, paulo serius in quibusdam ecclesiis, et tandem generatim etiam in ecclesiis cathedralibus plerisque introducta, postquam canonici vitam communem seculo XI abiecerant. Quamuis vero, introductis beneficiis, antiqua bonorum communium diuisio cessauerit, singulisque clericis certa bona, vnde reditus perciperent, assignata fuerint; rudera tamen antiquæ diuisionis permanserunt in *mentes acquisitu bonis* ab episcopo vel ecclesia: quorsum primario pertinent legata, vel donata seu oblata *pro anima*. Ex his enim debetur adhuc *quarta* episcopo. ecclesiæ, cui relictum, vel eius clero, reliquum cedit, cui simul obuenit quarta *pauperum et fabricæ.* Notanter ait *THOMASSINVS de vet. et nov. eccles. discipl. P. III. libr.* 2. c. 23. § 9. in f. *At aeuo INNOCENTII III. iam illud peruagatissimum erat, vt, partitis rebus et fundis ecclesiæ, pauperum hospitiumque et reparationum portiones, ab episcopo et clero portionibus non stringerentur: quo fiebat, vt in eos ea cura conuerterentur et expensæ.*
41) *Sequestratum*, cit. c per tot
42) *Vox proprium*, deest in C. H.
43) *Computabit*, C. H. et cit. c.
44) Part. *forte*, a C. R. et L. abest.
45) *Relinquetur*, cit. c.
46) Copula *et*, deest in C. H.
47) *Ipsum*, C. R. 2 superscriptum est: *alias episcopum.*
48) Vocabulum *ambo*, deest in C. H.
49) *Interuenerit*, ed. ant
50) *Nec*, C. R. ed. ant et cit. c.
51) *Defraudatur*, C. R. H. ed. ant. et cit. c. *defraudarentur*, ed. Cont.
52) *Legatur*, ed ant
53) *Aliquid*, C. R. 2. et cit. c.
54) *De illis, quæ illis*, C. R. 1. *de his, quæ illis*, C. R. 2. H. et ed. ant. *et de illis, quæ his*, cit. c.
55) *Et capellas vel*, C. R. L. et cit. c.
56) *Ipsum*, C. R. 2. et cit. c.
57) *Illis, sed illis*, C. H.
58) *Posset*, ibid.

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* b Dispositione. c *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3 *compil.* d *Vid. l. heres meus ff. de cond. et demonstr. et l. in fraud. ff. de iur. fisc.* e Romanorum pontificum. f *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *comp.* g *In codic. Barb.* relinquo illud episcopo: aut, relinquo illud ecclesiæ: aut, relinquo illud ecclesiæ et episcopo: aut, relinquo illud eccles. et illud episcopo.

h *Canon, cuius hic meminit papa, est in concil. Agathensi, cap.* 6. i Est. k voluerint. l *Scil.* dispositionem. m *In uno vetusto ita:* et de his, quæ illis legentur portionem, etc. *In alio ita:* et de his, quæ aliis legantur, episcopus portionem. etc.

prium

prium 59) possidere, prælationem vel administrationem ecclesiæ non habentem, quod si ei aliquid relinquatur specialiter, non solum a propinquo, verum etiam ab extraneo, intelligitur esse relictum, non intuitu ecclesiæ, sed personæ: nisi probatio in contrarium appareret. Et idcirco de illo nec episcopus, nec ecclesia potest in vita eius sibi aliquid vindicare. Et 60) hoc intelligitur esse verum; cum fraus minime procuratur: quæ, si 61) detecta fuerit, patrocinari non debet.

59) *Proprium*, cit. c.
60) Copula *et*, a C. R. 1. 2. abest.
61) *Si ita*, C. R. 1.

CAP. XVI.

In bonis patris, matris, et aviæ, habet quis debitam iure naturæ, in qua gravari nequit: et filius rogatus de restituenda hereditate sub conditione, detrahit debitum iure naturæ, et Trebellianicam, in qua computantur fructus, post litis contestationem percepti.

IDEM *episcopo Tuscano.* 62) a (*ann.* 1213.)

Raynutius 63) b de Clera, duas habens filias, Alterocham 64) videlicet et Adiectam, matrem insuper Cleram, et vxorem nomine Adelasiam 65), in extremis positus, condidit testamentum, Alterochæ filiæ puberi vltra dotem, quam ei dederat, domum et quendam hortum in eodem testamento relinquens. Adiectæ vero impuberi reliquit cætera c bona sua, adiiciens, vt Alterocha et soboles 66), quam gestabat in vtero, [*cum eo tempore prægnans esset*,] eidem impuberi 67) succederent 68), si absque liberis moreretur. [*Tutoribus insuper, quos Adiectæ impuberi filiæ dederat, idem testator iniunxit, vt eandem cum omnibus bonis suis matrimonio copularent.*] Mortuo itaque 69) testatore, tutores impuberis eam 70) cum omnibus bonis [*suis*,] eidem relictis a patre, iure Lombardo 71) d cuidam Petro nomine tradiderunt. Quæ, [*cum per quadriennium cohabitasset eidem*,] filium ex eo 72) suscipiens, tandem sine liberis est defuncta: cuius bona idem P. maritus eius, superstes aliquanto tempore, possedit in pace. Qui, cum alia muliere 73) matrimonium contrahens, et filios suscipiens ex eadem, diem clausit extremum. Postmodum inter Alterocham et filium eius [*Montanellum*] ex vna parte, ac filios eiusdem P. et Raynerium 74), tutorem eorum ex altera, super bonis prædictis eiusdem Adiectæ, suscitata materia quæstionis, cœperunt coram G. 75) iudice Tuscanen. ad inuicem litigare: coram quo Alterocha et [*M.*] filius, eius bona e quondam Raynutii 76), [*patris eiusdem Alteroccæ*,] tanquam ex caussa fideicommissi vel substitutionis 77) sibi debita, petierunt, [*Raynerio*] tutore filiorum prædicti Petri ex aduerso dicente, quod obstabat illis annalis præscriptio, vsucapio pro dote, ac longi temporis 78) silentium diuturnum. Insuper allegabat 79), quod de bonis illis tam tertia Cleræ, [*prædicti R.*] matris testatoris, et tertia Adelasiæ, vxoris eiusdem, quam 80) [*etiam*] quarta per Trebellianum nomine ipsius Adiectæ, erant ante omnia deducendæ. Dictus vero iudex, [*vtriusque partis allegationibus et rationibus diligenter inspectis*,] supradictum Raynerium tutorio 81) nomine pupillorum in restitutione bonorum 82) [*quondam*] Raynutii condemnauit, tertia 83) Cleræ primo deducta, quam Adiectæ ac viro suo donauerat; de qua in substitutione, quam fecit Raynutius, non videtur 84) aliquatenus cogitasse: deducta quoque tertia Adelasiæ, quam ipse P. 85) vendiderat supra dicto. Præcepit etiam idem iudex, de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterant f secundum Tuscanæ 86) g consuetudinem ciuitatis 86*). Deduci 87) præterea quartam per Trebellianum idem iudex iniunxit 88); cum etiam quilibet extraneus, restitutione grauatus, eam deducere potuisset: sed vtraque pars ab illa sententia prouocauit. [*et infra.*] [*Cum autem propter hoc partes ad nostram audientiam accessissent: dilectum fil. G. S. Mariæ in portico diacon. cardin. illis concessimus auditorem.*] Coram quo cum fuisset diutius litigatum; ipse, [*habito consilio peritorum*,] de mandato nostro sententiam supradicti [*Gueroii*] iudicis, videlicet 89) h in eo, quod dixit 90), tertiam Cleræ, et tertiam Adelasiæ integraliter deducendas, [*idem card.*] pronuntiauit iniustam, et, ab ea legitime prouocatum, definiens, sic illas tertias deducendas, vt legitima portio, iure naturæ debita Alterochæ, illi salua sit in vtraque: ad cuius restitutionem dictum [*deinde*] Raynerium condemnauit. In eo vero, quod quartam [*partem*] per Trebellianum idem iudex 91) censuit retinendam, sententiam confirmauit eiusdem, ita videlicet, quod fructus, de bonis ipsius 92) a tempore litis contestatæ percepti a prædicto Petro et filiis eius post mortem Adiectæ 93), computentur in ea. Qui si sufficerint i ad quartam et fructus eius; eo nomine alia deductio nulla fiat: alioquin iuxta quantitatem fructuum perceptorum computationis ratio habeatur. Quia vero pater Adiectæ ipsam in legitima k non potuit aggrauare; legitimam ipsam, videlicet eius partis, quæ sibi 94) debebatur ab intestato, deducendam censuit, et etiam tertiam 95) retinendam, ita [*videlicet*,] quod deductio fiat tantummodo de his rebus 96), de quibus secundum Tuscanæ l consuetudinem ciuitatis fieri consueuit. In eo autem, quod prænominatus iudex 97) condemnauit Raynerium nomine pupillorum [*suorum*,] ad residui restitutionem, Alterochæ ac eius filio faciendam, ipsius sententiam confirmauit. Nos igitur, eiusdem cardinalis sententiam, [*exigente iustitia promulgatam*,] ratam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus 98).

62) *Tuscul.* C. R. 2. indubie rectius.
63) *Raimucius*, C. R. 1. *Ranucius*, C. R. 2. et c. 13. comp. 3. de sent. et re iud. per totum.
64) *Alterroccam*, cit. c. per tot.
65) *Adalasiam*, C. R. 2.
66) *Soboles eius*, C. R. 1.
67) *Adiectæ*, cit. c. loco vocis. *impuberi.*
68) *Succederet*, C. R. 1.
69) Part. *itaque*, desideratur in cit. c.
70) *Ipsi Adiectam*, cit. c. pro dictionibus: *impuberis eam.*
71) *Longobardorum*, ed. Cont. Iure vero Longobardico *libr. II. tit. de success. l.* f. cautum erat, vt mortuæ sine liberis vxori, maritus in omnibus bonis succederet, quod etiam passim in Germania iis locis, in quibus obtinet *communio bonorum plenaria*, ex optima ratione iuris locum habet. Atque secundum hanc legem, mediante pacto connubiali, Adiecta maritum suum instituerat. Vid. IAN A COSTA *in comm. ad decret. h. t. p.* 524. *sq.* Vnde factum, vt maritus post eius mortem omnia eius bona detinuerit, vt paullo post dicitur.
72) *Ab eo*, C. R. 1.
73) *Muliere postmodum*, C. H.
74) *Ranerium*, C. R. 2. per totum.
75) *Coram C.* ed. ant. *Coram Gueso*. cit. c.
76) *Raynutii sententia*, ed. Cont.
77) *Substitutionis patris eiusdem Alterocca sibi* etc. cit. c.
78) *A longis retro temporibus*, ibid.
79) *Allegabant eidem tutores*, ibid. *allegabant dicti tutores*, ed. Cont.
80) *Quam et*, ed. Cont.
81) Vox *tutoria*, in cit. c. non legitur.
82) *Bonorum quorundam*, C. L.
83) *Et tertia*, ed. Cont.
84) *Videbatur*, C. R. 2.
85) *Ipsa Raynerio*, cit. c.

85*) *Tusculan.* C. R. 2. L. et ed. ant. per tot.
86*) De duabus tertiis hic agitur, quæ tum matri defuncti ex matrimonio, cum Raynutii patre inito, tum vxori eiusdem Adalasiæ debebantur, et quidem secundum morem Tusculanæ ciuitatis: adeoque vtraque tertia hoc casu iuri ciuium subiecta fuisse videtur, vt recte iudicat ALTESERRA in comm. ad h. c. circa fin. Non debebatur autem iure Longobardico tertia de omnibus bonis mariti, sed de *acquæstu coniugali*, quod Longobardi ex iure Francorum assumsisse videntur, ceu docent LL. Ripuar. tit. XXXVII. §. 2. ibi: *tertiam partem de omni re, quam simul conlaboraverint*, et capitularia *libr. IV. c.* 9. ibi *tertiam partem conlaborationis*. Conf. FR. PITHOEI *glossar. ad libros capitular. voc. conlaboratio.* Neutra enim ex his mulieribus eas deduxerat, sed bona RAYNUTII adhuc immixta erant.
87) Verbum *deduci*, in ed. ant. omittitur.
88) *Iussit*, C. H.
89) Vox *videlicet*, abest a C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
90) *Censuit*, C. H.
91) *Gueroius*, cit. c.
92) *Ipsis*, C. H.
93) Verba *a prædicto P. et filiis eius post mortem Adiectæ*, in cit. c. non habentur.
94) *Iam dictæ Adiectæ*, cit. c.
95) Vox *tertiam*, a C. R. L. ed. ant gloss. et cit. c. abest.
96) Vocabulum *rebus*, abest a C. H.
97) *Quod idem Gueroius condemnauit*. cit. c.
98) Ex MARTINI glossatoris auctoritate, qui Romæ præfuit, hæc sententia de Trebellianica, præter legitimam detrahenda, confirmata est: quæ tamen pugnat cum *l.* 91 *D ad L. Falcid.* et in primis cum *l.* 6. *pr. C. ad SC. Trebell.* vbi tantum detractio quartæ ex SC. Trebelliano conceditur: et negatur, eam in fructibus liberis assignari posse, quia legitima eidem inest, quæ non ex *fructibus*, sed ex *ipsa hereditatis substantia* debetur. Pari ratione *l.* 14. *C. famil. herc.* tantum permittit vnius quartæ detractationem, cuius ratio sine dubio hæc fuit, quod, qui quartam hereditatis detraxit, ipsam quoque legitimam habeat, vel si filius legitimam detraxit, de iure nouo plus quam quartam, ex SC. debitam, habeat. Conf. IAN. A COSTA cit. l. p. 536. *sqq.* Ita vero manifesta est pugna inter ius *ciuile et canonicum*, non quidem ex intentione pontificis, qui sententiam MARTINI iuri ciuili conformem esse credidit, eamque suam fecit, adeoque haud existimandum est, eum dontaxat in fideicommisso *conditionali*, seu in tractum temporis dilato, de quo adductus casus disponit, substitisse, cum circumstantia adducta doceat, pontificem in genere de omni fideicommisso, etiam *puro*, idem intelligere voluisse: quod ratio diuersitatis solida adduci nequeat.

CAP. XVII.

Episcopus compellit fideicommissarios, seu exsequutores testamenti ad exsequendas pias voluntates defunctorum: etiamsi testator hoc interdixisset.

GREGORIVS IX. *Nonnen.* 99) *episc.* m (*ann.* 1235. *in Galliam.*)

Tua nobis fraternitas intimauit, quod nonnulli, tam religiosi, quam clerici seculares et laici, pecuniam et alia bona, quæ per manus eorum ex testamentis decedentium debent in vsus pios expendi, non dubitant aliis vsibus applicare. Cum igitur in omnibus piis voluntatibus sit per locorum episcopos prouidendum, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant; licet etiam a testatoribus id contingeret interdici: mandamus, quatenus exsequutores testamentorum huiusmodi,

99) *Norvicen.* C. R. 1. vel potius *Nonnonen.* C. R. 2. et L. rectius leguntur, vel *Nouiodunensi* obseruante etiam GONZALEZIO.

a Tuscanen. *al.* Tusam. *al.* Tuscul. b Raonutius *al.* Ranutius. *Vid. c.* 13. *tit. de sent. et re iud. in* 3. *comp.* c Cætera, *habent vetusta in recentioribus*, certa, *sed mendose.* d *Al.* Longobardorum. e *Al. ita:* dicta bona quondam Ranutii.

f Potest. g Tuscan *al.* Tusculanæ. h *Dictio*, videlicet, *deest in plurib. antiqu.* i Sufficiunt. k Legitimam. l Tuscanen. m Nonnenicensi *al.* Nouien. *al.* Nouionensi.

vt bona ipsa fideliter et plenarie in vsus prædictos expendant, monitione præuia, compellas.

CAP. XVIII.

Filius, rogatus restituere hereditatem, detrahit tertiam iure naturæ, et quartam Trebellianicam: in quibus potest legata relinquere, heredes instituere, et pœnam imponere.

IDEM. (*ann.* 1235. *Romæ.*)

Raynaldus a, Peponis filius, heres ab ipso institutus, hoc modo, vt patruis suis hereditatem restitueret, si absque filiis masculis moreretur, cum eis, mortuo Pepone, super quibusdam bonis hereditatis eiusdem, in tres arbitros compromisit, quorum duo, mortuo reliquo, prout ex forma compromissi poterant, procedentes, taliter arbitrati fuerunt, quod neutra pars haberet licentiam transferendi quocunque modo in alium res prædictas, nisi in eorum filios masculos, ex ipsis legitime descendentes, et, quod contra hoc fieret, non valeret. Porro dictus R. prolem non habens, condidit testamentum, in quo medietatem partis suæ de rebus prædictis, quibusdam auunculis suis, aliam vero medietatem et reliqua bona paterna vni ex patruis suis et eius filiis legauit, adiiciens vt bona, in quibus ex testamento vel ab intestato dicti heredes R. possent succedere, si venirent contra legatum, dictis auunculis suis debitum, ad ipsos pro determinatis portionibus deuenirent. Demum eodem R. 100) naturæ debitum persoluente, ac vno ex patruis hereditatem adeunte prædictam, cum dicti auunculi aduersus eundem patruum ac filios eius coram iudice b communitatis Vrbenaten. 1) c mouerunt quæstionem, petendo pro rata, quæ ipsos contingit, legatum prædictum, et restitui eis, si contra ipsum illi venirent, quæcunque occasione testamenti eiusdem R. ad ipsos peruenerant, vel poterant peruenisse 2). Præfatus iudex, ab illorum impetitione super legato ipsos absoluens, ad restitutionem aliorum bonorum sententialiter condemnauit eosdem. A cuius sententia cum ambæ partes ad nostram audientiam appellassent, petente vtraque parte, dicti iudicis sententiam infirmari, quatenus contra se fuerat promulgata, et quatenus pro se faciebat, exsequutioni mandari d: dilectus f. 3) noster O. sancti Nicolai in carcere Tullianen. 4) diacon. cardin. lite coram se 5) legitime contestata, quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris 6) sui tertiam partem, debitam iure naturæ, in qua grauari nequiuit, nec non quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus 7), restitutione grauatus, deducere potuisset e, propter quod in rebus, prædictis auunculis legatis, portiones easdem habuit 8) R. 9) præfatus, easque potuit in vltima voluntate legare, ac per hoc legatum tenuit vsque f ad tertiam et quartam præfatas: licet ipsas non expresserit in legando, pronuntiauit, non obstante præmisso arbitrio, quod nec 10) g legatum teneret, non 11) poterat impedire, iudicem ipsum in eo, quod super hoc dictum patruum in totum absoluit, qui confessus est, se 12) pro medietate possidere prædicta, perperam iudicasse, condemnauitque ipsum ad restitutionem medietatis tertiæ et quartæ partis ipsius legati pro rata, quæ dictos auunculos de ipso contingit, et in residuo præfati iudicis sententiam confirmauit. Cæterum in eo h, quod idem 13) iudex dictum patruum, et eius filios totaliter in aliis, quæ in secundo articulo petita fuerant, condemnarat 14), male ipsum pronuntiasse decreuit; quia filii eius contra voluntatem testatoris non inueniuntur aliquid commisisse: cum nihil de petitis reperti fuerint 15) possidere. Verum in portione, quam patruus habebat in bonis illis ratione quartæ et tertiæ 16) prædictorum 17) i, quas R. habuit in bonis eisdem 18) k, in quibus eius institutio et legatio ac adiectio pœnæ tenebat, pro rata eosdem auunculos contingente, de prædicto legato confirmauit sententiam iudicis supra dicti, eodem patruo et eius filiis in residuo absolutis, at saluo nihilominus ei ex iure 19) institutionis beneficio legis Falcidiæ l, in restitutione præfati 20) legati, si intra 21) tempus legitimum voluntati paruerit testatoris: cum 22) m inuentarium fecerit, et contra voluntatem testatoris lex 23) Falcidia inducatur. Nos itaque, ipsius cardinalis sententiam ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus.

100) *Raynaldo*, C. L.
1) *Communis vrbis Vrbeuetan.* C. B. 1. *communis Vrbeuetani*, C. B. 2. *communi Vrbeuetaneo.* ed. ant. et Cont.
2) *Peruenire*, C. H.
3) *Filius*, C. B. L. et ed. Gent.
4) *Tulliano*, C. B.
5) *Coram eo*, C. B. 1.
6) *Fratris*, ed. ant.
7) Vel hæc ratio ostendit, quod pontifex nullum discrimen inter fideicommissum *purum* et *conditionale*, vel *in diem dilatum*, constituere intenderit; quia vtramque quartam ex diuerso principio detrahi posse credidit: legitimam quidem a filio, *qua tali*, Trebellianicam vero, quo *extraneo*. Quæ ratio, si vera est, etiam *in puro* obtinet fideicommisso: vt tamen huius detractio, a testatore prohiberi possit, non illius.
8) *Habebat*, ed. ant.
9) *Ray.* C. L. per tot.
10) *Ne*, C. B. et L.
11) *Nec*, C. H.
12) Pron. *se*, abest a C. B. et L.
13) Vocabulum *idem*, deest in C. H. et ed. ant.
14) *Condemnante*, est ibid.
15) *Sint*, C. B. 2. *fuerant*, H.
16) *Vel tertiæ*, ed. ant.
17) *Prædictarum*, C. B. L. et H.
18) *Eiusdem*, C. B. 1. et L.
19) *Beneficio*, C. H.
20) *Præstite*, ed. ant.
21) *Cum intra*, ibid.
22) *Cumque*, ibidem.
23) Vocabulum *lex*, deest in C. H.

CAP. XIX.

Exsequutor testamentarius, qui suscepit illud officium, exsequi compellitur.

IDEM. (*ann.* 1235. *Romæ.*)

Ioannes Clericus et P. Laicus, exsequutores vltimæ voluntatis O. Clerici S. Crucis, qui venerabilibus et piis locis de bonis suis in vltima voluntate legauit, mandans insuper, satisfieri creditoribus per eosdem, post mandatum susceptum 24) per diœcesanum n cogi debent, testatoris explere o vltimam 25) voluntatem.

24) Nequa enim exsequutores cogi possunt ad officium exsequutionis suscipiendum: nisi pro eo legatum acceperint illudque agnouerint.
25) Vox *vltimam*, in C. L. non habetur.

CAP. XX.

Ponit quædam legata, in quibus non soluitur canonica portio: nisi fiat in fraudem.

IDEM. (*ann.* 1235. *Romæ.*)

De his, quæ in ornamentis, vel pro eis p, seu fabrica, luminaribus q, anniuersario, septimo, vigesimo, tricesimo r die 26), siue aliis, ad perpetuum cultum diuinum legantur ecclesiis vel reliquis 27) piis locis, canonica portio, dummodo in fraudem non fiat, vt ea episcopus seu parochialis ecclesia debeat defraudari, deduci non debet.

26) Vox *die*, in C. B. L. H. et ed. ant. non legitur.
27) *Aliis*, C. B. 1.

TITVLVS XXVII.
DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO.

CAP. I.

Clericus bona propria dare potest, cui vult: sed, si decedat intestatus, et non habet consanguineos, succedit ecclesia. H. d. iuncta gl.

Ex concilio, apud Altheim 28) *habito.* s (*ann.* 917.)

Sed hoc 29) t ibidem inuentum est de episcopis, presbyteris, et clericis, vt 30) v, si per 31) hereditatem [*a domino rege*,] vel alio modo intuitu personæ aliquid acquisierint 32), donare eis liceat [*bona*,] cui 33) voluerint, dum viuunt, [*pro remedio animæ suæ ad ecclesiam, quam cumque elegerint, vel consanguineis suis, vel amicis.*] Sin autem 34) ante obierint, quam hoc fecerint 35) x ! altari, cui seruiunt, omnia perpetuo sanctificentur, et in ius ecclesiæ 36) tradantur 37).

28) *Ex concilio Altheimensi* quoque desumtum est *c. 4. X. de serv. non ordin.* vnde etiam GRATIANVS aliquot canones hausit, designatos in not. 70. *ad cit. c* 4. vt ex iure canonico et aliis collectionibus huius concilii deperditi canones quodammodo restitui queant.
29) *Et hoc*, c. 1. comp. 1. h. t.
30) Part. *vt*, abest a C. B. L. H. ed. ant. et cit. c.
31) Part. *per*, non est in cit. c.
32) Verba cit. c. sunt hæc: *vel ab alio principe, vel amico suo, seu per hereditariam sortem sibi deuenerint, acquisierint* etc.
33) *Quibus*, C. B. 1.
34) Part. *autem*, in ed. ant. non legitur.
35) *Perfecerint*, C. B. L. et H. *quam firmiter perfecerint*, cit. c.
36) *Eius*, C. B. L. H. ed. ant. Cont. gloss. et Pith. sed neutra vox est in cit. c.
37) *Tradatur*, C. H.

CAP. II.

Si alius seruus, presbyter factus, intestatus decedat: eius bona diuiduntur secundum formam hic contentam. H. d. secundum intellectum singularem, qui hodie etiam tenet.

Ex concilio Tribur. 38) y (*in Germania.*)

Sancto 39) z concilio allatum est, quod quidam laici improbe agunt 40) contra presbyteros suos, ita, vt de morientium presbyterorum sub-

38) Ex hoc concilio præsens cap. etiam adfert REGINO *de discipl. eccles. libr. II. c.* 19. qui ipsi concilio probabiliter interfuit, circa annum DCCCXCV. celebrato, et fidem de veritate rei gestæ dare potuit: licet ipse canon inter eos, qui hodie supersunt, non deprehendatur, vt obseruoi *ad c. 6 C. XXXIV. qu.* 1. *et* 2. *not.* 73.
39) Vocab. *sancto*, non est in c. 2. comp. cit. 1.
40) *Agunt*, C. L. H. et cit. c.

a *Vid. Ferdin. Vasqu. l. 2 de success. creat. §. 20. Tortellum et Marcum. Socinum in Rubr. D. de leg. 1.* b Communis, *in antiqu.* c Vrbeueraten. *al.* Vrbeuetan. *al.* Vrbeneten. *al.* Vrbeueetarine. d *Vid. l. etiam. vbi datur ratio huius dicti. ff. de min.* e *Vid. l. in ratione. §. quod vulgo. per Bartol. ff. ad l. Falcid. et authent. de her. et Falc. in princ.* f *Al.* quartam partem. g Quod ne. h Hoc. i Prædictarum. k Eiusdem.

l *Vid. l. ex facto. §. fin. ff. de vulg. et pupill. subst.* m *In vulgatis male:* cumque inuentarium, *etc.* n *Alii.* Diœcesanum episcopum, *etc.* o Adimplere. p *Al.* cereis, *in vulgat.* q seu anniuersario. r *Hæc dictio, die, nusquam apparet.* s Altem. t *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* v *Dictio, vt, deest in omnibus manuscript.* x Perfecerint. y Triburiense. z *Burch. l. 2. Dec. c. 206. Ivo p. 6. c. 281. et c. 2. eod. tit. in 1 comp.*

stan-

stantiæ partes 41) sibi vindicent 42); sicut de propriis seruis. Interdicimus itaque [*canonica auctoritate*,] ne hoc vlterius fiat; sed, sicut liberi facti sunt ad suscipiendum gradum, et agendum 43) officium diuinum, ita nil ab eis præter diuinum officium exigatur: peculium 44) vero ipsorum diuidatur in quatuor partes, quarum vna episcopo, altera *a* ecclesiæ 45), tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur. Et, si non sint *b* idonei parentes: episcopus eam recipiat, et in vsum ecclesiæ diligenter distribuat. Et, si quis contra hoc 46) [*facere*] præsumpserit: anathematizetur.

41) *Partem*, cit. c.
42) *Vendicent*, C. H.
43) *Ad agendum*, C. L.
44) Huius periodi sententia vsque ad finem diuersa longe est a tenore ipsius canonis, quem REGINO bina vice refert hoc modo: *de peculiari vero sacerdotum nihil sibi vsurpent; sed de duabus partibus faciant presbyteri, quod eis visum fuerit, tertiam secundum canonum iussa, quibus seruiunt, relinquant ecclesiis.* Verba hæc suo tempore immutasse BVRCHARDVM *lib. II. c.* 206. credendum omnino est: cum maior fides REGINONI, qui ipsi concilio interfuit, ipsorumque canonum sincerum exemplum penes se habuit, quam BVRCHARDO haberi debeat, a quo verba immutata RAYMVNDVS bona fide descripsit. In margine decreti BVRCHARDI pariter adscribitur laudato concilio hoc modo: *ex concil. Triburien. cui interfuit Arnolphus, c.* 23. Denique illud quoque notandum, agi in *h. c.* de libertis, ad gradum presbyteratus promotis, ex quorum peculio seu patrimonio *patroni* partem sibi vindicabant vi iuris *patronatus*: quod hoc concilio reprobatur.
45) Post vocem *exigatur*, cit. c. habet: *de peculio vero sacerdotum nihil sibi vsurpent: sed totum in quatuor diuidatur partes, vna episcopo, altera altari, tertia* etc.
46) Pron. *hoc*, deest in C. H.

CAP. III.

Attingendo duos notabiles et singulares intellectus huius capituli, summatur secundum quemlibet intellectum, et primo sic: *valet testamentum ad pias caussas conditum per verba enuntiatiua, etiam propter aliud prolata: quamquam successio seu testatio veniat ad exclusionem alterius ecclesiæ.* Vel aliter secundum alium intellectum, et sic: *per vnum testem de veritate, et per confessionem, etiam incidenter factam, probatur oblatio, etiam quoad effectum consequendi bona oblata.*

INNOCENTIVS III. c *Nivernen.* 47) *episcopo.* (*ann.* 1198.)

Cum dilectus *d* filius, abbas de Brusia 48) [*ad nostram præsentiam accessisset, et*] pro caussa, quam aduersus [*ven. f. n.*] episcopum Aduen. 49) habebat 50), [*ibidem*] diutius exspectasset: [*tandem nuntius einsdem episcopi superuenit, quibus volentibus ad inuicem litigare, ven. f. n. I. Viterbien. episcopum sancti Clementis card. concessimus auditorem. Ipsis igitur in eius præsentia constitutis,*] abbas proposuit ante dictus, quod, [*cum*] archipresbyter de Alerio 51), ad participationem orationum 52) monasterio de Brusia, [*pietatis intuitu*] obtulisset se et sua, [*quibusdam rebus suis, vsui suo simplici reseruatis, de manu cuiusdam fratris eiusdem cœnobii augmentationem coronæ in signum illius oblationis accepit, et quod hanc concessionem hoc modo fecisset, et non suo nomine, sed monasterii possideret, et monasterio, quicquid acquirebat, acquireret, sæpe fuit in communi capitulo protestatus, in hoc etiam publice per viginti annos fere idem archipresbyter, nullo contradicente vel reclamante, permansit, ita, quod per publicam famam id omnibus notum erat. Nam abbas de Bruxeria, qui pro tempore fuerat, et ipsi monachi, rebus illis non secus, quam aliis rebus, monasterii propriis, sciente episcopo Eduens. qui pro tempore erat, et in nullo penitus reclamante, publice vtebatur. Id autem, quod mente compos, dictus archipresbyter fecerat inter viuos, in vltima voluntate mente sanus, licet æger corpore, confirmauit. Cumque idem abbas et monachi res, sic legitime datas, et alias, quas ipsi archipresbytero concesserat, ad vtendum, ad suum monasterium reducere vellent: prædictus episcopus eis violentiam inferens, non solum res archipresbyteri, sed etiam res ipsius monasterii occupauit. Quas cum in bona pace repeterent: ipse, ne rebus illis eo posset grassandi materia plenius indulgeri, sed. apostolic. appellant, in octauis beati Martini proximo præteriti, suæ terminum appellationi præfigens. Econtra prædictus nuntius episcopi allegauit, quod, antequam donatio illa facta fuit, archipresbyter erat positus extra mentem, ita, quod, cum interrogatus fuisset a monachis: vis tu habitum suscipere monachalem? et respondisset: volo: statim interrogatus ab alio: vis tu esse asinus? respondit: volo similiter. Sicque prædicti monachi eum ad suum monasterium deportarunt, quod idem nuntius se obtulit probaturum. et infra. Quibus auditis et cognitis,*] sufficienter intelleximus, esse probatum, quod dictus archipresbyter, agens in extremis, velut vltimam exprimens voluntatem, asseruit, se et sua monasterio [*de Bruxeria*] contulisse. Vnde, cum requisitus esset, vt conderet 53) testamentum; respondit, se non posse testari *e*: quia se et sua contulerat 54) monasterio supra dicto. Et licet vnus testis solus dixerit se vidisse 55), quando [*præfatus archipresbyter*] se et sua obtulit monasterio; quia tamen alii testes dixerunt, se audiuisse, ipsum [*archipresbyterum,*] in abbatis præsentia confitentem, et, quod prædictum *f* est, [*attestantem:*] non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes, assertionem abbatis plurimum adiuuabant. Quia vero pars episcopi asserebat, se velle probare, quod dictus archipresbyter, in extremis laborans, tanquam phreneticus, alienatus erat *g* mente 56), vnde non valuit, quod expressit: nos [*tamen super his, et aliis, quæ fuerunt hinc inde proposita, cum fratribus nostris habita diligenti deliberatione,*] caussam illam *h* tibi 57) sub hac forma duximus committendam, quod, nisi præfatus episcopus legitime probauerit, sæpe dictum archipresbyterum suæ mentis compotem 58) non fuisse, cum vltimam voluntatem expressit, super impetitione monasterii perpetuum ei silentium imponatur, et compellatur restituere monasterio, quæcunque de bonis ipsius archipresbyteri, vel etiam monasterii 59) occupauit. Si vero legitime probauerit 60), [*prædictum*] archipresbyterum, quæ super vltima voluntate præmissa sunt, alienata mente dixisse; ad faciendam ei nomine parœcialis ecclesiæ, cuius ipse 61) *i* administrationem gesserat, dum vixisset, restitutionem bonorum, quæ ipsius archipresbyteri fuerunt, monasterium condemnetur: cum idem archipresbyter ab intestato decesserit, ipsique monasterio super impetitione episcopi silentium imponatur.

47) Rectius legit C. R. 2. *Niuernen*, quam inscriptionem probat *epist.* 247. *Innoc. III. libr.* 1 quæ plenius ita formata: *Niuernensi episcopo, et S. Benigni Diuionensis et Theolocæ abbatibus.*
48) In *epist. cit.* 247. legitur: *de Braxeria*, quam lectionem etiam retinuit c. vn. comp 3 h. t. quod monasterium ordinis est cisterciensis.
49) *Eduensem*, C. R. rectius legunt, cum qua lectione conspirat cit. *epist.* 247. et edit. gloss. Vorsan accuratius legendum esset: *Arduensem*: quia Ædui antiquitus tractum illum Galliæ tenuerunt, cuius gentis *caput* erat Augustodunum, teste *Tacito, libr. III. annal. c.* 43.
50) *Habeat*, ed. ant.
51) *Alerio*, C. R. 2.
52) *Orationum*, ibidem.
53) *Faceret*, ed. ant.
54) *Contulit*, C. R. 2.
55) *Audisse*, cit. c.
56) *A mente*, C. 8. ad. ant. et cit. c.
57) *Volit*, cit. c.
58) Exceptio hæc erat *negatiua*, sed quia in ea se fundabat episcopus: merito eam probare debebat secundum regulam iuris.
59) *Ipsius monasterii*, C. R. 1. *Monasterii*, H.
60) *Comprobauerit*, cit. c.
61) Pron. *ipse*, non est in C. R. L. H. et cit. c.

TITVLVS XXVIII.
DE SEPVLTVRIS.

CAP. I.

Decedens intestatus, sepelitur in sepulcro maiorum, vel vbi eligitur sepultura: parœcialis tamen ecclesia habebit canonicam portionem eius, quod reliquerit ecclesiæ sepulturæ. H. d. secundum veriorem intellectum.

LEO III. (*ann.* 810. *Romæ.*)

Nos instituta, *k* maiorum patrum considerantes, [*illorum decreta firmando*] statuimus, [*quod sanctissimum est,*] vnumquemque in maiorum suorum 62) sepulcris 63) iacere, vt patriarcharum exitus docet *l*. Nulli tamen negamus 64), proprium eligere 65) sepulturam, et etiam alienam 66). Dominus enim et magister alienam elegit, vt propriam, [*qui sine peccato erat.*] Sed quia dignus est *m* operarius mercede sua; tertiam partem 67) sui iudicii illi ecclesiæ [*iure*] dari censemus 68), in qua cœlesti pabulo [*a principio sui exordii quotidie*] refici consueuit 69), vt iuxta apostolum *n* sint consolationum socii.

62) Pronom. *suorum*, non est in c 3. comp. 1. h. tit.
63) Hoc eo tempore adhuc in propriis fundis astrui poterant, more Romano, quorsum respexit indubie *c.* 6. *concilii Nannetensis*, circa annum DCCCXCVI celebrati, apud HARDVIN. *tom. VI. P. I. p.* 458. vbi prohibitum *secundum maiorum instituta, in atrio, aut in porticu, aut EXTRA ECCLESIAM*, h. e. in fundis propriis, in quibus extructi erant *maiorum tumuli*, permissa sepultura. videlicet hi erant vel *hereditarii*, vel *gentilitii*: et sic quodammodo *iure hereditario* possidebantur. Talia vero sepulcra vel in *ecclesiis* vel in *atrio* aut *porticu* possidere, eo tempore non licuit: adeoque necessario in fundis maiorum extructa esse debuerunt. Colligo hoc ex *capitulis* HINCMARI, anno DCCCLVII. *editis, c.* 2. *p.* 731 *tom. I. oper.* vbi prohibitum *pro loco sepulturæ* pretium exigere, quod necessario de loco *circa ecclesiam* intelligendum. Statim vero adiicitur: *et nemo Christianorum præsumat quasi hereditario iure de sepultura contendere, sed in sacerdotis prouidentia sit, vt parochiani secundum Christianam deuotionem in locis, quibus viderit, sepeliantur*, vnde colligas merito, *sepulcra maiorum* eo tempore in atrio vel porticu ecclesiæ non admissa fuisse. Immo nec sepultura in his locis aliter, quam ex beneficio ecclesiæ concedebatur, quorsum verba altima HINCMARI collineasse videntur.
64) *Denegamus*, C. 8. 1. et cit. c.
65) *Sibi eligere*, ed. ant.
66) Hoc rursus de sepulcris, ad alienam gentem spectantibus, intelligendum, cuius consensus sine dubio concurrere debuit: quæ tamen non erant in ecclesiis, aut atrio aut porticu earum.
67) Vocabulum *partem*, deest in C. H.
68) *Censuimus*, C. R. 2.
69) *Refectus cognoscitur*, cit. c.

a Altera vero. b Sunt. c Niuernens. al. Lunens. d Cap. vn. eod. tit. in 3. comp.

e Contestari. f Dictum. g Erat a mente h Ipsam i Dictio, ipse, deest in plurimum in antiqu. k In vno Vormatien. ms. De sepulturis mortuorum. l Post concil. Lateran. sub Alex. III. p. 49. et 2. et cap. 3. eod. tit. in 1. comp. et vid. c. 2. eod. tit. libr 6. m Gen. 49. Exod. 14. n Luc. 10. o 2. Thessal. 5. 2. Corinth. 2.

vt fuerunt 70) passionum: et sic demum vbicunque libitum 71) fuerit, eligat 72) sepulturam. Aliter ne fiat, auctoritate Domini nostri [*Iesu Christi,*] qui per prophetam a loquutus est, dicens: *ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt 73) patres tui:* [*et apostolorum P. et P. omniumque sanctorum*] sub anathematis vinculo detestamur et contradicimus. [*Quia nec nostrum est, nec alicui vnquam sacerdoti, nec fideli laice licuit, qualicumque ratione sine manifesta delicti culpa in talibus inferre praeiudicium.*]

70) *Fuerant*, C. R. et L. *qui fuerunt etiam*, cit. c.
71) Non *fuistam*, prout C. H. legit, quia pontifex de *loco*, *sepultura* eligenda, agit, quae electio, adhuc libera, in fundis etiam propriis adhuc permissa, quod indicant verba: *vbicunque libitum fuerit.* Sed forsan inuidiola parochis, qui ex sepultura in *atrio* vel *portica ecclesia* lucrum captabant.
72) *Eligant*, ed. ant. *eundi habeat licentiam*, cit. c. sicut prior editio conciliorum.
73) *Statuerunt*, C. H.

CAP. II.

Qui conuertitur ad monasterium, medietatem bonorum, quae pro anima sua disposuit, tenetur relinquere ecclesiae parochiali.

LEO PAPA *omnibus fidelibus, per Dardaniam constitutis.* (*ann.* 450. Conf. c. 4. comp. cit. 1.)

Relatum est auribus nostris, [*esse quosdam peruerse agentes, qui subuertere nituntur, atque diuidere tentantur ecclesiae vnitatem, videlicet abbates, monachos, qui non studia caritatis, sed vele rapacitatis inuigilant, atque seducere conantur seculares, quos illaqueare possunt, vt res suas atque possessiones siue in morte, siue in vita, monasteriis suis tradant, et ecclesiis, quibus subiecti esse videntur, et a quibus baptismum, poenitentiam, Eucharistiam, nec non pabulum vitae cum lacte carnis acceperunt vel accipiunt, nihil de bonis relinquunt. Hunc denique fomitem discordiae nos animaduertenda modis omnibus inhibere volumus: et, ne amplius fiat, omnino prohibemus, considerantes, non esse bonum, si illi, qui olim fuerunt socii passionis secundum apostolum, sint immunes a societate consolationum. Et quia dignus est mercenarius mercede sua; ideo praecipimus, atque*] mandamus, vt quicunque amodo in monasterio conuerti voluerit, siue in morte, siue in vita, omnium rerum et possessionum, quas pro salute animae suae decreuerit disponere, medietatem b ecclesiae, ad quam 74) dignoscitur pertinere, relinquat 75): [*et sic in monasterio, prout libitum fuerit, eundi, conuertendique habeat licentiam. Quicunque autem huius edicti violator exstiterit, gladio anathematis subiaceat.*]

74) *Cui ipse*, c. 4. comp. 1. h. t.
75) *Dereinquat*, C. L.

CAP. III.

Vbi quis, sepulcro maiorum relicto, eligit sepulcrum in loco minus religioso, dolo inductus, seu ex contemptu, seu non dimissa ecclesiae suae canonica portione expresse vel tacite: non] tenet, electio. H. d. saluando istum textum, quantum fieri potest.

INNOCENTIVS III. 76) c *Genuensi* 77) *archiepiscopo.* d.

Fraternitatem c tuam non credimus ignorare, mortuorum sepulcra 78) et coemeteria, apud illas ecclesias et monasteria ex antiquo 79) esse disposita, in quibus religiosorum fratrum conuentus sunt constituti, et orationes atque missarum sollemnia, tam pro viuis, quam pro defunctis, frequentius celebrantur. Vnde ipsorum deuotioni, et extremae voluntati, qui apud huiusmodi ecclesias sepeliri desiderant, minime contradicendum est. Qui vero, relictis antiquis ecclesiis, et patrum, aliorumque parentum suorum 80) sepulcris, contra consuetudinem patrum veteris testamenti, qui cum patribus f suis sepulti esse leguntur, ad noua et minus religiosa 81) loca se transferunt, irrationabiliter et contra antiquam institutionem 82) facere videntur. Vnde, si [*forte*] P. de Castello contra [*tam*] antiquam et rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandauit, hoc non praeiudicat rationi: sed viribus debet carere. Quocirca [*per praesentia scripta*] mandamus, [*et praecipimus mandando,*] quatenus corpus ipsius [*P. dilectis filiis nostris*] monachis sancti Stephani reddi facias 83), et cum suis patribus 84) sepeliri.

76) vel potius INNOCENTIVS II. et legit c. 1. comp. 1. h. t. INNOCENTII III decretales demum a c. 10. sequuntur. Vnde vel anno 1130. vel paulo post cum haec decretalis scripta: quia dicto anno electus est.
77) *Ianuensi*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
78) *Sepulturas*, cit. c.
79) *Ab antiquis temporibus*, C. H.
80) Pron. *suorum*, a C. R. 1. abest.
81) Seculo XII. iam dudum inoleuerat vniuersali consuetudine, mortuos in locis religiosis, quae hic definiuntur, vnice sepeliendos esse exclusis locis non religiosis, vt in proprio horto, nemini amplius more antiquo Romano, sepulturam eligere integrum esset. Conf. not. 92. ad c. 6. C. XIII. q. 2. Fundamentum huius immutati iuris est in c. 17. 19. *ibid.*
82) *Constitutionem*, C. R. 1. *consuetudinem*, ed. Gonz.
83) *Faciatis*, C. R. 1. L. et c. cit.
84) *Fratribus*, cit. c.

a *Prouerb.* 22. b 13. *quaest.* 2. c. 7. c Imo secundus, aut Caussae. d *Al.* Ianuensi, *sed tam alibi monui, olim Genuam, Ianuam vocatam.* e *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *compil. Vid. concilium Matisconense secundum, cap.* 17. *Adde, quod de hac materia sanctum, et post decr. c.* 2. *De sepult. libr.* 6. f *Gen.* 50. *et* 3. *Reg.* 13. *et alibi saepe.*

CAP. IV.

Si quis in aegritudine, de qua decedit, offert se et sua monasterio; ecclesia parochialis habet inde canonicam portionem: secus si in sanitate.

ALEXANDER III *episcopo Spalen.* 85) (*ann.* 1180.)

De his g, qui in 86) infirmitate vel sanitate cum bonis suis ad religiosa loca se transferunt 87), nihil tibi vel ecclesiis, a quibus receperunt salutis pabula, relinquentes, hoc tuae volumus prudentiae innotescere, quod, si in aegritudine ipsa ad religionem transeant 88), dummodo de aegritudine illa 89) decedant, de bonis suis 90) ipsis ecclesiis, a quibus assumpti fuerint 91), canonica debet portio 92) exhiberi. Si vero ad religiosa loca se in sanitate transtulerint; de his, quae locis ipsis conferunt 93), cogi non possunt, aliquid praescriptis ecclesiis impertiri: quia liberum est eis 94) tunc bona sua, non solum religiosis [*locis,*] sed etiam 95) quibuslibet priuatis conferre personis.

85) *Spalatn* C. R. 2. *Spalensi*, L. vel potius *Spoleten.*
86) *Praep. in*, a C. R. 2. abest.
87) *Transferant*, C. L. *transtulerunt*, c. 6. comp. cit. 1.
88) *Transeunt*, cit. c.
89) Pronom. *illa*, ibid. non legitur.
90) Pronom. *suis*, ibid. non habetur.
91) *Fuerunt*, C. H.
92) Rursus haec *portio canonica* ex antiqua diuisione, vnde clero inferiori *quarta* debita, remansit, aeque et de *episcopali quarta* ad c. 15. X. *de testam.* obseruatum est. Beneficiis enim introductis, ex *nouo acquisitu*, ecclesiae parochiali debito, quarta, de qua hic agitur, *parochorum* lucro cessit.
93) *Conferent*, C. R. L. et cit. c.
94) Pron. *eis*, deest in C. H.
95) Vox *etiam*, a C. R. 2. abest.

CAP. V.

Qui sepeliunt parochianum alienum, quem sepelire non debent, coguntur restituere corpus, et quae ratione ipsius obtinuerunt. Hoc dicit, cum cap. sequenti.

IDEM (*ann. eod.*)

Ex parte h canonicorum Obrigen. 96) i [*ecclesiae*] nobis est intimatum, quod prior de Insula quendam parochianum suum 97) post appellationem, ad nos factam, in sua ecclesia sepeliuit. [*Vnde, quoniam hoc ecclesiasticae disciplinae contrarium esse dignoscitur, et a rationis tramite penitus alienum, vt quis falcem mittat in messem alienam; f. t. per a. f.*] mandamus, quatenus praefatum priorem [*moneas et districte*] compellas, vt memoratis canonicis praedicti parochiani corpus restituat, et exinde k [*pacifice et*] amicabiliter conueniat cum eisdem, [*aut in praesentia nostra se non differat exhibere.*]

96) *Ebrigen.* C. R. 2. *Obrigenen.* L. *Eburgensis*, c. 1. comp. 2. h. t. vel potius: *Edenburgensis.*
97) *Eorum*, cit. c.

CAP. VI.

Summatum est supr. cap. prox.

IDEM *decano et magistro R.* l *Rauennaten.* 98) (*ann.* 1180. *Romae in Flauiatam.*)

Cum m liberum sit, [*de vniuersis institutionibus sanctorum patrum, apud religiosa loca in vltima voluntate sibi eligere sepulturam: canonicae procul dubio obuiat rationi, qui deuotioni extremae voluntatis decedentium in hac parte contradicere praesumit.*] Ad audientiam nostram peruenit ex conquestione abbatis, et fratrum sancti Martini Laudonen. 99) quod, cum presbyter quidam corpus cuiusdam mulieris, prout in vltima voluntate [*sua*] disposuit, ad eandem 100) ecclesiam sepeliendum 1) deferret, monachis S. Vincentii Laudonen. 2) corpus ipsius violenter rapere, et in ecclesia sua 3) sepelire minime dubitarunt. [*Et hoc idem de filio Rendulfi Canis praesumpserunt. Super quo vtique vehementi sumus admiratione commoti: cum iidem monachi et sanctorum patrum institutionibus contraireni, et priuilegia praedec. nostrorum, et nostra, quae praedicti fratres de libera se habere sepultura proponunt, satagunt violare. Inde est, quod f. t. per. a. f.*] mandamus, quatenus, [*vtraque parte apud vos conuocata, rei veritatem super hoc inquiratis, et,*] si ita esse inueneritis 4), praefatos monachos compellatis 5), vt ossa praefatae 6) mulieris, et beneficia, quae occasione sepulturae ipsius 7) recepisse no-

98) *Rauennen.* C. H. *et magistro M. Remensi*, c. 2. comp. cit. 2.
99) *Landen.* C. H et cit. c. *Landen.* ed. ant. per totum.
100) *S. Martini*, cit. c.
1) Vox *sepeliendum*, in C. L. deest.
2) *Landon.* C. R. 1. *Laudunen.* C. L.
3) *Ad ecclesiam suam*, cit. c.
4) *Est*, C. H. *inueneritis esse*, cit. c.
5) *Monere curetis et auctoritate nostra districte compellere*, cit. c.
6) *Vt omnia praefata mulieris et filii praedicti R. et beneficia* etc. ibid.
7) *Ipsorum*, ibid.

g *Post conc. Later. sub Alex. III. p.* 49. *c.* 6. *et cap.* 6. *eod. tit. in* 1. *compil.* h *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *comp.* i Oburgen. *al.* Obligen. k *Al.* aut exinde. l Remen. m *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *comp.*

scuntur,

fcuntur, memoratis fratribus cum integritate restituent, et de cætero *a* talia 8) facere non præsumant 9).

8) *Similia*, C. H.
9) *Similia non præsumant*, C. R. ed. ant. et cit. c.

CAP. VII.

Mulier nupta libere potest sibi eligere sepulturam.

LVCIVS 10) III. [*episcopo Florent.*]

De vxore vero *b*, vtrum, quemadmodum [*et*] vir, liberam debet 11) habere sepulturam, nobis videtur, quod nulla super hoc inter virum et mulierem *c* sit facienda distinctio, sed vtrique in casu isto æqualem esse credimus facultatem: cum electio ista ad eum potius statum pertineat in quo mulier soluitur a lege viri. *d*

Pater filios impuberes, vbi voluerit, potest sepeliri facere, si hoc habet consuetudo loci. H. d.

Vtrum autem pater, quo magis voluerit, minores filios valeat sepelire, non inuenimus a sanctis patribus diffinitum: et propterea terræ consuetudini decernimus 12) relinquendum.

10) Integra decretalis, cuius h. c. pars est, extetur *in append. ad concil. Later. III. P. vlt. c.* 63. apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. p.* 1873. Vnde liquet, VRBANO III. *h. c.* esse tribuendum, et ad annum MCLXXXVI. pertinere.
11) *Debeat*, C. R. L. H. ed. Gonz. ant. et c. 7. comp. 1. h. t.
12) *Decreuimus*, C. H.

CAP. VIII.

Si parochianus ecclesiæ cathedralis alibi sepelitur: de ipsius funeralibus, seu relictis ecclesiæ sepulturæ, debetur quarta capitulo ecclesiæ cathedralis.

IDEM 13) *præposito et capitulo Fauentin.* 14)

Cum super quadam a capitulo, [*quod religionis fauore etc. Inde siquidem est, quod*] præsentium auct. statuimus, vt, si aliquem parœcianorum vestrorum alibi contigerit eligere sepulturam, [*secundum statuta beati Gregorii*] de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur 15).

13) VRBANVS III. scilicet, non LVCIVS III. et sic etiam ad prædictum annum hæc decretalis referenda, qua de caussa sub VRBANI III. nomine *h. c.* laudat CLEMENS III. In *c.* 9. *X. h. t.*
14) *Fauentinæ*, C. L. *et canonicis Fauentinis*. c. 8. comp. cit. 1.
15) *Quarta vobis in testamentis portio reseruetur*, c. cit.

CAP. IX.

In quantitate canonicæ, quæ debetur ecclesiæ parœciali, statur loci consuetudini.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Certificari voluisti 16) *f* a nobis, quomodo illa clausula, quæ in priuilegiis [*nostris*] solet 17) apponi, [*de*] iustitia aliarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur, intelligi debeat et exponi. Cum autem super hoc articulo diuersa antecessorum nostrorum manauerint instituta, Leone 18) iustitiam illam quandoque 19) tertiam partem, quandoque [*vero*] mediam 20) [*partem,*] et Vrbano 21) [*III.*] quartam fore censentibus 22): nos tale præbemus in hac varietate responsum, vt, sicut beatus 23) Hieronymus *g* inquit, vnaquæque prouincia in suo sensu abundet, secundum rationabilem consuetudinem regionis *h* illa iustitia circa 24) medietatem, vel tertiam aut quartam partem 25) pro locorum diuersitatibus attendatur.

16) *Voluisti*, C. H.
17) *Vestris solet*. C. H.
18) intelligit sententiam LEONIS III. supra in *c.* 1. *X. h. t.* relatam.
19) *Aliquando*, c. 3. comp. 2. h. t.
20) *De qua idem agit in c.* 8. *h. t.* disponens de illis, qui in vita vel morte conuerti voluerunt.
21) Cuius sententia relata in *c.* 8. *X. h. t.* indeque patet, *cit. c.* cum præcedente VRBANO III. non LVCIO III. assignandum esse.
22) *Censente*, cit. c. 8.
23) Vox *beatus*, desideratur ibid.
24) *Secundum*, C. S. 1.
25) Vox *partem*, desideratur in C. R. H. et ed. ant.

CAP. X.

Priuilegiati super iure funerandi sepelire possunt illos, qui apud eos eligunt sepulturam, soluendo tamen canonicam portionem ecclesiæ parœciali. Si vero alios sepeliunt: tenentur restituere, quicquid occasione funeris receperunt.

INNOC. III. *episc. Claremont. et abb. Maurien.* (*ann.* 1190.)

In nostra præsentia *i* constitutis [*dil. fil.*] priore ecclesiæ Montis Ferrandi, et [*B.*] procuratore hospitalariorum Claremonten. diœcesis, [*ven. f. n. Sabinen. episcopum concessimus auditorem: coram quo*] idem prior proposuit, quod prædicti hospitalarii quosdam 26) parœcianos suos, quorum duo 27) erant intra annos legitimos [*constituti*] receperunt ad ecclesiasticam sepulturam. [*Propterea ecclesia eadem damnum sustinuit plusquam quinque millium solidorum. Quare idem prior humiliter supplicauit, vt ipsis hospitalariis interdiceremus, ne de cetero talia in eius præiudicium attentarent et ad resarcienda damna, quæ exinde sustinuit, eos compellere dignaremur.*] Econtra prædictus proposuit procurator, quod tam, ex priuilegio 28), quam ex indulgentia speciali, licet hospitalariis omnes passim præter excommunicatos et interdictos, ad ecclesiasticam sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri, fideique commisse 29), in 30) vltima voluntate relicta, possunt licenter accipere 31), soluta tantummodo quarta parœciali ecclesiæ, de cuius parœcia mortuorum corpora assumuntur, præterquam de equis et armis, quæ indulta sunt ipsis in *k* subsidium 32) terræ sanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur. [*Cum igitur hæc et alia, quæ coram episcopo fuerunt proposita, idem nobis fideliter retulisset: auditis et intellectis attestationibus et allegationibus vniuersis; de f. n. consilio,*] talem super his 33) duximus sententiam proferendam, quod prædicti hospitalarii de cætero non recipiant parœcianos ecclesiæ *l* supra dictæ ad ecclesiasticam sepulturam: nisi apud eos *m* elegerint sepeliri. Et tunc parœcialis ecclesia de oblationibus, lectis, et aliis, quæ defunctus pro anima sua in vltima dispositione reliquit, præterquam de equis et armis, recipiet quartam partem, et 34) hospitalarii residuum habeant: nisi dolo, vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem huiusmodi faciendam; nihilominus ipsis hospitalariis iniungentes, vt de quarta trium 35) millium solidorum priori satisfaciant memorato, cum constet, eos 36) a parœcianis eius 37) illos solidos recepisse, nisi sit 38) sufficienter ostensum, quod eorum oblati vel conuersi 39) fuissent. Eisdem præterea duximus iniungendum, quod, nisi probauerint, quod [*W.*] Geustafall. 40) *n* parœcianus prioris 41), qui fuit 42) interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, vniuersa, quæ ipsius intuitu receperint 43) *o*, priori restituant memorato *p*: alioquin quartam partem solummodo restituere teneantur. Pro illis vero 44), quos constat intra annos legitimos decessisse, [*eisdem iniunximus, vt,*] quæ sepulturæ eorum gratia receperunt, restituant vniuersa.

26) Dictio *quosdam*, non est in c. 1. comp. 3. h. t.
27) Post pronom. *suos*, ibid. ita legimus: *admittunt ad ecclesiastica sacramenta, et tam excommunicatos, quam interdictos, et quosdam alios, videlicet W. de Maceriis et filium I. de Vendatur. intra annos etc.*
28) *Priuilegiis*, C. H.
29) *Fidei commissa quoque*, ibid.
30) Præpos. *in*, non habetur in cit. c.
31) *Recipere*, C. S. 1.
32) *Ad subsidium*, C. S. 2.
33) Verba *super his*, in cit. c. non leguntur.
34) Copula *et*, desideratur ibidem.
35) *Quinque*, est ibidem.
36) Pron. *eos*, non habetur ibid.
37) *Prioris*, est ibid.
38) *Nec fit*, C. R. L. H. ed. Gonz. et cit. c.
39) *Commissi fuissent eisdem. Præterea*, cit. c.
40) C. S. 1. habet: *V.* sed in C. R. 2. H. L. et ed. ant. est: *W.*
41) Vocabula *parœcianus prioris*, desiderantur in cit. c.
42) *Fuerat*, C. H.
43) *Receperunt*, C. S. L. ed. ant. Gonz. et cit. c.
44) *Pro filio W. de Maceriis et filio W. de Vendatur*, cit. c.

CAP. XI.

Casualiter mortuus priuari non debet ecclesiastica sepultura.

IDEM *archiepiscopo* 45) *Turonen.* (*ann.* 1190.)

Ex parte *q* parentum M. 46) [*quondam iuuenculæ,*] nobis 47) est intimatum, quod, cum [*in crepusculo noctis*] nobilis vir [*N.*] dominus I. 48) de insula Butardi 49) *r*, [*Turon. diœc.*] eidem [*iuuenculæ*] posuisset insidias, [*volens eam opprimere,*] quam sollicitauerat sæpe de stupro, et ipsa garcionibus 50), qui eam rapere nitebantur, super quendam pontem occurreret, tandem fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadens, fuit casu submersa. [*Ipsa vero extracta de amne, dubitauerunt capellani eiusdem loci, corpus tradere sepulturæ: et tu, etiam requisitus, duxisti super hoc responsum apostolicum requirendum.*] Quocirca [*f. s. per a. s.*] mandamus, quatenus, cum illa [*iuuencula*] non sponte præcipitauerit se de ponte, sed, [*fugiens manus illorum, qui eam,*] sicut superius est expressum, [*rapere nitebantur,*] casu decide-

45) *Archidiacono*, C. S. c.
46) *Nocte*, c. 2. comp. cit. 3.
47) *Nostris auribus*, ibid.
48) Siglum *I.* non habetur ibid.
49) Nomen *Butardi*, a C. S. 1. L. et ed. ant. abest; sed C. R. 2. et cit. c. habent: *Bucardi.*
50) H. e. *famulis*, a Gallica voce *Garçons*, quo voce etiam sæpe nebulones pessimi veniunt, obseruante FRESNEO in *gloss. med. aut hac voce*, qui significatus huc magis quadrare videtur.

a In antiqu. ita: de cætero similia non præsumant. *b* Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. c. 6. *c* Vxorem. *d* Vid. l. in tempus. ff. de hered. instit. et l. quod sponsæ. cum seq. C. de donat. ante nupt. *e* C. 9. eod. tit. in 1. comp. *f* Cap. 3. eod. tit. in 2. compilat. *g* Al. Lucinium. *h* Vid. l. labeo. ff. de sup. leg. et l. cum de lanionis. §. asinam ff. de fund. instr. *i* C. 1. eod. tit. in 3. compil.

k Al. ad. *l* Prædictæ ecclesiæ. *m* illos. *n* W. *o* Receperint. *p* Vid. l. 1. cum seq. C. de inst. et subst. et l. quæ sub conditione. §. quoties. cum vers. seqq. ff de cond. instit. *q* C. 2. eod. tit. in 3. comp. *r* Dictio Butardi, deest in omnib. antiqu. exempl.

tit, corpus eius tradi facias ecclesiasticæ sepulturæ: præsertim cum ex honesta caussa fugisse noscatur, et, cui communicabatur viuenti, communicandum sit iam defuncto.

CAP. XII.

Si ossa excommunicatorum sunt sepulta in ecclesiastico cœmeterio, et discerni possunt; debent exhumari et proiici: alias secus.

IDEM *Nidrosien, 51) a archiepiscopo.* (ann. 1190. *in Noruegiam.*)

Sacris *b* est canonibus 52) institutum, [*et veteri* (?) *consuetudine approbatum,*] vt, quibus non communicauimus 53) viuis, non communicemus defunctis: et vt careant ecclesiastica sepultura, qui prius erant 54) ab ecclesiastica vnitate præcisi *c*, nec in articulo mortis ecclesiæ reconciliati fuerint. 55)

Vnde, si contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum *d*, vel alio 56) casu in cœmeterio ecclesiastico tumulentur; si ab aliorum corporibus discerni poterunt: exhumari debent, et procul ab ecclesiastica sepultura iactari. Quodsi discerni non poterunt; expedire non credimus, vt cum excommunicatorum ossibus corpora extumulentur 57) fidelium: cum, licet *e* non obsit iustis sepultura nulla vel vilis, impiis tamen 58) celebris vel speciosa 59) *f* non prosit.

51) *Nidros*, C. R. 2, *Indrosien* c. 3. comp. cit. 3. vtrumque male.
52) Est hæc regula LEONIS I relata in c. 1. C. XXIV. q. 2. et repetita ab VRBANO II. in c. 3. *ibid.* Mortuis autem communicare dicuntur viuentes, pro quibus hi preces fundant, vel oblationes aut eleemosynas faciunt, c. 22. C. XIII. q. 2. quarum participes fieri creduntur mortui
53) *Communicamus*, C. L. ita quoque correctum in C. R. 2.
54) Verbum: *erant*, abest a C. H. et ed. ant.
55) *Fuerunt*, C. R. 2. et L.
56) *Aliquo*, C. H.
57) *Exhumentur*, C. R. 1.
58) *Ita*, C. H.
59) *Pretiosa*, C. R. et L.

CAP. XIII.

Terra cœmeteriata pro sepultura fodienda vendi non debet.

INNOCENTIVS III. 60) *episcopo Magalon.* 61) (*ann.* 1208. *Romæ in Gothiam Galliæ.* Conf. c. vn. comp. 5. h. t.)

Abolendæ consuetudinis [*vel non abominabilis corruptelæ*] peruersitas 62) apud montem Pessulanum, vt dicitur, inoleuit, vt [*videlicet*] decedentibus non prius permittatur effodi sepultura, quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum pretium 63) ecclesiæ persoluatur. [*Quia igitur id longe est a regula pietatis, et ab ecclesiæ honestate: præsentium tibi auctoritate*] mandamus, quatenus, cum loci diœcesanus existas, inhibeas 64) clericis, ne quicquam omnino 65) præsumant exigere hac de caussa, [*iniungens laicis, vt laudabilem consuetudinem, erga Dei ecclesiam pia deuotione fidelium introductam, obseruent, ne fermento hæreticæ prauitatis illam corrumpere videantur sub prætextu ecclesiasticæ pietatis.*]

60) Rectius C. R. et L. HONORIVS III. legitur, sicuti etiam hæc decretalis in comp. 5. c. vn. h. t. quæ *Honoriana* vocatur, refertur. Vnde mirandum est, ALTESERRAM *in comm. ad INNOCENTII III. decretales* hoc non animaduertisse, et commentarium ad h. c. dedisse.
61) *Magalon* C. H. *Magalon.* ed. ant. et Cont. rectius.
62) *Vitium*, c. vn. comp. 5. h. t.
63) *Premium*, C. H.
64) *Prohibeas*, C. R. 2.
65) Vox *omnino*, a C. R. 1. abest.

CAP. XIV.

Excommunicatus, qui per suum presbyterum fuit absolutus in morte, in cœmeterio sepeliri debet, et ad satisfaciendum coguntur heredes.

GREGORIVS IX. *episcopo N.* 66) (*ann.* 1236.)

Parochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in personas ecclesiasticas, ecclesiarum 67) violatione vel incestu fuit, dum ageret in extremis *g*, per presbyterum suum iuxta formam ecclesiæ absolutus, non debent cœmeterium et alia ecclesiæ suffragia denegari: sed eius heredes et propinqui, ad quos bona peruenerunt 68) ipsius, vt pro eodem satisfaciant, censura sunt ecclesiastica compellendi.

66) *Episcopo Nauarra.* C. R. 1.
67) *Ecclesiæ*. C. H.
68) Et sic heredes delinquentis obligantur ad damna, ex delicto data, resarcienda, c. 5. X. *de raptor.* c. 3. X. *de pignor.* c. 9. *de vsur.* c. 28. *de sent. et exc. In f.* quam sententiam iam suo tempore fouisse videtur GREGORIVS M. in c. 3. C. XVI. q. 6. Ab *æquitate* (?) meito hæc laudatur; et ita contra ius Romanum, etiam in foris secularibus admissa: licet olim dorzeat (?) per *iudicem ecclesiasticum* heredes, vt huic obligationi satisfacerent, obstringerentur.

TITVLVS XXIX.
DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

CAP. I.

Inter episcopum, substitutum episcopo heretico, et ipsum episcopum hereticum reuersum, et ex dispensatione receptum, diuiditur episcopatus, modo hic expresso.

Ex concilio Africano. *b* (*ann.* 402.)

Si episcopus *i* ex Donatistis 69) ad catholicam vnitatem est conuersus: æqualiter inter se diuidant 70) eas, quæ sic inuentæ fuerint, vbi ambæ partes fuerint 71), id est, vt alia loca ad illum, alia ad alium, pertineant, ita, vt ille diuidat, qui amplius temporis in episcopatu habet, et minor eligat. Quodsi forte vnus fuerit locus: ad eum pertineat, quem plebe elegerit 72). Sed si 73) [*forte*] antiqui catholici suum voluerint, et illi suum, qui ex Donatistis 74) conuersi sunt: plurimorum voluntas paucioribus præferatur *k*. Si autem partes æquales sunt: maioris temporis episcopo deputetur 75) *l*. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerint 76) *m*, vt non possint æqualiter diuidi, velut si in impari 77) numero fuerint: distributis [*eis*] locis, qui parem habent numerum, quicunque locus 78) remanserit 79), hoc 80) in eo seruetur, quod 81) dictum est, cum de vno loco superius 82) tractaretur.

69) *Donatistica schismaticis*, C. H.
70) De hac *diuisione* quædam dicta sunt ad c. 1. X. *de præscript. not.* 17. Diuisio autem hæc potissimum illum decreta est propter episcopos *Donatistas*, in quorum locum *Catholici* sue confessionis quoque ordinauerant episcopos, licet quandoque *vacantes*: vnde contingebat, vt, post conuersionem Donatistæ episcopi, duo essent eiusdem diœceseos episcopi, inter quos diuisio facienda erat, ne conuersi, si abstererentur, ex sua conuersione pœnam subire cogerentur. Eadem ludebatur fabula tempore Palestinæ occupatæ, quo *Græci* et *Latini* episcopi eiusdem ecclesiæ constituti erant.
71) *Nisi - - fuerunt*, c. 1. comp. 1. h. t.
72) *Quem plures elegerint*, ibid.
73) *Et si*, C. H. *quodsi*, cit. c.
74) *Qui ex Donati parte*, cit. c.
75) *Deputentur*, ibid. rectius.
76) *Fuerunt*, C. L. H. et cit. c.
77) *Si in pari*, C. R. 1. L. et cit. *n*.
78) Vox *locus*, a C. R. 2. abest.
79) *Permanserit*, cit. c.
80) Pron. *hoc*, deest in C. H. *hic*, ed. ant.
81) *Quod superius*, cit. c.
82) Hoc loco dictio *superius*, ibid. non legitur.

CAP. II.

Presbyteri parochiales Dominicis diebus et festiuis parochianos alienos ad missam admittere non debent, si ex contemptu ad eorum ecclesiam accedunt.

Ex concilio Naneten. 83) *n* (*ann.* 896. *in Gallia.*)

Vt Dominicis vel *o* festiuis diebus 84) presbyteri, antequam missam 85) celebrent, plebem interrogent, si alterius parœcianus in ecclesia sit, qui, proprio contempto presbytero, ibi velit missam audire: quam, si inuenerint, statim ab ecclesia abiicient.

83) *Nanett.* C. R. 1. *Manten.* C. R. 2. *Mancten*, ed. ant. *Nuneten.* L. *Manneton.* H. *Nannetem.* c. 2. comp. cit. 1.
84) *In dominicis diebus vel festis*, cit. c.
85) *Missas*, C. R. 2.

CAP. III.

Episcopus parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum aliter iudicare.

HADRIANVS PAPA 86) *p.* (*ann.* 780. *Romæ.*)

Nullus episcopus alterius parochianum iudicare præsumat: [*et infra.*] Nam qui eum ordinare non potuit 87), nec iudicare [*vllatenus*] potest 88).

86) *Ex capitulis Hadriani* hic canon sub n. 18. desumtus est. Quæ vulgo hac appellatione designantur, licet sint *Ingelramni*, Metensem episcopi, et ob hoc in caussa propria HADRIANO obiati, vt obseruaui ad c. 2. C. XV. qu. 6. not. 55*. ostendique, hunc iam spurias paparum, qui ante SIRICIVM vixerunt, epistolas in hac *collectione LXXX.* canonum retulisse, quam exhibet HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 2062. Vnde hic canon desumtus sit, monstrat COINTIVS in *annal. eccl. Franc. tom. VI. ad ann.* DCCLXXXV. *n.* 35.
87) *Poterit*, C. H.
88) *Potuit*, c. 3. comp. cit. 1.

a Nidrosiensi episcopo. b C. 3. eod. tit. in 3. comp. c *Vid. l.* 2. ff. *de sedam* (?) *punit per Bart.* d Al. laicorum. e *Hæc verba sunt B. Aug. libr. De cura pro mort. gerend, c.* 2 f Pretiosa. g *Quis dicatur constitutus in extremis, vid. in leg.* 3. *cum. l. sequ. ff. de don. causs. mort. Bart. in l.* 1. *C. de sacrosanct. eccl.*

h *C.* 81. *in conc. Lat.* i *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* k *Vid. l. et suum heredem.* §. *fin. cum l. sequent. ff. de pollic.* l Deputentur. m Fuerunt. n Vanoten al Naueten. *sed legendum.* Naneten. *estque hoc decretum ibi c.* 1. *non c.* 429. *vt refert. Burch. l.* 2. *decr. c.* 2. *nec cap.* 10. *vt refert Ivo p.* 2. *c.* 121. o *C.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* p *Burch. l.* 2. *decr. c.* 39. *Ivo p.* 6. *c.* 240. *et c.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.*

CAP. IV.

Fines parochiarum, de quibus constat, vel finibus cohaerentia, praescribi non possunt.

VRBANVS III. [*de Nono loco et de Vigat. prioribus.*]
(*ann.* 1189. *Romae.*)

Super eo vero *a*, quod apud vos 89) intelleximus dubitatum 90), an 91), quod de finibus, et *b* his 92, quae finibus cohaerent 93), non praescribendis, statutum per canones esse dignoscitur, sit in paraeciarum limitibus *c*, sicut in prouincialibus 94), admittendum, [*illud vobis*] respondemus 95), quod bene videtur in vtroque seruandum, si [*prouinciarum*] fines legitima probatione, vel alias indubitata fide constitit 96) ecclesiastica ordinatione statutos.

89) *Nos*, C. L.
90) *Intelligimus dubitari*, C. H.
91) *An*, in C. L. deest.
92) *Et de his*, C. L.
93) *Adhaerent*, C. B. L.
94) *Prouinciis*, C. H.
95) *Dorimus respondendum*, c. 5. comp. cit. 2.
96) *Constiterit*, C. B. L. ed. vet. Gunz. et cit. c.

CAP. V.

Si paraecianus seu dioecesanus domicilium transfert; primus praelatus in eo iura episcopalia seu dioecesana, sibi non vindicat; decimae tamen praediales illius paraeciae sibi debentur: nisi alteri debeantur ex consuetudine.

COELESTINVS *d* III. 97) (*ann.* 1195.

Significauit *e* nobis [*venerab. frat. noster,*] Aconen. 98) *f* episcopus, quod, cum post recuperationem Aconen. ciuitatis, ad habitandum in ea se quam plurimi contulissent 99), qui ante generalem occupationem terrae sanctae, [*et*] in aliis ciuitatibus regni Hierosolymitani elegerant mansionem, [*et in ea residentiam fecerint aliquantum, et adhuc etiam residebant in eadem, praelati praedictarum ciuitatum eos ad soluendo sibi iure ecclesiastica compellunt. Quia vero transgredi non debemus terminos, a patribus constitutos, aut falcem mittere in messem alienam:*] fraternitati tuae 100) *g* mandamus, quatenus praedictorum locorum praelatos, vt sibi nullam in praedictos Acon. habitatores iurisdictionem vsurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, districtione, qua conuenit, compellatis, ita, quod, si de agris, in eorum paraecia constitutis, fructus percipiunt 1), et in vltramarinis partibus ratione praediorum decimae persoluuntur, deinceps eas ipsas [*decim.*] cum integritate, persoluant, dicto vero Aconen. tanquam dioecesano suo cogantur de ceteris respondere.

97) *CLEMENS III.* habet c. vn. comp. 2. h. t. sed euidenter monstrat GONZAL. ad *h. c. n.* 1. huic adscribi non posse hanc decretalem; quod eius tempora *Anconitana ciuitas* nondum a Catholicis recuperata fuerit: quod demum a. MCXCI. factum, quo iam sedere incepit COELESTINVS III. teste BARONIO *ad eit. ann.*
98) *Anconitam*, ibid. per vet.
99) *Contulissent vel constitissent*, C. B. 2. *recepissent*, H.
100) *Vestrae*, cit. c.
1) *Perceperint*, ibid.

TITVLVS XXX.

DE DECIMIS, *h* [*et*] PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS. 2)

CAP. I.

Exprimit quatuor genera decimarum, quae ex veteri lege debebantur.

HIERONYMVS *super Ezechielem.* 3) i (*ann.* 390. *in Iudaeam.*)

Decimam partem omnium frugum Leuiticae tribui populus 4) ex lege 5) debebat. Rursus ex ipsis decimis Leuitae, hoc est, inferiorum ministrorum gradus, decimas dabant sacerdotibus. Erant quoque et *k* aliae decimae, quas vnusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, vt comederet eas, cum 6) iret in templum in vrbe Hierusalem, et in vestibulo templi sacerdotes et Leuitas ad conuiuium inuitaret. Erant autem et aliae [*decimae,*] quas pauperibus recondebant. At vero primitiae, quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine definitae, sed offerentium arbitrio derelictae 7). Traditionem quoque accepimus Hebraeorum, non lege praeceptam, sed arbitrio magistrorum inolitam, quod, qui plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus; qui minimum, sexagesimam 8); inter 9) quadragesimam et sexagesimam licebat, quodcunque voluissent, offerre 10). Quod igitur 11) in Pentateucho dubium derelictum est, hic *l* specialiter definitur 12) propter sacerdotum auaritiam, ne amplius 13) a populo exigant in primitiis offerendis. [*i. e. vt sexagesima pars offeratur eorum, quae gignuntur e terra. Si enim Choras, qui Hebraice appellatur Gomor, et a Septuaginta dicitur Gomor, triginta habet modios tam in aridis speciebus, quam etiam in liquentibus; Copbi quoque et Batus decima pars est Chori: praecipitur quoque, vt sexta pars tam Chori, quam Copbi, quam Bati detur sacerdotibus in primitiis offerendis, quae de tribus modiis dimidium facit modium. Perspicue supputator, quam sexagesimam partem primitiarum sacerdotes accipere debuerant. Haec interim iuxta litteram et Hebraicam veritatem et scripsisse sufficiat et audisse.*]

2) *Et aliis oblationibus*, C. H. *de dec. et primitiis et obl.* C. L.
3) *Ezechiam*, C. H.
4) *Plebs*, ibid.
5) Explicat HIERONYMVS legem Mosaicam, vt verba vltima adiiciendi ducent. Sed inde nullum argumentum ad noui testamenti statum ecclesiasticum trahendum.
6) *Dum*, C. B. 1.
7) *Primitiua, quae de frugibus afferebant, non erant speciali nomine definita, sed offerentium arbitrio derelicta*, c. 1. comp. 2. h. t.
8) Dictio *sexagesimam*, non est in C. H.
9) *Et intra*, cit. c.
10) *Offerri*, ibid.
11) *Enim*, C. B. 1. *autem*, H.
12) *Diffinitum est*, C. L.
13) *Plus*, C. H.

CAP. II.

Non potest congrue summovi, propter varietatem lecturarum.

PASCHALIS II. 14) (*ann.* 1110.)

Nouum 15) *m* genus exactionis est, vt clerici a clericis [*frugum*] decimas [*vel animalium*] exigant: cum 16) nusquam in lege Domini hoc legamus 17). Non enim Leuitae a Leuitis decimas accepisse [*vel extorsisse*] leguntur. Illi profecto clerici, qui a clericis spiritualium ministeriorum 18) labores accipiunt, decimas eis debent.

14) *Paschalis III* C. L.
15) Imo nec *iniustum* nec *nouum*. Sunt clerici varii generis, quibus iam monachi annumerati. Clerici, sine titulo promoti, patrimoniales agros possidentes, vtique decimas soluere tenentur. Pariter monachi et alii clerici, agros decimales intra fines parochiales possidentes, ad eas soluendas tenentur: cum res transeat cum suo onere. *c.* 42. 45. *C. XVI. q.* 1. Nec argumentum a *Leuitis* desumtum stringit, qui in veteri foedere nulla possidebant praedia.
16) Partic. *cum*, in c. 7. comp. 1. h. t. non habetur.
17) *Hoc praecipi legimus aut permitti*, ibid.
18) *Ministrorum*, C. H.

CAP. III.

Compositio super decimis non tollitur per priuilegium sequens, si de illo mentionem non facit.

HADRIANVS IV. *Vigorn.* 19) *et Herforden. episcopis.* (*ann.* 1156.)

Ex multiplici *n* conquestione 20) V. 21) presbyteri [*de Cretona*] accepimus, quod, [*cum ecclesiam de Cretona triginta annis et eo amplius pacifice possedisset, monachi de Bruerio decimas vniuersas, quas de terris cultis eadem ecclesia a prima fundatione sui semper percipere consueuit, in hoc quadriennio sibi et ecclesiae penitus subtraxerunt:*] cum inter abbatem de Brudeie 22), [*W. nomine*] de consensu totius conuentus, et praedictum presbyterum [*viginti annis et eo amplius elapsis,*] talis intercesserit 23) o conuentio, scripto monachorum authentico roborata, quod monachi dicto presbytero et ecclesiae suae [*in integrum*] de blado, et vniuersis leguminibus, quamdiu viueret, decimas persoluerent 24), exceptis minutis decimis, quas idem presbyter 25) [*ob exaltationem ecclesiae monachorum*] quietas clamauit. [*Cumque conuentio temporibus trium abbatum praescripti loci seruata fuisset;*] idem abbas 26), [*ad praesentiam nostram accedens,*] a nobis priuilegium obtinuit, [*in quo monasterio suo indultum est,*] vt de laboribus, quos 27) propriis manibus aut sumptibus 28) excolunt 29), nulli decimas soluere tenerentur 30). [*Qui, siquidem, reuersus ad propria tantam apud H. regem illustrem Angliae gratiam et fauorem inuenit, quod totam terram rex ipsius villae, in qua ecclesia praefati presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuam eleemosynam contulit: quo facto praed. abbas, vniuersis colonis illius villae expulsis, totam terram praedictae parochiae excolens propriis sumptibus, ecclesiae debitos reditus subtraxit.*] Vnde quia non fuit nostrae intentionis per priuilegium nostrum conuentioni derogare 31) praedictae: [*f. v. per a. s.*] mandamus, [*vtque praec.*] quatenus, [*vtroque parte apud vos conuocata, rei veritatem plenius inquiratis, et, si inter praedecessorem memorati abbatis et praenominatum presbyterum consensu monachorum talis conuentio facta fuerit,*

19) *Vigornien.* C. B. et L.
20) *Quaestione*, C. H. et c. 17. comp. cit. 1.
21) *W.* est in C. B. 2. *Wilhelmi*, in cit. c.
22) *Brudetia*, legit C. L. sed rectius *Brueria*, c. 17. comp. 1. h. t. quod est monasterium ord. Cisterc. in Anglia. v. GONZ. *h. n.* 2.
23) *Intercessisse dicatur*, cit. c.
24) *Deberent persoluere*, ibid.
25) Vox *presbyter*, a C. B. 2. abest.
26) *Abbas illius loci*, cit. c.
27) *Laboratoribus, quos*, C. R. 1.
28) Verba *aut sumtibus*, absunt a C. B. 1. sed ed. ant. *ac*, habet pro *aut*.
29) *Excolit*, cit. c.
30) *Teneretur*, ibid.
31) *Derogari*, ibid.

a *Post conc. Lat. sub Alex. III. c. vlt. et v. 5. eod. tit. in comp.* 1. *b* Vel. *c* Liminibus. *d* Clemens. *e* *Cap. vn. eod. tit. in* 2. *compil.* *f* Ancon. *g* *Al.* vestrae. *h* *De materia huius tituli vid. Thom.* ... *q.* 86. *et* 87. *i* *C.* 45. *et c.* 1. *eod. tit. in* 2. *comp.* *k* *Hae dictio, et, deest.*

l *Al.* hoc *m* *Post conc. Lat. sub Alexand. III p.* 13. *c.* 16. *et c.* 7. *eod. tit. in* 1. *comp.* *n* *C.* 1. *eod. tit. in* 17. *comp. at post. conc. Lat. sub Alexand. III. p.* 13. *c.* 11. *o* Interuenerit.

et per annum servata, eamdem] abbatem 32) et monachos, vt eandem conuentionem, [*vel compositionem*,] non obstante dicto 33) priuilegio, nisi, [*quod non credimus*,] de [*transactione*] ipsa contineatur in eo 34), inuiolabiliter teneant et obseruent, vel exinde secum 35) pacifice conueniant, [*et secundum formam compositionis reditus ipsi soluant*, etc. et] appell. postposita 36), [*auctoritate nostra moneatis, et districtius*] compellatis.

32) *Vt abbatem*, C. H.
33) Vox *dicto*, in cit. c. non legitur.
34) *In eodem priuilegio*, ibid.
35) D *illum secum*, ibid. omittitur.
36) *Cessante*, ibid.

CAP. IV.

Monachi tenentur soluere decimas prædiales, de prædiis nouiter cultis, de quibus decimæ prius soluebantur.

IDEM *Thomæ* 37) *Cantuarien.* a *archiepiscopo.* (*ann.* 1157.)

Commissum nobis 38) [*a Deo dispensationis officium admonet, et hortatur multipliciter, vt vniuersis Christi fidelibus vel ecclesiis debeamus vtiliter prouidere, atque integra illis iura sua nos oportet atque illibata seruare.*] Peruenit *b* ad nos, quod monachi de Bosse 39), ecclesiæ 40) sanctæ Mariæ, in cuius parœcia commorantur, decimas, ex integro non persoluunt. [*et eas reddere contradicunt.*] Ea propter [*f. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus eos 41), vt [*ipsas*] decimas [*etiam*] de terris 42) cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, præfatæ ecclesiæ cum ea integritate persoluant, qua, priusquam in eadem parœcia 43) morarentur, solebant persolui, [*sine app. obst. nostra auctoritate cum omni districtione*] compellas. Et sicut etiam de pascuis olim decimæ persoluebantur 44): ita nunc de eisdam, ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque deminutione persolui.

37) *Idem B.* est in c. 18. cit. comp. 1. h. t. vel potius *T.* quo sigio tamen non potuit intelligi THOMAS, nondum tempore HADRIANI electus, sed THEOBALDVS, qui sedem archiepiscopalem eo tempore tenebat, vt rursus recte obseruat GONZ. *h. t. n.* 1.
38) Pron. *nobis*, abest a C. C. 1. et ed. ant.
39) *De Bosse*, est in cit. c. 18. seu *de Boxelia*.
40) Vox *ecclesiæ*, non est in cit. c.
41) *Prædictos monachos*, ibid.
42) *De ipsis cultis*, ibid.
43) *Ecclesia*, ibid.
44) *Soluebantur*, C. B. L. H. ed. ant. et cit. c.

CAP. V.

Per excommunicationem compellitur quis ad soluendas decimas de molendinis, et aliis hic contentis, et cap. sequ. Hoc dicit cum sequ.

ALEXANDER III. *Cantuarien. archiep. et eius suffraganeis.* (*ann.* 1170.)

Peruenit *c* ad nos, [*quod, cum parochiani vestri decimas bonorum suorum consueuerint ecclesiis, quibus debentur, cum integritate persoluere; nunc tamen, laudabili consuetudine prætermissa, quidam ex ipsis de lana, de fœno, de prouentibus molendinorum et piscariarum ipsis ecclesiis subtrahere non verentur. Sed quoniam institutioni diuinæ manifestius obuiant, qui decimas ipsis ecclesiis non persoluunt: f. v. per ap. s. p.*] mandamus, quatenus parœcianos vestros monere curetis, et, si opus fuerit, sub excommunicationis districtione 45) compellere, vt de prouentibus molendinorum *d*, piscariarum 46), [*et*] fœno, et lana, decimas ecclesiis, quibus debentur, [*omni contradictione cessante*,] cum integritate persoluant.

45) Hac methodo a reluctantibus exactæ sunt decimæ, quæ tamen, maxime in Thuringia, Hungaria, alibique, ingentes sæpe motus peperit. Vnde tot diuersitas decimarum soluendarum: quia excommunicatio non vbique speratum effectum habuit, et in eius vsu caute procedendum, quod prouisum etiam in *pace Osnabrug. art. V.* §. 48.
46) *Et piscatorum*, ed. ant. et c. 2. comp. 1. h. t.

CAP. VI.

Summatum est cum præcedenti, et declaratur, vt in præcedenti dictum est.

IDEM *Vintonien.* e *episcopo.* (*ann.* 1170.)

Nuntios *f* [*et litteras tuæ f. ea, qua decuit, benignitate recepimus, et petitiones tuas, quoad licuit, curauimus exaudire, sicut illius personæ, quam pura in Domino et feruenti caritate diligimus, et cuius commodis et profectibus intendere volumus diligenter. Cum igitur ad officium tuum spectent ea, in quibus nostri præcepti desideras nostra auct. muniri: tanto in his debuisti facilius ex niti, quanta ipsum eorum specialius salutem respiciunt, de quibus in extremo iudicio reddituri sumus rationem. Inde est, quod f. t. per apost. scr. præc.*] mandamus, quatenus parœcianos tuos de apibus, et de omni fructu decimas persoluere ecclesiastica districtione compellas 47).

47) Post vocem *mandamus*, c. 3. comp. cit. 1. ita se habet: *quatenus tam comites, quam barones, nec non et milites, et omnes alios de parochia tua moneas propensius et inducas, et app. cess. ecclesiastica districtione compellas, vt decimas ecclesiis matricibus de suis bonis omnibus communi integritate persoluant. Præterea parochianos tuos de fœno, equitio, pomis, piris, apibus et de omni fructu decimas soluere ecclesiastica districtione, app. cess. constringas.*

CAP. VII.

Decima fructuum statim, cum collecti sunt, solui debet, non deductis expensis.

IDEM *Exonien.* [*et Wigor.*] *episcopis.* (*ann.* 1170.)

Cum homines *g* de Hortnoe 48), [*secundum generalem Anglicanæ ecclesiæ institutionem*] de frugibus [*suis in auctumno*,] IX. partibus sibi retentis 49), decimam 50) ecclesiæ [*sancti Michaelis*,] cuius parochiani sunt, sine deminutione soluere 51) teneantur, et, antequam id faciant 52), seruientibus et 53) mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro seruitio suo impendant 54), tunc demum de residuo decimam persoluentes: [*vnde discretioni vestræ per a. s. præc.*] mandamus, quatenus [*sub anathematis districtione*] eos cogatis, vt decimam 55) [*tam de frugibus, quam de nutrimentis animalium suorum sine fraude et diminutione aliqua in auctumno, sicut moris est*,] statim 56) *h*, fructibus 57) collectis, [*et aliis temporibus, prout debent*,] persoluant, atque de subtractis et retentis dignam satisfactionem exhibere procurent 58).

48) *Ortona*, C. B. 2. *de Horten.* ed. ant. *De Hortnoen.* ed Cont. *de Ortona*, c. 4. comp. cit. 2.
49) *Detentis*, C. C. 2.
50) *Decimas*, cit. c. per tot.
51) *Persoluere*, ed. ant.
52) *Antequam ecclesiæ decimas, ad eam spectantes, persoluant*, cit. c.
53) Copula *et*, deest in C. H.
54) *Impendant*, cit. c.
55) *Decimas*, C. B. et L.
56) Quod etiam clericis noui fœderis decimæ *iure diuino* debeantur, c. 14. *X. h. t.* in qua sententia tamen theologi confessionis ecclesiæ Romanæ dissentiunt a canonistis. Vid. Anonymus Catholicus, *dans l' histoire des dimes p.* 104. *sqq* HIERONYMVS A COSTA, vel potius P. SIMON. *dans l' histoire de l' origine des reuenus eccl. p.* 5.
57) *Frugibus*, C. R. 2. et cit. c.
58) *Exhibeant*, cit. c.

CAP. VIII.

Priuilegiati super decimis non soluendis, de iis prædiis, quæ ab aliis conducunt, decimam soluere tenentur.

IDEM *monachis de Neuclan.* 59) *i* (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Dilecti *k* filii abbas et fratres sanctæ Crucis, sua 60) nobis 61) conquestione monstrarunt, quod prædia, vnde decimas, et in magna parte sustentationem consueuerunt habere, a plerisque laicis 62) conduxistis, et recepistis ad firmam. Vnde, quoniam iidem fratres ex hoc grauantur [*immoderate et*] enormiter, nec fuit intentionis nostræ, aut 63) antecessorum nostrorum, vt de possessionibus, quas conduxistis 64) *l*, decimas non soluatis 65): [*vniuersitati vestræ præc.*] mandamus, quatenus [*de fructibus*] de prædiis, quæ conduxistis 66) *m* in parœciis suis, de quibus consueuerunt decimas percipere, plenarie soluatis 67) eisdem 68), vel cum ipsis [*tam pacifice et*] amicabiliter componatis 69), [*quod nulla inter vos debeat scandali malitia suscitari, et vos videamini vltra, quam vobis indultum est 70), manus extendere.*]

59) In hac voce admodum variant C. MSC. et edit. Enimuero c. 4. comp. 1. h. t. propius ad veritatem accedit, quod *de Neub.* legit, sub qua lectione monasterium in Scotia *Neubothel* ord. Cisterc. intelligendum esse iudicat GONZ. *h. n.* 1. ex MANRIQVIO *in annal. Cisterc. tom.* I. *ad ann. MCXL. c.* 14. n. 4.
60) *Transmissa*, c. 6. cit. loco pron. *sua*.
61) Pron. *nobis*, a C. R. 1. et L. abest.
62) Verba *a plerisque laicis*, desiderantur, in cit. c.
63) *Nec*, C. R. 1. et H.
64) *Conducitis*, C. C. L. H. ed. ant. et cit. c.
65) *Non debeatis persoluere*, cit. c.
66) *A laicis conduxistis*, C. R. 2.
67) *Persoluatis*, C. L. et cit. c.
68) Pronom. *eisdem*, non est in cit. c.
69) *Conuenatis*, legitur ibid.
70) Intelligit immunitatis priuilegium, ordini Cisterciensi ab HADRIANO IV. secundum *c.* 10. *X. h. t.* indultum a solutione decimarum de illis agris, quos colebant *iure proprietatis*: quod tamen non extendendum ad agros conductos.

CAP. IX.

Reuocatur priuilegium, si ex post facto incipit enormiter nociuum esse.

IDEM *abbati et fratribus Dolon.* 71) *n* (*ann.* 1180.)

Suggestum a est [*nobis*] ex parte vestra, quod abbas et fratres mo-

71) *Doren.* C. C. 2. *Doulen* C. L. *Idolen.* edit. ant. legunt. Veriorem vocem substituit GONZ *h. n.* 1. et *Dalca* vel *Dalonen.* legendum recte censet: quod *Dalonense monasterium* ord. Cisterc. in diœcesi Lemouicensi hic intelligi debeat.

a *Hunc existimo esse B. Thom. Cantuar. arch. qui circa ann. Christi* 1171. *pro libertate ecclesiæ asserenda martyrio traditus sub Alex. III.* *b* C. 18. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. p.* 14. *c.* 12. *c* *C.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.* *d* *Vid. l.* 6. *manifeste C. de seru. et aqua. per Barc. et l.* 1. *ff. de aqua pluu. arcend.* *e* Vitoniensi. *al.* Vuintonien. *f* *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. p.* 4. *c.* 3.

g *C.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp.* *h* De fructibus. *i* Nembio *al.* Noruolo. Neuelo. *al.* Neouicesa. *k* *C.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. p.* 13. *c.* 2. *l* Conducitis *m* Quæ a laicis, *et*. *n* Dolen. *o* *C.* 9. *eod. tit. in* 1. *compilat. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 21. *c.* 4.

nelte

nasterii de Vrsin. 72) decimas a vobis auferre conantur, [*et alia damna et grauamina vobis irrogare non cessant. Quia vero non decet honestatem vestram, siue religionem monasticam litibus et contentionibus intendere;*] discr. v. 73) [*per a. s.*] mandamus, [*consulimus et hortamur,*] quatenus cum prædicto abbate et fratribus super ipsis decimis [*et aliis, vnde inter vos est controuersia, pacifice*] componatis 74); [*ne pro huiusmodi contentionibus fama vestræ religionis valeat denigrari.*] Nam quando Rom. ecclesia ordini vestro priuilegia de decimis dederat 75), ita erant raræ abbatiæ vestri ordinis 76), quod exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri 77); sed nunc [*per gratiam Dei*] in tantum augmentatæ sunt, ac possessionibus ditatæ, quod multi viri ecclesiastici de vobis 78) apud nos querelam a sæpe proponunt.

72) *De Visin.* C. R. 1. *de Vrsino*, C. a. 2. et cit. e.
73) verba *discr. v.* desunt in C. H.
74) *Conuenatis*, cit. c.
75) *Dedit*, C. H.
76) verba *abbatiæ vestri ordinis*, non sunt in cit. e.
77) *Exoriri*, C. H.
78) *De fratribus vestris*, cit. e.

CAP. X.

Cistercienses, templarii, et hospitalarii decimam prædiorum suorum quæ propriis manibus aut sumptibus excolunt, soluere non tenentur: alii vero religiosi non soluunt decimas de hortis et nutrimentis animalium, nec de noualibus, quæ propriis manibus ac sumptibus excolunt.

IDEM *Terraconensi* b *archiepiscopo.* 79) (*ann.* 1170. *in Hispaniam.*)

Ex parte c tua ad nos 80) noueris peruenisse, quod albi monachi et nigri, et quidam 81) alii d religiosi, ecclesias 82) tuæ iurisdictionis redditibus decimarum, occasione priuilegiorum, quæ sibi Romana indulsit ecclesia, spoliare præsumunt. Sane, nolumus 84) te latere, quod [*sanctæ memoriæ*] prædecessores nostri fere omnibus religiosis decimas laborum suorum concesserant e. Sed [*bonæ memoriæ*] prædecessor noster Hadrianus solis fratribus Cisterciensis ordinis, et templariis, et hospitalariis, decimas laborum suorum, quos 85), propriis manibus vel sumptibus colunt, indulsit 86); cæteris vero, [*tantum,*] vt de noualibus suis, quæ propriis manibus vel 87) sumptibus excolunt, et de nutrimentis animalium suorum, et de hortis suis decimas non persoluant 88), [*concessit:*] quam sumus super his imitari. Quare ii 89), quibus hoc indultum est, hac occasione decimas de aliis rebus ecclesiæ suæ 90) non [*debent, nec*] possunt subtrahere, vel 91) sibi aliquid vlterius vindicare.

79) *Episcopo*, c. 10. comp. cit. 1.
80) *Tua fraternitatis ad nostram audientiam*, ibid.
81) Pronom. *quidam*, non est in ed. ant.
82) *Ecclesiam*, C. H.
84) *Tuam prudentiam*, cit. e.
85) *Quas*, C. H et ed. ant.
86) Intuitu summæ *paupertatis*, qua in prima origine premebantur; quæ tamen diu desiit, postquam hi ordines ingentem bonorum copiam acquisiuerunt, quod ipse pontifex fatetur in c. 9. *X. h. t.*
87) *Et*, cit. e.
88) *Persoluunt*, C. R. 3.
89) *Quia ii*, cit. c.
90) *Tuæ*, C. H.
91) *Et*, ibid.

CAP. XI.

Priuilegium super decimis laborum non extenditur ad terras, quæ aliis traduntur excolendæ.

IDEM. (*ann. eod.*)

Licet f de benignitate sed. apost. sit vobis indultum, vt de laboribus [*vestris,*] quos propriis manibus, vel sumptibus colitis, nemini decimas soluere teneamini: propter hoc tamen non est licitum vobis [*cuilibet*] decimas de terris vestris subtrahere, quas aliis traditis excolendas. [*Relatum est siquidem auribus nostris, quod, cum terras quasdam, quas in decimatione dil. f. n. thesaurarii Senonen. habetis, detis rusticis vestris excolendas, et exinde decimas, sicut debetis, non soluitis, nec facitis a rusticis ipsis exsolui. Quoniam igitur, quanto arctius vos et ordinem vestrum diligimus, tanto minus vos et ordinem vestrum volumus efficere, quæ sunt honestati contraria, vel obuia rationi, aut ex quibus priuilegiorum nostrorum tenorem transgredi videamini; cum priuilegium videatur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate: fraternitati v. m. quatenus de terris illis, quas in decimatione prædicti thesaurarii propriis manibus non excolitis, sed rusticis traditis excolendas, decimas vobis vsurpare nullatenus præsumatis, sed eas in primis eidem thesaurario faciatis cum integritate persolui, scituri pro certo, quod, si præceptum nostrum contempseritis, nos ven. fr. nostro archiepiscopo Senon. dedimus in mandatis, vt rusticos, quibus in decimatione præfati thesaurarii terras dederitis excolendas, ad soluendum decimas ei thesaurario, app. cess. districte compellat.*]

a Querimoniam. b Taronen. *al.* Terrascon. c C. 10. eod. tit. in 1. comp. d Alii viri religiosi. e Concesserant. f Cap. 11. eod. tit. in 1. comp.

CAP. XII.

Priuilegium super decimis laborum, etiam ea, quæ non sunt noualia, comprehendit.

IDEM.

Ad audientiam g nostram [*noueris peruenisse, quod quidam vestrum a dil. filiis nostris, fratribus Cistercien. ordinis de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere et extorquere conantur,*] illud priuilegii capitulum praua interpretatione, [*ac malitiose*] peruertentes, quo Cisterciensibus 92) indulgetur, ne de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis exigat 93). Asserunt [*enim,*] quod pro laboribus noualia intelligi debent. [*Vnde quoniam fratres præscripti ordinis benignitate ecclesiastica fouere volumus, et, ne vllus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra iustitiam molestandi quamlibet, attentius prouidere: f. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus non permittatis hoc 94) fieri 95). Nam, si intelligeremus tantummodo de noualibus, vbi ponimus 96) h de laboribus; de noualibus poneremus i: [*sicut in priuilegiis aliorum quorumdam ponimus.*]

92) *Eisdem fratribus*, c. 13. comp. cit. 1.
93) *Exigere audeat*, ibid.
94) *Hac*, C. H.
95) *Quatenus a prædictis fratribus de laboribus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a parochialibus vestris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri.* cit. e.
96) *Posuimus*, C. R. 1.

CAP. XIII.

Decimæ noualium debentur ecclesiæ, in cuius parœcia surgunt; si vero non sunt in certa parœcia; debentur diœcesano: qui potest sibi retinere, vel alteri ecclesiæ concedere.

IDEM *Brixien. episcopo.* (*ann.* 1170.)

Quoniam k a nobis sollicitudo tua requisiuit 97), quid de decimis noualium tuæ diœcesis tibi sit statuendum; [*t. f. significatione præsentium*] respondemus, vt, si terræ [*illæ,*] quæ arabiles sunt, intra 98) certam alicuius ecclesiæ parœciam fuerint, decimas earum, tua parte retenta, eidem ecclesiæ facias assignari: alioquin ipsa 99) secundum discretionem, a Deo tibi datam, alii l ecclesiæ deputare, vel ad opus tuum poteris retinere 100). [*ita quidem, quod, si quis in his contraire præsumserit, tu eum ecclesiastica censura, vsque ad dignam satisfactionem percellas. Sententias vero, super decimis a consulibus datas, præsertim cum sanctorum patrum institutionibus obuient, irritas esse decernas, et eas, omni contr. et app. postp. reuoces. Quod si laicus aliquis a sacerdotibus vel clericis decimas de laboribus suis in tua diœcesi requisiuerit; eum ab exactione huiusmodi prorsus cessare compellas: et laicos, qui a colonis tertiam vel quartam partem laborum suorum ante solutionem decimarum recipiunt, decimam de portione sua secundum quod colonus de parte, quæ illum contingit, exsoluere consueuerit, absque diminutione aliqua iis, quibus iure debentur, facias exhibere.*]

97) *Requirit*, C. R. L. ed. ant. Gonz. et c. 25. comp. cit. 2.
98) *Inter*, C. H.
99) *Ipsas*, cit. c.
100) *Decimare*, C. H. *tenere*, cit. e.

CAP. XIV.

Decimæ possunt exigi.

IDEM *Remen. archiepisc.* 1) m (*ann.* 1180.)

Parochianos [*vero tuos ad soluendas decimas ecclesiis, quibus eas debent, ecclesiastica debes seueritate compellere: quia,*] cum decimæ non ab hominibus 2), sed ab ipso Domino sint institutæ, quasi debitum 3) exigi possunt.

1) *Episcopo*, c. 26. comp. cit. 1.
2) *Ab homine*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. e.
3) *Debitæ*, C. H. et ed. ant.

CAP. XV.

Decima laica iure hereditario concedi non potest.

IDEM *Ambianen.* n *episcopo.* (*ann.* 1170.)

Ad hæc 4) o donationem decimæ, quam abbas sancti Salui de Monstrali 5) cuidam laico 5*) concessit, per successionem tenendam,

4) *Ad hoc*, C. L et H. Quæ vero huic decretali præmittuntur, vide infra c. 2. *de frig. et malef.*
5) *De Monstralis*, C. L. *de Monastriis*, H. *de Monasteriis*, ed. ant. *de Mostraco* c. 27. comp. cit. 1.
5*) *Laico*, ed. Cont. et Pith. sed errore. Hæc autem verba *cuidam laico*, plane absunt a cit. c.

g *Cap.* 12. *eod. tit. in* 1. *comp.* h Posuimus i *Vid. l. ab hostib.* § *sed quod simpliciter ff. ex quibus causs. mai. et l.* 3. *ff. de offic. præsid.* k C. 25 *eod. tit. in* 1. *comp.* l aliis ecclesiis. m *Post cone. p.* 26. c. 21 *deest hæc inscriptio.* c. 26. *eod. tit. in* 1. *comp.* n Abienens. *al.* Ambiens. o C. 27. *eod. tit. in* 1. *comp.*

quoniam sanctuarium 6) de iure 7) hereditario possideri non debet, [*in irritum penitus reuoces, et*] viribus carere decernas, et laicum, nisi decimam ipsam ipsi 8) ecclesiæ libere [*et absolute*] resignauerit, vinculo excommunicationis adstringas.

8) Cum hoc comparantur decimæ, ex communi præiudicio, quod *spiritualem qualitatem* habeant, et ita a laicis possideri non possint, quod *c.* 17. denuo inculcat, de quo argumento ad *c.* 7. *X. de præscript. not.* 49. actum. Nihilominus tamen interpretes postea huc delapsi sunt, vt crederent, decimas, ante *concilium Lateranense*, postea a. MCLXXIX habitum, a laicis possessas, iuste detineri nec ab ecclesiis auocari non posse: vnde flexerunt verba editalia in *c.* 7. *X. de his, quæ fiunt a prael.* in f. cen ostendi *cit. l. not.* 81. atque docui, ALEXANDRVM IV. in *c.* 2. *h. t.* in 6. pariter hanc sententiam approbasse.

7) *De iure*, C. R. L. H. ed. ant. Cont. gloss. et cit. c.

8) *Ecclesia sancti Saluii*, cit. c.

CAP. XVI.

Iudæi coguntur prædiales decimas soluere, aut prædia dimittere.

IDEM *Marsilien.* 9) a (*episcopo.* (*ann.* 1170.)

De terris [*vero*,] quas Iudæi colunt, tuæ 10) *b* prudentiæ respondemus 11), vt eos ad decimas persoluendas *c*, vel [*ad*] possessiones penitus renuntiandas, cum omni districtione 12) compelles: ne forte occasione illa ecclesiæ valeant 13) suo iure fraudari.

9) *Massiliensi*, c. 28. comp. cit. 1. Est vero hæc decret. pars c. *Quia super his*, quod vid. infr. c. 4. de Iudæis.

10) *Tuæ hoc*, C. H.

11) *Duximus respondendum*, cit. c.

12) *Discretione*, C. R. 1.

13) *Ecclesia valeat*, ibidem.

CAP. XVII.

Decimæ vel oblationes ecclesiæ laicis concedi non possunt: et prælatus contra faciens est puniendus.

IDEM. (*ann. eod.*)

Quamuis *d* sit e graue nimis, et diuini dignum animaduersione iudicii habeatur, quod laici quidam, quod sacerdotum est, et 14) in ecclesiasticis rebus vsurpant: maiorem tamen incurrunt 15) formidinem [*et dolorem*,] quod fomitem sui erroris dicuntur 16) in ipso 17) clero aliquotias inuenire, dum quidam [*coepiscoporum nostrorum aliorumque*] prælatorum ecclesiæ decimas et ecclesias [*ipsas*] disponere eis indulgent, et eos in deuia mortis impellunt, qui prædicatione eorum ad viam vitæ 18) fuerant reuocandi. [*De quibus dicit Dominus per Prophetam: populi mei peccata comedunt, et ad iniquitatem prouocant. Vnde*] statuimus, vt, si quis alicui laico, in seculi remanenti, ecclesiam, decimam, oblationemque concesserit, a statu suo, sicut arbor, quæ inutiliter terram occupet, succidatur, et donec emendet, dolore suæ iaceat ruinæ prostratus.

14) Copula *et*, abest a C. R. L. ed. ant. Cont. et c. 2. comp. 2. h. t.

15) *Incurrit*, C. R. 1.

16) *Dicunt*, C. R. 1. in C. R. 2. mutatum in: *dicuntur.*

17) Pron. *ipso*, deest in C. H.

18) *Veritatis et vitæ*, C. R. L.

CAP. XVIII.

Statur consuetudini, an colonus soluat decimam ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia, an ecclesiæ, vbi audit diuina, et percipit ecclesiastica sacramenta.

IDEM [*Massiliensi episcopo.*]

Cum sint *f* homines in parœcia vnius ecclesiæ, sicut asseris, qui terras in alia parœcia [*alterius*] excolunt: tua discr. nos consuluit, cui ecclesiæ de terris illis decimas soluere debeant, [*an ei, in cuius parochia sunt constituti, an illi, in qua diuina audiunt, et alia ecclesiastica percipiunt sacramenta.*] Sane, [*cum huiusmodi quæstio temporibus prædecessorum nostrorum sæpius mota fuerit, nec ab aliis terminata, aliis intuitu territorii, aliis personarum obtentu asserentibus debere persolui;*] non est nobis facile super hoc certum g dare responsum: cum auctoritates sanctorum patrum etiam 19) sint diuersæ 20). Et ideo in huiusmodi dubita-

19) Part. *etiam*, in C. R. 2. est deleta; et a C. L. et H. abest.

20) Pro diuersa *ecclesiastica œconomia*. Olim, vbi certe tantum ecclesiæ *baptismales*, quas *plebes* vocabant, etiam ruri erant, *archipresbyteris* commissæ, in quibus *publica* et *ordinaria sacra* fiebant, decimæ potissimum his persolutæ, ceu docent c. 45. et 56. *C. XII. qu.* 2. et *not.* 63. subiecta. Sedecentim hat nobiles suis ecclesiis minoribus seu oratoriis, in fundis propriis erectis, vindicarunt, vt declaraui ad *c.* 56. *ibid. not.* 8. quæ tamen in parochias eo tempore, h. *e.* seculo IX. nondum erectæ erant. Hoc vbi tandem factum, etiam ante decretalium singulis parochiis ruralibus decimæ collatæ, et adscripta sunt, earumque beneficiis curatis adiunctæ. Ceterum, antequam *beneficia* introducta fuerunt, et ex bonis communibus clerici adhuc viuebant: decimæ ad distributionem, ab episcopo faciendam, pertinebant, ceu docet cit. c. 56. qui quosuis reditus ecclesiasticos distribuebat, et ita etiam decimas, vt *capitularia regum Francorum* passim docent. Imo postquam *beneficia* certa archipresbyteris, qui olim veri *parochi* rurales erant, assignarunt, non tamen semper his decimas quascunque adiunxerunt, sed plerasque sibi reseruarunt. Vnde factum, vt seculo X et sequ. infiniti decimas laicis in feudum darent, quæ passim adhuc hodie ab episcopis in feudum recognoscuntur.

a Massilien. b C. 28. eod. tit in 1. comp. c Vid. l. imperatorr. ff. de publ. cum not. per Bald. et l. comperit. C. de præscr. XXX vel XL. annor. d C. 2. eod. tit. in 2. comp. e Verbum, sit, deest in aliquot antiqu. f C. 3. eod. tit. in 2. comp. g Certum responsum tibi dare.

tione ad consuetudinem duximus recurrendum *h*, et attendendum etiam, si illæ ecclesiæ in vno sint vel in diuersis episcopatibus constitutæ; quia difficile nimis videtur, vt vna ecclesia in episcopatu alterius recipiat decimas: cum ex hoc episcopatuum fines confundi non immerito viderentur.

CAP. XIX.

Non potest laicus transferre decimam in alium laicum: etiamsi cum titulo illam possideat. H. d. cum gloss.

Ex concilio Lateranen. (*ann.* 1179.

Prohibemus *i* [*insuper*,] ne laici, decimas 20*) cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, et ecclesiæ non reddiderit 21): Christiana 22) sepultura priuetur.

20*) Conf. quæ supra monuimus ad *c.* 7. *de his quæ fiunt a prael. not.* 81.

21) Hæc verba satis euincunt, *concilii Lateranensis* intentionem fuisse, vt laici quascunque decimas, quas hactenus ex episcoporum alienatione vel inuestitura possederant, ecclesiæ restituerent. Atque hac de caussa sub FRIDERICO I. VRBANVS III. in Germania exsequutionem huius concilii admodum vrgebat, decimasque repetebat, adeo, vt imperator a. MCLXXXVI. in comitiis Gelnhusensibus hanc caussam proponeret, irrito tamen conatu, quod *antiquæ possessionis* præsidio se plerique tuerentur, teste ARNOLDO LVBECENSI *libr. III. c.* 18. Nihilominus tamen, vt ad *c.* 25. *h. t.* modo obseruaui, *vsuali interpretatione* hoc tandem deuentum, vt decimas, ante *concilium Lateranense* possessas, sub hac lege ecclesiastica haud comprehendi, communiter existimatum fuerit.

22) *Ecclesiastica*, C. H.

CAP. XX.

Decima personalis debetur ecclesiæ, vbi quis percipit sacramenta, licet alibi lucrum contigerit: in prædiali vero statur consuetudini, si in aliena parochia colonus prædium colit.

LVCIVS III. *Strigonensi* 23) *archiepiscopo.* (*ann.* 1181. *in Hungariam.*)

Ad apostolicæ *k* sedis regimen, [*licet immeriti, dignatione diuina vocati, omnibus sumus ecclesiæ filiis debitores, et pro scientiæ nostræ modulo respondere cogimur consultationibus singulorum.*] Intelleximus [*autem ex litteris tuis*,] quod quædam consuetudo in Hungaria inoleuit, vt multitudo populi plerumque de parœcia vnius episcopi in diœcesim alterius transferatur. In quo licet per multa tempora moram traxerit; vterque tamen episcoporum, tam is, cuius parochiam reliquerunt 24), quam is, cuius parochiani sunt facti, decimationem requirit: [*vnde et inuidiæ et contentiones oriuntur.*] Ideoque tua nos duxit fraternitas consulendos, cui potius decimæ sunt reddendæ. Noueris igitur, quod, [*si de artificio, vel negotiatione aliqua et agricultura, quam intra terminos parochiæ, in qua moratur, exercet, vel aliis huiusmodi decimæ soluantur,*] æquum est, vt illi ecclesiæ decimæ personales reddantur ab eis, in qua ecclesiastica 25) percipiunt 26) sacramenta. [*Apostolus enim dicit: si vobis seminauimus spiritualia etc.*] Decimas vero messium *l* vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia, quam in ea, in qua habitant, quoniam a diuersis diuersa consuetudo tenetur, tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem, diu obtentam, ibidem noueris 27) obseruatum 28).

23) *Strigoniensi*, ed. ant. et c. 29. comp. 1. h. t.

24) *Parochia relinquitur*, c. cit.

25) *Aequum est, vt illis ecclesiis reddantur, in qua ille, qui reddit, per totum anni circulum audit diuina et ecclesiastica percipit* etc. cit. c.

26) *Recipiunt*, C. H.

27) *Inueneris*, C. L.

28) *Super decimas vero messium vel fructibus arborum, si coluerint in alia parochia, quam in ea, in qua habitant, quoniam a diuersis diuersa consuetudo tenetur, certum aliquid non duximus respondendum. Tu vero elige in hoc casu, ex quo vel nullum, vel minus noueris scandalum generari.* cit. c.

CAP. XXI.

De omni fructu prædii soluendæ sunt decimæ.

CLEMENS III. 29) *m.*

Ex parte *n* [*dilectorum filiorum nostrorum,*] canonicorum ecclesiæ tuæ, nobis est querela proposita, quod quidam agricultores, cum simul, vel diuersis temporibus anni, in eodem horto vel agro diuersa semina sparserint, non nisi de vnius illorum seminum fructibus decimas illi 30) persoluunt: [*qui etiam decimas de agrorum prouentibus non curant exsoluere, nisi quibusdam deductis expensis, quas faciunt pro illis, ad horreum vel ad arcam deportandis. Quia igitur per hoc canonicis ipsis et ecclesiæ Dei non modica irrogatur iniuria; cum Leuitis absque expensis decimas sit intactum impendi:*] mandamus quatenus, [*inquisita diligentius*

29) *Caelestinus III.* c. 5. comp. 2. h. t. rectius legit, adeoque post annum MCXCI. referenda hæc decretalis.

30) *Illis*, ibid.

h Vid. l. minime et l. fi. de interpretatione. ff. de legibus. i C. 25. eod. tit. in 1 comp. quam sit periculosum detinere decimas, tradit Gard. pap. der. 283. k C. 29 eod. tit. in 1. comp. l In vulg. libr. legitur ita: Super decimis vero, etc. sed in omnibus vet. manuscr. habetur, vt est impressum. m Coelestinus. n C. 5. eod. tit. in 2. comp.

veri-

veritate,] si noueris, rem taliter se habere, agricultores illos, vt de omnibus prædiorum a fructibus, [*nullis subtractis expensis, sed integras potius*] decimas [et] absque diminutione persoluant, ecclesiastica censura [*omni occ. et app. cess.*] compellas, [*et auctoritate vestra districte inhibeas, ne talia de cetero aliqua cupiditate, seu præsumtione attentent.*]

CAP. XXII.

Decimæ prædiales soluendæ sunt, expensis non deductis.

CAELESTINVS III. 31) (*ann.* 1195.)

Non est *b* in potestate hominum, cum plantant arbores, vel aliqua semina terræ mandant, [*quid eis satio vel plantatio sit reddituræ: cum iuxta verbum apostoli ad litteram exponendum, neque qui plantat, bene aliquid faciat, neque qui rigat, sed Deus, qui tribuit incrementum. Audiuimus autem, quod quidam vestrum de vineis, oliuetis, cannamellis et siquibus, non nisi primo deductis expensis seminum, et laboris vel agriculturæ decimas curant ecclesiis exhibere.*] Re vera, sicut sancti patres in suis tradiderunt scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione 32), [et] de ipsa etiam militia, [et] de venatione, et de omnibus bonis decimæ sunt ministris ecclesiæ tribuendæ: ita [*etiam,*] vt, qui de his eas soluere neglexerint, ecclesiastica districtione debeant percelli. [*Præterea si quis omnino Domino decimas non dederit, quæ sunt tributa egentium animarum, et ex debito requiruntur ad decimam partem, vt docet Augustinus: renoueri meretur.*] Volumus ergo et districte præcipimus, quatenus 33), antequam villas 34) c deductis de [*cunctis vestris*] bonis prædictis 35) expensis, [*saluis priuilegiis Romanæ ecclesiæ*] decimas ecclesiis, ad quas pertinent, cum integritate debita 36) persoluatis.

31) *Alexander III* C. R. 1.
32) *Et negotio.* c. 4. comp. cit. 2.
33) *Quod,* C. R. 1.
34) Vox *villas*, abest a C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
35) *Collectis*, cit. c.
36) vox *debita*, in C. R. 1. deest.

CAP. XXIII.

De redditibus molendini ad ventum, soluendæ sunt decimæ.

IDEM.

Ex transmissa *d* querela [*B. de Len. archidiaconi,*] rectoris ecclesiæ de N. intelleximus, [*quod, cum miles quidam molendinum quoddam ad ventum in terra quadam infra fines parochiæ suæ, de cuius terræ prouentibus decimas soluebat ecclesia percipere, memorata construxit de ipsius molendini obuentionibus decimas ei exsoluere contradicens, et in salutis suæ periculum detinere non veretur.*] Quia [*igitur*] fidelis homo de omnibus, quæ licite potest acquirere, [*sine diminutione*] decimas erogare tenetur: [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus H. 37) militem ad solutionem decimarum de his 38), quæ de molendino ad ventum proueniunt, sine diminutione aliqua [*per censuram ecclesiasticam, subl. app. obst.*] compellatis.

37) *Prædictum*, c. 7. comp. cit. 2.
38) *De obuentionibus*, ibid.

CAP. XXIV.

Locator vel conductor possessionum tenentur ad decimas: nisi se immunes ostendant.

INNOCENTIVS III. *Pistorien. episc.* (*ann.* 1210.)

A nobis e tua fraternitas requisiuit, [*vtrum ab illis decimas exigere debeas, qui possessiones dant vel recipiunt ad firmam, cum alii se conentur per alios excusare, quo minus cogantur ad decimas persoluendas.*] Cum igitur quilibet decimas soluere teneatur, nisi a præstatione ipsarum specialiter sit exemptus; fraternitati tuæ taliter respondemus 39), quod a dantibus et recipientibus possessiones ad firmam 40), de fructibus, quos percipiunt 41), decimæ sunt soluendæ: nisi ab eis [*aliquid*] ostendatur, quare 42) ab huiusmodi sint immunes.

39) *Duximus respondendum*, c. 1 comp. 3. h. t.
40) *Ad firmam*, C. R. 1. et L. *ad affictum*, cit. c.
41) In locatione *ad firmam* locarium vt plurimum soluitur in ipsis *fructibus*, atque vt in locatione *partiaria* contingit: adeoque, quia vterque fructus percipit, quod pontifex hic supponit, vterque etiam pro rata diuisionem decimarum pati tenetur. Nec eadem est ratio bonorum, *villicationis* iure concessorum, pro quibus certo tempore, excusso scilicet frumento, debentur certi granorum modii, decimis iam e villico præstitis. Quodsi quis asserere vellet, etiam locatorem de locario suo decimas soluere debere: per summam iniquitatem duæ decimæ de eodem fundo detraherentur, a quo tamen alienus fuit pontifex.
42) *Qualiter*, ed. ant.

CAP. XXV.

Imperialis concessio sub quacunque forma a solutione decimarum eximere non potest.

IDEM 43) *Vercellen. episcopo.*

Tua *f*: [*et infra.*] Porro 44) cum laicis nulla sit de spiritualibus

43) Restituit hæc decretalem BALVZIO *lib. II. epist.* 242 scriptam anno regiminis secundo, qui in annum MCXCIX. incidit, in cuius fine exarata.
44) Hæc verba initialia *Porro cum* etc. vsque ad vocem *imperialis*, desiderantur in c. 4. comp. 4. h. t.

g concedendi, vel disponendi facultas 45): imperialis concessio quantumcunque generaliter fiat, neminem potest a solutione decimarum eximere, quæ diuina constitutione debentur.

Decimæ noualium non pertinent ad laicum, qui decimas habet in feudum. H. d.

Nec occasione *h* decimationis antiquæ, licet in feudum decimæ sint concessæ 46), sunt decimæ noualium vsurpandæ: cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius *i* restringenda.

45) *Attributa facultas*, C. R. 2. et H.
46) Ita vero non absolute reprobat inuestituras *antiquas*, de decimis factas: id tantum vrget, eas ad noualium decimas non esse extendendas. Cui ergo ex mente pontificis hæ soluendæ? Sine dubio ecclesiæ parochiali. Nec enim ab his possessores noualium liberare voluit. Vtplurimum tamen in Germania nouales sibi vindicat decimas, qui de *iure vniuersali decimarum* inuestitus est, vt dicere soleant: *der Zehenden folget dem Pflug,* h. e. *decima sequatur aratrum.*

CAP. XXVI.

Sine deductione seminis et sumtuum debent dominus et colonus decimam soluere; et non cui voluerint ecclesiæ vel pauperibus, sed ecclesiæ cui debentur: nec ab hoc excusantur propter malitiam clericorum.

IDEM *eidem.* (*ann.* 1199. *Romæ in Pedemontium.*)

Tua nobis 47) fraternitas intimauit *k*, quod quidam laici [*tuæ diœcesis, et alii plures episcopatuum adiacentium.*] decimas *l* ecclesiis et clericis tuis, peruersis machinationibus subtrahere moliuntur, [*et conceptæ peruersitatis audaciam non curant satisfactione debita emendare.*] Quidam enim ex eis semen et sumptus, qui fiunt in agricultura, dicunt primitus deducendos, et de residuo impendendam [*esse*] decimam asseuerant. Alii vero de portione fructuum, quam a colonis recipiunt 48), partem decimæ separantes, eam capellis suis, aut aliis clericis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in vsus alios pro sua voluntate conuertunt. Nonnulli etiam, vitam clericorum, tanquam abominabilem, detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non verentur. [*Quidam insuper asserentes, se possessiones, et omnia iura sua cum omni onere et districtu per imperialem concessionem adeptos, decimas sub huiusmodi generalitate detinere præsumunt. Occasione præterea veteris decimationis, quam asserunt sibi concessam, aliqui decimas noualium sibi non metuunt vsurpare.*] Verum, si ad Deum 49), a quo cuncta bona procedunt, assertores huiusmodi debitum respectum haberent: ius ecclesiasticum diminuere non contenderent, nec 50) decimas, quæ tributa 51) sunt egentium animarum, præsumerent detinere. Cum enim Deus *m*, cuius est terra, et plenitudo eius, orbis terrarum, et vniuersi 52), qui habitant in eo 53), deterioris conditionis esse non debeat, quam dominus temporalis, cuius statutum 54) [*debitam*] de terris, quas exhibet aliis excolendas, non quidem deductis sumptibus, aut semine separato, necessario cum integritate persoluitur 55): nimis 56) profecto videtur iniquum, si decimæ, quas Deus in signum vniuersalis dominii sibi reddi præcepit, suas esse decimas et primitias asseuerans, occasione præmissa, vel excogitata magis fraude diminui [*forte*] valeant. Cumque Deo debita sit solutio decimarum in tantum, vt ad eas [*decimas,*] clericis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, laici, si moniti reddere 57) n [*forte*] noluerint, ecclesiastica sunt o districtione *p* cogendi; prætextu nequitiæ clericorum, nequeunt eas, nisi quibus ex mandato diuino debentur, pro suo arbitrio 58) erogare; cum nulli sit licitum aliena cuiquam concedere præter domini voluntatem: [*quanquam per sollicitudinem pastoralis officii sint a sua nequitia coercendi.*] Et cum 59) de cunctis omnino prouentibus decimæ sint reddendæ: sicut colonus de parte fructuum,

47) Est eadem epistola, cuius duo fragmenta RAYMVNDVS dedit in c. *praced.* reliquas vero partes hic tradit, rectius sine dubio facturus, si integram epistolam vno furte retulisset, quæ plena manu principia curiæ Romanæ *de decimis* suppeditat.
48) *Recipiunt*, C. R. 1 et c. 2 comp. 3 h. t. quippe cui debetur ordo periodorum dualium: cum longe alius sit in ed. vulg. sed inconcinnus.
49) *Ad eum*, cit. c.
50) *Ne*, C. L.
51) Erant iam ante legem *decimæ, diuinæ*, ex voto DEO consecratæ. *Gen. XIV.* 19. *XXVIII*, 22. *ad Hebr. VII.* 1. eadem intentione, qua sacrificia, DEO oblata. Erant etiam *ciuiles*, tributi genus, imperantibus debitæ ex more antiquissimo, teste SPENCERO *de LL. Hebr. ritual. libr. III. diss.* 10. c. 1. §. 2. ad quem prouocatur *1. Sam. VIII.* 15. quo intuitu hic sine dubio vocantur *tributa egentium animarum*, sicuti omnia bona dicuntur *patrimonium pauperum*. Sicuti vero hæc iure decretalium sunt patrimonium reipublicæ ecclesiasticæ: ita hæc *tributa decimæ* hodie recte vocantur.
52) *Vniuersa*, C. L.
53) *In ea*, C. R. 2. L. H. et cit. c.
54) *Statutum debitum*, C. R. 1.
55) *Necessario esse dignoscitur cum integritate persolui*, cit. c.
56) *Minus*, ibid.
57) Vox *reddere*, abest a C. R. et cit. c. et *soluere*, addit C. L.
58) *Pro sua voluntatis arbitrio*, cit. c.
59) *Vt cum*, ed. ant.

a Prædictorum. b *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *comp.* c *Dictio*, villas, *abest in omnibus antiquis codicibus.* d *C.* 7. *eod. tit. in* 2. *compilat. vid. conc. Trid. Sess.* 25. *de reform. cap.* 12. *et conc. Marsf. II c.* 5. *et S. Thom.* 2. 2. *q.* 87. *art.* 2. e *C.* 1. *eod. tit. in* 3 *comp. et de materia textus et gloss. vid. Couarr. l.* 1. *var. resol. c.* 17. *et Guid. pap. dec.* 266. *et* 294. *Adde Syluestr. in summ. verb. decima §.* 5. f *C.* 4. *eod. tit. in* 4. *comp. vid. Host. et Oldrad. cons.* 186.

g *Al.* de spiritualib. rebus. h *Vid. decis. capell. Tolos.* 440. i *Vid. l. cum quidam cum vulgat. ff. de liber. et posthum.* k *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp.* l *In recent. impressis* decimas ecclesiis a clericis tuis, *etc. sed nos ex antiquo exemplar Greg. reposuimus, vt est impressum, quam lectionem agnouit Hostiens.* m *Psalm.* 23 n soluere o Sint p *Vid. conc. Trid. Sess.* 25. *de reform. c.* 12. *adde conc. Matisc.* 2. *c.* 5. *et Synodum Turonensem.* §. *in fine.*

quam

quæ sibi remanet 60) [*de*] ratione culturæ, sic et dominus de portione, quam percipit ratione terræ, decimam reddere sine diminutione tenetur. [*et infra.*] Quoniam igitur pati nolumus, [*nec debemus,*] vt ecclesiarum et clericorum iura præsumptione qualibet minuantur: [*f. t. auctoritate præf.*] mandamus 61), quatenus omnes, qui ratione personarum, aut etiam prædiorum decimas ecclesiis et clericis tuæ diœcesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas, appellatione a remota 62), [*auctoritate ap. per excommunicationis aut interdicti sententiam*] compellas 63). [*Præterea, vt clericos tuæ diœcesis, de quibus fuerit in auditorio tuo querela proposita, de decimis ante dictis et fructibus, perceptis ex eis, ad plenam sub tuo examine iustitiam faciendam, compellere valeas, non obstante appellationis obiectu, interposita in elusionem ecclesiasticæ disciplinæ, deuotioni tuæ præsentis scripti pagina duximus indulgendum.*]

60) *Remanent.* C. H.
61) *Indulgemus,* cit. c.
62) *Subl. app. obstac.* ibid.
63) *Compellendi liberam habeas facultatem*, ibid.

CAP. XXVII.

Priuilegium super decimis non soluendis, ecclesiasticæ personæ concessum, noualia comprehendit. H. d. secundum intellectum, qui placet Panorm.

IDEM *abbati sanctæ* b *Columbæ* 64) *Senonen.* (*ann.* 1210.)

Ex parte c tua [*fuit propositum coram nobis, quod, cum tibi de laboribus terræ parœciarum tuarum, sicut asseris, sit indultum decimas cum integritate percipere, tibi dignaremur misericorditer indulgere, vt de terris, quæ intra parœcias tuas noniter rediguntur ad culturam, de indulgentia nostra exigendi decimas facultatem haberes.*] Cum *igitur* 65) tibi, quod maius est, sit concessum; vt videlicet decimas de laboribus terræ parœciarum tuarum cum integritate 66) percipias; de noualibus eas exigere satis potes: quia, vbi maius [*tibi*] conceditur, minus [*etiam in hoc casu*] concessum esse videtur.

64) *Columbanæ*, C. L. ed. ant. et c. 3. comp. cit. 3. Sed verior est lectio communis.
65) *Igitur*, in C. & 1. H. ed. ant. et Gonz. abest.
66) Verba *cum integritate*, desiderantur in cit. c. quæ tamen merito retinenda, vt ostendatur, planum *ius decimandi* parœciarum abbati fuisse concessum, vnde noualium decima, tanquam pars, dependebant.

CAP. XXVIII.

Negotiator de lucro decimam soluit, deductis expensis, quas facit de pecunia decimata: expensæ vero, quæ fiunt pro habendis fructibus, non deducuntur, et de fructibus soluitur decima, etiam non deductis expensis, factis pro re restauranda.

IDEM *Helien. episcopo.* (*ann.* 1206.)

Pastoralis 66*) d officii [*diligentiæ: et infra.*] Explicari [*præterea*] postulasti, vtrum quis possit de molendinis et piscariis necessarias expensas deducere, priusquam soluat decimas ex eisdem, sicut est in negotiatione concessum. Ad quod [*sine præiudicio melioris sententiæ*] respondemus, quod, licet circa res acquisitas, vel factas de pecunia decimata, cum ipsæ venduntur, credamus deducendas expensas, et de residuo, quasi de lucro decimas persoluendas, vt, si vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut quælibet merces, expensas tamen, quæ fiunt pro fructibus percipiendis, ex illis, de quibus fructus 67) proueniunt, non credimus deducendas; etiamsi fuerint decimatæ: quoniam salua decima, fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas. Fructus autem ipsos alienari posse, non credimus, nisi cum onere decimarum. Nec pro restaurando detrimento; quarumlibet rerum, ex quibus decimæ persoluuntur, credimus deducendas expensas, de prouentibus decimandis: quia penes dominum res permanent restauratæ, vt si pars aliqua moriatur armenti, deterioretur vinea, portio mercis depereat, vel totus clibanus destruatur.

66*) Est hæc decretalis sine dubio pars c. 28. supra *de offic. et pot. iud. del.* licet per errorem, sicut omnes fere cæteræ partes, variet in die et consule.
67) Vox *fructus*, in C. H. 2. deest.

CAP. XXIX.

Qui præscribit decimam in aliena parœcia, si ibi insurgunt noualia, ipsorum decimas non habebit.

IDEM [*episcopo Beluacen.*]

Cum f contingat interdum [*etiam*] in tua diœcesi: [*et infra.*] [*Præterea requisisti, cum aliqua prædia, de quibus ecclesiis aut personis ecclesiasticis decimæ soluebantur, ad fratres Cistercien. ordinis donationis vel emptionis, vel alio titulo deuoluuntur, an iidem fratres de talibus prædiis ipsis ecclesiis vel personis decimas soluere teneantur. Super quo tibi tale damus responsum, quod, cum prædictis fratribus a sede apost. sit indultum, vt de laboribus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas nulli prorsus persoluere teneantur, de prædiis, taliter acquisitis, ecclesiis, vel personis ecclesiasticis decimas soluere non tenentur; dummodo propriis manibus eorum aut sumptibus excolantur.*] Cum [*autem*] in quibusdam parœciis ad quasdam ecclesias, vel personas ecclesiasticas, ab antiquo pertineat perceptio decimarum, et de nouo fiant noualia in eisdem: quæris a nobis, ad quam 68) huiusmodi noualium decima 69) incipiat pertinere. Vnde inquisit. t. t. respond. quod, cum perceptio decimarum ad parœciales ecclesias de iure communi 70) pertineat, decimæ [*quorumque*] noualium, quæ fiunt 71) in parœciis earundem 72), ad ipsas procul dubio pertinere noscuntur: nisi ab his, qui alias percipiunt g decimas, rationabilis caussa ostendatur h, per quam appareat, noualium ad eos decimas pertinere.

68) *Ad quem*, C. R. 1. H. ed. ant. et c. 1. comp. 4. h. t.
69) *Decima*, C. H.
70) Ius illud intelligit, quod iure decretalium *commune* fuit. Olim decimæ sub dispositione episcopi erant, eius *parochiæ* seu diœcesi debitæ, adeo, vt plures episcopatus super illis fundati fuerint, et ab iis laicis in feudum datæ. c. 31. X. h. t. *ibi: intentione sua, in iure communi fundata.* Hoc respexit PASCHALIS III. in caussa inuestituræ per annulum et baculum, ab HENRICO V. extorquenda, in qua papa in dimissionem regalium consenserat, constituendo, quamuis sine effectu, vt *fratres*, h. e. episcopi *in posterum decimis suis et oblationibus contenti essent*, teste UODECHINO in *append. ad Marianum Scotum ad annum MCXX.* Beneficiis introductis, archipresbyteris, qui *plebes* regebant, quædam assignatæ et tandem quibuslibet parochiis ruralibus, postquam oratoria eubiliata essent in has mutata.
71) *Fuerint*, C. H.
72) *Earundem*, C. R. 2. et ed. ant.

CAP. XXX.

Decimæ omnium fructuum prædii debetur ei, qui decimas ibi præscripsit: sed ad aliud prædium præscriptio non extenditur.

IDEM INNOC. III. *episcopo Bathoniensi.* (*ann.* 1213.)

Cum in tua i diœcesi quædam monasteria et conuentuales ecclesiæ, in multis parœciis maiores 73) decimas percipiant et minutas, de quibusdam fructibus, annuatim perceptis, non fuerunt decimæ persolutæ, [*quæ cum persoluantur, quæsiuisti per s. d. apost. edoceri, vtrum decimæ fructuum prædictorum ad parœciales ecclesias, quæ nec maiores recipiunt, nec minutas, an ad monasteria et illas ecclesias conuentuales, quæ decimas alias percipiunt ab antiquo, debeant pertinere. Ad quod sit*] respondemus, quod, si fructus prædicti de illa terra proueniunt, de qua monasteria vel conuentuales ecclesiæ, aliquos percipiebant ratione decimarum prouentus, eis procul dubio decimæ fructuum debentur eorum; cum ipsis terra illa ab antiquo fuerit decimalis, et non debeat vna eademque ecclesia k diuerso iure censeri: alioquin parœcialibus ecclesiis exsoluantur 74), ad quas de iure communi spectat l perceptio decimarum.

73) *Maiores* decimæ ex frumento cuiusuis generis prædiorum percipiuntur; *minutæ* ex fructibus hortorum et leguminibus: quamuis rursus hic consuetudines locorum, in decimis in primis obseruandæ, varient, et obseruat STRINGIUS in *aurea praxi iur. decim. c. II. §. 4.*
74) *Persoluantur*, C. H.

CAP. XXXI.

Laici ecclesias vel decimas donare non possunt, etiamsi sint reges: nec ex eorum titulo præstatur caussa præscribendi.

IDEM *Vesprimen.* 75) m *episcopo.* (*ann.* 1210. *in Hungariam.*)

Dudum n aduersus fratres Hierosolymitanos 76) hospitalis sancti Stephani [*Alben.*] te proponente in nostra præsentia quæstionem, quod ipsi decimas, de laboribus rusticorum suorum Vesprimen. ecclesiæ debitas, non permitterent tibi solui 77), [*eosdem citauimus, præfigentes eis terminum concilium generale, quo cum instrumentis et rationibus suis nostro se conspectui præsentarent, tibi respondere parati.*] Comparentibus igitur te et ipsis statuto termino coram nobis, [*d. f. n.*] G. 78) [*tit. S. Martini*] presbyterum cardin. tibi et eis concessimus auditorem, coram quo decimas [*omnium*] terrarum, quæ per rusticos o hospitalis Vesprimen. diœc. excoluntur, et de Chirographa 79) p, et de Nouacularia 80) ecclesias, quæ per ipsos 81) hospitalarios detinentur, [*easdem, tanquam ad te spectantes,*] intentione tua, de iure communi fundata, petisti. Prior autem hospitalis [*eiusdem*] in prædictis decimis et ecclesiis præscriptionem allegans, proposuit, se non teneri tibi super 82) his [*aliquatenus*] respondere. Quod cum per auditorem

75) Ita etiam legunt C. R. 2. et L. Ad veritatem propius accedit C. R. 1. qui *Vesprimensi*, habet, vel *Vesprimensi*, qui episcopatus est sub Strigoniensi archiepiscopo in Hungaria. GONZ. ad h. c. n. 1.
76) *Hierosolymitani*, C. R. et edit. Gonz.
77) *Decimas solui*, ed. not.
78) *S.* habetur in C. R. 2.
79) *Et de Chrogo*, C. R. 1. *et de Sirogran.* C. R. 2. *et de Cyroga*, L. *et de Cyrogan* c. 3. comp. cit. 4. *et de Sirogan.* ed. ant. *Chirographo*, Pith.
80) *Noua cultura*, C. R. 1. *de noua curia*, cit. 8.
81) Pronom. *ipsos*, non est in cit. c.
82) *Pro his*, C. R. 1.

---

a *Vide hic Henricum Borch.* b Sanctæ Columbanæ *al.* Sancti Columbani. c C. 3. *eod. tit. in* 3. *comp. et factum tradita per las. in l. 1. de transact.* d C. 5. *eod. tit. in* 2. *comp. vid. Torrec. in c. venerentibus.* 16. *q.* 1. e Illos, f C. 1. *eod. tit. in* 4. *comp. vid. Conarr. l.* 1. *var. resol. c.* 17. *circa fin.*

g Accipiunt. h *Vid. l. non omn. per Bart. ff. de legibus.* i C. 2. *eod. tit. in* 4. *comp. An minuta decima necessario solui debeant*, *B. Thom.* 2. 2. *q.* 87. *art.* 2. *ad* 3 *arg.* k *Al. ita:* vna eademque res, *etc.* l Pertinet. m Vesprimien. *al.* Vespertinien. n C. 3. *eod. tit. in* 4. *comp. vid. Oldrad. cons.* 1. *vid. Conarr. l.* 1. *var. res. c.* 17. o *In omnibus manuscr. ita:* quæ per rusticos in Vesprimensi diœcesi excoluntur. p Chiropha *al.* Curge. *al.* Sirogan. *al.* Cirogra.

[exim-

[*eandem*] ad nostram audientiam peruenisset; mandauimus, quod idem prior præscriptionis titulum, quem allegauit 83), probaret, qui [*tandem post deliberationem, præhabitam coram ven. f. n. Alban. episcopo, qui post recessum memorati cardinalis de caussa cognouit, inclytæ recordationis*] B. 84) regis ac [*E. matris ipsius,*] reginæ Hungariæ priuilegia exhibuit 85), qui ecclesiam sancti Stephani, ad quam dictæ ecclesiæ cum eisdem decimis pertinebant, in perpetuam eleemosynam hospitali donationis titulo concesserunt 86), confirmationis Clementis papæ præd. nostr. scriptum 87) exhibens, per quod probare volebat, concessionem prædictam plenum habere vigorem, [*et asserens nihilominus, ipsam a fel. record. Lucio papa præd. nostr. postmodum confirmatam.*] Cæterum ex parte tua fuit propositum [*ex aduerso,*] quod in decimis et ecclesiis, a rege et regina donatis, præscriptionem non poterat opponere pars aduersa, quæ nec a donatione ipsorum initium habere poterat, nec a confirmatione præfata tantum effluxit temporis 88), quod posset 89) præscriptio confirmari 90), et sic donationis regis et reginæ allegatus titulus nullus erat: cum sacrilegii crimen incurrat, [*secundum canonicas sanctiones,*] qui ecclesias vel ecclesiasticum aliquid 91) a de manu receperit 92) b laicali. [*Vnde si contingat, laicum in donatione ecclesiæ talibus verbis uti: do tibi ecclesiam talem: nihil aliud concedere intelligitur, nisi ius patronatus tantum, quod habet in ipsa, prout in constitutione, a nobis edita, continetur expresse. Contra confirmationem autem fuit hoc modo responsum, quod, cum confirmetur ipsa ecclesia S. Stephani cum omnibus decimis et ecclesiis, et aliis, quæ ad eandem pertinent, confirmatur, ius episcopale non tollitur; cum de illo non exprimatur ibidem, sed tantum debita decimarum portio, intra parochiam ecclesiæ S. Stephani collatarum, secundum terræ consuetudinem eisdem hospitalariis reseruetur: præsertim cum petitæ decimæ a te in parochia S. Stephani non consistant, quod de plano confessa est pars aduersa. Econtra vero fuit a parte altera replicatum, quod, cum spatio XXX. annorum tacueris, iuri tuo tacite renuntiasse videris. Sed et hoc pars* [illegible] *visa est repellere, allegando quod XXX. annorum taciturnitas non* [illegible] *communi, sed in priuilegiis noscitur obtinere: vnde iura communia, quæ habet episcopus in decimis vel in ecclesiis suæ diœces. non nisi XL. annorum taciturnitate priuatur.*] Nos igitur, [*his et aliis, quæ hinc inde fuerunt proposita, plenius intellectis,*] cum donatores 93) prædicti conferre non potuerint aliis, quæ ipsi de iure non poterant possidere, et [*ex confessione partis aduersæ liquido nobis constat, petitas decimas, et ecclesias intra parochiam sancti Stephani non concludi, etiamsi prædicta donatio teneat, quod*] per confirmationem prædicti Clementis super ecclesia sancti S. 94) hospitali cum decimis et aliis pertinentibus 95) ad se 96) c factam, etiamsi authenticum d appareret, iuri episcopali nullatenus derogetur, [*de fr. n. cons. auctoritate ep.*] sententialiter prohibemus, ne fratres hospitalis, præsumant vlterius 97) impedire 98), quo minus decimas percipias memoratas, et pacifice possideas in futurum.

83) *Allegarat*, cit. c.
84) C. R. 2 et H habet: *R.* sed in c. cit. est: *G.*
85) *Concessionem allegantis*, cit. c.
86) Post vocab. *Stephani*, ibid. Ipsa verborum series ita se habet: *ad quam tunc temporis, sicut asserunt, ecclesia memorata spectabant, cum decimis et pertinentiis suis concesserunt in perpetuam eleemosynam, hospitali donationis titulo assignantes, confirmationis etc.*
87) *Transcriptum*, ibid.
88) *Tempus*, ibid.
89) *Posset*, ibid.
90) *Consummari*, ibid.
91) *Aliquod*, C. R. 1. H. L. et cit. c.
92) *Recepit*, ed. ant. *receperet*, cit. c.
93) *Attendentes, quod donatores*, C. H.
94) *Sancti Stephani*, C. R. 1 H. L. ed. gl. et cit. c.
95) *Pertinentiis*, C. L. et ed. ant.
96) *A se*, C. R 2. et L.
97) *Te vlterius*, C. H.
98) *Alterius prapedire*, cit. c.

CAP. XXXII.

Domini prædiorum cogi possunt, vt prædia dent colenda talibus, a quibus sine contradictione ecclesia possit decimas consequi. H. d. vsque ad *§. Illæ.*

IDEM *in concilio generali.* 99) e (*ann.* 1215.)

In aliquibus regionibus f quædam permistæ sunt gentes, quæ secundum suos ritus 100) decimas de more non soluunt: quamuis censeantur nomine Christiano. His nonnulli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, vt decimis defraudantes ecclesias, maiores inde reditus assequantur 1). Volentes igitur super his ecclesiarum 2) indemnitatibus prouidere, statuimus, vt ipsi domini 3) g talibus personis, et taliter sua prædia excolenda committant, quod absque contradictione ecclesiis decimas cum integritate persoluant, et ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam 4) compellantur 5).

Iste §. propter sui breuitatem non summatur.

Illæ quippe decimæ necessario soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina 6), vel loci 7) consuetudine approbata.

99) Verba *in Concilio generali*, desunt in C. H.
100) Græcos sine dubio intelligit, qui diuersis ritibus et moribus a Latinis vtebantur, nec decimas soluebant, quas tamen hi, inter illos degentes, soluere obstricti erant.
1) *Exsequantur*, C. R. 1. et L.
2) *Ecclesiæ*, C. R. 1.
3) *Detale*, c. 5. comp. cit. 4. loco vocab. *domini.*
4) *Per cens. ecclesiasticam*, ibid.
5) *Compellant*, ed. ant.
6) Ad hæc verba GONZALEZ n. 2. et 3. agnoscit bellum intestinum inter Canonistas et Theologos, de obligatione soluendarum decimarum in nouo fœdere, quam tantum iuris positiui ecclesiastici esse cum THOMA, strenue hi docent, quam etiam ipse GONZALEZ propugnat. Conf. GERMONIVS de sacror. immunitat. libr. III. c. 19. IO. DEL CASTILLO libr. VI. c. 10 n. 9 vbi amplissimum interpretum gregem, de hoc argumento contendentium, refert, quorum audacia eo magis admiratione digna est, quod concilii generalis decisioni, quæ lege diuina debitas vsuras constituit, obloqui ausi fuerint.
7) *Et ex loci*, cit. c.

CAP. XXXIII.

Prius soluendæ sunt decimæ, quam census seu tributa: et, si prius illa soluuntur, postea decimari debent.

IDEM INNOC. III. *in eodem.* h (*ann.* 1215)

Cum non sit in 8) homine, quid 9) i semen [*reddat, vel*] respondeat, quoniam iuxta verbum apostoli, *neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus* ipsum 10) quidem de 11) k mortificato semine plurimum fructum affert: nimis auare quidam in decimis defraudare nituntur, census et tributa, quæ interdum indecimata prætereunt, de frugibus primitus 12) deducentes. Cum autem in signum vniuersalis dominii, quasi quodam titulo speciali, sibi Dominus decimas reseruauerit: nos et ecclesiarum dispendiis et animarum periculis obuiare volentes, statuimus, vt in prærogatiuam 13) dominii generalis exactionem tributorum et censuum præcedat solutio decimarum, vel saltem hi, ad quos census, vel tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere suo transit, ea 14) per censuram ecclesiast. decimare cogantur ecclesiis, quibus de iure debentur.

8) *Ab*, C. H.
9) *Quod*, c. 6. comp. cit. 4.
10) *Ipse*, C. H.
11) Præp. *de*, abest a C. H. ed. ant. Cont. et cit. c.
12) *Permittit*, C. R. 1. et L.
13) *Prærogatiua* C. R. 1.
14) *Eam*, cit. c.

CAP. XXXIV.

Cistercienses, templarii et hospitalarii de fructibus possessionum, quas acquisierunt post concilium generale, de quo hic, decimas soluere tenentur, si de illis possessionibus prius soluebantur decimæ.

IDEM *in eodem* (*concil. gener.*) l

Nuper abbates m Cistercien. ordinis, in generali concilio 15) n congregati, ad commonitionem 16) nostram prouide statuerunt, ne de cætero fratres ipsius ordinis emant possessiones, de quibus decimæ debeantur ecclesiis, nisi forte pro monasteriis nouiter 17) fundandis. Et si tales possessiones eis fuerint pia fidelium deuotione collatæ, aut emptæ pro monasteriis de nouo fundandis 18), committantur aliis excolendæ, a quibus ecclesiis decimæ persoluantur; ne occasione priuilegiorum suorum ecclesiæ vlterius prægrauentur, decernimus 19), vt de alienis terris, et amodo acquirendis, etiamsi eas propriis manibus aut sumptibus excolunt 20), decimas persoluant ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea soluebantur: nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxerint componendum. [*Nos ergo, statutum gratum et ratum habentes,*] hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus priuilegiis, extendi volumus et mandamus, vt ecclesiarum prælati promptiores et efficaciores existant ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitiæ complementum, eorumque priuilegia diligentius et perfectius 21) studeant obseruare.

15) *Capitulo*, c. 7. comp. cit. 4.
16) *Ad communicationem*, ed. ant.
17) *De nouo*, cit. c.
18) *Fundatis*, ibid.
19) *Decernimus igitur*, C. L.
20) *Excoluerint*, cit. c.
21) Verba: *et perfectius*, desunt in C. H.

a Aliquod. b Reciperet. c A se, in recentioribus, *sed in antiqu. ad se, habetur: id est, ad ecclesiam S. Stephani.* d Authentica, in *recentibus: sed in antiquis authenticum, legitur* e *Innoc. III. in conc. gener. Lat. cap.* 53. f *C.* 5. *eod. tit. in* 4. *comp.*

g *In cod. Barb. ita: vt ipsi domini de cætero, talibus, etc.* h C. 54. *et c.* 6. *eod. tit. in* 4. *compil.* i Quod 1. *Corinth.* 3. k *Hanc periodum ex antiquis restituimus, vt est impressa. Nam in vulgatis perper. m legebatur. Ioann.* 12. l C. 55. m *Cap.* 7. *eod. tit. in* 4. *comp.* n *Pro voce*, concilio, *quæ est in antiqu. omnib. cod. in antiqua comp. ponitur.* capitulo, *quod non est ineptum. Nam generales monachorum conuentus* capitulo *vulgo dicuntur.*

CAP. XXXV.

Breue est, et ideo non summatur.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1235.)

Interdicimus vniuersis personis ecclesiasticis, vt decimas, detentas 22) a laicis, ad alienas ecclesias pertinentes, in pignus recipere ab eisdem laicis non præsumant.

22) *Retentas*, C. L.

TITVLVS XXXI.

DE REGVLARIBVS a, ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

CAP. I.

Non potest quis ad religionem admitti nisi volens, et in ætate idoneus.

Ex concilio Moguntino 23) (*c.* 23. *ann.* 813.)

Nullus tondeatur *b*, nisi in 24) legitima ætate et spontanea voluntate.

23) *Marien* C. R. 2. *Moguntino*, C. R. 1. L. et ed. not.
24) *Prep in*, abest a C. R. L. H. ed. ant. et c. 3. comp. 1. h. t.

CAP. II.

Impubes monasterium ingressos, post annum a parentibus reuocari non potest. H. d. primo. *Pubes per se ingressus, post annum exire, vel a parentibus reuocari non potest.* H. d. secundo. Abbas Siculus.

Ex eodem. (Conf. c. 4. comp. 1. cit.)

Si quis *c* ante annos legitimos tonsuratus est 25) sine consensu parentum suorum; si parentes ipsius intra annum non [*se*] reclamauerint ad principem, aut ad proprium episcopum, vel ad missum dominicum: in clericatu permaneat. Si vero post legitimos annos, per vim *d* clericus factus est, et nec ipse, nec parentes 26) eius intra annum ad memoratas personas reclamauerint: in clericatu permaneat, [*ita*,] sicut is, de quo superius dictum est.

25) *Fuerit*, C. H.
26) *Et parentes - - minime se reclamauerint*, cit. c.

CAP. III.

Clericus secularis, vtens habitu et nomine monachali, cogitur, vt fiat monachus, vel ab hoc desistat.

Ex concilio Toletano 27). (Conf. c. 5. comp. 1. cit.)

Vt clerici, qui se fingunt habitu et nomine monachos [*esse*,] et non sunt 28), [*omnimodis*] corrigantur 29) [*atque emendentur, vel*] vt *e* veri monachi sint, vel *f* veri clerici 30).

27) Vel potius ex *libr.* 1. *capitular.* 72 edit. BALVZ *tom. I. p.* 715. cui verba eius accurate respondent. BVRCHARDVS *libr. VIII. c.* 7. pro more hoc concilio cuidam tribuere, quam legitimum fontem laudare maluit, vt passim monuimus. Hunc reliqui et ipse RAYMVNDVS sine vlla hæsitatione sequuti sunt.
28) Verba *et non sunt*, desiderantur in C. R. 1.
29) *Vel cogantur*, vt, C. H. *cogantur*, ed. ant.
30) *Canonici*, c. 5. comp. cit. *s*.

CAP. IV.

Nouitia, quæ sponte se ingerit actibus professarum, per hoc censetur professa. H. d. et est casus multum notabilis.

Ex concilio Arelaten. 31) *g*

Vidua, si sponte velum 32) conuersionis, quamuis non sacrum 33) sibi, imposuerit, et in ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit 34), velit nolit, sanctimoniæ 35) habitum vlterius debet habere: licet sacramento firmare 36) velit, eo tenore [*et ratione*] velamen 37) sibi imposuisse, vt [*iterum*] deponere posset.

31) Ex *concilio Aurelianensi* C. R. referunt hoc cap. Sed rectius GRATIANVS *c.* 8. *C. XXVII. q.* 1. ex *concilio Triburiensi* illud recensuit, vt ad annum DCCCXCV. hic rectius referri debeat.
32) *Velamen* c. 8. comp. cit. 1. omissa voce: *conuersionis*.
33) *Sanctum*, ibid.
34) Monachi ipsi olim offerebant sicuti *laici*, quales re vera erant, et in hoc differebant a clericis. *c.* 6. *C. XVI. q.* 1. Idem officium incumbebat sanctimonialibus, vt *feminis laicis*, in continentia viuentibus. Et [illegible] a *monachis* pedetentim clero adscripti fuerunt: hoc tamen ad *sanctimoniales* trahi non potuit, a clericatu alienas. Quæ ergo inter has sub velo, sibi sponte imposito, offerebat, ipso facto *continentiam* vouisse credebatur, quæ obligationem *perseuerantiæ* producebat.
35) *Sanctimonialem*, C. R. 1. et cit. c. *sanctimonialis*, H.
36) *Confirmare*, cit. c.
37) *Velum*, C. H.

a *De materia huius tit. vid. conc. Tridens. sess.* 25. *cit. de regularib.* b *Vid. B. Thom.* 2. 2. *qu.* 189. *art.* 5. *et conc. Trid. infra citatum.* c *Burch. l.* 8. *Decr. c.* 5. *Ivo p.* 7. *c.* 26. d *Vide conc. Trid. Sess.* 25. *cit. de regul. c.* 19. e Aut. f Aut. g *Al. Aurelian. sed habetur in conc. Tribur. c.* 25. *refert Burch. l.* 8. *c.* 36. *Ivo p.* 7. *c.* 55. *et c.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp. qui, licet aliis conciliis tribuitur, sed fortassis non recte.*

CAP. V.

Monachus temere ad aliud monasterium transire, vel peculium habere non potest.

GREGORIVS *Anthemio subdiacono.* (*ann.* 591. Conf. c. 7. comp. cit. 1.)

Ioannes frater [*et coepiscopus noster per Iustum clericum:* etc. et infra.] [*Præterea*] præsenti iussione *tibi* mandamus 38), vt ne quem 39) monachum [*alterius*] de monasterio in monasterium temere 40) migrare liceat, nec eorum aliquem peculiare quicquam habere [*permittas.*] Sed si hoc præsumpserit: [*in*] monasterio, in quo ab initio conuersatus est, [*et*] sub abbatis sui regula, [*de qua fuerat*,] competenti coërcitioni reddatur 41).

38) *Missione mandamus*, ed. not.
39) *Neque*, C. R. L. H. ed. ant. Gonz. et c. 7. comp. cit. 1.
40) Partic. *temere*, non est in cit. c.
41) Cum hoc *c.* cohærens *c.* 12. *C. XVI. q.* 1. et *c.* 39. *C. XXVII. q.* 2. ibidem ex GREGORII *libr. I. epist.* 40. desumta *p.* 457. *c.* 9.

CAP. VI.

Vbi est dura congregatio vel religio, requiritur in profitente plena pubertas, scilicet tempus XIIX. annorum. H. d. habito respectu ad mentem litteræ. Et est textus singularis.

Ex registro Gregorii. *h* (*libr.* 1. *epist.* 48. *ann.* 591.)

Quia in insulis dura est congregatio monachorum, pueros in eorum monasteriis ante XVIII. annum 42) suscipi 43) prohibemus. [*Vel si qui sunt, eos experientia vestra auferat, et in vrbem Romanam transmittat: hoc in Palmaria, et in aliis insulis te per omnia volumus custodire.*]

42) *Ante XVIII annorum tempora*, c. 1. comp. 2. h. t.
43) *Recipi*, C. R. 1.

CAP. VII.

Si Cisterciensis sine licen[illegible] abbatis ad aliud monasterium transit: ad proprium monasterium egre[illegible] cogitur.

ALEXANDER III. *archiepiscopis*, [*episcopis*] *et aliis ecclesiarum prælatis, per Galliam i constitutis.* (*ann.* 1170. Conf. c. 2. comp. 1. h. t.)

Non est vobis 44) dubium, [*aut incertum, quomodo fratres religiosi Cistercien. ordinis in religione permaneant, et virtute, quod ex institutione patrum et prædecessorum nostrorum hi, qui in eorum monasteriis professionem faciunt, sine abbatis sui licentia prohibentur de claustro discedere, et discedentes in aliis monasteriis recipi. Inde, est quod eandem institutionem nos, non solum amicam religioni, sed etiam consonam rationi, sollicite conseruare volentes*,] vniuersitati vestræ [*per a. s. praec.*] mandamus, quatenus monachos, vel conuersos Cistercien. 45) ordinis, post [*factam monasteriis*] professionem sine licentia abbatum suorum, per episcopatus vestros recipi nullatenus permittatis. Et si qui ex eis [*fuerint, qui*] sine licentia abbatum suorum, de monasterio, [*in quo professionem fecerint*,] exire præsumpserint, et commoniti [*ad sua monasteria*] celeriter non redierint: eos [*tam diu app. rem. censura ecclesiastica percellatis, donec ad monasteria, vnde exierint*,] regredi compellantur.

44) *Nobis*, C. R. H. et ed. ant.
45) *Conscriptos*, c. 2. comp. 1. h. t.

CAP. VIII.

Professio, facta ante XIV. annum, non obligat: post XIV. vero, si fit per susceptionem habitus professorum, etiam non obligat, nisi detur perseuerantia tridui.

IDEM *magistro. F. Ciuitaten.* 46) *k canonico.* (*ann.* 1170. *in Hispaniam.*)

Ad nostram noueris *l* audientiam peruenisse, quod eremitæ de Montefolio 47) quosdam pueros [*intra biennium*] seduxerunt 48) in tantum, quod quidam [*illorum*] suasionibus eorum assensum præbentes, statim religionis habitum in ipsorum monasteriis susceperunt: quorum vnus 49) T. nomine statim pœnituit, quod habitum induisset 50), [*id, quod fecerat, suis parentibus intimauit, qui ad locum ipsum, mora postposita, accedentes, eum exinde traxerunt. Et cum non stetisset ibi, nisi per vnam noctem, vt accepimus, præfati eremitæ et quidam alii non permittunt eum quandam puellam ducere in vxorem, quam ipse iurauit in vxorem accipere, ac, sicut dicitur, desponsauit.*] Quocirca [*d. t. per a. s. praec.*] mandamus, quatenus 51), [*rei veritate inquisita diligenter ac*

46) *F. C. ciuitaten*, ed. ant. *Fidantia*, c. 8. comp. 1. cit. rectius. Cumae. vero est in C. R. 2.
47) *De Monte Foliano*, cit. c.
48) *Seduxerunt*, C. L.
49) *Vnum*, C. H.
50) Post vocem *præbentes*, in cit. c. verba ipsa sunt hæc: *ad ecclesias ipsorum accesserunt. Quos cum statim religionis habitum induissent, vnus prædictorum puerorum T. nomine statim pœnituit, quod habitum suscepisset, id, quod* etc.
51) Vox *quatenus*, deest in C. H.

h *L.* 1. *epist.* 48. *ad Anthemium, vt refert. Grat.* 20. *q.* 1. *c. quia autem. et c.* 1. *eod. tit. in* 1. *compilat.* i In Gallia. k Ciuitanen. *alias desideratur inscriptio in codic. Barbar. et aliis.* l *Post conc. Lat. p.* 21. *c.* 1. *et c.* 8. *eod. tit. in* 1. *compilat.*

cogni-

cognito,] si [*tibi*] constiterit, quod præfatus T. ante consummationem XIV. anni [*habitum ipsum sine probatione susceperit, et*] susceptum habitum deposuerit, aut si post XIV. annum habitum ipsum sine probatione,ª susceperit 52), et intra triduum deposuerit, eum ab impetitione prædictorum eremitarum [*vel aliorum in hac parte, occ. et exc. app. cess.*] denunties [*penitus*] absolutum: et eam, quam, postquam exivit 53), iuravit accipere in vxorem, libere posse traducere [*in vxorem,*] si alia a caussa rationabilis non obsistat 54) *b*.

52) *Susceptt*, C. H. et ed. ant.
53) Verba *postquam exivit*, desiderantur in cit. c.
54) *Non impedit*, ibid.

CAP. IX.

Qui recipit habitum professorum, vbi distincti sunt habitus, compellitur ibi vel alibi esse religiosus: sed, si recipit habitum nouitiorum, potest ad seculum redire.

IDEM *Eliensi* 55) *episcopo. (ann. 1180.)*

Super eo *c*, quod quæsitum fuit [*a nobis ex parte tua*] de clericis 56), qui religionis habitum susceperunt 57), et ante professionem 58) ad priorem statum sunt reuersi 59), [*f. t. t.*] respondemus, quod, si austeritatem religionis, ad quam migrasse 60) noscuntur, seruare noluerint, ad minorem religionem sunt cogendi transire 61). Nec amplius in ecclesiis secularibus debent assumi: ne contra votum, quod Domino fecerunt, [*in animarum suarum periculum*] venire probentur 62). Verum si ante susceptum huiusmodi 63) habitum, in probatione positi, recedere voluerint; secundum regulam beati Benedicti non videntur prohiberi ad priorem statum redire: quæ videtur præcipere 64) vt in eadem veste 65), in qua veniunt, reuertantur 66).

55) *Lirrn.* c. 9. comp. cit. 1.
56) *Vtrum sacerdotes*, ibid.
57) *Susceperunt*, C. H. *susceperint*, cit. c.
58) *Et antequam essent vinculo professionis adstricti*, cit. c.
59) Post dictionem *reuersi*, insuper hæc ibid. leguntur: *permittendi sint ecclesias et curam animarum habere, et an alii clerici, si monasticum habitum ante oblatum professionis libellum deferuerint, ad sacros ordines promoueri et ad gubernationem ecclesiarum possint assumi, frat. t. t. etc.*
60) *Migrasse se noscuntur*, ed. ant.
61) *Pertransire*, cit. c.
62) *Comprobentur*, ibid.
63) Vox *huiusmodi*, deest in C. H.
64) *Sed videtur regula vestra praecipere*, cit. c.
65) *Laicali* scilicet, in qua venerant. Neque enim olim inter nouitios recepti vestem mutabant, c. 3. *C. XVII. q. 2.* prout nunc posteriori factum est.
66) *Redeunt*, cit. c.

CAP. X.

Canonicus regularis potest effici monachus, si religio, ad quam transit, est strictior sua: alias secus.

IDEM *Ambianen.* 67) *episcopo. (ann. 1180.)*

Sane, de canonico *d*, qui in ecclesia Aromanch. professionem fecerat, et fugerat ab eadem, in monachum a quodam abbate recepto, id tuæ fraternitati significamus, quod, si locus, vbi nunc permanet, maioris religionis, quam ecclesia Aromanch. existat 68) *e*, ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas: alioquin eum ad priorem ecclesiam redire compellas.

67) *Atrateno*, in c. 10. comp. cit. 1. minus recte legitur.
68) *Existit*, C. B. L. H. et ed. ant. *est*, cit. c.

CAP. XI.

Minor XIV. annis, profitendo non obligatur religioni: nisi factus maior ratum habuerit.

IDEM *Beluacen.* 69) *episcopo. (ann. 1180.)*

Significatum est *f* nobis 70), [*et pro certo monstratum, quod Guiboldus; nondum incipiens esse XIV. annorum, timore magistri, qui eum litteris erudiebat, habitum religionis apud ecclesiam de Resone suscepit, et inde sicut puer infra annum exiuit, et per seculi vanitates iam sex annis, et eo amplius vagabundus discurrit. Vnde, quoniam huius rei veritas nobis non constat, f. t. per apost. sed.*] mandamus, quatenus [*rem ipsam diligenter inquiras, et,*] si inueneris, quod G. 71) non fuisset a parentibus oblatus, [*nec inceperit esse XIV. annorum, quando ad religionem accessit,*] et intra XIV. annum facti voti pœnitens, a religione recesserit 72), [*si in seculo voluerit remanere, eum*] ab illo voto professionis, quod fecit 73), [*auctoritate pontificali*] denunties absolutum 74), [*et absolutionem eius tam ecclesiæ de Resone, quam populo tuæ ciuitatis studeas publicare.*] Si autem a parentibus [*forte*] fuerit oblatus, seu XIV. annum compleuerit, cum religionem intrauit 75), seu post decimum quartum annum professionem, a se prius 76) factam, ratam habuerit: eum ad eandem vel ad aliam religionem [*omni cum districtione*] transire 77) compellas.

69) *Belluacen.* c. 11. comp. cit. 1.
70) *Volis*, C. H.
71) Siglum *G* non est in cit. c.
72) *Recessit*, C. B. L. et H. sed in hac verborum serie c. cit. ita variat: *et eum intra annum XIV. facti voti paenituerit, et ab ecclesia ipsa recesserit*, etc.
73) *Fecit, eum*, C. H.
74) *Absoluas*, cit. c.
75) *Intrauerit*, C. B. 1.
76) Partic. *prius*, non habetur in cit. c.
77) Verbum *transire*, desideratur ibid.

CAP. XII.

Si filia minor XII. annis, a parentibus monasterio tradita, maior facta sponte veletur: ad seculum redire non potest.

CLEMENS III. *(ann. 1160.)*

Cum *g* virum [*te prudentem in caussis fore nouerimus et discretum; si, in quibus dubitas, consilium a nobis sollicitudine pastorali requiris: et tibi de iure canonico, quod possumus, respondemus, et prudentiam tuam dignis in Domino laudibus commendamus. Curasti siquidem tuo nobis insinuatione proponere,*] vtrum ea, quæ intra discretionis annos a parentibus monasterio tradita [*est, et*] habitum religionis induens, benedictionem accepit, et exiens postmodum, se cuidam militi copulauit, [*ex quo etiam prolem suscepit,*] ad monasterium redire cogatur, [*cum illa asserat, postquam ætatem consentiendi habuit, dissensisse, et benedictionis munus inuitam suscepisse, commemorat. Super hoc*] consultationi tuæ taliter respondemus 78), quod, cum iuxta concilii Toletani *h* censuram, monachum aut paterna deuotio, aut propria professio faciat: quicquid horum fuerit allegatum *i*, tenebit, reuertendi ad seculum aditu penitus interdicto. Non enim videtur illa monasticæ professionis a se posse iugum excutere; cum eam non constet euidenter contradixisse, cum benedictionem accepit 79), quam [*vtique*] non nisi in ætate discretionis recipiunt, quæ velantur, præsertim si, ratihabitione sequuta 80) *k*, etsi eam quandoque contradixisse constiterit, quod ante gestum fuerat, roboratur. Nec obloquitur, quod de [*sancti viri,*] præd. nostr. Leonis papæ 81) constitutione per contrarium sensum sumitur 82) *l*, vt puellæ, quæ coactæ parentum imperio virginitatis habitum susceperunt *m*, ipsum possint sine præuaricatione deserere: cum de ea recte 83) *n* possit 84) intelligi, quæ in ætate nubili noscitur constituta. Tunc enim, quia liberum habet arbitrium, in electione propositi sequi parentum non cogitur voluntatem.

78) *Tua duximus respondendum*, c. 3. comp. 2. h. t.
79) *Acceperit*, C. B. 1. et ed. ant.
80) *Sequente*, C. B. H. ed. ant. et cit. c.
81) Huius sententia refertur a GRATIANO in c. 8. *C. XX. q. 1.* quam de *puella nubili* accipit INNOCENTIVS III. quæ tamen generaliter loquitur.
82) *Assumitur*, cit. c.
83) Part. *recte*, in C. B. ed. ant. et cit. c. deest.
84) *Posset*, C. B.

CAP. XIII.

Valet professio, facta sine susceptione habitus religionis.

IDEM 85).

Porrectum *o* nobis ex parte tua petitorium continebat, quod I. canonicus Archerontinus 86) infirmitate grauatus, votum, vt fieret monachus, se asserit 87) emisisse: vnde metuens, ne 88) voto decederet non completo, iunctis manibus tibi se reddidit in monachum et in fratrem. [*Alii quoque in tua absentia, in sacerdotum manibus monachos se fieri deuouentes, sani facti, ad vomitum redierunt, et cum familiares monasterii tui antea extitissent, quia non fuerunt ad familiaritatem antiquam admissi, aduersarii facti sunt, pro amicis. Vtrum erga eorum talium facta dissimulare valeas, ne fiant deteriores, an compellendi sint ad complenda promissa, per nos postulas edoceri. Nos erga*] inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod, cum monachum non faciat habitus, sed professio regularis, ex quo a conuertendo votum emittitur, et recipitur ab abbate, talis, vt fiat monachus, et reddat Domino, quæ promisit, erit vtique [*non immerito, et fiat monachus,*] compellendus.

85) Non est ALEXANDRI III hæc decretalis, sed INNOCENTII III. *libr. 1. epist.* 540. ad ann. MCXCIX. referenda: quamuis etiam RAYMVNDVS eam, vt series capitulorum sequentium docet, ALEXANDRO III adscripserit.
86) *Acherontinus*, ed. ant. et c. 4. comp. cit. 2.
87) *Asseruit*, cit. c.
88) *Vt*, ed. ant.

CAP. XIV.

Si pater se cum bonis suis et filio impubere obtulit monasterio: filius, factus maior, exire potest religionem et legitimam a monasterio petere.

COELESTINVS III. *(ann. 1195.)*

Cum *p* simus: [*et infra.*] Sane, [*nuper*] nostris auribus est relatum, quod, cum B. 89) miles [*lepræ morbo, Domino permittente, est re-*

89) *De B.* habetur in C. H. cum C. in c. 5. comp. cit. 2.

---

a aliqua. b Obstat. c C. 9. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lateran. sub Alex. III. p. 31. c. 2. d C. 10 eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 50. c. 27. e Existit. f C. 11. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Later. part. 50. c. 10.

g Cap. 3. eod. tit. in 2. comp. h Id est, conc. Toletan. IV. c. 48. i allegatum, legitur in con. et in omnibus manuscript. quam lectionem hic etiam agnouit Hostiensis. In cod. Barbat. periodus posita ita distinguitur: quicquid horum fuerit allegatum, tenebit, quod exponit Hostiensis. k Sequente. l Assumitur. m Receperunt. n Dictio, recte, deest in manuscriptis. o Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. p Cap. 5. eod. tit. in 2. compil.

sper-

sperfus,] se cum filio suo, discretionis annos nullatenus attingente 90), ad quoddam monasterium cum bonis suis, etiam [*quae a monasteriis ipsi tenuerat*,] contulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere monachalem. [*Cumque ipsi puero disciplina monastica propter asperitatem regulae displiceret: et infra spatium X. hebdomadarum a monasterio et habitu, taliter suscepto, resiliens, bona patris ab abbatia illa coepit cum instantia postulare. Et cum super hoc ad dioecesi. episcopum quaestio lata fuisset, et coram eo aliquandiu disputatum; quia plerique dissentire de rigore canonum videbantur, si consanguinei pueri dicti possent testibus comprobare, illum, quando fuit oblatus, infra annos discretionis existere, ipsum tali voto nullatenus obligari: dictus abbas ad Maguntinae sedis audientiam appellavit, et quidam de consanguineis eiusdem pueri ad Romanam ecclesiam appellationem, sicut ex litteris Augustini episcopi comperimus, transtulerunt. Ideoque*] discretioni tuae 91) taliter respond. 92) quod, si dictus puer ad annos discretionis peruenerit 93), et habitum retinere noluerit monachalem, si ad hoc [*ipsum*) induci nequiuerit, non est a vllatenus 94) compellendus: quia tunc liberum sibi erit, eum dimittere, et bona paterna, quae ipsi ex 95) successione preueniunt, postulare.

90) *Agente*, cit. c.
91) *Vestrae*, ibid.
92) *Significatione praesentium intimamus*, ibid.
93) *Peruenit*, ibid.
94) Partic. *vllatenus*, ibid non legitur.
95) Loco partic. *ex*, ibid. est: *recte*.

CAP. XV.

Furiosus profitendo non obligatur: nisi, factus sanae mentis, ratum habuerit.

INNOCENTIVS III. *episcopo et capit. Targilen.* 96) b (*ann.* 1198.)

Sicut e tenor litterarum [*vestrarum nobis aperuit, cum P. lator praesentium, in sacerdotali officio constitutus, tanta rerum temporalium indigentia laboraret, quod nec sibi, nec suis progenitoribus, propriis posset aliquatenus prouidere: proprii corporis laboribus et maris periculis multis se non dubitauit exponere, vt de suo labore et acquisitione honesta suam et suorum posset indigentiam releuare. Contigit autem post hoc, quod ipse longe a ciuitate consistens, tam graui coepit aegritudine laborare, quod extra se positus desperaret de vita praesenti, et dum in tali esset articulo constitutus, a quodam simplici monacho indutus fuerit habitu monachali, et in monasterium deportatus. Deinde, paucis diebus elapsis, cum iam in principio esset suae conualescentiae, deposuit habitum, et licentia eiusdem loci abbatis, monasterium dereliquit, et cupiens progenitorum suorum indigentiis prouidere, a vobis suppliciter postulauit, vt possit, sicut prius, in sacerdotali officio ministrare, et vobiscum pariter conuersari. Quid autem super his fuerit faciendum, sacro apostolicae sedis oraculo humiliter edoceri petitis. Nos igitur*] consultationi vestrae 97) taliter respond. quod, licet ista duo inter se repugnantia videantur, vt quisquam scilicet sit extra se positus, et de praesenti vita desperet, si tamen eo tempore, quod P. sacerdos, lator praesentium 98), positus extra mentem d asseritur 99), indutus fuit habitu monachali, cum alienatus non sentiat 100), ac per hoc non valeat consentire, eum 1) denuntietis 2) ab obseruatione monastici 3) ordinis absolutum: nisi, postquam mentis suae factus est compos, spontanea voluntate professionem fecerit monachalem.

96) INNOCENTIVS III. *libr. I. epist.* 36. *edit. Baluz.* habet hanc inscriptionem: *Episcopo et capitulo Traguriens. Tragurium vero est ciuitas Dalmatiae*, de qua vid. CELLAR. *in Geogr. antiqu. tom. I. p.* 615. Codices vero MCSt. et edit. ant. nihil sani habent.
97) *Tua*, ed. ant.
98) Verba *P. sacerdos, lator praesentium*, in c. 1. comp. 3. h. t. hoc loco non leguntur.
99) *Vt asseritur*, ed. ant.
100) *Consentiat*, cit. c.
1) *Praefatum presbyterum*, ibid.
2) *Denuntietis*, ed. ant.
3) *Monasterii*, cit. c.

CAP. XVI.

Professio nec fieri, nec recipi debet intra tempus probationis: sed facta et recepta tenet. Hoc dicit, et est casus notabilis, et quotidie allegatur.

IDEM *Pisano archiepiscopo.* (*ann.* 1199.)

Ad apostolicam sedem e, [*quae disponente Domino, cunctorum fidelium mater est et magistra, super diuersis articulis quaestiones dubiae referuntur, vt, quod ab ea fuerit super earum solutione responsum, indubitanter ab omnibus teneatur. Ex parte siquidem tua tales nuper suscepimus quaestiones, quod,*] cum monachum fieri ante vnius anni probationem regularis institutio interdicat, [*monachi et moniales in tua dioecesi constituti, tam clericos, quam laicos vtriusque sexus, sanos pariter et infirmos, religionis habitum volentes assumere, nulla etiam aliqua profitentes, interdum absque omni professione recipiunt, quandoque professionem illico facientes. Vnde multa mala cognoscuntur saepius prouenire, cum infirmi ad monasterium iam translati, et, emissa professione, postquam de infirmitatibus conualuerunt, habitum religionis obiiciunt, et ad propria reuertuntur. Contingit etiam tales in propriis domibus emmanere, cum monachi per eos, dum viuunt, nolunt sua monasteria praegrauari. Sani facti etiam sic sine probatione recepti retro aspicientes, matrimonia contrahunt, reiecto habitu regulari: de quibus si habitum religionis assumant, ante vnius anni probationem vel temporis competentis, vtrum, facta professione a talibus vel omissa, monachi debeant reputari, et, si coniugatus conuerti desiderans, recipiendus sit in monachum, nisi vxor perpetuam continentiam repromittat, certificari a sede apost. postulasti. Nos igitur*] quaestionibus tuis taliter [*ex ordine*] respondemus, quod, licet tempus probationis 4) a sanctis patribus sit indultum, non solum in fauorem conuersi, sed etiam monasterii, vt et illa asperitates illius, et illud 5) mores illius valeat experiri. Quod vtrumque diligenter est obseruandum: praesertim cum ab vtroque de reliquo facta 6) f certa notitia non habetur. Si tamen 7) ante tempus probationis, regulariter praefinitum, is 8), qui conuerti desiderat, habitum recipit, et professionem emittit, abbate per se vel per alium professionem recipiente monasticam, et monachalem habitum concedente: vterque renuntiare videtur ei, quod pro se noscitur introductum. Ideoque obligatur g per professionem, emissam pariter et acceptam, ad obseruantiam regularem, et vere monachus est censendus: quia multa fieri prohibentur, quae, si facta fuerint, obtinent roboris 9) h firmitatem. Prohibendum 10) est autem 11) i abbatibus, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant. Et, si contra formam praescriptam quoslibet indiscrete receperint; animaduersione 12) sunt debita corrigendi: cum in subsidium fragilitatis humanae spatium probationis sit regulariter institutum 12*).

4) *Professionis*, c. 2. comp. cit. 3.
5) *Istius et istud*, C. B. et ed. ant. *istius et illi*, L.
6) Vox *facta*, non est in C. B. nec in cit. c.
7) *Quia tamen*, cit. c.
8) Pron. *is*, deest in C. H.
9) Vox *roboris*, desideratur in C. R. L. ed. ant. et cit. c. *rata manent*, habet C. H.
10) Sed rectius fecisset pontifex, si absolute et sub poena nullitatis talia attentata prohibuisset: id quod demum factum est in *concil. Tridens. sess. XXV. de regul. c.* 15.
11) Part. *autem*, a C. B. 1. et L. abest.
12) *Etiam animaduersione*, C. L.
12*) Laciniam huius decretalis vide infra *c.* 13. *de conuers. coniugat.*

CAP. XVII.

Qui professionem fecit, licet in claustro nunquam permanserit, sed in saeculo, et suis bonis vsus fuerit, ad obseruantiam regularem compellitur.

IDEM INNOC. III. *Aconen.* 13) *episc.* k (*ann.* 1198. *in Bythyniam.*)

Sicut nobis [*ex parte tua*] fuit l propositum, [*quod*] quidam clericus, cum aegritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, et de 14) recuperanda sanitate m desperans, habitum canonicorum regularium petiit et accepit, [*et ea susceptione habitus exprimens et promittens, quae solent in huiusmodi repromitti.*] Sed nec ad ecclesiam transiit, [*vtpote infirmitate grauatus*,] nec bonis suis vti cessauit. [*Postmodum vero sospitate suscepta post XX. annos vt vltra*,] videntibus et scientibus 14*) [*v. f. n.*] episcopo 15) et [*dil. f. priore, et*] canonicis ecclesiae Nazaren. 16) n a quibus habitum susceperat regularem, [*tu, licet eo tempore, quo habitum susceperat in ecclesia Nazarena, prioris sollicitudinem exerceres, immemor eorum, quae facta fuerant circa ipsum, in Achonen. ecclesia eum canonicum suscepisti. Quia vero, quid super hoc facere debeas, per nostras literas postulas edoceri;*] fraternitati tuae taliter respondemus, quod, si regularem habitum, se postulante, suscepit, et ad obseruationem religionis canonicae 17) sua se professione ligauit, ad resumendum habitum ecclesiastica est districtione cogendus: cum, quod 18) tanto tempore extra canonicam mansit o, non in excusationem eius, sed in maioris transgressionis augmentum merito valeat allegari.

13) Inscriptio vetior *libr. I. epist.* 517. est: *episcopo Acconens.*
14) Praep. *de*, in C. B. L. et ed. ant. omittitur.
14*) Verba *et scientibus*, desunt in C. H.
15) *Archiepiscopo*, cit. c.
16) *Nazaren.* ed. ant.
17) *Canonicae*, C. H. L. et ed. Gonz.
18) *Cum quia*, C. B. 2. *cumque*, cit. c. sed incongrue.

CAP. XVIII.

Potest religiosus zelo sanctioris vitae ad religionem transire strictiorem, petita prius licentia praelati sui, licet non obtenta, etiam si primum monasterium sit priuilegiatum, quod de illo ad aliud etiam arctius transiri non possit. H. d. Et est casus notabilis, et quotidie allegatur.

IDEM *priori et conuentui Dimolensi.* 19) p (*ann.* 1206. *in Angliam.*)

Licet quibusdam q monachis et canonicis, nec non [*et*] hospitalariis et templariis a sede apostolica sit indultum, ne, postquam aliquis

19) In C. P. 1. inscriptio deest. *Mol.* est in C. B. 2. *Dimolmensi.* in c. 4. comp. cit. 3.

a *Al. ita:* non est ad hoc vllatenus, *etc.* b Gargilon *al.* Turgiu. *Gal.* Argin. c *C.* 1 *eod. tit. in* 3. *comp. vbi est integra clausula. vid. Barb consil.* 60. d *Alias ita:* positus extra mentem, vt asseritur. e *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil. vbi est integra clausula. vid. concilium Tridentinum sess.* 25. *titul. de regul. cap.* 15. *ex quo cessant dubia text. et gloss.*

f *Dictio* facto, *deest in omnibus antiquis exemplaribus.* g *concil. Trident. sess.* 21. *titul. de regul. cap.* 15 *oppositum definiunt.* h *Dictio*, roboris, *deest in antiquis, sed ab aliis additur.* i *Item deest dictio*, autem, *quam habet cod. Barb.* k Aldenen. l *C.* 3. *eod. tit. in* 3. *comp.* m Et recuperanda sanitate desperatus. n Nazaren. o *Religiosus contra bonam obedientia non potest, rescribere vid t.* 1. *C. de seru. fugit.* p Dimelmensi. *al.* de Mulend. *al.* Dubenlea. *al.* Dunolaen. q *C.* 4. *eod. tit. in* 3. *comp.*

pro-

professus fuerit apud eos, ad alium locum possit, ipsis inuitis, arctioris etiam religionis obtentu transire, vt vnusquisque secundum *a* apostolum in ea vocatione permaneat, in qua dignoscitur esse vocatus; quia tamen, vbi Spiritus Dei est, ibi libertas; et qui Dei Spiritu aguntur, non sunt sub lege, quia 20) lex non est posita *b* iusto: ea ratione videtur hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temeritate vel leuitate, in iacturam vel iniuriam 21) sui ordinis, sub prætextu maioris religionis ad alium ordinem 22) transuolaret, sicut frequenter a multis constat esse præsumptum, non quidem 23) vt ei transeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit postulandam, vt non ficte, sed vere ad frugem melioris vitæ valeat transmigrare. Talis ergo, postquam 24) a prælato suo transeundi licentiam postulauerit, ex lege priuata, quæ publicæ legi præiudicat, absolutus, libere potest sanctioris vitæ propositum adimplere, non obstante proterua indiscreti contradictione prælati; quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate: cum etiam Romanus pontifex, qui supremam in ecclesia obtinet potestatem, archiepiscopis et episcopis *c*, cedendi licentiam ex iusta caussa petentibus, sine difficultate concedat. Quocirca nouerint vniuersi, quibus huiusmodi 25) priuilegium est concessum, se ad concedendam licentiam transeundi taliter postulantibus de iure teneri: quia, sicut subditus a prælato cum humilitate et puritate debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere 26) videatur, sic profecto prælatus subdito sine difficultate et prauitate qualibet, debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire diuinitus inspiratum. Si vero probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem aut 27) laxiorem ex caritate, an ex temeritate transire; superioris est iudicium requirendum: ne forte angelus sathanæ in lucis angelum se transformet. Illa semper regula inuiolabiliter obseruata, vt nullus absque licentia Rom. pont. præsumat occasione quacunque deserere 28) præsulatum: quoniam, sicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas speciali vtilitati præfertur *d*. Et in hoc casu recte 29) præponitur doctrina silentio, sollicitudo contemplationi, et labor quieti. Ad quod vtique designandum vnigenitus Dei filius Iesus Christus non de Rachele secundum carnem natus est, sed de Lia: nec legitur eum in domum suam Maria recepisse 30), sed Martha 31). Vnde, quando potest episcopus præesse pariter et prodesse, non debet cedendi licentiam postulare, aut etiam obtinere. Cum ergo [*dil. f.*] R. monachus 32) vester ad fratres Cisterciensis ordinis transmigrauerit, non vt ordini vestro aliquatenus derogaret, sed vt apud eos vitam duceret arctiorem; [*discretioni vestræ per a. f.*] mandamus, quatenus super eo, quod de 33) corde puro, et conscientia bona 34), et fide non ficta fecisse dignoscitur, eum nullatenus molestetis: quia caritas est fons proprius, cui non communicat alienus.

20) *Et quia*, C. H.
21) *Et iacturam*, cit. c.
22) vocab. *ordinem*, ibid. omittitur.
23) Part. *quidem*, deest in C. H. et ed. ant.
24) *Postquam etiam*, ed. ant.
25) *Hoc*, C. H.
26) *Contemnere*, ed. ant.
27) *An*, C. R. L. et cit. c.
28) *Dimittere*, C. H.
29) Vox *recte*, a C. R. 1. abest.
30) *Excepisse*, C. H. et C. R. 1. (superscriptum est: *i. e. recepisse.*) *suscepisse*, L.
31) *Mariam excepisse, sed Martham*, cit. c.
32) *Frater*, C. H.
33) Præp. *de*, in C. R. 1. deest.
34) *Bona et conscientia pura*, cit. c.

CAP. XIX.

Coniuges religionem profitendo ab inuicem diuertere possunt: aliter, si se abiurant, et non continent, illicitum est iuramentum.

IDEM *præposito, et decano, et scholastico, Demtren.* 35) *et Colon.* 36) *diœcesis.* (*ann.* 1212.

Veniens *f* ad apostolicam sedem G. mulier, [*latrix præsentium*,] simplici 37) nobis insinuatione monstrauit, quod, cum matrimonium cum 38) E. [*de Herd. Colonien. diœcef.*] in facie ecclesiæ contraxisset, et diutius cohabitasset eidem, orta est dissensio inter ipsos, in tantum, vt 39), quod deinceps *g* alter non requireret alterum, vterque corporaliter præstitit iuramentum: hanc vir ipse diuortii caussam assignans 40), quod quandam ipsius mulieris amitam cognouisset, antequam eam duceret in vxorem. Quod, licet 41) assererent quamplurimi: non [*tamen*] fuit super hoc ecclesiæ facta fides. Cum autem postmodum ad secunda vota conuolasset vterque: secundo viro viam vniuersæ carnis ingresso, [*adhuc*] priore superstite [*viro*,] dicta mulier se fecit in arcto loco ad pœnitentiam agendam includi, [*vbi, sex annis in deuotione peractis, audiens a quibusdam discretis et religiosis personis, quod sic saluari non posset, ad apostol. sed. accessit, humiliter*] postulans [*et deuote*,] vt ei dignaremur impendere consilium salutare. Nos igitur attendentes, quod illud fuit illicitum iuramentum, [*discr. v. per a. f.*] mandamus, quatenus præfatum virum, monitione præuia 42) *h*, compellatis 43), vt, ea, quam superduxit, exclusa, præfatam mulierem recipiat, audituri postmodum, si quid fuerit quæstionis, [*et illud debito fine, app. rem. decisuri.*] Si vero contra matrimonium nihil fuerit ostensum, et vir, seculo derelicto, maluerit ad regularem vitam migrare; vos ei 44) super hoc licentiam tribuatis: vt et illa [*sic*] possit in suo, [*sicut desiderat*,] proposito permanere 45).

35) *Mirra. diœcef.* C. R. 1. *de Mosta.* C. R. 2. *de Merra.* L. *Demtren.* ed. ant. et c. 6. comp. cit. 3.
36) Vox *Colon.* a C. R. 2. et L. abest. sed *Colocen.* est in cit. c.
37) *Supplici*, C. H. ed. ant. et Cuat.
38) *Cum D.* ed. ant.
39) Loco verborum *in tantum vt*, legimus in cit. c. *vt sic, suadente humani generis inimico*
40) Hic ibidem noua inchoatur periodus, scilicet hoc modo: *Hanc tamen vir ipse caussam diuortii assignabat.*

41) *Sed licet hoc assererent*, etc. ibid.
42) *Præmissa*, C. R. 2. H. et L. sed *P.* est in C. R. 1.
43) *Cogatis*, C. R. L. et ed. ant. sed cit. c. hoc loco ita variat: *virum monere attentius et inducere procuretis, eum, si necesse fuerit, per cens. eccl. app. rem. cogentes, vt* etc.
44) *Vos eis*, C. R. 2.
45) *Remanere*, cit. c.

CAP. XX.

Qui ad monasterium conuertitur sumendo habitum nouitii, potest intra tempus probationis redire ad seculum: nisi appareat, eum vitam voluisse mutare omnino.

IDEM *abbati de Affligien.* 46) *et magistro R. et canonicis Traiecten.* 47) (*ann.* 1212.)

Consulti i sumus 48) frequenter a multis, vtrum is, qui monasterium ingressus est, habitum sumendo nouitii, si ante professionem emissam intra tempus probationis exire voluerit, licite possit absque apostasiæ nota vel noxa *k*, præsertim cum debita morum correctione 49) ad seculum remeare. Licet autem super hoc senserint 50) diuersi diuersa; nos tamen credimus, distinguendum 51), vtrum is, qui conuertitur 52), proposuerit 53) absolute vitam mutare, vt sub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur; an conditionaliter experiri obseruantiam regularem, vt ita demum, intra annum sibi placuerit 54), profiteatur ordinis disciplinam, aut, si forte non placuerit, moribus emendatus *l* ad statum reuertatur pristinum. In primo casu debet, vt regulariter viuat, ad laxiorem saltem regulam pertransire. In secundo potest ad seculum, non tamen, vt viuat seculariter, remeare. Vt ergo 55), quæ sit eius intentio, plenius agnoscatur, propositum suum 60) in principio protestetur. [*Hac ergo distinctione diligenti meditatione pensata, circa dil. f. Traiecten. decanum inquiratis sollicite, quæ videritis requirenda, et statuatis canonice, quæ videritis statuenda.*]

46) *Affligen.* C. R. 1. et ed. ant. rectius habent.
47) *R. Canonico Traiec.* C. R. 1. *R. Can. Trad.* C. R. 2. *R. et G. canonicis Traiecten.* C. L. ed. ant. Cont. Gunz. et Pith. *R. a persona ecclesiæ Cisteren. et G. canonico Traiecten.* c. 7. cit. comp. 3.
48) *Fuimus*, C. R. 1.
49) *Correptione*, C. H.
50) *Sentiant*, C. R. 2.
51) Secundum *concilium Trident. sess. XXV. de regul. c.* 16. semper et indistincte nouitiis saluus et integra est facultas, ad seculum reuertendi, adeo, vt ne quidem *per indirectum* hæc iis adimi queat, et ibidem plenissime et optime constitutum. Arbitratur quidem ALTESERRA *in comm. h. decisionem pontificis magis consilii*, quam *præcepti* esse: quod tamen contra mentem eius fuisse videtur.
52) Voces *qui conuertitur*, non sunt in cit. c.
53) *Proposuit*, C. H.
54) *Si sibi placeret*, ed. ant. omissis vocibus: *intra annum*, quæ etiam absunt a cit. c.
55) Partic. *ergo*, desideratur in cit. c.
60) Vocabulum *suum*, abest a C. H.

CAP. XXI.

Qui, intra annum probationis non facta professione, redit ad seculum, licite potest ad ordines et beneficia promoueri.

IDEM INNOC. III. 61). (*ann.* 1212.)

Postulasti *m*: [*et infra.*] Tertio quæsiuisti, vtrum illi, qui, in annis minoribus constituti, nouitiorum habitum susceperunt, et, intra annum postmodum non facta professione, ad seculum sunt reuersi, et episcopis 62) suis, hoc scientibus, ad sacros ordines sunt promoti, sustineri debeant in illis ecclesiis ministrare, in quibus sunt ab eisdem episcopis,

61) Docet inscriptio *epist.* 118. *libr. XV. edit. Baluz. p.* 645. Lingonensi episcopo hanc scriptam esse decretalem, et quidem anno regiminis XV. qui incidit in annum MCCXII. vt etiam *epist.* 79. et 111. *eiusd. libr.* docet
62) *Et ipsis suis*, c. vn. comp. 4. h. t.

a 1. *Corinth.* 7. 2. *Corinth.* 3. b Imposita. c *Vid. B. Thom.* 2. 2. *q.* 185 *art.* 4. d *Vid. l. actione. §. Labeo. in verf. eo tempore. ff. pro socio gl. in l.* 1. *et ibi Bart. ff. solut. matr.* e *Al.* Demitren. *al.* Demoren. *sed vetustissimum in antiqu. legitur:* Demitren. f *Cap.* 6. *eod. tit. in* 3. *comp. vid. Turrecremat. in c. quod Deo pari.* 33. *q.* 5. *et Scot.* 4. *sent. dist.* 27. *q.* 1. *art.* 4. g Quod vt deinceps cogatis.

h Præmissa. i *C.* 7. *eod. tit. in* 3. *comp.* k *Vid. Alciat.* 4. *de verb. sign. Caro. Franco. libr. de different. aut noxa pena: noxia culpa.* l Emendatis. m *Cap.* 3 *eod. tit. in* 4. *comp. primam quæstionem habes supra de foro compet. postulasti: secundam infra, de homicid. postulasti. vid. concilium Tridens. canone præcedenti cit. citatum.*

pis instituti. Nos frat. tuæ taliter 63) respond. quod propter hoc non sunt ab ecclesiis ipsis 64) amouendi, sed in eis possunt libere ministrare; [*nisi prudentia forte suppleuerit ætatem in illis, vt transire debeant ad regulam laxiorem: quia, cum ipsi absque protestatione religionis habitum assumant, vitam præsumuntur proposuisse mutare.*]

63) *Breuiter*, ibid.
64) Pron. *ipsis*, deest in C. H.

CAP. XXII.

Qui vltra annum portat habitum monachalem in monasterio, vbi sunt habitus indistincti, censetur professus.

HONORIVS III. *Veneten. episc.* (*ann.* 1224. C. 4. comp. 5. h. t.)

Ex parte a tua fuit propositum [*coram nobis*,] quod nonnulli sunt [*in diœcesi Venetensi*,] qui, licet pluribus annis gestauerint habitum monachalem, professionem tamen monasticam non fecerunt. Vnde, cum super eo, quod habent proprium, et alias irregulariter viuunt, a te vel ab aliis arguuntur; non erubescunt dicere, se ad carentiam proprii, et continentiam, ac alias regulares obseruantias non teneri: cum habitus non faciat monachum, sed professio [*potius*] regularis. [*Quare super his apostolicum remedium exhiberi postulasti: cum inordinata vita præuaricatorum huiusmodi non solum eis periculum, sed etiam scandalum inferat mentibus aliorum.*] Ideoque fraternitati tuæ mandamus 65), quatenus quoslibet, tibi lege diœcesana subiectos, qui prædicto modo terram duabus viis ingredi non verentur 66), vt, postquam per annum gestauerint habitum monachalem, regulam [*quoque*] secundum formam ordinis profiteantur et seruent, [*monitione præmissa*,] ecclesiastica censura 67), [*appell. remota*,] compellas.

65) *Respondentes mandamus*, C. H.
66) *Terras viis ingrediendo duabus iuxta prophetam væ sibi et perditionem acquirunt*, etc. c. 4. comp. 5. h. t.
67) *Per censuras ecclesiasticas*, ibid.

CAP. XXIII.

Intra probationis annum libere quis redit ad seculum: nisi professionem fecerit tacite vel expresse, vel appareat, eum vitam mutare voluisse. Hoc primo. Secundo dicit, *quod ad hoc, vt dignoscantur nouitii a professis, debet habitus professorum benedici in locis, vbi habitus non est distinctus.*

GREGORIVS IX. (*ann.* 1235. *Romæ.*)

Statuimus, nouitios, in probatione positos, ante susceptum religionis habitum, qui dari profitentibus consueuit, vel ante professionem emissam ad priorem statum redire posse libere intra annum; nisi euidenter appareat 68), quod tales absolute voluerint vitam mutare et in religione perpetuo Domino deseruire: cum quilibet renuntiare valeat ei 69), quod pro se noscitur introductum. Nihilominus statuentes, ad omnem ambiguitatem penitus amouendam, quod, cum in quibusdam locis religiosis nouitiorum habitus non distinguatur ab habitu professorum, professionis tempore benedicantur vestes, quæ profitentibus conceduntur, vt nouitiorum habitus 70) b a professorum habitu 71) discernatur.

68) *Appareret*, C. R. L.
69) *Valeat iuri*, ed. ant.
70) Vox *habitus*, a C. R. et H. abest.
71) *A professorum habitu*, C. L.

CAP. XXIV.

Religiosi fugitiui annuatim sunt requirendi, et cogendi, vt ad monasterium reuertantur.

IDEM.

Ne religiosi, vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant, et sanguis eorum de prælatorum manibus requiratur: statuimus, vt præsidentes capitulis celebrandis secundum statutum concilii c generalis 72), seu patres, abbates, seu priores fugitiuos suos 73), et eiectos de ordine suo, requirant sollicite annuatim. Qui si 74) in monasteriis suis recipi possunt secundum ordinem regularem: abbates seu priores eorum, monitione præuia 75) d per censuram ecclesiasticam 76) compellantur 77) ad receptionem ipsorum, salua ordinis disciplina. Quod si hoc regularis ordo non patitur: auctoritate nostra 78) prouideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo fieri poterit, alioquin 79) in aliis religiosis domibus eiusdem ordinis ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitæ necessaria ministrentur. Si vero huiusmodi fugitiuos vel eiectos inobedientes inuenerint: eos excommunicent, et tamdiu faciant ab ecclesiarum prælatis excommunicatos publice nuntiari 80), donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur.

72) prouocat indubie ad *concilium generale*, sub INNOCENTIO III. habitum, qui, vt docet *c.* 7. *X. de statu monach.* generatim ordinibus singulis modum formamque præscripsit *capitula prouincialia* singulis trienniis celebrandi ad exemplum *ordinis Cisterciensis*, quo respectu, et non vlterius, ad hoc concilium hoc loco prouocat, prout recte obseruat GONZ.
73) Pron. *suos*, in C. R. L. H. et ed. ant. non habetur.
74) Partic. *si*, abest a C. H.
75) *Præmissa*, C. L.
76) *Ecclesiastica censura*, C. R. L. et H.
77) *Compellant*, C. R. L. et H.
78) Pron. *nostra*, deest in C. H.
79) Part. *alioquin*, ibidem omittitur.
80) *Denuntiari*, ed. Pith.

TITVLVS XXXII.

DE CONVERSIONE CONIVGATORVM.

CAP. I.

Si vir de vxoris licentia profitetur, et vxor ipsa suspecta, nec continentiam vouet, nec religionem ingreditur: episcopus vxori virum restituet. H. d. iuxta litteram.

ALEXANDER III. *Vbergen.* 81) e *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Præterea f, vtrum laicus vxoratus, qui, præsentibus sacerdotibus et monachis, ignorante episcopo, de licentia et permissione vxoris [*suæ*,] monasterium ingressus, [*et forte*] professionem fecit 82), vxore in seculari habitu remanente, nec transeunte ad religionem, aut perpetuam continentiam vouente, ab episcopo suo possit ad torum reuocari vxoris, an illa compellenda sit continentiam obseruare 83), dicimus, quod, nisi vxor ad religionem transierit, aut perpetuo castitatem seruare promiserit, vir potest et debet [*ab episcopo*] de monasterio reuocari; [*quia, cum vna caro sint effecti, non debet vna pars in seculo manere, et altera ad religionem et castitatem transire: veruntamen vxor monenda est et propensius exhortanda, vt ad religionem transeat et castitatem seruare promittat.*]

81) Incertissimæ et vitiosæ omnes fere sunt huius inscriptionis lectiones. Nam *Vbergen.* C. R. et L. *Vigen.* H. *Vigen.* edit. ant. *Vtern.* c. 1. comp. 1. h. t. *Herefordén.* append. conc. Lateran. P. V. c. 4. alii aliter habent, et ipsa lectio incerta manet.
82) *Fecerit*, C. H. et ed. ant.
83) *Ad obseruationem continentiæ pertransire*, cit. c.

CAP. II.

Ante matrimonium consummatum potest alter coniugum, etiam altero inuito, religionem ingredi: sed remanens in seculo potest ad secunda vota transire.

IDEM *Salernitano archiepiscopo.* (*ann.* 1180. *Romæ in Campaniam.*)

Verum 84) post g consensum legitimum de præsenti, licitum est alteri, altero etiam 84*) repugnante, eligere monasterium, sicut [*etiam*] sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt; dummodo carnalis commixtio non interuenerit inter eos; et alteri remanenti, si commonitus continentiam seruare noluerit, licitum est ad secunda vota transire 85): quia, cum 86) non fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deum transire, et alter in seculo remanere 87).

84) Est hæc decretalis pars cap. *Licet præter solit.* Conf. infra c. 7. de homic. vol. vel cas. in not. ad voc. *presbyterum.*
84*) *Ita*, c. 2. comp. cit. 1.
85) *Licitum sibi videtur, vt ad secunda vota possit transire*, ibid.
86) *Qui cum* etc. ibid.
87) *Permanere*, C. R. 1.

CAP. III.

Qui, inuita vxore, professionem fecit, et ei postea restituitur, non compellitur, mortua vxore, ad monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.

IDEM ALEX. III. *Pisano* 88) *archiepiscopo.*

Quidam h intrauit monasterium, inuita vxore: qua 89) ipsum repetente, coactus est ad eam redire. Ea mortua, quæris, an ipse cogatur reuerti 90) ad monasterium, an aliam possit ducere in vxorem. Consult. 91) tuæ taliter respondemus, quod 92) votum non tenuit: vnde ratione voti ad monasterium non tenetur redire: vlterius vero

88) Obseruant VGHELLIVS in *Italia sacra tom. III. p. m.* 408. *edit. nouiss.* ALEXANDRVM III. has litteras scripsisse ad archiepiscopum VILLANVM, qui viuere desiit anno MCLXXIV. vel, vt TRONCIVS voluit, MCLXXIII. auctore VGHELLIO *cit. l.* Hoc posito, paulo ante hoc tempus scripta fuit hæc decretalis, non ann. MCLXXX. vt PITHOEI constituerunt.
89) *Eadem*, c. 3. comp. cit. 1.
90) *Redire*, ibid.
91) *Quæstioni*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
92) Partic. *quod*, non est in cit. c.

---

a *Pro intellectu huius cap. vid. B. Thom. 4. Sent. dist.* 38. *q.* 1. *art.* 3. b *Dicto*, habitus, *deest hoc in pluribus exemplarib.* c *Later. sub Innoc. III. c.* 12. d Præmissa.

e *Al.* Vbergens. *al.* Helien. *al.* Verrell. f *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. et post concil. Lateranen sub Alexandr. III. part.* 5. *cap.* 5. g *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1 *compil. et post conc. Later. p.* 5. *c.* 1. h *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Lateran. part.* 5. *c.* 2.

non

non poterit 93) vxorem accipere. Promisit enim se non exigere 94) debitum 95), quod in eius potestate erat: et ideo quoad hoc 96) votum tenuit. Non reddere autem 97), non erat in sius, sed mulieris potestate. Vnde apostolus a: *vir non habet potestatem sui corporis* 98), *sed mulier.*

93) *Potuit*, C. R. 1. et L. *non potest*, cit. c.
94) Sed non *absolute* promisit, se non exacturum debitum coniugale, sed vnice intuitu *voti*, quod tamen *nulliter* praestitit. Si asserit, hoc votum fuisse *clandestinum*, et respectu *vxoris* tantum viribus caruisse: ad monasterium, ea mortua, redire debuit. Ad hoc dubium vero respondet COELESTINVS III in c. 12. *X. h. t.* simulque ad hanc decretalem prouocat, eamque magis de *modo consilio*, quam *absoluta obligatione* accepit.
95) Vox *debitum*, desideratur in cit. c.
96) Dictiones *quoad hoc*, ibid non habentur.
97) Particula *autem*, ibid. non legitur.
98) Vocabulum *corporis*, deest in C. H.

CAP. IV.

Vxoratus religionem intrare non potest: nisi etiam vxor ingrediatur, vel nisi suspecta non sit, et continentiam promittat. H. d. Et est vnum cap. de principalioribus tit.

IDEM *Exonen.* 99) *episcopo. (ann. 1180.)*

Cum sis praeditus scientia litterarum 100) b; ignorare non [*potes, nec*] debes sanctorum patrum constitutioni esse contrarium 1), vt vir, vxore sua 2) [*in seculo remanente,*] aut vxor, viro eius 3) non assumente religionis habitum, debeat ad religionem transire: [*quia, cum vir et vxor vna caro sint, sicut docet apostolus, non potest vnus ad Deum conuerti, et alter in seculo remanere.*] Inde est, quod auctoritate apostolica prohibemus [*tibi,*] ne in episcopatu tuo virum vel vxorem, nisi vterque ad religionem migrauerit, transire permittas: [*sed, si voluerint ad Deum conuerti, vterque ad frugem melioris vitae transeat.*] Verum si ita vxor senex est et sterilis, quod sine suspicione possit esse in seculo: dissimulare poteris, vt, ea in seculo remanente, et castitatem promittente, ad religionem transeat vir eiusdem 4).

99) *Oxonien.* ed. ant.
100) *Litteralis.* C. R. 1.
1) *Institutioni obuiare*, c. 4. comp. cit. 1.
2) In C. R. 1 verbis *vxore sua*, additur: *viuente*.
3) *Suo*, C. R. 1. et cit. c.
4) Pron. *eiusdem*, non est in cit. c.

CAP. V.

Coniugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi vxor continentiam promittat.

IDEM *Strigon.* c et *Colonen.* 5) *archiepiscopis. (ann. 1180.)*

Coniugatus 6) d, [*ad monasterium conuerti desiderans, prohibetur suscipi, nisi vxor eius pariter conuertatur. Nam, dum vnum vtrorumque corpus coniugii copulatione sit factum; incongruum est, partem conuerti, et partem in seculo remanere: nec recipitur apud Deum illius viri conuersio, cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio. Cum igitur coetus clericorum longe praeeminet coetui monachorum, ita, vt aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat;*] nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouendus: nisi ab vxore, continentiam profitente 7), fuerit absolutus, [*vt fiat deinceps de carnali copula spirituale coniugium.*]

5) *Colocen.* rectius C. R. 2. et L.
6) In hac forma haec decretalis etiam relata est infra *in append. decret.* ALEXANDRI III. *tit.* 57. *c.* 7. *p.* 312. licet pleraeque editiones, etiam *Pithoeana*, verba inferenda, ad *c.* 4. per errorem traxerint, cum quo tamen prorsus non cohaerent.
7) *Promittente*, C. H.

CAP. VI.

Vxoratus in episcopum promoueri non potest, nisi vxor religionem profiteatur.

IDEM *eisdem. (ann. eod.)*

Sane 8), si coniugati e consenserint ordinari: [*etiam*] vxoris voluntas prius est requirenda, [*vt sequestrato mansionis cubiculo religione promissa, postquam pariter conuersi fuerint, ordinentur. Quodsi in quibuslibet ecclesiasticis gradibus prouidenter, sollerterque curandum est, vt in domo Dei nil sit inordinatum, nihilque praeposterum: multo magis laborandum est, vt in eius promotione, qui super omnes gradus contruetur, non erretur* 9).

8) Verba haec immediate cohaerent cum praecedente decretali, vt vterque textus ex eadem desumtus sit. Nec alia de caussa scissio hoc facta, quam quod RAYMVNDVS eam scissam repererit in *append. ad concil. Later. III. P. V. c.* 6. *et* 7 apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. p.* 1729. Eadem scissio quoque facta est intra in *collect. decret.* ALEXANDRI III. *p.* 312. *c.* 7. *et* 8. Vt inde augurer, fuisse hanc collectionem illa priorem, et ex hac in alium ordinem translatam. Ad minimum certum est, alteram in pluribus vestigiam alterius pressisse.
9) Sedulum decretistam agit ALEXANDER III. GRATIANI auctoritate vsus, qui haec verba retulit in *c.* 5. §. 2. *dist. LXI.* Huius enim collectio mox principatum inter omnes accepit.

Inde est, quod] frat. vestr. auctoritate apostol. prohibemus 10), ne vxoratum praesumatis in episcopum ordinare, nisi vxor prius professa continentiam, sacrum sibi velamen imponat, et religiosam vestem assumat f. [*Nolumus enim, vt viri promotio vxori, relictae in seculo, fieri perditionis possit occasio.*]

10) *Inhibemus*, C. R. 1.

CAP. VII.

Sponsa de praesenti, non cognita, quae dicit, se velle religionem ingredi, compellitur intra certum tempus profiteri, vel adhaerere marito.

IDEM *Brixien.* 11) *episcopo.*

Ex publico g instrumento, [*quod nobis est praesentatum, et ex tenore litterarum tuarum,*] nobis innotuit, quod, cum [*v. frater noster,*] Veronens. episcopus, [*de mandato nostro*] caussam matrimonii, quae inter A. virum, et M. mulierem 12) vertebatur, suscepisset [*fine canonico*] terminandam, [*auditis vtriusque partis allegationibus et rationibus inter eos,*] iudiciali sententia matrimonium approbauit, et eidem mulieri praecepit, vt ad virum [*suum*] rediens exhiberet eidem 13) coniugalem affectum. Quod cum renueret 14) h: [*de mandato nostro, sicut accepimus,*] fuit vinculo excommunicationis adstricta. Caeterum, quia [*praefata mulier,*] licet a praefato viro desponsata fuit 15), adhuc tamen, sicut asserit, ab ipso est incognita: [*f. t. per a. s. praec.*] mandamus, quatenus, si praedictus vir [*mulierem*] ipsam carnaliter non cognouerit 16) i, et eadem [*mulier, sicut ex parte tua nobis proponitur,*] ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spatium debeat, ipsam [*contrad. et app. cess.*] a sententia, qua tenetur, absoluas, ita, quod, si ad religionem transierit 17), vterque restituat alteri, quod ab eo noscitur 18), recepisse 19), [*et vir ipse, ea religionis habitum assumente, ad alia vota licentiam habeat transeundi.*] Sane, quod Dominus in euangelio dicit, non licere 20) viro k, nisi ob caussam fornicationis vxorem suam dimittere, intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquii, de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua [*matrimonium*] consummari 21) l non potest: [*et ideo, si praedicta mulier non fuit a viro suo cognita, licitum est ei ad religionem transire.*]

21) IOANNI FLVMICELLO scripsisse has litteras pontificem obseruatur in VGHELLII *Ital. sacra tom. IV. p.* 569. *nouiss. edit. in marg.* sub a, qui ex hac mortali discessit vita anno MCXCVII vt ante hoc tempus exarata debuerit esse haec decretalis, h. n. intra annum MCLXXIII. quo electus, et praedictum annum, quo decessit.
12) *Agelatem virum, et Mathemiam mulierem*, c. 7. comp. cit. 1.
13) Pronom. *eidem*, ibid non legitur.
14) *Cum renueret*, C. R. 1. H. L. et ed ant. sed C. R. 2. legit: *contemneret*, in margine. *alias: renueret.* Loco autem istarum vocum in cit. c. sunt verba sequentia: *verum cum eadem mulier ad eum iuxta sententiam praedicti episcopi regredi nollet.*
15) Sine dubio intelligit *sponsalia de praesenti*, quae non sequitur necessario cohabitatio, sed tunc demum, vbi ἱερολογία accesserit. Infra *in append. p.* 312. *c.* 9. etiam haec decretalis refertur.
16) *Cognouit*, C. R. L. H. et cit. c.
17) *Transire maluerit*, cit. c.
18) *Dignoscitur*, C. H.
19) *Si qua aliter ab altero habuerit*, cit. c.
20) *Non licet*, ibid.
21) *Confirmari*, C. R. et L. *confutari*, ed. ant.

CAP. VIII.

Summa vt supra eod. cap. Cum sis.

IDEM *G. priori et fratribus sancti Ioannis.* 22) *(ann 1180.)*

Vxoratum m sine licentia [*propriae*] vxoris inter vos nullatenus recipiatur 23), quae [*si*] integrae [*famae et*] opinionis exstitit, ita, quod nulla marito suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare, vel quod 24) minus continenter debeat vivere; quae si, [*prout dictum est,*] talis exstiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publice in conspectu ecclesiae continentiam professa, in domo propria cum filiis suis et familia poterit permanere. Si autem talis fuerit, quae 25) suspicione non careat, voto continentiae celebrato: a secularium hominum

22) Alia inscriptio traditur in *append. ad concil. Later. III. cit. l. p.* 1730. *c.* 9. *et infra in append. p.* 312. *c.* 10. quae tamen manca est. Apud HARDVINVM *cit. l.* ita se habet: IDEM *priori G. et fratribus iuxta disciplinam bonae memoriae Eleti* (vel potius CLETI) *viuentibus.* quia fingunt, ordinem *cruciatorum*, qui sub demonstratione adducta designatur, a CLETO fuisse institutum, quod oppido falsum est. Nihilominus tamen GREGORIVS XIV. in *bulla* 13 apud CHERVBIN *tom. II. bullar magn. p.* 713. ex communi persuasione asserit, *hanc congregationem per beatum Cletum institutam fuisse.*
23) *Vxoratum - - nullatenus recipiatis*, c. 3. comp. cit. 1.
24) *Quia*, C. H.
25) *Quod*, ibid.

a 1. *Cor.* 7. b *C.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. p.* 5. *c.* 3. c Strigoniens. *al.* et Coloniens. *al.* Colocen. d *C.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 5. *c.* 6. e *C.* 6. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Later. p.* 5. *c.* 7.

f *In aliquot impressis ita:* et religiosam vestem vel eitam assumat. g *Cap.* 7. *eod. tit in* 1. *comp. concil. part* 5. *c.* 8. *Vide Turrecrematam in cap. quod qui dicunt* 22 *qu.* 3 2. *et Scotum libr.* 4 *sent dist.* 27. *q.* 1 *art.* 4. h Renuerit i Cognouit. k *Conc. Trident sess.* 24. *tit de Sacram. matrim. c.* 6. *et* 7. *Matth.* 5. *et* 19. l Confirmari. m *Cap.* 8. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lateran part.* 5. *c.* 9. *Vide, quae citans supr. eod. in cap. coniugatus*

se

le conuersatione remouet, et in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuo commoretur. Nullus vestrum mulierem aliquam 26) [*nodeat*] tonsurare, vel [*eam*] ad habitandum secum præsumat assumere 27).

26) vocabulum *aliquam*, deest in C. H.
27) Iam olim *duplicia monasteria*, virorum et feminarum sanctimonialium concilium *Chalcedonense*, et IVSTINIANVS vetuerunt, vt obseruant ad c. 22 *C. XVIII. q. 2. not. 99.* Sed nihilominus recruduit hæc suspecta cohabitatio, denuo prohibita seculo XII. sub INNOCENTIO III. ve ne quidem postea seculo sequente sublata, vt docet *chronicon Montis Sereni* ad ann. MCCLV.

CAP. IX.

Coniugatus, faciens professionem, vxore consentiente, licet nunquam intrauit monasterium, si, mortua coniuge, cum alia contrahat, non valet matrimonium, et monasterium intrare compellitur.

VRBANVS III. *priori sanctæ Crucis. (ann. 1186.)*

Ex parte a abbatis sancti Petri [*de Romandin*] ad audientiam nostram peruenit, quod, cum D. [*de Ter.*] in infirmitate positus, consentiente vxore [*ipsius,*] votum vouens castitatis, monachalem habitum suscepisset 28), postmodum 29) [*ab infirmitatis ipsius*] liberatus [*angustio, et prædictions suam*] vxorem retinuit, et aliam, ea defuncta, sibi temere copulauit. Quia vero, licet prædictus D. vxore sua remanente in seculo, de iure ad religionem nequiuerit proficisci; ea tamen sublata de medio, votum [*quidem factum*] sine salutis suæ periculo non potuit violare: mandamus, quatenus, si verum est, quod asseritur, prædictum D. per excommunicationem compellas, vt, muliere dimissa, ad suum 30) monasterium reuertatur, sub regulari habitu de cetero Domino seruiturus.

28) Non in *monasterio*, sed in propriis ædibus, quia infirmitate adeo pressus erat, et de vita desperaret: qui in statu vt plurimum ægrotantes *habitum monachalem* suscipiunt. Neque enim, si *in monasterio*, vt censet GONZAL. *h. n. 2.* habitum monachalem suscepisset, *angustia liberatus*, vt hic dicitur, h. e. *metu mortis liberatus*, potuit *vxorem retinere*, prout hic dicitur, h. e. monasterium non intrauit, sed voti immemor, continuauit coniugium, et aliam, ea defuncta, sibi copulauit.
29) *Postmodum ab ipsius infirmitatis molestia*, C. H. *in ed. ant.*
30) Pron. *suum*, deest in C. H.

CAP. X.

Professus religionem, vxore sciente et dissimulante, ea mortua, ad seculum redire non potest. H. d. secundum intellectum veriorem et singularem in materia.

CLEMENS b III. 31)

Consuluit nos c G. sacerdos [*de sancto Colomba,*] vtrum vir, [*mercator, negotiationi et vxori propter Deum renuntians,*] ad religionem 32) transiens, et in ea per annum et amplius moram faciens, vxore sua, postquam ad domum transierat regularem, de præsenti vita sublata, secularem habitum resumere valeat, [*quem dimisit,*] et aliam ducere in vxorem, vel, si ductam ei liceat retinere. Consultationi huiusmodi taliter respondemus 33), quod prædictus vir nec habitum potest abiicere, quem assumpsit, nec aliquam sibi matrimonio 34) copulare d. Quodsi contraxerit: matrimonium ipsum decernimus 35) dirimendum.

31) Præferenda sine dubio inscriptio *c. 1. comp. 2. h. t.* quæ COELESTINO III. hanc decretalem tribuit, vnde RAYMVNDVS hanc desumsit, sæpe hunc cum illo commiscens, ideoque post ann. MCXCI. locanda.
32) *Ad religionis habitum transiens, et in ea* etc. ibid.
33) *Cui consultationi, taliter duximus respondendum*, ibid.
34) *In matrimonio*, C. R. 1. L. et ed. ant. *in matrimonium*, C. R. 2.
35) *Decreuimus*, ibid.

CAP. XI.

Coniux, quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitum coniugi: licet ad tempus voto consenserit.

COELESTINVS III. 36) *(ann. 1195.)*

Charissimus e [*in Christo filius noster, R. illustris rex Scotorum, apostolatui nostro litteris et nuntio humiliter nuntiauit, quod, cum esset adolescens, et dilecta vxor eius iuuencula, mutuo fide voto contrahendi legitimi matrimonii se adstringentes, inuicem suum consensum, accedente voluntate parentum, utrorum donatione roborauerunt. Postmodum vero, claræ mem. N. patre suo ob inimicis occiso, cum per bellorum aduersitatem vndique premeretur, et habito cum hostibus suis congressu, victus fugatusque fuisset, quia timebat, ne ipsa sponsa ab inimicis per violentiam reperetur, et alia similis ei non inueniretur in regno, quam sibi posset matrimonialiter copulare, de suorum et eiusdem sponsæ parentum consilio factum est, quod in conuentu sanctimonialium habitum monasticum, sine proposito perpetualiter retinendi, suscepit, et ibidem per aliquot annos moram fecit, ne quid iniuriæ ab inimicis pateretur. Quam cum, pace reddita, et obtento de inimicis triumpho sollemniter duxisset cum grandi exsultatione vxorem, et ex ea filios suscepisset: vnum eorum de communi consensu et electione principum Sueciæ in regnum sibi instituit successorem. Procedente vero tempore, prædicta vxor graui infirmitate correpta, cum se de hac vita crederet recessuram, timore mortis inducta, continentiam vouit. Cumque rex ipse nollet eam contristari; concessit ad tempus; nunc autem se continere non posse proponit: et, quod licite posse fieri, arbitratur, ad torum vxoris suæ redire cupit. Et ad reprimendas æmulorum detractiones et obloquia, petiit a nobis ei dari in mandatis, vt vxorem suam auct. nostra maritali affectione pertractet, non obstante voto continentiæ, iucante ab ipsa emisso, et ab eodem rege ad tempus approbato. Verum, quia super his nos ad plenum non potuimus elicere veritatem; fraternit. vestr. cognitionem harum et decisionem canonicam duximus committendam, per apostolicam sedem m. vt super his inquiratis diligentius veritatem, et, si vobis constiterit, quod prædicta mulier, primo fuit inter moniales recepta timore violentiæ ac rapinæ, et propositum se habuisse nubendi profitebatur, cum inter eas moram faceret, præsertim cum postmodum in facie ecclesiæ publice regi nupserit, et vsque ad hæc tempora cohabitando filios ex eo suscepit, eam denuntietis præfato monasterio non teneri. Non enim factum illud matrimonii potest contractum dirimere: etsi forte posset matrimonium contrahendum impedire. De alio vero*] fraternitati vestræ mandamus, quatenus, si 37) inueneritis, vxorem regis Sueciæ 38) f. graui infirmitate depressam 39), continentiam vouisse, et virum eius ad tempus præbuisse consensum, maxime si non idem vir [*pariterque*] continentiam vouit 40) perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, et vtrumque inuicem maritali affectione tractare.

36) *CLEMENS III.* C. R. 2. L. et H. erronee legunt. Recte autem in *not.* PITHOEI addunt: *P.* seu *PETRO, archiepiscopo Vpsaliensi*, vt sic addi debeat: *Roma in Sueciam.* Inde duplex error tum in appellatione *regis Sueciæ*, tum *regis Scotorum*, commissus est; cum loco prioris, *regis Sueciæ*: loco posterioris, *rex Suecorum*, legi debeat: quod tamen hoc tempore iam vsitatum fuit, vt monstrat *Chronicon Lincensense*, editum a viro doctissimo IO. DANIELE GRVBERO *in orig. Liuoniæ sacræ et ciuilis p. 9. n. 13.* Ipsemet rex Sueciæ, de quo hic sermo est, designatur per litteram *L. in comp. 2. c. 3. h. t.* hic vero per R. quo tempore tamen, seu quo COELESTINVS III. vixit, nullus rex Suecorum regnauit, cuius in nomine hæ literæ initiales fuerunt. Vnde rursus in hac variatione error latitat: quia CANVTVS adhuc eo tempore rex Suecorum fuit, vt ita *C.* aut *K.* loco L. vel R. scribi debeat. Neque enim mortuum iam CANVTVM circa hæc tempora fuisse, vt quidam volunt, admitti potest: cum prælaudatus Dn. GRVBERVS *cit. l. p. 10. in not. litt. W.* ex testimonio *CLAVDII OERNHIOELMI in histor. eccl. Sueon. et Goth. libr. IV. c. 7.* et adductis ab eo diplomatibus euidenter ostenderit, eum adhuc vitam extendisse vsque ad annum MCXCIX.

37) *Ita sollicite discretio fraternitatis vestræ discutiat, quod, si* etc. c. 3. comp. cit. 2.
38) Vel potius, vt habet ed. ant. *Suetiæ*, vel *Sundia.*
39) *Deprehensam*, C. R. 1.
40) *Voluerit*, cit. c.

CAP. XII.

Si alter coniugum, altero ignorante, religionem profitetur, et propter hoc de monasterio educitur: illo mortuo, ad monasterium redire non cogitur.

IDEM. *(ann. eod.)*

Placet g nobis, [*et tuam prudentiam commendamus, quod in caussis dubiis sed. apost. consilium requiris. Licet enim præditus sis scientia litterarum: ad matrem tuam ecclesiam Romanam idcirco deuote recurris, vt, habita, super quo dubitas, responsione condigna, quam in similibus formam seruare debeas, euidenter cognoscas. Per dil. autem fil. W. decanum Cathalaun.*] sollicitudo 41) tua nos 42) consuluit, verum mulier, quæ, credens, mortuum maritum, habitum religionis assumpsit, et, eo reuerso, de monasterio educta fuit 43), post obitum viri sit ad regularem obseruantiam 44) compellenda. Super quo [*discr. t. sic*] respondemus, quod, licet votum eius vsquequaque non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare. Promisit enim intrando monasterium, se non exacturam carnis debitum b, quod erat in potestate ipsius: redire vero ad seculum, in eius potestate non erat, sed in potestate mariti. Et ideo, quantum ad ipsam, tenuit votum, quod post viri obitum tenere non desiit: cum ad eum casum, a quo 45) poterat efficax habere principium, peruenisse noscatur 46). Consultius itaque dicimus, et ei congruentius 47) ad salutem, [*prædecessoris n. felicis mem. Alexandri papæ vestigia imitantes,*] vt, [*vanitatibus seculi derelictis,*] ad monasterium redeat 48), vbi, bona ducta intentione, professionem fecit, et habitum religionis accepit. Si vero ad hoc induci non poterit: ipsam inuitam credimus non cogendam.

41) *Litera sollicitudo*, C. R. 1.
42) *Apostolatum nostrum*, c. 4. comp. cit. 2. sed pron. *nos*, a C. R. H. et ed. Gonz. abest.
43) *Fuerat*, C. H. et ed. ant.
44) *Ad obseruantiam regulæ*, cit. c.
45) *In quo*, C. H.
46) *Redierit*, cit. c.
47) *Et quod ei est congruentius*, C. H.
48) In verbis præcedentibus prouocatur ad ALEXANDRI III. decretalem, supra in *c. 3. X. h. t.* relatam, vt *ibid.* monui.

a *Cap. 1. eod. tit. in 2 compilat.* b Cœlestinus. c *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* d *Al. ita* in matrimonium copulare. *al. ita:* in matrimonio copulare. e *C. 3. eod. tit. in 2. comp.*

f Scotia. *al.* Suauia. g *Cap. 4. eod. tit. in 2. comp. Vid. Turrecrem. infr. seriatim. 32. et late hic Henric. Boich. vid. magistr. sent. l. 4. dist. 38. §. hic quæritur.* h *Vid. Scotum 4. sent. dist. 32. q. 1. art. 1. 2. et 3.*

CAP.

CAP. XIII.

Summa vt supra eod. cap. IV. *Cum sit.*

INNOCENTIVS III. *Pisano archiepiscopo.* (*ann.* 1198.)

Ad apostolicam 49) sedem a: [*et infra.*] Cum autem vir et vxor vna caro sint per copulam coniugalem effecti, nec vna pars conuerti possit ad Dominum 50), et altera in seculo remanere; profecto non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem: nisi reliquus 51) perpetuam continentiam repromittat 52). Sed et vitam debet mutare 53): nisi forte sit eius aetatis, vt sine suspicione incontinentiae valeat in seculo 54) remanere

49) Ipsa decretalis, cui verba, hic adducta, in fine cohaerent, supra relata est in c. 16. *X. de regular.* desumta ex *libr.* 1. *epist.* 54.
50) *Ad Deum*, ed. ant.
51) *Reliqua*, C. H.
52) *Promittat*, ed. ant.
53) *Neque vitam quoque debet mutare*, c. 2. comp. 3. de regular.
54) Dictiones *in seculo*, ibid. desiderantur.

CAP. XIV.

Per religionis professionem, non per propositum castitatis, seruandae in seculo, dissoluuntur sponsalia de praesenti.

IDEM *Lugdunensi* 55) b *archiepiscopo.* (*ann.* 1204.)

II. Ex parte tua [*nostris*] est 56) [*auribus*] intimatum c, quod, cum quaedam mulier, [*dioecesana tua,*] velum viduitatis coram duobus abbatibus assumpsisset, benedictione sollemni, cum celebratione missae ac litania, sicut debuit, accedente, [*postmodum*] quidam nobilis proponebat, se prius 57) mulierem ipsam mediantibus internuntiis, per verba de praesenti, arrha etiam interposita, desponsasse. [*Audito, quod mulier ipsa velum assumpserit, misit ad eam, vt desponsationem factam carnalis copula sequeretur. Tu vero, postquam fuit ad tuam audientiam res perlata, inhibere curasti, ne ante discussionem negotii se carnaliter commiscerent. Postmodum a muliere ipsa, in tua praesentia constituta, quaesiuisti, vtrum consensisset in illum, et quare ab illo quaereret separari.*] At illa, se in illum consensisse confessa, dixit, quod audierat, eum esse lepra percussum, et ob hoc eius fuerit 58) abominata complexus 59). [*Cum autem postmodum per testes idoneos tibi fuerat plenior facta fides, quod ante susceptionem veli, matuus interuenerat inter ipsos per verba de praesenti consensus: sedem duxisti apost. consulendam, vtrum veli susceptio impediat matrimonium inter ipsos.*] Nos autem inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, etsi possit non inconsulte videri, quod, ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de praesenti contrahitur d, illis viuentibus, in nullo casu possit dissolui, vt, viuente reliquo, alter ad secunda vota transmigret e, etiamsi vnus fidelium, inter quos est ratum coniugium, fieret f haereticus, et nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris, nisi forte secus fieret ex reuelatione diuina, quae superat omnem legem, sicut a quibusdam sanctis legitur esse factum, nos tamen 60), nolentes [*in hoc articulo*] a praedecessorum nostrorum vestigiis [*subito*] declinare, qui, respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri coniugum, reliquo inconsulto, ad religionem transire, ita, quod reliquus ex tunc legitime poterit alteri copulari, hoc ipsum tibi consulimus obseruandum in articulo praenotato; quamuis falsa sit caussa, per quam ad susceptionem veli praedicta mulier est inducta: cum sine qualibet tali caussa id ipsum religionis obtentu facere potuisset. Porro, licet praedicta mulier videatur in veli susceptione religionis habitum assumpsisse 61); si tamen velit in domo propria remanere 62), quasi propositum castitatis in seculo seruatura; nihilominus consummandum est matrimonium iam contractum; nisi se voto adstrinxerit ad obseruantiam regularem: in quo casu compelli potest, vt, relicto seculo, religionis propositum exsequatur.

55) *Lundon.* C. B. 1.
56) *Nobis est*, C. B. 2.
57) *Qui sex mensibus ante proponebat, se mulierem* etc. c. 1. comp. 3. h. t.
58) *Fuerat*, C. B. L. H. Gonz. et cit. c.
59) *Amplexus*, C. B. 1
60) *Autem*, cit. c sed partic. *tamen*, deest in C. H.
61) *Suscepisse*, C. H. Traditur hic ratio dubitandi, qua non obstante, pontifex ostendit, non statim per *assumtionem veli viduitatis*, sollemniter factam, obligari mulierem, ad vitam regularem, in *monasterio* colendam, sed posse etiam in domo propria propositum castitatis seruare: quod tamen propter sponsum adeo periculosum esse credidit, vt potius cum eo matrimonium sit contrahendum. Talis vita *ascetica* in domibus propriis tribus prioribus seculis fere tantum cognita fuit, dicta etiam *philosophica*, quae potissimum in *fuga nuptiarum*, *abstinentia*, aliisque deuotionis exercitiis consistebat, non in nudis *speculationibus Philosophicis*, teste EVSEBIO *libr.* VI *c.* 9. *et* 10. quod etiam gentiles agnouerunt, teste ARTEMIDORO *libr.* IV. *c.* 35. Ex *accidente* ob persequutiones grauissimas *quandoque* ei accessit vita *solitaria*, in solitudine peracta, seculo IV. potissimum exculta, antequam monachi seu solitarii in coenobia sub regimine *patris* seu *abbatis* colligerentur. Neque tamen *ascetae* in domibus propriis desiit, vt vel ex hoc liquet textu, et exc. 19. *X. h. t.* quamuis sollemnia quaedam in susceptione veli accesserint.
62) *Permanere*, C. B. L. et cit. c.

CAP. XV.

Maritus, factus monachus, a coniuge adulterata reuocari non potest.

IDEM INNOC. III. *Rudinen.* 63) g *episcopo.* (*ann.* 1200.)

Constitutus h in praesentia nostra Hug. [*Vitalis, lator praesentium,*] sua 64) nobis confessione monstrauit, quod, [*cum esset*] in acolytatus ordine constitutus, quandam puellam R. nomine in facie ecclesiae duxit vxorem. Quam cum 65) carnaliter cognouisset; orta discordia inter eum et amicos puellae, [*coram te habito diligenti tractatu,*] ipsa 66) fuit cuidam alii V. 67) nomine copulata: et tu memoratum H. vsque ad gradum sacerdotii ordinasti, [*et eidem ecclesiam concessisti.*] Cum autem eum sua conscientia remorderet; habitum ordinis Cistercien. assumpsit 68): [*tandem abbati suo omnia reuelauit, qui eum commonuit diligenter, vt super hoc saluti animae suae prouideret.*] Ideoque 69) [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus, si res ita se habet, praedictam mulierem 70), vt a dicto V. 71) recedat, cui per adulterium 72) est coniuncta, nec praedictum monachum inquietet i, quo minus regulare votum valeat adimplere, per cens. eccl. [*subl. app. obst.*] cogere non omittas.

63) Codices et edit. hic admodum variant, quos errores referre non libet. Iam olim *Ruteni* Iul. Caesari noti in Gallia Narbonensi, vt ostendit CELLARIVS in *Geograph. antiqu. tom. I. p.* 191. vnde *vrbs Rutena*, sequiori aeuo *Rodes* dicta. Inde forsan factum, vt episcopus *Rodinensis* vel *Rudinensis* tempore INNOCENTII III dictus fuerit, rectius *Rutenensis* dicendus. Recenset etiam *hoc cap.* MANRIQVE in *annal. Cisterc. tom. III. ad ann.* MCCX. *c.* 8. §. 10 *p.* 550. obseruatque, in *dioecesi Rutenensi* Cistercium quatuor monasteria habuisse, quorum vnius hic pontifex mentionem facit. Rutinensis episcopus HVGO anno MCLXXIX. refertur *tom* VI. HARDVINI *concil. P. II. in f. p.* 1019. qui hoc tempore adhuc viuisse videtur. RAINER. *in sua collect.* legit: *Nicimensi*.
64) *Humili*, c. 2. comp. cit. 3
65) *Cumque aliquamdiu cohabitassent insimul, et ipse eam* etc. ibid.
66) *Praedicta puella*, ibid.
67) C. L. habet: *W* sed in cit. c. est: *Vitali*.
68) *Et de consilio quorundam religiosorum habitum Cist. ord. assumpsisset: tandem* etc cit. c.
69) Partic. *ideoque*, abest a C. H.
70) *Praedictam R.* cit. c.
71) *A dicto viro*, C. B. 2.
72) In hoc ratio decidendi quaerenda, quod adulterium matrimonium soluat: vt licite vxor dimitti possit, c. 2. C. XXXII. q. 1. et sic adultera ius repetendi maritum ex monasterio amiserit, vt c. sq. indicat.

CAP. XVI.

Vxor non potest repetere maritum, de cuius licentia religionem intrauit, si post ingressum non continuit: licet ad consentiendum, seu ad dandam licentiam dolo fuit inducta.

IDEM *Pictauen. episcopo, et abbati de* k *Bonberden. Pictauien. dioecesis.* 73) (*ann.* 1203.)

Veniens ad l praesentiam nostram [*dil. f.*] L. 74) [*lator praesentium,*] nobis [*humiliter*] intimauit, quod, cum olim intrandi monasterium propositum concepisset, pluribus sacerdotibus, [*militibus et aliis viris*] praesentibus, apud vxorem suam [*precibus*] institit, vt super hoc suum impertiretur assensum: [*eisdem presbyteris primitus exoratis, ne praefatae mulieri exponeretur, quod et ipsam oporteret derelinquere seculum, si viro suo daret licentiam ad monasterium conuolandi. Cumque ipsum mulier, ne ab ea discederet, vice mutua precaretur: ipse asserens, quod, nisi ab ea super hoc posset obtinere licentiam, non solum se ei inutilem redderet, sed etiam toti mundo.*] Ipsa demum tam ipsius, quam multorum adstantium 75) precibus fletibusque deuicta, caput eius altari supposuit manu sua: qui, ea praesente, tonsuratus, ibidem monasterium adiit, et, finito probationis tempore, professionem fecit sollemniter monachalem. Illa vero, in seculo remanens, inhonestos amatores admisit: [*vnde idem L. metuens, ne suae continentiae illius incontinentia imputetur, an in monasterio debeat perseuerare, a nobis consilium postulauit.*] Quocirca mandamus, quatenus, si ita est, praedictum L. in monasterio, quod intrauit, [*absque inquietatione cuiusquam*] perseuerare libere permittatis. Licet enim in hoc videatur non modicum deliquisse, quod captiose 76) asseruit, quia, nisi sibi eadem m mulier consentiret, tam sibi, quam toti mundo se inutilem redderet; et cum presbyteros exorauit, ne praedictae mulieri

73) Ipsa inscriptio in comp. cit 3. c. 3. est haec: *Idem episcopo Pataniensi et abbati de Borum Bardenbergen Patauien. dioec.*
74) *W.* est in C. B 2 L. et cit. c. sed neutrum signum habetur in C. H.
75) *Constantium*, C. H.
76) *Caute*, cit. c.

a C. 2. tit. *de regularib* in 3. comp. *Vide Turrecrematam in c. Sunt qui dicunt* 27. q. 2. *et Ambaranum in c. sua nos. De iureiurando.* b Lundon. c Cap. 1. eod. tit in 3. comp. *compil. De materia vide, quae citant supr. eod. cap.* d *Vid. l. vlt. nouissim. C. de praescript. XXX ann.* *verum, et c. ex publico.* e Migraret. f *Quia per haeresim in vrbe C. qui matr. acc. possunt.* *non dissoluitur matrimonium, vid. concil. Trident. sess.* 24. *tit. de sacr. matrimon. cap.* 5.

g Tuden al. Tudimen. h *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil. Vid. Turrecr. in c. dixit Dominus, et can. coniugio,* 32. *q.* 1. i *In quibus antiquis* imprimit, *legitur: in recentioribus,* inquietet, *habetur.* k Baradien *aliter,* Batrobraband. l *C. [illegible] eod. tit. in* 3. *compil. Vide S. [illegible] 4. sentent. dist.* 27. *quaest.* 1. *art.* 4. *[illegible] form.* m *Al. ita:* quod *si* non sibi eadem mulier, *etc.*

exponerent, quod eandem relinquere seculum oporteret, si forte licentiam daret viro; ex quo tamen eadem ceput viti altari sponte supposuit 77), et postmodum, [*sicut asseritur*,] non continuit 78); super reuocatione ipsius non est 79) aliquatenus eudienda; cum ipsius intentio, [*si eundem forte repeteret*,] exceptione possit 80) commissæ fornicationis elidi: maxime cum, antequam fuerit fornicata, ipsum noo duxerit repetendum.

77) Qui animo transferendi proprietatem seu ius suum, aliquid altari imponit, a se omne ius abdicasse, et in ecclesiam transtulisse videtur exemplo *fecationis*, de qua in c. 2. *X. de consuet.* estum.
78) *Visus incontinuates*, ibid.
79) *Non esset*, ibid.
80) *Posset*, ibidem.

CAP. XVII.

Vxor maritum professum repetere potest, non obstante licentia profitendi, ab ea metu extorta.

IDEM. (*ann. eod.*)

Accedens a ad præsentiam nostram I. mulier [*lacrimabiliter*] proposuit [*coram nobis*,] quod, cum 81) V. 82) vir eius [*Elien. diæc.*] eam sibi matrimonio copulasset, [*et per viginti fere annorum spatium eidem cohabitans, prolem suscepisset ex ea*,] volens tandem idem 83) vir habitum assumere monachalem, postulabat humiliter ab eadem, vt tam pio proposito faueret ipsius: quæ propter multa verbera, et alia [*molestationum*] grauamina, quæ dictus vir inferebat eidem, se ipsam asserens dimissurum 84), annuit votis eius. Cumque idem vir in domo 85) de Veder. 86) b Cistercien. ordinis 87) religionis habitum assumpsisset 88): mulier [*ipsa*] in domo 89) monielium, nullo ibi habitu religionis assumpto, vel voto conuersionis emisso, permansit [*ibidem, cui pro labore manuum suarum eadem moniales vitæ necessaria ministrabant.*] Processu vero temporis, cum idem vir 90), ad seculum rediens, religionis habitum reliquisset: eadem mulier se instanter ab ipso c petiit 91) reassumi: [*ipse illam recipere penitus contradicens, præter verbera, quibus sæpe afficit eandem, sibi plurima conuitia et graues iniurias irrogauit.*] Quocirca discretioni vestræ [*per ap. s. præc.*] mandamus, quatenus, si res ita se habet, [*et dicta mulier illius ætatis existit, vt de lapsu carnis illius merito valeat dubitari*,] dictum virum, vt eam recipiat, eique affectum exhibeat coniugalem, [*per censuram ecclesiasticam*,] appellatione remota, cogatis.

81) *Part. cum*, non est in c. vn. comp. 4. h. t.
82) *W.* est ibidem.
83) *Pron. idem*, desideratur in C. H.
84) Verba *se ipsam asserens dimissurum*, desunt ibid.
85) *Ad domum*, cit. c.
86) *De Vand.* C. B. 1. *de Vanderils*, C. B. 2. *de Walde*, L. *de Vendere*, ed. ant. *de Vnden.* cit. c. sed incerta vbique lectio.
87) Vocem *ordinis*, in cit. c. sequuntur verba: *accedens, ibique.*
88) *Susceptisset*, C. H.
89) *Transferens se ad domum monialium*, cit. c.
90) Vocabulum *vir*, deest in C. H.
91) *Et eadem mulier se instanter ab eo peteret reassumi*, cit. c.

CAP. XVIII.

Vxor professi, quæ dedit viro licentiam profitendi, non compellitur ingredi religionem, si continens est, et non suspecta.

INNOCENTIVS d III. 92) *episcopo, decano et thesaurario Linconiensi.* 93) (Conf. c. vn. comp. 5. h. t.)

Significat e nobis A. 94) mulier, quod, cum ipsa F. 94*) [*militi*,] viro suo coram decano S. Quirici 95) f [*Pruuinensi*,] vices [*bonæ memoriæ P.*] archiepiscopi Senon. in hac parte fungente, licentiam concesserit religionem intrandi, continentiæ tamen voto eidem iniuncto, et recepta fide ab ipsa, quod perpetuo contineret, idem decanus post factam professionem a viro prædicto 96) in monasterio, in quo habitum assumpserat monachalem, asseruit, ipsam debere religionem intrare: quamquam id primo non expressisset eidem, et, hoc expresso, [*ipsa*] illi g licentiam non dedisset. [*Ac eam ad hoc per venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Senonensem fecit pluries commoneri: propter quod eadem de consensu dicti archiepiscopi nostrum super hoc consilium implorauit.*] Quocirca mandamus, quatenus, si ita est, et est talis, de qua suspicio haberi non possit, ipsam votum continentiæ obseruantem 97), intrare monasterium compelli non permittatis inuitam 98).

92) *Honorius III.* C. B. L. H. et c. vn. comp. 5. h. t. lectores legunt, vt post annum MCCXVI quo HONORIVS III. electus, referri debeat.
93) *Lingonensi*, C. B. 1. et L. *Lingonensi*, cit. c. sed a C. B. 2. hoc vocabulum plane abest.
94) In C. H. legitur: *B.*
94*) *G.* est ibid.
95) Rectius *Quirini Pruuinensis*, legunt C. B. 2. L. edit. ant. et c. vn. comp. 5. h. t.
96) *A milite ante dicto*, cit. c.
97) In edibus priuatis, quia continentiæ voto non etiam reliquis adstricta erat, de qua domestica *monacha* quodam c. 14. *X. h. t.* notaui. Ceterum edit. ant. loco verborum: *ipsam votum continentiæ obseruantem*, habet: *continentia cum voto.* C. H. vero: *ipsa voto continentiæ obseruante*, extra monasterium scilicet.
98) Vox *inuitam*, desideratur in cit. c.

CAP. XIX.

Adultera, quam maritus reconciliare non vult, ad agendam pœnitentiam in aliquo claustro collocatur.

GREGORIVS IX. 99). (*ann.* 1235.)

Gaudemus h in Domino: [*et infra.*] Mulieres vero, quæ, relicto maritali toro, lapsu carnis ceciderunt, si mariti earum, a te diligenter commoniti, eas, ad frugem melioris vitæ conuersas, noluerint recipere propter Deum, in claustris cum religiosis mulieribus studeas collocare, vt perpetuam pœnitentiam ibi egant.

99) Ita etiam codices MSCt. et editiones omnes legunt: non INNOCENTIVS III. cui hanc decretalem adscribere malait, GONZ. quod in c. f. *X. qui fil. sint legit.* et c. 8. *X. de diuort.* EIVSDEM decretales sub iisdem verbis initialibus occurrant, quorum pars esse videatur. Verum hæc formula ecclesiastico adeo vulgaris et decantata est, vt ea etiam GREGORIVS IX. in capite huius decretalis vti potuerit: præsertim cum huius decisio desumta fuerit ex nou. 134. c. 10. quales decisiones iuris ciuilis præ ceteris sequitare solet GREGORIVS IX. in suis decretalibus, quæ fere vnice RAYMVNDO collectori in deliciis fuerunt.

CAP. XX.

Si coniuges se ad inuicem absoluerunt, continentiam promittendo, et vterque vel alter eorum religionem profitetur: alter alterum repetere non potest.

IDEM I. *Moniali, monasterii de Planda* 100) i (*ann.* 1235.)

Dudum a C. laico k mota contra te, quam vxorem suam dicebat materia quæstionis, R. sanctæ M. 1) in Cosmed. 2) diacon. cardin. dedimus auditorem. Coram quo dictus C. conquerendo proponens 3), quod indebite recusabes eidem, cuius vxor eras per consensum de præsenti, et carnis l copulam subsequutam, matrimonialiter adhærere, te sibi restitui postulauit. Ad quod fuit responsum, quod ipse pro animæ suæ remedio pura et spontanea voluntate, præsentibus duobus religiosis sacerdotibus, et adhibitis quinque testibus fide dignis 4), omni iuri, quod in te habuerat 5), renunciauit omnino, resignando illud in manibus alterius ex sacerdotibus supradictis, qui in personam 6) ecclesiæ resignationem huiusmodi recipere procurauit, et quod idem C. se castitatem seruaturum promisit, pauperumque hospitalis de Ponte obsequio se deuouit, promittens voto sollemni omnia et singula supra dicta, et tribuens tibi licentiam ad monasterium transeundi, te versa vice similiter promittente, ac tribuente illi licentiam, et ius quodlibet resignante: sicut hæc omnia dicebantur 7) per publicum instrumentum esse probata, manu B. 8) notarii Aretinensis 9) m confectum. Verum prænominatus C. proposuit, quod, casu amisso instrumento n præfato, illud in prima persona, quod prius erat in tertia, insertis pluribus in vno aliter, quam in alio, fuit ab ipso formatum 10). Et cum tibi iratus fuisset, sicut verba et verbera indicabant, nondum calore iracundiæ quiescente; quidam ipsum deceptorie allexerunt, proponentes eidem, quod in hospitali prædicto cibis ad libitum posset vti, ac proprium retinere, præfato B. sibi nihilominus promittente, quod non solum ardorem, sed etiam appetitum libidinis exstingueret in eodem: propter quod quicquid in hac parte fecisse dignoscitur, iratus, seductus pariter et illectus 11), et sub spe promissionis, ac sub ea conditione vel modo, si

100) *Planta*, C. B. 1. *Plota*, C. B. 2. *Plonta*, L. *Plonda*, H. Rectius *de Plode*, GONZ. h.
1) *Sanctæ Mariæ*, C. B. L. et ed. Gonz.
2) Propius ad veram lectionem accedit C. B. 2. L. et edit. gl. *in Cosmidin.* vel potius *in Cosmedin.* quem titulum cardinalitium inter alios refert CONELLIVS *in notit. Cardinal. p.* 11.
3) *Monstrauit proponens*, C. B. 1.
4) More Romano, quo diuortium coram septem testibus, ciuibus Romanis, faciendum erat, *l.* 9. *D. de diuort.* quod hic per mutuam renuntiationem fuerit, quod alter coniugum in alterum habuit, factum erat. Vnde liquet, *diuortium priuatum seu extraiudiciale*, religionis intrandæ caussa, et sic *bona gratia* adhuc permitti de iure canonico.
5) *Habuit*, C. H.
6) *In persona*, C. H. et ed. ant.
7) *Videbantur*, C. B. 2.
8) C. B. 2. habet: *R.* et H. legit: *G.*
9) *Aretini*, C. B. 2. et L.
10) Amisso instrumento, non prohibebatur notarius ex protocollo aliud conficere; licet non iisdem verbis esset formatum: cum sufficeret, quod in substantialibus cum amisso conueniret.
11) *Allectus*, C. H.

a *Cap. vn eodem titul. in 4. compil.* b Vender. alii. Vaden. alii Vende. c Eo d Honorius tertius. e *Vid. Ludouic. Rom. sing.* 674. *vt in meo C. incipit: nos sumus in* [illegible] f Quiriaci. g illi, *scilicet viro.*

h *Vid. Ludouic. Rom. sing.* 674. *vt in nostro codice incipit: nos sumus in materia. vid. infr. de adulteriis.* i Plonea al. Plonta. k *Vide Turrecrematam, sæpe citatum, et Scotum 4. sentent. dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 4. *et dist.* 32. *quæst.* 1. *art.* 3. *vide Sylvestrum in summa, verbo, votum* 5. l Carnalem. m Aretini. n *Vide Henricum Bosch. in Gaid. pop. decis.* 244. *incipit, quisquam in caussa.*

possit

possct continentiam obseruare, asseruit *a se factum 12)*. Sed ad ista respondebatur econtra, quod, an tabellio in tertia persona instrumentum conficiat, vel 13) in prima, dummodo non mutetur substantia veritatis, nihil interesse videtur. Insuper, quamuis aliquando spes memorato C. data fuisset, per quam 14) ad hoc se proposuit 15) *b* inductum: eo tamen tempore, quo talia facta fuerunt, pure, simpliciter, ac voluntarie pro amore Dei, et remedio animæ suæ, solummodo 16) ad votum et ad alia supra dicta noscitur processisse *c*. Propter quod a consortio secularium hominum debet discedere, vitamque mutare: cum se illius ætatis esse proponat, vt sine suspicione incontinentiæ non valeat in seculo remanere. Nos itaque, habito fratrum nostrorum consilio, te ab impetitione dicti C. sententialiter duximus absoluendam, perpetuum illi super hoc silentium imponentes.

12) *Esse factum*, C. R. *t. esse factum a se*, ed. ant.
13) *An*, C. H.
14) *Postquam*, ibid.
15) *Proposuit*, C. R. et L.
16) *Id tantummodo*, ed. ant.

CAP. XXI.

Breue est, sed per alia verba potest summari: *post sententiam diuortii quoad torum, latam ob fornicationem spiritualem mariti, potest vxor libere religionem intrare.*

IDEM. (*ann. eod.*)

Mulier, quæ in fide remansit, potest, nolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio ecclesiæ separata, ad religionem libere conuolare.

TITVLVS XXXIII. DE CONVERSIONE INFIDELIVM. *d*

CAP. I.

Non potest quis illam habere in vxorem, cuius maritum occidit machinatione ipsius mulieris: secus, si sine machinatione. Et est pulcher, et quotidianus casus.

COELESTINVS III. (*ann. 1195.*)

Laudabilem *e*: [*et infra.*] [*Ceterum, quod*] interrogasti de Sarracenis, qui, dum in captiuitate essent, quarundam Christianarum viros earum insidiis et machinationibus occiderunt, vtrum, quia postea per ipsas ad fidem Christianam conuersi sunt, eas de iure possint accipere *f* in vxores: vel, si duxerint, coniugium teneat eorundem 17). Hic Triburiensis *g* concilii regula 18) contenti sumus, asserentis, quod, si in mortem ipsorum [*virorum*] malitiose fuerint machinatæ, licet earum studio ad [*ecclesiasticam*] fidem accesserint, nec tamen eis adhærere debent, nec sunt, si adhæserint etiam, tolerandi. [*Non enim hic dispensatio sine periculo posset admitti:*] cum tale 19) damnum tali lucro ecclesia compensare non velit. Ad hoc 20) Sarraceni quidam, [*qui*] in bello sunt Christianos interfecisse notati, et Christiani similiter Sarracenos, postea vero Sarraceni, ad [*catholicam*] fidem [*a gentilitatis errore*] conuersi, vxores eorum, quos in belli certamine occiderunt 21), sibi matrimonialiter copularunt; et id ipsum Christiani de Sarracenis mulieribus, conuersis ad fidem, fecisse noscuntur: quæ [*tamen*,] postquam de priorum virorum morte compererint 22) *h* veritatem, diuortium instanter 23) *i* exposcunt. In his igitur 24) respondemus, quod, cum tales non procurauerint virorum interitum defunctorum, matrimonium inter huiusmodi personas 25) licite potest contrahi, et taliter copulati, [*cuiuscumque sexus existant*,] diuortium [*post mortem coniugum*] nequeunt postulare. [*Idem siquidem iuris erit in sequenti casu, quem proponere studuisti, cum scilicet, Christiano viro, propter odium vxoris Christum negante, et sibi copulante paganam, et ex ea filios procreante, Christiana in opprobrium Iesu Christi relicta est, tamen assensu archidiaconi sui ad secundas nuptias conuolauit, et filios suscepit ex ipso. Non enim videtur nobis, quod, si prior maritus redeat ad vnitatem ecclesiasticam, eadem a secunda debeat recedere, et resignari priori: maxime cum ab eo visa fuerit ecclesiæ iudicio discessisse, et, teste Gregorio, contumelia creatoris soluat ius matrimonii circa eum, qui relinquitur odio fidei Christianæ. Quod autem mulier possit, primo viro, qui ad fidem reuersus est, nolente ad vitam*

17) Pronom. *eorundem*, desideratur in c. 2. comp. 2. h. t.
18) Tradita et relata a GRATIANO in *c. 5. C. XXXI. q. 1.* vt liqueat, pontifices quidem ipsos fontes, vnde tales regulæ ab illo desumtæ fuerunt, laudasse, sed non aliunde, quam ea GRATIANI decreto, adeo, vt, ipso errante in allegandis fontibus, hi quoque errauerint. Neque enim hæc regula *ex concilio Triburiensi*, vnde eam laudauit GRATIANVS, sed *Meldensi*, desumta est, vt obseruaui ad cit. c. 5.
19) *Tantum*, cit. c.
20) *Ad hæc*, C. R. L. et cit. c.
21) *Quos certamina bellica neci tradiderant*, cit. c.
22) *Compertum*, C. R. 2. H. et L. *compererunt*, cit. c.
23) *Constanter*, ed. ant. Cont. et Pith.
24) *Vos igitur*, deest in C. H. sed in cit. c. est: *quoque*.
25) *Quod, cum nec Sarracenus, nec Christianus mortem alterutrorum procurasse noscuntur, matrimonium huiusmodi inter prædictas personas* etc. cit. c.

a *Al. ita:* asseruit esse factum. b Proponit. c *Vide leg. cum plures §. locator. ff. locati.* d *Vide Scotum l. 4. sent. dist. 39. quæst. 1. art. 2.* e *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* f Ducere. g *Vid. concil. Triburien. cap. 40. et cap. 51. sed ibi non sunt hæc eadem verba.* h Comperiunt. i Constanter.

monasticum remeare, vel vtrum ille reuersus ad eam, quam ritu gentili sibi coniunxit, et quæ propter eum ad fidem nostram cum liberis suis est conuersa, mortua prima, possit habere vxorem, et an filii, ante conuersionem geniti, obtenta nuptiarum, quæ post conuersionem ritu ecclesiastico celebratæ fuerunt, et similiter, si filii illius, quæ cum licentia archidiaconi sui, marito priore viuente, sed facta infideli nupsit viro catholico, legitimi sint habendi; tam regula, quam doctrina apostoli, qua dicitur, si infidelis discedit, discedat; non enim frater aut soror subiectus est in huiusmodi seruituti; quam illud decretum memoratum Gregorii: non est peccatum dimisso propter Deum, si alii se copulauerit; infidelis enim discedens et in Deum peccat, et in matrimonium; et nihilominus, quod prædecessor n. ben. mem. Alexander III. ita dixerit: tanta est vis matrimonii, vt, qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur, nos in huiusmodi dubitare non sinit, quia in his et liber aditus pateat ad religionem migrare volenti, et ille, qui ad fidem reuertitur, eam, quæ conuersa est ad fidem, defuncta prima, sibi licite possit copulare, filii etiam in supra dicto vtroque casu legitimi censeantur.]

CAP. II.

Si alter infidelium coniugum venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore: communis proles assignatur conuerso.

GREGORIVS IX. *Argentin. episcopo.* (*ann. 1236.*)

Ex litteris *k* tuis accepimus, quod quidam de Iudaicæ cæcitatis *l* errore, ad Christum, verum lumen, adductus, vxore sua in Iudaismo relicta, in iudicio postulauit instanter, vt eorum filius quadriennis assignaretur eidem, ad fidem catholicam, quam ipse susceperat, perducendus *m*. Ad quod illa *n* respondit, quod, cum puer adhuc infans existat, propter quod magis materno indiget 26) solatio, quam paterno, sibique ante partum onerosus, dolorosus in partu, post partum 27) *o* laboriosus fuisse noscatur, ac *p* ex hoc legitima coniunctio maris et feminæ magis matrimonium, quam patrimonium nuncupetur, dictus puer apud eam debet conuenientius remanere: [*et infra.*] Cum autem filius in patris potestate consistat, cuius sequitur familiam, et non matris, et in ætate tali quis non debeat 28) *q* apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio, quod saluti, vel vitæ insidientur *r* illius, et pueri post triennium, apud patrem non suspectum ali debeant et morari 29), materque pueri, si eum remanere contingeret apud eam *s*, posset illum adducere ad infidelitatis errorem: in fauorem maxime fidei 30) Christianæ respondemus, patri eundem puerum assignandum.

26) *Indigeret*, C. H.
27) *A. post partum*, C. R. et L.
28) *Debet*, ed. ant. Cont. gloss. et Pith.
29) *Commorari*, C. H.
30) *Fauor fidei*, ad quem pontifex hic prouocat, infinita alia iura irregularia produxit, collecta, sed sine iudicio, a IO. A ROXAS, in *singular. de fauore fidei.*

TITVLVS XXXIV. DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE.

CAP. I.

Vota possunt eleemosynis redimi, vel in aliud commutari, interueniente superioris auctoritate, et iusta caussa redimendi, vel mutandi.

ALEXANDER III. *Exonien.* 31) *episcopo.* (*ann. 1180.*)

De *t* peregrinationis votis, an eleemosynis redimi possint 32), vel pro necessitate in aliud commutari 33), [*tibi*] respondemus, quod ab eius, qui præsidet, pendet 34) arbitrio, vt consideret diligentius 35) [*et attendat*] qualitatem personæ, et caussam commutationis, scilicet an [*id*] ex infirmitate, seu affluentia diuitiarum [*contingat*,] an *v* alia 36) caussa probabili peregrinatio, an 37) *u* recompensatio 38) melior fuerit, et Deo magis accepta: et secundum hoc debet exinde dispensare.

31) *Oxonien.* ed. ant. sed falso.
32) *Possent*, ibid.
33) *Vel aliud pro necessitate impleri*, c. 1. comp. 1. h. t.
34) *Dependet*, ibid.
35) *Attentius*, C. R. 1. *diligenter*, C. R. 2.
36) *Aut alia*, C. R. L. et ed. ant. *aut etiam alia*, H. *Vtrum peregrinatio*, cit. c.
37) *Aut*, C. R. et L.
38) *Compensatio*, C. R. 1.

CAP. II.

Commutat papa votum vltramarinum, in his maxime, qui in puerili ætate vouerunt.

IDEM *Norwicen. episcopo.* (*ann. 1180.*)

Venientis *y* ad nos R. [*clerici*] narratione accepimus 39), quod, [*cum*] in puerili ætate 40) constitutus [*fuisset*,] Hierosolymam disposuit

39) *Audiuimus*, c. 2. comp. cit. 1.
40) *In puerilitate*, ibid.

k *Vid. B. Th. 4. sent. dist. 39. q. 1. art. 4. ad 4. argum.* l Prauitatis. m Producendus. n *Al.* ad quod. *al. etc.* o Ac post partum, etc. p Ac per hoc. q Debeat apud illas, *etc.* r Insidientur. s Ipsam. t *Cap. 1. eod. titulo in 1. comp. et post concil. Lat. sub Alex. III. p. 35. c. 3.* v Aut. u Aut. y *Al.* peruenientis. *vid. c. 2. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 52. c. 15.*

proficisci 41): cuidam quoque, qui [*nihilominus*] sepulcrum Dominicum proposuerat visitare, fidem dedit, et suam recepit ab eo, quod sibi inuicem in via socii fideles existerent, [*et bonam societatem seruarent. Qui vtique sollicita mente reuoluens, ad nos accessit, vt sibi nostrum super hoc consilium aperiremus.*] Nos autem [*ipsum graui infirmitate laborare, sicut asserit, intelligentes, et quod in partibus orientis eius aduentus paruam vtilitatis conferret, diligentius attendentes, præsertim cum non sit licitum, clericum, infra sacros ordines constitutum, arma sumere, vel sanguinis effusioni vacare,*] ipsum a voto, quod in ætate tenera, facilitate potius, quam ex arbitrio discretionis promisit, absoluimus, [*et ad propria remittimus absolutum,*] ita tamen, quod idem votum eleemosynis redimat 42), et iuxta consilium nostrum *a*, toto vitæ suæ tempore vni pauperum Christi, [*tam in victu, quam in vestitu,*] dummodo ad hoc suæ facultates sufficiant, debeat prouidere.

41) *Se profecturum*, ibid.
42) *Redimere debeat*, ibid.

CAP. III.

Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bonum conceptum exsequendum.

IDEM *magistro A. de Mandefore.* 43) (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Litteraturam *b* tuam [*et prudentiam tuam iam dudum referente fama, cognouimus, vt saluti tuæ tanto attentius consulere volumus et debemus, quanto personam tuam consideratione tuæ honestæ conuersationis et vitæ, feruentioris caritatis brachiis amplectimur. Relatum est autem auribus nostris ex parte tua, quod,*] cum ex quadam minutione brachii tui nimoi fuisses mortis pauore perterritus 44), hæc verba protulisti: non diu hic morabor: proponens in animo 45) quod religionis habitum esses aliquando suscepturus. [*Sed propter frequentes infirmitates, quæ plurimum in superficie corporis vitæ religiosæ districtionem impediunt, et quia transeuntibus hospitalitatem exhibes, et plura salutaria impendis, quod concepisti olim in animo, opere nondum implesisti: ac per hoc dubitas, ne pro fracta fide voti in districto debeas examine conueniri. Licet autem prudentiam tuam latere non credamus, quid canones in huiusmodi statuant:*] tibi tamen [*consulenti*] respondemus [*breuiter, quod sentimus, præsentium significatione mandantes,*] quod, si plus non est in voto processum 46), [*quam prædiximus,*] transgressor iudicari non poteris, [et] si non impleas, quod dixisti. [*Monemus autem prudentiam tuam attentius et hortamur, quatenus id facias, quod tuæ saluti amplius cognoueris prouenire, et conditionis tuæ memor existens memoriter teneas, quod Loth, dum montis timeret adscensum, Segor ciuitatem paruulam petiit et accepit.*]

43) *Monte forti*, C. R. 1. *Naude forte*, L. *de Mandeforte*. ed. ant. Cont. et gloss. *magistro M. de Vad. Fordru.* c. 1. comp. 2. h. t.
44) *Cum ex quadam minutione brachii tui minuisses pauore mortis perterritus* etc. cit. c.
45) *Animo tuo*, C. H.
46) *Progressum*, cit. c. Etiam, qui in anno probationis sunt constituti, generale propositum vouendi habent, sed votum nondum ediderunt, vires suas tamen experiuntur, vtrum illud edere possint.

CAP. IV.

Omne votum mutabile est in votum religionis.

IDEM. [*vniuersis abbatibus Cisterc. ord. per Angliam constitutis.*]

Scripturæ *c* [*sacræ testimonio declaratur, quod spiritualis homo propositum non mutat, cum pro salute animæ suæ vtilius aliquid meditatur. Inde est, quod, vestris iustis postulationibus inclinati, vobis indulsimus, quatenus, si quis sepulcrum Dominicum vel alia sanctorum limina proposuerit visitare, et, infirmitate vel alia rationabili caussa occurrente, apud vos habitum religionis assumere, atque Deo seruire voluerit, libere eos recipere valeatis.*] Reus fracti voti aliquatenus non habetur 47), qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantiam commutare.

47) *Nec rei voti fracti habeantur aliquatenus, qui - - noscuntur* etc. c. 2. comp. cit 2.

CAP. V.

Exsequutio voti vltramarini, auctoritate papæ potest ex caussa differri.

INNOCENTIVS III. *Strigonen.* 47*) *archiepiscopo.* (*ann.* 1198.)

Non est *d* voti dicendus 48) transgressor, qui, quod vouit, [*de*] auctoritate sedis apostol. distulit adimplere. Sane, significauit nobis [*carissimus in Christo filius noster H. illustris*] rex Hungariæ, quod, cum in regni perturbatione 49) *e* consilium et auxilium tuum sibi senserit hactenus profuisse, vtilitati eius non modicum derogaret, si Hierosolymam, sicut ex voto teneris, regno pergeres impacato. [*Cum igitur immineat nobis de honore ipsius regis et statu regni Hungariæ sollicite cogitare: fratern. t. per a. s.*] mandamus, quatenus non prius iter arripias Hierosolymam adeundi, quam regnum ipsum fuerit tranquillitati pristinæ, [*faciente Domino,*] restitutum, vel super hoc receperis ab apost. sede mandatum.

47*) Vel potius *Strigoniensi archiep.* vt est apud INNOCENTIVM III. *libr.* 1. *ep.* 5. Historia perturbationis, in regno Hungariæ, traditur in c. sq.
48) *Dicendus*, C. H.
49) *Turbatione*, C. R. L. et c. 1. comp. 3. h. t.

CAP. VI.

Ecclesia compellit heredem laicum per excommunicationem, et bonorum subtractionem, ad exsequutionem voti vltramarini, ad quod se obligauit pro defuncto.

IDEM *Andreæ Duci.* (*ann.* 1198.)

Licet *f* vniuersis liberum sit arbitrium in vouendo, [*nec necessitas in votis locum habeat, sed voluntas:*] vsque adeo tamen solutio necessaria est post votum, vt sine proprio 50) *g* salutis dispendio alicui non liceat resilire [*ab his, quæ sponte, ac sollemniter repromisit.*] Accepimus siquidem, quod, cum [*inclytæ recordationis B. quondam*] rex Hungariæ, pater tuus, agens 51) in extremis, votum, quod vouerat Domino, Hierosolymitanam prouinciam in 52) forti manu, [*et brachio extenso,*] humili [*tamen*] corde [*et humiliato spiritu*] visitare, sub interminatione maledictionis paternæ, commiserit 53) *h* tuæ fidei exsequendum, et tu, [*intellecta pia voluntate parentis,*] assumpto 54) crucis signaculo, te id impleturum 55) sine dilatione 56) qualibet promisisti 57). [*Verum, eodem patre tuo sublato de medio, cum Hierosolymitanum iter te arripere simulasses, assumptæ peregrinationis oblitus, quam contra inimicos crucis dirigere debueras, in fratrem tuum et regnum Hungariæ conuertisti aciem bellatorum, et multa contra serenitatem regiam, malignorum vsus consilio, commisisti. Nos autem, quos diebus istis ad pontificatus officium, licet immeritos, Dominus euocauerit, tam paci regni Hungariæ, quam tuæ volentes saluti consulere, nobilitatem tuam monemus, et exhortamur in Domino, ac per ap. tibi s.*] mandamus, quatenus, postpositis ceteris sollicitudinibus, vsque ad festum exaltationis 58) sanctæ Crucis, [*proximo venturum,*] debitum acceptæ crucis exsoluens, propositum iter arripias, et humiliter prosequaris, ne, si onus, tibi a patre iniunctum, et a te sponte susceptum, occasione qualibet detrectaueris 58*), paterna te reddas successione indignum, et hereditatis emolumento priueris, cuius recusaueris onera supportare: sciturus, extunc anathematis te vinculo subiacere, et iure, quod tibi, si dictus rex sine prole decederet, in regno Hungariæ competebat ordine geniture *i*, priuandum 59), et regnum ipsum ad minorem fratrem tuum, app. postposita, deuoluendum.

50) *Propria*, C. R. L. et c. 2. comp. cit. 3.
51) *Ageret*, cit. c. in quo post voces *in extremis*, leguntur sequentia: *et de sua penitus conualescentia desperaret.*
52) Præp. *in*, deest in C. H.
53) *Commisit*, C. R. L. H. et cit. c.
54) *Accepto*, C. R. 1.
55) *Te adimpleturum*, cit. c.
56) *Diminutione*, C. H.
57) verba, post hæc interiecta, ostendunt, ducem ANDREAM sub simulata peregrinatione in terram sanctam fortissimam manum collegisse, sed arma in fratrem conuertisse, vnde illa *perturbatio regni*, cuius *in c. præced.* fit mentio, orta: simulque docent, hanc decretalem, quæ refertur *libr. 1. epist. 10. edit. Baluz.* cum præcedente paulo post adeptam sedem apostolicam scriptam esse, nec cum Pithœis vtramque ad annum MCCXII. referri posse.
58) Vox *exaltationis*, a C. R. 1. abest.
58*) *Detractaueris*, ed. ant. *detractaris*, cit. c.
59) Notari hic meretur monitum ALTESERRAE *in comm. ad INNOCENTII III. decretales in h. c. licet*, inquientis, *alias summi pontifices sui iuris esse obtendunt, reges et principes excommunicare et deponere ob delictum; e ad apostolicam: de re iudic. in 6. quod nostri* (Galli) *detestantur, tanquam penitus alienum a potestate pontificia, quæ, cum sit spiritualis, non potest extendi ad temporalia.* Corroborata est hæc Galliæ sententia a clero Gallicano, seu archiepiscopis et episcopis sub auctoritate LVDOVICI XIV. Parisiis congregatis, in *quatuor propositionibus* d. 23. Mart. MDCLXXXII. publicatis, quarum defensionem iussu regis contra oblatrantes suscepit Meldensis episcopus *IACOBVS BENIGNVS BOSSVET in defensione celeberrimæ declarationis, quam de potestate ecclesiastica sanxit clerus Gallicanus d. XIX. Mart. MDCLXXXII.*

CAP. VII.

Commutat papa votum vltramarinum in vigilias, orationes et ieiunia, tunc maxime, cum cessat caussa, quæ induxit ad vouendum: ita etiam, quod expensæ fiendæ in eundo, morando, et redeundo, integraliter mittantur in terræ sanctæ subsidium.

IDEM *Trecensi episcopo.* (*ann.* 1198.)

Magnæ *k* deuotionis [*et infra.*] Cum [*enim*] Trecen. ecclesia, [*sicut ex tua relatione didicimus,*] contra libertatem ecclesiasticam [*indebitis*] grauaretur [*angustiis et pressuris,*] nec per alium, quam per [*H. quondam*] Campaniæ comitem, [*tunc*] in vltramarinis partibus constitutum, eidem ecclesiæ 60) crederes 61) posse de facili subueniri, [*consi-*

60) *Afflictionibus eiusdem ecclesiæ*, c. 3. comp. cit. 3.
61) Verbum *crederes*, deest in C. H.

---

a *Al. vetitum, quam lectionem olim impugnauit Hostiensis.* b C. 1. eod. tit. in 2. comp. *Vid. Nauarr. in manuali confessariorum c.* 12. *num.* 26. *et* 52. *in latino super impresso.* c C. 2. eod. tit. in 2. comp. d C. 1. eod. tit. in 3. comp. *Vide B. Thomam,* 2. 2. q. 88. *art.* 12. e Turbatione.

f C. 2. eod. tit. in 3. comp. g Propriæ. h Commisit. i *Vid. Bald. in l. ex hoc iure ff. de iust. et iur. vbi docet, an ordine geniturae, vel electione succedi debeat in regno.* k C. 3. eod. tit. in 3. compil.

sus

sus de liberalitate ipsius, quem, si ad eum accederes, tibi super necessitatibus ecclesiæ tuæ credebas humiliter prouisurum, præter consilium carorum tuorum] ad ipsum proposuisti accedere: ac in signum peregrinationis et deuotionis 62) terræ orientalis crucem Dominicam assumpsisti. [*et infra.*] Quamuis autem, audita morte ipsius [*comitis, immensam tristitiam concepisses, et præcipuam*] intentionem tuam conspiceres 63) iam [*esse*] frustratam: noluisti tamen sine consilio apost. sed. [*quæ, disponente Domino, cunctorum fidelium mater est et magistra,*] ad propria remeare. Sed ingressus 64) [*postmodum*] vrbem a, [*et in nostra præsentia constitutus,*] intentionis tuæ propositum, ac statum Trecen. ecclesiæ, nobis humiliter exposuisti 65), [*nostrum et fratrum nostrorum consilium cum deuotione requirens. Ven. etiam f. n. Senonen. archiep. tuus metropolitanus statum Trecen. ecclesiæ, ac dispendium, quod ex absentia tua incurrere poterat, semel et iterum per suas nobis litteras intimauit: propter quod disposuimus deliberare cum fratribus nostris, an cum eadem Trecen. ecclesia misericordiam faceremus, te ad agendam ipsius sollicitudinem remittentes, an, sicut ex voto tenebaris, te iter arreptum perficere pateremur, et vtrum horum tam saluti tuæ, quam terræ orientali, potius expediret.*] Et quidem 66) tria præcipue duximus b in hoc negotio attendenda, [*quid liceat, quid deceat, quid expediat:*] quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, et quid expediat secundum vtilitatem. Sane, non videbatur contra votum [*et tam laudabile propositum*] licitum, vt venires; cum vox clamet prophetica c: *vouete et reddite Domino Deo vestro*: vt primum ad consilium, secundum [*vero*] ad imperium referatur, [*et in euangelio: reddite quæ sunt Dei, Deo. Votum enim istud non est dubium esse Dei, cui te obligaueras in vouendo.*] Sed nec decens 67) [*quomodolibet*] videbatur; cum sit scriptum in euangelio d: *nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens 68) retro, aptus est regno Dei*; et [*in Genesi vxor Loth, quæ retro respexit, in salis statuam legatur fuisse conuersa: et in Actibus apostolorum Anania et Saphira, qui abierunt retrorsum, sancto Spiritui mentientes, a conspectu apostolorum principis mortui scribuntur successiue delati.*] Præterea non videbatur [*aliquatenus*] expedire; cum ex absolutione 69) tua, [*si fieret,*] posset scandalum laicorum 70) mentibus generari, dicentium: vbi est Deus clericorum 71): et hoc exemplo credentium 72), se ad voti obseruantiam non teneri: [*quod viderent per ecclesiarum rectores ap. sedis, auctoritate deponi, per quod graue dispendium terræ orientali contingeret prouenire.*] Quod enim agitur a prælatis, facile trahitur a subditis in exemplum: iuxta quod Dominus inquit ad Moysen in Leuitico f: *si sacerdos, qui est vnctus 73), peccauerit: faciet delinquere 74) populum.* Verum ætatis vitæ 75) senescentis defectus atque canities, quæ vix labores et dolores suos tolerare possunt, in contrarium allegabant 76), et ecclesiæ Trecen. suspiria, cui vinculo pastoralis sollicitudinis es ligatus, sine cuius 77) assensu votum peregrinationis emittere forsitan non debueras, [*et dicti metropolitani tui, qui nos, vt Trecensis ecclesiæ misereremur, sollicite inuitabat, instantia nos in partem contrariam non modicum inducebant.*] Ipsum etiam votum, quod ex sui forma sanctum et honestum erat, ex persona vouentis minus licitum videbatur: [*quod, licet pennas habeat, quibus satagat auolare, ita tamen adstrictæ sunt nexibus præsidentis, vt liberum non habeant absque ipsius permissione volatum.*] Cum enim iuxta canonica 78) g instituta 79) clericus absque sui episcopi licentia peregrinari non debeat, et episcopus non minus, imo potius sedi apost. sit adstrictus; videri merito 80) poterat, quod absque generali, vel speciali licentia votum peregrinationis, quo te tamdiu 81) absentares, emittere non deberes. [*Minus etiam votum ipsum terræ orientali videbatur expediens, quæ plus pugnatorum subsidium, quam clericorum, quos et officium et dissuetudo reddit imbelles, ministerium instantis articuli necessitate requirit. Quamuis enim orationibus tuis et aliorum terra illa vehementer indigeat; quia tamen iam impletum est verbum Dei dicentis: venit hora, et nunc est, quando nec in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. et infra. Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare: videri poterat, quod non minus in ecclesia tua, quam in orientali terra proficeres piis orationibus apud Deum, in his, quæ pro liberatione ipsius iuste ac humiliter postulares. Et vtinam cum Moyse montem posses ascendere, vt, te manibus extensis orante, Iosue pugnans Amalechitas in ore gladii superaret. Credebatur etiam, quod terræ orientali magis accederet, si, quod in tuis, et tuorum clericorum procurationibus fueras expensurus, secundum alicuius religiosi arbitrium transferretur in subsidium bellatorum.*] Cum igitur in lege veteri h, in qua 82) non minus præceptum Domini obligabat, quam votum hodie obliget in ecclesia, primogenita, quæ Domino mandabantur 83) offerri, quædam Domino redderentur, vt primogenita Leuitarum; quædam redimerentur, vt 84) aliarum tribuum; quædam commutarentur in aliud, sicut primogenitum 85) asini, qui pro 86) oue commutabatur: ex hoc attendentes, quod votum [*etiam*] commutari possit in opus aliud pietatis, [*præsertim cum bon. mem. Alexander papa præd. n. votum peregrinationis etiam redimi posse, vel in aliud commutari responderit requisitus,*] non curantes, quod 87) os loquentium iniqua loquatur, dum tamen 88) non recedamus a tramite veritatis, [*cum secundum apostolum, gloria nostra sit testimonium conscientiæ nostræ, et scandalum non curantes, præsertim, quia non in tenebris, sed in luce procedimus,*] de illius auctoritate securi, qui, cum audisset a discipulis: [*nonne*] *scis* 89), k, *quia Pharisæi, audito hoc verbo, scandalizati sunt?* respondit: *sinite illos, cæci sunt, et duces cæcorum*: [*et iuxta apostolum: si hominibus placerem, Christi seruus non essem:*] tibi pro te et famulis tuis [*de communi fr. n. tam archiepiscoporum, quam episcoporum et aliorum prudentium consilio, quos per Dei misericordiam multos nobiscum habuimus præsentes,*] licentiam 90) concedimus, votum peregrinationis taliter commutare, vt [*omnes*] expensas, quas fueras in eundo, morando, et redeundo facturus, alicui religioso 91) committas, in necessarios vsus terræ illius sine diminutione qualibet transferendas. [*Sic enim et orientali prouinciæ, quæ plus tuis, quam te in articulo necessitatis instantis indiget, tuo subuentione proficies, et Trecensi ecclesiæ tua præsentia et regimine vtilius prouidebis, ac per hoc animæ tuæ salubrius consuletur.*] Laborem etiam laboribus recompenses, sollicitius instando vigiliis, deuotius vacans orationibus, et in ieiuniis fortius te exercens, [*ac super grege tuo vigilans sollicitudine pastorali.*] Ad hanc autem indulgentiam, tibi [*de benignitate sed. ap.*] faciendam, [*id etiam*] specialiter nos induxit, quod [*iter tuum iam non videbatur vltramarinæ prouinciæ fructuosum, a qua fere omnes Gallici remearunt, et*] cum pro [*salute animæ tuæ ac*] libertate Trecen. ecclesiæ per dictum comitem assequenda 92), præcipue votum peregrinationis emiseris: eo sublato de medio, quia cessauere caussæ 93), facilius cessare potuit et effectus.

62) *Deuotionem*, cit. c.
63) *Conspiceres*, C. H. et cit. c.
64) *Ingressus igitur*, cit. c.
65) *Exposuisti*, C. R. L. ed. ant. Cont. Pith. gloss. et cit. c.
66) *Equidem*, C. H.
67) *Decere*, cit. c.
68) *Adspiciens*, C. H.
69) *Ex solutione*, cit. c.
70) *Laicorum*, C. H.
71) In prouerbium forsan hoc dicterium eo tempore abierat, ob deperditos cleri mores, quibus corrigendis admodum incubuit pontifex, atque hanc ob caussam sine dubio *processum inquisitionis* instituit, quod raci essent clericorum accusatores, immo fere ab eorum accusatione præclusi.
72) *Crederent*, C. R. 1.
73) *Inunctus*, C. H.
74) *Derelinquere*, ibid.
75) *In te*, C. R. 2. *tam in te*, cit. c.
76) *Tolerare poterit, etiam inquirere in contrarium allegabatur*, cit. c.
77) *Sine ipsius*, ibid.
78) *Sacrorum canonum*, ibid.
79) Relata et hic adducta ex decreto GRATIANI in c. 36. *de consecr. dist. V.* quem ducem vbique sequutus INNOCENTIVS III. Huius integra decretalis refertur *libr. I. ep.* 89.
80) Partic. *merito*, in cit. c. non legitur.
81) *De caussa diu*, C. H.
82) Voces *in qua*, in C. H. non leguntur.
83) *Mandabatur*, C. R. 2. et L.
84) *Sicut*, C. H.
85) *Primogenita*, C. R. 1. *pigmentum asini*, ed. ant. sed falso. *primogenitus*, Pith.
86) Præp. *pro*, abest a C. R. 2. L. et cit. c.
87) *Quid*, C. H et ed. ant.
88) *Dummodo*, C. H.
89) *Nonne scis*, C. R. H. et ed. ant. *non nescis*, L.
90) *Misericorditer licentiam*, C. H.
91) *Religioso viro*, ed. ant.
92) *Assequendam*, C. R. 2. et L. sed erronee.
93) *Cessante caussa*, C. R. 1. sed in C. R. 2. ea manus nouior mutauit in *cessauere caussæ*.

CAP. VIII.

Impedito ad tempus exsequi votum vltramarinum conceditur dilatio: perpetuo vero impedito, indicitur redemptio in eo, quod magis expediat terræ sanctæ.

IDEM INNOC. III. *Cantuariensi archiepiscopo.* 94) (*ann.* 1200.)

Quod l super his [*sedem apost. consulere decreuisti, quorum exsequutio spectat ad officium pastorale: f. t. in Domino commendamus, sperantes quod per responsionem nostram instructus ea diligentius exsequaris.*] Quæsiuisti [*sane*] de his, qui pro succursu 95) terræ sanctæ, signo crucis assumpto, propter infirmitatem vel paupertatem, vel aliam iustam caussam votum [*peregrinationis*] non possunt vtiliter adimplere, [*quid tibi sit faciendum:*] cum [*per a. s.*] sine distinctione receperis in mandatis, vt eos, qui signum crucis assumptum abiecerunt, ad resumptionem ipsius, et exsequutionem voti [*per cens. eccl. app. rem.*] compellas 96), [*non obstante aliqua indulgentia, si qua forte per surreptionem a prædecessore nostro fuerit impetrata.*] Nos autem inquisitioni tuæ m taliter respondemus, quod debiles et inopes magis illuc in defectum, quam ad profectum accedunt; cum isti pugnare non possint, et illi mendicare cogantur; nisi forte sint nobiles et magnates, qui suis secum expensis bella-

94) RAINER. *in coll. decret. Innoc. tit.* 39.
95) *In succursum*, c. 4. comp. cit. 3.
96) *Compelleres*, cit. c.

a *Scil. nomen. per excellentiam.* §. *sed ius. Inst. de iur. nat.* b Dixi-mus. c *Psalm.* 75. d *Luc.* 9. e *Vide Alphonsum Cast. l.* 2. c. 8. *de iusta haeret. punitione.* f *Leuit.* 4. g *Huc spectant etiam dicta per B. Th.* 2. 2. q. 88. art. 8.

h *Exod.* 13. et 22. *Num.* 3. et 8. *Deut.* 15. *Luc.* 2. *Leuit.* 27. *Exod.* 36 i Nec. k *Matth.* 15. *In antiqu. exemplar. ita: non nescis, quia, etc.* l C. 4. eod. tit. in 3. comp. m inquisitioni tuæ respondemus.

tores adducant 97); vel artifices et agricolæ, qui de laboribus suis sibi possint acquirere necessaria, et terræ subsidia ministrare: quamuis non multi talium propter breuitatem possessionum, et paucitatem inhabitantium ibi 98) sint 99) opportuni. Vnde 100) credimus, distinguendum inter illos, qui temporalem, et eos, qui perpetuam impedimenti caussam creduntur habere: quod 1) primis indulgenda est dilatio, secundis autem est redemptio iniungenda, ac rerum facultate pensata, quas 2) possunt 3), aut quas facturi essent expensas, personarum præterea compensato a labore, in subsidium terræ sanctæ transmittant, exsequentes per alios, quod per se nequeunt adimplere. Rursus inter illos, qui pro defensione terræ sanctæ votum peregrinationis emittunt, et eos, quibus pro satisfactione suorum criminum iter peregrinationis iniungitur 4), credimus distinguendum: quod circa primos plus terræ sanctæ succursus, et circa secundos plus labor itineris, secundum intentionem voventis vel pœnitentis debet attendi. Vnde, si quis hoc modo voventium est inutilis ad pugnandum, quamuis habilis sit 5) ad eundum, melius est redimere votum, quam expensas consumere. Quod et de pœnitente, qui propter debilitatem non potest iter iniunctæ peregrinationis implere, sane valet intelligi: non autem de illo, qui, quamuis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad eundum. [*Super his autem diligens est discretio adhibenda, ne quid prece vel pretio, amore vel odio sive occasione quacunque contra salutem animæ, vel vtilitatem terræ quomodolibet attentetur. Vnde per viros religiosos et prouidos dispensationem huiusmodi volumus prouidere.*] De mulieribus autem hoc credimus obseruandum, vt, quæ remanere noluerint, viros suos 6) sequantur [*euntes:*] cæteræ vero 7), nisi forte sint diuites, quæ secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum rediment, quod vouerunt, [*aliis ad terræ sanctæ subsidium singulis secundum proprias facultates diligenter inductis.*]

97) *Adducunt*, C. R. 2. H. et ed. ant.
98) Partic. *ibi*, desideratur in cit. c.
99) *Sunt*, C. H. et ed. ant.
100) *Verum*, cit. c.
1) *Quia*, C. R. 1.
2) *Ad quas*, cit. c.
3) *Possent*, C. H.
4) Diuturnior et grauior pœnitentia eo tempore adhuc in vsu, præsertimque receptum erat, pœnitentibus in satisfactionem criminum iter ad *sepulcrum Domini* aut ad *S. Iacobum Compostellanum* in Hispania per certum temporis spatium imponere, vt obseruaui in *not.* 41. *ad c.* 32. *C. XXIII. q.* 8. Suscepta expeditione in terram S. sub VRBANO II. grauibus obrutis criminibus multo magis in pœnitentiam est imposita hæc peregrinatio; præsertim si tales essent pœnitentes, qui subsidium terræ sanctæ afferre possent, quales erant Angli diuites: quamuis etiam aliis, qui ad pugnandum inhabiles essent, hoc iter molestissimum, per modum pœnæ impositum, præcipue ad sepulcrum saluatoris, vt in *c. sq. in f.* traditur. Illud vero *labor peregrinationis* vocatur, in quo grauissima pericula superanda et deuoranda erant.
5) Vocabulum *sit*, abest a C. H. ed. ant. et cit. c.
6) Verbis: *viros suos*, in C. R. 1. et H. additur: *euntes*.
7) *Cetera forte, nisi sint* etc. cit. c.

CAP. IX.

Votum vltramarinum certis casibus redimi et commutari potest, non tamen per alium, quam per papam, vel cum ipsius speciali mandato. H. d. vsque ad *§. Secunda quæsiuisti.*

IDEM *eidem*. (*ann.* 1204.)

Ex multa *b* tuæ sollicitudinis prouidentia [*credimus prouenire, quod, cum ad consultationes tuas multiplices et frequentes responderimus, quod sentimus, ex responsione nostra nouas elicias quæstiones.*] Ex consultatione [*siquidem,*] quam ad inquisitionem tuam super negotio cruce signatorum olim edidimus, viam inuenisti ad alias quæstiones, et vtrum, quod in ea dicitur, ius constituat generale, vt passim prælatis quibuslibet illos secundum formam expressam absoluere liceat, qui eorum sunt iurisdictioni commissi, sollicite requisisti 8). Ad hoc 9) igitur [*inquisitioni t. breuiter*] respondemus, quod in consultatione nostra ius [*commune*] editur, et licet, ad quales, [*et*] ad quos tamen *c* specialiter spectet 10) eius exsequutio, nullatenus explicatur: illis autem solummodo ius hoc exsequendum incumbit, qui super hoc mandatum [*nostrum*] receperint a sed. apost. speciale. Sic ergo illi est inquisitioni responsum, qua 11) consequenter tua fraternitas requisiuit, de quibus religiosis intelligendum hoc 12) esset: [*quod continebatur circa consultationis nostræ medium, in hæc verba: per viros religiosos et prouidos dispensationem huiusmodi volumus prouidere;*] vtrum scilicet ibi 13) religiosi vocentur hi tantum, qui religionis habitum susceperunt, quorum plures idiotæ sunt 14) et iuris ignari *d*, [*cum tamen in consultatione nostra dicatur per religiosos et prouidos;*] an episcopi, qui, sicut dignitate præcellunt, sic et religione debent aliis præeminere. Nam ad neutros illius exsequutio iuris spectat: nisi per apost. sed. eis specialiter delegetur.

Habiles ad eundum, sed inhabiles ad pugnandum, si sunt strenui consilio, vel milites bellatores possunt secum ducere, votum vltramarinum non rediment. H. d. Abbas Siculus.

Secundo quæsiuisti, vtrum 15), quod dicitur, si quis voventium est inutilis ad pugnandum, quamuis sit habilis ad eundum, melius est, vt redimat votum, quam consumat expensas, generaliter accipi debeat, vt nobiles [*etiam*] et *e* magnates, qui sunt consilio strenui, et multos secum 16) possunt trahere bellatores, an minores tantummodo verbum huiusmodi [*generale*] comprehendat. Verum, si ad superiora oculum tuæ considerationis [*paulisper*] extendas: quæstionem istam *f* inuenies in serie consultationis nostræ solutam, vbi dicitur, quod debiles et inopes magis in defectum terræ sanctæ, quam ad eius 17) profectum accedunt 18), [*cum hi pugnare nequeunt, et illi necesse habeant mendicare, nisi forte sint nobiles et magnates, qui suis secum expensis, bellatores adducunt, et cetera, quæ sequuntur. Qui enim debiles hic dicuntur, appellantur inferius inutiles ad pugnandum. Vnde par exceptio debet intelligi vtrobique;*] quamuis possit aliter *g* responderi, quod non sunt inutiles ad pugnandum, qui, etsi per se pugnare non possunt 19), maturitate tamen consilii adesse valeant 20) pugnantibus, et personæ defectum per alios releuare. [*Tertio quoque loco tua f. requisiuit, qualiter intelligi debeat, quod de mulieribus subinfertur, vt, quæ remanere noluerint, viros suos sequantur euntes. Cæteræ vero, nisi sint diuites, quæ secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum rediment, quod vouerunt. Hoc enim, quod vltimo loco dicitur, videtur tantum de voventibus esse dictum.*]

Vxores possunt sequi viros vltra mare, si volunt; sed non tenentur; nisi et ipsæ vouerint: et viri sine consensu vxorum emittere possunt votum vltramarinum. H. d. Abbas.

Quod autem superius ponitur, mulieres 21), quæ remanere noluerint 22); de illis intelligendum esse videtur, quæ se ad peregrinationis propositum nullius voti vinculo adstrinxerunt: [*quod sic esse dubium non existit. Ex eodem quoque verbo dicis, videri quibusdam, quod viris liceat in hoc articulo sine vxorum suarum assensu vouere posse, ac perficere, quod vouerunt. Ad quod dicimus, quod*] in tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terræ sanctæ impediatur subsidium [*penitus, vel diutius differatur,*] viri præter vxorum assensum, [*vt militent regi regum,*] huius peregrinationis propositum vouere libere 23) valent 24) *h* et, quod vouerint 25), libere adimplere. Vt autem consentiant, sunt attentius commonendæ.

Clerici, tanquam inhabiles ad pugnandum, rediment votum vltramarinum, nisi in certis casibus. H. d. Abbas Siculus.

De clericis *i* vero [*inquisitioni tuæ taliter*] duximus respondendum quod, cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, nisi vel consilio strenui, vel officio prædicationis instructi, aut magnatum sint obsequio 26) deputati, aut vsque adeo diuites fuerint et potentes, vt in expensis suis aliquos secum ducere valeant bellatores, magis ab eis expedit 27) redemptionem accipere, quam ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel vtilitas persuadet. Hæc 28) autem de voventibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis in pœnitentia est iniunctus.

15) Partic. *vtrum*, non est in cit. c.
16) Dictio *secum*, abest a C. H.
17) *In eius*, ibid.
18) *Accedant*, ibid.
19) *Possint*, ibid.
20) *Valent*, C. H. et cit. c.
21) Vox *mulieres*, in cit. c. non legitur.
22) *Noluerunt*, C. R. 2.
23) Partic. *libere*, non est in ed. ant.
24) *Valeant*, C. R. 2. et cit. c.
25) *Vouerunt*, cit. c.
26) *Officio*, C. R. 1.
27) Verbum: *expedit*, desideratur in cit. c.
28) *Hoc*, C. R. L. H. et cit. c.

CAP. X.

Qui vouit religionem ingredi, si, voto completo, fiat episcopus, renuntiare debet, et votum implere. Sic communiter summatur.

INNOC. III. 29) (*ann.* 1213.)

Per tuas *k* nobis litteras intimasti, te in Gratianopolitana 30) *l* ecclesia suscipiendi habitum regularem votum sollemniter emisisse, et postea promisisse in manibus prælati eiusdem ecclesiæ, te intra duos menses, postquam ab apost. sede redisses, votum, quod emiseras 31), impleturum. Cumque, termino ipso transacto 32), non curasses, quod voueras, adimplere: tan-

29) Hæc decretalis integra exstat *lib. XVI. epist.* 93. scripta anno regiminis XVI. cuius inscriptio hæc est: *Gebennensi electo*, ita vocato, quod nondum confirmatus esset.
30) *Constantinopolitana*, C. H. *Garopolitana*, ed. Cont.
31) *Quod emisisti*, ed. ant.
32) *Elapso*, C. H.

a Recompensato. b *Cap.* 5. *eod. tit. in* 3. *comp.* c Tantum, *in vno vetustissimo exemplari.* d *Vid. l.* 2. *cum not. per gost. c. de interd. matr. inter pupill. not. Bald. in authent. de monach. collat.* 1.

e *Al.* etiam. f *Dictio* istam, *deest in vetustis.* g et aliter. h valeant. i *De materia huius §. et cur clericis et episcopis pugnare non liceat, vid. B. Thom.* 2. 2. *q.* 4. *art.* 2. k *Conc. Trident. sess.* 24. *tit. de reg. c.* 1. l *Al.* Gratianopolitana, *al.* Garopolitana.

dem

dem existens voti transgressor, vocatus fuisti ad regimen ecclesiæ Gebennensis 33): [*super quo a nobis tuæ saluti postulas prouideri.*] Nos igitur tuæ discretioni consulimus, vt, si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes ecclesiæ memoratæ, ac reddas Altissimo vota tua. Quod si capitulum eiusdem Geben. ecclesiæ te postmodum canonice duxerit eligendum: electionem recipere poteris, de te factam.

33) *Bedell.* C. H.

CAP. XI.

Prælatus, etiam professus, potest votum vltramarinum emittere, et in suos vsus vigesimam prouentuum ecclesiæ conuertere.

HONORIVS III. *Haresben.* 34) a et *Beugad.* 35) *præpositis.* (*ann.* 1220. Conf. c. 1. comp. 5. de statu monach.)

Postulastis a nobis 36), an b vobis, professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est, et reliquus charactere crucis desiderat insigniri, liceat vigesimam 37) prouentuum ecclesiarum vestrarum deputatam succursui terræ sanctæ deferre vobiscum, [*vt per vos proficiat terræ illius succursui, qui parati estis personas vestras exponere seruitio Iesu Christi: præsertim cum multi exemplo æmulationis laudabilis prouocati ad currendum post vos viriliter accingantur, præliaturi prælium Domini contra gentes. Quia vero liberationi terræ illius totis viribus adspiramus:*] discretioni vestræ taliter respondemus, quod 38), si ecclesiæ vestræ [*alias*] per absentiam vestram enormiter non lædantur, et vos vtiles fueritis terræ sanctæ 39) verbo pariter et exemplo, quod conscientiæ vestræ duximus relinquendum, dimissis procuratoribus idoneis in ecclesiis vestris 40), potestis, et tenemini votum peregrinationis implere: et sic potest in vsus vestros transire vicesima ecclesiarum vestrarum, terræ sanctæ subsidio 41) deputata.

34) *Haresberien.* C. R. 1. *Haresbis.* C. R. 2. *Habenen.* L. *Halerien.* et *Teregaden.* H.

35) Ipsa inscriptio in c. 1. comp. 5. de statu monach. est hæc: *Honor. III. Salsberien. et Bregadensi præpositis.*

36) Voces *a nobis*, in C. R. desunt et in L. deleta: sed eorum loco cit. c. habent *per nostras litteras edoceri.*

37) Determinatam in *concil. Lateran. IV. sub INNOCENTIO III.* anno MCCXV. celebrato, illis clericis etiam assignatam, qui personaliter, assumto signo crucis, essent profecturi, vt post canones, relatos sub tit. *expeditio pro recuperanda terra sancta* apud *HARDVIN. tom. VII. concil. p. 74. in f.* traditur.

38) *Per a. s. mandamus, quatenus*, etc. cit. c.

39) *Domini*, ibid.

40) Pronomen *vestris*, deest in C. H.

41) *Subsidius*, ibid.

TITVLVS XXXV.

DE STATV MONACHORVM ET CANONICORVM REGVLARIVM. 42)

CAP. I.

Diœcesanus non debet molestare monasteria, præterquam pro caussa correctionis: nec eis oblata sibi vendicare.

GREGORIVS 43) [F.] *archiepiscopo Neap.* 44) c (*ann.* 598.)

Theodosius 45) d, *abbas monasterii S. Martini, petitoria nobis insinuatione suggessit, quæ habetur in subditis, in domo quondam Martini ex eius voluntate decessorem suum Andream abbatem monasterium, in quo monachi habitare debeant, construxisse. Et quia id in honorem beati Petri, apostolorum principis, et S. Archangeli postulat dedicari: dilectionem tuam præsentibus apicibus duximus adhortandum, quatenus ad præd. locum cum postulauerit, ingrauanter accedas, venerandæ sollemnia dedicationis impendens. Et quoties necesse fuerit, a presbyteris ecclesiæ tuæ, in loco sancto deseruientibus, celebrentur sacrificia veneranda missarum, ita, vt in eodem*] alicui monasterio 46) nec tu, nec presbyteri tui 46*), præter diligentiam disciplinæ, aliquid molestiæ inferatis 47). Aut, si quid illic 48) pro diuersorum 49) deuotione accesserit 49*),

42) *De statu monach. et cellis eorum*, comp. 1. *De statu regularium*, comp. 2. *De statu religiosorum*, comp. 4. *De statu monachorum*, comp. 5.

43) *Gregorius nonus*, C. H. *Greg. III.* ed. Cont.

44) *Episcopo Neapolis*, c. 1. comp. alt. 1. in quo additur siglum F. hoc est: *Fortunato*, cui episcopo, obseruante AVGVST od h. c. hæc decretalis est scripta. vid. *libr. VII. epist.* 25. vnde liquet, eam esse scriptam anno regiminis octauo.

45) Verba, huic parenthesi inclusa, non leguntur in cit. c. sed Contius ista restituit ex veteri registro.

46) *In aliquo monasterio*, cit. c.

46*) Ad ministrandum sacra monachis constituti ab episcopo. Ipsi monachi, vt lates, eo tempore sacra nondum administrabant, nec ordines accipiebant, sed sub proprio presbytero in monasteriis degebant. Postea ad ordines, maxime presbyteratus admissi, vt etiam ecclesias parochiales regere ambirent, quod c. sq. prohibitum.

47) *Inferant*, ibidem.

48) *Illis*, C. H. et cit. c.

49) *Pro lucrorum*, C. L.

49*) *Asseritur*, C. R. 1.

vobis vendicare æstimetis 50): cum monachis sibi 51) seruientibus debeat proficere, quicquid a fidelibus taliter offerri contingit 52).

50) *Sibi estiment vendicari*, all. c.

51) *Ibi*, ed. aut *in eodem loco*, cit. c.

52) *Quicquid a fidelibus contigerit*, cit. c.

CAP. II.

Monachi non debent poni singuli per parocias. Hoc primo. *Si pro monachatu aliquid detur: receptus a sacris ordinibus prohibetur, et recipiens ab officio suspenditur.* Hoc secundo. *Monachus, habens peculium sine licentia abbatis, ab altaris communione remouetur: et sic decedens, sepultura et fratrum communione priuatur.* Hoc tertio. *Si pecunia confertur pro habendo aliquod officium in monasterio: dans et recipiens deponuntur.* Hoc quarto. *In prioratibus conuentualibus per electionem instituti non sunt remouendi sine caussa rationabili: et de caussa rationabili tria ponit exempla.* H. d. comprehendendo substantiam.

Ex concilio Lateranen. III. e (*ann.* 1179. *Romæ.*)

Monachi non f pretio recipiantur in monasterio, nec peculium g permittantur habere, nec singuli per villas et oppida, [*sive*] per quascunque parochiales ponantur ecclesias, sed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum exspectent. Salomone h dicente: *væ i soli! quia, cum 53) ceciderit, non est, qui subleuet eum.* Si quis autem exactus pro sua redemptione 54) aliquid dederit; ad sacros ordines non ascendat: is vero, qui eum k receperit, officii suspensione mulctetur. Qui vero peculium habuerit, nisi ab abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum, a communione remoueatur altaris, et qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, et digne non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam: quod etiam de vniuersis religiosis præcipimus obseruari. Abbas autem, qui diligenter ista non cauerit 55) l, officii sui iacturam se nouerit, incursurum. Prioratus quoque seu obedientiæ, pretii donatione 56) nulli tradantur: alioquin dantes et accipientes a ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores autem cum in ecclesiis conuentualibus per electionem capitulorum suorum canonice 57) fuerint instituti 58), nisi pro manifesta et rationabili caussa non mutentur, videlicet m si fuerint dilapidatores 59), si incontinenter vixerint, aut tale aliquid 60) n egerint, pro quo amouendi merito videantur, aut si etiam pro necessitate maioris officii de consilio fratrum 61) fuerint transferendi.

53) *Quia si*, C. R. L. et alt. *si cum*, H.

54) *Receptione*, cit. c. rectius.

55) *Cauerit*, C. R. 2.

56) *Datione*, cit. c.

57) Verba *per electionem capitulorum canonice*, non sunt in cit. c.

58) *Constituti*, ibid. legitur.

59) *Lapidatores*, C. H. et cit. c.

60) *Aliud*, C. R. 2. et L.

61) *Fratrum suorum*, C. R. 1.

CAP. III.

Monet Cistercienses, vt seruent regulam secundum primæuam institutionem. H. d. primo. *Et domus religiosa aggregata Cisterciensibus eorum mores seruare tenetur.* H. d. secundo.

ALEXANDER III. [*vniuersis*] *abbatibus et conuentibus* 62) *Cistertien. ordinis,* (*ann.* 1170. *Romæ.*)

Recolentes a, qualiter hæc sancta plantatio, [*hæc vitis fructifera, hæc denique vinea Domini Sabaoth sub primis ordinis patribus pullulauit, et palmites longe lateque producens, ad mortifera pellenda circumquaque venena, flores protulit, et odores effudit, peruigili custodia custodiatis eorum in omnibus inhærere vestigiis, per quos, cooperante Domino, in deserto mundi huius flos huiuscemodi plantatus est honestatis. Hi enim monasticæ frugalitatis contentissimi, optimum ponentes in paupertate principium, totius sufficientiæ assequuti sunt complementum, ecclesiæ cari, episcopis et prælatis*

62) Ita etiam legit *MANRIQVE tom. II. annal. Cisterc.* ad an. *MCLXXI.* n. 5. p. 520. qui integram decretalem recitat, quamuis in c. 2. *comp.* 2. *h. conuersis*, legatur. Videlicet hæc decretalis directa fuit ad *omnes conuentus ordinis Cisterciensis*, ab ALEXANDRO III qui singularem curam pro integritate huius gessit, in quo ipsemet innutritus erat. Occasionem huius decretalis petit *MANRIQVE* cit. l. n. 4. tum ab immensa immunitate, qua ex regum principumque, imo et pontificis, liberalitate gaudebant: tum ex abundantia bonorum. *Certe nostri, ait, superiores omni cupidine, quod de sanctis illis viris pium est credere, oneratu charitatis et religionis succubuere diuitiis parentisque ab earum pondere tandem opprimendi. Vtcunque fuerit, cum hæc indulgentia (seu laxamentum appellare mauis) latius serperet, neque iam Lusitaniæ tantum domus, quæ alias antecesserunt, sed plures extra Hispaniam bis donatis frequenter cumulata, a primitiuo Cistercio non sine graui nota degenerarent; Alexander, communis ecclesiæ pater, sed specialis nostrorum, vt ipse sæpius solebat gloriari, quos præ cæteris filios diligebat, periculi admonuit, prauitque litteris datis ad abbates et conuentus ordinis Cisterciensis.*

a Haresberien. et Beregaden. præpositis. *al.* Hareslien. et Feregadens. *al.* Hauenens. et Beregabens. b Virum. c *Hæc in quibusdam recensionibus legitur*: Gregor. III. *in aliis* IX *sed recte Contius*: imo primus. *l.* 7. *ind.* 2. *epist.* 25. d *In aliis*: Theodorius. c. 1. *eod. tit. in* 1. *comp.*

e *Concil. Later. sub Alex. III. c.* 10. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compilat..* g *Id est*, proprium. *Vid. l. cogi. D. ad Trebell.* h *Eccl. c.* 4. i Si. k Recipit. l Curauerit, *in concilio.* m *Alias*: vt videlicet, *sed in antiqu. et in conc. vt est impressum.* n Aliud. o C. 2. *eod. tit. in* 2. *comp.*

pere-

accepti, atque in conspectu regum ac principum fama et meritis gloriosi. Nunc autem, quod] dolentes dicimus, quod 63), etsi non ab omnibus, neque in omnibus, a plerisque tamen et in pluribus, ab illa sancte institutione dicitur declinatum, in tantum, vt aliqui ex vobis, primæ 64) institutionis obliti [*penitus vel ignorantes*,] contra ordinis vestri regulam villas, [*molendina*,] ecclesias, et altaria possident, fidelitates a et hominia benigne 65) suscipiunt, iustitiarias et tributarias 66) tenent. [*Et omne studium adhibent, vt termini eorum dilatentur in terris, quorum conuersatio in cælis debet esse. Læditur hinc ordo penitus et vitiatur, nec est hæc mutatio dexteræ excelsi, quin immo potius de dextera transeunt in sinistram, qui, cum, relicto seculo, sub paupertatis habitu Deo militare decreuerunt, negotiis denuo secularibus implicantur. Inde est, quod vobis ab iis, qui foris sunt, contentiones et litigia suscitantur, et abbatibus, in caussis forensibus occupatis, plurimum in commissis domibus et tepor ordinis et dissolutio nascitur caritatis: maxime quia in paupertate caritas plus proficit, et cupiditatis dedignata consortium, nisi illa restringatur, hæc tepescit.*] Ideoque [*sanctum ac venerabile collegium vestrum*] precibus et monitis, [*quibus possumus*,] exhortamur, quatenus domus illæ, quæ a prima sui origine in ipso ordine sunt fundatæ, constitutis [*et ordinatis*] terminis sint contentæ: [*nec velint inordinate ad ea manus extendere, quæ sine laboribus et periculis multis, et demum sine criminibus, et magna confusione non poterunt retinere.*] Si enim relictis originalibus ordinis institutis ad communis volueritis aliorum monasteriorum iura diuertere; oportebit [*et*] vos communi iure censeri: quia dignum est, vt, [*si*] qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam. Ceterum domus illæ, quæ de 67) aliis, institutionibus ad vestrum ordinem se transtulerint 68), vestris omnino se satagant vsibus 69) conformare, et relictis possessionibus, vel etiam commutatis, quas institutio vestra non recipit b, sic in omnibus religioni vestræ coaptent, vt, quemadmodum gaudent se in societatem ordinis, et habitus [*et obseruantiæ regularis*] identitatem assumptas, sit etiam in paupertate secularium rerum se lætentur vestris institutionibus conformates, [*quatenus inde et superno conditori magis amabiles, et nobis atque vniuersæ ecclesiæ merito debeant fieri cariores. Sane, si super possessionibus ipsis in aliquo de monasteriis vestris apost. sedis auctoritas dispensauit; a nullo vestrum sumendum est inde exemplum: quia temerarium est, et indignum, aliquem sibi sua auctoritate præsumere, quod Romana ecclesia alicui monasterio, certa ratione inspecta, singularibus voluit indulgere beneficiis.*]

63) Partic. *quod*, ibid. omittitur.
64) *Patres*, ed. Pith.
65) Vocabulum *benigne*, deest in C. H. ed. ant. et cit. c.
66) *Iustitiarios et tributarios*, cit. c.
67) A C. R. 2. præp. *de*, abest. sed in cit. c. est: *ab*.
68) *Transtulerunt*, C. L.
69) Vocabulum *vsibus*, desideratur in ed. ant.

CAP. IV.

Regularis canonicus, qui non resignauit proprium in morte, non debet in cæmeterio sepeliri: et, si de facto sepultus fuit, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Super quodam canonico regulari c, qui, in articulo mortis agens, licet a priore suo commonitus, proprium, quod contra regulam 70) latenter habuerat, noluit 71) resignare, et sic diem clausit extremum, [*quid scilicet de ille agendum sit, cum nihilominus*] fuit 72) inter alios fratres traditus sepulturæ, [*nos duxisti necessario requirendos. Quia vere te ignorare non credimus, quid de talibus in regula beati Augustini habeatur statutum, et quod id ipsum in Lateranensi synodo constet inhibitum manifeste:*] inquisitioni tuæ taliter 73) resp. quod ille canonicus non tantum fuit 74) Christiana sepultura priuandus, verum etiam, si sine maximo scandalo potuit 75) d fieri, de ipsa proiici dignus est ecclesia, [*et extra cœmeterium ecclesiæ sepeliri: cum, sicut in ipsa synodo habetur expressum, nec oblatio pro te facienda sit, nec inter fratres debeat sepulturam habere.*] Hoc autem, cum forte contigerit, in similibus est agendum.

70) tam hoc aeuo distinctio inter canonicos *seculares*, qui præcedente seculo a vita communi desciuerant: et *regulares*, voto *paupertatis* obstrictos, notissima erat, quia hoc vinculo, nouiter introducto, canonici, more antiquo adhuc viuentes, maxime in cœnobiis, impediti fuerant, ne pariter vitam communem derelinquerent, quod hoc voto obstricti nihil *proprii* possidere possent. AVGVSTINVS quidem, ad quem prouocat pontifex, pariter clero suo, cum quo vitam communem agebat, proprium aliquid habere prohibuerat, non tamen ex voto, sed ex ratione vitæ communis; verum postea animaduertit, se propositi sui compotem fieri non potuisse: adeoque ab eo, quamuis ægre, desciuit, singulisque hac in re libertatem reliquit. Vid. *AVGVSTINVS serm.* 356. *tom. V. oper. p.* 1383. *c.* 6. *ex edit. Benedict. e congreg. S. Mauri.*
71) *Noluerit*, C. R. 1.
72) *Fuerit*, c. 6. comp. cit. 2.
73) *Præsentibus litteris*, ibid.
74) *Fuerit*, C. R. 1.
75) *Potuerit*, C. H. et cit. 2.

a *In vno vetustissimo:* fidelitates, hominia et onera suscipiunt, *etc. In alio recentiori ita:* fidelitates et homagia susceperunt, *etc. Dictio*, benigne, *deest in omnibus, et quid sit* hominia, *explicat Hostiensis.* b Recepit. c *C.* 6. *eod. tit. in* 2. *comp.* d Potuerit, *habent vetustiores, quod et series postulat.*

CAP. V.

Canonicus regularis potest præfici ecclesiæ parœciali etiam seculari: sed debet habere socium secum sui ordinis, si commode fieri potest.

INNOCENTIVS III. 76) *V. plebano sancti Gauini* 77) e
(*ann.* 1200. *Romæ in Flaminium.*)

Quod f Dei timorem præ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur euidenter; cum opere, quæ facis, testimonium perhibeant veritati. [*Vnde tuum in Domino propositum commendamus.*] Sane, [*sicut iam dudum auribus nostris insonuit,*] quondam desiderans ad frugem melioris vitæ transire, officium plebani 78) resignans, coram fratribus S. Victoris 79) Bononien. promissionem de tua conuersione fecisti, neque professionem sollemnem emittens, neque habitum religionis assumens: sed [*nobilis vir, comes Albertus, et*] parœciani plebis eiusdem, attendentes, te laudabiliter præfuisse, [*ac de recessu tuo eidem loco iacturam non modicam imminere, desiderium tuum hactenus retardarunt, et*] a [*v. f. n.*] Florentino episcopo impetrauerunt, vt ministrares ibidem 80). Hoc etiam [*d. f. noster*] P. [*basilicæ duodecim apostolorum*] presbyter cardinalis, tunc ap. sed. legat. [*pensata vtilitate plebis,*] proponitur annuisse, quod 81) iam dicti [*comes et*] parœciani 82) a nobis ratum haberi suppliciter g postularunt: præsertim cum de licentia prioris sancti Victoris [*Bononien.*] noscaris hactenus id fecisse. Licet autem in Lateranensi concilio h de monachis caueatur, ne singuli per villas et oppida, [*seu*] per quascunque parœciales ponantur ecclesias, [*sed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant, ne soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum expectent, Salomone dicente: væ soli, quia, si ceciderit, non est, qui subleuet eum;*] quia tamen illud de canonicis regularibus specialiter non cauetur, qui, etsi a sanctorum monachorum consortio non putentur seiuncti, regulæ tamen inseruiunt laxiori, et per antiquos canones etiam monachi possint ad ecclesiarum parœcialium regimen in presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium i, quod priuilegiatum est, exercere: sic annuendum duximus postulatis, vt exercens plebani officium, si commode fieri poterit, vnum canonicum regularem tecum habeas ad cautelam, cuius in his, quæ Dei sunt et regularis obseruantiæ, tam consortio, quam solatio perfruaris.

76) C. R. 2. et L. habent: *W.* sed in c. 1. comp. 3. h. t. est: *Vbaldo.*
77) *Gauini*, habent C. R. 2. edit. ant. et cit. c. nec non inscriptio, quam in sua *collect. decretal. Innocent. III.* habet *RAINERIVS* tit. 37. a BALVZIO editus p. 596. in *epist. INNOCENT. III.* hæc est: *Idem Vbaldo plebano sancti Gauini.* vnde augurior, hanc decretalem *libro III. decretalium* deperdito, insertam fuisse: quia ex tribus libris prioribus INNOCENTII III. suam collectionem RAINERIVS composuit, nec tamen inter *epistolas libr. I et II.* deprehensa fuit.
78) *Plebano*, C. H. *plebani resignasti*, cit. c.
79) Prior monasterii *S. Victoris in colle*, prope Bononiam, quod canonicorum regularium est referente *PENNOTTO in histor. canon. regul. S. August. libr. II. c.* 23. *n.* 3. nomine fratrum acceptauerat promissionem, quam plebanus fecerat: adeoque huius licentia necessaria erat.
80) *Idem*, C. L.
81) *Quo*, C. H.
82) *Populus*, cit. c.

CAP. VI.

Primo *tractat de vestibus monachorum.* Secundo *de abdicatione proprietatis.* Tertio *de silentio.* Quarto *de cibis.* Quinto *de officiis in genere et in specie.*

IDEM *abbati et conuentui Sublacen.* 83) k (*ann.* 1202. *Romæ.*)

Cum l ad monasterium Sublacen [*personaliter venissemus: et infra.*] Firmiter inhibuimus 84), ne quis de cætero monachorum lineis camisiis vtatur. [*Ad defectum autem hospitalitatis supplendum, maturam vnius molendini concessit, ampliora pro tempore concessurus, ita tamen, quod ad necessitatem pauperum sublenandam, eleemosyna de cellariis conferatur. Nos autem præfatas ecclesias, quæ clericis secularibus fuerant in beneficium assignatæ, ad vsum reuocauimus infirmorum, concessionem hospitalis, quæ facta fuerat episcopo Anagnino, irritam decernentes, et statuentes, ne cuiquam vlterius in beneficium concedantur: sed infirmarius disponat de illis ecclesiis, prout ad necessitates infirmitorii magis nouerit expedire.*] Prohibemus quoque 85) districte 86) in virtute obedientiæ sub obtestatione 87) diuini iudicii, ne quis [*de cetero*] monachorum proprium aliquo modo possideat: sed, si quis aliquid habeat 88) proprii, totum in continenti resignet. Si vero post hoc 89) proprietatem aliquam fuerit deprehensus 90) habere: regulari monitione præuia, de monasterio expel-

83) Ita se habet etiam inscriptio in *libr. V. epist.* 82. anno regiminis quinto scripta.
84) *Inhibemus* C. R. 2. et H.
85) *Ergo*, c. 2. comp. cit. 3.
86) *Districte*, deest in C. R. 1.
87) *Obtestatione*, C. R.
88) *Haberet*, C. L.
89) *Post hac*, C. L. et cit. c.
90) *Comprehensus*, C. R. 1.

e Gauini. *al.* Granini. f *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* g Simpliciter. h *Conc. Lat. sub Alexand. III c.* 10. i *Conc. Trid. sess.* 5. *de reform. c.* 2. *et sess.* 24. *de reform. c.* 4. *vbi multa valde vtilia de prædicationis officio.* k *Al.* abbati Lublacen. l *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp. concil. Trident. sess.* 25. *tit. de reg. c.* 1. *et* 2.

latur

latur, nec recipiatur vlterius 91), nisi 92) pœniteat secundum monasticam disciplinam. Quodsi proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte: ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilinio subterretur, secundum quod beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse. [*Abbas tamen et prior frequenter inquirant, et diligenter explorent, ne quis fratrum proprietatem possit habere.*] Vnde, si quicquam alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere, sed abbati, vel priori, vel cellario assignetur. In oratorio *a* vero, refectorio et dormitorio continuum semper silentium obseruetur: in claustro quoque certis horis et locis, secundum antiquam consuetudinem monasterii laudabiliter obseruatam, [*sed amodo laudabilius obseruandam.*] In refectorio *b* vero 93) nullus omnino carne vescatur. Nec in quibusdam sollemnitatibus, sicut aliquando fieri consueuit, conuentus exeat cum abbate, paucis ibi relictis, vt extra refectorium edant carnes; cum [*in*] illis diebus præcipue regularis disciplina sit studiosius obseruanda. Sed nec extra refectorium, nisi in infirmitorio esum carnium credant sibi licere. Quamquam ea indulgentia possit abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos, prout necessitas postulauerit, aduocare, ipsosque secum in camera sua melius et plenius exhibere. Porro debiles et infirmi, qui minutione indigent, vel aliqua medicina, non seorsum in cameris, sed omnes in infirmitorio, quæ necessaria fuerint sibi, tam in carnibus, quam in aliis recipiant competenter. Quodsi quis 94) eorum debilis fuerit, aut etiam 95) delicatus, vt non possit communibus cibis esse contentus: sic ei prouideatur sine scandalo aliorum, vt, si abbas vel prior voluerit in refectorio misericordiam facere specialem, cibum aliquem competentem, non ante illum, sed ante se faciat apportari, de quo ipse illi faciat pitantiam 96) pro sustentatione naturæ. Tales autem ad agenda officia monasterii deputentur, qui fideles fuerint 97) *c* et discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur: sed, cum oportuerit amoueri, sine contradictione qualibet reuocetur. Prior autem præ ceteris post abbatem potens sit in opere et sermone, vt exemplo vitæ *d* verboque 98) doctrinæ fratres suos et 99) instruere 100) possit in bono, et a malo etiam reuocare: zelum religionis habens secundum conscientiam 1), vt delinquentes 2) corripiat et castiget, obedientes [*vero*] foueat et confortet 3). Abbas vero, cui omnes in omnibus reuerenter obediant, quanto frequentius poterit, sit cum fratribus in conuentu 4), vigilem curam et diligentem sollicitudinem gerens de omnibus, vt de officio, sibi commisso, dignam Deo possit reddere rationem. Quodsi præuaricator ordinis fuerit, aut contemptor, seu negligens aut remissus; pro certo se nouerit non solum ab officio deponendum *e*, sed et alio modo secundum regulam castigandum: cum offensa non solum propria, verum etiam aliena de suis manibus requiratur. Nec æstimet *f* abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare: quia abdicatio *g* proprietatis, sicut et custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere 5).

91) Absunt a C. R. 1. verba: *nec recipiatur vlterius.*
92) *Nisi prius peniteat*, C. R. 2.
93) Partic. *vero*, a C. R. 2. abest. sed H. legit: *quoque.*
94) *Quisque*, cit. c.
95) Partic. *etiam*, a C. R. abest.
96) *Pitantiam*, C. L. h. e. Particulam vel fructum.
97) *Sint*, C. R. 1. L. H. et cit. c.
98) *Sermone*, C. R. 1.
99) *Et*, ibid. omittitur.
100) *Instruere*, cit. c.
1) *Scientiam*, C. L. ed. ant. et cit. c.
2) *Vt delinquentes*, C. H.
3) *Reformet*, ibid.
4) Olim etiam singulis diebus conuenire solebant in cœnaculo monasterii, in quo capitulum regulæ Benedicti illis prælegebatur, præsente abbate. Id referunt monachi Fuldenses in libello, CAROLO M. oblato, apud BROWERVM in antiqu. Fuld. lib. III. c. 12 dicentes: *mane, quando in vnum conuenimus, et* CAPITVLVM DE REGVLA *coram fratribus prælegebatur. Vnde suum locum, conuentus destinatus, tum ipse conuentus dici cœpit capitulum.*
5) Videlicet vt maneat monachus. Potest tamen pontifex laxare votum monasticum, vt ad seculum reuertatur monachus, vxorem ducat atque etiam in regna succedat, ceu exempla passim docent apud *ROB. DE MONTE in append. ad chron. Sigeberti ad ann. MCCX. CHOPPINVM de sacra polit. lib. II. tit. 3. n. 22. et LIMNAEVM ad A. B. c. VII. §. 1. obs. 10.*

CAP. VII.

Primo *statuit de conciliis regularium prouincialibus, celebrandis singulis triennus.* Secundo *moderatur numerum euectionum et personarum venientium.* Tertio *disponit de instructoribus et præsidentibus capitulo.* Quarto *de tempore, quo duret capitulum, et quid ibi fiet.* Quinto *quod obseruetur, quod ibi fiet.* Sexto *de capitulo sequenti.* Septimo *de communi vita ducenda.* Octauo *de visitatoribus eligendis et ipsorum officio.* Nono *extendit ad canonicos regulares.* Decimo *prouidet super discordia visitatorum.* Vndecimo *hortatur diœcesanos ad monasteriorum reformationem.* Duodecimo *præcipit proteruos et similes compesci ab offensis monasteriorum.* Et hæc diuisio sufficit pro summario.

IDEM *in concilio generali*, [*constit. XII.*] (*ann. 1216.* Conf. c. 2. comp. 4. h. t.)

In singulis regnis siue prouinciis 6) fiat de triennio in triennium, saluo iure diœcesanorum pontificum, commune capitulum abbatum atque priorum, abbates proprios non habentium, qui 7) non consueuerunt tale capitulum 8) celebrare: ad quod vniuersi conueniant, præpeditionem canonicam non habentes, apud vnum de monasteriis, ad hoc aptum. Hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plus, quam sex euectiones et octo *h* personas adducat 9) *i*. Aduocent autem in huiusmodi [*caritatis vel*] nouitatis primordiis duos Cistercien. ordinis vicinos abbates, ad præstandum sibi consilium et auxilium opportunum; cum sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati; qui absque contradictione duos sibi de ipsis 10) associent, quos viderint expedire: ac 11) ipsi quatuor præsint capitulo vniuerso, ita, quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem prælationis assumat, vnde, cum 12) expedierit, prouida possit deliberatione mutari. Huiusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue 13), iuxta morem Cistercien. ordinis 14) celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, et obseruantia regulari. Et quod statutum fuerit illis quatuor approbantibus, inuiolabiliter obseruetur, omni excusatione, contradictione et appellatione remotis, prouiso nihilominus, vbi sequenti 15) termino debeat capitulum celebrari. Et qui conuenerint, vitam ducant communem, et faciant proportionabiliter 16) simul omnes communes 17) expensas, ita, quod, si non omnes poterunt 18) in eisdem, saltem plures simul in diuersis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ ac circumspectæ personæ, quæ singulas abbatias eiusdem regni seu prouinciæ non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra 19) studeant visitare, corrigentes et reformantes, quæ correctionis et reformationis officio viderint indigere, ita, quod, si rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum, denuntient episcopo proprio, vt illum amouere procuret. Quod si non fecerit: [*ipsi*] visitatores hoc referant ad apostolicæ sedis examen. Hoc ipsum *k* regulares canonicos secundum ordinem suum volumus et præcipimus obseruare. Si vero in hac nouitate quicquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas nequeat expediri: ad apostol. sedis iudicium absque scandalo referatur 20), ceteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouisa. Porro diœcesani episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, vt, cum ad ea prædicti visitatores accesserint 21), plus in illis inueniant, quod commendatione, quam quod correctione sit dignum, attentissime præcauentes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur 22): quia, sicut 23) volumus *l* superiorum iura obseruari 24), ita 25) infe-

6) Regna more antiquo Romano · *prouinciæ*, intuitu reipublicæ ecclesiasticæ, dicuntur, sicuti olim respectu imperii Romani regna subacta in *prouincias* redigebantur. In singulis regnis *abbas prouincialis*, in capitulo prouinciali electus, monasteriis sui ordinis præest, prouinciales vero sui ordinis *generali* parent, qui plurimum Romæ commoratur et *sui ordinis papa* est.
7) *Quia*, C. R. 1.
8) *Talia capitula*, ibid.
9) *Adducant*, C. H.
10) Verba: *de ipsis*, desunt in C. H.
11) *At*, C. R. vt ed. ant.
12) *Vt cum*, C. L.
13) *Continuis*, c. 2. comp. 4. h. t.
14) *Ordinis*, desideratur ibid.
15) *In sequenti*, C. H.
16) *Proportionaliter*, C. R. H. L. et cit. c.
17) *Communes*, deest in C. H.
18) *Poterunt*, C. R. 1.
19) Ne a Diœcesanis contradictionem patiantur, quibus in suis diœcesibus *ius visitandi*, iurisdictioni ecclesiasticæ annexum, competit, cum quibus iure nouo tamen concurrunt visitatores, a capitulis electi, ceu delegati pontificis, qui concurrentem potestatem cum singulis episcopis sibi asserunt.
20) *Sine scandalo deferatur*, C. H.
21) *Accesserunt*, ed. ant.
22) *Prægrauentur*, C. R. 1. et H.
23) *Sic*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
24) *Seruare*, C. R. 1. *seruari*, L. et cit. c.
25) *Vt*, C. R. L. ed. ant. et cit. c. *quod*, H.

a *In cod. Barb.* in oratorio, nec non refectorio, *etc.* b *Dulio, vero, deest in antiquis.* c Sint. d *Al.* verbis doctrinæ fratres, *etc.* e *Vid. l. careat, et l. vnitæ. ff. de cast. vror.* f Estimet. g *De hoc articulo vid.* B. *Thom.* 2. 2. q. 88. art. 11. et *Turrecremat.* in c. *de illo clerico*, 32. *dist.* et *Ferdinan. Vasqu.* l. 1. *contr. illustrium cap.* 25.

h *Al.* nouem, *sed in conciliis*, octo, *legitur.* i *De hoc articulo vide, quæ etiam in c. cum ex officii. sup. de præscript.* k *In codice Barb.* Hoc ipsum circa regulares. *etc.* l *In cod. Barb. ita:* quia sic volumus superiorum iura seruari, vt inferiores nolumus iniurias sustinere. *In aliis sic.* quia sic volumus superiorum iura obseruari, vt inferiorum nolumus iniurias sustinere.

riores nolumus iniurias sustinere. Ad hoc districte præcipimus tam diœcesanis episcopis, quam personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, vt per censuram eccl. appellat. remota, compescant 26) aduocatos, patronos, vicedominos, rectores et consules, [et] magnates et milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis aut rebus. et, si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem 27) *a* compellere non omittant, vt liberius et quietius Deo 28) valeant famulari.

26) *Compellant*, C. H.
27) *Satisfaciendum*, C. a. L. et cit. c.
28) *Omnipotenti Domino*, cit. c.

CAP. VIII.

Primo *tractat de correctione monachorum*. Secundo *de correctione abbatum*. Tertio *visitatorum*. Quarto *de secularibus in monasteriis beneficiatis*. Quinto *constitutionem extendit ad moniales*. Hoc sufficiat pro summario.

HONORIVS III. *abbatibus et monachis, in Lombardia et Marchia Teruisiana 29) constitutis*. (Conf. c. 4. comp. 5. h. t.)

Ea, quæ pro religionis honestate 30) [*ac religiosorum salute prouide ordinantur, apostolico sunt munimine roboranda, vt suscipiantur deuotius et diligentius obseruentur. Cum ergo per dil. fil. abbatem Montis belli quædam capitula nobis fuerint præsentata, quæ ad castigandum transgressiones multiplices et excessus, quos in quibusdam cœnobiis inuenerat, videbantur pro salute et honestate vestra laudabiliter statuenda: nos ea examinari et corrigi fecimus, et præcipimus, vt inuiolabiliter obseruetis, quæ sigillis ven. f. n. H. Hostien. et N. Tusculanen. episcoporum muniri fecimus ad cautelam. Ad hoc volumus et præcip. auct. præsentium, vt visitatores ad generale capitulum conuocent abbates proprios tam exemtos, quam non exemtos Lombardiæ et Marchiæ, qui non consueuerunt huiusmodi capitulum celebrare, prouidentes, vt in ipso capitulo generali, canonica impedimento sublato, eos, qui contempserint vel neglexerint conuenire, sublato contrad. et app. obst. cens. eccl. compellant, et vsque ad satisfactionem condignam sententiam, quam in eos rite tulerint, non relaxent, eadem censura facturi, quæ in eodem capitulo deliberatione prouida ordinata fuerint, firmiter obseruari, reddituri tam ipsi quam visitatores, et alii iuxta cuiuslibet ministerium Domino, in cuius conspectu nuda et aperta sunt omnia, in extremo examine rationem, si omnem sollicitudinem et diligentiam, quæ circa correctionem et reformationem ordinis, ac visitationem cœnobiorum impendendæ fuerint, neglexerint adhibere.*] Porro, cum visitatores, secundum statutum generalis concilii *b* ordinati a generali 31) abbatum capitulo, processerint ad visitationis officium exsequendum: de statu monachorum 32) et obseruantiis regularibus diligenter inquirant, et tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant, et reforment, quæ viderint corrigenda, ita tamen, quod monachos delinquentes per abbatem 33) loci corrigi faciant, eisque iniungi pœnitentiam salutarem, iuxta beati Benedicti regulam et apostolica instituta, non secundum normam prauæ consuetudinis, quæ quasi pro lege in quibusdam ecclesiis inoleuit. Ipsi etiam visitatores monachos, quos contumaces inuenerint et rebelles, iuxta modum culpæ vice nostra regulari censura percellant, absque personarum delectu 34), non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam vel potentiam amicorum, quin ouem morbidam eiiciant ab ouili, ne inficiat oues sanas. Si vero *c* abbates in corrigendis, iuxta visitatorum mandatum et regularia instituta, in se ipsis seu 35) monachis inuenti fuerint negligentes: proclamentur et corripiantur, et ita puniantur publice in capitulo generali, quod pœna ipsorum sit aliis in exemplum. Quod 36) si abbas [*aliquis*,] non exemptus, fuerit a visitationibus 37) nimis negligens et remissus inuentus: id loci diœcesano denuntient 38) sine mora, at per illum detur ei fidelis et prouidus coadiutor vsque ad capitulum generale. Si autem 39) dilapidator inuentus fuerit, vel alias merito amouendus: per diœcesanum, postquam hoc sibi a visitatoribus denuntiatum fuerit, amoueatur absque iudiciorum *d* strepitu a regimine abbatiæ, ac monasterio prouideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi 40) monasterio fuerit de abbate prouisum. Quodsi forsitan episcopus hoc 41) adimplere noluerit vel neglexerit: visitatores vel præsidentes [*in*] capitulo generali, defectum episcopi apost. sedi non differant intimare. Hæc eadem circa exemptos abbates fieri præcipimus per visitatores, vel præsidentes [*in*] capitulo generali, depositione [*tantum*] ipsorum sedi apost. reseruata, ita, vt, abbate 42) qui amouendus videbitur, interim per visitatores vel in capitulo præsidentes, ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autem excessus et alia, quæ visa fuerint intimanda, capitulo præsidentes nobis denuntient per fideles nuntios et prudentes, quibus de communi contributione abbatum, iuxta cuiuslibet facultatem sufficienter ministrentur expensæ. Sequentes autem visitatores perquirant priorum visitatorum vestigia diligenter, et eorum negligentias et excessus referant sequenti capitulo generali, vt iuxta culpam publice 43) debitam pœnam portent. Idem etiam de abbatibus, præsidentibus generali capitulo, præcipimus obseruari. Præcipimus quoque *e*, vt in nullo monasterio ad præbendas recipiant de cætero 44) abbates et monachi clericos 45) seculares: nec hi, qui iam recepti sunt, locum vel vocem in capitulo, dormitorio vel refectorio seu claustro sibi vindicare contendant 46), seu monachorum cœtibus importune se præsumant miscere 47), sed beneficiis sibi concessis contenti, conuersentur 48) honeste, opportuna obsequia in monasteriis 49) fideliter impendentes, nihilque vltra in spiritualibus aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis vel vsurpent. Si qui vero talium a visitatoribus inuenti fuerint criminosi: per diœcesanum episcopum 50) *f* in non exemptis, et per visitatores vel præsidentes generali capitulo in exemptis [*monasteriis*,] beneficiis priuentur eisdem. Hæc autem omnia etiam 51) in monasteriis, quæ non habent abbates proprios, sed 52) priores, nec non in monasteriis monialium, quoad articulos, abbatissis et monialibus congruentes, præcipimus obseruari.

29) Seu *Teruisina*, vt habet edit. gloss. *Teruisina*, vero c. 4. comp. 5. h. t. ac *Treuisina*, C. L.
30) *Religione et honestate*, C. R. 1.
31) *In generali*, C. R. 2. et H.
32) *Monasteriorum*, C. R. 2. H. L. ed. gloss. et cit. c.
33) *Abbates*, C. H.
34) *Delectu vel distinctione*, ibid.
35) *Suisue*, cit. c.
36) *Porro*, ibid.
37) *A visitatoribus*, restiat C. R. ed. Cont. et cit. c.
38) *Denuntietur*, C. H.
39) *Quodsi dilapid.* cit. c.
40) Pron. *ipsi*, deest in C. H.
41) Pron. *hoc*, e C. R. 1. abest: *hac*, est in L.
42) *Abbas*, C. R. 2.
43) *Publicam*, ibid.
44) Verba *de cætero*, absunt e C. H.
45) *Et monachos et clericos*, cit. c.
46) *Præsumant vel contendant*, C. R. 2.
47) *Immiscere*, ibid. et cit. c.
48) *Conuersantur*, e C. L. abest.
49) In C. R. 1 praep. *in*, deest
50) *Episcopum*, abest a C. R. H. L. ed. ant. et cit. c.
51) Partic. *etiam*, non est in cit. c.
52) *Seu*, ed. Pith. *vel*, gloss.

TITVLVS XXXVI.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT EPISCOPO 53) *g* SINT SVBIECTAE.

CAP. I.

Si dubitatur, in cuius diœcesi sit basilica consecranda: ille episcopus consecrabit, qui prius in illo loco episcopalia exercebat.

GREGORIVS 54) *Victori archiepiscopo Neapol.* 55) (*Roma in Campaniam.*)

Nunc autem *h* ad basilicam 56), quæ dedicanda est, [*illud*] debet disquiri 57), [*quis, id est,*] cuius ciuitatis episcopus 58), antequam [*basilica, quæ nuper fabricata est,*] fundaretur, baptizauerit incolas, et 59) ad cuius consignationem sub enormi deuotione concurrerint 60). Non enim terminis hæc 61) aut locis conuenit definiri: sed [*illius fatere diœcesim, qui superius continetur, vt constet, commanentes a quo fuerint lauacri regeneratione purgati, et ideo, fratres carissimi, amotis ambagibus et omni cunctatione semota, hæc vos modis omnibus conuenit inuestigare, vt*] ille [*maxime*] ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem scripsimus, constat debere 62) permitti.

53) *Episcopis*, C. R. 2. et comp. 3. sed verba: *vt episcopo sint subi.* plane obsunt a comp. 4.
54) GREGORIO VI. qui vixit anno MXLV. adscribit hanc decretalem VGHELLIVS *tom. VI. Ital. sacra p.* 89. *n.* 57. *nouiss. edit.* cuius tempore præfuit VICTOR sedi Neapolitanæ. Etenim inter epistolas GREGORII I. hæc non deprehenditur, nec huius tempore præsul huius nominis ecclesiæ Neapolitanæ præfuit.
55) *Vigorn. archiepiscopo*, C. R. 1. *Victori episcopo Neapolis*, ed. Pith, et c. 1. comp. 1. h. t.
56) *Nunc ad hanc basilicam*, cit. c.
57) *Inquiri*, C. H.
58) Vocab. *episcopus*, desideratur in cit. c.
59) Partic. *et*, non habetur ibid.
60) *Concurrerunt*, est ibid.
61) *Hæc*, C. H. sed neutra vox est in cit. c.
62) *Licere*, C. H.

CAP. II.

Nihil iuris deperit episcopo, in cuius diœcesi sita est ecclesia, quam papa vnit ecclesiæ alterius diœcesis. Et est casus quotidianus.

IDEM 62*) *Agapito abbati.* 63) (*ann.* 601. *Roma in Vmbriam*, Conf. c. 3. comp. 1. h. t.

Quia monasterium, quod in fundo Mertiano [*prouinciæ Campaniæ*] situm est, hostilitate faciente, [*gentium*] dicitur desolatum: illud

62*) vel potius: GREGORIVS I. *lib. IX epist.* 97.
63) *Agabin. abbati*, C. R. 1. *Vgatrn.* H. *Agapeto episcopo*, c. 3. comp. cit. 1.

---

a Satisfaciendum b *Sollicet Lateranensis sub Innoc. III. c.* 12. *quod est relatum supr. cap. praxime: et statutum, cuius hic meminit, habetur in §. ordinarentur etiam.* c *Vid. conc. Trid. sess.* 25. *tit. de reg. c.* 14. d *Qualiter hæc verba sunt accipienda, vid: Clement. sæpe contingit. De verbor. signif. et Eymer. in director. inquisit. p.* 3. *q.* 53.

e *Vide Indice. Rom. sing.* 663. *incipit, nu simplex capellanus.* f *Dio episcopum, deest in antiquis et in recentioribus, magis emendatis.* g *Episcopis.* h *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.*

tun

suo monasterio cum omnibus rebus suis, vel quæ ei competunt 64) actionibus, [*vtile*] perspeximus 65) vniendum: [*et infra.*] Ipsum autem monasterium sic tuæ nos ordinationi commisisse cognoscas, vt tamen iurisdictionem illic non episcopus Surrentinus 66), in cuius ciuitate monasterium tamen est situm, sed Nucerinus 67), cuius est diœcesis *a*, habeat. Nam sic huius *b* loci ordinationem disponimus 68), vt tamen iura sua singulis episcopis inuiolata seruemus.

64) *Competunt*, C. R. 2.
65) *Prospeximus*, C. R. et cit. c.
66) *Surrentinus*, C. R.
67) *Nucerinus*, cit. c.
68) *Disposuimus*, C. R. 1.

CAP. III.

Episcopo subsunt omnia loca pia, et ad eius sollicitudinem debent ordinari ad vsum destinatum.

Ex decretis 69) Eugenii papæ. *c* (*ann.* 827. *Romæ.*)

De xenodochiis *d* et aliis similibus locis per sollicitudinem episcoporum, in quorum diœcesi existunt, ad easdem vtilitates, quibus constituta sunt, ordinentur.

69) *Decreta* EVGENII II. ex concilio Romano, anno DCCCXXVII. habito, edidit HOLSTENIVS in *P. II. collect. Rom.* Vnde ea repetiit LABBEVS *tom. VIII. concil. p.* 104. HARDVINVS vero omisit. Similia quæ anno DCCCLVIII. episcopi in conuentu apud Cariacum regustarunt in epistola ad LVDOVICVM regem *c.* 10. apud BALVZ. *tom. II. capitular. p.* 111.

CAP. IV.

Locus, auctoritate episcopi ad vsum hospitalitatis deputatus, est religiosus, et ad mundanos vsus redire non debet.

VRBANVS IV. 70) *Ariminensi* 71) *episcopo.* (*ann.* 1264. *Romæ in Vmbriam.*)

Ad hæc 72) *e* [*super eo, quod quæsitum est, vtrum hospitalis domus possit in seculare habitaculum commutari,*] inquisitioni tuæ taliter respondemus 73), quod, si locus [*ille*] ad hospitalitatis vsum, et pauperum prouisionem fuerit, sicut moris est, auctoritate pontificis destinatus, cum sit religiosus, non debet mundanis vsibus deputari, sicut de vestibus et ligneis vasis, et aliis vtensilibus, ad cultum religionis 74) per pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter obseruat 75), et venerabilium patrum edocent sanctiones 76).

70) VRBANVS III. legitur C. R. L. H. edit. ant. Gonz. et c. 2. comp. 1. h. t. et sic ad annum MCLXXXIV. hæc decretalis referenda.
71) *Arimin.* C. R. 1. *Aminen.* ed. ant. *Annen.* cit. c. sed hæc omnia erronea.
72) *Ad hæc*, C. R. 1. sed in cit. c. his dictionibus præmittuntur verba *Locus ad ea: et infra.*
73) Voces *inquisit. t. taliter*, in cit. c. non habentur, sed deinde legitur: *duximus respondendum*, loco *respondemus.*
74) *Cultum Dei*, C. R. 1.
75) *Obseruare*, cit. c.
76) Quæ in *c.* 42. *et* 44. *de consecr. dist. I.* traduntur, et iam eo tempore in decreta laudatæ sunt.

CAP. V.

Locus religiosus debet reformari de religiosis duntaxat, non de secularibus, nisi in defectum religiosorum.

INNOCENTIVS III. *Constantinopolitano* 77) *patriarchæ.* (*ann.* 1205.)

Inter *f* quatuor 78): [*et infra.*] *De monasteriis quoque Græcorum, in seculares canonicos conuertendis, f. t. respond. quod* 79), quamdiu monasteria per regulares 80) [*viros. siue Græcos, siue Latinos*] remanere 82) potuerint ordinata 83), non sunt ad seculares clericos transferenda. Sed si regulares defuerint: propter eorum defectum, in eis 84) seculares clerici poterunt ordinari.

77) *Constantinopolis*, C. L.
78) Integra decretalis, vnde etiam alia capitula alibi depromta sunt, conseruata est ab interitu in *gest. Innocent. III. p.* 102. edit. BALVZ. *tom.* 1. *relatis p.* 63.
79) Verba *de monasteriis, etc.* vsque ad vocem: *quamdiu*, absunt a C. R. L. ed. ant. et gloss.
80) Veros monachos indubie intelligit, non *canonicos regulares*; quamuis GONZAL. *h.* posterius prorsus asserat: cum tamen verba parenthesi inclusa *siue Græcos siue Latinos*, euidenter contrarium doceant, et constantissimum sit, tantum apud *Latinos*, non *Græcos*, canonicos regulares fuisse.
82) *Remanere*, non est in ed. ant.
83) *Ordinari*, legitur ibid.
84) Voc. *in eis*, desunt in C. H.

CAP. VI.

Ecclesia, sita in diœcesi episcopi, tenetur sibi in episcopalibus respondere; nisi appareant remissa legitime: et potest episcopus remittendo episcopalia censum sibi retinere.

IDEM *abbati et fratrib. Cryptæ ferratæ.* 85) (*ann.* 1206. *in Gallian.*)

Constitutus *g* in præsentia nostra [*ven. f. n.*] episcopus Alban. *h* in ecclesia castri, quod Pauli dicitur, in qua ius patronatus monasterio vestro recognoscebat, a vobis ius episcopale [*duplici ratione*] petebat; [*primo,*] quoniam sita erat 86) in diœcesi Albanen. et ideo de iure communi ei tenebatur in episcopalibus respondere: [*secundo, quoniam in multis priuilegiis Rom. pontificum, distinguentibus fines diœces. Alban. inter alias ecclesias, in quibus iurisdictionem exercet, hæc Alban. ecclesia, quæst. apost. confirmatur.*] Verum œconomus vester proposuit ex aduerso, quod, etsi 87) ecclesia sita esset 88) in diœcesi Albanen. [*et in priuil. episcopi non sine subreptionis vitio eius esset nomen inscriptum,*] ei tamen non tenebatur in aliquo respondere: cum [*Albericus, quondam fundator, de assensu felicis record. B. papæ præd. n. monasterio Cryptæ ferratæ sæpe dictam ecclesiam contulisset. Præterea bon. mem.*] Dominicus Lauitanus 89) *i* episcopus, [*de quo non erat contentio inter partes,*] qui fuerat 90) episcopus Albanen. vniuersas ecclesias, ad vestrum monasterium pertinentes, in diœcesi eius 91) sitas, et quicquid iuris tam in monasterio vestro [*Cryptæ ferratæ,*] quam in eis habebat, in 92) emphyteusim sub annua octo denariorum vsualium pensione, [*quas quotannis dantes in capite publicum inter. instrumentum*] monasterio vestro concessit, ita videlicet, vt liceret abbati, et fratribus a quocunque vellent episcopo, tam ordinationem clericorum, quam consecrationem altarium in monasterio ipso et prædictis ecclesiis obtinere, in quibus etiam vobis tertiam partem 93) mortuariorum indulsit: et C. 94) papa præd. n. quod ab eo factum fuerat, [*suo priuilegio*] confirmauit, [*et ex certa scientia statuit in perpetuum obseruandum.*] Verum, etsi ecclesia 95) ipsa fuisset aliquando ecclesiæ Albanen. *k* subiecta; monasterium 96) *l* [*tamen*] vestrum nihilominus legitima se poterat præscriptione tueri 97): cum per quadraginta 98) annos ipsam pacifice possedisset, [*quod per testes idem œconomus nisus est comprobare.*] Ceterum œconomus episcopi [*memorati ad obiecta respondit, quod concessio fundatoris Alban. ecclesiæ non nocebat: cum fundator solum ius patronatus monasterio concessit memorato, et ipse super iure patronatus vobis controuersiam non moueret.*] Concessionem [*autem*] episcopi Lauitani 99) non tenere dicebat, vtpote continentem simoniacam prauitatem. Cum enim tertiam partem 100) *m* mortuariorum monasterio concessit 1) [*eidem,*] et cum in ordinationibus clericorum, quam 2) altarium consecrationibus indulsisset ei plenariam libertatem, [*sic videlicet, vt ea possent, a quocunque mallent, episcopo sine controu. cuiuslibet obtinere:*] non est dubium, quin, cum spiritualia hæc 3) existant, eo ipso 4), quod super his 5) recompensationem certæ pensionis accepit, commiserit 6) vitium simoniæ *n*. Vnde contractus huiusmodi [*velut simoniacus,*] nullam obtinet firmitatem. Confirmatio autem apost. sedis fuerat [*super hoc*] per subreptionem obtenta: cum in eadem de pensione nulla mentio habeatur. [*et infra.*] Cum autem 7) nec insolitum sit, nec nouum 8), vt, cum episcopi ecclesias [*aliquas tam in spiritualibus, quam in temporalibus,*] concesserint piis locis, aliquid sibi referuent 9) in eis nomine pensionis: nos quoque, cum [*vel*] libertatis priuilegium 10), vel protectionis præsidium aliquibus ecclesiis indulgemus, gratis accipiamus censum, gratis oblatum 11), et in litteris nostris ad successorum nostrorum 12) memoriam census exprimamus [*et*] etiam quantitatem: [*et infra. Nos igitur,*]

85) *Ferrata*, non habetur in ed. ant.
86) *Est*, C. R. 2.
87) *Quod, si*, C. R.
88) *Erat*, C. R. 1.
89) Rectius *Lauicanus*, C. R. et L. *Dominus Lauicanus*, c. 2. comp. 3. cit.
90) *Ligia idem fuit*, cit. c.
91) *Eadem*, ibid.
92) *Per*, C. H.
93) *Partem*, e C. R. L. ed. ant. Cont. et cit. c. abest
94) *Idem fel. record. Ben.* cit. c.
95) Vocab. *ecclesia*, deest in C. H.
96) Voci *monasterium*, in C. R. H. et ed. ant. additur: *tamen.*
97) *Muniri*, C. H.
98) *LX.* habetur ibid. per totum.
99) *Lucan.* C. R. 1. *Lauicani*, C. R. 2. et L. *Lauicani*, cit. c.
100) *Partem*, abest a C. R. L. H. ed. ant. Cont. et cit. c.
1) *Concessisset*, C. R. L. edit. ant. Gonz. et cit. c.
2) *quam in*, C. R. 2.
3) *His*, ed. ant.
4) *Quoniam eo ipso*, cit. c. sed incongrue.
5) Verbis *super his*; in C. L. additur: *reliq.* et in C. R. 2. additum in margine.
6) *Commisit*, cit. c.
7) *Præterea*, ibid.
8) Verb. *nec nouum*, desunt in C. H.
9) *Seruetur*, cit. c.
10) *Priuilegia*, C. R. 1.
11) Tantum iura canonica reprobant *pactum* de certo censu soluendo, veluti per modum *transactionis*, inter litigantes initum. Quod in actibus *gratuitis sponte offertur*, vel a concedente *reseruatur*, in *memoriam gratiæ concessæ*, ab omni labe simoniacæ alienum est, qualem census curiæ Romanæ et infinitis soluuntur locis, quia infinitas gratias concedit. vid. *c.* 10 *de priuil.* eo *d.* KETTNER *antiqu. Quedlinb. inter diplom. seculi X. n.* 31. LVDEWIG *tom. II. reliqu. MSCt. p.* 228. MARTENE *tom I. noo collect. P. II. p.* 29. etc.
12) *Vestrorum*, ed. ant.

a *In C. Barbatia*, in cuius est diœcesi, etc. *b* Huiusmodi. *c* *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compilat.* *d* *Xenodochium Alem.* I. *pauperum hospitiorum interpretatur Hospitale*, *vide Trid. conc. sess.* 25. *de reform. c.* 8. *e* *C.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp. vide Archid. in c. nemo, de consecr. dist.* 5. *et Calderinum conf.* 5. *et* 6. *de relig. domib.* *f* *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* *g* *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp.* *h* Abanen. *al.* Alben.

i Louitanus. *al.* Lauican. *al.* Lucan. *sed in omnib. manuscript.* legitur Lauicanus. *k* Alben. *l* Monasterium tamen vestrum. *m* *De-* *bita*, partem, *deest in antiqu. et in recentioribus, magis emendatis.* *n* *Vid. Bart. in l. Titia centum. ff. de condit. et demonstr.*

auditis [*his et aliis hinc inde*] propositis, œconomum monasterii vestri œconomo eiusdem episcopi ecclesiæ [*Lanicen.*] nomine in solutionem pensionis prædictæ, iuxta ratam, quæ contingit ecclesiam prædictam, et restitutionem subtractæ a quadraginta annis, secundum ratam eandem, per definitiuam sententiam condemnauimus, et eundem œconomum vestrum 13) ab impetitione 14) œconomi eiusdem episcopi super aliis reddimus absolutum, perpetuum illi silentium imponentes. [*Licet autem in instrumento concessionis prædicti episcopi Lanicen. expressa fuerit certa pœna, quam pars, contractum non seruans, solueret obseruanti; cum tamen vtraque pars peruenisse contra illum ex confessione propria conuincatur, cum et pars vestra sub episcopo traxerit pensionem, et episcopus procurationem exegerit ab eadem ecclesia, sicut œconomus proposuit memoratus: vtramque partem ab ea reddimus absolutam.*]

13) *Nostrum*, ibid.
14) *Petitione*, C. 8. 2.

CAP. VII.

Episcopus, petens ecclesiam quoad temporalia et spiritualia, obtinet in spiritualibus, eo ipso, quod probat esse in sua diœcesi, si non appareat exempta: sed in temporalibus succumbit, nisi aliter doceat de iure suo. Et in hoc vltimo est casus notabilis.

IDEM *abbati et conuentui Farben.* 15) a (*ann. 1215. in Latium.*)

Cum venerabilis frater noster I. Sabinen. b episcopus, [*coram dil. fil. nostris R. tit. sanctæ Anastasiæ presbytero et P. sanctæ Luciæ ad septem sol. diacono, cardinalibus, quos sibi et R. procuratori vestro concessimus auditores,*] ecclesiam sancti Angeli de Canceia 16) c cum suis pertinentiis et possessionibus petiisset, asserens, eam ad se tam in spiritualibus, quam in temporalibus pertinere; allegauit ante omnia ius commune: quia, cum constituta sit in diœcesi Sabinen. [*vt dicebat,*] sub ipsius debebat consistere potestate, [*iuxta canonicas sanctiones.* et infra.] In temporalibus quoque ad se dictam ecclesiam pertinere, [*idem episcopus*] nitebatur ostendere per publicum instrumentum, in quo continebatur 17) expresse, Ioannem Sabinen. episcopum, Hugoni, Farben. 18) d abbati, et duabus personis 19) post ipsum, [*Gonaldo, Pausueto*] dictam ecclesiam cum suis pertinentiis locauisse pro annua quatuor solidorum Papiens. pensione, [*in assumtione beatæ Mariæ persoluenda.*] Sed pars vestra proposuit, instrumento prædicto nullam fidem penitus adhibendam, propter superlinearem scripturam, et rasuram e, loco suspecto factam, vbi videlicet annotatio temporis 20) recensetur 21). [*Fuit insuper ex ipsius parte propositum, quod, cum ab ecclesia S. Angeli nomine monasterii vestri multo tempore fuerit certa pensio ecclesiæ Sabinen. soluta, manifeste liquebat, ad ecclesiam eamdem, in qua locatio facta fuerat, iure proprietatis pertinere. Ad hoc autem procurator respondebat prædictus, quod, etsi quidam testes se vidisse deponant, ecclesiam S. Angeli pensionem IV. sol. Sabinen. episcopo persoluisse, nullum tamen ex hoc monasterio vestro poterat præiudicium generari: cum non appareat, pensionem ipsam ex parte monasterii fuisse solutam. Et quamquam etiam testes asserant, se vidisse multoties prætaxatam pensionem exsolui: non tamen ostenditur tanto tempore præstita, quousque ad præscriptionem legitimam porrigatur. Item, sicut ad rei proprietatem locatio facta non sufficit, ita nec solutio, nec perceptio pensionis. His igitur et aliis intellectis, quæ coram cardinalibus supra dictis pars vtraque proponere procurauit,*] quia nobis constitit, ecclesiam supra dictam [*sancti Angeli*] constitutam [*esse*] in diœcesi Sabinen. [*de cons. f. n.*] episcopale ius in omnibus spiritualibus eidem episcopo adiudicauimus in eadem 22), illis tantum exceptis, quæ per authentica scripta 23) ei dignoscuntur 24) esse subtracta. [*et infra.*] Quia vero instrumentum prædictum, per quod episcopus [*supra dictum*] ecclesiam intendebat 25) [*sibi*] quoad temporalia 26) vindicare, ad faciendam 27) super hoc fidem inualidum esse cognouimus, vtpote propter prædicta de iure suspectum: vos ab impetitione ipsius, quoad temporalia eiusdem ecclesiæ, duximus [*sententialiter*] absoluendos, [*eidem super hoc silentium imponentes.*]

15) Vel potius: *Farfens.* vti legitur *libr. XII. epist.* 91 scripta anno regiminis XII. Intelligit vero pontifex monasterium *ordinis Cisterciensis*, vnde oriundus erat, et ad quod, facta ipsius electione, sese contulerat, teste *MANRIQVIO in annal. Cisterc. ad ann. MCXLV. c.* 1. *n.* 6. *tom. II. p.* 2. De fundatione huius monasterii *IDEM tom. I. ann. Cisterc. ad ann. MCXL. c.* 8 *n.* 7. *p.* 392. agit.
16) *Cancia*, C. B. et cit. c. *Cancia*, L. ed. ant. et Cont.
17) *Continetur*, cit. c.
18) *Sarrek*, C. 8. 1. *Ferren* C. 8. 2. *Farfen* L. et cit. c.
19) *Duobus abbatibus*, C. R. 1
20) *Temporis*, deest in C. H.
21) *Censetur*, C. L. *refertur*, ed. gloss.
22) *In eandem*, cit. c.
23) *Authenticam scripturam*, C. 8. 1.
24) *Noscuntur*, C. H.
25) *Prætendebat*, cit. c.
26) *Spiritualia*, ibid.
27) *Faciendum*, C. L.

CAP. VIII.

Monasterium subiectum est episcopo, in cuius diœcesi situm est: nisi probetur exceptum. H. d. quoad titulum.

IDEM 28) (*ann. 1198. Romæ in Hispaniam.*)

Cum dilectus f filius: [*et infra.*] [*Nos igitur super prædictis per memoratum card. instructi,*] quia caussa [*ipsa*] non poterat in nostra præsentia terminari, [*vtpote*] cum nuntius monasterii super procuratione vel ratihabitione litteras non haberet; eam vestro duximus examini committendam, [*discretioni vestræ per ap. scr.*] mandantes, quatenus, si [*vobis*] constiterit, abbatem [*ipsum*] ad sedem apostolicam [*super hoc,*] antequam episcopus in eum suspensionis vel excommunicationis, et in monasterium interdicti sententias tulerit, legitime appellasse, vel monasterium a iurisdictione episcopi eiusdem 29) [*esse*] exemptum, eo non obstante, quod abbas, ab eo 30), [*sicut dicitur,*] circumuentus, præter fratrum suorum assensum ei obedientiam repromisit, cum fraus et dolus ei patrocinari non debent, iudicetis, illas sententias, [*app. rem. penitus*] non tenere: [*alioquin faciatis eas per cens. eccl. vsque ad satisfactionem congruam inuiolabiliter obseruari.*] Quodsi [*forte*] abbas [*ipse*] in exemptionis probatione defecerit, nec legitima se poterit præscriptione 31) tueri; licet probet, se ante prædictas sententias appellasse: nihilominus tamen monasterium [*ipsum*] iudicetis Aurien. 32) ecclesiæ subiacere, in cuius est diœcesi fundatum g. Similiter, eo in probatione appellationis 33) deficiente, si vobis constiterit de exemptione vel legitima præscriptione, tam abbatem, quam monasterium ab impetitione [*eiusdem*] episcopi absoluatis.

28) Integra decretalis, hic admodum mutilata, refertur *libr. I. epist.* 60. cuius inscriptio hæc est: *Lucensi episcopo, abbati de Melon. et Petro Ioannis archidiacono Asturicensi.*
29) *Ipsius ecclesiæ Aurien.* c. 2. comp. 4. h. t.
30) *Ab episcopo*, ibid.
31) *Exceptione*, ibid.
32) *Auren.* C. 8. 2.
33) *Appellationis*, in cit. c. non habetur.

CAP. IX.

Nouam religionem non licet constituere sine auctoritate Rom. pontificis: nec in diuersis monasteriis potest quis esse abbas vel monachus. Sic principaliter summatur: licet plura dicta habeat.

IDEM INNOC. III. *in concilio generali.* h

Ne nimia religionum 34) i diuersitas grauem in ecclesiam 35) Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam k religionem inueniat: sed quicunque ad religionem conuerti voluerit 36), vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum de nouo fundare 37), regulam et institutionem accipiat [*vnam*] de approbatis. Illud etiam 38) prohibemus, ne quis in diuersis monasteriis locum monachi habere præsumat, nec vnus abbas pluribus monasteriis præsidere.

34) *Religionis*, ed. ant. et Cont.
35) *In ecclesia*, C. 8 L. et c. 3. comp. cit. 4.
36) Loco verborum *sed quicunque - - voluerit*, in cit. c. [illegible]
37) *Formare*, ibid.
38) *Autem*, C. H.

TITVLVS XXXVII.

DE CAPELLIS MONACHORVM, ET ALIORVM RELIGIOSORVM. 39)

CAP. I.

Ad curam, monasterio subiectam, non monachi, sed seculares clerici præficiuntur, et episcopis subsunt.

VRBANVS III. 40) (*Romæ.*)

[*Congregato apud Claromontensem vrbem multorum episcoporum synodali conuentu, proposita est nobis a quibusdam eorum quæstio de ecclesiis, vel de ecclesiasticis possessionibus, a clericis vel monachis vsque in præsentiarum, inconsultis episcopis acquisitis. Nos autem, vti saniori consilio eorumdem episcoporum condescendentes pro tempore, prouidenterque ecclesiasticæ paci, vel quia aliter absque ineuitabili scandali periculo huiusmodi quæstio non poterat procedere, apostol. auctoritate decernimus, vt ea, quæ a clericis vel monachis, vel a quibuscumque personis, prout potuerunt*

39) *De Capellis monachorum et regularium*, C. 8. 1. *De cap. cler. et monachorum*, comp. 3. *De capellis monachorum*, comp. 4.
40) In c. 1 comp. 1. h. t. rectius inscriptio hæc est: *VRBANVS II. in concilio Claromontensi.* Ad hoc concilium enim caput hoc pertinere, docent verba initialia eius, hic in parenthesi adiecta, in c. 2. C. *XVI.* q. 7. etiam relata, et ita ad annum MXCV. referri debet.

a Farfen. b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.* c Cantia. alii. Cantia. d Farfen. e *Vid. Iaf. et Dec. in l. fin. C. de edict. diu. Hadr. toll. et Alex. cons.* 59 *incipit, visa processu in* 2. *volumine, et Petru, in c ex litteris. de fid. instr.*

f *C.* 2. *eod. tit. in* 4. *compil. vid. Host. et Henr. Boich.* g Situm. h *Concil. generale Lateran. sub Innoc. III. c.* 13. *et c.* 3. *eod. tit. in* 4. *comp.* i Religionis k *Vid. Cardin. consil.* 93. *incipit: In aliquibus locis. et Felin. in cap. ecclesia S. Mariæ. supr. de constit. cap. vii. eod. tit. in* 6. *compil.*

vsque

vsque hodie fuerunt acquisita vota perenniter et inconcussa permaneant, hoc tamen tenore, ne in posterum, inconsultis episcopis, talia præsumant.]

In ecclesiis, vbi monachi habitant 41) a, populus per monachum 42) non regatur: sed capellanus, qui populum regat, ab episcopo per consilium monachorum instituatur, ita [*tamen*,] vt ex solius episcopi arbitrio tam ordinatio eius, quam depositio, et totius vitæ pendeat conuersatio.

41) De *ecclesiis parochialibus* sine dubio hic agitur, circa quas nonnunquam monasteria erecta: quæ tamen *parochiales* esse non desinebant, licet simul monachis vt *conuentuales*, inseruirent. Alia est ratio ecclesiarum parochialium, in quibus monachi non habitant, quamuis monasterio vnitæ sint, et per vicarium regantur.
42) *Per monachos*, ed. ant.

CAP. II.

Si ecclesia non cathedralis vindicat sibi ius in alia ecclesia: obtinebit solum quoad ea, quæ probabit sibi deberi præscriptione, vel alio legitimo modo. H. d. secundum communem et verum intellectum.

INNOCENTIVS III. *archipresbytero et clericis sanctæ Cæciliæ.* (ann. 1205.)

Dilectus b filius M. syndicus ecclesiæ vestræ, [*in nostra præsentia constitutus*,] ab œconomo sancti Laurentii de Piscinula 43), in scrutiniis, baptismate, [*processionibus*,] capitulis, et similibus subiectionem postulans, possessorium et petitorium intentabat. Cum enim ecclesia sancti Laurentii sit in parochia vestra sita; debet de iure communi, [*sicut idem syndicus proponebat*,] ecclesiæ vestræ in prædictis omnibus subiacere: [*nisi se posset vel speciali priuilegio, vel legitima præscriptione tueri.*] Verum nec priuilegium exemptionis habet, nec præscriptionem pro se poterat allegare; cum illa ecclesia 44) sanctæ Cæciliæ præscripsisset, sicut per testes dicebat legitime comprobatum. Præterea, cum [*olim*] coram [*bon. mem.*] C. papa prædecessore nostro, super prædictis inter vestram et prædictam ecclesiam 85) quæstio verteretur, M. 86) presbyter eiusdem ecclesiæ fuit sponte confessus c, quod ecclesiæ sanctæ Cæciliæ scrutinium et baptisma debebat: [*sicque ad proprietatem vestram intentionem recognouit.*] Cumque pars vestra testes 87) [*sufficientes et idoneos*,] qui se illum diuersis temporibus ad capitulum vocasse, ipsumque venisse [*frequenter*] asserebant, in medium produxisset: eis iurare paratis, prædictus presbyter se vocatum iuisse ad capitulum est confessus. Vnde prædictus prædecessor noster ecclesiam vestram capitulo, quo se conquesta fuerat spoliatam, saluo iure proprietatis ecclesiæ sancti Laurentii reuestire curauit, sicut in eius litteris continetur. Per hoc 88) ergo [*et*] proprietatem, quoad scrutinium et baptisma, et possessionem quoad capitulum, vester 89) voluit syndicus comprobare. Ad hæc 90) d [*autem*] sancti Laurentii œconomus 91) ex aduerso respondit, quod ecclesia illa 92) e nullo medio ad Romanam ecclesiam, [*sicut ex multis scriptis authenticis edocetur*,] pertinebat. Cum enim monasterium monialium fuerit, et generaliter seruetur in vrbe, vt nullum monasterium titulo 93) sit subiectum; incongruum videbatur, vt regulares secularibus supponantur: [*patet, ecclesiam ipsam liberam extitisse.*] Præterea vsque hodie nos in ea institutionem et destitutionem liberam exercemus: [*cum et bon. mem. C. p. p. n. dilect. fil. M. scriptorem, nostrum archipresbyterum, in ea sine cuiuslibet contradictione statuisset. Sic ergo ecclesiam ipsam liberam et in possessione libertatis existere dictus voluit œconomus comprobare. Cum ergo pro eo habeat ius commune, in eo videlicet, quod vniuersa monasteria vrbis ad Romanam ecclesiam nullo mediante pertineant; affirmanti contrarium fides non est aliquatenus adhibenda: nisi super hoc priuilegium induxerit speciale. Quod autem dicitur in parochia vestra sita: idem œconomus penitus denegauit. Sed etsi hoc verum esset: sufficienter tamen se poterat prædicta ratione tueri. Confessio autem M. presbyteri super scrutinio et baptismo eidem ecclesiæ præiudicare non poterit: cum super his lis contestata in eiusdem pr. n. præsentia non fuisset, sicut ex forma petitionis et conclusionis apparet. Hoc etiam sententia non fuerat hactenus ecclesia vestra vsa: sed eam duxerat vsque ad hæc tempora supprimendam.* et infra.] Nos igitur, auditis [*his et aliis hinc inde*] propositis, [*rationibus et allegationibus, instrumentis et attestationibus plenius intellectis, et cum fratribus nostris deliberato consilio*,] œconomum [*eiusdem ecclesiæ*] sancti Laurentii syndico vestro in baptismo, scrutinio [*et processionibus*] condemnamus, ita [*tamen*,] vt per hoc ecclesiæ Romanæ nullum præiudicium generetur, si quando forte ius suum duxerit prosequendum. In institutione autem et destitutione et capitulo œconomum ipsum ab impetitione syndici vestri prorsus absoluimus, syndico vestro super hoc perpetuum silentium imponentes.

43) *Pascinulla*, C. R. 2. Verum GONZ. censet recte, legendum esse: *de Panisperna*, quæ est ecclesia *S. Laurentii* Romæ.
44) *Cum illam ecclesia*, c. vn. comp. 3. h. t.
85) *Prædictas ecclesias*, C. R. 2. et L.
86) C. R. 1. habet: *H.* sed cit. c. *Martinus*.
87) *Testes sufficientes et idoneos*, C. H.
88) *Per hæc*, ibid.
89) *Vestrum*, C. L.
90) *Ad hæc*, C. L. et cit. c. sed in C. R. 2. verbis *ad hæc*, additur: *vero*.
91) Verba *S. Laurent.* in C. R. 1. desunt.
92) C. R. 1. addit: *Sancti Laurentii.*
93) H. e. *ecclesiæ parochiali*, licet intra terminos *parochiæ* extructum fuerit. Asserebat videlicet syndicus *ecclesiæ S. Cæciliæ*, quæ est *titulus cardinalis*, monasterium S. Laurentii sibi subesse: cum tamen nullum monasterium *titulo cardinali* in vrbe subesset. Erant enim *tituli cardinales* olim ipsæ ecclesiæ *parochiales*, in vrbe erectæ, quibus vel *presbyteri* vel *diaconi* præficiebantur ab episcopo Romano, more communi. Vnde etiam *propriam parœciam* habebant, vt in *h. t.* quoque traditur. Inde vero factum, vt monasteria in vrbe, sicut alibi, a *parochiali iure* essent exemta, et immediate pontifici, vt episcopo suo, subiecta, postquam propriis ecclesiis instructa fuerunt. Vbi vero *tituli cardinales* eminentiorem dignitatem acceperunt, et cardinales in eis fere *iurisdictionem episcopalem* acquisiuerunt: non potuerunt non tales controuersiæ, de quibus hic agitur, ex hoc nouo statu oriri.

CAP. III.

In prioratibus monachorum non possunt singuli monachi commorari; etiamsi super hoc habeant rescriptum apostolicum: nisi in illo fiat mentio de Lateranensi concilio.

HONORIVS III. *episc. Venetensi.* 94) (ann. 1220. Conf. c. 2. comp. 5. h. t.)

Ex parte tua fuit propositum [*coram nobis, quod, conquerentibus olim abbate et conuentu Riuensi Venet. diœcesis, quod tu compellere moliebaris eosdem, vt instituerent plures monachos in quibusdam suis prioratibus tuæ diœcesis, in quorum singulis singuli monachi hactenus steterant, cum pluribus facultates non suppetant eorumdem. Nos abbati S. Albini Andegauen. et collegis eius per nostras litteras dedimus in mandatis, vt de ipsorum locorum facultatibus inquirentes, in eorum singulis facerent plures institui monachos, si pluribus illorum sufficiunt facultates: alioqui tibi auctoritate præsentium inhiberent, ne abbatem et conuentum prædictos molestares super instituendis pluribus in eisdem. Vnde idem*] abbas et conuentus Riuen. 95) f Venetens. 96) diœcesis 97) occasione litterarum apostol. sedis 98) asserunt sibi esse concessum, vt 99) in singulis [*locorum*] ipsorum prioratibus 100) singuli monachi commorentur, si pluribus non suppetunt facultates eorundem. Cum autem id obuiet Lateranensi concilio g, de quo nulla mentio est in litteris ante dictis: [*postulasti nostra tibi aperiri responsa, vtrum nostræ intentionis fuerit per huiusmodi litteras cum abbate et conuentu prædictis contra ipsum concilium dispensare. Nos ergo*] fraternitati tuæ 1) breuiter respondemus, quod [*tenoris*] huiusmodi litteras ab apostol. sede non credimus emanasse. Quod si 2) per occupationem forsitan emanauerint: nolumus per hoc derogari 3) concilio supra dicto.

94) *Venetano*, C. R. 1. *Veneten.* L.
95) *Rauen.* C. R. 1. *Treueren.* L. *Riuensen.* ed. ant. et Cont.
96) *In Veneten.* C. H.
97) Voc. *Riuen. Venetensis diœcesis*, in c. 2. comp. 5. h. t. non habentur.
98) *Huiusmodi*, ibid.
99) *Vt*, deest in C. H.
100) Vocab. *prioratibus*, non est in cit. c.
1) *Fraternitati vestræ*, C. R. 1.
2) *Quia si*, C. R. 2.
3) *Derogare*, ibid.

CAP. IV.

Ordinarius compellit abbatem, vt monachos a prioratibus reuocet ad claustrum, vel eis socios adiungat.

IDEM *Burdegalen.* 4) *archiepisc.* (ann. 1220. Conf. c. 3. comp. cit. 5.

Ad audientiam nostram, [*te significante*,] peruenit, quod nonnulli monachi, lege tibi diœcesana subiecti, in quibusdam prioratibus habitant solitarii, contra statutum generalis concilii 5) h. Ideoque [*f. t.*] mandamus, quatenus ipsorum [*monachorum*] abbates, seu priores, vt vel ipsos ad claustrum i reuocent, facientes in ipsis ecclesiis deseruiri per clericos seculares: vel alios monachos eisdem associent, cum quibus vitam possint ducere regularem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam [*app. rem.*] compellas, [*prouiso, quod ad exemtos manum occasione mandati huiusmodi non extendas.*]

4) *Burdigen.* C. R.
5) Cuius verba adducta sunt in c. 2. X. *de stat. monach.*

---

a *C.* 1 *eod. tit. in* 3. *comp. vid. conc. Trid. sess.* 25. *tit. de regul. cit.* 11. *Adde gl. et Archidiacon.* 16. *q.* 1. *in summa.* b *Cap. vn. eod. tit. in* 3. *comp. vid. Henric. Boich. hoc ipso cap.* c *Vid. leg.* 1. *C. de confess. Bart. in l. certum.* §. *sed ante ipsum.* ff. *eod.* d Ad hoc. e Ipsa.

f Riuenens. *al.* Einen. *et infra* Nanetens. g *Later. concil. sub Alexandr. III. c.* 10. *refertur supra de statu monach. cap. monachi.* h *Quod citatur supra. c. præcedenti.* i Claustra.

TITV-

TITVLVS XXXVIII.

DE IVRE PATRONATVS, [*et ecclesiis, a laicis concessis.*]

CAP. I.

Si propter discordiam patronorum ecclesia caret administratore: cessatur in ecclesia a diuinis, tolluntur reliquiae, et ostia clauduntur, si aliter sine scandalo ecclesiae prouideri non potest. H. d. cum cap. sequenti.

Ex concilio Mediolanensi 6) a (*in Insubr.*)

Perlatum est 7) [*ad S. synodum, quod inter heredes etiam ecclesiae, in rebus propriis constitutae, diuidantur, et tanta per eandem diuisionem simultas oritur, vt de vno altari quatuor partes fiant, et singulae partes singulos habeant presbyteros, quod sine discordia et simultate nullo modo fieri potest. Vnde*] nobis visum est, quod ecclesia inter heredes patroni diuidi 8) non debeat 9). Et si [*in contentionem venerint, et*] simultates inter eos surrexerint, propter quas 10) sacerdos suo ibi officio canonice fungi non possit: si aliter prouideri non poterit 11), praecipiatur ab episcopo [*ciuitatis,*] vt nullo modo ibi missarum sollemnia celebrentur, donec [*illi*] ad concordiam redeant, et [*pari modo et pari consilio*] ecclesia [*illa*] sacerdotem 12) canonice habeat, qui libere suum ministerium valeat exercere 13).

6) Indubie hic canon desumtus est ex concilio *Cabilonensi II.* anno DCCCXIII. celebrato, *c.* 26. apud *HARDVIN.* tom. *IV. concil.* p. 1036. et inde etiam repertus *in capitular.* apud *BALVZ.* tom. I. *capitul. addit. III.* c. 51. Enimuero apud *BVRCHARDVM* libr. *III.* c. 32 *ex concilio Mediomatric.* laudatur, quae inscriptio seruata est in C. R. *edit. antiqu. et c.* 1. *comp.* 1. *h. t.* postea, per nouum errorem, in *Mediolanensi* mutata. Vnde BALVZIVS *in not. ad Regin. libr.* 1. *c.* 242. *p. m.* 565. existimat, fieri potuisse, vt tum BVRCHARDVS, tum BERNHARDVS CIRCA *in cit. c.* 1. ex aliquo *concilio Metensi* hunc canonem desumserint, diuersis exemplaribus vsi, quod diuersae lectiones in nonnullis locis repertae fuerint. Sed pari ratione asseri potest, BERNHARDVM CIRCA, qui indubie hunc canonem ex BVRCHARDO descripsit, tali exemplari *decretorum* BVRCHARDI vsum fuisse, quod diuersas lectiones eo tempore habuit. Persuasissimum enim habeo, BVRCHARDVM hunc canonem descripsisse ex *capitular. cit. l.* vnde etiam REGINO *libr. I. c.* 242. illum in compendio recitat; sed, quia nefas esse duxit, constitutionem ecclesiasticam ex legibus secularibus depromere: *audax et mendax maluit, quae hinc accipiebat capitula,* concilio cuidam vel patribus tribuere, quam regibus Francorum, vt verbis BALVZII vtar, *in praef. ad. capitular.* §. 20. at mitto, hunc idem non obseruasse hoc loco.

7) *Relatum est*, ed. ant. et c. 1. comp. 1. h. t.

8) Erant olim hae ecclesiae parum in vsus domesticos nobilium adstructae, quas *suas* esse dicebant, vt etiam cum hereditate iudicio familiae herciscundae subiectae crederentur, et dominus earum *patronus* more antiquo diceretur, ad denotandam earum proprietatem.

9) *Quod huiusmodi ecclesia inter heredes diuidi non debeant*, cit. c.

10) *Per quas*, ibid.

11) Verba *si aliter prouideri non poterit*, desiderantur ibidem: in ipso autem sunt concilio.

12) In C. R. 1. voci *sacerdotem*, additur. pron. *suum*.

13) *Agere possit*, cit. c.

CAP. II.

Summatum est in cap. proximo.

Ex concilio Triburiensi 14) b (*in Germania.*)

Quaecunque ecclesia [*a pluribus coheredibus sit possessa, concordi vnanimitate vndique procuretur, ne propter aliquas discrepationes seruitium Dei minuatur, et cura populi irreligiose agatur.*] Si [*vero*] contingat pro ecclesia dissidere patronos, vt eam nolint sub vno presbytero procurari 15) c; [*et propterea iurgia et contentiones tam inter ipsos, quam inter clericos incipiant frequentari, quia iuxta Apostolum, seruos Dei non oportet litigare:*] episcopus, si aliter non poterit ipsi consulere 16), tollat inde reliquias, [*et sub magna cura honorifice collocet eas,*] atque eiusdem ecclesiae claudat ostia, [*et sub sigillo signet ea, et*] vt sacrum mysterium 17) d nullus in ea celebret, antequam [*concordi vnanimitate*] vnum [*omnes*] eligant presbyterum, qui sacrosancta sit idoneus procurare, [*et populo Dei vtiliter praeesse.*]

14) Compendium c. 32. *huius concilii* est apud REGINONEM *libr. I. c.* 242. cuius sententiam INNOCENTIVS III. in *c.* 3. *et* 27. *h. t.* immutauit, et *ius deuolutionis* in his ecclesiis, ob discordiam patronorum in eligendo presbytero, introduxit. Olim ex hac contradictione saepe fiebat, vt singuli separatim presbyteros praeficerent his ecclesiis, qui missas ibidem celebrarent. Quod ne fieret inter rixas, reliquias, sub altari positas, tollere iubebatur episcopus: quo ipso altare esse desinebat.

15) *Pro ea comparticipes dissidere, et sub vno presbytero nolle eam procurare,* c. 2. comp. 1. cit.

16) Verba *si aliter non poterit ipsi consulere*, sunt emblema Raymundi, nec habentur in cit. c. nec in concilio.

17) *Ministerium*, C. R. et L.

a *In omnibus antiquis:* Mediomatrit. *Burchard. libr.* 3. *decret. cap.* 42. *at c.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. Iuo part.* 3. *c.* 46. *habet:* ex concil. Mediomatricensi, *c.* 10. *exstat tamen hoc decret. in concil. vulgatis in Synodo Cabilonensi secunda, habita sub imperat. Carolo magno, cap.* 26. b *Concil. Triburiens. c.* 32. *Burchard. libr.* 3. *decret. c.* 224. *Iuo part.* 3. *c.* 281 *et c.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* c *Al.* ordinari. d *Al.* ministerium, *quod hic agnoscit Hostiensis.*

CAP. III.

Si patroni in praesentando discordant; praefertur praesentatus a maiori parte, si est idoneus: et, si hoc sine scandalo fieri non potest, vel patroni intra tempus debitum non praesentant, episcopus ordinabit ecclesiam.

Ex concilio Lateranen. e (*ann. 1179. Romae.*)

Quoniam in quibusdam locis fundatores ecclesiarum, aut heredes eorum, potestate, in qua eos ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur; [*et cum in Dei ecclesia vnus debeat esse, qui praesit, ipsi plures sine respectu subiectionis eligere moliuntur;*] et, cum 18) vna ecclesia vnius debeat esse rectoris 19), pro sua dissensione 20) f plurimos 21) repraesentant 22): praesenti decreto statuimus, vt, si forte in plures partes g fundatorum se vota diuiserint, ille praeficiatur ecclesiae, qui maioribus iuuatur meritis, et plurimorum eligitur 23) et approbatur 24) assensu. Si autem hoc sine scandalo esse h nequiuerit: ordinet antistes ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum viderit ordinandam. Et id ipsum etiam faciat, si de iure patronatus quaestio emerserit inter aliquos, et, cui competat, intra quatuor menses non fuerit definitum.

18) *Quod cum*, ed. ant.

19) Sicuti in vna dioecesi tantum est vnus episcopus, qui populum vniuersum regat, ita, etiam in parochia vnus tantum constituendus *rector c.* 14. *de elect. in* 6. quamuis hic sibi adiutorem cum auctoritate episcopi assumere queat. sed citra praeiudicium patroni, *c.* 30. *h. t.* cum *c.* 2. *C. XXI. q.* 2. Ceterum ex hac *proprietate*, qua patronus ecclesiam, vt *suam*, sibi asserebat, euidenter fluxit conclusio, hoc ius *patronatus* seu dominii, quae coincidunt, transiisse in heredes, qui effectus *proprietatis* est primarius. Exstruebantur enim in fundis propriis, vt *domesticae ecclesiae*, in vsus familiae. adeoque, olim parochialem non habebant qualitatem. Hae acceptis, magis *publicae* factae sunt, retento tamen iure *patronatus*, in heredes transmissibili quidem, sed admodum imminuto.

20) *Defensione*, c. 4. comp. cit. 1.

21) *Plures*, ibidem.

22) *Repraesentent*, C. R.

23) *Eligatur*, ibid.

24) *Et probatur*, cit. c.

CAP. IV.

Excommunicentur patroni laici, qui clericos instituunt et destituunt in ecclesiis etiam patronatis, vel bona ipsarum aliter administrant. Et clerici, qui institutionem laicorum recipiunt, communione priuentur.

Ex eodem. i (*ann. 1179.*)

Praeterea, quia 25) in tantum quorundam laicorum processit audacia 26), vt, episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituant in ecclesiis, et remoueant, cum voluerint, possessionem quoque atque alia 27) ecclesiastica bona pro sua voluntate plerumque distribuant, [*et tam ecclesias ipsas, quam homines earum, talliis et exactionibus grauare praesumant:*] ipsos, [*qui amodo ista praesumserint,*] anathemate decernimus 28) [*esse*] feriendos. [*Presbyter autem siue*] clericus, qui ecclesiam per laicos sine proprii 29) episcopi auctoritate receperit, communione priuetur, et, si perstiterit, a ministerio ecclesiastico et 30) k ordine deponatur.

25) Partic. *quia*, non est in c. 5. comp. cit. 1.

26) Ex hoc principio assumto, quod presbyteri his ecclesiis praepositi essent *domestici sacerdotes et officiales nobilium*, vt monstrat *AGOBARDVS de priuil. et iur. sacerd.* §. 9. *p.* 134. *edit. Baluzii:* adeoque existimabant, eos pro lubitu etiam dimitti posse, nec episcoporum auctoritatem in earum constitutione esse necessariam. Qua de caussa quoque bona ipsa ecclesiastica sub sua dispositione adhuc esse credebant, vt praesens canon indicat.

27) *Alia*, desideratur in cit. c.

28) *Decreuimus*, C. R. 2.

29) *Propria*, cit. c.

30) *Vel*, ed. ant.

CAP. V.

Si patronus laicus successiue praesentat duos, et secundus instituitur ab episcopo: valet institutio. Hoc dicit primo. *Patronus non potest clerico vel alteri ecclesiae conferre ecclesiam patronatam, vel alteri donare.*

ALEXANDER III. *Eboracen. archiepiscopo.* (*ann. 1180.*)

Quod autem l consulis, si clericus idoneus ad vacantem ecclesiam praesentatus, non fuerit ab episcopo dioecesano admissus, et postmodum alius idoneus praesentatus, et institutus ab episcopo 31) possessionem tenuerit corporalem, an, primo 32) clerico ecclesiam petente, debeat posterior remoueri, vel posterior priori praeferri 33); dubium non est, quin in casu isto melior sit conditio possidentis: quoniam, antequam praesentatio per dioecesanum episcopum approbetur, ratum non

31) Voci *episcopo*, in C. R. 1. additur: *dioecesano*.

32) *Priore*, c. 7. comp. cit. 1.

33) A laico praesentatus, ante episcopi confirmationem, ex praesentatione nullum acquirit ius, *c.* 24. *et* 29. *X. h. t.* quod ad laudatum *c.* 29. illustrabo.

e *Sub Alexandr. III. c.* 17. *et cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp.* f *Al.* defensione. *al.* dispensatione. g *Al* personas. h *Vid. Lambert. tract. de iur. patr. art.* 9. *quaest.* 1. *p.* 1. *libr.* 2. i *Scilicet concil. Later. sub Alexandr. III. c.* 14. § *praeterea et cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *compil.* k Vel. l *Post conc. Later. sub Alex. III. p.* 15. *c.* 1. § *quia autem, et cap.* 7. *eod. tit. in* 1. *compil.*

est.

eft, quod a patrono fuerat 34) inchoatum. De cetero tuæ prud. refp. 35) quod, fi laici clericis vel collegiis, de conceffionibus vel donationibus inftrumenta confecerint 36) a in hæc verba vel fimilia 37): conceffi 38), vel dedi ecclefiam, et præfenti charta firmaui; fi confenfus epifcopi non accefferit, nihil agi videtur: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteft de iure donare 39).

34) *Fuerit*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
35) *Litteris præfentibus intimamus*, cit. c.
36) *Conceſſerint*, C. R. H. et ed. ant. *conceſſerunt*, cit. c.
37) *Confimilia*, C. R.
38) Non fimpliciter improbat hanc formulam ALEXANDER III. fed duntaxat docet, eam *conceſſionem* ante epifcopi confirmationem effe imperfectam. quia ab antequo *collatio* ipfi præfentationi inerat. Ideo enim patronus præfentabat presbyterum epifcopo, quod ei *contractiter* conceffiffet ecclefiam: quamuis poftea pontifices collationem patronis negare maluerint.
39) Ipfa verba in cit. c. locu horum ita fe habent: *A laico ecclefia donari non poteft. patronatum autem de auctoritate et affenfu epifcopi certum eft a laico in eadem de iure conferri.*

CAP. VI.

Comparans vel emens ius patronatus, eo fpoliari debet. Vel fic: *Qui emit ius patronatus, ut poffit præfentare filium vel nepotem, feu quem vult, eo priuari debet.* H. d. Et vtraque lectio poteft fuftentari.

IDEM *Exonien. epifc.* b

Quia clerici c quidam [*veſtræ iuriſdictionis*] aduocatias 40) d ecclefiarum, [*ficut accepimus*,] comparant, vel quocunque 41) modo poffunt, acquirunt, et poftmodum eorum fibi, vel nepotes ad eafdem ecclefias præfententur: [*nos tamen, prauam conſuetudinem penitus eradicare volentes nihilominus præſentium vobis auctoritate mandamus atque*] præcipimus, vt id arctius inhibere procures, eofdem aduocationibus taliter acquifitis, app. poftpofita, fpoliando 42).

40) Ius *patronatus* intellige, quod in Anglia vocabant *aduocatias*, vt LANVS A COSTA recte ad *h. c.* obferuat p 559. Et quidem quoniam modo hoc ius comparabant, etiam *pretio interueniente*, tefte RYMERO *in actis Anglic. tom. V. p.* 396. quod pontifex hic potiffimum improbaffe videtur. Ceterum in C. R. 1. et c. 8. comp. cit. 1. legitur: *aduocationes*.
41) *Alio quocunque*, C. L.
42) Poft vocem *præcipimus*, in cit. c. ipfe verborum tenor eft hic: *ne id attentare præſumant; vniverſis eccleſiis iurisdictionis veſtræ ulterius arctius inhibere curetis, et, ſi presbyteri eccleſiarum veſtrarum aduocationes acquiſierint, eos aduocationibus, taliter acquiſitis, app. rem. auctoritate apoſt. ſpolietis.*

CAP. VII.

Ius patronatus, conſiſtens in aliqua vniuerſitate temporalium, tranſit cum ipſa vniuerſitate; etiamſi vniuerſitas transſeat tantum quoad vtile dominium: niſi ius patronatus ſpecifice ſit exceptum. H. d. Et eft notabilis cafus, et quotidie allegatur.

IDEM *Herforden* 43) e *epiſcopo, et abbati de Forde.* 44) (*ann.* 1180. *Romæ in Angliam.*)

Ex litteris f L. Salabrien 45) g epifcopi accepimus, quod, defuncta perfona ecclefiæ de Laton. 46) G. miles, qui villam, in qua ecclefia fita eft, a monafterio de Vinton. ad firmam 47) tenebat, ad eandem vacantem 48) G 49) h clericum prædicto epifcopo præfentauit, poftmodum 50) abbatiffa prædicti monafterii, [*ad epiſcopum veniens*,] alium 51) præfentauit eidem ad ecclefiam fupra fcriptam 52): quo nolente 53) præfentatum 54) ab ea recipere, apud Cantuarienfem archiepifcopum grauem de epifcopo 55) depofuit 56) quæftionem. [*Archiepiſcopus, quia viſum ſibi erat, quod factum militis ſuper præſentatione præfata nullius eſſet momenti, prædicto epiſcopo in virtute obedientiæ iniunxit, quod perſonam, illam reciperet, et in poſſeſſionem induceret, quam abbatiſſa ſibi decreuerat præſentandam.* et infra.] Mandamus, quatenus, fi vobis 57) conftiterit, quod præfato militi præfcripta villa fuerit, non excepto 58) iure patronatus ad firmam conceffa, vel, antequam de iure patronatus inter abbatiffam et militem controuerfia effet fuborta, præfatus Guil. [*de Leiceſtra*] in præfcripta ecclefia per epifcopum 59) ad præfentationem militis inftitutus fuiffet 60), et, dummodo alias fit idoneus, adiudiceris [*ipſum*] ecclefiam, ita, quod, fi abbatiffa obtineat aduerfus militem, illi de temporalibus debeat refpondere.

43) *Eforden.* c. 9. comp. cit. 1.
44) *Forden.* C. L.
45) *Sariſberien.* C. R. 1. *R. Salsberen.* C. H. *Saliſberien.* C. L. et c. 1. cit. rectius.
46) *De Laton.* ed. ant. *de London.* cit. c.
47) Solebant tales conductiones ad diuturnum *tempus* vel *ad vitam*, æque ut hodie *villicationes*, fieri, et quidem fub claufula, ne interim expelleretur conductor, obferuante FRANC. DE ROYE *de iur. patron.* *ad h. c. p.* 160 atque talis conductio quoque continebat vfum iuris patronatus, fpecialiter a locatore non exceptum. Vid. AVBERTVS MIRAEVS *titio II. donat. Belg. c.* 101. *f.* 8. *comp. ant.* 1. *de decim.* IANVS A COSTA *ad h. c.* vnde ad fimplicem *conductionem temporalem* applicari nequit.
48) *Eccleſiam vacantem*, C. H.
49) C. R 1. habet: *V.* fed *W.* eft in C. R. 2. L. et ed. ant. denique in conc. Gu. at in cit. c. *Wilhelmum de Leiceſtre.*
50) *Poſt aliquantum temporis*, cit. c.
51) *Wilhelmum de Norale*, ibid.
52) *Supra dictam*, C. R 1. L. et H.
53) *Epiſcopo autem nolente*, cit. c.
54) *Perſonam præſentatam*, ibid.
55) *De ipſo*, C. R. 1. et ed. ant.
56) *Propoſuit*, C. R. 2. *eandem ad ven f* n *Cant. archiepiſcopum abbatiſſa acceſſit et apud eum grauem quæſtionem de epiſcopo depoſuit*, cit. c.
57) Dictionib. *ſi vobis*, in cit. c. præmittuntur verba ita fonantia: *reſtitutione autem facta cauſſam audiatis, ita quidem, quod*; etc.
58) *Excepto*, C. R. 1.
59) *Per inſtitutionem epiſcopi*, cit. c.
60) Verb. *fuiſſet*, deeft in C. H.

CAP. VIII.

Si laicus clerico vel religioſo loco concedit eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi: non obſtante tali conceſſione, quæ non valet, ad ipſam eccleſiam, cum vacauerit, poterit præſentare, et eam alteri eccleſiæ de conſenſu epiſcopi concedere. H. d. cum cap. *Cum laici.* et cap. *Suggeſtum.* infra, eod.

IDEM *Vinton. epiſcopo.* i (*ann.* 1180.)

Illud 61) prætereundum k non duximus, [*ſuper quo te intelleximus dubitare*,] quod, fi [*aliquis*] laicus, epifcopo inconfulto, ecclefiam non vacantem concedit [*alicui*] religiofæ domui, et poftea, cum vacauerit, ad præfentationem eiufdem laici, [*aliquis*] clericus ibi fuerit per diœcef. epifcopum inftitutus, prior conceffio fecundam inftitutionem, quo minus habeatur rata et firma, non poteft [*nec debet*] aliquatenus impedire; cum illa conceffio de iure nullius poffit effe momenti; tum quia de re non vacante facta eft, tum quia laicus fine auctoritate epifcopi 62) nemini poteft ecclefias l dare: licet religiofo loco ius patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si vero ius patronatus 63) m, vacante ecclefia, religiofo loco contulerit; et aliquis fine præfentatione fratrum eiufdem loci fuerit in ipfa ecclefia inftitutus: eius fecundum rigorem iuris eft inftitutio irritanda.

61) Ipfum initium in cit. c. ita fe habet: *Quamuis ſimus*: *et infra.* *Illud* etc.
62) *Epiſcopi*, deeft in C. H.
63) Aliud eft, *eccleſiam donare* monafterio, quod fine onere, hæc vero fine epifcopi et capituli auctoritate fieri nequit: c. 11. *X. h. t.* et aliud, *ius patronatus* conferre monafterio, quod de iure communi facilius fieri poterat, quamuis in Anglia etiam non fine auctoritate epifcopi, vt fupra obferuaui. Conf. *notata ad c.* 17. *et* 22. *X. h. t.*

CAP. IX.

Inſtituti in eccleſiis patronatis per nouos patronos mutari non poſſunt: nec viciſſitudines eccleſiarum per eos fieri.

IDEM *eidem.* 64) (*ann.* 1180.)

Querimonia n [*prioris et fratrum de Lenth, nobis litteris deſtinata, audiuimus, quod R. quod herford. comes ius, quod idem prior et fratres in eccleſia de Wit. ex donatione H. deloes fundatoris eccleſiæ ſuæ, et ipſius R. ſacerdoti habere debeant coram bon. mem. I. quondam Wigor. epiſcopo recognouit. Vnde epiſcopus poſtea iam dictos priorem et fratres, nullo reclamante aut contradicente exinde inueſtiuit, quam illi deinde quiete et pacifice poſſederunt. Demum cum inter comitem præfatum et C. vxorem ſuam, in cuius patrimonio eccleſia illa conſiſtit, diuortium per eccleſiaſticum iudicium celebratum fuiſſet, eadem C. W. Peltonenſi nupſit, qui eccleſiæ præſcriptæ fructus memorata priori et fratribus ſubtraxit omnino, et eos in vſus R. ſacerdotis eiuſdem loci ſine epiſcopali auctoritate conuertit. Cumque, poſtmodum W. de medio ſublato, præfata C. tertio viro W. de Mediton. eſſet matrimonio copulata: idem W. in ea, qua et W. temeritate perſiſtens, iam dictum R. in eccleſia prætaxata contra priorem ſupra dictum manutenere et fouere incepit dicens, quod prænominatus epiſcopus I. fecit ſuper eccleſia, quæ de vxoris ſuæ aduocatione exiſtit, dum erat in poteſtate illius viri, a quo poſtmodum ſeparata fuiſſe dignoſcitur, nullam debere firmitatem habere: præſertim cum patrimonium vxoris ſuæ, ſicut aſſerit, integre ſibi reſtitutum non eſſet, niſi de eccleſia illa ſuam poſſit adimplere voluntatem. Vnde, quoniam*] abfurdum videtur omnino, [*et ab eccleſia penitus eliminandum*,] vt ad fingulas patronorum fecundum humanam conditionem mutationes, ecclefiarum ordinationes mutentur 65), [*nec, quod a ſupra dicto H. taliter factum fuerit, alicui ſucceſſorum licuit reuocare: et per a. ſ. præc. mandamus, quatenus rei veritatem diligenter et ſtudioſe inquiras, et, ſi ita inueneris eſſe, prout ſuperius eſt narratum, ſæpe dictis priori et fratribus eccleſiam prælibatam omni occ. et app. ceſſ. reſtitui, et in pace facias poſſidere. Viciſſitudines etiam huiuſmodi eccleſiarum ab aduocatis, vel aliis quibuslibet in tua diœceſi fieri de cetero nulla ratione permittas, ſed eorum præſumtionem vſque ad dignam ſatisfactionem, dilatione ſublata, vinculo excommunicationis percellas.*]

64) *Winton epiſcopo*, c. 11. comp. cit. 1.
65) *Debeant mutari*, ibid. Ad hæc notandum, in vulgatis editionibus fequentia verba ipfa Raymundi effe huius tenoris: *mutentur, et viciſſitudines eccleſiarum ab aduocatis, vel aliis præſumantur.*

a *Al.* conceſſerint. b Exonien. c *Cap.* 8 *eod. tit. in* 1. *compil. et poſt conc. Lat. p.* 15. *c.* 4. d Aduocationes, *in vno ſolo manuſcr.* e Herorden. *al.* Hereford. f *Cap.* 9 *eod. tit. in* 1. *comp. et poſt conc. Later. p.* 15. *c.* 5. g Salcheberienſ. *al.* Salerberien. h V. *al.* W.

i Vinton. *al.* Winton. k *Cap.* 10. *eod. tit. in* 1. *comp. et poſt concil. Later. p.* 15. *c.* 6. *vid. conc. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 13. l Eccleſiam m Patronatus ius conferendi, etc. n *C.* 11. *eod. tit. in* 1. *comp. et poſt conc. Later. p.* 15. *cap.* 7.

CAP.

CAP. X.

Patronus ecclesiam clerico conferre non potest: et, si contulerit, potest, hoc non obstante, ad ecclesiam præsentare rectorem.

IDEM *Eboracen. archiepisc.* (*ann.* 1180.)

Cum laici 66), episcopis a nescientibus, aut non consentientibus, ecclesias clericis concedunt 67), in quibus habent 68) ius patronatus, et postea pœnitentia ducti, alios ad easdem [*ecclesias*] episcopis repræsentant 69), et illi ad eorum præsentationem 70) in eisdem ecclesiis ab episcopis instituuntur 71): eorum debet institutio stare, [*et firmiter observari*,] qui auctoritate sunt episcopi instituti, concessione priori, quæ nulla est, omnino euacuata. Non enim licet laicis clericos in ecclesiis præsumptione 72) proprie ordinare.

66) *Inter cæteras: et infra. Cum laici*, etc. c. 12. comp. cit. 1. Quæ verba præmissa sunt initium cap. 4. supra de rescriptis.
67) *Concedant*, C. H.
68) *Etiam habent*, C. A. 1.
69) *Repræsentent*, C. H.
70) *Repræsentationem*, cit. c. 12.
71) *Instituantur*, C. H.
72) *Præsentatione* C. L.

CAP. XI.

Religiosi vindicare vel retinere non possunt ecclesias, sibi concessas a laicis, sine diœcesani consensu: nisi legitime præscripserint, vel postea diœcesanus consenserit.

IDEM *abbatibus, prioribus, et clericis, per archiepiscopatum Eboracen. constitutis.* (*ann.* 1180.)

Cura b pastorali [*necessitate constringimur, et auctoritate nobis iniuncti officii prouocamur, pro statu ecclesiarum vigili studio satagere, et, ne vltra iuris ordinem alicui conferri valeant ecclesiæ, attentiori sollicitudine prouidere. Inde est, quod vniu. v. p. a. s.*] mandamus, quatenus ex donatione laicorum, nisi auctoritas diœcesi. episcopi, et 73) consensus edit. nullus vestrum aliquas sibi ecclesias vindicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas: nisi legitima 74) c fueris præscriptione munitus, aut diœcesani episcopi [*forte*] habuerit postea consensum. Cum enim laici non possint in alios, nisi ius quod habeant, transferre: [*nos*] huiusmodi concessiones [*viribus carere decernimus, et*] irritas penitus esse censemus.

73) *Et etiam*, C. H.
74) *Longa*, c. 13. comp. cit. 1.

CAP. XII.

Si patroni ecclesiæ vacantis intra tempus, a iure concessum, non præsentant: episcopus ordinabit ecclesias.

IDEM *Lingonen.* 75) d *episcopo.* (*ann.* 1190.)

Si vero [*aliquando*] ordinatio alicuius ecclesiæ e ad tuam 76) institutionem spectat, et pro controuersia laicorum, de iure patronatus inter se disceptantium, [*malitiose*] prorogatur 77): fas tibi sit [*de auctoritate nostra*,] appell. remota 78), in eadem [*ecclesia*] personam idoneam instituere, ita, quod [*ipsa*] repræsentetur 79) ab eo, qui ius euicerit 80) patronatus.

75) *Londen.* ed. Pith. c. 15. comp. cit. 1. et infra in collect. decretal. ALEXANDRI III. p. 362. vbi pariter non LVCIO III. sed ALEXANDRO III. tribuitur.
76) *Quæ ad tuam*, C. B. 2.
77) *Differtur*, cit. c.
78) *Nullius app. et contr. obst.* ibid.
79) *Repræsentatio*, euicto iure patronatus, vel ideo fiebat, vt, victor in lite etiam in possessionem vel quasi iuris patronatus constitueretur, vt censet IAN. A COSTA *ad h. c.* et, prout in Anglia moris erat, parochus pensionem ei, vt vero patrono, solueret, *c.* 7. *X. h. t. in f.*
80) *Emerit*, cit. c.

CAP. XIII.

Si ius patronatus ecclesiæ aduenit ad exemptos: per hoc in nullo debet lædi ius episcopale.

IDEM [*dil. filiis*] *Hospitalariis* 81) (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Cum seculum f reliqueritis, [*vt Creatori vestro possitis in arce contemplationis placere; decet vos ab his, quæ sunt obuia rationi, abstinere, vel quæ reprehensioni subiaceant, aut vestram opinionem et famam valeant denigrare: inde est, quod vniu. v. districtius per a. s.*] prohibemus; ne eum ratione feudorum emptorum, aliterue acquisitorum, vel etiam alio modo ius patronatus in ecclesiis parœcialibus acquisieritis, [*in eis presbyteros, nisi per episcopos institutis, nec*] episcopo ius parœciale minuere 82) [*aut auferre aliquatenus*] præsumatis 83). [*Excommunicatos quoque ipsius episcopi, vel archidiaconorum suorum contra authentica scripta Romanæ ecclesiæ ad diuina officia in capellis vestris recipere non audeatis.*]

81) Tam in C. A. 1. quam infra in *ALEX decretalibus p.* 301. additur: *et Templariis.*
82) *Minuere, vel auferre*, C. R. 1.
83) Id attentabant indubie hi ordines, quod essent ab episcopali iurisdictione exempti: eum tamen ecclesiæ, iuri patronatus subiectæ, manere deberent sub iure diœcesano episcopi.

CAP. XIV.

Sine consensu patroni non potest quis ecclesiam occupare.

IDEM. 84)

Ex insinuatione g [*dil. f. nostri*] O. 85) clerici accepimus, quod, cum ei 86) frater eius ius patronatus, quod in quibusdam ecclesiis, [*in Lincon. et Salesberen. episcopatibus constitutis,*] habebat, liberaliter contulisset, eas [*ecclesias*] quidam [*presbyteri et alii occasione fratris prædicti O.*] sine ipsius [*voluntate et*] assensu occuparunt, [*per violentiam,*] et [*eas iniuste*] detinent occupatas. [*Quia igitur nostra interest, ea, quæ minus ordinate ab aliquibus subiectis attentantur, ad rectitudinis tramitem reuocare; f. t. p. a. s. præc.*] mandamus, quatenus, [*rei veritate diligenter inquisita et cognita,*] si est ita, [*sicut dictum est, ecclesiarum*] earum detentores, vt easdem prædicto clerico restituant, per eum libere et pacifice 87) h ordinandas, monitione præmissa, compellas 88). [*Quodsi prædicti presbyteri commonitioni tuæ acquiescere forte noluerint: in ipsos excommunicationi, et terras, si quas habent, omni occ. et app. cess. interdicto subiicias, et in memoratis ecclesiis diuina facias cessare officia, quamdiu ab aliquibus prædictorum auctoritate militum occupatæ detinebuntur. Quodsi nec sic earumdem ecclesiarum detentores resipuerint: ipsos opp. cess. ecclesiastica censura percellas.*]

84) Ex c. 2. *X. de fil. presbyt.* non ord. addendum: *Lincon. episcopo*, quia præsens cap. illius pars est.
85) *E.* est in C. H.
86) Verba: *cum ei*, desunt ibid.
87) Dict. *et pacifice*, in C. C. H. L. ed. ant. et Cont. non habentur.
88) Post vocem *detentores*, c. 17. comp. cit. 1. variat sequenti modo: *moneas, modisque omnibus inducas, vt easdem ecclesias prædicto clerico sine mora et difficultate restituant, libere et pacifice ordinandas, et nullam ei exinde molestiam ferant vel grauamen.*

CAP. XV.

Non potest patronus ecclesiam sibi retinere, vel etiam alteri concedere propria auctoritate.

IDEM i *Adonen.* 89) *episc.* (*ann.* 1180. *Romæ in Apuliam.*)

Consuluit k nos [*tua frat. quid tibi faciendum sit de clericis, qui ecclesias construxerunt hereditario iure sibi vindicant, nec tibi volunt exinde respondere, et de laicis, qui præscriptas ecclesias filiis vel nepotibus suis dare nituntur.*] Cum [*autem*] sanctuarium Dei iure hereditario teneri non possit, [*et indignum sit penitus et absurdum, vt quilibet auctoritate propria ecclesias occupet, vel taliter occupatas detineat:*] non decet aliquatenus sustineri, vt [*in episcopatu tuo, vel*] clerici ecclesias, a perentibus suis fundatas, propria auctoritate detineant, aut laici filiis vel aliquibus aliis 90) [*ecclesias*] concedant easdem.

89) In *append. ad concil. Lateran. III*, apud *HARDVIN. tom. VI. P. 2. p.* 1777. *c. 16.* omissa est mentio eius, ad quem hæc decretalis directa: sed *infra in collect. decret. ALEXANDRI III. p.* 302. *c.* 13. inscriptio hæc est: *IDEM Andrensi episcopo*, quam etiam habet BERNHARDVS CIRCA in *c.* 18. *comp.* 1. *h. t.* vt probabile sit, eum hac vel simili collectione vsum fuisse. Conf. supra not. *ad c.* 6. *X. de cons. coniug.* Fuit autem olim *Andrensis* episcopus suffraganeus archiepiscopi Atheniensis, sedem in insula, *ANDRVS* vocata, habens, vt observat *FRANCISCVS DE ROYE in tr. de iur. patron. ad c.* 3. *p.* 190.
90) Vocab. *aliis*, abest a C. H. sed in ed. Cont. est: *laicis.*

CAP. XVI.

Ius patronatus per se vendi non potest.

IDEM 91).

De iure l vero 92) patronatus [*in præscripta capella hoc d. tuæ*] mandamus, quatenus, si [*prædictus*] R. illud comparauit 93), cum inconueniens sit [*et penitus inhonestum*] vendi ius patronatus, quod est spirituali annexum 94), contractum illum, [*subl. app. rem.*] irritum esse

91) Inter in collect. decretal. *ALEXANDRI III. p.* 302. *c.* 15. additur: *Cantuariensi archiepiscopo*, quæ verba omissa in *append. ad concil. Later. III*, apud HARDVIN *cit. l. c.* 17. Neque enim pars præcedentis *c.* 14. in *Collect. decretal. Alexandr.* esse videtur quod ad *Winton.* episcopum directum et de *ecclesia*, non de simplici *capella*, de qua in *h. c.* agit, idemque iam improbauit, quod hic reprobatur.
92) *Vero*, deest in C. H.
93) *Comparauerit*, C. R. et H.
94) Verb. *quod est spirituali annexum*, desiderantur in c. 20. comp. cit. c.

a *Cap.* 12 *ead. tit. in* 1. *compil. et post concil. Later. p.* 15. *c.* 3. *concil. Trident. citatum supr. c. illud.* b *Cap.* 13 *ead. tit. in* 1. *comp.* c *Al. longa*, *quam etiam vocem hic Hostiensis agnoscit* d Lingon. *al.* London. e *Cap.* 15 *ead. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lateran. part.* 15. *c.* 12. f *C.* 16. *ead. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 15. *c.* 13.

g *Cap.* 17. *ead. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 15. *c.* 14. h *Hæc duo verba*, et pacifice, *desunt in antiquis libris et restitutb. magis fidei: sunt tamen in veteri compil.* i Adon *al.* Andrensi. *al.* Andron. *al.* Abdon. k *Cap.* 18. *ead. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 15. *c.* 16. l *Cap.* 20. *ead. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 15. *c.* 17.

decer-

decernas 95), [*ipsumque apostolica auctoritate fretus non differas reuocare.*]

95) *Decuuties mauere*, legimus ibid.

CAP. XVII.

Patronus non potest sine episcopi vel papæ consensu, etiam loco religioso conferre ecclesiæ decimas, vel aliud spirituale,

IDEM.

Nullus laicus a decimas, aut ecclesiam 96), aut quicquid ecclesiastici iuris est, sine concessione sui pontificis monasteriis vel canonicis conferat 97). Et si quis episcopus 98) improbitatis vel auaritiæ caussa consentire noluerit; Romano 99) pontifici nuntietur 100): et quod offerendum est, tunc eius licentia offeratur.

96) *Ecclesias*, c. 21. comp. cit. 1.
97) Secundum distinctionem, de qua in c. 8. *X. h. t.* actum, hoc intelligendum. Ceterum quod *auaritia* et *improbitatis* episcoporum Angliæ faciat mentionem pontifex, id sine dubio attribuendum eorum moribus: quia eo tempore male animati erant in monachos, vt Eboracensis archiepiscopus ROGERVS, qui circa hæc tempora vixit, teste WHARTONIO in *Anglia sacra P. II. p. 690.* dixerit: *beneficium luxuriosis potius conferendum esse, quam religiosis*: obseruante FRANCISCO DE ROYE *de iur. patron. ad h. c. p. 192.*
98) *Episcopus vel præpositus*, C. H.
99) *Hoc Romano*, C. R. 1.
100) *Intimetur*, C. H.

CAP. XVIII.

Si quis episcopus in ecclesia alterius diœcesis est patronus: præsentatus ab eo debet admitti, si est idoneus.

IDEM.

Significasti 1) b: [*et infra.*] [*Ceterum*] si episcopi post promotionem suam præsentationes personarum ad ecclesias 2) a patronis earum 3) pro ecclesiis sibi commissis adepti fuerint: personæ idoneæ, quas ad eas vacantes præsentauerint, sunt admittendæ.

1) Conf. c. 7. *X. de off. et potest. iud. deleg.*
2) Extra suam diœcesin sitas. Licet enim patronus sit episcopus; non potest tamen absque *præsentatione*, ei episcopo, in cuius diœcesi ecclesia est, facienda, presbyterum instituere, de quo casu hunc textum accipit IANVS A CORTA: potest vero etiam intelligi de ecclesiis, in *propria diœcesi sitis*, si alii prælato inferiori præsentatio facienda.
3) *Earum*, C. H. *ecclesiarum*, c. 22. comp. cit. 1.

CAP. XIX.

Institutus ad præsentationem eius, qui tunc ius patronatus ecclesiæ possidebat, remoueri non debet: licet illud ius ab eo postmodum euincatur: secus, si non possidebat, sed tantum credebatur esse patronus.

IDEM *abbati S. Alberti.* 4) (*ann.* 1180.)

Consultationibus 5) c: [*et infra.*] [*De cetero,*] si aliquis clericus ab ordinario iudice in ecclesia [*aliqua*] fuerit institutus ad præsentationem illius, qui eiusdem ecclesiæ 6) credebatur esse patronus 7), et postea ius patronatus alius euicerit in iudicio; [*clericus, qui*] institutus [*est,*] non debet 8) ab [*ecclesia*] ipsa propter hoc remoueri, si tempore præsentationis suæ ille, qui eum præsentauit, ius patronatus ecclesiæ possidebat 9): cum ex hoc ei, qui de iure debet habere, nullum in posterum præiudicium generetur 10). Si vero non possidebat, sed tantum credebatur esse patronus, cum non esset, [*nec possessionem patronatus haberet: secundum consuetudinem Anglicanam*] poterit ab eadem ecclesia remoueri 11).

4) *Albani*, c. 23. comp. cit. 1. et quidem rectius.
5) Verba, quæ hic desiderantur, supplenda sunt ex c. 20. *X. de offic. et potest. iud. deleg.*
6) *Ecclesia*, a C. R. L. ed. ant. Cont. et Pith. abest: in C. R. 2. vero superscriptum est: *scil. ecclesia vacantis.*
7) *Esse videbatur patronus*, C. H.
8) *Nec deberes*, cit. c.
9) Quod ex vltimo *præsentationis actu* colligitur, per quem in quasi possessionem iuris patronatus constituitur, qui bona fide credidit, se verum patronum esse, vt ex consuetudine Anglicana pontifex hic illustrat, quam optime explicat FRANC. DE ROYE *de iur. patron ad h. c.* et quæ tandem in *ius commune* videtur transiisse. ob quam caussam RAYMVNDVS verba: *secundum consuetudinem Anglicanam*, omisit.
10) Verba *cum ex hoc ei, qui de iure debet habere, nullum in posterum præiud. generetur*, non habentur in cit. c. nec in concilio.
11) Reliqua sunt in c. 4. supra *de donation.*

a *Cap. 21. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. c. 18.* b *C. 22. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. 15. c. 19.* c *C. 23. eod. tit. in 1. comp. Vid. Abbat. cons. 54.*

CAP. XX.

Valet secunda concessio ecclesiæ, facta alteri ecclesiæ per episcopum et patronum, non obstante priori, facta per patronum solum.

IDEM *Eboracen.* 12) *archiepiscopo.* (*ann.* 1180)

Suggestum d est [*auribus nostris,*] quod, cum ecclesiæ quædam 13) de assensu domini fundi [*et*] auctoritate Eboracen. archiepiscopi ecclesiæ beati Petri Eboracen. concessæ et assignatæ sint 14) in præbendam 15), canonici de Nouoburgo concessionem illam [*attenuare et*] irritare nituntur, occasione donationis, quam sibi asserunt prius factam [*fuisse.*] Vnde, licet in donationibus ecclesiarum 16) requirendus sit et exspectandus patronorum consensus; quia tamen ecclesiæ, nisi auctoritas interuenerit pontificalis, canonice concedi non possunt; [*vniuersitati v.*] significamus, quod prior concessio, si cum assensu patroni, et auctoritate diœcesani episcopi 17) e facta est, aut eius assensus fuerit postea 18) subsequutus, posteriori concessioni præfertur: alioquin illa debet præferri, quamuis posterius facta [*sit,*] quæ consensu domini fundi, et episcopi auctoritate fulcitur.

12) Vix est, vt ad hunc directa fuerit hæc decretalis; quia postea indicat pontifex, se *vniuersitati*, non *prælato* cuidam scripsisse, vt ex *collect. decret.* ALEXANDRI III. *infra p. 304. c. 20.* euidenter liquet: quamuis verba *vniuersitati vestræ*, omiserit RAYMVNDVS ante voc. *significamus*. Probabile ergo est, *collegio canonicorum regularium de Nouoburgo*, aut *capitulo S. Petri Eboracensi* scriptam eam esse, quæ *vniuersitates ordinatae* constituebant, vt recte obseruat FRANCISCVS DE ROYE *cit. l. ad h. c.*
13) Loco huius vocis in c. 25. comp. cit. 1. legimus: *de Ochona ac de Beraies, Satter, et de Land.*
14) *Fuerint*, C. H.
15) Hæc *assignatio in præbendam* aliter fieri non poterat, quam per viam *vnionis*, cum *consensu patroni et episcopi* facienda, hoc fine, vt, constituto in ecclesia donata vicario, eique assignata congrua portione, reliquos reditus ex illa ecclesia, vt augmentum suarum præbendarum, suos facerent canonici. Hoc malum eo tempore frequentissimum et admodum vsitatum erat: quia monasteria et canonici parochialibus ecclesiis vbique insidias struebant, vt ex harum reditibus, cum graui parochiarum detrimento, lautius viuerent, et ipsas ecclesias vnitas instar *propriis patrimonii* haberent.
16) *Ecclesia*, ed. ant. et cit. c.
17) *Episcopi*, in C. R. L. H. et ed. ant. non legitur.
18) *Etiam postea*, C. H.

CAP. XXI.

Ab officio et beneficio remouetur, qui monitus non dimittit ecclesiam, sine consensu episcopi sibi concessam. H. d.

IDEM *archiepiscopis et episcopis, per Angliam* 19) *constitutis.* (*ann.* 1180)

Relatum f est nobis 20), quod nonnulli, [*ambitione nimia tracti,*] occasione laicæ recognitionis 21) [*et potentiæ secularis in seculari foro,*] non requisita episcopi audientia 22), [*patronatus ecclesiarum et*] beneficia ecclesiastica sibi præsumunt in parœcia[illegible]ris vindicare. Quoniam igitur 23) huiusmodi personæ non intran[illegible] ostium, sed aliunde conscendunt, ac per hoc indigni sunt pastoris nomine, vel prærogatiua gaudere: [*frat. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus eos, [*quos patronatus ecclesiarum et ecclesiastica beneficia constiterit prædicto modo adeptos,*] si commoniti prædicta minime resignauerint, nisi [*præscriptione aut*] episcopali concessione g muniti fuerint, [*sobl. opp. diff.*] ab officio reddatis et beneficio alienos. [*Et, si nec destiterint, vinculo anathematis innodetis, et vsque ad dignam satisfactionem teneatis, et teneri faciatis adstrictos.*]

Laici, spoliantes ecclesiam, excommunicantur. H. d.

Ad hoc, quoniam quidam laici ecclesias [*terris et aliis*] possessionibus spoliant, vt sic viros ecclesiasticos faciant eorum seculari iudice 24) litigare: [*præsentium auctoritate*] vobis iniungimus, vt id publi-

19) *Per Galliam*, est in *app. ad concil. Lateran. III. p. 50. c. 33. et 14.* Apud HAR[illegible]VIN. *tom. VI. P. II. p. 1864.* et infra in *decret.* ALEXANDRI III. *p. 304. c. 23.* hoc tamen cum discrimine, vt in priori hæc decretalis in duo capitula secta: non in posteriori, quam rursus præ oculis habuisse videtur RAYMVNDVS.
20) Pron. *nobis*, abest a C. R. H. ed. ant. et Cont. sed in c. 27. comp. cit. 1. sunt verba: *auribus nostris.*
21) Sicut vasalli a domino, qui etiam *patronus* vocatur, feuda recognoscunt, seu *concessionem*, ab eo factam, profitentur etiam in litteris inuestituræ: ita parochi aliique clerici, a patronis ecclesias accipientes, eas ab illis *recognoscere* dicebantur. Et hæc *recognitio laica* nihil aliud erat, quam *publica professio concessionis ecclesiæ, a patrono laico facta*, cuius dominium directum sibi tribuebat, instar feudi. Atque quia hæc *recognitio* tam in *Anglia*, quam *Gallia*, vsitata erat: forsan enim ad episcopos *Angliæ* tum *Galliæ* hæc decretalis directa fuit. Conf. FRANC. DE ROYE *de iur. patron. ad c. 19. X. h. t.* Atque hac de caussa clerici tales ecclesias vindicabant in *foro seculari*, quod e laico patrono eas recognoscerent, neglecta audientia episcopali: vel patroni de iure patronatus agebant in *foro seculari*, quod ALEXANDER III. in *c. 3. X. de iudic.* in rege Angliæ improbauerat.
22) *Auctoritate*, C. H.
23) Part. *igitur*, deest ibid.
24) Quod in Anglia coram iudice seculari tantum *de spolio* actum fuerit, vt obseruat FRANC. DE ROYE *ad §. 1. h. c.*

d *C. 25. eod. tit. in 1. comp. et post. conc. Lat. p. 15. c. 25.* e *Vox, episcopi, deest in antiquis.* f *Cap. 27. eod. tit. in 1. compilat. et post conc. Lat. p. 50. c. 33. vid. conc. Trident. sess. 14. de reform. cap. 13.* g *Beneficio.*

ce 25) sub interminatione curetis anathematis prohibere. Si quis autem prohibitionis vestræ 26) contemptor exstiterit: eum, [*si manifestum fuerit, app. cess.*] excommunicationi subdatis, [*et usque ad dignam satisfactionem, sicut excommunicatos, faciatis attentius euitari.*]

25) *Part. publice*, abest a C. H.
26) *Nostra*, C. R. 2.

CAP. XXII.

Si quæstio iuris patronatus intra sex menses non terminatur a tempore vacationis: libere potest episcopus sine præsentatione ibidem instituere rectorem. H. d. *Sed intellige de patronis ecclesiasticis: nam in laicis sufficiunt quatuor menses.*

IDEM. (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Eam te e decet 27): [*et infra.*] Illas autem ecclesias, de quarum patronatu controuersia fuerit 28), si infra sex 29) menses, postquam vacauerint 30), non fuerit controuersia 31) *b* terminata, licitum tibi sit de persona idonea, [*sublato app. obst.*] ordinare.

27) Verba hic omissa traduntur in *c.* 4. *X. de ætat. et qual. et ord. præfic.* unde etiam desumtum est *c.* 7. *X de rescript.* indicatque, hanc decretalem fuisse directam ad *episcopum Tornacensem*, vt quoque censet *IANVS A COSTA h. c.*
28) *Vertitur*, C. H.
29) In *concilio Later. III.* sub ALEXANDRO III. anno MCLXXIX. habito, duplex terminus præscriptus est (1) *ordinario collatori*, h. e. episcopo vel capitulo *sex menses* in *c.* 8. relato in *c.* 2. *X. de concess. præb. et eccles. non vac.* (2) *patronis* in *c.* 17. *menses quatuor*, vel, vt alii legunt, *tres*: et tamen *ALEXANDER III sex menses* patronis præscripsit. Aut ergo veteres codices in numeris mensium corrupti fuerunt, aut dicendum, de *patronis ecclesiasticis* in *h. c.* sermonem pontifici, atque hos eum *ordinariis collatoribus* comparatos fuisse, quod eorum præsentationi inesset *collatio et institutio*, quam in *laicis patronis* admittere noluerunt pontifices, quæ sententia probata in *c. vn. h. t. in* 6. Quia tamen paulo post *concilium Lateranense* hæc decretalis scripta, quæ appendix est *c.* 4. *de ætat. et qual. et ord.* vt ex ipso textu liquet, præterea vero de *iuris controuersia patronatus* agit, quales lites vt plurimum inter laicos erant: omnino probabile est, in numero mensium corruptionem factam fuisse, atque ALEXANDRVM III vtpote memorem eius, quod paulo ante constituerat, æque *sex menses* intuitu *patronorum* in *c.* 17. *conc. Lateran. III.* constituisse, et secundum hanc lectionem, vtpote veriorem, præsentem formasse decisionem. Idem etiam sequuti sunt Patres in *concilio Auenionensi* de anno MCCIX. *c.* 14. apud *HARDVINVM tom. VI. P. II. p.* 1990. generatim sex menses omnibus patronis præscribentes. Enimuero INNOCENTIVS III corrupto codice *concil. Later.* vsus videtur, in cuius *can.* 17. incerta est lectio, aliis *tres*, aliis *quatuor*, aliis forsan *sex* legentibus; quarum lectionum duæ priores vitiosæ, vltima verior: præsertim cum præsentationi virtualiter *collatio* inesset et nulla ratio diuersitatis afferri posset. Distinctio ergo BONIFACII VIII. debetur interpretationibus interpretum.
30) *Vacauerint*, C. H.
31) *Controuersia*, non est in C. R. L. et ed. ant. sed eius loco c. 5. comp. 1. de æt. et qualit. et ord. præf. habet: *quæstio*.

CAP. XXIII.

Patronus ius patronatus propria auctoritate alienare non potest, nec ab ecclesia aliquid temporale exigere: nisi tempore fundationis a diœcesano illud fuerit sibi reseruatum.

LVCIVS III. (*ann.* 1184. *Romæ.*)

Præterea c, quoniam aduocati ecclesiarum [*in tantam noscuntur insolentiam prorupisse, vt sacerdotes et alios ecclesiasticos viros pro suæ voluntatis arbitrio ecclesiis ipsis instituant atque destituant, et*] ius aduocationis, donationis, vel emptionis titulo, aliisque pro sua voluntate contractibus, [*etiam*] in alios transferre præsumunt, fodrum, albergarias, regium, et similia, tanquam e propriis rusticis, ab ecclesiis extorquentes; [*et quod, ministris ecclesiarum inconsultis, faciunt iuxta proprium arbitrium, in irritum deducentes,*] præsenti decreto statuimus 32), eos, siue aduocati 33), siue patroni, vel vicedomini, siue custodes, vel guardias habentes 34), seu quocunque alio nomine censeantur, a grauaminibus ecclesiarum cessare 35), nihilque in ipsis 36) præter antiquos et moderatos reditus, a locorum episcopis institutos, exigere: aut 37) si aliud 38) exegerint, excommunicationi subdantur 39) *d*. Contractus quoque huiusmodi, quos fecerunt, vel facient in futurum 40), [*præsenti constitutione cassamus, et eos*] vim aliquam decernimus non habere.

32) Huius verbi locum in c. 29. comp. cit. 1. occupant verba sequentia: *subnectimus, et auctoritate apost. firmamus.*
33) Notum est, potentiores aduocatos ad ecclesiarum et monasteriorum, eorumque bonorum et iurium, *defensionem* fuisse constitutos, atque iurisdictionem quoque, bonis cohærentem, exercuisse. Latius vero extenderunt iura sua, vt instar *dominorum terræ* plura exigerent iura: idem, in exemplum traxerunt patroni, præsertim in Anglia. Denique etiam reges et principes, qui præterea in plurimis ecclesiis ius *guardiæ et custodiæ* tempore vacationis exercebant, vt monstraui in opusc. *de iure percip. reditus vac. benef.* Atque de abolendis his grauaminibus sollicitus fuit LVCIVS III quamuis id ægre obtinuerit. Denique hoc c. pars esse videtur *c.* 9. *X. de haret.* vt traditur in *c.* 29. *comp.* 1. *h. t.* quo posito, ad concilium vel conuentum, Veronæ anno MCLXXXIV. habitum, referendum est, quem annum accurate determinat *PAGI in crit. ad Baron. tom. IV. ad ann. MCLXXXV.*
34) *In eisdem habentes*, C. e. 1.
35) *A prædictorum grauaminum importunitate cessare*, cit. c.
36) *In ecclesiis, in quibus sibi aliquam de prædictis vendicant potestatem*, ibid.
37) *Et*, C. R. 2. et L.
38) *Aliquid*, C. R. 1.
39) *Excommunicationis sententiæ subiacere*, cit. c.
40) *Contractus etiam, quos de alienatione aduocationis, seu patronatus vel feceriut hactenus, vel facere in futuro præsumserint*, ibid.

CAP. XXIV.

In pluribus, successiue præsentatis a patrono laico, episcopo datur gratificatio: sed in præsentatis a persona ecclesiastica, potior est primo præsentatus. H. d. specialiter: et est vnum de principalioribus cap. tituli.

IDEM *Noruicen. episcopo.* (*ann.* 1180. *Romæ in Angliam.*)

Cum autem e aduocatus 41) clericum [*vnum*] idoneum episcopo præsentauerit, et postulauerit postmodum, eo non refutato, alium æque idoneum in eadem ecclesia admitti: quis eorum alteri præferatur, iudicio episcopi credimus relinquendum, si laicus fuerit, cui ius competit præsentandi 42). Verum si collegium, vel ecclesiastica 43) persona 44) præsentationem haberet: qui prior est tempore, iure potior esse videtur 45).

41) *Patronus*, C. H.
42) *Patronatus*, ibid.
43) *Religiosa*, c. 30. comp. cit. 1.
44) His verbis aperte declaratur, patronum *laicum* variare posse in præsentatione, si vel maxime vndequaque idoneum præsentauerit: non æque patronum *ecclesiasticum*. Et ita plus ponderis habet præsentatio *clerici patroni*, quam *laici*, vt fere *collationi* æquiparetur, prout etiam vocatur in *c.* 6. *X. de his, quæ fiunt a prel.* Verum hoc ius variandi laicis admodum periculosum est: quia hoc ipso *eligendi facultas* episcopo conceditur.
45) *Iure potior merito videretur*, cit. c.

CAP. XXV.

Ex constructione ecclesiæ, facta de consensu episcopi, acquiritur ius patronatus. Hoc primo. *Patronus non eligit prælatum in conuentuali ecclesia, sed in capella sic.* Hoc secundo. *Patrono debetur processionis honor, et alimentatur ab ecclesia, si vergat ad inopiam.* Hoc tertio. Et iste textus est de principalioribus.

CLEMENS III. 46)

Nobis *f* fuit 47): [*et infra.*] [*Præterea quæsiuisti a nobis, si aliquis efficiatur sola ecclesiæ constructione patronus, vel si ad electionem plebani sit cum clericis admittendus, seu ab ipsis repellendus omnino, tametsi de longa consuetudine allegauerit, se electioni interesse debere.*] Inquisitioni tuæ tale 48) damus *g* responsum, quod, si quis ecclesiam cum assensu diœcesani [*episcopi*] construxit 49) *h*, ex eo ius patronatus acquirit. Ceterum in conuentuali ecclesia non electioni prælati 50) faciendæ, sed iam factæ, honestius patroni postulatur assensus: nisi [*patronus*] aliter de sua iurisdictione obtineat, vt partes suas interponere debeat electioni tractandæ. Secus tamen est in capella, in qua vnus presbyter [*instituendus*] a patrono [*quandoque*] eligitur, et pro institutione habenda loci episcopo præsentatur. Pro fundatione quoque *i* ecclesiæ 51) honor processionis 52) fundatori seruatur: et, si ad inopiam vergat, ab ecclesia illi modeste *k* succurritur, sicut in sacris 53) est canonibus institutum 54).

46) Quia c. h. videtur esse pars *capit.* 27. *X. de Simonia*, quod COELESTINO III. adscriptum: ideo hoc capit. quoque ei tribuendum, et post annum MCXCI. collocandum.
47) *Fuerit*, C. H.
48) *In huiusmodi siquidem tale* etc. c. 2. comp. c. h. t.
49) *Construxerit*, C. R. L. H. et cit. c.
50) *Plebani*, cit. c.
51) *Ecclesiæ*, abest a C. R. 1. L. et ed. ant. sed in cit. c. 2. est: *ipsi*.
52) Id pontifex traxit ex *c.* 26. *et* 27. *C. XVI. q.* 7. quod *ibidem not.* 55. illustratum est.
53) *Sacris*, abest a C. H.
54) *Constitutum*, cit. c.

CAP. XXVI.

Patronus ecclesiæ vacantis, quanquam sit clericus, ad eam se præsentare non potest.

INNOCENTIVS III. *Rothomagen. archiepiscopo.* (*ann.* 1198.)

Per nostras 54*) *l* postulasti 55) litteras edoceri, vtrum clericus [*aliquis*] ad vacantem ecclesiam, in qua ius obtinet patronatus, se ipsum, si sit idoneus, valeat præsentare. Cum igitur nullus se ingerere debeat ecclesiasticæ prælationis officiis: [*inquisitioni tuæ taliter*]

54*) Scripta hæc decretalis anno regiminis primo INNOCENTII III. vt indicat lib. 1. *epist.* 264. *edit. Baluz.* et hic ad annum *MCXCVIII.* referenda.
55) *Per vestras postulastis*, c. 1 comp. 3. h. c.

---

a *Cap.* 5. *tit. de ætat. et qual. in* 1. *comp.* b *Vox*, controuersia, *deest.* c *C.* 29 *eod. tit. in* 1. *comp.*

d Excommunicabuntur. e *Cap.* 30. *eod. tit. in* 1. *comp. et post eos: Later p.* 15. *c.* 8 *et Lamb. de iure patr. art.* 19. *q.* 7. *p.* 2. *libr.* 2. *et art.* 13. *q.* 6. *p.* 1. *l.* 2. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *comp. vid. conc. Trident. sess.* 14. *de reform. c.* 12. *et sess.* 25 *de ref. c.* 9. g *al.* taliter respondemus. h Construxerit. i *Vox*, ecclesiæ, *deest in antiquis.* k Moderate. l *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.*

respond.

respond. 56) quod nullus se 57) potest ad personatum alicuius ecclesiæ præsentare, quantumcunque idoneus sit, et quibuscunque studiis ac meritis adiuuetur.

56) *Respondemus tibi*, C. R. 1.
57) *Se ipsum*, C. H.

CAP. XXVII.

Si quæstio iuris patronatus inter patronos non definitur intra quatuor menses: episcopus ordinabit ecclesiam sine præiudicio eorundem.

IDEM *Conuentren. episcopo.* (*ann.* 1198. Conf. c. 2. comp. 3. h. t.)

Cum propter discordias laicorum [*non debeat ecclesiis præiudicium generari; graue gerimus et indignum, quod, sicut nostro est apostolatui reseratum, occasione dissensionis, quæ de iure patronatus vertitur inter eos, ecclesiæ plus debito remanent viduatæ rectoribus: quod in ipsarum graue dispendium noscitur redundare. Verum quoniam secundum apostolum instantia nostra quotidiana est, omnium ecclesiarum sollicitudo continua: volentes his, quæ præmisimus, ex debita pontificalis officii obuiare,*] fr. t. [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si de iure patronatus quæstio emerserit 58) inter aliquos, et ab eo 59) a, cui competit 60), intra quatuor 60*) menses non fuerit definitum, extunc ecclesiam ipsam, [*app. rem.*] de persona non differas idonea ordinare, ita, quod illi ex hoc non debeat in posterum præiudicium generari, qui ius euicerit patronatus.

58) *Exorta*, C. H.
59) Diction. *ab eo*, in C. R. L. H. et c. 2. comp. cit. 3. non habentur.
60) *Competat*, C. H.
60*) Quam ob caussam INNOCENTIVS III. ab ALEXANDRI III. sententia in c. 22. X. h. t. recesserit, examinaui ad cit. c. 22. not. 29.

CAP. XXVIII.

Legatus de latere ecclesiam, cuius alia ecclesia est patrona, collationi suæ reseruare potest, licet non vacet, et conferre, cum vacat. Hoc primo. *Ex duobus, præsentatis a patrono laico, potest superior instituere secundum.* Hoc secundo. Et sic quoad intellectum iste textus habet duo dicta diuersa: licet quoad litteram ambo commisceantur.

IDEM *archidiac. cancellario* [*et decan.*] *Altissiodoren.* [*Parisien.*] (*ann.* 1206.)

Cum b dilectus filius, [*magister Walterus de Piceri pro se ipso, et magister H. de Fernemaca pro decano de Ameli pro ecclesia de Bardenille inuicem litigarent, illis dil. G. sanctæ Mariæ in porticu diaconum cardin. concessimus auditorem. In cuius præsentia idem magister proponendo monstrauit, quod,*] cum [*olim v. f. n.*] Hostiens. episcopus, tunc sed. apostol. leg. 61) [*in partibus Gallicanis et W. de Montibus insigniisset charactere clericali, dil. f.*] archidiacono Carnoten. mandauerit 62), vt ecclesiam, quam in archidiaconatu suo primo vacare contingeret 63), donationi suæ seruaret 64), inhibens, ne alicui conferret eandem: de qua G. 65) c clerico disposuerat prouidere, et ecclesia de Berouilla 66) ibi vacasset, idem archidiaconus 67) contra mandatum eiusdem legati, ad ipsam G. subdiacon. præsentauit 68), cuius facto ab eodem legato cassato, ipse præfato G. concessit ecclesiam sic vacantem: [*et infra.*] Vacante vero quadam præbenda in ecclesia sancti Martini, Carnoten. diœces. episcopus dictam ecclesiam ad præsentationem archidiac. H. clerico, præbendam vero præfato G. assignare curauit 69). Vnde ipse H. 70) supplicabat 71), eandem sibi ecclesiam confirmari, vtpote quam [*canonice ac etiam*] ad præsentationem archidiaconi 72), veri patroni, se dicebat adeptum. [*E contra procurator decani respondit, quod, etsi dictus legatus donationi suæ reseruari mandauerit primo in archidiaconatu Carnotensi ecclesiam vacaturam; circa tamen prædictam ecclesiam facere hoc de iure non potuit; quia talis potestas sibi minime competebat: cum præsentatio clerici ad illam ecclesiam, non tanquam clerico, sed quasi laico ratione patronatus, non iure archidiaconatus pertineret. Vnde cum inhibitionem ipsius in hoc idem archidiacon. custodire minime teneretur: alium ad eamdem ecclesiam de iure potuit præsentare, ac præsentatio eius debet, ex quo idonea facta est, firma censeri.*] Nos igitur, [*his et aliis, quæ coram eodem auditore fuere proposita nobisque relata fideliter per eumdem, diligentius intellectis,*] attendentes, quod, etsi præfatus archidiaconus memoratum G. 73) tanquam laicus d, ad illam ecclesiam 74) præsentasset, quia tamen [*ipse decanus*] per diœcesanum episcopum 75) admissus non fuit, sed dictus H. 76) ab eodem archidiacono præsentatus, a diœcesano [*suo*] episcopo institutus, iuxta statutum [*bon. mem.*] Alexandri 77) papæ, [*prædec. n.*] non primus, sed secundus ius est assequutus in ecclesia memorata 78), etsi [*memoratus*] archidiaconus præfatum G. 79) tanquam clericus 80), præsentauit, quoniam in eo, quod tanquam clericus faciebat, suberat iurisdictioni legati 81), vnde postquam idem legatus donationem illius ecclesiæ sibi decreuerat reseruandam, ad eam tanquam clericus non potuit quempiam præsentare, præsentationem ipsius 82) minus canonice factam decernimus 83) e irritam 84), et, ea [*penitus*] non obstante, concessionem eiusdem ecclesiæ, factam prænominato H. 85) pronuntiauimus 86) canonicam exstitisse, [*cassantes nihilominus, quod per delegatos a supra dicto archiepiscopo Senon. post app. ad nos legitime interpositam, exstitit attentatum, et*] adiudicantes eidem [*magistro*] præfatam ecclesiam, cum fructibus, medio tempore perceptis ex ea 87), plene ac pacifice possidendam 88), prædicto G. super hoc perpetuum silentium imponendo.

61) *Legationis officio fungeretur*, c. 3. comp. cit. 3.
62) *Mandauit*, ibid.
63) *Contigerit*, C. R.
64) *Reseruare curaret*, cit. c.
65) C. R. 1. habet: *V.* sed *W.* est in C. R. 2. L. et ed. ant. per tot.
66) *De Forouilla*, C. R. 1.
67) Verba: *idem archidiaconus*, desunt in C. H.
68) *Præsentauerit*, C. H.
69) *In qua disposuerat eidem W. non habenti beneficium, prouidere. Processu denique temporis, cum in morte O. quondam decani Amenis ecclesia de Berouilla vacasset, idem archidiaconus contra mandatum eiusdem legati tam ipsam, quam ipsum decanatum, G. f. n. concessit, qui aliam ecclesiam in eadem diœcesi noscitur habere. Quod cum ad prædicti legati notitiam peruenisset: eos ad suam præsentiam conuocauit, et de prudentum consilio, archidiaconi facto cassato, ante dictam ecclesiam, sic vacantem, præfato W. concessit.* Et infra. *Vacante vero quadam præbenda in ecclesia sancti Marci Carnoten. quæ ipsum magistrum G. contingebat de iure patronatus, episcopus pia prouidentia, seu prouida pietate considerans, quod præbenda ipsa, cui cura non erat animarum annexa, magis sæpe dicto W. congrueret, quam eadem ecclesia de Brachauilla, quæ pastore assiduo indigebat, ecclesiam ipsam vacantem eidem magistro ad præsentationem dicti archidiaconi, nullo contradicente, concessit, et præbendam illam præfato clerico assignauit.* Ita in hac verborum serie exstat cit. c. post prun. eamdem.
70) *Ipse magister*, ibid.
71) *Supplicauit*, C. R. 1.
72) Vocab. *archidiaconi*, ibid. non legitur.
73) Pro *sigla G.* in cit. c. est: *decanum.*
74) *Ecclesiam*, omittitur ibid.
75) *Episcopum*, in C. R. H. ed. ant. et Cont. desideratur.
76) *Alius*, est in cit. c. pro vocib. *dictus H.*
77) In c. 5. X. h. t. in quo tamen hac distinctione non vtitur, quam eidem attribuit INNOCENTIVS III.
78) *In eadem ecclesia*, cit. c.
79) *Decanum*, loco G. est ibid. per tot.
80) Verb. *tanquam clericus*, ibidem non leguntur.
81) *Quoniam in eo, qui tanquam clericus faciebat, idem erat iurisdictionis legati*, ibid. Patronis laicis legatum in conferendo et reseruationibus præiudicare non potuisse, quod illustrant litteræ GREGORII IX. relatæ a MATTHAEO PARIS. in hist. Angl. ad annum MCCXXXIX. p. 461.
82) Pron. *ipsius*, non est in cit. c.
83) *Decreuimus*, C. R. 1. *fuisse decreuimus*, cit. c.
84) *Irritam*, a C. R. L. ed. ant. et cit. c. abest.
85) *De prænominato H.* C. H. *magistro Waltero*, cit. c.
86) *Pronuntiamus*, C. L.
87) *Ex ea*, C. H.
88) *Possidenda*, ibid.

CAP. XXIX.

Si laicus patronus duos successiue præsentet; valet institutio de secundo, non obstante appellatione, prius facta per primum: episcopus tamen, qui malitiose primum repulit, eidem in competenti beneficio prouidere compellitur. Et in vltimo est casus singularis.

IDEM *Elien. episcopo.* (*ann.* 1206.)

Pastoralis f officii: [*et infra.*] [*Cum autem sæpe contingat, patronos ecclesiarum laicos nunc vnum, nunc alium ad vacantes ecclesias præsentare; sollicite*] postulasti [*per sedem apostolicam*] edoceri, an clericus, ad aliquam ecclesiam a patrono laico præsentatus, si diœcesanus 89) episcopus ipsum non duxerit admittendum, ex huiusmodi præsentatione aliquid iuris assequatur in illa: et, si forte idem ad sedem apostolicam appellauerit, et post appellationem, ab ipso interpositam, idem patronus alium curauerit præsentare, ac secundum 90) instituit 91) g episcopus præsentatum, idem ab ipsa ecclesia 92) [*merito*] debeat amoueri. Nos igitur [*bon. mem.*] Alexandri 93) papæ, [*prædec. n. pro sua reuerentia,*] vestigiis inhærentes, qui inter præsentatos a clerico et

89) *Diœcesanus*, deest in C. H.
90) *Secundo*, c. 4. comp. cit. 3.
91) *Instituerit*, C. R. L. et cit. c.
92) *Ab ipso*, cit. c.
93) Rursus tribuit hanc distinctionem INNOCENTIVS III. ALEXANDRO III. in c. 5. X. h. t. qua tamen non vtitur. Quin potius LVCIVS III. hac primum vsus videtur in c. 24. X. h. t. vel dicendum cum FRANCISCO DE ROYE de iure patron. ad cit. c. 5. p. 151. forsan aliud de ea re adfuisse rescriptum ALEXANDRI III. quod in Raymundiana collectione omissum.

a *Hæc duo verba*, ob eo, *desunt.* b *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *comp. vid. conc. Tridentin. sess.* 24. *de reform. c.* 19. *vbi huiusmodi reseruationes videntur prohiberi.* c V.

d *Clericum in patrimonialibus censeri, vt laicum, vid. apud Albert. de Rosa in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ.* e Decreuimus, et vox irritam, *deest in omnibus antiquis exemplaribus.* f *Quare superuacuus titulis et libris, quod hic abscissum est. cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compilat. vid. Archidiac. in c. decreuimus.* 16. *qu.* 7. *Geminianum in c. per simoniam.* 30. *dist. et Hostiens. in summ. tit. de iure patr.* §. *in quib.* g Instituerit.

Oo 2 laico

laico patronis 94) distinguendo 95), inter præsentatos a laico conditionem possidentis censuit meliorem, dicimus, quod institutio præsentati secundo loco a laico patrono, robur obtinet 96) firmitatis. Veruntamen constituimus 97), vt episcopus, qui præsentatum idoneum malitiose recusauit admittere, ad prouidendum eidem in competenti beneficio compelletur, quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse.

94) *Patrono*, C. H.
95) A cit. c. absunt verba: *inter præsent. - - distinguens.*
96) *Obtineat*, C. R. 1. et H.
97) Hunc itaque effectum habuit *appellatio*, a præsentato, sed ab episcopo reiecto, interposita, vt episcopus inique reiecto prouidere de alio beneficio teneretur, non vero, vt patrono iniungeretur necessitas, alium præsentandi. Neque enim contra patronum, sed contra episcopi factum appellauerat.

CAP. XXX.

Si ad præsentationem rectoris ad titulum ecclesiæ aliquis fuerit ordinatus: patronus, qui non consensit, ad ipsam, cum vacabit, poterit præsentare.

IDEM *a Aurien.* 98) *episcopo.* (*ann.* 1214.)

Postulasti per *b* sedem apostolicam edoceri, vt, cum rectores parœcialium ecclesiarum [*quandoque*] quosdam præsentent ad suarum ecclesiarum titulos 99) ordinandos, vtrum electio talium ad ipsos rectores pertineat, vel etiam ad patronos: et, si in his patronorum non est requirendus assensus, vtrum ius illis saluum maneat 100) eligendi, vt, cum ipsas ecclesias vacare contigerit, intitulati 1) huiusmodi non sint 2) aliis præferendi. Ad quod breuiter respond. quod per intitulationem huiusmodi nullum patronis præiudicium generatur *c*, quin possint alios ad illas ecclesias, cum vacauerint, præsentare, nisi de patronorum 3) processisset assensu.

98) Hæc inscriptio quoque est *lib. XI. epist.* 258. scripta anno regiminis XI. adeoque erronea est C. L. et H. epigraphe: *Aurel.*
99) Quælibet quidem ecclesia parochialis vnicum habet *rectorem*, qui etiam *rector dominus* vocatur in *clem.* 2. *de sepult.* non tamen hic prohibetur, etiam in ecclesia, iuri patronatus subiecta, sibi adsciscere socium in subsidium, eumque præsentare episcopo, vt ad *ecclesiæ titulum* ordinetur, etiam sine patroni consensu, vt huius ecclesiæ perpetuus adiutor sit: quia *intitulatus* est ab episcopo, stipendio quodam quasi conductus. Neque vero per hanc assumtionem patrono fit præiudicium, qui, *rectore* mortuo, alium præsentare non prohibetur, præterito hoc *adiutore* parochi.
100) *Remaneat*, c. 5. comp. cit. 3.
1) *Titulati*, ibid.
2) *Sint*, abest a C. H.
3) *Patroni*, cit. c.

CAP. XXXI.

Patronus etiam clericus ecclesiam vacantem conferre non potest: et, si contulit, potest nihilominus ad illam præsentare.

GREGORIVS IX. *archiepisc. Eboracen.* (*ann.* 1232. *Romæ in Angliam.*)

Transmissæ ad nos tuæ 4) litteræ continebant, quod, cum capitulum Eboracen. ecclesiam de Gameforde vacantem, in qua ius obtinent patronatus, R. clerico *d* concessissent 5) ipsi postmodum L. 6) clericum tibi ad eandem ecclesiam præsentarunt, post appellationem ab eodem R. ad sedem apostolicam interiectam: [*et infra.*] Consult. t. t. respond. quod, cum ex vi iuris patronatus non concessio, sed præsentatio pertineat ad patronum, præsentatum, si ei aliquid non obsistat canonicum 7), instituere in ipsa ecclesia poteris, vtpote potiorem.

4) *Tua*, non est in C. H.
5) *Concesserunt*, C. H. Notandum vero, hic agi *de patronis clericis*, quibus tamen *collatio ipsa ecclesiarum* denegatur, si forsan hæc formula, quæ *collationem* designat, vsi sunt in præsentationis litteris. Et tamen, vt dictum ad *c.* 24. *X. h. t.* plus ponderis habet præsentatio *clerici patroni* quam *laici*, cum ille variare non possit, vt præsentatus omnino sit admittendus, si nullus ei obsistat defectus canonicus, et ita in effectu tali præsentationi *collatio* insit. Ita luditur re vera in terminis, vt, si in litteris præsentationis *concessionis* vel *collationis* fiat mentio, ea irrita censeatur, ex mente GREGORII IX. quamuis *virtualiter* in eis contineatur eius confirmatio, quæ est *actus iuris*[illegible], æque ac in episcopo electo. Vnde etiam præsentatio vocatur *donatio* in *c.* 5. *X. de concess. præb. et eccl. non vac.* item *collatio* in *c.* 6. *X. de his, quæ fiunt. a prael.* Hoc ad minimum certum, præsentatum ex præsentatione patroni clerici acquirere *ius irreuocabile* intuitu patroni, non item ex præsentatione *patroni laici.*
6) C. R. 1. et Pith. habent: *I.*
7) *Canonicum*, a C. R. 1. abest.

TITVLVS XXXIX.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, 8) ET PROCVRATIONIBVS.

CAP. I.

Ecclesiæ fundandæ debet pro dote tribui mansus, liber a quolibet seruitio temporali: ad ecclesiasticum tamen tenetur. Sed si aliquid confertur ecclesiæ vltra mansum: tenetur ecclesia ex eo soluere onera consueta. H. d. inhærendo literæ.

Ex concilio apud Guarmaciam 9) (*in Germania.*)

Sancitum *f* est, vt vnicuique ecclesiæ vnus mansus 10) integer absque 11) vllo seruitio 12) tribuatur. Et presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de areis 13) *g*, vel de hortis, iuxta ecclesiam positis, neque de prædicto manso aliquod seruitium faciant præter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint: inde senioribus debitum 14) seruitium impendant.

8) *Et exactionibus*, C. R. 1. et L.
9) Etiam hoc cap. refertur in *c.* 25. *C. XXIII. q.* 8. sub inscriptione: *ex concilio Wormacensi*, quamuis magis interpolatus fuerit, vt *ibid. not.* 20. obseruaui, et docui, ad annum DCCCLXVIII. cum referendum esse.
10) *Mansus* quid eo tempore denotauerit, explicatum est ad *cit. c.* 25. *not.* 21.
11) *Et absque*, ed. ant. et Cont.
12) *Seruitio seculari*, C. H.
13) *Atriis*, C. H. et c. 1. comp. 2. h. t.
14) *Debitum*, deest in C. H.

CAP. II.

Solutio tributi arguit subiectionem.

AVGVSTINVS *super epistolam ad Rom.* (*ann.* 420. Conf. c. 2. comp. 3. h. t.)

Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit: [*et infra.*] Et vos subditi esse debetis. Ideo enim tributa præstatis: quia hæc est probatio subiectionis.

CAP. III.

Non potest episcopus nouum censum imponere monasteriis.

GREGORIVS *Stephano h cantori* 15). (*ann.* 602. *Romæ.*)

Scientes: *i* [*et infra.*] Asseruit [*etiam*] prædictus abbas 16), presbyterum [*supra dictæ*] Massæ 17) nouas monasterio [*illi*] consuetudines velle imponere, [*quæ ex tempore conditi monasterii per triennale tempus hactenus non fuerunt.*] Mandamus, quatenus 18), si ab initio hoc non fuerit 19), etiam labentibus temporibus aliquid nouiter non permittas imponi.

15) Desumtum est *h. c.* ex *libro XII.* GREGORII *M. epist.* 20. cuius hæc inscriptio est. *Gregorius Stephano Chartulario.* Vitiosa ergo est tam inscriptio *Raymundiana*, quam *c.* 4. *comp.* 1. *h. t.* quæ est: *ad Stephanum Castrum.*
16) *Abbas Ferrariensis*, C. R. 1.
17) *Massæ*, ibid.
18) *Quod diligenter agnoscas. Et si ver.* cit. c.
19) *Hoc non fuit*, C. H. *non fuit impositum*, C. L.

CAP. IV.

Cæcus et pauper ad collectas non tenentur.

IDEM *Constantino* 20) *episcopo.* (*ann.* 597. *in Insubriam.*)

Licet *k* multum 21): [*et infra.*] Dixit quoque prædictus cæcus, quod ad collectas 22) inter alios [*ciuitatis Genuensis habitatores et ipse*] pariter 23) compellatur. Quod fieri non permittes 24): quia eum, quem cæcitas sua grauat, inhumanum est nimis in collectione 25) affligere, cui debuerat ex collecta 26), si esset necessitas, misereri.

20) Apud GREGORIVM *M. lib. VII. epist.* 132. inscriptio est hæc: GREGORIVS *Constantio episcopo Mediolanensi*, de quo vid. VGHELLIVS *in Italia sacra tom. IV. p.* 59. *edit. nouiss.*
21) *Multis*, C. H. Quæ vero hic non sunt, vide supra *c.* 1. *de rest. spol.*
22) *Ad collata*, c. 7. comp. 1. de rest. spol.
23) *Pariter*, abest a C. H.
24) *Quod si ita est, denuo ab eo per quemlibet exigi non permittas*, cit. c.
25) *In collatione*, ibid.
26) *Debuit ex collatione*, ibid.

a *Al.* Athauens. b *C.* 5. *eod. tit. in* 3. *compil. vid. Henr. Boeh. et Lambert. de iure patron. artic.* 8. *q.* 5. *p.* 3. *libr.* 2. *art.* 6. *q.* 5. *libr.* 3. c Generetur d *Non repræsentando, quod facere potuerunt: sed conferendo, quod facere non possunt.*

a *Vid. Torrec. in c. quæsitum.* 1. *quæst.* 3. *et Couarruuiam libr.* 3. *var. resol. c.* 7. *et Scotum libr.* 6. *de iust. et iur. q.* 5. *art.* 1. f *Burchard. libr.* 3. *decret. c.* 52. *Iuo part.* 3 *cap.* 55. *et cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compilat.* g *Alias, atriis, sed omnes Vaticani habent, vt est impressum.* h *Chartulario libr.* 12. *epist.* 20. *indictione* 7. *Contra.* i *Cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp.* k *Cap.* 7. *tit. de restitut. spoliat. in* 1. *comp.*

CAP.

CAP. V.

Petens censum, debet rationem exprimere.

PASCHALIS II. 27) *comitissæ Mathildæ. (ann. 1110. Romæ.)*

Peruenit a ad nos, [*quod Fraxinorensis abbas Carpensem ecclesiam fuerit deprædatus, occasione videlicet cuiusdam census, qui, ad quid solui debeat, ignoratur. De quo tantum cum nos archipresbyter interrogaret, vt, quod rationabile videbatur, responderemus;*] inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod census 28) ignorantiæ nec diuinis, nec humanis legibus inuenitur: oportet quippe 29), vt omnis census, ad quid 30), et quando 31) persolui debeat, præciatur. [*Mandamus ergo dilectioni tuæ, vt prædam ipsam Carpensi ecclesiæ restitui facias, nec deinceps Fraxinorensem abbatem aut quemlibet alium inquietare permittas.*]

27) *Paschalis IV.* C. H. *Paschalis N.* ed. ant.
28) Ipsorum tenor verborum c. 5. comp. cit. 1. est hic: - - - *interrogaret, quod rationabile videbatur, respondimus. Census enim* etc.
29) *Enim*, C. H.
30) In *petitorio* scilicet. In *possessorio* sufficit sola solutio census facta, ex quo alter in possessione vel quasi constitutus est, vt per denegationem eius *spolium* committatur. c. 9. *X. de restit. spol.* In *petitorio* caussa finalis constituti census, qui instar seruitutis est, probanda, quæ si ignoratur, pro libertate pronunciandum; quamuis immemorialis temporis vetustas probata præsumtionem *iuris et de iure* inducat, legitimam constituti census ab initio adfuisse caussam, licet ignoretur. Cum enim ob varias caussas olim census constitui fuerint: infiniti census perirent, si eius caussa finalis ostendi non posset. Sunt infiniti *census oblati*, quos olim ex sola caussa pietatis laici monasteriis vel aliis piis sodalitiis de bonis suis obtulerunt, cuius vestigia hodie vt plurimum ob defectum documentorum ignorantur.
31) *Et quo modo*, cit. c.

CAP. VI.

Determinat concilium numerum equorum, quos secum ducere possunt prælati visitantes: et prohibet eis tunc vti venationibus, et sumtuosas epulas quærere. Hoc primo vsque ad vers. *Prohibemus.*

Ex concilio Lateran. *b (ann. 1179. Romæ.)*

Cum apostolus c se ac suos propriis manibus decreuerit exhibendos d, vt locum prædicandi auferret 32) pseudoapostolis, et illis, quibus prædicabat, non existeret onerosus: graue nimis [*et emendatione dignum*] esse dignoscitur, quod quidam prælatorum 33) ita in procurationibus graues [*suis subditis*] existant 34), vt [*pro huiusmodi caussa ipsa*] interdum ecclesiastica ornamenta subditi exponere compellantur, et longi temporis victum 35) breuis hora consumat e. Quocirca statuimus, quod 36) archiepiscopi, parœcias visitantes, pro diuersitate prouinciarum, ac facultatibus ecclesiarum XL. vel L. 37) euectionum 38) numerum, episcopi autem XX. vel XXX. cardinales 39) [*autem*] XXV. nunquam 40) f excedant, archidiaconi vero V. vel VII. decani constituti sub episcopis 41) g duobus equis 42) contenti existant. Nec cum canibus venatoriis, et auibus proficiscantur, sed ita procedant, vt non, quæ sua sunt, [*quærant,*] sed, quæ Iesu Christi, quærere videantur. Nec sumtuosas epulas quærant: sed cum 43) gratiarum actione recipiant, quod honeste ac competenter illis fuerit ministratum.

Prælati non debent grauare subditos talliis, et exactionibus: permittitur tamen ex iusta caussa petere ab eis moderatum auxilium. H. d. vsque ad §. *Sane.*

Prohibemus etiam, ne subditos suos talliis et exactionibus episcopi grauare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superueniunt, vt, si manifesta ac rationabilis caussa extiterit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicat apostolus h: *non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis:* multum longe a paterna pietate videtur, si præpositi subditis suis graues existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more fouere. Archidiaconi vero siue decani, nullas exactiones siue tallias in presbyteros seu clericos exercere præsumant.

In effectu dicitur, quod numerus equorum statutus in princ. cap. non debet trahi ad augendum numerum, alias solitum. Abbas.

Sane, quod de prædicto numero euectionis 44) secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit obseruari, in quibus ampliores sunt reditus et ecclesiasticæ facultates. In pauperioribus autem locis tantum volumus teneri 45) mensuram, vt ex 46) accessu maiorum, minores merito 47) non doleant se grauari. Nec sub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis vti solebant hactenus, plurium sibi credant potestatem indultam.

32) *Afferre*, C. H.
33) *Nostrorum*, c. 6. comp. cit. 1.
34) *Existunt*, C. L.
35) *Victus*, C. R. 1.
36) *Vt*, C. H.
37) *LX. vel L.* ibid.
38) *Euectionis*, ed. ant. et cit. c.
39) Cardinalibus minor *euectionum* numerus conceditur, ac quidem episcopis, quod plerique tantum essent *presbyteri et diaconi*, paucissimi *episcopi*. Hi visitabant suam dioecesin: illi tantum *titulos* suos seu *parochias*. Imo tuo ALEXANDRI III. ad quod referendum *hoc cap.* adhuc quilibet episcopi in consessu publico *presbyteris et diaconis cardinalibus* prælati sunt, ita, vt primum occuparent locum archiepiscopi, alterum episcopi cardinales, tertium alii episcopi, quartum denique cardinales presbyteri et diaconi, vt perspicue docet THOMASS. *de vet. et noua eccles. discipl. P. I. libr. II. c.* 113. n. 6. vnde hoc tempore nullus episcopus vel archiepiscopus adspirauit ad titulum cardinalis presbyteri vel diaconi.
40) *Nusquam*, cit. c.
41) *Ipsis*, C. a L. ed. ant. et cit. c.
42) *Duobus equitaturis*, C. R 1.
43) Præp. *cum*, desideratur in C. H.
44) *Euectionum*, C. R. 1.
45) *Tenere*, ed. ant. Cont. et Pith.
46) *In*, C. H.
47) Partic. *merito*, desideratur in ed. ant.

CAP. VII.

Nouus census ecclesiis imponi non potest, nec antiquus augeri. H. d. et est de principalioribus huius tituli.

Ex eodem *i*.

Prohibemus insuper, ne ab abbatibus, episcopis, vel aliis prælatis, noui census imponantur ecclesiis, nec 48) veteres augeantur, nec partem redituum suis vsibus appropriare 49) præsumant: sed libertatem, quam sibi maiores conseruare 50) desiderant, minoribus [*quoque*] suis 51) bona voluntate conseruent. Si quis vero aliter fecerit: irritum, quod egerit, habeatur.

48) *Vel*, C. H.
49) *Applicare*, ibid.
50) *A maioribus conseruari*, ibid.
51) *Minoribus quoque suis*, C. R. 1.

CAP. VIII.

Prælatus seu rector ecclesiæ non potest, præsertim post mortem, ecclesiam suam propria auctoritate constituere censualem.

ALEXANDER III. *Vigorien. 52) episcopo* k. *(ann. 1186.)*

Præterea *l* illi, qui, episcopo ignorante, auctoritate sua pensionem annuam de ecclesiis quadam illusione m soluerint, siue receperint, eis defunctis, [*nisi ab iis, qui per episcopum, vel ministeriales eius auctoritatem instituendi personas habentes ius recipiendi canonem receperint,*] in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi: [*præsertim*] si pontificis 53) aut alterius, qui de iure 54) id facere potuerit, auctoritatem 55) et assensum super hoc 56) non interuenisse constiterit. Non enim simplices sacerdotes vel clerici possunt ecclesias, quibus præsunt, auctoritate sua, præsertim post decessum suum, efficere censuales.

52) *Vigorn.* rectius C. R. 1. et L. *Wigor.* c. 8. comp. cit. 1.
53) *Pontificatem*, cit. c.
54) Desunt in C. H. verba: *de iure.*
55) *Et auctoritatem*, C. R.
56) Desideratur in cit. c. verba: *super hoc.*

CAP. IX.

Breue est, vel per alia verba summatur sic: *Episcopus ecclesiæ, de manu laici per se ereptæ, non potest ob hoc censum imponere.*

IDEM *Carnoten. 57) episc.* n *(ann. 1180.)*

Ecclesiis [*autem*] o, quas de nouo episcopi de manibus laicorum 58) eripiunt, præter cathedraticum, et 59) iura omnia, quæ aliis ecclesiis imponuntur, exactionem prohibemus imponi 60): [*quin nouis exactionibus decreto nostro prohibemus generaliter a modo ecclesias prægrauare.*]

57) In *append. ad concil. Later. III. P. II. c.* 8. apud HARDVIN. *tom. VI. P.* 2. *p.* 1781. ibidem *hoc cap.* refertur; sed inscribitur sine dubio rectius: *Episcopo Conuenarensi.*
58) Qui ex priscis moribus, fere tamen tunc obrogatis, ecclesias *iure beneficiario* adhuc tenebant, vt obseruat succincte *P. DE MARCA in not. ad c. VII. concil. Claromont.*
59) Cop. *et*, deest in C. H.
60) *Non videmus exactionem imponendam*, c. 10. comp. cit. 1.

CAP. X.

Noua pedagia sine consensu principis imponens, communione priuatur.

IDEM. *p (ann. 1179.)*

Innouamus 61): [*et infra.*] Nec quisquam alicui q nouas pedagiorum exactiones sine auctoritate et consensu regum et principum sta-

61) Conf. *supra c.* 2. *de treuga et pace.*

a *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp. vid. Calderi consil.* 2. *tit. de libell. oblat.* b *Sub Alexandro cap.* 4. *et* 6. *eod. tit. in* 1. *compilatione.* c 1. *Thess.* 2. 2. *Cor.* 11. *Act.* 20. d *Al.* alendos, *vt est in conciliis in margine.* e *Vid. l. sui alimentorum. ff. vbi pupil. educ. deb.* f Nusquam. g *Al.* ipsis. h 2. *Cor.* 12.

i *Concil. Lateran. sub Alexandro III. cap.* 7. §. *prohibemus. et cap.* 7. *eod. tit. in* 1. *compilat.* k *Vigor. al.* Vigurnen. *alii.* Vuigorn. l *Cap.* 8. *eod. tit. in* 1. *comp. et post concil. Lateran. sub Alexand. III. part.* 28. *cap.* 9. m Collectiont, *legitur post concilium, et forte aptius est.* n Carnuc in vno, *ceteri habent.* Carnoten. o *Cap.* 10. *eod. tit. in* 1 *compil. et post conc. Lateran. part.* 7. c. 8. p *Scilicet Alexander III. in conc. Lateranen. cap.* 22. *et cap.* 2. *de treuga et pace, in* 1. *compil. vide Sylvestrum in summa.* q Alicubi, *legitur in antiquis.*

 tuere

tuere aliquo modo præsumat. Si quis autem contra hoc fecerit, et commonitus a non destiterit: donec satisfaciat, communione careat Christiana.

CAP. XI.

Qui per collusionem constituit ecclesiam censualem, illa priuabitur.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo, et eius suffraganeis.* (*ann.* 1180.)

Cum clerici 62) b: [*et infra.*] Ad hoc, quia [*sunt*] clerici quidam, [*qui,*] cum religiosis [*viris*] collusione facta, circa auctoritatem diœces. 63) episcopi, ecclesias, quas tenent, eis constituunt censuales, vt post decessum eorum, eædem ecclesiæ per repræsentationem eorundem religiosorum [*virorum*] ad filios vel nepotes clericorum ipsorum possint transferri: [*præsentium auctoritate vobis*] præcipimus, vt, si qui [*clericorum vestrorum*] inuenti fuerint facere talia, eos a præscriptis ecclesiis [*auctoritate ap.*] non differatis, appellat. postposita, remouere, [*ne de fraude vel dolo videantur commodum reportare.*]

62) Textus in sua integritate infra in *coll. de ret. Alexandri III. p.* 208. refertur. Cetera, quæ desunt in *h. c.* supra in *c.* 6. *X. de pactis*, allata.
63) *Dicti*, c. 17. comp. cit. *h. t.*

CAP. XII.

Si collectores grauant ecclesias: priuari debent officio.

IDEM. (*ann. eod.*)

Ex e, quæ de 64) auaritia 65): [*et infra.*] [*Nihilominus etiam vobis præsentium auctoritate iniungimus, vt cum ecclesias ipsas visitaueritis, secundum quod canones præcipiunt, visitationis officium exerceatis, nec ecclesias visitatione vestra grauetis, vt eas magis intuitu informationis, et correctionis, quam affectu comestionis videamini visitare.*] Cum autem propter B. Petri visitationem denariorum collectam 66) per archidiaconatus vestros feceritis: [*in collectione facienda prædictas*] ecclesias vel parœcias non grauetis 67). Quod si secus præsumseritis 68): id quod videmini habere, auferetur a vobis d.

64) Integra decretalis infra in *decretal.* ALEXANDRI III. *p.* 281. *c* 8. refertur, quæ in sua integritate non exstat in *append. ad conc. Later. III.* sed *P. II. c.* 5. particula tantum adducta, sub falsa inscriptione. Vnde rursus in sententia, iam supra ad *c.* 15. et 21. *de iure patron.* adducta, confirmor, RAYMVNDVM magis hac collectione, in *append.* tamen adducta, quam ea, quæ *post concil. Lateran. III.* posita est, vsum fuisse, quod in *h. c.* consueto more verba initialia huius decretalis a RAYMVNDO adducantur, plane omissa in *append. post dictum concilium*, imo vera inscriptio ab illo repetita, loco cuius in hac inscriptio hæc legitur: *Item in concilio Turonensi de eadem re.* Præterea ex *c.* 17. *comp. 1. de simon.* liquet, etiam BERNHARDVM CIRCA hanc collectionem, infra relatam, consuluisse, non eam, quæ post *concil. Later III.* prodiit.
65) *De auaritia*, C. B. 2. L. ed. ant. Cant. Fuld. et Gonz. *de auaritiæ radice*, C. B. 1. *de auaritiæ et cupiditatis radice* etc. c. 15. comp. 1. de simonia. Continuatur verborum series infra in *c.* 16. *de simon.*
66) *Cum autem beati Petri denariorum collectionem*, cit. c. 15.
67) *Nullatenus grauare præsumatis*, ibid.
68) *Aliter, sine magis, quam prædecessores nostri sanctæ recordationis Innocentius, Eugenius, Romani pontifices, fecisse noscuntur, quod si temeritate qualibet id præsumseritis attentare*, ibid.

CAP. XIII.

Qui recipit iuramentum de nouo censu, imposito ecclesiæ persoluendo, compellitur iurantem absoluere.

LVCIVS III. (*ann.* 1181.)

Significauit e nobis T. 69) rector ecclesiæ de Fulsig. 70) f quod, cum a [*dil. f. abbate et*] monachis de Castig. 71) g ad regimen ipsius ecclesiæ fuisset electus h, de soluendo eis 72) annuo censu trium marcharum, quas 73) prædecessor eius 74) soluerat, præstitit 75) [*corporaliter*] sacramentum. Postmodum [*ven. f. noster N. Bathonen.*] episcopus diœcesanus 76), ne ipsum 77) censum monachis solueret, nisi prius constaret, quod episcopali auctoritate fuisset impositus 78), in periculum 79) ordinis sui 80) [*et sub interminatione anathematis*] interdixit. [*Vnde prædictus rector hinc periurii reatum metuit, et inde timet inobedientiæ periculum imminere.*] Quocirca [*f. t. per a. f.*] mandamus, quatenus, [*partibus ante præsentiam vestram conuocatis,*] si [*tibi*] præfatum censum 81) [*de*] auctoritate præsulis, et non de nouo impositum 82) fuisse constiterit, episcopo [*auctoritate nostra*] præcipias, vt prohibitionem sine dilatione relaxet. Si vero census sit de nouo impositus; siue auctoritate episcopi hoc factum fuerit, siue non: eosdem monachos 83), vt clericum a iuramento absoluant, app. rem. [*ecclesiastica districtione*] compellas. [*Nos enim nec debemus nec volumus, vt ecclesiæ census noui exactione vexentur.*]

69) G. est in C. B. sed C. in H. et ed. ant.
70) *Fulsigen*, C. B. 1. *Sulsig.* C. B. 2. H. et c. 1. comp. 2. h. t. quod vero habet in margine: *Fulsg.* vt est in L. *Felsig.* ed. gloss. *Fulsg.* ed. ant.
71) *Claust.* C. B. 1. *Clausig.* L. *Ausig.* ed. ant. *Ciausig.* cit. c. sed in margine: *Clausig.*
72) *Sibi*, C. B. 2. sed neutra vox est in cit. c.
73) *Quem*, cit. c.
74) *Suus*, C. H.
75) *Præstiterit*, C. B. 1.
76) *In cuius diœcesi, ecclesia ipsa consistit*, cit. c.
77) *Ipsi*, C. H.
78) *Interpositus*, ibid.
79) *Eidem in periculum*, C. B. 2.
80) Pron. *Sui*, a C. B. ed. ant. et cit. c. abest.

81) *Canonem*, C. B. L. et cit. c.
82) *Interpositum*, C. H.
83) *Abbates et monachos*, cit. c.

CAP. XIV.

Archiepiscopus, visitans prouinciam, etiam a monasteriis prouinciæ procurari debet.

IDEM *Rauen. archiepisc.* (*ann.* 1181.)

Sopitæ a [*iudicio sedis apost. quæstiones scripto ad memoriam perpetuam commendantur, ne per obliuionem processu temporis valeant suscitari: vt autem sententia maiorem habeat firmitudinem, ap. scriptis munimine roboratur.*] Sane, cum inter te et monasteria Bononiæ [*tam monachorum, quam monialium,*] super procurationibus, quas ab eis exegeras, controuersia verteretur, [*et eausam ven. f. n. H. Ariminen. episcopo commisimus audiendam. Postmodum vero dil. fil. n.*] abbas sancti Proculi, omnium aliorum procurator, sicut ex litteris, quas portauit, apparuit, [*et ipse in manu episcopi iam dicti, data fide, firmauit coram nobis et fratribus nostris pro omnibus aliis monachis, sancti Damiani et sancti Bartholomæi exceptis, qui*] super hoc [*quæstionem minime referebant,*] diutius litigauit. [*Verum nulla pro parte sua priuilegia Rom. ecclesiæ vel Rauennatis exhibuit, nec ostendit, per longam consuetudinem se munitam.*] Sed tu, procurationes 84) ipsas in aliis monasteriis tuæ prouinciæ asserens tibi 85) sine contradictione præstari, eas a prædecessoribus tuis in monasteriis Bonon. exhibitas, per testes idoneos probauisti. Inde vtique [*fuit, quod, deliberatione cum fratribus habita,*] vidimus, intentionem tuam iure communi 86), et prædecessorum tuorum consuetudine adiuuari. Ea propter, [*tuis iustis petitionibus annuentes,*] monasteria supra dicta [*de communi consensu fratrum*] condemnauimus ad procurationem, secundum facultates eorum tibi tuisque successoribus exhibendam 87), [*et adiudicantes eas vobis in iam dictis ecclesiis monasteriis vniuersis sententiam, quam protulimus, nostra duximus et fratrum nostrorum subscriptionibus roborandam.*]

84) *Firmiter*, c. 2. comp. 2. h. t.
85) Pronom. *tibi*, ibid. non habetur.
86) In C. L. additur: *fundari.*
87) Vocab. *exhibendum*, in cit. c. non legitur.

CAP. XV.

Patroni etiam clerici nouum censum ecclesiæ imponere non possunt, nec veterem augere: et, si super hoc iuramenta vel cautiones exegerunt, coguntur absoluere.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Grauis b admodum 89), [*et correctione dignissima nuper querela in audientia nostra est proposita, quod salua conscientia sub dissimulatione transire non possumus. Cum enim*] ecclesiasticæ personæ ecclesias [*quamplures in Morin. diœcesi habeant;*] cum [*eas*] vacare contingit, non aliter quenquam ad ipsarum regimen volunt vocare, nisi aut nouum censum [*in*] ecclesiis illis imponant, aut veterem contra constitutionem concilii Lateranen. c augmentent: ad ipsius solutionem instituendum presbyterum iuratoria [*quandoque*] vel fideiussoria cautione cogentes, [*quandam etiam partem suis vsibus redituum applicare contendunt. Vnde sæpe contingit, vt, diœces. episcopo excessus huiusmodi ignorante, vel eo minime requisita, in ecclesiis illis inducant pro suæ voluntatis arbitrio sacerdotes. Quoniam igitur constitutiones præd. concilii pati nolumus, neque debemus aliquarum iniuria violari:*] discr. vestræ [*per a f.*] mandamus, quatenus, [*cum super hoc fueritis requisiti, partibus ad vestram præsentiam conuocatis,*] quæcunque constiterit 90) contra constitutionem prædictam super ecclesiis [*illis,*] vel earum censu [*ab aliquibus*] a tempore constitutionis huius 91) attentata, [*contrad. et opp. cess.*] in irritum reuocantes, [*ab augmentatione censuum ecclesias penitus absoluatis et ad statum debitum reducatis, et*] presbyteros, quos super his iuramenta illicita præstitisse noueritis, congrua satisfactione imposita, faciatis absolui, eos, qui de cætero contra formam canonum super his venire præsumpserint 92), [*sine cuiuscumque personæ acceptione, subl. app. obst.*] canonice 93) punientes.

89) *In modum*, C. H.
90) *Noueritis*, c. 4. cit. comp. 2.
91) Pron. *huius*, ibid. omittitur.
92) *Quos - - - noueritis*, ibid.
93) *Censura canonica*, ibid.

---

a Monitus. b *Cap.* 17. *tit. de simonia, in* 1. *compil. et post conc. p.* 28. *c.* 8. c *Cap.* 15. *de simon. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 2. *c.* 4. d *Matth.* 25. *et Luc.* 19. e *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* f Fulsig. *al.* Furtigen. g Clausig. *al.* Clausigen. h Assumptus.

a *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2 *compil.* b *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *comp. et de mater. vid. Cardin. in Clem.* 1. §. 1. *de excess. prælat.* c *Later. sub Alex. III. c.* 7. §. *prohibemus.*

CAP.

CAP. XVI.

Qui tenetur procurare fratres alicuius domus, obligatur ad procurandum omnes; licet illorum numerus nunc creuerit: sed, si ex hoc grauaretur nimium, per iudicis officium sibi prouidebitur. H. d. secundum lecturam magis communem.

INNOCENTIVS III. *abbati et conuentui Bellæ villæ* 94). a (ann. 1198. Conf. c. 1. comp. 3. h. t.)

Quanto creatori [*nostro sub religionis habitu adstricti estis deuotius famulari, tanto sollicitius vos conuenit prouidere, ne per immoderationis grauitatem aliquatenus possit in vobis monastici professus ordinis impediri.*] Accepimus [*autem, vobis significantibus,*] quod ab ipso domus [*fundationis*] vestræ 95) primordio de fundatoris voluntate processit, vt fratribus sancti Irenei procurationem vnam annis singulis liberaliter exhiberet, cum nihil 96) teneatis ab eis *b*, propter quod huiusmodi procuratio ipsis debeat exhiberi: verum tunc [*temporis*] propter fratrum et seruientium 97) paucitatem 98), [*domum vestram*] talis 99) procuratio non grauabat: [*cum fines leuiums non excederet expensarum.*] Sed nunc in tantum excreuit numerus eorundem 100), quod ad [*faciendam*] procurationem vix quatuor marchæ argenti 1) *c* sufficerent, quæ pro vna [*sufficienter*] fieri consueuit. [*Vt igitur per apost. sollicitudinis curam vestris possit in parte ista grauaminibus prouideri; auct. vobis præsentium,*] indulgemus, ne vltra primam mensuram in procuratione ipsa sitis vlterius prædictis fratribus obligati, sed expensis [*illis,*] quæ consueuerunt sufficere, sint contenti: nisi [*forte*] facultates ecclesiæ in tantum excreuerint, quod sine grauamine, amplioro fratrum numero, ad soluendum debitum procurationis 2) extendi possit quantitas expensarum.

94) *Bellivilla*, ed. ant. *Bellauilla*, Cont. et c. 1. comp. 3. h. t.
95) Intelligit monasterium *ordinis D. Augustini Bella villa* dictum, obseruante GONZAL. *b.* Ipsa decretalis est *libr. I. epist.* 115. *edit. Baluz.*
96) *Terras vel reditus non teneatis*, cit. c.
97) *Seruientium*, male ast ibid.
98) In C. L. additur: *domum vestram*, at in C. R. 2. *domum*, in margine adiecit manus aliena.
99) *Exhibita*, cit. c.
100) *Cum ibi excreuit numerus seruitorum et fratrum*, ibid.
1) *Argenti*, abest a C. R. L. ed. ant. et cit. c.
2) *Procurandi*, cit. c.

CAP. XVII.

Omnes ecclesiæ, nisi quæ ab hoc per priuilegium apostolicum sint exemptæ, procurare tenentur legatos sedis apost. seu etiam eius nuntios: nec in hoc præscriptione iuuantur. H. d. vsque ad §. *Sane.*

IDEM *primicerio et clero* 3) *Mediolanensi.* (ann. 1198.)

Cum instantia *d* nostra 4) *e* quotidiana [*sit, secundum debitum apostolicæ seruitutis, omnium ecclesiarum sollicitudo continua, quoties ipsarum negotiis promouendis non possumus personaliter imminere, per fratres nostros ea expedire compellimur, quos a nostro latere destinamus, illius exemplum in hoc parte sequuti, qui, discipulis suis in mundum vniuersum transmissis, ipse personaliter in medio terræ salutem operatus est. Hinc est, quod, cum nuper dilect. fil. B. tit. S. Petri ad vincula card. apost. sed. leg. pro negotiis ecclesiæ in Lombardiam duximus destinandum, et is, vestram ciuitatem ingressus, procurationes exigeret, quæ consueuerunt apostol. sed. leg. et nuntiis exhiberi, vos, non attendentes, quod dicitur ab apostolo: si vobis spiritualia seminauimus, non est magnum, si carnalia vestra metamus: ne vos ad onus procurationis arctaret, nisi a canonicis maioris ecclesiæ se faceret antea procurari, sedem apost. appellastis, et, sicut idem card. per suas nobis litteras intimauit, in aliis etiam non modicum iniuriosi fuistis: propter quod dilect. fil. n. præpositus S. Nazarii, et A. canonicus S. Stephani syndici et procuratores vestri, cum abbate S. Vincentii ad sedem apost. venientes, vt super his statueremus ordinem et mensuram, ex parte vestra suppliciter postulabant. Licet autem pro eo, quod vos, prædicto card. vel potius nobis in ipso contumaciter resistentes, iuxta verbum dominicum: qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit: necessaria denegastis, non pro vobis, sed contra vos potius meruerint exaudiri; quia tamen paternum affectionem, qua nobis proprium est misereri de Rom. sed. clementia semper et parcere, offensi etiam deponere non valemus; de cons. f. n.*] postulationi vestræ 5) taliter [*in huiusmodi*] respondemus, quod, cum omnes ecclesiæ legatis et nuntiis sedis apostol. procurationes impendere teneantur 6), ab earum præstatione nullam [*prorsus*] habere 7) *f* volumus excusatam 8); nisi forte per speciale priuilegium sedis apostol. quod non credimus, sit exempta 9), etiamsi longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint 10) *g*; cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vindicare: quia nos a prouisione pastoralis sollicitudinis circa omnes ecclesias nunquam omnino cessamus.

Tractat de modo procurationis ipsorum legatorum et nuntiorum. Abbas.

Sane in his exigendis eum modum et ordinem volumus obseruari, vt nulla ecclesia vel prælatus se indebite prægrauari rationabiliter conqueratur. Si vero in communi 11) collecta, legatorum et nuntiorum nostrorum expensas duxeritis faciendas, quod vobis non duximus inhibendum: ex hoc nobis et nostris nullum præiudicium volumus generari, quo minus possint, a quocunque maluerint, procurationes sibi debitas postulare, ita, quod, si exactus vltra suam grauatus fuerit facultatem, sibi ab aliis restauretur. Nuntiis tamen nostris in necessariis 12) expensis 13) *h* exhibendis pareat, quicunque fuerit [*humiliter*] requisitus [*et honeste,*] ita [*tamen,*] quod in fraudem nihil penitus attentetur, nec per communes ministros procurationis obsequium, si noluerint recipere, compellantur. Qui vero contumaciter eis duxerint 14) resistendum, [*prorsus app. rem.*] districtione sunt ecclesiastica compellendi 15).

3) *Capitulo*, C. R. c. Sed inscriptio, prout hic legitur, etiam est apud INNOCENTIVM III. *libr. I. epist.* 568.
4) *Vestra*, C. R. 1. ed. ant. et Cont.
5) Verb. *postulationi vestræ*, non sunt in c. 2. comp. 3. h. t.
6) Sed, quia illæ cum insigni rapacitate legatorum exactæ, vt ex BALVZII additam ad PETRVM DE MARCA *de concord. sacerd. et imper. libr. V. c.* 48. *seqq.* constat, tandem ob insignem abusum penitus sublatæ sunt.
7) *Haberi*, C. R. L. et H.

8) *Nullum - - - excusatum*, cit. c.
9) *Exemtas*, ibid.
10) *Impenderit*, C. R. 1. L. H. ed. ant. et cit. c.
11) *De communi*, C. R. 1. L. H. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
12) *In ecclesiis exhibendis*, ed. ant.
13) *Expensis*, abest a C. R. L. H. ed. ant. Cont. et cit. c.
14) *Duxerit*, C. H.
15) *Compellantur*, cit. c.

CAP. XVIII.

Si ad vnicam mensuram solui solet, quod debetur ex voto; ad illam in posterum solui debebit: si vero ad diuersas, liberabitur soluens etiam ad minorem.

IDEM *Zamoren.* 16) *i* et *Salamantino episcopis.* (ann. 1201. *Romæ in Hispaniam.*)

Ex parte *k* [*ven. f. n.*] Compostellani archiepiscopi fuit propositum [*coram nobis,*] quod, cum hi, qui vota beati Iacobi 17) continue persoluerunt, ad communem terræ suæ mensuram, cum qua videlicet emunt et vendunt, ipsa persoluerint 18) hactenus et persoluant 19), quidam 20), quia longis 21) *l* [*retro*] temporibus ab eorum solutione cessarunt, nunc, [*per vos ap. sed. auctoritate ad solutionem eorundem coacti,*] quandam mensuram exhibent paruissimam et ignotam, [*nec etiam communibus vsibus deputatam, et ad eandem vota prædicta persoluere moliuntur. Vnde postulastis a nobis, vt super hoc vos certos reddere dignaremur, vtrum hi, qui mensuram ignotam exhibent, ad soluenda vota prædicta, sint ad communem terræ suæ mensuram, secundum quod illi, qui ea persoluerunt continue, sint compellendi.*] Cum ergo non constet, ad quam mensuram antecessores eorum prædicta vota persoluerint 22): credimus distinguendum, vtrum habitatores regionis ipsius, qui ea continue persoluerunt, ad vnam et eandem mensuram huiusmodi vota persoluerint 23), an ad varias et diuersas. In primo enim casu 24) ad eandem et illi soluere sunt cogendi. In secundo volentes 25) soluere ad minorem, non sunt [*vtique*] cogendi, vt ad maiorem persoluant; quoniam, cum huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt

16) *Camorensi*, C. L. *Zamorinen.* c. 3. comp. cit. 3.
17) In qua consistebant *vota beati Iacobi*, liquet ex INNOCENTII III. *libr. II. epist.* 147. *edit. Baluz.* in qua ecclesia Compostellana refert, *quod per totam fere Hispaniam auctoritate principum et prælatorum, fauore etiam cleri et populi ecclesiæ beati Iacobi, ob reuerentiam ipsius apostoli census quidam certus, qui VOTA dictus, de singulis partibus iugum antiquitus fuerit constitutus.* Originem huius *voti* MARIANA *libr. VII. rer. Hispan. c.* 13. tribuit PANIMIOO I. regi Hispaniarum, cui etiam quidam ex incerto rumore tribuerunt initia *ordinis militaris sancti Iacobi*, obseruante ANDREA MENDO *de ordin. milit. disq.* 1. *q.* 6. *n.* 125. Quia hæc epistola *anno regiminis secundo* scripta, quo adhuc ferbuit hæc controuersia, tandem vero finita; sed deinceps noua contentio super mensura huius census orta fuit, probabile est, hanc decretalem circa *annum regiminis quartum*, cuius epistolæ non exstant, scriptam fuisse: quia nec vestigia eius in anno regiminis tertio exstant, et prior controuersia facile per biennium durare potuit.
18) *Persoluunt*, C. H.
19) *Persoluerunt*, ibid.
20) *Et quidam*, C. R. 1.
21) *Quamdam*, ed. ant. loco vocab. *longis.*
22) *Soluerunt*, cit. c.
23) *Persoluunt*, ibid.
24) *Si enim communiter omnes vna et eadem mensura in solutione votorum vtuntur*, ibid.
25) *Quodsi solutio per mensuras distinguitur varias et diuersas, et illi volunt etc.* ibid.

a Bellauillæ. b *Solutionem census aut denotare dominium. vid. l. neque tales. C. de probat.* c *Vox, argenti, deest in antiquis, et in recentioribus magis emendatis.* d *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. aut. Abbatem consil. 49. incipit: videtur primo, in 1. vol. et Felin. in c. accedentes. supr. de præscript.* e *Alias:* vestra. f Haberi.

g Impenderit. h *Vox, expensis, deest in antiquis, et recentioribus magis emendatis.* i Zamoren. et Salamantin. *de quibus vid. Vasæum in annalib. Hisp. c. 20. et 21.* k *C. 3. eod. tit. in 3. comp. et quatenus obiter hic tangitur materia implendi voti, vide B. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. et q. 189. art. 3.* l *Alias:* qui a longis.

a viris

a viris 26) ecclesiasticis exigenda: ne tanquam exactores [*nimium*] videantur lucris temporalibus inhiare.

26) *Ministris*, C. H.

CAP. XIX.

Ecclesiæ tenentur episcopo, in cuius diœcesi sunt, respondere de procurationibus, quarta decimarum et aliis episcopalibus. H. d. quoad titulum.

IDEM *Cæsaraugusten.* 27) *episcopo.* (*ann.* 1206. *in Hispan.*)

Cum a olim [*ad aures nostras tuam querimoniam destinasses, quod te dil. fil. abbas S. Io. Pinnaten. quartis decimarum, quas in ecclesiis de Luna et de Taust. debes percipere, multipliciter defraudaret:* et infra. *His et aliis, quæ coram prædictis iudicibus et coram nobis fuere proposita, plenius intellectis,*] quia nobis [*plena*] fides facta fuit, quod ecclesiæ de Luna b et de Bes. 28) in tua sunt 29) diœcesi constitutæ, non solum per alia, verum etiam per hoc ipsum, quod in instrumentis compositionum continetur expresse, vt abbas sancti Ioannis Prilaten. 30) c tam de quarta decimarum, quam de ceteris episcopalibus [*rationibus*,] tibi debeat respondere: [*de cons. f. n.*] abbatem ipsum 31) ad integram solutionem quartæ omnium decimarum, nullis factis 32) deductionibus, et ad 33) præstationem procurationum, et aliorum episcopalium iurium in prædictis ecclesiis condemnamus. Licet enim ex forma secundæ compositionis deductiones essent aliquæ faciendæ; quia tamen compositionem idem abbas nullatenus approbauit, sed studuit multipliciter impugnare: ex ea non debuit beneficium consequi, cui renuntiasse tacite videbatur. Absonum erat præterea, vt negaret, illam ecclesiam in tua diœcesi constitutam, super quam instrumenta prædecessoris tui ostendebat in iure, monasterio 34) fuisse concessa, per quæ episcopale ius petebat 35) d expresse.

27) *Cæsaraugustan.* C. L. ed. ant. Cont. et c. 4. comp. 3. h. t.
28) *De Besi.* C. R. 1. *de Bec.* L. *de Buiis et de Boles*, C. H. sed *sæpe dicta*, cit. c.
29) *Sunt*, deest in C. H.
30) *Piaten.* C. R. 1. *Pralaten.* C. R. 2. *Placen.* L. *Pretacen.* ed. ant. sed vocab. *S. Ioan. Prelaten.* in c. cit. omittuntur.
31) *Premaaten* cit. c.
32) *Solutionem, quam te omnium decimarum in illis factis deductionibus*, ibid.
33) Præp. *ad*, deest in C. H.
34) *Monasterii*, C. L.
35) *Patebat*, C. R. 2.

CAP. XX.

Soluendi sunt census ad antiquam monetam, in qua instituti fuerint: nisi sit in alteram monetæ solutione præscriptum. H. d. et est casus not. et multum allegabilis.

IDEM *Spoletano episc.* (*ann.* 1206. *in Vmbriam.*)

Olim e caussam, quam aduersus clericos plebis Rupinæ 36) super synodatico proponebas, [*ven. f. n.*] Tudertino episcopo et collegis suis 37) commisimus terminandam; coram quibus ex parte tua fuit propositum, quod, cum iidem clerici [*olim*] prædecessoribus tuis, tres in festo natiuitatis, et tres in festo resurrectionis dominicæ, pro synodatico soluerint denarios Papien. nunc 38) tantum tres Lucenses pro singulis denariis Papiensibus persoluebant: cum, tamen vnus 39) denarius Papien. valeat 40) f sex Lucen. Vnde petebas, eos ad Papien. 41) solutionem [*nostra pro eo videlicet auctoritate*] compelli: cum, etsi tu Lucen. [*ipsis*] primo anno receperis, semper tamen ius tuum postmodum fueris protestatus. [*Verum pars clericorum proposuit ex aduerso, quod, etsi aliquando prædecess. tuis denarii Papien. pro synodatica fuerint persoluti, tamen a XLV. annis et infra tam tibi, quam aliis, Lucens. exsoluerant: sicque partem suam nitebantur præscriptione tueri. Nos igitur Iacobo tuo et Ioann. presbytero aduersæ partis procuratoribus dil. fil. n. P. Basilicæ XII. apostolorum presbyt. cardin. concessimus auditorem. Quibus coram eo nil volentibus aut valentibus de nouo proponere, quoniam fuerat renuntiatum vtrimque, cum ipse gesta omnia in nostra et fratrum n. præsentia retulisset, intelleximus, per testes tuos fuisse probatum, quod tempore bon. mem. Lotharii præd. tui, et etiam post decessum ipsius denarii Papien. fuerant pro synodatico persoluti: et exinde tres Lucenses, quorum duo valebant V. de his, qui hoc tempore sunt in vsu, aliquamdiu fuissent exhibiti. Et quia a tempore Lotharii XXXIII. vel XXXIV. aut etiam XXXV. annorum spatium est elapsum: dicta testium etiam aduersæ partis inspeximus, per quos voluit comprobare, quod a XL. annis, et infra, tres Lucenses, vel tres Medaliæ in synodaticum solutæ fuerint pro singulis Papiens. cum Papien. fuissent antea persoluti. Confessus quoque fuerat aduocatus ipsius partis in iure, ac eius confessio in scriptis redacta, nec correcta vel reuocata per clericos supra dictos, quod iidem clerici Henrici et Lotharii præd. tuorum temporibus tres Papien. pro synodatico soluerent bis in anno, et exinde pro singulis Papien. tres Lucenses.*] Cum igitur constet [*nobis ad plenum per testes vtriusque partis,*] quod Papien. olim pro synodatico soluebantur; quod ex eo etiam 42) sequitur 43), quod Lucen. soluti sunt postmodum pro eisdem, cum ex dictis testium [*tuorum,*] et confessione g aduocati alterius partis non reuocata, postmodum appareat euidenter, quod tempore L. prædecessoris tui pro synodatico Papien. fuit moneta soluta; [*cum ex vtriusque partis attestationibus habeatur, quod*] a tempore dicti L. non nisi triginta sex annorum ad plus tempus effluxerit 44), et [*per testes tuos*] sit legitime comprobatum, quod tres Lucen. qui pro vno Papien. post mortem ipsius L. soluebantur, quinque vel sex valebant ex illis, qui hodie sunt in vsu: intelligentes ex hoc, quod per monetæ declinationem acciderit, vt vsque ad tempus tuum Lucen. dati fuerint pro synodatico, sicut erant in vsu, [*de consilio fratrum nostrorum*] procuratorem aduersæ partis nomine clericorum plebis prædictæ tibi ad solutionem denariorum Papien. vel æstimationem 45) h eorum pro synodatico per definitiuam sententiam condemnamus.

36) *Rupinum*, C. H.
37) *Et dil. f. abbati S. Petri Montis Martan.* c. 5. comp. cit. 3.
38) *Nunc autem tantum*, C. R. 1.
39) *Vnus*, obest a C. R. L. et ed. ant.
40) *Valebat*, C. L. *cum duo Papiens. valeant sex Lucen.* c. cit.
41) *Papiensium*, C. L.

42) Part. *etiam*, obest a C. H.
43) *Sequeretur*, cit. c.
44) *Ad plus tunc effluxerint*, ed. ant.
45) *Aestimationis*, C. H. et cit. c. Si de æstimatione non liquet, minor soluenda.

CAP. XXI.

Episcopus, remittens ecclesiæ seruitia, quæ sibi debebat, et statuens, quod aliud seruitium non imponatur, procurationem non intelligitur remisisse.

IDEM *priori sancti Stephani.* (*ann.* 1205.)

Cum i venerabilis frater noster 46) Fauen. 47) k episcopus, [*et tu in nostra essetis præsentia constituti, et de quæstione, quæ inter vos super eccl. S. Stephani Phaven. vertebatur, velletis ad inuicem litigare; dil. fil. Ioann. tit. S. Priscæ presbyterum cardin. et Io. S. Mariæ in Cosmedin. diac. card. vobis concessimus auditores. Coram quibus allegando opponere curauistis, quod, cum prædicta ecclesia S. Stephani quarumdam monialium, quæ in ea videbantur sub religionis habitu conuersari, malitia faciente, fuerit fere ad desolationem redacta, illas bon. mem. Cato Phaven. episcopus auct. fel. rec. Eugenii papæ p. n. ab ecclesia memorata remouit, et canonicos in ipsa instituit regulares, statuens, vt ordo canonicus perpetuis in ea temporibus debeat obseruari, et eam ab omni exactione tam sua, quam successorum suorum et Phav. eccl. prorsus absoluit, retento sibi et ecclesiæ suæ vna cereo trium librarum, ab ea annis singulis exsoluendo.* Et infra. *Nos autem, cum dicti card. ea, quæ audierant, nobis fideliter retulissent, dicto instrumento diligenter inspecto, re vera*] cognouimus, quod præfatus episcopus spallas 48), quas ab eadem ecclesia, tam ipse, quam prædecessores sui recipere consueuerant, ecclesiæ præfatæ remisit, et statuit, quod aliud ei seruitium non imponeret 49), sibi et ecclesiæ suæ annuatim trium librarum cereo pensionis nomine reseruato. Quia ergo 50) visitationi annexa est procuratio; [*cum nemo suis stipendiis debeat militare, nec os bovi alligandum sit trituranti,*] et episcopus ratione episcopalis iurisdictionis, quam habet in ea, teneatur caussa correctionis ecclesiam visitare l præfatam, nec intelligatur 51) quasi nouum imponi, quod ab ipsa fundatione de communi fuerat iure impositum: [*de cons. f. n.*] decernimus 52), quod idem episcopus, cum ad ipsam ecclesiam 53) caussa correctionis accesserit, moderatam ab ea procurationem recipiat 54) m bis n in anno, sed nihil aliud præter pensionem, et procurationes præscriptas 55) [*idem episcopus*] ab eadem ecclesia exigere, vel extorquere præsumat.

46) *Frater tuus*, C. L.
47) *Phanen.* c. 6. comp. cit. 3. per totum, vel potius: *Pharent.*
48) *Spalla* est armus vel membrum porci vel apri, *pro licentia venandi* domino siluæ olim præstari solitum, ad quem morem alludit INNOCENTIVS III. *libr. XIII. ep. 96. edit. Baluz.* vbi refertur controuersia super *pineta* inter *abbatem S. Mariæ rotundæ et vniuersitatem Ravennatensem*, ac ille inter alia hoc argumento, pro dominio pineti probando, vsus erat: *quod qui venabantur in ipsa, reddebant abbati annis singulis* SPALLAM *porci, et cultores agrorum decimas, et gregum pastores certos reditus exsoluebant.* Erat ergo *spalla census*, qui soluebatur domino pro libertate venandi: præsertim cum eo tempore *ius venandi* ad communes effectus dominii priuati siluæ adhuc pertineret, vt *in iure ecclesiastico tom. V. de clerico venatore*, ex variis diplomatibus demonstraui. Gallis vocatur spalla *espaule*, obseruante CANGIO *hac voce.*
49) *Impenderet*, C. H.
50) *Vero*, C. R. 1. et cit. c.
51) *Intelligitur*, C. H.
52) *Decreuimus*, C. R. 2.
53) *Ecclesiam*, deest in C. H.
54) *Accipiat*, C. R. L. H. ed. ant. Cont. et cit. c.
55) *Prædictas*, C. R. 1.

a C. 4. *eod. tit. in 3. comp.* b De Luna et de Taust. c Piaten. *al.* Praeloten. *al.* Præmaten *sed forte legendum:* Pinnaten. d *Al.* patebat, *quod agnouit gloss. hic et Hostiensis.* e *C. 5. eod. tit. in 3. comp.* f *Al.* valebat.

g *In antiqu. ita sunt hæc distincta:* et confessione aduocati alterius partis non reuocata, postmodum, etc. h Æstimationem. i *Cap. 6. eod. tit. in 3 compilation.* k Fauentin. *alias*, Fauen. l *Vid. conc. Trid. citatum supra hoc titulo, c. Sopitu.* m Accipiat. n *Vid. conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 3.*

CAP.

CAP. XXII.

Ecclesiæ, de nouo conuersæ, in procurationibus, et aliis, seruabunt consuetudinem vicinarum.

IDEM *Compostellano archiepiscopo.* 56) (*ann.* 1206.)

Super eo *a*, quod fraternitas tua nos 57) consulere voluit, vt, quia fere tota prouincia Compostell. de nouo 58) est ad iurisdictionem ecclesiæ tuæ conuersa, qualiter tibi, prouinciam vel partem prouinciæ visitanti, obsequi debeat et seruire, nec non et in procurationibus prouidere, [*te instruere dignaremur*,] f. t. duximus respondendum, quod illud obseruare tenetur, quod in vicinis prouinciis obseruatur.

56) *Episcopo*, C. H. sed in c. 7. comp. cit. 3. hæc vocabula prorsus desiderantur.
57) *Nos*, abest a C. H.
58) Historiam huius mutationis in pristinum statum, qua tota prouincia Compostellana suo suis archiepiscopo reddita, refert GONZAL. *ad h. t.* longe diuersam ab ea, quam ALTESERRA *ad h. c.* attulit, censuitque, hanc prouinciam eo tempore a Saracenis purgatam fuisse.

CAP. XXIII.

Prælati tunc sunt procurandi, cum personaliter visitant: et debent tunc seruare concilium Lateran. et prædicationi, correctioni et reformationi vacare. Legati et nuntii apostolici pro his diebus tantum, pro quibus moram trahunt, procurari debent: et contra hanc constitutionem exactum, restituitur duplicatum.

IDEM *in concilio generali.* (*ann.* 1216. C. 2. comp. 4. h. t.)

Procurationes *b*, quæ ratione visitationis debentur episcopis, vel archidiaconis, vel quibuslibet 59) aliis etiam apostolicæ sedis legatis aut nuntiis, absque manifesta et necessaria caussa nullatenus exigantur 60): nisi quando personaliter *c* officium visitationis impendunt. Et tunc 61) euectionum et personarum mediocritatem obseruent, in Lateranen. concilio *d* definitam 62), hoc adhibito 63) moderamine circa legatos et nuntios apostolicæ sedis 64), vt, cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, ne locus ille propter illos *e* nimium aggrauetur, procurationes recipiant moderatas ab aliis ecclesiis vel personis, quæ nondum fuerant de suis procurationibus aggrauatæ, ita, quod numerus procurationum, numerum dierum, quibus huiusmodi moram fecerint, non excedat: et, cum aliqua non sufficerit *f* per se ipsam; duæ vel plures coniungantur in vnam.

Porro visitationis officium exercentes non quærant, quæ sua sunt, sed quæ IESV Christi, prædicationi, et cohortationi 65), correctioni, et reformationi vacando: vt fructum referant, qui non perit. Qui autem contra hoc venire tentauerit 66), et quod accepit, reddat, et ecclesiæ, quam taliter aggrauauit 67), tantumdem impendat.

59) *Quibusdam*, C. H.
60) *Exigant*, C. L.
61) Partic. *et tunc*, in c. 2. comp. 4. non habentur.
62) *Constitutam*, est ibid.
63) *Habito*, C. H.
64) Vocab. *apostolicæ sedis*, in C. R. 1. H. et cit. c. omittuntur, sed C. R. 2. ea habet in margine.
65) *Exhortationi*, C. H.
66) *Attentauerit*, C. R. 1 *præsumserit*, C. R. 2.
67) In C. L. additur: *de suo.*

CAP. XXIV.

Ecclesia, etiam ciuitatensis, tenetur procurare episcopum visitantem: quanquam ipsum nunquam procurauerit.

HONORIVS III. *de Tiro* 68) *g et Iosaphat* 69) *abbatibus.* (*ann.* 1224. *in Galliam.* C. 1. comp. 5. h. t.)

Venerabili fratre nostro Cenomanen. episcopo accepimus conquerente 70), quod, cum caussa, quæ inter ipsum ex parte vna, et abbatem et conuentum de Cultura [*Cenoman. diœcesis*] ex altera, super procurationibus, quas ab eis petit idem episcopus, [*tam in capite, quam in membris*,] noscitur agitari, [*de consensu partium*] vobis fuerit ab apost. sede commissa, dicti abbas et conuentus ex eo frustrari intentionem eiusdem episcopi moliuntur, quod eorum monasterium in Cenomanen. villa situm esse dignoscitur, et ipsi procurationem 71) hactenus non soluerunt 72): [*quanquam exemptionis priuilegium non ostendant, et eidem episcopo competat ius commune. Volentes igitur, vt finis litibus imponatur*,] discretioni vestræ mandamus, quatenus, nisi [*dicti abbas et conuentus*] aliud et 73) rationabile ostenderint, [*et probauerint, propter quod ipsi episcopo exhibere non debeant supra dicta*,] vos eos ad exhibendum 74) eam 75), sicut ius dictauerit, [*iuxta priorum apostol. litterarum tenorem, ratione præuia*,] compellatis.

68) *Tiron.* C. R. 1. L. et ed. ant. *Tyron.* C. R. 2.
69) *De Iosaphat*, ed. ant.
70) *Referente*, c. 1. comp. 5. h. t.
71) *Procurationes*, C. L.
72) *Et ipsi procurationes se asserunt episcopo hactenus non soluisse*, cit. c.
73) *Et*, abest a C. R. L. et ed. ant.
74) *Exhibendam*, C. H.
75) *Ea*, cit. c.

CAP. XXV.

Qui iure metropolitano, vel legationis, visitat prouinciam, in prouinciales, qui sibi procurationes denegant, potest ferre sententiam.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1236. Romæ.)

Cum nuper *h* archiepiscopus Beneuentanus, Beneuentanam prouinciam visitaret: [*et infra.*] Mandamus, quatenus, cum eundem archiepiscopum, siue auctoritate propria, siue nostra Beneuentanam prouinciam contigerit visitare, procurationes, ratione visitationis debitas, iuxta facultates ecclesiarum vestrarum exhibeatis eidem: alioquin sententiam, quam ipse rite 76) tulerit in rebelles 77), ratam habebimus 78), et faciemus auctore Domino inuiolabiliter obseruari.

76) *Recte*, C. R. 2.
77) *Contra rebelles*, C. L.
78) *Habemus*, C. H.

CAP. XXVI.

Ad antiquam monetam, vel, si non est in vsu, ad eius æstimationem soluendæ sunt pensiones antiquæ.

IDEM. (*ann. eod.*)

Cum canonicis maioris ecclesiæ, quandam summam pecuniæ, pro pensione ecclesiæ tuæ debitam, aliquot annis persolueris *i*, et iidem 79) summam illam ex integro de meliori moneta exigant sibi solui: tibi 80) damus nostris litteris in mandatis, vt canonicos illos solutione prioris pecuniæ *k*, vel, si non sit in vsu, æstimatione pensionis antiquæ facias 81) manere contentos.

79) *Iidem*, a C. R. 1. abest.
80) *Tibi*, in C. R. at L. deest.
81) *Faciant*, est ibid.

CAP. XXVII.

Propter priuatum oratorium, procuratio ratione visitationis non debetur.

IDEM. (*ann. eod.*)

Auctoritate *l* præsentium inhibemus, ne quis pro eo, quod in oratoriis, quæ in grangiis 82) vestris habetis, interdum aliqui vestrum celebrant, procurationes, quæ ratione visitationis debentur, a vobis exigere vel extorquere præsumat.

82) *Grangiæ* dicebantur *granaria* seu domus et villæ, in quibus reponuntur grana frumenti, docente CANGIO *in glossar. hac voce.* quibus ex ratione œconomiæ monasteria variis in locis instructa sunt, in quibus fructus colligunt, vulgo *Kloster-Höffe.* In his nonnunquam *oratoria* extruebant, vt *interdum*, seu eo tempore, quo quidam monachi pro colligendis fructibus ibi præsentes erant, in illis rem diuinam facerent, horas canonicas psallentes. Quia vero *ordinarius ea ius dioecesi* ibidem deficiebat: noluit pontifex, talia oratoria procurationibus consuetis subiici.

TITVLVS XL.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE, VEL ALTARIS.

CAP. I.

Amoto altari vel lapide, continente sigillum, reconsecrabitur altare, non autem ecclesia.

ALEXANDER III. (*ann.* 1170. *Romæ.*)

Ad hæc 83), si altare *m* motum fuerit, aut lapis ille 84) solummodo supra positus 85) *n*, qui sigillum continet, confractus, aut etiam 86) diminutus [*exstiterit*,] debet denuo consecrari. Propter hoc vero nequaquam reiterare suam consecrationem ecclesia consueuit; licet id quidam 87) canones innuere videantur: [*non tamen id facere prohibetur.*]

83) *Ad hoc*, C. L.
84) *Ille*, deest in C. H.
85) *Suppositus*, C. H. edit. ant. Gonz. et c. vn. comp. 2. h. t. vel *superpositus*, C. R. 2. edit. Cont. et Pith. Hunc lapidem, quod repræsentet lapidem, sepulcro Christi superimpositum, et sigillo clausum, ad essentiam *altaris fixi* desiderant, et in eo adeo integritatem plenam quærunt, vt, si fractus vel diminutus fuerit, alio substituto integro lapide, altare de nouo consecrandum sit.
86) *Enormiter*, cit. c.
87) *Contra quidem*, C. L.

a C. 7. eod. tit. in 3. comp. vid. Hostiens. hic et de materia seruanda vicina consuetud. gl. in c. consu. 4 dist. 1. b Vid. conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 3. c Præsentialiter in concilio. d In Lat. conc. sub Alex. III. c. 4. e Ipsos. f Sufficeret. g Tiron. al. ita; abbatibus de Iosaphat & Tiraron, al. Turon.

h Vide breuiter hic per Henricum Borch. i Persolueritis. k Quando admittatur solutio diuersa moneta, cum moneta est mutata, vide Bart. in l. Paulus. ff. de solut. l Pro intellectu vide distinctionem, quam hic affert Henr. Borch. m Cap. vn. eod. tit. in 2. comp. et præter Host. gloss. et DD. vide Turrecrematam in c. si motum, de consecr. dist. 1. n Suppositus, al. transpositus. al. superpositus.

CAP. II.

Diebus etiam non festis possunt ecclesiæ consecrari.

INNOC. III. *Tornac. episc.* 88) (*ann.* 1206. *Roma in Belgium.*)

Tua a fraternitas [*requisiuit a nobis, vtrum tibi dedicationes ecclesiarum tam diebus dominicis, quam priuatis, liceat celebrare: super quo*] inquisit. t. t. 89) respond. quod in diœcesi tua licet tibi ecclesiis dedicationem impendere, tam diebus dominicis, quam priuatis.

88) *Episcopo*, desideratur in c. 1. comp. 3. de dedic. eccl. vel altar.
89) *Tibi duximus breuiter respondendum*, legimus ibid.

CAP. III.

Habet duo dicta, et primo idem dicit, quod cap. supr. eod. Secundum dictum dicit, quod oleum, non consecratum, potest commisceri oleo consecrato, et totum fit consecratum.

IDEM *Nidrosien.* 90) b *episcopo.* (*ann.* 1206. *Roma in Norvveg.*)

Quod c in dubiis 90*): [*et infra.*] Altare vero, in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, si mota vel enormiter fracta fuerit 91), debet non immerito consecrari. Nec negamus, quin oleum non consecratum consecrato possit oleo commisceri.

90) *Vidrosien.* C. R. 1. *Inderocen.* C. R. 2. *Sobrosien* L. *Nisien.* H.
90*) Ipsum initium exhibetur in c. 30. *de sent. exc.* Est etiam particula huius decretalis in c. 5. *de poenis.*
91) *Fuerit*, abest a C. H.

CAP. IV.

Reconciliatur ecclesia, quæ propter homicidia et vulnera hominum, ibidem perpetrata, polluta est.

IDEM *Compostellano archiepiscopo.* (*ann.* 1207.)

Proposuisti d [*nobis in nostra præsentia constitutus,*] quod, venientibus ad ecclesiam sancti 92) e Iacobi ex diuersis regionibus peregrinis, et volentibus aliis ob aliis 93) per contentiones et rixas altaris de nocte custodiam vindicare, homicidia contingunt fieri 94) f interdum, et aliquando vulnera inferuntur: [*propter quod humiliter postulasti, vt alio modo, quam per reconsecrationis beneficium dignaremur ipsi ecclesiæ prouidere. Igitur*] fraternitati tuæ taliter 95) respond. 96) g quod, manente ecclesia et altari, ipsa reconciliari poterit per aquam, cum vino et cinere benedictam.

92) *Beati*, C. R. L. et c. 3. comp. cit. 3.
93) *Ab alteris*, cit. c.
94) *Fieri*, abest a C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
95) *Breuiter*, C. R. et L. *insinuatione præsentium innotescat*, cit. c.
96) In *epistola* 73. *libr.* X. INNOCENTIVS III. ita scribit: *manente igitur ecclesia et altari, fraternitati tuæ insinuatione præsentium innotescat, quod ipsa reconciliari* etc. Scripta hæc decretalis anno regiminis X. i. e. anno MCCVII. vt *epist.* 59. testatur.

CAP. V.

Plura altaria simul in eadem ecclesia consecrari possunt: et idem in pluribus episcopis.

IDEM.

Cum h sis 97): [*et infra.*] Noueris igitur 98), quod plura in ecclesia vna altaria 99) et plures episcopos simul poteris consecrare.

97) *Sit*, C. H. sed perperam, vt palam est ex serie verborum, iam supra restituendorum c. 6. de auctor. et vsu pallii, ex c. vn. comp. 4. tit. cit.
98) *Igitur*, deest in C. H.
99) *Altaria*, abest ab cod.

CAP. VI.

Corruente tecto parietibus illæsis, et mensa altaris non enormiter fracta, nec altare, nec ecclesia consecratur.

IDEM 1212).

Ligneis i ædificiis ecclesiæ vestræ casu [*quodam*] consumtis, parietibus tamen illæsis, ac mensa principalis altaris in sua extremitate modicam passa fracturam, [*quæsiuisti per sed. apost. edoceri, si propter hoc ipsius altaris, vel etiam totius ecclesiæ debet consecratio innouari: ad quod*] inquisit. t. t. dux. respond. quod, cum parietes in sua integritate permanserint, et tabula altaris mota, vel enormiter læsa non fuerit, ob caussam prædictam 1) ecclesia, nec altare 2) debet denuo consecrari.

100) Refertur hæc decretalis inter INNOCENTII III epistolas *libr. XV. ep.* 166. *anno regiminis XV* seu *anno Christi MCCXII.* qui desersit verbis *epist.* 79 exprimatur. Ipsa inscriptio, quæ hic desideratur, ita ibi habet: *archiepiscopo et capitulo Bisuntinensibus.*
1) *Caussas prædictas*, c. vn. comp. 4. h. t.
2) *Vel altare*, C. R. 1.

CAP. VII.

Polluitur ecclesia vel cœmeterium, si excommunicatus in ea sepelitur.

IDEM *Senon.* 3) *episcopo.* (*ann.* 1213.)

Consuluisti k: [*et infra.*] Cœmeteria 4) [*vero,*] in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit 5) l, [*per suorum violentiam propinquorum*] reconcilianda erunt 6) aspersione m aquæ, sollemniter benedictæ, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consueuit.

3) *Senon.* C. R.
4) Verba hæc desumta ex *epist.* 26. *libr. XVI.* cuius inscriptio verior hæc est: *Slesuicensi episcopo.*
5) *Sepeliuntur*, c. 1. comp. 4. de cel. diu. off.
6) *Sunt*, C. R. 1.

CAP. VIII.

Qui fecit ecclesiam consecrari, tenetur eam dotare. H. d. et tene mente hunc casum.

HONORIVS III. [*reuerendissimæ in Christo filiæ, illustri*] *reginæ Hungariæ*, (*ann.* 1222. Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Cum, sicut ex relatione [*dilectorum filiorum*] capituli Oradien. 7) nobis innotuit n, [*deuotionis zelo succensa*] eorum 8) feceris ecclesiam consecrari: [*profecto speramus, quod zelus ille, qui te ad eiusdem ecclesiæ consecrationem induxit, te quoque, vt et dotem ei conferas, debeat animare, et quidem,*] cum non sit ecclesia, nisi de dote prouisum ei fuerit, consecranda, eo liberalius ad dotandum 9) prædictam ecclesiam aperire manus munificentiæ tuæ debes, quo [*et facilius potes id facere, et*] ad hoc fortius, tanquam 10) ex debito, iam teneris.

7) *Eradien.* C. R. 1. vel potius secundum CIRON. in c. 1. comp. 5. h. t. *Waradiensis.*
8) *Quod eorum*, ed. ant.
9) *Dotandam*, C. R. 2. et Gonz.
10) In C. H. omittitur: *tanquam.*

CAP. IX.

Ecclesia polluta per sacerdotem simplicem reconciliari non potest: etiamsi aqua fuerit per episcopum benedicta.

GREGORIVS IX. *Asterícen. episc.* (*ann.* 1235.)

Aqua o, per episcopum benedicta, ecclesiam reconciliari posse per alium episcopum, non negamus, per sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes, non obstante consuetudine prouinciæ p Brachmen. quæ dicenda est potius corruptela: quia, licet episcopus committere valeat, quæ iurisdictionis existunt, quæ ordinis tamen 11) episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demandare. Quod autem, mandantibus episcopis, super reconciliatione factum est hactenus per eosdem, misericorditer q toleramus 12).

11) *Tamen*, desideratur in ed. ant.
12) *Dispensatiue* scilicet. Ita olim omnis dispensatio erat comparata, vt tolerantiam eius, quod contra leges factum erat, bono pacis et ad præcauenda scandala, designaret, non vero, vt in futurum a legibus recedi posset.

CAP. X.

Ecclesia, etiam non consecrata, si polluitur, reconcilianda est.

IDEM *eidem.* (*ann.* 1235.)

Si ecclesia 13) non consecrata cuiuscunque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lauetur, ac diuinæ laudis organa suspendantur: est tamen, quam citius fieri poterit 14), consecranda.

13) In C. R. 1. additur: *vestra.*
14) *Potest*, C. H.

TITVLVS XLI.

DE CELEBRATIONE r MISSARVM, ET SACRAMENTO EVCHARISTIAE, ET DIVINIS OFFICIIS 15).

CAP. I.

Presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas: permittitur tamen sibi ex caussa dicere eas vsque ad vesperas inclusiue. H. d. secundum vnum intellectum.

Ex concilio Agathensi 16). (*in Gallia.*)

Presbyter, mane s matutinali officio expleto, pensum seruitutis 17) suæ, [*canendo*] videlicet 18) primam, tertiam, sextam, nonam, vesperamque persoluat, ita tamen, vt horis competentibus [*et signatis,*]

15) *De celebratione missarum et sacramento eucharistiæ et aliis diuinis officiis*, C. H. *De celebrat. missæ et sacram. euch. et aqua, quæ exiuit de latere Christi*, comp. 1.
16) Gratianus, vel potius interpolator, hunc canonem in c. 2. *dist. XCI.* attribuit *concilio Namnetensi*, de quo in *not.* 70. *ibid.* dixi.
17) *Secuturi*, C. L.
18) *Videlicet*, desideratur in c. 1. comp. 2. de suffrag.

---

a *Cap.* 1. *de dedic. eccl. vel altar. in* 1. *comp.* b Indrosiensi. c *Cap.* 2 *tit. de dedicat. eccl. in* 3. *comp. vid. Turrecrem. in d.* c *si motum.* d *Cap.* 3. *de dedic. eccl. in* 3. *comp.* e Beati. f *Dicitur*, fieri, *deest in antiqu.* g *Al.* breuiter respondemus. h *Cap. vn. de vsu et pall. in* 4. *compil.* i *Cap. vn. eod. tit. in* 4. *compilat.*

k *C.* 1. *tit. de celebrat. diu. offic. in* 4. *compilat.* l Contigerit. m *Al.* aspersione sollemniter aquæ *etc.* n *Al.* innotuerit, quod eorum, *etc.* o *Vid. Canon. l.* 3. *ver. resol. c.* 20. p *Al.* ecclesiæ, *et hoc agnoscit Hostiens.* q *Ita Hostiens. al.* mediocriter r *Vid. conc. Trid. sess.* 22. *in decr. de obseruandis et euitandis, etc.* s *C.* 1. *tit. de suffrag. in* 2. *comp.*

tis,] iuxta possibilitatem, aut a se, aut a scholaribus publice compleantur.

Deinde persectis horis 19), et infirmis visitatis, si voluerit, exeat ad opus rurale ieiunus, vt iterum necessitatibus peregrinorum et hospitum, siue diuersorum commeantium infirmorum, atque defunctorum succurrere possit, vsque ad statutam horam, pro temporis qualitate, [*et opportunitate ex dictis beati Benedicti*,] Propheta 20) dicente a: *septies in die laudem dixi tibi* 21): qui 22) septenarius numerus a nobis 23) [*fit*] impletur, si matutini 24) b, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperæ, et completorii tempore 25), nostræ seruitutis officia persoluamus: [*quia, sicut propheta ait: septies in die etc.*] Nam de nocturnis vigiliis idem 26) ipsa propheta ait c: *media* [*autem*] *nocte surgebam* 27), [*ad confitendum tibi*,] etc. Ergo his temporibus laudes creatori nostro super iudicia suæ iustitiæ referamus.

19) In C. B. 1. additur: *competentibus*.
20) *Psalmista*, C. B. 1. per totum.
21) In C. B. 1. additur: *domine*.
22) *Quia*, C. B. 1. et L.
23) Hæc verba docent, periodum hanc aliunde desumtam, et hoic canoni consutam esse, videlicet ex *regulis Benedicti c. XVI.* vt obseruat GONZAL. *h.* quoniam hoc modo tempora horarum canonicarum a monachis suis obseruari solita designat.
24) *Matutine*, C. B. 1.
25) In C. H. *tempore*, non legitur.
26) *Idem*, in ed. ant. omittitur.
27) In C. L. additur: *ad confitendum tibi etc.*

CAP. II.

Propter missam specialem, missa de feria dimittenda non est.

[*Alexand. III.*] *ex* concilio Tributien. 28) d (*in German.*)

Quidam laicorum habent in consuetudine, vt per singulos dies audiant [illegible]gelium: *in principio erat verbum*: et missas peculiares, hoc est e, [illegible]ncta Trinitate, et de sancto Michaele. [*Et*] ideo 29) sancitum est in eodem concilio, vt vlterius hoc non fiat 30), nisi suo tempore, et 31) nisi aliquis velit propter reuerentiam sanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione audire. Sed si voluerint, vt sibi missa cantetur 32): de eadem die missas audiant, pro salute viuorum et etiam 33) defunctorum f.

28) Vel potius *Salegastadiensi c.* 10. anno MXXII. celebrato, vt GONZ. *h. n. t.* obseruat. vid. HARDVIN. *tom. VI. P. I. p.* 829.
29) *Et ideo*, C. B. L. H. ed. ant et Gonz.
30) *Vt hoc vlterius non faciant*, c. 2. comp. cit. 2.
31) *Et*, in C. B. 1. abest.
32) *Missæ cantentur*, C. B. L. H. ed. ant. Gonz. et cit. c.
33) *Vel defunctorum*, cit. c.

CAP. III.

Sufficit sacerdoti semel in die celebrare: et excipit duos casus, scilicet necessitatem et festum natiuitatis.

INNOCENTIVS III. *Vigoren.* 34) g *episc.* (*ann.* 1212. Conf. c. 1. comp. 3. h. t.)

Consuluisti [*nos, vtrum presbyter duas missas in eadem die valeat celebrare: super quo tibi*] respondemus, quod, excepto die natiuitatis dominicæ, nisi caussa necessitatis suadeat, sufficit 35) sacerdoti semel in die vnam missam solummodo celebrare.

34) *Vigorn.* C. B. et L. *Vigornien.* c. 1. comp. 3. h. t.
35) Ergo, non est absolute prohibitum, plures missas eodem die celebrare, quod nec olim prohibitum fuisse, docet c. 11. *de consecr. dist.* 1. quia quod *sufficit*, numerum non præcise restringit. Idem quoque sub hac expressione docet INNOCENTIVS III. in c. 12. X. h. t. ibi: *vnam in die celebrare missam* SVFFICIAT. Ceterum postea id sub seriori pœna prohibitum esse, testatissimum est.

CAP. IV.

In missa commemorationis, licet dicatur propria præfatio, non tamen dicitur hymnus angelicus, nec symbolum.

IDEM *archiepiscopo Brattaren.* (*ann.* 1206.)

Consilium h nostrum: [*et infra.*] [*Insuper*] requisisti, vtrum in diebus profestis, in quibus ad honorem S. Spiritus, B. Virginis, et sanctæ crucis, missam celebrari contingit, hymnus angelicus, symbolum, ac præfatio propria debeat decantari: [*præsertim cum in partibus tuis in honorem B. Virginis in sabbathorum diebus missa sollemniter celebretur. Ad quod vtique*] inquisitioni tuæ taliter 36) respondemus, quod apud nos in diebus profestis, cum missarum sollemnia in honorem B. Virginis 37) celebrantur, neque hymnus angelicus 38), neque symbolum decantatur 39); licet in missa propria præfatio decantetur: vt inter commemorationem et sollemnitatem differentia ostendatur. Vnde 40), Te Deum laudamus, regulariter 41) dimittitur, quam dicatur in laudibus matutinis.

36) Diction. *inquisit. t. taliter*, non sunt in c. 2. comp. cit. 3.

a *Ps.* 118. b Matutinali. *al.* matutino. c *Psalm.* 68. d Tributien. *al.* Triburum: *sed in conciliis editis habetur.* in concilio Salegustadiensi, c. 10. et c. 2. cit. *de suffrag.* in 2. comp. e Aut de sanctis, etc. f Mortuorum. g Wigornien. h C. 2. *eod. tit.* in 3. comp. *B. Thom.* l. 4. *sent. dist.* 13. q. 1. art. 2. *quæstiuncula* 4.

37) Intelligit morem quarumdam ecclesiarum, secundum quem singulis diebus in honorem *B. Mariæ virginis* missæ celebrantur. Talem consuetudinem *pridem* in Anglia obtinuisse, testis est MATTHAEVS PARIS. in *histor. Angl. ad annum MCCXXV. p.* 274. referens exemplum Comitis Sarisberiensis WILHELMI, qui *die, qua primo donatus cingulo fuerat militari, cereum vnum ante altare beatissimæ matris DEI assignauit, vt ad missam, quæ diebus singulis in honorem eiusdem Dei genitricis cum notis canticis deuote solet decantari, iugiter arderet, et pro lumine temporali lucem commutaret æternam.*
38) *Angelicus*, deest in C. H.
39) *De commemoratione decantatur*, legitur ibid.
40) *Vnde Te Deum laudamus* etc. non habet cit. c.
41) *Regulariter* C. H. quia hymnus Ambrosianus, laudum diuinarum et lætitiæ diuinioris syllogen continens, tantum in diebus dominicis et festis aliisque sollemnitatibus dicitur, exceptis diebus dominicis aduentus, et a septuagesima vsque ad pascha: quod hoc tempus luctui et pœnitentiæ destinatum sit, vt obseruat CASTALIO *in prax. cerem. lib. II. sect.* 3. *c.* 2. *§.* 9. Ab hac praxi tamen discesserunt monachi Benedictini, qui etiam hoc tempore hunc hymnum cantant, vti tradit MARTENIVS *de antiqu. eccles. discipl. tom. I. c.* 10. *§.* 16.

CAPVT V.

Breue est.

IDEM *clericis sancti Petri* [*in*] *Magalon.* 42) (*ann.* 1205.)

Ex parte i vestra: [*et infra.*] [*Insuper postulastis, quomodo sacerdos in missa perfundere debeat, per litteras ap. edoceri. Ad quod*] postulationi vestræ 43) taliter respondemus, quod semper sacerdos vino perfundere debet, postquam totum acceperit 44) eucharistiæ sacramentum; nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare: ne, si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret 45).

42) *Magalonen.* C. L. *in Magdalon.* c. 4. comp. cit. 3. *Magalen.* ed. Cont.
43) Diction. *postulationi vestræ*, absunt a a. cit.
44) *Acceperit*, C. H. et ed. ant. *perceperit*, cit. c.
45) Quod missa celebranda sit necessario a *ieiuno*, per vinum *effusionis* autem ieiunium frangi dicatur. Inde olim quidam credebant, diebus stationum, seu semiieiunii, ne quidem sacram eucharistiam sumendam esse, *quod statio soluenda sit accepto corpore Domini*, vt ait TERTVLL. *de orat. c.* 14. quam opinionem tamen ipse improbat damnatque, inter alia aiens: *nonne sollemnior erit statio tua, si ad aram Dei steteris?*

CAP. VI.

Si qua verba sunt in canone missæ, quæ ab euangelistis dicta non fuerunt: credere debemus, quod a Christo apostoli, et ab apostolis eorum successores acceperunt. Ex hoc dicit vsque ad *§. Quæsiuisti.*

IDEM I. 46) *quondam archiepisc. Lugdun.* (*ann.* 1202.)

Cum Marthæ k, [*circa plurima satagentis officio, in cura regiminis pastoralis pro maiori parte renuntians, in domo Domini, quasi abiectus elegeris habitare cum illis, qui partem optimam elegerunt, sedentes ad pedes Domini cum Maria, vt in lege eius iugiter meditentur, lippitudinem Liæ Rachelis pulchritudinem præferentes: cum in te vigere credamus intelligentiam scripturarum, et non solum paruulis frangere possis panem, sed prouectis etiam cibum solidum ministrare, ac nodos soluere difficilium quæstionum. Verum quoniam in primatu apostolorum principis apost. sed. magisterium recognoscens, ad eam credis maiores caussas ecclesiæ referendas: consultationibus tuis, quas non ad commodum v...tatis terrenæ, cum similem non contineant quæstionem, sed animarum profectum, vt videlicet in lucem prodeant obscura scripturæ, nouimus te nouisse libenter, quod nobis inspirat Dominus, respondemus.*] Quæsiuisti [*siquidem*,] quis formæ verborum, quam ipse Christus expressit, cum in corpus et sanguinem suum, panem transsubstantiauit et vinum, illud in canone missæ, quo ecclesia vtitur generalis, adiecerit: quod nullus euangelistarum legitur expressisse. Cum enim in euangelio l sic legitur 47): *accipiens calicem, gratias agens benedixit, et dedit discipulis suis, dicens: bibite ex hoc omnes: hic est enim* 48) *sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis, et pro multis* [*alius*] *effundetur* 49), *in remissionem peccatorum*: in canone missæ sermo iste, videlicet *mysterium fidei*, verbis ipsis 50) interpositus inuenitur. Vnde cum non euangelista Christum 51) hoc dixisse testetur 52) m; [*moneris non modicum et*] miraris, quod aliquis asseuerare tentauerit, eum aliquid plus dixisse, quam aliquis euangelistarum asseueret 53).

46) Littera *I.* deest in C. H. qua IOANNES designatur, vt docet inscriptio *lib. V. epist.* 121 *edit.* BALVZ. anno quinto regim. scripta.
47) *Legatur*, C. B. L. H. ed. ant. Cont. et c. 5. comp. cit. 3.
48) *Enim*, in C. B. 1. deest, et in C. B. 2. desideratur verbum: *est*.
49) *Fundetur*, cit. c.
50) *Ipsius*, ibid.
51) *Ipsum*, C. H.
52) *Testatur*, C. L.
53) *Asseuerat*, ed. ant.

i C. 4. *eod. tit.* in 3. *comp.* k C. 5. *eod. tit.* in 3. *comp.* l *Matth.* 26. m Testatur.

Verum,

Verum, si formam ipsius canonis inspicias diligenter, præter hoc, de quo tua fraternitas requisiuit, alia duo, videlicet, *eleuatis oculis in cælum 54): et æterni testamenti*: poteris in ipso canone reperire, quæ in textu euangelico non leguntur. Sane, multa tam de verbis, quam de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa 55), quæ apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Paulus enim in actibus a apostolorum sic ait: *meminisse vos 56) oportet verbi Domini Iesu 57), qui dixit 58): beatius est [magis] dare 59), quam accipere.* Hæc nullus quatuor 60) euangelistarum descripsit. Nullus etiam horum expressit, quod Paulus b de Christo ad Corinthios scribens ait: *visus est plus quam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo: nouissime autem, tanquam abortiuo, visus est et mihi.* Ipsi etiam euangelistæ mutuo inter se suppleuisse leguntur, quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omissa. Vnde cum tres c euangelistæ posuerunt 61), *hoc est corpus meum*: solus Lucas adiecit, *quod pro vobis tradetur.* Et cum Matthæus et Marcus dicant, *pro multis*: Lucas dicit, *pro vobis.* Matthæus autem *in remissionem peccatorum*, adiunxit 62). Cæterum ea, quæ adduntur in canone missæ, possunt ex aliis locis euangelii comprobari 63). Ioannes d enim suscitationem Lazari describens 64), Iesum sursum oculos leuasse asserit, et dixisse, *pater, gratias ago tibi, quoniam audisti 65) me.* [*Alibi etiam idem dixit: hæc loquutus est Iesus, et subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater, clarifica filium tuum.*] Si tunc igitur in cælum oculos leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime animam Lazari reuocauit 66) e: probabilius esse videtur, quod tunc oculos leuauerit ad Patrem in cœlum 67), cum panem et vinum in corpus et sanguinem proprium commutauit. Cæterum, sicut superius est expressum, cum in textu euangelico *noui testamenti* ponatur, hic interponitur: *et æterni.* Nam vetus testamentum, quod hircorum et vitulorum f fuit sanguine dedicatum, temporalia promittebat: nouum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit æterna. Et ideo testamentum illud fuit vetus et transitorium: hoc autem nouum est 68) æternum. Vel, vt veamur 69) alia ratione, vnde nouum, id est, vltimum esse describitur, inde æternum, id est, perpetuum comprobatur g. Nouissimum etenim hominis testamentum h immobile 70) perseuerat; quia testatoris obitu confirmatur; iuxta quod apostolus i testamentum in morte asserit confirmatum: alioquin non valet, dum vixerit, qui testatur 71). Præterea non solum scriptum, sed etiam promissio dicitur testamentum, iuxta quod apostolus k ipse scribit: *ideo 72) noui testamenti mediator est, vt repromissionem 73) accipiant, qui vocati sunt hereditatis æternæ.* Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur: *hic est enim sanguis meus, noui et æterni testamenti*, id est 74), nouæ ac æternæ promissionis, scilicet 75) confirmator, sicut Dominus repromittit 76), *qui manducat*, inquiens, *carnem meam, et sanguinem meum bibit, habet vitam æternam.* Ex eo autem verbo, de quo mouit tua frat. quæstionem, videlicet mysterium 77) fidei, munimentum erroris quidam trahere putauerunt, dicentes, in sacramento altaris non esse corporis Christi, et sanguinis veritatem, sed imaginem l tantum, et speciem et figuram: pro eo, quod scriptura interdum commemorat, id quod in altari suscipitur, esse sacramentum, et mysterium, et exemplum. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quod nec auctoritates 78) scripturæ conuenienter intelligunt, nec sacramenta Dei 79) suscipiunt reuerenter, [*scripturas et virtutem Dei pariter nescientes.*] Si enim [*ideo*,] quia figura est sacramentum altaris, veritas esse negatur; ergo nec mors, nec resurrectio Christi, cum figura sit, veritas est credenda: siquidem mortem et resurrectionem Christi similitudinem et imaginem esse apostolus 80) m manifestat, *Christus*, inquiens, *mortuus est pro delictis nostris, et resurrexit propter iustificationem nostram.* Apostolorum etiam princeps Petrus sic in epistola sua 81) scribit n: *Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Sic ergo tam mors Christi, quam eius resurrectio est exemplum 82), vt et nos, peccato mortui, iustitiæ iam 83) viuamus. Quare, si non fuit 84) veritas, quia fuit exemplum: ergo nec vere mortuus fuit Christus 85), nec vere a mortuis resurrexit. Sed absit a fidelium cordibus error iste: cum propheta de o ipso 86) testetur, quod vere 87) languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit. Dicitur 88) tamen mysterium fidei; quoniam aliud ibi creditur, quam cernatur 89), et aliud cernitur, quam credatur 90). Cernitur species panis et vini, et creditur veritas carnis et sanguinis Christi 91), ac virtus vnitatis et caritatis. [*Quoniam autem mysterium fidei dicitur in hoc loco, alibi secundum Ioannem spiritus et vita nuncupatur. Nam spiritus est mysterium, iuxta illud*: littera occidit, spiritus autem viuificat, fides autem est vita: *secundum quod legitur*: iustus meus ex fide viuit: *propter quod dicit Dominus ipse*: verba quæ loquutus sum vobis, spiritus et vita sunt.] Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quæ sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, et virtutem spiritualem. Forma est panis et vini, veritas carnis et sanguinis, virtus vnitatis 92) et caritatis. Primum est sacramentum, et non res. Secundum est sacramentum et res. Tertium est res et non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminæ rei. Secundum est sacramentum vnius, et alterius res existit. Tertium est res gemini sacramenti 93). Credimus igitur, quod formam verborum, sicut in canone reperitur, et a Christo apostoli, et ab ipsis eorum acceperint 94) successores. [*Nam, sicut superius est expressum, multa de verbis et factis dominicis ab euangelistis omissa, et sermonibus apostoli et operibus expresserunt.*]

In sacramento altaris aqua cum vino transsubstantiat[illegible] sanguinem, H. d. vsque ad *§. Tertio* loco. Abbas Siculus.

§. 1. Quæsiuisti etiam, vtrum aqua p cum vino in sanguinem conuertatur: super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur 95), quod, cum de latere Christi duo præcipua 96) fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua, in illa 97) duo, vinum et aqua, quæ commiscentur in calice, diuina virtute mutantur: vt in hoc sacramento plene sit veritas et figura. Alii vero tenent, quod aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem 98); cum in vinum transeat mixta 99) vino: licet physici contrarium asseuerent, qui aquam a vino 100) per artificium posse asserunt separari. Præterea potest dici, quod aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita, quod vini saporem assumit. Quod inde conuincitur 1), quia, si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur 2) in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur: sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori, quod sub eis latet, vndique circumfunditur, non madidans circumfusum. Ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere: quia, si aqua [*supra*] fuerit 3) apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur accidentia mutare 4) subiectum; sicut et subiectum contingit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo, et virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconueniens creditur, aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur: cum legatur q de ipsius r latere 5) processisse. [*Illud autem est nefarium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, aquam videlicet in*

54) *In cælos*, cit. c.
55) *Omissa*, ibid.
56) *Meminisse nos*, ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
57) *Domini nostri Iesu Christi*, C. R. 2.
58) *Dicentis*, C. R. 1. *quoniam ipse dixit*, cit. c.
59) *Magis dare*, C. R. L. H. et ed. ant.
60) *Quatuor*, deest in C. H.
61) *Posuerint*, C. R. H. et ed. ant.
62) *Intimauit*, cit. c.
63) *Approbari*, C. R. 1.
64) *Descripturus*, cit. c.
65) *Exaudiuisti*, C. R. 1. et L.
66) *Reuocabat*, ed. ant. *anima Lazari reuocabatur*, cit. c.
67) *In cælis*, cit. c.
68) *Est et*, C. L. H. ed. ant. et Cont.
69) *Vtatur*, C. R. 1.
70) *Morte immobile*, ed. Cont.
71) *Non valeret, dum viueret, quod testatur*, cit. c.
72) *Et ideo*, C. H.
73) *Remissionem*, cit. c.
74) A C. H. et cit. c. absunt voces: *id est.*
75) *Scilicet fit*, C. R. 1.
76) *Repromisit*, C. L.
77) *Ministerium*, cit. c.
78) *Auctoritatem*, ibid.
79) *Sacramentum suscipiunt*, ibid.

80) Absunt a C. H. dictiones: *esse apostolus.*
81) *Sua*, deest ibidem.
82) In C. R. 1. additur: *et figura.*
83) *Iam*, non est in cit. c.
84) *Fuerit*, C. H. et cit. c.
85) *Christus*, abest a C. H.
86) *De Christo*, cit. c.
87) *Qui vero*, C. R. 1. *quia vere*, C. R. 2. et L.
88) *Dicetur*, C. L.
89) *Cernitur*, C. H.
90) Cum his non omnimodo conueniunt, quæ traduntur in *c. 58. et 69. de consecr. dist. 2.*
91) *Christi*, desideratur in cit. c.
92) *Veritatis*, C. H.
93) *Secundum vnius. Tertium est gemini sacramenti et alterius res existit*, cit. c.
94) *Accipiunt*, C. R. 1. *acceperint*, C. R. 2.
95) *Videbatur*, C. R. 2.
96) *Præcipue duo*, cit. c.
97) *In alia*, ibid.
98) *Sanguine*, C. R. 1.
99) *Aqua mixta*, C. R. 2.
100) *Cum vino*, C. R. 1.
1) *Commiscetur*, C. R. 1. *conuinci potest*, C. R. 2. *conuicitur*, C. H.
2) *Mittitur*, C. L.
3) *Fuit*, C. H.
4) *Permutare*, cit. c.
5) *Corpore*, C. R. L. H. ed. ant. et Cont.

a *Act.* 20. b 1 *Cor.* 15. c *Luc.* 22. *Matth.* 26. *Marc.* 14. d *Ioann.* 11. e Reuocabat. f *Esa.* 1. g Approbatur. h *Hic post vocem*, testamentum, *in quibusdam est dictio*, morte, *quæ deest in omnib. antiquis: nec esse debet, vt indicant sequentia.* i *Hebr.* 9. k *Hebr.* 12. l *Hunc errorem nouissime condemnauit concil. Trident. sess. 13. de sanctiss. euchar. sacr. c. 4. et c. 1. vid. Thom. 3. p. qu. 5. art. 2.*

m *Rom.* 6. n 1. *Petr.* 2. o *Esa.* 54. p *Hunc art. explicat B. Thom. 3. p q. 74. art 8. et Sot. 4 sentent. dist. 9. q. 1. art. 6.* q *Ioann.* 21. r Corpore, *legitur vt plurimum in antiquis.*

phlegma

phlegma conuerti. Nam et de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse, non attendentes, quod de latere Christi duo fluxerunt sacramenta, et quod non baptizantur in phlegmate, sed in aqua, iuxta quod Dominus protestatur: nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei.] Verum inter opiniones prædictas illa probabilior iudicatur, quæ asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari: vt expressius eluceat 6) proprietas sacramenti. Nam cum aquæ multæ sint populi multi, iuxta quod alibi legitur a: *beati, qui seminatis* 7) *super omnes* 8) *aquas:* ideo vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur. Per hoc enim, quod [*et*] suscepit 9) ipse de nostro, et accepimus ipsi de suo, tam 10) insolubili nexu coniungimur, vt, qui 11) est vnum 12) cum Patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnum nobiscum per admirabilem vnionem, ac per hoc 13), ipso communiter mediante, cum Patre vnum efficimur 14). *Pater* b, inquit, *sancte, serua eos* 15), *quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut et nos* 16): *non pro his rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt et ipsi in nobis vnum* 17) *sint, et mundus credat, quia tu me misisti.*]

Oratio, quæ dicitur in secreta in festo sancti Leonis, immutata est, quia vbi dicebatur: annue nobis Domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio: *hodie dicitur:* vt intercessione B. Leonis hæc nobis prosit oblatio: *et hæc mutatio contingit, quia sancti nostris orationibus non indigent, sed nos suis.* H. d. vsque ad finem. Abbas.

§. 2. Tertio loco c fraternitas tua requisiuit, [*quis putauerit, vel quando, aut*] quare fuerit mutatum, quod in secreta 18) B. Leonis secundum antiquiores codices continetur 19), sic videlicet: *annue nobis, Domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio:* cum in modernis sacramentariis 20) habeatur: *annue nobis, quæsumus, Domine, vt intercessione B. Leonis hæc nobis prosit oblatio.* Super quo [*tibi taliter*] respondemus, quod, [*quis illud mutauerit, aut quando mutatum fuerit, ignoramus. Primus tamen, qua fuerit occasione mutatum: quia,*] cum sacræ scripturæ dicat auctoritas, quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. Idem est ratione consimili de d aliis sanctis sentiendum 21); quia orationibus nostris non indigent: pro eo, quod, cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt. Sed nos e potius orationibus eorum indigemus, quos 22), cum miseri simus, vndique mala nostra perturbant. Vnde, quod 23) in plerisque f orationibus continetur, prosit [*videlicet,*] vel proficiat huic sancto vel illi g, talis oblatio ad gloriam et honorem: ita [*sane*] debet intelligi, vt ad hoc prosit, quod h magis ac magis a fidelibus glorificetur 24) in terris 25), [*aut etiam honoretur:*] licet plerique reputent non indignum 26), sanctorum gloriam vsque ad iudicium augmentari, et ideo ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Verum i, vtrum 27) in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quod defunctorum alii sunt valde boni, alii sunt valde mali, alii mediocriter boni, alii mediocriter mali, vnde suffragia, quæ fiunt a fidelibus 28) in ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum, pro valde malis, consolationes viuorum, expiationes vero pro mediocriter bonis, et propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio inuestiget 29). [*De cetero tuis orationibus adiuuari petimus apud Deum.*]

6) *Luceat*, C. R. 2. et cit. c. *clarescat*, H.
7) *Seminant*, C. R. L. ed. ant. Cont et cit. c.
8) *Omnes*, abest a C. R. L. ed. ant. et cit. c.
9) *Suscepit*, C. R. 1.
10) *Tanquam*, C. R. 2.
11) *Vt quod*, cit. c.
12) *Vnum*, deest in C. H.
13) *Vnitatem per hoc*, ibid.
14) *Efficiamur*, ibid.
15) In C. R. 1. additur: *in nomine tuo.*
16) *Vt, nos*, C. H
17) C. R addunt: *vnum simus.*
18) In cit. c. *in secreta* legitur: *communiter in secreta*, quia per *secretam* i. e. orationem, quæ etiam *mystica* vocatur, *canon missæ* intelligitur, voce recitandus *submissa*, more antiquissimo, quem confirmat variis testimoniis *MARTENE de antiqu. eccl. ritibus lib. I. P. I. c. 4. art. 8. §. 5.*
19) *Secundum quod antiquiores codices continent, videlicet*, cit. c.
20) *Codicibus*, C. R. 1. *cum in modernioribus sacramentariis*, cit. c.
21) *Sciendum*, cit. c.
22) *Quod*, C. H.
23) *Cum*, ibid.
24) *Glorificentur*, ibid.
25) In C. R. 1 additur: *autem et honoretur.*
26) *Vt non indignum*, ibid.
27) *Verum tamen*, cit. c.
28) C. R. 2. addit: *nostris.*
29) C. R. 2. addit: *de cetero tuis orationibus apud Deum petimus adiuuari.*

CAP. VII.

Grauius peccat, qui simulat conficere, et non conficit, quam ille, qui conficit in mortali.

IDEM *rectoribus Romanæ fraternit.* 30) (*ann. 1207. Romæ.*)

De k homine 31): [*et infra.*] Quæsiuistis 32) l [*a nobis,*] quid de incauto 33) presbytero videatur, qui cum se sciat in mortali crimine constitutum, missarum sollemnia, quæ non potest propter necessitatem quamlibet intermittere, propter sui facinoris conscientiam dubitat celebrare 34), [*arctatusque grauiter e duobus, dum diuinum exsequi mysterium metuit, ne populum illum exspectantem offendat, et corpus Christi perficere perhorrescit, ne sumens ipsum indigne iudicium sibi manducet et bibat,*] peractisque ceteris circumstantiis, missam celebrare se fingit, et suppressis verbis, quibus conficitur 35) corpus Christi, panem m et vinum tantummodo pure 36) sumit, ita credens, per id, quod prætendit, populo satisfacere, vt per hoc, quod intendit, Deum non debeat prouocare. Cum ergo falsa sint abiicienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora; licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, [*ab huiusmodi sacramento reuerenter debeat abstinere, ac ideo*] peccet grauiter, si se ingerat irreuerenter ad illud; grauius tamen [*procul dubio*] videtur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare: cum ille [*culpam vitando, dum facit,*] in solius misericordis 37) Dei manum incidat, iste vero [*culpam faciendo, dum vitat,*] non solum Deo, cui non veretur illudere, sed [*etiam*] populo, quem decipit 38), se adstringat.

30) *Rectoribus Baron.* C. R. 1. *Nomen fratri.* ed. ant.
31) Integra hæc decretalis refertur *libr. XI. epist.* 146. *edit. Baluz.* anno XI. regiminis exarata, seu anno Christo MCCVII. quem diserte exprimit *epist. præcedens* 145.
32) *Quæsiuisti*, C. R. 1. sed incongrue.
33) *Enim quid de cauto*, C. H.
34) *Exercere*, C. 0. 1.
35) *Seu creatur Deus.* Etenim *VRBANVS II.* in *concil. Romano III.* anno *MXCIX.* celebrato, apud *HARDVINVM tom VI. P. II. concil p.* 1761. diserte ait, quod *manus sacerdotum in tantam eminentiam excreuerint, vt, quod nulli angelorum concessum est, DEVM, cuncta creantem, suo signaculo creent, et eundem ipsum pro salute totius mundi DEI patris obtutibus offerant.* Atque ex hoc principio non potest non *eminentissima dignitas* et maiestas, omnem hominum captum superans, sacerdotibus tribui
36) *Purum*, C. R. L. et c. 6. comp. cit. 3. i. e. *non consecratum.*
37) *Miserationis*, ed. ant.
38) *Decepit*, cit. c.

CAP. VIII.

Hic improbat opinionem, quæ habet, quod in sacramento altaris aqua conuertatur in phlegma, et probat, Christum fuisse verum Deum et verum hominem, et quod de ipsius latere exiuit vera aqua.

IDEM *Ferrariensi episcopo.* (*ann. 1209.*)

In quadam 39) nostra decretali epistola asseris, te n legisse, illud fuisse 40) nefarium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, in sacramento videlicet eucharistiæ aquam in phlegma conuerti. Nam 41) [*et*] de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse. [*Licet autem hoc magnos et authenticos viros sensisse recenseas, quorum opinionem dictis et scriptis hactenus es secutus: ex quo tamen nos in contrarium sentimus, nostræ compelleris sententiæ consentire. Sed verbum Io. apostoli te multum mouere fateris dicentis: tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, et sanguis, et hi tres vnum sunt; quamuis hoc vltimum in plerisque codicibus minime habeatur, ab omnibus quod dicis sic exponi, illos videlicet esse vnum, id est, de vna et eadem re, scilicet de humanitate Christi testari. Porro si non vera fuit aqua, quæ fluxit de latere Christi, et non humani corporis humor: qualiter per illam perhibetur, quod Christus sit homo verus, non vides. Glossa namque super illum locum sic habet: spiritus, id est, humana anima, quam emisit in passione, aqua et sanguis, quæ fluxerunt de latere Christi, quod fieri non posset, si non haberet veram carnis naturam. Sic ergo tam ex textu, quam ex glossa, proponis, per illam aquam probari, quod Christus sit verus homo, et ideo, si dicatur, quod illa non exstitit vera aqua, sed aquaticus humani corporis humor, tam expositoris, quam apostoli, verba intelligibilia tibi esse videntur. Sed dicto, quod fuerit vera aqua, sicut nos credimus et fatemur, nec istu, nec illa sufficienter intelligis. Vnde nos humiliter supplicasti, quatenus ad generalem vtilitatem legentium, et nebulam de tuo corde tollendam, sufficienter et euidenter hoc exponere dignaremur.*] Nos igitur ad tuæ supplicationis instantiam respondemus, quod quidam dixerunt, sed errauerunt, Christum non fuisse verum Deum 42), sed adoptiuum, vt miseri o Arriani:

39) Traditur hæc decretalis *libr. XII. epist.* 7. anno regiminis XII. qui incidit in annum natiu. CHRISTI MCCIX.
40) *Esse*, C. R. L. H. ed ant. Gonz. et c. 7. comp. cit. 3.
41) *Nam et*, C R. L. et ed. ant.
42) A C. H. abest vox: *Deum.*

a *Esa.* 32. b *Ioann* 17. c *Summa est, sanctos, in cælo cum Deo regnantes, non egere precibus nostris, sed nos eorum intercessionibus. vide conc. Trid. sess.* 25 *tit. de inuocat. et reliqu. sanct. etc.* d *Al. ita:* et de sanctis aliis sentiendum. e *Vide Sotum l.* 4. *sent. dist.* 45. *q.* 3. *art.* 1. f Pluribus. g illis h *Al. ita:* quod magis ac melius, etc. i *Vide Dominic. Sotum l.* 4. *sent. dist.* 45. *q.* 2. *art.* 2.

k *Cap.* 6. *eod. tit. in* 3. *compilat.* l *In antiqu. legitur:* quæsiuisti. m *In cod. Barb.* panem et vinum purum tantummodo sumit. n *C.* 7. *eod. tit. in* 3. *comp. vide Sot. l.* 4. *sent. dist.* 1. *qu.* 4. *art.* 5. *et dist.* 9. *qu.* 1. *art.* 6. o *Hos damnauit conc. Nicæn. vide Nicephorum* 8. *c.* 5, 6, 7, *et* 8.

alii Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, vt impii Manichæi *a*. Sed aduersus huiusmodi hæreses Ioannes *b* apostolus in epistola sua loquitur, dicens: *tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum* 43), *et Spiritus sanctus: et hi tres vnum sunt:* per hoc intendens ostendere, quod Christus sit verus Deus. *Vel tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua et sanguis:* per hoc intendens ostendere, quod Christus sit verus homo. Nam ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus, et anima, ex quorum coniunctione verus homo subsistit 44). Per hoc autem, quod in articulo mortis Christus, inclinato *c* capite, tradidit spiritum, de quo voce magna clamauerat *d*: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum:* manifeste probatur, quod ipse spiritum habebat, non solum flatum vitalem, sed animam 45) [*quoque*] rationabilem 46), de qua prædixerat *e*: *tristis est anima mea vsque ad mortem:* et *f*, *potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum sumendi eam.* Per hoc autem, quod vnus militum lancea latus eius aperuit *g*, et continuo sanguis exiuit et aqua, probatur aperte, quod Christus verum corpus habebat. Nam de phantastico corpore, nec sanguis, nec aqua potuisset exire: vnde *ille h, qui vidit, testimonium* [*quidem*] *perhibuit, et testimonium eius est verum: quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, et sanguis.* Quod videlicet Christus sit verus homo, ex anima rationali et humana carne 47) subsistens, probatur ex eo, quod spiritum vitalem 48) emisit; et de vero corpore probatur 49, quoniam ex eo sanguis exiuit et aqua: rationalis quippe anima non posset viuificare, nisi corpus humanum, ex quibus verus homo consistit. Cæterum sicut fuit verus spiritus, et verus sanguis; ita procul dubio vera aqua: cum Christus sit veritas, et a veritate omnis fallacia sit penitus aliena 50). Nam si non fuisset aqua 51), sed phlegma, quod de latere Saluatoris exiuit: ille, qui vidit, et testimonium veritati perhibuit, profecto, non aquam, sed phlegma dixisset. Nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum: cum per sacramentum baptismi non regeneremur in phlegmate, sed in aqua. Neque per hoc posset vero 52) argumento probari, quod in sacramento eucharistiæ admiscenda sit aqua vino si de latere Christi non aqua, sed phlegma cum sanguine profluxisset. Sed nec vera fuisset figura, quæ super hac re præcessit 53) in veteri testamento, quando [*videlicet*] Moyses *i* virga percussit silicem, et ex ea [*quidem*] non phlegma, sed aqua *k* manauit. Restat igitur, vt, qualiscunque fuerit illa aqua, siue naturalis, siue miraculosa, siue de nouo diuina virtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta, procul dubio vera fuit; cum naturaliter possit et compositum in componentia, et elementatum 54) in elementa resolui: quemadmodum verus exstitit sudor ipsius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram *l*. Cum autem ad compositionem 55) humani corporis quatuor elementa concurrant 56), videlicet terra, aqua, aër, et ignis; et ad vegetationem eiusdem corporis quatuor humores illis consimiles conueniant, videlicet sanguis, [*et*] cholera, phlegma, et melancholia; vt veritatem humani corporis expressius demonstraret, vnum ex illis, et vnum ex istis Ioannes expressit, illa, quæ potius ex illis, et ex istis 57), quæ magis mysterio 58) *m* congruebant, ex elementis 59) aquam, et ex humoribus sanguinem: in quibus duobus 60) duo maxime *n* sacramenta, redemptionis videlicet et regenerationis, elucent 61).

43) *Et filius*, ibid.
44) *Consistit*, C. L.
45) *Animam quoque*, C. R. 2.
46) *Rationalem*, C. H. ed. ant. et cit. c.
47) Absunt a C. R. 2. ed. ant. et cit. c. verba: *et humana carne.*
48) *Talem*, C. H.
49) *De*, a C. L. H. et ed. ant. abest. sed C. R. 1. habet: *et verum corpus, quod probatur.* et C. R. 2. *et ex vero corpore, quod idem probatur.* Denique tota series horum verborum in cit. c. est hæc: *quod probatur ex eo, quod spiritum vitalem emisit ex vero corpore: quod inde probatur, quoniam* etc.
50) *Amota*, C. H.
51) *Vera aqua*, C. R. 2.
52) Desideratur in cit. c. dictio: *vero.*
53) *Præcessisset*, C. L.
54) *Elementum*, C. R. 2.
55) *Cum ante compositionem*, cit. c.
56) *Concurrerunt*, C. L.
57) *Illam potius ex illis et istis*, ed. ant.
58) *Ministerio*, C. R.
59) *Et ex elementis*, C. L.
60) *Duobus*, desideratur in ed. ant.
61) *Elucerent*, cit. c.

CAP. IX.

Præcipit prælatis et clericis in virtute obedientiæ, vt nocturnum officium et diurnum studiose celebrent et deuote.

IDEM *in concilio generali.* o *(ann. 1216. Romæ.)*

Dolentes referimus, quod non solum quidam minores clerici, verum etiam aliqui ecclesiarum prælati, circa *p* commessationes superfluas, et fabulationes 62) illicitas, vt de aliis taceamus, fere 63) medietatem noctis expendunt, et somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum auium excitantur, transcurrendo vndique *q* continua 64) syncopa matutinum. Sunt et alii, qui missarum sollemnia vix celebrant quater 65) in anno, et, quod deterius est, interesse contemnunt. Et, si quando, cum hæc celebrantur, intersint 66), chori silentium fugientes, intendunt exterius 67) colloquutiones laicorum: dumque 68) auditum ad indebitos sermones effundunt 69), aures intentas non porrigunt ad diuina 70). Hæc igitur et similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus, districte præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum pariter et diurnum, quantum eis dederit Deus, studiose celebrent pariter 71) et deuote.

62) *Confabulationes*, C. H. L. ed. ant. et c. 2. comp. 4. de celebr. diu. offic.
63) *Fere*, non est in cit. c.
64) *Continuata*, ed. Cont. Pith. et cit. c.
65) *Quater*, in cit. c. non legitur.
66) *Et si quando his eutdenter intersunt*, ibid.
67) *Exterius*, ibid.
68) *Diuinumque*, C. R. 1.
69) *Sonos extendunt*, ibid.
70) Cum tamen soli Deo eo tempore patere debeat pectus, ad quam deuotionem præsentes excitantur formula consueta: *sursum corda.* c. 70. *de cons. dist.* 1.
71) *Pariter*, non est in ed. ant.

CAP. X.

Eucharistia debet munde seruari, et in eius eleuatione et delatione populus debet se inclinare; et, cum defertur ad infirmum, debet deferri in decenti habitu, et cum lumine: transgressores vero grauiter sunt puniendi.

HONORIVS III. 72) *(ann. 1217. Romæ.* Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Sane, cum *r* olim: [*et infra.*] Ne [*de cetero*] propter incuriam sacerdotum, [*in indeuotos*] diuina indignatio grauius exardescat, districte præcipiendo mandamus, quatenus a sacerdotibus eucharistia in loco singulari, mundo [*etiam*] et signato semper honorifice collocata 73), deuote ac fideliter conseruetur. Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem suam, vt, cum in celebratione missarum eleuatur hostia salutaris, [*quilibet*] se reuerenter inclinet *s*, idem faciens, cum eam 74) deferat 75) presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu superposito mundo velamine ferat, et referat manifeste ac honorifice ante pectus cum omni reuerentia et timore, semper [*cum*] lumine præcedente: cum sit candor lucis æternæ, vt ex hoc apud omnes fides et deuotio augeatur. Prælati autem huiusmodi mandati grauiter punire non differant transgressores: si et ipsi diuinam et nostram volunt 76) *t* effugere vltionem. [*Vos autem sic obseruari faciatis prædicta, quod non efficiamini vindictæ participes, sed coronæ.*]

72) Equidem in c. 1. comp. 5. h. t. additur: *eidem:* vt coniici posset, hanc decretalem directam esse ad *reginam Hungariæ*, sicut patet ex antecedenti cap. sed falsum hoc esse, palam est ex ipsis verborum contextu. conf. CIRON. ad h. c.
73) *Collata*, C. R. 1.
74) *Eucharistiam*, cit. c.
75) *Portat*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
76) *Voluerint*, C. R. 1. et L. *velint*, cit. c.

CAP. XI.

In ecclesiis collegiatis debent celebrari duæ missæ collegialiter, vna pro defunctis, alia secundum exigentiam diei, vt pro festo, si festum occurrit, vel pro feria, si feria.

IDEM [*archiepiscopis et episcopis, et*] *vniuersis* [*aliis*] *ecclesiarum prælatis,* [*et clericis, per Franciam constitutis.*] *(ann. 1220. C. 2.* comp. cit. 5.)

Cum creatura *u* non habeat, quid pro meritis respondeat creatori: [*et infra.*] [*Cum ergo ecclesia Gallicana per Dei gratiam, tanquam lucerna super candelabrum posita, aliis luceat per exemplum, qui videntes opera eius bona, glorificant patrem cælestem, ne, quod absit, tantæ negligentiæ tenebris obumbretur, et alias consequenter obumbret; vniuersitatem vestram rogandam duximus et monendam, per apost. scripta vobis*] mandantes, quatenus [*vniuersi et singuli prouide attendentes, quod seruire Deo regnare est,*] nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittatis, quo minus et pro anniuersariis defunctorum, et pro festo vel feria secundum temporum congruentiam 77), missarum sollemnia [*et*] conuentualiter celebretis, [*et faciatis conuentualiter celebrari: vt sic quodammodo sine intermissione orantes ab eo mereamini exaudiri, qui adest omnibus, in veritate inuocantibus nomen suum.*]

77) *Ipsorum congruentiam*, C. R. 1. et L.

a *Vide Epiphanium, libr. 2. contra hæreses, hæres.* 66. b 1. *Ioann.* 5. c *Ioh.* 19. d *Luc.* 23. e *Matth.* 26. f *Ioann.* 10. g *Ioann.* 19. h *Ioann.* 5. i *Num.* 20. k Emanauit *al.* emonatur. l *Luc.* 22. m Ministerio. n Maxima. o *Sabbato Lateran. sub Innoc. III. cap.* 17. *refertur cap.* 2. *tit. de celebr. diu. offic. in* 4. *comp.* p *In cod. Barb. ita:* circa commessationes superfluas et confabulationes.

q Vtique, *et in concil.* continuata. r *Vid. conc. Trid. sess.* 13. *in decr. de sanct. euch. sacr. c.* 6. *et* 7. s Inclinent. t voluerint. u *Vid. conc. Trid. sess.* 22. *tit. doctrina de sacrificio missæ. c.* 2. *et* 3. *et sess.* 25. *decr. de purg.*

CAP.

CAP. XII.

In die cœnæ Domini episcopus tantum in sua ecclesia debet missam celebrare, et chrisma conficere.

IDEM [*archiepiscopo Sipontino.*] a (*ann.* 1220. *Romæ in Apuliam.* C. 4. comp. cit. 5.)

Te b referente, [*didicimus, quod in die cœnæ Domini de antiqua teneris consuetudine chrisma conficere in ecclesia Sipontina, sed cum mane diei eiusdem ad Garganicam ecclesiam accedas, vt ibi, prout moris est, recipias peregrinos ipsius loci: clerus et populus celebrare missam in eadem ecclesia Garganica, priusquam ad Sipontinam redeas, te compellunt, super quo nostrum et apost. sedis consilium implorasti. Cum autem chrisma eo die intra missarum conficiatur sollemnia, et*] cum cuilibet sacerdoti, quacunque dignitate præfulgeat, vnam in die celebrare missam sufficiat; nam et valde est felix, qui celebrat digne vnam: fraternitati tuæ mandamus, quatenus die cœnæ Domini 78) in ecclesia Sipontina duntaxat, in qua teneris chrisma conficere, missarum studeas sollemnia celebrare.

78) *Die prædicto*, c. 4. comp. cit. 5.

CAP. XIII.

In sacrificio altaris plus de vino, quam de aqua ponendum est.

IDEM *archiepisc. Ablusen.* 79) c (*ann.* 1220. *in Sueciam.* d C. 5. comp. cit. 5.)

Perniciosus [*valde, sicut audiuimus,*] in e tuis partibus inoleuit abusus, videlicet, quod in maiori quantitate de 80) aqua ponitur in sacrificio, quam de vino: cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesiæ generalis plus in ipso sit de vino, quam de aqua ponendum. Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus id non [*de cetero*] facias, nec in tua prouincia fieri patiaris.

79) Rectius sine dubio C. R. 1. legit: *Vpsalensi*: quia in Sueciam missa est, in qua hæc consuetudo inoleuerat, vt maior quantitas *aquæ* quam *vini* in calice poneretur, quod regiones septemtrionales vino caruerint, vt ex CIRONIO tradit GONZ. ad *h. c.* Hoc tamen erroneum esse, insignis commerciorum cultura, quæ iam seculo IX. in Suecia viguit, docet, teste HELMOLDO *in chron. Slav. libr. I. c.* 2. *n.* 9. Multo minus audiendi sunt, qui *communionem sub vna ex defectu vini* deriuant, et sic septemtrionalibus eam adscribunt, quod admodum erroneum est.

80) *De*, non est in c. 5. comp. cit. 5.

CAP. XIV.

Ab officio et beneficio deponitur presbyter, qui sine aqua et igne vel in pane fermentato, vel vase ligneo sacrificat.

IDEM *episcopo Brixien.* (*ann.* 1220. C. 6. comp. cit. 5.)

Litteras tuas recepimus, continentes, quod, cum super excessibus [*magistri Mauri*] presbyteri ecclesiæ sanctæ Brigidæ, Brixien. 81) [*iuxta debitum officii pastoralis*] inquireres, confessus est, quod, cum quadam die hostiam et calicem non haberet, in pane fermentato, et [*in*] scypho ligneo 82), [*adstante populo,*] missarum sollemnia celebrare præsumpsit. [*Quare ipsum supposuisti perpetuo interdicto, consulens, vt in aliqua ecclesia regulare mutaret in melius vitam suam. Postmodum autem, illo coram ven. fr. n. Hostien. episcopo, tunc apost. sedis leg. vt secum misericorditer ageret, supplicante, idem, ad celebrationem diuinorum presbyterum restituens memoratum, super suspensione beneficii caussam S. Saluatoris, et S. Lucæ Brixien. præpositis delegauit, quod ad beneficium restituerent eundem. Deinde vero reuersus de partibus transmarinis,*] intellecto iterum 83), quod prædicta ecclesia per malitiam dicti presbyteri 84) multipliciter lædebatur, inquisitionis officium iterans, ex eius confessionibus inuenisti, quod idem sine igne sacrificabat 85) et aqua: [*quare, quid de ipso agendum sit, nostro petiisti edoceri responso.*] Cum igitur vel ex aperta 86) malitia, vel nimis desipientia, peccasse probetur: [*fr. t.*] mandamus, quatenus, [*si præmissis veritas suffragatur,*] officio et beneficio, [*subl. app. obst.*] perpetuo 87) ipsum priues.

81) *Brixien.* a C. R. 1. abest.

82) Hoc tamen in prisca ecclesia non adeo insuetum fuisse, constat ex *c.* 44. *de consecr. dist.* 1. quamuis postea tum hoc, tum etiam illud prohibitum, ne vitreus calix ad vsum S. eucharistiæ adhiberetur.

83) In c. 6. comp. cit. 5. desideratur partic. *iterum*.

84) *Magistri*, ibid.

85) *Sacrificare præsumsit*, ibid.

86) *Ex alta*, C. R. 2.

87) *Perpetuo*, a C. R. 1. abest.

TITVLVS XLII.
DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

CAP. I.

Licet puer sit ter mersus in aqua, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: si non sit dictum: ego te baptizo in nomine Patris, etc. non est baptizatus.

ALEXANDER III. (*ann.* 1175. *Romæ.*)

Si quis [*sane,*] puerum f ter in aqua immerserit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, amen; et non dixerit 88): *ego baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, amen*: non est puer baptizatus 89).

88) *Dixit te*, c. 1. comp. 2. de baptism. puer.

89) Historiam et occasionem huius decretalis plenius refert et illustrat MANRIQVE *tom. III. annal. Cistert. ad ann.* MCLXXVI. *c.* 4. *n.* 2 *sqq. p.* 39. *sq.*

CAP. II.

Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus: potest baptizari forma, hic expressa.

IDEM (*ann. eod.*)

De quibus dubium g est, an baptizati fuerint, baptizantur 90) h his verbis 91) præmissis: si baptizatus es 92), non te 93) baptizo 94), sed, si nondum baptizatus es, ego te baptizo, etc. 95)

90) *Baptizentur*, C. R. L. et c. 2. comp. cit. e.

91) Ad effugiendam reiterationem baptismi, quem sine *iteratione* baptizantis non conferri tradit Romana ecclesia, adeoque hac *conditionata formula* vtitur. Pariter *fœtum*, in ventre adhuc clausum, sed editioni propinquum, *conditionate* aqua aspergendum esse docent, quando ignoratur ex difficultate partus, vtrum monstrum, an verus homo in ventre sit, dicentes: *si es monstrum, ego te non baptizo*: *si verus homo es, ego te baptizo* etc. Non æquali tamen rigore hanc *iterationem* in baptismo adplicat et desiderat INNOCENTIVS IV. *ad c.* 2. *h. t. n.* 1.

92) Cit. c. non habet verba: *si baptizatus es*.

93) *Ego non te*, C. R. 1.

94) *Rebaptizo*, C. R. L. ed. ant. et cit. e.

95) *Baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.* C. R. loco sigli: etc.

CAP. III.

Sacramentum baptismi vtiliter confertur paruulis: licet non credant nec intelligant, et remittitur eis peccatum originale. H. d. vsque ad §. *Verum.*

INNOCENTIVS III. *Arelaten. archiepisc.* 96) (*ann.* 1205. *Romæ in Gall.*)

Maiores ecclesiæ i caussas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelligit, qui eum quærenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabat 97): *tu es* k *Christus* 98) *filius Dei viui*: et pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides eius. [*Hæc igitur te notasse sollicite, coniicimus euidenter, qui vt hæreticos, ecclesiam impugnantes, melius nostra munitus auctoritate repellas,*] quibusdam quæstionibus, quas contra catholicos hæretici 99) mouerant 100), nos postulas 1) respondere. Asserunt enim, paruulis inutiliter baptisma conferri: quod nituntur [*tam ratione, quam auctoritate,*] probare 2), illud primo et præcipue inducentes, quod, cum secundum verbum Iacobi l apostoli, dicentis in epistola sua: *caritas operit multitudinem peccatorum*: et iuxta illud 3) testimonium veritatis in euangelio m de peccatrice, quæ ipsius pedes lauerat, perhibentis: *dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: non nisi per caritatem et in caritate crimina dimittantur 4), paruulis, qui nec sentiunt, nec consentiunt, et caritatem non habent, quæ sentientibus et consentientibus tantum infunditur, peccatum non dimittitur in baptismo 5). [*Et sic eis baptisma non confertur: quia non est talibus conferendum. In euangelio quoque legitur: qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur: vnde paruuli, siue fuerint, siue non fuerint baptizati, condemnabuntur, vtpote non credentes.*] Ad id autem taliter respondemus, quod 6) n baptisma successerit circumcisioni.

96) vocab. *Arelat. archiep.* desiderantur in c. 1. comp. 3. h. t.

97) *Vocabat*, C. R. 1. *notauit*, C. R. 2. ed. gl. et cit. e.

98) *Christus*, in cit. c. non habetur.

99) *Hæretici*, ibid. omittitur.

100) *Mouebant*, C. R. 1. *mouerunt*, L.

1) *Postulat*, C. L.

2) C. R. 1. addit: *tam ratione quam exemplo.*

3) *Illud*, abest a C. R. L. et cit. c.

4) *Dimittuntur*, C. R. et L.

5) C. R. 1. addit: *et sic baptismum non confert, et infra.*

6) *Quod, cum*, ed. ant. et Cont.

a Archiep. Sipontin. b *Vid. B. Th.* 3. *p. q.* 83. *art.* 2. *ad* 2. *arg.* c Caselens. *al.* Valnaten. *al.* Vbsalens. *Hoc vitamus eradu veriate.* d *Vid. B. Th.* 4. *p. q.* 74. *art.* 8. *et Scotum l.* 4. *sent. dist.* 9. *q.* 1. *art.* 6. e *Vid. B. Thom. q.* 74. *art.* 4. *et q.* 83. *art.* 3. *ad* 6. *arg. et q.* 74. *art.* 6. *et* 7.

f *Cap.* 1 *de baptism. puer. in* 2. *comp. Vid. B. Thom.* 3. *p. q.* 66. *art.* 5. *et Scotum l.* 4. *sent. dist.* 3. *q.* 1. *art.* 3. g *Vid. B. Thom.* 3. *part. q.* 66. *art.* 9. *et B. Clement l.* 6. *c.* 15. *constitutionum apostolicarum.* h *Al.* baptizentur. i *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* k *Matth.* 16. *et Luc.* 22. l *Iac.* 5. *et* 1. *Petr.* 4. m *Luc.* 7. n *Perperam in vulgatis*: quod cum baptisma, etc.

Absit

Absit enim, vt 7) in illam damnatam hæresim incidamus, quæ perperam affirmabat, legem cum euangelio, et circumcisionem cum baptismo seruandam: quoniam secundum apostolum, dicentem ad Galatas a: *si circumcidimini, Christus nihil vobis prodest.* Cum ergo circumcisio tam adultis, quam paruulis ex præcepto Domini 8) conferretur 9): ne baptismus, qui succedit 10) loco ipsius, et generalior tamen existit 11), cum 12) tam viri, quam feminæ, baptizentur, minoris videatur 13) effectus, tam adultis, quam paruulis, est conferendus. Sicut enim [olim] sine distinctione qualibet Mosaica b lex clamabat: *anima, cuius præputii caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo*; ita nunc indistincte vox intonat 14) euangelica c: *nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei*: ab hac generalitate nec sexum, nec ætatem excludens. [*Vnde, sicut anima circumcisi de populo suo non peribat: sic, qui ex aqua fuerit et Spiritu sancto renatus, regni cælorum introitum obtinebit.*] Caute tamen notandum 15) est, quantum plus baptismus hodie conferat Christianis, quam quondam Iudæis circumcisio contulisset: dictum est in fine prædictæ auctoritatis inductæ de veteri lege d: *peribit de populo suo*: in euangelica vero auctoritate 16) subiunctum est: *non intrabit in regnum Dei*: quoniam, etsi originalis culpa remittebatur per circumcisionis mysterium 17), et damnationis periculum vitabatur, non tamen perueniebatur ad regnum cælorum, quod vsque ad mortem Christi fuit omnibus obseratum 18) e: sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati 19) culpa remittitur, vitatur periculum, et ad regnum cælorum etiam peruenitur, cuius ianuam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. Absit enim, vt vniuersi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin 20) et ipsis misericors Deus f, qui neminem vult perire, aliquod remedium procurauit 21) ad salutem. Cæterum ex vi litteræ satis patet, prædictas auctoritates intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum: cum de paruulis non possit 22) intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter et illa [alia] auctoritas est soluenda: *qui g crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit etc.* cum non possint credere paruuli, sed adulti. Et ob hoc 23) tota auctoritas hic 24) h intelligenda est [tantummodo] de adultis, nec ad alios prima, et ad alios secunda clausula referatur; quamuis nonnulli concedant, quod paruuli credunt non per vsum, sed per habitum fidei, quem 25) suscipiunt in baptismo: sicut et alia multa verba secundum communem vsum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem, referuntur. Illud vero i, quod opponentes 26) inducunt, fidem aut caritatem, aliasque virtutes paruulis, vtpote non consentientibus, non infundi, a plerisque non conceditur absolute; cum propter 27) hoc inter doctores theologos quæstio referatur, aliis asserentibus, per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: nonnullis [vero] dicentibus, [et] dimitti 28) k peccatum, et virtutes infundi habentibus illas, quoad habitum, non quoad vsum 29), donec perueniant 30) l ad ætatem adultam.

Originale peccatum, quod sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiam non consentienti, vt paruulis; secus de actuali: quia, sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur. Hoc dicit vsque ad §. *Sed adhuc.* Abbas.

Verum quidam ex hac solutione inuenisse se credunt viam ad alias quæstiones, argumentantes ex eo, quod dicimus, paruulis in baptismate peccatum originale dimitti, quod et adultis dormientibus vel amentibus peccatum, si baptizentur, ratione simili dimittatur 31). Cum enim neutri sentiant tunc, vel consentiant: dicunt, idem in consimilibus iudicandum. Hic vero dicimus, distinguendum, quod peccatum est duplex originale scilicet, et actuale; originale, quod absque consensu contrahitur: [et] actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu contrahitur, sine consensu 32) per vim remittitur sacramenti: actuale vero, quod [cum] consensu contrahitur m, sine consensu minime relaxatur.

Licet in baptismo dimittatur originale peccatum paruulis, qui tamen consentire non possunt: in adultis tamen, amentibus vel dormientibus, qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale, et item etiam nec originale. H. d.

Sed adhuc quæritur, quare non saltem originale peccatum amentibus, et dormientibus in baptismo, sicut paruulis, dimittatur. Ad hoc taliter est respondendum, quod Dominus, qui totum hominem saluum 33) n fecit in sabbatho, opus imperfectionis non nouit: et ob hoc peccata, non ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, est carentia visionis Dei: actualis vero pœna peccati, est gehennæ perpetuæ cruciatus. Vnde, si dimitteretur alicui primum, altero non dimisso; talis non careret visione Dei propter originale dimissum, et cruciaretur in gehenna perpetuo propter reatum criminis actualis: sed hæc tanquam incompassibilia 34) o sese minime patiuntur, imo sibi mutuo aduersantur.

Amentes vel dormientes baptizati, si ante dementiam vel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt, alias secus: coacti vero consentiunt suscipiunt. H. d. vsque ad finem.

Item 35) quæritur p, vtrum [huiusmodi] dormientibus et amentibus sacramenti saltem character 36) in baptismate imprimatur, vt excitati a somno, vel ab ægritudine liberati, non sint denuo baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quod sacramenta, quæ per se sortiuntur effectum, vt baptismus et ordo, cæteraque similia, non solum dormientibus et amentibus, sed inuitis [etiam] et contradicentibus, etsi non, quantum ad rem, quantum tamen ad characterem, conferuntur: cum non solum paruuli, qui non consentiunt, sed et ficti, qui quamuis non ore, corde tamen dissentiunt, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quod, qui fuissent inuiti et reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad iurisdictionem ecclesiasticam 37) pertinerent 38): vnde ad seruandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi. Verum id est religioni Christianæ q contrarium, vt semper inuitus et penitus contradicens ad recipiendam et seruandam Christianitatem aliquis compellatur. Propter r quod inter inuitum et inuitum 39), coactum et coactum, alii non absurde distinguunt; quod is 40), qui terroribus atque 41) suppliciis violenter attrahitur, et s, ne 42) detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum, talis [quidem,] sicut et is, qui ficte ad baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum, et ipse, tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est [tamen] ad obseruantiam 43) t fidei Christianæ. In quo casu debet intelligi decretum [illud] concilii Toletani u, vbi dicitur, quod, qui iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus x religiosissimi principis Sisibuti 44), quia 45) iam constat, eos sacramentis diuinis associatos, et baptismi gratiam suscepisse, et chrismate vnctos esse, et corporis Domini exstitisse participes, oportet etiam, vt fidem, quam necessitate susceperunt y, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, et fides, quam susceperunt,

7) *Vt*, a C. L. abest.
8) *Domini*, C. R. 1. non habet.
9) *Conferatur*, est ibid. sed in C. L. *conferetur*.
10) *Successit*, C. R. L. et ed. ant.
11) *Exstitit*, C. R. 2.
12) C. R. 2. legit: *vt*, et a L. abest. partic. *cum*, loco huius in cit. c. est: *non*.
13) *Videantur*, C. L.
14) *Infonat*, C. R. 2.
15) *Adnotandum*, cit. c. omisso verbo: *est*.
16) *Veritate*, C. R. 1. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
17) *Ministerium*, C. R. 1.
18) *Consecratum*, ibidem. *obseruatum*, cit. c. sed vitiose.
19) *Roboratum*, C. L.
20) *Quando*, C. R. 1. *quoniam*, C. R. 2. et ed. ant.
21) *Procurauerit*, C. R. 2. L. ed. ant. Cont. Pith. et Gonz.
22) *Posset*, C. R. et L. non *possent*, cit. c.
23) *Sed ob hoc*, C. R. 1.
24) *Hæc*, C. R. 1. et cit. c. sed C. R. 2. et L. habent *h*.
25) *Quam*, C. R. 1. L. et cit. c.
26) *Proponentes*, C. R. 1.
27) *Et propter*, ed. ant.
28) *Et dimitti*, C. R. et L.
29) *Ad vsum*, C. R. 2. L. et ed. ant.
30) *Peruenerint*, C. R. L. et cit. c.
31) *Peccata - - dimittantur*, C. R. 1.

32) *Cum consensu*, C. R. 2. *per consensum*, L.
33) *Sanum*, C. R. 2. L. et cit. c.
34) *Impossibilia*, C. R. 1. et ed. ant. *imposs.* cit. c.
35) *Interim vero*, cit. c.
36) Doctrinæ, quod per baptismum conferatur *character indelebilis*, fontem aperui in *c. 97. C. I. q. 1.* not 89*. ostendique, AVGVSTINVM simile in hoc argumento a *charactere regali*, quo milites manu olim signati erant, sumsisse, quod per hoc lauacrum, *militia spirituali* baptizatus agglutinetur, et sic characterem spiritualem accipiat.
37) *Ecclesia*, C. R. 1.
38) H. e. fit subditus reip. ecclesiasticæ, vt postea cum liberis sub hoc permanere debeat, et ad hoc cogi queat. Vnde *apostasia* crimen grauissimum ecclesiasticum. *c. 94. de cons. dist. IV.* Re vera etiam fit baptizatus *nouus homo* ciuiliter, macula liberatur, inter *honestos* postea habetur, dignitatum ciuilium et iuris ciuitatensis particeps, a *censu* iudæis imposito, liberatur, et ita effectus *ecclesiasticos* et *ciuiles* accipit quam plurimos.
39) *Inter vitum et inuitum, coactum et incoactum*, C. R. 1.
40) *Is*, desideratur ibid.
41) *Absque*, ibid.
42) *Vt ne*, ibid.
43) *Ad obseruationem*, cit. c.
44) *Sisebuti*, C. R. L. et c. cit. Ita etiam legitur in *c. 5. dist. XLV.* Atque canon 57. *concil. Tolet. IV.* refertur in *c. 94. de cons. dist. IV.* regustatus etiam *c. 58. eiusd. concil.* similis argumenti, in quo consulta regis SISEMVNDI, qui concilio huic interfuit, decretum eiusdem tenoris factum et constitutum est, vt iudæi desertores ad Christianam fidem auctoritate pontificali reuocentur.
45) *Quare*, ed. ant.

a *Gal. 5.* b *Gen. 17.* c *Ioann. 3.* d *Gen. 17. Leuit. 12.* e *Id est*, clausum. *In multis vulgatis mendose legitur*: obseruatum. f *1. Tim. 2.* g *Matth. 28.* h Hæc. i *Vid. B. Thom. 3. p. q. 69. art. 6.* k *Al.* et dimitti. l Peruenerint.

m *Al.* quod cum consensu contrahitur, etc. n *Al.* sanum, vt plerumque in antiquis codicibus. o *Al.* incompossibilia. p *Vid. B. Thom. 3. p. q. 80. art. 9.* q *Vid. B. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. et ibi Caietan.* r *Perperam in pluribus vulgatis*: propter quod inter inuitum, et non inuitum, coactum et non coactum, etc. s *Al.* ita vt ne, etc. t Obseruationem. u *Distl. 4. c. 56.* x In tempore. y Receperunt.

vilis

vilis ac contemptibilis habeatur. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramenti; quia plus est expresse contradicere, quam minime consentire: sicut nec ille notam alicuius reatus *a* incurrit, qui, contradicens penitus et reclamans, thurificare idolis cogitur violenter 46). Dormientes autem et amentes, si, priusquam amentiam incurrerent, aut *b* dormirent, in contradictione persisterent 47), quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, etsi 48) *c* fuerint sic immersi, characterem non 49) suscipiunt sacramenti. Secus autem, si prius catechumeni exstitissent, et habuissent propositum baptizandi: vnde tales in necessitatis articulo consueuit ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariae 50) non inuenit obsistentem.

46) *Violenter*, a C. R. et L. abest.
47) *Persisterent*, C. R. 1. L. et cit. c.
48) *Si*, est in C. R. L. et cit. c.
49) *Nec*, cit. c.
50) ibidem omittuntur verba: *voluntatis contrariae*.

CAP. IV.

Nemo potest se ipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo.

IDEM *Meten. episcopo.* (*ann.* 1205.)

Debitum 51) *d* [*pastoralis officii exsoluis, cum super dubiis iuris articulis responsa sedis apost. postulas edoceri.*] Sane, [*per tuas nobis litteras*] intimasti, quod quidam Iudaeus, in mortis articulo constitutus, cum inter Iudaeos tantum existeret, in aquam se ipsum immersit, dicendo: ego me baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen 52). [*Nunc autem quaeris, vtrum ille Iudaeus, in deuotione fidei Christianae perseuerans, debeat baptizari. Nos autem f. t. r.*] respondemus, quod, cum inter baptizantem et baptizatum debeat esse discretio 53) *e*, sicut ex verbis Domini colligitur 54), dicentis *f* apostolis: *ite* 55) *g*, *baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, memoratus Iudaeus est denuo 56) ab alio baptizandus: vt ostendatur, quod alius est, qui baptizatur, et alius, qui baptizat. Ad quod etiam designandum ipse Christus non a se ipso, sed a Ioanne voluit baptizari: quamuis, si talis continuo decessisset, ad coelestem 57) patriam protinus euolasset 58) *h* propter sacramenti fidem, etsi non *i* propter fidei sacramentum. In baptismo quippe illa spiritualis 59) generatio *k* celebratur, de qua Veritas ait *l*: *oportet vos nasci denuo: quia, nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non intrabit in regnum coelorum.* Sicut ergo *m* in carnali generatione, qua *n* proles ex viro et femina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, et alius 60), qui carnaliter gignitur: sic 61) [*et*] in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua et Spiritu sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, et alius, qui spiritualiter generetur. Sane, cum corpus exterius, siue cum cor interius baptizatur 62): oportet, vt vtrobique paternitas et filiatio valeat 63) inueniri, quibus baptizans et baptizatus ad inuicem referantur 64).

51) In C. R. 1. additur: *pastoralis*.
52) *Amen*, non habetur in c. 2. comp. cit. *l*.
53) *Distinctio personae.* C. R. 1. *differentia*, L.
54) *Intelligitur*, C. L.
55) *Ite*, abest a C. R. a. ed. ant. Cont. et cit. c. sed L. legit: *ite et*.
56) *Denuo*, desideratur in cit. c.
57) *Coelestem*, abest a C. R. 2. L. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
58) *Conuolasset*, C. R. 2. et L.
59) *Specialis*, C. R. 1.
60) *Et alius est*, ed. ant.
61) *Sic et*, C. R. L. et ed. ant.
62) *Baptizatur*, C. L.
63) *Debeat*, C. R. 1.
64) *Referatur*, C. R. 1. et cit. c. Reliqua vide in c. 5. *X. de bigam.*

CAP. V.

Vbi deest verbum, vel elementum aquae: non est baptismi sacramentum.

IDEM *Merofien.* 65) *episcopo.* *o* (*ann.* 1205.)

Non vt *p* apponere, 66) [*tibi scientiam, sicut credimus, sed vt per oraculum verbi nostri suorum ignorantiam subditorum melius erudires, apostolicum tibi responsum fieri,*] postulasti, vtrum paruuli sint pro Christianis habendi, quos, in articulo mortis constitutos, propter aquae penuriam et absentiam sacerdotis, aliquorum simplicitas in caput ac pectus, ac inter scapulas pro baptismo saliua conspersione *q* liniuit. Respondemus, quod 67), cum in baptismo duo semper, videlicet verbum et elementum, necessario requirantur, iuxta quod de verbo Veritas ait *r*: *euntes in mundum vniuersum, praedicate euangelium s omni creaturae, et* 68) *baptizate omnes gentes, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*: eademque dicat de elemento: *nisi t quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum coelorum u*, dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solum vtrumque praedictorum, sed eorum alterum est omissum.

65) *Nidrosien.* C. L. et R. 3. comp. 3. cit. rectius legunt.
66) *Opponeres*, C. R. 2. et L.
67) In cit. c. non leguntur verba: *respondemus, quod*: et noua periodus deinde ita inchoatur: *Cum igitur etc.*
68) ibid. desiderantur verba: *praedicate euangelium omni creaturae, et*.

CAP. VI.

Baptizatos a Latinis, Graeci rebaptizare non debent.

IDEM *in concilio generali.* *x* (*ann.* 1216.)

Licet Graecos *y* diebus nostris, ad obedientiam 68*) sedis apostolicae reuertentes, fouere ac honorare velimus, mores ac ritus eorum, in quantum cum Domino possumus, sustinendo: in his tamen illis deferre non *z* volumus 69), nec debemus, quae periculum generant animarum, et ecclesiasticae derogant honestati. Postquam enim Graecorum ecclesia, cum quibusdam complicibus et fautoribus suis, ab obedientia sedis apostol. se subtraxit: in tantum Graeci coeperunt abominari Latinos, quod inter alia, quae in derogationem 70) eorum impie committebant, si quando sacerdotes Latini super eorum celebrassent altaria, non prius ipsi sacrificabant 71) in ipsis, quam ea, tanquam per hoc inquinata, lauissent. Baptizatos etiam a Latinis ipsi Graeci rebaptizare ausu temerario praesumebant 72): et adhuc, sicut accepimus, quidam hoc agere non verentur. Volentes igitur tantum scandalum ab ecclesia Dei amouere, sacro suadente concilio, districte praecipimus, vt talia de cetero non praesumant, conformantes se, tanquam filii obedientiae, sacrosanctae Romanae ecclesiae, matri suae: vt sit vnum ouile, et vnus pastor. Si quis autem tale quid praesumserit: excommunicationis mucrone percussus, ab omni officio et beneficio ecclesiastico 73) deponatur *a*.

68*) *Ab obedientia*, c. 1. comp. 4. h. t.
69) *Nec volumus*, C. R. L. et cit. c.
70) *In derogatione*, C. R. 1.
71) *Sacrificare volebant*, cit. c.
72) Graeci a Latinis non tantum differebant in *formula baptismi dandi*, sed etiam in ipso praecipue *ritu*, *immersione* antiquitus vsitate, non *aspersione* vtentes. Vnde Latinos per contemtum *adspersos* vocarunt, et *haeresin* in hac quaesiuerunt. Olim de salute *clinicorum*, in lecto perfusorum, aqua non immersorum, dubitatum etiam fuisse, docet *CYPRIANVS epist.* 69. *edit. Brem.* vt etiam a clericatu alieni redderentur c. 157. *de consecr. dist.* 4. Diu durauit *immersio* etiam in *Occidente*, adeo, vt seculo XII. adhuc eius vsus quidam superfuerit, vt constat ex vita *OTTONIS* episcopi, relata a *CANISIO tom. III. lect. antiqu. P. II. p.* 60. *edit. non Basnag.* Hac de caussa Graeci credebant, verum baptismum a Latinis non conferri, adeoque rebaptizatione opus esse, quod dogma Donatistae potissimum contra baptizatos ab haereticis grauiter tuebantur, et anabaptistae reguitarunt, credentes, paedobaptismum inutilem et nullius momenti esse.
73) *Ecclesia*, ibid.

TITVLVS XLIII.
DE PRESBYTERO NON 74) BAPTIZATO.

CAP. I.

Si non baptizatus ordinatur: ordinis characterem non recipit.

Ex concilio apud Compendium 75) *x*. (*in Gallia.*)

Si quis presbyter ordinatus deprehenderit, se non esse baptizatum: baptizetur, et iterum ordinetur.

74) *Nondum baptizato*, comp. 1.
75) Interpolatus etiam hic canon est in *decreto GRATIANI* sub signo *palea* in c. 60. *C. I qu* 1. qui tamen in dicto concilio non deprehenditur, vt monstratum ad *c. cit* 60. *not.* 30. Ceterum ipsa verba huius canonis supersunt *libr. V. capitular.* 4. vnde eum laudare forsan nefas esse credidit *BVRCHARDVS libr. IV. c.* 74. aliique omnes, eum secure exscribentes, more suo, decepit.

CAP. II.

Omissio baptismi non nocet credenti probabiliter, se esse baptizatum.

INNOCENTIVS III. 76) *y episcopo Cremon.*

Apostolicam *a* sedem, [*venerabilis frater noster, vt debuisti*,] consulere decreuisti: [*et infra.*] [*Vnde*] inquisit. 77) tuae taliter 78) respond.

76) Rectius sine dubio C. L. INNOCENTIVS II. legit, vt paulo post annum MCXXX. haec decretalis referri debeat. Refertur enim in compil. ant. 1. quae decretalem nullam INNOCENTII III. referre potuit. Interim communem errorem secutus est ALTESERRA, et commentarium quoque ad *h. c.* dedit in *comment. ad Innocentii III. decretales.*
77) *Vnde inquisitioni*, C. R. L. et Ganz.
78) *Breuiter et placide*, c. 2. comp. 1. h. t.

a Criminalis. *b* Vel. *c* *Al. ita:* si fuerint sic immersi. *al.* si fuerint immersi. *d* *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp. vid. Sot. l.* 4. *sent. dist.* 4. *q.* 1. *art.* 3. *vers. circa secundum.* *e* *In cod. Barb.* debeat distinctio personarum, *etc.* *f* *Matth.* 28 *g* *Verbum*, ite, *deest in aliquot exemplarib. antiquis.* *h* Conuolasset. *i* *In recentioribus codic. ita:* et non propter, *etc. sed ex antiqu. restituimus, vt est impressum.* *k* Regeneratio *l* *Ioann.* 3. *m* Enim. *n* Per quam. *o* Indrosien. *al.* Nidrosien. *p* *C.* 3. *eod. tit. in* 3. *comp. D. Thom.* 3. *p. q.* 60. *art.* 5, 6, *et* 7. *et q.* 66. *art.* 3, 4, *et* 5. *q* Aspersione.

r *Matth.* 28. *s* *Verba:* praedicate euangelium omni creaturae, *desunt in mss. antiqu. cod. Vaticanis.* *t* *Ioann* 3. *x* *Scil. Innocent III. in conc. gener. Later* c. 4. *y* *C.* 1. *eod. tit. in* 4. *comp.* *z* *Al.* nec volumus, nec debemus. *a* *Al.* suspendatur: *sed in concilio* deponatur. *x* *Cap.* 15. *vt ait Burch. libr.* 4. *decr. c.* 74. *et Ivo p.* 1. *c.* 268. *Refertur etiam cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. vid. Thom. in additionibus* 3. *p. q.* 35. *art.* 3. *y* *Antonius Aug. ait, scribendum:* Innocent. II. *sed Vaticani*, III. *habent.* *a* *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.*

presbyterum, quem sine vnda baptismatis extremum diem clausisse [*litteris tuis*] significasti, quia in sanctæ matris ecclesiæ fide, et Christi nominis confessione perseuerauerit 79), ab originali peccato solutum *a*, et cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, [*et sanctorum patrum auctoritate Augustini atque Ambrosii*] asserimus incunctanter. Lege, [*frater*,] super octauo *b* libr. 80) August. de ciuit. Dei, vbi 81) inter cetera legitur: *baptismus inuisibiliter ministratur* 82), *quem non contemptus religionis, sed terminus c necessitatis excludit.* Librum etiam B. Ambrosii de obitu Valentiniani, idem asserentis, reuolue. Sopitis igitur quæstionibus doctorum, patrum sententias 83) *d* teneas, et in ecclesia tua 84) iuges preces, hostiasque Deo *e* offerri iubeas pro presbytero memorato 85).

79) *Perseuerauit*, C. R. 2. L. et ed. gloss.
80) *Octauum librum*, cit. c. sine præpos. sed legendum est: *libr. XVIII.*
81) *Vbi*, ibid. non habetur.
82) *Operatur*, C. R. 1.
83) *Sententiam*, C. R L. ed. ant. et Cont.
84) *Ecclesia tua*, cit. c.
85) *Hostiasque pro eo afferre iubeas*, ibid.

CAP. III.

Non baptizatus ordinari non potest; et, si de facto ordinetur, non recipit ordinis characterem: licet credebatur baptizatus.

IDEM INNOC. III. *Ferrarien. episcopo.* (*ann.* 1205.)

Veniens *f* ad apostolicam sedem l. 86) lator præsentium, nobis exposuit 87), quod, cum [*per singulos ordines vsque*] ad gradum sacerdotii adscendisset 88), comperit 89) tandem [*pro certo*,] quod non fuerit *g* secundum formam euangelii baptizatus: vnde nos eum [*per ven. f. n. Tuscul. episcopum*] rite fecimus baptizari. Cumque super ordinibus 90) *h* [*coram nobis*] fuisset diutius disputatum; quidam in eam declinauerunt sententiam, vt, cum baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum, ante susceptionem baptismi non suscipiatur aliud sacramentum: quoniam, vbi fundamentum non est, superædificari non potest. Porro e contra 91) videri posset. Nam 92) cum quis non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti, efficiatur procul dubio membrum Christi, et qui Christum habet 93) per fidem, etiamsi baptismum non habeat, habet vtique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus; superædificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic et qualibet ecclesiastica sacramenta; cum illud non sit generaliter verum, neque de nouis, neque de veteribus sacramentis, quod baptismus sit fundamentum illorum: quoniam et sacramentum coniugii et [*sacramentum etiam*] eucharistiæ a non baptizatis recipi potest. Præterea sacramentum ordinis non solum pontificalis, sed sacerdotalis etiam et leuitici ex institutione sua præcessit baptismum: per *i* quod forsitan videtur 94), quod ante baptismum huiusmodi ordines possent 95) rite conferri, maxime 96) his, qui baptizati esse creduntur. [*Quid enim, si forsitan is, qui baptizatus esse creditur, et non est, in episcopum saltem de facto fuerit consecratus? Eruntne reordinandi omnes, qui ab eo fuerint ordinati? Et cum de pluribus episcopis nesciatur, an renati fuerint aqua baptismatis, cum nec ipsi reminiscantur, nec alii: dubitatur igitur, an tales veraciter in episcopus sint consecrati. Cum ex hoc tot et tanta sequuntur non solum absona, sed absurda: silendum est potius, quam dicendum.*] Quia vero in concilio apud Compendium 97) legitur constitutum, quod, si quis, in presbyterum ordinatus, deprehenderit, se non esse baptizatum, baptizetur, et iterum ordinetur; nos circa latorem præsentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est, sequentes, [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus ipsum per singulos ordines, vsque ad sacerdotium promouere procures, et permittas, eum in sacerdotio ministrare: quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum. Nec male de sacramento sentitur, cum illud non religionis contemptus, sed articulus necessitatis excludit. Et certe de illo, qui natus de Christianis parentibus, et 98) inter Christianos est fideliter conuersatus 99), tam violenter præsumitur, quod fuerit baptizatus, vt hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec euidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

86) *Dilectus fil.* c. vn. comp. 3. h. t.
87) *Lacrymabili nobis insinuatione monstrauit*, ibid.
88) *Accessisset*, C. R. 2.
89) *Comperit*, cit. c.
90) In C. L. additur: *suis*, et in C. R. 1. *coram nobis.*
91) *Contrarium*, C. R. 2.
92) *Porro cum quis etc.* cit. c.
93) *Habeat*, C. A. 1.
94) *Videretur*, C. R. et L. *propter quod appareт*, cit. a.
95) *Possunt*, cit. c.
96) *Et maxime*, C. R 1.
97) Canonem, *in c.* 1. *X. h. t.* relatum, hic laudat INNOCENTIVS III. vel ex *collect. antiqu.* 1. *c.* 1. *h. t.* vel, quod credibilius est, ex *decreto* GRATIANI, cuius exemplar interpolatum, et *paleæ* refertum, sine dubio habuit INNOCENTIVS III. Dubito enim, verum *compil. ant.* 1. eius tempore eamdem, quam *decretum*, habuerit iam auctoritatem apud pontificem, cui totus immersus fuit. Neque enim ipsos fontes veros consuluit; adeoque decreto errante, ipse quoque errauit.
98) *Et*, abest a C. R. ed. ant. et cit. a.
99) *Fideliter conuersatur*, C. R. 2.

TITVLVS XLIV.

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE *k*, CHRISMATIS, ET ALIORVM SACRAMENTORVM 100).

CAP. I.

Eucharistia et chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri: et contra facientes sunt puniendi.

INNOCENTIVS III. *in concilio generali*, c. 20. (*ann.* 1216. *Romæ.* Conf. c. 2. comp. 4. de baptismo et ei. eff.)

Statuimus, vt in cunctis ecclesiis chrisma et eucharistia, sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruentur: ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria 1) *l* exercenda 2). Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit; tribus mensibus ab officio suspendatur: et, si per *m* eius incuriam aliquid nefandum inde 3) contigerit, grauiori subiaceat vltioni.

100) *De custodia eucharistiæ et sacramentorum et chrismatis*, C. R. 2. *de custodia eucharistiæ*, L.
1) *Nefanda*, ed. ant.
2) *Generanda*, c. 2. comp. 4. de baptismo etc.
3) *Inde*, ibid. non legitur.

CAP. II.

Supellectilia in ecclesiis poni non debent, nisi necessitas vrgeat. Hoc dicit primo. *Ecclesiæ debent sua vasa et vestimenta munde tenere.* Hoc secundo.

IDEM *in eodem n.*

Relinqui noluimus incorrectum, quod quidam clerici ecclesias sic exponunt 4) supellectilibus propriis, et etiam alienis, vt potius domus laicæ, quam Dei basilicæ videantur, non considerantes, quod Dominus non sinebat, vt vas transferretur per templum. Sunt et alii, qui non solum ecclesias dimittunt incultas, verum etiam vasa ministerii, et vestimenta ministrorum 5), ac pallas altaris, nec non ipsa 6) corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus sunt horrori. Quia vero zelus nos comedit domus Dei; firmiter prohibemus, ne huiusmodi supellectilia in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates vrgentes, ad eas oporteat 7) haberi 8) *o* refugium, sic tamen 9), vt, necessitate cessante, res in loca pristina reportentur. Præcipimus quoque, vt oratoria 10), vasa, corporalia, et vestimenta prædicta, munda et nitida conseruentur 11). Nimis enim videtur 12) absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis 13).

4) *Disponunt*, c. 1. comp. 4. de imm. eccles.
5) *Ministrorum*, C. A. 2.
6) *Et ipsa*, C. R L. Gonz. et ed. ant.
7) *Oporteret*, C. R. 1. *oportet*, L.
8) *Habere*, cit. c.
9) *Tamen*, a C. R. 2. abest.
10) In cit. c. legitur: *ordinaria vasa.* In ipsa origine tamen est *oratoria* apud HARDVINVM aliosque conciliorum collectores. Non improbabilis tamen est coniectura GONZALEZII, arbitrantis, legendum esse *oraria*, quæ cum vestibus sacris arctius coniunguntur, quam *oratoria.*
11) *Etiam seruentur*, C. L. et cit. c.
12) *Videretur*, cit. c.
13) *Quas dedecens est sustinere etiam in profanis*, C. R. 1. *quæ dedecent in profanis*, cit. c.

TITVLVS XLV.

DE RELIQVIIS ET 14) VENERATIONE SANCTORVM.

CAP. I.

Sine papæ licentia non licet aliquem venerari pro sancto.

ALEXANDER III. (*ann.* 1170. *Romæ.*)

Audiuimus *p*, quod quidam inter vos 15) [*sunt, qui*,] diabolica fraude decepti, hominem quemdam, in potatione et ebrietate occisum, quasi sanctum, more infidelium, venerantur: cum vix pro talibus, in ebrietatibus peremptis, ecclesia permittat orare. Dicit enim apostolus *q*. [*quod*] *ebriosi* [homines] *regnum Dei non possidebunt.* Illum ergo

14) Titulus hic in comp. 2. ita sonat: *de veneratione sanctorum.*
15) *Monachos* scilicet. Indubie enim scribit ad conuentum cuiusdam monasterii in diœcesi Lexouiensi, obseruante GONZAL. *h. c.* quia fabulas plures de miraculis editis componere solebant quæstus gratia, cuius insigne specimen in *h. c.* refertur, alias vero fraudes in *c. sequ.* adducuntus.

a Absolutum. b *Al.* super octauum. *al.* super VIII. c Articulus. d Sententiam. e Domino. f *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* g Fuerat. h *In cod. Barb.* ordinib. coram nobis fuisset aliquamdiu disputatum. i *Al.* propter quod, *etc.* forsitan videretur.

k De custodia eucharistiæ et aliorum sacrament. l Nefanda. m *In cod. Barbarin ita:* et si per eius incuriam aliquid nefarium contigerit, deinde grauiori, *etc.* n *Scil. concil. Lateran. cap.* 19 *et cap.* 1 *tit. de immunit. eccles. in* 4. *compil.* o Habere. p *Cap.* vn. *de venerat. sanct. in* 2. *compil.* q *Ep.* 5.

[homi-

[*hominem*] non præsumatis de cætero colere: cum, etiamsi per eum miracula [*plurima*] fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto absque auctoritate Rom. eccl. [*publice*] venerari.

CAP. II.

Sanctorum reliquiæ vendi non possunt, vel passim ostendi non debent: ne circa illas populus decipi possit.

INNOCENTIVS III. *in concilio generali.* a (*ann. 1216.*)

Cum ex eo b, quod quidam sanctorum reliquias exponunt venales, et eas passim ostendunt, Christianæ religioni detractum sit sæpius: ne in posterum detrahatur 16), præsenti decreto statuimus, vt antiquæ reliquiæ amodo 17) extra capsam nullatenus ostendantur, nec exponantur venales. Inuentas autem de nouo, nemo publice venerari præsumat: nisi prius auctoritate Romani pontif. fuerint approbatæ c. Prælati vero non d permittant eos, qui ad eorum ecclesias causa venerationis accedunt, variis 18) figmentis, aut falsis documentis decipi, sicut in plerisque locis occasione quæstus fieri consueuit 19).

16) *Et ne in posterum fiat*, c. 2. comp. 4. de imm. eccles.
17) *Amodo*, non est in ed. ant.
18) *Variis*, ibid. non habetur, sed *vanis*, legitur in cit. c.
19) Verba, in integra decretali hoc cap. sequentia, sunt in *c. 14. X. de pœnit.*

TITVLVS XLVI.
DE OBSERVATIONE 20) e IEIVNIORVM.

CAP. I.

Vigilia, occurrens in dominica, ieiunari debet in sabbatho: et ieiunanda est vigilia B. Matthiæ.

INNOCENTIVS III. *clericis S. Petri Magalon.* 21) (*ann. 1203.*)

Ex parte vestra quæsitum fuit [*a nobis*,] vtrum, si natiuitatem Domini, vel assumptionem B. Mariæ, vel festiuitatem alicuius apostolorum 22) in secunda feria contigerit euenire, die sabbathi præcedentis 23) f vigilia debeat ieiunari, et vtrum in vigilia B. Matthiæ apostoli, sit ieiunium iniungendum. Ad quod breuiter 24) respondemus, quod die sabbathi festiuitates prælibatas g secundæ feriæ præcedentis, et B. Matthiæ apostoli debet vigilia ieiunari.

20) *De obseruantia ieiuniorum*, comp. 3.
21) *Magalonen.* C. L. *Magal.* ed. ant. Cont. et Pith. Sed *Magdalon.* c. 1. comp. cit. 3. rectius.
22) *Apostoli*, C. R. 2.
23) *Præcedenti*, legitur in C. L. et c. cit. non die solis, qui *lætitiæ*, et quo ieiunare nefas est.
24) *Taliter*, C. R. 2.

CAP. II.

Non capit congruam summationem: et textus in se satis clarus est, et multa sunt dicta, quæ patent per §.

IDEM *Braccaren.* 25) *archiepiscopo.* (*ann. 1213.*)

Consilium h nostrum 26) [*super quibusdam articulis requisisti, vtrum in omnibus sit apostolorum vigiliis ieiunandum, cum quidam asserant, non esse ieiunandum in omnibus, sed sex tantum. Verum etiam ieiunandum sit in aduentu Domini, cum tamen sentiant diuersi diuersa, quibusdam dicentibus, sed paucioribus, ieiunandum esse tunc temporis, pluribus vero se ad hæc asserentibus non teneri. Vtrum insuper, si festum illorum, quorum vigilias ieiunamus, secunda feria celebrari contingat, in præcedenti sabbatho sint vigiliæ ieiunandæ. Nos autem super hac*] consultationi tuæ taliter respondemus, quod [*apud nos*] omnium apostolorum vigiliæ sunt in obseruatione ieiunii celebrandæ 27), præter vigilias apostolorum Philippi et Iacobi, et B. Ioannis euangelistæ: quoniam ipsorum sollemnitas intra sollemnitatem 28) paschalem, istius autem intra natalem Domini celebratur. Ieiunium etiam 29) apud nos in aduentu Domini agitur 30).

Sanctorum i quoque vigiliæ, quorum festiuitates oportet secunda feria celebrari, in præcedenti sunt sabbatho ieiunandæ 31).

De festiuitate vero beati Bartholomæi apostoli, de cuius celebratione 32) dubietas oritur apud quosdam, [*tibi, petenti consilium,*] respondamus, quod in hoc consuetudinem tuæ regionis obserues 33) k: [*et infra.*] Cum autem quæsieris, quæ sit illis pœnitentia iniungenda, qui diebus quadragesimalibus, quo tempore 34) l tantæ famis inedia ingruebat, quod magna pars populi, propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti; [*tibi breuiter*] respondemus, quod in tali articulo illos non credimus m puniendos, [*quos tam vrgens necessitas excusauit;*] preces tamen Domino pro illis, et cum illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur: quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, vbi culpa minime reperitur. Idem de illis, qui propter debilitatem, [*quam in se sentiunt,*] in sabbatho [*iuxta terrarum consuetudinem aliarum*] carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consueuit, cum hoc ab aliis moleste feratur, et oriatur inde 35) illis occasio detrahendi, respondemus 36), quod super hoc consuetudinem tuæ regionis facias obseruari, sic tamen, quod debilibus et infirmis propter hoc periculum non emergat. Præterea [*postulasti responsum habere*] de illis, qui in quadragesima, vel in aliis ieiuniis sollemnibus infirmantur, et petunt sibi esum carnium indulgeri, [*quarum quidam promittunt propter hoc eleemosynam se facturos, quidam vero propter necessitatem infirmitatis vrgentis hoc a te sibi, quasi ex debito concedendi requirunt: super quo tibi*] respondemus, quod, cum non subiaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, cum vrgens necessitas exigit, supportare potes et debes, vt maius in eis periculum euitetur.

25) *Bracharen.* C. L. *Braccharen. episcopo.* c. 2. comp. cit. 3
26) *Vestrum*, C. R. 2.
27) *Celebrantur*, cit. c.
28) *Festiuitas infra festiuitatem*, C. R. 1. *festiuitas infra sollemnitatem*, C. R. 2. et cit. c. *festiuitates infra sollemnitatem paschalem*, h. e. intra quinquaginta dies vsque ad pentecosten, qui dies lætitiæ destinati erant, et a ieiuniis abstinendum. c. 8. et 10. *dist. LXXVI.*
29) *Ipsius*, C. R. 1.
30) *Celebratur*, ibid.
31) *Et sanctor. vigilias - - - ieiunamus*, cit. c.
32) *Festiuitate*, C. R. 2.
33) *Serues*, cit. c.
34) *Tempore illo, quo*, C. R. 2. et cit. c. *tempore, quo*, ed. ant.
35) *In eius occ.* cit. c.
36) *Tale tibi damus responsum*, ibid.

CAP. III.

Si festum natiuitatis occurrit sexta feria: licitum est omnibus carnes comedere, exceptis professis et vouentibus.

HONORIVS III. *Pragen.* 37) *episcopo.* (*ann. 1222.* Conf. c. vn. comp. 5. h. t.)

Explicari n per sed. apost. postulasti, [*vtrum sit licitum illis, qui nec voto, nec regulari obseruantia sunt adstricti, carnes comedere, quando in sexta feria dies Dominicæ natiuitatis occurrit. Ad hoc*] respondemus 38), quod illi, qui nec voto, nec regulari obseruantia sunt adstricti, in sexta feria, si festum natiuitatis Dominicæ die ipso venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam vesci 39) possunt, secundum consuetudinem ecclesiæ generalis. Nec tamen hi a reprehendendi sunt, qui ob deuotionem voluerint abstinere.

37) *Pragen.* C. B. *Pincen.* C. R. 2. *Parganens*, c. vn. comp. 5. h. t. sed omnia hæc mendosa.
38) *Tale damus responsum*, cit. c.
39) *Vti*, C. R. L. et cit. c. *vti possint*, ed. ant.

TITVLVS XLVII.
DE p PVRIFICATIONE 40) POST PARTVM.

CAP. VN.

Mulier post partum statim potest ingredi ecclesiam, nec tenetur abstinere per aliquot dies secundum legem Mosaicam.

INNOCENTIVS III. *Armachan. archiepiscopo* 41). (*ann. 1198.*)

Volens [*fraternitas tua per respons. apostolicam humiliter edoceri, a nobis expetiit, vtrum mulieres statim post partum debeant ecclesias ingredi, vel ab earum ingressu per dies aliquot abstinere.*] Licet q [*autem*] secundum legem Mosaicam certi dies determinati fuissent, quibus mulieres post partum a templi cessarent ingressu; quia tamen lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est: [*nos, sanctorum patrum vestigiis inhærentes,*] inquis. t. t. r. quod, postquam vmbra legis euanuit, et illuxit veritas euangelii 42), si mulieres, post prolem emissam 43) acturæ gratias, ecclesiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole grauantur, nec ecclesiarum est eis aditus [*aliquatenus*] denegandus, ne pœna illis r conuerti videatur 44) in culpam. Si tamen ex veneratione voluerint aliquandiu abstinere: deuotionem earum non credimus improbandam.

40) *De purgatione post partum*, C. R. 1. et L.
41) *Armachano*, C. L. et *libr. I. epist. INNOCENTII III.* 63. legitur. Sed *Armacan. episcopo*, ed. ant. Cont. Pith. et c. vn. comp. 3. h. t.
42) *Euangelii*, C. R. 1.
43) *Enixam*, cit. c.
44) *Ne pœnam illis in culpam conuertere videamur*, ibid.

a *Scilicet Lateran. c. 62. et cap. 2. de imm. eccles. in 4. comp.* b *Vide concil. Trident. sup. citatum c. 1. hoc tit. et Sylvestrum in summa, verbo: reliquiæ.* c Comprobatæ. d *In C. Barbatæ:* non permittant eos de cætero, qui, *etc.* e *D. Thom.* 2. 2. qu. 147. *vid. cap. 1. eod. tit. in 3. comp.* f Præcedenti. g Prælibatæ. h *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* i *Al.* et sanctorum vigilias, quorum quoque festiuitates, *etc.*

k *Vid. l. si fundus. ff. de euict. et l. si seruus. in fin. ff. de leg. 1.* l *Al.* tempore illo, quo tantæ, *etc.* m *Ratio huius dicti est in antiqua compil. quam hic omisit Raymundus, quæ habetur ita:* quos vrgens necessitas excusauit n *Vid. Couarruu. 4. var. resol. c. 20. et Sylvest. in summ. verb.* ieiunium. o illi. p *Al.* purgatione q *C. 1. eod. tit. in 1. comp. Cur purificatio fuerit in lege instituta, vid. Thom. 2. 2. q. 97. art. 4. et de purificatione legitur Leuit. 12.* r *Eas.*

TITV-

TITVLVS XLVIII.
DE ECCLESIIS a AEDIFICANDIS, VEL REPARANDIS 45).

CAP. I.

Habentes beneficium in ecclesia, tenentur contribuere ad ipsius reparationem.

Ex concilio Maguntin. 46) b (c. 42. ann. 813.)

Quicunque ecclesiasticum beneficium 47) habent, omnino adiuuent ad tecta ecclesiæ restauranda 48), vel ipsas ecclesias emendandas, [*et nonam et decimam reddant.*]

45) *Reædificandis et repar.* comp. 1. sed in comp. 2. non sunt vltima.
46) *Magoc.* c. 4. comp. 1. h. t. *Maguntinen.* ed. Cont.
47) *Beneficium ecclesiasticum* hoc tempore habebant laici, quibus ecclesiæ et altaria more, regibus Francorum vsitato, in feudum data erant, quorum feudorum historiam retulit *FILESACCVS in sacrilegio lat.* 2. Iam autem in *concil. Francofurd. de anno DCCLXXXIV. c.* 26. apud *BALVZ. tom. I. capitular. p.* 267. etiam relatu, cautum erat: *vt domus ecclesiarum et tegumenta ab eis fiant emendata vel restaurata, qui beneficia exinde habent.* In capit. *LVDOVICI PII c.* 40. apud *REGINONEM libr.* 1. *c.* 15. et *BALVZ libr. IV. capitul. c.* 40. idem quoque repetitum, et hoc onus *vassis regiis* iniunctum. Aequum enim erat, vt, qui commoda *iure beneficiario* ex ecclesiis perciperent, easdem quoque sartas tectas conseruarent.
48) *Restituenda*, C. B. 2. ed. ant. et cit. c.

CAP. II.

Leprosi permitti debent, sine præiudicio antiquarum parochiarum, habere ecclesiam propriam et presbyterum: nec tenentur soluere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium.

Ex concilio Lateran. III. c. 23. (Conf. c. 1. comp. 1. h. t.)

Cum dicat apostolus, [*abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum: e contra quidam, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, quærentes, leprosis, et qui cum sanis habitare non possunt, vel ad ecclesiam cum aliis conuenire, ecclesias et cœmeteria non permittunt habere, nec proprii iuuari ministerio sacerdotis. Quod quia procul a Christiana pietate esse dignoscitur: de benignitate sed. apostolicæ*] constituimus, vt vbicunque tot simul leprosi sub communi vita fuerint congregati, quod 49) ecclesiam cum cœmeterio sibi construere 50), et proprio gaudere valeant presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, vt iniuriosi veteribus ecclesiis de iure parochiali nequaquam 51) existant. Quod enim 52) eis pro c pietate 53) conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, vt de hortis et nutrimentis 54) animalium suorum, decimas tribuere non cogantur.

49) *Qui*, c. 1. comp. 1. h. t.
50) *Constituere*, ed. ant. Sunt vero tales ecclesiæ tantum *oratoria priuata* seu *capella*, in vsus priuatos leprosorum vel similium, veluti facinorosorum, purgatoriis inclusorum, extructæ, quibus haud concessum est, vt publico cultui sacro interesse possint. Proinde tales capellæ quoque consecratione indigent.
51) *Nequaquam*, C. B. 1.
52) *Tantu*, C. L.
53) *Ex pietate*, C. B. 1. et L. sed in ed. ant. et Cont. desideratur prep. *pro.*
54) *Et de ceteris nutrimentis*, C. B. 1.

CAP. III.

Propter nimiam distantiam ecclesiæ, potest noua ecclesia in ipsius parochia ædificari, et certa portio de antiqua sibi deputari.

ALEXANDER III. *Eboracen. archiepiscopo* 55). (*ann.* 1170.)

Ad audientiam d nostram noueris peruenisse, quod villa, quæ dicitur H. tantum perhibetur ab ecclesia parochiali distare, vt e [*in*] tempore hiemali, cum pluuiæ inundant 56), non possint parochiani, sine magna difficultate ipsam adire: vnde non valeant congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta 57) ecclesia ita dicitur redditibus 58) abundare, quod præter illius villæ prouentus minister illius 59) conuenienter 60) f valeat 61) sustentationem habere: [*f. t. per a f.*] mandamus, quatenus, si res ita se habet, ecclesiam ibi ædifices, et in ea sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad præsentationem 62) rectoris ecclesiæ maioris, cum canonico fundatoris assensu institutas, ad 63) sustentationem suam eiusdem villæ obuentiones ecclesiasticas percepturum, prouidens 64) tamen, vt competens in ea honor pro facultate loci matrici ecclesiæ g seruetur: quod quidem fieri posse videtur, cum eiusdem villæ dominus viginti acras terræ frugiferæ velit ad vsus sacerdotis conferre. Si vero persona matricis 65) ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire: tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, et virum bonum, appellationis cessante diffugio, instituere non omittas.

55) Vee *Eborac. archiepiscopo*, non sunt in ed. ant.
56) *Inundauerint*, c. 2. comp. cit. i.
57) *Parochialis*, ibid.
58) *In redditibus*, C. B. 1.
59) *Ministri illius ecclesiæ*, C. L.
60) *Conuenientem*, C. B. 1. et L.
61) *Valeant*, C. L.
62) Erat hæc ecclesia noua extruenda instar *coloniæ*, a principali ecclesia per *dismembrationem* separatæ. Et quia ex huius redditibus dotata et extructa erat; ius patronatus rectori *ecclesiæ antiquæ* seu parocho competebat, quæ ea de caussa *matrix*, noviter extructa vero *filia* dicebatur: nouo tamen significatu, quod hæc propriu instructa sit sacerdote.
63) *Et ad*, ed. ant.
64) *Prouideas*, C. B. L. et cit. c.
65) *Matrici*, C. L.

CAP. IV.

Rectores ecclesiarum possunt compelli, vt de reditibus, qui supersunt, teneantur conferre ad constructionem, seu reparationem ecclesiæ.

IDEM *Lexouien.* 66) h *episcopo.* (*ann.* 1180.)

De his 67) i, qui parochiales ecclesias habent, [*f. t. taliter*] duximus respondendum, quod ad reparationem et institutionem 68) ecclesiarum cogi debent 69), cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius ecclesiæ, si eis superfint 70), conferre, vt eorum exemplo ceteri inuitentur.

66) *Lexon.* C. B. 1. *Lexonien.* L. *Lexion.* ed. ant. Erronee vero *Exonen.* c. 3. comp. cit. t.
67) Ipsum initium huius decretalis in cit. c. hoc est: *In litteris*; *et infra. De his autem, qui etc.*
68) In C. B. 1. et L. desiderantur verba: *et institutionem*, sed in C. B. 2. adscriptum est manu recentiori: *et instructionem*: quæ verba etiam sunt in cit. c.
69) Quod integros reditus parochiales percipiant, quibus etiam inerat *quarta, fabrica* eius destinata. Ita vero etiam de decimis conferre debent, quod tamen haud attendendum ad decimas alienatas, et a laicis ab antiquo possessas, ceu plenius euici in *vindiciis libertatis decimar. laical. a contribut. ad refect. eccles. paroch.*
70) *Supersunt*, C. L. et cit. c.

CAP. V.

Secularis ecclesia sine præiudicio clericorum ad statum regularem potest reparari: et collegio, quod nondum est, priuilegium non confertur.

VRBANVS III. [*Trundensi, vel potius Tratouiensi, archiepiscopo et G. delegato.*] (*ann.* 1186.)

Ad audientiam k nostram [*iam pridem*] peruenit, quod tu in ecclesia [*de Cologia*,] de qua in episcopum vocatus [*et electus*] fuisti, regulares canonicos desideras ordinare, [*et eorum institutioni de bonis tibi collatis congrue velis prouidere:*] inde siquidem est, quod [*tuum nos desiderium atque propositum multimodis laudibus commendantes*,] hoc deuotioni tuæ auctoritate apostol. indulgemus, si tibi episcopus diœcesanus consenserit in hac parte. Verum 71) si clerici seculares in ea [*fuerint, qui*] adhuc superesse noscuntur: volumus eis, dum vixerint, ibi vel alibi necessaria [*secundum consuetudines*] prouideri l. Licet autem nobis instantius supplicares 72), vt [*in*] ecclesiæ prædictæ [*iure*] confirmationis priuilegium faceremus [*de canonicis;*] tibi 73) non possumus de iure deferre: cum nulli canonici adhuc ibidem existant, quibus priuilegium concedatur 74). [*Eis vtique, cum fuerint instituti, tam in his, quam in aliis precum tuarum obtentu, in quibus cum Deo poterimus, libentius deferemus.*]

71) Post vocem infertarum vltimam, *commendantes*, in c. 4. comp. 2. h. t. series verborum ita differt: *deuotioni tuæ auctoritate ap. indulgemus, vt tanta votum tuum canonicos regulares in ecclesia præscripta, si tibi in hoc episcopo diœcesanus consenuit, ad honorem Dei et ecclesiæ tuæ secundum beati Augustini regulam valeas ordinare, et eos ibidem nullius contradictione et appellatione instituere. Vnde si etc.*
72) *Supplicaris*, C. B. 2. et ed. ant. *supplicaueris*, L. et ed. gloss. *vicini tu nobis instantius supplicarent*, cit. c.
73) *Tua in hac parte deuotioni*, cit. c.
74) *Indulgeatur*, ibid.

CAP. VI.

Non obstante iuramento de rebus ecclesiæ non alienandis, potest episcopus propter indigentiam nouam ecclesiam ædificare.

COELESTINVS III. m (*ann.* 1195.)

Tua nos n duxit 74*): [*et infra.*] Præterea, quia occasione iuramenti, quod de rebus ecclesiæ a non alienandis te asseris præstitisse, in locis tui episcopatus, in quibus populi habitantes oratoriis [*plurimum*] egere 75) videntur: ne prætextu nouorum ecclesiarum, commissa tibi ecclesia destitui videatur, ecclesias formidas erigere, frat. t. [*præsentium*

74*) *Tua nobis duxit*, c. 5. comp. 2. h. t.
75) *Plurimum egere*, C. B. 1.

a *De mater. huius tit. vid. concil. Trident. sess. 7. de reform. cap.* 8. *et plenius sess.* 21 *de reform. cap.* 7. b *Hoc decretum habetur in concil. Maguntin. sub Carolo Magno. Burch.* 3. *decret. c.* 30. *Ivo part.* 3 *c.* 35. *et cap* 4. *eod. tit. in* 1. *comp.* c *Dicto*, pro, *deest in pluribus exemplaribus, et male* d *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* e Quod, *etc.* f Conuenientem.

g *Al. ita:* ecclesiæ matrici maiori seruetur. h Exonen. *al.* Lexonen. i *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. sub Alex. III. p.* 29. *c. n.* k *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *comp.* l *Vid. l. nec auus. C. de emanc. libr. et in l. ex facto. D. de vulg. et pup. substit.* m Alex. III. *in vno aut altero vetusto c.* n *C.* 5. *eod. tit. in* 2. *comp.* o *Al.* ecclesiæ tuæ, *etc.*

signif-

significatione] mandamus, quatenus illius iuramenti occasione nullatenus prætermittas, quin populo indigenti super basilicarum institutione 76) studeas salubriter prouidere.

76) *Instructione*, cit. c.

TITVLVS XLIX.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, COEMETERII, ET RERVM, AD EAS PERTINENTIVM 77).

CAP. I.

In domibus ecclesiarum non debet iudex laicus iudicare, nec hospitium quærere.

Ex synodo Ioannis papæ IX. 78)

Vt in domibus a ecclesiarum, neque missus, neque comes, vel iudex publicus, vel minister, quasi pro consuetudine, placitum vel 79) hospitium vindicent: sed in publicis locis domos constituant, in quibus placitum teneant, et etiam [*secundum antiquam consuetudinem*] hospitentur.

77) *De immun. eccles. et cœmeteriis et rerum, ad eas pertinentium*, C. R. 1. et L. *de imm. ecclesiarum et rerum, ad eas pertinentium.* C. R. 2. *ad eam pertinentium*, comp. 1.

78) Est quidem concilium Rauennæ sub IOANNE IX. habitum anno DCCCXCVIII ab *HARDVINO tom. VI. P. I. coll. concil. p. 492.* relatum: sed inter canones eius hoc capitulum non habetur. Attamen ab *EODEM p. 480.* referuntur *canones concilii anonymi, ex ANTONII AVGVSTINI codice*, inter quos c. 11. sistitur. Verum hæc XII. capitula concilio cuidam haud tribuenda esse, sed potius *edicto imperatoris LAMBERTI*, qui concilio Rauennæ habito, interfuit, et mox post hoc concilium illud publicauit, monstraui supra *ad c. 4. X. de offic. archipresbyt. not. 23.* vbi c. 11. ex hoc edicto imperiali recitatur. Ipse contextus quoque monstrat, *imperiali constitutioni hoc c.* deberi, quæ *missis, comitibus et iudicibus publicis vel ministris* legem præscribit, quod *iuris imperatorii* erat: præsertim cum eo tempore leges imperatorum in *ecclesiasticis* eamdem auctoritatem, ac leges, ab ecclesia conditæ, haberent, quod agnouit IOANNES IX. in *concil. Rauennatensi* cit.

79) *Nec placitum, nec*, c. 1. comp. 1. h. t.

CAP. II.

Tempore magnæ necessitatis, non debet aliquis excusari a murorum, seu ciuitatis custodia. H. d. secundum intellectum Panorm.

GREGORIVS 80) *archiepisc. Tricen.* b (*ann. 598. Romæ in Hispaniam.* Conf. c. 2. comp. 1. h. t.)

Peruenit: [*et infra.*] Fraternitas tua nullum [*neque*] per nostræ vel ecclesiæ suæ 81) nomen, aut [*quolibet*] alio modo excusari 82) a murorum vigiliis patiatur; sed omnes ad hoc 83) generaliter compellantur: quatenus, cunctis vigilantibus, melius valeat ciuitatis custodia procurari 84).

80) Scripta est hæc decretalis a GREGORIO M. anno regiminis octauo ac refertur *libr. VII. ind. 1. epist. 20.* cuius inscriptio sincerior hæc est: *Agnello episcopo Terracinensi.* Sine dubio autem intelligenda de *instante et repentino vrbis periculo*, in quo nemo a defensione eius, ne quidem clerici, excusantur.

81) *Tua*, C. L.

82) *Defendi*, c. 2. comp. cit. 1.

83) *Dict. ad hoc*, ibid. non habentur.

84) *Prouocari*, frustra est ibid.

CAP. III.

Rusticus, adstrictus ad culturam agrorum ecclesiæ, non potest illam deserere. H. d. summando generaliter.

IDEM GREGOR. *Vitali defensori Sardiniæ* 85). c (*ann. eod. Romæ.*)

Indicatum est 86): [*et infra.*] Dictum est [*etiam*] nobis, quod rustici ecclesiæ, rura eius [*propria*] deserentes, in priuatorum possessionibus culturam 87) [*laboris*] exhibeant 88): quod 89) experientia tua fieri non permittat.

85) Scripta est decr. hæc eod. regiminis cum præcedente anno, relata *libr. VII. ind. 2. ep. 66.*

86) *Indicatum*, C. R. 2.

87) *Laboris*, C. R. 2. addit.

88) Post hæc in *cit. epist.* adduntur sequentia, quæ mentem pontificis declarant: *ex qua re agitur, vt possessiones ecclesiæ, proprio in aliis occupato cultore, depereant, atque ad tributa sua soluenda idoneæ non existant.* Tributa erant præstationes variæ, a rusticis ecclesiæ soluendæ.

89) *In qua re tale aliquid*, cit. c.

CAP. IV.

Laici, collectas imponentes clericis vel ecclesiis, seu iurisdictionem eorum vsurpantes, si moniti non desistunt, sunt excommunicati cum suis fautoribus: potest tamen episcopus cum clero eis in necessitate præbere subsidia.

Ex concilio Lateranensi. d (*ann. 1179.*)

Non e minus [*pro peccata illorum, qui faciunt, quam pro illorum detrimento, qui sustinent, graue nimis esse dignoscitur, quod*] in diuersis mundi partibus consules ciuitatum 90) et rectores, nec non et alii, qui potestatem habere videntur, tot onera 91) frequenter imponunt ecclesiis, [*ita grauibus eas et crebris exactionibus premunt,*] vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quam sub Pharaone f fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis, seruituti 92) subactis g, sacerdotes [*suos*] et possessiones eorum in pristina libertate dimisit, et h eis alimoniam de publico 93) administrauit 94). Illi vero onera sua fere vniuersa imponunt ecclesiis, et tot angariis eas affligunt, vt eis [*illud quoque,*] quod Hieremias i deplorat, competere videatur: *princeps prouinciarum facta est sub tributo:* siue quidem fossata, siue expeditiones, seu alia quælibet sibi arbitrentur agenda, de bonis, ecclesiarum et clericorum et pauperum Christi vsibus deputatis, volunt fere cuncta compleri k. Iurisdictionem etiam, et auctoritatem [*episcoporum et aliorum*] prælatorum ita euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse. [*Super quo dolendum pro ecclesiis, dolendum etiam est nihilominus pro ipsis, qui et timorem Dei, et ecclesiastici ordinis reuerentiam videntur penitus abiecisse.*] Quocirca sub anathematis districtione fieri de cætero talis 95) [*fuerint*] prohibemus: nisi episcopus et clerus tantam necessitatem vel vtilitatem adspexerint 96) l, vt absque vlla exactione 97) m ad releuandas communes vtilitates vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existimant conferenda. Si autem consules, aut alii de cætero ista commiserint, et commoniti [*forte*] desistere noluerint; tam ipsi, quam fautores eorum, excommunicationi se nouerint subiacere: nec communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem.

90) *Ciuitatis*, c. 4. comp. cit. 1.

91) Olim tamen non aliter immunitate ecclesiastica gaudebant, quam ex *beneficio imperatorum et regum*, quod adhuc suo tempore agnoscebat *HINCMARVS in litter. canon. ad cler. et pleb. eccl. Laudun.* apud *BALVZ. tom. II. capitular. p. 822.* in qua ecclesiæ, in iure nobilium constitutis, hæc dat præcepta: *ecclesias quoque, in proprietatibus liberorum hominum, ac coheredum existentes, vt sua tradantur ecclesia, non debet cogere,* episcopus scilicet: *sed secundum synodalia et imperialia capitula, quia regularia probat esse ecclesia, satagat, quatenus dotis immunitates, sicuti cetera ecclesia auctoritate regis habeant.* Idem quoque euincunt myriades diplomatum, quibus tales immunitates ab imperatoribus et regibus ecclesiæ expresse datæ fuerunt. Enimuero ius pontificium *iuri diuino hanc* immunitatem recentiori iure adscripsit. c. 4. *de censib. in 6.*

92) *Seruitutibus*, C. R. 2. et cit. c.

93) *De publicis*, cit. c.

94) *Ministrauit*, C. R. et L.

95) *Ne talia de cetero attentare præsumant*, cit. c.

96) *Inspexerint*, C. R. 1. L. et cit. c.

97) *Coactione*, C. R. L. et ed. ant. *occasione*, cit. c.

CAP. V.

Caussæ sanguinis in ecclesia vel cœmiteriis agitari non debent.

LVCIVS III. 98) (*ann. 1181.*)

Cum n ecclesia Dei, secundum euangelicam veritatem domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum: [*ne*] seculares iudices caussas, vbi de sanguinis effusione et corporali pœna agitur, in ecclesiis vel cœmiteriis agitare [*præsumant,*] sub interminatione anathematis prohibemus 99). Absurdum enim est, et o crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, vbi est tutela refugii constituta.

98) *Innocentius III.* C. R. 2.

99) *Fieri prohibemus*, C. R. 2.

CAP. VI.

Reus criminis, ad ecclesiam fugiens, non est violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius prætexta criminis commissi damnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem: est tamen aliter legitime puniendus. Fallit in duobus casibus hic expressis. H. d. primo. *Seruus, fugiens ad ecclesiam timore domini sui, est domino, de eius impunitate iuranti, restituendus.* H. d. secundo.

INNOCENT. III. *illustri regi Scotiæ* 100). (*ann. 1200.*)

Inter p alia, [*quæ nobis regalis prouidentia suis litteris intimauit, quid de illis fieri debeat, qui, malefícia pertractantes, confugiunt ad ecclesias, vt pro reuerentia sacri loci debitas pœnas valeant euitare, sollicite requisiuit. Nos igitur,*] tuis quæstionib. respondentes iuxta sacrorum statuta

100) *Canetia*, C. L. *Conatia*, c. vn. comp. 3. h. t. quæ est prouincia Hiberniæ. Hæc lectio proxime accedit ad inscriptionem, quam habet *RAINER. in collect. decret. Innocent. III. tit. 37.* apud *BALVZ. tom. I. p. 592.* quæ hæc est: *Idem regi Connaciæ*, et anno regiminis tertio scripta videtur.

a *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. Vide Nauarrum in manuali, de horis canonic. c. 5.* b *Al.* Gregorius Agnello Terracenen. episcopo. c *Ita est in veteri registr. libr. 7. epist. 65. Ind. 2. et c. 3. eod. tit. in 1. comp.* d *Sess. sub Alex. III. c. 19.* e *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil.*

f *Genes. 47.* g Subiectis. h Et de publico eis alimoniam ministrauit. i *Thr. 1.* k Adimpleri, *ea etiac. vero legitur:* compilari. l Inspexerint. m Coactione n *C. 2. eod. tit. in 2. compil.* o *Al.* et valde crudele, *etc.* p *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp.*

canonum 1), et traditiones legum ciuilium, ita duximus [*in huiusmodi*] distinguendum, quod fugiens 2) ad ecclesiam, aut liber, aut seruus exiltit 3). Si liber, quantumcunque grauia maleficia 4) perpetrauerit; non est violenter ab ecclesia extrahendus; nec inde damnari debet ad mortem vel ad pœnam: sed rectores ecclesiarum sibi obtinere debent [*et*] membra, et vitam. Super hoc tamen, quod inique fecit, est alias legitime puniendus: et hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator 5) agrorum, qui, dum itinera frequentat 6), vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis 7), ab ecclesia extrahi potest, impunitate non præstita, secundum canonicas sanctiones. Si vero seruus fuerit, qui confugerit ad ecclesiam; postquam de impunitate sua dominus eius clericis iuramentum præstiterit, ad seruitium domini sui redire compellitur 8) etiam inuitus: alioquin a domino poterit occupari. [*Tu ergo, fili carissime, cum in regno tuo aliquid horum contigerit, iuxta præmissam distinctionem sic procedere studeas: quod ecclesiarum honor, et immunitas seruetur illæsa, et malignandi facultas prauæ voluntatis hominibus auferatur.*]

1) sine dubio respexit pontifex ad *c.* 36. *C. XVII. q.* 4. in quo hæc sententia refertur, vt per *statuta canonum* decretum GRATIANI intellexisse videatur, in quo illa compilata erant.
2) *Confugiens*, cit. c.
3) *Existat*, C. R. 1.
4) *Molestia*, ibid.
5) *Populator*, C. R. et L.
6) *Frequentata*, C. R. L. ed. ant. et Gonz.
7) *Ob transgressionis insidias*, cit. c.
8) *Compellatur*, C. R. 2. et cit. c.

CAP. VII.

Clerici non debent necessitatibus, seu vtilitatibus ciuitatum, seu aliorum locorum, etiam vbi laicorum non suppetunt facultates, subuenire, nisi prius Rom. pont. consulatur. Hoc primo. *Sententiæ et constitutiones, editæ a laicis collectantibus ecclesiam, sunt ipso iure irritæ, nec vlla tempore conualescunt.* Hoc secundo. *Rectores, excommunicati ob grauamina præmissa, remanent excommunicati, etiam post depositum officium: nihilominus excommunicati sunt successores, nisi satisfecerint intra mensem.* Hoc tertio. Hoc dicit ad maiorem declarationem, et pro nouitiis.

IDEM *in concilio generali.* a (*ann.* 1216.)

Aduersus *b* consules et rectores ciuitatum, vel alios 9), qui ecclesias et ecclesiasticos viros talliis seu collectis et exactionibus [*et*] aliis aggrauare nituntur, volens immunitati ecclesiasticæ Lateran. concilium *c* prouidere, præsumtionem huiusmodi sub anathematis districtione prohibuit: transgressores, [*præsumtores*] et fautores eorum excommunicationi subiacere præcepit, donec satisfactionem impenderint competentem. Verum, si quando forte episcopus simul cum clericis tantam necessitatem vel vtilitatem perspexerit 10) *d*, vt absque vlla coactione ad releuandas vtilitates vel 11) necessitates communes, vbi laicorum non suppetunt 12) facultates, subsidia duxerint per ecclesias conferenda; prædicti laici humiliter et deuote recipiant cum gratiarum actione.

Propter imprudentiam tamen quorundam Romanus pontifex prius consulatur: cuius interest communibus vtilitatibus prouidere. Quia vero nec sic quorundam malitia contra Dei ecclesiam conquieuit: adiicimus, vt constitutiones et sententiæ, quæ a talibus *e* vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes et irritæ habeantur, nullo vnquam tempore valituræ. Cæterum, quia fraus et dolus alicui patrocinari non debent; nullus vano 13) decipiatur errore, vt intra tempus regiminis sustineat anathema: quasi 14) *f* post illud non sit ad satisfactionis debitum compellendus. Nam et ipsum, qui satisfacere recusauerit 15), et successorem ipsius, nisi satisfecerit intra mensem, manere decernimus ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter: cum succedat in onere, qui in honore substituitur.

9) *Et alios*, C. R. et L.
10) *Prospexerit*, C. R. et L. *prospexerint*, ed. ant. et c. 3. comp. 4. de censibus. *perspexerint*, ed. Cont.
11) *Et*, C. R. L. et ed. Gonz.
12) *Vt laicorum non suppetant*, cit. c.
13) *Vario*, ed. ant. Cont. et Pith.
14) *Quatenus*, ed. ant. et Cont.
15) *Recusauit*, C. R. 1.

CAP. VIII.

Prælati, plus debito a subditis extorquentes, prætextu procurationis, vel alterius seruitii impensi legato vel alteri, illud restituent, et tantundem pauperibus erogabunt.

IDEM *in eadem.* g (*ann.* 1216.)

Quia plerique *h* prælati, vt procurationem aut seruitium aliquod impendant legato vel alii, plus extorquent a subditis, quam soluant 16), et 17) in eorum damnis lucra sectantes, quærunt 18) prædam potius, quam subsidium in subiectis: id de cætero fieri [*penitus*] prohibemus. Quod si quis forte præsumpserit; et sic extorta restituat, et tantundem cogatur pauperibus elargiri: superior autem, cui fuerit querela deposita, si negligens fuerit 19) in huiusmodi exsequutione statuti 20), canonicæ subiaceat vltioni.

16) *Exsoluant*, c. 4. comp. 4. de censib.
17) *Vt*, ed. ant.
18) *Quærunt quidem*, C. R. 1.
19) *Fuerat*, ibid.
20) *Constituti*, cit. c.

CAP. IX.

Ecclesia non consecrata, in qua diuina officia celebrantur, gaudet immunitate.

GREGORIVS IX. 21) *Asturicen.* 22) *episcopo.* i (*ann.* 1235.)

Ecclesiæ, in qua diuina mysteria 23) celebrantur, licet adhuc non exstiterit 24) consecrata, nullo iure priuilegium immunitatis *k* adimitur: quia obsequiis diuinis dedicata *l*, nullius est temerariis 25) ausibus profananda.

21) *Gregorius III.* ed. ant.
22) *Alberen.* C. R. 2 et ed. ant. *Asturicens.* L. *Senonen.* ed. Cont.
23) *Ministeria*, C. R. L. et ed. ant.
24) *Exstiterint*, C. L.
25) *Temeritatis*, ed. ant.

CAP. X.

Qui sub spe immunitatis in ecclesiis vel cœmeteriis delinquunt, immunitate non gaudent.

IDEM *Toletano et Compostellano archiepiscopis.* (*ann.* 1235.)

Immunitatem *m* ecclesiasticam: [*et infra.*] Nonnulli, impunitatem suorum excessuum per defensionem ecclesiæ obtinere sperantes, homicidia et mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis vel earum cœmeteriis committere non verentur: qui, nisi *n* per ecclesiam, ad quam fugerint 26), crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri: [*et infra.*] Cum autem 27) in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat; et frustra legis auxilium inuocet, qui committit in legem: mandamus, quatenus publice nuntietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt 28) se indignos.

26) *Confugiunt*, C. R. L. et ed. gloss.
27) *Autem*, a C. R. L. ed. ant. et Gonz. abest.
28) *Reddiderint*, C. L.

TITVLVS L.

NE CLERICI VEL MONACHI SECVLARIBVS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

CAP. I.

Enumerat concilium multa secularia negotia, a quibus iubet clericos et monachos abstinere. Et sunt XIV. si recte numerentur.

Ex concilio Maguntino 29). (*ann.* 813.)

Multa sunt a negotia secularia, de quibus 30) pauca perstringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quicquid [*enim*] plus iusto appetit homo 31)), turpe lucrum est. Munera iniusta accipere vel etiam dare. Pro aliquo seculari quæstu pretio aliquem conducere. Contentiones, vel lites, vel rixas amare. In palatiis 32) secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum 33). Conductores secularium rerum aut procuratores esse. Turpis verbi vel facti esse ioculatorem, vel iocum secularem diligere. Aleas amare. Ornamentum, inconueniens proposito suo, quærere. In deliciis viuere velle. Gulam et ebrietatem sequi. Pondera iniusta vel mensuras habere. Negotium iniustum exercere. Nec tamen iustum negotium est *p* contradicendum 34), propter necessitates diuersas; quia legimus, sanctos apostolos negotiatos 35) *q* fuisse: et in regula B. Be-

29) Erronee legis c. 1. comp. t. h. t. *Magoren.* Est enim hic canon desumtus ex *concilio Mogunt. anno DCCCXIII.* celebrato c. 14. apud *HARDVINVM tom. IV. p.* 1016.
30) *De his tamen*, ibid.
31) *Homo*, ibid. omittitur.
32) *Placitis*, C. R. L. ed. ant. Cont. gloss. et cit. c. 1. *plateis*, Pith. sed rectius est: *placitis*, pro locis iudiciorum sumtis, conf. *AVGVST.* ad h. c.
33) *Et viduarum*, C. R. 1.
34) Vel: *interdicendum*, vt legendum esse aptius recte putat GONZ.
35) *Negotiatores*, C. R. 1.

a *Scil. Lat. cap.* 46. b *Cap.* 3. *de censibus in* 4. *compil. Vid. quæ notant supr. in c. non minus. eod. tit.* c *Lateranen concil. sub Alex. III. c.* 19. d Prospexerint. e *In non alio apertius legitur, ita: quæ ob excommunicatis huiusmodi, etc.* f *Male in quibusd. recent. legitur: quatenus.* g *Scil. conc. Lat. c* 34. h *Cap.* 4. *de censibus in* 4. *comp. vid. Felin. in c. irrefragibili.* §. *cæterum. supr. de offic. ordin.*

i Asturensi episcop. *al.* Senon. episc. *Contius.* k Emunitatis. l Dicata. m *Vide Couarruuiam libr.* 2 *var. resol. c.* 20. *et Renegaum de Gonni. tract. de imm. ecclesiast.* n *Al. ita: quam nisi, etc. sed in magis vetust. et emendatis habetur, vt est impressum.* o *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* p *Al. ita.* est ais, contradicendum. q Negotiatores *Act.* 20.

nedict;

nedicti præcipitur prouideri 36), per quorum manus negotia monasterii procurentur 37). Canes et aves 38) sequi ad venandum, et omnibus quibuslibet caussis superfluis interesse 39). Ecce talia et his similia ministris altaris Domini 40), nec non et monachis omnino contradicimus, de quibus ait apostolus a: *nemo, militans Deo, implicet* 41) *se negotiis secularibus.*

36) *Prouidere*, cit. c. vel etiam est in ipso concilio.
37) *Transeant*, cit. c.
38) *Vel aves*, C. R. et L.
39) *Superfluum esse*, cit. c. et concilium.
40) *Domini nostri*, C. R. 2.
41) *Implicat*, cit. c. ed. ant. et Cons.

CAP. II.

Clerici non debent esse ministri vel procuratores laicorum: quod si contra fecerint, et deprehendantur in fraude, non subuenitur eis ab ecclesia.

EVGENIVS PAPA III. *Lucanen.* 42) b *episcopo.* (*post ann.* 1145. *Romæ in Tusciam.*)

Sacerdotibus c [*autem*] et clericis tuis denunties publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quod si postmodum facere 43) præsumpserint, et occasione ipsius administrationis propter pecuniariam caussam deprehendantur in fraude 44): indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat, in ecclesia scandalum generari.

42) *Lucen.* C. R. L. et ed. ant. *Luca*, Cant. *Lucell. archiepiscopo*, c. 8. comp. cit. 1.
43) *Fieri*, cit. c.
44) *A laicis capiantur*, ibid. licet in concilio ipso legamus: *propter propriam caussam a laicis capiantur.*

CAP. III.

Religiosi professi, exeuntes ad audiendas leges vel physicam, nisi intra duos menses ad claustrum redeant, excommunicati sunt, et in nulla caussa patrocinari possunt, et in choro, et in capitulo, et ceteris erunt vltimi, et sine dispensatione papæ non promouentur.

ALEXANDER III. *in concilio Turonen.* d (*ann.* 1180.)

Non e magnopere antiqui hostis inuidia [*infirma membra ecclesiæ præcipitare laborat, sed manum mittit ad desiderabiliora eius, et electos quoque nititur supplantare, dicente scriptura: escæ eius electi: multorum siquidem casum operari se reputat, vbi pretiosius aliquod membrum ecclesiæ sua calliditate fuerit detractum.* Et] inde nimirum est, quod in angelum lucis se more solito transfigurans, sub obtentu languentium 45) fratrum consulendi corporibus, et ecclesiastic[illegible]otia fidelius pertractandi, [*et*] regulares quosdam ad legendas le[illegible] et confectiones physicales ponderandas 46), de claustris suis educit. Vnde, ne [*sub*] occasione scientiæ spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur, [*et in interioribus ex eo ipso deficiant, ex quo se aliis putant in exterioribus prouidere, per præsentis concilii assensum*] statuimus, vt nulli omnino post votum religionis, et post factam in aliquo loco religioso 47) professionem ad physicam 48) legesue mundanas legendas 49) permittantur 50) exire. Si vero exierint, et ad claustrum suum 51) intra duorum mensium spatium non redierint; sicut excommunicati ab omnibus euitentur, et in nulla caussa, si patrocinium præstare voluerint, audiantur: reuersi autem in choro, capitulo, mensa, et ceteris vltimi fratrum existant, et, nisi forte ex misericordia sedis apostol. totius spem promotionis amittant.

45) *Languentium*, c. 2. comp. cit. 2.
46) *Ponderans*, ed. ant.
47) *Loco religionis*, C. R. 1.
48) *Aut physicam*, C. R. 2.
49) *Legere leges* vel *artem medicam* eo tempore prædicabatur de docentibus; hic sine dubio etiam de *discentibus*, seu qui audiebant *lectiones* seu scholas doctorum, accipitur, prout HONORIVS III. ipsemet in c. 5. h. t. hoc verbum per haec formulam: *ad audiendum leges vel physicam*, declarat. Quid ergo, si claustrum suum non exeunt, sed in monasterio legum et doctrinarum medicarum addiscendarum studiis sese dedant et *autodidacti* fiant, vt alios rursus in his disciplinis erudire possint? Id non videtur prohibitum esse. Neque enim 1) a claustro abstrahuntur: 2) nec hæ scientiæ cum monastica vita pugnant, sed in primis legum studium adeo iis necessarium est, vt sine illo in *iure canonico* excolendo, quod illis haud interdictum, felices facere non possint progressus. Quid? quod 3) quibusdam ordinibus, a PELLIZARIO *de regular.* relatis, in hoc speciatim priuilegiati sint, vt artem medicam et addiscere, aliorum vsibus applicare, et missionibus promouendis eo felicius inseruire possint. Vnde nec pontificia dispensatio exclusa est. Vid. RYMER *in act. Anglic. tom. III. p.* 870.
50) *Permittatur*, cit. c.
51) *Fratrum suorum*, C. R. 2.

CAP. IV.

Clericus, generalis procurator vel iustitiarius principis secularis, deponendus est: et, si religiosus est, grauius punietur.

IDEM *in concilio Lateranensi.* (*ann.* 1197.)

Sed nec procurationes 52) f villarum, aut iurisdictiones etiam seculares 53) sub aliquibus principibus et secularibus viris, vt iustitiarius 54) g eorum fiat, clericorum quisquam exercere præsumat. Si quis autem aduersus hæc venire tentauerit; quia contra doctrinam apostoli h, dicentis: *nemo militans Deo, implicet* 55) *se secularibus negotiis*, seculariter agit, ab ecclesiastico fiat ministerio alienus: pro eo, quod, officio clericali neglecto, fluctibus seculi, vt potestatibus 56) placeat, se immergit 57). Districtius autem decernimus puniendum, si religiosorum quisquam aliquid prædictorum ausus fuerit attentare.

52) *Procuratores*, c. 3. comp. cit. 1.
53) In ed. ant. non sunt voces: *etiam seculares.*
54) Sed cancellarii aut vice-cancellarii imperii non prohibentur fieri episcopi, uti vsus antiquus docet: quod curei speciali opusculo *de vicecancellario imperii episcopo.*
55) *Implicat*, cit. c.
56) *Potentibus*, ibid. sed concilium habet: *potentibus seculi.*
57) *Immergit*, ed. ant.

CAP. V.

Clericus, iudicium sanguinis exercens, ab officio et beneficio deponitur: et excommunicatus est habens officium præpositi secularis, si monitus non desistat.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

Clericis, in sacris i ordinibus constitutis, ex concilio Toletano 58) k iudicium sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut 59) iudicent inferendas. Quodsi quis tale quid 60) fecerit: honore priuetur 61) et loco. Iubemus 62) l etiam sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vicecomitis aut præpositi secularis 63): [*et infra.*] Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, et commonitus 64) emendare noluerit: excommunicationi subiaceat.

58) Relata in c. 30. *C. XXIII. q.* 8.
59) *Vt*, C. H.
60) *Quid*, a C. R. 2. et L. abest.
61) Vnde episcopi, licet de territorio inuestiti seculari, iudici seculari non poterant committere iurisdictionem criminalem, qua caussæ sanguinis *eorum nomine* peragebantur, sed imperator olim immediate eam illis committebat. Quia vero hi iudices imperiales graues et molesti admodum episcopis, vt dominis territorii, erant: tandem BONIFACIVS VIII. in *c. f. h. t. in* 6. omnibus prælatis indulsit, vt certa terminum irregularitatis caussas criminales iudici seculari *immediate* committere possent: licet immediate iudicia sanguinis, ne quidem ex *delegatione regum principumue*, exercere valeant. *c.* 4. *X. de raptor. incend. et viol. eccl.*
62) *Inhibemus*, C. H.
63) Quæ hic desiderantur, vide supra *c.* 7. *de vita et honest. cler.*
64) *Canonice*, C. H.

CAP. VI.

Non licet clericis vel monachis lucri caussa negotiari. Hoc primo. *Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere.* Hoc secundo. *Laicis non debet ecclesia titulo conductionis concedi.* Hoc tertio.

IDEM *Londonen.* 65) m *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Secundum n instituta prædecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici caussa lucri negotientur, et ne 66) monachi [*vel*] a clericis vel laicis suo nomine firmas habeant: neque laici ecclesias ad firmam 67) teneant.

65) *London.* rectius C. R. 2. L. et c. 5. comp. cit. 1. legunt.
66) *Vel ne*, C. H.
67) *Firmas*, C. R. L. et cit. c.

CAP. VII.

Monachi incorrigibiles de monasterio expelluntur: et reformabitur monasterium de fratribus alterius ordinis, si de monachis eiusdem ordinis reformari non potest.

IDEM *eidem.*

Relatum o est, [*auribus nostris,*] quod monachi de H. 68) seculariter viuunt, et alios exemplo suo 69) corrumpunt. Ideoque manda-

68) *Monachi N.* c. 7. comp. cit. 1. quod siglum denotat *Neshan*, seu *de Neshan*, vt est in concilio.
69) *Suo*, a C. R. 1. H. et L. abest.

a 2. *Tim.* 2. b *Al.* Lucens. *al.* Luca. *al.* Luen. *in omnibus Vaticanis.* c *Cap.* 8 *eod. tit. in* 1. *comp.* d *Eodem modo habetur in antiqu. cod. et post conc. Later. p.* 27. *c.* 2. e *Cap.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp. vid. Innocent. in c. firmiter sup. de summ. Trin. et fid. cath. Archid. in c. non ab. antis.* 12. *q.* 1. *Adde citata infra eod. tit. super specula.*

f Procuratores. g *In cod. Barber. et conc.* vt iustitiarii eorum sint. h 2. *Tim.* 2. i *C.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 27. *c.* 4. k *Conc. Tolet. II. cap.* 6. l Inhibemus etiam. m London. n *C.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 27. *cap.* 5. o *Cap.* 7. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lat. p.* 27. *c.* 7.

mus,

mus, quatenus eos ad obseruantiam 70) [*monasticæ*] regulæ 71) *a*, appellatione remota, compellas; vel 72) *b*, si tibi restiterint ausu temerario, eis eiectis, fratres alterius 73) ordinis, si non potest præscriptum monasterium in suo ordine reformari, in illud inducas: vt labores impiorum iusti edant, et illi tandem, rubore perfusi 74) *c*, ad sui ordinis obseruantiam reuertantur 75).

70) *Inde est, quod auctoritate apost. tibi indulgemus, vt eos ad obseruationem,* cit. c.
71) *Regularem*, C. 2. 1.
72) *Vt si*, cit. c. forte *aut*, sicut habetur in concilio.
73) *Cisterciensis*, ibid. et paullo post, omissis quibusdam, lectio varia hæc est: *ordinis in præscriptum monasterium inducas*, vt etc.
74) *Confusi*, C. 2. L. H. et cit. c.
75) *Reuocentur*, C. H.

CAP. VIII.

Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem, vt desistant a tabellionatus exercitio.

INNOCENT. III. *Esculan.* 76) *episc.* d (*ann.* 1211.)

Sicut a te accepimus referente, [*cum ven. f. n. Ostiens. episc. olim per tuam transiens ciuitatem, tibi dederit in mandatis, vt presbyteros, et diaconos, et subdiaconos, quos ibidem inuenit, passim tabellionatui, et subdiaconatus officium exercentes, excommunicationis vinculo innodares, et eos, qui ab illis publica receperint instrumenta, tu, licet id feceris ex mandato prædicti episcopi, dissimulasti: postmodum de subd. donec, qualiter contra ipsos et alios, in sacris ordinibus constitutos, deberes procedere, sedem duceres apost. consulendam. Quocirca*] frat. tuæ [*per a. s.*] mandamus, quatenus clericis, in sacris ordinibus constitutis, tabellionatus officium, per beneficiorum subtractionem, appellatione postposita, interdicas.

76) *Fesulano*, est in C. B. 1. *Asculano*, in c. 1. comp. 4. h. t. Sed rectius *Esculano*, edit. Cont. habet, quam lectionem etiam seruat inscriptio *lib. XIV. epist. Innoc.* 129. quæ scripta est anno regiminis XIV. qui incidit in annum *Christi MCCXI.* expressum in *ep.* 61. *cit. libr.*

CAP. IX.

Clericus nec dictare nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quicquam aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, vel purgatione vulgari opem præstare non debet.

IDEM *in concilio generali.* f (*ann.* 1216.)

Sententiam sanguinis nullus clericus dictet aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut vbi exerceatur, intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti, ecclesiis vel ecclesiasticis personis aliquod præsumpserit inferre dispendium; per censuram ecclesiasticam compescatur, ne quisquam clericus litteras dictet aut scribat, pro vindicta sanguinis destinandas: vnde in curiis principum hæc sollicitudo non clericis, sed laicis committatur. Nullus quoque clericus ruptariis *g* vel balistariis, aut huiusmodi viris sanguinum 77) præponatur: nec vllam chirurgiæ artem subdiaconus, diaconus vel sacerdos exerceat, quæ [*vel*] adustionem vel incisionem inducit. Nec quisquam purgationi aquæ feruentis vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat, saluis nihilominus prohibitionibus, de monomachiis siue duellis ante 78) promulgatis *h*.

77) *Sanguinis*, c. 2. comp. cit. 4.
78) *Antea*, C. B. L. ed. Gonz. et cit. c.

CAP. X.

Constitutio Toronensis concilii, puniens religiosos, audientes leges vel physicam, est canon latæ sententiæ: et incidentes in illam, debent per ordinarios puniri. Hoc primo. Secundo *extendit dictam constitutionem ad habentes dignitates et personatus, et ad presbyteros.*

HONORIVS III. [*venerabilibus fratribus M. patriarchæ Antiochen. et vniuersis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis cæteris ecclesiarum prælatis, in patriarchatu Antiocheno constitutis.*] (*ann.* 1225. Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Super specula *i*: [*et infra.*] [*Sane, licet fallax sit gratia cæterarum scientiarum, et vana etiam pulchritudo, cum frumentum electorum, et vinum germinans virgines iuxta prophetam sit bonum super omnia, et sit pulchrum; quia tamen regulares quidam, claustrale silentium, et legem Domini, animas conuertentem, et sapientiam dantem paruulis, quam super aurum et topazion amare debuerant, respuentes, abeunt post vestigia gregum, et illicite se conuertunt ad pedissequas complectendas, quæ plausum desiderant populorum:*] contra religiosas personas 79), de *k* claustris 80) exeuntes ad audiendum leges vel physicam, [*felicis memoriæ*] Alexander, prædecessor noster, olim statuit 81) in concilio Turon. vt, nisi intra duorum mensium spatium ad claustrum redierint, sicut excommunicati, ab omnibus euitentur, et in nulla caussa, si patrocinium præstare 82) voluerint, audiantur. Reuersi autem, in choro, mensa, capitulo, et cæteris, vltimi fratrum existant, et, nisi forte ex misericordia sed. apost. totius spem promotionis amittant 83). Verum, quia nonnulli ex talibus propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid 84) assumebant: nos, volentes, vt de cætero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, districte 85) præcipiendo mandamus, quatenus tam a diœcesanis et 86) capitulis ipsorum, quam a cæteris episcopis, in quorum diœcesibus huiusmodi 87) student 88), tales, [*subl. app. obst.*] excommunicati, [*et*] prædictis 89) pœnis obnoxii publice nuntientur. Quia vero 90) theologiæ studium cupimus ampliari, vt, dilatato sui tentorii loco, funiculos suos faciat longiores, vt sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat 91) adscendentibus ex aduerso: ad archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, et alios clericos, personatus habentes, nec non presbyteros, nisi ab his intra spatium præscriptum 92) destiterint, hoc *l* extendi volumus, et mandamus 93) *m*, et, appellatione postposita, firmiter obseruari.

79) *Contra huiusmodi præsumtores exeuntes* etc. c. 1. comp. 5. h. t.
80) In C. 2. L. H. et ed. ant. non habentur voces *de claustris.*
81) *Alexander papa* etc. C. B. 1. *a prædecessore nostro olim statutum fuit*, L. *instituit*, cit. c.
82) *Præstari*, C. L.
83) Verba hæc repe[illegible] ex decretali ALEXANDRI III. in *c.* 3. supra *h. t.* relata, sicut hæc HONORII III. decretalis declaratur in *c.* 1. *h. t. in* 6.
84) *Excusationes aliquas*, ed. ant. et cit. c.
85) *Dist.* c. C. 2. 1. *districtius præcipimus et mandamus*, H. et ed. ant.
86) *Episcopis et*, C. H.
87) *In huiusmodi*, C. 2. 1. et L.
88) *Studeant*, C. 2. 1.
89) *Et prædictis*, C. B. 1. L. ed. ant. Cont. et Pith. *excommunicari et prædictis*, H.
90) Hæc et sequentia vsque ad finem desiderantur in cit. c.
91) *Valeant*, C. L.
92) *Prædictum*, C. H.
93) *Dist. et mandamus*, in C. 2. L. H. et ed. ant. non habentur.

a Regularem. b Et, si tibi, etc. c Confusi. d Esful. e *Cap.* 1. *ne cler. secular. neg. se imm. comp.* 4. f *Scil. Lat. c.* 18 *et c.* 2. *eod. tit. in* 4. *compil.* g *Al.* ruptariis, *al.* rotariis, *vt obseruat Hostiensis, sed in omnibus Vaticanis, vt est impressum.* h *Vid. conc. Lat. sub Alex. III. c.* 20. *et concil. Trid. sess.* 25. *de reform. c.* 19.

i *Reliqua fragmenta huius capitis habes infr. tit. de magistris et tit. de priuil.* k *Hæc duo verba*, de claustris, *desunt in omnibus antiquis, et manuscr. Vatican.* l Hæc, *in multis Vaticanis.* m *Hæc duo verba*, et mandamus, *desunt in omnibus antiquis codicibus.*

FINIS LIBRI TERTII.

DECRE-

DECRETALIVM EPISTOLARVM GREGORII IX.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.
DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS 1).

CAP. I.

Matrimonium solo consensu contrahitur, nec inualidatur, si consuetudo patriæ non seruetur.

Ex concilio Triburiensi. a (*ann.* 895.)

De Francia 2) [*nobilis*] quidam 3) [*homo*] nobilem b mulierem 4) de Saxonia, lege Saxonum duxit in vxorem, [*tenuitque eam multis annis, et ex ea filios procreauit.*] Verum quia non eisdem vtuntur legibus Saxones et Francigenæ 5); caussatus est, quod eam non sua, id est, [*non*] Francorum lege desponsauerat 6), vel acceperat, vel donauerat 7): dimissaque illa, aliam superduxit 8). Diffiniuit super hoc sancta synodus, vt ille transgressor euangelicæ legis subiiciatur pœnitentiæ, et a secunda coniuge separetur, et ad priorem redire 9) cogatur.

1) *Explicit liber III. incipit liber IV. de sponsalibus et matrimoniis*, C. R. 1. et C. R. 2. addit: *et impedimentis eorum*: sed superscriptum est: *vacat.* Denique in C. H. est: *de sponsalibus.*

2) Non ipse *canon.* 39. hic refertur, sed historia facti adducitur, quod occasionem dedit *can. cit.* 39. promulgandi, ad quem patres Triburienses sese referunt, dicentes: *Nam autem cognita referimus, quia quendam Francum et mulierem Saxonicam talia egisse cognouimus.* Videlicet matrimonium erat contractum inter *nobilem Francum*, quales eo tempore dicebantur, qui ex *nobilitate superiori* seu ex proceribus erant, et mulierem Saxonicam, sine dubio eiusdem generis, quia matrimonium inter *inæquales* nec Francis nec Saxonibus permissum erat, ad quam legem alludit *c.* 38. *eiusd. concil.* adeoque nec huius impedimenti faciunt mentionem in c. 39. patres Triburienses, sed voice de matrimonio cum *alienigena* loquuntur. Aiunt: *Quicunque alienigenam, hoc est, alienæ gentis feminam, verbi gratia, Francus mulierem Bauaricam, vtrorumque consultu propinquorum, legitime vel sua vel mulieris lege acquisitam, in connugium duxerit, velit nolit, tenenda erit, nec vltra ab eo separanda, excepta fornicationis caussa.* Quia enim contrahendum erat connubium tum secundum *leges ecclesiasticas*, tum *ciuiles*: contingere poterat, vt illud secundum illas esset *validum* et *ratum*, quod esset contra has contractum. Adeoque quæsitum fuit, verum tales nuptiæ dissolui possent? id quod in exemplo adducto nobilis Francus ausus fuerat. Sed patres reprobabant hoc discidium, eumque subiiciebant pœnitentiæ, constituentes, eum ad priorem vxorem redire debere; quod tale matrimonium esset *ratum*: licet non *legitimum*, et effectibus ciuilibus destitutum, quod *disparagium* vulgo vocant. Duplex autem *impedimentum ciuile* illis gentibus commune erat, de quo etiam patres Triburienses agebant. Primum erat *inæqualitas generis*, si forsan *liber*, vel potius *nobilis* duceret vxorem *libertam*, de quo in *c.* 38. patres agunt, quod *illegitimum* erat matrimonium, et prohibitum iure antiquo horum populorum, teste *ADAMO BREMENSI lib. I. histor. eccles. c.* 5. sed nihilominus *ratum* secundum leges ecclesiasticas, tanquam *si vnam ex nobili genere prognatam* duxisset, ceu patres *cit. l.* addunt: adeoque etiam de *nobili* viro, quem *liberum* dicere, accipiendi. Alterum erat *peregrinitas*, si quis *alienæ gentis* virginem, licet eiusdem generis, duxerat, de quo impedimento agunt patres in *c.* 39. Quod ideo prohibitum fuisse asserunt iidem, quod hi populi *legem haberent diuersam et quantum ad seculum, interdum longe distinctam.* Inconueniens ergo visum fuit, peregrinam ducere vxorem: præsertim cum etiam in aliis *peregrinorum* iura inter hos populos deteriora essent. Nec matrimonium *ciuis Romani* cum *peregrina* erat iustum: adeoque status ex hoc connubio natorum deterior erat, seu sequebantur partem deteriorem. Idem etiam Germaniæ in more positum, et statum liberorum admodum mutaret. Vtrumque impedimentum memorat *ADAMVS BREMENSIS cit. l.* his verbis: *generis quoque et nobilitatis suæ prouidissimam curam habentes nec facile vllis ALIARVM GENTIVM VEL SIBI INFERIORVM connubiis infecti, propriam et sinceram, tantumque sibi similem gentem facere conati sunt.* Alioquin liberi, ex tali connubio infecto nati, non erant legitimi ratione successionis in feudo et allodio. Vid. *HERT. in parœm. iur. libr. II. parœm.* 6. Quæ cum ita sint: in fumum abeunt quorundam eruditorum censuræ, grauiter dolentium, per *hoc cap.* admodum deprauatum et corruptum esse *c.* 39. *concil. Triburiensis.* Neque enim hic *canon.* 39. *cit.* refertur, sed, prout dixi, *historia facti*, quæ huius canonis condendi occasionem præbuit. Persuasissimum omnino habeo, in *actis* huius concilii hunc casum, hic adductum, olim extitisse, decisioni patrum subiectum, quæ ad nos non peruenerunt: cum disertis verbis huius casus mentionem faciant.

3) *Quidam nobilis*, C. H.

4) *Mulierem*, non est in c. 1. comp. 2. h. t.

5) *Franchi*, C. R. *Franci*, L. H. et ed. ant.

6) *Desponsauerit*, C. R. 2.

7) Dictio. *vel acceperat* etc. in C. R. L. H. ed. ant. et Gont. desiderantur, sed *donauerat*, est in cit. c.

8) *Duxit*, cit. c.

9) *Et priorem recipere*, ibid.

a *Cap.* 39. *refert Burch. l.* 6. *decret.* 76. *Ivo p.* 8. *c.* 213. b *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.*

CAP. II.

Sponsalia de futuro dissoluuntur, si sponsi se dissoluunt: etiamsi fuerint iurata.

INNOCENTIVS III. 10) *Exon.* c *episcopo.*

I. Præterea d hi, qui de matrimonio contrahendo 11) pure et sine omni conditione 12) fidem dederunt 13), commonendi sunt, [*et diligentius exhortandi*,] et modis omnibus inducendi, vt præstitam fidem [*vel iuramentum factum*] obseruent, [*et se, sicut promiserint, coniungant.*] Si autem se adinuicem admittere noluerint; ne forte deterius inde contingat, vt talem scilicet ducat, quam odio habet 14) et videtur, quod ad instar eorum, qui societatem [*iuramento vel*] interpositione 15) fidei contrahunt, et postea eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

10) Quia hoc c. in *c.* 11. *comp.* 1. *h. t.* refertur: INNOCENTIO II. hanc inscriptionem cum *cit. c.* 11. attribuerunt C. R. 2 et L. Sed *collectio decretal. Alexandri III. infra p.* 324. *c.* 31. et *append. ad concil. Later. III. P. L. c.* 41. sine dubio rectius ALEXANDRO III. assignant, vt post annum MCLIX. referenda sit hæc decret. epistola.

11) *Contrahendo*, deest in C. H.

12) In *decret. Alexandri III. cit. l.* legitur: *contradictione*; sed sine dubio erronee: quia hæc concinnius coniunguntur: *pure et sine omni conditione.* Hæc vero euidenter designant, non tantum ea sponsalia *de futuro* hoc iure dici, quæ *conditionate* contracta: cum etiam *pure et sine omni conditione* recte contrahantur per verba de futuro: *ego te ducam in vxorem.* Vtrum pure, an conditionate negotium initum, inde minime *alteratur*: sed hæc qualitas mere *accidentia* respicit.

13) *Dederint*, C. R. 2. et c. 11. comp. 1. h. t.

14) *Habebat*, C. R. 1. *habeat*, C. R. 2. et L.

15) *Per interpositionem*, C. L.

CAP. III.

Si maior septennio duxit in vxorem minorem septennio, et eam traduxit ad domum: oritur ex tali contractu publicæ honestatis iustitia. H. d. inhærendo literæ. Panorm.

EVGENIVS PAPA 16) [*presbytero Aesculapio.*]

Iuuenis f [*ille*,] qui puellam, nondum 17) septennem, duxit, quamuis ætas repugnaret 18), ex humana tamen fragilitate forsan tentauit, quod complere non potuit. Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus 19), tenere debemus: tum propter honestatem ecclesiæ, quia ipse coniux ipsius fuisse dicitur, tum propter prædictam dubitationem, mandamus g [*tibi*,] quatenus consobrinam ipsius puellæ, quam postmodum duxit 20), diuidas ab eodem.

16) EVGENIVS III habet *c.* 18 *comp.* 1. *h. t.* cum *append. ad concil. Later. III. P. XII. c.* 7. adeoque post annum MCXLV. hæc decretalis locanda. Eainuero infra in *decretal. ALEXANDRI III. p.* 330. *c.* 7. eadem, qua RAYMVNDVS vtitur, lectio occurrit, vt hanc collectionem magis præ oculis habuisse videatur RAYMVNDVS. Deest etiam ibidem, sicut in *Raymundiana collectione*, designatio eius, ad quem scripsit pontifex.

17) *Nedum*, C. L.

18) *Repugnet*, c. cit.

19) *Aestimamus*, C. H. ed. ant. et cit. c.

20) Defuncta scilicet puella, quamuis iuuenis per verum *coitum* affinitatem cum eius consobrina non contraxerit, sed tantum tentauerat, vt matrimonium, cum ea contractum, rescindi *in dubio* non debuerit: quod, re adhuc integra, impediri duntaxat potuisset.

CAP. IV.

Ex sponsalibus, contractis cum consanguinea, oritur publicæ honestatis iustitia.

ALEXANDER III. *Papien. episcopo* 21). (*ann.* 1172.)

Ad audientiam h nostri apostolatus peruenit 22), quod, cum Hugo [*Albericius*,] Papiensis ciuis 23), filiam suam cuidam filiorum L. 24) dare vellet vxorem, iurauit, quod, si ille, [*cui desponsabatur*,] eam habere, casu aliquo interueniente, non posset, alteri filio, quem de alia vxore genuerat, eandem [*puellam*] matrimonio copularet. Contractis autem a filio priore sponsalibus, quidam, [*ad ecclesiam accedentes*,] consanguinitatem inter eos esse, iuramentis interpositis firmauerunt. Ideoque

21) Ita habet C. L. et H. quæ verba tamen desunt in c. 1. comp. 2. h. t.

22) *Nouerit peruenisse*, C. R. 1.

23) *Ciuis A.* C. H.

24) *Laur.* C. L. *cuidam filio Laurent.* cit. c.

c Exonien. d *C.* 11. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 6. *c.* 33. e Habeat. f *C.* 18. *eod. tit. in* 1 *comp. et post conc. Lat. p.* 12. *c.* 8. g Mandamus et, *absque voce*: quatenus. h *C.* 1. *eod. tit. in* 2. *comp.*

præfatus Hugo eandem [*feminam*] dare alteri filio nititur, vt iurauit. Sed quoniam scriptum est, quod sponsam fratris frater habere non potest: [*diser. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus eum suum implere propositum, [*quod canonicæ rationi obuiat.*] non permittas, sed, vt pœnitentiam agat de illicito iuramento, monitione præmissa 25), ecclesiastica districtione compellas. [*Contra etc.*]

25) *Diligenter admoneas et eccl.* cit. c.

CAP. V.

Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert; sponsa libere cum alio contrahit; si tamen per eam stetit, quo minus matrimonium perficeretur: sibi pœnitentia imponitur.

IDEM *Panormitano archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

De illis autem a, qui præstito iuramento promittunt, se aliquas mulieres ducturos, et postea, eis incognitis, dimittunt terram, se ad partes alias transferentes 26), hoc tibi 27) volumus innotescere, quod liberum erit mulieribus ipsis, si non amplius in facto est processum, ad alia se vota transferre, recepta tamen de periurio pœnitentia, si per eas [*non*] steterit, quo minus fuerit matrimonium consummatum 28).

26) Et ita sponsalium consummationem protrahentes intra tempus, a lege præscriptum, quod hic quidem non determinatur, sed merito subintelligitur.
27) *Tuæ discretioni*, c. 4. comp. cit. 1.
28) *Consummaretur*, ibidem. Cetera, quæ in cit. c. leguntur, habes infra in c. 3. de condit. appos.

CAP. VI.

Non omnis violentia impedit contractum matrimonii. H. d. quoad titulum.

IDEM [*Eborardo*] *Paduano* 29) *episcopo.* (*ann.* 1180.)

De muliere b, quæ est inuita tradita viro et detenta, cum inter vim et vim sit differentia, et vtrum postea consensus intercesserit 30), certum nobis nihil postea expressisti: nihil certum 31) inde tibi 32) possumus respondere 33).

29) *Paduan.* C R. 1. *Panan.* L. *Paduanen.* ed. ant.
30) *Interuenerit*, C. R. 1.
31) *Certum*, non est in C. L. H. ed. ant. nec in c. 5. comp. cit. 1. quod etiam respuit partic. *inde.*
32) *Expositioni tuæ*, cit. c.
33) Reliqua capituli cit. vid. infra. c. 3. de matrim. contr.

CAP. VII

Si aliqui, apti ad matrimonium, contrahunt per verba obscura: communem verborum intellectum sequi tenentur.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

I. Ex litteris c, [*quas super caussa matrimonii cuiusdam iuuenis R. nomine et Mariæ, filiæ Gileberti, de sancto Leodegario transmisisti, sollicitudo nobis innotuit, quam in ipsius negotii examine seruasti. Quia vero, absentibus partibus, veritatem nequiuimus plenarie indagare, nec caussam ipsam ad te remittere, a qua pars mulieris ad audientiam nostram noscitur appellasse: eam venerabilibus fr. n. Witon. Hersorden. et Baton. Episcopis duximus committendam. Ideoque f. t. per a. s. m. q. partes adire eorum præsentiam, cum ab eis fuerint euocatæ, et, quod ipsi iudicauerint, inuiolabiliter obseruare, contradictione et appellatione cessante, compellas.*] De hoc autem, quod [*circa finem litterarum*] consuluisti, quid debeat obseruari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit, respondemus, quod 34) inspiciendum est iudici, si matrimonium contracturi, ad id faciendum sint idonei scientia et ætate. Quo cognito, si alter non 35) intellexerit 36), quod alter proposuit 37): ad communem verbi intelligentiam 38) recurratur d, et cogatur vterque verba prolata in eo 39) sensu retinere, quem solent recte intelligentibus generare. [*Quod vero quæsiuisti, an debeat appellationi deferri, vbi sub eius prætextu noscitur adulterium, vel aliud crimen committendum: consultationi t. breuiter respondemus, quod, vbi notorium esset adulterium, vel aliud crimen committendum, si appellationi interpositæ deferatur, deferri nolumus. Nolumus enim incestus vel adulterii materiam aliquibus ministrare.*]

34) *Hoc tuam volumus discretionem tenere, quoniam inspic.* etc. c. 6. comp. cit. 1.
35) *Alter*, ibid. sicut etiam est in concilio.
36) *Intellexit*, C. R. 2. et L.
37) *Proponit*, C R. *proposuerit*, cit. c.
38) Duo hic prænotanda sunt: 1) certum esse, quod contrahentes sponsalia inire voluerint, quod indigitat pontifex his verbis: *quando inter aliquos sponsalia contrahuntur:* 2) dubium tantum oriri circa pacta adiecta vel conditionem appositam, veluti si sponsus dixerit germanice: *wenn sie mir ebenbürtig ist*, h. e. *si mihi æqualis fuerit quoad natales*; postea vero sponsa, quæ *inæqualis conditionis* est, asserat, se vocem *ebenbürtig* haud intellexisse. Tali casu ad communem verborum intelligentiam recurrendum: vt sponsalia, si conditio desit, non obligent, quam conditionem vt plurimum Germani adiicere solebant, vt ad c. 1. X. h. t. obseruaui.
39) *Eo*, desideratur in C. R. L. H. et cit. c.

CAP. VIII.

Inter sponsam et consanguineos sponsi oritur impedimentum publicæ honestatis, impediens et dirimens matrimonium, inter eos contrahendum.

IDEM *Vigilien.* 40) *episcopo.* (*ann.* 1170.)

Sponsam e alterius, maxime 41) si est nubili ætati proxima, nullus consanguineorum aliquo modo 42) sibi potest matrimonio copulare.

40) *Vigilens*, c. 7. comp. cit. 1.
41) Hæc verba desunt in *decret.* *ALEXANDRI III.* infra p. 321. c. 22. præter necessitatem adiecta: cum, si non sit nubilis puella, ea ob defectum *ætatis* duci nequeat.
42) *Aliquando*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.

CAP. IX.

Si vir et mulier inuicem promittunt, quod ab eo tempore se pro coniugibus habebunt: contractum est matrimonium de præsenti. H. d. et est casus notabilis.

IDEM *abbatibus sancti Edmundi* f *et Demer.* 43) g (*ann.* 1170. *Romæ.*)

Ex parte h C. 44) i mulieris nobis 45) intimatum est, quod Andreas [*sibi coram sacerdote quodam et diacono et aliis plerisque tam clericis, quam laicis, ad hoc conuocatis,*] iuramentum præstitit, quod eam ab eo k tempore pro coniuge teneret, et ei, sicut vxori suæ 46), fidem seruaret. Ipsa quoque eidem Andreæ iurauit 47), se illum pro marito habituram, et fidem ei, tanquam viro proprio, seruaturam. Quo facto, [*in eadem domo diu cohabitantes sibi, liberos procreauerunt: procedente vero tempore,*] prænominatus A. 48) [*contra iuramentum præstitum*] reliquit eandem 49), [*et filios, ex ea procreatos, et ab eorum cohabitatione recessit.*] Quia igitur nemini licet vxorem suam sine manifesta caussa fornicationis dimittere, et tunc eam sibi reconciliare debet, aut, ipsa viuente, continere; [*nec vos sustinere debemus, vt prædictus Andreas iuramenti præstiti religionem infringat: d. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, [*rei veritate diligentius inquisita, si, prout superius dictum est, ita esse inueneritis,*] eundem [*Andream monentis studiosius,*] vt [*suæ saluti consulens, et*] superinducta, [*quam habet, prius*] dimissa, ad vxorem suam redeat, et eam maritali affectione pertractet 50), [*et reatum suum condigna satagat pœnitentia expiare. Quod si commonitioni vestræ acquiescere forte noluerit: vos eum et superinductam omni occ. et app. rem. excommunicationis vinculo innodetis, et, vsque ad dignam satisfactionem, præcipiatis, ab omnibus, sicut excommunicatos, cautius euitari.*]

43) Admodum corrupta est inscriptio in cod. MSC. et edit. *In decretal.* *ALEXANDRI III.* infra p. 321. c. 24. hæc ita se habet: *Idem abbatibus S. Edmundi et de Ramesa.* Rectius edit. Cont. habet *S. Cadmundi.* De monasterio *Ramsey* dixi ad c. 2. X. de dolo et contumac. not. 81.
44) C. R. 2. legit: E. et c. 8. comp. cit. 1. *Emma*, licet in concilio sit: *Emma*, per totum
45) *Nobis*, a C. H abest, sed cit. c. habet: *auribus nostris.*
46) *Suæ*, in C. H et cit. c. non habetur.
47) *Iuramento præstito promisit*, cit. c.
48) *Andreas*, C. R. 1. et cit. c.
49) *Prænominatam Emmam*, cit. c.
50) Loco verborum, ex cit. c. et ipso concilio hic restitutorum, Raymundi verba finalia tantum sunt huius tenoris: *monitione præmissa per eccles. cens. cogatis.*

CAP. X.

Qui iurauit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum, per censuram ecclesiasticam contrahere compellitur.

IDEM *Pictauien. episcopo.* l (*ann.* 1180.)

II. Ex litteris m [*ven. fr. n.*] Siluani 51) episcopi accepimus, quod, cum duo nobiles 52) viri sui episcopatus G. 53) n scilicet de Monstra 54), et B. 55) [*de Mauritania*] filios et filias impubescentes haberent, [*et spe pacis inter eos conciliante, ita*] inter se conuenerunt 56), quod eos 57) [*mutuis*] adinuicem matrimoniis copularent 58). Et hoc tam

51) *Siluatren.* C R. 1. *Syluanatren.* H. *Saluonon.* c. 9. comp. cit. 1. *Sanctonem.* Cont. in margine.
52) In superiori gradu *nobilitatis* constituti, *Dynastæ* forsan, territorio quodam instructi.; quia *totam terram ipsorum* pontifex interdicto subiici mandauit, ceu verba vltima pontificis designant: quod effectum non habuisset, nisi amplissimo territorio instructi essent.
53) *W.* est in C. L. ed. ant. et cit. c. *Guil.* in Cont.
54) *De Monstraud.* cit. c. *de Montandre*, Cont.
55) C. R. 1. legit: *et R.:* sed L. habet: *et H.* Contius: *et B. de Mauritania.*
56) *Conuenerunt*, C. H. et cit. c.
57) *Filios et filias*, cit. c.
58) *Sociarent*, ibid.

a C. 4. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 6. c. 13. b C. 5. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 6. c. 19. c C. 6. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Lat. p. 41. c. 1. Vide Alciat. consil. 352. in 5. volum. d Concordat. l. Labeo, et ibi Bart. ff. de supell. leg.

e C. 7. eod. tit. in 1. compil. f Cadmundi ac de Mesein. g Al. Remesia. h C. 8. eod. tit. in 1. compil. i E. k In cod. Barb. ita: ab eo tempore in antea. l Pictauens. m C. 9. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 1. c. 20. n W.

patres,

patres, quam filii sub iuramento se promisere 59) facturos: inter quos siquidem G. filiam alterius 60), consentiente patre, se semel et iterum 61) iurauit ducere 62) in vxorem. Quo volente ad alia vota migrare, eum episcopus compellere voluit, vt, quod iurauerat, adimpleret 63). [*Ipse ad nostram audientiam appellauit, et, altera parte ad nos nuntium suum destinante, ipse non venit, nec responsalem aliquem pro se transmisit.*] Quia igitur prædicto G. periculosum est contra suum iuramentum venire: frat. t. [*per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, [*cum exinde fueris requisitus, vtramque partem ante tuam conuoces præsentiam, et, rationibus hinc inde plenius auditis et cognitis,*] si hoc 64) tibi constiterit, eum moneas, et, si non acquieuerit monitis, eccles. cens. compellas, vt ipsam, nisi rationabilis caussa obstiterit, in vxorem recipiat, et maritali affectione pertractet. [*Si vero rationabilem caussam prætendere voluerit: cum omni diligentia et studio audias, et sine canonico, omni app. cess. decidas. Ceterum si legitime monitus iudicio tuo parere contempserit: eum et patrem, si fouere ipsum in sua malitia præsumpserit, excommunicationis vinculo adstringas, et in tota terra ipsorum omnia diuina præter baptismata paruulorum et pœnitentias morientium prohibeas officia celebrari.*]

59) *Promiserint*, ibid.
60) *Prædicti R.* ibid.
61) Partic. *semel et iterum*, omittuntur in C. R. L. H. et ed. ant.
62) *Accipere*, cit. c.
63) *Cumque, ipso volente ad alia vota migrare, eum episcopus sub districtione anathematis compellere voluit, vt secundum quod iurauerat, filiam præfati R. traduceret in vxorem.* ibid.
64) Loco pronominis *hoc*, verba ibidem sunt sequentia, *quod præfatus G. præstito iuramento firmasse, quod filiam memorati R. duceret in vxorem.* Paullo post haec in verbis est differentia: *et auctoritate nostra districte compellas, vt ipsam, nisi rationabilis caussa exstiterit,* in etc.

CAP. XI.

Per censuram ecclesiasticam pater compellitur restituere filio eius vxorem, quam iniuste detinuit, vel detinet.

IDEM *archiepiscopis, episcopis* 65), [*abbatibus*] *et aliis* [*ecclesiarum*] *prælatis,* [*et vniuerso clero,*] *per Angliam* [*et Cismaritanam terram illustris regis Anglorum*] *constitutis.* (*ann.* 1173.)

Non est a vobis, sicut arbitramur, incognitum, qualiter [*illustris*] rex Anglorum pro discordia 66), quæ inter ipsum et filios suos, [*peccatis exigentibus,*] est suborta 67) *b*, vxores eorum detineat: [*pro quibus sibi restituendis rex Francorum et generi sui preces sollicitas nobis porrexerunt.*] Nos itaque, attendentes, iustum et honestum esse, vt viri suas petant vxores, [*et precibus eorum in omnibus, quæ a iustitia non discordant, volentes prona animo acquiescere, præfatum regem Anglorum studiose satis et attente monuimus, eique dedimus in mandatis, vt ad commonitionem archiepiscopi Cant. et episcopi Conuentrensis, et Cant. prioris, vel loco eius prioris de Monte Eli, si ipse adesse non poterit, vel duorum ex his, si tres non potuerint interesse, vxores eorum intra XL. dies post litterarum nostrarum susceptionem, restituere non postponat. Si vero eas post prædictum terminum viris suis non restituerit: apost. auctoritate præcipimus, vt tota prouincia, intra quam detinentur, et ad quam transferuntur, quamdiu ibi fuerint, donec viris suis non restituantur, ab omnibus diuinis officiis præter baptisma paruulorum et pœnitentias morientium cessent. Inde est, quod vniuersitati vestræ per a. s. præc.*] mandamus, quatenus eundem regem [*Anglorum*] ad eas restituendas sollicite moneatis, [*et exhortationibus inducatis, proponentes ei, quod non minus expedit sibi, eas restituere, quam viris suis ipsas recipere.*] Et, si iuxta [*mandatum et*] commonitionem vestram 68), filiis suis vxores suas intra certum 69) terminum non restituerit: ex tunc, in quacunque parte 70) prouinciarum vestrarum detinentur vel transferuntur 71), donec ibi fuerint, nulla diuina officia, præter baptismum *c* paruulorum, et pœnitentias morientium, celebretis, vel permittatis aliquatenus 72) celebrari, [*omni app. cess. scituri pro certo, quod, si contra interdictum nostrum, quod non credimus, venire tentauerit, suæ temeritatis et transgressionis pœnam debitam auctore Domino reportabit.*]

65) *Et episcopis*, C. R. 1. L. ed. ant. et gloss.
66) *Per discordiam*, legunt C. R. 2. et edit. ant. Caussa harum discordiarum, inter HENRICVM II. et filios tres eiusdem exortarum, vnde graue bellum intestinum natum, plenius enarratur ab *ALFORDO in annal. Angl. eccl. ad ann MCLXXIII.* n. 24. *seqq.* qui potiora ex scriptoribus Angliæ excerpsit.
67) *Exorta*, C. R. *oborta*, c. 13. comp. cit. t.
68) *Vestram*, omittitur in cit. c.
69) *Certum*, in C. R. L. H. et ed. ant. deest. sed in cit. c. legitur: *constitutum.*
70) *Parte*, a C. R. 1. L. H. ed. ant. Conc. et Pith. abest: sed C. R. 2. nouieri manu insertum.
71) *Deferuntur*, C. H.
72) *Aliquatenus*, in cit. a. non habetur.

CAP. XII.

Dictum vnius asserentis impedimentum, impedit matrimonium contrahendum, non iuratum.

IDEM *episcopo sanctæ Agathæ.* (*ann.* 1180.)

II. Præterea de muliere *d*, quæ a viro impetitur, cuius consanguineus cum 73) ea se deliquisse proponit, sed hoc publice confitari recusat propter metum et potentiam mulieris, [*prouidentiæ tuæ*] taliter 74) respondemus, vt matrimonium ipsum fieri, nisi iuramentum interuenisset, districte prohibeas, ne deterius inde contingat.

73) *Eius, cum*, C. H.
74) *Tuæ discretioni*, C. R. 1. *duximus respondendum*, cit. a.

CAP. XIII.

Si mulier inuita cum aliquo contrahat, nec in eum postea consentiat: tenet matrimonium, si alteri postea nubat. Ita communiter summatur. Et secundum hunc intellectum esset hic casus apertus, quod matrimonium, metu contractum, esset ipso iure nullum. Hoc tamen clare non colligitur ex littera.

IDEM *procuratori et canonicis Soran.* 75) (*ann.* 1170.)

Veniens e ad apost. sedis [*clementiam*] Mariota, [*latrix præsentium,*] supplici 76) [*nobis*] insinuatione monstrauit, quod, [*dum esset in adolescentia constituta,*] quendam adolescentem adamauit in tantum, quod vterque *f* [*inter se*] de matrimonio contrahendo, sub trium personarum testimonio præstiterit *g* iuramentum. Quod parentes mulieris ipsius ignorantes, eam inuitam et reclamantem in vxorem alii tradiderunt 77): quem ita exhorruit, quod se ab eo nullo modo cognosci permisit. Cumque publice fateretur, quod a priori viro cognita esset, atque iurata: episcopus Soran. 78) [*qui tunc erat, eos ante præsentiam suam fecit venire, et,*] cognito, [*atque probato,*] quod [*ita*] proxima inter eos esset linea consanguinitatis, [*quod insimul non possunt, nec debent de iure coniungi,*] ipsos abinuicem separauit. Cæterum cum caussa ipsa tractaretur, et viro, cui tradita fuerat a parentibus, consentire nollet: ipse aliam in vxorem traduxit, et illa cuidam T. 79) nomine, publice in conspectu ecclesiæ nupsit. Tandem 80) cum *h* de illo filium genuisset: pater ipsius T. [*quærens occasionem diuortium faciendi,*] ei opposuit, quod filium suum non potuit 81) in virum habere, eo, quod alii 82) *i*, qui [*nunc*] defunctus est, prius desponsata fuisset.

[*Quia vero assertioni eius fidem, sicut non debuimus, non adhibuimus, nec hoc potuimus sub silentio præterire; eam ad vos duximus remittendam, et discr. v. per apost. s. præc.*] mandamus, quatenus, [*huius rei veritate plenius comperta,*] si inueneritis, quod prædicta mulier a priori 83) viro iudicio ecclesiæ fuerit separata, et ab eodem T. sine contradictione ecclesiæ in vxorem traducta, et ille, cui a parentibus [*inuita et renitens*] fuit 84) *k* copulata, de præsenti vita decessit 85), prædictum T. monitione præmissa 86, compellatis 87), vt præfatam Mariotam 88), [*postposita occasione,*] recipiat, et [*eam vxorem suam diligere*] studeat, [*et*] maritali affectione tractare 89): alioquin eum, et superinductam, et patrem [*etiam*] eius *l*, si huic rei *m* restiterint 90), excommunicationi subdatis 91), [*et vsque ad dignam satisfactionem sententiam ipsam faciatis inuiolabiliter obseruari.*]

75) *Canonicis Sorano.* C. H.
76) *Suo nobis*, C. R. 1.
77) *Tradiderant*, c. 27. comp. cit. t.
78) *Soranus*, C. R. 2. et L.
79) *Ptolomæo*, cit. c. per tot.
80) *Sane*, C. R. L. H. et cit. c.
81) *Potuerit*, C. L. *non potuerit nec debuerit.* cit. c.
82) *Ab alio*, C. R. L. H. ed. ant. et Conc. *ab alio viro*, cit. a.
83) *Prædicto*, cit. c.
84) *Fuerit*, C. R. 1. et L. *est*, cit. c.
85) *Decesserit*, C. L. et cit. c.
86) *Moneatis et districte*, cit. c.
87) *Cogatis*, C. H.
88) *Mulierem*, C. R. 2.
89) *Pertractare*, C. R. 1.
90) *Restiterit*, C. R. 2. L. H. ed. ant. Conc. et cit. c.
91) *Excommunicatione innodatis*, cit. c.

CAP. XIV.

Si timetur inferri violentia puellæ, de cuius matrimonio agitur: debet iudex sibi prouidere locum tutum et honestum, donec caussa terminetur. H. d. Et est textus multum allegabilis.

IDEM *Papiensi episcopo.* 92) (*ann.* 1170.)

Cum locum *n* non habeat consensus, vbi metus vel coactio interuenit 93): necesse est, vt, vbi assensus cuiusque 94) requiritur,

92) infra in *decretal. ALEXANDRI III. p.* 314. *c.* 2. additur: *in libro XII. R.* h. e. *registri*, qui incidit in hunc annum.
93) *Interuenit*, C. R. L. H. ed. ant. Conc. gloss. Pith. et c. 19. comp. cit. t.
94) *Cuiusquam*, C. R. L. edit. ant. Gunz. et cit. c.

a *C.* 13. *eod. tit. in* 1. *comp.* b *Al.* est nata. c Baptismo.

d *C.* 16. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 50. *c.* 50. e *C.* 17. *eod. tit. in* 1. *comp.* f Quod vt, etc. g Præstitit h Sane cum de illo, etc. i ab alio. k Fuerat. l ipsius. m Restiterit o *C.* 19. *eod. tit. in* 1. *comp.*

coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur; et vbi de ipso quæritur, plena debet securitate ille 95) gaudere, cuius est animus indagandus: ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, et sequatur exitus, qui de inuitis solet nuptiis prouenire. Quo circa [*fr. t. per a. s.*] mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio [*inter Siderior et Canes, ciues tuos,*] quæstio ventilatur 96), in domo, in qua [*eam posuisti, ita, quod*] nihil eam timere oporteat, facias [*eam*] honeste teneri 97), donec prædicta caussa [*fine canonico*] terminata fuerit, et 98) *a* sententia sine contradictione cuiusquam valeat exsequutioni mandari.

95) *Ille*, a C. R. et L. abest.
96) *Sub tuo examine fuit ventilata*, cit. c.
97) *Tenere*, ibid.
98) verb. *fuerit et*, desunt in C. H. sed *fuerit*, *vt*, habet cit. c.

CAP. XV.

Sponsalia de futuro, si sequuta est copula, non soluuntur per sponsalia de præsenti; alias tenent sponsalia de præsenti: nisi per metum, qui potuisset cadere in constantem virum, contracta sint.

IDEM.

Veniens *b* ad nos Gu. [*lator præsentium,*] sua 99) nobis relatione monstrauit, quod in domo sua mulierem quandam recepit, de qua 100) prolem 1) habuit, et cui 2) fidem coram pluribus præstitit, quod eam duceret in vxorem. Interim autem, cum [*de quadam ciuitate ad propria veniret,*] apud domum vicini sui pernoctauerit, eius 3) filia nocte illa secum concubuit; quos pater puellæ simul in vno lecto inueniens, ipsum eam per verba de præsenti desponsare coëgit 4): [*qui nuper in præsentia constitutus nos consuluit, cui potius adhærere deberet. Quia vero nequaquam innotuit nobis, vtrum post fidem præstitam primam cognouerit:*] ideoque mandamus, quatenus [*rei veritatem diligenter inquiras, et,*] si inueneris, quod primam post fidem præstitam cognouerit, ipsum cum ea facias remanere: alioquin 5) secundæ, nisi metu 6) coactus, qui posset *c* in virum constantem cadere, eam 7) desponsauerit, adhærere facias, vt vxori.

99) *Supplici*, c. 2. comp. 2. h. t.
100) *Ex qua*, C. R. 2.
1) *Filium et filiam*, cit. c.
2) *Et*, C. H. Sed in cit. c. desideratur antecedens copula: *et*.
3) *Pernoctauit*, cuius, cit. c.
4) *Et cum pater eius in lecto eos simul inuenisset: summo mane inuitum ipsum eam desponsare coëgit*, cit. c.
5) *Quodsi post datam fidem eam non cognouerit*, ibid. loco partic. *alioquin*.
6) *Per metum*, C. L.
7) *Eandem eam*, C. R. 2.

CAP. XVI.

Qui iurauit cum aliqua contrahere, si vult religionem ingredi, debet primo contrahere, vt iuramentum seruetur: et ante copulam carnalem monasterium ingredi poterit.

IDEM *Exoniensi* 8) *episcopo.* (*ann.* 1172.)

Commissum *d*: [*et infra.*] Significauit nobis fratern. tua, quod quidam [*litteratus et nobilis, cum ad eum paterna hereditas deuolueretur,*] cuidam mulieri de contrahendo matrimonio fidem dedit, [*quibusdam præsentibus de contrahendo matrimonio,*] et se cum ea intra biennium per verba de præsenti contracturum, præstito iuramento [*super sacrosancta euangelia*] firmauit: nunc autem priuata lege ductus ad frugem melioris vitæ transire 9) suspirat, [*tuamque super hoc consulens prudentiam ante matrimonium contractum ad monasticæ religionis habitum licite posse transire suspicatur: quia, si contraxisset, etiam inuita, intra duos menses, iuxta veterum canonum statuta, nostra constitutione innouata ad laxioris vitæ religionem posset transire. Quia igitur super hoc tua nos dilecta fraternitas consuluit; ita*] consultationi tuæ respond. 10) quod tutius est ei, religione iuramenti seruata, prius contrahere 11), et postea, si elegerit, ad religionem 12) migrare: si tamen post [*primam*] desponsationem copula non dignoscitur interuenisse carnalis.

8) *Exonen.* ed. Cont. et c. 4. comp. cit. 2.
9) *Transire*, in C. R. L. H. ed. ant. et Cont. deest: sed *conuolare*, est in cit. c.
10) *Taliter respondemus*, C. R. L. et ed. ant.
11) Omnis vis matrimonii indissolubilis consistit in copula carnali: qua de caussa, qui contraxit matrimonium, nulla accedente copula carnali, videtur substitisse in sponsalibus *de præsenti*, quæ dissoluuntur per religionis professionem. Sed ita haud satisfacit suo iuramento, quo promiserat, se intra biennium cum desponsata per verba de præsenti matrimonium contracturum; tum quia hæc verba *cum effectu* intelligenda, tum quia per c. 7. X. *h. t.* in eo sensu accipienda, quem solent recte intelligentibus generare, h. e. vt matrimonium cum ea per copulam consummare velit: et tamen pontifex tutius esse censuit, vt prius suo iuratæ promissioni satisfaciat, et postea, si velit, religionem ingrediatur.
12) *Districtionem religionis*, cit. c.

a Al. *ita*: vt sententia. *b* C. 2. *eod. tit.* in 2. *comp. vid. cæteros exp. prædictos.* *c* Posset. *d* C. 4. *eod. tit.* in 2. *comp. Magister sent.* 4. *dist.* 27. *§. hoc autem coniugalis, et ibi Sot.* q. 1. *art.* 4.

CAP. XVII.

Qui iurauit cum aliqua contrahere, moneri potius debet, quam compelli, vt contrahat. H. d. inhærendo litteræ.

LVCIVS *Rapolen.* 13) *e episcopo.* (*ann.* 1181.)

Requisiuit *f* a nobis tua Fratern. qua censura mulier compelli debeat, quæ, iurisiurandi religione neglecta 14), nubere renuit, cui se nupturam interposito iuramento firmauit. [*Quæsiuisti etiam, vtrum ea, cuius vir matris torum polluit, ad alia vota, cum mater fieri desideret, viro possit viuente transire.*] Ad quod [*tibi*] br. r. quod [*mulier, quæ se nupturam iurauit,*] cum libera debeant esse [*de iure*] matrimonia, monenda est potius, quam cogenda: [*maxime*] cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere. [*Illa sane, cuius vir cum matre adulterium et incestum commisit, nec viro suo coniungi carnaliter, nec, eo viuente, cum alio matrimonium inire debebit.*]

13) *Vrbanus III.* habet C. R. 2. et episcopus, cui scribitur, in eod. C. vocatus *Rapien* in C. L. edit. ant. et c. 12. comp. 1. h. t. *Rapolen.* vel, vt in C. H. *Rapolitensi*, seu potius *Rauellensi*.
14) *Contempta*, C. R. 1.

CAP. XVIII.

Litis pendentia super matrimonio non impedit secundum matrimonium contrahi, si primum erat nullum.

VRBANVS III. 15) (*ann.* 1186.)

Cum in *g* apostolica [*sede, cui, licet immeriti, præsidemus, magisterium resideat totius ecclesiasticæ disciplinæ: dignum est et consonum rationi, vt, quoties circa negotia ecclesiastica aliquid dubietatis emergit, ad ipsius deliberationis arbitrium recurratur.*] Intelleximus, quod, cum inter villicum de Aruasa 16) et vxorem eius, [*coram te*] matrimonii quæstio tractaretur *h*, [*productis testibus et attestationibus eorum diligenti examine discussis,*] ante publicationem testium 17) [*idem*] villicus, reuersus ad propria, publice inter se et vxorem suam proposuit sententiam diuortii, iudicio ecclesiæ promulgatam: et sic, [*omnibus*] falsitate suggesta, quandam aliam [*mulierem,*] facti nesciam *i*, sibi copulare præsumpsit. Postmodum vero, super prioris matrimonii quæstione litteris [*a sede ap.*] impetratis, delegati iudices sententiam diuortii protulerunt. Verum 18) quia villicum et mulierem, quam superinduxit, pendente lite prioris vxoris, inuicem asseris 19) consensisse: [*tua nos duxit fraternitas consulendos, vtrum tales sint ad matrimonia admittendi. Nos igitur auctoritate præsentium*] consult. t. t. r. 20) quod, imposita 21) viro pœnitentia competenti, et intra pœnitentiæ tempus carnali commercio interdicto, postmodum in maritali copula poterunt 22) remanere.

15) in *app. ad concil. Later. III. P. VI. c.* 21. *M.* additur: *Cenomanensi episcopo.*
16) *De N.* secund. C. R. L. H. ed. ant. et Gonz. *de Ernesa*, c. 20. comp. cit. 1. licet in concilio sit: *de Herueia.*
17) *Testium*, non est in cit. c.
18) *Vnde*, est ibid.
19) *Asseris*, C. L.
20) *Tuæ sollicitudini respondemus*, cit. c.
21) *Interposita*, ibid.
22) *Poterit*, ibid. Reliqua continet c. 10. *X. de desponf. imp.*

CAP. XIX.

Vxor, non certificata de morte viri, contrahere non potest: quamuis ignoret, quid sit de marito, qui longo tempore absuit.

CLEMENS III. 23) *Cæsaraugustensi episcopo.* k (*ann.* 1188.)

In præsentia *l* nostra [*positus a nobis*] quæsiuisti 24), quid agendum [*tibi*] sit de 25) [*quibusdam*] mulieribus, [*in tua diœcesi constitutis,*] quæ, [*cum*] viros suos, caussa captiuitatis vel peregrinationis absentes 26), [*iam*] vltra septennium præstolatæ fuerint *m*, nec certificari possunt de vita vel de morte ipsorum 27), licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem: et pro iuuenili ætate, seu fragilitate carnis, nequeunt continere, petentes aliis matrimonio copulari 28). [*Cum autem dicat apostolus: mulier tam diu alligata est viro, quam diu vir eius viuit;*] consult. ergo 29) t. t. respond. quod, quantocunque annorum numero 30) ita remaneant, viuentibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonice conuolare: nec [*in eas*] auctoritate ecclesiæ 31) permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorum.

23) *Cælestinus*, C. H.
24) *Duxisti requirendum*, c. 3. comp. 2. h. t.
25) *De*, abest a C. H.
26) *Quæ cum viros in captiuitatem vel aliam peregrinationem abductos*, cit. c.
27) *Ipsorum*, ibid. omittitur.
28) *Quia tamen pro iuuenili ætate seu alia fragilitate carnis humanæ continere non possunt: aliis expetunt in matrimonio copulari*, ibid.
29) *Ergo*, in C. R. L. et cit. c. non habetur.
30) *Spatio*, cit. c.
31) *In ecclesiæ facie*, ibid.

e Rapucensi al. Rabulen. al. Abulensi. *f* C. 12. *eod. tit.* in 1. *comp.* *g* C. 20. *eod. tit.* in 1. *comp.* et *post conc. Lat. p.* 6. *c.* 21. *h* Verteretur. *i* Inscians. *k* Cæsaraugustano. *l* C. 3. *eod. tit.* in 2. *comp.* *m* Fuerunt.

CAP.

CAP. XX.

Contractus matrimonii cum peccatrice, volente se corrigere, proficit ad remissionem peccatorum.

IDEM.

Inter opera a caritatis, [*quæ imitanda nobis auctoritate sacræ paginæ proponuntur, sicut evangelica testatur auctoritas,*] non minimum est, errantem ab erroris sui semita reuocare, [*ac præsertim mulieres voluptuose viuentes, et admittentes indifferenter quoslibet ad commercium carnis, vt caste viuant, ad legitimum tori consortium inuitare. Hæc igitur attendentes, auctoritate apostolica*] statuimus, vt omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint et duxerint in vxores, quod agunt, in remissionem proficiat peccatorum.

CAP. XXI.

Matrimonium, per vim contractum, cohabitatione spontanea conualescit. H. d. et quotidie allegatur.

IDEM.

Ad id b, quod per tuas litteras intimasti de quadam parochiana tua, quam suus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulauit, taliter r. 32) quod, quamuis vndecim annos [*adhuc*] habens 33), ab initio inuita fuisset ei tradita et renitens, tamen, quia postmodum per annum et dimidium sibi cohabitans, consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire. Nec de cetero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quod non consenserit 34) in eundem, nominauerit producendos: cum mora tanti temporis huiusmodi probationem excludat c. Mandamus igitur 35), vt propter hoc non omittas, quo minus, [*appell. rem. per censuram eccl.*] vtrumque compellas ad alterum maritali affectione tractandum: nisi forte vellent 36) ad religionem pariter conuolare, pœnitentia eis iniuncta 37) pro eo, quod ad alienos et illicitos concubitus vterque transiuit.

32) *Consultationi tuæ taliter respondemus*, C. 2. 1.
33) *Adhuc habens*, ibid.
34) *Consensit*, C. H.
35) *Volumus igitur et mandamus*, c. 7. comp. cit. 2.
36) *Voluit*, ibid.
37) *Injuncta*, ibid.

CAP. XXII.

Sponsalia de futuro, etiam iurata, soluuntur per secunda sponsalia de præsenti, non autem per secunda de futuro.

INNOCENTIVS III. *Fernatin.* 38) d *episcopo.* (*ann.* 1198.)

Sicut e ex litteris tuæ fratern. accepimus, cum Leu. 39) parochianus tuus P. mulierem se ducturum in coniugem, in manus 40) patris einsdem P. iurantis, quod eam sibi traderet in vxorem, proprio firmauerit iuramento, nec per virum steterit, sed per mulierem potius, quo minus inter eos matrimonialis sollemnitas sit sequuta, quatuor postmodum, vel quinque annis elapsis, idem L. E. 41) mulierem 42) per verba de præsenti, vt eius consanguinei asserunt, desponsauit: [*propter quod frater prædictæ P. suam deposuit in præsentia tua quæstionem. Quia vero, quid super his agendum sit, nostro postulas responso edoceri;*] postulationi 43) tuæ taliter respondemus, quod, si tibi constiterit, quod idem L. P. [*mulierem*] per verba de futuro, E. 44) vero desponsauerit per verba de præsenti, imposita ei pœnitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit, nisi forsan in iuramento suo certum terminum, intra quem dictam P. duceret in vxorem præfixit 45), nec per eum stetit, quia ad statutum terminum matrimonium consummauerit, matrimonium, secundo loco 46) contractum, legitimum iudices, et ad illud seruandum eum, [*si opus fuerit, per censuram eccl. ecclesiastica districtione*] compellas: [*nisi forsan aliud quid obstiterit, quod ipsum debeat impedire.*] Quodsi forte per verba de futuro sponsalia cum vtraque contraxit; iuramentum primum, sicut licite factum est, ipsum seruare compellas, de secundo ei pœnitentiam iniuncturus 47). Quodsi de his [*tibi*] non constat ad plenum: tamdiu adhuc cognoscas de caussa, donec super his sufficienter 48) f instruaris. [*Quod enim in attestationibus, quas ad sedem apost. destinasti de compaternitate habetur, non facit ad caussam: cum neutra contrahentium sit illa persona, qua mediante inter parentes eorum compaternitas est contracta.*]

38) In *epistola Innoc.* 29 *libr.* 1. est hæc epigraphe: *Ferentinati episcopo*, cum qua conuenit, C. L. et H.
39) *Laur.* C. L. per tot. sed *L.* est in C. B. ed. ant. et cit. c.
40) *Manu*, C. H. et ed. ant.
41) In C. B. 1. et H. legitur: *G.*
42) *Mulierem*, in cit. c. omittitur.
43) *Fraternitatis*, ibid.
44) C. H. habet: *G.*
45) *Præfixerit*, ibid.
46) *Secundum*, cit. c. omissa voce: *matrimonium.*
47) *Et de secundo ei pœnitentia iniungatur*, ibid.
48) *Sufficienter*, C. B. L. H. et cit. c.

a C. 5. eod. tit. in 1. comp. *Ant. Gomez.* 3. *var. resol. c.* 13. *Iul. Clarus in pract. crim.* §. *fin. q.* 98. *et Couarr. in ep.* 4. *decr. p.* 2. *c.* 8. §. 11. b *Cap.* 7. *eod. tit. in* 2. *comp. vid. Oldrad. consil.* 36. c Excludat. d Fernatinati, *al.* Ferentinati. e C. 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* f Sufficientius.

CAP. XXIII.

Mutus et surdus, et omnes, qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt.

IDEM *Arelatensi episcopo.* 49) (*ann.* 1198.)

Cum apud sedem g apostolicam, [*cui, licet immeriti, præsidemus, totius ecclesiasticæ disciplinæ resideat magistratus: dignum et consonum est rationi, vt quoties circa negotia varia et diuersa, quidquid dubitationis emerserit, ad ipsius iudicium recurratur, quæ, disponente Domino, inter omnes ecclesias obtinere meruit principatum.*] Sane, consuluisti nos [*per nuntios et litteras tuas,*] vtrum mutus et surdus alicui possint matrimonialiter copulari. Ad quod [*frat. t.*] taliter respondemus, quod, cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, vt, quicunque non prohibetur, per consequentiam admittatur, et sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum, quarumque 50) coniunctionibus agitur, videtur, quod, si talis velit contrahere, sibi non possit, vel debeat denegari: cum, quod verbis non potest, signis 51) valeat declarare.

49) Recte in C. B. 2. et c. 3. comp. 3. cit. legitur: *archiepiscopo*, quæ inscriptio genuina etiam deprehenditur *libr.* 1. *epist.* 333. anno primo regiminis seu ann. MCXCVIII. scripta, qui diserte etiam in *epist.* 332. exprimitur.
50) *Quarumcumque*, C. L. et cit. c.
51) *Saltem signis*, C. B. 1.

CAP. XXIV.

Furiosus matrimonium contrahere non potest.

IDEM *Vercel. episcopo.* (*ann.* 1212.)

Dilectus h filius R. [*miles Alexandrinus,*] proposuit 52) i [*coram nobis,*] quod [*Lancanuenda Rufinam,*] filiam suam, cuidam 53) matrimonialiter copulauit, [*ignorans, quod Opino esset furiosus. Vnde humiliter postulauit a nobis, vt tam eidem, quam ipsius filiæ consulere dignaremur:*] cum eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat, moreri non possit, et propter k alienationem furoris 54) legitimus non potuerit interuenire consensus. [*Quocirca fr. t. per a. s.*] mandamus, quatenus, [*inquisita plenius veritate,*] si rem noueris ita esse, præfatas personas cures, [*subl. appellationis diffugio, ab*] inuicem 55) separare.

52) C. B. 1. addit: *coram nobis.*
53) *Opizoni*, c. 4. comp. cit. 3.
54) *Mentis*, C. B. 2.
55) *Ab inuicem*, C. B. L. ed. ant. Cont. et Pith.

CAP. XXV.

Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur, quoad probationem: et intellige, vel alia signa æquipollentia. H. d. secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.

IDEM *Brixien. episcopo.* (*ann.* 1206.)

Tuæ l fraternitati 56): [*et infra.*] Postulasti [*insuper edoceri,*] vtrum ex solis verbis, et ex quibus matrimonium contrahatur 57): [*cum aliquibus dubitetur spirituale contrahi solis verbis.*] Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri et mulieris consensum: sed necessaria sunt, quantum ad ecclesiam 58), verba, consensum exprimentia de præsenti. Nam surdi 59) m et muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis; et pueri [*et*] ante annos legitimos per verba sola non contrahunt: cum intelligantur minime consentire.

56) *Fraternitatis*, C. L. et c. 5. comp. cit. 3. sed C. B. habent: *F.*
57) *Matrimonia contrahentur*, C. L.
58) Qua de caussa etiam hæc declaratio sollemniter *in ecclesia* edenda est. Si non est edita, sed tantum priuatim consensus inter contrahentes editur; in *foro ecclesiastico* quidem matrimonium indissolubile et ratum contractum censetur, sed minus sollemne et illegitimum est; vnde nata sunt *matrimonia conscientiarum*, quæ in Gallia vocant.
59) *Surdi*, a C. B. L. H. et cit. c. abest.

CAP. XXVI.

Si alter contrahentium vtitur verbis dubiis, animo decipiendi mulierem, et eam postmodum cognoscit carnaliter; iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: secus in pœnitentiali. H. d. secundum verum et communem intellectum.

IDEM. 60) (*ann.* 1211. *Romæ.*)

Tua n nos duxit fraternitas consulendos: 60*) [*et infra.*] Consequenter [*autem*] quæsiuisti, cum quandam mulierem quidam aliter inducere

60) Inscriptio integra, quæ hic deest, supplenda ex *libr. XIV. epist.* 159. anno regiminis XIV. scripta, incidente in annum Christi MCCXI. Est vero hæc: *Idem Gebennensi episcopo.*
60*) Verba, hic abscissa, leguntur in *c.* 7. *X. de cons. et affin.*

g C. 3. eod. tit. in 3. comp. *et de materia, videlicet quod matrimonium contrahitur per nutus et signa, innuentes consensus exprimentia, vid. Thom. 4. sent. dist.* 27. *et ibi Sotum q.* 1. *art.* 3. h *C.* 4. *eod. tit. in* 3. *compil.* i Proposuit coram nobis. k *Forte legendum: et propter alienationem* mentis: *sed nullus ex antiquis codicibus adstipulatur.* l *C.* 5. *eod. tit. in* 3. *compil.* m Dicitur, surdi, deest in omnibus codicibus. n C. 1. *eod. tit. in* 4. *compilat.*

nequi-

nequiuisset, vt sibi commisceretur carnaliter, nisi desponsasset 61) eandem, nulla sollemnitate adhibita, vel alicuius præsentia, dixit illi: te Ioannes desponsat; cum ipse Ioannes non vocaretur, sed finxit se vocari Ioannem, non credens, esse coniugium, eo quod ipse non vocaretur hoc nomine [*Ioannes*,] nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantum exsequendi 62) carnalem, vtrum inter prædictos 63) sit matrimonium celebratum, cum mulier consenserit [*et consentiat*] in eundem, et illa dissenserit *a* et dissentiat, nec aliud quicquam 64) *b* egerit, quam superius est expressum, nisi quod cognouit eandem. Super quo tibi 65) respondemus, quod, cum præfatus vir prædictam desponsauerit mulierem in propria persona, et sub nomine alieno, quo tunc 66) se vocari finxit 67), et inter eos sit carnalis copula subsequuta, videtur forte pro coniugio præsumendum; nisi tu nobis expresse scripsisses, quod ille nec proposuit, nec consensit illam ducere in vxorem: quod qualiter tibi constiterit, non videmus. Nos autem 68), quid iuris sit, rescribentes, dicimus 69), quod, si res ita se habet 70), videlicet, quod ille eam non proposuit 71) ducere in vxorem, nec vnquam consensit in prædictam personam, non debet ex illo facto coniugium iudicari; cum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium valeat inueniri: quoniam ex altera parte dolus 72) solummodo adfuit, et defuit omnino consensus, sine quo cætera nequeunt fœdus perficere coniugale.

61) *Desponsaret*, C. B. L. H. et c. 3. comp. 4. h. t.
62) *Extorquendi*, C. B. L. et cit. c. *tantummodo extorquendi*, H.
63) *Inter eos*, C. R. 1.
64) *Aliquid*, ed. ant. et Cont.
65) *Taliter*, C. R. 1. L. et ed. ant. Sed *fraternitati tuæ*, C. B. 2. et cit. c. *sibi taliter*, ed. Cont.
66) *Quo tamen*, cit. c.
67) *Finxerit*, C. R. 1.
68) *Tamen*, cit. c.
69) *Dicimus*, ibid. omissum est, sed incongrue.
70) *Habuerit*, C. B. 1. H. ed. ant. et cit. c.
71) *Proposuerit*, C. B. et L.
72) Sed dolus tamen decipienti prodesse non debet; nec turpitudinem allegaoti credendum in præiudicium læsi: adeoque hæc decisio nec impostori prodesse, nec deceptæ, quæ in matrimonium adhuc consentit, obesse potest. Huic quidem integrum foret, ad nullitatem prouocare, non vero impostori.

CAP. XXVII.

Ad denunciationem vnius honesti viri, qui defert consanguinitatem, et de fama vel scandalo docet, impeditur matrimonium contrahendum.

IDEM *episcopo Beluacen.* 72*) (*ann.* 1212.)

Cum in *c* tua diœcesi: [*et infra.*] Sane, quia contingit interdum, quod, aliquibus volentibus matrimonium contrahere, bannia 73), vt tuis verbis vtamur, in ecclesiis [*secundum consuetudinem ecclesiæ Gallicanæ*] editis, ac nullo contradictore publice comparente, licet fama priuatum 73*) impedimentum deferat parentelæ, cum ex parte contrahentium iuramenta maiorum de sua propinquitate, vt suspicionis tollatur materia, offeruntur 74) *d*, quid tibi 75) sit faciendum in casibus huiusmodi, quæsiuisti. Ad quod taliter respond. quod, si persona grauis, cui fides sit adhibenda, tibi 76) denuntiet, quod hi, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate contingant, et de fama vel scandalo doceat, aut etiam per te ipsum possis certificari de plano, non solum debes iuramenta parentum, sponte oblata, non recipere, verum etiam eos, qui sic contrahere nituntur, si moniti 77) induci nequiuerint, compellere, vt a tali contractu desistant, vel contra famam huiusmodi secundum tuæ discretionis arbitrium iuramenta exhibeant propinquorum. Alioquin, si persona denuntians non exstiterit talis, vt diximus, et de fama 78) *e*, vel de 79) scandalo non poterit edocere, ad desistendum monere poteris, non compellere, contrahentes.

72*) Integra decretalis sistitur *libr. XV. epist.* 184. *edit. Baluz. p.* 689. vnde adhuc aliæ decretales a RAYMVNDO desumtæ, scil. *c.* 44. *X. de sent. et ext. c.* 10. *X. de dec.* quod est ipsum initium decretalis. Denique *c.* 6. *X. de diuort.*
73) *Banna* sunt *denuntiationes* et *edicta* publica, quibus citantur etiam, quorum interest, vel aliquid mandatur, obseruante SCHILTERO in *glossar. teuton. voce: Bann.* Duplex enim finis horum *bannorum ecclesiasticorum*, quæ nuptias præcedunt, est, 1) vt matrimonium instans publice apud ecclesiam manifestetur: 2) vt publice citentur, tum quorum interest, tum qui impedimentum illi opponere possunt.
73*) *Priuatim*, c. 2. comp. cit. 4.
74) *Offerantur*, C. R. L. H. et cit. c.
75) *Fraternitati tuæ*, cit. c.
76) *Tibi*, a C. B. et L. abest.
77) *Monitis*, cit. c.
78) *Vel de fama*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
79) *De*, abest a C. R. 1. L. et ed. Cont.

CAP. XXVIII.

Mulieri, quæ negat, se in matrimonium consensisse, non creditur, marito probante contrarium: secus, si probat, se consensisse per metum, qui potest cadere in constantem virum.

HONORIVS III. *episcopo Berguen.* 80) f (*ann.* 1225.)

Consultationi *g* tuæ breuiter 81) respondemus, quod mulieres, quæ [*de more*] veniunt ad valuas ecclesiæ benedicendæ cum sponsis, et ibi reclamantes affirmant, se nunquam in eorum matrimonium consensisse, audiri, sponsis legitime probantibus contrarium, non oportet: cum legitimis et idoneis testibus non debeat illarum simplex assertio præualere. Sane, illis, quæ, benedictione accepta 82), mox a sponsis aufugiunt, ante carnis copulam subsequutam, asserentes, se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas, verba protulisse consensus, licet animo dissentirent, non statim est audientia deneganda; sed de illato metu est cum diligentia inquirendum: et, si talis metus inueniatur illatus, qui potuit cadere in constantem *h* virum 83), erunt non immerito audiendæ.

80) Rectius *Slesuicensi*, legitur in c. 8. *comp.* 5. *h. t.* Nam C. R. et L. cum ant. edit. vitiosam inscriptionem habent. Episcopatus Slesuicensis fundatus est ab OTTONE I. anno MMXLVI, a regibus Daniæ deinde nouis reditibus auctus.
81) *Breuiter*, in C. B. 1. deest.
82) *Recepta*, C. R. L. H. et cit. c.
83) Hoc vocabulum deletum est, in C. R. sed in L. et H. prorsus omittitur.

CAP. XXIX.

In matrimoniis et sponsalibus debet esse libertas: vnde in eis promissio pœnæ non obligat.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1235.)

Gemma *i* mulier nobis exposuit, quod, cum T. filia eius, cum C. contraxit *k* matrimonium, B. de Alserio 84) ea occasione 85), quod inter P. filium suum, et prædictam puellam, intra septennium constitutos, sponsalia contracta fuerunt 86), pœnam 87) soluendam a parte, quæ contrauenirret, in stipulatione appositam, ab ipsa 88) nititur extorquere. Cum itaque libera matrimonia esse debeant, et ideo talis stipulatio propter pœnæ interpositionem sit merito improbanda 89): mandamus, quatenus, si est ita, eundem B. vt ab extorsione prædictæ pœnæ desistat, ecclesiastica censura compellas.

84) *Alpherio*, C. B. 2. *Alphano*, H.
85) *Conditione*, C. B. 1.
86) *Fuerint*, ibid.
87) Reprobatur etiam iure Romanorum *pœnalem stipulationem* in *sponsalibus*, ob repudiorum *libertatem*, in his concessam, quam hoc vinculo constringere noluerunt. *l.* 134. *D.* in *f. de V. O. l.* 71. §. 1. *de condit. et demonstr. l.* 2. *C. de probib. sponsal.* Arctius vinculum acceperunt sponsalia de iure canonico, repudiis liberis, vti apud Romanos, non obnoxia, vt *stipulatio pœnalis* ab eorum natura non abhorreat, ne quidem soluenda, si *iusta repudii* caussa est, quæ hodie demum dissoluit sponsalia. *c.* 29. *X. de testes.* Merito tamen excipienda fuerunt *sponsalia impuberum*, adhuc *imperfecta*, et a futura ratihabitione dependentia, quam *per indirectum* pœna constringere, nefas duxit pontifex. Sponsalibus puberum expedit pœnalem stipulationem adiicere, quo eo promtius in caso, quo alter desponsatorum sine iusta caussa reclamat, et nullo medio coactiuo adduci potest ad matrimonium ineundum, satisfactionem, quam pœna antecadentes determinat, petere possit, quæ alias ab arbitrio iudicis dependet: præsertim cum adhuc iure canonico permissum sit, mutuo dissensu sponsalia dissoluere, *c.* 2. *X. h. t.* et ita alter contra retractarium, et in extrema contumacia constitutum ad interesse, quod pœna determinat, agere queat.
88) In C. L. non habentur voces: *ab ipsa.*
89) *Improbato*, C. H.

CAP. XXX.

Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per carnalem copulam subsequutam, sed non per nisum carnalis copulæ tantum. H. d. cum c. fin. infra eodem.

IDEM *episcopo Cenomanen.* (*ann.* 1236.)

Is *l*, qui fidem dedit 90) M. 91) mulieri super matrimonio contrahendo, carnali copula subsequuta, etsi in facie ecclesiæ ducat aliam et cognoscat, ad primam redire tenetur 92): quia, licet præsumptum primum matrimonium videatur, contra præsumtionem tamen huiusmodi non est probatio admittenda. Ex quo sequitur, quod nec verum, nec aliquod censetur matrimonium, quod de facto et postmodum subsequutum.

90) *Dederit*, C. R. 1.
91) *M.* deest ibid.
92) *Cogatur*, C. L.

a *In edd. Barb.* et ille dissenserit in eandem. b *Al.* aliquid. c *C.* 2. *eod. tit. in* 4. *comp.* d Offerantur. e Aut de fama; *etc.*

f Besguenens. *alii.* Aesguens. *alii* Belguecens. *al.* Bisguens. *al.* Bononiens. g *Vide Iul. Clarum in pract. crim.* §. *fin. q.* 6. *vnde intelliges, quæ ad hunc locum spectant.* h *Quis dicatur talis metus, vide l. qui in aliena* §. *fin ff. de acquir. hered.* i *Vid. conc. Trident. sess.* 24. *de reform. matr. c.* 9. *et Couarr. in epit.* 4. *decr. p.* 2. *c.* 3 §. 1. k Contraxerit. l *Præter Henr. Boich. et Prapositum, vid. Couarr. in epit.* 4. *decret. part.* 1. *cap.* 4. §. 1.

CAP.

CAP. XXXI.

Sponsalia de præsenti non soluuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum: sed sponsalia de futuro etiam iurata soluuntur per sequentia de præsenti.

IDEM. *(ann. 1236.)*

Si inter *a* virum et mulierem legitimus consensus interueniat de præsenti, ita, quod vnus alterum mutuo consensu, verbis consuetis expresso 93), recipiat, vtroque dicente: ego 94) te in meam accipio, et ego te accipio in meum: vel alia verba, consensum exprimentia de præsenti 95); siue sit iuramentum 96) interpositum, siue non: non licet 97) alteri ad alia vota transire. Quod si 98) fecerit: secundum matrimonium de facto contractum, etiamsi sit carnalis copula subsequuta, separari debet, et primum in sua firmitate manere. Verum si inter ipsos accessit *b* tantummodo promissio de futuro, vtroque dicente alteri: ego te recipiam in meam, et ego te in meum: siue verba similia; si alius mulierem illam per verba de præsenti desponsauerit, etiamsi inter ipsam et primum iuramentum interuenerit, sicut diximus, de futuro: huiusmodi desponsationis intuitu secundum matrimonium non poterit separari, sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungenda.

93) *Expresso*, C. 8. 2. non habet.
94) *Ego*, non est in C. H.
95) *Matrimonio* scilicet; quia adiectiuum præsupponit substantiuum, cui adiicitur, et ita *consensus matrimonialis* declaratur: quia matrimonium efficit. Sed talis consensus, priuatim editus, produxit *matrimonia furtiua*, obseruante *FLORENTE tom. II. oper. torid. p.* 115. et 130. quæ irrita declarata sunt in *conc. Tridem. seß. XXIV. de reform. c.* 1.
96) *Iuramento*, C. L.
97) *Liceat*, C. 8. et L.
98) *Qui si*, C. L.

CAP. XXXII.

Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matrimonium.

IDEM. *(ann. 1236.)*

Adolescens *c*, qui desponsatam sibi per verba de futuro, licet sæpe nisus fuerit, carnaliter non cognouerit, cum alia postmodum per verba de præsenti contraxit, non primam, cum qua nec fuit verum matrimonium ex forma contractus, nec præsumptum, cum conatus non habuisset effectum, sed secundam debet habere vxorem.

TITVLVS II.
DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

CAP. I.

Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, pro pubere vero non, nisi consentiat.

HONORIVS 99) *Eusebio episcopo.*

Tua nos 100) *d* requisiuit fraternitas de filio adulto, quem pater matrimonium vult contrahere 1), si sine voluntate adulti filii facere potest. Ad 2) quod dicimus, si 3) aliquo modo non consentit filius, fieri non posse: potest autem filium, nondum adultum, voluntas cuius discerni 4) non potest, pater, cui vult, matrimonio tradere. Et postquam filius peruenerit ad perfectam 5) ætatem 6): omnino 7) debet hoc adimplere 8).

99) Decreto GRATIANI interpolatus est hic textus, et quidem *c.* 2. *C. XXXI. q.* 2 sub inscriptione vetiuss. *Hormisdas* quam etiam habent C. R. 2. c. 2. comp. 1. h. t. at Cont. in marg. et ita paulo post annum DXIV locandas.
100) *Nos*, in C. R. L. et H. deest: sed in cit. c. verba ipsa sunt hæc: *Tua sanctitas requisiuit a nobis, frater venerande.*
1) *Ducere*, cit. c.
2) *Ad*, a C. L. abest.
3) *Quod si*, C. R. 2.
4) *Decerni*, ibid.
5) *Ad legitimam vel perfectam*, C. R.
6) i. e. pubertatem, modo in priori consensu filius persisterit, et ita factam patris ratihabuerit, *c.* 8. *X. h. t.*
7) *Omnimodo*, C. R. 2.
8) *Posset autem de filio, nondum adulto, voluntas cuius nondum discerni potest, pater, cui vult, in matrimonium copulare, et postquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino seruare et adimplere debet: hæc omnibus orthodoxa fides sancimus, et vobis venerande mandamus*, ibid.

CAP. II.

Impuberes ambo vel alter, nisi pro bono pacis, coniungi non debent.

NICOLAVS PAPA. *(ann. 853. Romæ.)*

Vbi non est *e* consensus: [*et infra.*] [*Huius ergo decreti auctoritate*] districtius inhibemus, ne [*de cetero*] aliqui, quorum vterque vel alter ad ætatem, legibus vel canonibus determinatam, non peruenerit, coniungantur: nisi forte aliqua 9) vrgentissima necessitate interueniente, vtpote pro bono pacis 10), talis coniunctio toleretur 11).

9) *Aliquando*, c. 4. comp. cit. 1.
10) Additur in c. 6. comp. 1. h. t. *multa dissimulantur et æquanimiter tolerantur, ne discordia, inter potentes olim exorta, et per matrimonium huiusmodi sopita, denuo suscitentur.* Ceterum verba initialia, quæ hic desunt, supplenda ex c. vn. *C. XXX. q.* 2.
11) *Tolleretur*, C. B. 2. *toleretur*, ed. ant.

CAP. III.

Puberes sunt, quoad matrimonium, qui ex habitu corporis concipere et generare possunt.

ISIDORVS. *(ann. 630. in Boetica.)*

Puberes a pube sunt vocati, id est, a pudentia *f* corporis nuncupati: quia hæc loca primo lanuginem ducunt. Quidam tamen ex annis pubertatem æstimant 12), id est, eum esse puberem, qui XIV. annos impleuit 13), quamuis tardissime pubescat. Certum autem est, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, et generare iam potest 14). Et puerperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt.

12) *Existimant*, ed. ant. Cont. Pith. et c. 7. comp. cit. 1.
13) *Impleuerit*, ed. ant. et Cont. *expleuit*, cit. c.
14) *Possit*, cit. c.

CAP. IV.

Ex sponsalibus, contractis cum minore septennio, non oritur impedimentum publicæ honestatis; secus, si cum maiore vel minore, consentiente post septennium: et affinitas sequens dissoluit sponsalia præcedentia de futuro.

ALEXANDER III. *Herford. episcopo. (ann. 1180.)*

Litteras *g* tuæ fraternitatis accepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod, cum quidam [*parochianus tuus A. nomine,*] esset perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsauit: procedente vero tempore [*idem A.*] matrem puellæ cognouit, et eam in vxorem accepit. [*Vnde quia dubitas, an huiusmodi matrimonium stare debeat, a nobis exinde consilium postulasti. Super quo*] consult. t. 1. r. 15) quod, si præfatus vir matrem puellæ, antequam [*puella ipsa*] septimum annum complesset, in vxorem accepit, matrimonium [*ipsum*] non dissoluas, [*sed eundem virum præfatam mulierem, sicut vxorem, libere tenere permittas:*] cum desponsationes huiusmodi nullæ sint, quæ in cunabulis fiunt *h*. Verum si, postquam [*præfata*] puella septimum annum compleuit 16), prædictus vir matrem eius accepit vxorem; cum sponsalia extunc placere 17) consueuerint: inter eos sententiam diuortii non differas promulgare, nec ipsum 18) [*seu*] filiam, seu matrem habere permittas.

15) *Fraternitati tuæ taliter duximus respondendum*, c. 5. comp. cit. 1.
16) *Ætatis impleuit*, C. H.
17) Nihilominus tamen adhuc *claudicantia* sunt, quia respectu puellæ adhuc imperfecta, *c.* 8. *X. h. t.* et tantum valent respectu sponsi, qui perfectæ ætatis erat: quo intuitu etiam hæc sponsalia *impedimentum honestatis publicæ* induxisse videntur. Supponit autem pontifex, post septimum annum adhuc placuisse sponsalia, seu sponsam in voluntate habendi perstitisse. Aliud enim dicendum, si iam dissensum ediderit, et sponsalia dissoluta fuerint, de quo casu loquitur *c.* 5. *h. t.* quod indicant verba: *si consensus postea*, i. e. post septimum annum, *non accedit.*
18) *Ipsam*, C. R. 2. L. et ed. ant. *ips'm*, C. R. 1.

CAP. V.

Sponsalia, nulla ex defectu consensus, non creant publicæ honestatis iustitiam: sponsalia vero aliqua sic, licet legitimo modo fuerint dissoluta.

IDEM *Eboracen. archiepisc. (ann. 1169.)*

Accessit *i* ad præsentiam nostram [*nobilis vir W. filius G. cum litteris tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod, cum filiam cuiusdam nobilis viri, dum esset minoris ætatis, desponsasset, et postmodum, ipsa assensum in hac parte non præbente, antequam ad nubiles annos peruenisset, celebratum est inter eos diuortium. Procedente vero tempore, defuncto patre puellæ, matrem eiusdem W. sibi matrimonio copulauit. Quod quidem factum sustinere cum noles, eum sollicite monuisti, vt ipsam dimitteret. Et quia monitis tuis in hac parte noluit acquiescere: ipsum excommunicationis vinculo innodasti. Tandem, accepta ab eo cautione, quod nostrum adiret præsentiam, et super hoc statutum nostrum firmiter obseruaret, eundem mandato nostro absolutum denuntiasti, et cum litteris tuis ad præsentiam nostram misisti. Verum præfatus W. in nostra præsentia constitutus, sua nobis assertione proposuit, quod puellam ipsam, dum esset infra septimum annum, desponsauit, postea, antequam ad annos nubiles peruenisset, noluit aliquatenus consentire, vt præfatum W. in virum acciperet, et ita cum patre suo, in cuius potestate remanserat, et cum præfata W. ad tuam præsentiam accessit. Et cum ab ore puellæ audisses, et per eam cognosceres, et per patrem eius,*

a *Vide Sot. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 5. Syluestrum in summa, verbo sponsalia, q. 10. et Couarr. in epit. 4. decr. p. 1.* b Accesserit. c *Præter doctores vide Geminianum et Franc. in c. 1. § idem desp. imp. l. 6. Syluestr. in summa, verbo: matrimonium, 2. quæst. 16. et Alciat. tract. de præsumpt. reg. 4. præs. 38.* d *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* e *C. 4. eod. tit. in 1. comp.*

f *C. 7. eod. tit. in 1. comp. Vide præ ceteris Hostiensem.* g *C. 5 eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. sub Alex. III. p. 12. c. 2. et de impedimento iustitiæ publicæ honestatis, vid. conc. Trid. seß. 24. de reform. matr. c. 3. vid. supra.* h *Vicesimus tit. præc. c. ad audientiam. et Couarr. in epit. 4. decr. p. 1. c. 2.* i *C. 6. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. de irg. quantum ff de spons. sub Alex. III. p. 6. c. 7.*

quod

quod memoratum W. in virum nolebat: statim illum in pleno synodo ab huiusmodi desponsatione publice absolutum denuntiasti. Elapsis vero pluribus annis post, mortuo patre puellæ, carissimus in Christo filius noster H. Anglorum rex, supra dictæ matrem memorato W. tradidit in vxorem, quam idem W. vt discordia, orta inter consanguineos suos, et consanguineos mulieris sopiretur, accepit et solemniter desponsauit, et etiam sine contradictione ecclesiæ duxit, et ex ea liberos procreauit, et puella fuit alteri viro copulata. Vnde licet contineatur in litteris tuis, quod puella ipsa erat minoris ætatis, quando huiusmodi desponsatio facta fuit: tamen refert, vtrum esset minoris ætatis proxima ætati, aptæ matrimonio, aut infra septem annos. Ideoque] frat. t. [*per a. s.*] mandamus, quatenus, [*rei veritate inquisita diligenter et cognita,*] si tibi constiterit, quod puella 18*) non esset septennis, quando [*præmemorata*] G. 19) a desponsata fuit, et postea in eum non consenserit, et quod idem G. ab huiusmodi desponsatione per te fuerit absolutus b, matrimonium, inter eundem Gu. et matrem puellæ celebratum, præcipias inuiolabiliter obseruari, et eorum prolem denunties esse legitimam: quia, [*sicut discretio tua non ignorat,*] desponsationes et matrimonia ante septem annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit 20). Sane, si præfata puella ante desponsationem septimum annum compleuerat 21); licet prædictus vir a desponsatione ipsius puellæ ipso iure fuerit absolutus, cum ea in eum consentire noluerit 22): inhonestum tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia fuit 23) c sibi desponsata. [*Verum si tibi visum fuerit, vt cum matre puellæ remaneat; ne discordia, inter vtriusque consanguineos olim exorta, nunc autem sopita, denuo suscitetur: id dissimulare poteris, et æquanimiter tolerare. Filii autem, quos de ipsa suscepit, si eam tolerante ecclesia in vxorem duxit, a successione paternæ vel maternæ hereditatis probiberi non possunt.*]

18*) *Præfata*, c. 6. comp. cit. c.
19) C. R. 1. et H. habent: *V.* sed in C. R. 2. L. ed. ant. et cit. c. est: *W.* per totum.
20) *Non interuenit*, cit. c.
21) *Compleuerit*, C. R. L. et cit. c. *impleuerat*, H.
22) *Nolebat*, cit. c.
23) *Fuerat*, C. R. 1. et H. *fuerit*, C. R. 2. et L.

CAP. VI.

Si impubes, desponsata et traducta, petit licentiam pubes facta alteri nubendi; non auditur, si vir iurat, se eam cognouisse: nec auditur, si nondum pubes, sed proxima pubertati probetur cognita. Et ex sponsalibus, contractis cum impubere, maiore septennio, oritur publica honestas.

IDEM *Nornicen. episcopo.* (*ann.* 1180.)

Continebatur d [*autem*] in litteris tuis, quod, cum quædam puella intra nubiles annos cuidam [*viro*] in vxorem tradita fuerit, et ab ipso traducta, [*suis parentibus adserentibus, eam legitimæ ætatis existere,*] hæc, ad nubiles annos perueniens, alii nubendi licentiam postulauit, afferens, se in eundem nullatenus consensisse. [*Prædictus vero vir e contra proponit, quod, licet eadem puella annum forte nondum XII. attigisset, cum ei tradita fuisset in vxorem, vsque adeo tamen ætati fuit proxima, quod ipsam carnali commixtione cognouit. Inde est, quod, cum ipsa eidem viro dicit se incognitam, et tu nos consuluisti, vtrum alii possit nubere,*] consultationi tuæ 24) taliter respondemus, quod, cum in decretis 25) habeatur expressum, quod, si vir dixerit, quod vxorem suam cognouerit 26) e, et mulier negauerit, viri standum est veritati. [*Vnde*] præfato 27) viro, qui dicit, se mulierem ipsam 28) cognouisse, fides est adhibenda, si id firmauerit iuramento. Si autem 29) fuerit ætati 30) proxima, vt 31) in XI. vel circa XII. annum, et cum suo assensu [*et voluntate parentum*] desponsata, [*et benedicta fuerit*] et cognita ab eodem viro; separari non debet: præsertim cum parentes eius ipsam fuisse ætatis legitimæ faterentur 32). Si vero f puella intra nubiles annos [*et ætati proxima*] alicui desponsata fuerit, [*benedicta atque traducta;*] non licet 33) alicui de consanguinitate ipsius, cui desponsata fuerit 34), eam ducere in vxorem: nec fas est eidem sponso de consanguinitate sponsæ 35) sibi aliquam copulare.

24) In c. 8. comp. cit. c. non leguntur verba: *consult. tuæ.*
25) GRATIANI sc. Collectionem enim eius seu farraginem *canonum et decretorum* dixerunt etiam κατ᾽ ἐξοχὴν *decreta*, vel *libros* aut *codicem decretorum*, obseruante *BALVZIO ad AVGVSTIN. de emend. Gratiani libr.* 1. *dial.* 1. Hæc enim iam hoc tempore tantæ auctoritatis fuit, vt facile præcedentes collectiones supprimeret, nec alia, quam GRATIANI farrago, sub appellatione *decretorum* accipi queat. Prouocat autem ALEXANDER III. ad *c.* 3. *C. XXXIII. q.* 1. cuius verum sensum dedi *in not.* 96. ad *cit. c.* 3. atque obseruaui, ideo vxori negandi impositam probationem, quod pro marito grauis præsumtio militaneit, vt eius *iuramento* stari debet. Posterius addit pontifex, atque ita *canonem cit.* explicat, qui tamen iuramentum haud desiderat.
26) *Cognouit*, C. R. 1. et L.
27) *Vnde præfato*, C. R. 1.
28) *Ipsam*, in C. R. 2. deest. Sed in cit. c. est: *præfatam*.
29) *Et si*, cit. c.
30) *Ætati*, desideratur in cit. c. vti in ipso concilio.
31) *Vt*, ibid. omittitur, sicut in concilio, in quo vero legitur: *in duodecimo anno.*
32) *Profitentur*, cit. c.
33) *Liceat*, C. R. 2.
34) *Fuit*, C. H.
35) *Puellæ, sibi desponsatæ*, cit. c.

CAP. VII.

Si maiores septennio contrahunt sponsalia: neuter ante pubertatem resilire potest. Hoc primo. *Et ille, qui primo fit pubes, alterum exspectabit.* Hoc secundo. *Quod si tempore contractus alter erat pubes: non ille, sed alter, factus pubes, resilire potest.* Hoc tertio.

IDEM *Bathonien.* 36) *episcopo.* g (*ann.* 1170.)

De h illis 36*), qui intra annos, aptos matrimoniis [*contrahendis,*] sponsalia contrahunt, siue vterque, siue alter reclamet, antequam ad annos, matrimoniis aptos [*contrahendis,*] peruenerint, et postulent 37) separari, non sunt vllatenus 38) audiendi. Si vero alteruter 39) istorum ad annos pubertatis 40) peruenerit, intra eosdem annos altero existente, cum [*quo eadem*] sponsalia contrahuntur: si is, qui minoris ætatis est, cum ad annos illos 41) peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit consentire, iudicio ecclesiæ poterunt 42) ab inuicem separari. [*Vtrum*] autem mulier, quæ, postquam annos nubiles attingit 43), ei, qui nondum ad annos, aptos matrimoniis [*contrahendis,*] venerat, nupsit, [*ab eo si quærat dissidium, debeat separari, consultationi t. t. respondemus, quia,*] cum in eum semel consenserit, amplius non poterit [*aliquatenus*] dissentire, [*vel diuertere:*] nisi [*forte*] ipse, cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem 44) peruenerit, in eam suum [*omnino*] negauerit præstare consensum 44*) i.

36) *Barthoniensi*, ed. ant. et Cont. *Baton.* c. 9. comp. cit. t.
36*) Initium huius decretalis est in c. proxime sequenti.
37) *Postulauerint*, C. R. 2. *postulet*, cit. c.
38) *Aliquatenus*, C. H. Sed neutra particula est in cit. c. 9. Interim tamen in c. 5. h. t. casus oblatus est pontifici eidem, quo sponsalia ad instantiam *impuberis* puellæ, dissentientis, dissoluta fuerant, quod non improbauit pontifex. Ne vero id in posterum fieret, pontifex fortasse hac præsenti decretali id prohibendum censuit.
39) *Alter*, C. R. 1.
40) *Matrimoniis contrahendis aptos*, cit. c.
41) *Illos*, deest in C. H.
42) *Debent*, cit. c.
43) *Attigerit*, C. R. 1. *attigit*, H.
44) *Ad annos, aptos matrimoniis contrahendis*, cit. c.
44*) Cetera sunt in *c.* 4. *X. de sent. excomm.*

CAP. VIII.

Impuberes, sponsalia contrahentes, ante pubertatem separari non debent, sed post pubertatem possunt, si contradicunt sponsalibus: nisi copula carnalis interuenerit.

IDEM ALEX. III. *eidem* 45). (*ann.* 1170.)

A nobis k tua discretio requisiuit, vtrum iis, qui intra annos nubiles matrimonii nomine coniunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos, aptos matrimonio, perueniant 46), liceat a matrimonio tali discedere. Ad quod [*inquisitioni tuæ taliter*] respondemus, quod pro eo, quod ante nubiles annos coniugalem consensum [*de sanctorum patrum*] non habent [*auctoritate,*] vsque ad legitimam ætatem exspectare tenentur: et tunc aut confirmetur matrimonium, aut, si simul 47) esse noluerint, separentur; nisi [*forte*] carnalis 48) l commixtio ante interuenerit: cum interdum illa tempus anticipare soleat pubertatis 48*). [*Si vero alter eorum ad annos etc. vt supra prox. c. n. 39.*]

45) *Eidem*, abest ab ed. ant. et Cont.
46) *Perueniat*, C. R. 1.
47) *Aut infirmetur si simul*, C. L.
48) *Carnis*, C. R. 1. H. ed. ant. Cont. et cit. c. In C. R. 2. ista vox mutata est in *carnis*.
48*) Hoc capitulum excipiunt verba antecedentis c.

CAP. IX.

Minores, apti ad matrimonium, ex contractu matrimonii obligantur: nisi violentia intercedat.

IDEM *Ganuen.* 49) m *archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

De illis n, qui in minori ætate desponsantur, [*traduntur et coniunguntur, et processu temporis diuortium postulant, minorem allegantes ætatem, aut vim sibi a parentibus factam, hac inquisitioni tuæ taliter præsentibus litteris,*] respondemus, quod, si ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi, minoris ætatis intuitu [*abinuicem*] separari non debent o, si vnus in alium visus fuerit consensisse 50):

49) *Ianuen.* C. R. 1. H. ed. ant. et c. 12. comp. cit. 1.
50) *Consentire*, C. R. 1.

a *Al.* V. *al. ita:* quando ab G. desponsata: *al.* ab V. desponsata. b *Vide citatus c. præcedenti* c Fuerat. d *C.* 8. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Later. sub Alex. III. p.* 6. *c.* 10. e Cognouit. f *Vid. conc. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 3.

g Baton. *al.* Barthoniens. *sed vt plurimum*, Bathoniens. h *C.* 9. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. p.* 26. *c.* 29. *et vide Couarr. in epit.* 4. *decr. c.* 5. §. 1. i *Vide l. nuptias. cum simlib. ff. de reg. iur.* k *C.* 10. *eod. tit. in* 1. *comp. vide Couarr. citatum supr. c. de illis.* l Carnis. m Ianuensi. n *C.* 12. *eod. tit. in* 1. *comp. Et post conc. Later. p.* 50. *c.* 41. §. *de illis vero.* o *Vide l. pen. ff. quando di. leg. c. et l. continuus.* §. *cum ita. ff. de verb. obl.*

cum

cum in eis 51) ætatem suppleuisse malitia videatur. Sed cuiuscunque sint ætatis, se possunt per illatam violentiam excusare: nisi post violentiam consensus accedat 51*).

51) Diction. *in eis*, desiderantur in c. 12. comp. cit. c.
51*) Quæ post hæc loguntur, sunt in c. 6. *X. de vsuris.*

CAP. X.

Contractus ante pubertatem, etiam cum nisu carnalis copulæ, non facit matrimonium.

VRBANVS III. *Cenoman. episcopo. (ann. 1186.)*

Attestationes 52) a super caussa matrimonii, quæ inter H. iuuenem et G. mulierem vertitur, [*a tua nobis fraternitate transmissas*,] accepimus, et, ipsis [*diligenter*] inspectis [*et plenius intellectis, uenisisse*] nobis innotuit, quod prædictus iuuenis nondum duodecimum annum 52*) attigerat, cum præfatam G. accepit vxorem. Et licet nisus fuisset 53), sicut vterque confessus est, ipsam corrumpere: mulier tamen credit 54), se virginem euasisse. Verum ipse, antequam ad annum XIV. peruenisset 55), a memorata muliere recessit, quem cum XVII. 56) annos habeat 57), eadem 58) pro viro sibi vindicare 59) contendit. [*Sed cum vir XVII. annos habeat: ipsam recipere contradicit. Vnde, quia, donec nos super caussam ipsam consuleres, non duxisses in prolatione sententiæ procedendum:*] consultationi tuæ taliter respondemus 60), quod, si mulier per idoneos testes probare nequiuerit, quod post XIV. annum ætatis suæ, vel circa finem XIV. anni prædictus iuuenis consensisset in eam, ab ipso iuramento 61) recepto, quod, postquam ad legitimam ætatem peruenit, ipsam habere non consensit in vxorem, ab impetitione mulieris eum potes et debes absoluere, et ad alia vota vtrique dare licentiam transeundi 61*).

52) Præmissa sunt in c. 18. *X. de sponsal.*
52*) *XII. annos*, C. H.
53) *Fuerit*, C. B. 1.
54) *Credidit*, C. B. 2.
55) *Peruenerit*, C. L.
56) C. B. 2. et L. habent: *XIIX.*
57) *Habebat*, C. L. et H.
58) *Verum, antequam ad annum XIV. peruenisset, ex attestationibus ipsum a memorata muliere intelleximus recessisse, quem eadem mulier instanter nunc repetit, et pro viro etc.* c. 13. comp. cit. 1.
59) *Eundem sibi pro viro habere*, C. H.
60) *Hoc a nobis super tua consultatione habeas responsum*, cit. c.
61) *Purgatorium* sine dubio intelligit, quod quidam suspicio contra iuuenem militauerit ex attentato coitu. Ceterum si vel maxime in probatione, quod in eam post annum XIV. iouenis consenserit, mulier defecerit: non tamen ille statim absoluendus erat simpliciter, quod summa præcautione caussæ matrimoniales indigereant.
61*) Cetera sunt in c. 5. *X. de cond. appos.*

CAP. XI.

Si maior inuita contraxit sponsalia cum minore: non tenetur ipsum exspectare, donec veniat ad ætatem adultam.

IDEM *Pisano archiepiscopo. (ann. 1190.)*

Ex litteris b tuæ fraternitatis accepimus, quod puella quædam anno c XII. 62) intrata fuit et desponsata cuidam puero IX. vel X. annorum 63): et tempore procedente, de voluntate parentum 64) potius, quam de sua, sicut asseris, ad domum patris [*prædicti*] pueri adducta 65) d, vbi nolens et inuita, [*sicut ab ore ipsius te audisse proponis, et tam persuasionibus, quam*] minis parentum impulsa, moram fecit 66) per annum et amplius, et tandem inde recedens, ad domum propriam est regressa. [*Commonita vero a matre sua, et a te, postmodum, sicut asseris, ad eum redire penitus contradicit, asserens, quod nunquam eum voluit, nec vult in virum habere, sed nubendi alii postulat facultatem. Vnde, quia super hoc, quid agendum sit, a nobis tua frat. requisiuit;*] cum [*iam*] dictus puer, [*sicut tuæ litteræ continebant,*] nondum ad XIV. 67) annum [*ætatis suæ*] peruenerit, nec [*vnquam*] ad eandem [*puellam*] carnaliter accessum habuit 68); discret. 69) tuæ taliter 70) respond. quod, si [*memorata*] puella [*per te ad hoc studiose*] commonita, vt, donec compleat idem puer annum XIV. [*suæ ætatis*] exspectet, [*ad commonitionem tuam*] non duxerit exspectandum, ei secundum ea, quæ proposita sunt, accipiendi alium virum [*in maritum auctoritate nostra*] liberam 71) tribuas 72) facultatem e. [*Dat. Veron.*]

62) *Annorum XII* C. R. *quod, cum puella quædam A. nomine iam ad annum XII. peruenisset*, c. 14. comp. cit. 1.
63) *Annis*, C. L. *puero, qui erat in anno IX. vel X. et dimidio tempore etc.* cit. c.
64) *Matris et fratrum*, cit. c.
65) *Ducta*, C. B. L. H. et cit. c.
66) *Habuit*, cit. c.
67) *Ad XIII. annum*, ibid.
68) *Habuerit*, C. B. ed. Gonz. et cit. c.
69) *Consultationi*, C. B. 1.
70) *Præsentibus litteris*, cit. c.
71) *Liberam*, ibid. omittitur.
72) *Dare potes*, ibid.

a C. 13. eod. tit. in 1. comp. vide Couarr. in epit. 4. decr. p. 2. c. 4. 1. non. fin. b C. 14. eod. tit. in 1. comp. c Annorum. d Ducta, al. abducta. e *Vide l. si pater, et ibi Bart. C. de sponsal.*

CAP. XII.

Sponsalia, contracta cum minore septennio, per cohabitationem mutuam post septennium conualescunt, et inducunt publicæ honestatis iustitiam: soluuntur tamen per matrimonium de præsenti.

CLEMENS III. *(ann. 1190.)*

Duo pueri f Guilielmus et Guilielma 73) [*in tua diœcesi, quemadmodum accepimus,*] matrimonialiter sunt coniuncti, puero VI. puella vero VII. annum agente 74): qui simul 75) per tres annos manserunt. Tunc pater puellæ, subtrahens eam sponso [*suo,*] ipsam 76) alteri, M. 77) nomine, copulauit, cum quo per VII. annos quiete permansit. Ipse vero tunc reliquit eandem: quia credebat, eam alium virum habere, illum 78) g, cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus, ad annos discretionis [*postea*] perueniens, a [*P.*] prædecessore 79) tuo, contrahendi cum alia licentiam impetrauit, qui quandam, nomine Stephanam, consobrinam prioris, in vxorem accepit; et cum ea per aliquod tempus existens, eam [*tamen,*] vt ipse fatetur, carnaliter non cognouit: licet illa 80) h se ab eo cognitam asseueret. Cum autem pater memoratæ Guilielmæ eam 81) vidisset a secundo viro [*Mesla.o*] relictam 82; [*et*] prænominatum Guilielmum, cui prius eam desponsauerat, compulit, vt Stephanam, neptem suam, omnino dimitteret, et ad Guilielmam suam desponsatam rediret: qui postmodum per biennium cohabitauit eidem 83), [*prout fertur.*] Quia igitur [*in his,*] quid tibi faciendum sit, postulas edoceri: breuiter respondemus, quod, impediente puerili ætate, matrimonium inter G. et G. 84) non fuit. Et licet idem 85), postquam illa 86) nupsit alii, potuerit aliam ducere 87) in vxorem; tamen, quia dictam 88) Stephanam duxit, [*ipsam*] consobrinam mulieris eiusdem 89), siue eam cognouerit, siue non, non debet cum eadem S. propter publicæ honestatis iustitiam remanere, nec ad primam 90) habere regressum: quia alteri fuit legitime copulata. [*et infra.*] Cum vero 91) vir caput 92) sit mulieris, et Guilielmus dicat, se non cognouisse prius Stephanam supra dictam: aliam, si voluerit, poterit ducere in vxorem, et Stephana viro legitimo 93) copulari 94), post separationem vero, pro vitando populi scandalo, vtrique ad tempus est 95) pœnitentia iniungenda 96). Si vero legitime constaret, ipsam Stephanam ab eo siue post, siue antea cognitam extitisse: neutri, viuente altero, dabitur licentia contrahendi. Remanebit ergo Guilielma cum M. 96*) imposita [*tamen*] ipsi M. 97) ad tempus pœnitentia competenti, qui pro sua 98) opinione sola Guilielmam, iudicio ecclesiæ non requisito, [*perniciose*] dimisit.

73) *Villana*, est in C. B. 2. superscriptum est: *alias Guilielma.*
74) *Attingente*, C. B. 1.
75) *Puer autem, sextum annum agens, septimumque puella, postquam fuerant coniuncti, simul per tres etc.* c. vn. comp. 2. h. t.
76) *W.* est ibid. loco pron. *ipsam.*
77) In ed. Cont. et Pith. est *N.* sed in cit. c. *Meslaco.*
78) *Wilhelmum scilicet*, C. L.
79) *Antecessore*, cit. c.
80) *Stephana*, ibid.
81) *Suam filiam*, ibid.
82) *Derelictam*, ibid.
83) *Qui postmodum cohabitauerant simul per biennium*, ibid.
84) *Wilhelmus et Wilhelman*, C. L.
85) *W. ipse*, cit. c.
86) *Willelma*, ibid.
87) *Accipere*, ibid.
88) *Dictam*, desideratur ibid.
89) Loco diction. *mulieris eiusdem*, ibid. est: *prioris.*
90) *Propter caussam publicæ honestatis cum Stephana remanere non debet, nec ad W. regressum etc.* ibid.
91) *Ergo*, ibid.
92) Hanc rationem sine dubio pontifex traxit ex c. 3. *C. XXXIII. q.* 5. indeque intulit, magis viro, quam mulieri, in casu *contradictionis* credendum esse: quæ consequentia tamen non stringit. Fides maior tribuenda erat Stephanæ, cum qua, vt vxore sua, per aliquod tempus vixerat.
93) *Legitime*, C. B. 2.
94) *Desponsari*, cit. c.
95) *Est*, desideratur ibid.
96) Pro voc. *est iniungenda*, in cit. c. in fenzo casu legitur: *iniuncta.*
96*) *Cum Martino*, C. L. *cum Meslaco*, cit. c. per tot.
97) *Ipsi Martino*, C. L.
98) *Sua*, deest in C. H.

CAP. XIII.

Accusari non potest matrimonium, quod non est, vt si cum minori septennio sit contractum: denuntiari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.

INNOCENTIVS III. *C. et P.* 99) *quondam filiis Malebrancæ* i. *(ann. 1198.)*

Ad dissoluendum k, quod factum fuerat inter I. 100) [*filium nobilis viri L.*] et S. [*filiam quondam M. super matrimonio contrahendo,*

99) Integra inscriptio est *libr. 1. epist. 325. edit. Baluz. Corrado et Petro, quondam filiis Malabrancæ.*
100) *Inter A.* C. L.

f *Cap. vn. eod. tit. in 2. comp. vide Sylvestr. in summa, verbo: sponsalia. et Scot. 4. sent. dist. 27. qu. 2. art. 2. et sequ.* g *Alias etc.: Guilielmum scilicet, etc.* h Ea. i *Al.* Malabrance. k *C. 1. eod. tit. in 3. comp. vid. Sotum cap. superiore citatum.*

in nostra et fratrum nostrorum præsentia fuit ex parte vestra propositum, quod, cum dicta puella nondum ad septennium peruenisset, cum ipsa nec matrimonium contrahi nec sponsalia potuerunt. Defuit etiam consanguineorum assensus, qui præcipue sunt in talibus requirendi. Quodsi et ætas sufficiens exstitisset, et consanguineorum interuenisset assensus: personæ tamen non sunt idoneæ ad matrimonium contrahendum, linea consanguinitatis obstante.] Accusatione [*vero,*] pro puella super consanguinitate proposita, [*et tam ex parte iuuenis, quam ex parte puellæ, consanguinitatis gradibus computatis, cum eam vellet idoneis testibus comprobare,*] præfatus I. 1) multas exceptiones proposuit: per quas nitebatur vos ab accusatione multipliciter remouere. [*Cumque super exceptionibus ipsius fuisset vtrimque diutius disputatum; auditis et intellectis, quæcunque fuerant hinc inde proposita, de consilio, f. n.*] interloquendo pronuntiamus 2), inter [*dictos*] iuuenem et puellam nec matrimonium, nec sponsalia fuisse contracta: cum constet, puellam nondum ad septennium peruenisse. Quocirca nec accusatio locum habebat: cum non esset, quod posset 3) legitime accusari. Denuntiari tamen poterat consanguinitas: vt interdiceretur matrimonium contrahendum. Ad denuntiationem ergo legitime probandam, terminum 4) assignamus [*festum omnium sanctorum, proxime venturum.*] saluis exceptionibus, non solum propositis, sed etiam proponendis. Ne vero quicquam in puellam interim attentetur 5), auctoritate apost. interdicimus [*firmiter,*] ne in [*ipso*] negotio de nouo procedatur vlterius 6), donec vel a denuntiatione cessetur, vel, ea probata, ordine iudiciario procedatur. Quodsi contra interdictum nostrum in præiudicium ipsius aliquid fuerit attentatum: id a irritum esse decernimus, [*et inane,*] et viribus omnino carere.

1) *L.* est in c. 1. comp. 3. h. t.
2) *Pronuntiauimus*, C. 8. L. et H.
3) *Possit*, C. 8. 2.
4) *Pro termino*, cit. c.
5) *Attentaretur*, C. H.
6) *Vlterius*, ibid. non legitur.

CAP. XIV.

Si quis per verba de præsenti contrahit cum impubere, in qua ætatem malitia non supplet; intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse: etiamsi subarrhatio interuenerit.

IDEM *episcopo Abbaten.* 7) b (*ann.* 1203.)

Tuæ nobis exhibitæ litteræ continebant, quod quidam [*vir nobilis*] filiam suam, circiter XII. annos habentem, cuidam nobili desponsauit, qui subarrhauit eandem, consensu mutuo accedente. [*Sed, nuptiis aliquantulum prorogatis, pater puellæ viam vniuersæ carnis ingressus est. Ea autem rebus humanis exempto, puellæ auunculus supradictæ ipsam alteri matrimonio copulauit, et ille, qui prius desponsauerat eandem, cum ipsius matre contraxit. Tuus autem prædecessor, attendens, quod, cum ea non poterat permanere, cuius filiam legitime desponsauerat, inter eos diuortii sententiam promulgauit. Postmodum vero mortuo viro secundo, qui supra dictam puellam duxerat in vxorem, ipsa se tertio copulauit, illo viuente, qui prius eam desponsarat. Cæterum, tam ipsa, quam vir, idem te duxerunt humiliter consulendum, vtrum licite valeant commorari: tu vero, deliberatione habita, respondisti, quod, primo sponso viuente, alteri non potuit legitime copulari. Sed quia tua ecclesia postulauit, vt super hoc sedem apostol. consuleres: procedere distulisti, nobis humiliter supplicans, vt super hoc tibi rescribere dignaremur.*] Quia vero [*super ea, quæ superius sunt expressa,*] nobis [*pro certo*] constare non potuit, cuius ætatis esset puella, cum eidem viro exstitit desponsata; cum dicatur, quod circiter XII. annos 8) habebat, vtrumne 9) prudentia nunc in illa suppleret ætatem; [*fraternitati tuæ taliter*] respondemus, quod, si puella [*tunc nubilis erat ætatis, et inter eum et primum virum legitimus interuenit de præsenti consensus, absque dubio inter eos erat legitimum matrimonium contractum: etsi carnalis commixtio non fuerit subsequuta. Si vero puella*] nubilis non erat ætatis, cum sæpe factus vir desponsauit eandem, et ætatem in ea prudentia non supplebat; procul dubio inter eos non coniugium, sed sponsalia contracta fuerunt: quamuis ab ipso viro eadem [*puella*] fuerit subarrhata. [*Quocirca, si iuxta primum modum matrimonium cum illa contraxit: eo viuente, non potuit rite cum alio fœdus coniugale contrahere. Quodsi iuxta modum secundum sponsalia solummodo contracta fuerunt; coniugium, quod inter illam et alium exstitit celebratum, debet reputari legitimum: dummodo aliud canonicum non obsistat.*]

7) In c. 2. comp. 3. h. t. *Albertaden* et in C L. *Alberteden.* legitur, quæ lectiones proximæ accedunt ad *Halberstadensis* episcopi designationem, atque ita sine dubio inscriptio corrigenda.
8) *Annum*, C. 8. 1.
9) *Vtrumque*, C. 8. et L.

a Illud. b Abrtaden *al.* Albertaden. *al.* Alberten. *al.* Abbaden. c *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil. vid. Couarr. in epit.* 4. *decret. part.* 2. *c.* 4. §. 2. *num.* 2. d Sæpe præfatus. *al.* sæpe dictus.

TITVLVS III.
DE CLANDESTINA DESPONSATIONE. e

CAP. I.

Pro clandestino matrimonio non præsumitur: sed illud alleganti incumbit onus probandi.

Ex concilio Arelaten. 10) (Conf. c. 2. comp. 1. h. t.)

Si quis clam desponsauerit aliquam, et mulier vel vir 11) negat huiusmodi 12) desponsationem: viro [*tantum*] incumbit probatio.

10) *Agath.* c. 2. comp. 1. h. t. et ed. Cont. in margine: *Agathen.*
11) Quia nec in *Agathensibus* nec *Arelatensibus* conciliis editis hic canon exstat: verum eius lectionem indagare difficile est. Probabile tamen est, hæc verba: *vel vir*, manu imperita temere adiecta fuisse; tum quia canon conceptus est de viro, qui sibi aliquam desponsasse asserit, et ita, negante muliere, omnino probare tenetur: tum quia non de *matrimonio contracto*, sed de *desponsatione clandestina* hic agitur, in qua nulla præsumtio pro actore esse potest, vt etiam viro neganti possit imponi probatio. Nisi ergo hæc verba adiecta deleantur: canon absurditate carere nequit.
12) *Huiusmodi*, non est in cit. c.

CAP. II.

Qui matrimonium clandestine contraxerunt, altero negante vel vtroque, non apparente legitima exinde probatione, simul cohabitare ab ecclesia non compelluntur; et, si illud publicauerint, tanquam in conspectu ecclesiæ factum comprobabitur: nisi rationabilis caussa subsit, quæ impediat. H. d. litteram inhærendo.

ALEXANDER III. *Beluacen. episcopo.* (*ann.* 1180.)

Quod f nobis [*ex tua parte significatum est, vt de clandestinis matrimoniis dispensare deberemus, non videmus quæ dispensatio super hic sit adhibenda.*] Si enim 13) matrimonia ita occulte contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat 14): ii, qui ea contrahunt, ab ecclesia non sunt aliquatenus compellendi. Verum [*tamen ea, quæ sic contrahuntur,*] si personæ contrahentium voluerint publicare, nisi rationabilis [*et legitima*] caussa præpediat, ab ecclesia recipienda sunt et comprobanda, tanquam a principio in ecclesiæ conspectu contracta 15).

13) *Enim*, a C. 8. L. H. ed. ant. et gloss. abest.
14) Cur autem non appareat legitima probatio, quæ ex *sacerdotis* testimonio de benedictione, clanculum adhibita, semper probari potest. Sed vel ex his verbis aliisque capitulis colligo, eo tempore ex principio, quod sponsalia per *verba de præsenti*, etiam clam absque testibus contracta, verum inducerent matrimonium, plures in hac *clandestina desponsatione* substitisse, et in coniugio sine *sacerdotali benedictione* vixisse, adeo, vt, qui has furtiuas nuptias publicare nolunt, ne quidem ad hoc compellendi sint. Vnde in *c.* 3. *comp.* 1. *h. t.* notanter legitur: *legitimi testes non appareant*, coram quibus videlicet hoc matrimonium clandestinum contractum erat, mortui forsan. Denique ne quidem in casu publicati huius connubii furtiui desiderat pontifex, vt adhuc accedat *sollemnitas ecclesiastica*: sed censuit, recipienda ea esse, *tanquam a principio in conspectu ecclesiæ contracta*, quæ tamen re vera non ita contracta sunt. Qua occasione forsan vulgatum illud eo tempore ortum, *benedictionem sacerdotalem non esse de substantia matrimonii*, ad ea tempora restringendum, quo talia matrimonia tolerabantur more antiquo Romanorum, quo solo consensu matrimonia, sine sollemni deductione in domum, contracta sunt. Verum tales *furtiuas nuptias* INNOCENTIVS III. penitus inhibuit in c. 3. *h. t.* plenius vero *concilium Tridentinum*, vt ad *c.* 31. *X. de sponsal.* obseruaui *n.* 95.
15) *Contraherentur*, cit. c. Cetera habes in *c.* 9. *X. qui fil. sint legit.*

CAP. III.

Cum matrimonia sunt contrahenda; debent per presbyteros in ecclesia edicta proponi, assignato termino, intra quem, qui voluerit impedire, impedimentum opponat: et, si probabilis coniectura fuerit de impedimento, interdicatur testimonium, donec de hoc cognoscatur. Hoc primo vsque ad §. *Si quis.*

INNOCENT. III. *in concilio generali.* g (*ann.* 1216.)

Cum inhibitio copulæ h coniugalis sit in vltimis tribus gradibus reuocata: eam in aliis volumus districte seruari 16). Vnde prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo 17), clandestina coniugia penitus inhibemus 18), prohibentes etiam, ne quis sacerdos talibus interesse 19) præsumat. Quare 20) spe-

16) *Conseruari*, C. 8. 1.
17) *Inhærentes*, C. H.
18) *Improbamus*, C. L.
19) *In talibus esse*, C. 8. 1.
20) *Quia*, c. vn. comp. 4. de clend. matrim.

e *Clandestinas desponsationes et coniugia nouissime irrita fecit conc. Trid. sess.* 24. *de reform. matr. c.* 1. *vnde cessant hæc de re veterum altercationes interpretum.* f *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lat. p.* 50. *c.* 17. g *Scil. Later. c.* 51. h *C. vn. de clandest. matr. in* 4. *compil.*

cialem

cialem 21) quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogando, statuimus, vt 22), cum matrimonia fuerint contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur 23) a, competenti termino præfinito: vt intra illum, qui voluerit et valuerit, legitimum 24) impedimentum opponat 25), et ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, vtrum aliquod impedimentum obsistat. Cum autem apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam: contractus interdicatur expresse, donec, quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis.

Si in gradu prohibito matrimonium clandestine vel contra interdictum, de quo supra, contractum fuerit, etiam per ignorantes de impedimento: nati ex illo matrimonio sunt illegitimi. Idem est, si ambo parentes sciant impedimentum matrimonii: licet in conspectu ecclesiæ contrahant. H. d. vsque ad §. *Sane.* Abbas.

§. 1. Si quis vero huiusmodi b clandestina vel 26) interdicta coniugia inire præsumpserit, in gradu prohibito etiam ignoranter; soboles de tali coniunctione suscepta, prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium: cum illi taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes, impedimentum scientes legitimum, præter omne interdictum, etiam in conspectu ecclesiæ contrahere præsumpserunt.

Sacerdos, qui contempserit prohibere matrimonia interdicta, et quilibet clericus etiam regularis, qui interfuit, per triennium a beneficio suspenduntur, et, si culpa exegerit, etiam grauius puniuntur: ipsi etiam contrahentes contra hoc cap. etiam alias licite puniendi sunt c et idem in calumniose denuntiantibus. H. d. vsque ad finem. Abbas.

§. 2. Sane, si parochialis sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis præsumpserit interesse: per triennium ab officio suspendatur, grauius puniendus, si culpæ qualitas postulauerit. Sed his 27) qui taliter præsumpserint 28) etiam in gradu concesso copulari, condigna pœnitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam malitiose 29) c impedimentum obiecerit: canonicam non effugiet 30) vltionem.

21) Hæc specialis consuetudo erat Galliæ, vt ex c. 27. X. de sponsal. constat, etiam olim teste TERTVLLIANO in Africa vsitata, sed ad hoc vsque tempora in legem generalem non transierat, quod demum hoc concilio generali factum videtur. Ex hoc defectu clandestina matrimonia orta fuerunt, *sine omni auctoritate ecclesiæ contracta*, quod adhuc agnitum in *concilio Exoniensi art. 7. de anno MCCLXXXVII.* in quo patres ita censuerunt: *ex quo manifeste liquet, quod sine auctoritate ecclesiæ, cuius iudicio approbandus vel reprobandus est contractus, non sint matrimonia contrahenda: quanquam alias contracta propter hoc minime dissoluantur.* Ergo adhuc eo tempore post hoc concilium generale vim suam vsumque retinuerunt hæc *matrimonia furtiua, sine auctoritate ecclesiæ contracta*, et ex principiis iuris canonici orta. Huiusmodi matrimonii speciem in *c. 9. X. de sponsal.* deprehendi, in qua nudo consensu in præsens coniugium, iuramento interposito, contractum dicitur matrimonium, et maritus, qui ab ea discesserat, ad vxorem suam reuerti iubetur, quales discessus in matrimoniis, furtiue contractis, facile contingere poterant: non item in connubiis, *auctoritate ecclesiæ* initis. Tale matrimonium *ratum* quidem erat, licet non esset *legitimum*: et sic iure ecclesiastico *indissolubile* censebatur, accedente præsertim *copula carnali*, quo sacramentum demum *perfectum* dicebatur.
22) *Vt*, ibid. omittitur.
23) *Proponatur*, C. L. et C. R. a.
24) *Legitimum*, in C. R. 2. deest.
25) *Proponat*, ed. ant.
26) *Vel*, ibid. non legitur.
27) *Sed et his*, C. R. 1. et cit. c.
28) *Præsumserit*, C. H.
29) *Malitiosum*, C. R. L. et cit. c.
30) *Ecclesiasticam non effugiat*, cit. c.

TITVLVS IV.
DE SPONSA DVORVM, [*et sponso duarum.*]

CAP. I.

Contrahens successiue per verba de præsenti cum duabus, tenetur adhærere primæ. Si autem primo contraxit per verba de futuro, secundo per verba de præsenti: adhærebit secundæ.

AVGVSTINVS 31) *de fide pactionis et consensus.*

Duobus d modis dicitur fides pactionis et consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis: non debet aliam e ducere. Si aliam duxerit; pœnitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim rescindi tantum debet sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus: non licet ei aliam ducere. Si autem duxerit: dimittit 32) ipsam, et adhærebit 33) [*vxori*] priori. Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet, si permiserit eum rem secum habere, vel etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando, etsi non stringit manum, corde tamen et ore consentit ducere, et mutuo se concedunt vnus alii, et mutuo se suscipiunt.

31) Ipse contextus, cuius sententia graui inuoluta est caligine, monstrat verba hæc non ab AVGVSTINO, cuius flumen ingenii prorsus in illis deficit, sed in tenebris temporum ab alio obscuro capite esse profecta, et pia fraude sub auctoritate AVGVSTINI credulo olim orbi obtrusa.

32) *Dimittat*, C. R. 1. *dimittet*, C. R. 2. L. H. ed. ant. Cont. et c. 2. comp. 1. h. t.
33) *Adhæreat*, C. R. 1.

CAP. II.

Ponit pœnitentiam illius, qui alterius sponsam de præsenti sibi accepit in vxorem: nec vnquam in vxorem eam habere potest. H. d. iuxta literam.

Ex Brochardo 34) libr. 30. f

Accepisti illam in g vxorem tibi, quam alter sibi desponsatam habuerat. Dimitte illam; quia nunquam potest tibi fieri legitima: et XL. dies in pane et aqua, quod 35) h carenam 36) vocant, cum septem sequentibus annis pœniteas.

34) *BVRCHARDVS libr. XIX. c. 5.* hausit hoc capitulum *ex pœnitentiali Romano tit. 3.* quod cum aliis *libris pœnitentialibus* ANTONIVS AVGVSTINVS Venetiis edidit.
35) *Quam*, C. R. 2. et L.
36) Non a *carentia ciborum*, sed a *quadragesima*, quæ quodlibet etiam ieiunium designat, dicta: quæ dictio corrupta et contracta est a vulgo, vt *carena* vel *carena* dicta fuerit, vel etiam *carentena*, vt CONTIVS in *h. c. in margine* obseruat.

CAP. III.

Sponsalia de præsenti non soluuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum.

ALEXANDER III. *Salernitano archiepiscopo.* (*ann.* 1170.)

Licet i præter solitum, [*et amplius solito multis simus et variis negotiis impediti, et ita, quod non sit nobis facile, aliquorum consultationibus respondere: illa tamen speciali gratia, quam aduersus personam tuam habemus, et fraterna cogimur caritate, quid sentiamus de his, super quibus nos consuluit dilect. tua, tibi, quantumcumque aliis simus intenti, præsentibus litteris aperire. Consuluisti nos siquidem, vtrum, si inter virum et mulierem, præstito vel non præstito iuramento, legitimus consensus interuenerit, de præsenti, copula carnali non subsequuta, liceat mulieri alii nubere, vel, si nupserit alii, et carnalis fuerit copula subsequuta, an ab ipso debeat separari. Super hoc autem*] consultationi 37) tuæ taliter respondemus, quod, si inter virum et mulierem 38) legitimus consensus [*sub ea sollemnitate, quæ fieri solet, præsente videlicet sacerdote aut notario, et, sicut in quibusdam locis adhuc obseruatur, idoneis testibus,*] interueniat de præsenti, ita quidem, quod vnus alterum in suo 39) mutuo consensu verbis consuetis expresso 40) k recipiat, vtroque dicente 41): ego te accipio in meam, et ego te accipio 42) in meum: siue sit iuramentum interpositum 43), siue non, non licet mulieri alii nubere. Et si nupserit; etiamsi carnalis copula sit sequuta 44); ab eo separari debet 45), et, vt ad primum 46) redeat, ecclesiastica districtione compelli: quamuis [*quidam alii*] aliter [*sentiant, et aliter etiam*] a quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum 47).

37) *Inquisitioni*, c. 2 comp. cit. 1.
38) Ibidem h. l. non sunt verba: *inter virum et mulierem:* cum antecessorioe sint inserta.
39) *In suum*, ibid. sed minus recte legitur. vid. AVGVST. ad hoc c.
40) *Expresso*, C. R. L. et cit. c. licet in concilio sit: *verbis expressis.*
41) *Vtrumque dicendo*, cit. c. in concilio autem legimus: *vtrimque dicendo*
42) *Accipio*, o C. R. et L. abest. sed ipsa verba in cit. c. sunt hæc: *ego accipio te in meum, et ego te in meam.*
43) *Interpositum*, non est in cit. c. et debetur Raymundo.
44) *Subsequuta*, C. R. 2. L. et cit. c.
45) *Debeat*, C. L.
46) Rursus hic species matrimonii, *nudo consensu, sine auctoritate ecclesiæ*, cuius pontifex nullam inicit mentionem, contracti adest, et more antiquo Romanorum, quem illustrat NOODT *ad tit. de rit. nupt.* Si ergo mulier, eo non absente, alii nupserat: ad primum maritum redire cogebatur. Tales errores ex inordinata consensus matrimonialis declaratione fluebant: cum tamen rectæ rationi sit conforme, vt in bene ordinatis rebuspublicis non quilibet priuatus, clandestinus et furtiuus, sed *legitimus ac palam declaratus* consensus connubium constituat.
47) Quæ porro in cit. c. sequuntur, habes in *c. 2. X. de conuersione coniugatorum.* et in c. 4. *X de præscript.* Conf. not. ad voc. *presbyterum*, ab initio *c. 7. X. de homicid.*

CAP. IV.

Ei, qui appellat in caussa matrimoniali, interdici debet, ne aliud matrimonium contrahat, lite pendente: et, si contraxerit, debet separari.

IDEM *Genuen.* 48) l *archiepiscopo.* (*ann.* 1170.)

Tua m fraternitas nos consuluit, [*quid de his agere debeas, qui desponsant aliquas mulieres, et processu temporis, antequam eas ducant vel*

48) *Ianuen.* C. R. L. H. et c. 9. comp. cit. 1. quod præterea habet: *episcopo.*

a Proponatur. b *Trident. sess. 24. de reform. matr. c. 5. et Clem. vn. de consangu. et affinit.* c Malitiosum. d C. 1. eod. tit. in 1. compil. vid. Ioann. maioris. l. 4. sent. dist. 27. q. 5. et Sot. q. 2. art. 4. vers. 3. dubium est. e *Al. ita:* aliam ducere vxorem.

f *Ita in antiquis, vt est impressum, sed restituendum ita ex Burchardo l. 19. c. 5.* g C. 2. eod. tit. in 1. comp. h Carenam. al. Carentenam. Contius in marg. cap. 8. infr. de accus. i C. 3. eod. tit. in 1. comp. k Expresso. l Ianuen. sed idem est. m C. 9. eod. tit. in 1. compil.

 cogno-

cognoscant, alias accipiunt in vxores. Super quo vtique consultationi tuæ taliter respondemus, quod, si vir et mulier sese recipiunt expresse consensu de præsenti mutuo, neuter eorum, altero superstite, poterit ad alia vota transire: etsi possit ad monasterium transmigrare. Verum si inter ipsos non accessit consensus mutuus de præsenti, sed promissio de futuro, videlicet quod vterque dixit alteri: ego te recipiam in meam, et ego te recipiam in meum; si alius mulierem illam desponsauerit et traduxerit; etiamsi inter primos iuramentum fuerit, sicut diximus, de futura huius desponsationis initiu: secundum non poterit matrimonium separari, sed eis est de violatione fidei pænitentia iniungenda.] De his 49) vero, qui coram te super desponsatione, facta per consensum mutuum de præsenti 50), controuersiam mouent, et [*post appellationem,*] quam 51) ante sententiam vel cognitionem caussæ ad sedem apostolicam interponunt, appellatione pendente, accipiunt alias in vxores, hoc arbitramur agendum, vt, si amodo in tali casu duxerint appellandum, eis in ecclesia publice interdicas 52) [*arctius,*] ne ante decisionem caussæ aliud contrahant matrimonium. Et si contra a interdictum ecclesiæ, [*eta*] publice 53) factum, venire præsumpserint: matrimonium, tam præsumptuose contractum, poteris irritare 53*).

49) *De alus*, cit. c.
50) Rursus ex verbis, ab integra decretali petitis, liquet, desponsatam per verba *de præsenti* vel fuisse *ductam*, vel postea *cognitam*, vel neutrum factum. Primo casu matrimonium auctoritate ecclesiæ erat contractum; altero sine ea, vt tamen matrimonii sacramento nihil deesset. Tertio etiam matrimonii vinculum adesse existimatum fuit, vt tamen ob *defectum sacramenti consummati*, quod in *copula carnali* quæritur per *c. 5. X. de digam. non ordin.* possit adhuc sponsa religionem, inuito etiam sponso, intrare. Docent id aperta verba: *antequam eas ducant, vel cognoscant.*
51) *Quam*, non est in concilio, vtpote in quo particula *post*, legitur aduerbialiter.
52) *Debes interdicere*, cit. c.
53) *Ita publice*, C. R. et L.
53*) Cum his cohærent, quæ sunt in *c. 9. X. de despons. imp.*

CAP. V.

Qui duas per verba de præsenti desponsat, primam desponsatam habebit in vxorem; etiamsi prius secundam cognouerit: nec valet contraria consuetudo. Et hoc vltimum additur ad cap. *Licet.* supra eodem.

INNOCENTIVS III. 54) *Mutinen. episc.* (*ann.* 1200.)

Tuas *b* dudum 55): [*et infra.*] De consuetudine, quæ diu in Mutinen. obtinuit ciuitate, vt 56), si quis iuraret, se aliquam 57) ducturum 58), et extra carnis copulam desponsasset, si consequenter desponsasset aliam, et etiam cognouisset, primo cognita adiudicaretur viro, non quæ prius extitit desponsata. [*et infra.*] Ne vero turpis sit pars, quæ suo non congruit vniuerso: et ecclesia Mutinen. tenere debeat humiliter, et seruare 59) *c*, quod beati Petri sedem et suam metropolim sequi viderit et docere. In matrimoniis, de cætero contrahendis, illud te volumus obseruare, vt, postquam inter legitimas personas consensus legitimus interuenerit de præsenti, qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanctiones, et, si solus defuerit, cætera, etiam cum ipso coitu celebrata, frustrantur, si 60) personæ iunctæ legitime cum aliis postea de facto 61) contrahant *d*, quod prius de iure factum fuerat, non poterit irritari.

54) Indubie hæc decretalis ex INNOCENTII III. epistolis desumta, quas nobis conseruauit RAINERIVS Diaconus in *collect. decretal. INNOCENTII III* apud *BALVZ. tom. I. p. 601.* relata, et ad annum regiminis tertium referenda, quod in eo subsistat. Male ergo GONZALEZ adscripsit eam ALEXANDRO III. præsertim cum etiam in *c. vn. comp. 3 h. t.* deprehendatur, quæ tota ex *Innocentianis epistolis* est conflata.
55) Quæ hic desideras, habes in *c. 13. X. de vsuris.*
56) *Vtrum*, ed. ant. et Cont.
57) *Si quis iuraret aliquam*, C. R. L. ed. ant. et c. vn. comp. 3. h. t.
58) *Ducere aliquam*, C. N. Sed neque *ducere*, neque *ducturum*, est in cit. c.
59) *Teneat humiliter et obseruet*, cit. c.
60) *Etsi*, ibid.
61) Dict. *de facto*, desunt in C. H.

TITVLVS V.
DE CONDITIONIBVS, APPOSITIS IN DESPONSATIONE 62), VEL IN ALIIS CONTRACTIBVS 63).

CAP. I.

Defectus turpis conditionis, in contractu matrimonii appositæ, non vitiat matrimonium, sed vitiatur.

Ex concilio Africano 64) *e*.

Quicunque *f* sub conditionis nomine aliquam desponsauerit, et eam [*postea*] relinquere voluerit: dicimus quod frangatur 65) conditio, et desponsatio irrefragabiliter teneatur.

62) *In sponsalibus*, C. R. 2. *in desponsationibus*, ed. Pith. et comp. 5.
63) *Et aliis contractibus*, C. R. *vel aliis contractibus*, L. ed. ant. et c. 1. comp. 1. h. t. Sed in comp. 3. hæc vltima desiderantur.
64) Ex hoc etiam laudatur præsens canon in *c. 7. C. XXVII. q. 2.* licet in editis conciliis Africanis desit.
65) Id est, pro non adiecta habeatur; quia reale matrimonium non admittit conditionem: licet sponsalia eam non respuant.

CAP. II.

Seruus manumissus ea conditione, vt fiat monachus, et monasterio seruiat, alias in seruitutem redeat, si, hoc acceptato, monachus factus sit, manumittentis voluntatem cogitur obseruare.

GREGORIVS [*Grisanto,*] *episcopo Spoletano* 66). (*ann.* 597.)

Cum *g* sit proprium 67): [*et infra.*] [*Si forte iniuste se excommunicatum quis queratur: subtili indagatione cognosce et ita cognita veritate dispone, vt nec disciplinæ vigor frangi valeat, nec dissolui, et infra.*] H. 68) presbyter conquestus est, diaconum quendam manumisisse duo mancipia sub hac conditione, vt monachi fierent 69), et in eo monasterio, vbi ipse fuerat, permanerent 70), adiiciens, vt, si quis contra faceret, seruituti iterum subderetur: atque vnum ex his, hac conditione despecta 71), monasterium deseruisse, et se inter clericos sociasse. Tu ergo, si ita esse reperies 72), sic te exhibe, vt nec illi monasterium deserendi sit facultas, et manumittentis voluntas [*conseruata nihilominus*] non valeat præteriri.

66) Ita est inscriptio apud *GREGORIVM lib. VII. ind. II. epist. 36.* anno ordinationis VIII. scripta.
67) Antequam ex c. 2. h. t. et c. 1. de sent. et excomm. et absol. comp. 1. restituamus hoc capitulum, præmittenda sunt verba, quæ in vtroque cit. c. desiderantur, ex veteri registro Gregorii huius tenoris: *Cum sit proprium disciplinæ ab illicitis prohibere et excessus culpas salubriter resecare: studiose eius seruanda censura est. Nam si negligitur: cuncta destruit, quidquid eam custodiendo alter, in confusionem deducunt, dum alter ædificat. Valentinus itaque presbyter questus est nobis, quia, si monachus monasterii, ipsius exigente culpa, fuerit communione priuatus, ad loca vestra se confert, et communionem sine aliqua reseruatione percipiat. Quodsi ita se res habet: quoniam non solum regularis ordo dissoluitur, sed etiam proditiones ex hac materia monstrantur: qui sub vobis sunt, presbyteris districte et sollicitius interdicere vos necesse est, vt hoc facere de cetero non præsumant.*
68) *Supra scriptus presbyter* [illegible] et c. 1. cit. Sed siglum *H.* minus respondet registro, in quo [illegible] nomen presbyteri est, *Valentinianus.* Ergo potius *V.* scribend[illegible] Conf. AVGVST. ad c. cit. 2.
69) *Debeant fieri*, cit. c. 2.
70) *Permanere*, ibid.
71) *Hanc conditionem despexisse et*, ibid.
72) *Reperies*, C. R. L. H. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.

CAP. III.

Qui iurauit, aliquam in vxorem accipere, si centum sibi donauerit, centum non datis, recipere non tenetur: nisi postea pure consenserit, vel eam cognouerit.

ALEXANDER III. *Panorm. archiepisc.* (*ann.* 1180.)

De illis 73) *h*: [*et infra.*] Si vero 74) aliquis sub huiusmodi verbis iuramentum alicui mulieri præstiterit 75): ego te in vxorem accipiam, si centum mihi donaueris; reus periurii non habebitur, si eam, nolentem sibi soluere, quod [*iuramento*] sibi dari petiit, non acceperit 76) in vxorem: nisi consensus de præsenti, aut carnalis sit inter eos commixtio subsequuta.

73) *De illis autem*, C. R. et L.
74) Verba hæc cohærent cum *c. 5. X. de sponsal.* post eius finem relata.
75) *Præstitit*, C. R. L. ed. ant. Cont. et Pith.
76) *Accepit*, C. H.

CAP. IV.

Res, donata ecclesiæ sub modo, statim est ecclesiæ, nec reuocatur, modo non seruato: nisi hoc in contractu sit expressum. H. d. secundum veriorem intellectum. Et est textus multum notabilis, et valde allegabilis. Abbas.

IDEM.

Verum 77) *i* cum alicui ecclesiæ possessio quælibet interpositis conditione donatur; a donatore donum postea reuocari non potest: nisi forte tali sit conditione collatum 78), quod, ea cessante, debeat reuocari [*possessio.*]

77) vid. *supr. c. 3. de donat.* cuius hoc nostrum est lacinia.
78) *Collata*, c. 3. comp. 1. h. t.

CAP. V.

Contrahens matrimonium sub conditione non improbata, non compellitur matrimonium consummare ante conditionis euentum.

VRBANVS III. [P. c. *Cum apostol.*] (*ann.* 1185.)

Super eo *k* vero 78*), quod [*a nobis similiter*] postulasti, vtrum ille, qui in quandam mulierem consensit 79), si pater eius [*videlicet*] suum præstaret assensum, sit ad consummandum matrimonium compellendus, respondemus, quod, cum consensus liber dici non possit, qui in alieno arbitrio reseruatur, ac conditionem ipsam canonica non improbent instituta, [*quæ consonet honestati,*] nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam cogendus est ad matrimonium contrahendum.

78*) Præmissa habentur in *c. 18. X. de spons. et c. 10. de despons. imp.*
79) *Consensit*, C. H.

a *Al. ita:* et si contra interdictum ecclesiæ ita publice factum, *etc.*
b *Cap. vn. eod. tit. in 3 comp.*
c Obseruare.
d Contrahunt.
e *In conc. Africano hoc nondum repertum est, vt refert Grat. sine Palea 27. q. 2. c. quicunque. et habetur post conc. Later. sub Alex. III. part. 6. c. 5.*
f *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.*

g *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.*
h *Cap. 4. tit. de sponsal. in 1. comp. et post conc. Later. p. 6. c. 12.*
i *C. 3. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lat. p. 29. c. 3. et cap. 2. eod. tit. De consuet. in 1. compil.*
k *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 22.*

Nam

Nam licet [*fel. mem.*] Alexander papa, [*antecessor noster, in suis consultationibus*] responderit 80), quod sponsalia, interposita conditione contracta, [*conditione*] ipsa non impleta 81), si consensus de præsenti intercedat, vel carnalis copula subsequatur, dissolui non debent, sed firmiter obseruari; nequaquam est nostræ definitioni aduersum, cum huiusmodi consensus non sit de præsenti habendus: licet per verba de præsenti euidentius exprimatur, qui in alieno arbitrio, non habitu, sed habendo, consistit.

80) *Videatur respondisse*, c. 4. comp. cit. 1.
81) *Minime obseruata*, ibid.

CAP. VI.

Qui sub honesto conditione sponsalia contrahit, et ante conditionis euentum desponsatam cognoscit, a conditione recedit.

INNOCENTIVS III. *Masican.* 82) a *episc.* (*ann.* 1201.)

Per tuas *b* [*nobis*] litteras intimasti, quod, cum [*in præsentia tua*] quædam mulier, Pacifica nomine, [*quendam, nomine*] Nicolaum, postularat in virum, asserens, inter se mutuum de præsenti consensum interuenisse 83), et carnalem copulam accessisse, vir ipse, quamuis contracta sponsalia et carnalem 84) copulam non negaret, asserebat tamen, se illam in vxorem ducere non teneri, quia sponsalia inter ipsos sub hac 85) fuerunt conditione contracta, si [*videlicet*] pater eius et patruus 86) sponsalibus consentirent: sed ipsi, quam cito nouerunt, et sponso contradixerunt et sponsæ, [*quod idem vir idoneis nitebatur testibus comprobare.*] Verum mulier replicabat, quod, licet fides præstita fuerit ab vtroque sub conditione præscripta, non tamen sibi fuerat a patre viri, vel patruo 87) aliquando contradictum: et ante tempus contradictionis 88), expressum a testibus, et post 89) [*illud*] dicebat 90) inter se carnalem copulam accessisse. [*Addebat præterea, quod, licet a principio conditionaliter contraxissent, temporis tamen processu sine conditionis adiectione pure in matrimonium consenserunt, et hoc asserebat se testibus probaturum. Receptis itaque testibus vtriusque partis, cum attestationibus mulieris, coram te præsentibus duobus examinatoribus faceres publicari: testes ipsi dixerunt, quod dicta, quæ legebantur, non dixerunt, et quæ deposuerunt, scripto non erant. Sed ab vno examinatorum tunc contra eos fuit fortiter obuiatum. Et ob hoc mulier postulabat, vt iidem testes, vel alii super iisdem capitulis iterum audirentur. Tu autem, hac nouitate commotus, sequentem diem partibus præfixisti, quibus in tua præsentia constitutis, omnes examinatores conuocari iussisti, sub interminatione anathematis illos obtestans, vt dicerent, si essent illæ veræ attestationes, quibus obuiauerant testes: qui continuo alias attestationes in medium produxerunt. Quibus cum per aduocatum viri fuisset obiectum, sicut prioribus fuerat attestationibus obuiatum: post allegationes multiplices secundæ attestationes a partibus admissæ fuerunt, et cum attestationibus viri postea publicatæ. Porro mulier illi præcipue articulo insistebat, quod ante renunciationem sponsalium et post, idem vir carnaliter eam cognouerat, et ex ea filium procreauerat: quod proprio nitebatur ostendere iuramento. Quia vero super his non solum opiniones varias, sed contrarias accepisti: ad magistratum sedis apostol. recurrens, humiliter postulasti, quid sentiendum sit in talibus, edoceri. Nos autem, inspectis attestationibus, admissis a partibus, quas nobis tuis misisti literis inclusas,*] consultationi tuæ taliter respondemus, quod, cum liquido constet [*per confessionem tam viri, quam mulieris,*] quod 91) post contracta sponsalia, carnalis est 92) inter eos copula subsequuta, pro matrimonio est [*vehementer*] præsumendum *c*: quia videtur 93) a conditione apposita 94) recessisse. Nam etsi probatum sit [*vtrimque per testes,*] quod, postquam pater et patruus viri contradixere 95) sponsalibus, idem vir mulierem illam carnali coniunctione 96) *d* cognouerit: non est tamen aliquo modo probatum, quod, antequam ipse cognouisset eandem, pater eius et patruus contradicere curauissent.

82) vel potius: *Messanensi*, vt euicit *GONZ. ad h. c.*
83) *Interuenisse*, non est in C. R. L. et c. 1. comp. 3. h. t.
84) *Carnis*, C. R. L. N. et cit. *n.*
85) *Tali vel hac*, C. H.
86) *Patrinus*, ed. ant.
87) *Paterno*, ibid.
88) *Conditionis*, C. R. 2.
89) *Postea*, C. L.
90) *Dicebant*, ibid.
91) *Quidem*, cit. c.
92) *Fuerit*, C. H.
93) *Videretur*, C. R. 1. et L.
94) *Interposita*, cit. c.
95) *Contradicere*, C. L.
96) *Commixtione*, C. R. L. et H.

CAP. VII.

Si in contractu matrimonii apponitur conditio turpis vel impossibilis; habetur pro non adiecta; nisi sit contra substantiam matrimonii: quia tunc vitiat contractum. H. d. hoc capitulum notabile, et multum allegabile.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1235.)

Si conditiones 97) e contra substantiam coniugii inferantur, puta, si alter dicat alteri: contraho tecum, si generationem prolis euites, vel 98), donec inueniam aliam, honore vel facultatibus digniorem, aut, si pro quæstu adulterandam te tradas; matrimonialis contractus, quantumcunque sit fauorabilis, caret effectu: licet aliæ 99) *f* conditiones appositæ in matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter eius fauorem pro non adiectis haberi.

97) Magis de *modo*, quam *conditione* proprie dicta, quatenus suspendit negotium, hanc decretalem intelligendam esse, docent exempla adducta, quæ ita comparata sunt, vt demum contracto matrimonio implementum sequi debeat. Conditio enim proprie dicta matrimonio adiici nequit: facilius *modus*, qui abusiue *conditio* vocatur in *l.* 1. *in* § *D de donat.* quatenus denotat *caussam finalem*, contractu matrimonio implendam demum, et promissionem limitat. Si illicitus est; pro non-adiecto habendus: nisi substantiam matrimonii destruat.
98) *Et*, C. R. 2.
99) *Licet alias*, C. L. et H.

TITVLVS VI.

QVI CLERICI 100) VEL VOVENTES MATRIMONIVM CONTRAHERE POSSVNT 1).

CAP. I.

Diaconus vel subdiaconus matrimonium contrahere non possunt: et, si contraxerint, etiamsi sint facti irregulares, debent separari.

ALEXANDER III. *Remen. archiepisc.* (*ann.* 1180.)

De diacono 2) *g*, qui in sabbatho sancto [*quendam*] alium diaconum vulnerauit, et vxorem 3) accepit, hoc tuæ prudentiæ respond. quod, si contrito et humiliato corde 4) ad ecclesiam redire voluerit, dimissa illa, quam accepit in vxorem, et absolutione obtenta 5), iniuncta *h* sibi pœnitentia de vtroque excessu, post eam 6) peractam dispensatiue 7) poteris ei diaconatus officium reddere, et, si perfectæ vitæ et conuersationis 8) fuerit, eum in presbyterum ordinare. Subdiaconum autem, siue hominem interfecerit, siue non, matrimonium non posse contrahere, sacrorum canonum censura demonstrat 9).

100) *Clerici*, non est in comp. 3.
1) *Possint*, C. R. 2. *non possunt*, comp. 2.
2) *Vero*, additur in c. 1. comp. 1. h. t. quæ particula significat connexionem cum verbis quibusdam antecedentibus: licet in concilio pro ea sit *vestro*. Etenim hæc decretalis pars cap. *Cum in Cantuariensi*, quod est in comp. 1. c. 9. de cohabit. cler. et c. *Tua nos duxit fraternitas*, 1. comp. 1. de clericis peregr. esse videtur *AVGVSTINO ad h. c.* Sed quum singulis capitulis diuersa sit inscriptio: eius sententia relinquitur in medio.
3) *Mulierem vxoris nomine*, ibid.
4) *Animo*, cit. c. 1.
5) Loco harum trium dictionum, ibid. sunt verba ita sonantia: *cum non possit, sicut nosti, contrahere matrimonium, ipsam debes recipere, et absoluere a sententia excommunicationis, quam pro violenta iniectione manuum noscitur incurrisse, et iniuncta etc.*
6) *Pœnitentiam*, ibid.
7) *Dispensatiue*, demum ibid. sequitur *copulam: et.*
8) *Honestatis*, C. R. 2.
9) Lacinia huius decretalis est in c. 26. comp. 1. *de decimis*, vt patet ex ipso concilii c. 21.

CAP. II.

Subdiaconus matrimonium contrahere non potest.

IDEM *Cenoman. episcopo.* (*ann.* 1180.)

Ex litterarum *i* tuarum tenore accepimus 10), quod lator præsentium, in subdiaconatus officio constitutus, quandam sibi in coniugem 11) copulauit. [*Vnde tu, sicut vir prouidus et discretus, ipsum,*] quam [*in vxorem duxerat,*] eundem 12) abiurare fecisti. Super quo [*facto*] prud. tuam in Domino commendamus, [*per præsentia tibi scripta*] mandantes, quatenus, si ad [*canonicum*] monasticum 13) *k* ordinem 14) transire voluerit, et tibi post laudabilem conuersationem ipsius visum fuerit 15),

10) *Percepimus*, C. L. et c. 2. comp. cit. 1. quomodo in conc. sit: *perpendimus.*
11) *In coniugium*, C. R. 1.
12) *Quem eandem*, C. R. L. et N. *eundem* P. ed. ant.
13) *Monasticum*, in C. R. 1. L. et ed. ant. deest.
14) *Ordinem religionis*, C. H.
15) *Post septennem pœnitentiam, laudabiliter in claustro peractam, si tibi, vel successori tuo idoneum visum fuerit, eum etc.* cit. c. Hæc omittunt Raymundus et Contius: grauia enim fortasse visa sunt. *AVGVST. ad h. c.*

a Marsican. *al.* Marsano. *al.* Marsitan. *b* *Cap. vn. eod. tit. in 3. compil.* *c* *Vid. l. et s contra, in vers. depositum, C. de nupt.* *d* *Al.* commixtione.

e *Il[lustris] est hæc decret. de cuius intellectu præter D. Scotum l. 4. sent. dist. 29. q. 2. art. 1 et 3. vide Adrianum super 4. q. 7. de matr. et Couarruuiam citatum super gloss. c. præcedentis.* *f* Licet alias *g* *C. 1. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. p. 26. c. 21.* *h* *Al. ita:* iniuncta quoque sibi, *etc.* *i* *C. 2. eod. tit. in 1. compil. et post conc. part. 50. c. 59.* *k* *Var.* monasticum, *deest in omnib. manuscr.*

eum ad maiores ordines promoueri concedas: quod *a* si 16) ad religionem se transferre 17) noluerit; eum neque 18) in subdiaconatu ministrare, neque ad altiores 19) permittas ordines promoueri: in minoribus tamen 20) ordinibus poterit ministrare 21).

16) *Qui si*, C. L.
17) *Conferre*, C. R. 2. L. H. et cit. c.
18) *Neque*, frustra omittitur in cit. c. cum sit in concilio.
19) *Vlteriores*, C. R. H. et cit. c.
20) *Autem*, C. L.
21) Minores ordines eo tempore adhuc vsum quendam in ecclesiis habuisse, ex his verbis colligitur, quorum hodie nullum vsum esse, docet *MORINVS de SS. ordinat. P. III. ex. 11. c. 2. §. 1.*

CAP. III.

Votum sollemne impedit et dirimit matrimonium, post contractum: votum simplex tantum impedit contrahendum, sed non dirimit post contractum.

IDEM *Vigorien.* 22) b *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Meminimus *c*, [*nos ex parte tua quæstionem huiusmodi audiuisse, sc. vtrum illi, qui se ad religionem coram episcopo deuouerunt transituros, et habitum religionis susceperunt, si postmodum vxores duxerint, cogendi sunt eas dimittere, et ad ecclesiam, cui se contulerunt, redire. Super hoc vtique duximus*] respond. quod, si quisquam, qui se religioni deuouit, et habitu suscepto professionem fecit 23), [*et*] postmodum sibi aliquam copulauerit, est cogendus ab ea recedere, et ad [*eam*] ecclesiam, cui se contulit, sine contradictione transire. Verum, si nec habitum suscepit, nec professionem, sed votum solummodo fecit, et se ad religionem transiturum promisit; licet postea matrimonium contraxerit: non est cogendus ad religionem transire, et matrimoniale 24) votum rescindere.

22) *Vigornien.* C. R. 2. et L. *Wigorn.* c. 6. comp. cit. 1.
23) *Fecerit*, C. H.
24) *Et matrimonii*, C. R. 2. L. et cit. c. *nec matrimonii*, C. R. 1.

CAP. IV.

Susceptio habitus professorum extra religionem a non habente potestatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. H. d. secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.

IDEM *Lucen.* 25) *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Consuluit *d* nos tua fraternitas 26), quid faciendum sit de nobili muliere, quæ [*post mortem mariti,*] vestibus pretiosis abiectis, mutauit habitum, et de manu presbyteri velamen assumpsit 27), sed non renuntiauit propriis, nec intrauit claustrum, nec in manu alicuius episcopi, abbatis vel abbatissæ, aut super altare professa est, vel obedientiam promisit: postmodum vero, elapso anno, [*cum multorum inquietudines ferre non posset, et lapsum incontinentiæ formidaret,*] abiecto religionis habitu, cuidam nobili 28) [*sollemniter ac per licentiam ecclesiæ*] nupsit. [*Super hoc itaque*] consultationi tuæ taliter respondemus, quod, sicut simplex votum e matrimonium impedit contrahendum, et non dirimit iam contractum, ita habitus, sine professione susceptus, ne contrahatur, impedit, sed contractum 29) nequaquam dissoluit 30).

25) *Lucan.* C. L.
26) *Dilectio tua*, c. 7. comp. cit. 1.
27) *Accepit*, C. R. 1.
28) C. R. 1. addit: *P. nomine*; et C. R. 2. legit: *P. nobili.*
29) *Consummatum*, cit. c.
30) Verba, ibidem sequentia, leguntur in c. 11. *X. de homicid.*

CAP. V.

Votum castitatis de præsenti impedit matrimonium contrahendum: ecclesia tamen ex caussa matrimonium contrahi quandoque permittit. H. d. inhærendo litteræ.

IDEM.

Veniens *f* ad præsentiam nostram Marcus Eremita [*sua nobis assertione*] proposuit, quod I. 31) mulier cuidam viro absenti, fide data, se nupturam promisit, sed postmodum, audiens plura de seueritate [*et inhumanitate*] ipsius [*viri,*] ei noluit 32) copulari. Cum itaque timeret, ne illi nubere cogeretur; in manibus suis [*simpliciter*] continentiæ votum promisit: non tamen locum aut vestem mutauit. Quo audito, [*prædictus*] vir aliam sibi copulauit, [*et ex ea prolem suscepit.*] Nos itaque, attendentes, tutius esse, vt præfata mulier post fidem et votum, simpliciter 33) oblatum, matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat, [*fr. tuæ per a. s.*] mandamus, quatenus, si plus non processit 34), [*nec vestem aut locum mutauit, nec professionem fecit,*] sibi 35) de fide mentita et voto violato congruam satisfactionem indicas 36), et ei, cui vult, nubendi in Domino licentiam tribuere non postponas.

31) *Io.* C. R. 1.
32) *Nulla ratione voluit*, c. 8. comp. cit. 1.
33) *Simplex*, ibid. vti est in concilio.
34) C. R. 1 addit: *in facto*, in cit. c. autem legitur: *si plura non processerint.*
35) *Prædictæ mulieri*, cit. c.
36) *Indicas*, C. R. 2.

a *Al.* qui si ad religionem se conferre. b *Wigorien. al. Wigorn.* c *C. 6. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Later. p. 6. c. 9.* d *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. p. 45. c. 4.* e *Vide omnino citatos paulo ante. in c. meminimus. eod. tit.* f *C. 8. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. part. 4. c. 10.*

CAP. VI.

Votum simplex impedit sponsalia de futuro, non autem dirimit matrimonium sequens: secus in voto sollemni.

COELESTINVS III. 37) [pars c. *Laudabilem.*] (*ann.* 1195.)

Rursus *g* quidam, [*vt dicit,*] votum castitatis emittens, iurauit, se quandam ducturum postea in vxorem. Vnde a fraternitate tua requisiti, [*consultis viris prudentibus,*] arbitramur, quod, cum simplex votum apud Deum non minus obliget, quam sollemne, pro eo, quod iurauit temere, pœnitentiam agat, et votum, quod Deo fecit, studeat obseruare. Quodsi, postquam huiusmodi præstitit iuramentum, ad nuptias proprio motu conuolasset: cum votum simplex matrimonium impediat contrahendum, non tamen dirimat iam 38) contractum: nihil ambiguitatis quæstio tua continere videtur 39).

37) *Clemens*, C. R. 2. et L.
38) *Iam*, deest in C. H.
39) In c. 2. comp. 2. h. t. tantum est: *continere.*

CAP. VII.

Votum sollemne impedit et dirimit matrimonium, post contractum.

INNOCENTIVS III. *Libonen. et Colimbrien. episcopis.* 40) (*ann.* 1199. *in Hispaniam.*)

Insinuante *h* I. nobili muliere, nostro est apostolatui reseratum, quod [*dudum puella, in annis teneris constituta, M. Sancii accepit in virum, qui ab inimicis crucis Christi fuit paullo post tempore interfectus. Post cuius obitum*] a quibusdam curialibus fuit regi Legionen. pro ipsius 41) copula supplicatum. Quod cum ad consanguineorum eius notitiam peruenisset: vt maritum acciperet 42), ei sub obtestatione 43) regia suggesserunt. Ipsa vero, quod tunc nollet nubere, protestans, consilium accepit ab eis, quod votum emitteret 44) castitatis: quod 45) in manibus cuiusdam de fratribus sancti Aug. fecit, eo adiecto tenore, vt in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Sane, in eiusdem ordinis habitu biennio post permansit: licet id se inuitam fecisse asserat et coactam, non 46) tam metu regio quam parentum. [*Post hæc eadem regi, quod fecerat, indicauit, quod approbans, vetuit, ne quis, ea nolente, domum intraret ipsius, vel exinde aliquid exportaret. Interim vero, tempore modico elabente, P. Curialis, regias litteras secum portans, et F. Fernandi dictæ mulieris domum intrantes, vt ipse P. vi saltem eam duceret in vxorem, acceperunt ab ipsa, quod, si eam idem P. duceret, ipsius manibus interiret. Post hæc vero, dimissis domo et omnibus, quæ habebat, in domo cuiusdam Iudæi per tres, in ecclesia vero S. Mariæ de Vega per sex latuit septimanas, ita, quod exinde propter necessitates humanas etiam egredi non auderet.*] Tandem [*se coactam videns, et omnibus destitutam, et*] attendens [*nihilominus,*] quod inuita votum emiserit 47), eo dimisso, de parentum consilio P. Michaëli 48) *i* publice fuit matrimonialiter 49) copulata, de quo 50) *k* quatuor sustulit filios tempore procedente. [*Verum, quia salutem animæ desiderat omnibus anteferre, ac metuens, quod huiusmodi coniunctio licita non exsistat, quid super his teneri debeat, edoceri responso nostro suppliciter postulauit.*] Nos igitur, attendentes, quod in emissione voti, quod præcessit 51), nulla vel modica coactio adfuisset, quam patientia et perseuerantia sequentis temporis penitus profugauit 52), et quod sequens 53) coniunctio potius iniqua fuit, et violenter extorta, [*fr. vestræ per a. s.*] mandamus, quatenus, [*inquisita diligentius veritate,*] si præmissis veritas suffragatur, præfatam mulierem ad male dimissum religionis habitum reassumendum 54), et seruandum, quod vouit, monere et inducere procuretis, et, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam coercere.

40) Inscriptio in C. MSC. et edit. plerisque vitiosa est. verior traditur in *epist. Innocentii III. 232. libr. II. edit. Baluz. Vlixbonensi et Colimbriensi episcopis*
41) *Relicta*, ibid.
42) *Reciperet*, ed. ant.
43) *Attestatione*, cit. c.
44) *Promitteret*, C. R. 2.
45) *Hoc autem*, cit. c.
46) *Non*, in C. R. L. H. et cit. c. omittitur.
47) *Emiserat*, C. R. 2.
48) *P. Michaelis*, cit. c. forte *F.* seu *filio Mich.* scribendum loco figli *P.*
49) *Matrimonio*, C. R. 2.
50) *De qua*, cit. c.
51) *Processit*, C. L. *qua præcessit*, cit. c.
52) *Effugauit*, ed. ant.
53) *Subsequens*, ibid.
54) *Resumendum*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.

g *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* h *C. 1. eod. tit. in 3. comp. vide Sat. 4. fent. dist. 38. qu. 6. et citatos in præced. capit.* i *Alias:* Michaelis P. filio Michaelis. k *In antiqua comp.* de qua, etc.

TITV-

TITVLVS VII.

DE EO, QVI DVXIT IN MATRIMONIVM [*eam*,] QVAM [*prius*] POLLVIT PER ADVLTERIVM 55).

CAP. I.

Si quis, viuente uxore, contrahit cum secunda, hoc ignorante: prima mortua, ad sui petitionem non separabitur a secunda.

ALEXANDER III. *abbati sancti Albani in Anglia. (ann. 1180.)*

Propositum a est nobis, quod vir quidam [*O.*] vxorem habens, sibi aliam, huiusmodi rei insciam, copulauit, [*de qua plures filios habuit*:] sed, prima mortua, nititur discedere a secunda, [*asserens quod, vxore suo viuente, eam non licuerit sibi copulare.*] Licet autem in canonibus habeatur b, vt nullus copulet [*in*] matrimonio, quam prius polluerat adulterio, et illam maxime, cui fidem dederat, vxore sua viuente, vel quæ machinata est in mortem vxoris; quia tamen præfata mulier erat inscia, quod ille aliam haberet vxorem viuentem; nec dignum est 56), vt prædictus vir, qui scienter contra canones venerat, lucrum de suo dolo reportet: consultationi tuæ taliter respondemus, quod, nisi [*prædicta*] mulier diuortium petat 57), ad petitionem viri non sunt aliquatenus 58) separandi: [*cum ex suo delicto videretur commodum reportare.*]

55) *Adulterio*, comp. 1.
56) *Esset*, c. 1. comp. 2. h. t.
57) Quia secunda decepta erat: ex capite nullitatis petere poterat rescissionem matrimonii.
58) *Abinuicem*, ibid. sicut etiam est in concilio.

CAP. II.

Si, viuente prima vxore et non cognita, quis contraxit cum secunda scienter, et eam cognouit; etiam mortua prima, secundam habere non potest: secus, si prima erat non legitima vxor.

IDEM *abbati de Fontibus*, [*et magistro Vacario.*] *(ann. 1180.)*

Significauit c nobis O. Andegauensis, [*parochianus Eboracen. ecclesiæ per W. fratrem suum, quod W. de Romare, qui est ex hac luce subtractus, capiens eum, tandiu in vinculis ferreis, et carcere tenuit, donec ipsum iurare coëgit, quod Ha. mulierem duceret in vxorem. Cum autem vincula et carcerem euasisset, aliam in vxorem accepit, de qua filios procreauit. Postea vero idem O. a præfata Ha. coram ven. fratrem, Eboracen. archiepiscopo apostol. sedis leg. tractus in caussam, ab eo coactus est iuramento firmare, quod ad illam, quam sponte in vxorem acceperat, non accederet, donec lis esset iudicio ecclesiastico terminata. Ceterum quia, priusquam de caussa cognosceretur legitime, prænominata Ha. diem clausit extremum: prædictus O. ad eandem, de qua filios habuit, reuerti non audet. Inde est quod d. v. per a. s. præcipiendo,*] mandamus, quatenus, [*rei veritate inquisita diligenter et cognita,*] si [*vobis*] constiterit, quod eidem O. tanta vis illata fuerit, [*vt prædictam Ha. iuraret in vxorem accipere, et,*] quod non sponte in primam 59) consenserit, nec post præstitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit, propter hoc non dimittatis, quin ad aliam, quam postea in vxorem accepit, reuertendi liberam [*app. rem.*] tribuatis facultatem: alioquin 60) sibi, ne ad secundam reuertatur, sub interminatione anathematis inhibeatis, dantes ei licentiam ducendi, [*si voluerit,*] aliam in vxorem.

59) *In eam*, c. 2. comp. cit. 1.
60) Loco partic. *alioquin*, ibid. leguntur verba: *Verum si prænominatus O. in præfatam Ha. sponte consensit, vel post præstitum sacramentum, quod ipsam in vxorem acciperet, carnaliter eam cognouit, sibi etc.*

CAP. III.

Non potest quis cum illa contrahere, quam, vxore viuente, cognouit, si machinata fuit in mortem vxoris.

IDEM *Baracen.* 61) d *episcopo.* [*pars. c. Quoniam ex multis.*] *(ann. 1180.)*

Super hoc e [*vero,*] quod [*de latore præsentium tuis litteris*] quæsiuisti, an liceat alicui 62) cum ea contrahere matrimonium, quam, [*alia*] vxore sua viuente, sibi de facto matrimonio copulauit, [*tuæ sollicitudini*] taliter respondemus, quod, si adultera est in mortem vxoris 63) aliquid machinata, siue [*iste*] fidem dedit 64), siue non 65), quod, ea defuncta, hanc esset ducturus, secundum canones ob eius consortio [*perpetuo*] prohibetur, et hæc prohibitio perpetuo est seruanda 66).

61) In C. R. 2. legitur rectius: *Bauacens*, vel potius: *Baiocens*: quia est pars c. 2. X. *de coniug. lepros.*
62) *Sibi*, cit. c.
63) *Alterius*, ibid.
64) *Dederit*, C. R. L. H. et cit. c.
65) Partic. *siue non*, omittuntur in ed. ant. et cit. c.
66) *Obseruanda*, cit. c.

CAP. IV.

Qui, viuente uxore, etiam ab eo separata quoad torum, secundam conscius duxit vxorem, prima mortua, separabitur a secunda; sed cum alia contrahere poterit.

CLEMENS III. *(ann. 1190. Romæ.)*

Ex litterarum f tuarum insinuatione accepimus 67), quod Theophilus, [*lator præsentium, parochianus tuus, olim*] vxorem suam, in adulterio deprehensam, de tui antecessoris assensu abiecit, quæ postmodum accepit 68) g habitum monachalem: sed dictus T. 69) antequam illa decederet, aliam superinduxit 70) h, [*cum ea XII. annis vixit,*] et plures suscepit filios ex eadem. [*Ceterum quia prædicta mulier decessit, et quid super prædicta copula fieri debeat, sedem duxisti apost. consulendam;*] frat. t. [*de fratrum nostrorum consilio*] resp. quod illos debes [*sine dilatione*] abinuicem separare: idem vero vir, iniuncta ei de adulterio pœnitentia, aliam ducere poterit in vxorem 71).

67) *Percepimus*, c. 1. comp. 2. h. t.
68) *Suscepit*, C. H.
69) *Sed licet illa postmodum habitum susceperit monachalem: prædictus tamen vir*, cit. c.
70) *Superduxit*, C. H. et cit. c.
71) *Et de adulterio eidem viro pœnitentiam iniungere competentem, peracta vero pœnitentia, postmodum aliam libere poterit in Christo ducere in vxorem.* Hæc ipsa sunt verba cit. c.

CAP. V.

Qui, viuente vxore legitima, cum secunda contrahit adultera, etiam prima mortua, separabitur a secunda: etiamsi longo tempore et cohabitauit, et filios ex ea suscepit.

IDEM 72) i.

Cum k haberet vxorem legitimam, Alitiam nomine, Ioannes, lator præsentium; cum M. adulterium 73) perpetrauit: [*quod ipse tibi publico confessione detexit, sicut nobis tuæ destinatæ litteræ demonstrarunt.*] Cumque super hoc fuisset in ius vocatus: [*ipsam in iure*] abiurauit adulteram. Postmodum vero, iuramento [*posthabito et*] contempto, viuente legitima, cum ea matrimonium [*qualecumque*] contrahere, et ipsi [*mœchæ*] diu cohabitare 74) præsumpsit. Demum, prædicta Alitia de præsenti luce subtracta, [*nihilominus*] memoratus Ioannes cum [*præfata*] adultera per decennium est moratus, de qua [*etiam*] decem filios procreauit. [*Quia igitur consulis, an prædicta mulier et vir simul manere possint, vel, si debeant separari, vtrum liceat eis ad alias nuptias conuolare;*] tale damus consult. t. responsum, vt separentur l omnino, et [*competenti*] eis iniuncta pœnitentia, perpetua continentia 75) indicatur 76): præsertim cum in dies suos ambo præcesserint 77), et tamdiu publice in adulterio, et periurio ex certa scientia perdurantes, ecclesiam in graui scandalo perturbauerint 78). Nosti enim, quod Leo papa 79) statuit, vt nullus ducat in matrimonium [*vxorem,*] quam adulterio polluit; et quod hic plus processum 80) fuit, quam si fides præstita duntaxat fuisset adulteræ, vt, defuncta legitima, [*adulteram*] eam duceret in vxorem 81): cum eadem, etiam prima 82) m viuente, quasi matrimonialiter mœchæ mœchus adhærere præsumpsit, et sacramentum suum temere violare. Quod vtique connubium, vbi etiam nulla intercessit n religio iuramenti, tam o Gregor. papa, quam Triburien. syno-

72) In comp. 2. c. 2. h. t. legitur: *COELESTINVS*, et ita paulo post annum MCXCI locanda hæc decretalis.
73) *Cum ancilla crimen adulterii*, cit. c. sed in margine legimus: *cum Marilla.*
74) Tria tempora sunt omnino hic notanda. Primum est *adulterii commissi* cum mœcha, et quia Ioannes desuper in ius vocatus erat, eam abiurare coactus est. Alterum est, ex quo postea, contempto iuramento, matrimonium *furtiuum* cum ea contrahere, atque diu cohabitare cœpit, vt eo tempore non potuerit non ex eo liberos procreare. Tertium tempus est *decennii*, quo post mortem *Alitiæ*, legitimæ vxoris, adhuc continuauit cohabitationem, atque toto illo tempore decem filios in vaticinium generauit, inter quos necessario quidam ex *adulterio* nati esse debuerunt. Hoc obseruandum contra eos, qui fingunt, decem hos filios intra decennium, post mortem Alitiæ, fuisse natos, et sic adulterinos non censendos. Hoc vero ideo asserunt, ne ex hoc textu admittere teneantur sententiam communem, etiam adulterinos a parentibus de iure canonico alendos esse: quæ tamen in hac decretali optime est fundata.
75) Quæ olim omnibus, publicæ pœnitentiæ subiectis, subeunda erat, c. 12. et 14. C. XXIII. q. 2. ibique not. 63. et 74. etiam post absolutionem, transactis pœnitentiæ annis a canonibus determinatis, impetratam.
76) *Iniungatur*, C. O. 1.
77) *Processerint*, C. H. et ed. ant.
78) *Perturbarunt*, C. R. O. et L.
79) Laudatus a GRATIANO in c. c. C. XXXI. qu. 1. quamuis hæc sententia magis debeatur concilio Triburiensi, vt ibidem obseruatum.
80) *Professum*, C. R. 1.
81) Absunt a C. L. verba: *in vxorem.*
82) *Prima*, in C. R. H. ed. ant. et cit. c. non habetur.

a Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Later. part. 6. c. 1. vide Magistr. 4. sent. dist. 35. §. ibi etiam quæri. b Al. habeatur expressum. c Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Later. part. 6. c. 13. d Bauacen. al. Banacen. sed Beluacen. Baionen. Barodien. et Osten. agnoscenda, cætera reiicienda sunt. e Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lateran. p. 6. c. 16.

f Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. g Suscepit. h Superduxit. i In veteri comp. hoc caput Cœlestin. III. præcedens vero Clem. III. tribuitur. k C. 2. eod. tit. in 2. comp. l Vid. Bart. in l. Claudius. D. de his, quibus vt indignis. m Vox, prima deest in antiqu. nec debet esse, vt constat ex gl. verb. eadem. n Intercesserit. o Vide Host. hic indecentem varias Greg. auctoritates.

dus

dus 83) a detestatur, et vtrumque, hoc modo coniunctum 84), præcepit 85) publicæ b pœnitentiæ subiici, ac perpetuo sine vlla spe coniugii permanere. Nec [*certe*] aliquod eisdem L. et M. adminiculum adferunt 86), vt simul maneant, quod 87) decennio cohabitauerant c adinuicem, ac decem filios susceperunt d: cum multiplicitas prolis, ita susceptæ, magis eorum crimen exaggeret, et diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augmentet. Sollicitudinis tamen tuæ intererit, vt vterque liberis suis [*procreatis prouideat, et*] secundum quod eis suppetunt facultates, [*sustentationi eorum*] necessaria subministret 88).

83) Relata in c. 4. *C. XXXI. qu.* 1. COELESTINVS etiam in *c.* 1. *X. de conuers. infidel.* prouocauit ad *concilium Triburiense*, relatum in *c.* 5. *C. XXXI. qu.* 1. in quo primus casus adductus est de adultero, qui maritum adulteræ occidit; in hoc vero capitulo alter: si adultera fidem dedit adultero, vt, defuncta legitima vxore, eam in vxorem duceret. Ad vtrumque casum restringit prohibitionem GRATIANVS post *c.* 3. *cit. C. XXXI.* eumque presso pede sequutus est COELESTINVS, vt etiam in *cit. c.* 1. per GRATIANVM in errorem deductus fuerit, et canonem *concilii Meldensis*, cum eo *Triburiensi* assignauerit. Ita vero totus pependit ex *doctrina* et *decreto* Magistri.
84) *Coniunctum*, C. 8. 1.
85) *Præcepit*, C. H. et cit. c.
86) *Afferit*, C. H. *afferunt*, cit. c.
87) *Quia*, ed. ant.
88) *Subministrent*, C. H.

CAP. VI.

Si quis, mortua vxore, contrahit cum ea, quam, viuente vxore, sine fidei datione cognouerat; tenet matrimonium: dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus.

INNOCENTIVS III. *episcopo Spoletano.* 89) (*ann.* 1198.)

Significasti e nobis 90), quod, cum P. ciuis Spoletanus, quandam M. 91) mulierem duxisset legitime in vxorem, ea relicta, cuidam meretrici adhæsit. [*Et cum ab eius contubernio ad torum non posset legitimum reuocari: vos in eum excommunicationis sententiam protulistis.*] Verum cum [*medio tempore*] vxor ipsius esset viam vniuersæ carnis ingressa: meretricem, cui adhæserat, desponsauit 92). Nos igitur inquisitioni tuæ 93) [*secundum formam canonicam*] taliter respondemus 94), quod, nisi alter eorum in mortem vxoris defunctæ fuerit machinatus, vel, ea viuente, sibi fidem dederit f de matrimonio contrahendo 95), legitimum iudices matrimonium supradictum 96), excommunicato munus absolutionis, si petierit, iuxta formam ecclesiæ 97) impensurus.

89) Vel potius: *capitulo Spoletano*, vti legitur in c. 1. comp. 3. h. t. et in *epist.* 103. *INNOCENTII III. libr.* 1. eiusque initium est: *significastis*, non: *significasti.* Et in sqq. *nos igitur inquisitioni vestræ* etc.
90) *Significastis nobis per litteras vestras*, cit. c.
91) *M.* desideratur in C. H. ed. ant. et cit. c.
92) Huic periodo præmittuntur in cit. c. hæc verba: *Propter quod a nobis requiritis, quid sit vobis in hoc articulo faciendum.*
93) *Vestræ*, ibid.
94) *Respondentes discr. v. per a. s. mandamus, quatenus, nisi*, etc. ibid.
95) Secundum doctrinam GRATIANI post *c.* 3. *C. XXXI. qu.* 1. quem olim in academia Bononiensi voce præ oculis habuit INNOCENTIVS III.
96) *Illud*, ibid.
97) *Ecclesiasticam*, C. H.

CAP. VII.

Si quis, viuente prima, secundam, huius rei insciam, duxerit vxorem: mortua prima, licite remanet cum secunda, noua consensu interueniente.

IDEM *Messanen.* 98) *capitulo.* (*ann.* 1208.)

Veniens g ad præsentiam nostram G. laicus, [*lator præsentium,*] humili [*nobis*] insinuatione monstrauit, quod, cum [*olim*] in ciuitate Lemouicen. 99) quandam sibi 100) matrimonialiter copulasset, [*et per biennium cohabitasset eidem,*] ab ea [*demum animi leuitate*] recessit. [*Cumque per seculum euagando*] Messanam aduenit; ibidem M. mulierem, insciam [*penitus,*] quod [*idem G.*] aliam haberet vxorem, sibi sollemniter copulauit: [*ex qua duas filias, dignoscitur suscepisse.*] Verum cum eidem [*in*] pœnitentia fuisset iniuncta, vt ad legitimam rediret vxorem, et ipse propter hoc in suam patriam rediisset, vxorem suam inueniens carnis debita persoluisse, ad Messanam rediit ciuitatem, et supra dictæ M. tanquam legitimæ cohabitauit vxori. [*Nunc autem impositam sibi pro priori excessu pœnitentiam agens humiliter, et deuote, cohabitandi eidem M. a nobis licentiam postulauit.*] Licet autem [*præfatus G.*] viuente vxore legitima, prædictam M. 1) sibi copulare nequiuerit in vxorem; quia tamen, vxore defuncta, vtpote a lege ipsius solutus, in eandem M. de nouo potuit matrimonialiter consentire; dummodo non præstiterit fidem adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem vxoris: mandamus, quatenus, si est ita 2), eidem G. vt supra dictæ M. affectu adhæreat coniugali, [*subl. eminl. contradict. et app. obst.*] licentiam concedatis, [*non permittentes, eumdem super hoc ab aliquibus indebite molestari.*]

98) Hanc inscriptionem habet etiam *epist.* 177. *libr. XI.* anno regim. XI. scripta, qui incidit in *annum MCCVIII.* diserte expressum in *epist. sq.* 178.
99) *Lemocin.* C. 8. 2. *Lemouicensi*, L. et ed. ant.
100) *Sibi*, deest in C. H.
1) *S.* habetur ibid.
2) *Si præmissis veritas suffragatur*, cit. c.

CAP. VIII.

Contrahens cum secunda, viuente prima, quam tamen non cognouit, nec ante contractum, nec post, mortua prima, potest contrahere cum secunda.

GREGORIVS IX. *fratri R.* (*ann.* 1236.)

Si quis, vxore viuente, fide data promisit, aliam se ducturum, vel cum ipsa de facto contraxit, si nec 3) ante, nec post, legitima eius superstite, cognouit eandem; quamuis vterque ipsorum pro eo, quod in hoc grauiter deliquerint 4), sit pœnitentia iniungenda: non est tamen matrimonium, quod cum ea contraxit, post vxoris obitum dirimendum. Ceterum tolerari non debet, si prius vel postea, dum vixerit h vxor ipsius, illam adulterio polluisset.

3) *Sed nec*, C. 8. 2 et L.
4) *Deliquerunt*, C. H.

TITVLVS VIII.
DE CONIVGIO i LEPROSORVM 5).

CAP. I.

Lepra superueniens non dissoluit matrimonium, nec matrimonii effectum: ideo adinuicem maritali affectione coniuncti se tractare debent, aut ad perpetuam continentiam conandam induci.

ALEXANDER III. *Cantuarien. archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

Peruenit k ad nos, quod, cum hi, qui lepræ morbum incurrunt, de consuetudine generali, e communione hominum 6) separentur, [*et extra ciuitates et villas ad loca solitaria transferantur:*] nec vxores viros, nec viri vxores [*suas,*] taliter ægrotantes, sequuntur, [*sed sine ipsis manere præsumunt.*] Quoniam igitur, cum vir et vxor vna caro sint, non debet alter sine 7) altero esse diutius: [*fr. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, [*si qui sunt in prouincia tua viri vel mulieres,*] qui lepræ morbum incurrunt, vt vxores viros, et viri vxores sequantur, et eis coniugali affectione ministrent, sollicitis exhortationibus inducere non postponas 8). Si vero ad hoc induci non poterunt: eis arctius iniungas, vt vterque, altero viuente, continentiam seruet. Quodsi mandatum tuum seruare contempserint: vinculo excommunicationis adstringas 9).

5) *Leprosi*, comp. 1.
6) *Omnium*, c. 1. comp. cit. 1. h. t.
7) *Nec debet alter de*, C. H.
8) *Labores*, cit. c.
9) *Et si qui mandatum nostrum seruare contempserint: eos contrad. et app. cess. vinculo anathematis constringas.* ibid.

CAP. II.

Coniuges propter lepram separandi non sunt a coniugio, et contrahere possunt matrimonium: et inuicem sibi reddere debitum tenentur.

IDEM *Baionen.* 10) l *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Quoniam m [*ex multis auctoritatibus et præcipue ex euangelica veritate adparet,*] nemini licere, excepta caussa fornicationis, vxorem [*suam*] dimittere: constat, quod, siue mulier lepra percussa fuerit, seu alia 11) n graui infirmitate detenta, non est a viro propterea separanda, vel etiam dimittenda. Leprosi 12) autem si continere nolunt, et aliquem 13), quæ sibi nubere velit 14), inuenerint 15): liberum est eis 16) ad matrimonium conuolare. Quodsi virum siue vxorem [*diuina iudicia*] leprosum fieri contigerit, et infirmus a sano carnale debitum exigat; generali præcepto apostoli, quod exigitur 17), est soluendum: cui præcepto nulla in hoc casu exceptio 18) inuenitur 19).

10) Recte ita legitur, ad dictum ad *c.* 3. *X. de eo, qui duxit in matrim.* quod huius capituli pars est, vt indicat c. 1. comp 1. h. t. in quo ante vocem: *Leprosi*, præmittuntur hæc: *super eo vero, et infra*, in quibus initium traditur *cit. c.* 3. Erronee legunt: *Bonoviensi*, C. 8. 1. *Baionensi*, C. H. 2. *Lugdunensi*, C. L.
11) *Aliqua*, cit. c.
12) *Leprosi*, C. H.
13) *Aliquas*, C. 8. 2. et L.
14) *Velint*, ibid.
15) *Inuenerint*, C. 8. 1.
16) *Eis*, deest in C. H. et cit. c. vbi supra legebatur: *leprosis.*
17) *Et, quod exigeris*, cit. c.
18) Verum, de hoc casu apostolum haud cogitasse nec scripsisse, merito dicendum: nec verosimile est, illum etiam hunc inclusisse. Nulla obligatio tam arcta in coniugio est, vt sanum cogat ad cohabitationem cum infirma muliere, cum vitæ et sanitatis euidentissimo periculo: alioquin etiam vxor teneretur cohabitare viro, lue venerea laboranti. Et maritus non debet cum menstruata rem habere: quis eum obligaret, vt vxori leprosæ, vel lue venerea laboranti, cohabitaret?
19) *Nullam exceptionem inuenimus*, ibid.

a *C.* 40. *et* 51. b Publice. c Cohabitauerint. d Susceperint. e *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* f Dederint. g *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil.*

h vixit. i *Vid. R. Thom.* 4. *sent. dist.* 32. *q.* 1. *art.* 1. k *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. p.* 37. *c.* 2. l Baionen. m *C.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. p.* 37. *c.* 3. n Aliqua.

CAP.

CAP. III.

Sponsalia de futuro præcise non compellunt ad contrahendum matrimonium cum leproso, lepra post sponsalia superueniente.

VRBANVS III. *episcopo Florentino. (ann. 1186.)*

Litteras a [*tuæ fratern. debita benignitate suscepimus, quibus certiores de sinceritate fidei tuæ et deuotionis effecti, ad honorem et commodum tuum abundantius prouocamur. Verum*] quia postulasti, vtrum, si, postquam sponsalia de futuro inter [*aliquas*] legitimas personas contracta [*fuerint,*] antequam e 20) viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad consummandum copulam maritalem compelli debeat, [*vel se ad secunda vota transferre; tuæ sollicitudini*] respondemus, quod ad eam accipiendam cogi non debet: cum nondum inter eos matrimonium fuerit consummatum 21).

20) *A*, desideratur in c. 5. comp. cit. 1.
21) Sponsalia etiam censentur contracta sub clausula: *rebus sic stantibus. c. 25. X. de iureiur.*

TITVLVS IX.

DE CONIVGIO SERVORVM 22), b [*vel disparis conditionis.*]

CAP. I.

Seruus, contradicente domino, matrimonium contrahere potest: sed propter hoc non liberatur a seruitiis, domino debitis.

ADRIANVS [*papa*] *Salzeburgen.* 23) c *archiepisc. (ann. 790.)*

Dignum 24) est d, [*et a rationis tramite non discordat, quod ea, quæ dubietatis in se videntur scrupulum continere, et ad apost. sedis iudicium referantur, vt inde Christi fideles in dubiis certitudinem se gaudeant inuenire, vnde noscuntur magisterium fidei suscepisse. Tua vero fr. de seruorum coniugiis, quæ, inuitis et contradicentibus dominis, contrahuntur, quid fieri debeat, ab apostolatu nostro, sicut bene meminimus, requisiuit: super quo tibi duximus taliter respondendum.*] Sane, iuxta verbum apostoli e, sicut 25) in Christo Iesu, neque liber, neque seruus est, [*qui*] a sacramentis ecclesiæ [*sit*] remouendus, ita [*quoque*] nec inter seruos matrimonia debent vllatenus prohiberi. Et, si, contradicentibus dominis, et inuitis, contracta fuerint; nulla ratione sunt propter hoc [*ecclesiastico iudicio*] dissoluenda: debita tamen et consueta seruitia non minus debent propriis dominis exhiberi 26).

22) *Et impari conditione*, comp. 3.
23) Admodum lectiones hic sunt incertæ. In C. R. 1. est: *Vrbanus papa Salzburg. archiepiscopo* In C. R. 2. *Hadrianus papa Cantebrigensi archiepiscopo* In C. L. *Hadrianus Sandebrigensi archiep.* Propius accedunt ad veritatem edit. ant. et Cont. quarum illa legit: *Hadrian. Salzburgen. archiep.* hæc vero: *Salisburg.* Denique cum his conspirat c. 1. comp. 1. h. t. lectio; *Salzeburgen.* Est enim hæc decretalis directa ad *archiepiscopum Salisburgensem*, cuius diœcesis ingenti *seruorum* seu *rusticorum propriorum* copia repleta erat. Non aliter autem, ex statu seruili, matrimonia contrahere poterant, quam volentibus dominis; maxime si desponsati diuersos haberent dominos; quia alteruter eorum antea manumittendus erat; quamuis, contracto matrimonio, rursus alterius domini potestati subiiceretur. c. R. *C. XXIX. q.* 2. Patres tamen talia connubia, sine dominorum consensu contracta, dissoluenda non esse censuerunt: facilius noda sponsalia contracta, quæ nec hodie sine dominorum consensu in illis locis, in quibus *proprii homines* supersunt, valent.
24) *Signum*, C. H.
25) *Prout tua discretio cognoscit*, cit. c. loco partic. *sicut.*
26) *Debita tamen et consueta seruitia non propter hoc sunt minus propriis dominis exhibenda*, ibid. in concilio autem verba ipsa sunt hæc: *non ex hoc minus sunt propriis dominis exhibenda.*

CAP. II.

Separatur matrimonium, quando liber ignoranter cum ancilla contraxerit: nisi postea hoc sciens illam cognouit.

ALEXANDER III. *præposito et priori Mortariensi. (ann. 1170.)*

Proposuit f nobis M. mulier, [*latrix præsentium,*] quod, cum vir eius cum ea diutius permansisset, notam ei seruilis 27) g conditionis obiicit, asserens, eam esse ancillam, quam liberam esse credebat, cum eam duxit in vxorem. [*Cum autem in præsentia ven. f. n. Astensis episcopi huiusmodi tractaretur negotium: mulier, quia ibi grauari timebat, ad nostram audientiam appellauit. Quia igitur, tam ea, quam viro suo viuente, post aliquantulum moram præfatus vir inconcussa lite recessit; d. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, [*cum ea propter fueritis requisiti, partes ante vestram præsentiam conuocetis, et, veritate super his diligenter inquisito,*] si [*vobis*] constiterit, quod idem vir præfatam mulierem, postquam illam audiuit 28) esse ancillam, carnaliter cognouit 29), ipsum, monitione præmissa, compellatis 30) h, vt eam, sicut vxorem [*accipiat, et,*] maritali affectione 31) pertractet. Si vero aliter fuerit, et sententiam diuortii proferri contingat 32) i: mulieri pecuniam, quam præfato viro pro dote concessit, [*sicut iustum fuerit,*] restitui faciatis 33).

27) *Seruilis*, abest a C. L. H ed. ant. et c. 2. comp. cit. 1. in C. R. voc hæc addita est nouiori manu.
28) *Audiuerit*, C. R. 2. *cum præfata muliere, postquam illam audiuit ancillam, carnalem habuerit consuetudinem*, cit. c.
29) *Cognouerit*, C. R. 2.

30) *Compellas*, C. L. ed. ant. et Cont. *cogatis*, H. *ipsum monere curetis et app. rem. districte compellere*, cit. c.
31) *Cura*, cit. c.
32) *Contigerit*, C. R. et L. sed in cit. c. ipsa verba ita sonant: *Si vero aliter fuerit, caussam diligentius audiatis, et eam sine fauore et gratia personarum, subl. app. rem intra duos menses fine canonico terminetis, ita tamen, quod, si sententia diuortii inter eos data fuerit, mulieri pecuniam etc.*
33) *Conditione sine caussa* repetendam: quod vbi matrimonium nullum, ibi nec dos intelligatur. *§. pen. I. de nupt.*

CAP. III.

Si consuetudo est in loco, quod partus conditionem patris sequatur: natus ex libero et ancilla liber est, et, vt liber, matrimonium contrahit.

VRBANVS III. *Ariminen. episcopo.* 34) *(ann. 1187.)*

Licet k [*ad ea, super quibus nos frat. tua consulere voluit, te sufficere arbitremur; quia tamen ad maiorem certitudinem iudicium nostrum pastorali sollicitudine requiris: nos ad inquisitiones tuas officii nostri debito respondemus.*] Sane, super eo, quod [*ex parte tua*] fuit propositum 35), an mulier possit diuortium postulare, pro eo 36), quod vir, cum quo suæ conditionis ignara contraxit, seruus monasterii proponatur, cum e contra idem vir, patrem suum, cuius conditionem secundum leges l prouinciæ sequeretur, tempore mortis pro libero se gessisse, et iam elapso decennio, nec patris, nec suo nomine sui status 37) controuersiam passum, constanter affirmet, videtur nobis ratione temporis, et fauore libertatis, pro parte viri securius iudicandum.

34) Vocab. *Ariminen. episcopo*, in C. R. c. desunt, sed *Arimanensi*, est in H.
35) *Propositum nobis accepimus*, c. 3. comp. cit. 1.
36) *Eo prætextu*, ibid.
37) *Sui status*, C. L.

CAP. IV.

Si liber contraxit cum ancilla ignoranter, et ex quo sciuit, non consensit: separatur matrimonium, et cum aliis contrahere poterit.

INNOCENTIVS III. *H. episcopo.* 38) m *(ann. 1205.)*

Ad nostram noueris n audientiam peruenisse, quod [*dil. f. n.*] G. [*tit. sanctæ Mariæ trans Tiberim*] presbyter cardin. apostol. sed. leg. [*dil. fil. nobilem virum*] R. militem, a muliere quadam propter conditionis separauit errorem. Ideoque [*fr. t. per ap. s.*] mandamus, quatenus [*inquiras super his diligentius veritatem, et,*] si [*tibi*] constiterit, quod miles [*ipse*] ignoranter contraxit 39) o cum ancilla, ita, quod 40), postquam intellexit conditionem ipsius, nec facto, nec verbo consenserit in eandem, propter quod per card. eundem ab eius fuerit consortio separatus, contrahendi cum alia liberam ipsi concedas auctoritate apostolica facultatem.

38) Vocab. *H. episcopo*, non sunt in C. R. 1. sed *N. episcopo*, habent C. R. 2. L. et H. *Ratzburgen. episc.* c. vn. comp. 3. h. t. vel potius legendum: *Ratzburgensi.*
39) *Contraxerit*, C. R. L. et cit. c.
40) *Et*, C. H.

TITVLVS X.

DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

CAP. VN.

Natus ex libera vel liberta, liber est.

GREGORIVS 41) p. *(ann. 591. Romæ.)*

Indecens 42) esse credimus, vt progeniti ex liberta, siue libera 43) filii ad seruitium retrahantur. Propterea tibi præcipimus, vt [*his ipsis documentis, sicut et nos didicimus, diligenter intendas, quatenus,*] si documenta nulla sint ab ecclesiæ parte, quæ documentis huiusmodi 44) debeant obuiare, ab eius molestia sine aliqua retractatione compescas 45) eondem. Durum est enim, vt, si alii 46) pro mercede [*sua*] libertates tribuunt, ab ecclesia, a qua tueri debent 47), reuocentur 48).

41) *Primus*, scilicet, non IX. vt edit. ant. et Cont. habent, ac in margine iam notauit CONTIVS. Exstat enim inter GREGORII I. epistolas *libr. 1. ind. IX. epist. 53.* circa annum DXCI. scripta. Inscriptio vero hæc est: *Gregorius Anthemio subdiacono.*
42) Ipsum initium huius c. in comp. 1. h. t. c. vn. ita sonat: *Non solum etc. et infra. Indecens*, etc.
43) *Progeniti ex libera muliere filii*, cit. c. vn.
44) *Huius hominis*, ibid.
45) *Suspendas*, ibid. omisso pron. *eundem.*
46) *Aliqui*, C. R. 1.
47) *Deberent*, ed. ant. *quæ tueri hos oportuerat*, habet registrum: sed *hunc quam*, pro *quæ.*
48) Reliqua videantur in registro, loco in nota cit. sub litt. p.

a *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. p. 50. c. 63.* b *Vide Magistr. et alios Doctores 4. sent. dist. 36.* c Salzeburgen. *al.* Salisburgen. d *C. 1. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lat. sub Alexand. III. p. 45. c. 7.* e *Ad Gal. 3.* f *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* g *Vox*, seruilis, *deest in omnibus antiquis codicibus.*

h Cogatis. i Contigerit. k *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. vide B. Thom. 4. sent. dist. 36. q. 1. art. 4. et omnino textum, et ibi gloss. Arch. et Doct. in §. 1. instit. de ingenuis.* l Legem. m *In antiqu. libris. vt plurimum ita:* N episcopo. n *C. 1. eod. tit. in 3. comp. vid. Sot. 4. sent. dist. 35. q. 1. art. 2.* o Contraxerit. p *In aliquot vet. cod. additur: nonus: sed mendose, cum sit Greg. I. libr. 1. ep. 53. registr. Ivo p. 16. c. 73. et c. 1. eod. tit. in 1. comp.*

TITVLVS XI.

DE COGNATIONE a SPIRITVALI, [*et filiis, ante vel post compaternitatem genitis.*]

CAP. I.

Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, licite contrahunt, nisi consuetudo repugnet: separantur autem, si per eorum alterum vel vtrumque compaternitas est contracta. H. d. cum cap. *Super eo*, infra eod.

ALEXANDER III. *Salern. archiepiscopo.* 49) *(ann. 1180.)*

Vtrum autem b filii aut filiæ 50), ante vel post compaternitatem geniti, possint adinuicem copulari, canones secundum diuersorum 51) locorum consuetudines 52) contrarii inueniuntur. Et licet primus canon 53) exinde editus, natos post compaternitatem adinuicem copulari prohibeat: alter tamen canon, posterius editus, primum videtur corrigere, per quem statuitur, vt, siue ante, siue post compaternitatem geniti sunt, simul possint 54) coniungi, excepta illa persona duntaxat, per quam ad compaternitatem venitur 55). Vnde [*tolerabilius*] nobis videtur, vt secundum posteriorem canonem debeat obseruari 56): nisi consuetudo ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur 57).

49) *Episcopo*, C. B. 2. Est vero hæc decretalis pars c. *Licet præter solitum*, quod est c. 1. X. *de sponsa duorum.*
50) Diction. *aut filiæ*, a C. B. L. et ed. ant. absunt.
51) *Diuersas*, C. B. 1.
52) *Consuetudinum*, C. L. et c. 1. comp. 1. h. t. omissa voce: *contrarii.*
53) Aperte hic prouocat ALEXANDER III. ad *decretum GRATIANI*, indefinite canones secundum ordinem, quo locati erant in ipsius codice, allegando. Nemo sanus dubitabit, ipsum respexisse ad c. 4. et 5. C. XXX. q. 3. quamuis ex vitio codicis, quo forsan vsus est, ὕστερον πρότερον commiserit, et per *primum canonem* intellexerit c. 5. *cit.* posteriori: per *alterum canonem* vero c. 4. priori loco in codicibus nostris positum. In decisione præferendum censet posteriori loco in suo codice positum canonem, h. e. c. 4. *cit.* forsan ex vulgato regula, olim assumta, in eiusmodi collectionum farragine, quod inter sententias pugnantes in dubio præferendo sit posterior: quæ tamen fundamento caret.
54) *Possunt*, C. B. 1. L. H. et ed. ant.
55) *Perueniatur*, ed. ant.
56) In cit. c. ipsa verba ita sonant: *vt secundum poster. canonem ante et post compaternitatem geniti simul valeant copulari, præter illam personam, per quam compaternitas contrahitur, nisi* etc.
57) *Aliter se habeat*, cit. c.

CAP. II.

Compaternitas, scienter vel ignoranter superueniens inter coniuges, coniugium non dissoluit.

IDEM *eidem.*

Si vir vel mulier scienter c, vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperit, an propter hoc [*abinuicem*] separari debeant 58), [*et alii copulari, quia nos consulere voluisti,*] consult. t. t. respondemus, quod, quamuis generaliter sit institutum 59), vt debeant separari, quidam tamen, humanius [*et potius*] sentientes, aliter statuerunt 60). Ideoque nobis videtur, quod 61), siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab inuicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam seruandam possint induci; quia, si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus 62).

58) In ed. ant. verbo *debeant*, hæc adduntur: *nos consulere voluisti.*
59) *Constitutum*, C. B. 2.
60) ALEXANDER III. rursus defixit oculos in decretum magistri, in quo canones, hac in argumento inter se diffidentes, conglomerauit in c. 1. *sqq.* C. XXX. q. 1. Hos ita in concordiam reducendos esse censuit, vt separationem coniugum decernentes *iuris rigorem*: ab ea vero abeuntes humaniorem sententiam sequuti viderentur.
61) *Quod*, in cit. c. omittitur.
62) *Nec dolus*, C. B. 2. et ed. ant.

CAP. III.

Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, licite inuicem contrahunt matrimonium: si tamen subest consuetudo, impediens et dirimens talia matrimonia, seruanda est loci consuetudo. H. d. secundum intellectum magis communem, attingendo mentem capituli.

IDEM *Vigilien.* 63) *episc. (ann. 1180. Romæ in Apuliam.)*

Super eo d, quod a nobis tua fraternitas requisiuit de duorum compatrum filiis, respondemus, quod si tales filii fuerint 64), per quorum alterum, vel vtrumque parentes ad compaternitatem venerunt 65), eos coniungi nulla ratione sustineas 66), et coniunctos pontificali auctoritate [*abinuicem*] non differas separare. Cæterum si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit; de his te volumus consuetudinem tuæ metropolitanæ ecclesiæ, vel aliarum circumpositarum inquirere, et diligentius imitari, ita [*quidem,*] quod, si eiusdem ecclesiæ consuetudo habeat inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis robur habere, tu simili modo in ecclesia tibi commissa, coniugium huiusmodi fieri non permittas: et, si quos taliter coniunctos inueneris, iuxta earundem ecclesiarum consuetudinem ipsos separare 67) e abinuicem non f omittas 68). Verum si de consuetudine habeatur 69), vt talia coniugia [*sustineantur et*] permittantur; id in ecclesia tua 70) dissimulare poteris, ita, quod nec contradicere, nec tuum videaris præstare assensum: quia, sicut graue est antiquam consuetudinem circumiacentium 71) ecclesiarum super his contemnere, sic quoque grauius videtur, si propterea eam 72) huiusmodi coniugiis tuum indulges 73) assensum, cum posset sic 74) in exemplum assumi.

63) *Wigorn.* c. 3. comp. cit. 1.
64) Loco verborum *de duorum compatrum filiis respondemus*, etc. ibid. legimus: *vtrum duorum compatrum filii, post compaternitatem geniti, possint matrimonio copulari, vel, si coniuncti fuerint, eorum sit matrimonium rescindendum, inquisitioni tuæ sole damus scripto concinente responsum. Si enim filii tales fuerint*, etc.
65) *Deuenerunt*, ibid.
66) *Permittas*, ibid.
67) *Separari*, C. B. L. et ed. ant.
68) *Non dimittas*, ed. ant.
69) *Haberetur*, cit. c.
70) *Te in eadem ecclesia huiusmodi coniugia*, ibid.
71) *Circumadiacentium*, C. B. L. ed. ant. Cont. gloss. Pith. et cit. c.
72) *Eas*, C. B. 1. et L. *propterea*, cit. c.
73) *Indulgeres*, cit. c.
74) *Sic*, omittitur ibid.

CAP. IV.

Inter patrem baptizati et vxorem leuantis, prius ab eo cognitam, contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum.

CLEMENS III. *(ann. 1190.)*

Martinus g Bertham duxit [*in*] vxorem, Tebergam sibi copulauit Lotharius, qui 74*) Berthæ et Martini filium de sacro fonte suscepit. Lothario vero et Bertha sublatis de medio, Martinus cum Teberga præfata contraxit: [*quærit a nobis tua fr. vtrum tales sint abinuicem separandi.*] Nos autem consult. t. t. duximus respondendum, quod, cum secundum verbum Domini vir et mulier efficiantur per connubium vna caro, liquidum est, Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui compater eius fuerat, cum quo vna caro [*ipsa*] Teberga noscitur extitisse.

74*) *Et Lotharius*, c. 1. comp. 2. h. t.

CAP. V.

Compaternitas, per catechismum contracta, impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit.

IDEM.

Contracto h matrimonio inter P. [*de Regali*] et A. vxorem suam, [*sicut eiusdem P. nobis conquestio patefecit, cum per biennium insimul cohabitassent, et ex eo filium memoratus P. suscepisset,*] quidam consanguinei eiusdem A. [*volentes eam separari a viro,*] contra matrimonium obiecerunt, [*asserentes,*] quod eadem [*A.*] in primo sacrati salis pabulo, filium quondam i concubinæ ipsius P. tenuit, [*cum fuerit primum in ecclesia inductus: et propter hoc tuam præsentiam adeuntes, dicebant, ipsam debere a viro per tuum iudicium separari. Tua vero f. sicut accepimus, confessa non cognita, iis carnale commercium interdixit, prohibens ipsi P. ne debitum ab vxore requireret.*] Verum, [*quoniam,*] si constaret [*ecclesiæ,*] vera esse, quæ diximus, non ideo tamen contractum matrimonium solueretur, quæ res [*vtique*] vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret 75); [*discr. t. per a. s.*] mandamus, quatenus præfato P. auctoritate nostra [*firmiter*] iniungas, vt memoratam A. sicut vxorem [*propriam,*] maritali affectione pertractet, et carnale debitum ab ea licenter exigat et persoluat, siue, [*quod supra dictum est,*] ipsam [*A.*] ante matrimonium contractum cum P. 76) siue postea constiterit hoc egisse: dum tamen, si in fraudem hoc fecerit caussa matrimonii separandi, pœnitentiam pro 77) præsumtione accipiat, matrimonio in sua firmitate durante.

75) Hæc verba exponit BONIFACIVS VIII. in c. 2. h. t. in 6. vt omnino impedimentum ponat matrimonio contrahendo, quia, *quod vix fit*, nihilominus tamen fit, vt pontifex *cit. l.* rationes subducit.
76) Vocab. *cum P.* desunt in C. H.
77) *Tanta*, est ibid.

a *De mat. huius tit. præt. Doct. vid. Theol. et præ aliis B. Thom. Sct. 4. sent. dist. 42.* b *C. 1. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Later. sub Alex. III. p. 32. cod. c. 8.* c *C. 2. eod. tit. in 1. compil.* d *C. 3. eod. tit. in 1. comp. Vide Trid. concil. iuxta tit. citatum.*

e Separari. f Dimittas. g *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp.* h *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. Vide citatos in c. proxime præcedenti.* i *Al.* secundam.

CAP.

CAP. VI.

Inter patrem baptizati, et leuantem seu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio spiritualis valida, ad impediendum et dirimendum matrimonium, post contractum.

INNOCENTIVS III. *episcopo et archidiacono Lincolnien.* 78) *(anno 1198.)*

Veniens a ad apostolicam sedem C. 79) b Anglicus [*natione, nobis exposuit, quod, cum olim in adolescentia constitutus mulieri cuidam adhæsisset, quam quidam alius ante cognouerat, de consilio matris suæ factum est, vt eadem mulier filium, quem de alio soluta ipsi susceperat, de sacro fonte leuaret, ad suspicionem et infamiam vtriusque delendam. Deinde vero, cum in eius amorem vehementius exarderet: absque consilio amicorum eam clanculo desponsauit. Cumque prolem ex ea procreare non posset, et increpationes a patre suo grauissimas sustineret: quod eam desponsandu deliquerat reuoluens in animo, ipsa dimissa, caussa orationis Hierosolymam est profectus. Verum cum idem rediens de partibus transmarinis prolem eam suscepisse de alio inuenisset; ei noluit adhærere: sed propter adulterium, quod commisisse taliter videbatur, ea omnino dimissa, ad longinquam se transtulit regionem, et ad Ebugin. tandem veniens ciuitatem, quandam ibidem cum terra competenti et dote decenti sibi matrimonialiter copulauit, de qua prolem se confessus est suscepisse. Ea propter f. v. per apost. scr.*] mandamus, quatenus [*super his diligentius inquiratis veritatem, et.*] si constiterit, H. 80) mulierem prædicti viri filium de sacro fonte leuasse, antequam eam desponsasset [in] vxorem, vos inter eos diuortium, appellatione postposita, celebretis. [*et rei processum nobis per litteras vestras fideliter exponatis, et, an eam secunda legitime valeat commorari, veritate cognita, decernere valeamus.*]

78) *Lib. 1. epist. 382. edit. Baluz.*, vera inscriptio hæc est: *episcopo Lincolniensi et decano de Hunstedon.*
79) *E.* est in C. R. 2. H. L. et cit. c. sed *F.* in C. R. 1.
80) *Primam*, cit. c. loco filii: *H.*

CAP. VII.

Si filii duorum compatrum, per quorum alterum deuentum est ad compaternitatem, matrimonium contrahunt: separantur, et tempore contractus scientes impedimentum, illud denuntiare tenentur.

IDEM *magistro S.* 81) [*de Melun.*] *canonico Herforden.* 82) *(ann. 1202.)*

Tua c nos duxit discretio consulendos 83), an natus ante compaternitatem, filiam compatris patris 84) sui, vel commatris [*procedente tempore*] sibi possit matrimonialiter copulare, et, si [*cum ea*] contraxit 85) d, [*et pluribus annis simul permanserint,*] an [*postea*] debeant separari. [*Quæsiuisti etiam,*] an conscii talis matrimonii teneantur illud in publico accusare: super quo (*discret. t.*) respondemus, quod huiusmodi personæ non possunt matrimonium contrahere. Et, si contraxerint; [*de iuris rigore*] possunt abinuicem separari: et qui contractum sciuerunt, debent ecclesiæ illud nuntiare.

81) C. R. 1. habet: *F.*
82) vera inscriptio *libr. V. epist. 7.* est hæc: *Magistro Simoni de Meun canonico Herfordensi*, anno regiminis V. scripta.
83) *Fraternitas requirendos*, C. H.
84) *Patris*, desideratur in ed. ant.
85) *Contraxeris*, C. R. 2. et cit. c. *contraxerint*, L. H. et ed. Gonz.

CAP. VIII.

Inter baptizatum et filium baptizantis, oritur cognatio spiritualis, impediens et dirimens matrimonium, inter eos contrahendum. H. d.

GREGORIVS IX. *(ann. 1235.)*

Ex litteris e vestris accepimus, quod, cum Martha mulier coram officiali Cantuarien. Alanum peteret in virum 86), et se affidatam ab eo ac carnaliter cognitam per testes idoneos probauisset, dictorum tandem testium depositionibus publicatis, idem A. 87) excipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in vxorem, pro eo, quod ipsum pater mulieris eiusdem, qui sacerdos exstitit 88) f, baptizauit. Sed cum idem officialis, exceptione huiusmodi non admissa, definitiuam tulerit sententiam contra ipsum, et idem ad sedem apost. appellauerit: mandamus, quatenus, si est ita, eundem A. super hoc ab impetitione mulieris absoluatis ipsius, eidem mulieri perpetuum silentium imponentes.

86) *In maritum*, C. R. L. et H.
87) *Idem Ala.* C. L.
88) *Exstiterat*, C. R. L. et H.

TITVLVS XII.
DE COGNATIONE g LEGALI.

CAP. VN.

Inter adoptatum et filiam adoptantis non potest, durante adoptione, consistere matrimonium.

NICOLAVS 89) *ad consulta Bulgarorum. (ann. 860. Roma in Daciam)*

Si qua h per adoptionem mihi soror esse cœperit: quam diu durat adoptio 90), inter me et ipsam nuptiæ consistere non possunt.

89) In C. L. additur: *papa.*
90) *Quam diu quidem constat, adoptionem esse inter etc.* c. vn. comp. 1. h. t.

TITVLVS XIII.
DE EO i, QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXORIS SVAE, VEL SPONSAE 91).

CAP. I.

Affinitas, superueniens post matrimonium contractum, non soluit matrimonium: sed exactionem debiti impedit, et crimen incestus inhabilitat quoad matrimonium contrahendum.

Ex concilio apud Metiam 92) k.

Si quis 93) l cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit; nec a matre debitum petere, nec filiam vnquam habere potest vxorem: nec filiastra, nec ille vllo vnquam tempore alii 94) m se poterunt matrimonio 95) copulare. [*At vero vxor eius, si ita voluerit, et, si se continere non potest, si, posteaquam cognouerit, quod cum filia vir eius fuerit in adulterio, carnale commercium cum eo non habuerit, eo mortuo, potest alii nubere.*]

91) vocab. *vel sponsa*, in C. R. L. et H. desunt. *vel sponsam sui consanguineus*, comp. 1.
92) Reperitur hic canon etiam in c. 9. C. XXXIV. q. 1. et 2. c. 5. C. XXXV. q. 2. et 3. et apud REGINONEM *libr. II. de discipl. eccl.* c. 219. qui canonem hunc ex *concilio Wormaciensi* retulit, quamuis hoc concilium, vnde relatum, hodie non amplius exstet. Refertur etiam idem in *concilio Compendiensi* c. 14. vt obseruaui *ad cit. c.* 9. *not.* 21. Vnde non mirandum, codices omnes et edit. in diuersas iuisse lectiones.
93) Initium huius capit. 1. in cit. comp. 1. ipsum est huius tenoris: *Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit; nec matrem, nec filiam habere potest: nec illa, nec ille alii se poterit coniungere vllo vnquam tempore.*
94) *Aliis*, ed. ant. et Pith.
95) *Matrimonialiter*, C. R. 2. et L.

CAP. II.

Affinitas, superueniens per illicitum coitum, dissoluit sponsalia de futuro, sed non matrimonium: et incestuosus contrahere non potest.

ALEXANDER III. *Pictauien. episcopo. (ann. 1180.)*

Veniens n ad nos (*P.*) præsentium lator, [*nobis fraternitatis tuæ litteras præsentauit, ex quarum tenore perpendimus, quod quandam duxit in vxorem, quam quidam suaserunt ei per mensem, ex qua eam duxerat, non cognoscere. Contigit autem, sicut dicit, quod pater sponsæ iussit vxorem suam, quæ sponsæ mater erat, in huius lecto iacere, quam ipse, diabolo suadente, cognouit. Transacto vero mense, tam pater, quam alii propinqui coëgerunt, vt cum ea matrimonium consummaret: quod facere noluit, donec tecum super hoc loqueretur. Tuis igitur*] inquisitionibus t. resp. quod, si [*occultum esset huiusmodi peccatum, non posset matrimonium rescindere, quod publice contraxisset. Vnde si publicum est, quod*] matrem sponsæ suæ cognouit, et o sponsæ 96) nunquam carnaliter adhæsit, imponenda est ei pœnitentia paullo maior, quam pro adulterio: qua peracta, vel parte ipsius 97), poterit ex dispensatione cum alia 98) matrimonium contrahere, [*et illa alii nubere, et pater sponsæ, si vult, potest factum dissimulare.*] Ceterum si sponsam cognouit, antequam matrem vel post: nunquam eam, vel aliam potest accipere in vxorem.

96) *Si sponsa*, C. R. 2. L. H. ed. ant. et c. 3. comp. cit. 1.
97) *Et exinde peracta pœnitentia, vel parte ipsius pœnitentiæ*, cit. c.
98) *Aliqua*, C. R. 1.

CAP. III.

Non separatur matrimonium ad dictum vnius, asserentis, affinitatem inter coniuges præcessisse.

IDEM.

De illo p (*autem,*) qui vxorem fratris [*sui,*] antequam ei matrimonio 99) iungeretur, se proposuit cognouisse 100), [*hoc tuæ pru-*

99) *In matrimonio*, C. R. 1. *matrimonialiter*, L. *in matrimonium*, H.
100) *Proponit se agnouisse*, c. 2. comp. 2. h. t.

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil. concordat conc. Trid. sess.* 24. *de reform. matr. c.* 2. *adde citata in superiorib.* b E. c C. 6 *eod. tit. in* 3. *comp. vide Sat.* 4. *sent. dist.* 42. *q.* 1. *art.* 1. d Contraxerint e *Cap.* 2. *de cogn. spirit.* l. 6. *B. Thom.* 4. *sent. dist.* 42. *qu.* 1. *art.* 2. *Durand. ead. dist. qu.* 1. f Exstiterat.

g *Vide Magistr.* 4. *sent. distinct.* 42. *et ibi B. Thom. q.* 2. *art.* 1, 2, *et* 3. *et Durandum q.* 1. h C. 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* i *Vide conc. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 4. k Med. *al.* Mentian. l C. 1. *eod. tit. in* 1. *comp. vide Burch. l.* 19. *decr. c.* 5. *et de fornicatione, etc.* m *Al.* aliis. n C. 3. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. p.* 12. *c.* 4. o *Al.* si sponsæ. p *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *comp.*

 dentiæ

dentiæ] respondemus, quod, nisi hoc 1) publicum et notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum, prædictum matrimonium occasione illa ipsum 2) impetare non permittas. [*Super eo vero, quod asseris, Sarracenum quendam de muliere Christiana, quam per XIV. annos retinuerat, filios suscepisse, discr. t. duximus respondendum, quod tam Sarracenus, quam mulier pro tanto excessu graui sunt animaduersione plectendi.*]

1) Loco pron. *hoc*, sunt ibid. hæc verba: *ipsum prius præfatam mulierem cognouisse carnaliter.*
2) *Ipsum*, ibid. amittitur.

CAP. IV.

Incestuosus matrimonium contrahere non debet: sed, si contrahit, tenet. Et tunc tenetur reddere, sed non potest debitum exigere: et non minus tenetur vxori necessaria administrare.

COELESTINVS III. 3) (*ann.* 1195.)

Transmissæ a nobis tuæ literæ demonstrarunt, quod C. 4) [*lator præsentium*,] vxore sua defuncta, filiam eius, priuignam videlicet propriam, coniulis carnali cognouit: postmodum [*vero*] aliam [*legitimam*] accipiens in vxorem, [*non tam occulte*] cum priuigna [*prædicta, sed*] publice, tanquam canis, ad vomitum rediens, illicitam rem committere non expauit. Quis vero super his, [*quid vobis agendum sit, a nobis*] consilium requisisti; [*de consilio fr. n.*] præsenti pagina respondemus, quod [*suæ*] legitimæ vxori cohabitans, et necessaria subministrans, non cognoscat eam, quamdiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus, et tunc ad ipsam non sine graui cordis [*sui*] dolore accedat: qui etiam pro incestu et adulterio, donec cum ea permanserit, iuxta moderamen tui arbitrii pœnitentiam agens, postmodum, si superuixerit ei, perpetuo sine spe coniugii permanebit.

3) In edit. ant. *CLEMENS III.* legitur, quæ lectio vel inde probabilis fit, quod sequens cap. EIDEM attribuetur. Huic vero cap. sequ. hæc adiecta sunt in *c. 4. comp. 2. h. t. pars capitis, Martinus Bertham*, h. n. *c. 4. X. de cognat. spiritual*, quod CLEMENTI III adscriptum.
4) C. R. L. ed. ant. Gonz. et c. 3. comp. cit. 2. habent: *G.*

CAP. V.

Non separentur matrimonium ad confessionem coniugum, qui dicunt affinitatem processisse: etiamsi rumor viciniæ consentiat. Et est casus multum allegabilis et notabilis.

IDEM 4*).

Super *b* eo 5), quod postulas 6) edoceri 7), vtrum coniugatus, qui ante contractum matrimonium vxoris suæ consanguineam [*vel propinquam*] carnali commixtione cognouit, cum 8) id fateatur vterque, et aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicatur, sit ab vxore sua iudicio ecclesiæ separandus, tuæ fratern. respondemus 9) *c*, quod, [*si aliter veritas ordinario iudicio venire non poterit in lucem*,] propter eorum confessionem tantum, vel rumorem viciniæ, separari non debent: cum et quandoque nonnulli, [*cum*] inter se contra matrimonium velint colludere, ad confessionem incestus facile prosilirent, si suo iudicio crederent, per 10) iudicium ecclesiæ concurrendum. Rumor autem viciniæ non adeo est iudicandus validus 11), quod, nisi rationabiles *d* et fide dignæ probationes accedant, possit bene contractum 12) matrimonium irritari 13) *e*.

4*) Vel potius *CLEMENS III.* vt nota præcedente 3. monstratum.
5) *Super eo vero*, c. 4. comp. cit. 2. quod est pars c. *Martinus Bertham*. 4. de cogn. spirit.
6) *Postulasti*, ed. ant. *de quo rescriptum ap. sedis postulasti*, cit. c.
7) *Edoceri*, in C. R. L. H. ed. ant. Com. Gonz. Pith. et cit. c. omittitur.
8) *Cum, et*, C. L.
9) *Rescribimus*, C. R. 1. et H. *tali responso f. t. rescribimus*, cit. c.
10) *Per*, omittitur in cit. c.
11) *Non est rumor usque adeo valide sustinendus*, ibid. legimus.
12) *Constitutum*, ibid.
13) *Irritare*, C. R. 1. et H.

CAP VI.

Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti.

INNOCENTIVS III. 14) *præposito* [*S. Mariæ*] *Magdeburgensi.* (*ann.* 1200.)

Discretionem *f* tuam [*in Domino commendamus, quod in his, quæ dubia reputas vel obscura, sedem consulis ap. vt in eis de cætero ipsius auct. procedas.*] Sane, [*in audientia nostra*] ex parte tua fuit propositum, quod quidam cum muliere quadam legitime per verba de præsenti contraxit, quam postmodum, a se incognitam, cuidam consanguineo suo tradidit, in quantum potuit, renitentem. Ille vero cum ipsa, licet inuita, matrimonii sollemnia celebrauit: sed mulier quam cito fuit reddita libertati, aufugit 15) ab eo, et se priori viro restitui [*cum instantia*] postulauit. Nos igitur inquisit. t. t. respond. quod et 16) viro pro tam turpi facinore grauis 17) est pœnitentia iniungenda, et mulier [*ipsa*] propter publicam *g* honestatem est monenda 18) sollicite, vt nec primum repetat, cuius consanguineus eam, licet inuitam, cognouit; nec redeat ad secundum, cui non potest propter *h* reatum adulterii commisceri: sed in continentia maneat, donec prior 19) fuerit viam vniuersæ carnis ingressus. Quodsi forsitan ad id induci nequiuerit; vir prior cogatur redire ad ipsam, et maritali eam affectione tractare: cum adulterium ei non possit obiicere, qui eam adulterandam tradidit 20), præsertim inuitam. Nam etsi secundum euangelicam veritatem nunquam, nisi propter fornicationis *i* caussam, aut vir vxorem, aut vxor possit dimittere virum: non tamen semper propter caussam eandem vel vxor virum, vel vir dimittere potest vxorem, cum possit exceptione vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas, quæ post contractum legitime 21) *k* matrimonium inter virum et vxorem inique contrahitur, ei debet officere 22), quæ huiusmodi iniquitatis particeps non existit 23) *l*; cum suo iure non debeat sine sua culpa priuari: quanquam a quodam prædecessore nostro 24) dicatur in simili casu fuisse distinctum, vtrum [*videlicet*] incestus vel adulterium manifestum fuerit, an occultum, aliis asserentibus, inter gradum proximum et remotum esse 25) potius distinguendum.

14) Retulit hanc decretalem RAYNERIVS in *collect. decret. INNOCENTII III. tit. 40* apud *BALVZIVM tom. I. epist. Innoc. III. p. 6..*, et ita probabiliter ad enaum regiminis tertium, in quo desiit, referri debet. Inscriptio tamen discrepat a *Raymundiana*, quæ est: *episcopo Magdeburgensi*, vel potius *archiepiscopo*.

15) *Effugit*, C. H.
16) *Et*, in C. R. et L. deest.
17) *Quamuis grauis*, c. 1. comp. 3. h. t. forte legendum: *quæuis grauis.*
18) *Commonenda*, ibid.
19) *Prior vir*, C. H.
20) Maritus ad diuortium agere nequit, qui ipsemet in caussa fuit, vt vxor adulterium committeret, maxime si inuita et reclamans concubitum passa est. Imo etsi consentiens: meritus tamen exceptione, quod volenti non fiat iniuria, repellitur, quod pontifex in sequentibus declarat, dicens, posse virum vel mulierem quandoque *exceptione* vel *replicatione* legitima ab agendo impediri.
21) *Legitime*, abest a C. H.
22) *Obesse*, cit. c.
23) *Existat*, C. L.
24) Conf. supra *c. 2. h. t. et c. 6. comp. 1. de diuort.*
25) *Esse*, deest in C. H.

CAP. VII

Copula carnalis, habita cum puella septem annorum, dirimit matrimonium, postea contractum cum consanguinea. H. d. secundum vnum intellectum.

IDEM *Bisontinen.* 26) *archiepiscopo.* (*ann.* 1201.)

Fraternitati *m* tuæ, [*super tribus capitulis sedem apost. consulenti, ad cuius consilium est in rebus dubiis a cunctis fidelibus recurrendum, scriptis præsentibus respondemus. In primo*] diuortii sententiam approbamus, quam in eum canonice promulgasti, qui illam sibi postea copulare præsumpsit, cuius antea sororem adhuc septennem, contractis sponsalibus, extraordinaria libidine noscitur polluisse.

26) *Bisontinen.* a C. R. 1. abest, sed L. et c. 2. comp. cit. 3. habent: *Bisuntino*, et C. R. 2. *Bisontino.*

CAP. VIII.

Affinitas, causata ex copula illicita, rumpit sponsalia præcedentia, et priuat facultate contrahendi matrimonium.

IDEM *episcopo Gerunden.* 27) *n* (*ann.* 1203. *Romæ in Hisp.*)

Ex litteris *o* fraternitatis tuæ accepimus, quod G. lator earum 28), matrem puellæ, quam intra nubiles annos desponsauerat in vxorem, carnaliter sæpe 29) cognouit, et postmodum carnali commixtione puellam tractauit adultam 30). [*Vnde ipsius viri animæ prouideri humiliter postulasti, verum mulieri ad secundas nuptias, eo viuente, liceat conuolare: cum hoc factum publicum et notorium habeatur.*] Nos autem eidem viro pœnitentiam iniungi fecimus pro peccato, consulat. t. t. respondentes, quod, [*si ita res se habet*,] eis abinuicem separatis, mulier alteri viro non nubat, si, postquam nouit viri et matris delictum 31), ei non erubuit commisceri. Vir etiam et mater mulieris nunquam debent ad alias nuptias conuolare, sed semper continentiam seruare tenentur 32), et [*enorme*] deflere 33) delictum, quod pro 34) tam *p* nefanda libidine

27) *Gerunden*, ed. ant. *Gerundinen*. Cont. vbi in margine: *Ferrandinen.* sed *Gradens.*, est in c. 1. comp. cit. 3. quamuis omnia sint mendosa.
28) *Præsentium*, C. R. 2. et *G. lator earundem, nobis aperta confessione monstrauit, quod matrem cuiusdam puellæ*, cit. c.
29) *Sæpe*, in cit. c. non legitur.
30) *Adulteram*, ibid. sed incongrue.
31) *Reatum vel delictum*, C. H.
32) *Debent*, C. R. 1.
33) *Enorme deflere*, C. H. ed. ant. Cont. et Pith.
34) *Ex*, legitur in cit. c.

a C. 3. eod. tit. in 2. comp. *Pro aliis vide Sot. 4. sent. dist. 37. q. 1. art. 3.* b C. 4. eod. tit. in 1. comp. c Rescribimus. d Probabiles, in aliquot cod. e *Bald. in l. 1. c. de prob. et l. eo quidem. c. de accus.* f C. 1. eod. tit. in 3. comp.

g *Vide conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. c. 3.* h Præter. i *Matth. c. 19. Marc. 10. Luc. 16. Vide conc. Trid. sess. 24. de sac. matr. in princ. et can. 7.* k Legitimum. l Existat. m *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. Sot. 4. sent. dist. 41. quæst. vn. art. 2. versic. quod si affinitas.* n Gerundinen. al. Ferrandinen. al. Graden. o C. 3. eod. tit. in 3. comp. *vide Tabiensem in summa, verbo:* sponsalia § 9. *in quarto modo.* p *Delicto*, tam deest in aliquot antiquis, ac etiam recentiorib. codicib. maxime emendatis.

CONTR

contraxerunt: præsertim si circa personas huiusmodi de lapsu carnis minime timeatur.

CAP. IX.

Idem quoad titulum dicit, quod decretalis supr. proxima.

IDEM *archiepiscopo Magdeburgen.* 35) *(ann. 1204.)*

Veniens a ad apostolicam sedem E. 36) laicus, [*humili*] nobis 37) [*confessione*] proposuit 38), quod, cum [*olim*] tempore infantiæ suæ [*de consilio amicorum*] quandam puellam se ducturum iurauerit in vxorem, quam cito ad legitimam peruenisset ætatem, pater puellæ, confœderatione huiusmodi fideiussorum obligatione hinc inde firmata, eum in propria domo recepit, et nutriuit insimul cum puella. Deinde [*vera*] ex conuersatione diutina 39), [*totius domus familiaritatem adeptus*] sorori puellæ, [*cui se iurauerat fore maritum, instinctu generis seductoris humani*] carnaliter se coniunxit. Tandem amicorum suorum deuictus instantia 40), quam iurauerat, in vxorem accepit, et nuptiis celebratis, quando se illi opportunitas ingerebat, cognoscebat vtramque. Verum licet [*ipse*] in præsentia tua super hoc fuerit accusatus; conuinci tamen non potuit, nec suum voluit confiteri delictum; nunc autem reuersus ad cor, pœnitens de commissis, salutis suæ consilium requirit impendi: [*ne tamquam equus et mulus, quibus non est intellectus, errare in animæ suæ periculum videatur.*] Cum igitur non tantum a malo, sed ab omni specie mali præcipiat apostolus b abstinere: [*fr. t. per a. s.*] mandamus, quatenus prædicto E. pro huiusmodi enormitatis excessu, iniuncta [*ei*] pœnitentia competenti, consulas ei, monens illum salubriter, et inducens, vt de cætero abstineat 41) ab vtraque.

35) *Burdegalen.* C. R. 1. *Galburgen.* c. 4. comp. cit. 3.
36) C. R. L. et cit. c. legunt C. per tot.
37) *Nobis*, deest in C. H. sed C. R. 2. addit: *consilio amicorum.*
38) *Monstrauit*, cit. c.
39) *Diuturna*, C. H.
40) Ipse tenor huius periodi in cit. c. hic est: *Adueniente autem ætate, quia, quod iurauerat, poterat adimplere, amici sui, eius ex eius ignari, pro adimplendo matrimonio instituerunt, qui confessionem eorum, qua fecerat, quibusdam ex ipsis, quod cum sorore puellæ commiserat, enarrauit. Sed, illis nequaquam credentibus verbis eius, et grauiter increpantibus eum, ille illorum victus consilio, quam iurauerat*, etc.
41) Sed quid si vxor, innocens forsan, consentire nolit, et cohabitationem a marito desideret? Hunc casum non tetigit pontifex, quamuis videatur vxori ius suum adimere noluisse, *quæ iniquitatis particeps non exstitit: vnde iure suo non debet sine culpa priuari*, vt dicitur in c. sq. h. t.

CAP. X.

Affinitas superueniens non dissoluit matrimonium.

IDEM *archiepiscopo Strigonien.* 42) *(ann. 1206. Romæ in Hungar.)*

Tuæ fraternitatis c deuotio postulauit [*per sedem apost. edoceri*,] vtrum is, qui cum sorore legitimæ coniugis fornicatur, cum vxore possit postmodum commorari, et exigere debitum, ac soluere requisitus, [*vel propter hoc debeat matrimonium separari.*] Nos igitur [*inquis. t. breuiter*] respondemus, quod, [*vt*] vxor et 43) a commixtione viri abstineat propter publicam honestatem, et in continentia maneat, donec vir viam vniuersæ carnis ingressus fuerit, diligentius est monenda. Quod si forte commonitioni 44) parere 45) recusans talis fuerit, vt de lapsu timeatur ipsius; vir eius poterit et debebit, [*tamen*] cum Dei timore, debitum ei soluere coniugale; cum affinitas, post matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exstitit: [*vnde iure sua non debet sine culpa priuari.*]

42) *Strigon.* C. R. *Stringonien.* L. *Strigonien* ed. ant. Cont. Pith. et Gonz. *episcopo Ilrien* c. 3 comp. 4. de consangu. et affin.
43) *Vxor vt*, C. R. H ed. ant. et Gonz. sed in L. copula *et*, deest.
44) *Commonitionem*, ed. ant.
45) *Parere*, a C. L. et ed. ant. abest.

CAP. XI.

Summatum est supr. capitulo proximo.

GREGORIVS IX. *episcopo Pictauien.* d *(ann. 1236.)*

Iordanæ e mulieris petitio continebat 46), quod I. laicus cum ipsa, quæ nondum decimum ætatis suæ annum compleuerat, per verba de futuro contraxit, et, ea intra eiusdem anni spatium carnaliter cognita, matrem ipsius sibi matrimonialiter copulare, et ad damnatæ commixtionis amplexus procedere non expauit: (*et infra.*) Quare præfata I. 47) supplicauit, vt, cum carnis stimulis resistere nequeat, sibi, ne iure suo sine sua propria culpa fraudetur, prouidere salubriter dignaremur. Eapropter mandamus, quatenus, si res ita se haberet 48), vtrumque ipsorum ad vouendam perpetuam continentiam attente moneas et inducas:

46) *Continebit*, C. H.
47) *Ior.* C. L.
48) *Habet*, C. R. L. et ed. gloss.

et, si 49) ad eam induci nequiuerint, memoratum 50) I. iniuncta ei primitus pro commisso incestu pœnitentia competenti, vt eidem 51) cohabitet, et coniugale debitum reddat exactus, ecclesiastica censura compellas.

49) *Vt si*, C. H.
50) *Tamen memoratum*, C. R. 1.
51) *Et eidem*, C. H.

TITVLVS XIV.

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE 52), [*et publicæ honestatis iustitia.*]

CAP. I.

Separatur matrimonium, contractum inter affines primi generis et quarti gradus.

ALEXANDER III. *Cassien.* 53) f *abbati.* *(ann. 1172.)*

Ex litteris g tuis, [*ad nos directis,*] accepimus, quod, cum quidam secreto 54) quandam viduam 55) subarrhasset, et carnaliter cognouisset, [*et cohabitasset cum ea per annum, mundualdus virum mulieris traxit in caussam, proponens quod illam, in potestate sua positam, quasi fornicariam cognouisset, tunc vir et mulier iuramenta firmauerunt, quod ab anno et plus alter in alterius copulam consenserat maritalem: et de cætero sicut vir et mulier simul cohabitarunt. Cum autem nec iuramenta fidem mulieris procurator habuerit: exegit eam publice subarrhari.*] Tandem cum vir paratus esset eam in conspectu ecclesiæ subarrhare: surrexerunt duo proponentes, quod iste, qui eam subarrhare volebat, priorem virum quarto gradu consanguinitatis attingit 56). Vnus autem ita se audiuisse iurauit: alius [*autem*] noluit id iuramento firmare. [*Et ob hoc, licet ille præfatam mulierem subarrhare distulerit, minime tamen ab eius cohabitatione discessit. Processu vero temporis ad instantiam mundualdi præfatus vir publice matrimonium celebrauit, et postmodum fere per annum cum vxore permansit.*] Nunc [*autem*] quæstio prima reuixit, et iurauerunt duo coram archipresbytero Plumbarolæ 57) h, [*vt dicis,*] quod primus vir fuit superstiti quinto consanguinitatis gradu coniunctus 58). [*Vnde, quia diuersi diuersa sentiunt, quid agendum sit in hoc casu, nostris litteris quæris edoceri.*] Quocirca [*d. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus vtramque partem ante tuam præsentiam conuoces, et facias testes coram te iurare, [*et ad hoc inquiras, a quibus, et quando didicerint, quod testantur. Si vero post motam quæstionem didicerint; non est iam dictum matrimonium dissoluendum: similiter nec, si ab accusatoribus matrimonii didicerint.*] Inquisita vero diligentius veritate, si per testes circumspectos [*et*] omni exceptione maiores inueneris, quod primus vir superstitem quarto gradu consanguinitatis attingit 59) i, non differas diuortii sententiam promulgare. Neque enim, vt canones 60) dicunt, abstinendum est a consanguineis k vxoris, vt [*a*] propriis 61), [*vsque ad septimum gradum.*] Cæterum tuam prudentiam volumus non latere, quod [*personæ idoneæ nominandæ sunt et gradus distinguendi, et ab vtroque latere computandi:*] nec sunt caussæ matrimonii tractandæ per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi, et statuta canonum [*super his*] non ignorent.

52) In comp. 4. hæc verba adduntur: *et sobole suscepta ex secundo matrimonio.*
53) *Cassin.* C. R. 2. et *Cassnen.* C. L. ed. ant. et c. 2. comp. 1. h. t. rectius. sed in C. R. 1. deest inscriptio.
54) *In secreto*, C. L.
55) *Indultam mulierem*, cit. c.
56) *Quod cum vir facere paratus esset in conspectu ecclesiæ; surrexerunt duo, proponentes, præfatæ mulieris coniuges in quinto gradu consanguinitatis et primo genere affinitatis sese contingere: quia pater illius, qui eam subarrhare volebat, priorem virum in quarto gradu consanguinitatis attingeret*, ibid.
57) *Plebario*, ibid. sed in concilio est: *plebano.* conf. AVGVST. ad h. c.
58) *Quod primus vir fuit in quinto gradu consanguinitatis patri præfati viri*, ibid. omissa voce: *coniunctus.*
59) *Patrem superstitis, in quinto vel sexto gradu consanguinitatis attigeret*, ibid.
60) In decreto collecti, quorsum pertinent c. 1. C. XXXV. q. 2. et 3. c. 18. *sqq.* Licenim tempore ALEXANDRI III. antiqua prohibitio, secundum computationem tamen nouiter approbatam ab ALEXANDRO II. obseruata fuit, restricta demum et coangustata ab INNOCENTIO III. in c. 3. h. t.
61) *Et propinquis*, C. L. *et propriis*, C. R. 2. et H.

CAP. II.

Affinitas superueniens, de qua saltem constat per famam, soluit sponsalia de futuro.

VRBANVS III. *Burdegalen. archiepiscop.* *(ann. 1186.)*

Super eo l, quod iuuenem [*quendam*] asseris puellam quandam nondum nubilem fide interposita desponsasse 62), quæ, iam facta

62) *Iurasse*, c. 1. comp. 2. h. t.

a *Cap. 4. eod. tit. in 2. comp. vide Conarr. 4. decr. part. 1. c. 9. non longe a principio.* b 1 *Thess.* 5. c *Cap. 3. de consangu. et affin. in 4. compil.* d Pictauiens. e *Vide, quos citaui in cap. a nobis, et c. fin. supr. de despons. impub.*

f Cassinens. al. Calsin. g *C. 2. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. sub Alexandro III. p. 6. c. 32.* h Plombadæ. i Contingeret. k *In 7 codicibus manuscr. est:* a consanguineis vxoris et propriis. l *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp.*

mubilis

nubilis, cum 63) repetit, et ille excipit dicens, se non debere eam ducere, pro eo, quod, postquam puellam affidauit eandem 64), carnaliter propinquam ipsius cognouit, inquis. t. r. respond. quod, si manifestum est, [*eundem*] iuuenem cognouisse propinquam prædictæ puellæ, vel, si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet 65), cum esset [*sua*] sponsa tantummodo de futuro, idem [*iuuenis*] ab eius 66) impetitione debet absolui.

63) *Verum*, ibid.
64) *Eandem*, ibid. non legitur.
65) *Etiam id fama loci non habet*, ibid.
66) *Eius*, deest in C. L. sed in cit. c. habetur: *puellæ*.

CAP. III.

Si dispensatur cum aliquo, vt possit contrahere in certo gradu, alias prohibito; requiritur, quod vterque contrahentium toto gradu distet a stipite: præsertim si hoc habet consuetudo.

COELESTINUS III. 67) *(ann. 1195.)*

Quod a dilectio [*tua*:] [*et infra.*] Quæsiuisti, vtrum is, qui a stipite per descendentem lineam, sexto vel septimo gradu distat, possit ei, quæ ex altera parte per lineam descendentem ab eodem stipite, secundo vel tertio gradu distat 68), matrimonialiter copulari, propter indulgentiam [*felicis mem. Adriani papæ, tunc Albanen. episcopi, in Norwegiam*] apostolicæ sedis 69) legati, qua permissum est hominibus terræ illius in sexto 70) gradu coniungi. Quod [*tibi*] videtur posse fieri secundum regulam, [*a quibusdam doctoribus approbatam,*] qua dicitur: quoto gradu quis distat a stipite, et a quolibet, per aliam lineam descendentium ab eodem 71): cum tamen de consuetudine terræ 72), si quando talis casus emerserit 73), incolæ [*terræ*] propter proximiorem gradum coniunctos separent, et impediant copulari volentes 74), [*sicut litterarum tuarum series demonstrauit.*] Nos itaque 75) [*sic tuæ. tuæ*] respondemus, quod indulgentia illa 76) sic est intelligenda, quod vterque coniungendorum distet a stipite sexto gradu, [*cognatione secundum canones computata.*] Si vero alter sexto vel septimo gradu distet a stipite, alter autem secundo vel tertio [*gradu*:] coniungi non debent. Vnde in hac parte consultius duximus multitudini et obseruantiæ consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem et scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate.

67) *Clemens III.* C. R. 2.
68) Ita demum potest accurate determinari gradus in linea *collaterali inæquali*, si ab vtraque denominatio etiam fit, non vero duntaxat ab *remotiori*: quamuis inde denominationem faciendam esse crediderit GREGORIUS IX. in *c. f. h. t.* De vtriusque personæ distantia enim a communi stipite quæritur; ergo etiam de vtraque denominatio facienda, prout etiam *hoc cap.* fit, veluti in *sexto et tertio* gradu: quia tunc distincte intelligitur, quo in gradu vterque a communi stipite distet. Atque ita vtrimque gradus determinandi sunt, quoties Romæ dispensatio petitur, vt obseruat PYRRHUS CORRADUS *in praxi dispens. apostol. libr. VII. c. 5. n. 64. et 71.*
69) Diction. *apostolicæ sedis*, non sunt in c. 2. comp. cit. 2.
70) *In septimo*, C. L.
71) *Quoto gradu quis distat a stipite, toto distat a quolibet descendentium*, cit. c.
72) *Norwegiæ*, ibid.
73) *Emerserit*, C. H.
74) *Separant, copulari autem volentes non permittant insimul copulari*, cit. c.
75) *Vero*, ibid.
76) *Illa*, ibid. omittitur.

CAP. IV.

Infideles, coniuncti in gradu prohibito a lege canonica, post baptismum non separantur.

INNOCENTIUS III. *archiepiscopo et capitulo Tiren.* 77) b *(ann. 1198.)*

De c infidelibus, ad fidem conuersis, [*nos consulere voluisti,*] vtrum, si ante conuersionem suam secundum legis veteris instituta, [*vel traditiones suas*] circa 78) gradus consanguinitatis, a canone denotatos, coniuncti fuerint, separari debeant post baptismum. [*Super hoc igitur*] consult. t. 79) duximus respondendum, quod matrimonium, sic [*ante conuersionem*] contractum, non est post baptismi lauacrum separandum, cum a Iudæis Dominus requisitus, si liceret vxorem ex quacunque caussa dimittere, ipsis respondit: *quod* 80) *Deus* d *coniunxit, homo non separet*: per hoc innuens, esse matrimonium inter eos.

77) Inscriptio hæc admodum vitiata est in C. MSC. et edit. prius etiam infra in not. obseruatur. Verior hinc est *libr. 1. ep. 504. edit. Baluz. archiepiscopo et capitulo Tyren.*
78) *Citra*, C. H. et ed. ant.
79) *Deuotioni vestræ*, c. 1. comp. 3. h. t.
80) *Quos*, ed. ant. Cunt. Pith. et cit. c.

CAP. V.

Consanguinei mariti cum consanguineis vxoris licite contrahunt. Hoc primo. *In gradibus prohibitis non possunt matrimonia contrahi: etiamsi hoc habeat consuetudo.* Hoc secundo.

IDEM *Rosani a archiepisc.* 81) *(ann. 1199.)*

Quod f super his [*articulis, qui tibi aliquam dubitationem inducunt, nostrum ducis consilium requirendum, et ad ea exsequenda, quæ officium postulant pastorale ap. sedis procuras auxilium inuocare, sollicitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendamus, et postulationibus tuis grato animo respondemus. Significasti siquidem nobis, quod in diœces. tua pater et filius, matrem et filiam, duo cognati duas cognatas, auunculus et nepos duas sorores ducunt in coniuges, et maritus et vxor simul baptizant puerum alienum. Quidam præterea tuæ diœces. infra tertium et septimum gradum consanguinitatis se contingentes, adinuicem matrimonium contrahunt, hoc sibi licere de antiqua consuetudine asserentes.*] Super eo igitur 82), quod pater et filius cum matre et filia, et duo cognati cum duabus cognatis, auunculus et nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia g, taliter tibi 83) duximus respondendum, quod, licet omnes consanguinei viri sint affines vxoris, et omnes consanguinei vxoris sint viri affines, inter consanguineos tamen vxoris et [*consanguineos*] viri, ex eorundem, scilicet viri et vxoris coniugio, nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. [*et infra.*] Ne autem h inter gradus prohibitos matrimonium contrahatur 84), debes publice inhibere, et præsumptores ecclesiastica districtione punire, non obstante consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela.

81) Vera est inscriptio restituenda ex *libr. II. epist. 261.* scilicet: *Rosanensi archiepiscopo*, quam etiam sequuntur *cett. ant. et c. 2. comp. 3. h. t.*
82) *Vero*, C. H.
83) *Tibi*, a C. R. 1. L. et cit. c. abest.
84) *Contrahant*, C. H. *Item cum in sacris canonibus gradus sint consanguinitatis distincti et per eosdem inhibitum, vt nullus intra septimum gradum, sibi consanguinitatis linea contingentem, sibi audeat matrimonium copulare, ne intra gradus eosdem contrahant: debes* etc. cit. c.

CAP. VI.

Non valet dispensatio, obtenta a papa super matrimonio, inter consanguineos contracto, si ibi caussa falsa sit expressa: nisi postea eam papa confirmaret. H. d. secundum verum et communem intellectum.

IDEM 85). *(ann. 1213. Romæ.)*

Quia i circa 85*): [*et infra.*] Porro de nobili viro N. pro cuius dispensatione, indulgentia scilicet remanendi cum ea, quæ ipsum quinto consanguinitatis gradu contingit 86), a sede apost. obtinenda, falsa nobis caussa fuerat allegata, proles videlicet, cum tamen ante dispensationem obtentam vnica filia, quam habebat, viam fuerit vniuersæ carnis ingressa, prout tua consultatio continebat, dissimulare poteris, vt remaneant 87) in copula, sic contracta: cum ex separatione, sicut asseris, grauia videas scandalum imminere.

85) Ipsa inscriptio, *libr. XVI. ep.* 118 ita sonat: *archiepiscopo Lundensi, apostolicæ sedis legato*, anno XVI. regiminis scripta.
85*) Huius decretalis in comp. 3. et 4. nec vlla nec vestigium perspicitur, præter quod speciem præ se ferat partis capituli: *Quia circa ministerio* etc. 6. supra, *de digamis non ordin.* et *c. 22. de priuileg.* licet hæc capitula per culpam PITHAEORUM varient in die et consule.
86) *Attingit*, C. R. 1.
87) *Remaneat*, C. R. 2. L. et Gonz.

CAP. VII.

Testes, qui de consanguinitate deponunt, computationem debent a stipite vel germine incipere.

IDEM 88). *(anno 1211.)*

Tua nos k duxit fraternitas consulendos, vtrum illorum sufficiat testimonium ad matrimonium dirimendum, qui consanguinitatis gradus ab auunculo et nepote, videlicet fratris filio, vel sororis, [*cum de fratribus vel superioribus nihil nouerint, vel audierint,*] inceperint computare. Nos igitur inquis. t. t. r. quod, cum coniugium multum fauoris obtineat, testes [*hi,*] qui, ad diuortium celebrandum producti 89), consanguinitatis gradus computant, a stipite debent incipere, id est, a parentibus vel germanis, et sic per ordinem distinguere gradus, nominibus propriis, vel æquipollentibus indiciis designando 90) personas: præsertim cum sæpius testimonium perhibeant de auditu. Quod quia minus est validum; non est in articulo huiusmodi nimium

88) Inscriptio *libr. XIV. epist.* 159. hæc deprehenditur: *Gebennensi episcopo*
89) *Inducti sunt*, c. 2. comp. 4. h. t.
90) *Distinguendo*, C. R. 1.

a *C. 2. eod. tit. in 2. comp. Hodie tenendum est, quod decreuit conc. Later. sub Innoc. III. quod refertur infra hoc tit. cap. non debet. Adde, quæ diximus in tractatu cognationis.* b Tiren. *al.* Tirens. *al.* Turonens. c *C. 1. eod. tit. in 3. comp. vide Magistr. sent. 4. dist. 39. et ibi D. Thom. qu. 1. art. 2. et Genes. 2. Matth. 19. Marc. 10.*

e Rusanen *al.* Rusaman *al.* Pisan. f *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* g *Al.* matrimonialiter, taliter tibi, *etc.* h *Vid. conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. can. 6.* i *Quantum ad contrahendum, vel non intra gradus prohibitos attinet, tene decis. c. non debet. infra eod.* k *C. 2. eod. tit. in 4. comp. et quatenus agitur de testimonio de auditu, vide Cranetzam de antiqu. temp. part. 1. circa form. vers. visa. de fama, num. 304. cum multis seqq. adde text. in c. licet ex quadam, sup. de testib.*

laxan-

laxanda facultas: quum, qua ratione computationem inciperent a secundo 91), eadem [*ratione*] ab vlterioribus inchoarent 92).

91) *Secunda*, C. 8. L. ed. ant. et cit. a.
92) Cum his cohærent, quæ sunt in *c. 26. X. de spons.*

CAP. VIII.

In secundo et tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quæ olim erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de sobole, suscepta ex secundis nuptiis, quæ olim non poterat contrahere cum cognatione prioris viri. Et prohibitio coniugii vltra quartum consanguinitatis et affinitatis gradum non extenditur. H. d. iste textus, qui quotidie allegatur, et est singularis in materia sua.

IDEM *in concilio generali.* [*c.* 50.] (*ann.* 1216. *Romæ.*)

Non a debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana; præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit 93): quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo. Cum ergo prohibitiones 94) de coniugio, in secundo et tertio affinitatis genere minime contrahendo, et de sobole, suscepta ex secundis nuptiis, cognationi viri non copulanda prioris, et difficultatem frequenter inducant, et aliquando periculum pariant animarum; cum, cessante prohibitione, cesset effectus: constitutiones, super hoc editas, sacri approbatione concilii reuocantes, præsenti constitutione decernimus 95) b, vt sic contrahentes de cætero libere copulentur. Prohibitio c quoque copulæ coniugalis quartum consanguinitatis et affinitatis gradum de cætero non excedat: quoniam in vlterioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari. Quaternarius vero 96) numerus bene congruit prohibitioni coniugii corporalis, de quo dicit apostolus d: *quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir:* quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant 97) ex quatuor e elementis 98). Cum ergo iam vsque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta; eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus, super hoc dudum editis, vel ab aliis, vel a nobis; vt, si quis contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur 99) annorum: cum diuturnitas temporum 100) non minuat 1) peccatum, sed augeat 2). Tantoque sunt grauiora crimina, quanto diutius infelicem animam 3) detinent alligatam.

93) *Exposcat*, C. R. 1. *expostulat*, a. 3. comp. 4. h. t.
94) *Prohibitionem*, C. L.
95) *Decreuimus*, C. R. L. et ed. ant.
96) *Enim*, C. R. 1.
97) *Quod constat*, C. R. 1. et cit. c. *quod etiam constat*, C. R. 2. et ed. ant. *quod et constat*, L. et H.
98) Hanc rationem illustraui *tom. IV. iur. eccl. ad h. c. §. 26.*
99) *Defenditur*, C. H.
100) *Temporis*, C. R. L. H. et cit. c.
1) *Minuit*, C. L. H. ed. ant. et Gonz.
2) *Auget*, C. R. L. H. ed. ant. et Gonz.
3) *Diuturniora infelices animas*, cit. c.

CAP. IX.

Distans a stipite quarto gradu vel citeriori, cum distante quinto, vel vlteriori contrahere potest. H. d. cum glossa.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1232. *Romæ.*)

Vir, qui a stipite f quarto gradu, et mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulam approbatam, qua 4) dicitur 5): quoto gradu remotior 6) distert 7) g a stipite, et a quolibet per aliam lineam descendentium ab eodem, licite possunt matrimonialiter copulari.

4) *Per quam dicitur*, C. H.
5) *Dicitur*, in C. R. 1. L. et ed. ant. deest, et superscriptum est in C. R. 1. *cauetur.*
6) Hanc regulam esse emendandam censui ad *c. 9. X. h. t. not. 68.* quod, cum in linea *collaterali inæquali* gradu diuerso personæ distent a communi stipite, etiam de vtraque denominatio facienda, non vero de *remotiori* tantum; quia sic gradus alterius lineæ ignoratur.
7) *Distat*, C. L.

a *C. 3. eod. tit. in 4. comp.* b Decreuimus. c *Vide B. Thom. 4. sent. dist. 40. qu. 1. art. 4.* d *1. Cor. 7.* e *In concilio et aliquot vetustis:* quod constat ex quatuor elementis. f *Vide censura in cap. præcedenti.* g Distat.

TITVLVS XV.

DE FRIGIDIS h ET MALEFICIATIS 8), ET IMPOTENTIA COEVNDI 9).

CAP. I.

Si, marito prouocante ad diuortium, et se impotentem asserente, mulier hoc idem fatetur: seruata sollemnitate canonica, matrimonium indistincte dirimitur. Sed si decipiatur ecclesia: primum matrimonium reparatur. Si vero, muliere agente, vir asserat se potentem: nisi per aspectum corporis, vel alio indubitato modo conuincatur, mulier non auditur. Sed si vir hoc idem confitetur vel conuincitur: matrimonium separatur, et mulieri contrahendi licentia datur. H. d. secundum Hostiensem.

Ex Brocardico libr. XIX.

Accepisti i mulierem, et per 10) aliquod tempus habuisti, per mensem aut per tres, aut [*postremo*] per annum: et nunc primum dixisti, te esse frigidæ naturæ, ita, vt non potuisses coire cum illa, nec cum aliqua alia. [*Et*] si illa 11), quæ vxor tua esse debuit, eadem affirmat, quæ tu dicis; et 12) probari 13) potest per verum iudicium 14), ita esse, vt dicitis; separari potestis, ea tamen ratione, vt, si tu post aliam acceperis, reus periurii diiudiceris k: et iterum post peractam pœnitentiam priora connubia reparare debebis 15). Illa autem l, si prior post annum, aut dimidium, ad episcopum, aut eius missum [*se*] proclamauerit, dicens, quod non cognouisses eam 16), [*et negat, aliquam commixtionem inter vos esse,*] tu autem contrarium 17) affirmas; tibi credendum est, eo, quod caput es mulieris 17*): quia, si [*se*] proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? Cito enim et in paruo tempore scire [*mulier*] potuit, si secum coire 18) potuisses. Si autem statim in ipsa nouitate, post mensem, aut [*postremum, si post*] duos, ad episcopum, aut eius missum proclamauerit, dicens: volo esse mater, volo filios procreare, et ideo maritum accepi; sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, et non potest illa facere, propter quæ illum accepi: si probari potest per rectum iudicium, separari potestis: et illa, si vult, nubat in Domino.

8) *Maleficiis*, comp. 1.
9) Diction. *et impotentia coeundi*, desunt in C. H. et comp. 2. *De impotentia coeundi*, comp. 3.
10) *Cum ea*, C. H. loco *per.*
11) *Et illa*, C. R. 1.
12) *Si*, cit. c.
13) *Probare*, ed. ant.
14) H. e. per *iuramentum purgatorium*, quo vterque se purgat a suspicione collusionis, quæ ex vtriusque coniugis confessione vtcunque trahitur, vt indicat pontifex in *c. 5. X. de eo qui cogn. consanguin. vxor.* et *c. 5. X. h. t.* Ideo autem *verum iudicium* et *iustum* in *cit. c. 5.* vocatur, quod Deus per hoc iuramentum extra ordinem veritatem reuelaturus credatur, vt ad *tit. de purg. canon.* monstrandum.
15) *Debetis*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
16) In C. H. non sunt verba: *dicens, quod non cognouisses eam.*
17) *Contrarium*, non est in cit. c. loco cuius habentur verba: *quod vxor tua sit.*
17*) Hanc rationem BVRCHARDVS desumsit ex *concilio Compendiens.* relato in *c. 3. C. XXXIII. q. 1.* pessime vero detorsit ad *separationem voluntariam*, vt ad *cit. c.* monstraui et ALEXANDER III. *de desponsat. impub.* declarat.
18) *Cohabitare*, C. R. 1.

CAP. II.

Impotens ad copulam, est impotens ad contrahendum matrimonium: siue sit impedimentum ætatis, siue naturæ.

ALEXANDER III. *Ambianen.* 19) m *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Quod n sedem [*apostolicam consulis super his, quæ tibi dubia existunt, gratum gerimus et acceptum, et tua exinde f. non parum commendanda videtur. Ex tua siquidem parte nobis est intimatum, quod quædam mulier tui episcopatus cuidam viro nupsit, ignorans, quod ab vtriusque inguinis rupturam genitalia eius essent abscissa, nec ab eo cognita fuisset, qui vtique modo factus leprosus se pariter et sua domui reddidit infirmorum. Mulier vero, ad domum paternam reuersa, sicut intellexit, alii viro nubere desiderat, et coniugali affectu coniungi. Verum licet Roman. ecclesia non consueuerit propter naturalem frigiditatem, nec propter alia maleficia legitime coniunctos diuidere; si tamen consuetudo generalis Gallicanæ ecclesiæ habet, vt huiusmodi matrimonium dissoluatur: nos patienter tolerabimus, si secundum eandem consuetudinem eidem mulieri, cui voluerit, nubendi in Domino concesseris facultatem.*] Sicut [*enim*] puer, qui 20) non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic [*quoque*] qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur 21).

19) *Ambian.* C. R. 1. et ed. ant. *Ambigen.* H.
20) *Quia*, c. 3. comp. cit. 1.
21) Verborum series continuatur in *c. 15. X. de decimis.*

h *De materia huius tit. vide Magistr. l. 4. sent. dist. 34. vbi doct. et B. Th. qu. 1.* i *C. 1. eod. tit. in 1. comp. vide Durandum 4. sent. dist. 34. q. 2. et plenius ibi Sot. qu. 1. art. 2. it. Burchard. L. IX. Decret. c. 40.* k Iudiceris. l *In aliquot manuscr.* post annum et dimidium, *quam lectionem videtur agnoscere gloss. in verbo.* tacuit. m Ambian. n *C. 3. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 28. vide Syluestrum in summa, verbo.* matrimonium. *qu. 16.*

CAP.

CAP. III.

Naturale impedimentum ad coitum, irreparabile arte medicorum, matrimonium impedit.

IDEM. *(ann. 1180.)*

Ex litteris a tuis accepimus, quod quidam sedecim 22) annorum, quandam annorum tredecim duxit vxorem: qui 23) cum debitum reddere [*deberet, et*] non posset, mulier tam grauem infirmitatem contraxit, vt omninò viro sit facta inutilis, et instrumentum eius impeditum, ita, quod vir ei commisceri non potest 24). Respondemus igitur, quod, si vitium illud mulier a natura contraxit 25), nec ope medicorum poterit adiuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem 26). [*Si vero ex culpa viri hoc prouenit; licet non sit tutum indulgeri ei, vt aliam accipiat; tamen sub dissimulatione poteris sustinere: quia tutius est vnam, tanquam vxorem habere, quam multis peccare.*]

22) *Quindecim vel eo amplius*, c. 1. comp. 2. h. t.
23) *Verum*, cit. c. pro *qui*.
24) *Quod vero non valeat commisceri*, ibid.
25) *Sed quia nobis dubium est, an pro culpa viri infirmitas prouenerit: super hoc plenum, vel certum dare responsum non valemus. Quodsi tibi constiterit, quod illud vitium a natura contraxerit*, ibid.
26) In verbis sequentibus restitutis notabilis casus de *tolerabilitate superueniente* occurrit: in quo tamen pontifex habili nouas nuptias permisit, et episcopo, cui scribit, *dissimulationem seu conniuentiam* potius, quam *seueritatem iuris* suasit.

CAP. IV.

Contrahens scienter cum impotenti ad copulam, ab ea non separatur.

LVCIVS III. *(ann. 1181.)*

Consultationi b tuæ, qua nos consuluisti 27), vtrum feminæ clausæ, impotentes commisceri maribus, matrimonium possint contrahere, et, si contraxerint, an 28) debeat 29) c rescindi, taliter 30) respondemus, quod, licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium, [*et quamuis de huiusmodi expressum canonem non habeamus, sacro-sancta*] tamen Romana ecclesia consueuit in consimilibus iudicare 31), vt, quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores. [*Verumtamen talibus artificio aliquando consueuit succurri, vt valeant apte reddere debitum et accipere.*]

27) *Consulere voluisti*, C. R. 1. L. et H.
28) *An*, deest in C. R. L. et H.
29) *Debeant*, C. R. 2. et L.
30) *Super hoc taliter*, C. R. 1.
31) *In talibus iudicare*, C. H.

CAP. V.

Si de impotentia coëundi constet; statim matrimonium separatur: alias cohabitabunt coniuges per triennium. Et si cum septima manu propinquorum iurant, quod dederunt operam carnali copulæ, et non potuerunt coniungi: statim separantur. Ita communiter summatur.

COELESTINVS III. 32) *(ann. 1195.)*

Laudabilem d: [*et infra.*] [*Solicite quoque ad vltimum*] requisisti, quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis 33): [*in qua si defecerint, separentur.*] Nos vero, [*quamuis in antiquis tam canonibus, quam legibus super hoc diuersa tempora concedantur, id tamen*] in præsenti consultatione sentimus, vt, [*si naturaliter frigidus non potest illa, quam duxit, vti pro coniuge,*] a tempore celebrati coniugii 34), si frigiditas prius probari non posset 35), [*secundum authenticum legale*] cohabitent per triennium 36). Quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint 37), et iuxta decretum Gregorii e mulier 38), [*si*] per iustum iudicium de viro 39) probare potuerit, quod cum ea coire non possit, accipiat alium: si autem ille aliam acceperit, separentur. Quod si ambo consentiant 40) simul esse: vir eam, etsi non vt vxorem, [*sed*] saltem habeat vt sororem. Si autem, quod nunquam se inuicem cognouerint, ambo fatentur; cum 41) septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui defuerint, tactis sacrosanctis euangeliis, vterque iureiurando dicat, quod nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuissent: et tunc videtur, quod mulier 42) valeat ad secundas nuptias conuolare. Verum si ille aliam duxerit: tunc hi, qui iurauerant, rei periurii teneantur 43), et, peracta pœnitentia, cogantur ad connubia priora redire.

32) *Clemens III.* C. R. 1.
33) *Coniugalis*, C. R. 1. et L.
34) *Contracti*, c. 3. comp. cit. 2.
35) *Possit*, C. R. L. H. ed. gloss. et cit. c.
36) *Vsque ad triennium*, cit. c.
37) *Voluerint*, ibid.
38) *Mulier si*, C. R. 2. sed in C. R. 1. additum est part. *si*, manu aliena, et in C. H. *mulier*, deest.
39) *Viro*, abest a C. H.
40) *Consentiunt*, C. R. et L.
41) *Cum*, deest in C. H. ed. ant. et cit. c.
42) *Mulier*, non est in cit. c.
43) *Habeantur*, C. H.

CAP. VI.

Propter arctationem mulieris, si apparet, quod præter diuinum miraculum absque periculo corporali habilis reddi non potest, separatur matrimonium: redintegratur tamen, si postea apparet, ecclesiam fuisse deceptam.

INNOCENTIVS III. *Altissiodoren. episcopo. (ann. 1204.)*

Fraternitatis tuæ literas f recepimus, continentes, quod O. 44) mulier cuidam viro 45) matrimonialiter nupsit, cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem per archipresbyterum tuum super hoc fuisses edoctus; tu tamen, volens habere certitudinem planiorem, quasdam matronas suæ parochiæ prouidas et honestas, ad tuam præsentiam euocasti, districte illis iniungens, sub periculo animarum, vt mulierem ipsam prudenter inspicerent, et perquirerent diligenter, vtrum idonea esset ad viriles amplexus: quæ tandem in fide sua tibi asseruere constanter, quod eadem [*mulier*] nunquam poterat esse mater, aut coniux, tanquam cui naturale 46) deerat instrumentum. Vnde inter ipsam et virum [*illum*] diuortium celebrasti, mulierem [*ipsam*] inducens, vt ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiam seruatura 47); et viro licentiam tribuisti, vt vxorem duceret [*in nomine Domini:*] quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quod mulier [*eadem*] inuenit, qui seras huiusmodi reserauit, et 48) abiiciens continentiam, quam promisit, [*et quæ aliam virum habuerat,*] G. 49) latori præsentium supernupsit: [*pro quibus humiliter supplicasti, vt cum eis misericorditer ageremus.*] Quamuis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam seruaturam, vtrum videlicet simplici verbo, an voto sollemni: vtrumne 50) ad religionem transierit, vt promisit, an contra promissionem suam 51) g in domo remanserit, et qualiter seras illas fecerit reserari, vtrum videlicet artificio medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo. Nos tamen, perspicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum absque corporali 52) periculo potuit remoueri, sententiam diuortii per errorem, licet probabilem, nouimus esse prolatam; cum pateat ex postfacto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur: et ideo inter ipsam et primum virum dicimus matrimonium extitisse. Quare inter eam et præfatum Guil. 53) matrimonium non esse censemus, eosque præcipimus ab inuicem separari. Et si prædicta mulier ad religionem transiuit, sicut asserit h promisisse 54); primus vir, qui non cognouit eandem, cum ea remaneat, cum qua postmodum ecclesiæ auctoritate contraxit; alioquin, ea dimissa, [*quam postea superduxit,*] debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, nisi de voto mulier illa constrinxit 55) ad continentiam obseruandam, vt intelligatur per hoc cum præfato Guil. fornicata fuisse: vel nisi se fornicario modo alii viro miscuerit 56), vt primus [*idem*] vir prætextu fornicationis, [*quam commiserat,*] eius velit consortium declinare 57). Nam si tantum simplici verbo se promisit continentiam seruaturam, et postea in conspectu ecclesiæ nupsit memorato Guil. quamdiu articulus iste dubitabilis erat; præsumi non debet, quod fornicaretur cum illo 58): sed amodo non debet cum illo aliquatenus remanere. Per hæc 59) i autem quæstionem illam noueris esse solutam, qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arcta est, vt nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut alio sibi modo k violentia inferatur, non solummodo leuis, sed forte 60) tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi. Similiter illa, quæ viro, cui nupserat, adeo arcta est, vt nunquam ab eo valeat deflorari, si ab

44) C. R. 1. habet: *G.* sed *Odeardis*, est in c. vn. comp. 3. de impot. coeundi.
45) *Viro*, in C. R. 2. deest.
46) *Natura*, ed. ant.
47) *Seruaturam*, C. R. 2. et L. sed in C. R. 1. *m* est deletum.
48) *Et*, non est in cit. c.
49) C. R. 1. legit: *V.* sed *W.* est in C. R. 2. L. ed. ant. et cit. c. denique H. habet: *M.*
50) *Vtrumque*, C. L. et ed. ant.
51) *Suam*, deest in C. H. ed. ant. et cit. c.
52) *Graui*, C. R. 1. et superscriptum est: *corporis*.
53) *Vilum*, ibid. sed *W.* est in C. R. 2. et L.
54) A C. R. L. H et ed. ant. absunt verba: *sicut asserit promisisse*: sed in cit. c. est *asseritur*.
55) *Constrinxerit*, C. R. L. ed. ant. gloss. et cit. c.
56) *Immiscuerit*, cit. c.
57) *Declinaret*, ibid.
58) *Cum alio*, ed. ant.
59) *Hic*, C. R. et L.
60) *Etiam*, C. H.

a C. 1 eod. tit. in 2. comp. vide Thom. 4. sent. dist. 34. qu. 1. art. 2. b C. 2. eod. tit. in 2. comp. c Debeant. d C. 3. eod. tit. in 2. compil. e Gregorii ad Iohan. Rauennatem episcopum, vt referunt Burch. l. 9. decr. c. 40. et Iuo p. 8. c. 178. et Panorm. libr. 6. t. 4. siue c. 115.

f C. vn. eod. tit. de impot. coeundi. in 3. comp. vide B. Thom. 4. sent. dist. 34. qu. 1. art. 2 vide Hostiens. in summ. tit. de frigid. et malefic. § qualiter et quando. g Vnde, suam, deest in antiqu. exemplaribus. h Hæc verba, sicut asserit promisisse, desunt in omnibus Vaticanis, habentur tamen in aliis paulo recentioribus et antiqua compilat. i Al. per hoc autem. k Al. aut alio simili modo, etc.

eo sit 61) per iudicium ecclesiæ separata, et nubet alteri, cui arcta non sit, et per frequentem vsum secundi, reddatur etiam apta primo: virum ad eum redire debeat, cum quo prius fœdus inierat coniugale. De talibus autem non est facile iudicandum: cum finale iudicium pendeat ex futuro 62). [*Tu ergo, secundum quod superius est distinctum, facias, quod decreuimus per cens. eccl. app. rem. firmiter obseruari.*]

61) *Sit*, in C. a. L. ed. Gonz. et cit. c. non legitur.
62) *Iudicio*, C. H. addit.

CAP. VII.

Si vxor dicit, virum, cui cohabitauit per triennium, non habere potentiam coeundi: eis hoc iurantibus cum septima manu propinquorum, matrimonium separatur. H. d. inhærendo verbis litteræ.

HONORIVS III. a [*episcopo et magistro B. canon. Ambianensi.*] (*ann.* 1220. Conf. c. vii. comp. 5. h. t.)

Litteræ vestræ, nobis transmissæ 63), continebant, quod, cum caussa matrimonii, quæ inter Mætildam mulierem et Albericum, eius virum [*Atrebatensis diœcesis,*] vertitur, vobis fuisset a [*bonæ mem.*] Innocentio papa, prædecessore nostro, commissa, dicta M. proposuit, [*coram nobis,*] quod, cum 64), [*iam*] octo annis elapsis, dicto A. fuisset matrimonialiter copulata, et diu cohabitasset eidem, [*nunquam tamen, licet esset viripotens, ab eo cognita fuerat, sed*] adhuc integra permanebat, eo, quod prædictus vir eius 65) non habebat 66) potentiam coeundi: quare petebat, [*inter eos*] diuortium celebrari. Prædictus vero A. [*nihilominus*] fatebatur, quod illam nunquam cognouerat, [*licet ad eius obsequium se facilem exhibuerit et paratum, sed*] tamen se habere potentiam cognoscendi 67) alias asserebat. Vos vero, ne id [*forte*] confiterentur 68) in fraudem, a matronis 69) bonæ opinionis, fide dignis, ac expertis in opere nuptiali, dictam fecistis inspici mulierem: quæ perhibuerunt testimonium, ipsam adhuc virginem permanere. Postmodum per presbyterum, de cuius parochia vir [*prædictus*] exstitit 70), fecistis [*diligenter*] inquiri, vtrum (*vir*) ipse aliquam cognouisset. Nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem. [*Ipsis autem viro et muliere frequenter comparentibus coram vobis, ac*] muliere (*instanter*) requirente diuortium, et dicente, quod mater esse volebat, et filios procreare, proponente 71) vero viro, quod paratus erat stare consilio [*et voluntati*] ecclesiæ, iniunxistis eisdem, vt [*humiliter reciperent et*] agerent pœnitentiam de commissis, et sic 72) forte placeret Deo b, qui matrimonii fuit institutor et auctor, vt opus matrimonii consummarent: qui 73) post plures terminos, [*ad commorandum sibi a vobis indultos,*] ad vestram 74) reuersi præsentiam, consona voce dixerunt, quod non poterant carnaliter commisceri. [*Propter quod de ipsorum consensu caussam huiusmodi apostolico duxistis iudicio relinquendam.*] Quocirca 75) [*vobis iterato per a. s.*] mandamus, quatenus, si ita est 76), et vobis [*constitit, vel adhuc*] constiterit, præfatum 77) virum et mulierem, intra prædictos annos, per continuum triennium 78) insimul habitasse, ipsis cum septima propinquorum manu firmantibus iuramento, se commisceri carnaliter nequiuisse, proferatis diuortii sententiam inter eos.

63) *Exhibita*, C. a. L. H. ed. ant. Gonz. et c. vii. comp. 5. h. t.
64) *Quod quasi*, ed. ant.
65) *Eius*, deest in C. H.
66) *Habeat*, est ibid.
67) *Coeundi*, C. a. 1.
68) *Faterentur*, C. L. *confiterentur*, H. et cit. c.
69) Similis inspectio decreta est in *c. praced.* hoc tamen cum discrimine, vt, quia vitium penes vxorem esse credebatur, illa tantum inspiceretur; hoc in *cap.* vero, quia vxor marito coeundi impotentiam obiiciebat, maritus etiam inspiciendus fuisset, cum feminæ: quæ tamen inspectioni duntaxat subiecta sit. Ceterum recte obseruat *I. LVCK. de iudic. cum c. III. n.* 14. non tantum mulieribus, vel obstetricibus, sed etiam medicis et chirurgis peritis hanc committi posse feminarum inspectionem, quod illarum vt plurimum tanta sit ruditas, vt sanum de *inhabilitate mulierum* ferre nequeant iudicium.
70) *Existit*, ed. ant.
71) *Viro autem dicente*, cit. c.
72) *Si*, C. H. *si forte*, cit. c. omissa copula: *et*.
73) *Quod*, C. L.
74) *Nostram*, ibid.
75) *Vnde*, cit. c.
76) *Si recalitus, rem taliter se habere*, ibid.
77) *Præfatum*, C. H. L. ed. ant. et cit. c.
78) Olim biennii cohabitatio sufficiebat, quod IVSTINIANVS in *N. XXII. c.* 6. in *triennium* mutauit, atque inde pontifex decisionem formauit.

TITVLVS XVI.

DE MATRIMONIO, CONTRACTO CONTRA INTERDICTVM ECCLESIAE 79).

CAP. I.

Matrimonium, contra interdictum ecclesiæ, vel iudicis factum seu contractum, propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen pœnitentia sic contrahentibus, et separantur, donec cognoscatur de caussa interdicti. H. d. in effectu totus iste titulus.

ALEXANDER III. *Paduan. episcopo.* (*ann.* 1170.)

Litteræ c, quas tua nobis fraternitas destinauit 80), expresse declarant, quod, cum quidam [*parochianus tuus*] sororem suam iam nubilem cuidam se daturum in vxorem, ea præsente et consentiente, præstito iuramento firmasset, et illa, non post multos dies dona et munera viri secundum morem terræ sponte suscipiens, ipsum 81), tanquam proprium virum, sæpe amplexata fuisset, tandem, mortuo fratre, a proprio 82) viri sui fratre se 83) desponsari permisit, et, quod ab illo d cognita fuisset, mendaciter asseuerat. Cumque prohibuisses 84) publice, ne cui illorum, vel alicui a se copularet: ipsa, spretis monitis tuis, alii nubere non expauit. Demum cum [*vtrumque ante te conuocasses, et*] mulieri præcepisses, vt ad domum matris rediret: ipsi nostram audientiam appellauerunt. [*Verum quoniam solli itudini nostræ incumbit excessus et enormitates eorum corrigere, et ad modum et formam rectitudinis reuocare: f. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si est ita, [*vt superius est enarratum,*] præfatam mulierem, ne mandatum tuum contemptibile (*esse*) videatur, ad domum matris, [*omni app. et excus. cess.*] redire compellas, et, imposita sibi de tanto excessu pœnitentia condigna, postquam [*ea*] in domo materna per mensem steterit, ad tertium reuerti permittas, [*et legitime sibi coniungi.*]

79) *Ecclesiæ*, in C. L. deest.
80) *Destinabat*, C. H.
81) *Et ipsum*, ed. ant.
82) *Proprio*, non est in c. 2. comp. 1. h. t.
83) *Fratre suo*, C. H.
84) *Illi prohibuisses*, C. a. 1. *ei prohibuisses*, C. a. 2. L. H. ed. ant. Cont. Pith. et gloss. *fraternitas tua ei prohibuisset*, cit. c.

CAP. II.

Sponsalia de futuro, cum vna etiam contra interdictum ecclesiæ contracta, non habent dirimere matrimonium, postea contractum cum alia.

IDEM *Vigorien. et Baton.* 85) *episcopis.* f (*ann.* 1170.)

Ex litteris g [*ven. fr. n.*] Cantuarien. archiepiscopi, [*ap. sedis legati,*] ad nos 86) peruenit, quod, cum G. 87) de sancto Leodegario M. filiam suam absentem, cuidam [*iuueni,*] R. nomine, desponsasset, [*post modicum quibusdam ipsius mulieris consanguineis procurantibus, memoratus R. cum ea præsente per verba præsentis temporis contraxit, sicut dicitur, matrimonium. Fide hinc inde corporaliter præstita, quod vir mulierem, sicut vxorem legitimam, de cætero exhiberet, et ipsa reuerenter ei sine contradictione, sicut viro legitimo, obediret, nihilque defuit, nisi sollemnitas, in facie ecclesiæ celebranda, quæ propter tempus quadragesimæ tunc non potuit effectui mancipari.*] Postea orta suspicione, quod præfatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit [*iam*] dicti archiepiscopi caussa perlata, qui sub anathematis interminatione prohibuit, ne, [*sicut ex litteris ipsius accepimus,*] antequam de præscripto negotio plene constaret, vir ad secunda vota transiret. Sed ipse, præscripta prohibitione contempta, filiam G. 88) in facie ecclesiæ sibi sollemniter copulauit vxorem. [*Postmodum vero duabus mulieribus et viro coram archiepiscopo consistentis, præfatus R. publice confessus est, se cum Maria, sicut superius dictum est, matrimonium contraxisse, et aliam se Matildam prava quorundam suggestione seductum postmodum accepisse. Maria vero constanter asseruit, quod pater eius non mouerat de voluntate ei querelam, adiiciens, quod inter ipsam et præfatum R. excepta sola fide de contrahendo matrimonio, nulla obligatio intercesserat: quam, quia ipse non seruauerat, seruare minime tenebatur, et ideo, quia eam, quam secundo acceperat, relinquebat.*] Cum [*autem alia præfatum R. tanquam proprium virum, restitui postularet, et*] archiepiscopus vellet de matrimonio primo cognoscere, (*ob id maxime, quia mulieres dicebantur sese consanguinitate contingere, ac per hoc tam incestus, quam adulterii vitium timebatur:*] dicta 89) Maria [*ad ap. appellans sedem,*] appellationis vocem emisit, [*et festum circumcisionis proximæ ter-*

85) Integra inscriptio rectius habetur in c. 3. comp. 2. h. t. *Winton. Bathon. et Herforden. episcopis*, quæ pro parte vitiose in *decretal.* ALEXANDRI III. infra p. 322. adducta est, sed restituta in not. ex *append. ad conc. Later. III.* C. MSC. et edit. vel mancæ vel vitiosæ sunt.
86) *Ad audientiam apostolatus nostri*, cit. c.
87) *C.* est in C. a. 1.
88) C. a. 1. et ed. gloss habent: *V.* sed *W.* est in C. a. 2. et L. *Hug. de Spoleto M.* nomine, cit. c.
89) *Dicta*, non est in cit. c.

a *Si hanc decretalem intelligas iuxta communem sensum, vt loquatur de eo, qui per maleficia factus erat impotens ad congrediendum cum vxore, vide Sot. 4. sent. dist.* 34. *qu.* 1. *art.* 3. b *In vno Vaticano:* si forte placerent Deo, qui matrimonii fuit institutor et auctor, opus matrimonii consummarent, *etc.*

c C. 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* d Ab eo. e Alii: *sed in antiquis:* alicui. f Vigoren. et Baton. *al.* Vigornien et B. *Sed fere in omn. manuscr.* Wigor. et Baton. g C. 3. *eod. tit. in* 3. *comp.*

minum app. præfixit.] Appellationi [*vero*] archiepiscopus deferens, eidem [*M.*] sub [*periculo animæ et*] excommunicationis interminatione districtius interdixit, ne cui nuberet, donec caussa ipsa [*coram nobis, vel coram delegatis ab ap. sede iudicibus*] finem debitum sortiretur: ipsa tamen, de remedio appellationis confisa, cuidam alii, Gu. nomine, [*nihilominus*] nupsit. [*Et super hoc citata coram archiepiscopo noluit, propter appellationem, quam obiecerat, apparere. Cum igitur, absentibus partibus, non videretur nobis negotium finiendum: ipsum experientiæ vestræ, de qua multum confidimus, committentes, præsentium auctoritate*] mandamus, quatenus, [*partibus ante vestram præsentiam conuocatis, inquiratis diligentius veritatem, et,*] si nihil 90) constiterit, quod 91) impediat, præter consensum de futuro 92), qui inter præfatos 93) a R. et Mariam 94) asseritur præcessisse, secunda matrimonia inuiolabiliter obseruanda, sublato appell. obstaculo 95), iudicetis. Licet enim contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit; non est tamen conueniens, vt ob id solum sacramentum coniugii dissoluatur 96): alia *b* tamen pœnitentia 97) eis debebit imponi, quia contra prohibitionem ecclesiæ hoc fecerunt.

90) *Vobis*, C. H.
91) *Quod obsit*, ibid.
92) Verb. *de futuro*, non sunt in cit. c.
93) *Præfatum*, C. R. L. et cit. c.
94) *W. et M.* secundum C. L.
95) *Diffugio*, cit. c.
96) Ne quidem si sub pœna *nullitatis* matrimonium interdictum fuit: quia iure nouo non est permissum iudicibus inferioribus ecclesiasticis, ne tantæ nullitatum multitudine numerum augere, et noua *nullitatis* impedimenta introducere, præter illa, quæ iure communi sunt statuta.
97) *Pæna*, ibid. et in concilio.

CAP. III.

Si hi, qui dicebantur consanguinei, contraxerunt contra præceptum iudicis: debent separari, donec de caussa cognoscatur.

IDEM [*Ebor'do*] *Paduano episcopo.* (*ann.* 1180.)

De muliere 98) *c*: [*et infra.*] Illos autem, qui pro consanguinitate prohibentur coniungi, et post contra interdictum ecclesiæ se receperint, excommunicationi debes subiicere, donec tamdiu separentur, quousque legitime cognoscatur, vtrum eorum matrimonium possit et debeat [*de*] iure 99) stare.

98) Quæ hic desideras, vide supra *c. 6. de sponsal.*
99) *Iuste*, C. H.

TITVLVS XVII.
QVI FILII SINT LEGITIMI.

CAP. I.

Naturalis, ex soluto genitus et soluta, legitimatur per subsequens parentum coniugium, etiam quoad hereditatem.

ALEXANDER III. 100) (*ann.* 1180.)

Conquestus *d* est nobis Herbertus, [*lator præsentium,*] quod, cum quandam mulierem, [*neptem R.*] in vxorem acceperit, [*præfatus*] R. 1) ipsam exheredare 2) conatur 3), eo, quod ante desponsationem matris suæ nata fuerit 4): licet 5) postea, [*prout dicitur,*] pater mulieris præfatæ matrem ipsius acceperit in vxorem. Ideoque 6) [*f. v. p. a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si est ita 7), [*nullius app. obstante,*] eam 8) legitimam iudicetis, prædicto R. [*ex nostra et vestra parte,*] inhibentes 9), ne [*sæpe*] dictæ mulieri [*et heredibus suis*] hac occasione super hereditate paterna 10) molestiam inferat, vel grauamen. Si autem contra hoc 11) venire præsumpserit: eum 12) *e* [*sublato app. rem.*] seueritate ecclesiastica percellatis 13).

100) Integra inscriptio etiam infra deest in *collect. decret. Alexandri III. tit.* 42. *c.* 1 *p.* 332.
1) *R. patruus mulieris*, vulg. ed.
2) H. e. bonis vel hereditate, ipsi delata, priuare, obseruante *FR. PITHOEO in glossar. ad libr.* 1. *capitul.* 213. *hac voce apud BALVZ. tom. II. capitular. p.* 720.
3) *Conatus est*, C. R. 2. et L.
4) Vel ex concubinatu, vel, quod verius videtur, ex *stupro*: quod etiam spurii, certo patre nati, hoc iure per subsequens matrimonium legitimantur.
5) *Cum*, est in c. 1. comp. 2. h. t.
6) *Inde est, quod*, ibid.
7) *Rei veritate diligenter et cognita et inquisita*, ibid.
8) *Eam*, ibid. non legitur.
9) *Iubentes*, est ibid.
10) *Super hereditatem suam*, ibid.
11) *Hac*, C. R. 1. *inhibitionem nostram*, cit. c.
12) *Contra eum - - procedatis*, ed. Cont. sed pron. *eum*, non est in cit. c.
13) *Procedatis*, ed. Pith. sed incongrue: cum in ea pronomen *eum*, non praemittatur parum. *contra.*

a Præfatum. b Aliqua, in recentioribus. Non in omnibus veteribus, etiam, legitur. c Cap. 5. tit. de sponsal. 9 illæ in 1. comp. et post concil. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 19. d C. 1. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lat. sub Alexand. III. part. 31. cap. 5. e In vulgatis recentioribus ita: contra eum seueritate ecclesiastica procedatis; sed in omnibus antiquis, vt est impressum.

CAP. II.

Separato matrimonio, in facie ecclesiæ contracto, filii, geniti vel concepti ante sententiam, sunt legitimi.

IDEM. 14) (*ann. eod.*)

Cum *f* inter I. virum 15), et T. mulierem diuortii sententia 16) canonice sit prolata; filii eorum 17), [*qui ante sententiam ipsam nati fuerunt, et ille, qui tunc conceptus erat,*] non debent exinde sustinere iacturam: cum parentes eorum publice [*et*] sine 18) contradictione ecclesiæ [*matrimonium*] inter se contraxisse noscantur 19). Idcoque sancimus 20), vt filii eorum, quos [*ipsi*] ante diuortium habuerunt, et qui *g* concepti fuerant 21) ante latam sententiam, non minus habeantur legitimi, et quod in bona 22) paterna hereditario iure succedant, et de parentum facultatibus 23) nutriantur. [*Quocirca vniuersitati vestræ per a. s. mandamus, quatenus præfatos filios memorati I. et prædictæ mulieris succedere in bona paterna, et exinde nutriri non prohibeatis, nec occasione diuortii inter parentes eorum eis ab aliquo molestiam, vel grauamina sustineatis inferri.*]

14) *Idem abbati Fuldensi*, C. H. habet. Aliam ex CVIACII cod. MSC. suppleuit *GONZAL. Idem canonicis et vniuerso clero et populo Temalano.*
15) *Veterem*, C. R. L. et ed. gloss. *veterem conciuem vestrum*, c. 2. comp. tit. 1.
16) Vel potius *nullitatis*: quod tale matrimonium *bona fide* et *ignoranter*, licet nulliter, in facie ecclesiæ contractum fuerit, adeo vel vnius coniugis bonæ fidei sufficiat ad hunc effectum, vt proles sit legitima. c. 14. *X. h. t.* Nec enim ius canonicum sententiam ex caussa nullitatis præcedente, et ex caussa subsequente, quæ *resolutionem* operatur, accurate diuersis appellationibus distinguit, sed quamcunque dissolutionem *diuortium* vocat.
17) In C. R. 1. additur: *qui ante sententiam nati sunt.*
18) *Publice et sine*, C. R. et ed. Gonz.
19) *Contraxerint*, cit. c.
20) *Inde est, quod auctoritate ap. statuimus*, ibid.
21) *Conceptus fuerat*, C. R. L. et cit. c. *conceptus fuerit.* H.
22) *Ad bona*, C. H.
23) *De bonis parentum*, cit. c.

CAP. III.

Statur verbo viri et mulieris, qui negant aliquem filium: nisi indiciis et testibus probetur contrarium.

IDEM *Rothomagen. archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

Transmissæ *h* nobis tuæ litteræ continebant, quod, cum Nicolaus Sagec. [*ciuis tuus,*] vsque ad iuuentutem quendam puerum nutriuisset, vxore sua Matil. tunc 24) non desponsata sibi 25) cohabitante, postmodum ipsam, [*sicut dicitur,*] legitime desponsauit, et filios sustulit ex eadem 26). Quibus paternam hereditatem petentibus, prædictus iuuenis contradicit 27) *i*, gerens se filium et heredem, quamuis a vicinia, quæ ipsum filium eorum esse 28) credebat, spurius diceretur. Prædicti vero N. et vxor eius [*Matil.*] præfatum iuuenem spurium suum, aut legitimum filium esse negabant, sed dicebant, quod eum pietatis intuitu nutriuissent. Cum autem quæstio coram te mota esset, et prædictus iuuenis, pro eo, quod iuri stare nolebat, vinculo sit excommunicationis adstrictus: [*quid de hoc agere debeas, nos consulere voluisti. Super hoc itaque*] consult. t. t. respond. quod in tali casu standum est verbo 29) viri et mulieris: nisi certis indiciis et testibus tibi constiterit, esse *k* filium 30) iuuenem memoratum.

24) *Tunc*, non est in c. 3. comp. cit. 2.
25) *Cum eo*, rectius legitur ibid.
26) *De ipsa*, ibid.
27) *Contradixit*, ibid.
28) *Esse non*, C. H.
29) H. e. assertioni patris, dum adhuc viueret, et vxoris adhuc viuentis. Agebatur enim de hereditate defuncti, cuius se filium alumnus dicebat, actioneque *præiudiciali affirmatiua* agebat. Et quia se defuncti filium esse probare non poterat is, quem vt alumnum susceperat, et domi educauerat defunctus; merito eius assertioni standum erat: quia non vt *filius*, sed vt *alumnus*, educatus fuerat.
30) *Filium legitimum*, C. H.

CAP. IV.

Illegitima proles est, quam, viro viuente, vxor ex adulterio concepit: siue cum adultero, siue cum viro moretur.

IDEM *Exonien.* l et *Vintonien. episcopis, et abbati Herforden.* 31) *eod.*

Caussam *m*, quæ [*inter nobiles viros F. et R. de Ardenna, quondam filium Agnetis, de natiuitate ipsius vertitur, vobis, s. ap. et ven. f. n. Lundon.*

31) *Fordensi*, legitur in *c.* 17. *comp.* 1. *de offic. iud. deleg.* et *c.* 4. *comp.* 1. *h. t.* Idem ad *c.* 17 *X. de offic. et pot. iudicis deleg. not.* 91. ostendi, et reperii ad *c.* 3 *X. de dolo et contum. not.* 3. qui duo textus partes huius capituli, constituunt. Sed quia admodum hoc caput detruncatum: ex integra decretali, in *cit. c.* 17. allatæ, circumstantiæ, hic omissæ, suppleri possunt.

f C. 2. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p. 33. c. 5. g Et qui conceptus fuerat, etc. h C. 3. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 8 c. 11. i Contradixit k In aliquot exemplaribus: filium esse illorum, etc. sed in antiquis, vt est impressum l Exon. al. et Vintonien. et abbati Fordensi. m Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. vide c. caussam quæ, supr. de dolo. et cap. caussam quæ, supr. de offic. deleg.

ep. sub certa forma commisimus terminandam. Verum, quoniam idem F. de Ard. præfat. London. episcopum omnino habebat pro eo, quod dominus est prædicti R. ipsum amonendum, et te, fili abbas, loco ipsius duximus subrogandum. Per apost. itaque scripta vobis mandamus, atque præcipimus, quatenus de natiuitate prædictæ A. rei veritatem sobtiliter inquiratis, et,] si, [*partibus ante præsentiam vestram conuocatis, legitime vobis*] constiterit, quod [*sæpe dicta*] Agatha de Anelina, muliere, tempore Alani viri sui, ipsa cum eo, tanquam cum viro suo, morante 32), vel R. patre dictæ Agathæ, ipsam A. adhuc habente 33) virum, publice tenente, nata fuit, eam non fuisse legitimam eiusdem R. filiam iudicetis: quia non potuit esse vxor, quæ viri sui torum maculans, alii, dum ille 34) viueret, copulari præsumpsit.

32) *Commorante*, cit. c. Mire variat hoc capitulum, vt videmus in c. 17. *X. de offic. et p. iud. del.* iam cit.
33) *Ipsa A. adhuc habente virum*, ed. ant.
34) *Ille*, abest a C. H.

CAP. V.

Quæstio natiuitatis, apposita petenti hereditatem coram iudice seculari, est ad ecclesiasticum iudicem transmittenda. H. d. et est textus multum notabilis et allegabilis.

IDEM [*B.*] *Exonien. episcopo, et abbati Herforden.* 35) *(ann. 1172.)*

Lator a præsentium R. [*non sine multo discrimine sui corporis ad nostram accedens præsentiam, suo nobis conquestione proposuit, quod, cum auus suus vxores duas habuerit, de quarum vna eius pater processit, de altera Hug. patruum suum sustulit, idem Hug. XL. acras terræ, quæ ipsum et patrem eiusdem R. contigerunt, per violentiam detinet, nec eidem R., qui succedere in bonis paternis debet, vult exhibere debitam portem.*] Cum autem idem R. H. coram seculari iudice super hereditate aui eiusdem R. patris dicti H. traxisset in caussam; ille sibi præsumpsit obiicere, quod pater eius non fuit 36) de legitimo matrimonio natus: et ideo de hereditate [*quondam*] aui sui nihil possit 37) iure successorio vendicare. Tandem [*vero*,] cum super quæstione natiuitatis 38) coram [*ven. f. n.*] Noruicen. episcopo [*diu*] tractatum fuisset: ad nostram exstitit audientiam appellatum 39). [*Sed, eo viuente, altera pars vel per se, vel per alium, suam nobis exhibere præsentiam contempsit. Nolentes itaque caussam ipsam diutius protrahi, eam experientiæ vestræ committentes, discr. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus [*vtramque partem ante vestram præsentiam conuocetis, et, rationibus hinc inde diligenter inquisitis et plenius auditis et cognitis, ipsam*] caussam super quæstione natiuitatis patris eiusdem R. 40) intra duos menses, [*post harum susceptionem litterarum*,] sublato appellationis obstaculo, terminetis. Si vero intra duos menses præfatus H. non poterit probare legitime, quod [*ei de paterna hereditate*] obiecit: extunc seculari domino, sub cuius iudicio de hereditate caussa vertitur, intimetis 41), vt pro quæstione natiuitatis non dimittat, quin caussam super hereditate audiat et decidat.

35) Verba: *et abbati Herford.* desunt in edit. ant. et infra in *collect. decretal. Alexandri III. tit. 62. c. 4. p. 333.* Rursus vero hic, vt in cap. præcedente, legendum est: *Fordens* per c. 5. comp. 1. h. t.
36) *Fuisset*, C. R. L. H. et c. 5. comp. 1. h. t. quod insuper in præcedentibus ita variat: *Cum autem H. coram seculari iudice super hoc tractus fuisset in caussam, et præsumsit obiicere*, etc.
37) *Posset*, C. R. L. ed. ant. et gloss.
38) In quæstionem, in *foro seculari* de hereditate motam, incidebat quæstio matrimonii, legitime contracti: et sic an *legitimis natalibus* acturis agebatur, quæ actio suspendebat caussam, in foro seculari agitatam, et ad forum ecclesiasticum *caussam* hanc, vtut *incidenter* propositam, deuoluebat. Neque enim hoc iure iudex secularis, ne quidem *incidenter*, de quæstione legitimi matrimonii cognoscere poterat: c. 3. *X. de ord. cognit.* not. 44. quamuis de iure ciuili aliud dicendum. *l. 1. C. de ord. cognit. l. 5. C. de iudic.*
39) Verba ipsa in cit. c. ita se habent: *de mandato ipsius episcopi idem R. testes produxit, quorum testimonio se probaturum credebat, quod pater eius de legitimo matrimonio fuerit natus. H. vero nullos testes admisit eum producere attendens, et terminum in terminum caussam producere nitebatur, cuius tergiuersationem considerans ad nostram, sicut asserit, audientiam appellauit.*
40) Diction. *patris eiusdem R.* sunt additamentum Raymundi, nec habentur in cit. c.
41) *Caussam intrauit, significetis*, cit. c.

CAP. VI.

Naturales legitimantur per subsequens parentum coniugium, spurii vero non. H. d. inhærendo verbis litteræ. Et est capitulum famosum, et quotidie allegatur in vtroque foro.

IDEM *Exon. episcopo. (ann. 1172.)*

Tanta est b vis matrimonii 42), vt, qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur. Si autem vir, viuente vxore sua, aliam cognouerit, et ex ea prolem susceperit; licet post mortem vxoris eandem duxerit; nihilominus spurius erit filius 43) c, et ab hereditate repellendus; præsertim 44) si in mortem vxoris prioris alteruter eorum aliquid fuerit machinatus: [*quoniam matrimonium legitimum inter se contrahere non potuerunt.*]

42) Ita etiam legitur infra in *collect. decret. Alex. III. tit. 62. c. 5. p. 334.* Sed in *append. ad concil. Lator. III. p. 34. c. 1.* apud *Hard. tom. VI. P. 2. p. 1813.* legitur: *sacramenti*, cui hunc *legitimationis* effectum tribuere videtur pontifex, vt omnem omnino maculam deleat.
43) In C. R. L. additur: *eius*.
44) Interrogatus pontifex erat de casu, quo matrimonium, cum adultera contractum, nullum erat, et sic effectu carebat, hoc est, quia maritus, præter adulterium commissum, insidias struxerat innocenti vxori. ergo quoque de hoc casu decisio intelligenda. Quocirca particula: *præsertim*, hic non intelligenda *restrictiue*, seu *exclusiue*, atque vt in c. 1. *X. de eo, qui duxit in matrim.* vbi particulas *maxime*, ALEXANDER III. vtitur, qua ostendit, veteres canones in genere quidem connubia cum adulteria improbare: multo magis vero tunc, si innocenti structæ sunt insidiæ. Sufficit ergo, matrimonium legitimum ex post facto subsistere posse.

CAP. VII.

De caussa ciuili inter laicos non cognoscit ecclesia: cognoscit tamen, an quis sit de legitimo matrimonio natus.

IDEM *London. et Vigorien.* 45) *episcopis. (ann. 1180.)*

II. Caussam d, quæ inter R. et F. super eo, quod mater dicti R. dicitur non fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis 46) [*iam pridem*] commisimus terminandam. Verum quia litteris nostris inseri fecimus, vt sæpe fato R. possessionem omnium, quorum possessor exstitit, quando auus suus proficiscendi Hierosolymam iter arripuit, ante principalia caussæ 47) ingressum faceretis [*app. cess.*] restitui, si eadem possessione fuisset per violentiam spoliatus; nos attendentes, quod ad regem pertinet, non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare, ne videamur iuri [*et dignitatibus carissimi in Christo filii nostri, Henrici,*] regis Anglorum, detrahere, qui, [*sicut accepimus, motus est et turbatus, quod de possessionibus scripsimus, cum*] ipsarum iudicium ad se asserat pertinere, [*volumus et*] fraternitati vestræ [*per a. s. præc.*] mandamus, quatenus regi possessionum 48) iudicium relinquentes, de caussa principali, videlicet vtrum mater prædicti R. de legitimo sit matrimonio nata, plenius cognoscatis, et caussam huiusmodi 49) [*secundum aliarum litterarum tenorem app. rem.*] terminetis: licet incongruum videatur, vt matrimonium genetricis præfati R. impetatur, quod, ea viuente, non fuit, vt dicitur, impetitum.

45) *Vigorn.* C. R. et L.
46) *Experientiæ vestræ*, c. 7. comp. cit. 1.
47) *Caussa principalis* erat quæstio status: vtrum mater defuncti R. fuerit ex legitimo toro nata, vt per illam dictus R. auo suo, qui forsan in *expeditione cruciata* decesserat, succedere posset? Nam etiam de *statu defuncti*, si caussa successionis inde dependet, litem moueri et decerni posse, extra dubium est. Huic caussæ principali inciderat quæstio *spolii*, quod possessionem omnium bonorum dictus R. ab auo, meditante iter Hierosolymitanum, forsan acceperat, easque postea ab aduersariis, qui matri eius quæstionem status mouerant, spoliatus fuerat: adeoque pontifex, opposita exceptione *spolii*, incidenter de ea cognouerat. Etenim in foris ecclesiasticis etiam de *caussa ciuili*, incidenter proposita, decerni posse, palam est, c. 3. *X. de donat. int. vir et vxor.* licet iudex ecclesiasticus *principaliter* de ea decernere nequeat. *l. 5. C. de iudic. l. 1. C. de ord. cognit.* Hoc tamen non obstante, pontifex hac decretali iniungit delegatis, vt caussam *possessoriis* iudicibus regiis relinquant, de sola caussa natalium decernentes. Etenim *de spolio* R. laudatus coram iudicio regio *principaliter* egerat, ibique iam lis pendebat, adeoque rex Angliæ, HENRICVS, *motus et turbatus* dicebatur, quod pontifex simul de caussa hac iudicibus delegatis scripserat, et ita caussam hanc, coram se iam pendentem, ad extraneum iudicium trahere nitebatur. Etenim ideo exceptionem spolii interpretes extenderant, vt huic locum etiam in caussis quibuscunque, ab aduersario contra spoliatum motis, relinquerent; si vel maxime iam a spoliato principaliter in foro competente de *spolio* actum fuisset. Verum hanc forensem interpretationem ALEXANDER III. haud probat, quod ita litis pendentiæ vis contra iura inferatur, de vna eademque caussa in diuersis foris agatur, et ita contingere possit, vt diuersæ sententiæ in vtroque foro de eadem ferantur, quod tolerandum non erat. Talis *αὐξησις* exceptioni *spolii*, sine vllo fundamento, adscripserunt interpretes, merito refrenanda.
48) *Possessorium*, C. R. 2. et L.
49) *Et tam secundum* etc. cit. c.

CAP. VIII.

Si mulier, per iudicium ecclesiæ separata a primo, viuente illo, contrahit cum secundo: legitima erit proles, quam ex illo suscepit.

IDEM *episcopo et archidiacono* 50) *Vin entino* 51). *(ann. 1180. Romæ in Dalmatiam.)*

Perlatum e est ad audientiam nostram, quod, cum Herm. [*filius quondam Lazari,*] ad partes Constantinop. transisset, et ibi 51*) moram per decennium et amplius faciens, ad I. 52) vxorem suam non rediens 53) f,

50) *Episcopo et archiepiscopo*, ed. Pith. sed perperam.
51) *Vicentino*, C. R. 1 L. et c. 8 comp. cit. 1. rectius.
51*) *Vit.*, C. H.
52) *Ad Winnam, quondam filiam Olmardi.* cit. c.
53) *Non rediret*, C. R. et L.

a *Cap. 5. eod. tit. in 1. comp.* Et quatenus ex hoc. c. colligitur, quod quæstio spiritualis remittenda est ad iudicem ecclesiasticum, si incidat coram iudice seculari, vide Bart. et Alex. in l. Titia, ff. solut. matrim. b *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil.*

c *Vide l. bonorum per Bart. ff. rem rat. hab. et l. pen. §. vxor. ff. solut. matrim.* d *Cap. 7 eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 31 cap. 4.* e *C. 8 eod. tit. in 1. comp. post conc. Lat. p. 30. c. 23.* f Rediret.

 ipsa

ipsa apud bonæ mem. [*I. quondam*] Vincentinum 54) episcopum, aduersus eum 55) querelam deposuit, et quod eum non posset diutius exspectare, nihilominus allegauit. Episcopus vero, sicut vir 56) prouidus et discretus, parentibus [*prædicti*] viri mandauit, vt pro eo mitterent, et ipsum ad propria reuocarent. Cumque, elapso longi temporis spatio *a*, vir [*prædictus*] non remearet ad propria: episcopus in conspectu ecclesiæ, auditis rationibus 57) mulieris, inter eos sententiam diuortii 58) promulgauit, et mulieri, vt alium duceret, [*plenam*] facultatem indulsit 59). [*Quia igitur huius rei veritas nobis non constat: dil. v. per a. s. praec.*] mandamus, quatenus [*rem ipsam diligenter inuestigetis, et,*] si [*vobis*] constiterit, quod episcopus inter eos sententiam diuortii tulerit, filios [*eius,*] quos sustulit 60) de alio 61), ad cuius copulam 62) auctoritate prædicti episcopi [*sine quæstione et contradictione*] migrauit, legitimos iudicetis, eos hac occasione ab hereditate non patientes excludi 63). [*Et si quis contra hoc niti voluerit: ei auctoritate apost. silentium penitus imponatis.*]

54) *Vicent.* C. R. 2. L. et cit. c. testius.
55) *Virum suum*, cit. c.
56) *Vir*, in C. L. non legitur.
57) *Allegationibus*, cit. c.
58) Ex caussa *desertionis*: quia post decennium episcopus eum reuocauerat, et ita sinul ad *caussam desertionis* citauerat. Dubium ergo incidabat: verum liberi ex secunda nuptiæ, a muliere post sententiam diuortii initis, nati essent legitimi? quod hæ valerentur illicitæ: licet auctoritate iudiciali ad secunda vota transiisset vxor, quod demum in casu, si infidelis fidelem deserat, hæc permissa sint, *c. f. X. de conuers. coniug.* Quia tamen bona fide, sub auctoritate iudiciali, ad secundum torum transierat mulier, et maritus eius quoque in bona fide principaliter erat: liberi, inde nati, legitimi declarati sunt.
59) *Alii nuberet, indulsit*, C. H. *alium virum traduceret*, cit. c.
60) *Sustulerit*, C. R. 2. L. et cit.
61) *De Ricardo, filio quondam Rad.* cit. c.
62) *Consortium*, C. R. et L.
63) *Ab hereditate non patiamini excludi, sed eos legitimos iudicetis*, cit. c. vt est in concil.

CAP. IX.

Filii, nati ex matrimonio clandestino per ecclesiam approbato, sunt legitimi. H. d. inhærendo litteræ.

IDEM *Beluacen. episcopo. (ann. 1180.)*

Quod *b* nobis 64): [*et infra.*] Si qui autem de clandestino matrimonio, postmodum ab ecclesia comprobato 65), [*et rato habito,*] generati fuerint: eos legitimos iudices 66) filios et heredes.

64) Vide supra *c. 2. de cland. desponſ.* cuius hæc decretalis est lacinia.
65) Si præsertim auctoritate episcopi accesserit ἱερολογία. Ad *tit. de cland. desponsat* enim monstratum est, furtiuas sæpe nuptias, sine benedictione sacerdotali, priuato contrahentium consensu olim contractas, fuisse *ratas* quidem, sed non *legitimas*. Vbi autem ab *ecclesia*, h. e. *auctoritate episcopi* comprobatæ erant, pro publice, in conspectu ecclesiæ contractis habebantur: quod tamen aliter fieri non poterat, quam accedente *benedictione sacerdotali*.
66) *Iudicetis*, C. H.

CAP. X.

Nati ex matrimonio, contracto contra publicæ honestatis iustitiam, illegitimi sunt, et ab hereditate parentum excludendi. Et tene menti hunc casum, quia sæpe, per ignorantiam accidit.

COELESTINVS III. 67) *Eboracen. archiepiscopo. (ann. 1192.)*

Referente 68) *c* nobis: [*et infra.*] Frat. t. 69) respond. quod, publicæ honestatis iustitia prohibente, matrimonium inter eos contrahi non potuit, et contractum debuit separari: ac per hoc, cum filii nec per ecclesiæ permissionem, nec per paternam ignorantiam excusentur, ad successionem bonorum paternorum non videntur aliquatens admittendi.

67) *Idem*, C. R. r.
68) *Deferente*, c. 1. comp. 2. h. t.
69) *Tibi*, C. R. L. et cit. c.

CAP. XI.

Ad docendum prolem illegitimam, non sufficit probare impedimentum matrimonii, si fuit in facie ecclesiæ contractum.

IDEM. [*Lincolnien. episcopo et abbati T.*]

Peruenit *d* sane ad nos ex insinuatione E. 70) viduæ, quod, cum inter G. 71) patrem suum, et A. 72) matrem illius, matrimonium fuisset legitime celebratum, et, quamdiu vixerunt 73), quiete permanserunt 74) *e*, post illorum decessum quidam asserentes, eam de non legitimo matrimonio fuisse susceptam, a paterna hereditate, tanquam illegitimam, amouere conantur. Mandamus itaque 75) [*discr. v. per a. s.*] quatenus, si est ita 76), dictam viduam [*auctoritate nostra*] legitimam nuntietis 77).

70) *Luciæ*, C. R. L. H. et c. 2. comp. cit. 2.
71) In C. H. legitur: *C.*
72) *L.* est ibid.
73) *Vixerunt*, C. R. r. *vixit*, H. *vixerat*, cit. c.
74) *Permanserunt*, C. R. L. et H. *obseruarunt*, cit. c.
75) *Itaque*, a C. R. r. abest.
76) *Si vera sunt, quæ præmisimus*, cit. c.
77) *Iudicetis*, C. R. et L. Neque tamen hac decretali simpliciter prohibitum est de statu defunctorum parentum litem mouere, cuius contrarium euictum est ad c. 7. X. h. t. not. 47. Sed in hypothesi tantum asseritur, viduam esse iudicandam legitimam: quod forsan parentes *ignoranter* et *bona fide* in matrimonio, nulliter contracto, vixerint, quales errores matrimoniorum frequentissimi in antiquitatibus sacris et profanis enarrantur, seu ostendit *HERTIVS* de *matrimon. putatiuo.*

CAP. XII.

Statur dicto testium, qui probant aliquem legitimum: licet fama viciniæ et tractatus parentum habeat contrarium.

INNOCENTIVS III. 78) *(ann. 1198.)*

Per tuas *f* [*nobis*] litteras intimasti, quod Rao de Accresca ex muliere [*quadam,*] quam secundum opinionem maioris partis viciniæ in concubinam habebat, prole suscepta, quandam post, et aliam, ea defuncta, duxit in vxorem: et ea, de qua prolem susceperat, virum sibi alium copulauit. Processu vero temporis idem R. in præsentia multorum firmauit proprio iuramento, quod eam, quam habere visus fuerat concubinam, prius affidauerit 79) in vxorem, quam ex ea filium genuisset: et [*R.*] postea 80) cum 81) *g* [*per sex annos et vltra vixisset dum*] ageret in extremis, eum, quem ex ea susceperat, in testamento heredem instituens, legitimum filium appellauit *h*. Cum autem tuæ inquisitioni [*et decisioni*] fuisset commissum, an filius, sic susceptus, legitimus esset heres ipsius R. et ad eius patrimonium admittendus; tu præter id 82), quod ex quadam decretali 83) bonæ memoriæ Alex. papæ, prædecess. nostri, standum 84) esse super hoc verbo viri et mulieris credebas: receptis testibus, a filio eiusdem R. 84*) productis 85), quibus legitime comprobauit, prædictum R. matrem suam in capella sancti Sergii affidasse, eum 86) ipsius R. heredem esse legitimum 87), iudicasti. Nos autem 88) attendentes, quod plus est, quod in veritate agitur, quam quod simulate concipitur, licet dictus R. cum 89), ea dimissa, quam vt concubinam habuerat, ad alia vota transiuerit 90) *i*, videatur ipso facto matrimonium, quod inter eos celebratum fuerat 91), denegasse, quia tamen desponsatio 92), per testes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuisse coniunctos, ostendit, siue desponsatio ipsa 93) fuerit de præsenti 94), vt per consensum legitimum, per verba 95) de præsenti expressum, copula matrimonii inter eos fuerit celebrata, siue per verba de futuro, carnali copula subsequuta 96), non tam decretali dicti 97) prædecess. nostri, quæ in casu dissimili loquitur, quam inductis probationibus innitentes, te processisse legitime respondemus, et sententiam tuam auctoritate apostolica confirmamus, [*et præsentis conscripti patrocinio communimus, auctoritate tibi præsentium iniungentes, vt sententiam ipsam facias, monitione præmissa, per censuram eccl. inuiolabiliter obseruari.*]

78) Integra inscriptio supplenda ex *libr. 1. epist.* 322. anno primo regiminis scripta: *Hydruntin. archiepiscopo.*
79) *Affidauerat*, C. R. ed. ant. Cont. gloss. Pith. et c. 1. comp. 3. h. t.
80) *Et R. cum post iuramentum illud per sex* etc. cit. c.
81) *Dum*, C. R. et L.
82) *Propter id*, cit. c.
83) Relata in c. 3. X. h. t.
84) *Statuendum esse*, cit. n. b.
84*) *T.* legitur in C. L.
85) *Testes, a filio eiusdem R. productos, prouide suscepisti*, cit. c.
86) *Cum*, C. H. *propter quod eum*, cit. c.
87) *Legitime*, C. R. 1.
88) *Igitur*, C. R. 1. L. H. et cit. c.
89) *Cum*, deest in C. H.
90) *Transiuit*, C. R. L. et cit. c.
91) *Videatur ex ipso facto, quod matrimonium inter eos celebratum fuerit, denegasse*, cit. c.
92) In hoc eo tempore differebat *concubinatus* a *matrimonio furtiuo*, quod hoc præcedebant sponsalia vel de præsenti vel de futuro: non item in *concubinatu*, in quo cohabitatio maris et feminæ sine præcedentibus sponsalibus suscepta erat. Notandum præterea, in hac decretali occurrere appellationem *desponsationis de præsenti*, quæ rarius occurrit, et loco eius regulariter *sponsalium per verba de præsenti* fit mentio.
93) *Ipsius*, C. R. 1.
94) Dictio *de præsenti*, abest a C. H.
95) *Et verbis*, cit. c.
96) *Sit sequuta*, C. R. 1. sed in cit. c. verba: *siue per verba de futuro carnali* etc. omittuntur.
97) *Dicti*, in C. R. 1. et cit. c. non habetur.

a *Adde, quod dicitur esse longum temporis spatium, Inst. de vsucap.* §. t. et l. fin. C. *de præscr. long. temp.* b *Cap. 3. tit. de clandest. desponſ. in 1. comp. et post conc. Lat. p. 50. c. 17. vide citata in c. cum inhibitio supr. de clandest. desp.* c *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp.* d *C. 2. eod. tit. in 2. compil.* e Permanserunt.

f *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* g *Dum* h *Vide Panorm. cap. fin. de mut. petit. et Ias. in l. neque professio. C. de testamentis.* i Transiuit.

CAP.

CAP. XIII.

In terris ecclesiæ papa potest libere illegitimos legitimare, in terris vero alienis non, nisi ex caussis multum arduis, vel nisi in spiritualibus; tunc tamen indirecte et per quandam consequentiam intelligitur legitimare etiam quoad temporalia: hoc tamen vltimum non est sine scrupulo. H. d. secundum intellectum, qui placet Panorm. et est cap. difficile, et multum famosum.

IDEM *nobili viro Guilielmo Montis Pessulani. (ann. 1202.)*

Per a venerabilem fratrem nostrum, Arelaten. archiepiscopum, [*ad sedem apost. accedentem,*] tua nobis humilitas supplicauit, vt filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quo minus tibi succederent, natalium obiectio non noceret. Quod autem super hoc apostolica sedes plenam habeat potestatem 98), ex illo videtur, quod, diuersis caussis inspectis, cum quibusdam, minus legitime genitis, non naturalibus *b* tantum, sed adulterinis etiam dispensauit, sic ad actus spirituales illos legitimans, vt possint 99) in episcopos promoueri. Ex quo 100) verisimilius creditur, et probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat seculares; præsertim si 1) præter Romanos pontifices 2) inter homines superiorem alium non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem: quia, cum maior in spiritualibus tam prouidentia, quam auctoritas et idoneitas requiratur 3), quod in maiori conceditur, licitum esse videtur et *c* in minori. Per simile quoque 4) id videtur posse probari, cum eo ipso, quod aliquis ad apicem episcopalis dignitatis attollitur, eximitur a patria potestate. Præterea etiamsi simplex episcopus scienter seruum alterius in presbyterum 5) ordinaret, licet ordinator satisfacere domino [*iuxta formam canonicam*] teneretur, ordinatus tamen iugum euaderet seruitutis. Videretur 6) *d* siquidem monstrosum, vt, qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret. Vnde, cum in spiritualibus dispensetur 7) *e*, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autem in patrimonio beati Petri libere potest apost. sed. efficere 8), in quo et summi pontificis auctoritatem exercet 9), et summi principis exsequitur potestatem. [*Cum ergo videatur ex his legitimandi auctoritas non tantum in temporalibus, sed in spiritualibus et penes Romanam ecclesiam residere: vt super hoc filiis tuis gratiam faceremus ob tua et progenitorum tuorum merita, qui semper in protectione sedis apost. perstitisti, humiliter ex parte tua idem archiepiscopus requirebat.*] Videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam postulandi, quod, [*non longe petere cogebatur exemplum, sed in fauorem petitionis huiusmodi, quod nos ipsos in caussa simili fecisse dicebat, poterat allegare.*] Cum [*cum carissimus in Christo filius noster Ph.*] rex Francorum [*illustris, carissimam in Christo filiam nostram*] I. [*Francorum*] reginam 10) [*illustrem,*] dimiserit, et ex alia postmodum superducta 11) puerum susceperit 12) et puellam, et tu similiter, exclusa legitima, superduxeris aliam, ex qua filios suscepisti: sicut cum filiis regis eiusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate apostol. sed. dispensandum, [*præsertim cum maior id necessitas suaderet, et tu nobis specialius sis subiectus; siquidem rex Francorum ex inclytæ recordationis regina Francorum olim legitimum suscepit heredem, qui ei optatur, et creditur in regni solio successurus: tu vero, ex legitima coniuge masculum non habens heredem, qui tibi in deuotione nostra et propria hereditate succedat. Insuper, cum rex ipse in spiritualibus nobis subiaceat, tu nobis et in spiritualibus et temporalibus es subiectus; cum partem terræ tuæ ab ecclesia Magalon. possideas quam ipsa per sed. ap. temporaliter recognoscit: quia, Megalon. ecclesia mediante nobis idem archiepiscopus asserebat, te temporaliter subiacere.*] Verum, si veritas diligenter inspicitur, non res similis, sed valde dissimilis inuenitur. Nam rex ipse *a* [*prædicta*] regina per [*bon. mem.*] Remens. archiepiscopum, apostolicæ sedis legatum, fuit per sententiam separatus: tu vero vxorem tuam a te, [*sicut dicitur,*] temeritate propria separasti. Ipse quoque, priusquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera peruenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse: sed tu in contemtum ecclesiæ, aliam superinducere 13) attentasti, [*propter quod ipsa in te gladium exercuit ecclesiasticæ vltionis.*] Præterea rex ipse [*prædictæ reginæ*] contra matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, et coram præfato archiepiscopo testes induxit: cuius sententia quia cassata fuit solummodo propter iudiciarium ordinem non seruatum, nos [*ei*] post restitutionem reginæ [*super hoc*] alios 14) cognitores duximus deputandos. Tu vero vxori tuæ nihil, quod diuortium induceret, [*sicut asseritur,*] obiecisti: cum, etsi fides tori sit vnum de tribus bonis coniugii, non tamen ipsius violatio coniugale vinculum violasset. De filiis ergo eiusdem regis, vtrum legitimi vel illegitimi fuerint, quamdiu pendet quæstio affinitatis 15) obiectæ, potest 16) non immerito dubitari. Nam si affinitas fuerit comprobata; prædictam reginam non esse regis coniugem, apparebit: et per consequens alia videbatur sibi legitime copulata, et filios ei legitimos peperisse. [*De tuis vero, quod sint legitimi nati, nec tu ipse proponis, nec vlla præsumitur ratione.*] Insuper cum rex [*ipse*] superiorem in temporalibus minime recognoscat: sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit, [*et subiecit.*] In quo [*forsitan*] videretur 17) aliquibus, quod per se ipsum, non tanquam pater cum filiis, sed tanquam princeps cum subditis *f*, potuit dispensare. Tu autem nosceris aliis subiacere. [*Vnde sine ipsorum forsan iniuria, nisi præstarent in his assensum, in hoc subdere te non posses, nec eius auctoritatis existis, vt dispensandi super his liberam habeas facultatem.*] Rationibus igitur his inducti, regi gratiam fecimus requisiti, caussam tam ex veteri, quam ex nouo testamento trahentes, quod non solum in ecclesiæ patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem, verum etiam in aliis regionibus, certis caussis inspectis, temporalem iurisdictionem casualiter 18) exercemus; non quod alieno iuri præiudicare velimus, [*vel potestatem nobis indebitam vsurpare: cum non ignoremus, Christum in euangelio respondisse: reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et, quæ sunt Dei, Deo. Propter quod postulatus, vt hereditatem diuideret inter duos, quis, inquit, constituit me super vos iudicem?*] sed, quia, sicut in Deuteronomio *g* continetur: *si difficile et ambiguum 19) apud te iudicium esse perspexeris 20), inter sanguinem et sanguinem, caussam et caussam, lepram et lepram 21), et iudicium inter portas* [*tuas*] *videris variari:* [*surge et adscende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus,*] *venietque 22) ad sacerdotes Leuitici generis, et ad iudicem, qui fuerit illo tempore,* [*quæresque ab eis,*] *qui iudicabunt 23) tibi iudicii veritatem: et facies, quæcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam 24): qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo,* [*et*] *decreto 25) iudicis morietur,* [*et auferes malum de Israel.*] Sane, cum Deuteronomium lex secunda interpretetur: ex vi vocabuli comprobatur [*in hoc,*] vt, quod ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari. Locus enim, quem elegit Dominus, apostolica sedes esse cognoscitur 26), [*sic, quod eam Dominus in se ipso a lapide angulari fundauit.*] Cum enim Petrus, vrbem fugiens, exiuisset; volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, Domine, quo vadis? respondit: venio Romam iterum crucifigi: quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus. Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in exsequutione sacerdotalis officii coadiutores existunt. Is vero super eos sacerdos siue iudex existit, cui 27) Dominus inquit, in Petro *h*: [*quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in cælis,* [*et quodcunque solueris super t. e. s. et in cæl.*] Eius vicarius, qui est sacerdos in æternum secundum *i* ordinem Melchisedech, constitutus a Deo iudex viuorum et mortuorum. Tria quippe distinguit 28) iudicia. Primum inter sanguinem et sanguinem, per quod criminale intelligitur et ciuile. Vltimum inter lepram et lepram, per quod ecclesiasticum et criminale notatur. Medium inter caussam et caussam, quod ad vtrumque refertur, tam ecclesiasticum,

98) Ita etiam legitur in *epist.* 128. *libr. V.* quamuis C. R. 1. loco eius legat: *facultatem.* Et his verbis pontifex se legitimas ad caussam, et ostendit, quatenus potestatem legitimos natales liberis, illegitime natis, restituendi sibi asserere queat. Etenim comes montis Pessulani, dimissa legitima vxore MATHILDE, aliam, AGNETEM, superinduxit, quæ illegitima erat vxor, et sic liberi, inde nati, illegitimi. Ceterum ipse comes montis Pessulani regi Francorum subiectus erat, cuius supremæ potestati præiudicium adferre noluit pontifex per hunc legitimationis effectum.

99) *Possent*, C. R. 2.

100) Dictiones *ex quo*, non sunt in c. 2. comp. cit. 3. immo incongrue deinde legitur: *similius.*

1) *Cum*, C. L.

2) *Ecclesia Romana pontif.* C. R. 1. *Romanum pontificem*, L.

3) *Requirantur*, C. H.

4) *Idem quoque*, ibidem.

5) *Episcopum*, cit. c.

6) *Videtur*, C. R. 1. et cit. c.

7) *Dispensatur*, C. R. L. et H. *cum quo in spiritualibus dispensatur*, cit. c.

8) *Efficere*, non est in cit. c.

9) Voces: *et summi pontificis auctoritatem exercet*, ibid. non habentur.

10) *Francorum reginam*, C. R. et L.

11) *Superinducta*, C. R. 2.

12) *Suscepit*, C. R. L. H. et ed. gloss.

13) *Superducere*, C. H.

14) *Venerab. f. O. Hostiensem episcopum, et dil. f. I. tit. S. Prisca, presbyterum card.* cit. c.

15) *Consanguinitatis*, C. H.

16) *Poterit*, ibid.

17) *Videtur*, C. R. 1.

18) *Carnaliter*, cit. c.

19) *Vel ambiguum*, C. R. c. sed in C. H. hæc verba desunt.

20) *Prospexeris*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.

21) *Et non lepram*, cit. c.

22) *Venies*, C. R. 2. L. ed. ant. Cont. et Pith.

23) *Iudicabunt*, C. R. 1. et L. *iudicabit*, C. R. 2.

24) *Quem elegerint, et docuerint te iuxta legem eius, sequerisque eorum sententiam, nec declinabis ad dexteram vel sinistram. Qui autem* etc. cit. c.

25) *Et decreto*, C. R. L. et H.

26) *Dignoscitur*, C. H. *apud sedem ap. esse* etc. ed. ant.

27) *Cum*, C. R. 1.

28) *Distinguunt*, cit. c.

a C. 2. eod. tit. in 3. comp. vide Couarr. ep. 4. decr. p. 2. c. 8. §. 8.
b Qui dicuntur filii naturales, adulterini, spurii et alii illegitimi nati, quonis nomine appellentur, vide card. Pole tum l. de nothis et spur. filiis. *c* Al. etiam in minori. *d* Videtur. *e* Dispensatur.

f Subiectis. *g* Deuteron. 17. Hæc Deut. auctoritas protenditur vsque ad illa verba: sane cum Deuteronomium, in ea imprimenda sequuti sumus antiqua et magis emendata Greg. exemplaria. Quantum ad verba tantisper differt a vulgata editione, sed eadem est sententia. *h* Matth. 16. *i* Psalm. 109. Act. 10.

quam

quam ciuile: in quibus cum aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium est sedis apostolicæ recurrendum, cuius sententiam, qui superbiens contempserit obseruare, mori præcipitur, id est, per excommunicationis sententiam, velut mortuus, a communione fidelium separari. Paulus enim 29), vt plenitudinem potestatis exponeret, ad Corinth. a scribens ait: *nescitis, quoniam angelos iudicabitis 30), quanto magis secularia? Porro secularis officium potestatis interdum et in quibusdam per se, nonnunquam autem et in nonnullis per alios exsequi consueuit.* Licet igitur cum filiis sæpe dicti b regis [*Francorum*,] de quibus, an fuerint legitimi ab initio, dubitatur 31), duxerimus dispensandum; quia tamen tam lex Mosaica, quam canonica sobolem, susceptam ex adulterio, detestatur c, testante Domino, quod manzeres d et spurii 32) vsque ad 33) decimam generationem in ecclesiam non intrabunt; canone vero vetante tales ad sacros ordines promoueri, secularibus quoque legibus non solum repellentibus eos a successione paterna, sed negantibus ipsis etiam alimenta; petitioni tuæ non duximus annuendum 34), [*donec, si fieri poterit, et culpa leuior et iurisdictio liberior ostendatur: licet personam tuam speciali dilectionis brachio amplexemur, et, in quibus cum Deo et honestate possumus, specialem tibi velimus gratiam exhiberi.*]

29) *Etiam*, C. R. L. et cit. c.
30) *Iudicabimus*, cit. c.
31) *Dubitabatur*, C. R. 2.
32) *Manzer et spurius*, cit. c. omissa partic. *quod.*
33) *In*, C. R. L. ed gloss. et cit. c.
34) *Supersedendum adhuc duximus petitioni prædictæ, nec ad præsens super hoc tuis precibus annuendum*, cit. c.

CAP. XIV.

Si coniugatus, viuente prima, in facie ecclesiæ contrahit cum secunda, hoc ignorante: legitima erit eorum proles.

IDEM *H. et R. 35) canonicis Beneuentanis.* (*ann.* 1201.)

Ex tenore e litterarum vestrarum nobis innotuit 36), quod, cum G. vidua hereditatem Roberti, quondam mariti sui [*a Landulfo de Granino et nepotibus suis cum fructibus, inde perceptis, in præsentia vestra, qui ex delegatione nostra de caussa cognoscebatis, eadem*] sibi 37) et pupillo, filio suo, restitui postularet, pars aduersa petitionem eius nitebatur excludere, pro eo, quod R. maritum ipsius viduæ, de adulterio genitum asserebat, [*proponens, quod dicti R. pater, viuente vxore, legitimam quondam aliam, Mauritiam nomine, superduxit, ex qua præfatum R. maritum ipsius viduæ genuerat. E contra vero pars viduæ respondebat, quod, cum Mauritia præfata, nesciens, quod dicti R. pater aliam haberet vxorem, cum eo in facie ecclesiæ contraxisset, et filius, quem suscepit ab eo, legitimus debeat haberi: cum non debeant illegitimi reputari, qui de adulterio conscio non nascuntur. Cumque super hoc diutius fuisset in vestra præsentia litigatum, et illorum prudentum sententiæ, quorum consilium requisistis, in hoc inuicem discordarent: sedem duxistis ap. consulendam. Nos igitur, intellectis his et aliis, quæ per vestras nobis litteras intimastis, habito cum fratribus nostris diligenti tractatu,*] intelligentes, quod pater prædicti R. matrem ipsius in facie 38) ecclesiæ, ignaram [*penitus*,] quod ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in vxorem, et dum ipsa coniux ipsius legitima putaretur 39), dictum R. suscepit 40) ex eadem, in fauorem prolis potius declinamus, memoratum R. [*quoad hoc*] legitimum reputantes. [*Ideoque discretioni vestræ per a. s. m. quatenus eum tam legitimum reputetis, in ceteris iuxta tenorem litterarum vestrarum ratione præuia processuri.*]

35) *Idem Henrico et Vitali canonico Beneuent.* c. 3. comp. cit. 3. *Huberto et R.* C. M.
36) *Innotuisse noscatis*, cit. c.
37) *Sibi*, deest in C. H.
38) Ita recte C. R. L. et ed. gloss. *in facie ecclesiæ sæpe dictam M. ignaram* etc. cit. c loco vocum: *matrem ipsius.*
39) inde tale matrimonium, bona fide, ob ignorantiam etiam vnius coniugis, in facie ecclesiæ contractum, vocatur *putatiuum*, quod intuitu liberorum et innocentis coniugis omnes effectus legitimi matrimonii habet.
40) *Susceperit*, C. R. L. H. ed gloss. et cit. c.

CAP. XV.

Proles infidelium, qui postea conuertuntur, legitima est: etiamsi parentes sunt in gradu prohibito lege canonica.

IDEM *episcopo Tibur.* 41) f (*ann.* 1200.)

Gaudemus g: [*et infra.*] Ceterum prolem, de infidelium 42) coniunctionibus natam, qui secundo, tertio 43), vel vlteriore gradu, secundum opinionem illorum h matrimoniali contraxerunt affectu, post fidem receptam, vtilitate publica suadente, legitimam volumus reputari.

41) *Tiberin.* C. R. 1. *Tyb.* C. R. 2. et H. Propius ad veritatem accesserunt C. L. et edit. antiqu. quæ *Tiber.* h. c. *Tiberiadens.* habent, quæ lectio etiam notata in margine ad c. 4. *comp.* 3. *h. t.* desumta est e c. 8. *X. de diuort.* vnde, quæ hic omissa, supplenda. Integra decretalis conseruata est in *RAYNERII collect. decret. Innocentii III. tit.* 40. *p.* 604. *edit. Baluz.*
42) Loco huius vocis in cit. c legimus: *illorum, qui in infidelitate viuerent.* Deinde series verborum ita differt: *qui secundum opin. illor. matr. contrahuntur affectu.*
43) *Vel tertio*, C. L.

TITVLVS XVIII.

QVI MATRIMONIVM i ACCVSARE POSSVNT, VEL CONTRA ILLVD TESTARI 44).

CAP. I.

Cum agitur de fœdere matrimonii; reo absente contumaciter, possunt super impedimento matrimonii recipi testes; dummodo sint legitimi: et ad dicta eorum fertur sententia.

ALEXANDER III. *Parisiensi 45) k episcopo.* (*ann.* 1172.)

Relatum l est [*nobis ex parte tua*,] quod, cum pater cuiusdam puellæ eam cuidam ciui Parisiensi m nuptui tradidisset, maritus post aliquot annos, quibus cum vxore permansit, propter homicidium, quod commisit, de ciuitate timore mortis exiuit. Nunc autem dicitur [*et videtur, legitime*] posse probari, quod pater [*prædictæ*] puellæ [*ad Christianitatem iuuenem tenuit, et quod est amplius*,] eum de sacro fonte n leuauit: sed litteris tuis quæsitus nondum potuit inueniri, licet quinquennium sit transactum 46). [*Quia igitur super hoc tua nos duxit fraternitas consulendos:*] consultationi tuæ taliter respond. 47) *quod, si iuuenis et puella aliquot annis sine quæstione fuerunt simul, qui præscriptum matrimonium nunc accusant, non videntur suspicione carere* 48). [*Ceterum*] quodsi manifestum est, quod asseritur, aut legitimi accusatores et testes appareant [*omni exceptione maiores;*] postquam iuuenis fuerit cum omni diligentia requisitus, etiamsi nequiuerit inueniri 49): testes recipere poteris 50), et sine canonico iudicium terminare. [*Tu tamen ita procedas, quod amorem aliquem aut commodum temporale nequaquam præponere iustitiæ videaris. Sane, illi, quibus scientibus et tacentibus, matrimonium est contractum, non sunt contra ipsum vlterius audiendi.*]

44) *Et testificari*, C. R. 1. et ed. ant. *vel testificari*, L. et comp. 2. *vel in eo testificari*, comp. 1. *h. t. et circa illud testificari*, C. H. sed verba: *contra illud*, desunt in C. R. 1. et L. in C. R. 2. autem omittuntur verba: *vel contra illud testari*
45) *Parisien.* C. R. L. H. et c. 1. comp. cit. t. per totum.
46) *Iam dicatur elapsum*, cit. c.
47) *Præsentium significatione mandamus*, ibid.
48) Verb. *quodsi iuuenis*, vsque ad verbum *carere*, in C. R. L. H. ed. ant. et gloss. omittuntur.
49) Et sic litis contestatio impeditur: quia etiam iudex ecclesiasticus, lite non contestata, in matrimonialibus testes recipere potest, c. 1. *X. vt lit. non cont.*
50) *Poteris*, C. L. *potes*, H.

CAP. II.

Accusatio et testimonium in caussa matrimoniali personaliter, et non per litteras, fieri debent.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

A nobis o est [*ex parte ecclesiæ vestræ*] quæsitum 51), vtrum aliqui, super accusatione matrimonii nihil voce propria depromentes 52) p, debeant per solam chartulæ conscriptionem 53) admitti. Ad hoc respondemus, quod in talibus, nisi quantum 54) ad præsumptionem, nullius momenti est conscriptio, quoad sententiam proferendam, nisi alia legitima adminicula 55) suffragentur 56). [*Præterea quia et hoc consultationi fuit additum: proinde respondemus, quod, qui sponsalibus interfuerunt, et tacuere quæsiti, non sunt postea recipiendi, si velint contra matrimonium aliqua consiteri, nisi de his aliqua velint dicere, quæ in veritate postea didicerunt, de quibus tamen constet, eos nil factæ interrogationis tempore cognouisse. Qualiter vero ab iis, qui accusant matrimonium, vel aliquod protestantur, accipiendum sit sacramentum, et post quot annos sint aliqui in accusatione matrimonii audiendi, præsentibus litteris non duximus adnectendum: quia forma huius sacramenti pæne in omnibus patet canonibus diligenter expressa, et quia per varietatem casuum et diuersitates personarum certa de annorum spatio his non possit meta præfigi.*]

51) *Requisitum*, c. 4. comp. 2. h. t.
52) *Exprimentes*, C. L. *deponentes*, H.
53) H. e. per attestata testium scripta: cum quod iniurata sint, tum quod sine auctoritate iudiciali exposita et requisita.
54) *In quantum*, ed. ant.
55) *Adminicula*, in C. R. H. et ed. ant. non legitur.
56) Verba finalia huius decretalis ipsa in cit. c ita se habent: *quoad sententiam calculum proferendum, nisi alia legitime suffragentur.* Sed in margine est: *legitima*, quæ vox est etiam in aliis loco dictionis: *legitime.*

a 1. Cor. 6. b Præfati. c Deut. 23. d Manzeres qui dicantur, tradit Couarruuias libr. 4. decr. part. 2. c. 18 §. 1. e Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. Bald. in l. qui contra, Cod. de incest. nuptiis. f Tyb. al. Tibu. al. Tybertur. g Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.

h Eorum. i Al. ita: de his, qui matrimonium, etc. alias desunt illa verba: vel contra illud testificari. k Parmens. al. Parisiens. l Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. m Parmensi. n Vide concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. matr. c. 2. o C. 4. eod. tit. in 2. comp. p Deponentes.

CAP.

CAP. III.

In caussa matrimoniali super consanguinitate et contractu testificari possunt consanguinei et parentes.

CLEMENS a III. 57) *papa Florentino episcopo.* 58) *(ann. 1190.)*

Videtur b nobis, [*quod secunda, quam contra prohibitionem ecclesiae duxit, non sit vxor, etsi primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum et ordinem ecclesiae factum est, ratum non haberi, tanquam inordinatum, tam diuinae quam humanae legis auctoritas proclamat. Quia igitur ea, quam inordinate superduxit, prohibitione renitente, vxor non est; cogendus est eam recipere, quam iurauit et desponsauit, atque ex ea prolem genuit: vt iuramenti religio non vilipendatur, et fides promissa adinuicem conseruetur, et proles in cultu Dei nutriatur et educetur, et alii exinde occasionem peierandi et alias decipiendi, assumere non valeant.*] Quod [*autem*] parentes, fratres, et cognati vtriusque sexus, in testificatione suorum 59) ad matrimonium coniungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quam legibus approbatur, [*et tam diuinis quam humanis legibus similiter adprobatur. In dirimendo enim matrimonio*] ideo maxime parentes [*recipiuntur, siue,*] si defuerint parentes, proximiores admittuntur 59*): quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus 60) et chartis, tum etiam ex recitatione 61) maiorum scire laborat 62). [*Quia igitur aliis melius sciunt: ideo maxime admittuntur. Similiter recipiuntur in testificatione matrimonii gratia coniungendi.*] Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, et quorum est interesse, ita, vt, si non interfuerint 63), et consensum non adhibuerint 64), secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur c, pater non recipiatur in caussa filii, nec filius in caussa patris; in criminalibus 65) caussis et contractibus 66) verum est: in matrimonio vero, coniungendo et disiungendo, ex ipsius coniugii praerogatiua, et quia fauorabilis res est, congrue admittuntur 67).

57) toter capita interpolata hic textus in *decreto GRATIANI* refertur, in *c. 2. C. XXXV. qu. 6.* et *c. 1. comp. 1. de matrim. contra interd. eccl. celebr.* COELESTINO sine determinatione numeri tribuitur. COELESTINO III. eum adscribunt C. R. et L. *Ego, ait AVGVSTINVS in not. ad comp. 1. cit. c. 1. p. 835. Coelestino II. esse hoc caput suspicor. Nam neque in volumine Gratiani, neque in prima collectione vllum rescriptum exstat Coelestini III. Si quis Coelestino I. diceret, pene contumelia adficeret sanctissimum virum.* In quo vero haec contumelia et iniuria, sanctissimo viro illata, consistat, vix concipi potest; cum nihil, cum sanctitate viri pugnans, decisio contineat, imo probabile sit ex *COELESTINI I. decretis* hoc caput compilationi GRATIANI interpolatum fuisse, quod *palea* ex antiquissimis canonibus et decretis paparum priscorum deprompta sint: cum, si COELESTINO II. illud tribuendum esset, post annum MCXLIII. locari deberet, h. e. inter decretales recentissimas.
58) *Florentinae ecclesiae*, cit. c. sed haec vocab. in C. H. non leguntur.
59) *Filii vel filia*, c. 1. cit.
59*) *Admittantur*, C. L.
60) *Tum testibus*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
61) *Exercitatione*, cit. c. sed vitiose, *cum exercitatione et recitatione*, est in can. cit. 2. edit. Cont.
62) *Laborabat*, C. R. 2.
63) *Interfuerit*, C. H. *interfuit*, cit. c.
64) *Adhibuerit*, C. H.
65) *Matrimonialibus*, ibid.
66) *Et in contractibus*, C. R. 2.
67) *Admittantur*, C. L. *recipiuntur*, cit. c.

CAP. IV.

Inuita desponsata, postea sponte cognita, contra matrimonium non auditur.

IDEM. 68) *(ann. 1190.)*

Insuper d adiecisti, quod aliquis, cum quadam innubili puella contraxit, quae, tandem aetatis metas attingens, [*et*] ab illo pluries cognita, [*post quatuor aut quinque annos, a praefata aetate decursos,*] contra matrimonium proclamauit 69), asserens, se semper ab initio dissensisse [*ab illo, et*] quod [*dicit,*] per testes probat, fama et conuersatione praeclaros. In hoc itaque casu sentimus, quod aduersus matrimonium audiri non debet, quae, ante cognitionem sui legitimum annum attingens, cum potuit, minime reclamauit 70). Sicut enim ante legitimum consensum, qui in duodecimo anno spectatur 71), [*secundum ius canonicum*] potuit dissentire: sic, postquam, legitimo tempore accedente, semel etiam copulae carnali consensit, ex ratihabitione sibi super hoc silentium non ambigitur induxisse 72) e.

68) *Coelestinus III. pars c. Laudabilis*, c. 3. comp. 2. h. t.
69) *Proclamauerit*. C. L. *allegauit*, cit. c.
70) *Proclamauerit*, C. L.
71) *Exspectatur*, C. R. 1. *speratur*, cit. c.
72) Ita legitur in C. R. L. H. et cit. c.

CAP. V.

Repellitur accusans matrimonium propter quaestum.

INNOCENTIVS III. *archiepiscopo, praeposito et priori sanctae Mariae de Alben.* 73) *Genuen.* 74) f *(ann. 1204.)*

Significante g M. de Canula 75) *h*, [*ciue Ianuen.*] nostro est apostolatui declaratum 76), quod, cum [*ipse*] M. duxisset legitime in vxorem, S. mater [*mulieris*] ipsius, nisa est matrimonium accusare, vt ab eo pecuniam extorqueret. Et licet intellectui suo praua non possint opera 77) respondere: nihilominus [*tamen*] vult habere pecuniam, vt a [*matrimonii eius*] accusatione desistat.

Cum igitur non sit malitiis hominum indulgendum: [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, si est ita, ipsam 78) [*mulierem*] ab accusatione [*ipsius*] matrimonii repellentes, eidem super hoc silentium imponatis [*perpetuum.*]

73) *Sancta M. de Anban.* C. H. *Alban.* C. L. ed. ant. Cont. Gonz. et Pith. *de Albano*, c. 3. comp. 3. h. t. sed in C. R. 1. inscriptio deest.
74) *Ianuen.* C. R. 2. L. H. et cit. c.
75) *Canilla*, C. R. 1. *Camilla*, C. R. 2. L. et cit. c. *Canulla*, ed. gloss. *Basinella.* C. H.
76) *Referatum*, C. R. 1. et L.
77) Opera praua crimen *concussionis* verum continebant: quod extorquendae pecuniae caussa accusationem contra matrimonium intenderat mater.
78) *Si verum est, quod proponitur, praefatam*, cit. c.

CAP. VI.

Repellitur ab accusatione matrimonii, qui denuntiationis tempore tacuit: nisi denuntiationem probabiliter ignorauit, vel iuret de nouo didicisse, et quod non obiicit illam malitiose.

IDEM. 79) *(ann. 1212.)*

Cum i in tua dioecesi 80): (*et infra.*) Si vero post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, cum non prodierit in publicum, quando banna 81) secundum consuetudinem in ecclesiis edebantur: vtrum vox sua debeat accusationis admitti, merito quaeri potest. Super quo [*merito*] sic duximus distinguendum, quod, si tempore denuntiationis praemissae is, qui iam coniunctos impetit, extra dioecesim existebat, vel alias denuntiatio non potuit ad eius notitiam 82) peruenire, vt puta, si nimiae infirmitatis feruore laborans, sanae mentis patiebatur exsilium, vel in annis [*erat*] tam teneris constitutus, quod ad comprehensionem talium eius aetas sufficere non valebat, seu alia caussa legitima fuerit impeditus, eius accusatio debet audiri. Alioquin cum rationabiliter praesumatur, quod denuntiationem, publice factam, idem, existens in ipsa dioecesi, minime ignorauit 83); tanquam suspectus, est procul dubio repellendus; nisi proprio firmauerit iuramento, quod postea didicerit ea, quae obiecerit, et *k* ad hoc ex malitia non *l* procedat 84); quia tunc, etiamsi 85) didicisset ab illis 86), qui denuntiationis tempore siluerunt, claudi non debet eidem aditus accusandi: quoniam, etsi ab impetitione huiusmodi culpa, de silentio tali contracta, illos excluderet, iste tamen amoueri nequiret 87), cum culpabilis non exsistat.

79) Integra decretalis habetur *libr. XV. epist.* 184. anno regim. XV. scripta cum hac inscriptione: *episcopo Beluacensi.*
80) Quae hic desideras, vide supra *c. 30. de decimis.* it. *c. 44. de testib. et att.* et *c. 27. de sponsal.*
81) De his actum ad *c. 27. X. de sponsal.* vbi pars huius decretalis refertur.
82) *Ad eum*, C. H.
83) *Ignoraret*, C. R. et L. *ignoraret*, c. vn. comp. 4. h. t.
84) *Procedit*, C. R. 1. et L.
85) *Et*, C. H.
86) *Didicerit ex illis*, C. R. 1.
87) *Nequiuerit*, C. L.

TITVLVS XIX.
DE DIVORTIIS m.

CAP. I.

Homicidium necessarium non priuat spe coniugii, sed machinatio in mortem coniugis sic.

Ex concilio apud Wormaciam 88) n. *(ann. 750.)*

Si qua mulier o in mortem 89) mariti sui cum aliis consiliata est, et ipse [*vir*] aliquem illorum se defendendo occiderit; [*et si probare potest ipse vir, eam ream esse consilii;*] potest ipse 90), [*vt nobis*

88) *Vermerias*, legitur in *c. 1. compil. 1. h. t.* et inter capita interpolata apud *GRATIANVM* in *c. 6. C. XXXI. qu. 1.* Vtroque tamen nomine idem concilium designatur.
89) *De morte*, C. R. 1. *in morte*, C. R. 2. *mulier mortem*, cit. c. 1.
90) *Ipse*, h. loco non est in cit. c.

a *Al.* Clemens papa Florentino episcopo. *al.* Coelestinus papa Florentino episc. *al.* Coelestinus III *etc.* b *Cap. 1. tit. de matr. contra interd. eccles. celebr.* in 1. *comp.* refert. *Grat. sine Palea C. 35. qu. 2. c. 2.* c *Vide Lanfranc. de Orbano in cap. quoniam contra, supr. de probat. et Specul. tit. de teste. §. 1.* d *C. 3 eod. tit. in 2. comp.* e induxisse.

f De Alban. Ianuen. g *C. 3. eod. tit. in 3. comp.* h Canulla. *al.* Camilla. *al.* Casula. i *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. alia pars huius decr. supr. de sponsal. c. cum in tua.* k *Al. ita:* et quod ad hoc. l Procedit. m *De materia huius tit. vide Theologos libr. 4. sent. dist. 35. et per Syluestrum in summa, verbo: diuortium.* n Warmaciam. *al.* Vermeriam. o *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.*

videtur,

videtur, ipsam uxorem dimittere, et] post mortem 91) vxoris 92), si voluerit, aliam ducere: ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ absque spe coniugii stat 93) subiecta.

91) Diuortium quoad *torum* et *mensam* ob insidias, *vitæ* structas, sine dubio concessum fuit, et quidem perpetuum: quia innocens demum, mortuo vxore, ad alia vota transire potest, quod deductum est ex *1. Cor. VII*, n. secundum interpretationem AVGVSTINI.

92) Vocab. *post mortem vxoris*, in cit. c. non habentur, et sunt emblema RAYMVNDI.

93) *Maneat*, est ibid.

CAP. II.

Coniuges propter alterius crimen non separantur; nisi spiritualiter fornicentur: et tunc durat coniugium, eis etiam separatis.

ALEXANDER III. [*archiepisc. Beluacensi.*] (*ann. 1180. Romæ.*)

Quæsiuit a a nobis [*tua fraternitas, vtrum mulier pro latrocinio, aut quolibet alio crimine, a viro suo debeat separari, et alii nubere; et de viro simili modo quæstionem proposuisti: et vtrum pro quolibet flagitio possit a coniuge diuidi, et aliam sibi legitime matrimonio copulare.*] Nos itaque taliter respondemus, quod mulier pro futuro 94) vel alio crimine viri sui, nisi [*ipsa eam ad maleficia sua trahere nitatur, et*] fidei suæ 95) religionem 96) corrumpere velit, ab eo separari non debet, [*nec alii aliqua ratione copulari.*] Verum si coniugem suam ad infidelitatis 97) maleficium traxerit; [*mulier*] a viro [*recedere*] poterit [*et*] separari, ita, quod ei nubere alii non licebit: quia, licet separentur, semper tamen coniuges erunt. In viris quoque præsentis sententiæ forma seruetur.

94) *Furto*, C. H. ed. ant. Cont. Pith. et c. 2. comp. cit. 1. rectius.

95) *Sua*, o C. R. 1. abest.

96) *Fidem religionis*, C. H.

97) *Infidelitatis*, in c. cit. non legitur.

CAP. III.

Vir non potest dimittere vxorem sine iudicio ecclesiæ, etiam propter impedimentum parentelæ notorium. Si fama refert impedimentum coniugii, etiam nemine opponente: episcopus ex officio suo potest de eo inquirere. Si vero impedimentum est notorium: potest episcopus ex officio suo matrimonium separare.

IDEM *Ambianen.* 98) b *episcopo.* (*ann. 1180.*)

Porro 99) c de comite Pontini, qui [*filiam*] Bern. [*de sancto Valerico,*] vxorem suam 100), absque iudicio ecclesiæ dimisit, [*propterea,*] quia eam cognatam fuisse vxoris defunctæ proponit, [*hoc*] prudentia tua cognoscat, quod, si etiam parentela esset publica et notoria, absque iudicio ecclesiæ ab ea separari non potuit: quare ipsum ad eam recipiendam, quæ petit restitutionem ipsius 1), districte compellas. Quam 2) si recipere noluerit: cum et superinductam vinculo excommunicationis adstringas. [*Si qui autem apparuerint, qui matrimonium ipsum legitime velint et possint impetere: causam audias, et eam sine debito decidas.*] Præterea de H. 3) qui [*filiam Alelini,*] cognatam suam, duxit vxorem, [*si hoc publicum est et manifestum, nec apparet aliquis, qui matrimonium velit impetere, id tibi*] respondemus, quod, non apparentibus accusatoribus 4), et parentela manifesta seu publica existente, quod credibile non est, nisi essent [*consobrini*] in primo gradu vel secundo, tui officii 5) interest, matrimonia illa, adhibita grauitate, dissoluere, quæ illicite contracta noscuntur 6).

98) *Ambien*, C. A. 1. *Abianen.* ed. Cont.

99) Quæ huic capitulo præmittuntur, vide supra in *c. 2. de frigidis*, et *c. 10. de regular. et trans. a. r.*

100) *Vna. uxorem suam*, non sunt in c. 3. comp. cit. 1.

1) Verb. *quæ petit restitutionem ipsius*, in cit. c. non habentur: addidit ergo ista RAYMVNDVS.

2) *Qui*, C. H.

3) *De Hugone de Calcrio*, cit. c.

4) Eo tempore processus *inquisitorius* adhuc incognitus erat, vt sine *accusatore* iudex ecclesiasticus procedere non potuerit: cum ab *INNOCENTIO III.* in *concil. Lateran. IV.* hic demum variis ex rationibus introductus fuit.

5) *Ecclesiasticæ auctoritatis*, ibid.

6) Post hæc vltima verba legitur: *c. 15. X. de decimis. Adhuc donationem.*

CAP. IV.

Repellitur vxor, petens restitutionem mariti, si notorie fornicata est, et maritus continuit.

IDEM 7).

Significasti d [*nobis,*] quod quidam [*miles in prouincia tua,*] vxore sua sine iudicio ecclesiæ dimissa 8), pro eo, quod suggestum sibi fuerat, ipsam incestum cum quodam consanguineo suo commisisse, vinculo fuit 9) propter hoc excommunicationis adstrictus. Verum mulier [*ipsa*] non continuit, sed sobolem de alio viro suscepit 10): nec minus postulat viro restitui, asserens, se ab illo iniuste dimissam, et eundem [*virum*] sibi materiam adulterandi dedisse. [*Vnde, quia nos consulere voluisti, vtrum mulier ipsa debeat viro restitui, et vir ad eius receptionem compelli, fraternitati tuæ præsentibus litteris*] respondemus, quod, si notorium est, mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet; nisi constaret, ipsum cum alia adulterium commisisse.

7) In *append. ad conc. Later. III. P. VI. c. 4.* legitur: *Cretensi episcopo*, vel potius: *Trecensi*: quam lectionem approbat *AVGVSTINVS ad c. 4. comp. 1. h. t.*

8) *Vxorem suam -- dimissam*, C. L.

9) *Fuit*, abest o C. L.

10) *Concepit*, C. H.

CAP. V.

Matrimonium separatur propter adulterium mulieris: et, si vir postea fornicetur, redintegratur. Et est bonus casus, et multum allegabilis.

IDEM 11). (*ann. 1175. Romæ.*)

Ex litteris e tuis accepimus, quod [*lator præsentium,*] V. [*nomine, olim de tua diœcesi*] quandam duxit [*videlicet Liciam in*] vxorem, qui, [*maligno spiritu instigante,*] paucis temporibus fuere concordes. Proponebat enim 12) idem V. quod illam per violentiam, sibi illatam, metu etiam 13) mediante, duxisset; [*tu vero vna cum capitulo tuo, cum tam minis, quam admonitionibus inter eos sæpe pacem reformare studeres, eos, temere segregatos, pariter reconciliari coegisses:*] tandem vir vxorem suam super crimine fornicationis in iure conuenit. [*Post longas vero inducias et admonitiones, diligenter factas, vt ab huiusmodi litigatione cessarent, cum ad hoc vlterius flecti non posset, vir etiam eam de crimine iterum fornicationis expressius appellaret,*] ipsa, nescimus, quo ducta spiritu, cœpit publice confiteri, quod, cum vir negaret ei in [*debitis et*] necessariis prouidere, crimen compulsa est incurrere memoratum. Cumque diligentius a te fuisset admonita, ne ad suggestionem alicuius, [*vel iniquum consilium*] illud tam turpe contra se proponeret: ipsa id 14) manifestius asserebat. Sane, tu, conuocato capitulo tuo, [*et aliis viris discretis,*] cum ex eorundem f consilio vtrique priuatim continentiam [*firmiter*] iniunxeris obseruandam, ita, quod caste viuerent abinuicem segregati 15), [*et ex relatione quorundam perceperis, quod aliam*] memoratus V. [*intenderet ducere in vxorem, licet ipsum, ne hoc facere aliquatenus attentaret, monueris diligenter, ipse nihilominus extra ciuitatem*] furtim cum alia sponsalia et nuptias temere celebrauit. Verum cum factum inquirere laborares, [*vt secundum illud procederes:*] supra dictus V. seriem rei, [*prout factum fuerat,*] explicans et exponens, ad audientiam nostram dicitur appellasse. Vnde frat. [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si res ita processit, prætaxatum virum, [*app. rem.*] ad legitimam vxorem [*per excommunicationis sententiam*] redire compellas, [*et, iniuncta ei pœnitentia de commisso adulterio cum secunda, maritali affectione ab ipso facias pertractari.*]

11) Rectius: *Clemens III.* c. 3. comp. 2. de cland. desponsat.

12) *Etiam*, ibid.

13) *Etiam*, in C. H. deest.

14) *Idem*, C. H. *eadem*, c. 3. cit.

15) *Et abinuicem segregasti*, C. H.

CAP. VI.

Si vxor a viro, lapso in hæresim, propria auctoritate diuertit; ad eum reuersum redire compellitur: secus, si per iudicium ecclesiæ ab eo fuisset separata.

VRBANVS III. *Florentino episcopo.* (*ann. 1186.*)

De illa 16) g [*vero,*] quæ, viro suo 17) labente in hæresim, ipsius consortium sine iudicio ecclesiæ 18) declinauit, [*vtrum, reuertente illo ad catholicam vnitatem, ad redintegrandum matrimonium sit cogenda,*] videtur nobis, quod, mulier, maxime si ea intentione decessit 19), vt lapsus in hæresim tædio pariter et confusione affectus, se ab errore suo conuerteret, ei, cum reuersus fuerit, est reddenda: quæ, etiamsi reuerti noluerit, compellatur. Si vero iudicio ecclesiæ ab eo [*sine spe matrimonii redintegrandi*] recessit 20): ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendam 21).

16) Est hæc decretalis pars *c. 3. de coniug. sepr.* vid. *app. ad conc. Later. III. tit. L. c. 63.*

17) *Suo*, non est in c. 5. comp. 1. h. t. licet sit in app. cit. l.

18) Verb. *sine iudicio ecclesiæ*, ibid. non habentur.

19) *Discessit*, C. H. et ed. ant. *quodsi mulier ab eo ea duntaxat intentione discessit*, cit. c.

20) Nam ob hæresin vel idololatriam vnius, quæ *fornicatio spiritualis* dicitur, diuortio locum relinquit *AVGVSTINVS* in *c. 5. C. XXVIII. qu. 1.* sed secundum distinctionem *c. sq.*

21) Verba, hanc decretalem sequentia, constituunt *c. 7. X. de sepult.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat. et post conc. Later. sub Alex. III. p. 50. c. 22. §. quod autem vide Sotum 4. sent. dist. 37. qu. 1.* b *Al.* Ambien. c *C. 3. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Later. sub Alexand. III. part. 50. c. 29.* d *C. 4. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Later. part. 6. cap. 14.*

e *Cap. 3. de cland. desponsat. in 2. comp.* f Eorum. g *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.*

CAP.

CAP. VII.

Vinculum coniugale non dissoluitur, altero coniugum fidelium in haeresim lapso. Sed si vnus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, et alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, vel sine peccato mortali: soluitur coniugium, et conuersus contrahere poterit.

INNOCENTIUS III. *Ferrarien.* 21*) *episcopo. (ann. 1199.)*

Quanto te a [*magis*] nouimus in canonico iure peritum: [*tanto f. t. amplius in Domino commendamus, quod in dubiis quaestionum articulis ad sedem apostol. recurris, quae, disponente Domino, cunctorum fidelium mater est et magistra, vt opinio, quam in eis quondam habueras, dum alios conmuni iuris peritiam edoceres, et corrigatur per sedem apost. vel probetur.*] Sane, tua [*nobis*] fr. [*fuis litteris*] intimauit 22), quod, altero coniugum ad haeresim transeunte, qui relinquitur, ad secunda vota desiderat conuolare 23), [*et filios procreare:*] quod vtrum possit fieri [*de iure,*] per tuas 24) nos duxisti litteras consulendos. Nos igitur consult. t. [*de fratrum nostrorum consilio*] respondentes distinguimus, licet quidam praedecessor noster sensisse aliter videatur 25), an ex duobus infidelibus alter ad fidem catholicam conuertatur, vel ex duobus fidelibus alter labatur in haeresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non 26) sine blasphemia diuini nominis, vel vt 27) eum pertrahat 28) ad mortale peccatum, ei cohabitare volente 29): qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit. Et in hoc casu intelligimus, quod ait apostolus: *si infidelis discedit, discedat. Frater enim vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi*: et canonem etiam 30), in quo dicitur b, [*quod*] *contumelia creatoris soluit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur.* Si vero alter fidelium coniugum vel labatur in haeresim, vel transeat ad gentilitatis errorem; non credimus, quod in hoc casu is, qui relinquitur, viuente altero, possit ad secundas nuptias conuolare: licet in hoc casu maior appareat contumelia creatoris. Nam etsi matrimonium verum, [*quod*] inter infideles existat: non tamen est ratum 31). Inter fideles autem d verum [*quidem*] et ratum 32) existit; quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur: sed 33) ratum efficit 34) coniugii sacramentum, vt ipsum in coniugibus, illo durante, perduret. Nec obstat, quod a quibusdam forsan obiicitur, quod fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari: cum in multis casibus hoc contingat, vt si alter coniugum incidatur. Per hanc responsionem quorundam malitiae obuiatur, qui in odium coniugum 35), vel quando sibi inuicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent haeresim, vt ab ipsa, nubentibus coniugibus, resilirent. Per hanc ipsam responsionem illa soluitur quaestio, qua quaeritur, vtrum ad eum, qui ab haeresi vel infideliter reuertitur, is, qui permansit 36) in fide, redire cogatur.

21*) Mendose C. H. *Florentino*, legit. Verior enim lectio habetur *libr. II. epist.* 50. anno secundo regim. scripta.
22) *Requisiuit*, C. R. 1.
23) *Transire*, e. 1. comp. 3. h. t.
24) *Per easdem*, ibid.
25) *Praedecessores nostri - - videantur*, ibid. in *c.* 1. *de conu. infidel.* scilicet, et *c.* 6. *X. h. t.*
26) *Vel ne*, C. L.
27) *Vel saltem*, cit. c.
28) *Protrahat*, C. R. 2.
29) *Nolente*, C. H.
30) *Et canon est etiam*, C. R. 2.
31) Ob defectum sacramenti, quod inter infideles concipi non posse creditur: atque adeo tale matrimonium adhuc dissolutioni subiectum est. Hoc demum indissolubile redditur, si ab initio *ratum*, h. e. inter fideles contractum fuit.
32) *Firmum, verum et ratum*, C. R. 3. et *verum et ratum et firmum*, ed. ant.
33) *Sed*, deest in C. H. et cit. c.
34) *Efficitur*, C. L.
35) *Coniuges*, C. H.
36) *Remansit*, ibid.

CAP. VIII.

Pagani, iuncti in gradu prohibito lege canonica tantum, conuersi ad fidem non separantur. H. primo. *Si paganus prius plures vxores habeat: post fidem susceptam adhaerebit primae.* H. secundo. *Et, si, repudiata vxore, cum secunda contraxerit; etiam post baptismum dimittet secundam, et adhaerebit primae repudiatae; etiamsi repudiata cum alio contraxisset: secus si fornicata fuisset.* Hoc tertio.

IDEM *Tiberiadensi* 37) e *episcopo. (ann. 1200.)*

Gaudemus f in Domino [*et in potentia virtutis ipsius, et Patri luminum, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, vberes gratiarum exsoluimus actiones: quod, sicut nobis tuis litteris intimasti, diebus istis nouissimis, ille, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur et viuat, vt ad Christianam venirent fidem, multorum cordibus inspirauit. Et, quoniam vxores acceperant, in secundo vel tertio, vel vlteriori gradu sibi coniunctas,*] vtrum sic coniuncti debeant post conuersionem suam insimul remanere, vel ab inuicem separari, edoceri per scriptum apostolicum postulasti. Super quo [*fratern. tuae*] taliter respondemus, quod, cum sacramentum coniugii apud fideles et infideles 38) existat, quemadmodum ostendit apostolus g dicens: *si quis frater infidelem habet vxorem, et haec consentit habitare cum eo, non illam dimittat:* et in praemissis gradibus a paganis, quoad eos matrimonium 39) licite 40) sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur, (*quid enim ad nos, secundum apostolum h condens, de his, quae 41) foris sunt, iudicare?*) in fauorem praesertim Christianae religionis et fidei, a cuius perceptione per vxores, se deseri timentes, viri possunt facile reuocari, fideles huiusmodi, matrimonialiter copulati, libere possunt, et licite remanere coniuncti: cum per sacramentum baptismi non soluuntur coniugia, sed crimina dimittuntur. Quia vero pagani 42) circa plures insimul feminas affectum diuidunt coniugalem: vtrum post conuersionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur. [*Quia vero tam patriarchae, quam alii iusti viri, ante legem pariter et post legem multas vxores insimul habuisse leguntur; nec contrarium appareat in euangelio vel lege praeceptum; neque pagani subiiciuntur canonicis institutis, post inuentis, quemadmodum est praemissum: videtur, quod nunc etiam iuxta ritum suum licite contrahant cum diuersis, quarum coniunctiones legitimas vnda sacri baptismatis non dissoluit, et ita patriarcharum exemplo ad fidem Christi conuersi pagani, coniugiorum pluralitate gaudebunt.*] Verum absonum hoc videtur, et inimicum fidei Christianae; cum ab initio vna costa in vnam feminam sit conuersa i, et scriptura diuina k testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit vxori suae, et erunt duo in carne vna: non dixit tres vel plures, sed duo 43), nec dixit, adhaerebit vxoribus, sed vxori. [*Vnde Lamech, qui plures vxores legitur habuisse, reprehenditur in scripturis, ea, quod ipse primus reprobandam bigamiae speciem introduxit. Licet autem de his non quaesieris: volentes tamen tam te, quam alios, super his etiam reddere certiores, et quod veritas praeualeat falsitati, sine dubitatione qualibet protestamur, quod*] nulli vnquam licuit 44) insimul plures vxores habere, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum. Quae mos quandoque, interdum etiam fas censetur, per quam, sicut Iacob l a mendacio, Israelitae a furto, et Samson ab homicidio, sic et 45) patriarchae et alii viri iusti, qui plures leguntur simul habuisse vxores, ab adulterio excusantur. Sane, veridica haec sententia probatur etiam de 46) testimonio veritatis, testantis in euangelio m: *quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem* 47), *et aliam duxerit, moechatur.* Si ergo, vxore dimissa, duci [*et*] alia de iure non potest; fortius 48) et ipsa retenta: per quod euidenter apparet, pluralitatem in vtroque sexu, cum non ad imparia iudicentur, circa matrimonium reprobandam. Qui autem secundum ritum suum 49) legitimam repudiauit vxorem, cum tale repudium veritas in euangelio reprobauerit; nunquam, ea viuente, licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi conuersus 50), habere: nisi post conuersionem ipsius illa renuat cohabitare 51) cum ipso. Aut etiamsi consentiat, non tamen absque contumelia creatoris, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum. In quo casu restitutionem petenti, quamuis de iniusta 52) spoliatione constaret, restitutio negaretur: quia secundum apostolum n frater aut soror non est huiusmodi subiectus seruituti 53). Quodsi conuersum ad fidem, et illa conuersa sequatur, antequam propter caussas praedictas legitimam ille ducat vxorem: eum recipere compelletur. Quamuis quoque secundum euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, moechatur; non tamen dimissor poterit obiicere fornicationem dimissae; pro eo, quod nupsit alii post repudium: nisi alias fuerit fornicata.

37) De hac inscriptione dixi ad *c. vlt. X. qui fil. sint legit.* atque observaui, hanc decretalem relatam fuisse in *collect. RAYNERII* ex *edit. epist. INNOC. III. BALVZ.*

38) Scilicet post conuersionem vnius, quem casum tangit dictum apostoli
39) *Matrimonium*, non est in c. 2. comp. cit. 3.
40) *Legitime*, C. H.
41) *Qui*, C. R. et L.
42) *Et quoniam pagani*, cit. c.
43) In C. R. 2. additur: *in carne vna.*
44) *Licebat*, C. H.
45) *Sic et illi ab adulterio excus.* c. cit. omissis ceteris intermediis.
46) *De*, in C. R. L. H. et cit. c. non legitur.
47) *Nisi ob causam fornicationis*, cit. c.
48) *Fortius eam*, ibid.
49) *Suum*, deest in C. H.
50) *Conuersam*, C. R. 1
51) *Habitare*, C. R. L. H. et cit. c.
52) *Iusta*, C. L.
53) *Seruituti*, ibid.

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *compil.* b *Hoc dicit B. Ambrosius epist.* 1. *ad Corinth. cap* 7. c *Vide conc. Trident. sess.* 24. *de sacr. matr. can.* 5. d *In vno aut altero codice:* ratum et firmum existit. e Tiberien. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compilat.*

g 1. *Corinth.* 7. h 1. *Cor.* 5. i *Gen.* 2. *et* 3. k *Matth.* 19. *Luc.* 10. *Ephes.* 5. l *Gen.* 27. *Exod.* 12. *Iudic.* 16. m *Matth.* 19. *et Luc.* 10. n 1. *Corinth.* 7.

CAP. IX.

Non licet relictam fratris in vxorem accipere; et de facto ducta separanda est: nisi aliter ecclesia dispenset.

IDEM *Liuonien. episcopo* 54), *et eis, qui cum ipso sunt, fratribus.* (*ann.* 1199.)

Deus *a*, qui ecclesiam suam 55) *b*: [*et infra.*] Quia [*vero in matrimoniis contrahendis*] dispar *c* est ritus in Liuonien. 56) ecclesia de nouo ad fidem catholicam conuersorum a nostro; [*cum in consanguinitate, vel affinitate distinctionem canonicam non attendant, et relictas fratrum indistincte sibi consueuerint copulare; ne propter hoc a bono proposito retrahantur, cum nos quidam eorum voluerint credere, nisi relictas fratrum eos pateremini retinere, nec vos eos, nisi tales dimitterent, recipere volueritis ad baptisma,*] propter [*nouitatem vel*] infirmitatem 57) gentis eiusdem 58) concedimus, vt matrimoniis, contractis cum relictis fratrum, vtantur: si tamen, fratribus decedentibus sine prole, vt semen defuncti iuxta legem Mosaicam suscitarent, cum talibus contraxerunt, ne tales sibi de caetero, postquam ad fidem venerint, copulent 59), prohibentes 60). [*Sanctae mem. beati Gregorii papae praed. n. vestigiis adhaerentes, ne populus Liuon. a bono, quod coepit, austeriora metuendo recedat, vt in quarto et vlterius generatione matrimonium contrahant, donec in fide plenius solidentur, cum eis auctoritate ap. dispensauimus, non ea intentione concedentes hoc ipsis, vt, postquam firma radice in fide fuerint solidati, talibus coniungantur. Nam secundum apostoli verbum dicentis: lac dedi vobis potum non escam: illa modo, non posteris temporibus tenenda, concessimus: ne, quod absit, eruatur bonum, quod adhuc infirma est radice plantatum, sed firmetur potius, et vsque ad perfectionem fideliter conseruetur. Cum autem sacramentum coniugii apud fideles et infideles existat, quemadmodum apostolus protestatur, si quis, inquiens, frater infidelem habuit vxorem, et haec consentit habitare cum eo, non illam dimittat, et a paganis, qui constitutionibus canonicis non arctentur, (quid enim ad nos, secundum eundem apostolum, de iis, qui foris sunt, iudicare?) in secundo et tertio gradu, quoad eis licite contrahatur in fauorem Christianae religionis et fidei, a cuius receptione per vxores, se deseri timentes, viri possunt facile reuocari; fideles, in hoc gradu in infidelitate sibi matrimonialiter copulati, libere possunt, et facile remanere coniuncti: cum per sacramentum baptismatis non dissoluantur coniugia, sed crimina dimittantur.*]

54) Hanc inscriptionem etiam habet *collect.* RAYNERII *tit.* XL. *p.* 604. *edit. Baluz.* quamuis pronomen eis omissum in *c.* 3. *comp.* 4. *h. t.* De hac decretali plenius exposui mentem meam ad *c.* 11 *X. de vita et honest. cler.*
55) Quae hic inserenda, vide *c.* 11. *X. de vit. et hon. cler.*
56) *Liuoniensium*, C. B. ed. ant. et cit. c. omissis vocibus: *in ecclesia*. De hac decretali autem deperdita iam dixi supra ad *tit. c.* 11.
57) *Infirmitates*, C. B. 2.
58) *Easdem*, C. L.
59) *Copulentur*, cit. c.
60) Hanc decretalem sequitur haud dubie *c.* 8. *X. de poenit. et remiss.*

TITVLVS XX.
DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM, ET DE DOTE, POST DIVORTIVM RESTITVENDA 61).

CAP. I.

Separato licite matrimonio, dos restituenda est.

Ex concilio, habito apud Wormaciam 62).

Mulieres [*vero*] cum *d* pro aliqua licita caussa a propriis viris fuerint separatae; totam dotem praecipimus sibi reddi 63), [*quam a die nuptiali receperunt: et post expletum annum accipiant alios viros, si voluerint, similiter et vir vxorem.*]

61) In comp. 1. et 2. totus titulus ita sonat: *de dote post diuortium restituenda* in comp. 3 *de dote amittenda vel post diuortium restituenda.*
62) *Apud Wormatiam*; C. B. 2. *apud Warmatiam*, L. et ed. ant. *Guarmatiam*, a. 1. comp. 1. h. t.
63) *Totam praecipimus recipere dotem*, cit. c. Quod superest, verba subiecta et ex c. 1. comp. 1. *de dote post diuort. restit.* suppleta, ideo omisit RAYMVNDVS, quia iuri Romano quidem conueniebant, seu constitutioni ANASTASII in *l.* 9. *C. de repud.* sed iuris canonici principiis repugnabant. Palam tamen est, in concilio Wormatiensi iuris Romani doctrinam hic assumtam fuisse, et ita per concilia, patres, imo ipsos pontifices *aliquem vsum iuris Romani* pedetentim in Germaniam introductum fuisse, eusque diligenter placita huius iuris euoluisse.

CAP. II.

Soluto matrimonio, cogitur vir dotem restituere, et bona diuidere, quae communiter eis obuenerunt.

VRBANVS III. *decano, cantori et capitulo Lexon.* 64) (*ann.* 1186.)

Significauit [*nobis*] P. 65) mulier *e*, quod H. 66) quem loco viri tenebat, diuortio inter eos sollemniter celebrato, dotem suam illicite detinet, et reddere contradicit: possessiones etiam, quae ipsis, dum simul viuerent, cuiuscunque contractus titulo communiter 67) obuenerunt 68), ea prorsus 69) exclusa 70), sibi nititur vindicare. Ideoque [*d. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, si ita est 71), et non est aliud quod obsistat, ipsum 72) ad restitutionem dotis, et [*ad*] diuisionem eorum 72*), quae olim communiter habuerunt, districtl. eccles. compellatis.

64) *Gerunden.* C. B. 1. *Lexonien.* C. B. 2. *et capicerio Lexon.* c. 3. comp. cit. i. e. *sacristae*, h. e. *thesaurario*, vel *sacristae*, qui est caput in cora.
65) C. B. 1 habet: *R.* cit. c. *Pho.*
66) *Gat. Gallon* cit. c.
67) Quod, sicut in Germania, ita et Gallia, *communio bonorum* inter coniuges ex antiquis legibus, vtrique genti communibus, obtinuerit, et hodie adhuc obtineat in plerisque prouinciis Germaniae: quamuis per *iuris peregrini* principia recentiori tempore admodum corrupta et deprauata fuerit.
68) *Aduenerint*, C. H.
69) *Eas solus, muliere prorsus etc.* cit. c.
70) *Exclusa*, in ed. ant. omittitur.
71) *Si verum est, quod proponitur*, cit. c.
72) *Praedictum Gat.* ibid.
72*) *Eorum*, abest a C. H.

CAP. III.

Delegatus ad caussam matrimonii, si ferat sententiam diuortii, pronuntiare debet dotem restitui. Et est casus multum allegabilis.

CLEMENS III. 73) (*ann.* 1190.)

De prudentia *f* vestra [*valde*] miramur, quod, cum vobis caussam matrimonii 74), quae vertebatur inter H. 75) et M. [*mulierem*] commisissemus [*canonice*] terminandum, et vos, consanguinitatem inter eos [*in sexto et septimo gradu*] inuenientes, sententiam diuortii tulissetis, de dote, quam a viro mulier repetebat, quicquam statuere distulistis. Quia igitur [*secundum iura*] vos, qui 76) de matrimonio principaliter cognouistis, et de dote, quae est caussa incidens 77), accessorie cognoscere valuistis, et sententialiter diffinire: [*discr. v. per ap. scripta*] mandamus, quatenus praedictum H. 78) monitione praemissa 79), cogatis, vt praedictae M. 80) totam dotem, sicut canonicum fuerit, restituere non moretur.

73) *Coelestinus III.* C. B. 2.
74) *Matrimonialem*, c. 1. comp. 2. h. t.
75) *B. Pisanum ciuem*, ibid.
76) *Qui*, a C. L. et H. abest sed in c. cit. est: *quidem*.
77) Hoc iuri ciuili congruit, quo iudex, coram quo de hereditate disceptatur, *incidenter* etiam de quaestione status cognoscere queat: quamuis *seorsim et principaliter* hanc cognitionem non habeat. *l.* 1 *C. de ord. iudic.* Hanc aequitatem ius canonicum etiam agnoscit pro iudice ecclesiastico, vt de caussa ecclesiastica iudicans etiam *incidenter* de caussa mere ciuili, qualis est *dotis*, decernere queat: eam vero respuit in casu inuerso, nec permittit, vt iudex secularis incidenter de quaestione *status*, quatenus ex matrimonii validitate vel nullitate dependet, iudicare queat. Agitur vero in hac decretali de iudice delegato: adeoque eadem quoque decisio ad hunc pertinet.
78) *B.* est iterum in cit. c.
79) *Monentis attentius et app. cess.* ibid.
80) *Mulieri*, ibid.

CAP. IV.

Mulier, propter adulterium a viro separata, perdit dotem.

CLEMENS III. 81) *g*

Plerumque *h* [*accidit, vt proponis, quod in parochia tua mulieres a viris suis caussa fornicationis recedunt, et sic vsque ad mortem ipsorum permanere noscuntur. Ipsis autem defunctis, cum a consanguineis, ad quos hereditates eorum perueniunt, dotem suam cum dotalitio repetunt; eis audientiam denegant, et eis nolunt restituere, quod reposcunt: ob hanc caussam, quia in eo ipso se indignas fecisse noscuntur, quod a viris suis caussa fornicationis duxerunt recedendum. In hoc caso itaque dicimus, quod,*] si [*aliqua*] mulier ob caussam [*suae*] fornicationis iudicio ecclesiae, aut propria voluntate a viro [*suo*] recesserit 82), nec reconciliata 83) postea sit eidem, [*inde, defuncto ipso,*] dotem vel dotalitium [*suum*] repetere non valebit 84).

81) *Coelestinus III.* C. B. H. et c. 2. comp. cit. 2.
82) *Recedit*, cit. c.
83) Licet sententia diuortii haud fuerit lata, quae *declaratoria*, non *primaria* est. Ipsum videlicet *adulterium* matrimonium dissoluit: quo probatum, etiam post mortem mariti, dote et dotalitio vel alia portione coniugali priuari potest, stante bonorum communione inter coniuges. *c.* 10. *X. de consuet.* ibique *not.* 46. Hoc ipso fit, vt vxor adultera, post mortem viri dotem vel portionem coniugalem petens, repelli queat ab heredibus mariti exceptione *adulterii commissi*, reconciliatione non secuta ante obitum mariti.
84) *Non potest*, ibid.

---

a *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.* b *Infr. de poenit. et remiss.* c. c *Alias ita*: Quia dispar est ritus in Liuon. ecclesia de nouo etc. *sed in vetustioribus exemplaribus legitur, vt est impressum.* d *C.* 1. *eod. tit. in* 1 *comp. et post concil. Later. sub Alex. III. part.* 50. *cap.* 46. e *Cap.* 3 *eod. tit. in* 1. *compil.*

f *Cap.* 1. *tit. de dote, post diuort. restituend. in* 2. *comp.* g Coelestinus tertius. h *Cap.* 2. *tit. de dote, post diuort. restituenda. in* 2. *compil.*

CAP.

CAP. V.

Cogitur mulier ex officio iudicis, donata sibi a viro propter nuptias pro conservatione illiciti matrimonii relaxare, si talis donatio præstet impedimentum dissolutioni talis matrimonii. H. d. secundum intellectum, qui plus placet Panormitano.

INNOCENTIVS III. *Compostell. archiepiscopo, et vniversis episcopis, in regno Legionen. constitutis* 85). (*ann.* 1199.)

Etsi 86) necesse sit a: [*et infra.*] Quia vero castra quædam, quæ rex Legion. [*dictæ*] filiæ regis Castellæ in dotem tradidisse proponitur, ita, vt, si eam aliqua occasione relinqueret, ipsa cederent 87) in ius eius, impedimentum præstare videntur 88) huiusmodi copulæ dissoluendæ; cum castra ipsa non tam ob turpem, quam ob nullam [*potius*] caussam sint data; vtpote, cum inter eos matrimonium non existat, et ideo nec dos, nec donatio propter nuptias 89): ne 90) ad commodum ei cedat 91), quod debet in pœnam eius potius retorqueri, castra ipsa restitui volumus, et ad id puellam [*ipsam*] per excommunicationis sententiam coarctari, [*auctoritate apostolica decernentes, vt, si ex tam incestuosa et damnata copula proles est, vel quandocumque fuerit suscepta, spuria et illegitima penitus habeatur, quæ secundum statuta legitima in bonis paternis nulla occasione succedit. Quodsi nec prædictus rex Legion. et filia regis Castell. a se inuicem iuxta mandatum apost. discedere non maturent: in eos districtionem curabimus grauissimam exercere, quam ad cautelam præsentibus duximus litteris explicandam.*]

85) Integra decretalis habetur *lib. II. epist.* 75 anno MCXCIX. scripta, quem designat *epist. præcedens*, ad quam hæc se refert. Ipsa historia huius decretalis plenissime in ea exposita est.
86) *Vt si*, C. H.
87) *Concederent*, c. 1. comp. 3. h. t.
88) *Videretur*, ibid.
89) *Propter dotem*, C. B. 1. L. H. ed. ant. et cit. c.
90) *Nec*, cit. c.
91) *Concedat*, ibid.

CAP. VI.

Vsufructuarius, donans sine consensu domini rem ipsam vxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris, quam ipse habebat: idem de eo, qui sub conditione adimenda habet rem in hereditatem, vel in feudum.

IDEM *archidiacon. S. Andreæ de Scotia.* 92) (*ann.* 1203.)

Nuper a nobis b tua discretio requisiuit, si aliqua terra data fuerit alicui, non in hereditatem vel feudum 93), sed tantum [*sibi*] quoad vixerit, possidenda, et ipse postmodum tertiam partem vxori suæ in dotem concesserit, vtrum, eo defuncto, præfatam dotem vxor, dum vixerit, habere debeat et tenere, cum ecclesia dotes protegere teneatur viduarum. Postulasti præterea [*nostris litteris edoceri*,] si qua terra data fuerit alicui, et heredi, quem de vxore legitima procrearet 94), in hereditatem vel feudum, et ipse, vxori suæ quadam parte 95) ipsius in dotem concessa 96), decesserit postmodum sine prole, an mulier dotem eandem de iure posset 97) c habere, [*vtrum etiam ecclesia pro ipsa stare debeat in hoc casu, an, viro defuncto, terra illa sine onere in bona redire debeat concedentis.*]

Nos autem 98) consultat. tuæ taliter respondemus, quod, cum regulariter nullus in alium plus iuris transferre possit 99), quam cum constet 100) habere, vir, cui d terra prædicto modo conceditur, non potest vxori relinquere, quod ei non licuit 1), nisi quoad vixerit, possidere. Nec licet vxori suæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere: nisi [*forte*] donationi [*illius*] ille, ad quem spectat dominium illius terræ, voluerit consentire. Quod autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secunda. Nam licet ecclesia in caussis viduarum se fauorabilem 2) debeat exhibere: contra iustitiam tamen non est eis fauor ecclesiasticus concedendus. Illud vero te nolumus ignorare, quod vxor dare dicitur viro dotem, vir autem vxori 3) donationem facere propter nuptias, secundum legitimas sanctiones.

92) *In Scotia*, C. H.
93) Hæc duo genera bonorum: *hereditas et feudum* vulgo: *Erbe und Lehn*, æque in Scotia, vt in Germania, notissima fuerunt, vt docet CRAGIVS *de iure feud.* quorum illa dicebantur, quæ iure *proprietatis*, sine nexu feudali, possidebantur, maxime iure *hereditario* acquisita, vel ex *allode parentum*, κατ᾽ ἐξοχὴν *hereditas* dicta, et nouiter *acquisitis* opposita. vid. STRVV. *de allod. imper.*
94) *Procrearet*, c. 2. comp. cit. 3.
95) *Quandam partem*, C. H.
96) H. e. in *dotalitium*, quod tam Germani, quam Scoti, *dotem mariti* dicebant, et longe diuersam naturam a *donatione propter nuptias* Romana habebat. Hanc differentiam Romæ incognitam fuisse, docens verba vltima huius decretalis, quibus naturam *dotalitii* ad iuris Romani principia detorsit pontifex. Iam suo tempore TACITVS *de mor. Germ. c.* XVIII ait: *dotem non vxor marito*, vt apud Romanos, *sed vxori maritus affert*: in quo mores Germanorum a Romanorum distinguit. Huius dotis tum naturam tum differentias plene excussit GVNDLING. *de emtione vxorum, dote, et morgengabe*, et *c. II. §.* 22. deplorat, quod ex confusione iuris *Romani et domestici*, a iure canonico promota, maximæ tenebræ in hoc argumento obortæ fuerint.
97) *Iure possit*, C. H.
98) Dictio, *nos autem*, desunt ibidem.
99) *Debeat*, cit. c.
100) *Ipsum constat*, C. B. 2.
1) *Quod non licuerit*, cit. c.
2) *Fauorabiliorem*, ibid.
3) *Vxori*, deest in C. H.

CAP. VII.

Vir, agens pro dote, non omnino excluditur ex eo, quod vergat ad inopiam, nec præcise cogitur satisdare vltra facultatem propriam: sed dos sibi assignatur sub cautione, quam præstare potest. Et si per illam cautionem non esset sufficienter prouisum consumptioni dotis: deponetur dos apud mercatorem, vt de honesto lucro vir sustineat onera matrimonii. H. d. secundum intellectum, quem tenet Panorm. inhærendo verbis litteræ. Et est casus notabilis et quotidianus.

IDEM *archiepisc. et* [O.] *archidiac. Ianuen.* 4) e (*ann.* 1204.)

Per vestras f [*nobis*] litteras intimastis, quod, cum magistrum R. super quadam summa pecuniæ [*Ianuen. monetæ*] pro Hug. paupere, [*latore præsentium*,] auctoritate nostra conueneritis, quam idem Hug. pro dote vxoris suæ 5) requirebat ab eo, dictus 6) R. exceptionem opposuit contra ipsum, quod [*videlicet*] vxorem suam a se repulerat, et [*quod*,] tacita veritate, super hoc litteras impetrauerat 7) g; quia 8), cum super eadem dote [*iam*] alia vice coram vestræ ciuitatis consulibus quæstio mota esset, ipsi [*iuxta consuetudinem terræ*] pronunciauerunt, vt, quoniam idem Hug. ad inopiam vergere videbatur, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem idoneam de ipsa non peritura præstaret: vnde vos, [*communicato prudentum virorum consilio*,] ei 9), vt de saluanda dote caueret, et vxorem suam reciperet, præcepistis 10). [*et donec id posset facere, dos illa deponeretur, si vellet in secretario ecclesiæ Ianuens. Quod cum implere non posset: ad instantiam eius nobis hæc rescribere curauistis.*]

Cum ergo satis possit ei modicum credi dotis, cui creditum est corpus vxoris: [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus dotem 11) assignari faciatis eidem sub ea, quam poterit 12), cautione, præstare, vel saltem alicui mercatori committi 13), vt de parte honesti lucri dictus vir onera possit matrimonii sustentare, nec occasione dotis detentæ, vxor, a viro dimissa, seu vir, qui dimisit vxorem, adulterii reatum incurrat.

4) *Ianuen.* C. B. L. H. ed. ant. et c. 3. comp. cit.
5) *Suæ*, non est in cit. c.
6) *Idem*, ibid.
7) *Impetrauit*, C. L.
8) *Quod*, C. B. 1.
9) In cit. c. pron. *ei*, non habetur.
10) *Præcepistis*, *vt idem Hug. vxorem suam reciperet, et iuxta terræ consuetudinem de saluanda dote caueret, et donec*, etc. ibid.
11) *Dotem*, deest in C. H.
12) *Poterit*, ibid.
13) *Eam committi*, C. B. 1.

CAP. VIII.

Hæc decretalis satis se ipsam summat.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1236.)

Donatio b, quæ, constante matrimonio, inter coniuges dicitur esse facta, ex qua alter locupletior, et pauperior alter efficitur, firmitatem non habet; nisi donatoris obitu confirmetur: quæ tamen penitus euanescit, si reuocetur ab eo tacite vel expresse, vel qui donatum accepit, prius debitum naturæ persoluat. Sane, soluto matrimonio, sicut dos ad mulierem, sic et donatio propter nuptias redit ad virum: nisi de consuetudine secus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote et donatione propter nuptias, quod æquale sit tamen 14), hinc inde contrarium 15) inducatur.

14) *Cum*, ed. ant.
15) *In contrarium*, C. L.

TITVLVS XXI.
DE SECVNDIS NVPTIIS i.

CAP. I.

Secundæ nuptiæ non benedicuntur: et benedicens puniendus est.

ALEXANDER III. (*ann.* 1175.)

Capellanum k [*nihilominus*,] quem benedictionem cum secunda [*tibi*] constiterit celebrasse, ab officio, beneficioque suspensum 16), cum litterarum tuarum testimonio, [*appell. cess.*] ad sed. apost. nullatenus destinare postponas.

16) Crimen in eo versabatur, quod contra canones benedictionem secundarum nuptiarum celebrauerat. Poterat tamen capellanus forsan ab illo defendi consuetudine vniuersali illius diœceseos, quæ talem benedictionem in secundis nuptiis permiserat. Posse enim talem consuetudinem introduci, eique tunc standum esse, obseruat BARBOSA *ad concil. Trident. sess. XXIV. de reform. c.* 1. *n.* 153. Quæ consuetudo eo magis hodie amplectenda, quoniam secundum hoc *concil. tit.* 1 matrimonium est irritum, si ei deest per parochum facienda benedictio, quod generaliter cautum, vt facile ad secundas nuptias consuetudine trahi potuerit.

a *Cap.* 1. *tit. de dote amiss. in* 3. *compil.* b *Cap.* 2. *tit. de dote amiss. vel post diuort. restituenda, in* 3. *compil.* c Possit. d Al. vir, cui prædicta terra dicto modo conceditur. e Ianuensi. f *Cap.* 3. *tit. de dote amiss. in* 3 *compil.* g Impetrauit. h *Vide Palat. Rub. in repet. huius rubric. §.* 20. *cum multis sequentibus.* i *Vide Magistrum, et Theologos l.* 4. *sent. dist.* 42. k *C.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.*

CAP.

CAP. II.

Dubitans de morte coniugis, nisi prius certificetur, contrahere non debet: et, si contraxit, reddat, sed non exigat debitum. Et si postmodum sciat primam viuere: dimittat secundam. Abbas Siculus.

LVCIVS III. *vniuersis Christianis, in captiuitate 17) Sarracenorum positis. (ann. 1181.)*

Dominus *a*, ac redemptor noster: [*et infra.*] Sane, super matrimoniis, quæ quidam ex vobis, nondum 18) habita obeuntis coniugis certitudine, contraxerunt, id vobis [*auctoritate apost.*] respondemus, vt nullus [*ex vobis*] amodo ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei [*firma certitudine*] constet, quod ab hac vita migrauerit coniux eius. Si vero aliquis vel aliqua id hactenus 19) non seruauit 20), et de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandum; ei, quæ 21) sibi nupsit, debitum non deneget postulanti: quod a se tamen nouerit nullatenus exigendum. Quodsi post hoc de prioris coniugis vita constiterit: relictis adulterinis complexibus, ad priorem coniugem [*sine dubio*] reuertetur 22).

17) *Ciuitate*, C. H.
18) *Non*, ibid.
19) *Hactenus*, deest ibid.
20) *Seruauerit*, ibid.
21) *Quem*, C. L.
22) *Conuertatur*, C. H.

CAP. III.

Si vnus ex coniugibus fuit alias benedictus: non debent coniuges de nouo benedici.

VRBANVS III. *Vigilien.* 23) *episcopo* b.

Vir autem *c* vel mulier, ad bigamiam transiens, non debet a presbytero benedici: quia, cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet 24).

23) In *append. ad concil. Later. III. tit.* 9. c. 1. non exprimitur nomen pontificis sed simpliciter inscriptum: *Vigilensi episcopo* conceptum est. Intra vero in *collect. decret. Alex. III. tit. XXIV.* c. 1. ita se habet: *IDEM episcopo Vigilensi*, quo ipso se refert ad ALEXANDRVM III. Enimvero in c. 1. *comp.* 1. *h. t.* hæc decretalis tribuitur VRBANO III. et ita post LVCII III, seruata temporis ratione, decretalem locata est.

24) Nihil vero impedit, quo minus benedictio iterari queat, cum nouæ nuptiæ ineuntur, et priores esse desierunt. Nimio patrum priscorum odio erga secundas nuptias tribuendum, quod his benedictionem denegauerint, qua indignum *bigamum* esse censuerunt. *ATHENAGORAS in legat. pro Christian.* p. m. 37. *secundas nuptias speciosum adulterium* esse, cum *TERTVLLIANO de exhort. ad castit.* c. 9. et *honestam fornicationem* cum *CHRYSOSTOMO* in c. 9. *C. XXXI. qu.* 1. censuit: alia testimonia, vbiuis obuia, vt nunc taceam. Hinc de caussa secunda nubentibus pœnitentiæ olim impositæ et post plurium seculorum decursum redemtæ. *c.* 8. *C. XXXI. qu.* 1. ibique not. 54*. Cum vero hoc odium tandem depositum, et secundæ nuptiæ adeo probatæ, vt etiam intra *annum luctus* iniri queant, ceu *c.* 4. *et* 5. *h. t.* decernunt: facile induci potuit consuetudo in variis diœcesibus, vt benedictio nec secundis nuptiis negari queat, prout ad *c.* 1. *X. h. t.* dixi.

a *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp. Huc spectant tradita sup. de sponsalib. cap. in præsentia. c.* 4. *sup. de eo qui cognou. consangu. et c.* 44. *de sent. excomm.* *b* *Al. Vigeri. al Vig.* *c* *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p.* 9. *c.* 1.

CAP. IV.

Mulier, nubens intra annum lugubrem, infamiam non incurrit. H. d. cum sequenti abbas Siculus.

IDEM 24*) *Exonien.* 25) *episcopo.*

Super illa [*vero*] quæstione *d*, qua quæsitum est, an [*scil.*] mulier possit sine infamia nubere intra tempus luctus, secundum leges definitum, [*sollicitudini tuæ*] respondemus, quod, cum apostolus *e* dicat: *mulier, viro suo mortuo, soluta est a lege viri sui* 26), *et in Domino nubat, cui voluerit* 27): per licentiam 28) et auctoritatem apostoli, eius infamia aboletur.

24*) In *collect. decretal. Alex. III.* infra *tit. LXIV.* c. 2. itidem hæc decretalis tribuitur ALEXANDRO III.

25) Est hæc decretalis pars cap. *In litteris*, 9. *X. de officio et pot. iud. del.* cui falso inscriptum: *Bruxensi*. Nam, prout etiam *AVGVST. ad h. c.* fecit. 2. *comp. tit.* 1. nec non ad *c.* 5. *et* 6. *de resp. spol.* it ad *c.* 5. *de atat. et qual. etc.* et ad *c.* 4. *de eccl. aedific. ib.* docet, in *app. concil. Lat. III.* legitur: *Lexonien.* vel potius *Lexonien.* vel *Exonien.* vt demum hic veram discamus inscriptionem omnium cit. decretalium.

26) *Sui*, non est in c. cit. 2.

27) Sed non dicit apostolus: *quando voluerit.* Interim hæc dispositio intercessit, ne pœnæ secundarum nuptiarum intra annum luctus iuris Romani in Germania recipi potuerint. Quæ vero *noua lege prouinciali* de anno luctus hinc inde proposita sunt, vnice ex hac, non ex iure Romano, quoad pœnam, æstimari debent: quia in hac etiam maritis *annus luctus*, contra ius Romanum, impositus est

28) *Quia per licentiam*, C. L. *per sententiam*, ed. ant.

CAP. V.

Summatur, vt præcedens.

INNOCENTIVS III. *P. nobili mulieri.* 29) (*ann.* 1206.)

Cum *f* secundum apostolum mulier, mortuo viro suo 30), ab eius sit lege soluta, et nubendi, cui vult, tantum 31) in Domino, liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiæ sustinere iacturam, quæ, licet post viri obitum intra tempus luctus, scilicet 32) vnius anni spatium, nubat, concessa sibi tamen ab apostolo vtitur potestate: cum in his præsertim seculares leges non dedignentur sacros canones imitari. [*Cum igitur ad secunda disponat vota transire, sciens, quod nubere melius est, quam vri; tuum in Domino propositum commendamus, et ne id tibi, vel ei, qui te duxerit in iacturam, vel infamiam, ab aliquo imputetur, auctoritate præsentium expressius inhibemus: cum concessam tibi ab apostolo nubendi, tantum in Domino liberam habeas facultatem.*]

29) *Natani mulieri*, C. B. 1.
30) *Suo*, in C. H. ed. ant. et c. vn. comp. 3. h. t. omittitur.
31) *Infra annum*, C. H.
32) *Id est*, C. L.

d *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lat. p.* 9. *c.* 2. *e* 1. *Cor.* 7. *f* *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp. Rom. c.* 7. *et* 1. *Cor. c.* 7.

FINIS LIBRI QVARTI.

DECRETALIVM
EPISTOLARVM GREGORII IX.
LIBER QVINTVS.[1)]

TITVLVS I.
DE ACCVSATIONIBVS, INQVISITIONIBVS ET DENVNTIATIONIBVS 2).

CAP. I.

De persona accusatoris prius quærendum est in iudicio.

FELIX PAPA [*II.*] 3) *a* (*Romæ.*)

Si legitimus *b* non fuerit accusator 4): non fatigetur accusatus.

1) *Explicit liber quartus; incipit quintus, de accusationibus et de denuntiationibus et inquisitionibus*, C. B. 1. et L. *Incipit liber quintus de accusat.* etc. C. B. 2.
2) Verb. *inquis. et denunc.* non sunt in comp. 1. nec in 2.
3) Vel potius *PSEVDO-FELIX II.* ex putido fonte PSEVDO-ISIDORI in hanc deductus scenam apud *BLONDELLVM de Pseudo-Isidoro* p. 505 ep. 1. c. 19.
4) *Si legitimi non fuerint accusatores*, c. 1. comp. 1. h. 1.

a *Primus epist.* 1. *et* 2. *anno* 270. *id est, Claudio et Paterno, coss.* *b* *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. vide Bald. in l. damni.* §. *si alterius. ff. de damno infecto.*

CAP. II.

A denuntiatione repellitur is, qui non præmonuit.

IDEM *episcopis, per Galliam* 5) *constitutis.*

Si quis episcopus *c* ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, accusatus fuerit, postquam [*ipse*] ab eis caritatiue conuentus 6) fuerit, vt [*ipsam*] caussam emendet, et eam corrigere noluerit: non olim, sed tunc 7) ad [*summos*] primates 8) caussa eius 9) canonice deferatur 10).

5) *Per Angliam*, C. B. 2. minus recte. Ceterum hæc desumta sunt ex *PSEVDO-FELICIS II. epist.* 2. apud *BLONDELLVM in Pseudo-Isidoro* p. 358.
6) *Commonitus*, C. L.
7) *Nunc*, C. B. L. ed. ant. et Gonz.
8) *Ad summos primates*, ed. Cont.
9) *Caussa eius canon. deferantur*, C. B. 2. L. ed. ant. et gloss.
10) *Recurratur vel deferatur*, H.

c *Cap.* 8. *eod. tit. in* 1. *comp. Vide Thom.* 2. 2. *qu.* 33 *art.* 7.

CAP.

CAP. III.

Criminatio prælati debet tractari coram illis, quorum interest.

GREGORIUS duci 11) *Campaniæ.* (ann. 599.)

Illa a præpositorum [*sollicitudo vtilis est, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, et furor sibi nihil vendicat, etc.*] Si vero aliquis est de monasterio prædicti abbatis, qui possit [*quid*] dicere, quod ad culpam reatumque eius pertineat: nos cum eis, quorum interest, caussam districte volumus perscrutari, vt vel condemnetur, vel absoluatur.

11) Integra inscriptio apud *GREGORIUM I. libr. VIII. ind. 3. epist. 13. Gregorius Godiscalco, duci Campaniæ.*

CAP. IV.

Qui de aliquo crimine accusatur vel denuntiatur, interim promoueri non potest.

IDEM b *Constantiæ 12) Augustæ.* (ann. 595.)

Omnipotens c Deus: [*et infra.*] Valde graue est, vt vir, de quo tanta et talia nuntiantur, cum ante requiri et discuti debeant, honoretur 13).

12) *CONSTANTINAE*, legitur apud *GREGORIUM libr. IV. ind. 13. epist 34.*

13) Vox: *honoretur*, videtur carere sensu: nisi inspiciantur, quæ præmissa sunt in ipso registro, scilicet: *Prius tamen, quam hæc cognoscantur, serenissimus dominus discurrente iussione præcepit, vt eum venientem cum honore susciperent. Et valde etc.*

CAP. V.

Episcopus per exceptionem criminis illum ab accusatione sua repellere non potest, quem ante a sua familiaritate neglexerit separare.

PASCHALIS 14) PAPA. (ann. 820.)

Nulli d episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos, antequam se ab eis imperendum cognosceret 15), a sua communi familiaritate neglexerit 16) separare.

14) Interpolator etiam hoc caput retulit in *c. 14. C. III. qu. 5.*

15) *Impetrandos cognoscerent*, c. 3. comp. cit. 1.

16) *Neglexerint*, ibid.

CAP. VI.

Absolutus de certo crimine, de eodem iterum accusari non potest.

Ex concilio Maguntino 17). (C. 4. comp. t. h. t.)

De his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari.

17) *Magunc.* c. 4. comp. cit. 1.

CAP. VII

Cohabitantes inimicis accusati, ab accusatione repelluntur.

STEPHANUS 18) PAPA. (C. 7. comp. cit. 1.)

Repellantur ab accusatione 19) cohabitantes inimicis: quia infestationes 20) blasphemiæ, affectio solet amicitiæ excitare.

18) PSEUDO-ISIDORUS per mendacium hoc caput STEPHANO affinxit, apud *BLONDELL. in Pseudo-Isidoro p. 338. epist. 2.*

19) Dictio *ab accusatione*, non sunt in c. 7. comp. cit. 1.

20) *Infestationem*, est ibid.

CAP. VIII.

Ponit pœnitentiam accusatoris calumniosi, cum sequitur inde mors, vel membri debilitatio.

Ex Brocardico *libr. LXIII.* 21) e (C. 9. comp. cit. 1.)

Accusasti aliquem, et per tuam accusationem occisus est: nisi pro pace hoc feceris 22), XL. dies in pane et aqua, quod carens vocatur, cum septem sequentibus annis pœniteas 23). Si autem per tuam delaturam debilitatus est: per tres 24), debes quadragesimas 25) pœnitere.

21) Ita etiam C. R. 2. et L. legunt. Sed edit. ant. et Cont. cum c. 9. comp. 1. h. t. habent: ex *Brocardo libr. XIX.* quæ lectio vera est vti ex decreto *BURCHARDI libr. XIX. c. 5.* liquet.

22) Verb. *hoc feceris*, desunt in C. R. 2. et L. edit. ant. et c. cit. sed in C. R. 1. tantum omittitur pron. *hoc*.

23) *Pœniteas*, a C. R. 2. et L. abest. *pœniteat*, est in ed. ant. *pœnitere debes*, in cit. c.

24) *Et per tres*, C. R. 2. *tres quadrages. super pœnitere debes*, cit. c.

25) Additur in cit. c. 9. *super*, h. e. *insuper*, vt præter XL. dies ieiunii adhuc tres ieiuniorum dies addi debeant: quia singula ieiunia *quadragesimæ* vocantur. Quicquid huius rei sit, non sine ratione *AUGUSTINUS* in not. ad c. 9. tacito obiurgat RAYMUNDUM, quod hunc canonem huc transtulerit, aiens: *addam libere quod sentio: huius capitis non magnam video hoc tempore vtilitatem, eoque carere potuimus sine vlla iactura.*

a C. 5. eod. tit. in 1. compil. vide B. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 3. b Idem *scil. Greg. libr. 4. ep. 34. cap. 78. ind. 13. registr.* c *C. 6. eod. tit. in 1. compil. Vide Anchar. in cap. meminimus. infra. eod.* d *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. Refert Gratianus sub Palea in c. nullis episcoporum.* 14. *C. 3. qu. 5.* e *Al. ita:* ex Burchardo l. 19.

CAP. IX.

Super notoria procedit iudex, nemine accusante.

AUGUSTINUS 26) *super Gen. de morte Abel.* (C. 11. comp. cit. 1.)

Euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris 27).

26) *Eugenius*, C. H. Vtramque mendose: quia hæc verba desumta ex *glossa interlin. ad Gen. IV.* vt notauit GONZAL.

27) Vt nullo processu opus sit, quem excludi a *facto notorio* voluerunt, per *c. 21. X. de iureiur.* et *c. 3. X. de testib. cog.* Hoc ideo addo, ne arbitreris, iam tempore prisco ante æuum INNOCENTII III. processum inquisitorium in vsu fuisse, quod oppido falsum est.

CAP. X.

Laici vel inimici clericos accusare non possunt.

ALEXANDER III. *Gait.* 28) *electo.* f (ann. 1180.)

Cum P. Manconella g presbyter ex vna parte, et Bonus presbyter, et I. 29) Bonus Cocli 30) laicus, frater eius, ex altera, in nostra essent præsentia constituti 31): eundem I. quia laicus erat, in [*iam*] dicti P. accusationem non duximus admittendum 32). Cumque præfatus B. 33) eundem P. super crimine simoniæ constantius accusaret; nos eum, quia in testimonium illius caussæ adductus fuerat 34), et quia prædictus I. frater eius, ipsum P. coram te prius 35) accusauerat, ab accusatione repulimus: præsertim cum h frater P. memoratum 36) B. antea de caussa consimili accusasset 37). Vnde quoniam vnus post alterum prædictum P. instanti vicissitudine accusabant 38); neutrum ad eius accusationem admisimus: sed vtrique presbytero 39) de obiectis criminibus purgationem duximus indicendam. Ideoque 40) [*d. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus vterque illorum cum tribus sacerdotibus faciat se purgare 41) i.

28) *Galet.* C. R. 1. *Gaietan.* C. R. 2. *Gaieret.* L. *Gart.* ed. ant. *Gaietano*, c. 12. comp. cit. 1. vel *Caiatensi* ex mente GONZAL.

29) *Io. secund.* C. L. per tot.

30) *Cocci*, C. R. 2. *Coci*, L.

31) *Cum P. Manconella et Bonus Cocci presbyteri, et Ioannes Bonus Cocci laicus in nostra essent præsentia constituti*, c. 12. comp. cit. 1.

32) *Nequaquam admisimus*, ibid.

33) *Bonus*, C. L.

34) *Fuerit*, C. L. *fuit*, cit. c.

35) *Et quia frater eius I. scilicet iam dictum P. coram te accusauerat*, cit. c.

36) *Memoratum*, ibid. omittitur, et loco sigli *B.* legitur: *Bonum Cocci.*

37) *Accusaret*, ibid.

38) *Accusabat*, C. R. 1. et cit. c.

39) *Sed vtrique de etc.* cit. c.

40) *Inde statutum est, quod* ibid.

41) *Quatenus vtrumque illorum se cum tribus sacerdotibus facias infra XXX. dies post harum susceptionem litterarum purgare.* ibid. Reliqua huius c. vide in *c. 7. X. de purgat. canon.*

CAP. XI.

Monachus accusare potest abbatem, et de bonis monasterii expensas litis necessarias habebit.

IDEM *Vigorien.* 42) *episcopo.* (ann. 1180.)

Ex k parte tua [*huiusmodi quæstio nobis fuit proposita, vtrum monachi in accusatione abbatum suorum sint aliquatenus audiendi. Super quo vtique*] prudentiæ tuæ t. respondemus, quod monachi, nisi alia rationabilis caussa impediat 43), eo, quod de obedientia et subiectione abbatis esse noscuntur, ab eius accusatione sunt nullatenus 44) repellendi: licet alios accusare non possint. Quibus, siquidem cum proprium non habeant 45), de rebus monasterii expensæ debent necessariæ, donec caussa debitum finem accipiat, ministrari 46).

42) *Wigorn.* C. R. et L. *Wigor* c. 13. comp. cit. 1.

43) *Præpediat*, C. R. 2. L. et cit. c.

44) *Non sunt illatenus*, C. R. L. H. et cit. c.

45) Idem quoque asserendum, si monachus conuenitur, quia eadem subest ratio, vt se expensis monasterii defendere teneatur. Quid, si condemnetur ex delicto ad satisfactionem, v. c. stuprata puellæ, faciendam? *PELLIZARIUS in manuali regular. tom. I. tr. 5. c. 6. sect. 1. n. 36. in f.* monasterium ab ea absoluit, quod illud non teneatur ex delicto monachi. Quod concedo quidem de *pœna*, non vero de *satisfactione* ciuili: quia *monachus proprium nihil habet.* Sicut vero omnia acquirit monasterio: ita quoque hoc onus, quod monacho incumbit, ferre debet. Idem præterea, quod hic traditur, infra in *c. pen. h. t.* regulatum est.

46) Laciniam huius cap. habes in *c. 2. X. de confirm. vtil.*

CAP. XII.

Presbyter ebriosus, missam celebrans, non præmissa digestione, ecclesia priuari debet. H. d. vt conueniat omnibus lecturis.

IDEM 47).

Si constiterit l, quod [*sæpe dicta*] D. [*præscripta*] ecclesia 48) non perpetuo concessa, sed ad tempus fuerit commendata, et [*cet. et infra.*]

47) *Cœlestinus III.* c. 1. comp. 2. h. t. et hinc dubium, cui tribuenda sit hæc decretalis, nisi quod RAYMUNDUS crediderit, eam esse ALEXANDRI III. quia inter huius decretales eam collocauit.

48) *Quod dicta ecclesia*, ed. ant.

f Gaietano. g *Cap. 12. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Later. sub Alex. III. p. 50. c. 14.* h Frater eiusdem P. etc. i Purgari. k *C. 13. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 12.* l *Sub. Alex. III. sed in 2. compilat. c. 1. eod. tit.* Cœlestino III. *al.* Clementi tribuitur.

da vinolentia 49) a, et quod in taberna pernoctauerit, ita quod altera die, nulla præmissa dormitione b, missam cantasset: [*et infra.*] [*Sed etiam*] si de hoc rationabiliter conuictus fuerit in iudicio ante episcopum [*vel archiepiscopum*] suum, siue 50) accusatus, vel ad rationem positus 51), sine coactione [*coram pluribus*] fuerit confessus: ei [*nullius app. obst.*] super eadem ecclesia perpetuum silentium imponatis, ipsum ab impetitione B. 52) c desistere compellentes. Cæterum si eidem [*D.*] fuit 53) ecclesia 54) [*ipse*] canonice concessa et tradita, et postea de crimine aliquo non fuit conuictus, propter quod de iure debeat 55) d spoliari, vel post appellationem, sicut aliquando allegauit, ecclesia illa fuerit spoliatus: ipsam ei faciatis 56) restitui, et in pace dimitti.

49) *Violentia*, ed. ant. et cit. c.
50) *Siue*, non est in cit. c.
51) Post simplicem *denuntiationem*. Olim enim, qui *publice* aliquem per *accusationem* de crimine conuincere, ob defectum legitimæ probationis non poterat, in secreto eum episcopo denuntiabat, vt eum corripecet et ad sponte confitendum induceret. *c.* 19. *C. II. qu.* 1. Quodsi ad pœnitentiam pronunciatus, non *coactus*, vt hic dicitur, sed *sponte* confitebatur: censuræ ecclesiasticæ subdebatur ad *correctionem*, *c.* 16. *X. h. t.* alioquin dimittendus erat. *c.* 24. *et* 31. *X. h. t.*
52) *G.* est in C. B. L. H. et cit. c.
53) *Fuerit*, C. H.
54) *Ecclesia ipsa*, C. B. 1. et L.
55) *Debuit*, ed. ant et cit. c.
56) *Faciat*, C. B. 2. ed. ant. et cit. c.

CAP. XIII.

Inimicus etiam a voluntaria exceptione repellitur.

IDEM 57). (*ann.* 1175. Conf. c. 2. comp. 2. h. t.)

Meminimus, [*iam pridem*] tibi [*præcipiendo*] mandasse, vt [*dilectæ filiæ n.*] Cassintæ abbatissæ [*monasteris S. Zachariæ,*] cuius electionem confirmauimus, munus benedictionis impendere procurares 58). Sed quia F. 59) pro altera parte [*ad nostram præsentiam accessit, et*] a te [*exinde*] ad nostram audientiam appellauit: proponens, quod de simonia accusaret eandem, [*et ideo*] mandatum nostrum distulisti effectui mancipare. Quia vero te non decet in hac parte appellationi eiusdem H. deferre; [*cum non liceat laicis contra clericos et monachos testimonium ferre; et*] cum idem [*H.*] illius 60) manifestus fuerit inimicus, et contra eam testimonium tulerit: [*nos, si bene meminimus, eamdem abbatissam benedici mandauimus, et adhuc app. cessante*] mandamus, quatenus, cum inde fueris requisitus, præfatæ abbatissæ, [*contrad. et app. cess.*] munus benedictionis non differas impertiri e.

57) *Alexander III.* c. 2. comp. cit. 2.
58) *Impenderes*, ibid.
59) C. R. L. ed. ant. Cont. gloss. et Pith. habent: *H.* immo cit. c. *Henricus.*
60) *Memoratæ Cassitæ*, cit. c.

CAP. XIV.

Dicens, se aliquem accusaturum coram iudice, ante inscriptionem potest sine pœna desistere, et non accusare: sed ei desistenti silentium imponitur in perpetuum. Et secundum hoc summarium iste textus est notabilis. Abbas.

INNOCENTIVS III. *archiepiscopo Bisuntino* 61). (*ann.* 1198.)

Licet in beato f Petro, [*apostolorum principe, ligandi atque soluendi nobis a Domino sit attributa facultas, quam in subiectos iuxta suorum exigentiam meritorum exercere libere debeamus; exemplo tamen illius, qui omnes saluat, et neminem vult perire, libentius intendimus ad soluendum, quam ligandum: etsi sint nonnulla culpæ, in quibus est culpa relaxare vindictam.*] Sane, cum [*olim*] ex litteris B. 62) decani sancti Stephani, et I. et O. 63) canonicorum ecclesiæ Bisuntinæ ad apostolicæ sedis audientiam peruenisset, te varia crimina commisisse, ac ab eis fuisses per easdem litteras super periurio, crimine simoniæ et incestus 64) g delatus: [*fel. rec.*] Clemens 65) papa, prædecessor noster, seruata iudiciaria grauitate, tibi certum terminum assignauit, quo responsurus obiectis apostolico te conspectui præsentares. Cum autem [*tu*] iuxta tenorem [*factæ tibi*] citationis ad sedem apostolicam accessisses: [*te et dil. fil. I. et O. archid. apud sed. apost. constitutis, exspectauimus aliquamdiu, si qui forsan contra te procederent, et quæ de te litteris intimarant, proponerent in scribendo. Ceterum cum*] nec vllus 66) h appareret, qui te ita 67) impeteret de prædictis; ne aliquid de contingentibus omittere 68) videremur, ab I. et O. archid. in nostra [*et fratrum nostrorum*] præsentia constitutis, quæsiuimus diligenter, si quid super præmissis aduersus te pro se vel aliis proponere 69) vellent, et quod scripserant, legitime demonstrarent 70): ipsi autem, quod non proposito accusandi hæc scripserant, responderunt. Sed quia [*tu*] fui et quibusdam incorrigibilis videbaris; quædam de te apostol. sedi duxerant intimanda: sed nuntius, qui pro litteris accesserat impetrandis, mandati formam excessit 71).

Nos igitur, [*famæ tuæ consulere cupientes,*] dictis canonicis 72) [*contra te*] super prædictis 73) silentium duximus imponendum, ne te de cætero eis super his accusare liceat, vel etiam 74) infamare, [*illius sequentes exemplum, qui cum mulieri dixisset: quis te condemnauit, mulier? et illa, nemo, Domine; nec ego, inquit, te contemnabo: vade iam, amplius noli peccare.*] Quia vero prædicti canonici circa vinculum inscriptionis desistere voluerunt 75): eis de iuris permissione id non duximus imputandum. Ne autem in absolutione tua minus canonice 76) procedere videmur; quamuis potius in odore bonæ opinionis coepiscoporum nostrorum, quam eorum infamia delectemur: [*ven. f. n.*] Cabilonensi episcopo et [*dil. fil.*] abbati de Firmitate, inquisitionem famæ tuæ 77) duximus committendam.

61) Hanc inscriptionem probat *edit. Baluz. epistolarum* INNOCENTII *III. libr.* 1. *epist.* 277. anno primo regiminis scripta.
62) *G.* est in C. R. L. et H.
63) *Et T. I. et M.* habent C. R. H. ed. ant. et gloss. *et T. et Io. et M.* L. *et G. cantoris I. a. I. a et N.* c. 1. comp. 3. h. t.
64) *Et incestu*, C. P. L. et cit. c.
65) *Cæ.* est in cit. c.
66) *Vnus*, C. B. L. H. et cit. c.
67) *Ita*, omittitur in C. R. L. et cit. c.
68) *Prætermittere*, cit. c.
69) *Opponere*, ed. ant.
70) *Demonstrare*, cit. c.
71) *Excesserit*, C. L. *præsumsit excedere*, cit. c.
72) *Canonicis*, in C. L. deest.
73) Dict. *super prædictis*, a C. L. absunt.
74) *Etiam*, in cit. c. non habetur.
75) *Voluerint*, C. B. 2.
76) *Nimis*, est in cit. c. omissa partic. *canonice.*
77) Vt constaret, verum clamore publico ita diffamatus esset, vt sine scandalo dissimulari non posset, sed ad minimum purgatione opus esset: *c.* 15. *X. h. t.* quod fundamentum *inquisitioni* etiam, quam introducere meditabatur INNOCENTIVS III. præbuit, ceu factum est in *c.* 24. *X. h. t.*

CAP. XV.

Ad prosequendam accusationem criminalem, non admittitur procurator; licet possit allegare caussam absentiæ, seu alias exceptiones, non tangentes crimen propositum: et qui iurauit stare mandato alicuius, non admittitur ad accusandum illum, si virtute iuramenti sibi fuit iniunctum, vt non accusaret. H. d. et ad hoc solet allegari, et in hoc est valde vulgatum.

IDEM *Saliburgen.* i *archiepiscopo* 78). (*ann.* 1202.)

Veniens k ad sedem apostolicam [*dil. fil.*] A. Pragen. canonicus contra [*venerabilem fr. n.*] Pragen. episcopum inter alia proposuit coram nobis, quod, cum esset filius sacerdotis, in ecclesiam fuerat Pragen. intrusus: et contra eiusdem ecclesiæ priuilegium, [*imperiali et liberalitate concessum et per sedem ap. confirmatum,*] homagium [*dil. fil. n.*] duci Bohemiæ præstitisset, [*ac regalia recepisset ab eo,*] sic subiiciens Pragen. ecclesiam seruituti: [*et infra.*] Vnde [*nos*] prædictum episcopum ad festum resurrectionis Dominicæ, [*proximo præteritum,*] peremptorie nos meminimus citauisse. Idem vero [*episcopus*] ad suam excusationem viarum discrimina, consecrationem chrismatis imminentem 79), et quod filius [*nobilis viri,*] Bohemiæ principis, esset per ipsum baptizandus tunc temporis, per nuntios et litteras allegauit. Licet autem excusationes huiusmodi, sicut erant, friuolas æstimantes 80) l, ipsum reputauimus 81) contumacem, nec procuratores eius in caussa possemus recipere criminali: eis tamen [*dil. fil. n. G. sancti Angeli et H. sancti Eustachii, diac. cardin.*] concessimus auditores, vt, si possent, illum aliquatenus excusarent. Cumque prædictus A. coram eis repetiisset obiecta 82): [*ei*] fuit ex aduerso responsum, quod, cum olim super hoc ad [*ven. fr. n.*] Magdeburgen. 83) archiepiscopum litteræ fuerant 84) impetratæ, idem A. [*qui contra episcopum solus agebat,*] in obiectorum se videns probatione deficere, [*depositis vestibus, et pedibus nudis,*] ad pedes eius se humiliter prosternens, veniam postulauit, et, quod aduersus eum calumniose processerat, est confessus. Ceterum cum super hoc mandato stare eiusdem archiepiscopi iurauisset: ipse præcepit eidem, sub debito præstiti iuramenti, vt contra eundem episcopum de cætero

78) *Salzburg.* edit. ant. Enimuero *libr. V. epist.* 28. edit. Baluz. diuersam habet inscriptionem: *Pragensi capitulo*, quæ inscriptio verior videtur: quia episcopus Pragensis per canonicum Pragensem delatus erat calumniose, adeoque necesse erat, vt pontifex capitulo rescriberet, et quæ gesta erant, et adhuc gerenda, coram archiepiscopo Salzburgensi, eidem intimaret, vt, si in purgatione deficeret, alium eligerent, hac sub clausula ad *capitulum directa*: *licentiam* VOBIS *auctoritate nostra concedens, alium per electionem canonicam in episcopum eligendi.* Similiter: *ad* VOS *remittimus absolutum.* Vt inde certo constet, non ad *Salzburgensem archiepiscopum*, sed *Pragense capitulum* hanc decretalem directam fuisse. Omni vero probabilitati repugnat, eam missam fuisse ADALBERTO duci Bohemiæ, ceu arbitratur GONZAL. vt integra decretalis *cit. l.* aperte docet.
79) *Imminentem*, cit. c.
80) *Extimantes*, C. R. L. et cit. c.
81) *Reputauerimus*, C. B. et L.
82) *Obiecta*, C. R. 1.
83) *Maideburgen.* cit. c. sed vitiose.
84) *Fuerint*, C. B. L. H. ed. gloss. et cit. c.

---

a Violentia. b Dormitatione. c G. d Debuit. e Impertiri. f *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* g Incestu. h *Aliter* nec vnus appareret, qui te impeteret de prædictis.

i Salzeburgen. k *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compilatione.* l Estimantes.

propo-

proponere talia non auderet. [*Nos igitur, intellectis per cardinales eoſdem, quæ fuerunt hinc inde propoſita,*] cum nobis [*expreſſius*] ex ipſius A. 85) confeſſione conſtaret, ipſum iuramentum huiuſmodi 86) præſtitiſſe, ac tale receptiſſe mandatum: ſuper impetitione dicti epiſcopi ſilentium ei duximus imponendum, propter contumaciam tamen eidem 87) epiſcopo 87*) a citationem et purgationem propter infamiam indicentes.

85) *A.* deeſt in C. H.
86) *Huiuſmodi*, non eſt in cit. c.
87) *Eidem*, ibid. omittitur.
87*) *Canonicam*, addit ed. Cont.

CAP. XVI.

Denuntiator criminis non ſe inſcribit; quia ad correctionem tendit; accuſator autem inſcribit, quia tendit ad pœnam: excipiens vero inſcribit ad pœnam extraordinariam, ſi per exceptionem deiicitur ab obtento, alias ſecus. Hoc primo. Secundo *dicitur, quod, dum diſcutitur de crimine per modum exceptionis, poteſt interuenire procurator.*

IDEM *priori ſancti Fridiani 88), et Magiſtro B. canonico Piſano.* (*ann.* 1206.)

Super his 89) *b*, de quibus nos conſulere voluiſtis, inquiſit. veſtræ breuiter reſpondeamus, quod tribus modis valet crimen opponi, denuntiando, excipiendo et accuſando 90). Quando crimen in modum denuntiationis opponitur; [*ad denuntiationem*] non eſt inſcriptio neceſſaria; ſed, cum in modum accuſationis [*obiicitur,*] oportet inſcribi: quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionem 91) eſt denuntiatio facienda. Cum autem excipiendo fuerit crimen obiectum: diſtinguendum eſt, quare opponatur, et quando. Si autem obiicitur, vt ab accuſatione vel teſtificatione aliquis repellatur: non eſt inſcribi neceſſe. Sed cum opponitur, vt quis a promotione officii 92), vel beneficii excludatur, ſi ante confirmationem obiicitur 93); non cogitur 94) quiſquam inſcribere: quia crimen, hoc modo probatum, impedit promouendum, ſed non deiicit iam promotum. Poſt confirmationem vero, cum ſcilicet ordinandus 95) fuerit aliquis, aut etiam conſecrandus, quia etiam 96) ab obtinendo repellit, et deiicit ab obtento, ad extraordinariam [*quidem*] pœnam ſecundum arbitrium 97) iudicis diſcreti, citra vinculum [*tamen*] inſcriptionis, eſt excipiens deſtringendus 98), ſi defecerit in probando; pro eo, quod, crimine ſic probato, perdit, quod per electionem et confirmationem ei fuerat acquiſitum: ſed ob hoc prius habita 99) non amittit. Licet enim agatur de crimine; non eſt tamen huiuſmodi quæſtio criminalis: vnde per procuratorem poteſt rite tractari 100).

88) *Frig.* C. R. 1. *Frediani*, L.
89) Ex hac eadem decretali etiam deſumta ſunt *c.* 8. *X. de teſtib. cog.* et *c.* 8. *X. de pœnis*, quæ tamen ſub diuerſis omnis locauerunt PITHOEI.
90) *Inquiſitionem* omittit, quod hæc nondum determinata, ſed adhuc determinanda eſſet, vel potius *iuris conſtituendi*, non *conſtituti*. Viam ad eam iam præparauit in *c.* 17. *h. t.* quod poſt hanc decretalem ſine dubio exaratum, ſed in *concilio Lateranenſi IV.* demum approbatum, per *c.* 24. *X h. t.*
91) Per impoſitionem *pœnitentiæ*, publice quidem ſubeundæ, ſed ſine exomologeſi publica, quæ in ſecreto fiebat. *c.* 9. *C. II. q.* 1. Vid. *c.* 12. *X. h. t.* ibique *not.* 51. Aliud dicendum erat de *publica delatore*, qui publice in iudicio eccleſiaſtico nuntiabat crimina, citra formam accuſationis: qui, licet non inſcriberet in crimen, propter *calumniam* tamen plectendus erat. *c.* 2. *X. de calumn.*
92) *Officii ſui*. C. H.
93) *Opponitur*, ibid.
94) *Cogatur*, C. L.
95) *Promouendus*, c. 3. comp. cit. 3.
96) *Quia et*, C. N. 1. ſed in C. N. 2. H. et L. vox *etiam*, deeſt.
97) *Per arbitrium*, C. R. 2.
98) *Adſtringendus*, C. R. L. H. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
99) *Habitum*, cit. c.
100) Quæ poſt hæc in cit. c. habentur, vide in *c.* 8. *X. de pœnis.* et *c.* 8. *X. de teſt. cog.*

CAP. XVII.

Generales inquiſitores, ſi non ſeruauerunt debitum inquiſitionis ordinem, prudenter et caute ſe corrigere debent. Hoc primo. Secundo *ponit formam iuramenti, quam inquiſitores exigunt ab inquiſitis.*

IDEM *Verſel.* 1) c *epiſcopo et abbati de Tileto.* 2) d (*ann. eod.*)

1. Qualiter e et quando 3) [*debeat prælatus procedere ad inquirendum et puniendum ſubditorum exceſſus, ex auctoritate noui et veteris teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus ſuper hoc proceſſerunt poſtea canonicæ ſanctiones. Legitur enim in euangelio, quod ille villicus, qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo: quid eſt hoc, quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Et in Geneſi Dominus ait: deſcendam et videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifeſte probatur, quod non ſolum, cum ſubditus, verum etiam, cum prælatus excedit, ſi per clamorem et famam exceſſus eius ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem a maleuolis et maledicis, ſed a prouidis et honeſtis, nec ſemel tantum, ſed ſæpe, quod clamor innuit, et diffamatio manifeſtat, debet coram eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, vt, ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tanquam ſit idem actor et iudex, ſed, quaſi deferente fama, vel clamore nuntiante, officii ſui debitum exſequatur. Licet autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis: diligentius tamen eſt obſeruandum in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam. Et quia non poſſunt omnibus complacere; cum ex officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare; quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam vero ligare: frequenter odium multorum incurrunt et inſidias patiuntur. Et ideo ſancti patres prouide ſtatuerunt, vt accuſatio prælatorum non facile admitteretur, ne, concuſſis columnis, corruat ædificium: niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminationis ianua præcludatur. Verum ita voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuſte: vt tamen cauerent, ne delinquerent inſolenter, contra vtrumque morbum congruam inuenientes medicinam, vt videlicet accuſatio criminalis, quæ ad diminutionem capitis et ad degradationem intenditur, niſi legitima procedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, vt in tantum iam clamor adſcenderit, quod diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, nec ſine periculo tolerari; abſque dubitationis ſcrupulo ad inquirendum et puniendum eius exceſſus non ex odii fomite, ſed ex caritatis procedatur affectu: quatenus, ſi grauis fuerit exceſſus, et ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino. Quod et ſecundum euangelicam veritatem a villicatione villicum amouere oportet, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem. Hunc igitur ordinem*] ſi circa [*ven. fr. n.*] Nouarien. epiſcopum obſeruaſtis: [*intentionem et*] diſcretionem veſtram in Domino commendamus. Si vero qualibet occaſione 4) prætermiſiſtis eundem; [*ne per leue compendium ad graue diſpendium veniatur,*] adhuc f ipſum 5) tempore opportuno 6) volumus obſeruari: ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur. Ideoque mandamus 7), quatenus ad conſcientiæ veſtræ iudicium recurrentes, ſi [*forte*] contra præſcriptum ordinem, tanquam homines, exceſſiſtis, non pudeat vos errorem veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores 8); quoniam, [*ſi*] apud iudicem diſtrictum 9), in qua menſura menſi 10) fueritis, remetietur vobis, ita videlicet, vt inueniatis occaſionem aliquam congruentem, per quam, ne veſtra vileſcat auctoritas, quanto cautius et prudentius poteritis, ſuperſedeatis ad præſens: quoniam ex his, quæ inordinate ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi. Si vero præſcriptum ordinem cuſtodiſtis; [*volumus et mandamus, quatenus,*] omni gratia et timore poſtpoſitis, Deum ſolum habentes præ oculis, via regia incedentes, ſine perſonarum acceptione g in [*hoc*] negotio procedatis, [*iuxta formam, quam vobis in aliis litteris duximus exprimendam, nec timentis aliquem hominem contra Deum, ſed Deum potius contra omnem hominem metuentis.*] Formam vero iuramenti, quam a clericis Nouarien. ſuper inquiſitione facienda in hoc negotio recepiſtis, in ſimilibus volumus obſeruari: vt videlicet iurent clerici, quod ſuper his, quæ ſciunt vel credunt eſſe in ſua eccleſia reformanda, tam in capite, quam in membris, exceptis occultis criminibus, meram et plenam dicant

1) *Vercellen.* C. R. 1. L. ed. ant. Cont. et c. 4. comp. cit. 3.
2) *De Celiero*, cit. c.
3) Nouum hunc proceſſum, ab INNOCENTIO III. in foris eccleſiaſticis introducendum, omnibuſque epiſcopis commendatum variis propugnat argumentis, eumque hoc modo iuſtificat contra morem huc vſque vſitatum, quo nemo ſine accuſatore condemnari poterat, et inſolitum erat, iudicem ſimul *accuſatoris* vices ſubire. Talis huius inſoliti proceſſus iuſtificatio haud neceſſaria, ſi iam olim cognitus fuiſſet, multo minus deſiderata *concilii Lateranenſis IV. approbatio ſpecialis*, in quo ad verbom omnia argumenta, hic relata, repetuntur, ceu docet *c.* 24 *X h. t.* vbi de ratione, hunc proceſſum introducendi, plenius dicam. Adhuc in primo regiminis anno obiectum fuerat INNOCENTIO III a Mediolanenſi archiepiſcopo, quod abſque *accuſatore* contra eum proceſſiſſet, vt docet *c.* 2. *X. ut eccleſiaſt. benef. ſine dimin. conf.* ibique *not.* 58. ait pontifex: *prætereo propoſuas quod, cum nullus debeat* SINE ACCVSATORE *damnari, nec aliquid circa negotium illud ſit actum* IN FORMA IVDICII, *depoſitiones teſtium non poterant tibi præiudicium generare.* Non negat obiectionem hanc pontifex, nec negat, ſe fuiſſe actorem in proprio cauſſa et iudicem: ſed tantum allegat, ſe non ſine ratione commiſſa *inquiſitionem*, faciendam ex cauſſa *ſuſpicionis*, quod merito inſolitum Mediolanenſi archiepiſcopo viſum fuit. Forſan hic caſus occaſionem dedit INNOCENTIO III. vt de hoc nouo proceſſu introducendo cogitaret, ceu poſtea factum eſt. Denique quia hic proceſſus nouus plane erat, ſine dubio a delegatis iudicibus, quibus inquiſitio contra Nouarienſem epiſcopum commiſſa, interrogatus fuerat pontifex: *quomodo et qualiter prælatus procedere debeat ad inquirendum et puniendum ſubditorum exceſſus?* quæ quæſtio inſolita et inanis fuiſſet, ſi de *iure communi* hic proceſſus fuiſſet cognitus. Cæterum pars huius decretalis habetur in *c.* 17. *X. de iudiciis.*
4) *Cauſſa*, cit. c.
5) *Hunc ipſum*, C. R. et L.
6) *Congruo*, cit. c.
7) *Et ideo diſcretionem veſtram rogamus attentius et monemus, obſecrantes in Chriſto Ieſu, qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos*, ibid.
8) *Exceſſus*, C. N. 1.
9) *Diſtrictiſſimum*, C. R. 1. et cit. c.
10) *Menſi*, C. L.

a *Sequuti vetera exemplaria hunc locum reſtituimus, vt eſt impreſſum; cum in vulgatis perperam legeretur ita:* purgationem canonicam propter, et c.
b *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.*
c *Al.* vercell.
d *De Citeto*,
e *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compilat.*
f *Alit. ita:* hunc ipſum
g Exceptione.

inqui-

inquisitoribus 11) veritatem: [*et infra. Constitutiones vero, quas ad correctionem excessuum, et reformationem morum vos non tam fecisse, quam innouasse cognouimus, adprobamus, volentes, vt eas faciatis a clericis laudabiliter exerceri, præcipientes ex parte nostra prælatis, vt laicis conquerentibus plenam faciant iustitiam exhiberi, non obstantibus appellationibus frustratoriis, quas in eorum grauamen clerici frequenter opponunt; ne pro defectu iustitiæ clerici trahantur a laicis ad iudicium seculare: quod omnino fieri prohibemus, et vos, ne fiat, prohibere omnibus modis satagatis. Ceterum aduersus hæreticorum fallacias sollicitudinem vestram vigilare oportet, monentes et obsecrantes in Domino, quatenus ad exstirpandum de agro dominico lolium hæreticæ prauitatis prudenter et efficaciter intendatis.*]

11) *Inquisitionis*, cit. c.

CAP. XVIII.

Si is, contra quem inquiritur, iurauit respondere tantum ad interrogata; post confessionem auditur volens probare excusationes, quæ confessionem non perimunt, sed exponunt: secus si iurauerit, plenam et meram veritatem dicere.

IDEM *archiepiscopo Arelaten. et Vallis magnæ abbati.* (*ann.* 1204.)

Cum a dilecti filii Cisterc. abbas, et P. et R. monachi 12) Fontis frigidi, a sede apost. legati ad ecclesiam Agathen. accessissent 13), vt in ea legationis officium exercerent; quia de [*ven. fr. n.*] Agathen. episcopo per frequentem clamorem multa sibi fuerant insinuata sinistra; voluerunt descendere ac videre, si clamorem opere compleuisset: [*ideoque tam episcopum, quam canonicos, iuramenti vinculo adstrinxerunt, vt super statu ecclesiæ sibi dicerent veritatem, et infra.*] Quia vero nobis 14) non constitit, sub qua forma episcopus cum canonicis Agath. coram dictis legatis præstiterit 15) b iuramentum, vtrum videlicet ita iurauerit, vt super statu ecclesiæ plenam et meram diceret veritatem, an [*ita*,] vt ad inquisita veraciter responderet: [*discr. v. per a. f.*] mandamus, quatenus eisdem legatis ex parte nostra [*in virtute obedientiæ districte*] mandetis, vt, sub qua forma iuramentum præstiterit, studeant fideliter intimare. Et si secundum responsionem eorum sub secunda forma iurauerit 16), aut ipse [*coram nobis*] sufficienter probauerit, se sub illa forma iurasse, aut per depositiones 17) testium, quos produxit, [*apud sedem apostolicam constitutus, quas vobis sub bulla nostra mittimus interclusas*,] aut etiam aliorum; cum depositiones illæ non 18) fuerint publicatæ, nec [*ipse*] productioni testium renuntiare curauerit; quoniam secundum eandem 19) non teneretur 20) ex debito iuramenti, nisi ad quæsita 21) solummodo respondere 22): vos excusationes suas 23) [*diligenter*] audire curetis. Et si eas probauerit [*diligenter*;] cum excusationes huiusmodi confessiones 24) [*illas*] non perimant 25), sed exponant, quæ tales sunt, vt ad c bonum et malum valeant retorqueri d, et ideo iudicari debent ex caussis; eum, sublato appellationis obstaculo, [*penitus*] absoluatis: cum, etsi repertus sit culpabilis in quibusdam, ex labore tamen et pudore punitus, quos propter hanc caussam incurrit, huiusmodi leuis culpa leuiter 26) ei valeat indulgeri. Quodsi excusationes illas super dilapidatione, naufragio, et simonia probare 27) nequiuerit, aut, [*si*] sub prima forma iurauerit; cum 28) secundum eandem nec 29) veritatem tacere, nec admiscere debuerit 30) falsitatem: vos, non obstantibus excusationibus [*illis*,] quas de nouo proposuit [*coram nobis*,] cum in confessionibus suis nullam omnino de illis fecerit 31) mentionem, quamuis firmiter asseruerit, quod [*exceptiones*] plures ex illis legatis prædictis exposuit, [*quas ipsi scribere non curauerunt*,] cum hoc per se probare non posset, tanquam qui solus examinabatur ab illis, eum [*subl. cuiuscumque contrad. et app. obst.*] ab administratione Agathen. ecclesiæ remouere curetis 32).

12) *Monachi*, non est in c. 5. comp. cit. 3.
13) *Peruenissent*, C. R. 1.
14) *Nobis*, omittitur in cit. c.
15) *Sub qua forma coram prædictis legatis præstitit iuramentum*, ibid.
16) *Iurauit*, C. R. 1.
17) *Depositionem*, C. H.
18) *Nondum*, C. R. 1. et cit. c.
19) *Easdem*, C. R. 2.
20) *Teneretur*, C. R. 1. et cit. c.
21) *Inquisita*, C. R. L. H. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
22) *Veritatem solummodo respondere*, C. R. L.
23) *Illas, quas vobis sub bulla nostra mittimus interclusas*, cit. c.
24) *Confessiones eius*, edit. ant. Declarat has confessiones specifice *ALTESERRA in comm. ad Innoc. III decret. ad h. c.* atque, abbatem Cisterciensem ARNVLDVM cum PETRO et RADVLPHO contra Albigenses a sede apostolica delegatam accepisse potestatem, adeoque primos inquisitores generales in caussa fidei fuisse, quod defendit *MANRIQVE tom. III. ad ann. MCCIII. c.* 3. n. 1. Praeterea etiam inquisitionem aliorum criminum eis *specialiter* fuisse delegatam ex hoc textu liquet, in quo inquisiuerunt contra episcopum Agathensem super dilapidatione, naufragio et simonia, ceu ex facti specie relata monstrat ALTESERRA c. l.
25) *Non exprimant*, cit. c. omissis sequentibus: *sed exponant*.
26) *Leniter*, ibid.
27) *Ita probare*, C. R. 1.
28) *Quod*, cit. c.
29) *Nec*, ibid. omittitur.
30) *Debuit*, est ibid.
31) *Faceret*, ibid.
32) *Remoueatis*, ibid.

CAP. XIX.

De veritate criminum non inquiritur, nisi prius constet de infamia; et tunc non inimici vel periuri, sed idonei viri ad prosequendam inquisitionem et ad testimonium admittuntur: et, non probato crimine, indicitur infamatis purgatio.

IDEM *archiepiscopo Terraconen.* 33) *et abbati sanctæ Mariæ de Populeto* 34), *et archidiac. Barchinon.* 35) (*ann.* 1205.)

Cum oporteat e episcopum: [*et infra.*] Sane, venientibus ad apostol. sed. [*dil. fil.*] G. [*Grossi*] et H. 36) canonicis Vincen. et multa [*grauia et*] enormia contra [*ven. fr. n.*] Vincen. 37) episcopum proponentibus coram nobis, quæ illa non debebamus sub dissimulatione transire f, vobis, [*frater archiepiscope, ac fili. archid.*] inquisitionem illorum duximus committendam, [*illius imitantes vestigia, qui, cum haberet villicum, et ille diffamatus fuisset apud eundem, quia dissipasset bona ipsius, cum eo posuit rationem.*] Verum dictus episcopus, antequam ad ipsum g vestra 38) citatio peruenisset, ad præsentiam nostram accedens proposuit [*coram nobis*,] quod illi, qui enormia [*illa*] de ipso [*nobis*] suggesserant h, typo malitiæ potius, quam iustitiæ zelo ducti, nobis huiusmodi intimarunt 39): cum ipsi eius sint inimici manifesti 40), et cum eius hostibus conuersentur, consanguineosque suos, ac complices intendant ad testificandum 41) producere contra ipsum, qui ad denuntiandum, seu [*ad*] testificandum admitti non debent [*aliqua ratione*,] vtpote iuramenti præstiti transgressores, et aliis criminibus irretiti. [*Ne vero per leue compendium ad graue dispendium veniatur:*] discretioni vestræ [*per a. f.*] mandamus, quod 42) i, nisi super prædictis 43) famam ipsius k læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem illorum non subito procedatis. Quodsi 44) ad inquisitionem fuerit procedendum; prædictos, vel alios, quos ipsius esse constiterit inimicos, nec ad prosequendum 45) inquisitionem, nec ad perhibendum testimonium contra ipsum episcopum admittatis: sed per viros idoneos super his, quæ gesta 46) sunt, inquiratis diligentius 47) veritatem, et, si nihil graue probatum fuerit contra ipsum, vos purgationem canonicam indicatis eidem.

33) *Tarraconen.* et 6. comp. cit. 3.
34) *Populeto*, C. R. 2.
35) *Barchinon.* ed. gloss. *Barcinonens*, H. *Bartinon.* ed. ant. mendose legunt.
36) *S.* habetur in C. H. *G. de Monte Regali*, in cit. c.
37) *Vincent.* ed. ant. et cit. c. vel potius: *Vicenens.*
38) *Nostra*, ed. ant. et cit. c.
39) *Nuntiauerint*, cit. c.
40) *Manifestissime*, ibid.
41) *Testificationem*, C. H.
42) *Quatenus*, C. R. L. H. et cit. c.
43) *Super iis, quæ nobis sunt proposita contra ipsum, famam* etc. cit. c.
44) *Quod etsi*, ibid.
45) *Prosequendam*, C. R. 1. H. et Gonz.
46) *Suggesta*, cit. c.
47) *Sollicite*, ibid.

CAP. XX.

A denuntiatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus et conspirator, et is, qui non præmonuit.

IDEM 48). (*ann. eod.*

Cum dilectus l filius 49): [*et infra.*] [*Inquiratis super præmissis diligentius veritatem, et*,] si vobis constiterit, prædictos, quorum nomine sunt excessus huiusmodi de episcopo nuntiati 50), publice concubinarios tunc fuisse, propter quod in eos fuit excommunicationis sententia promulgata, vel præfatum episcopum de iam dictis excessibus non fuisse præmonitum ab eisdem, vel ipsos conspirasse in eum, a denuntiatione [*ipsa*] repellatis eosdem: alioquin audiatis, quæ fuerunt 51) m hinc inde proposita 52), eidem episcopo auctoritate nostra nihilominus prohibentes, ne super his, super quibus ad audientiam nostram fuerit legitime appellatum, præfatos clericos indebite grauare præsumat, donec caussa supra dicta iuxta formam mandati nostri fuerit terminata.

48) *Idem abbatibus*, C. H.
49) *Dilecti filii*, C. R. 1. et L.
50) *Quorum nomine sunt huiusmodi de prædicto episcopo nuntiata*, c. 1. comp. 4. h. t.
51) *Fuerint*, C. 3. L. et H.
52) *Alioquin audiatis diligenter, quæ fuerint* etc. cit. c. omissis: *hinc inde proposita.*

a *C.* 5. *eod. tit. in* 3. *comp.* b Præstitit. c *Al.* ad bonum vel malum. d Et cum dubia ad bonum et malum possunt retorqueri, in meliorem sunt interpretanda, *B. Thom.* 2. 2. *qu.* 60. *art.* 4.

e *C.* 6. *eod. tit. in* 3. *comp. Vide Iul. Clar. in pract. crim.* § *fin. qu.* 6. f Præterire. g Eum. h Subiecerant. i Quatenus. k Eius. l *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compilation.* m Fuerint.

CAP.

CAP. XXI.

Crimen, probatum per modum inquisitionis, regulariter pœna ordinaria non punitur: sed, si impedit ordinis exsequutionem, fit depositio, sicut in accusatione. Et si impedit tantum beneficii retentionem; fit priuatio a beneficio: nec poterit iudex hanc pœnam moderari. H. d. vsque ad *§. Tertiæ.* secundum verum intellectum, non bene declaratum per scribentes.

IDEM *episcopo Gebenensi. a et N. Valentin.* 53) (*ann.* 1212.)

Inquisitionis *b* negotium, quam 54) de [*ven. fr. n.*] episcopo et canonicis Valentin. vobis commisimus terminandam 55) *c*, [*sine conscientiæ scrupulo exsequi cupientes, apostolico petistis oraculo edoceri, vtrum eorum publicanda sint dicta et nomina, quos interrogari contigerit, prout de testibus in publicis caussis fieri consueuit; an sola dicta eorumdem publicari sufficiat, nominibus tacitis, cum idem episcopus et canonici manifeste sciant, qui fuerint inquisiti: et vtrum contra dicta eadem debeant exceptiones seu replicationes admitti, cum contra personas dicentium admittantur. Ad quod breuiter respondemus, non solum dicta, sed etiam ipsa nomina, vt, quid a quo sit dictum, appareat, publicanda, et exceptiones seu replicationes legitimas admittendas, ne per suppressionem nominum infamandi, et per exceptionum exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur.*] Secundo quæsiuistis, quid vobis sit statuendum, si contra quempiam per inquisitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret accusatum criminaliter et conuictum. In quo quidem duximus distinguendum, vtrum, si tale [*videlicet*] crimen, [*quod deponeret accusatum criminaliter contingit aduersus aliquem inueniri,*] quod ordinis exsequutionem suscepti, aut retentionem beneficii etiam post peractam pœnitentiam impediret, puta si homicidium commisisset, vel adeptus esset ordinem aut beneficium vitio simoniæ. Quo casu erit, sicut in accusationis iudicio, procedendum: alioquin secundum personæ merita, et qualitatem excessus pœnam poterit iudicantis discretio moderari 56).

Contra non infamatum, super veritate criminum inquiri non debet; etiamsi libellus famosus contra eum oblatus fuerit in secreto: nec super principali creditur testi, qui iuratus dicit se illius, contra quem inquiritur, inimicum. Idem si hoc dicit ante iuramentum: nisi præsumatur hoc dixisse in fraudem. H. d. vsque ad *§. Quæsiuisti.*

§. 1. Tertiæ dubitationis articulus continebat, vtrum, cum duo vel plures iurati affirmant, aliquem 57) crimen aliquod 58), eisdem videntibus, commisisse, de quo [*tamen*] aliqua infamia non laboret 59), aliquam illi pœnam infligere debeatis, et vtrum ad petitionem quorundam, quasdam schedulas *d* vobis occulte tradentium, infamationem episcopi continentes, sit ad inquisitionem eorum, quæ in ipsis *e* continentur schedulis, procedendum. Et an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui, post iuramentum interrogati secreto, vtrum sint eorum, de quibus inquiritur, inimici, respondent, quod non diligunt illos, vel directe inimicos se asserunt eorundem, aut etiam ante iuramentum id publice confitentur, nullas tamen 60) *f* inimicitiarum caussas probabiles ostendentes. Ad *g* hæc [*autem pariter*] respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit 61), propter dicta huiusmodi puniendum, quin imo super hoc depositiones contra eum recipi non debere: cum inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt. Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendum est ad inquisitionem, super contentis ibidem criminibus faciendam. Aut *h* etiam aduersus eos, contra quos fit inquisitio, fides adhibenda est dictis eorum, qui post iuramentum vel ante, tacite vel expresse, inimicos *i* se asserunt eorundem: nisi forsan ante iuramentum in fraudem id facere præsumantur.

Non punitur quis de crimine, de quo non constat, nisi per famam, et testium credulitatem: et per dicta paucorum non debet quis apud iudicem infamatus reputari. H. d. vsque ad finem.

§. 2. Quæsiuistis etiam 62), quid statui debeat, si nihil per certam scientiam, sed tantum per famam, et eorum, qui fuerint inquisiti, credulitatem iuratam contigerit 63) inueniri. Et vtrum aliquis super eo crimine reputari debeat infamatus, de quo ipsum duo, vel tres, vel etiam plures dixerint infamatum: licet de ipso nihil sinistri in publico audiatur. Ad quod est nostra responsio, quod propter famam et deponentium credulitatem dumtaxat, non erit ad depositionis sententiam procedendum: sed infamato canonica poterit indici 64) purgatio, secundum arbitrium iudicantis, qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos et graues læsa opinio non existit.

53) vitiosa est hæc inscriptio, eau apparet ex *libr. XV. epist.* 191. in qua hæc traditur: *episcopo Gebennensi et Viennensi sacristæ.*
54) *Quod*, C. II.
55) *Faciendam*, C. B. II. ed. ant. et c. 2. comp. cit 4.
56) Inde liquet antiqua differentia inter *accusationem et inquisitionem*, quod per illam consisto *pœna ordinaria*, per hanc vero *arbitraria* distari queat, non alia de caussa, quam, quod accusator deesset, qui maturi cum cura et ordine iuris seruato probationem instruere potuisset.
57) *Aliam*, cit. c.
58) *Aliquod*, in C. B. I. et ed. antiqu. omittitur.
59) *Laborat*, C. B. L. II. ed. ant. et cit. c.
60) *Tamen*, in C. B. L. H. et ed. ant. deest.
61) *Præcessit*, C. B. H. et cit. c. *præcesserat*, L. et. ed. ant. rectius.
62) *Præterea*, cit. c.
63) *Contingit*, C. B. I.

64) *Iudici*, cit. c.

CAP. XXII.

Si is, de cuius crimine in iudicio constat, petit restitutionem propter iudiciarium ordinem, non seruatum: non est audiendus, sed eum, tanquam notorium criminosum, debet superior de nouo priuare. H. d. et est casus valde notabilis, secundum hunc intellectum.

IDEM *episcopo et decano Syluanecten.* 65) k (*ann.* 1219.)

Ad petitionem *l* Galteri 66), quondam Corbien. abbatis, [*dil. filiis magistro scholarum et magistro*] R. [*de Curcum*] et P. canonicis Nouiomen. 67) a nobis dudum correctione commissa, [*ipsi hi. ad monasterium idem accedentes, quibus correctis ibidem nonnullis, quæ statuenda fuerant, statuerunt, inquisitionis instantiam quorumdam impediente malitia retractando. Ad quorum contumaciam reprimendam, secularæ brachium intendebant inuocare.*] Verum dilectus filius [*noster*] G. sanctæ Mariæ in porticu diaconus cardinalis, tunc apostolicæ sedis legatus, [*iterum ad idem veniens monasterium, supra*] dicto G. 68) præsente, nec reclamante, super statu monasterii [*memorati*] cœpit inquirere diligenter. Et cum, inquisitione finita, eum 69) Parisios 70) euocasset, propositurum contra inquisitionem eandem, si quid rationabiliter duceret proponendum; idem [*W.*] præsentiam eius adiens, allegauit, quod in monasterii correctione procedere non valebat, quæ prædictis iudicibus prius fuerat auctoritate nostra commissa; et cardinalem 71) ipsum ex iustis caussis se asserens habere suspectum, vocem ad nos appellationis emisit: quem cardinalis, inspectis [*his,*] quæ probata fuerant contra eum, [*de consilio peritorum*] amouit 72) a regimine abbatiæ, dando fratribus eiusdem loci liberam facultatem alium eligendi, qui [*dil. filium I. abbatem Corbinen. tunc*] priorem de Argentolio 73), [*virum prouidum et honestum,*] elegerunt concorditer in abbatem: [*et infra.*] [*His igitur et aliis, quæ vtraque pars proposuit, intellectis: et infra.*] Cum nobis de talibus fuerit [*sufficiens in tali negotio*] facta fides, propter quæ præfatus G. 74) erat merito amouendus, etsi restituendus foret propter iudiciarium ordinem non seruatum: [*ob caussas prædictas*] ipsum prouidimus manere priuatum regimine abbatiæ, supra dictum priorem 75), pro eo 76), quod, præfato G. 77) propter iuris ordinem non seruatum [*quodammodo*] inordinate remoto, intelleximus 78) ob eandem caussam per consequentiam minus legitime substitutum, per sententiam amouentes. Quem quia non propter personæ vitium, vel scientiæ 79) *m* defectum, sed propter iuris sollemnitatem, [*sicut præmissum est,*] prætermissam, amouimus: ipsum postmodum restituimus in abbatem.

65) Sincerior inscriptio, quæ *libr. XIII. epist.* 1. *edit. Baluz.* traditur, hæc est: *Syluanectensi episcopo et abbati Latiniacensi Parisiensis diœcesis et decano Syluanectensi.*
66) *Galterii*, C. B. I. et c. 3. comp. cit. 4. *Gualterii*, C. B. 2. *Gualteri.* L.
67) *Nouiomen eiusdem loci*, cit. c. erronee legit.
68) *Galterio*, C. B. I. *Gualterio*, L. *Walterio*, cit. c.
69) *Prædictum Walterium*, cit. c.
70) *Parisiis*, C. B. et L. *Parisius*, ed. Cont. et cit. c.
71) *Cardinalis*, cit. c.
72) *Porro cardinalis - - ipsum amouit*, ibid.
73) *De Argentario*, ibid.
74) *Gualter.* C. L. per tot. *W.* cit. c.
75) *Ioannem nostrum nuncupatum supra dictum, quem pro eo*, etc. c.
76) *Quem pro eo*, C. B. L. H. et ed. ant.
77) *W. secundum*, C. H. et cit. c.
78) *Intelleximus*, C. H.
79) *Scientiæ*, omittitur in C. B. ed. ant. et cit. c.

CAP. XXIII.

Agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus non obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus; et infamato, accusatore non probante, vel non apparente, indicitur purgatio: in qua si defecerit, punitur, vt conuictus.

IDEM [*in registro.*] (*ann.* 1203. *Romæ.*)

Accedens ad *n* præsentiam nostram G. nepos quondam H. subdiaconi nostri, sua nobis conquestione monstrauit, quod, cum idem H. 80) apud sedem apostolicam viam vniuersæ carnis ingressus fuisset, præbendam, quam decedens habuerat in ecclesia Cremonen. ei duximus conferendam, [*ven. fr. n. H. episcopo et dil. f. capitulo ecclesiæ Cremon.*

80) *Dilectus filius noster H. subd.* c. 3. comp. 4. de concess. preb.

a *Vide notas in hunc locum.* b *C. 2. eod. tit. in 4. comp. et præter DD. hic Iul. Clar. in practica crimin. quæst. 6.* c Faciendam. d *In veteribus libris:* ceduļas. e His. f *Dictio*, tamen, *deest in pluribus antiqu.* g *Al.* ad hæc autem, etc. h *Al.* nec etiam. etc. i *Vide notata per Bart. in l. eos. ff. ad l. Corn. de falsis.*

k *Al.* Saluaten. *al.* Siluatenen. *al.* Siluanen. l *Cap.* 3 *eod. tit. in* 1. *comp. Vide archid. c. si quis abbas 18. qu.* 1. m *Deest var.* scientiæ, *in quibusdam exemplaribus, in quibusdam erat expositio super verbo,* defectum, *inde irrepsit in textum.* n *C. 3. de concess. preb. in 4. comp. Vide Innoc. in cap. sicut supr. de elect. vbi multipliciter limitat hanc decretal. et Anton. Butr.*

tuion-

iniungentes, vt eum in fratrem reciperent, et tam stallum in choro, quam locum in capitolo, præbendam eamdem ipsi sine difficultate aliqua assignarent, tibi etiam, fili archid. et dil. f. præposito S. Agathæ dedimus in mandatis, vt, si episcopus et canonici mandatum ap. non implerent, vos illud, subl. app. obst. exsequi curaretis, contradictores per cens. eccl. appell. rem. compescentes. Cumque tu et idem præpositus, sicut ex litteris vestris accepimus, monuissetis episcopum et canonicos Cremonens. ad mandatum ap. exsequendum; ipsi asseruerunt, nostras litteras per veri suppressionem obtentas: cum, viuente adhuc sebd. prædicto, filium cuiusdam nobilis ciuis Crem. in canonicum recepissent, et promisissent proximam vacaturam. Adiecerant etiam, quod ante receptionem litterarum nostrarum nuntium suum ad sedem ap. destinarant: et ideo, ne procederetis vlterius, ad audientiam nostram appellarunt. Iuuenis etiam, cui per episcopum et canonicos eadem fuerat præbenda concessa, duxit ad audientiam nostram proclamandum. Vnde vos non processistis vlterius, sed quæ acta fuerant, per vestras nobis litteras intimastis. Petebat igitur memoratus G. vt ex eo, quod canonici contra Lateran. concilium fecerant, impedire non pateremur nostræ concessionis effectum, sed præbendam ipsam faceremus eum pacifice possidere. Quæ si fuisset etiam iuueni memorato concessa: debebat tamen nostra concessio, quæ præcesserat, præualere. Verum dil. fil. Bonus Ioannes prædictorum canonicorum et episcopi nuntius proposuit, quod, priusquam ad eos mandatum ap. emanasset, præbendam ipsam iuueni concesserant memorato, et subiunxit, quod dictus G. super homicidio et periurio infamia publica laborabat. Vnde non solum admittendus non erat ad Cremon. ecclesiam, sed excitendus potius etiam, dum fuisset admissus. Episcopus quoque per suas nobis litteras intimauit, quod, cum pro eodem G. litteras ap. recepisset, ei consuluit, vt, si conscientia salua posset, tamen saltem de periurio et homicidio se purgaret, nisi contra eum appareret legitimus accusator: sed ipse purgationem præstare noluit, nec offerre. Nos igitur, attendentes, quod filius nobilis memorati, sicut episcopi et canonicorum Crem. et exsequutorum nostrorum litteræ testabantur, fuit contra Lateranense concilium ad proximum vacaturam admissus, et postmodum acceperant, non vacantem eam, priusquam de morte sebd. ad Crem. certus nuntius peruenire potuisset, prædictam præbendam concessionis memorato G. discretioni vestræ per a. s.] mandamus, quatenus [*quod de præmissis tunc factum est, denuntiatis irritum et inane, ac,*] nisi præfatus G. super obiectis 81) eidem in modum exceptionis criminibus, videlicet periurio et homicidio, publice fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam exsequutioni mandetis.

Deinde 82), si legitimus accusator apparuerit, audiatis, quæ fuerint hinc inde proposita: et, si prædicta crimina vel eorum aliquod legitime probatum fuerit contra eum, ipsi super eadem præbenda [*perpetuum*] silentium, [*app. postposita,*] imponatis. [*Quod si probare nequiuerint: eam sibi auctoritate apost. confirmetis.*] Si vero contra eum legitimus non apparuerit accusator, et 83) ipse super prædictis criminibus dignoscatur respersus 84) infamia 85); purgationem ei canonicam indicatis: in qua si [*forte*] defecerit, [*perpetuum*] imponatis 86) ei silentium. Si autem purgationem 87) præstiterit: contradictores ob eius molestia compescentes, eos, qui eum nisi sunt impedire, in expensis [*ipsi*] legitime condemnetis 88).

81) *Præfatus clericus super prædictis criminibus publice fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam per censur. eccl. app. rem. exsequutioni mandetis.* ibidem.
82) *Deinde*, ibid.
83) *Si*, est ibid.
84) *Esse respersus*, C. B. 2.
85) *Fama*, cit. c.
86) *Imponere curetis*, ibid.
87) *Purgationem*, omittitur in C. B. 2. L. H. et ed. ant. sed eius loco in C. B. 1 superscriptum est pron. tam. ut in cit. c. habetur *ipsam*.
88) *Condemnantes*, C. L. et ed. ant.

CAP. XXIV.

Superior contra subditum, maxime prælatum, de his tantum inquiret, super quibus præcessit infamia: et tunc vocabit eum, et tradet sibi capitula et nomina, et testium dicta publicabit, et ipsius legitimas exceptiones admittet, et, probato graui crimine, eum ab administratione remouebit. In regularibus vero prælatis ad vnguem seruandus non est hic ordo. Et quamquam in hoc summatione modica videatur agi differentia inter prælatos et subditos, contra quos inquiritur: tamen facienda est, vt patet in littera.

IDEM *in concilio generali.* b *(ann. 1216. Romæ.)*

II. Qualiter et quando debeat prælatus procedere ad inquirendum et puniendum subditorum 89) excessus, ex auctoritatibus 90) vet. et noui testamenti colligitur euidenter, ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones: sicut olim aperte distinximus 91), et nunc sacri approbatione concilii confirmamus. Legitur enim in euangelio c, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi 92) dissipasset bona ipsius d, audiuit ab illo: *quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius 93) e villicare.* Et in Genesi f Dominus ait: *descendam et videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.* Ex quibus auctoritatibus manifeste probatur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum prælatus excedit, si 94) per clamorem et famam ad aures superioris peruenerit, non quidem a maleuolis et maledicis g, sed a prouidis et honestis, nec 95) h semel tantum, sed sæpe, quod clamor 96) innuit, et diffamatio manifestat, debet coram ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari; vt, si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis: non tanquam idem sit accusator 97) et iudex 98), sed quasi 99) denuntiante fama, vel deferente clamore, officii sui debitum exsequatur. Licet autem hoc sit obseruandum in subditis; diligentius tamen est obseruandum in prælatis: qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere; cum ex officio suo 100) teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare: frequenter odium multorum incurrunt, et insidias patiuntur. Et ideo sancti patres i prouide statuerunt, vt accusatio prælatorum non facile admittatur, ne, concussis columnis, corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi 1) ianua præcludatur. Verum ita voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuste: vt tamen cauerent, ne delinquerent insolenter, contra morbum vtrumque inuenientes medicinam congruam, videlicet vt criminalis accusatio, quæ 2) ad diminutionem capitis, id est, degradationem intenditur 3), nisi legitima præcedat inscriptio k, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari; absque dubitationis scrupulo ad inquirendum et puniendum eius excessus, non ex odii fomite, sed caritatis procedatur affectu, quatenus, si fuerit grauis excessus,

89) *Clericos* intelligit, qui proprie *subditi prælatorum* dicti fuerunt. Horum *malitia et vita abominabilis*, ob quam olim decimas clericis subtrahere non verebantur laici, vt *INNOCENTIVS III. libr. II. epist.* 242. in *c.* 26. *X. de decim.* relata, ait, sine dubio ansam dedit pontifici, vt hanc etiam extraordinariam *inquisitionis* introduceret. In prouerbium eo tempora abierat, vt laici, mores pessimos clericorum ob oculos habentes, clamarent: *vbi est clericorum DEVS?* *c.* 7. *de vot. et vot. redemt.* *ibique not.* 71. Vita eorum pessime vt plurimum erat impunita; quod accusatores deficerent. Laici enim ab accusatione penitus exclusi erant, clerici vero sibi similes moribus rarius accusabant: nisi forsan inimicitiæ eos ad accusandum induxissent, quæ rursus accusationes impediebat. *c.* 19. et 21. *X. h. t.* Præterea vero monastica disciplina exaruerat, quod grauiter pontifex dolet *libr.* 1. *ep.* 386. Ac denique Albigensium plene omnia, qui, pessimis clericorum moribus offensi, desciuerant ab ecclesia, puriorem vitam ducere quærentes: contra quos extraordinarios inquisitores constituendos censuit, vt ad *c.* 19. *X. h. t.* notaui, qui contra quoscunque hæreticos laicos et clericos per inquisitionem processerunt. Denique ipsemet pontifex in *f. huius c.* huc collineare et innuere videtur, nouum procedendi suo tempore modum necessarium fuisse, ad vitam clericorum emendandam. *Ad corrigendos itaque, ait, subditorum excessus tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas.*
90) *Ex auctoritate*, c. 4. comp. 4. cit.
91) Prouocatur ad *c.* 17. *X. h. t.* in quo fundamenta, hicregustata, iam iisdem verbis adducta sunt, et a concilio approbata, certo indicio, ius nouum introductum fuisse.
92) *Quia*, ibid.
93) *Amplius*, deest in C. B. 1. L. ed. ant. et cit. c.
94) *Et si*, ed. ant.
95) *Non*, ibid. et ed. Cont.
96) *Clamatio*, cit. c.
97) *Actor*, C. B. L. H. et ed. ant.
98) *Et idem iudex*, edit. ant. Hæc ratio eo tempore tolerari poterat, quo tantum procedebatur contra clericos, publica diffamatione notabiles. Rationem hic desumsisse videtur ab antiquis denuntiationibus priuatis, de quibus ad *c.* 22. *X. h. t. not.* 51. quædam tradidi, quæ fiebant ad *emendationem*, et vt denuntiatus ad spontaneam confessionem adduceretur, alioquin dimitteretur. Hæc vero denuntiatio, quæ per *clamorem publicum* fieri dicitur, ad publicum processum viam aperuit, probationem desiderauit, adeoque nouum *processum criminalem* introduxit. Hic semel introductus facile ansam præbuit, cum extendendi ad *occulta crimina* eruenda, per simplicem *denuntiationem* ad iudicem delata. In quo procedendi genere idem *accusator et iudex* re vera est, vt facies hodiernæ *inquisitionis* docet, simulque ostendit, pœnam ordinariam etiam in ea dictandam esse, postquam vbique in *ordinarium processum criminalem* degenerauit.
99) *Quia*, cit. c.
100) *Suo*, a C. B. et L. abest.
1) *Criminationis*, cit. c.
2) *Per quam*, ibid.
3) *Tenditur*, ibid.

a *Quatenus hic agitur de purgatione indicenda diffamato, vide Merlae.* in repet. c. quoties. b *Scilicet Innoc. III. in conc. gener. Later. c.* 8. *et c.* 4. eod. in c. 4. comp. *Iustum bona decret. vsque ad §. Sicut igitur, habetur etiam in 3. comp. c.* 4. *tit.* 1. 4.

c *Luc.* 16. d Ibid. e *Diffamatio*, amplius, deest in antiq. cod. f *Gen.* 18. g Maledictis. h Non semel. i *Vide epist.* 2. *Stephani papæ I. de accusationibus episcoporum, vbi habetur plenissime in 1. tomo conc. Surii editionis.* k *Vide, quos citaui supr. eod. cap. super his, verbo, oportet inscribi.*

excessus, etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen 4) amoueatur omnino: quod est secundum sententiam euangelicam a villicatione villicum amoueri 5), qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio; nisi se per contumaciam absentauerit 6): et exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi se ipsum. Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, vt, quid, et a quo sit dictum, appareat, publicanda, nec non exceptiones et replicationes legitimæ admittendæ: ne per suppressionem nominum, infamandi, per exceptionum vero exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas. Contra quos, vt de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem, et inquisitionem ipsorum: vt tamen 7) a in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leue compendium ad graue dispendium veniatur, sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic et denuntiationem caritatiua monitio, et inquisitionem clamosa insinuatio præuenire, illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicii, sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa 8) b regulares personas non credimus vsquequaque seruandum c: quæ, cum caussa requirit, facilius et liberius a suis possint 9) administrationibus amoueri.

4) *Tamen*, non est in ed. ant.
5) *Remoueri*, C. B. 2.
6) *Absentaret*, C. B. L. et cit. c.
7) *Veruntamen in* etc. cit. c.
8) *Contra*, ed. ant.
9) *Possunt*, C. B. 2. L. ed. ant. et cit. a.

CAP. XXV.

Metropolitani ad correctionem excessuum, et reformationem morum, singulis annis facere debent prouinciale concilium: in quo statuere debent personas idoneas per singulas diœceses, quæ sollicite inuestigent, et in sequenti concilio referant corrigenda. Et episcopi debent facere synodos episcopales singulis annis, et publicare agitata in prouinciali concilio: et hæc negligentes, ab exsequutione officii suspenduntur. H. d.

IDEM d *in eodem.* (*ann.* 1216.)

Sicut e olim a sanctis patribus noscitur institutum, metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis prouincialia non omittant concilia celebrare: in quibus de corrigendis excessibus, et moribus reformandis, præsertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas regulas, [*et*] maxime 10), quæ statutæ 11) sunt in hoc generali concilio, relegentes, vt eas faciant obseruari, debitam pœnam transgressoribus infligendo.

Vt autem id valeat efficacius adimpleri, per singulas diœceses statuant personas idoneas, prouidas videlicet et honestas, quæ per totum annum simpliciter, et de plano absque vlla iurisdictione sollicite inuestigent, quæ correctione vel reformatione sunt 12) f digna, et ea fideliter perferant ad metropolitanum et suffraganeos et alios in concilio subsequenti: vt super his 13) et aliis, prout vtilitati et honestati congruerit 14), prouida deliberatione procedant, et quæ g statuerint, faciant obseruari 15), publicaturi ea 16) in episcopalibus synodis, annuatim per singulas diœceses celebrandis. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, a sui exsequutione officii suspendatur.

10) *Et maxime*, C. B. et L.
11) *Statuta*, C. B. 1.
12) *Sint*, C. B. 1. et H.
13) *Vt similiter his*, c. 5. comp. cit. 4.
14) *Congruit*, C. B. L. H. et cit. c.
15) *Firmiter obseruari*, C. B. 1.
16) *Ea, quæ*, C. L. sed perperam.

CAP. XXVI.

Sententiæ excommunicationum, suspensionum, vel interdicti latæ, post denuntiationem per abbatem denuntiatum, vel alium pro ipso in monachos denuntiantes, vel adhærentes eisdem, relaxantur. Spoliati restituuntur, et iuramenta de tacenda veritate relaxantur, dicta testium denuntiato traduntur, et expensæ de bonis monasterii monachis denuntiantibus ministrantur: et propter hoc ab obedientia abbatis non eximuntur, sine tamen litis præiudicio.

GREGORIVS IX. *archiepiscopo et priori sanctæ Mariæ Rothomagen.* (*ann.* 1236.)

Olim I. V. 17) et P. ordinis Tyronensis 18) h: [*et infra.*] Ne igitur reformatio monasterii valeat retardari, mandamus, quatenus, relaxatis excommunicationum seu suspensionum sententiis, si quas idem abbas protulerit 19) i, vel per quoscunque iudices promulgari fecit, post inceptum negotium in eos, et hærentes 20) eisdem, ac eis restitutis, quos idem abbas, negotio ipso 21) pendente, contra iustitiam spoliauit, in negotio de plano et absque iudiciorum strepitu procedentes, cum talibus maxime in hoc casu non deceat Dei seruos inuolui, inquiratis, quæ circa 22) k personas et obseruantias regulares videritis inquirenda, corrigentes et reformantes tam in capite, quam in membris, quæ correctionis et reformationis 23) officio noueritis indigere, iuramentis, si qua de tacenda veritate abbas extorserat 24), relaxatis, prouiso, vt l, negotio ipso pendente, præfati monachi eidem abbati obediant et intendant, ita tamen, quod per hoc prosequutio negotii non valeat impediri. Si vero testes contra eundem abbatem producti fuerint: dictorum ipsorum ei copiam dari 25) faciatis. Prædictis autem monachis expensas 26), factas propter hoc, et tribus vel quatuor ex illis, vel aliis, quos idoneos ad dictum negotium prosequendum duxeritis assumendos, faciatis de bonis eiusdem monasterii, et 27) faciendas expensas, ad prosequutionem ipsius negotii necessarias, computatis, si qua propter hoc receperunt 28), de bonis monasterii, cum proprium non habeant, ministrari 29). Contradictores, etc.

17) In C. B. 1. L. et ed. ant. est *W.* quæ vltima respuit partic. *et.*
18) *Cister.* C. B. 2. et ed. ant. *Cironen.* L.

19) *Protulit*, C. B. L. et H.
20) *Adhærentes*, C. B. ed. ant. Cont. et Pith. sed præp. *ad*, est deleta in f.
21) *Ipso*, non legitur in ed. ant. Cont. nec in Pith.
22) *Contra*, C. B. 2.
23) Dict. on. *et reformationis*, desunt in C. H.
24) *Extorserit*, ed. Cont. et Pith.
25) *Dari*, anteriteur in C. B. L. H. et ed. ant.
26) *Expensas*, in C. B. 1. et H. deest.
27) *Et*, in C. B. L. et ed. ant. non habetur.
28) *Receperint*, C. H.
29) Supra iam in c. 11. X. h. t. idem constitutum, et nota 45. illustratum est.

CAP. XXVII.

Contra prælatum, denuntiatum de dilapidatione, fit commissio super veritate inquirenda: et pendente negotio debet sibi interdici potestas alienandi.

IDEM *episcopo Cister.* m *de Alde. et de Salen. abbatibus* 30). (*ann.* 1227. *Romæ in Germaniam.*)

Prælatorum excessus: [*et infra.*] Sane, dilecti filii C. et quatuor alii canonici Frisigien. n denuntiando monstrarunt, quod Frisigien. episcopus bona sui episcopatus, quem, vt dicunt, fuit minus canonice assequutus, adeo grauiter dilapidat et consumit, quod, nisi celeriter adhibeatur remedium, episcopatus idem per eum ad irreparabile o dissolutionis 31) opprobrium deducatur 32): nec solummodo rerum, verum etiam famæ suæ prodigus et salutis, vitam ducit enormiter dissolutam. [*et infra.*] Discr. v. mandamus, quatenus personaliter accedentes ad locum inquiratis sollicite veritatem, et eam fideliter conscribentes, sub sigillis vestris p nobis transmittatis inclusam, eidem episcopo terminum assignantes, quo nostro se conspectui repræsentet, pro meritis recepturus, potestate vendendi, dandi, infeudandi, seu q quomodolibet 33) alienandi bona ipsius ecclesiæ, interim eidem penitus interdicta.

30) Non potest hic intelligi *Chestrensis* vel *Cestrensis* episcopus in Anglia, vt credit GONZAL. qui de rebus, in Bauaria gestis, non poterit iudex delegari. Veram inscriptionem ex GREGORII IX. *regest.* MANRIQVE *tom. IV. annal. Cisterc. ad ann.* MCCXXVII. *c.* 8. *n.* 10. restituit, quæ hæc est: *Eistetensi episcopo vna cum Aldersb. Paribensi et Salemitano abbatibus.* Vnde liquet, loco *Cister.* legendum esse: *Eistet. De Salemitano monasterio, vel Salamonis villa*, IDEM agit *tom. I. ad ann.* MCXXXVIII. *c.* 14. *n.* 1. *sqq.* Deinque historiam huius delegationis plenius refert MEICHELBECK. *tom. II. histor. Frising. lib. VI. c.* 1. §. 3. *p.* 6. *sqq.* eamque contigisse *anno* MCCXXIX. censet. Videlicet GEROLDVS episcopus Frisingensis delatus erat pontifici, quod bona sui episcopatus dilapidasset, et speciatim vrbem Frisingensem duci Boioariæ in feudum concessisset: quod ex hac decretali illustrat, sed veram eius non restituit inscriptionem. Probabilius autem est, delegationem hanc factam fuisse anno MCCXXVII. vt MANRIQVE cit. l. censet ex *reg. Gregorii IX.* quia *Eistetensis* episcopus et prædicti *abbat. Cisterc.* iussi erant personaliter accedentes ad locum, in veritatem facti sollicite inquirere, et plenam informationem pontifici transmittere, sigillis propriis inclusam. Hac facta inquisitione et relatione pontifici transmissa, anno MCCXXX. EBERHARDVS, Salisburg. archiepiscopus, et SIFRIDVS, episcopus Ratisbonensis, delegati sunt, vt tum contra GEROLDVM, tum contra eos procederent, qui bona ab eo detinerent.
31) *Irreparabilis dissolutionis*, C. B. 1. et L. *irreparabilis desolationis*, C. B. 2. et H.
32) *Deducetur*, C. B. L. ed. ant. Cont. gloss. et Pith.
33) *Quolibet alio modo*, C. B. 1.

a *Al. ita:* tamen vt diligens adhibeatur omnibus cautela, *etc. absque voce, in: sed in concilio et vetustioribus legitur, vt est impressum: in voc non adhibeatur, sed adimpleatur, legitur.* b Contra. c Obseruandum. d *Scilicet* Innocent. III. *in conc. gener. cap.* 6. e *C.* 5. *eod. tit. in* 4. *comp.* f Sint. g Quod statuerunt, faciant obseruari. h Cister. *aliter:* Turonens. *al.* Cironens.

i Protulit. k Contra. l Prouiso etiam, *etc.* m Cistercien. et de Alder. et Salico. abbat. *al.* Cistrens. n Frisigens. *al.* Frigien. o *Al.* ad irreparabilis dissolutionis, *etc.* p *Aliter* sub sigillis vestris veritatem nobis, *etc.* q *Al.* seu quolibet modo, *etc.*

TIT. V.

TITVLVS II.
DE CALVMNIATORIBVS.

CAP. I.

Subdiaconus, calumniose accusans diaconum, subdiaconatu priuatur, et publice verberibus castigatur, et in exsilium mittitur.

GREGORIVS *Anthemio* 34) *subdiacono.* (*ann* 601. *Romæ.* Conf. c. 2. comp. 1 de accusat.)

Cum fortius punienda sint crimina, quæ insontibus et maxime sacratis hominibus inferuntur: quam satis culpabiles [*omnes*,] qui in caussa Ioann. diac. resedistis, attendite 35), vt Hilarium, criminatorem ipsius, nulla ex definitione vestra 36) pœna conueniens 37) castigaret. [*et infra.*] Quia ergo tantæ nequitiæ malum sine digna non debet vltione transire: iubemus 38) eundem H. 39) prius subdiaconatus, quo indignus fungitur, priuari officio, et verberibus publice castigatum, in exsilium deportari 40).

34) Cod. MSCti et edit. ant. admodum corrupti sunt. vera hic traditur, vt docet GREGORIVS M. *libr. IX. epist.* 66. anno indict. XI. scripta.
35) *Attende*, c. 2. comp. 1. de accus.
36) *Nostra*, C. L.
37) *Veniens*, C. H. et cit. c.
38) *Fratrem nostrum Paschasium admonere volumus, vt*, cit. c.
39) *Vlarium*, C. L. sed C. R. 1. habet: *I.*
40) *Priuet officio - - atque verberibus - - faciat in exs.* cit. c.

CAP. II.

Denuntiator, in probatione criminum deficiens, ab officio et beneficio suspenditur, donec innocentiam suam purget.

INNOCENTIVS a III. *Zamoren. Segobien. et Abulen.* 41) *episcopis.* (*ann.* 1212. *Romæ in Hispan.*)

Cum *b* dilectus filius, magister scholarium Palæstinus 42), ad sedem apostolicam accessisset, et [*nobis*] de suo 43) episcopo excessus varios nuntiasset: (*ven. fr. n. quondam episcopo Legion. nunc archiepiscopo Compostellano, et dil. fil. de Valle bona, et Matiplana abbatibus Placentin. diœc.*] examinationem commisimus excessuum obiectorum. [*et infra.*] Cum autem processum negotii [*et dicta testium*] examinauerimus diligenter, nec intelligere potuerimus 44), probatum esse sufficienter aliquod de prædictis; eundem episcopum [*de consilio fratrum n.*] absoluendum decernimus 45) ab obiectis, vobis 46) [*per a. f.*] mandantes, quatenus memoratum magistrum scholarium, donec canonice suam purgauerit innocentiam, scilicet quod non calumniandi animo ad huiusmodi crimina 47) proponenda processit 48), ab officio et beneficio suspendatis: vt cæteri, simili pœna perterriti, ad infamiam suorum facile non prosiliant prælatorum.

41) Hanc inscriptionem probat GONZAL. quæ in *c.* 7. *comp.* 3. *de accusat.* corrupta est pariter, vt in edit. ant. et Cont. ibi enim legimus: *Idem Zamorensi, Secrobiensi Iapulen. episcopis.*
42) *Palestinus*, cit. c.
43) *De ven. fr. n. Palentino*, ibid.
44) *Potuerimus*, C. R. 1.
45) *Decreuimus*, C. R. et cit. c.
46) *Vobis*, in cit. c. non legitur.
47) Insignis alias est differentia inter *crimina* et *excessus*, vt ad *tit. de excess. prælat.* monstrandum erit. Negari tamen nequit, in decretalibus hæc sæpe confundi, quod etiam in hac decretali factum: quia *excessus*, pontifici nuntiati, circa finem *crimina* vocantur.
48) *Processerit*, C. R. 1.

TITVLVS III.
DE SIMONIA 49) c, ET NE ALIQVID PRO SPIRITVALIBVS 50) EXIGATVR VEL PROMITTATVR.

CAP. I.

Episcopus pro ordine, ab eo conferendo, vel ministri, vel notarii nihil temporale exigere debent.

GREGORIVS, *generali* 51) *synodo* 52) *præsidens.* (*ann.* 594. *Romæ.*)

In *d* ordinando (*episcopo pontifex manum imponit, euangelicam vero lectionem minister legit: confirmationis autem eius epistolam notarius scribit.*] Sicut [*autem*] non debet episcopus 53) manum, quam imponit, ita nec minister 54) vel notarius in ordinatione eius vocem vel calamum vendere 55). Pro ordinatione igitur vel vsu pallii, seu chartis atque pastellis 56), eum, qui ordinatur, omnino aliquid dare prohibemus.

49) In ed. ant. comp. 2. 3. 4. et 5. totum rubrum est: *de simonia.*
50) *Pro spiritualis*, C. R. 2. et comp. 1. quæ omittit: *vel promittatur.*
51) Seriem huius concilii ipsemet GREGORIVS M. retulit inter epistolas suas, *libr. IV. epist.* 44. in qua etiam hic canon recitatur.
52) *Concilio*, C. H.
53) *Non decet episcopum*, c. 1. comp. 1. h. t.
54) Vel scriba eius, qui episcopo ab epistolis erat, et litteras ordinationis expediebat, cui ea quidem, sub titulo *pastus*, aliquid exigere concessum erat, quod passim ab aliis repetitum, vt *c.* 7. *et vlt. C. I. qu.* 3. De *pastello* vel *pastu* actum est *ad c.* 3. *C. I. qu.* 3. et *ad c.* 39. *X. h. t.* in nota 27.
55) *Manum, quam imponit vendere: ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamum venundare*, cit. c.
56) In C. R. 1. superscriptum est, tanquam glossa: *sigillis.* sed *Pastellis*, est in cit. c.

CAP. II.

Deponendus est, qui per pecuniam aliquem eiecit de ecclesia sua, se postea intrudendo.

Ex concilio Moguntinen. 57) e (c. 12. *ann.* 847.)

Qui alium [*presbyterum*,] in ecclesia [*legitime*] ordinatum, per pecuniam expulerit, eamque 58) sibi taliter vindicauerit, omnimodo 59) deponatur.

57) *Magunc.* c. 2. comp. cit. 1.
58) *Expulit et eam*, C. H.
59) *Omnino*, C. R. et H. *omnimode*, L. *omnimodis*, cit. c.

CAP. III.

Quilibet catholicus admittitur ad accusandum de crimine simoniæ.

DEODATVS *f* PAPA. (*ann.* 616. *Romæ.*)

Si Dominus *g* et Magister omnium, qui sine peccato fuit 60), accusandi licentiam vni dedit: [*quanto magis vnius assertione conuincendus est, qui simoniæ labe dignoscitur esse pollutus?*] Non igitur [*et in tali negotio*] quilibet catholicus est respuendus: sed, vt veritatem afferat ad propalandam 61) *h* simoniacam rabiem, magnis est precibus exhortandus 62) *i*.

60) *Fuerit*, C. R. 1.
61) *Compellendam*, C. R. *pellendam*, L. H. et c. 3. comp. cit. 1.
62) *Exorandus*, C. R. 1. H. L. et cit. c.

CAP. IV.

Simoniacus, pendente accusatione, ab administratione diuinorum prohibetur.

IDEM 63).

Accusatum *k* simoniacum necesse habuimus [*summopere per scripta nostra*] prohibere, ne missarum sollemnia celebraret 64), donec quid esset 65), verius constitisset 66).

63) SYLVESTRO adscripsit hoc caput interpolator in *c.* 14. *C. II. qu.* 5. CORRECT. ROM. tamen *ibidem* censent probabiliter, illud desumtum esse ex GREGORII M. *libr. V. epist.* 2. anno 595. exarata, quibus etiam accessit AVGVSTIN. *in not. ad c.* 4. *comp.* 1. *h. t.*
64) *Celebrare debuisset*, c. 4. comp. cit. 1.
65) *Sit*, C. H.
66) *Potuissemus addiscere*, cit. c.

CAP. V.

Idem dicit, quod præcedens, nisi quod illud cap. loquitur in accusatione, istud in inquisitione: et illud loquitur de simoniaco in genere, istud declarat de ordine.

IDEM 67).

Quoties *l* [*contra ecclesiasticam disciplinam quid suggestum dicitur, ne nos ante Deum culpa ex dissimulatione redarguat, irrequisitum hoc relinquere non audemus.*] Peruenit [*itaque*] ad nos, quod per simoniacam heresim fueris ordinatus. [*Sed et talia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnum, quod maximum fuit, propter quod*] necesse habuimus te [*per scripta nostra*] prohibere, ne missarum sollemnia celebrare debuisses, donec, quid sit, verius discerneremus 68).

67) Addi debuisset: *in eadem*, h. e. GREGORIVS *in eadem epist.* 3. anno 595. scripta, vt antecedens caput sententiam GREGORII M. in compendio, posterius vero ipsa verba eius referat. Cod. H. habet: *Lucius papa*, sed mendose.
68) *Discerneremus*, C. H. *quid esset verius, discerneremus*, c. 5. comp. cit. 1.

CAP. VI.

Simoniacus est deponendus.

LVCIVS PAPA 69). (*ann.* 254. *Romæ.*)

Sicut simoniaca *m* pestis sui magnitudine alios morbos vincit: ita sine dilatione mox, vt eius signa per aliquam personam claruerint, de ecclesia Dei debet eliminari 70) atque repelli 71).

69) LVCIO III. adscripsit cod. Tarrac. vet. monente AVGVSTINO *in not. ad c.* 6. *comp.* 1. *h. t.*
70) *Eliminari*, C. H.
71) *Propelli.* C. R. L. et c. 6. comp. 1. h. t. In *cit. c.* 6. hæc superaddita sunt: *Petrus enim primus pastor ecclesiæ non alicuius hominis attestatione, sed sancti Spiritus inspiratione, Simonis interiora recognoscens, sine aliqua audientia, terribili eum et repentina morte multauit.* Ad hæc verba AVGVSTINVS *in not. ad c.* 6. *comp.* 1. *h. t.* ingenua confessione hæc notauit: *Laudo Raymundi ingenium, qui hæc maluit omittere*, quam fabulam vulgarem referre.

---

a Honorius III. b *C.* 7. *de accus. in* 3. *comp.* c *De materia huius multa tradit B. Thom. et Caiet.* 2. 2. qu. 100. d *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.*

e *Adde sub Rabano archiepiscopo cap.* 12. *refert Burch.* 3. *decr. c.* 110. *Ivo p.* 3. *c.* 86. *et c.* 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* f A Deodatus. g *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp.* h Pellendam. *alii.* repellendam. i Exorandus. k *C.* 4. *eod. tit. in* 1. *comp. refert Grat. sub Palea C.* 2. *qu.* 4. *c.* 15. *accusatum.* l *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp. Vide Bernard. Diaz. in pract. crim. Can. c.* 23. m *C.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp.*

CAP.

CAP. VII.

Simoniacum accusare potest seruus, meretrix, et criminosi.

DEODATVS 72) a. *(ann. 616. Romae.)*

Tanta *b* est labes huius criminis, quod etiam serui aduersus dominos *c*, et quilibet criminosi admittuntur ad accusationem. Item omnis peccator missam cantare potest, praeter simoniacum: quem [*etiam*] quilibet, vt ab ordine, male accepto, remoueatur, accusare potest, vel etiam meretrix 73).

72) *Deusdedit*, C. 8. 2. H. edit. ant. et c. 16. comp. 1. h. t. *A Deodatus*, C. L. Videtur autem hoc capitulum contractum fuisse cum *c.* 3. *h. t.* in quo quilibet monetur ad accusationem Simoniaci, sine vlla exceptione, cuius ratio in *hoc c.* refertur.
73) *Et etiam meretrix publica*, C. H.

CAP. VIII.

Simoniacum est pretium recipere pro ingressu religionis, pro prioratibus vel capellis concedendis, et pro praelatis instituendis, pro concedenda sepultura, pro chrismate, pro oleo sancto, pro benedictionibus nubentium, vel aliis sacramentis: nec valet consuetudo in contrarium. H. d. cum sequenti.

ALEXANDER III. *in concilio Turonen.* 74) *(ann.* 1163. Conf. c. 7. comp. 2. h. t.*)*

Non satis 75) [*inutiliter a populo redarguimur, si ab his, qui in clero videntur constituti, et praecipue qui nomen religiosorum profitentur, regula modis omnibus non seruatur.*] Prohibemus igitur, ne ab iis, qui ad religionem transire volunt, aliqua pecunia requiratur. Nec prioratus *d* vel capellaniae 76) quaelibet monachorum aut clericorum annua distractione vendantur. Nec ab eo, cui regimen ipsarum committitur, pro *e* earum commissione vllum pretium exigatur: [*Hoc autem simoniacum esse sanctorum patrum auctoritas manifeste declarat.*] Vnde quisquis contra hoc decretum attentare praesumpserit: tam ille, qui dederit, quam ille *f*, qui receperit vel consenserit 77), partem se cum Simone non dubitet habiturum. Pro sepultura quoque, et chrismatis, et olei receptione 78), nulla cuiusquam 79) pretii exactio attentetur 80); nec 81) sub obtentu cuiusquam 82) consuetudinis reatum suum quis tueatur: quia diuturnitas temporis non diminuit 83) peccata, sed auget.

74) *In concilio generali.* C. R. 1. Verum ex *concil. Turon.* etiam refertur in *append. ad concil. Later. III. P. II. c.* 10. quamuis in *concil. Turon.* non habeatur, nec verba *c.* 5. hoc transferri queant, quae traducta in *c.* 9. *X. ne prael. vices suas.* Probabile itaque est, plures olim quam *decem*, quae hodie supersunt, canones concilii huius adfuisse, sed deperditos, ex quibus etiam hic relatus sit, quem etiam recitat GVILIELM. NEVBRIG. *libr. II. histor. Angl. c.* 14. vt obseruat GONZ. *h. c.*
75) Initium huius capituli in ed. Cont. ita sonat: *Non satis inutiliter ab apostolo auaritia arguatur.* Sed in concilio ita legimus: *Quia non satis vtiliter auaritia in populo redarguitur.*
76) *Capella*, C. H.
77) *Vel qui consenserit*, C. R. 1. *vel consenserit*, L. H. et ed. ant. *tam ille qui dedit, quam qui recepit, et qui consentit, partem se cum Simone ne dubitet habiturum*, c. 7. comp. cit. 1.
78) *Perceptione*, C. R. L. H. et cit. c.
79) *Cuiusque*, C. R. L. et cit. c.
80) *Intendatur*, cit. c.
81) *Ne*, ed. ant.
82) *Cuiusque*, C. R. 1.
83) *Minuit*, C. R. 1. L. H. et cit. c.

CAP. IX.

Summatum est supra in cap. praecedenti.

Ex concilio Lateran. *g (ann. 1179.)*

Cum in ecclesiae corpore [*omnia debeant ex caritate tractari, et, quod est gratis receptum, gratis debeat impendi:*] horribile nimis est, quod in quibusdam ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita, vt pro episcopis vel abbatibus, seu quibuscunque personis ecclesiasticis ponendis in sedem *h*, siue introducendis presbyteris in ecclesiam *i*, nec non et pro sepulturis, et exsequiis mortuorum, et benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis aliquid requiratur *k*, [*et non possit ille, qui indiget ista percipere, nisi manum implere curauerit largitoris.*] Putant autem plures, ex hoc [*sibi*] licere 84), quia legem mortis 85) de longa inualuisse consuetudine arbitrantur, non [*satis, quia cupiditate caecati sunt,*] attendentes, quod tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerunt 86) alligatam. Ne igitur haec de caetero fiant, vel 87) pro personis ecclesiasticis deducendis in sedem, vel sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu benedicendis nubentibus, seu aliis sacramentis conferendis seu collatis 88), aliquid exigatur, districtius prohibemus 89). Si quis autem contra hoc venire praesumpserit; portionem cum *l* Giezi se nouerit habiturum 90): [*cuius factum exactione turpis muneris imitatur.*]

84) *Sibi licere*, C. R. 1.
85) Alludit ad ea, quae pro exsequiis defunctorum ab *ecclesiis* exigebantur, dicta etiam *mortalagia* vel *mortalia*, vt notat du FRESNE in *glossar. med. aeu. sub his vocibus.* Ideo autem *lex mortis* vocabantur, quod spontulae *iura* et *leges* dici solerent, v. c. *iura stola*, vel omne id, quod *consuetudine* debetur, adeo, vt etiam tributa hoc nomine venirent. GREGORIVS Turon. *libr. IX. c.* 30. notanter ait: *ille cum iuramento promisit, vt leges consuetudinesque nouas populo non infligeret.*
86) *Detinent*, C. R. 1. et H. *tenuerint*, C. R. 2. et L. *retinuerint*, c. 8. comp. cit. 1.
87) *Et vel*, C. R 2. et L.
88) Dictio *conferendis seu collatis*, in C. R. 1. H. L. ed. ant. et cit. c. non habentur.
89) *Inhibemus*, C. R. 1. H. et cit. c.
90) Quae hanc decretalem sequuntur, habes in *c.* 7. *X. de cens.* etc.

CAP. X.

Breue est.

IDEM *Vigilien.* 91) *episcopo.* *(ann. 1180.)*

Cum *m* sit Romana [*ecclesia, cui, licet immeriti, praesidemus, mater ecclesiarum omnium et magistra: cogimur ex debito suscepti regiminis, prout nobis Dominus dederit, respondere consultationibus singulorum, vt dubiae quaestiones apost. sedis prouidentia penitus enodentur. Quaesiuisti autem, frater episcope, fratern. tuae rescribi, vtrum pro ecclesiarum consecratione quicquam praeter procurationem habere debeas. Et nos*] consult. t. t. respond. quod nihil pro ecclesiarum consecratione potes vel debes praeter procurationem exigere 92): [*sed procurationem moderatam, cum apostolus dicat: nemo cogitur suis stipendiis militare: ab eadem ecclesia exigere potes.*]

91) *Vigilien.* ed. ant. et c. 9. comp. cit. 1.
92) IVSTINIANVS tamen in *Nov.* 56. *c.* 1. soli ecclesiae maiori Constantinopolitanae hoc concessit, vt *emphanistica* vel *insinuatiua*, pro introitu ab his, qui ordinantur, accipere possint patriarchae. Idem in *Nov.* 123. *c.* 3. hoc extendit ad omnes patriarchas, et honoraria determinauit: vt tamen valor anni reditus illius ecclesiae, ad quam ordinantur, non excedant, vt *cit. nov. c.* 16. cautum, vnde annatarum origo trahitur.

CAP. XI.

Conuictus de simonia, deponendus est: idem in infamato, qui se purgare non potest.

IDEM *Toletano* 93) *archiepiscopo.* *(ann. 1174.)*

De hoc autem *n*, [*quod rex et principes sui a Bernardo Oxom. episcopo pecuniam recepisse dicuntur, vt eius electioni praestarent assensum, et*] quod [*idem*] episcopus Oxomen. 94) archid. beneficia 95) [*certi reditus,*] et cuidam clerico ante electionem suam prioratum dicitur promisisse, vt vterque [*illorum, archidiaconus videlicet et clericus*] consentiret eidem 96), [*hoc*] tuae prudentiae respondemus, quod, si manifestum est, eundem archid. et clericum ob caussam illam, [*tam iniquam et detestabilem,*] promissa 97) recepisse, aut 98) exinde confessi fuerunt 99) *o* in iure, vel legitime conuicti 100), ab altaris ministerio sunt perpetuo deponendi *p*. Si vero id manifestum est, nec tamen inde 1) conuicti vel confessi fuerint, sed tantum 2) publica laborant infamia: eis canonica purgatio debet indici. In qua si defecerint: tanquam auctores 3) tanti sunt sceleris 4) puniendi. Regem 5) autem et principes 6) eius [*sollicite monere*] debes [*et diligenter*] inducere, vt, si qua receperint *q* a praefato episcopo, vt eius electioni praestarent assensum, ecclesiae Oxomen. 7) sine diminutione restituant: cum ea sine graui suae salutis periculo retinere non possint.

93) *Tollens*, C. H. mendose.
94) *Oxon.* C. R. 1. et ed. ant. per tot. sed legendum est cum c. 10. comp. cit. 1. *Oxom.* cum hic episcopatus quaerendus sit in Hispania, subiectus archiepiscopo Toletano.
95) *Beneficium*, C. R 1. L. ed. ant. et cit. c.
96) *Et consentirent*, cit. c.
97) *Promissam rem*, ibid.
98) *Et, si*, ibid.
99) *Fuerint*, C. R. L. H. et cit. c.
100) *Conuicti fuerint*, cit. c.
1) *Inde*, non est in ed. ant. nec in cit. c.
2) *Et tamen*, cit. c.
3) *Actores*, C. R. 2.
4) *Criminis*, C. H.
5) *Reges*, ibid. sed male.
6) Tutores regis ALFONSI intelligit, qui pro consensu regio impetrauerant magnam pecuniae summam. Quamuis enim rex iam pubes eo tempore factus esset: omnia tamen cum consilio tutorum quondam suorum gubernabat, vt pro *consensu* tum ipsemet, tum tutores principes magnam pecuniae summam acceperint, vt succincte ex Hispaniae scriptoribus hanc caussam enarrauit GONZAL. *ad h. c. n.* 8. Erat hic *consensus* instar voti *negatiui*, vt rex *exclusiuam* dare electo posset, si eius electionem improbabat.
7) Hoc vocab. h. l. in cit. c. non habetur, sed rursus legendum: *Oxom.*

a Adeodatus, *al.* Deusdedit. b *C.* 15. *eod. tit. in* 1. *comp.* c *Hoc est speciale: quia regulariter non.* d *Alias:* neque capellaniae. e Pro illa commissione f Quam qui receperit et consenserit, etc. g *Scilicet Later. sub Alexandr. III. c.* 7. *et* 8. *eod. tit. in* 1. *comp.* h Sede. i Ecclesiae. k Exigatur in concilio.

l *L.* 4. *Reg. c.* 5. m *C.* 9. *eod. tit. in* 1. *comp.* n *C.* 10. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Lateran. p.* 2. *c.* 13. o Fuerint. p Remouendi. q Receperunt.

CAP.

CAP. XII.

Simoniacum est pro temporali obsequio beneficium ecclesiasticum promittere.

IDEM *Eboracen. archiepiscopo. (ann. 1180.)*

Cum essent a in nostra 8) præsentia constituti R. clericus [*de Ponte fracto,*] et nobilis vir V. 9) quia idem V. moram diutius facere non poterat: [*in recessu suo dil. filium n. Milonem, nuntium suum*] pro se in caussa illa sufficientem 10) constituit responsalem.

Cumque [*caussæ cognitionem d. f. nostris M. presbytero tit. S. Luciæ, et V. S. tit. sancti Nicolai, in carcere Tulliano diaconis cardinalibus, commisissemus: ipsi vtramque partem ante suam præsentiam conuocauerunt, et*] ab ore præfati R. intellexerunt 11), quod memoratus miles b promiserat ei 12) dare ecclesiam 13), si quoddam negotium eiusdem [*militis*] in nostra posset præsentia promouere, ac per hoc promissionem ipsam continere simoniacam prauitatem. Eidem R. super eadem ecclesia silentium duximus imponendum 14). [*Ideoque fraternitati tuæ per a. s. præc. mandamus, quatenus memoratum militem occasione prædictæ controuersiæ a prænominato R. vel aliis super præscripta ecclesia grauari nulla ratione permittas.*]

8) *Vestra*, C. L.
9) C. L. ed. ant. et a. tr. comp. cit. 1. habent: *W.* per tot. sed ex *app. conc. P. 11. c. 14.* hæc addenda: *H. filius Gaufridi pro controuersia, quæ vertebatur inter eos super quadam ecclesia, quam idem R. asserebat a præfato milite sibi datam fuisse: prædictus W. quia moram etc.*
10) *Idoneum*, C. H.
11) *Intellexerimus*, editiones vulg. omnes.
12) Miles, de quo hic agitur, ius patronatus in ecclesiam certam sine dubio habebat, quam vittore eius præsentato *dare* dicebatur, vtut hæc sententia summa curiæ esset aduersa.
13) *Dare*, non est in cit. c. sed voci *ecclesiam*, adiicitur: *præscriptam*, quæ dictio se refert ad verba *cit. c. 14.* supra allegata.
14) In cit. c. post vocem *promouere*, verba ipsa sunt hæc: *Vnde cum id nobis per eosdem cardinales innotuisset: nos intelligentes, promissionem ipsam simoniacam prauitatem continere, eidem R. super eadem ecclesia silentium imposuimus.*

CAP. XIII.

Notorius simoniacus in beneficio ab illo deponitur: idem in infamato qui se purgare non potest.

IDEM *Cistrens. 15) episcopo. (ann. 1180. Romæ in Angliam.)*

Insinuatum 16) c est [*auribus nostris,*] quod, [*dum episcopatus, tibi commissus, vacaret,*] in ecclesiis tui episcopatus 17) plurimi [*sunt*] clerici [*constituti, qui*] per simoniam habere dicuntur ingressum, et infamia inde respergi 18). Vnde 19), [*quoniam indignum est, vt in tali crimine, vel tam turpi suspicione remaneant: f. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si qui fuerint, quos in prædictis ecclesiis publicum et notorium est 20) simoniace intrasse, eos amoueas 21) ab ecclesiis, taliter acquisitis, [*app. cess.*] Illis autem, quorum crimen non est publicum et notorium, si publica laborant infamia, cum quinta vel sexta manu sui ordinis, [*intra XL. dies post harum susceptionem litterarum,*] purgationem indicas: in qua si defecerint, beneficiis huiusmodi 22) ecclesiarum perpetuo priues eosdem, [*prouisurus attentius, vt tales personas ad eorum purgationem recipias, de quibus verisimile sit, quod non debeant alicuius obtentu deierare.*]

15) Ita etiam legunt ed. ant. Cont. et c. 12. comp. cit. 1.
16) C. R. 2. addit: *nobis.*
17) *Eius*, est in cit. c. loco dictionum: *tui episcopatus.*
18) *Respersi*, ed. ant.
19) *Vnde*, a C. R. 1. abest.
20) Post partic. *quatenus*, in cit. c. ita legimus: *si qui fuerint in prædictis clericis, quos publicum sit et notorium etc.*
21) *Amouearis*, ed. ant.
22) *Huiusmodi*, desideratur in ed. ant. sed loco eius in c. cit. legitur: *sibi assignatis.*

CAP. XIV.

Simoniacum est pretio vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel digne pœnitentem a reconciliatione remouere.

IDEM 23).

Nemo d presbyterorum xenium vel emolumentum quodlibet temporale, imo spirituale detrimentum, a quocunque publice peccante, [*vel incestuoso,*] accipiat, vt episcopo vel ministris eius peccatum illius celet: nec pro respectu cuiusquam 24) personæ consanguinitatis aut familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc episcopo innotescere detrectet. Nec quenquam 25) pœnitentem 26) vel minus digne pœnitentem, gratia vel fauore ad reconciliationem adducat, et testimonium reconciliationis ferat eidem, vel quocunque fauore digne pœnitentem 27) a reconciliatione remoueat: quia simoniacum est vtrumque 28).

23) Vel potius: *HINCMARVS in capitul. 13. de anno DCCCLII. tom. I. oper. p. 713.*
24) *Cuiuscunque*, C. R. 1. *cuiusquam*, H.
25) Apud HINCMARVM cit. l. ita legitur: *nec a quoquam pœnitente aut gratiam, aut fauorem, aut munus suscipere præsumat, vt minus digne pœnitentem ad reconciliationem adducat.*
26) *Nec a quoquam pœnitente aut gratia, aut fauore vel minus digne pœnitentem ad reconciliat. etc.* c. 13. comp. cit. 1.
27) *Pœnitentes*, C. H.
28) Apud HINCMARVM ita legitur: *quia hoc simoniacum et Deo et hominibus abominabile est.* Denique obseruo, in *append. ad concil. Later. III.* hoc capitulum plane non esse, quia ad decretales ALEXANDRI III. non pertinet, recitari autem in *collect. decret. ALEXANDRI III. infra tit. XIV. c. 6.* Vnde auguror, RAYMVNDVM hanc pro oculis habuisse, et ab eo in errorem inductum, vt HINCMARI capitulum ALEXANDRO III. tribueret.

CAP. XV.

Ecclesia emi vel redimi non potest. H. d. quoad litteram.

IDEM [*ven. fr. n.*] *Vigor. episcopo 29) et [d. fil.] priori de Acra 30). (ann. 1180. Romæ in Angliam.)*

Querelam e monachorum de Acra, [*nobis transmissam,*] recepimus, quod, cum ipsi quoddam manerium 31), [*quod dicitur Vella,*] cum pertinentiis suis, et ecclesiam de Genen. 32) a monachis de Cardonio 33) f sub annuo censu, quindecim 34) librarum fuissent adepti, et inde chartam ab ipsis monachis habuissent, [*quidam*] prior eorum, capitulo inconsulto, præscriptum manerium, [*et ecclesiam,*] et chartam monachis de Cardonio, accepta pecunia, resignauit. Vnde quia præfati monachi de Acra se conqueruntur iniuste grauatos, [*et nobis imminet corrigendum, si quid minus rationabiliter attentatur: caussam ipsam experientiæ vestræ committimus, et præsentium vobis auctoritate*] mandamus, quatenus, partibus [*ante vestram præsentiam*] conuocatis, [*quæ hinc inde proposita fuerint, diligentius audiatis, et*] præscriptam caussam [*subl. app. rem.*] concordia vel iudicio terminetis, scituri 35), quod, sicut emi non potuit, ita nec redimi ecclesia memorata. Si vero monachi de Cardonio, legitime citati, ad vestram præsentiam accedere et iudicio vestro stare contempserint: vos ipsos monachos de Acra in possessionem eorum, de quibus controuersia vertitur, [*contrad. et app. cess.*] inducatis, nec permittatis eos exinde absque ordine iudiciario molestari. [*Si vero vterque vestrum his exsequendis interesse non poterit: alter ea nihilominus exsequatur.*]

29) *Vigorn. archidiacono*, C. R. 1.
30) Hæc verba desunt in C. R. 1. In C. R. 2. et L. *priori, de Patria,* legitur, quæ lectio proxime ad coniecturam GONZALEZII accedit, legendum esse opinantis: *priori de Pratelis:* quod est monasterium, in *Neustria situm.* Neque enim lectio vulgata: *priori de Acra:* admitti potest, cuius monachi in lite ipsa versabantur. Pariter lectio c. 14. *comp. 1. h. t. de Pateia* coniecturam adductam firmat, vel *Pontem*, quam habet *coll. Alex. III. infra tit. 13. c. 7. p. 201.* quæ ex vera corrupta est.
31) Quia hæc decretalis in Angliam scripta est: ex huius moribus et institutionibus huius vocis appellatio desumenda, quam tradit DV FRESNE *in glossar. med. aeu. hac voce*, obseruatque, varias *maneriorum* rationes in Anglia fuisse. In genere vero denotauit vniuersitatem rerum compositam ex habitatione, terris arabilibus, pascuis, pratis, siluis, reditibus, aduocatione etc. Hic vero *prædium rusticum vnum cum pertinentiis*, vt hic traditur, denotasse videtur: cum prædia amplissima seu *maneria* ruri etiam haberent barones cum aduocatione. Apud MATTHAEVM PARIS. *in histor. Anglic. p. 216. circa fin.* memorantur *maneria dominica*, h. e. regia, terræ dominicales, seu domanium, vt traditur *in glossar.* huic scriptori adiecto, additurque: manerium dici *terram domini fundi, de qua tenent alii coloni et curia sua factam, et seruitium debent secundum consuetudinem manerii.* Denique aliquando tantum *domum* designauit, ceu constat ex statuto, quod adfert RICHARDVS ZOVCH. *in polit. eccl. Anglic. P. I. c. 5.* quo prohibitum, *ne aliquis veniret ad comedendum vel pernoctandum in DOMO vel MANERIO alicuius prælati.*
32) *Genonum*, c. cit.
33) *Cadonio*, rectius legit c. 14. *comp. 1. h. t.* quod est monasterium ord. Cister. Erroneae legitur in C. R. 2. et L. *Cadom.* in C. H. *Cadomo*, in edit. ant. *Cardomo* atque vt hic *Cardonio.*
34) *Viginti*, ed. ant.
35) *Prouisuri, quod, sicut emi non potuerit, ita etiam nec redimi*, omissis vocibus: *ecclesia memorata*, cit. c.

CAP. XVI.

Pro chrismate ab ecclesiis pecunia exigi non debet: etiamsi hoc habeat consuetudo.

IDEM 36). *(ann. 1180. Romæ.)*

Ea, quæ g de auaritiæ [*et cupiditatis radice procedunt, et in speciem simoniacæ prauitatis erumpunt, sunt penitus exstirpanda, et quæ de tribulis et spinis procedunt, falce apostolici moderaminis sunt resecanda.*] Audiuimus, quod nummos pro chrismate ab ecclesiis [*ausu temerario*] extorquetis: quos [*diuersis nominibus*] nunc cathedraticum, aliquando

36) Suspicatur Anton. Augustinus in not. *ad c. 15. comp. 1. h. t.* legendum esse: *Idem archidiaconis, per Angliam constitutis.* Huius suspicionis ratio est, quod hoc capit. ingenuum sit cum *capit. c. 12. X. de censib.* in quo expresse archidiaconis norma visitandi ecclesias, (*per vestros archidiaconatus,* addendo,) præscribit pontifex, docetque, ad *archidiaconos* generatim directam esse hanc decretalem, quæ integra relata est *infra in decretal. Alex. III. tit. XIII. c. 8. p. 201.*

a *C. 11. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lateran. sub Alexandr. III. p. 2. c. 14.* b Nobilis. c *C. 12. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. p. 2. c. 15. et Cassiodorum decr. 3. tit. de sequ. poss. et fructuum.* d *C. 13. eod. tit. in 1. comp. vide R. Th. 2. 2. qu. 100. art. 3.*

e *C. 14. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. p. 2. c. 12.* f Cadonio. *al.* Cordonio, *eadem est varietas paulo post.* g *C. 15. eod. tit. in 1. comp.*

paschae

paschalem præstationem, interdum episcopalem consuetudinem appellatis a. Quia vero hoc simoniacum esse cognoscitur 37), [*et periculum generat animarum: per a. s.*] mandamus, [*et vt. præcipimus,*] quatenus [*ab ecclesiis*] pretextu alicuius consuetudinis vel prelationis præscriptos denarios [*vlterius*] nullatenus exigatis, pro certo scituri, quod, si hoc [*ausu temerario*] præsumpseritis, periculum ordinis et dignitatis [*vestræ*] poteritis non immerito formidare 38). [*Nihilominus etiam vobis præsentium auctoritate iniungimus, vt, cum ecclesias ipsas visitaveritis, secundum quod canones præcipiunt, visitationis officium exerceatis, nec ecclesias visitatione vestra grauetis, vt eas magis intuitu informationis, et correctionis, quam affectu comessationis videamini visitare.*]

37) *Dignoscitur*, C. R. 2.
38) Post hæc inserta legimus in cit. c. verba, quæ constituunt *c. 12. X. de censib.*

CAP. XVII.

Pro habendis spiritualibus homagium facere, simoniacum est.

IDEM 39). (*ann. 1180. Romæ.*)

Ex diligenti b tua relatione [*nobis*] innotuit 40), quod H. 41) Cant. archidiaconus te [*multis promissionibus illexit, et quorundam magistrorum virorum commonitione ac sollicitudine*] induxit, vt ei homagium 42) faceres, et fidelitatem præstares, ita [*quidem,*] quod ipse tibi beneficium ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Vnde c, quoniam huiusmodi obligatio illicita [*satis,*] et contra tuæ salutis, nec non et suæ profectum existit, [*sicut tua discretia nequaquam ignorat: super hoc*] absolui a nobis instantius [*et suppliciter*] postulasti, adiiciens, quod ab eo deinceps nihil omnino de beneficio acciperes constituto. Quocirca nos, tuam [*in hac parte*] petitionem honestam et fauorabilem attendentes, te a præfati archidiaconi homagio 43) [illegible]itate, præsertim cum hæc, taliter præstita, diuinis et humanis legibus contraire noscantur 44), [*ex beati Petri et nostra etiam auctoritate*] absoluimus, ita, quod ab [*aliquo*] episcopo vel sacerdote discreto, pœnitentiam inde condignam recipias, [*et Deo secundum eius consilium studeas reconciliari.*] Verum ne aliqua propter hoc nota vel infamia possis 45) respergi, absolutionis nostræ litteras tibi duximus indulgendas: quibus contra latrantium morsus tutus et premunitus existas, et quas 46) in testimonium indulgentiæ nostræ valeas demonstrare.

39) In *c. 19. comp. 1. h. t.* ipsa inscriptio, hic omissa, hæc est: *Alex. III. Breare Ricardo:* pro qua legendum esse iudicat ANTON. AVGVSTINVS *in not. ad cit. c. 19. Barensi Ricardo.*
40) *Nobis innotuit*, C. R. 2.
41) C. R. L. H. et c. 19. comp. cit. 1. habent: *G.*
42) *Hominium*, cit. c. per tot.
43) *Hominio*, C. R. 1.
44) *Noscuntur*, C. L.
45) *In posterum possis*, C. R. 2.
46) *Quasi*, cit. c.

CAP. XVIII.

Ordinatio vel consecratio non censetur simoniaca: licet ordinatori aliquid donatum fuerit non ex pacto.

IDEM *Strigonen. archiepiscopo* 47). (*ann. 1180.*)

Etsi quæstiones d tuas de feruore religionis [*exsurgere, et ex intima deuotionis affectu, quem circa nos et ecclesiam habes,*] ad nos perferri 48) nullatenus ignoremus; non tamen tibi est in his vltra, quam oporteat, dubitandum; cum leges humanæ 49) dicant, quod quidam tenui religione sacramenta 50) [*etiam*] necessaria et legitima exhibere contemnunt, tenuem religionem vocantes, quæ in talibus e hæsitat 51), vbi non est aliquatenus hæsitandum. [*Vnde Psalmista dicit: trepidauerunt, vbi non erat timor.*] In hoc itaque 52), quod [*dil. f. n.*] P. [*tituli S. Laurentii in Damaso*] presbyter cardinalis, [*tunc vero S. Eustachii diaconus et*] apostolicæ sedis legatus, pro electione tua, [*et,*] vt pallium 53) tibi traderet 54), ad partes illas accessit, et 55) [*dil. f. n. Alonus,*] frater tuus, eius præsciens necessitatem, ei 55*) equum vnum, te [*penitus*] ignorante 56), transmisit, quoniam per mare veniens, nullas aut paucas secum equituras adduxit 57), te nullo modo timere oportet: cum in accipiendis f vel dandis muneribus tria sunt maxime attendenda, personæ scilicet dantis et accipientis qualitas, quantitas 58) muneris, et donationis tempus. Qualitas personarum, vt, a quo, et cui, videlicet, an a paupere diuiti, vel econuerso 59), siue a diuite locupleti datum fuerit, [*sollicite consideremus.*] Aestimationem muneris et donationis tempus [*attendimus,*] si magni vel minoris pretii res data 60) existat, et an instante necessitate, seu alio tempore conferatur, [*diligentius inspiciamus. Quibus siquidem studiosius inquisitis, in præscripta quæstione tua nil reprehensione dignum inuenimus, quod sollicitudini tuæ in sequentibus manifestius apparebit.*] Si ergo 61) prædictorum cardinalis et fratris tui personam et qualitatem 62) [*certa consideratione*] pensamus; non fuit magnum, ab eodem fratre tuo cardinali equum vnum transmitti, quem etiam ioculatori g, non petenti, vir tantus et tam abundans forte 63) donaret. Verum si temporis necessitatem perpendimus, non alia intentione hoc constat factum fuisse, quam vt cardinali subueniretur in articulo prænotato 64). [*Quare super hoc in conscientia tua nullus vnquam debet scrupulus dubitationis emergere; cum res data modici pretii, quantum ad personam dantis vel accipientis exstiterit, nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi possit vel debeat quamlibet, vel in modico, læsionem inferre: etsi ante electionis examinationem et pallii receptionem, et, te nolente et penitus ignorante, sit factum, equus, necessitate instante, transmissus fuerit et collatus, nec etiam res tanti pretii reputetur, quæ accipientis animum multum mouere debeat, aut ab honestatis proposito ad aliud declinare.*] Quod autem scriptum est: *beatus, qui excutit manus h suas ab omni munere*; de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere vel peruertere 65) solent: quoniam i, si ipsa etiam persona electi offerat ordinatori vel consecratori suo electuarium, [*medicinas,*] aut de vino, aut de aliis 66) huiusmodi, quæ modici pretii fuerint k, et quæ voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant, non tamen ecclesia Romana interpretari consueuit 67), accipientem in his delinquere, vel donantem 68).

47) *Stringon.* C. L. *Strigon. episcopo*, c. 20. comp. cit. 1.
48) *Proferri*, C. H. et ed. ant. *ad nostram cognitionem perferre*, cit. c. sed incongrue *perferre* legitur, deficiente pronom. *te*, hunc verbo alias addendo.
49) Ius Romanum intelligit, cuius sententia refertur in *l. 8. pr. de condit. instit. et l. 11. C. de fid. instrum.* Illud *ius humanum* vocat in oppositione *iuris ecclesiastici*, quod, a vicario Dei conditum, magis *diuinum* esse censent.
50) In C. R. et L. additur: *etiam.*
51) *Tenuem enim vocant religionem, qui in talibus hæsitant*, cit. c. *hæsitant*, etiam est in C. R. 1.
52) *Autem*, cit. c.
53) *Et vt pallium*, C. R. L. H. et ed. gloss.
54) *Deferret*, cit. c.
55) *Et*, ibid. non legitur.
55*) *Eidem cardinali*, ibid.
56) *Nesciente*, C. R. 1.
57) *Adduxerat*, cit. c.
58) *Et quantitas*, C. L. *Pers. scil. dantis et recipientis, et muneris quantitas, qualitas personarum et don.* etc. cit. c.
59) *E contrario*, cit. c.
60) *Data*, in C. M. deest.
61) *Si enim*, cit. c.
62) *Personarum qualitatem*, C. R. 1. et cit. c. *personas*, M.
63) *Forte*, non est in cit. c.
64) *In tali articulo*, ibid.
65) *Inuertere*, C. R. L. et M. *interuertere*, cit. c.
66) *Vel de vino siue aliis*, C. M.
67) Ita molliter interpretatur donationes, legatis a latere factas, ne vllam simoniam saperent: quorum corruptionem cognitam tamen adeo habuit curia Romana, vt in caussa sancti THOMAE Cantuariensis recusaret legatum in Angliam mittere. Sic ad annum MCLXV. ROGERIVS de HOVEDEN. notantes ait: *sed dominus papa* (ALEXANDER III.) *nullum cardinalem nec aliquem legatum mittere voluit, sciens, quod rex Angliæ potens erat in opere et sermone, et quod legati eu facile possent corrumpi, utpote qui plus aurum et argentum sitiunt, quam iustitiam et æquitatem.* Hanc vero dubitandi rationem in hac caussa deponendam esse iussit idem pontifex: quamuis scinerit, legato a latere non inanem, sed nobilem et generosum equum magni pretii transmissum sine dubio fuisse.
68) *Donatem*, cit. c. Ceterum auctoritas addit: *nisi ista interuenirent ex pacto.*

CAP. XIX.

Abbas et maiores de conuentu, si pro receptione monachi receperunt pecuniam ex pacto, ab officio et beneficio suspenduntur: et taliter recepta pecunia restituitur, et in aliud monasterium ita recipens transfertur.

IDEM. (*ann. 1180. Romæ.*)

Veniens l ad nos F. presbyter [*nobis supplici relatione*] proposuit, quod abbas et fratres sancti R. noluerunt eum in monachum recipere, quousque [*illis pro monachatu*] triginta solidos 69) dare conuenerit 70); conuentione autem facta, [*statim*] sequenti die eum monasticum ei habitum induerunt: et iidem 72) monachi triginta solidos, abbas vero decem 73), et familia duodecim pro pastu, asserentes, hoc esse de consuetudine monasterii, postularunt. Quoniam ergo [*rei veritas nobis non constat, et*] factum huiusmodi perniciosum 74) videtur; [*fr. v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus [*rei veritatem diligenter in-*

69) *Libras*, c. 1. comp. 2. h. t.
70) *Dare permisserit*, C. R. 1. *daret conuentui*, C. R. 2. *dare conuenit*, L. et H.
72) *Iidem vero*, cit. c.
73) *XL.* est ibid.
74) *Perniciosum esse*, C. R. 1. *vitiosum*, C. R. 2.

a *Facis gl. in l. si quis in fundi. §. vocabulo. ff. de leg.* 1. *et l. vnic. C. de mutat. nom.* b *C. 19. eod. tit. in 1. comp.* c *Ita. personas in codic. Barb.* Vnde quoniam huiusmodi obligatio illicita est, et contra salutem animæ tuæ, nec non et suæ profectum existit, *etc.* d *C. 20. eod. tit. in 1. comp.* e *In tribus Vatican.* qui in talibus hæsitans.

f Ex dandis. g *Vide Caietanum apud R. Thom.* 2. 2. qu. 115. art. 2. h *Esa.* 33. i *In vno manuscr. Vaticano:* quoniam etiam si ipsa etc. k *Al.* fuerunt, ex quo voluntatem, *etc. sed nos vetustiora et emendatiora sequuti sumus exemplaria* l *C. 1. eod. tit. in 2. comp.* ⁊ Monachalem.

quiras,

quiras, et,] si ita esse inueneris 75), abbatem et monachos ad restituendam *a* pecuniam præfato F. tam indigne acceptam, [*constanter admoneas, et cum omni districtione*] compellas, et, abbatem et maiores personas monasterii pro tantæ prauitatis excessu ab officii exsequutione suspendens 76), præcipias dicto F. vt in alio 77) monasterio in habitu monastico 78) Domino studeat deseruire.

75) *Noueris*, C. H.
76) *Ab offi. in sacerdotali suspendas, prædicto autem F. præcipias*, cit. c.
77) *Aliquo*, C. R. 2.
78) Diction. *in habitu* etc. *o* C. L. absunt, sed in C. R. 1. in margine sunt additæ.

CAP. XX.

Si ordinandus præsentatori suo aliquid dedit ex pacto; simoniacum est: non tamen deponitur, si est occultum.

IDEM. (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Ex tuæ *b* fraternitatis litteris, et ex confessione sacerdotis, præsentium latoris, accepimus, quod, cum ad sacerdotii ordinem non aliter voluisset eum eius archidiaconus præsentare, sex solidos 79) soluit eidem [*archidiacono*,] et sic [*postea*] ordinem ipsum per eum præsentatus accepit.

Vnde [*super eo, de quo nostrum consilium postulasti*,] tibi sic duximus respondendum, vt, si hoc non est publicum, sed secretum, eundem sacerdotem secreto conuenias, monens 80), sine vlla [*tamen*] coactione [*eum*] propensius, et inducens *c*, vt ordinem alicuius religionis assumat, et perpetuo ab officio abstineat, quod illicite acquisiuit. [*Si vero ad religionis ordinem obseruandum inducere eum forte non poteris: studeas ei ad sustentationem suam aliquod beneficium ecclesiasticum constituere, ad hoc, vt a sacerdotio debeat in perpetuum abstinere.*] Alioquin non erit tutum, cum sit secretus excessus, ipsum inuitum ab eodem officio coercere: cui tamen secretam pœnitentiam, secundum quod tibi visum fuerit, iniungere non postponas.

79) *Nisi VI. solidos*, C. L. sed *V.* est in c. 2. comp. cit. 2.
80) *Moneas conuenium*, C. R. 1.

CAP. XXI.

Breue est, nec potest breuius summari.

IDEM 81). [*Herefordeu. archidiac.*] (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

Ad *d* nostram [*noueris audientiam peruenisse, vnde, si verum est, plurimum admiramur, et aduersus vos iure mouemur, quod in ecclesiis, in vestra iurisdictione constitutis, vicarios, nisi ab eis extorta pecunia, nulla ratione ministrare permittitis, et personas ecclesiarum, quasi seruos et censuarios singulis annis indebitis exactionibus grauare præsumitis, extorquendo ab eis pecuniam et procurationes ais diuersis nominibus, aliquando auxilium episcopi, interdum eiusdem episcopi et vestras consuetudines nuncupantes. Quas si vobis forte reddere contradicunt; vos easdem personas et ecclesiarum vicarios ab officio suspenditis, et in earum ecclesiis diuina prohibetis officia celebrari: et inter cetera denarium chrismatis, pro voluntate vestra ab eis in vestræ salutis periculum extorquere præsumitis huiusmodi exactionem. Vt enim liberius videamini exigere, quandoque consuetudinem episcopalem, quandoque synodalia, quandoque paschales denarios appellantes.* et infra. *Quia vero non deceret vos, clericos ita viliter et inhoneste tractare:*] [*et infra.*] Discr. v. [*per a. s.*] mandamus, quatenus [*ab eis*] pro ministerio ecclesiastico exercendo, siue pro vicariis assignandis, seu pro chrismate nullatenus pecuniam exigatis, [*et eos indebitis exactionibus aut procurationibus de cetero grauare, vel personas eorum, aut ecclesias sine manifesta ratione et rationabili caussa nullatenus interdicto supponere præsumatis, etc. Alioquin, si ad nos exinde iterata querela peruenerit, etc.*]

81) Hanc inscriptionem suppleui ex c. 3. compil. 2. h. t. quæ a RAYMVNDO omissa est.

CAP. XXII.

Cum simoniace ordinato, qui simoniacus non est, dispensari potest.

LVCIVS III. 82) (*ann.* 1181.)

De simoniace *e* [*vero*] ordinatis, [*iuxta postulationem tuam*,] certum tibi non possumus dare responsum, nisi plenius cognoscamus 83), qualiter fuerint ordinati: cum quidam, licet secundum quandam speciem simoniæ 84), vtpote ipsis 85) ignorantibus 86), simoniaca ordinentur. possunt 87) [*tamen*,] quia simoniaci non sunt, in suis ordinibus remanere.

82) Secundum inscriptionem *c. 18. comp. 1, h. t.* hoc capitulum pars esse dicitur *c. 2. X. de bigam. non ord.* et ita inde hoc modo supplenda est inscriptio: *Idem Spalatensi archiepiscopo:* vt *not. 52. ibidem* declarat.
83) *Nosceremus*, c. 18. comp. 1. h. t.
84) *Simoniæ*, ibid. non legitur.
85) *Ipsis*, desideratur ibid.
86) *Ignorantis ordinatis*, ibid.
87) In C. R. 1. et L. additur: *tamen*.

a De pœna simoniacorum vide Torrecrem. loco præcitato. adde B. Thom 2. 2. quæst. 100 artic. 8. *b C. 2. eod. tit. in 2. comp.* *c Vide Federic. de Senis, cons. 140. et Geminianum in c. si pauper. de præbendis, libr. 6.* *d C. 3. eod. tit. in 2. compil.* *e C. 18 eod. tit. in 1. compil.*

CAP. XXIII.

Si contradicens electo pro pecunia, de voluntate electi tradita, a contradictione cessat: electus postea confirmatus, est simoniacus, et beneficio renuntiare tenetur.

IDEM 88). (*ann.* 1181. *Roma in Istriam.* Conf. c. 21. comp. 1. h. t.)

Mattheus, cardinalis secreta nobis insinuatione monstrauit, quod, cum fuisses ad ecclesiæ tuæ regimen de voluntate maioris partis fratrum electus, [*quia*,] paucis tibi 89) contradicentibus, [*non valebas debita pace gaudere*,] quidam amicus tuus de conscientia tua, et voluntate turbata, ei, qui magister discordiæ videbatur, certæ quantitatis munus 90) exsoluit, et sic, [*quam prius sustinebas*,] contradictio conquieuit. Nunc autem dubitas, quod non sis a labe simoniæ prorsus immunis, donec in administratione volueris remanere. Quia igitur [*per iam dictum cardinalem ap. sed. s*] consilium requisisti 91), quid tibi sit faciendum 92): respondemus 93), quod multum tibi consulis, si administrationem [*prædictam*] celeriter ac sponte dimittas 94), illius 95) verbi [*euangelici*] memor existens *f*: *nihil prodest* 96) *homini, si vniuersum* 97) *mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.*

88) Deest inscriptio integra in *collect. decretal. ALEXANDRI III. infra tit. 13. c. 5. p. 200. in f.* vt hanc rursus ob oculos habuisse videatur RAYMVNDVS, sicuti etiam deest in *c. 21. comp. 1. h. t.* Integram sistit *appendix ad conc. Later. III. P. XL. c. 4.* apud *HARDVIN. tom. VI. P. II. p. 1829.* hoc modo: *Item Lucius III. Tornensi archiepiscopo.*
89) *Tibi*, non est in c. 21. comp. cit. 1.
90) *Nummos*, C. R. 1.
91) *Requisisti*, C. R. L. H. et cit. c.
92) Verb. *quid tibi sit faciendum*, desiderantur in omnibus nostris codicibus, ed. ant. et e cit. AVGVST. ad h. c. idem animaduertens de aliis, putat, ea verb[illegible] ex veteri scholio irrepsisse in ed. Cont. et aliorum.
93) *Tibi significatio[illegible]stitutum mandamus*, cit. c.
94) *Dimittis*, ibid.
95) *Illius*, deest in C. H.
96) *Quid prodest*, C. R. 1.
97) *Totum*, C. H.

CAP. XXIV.

Pro absoluendo excommunicatum, pretium aliquod exigi non debet.

IDEM. (*ann.* 1181. *Romæ.*)

Ad *g* aures nostras peruenisse noueris 98), quod, cum C. 99) de Seneuilla 100) propter pecuniam, quam debebat, vinculo fuisset excommunicationis adstrictus 1), creditoribus satisfecit, sed, excommunicatoribus, decem libras pro absolutione quærentibus, non valuit absolutionis beneficium 2) obtinere. Quoniam igitur indignum est, et ecclesiasticæ rationi contrarium, vt absolutionis beneficium redimatur: discr. v. [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si præfatus C. debitum soluit, [*pro quo fuerat per sententiam nominatus*,] ipsum, [*nullius app. obst.*] gratis faciatis 3) [*auctoritate apost.*] absolui, si excommunicatores id non fecerint requisiti 4).

98) *Agnoueris*, c. 4. comp. cit. 2.
99) *G.* est in C. R. L. H. et cit. c.
100) *De Senello*, C. R. 1. *laicus*, C. R. 2. *de Seneuilla*, cit. c.
1) Quod contumax esset in non soluendo. Diuersa est ratio indigentis, qui ob inopiam soluere non potest: quem excommunicare, nefas est *c. 3. X. de solut.*
2) *Gratiam*, cit. c.
3) *Facias*, C. R. 2.
4) *Ep. excommunicatores requisiti, id ei noluerint exhibere*, cit. c.

CAP. XXV.

Monachi, per simoniam recepti, si sunt simoniaci, ad arctiora monasteria transferuntur: alias post renuntiationem in eisdem vel in aliis monasteriis eiusdem ordinis poterunt collocari.

CLEMENS III. (*ann.* 1190)

De *h* regularibus canonicis seu monachis nos consulere voluistis 5), qui per simoniam ingressum, ipsis scientibus [*et machinantibus*,] habuerunt. Vnde, cum super hoc auctoritates multæ reperiantur expressæ: non aliud, quam statutum est, respondemus, vt locum, quem taliter adepti sunt, omnino dimittant, et solitudines 6) seu alia monasteria districtiora adeant, in quibus tam 7) exsecrabilem excessum sine intermissione deplorent. Si autem, ignorantibus ipsis, pecunia data fuerit; cogas eos ad renuntiandum loco eidem, et postmodum 8) in ipsum reducere *i*, si ibi absque scandalo potuerint 9) remanere: vel in alio, qui 10) sit in ordine 11) ipso, ad seruiendum Deo poteris collocare.

5) *Voluisti*, C. R. L. ed. gloss. et c. 7. comp. 2. h. t.
6) *Solitudinem*, ibid.
7) *Tam*, deest in C. H.
8) *Postmodum etiam*, C. R. 2.
9) *Poterunt*, C. R. 1. et H.
10) *Aut eos in aliquo, quod*, cit. c.
11) *De ordine*, C. R. L. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.

f Matth. 16. Luc. 9. *g C. 4. eod. tit. in 2. comp. Vide Thom. 2. 2. qu. 100. art. 2.* *h Cap. 7. eod. tit. in 2. comp. Vide Turrecrematam in cap. statuimus decretum. 1. qu. 1. et alios, quos citant in cap. veniens, supr. eod.* *i Redire, in plerisque vulgatis.*

CAP.

CAP. XXVI.

Si quis, canonicatui renuntians, ad quem per simoniam ignoranter assumptus fuerat, postea de nouo assumatur ad illum: non potest ex prima receptione sibi aliquid vendicare.

IDEM.

Ex insinuatione *a* tua nobis innotuit, quod pater tuus, interueniente pecunia, olim tibi præbendæ beneficium acquisiuit. Cumque ad annos discretionis [*postmodum*] perueniens, accepisses Dominicæ crucis signum: [*super excessu pœnitentia ductus*] dictam præbendam in manu præpositi et fratrum libere resignasti. Sed iidem [*præpositus et fratres,*] tibi compatientes, de nouo te in suum canonicum elegerunt, ita videlicet, quod per electionem illam postremum locum 12) in choro, et in aliis [*locis*] obtineres. [*Ceterum, quia a nobis humiliter requisisti, vtrum iuxta priorem tuam receptionem tuum locum recuperare valeat: tibi duximus*] respond. vt indulgentia, quam fratres tui misericorditer tibi fecisse noscuntur, contentus existens, ratione primæ receptionis, nihil audeas in ipsa ecclesia vindicare.

12) Nouiter electi semper vltimum locum inter canonicos occupant, qui demum vacat, reliquis ipso iure ascendentibus in locum resignantis. Vnde palam est, 1) resignatione in fauorem tertii, sub pontificia auctoritate facta et admissa, hunc non locum resignantis, sed vltimum, occupare: 2) resignantem, et postea nouiter electum a capitulo, non reuerti ad pristinum, sed postremum in choro locum obtinere. Ratio huius decisionis desumitur ex *libera resignatione præbendæ*, non ex ratione *simoniæ*, qua prior præbenda per patrem canonici obtenta erat.

CAP. XXVII.

Electio simoniaca est cassanda, si propter hoc electoribus promissa fuit pecunia, quamuis electus ignoret: nisi hoc factum fuerit in fraudem electi. H. d. primo. *Cum electo, reprobato per vitium simoniæ, non dispensat episcopus.* H. d. secundo. Abbas.

COELESTINVS III. 13) (*ann.* 1195.)

Nobis fuit ex parte *b* tua intimatum 14), quod, cum quatuor essent a capitulo constituti, qui debebant quemdam eligere in plebanum, amici eius, de cuius electione spes habebatur, vni vel omnibus eligentium promiserunt, se pecuniam soluturos, eo tamen ignorante, qui, huiusmodi promissione interueniente, postmodum est electus. [*et infra.*] Quia 15) igitur super hoc consulere nos voluisti: consultationi 16) tuæ breuiter 17) *c* respondemus, quod, nisi [*forte*] constaret, illos, qui promissum tale fecerunt, per fraudem in dispendium ipsius, qui eligendus erat, id malitiose fecisse, quamuis ipse promissionis conscius non fuerit, eius tamen electio, tanquam simoniaca prauitate præsumpta 18), est penitus reprobanda. [*et infra.*]

Ad vltimum [*super hoc,*] quod in fine consultationis tuæ inuenimus, hoc 19) duximus respondendum, quod aliquis in [*plebanum, seu in*] ecclesiæ *d* cuiuslibet 20) prælatum electus, et, vt dictum est, per prauitatem simoniacam reprobatus, ab episcopo suo dispensationem aliquam obtinere de iure non potest.

13) Hanc inscriptionem etiam habet c. 9. comp. 2. h. t. loco cuius C. R. 2. habet: *Clemens.*
14) *Cum magna diligentia propositum*, c. cit.
15) In cit. c. huic particulæ diction. *et infra*, non præmittuntur.
16) *Sollicitudini*, est ibid.
17) *Taliter*, C. R. 1.
18) *Tamen electio huiusmodi, tanquam simoniaca, per prauitatem huiusmodi acquisita, est* etc. cit. c.
19) *Hoc tibi*, C. R. 2.
20) *Quemlibet*. cit. c.

CAP. XXVIII.

Qui dat prælato pecuniam, ne ipsum in iure suo de facto molestet, illam repetit, si prælatus promissa non seruet. H. d. inhærendo litteræ.

IDEM *Linconien.* 21) *e episcopo, et priori de Ponte fracto* 22), [*et archidiacono de Marin.*] (*ann.* 1195. *Roma in Angliam.*)

I. Dilectus *f* filius [*noster,*] R. præpositus, nobis exposuit 23), quod, cum Eboracen. archidiaconus 24) eum multis grauaminibus [*et variis iniuriis*] afficere non cessaret, promisit ei certam quantitatem pecuniæ se daturum, vt ab ipsius desisteret læsione: verum dictus archidiaconus 25) post receptionem pecuniæ (*eum, sicut promisit, in pace non dimisit, et*) super dignitatibus et beneficiis eius 26), ab eius molestia 27) non quieuit. Ideoque discr. v. [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si res ita se habet, archid. restituere, quod accepit, si eum contra promissionem suam venisse constiterit, [*auctoritate nostra app. rem.*] compellatis, [*et prohibeatis etiam ipsum arch. ex parte nostra districtius, ne pendente lite præpositum ipsum, vel suos molestare præsumat, et, si forte fecerit, per vestram sollicitudinem corrigatur.*]

21) *London.* C. R. 1. *Licon.* C. R. 2. *Londonen.* H. *Linonien.* ed. ant. sed mendose.
22) *Ferrato*, C. H.
23) *Patefecit*, c. 10. comp. cit. 2.
24) *Ven. f. n. G. archiepiscopus*, legimus ibid. per totum, nec vllius archidiaconi fit mentio in ed. Cont. h. c. Sed ratio huius decretalis docet nos falsitatem vtriusque auctoris.
25) *Dictus*, non est in cit. c. sed rursus: *archiepiscopus*.
26) *Beneficiis suis*, C. R. L. H. ed. ant. Cont. Pith. et cit. 2.
27) *Molestatione*, cit. c.

CAP. XXIX.

Pro benedictionibus nubentium, et exsequiis mortuorum nihil exigi debet.

INNOCENTIVS III. *abbati de Iugo Dei, et priori de Sila* 28). (*ann.* 1198. *Roma in Galliam.*)

Suam *g* nobis [*dil. fil.*] parochiani de Villa franca, querimoniam destinarunt, quod [*D.*] capellanus eorum, pro exsequiis mortuorum, et benedictionibus nubentium minus licite pecuniam ab eis exigit, et extorquet. [*Quodsi forte cupiditati eius non fuerit satisfactum, ne possint mortuorum corpora sepeliri, vel benedictio nubentium celebrari: fictitia eius impedimenta fraudulenter opponit. Quia igitur exactiones huiusmodi sacrorum canonum obuiant institutis:*] discr. v. [*per a. s.*] mandamus, quatenus dictum capellanum, vt a tanta præsumptione desistat, et etiam pro excessu satisfaciat competenter, moneatis [*attentius et efficaciter inducatis,*] sibi 29), si [*vestris monitionibus*] obedire noluerit, pœnam canonicam, [*app. rem.*] infligentes.

28) *Priori de Seillin.* legitur in *Innocentii III. epist.* 220. *libr.* 1. vel *de Sillo:* quia monasterium ab oppido *Sillo* appellationem accepit. Cum hac lectione conueniunt C. L. edit. ant. et Cont. Sed *de Sila*, est in c. 1. comp. 3. h. t.
29) *Ipsi*, est in cit. c.

CAP. XXX.

Si per accusationem constat, monachum simoniace fuisse receptum: receptus et recipiens deponuntur. Si vero per inquisitionem; receptus in arctius monasterium detruditur: recipienti vero et maioribus pœna condigna imponitur, et interim ab exsequutione ordinum sacrorum suspenduntur.

IDEM *Cantuariens. archiepiscopo* 30). (*ann.* 1200.)

II. Dilectus filius, *h* [*magister*] A. nuntius tuus, pro parte tua proposuit 31), quod, cum Cantuarien. diœcesim [*secundum prædecessorum tuorum consuetudinem*] visitans 32), [*vt, quæ corrigenda sunt, corrigas, et statuas secundum Deum, quæ videris statuenda,*] in monasteriis [*et canonicis regularibus,*] et religiosis locis pullulasse repereris 33) simoniacam prauitatem, ita, quod in eis multi pretio sunt recepti, qui potius gratis recipi debuissent, imo etiam ad religionis obseruantiam inuitari. Dubitas igitur, an, quia multitudo reperitur in caussa, seueritati sit aliquid detrahendum, [*an in tales debeas erigere rigorem canonicæ disciplinæ.*] Nos 34) [*igitur*] inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod, si aduersus eos, qui labe fuerint huiusmodi maculati, accusatio coram te fuerit canonice instituta, postquam *i* crimen ordine fuerit iudiciario comprobatum 35) *k*, tam in dantes, quam in recipientes, canonicæ seueritatis exerceas vltionem. Quodsi de hoc tibi per solam inquisitionem constiterit; eos, qui per simoniacam prauitatem in locis talibus sunt recepti, ab illis amotos, ad agendam pœnitentiam ad monasteria dirigas arctiora. Abbatibus autem et abbatissis, prioribus, prælatis quibuslibet, et officialibus eorundem iniungas pœnitentiam competentem, et, donec illam peregerint, eos a sacrorum ordinum exsequutione suspendas, iniungens episcopis tuis, vt hanc formam per suas diœceses studeant obseruare 36). Illud tamen

30) Hanc decretalem RAINERIVS diaconus in *collect. sua decretal. Innoc. III. tit.* 21. *apud* BALVZ. *p.* 581. retulit, sine dubio tertio libro inserendam, in quo substitit.
31) *Fecit in audientia nostra proponi*, c. 2. comp. cit. 3.
32) *Visitas*, C. R. 1. H. et cit. c.
33) *Reperis*, C. R. et ed. ant.
34) *Nos igitur*, C. H.
35) *Patefactum*, ed. ant. et Cont.
36) Quod ex iudicio INNOCENTII III. leniori, et tantum *extra ordinem* plectendi, qui more insolito et extraordinario dontaxat de hoc confessi vel conuicti crimine fuerunt: cum *ordinario modo* per viam *accusationis* conuicti rigorem pœnæ ordinariæ sentire debeant. Simile temperamentum ob multitudinem eorum, qui iudici gentili vel ethnico, vt *Christiani*, delati erant, non quidem in pœna, sed in modo procedendi TRAIANVS apud *PLINIVM SECVNDVM libr. X. epist.* 98. adhibendum esse censuit, vt quidem *arbitrariam et voluntariam* sub inscriptione in crimen, non æque per *publicos accusatores* institutam accusationem, in qua inscriptio in crimen cessabat, *l. 6. D. de custod. exhib. reor.* admitteret. Inde tamen minime processum inquisitorium petendum esse, adstruxi in *dissert. iur. eccles. VI. ad Plin. secundum et Tertull.* quamuis INNOCENTIVS III. inde hoc discrimen adsumserit, vt in *accusatorio*, non æque in *inquisitorio*, inscriptio in crimen locum haberet.

a *C.* 2. *de renuntiat. in* 2. *comp. Vide B. Thom.* 2. 2. *qu.* 100. *art.* 6. *ad argum.* 3. *et Turrecrematam in c. statuimus decretum.* 1. *qu.* 1. b *Cap.* 9. *eod. tit. in* 2. *compil.* c Taliter. d *Al.* in ecclesia qualibet prælatus electus, *etc.* e Linonien. f *Cap.* 10. *eod. tit. in* 2. *compil. Vide B. Thom.* 2. 2. *qu.* 100. *art.* 2. *ad* 5. *arg.*

g *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp. Vide citatos supr. eod. in cap. cum in ecclesia, et in cap. veniens.* h *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp. Vide Hostiens. in summa tit. de simonia.* §. *qua pœna feriatur. Et de variis pœnis simoniacorum adde Bernard. Diaz. in pract. crim. canf. cap.* 85. i Crimen eorum, *etc.* k Patefactum.

grataner recipi poterit, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum 37).

37) Ipsa verborum series post voc. *suspendas*, in cit. c. est hæc: *studeas autem omnibus per Cant. dioc. sub interminatione anathematis auctoritate etiam tam nostra, quam sua, districtius inhibere, ne talia præsumant ulterius attentare, sed illud duntaxat grataner accipiant, quod sine taxatione fuerit gratis oblatum, iniungens episcopis suis, vt hanc ipsam formam per suas diœceses studeant obseruare.*

CAP. XXXI.

Abbas contra testes, qui deposuerunt contra eum de simonia in iudicio inquisitionis, excipere potest, quod sunt inimici et conspiratores: alias vero exceptiones criminum opponere non potest.

IDEM *priori sancti Victoris, magistris I. Bonon. 38) et L. Medicen. canonicis 39). (ann. 1199.)*

Licet *a* Heli, summus sacerdos, in se [*ipso*] bonus existeret; quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit; et in se pariter, et in ipsis animaduersionis diuinæ vindictam excepit 40): dum, filiis eius 41) in bello peremptis, ipse de sella corruens, fractis ceruicibus, exspirauit *b*. Ad corrigendos igitur subditorum excessus tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas deseret 42) incorrectas. Contra quos, vt de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis procedi possit, per accusationem videlicet, denuntiationem 43) et inquisitionem ipsorum: vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, sicut accusationem legitimam 44) præcedere debet inscriptio, sic et denuntiationem caritatiua correctio, et inquisitionem clamosa debet 45) insinuatio præuenire *c*. *Descendam*, inquit Dominus, *et videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.* Tunc enim clamor peruenit ad prælatum, cum per publicam famam, aut insinuationem frequentem subditorum sibi referuntur excessus: et tunc debet descendere et videre, id est, mittere 45*) et inquirere, vtrum *d* clamorem, qui venit 46), veritas comitetur. Nam iuxta canonicas sanctiones, si quid de quocunque clerico 47) ad aures prælati peruenerit, quod eum iuste possit offendere, non facile credere [*debet*,] nec ad vindictam eum res accendere debet incognita, sed coram ecclesiæ senioribus diligenter est veritas perscrutanda, vt, si rei popofcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis: non tanquam [*ipse*] sit idem accusator et iudex, sed, quasi fama deferente, vel denuntiante clamore, sui officii debitum exsequatur, eo semper adhibito moderamine, vt iuxta iudicii formam, sententiæ quoque forma 48) dictetur. Cum igitur de abbate Pomposiano 49) ea nobis frequenter insinuata fuissent, quæ ab honestate regulari nimium dissonabant, monachis ad præsentiam nostram accedentibus: quidam ex ipsis nobis ipsum de simonia, periurio, dilapidatione, ac insufficientia detulerunt. Contra quos cum idem abbas exciperet 50), quod denuntiationem huiusmodi fraterna correctio secundum regulam euangelicam non præcesserat, et 51) iidem constanter assererent, quod correctionem huiusmodi præmisissent; licet ad probandum hoc duorum 52) monachorum iuramenta fuissent exhibita; quia tamen super hoc ipsi 53) nondum contendere desistebant: nos, vt prædiximus, frequentibus clamoribus excitati, ex officio nostro voluimus inquirere de præmissis, omnes [*omnino*] monachos, qui vel cum ipso, vel contra ipsum [*abbatem*] accesserant, iuramenti vinculo adstringentes, vt de propositis plenam 54), quam scirent, exponerent 55) veritatem. Quorum depositiones cum in scripturis 56) redactæ publicatæ fuissent: super illis cœperunt multipliciter disputare. Quia vero tum ex assertione monachorum, tum ex ipsius 57) abbatis confessione cognouimus, quod idem [*abbas*] non modicam summam pecuniæ, relictam a prædecessore suo, [*totam*] expenderat, et in alia summa maiori monasterium obligarat: nos eum, [*iuxta legitimas et canonicas sanctiones propter has et alias præsumtiones*,] quasi de dilapidatione suspectum 58) *f*, ab administratione abbatiæ duximus suspendendum. Et quia [*per testes*] simonia multis modis contra ipsum abbatem videbatur esse probata; ipse contra testes multas exceptiones opposuit 59), super quibus [*vtrinque*] fuit multipliciter disputatum, aliis asserentibus in crimine simoniæ, sicut in crimine læsæ maiestatis, omnes indifferenter, tam infames, quam criminosos, non solum ad accusandum, sed etiam ad testificandum admittendos: cum ad instar publici criminis et læsæ maiestatis procedat accusatio simoniæ, [*multis super hoc et legibus et canonibus allegatis.*] Aliis a contrario respondentibus, quod, licet hæc duo crimina, quantum ad accusationem, quasi paria iudicentur, differunt tamen in multis; cum [*et*] alia pœna pro vno, et alia 60) pro altero inferatur, et inter personas accusatorum et testium sit vtique distinguendum: cum non per accusatores, sed per testes crimina comprobentur, [*multis nihilominus super hoc et rationibus et argumentis inductis.*] Ne vero vel innocentiæ puritas confusa succumberet, vel simoniæ prauitas effugeret impunita: nos, æquitate pensata, illas duntaxat exceptiones oppositas probandas admisimus 61), quæ [*forte*] probatæ non de zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite *g* procedere viderentur, [*conspirationes scilicet et inimicitias capitales. Ceteras autem obiectiones oppositas; vt furti, adulterii, propter immanitatem hæresis simoniacæ, ad cuius comparationem omnia crimina quasi pro nihilo reputantur, duximus repellendas: quoniam, etsi fidem testium debilitarent in aliquo, non tamen euacuarent ex toto: præsertim cum alia contigerit adminicula suffragari.*]

38) *Magistro canonico Bon.* C. R. 1. *magistris Io. Bon.* C. R. 2. et L.
39) *Et I. Modic. canonico*, C. R. 1. et *L. Medicen. canonico*, C. R. 2. et *Laurn. Modoetin. canonicis. L. Modocen.* c. 3. comp. cit. 3.
40) *Accepit*, cit. c.
41) *Eius*, in C. R. 2. deest.
42) *Deserit*, C. R. 1.
43) *Et denuntiationem*, ibid.
44) *Legitima*, ed. ant.
45) *Debet*, a C. R. 1. abest.
45*) *Descendere, id est, videre et inquirere*, cit. c.
46) Dictio *qui venit*, desunt in C. H. ed. ant. et cit. c.
47) Supra ad c. 24. *de accus.* not. 89. obseruaui, inquisitorium processum potissimum ob clericorum mores deperditos et publica adspersos fama, ab INNOCENTIO III. introductum fuisse. Hoc euidentius adhuc pontifex in hac decretali declarat, argumento ibidem posita regulas, et ad corrigendos *subditorum excessus* prælatum assurgere debere contendit. *Subditorum* autem nomine *clericos* sub prælatorum, et hos sub archiepiscoporum, primatum, et pontificis iurisdictione constitutos intelligendos esse, in verbis hic adductis pandit, docetque, si quid *de quocunque clerico* ad aures prælati peruenerit, illud per viam *inquisitionis* persecutandum esse, certo indicio, pontificem duntaxat in *foro ecclesiastico* contra *clericos maiores et minores* hunc nouum et insolitum processum adhibendum censuisse.
48) *Sententia quoque*, C. R. 1. sed e L. *quoque*, abest.
49) *Pomposiano*, C. R. 1. *Pomposianea*, cit. c.
50) Post voc. *dissonabant*, in cit. c. hæc est verborum varietas: *inquisitionem earum viris discretis commisimus faciendam. Qui cum minime processissent ad sedandum sæpe clamorem, de communi f. n. cons. citauimus ad præsentiam nostram abbatem et monachos, vt, per nos ipsos caussa morbi plenius inquisita, plagam ipsam melius curaremus. Cum igitur ad præsentiam nostram accedentibus quidam ex monachis nobis ipsum abbatem de simonia, periurio, dilapidatione ac insufficientia detulerunt, contra quos idem abbas exciperet*, quod etc.
51) Verborum series ratio in cit. c. respuit copulam: *et.*
52) *Duorum*, ibid. non legitur.
53) *Ipso*, C. R. 2. L. H. et cit. c. sed in C. R. 1. *ipsi*, manu recentiori mutatum est in: *ipso.*
54) *Plenam ac puram*, ed. ant. *plene*, cit. c.
55) *Dicerent*, C. R. 2. *exprimerent*, cit. c.
56) *In scriptis*, C. R. L. et ed. ant.
57) *Ipsius*, deest in C. H. ed. ant. et cit. c.
58) In C. R. 1. additur: *habenter.*
59) *Exposuit*, C. R. 1.
60) *Et alia pœna*, C. R.
61) Post dictionem *pensata*, verba in cit. c. ita sonant: *nec omnes exceptiones, contra testes oppositas, duximus admittendas, nec repellendas duximus vniuersas, sed illas duntaxat probandas admisimus, quæ* etc.

CAP. XXXII.

Hoc capitulum est glossa præcedentis capituli. Nam tendit ad declarationem illius, an, et quando testes criminosi admittantur in crimine simoniæ: et in effectu idem dicit quod præcedens.

IDEM INNOCENTIUS III. *(ann. 1203. Romæ.)*

I. Per *h* tuas literas nobis 62) intimasti, te [*plurimum*] dubitare super quadam epistola decretali, quam nos asseris edidisse de testibus admittendis contra simoniacam prauitatem. Noueris igitur [*incunctanter*,] quod nos illam epistolam, quæ sic incipit: *quamuis ad abolendam*, nequaquam *i* edidimus 63), sed aliam 64), quæ sic incipit: *licet Heli*, nos edidisse fatemur. Ad cuius intelligentiam credimus distinguendum, vtrum is, contra quem agitur de simoniaca prauitate, denuntietur simpliciter *k*, aut *l* criminaliter 65) accusetur: et vtrum agatur secundum iuris rigorem, aut secundum 66) temperantiam æquitatis. Item vtrum ipse sit regularis, qui iam renuntiauerit mundo, an secularis, qui adhuc in mundo existit, et an inferioris gradus, an excellentioris sit dignitatis. Ad hæc 67), vtrum ante fuisset claræ opinionis et bonæ famæ, an grauiter infamatus, et valde suspectus: et vtrum de facili possit puniri, an sine scandalo nequeat condemnari. Præterea vtrum testes sint honesti, an criminosi: et an [*iam*] sint emendati de crimine, an adhuc in

62) *Nobis*, in C. R. 2. et L. deest.
63) Caussa erroris inde deriuanda, quod INNOCENTIUS III. *libr. I. epist.* 261. decretalem ediderit, in qua integram periodum primam a verbo: *quamuis*, vsque ad: *suffocare*, regustauit ex CLEMENTIS III. decretali, quæ in *c.* 6. *compil.* 2. *h. t.* habetur, in quo demum de hoc argumento, non in *Innocentiana epistola*, agitur.
64) *Illam*, C. H.
65) *An criminaliter*, C. R. L. et H. *ciuiliter, an criminaliter*, c. 4. comp. cit. 3.
66) *An secundum*, C. R. L. H. et cit. c.
67) *Adhoc*, C. R. 2. et L.

a *Cap.* 3. *eod. tit. in* 2. *comp.* b 1. *Reg. c.* 4. c *Genes. cap.* 18. *Iona* 1. d *In antiq. codic. et in ipso registro Innoc.* vtrum clamorem veritas comitetur. *Nam etc. illa duo verba*, qui venit, *non habentur.* e *Vide D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. *Adde Nauar. in manuali confessor. cap.* 24. *tit. de corr. fratris.*

f *Quasi dilapidatio dicitur consumptio rerum mobilium: dilapidatio vero proprie consistit circa immobilia.* g Fonte. h *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* i *Id est verissimum. Nam illa decretalis:* quamuis ad abolendam, *Clem. III. est, quam Raymundus non posuit in hac compil.* k *In antiqu. compil.* ciuiliter, *lego, sed exemplaria Gregoriana habent* simpliciter: *quod agnoscunt gl. et Hostiens.* l An criminaliter attentaretur.

crimi-

crimine perseuerent. Rursus si 68) crimina sint eadem vel minora, an paria vel maiora: vtrumue testes ex zelo iustitiæ, an ex malignitatis fomite deposuisse credantur. Denique verum ad prauitatem simoniacam detegendam sola dicta testium inducantur, an aliis etiam adminicula suffragentur. Hæc omnia sunt ad intelligentiam illius epistolæ distinguenda, [*sicut ex serie ipsius epistolæ potest perpendere diligens indagator.*] Ille quidem Pomposianus abbas, qui iam pridem renuntiauit mundo, erat de simonia, periurio, dilapidatione ac insufficientia grauiter infamatus. Cumque per monachos, qui iurauerant perhibere testimonium veritati, simonia multis modis videretur esse probata: ipse contra testes multas exceptiones opposuit, conspirationes videlicet, inimicitias 69) capitales, furtum et adulterium, vt eos a testimonio remoueret. Nos vero, ne innocentiæ puritas confusa succumberet, vel simoniæ prauitas effugeret impunita, illas dumtaxat exceptiones probandas admisimus, quibus forte probatis testes non zelo iustitiæ, sed malignitatis fomite processisse constaret, vt conspirationes, et inimicitias capitales. Ceteras autem exceptiones, vt furti et 70) adulterii, propter immanitatem hæresis simoniacæ, ad cuius comparationem cetera crimina quasi pro nihilo a reputantur, duximus repellendas; quoniam, etsi probatæ fidem testium 71) debilitarent in aliquo, non tamen euacuarent ex toto, aliis adminiculis suffragantibus: præsertim cum testes de crimine fuerint emendati. Tales igitur contra talem taliter duximus admittendos, non secundum rigorem iuris, sed secundum temperantiam æquitatis: cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine, sed ciuiliter, at ab administratione amoueretur, tanquam immeritus et damnosus. Et vtique tales prælati ex leuioribus caussis possunt ab administrationibus 72) amoueri, [*maxime per summum pontificem, qui potestatem habet non solummodo iudicandi, verum etiam disponendi:*] sicut quorundam religiosorum approbata consuetudo deposcit. Vnde prædictus abbas, non exspectata sententia, quasi male conscius sibi, cessit.

68) *Verum*, C. H. et cit. c.
69) *Et inimicitias*, C. B. 1. et cit. c.
70) *Furti vel*, C. H. sed in cit. c. *et*, omittitur.
71) *Probata fidei testimonium*, C. B. 1.
72) *Administratione*, C. L. et cit. c.

CAP. XXXIII.

Non imputatur electo confirmato, si, eo prohibente, pro ipsius confirmatione pecunia data fuit.

IDEM *abbati Iemblacen.* 73) b (*ann. 1199. Roma in Germaniam.*)

Sicut c tuis litteris intimasti, cum in Iemblacen. 74) ecclesia fueris [*a tenera nutritus ætate,*] monachus [*ibidem in ætate matura*] fuisti tandem 75) promotus ad regimen ecclesiæ Floren. 76) d: verum, abbate Iemblacen. post 77) sublato de medio, ipsa 78), quæ te prius [*tanquam*] filium habuerat, [*inscium et absentem,*] in patrem [*et pastorem*] per electionem canonicam te vocauit 79). Et quia pastore carebat Leodien. 80) ecclesia cathedralis, [*postquam per dies aliquot moram feceras in ecclesia Gemblacen.*] ad Colonien. ecclesiam, quæ tua est metropolis, proficiscens, ipsius auctoritate in Iemblacen. 81) ecclesia interim ministrasti. Ceterum postquam in Leodien. ecclesia fuit episcopus institutus: is, a te requisitus, electionem, de te factam, noluit confirmare, [*aliud non prætendens, nisi quod de minori loco translatus fueras ad maiorem.*] Verum cum hæc geri 82) pro extorquenda pecunia comperisses: sub interminatione anathematis vetuisti, ne pro facto huiusmodi, aliqua pecunia offerretur 83). Sed quidam de fratribus, te inconsulto et ignorante, contra excommunicationis a te factæ sententiam venientes, promiserunt pecuniam, et etiam exsoluerunt 84), [*sicut tibi postmodum est relatum:*] et sic ab episcopo inuitatus, institutionem ab eo accepisti libere, quemadmodum postulabas. [*Super his ergo nos duxit tua discretio consulendos, si propter promissionem incognitam et prohibitam, quemadmodum est præmissum, tibi peccati macula infligatur, vel, si de promissione, tibi cognita, tu cum fratribus, qui eam fecerunt, debeas pœnitere, cum inhærere nolueris simoniacæ prauitati, paratus pro grege Domini subire laborem, vel, quamuis conscientia tua te non accuset, a suscepto regimine, si decreuerimus, abstinere.*] Quamuis autem secundum sacrorum canonum instituta, etiam paruuli, qui cupiditate parentum ecclesias per pecuniam 85) sunt adepti, eas dimittere teneantur; quia tamen longe diuersum est non præbere consensum, et expresse 86) aliquid prohibere: taliter duximus respondendum, quoniam ex 87) eo, quod contra prohibitionem et voluntatem tuam, a quo postmodum minime recessisti, aliquis, te penitus ignorante, promisit pecuniam, et exsoluit, præsertim cum is 88) nulla sit tibi consanguinitate coniunctus, nihil debet tibi ad 89) pœnam vel culpam 90), sicut credimus, imputari, nisi postea [*forte*] consenseris, pecuniam soluendo promissam, aut [*etiam*] reddendo solutam: alioquin contingeret, quod alicuius factum, insidias inimico parantis, ei damnosum existeret, cui penitus displiceret, et sic aliquis de fraude sua commodum reportaret. Illos autem e, qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt, in tantum constat esse culpabiles, quod, si excessus eorum esset ecclesiæ manifestus, quæ non iudicat de occultis, pœna essent canonica feriendi.

73) Codices MSC. et edit. cum ipso c. 3. comp. 3. h. t. in voce *Iemblacen.* admodum corrupti sunt, vt nihil sani spirent. Genuina lectio petenda ex *lib. II. epist. 172. edit. Baluz. p. 448. abbati Gemblacensi.* De initiis huius monasterii Gemblacensis agit succincte AVBERTVS MIRAEVS in *not. ad codic. donat. piarum, c. 32. tom. I. oper. p. 41.* rationemque aperit, ob quam abbas Gemblacensis titulo *comitis* gaudeat, et in comitiis ordinum Brabantiæ primum inter nobiles locum habeat, qui prælatis Benedictinis in deliciis est. Conf. IDEM *libr. I. dipl. Belgic. c. 18. et c. 19. in not. 4.* Ex hoc monasterio prodiit SIGEBERTI, Gemblacensis monachi, chronicon, cum ANSELMI, Gemblacensis abbatis, continuatione, editum ab AVBERTO MIRAEO.
74) *Geblacen.* C. B. 1. *quod, cum in Blacenen.* H.
75) *Consequenter*, cit. c.
76) *Floren.* rectius ibid. Est enim *Florine* oppidum episcopatus Leodiensis, in quo abbatia Benedictinorum exstructa. Vid. AVBERTVS MIRAEVS *in notit. eccles. Belg. c. 34. in addit.*
77) *Ablacen. postmodum*, C. H.
78) *Gerablacensis ecclesia*, cit. c.
79) *Reuocauit*, ibid.
80) *Leoden.* C. B. 1. *Leodien.* C. B. 2. *Leodinen.* L.
81) *Gerablic.* C. H.
82) *Hac fieri*, C. B. Leod. ant. Cont. Pith. et gloss. *hæc tibi fieri*, cit. c.
83) *Conferretur*, C. H.
84) Voc. *offerretur*, sequuntur in cit. c. hæc verba: *Et cum quidam de fratribus, timorem Dei præ oculis non habentes, interuentu munerum ad ipsius abbatis regimen adspirarent frustra in ecclesia, quod malum imminens non nisi male posset deprimi, prouidentes, te inconsulto et penitus ignorante, contra excommunicationis a te factæ sententiam venientes promiserunt, et pecuniam etiam persoluerunt.*
85) *Pecunias*, C. L.
86) *Expressim*, C. B. 1. et cit. c. *expressum*, ed. ant. Cont. et Pith.
87) In C. B. 1. præpos. *ex*, deest.
88) *Cum aliquis ex his*, cit. c.
89) *Quoad pœnam et culpam*, ibid.
90) *Vel ad culpam*, C. L.

CAP. XXXIV.

Si clericus cum pacto confert ecclesiæ bona sua, vt in ipsa recipiatur in canonicum, vt illa sibi retineat pro præbenda; simonia committitur: secus, si hoc fiat sine pacto.

IDEM *decano Beluacen.* 91) (*ann. 1207.*)

Tua f nos duxit discretio 92) consulendos, [*si quis clericus alicui ecclesiæ de bonis suis quædam obtulerit, petens, vt in vita sua sibi liceat eadem bona in ipsa ecclesia pro præbenda tenere, an bona recipi debeant sic oblata, et idem clericus assumi valeat in canonicum einsdem ecclesiæ absque vitio simoniæ. Nos igitur*] deuotioni tuæ taliter respondemus, quod, si quis clericus cum 93) conditione vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, vt illa postmodum pro præbenda retineat, et [*vt*] in canonicum admittatur, huiusmodi oblatio 94) vel receptio fieri non poterit 95) sine vitio simoniæ: cum in talibus omnis pactio aut conuentio cessare debeat, iuxta canonicas sanctiones. Si vero pure ac sine pacto vel conditione 96) qualibet offerat, rogans humiliter g, vt in canonicum admittatur, et bona sua 97) retinere sibi liceat pro præbenda, et clerici eiusdem 98) ecclesiæ pure consentiant: huiusmodi 99) receptio [*procul dubio*] fieri poterit 100) absque scrupulo simoniacæ prauitatis. Licet autem taliter duximus 1) respondendum, quia 2) nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare; si tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per 3) temporalia bona 4), quæ

91) *Libr. X. epist. 169.* inscriptio a vera lectione abit, in ita habens: *Beluacensi decano.*
92) *Fraternitas*, C. H.
93) *Cum*, deest ibid.
94) Varia sunt *oblationum* genera, quibus bona oblata variam qualitatem nouam induerunt: dantur feuda oblata, census oblati, precariæ oblatæ. Denique hic etiam occurrunt bona *oblata in canonicatum et præbendam*, vt offerens bona propria pro *præbenda*, citra pactum tamen expressum, in certa ecclesia cathedrali possideat. Quo ipso 1) offerens, si eius petitio admissa, fit canonicus, 2) bona eius *qualitatem ecclesiasticam* acquirunt: 3) nouum beneficium hoc modo erigitur. Quocirca non aliter hæc oblatio recipi potest, quam bonis ad canonicum alendum sufficientibus, accedente auctoritate ecclesiæ, in erectione noui beneficii necessaria.
95) *Poterit*, C. B. 1. et H.
96) *Et conditione*, C. B. L. H. et c. 6. comp. cit. 3. *ex conditione*, ed. ant.
97) *Ipsa*, cit. c.
98) *Eiusdem*, abest a C. H.
99) *Huiusmodi*, in C. B. 1. deest.
100) *Poterit*, C. B. 1. ed. ant. Cont. et Pith. *poterat.* L.
1) *Duxerimus*, C. B. et L.
2) *Quod*, C. B. 2.
3) *Propter*, cit. c.
4) *Dona*, C. B. 2.

a *De grauitate simoniæ in comparatione ad hæresim, et alia crimina, vide Turrecrem. in cap. eos, 1. quæst. 1. et B. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 1. ad 1. argumentum.* b Iamblacen. *al.* Temblacen. *al.* Garablacen. c *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. Vide Henricum Bosch. et extrauagantem Pauli 2. cum detestabile. et Cassador. decisione 1. titul. de simonia.* d Florinensi.

e *Hodie qualis sit quorumlibet simoniacorum pœna, vide extrauagantem, cum detestabile.* f *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil.* g *Humiles ergo preces, a digno emissæ pro consequendo beneficio, non inducunt simoniam.*

offert, spiritualia valeat adipisci, et clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum 5), nisi commoda temporalia perciperent, admissuri : sine dubio tam illi, quam iste apud districtum iudicem, qui scrutator est cordium, et cognitor secretorum, culpabiles iudicantur.

5) *Eum*, deest in C. H.

CAP. XXXV.

Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit simoniacum: sed ministrare potest in illis, quos prius ab isto recepit.

IDEM *priori Cantuarien.* 6) a (*ann.* 1203)

II. Per tuas b [*nobis*] litteras 7) intimasti, quod, cum B. 8) in quadam domo Cartusien. ordinis suscepisset habitum monachalem, [*termino suæ probationis completo*,] a dioecel. episcopo fuit in subdiaconum ordinatus: sed postmodum didicit ex relatione quorundam, quod, [*licet idem*] episcopus [*alias vir esset honestus*,] multoties [*tamen*] commiserat vitium simoniæ, propter quod idem 9) monachus, [*vehementi dolore turbatus*,] in suscepto formidat ordine ministrare, nolens ab eodem episcopo ad superiores ordines 10) promoueri. [*Vnde, cum eidem eremum exire non liceat, nec præfatus episcopus ipsum vel quemquam alium suæ dioecesis ab alio episcopo permittat ordinari, postulasti per sedem apostolicam edoceri, quid de præfato monacho in ordine iam suscepto et suscipiendis superioribus sit agendum.*] Nos igitur 11) c respondemus, vt idem [*monachus*] in ordine sic suscepto secure ministret: sed contra conscientiam ad superiores ordines non adscendat, ne forte ædificet ad gehennam: licet ex eo, quod conscientiam nimis habuerit scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus, quam vtique non euadet, nisi deponat errorem.

6) *Cartusien* C. B. rectius legunt cum L. ed. Cont. et c. 7. comp. cit. 3. sed tota inscriptio desideratur in H.
7) *Tuas nobis litteras*, C. B. 1.
8) C. B. L. H. ed. ant. et cit. c. habent : G.
9) *Idem*, desideratur in cit. c.
10) *Ordines*, deest in C. H.
11) *Itaque*, C. B. L. et H.

CAP. XXXVI.

Pro chrismate vel inuestitura ecclesiarum nihil exigi debet: nec excusat consuetudo, vel nominis variatio.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo.* (*ann.* 1199.)

In tantum 12) d, peccatis exigentibus, corda quorundam simoniaca prauitas deprauauit, [*vt in exterminium canonicæ sanctionis et in elusionem quodammodo diuini iudicii, lucris temporal. inhiantes, ac dicentes in corde suo: non est Deus: simoniam sub honesto nomine palliant: quasi mutato nomine culpa transferatur et pœna. Verum nec Deus, secundum apostolum, irridetur, nec tales Simonis sectatores, etsi temporalem in præsenti forsan pœnam euadant, in futura tamen pœnam non effugient sempiternam: cum nec honestas nominis criminis malitiam palliabit, nec vox poterit abolere reatum.*] Sane, peruenit ad audientiam nostram, quod, cum olim quidam suffraganei tui pro chrismate [*ecclesiæ contra canonicas sanctiones*] certam consueuerint 13) accipere pecuniæ quantitatem, non 14) metuentes pœnam canonicam, et correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipant, recipientes in media quadragesima, quod recipere consueuere 15) post pascha: et, vt caussam recipiendi dissimulent, nomen denariorum varient, denarios 16), quos prius chrismales, secundo paschales dicebant, consuetudinem 17) e mediæ quadragesimæ nuncupantes. [*Quidam vero nec tempus solutionis, nec soluendorum numerum in aliquo variarunt, veterem per omnia consuetudinem imitantes.*] Cum vero expressius exprimat venditionis speciem, qui prius recipit 18) pretium, quam rem conferat pretiosam; [*quamquam tempus recipiendæ mercedis dissimulando distulerit, et dissimulauerit differendo; licet vtrumque in talibus periculosum sit, vel existat,*] cum gratis sit gratia conferenda, [*vt ipsam contingat et rem et nomen gratia demereri: fraternitati tuæ per a. s.*] mandamus, [*atque districtius præcipimus,*] quatenus [*auctoritate nostra fretus et tua,*] taliter excessus corrigas supra dictos, suffraganeos tuos, et officiales eorum [*mand. præt. per cens. eccl. et subl. app. obst.*] a tam illicita exactione compescens, quod [*ad nos de cetero super hoc querimonia deferri non possit,*] nec aliorum culpa tibi ob tuam negligentiam 19) imputetur ad pœnam. [*Eademque auctoritate suffultus*] prauam illam consuetudinem de tua prouincia studeas abolere, per quam pro ecclesiarum inuestitura archidiaconi marcham argenti, minores vero decani vaccam albam sibi dari postulant, vel certam solui pecuniæ quantitatem.

12) Deprehenditur hæc decretalis inter epistolas Innocentianas *libr. II, epist.* 104. *edit. Baluz.*
13) *Consueuerant*, C. B. 2. ed. ant. et Cont. *consueuerunt*. L. et H.
14) *Non*, deest in C. L. et c. 1. comp. 3. de excess. præl. sed in C. B. 1. non, additum est manu aliena, in C. B. 2. vero deletum, et in margine est. *alias*: non, *alias deest.*
15) *Consueuerant*, C. L.
16) *Denarios*, a C. B. 1. abest.
17) *Consuetudines*, C. H.
18) *Recipiat*, C. L.
19) *Ob tua negligentia meritum*, cit. c.

a Cartusien *al.* Cartusien. *al.* Carthusien. b *Cap.* 7. *eod. tit. in* 3. *comp.* c *Al.* nos itaque respondemus d *Cap.* 1. *tit. de excess. præl. in* 3. *comp.* e *Sed nominum variatio non excusat, vt ait Lactantius* 4. *I. v.* 5.

CAP. XXXVII.

Ordinatus in subdiaconum, qui prius præsentatori suo promisit, quod nil ab eo peteret, in suscepto ministrare, vel ad superiores ordines adscendere sine dispensatione non potest: etiamsi peccare non crediderit.

IDEM. (*anno* 1201.)

III. Per tuas f nobis litteras intimasti, quod, cum D. lator præsentium vellet in subdiaconum ordinari, et certum titulum non haberet, quendam presbyterum exoreuit, vt ipsum ad ecclesiæ suæ titulum præsentaret. Quod cum ille facere recusaret: ipse illi firmiter repromisit, quod nunquam, si præsentaret eundem, in ecclesia sua aliquam peteret portionem. Et sic ad præsentationem eius g exstitit ordinatus, nec, [*vt asserit*,] se in hoc illicitum egisse aliquid intellexerit 20). [*Vnde, cum postmodum vellet in diaconum promoueri, episcopo commonente, ne quis, interueniente promissione aliqua, ordinatus accederet: idem recordatus promissionis istius, a susceptione ordinis diaconatus cessauit, hoc tibi humiliter confitens, et per te postulans edoceri, vtrum ex compromissione huiusmodi reus esset. Et an liceret eidem in suscepto diaconatus ordine ministrare, et ad ordines adscendere vlteriores, fraternitas tua duxit apost. sedis oraculum requirendum.*] Nos [*igitur*] inquisit. t. t. r. quod, nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec ad [*ordines*] superiores h adscendere, nec in suscepto debet ordine [*secundum rigorem canonicum*] ministrare.

20) *Intellexit*, C. B. L. H. ed. ant. Gonz. et c. 1. comp. 4. h. t.

CAP. XXXVIII.

Simonia est dare pecuniam pro vicariata, vel pro alia administratione rerum spiritualium seu ecclesiasticarum habenda: et dantes, et recipientes ab illa ecclesia sunt eiciendi. H. d. hoc c. per alia verba, licet sit breue.

IDEM. (*eod.*)

Consulere 21) i: [*et infra.*] Quicunque vicedominatum, vel aliam ecclesiasticarum rerum administrationem per pecuniam obtinere 22) voluerint, tam ementes, quam vendentes cum Simone k [*mago*] percelluntur 23), et ab illa ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniam et accipere voluerunt, iuste excluduntur 24).

21) In C. B. 1. additur: *voluisti.*
22) *Vel aliam ecclesiasticam administrationem per pecun. administrare voluerint*, c. 2. comp. 4. cit.
23) *Percellantur*, C. H.
24) *Excludantur*, ibid.

CAP. XXXIX.

Simoniacum est aliquid exigere pro consecratione episcoporum et benedictionibus abbatum, et ordinationibus clericorum: nec excusat consuetudo.

IDEM l *in concilio generali.* (*ann.* 1216.)

Sicut pro certo m didicimus, in plerisque locis a plerisque personis, quasi columbas in templo vendentibus, fiunt exactiones et extorsiones turpes et prauæ pro consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, et ordinibus clericorum. Estque taxatum, quantum sit isti vel illi, quantumue alteri 25), vel aliis n persoluendum: et ad cumulum damnationis maioris, quidam cupiditatem, et prauitatem huiusmodi nituntur defendere per consuetudinem, longo tempore obseruatam. Tantum igitur abolere volentes abusum 26), consuetudinem 27)

25) *Quantumue alterius*, C. L.
26) *Absurdum*, c. 3. comp. 4. cit.
27) Hæc vero consuetudo nihilominus continuata est, et eradicari non potuit; 1) quod patriarchis concessum esset a IVSTINIANO, vt pro ordinatione aliquid acciperent, non tamen vltra anni valus redditus, vt supra ad c. 10. X. h. t. obseruatum: quorum exempla intuebantur et in suos transferebant vsus ceteri. 2) Qui consueta honoraria pro ordinatione dare recusabant ex præscripto legum ecclesiasticarum, perpetuis odiis, persequutionibus, et contemtui publico adeo expositi erant, vt pro his præcauendis malis consuetudini magis, quam legi ecclesiasticæ prohibitiuæ morem gererent. Id iam obseruarunt patres *concilii generalis septimi* de anno DCCLXXXVII. c. 5. apud HARDVIN. *tom. IV. concil.* p. 490. dicentes: *eos igitur, qui gloriantur, se per dationem auri ordinatos in ecclesia, et in hac maligna* CONSVETVDINE, *quæ alienat a Deo et omni sacerdotio, sperant, et ex hoc impudenti facie et non aperto ore exprobrabilibus verbis eos, qui ob virtutem vitæ a sancto spiritu electi et constituti sine datione auri sunt, subonorant, primo quidem nouissimum gradum sui ordinis accipere debemus etc.* Insidiis quotidianis abstinentes a datione munerum consuetorum vexabantur, vel adeo premebantur, vt vel mori se subiicere, vel prouinciam sibi demandatam relinquere cogerentur. 3) Magna est vis consuetudinis, et moribus hominum et desidiis plerorumque tractæ, vt per quascunque leges eradicari nequeat, sed ad tempus obscurata semper renascatur. Quid ergo mirum, si vsque ad nostra tempora traducta fuerit? præsertim cum 4) eamdem consuetudinem sancta curia Romana colat. Conf. LAVNOIVS *de vener. ecclesia Rom. traditione circa simoniam.* Præterea 5) dare recusantibus varia *impedimenta fictitia*, vt dicitur in c. 29. 42. X. h. t. obiiciebant, vt, si hæc superare vellent, se voluntati munera appetentium conformare cogerentur c. 33. h. Denique 6) *laudabilis consuetudo* in c. 42. X. h. t. adeo approbatur, vt eam infringentes sub prætextu *pietatis canonicæ*, vix ab hæresi immunes sint. Exigere quidem munera vetitum, sed sponte oblata non recusanda. c. 1. C. I qu. 2. Hæc *laudabilis consuetudo* videtur fuisse. Proinde qui nihil sponte offert, sponteque oblata non recipit, contemtibilis, et de hæresi, vt homo singularis, suspectus fit. Hac suspicione nihil intolerabilius: pro qua deponenda, sponte offerenda, vt oblata accipienda sunt, quæ exigi nequeunt.

f *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *comp.* g Ipsius. h *Al.* superiores ordines. i *Cap.* 2. *eod. tit. in* 4. *comp.* k Cum Simone mago percelluntur. l *Idem scil. Innoc. III. in concil. gener. Lat. c.* 63. *al.* 64. m *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *comp.* n *Al.* ita: alii vel alii.

huius-

huiusmodi, quæ magis dicenda est corruptela, penitus reprobamus, firmiter statuentes, vt pro his siue conferendis, siue collatis, nemo aliquid quocunque 28) prætextu exigere, aut extorquere præsumat: alioquin et qui receperit, et qui dederit huiusmodi pretium, omnino damnatum, cum Giezi et Simone condemnetur 29).

28) *Quoquam*, cit. c.
29) *Condemnatur*, C. R. 1.

CAP. XL.

Religiosi, pretio recepti, vna cum recipientibus de monasterio expelluntur, et in arctioribus monasteriis ad agendam pœnitentiam detruduntur. Sed recepti ante istud concilium, ponebantur sic recepti in aliis locis eiusdem ordinis: nisi multitudo sit in caussa, ita tamen, quod renuntient primæ receptioni, et de nouo recipiuntur.

IDEM *in eodem.* c (*ann. eod.*)

Quoniam *b* simoniaca labes adeo 30) plerasque moniales infecit, vt vix aliquas sine pretio recipiant in sorores, paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare: ne id de cætero fiat, penitus prohibemus, statuentes, vt quæcunque de cætero talem commiserint c prauitatem, tam recipientes 31), quam recepta, siue sit subdita, siue prælata, sine spe 32) restitutionis de suo monasterio expellatur *d*, in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudenda 33). De his autem, quæ ante hoc synodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus prouidendum, vt remotæ de monasteriis, quæ perperam sunt ingressæ, in aliis locis eiusdem ordinis collocentur. Quodsi forte propter nimiam multitudinem alibi nequiuerint commode collocari: ne damnabiliter in seculo euagentur, recipiantur in eisdem monasteriis dispensatiue de nouo, mutatis prioribus locis, et inferioribus assignatis. Hoc etiam 34) circa monachos, vel alios 35) regulares decernimus obseruandum. Verum, ne per simplicitatem vel ignorantiam se valeant excusare, præcipimus, vt diœcesani episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

30) *Adeo*, non est in c. 4. comp. cit. 4.
31) *Recipitur*, C. R. L. ed. ant. gloss. et cit. c.
32) *Spe sua*, C. H.
33) *Detrudenda*, C. R. 1. et ed. gloss.
34) *Autem*, C. H.
35) *Et alios*, C. L. et R.

CAP. XLI.

Episcopi nihil exigere debent, vt permittant in ecclesiis sibi subiectis clericos institui, monachos profiteri, vel mortuos sepeliri: alioquin exacta restituentur duplicata.

IDEM *in eodem* f.

Audiuimus *f* de quibusdam episcopis, quod, decedentibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto subiiciunt, nec patiuntur alios in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecuniæ persoluatur 36). Præterea cum miles aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturam: etiamsi nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt et malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cum igitur non solum a malo, sed ab omni specie mali sit secundum apostolum abstinendum: exactiones huiusmodi penitus inhibemus.

Quod si quis transgressor exstiterit: exacta duplicata restituat, in vtilitatem 37) locorum, in quorum fuerint soluta 38) dispendium, fideliter conuertenda.

36) *Exsoluatur*, C. R. 1.
37) *In vtilitate*, c. 5. comp. cit. 4.
38) *In quo fuerint soluta*, C. R. 1. *in quorum fuerint soluta*, C. R. 2. et L.

CAP. XLII.

Sacramenta sunt libere conferenda: cogit tamen ordinarius laicos obseruare laudabiles consuetudines.

IDEM *in eodem* g.

Ad apostolicam audientiam *h* frequenti relatione peruenit, quod quidam clerici pro exsequiis mortuorum, et benedictionibus 39) nubentium et similibus, pecuniam exigunt et extorquent. Et, si forte eorum cupiditati non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. E contra vero quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam ecclesiam, pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu canonicæ pietatis. Quapropter super his 40) prauas exactiones fieri prohibemus, et pias consuetudines præcipimus obseruari, statuentes, vt libere conferantur ecclesiastica sacramenta: sed per episcopum loci, veritate cognita, compescantur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

39) *Benedictione*, C. L. H. et c. 6. comp. cit. 4.
40) *Quapropter has prauas*, cit. c.

a *Idem Innoc. III. in conc. Later. cap. 64. al. 65.* b *Cap. 4. eod. tit. in 4. compil.* c Commiserit. d Repellatur. e *Idem Innocent. III. in concil. Lateran. c. 65. al. 66.* f *C. 5. eod. tit. in 4. comp. Vide citatos in cap. cum in ecclesia. cap. veniens, et c. dilectus. supra eod. tit.* g *Concil. Later. cap. 66. al. 67.* h *Cap. 6. eod. tit. in 4. compil.*

CAP. XLIII.

Prohibet abbates Cistercienses sollemniter installari: et ponit formam obedientiæ, quam præstant suis episcopis.

HONORIVS III. *vniuersis abbatibus et fratribus Cistercien. ordinis.* (*ann.* 1224. *Romæ.* C. 1. comp. 5. h. t.)

Ne *i* Dei ecclesiam 41), [*quam lauit proprio sanguine Iesus Christus, macula fœditatis coinquinet, vuge duplicitatis deformet; cupiditatis sparcitia, omnium malorum radix, et venalitatis deformitas, quasi ruga, sub prætextu consuetudinis contracta, eliminanda sunt penitus ab eadem: vt dispensatio mysteriorum Dei, et ipsa mysteria gratis accepta, Giezitica prauitate prorsus abolita, caritate gratuita conferantur. Quæ emere vel vendere quam detestabile, quamue periculosum existat, liquido potest perpendi ex eo, quod Dominus vendentes et ementes oues et boues eiecit de templo, et cathedras vendentium columbas euertit. In eiectione denique vendentium et ementium, facinoris inquinantis vtrorumque exprimitur detestatio, et in cathedrarum euersione monstratur, cui pœnæ subiaceant hi, qui præsunt, vendentes Dei dona et ecclesiæ sacramenta. Vt huiusmodi igitur facinus, quod quos coinquinat, æquat, prælatos et subditos non possit inficere, quoquo modo auctoritate apostolica districtius inhibemus, ne quis archiepiscopus, vel episcopus, archidiaconus, vel officialis ipsorum a quoquam, in abbatem electo, pro benedictione, seu installatione vel recipienda professione ab eis sub consuetudinis prætextu cuiusquam palefridum, seu aliud quicquam quocunque nomine censeatur, exigere vel extorquere præsumat. Vobisque sub prætextu huiusmodi exacta, taliter interdicimus, ne præstetis: cum non solum a malo, sed a mali specie sit abstinendum.*] Installationis *k* [*quoque*] sollemnitates in electis abbatibus ordinis vestri 42) fieri prohibentes, edicimus, vt archiepiscopi, et episcopi ea sint forma professionis contenti, quæ ab origine vestri ordinis noscitur instituta, quæ talis est 43): ego frater abbas Cistercien. ordinis subiectionem et reuerentiam et obedientiam, a sanctis patribus constitutam, secundum regulam sancti Benedicti 44), tibi, domine episcope, tuisque successoribus, canonice substituendis, et sanctæ sedi apostolicæ 45), saluo ordine meo, perpetuo me exhibiturum promitto.

41) *Ecclesia*, C. R. 1. Integram decretalem recitat MANRIQVE *tom. IV. annal. Cisterc. ad ann.* 1224. *c.* 5. *n.* 3. simulque eius occasionem illustrat.
42) *Verba in electis abbatibus et ordinis vestri*, c. 1. comp. 5. h. t.
43) *Cuius tenorem ad maiorem euidentiam huic nostra pagina duximus inserendam*, cit. c.
44) *Sancti Bernardi*, C. R. 1. *beati Benedicti*, C. R. 2.
45) *Apostolica*, non est in cit. c.

CAP. XLIV.

Recepto in canonicum debetur præbenda et reditus, consuetudine non obstante, quod non seruauerit prauam consuetudinem de aliquo temporali dando ipsis canonicis.

GREGORIVS IX. *priori sancti Thomæ Esculanen.* (*ann.* 1243.)

Iacobus, canonicus Esculanus *l*, exposuit 46), quod, cum ipse in ecclesia Aprutin. 47) sit receptus in canonicum et in fratrem, canonici eiusdem ecclesiæ 48) partem prouentuum, ac præbendam sibi assignare recusant, quandam consuetudinem prætendentes, quod prandium 49) habere debeant a canonico, recepto de nouo. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, dictos canonicos, vt, tali consuetudine non obstante, sibi, sicut vni ex aliis, in prouentibus et præbenda prouideant, appell. remota, compellas.

46) *Conquerendo*, additur: in C. R. 1.
47) *Aprutin.* C. R. 1. *Aprutinen.* C. R. 2. *Aprutina*, L.
48) *Ecclesiæ*, in C. R. 2. et L. deest.
49) Quod iam ab antiquo receptum erat sub titulo *pastelli*, vel *pastus c.* 7. *C.* 1. *qu.* 3. Hodie vocare solent *vinum admissionis*, quod etiam statutis capitularibus determinari solet, teste ANTON. MATTHAEI *de nobilit. libr. II. c.* 48. *p.* 747. adeo, vt nec Cæsar, in canonicum recipiendus, ab hoc pastello, seu vino admissionis, sit immunis.

CAP. XLV.

Qui ordinauit aliquem sub promissione de non petendo ab ipso prouisionem, ordinator per triennium a collatione, præsentator vero ab exsequutione ordinum, etiam per triennium suspensi sunt; ordinatus vero ab ordine perpetuo sit suspensus: et solum per sedem apostolicam cum eo dispensatur.

IDEM.

Si quis ordinauerit *m*, seu ad ordinem præsentauerit aliquem, promissionem vel iuramentum ab illo 50) recipiens, quod super prouisione sua non inquietet *n* eundem 51): ordinator a collatione, præsen-

50) Dictio *ab illo*, non sunt in C. H.
51) Tale pactum iam improbauerat INNOCENTIVS III *in c.* 36. *X. h. t.* in caso quodam speciali, ipsomet ablato, de quo *generalem confirmationem* in hac decretali GREGORIVS IX. edit, simulque *ordinatorem*, huius pacti conscium, cum *præsentatore* a collatione suspendendum esse decernit.

i *Qualiter hoc caput spectet ad titulum, colliges ex casu, et clarius hic ex Panormitano et aliis.* k *Installatio fit, quando electus et confirmatus introducitur in stallum, id est, in sedem seu locum consistorum, in choro et abbati deputatum ad sedendum.* l *Vide Doctores in cap. 1. supra eod. tit. Et B. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 3.* m *Vide Turrecrematam in cap. statuimus, et cap. ordinationes. 1. quæst. 1. et Sylvestrum citatum in cap. præced.* n Inquietaret.

tator

tator vero ab exsequutione ordinum per triennium, et ordinatus ab ordine, sic suscepto, donec dispensationem super hoc per sedem apostolicam obtinere meruerint, nouerint se suspensos.

CAP. XLVI.

Habet duo dicta: secundum ibi, et ad resignationes. *Et propter breuitatem et varietatem lecturarum aliter non summatur.*

IDEM 52).

Mandato a nostro recepto, vt cum monachis, qui per simoniam, dato aliquo, locum in monasteriis sunt adepti, secundum constitutionem generalis concilii dispensares: [*et infra.*] Consult. t. breuiter respondentes, dicimus, mandatum apostolicum etiam ad abbates 53) extendi, et ad resignationes 54) spiritualium et temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente, vtrioque taliter acquiruntur 55), in quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere Creatori, eos pro simonia huiusmodi non teneri.

52) *Idem fratribus minoribus*, C. II. Enimuero hanc inscriptionem falsam esse, euincunt verba huius decretalis, quæ ad episcopum quendam directa videntur.
53) *Ad coabbates*, C. R. 1.
54) *Resignationum*, C. H.
55) *Acquirunt*, ibid.

TITVLVS IV.
NE PRAELATI 56) VICES SVAS, VEL ECCLESIAS 57) [*aliis*] SVB ANNVO CENSV 58) CONCEDANT.

CAP. I.

Qui dat pecuniam, vt episcopalem vel spiritualem iurisdictionem exerceat, officio suo priuatur: et sic conferens illud amplius conferre non poterit, et canonice punietur. Hoc dicit cum sequentibus.

ALEXANDER III. *in concilio Lateran.* b (*ann.* 1179.)

Præterea 59), quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui decani vocantur, et pro certa pecuniæ quantitate episcopalem iurisdictionem exercent, præsenti decreto statuimus, vt, qui de cetero hoc 60) præsumpserit, officio suo priuetur, et episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat.

56) *De praelatis, ne vices*, comp. 1. h. t.
57) *Vel ecclesiarum*, ed. ant.
58) *Pretio*, comp. cit. 1.
59) Praemissa vide supra in *c.* 7. *de testam.*
60) *Hoc*, deest in C. H.

CAP. II.

Summatum est supra cap. proximo.

IDEM *in concilio Turon.* 61) c. 7. (*ann.* 1163. Conf. c. 2. comp. 1. h. t.)

I. Quoniam in quibusdam partibus, decani e quidam vel archipresbyteri ad agendas vices episcoporum seu archidiaconorum, et terminandas caussas ecclesiasticas sub annuo pretio statuuntur; quod ad sacerdotum grauamen, et [*ad*] subuersionem iudiciorum non est dubium redundare: id vlterius fieri prohibemus. Quodsi quis de cetero fecerit: [*nostra auctoritate*] remoueatur a clero. Episcopus autem, qui [*in sua diœcesi*] hoc sustinuerit, et ecclesiasticam d iurisdictionem 62) sua patitur dissimulatione 63) peruerti, districtione canonica percellatur.

61) Eadem inscriptio occurrit infra in *collect. decret. Alexandri III. tit.* 14. *c.* 1. *p.* 302. vt hanc præ oculis habuisse videatur RAYMVNDVS, non eam, quæ in *append. ad concil. Later. III. P.* II. c. 1. citata, in quo hæc inscriptio pariter, vt in *c.* 2. *comp.* 1. *h. t.* omissa est; quæ tamen genuina: cum hoc cap. referatur in *concil. Turon. c.* 7. apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. p.* 1598.
62) *Ecclesiastica iudicia*, C. R. L. H. ed. ant. et c. 2. comp. cit. 1.
63) *Sub dissimulatione*, C. R. 2. et ed. ant.

CAP. III.

Regimen ecclesiæ sub annuo censu committi non debet.

IDEM *in eod. c.* 5.

II. Quoniam e enormis quædam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum patrum institutiones inualuit, vt sub annuo pretio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur; ne id fiat, modis omnibus prohibemus: quia, dum sacerdotium sub huiusmodi mercede venale 64) disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

64) *Venali*, C. R. 1.

a De materia huius cap. vide D. Sotum lib. 9. de iust. et iure, quæst. 8. art. 1. ad 6. argum. Martinum Nauarrum in manuali confessar. c. 23. tit. de Simon. b Cap. 15. incipit, cum in officiis. §. praeterea quoniam. et cap. 1. tit. de praelatis, ne vices suas, etc. in 1. compil. c Post concil. Lateran. sub Alex. III. part. 2. cap. 1. d Ecclesiastica iudicia, etc. e Cap. 3. eod. tit. in 1. comp.

CAP. IV.

Fructus ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.

IDEM *Exon. episcopo.* (*ann. eod.*)

Querelam f magistri Guil. recepimus, quod, cum ecclesiam 65) de Chephalai 66) g, a G. 67) persona eiusdem [*ecclesiæ*,] ad annuum censum tenendam, per septennium suscepisset, ipse [*sibi*,] antequam eam per vnius anni spatium tenuisset, auferre præsumpsit: quamquam [*idem G.*] præstita fide firmauerit, quod vsque ad statutum 68) terminum nullam ei exinde 69) molestiam vel grauamen inferret. Ideoque [*tibi per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si [*tibi*] constiterit ita esse, [*app. rem.*] eum districte compellas, vt præfatam ecclesiam dicto Guil. restituat, et vsque ad terminum constitutum 70) [*inter eos*,] secundum quod inter se conuenerint 71) h, ipsum 72) eandem permittat pacifice possidere.

65) Sine dubio intelligit *reditus ecclesiæ*, quos ad septennium locauerat *persona ecclesiæ*, h. e. parochus pro certa pensione seu censo, quod licuit. Vulgatum est, appellatione *ecclesiæ* sæpius venire commoda ex reditibus ecclesiæ obuenientia, quo intuitu olim *ecclesias* et *altaria* in beneficium laicis concessa fuisse legimus, vt obseruaui ad *c.* 2. *X. de his quæ fiunt a prael. not.* 30. Denique appellatione *ecclesiæ* etiam *de decimis* potest intelligi, vt in *c.* 2. *X. de locat.* Et sicut sub voce *decimarum* sæpe *ecclesia* designatur, vt ex priori textu liquet: ita voce *ecclesiæ* pariter primarii eius reditus, h. e. *decimæ*, intelligi queunt.
66) *De Capsa*, C. R. 1. *de Cepha*, C. R. 2. *de Cepeley*, L. *Capelai*, H. *de Cephaia*, ed. ant. sed, omissa part. *a*, hic statim sequenti, *de Ferelesia*, c. 4. comp. cit. 1.
67) *A C.* secundum C. R. 1.
68) *Constitutum*, C. R. 1. et cit. c.
69) *Exinde*, e C. R. 1. abest.
70) *Statutum*, C. R. 2.
71) *Conuenit*, C. 6. *conuenerunt*, H. et cit. c.
72) *Ipsum*, desideratur in cit. c.

TITVLVS V.
DE MAGISTRIS, ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA DOCENDI 73).

CAP. I.

Ecclesia cathedralis prouidere debet magistro de beneficio, qui clericos eiusdem ecclesiæ, et alios pauperes gratis doceat: et vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum, beneficio priuatur.

Ex concilio Lateran. III. (*ann.* 1179. Conf. c. 1. comp. 1. h. t.)

Quoniam ecclesia Dei, [*et in iis, quæ spectant ad subsidium corporis, et in iis, quæ ad profectum proueniunt animarum, indigentibus*,] sicut pia mater, prouidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt, legendi et proficiendi opportunitas subtrahatur: per vnamquamque cathedralem ecclesiam magistro 74), qui clericos eiusdem [*ecclesiæ*] et scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeatur, [*quo docentis necessitas subleuetur, et discentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur ecclesiis, seu magisteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ex hoc fuerit deputatum.*] Pro licentia vero docendi nullus [*omnino*] pretium exigat, vel sub obtentu 75) alicuius consuetudinis ab eis i, qui docent, aliquid quærat, nec docere quenquam, qui sit idoneus, petita 76) licentia interdicat. Qui autem contra hoc venire præsumpserit, ab ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe [*esse*] videtur, vt in ecclesia fructum 77) k sui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum nititur impedire.

73) *De magistris, et ne aliquid exigatur vel promittatur*, C. R. 1. *de magistris*, comp. 4. et 5. ceteris omissis.
74) Talis iam dudum in *monasteriis et cathedralibus ecclesiis* constitutus erat, quod hæ ad exemplum illorum compositæ essent: sed, postquam ardour disciplinæ in his seculo XI. laxata, et vita communis relicta, *scholastici* vel *magistri* munus euanuisse videtur. Ipsemet ALEXANDER III. in *c.* vn. *comp.* 2. *h. t.* hoc aperte prodit, docetque, in *ecclesia Tornacensi ad sustentationem eius, qui scholas regit, beneficium olim deputatum fuisse*, addidque: *sicut per omnes fere alias ecclesias maiores Gallicanas et fuisse quondam, et in quibusdam adhuc esse cognoscitur.* Hoc vero nunc neglectum fuisse, his verbis monstrat: *ab aliquanto retro temporibus clerici ecclesiarum ipsarum, auaritia deprauati, idem beneficium in communem vsum redigere præsumserunt. qua de re statim doctrina cessante, dum doctoribus stipendium est subtractum.* Hac de caussa nuper in *concilio Lateran.* cuius canon hic refertur, statutum fuisse memorat, vt *per omnes ecclesias cathedrales ad subsidium magistri, qui scholas regat, præbenda vna debeat deputari.* Ita vero ius antiquum restituit, et officium *magistri, qui scholas regat*, (h. e. doceat, vnde et *rector* seu *regens* vocatus,) in vsum reuocat.
75) *Prætextu*, C. L.
76) *Exercitu*, c. 1. comp. 1. h. t.
77) *Fructus*, ed. ant.

f Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. g Cephaia. h Conuenit. i Al. ab eis, quos doceat. k Fructus.

CAP.

CAP. II.

Pro licentia docendi nihil exigi debet, vel promitti; et exactum restitui, et promissum remitti debet: et, negligente inferiore prælato, ad magistrum constituendum, supplebit hoc superior.

ALEXANDER III. *Vinton.* 78) a *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Prohibeas 79) *b* [*attentius de cetero,*] ne 80) in parochia tua pro licentia docendi [*ab aliquo*] exigatur aliquid, aut etiam promittatur. Si quid vero postea solutum fuerit vel promissum: remitti promissum facias, et restitui, appell. cessante, solutum, sciens, quod scriptum est c: *gratis accepistis, gratis date.* Sane, si quis [*occasione huius prohibitionis*] distulerit magistros in locis congruis instituere: tibi liceat [*de concessione nostra, omni contradictione et*] app. postposita, ibi aliorum instructioni præficere viros prouidos, honestos et discretos 81).

78) *Wicon.* ibid.
79) Est hæc decretalis pars *c. 6. X. de decimis*, hic omnino prætermittendi.
80) *Vt*, C. R. 2.
81) *Et honestos*, C. R. 1. *prouidos et discretos*, C. R. 3. L. H. ed. ant. et c. 2. comp. 1. cit.

CAP. III.

Pro licentia docendi pecunia exigi non debet: etiamsi hoc habeat consuetudo.

IDEM ALEXANDER III. 82) (*ann.* 1180. *Romæ.*)

Quanto Gallicana *d* ecclesia [*maiorum personarum scientia et honestate præfulget, et eo cautius nititur curare, quæ confundere ecclesiasticam videantur honestatem; tanto vehementiori*] dignos [*eos*] esse animaduersione censemus, qui nomen magistri scholarum, et dignitatem assumunt [*in ecclesiis vestris,*] et sine certo pretio ecclesiasticis viris docendi alios licentiam non impendunt. Cum autem hæc praua consuetudo a cupiditatis radice processerit, et decorem admodum ecclesiasticæ honestatis confundat: mandamus, quatenus, consuetudine ipsa de vestris ecclesiis exstirpata, sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis, districte præcipientes 83), vt, quicunque viri idonei et litterati voluerint 84) regere studia litterarum, sine molestia et exactione qualibet scholas regere permittantur 85). Si qui vero huiusmodi 86) prohibitionis vel præcepti exstiterint transgressores: eos 87) [*nostra auctoritate et vestra*] officiis et dignitatibus spolietis. [*Porro, si iuxta mandatum nostrum corrigere neglexeritis, negligentiam vestram grauem habebimus et molestam: et ad eam corrigendam manum extendere compellemur, ita, quod, si velint in huiusmodi rapacitatis proposito persistere, non valeant.*]

82) *Infra in collect. decret. Alexandri III tit. XV c. 1. p. 203.* Inscriptio integra hæc traditur: *Idem archiepiscopis, per Gallicana*, (vel potius per Gallicanas ecclesias) *constitutis*, atque ipsa decretalis in integritate sua refertur.
83) Post verbum: *confundat*, hæc in c. 3. comp. cit. 1. leguntur: *prouidendum vobis est, et summopere satagendum, vt consuetudo ipsa de ecclesiis vestris exstirpetur: cum vobis præcipue et specialiter adscribatur, si quod in ecclesiis eisdem laude dignum inueniatur, vel reprehensione notandum. Sub anathematis ergo interminatione curetis, ne qui dignitatem, si dignitas dici potest, fungentes pro præstanda licentia docendi alios ab aliquo a modo exigere aliquid præsumant, sed eis districte præcipiatis, vt,* etc.
84) *Valent*, ibid.
85) *Eos patiantur*, ibid.
86) *Si vero nostra prohibitionis*, ibid.
87) *Eorum*, C. R. 1.

CAP. IV.

In qualibet cathedrali ecclesia, vel alia, in facultatibus sufficienti, debet a prælato vel capitulo vnus magister eligi, cui reditus vnius præbendæ debent assignari: in metropolitana vero ecclesia etiam eligi debet theologus. Et si ad grammaticum et theologum non sufficit: prouideat ipsi theologo ex reditibus suæ ecclesiæ, et grammatico faciat prouideri in aliqua ecclesiarum suæ ciuitatis vel diœcesis.

INNOCENTIVS III. *in concilio generali* e. (*ann.* 1216.)

Quia nonnullis 88) propter inopiam, et legendi studium et opportunitas proficiendi subtrahitur; in Lateran. concilio pia fuit constitutione 89) *f* prouisum, vt per vnamquamque cathedralem ecclesiam magistro, qui eiusdem ecclesiæ clericos aliosque scholares pauperes gratis instrueret 90), aliquod competens beneficium præberetur: quo et docentis releuaretur 91) necessitas, et via pateret discentibus ad doctrinam. Verum, quoniam in multis ecclesiis id minime obseruatur: nos, prædictum roborantes statutum, adiicimus, vt non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis 92), quarum sufficere poterunt 93) facultates, constituatur magister idoneus, a prælato cum capitulo, seu maiori et saniori parte capituli 94) eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum [*et aliarum*] gratis in grammatica *g* facultate, ac aliis instruat iuxta posse. Sane, metropolis ecclesia theologum 95) nihilominus habeat, qui sacerdotes et alios in sacra pagina doceat, et in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur 96) autem cuilibet magistrorum a capitulo vnius præbendæ prouentus, et pro theologo 97) a metropolitano tantudem: non quod propter hoc efficiatur canonicus, sed tam diu reditus ipsos percipiat, quamdiu perstiterit in docendo. Quodsi forte de duobus 98) *h* ecclesia metropolis grauetur: theologo iuxta modum prædictum ipsa prouideat, grammatico vero in alia ecclesia suæ ciuitatis, siue diœcesis, quæ sufficere valeat, faciat prouideri.

88) *Nullis*, C. R. 1. sed superscriptum est: non.
89) *Consideratione vel constitutione*, D. R. 2.
90) *Instruat*, C. R. 1.
91) *Reuelaretur*, C. H.

92) H. e. *collegiatis*, ibidem ad imaginem monasteriorum effigiatis.
93) *Poterint*, C. R. 1. *potuerunt*, L. et c. vn. comp. 4. h. t.
94) *Canonice*, C. H.
95) Academiæ quidem Bononiæ et Parisiis iam florebant, in quibus *theologia scholastica* tradebatur. Hæ tamen non sufficere visæ fuerunt: maxime quod *pauperum clericorum* in gratiam hoc constitutum, quibus in singulis diœcesibus prouidendum erat, nec facultates suppetebant, vt limina academiarum salutare possent. Hic vero theologus præbendatus non fiebat *canonicus*, adeoque nec horis canonicis intererat, nec vocem in capitulo habebat. Vnde liquet, canonicos hodiernos, qui *scholastici* dicuntur, sine caussa reditus, *scholastico* destinatos, percipere, postquam hoc munus ad academias translatum, merito professori theologiæ, in academiis constituto, assignandos.
96) *Assignetur*, C. R. 1.
97) Voc. *pro theologo*, desideratur in cit. c.
98) *De duobus clericis*, C. R. 1. *de duobus magistris*, L.

CAP. V.

Prælati et capitula ad studia theologiæ scholares dociles transmittere tenentur, qui in absentia reditus præbendarum suarum et beneficiorum per quinquennium integraliter percipient. Et si proprii reditus ad sustentationem studii eis non sufficiunt; debet prælatus cum capitulo eis prouidere: magistri vero, donec docuerint, integre percipiunt fructus beneficiorum suorum.

HONORIVS III. (*ann.* 1220. Conf. c. vn. comp. 5. h. t.)

Super specula *i*, etc. 99) [*Cum itaque de singulis prouinciis puellæ speciosæ, ac virgines pro rege Assuero, qui beatitudo dicitur, per ancillas quæri debeant, et adduci ad arcem et mœnia ciuitatis, et per manum Aggei mundum muliebrem accipere, necessariorum videlicet fulcimento:*] volumus et mandamus, vt statutum in concilio generali 100) de magistris theologis, per singulas metropoles statuendis, inuiolabiliter obseruetur, statuentes 1), vt, quia super hoc propter raritatem magistrorum se possent forsitan 2) aliqui excusare 3), ab ecclesiarum prælatis et capitulis ad theologicæ 4) *k* professionis studium aliqui docibiles destinentur, qui cum docti fuerint, in Dei ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti *l*, ex quibus postmodum copia 5) possit haberi doctorum, qui, velut stellæ 6), in perpetuas æternitates mansuri ad iustitiam valeant plurimos erudire, quibus, si proprii prouentus ecclesiastici non sufficiunt, prædicti necessaria subministrent. Docentes vero in theologica facultate, dum in scholis docuerint, et studentes in ipsa 7), integre per annos quinque percipiant de licentia sedis apost. prouentus præbendarum et beneficiorum suorum, non obstante aliqua alia 8) consuetudine vel statuto: cum denario 9) fraudari non debeant in vinea Domini operantes. [*Hæc autem volumus inconcusse obseruari, firmiter disponentes, quod feriamus pœna debita transgressores 9*).*]

99) Huius decretalis partem habes in *c.* 10. *X. ne cler. vel mon.*
100) *Concilii generalis*, C. H.
1) *Decernentes insuper de consilio fratrum nostrorum, ac districte præcipiendo mandantes, vt* etc. c. vn. comp. 5. h. t.
2) *Posse forsan*, C. H.
3) *Excusari*, ibid.
4) *Theologiæ*, C. R. 1. et cit. c.
5) Optimum consilium HONORII III. his verbis relatum videtur de seminario quodam instituendo, vnde *copia doctorum*, ad docendum sufficienter præparatorum, haberi queat: quod etiam merito in academiis obseruandum, vt semper idonei doctores supersint, qui ad munera academica trahi queant.
6) *Stellæ*, deest in C. H.
7) *In ipsa*, C. R. 1. non habet.
8) *Aliqua contraria*, C. R. L. H. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
9) *Denario diurno*, C. L.
9*) Cum his cohærentia vide *c.* 28. *X. de priuileg.*

a Vincon. b *Cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.* c *Matth.* 10. d *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.* e *Scil. Later. c.* 11. *et cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *comp.* f Institutione. g Grammatica. h *Al.* de duobus magistris. i *Pars huius capitis supr. tit. ne cler vel monach.* k Theologiæ. l *Vide auth. habita. C. ne filius pro patre.*

TITV-

TITVLVS VI.
DE IVDAEIS, SARRACENIS, ET EORVM SERVIS 10).

CAP. I.

Si seruus, a Iudaeo emptus, caussa mercimonii factus est vel fieri desiderat Christianus: pro XII. solidis redimitur.

Ex concilio Maten. 11) a *(ann. 581.)*

Praesenti concilio [*Deo auctore*] sancimus, vt nullum Christianum mancipium Iudaeo [*deinceps*] seruiat, sed datis XII. solidis pro quolibet bono mancipio, ipsum [*mancipium*] quicunque Christianorum, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium, licentiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, et non permittitur 12); idem fiat 13): quia nefas est, quem Christus [*Dominus*] redemit, blasphemum Christi in seruitutis 14) vinculis detinere.

10) *De Iudaeis et Saracenis etc.* C. R. L. ed. ant. comp. 1. 2. et 4. sed rubrum in comp. 3. est: *de Iudaeis.*
11) Admodum variant hic C. MSC. et edit. nil nisi menda spirantes. Interpolatus etiam hic textus est decreto, in *c.* 18. *dist. LIV.* vbi haec inscriptio vetitae: *item ex concilio Matesconensi I. c. 16.* anno DLXXXI. habito, adducta est.
12) *Permittatur*, C. L.
13) *Similiter faciat*, c. 1. comp. 1. h. t.
14) *Seruitutis*, ibid. desideratur.

CAP. II.

Iudaeus Christianum in seruum habere non potest, in adscriptitium vero potest.

GREGORIVS *epist.* b *Lucen.* 15) *(ann. 594. Roma in Tusciam.)*

Multorum ad c nos 16) [*relatione peruenit, a Iudaeis, in Lunensi ciuitate degentibus, in seruitium Christiana detineri mancipia. Quae res tanto nobis visa est asperior, quanto a fraternitatis tuae patientia operosior. Oportebat quippe te respectu loci tui, atque Christianae religionis intuitu, nullam relinquere occasionem superstitioni Iudaicae, ne simplices animae non tam suasionibus, quam potestate, iure quodammodo deseruirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, vt secundum piissimarum legum tramitem,*] nulli Iudaeo liceat Christianum mancipium in suo dominio retinere: sed, si qui apud eos inueniuntur, libertas eis seruetur 17). Hi vero, qui in possessionibus eorum sunt, licet [*ipsi*] legum districtione sint liberi, tamen 18), quia colendis terris eorum diutius adhaeserunt, vtpote conditione d loci debentes, ad colenda rura remaneant, consuetas pensiones praedictis viris praebentes. Cuncta etiam 19), quae de colonis vel originariis iura praecipiunt, peragant, et nihil eis extra hoc oneris indicatur 20). Quodsi e quisquam Iudaeorum aliquem de his, vel ad alium transferre locum, vel ad aliud obsequium retinere voluerit: ipse sibi imputet, qui ius colonarium [*temeritate sua*,] ius [*vero*] dominii sui iuris seueritate damnauit.

15) Est haec decretalis ex GREGORII I. (non IX. vt C. R. 1. habet,) *epist.* 21. *libr. III.* cuius vera inscriptio haec est: *Gregorius Venantio episcopo Lunensi*, quam etiam habet ed. Cont. et c. 3. comp. cit. 1. Neque enim inter *Lucenses Venantius* deprehenditur, quos VGHELLIVS *tom. I. Ital. sacr. p.* 789. *seqq.* recenset: sed inter *Lunenses* in Etruria episcopos, ab EODEM *p.* 834. relatus.
16) Verba, in parenthesi sequentia, non sunt in cit. c. sed in registro, ex quo etiam restituit CONTIVS.
17) *Obseruetur*, C. R. 1.
18) *Tamen*, in c. cit. non legitur.
19) *Etiam*, ibid. non habetur.
20) *Inducatur*, C. H. *inducetur*, cit. c.

CAP. III. 21)

Iudaei antiquas synagogas retinere possunt, nouas erigere non possunt.

IDEM *Genuensi episcopo* 22) f. *(ann. 589. Romae.)*

Iudaei g de ciuitate: [*et infra.*] [*Per hoc, quod vos iis, quae praue in vestra etiam ciuitate acta sunt, non miscuistis displicere vobis, quod factum est, demonstratis:* et infra.] Sicut legalis definitio Iudaeos nouas non patitur erigere synagogas: ita eos sine inquietudine 23) veteres habere permittit 24).

21) Totum cap. 3. in C. H. deest.
22) Vera inscriptio *libr. VII. ind.* 2. *epist.* 5. sistitur: *Gregorius Ianuario episcopo Calaritano*
23) Solebant enim zelotae inter Christianos synagogas Iudaeorum carnali odio destruere et exspoliare; contra quos imperatores varia edicta direxerunt in *l.* 9. 12. 20. 21. 25. *et* 26. *C. Theod. de Iudaeis.* et *l.* 14. *C. eod. tit.* relata: licet AMBROSIVS *epist.* 29. haec facinora, vt *caussam Dei*, propugnauerit.
24) *Permittant*, C. E. 1. *permittat*, C. R. 2.

CAP. IV.

In die Veneris sancta non licet Iudaeis tenere ostia, vel fenestras apertas.

ALEXANDER III. 25) *(ann. 1170.)*

Quia h super his, [*vnde nos in litteris tuis de Iudaeis scripsisti, certum canonem non habemus: f. t. significatione praesentium intimamus, quod clero tuo, in vnum pariter conuocato,*] generaliter [*tam nostra, quam tua auctoritate,*] interdicas 26), vt Iudaei ostia vel fenestras in die parasceues apertas 27) non habeant, sed clausas 28) teneant 29) tota die. [*Mancipia quoque Christiana nulla cum eis habitare permittas; sed generaliter cunctis edicas, ne aliquis Christianorum in eorum seruitio audeat commorari: ne forte ex ipsorum conuersatione ad Iudaismi perfidiam conuertantur.*]

25) Inscriptio C. H. *Ianuensi archiepiscopo*, mendosa est. Quia enim haec decretalis est pars *c.* 16. *X. de decim.* inscriptio haec inde repetenda: *Alexander III. episcopo Massiliensi*, vt *ibid. not.* 9. notaui. Hoc PITHOEI non obseruarunt, diuersum plane annum vtrique textui assignantes.
26) *Indicas*, c. 7. comp. cit. 1.
27) *Aperta*, C. R. 2. et H.
28) *Clausa*, C. E. L. et H. *sed eas per totum diem claudant*, cit. c.
29) *Retineant*, C. L.

CAP. V.

Excommunicari debent Christiani, qui in domo seruiunt Iudaeis, vel Sarracenis, siue paganis. Et principes seculares excommunicari debent, qui Iudaeos baptizatos suis bonis spoliare praesumunt.

IDEM *ex concilio Lateran.* i *(ann. 1179.)*

Iudaei siue Sarraceni, neque sub alendorum puerorum suorum obtentu, nec pro seruitio, vel alia qualibet caussa Christiana mancipia in domibus suis 30) permittantur habere. Excommunicentur autem, qui 31) cum eis praesumpserint habitare 32). [*et infra.*] Si qui 33) praeterea k, Deo inspirante, ad fidem se conuerterint 34) Christianam; a possessionibus suis nullatenus excludantur 35): cum melioris conditionis ad fidem conuersos esse oporteat, quam, antequam fidem susceperint 36), habebantur. Si autem secus fuerit factum: principibus seu potestatibus eorundem locorum iniungimus sub poena excommunicationis, vt portionem hereditatis suae 37) et bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi.

30) *Suis*, non est in ed. ant.
31) *Omnes, qui*, C. R. 1. *hi, qui*, H. *excommunicetur autem, qui praesumserit*, c. 5. comp.
32) Quae hic desiderantur, sunt in *c.* 21. *X. de testib. et attest.*
33) *Si qui vero*, C. L. sed in H. omittitur: *si.*
34) *Conuertere voluerint*, C. R. 2. sed est correctio recentior.
35) Quis crederet, Iudaeorum conuersorum bona fisco addicta fuisse, quod ex illicito quaestu ac scelere acquisita crederentur, et sic a fisco vindicanda per *l.* 19. *D. de iur. fisc.* vt *concil. Basil. sess XIX. c.* 6. indicat. Reprobauit pariter hunc morem CAROLVS VI. rex Francorum in *diplom.* de *a.* MCCCXCIII. apud MABILLON. *in analect. tom. III. p.* 485. *edit. nouiss.*
36) *Susceperint*, C. R. 1. et cit. c. *Susceperant*, C. R. 2. L. et H.
37) *Suae*, a C. R. et H. abest.

CAP. VI.

Christiani, deferentes Sarracenis merces prohibitas, vel in ipsorum nauibus nauigantes, excommunicandi sunt, et rebus eorum priuandi, et efficiuntur capientium serui.

IDEM *in eodem c.* 24. *(ann. 1179.* Conf. c. 6. comp. cit. 1.)

Ita quorundam animos occupauit saeua cupiditas, vt, qui glorientur nomine Christiano, Sarracenis arma, ferrum et lignamina 38) l deferant galearum, et pares aut etiam superiores in malitia fiant illis, dum 39) ad impugnandos Christianos arma eis et necessaria subministrant 40). Sunt etiam, qui pro cupiditate sua in galeis et piraticis Sarracenorum nauibus, regimen et curam gubernationis exerceant. Tales igitur, ab ecclesiastica communione praecisos, et excommunicationi [*pro sua iniquitate*] subiectos, [*et*] rerum suarum per principes catholicos et consules ciuitatum priuatione mulctari m, et capientium fieri 41) seruos, [*si capti fuerint*,] censemus. Praecipimus etiam, vt per ecclesias maritimarum vrbium crebra et sollemnis in eos excommunicatio proferatur 42).

38) Ita legitur in C. R. L. et c. 6. comp. cit. 1. imo in ipso concil. c. 24. vide *c.* 17. *X. h. t.*
39) *Cum*, C. R. 1.
40) *Subministrent*, C. L.
41) *Fore*, cit. c.
42) Post verba huius c. addunt concilia: *excommunicationis quoque poenae subdantur*, etc. quae sunt in *c.* 3. *X. de raptoribus.*

a Maticen. b *Libr.* 3. *indict.* 12. *epist.* 21. c *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.* d Conditionem. *al.* conditione. e *Al.* verum si quisquam. f *Al.* Gen. *al.* Ian. g *Vide registr. Greg. epist.* 5. *indict.* 2. *libr.* 7. *et cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *compil.*

h *C.* 7. *eod. tit. in* 1. *compil.* i *Cap.* 26. *et cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *compil.* k *Vide extrauagantem. Pauli III. quae incipit: cupientes Iudaeos. vbi multa Iudaeis conuersis priuilegia conceduntur.* l Ligamina. m *Iure ciuili puniuntur. cap. cum consist. bonorum, l.* 2. *C. quae res export. non debeant.*

CAP. VII.

Iudaei veteres synagogas in priorem statum reformare possunt: de nouo erigere non possunt.

IDEM. (*ann.* 1176. *Romae.*)

Consuluit 43) a: [*et infra.*] Iudaeos [*etiam*] de nouo construere 44) synagogas, vbi [*eas*] non habuerunt, pati non debes. Verum, si antiquae 45) corruerint, vel ruinam minantur, vt eas reaedificent, potest 46) aequanimiter tolerari 47), non autem, vt eas exaltent, aut ampliores, aut pretiosiores faciant, quam antea fuisse noscuntur: qui vtique hoc 48) pro magno debent habere, quod in veteribus synagogis, et suis obseruantiis tolerantur.

43) Quae hic inserenda sunt, vide in *c.* 29. *X. de appell.*
44) *Construere*, C. H.
45) *Antiqua*, C. L.
46) *Poterit*, C. H. et c. 1. comp. 2. h. t. sed in margine: *potes tolerare*, et: *potest tolerari.*
47) Mera *tolerantia* et *gratia imperiali* etiam haec refectio synagogarum adscribitur in *l.* 19. § 1. *C. de Iudae.*; quod hic pontifex repetit: quamuis aedes sacrae Christianorum *ex necessitate* reficiendae sint. Cogi ergo non possunt ad refectionem Iudaei, si eas corruere patiuntur.
48) *Hoc*, in C. B. L. et cit. c. deest.

CAP. VIII.

In familiari seruitio Iudaeorum Christiani esse non debent.

IDEM. (*ann.* 1175.)

Ad haec 49) b [*praesentium vobis auctoritate mandamus atque praecipimus, quatenus*] omnibus Christianis, qui sunt in iurisdictione vestra 50), penitus 51) interdicatis, et, si necesse fuerit, districtione ecclesiastica compellatis eosdem 52) c, ne [*ipsi*] Iudaeorum seruitio se assidue pro aliqua mercede exponant; quod etiam obstetricibus et nutricibus eorum prohibere curetis, ne infantes Iudaeorum in eorundem domibus nutrire praesumant: quoniam Iudaeorum mores, et nostri in nullo concordant, et ipsi de facili ob continuam conuersationem, et assiduam familiaritatem, [*instigante humani generis inimico,*] ad suam superstitionem, et perfidiam simplicium animos inclinarent.

49) Integra decretalis refertur in *append. ad concil. Later. III. tit.* 20. c. 2. vnde liquet, ex ea etiam desumta esse *c.* 7. et 23. *X. de testib.*
50) *Nostra*, ed. ant. Cont. et Pith.
51) *Penitus*, a C. B. 2. abest.
52) *Eosdem*, desideratur in C. B. L. et ed. ant.

CAP. IX.

Iudaei inuiti non sunt baptizandi, nec ad hoc cogendi, nec sine iudicio puniendi, aut rebus suis spoliandi, vel in suis festiuitatibus molestandi, nec ipsorum coemeteria violanda, aut eorum corpora exhumanda.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Sicut d Iudaei [*non debent sine licentia in synagogis vltra, quam in lege permissum est, praesumere: ita in his, quae eis concessa sunt, nullum debent praeiudicium sustinere.*] Statuimus [*enim,*] vt nullus [*Christianus*] inuitos, vel nolentes Iudaeos ad baptismum venire 53) compellat. Si quis autem ad Christianos caussa fidei confugerit; postquam voluntas eius fuerit patefacta, Christianus absque calumnia efficiatur: quippe Christi 54) fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum e non spontaneus, sed inuitus cogitur 55) f peruenire.

Nullus etiam Christianus eorum quemlibet sine iudicio 56) terrenae potestatis vel occidere, vel vulnerare, vel suas [*illis*] pecunias auferre praesumat, aut bonas, quas hactenus habuerint 57), consuetudines, immutare: praesertim in festiuitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet 58). Neque aliquis ab eis coacta seruitia exigat, nisi quae ipsi tempore praeterito facere consueuerunt. Ad hoc malorum hominum prauitati et auaritiae obuiantes, decernimus, vt nemo coemeterium Iudaeorum mutilare aut inuadere audeat, siue 59) obtentu pecuniae 60) corpora humata effodere. Si quis autem huiusmodi decreti tenore cognito, quod absit, contraire praesumpserit; honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis sententia 61) plectatur g: nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

53) *Venire*, non est in ad. ant.
54) *Christiani*, c. 3. comp. cit. 2.
55) *Cognoscitur*, ibid.
56) *Sub iudicio*, C. B. 3.
57) *Habuerunt*, C. H. et cit. c.
58) *Perturbent*, C. B. 1.
59) *Sub*, C. H.
60) Cum pecunia, auro atque pretiosis ornamentis cadauera condita olim fuisse, notum, ceu pluribus illustrat GVTHERIVS *de iur. man. libr. II. c.* 29. quamuis hoc variis legibus prohibitum. *l.* 4. § 6. *ad L. Iul. pecul. l.* 14. § 5. *de relig.* Hac de caussa maleuoli saepe destruebant sepulcra ad has diuitias effodiendas; quod etiam Iudaeis in more positum esset, aurum et argentum cum cadauere sepelire.
61) *Vitione*, cit. c.

a *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* b *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *compil.* c *Dictio*, eosdem, *deest in antiquis.* d *Cap.* 3. *eod. tit. in* 2. *compil.* e Baptisma. f Cognoscitur. g Plectetur.

CAP. X.

Penitus duas indulgentias illorum, qui paganis praedicant.

IDEM.

Quam h sit laudabile 62): [*et infra.*] Tuis, frater episcope 63), petitionibus annuentes, tibi tuisque sociis, cum ad praedicandam Christi fidem paganis i exhibetis 64), apost. auct. 65) concedimus, vt vobis his cibis cum modestia et gratiarum actione, seruata temporum qualitate, iuxta canonicas sanctiones, vti liceat, qui 66) vobis ab ipsis infidelibus apponuntur.

Insuper indulgemus, vt quicunque religiosi 67), seu clerici, idonei ad annunciandum gentibus euangelicam veritatem, requisita et habita praelatorum suorum licentia, tibi voluerint adhaerere, id absque 68) contradictione qualibet liberam exsequendi habeant auctoritate apostol. facultatem.

62) *Laudabilis*, C. B. 1.
63) Sine dubio his verbis compellat MEINARDVM, primum Liuonicum episcopum, qui priuato ausu ad gentiles Liuones conuertendos post annum MCLXX. Liuoniam intrauerat, et fidem in Christum gentilibus annunciauerat. Nam annum aduentus incertum esse perspicue docet V. C. Dn. GRVBERVS *in orig. Liuon. sacris et ciuilibus p.* 2. *in not. lit. c.* Interim tanto cum successu cum THEODORICO socio, ordinis Cisterc. monacho, opus conuersionis perfecit, vt iam anno MCLXXXVI. episcopatum eius fundatum, et ab archiepiscopo Bremensi eum primum episcopum ordinatum fuisse tradat ARNOLDVS, abbas Lubec. in *histor. Slauor. libr. VII. c.* 8. Quamuis enim quidam tradant, eum demum anno MCXCII. infulis episcopali admotum fuisse, quo CLEMENS III. viuere iam desiit: monstrat tamen praelaudatus Dn. GRVBERVS *cit. l. p.* 6. *in not. lit. k.* eum iam CLEMENTIS III. tempore ordinatum episcopum. Atque in huius rei fidem duo breuia huius pontificis, *cit. tr. p.* 203. *et seqq. in syllog. documentorum* adducit, quae de episcopatu Liuoniensi agunt. Accedit, quod chronographus, quem Dn. GRVBERVS *cit. tr.* edidit, *p.* 12. *n.* 3. *in f.* asserit, BERTHOLDI antecessorem a papa literas accepisse, h. e. vel a CLEMENTE III. vel COELESTINO III. Nec enim refragabor, si quis hanc decretalem adscribere malit COELESTINO III. cum certum sit, in regestis pontificum nomina pontificum literis initialibus designata fuisse, veluti per *Cl.* quae vel CLEMENTEM III. vel COELESTINVM III. designent, adeoque frequentissime haec duo nomina in hac collectione confundantur, vt vel ex *c. praeced.* etiam liquet, quod, vt Pithoei notant, quidam codices COELESTINO III. assignant. Id quod si assumserit, eo minus dubii superest, hanc decretalem ad MEINARDVM, qui demum anno MCXCVI. obiit, directam fuisse.
64) *Exhibetis*, C. B. 1. et c. 4. comp. cit. 2. sine dubio rectius. *Exhibuistis*, C. B. 2. L. ed. ant. et Cont. *exibis*, ed. gl.
65) *Praesentium auctoritate*, C. L.
66) *Quae*, C. H.
67) *Quicunque viri seu monachi*, cit. c.
68) *Ab absque*, C. B. 2.

CAP. XI.

Pro redimendis captiuis licet ire Alexandriam, iurantibus, quod nihil deferent auxilii, seu subsidii extra redemptionis articulum. Portans vel mittens etiam post treugas merces prohibitas, excommunicatus est: et pacis appellatione non veniunt treugae.

IDEM.

Significauit 69) k nobis 70) tua fraternitas, quomodo aliqui ciuium tuorum 71) in Alexandriam valeant proficisci pro recuperandis conciuibus suis, qui illic in captiuitate 72) tenentur. Hoc arbitramur licite posse fieri; dummodo nihil in mercibus suis 73), vel alio modo secum illuc 74) deferant, vnde possit Sarracenis, excepto redemptionis articulo, aliquod commodum aut subsidium prouenire: quod etiam coram te prius iuramento firmabunt. Illi quoque, qui post treugam, in transmarinis partibus factam, cum commercio Alexandriam adiuerint 75), si tulerint merces prohibitas caussa lucrandi, excommunicationis vinculum non euadunt l, sicut nec illi 76), qui, in personis propriis non euntes, merces eis per nuntios 77) destinarunt. Ad vltimum 78) illos, qui iurauerunt 79), se amplius in terram 80) Sarracenorum cum mercibus non ituros, nisi pax esset inter Christianos et ipsos, et post treugam factam venerunt illuc, conditio illa de pace aut treuga habenda, ab excommunicationis vinculo non absoluit.

69) *Significat*, C. H.
70) *Nobis*, desideratur in ed. ant.
71) Mercatores sine dubio intelligit, Alexandriam cum nauibus petentes, qui suspecti erant, quod sub praetextu redimendorum captiuorum, in expeditione cruciata contra Sarracenos capturum, merces prohibitas ibi aduecturi essent: a qua suspicione se iuramento purgare prius cuncti tenebant.
72) *In ciuitate*, ad. ant.
73) *Suis*, omittitur in c. 5. comp. cit. 2.
74) *Illuc*, C. B. 2. ad. ant. et cit. c.
75) *Adierunt*, C. B. 2. et cit. c.
76) *Similiter et illi*, cit. c.
77) *Merces eis per alios destinarunt*, ibid.
78) In C. B. 1. additur: vero.
79) *Iurauerint*, C. H.
80) *Ad terram*, C. L.

h *Cap.* 4. *eod. tit. in* 2. *compil.* i *Scriptores Christiani paganos vocant omnes idolorum cultores, qui nunquam fidem catholicam agnouerunt.* k *Cap.* 5. *eodem titul. in secunda compilatione.* l Euadunt.

CAP. XII.

Excommunicati sunt, qui cum Sarracenis tempore guerræ aliquod habent commercium, vel eis præstant subsidium.

IDEM.

Quod olim *a* præceptum fuit: [*et infra.*] Sane, licet hoc fuerit in concilio *b* Later. districte inhibitum; nos tamen, [*de consilio fratrum nostrorum*,] omnes illos excommunicationi supponimus, qui 81) iam amplius cum Sarracenis mercimonium habuerunt 82), vel per se, vel per alios nauibus, seu quocunque alio ingenio, eis aliqua rerum subsidia, seu consilia, quamdiu inter nos 83) et illos guerra durauerit, duxerint impendenda 84). Vestræ igitur discretioni mandamus, [*atque districte præcipimus.*] quatenus nec per vos, nec per vestras naues, nec alio 85) quocunque modo aut ingenio, eis mercimonia, consilia, vel alia subsidia transmittatis: ne, si [*forte*] aliqui, in sua malitia indurati, secus agere præsumpserint, non solum ipso iure incidant in excommunicationem illam, verum etiam [*illi*] iram Dei viuentis incurrant.

81) *Hi, qui*, C. H.
82) *Habuer.* C. R. 1. *habuerint*, C. R. 2. ed. gloss. et c. 6. comp. cit. 2.
83) *Inter vos*, C. R. 2. H. et L.
84) *Impenderint*, cit. c.
85) *Vel alio*, C. R. 2.

CAP. XIII.

Iudæi nutrices, vel seruientes Christianos habere non debent: contra facientibus interdicitur Christianorum commercium.

INNOCENTIVS III. *archiepiscopo Senon.* et 86) *episcopo Parisiensi.* (*ann.* 1203.)

Etsi *c* Iudæos, quos propria culpa submisit perpetuæ seruituti 87), [*cum Dominum crucifixerunt, quem sui prophetæ ad redemtionem Israel prædixerant in carne venturum*,] pietas Christiana receptet, et sustineat cohabitationem illorum, [*quos etiam propter illorum perfidiam Sarraceni, qui fidem catholicam persequuntur, nec credunt in crucifixum, ab illis sustinere non possunt, sed potius a suis finibus expulerunt, in nos vehementius proclamantes, eo, quod sustineantur a nobis, qui ab ipso crucis patibulo condemnant Redemtorem nostrum:*] ingrati tamen nobis esse non debent, vt 88) reddant 89) Christianis pro gratia 90) contumeliam, et de familiaritate contemptum, qui, tanquam misericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionem impendunt 91), quam, iuxta vulgare prouerbium, mus in pera, serpens in gremio, et ignis in sinu, suis consueuerunt hospitibus exhibere. Accepimus autem, quod Iudæi, [*quos gratia principum in suis terris admisit, fecit adeo insolentes, vt illos committant excessus in contumeliam fidei Christianæ*,] quos non tantum dicere, sed etiam nefandum est cogitare. Faciunt [*enim*] Christianas filiorum suorum 92) nutrices *d*, [*et*,] cum in die resurrectionis Dominicæ illas recipere corpus et sanguinem Iesu Christi 93) contingit, per triduum 94), antequam eos lactent, lac effundere faciunt in latrinam. Alia insuper 95) contra fidem catholicam detestabilia et inaudita committunt, propter quæ fidelibus est verendum, ne diuinam indignationem incurrant: cum eos perpetrare patiuntur indigne, quæ fidei nostræ confusionem inducunt. [*Rogamus igitur carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francorum illustrem, mandamus etiam nobili viro M. duci Burgundiæ, et comitissæ Trecen. vt tales reprimant Iudæorum excessus, ne ceruicem, perpetuæ seruitutis iugo submissam, præsumant erigere contra reuerentiam fidei Christianæ, et*] inhibemus districtius, ne de cætero nutrices, vel seruientes habeant Christianos 96), ne filii liberæ filiis famulentur ancillæ, sed tanquam serui, a Domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurarunt, se saltem *e* per effectum operis recognoscant seruos illorum, quos Christi mors liberos, et illos seruos effecit. [*Qui cum iam cœperint rodere more muris, et pungere, sicut serpentes: verendum est, ne ignis, receptatus in sinu, corrosa consumat. Quocirca f. v. per a. s. m. q. prædictum regem, et alios ad hoc ex parte nostra ita diligenter monere, ac efficaciter inducere procuretis, quod Iudæi de cætero nullatenus insolescant, sed sub timore seruili prætendant semper verecundiam culpæ suæ, ac si venerentur honorem fidei Christianæ.*] Si vero [*Iudæi*] nutrices et seruientes non dimiserint 97) Christianos 98): [*vos, auctoritate nostra suffulti,*] sub excommunicationis pœna inhibeatis *f* districte omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant 99) exercere.

86) Verb. *archiepiscopo Senon. et*, a C. H. absunt.
87) In republica ecclesiastica infideles censentur *serui*, fideles *liberi*; non in republica *seculari*, in qua vsum iurium communium, vt alii subditi, habeant: nisi quod ex opinione hac de *seruili statu* maculam adoptauerint. Adeo *contemtibiles* ex *iudæis iteri* facti, vt a consortio *honestorum* exclusi fuerint.
88) *Vode*, C. H.
89) *Redderent*, c. vn. comp. 3. h. t.
90) Ex mera *gratia* tantum tolerari Iudæos, ius canonicum docuit, atque effecit, vt ius recipiendi Iudæos ad regalia principum Germaniæ translatum fuerit. Neque enim, quod A. bulla inter præcipua electorum iura hoc referre voluerit, subsistere amplius potuit, postquam tandem reliquorum statuum imperii iura superioritatis territorialis in pleniorem restituta sunt lucem. Conf. c. 21. *X. de testibus.*
91) *Impendant*, C. R. 1.
92) *Suorum*, non est in cit. c.
93) *Domini nostri Iesu Christi*, C. R. 2.
94) *Quod per triduum*, C. L.
95) *Et alia etiam*, C. R. 1. *alia multa*, C. R. 2.
96) *Christianas*, C. R. et L.
97) *Dimiserunt*, C. R. 2. et cit. c.
98) *Christianas*, C. R. 1.
99) *Habeant nec audeant*, C. R. 2.

CAP. XIV.

Iudæus, qui percusserit clericum, temporaliter punitur: et, si de facto puniri non potest, interdicitur sibi Christianorum commercium, donec satisfecerit iniuriam passo.

IDEM 100). (*ann.* 1212.)

Postulasti *g*, qualiter contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quendam clericum violentas. Ad quod breuiter respondemus, quod, si dictus Iudæus tuæ iurisdictionis existit, ipsum pœna pecuniaria 1) punias, vel alia, secundum quod conuenit, temporali, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi; alioquin eius dominum moneas et inducas, vt passo iniuriam, et ecclesiæ, ab eo satisfieri faciat competenter. Quod si 2) dominus eius neglexerit adimplere: tu Christianis omnibus 3) *h* per cens. eccles. interdicas, ne cum ipso Iudæo, antequam satisfaciat 4), præsumant commercia exercere.

100) Inscriptio petenda ex *libr. XV. ep.* 118. quæ hæc est: *Lingonensi episcopo*: cuius pars exstat in *c.* 21. *X. de regular.* ceu *ibid. not.* 61. obseruaui.
1) Quatenus *secularis* est, et ob *reales iniurias* a iudice seculari delinquentibus pro conditione læsi, dictari solebat, in criminali persequutione, quod indicant verba sequentia: *vel alia, secundum quod conuenit, temporali*: quia criminaliter agebatur ad pœnam *arbitrariam publicam*. Hæc enim iniuria tantum pertinebat ad *forum seculare*, non ecclesiasticum.
2) *Et si*, C. R. 1.
3) *Omnibus*, a C. R. L. et H. abest.
4) *Satisfecerit*, C. R. et L.

CAP. XV.

Iudæi et Sarraceni vtriusque sexus debent in terris Christianorum vti habitu, per quem a Christianis discernantur: et in die passionis Domini non debent in publicum progredi, nec in contumeliam Creatoris prosilire.

IDEM *in concilio generali, seu Lateran. IV.* i (*ann.* 1216.)

In nonnullis prouinciis a Christianis Iudæos, seu Sarracenos habitus distinguit diuersitas: sed in quibusdam 5) sic quædam inoleuit confusio, vt nulla differentia discernantur *k*. Vnde contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudæorum seu Sarracenorum, et Iudæi seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscentur. Ne igitur tam damnatæ 6) commixtionis excessus per velamen *l* erroris huiusmodi, vlterioris 7) *m* excusationis possint 8) habere diffugium; statuimus, vt tales vtriusque sexus in omni Christianorum prouincia, et omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur: [*cum per Moysen hoc ipsum eis legatur iniunctum.*] In diebus autem lamentationis, et Dominicæ passionis 9) in publicum minime prodeant 10), eo, quod nonnulli ex ipsis talibus diebus, sicut accepimus, et ornatius non erubescunt incedere, ac Christianis, qui, sacratissimæ passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere non formidant. Illud autem districtissime inhibemus, ne in contumeliam Creatoris 11) *n* [*aliquatenus*] prosilire præsumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra deleuit: præcipimus præsumptores huiusmodi per principes seculares condignæ animaduersionis adiectione compesci, ne Crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant.

5) *Quibusdam partibus*, C. R. 2.
6) *Damnanda*, C. H.
7) *Vlterius*, C. R. et L. neutra vero dictio est in c. 2. comp. 4. h. t.
8) *Possit*, C. H. et cit c.
9) *Resurrectionis*, C. R. 1.
10) *Passionis publice minime procedentes*, cit. c.
11) *Redemtoris*, ibid.

a *Cap.* 6. *eod. tit. in* 2. *compil.* b *Sub Alex. III. cap.* 24. c *Cap.* vn. *eod. tit. in* 3. *compil. Vide notas cap.* 2. *et* 5. *hoc eodem tit.* d *Vide Marquardum tractat. de Iudæis part.* 1. *cap.* 3. *num.* 15. e *In cod. Barbatia*. recognoscant, se esse seruos, etc.

f *Vide B. Thom.* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 9. g *Vide Nicolaum Eymericum in directorio inquisitorum.* 2. *quæst.* 46. *num.* 8. *et* 9. h *Dictio*, omnibus, *deest in antiquioribus cod.* i *Idem fuit Innocent. III. in concil. Later. cap.* 68. *al.* 69. *et cap.* 2. *eod. tit. in* 4. *compil.* k Discernatur. l Velamentum. m vlterius. n *Al.* redemptoris, *vt in conc. et vet. comp.*

CAP.

CAP. XVI.

Præponens Iudæum vel paganum publicis officiis, per concilium prouinciale corripitur, et præposito denegatur Christianorum commercium, donec deposuerit officium, et in vsus Christianorum pauperum restituat inde quæsita secundum episcopi prouidentiam.

IDEM *in eodem* a.

Cum sit nimis absurdum, vt blasphemus [*aliquis*] Christi in Christianos vim 12) potestatis exerceat; quod super hoc Toletanum concilium prouide statuit; nos propter transgressorum 13) audaciam in hoc generali concilio innouamus, prohibentes, ne Iudæi publicis officiis 14) præferantur: quoniam sub tali prætextu Christianis plurimum sunt infesti. Si quis autem eis officium tale commiserit: per prouinciale 15) concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari, monitione præmissa, districtione, qua conuenit, compescatur 16). Officiali vero huiusmodi, tamdiu Christianorum communio in commerciis et aliis denegetur, donec in vsus pauperum Christianorum, secundum prouidentiam diœces. episcopi conuertatur, quicquid fuerit a Christianis adeptus 17) occasione officii, sic suscepti: et officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos.

12) *Iura*, c. 2. comp. cit. 4.
13) *Transgressoris*, C. R. 2.
14) *Iudiciis vel officiis*, C. M.
15) *Principale*, C. R. 1.
16) *Compescantur*, C. L.
17) *Adeptum*, cit. c.

CAP. XVII.

Concilium generale repetit concilium Lateranense supra eod. tit., et addit pœnam satisfactionis, tempore absolutionis impendendam.

IDEM *in eodem* 18).

Ad liberandam *b* terram sanctam: [*et infra.*] Excommunicamus præterea et anathematizamus illos falsos et impios Christianos, qui contra ipsum 19) Christum et populum Christianum Sarracenis arma, ferrum et lignamina 20) deferunt galearum; eos etiam 21), qui galeas eis vendunt vel naues, quique 22) in piraticis Sarracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium, vel auxilium in dispendium terræ sanctæ: ipsosque rerum suarum priuatione 23) mulctari, et capientium seruos fore censemus, præcipientes 24), vt per omnes vrbes maritimas diebus dominicis et festiuis huiusmodi sententia publice innouetur. Et talibus gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi totum, quod ex commercio damnato 25) perceperint, et tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint, puniantur. Quodsi forte soluendo non fuerint: sic aliis reatus talium castigetur, quod in pœna ipsorum aliis interdicatur audacia similia præsumendi.

18) Apud *HARDVINVM tom. VII. coll. conc. p. 71.* post *canonem 70.* adiicitur constitutio prolixior *de expeditione pro recuperanda terra sancta*, vnde pauca hæc *p. 75. circa finem* translata sunt.
19) *Ipsum*, a C. R. abest.
20) C. R. et L. rectius ita legunt, non *ligamina*, vt ad *c. 6. X. h. t.* monui. Præterea voce *galearum* certe nauium species intelligendæ, quas vulgo *galeeren* vocant.
21) *Etiam*, deest in C. M.
22) *Quicunque*, C. R. 2.
23) Pœna confiscationis *mercium prohibitarum* iam olim iure ciuili constituta est in *l. 4. et vlt. C. de commerc. et mercator.* quam pontifex hic repetit. Conf. *l. 11. §. 2. D. de public. l. 1. et 2. C. quæ res export. non deb.*
24) In C. R. 2. manu recentiori ita correctum est: *præcipimus autem.*
25) *Damnando*, C. R. 1. *damnoso*, H.

CAP. XVIII.

Iudæi vel pagani publicis officiis præficiendi non sunt: et, si eis regalia iura vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus, non suspectus.

GREGORIVS IX. *Astoricen.* c *et Lucen.* 26) *episcopis.* (*ann. 1236. Romæ in Hispaniam.*)

Ex speciali *d*, quem erga illustrem regem Portugalliæ gerimus, caritatis affectu 27): [*et infra.*] Mandamus, quatenus regem ipsum sollicite inducatis, ne in officiis publicis Iudæos Christianis præficiat, sicut in generali *e* concilio continetur: et, si forte reditus suos Iudæis vendiderit vel paganis, Christianum tunc deputet, de grauaminibus inferendis clericis et ecclesiis non suspectum, per quem Iudæi siue Sarraceni, sine Christianorum 28) iniuria, iura regalia consequantur.

26) *Astoricen. et Lucen.* C. R. 1. *Asteracen. et Lucen.* C. R. 2.
27) *Affectum*, C. R. 1. *effectu*, H.
28) *Aliorum*, C. R. 1.

CAP. XIX.

Se ipsum summat.

IDEM.

Nulli Iudæo baptizatum, vel baptizari volentem emere liceat, vel in suo seruitio retinere 29). Quodsi quem, nondum ad fidem conuersum, caussa mercimonii emerit, et postmodum factus sit, vel fieri desideret 30) Christianus: datis pro eo XII. solidis ab illius seruitio protinus subtrahatur. Si autem intra tres menses ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi seruiendum emerit eundem; nec ipse vendere, nec alius audeat comparare: sed, nullo dato pretio, perducatur ad præmia libertatis.

29) *Remanere*, C. M.
30) *Etiam debeat vel desideret*, C. R. 2.

TITVLVS VII.
DE HAERETICIS, [*et Manichæis.*]

CAP. I.

Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei: et infideli non est credendum in præiudicium alterius.

STEPHANVS 31) PAPA *omnibus episcopis.*

Dubius in fide, infidelis est: nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.

31) Verba, hic relata, non sunt *PSEVDO-STEPHANI*, sed *PSEVDO-SIXTI I. epist. 1.* apud *BLONDELL.* in *Pseudo-Isidoro p. 180.*

CAP. II.

Errare in fide conuincitur, qui alios errantes, cum potest, ab errore non reuocat.

LEO 32) PAPA [*episcopo Doribio Arusticensi.*] (*ann. 440. Romæ.*)

Qui alios *f*, cum potest 33), ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat.

32) Hæc sententia *LEONIS I. epist. 93. c. 15. in f.* addosta, episcopis applicata est, qui adulterina scripta vel apocrypha PRISCILLIANI scripta haberi non prohibuerunt. Ait: *vnde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se nouerit iudicandum: quoniam, qui alium ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat.* Illustret hæc verba *MAIMBVRG.* in *histor. pontificat. S. Leonis M.* gallice scripta, *p. 67. seq.*
33) Voc. *cum potest*, non sunt in c. 2. comp. 1. h. t.

CAP. III.

Hæreticus perseuerans, æternaliter damnatur: cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcunque bonum, quoad hoc, vt consequatur vitam æternam.

AVGVSTINVS 34) *de fide catholica* 35).

Firmissime *g* tene, et nullatenus dubites, omnem hæreticum vel schismaticum 36), [*quamuis multas eleemosynas faciat, vel etiam pro Christo sanguinem fundat,*] cum diabolo et angelis eius, æterni ignis incendio participandum *h*, nisi ante finem [*huius*] vitæ catholicæ fuerit incorporatus et redintegratus ecclesiæ. *Et post pauca:* omni [*enim*] homini, qui ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatem, neque baptismus, neque eleemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors, pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem.

34) Imo *FVLGENTIVS de fide ad Petrum, c. 82.* qui liber, circa annum DX exaratus, sub nomine AVGVSTINI eius operibus vt plurimum adiectus est. In *edit. Paris. Benedict. e congreg. S. Mauri tom. VI. in app. p. 19.* extatur, vnde GRATIANVS quoque retulit *c. 3. C. XV. qu. 1. et c. 3. de consecr. dist. IV.*
35) *Catholica*, non habetur in cit. comp. 1. c. 3.
36) *Et schismaticum*, C. R. 1. *et etiam schismaticum*, C. R. 2.

CAP. IV.

Damnato auctore damnantur eius scripturæ, et libri et opera.

GREGORIVS *Anastasio Antiocheno* 37). (*ann. 598. Romæ in Syriam.* C. 4. comp. cit. 1.)

Fraternitatis 38) tuæ: [*et infra.*] [*Illa enim synodus, quæ sub imagine primæ Ephesinæ facta est, quædam in se allata capitula dicit approbata, quæ sunt Cœlestii atque Pelagii prædicamenta.* Et] cum Cœlestius 39),

37) Apud *GREGORIVM M. libr. VII. ind. 11. epist. 48.* inscriptio est: *Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno.* Omisit RAYMVNDVS vocem: *episcopo*, quo titulo patriarcham designare, dignitati eius minus conuenient esse videbatur. Sed quia patriarchæ etiam *episcopi* erant: hoc nomen non respuebant, nec ipse pontifex eo tempore respuit.
38) *Fraternitati*, C. L. et c. 4. comp. cit. 1. sed falso. Nam integra clausula est: *fraternitatis tuæ scripta suscepi.*
39) Non *Cœlestinus*, prout C. MSC. et edit. fere omnes, etiam *Pithœana*, habent: quia COELESTIVS Pelagii dogmata propagauit. Vid. *AVGVSTINVS de hæres. c. 88. tom. VIII. oper. p. 26. edit. cit.*

---

a *Later. c. 69. al. 70. et cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* b *Vide Martinum Nauarrum supr. citatum.* c *Episcopatus sunt Hispaniæ, de quibus Vasæus in annalibus Hispaniæ, cap. 20.* d *Vide Marquardum tract. de Iudæis. p. 2. c. 6. et 7.* e *Lat. sub Innocent. III. c. 69.*

f *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* g *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.*
h Mancipandum.

atque

atque Pelagius in Ephesina 40) synodo sint damnati: quomodo poterunt 41) illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

40) *In ea synodo*, cit. c.
41) *Poterunt*, ibid. et in ipso registro.

CAP. V.

Episcopus, instituens heredem hæreticum consanguineum, vel extraneum, vel paganum, etiam post mortem excommunicatus nuntiatur. H. d. secundum communem et veriorem intellectum: et vt faciat ad tit. potest intelligi, quod ex hoc præsumatur hæreticus.

Ex concilio Africano 42) *a*. *(ann. 402.)*

Si quis episcopus heredes instituerit extraneos 43) a consanguinitate sua, vel hæreticos, etiam consanguineos, aut paganos pertulerit *b*: saltem post mortem 44) *c* anathema dicatur, atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur.

42) vel potius ex *cod. canon. eccles. Afric. c* 81. *apud* IVSTELL. *et* VOELL. *tom.* 1. *bibl. iur. canon. vet. p.* 570.
43) id quidem leges ciuiles permittebant, nec inualida talis dispositio erat, qua *extranei* consanguineis præferebantur in testamento, in *episcopis* tamen id improbabant Africani, vt etiam censura quadam post mortem afficerentur: quamuis ipsa dispositio interim in foro ciuili valeret.
44) *Eius*, C. 8. 2. et L.

CAP. VI.

Loquitur de eadem materia cum præcedenti. et extenditur, quod ibi dictum fuit de episcopo, ad presbyteros et alios clericos.

Ex eodem.

In eos, qui catholici non sunt, etiamsi consanguinei fuerint 45), [*per donationem rerum suarum*] episcopi vel presbyteri 46) nihil conferant 47). Denique hoc, quod de episcopis et presbyteris dictum 48) est, debet de reliquis [*quoque*] clericis exaudiri 49).

45) *Sunt*, est in c. 9. comp. cit. 1.
46) *Vel clerici*, ibid.
47) Videlicet hoc est, quod parabola Christi obseruat ostenditque, sacerdotem et Leuitam vulnerato opem non tulisse, sed tantum Samaritam hæreticum.
48) *Disputatum*, ibid.
49) *Exaudiendum est*, ibid.

CAP. VII.

Christus fuit verus Deus et verus homo: sentiens oppositum, hæreticus est et excommunicatus.

ALEXANDER III. *Remen. archiepiscopo. (ann.* 1180.)

Cum Christus *d* perfectus Deus, et 50) perfectus sit homo; [*mirum est, qua temeritate quisquam audeat dicere, quod Christus non sit aliquid, secundum quod homo. Ne autem tanta possit in ecclesia Dei suboriri abusio et error induci:*] mandamus, [*per a. s.*] quatenus [*conuocatis magistris scholarium Parisiis et Remis, nec non et aliarum ciuitatum circumpositarum auctoritate nostra,*] sub anathemate interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, Christum non esse aliquid secundum quod homo: quia, sicut Christus verus est Deus, ita verus est homo, ex anima rationali et humana carne subsistens.

50) *Et*, non habetur in c. 5. comp. 1. cit.

CAP. VIII.

Hæretici, receptatores, et fautores eorum, excommunicati sunt: et decedentes in hoc peccato, in cæmeterio ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari.

Ex concilio Lateran. *e (ann.* 1179.)

Sicut ait B. Leo, [*licet ecclesiastica disciplina, sacerdotali contenta iudicio, cruentas effugiat vltiones: catholicorum tamen principum constitutionibus adiuuatur, vt sæpe quærant homines salutare remedium, dum corporale super se metuunt supplicium euenire. Ea propter,*] quia in [*Vasconia, Agnesio, et*] partibus Tholosanis 51), et *aliis locis* 52) hæreticorum, quos alii Gazaros 53), [*alii Publicanos,*] alii Patarenos 54), et alii aliis nominibus vocant, inualuit damnanda peruersitas, [*ita, vt iam non in occulto, sicut alibi, nequitiam suam exerceant, sed errorem suum publice manifestent, et ad consensum suum simplices attrahant et infirmos:*] eos, et defensores et receptatores eorum anathemati decernimus 55) subiacere, et sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere 56) vel fouere, aut negotiationem 57) cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserit 58): neque sub priuilegiorum nostrorum, quibuscunque indultorum, obtentu, neque sub alia quacunque occasione oblatio pro eo 59) fiat, aut inter Christianos accipiat 60) sepulturam *f*.

51) *Tolosanis*, C. H.
52) Verb. *et aliis* etc. a C. 8. L. et ed. Gonz. absunt.
53) *Catheros*, ad gloss. *Catharos*, rectius c. 6. comp. cit. 1.
54) *Paterinos*, C. 8. 1. sed mendose.
55) *Decernimus*, C. 8. et L.
56) *Retinere*, C. 8. 2.
57) *Negotium*, ed. ant.
58) *Decesserint*, cit. c.
59) *Pro eis*, ibid.
60) *Accipiant*, ibid.

CAP. IX.

Hæreticus, male sentiens, vel male docens de sacramentis ecclesiæ, excommunicatus est; et conuictus, nisi se correxerit, et errorem abiurauerit, si clericus est, degradetur, et curiæ seculari tradatur: per quam etiam laicus punitur. Eadem etiam est pœna suspectis de hæresi, si se non correxerunt, et relapsis omnino audientia denegatur. Seculares principes, qui iuuare nolunt, de ecclesia contra hæreticos defendenda, excommunicantur, et terræ eorum supponuntur interdicto; ciuitates vero ipsorum resistentes, aliarum commercio, et episcopali dignitate priuantur: exempti vero subsunt ordinariis super his, quæ contra hæreticos instituuntur.

LVCIVS III. 61) *(ann.* 1184.)

Ad abolendam *g* [*diuersarum hæresium prauitatem, quæ in plerisque mundi partibus modernis cœpit temporibus pullulare, vigor debet ecclesiasticus excitari, cui nimirum, imperialis fortitudinis suffragante potentia, et hæreticorum proteruitas in ipsis falsitatis suæ conatib. elidatur, et catholicæ simplicitas veritatis in ecclesia sancta resplendens, eam vbique demonstret ab omni exactione falsorum dogmatum expiatam. Ideoque nos filii nostri carissimi Federici, illustris Romanor. Imp. semper August. præsentia pariter et vigore suffulti, de communi f. n. consilio, nec non et aliorum patriarcharum, archiepiscopor. multorumque principum, qui de diuersis mundi partibus conuenerunt, contra ipsos hæreticos, quibus diuersa vocabula diuersarum indidit professio falsitatum, præsentis decreti generali sanctione consurgimus, et omnem hæresim, quocunque nomine censeatur, per huius constitutionis seriem auct. apost. condemnamus. In primis Catharos et Patarinos et eos, qui se Humiliatos vel Pauperes de Lugduno falso nomine mentiuntur, Passaginos, et Iosepinos, Arnaldistas perpetuo decernimus anathemati subiacere. Et quoniam nonnulli sub specie pietatis virtutem eius, iuxta quod, vt ait apostolus, denegantes auctoritatem sibi vendicant prædicandi: cum idem apostolus dicat: quomodo prædicabunt, nisi mittantur? omnes, qui vel prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem, ab apost. sede vel episcopo loci susceptam, publice vel priuatim prædicare præsumpserunt, et*] vniuersos, qui de sacramento corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu de peccatorum confessione 62), matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana ecclesia prædicat et obseruat, et generaliter, quoscunque eadem Rom. eccles. vel singuli episcopi per diœceses suas cum consilio clericorum, vel clerici ipsi 63), sede vacante, cum consilio, si oportuerit, vicinorum episcoporum hæreticos iudicauerint, [*pari*] vinculo perpetui 64) anathematis innodamus. [*Receptores et defensores eorum, cunctosque pariter, qui prædictis hæreticis ad fouendam in eis hæresis prauitatem patrocinium præstiterint aliquod vel fauorem, siue consolati, siue credentes, siue perfecti, seu quibuscunque superstitiosis nominibus nuncupentur, simili decernimus sententiæ subiacere. Quia vero, peccatis exigentibus, quandoque contingit, vt seueritas ecclesiasticæ disciplinæ ab his, qui virtutem eius non intelligunt, contemnatur;*] præsenti *h* nihilominus ordinatione sancimus, vt, quicunque manifeste fuerint *i* in hæresi 65) deprehensi, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fucatus, [*et*] totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, et sic omni 66) [*pariter*] officio et beneficio 67) spoliatus ecclesiastico, secularis relinquatur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus: nisi continuo post deprehen-

61) Anno designato habitum fuit Veronæ concilium, cui LVCIVS III. et imperator FRIDERICVS I. interfuere, in quo hæc constitutio generalis contra hæreticos, accedente auctoritate imperiali, promulgata est. Id indicant verba, paullo post inserta: *ideoque nos filii nostri carissimi* FRIDERICI, *illustris Romanorum imperatoris semper Augusti, præsentia pariter et vigore suffulti de communi fratrum nostrorum consilio nec non et aliorum patriarcharum archiepiscopor. multorumque principum, qui de diuersis mundi partibus* CONVENERVNT etc. Quia ergo hoc cap. est decretum concilii Veronensis, quod etiam defendit FRANC. PAGI in crit. ad BARON. tom. IV. ad ann. MCLXXXV. n. 2. sq. minus recte HARDVIN. tom. VI. P. II. p. 1878 illud inter epistolas LVCII III. recenset. BARONIVS vero *simplici colloquio* inter LVCIVM III. et FRIDERICVM I. attribuit; quod imperatorem concilio papali interfuisse forsan ægre tulerit: cui assertioni adducta verba reclamant. Alia testimonia adducit PAGI *cit. l.* Quid? quod paulo post hæc notabilis additur clausula: *præsentis decreti generali sanctione consurgimus*. quæ constitutionem alicuius concilii magis, quam pontificis epistolam, referunt.
62) *Seu peccatorum remissione, aut de matrimonio*, c. 11. comp. cit. 1.
63) *Episcopi*, ibid. sed male.
64) *Perpetuo*, C. L.
65) *In hæresim*, C. 8. 1. *in supra dictis erroribus*, cit. c.
66) *Ab omni*, C. 8. 1.
67) A C. 8. 1. absunt verba: *et beneficio*.

a C. 48. in concilium Lateran. et in synodo Carth. c. 84. apud Theodorum Balsam. et c. 8. eod. tit. in 1. comp. b Protulerit c Eius d Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. Et post conc. Later. sub Alex. III. p. 49. c. 20. e Later. sub Alex. III. c. 27. et c. 6. eod. tit. in 1. compil.

f Vide notata l. 1. C. de summ. trin. et in authent. credentes, et in l. Arriani, C. eod. g C. 11. eod. tit. in 1. compil. h Vide Eymer. in directorio inquis. 2. part. quæst. 91. i In vulgatis sta: fuerit in hæresi deprehensus: sed in antiqu. cod. vt est impressum.

sionem

sionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, et errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publice consenserit abiurare, et satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, [*quem aliqua prædictarum pestium notoria, vel priuata culpa resperserit,*] nisi, prout dictum est, abiurata hæresi, et satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem.

Qui 68) vero inuenti fuerint a sola [*ecclesiæ*] suspicione notabiles, nisi ad arbitrium episcopi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, simili sententiæ subiacebunt. Illos quoque 69), qui post abiurationem erroris, vel, postquam se, vt diximus, proprii antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia decernimus 70) relinquendos, [*bonis damnatorum clericorum ecclesiis, quibus deseruiebant, secundum sanctiones legitimas applicandis. Sane, prædictam excommunicationis sententiam, cui omnes hæreticos præcipimus subiacere, ab omnibus patriarchis, archiepisc. episc. in præcipuis festiuitatibus et quoties sollemnitates habuerint, vel quamlibet occasionem ad gloriam Dei et reprehensionem hæreticæ prauitatis decernimus innouari, auct. apost. statuentes, vt, si quis de ordine episcoporum in his negligens fuerit, vel desidiosus inuentus, per triennale spatium ab episcopali habeatur dignitate et administratione suspensus. Ad hæc de episcopali consilio et suggestione culminis imperialis, et principum eius adiecimus, vt quilibet archiepiscopus vel episcopus, per se, vel per archidiaconum suum, aut per alias idoneas personas et honestas, bis vel semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat: et ibi tres vel plures boni testimonii viros, vel etiam totam viciniam, si expedire videbitur, iurare compellat, quod, si quis hæreticos ibidem scierit, vel aliquos, occulta conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium vita et moribus dissidentes, eos episcopo vel archidiacono studeat indicare. Episcopus autem vel archidiaconus ad præsentiam suam conuocet accusatos, qui, nisi se ad eorum arbitrium iuxta patriæ consuetudinem ab obiecto reatu purgauerint, vel, si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, episcoporum iudicio puniantur. Si qui vero ex eis, iurationem superstitione damnabili respuentes, iurare forte noluerint: ex hoc ipso hæretici iudicentur, et pœnis, quæ prænominatæ sunt, percellantur.*] Statuimus insuper, vt comites, barones, rectores, et consules ciuitatum et aliorum locorum, iuxta commonitionem [*archiepiscoporum et*] episcoporum, præstito corporaliter iuramento, promittant, quod [*in omnibus prædictis*] fideliter 71) et efficaciter, cum ab eis fuerint [*exinde*] requisiti, ecclesiam contra hæreticos, et eorum complices, adiuuabunt [*et studebunt*] bona fide iuxta officium et posse suum, [*ecclesiastica simil. et imperiali statuta circa ea, quæ diximus, exsequutioni mandare.*] Si vero id obseruare noluerint: honore, quem obtinent, spolientur, et ad alios nullatenus assumantur, eis nihilominus excommunicatione ligandis, et terris ipsorum interdicto ecclesiæ supponendis 72). Ciuitas autem, quæ his [*decretalibus*] institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio ciuitatum, et episcopali se nouerit dignitate priuandam. [*Omnes etiam fautores hæreticorum, tanquam perpetua infamia condemnatos, ab aduocatione et testimonio et aliis publicis officiis decernimus repellendos.*] Si qui vero fuerint *b*, qui, a lege diœcesanæ iurisdictionis exempti, soli subiacent sedis apostolicæ potestati: nihilominus in his, quæ [*superius*] sunt contra hæreticos instituta, [*archiepiscoporum vel*] episcoporum subeant iudicium 73), et eis in hac parte, tanquam a sede apost. delegatis, non obstantibus libertatis suæ priuilegiis, obsequantur 73*).

63) Verb. *Qui vero*, vsque ad vocem: *subiacebunt*, desunt in C. R. H. et ed. ant. Sunt tamen in cit. c. et iisdem vius Innocentius III. relatis in c. 2. comp. 4. h. t.
69) *Illos vero, qui*, ed. ant. et cit. c. 1.
70) *Decreuimus*, C. R. 1.
71) *Fortiter*, cit. c.
72) *Nihilominus excommunicatione ligandi, et terra ipsorum interdicti sententia supponantur*, ibid.
73) *Subiaceant iudicio*, C. L.
73*) Cetera habentur in c. 23. X. *de iure patron.*

CAP. X.

Bona hæreticorum confiscantur, et in terris ecclesiæ applicantur fisco ecclesiæ, in terris imperii, iudicis secularis fisco: et procedit, etiamsi catholicos habent filios.

INNOCENTIVS III. 74) (*ann.* 1199.)

Vergentis *c* in senium 75) seculi corruptelam, [*non solum sapiunt elementa corrupta, sed etiam dignissima creaturarum ad imaginem, et similitudinem condita Creatoris, prælata priuilegio dignitatis volucribus cæli et bestiis vniuersæ terræ testatur: nec tantum eo quasi deficiente iam deficit, sed et inficit, et inficitur scabra rubigine vetustatis. Peccat enim ad extremum homo miserrimus, et, qui non potuit in sui et mundi creatione in paradiso persistere, circa sui et orbis dissolutionem degenerat, et pretii suæ redemptionis circa fines seculorum oblitus, dum vortis ac vanis quæstionum se nexibus ingerit et ingessit, se ipsum laqueis suæ fraudis innectit, et incidit in foueam, quam parauit. Ecce enim, inimico homine messi dominicæ superseminante semen iniquum, segetes in zizania pullulant, vel potius polluuntur, triticum arescit, et euanescit in paleis, in flore tinea et vulpes in fructu demoliri vineam Domini moliuntur. Noua siquidem sub nouo testamento, Achor progenies, de spoliis Iericho lingulam auream, palliolumque furatur. Abyron, Dathan, et Chore, soboles detestanda, nouis thuribulis fermentatum thymiama nouis voluit altaribus adolere: dum nox nocti indicat scientiam, dum cæcus præbet cæco ducatum, dum hæreses pullulant: et quem diuinæ reddit hæreditatis expertem, suæ constituit hæreticus hæresis et damnationis heredem. Hi sunt caupones, qui aquam vino commiscent, et virus draconis in aureo calice Babylonis propinant: habentes, secundum apostolum, speciem pietatis, virtutem autem eius penitus abnegantes. Licet autem contra vulpes huiusmodi paruulas, species quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum, diuersa prædecessorum nostrorum temporibus emanauerant instituta; nondum tamen adeo pestis potuit mortificari mortifera, quin, sicut cancer, amplius serperet in occulto, et iam in aperto suæ virus iniquitatis effundat: cum palliata specie religionis, et multos decipit simplices, et quosdam seducit astutos, factus magister erroris, qui non fuerat discipulus veritatis. Ne autem nos, qui, licet circa horam vndecimam inter operarios, immo verius, super operarios vineæ Domini Sabbaoth sumus, a patrefamilias euangelico deputati, et quibus ex officio pastorali sunt oues Christi commissæ, nec capere vulpes, demolientes vineam Domini, nec arcere lupos ab ouibus videamur, et ob hoc merito vocari possimus canes muti, non valentes latrare, ac perdamur cum malis agricolis et mercenario comparemur: contra defensores, receptatores, fautores, et credentes hæreticorum, aliquid seuerius duximus statuendum, vt, qui per se ad viam rectitudinis reuocari non possunt, in suis tamen defensoribus et receptatoribus et fautoribus, ac etiam credentibus, confundantur, et, cum se viderint ab omnibus euitari, reconciliari desiderent omnium vnitati. De communi ergo f. n. c. et assensu quoque archiepiscoporum, et episcoporum, apud sedem apost. existentium, districtius inhibemus, ne quis hæreticos receptare, quomodolibet defensare, aut ipsis fauere vel credere quoquo modo præsumat, præsenti decreto similiter statuentes, vt, si quis aliquid eorum facere præsumserit, vbi primo, secundoue commonitus a suo super hoc curauerit præsumtione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia vel consilia ciuitatum, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi cogatur super quocunque negotio respondere. Quodsi forte iudex exstiterit; eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec caussæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus: eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio; instrumenta, confecta per ipsum, nullius sint penitus momenti: sed cum auctore damnato damnentur. In similibus etiam idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit; ab omni officio et beneficio deponatur: vt, in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Si quis autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, contempserit euitare: anathematis se nouerit sententiam incurrisse.*] In terris vero, temporali nostræ iurisdictioni subiectis, bona hæreticorum 76) statuimus publicari: et in aliis idem præcipimus fieri per potestates et principes seculares, quos ad id exsequendum, si forte negligentes exstiterint, per cens. eccles. appell. rem. compelli volumus, et mandamus, vt 77) nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur, nisi, eis ad cor reuertentibus, et abnegantibus hæreticorum consortium, misereri aliquis voluerit, vt temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis non corrigit 78) disciplina. Cum enim secundum legitimas sanctiones reis læsæ maiestatis punitis capite, bona confiscentur eorum, filiis suis vita solummodo ex misericordia conseruata; quanto magis, qui aberrantes in fide, Domini Dei filium Iesum Christum 79) offendunt, a capite nostro, quod est Christus, ecclesiastica debent districtione præcidi 80), et bonis temporalibus spoliari? cum longe sit grauius æternam, quam temporalem lædere maiestatem.

Nec huiusmodi seueritatis censuram orthodoxorum *d* exheredatio filiorum, quasi cuiusdam miserationis prætextu debet vllatenus impedire: cum in multis casibus, etiam secundum diuinum iudicium, filii pro patribus temporaliter puniantur, et iuxta canonicas sanctiones quandoque feratur vltio non solum in auctores 81) *e* scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum.

74) Supplenda est inscriptio huius decretalis ex *libr. II. epist. 1. clero, consulibus et populo Viterbiens.* Quædam inde desumta sunt in *concilio generali IV.* cuius constitutio infra *c.* 13. *h. t.* recitatur.
75) *Sensum*, C. H.

76) *Eorum*, c. 1. comp. 3. h. t.
77) In C. R. L. H. ed. ant. gloss. et cit. c. partic. *vt*, deest.
78) *Corripiat*, C. L.
79) *Christum*, abest a C. R. et L.
80) *Præscindi*, C. R. 1. et ed. ant.
81) *Actores*, C. R. L. et H.

a *Hic §. vt plurimum desideratur in manuscr. codic. vsque ad illa verba:* Illos quoque. *b* *Vide Eymer. in director. inquis. part. 3. qu. 16. et sequ.* *c* *Habetur integra l. 2. registri Innocent. III. epist. 1. et c. 2. et 3. eod. tit. in 3. compil.*

d *Vide Paul. Grillandum tractat. de hæret. quæst. 4. Iul. Clarum libr. 5. sentent. recept. §. hæresis. versic. et scias, quod.* *e* *Auctores.*

CAP. XI.

Aduocati vel notarii, hæreticis vel eorum defensoribus fauentes, aut sub eis litigantibus, patrocinantes, et pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, et ab illo officio suspensi.

IDEM 82) [*illustri regi Arragoniæ.*] (*ann. 1203. Romæ.*)

Si aduersus a nos 83) terra consurgeret: [*et infra.*] [*Licet autem a nobis et prædecessoribus nostris, contra hæreticos multa sint constituta, nec habentis aliquam excusationem in peccatis, quasi antiquorum fueritis obliti mandatorum, et*] quia plus timeri solet, quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur: vobis 84) aduocatis et scriniariis firmiter inhibemus ne [*præfatis*] hæreticis. [*dum fuerint in sua contumacia et errore, l'ntérims vel*] credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem [*vllo tempore*] in aliquo præstetis auxilium, consilium vel fauorem: nec eis in caussis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine vestrum patrocinium præbeatis, et pro ipsis publica instrumenta [*condere,*] vel [*aliqua*] scripta facere nullatenus attentetis.

Quodsi contra 85) præsumpseritis: ab officio vestro suspensos perpetua 86) vos decernimus infamiæ subiacere. [*Ceterum ne iudices et scriniarii, qui consenserunt præfatis hæreticis, in huiusmodi præsumtione temeraria sociati, de suo nequitio glorientur, et priuilegium mercatur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate: eos ab officio suo iudicamus esse suspensos, decernentes irritum et inane, quicquid per ipsos hæreticos prædictos factum fuerit vel statutum.*]

82) Hanc inscriptionem suppleui ex *c.* 2. *comp.* 3. *h. t.*
83) *Vos*, C. R. 1. et H.
84) *Vobis*, non est in c. cit.
85) *Contra facere*, C. L.
86) *Perpetuo*, C. R. 1. et L.

CAP. XII.

Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec sacerdotes reprehendant.

IDEM *vniuersis Christi fidelibus, tam in vrbe Meten.* 87) *quam in eius diœcesi constitutis.* (*ann. 1199. Romæ.*)

Cum ex b iniuncto [*nobis apostolatus officio, facti simus, secundum apostolum, sapientibus et insipientibus debitores: pro vniversorum salute nos oportet esse sollicitos, vt et malos retrahamus a vitiis, et bonos in virtutibus foueamus. Tunc autem opus est discretione maiori, cum vitia sub specie virtutum occulte subintrant, et angelus Satanæ se in angelum lucis simulat et transformat. Sane, significauit nobis venerabilis frater noster, episcopus Meten. per litteras suas, quod tam in vrbe Metens. quam in diœces. laicorum, et mulierum multitudo, tracta non modico quodammodo desiderio scripturarum, euangelia, epistolas Pauli, Psalterium, moralia Iob, et plures alios libros sibi fecit in gallico sermone transferri, translationi huiusmodi adeo libenter, vtinam autem et prudenter, intendens, vt secretis quæstionibus talia inter se laici et mulieres eructare præsumant, et sibi inuicem prædicare: qui etiam eorum aspernantur consortium, qui se similibus non immiscent, et a se reputant alienos, qui aures et animos talibus non apponunt. Quos cum aliqui parochialium sacerdotum super his corripere voluissent; ipsi eis in faciem restiterunt, conantes rationes inducere de scripturis, quod non ab his deberent aliquatenus prohiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem sacerdotum suorum fastidiunt, et cum ipsis per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libris suis, et, prudentius se posse id eloqui, submurmurant in occulto.*] Licet autem desiderium intelligendi 88) diuinas scripturas, et secundum eas studium adhortandi, reprehendendum non sit, sed potius commendandum: in eo tamen apparent quidam laici 89), merito arguendi, quod [*tales*] occulta [*sua*] conuenticula celebrant, officium prædicationis Christi 90) sibi vsurpant, sacerdotum simplicitatem eludunt, et eorum consortium aspernantur, qui 91) talibus non inhærent. Deus enim lux vera c, quæ omnem hominem, venientem in hunc mundum, illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, vt apostolos suos, in mundum vniuersum prædicaturos euangelium omni creaturæ, missurus, eis præceperit 92), aperte dicens d: *quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine* 93) e: *et, quod in aure auditis* 94), *prædicate super tecta:* [*per hoc manifeste denuntians, quod euangelica prædicatio, non in occultis conuenticulis, sicut hæretici faciunt, sed in ecclesiis iuxta morem catholicum est publice proponenda. Nam iuxta testimonium veritatis, omnis, qui male agit, odit lucem, et ad lucem non venit, ne eius opera arguantur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius: quia in Deo sunt facta. Propter quod, cum pontifex interrogasset Iesum de discipulis suis, et de doctrina eius, respondit: ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga et in templo, in quo omnes Iudæi conueniunt, et in occulto loquutus sum nihil. Porro, si quis obiiciat, quod iuxta præceptum Dominicum, non sit sanctum dandum canibus, neque margaritæ mittendæ sunt ante porcos; cum et ipse Christus non omnibus quidem, sed solis apostolis dixerit: vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis: intelligat, canes et porcos non eos esse, qui sanctum gratanter accipiunt, et margaritas libenter acceptant, sed illos, qui sanctum dilacerant, et margaritas contemnunt, quales sunt, qui euangelica verba, et ecclesiastica sacramenta, non vt catholici venerantur, sed abominantur potius, vt hæretici, oblatrantes semper et blasphemantes: quos Paulus apostolus post primam et secundam commonitionem docet esse vitandos. Arcana vero, quæ fidei sacramenta non sunt, non sunt passim omnibus exponenda, cum non passim ab omnibus possint intelligi, sed eis tantum, qui ea fideli possunt concipere intellectu: propter quod simplicioribus inquit apostolus: quasi paruulis in Christo, lac potum dedi vobis, non escam: maiorum enim est solidus cibus: sicut aliis ipse dicebat: sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil iudicaui me scire, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum. Tanta est enim diuinæ scripturæ profunditas, vt non solum simplices et illitterati, sed etiam prudentes et docti non plene sufficiant ad illius intelligentiam indagandam. Propter quod dicit scriptura, quia multi defecerunt scrutantes scrutinio. Vnde recte fuit olim in lege diuina statutum, vt bestia, quæ montem tetigerit, lapidetur: ne videlicet simplex aliquis et indoctus præsumat ad sublimitatem sacræ scripturæ pertingere, vel etiam aliis prædicare. Scriptum est enim: altiora te ne quæsieris. Propter quod dicit apostolus: non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.*] Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia vero [*membra*] non eundem actum habent f: ita multi 95) sunt ordines in ecclesia, sed non omnes idem habent officium g: quia, secundum apostolum, *alios Dominus dedit apostolos, alios prophetas, alios autem doctores* 96), etc. Cum igitur doctorum ordo sit quasi præcipuus in ecclesia: non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundum apostolum h, *quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* et veritas ipsa præcepit apostolis i: *rogate Dominum messis, vt mittat operarios* 97) *in messem suam.* Quodsi forte quis argute respondeat 98), quia tales inuisibiliter mittuntur a Deo 99), etsi non 100) visibiliter mittantur ab homine, cum inuisibilis missio multo sit dignior, quam visibilis, et diuina longe melior, quam humana; [*vnde Ioannes Baptista non legitur missus ab homine, sed a Deo, sicut euangelista testatur: quia fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes;*] potest [*et debet vtique*] rationabiliter 1) responderi, quod, cum interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nude tantum 2) asserere, quod ipse sit missus a Deo; cum hoc quilibet hæreticus asseueret 3): sed oportet, quod adstruat illam inuisibilem missionem per operationem miraculi, vel per scripturæ testimonium speciale. Vnde k cum Dominus vellet mittere Moysen in Ægyptum ad filios Israel, vt crederent 4) ei, quod mitteretur ab ipso: dedit ei signum, vt conuerteret virgam in colubrum, et [*colubrum in*] virgam iterum reformaret. Ioannes quoque l Baptista speciale suæ missionis testimonium protulit de scriptura, dicens 5): *ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domino, sicut dic Esaias m propheta.* [*Non est ergo credendum ei, qui dicit se missum a Deo, cum sit missus ab homine: nisi de se speciale proferat testimonium de scripturis, vel euidens miraculum operetur. Nam de his, qui missi leguntur a Deo, euangelista testatur, quod ipsi profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.*] Licet autem scientia sit valde necessaria sacerdotibus ad doctrinam; qui iuxta verbum propheticum n, *labia sacerdotis* 6) *custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore eius:* non est tamen simplicibus sacer-

87) Hæc inscriptionis verba etiam *libr. II. epist.* 141. deprehenduntur, loco quorum in C. L. hæc substituta: *vrbe veteri.*
88) Apparet ex *epist. sequ.* 142. *ad episcopum et capitulum Metens.* exarata, sacras litteras a quodam in Gallicam linguam translatas fuisse, quarum lectionis desiderio adeo ducebantur laici, vt passim conuentus Metis agerent et sensum scripturæ S. explorarent, qui tum ob imperitiam, tum ob socordiam clericorum illis absconditus erat. Non improbabat pontifex studium legendi scripturam S. in *latere*; id tantum redarguebat, quod occulta conuenticula quidam agerent, et prædicationis Christi officio fungerentur: quamuis in hoc supplerent negligentiam prælatorum et clericorum.
89) Voc. *quidam laici*, non sunt in c. 3. comp. cit. 3.
90) *Christi*, desideratur in C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
91) *Quod*, C. H.
92) *Præcepit*, C. R. L. et ed. ant. *præceperat*, cit. c.
93) *Luce*, C. H. *in lucem*, ed. ant. et Cum.
94) *Audistis*, cit. c.
95) *Multi*, in C. R. H. ed. ant. et cit. c. omittitur.
96) *Doctores ecclesiæ*, C. R. 1.
97) *Operarios suos*, C. H.
98) *Insertis respondeat*, C. R. 1.
99) *Quia tal. inuis. mittuntur, mittantur a Deo*, ed. ant.
100) *Et non inuisibiliter ab homine*, cit. c.
1) *Ratione præuia*, ibid.
2) *Tantum*, deest in C. H.
3) *Assereret*, C. R. 2. et L. *asseuraret*, H.
4) *Crederetur*, cit. c.
5) *Ioannes quoque Baptista, respondens sacerdotibus et Leuitis, qui missi fuerant ad interrogandum, quis esset, et quare baptizandi officium assumsisset, ego vox* etc. ibid.
6) *Sacerdotum*, C. H.

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* b *Exstat integra libr. 2. registri Innoc. III. cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* c *Ioann. 1.* d *Matth. 10.* e In luce, *al.* in lucem. f *2. Corinth. 12.* g *Ephes. 3.* h *Roman. 10.* i *Matth. 9. Luc. 10.* k *Exod. 7.* l *Ioann. 1.* m *Esa. 40. Matth. 3.* n *Malach. 2.*

dotibus

dotibus etiam [c] scholasticis detrahendum; cum in eis sacerdotale officium debeat honorari, propter quod Dominus in lege præcepit a: *diis non detrahes:* sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, et officii dignitatem, deorum nomine nuncupantur. [*Iuxta quod alibi dicit de seruo, volente apud dominum remanere, et dominus offerat eum diis. Cum enim iuxta verbum apostoli, seruus suo domino stet aut cadat; profecto sacerdos ab episcopo, cuius correctioni est subiectus, debet in mansuetudinis spiritu castigari, non autem a populo, cuius est correctioni præpositus, in spiritu superbiæ reprehendi: cum iuxta præceptum Dominicum pater et mater non debeant maledici, sed potius honorari. Quod de spirituali patre multo fortius debet intelligi, quam carnali.*]

Nec quisquam suæ præsumptionis audaciam illo defendat exemplo, quod asina b legitur reprehendisse prophetam, vel quod Dominus c ait: *quis ex vobis arguet me de peccato?* [*Et, si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo:*] cum aliud sit fratrem, in se peccantem, occulte corripere 7), quod [*vtique*] quisque tenetur efficere d secundum regulam euangelicam. In quo casu sane potest intelligi, quod Balaam fuit correptus ab asina 8). Et aliud est patrem 9) e suum, delinquentem [*etiam*,] reprehendere 10) manifeste, [*præcipue fatuum pro simplici appellare:*] quod vtique nulli licet, secundum euangelicam veritatem f. *Nam qui etiam dicit fratri, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Rursus aliud est, quod prælatus sponte 11), de sua confisus innocentia, subditorum se accusationi supponit, in quo casu præmissam Domini verbum debet intelligi: et aliud est, quod subditus non tam animo reprehendendi, quam detrahendi exsurgit temerarius in prælatum, cum ei potius incumbat 12) necessitas obsequendi. Quodsi forte necessitas postularet 13) g, vt sacerdos, tanquam inutilis et 14) indignus, a cura gregis debeat remoueri: agendum est ordinate apud episcopum, ad cuius officium tam institutio, quam destitutio sacerdotum noscitur pertinere. [*Illud autem, tanquam de supercilio Pharisæorum procedens, debet ab omnibus aspernari, quod tanquam ipsi soli sint iusti, ceteros aspernantur: cum et hactenus ab initio nascentis ecclesiæ multi fuerint viri sancti, qui nec tales fuisse leguntur, nec talibus adhæsisse, cum de nouo taliter surrexisse leguntur, qui nec contenti sunt doceri potius, quam docere. Ad alios forsitan pertinebunt, quibus Dominus ait: nolite fieri plures magistri. Nos igitur, filii, quia vos paterno affectu diligimus, ne sub prætextu veritatis in foueam decidatis erroris et sub specie virtutum in laqueum vitiorum, vniuersitatem vestram rogamus attentius, monemus et hortamur in Domino, in remissionem peccatorum vobis iniungentes, quatenus ab iis, quæ superius reprehensibilia denotauimus, et linguam et animum reuocetis, et fidem catholicam et regulam ecclesiasticam obseruantes, ne vos verbis fallacibus circumueniri, vel etiam circumuenire contingat: quia, si correctionem nostram et admonitionem paternam non receperitis humiliter et deuote, nos post oleum infunderemus et vinum, seueritatem ecclesiasticam apponentes, vt, qui noluerint obedire spontanei, addiscant acquiescere vel inuiti.*]

7) *Corrigere*, C. 8. 1.
8) Fere eodem modo asinæ verba interpretatum est GRATIANVS post c. 41. C. II. qu. 7. quod interpretationis genus sine censura *ibid.* not. 7. dimittere non potui.
9) *Fratrem*, ed. ant. et Cont.
10) *Corripere et reprehendere*, C. 8. 1.
11) *Sponte*, deest in C. H.
12) *Incumbit*, C. 8 et L.
13) *Postulabit*, C. 8. 1. *postulauerit*, C. 8. 2. ed. ant. et cit. c.
14) *Aut*, cit. c.

CAP. XIII.

Excommunicati sunt omnes hæretici, quibuscunque nominibus nominentur. H. d. vsque ad §. *Damnati.*

IDEM h *in concilio generali. (ann. 1216. Romæ.)*

I. Excommunicamus itaque et anathematizamus omnem hæresim, extollentem se aduersus hanc sanctam, orthodoxam, et catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantes hæreticos vniuersos, quibuscunque nominibus i censeantur, facies quidem diuersas habentes, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum.

Damnati de hæresi, per secularem iudicem puniuntur, et bona laicorum hæreticorum confiscantur, et clericorum bona applicantur ecclesiis, vbi beneficiati erant. H. d. vsque ad §. *Qui autem.* Abbas Siculus.

§. 1. Damnati k vero, præsentibus secularibus potestatibus, aut eorum balliuis 15), relinquantur animaduersione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis, ita, quod bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur: si vero clerici, applicentur ecclesiis, a quibus stipendia receperunt 16) l.

Si suspectus de hæresi se non purgat; ad arbitrium superioris excommunicatur: et existens per annum in excommunicatione, vt hæreticus, damnatur. H. d. vsque ad §. *Moneantur.* Abbas Siculus.

§. 2. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles 17), nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam 18) congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio 19) feriantur, et vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita, quod, si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur.

Potestates seculares perpetuæ, vel temporales iurare tenentur vniuersos hæreticos, ab ecclesia damnatos, pro viribus exterminare: et temporalis dominus, non purgans terram suam hæreticis, excommunicatur. Et si perstiterit in excommunicatione per annum; nuntiatur papæ, qui fideles eius a iuramento absoluet, et eius terram fidelibus exponet, saluo iure principalis domini: nisi et ipse sit in culpa. H. d. vsque ad §. Catholici. Abbas Siculus.

§. 3. Moneantur autem et inducantur, et, si necesse fuerit, per cens. ecclesiast. compellantur seculares 20) m potestates, quibuscunque fungantur officiis, vt, sicut reputari cupiunt et haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publice iuramentum, quod de terris, suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos, ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita, quod amodo, quandocunque quis fuerit in potestatem, siue n perpetuam, siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum 21) iuramento firmare 22). Si vero dominus temporalis requisitus et monitus ab ecclesia, suam terram purgare neglexerit ab hæretica fœditate; per metropolitanum et ceteros comprouinciales 23) episcopos excommunicationis vinculo innodetur 24), et, si satisfacere contempserit 25), intra annum significetur hoc summo pontifici, vt ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate denuntiet [*esse*] absolutos 26), et terram exponat catholicis occupandam 27), qui eam, exterminatis 28) hæreticis, absque vlla contradictione possideant, et in fidei puritate conseruent, saluo iure domini 29) o principalis: dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquid 30) impedimentum opponat, eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

Cruce signati ad exterminationem hæreticorum, gaudent priuilegio, concesso cruce signatis in subsidium terræ sanctæ. H. d. vsque ad §. Credentes. Abbas.

§. 4. Catholici vero, qui, crucis assumpto charactere, ad hæreticorum exterminium 31) se accinxerint 32), illa gaudeant indulgentia,

15) *Baiulis*, C. 8. 1. h. e. magistratibus, constitutis ordinariis ad caussas criminales expediendas, seu *officialibus*. *Ballivi* enim a voce *Baiuli* dicti sunt. vide DV FRESNE *in gloss. hac voce*. Ceterum hi *nudi exsequutores* esse dicuntur, et tamen pœnam determinant, sententiam capitalem ferentes, non *inducta ecclesiastica*. Quo sensu ergo *nudi exsequutores* dicantur, docet INNOCENTII VIII. *de anno* 1487. *constitutio* in *bullario magno tom. I. p.* 453. vt videlicet *infra sex dies, postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum per inquisitores agitatorum visione sententias latas contra huiusmodi hæreticos prompte exsequantur, appellatione remota.* Debent ergo, non inspectis actis, nulla interueniente cognitione, ad solam relationem inquisitorum: *quod condemnatus sit hæreticus*, sententiam capitalem ferre, et sic, *sola fide aliena*, iudicare.
16) *Perceperunt*, c. 2. comp. 4. h. t.
17) Hoc argumentum prolixo admodum scripto persequutus est DANDINVS *de suspect. de hæres.* Nouum hoc *crimen suspecti* præter illud, quod ius ciuile in doctrina *de tutela* agnoscit, ius canonicum in scenam deduxit, quod sola *mente et cogitatione* etiam hoc crimen perogatur, quæ per varias suspiciones editur. Ita quidam ius canonicum: ab hoc tamen dissentiunt theologi ecclesiæ Romanæ, vt obseruat DANDINVS *cit. tr. pralim.* 19. n. 2.
18) *Innocentiam*, cit. c.
19) *Vinculo*, C. 8. 1. sed incongrue.
20) *Seculi*, C. 8. L. H. ed. ant. Cont. et cit. c.
21) Loco huius vocis in cit. c. est partic. *cum*.
22) *Seruare*, ibid.
23) *Et prouinciales*, ibid. omissa voce: *ceteros*.
24) *Innodentur*, C. 8. 1.
25) *Contempserint*, ibid.
26) Hæc est pœna eorum, qui insorduerunt vltra annum in excommunicatione. c. 7. h. t. in 6. *auth.* item *C. de episc. et cler.* et *auth. Gazaros C. h. t.* repetita.
27) Quod sine armis fieri nequit. Quocirca iustam belli caussam orthodoxus princeps habet contra alium, qui hæreticos exterminare recusat, et sic, inter plures zelotes vel quasi, melior conditio eius, qui *præueniendi* iure vtitur: quia hæc caussa omnibus orthodoxis communis est, non quidem ex *iure gentium*, sed ex iuris canonici philosophia singulari, assumta a FRIDERICO II. *in auth. si vero. C. h. t.*
28) *Exstirpatis*, C. 8. 1.
29) *Domini*, ed. ant.
30) *Aliquod*, C. H. ed. ant. Cont. et cit. c.
31) *Externium*, cit. c.
32) *Adstrinxerint*, C. 8. 2.

a *Exod.* 22. *Ioann.* 10. b *Num.* 22. c *Ioann.* 8. d *Vide D. Th.* 2. 2. *qu.* 33. *art.* 2. *et sequ.* e *Al.* fratrem, *in plerisque Gregorianis exemplaribus. In aliis et registro legitur:* patrem. f *Matth.* 5. g Postularit. h Scilicet Innoc. III. *in conc. gener. Later. c.* 3. *al.* 4. *et c.* 2. *eod. tit. in* 4. *comp.* i *Quæ sit eorum pœna, vide in l.* 1. *C. de summa trinit. et in auth. credentes, et in L. Arrianis C. de hæret.* k *Exemplicas in direct. inquisitor.* 3. *p. qu.* 102. *et qu.* 112.

l Perceperunt. m Seculi. n *In concil. ita: siue spiritualem, siue temporalem, etc. quasi non solum principes seculares, sed etiam ecclesiastici, qui per potestatem spiritualem possumus intelligere, hoc tenerentur præstare iuramentum.* o Domini.

Illo-

illoque 33) sancto 34) priuilegio 35) sint muniti, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceduntur.

Ibi ponitur pœna credentium, receptatorum et defendentium hæreticor, primo laicorem, secundo clericorum, vsque ad *§. Quia.* Abbas.

§. 5. Credentes 36) o præterea, receptatores, defensores 37), et fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subiacere, firmiter statuentes, vt, postquam quis 38) *b* talium fuerit excommunicatione notatus 39), si satisfacere 40) contempserit intra annum, ex tunc ipso iure sit factus 41) infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur 42). Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem 43), nec ad hereditatis successionem accedat 44). Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quodsi 45) forte iudex extiterit; eius sententia nullam obtineat firmitatem: nec caussæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus; nullatenus eius patrocinium admittatur; si 46) tabellio, instrumenta *c*, confecta per ipsum, nullius sint momenti, sed cum auctore 47) *d* damnato damnentur. Et in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit; ab omni officio et beneficio deponatur 48); vt, in quo maior est culpa, grauius exerceatur 49) vindicta. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint: excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane, clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus 50) ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec eleemosynas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolicæ speciali. Similiter quilibet regulares, quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia in illa diœcesi non seruentur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare.

Nullus debet sibi officium prædicandi assumere, nisi super hoc sibi a iure vel a sede apost. vel o diœcesano episcopo licentia concedatur: alias excommunicatur, et, nisi resipuerit, alia pœna imponitur. H. d. vsque ad *§. Adiicimus.* Abbas.

§. 6. Quia *e* vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius, iuxta quod apostolus ait, abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prædicandi; cum idem *f* apostolus dicat: *quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* omnes, qui prohibiti, vel non missi 51), præter auctoritatem, ab apostol. sede, vel catholico episcopo loci susceptam 52), publice vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur, et, nisi quam citius 53) *g* resipuerint, alia competenti pœna plectentur 54) *h*.

Archiepiscopi et episcopi, inferiorum suorum prouincias et diœceses suspectas habentes de hæresi, saltem semel in anno per se vel per alios idoneos visitent; qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere iuramentum ab illis de vicinio ad reuelandos hæreticos, et occulta conuenticula celebrantes, quos reuelatos, relapsos canonice puniant: et renitentes iurare, vt hæretici, condemnentur. H. d. vsque ad *§. Volumus.* Abbas.

§. 7. Adiicimus insuper 55), vt quilibet archiepiscopus vel episcopus, per se aut per archidiaconum suum, aut alias honestas 56) idoneasque personas, bis aut saltem semel in anno, propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat: et ibi tres aut plures boni testimonii viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat, quod *i*, si quos 57) ibidem hæreticos sciuerit 58), vel aliquos, occulta conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium vita et moribus dissidentes 59), eos episcopo studeat 60) indicare. Ipse autem episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos, qui, nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel, si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi 61) perfidiam, canonice puniantur. Si qui 62) vero ex eis, iuramenti religionem 63) obstinatione damnabili respuentes 64), iurare forte noluerint 65): ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur 66).

Episcopus negligens in hæresi persequenda, a dignitate episcopali est remouendus, et alius idoneus est surrogandus. H. d. vsque ad finem. Abbas Siculus.

§. 8. Volumus *k* igitur 66*) et mandamus, et in virtute obedientiæ districte 67) præcipimus, vt ad hæc efficaciter 68) exsequenda episcopi per diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint 69) *l* effugere vltionem. Si quis enim episcopus super expurgando de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit vel remissus; cum id certis indiciis apparuerit: ab episcopali 70) officio deponatur, et in locum ipsius alter 71) substituatur idoneus, qui velit et possit hæreticam confundere prauitatem.

33) *Illo priuilegio*, C. H.
34) *Sancto*, in C. a. L. H. ed. ant. et cit. c. non habetur.
35) *Quorum priuilegio sunt muniti*, cit. c. sed inconcinne.
36) Rursus etiam hæc §. assumta est e prælaudato imperatore ad instantiam curiæ Romanæ in *auth. credentes. C. h. t.*
37) *Et defensores*, C. B. 1.
38) *Quilibet*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
39) *Nudatus*, C. a. et L.
40) *Vt priusquam quilibet tali non fuerit excommunicatione notatus satisfacere* etc. cit. c.
41) *Factus*, ibid. non habetur.
42) *Admittantur*, C. a. 2. L. et cit. c.
43) *Factionem*, cit. c.
44) *Admittantur*, C. a. 2.
45) *Qui si*, ibid.
46) *Si*, non est in cit. c.
47) *Actore*, C. R. 2. et L.
48) *Suspendatur*, cit. c.
49) *Habeatur*, ibid.
50) *Postulantibus*, C. R. 2.
51) *Admissi*, C. H.
52) *Subsequentem*, cit. c. sed in margine: *susceptam.*
53) *Quamtocius*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
54) *Plectantur*, C. R. 1. L. et ed. ant.
55) *Tamen*, cit. c.
56) *Honestas*, ibid. omittitur cum sequenti partic. *que.*
57) *Si quis*, C. a. H. ed. ant. et cit. c. *si qui*, L.
58) *Sciuerint*, C. L.
59) Sub hoc inuolucro vel innocentissimi opprimi et in suspicionem hæreseos trahi poterant. Id agnouit BARONIVS ad ann. MXVI. n. 5. et inueteratum hoc malum in clero Romano iam olim viguisse fatetur, *adeo, vt vel ex suspicione impetu ferrentur in innocentissimos.* Sed, addit, *vt contingit sæpe pecuariis canibus in amicos ferri, quos cum extraneo indutos habitu viderint, acerrimeque inuadere, ita hæc contigit clerico Simeoni.* Etenim, licet ab omni hæresi alienus esset, de quo loquitur: tamen clerici, e moribus eius diffidentes, clamabant: *nonne omnes videtis in visu et incessu, et totius corporis gestu, hunc prauum et impostorem hæretice agere.* Tale fatum mansit ab antiquo iis, qui pessimos in clericis mores taxarunt, et sanctiores desiderarent: quia hi e conuersatione communi eorum diffidebant. *Conuersationem communem* fouebant tum præcipue *clerici, tum laici.*
60) *Studeant*, C. L. et H.
61) *Lapsi*, cit. c.
62) *Si quis*, C. R. 1. et H.
63) *Iuramentum obstinatione*, cit. c.
64) *Respuens*, C. R. 2.
65) *Noluerit*, ibid.
66) *Computentur*, ibid. sed n deletum est per punctum subiectum.
66*) *Igitur*, non est in cit. c.
67) *Districte*, ibid. non legitur.
68) *Fideliter*, C. H.
69) *Voluerint*, C. R. *volunt*, L. et cit. c.
70) *Et ab episcopali*, C. a. L. H. ed. ant. Cont. et Pith.
71) *Alius*, C. H.

CAP. XIV.

Laici, cuiuscunque professionis sint, prædicare non debent.

GREGORIVS IX. *archiepiscopo Mediolanen.* 72) *(ann. 1235.)*

Sicut in vno *m* corpore: [*et infra.*] Cum igitur nonnulli laici prædicare præsumant, et verendum nimis 73) existat, ne vitia sub specie virtutum occulte 74) subintrent: nos, attendentes, quod doctorum ordo est in ecclesia Dei 75) quasi præcipuus, mandamus, quatenus, cum alios Dominus apostolos dederit, alios prophetas, alios vero doctores, interdicas laicis vniuersis, cuiuscunque ordinis censeantur, vsurpare 76) officium prædicandi.

72) *Archiepiscopo Mediol.* C. H. non habet.
73) *Nimis*, abest a C. a. L. et ed. ant.
74) *Occulte*, non est in ed. ant. Cont. et Pith.
75) *Dei*, in C. R. L. H. et ed. ant. deest.
76) *Vsurpare*, in C. R. L. H. et ed. ant. omittitur.

CAP. XV.

Hoc cap. vsque ad *§. Si qui autem.* habetur in c. *excommunicamus.* supr. eod. tit. in princ. vnde summa et declara, prout ibi fuit dictum.

IDEM.

II. Excommunicamus *n* et anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos 77), Patharenos 78), Pauperes de Lugduno, Passaginos, Tossepinos 79), Arnaldistas, Speronistas, et alios, quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum. Damnati vero per ecclesiam, seculari iudicio relinquantur, animaduersione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis.

Si in hæresi deprehensi, nolunt redire ad fidem; detrudendi sunt in perpetuo carcere ad pœnitentiam peragendam: et credentes erroribus hæreticorum, hæretici sunt. H. d.

77) *Gazaros*, C. a. 2. et L.
78) *Paterinos*, C. R. 2. *Patharenos*, C. R. 2. et ed. Pith. *Patherinos*, ed. ant.
79) *Tosepinos*, C. R. 1. *Iosephinos*, C. a. 2. *Iosepinos*, L. et ed. ant.

a *Eymericus in directorio inquis. p. 2. qu. 50, 51, 52, et 53. archidiaconus in c. quicunque. de hær. l. 6.* b Quilibet. c *Al.* eius instrumenta confecta, etc. d *Al.* actore. e *Vide Trid. conc. sess. 5. de reform. c. 2. et sess. 24. de reform. cap. 4. Adde citatos in c. sequ.* f 2. *Timoth.* 3. *Roman.* 10. g Quantocius. h Plectantur. i *In concil. et in vetustiorib. Gregorii codic.* quod si quis ibidem hæreticos.

k *Vide Conrad. Brunum. l. 6. de hær. c. 2.* l volunt, *al.* voluerint. m *Vide Simancam cath. inst. tit. de prædicatorib. Adde, quæ dixi l. 2. comm. in direct. schol. 8.* o *Vide Petrum Godefr. in auth. Gazaros, C. de hæret.*

§ 1. Si

§. 1. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire noluerint ad agendam condignam 80) pœnitentiam; in perpetuo carcere detrudantur: credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus.

80) *Condignam*, in C. R. 1. deest.

CAP. XVI.

Liberantur ab omni obligatione, qui hæreticis tenebantur adstricti.

IDEM. *(ann. 1235. Romæ.)*

Absolutos a se nouerint a debito fidelitatis hominii 81) et totius obsequii, quicunque lapsis manifeste in hæresim aliquo pacto, quacunque firmitate vallato 82), tenebantur adstricti.

81) In C. L. vox: *hominii*, correcta est in: *homagii*; et in C. R. 1. superscriptum est: *homagii*.

82) Hoc principio posito, nec hæretico fides data seruanda est. Hoc principium suo tempore curiæ Romanæ attribuit RVDOLPHVS, episcopus Lauantin. cum potestate legati a latere missus ad certas Allemanniæ partes, apud B. de *LVDEWIG. tom VI. reliqu. p. 77.* de damnato hæretico *GEORGIO de PODIEBROD.* ita scribit: *Cum autem sanctissimus dominus noster papa omnes et singulas promissiones et iuramenta quæcunque, quacunque occasione illi hæretico præstitas et factas ac præstita et facta, per specialem bullam suæ sanctitatis nullas et inualidas declarauit, nobisque etiam illas et illa, in futurum forsan fienda, nulla et irrita declarandi concessit facultatem, et vtique condignum foret et IVRE PROHIBITVM EXISTAT, HAERETICIS, maximeque illi damnato hæretico, qui nec Deo nec sanctæ sedi apostolicæ, neque aliis fidem seruauit aut seruat, aliquam obligationem, promissionem aut fidem seruare etc.* Ergo iure prohibitum est, hæretico seruare fidem, maxime vero illi, qui, vt GEORG. de PODIEBROD, animatus est.

TITVLVS VIII.

DE SCHISMATICIS ET [b] ORDINATIS AB EIS 83), [*et alienationibus factis.*]

CAP. I.

Irritæ sunt ordinationes, beneficiorum collationes, et ecclesiasticarum rerum alienationes, per schismaticos factæ: et a dignitate et ordine suspenduntur, qui schisma tenere iurant.

Ex concilio Lateranensi III. *(ann. 1179.)*

Quod a prædecessore [c] nostro 84), [*fel. mem. papa Innocentio, factum est, innouantes,*] ordinationes ab Octauiano et Guidone hæresiarchis, [*nec non et Ioanne Strumensi, qui eos sequutus est,*] factas, et ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus, adiicientes [*etiam,*] vt, qui dignitates ecclesiasticas seu beneficia per dictos schismaticos acceperint 85), careant impetratis. Alienationes quoque [*siue inuasiones,*] quæ per eosdem schismaticos, seu [*quæ*] per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, et ad ecclesias sine omni onere reuertantur 86). Si quis autem contraire præsumpserit: excommunicationi se nouerit subiacere. Illos vero, qui sponte iuramentum de tenendo schismate præstiterint 87), a sacris ordinibus et dignitatibus decernimus manere suspensos.

83) A C. R. et L. absunt verba: *et ordinatis ab eis*.

84) Intelligit *concilium Lateran. II.* sub INNOCENTIO II. anno MCXXXIX. habitum *c. vlt.*, vbi hæ ordinationes factæ sunt contra schismaticos eius temporis, quas innouat ALEXANDER III. contra *antipapas*, sibi oppositos, h. e. contra *Octauianum*, quem *Victorem* dixerunt, et *Guidonem*, qui, illo mortuo, electus erat sub nomine PASCHALIS III. Ita vero schismata vniuersalia, ex antipaparum electione orta, non aliter tollenda, quam in conciliis œcumenicis, quibus, quis inter plures legitime electus sit, ius cognoscendi competit: quia hæc caussa *vniuersalem ecclesiam* tangit.

85) *Acceperunt*, C. R. L. ed. ant. Cont. et Pith.

86) *Et ad ecclesiam sine omni onere suo reuertantur*, c. 2. comp. 1. h. t.

87) *Præstiterunt*, C. H. ed. ant. Cont. et alt. c.

CAP. II.

Ordinatus a schismatico, ab officio est repellendus: nisi probet secum dispensatum per habentem potestatem.

INNOCENTIVS III. *Bisuntin. archiepiscopo. (ann. 1213.)*

Fraternitati [d] tuæ: [*et infra.*] Priorem [*quoque,*] quem a schismatico asseris ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter: nisi legitime probauerit secum fuisse misericorditer dispensatum, et ab ea persona, quæ super hoc potestatem habuerit 88) dispensandi.

88) *Habet*, c. vn. comp. 3. h. t.

TITVLVS IX.

DE APOSTATIS, ET REITERANTIBVS BAPTISMA 89).

CAP. I.

Clericus, qui, dimisso habitu et tonsura, immiscet se enormitatibus, perdit priuilegium canonis, Si quis suadente: *vnde eum deprehendentes non incidunt in canonem, scil. excommunicationem.*

ALEXANDER III. 90)

Præterea 91) [e] clerici, qui, relicto ordine clericali 92) et habitu suo, in apostasia, tanquam laici, conuersantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per cens. eccles. non præcipimus liberari 93). [*Tales enim inter apostatas numerandos sanctorum patrum statuta declarant.*]

89) *Et de iterantibus baptisma*, C. B. 1. *et de iterandis baptismate*, L. *et iterantibus baptismum*, H.

90) *In append. ad conc. Later. III. tit. 26. c. 15. 16. 17.* tria capitula referuntur, ex vna decretali desumta, quæ EVGENIO tribuuntur. Ceterum ex *c. 15.* desumtum est *c. 2. X. de cleric. ægrot.* ex *c. 17* autem *c. 2. X. ne cleric. vel monachi secul.* quod posterius EVGENIO III. adscriptum legimus, qui etiam reliqua dum debeatur.

91) Quæ in decretali integra huic c. præmittuntur, habes in cit. *c. 2. X. de cler. ægrot.*

92) *Clericali*, in C. R. L. H. ed. ant. et c. 2. comp. 1. h. t. omittitur.

93) Reliqua vide in cit. *c. 2. X. ne cler. vel mon.*

CAP. II.

Si crimen acolythi, qui rebaptizanti præbuit ministerium, est occultum; promoueri potest: si publicum, non, nisi cum eo religionem intrante dispensetur.

IDEM *abbati S. Genouefæ. (ann. 1180. Romæ.)*

Ex litterarum [f] tuarum tenore perpendimus, quod quidam, ægritudine longa confectus 94), insano sortilegarum mulierum credens consilio, vt sanaretur, per iterationem fecit iniuriam baptismatis sacramento. [*Adstitit autem huic sacrilegio adolescens quidam bonæ, vt videtur, indolis, acolythus, frater carnalis illius, in quo baptismus asseritur iteratus, qui ministerium in respondendo exhibuit presbytero baptizanti, et cooperator exstitit rei nefandæ.*] Quia ergo tua nos duxit prudentia 95) consulendos, qualiter puniri debeat [*vel purgari*] acolythus, quem [*etiam*] minor ætas et intentio fraternæ 96) salutis [*corporeæ*] excusare videtur [g] [*aliquantulum;*] discret. tuæ præsentibus litteris respondemus, quod, [*quamuis multum non videatur pœna plectendus,*] ad superiores ordines promoueri, si publicum est, quod proponitur, non valebit: nisi ad religionem transire voluerit, vt fauore religionis ipsius circa eum valeat 97) dispensari. Si vero occultum est: promoueri poterit, et excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

94) *Detentus*, C. H.

95) *Fraternitas*, ibid.

96) *Superna*, C. R. 2.

97) *Debeat*, c. 3. comp. cit. 1.

CAP. III.

Infamatus de apostasia, compellitur se purgare.

INNOCENTIVS III. *(ann. 1203.)*

Tuæ [h] fraternitati 98): [*et infra.*] Super secundo [*vero*] articulo inquisitionis tuæ duximus respondendum, quod clerici, qui sunt de apostasiæ crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitum clericalem, non sunt in seculari habitu tolerandi, sed per districtionem ecclesiasticam coercendi, donec, deficiente probatione, ad infamiam obolendam purgationem canonicam curauerint exhibere.

98) *Fraternitatis*, C. R. 2. L. et c. vn. comp. 3. h. t. Facile inde colligitur, huic decretali præmittenda esse verba, relata in *c. 3. X. de clericis peregrinis.*

CAP. IV.

Baptizati, alterius sectæ vel fidei ritus dimittere compelluntur.

IDEM [i] *in concilio generali. (ann.* 1216. C. 3. comp. 4. de Iud. et Sarrac. *)*

Quidam, sicut accepimus, qui ad sacri vndam baptismatis voluntarii 99) [k] accesserunt, veterem 100) hominem omnino non exuunt, vt nouo perfectius induantur: cum 1) prioris ritus reliquias [*intus*] retinentes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem maledictus sit homo, qui terram [l] duabus viis ingreditur, et indui veste 2) non debeat lino [m] lanaque contexta; statuimus vt

99) *Voluntarie*, C. R. 2. ed. ant. et Cont.

100) *In veterem*, C. R. 1.

1) *Sed*, c. 3. comp. 4. de Iud. et Sarrac.

2) *Vestes*, ibid.

---

a *Vide B. Thom. 2. 2. qu. 12. art. 2. et Alphonsum Castr. l. 2. de iust. hær. pun. c. 7. et Simancam Cath. inst. tit. 46. de pœnis.* b *Hæc verba*, et ordinatis ab eis, *desunt in omnib. manuscr.* c *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* d *Cap. vn. eod. tit. in 3. comp. Vide Bernard. Diaz. in pract. crim. can. c. 4. et seqq.*

e *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. p. 26. c. 15. et 16.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. part. 26. c. 2.* g Videntur. h *C. vn. eod. tit. in 3. comp.* i *Idem scilicet* Innocent. III. *in concil. gen. c. 70. al. 71.* k Voluntarie. l *Eccles. c. 3.* m *Exod. c. 22.*

per prælatos ecclesiarum talis obseruantia veteris ritus 3) omnimode compescatur, vt, quos Christianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obruit, salutiferæ coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet: cum minus malum existat viam Domini *a* non agnoscere, quam post agnitam retroire.

3) *Iuris*, C. L.

CAP. V.

Apostatæ incarcerari et affligi possunt, vt habitum reassumant.

HONORIVS III. *archiepiscopo Turonen.* 4) *(ann.* 1224. Conf. c. 2. comp. 5. de ap. et schism.*)*

A nobis *b* expetiit 5) tua fratern. edoceri, quid de apostatis sit agendum, cum *c* in custodia detinentur, qui 6) minis vel blanditiis nullatenus possunt induci, vt abiectum [*monachalem*] habitum reassumant.

Ad quod tibi breuiter respondemus, quod tales, si volueris 7), poteris 8) *d* sub graui custodia carcerare, ita, quod solummodo vita tibi misera reseruetur, donec a suæ præsumptionis nequitia resipiscant.

4) Reprobat hanc inscriptionem *CIRONIVS in not. ad c. 2. comp 5 h. t.* quod ibi rectius legatur: *Tyrens.*
5) *Petiit*, C. R. 1. et H. *expetiit*, cit. c.
6) *Et quod*, cit. c.
7) *Nolueris*, C. H.
8) *Potes*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.

CAP. VI.

Monachus, in apostasia ordinatus, non potest sine dispensatione papæ in suscepto ordine ministrare.

IDEM *archiepiscopo Lugdun.* 9) *e* *(ann.* 1224. C. 3. comp. cit. 5.*)*

Consultationi *f* tuæ breuiter 10) respondemus, quod monachus, aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus abbati, et receperit pœnitentiam, absque [*tamen*] dispensatione Rom. pontificis ministrare non poterit 11) in ordine, sic suscepto.

9) *In edit. antiqu. et c. 3. comp. 5. h. t.* est: *Laudens.*
10) *Taliter*, C. L.
11) *Potest*, C. R. 2. H. ed. ant. et c. cit.

TITVLVS X.
DE HIS, QVI FILIOS OCCIDERVNT.

CAP. I.

Mulier, occidens sponte filium, debet perpetuo in monasterio pœnitere; si tamen timetur de incontinentia; datur, vel saltem non denegatur sibi licentia nubendi.

ALEXANDER III. *Tornacen. episcopo.* *(ann.* 1160.*)*

Veniens *g* ad nos M. mulier, [*latrix præsentium*,] lacrimabili nobis confessione monstrauit, quod, cum de quodam filium genuisset 12), et ille sibi sæpe turgido vultu improperasset, quod filius eius non esset, ipsa, iracundiæ calore 13) [*et furore animi*] ducta, eundem filium interfecit. [*Quo comperto, comes Flandrensis eam totam terram vsque ad septennium abiurare coegit, nisi de nostra licentia remaneret. Cumque se nostro adspectui præsentasset, et, quod crucem suscepisset, Hierosolymam profectura, nobis assertione sua proposuisset: nos eam, quia in partibus illis præsentia sua non posset esse vtilis, sed damnosa, ab Hierosolymitana itinera reuocantes, ipsam f. t. duximus remittendam, et præsentium tibi auct.*] mandamus, quatenus eam 14) [*mulierem*] labores inducere, vt ad aliquod monasterium [*tui episcopatus*] transeat, in quo 15) peccata sua perpetua pœnitentia deploret. Si autem, repugnante carnis fragilitate, ad hoc induci noluerit; ei licentiam in Domino nubendi tribuas: quia tutius nobis videtur, vt in Domino nubat vni soli, quam inhoneste multos 16) admittat 17).

12) *Suscepisset*, C. R. 1.
13) *Furore*, C. H.
14) *Prædictam*, c. 1. comp 1. h. t.
15) *Et ibi*, ibid.
16) *Multos amatores*, C. H.
17) *Nubat, et vni soli, quam multis, adhæreat*, cit. c.

CAP. II.

Mulier, occidens filium, propter hoc a viro separari non debet: sed alia pœnitentia sibi imponitur.

LVCIVS III. *Parisien. episcopo.* *(ann.* 1181.*)*

Intellexinus *h* [*ex litteris tuis*,] quod, [*cum*] M. mulier, [*latrix præsentium*,] filium paruum [*haberet*,] furore accensa diabolico, [*tandem*

a 2. Petr. 2. b *Vide Host. in summa tit. de apostatis §. qualiter puniantur et Bernard. Diaz. in pract. crim. can.* 104. c *Qui.* d *Potes.* e *Al.* Lundon. f *Vide præ aliis Henricum Boich. et Hostien. præcedentes c. citatum.* g C. 1. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 12. vide Host. hic in summa. h C. 2. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Later. p. 50. c. 25.

ipsum, suggerente eo, qui de fidelium perditione lætatur, letali vulnere] iugulauit: propter quod dominus terræ maritum eius et ipsam 18) compulit abiurare. Quia vero illam alios 19) habere filios intimasti, [*vnde circa eius exsilium debeat dispensari: nos, de discretione t. plenam fiduciam obtinentes, eam tuæ duximus prudentiæ remittendam, et per a. f.*] mandamus, quatenus ita super hoc prouideas, quod sui sceleris pœnam luat, et saluti eius ac filiorum [*ipsius*] per tuam prouidentiam [*in Domino*] consulatur, et, non obstante iuramento [*prædicto*,] quod a viro 20) dictus dominus proponitur extorsisse 21), eam, sicut expedire videris, eidem 22) viro [*et rebus suis*] restituas, ita, quod filios suos libere possit et pacifice gubernare.

18) Lectio vulgata admodum hic turbata est, quæ vix alium sensum admittit, quam quod maritus et vxor simul in exsilium acti fuerint, adeo, vt *GONZAL. ad c. h. n.* 2. crediderit, iure canonico maritum in exsilio vxorem sequi teneri: quo nihil iniquius constitui poterit. Huic assertioni præterea obstat, quod pontifex iubeat, vxorem eidem viro restituere, id quod supponit, virum ab vxore separatum fuisse: quod, vtroque in exsilium misso, factum non fuisset. Vnde sine dubio vera lectio hoc modo restituenda: *propter quod dominus terræ maritum suum ipsam compulit abiurare:* quia hoc modo quadrat decisio pontificis ad præsentem statum controuersiæ, in qua improbat *abiurationem vxoris*, mandatque, vt, non obstante iuramento præstito, viro vxor restituatur. Probat hanc lectionem tum C. R. 2. in quo, *maritum suum*, non *eius*, legitur: tum C. R. L. edit. ant. Cont. et Pith. in quibus particula *et* recte omissa est: tum, quod alias intelligi nequeat, quid coniuges abiurare coacti fuerint; quia *terram*, vt in priori capitulo, non abiurasse leguntur: sed potius vel vxor maritum abiurare coacta est, vel simile iuramentum a marito extortum, vt verba, paullo post proposita, indicant.
19) *Alios*, non est in c. 2. cit. comp. 1.
20) *Quod ab ipsa*, ibid.
21) *Extorsisset*, C. H.
22) *Eidem*, non est in cit. c.

CAP. III.

Se summat, ponens pœnitentiam parentum, circa quos pueri reperiantur oppressi.

IDEM 23).

De infantibus *i* autem, qui mortui reperiuntur cum patre et matre, et non apparet, vtrum a patre, vel a matre oppressi sint ipsi, vel suffocati 24), vel propria morte defuncti 25), non debent inde 26) securi esse parentes, nec etiam 27) sine pœna: sed tamen consideratio debet esse pietatis, vbi non voluntas 28), sed euentus, mortis caussa fuerit 29). Si autem eos *k* non latet, ipsos 30) interfectores esse: scire debent 31), se grauiter deliquisse, [*quod Ancyritano concilio probatur.*] Quidam autem pœnitentiam trium annorum iudicant esse debere, quorum vnum peragant in pane et aqua.

23) *Alexander III.* c. vn. comp. 2. h. t.
24) *Oppressus sit ipse et suffocatus*, C. R. 1. *oppressus sit vel extinctus vel suffocatus*, C. R. 2. *oppressus sit ipse vel suffocatus*, ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
25) *Defunctus*, C. R. L. ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
26) *Tamen*, ed. ant.
27) *Etiam*, non habetur in cit. c.
28) *Non est voluntas*, C. R. 1. *non solum voluntas*, C. R. 2.
29) *Fuit*, C. H. et cit. c.
30) *Ipsos*, in C. R. 2. deest.
31) *Debet*, C. R. 1. *debeant*, C. R. 2.

TITVLVS XI.
DE INFANTIBVS *l*, ET LANGVIDIS EXPOSITIS 32).

CAP. VN.

Infans, expositus a patre vel alio, eo consentiente, vel ratum habente, hoc ipso a patria potestate liberatur. Idem in serua et liberta, qui ob prædictam caussam liberantur a dominica potestate. Et idem iuris est in prædictis languidis, cuiuscunque ætatis sic expositis, vel si eis alimenta denegantur: hi tamen, qui prædictis alimenta præstiterunt, nullum ius in eis acquirunt.

GREGORIVS IX. *(ann.* 1136.*)*

Si a 33) patre, siue ab alio, sciente ipso 34), aut ratum habente, relegato pietatis officio, infans expositus extitit 35): hoc ipso a potestate fuit patria liberatus. Nam *m* et hoc casu 36) in ingenuitatem libertus, et seruus in libertatem eripitur 37), quod et sic prædictis cuiuscunque ætatis languidis, si 38) expositi fuerint, vel si 39) ali-

32) *De infantibus languidis et expositis*, C. L.
33) *Siue*, C. H.
34) *Ipso*, in C. R 2. deest.
35) *Extiterit*, C. R. 2. et L.
36) *In hoc casu*, C. R et L.
37) Iam antea *IVSTINIANVS* in *l.* 2. et 3. *C. de inf. expos.* et in nov. 153. idem constituit, legemque *CONSTANTINI*, in *l.* 1. *C. Theod. de expos.* recitatam, abolendam esse censuit: quod pontifex, pro more, hic reassat, posthabito iure canonico antiquo, ex *cod. Theod.* desumto.
38) *Languidi sunt*, C. H.
39) *Siue*, C. R. 1.

i C. vn. eod. tit. in 2. compil. k *Vox*, eos, *deest in quibusdam exemplaribus.* l *In cod. Barb.* de infantibus languidis, vel expositis. m *In cod. Barb.* nam etiam in hoc casu, etc.

cui

cui eorum alimenta impie denegari 40) contigerit 41), est dicendum. Sane, qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorum personis ius aliquod vendicare.

40) *Negari*, C. R. L. ed. ant. Cont. et Pith.
41) Hoc sursus repetiit ex *l. 4. de agnosc. vel alend. liber.*

TITVLVS XII.

DE HOMICIDIO *a* VOLVNTARIO VEL CASVALI 42).

CAP. I.

Homicida incorrigibilis debet deponi, et tradi curiæ seculari, vt moriatur.

In Exodo 43) *b.*

Si quis per industriam *c* occiderit proximum suum, et per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur.

42) *Et casuali*, comp. 1. *de homicidio*, tantum habet compil. 3. *vel casu aliquo facto*, comp. 5.
43) *In libro Exodi*, C. R. 2.

CAP. II.

Ponit pœnitentiam occidentis latronem, cum se poterat aliter liberare; si vero aliter liberare se non poterat: non tenetur agere pœnitentiam, nisi ad cautelam.

Ex 44) pœnitentiali Romano 45).

Interfecisti furem aut latronem, vbi 46) comprehendi poterat absque occisione, [*et tamen interfecisti.*] Qui ad imaginem Dei creatus est, [*et in nomine eius baptizatus et sanguine eius redemtus est;*] XL. dies non intres [*in*] ecclesiam, et lanea veste indutus, [*et*] ab escis et potibus, qui interdicti sunt, et a toro, [*et a*] gladio et [*ab*] equitatu 46*), per illos supra dictos dies 47) [*te*] abstineas. In tertia autem et quinta feria et [*in*] sabbatho, aliquo genere leguminum, vel oleribus, [*et*] pomis, et paruulis pisciculis, cum mediocri ceruisiæ vtere [*et*] temperate. Si autem sine odii meditatione, te tuaque liberando, huiusmodi 48) diaboli membra interfecisti: secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei, si aliquid 49) ieiunare volueris, bonum est tibi, et eleemosynam fac largiter. Si presbyter eadem *d* fecerit; non deponatur: tamen 50), quamdiu viuit 51) *e*, pœnitentiam agat.

44) *Ex speciali pœnitentiali Romano*, C. H.
45) Interpolator decreti in *c.* 32. *C. XIII. qu.* 2. sententiam huius cap. *concilio Aurelianensi* attribuit, quæ in *pœnitentiali Rom.* videtur reperta, sed paululum immutata.
46) *Nisi*, ed. ant.
46*) *Equitaturis*, C. R. 2.
47) Hæc verba non sunt in *c. cit.* 32. vbi simul *not.* 38. obseruaui, pœnitentiæ publicæ subiectum per totum vitæ tempus ab vsu armorum olim abstinere debuisse, non tantum per tempus, illi præscriptum.
48) *Huiusmodi*, non est in c. 4. comp. 1. cit.
49) *Aliquando*, ed. ant.
50) *Tamen*, desideratur in cit. c.
51) *Vixerit*, C. R.

CAP. III.

Non occiditur fur diurnus sine culpa, sed nocturnus sic.

AVGVSTINVS *super Exodo* 52).

Si *perfodiens f inuentus fuerit fur, et percussus mortuus fuerit: non est illi* 53) *homicidium imputandum* 54). *Si autem oriatur* 55) *sol super eum: reus erit.* Intelligitur ergo, non pertinere ad eum homicidium 56), si fur nocturnus occidatur: si autem diurnus fuerit 57), ad homicidium 58) pertinere. Hoc est enim, quod ait: si oriatur 59) sol super eum, etc. quia poterat discernere, quod ad furandum, non ad occidendum venisset: et ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus 59*) secularibus, quibus ista [*tamen*] est antiquior, inuenitur, impune scilicet occidi nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit. Iam enim plus est, quam fur.

52) *Qu.* 84. vide *tom. III. oper.* *AVGVSTINI p.* 449. *edit. Parif. Benedict. e congr. S. Mauri.* Scriptus est hic comment. circa ann. CCCXCIII.
53) *Illius*, C. R. 1. *ibi*, C. H.
54) *Imputandum*, in C. R. L. et c. 5. comp. cit. 1. deest, sed in codicibus glossa superscripta: *i. e. imputandum.*
55) *Orietur*, cit. c.
56) *Ad homicidium*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
57) *Fuerit*, desideratur in C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
58) Absunt a cit. c. voces: *ad homicidium.*
59) *Orietur*, est ibid.
59*) XII. tabul. scilicet. vid. *l.* 4. §. 1. *D. ad L. aquil.*

a *Vide conc. Trid. sess.* 14. *de reform. c.* 7. *b* *Exod.* 21. *c* *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. præter Ant. Bntr. et alios, vide Guid. pap. decis.* 121. *incipit: in camera.* *d* *Vide Bernard. Diaz. in pract. crim. can. c.* 58. *e* viuat. *f* *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp.*

CAP. IV.

Sub generali pollicitatione, seu permissione, etiam iurata, non venit illicitum.

HIERONYMVS 60) *g.*

Cum iuramento *h* pollicitus est Herodes saltatrici dare, quodcunque postulasset 61) ab eo, si ob iusiurandum fecisse se dicat, si patris matrisue interitum postulasset, facturus esset, an non? Quod ergo in suis repudiaturus fuit, contemnere debuit in propheta.

60) *Idem*, C. R. 2.
61) *Postularet*, c. 6. comp. cit. 1.

CAP. V.

Homicida est, qui facit vel dat sortilegia, vel venena sterilitatis.

Ex concilio Guarmacien. 62) *i*

Si aliquis caussa explendæ libidinis, vel odii meditatione, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles 63): vt homicida teneatur *k*.

62) *Warmatiensi*, vel *Wormatiensi*, potius, *edit. ant.* Hunc vero canonem in *collect. concil.* desiderari, obseruat *AVGVSTINVS in not. ad c. vlt. comp.* 1. *h. t.* quod plurium conciliorum canones deperditi fuerint.
63) *Vt non ex eo soboles nascatur*, cit. c. sed post vocem: *meditatione.*

CAP. VI.

In pœnitentia imponenda iudex debet attendere circumstantias, ex quibus augetur vel minuitur delictum. Hoc dicit vsque ad *§. Illi autem.*

ALEXANDER III. [*Bartholomæo*] *Exonien.* l *episcopo.* (*ann.* 1174.)

Sicut *m* dignum [*est et omni rationi consentaneum, graues et difficiles quæstiones, ad examen apostolicæ sedis deferri; ita etiam ex ministerio nobis susceptæ sollicitudinis imminet easdem quæstiones, prout nobis Dominus dederit, soluere, et singulis, a nobis consilium postulantibus, respondere: vt prouidentia Rom. ecclesiæ, quæ vbique terrarum, Domino disponente, obtinet principatum, quæstiones soluantur, et remoueatur in his ambiguitas de cordibus singulorum. Licet autem super quæstionibus, quas nobis tua discretio soluendas direxerit, te non dubitemus prouidum, et circumspectum existere: cogimur tamen ex suscepta seruitutis ministerio, iuxta discretionem et prouidentiam nostram tibi exinde respondere.*] Sane, cum vir [*litteratus et sapiens et*] discretus [*in his, et plurimum exercitatus*] existas; plenius nosti, quod in excessibus singulorum, non solum quantitas et qualitas delicti, sed ætas, [*et*] scientia, [*et*] sexus, atque conditio delinquentis 64) sunt attendenda. Et non solum secundum prædicta, sed 65) secundum locum et tempus, quo delictum committitur, vnicuique pœnitentia debet indici: cum, [*sicut tu ipse non ignoras,*] idem excessus magis sit in vno, quam in alio, puniendus.

Socians homicidam animo occidendi, licet non apponat manum, si tamen ex sua caussa mors sequuta est, tenetur fere pari pœna cum homicida. Hoc dicit vsque ad *§. Illi etiam.* Abbas Sic.

§. 1. Illi autem *n*, qui animo occidendi, feriendi, aut capiendi illum sanctum et reuerendum 66) virum quondam 67) Cantuar. archiep. 68) citra manuum iniectionem se fatentur venisse, si de illa captione mors eius sequuta fuisset, pari pœnitentia 69), vel fere pari exsisterent 70) puniendi 71).

64) *Delinquentis*, non est in c. 7. comp. cit. 1.
65) *Quia non solum secundum qualitatem et quantitatem facinoris, sed secundum ea, quæ prædiximus, et secundum etc.* ibid.
66) *Reuerendissimum*, C. R. 1.
67) *Quondam*, abest a C. H.
68) *S. Thomam*, additur in C. R. 2. sed in C. R. 1. tanquam glossa hæc verba superscripta sunt: *i. e. S. Thomam.* Circa huius necem nefandam, quæ *anno MCLXX. die IV. Kal. Ian.* contigit, vt est apud *WHARTON. in Angl. sacra P. I. p.* 111. plures concurrerant, quidam *proxime*, quidam *remote.* Magnus excommunicatorum numerus, ab Exoniensi absolutionem anxie quærentium et ardua caussa in hoc parricidio deprehensa, quam ad pontificem deferendam censuit Exoniensis episcopus, cui in præsenti decretali ille respondet. Vid. *ALFORDVS in annal. Britann. ad ann. MCLXXIV.* Hoc eodem anno etiam rex Angliæ HENRICVS II. pœnitentiam egit ad sepulchrum S. Thomæ. *Feria igitur sexta, ait GERVASIVS in chron. ad cit. ann. sexto idus Iul.* (*vel quarto idus Iul.* vt legendum arbitratur *PAGI in crit. in Baron. ad cit. ann. n.* 7.) *in veste lanea, nudis pedibus, ab ecclesia S. Dunstani, quæ longe extra vrbem posita est, vsque ad tumbam S. Thomæ martyris peruenerat, ibidemque diutius et deuote procumbens, ab omnibus, qui astabant episcopis, abbatibus et MONACHIS SINGVLIS ecclesiæ Christi VOLVNTATE SPONTANEA verberatus est.* Hac fustigatione sanctissima castigari reges etiam a monachis singulis, vt cum iis in gratiam rediturus per pœnitentiam.
69) *Pœna*, C. H.
70) *Exstiterint*, C. R. 2.
71) *Illi autem, qui animo occidendi illum sanctum et reuerendum virum, Cantuariensem quondam archiepiscopum, aut feriendi, aut capiendi, si de illa captione mors eius subsequuta fuisset, et citra manuum iniectionem se fatentur venisse, pari pœna, vel fere pari puniendi sunt.* cit. c.

g *Super Matthæum, c.* 14. *refert Burch. l.* 10. *decret. cap.* 16. *Ivo p.* 12. *c.* 74. *h* *C.* 6. *eod. tit. in* 1. *comp.* *i* Guarmacien. *sed Burch. l.* 17. *decr. c.* 57. *tribuit conc.* Worm. *c.* 30 *habetur cap.* 13. *eod. tit. in* 1 *comp.* *k* Tenetur. *l* Exonien. *m* *Cap.* 7 *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. sub Alex III. p.* 31. *cap.* 1. *n* *Vt sequentia apertius intelligantur, obseruandum est, Thomam, Cantuarien. archiepisc. circa annum* 1171. *sub Alexand. III. crudeliter occisum.*

Qui sciat homicidam tantum animo prohibendi ne impediatur, tenetur paullo minori pœna. H. d. vsque ad §. *Qui vero.*

§. 2. [*Et*] illi etiam, qui non, vt ferirent, sed, vt percussoribus opem ferrent, si forte per aliorum violentiam impedirentur, paullo minori debent pœna mulctari 72); quia, cum scriptum sit: *qui potuit hominem liberare a morte, et non liberauit, eum occidit*: constat ab homicidii reatu immunes 73) non esse, qui occisoribus opem contra alios præstare venerunt: nec 74) caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori a desinit 75) obuiare.

Incitans alium ad homicidium, mitius punitur, quam homicida: secus autem, si incitauit ad certum homicidium. Nam, eo sequuto, tenetur vt homicida. H. d. vsque ad §. *Hi quoque.*

§. 3. Qui vero 76) se asserunt 77) animum regis inflammasse ad odium, vnde [*forte*] homicidium fuit 78) sequutum, dure et aspere, sed non ita seuere sunt puniendi: nisi forte regem ipsum ad illud homicidium suis suggestionibus prouocassent.

Custodientes sarcinas occidentium, scientes, eos esse sicarios, non sunt immunes a pœna homicidii. Hoc dicit vsque ad §. *Eos insuper.* Abbas.

§. 4. Hi quoque non sunt 79) b a culpa liberi, nec a pœna debent esse immunes, qui 80), licet fuerint 81) illius [*iniquæ*] machinationis ignari, tamen eis, quos sicarios esse sciebant, in 82) sarcinis custodiendis ministerium præbuerunt.

Occupans bona occisi, non per hoc tenetur de homicidio: et non sufficit occupanti, quod eroget illa pauperibus, cum poterit restituere eis, quorum constat fuisse. Hoc dicit vsque ad §. *Illis praeterea.* Abbas.

§. 5. Eos insuper 83), qui dicuntur illius sancti viri et suorum post mortem eius spolia occupasse, si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, a pœna mortis eius arbitramur 84) esse immunes: sed, quæ occuparant 85), eis, quorum fuerunt 86), tenentur in integrum restituere, si habent 87) in facultatibus 88), vnde possint ea reddere 89). Et 90) ipsis ex hoc moderata est pœnitentia iniungenda 91): quia, licet quædam 92) ex his, quæ 93) occupauerunt 94), fateantur se pauperibus erogasse, non tamen aliena, cum ipsa 95) potuissent eis, quorum fuerint 96) c, restituere, debuerunt pauperibus erogare.

Participantes interfectoribus in excommunicatione, diuersimode puniuntur, iuxta modum participationis. Hoc dicit vsque ad §. *Clericos.* Abbas.

§. 6. Illis 97) præterea, qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscunt, considerata temporis mora, [*in*] quo in eadem nequitia perdurarunt 98), et inquisito [*etiam*,] si eis timore vel affectione communicauerint scienter vel ignoranter, [*secundum hoc*] est 99) pœnitentia indicenda.

In isto §. vsque ad fin. ponitur pœnitentia clericorum, præstantium prædictæ morti auxilium, consilium vel fauorem. Hoc dicit. Abbas Siculus.

§. 7. Clericos autem d, quos constat armatos interfuisse tanto facinori, et illos [*etiam clericos*,] qui consilium [*illud*] dederunt 100), vt sanctus e vir caperetur, perpetuo non solum ab altaris ministerio deponendos esse censemus, sed [*ita*] etiam, quod 1) in ecclesiis nullo vnquam tempore lectiones legant, vel 2) responsoria in choro separatim 3) cantent: sed in psalmis apud Deum de commisso satagant veniam imperrare 4). Insuper 5) [*autem clerici ipsi*] in districto claustro monachorum vel canonicorum regularium, si fieri potest, sunt recludendi 6), ita [*quidem*,] quod vsque ad septennium vel quinquennium debeant ab ecclesiarum introitu coerceri.

72) *Si forte violentiam, quam quidem moliri debebant, impedirentur, paullo minori pœna mulctari: quia* etc. ita confuse legimus ibid.
73) *Eos immunes*, C. R. 2.
74) *Non*, C. H. 1.
75) In C. L. superscripta est verbo: *desinit*, partic. *non* et in ipsa serie verborum legitur apud CONTIVM, scil. *non desinit.*
76) *Illi vero*, qui, cit. c.
77) *Asseruntur*, C. H.
78) *Fuerit*, C. R. 2. et cit. c.
79) *Fuerunt*, C. R. L. et cit. c.
80) *Quia*, ed. ant.
81) *Sint*, C. R. 1.
82) *Tamen sicarios esse sciebant, qui in* etc. cit. c.
83) *Vero*, ibid.
84) *Arbitramur*, C. H.
85) *Occupauerant*, C. R. 2. *occuparunt*, ed. gloss.
86) *Fuerunt*, C. R. 2.
87) *Habeant*, C. H.
88) In C. R. 2. additur: *suis.*
89) *Restituere*, C. R. 1.
90) *Tamen*, cit. c.
91) *Indicenda*, ibidem.
92) *Quidam*, C. R. 1. L. et cit. c.
93) *Ea, quæ*, cit. c.
94) *Occupauerunt*, C. R. 2.
95) *Alienas res, cum ipsas*, cit. c.
96) *Fuerunt*, C. R. L. H. et cit. c.
97) *Illis*, C. R. et L. *illis vero*, cit. c. sed incongrue.
98) *Perdurant*, cit. c.
99) *Est eis*, ed. Cont. et Pith. sed perperam.
100) *Dederant*, C. R. 2.
1) *Quod*, in ed. aut omittitur.
2) *Vel etiam*, C. R. 2.
3) *Separatim*, non habetur in cit. c.
4) *Impetrare*, ibid.
5) C. R. 2. addit: *etiam.*
6) *Redocendi*, C. R. 2. et ed. ant. Quæ vero cum hoc capitulo cohærent, sunt in c. 1. X. *de sent. excomm.*

CAP. VII.

Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.

IDEM. (*ann.* 1170.)

Presbyterum 7) f [*autem*,] qui quendam puerum intuitu disciplinæ percussit in capite, cum post paucos dies, [*sicut asseris*,] exspirasset, tam 8) ab omni altaris ministerio debes perpetuo remouere, quam 9) ab officio sacerdotali deponere, si ex ipsa percussione interiit, vel aliam infirmitatem incurrerit 10), de qua noscitur exspirasse 11).

7) Partes, cum hac decretali in c. *licet prater solitum*, cohærentes, sunt c. 3. *X de sponsa duor.* c. 14. *X de test. et att.* c. 4. *X. de iud.* c. 1. *X. de cler. pugn.* c. 1. *X. de corp. vitiat.* c. 1. *X de cogn. spirit.* c. 2. *X. de conuers. coniug.*
8) *Tam*, non est in c. 8. comp. cit. 1.
9) *Eumque*, est ibid.
10) *Incurrit*, C. R. L. et H.
11) Verb. *de qua noscitur exspirasse*, non leguntur in cit. c.

CAP. VIII.

Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ, vel etiam licitæ, secundum alium intellectum, si non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit.

IDEM *Cusentinen.* 12) *archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

Continebatur g in litteris tuis 13), quod, cum 14) diaconus, præsentium lator, et quidam alii clerici 15), a vineis ecclesiæ, opere consummato, redirent, leuandi 16) laboris gratia, quendam ludum imitati [*sunt*] viatorum, [*proiicientes*] baculos suos [*in longum.*] Studebant [*enim*] iacere in directum, et alter alterius fustem ferire. Huius [*autem*] ludi, [*sicut asserunt*,] solet esse conditio, vt, qui alterius baculum percuteret, quasi victor, pro equo, alio 17), [*cuius baculum percussus est*,] vteretur: sed præfati clerici, equitandi licentia non vtentes, sola erant iactione 18) h contenti, [*vt, dum alacrius ad baculos suos concurrerent, laborem itineris non sentirent.*] Quidam autem laicus, [*sicut prædictus diaconus asserit*,] cum 19) baculum eiusdem diaconi percussisset, incautus in eum equitaturus insiluit: et sic a falce illius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo post dies octo exspirauit. Ideoque mandamus 20), quatenus eundem diaconum i sine licentia Romani pontificis ad superiorem gradum 21) non 22) adscendere, vel in diaconatus officio nullo vnquam 23) tempore ministrare permittas, sed eum dispensatiue 24) ministrare in subdiaconatus officio patiaris 25).

12) *Casent.* C. R. 1. et c. 9. comp. 1. h. t. habent, vel potius: *Cosentino*, seu *Consentino*: quia *Consentia* notissimum olim Bruttiorum caput fuit, de qua vid. CELLAR. in *Geogr. antiqu. tom. I. p.* 926. *sq.*
13) *Quas nobis tua deuotio destinauit*, cit. c.
14) *Cum*, in C. H. deest.
15) *Ipse, et quidam clerici, qui rogati ad vineas ecclesiæ putandas peruenerant circa vesperas, opere* etc. cit. c.
16) *Leuiandi*, C. R. L. ed. ant. Cont. et cit. c.
17) *Pro equo victo alio*, C. R. 1. et, cit. c.
18) *Iactatione*, C. R. L. et cit. c.
19) *Dum*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
20) *Inde est, quod commonemus fr. t. atque mand.* cit. c.
21) *Ordinem*, C. L.
22) In C. R. L. et ed. ant. partic. *non*, rectius omittitur. Sed *suscipere*, est in cit. c. omissa partic. *non*.
23) *Vnquam*, a C. R. 1. abest.
24) *Cum dispensatione*, C. R. 2.
25) *Permittas*, cit. c.

CAP. IX.

Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa.

IDEM [*B.*] *Exonien. episcopo*, [*et abbati.*] (*ann.* 1180.)

Lator k præsentium, P. clericus 26), nobis [*viua voce*] proposuit, quod, cum quadam die casu cum quodam clerico luderet, contigit, quod ille proiecit istum ad terram: cuius cultellus 27), quem ad latus suum habebat, in alterum incidit, et fortuito casu 28) occubuit vulneratus. Ideoque [*eumdem ad vos duximus remittendum, et discr. v. per a. s.*]

26) *P. clericus*, non habet c. 10. comp. cit. 1.
27) *Et cultellus*, ibid. legitur.
28) *Fortuito*, C. R. 1. et cit. c. sed in L. superscriptum est: *casu.*

a *Hic in plerisque cod. adest dictio*, non: *quam abesse oportere et sententia huius loci, et vetera ostendunt exemplaria.* b Fuerunt. c Fuerunt. d *Vide Bernard. Diac. in pract. crimin. can. cap.* 88. e Dictus

f *Cap.* 8. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Later. part.* 26. *c.* 7. g *Cap.* 9. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Later. sub Alexand. III. p.* 26. *c.* 12. h Iactatione. i Diaconum, *in antiqu.* k *Cap.* 10. *eod. tit. in* 1. *compil.*

manda-

mandamus, quatenus, [*rei veritate comperta, et*] si ita res se habuit 29), et alia iusta caussa non impedit, prædictum P. 30) libere permittatis ad sacros ordines promoueri.

29) *Haberit*, C. B. L. H. et cit. c.
30) *D.* est in cit. c.

CAP. X.

Is, ex cuius opera illicita sequitur homicidium, irregularis efficitur.

IDEM *abbati S. Benedicti de Vebia* 31) a. (*ann.* 1180.)

Susceptiuus *b* litteras tuas, per quas 32) cognouimus, quod, cum 33) lator præsentium in custodia cuiusdam domus cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipsos in personis affligere, et denudare vestimentis propriis præsumpserunt. In quos isti, resumptis viribus, insurgentes, ligauerunt illos, et detinere vsque ad notitiam capituli 34) voluerunt. Cum autem iste, rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris sui custodia dimisisset, et fures se soluere niterentur: frater illos, ne ipse ab eis interimeretur, occidit. Verum 35) *c* quoniam expediabat 36) potius post tunicam relinquere pallium, et rerum sustinere iacturam, quam pro conseruandis vilibus rebus et transitoriis tam acriter in alios exardescere; abstineat iste 37) humiliter ab altaris ministerio 38): et vterque peccatum suum, [*quibus modis*] ad arbitrium tuum 39) [*potuerit,*] studeat expiare. Constat enim 40), eos contra [*rationem et*] mansuetudinem [*et*] ecclesiasticam [*disciplinam*] ex vtriusque ope 41) interemptos.

31) *De Venetia*, C. B. 1. *Nebeia*, L. et c. 11. comp. cit. 3. *Vebeia*, ed. ant. sed in C. B. 2. hæ voces desiderantur.
32) *Et ex earum tenore*, cit. a.
33) *Dum D.* C. H.
34) *Sui capituli*, C. B. 1.
35) *Vnde*, cit. c.
36) *Illis expediebat*, C. B. 2.
37) *Iste*, in C. B. 1. deest.
38) *Obsequio*, cit. c.
39) *Ad arbitrium tuum*, C. H. non habet.
40) *Equidem*, cit. c.
41) *Opere*, C. H. et cit. c.

CAP. XI.

Dans caussam homicidio, irregularis est.

IDEM *Lucen. episcopo.* (*ann.* 1180.)

De cætero 41*) *d* noueris, quod diaconus, [*quem litterarum honestate præditum asseris,*] qui homicidio caussam dedisse videtur, [*sicut ex tenore litterarum tuarum perpendimus,*] non videtur 42) ad sacerdotium promouendus.

41*) Præmissa vide in c. 4. *X. qui cler. vel vouent.*
42) *Non est*, C. B. 2. et H.

CAP. XII.

Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Ad audientiam *e* apostolatus nostri peruenit, quod, cum quidam presbyter, volens corrigere quendam de familia sua, [*eo*] cingulo, quo cingi solebat, ipsum verberare tentaret 43), contigit, quod cultellus de vagina, quæ cingulo adhærebat, elapsus, eum in dorso aliquantulum vulnerauit: postmodum vero, cum ille vulneratus aliquamdiu vixisset, et conualuisset a vulnere, alia 44) *f* grauiori, vt dicitur, infirmitate percussus 45), [*sana mente ac deuotione debita,*] viam est vniuersæ carnis ingressus. Quia vero, vtrum occasione vulneris decessisset, dubium habetur 46): tuæ 47) discretioni duximus respondendum, quod, cum in dubiis semitam 48) debeamus eligere tutiorem, te 49) conuenit iniungere presbytero memorato, vt [*de cetero*] in sacris ordinibus non ministret, et, eidem iniuncta 50) pœnitentia congruenti, sibi 51) poteris concedere, vt [*in*] minoribus 52) ordinibus [*ministrare*] sit contentus. Si vero [*vobis legitime constiterit, quod*] ille 53) ex alia infirmitate obierit: [*de nostra licentia*] poterit, sicut erat solitus, diuina officia ministrare 54).

43) *Tentasset*, C. B. L. H. ed. ant. et gloss. *tentauit*, c. 1. comp. 2. h. t.
44) *Alia*, omittitur in C. B. 1. L. H. ed. ant. et cit. c.
45) *Detentus*, C. H.
46) *Habebatur*, cit. a.
47) *Vestra*, C. B. L. H. et ed. ant.
48) *Viam*, C. H.
49) *Nos*, C. B. 1. L. H. et ed. ant. *vos*, C. B. 2. et cit. c.
50) *Iniuncta tamen*, C. B. L. H. ed. gloss. ant. et cit. c.
51) *Sibi*, in C. B. 1. L. et ed. ant. non habetur, sed in cit. a. est: *ei.*
52) *In minoribus*, C. B. 2. L. et ed. ant.
53) *Ille*, a C. B. 1. et cit. c. abest.
54) *Celebrare*, cit. a.

a Vebeia. *al.* Nebeia. b *Capit. 11. eod. tit. in 1. comp. et post concil. Later. p. 50. cap. 27.* c *Ex hoc §. colligitur aperte, non licere clericis occidere latrones pro rebus conseruandis. Vide Iaf. in l. vt vim. ff. de iust. et iur.* d *Cap. 12. eod. tit. in 1. compilat.* e *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp.* f *Dictio, alia, deest in antiquioribus exemplaribus, et in vet. comp.*

CAP. XIII.

Homicidium casuale, non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.

INNOCENTIVS III. *episcopo g Lingon.* 55) (*ann.* 1200.)

Dilectus filius A. *h*, capellanus, [*in nostra præsentia constitutus, sua nobis confessione*] proposuit 56), quod, cum quadam corporis molestia grauaretur, [*ita, quod cibi et somni desiderium raptum videretur ab eo,*] vt comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum, quem nutriebat 57), adscendit. Qui cum bene non pareret habenis, sed præter sessoris arbitrium [*suis*] saltibus lasciuiret: ipse, vt 58) eius refrenaret impetum, [*et*] freno vim intulit, equumque calcaribus stimulauit. Cumque, fracto freno, equus, [*quasi*] proprio arbitrio relictus, curraret festinanter; quædam mulier, veniens ex obliquo [*et*] infantulum baiulans, obuiauit: in quam equus irruens, procul abiecto sessore, puerum prædictum oppressit, [*et capellanus ipse ex repentino casu vix mortis periculum euitauit, sed ad vltimum conualescens diuina postmodum celebrare non præsumsit.* *Quia vero nobis non constitit de præmissis: f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus [*super his inquires diligentius veritatem, et,*] si est ita 59), cum idem capellanus nec voluntate, nec actu homicidium perpetrauit 60), nec dedit operam illicitæ rei, non impedias, quo minus diuina possit officia celebrare.

55) Refert hanc decretalem RAINERIVS, diaconus, in *collect. prima decret. Innocent. III. tit. 34. p. 594. ex edit. Baluz.* sub inscriptione: *idem Lauconensi episcopo.* Mendose in edit. ant. *Lugun.* et Cont. *Lugdunensi*, legitur.
56) *Monstrauit*, c. 1. comp. 3. h. t.
57) *Nutrierat*, ibid.
58) *Et ipse, vt*, C. L.
59) *Si rem inueneris taliter processisse*, cit. a.
60) *Perpetrauerit*, ibid.

CAP. XIV.

Summatur vt supr. cap. prox.

IDEM *Meten. i episcopo* 61). (*ann.* 1200.)

I. Ex litteris *k* tuæ fraternitatis accepimus, quod, cum [*lator præsentium,*] H. presbyter, fœnum vellet de curru deponere, perticam, superius alligatam, [*cum neminem circa currum videret,*] proiecit in terram: at, cum fœno insisteret deponendo, quidam 62), [*prope ipsum accedens,*] puerum quendam iuxta currum reperit semiuiuum, in quo præter modicum liuoris in fronte nihil inueniri 63) potuit læsionis. Nos autem ab eodem quæsiuimus sacerdote, si, priusquam iaceret 64) perticam, circumspexisset 65) sollicite 66), an aliquis esset circa currum: qui, quod 67) diligenter circumspexit 68) *l*, asseruit, sed, quod vidisset aliquem, denegauit. Ad te igitur remittentes eundem, [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus, si res ita se habet, nisi circa 69) eundem [*presbyterum*] graue scandalum sit exortum, vel tanta laboret infamia, quod, deficiente accusatore 70), oporteat eidem canonicam purgationem indici, ipsum libere permittas 71) exsequi officium sacerdotis.

61) Pariter hanc decretalem habet RAINERIVS *cit. l.* sub eadem inscriptione.
62) *Quidam*, desideratur in ed. ant. et Cont.
63) *Inueniri*, c. 2. comp. cit. 3.
64) *Deiiceret*, ibid. *proiiceret*, C. L.
65) *Circumspexit*, C. B. L. H. ed. Pith. et cit. a.
66) *Attente*, C. B. 1.
67) *Cum*, ibid.
68) *Circumspexisset*, C. B. 1. H. et L. sed C. B. 2. legit: *circumspexerit.*
69) *Contra*, C. B. L. H. ed. gloss. et cit. a.
70) *Alfuro*, C. H.
71) *Permittatis*, ed. ant.

CAP. XV.

Summatur etiam, vt supr. eod. cap. Dilectus.

IDEM *Elsmtinen. archiepiscopo* 72). (*ann.* 1201.)

II. Ex litteris *m* tuæ 73) fraternitatis accepimus, quod quidam monachus, [*puer tuæ dioec.*] ad deponendam de campanili campanam subseruiens, quia quoddam 74) lignum corruit, ipso mouente 75), quendam puerum oppressit et occidit. [*Vnde a nobis humiliter postulabas, quid tibi super hoc esset faciendum, petens, vt cum ipso misericorditer dispensetur.*] Quocirca [*fraternitati tuæ per a. s.*] mandamus, quatenus, si monachus ipse rem necessariam agebat et vtilem, et in loco, per quem aliquem transire non crederet, vel ibidem existere, vel etiam illuc de consuetudine venire, quando lignum mouisse dignoscitur, satis poterit, præsertim in monasterio, ad altiores ordines promoueri.

72) In comp. cit. 3. c. 3. desideratur inscriptio.
73) *Tuis*, C. H.
74) *Quoddam*, in C. B. L. et ed. ant. omittitur, sed *forte*, loco eius est in cit. c.
75) *Mouente*, cit. c.

g Lugunens. *al.* Lugdunen. h *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* i Meten. *al.* Aneten. k *Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat.* l Circumspexisset. m *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.*

CAP.

CAP. XVI.

Summatur, vt supr. eod. cap. Dilectus.

IDEM *episcopo Paduano* 76). *(ann. 1200.)*

I. Significasti nobis 77) a [*per litteras tuas,*] quod, cum F. clericus, [*cum archipresb. sancti Fiducii*] equitaret, equus, cui insidebat, tam se, quam ipsum proiecit in aquam. Vnde clericus ipsum grauiter calcaribus stimulauit: equus vero, [*vt litterarum tuarum tenore innotuit,*] cum exsisteret bucca durus, præter voluntatem sessoris raptus in cursum, [*et male parens habenis,*] quandam b mulierem, quam obuiam habuit, ex improuiso pedibus interfecit. Cumque nos ab eodem clerico fecissemus inquiri, vtrum equi vitium prius sciuisset: illud asseruit se ignorasse. Ideoque [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus [*inquiras super his diligentius veritatem, et,*] si ita est 78), ad [*maiorem*] cautelam iniungas eidem [*clerico*] pœnitentiam competentem 79): qua peracta, non impedias, quo minus 80) [*et*] in susceptis ministret ordinibus, et ad maiores valeat promoueri.

76) Etiam hanc decretalem habet RAINERIVS *cit. l.*
77) *Nobis*, abest a C. B. L. et ed. ant.
78) *Si rem inueneris taliter processisse*, c. 4. comp. cit. 3.
79) *Congruentem*, C. B. 1.
80) *Quo minus et*, C. B.

CAP. XVII.

Non censetur homicida is, quo prohibente, et caussam non dante, a consanguineis homicidium committitur.

IDEM 81).

Petrus, diaconus c et monachus sancti Ioannis de Pinna, sua nobis insinuatione monstrauit, quod, cum ipsum, quondam in seculari habitu in ecclesia de Rigulo beneficium obtinentem, abbas illius ecclesiæ eodem beneficio spoliasset, cognati et amici eius [*abbati sæpius supplicauit, vt beneficium restitueret sibi memoratum: quo nolente ipsorum precibus acquiescere,*] irati plurimum et commoti, nocte quadam in domo diaconi conuenerunt, et cœna facta dicebant, quod vindictam volebant 82) sumere de abbate. Inhibiti autem expresse ab eodem diacono, ne abbatem occiderent, aut aliquid sibi facerent, vnde ordinis sui discrimen 83) incurreret, et animæ detrimentum, nihilominus irruerunt in eum, et, plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto, qui 84) post dies aliquot 85) d exspirauit. [*Ab illo autem tempore vsque hodie prædictus diaconus, de hoc, quod contigerat, tristis effectus, ab administratione cessauit, et, nondum expleto biennio, habitum induit monachalem. Vnde a nobis suppliciter petiit edoceri, vtrum posset in officio diaconi ministrare, et, si hoc ei liceat, an posset promoueri ad maiorem ordinem. Licet autem, si præmissis veritas suffragatur, præfatus diaconus super abbatis interitu, non videatur esse culpabilis; quia tamen bonarum mentium est, ibi culpam cognoscere, vbi culpa non est, quod ab administratione officii propria voluntate se suspendit, vel habitum induit regularem: sibi non ad peccatum adscribimus, sed ad meritum reputamus.*] Quocirca [*fr. u. per a. s.*] mandamus, quatenus, si præmissa noueris veritate subnixa, sæpe dicto diacono, non solum in diaconatus officio ministrare, sed etiam 86) ad ordinem presbyteratus adscendere 87), si aliud 88) canonicum non obstiterit 89), liberam concedas auctoritate apostolica facultatem; præsertim si super hoc non fuerit 90) [*similiter*] respersus infamia: cum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem eius expressam, eo caussam vel occasionem non dante, eius sacrilego fuit 90*) ab ipsius consanguineis attentatum.

81) Inscriptio supplenda ex *libr. I. epist.* 323. *Oscens. et Tirasonens. episcopis*, pertinetque ad annum regiminis primum, *h. e.* MCXCVIII.
82) *Vellent*, C. L.
83) *Damnum*, C. B. 1.
84) *Vnde*, c. 1. comp. 4. h. t.
85) *Aliquot*, C. B. H. et ed. Cont.
86) *Etiam*, deest in C. H.
87) *Accedere*, cit. c.
88) *Aliquid*, C. B. 2.
89) *Obstat*, C. H. et ed. ant.
90) *Sit*, C. H.
90*) *Propositis*, cit. c.

CAP. XVIII.

Irregularis censetur, qui alium letaliter percussit, licet ab aliis fuerit exstinctus: idem si apparet, an letaliter, si etiam percussus ab aliis obiit, et non apparet, ex cuius vulnere decesserit. Idem est, si percusserit non letaliter, si animum occidendi habuit, et ex aliorum vulneribus percussus exspirauit. H. d. notabiliter. Abbas.

IDEM *abbati S. Trinitatis de Metdemberg.* 91) e (*ann.* 1209.)

II. Significasti f nobis [*per litteras tuas,*] quod, cum quidam maleficus, ingressus ecclesiam [*de Blesseio, Dei timore postposito,*] eucharistiam cum altarium ornamentis et libris ecclesiasticis extra ecclesiam exportasset, [*dil. filius*] Laurentius, presbyter ecclesiæ, [*lator præsentium,*] canonicus regularis, [*quem in prædicta ecclesia de Bratio institueras capellanum,*] prælatum iniquitatis filium fossorio arrepto percussit 92). Sed, si ad mortem fuit ictus huiusmodi, tu et ipse penitus ignoratis 93): quem parochiani ecclesiæ videntes 94) ornamenta ecclesiæ asportantem, arreptis 95) gladiis et fustibus in eodem loco protinus occiderunt. [*Prædictus vero Laurentius de sua salute præcogitans, euoluto anno, sub titulo confessionis tibi rei ordinem reuelauit, pro quo nobis humiliter supplicasti, vt cum eo misericorditer agere dignaremur. Licet autem contineatur in canone, quod, si quatuor homines, aut quinque vel plures contra vnum hominem rixati fuerint, et ab his mortuus fuerit vulneratus, quicunque illorum illi plagam imposuerit, homicida secundum instituta canonum iudicetur; quia tamen in alio canone dicitur de presbytero, qui diaconum equitantem percussit, et ipse, cadens ex equo, ceruice fracta interiit: quodsi non ad mortem percussus est, inconte agente presbytero, competens pœnitentia est indicenda, ita, quod aliquanto tempore a missarum suspensus sollemniis, denuo ad sacerdotale officium reuertatur. Quodsi veraciter qualicunque percussione presbyteri mortuus est diaconus; nulla ratione more sacerdotis permittendus est ministrare: etsi voluntatem non habuerit occidendi.*] Nos in præmisso casu credimus distinguendum, vtrum constare possit, quod præfatus sacerdos non intulit g percussionem letalem, de qua [*videlicet,*] si aliorum non fuissent vulnera subsequuta, percussus minime interiisset, etsi 96) percussor voluntatem non habuerit 97) occidendi, neque ipsius studio, [*vel*] consilio 98) vel mandato processerint 99) alii contra illum. Et quidem, si hoc ita se habet, quod forsan ex eo posset 100) ostendi, si certa apparuisset percussio, ab eodem inflicta tam modica et tam leuis, in ea parte corporis, in que quis de leui percuti non solet ad mortem, vt peritorum iudicio medicorum talis percussio assereretur non fuisse 1) letalis, cum de cæteris credendum sit ipsi [*sacerdoti,*] qui non accusatur vel denuntiatur ab aliquo 2), sed per se ipsum, [*de sua salute sollicitus,*] consilium appetit salutare, post pœnitentiam 3), [*eidem*] ad cautelam iniunctam, in sacerdotali poterit 4) officio ministrare, maxime 5) religionis accedente fauore: cum sit canonicus regularis, et sine omni scandalo possit sacerdotale officium celebrare 6). Quodsi discerni non possit 7), ex cuius ictu h percussus interiit: in hoc dubio tanquam homicida debet haberi sacerdos. Etsi forte homicida non sit; e sacerdotali 8) officio abstinere 9) debet 10); cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temere celebrare: pro eo, quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur. [*Vtrum autem de his similis sit sentiendum, quorum vnus, sed quis, omnino nescitur, homicidium perpetrauit, si forsan ad sacros ordines recipiendos præsentatur, vtrum omnes sint pariter repellendi, cum discerni non possit, qui debeant culpabiles indicari, diligens inuestigator aduertat, quamuis hic casus sit ab illo valde diuersus.*] Si vero, quemadmodum perhibetur, sacerdos iste prius ab illo percussus sacrilego, mox eum cum ligone in capite repercussit; quamuis vim vi repellere omnes leges et omnia iura permittant; quia tamen id debet 11) fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam; non videtur idem 12) sacerdos a pœna homicidii penitus excusari 13), tum ratione instrumenti 14), cum 15) quo ipse i percussit, quod, cum graue sit, non solet leuem plagam inferre, tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu quis letaliter solet lædi: [*maxime cum secundum vulgare prouerbium asseratur, quod, qui ferit primo, ferit tangendo, qui ferit secundo, ferit dolendo. Vnde, pensatis omnibus, ei creditur expedire, vt cum humilitate abstineat a sacerdotali officio exsequendo.*]

91) vera inscriptio haurienda ex *libr. XII. epist.* 59. quae haec est: *abbati sancte Trinitatis de Maleione.*
92) *Percusserit*, c. 2 comp. cit. 4.
93) *Ignorastis*, C. B. 2.
94) Post voc. *ignoratis*, alt. c. ita habet: *Cum autem parochiani ecclesiæ memorata audirent, prædictum maleficum ornamenta eccl. asport. ipsum arreptis etc.*
95) *Receptis*, C. H.
96) *Quodsi*, cit. c.
97) *Habuit*, C. H.
98) *Vel consilio*, C. L.
99) *Processerunt*, C. B. L. H. et ed. ant.
100) *Possit*, C. B. 1.
1) *Esse*, ibid.
2) *Ab aliquo*, non habet C. H.
3) C. B. 2. addit: *et*.
4) *Poterat*, C. B. 1.
5) *Maxime*, abest a cit. c.
6) *Ministrare*, C. B. L. et ed. ant. *exercere*, cit. c.
7) *Poterit*, C. B. 2.
8) *Tamen a sacerdotali*, ibid.
9) *Humiliter abstinere*, ibid.
10) *Debeat*, C. B. 1.
11) *Decet*, ibid.
12) *Iste*, ibid.
13) *Excusatus*, cit. c.
14) Iudicium de *letalitate vulneris* recte desumitur cum ex qualitate *instrumenti*, quo quis læsus, tum ex qualitate *loci*, in qua vulnus inflictum, vt eleganter obseruat INNOCENTIVS III. quod non tantum medicis, sed etiam ICtis dictum est.
15) *Cum*, deest in C. H.

a *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *comp. Vide citatos in c. dilectus. supr. eod. tit.* b *Al.* mulierem quandam obuiam habuit, quam ex improuiso, etc. *sed lectio, quam retinuimus, planior est.* c *C.* 1. *eod. tit. in* 4. *comp.* d Aliquot. e Mald. *al.* Maldeon *al.* Malebronn. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 4. *comp. Couarruu. in Clem. si furiosus. de homicid. in* 2. *p. relect.* §. 2. *vers. sed primo hac eadem ratione, et Ant. Gomezius tom.* 3. *var. resolut. de homicid. num.* 36. *conc. Trid. sess.* 14. *de reform. c.* 7.

g Intulerit. h *Vide Iul. Clarum* 5. *sent.* §. *homicidium. vers. alia etiam est defensio.* i Ipsum.

CAP.

CAP. XIX.

Religiosus, chirurgiam exercens, si ex eo mors sequitur, irregularis est; etiamsi sit peritus et diligens, et hoc fecerit caussa pietatis: sed cum eo post satisfactionem misericorditer dispensari potest. H. d. vsque ad §. *Ad ultimum.*

IDEM 16) a. (*ann.* 1211.)

Tua nos b duxit fraternitas consulendos: [*et infra. Tertio*] quæsiuisti [*apostolicæ sedis responso explicari,*] quid sit de quodam monacho sentiendum, qui 17), credens, se quandam mulierem a gutturis tumore curare, vt chirurgicus, cum ferro tumorem illum aperuit, et cum tumor [*ille*] aliquantulum resedisset, [*monachus*] ipsi mulieri præcepit, ne se vento exponeret vllo modo, ne forte ventus, subintrans gutturis apertionem, sibi caussam mortis inferret: sed mulier, eius mandato contempto, dum messes colligeret, vento se exposuit incaute, et sic per apertionem gutturis sanguis multus effluxit, et mulier diem vltimum sic 18) finiuit, [*quæ tamen confessa est, quod, quia vento exposuit semet ipsam, sibi dederat caussam mortis,*] vtrum videlicet, cum prædictus monachus sit sacerdos, liceat ei sacerdotale officium exercere. Nos igitur fraternitati tuæ [*taliter*] respond. quod, licet ipse monachus multum 19) c deliquerit officium alienum vsurpando, quod sibi minime congruebat, si tamen caussa pietatis, et non cupiditatis, id egerit, et peritus erat in exercitio chirurgiæ, omnemque studuit, quam debuit, diligentiam adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium eius accidit, adeo reprobandus, quod non post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, vt diuina valeat celebrare: alioquin d interdicenda 20) est ei sacerdotalis ordinis exsequutio de rigore.

Qui iudici seculari dedit intersignia furis, a quo fuit vulneratus, irregularis non est: licet ille postmodum occidatur. Abbas Siculus. *

§. 1. Ad vltimum fuit ex parte tua propositum 21), quod quidam scholaris, metuens, ne latrones in hospitio suo 22) essent, [*parvo assumto gladio, vt ignem quæreret,*] de strato consurgens, [*cum venisset ad ostium, ignarus*] reperit ibi furem, qui, [*cum scholari luctari incipiens,*] non solum ipsum scholarem prostrauit ad terram, sed [*etiam*] pæne ad mortem vulnerauit eundem. [*Scholaris vero, prouocatus ab illo, vim vi in continenti repellens, extracto vel extorto latronis gladio, eundem, seruato iuris moderamine, repercussit, qui perterritus fugam, quantocyus potuit, maturauit.*] Mane itaque [*lucescente,*] scholares latronem quæsiuerunt eundem, quem 23), vulneratum inuentum, potestati Vincentiæ 24) e tradiderunt: coram quo constanter negauit, quod præmissa minime perpetrauit. Vnde præfata potestas ad eundem scholarem [*suos*] nuntios destinauit, vt exponeret, si qua sciret de fure prædicto, vel traderet intersignia 25) f: qui cultrum 26), quem ipsi 27) latroni abstulerat, et sotulares, ab eodem in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat [*sibi,*] ne pedum strepitus audiretur, nuntiis tradidit memoratis; super eodem facto se nihil amplius intromittens. Potestas igitur, receptis talibus intersigniis 28), latronem ipsum apparitoribus suis tradidit puniendum, qui sibi amputauerunt virilia, et oculos eruerunt: latro vero [*se ad quoddam cœnobium transtulit, et ibi per triduum*] ira et dolore commotus, nec potum sumpsit, nec cibum, et sic de medio est sublatus 29). Vnde per nostrum oraculum postulas edoceri, vtrum præfatus scholaris ad sacros valeat ordines promoueri. Nos igitur inquis. t. t. r. quod, si præfatus 30) scholaris dignis meritis adiuuatur, propter præscriptum euentum a susceptione sacrorum ordinum nullatenus est arcendus.

16) Desumtum est hoc cap. ex *libr. XIV. epist.* 159. vnde etiam excerpta *c.* 26. *X. de sponsal.* et *c.* 7. *X. de consf. et affinit.* quarum inscriptio vera est: *Gebennensi episcopo.*
17) *Qui cum*, C. R. 2.
18) *Sic*, non est in c. 3. comp. cit. 4.
19) *Multum*, in C. R. L. et cit. c. deest.
20) *Interdicta*, C. R. L. et cit. c.
21) *Quæsitum*, C. H.
22) *In domo sua*, cit. c.
23) *Qui*, C. R. 1. L. ed. ant. et cit. c.
24) *Vicentinæ*, C. R. 1. *Vicentiæ*, L. et cit. c.
25) *Intersigna*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
26) *Cultellum*, C. R. 1.
27) *Ipsa*, C. R. 2.
28) *Intersignis*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
29) *Subtractus*, cit. c.
30) *Præfatus*, deest in C. H.

CAP. XX.

Qui dat caussam abortioni, homicida est, si conceptum erat viuificatum animal rationale: alias secus.

IDEM *priori et fratribus Carthusien.* 31) g (*ann.* 1211.)

Sicut h ex litterarum vestrarum tenore accepimus 32), cum 33) quidam presbyter vestri ordinis, qui prius fuerat niger monachus, quandam

31) Eadem inscriptio habetur *libr. XIV. epist.* 107. quamuis edit. ant. leget: *Carthusiæ.*
32) *Nobis innotuit*, c. 4. comp. cit. 4.
33) *Quod, cum*, C. H. et L. sed in C. R. 1. *quod*, deletum est.

a In cod. *Barbatia*: idem episcopo Placen. b *Cap.* 3. *eod. tit. in* 4. *comp.* c *Dicta*, multum, *deest in manuscr. exemplarib.* d Alioquin interdicta est ei, *etc.* e Vicentia. f Intersigna, *vt infr.* intersignis. g Carthusiæ, *al.* Carthusien. ordinis, *in cod. Barbat.* h *C.* 4. *eod. tit. in* 4. *comp.*

mulierem prægnantem, cum qua contraxerat consuetudinem inhonestam, et quæ asserebat, se concepisse ex i eo 34), per zonam arripuerit 35), quasi ludens, ipsa per hoc sic se asserit 36) esse 37) læsam, quod occasione huiusmodi k abortiuit: propter quod idem presbyter, proborum virorum vsus consilio, se ipsum duxit ab altaris ministerio sequestrandum. [*Quare nobis humiliter supplicastis, vt cum eo agere misericorditer dignaremur.*] Nos vero deuotioni vestræ insinuatione præsentium respondemus, quod, si nondum erat viuificatus 38) conceptus, ministrare poterit: alioquin debet 39) ab altaris officio 40) abstinere.

34) *Ab eo*, C. R. 2.
35) *Arripuit*, C. R. 2. et L.
36) *Asserit*, C. R. L. et cit. c.
37) *Fore*, cit. c.
38) Assumsit pontifex interpretationem *Exodi XXI*, 22. ab *AVGVSTINO* in *c.* 8. et 9. *C. XXXII. qu.* 2. probatam, non tamen ex fonte sed ex Septuaginta versione haustam, admodum tamen erroneam. Veram versionem iam suo tempore tradidit HIERONYMVS, quæ docet, non de morte *infantis*, per abortum eiecti, sed *mulieris* legem Mosaicam intelligendam esse, vt *not.* 82 *ad cit. c.* 9. obseruaui. Hæc interpretatio eo magis recipienda, quod distinctio inter fœtum *viuificatum* et *non-viuificatum* naturali rationi aduersa, et fœtus statim vitalis sit post conceptionem, alioquin crescere non possit. Interim hæc distinctio tempore INNOCENTII III. ex auctoritate *dicta* recepta et probata erat, quod ergo deseruit pontifex.
39) *Debebit*, C. H.
40) *Ministerio*, cit. c.

CAP. XXI.

Non imputatur clerico, ciuiliter iustitiam petenti de laico, si iudex in laicum exercet vindictam sanguinis.

IDEM *S. episcopo* 41). (*ann.* 1213.)

Postulasti 42): [*et infra.*] Quæsiuisti præterea 43), vtrum contra quosdam, contemta excommunicationis sententia, debitas ecclesiis decimas subtrahentes, tibi regiam implorare liceat potestatem, cum ad solutionem ipsarum vix absque sanguinis effusione 44) valeant coerceri. Ad quod l [*breviter*] respond. quod, si, te huiusmodi querimoniam 45) simpliciter deponente, rex, cui ad bonorum laudem, [*tandem*] vindictam vero malorum 46), gladius est commissus, in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritiæ aut m malitiæ 47) imputandum.

41) H. e. *Slesuicensi episcopo*, vt ex *libr. XVI. epist.* 21. liquet, et iam obseruaui ad *c.* 14. *X. de for. compet. not.* 70.
42) Quæ huic decretali in *c.* 3. *comp.* 4. *de foro compet.* præmittuntur, vide supra in *c.* 14. *dicto tit.*
43) *Pariter*, cit. c. 3.
44) Non sine institit moribus decimas sibi imponi passi sunt populi variarum gentium, vt Holsati, *teste HELMOLDO libr. I. chron. Slav. c.* 91. apud *LEIBNIT. tom. II. rer. Brunsuic. p.* 614. acriter resistentes monitis GEROLDI, episcopi Lubecensis. Ait *HELMOLDVS*: *His auditis, tumultuosa gens infremuit, dixeruntque, se huic conditioni seruili nunquam colla submissuros, per quam omne pæne Christicolarum genus pontificum pressura subiacent. Præterea hoc adiecerunt, non multum aberrantes a veritate, quod omnes pæne decimas in luxus secularium cesserint.* Tandem tamen opera ducis regisque Daniæ fracta est contumacia Holsatorum. *Slesuicenses* eadem animi obstinatio, idemque studium hoc tributi genus a collibus suis remouendi, quod sine intestino bello iis vix imponi potuit. In primis vero Thuringi adeo restiterunt exactioni decimarum, vt nisi Cæsaris manu militari ad obsequium reduci potuerint. Polonorum, Hungarorum aliorumque populorum idem tædium contra decimas, vt sine *effusione sanguinis* extorsio earum *per regem* fieri non posset. Hinc præuidebat *Slesuicensis archiepiscopus*: adeoque, ne irregularis fieret, pontificem consulendum censuit. Re vera etiam inanis hic fuit metus: quod alioquin reges principesque orthodoxi ad arma, contra hæreticos capessenda, induci imo cogi non possent. Si salus ecclesiæ in exsequutione versatur: effuso sanguinis tistre.
45) *Si te de huiusmodi querimonia*, C. R. ed. ant. et cit. c.
46) *Maleficorum*, cit. c.
47) Dictio, *aut malitiæ*, non sunt in C. R. L. ed. ant. et cit. c.

CAP. XXII.

Homicidium casuale non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa: etiamsi ad cautelam veniam postulauerit.

HONORIUS III. *episcopo Eboracens.* 48) n (*ann.* 1214. Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Exhibita o nobis [*humilis*] Ioannis, clerici, confessio patefecit, quod, cum in puerili esset constitutus ætate, cum quibusdam coætaneis suis ludens, et insequens vnum ex illis, lapidem post eum non animo [*quidem*] lædendi, sed timorem incutiendi proiecit: qui, licet ex proiecto p lapide percussus non fuerit, neque tactus, ad ostium tamen lapidem corruens, et caput offendens, tum propter imperitiam medicantis, tum propter patris incuriam, qui [*ex tunc campestribus*] laboribus et sudoribus ipsum exposuit, [*post XL. dierum spatium*] exspirauit. Quia vero dictus clericus, vt mitigaretur dolor patris defuncti, [*tanquam*

48) *Ebroicens*, c. 1. comp. 5. h. t.

i *Al.* ab eo. k Haiut. l *Al. tua*, ad quod breuiter respondemus. *Rom. c.* 13. m *Hæc duo verba*, aut malitiæ, *desunt in antiqu. exempl.* n Ebriosen. *al.* Ebroicen. o *Vide Tabiensem*, verbo: irregularitas. §. §. 4. *Syluestrum*, verbo: homicidium, 2. qu. 10. p Ex proiecto, in recentioribus contra veterum fidem.

puer

puer inscius ab amicis inductus,] veniam super hoc postulauit ab ipso, tu 49) cum [*hac occasione*] e sacrorum ordinum susceptione repellis: quanquam idem 50) defuncti pater, in extremis laborans, tibi et [*archidiacono tuo, nec non*] presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, et praestito firmauerit iuramento, nihil ipsum in morte filii sui, prout sibi [*plene*] constiterat 51), commisisse. Quare idem clericus [*tam suppliciter, quam humiliter*] postulauit a nobis, vt, cum de [*scientia et vita laudabili commendetur, nec de*] illius obitu laesam habeat conscientiam, dignaremur agere misericorditer 52) cum eodem.

Quocirca [*f. t. per a. f.*] mandamus, quatenus, [*inquisita super his sollicite veritate*,] si constiterit ita esse, ipsum propter hoc a receptione sacrorum ordinum non repellas.

49) *Tu autem*, C. R. 2.
50) *Eiusdem*, ibid.
51) *Constiterit*, ibid.
52) *Misericordiam*, cit. c.

CAP. XXIII.

Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitae, nec fuit in culpa.

IDEM *episcopo et capitulo Veneten.* (*ann.* 1212. c. 3. comp. cit. 5.)

Ioannes, sacerdos a, humili nobis insinuatione monstrauit, quod, cum [*die quadam*] pulsaret campanas, vt, signo dato, conueniret populus fidelium 53) ad diuina, cadens tintinnabulum percussit quendam [*manentem*] puerum coram eo, qui, [*licet vulneratus in capite, per mensem curam recepit medicorum, post mensem tamen*,] cum vulnus esset mortale, decessit. [*Vnde nobis humiliter supplicauit, vt misericorditer agentes cum ipso permitteremus sibi exsequi officium sacerdotis.*] Nos igitur attendentes, quod dicto sacerdoti, qui dabat operam rei licitae, nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos non praeuidit, discretioni vestrae mandamus, quatenus, si [*vobis*] constiterit 54), [*rem*] ita esse, dictum sacerdotem, [*si aliud canonicum non obsistit*,] sacerdotale officium [*fobl. cuiuslibet appellat. obst.*] exsequi permittatis.

53) Exclusis infidelibus, excommunicatis, interdictis similibusque furfuris hominibus, qui hoc signo dato non conuocantur. Est ergo *populus fidelium*, qui in *fide Romanae ecclesiae* eiusque *communione* subsistentium, et *certae ecclesiae* adscripti sunt. Alienae parochiae subiecti non censentur hoc signo conuocati die dominico, imo excludendi *c. 2. X. de paroch.* Pertinet itaque hoc signum eiusque vsus ad *exercitium religionis publicum*, in Germania inter diuersae religionis consortes, ex anno decretorio secundum *instrumentum pacis* aestimandum. Conf. *c.* 10. *X. de priuileg.*
54) *Constiterit vobis*, C. R. 2.

CAP. XXIV.

Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei catholicae, si quenquam percussit, et de interfectione ipsum remordet conscientia, a ministerio altaris abstinere debet.

IDEM *Pelagio* [*dicto Serotino*] *presbytero* 55) b. (*ann.* 1206. Conf. c. 4. comp. cit. 5.)

Petitio tua, nobis exhibita, continebat, quod, cum inimici Dominicae crucis ac blasphemi nominis Christiani, castrum quoddam, in quo morabaris, grauiter inuasissent, exeuntibus inde habitatoribus 56), tam clericis quam laicis, contra eos, ac c inuicem 57) confligentibus, hinc inde occisi quam plurimi exstiterunt 58). Vnde, cum pro eo, quod aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse, [*nobis humiliter supplicasti, vt, quid agere debeas, tibi scribere dignaremur. Quocirca discr. a.*] mandamus, quatenus, si de interfectione cuiusquam in illo conflictu tua conscientia te remordet, a ministerio altaris abstineas 59) reuerenter: cum sis consultius in huiusmodi dubio abstinere, quam temere celebrare.

55) *Episcopo*, C. L.
56) *Inhabitatoribus*, C. H.
57) *Ad vicem*, C. R. 1. *et inuicem*, C. R. 1. L. et c. 4. comp. cit. 5. *adinuicem*, ed. ant.
58) *Exstiterant*, C. R. 1.
59) *Sustineas*, ibid.

CAP. XXV.

Idem dicit, quod cap. Ioannes. *supr. eod. et tantum ponit diuersitatem in facto.*

GREGORIVS IX. (*ann.* 1236.)

Quidam d, vt asseris, ad aedificationem ecclesiae in adiutorium a presbytero euocatus, ruens cum laqueari, quod idem presbyter soluere nitebatur, hac occasione rebus est humanis exemptus: [*et infra.*] Attendentes igitur, quod sacerdos ipse dabat operam licitae rei, studium etiam, quem 60) debuit, diligentiam adhibere, circumstantibus, quibus 61) periculum imminebat, ita tempestiue et alta voce praemonitis, quod et intelligere et fugere potuerunt, inquisitioni tuae taliter respondemus, quod ob hanc caussam, vel quia omnes casus fortuitos, qui praeuideri non possunt, forsitan non praeuidit, non debet quoad officium vel beneficium impediri.

60) *Quantum*, C. H.
61) *Etiam quibus*, ibid.

a *Vide Ioannem de Anania et citatos, supr. eod. tit. cap. ex litteris. libr. 2.* b *Al.* P presbytero. c *Al.* et ita inuicem. d *Praeter doctores vide hic citatos in s. ex littera. libr. 2. supr. eod. tit.*

TITVLVS XIII.

DE TORNEAMENTIS.

CAP. I.

Torneamenta fieri non debent; et vulnerato in eis conceditur poenitentia, sed, si moritur, denegatur ei sepultura ecclesiastica, si accessit animo pugnandi: secus si accessit alia caussa, vt puta vt debita sibi exigeret. Hoc dicit cum cap. sequ.

Ex concilio Lateran. e (*ann.* 1179.)

Felicis f memoriae [*papae*,] Innocentii et Eugenii 62), praedecessorum nostrorum, vestigiis inhaerentes, detestabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto 63) conuenire solent, et ad ostentationem virium suarum, et audaciae 64) temere congredi 65), vnde mortes hominum et animarum pericula saepe proueniunt, fieri prohibemus. Quodsi quis eorum ibi mortuus fuerit: quamuis ei, poscenti, poenitentia non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura 66).

62) EVGENII II. decretum circa annum DCCCXXIV. in *concilio Remensi c.* 7. publicatum apud *HARDVINVM tom. IV. p.* 1258. intelligendum esse, censet *AVGVSTINVS in not. ad c.* 2. *comp.* 1. *h. t.* Enimuero decreta huius concilii magna ex parte ad EVGENIVM III. spectare, et per falsum EVGENIO II. tributa esse, recte censuit *HARDVINVS cit. l.* Qua de caussa etiam verba, hic relata, exacte conueniunt cum *c.* 12. *concilii Remensis, sub EVGENIO III. c.* 12. anno MCLXVIII. celebrati, ac ab *HARDVINO tom. VI. P. II. p.* 1303. et in *c.* 2. *comp.* 1. *h. t.* relati. Pariter *INNOCENTIVS II. in concil. Remensi c.* 12. anno MCXXXI. celebrato apud *EVNDEM cit. l. p.* 1123. iisdem verbis idem iam constituerat, ad quod *c.* 1. *h. t.* prouocat.
63) *Ex conditione*, ed. ant.
64) *Audaciam*, C. H.
65) *Congrediuntur*, c. 1. comp. 1. h. *t.*
66) Adeo, vt ne quidem ad instantiam regum principumue, imo ipsorum archiepiscoporum pontifex dispensare solitus fuerit, *ne praua illa consuetudo ex hoc incrementum posset suscipere*, vt ait *ALEXANDER III. epist.* 21. *ad archiepiscopum Remensem* apud *MARTENIVM* et *DVRANDVM tom. II. vet. script. et monum. collect. p.* 674. Ceterum *INNOCENTIVS III. in conc. Later. IV.* ex eous ratione torneamenta prohibuit: *quod eo tempore crucis negotium per ea plurimum impeditum fuerit*, plerisque ex proceribus et nobilibus torneamenta et hastiludia expeditioni in terram sanctam praeferentibus.

CAP. II.

Idem dicit, quod in superiori cap.

ALEXANDER III. *Anaten.* 67) *episcopo.* (*ann.* 1170. *Romae.*)

Ad audientiam nostram g noueris peruenisse, quod, cum quidam ad locum, deputatum torneamentis, caussa requirendi [*sua*] debita [*a quibusdam militibus, quos ibi venturos putabat*,] accessisset, [*accidit, vt violenter et inconsiderate ab equo, in quo sedebat, super eum cadente, compressus et mortuus est, sed prius Dominicum corpus suscepit, et sacri olei perunctione vnctus est. Vnde pro eo, quod in torneamento mortem accepit, ei sepultura fidelium prohibetur.*] Nos [*vero*,] attendentes, quod his tantum, [*sicut credimus*,] ecclesiastica sepultura debet interdici, qui, ad torneamenta animo id faciendi tantum accedentes, decedunt ibidem, fraternitati tuae mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod [*praefatus I.*] ad praedictum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi 68) credita, peruenisset, licet ibi fortuito casu obierit, corpus eius dispensatiue 69) h ecclesiasticae 70) tradi facias sepulturae: maxime si Dominicum corpus susceperit, et sacri olei fuerit 71) vnctione perunctus.

67) *Abatensi*, legitur in c. 1. comp. 2. h. t. Rectius *Ambianensi*, vt in margine ad cit. c. 1. notatum est.
68) *Sed animo recipiendi*, cit. c.
69) *Dispensatione*, ibid.
70) *Ecclesiae*, C. H.
71) *Fuit*, ibid.

e *Concil. Later. sub Alex. III. cap.* 20. *refertur in Panorm. libr.* 1. *tit.* 11. *siue c.* 148. f *C.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp. Vide conc. Trid. sess.* 25. *de reform. c.* 19. *Consule B. Thom.* 2. 2. *qu.* 95. *art.* 8. *ad* 3. *argumentum.* g *C.* 1. *eod. tit. in* 2. *comp. Adde citatos in c. praeced. et c.* 1. *supr. de corpore vitiatis.* h *Al.* dispensatiue *al. ita:* dispensatione ecclesiae tradi facias. *Hanc lectionem agnoscit Hostiensis, quam etiam vetustiores aliquot codices praeferunt.*

TITV-

TITVLVS XIV.

DE CLERICIS PVGNANTIBVS IN DVELLO.

CAP. I.

Clericus, iniens duellum, siue obtulerit, siue susceperit, deponendus est: poterit tamen episcopus cum eo dispensare, si mors vel mutilatio membri non sit inde sequuta.

ALEXANDER III. 72) *(ann. 1165. Roma in Campaniam.)*

Porro 73) a, si clericus alicui sponte duellum 74) obtulerit, vel, [*si*] oblatum susceperit [*et subierit*;] siue victor, siue victus fuerit: de rigore iuris est merito deponendus. Sed, quantumcunque eius in hoc grauis sit et enormis excessus, euadere potest depositionis sententiam; si cum ipso suus episcopus duxerit misericorditer dispensandum: dummodo ex ipso duello homicidium, vel membrorum diminutio, non fuerit subsequuta.

72) Refertur hic textus in *append. concil. III. tit. 26. c. 4.* et infra in *collect. decret. Alexandri III. tit. XXI. c. 9. p. 221.* vnde constat, *Salernitano archiepiscopo* hanc decretalem fuisse scriptam, vnde etiam desumtum est *c. 1. X. de corpore vitiat. ordin.*

73) Est hæc decretalis pars c. *licet prater solitum.* Vide supra *c. 7. de homic. vol. et cas.*

74) *Iudicialé* intelligit, quod clericus *actor*, alia probatione destitutus, offerebat, vel oblatum in *iudicio seculari* a reo suscipiebat. Quia enim actor sequebatur forum rei: clericus actor quoque, laicum conueniens, moram iudicii secularis sequi tenebatur. Duella hæc atque ad *iudicia diuina*, quibus veritas in occultis erui posse credebatur, gentes plurimæ referebant, ac quidem probationem per ferrum candens, aut aquam frigidam ac calidam: quæ tamen curia Romana semper improbauit.

CAP. II.

Irregularis est clericus, non solum si ipse interficit per se, sed etiam si pugil, ab eo datus, aduersarium occidat; nec excusat consuetudo: poterit tamen cum eo circa beneficium habendum dispensari.

COELESTINVS III. 75) b *(ann. 1195.)*

Henricus c presbyter, [*lator præsentium*,] nobis humiliter intimauit 76), quod, cum laicum quendam super furto in seculari placito conuenisset, [*sed ipse*,] quia testes sui defecerunt, pugilem 77) secundum prauam terræ consuetudinem introduxit 78), qui reum vsque adeo ictibus 79) [*gladii*] vulnerauit, quod coactus est [*nocte proxima*] exspirare. Quia igitur super hoc nos consulere voluisti; ambiguitatem tuam responsione huiusmodi remouemus, quod tales pugiles homicidæ veri d existunt: nec prædictus sacerdos, licet non ipse, sed alius 80) pro eo in duello pugnauerit, debet in sacris ordinibus ministrare, sicut [*etiam*] tradunt sacrorum canonum instituta. Homicidium autem 81), tam facto quam præcepto, siue consilio, aut defensione non est dubium perpetrari: poterit tamen cum eo circa habendum 82) beneficium misericorditer dispensari 83).

75) *Clemens III.* C. B. 2. et L. Quia litteræ initiales in regestis tantum positæ: hinc *CL.* potuit designare COELESTINVM III. vel CLEMENTEM III.

76) *Ad nos cum litteris tuis humiliter accedens intimauit*, c. 1. comp. 2. h. t.

77) Monasteria et clerici per *pugiles* seu *campiones* decertabant, qui, antequam ad pugnam procederent, iurare tenebantur, eos, pro quibus pugnam suscipiebant, iustam defensionis caussam habere, teste FRESNEO in *glossar. med. Latin. voce: Campio.* Aliquando etiam clerici ipsimet duellum suscipiebant, quale exemplum refertur in *c. 1. X. de corp. vitiat. ordin. vel non.*

78) *Induxit*, cit. c. 1. sed in margine est: *induxit.*

79) *Ictibus*, desideratur in C. B. 1. L. H. et ed. ant.

80) *Aliquis*, cit. c.

81) *Etiam*, C. B. L. et H. sed neutra particula est in cit. c.

82) Sed sine officio, clericis *proprio*, vt tamen officia, clericis *communia*, peragere posset, v. c. in horis canonicis psallendis: verum hoc, quia irregulare erat, non aliter, quam præuia dispensatione, admittebatur.

83) *Poterit . . . dispensari*, cit. c.

TITVLVS XV.

DE SAGITTARIIS e.

CAP. VN.

Excommunicandus est sagittarius et ballistarius contra Christianos. Hoc dicit.

INNOCENTIVS III. 84)

Artem illam f mortiferam et odibilem ballistariorum et sagittariorum aduersus Christianos et Catholicos exerceri de cætero sub anathemate prohibemus.

84) Rectius: INNOCENTIVS II. qui in *concilio Later. II.* anno MCXXXIX. habito, *c. 29.* hanc prohibitionem publicauit. Vide HARDVIN. *tom. VI. P. II. p. 1214.*

TITVLVS XVI.

DE ADVLTERIIS 85) ET STVPRO 86).

CAP. I.

Stuprans virginem tenetur eam dotare et ducere in vxorem: et, si non vult cum ea contrahere, vltra dotem corporaliter castigabitur. H. d. cum cap. sequenti.

In Exodo g.

Si seduxerit quis virginem, nondum 87) desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, et habebit 88) vxorem 89). Si vero 90) pater virginis dare noluerit: reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere 91) consueuerunt.

85) *De adulterio*, C. L.

86) Dictio *et stupro*, non sunt in comp. 3.

87) *Necdum*, C. B. L. et c. 1. comp. 1. h. t.

88) *Vel habebit*, C. B. 2.

89) *Eam vxorem*, C. H. *in vxorem*, ed. ant.

90) *Vero*, non est in cit. c.

91) *Recipere*, C. H.

CAP. II.

Summatum est supra capitulo proximo.

GREGORIVS 92) [*Felici*,] *Sipont.* 93) *episcopo.* (*ann. 591. Romæ in Apuliam.*)

Peruenit ad nos, quod Felix, [*nepos tuus*,] quandam virginem 94) stupro decepit. Quodsi verum est; quamuis esset de lege pœna plectendus: nos 95), aliquatenus legis duritiem mollientes, hoc modo disponimus 96), vt aut 97), quam stuprauit 98), vxorem habeat, aut [*certe*,] si renuendum putauerit 99), [*districtius et*] corporaliter castigatus, excommunicatusque, in monasterio 99*) h, in quo agat pœnitentiam, detrudatur 100), de quo nulla sit egrediendi sine præceptione 1) i licentia.

92) GREGORIVS I. scilicet *libr. II. indict. XI. epist. 42.*

93) *Sipontino*, C. B. 1. et c. 2. comp. cit. 1.

94) *Virginem*, non est in ed. ant. *Englerti, diaconi tui, filiam*, legimus in cit. c.

95) *Nos tamen*, C. B. 2.

96) *Huiusmodi disponendo*, i. e. vt cit. cit. c.

97) *Eam*, C. H.

98) *Stuprauerit*, C. B. 1.

99) Intentio pontificis ergo huc *principaliter* tendit, vt legi satisfaciat, ac stuprator stupratam ducat, aut, si contumax in ducendo est, vt *in subsidium* pœnam sustineat. Omnis lex pœnalis *subsidiaria* est: quia leges non *principaliter* pœnam intendunt, sed potius id, quod iubent primario. Quocirca errant, qui *alternatiuam* fingunt *obligationem*, et stupratori electionem assignant, virum ducere, an stupratæ satisfacere malit. Ante omnia ergo tentandum est quouis modo, etiam per *remedia coactiua*, vt stuprator stupratam ducat. Quæ si effectum ob animi obstinationem non sortiuntur, *in subsidium* pœna et satisfactio stupratæ præstanda. Atque huc etiam tendit sententia vera legis diuinæ *Exod. XXII*, 16. non quidem secundum vulgatam, quæ *c. praced.* relata est, sed secundum ipsum fontem, qui huc redit: *desponsando desponsabit eam sibi in vxorem*, observante SELDENO *de vxor. Hebræa libr. 1. c. 16.* h. e. simpliciter eam ducere vxorem debet. In sequente periodo demum de *dotanda stuprata* agitur, si pater matrimonium cum stuprata admittere nolit. Interim communis error interpretum *alternatiuam* obligationem contra mentem GREGORII I. pretulit, vsumque forensem formauit.

99*) *In monasterium*, ed. Cont.

100) *Retrudatur*, C. B. 2. L. ed. ant. Cont. Pith. gloss. et cit. c.

1) *Sine nostro præceptione*, C. B. 2. et L. *sine præcepto*, ed. Cont.

CAP. III.

Maritus, retinens adulteram coniugem, non peracta pœnitentia, particeps est delicti; secus, si egit pœnitentiam: non tamen debet eam sæpe recipere.

Ex concilio Arelaten. 2) (Conf. c. 3. comp. 1. h. t.)

Si vir, sciens 4), vxorem suam 5) deliquisse, quæ non egerit pœnitentiam 6), sed permanet 7) in fornicatione [*sua*,] vixerit 8) cum illa: [*vir*] reus erit, et eius peccati particeps. Quodsi mulier dimissa 9) egerit pœnitentiam, et voluerit ad virum suum 10) reuerti: debet, sed non sæpe, recipere peccatricem, [*quæ pœnitentiam egit.*]

2) Interpolator decreti etiam hunc textum recitauit *in c. 7. C. XXXIV. qu. 1. et 2.* et quidem ex *libro Pastoris*, cuius auctor HERMES esse dicitur, vt obseruaui ad cit. *c. 7. not. 76.* Quia vero hic liber apocryphis adscriptus est in *c. 3. §. 43. dist. XV.* probabile est, collectores hanc sententiam maluisse tribuere concilio cuidam, quam libro apocrypho, quam AVGVSTINVS in *not. ad c. 3 comp. 1. h. t.* indignum iudicauit, vt, postquam illam legerit, iterum legeret. Nec mirandum, PIVM in *c. 21. de conf. dist. III.* ita scripsisse: *istis temporibus HERMES doctor fidei et scripturarum effulsit inter nos.* quia hæc non sunt verba PII, sed PSEVDO-ISIDORI.

4) *Sciuerit*, cit. c. 3.

5) *Suam*, ibid. non legitur.

6) *Et non egerit pœnitentiam mulier*, ibid.

7) *Permanens*, C. H. *et manet*, cit. c.

8) *Et vixerit*, ed. ant.

9) *Dimissa fornicatione*, C. H.

10) *Suum*, non est in cit. c.

a *C. 1. eod. tit. in 1. compilat.* b *Al.* Clemens tertius. c *C. 1. eod. tit. in 2. compil. Vide concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 19.* d *Al.* vere, *sed recentiores.* e Sagittariis et ballistariis, in *cod. Barbar.* f *C. 1. eod. tit. in 1. comp.*

g *Exod. 22. et cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* h Monasterium. i *Al.* præcepto.

CAP. IV.

Maritus propter suspicionem potest accusare vxorem de adulterio, et in accusando praefertur caeteris.

Ex concilio Parisiensi 11) a. (Conf. c. 5. comp. cit. 1.)

Maritis etiam 12) ex [*sola*] suspicione 13) vxores accusare permissum est: et ipsi plus caeteris de adulterio et accusare possunt et defendere.

11) In *c. 5. comp. 1. h. t.* inscriptio haec est: *ALEXANDER III. Parisiensi episcopo.* Neque enim hoc c. in vllo conciliorum Paris. deprehenditur.
12) *Aeterm*, C. H.
13) Depromta haec sententia est ex *l. 30. C. ad L. Iul. de adult.* et *l. 7. C. de repud.* vt tamen maritus, qui suspectam retineret, et accusare nollet, non esset lenocinii reus. *l. 2. C. ad L. Iul. de adult.*

CAP. V.

Ad solam mulieris confessionem, asserentis, se commisisse adulterium cum sacerdote, non debet sacerdos puniri; sed sibi infamato potest indici purgatio: quam si praestiterit, absoluitur, deficiens vero suspenditur ab officio.

ALEXANDER III. 14) (*ann. 1173.*)

Significasti nobis b, quendam presbyterum cum alterius coniuge [*instinctu diabolico*] inter 15) ecclesiam [*frequenter, sicut asseris,*] dormiuisse, quae [*vtique*] se et illum cuidam sacerdoti huiusmodi delictum confessos fuisse, publice tibi dexerit, et hoc ipsum idem sacerdos, nomen adulteri celans, in praesentia tua dixit 16). Super quo 17) quid fieri debeat, cum, negante adultero, mulier in confessione persistat 18), [*ab apost. sede*] consilium requisisti. Ideoque mandamus 19), quatenus condignam poenitentiam praefatae imponens adulterae, ecclesiam [*praelibatam*] per aspersionem aquae benedictae reconciliare procures 20). Praedicto autem sacerdoti, ne, contra c apostolum, infirmorum corda mala fama ipsius percutiantur 21), et ne vituperetur ministerium nostrum, neque securiores presbyteri existentes in peccatum licentius 22) prolabantur, cum vicinis quinque 23) presbyteris, quos se nolle peierare cognoueris, iuxta arbitrium tuum purgationem indicas. Quem, si purgare se poterit 24), in officio suo ministrare permittas: alioquin 25) ab officio suo ipsum suspendere non postponas.

14) Supplenda est inscriptio ex *append. concil. Later. P. L. c. 21. Carnotensi episcopo.* Infra in *coll. decret. ALEXANDRI III. tit. XXI. c. 7. p. 220.* erronee legitur: *Introuenensi episcopo.* additur tamen: *in registro XIV.* vel, vt legitur in *append. conc. cit. l. ex libro XIV. registri*, vt haec decretalis in anno MCLXXIII. scripta videatur.
15) *Intra ecclesiam*, ed. Cont. Pith. et c. 6. comp. cit. 1.
16) *Dicitur proposuisse*, cit. c.
17) *Super quibus*, ibid.
18) *Existat*, C. R. 1.
19) *Nos igitur iuxta sanctorum patrum decreta volumus, vt dignam* etc. cit. c.
20) *Per asperf. aquae sanctificando reconcilies*, ibid.
21) *Percutiatur*, C. R. 1. et L. in quo n deletum est.
22) *Libentius*, C. H.
23) In cit. c. non sunt particulae: *cum - quinque*.
24) *Qui si purgare se potuerit*, ibid.
25) *Si vero non potuerit*, ibid.

CAP. VI.

Coniux coniugem de adulterio impetere non potest, si et ipse adulterium commisisse conuincatur.

INNOCENTIVS III. 26) *Turon.* 27) d *archiepiscop.* (*ann. 1214.*)

Intelleximus e, [*tam ven. f. n. Pictauiens. episcopi, quam per ea, quae coram dil. f. A. subdiacono et capellano nostro, super hoc auditore concesso, proposita pro partibus exstiterunt,*] quod, cum S. laicus 28) H. 29) vxorem suam a maritali consortio [*sine caussa rationabili*] depulisset, [*et idem episcop.*] dioecesanus eorum, audiens, [*mulierem*] eandem cum quodam adultero fornicari, eam et illum vinculo excommunicationis adstrinxit: quae, tandem adulterum 30) abiurans, absolutione recepta, coram episcopo memorato praedictum virum sibi restitui postulauit. At ille, obiiciens ei adulterium 31), et quod ab ipso non expulsa 32), sed spontanea recessisset, restitutionem sui proposuit [*ei esse*] minime faciendam; quod mulier [*memorata prorsus*] inficians replicauit in ipsum, quod fuerat fornicatus, [*et de fornicatione sobolem procrearat: propter quod tali exceptione vti non poterat contra ipsum. Cum autem, vtrique parti probandi hoc facultate concessa, praefata mulier per quosdam testes eiusdem viri adulterium probauisset, quos vir ipse dicebat, tanquam minus idoneos, reprobandos: eandem ab eo ad nostram praesentiam fuit appellatum.*] Quocirca [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus, nisi tibi constiterit, vel per euidentiam rei 33), vel per confessionem legitimam mulieris, quod adulterata sponte 34) fuisset, adulterii 35) etiam, quod vir dicitur commisisse, probatione cessante, ipsum recipere compellas eandem. Quodsi praedicto modo de mulieris fornicatione constiterit, nisi testes, per quos viri adulterium est probatum, fuerint reprobati; cum matrimonii ius in vtroque laesum 36) f consistat, et paria delicta mutua compensatione tollantur; nihilominus eum cogas, vt eam recipiat, et maritali affectione pertractet: alioquin mulieri [*praedictae*] silentium imponere non postponas.

26) Depromta est haec decretalis ex *libr. XI. epist. 70.* anno XI. regiminis scripta.
27) *Tullen. ep.* ed. Cont. *Turon.* Pith.
28) *Helendus laicus*, C. R.
29) In *cit. epist.* legitur: *Helisabeth*, *vxorem*.
30) *Adulterum*, C. H.
31) *Eum, qui dicebatur eius adulter*, c. 1. comp. 3. h. t.
32) *Compulsa*, C. B. 1. *repulsa*, C. B. 2.
33) *Facti*, C. H. et in L. additur: *vel per euidentiam facti.*
34) Haec particula deest in C. H. et edit. ant. imo in ipsa *epist. 70. cit.* et *dicto c. 1.* in quibus ita textus legitur: *quod taliter adulterata fuisset.*
35) *At ille, huiusmodi et obiiciens adulterium, de quo prolem genuisse dicebat eandem, et quod* etc. cit. c.
36) *Laesum*, omittitur in C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.

CAP. VII.

Non debet separari matrimonium, quoad torum, propter adulterium, quando ambo coniuges fuerunt adulterati.

IDEM *episcopo Ambian.* 37) g (*ann. 1214.*)

Tua fraternitas h requisiuit [*a nobis,*] vtrum, aliquo deneganti vxori suae, in adulterio deprehensae, debitum coniugale, si postmodum ipse cum alia perpetret adulterium manifeste, [*et vxore agente poenitentiam de commisso et veniam humiliter postulante, vir*] cogi debeat, vt eandem maritali affectione pertractet: [*et infra.*] Super quo [*tibi*] taliter 38) respond. quod, cum paria crimina compensatione mutua deleantur, vir huiusmodi [*de*] fornicationis obtentu, suae vxoris 39) nequit consortium declinare.

37) Desumta est haec decretalis ex *libr. XI. ep. 101.* ad *episcopum Abrincensem*, non Ambiensem, vt C. R. 1. habet, scripta.
38) *Tibi taliter*, C. R. 1. *tibi*, ed. gloss.
39) *Vxori*, C. R. 1.

TITVLVS XVII.

DE RAPTORIBVS, [*praedonibus,*] INCENDIARIIS ET VIOLATORIBVS ECCLESIARVM 40).

CAP. I.

Ratione rapinae sortitur quis forum non sui iudicis, et ab eo poterit puniri, proprio iudice suffragante.

Ex concilio Melden. 41) i (*in Gallia.*)

De illis autem, qui [*intra parochiam beneficium, aut hereditatem habent, et alterius episcopi parochiani sunt, et*] de loco ad locum iter faciunt, et ibi rapinas et depraedationes peragunt, placuit, vt ab illius loci praelato 42) excommunicentur, nec ante ex parochia illa 43) exeant, quam digne, quae perpetrarunt, emendent: quorum excommunicatio [*seniori eorum et*] proprio episcopo significanda est, ne eos recipiat 44), antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerint 45) k, et omnia plene emendent.

40) *De raptoribus et incendiariis*, C. R. 1. et ed. gloss. *de raptoribus, praedonibus et incendiariis et violatoribus ecclesiarum*, C. H.
41) Interpolator hunc canonem etiam decreto inseruit *c. 5. C. VI. qu. 3.* et quidem paullo plenius, quam hoc loco. Loquitur autem canon hic de his, qui intra *parochiam* seu *dioecesin episcopi* habent *beneficium*, aut *hereditatem.* Ex hoc opposito liquet, per *beneficium* hic intelligi *feudum*, cui olim opposuerunt *hereditatem*, seu bona auita aut allodialia. Inscriptio ipsa est in edit. Pith. omissa.
42) Verb. *ab illius loci praelato*, non sunt in c. 1. comp. 3. h. t.
43) *Illa*, ibid. non legitur.
44) *Recipiant*, est ibid.
45) *Fecerunt*, C. R. L. H. et cit. c.

CAP. II.

Manifestus raptor, vel ecclesiae violator, si restituit, vel de restituenda cauet, in vita et in morte ad poenitentiam, et ad sepulturam admittitur. Si vero noluit cauere, cum posset, et in morte non potest; clerici eius sepulturae interesse non debent: et clerici, interessentes vel iniungentes poenitentiam contra hanc dispositionem, deponuntur ab officio et beneficio.

EVGENIVS III. 46) (*ann. 1150. Romae.*)

Super eo l vero, [*quod de raptoribus, et ecclesiarum violatoribus atque presbyteris, qui eis poenitentiam iniungere, vel eorum oblationes contra statutum nostrum suscipere attentauerint, a nobis communi deliberatione statutum est in concilio, cum fratr. nostr.*] statuimus [*in constitutione ipsa,*

46) Supplenda est inscriptio ex *collect. decret. Alex. III. tit. 30. c. 1. p. 214.* et *append. ad concil. Later. III. tit. 34. c. 1.* hoc modo: *EVGENIVS III. vniuerso clero.*

a *Burch. l. 16. decr. c. vlt.* etiam tribuit *concilio Parisiensi cap. 3.* b *Cap. 8. eod. tit. in 1. compil.* et *post conc. Later. p. 50. cap. 21.* c *1. Cor. 8. et 2. cap. 6.* d Tullen. episcopo. e *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.*

f *Dicto*, laesum, *deest in cod. Vatican. et aliis cod.* g Ambien. h *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* i *Concil. Meldense c. 2.* vt refert *Burch. libr. 11. decr. cap. 45.* et *Ivo p. 14. c. 109.* *Habetur cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* k Fecerunt. l *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.*

sancto-

sanctorum patrum vestigia subsequentes, auctoritate Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli pariter confirmamus, statuentes,] vt quicunque ex his [*raptoribus,*] qui [*in vrbe, suggerente diabolo,*] violenter surrexerint in rapinam, siue ecclesiarum violationes 47), manifeste fuerit deprehensus 48), nisi prius ablata restituat, si poterit, vel emendandi firmam et plenam securitatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegetur. Si vero vsque ad obitum, [*quod absit,*] in contumacia sua durauerit 49), et in extremis positus, remedium pœnitentiæ humiliter postulauerit, si emendationem, vel emendandi securitatem præstiterit, [*ac fideiussores, qui ablata restituere debent, idoneos dederit:*] ei pœnitentia et sepultura ecclesiastica concedantur 50). Qui autem in sanitate obstinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, et in morte securitatem [*ac fideiussores, sicut diximus,*] præstare nequiuerit, sollemnitas pœnitentiæ 51) parum prodesse videtur, sicut credimus: sed de *a* peccato contrito 52) viaticum 53) non negetur 54), ita tamen, vt nullus clericorum sepulturæ illius intersit 55), nec eius eleemosynam præsumat 56) accipere. Quodsi qui presbyterorum vel clericorum 57) contra hoc 58) in vita vel in morte pœnitentias dare, aut sepulturæ [*illorum*] interesse, vel eorum 59) eleemosynas accipere attentauerint 60), seu huiusmodi rapinæ participes inuenti fuerint: ordinis sui damnum irrecuperabiliter 61) patiantur, et ecclesiastico beneficio careant.

47) *Violatione*, C. H. *subtraxerint, in rapina, siue in ecclesiarum violatione,* c. 5. comp. cit. 1.
48) *Comprehensus*, C. B. 1. *deprehensus est vel a modo fuerit*, cit. c.
49) *Perdurauerit*, C. H.
50) *Concedatur*, C. B. 1. L. et cit. c.
51) Loco harum duarum vocum in cit. c. est: *pœnitentiam.*
52) Verb. *de peccato contrito*, ibid. non habentur, addit vero CONTIVS: *corde.*
53) *Viaticum* hoc loco non *eucharistiam, sed absolutionem a peccatis*, et reconciliationem designasse videtur, secundum ea, quæ notaui ad *c. 7. C. XXVII. qu. 6. not. 63.* et *ad c. 13. cit. l. not. 0.*
54) *Denegatur*, C. B. 1.
55) Quamuis enim viaticum moribundus in sensu altero acceperit: nondum tamen plene restitutus fuerat: quod demum per admissionem ad *eucharistiam* fiebat, qua hoc casu priuabatur, vt cit. *not. 63.* obseruaui.
56) *Præsumant*, C. H.
57) Diction. *vel clericorum*, desunt ibid.
58) *Contra statuta nostra*, cit. c.
59) *Eorum*, a C. B 1. abest.
60) *Attentauerit*, C. B 1. et cit. c. *tentauerit*, L.
61) *Irrecuperabilis*, C. B. 2.

CAP. III.

Excommunicari debent, qui capiunt vel spoliant fideles, ex iusta caussa nauigantes. **H. d. primo.** ***Excommunicati sunt spoliantes naufragium patientes: nisi ablata restituant.*** **Hoc secundo.**

Ex concilio Lateranen. III. *b* (*ann.* 1179.)

Excommunicationi 62) [*quoque*] subdantur, qui Romanos, aut alios Christianos, pro negotiatione, vel aliis honestis caussis nauigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt. Illi etiam 63), qui Christianos, naufragium patientes, quibus secundum regulam fidei auxilio esse tenentur, damnata 64) *c* cupiditate spoliant 65) rebus suis, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se nouerint subiacere.

62) Quæ in concil. huic decretali præmittuntur, sunt in *c. 6. X. de Iudæis.* Sed ipsum initium huius decretalis in concilio ita sonat: *excommunicationis quoque pœnæ subdantur.*
63) *Illi autem*, C. H.
64) *Damnanda*, est in c. 5. comp. cit 1.
65) *Spoliauerint*, C. B. 2. *spoliare præsumunt*, cit. c.

CAP. IV.

Ex principis delegatione possunt prælati de raptu, et aliis criminibus iudicare: pœnam tamen sanguinis infligere non possunt.

ALEXANDER III. *Panorm. archiepisc.* (*ann.* 1180.)

In archiepiscopatu *d* tuo [*dicitur contingere*] quandoque 66), [*quod*] Sarraceni mulieres Christianas et pueros rapiunt, et eis abuti præsumunt, et quosdam etiam interdum occidere non verentur 67). Cum autem excessus huiusmodi [*carissimus in Christo filius noster, illustris*] rex Siciliæ [*W.*] tibi et aliis episcopis 68) commiserit puniendos: [*quid de Sarracenis agendum sit, qui fuerint in tam nefario scelere intercepti, tua nos duxit prudentia consulendos: super quo*] consult. t. t. resp. quod tales, in iurisdictione tua existentes 69), pecuniaria poteris pœna mulctare, et etiam flagellis afficere 70), ea moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si vero ita fuerit [*super hoc*] grauis [*Sarracenorum*] excessus, quod mortem vel detruncationem 71) membrorum debeant sustinere: vindictam [*ipsam exercendam*] reserues 72) regiæ potestati.

66) *Liguntam*, C. R. 1.
67) *Occidunt*, c. 3. comp. cit. 1. loco dictionum: *occidere non verentur.*
68) *Personis ecclesiasticis, quæ pontificale sunt prædita dignitate*, ibid.
69) *Quod, si tales in iurisdictione tua sunt, vel in posterum fuerint intercepti, eos pecuniaria* etc. ibid.
70) *Affligere*, C. B 1. et H.

71) *Truncationem*, C. L.
72) Vulgatum est, episcopum, delegatum etiam a iudice seculari, pœnam criminalem, ad sanguinis supplicium vergentem, quæ eminenter *criminalis* vocatur, delinquenti sub *pœna irregularitatis* decernere non posse. Et quamuis BONIFACIVS VIII. prælatis concesserit, vt magistratus in suis territoriis et diœcesibus, ad caussas criminales peragendas et decidendas, sine irregularitatis formidine constituere queant, *c. 3. ne cler. vel mon. se secul. negot. immisc. in 6.* haud tamen iis datum est, vt immediate et per se pœnas sanguinis delinquentibus dictare possent.

CAP. V.

Incendiarius ecclesiæ, in morte pœnitens et absolutus, in cœmeterio sepelitur: et heredes compellantur ad satisfaciendum, iuxta facultatem defuncti. **Hoc dicit.**

IDEM *e* *Claromonten. episcopo* 73). (*ann.* 1180.)

In litteris tuis, [*quas I. lator præsentium, detulit,*] continebatur *f*, quod, cum II. 74) multis fuisset criminibus irretitus, qui ecclesiarum incendium 75), diabolo instigante, commiserat, tandem in [*vltima*] ægritudine constitutus, [*confessus est, se peccatorem, et,*] accepta pœnitentia de commissis, per manum capellani sui fuit a sententia anathematis absolutus, sed moriens ecclesiasticam sepulturam habere nequiuit. Quapropter, si ita res se habet, [*fraternitati tuæ per a. s. præc.*] mandamus, vt corpus eiusdem [*patris I. supra dicti,*] appellatione cessante, facias in cœmeterio sepeliri, et heredes eius moneas et compellas, vt his, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxta facultates suas condigne satisfaciant, vt sic a peccato valeat liberari 76).

73) *Archiepiscopo*, C. B. 1.
74) *Pater eius*, c. 6. comp. cit. 1.
75) *Excidium*, C. B. 2. *quæ per appositionem ignis ecclesiarum excidium*, cit. c.
76) Hæc verba absque manifesta contorsione non possunt ad *heredes*, in plurali designatos, referri, sed vnice respiciunt *incendiarium*, cuius proxime in verbis: *quibus ille per incendium vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat*, mentionem fecit, sinemque ostendit, quam ob caussam heredes ad damnum resarciendum teneantur, videlicet, *vt sic a peccato valeat liberari*: quia peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum. *c. 5. X de vsur.* Habet vero præterea hæc obligatio heredum ad restituenda damna, a defuncto per delictum data, fundamentum *in recta ratione*, quæ vult, vt, ex cuius persona quis commodum sentit, etiam ex illa incommodum tanquam æs alienum sentiat, obseruante GROTIO *de iur. bell. et pacis libr. III. c. 2. §. 1.* Idem quoque confirmat IO. PONTAS *in diction. casuum conscient. tom. II. in art. heredit. cas. 25.* Atque inde quoque effectum est, vt eo facilius hæc sententia ad fora secularia transire potuerit. Accedit, quod iuris antiqui Saxonici articulum hunc: *quod heres non teneatur respondere de furto vel spolio, perpetrato per illum, cui succedit in hereditate*, damnauerit GREGORIVS XI. in bulla, ad CAROLVM IV. *anno* MCCCLXXIV. directa, atque forsan effecerit, vt eo facilius in fora Germaniæ plerisque recipi potuerit hæc decisio. Ceterum GREGORIO XI. hanc bullam vindicandam, et articulos, per hanc reprobatos, non esse ex aliquo concilio desumtos, sed ad denunciationem, pontifici, contra assertorem iuris Saxonici, a RVDOLPHVM BLOCKIVM, factam, damnatos, demonstraui *tom. V. iur. eccles. ad h. t. §. 135. p. 252. nouiss. edit.*

CAP. VI.

Raptus non dicitur, vbi volens pro matrimonio abducitur: raptor tamen cum rapta matrimonium contrahere potest: et post consummationem matrimonii alter, sine consensu alterius religionem ingredi non potest. **H. d. cum cap. sequenti.**

LVCIVS III. 77) *Burgen.* 78) *episcopo.* (*ann.* 1181. *Romæ.*)

Cum caussam 79) *g*, quæ inter E. 80) militem, [*latorem præsentium,*] et vxorem eius vertitur, [*tuæ commisissemus experientiæ terminandam: E. miles repetens, mulierem legitime sibi nupsisse, per probationes canonicas constanter se asserit probaturum. Femina quoque proposuit, quod dominorum et parentum suorum suggestione alteri viro tradita, ob illius militis amore diuertit, qui a parentibus prius rapuit eam, illa tamen nolente, vt dicitur, et postmodum, priusquam eam cognosceret, desponsauit, deinde inclusa est in monasterium monialium, vbi etiam detinetur. Vnde, quoniam super his prudent. t. duxit sedem apostol. consulendam, significatione præsentium tibi*] respondemus, quod, cum ibi raptus dicatur admitti *h*, vbi

77) *Alexander III.* C. B. 2.
78) *M. Burgensi*, habet edit. ant. *Nuinbergensi*, c. 4. comp. cit. 1. edit. Cont. et Pithœana, sed mendose. *Neuburgensem* in Germania episcopatum substituendum esse, censet GONZ. *ad h. c.* vel potius: *Naumburgensem*, qui etiam passim *Neuenburgensis*, vel *Naumburgensis* vocatur, vnde forsan nata est erronea lectio: *Nuinbergensi.*
79) *Cum caussa*, C. R. L. ed. ant. Cont. et Pith. sed vitiose.
80) C. R. 1. legit: *R.* sed C. B. 2. habet: *O.*

a *In recentioribus*: sed de peccato contrito corde viaticum, etc. *b* *Sub Alex. III. c. 24. §. excommunicationis quoque. et sup. c. eod. tit. in 1. comp.* *c* Damnanda, *in concilio.* *d* *C. 3. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Later. part. 50. c. 48.*

e Claromonten. *f* *C. 6. eod. tit. in 1. compil.* *g* *C. 4. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 24.* *h* Committi.

 nil

nil ante de nuptiis 81) agitur, iste raptor dici non debet; cum habuerit mulieris assensum 82), et prius eam desponsauerit 83), quam cognouerit: licet parentes [*forsitan*] reclamarent a, a quibus eam dicitur rapuisse 84). Praeterea cum post matrimonium, carnis commixtione perfectum, teste apostolo b, vxor sui corporis potestatem non habeat 85), sed maritus, et e conuerso; si praecessisse matrimonium, vel ex probationibus viri [*canonicis,*] vel ex mulieris confessione claruerit: post matrimonium 86) c fine assensu viri non potuit [*femina*] ipsa monasterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergo pro eo, quod post matrimonium consummatum rapta per vim in monasterio 87) fuerit, viri 88) poterit consortium declinare: maxime si 89) probari nequeat, virum, vt mulier profiteretur continentiam, assensisse d.

81) Nam secundum *l. 1. C. Theod. de rapt. virg.* in propriam sponsam raptus non fieri dicebatur, quem sententiam pontifex hic sequutus est. Ab hac quidem recessisse creditur IVSTINIANVS in *l. vn. C. eod.* Si modo vera lectio: *sponsam suam*, esset, quae vix ex antecedentibus defendi potest. Augeri enim crimen hoc censet, si quis *alienam uxorem* rapuerit, quod mox extendit ad *sponsam*, dicens: *quibus adnumerauimus etiam eum, qui saltim sponsam suam per vim rapere ausus fuerit*, vbi legendum foedet contextus: *sponsam non suam seu alienam*. Vt sensus sit, non tantum in *vxore aliena rapta* hoc crimen augeri, sed sufficere etiam, si *sponsa non sua sit*, quae iam alteri matrimonio destinata.
82) *Consensum*, C. R. 2. et L. per totum.
83) *Desponsauit*, C. L.
84) Verb. *a quibus eam dicitur rapuisse*, in cit. c. non habentur.
85) *Habet*, C. H.
86) *Postmodum*, C. R. L. H. ed. ant. gloss. et cit. c.
87) *De monasterio*, C. R. L. et cit. c.
88) *Eius*, cit. c.
89) *Dummodo*, ibid. loco partic. *maxime si*.

CAP. VII.

Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, vbi dabitur libera facultas in contrahendo.

INNOCENTIVS III. *episcopo Saronen.* 90) e (*ann.* 1201.)

Accedens f ad apost. sedem 91): [*et infra.*] Rapta puella legitime contrahet 92) cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum, et, quod ante displicuit, tandem incipiat complacere: dummodo ad contrahendum legitimae sint personae.

90) *Glaconensi*, habet *c. 1. comp. 3. h. t.* vel potior *Cracouiensi*, vt in margine AVGVSTINVS adnotauit.
91) Verba, hic omissa, supra in *c. 24. X. de praeb.* relata sunt, vbi decretalis haec in suo integritate adducta est.
92) *Contraheret*, C. R. 1. et L.

TITVLVS XVIII.
DE FVRTIS.

CAP. I.

Breue est, et non summatur.

In Exodo g.

Qui furatur hominem, et vendiderit *eum* 93), conuictus *noxae* 94), morte moriatur.

93) *Eum*, abest e C. R. L. H. ed. ant. et gloss.
94) *Noxae*, ibid. non habetur.

CAP. II.

Furibus et latronibus, in peccata obeuntibus, sacramenta ecclesiastica deneganda sunt: secus, si in morte eos poenituit.

Ex concilio Triburien. 95) (*ann.* 845.)

Fures et 96) latrones si in furando vel depraedando occiduntur 97): visum est, pro eis non esse orandum. Sed 98) si comprehensi, aut vulnerati, presbytero vel diacono confessi fuerint: communionem eis 99) non negamus.

95) Interpolatus etiam hic canon decreto est, et quidem post *c. 30. C. XIV. qu. 1.*
96) *Vel*, C. H.
97) *Occiduntur*, C. R. 2.
98) *Sed*, non est in c. 4. comp. 1. h. t.
99) *Et sepulturam eis*, C. H.

CAP. III.

Committens furtum ex necessitate, non multum vrgente, peccat, sed non grauiter: vnde imponenda est ei leuis poenitentia. H. d. secundum communem intellectum.

Ex poenitentiali Theodori.

Si quis h propter necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus 100); poeniteat hebdomadas tres: et, si reddiderit, non cogatur ieiunare.

100) *Si quis pro necessitate furatus fuerit cibaria vel vestem, vel pecus per famem, aut per nuditatem: poeniteat etc.* c. 5. comp. cit. 1.

CAP. IV.

Non indicans furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, reus peccati est.

HIERONYMVS *super parabolas* i. (Prou. XXIX.)

Qui cum fure partitur, occidit 1) animam suam. Non fur solum k, sed ille reus tenetur, qui, furti conscius 2), quaerente possessore, non indicat.

1) *Odit*, c. 6. comp. cit. 1.
2) Quae de caussa monitoria ecclesiastica ad effectum reuelandi intuitu horum potissimum proponuntur, vt indicat formula consueta: *eosdem malefactores, conscios et participantes, scientesque debita non reuelantes, in his scriptis excommunicamus iubemusque, vt eosdem, sic a nobis excommunicatos, palam et publice denuntietis.*

CAP. V.

Fur occultus potest post restitutionem et poenitentiam ad sacros ordines promoueri.

ALEXANDER III. *Cremonen. episcopo.* (*ann.* 1170.)

Ex litteris l tuis, [*si bene meminimus, auribus nostris*] innotuit, [*et dilecti filii I. subdiaconi nostri, diligens relatio patefecit,*] quod B. [*lator praesentium.*] calicem quendam, in ecclesia minus caute dimissum 3), rapiens, longo tempore detinere 4) praesumpsit. [*Postea tamen poenitentia ductus presbytero in confessione excessum suum humiliter et reuerenter aperuit, et ecclesiae iuxta eiusdem presbyteri consilium, prout dignum fuit, exinde satisfecit. Vnde quoniam propter hoc ipsum eum fraternitatis discretio dubitat ordinare: prudentiae tuae per a. s. praec.*] mandamus, quatenus, si [*praedictus B.*] sponte 5) confessus fuerit [*huiusmodi praesumtionis excessum,*] et exinde ecclesiae, cuius calix fuerat 6), satisfecerit, nec est super hoc nota vel infamia manifesta respersus, post peractam poenitentiam, aut congruam partem poenitentiae, dummodo alias idoneum ipsum esse cognoscas, ad sacros ordines non dubites promouere.

3) Post voc. *dimissum*, in c. 7. comp. cit. 1. leguntur haec verba: *inuenit, quem licet auaritiae cupiditate rapuerit, et insipienter longo tempore detinuerit.*
4) *Retinere*, C. R. 2.
5) *Spontanea voluntate sui animi*, ab. c.
6) *Fuerit*, C. L. et cit. c.

TITVLVS XIX.
DE VSVRIS m.

CAP. I.

Vsura est lucrifacere fructus rei pignoratae: fallit in casu, hic excepto.

ALEXANDER III. *in concil. Turon.* 7) *c.* 2. (*ann.* 1180.)

Plures n clericorum, [*et, quod moerentes dicimus, eorum quoque, qui praesens seculum professione vocis et habitu reliquerunt, a canonibus vsuras, quasi manifestius damnatas, exercentes, commodata pecunia indigentibus, possessiones eorum in pignus accipiunt, et prouenientes fructus percipiunt vltra sortem. Idcirco*] generalis concilii decreuit 8) auctoritas, vt nullus [*a modo,*] constitutus in clero, vel hoc, vel aliud genus vsurae exercere praesumat. Et si quis alicuius possessionem, data pecunia, sub hac specie, vel o conditione 9), in pignus acceperit; si sortem suam, deductis expensis, de fructibus iam percepit 10): absolute possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet: eo recepto, possessio libere ad dominum reuertatur. Quodsi post huiusmodi constitutum 11) in clero quisquam exstiterit 12), qui detestandis vsurarum lucris insistat; ecclesiastici officii periculum patiatur: nisi forte ecclesiae beneficium 13) fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laici videatur.

7) *Alexander Winton. episcopo*, C. H.
8) *Decernit*, c. 1 comp. 1. h. t.
9) Verb. *vel conditione*, in C. R. 1. L. H. ed. ant et cit. c. omittuntur.
10) *Perceperit*, C. R. L. H. et ed. gloss.
11) *Constituta*, cit. c.
12) *Consisterit*, C. R. 1.
13) Sub *ecclesiae beneficio* hic sine dubio intelliguntur *decimae*, ceu liquet ex *c. 4. C. l. qu. 4.* a laicis possessae, quas iudicio recuperatorio persequebantur episcopi et clerici, monachi vero hac occasione eas monasteriis acquirere nitebantur. Agitur quidem in cit. *c. 4. de redemtione earum*; sed hic de alio genere *redimendarum decimarum* limitatio adducta videtur. Prohibita videlicet clericis et monachis erat in concilio Turonensi *antichresis*, hac tamen adiecta limitatione: nisi haec vergeret ad *redemtionem decimarum*. Qui enim hoc modo recuperabant per indirectum decimas, ecclesiae debitas: illam admiserunt. Neque enim postea debitoribus integrum erat, eas, soluto debito, redimere, sed hi exceptione *mutuae possessionis* repellebantur: quo ipso monasteria plerasque decimas *de manu laicorum* ad se trahebant. Sed ecclesiastice eum conuenientius iudicabant pontifices, eas possideri a monasteriis potius, quam laicis.

a Reclamauerint. b 1. Cor 7. c *Al.* Postmodum sine, etc. d Consensisse. e Laronien Glaconien. *forte*: Glaconensi, *sed vt plerumque legitur*: Laronien f C. 1 *eod. tit* in 3. comp. g Exod 21. *et cap.* 1 *eod. tit.* in 1. *compil.* *Vide Ioann. de Ananta.* h *Cap.* 5. *eod. tit.* in 1. *comp.*

i *Prouerb.* 29. *et cap.* 6. *eod. tit* in 1. *compil.* k *Al.* tantummodo. l *Cap.* 7 *eod. tit.* in 1. *compil.* m *Vide B. Thom.* 2. 2. qu. 78 n *Cap* 1. *eod tit.* in 1. *compil et post concil Lateran part.* 16. *c.* 9. o *Haec duo verba desunt in omnibus antiquis eod. Gregor.*

CAP.

CAP. II.

Idem in effectu dicit cum praecedenti cap. sed addit tacite idem esse in laicis. Nam in praecedenti capite tantum fuit facta mentio de clericis.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo et eius suffraganeis. (ann. 1180.)*

Quoniam a non solum viris ecclesiasticis, sed etiam quibuslibet aliis periculosum est vsurarum lucris intendere: auctoritate [*tibi*] praesentium duximus iniungendum 14), vt eos 15), qui de possessionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem [*suam*,] deductis expensis, [*inde iam*] receperunt, ad eadem pignora restituenda fine vsurarum 16) exactione ecclesiastica districtione compellas *b*.

14) *Tibi duximus respondendum*, C. a. 1.
15) *Vt facias tibi clericos tuos - - - compellere*, c. 4. comp. cit. 1.
16) *Vsurarum*, desideratur ibid. et in priori conc. edit.

CAP. III.

Manifesti vsurarii ad communionem altaris et ecclesiasticam sepulturam, et oblationem offerendam admitti non possunt: et clerici, contra hoc facientes, puniuntur, vt hic dicitur.

IDEM c *in concilio Later. III. (ann. 1179.)*

Quia in omnibus fere locis ita crimen vsurarum inualuit, vt multi, aliis negotiis praetermissis, quasi licite vsuras exerceant, et qualiter vtriusque testamenti pagina condemnetur 17), nequaquam attendant: ideo constituimus 18), quod 19) vsurarii manifesti, nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam, sed nec obligationes eorum quisquam accipiat. Qui autem acceperit 20), vel Christianae tradiderit sepulturae, et [*et*] quae acceperit, reddere compellatur, et, donec ad arbitrium episcopi sui satisfaciat 21), ab officii sui maneat exsequutione suspensus.

17) *Condemnetur*, c. 2. comp. cit. 1.
18) *Statuimus*, C. R. 1.
19) *Vt*, C. R. 1. L. H. ad. gloss. cit. c.
20) *Receperit*, C. R. 2.
21) *Satisfecerit*, C. H.

CAP. IV.

Potest intelligi dupliciter, primo in mutuante, secundo in recipiente vsuras, et secundum primum intellectum hoc dicit: Etiam pro opere pio non licet vsuras recipere, quando per receptionem datur caussa vsurae committendae. H. d. Vel sic et clarius: *Non licet inducere quem ad exercendum vsuras etiam pro pio opere.* Et ista lectura colligitur ex decisa.

IDEM *Panormitano archiepiscopo. (ann. 1180.)*

Super eo d vero, [*quod a nobis tua deuotio postulauit, vtrum possit in recipienda pecunia ad vsuram dispensatio fieri, vt pauperes, qui in Sarracenorum captiuitate tenentur, per eandem possint pecuniam liberari, praesentibus litteris tibi*] respondemus, quod, cum vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri 22) non videmus: quia, cum scriptura sacra prohibeat, [*vel*] pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus est quis, vt 23) etiam pro redimenda vita captiui, vsurarum crimine inuoluatur.

22) *Aliquam non videmus adhibendam*, c. 3. comp. cit. 1.
23) *Ne*, ast in ed. ant. Cont. Pith. et cit. c. quod vltimum tamen omittit partic. *etiam*.

CAP. V.

Vsurarii, qui sunt soluendo, coguntur per poenas Lateran. concilii vsuras restituere, etiam quas ante concilium receperunt: et facultatibus non exstantibus debent possessiones, emptae ex pecunia foenebri, vendi, et debentibus recipere satisfieri.

IDEM *Salernitano archiepiscopo. (ann. 1180.)*

Cum tu, [*sicut asseris*,] manifestos e vsurarios, [*scil. qui in illo peccato decesserint*,] iuxta decretum nostrum, quod nuper in concilio promulgatum est, communione altaris, et ecclesiastica praeceperis sepultura priuandos, donec reddant 24), quod tam praue receperant: quidam eorum [*dicunt, ad soluendas perceptas vsuras proprias non sufficere facultates. Alii vero promittunt partem vsurarum, quas habent prae manibus, reddituros. Sed vsuras alias, quas extorserunt, cum de his possessiones comparatae sunt, et eorum filiis vel parentibus traditae, se non posse reddere confitentur. Alii vero*] ad excusandas *f* excusationes in peccatis, impudenter 25) affirmant, illas duntaxat vsuras restituendas, quae sunt post interdictum nostrum receptae, [*nec aliquos ad soluendas vsuras, quas ante interdictum nostrum receperant, debere compelli.*] Super his frat. t. t. r. quod, siue ante, siue post interdictum nostrum vsuras extorserint, cogendi sunt per poenam, quam statuimus in concilio, eas his, a quibus extorserunt, vel eorum heredibus restituere, vel, his non superstitibus, pauperibus erogare; dummodo in facultatibus habeant, vnde ipsis 26) *g* possint eas restituere: cum iuxta verbum B. Augustini *h*, *non remittitur 27) peccatum, nisi restituatur ablatum.* Illi autem, qui non habent in facultatibus, vnde vsuras valeant restituere, non debent vlla 28) *i* poena mulctari: cum eos nota paupertatis 29) euidenter excuset. Possessiones vero, quae de vsuris comparatae sunt 30), debent vendi, et ipsarum pretia his, a quibus vsurae sunt extortae, restitui: vt sic non solum a poena 31) [*illa*,] sed etiam a peccato possint, quod per vsurarum 32) extorsionem incurrerant, liberari.

24) *Reddatur*, c. 5. comp. cit. 1.
25) *Imprudenter*, ibid.
26) *Ipsas*, C. R. L. et H. *vnde ipsas restituere possint*, cit. c.
27) *Remittatur*, C. H.
28) *Illa*, alt. c.
29) *Paupertas*, C. L. et ed. ant.
30) Aliis scilicet bonis deficientibus. Si aliunde restitui possunt vsurae: ad venditionem horum bonorum, ex vsuris acquisitorum, non est deueniendum. Quomodo enim demonstrabitur, haec vel illa bona ex vsuris esse comparata? Hypotheca vero tacita, quam quidam hoc casu fingunt, plane ex hoc textu erui nequit.
31) *Poena illa*, C. R. L. et H.
32) *Vsurarum*, C. H.

CAP. VI.

Vendens rem plus, quam valeat, quia solutionem differt, peccat: nisi dubium sit, an tempore solutionis erit valor rei variatus, et venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit. H. d. secundum communem intellectum.

IDEM *Genuen. 33) k archiepiscopo. (ann. 1173.)*

In ciuitate tua 34) *l* dicis saepe contingere, quod, cum 35) quidam piper, seu cinnamomum, seu alias merces comparant, quae tunc vltra quinque libras non valent 36) et promittunt [*per publicum instrumentum*,] se illis, a quibus illas merces accipiunt, sex libras statuto termino soluturos. Licet autem 37) contractus huiusmodi ex tali 38) forma non possit censeri nomine vsurarum; nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt: nisi dubium sit, merces illas plus minusue solutionis tempore 39) valituras. Et ideo ciues tui saluti suae bene consulerent 40), si a tali contractu cessarent: cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.

33) *Ianuen*, C. R. L. H. ed. ant. et c. 8. comp. 1. h. t.
34) Quae huic cap. in decretali integra praemittuntur habes in c. 4. *X. de spons. duor.* et c. 9. *X. de despons. impuber.*
35) *Cum*, desideratur in c. cit. 8.
36) *Non valebant*, est ibid.
37) *A te*, ibid.
38) *Tali*, desideratur in C. R. L. H. ed. ant. et c. cit.
39) *Tempore, quo pretium debent recipere*, cit. c.
40) *Consulunt*, ibid.

CAP. VII

Vsurarius monitus, non desistens, si clericus est, ab officio et beneficio suspendatur: si laicus, excommunicatur.

IDEM 41). *(ann. 1175.)*

Praeterea 42) *m* parochianis tuis vsuras recipere 43) [*omnimodis*] interdicas 44): [*quia vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestatur.*] Qui 45) si [*monitis vestris*] parere contempserint, si clerici sint 46); eos ab officio beneficioque suspendas 47): si laici [*fuerint*,] vsque ad dignam satisfactionem ipsos vinculo excommunicationis adstringas 48).

41) Integra decretalis refertur infra in *coll. decret.* ALEXANDRI III. *c. 2. tit. 54. p. 306.* cuius pars *praesens cap.* est, sed sine speciali inscriptione. Inde quoque factum, vt ea careat *c. 23. X. de testib.* quod itidem ex hac Alexandrina decretali decerptum.
42) Est hoc cap. lacinia decretalis: *Licet vniuersis*, cuius partes sunt in cit. *c. 23. X. de testib.* et c. 8. *X. de Iudaeis.*
43) *Vestras vsuram accipere*, c. 9. comp. cit. 1.
44) *Interdicatis*, ibid.
45) *Quodsi*, ibid.
46) *Sunt*, C. R. 1. L. H. ed. et cit. c.
47) *Suspensos cum litteris, rei veritatem continentibus, ad praesentiam nostram mittere non differatis*, cit. c.
48) *Constringatis*, ibid.

CAP. VIII.

Fructus rei pignoratae computari debent in sortem, et excipit vnum casum.

IDEM *abbati et fratrib. S. Laurentii 49). (ann. 1176.)*

Conquestus est *n* nobis C. 50) clericus, [*praesentium lator, quod, licet de quadam terra, quam pater suus vobis obligauit, sortem cum fructibus*] deduxeris...

49) Probabile est, hic intelligi *monasterium S. Laurentii* ordinis Benedictini, extra muros sedi apostolicae immediate subiectum, quod in *tara* nomine *abbatiarum* a TAMBVRINO *tomo 1. de iur. abb.* *subiecta*, mox ab initio ante ordinem alphabeticum, memoratur. Nullum enim obstaculum in tenore huius cap. occurrit, quo minus intelligi queat: quin potius, quia per *simplicem querelam* haec caussa ad pontificem delata est, credere par est, hoc ideo factum, quia immediate sedi Romanae subiectum fuit.
50) C. R. 1. H. et c. 10. comp. cit. 1. habent: *G.* sed C. R. 2. legit: *H.* et in L. est: *E.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp.* b Compellatis. c Idem *scil.* Alexand. III. *in concil. Lateran. c. 25. et c. 2. eod. tit. in 1. comp.* d *C. 3. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Lateran. sub Alexand. III part. 16. cap. 3.* e *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.* f *Sumantur haec ex Psalmo 140.*

g *Al. ita: vnde possint restituere.* h *Epist. 54. ad Macedonium.* i *Al.* non solum a poena illa. k Ianuensi. l *C. 8. eod. tit. in 1. comp.* m *C. 9. eod. tit. in 1. comp.* n *C. 10. eod. tit. in 1. comp.*

 deductis

deductis expensis, receperatis, terram tamen ipsam, non sine derogatione vestræ salutis, honestatis, et famæ, nihilominus detinetis. Inde est, quod] discret. v. [*per a. s. praec.*] mandamus, quatenus 51), si terram ipsam titulo pignoris detinetis, et de fructibus eius sortem [*vestram*] excepistis, prædictam terram clerico memorato, [*dilat. et app. cess.*] reddatis, [*et in pace et quiete dimittatis:*] nisi [*forte*] terra ipsa de feudo sit monasterii vestri.

51) *Quatenus*, non est in ed. ant.

CAP. IX.

Heres, vsurarii filius vel extraneus, vsuras, extortas per defunctum, restituere compellitur.

IDEM *episcopo Placentino.* (*ann.* 1177.)

Tua nos *a* duxit frat. consulendos, quid sit de vsurariorum filiis obseruandum, qui eis, in crimine vsurarum defunctis, succedunt, aut de extraneis, ad quos bona vsurariorum asseris deuoluta. Tuæ igitur quæstioni litteris præsentibus respondemus, quod filii ad restituendas vsuras ea sunt districtione cogendi, qua parentes sui 52), si viuerent, cogerentur. Id ipsum etiam contra heredes 53) extraneos credimus exercendum.

52) *Sui*, deest in C. H. ed. ant. et c. 11. comp. cit. 1.
53) Fundamentum huius decisionis supra adiatum est *in c. 4. X. de raptor. not.* 76. Nouam enim *criminis* speciem in vsurarum exactione constituit ius canonicum, rapinæ æquiparandam, adeoque idem, quod de heredibus delinquentium constitutum, huc quoque translatum est.

CAP. X.

Mutuans ea mente, vt vltra sortem aliquid recipiat, tenetur in foro animæ ad illud restituendum, si ex hoc aliquid consequutus est. Idem in non dante parabolam iuramenti, nisi aliquid inde recipiat. Et idem in vendente rem plus, quam valeat: quia differt solutionem.

VRBANVS III. [*Brixiensi presbytero.*] (*ann.* 1186.)

Consuluit *b* nos tua deuotio, [*in quo sacerdotalis officii sollicitudinem commendamus,*] an ille in iudicio animarum quasi vsurarius debeat iudicari, qui non alias mutuo traditurus, eo proposito mutuam pecuniam credit 54), vt, licet omni conuentione cessante, plus tamen sorte recipiat. Et vtrum eodem reatu criminis inuoluatur, qui, vt vulgo dicitur, non aliter parabolam 55) iuramenti concedit, donec, quamuis sine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat 56). [*Item,*] et an negotiator *c* pœna consimili debeat condemnari, qui merces suas longe maiori pretio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris 57) *d* temporis dilatio prorogetur, quam si ei in continenti pretium persoluatur 58). Verum quia, quid in his casibus tenendum sit, ex euangelio Lucæ manifeste cognoscitur, in quo dicitur *e*: *date mutuum, nihil inde sperantes:* huiusmodi homines pro intentione lucri, quam habent, cum omnis *f* vsura et superabundantia prohibeatur in lege, iudicandi sunt male agere, et ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

54) *Credidit*, C. L.
55) Solebant mutuum dantes sub fide iurata restitutionem mutui promittere, quæ hic exprimi videtur per *parabolam iuramenti.* Quia enim *parabola* generaliter stilo medii æui *sermo*, vulgo *parole* dicitur, obseruante CANGIO in *glossar. med. aet. hac voce: parabola iuramenti* est assertio vel promissio iurata, quam concedere vel admittere is dicebatur, cui *fides* iurato fiebat.
56) *Perciperat*, C. B. 1. L. et ed. gloss.
57) *Prolixi*, C. B. 2. L. H. ed. ant. et c. 12. comp. cit. 1.
58) *Et sanator*, C. H.

CAP. XI.

Manifestus vsurarius, appellans ad subterfugiendum restitutionem, audiendus non est.

INNOCENTIVS III. *prælatis* 59), *in regno Franciæ constitutis.* (*ann.* 1198.)

Quam *g* perniciosum [*sit vitium vsurarum, discretionem vestram non credimus ignorare; cum præter constitutiones canonicas, quæ in earum odium emanarunt, per prophetam detur intelligi, eos, qui suam dant pecuniam ad vsuram, a tabernaculo Domini repellendos, et tam in nouo, quam in veteri, testamento prohibitæ sint vsuræ: cum ipsa veritas præcipiat: mutuum date, nihil inde sperantes: et per prophetam dicatur: vsuram et omnem superabundantiam non accipies. Inde est, quod vniuersitati vestræ per apost. sed.*] mandamus, quatenus manifestos vsurarios, [*eos*] maxime, quos vsuris publice renuntiasse constiterit, cum aliquis eos conuenerit 60) de vsuris, nullius permittatis 61) appellationis 62) subterfugio se tueri.

59) Integra inscriptio ex *libr. 1. epist.* 399. hæc est: *archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prælatis, in regno Franciæ constitutis.*
60) *Conuenit*, c. 1. comp. 3. h. t.
61) *Permittas*, C. B.
62) *Appellationis*, desideratur in cit. c.

a C. 11. eod. tit. in 1. comp. Vide Couarr. 3. var. res. c. 3. b C. 12. eod. tit. in 1. comp. c Vide Sotum l. 6. de iust. et iur. qu. 4. art. 1. et Syluestr. verbo. vsura. 2. qu. 1. d Prolixi, in antiqu. cod. e Luc. 6. f Verba Ezechielis sunt. c. 18. g C. 1. eod. tit. in 3. comp.

CAP. XII.

Per subtractionem communionis Christianorum, et per principes seculares cogendi sunt Iudæi ad vsuras restituendas.

IDEM *Narbonen. archiepiscopo,* [*et suffraganeis eius, comitibus et baronibus, et vniuerso populo, in Narbonensi prouincia constituto.*] (*ann.* 1200.)

Post *h* miserabilem 63): [*et infra.*] Iudæos ad remittendas Christianis vsuras, per [*vos et*] principes et potestates compelli præcipimus seculares. Et, donec eis remiserint, ab vniuersis Christi fidelibus tam [*etiam*] in mercimoniis, quam in aliis, per excommunicationis sententiam, eis iubemus, communionem 64) omnimodam denegari.

63) Recenset hæc decretalis verba, truncata etiam, RAINERIVS in *collect. decret. Innocentii III. tit. 26. apud* BALVZ. *p.* 585. sub hac inscriptione: *Narbonensi archiepiscopo et eius suffraganeis.* Integram decretalem ex SIRLETI *edit.* cum pleniori inscriptione refert GONZAL. quæ in *edit.* BALVZ. deest.
64) *Communicationem*, C. B. 1.

CAP. XIII.

Non obstante iuramento de non repetendis vsuris, per debitorem præstito, potest iudex ex officio suo vsurarium ad restituendas vsuras compellere.

IDEM *Mutinensi episcopo* 65). (*ann.* 1200.)

Tuas *i* dudum [*ex parte tua*] recepimus quæstiones, quod quidam vsurarii [*tuæ diœcesis*] eos, quibus dant pecuniam ad vsuram, præstare faciunt iuramentum, quod vsuras non repetant, et super his, quas soluerint 66), nullam moueant quæstionem. Nos igitur [*inquisitioni tuæ taliter*] respondemus, vt vsurarios ipsos, monitione præmissa, per cens. eccl. appell. remota, compellas, ante vsurarum solutionem ab earum exactione desistere, vel restituere ipsas, postquam fuerint persolutæ: ne de dolo et fraude [*sua*] contingat eos commodum reportare, [*qui ad hoc præstari faciunt iuramentum, quod super vsuras non valeant molestari.*]

65) Pariter hæc decretalis est in RAINERII *collect. cit. l. p. 584. in f.* sub eadem inscriptione.
66) *Soluunt*, C. H.

CAP. XIV.

Non auditur vsurarius, repetens vsuras: nisi prius restituat extortas.

IDEM. (*ann.* 1201.)

Quia *k* frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: statuimus, vt, si quis vsurarius a nobis litteras impetrauerit super restituendis vsuris, vel fructibus computandis 67) in sortem, nisi prius ipse restituerit vsuras, quas ab aliis noscitur recepisse, auctoritate litterarum ipsarum nullatenus audiatur 68).

67) *Non computandis*, C. L.
68) *Nostrarum nullatenus audiantur*, C. H.

CAP. XV.

Conuictus de vsuraria prauitate per formam et alia argumenta, potest manifestari vsurarius, et tanquam manifestus vsurarius compesci, secundum dispositionem Lateranensis concilii.

IDEM *Altissiodoren. episcopo.* (*ann.* 1207.)

Cum in *l* diœcesi 69) tua sint quamplurimi vsurarii, de quibus minime dubitatur, quin sint vsurarii manifesti, contra quos propter timorem potentum 70), qui tuentur eosdem, nullus accusator apparet 71), nec iidem sunt 72) per sententiam condemnati: [*qualiter procedere valeas contra ipsos, oraculum duxisti sed. ap. requirendum. Nos autem*] fraternitati tuæ taliter respondemus, quod, licet contra eos non appareat accusator, si tamen aliis argumentis illos constiterit esse vsurarios manifestos, in eos pœnam, in Later. concilio 73) *m* contra vsurarios editam, libere poteris exercere.

69) Verba hæc decerpta sunt ex *libr. X epist.* 61. anno MCCVII. scripta, quem annum præcedens epistola disertis verbis designat.
70) *Principum et potestatum*, c. 5. comp. cit. 3.
71) *Appareat*, ibid.
72) *Sint*, C. H.
73) In C. L. additur: *statutam*.

CAP. XVI.

Maritus, recipiens pignus pro dote promissa, non tenetur fructus in sortem computare. H. d. et est casus singularis, et alibi non probatur.

IDEM [*electo V. de Octonen.*] (*ann.* 1206. *Romæ.*)

Salubriter *n*: [*et infra.*] Sane, generum ad fructus possessionum, quæ sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in sortem, non credimus compellendum: cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda.

h C. 2. eod. tit. in 3. compil. i C. 3. eod. tit. in 3. compil. k C. 4. eod. tit. in 3. comp. l C. 5. eod. tit. in 3. comp. Vide Arctinum in § ex maleficiis. inst. de actionib. m Lat. concil. sub Alex. III. c. 25. quod refertur in c. quia in omnibus, supr. eod. tit. n C. 1. eod. tit. in 4. compil. Vide Couarr. 3. var. res. c. 2. num. 3.

CAP.

CAP. XVII.

Repetens usuras non auditur, nisi restituat extortas per se, vel per alium, a quocunque caussam habeat.

IDEM *episcopo Bonon. (ann. 1206. Romae in Angliam.)*

Michael laicus a suam nobis querimoniam destinauit, quod M. 74) et quidam alii Bonon. ciues multa extorserunt ab eo, et a patre suo, cuius heres exstitit 75), nomine usurarum. [*et infra.*] Attentius prouisurus, ne auctoritate nostra in negotio procedas eodem, nisi dictus conquerens restituerit, vel adhuc restituat, si quas aliquando ipse, vel pater eius extorsit usuras.

74) In c. 2. comp. 4. h. t. est: *N.*
75) *Exstitit*, ibid.

CAP. XVIII.

Etiam Iudaei compellendi sunt ad restituendas usuras, extortas a Christianis, et ad soluendas decimas vel oblationes de eorum possessionibus.

IDEM *in concilio generali, c. 67. (ann. 1216.* Conf. c. 3. comp. 4. h. t.)

Quanto amplius Christiana religio ab exactione compescitur 76) usurarum, tanto grauius super his 77) Iudaeorum perfidia insolescit *b*, ita, quod breui tempore Christianorum exhauriunt 78) facultates. Volentes igitur in hac parte prospicere 79) Christianis, ne a Iudaeis 80) immaniter 81) aggrauentur, synodali decreto statuimus, vt, si 82) de cetero, quocunque praetextu Iudaei a Christianis graues immoderatasue usuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter. Vnde Christiani, si opus fuerit, per cens. eccl. app. postposita, compellantur ab eorum commerciis abstinere. Principibus autem iniungimus 83), vt propter haec 84) non sint Christianis infesti, sed potius a tanto grauamine studeant cohibere Iudaeos. Hac eadem poena Iudaeos 85) decernimus 86) compellendos, ad satisfaciendum 87) ecclesiis, pro decimis et oblationibus *c* debitis, quas a Christianis de domibus et possessionibus aliis percipere consueuerant, antequam ad Iudaeos quocunque titulo deuenissent: vt sic ecclesiae conseruentur indemnes.

76) *Compellitur*, c. 3. comp. cit. 4.
77) *Super huiusmodi*, C. R. 2.
78) *Exhauriuntur*, cit. c.
79) *Prouidere*, C. R. 1.
80) Diction. *a Iudaeis*, desiderantur in cit. c.
81) *Tenaciter*, ibid legitur.
82) C. L. addit: *quando.*
83) *Praecipimus autem et iniungimus*, cit. c. sed incongrue.
84) *Hoc*, C. R. L. et H.
85) *Ipsos*, C. L.
86) *Decreuimus*, C. R. 1. H. et ed. ant.
87) *Satisfaciendum*, C. R. 1.

CAP. XIX.

Vsurarius est, qui a debitore recipit aliquid ultra sortem: etiamsi suscipiat in se periculum. H. d. primo. *Non est usurarius emptor rei minus iusto pretio, si tunc verisimiliter dubitetur, an tempore solutionis plus vel minus sit res valitura.* H. d. secundo. *Propter dubium excusatur is, qui ex eo, quod differt solutionem pretii, vendit rem plus, quam valeat, si non erat eam alias venditurus.* Hoc dicit tertio.

GREGORIVS IX. *fratri R. (ann. 1236. Romae.)*

Nauiganti *d* vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniae quantitatem, eo, quod 88) suscipit 89) in se periculum, recepturus aliquid vltra sortem, vsurarius est censendus 90). Ille quoque, qui dat X. solidos, vt alio tempore totidem sibi grani, vini vel olei mensurae reddantur, quae licet tunc plus valeant, verum plus vel minus solutionis tempore fuerint valiturae, verisimiliter dubitatur, non debet ex hoc vsurarius reputari. Ratione 91) huius dubii etiam excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum vel alias merces vendit, vt 92) amplius, quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem: si tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus.

88) *Pro eo, quod*, C. R. L. H. ed. ant. et Gonz.
89) *Suscepit*, ed. Pith.
90) GONZAL. *ad h. c.* lectionem negatiuam: *vsurarius non est censendus*, retinet, simul tamen a §. innuit, ei repugnare codicum omnium MSCtorum fidem, simulque affirmatiuam propositionem inde deduci propugnatque. Nihilominus ipse tenor decretalis huius suadet euincitque, *negatiuam* omnino retinendam esse. Etenim tres casus recenset pontifex, in quibus vsuraria prauitas non committitur, et primus quidem concernit *foenus nauticum*: alterum hoc modo eidem adiungit: *ille quoque qui - - - non debet ex hoc vsurarius reputari.* Adeo arcte hunc cum priori casu coniungit, vt palam sit, idem hoc casu iuris esse, quod in priori allatum fuerat. Codices MSCti quidem repugnant: plus tamen ipsius tenoris et dispositionis connexio ponderis habet.
91) *Quia ratione*, C. H.
92) *Quod*, ibid.

a *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil* b Insolescit, *in cod. Barb. id est, crescit.* c *Hodie Iudaei non possunt habere bona immobilia, per extrau. Paul. III. et Pii V. pontif. Maximi in cap. multorum supr. de Iudaeis.* d *Vide etiamque in cap. in ciuitate. supr. eod. tit. et Sotum de iust. et iure, l. 6. qu. 4. art. 2.*

TITVLVS XX.
DE e CRIMINE FALSI 93).

CAP. I.

Testis falsidicus tres laedit, Deum, iudicem, et partem: et falsus est non solum, qui mendacium dicit, sed etiam, qui veritatem occultat.

AVGVSTINVS 94).

Falsidicus testis tribus personis est obnoxius, primum 95) Deo, cuius praesentiam contemnit; inde 96) iudici, quem mentiendo fallit: postremo innocenti, quem falso testimonio laedit. Vterque *f* reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit: quia et ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat.

93) *De falsariis*, C. R. 1. comp. 2. et 3.
94) Interpolatum quoque hoc caput ex decreto GRATIANI in c. 80. C. XI. qu. 3. circa cuius inscriptionem iam notatum est, illud tractum esse ex ISIDORI scriptis.
95) *Primo*, C. H.
96) *Deinde*, C. R. 1. ed. ant. et c. 2. comp. 1. h. t.

CAP. II.

Sententia, lata per falsas litteras, non debet exsequutioni mandari.

LVCIVS III. *Vigorien.* 98) g *episcopo. (ann. 1181.)*

Super eo 99) *h* [*autem,*] quod sententiam, auctoritate litterarum falsarum latam, noluisti exsequutioni mandare 100), tuam [*plurimum*] prudentiam commendamus, mandantes, vt quoties aliqua scripta, sub nomine nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem, et, quod per ipsas mandatum fuerit, non obserues: sed eum, qui praesentauerit 1), retineri facias diligenter.

98) *Vigorn.* C. R. et L.
99) In C. R. 1. additur: *vero.*
100) *Demandare*, C. R. 2.
1) *Eas praesentauerit*, C. R. 1.

CAP. III.

Clericus, falsans sigillum principis, deponitur. Item ei character imprimitur, et in exsilium mittitur.

VRBANVS III. *(ann. 1186.)*

Ad audientiam *i* nostram, te significante, peruenit, quod, cum quosdam [*peruersos*] clericos, qui falsauerunt 2) sigillum [*carissimi in Christo filii nostri*] Philippi 3), regis [*illustris*] Francorum 4), carcerali custodiae mancipaueris 5), [*quid vero faciendum sit tibi de ipsis, a sede apostol. duxisti consilium inquirendum. Vnde nos*] frat. t. [*de fratrum nostrorum consilio*] r. vt eis nec membrum auferri, nec poenam infligi facias corporalem, per quam periculum mortis possint incurrere, sed eis, [*prius*] a suis [*propriis*] ordinibus degradatis, in signum maleficii, characterem aliquem imprimi 6) facias, quo inter alios cognoscantur, et prouinciam ipsam abiurare compellens, abire permittas.

2) *Falsauerant*, C. R. L. ed. ant. et c. 2. comp. 1. h. t.
3) *Philippi*, omittitur in C. R. L. H. et ed. ant.
4) *Franciae*, C. R.
5) *Mancipari fecisti*, C. R. 1.
6) C. R. 2. addit: *in fronte*; et in C. R. 1. voces istae superscriptae sunt.

CAP. IV.

Existens in curia litteras apostolicas non recipiat, nisi de manibus papae, vel officialium, ab ipso deputatorum: personae tamen sollemnes per nuntios recipere poterunt, de manibus tamen praedictorum. Contra faciens, si laicus est, excommunicationi subiacet: si clericus, ab officio et beneficio deponitur. Hoc dicit vsque ad §. *Adiicientes.*

INNOCENTIVS III. 7) *(ann. 1198.)*

Dura saepe 8) *k* mandata: [*et infra.*] [*Accidit nuper in vrbe, quod quidam, falsitatis astutiam perniciosius exercentes, fuerint in iniquitatibus suis deprehensi, ita, quod bullas tam sub nomine nostro, quam bonae mem. Coel. papae, p. n. quas falso confinxerant, et quam plures litteras, bullis signatas, inuenerimus apud eos. Nos autem, semper honori Rom. eccl. et vtilitati*

7) Supplenda inscriptio ex *lib. 1. epist. 235. W. Remen. archiepiscopo, sanctae Sabinae cardinali et suffraganeis.* Quamuis vero WILLELMVS, designatus per siglum *W.* fuerit cardinalis episcopus: nihilominus tamen hoc aeuo adhuc *archiepiscopi* titulus praeibat, cardinalis episcopi vero ei postpositus est, vt haec inscriptio docet, et alibi iam ostendi. Obiter autem obseruo, per siglum *W.* WIDONEM intelligi non posse, vt GONZ. *ad h. c.* arbitratur, qui demum ab INNOCENTIO III. anno MCCIV. in demortui WILLELMI locum, ad archiepiscopatum Remensem promotus est, vt VGHELLIVS *in Ital. sacra tom. I. p. 301 sq. edit. nouiss.* docet, adeoque anno regiminis I. ad eum, vt archiepiscopum Remensem, rescribere non potuit INNOCENTIVS III.
8) Ipsum initium huius c. in comp. 3. c. 1. de falsariis ita sonat: *Dura saepe mandata: et infra Nos autem honori etc.*

e *In quodam veteri manuscr.* de falsariis et crimine falsi. f *C.* 80. *qu. 3. c. 80. in ed, Cont.* 97. g Wigoren. h *Cap. 4. eod. tit. de re iud. in 2. comp.* i *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* k *C. 1. tit. de falsariis in 3. compil.*

omnium

omnium paterna volentes sollicitudine prouidere, de communi fratr. n. consilio] statuimus, et sub excommunicationis pœna et suspensionis ordinis et beneficii districtius inhibemus, ne quis apud sedem apostol. [*de cetero*] litteras nostras nisi a nobis, vel de manibus illorum a recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Si vero persona 9) tantæ auctoritatis exstiterit, vt ipsam 10) deceat per nuntium litteras nostras recipere: nuntium [*ipsum*] ad cancellariam nostram, vel ad nos ipsos mittat idoneum, per quem litteras apostol. iuxta formam præscriptam 11) recipiat. Si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor exstiterit; si laicus fuerit, excommunicationi subiaceat: si clericus [*fuerit*,] officii et beneficii suspensione damnetur. [*et infra.*]

Per excommunicationis pœnam prouidet, contra non resignantes, nec destruentes litteras falsas intra XX. dies: et absolutio papæ reseruatur, et contra factum non tenet. H. d. Abbas.

§. 1. [*Ad hoc*] adiicientes statuimus, vt generalem excommunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parochias faciatis frequentius innouari, quod, si quis falsas litteras se habere cognoscit 12), intra viginti dies litteras illas aut destruat, aut resignet, si pœnam excommunicationis voluerit euadere: quam, nisi forsan in mortis articulo, sine speciali mandato nostro, a quoquam nolumus relaxari. Nec, etiamsi præsumpta 13) fuerit contra hoc absolutio, quicquam habeat firmitatis: [*ne forte post tempora nostra falsitas, in tantum occulta, cuiquam valeat præiudicium generare.*]

9) *Aliquis*, ibid.
10) *Vt et ipsam*, C. L. *vt ipsam*, ed. ant. et cit. c.
11) *Formam ecclesiæ iude præscriptam*, C. B. 1. *scriptam*, ed. ant.
12) *Cognoscat*, C. L.
13) *Præsumtum*, C. B. 1.

CAP. V.

Ponit nouem modos falsandi litteras papales.

IDEM *archiepiscopo* 14) *et canonicis Mediolan.* (*ann.* 1198.)

Licet b ad regimen, [*apost. sedis, quæ, dante Domino, vniuersarum ecclesiarum mater est et magistra, insufficientes nos vita et scientia reputemus; quantum tamen nobis Dominus in sua miseratione concesserit, ab his proposuimus abstinere, per quæ nobis possit merito derogari; quanquam ex infirmitatis humanæ defectu non sic formam perfectionis semper et in omnibus imitari possimus, quin aliquid aliquando in nostris subrepat operibus, quod minus circumspectæ prouidentiæ valeat imputari: quod tamen non ex industria vel scientia certa, sed interdum ex ignorantia vel nimia occupatione contingit. Ceterum cum easdem litteras, sicut viri prouidi et discreti ad nostram remiseritis præsentiam, vt ex earum inspectione plenius nosceremus, vtrum ex conscientia nostra processissent: plus in eis inuenimus, quam in eis vestra fuisset discretio suspicata. Nam licet in stilo dictaminis, et forma scripturæ aliquantulum cœperimus dubitare; bullam tamen veram inuenimus, quæ primum nos in vehementem admirationem induxit: cum litteras ipsas sciremus de nostra conscientia nullatenus emanasse. Bullam igitur hinc inde diligentius inspectantes, in superiori parte, quæ filo adhæret, eam aliquantulum tumentem reperimus. Et cum filum ex parte tumenti sine violentia qualibet aliquantulum attrahi fecissemus: bulla in filo altero remanente, filum ex parte illa fuit ab ipsa sine difficultate qualibet auulsum, in cuius summitate adhuc etiam incisionis indicium apparebat. Per quod liquido apparuit, bullam ipsam ex aliis litteris extractam fuisse, ac illis per vitium falsitatis insertam: sicut ex litteris ipsius plenius agnoscetis, quas ad maiorem certitudinem vobis duximus remittendas:* et infra.] Vt autem varietates [*huiusmodi*] falsitatis circa nostras litteras 15), [*quas hactenus reprehendimus, vos ipsi de cetero*] deprehendere valeatis: eas 16) vobis præsentibus litteris 17) duximus exprimendas. Prima species falsitatis hæc est, vt falsa bulla falsis 18) litteris apponatur. Secunda, vt filum de vera c bulla extrahatur ex toto, et per aliud filum immissum falsis litteris inferatur. Tertia, vt filum ab ea parte, in qua charta plicatur, incisum, cum vera bulla falsis litteris immittatur 19), [*et*] sub eadem plicatura cum filo similis cannabis restauratum. Quarta, cum 20) a superiori parte bullæ altera pars fili sub plumbo rescinditur 21), et per idem filum litteris falsis inserta reducitur 22) intra plumbum. Quinta, cum litteris bullatis et redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur 23). Sexta 24), cum scriptura litterarum, quibus fuerat apposita vera bulla, cum aqua vel vino vniuersaliter abolita seu deleta, eadem charta cum calce et aliis iuxta consuetum artificium dealbata de nouo rescribitur. Septima, cum chartæ 25, cui fuerat apposita vera bulla, totaliter abolitæ vel abrasæ 26), alia subtilissima charta eiusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutino coniungitur 27). Eos etiam a crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram 28) scienter litteras 29), non 30) de nostra vel bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque, qui, accedentes ad bullam, falsas litteras caute proiiciunt, vt de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facile 31) comprehendi 32): nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In ceteris autem diligens indagator falsitatem poterit [*diligentius*] intueri, vel 33) in adiunctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione: præsertim si 34) bulla non sit æqualis, sed alicubi 35) magis [*sit*] tumida, et alicubi magis depressa.

14) Non archiepiscopo, *sed archidiacono archipresbytero et canonicis Mediolan.* inscripta est hæc decretalis, vt docet *epist.* 349. *libr.* 1. *edit. Baluz.*
15) Verba *circa nostras litteras*, non sunt in c. 2. comp. cit. 3.
16) *Eas*, desideratur ibid.
17) In C. B. 1. additur *nostris*.
18) *Falsis*, in cit. c. non legitur.
19) *Immittatur*, C. B. 1. et ed. gloss. *inseratur*, H.
20) *Quæ*, cit. c.
21) *Rescindatur*, C. L.
22) *Recludatur*, ed. ant.
23) *Immutatur*, C. B. 2. et cit. c.
24) Verb. *sexta* etc. vsque ad dictiones: *eos etiam*, non sunt in cit. c.

25) *Charta*, C. B. 2.
26) *Abolita et abrasa*, ibid.
27) *Conectur*, C. B. L. et H.
28) *Præmissam*, cit. c.
29) *Litteras nostras*, C. H.
30) *Nisi*, cit. c.
31) *De facili*, C. L.
32) *Deprehendi*, cit. c.
33) *Vt vel*, C. B. 2.
34) *Cum*, C. H.
35) *Et alibi*, C. B. 2. L. et ed. gloss.

a Eorum. b *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp. Vide Archidiaconum et Turrecrem. in cap. in memoriam,* 19. *dist.* c Et vera bulla.

CAP. VI.

Falsæ sunt litteræ papales, in quibus episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel vni scribitur in plurali.

IDEM *Attinacen.* d *episcopo* 36). (*ann.* 1212.)

Quam graui e pœnæ subiaceant, [*qui litteras apostolicas falsare non timent, et veras a nobis impetratas litteras occultantes, falsis vti litteris non verentur, fraternitatem credimus non latere. Ad audientiam siquidem nostram ex litteris cariss. in Christo f. n. Wlcan. Diocliæ regis illustris, nec non et tenore litterarum tuarum, quas d. f. L. capellano n. apud Durachium direxisti, noueris peruenisse, quod, cum Dominicus, quondam Suacen. episcopus, qui coram eodem capellano et dil. f. S. subdiacono n. tunc in partibus illis gerentibus legationis officium, fuerat de homicidio accusatus, et in concilio apud Antibaren. pontificalem resignauerat dignitatem, ad nostram olim præsentiam accessisset, a nobis rediens, quasdam tibi litteras præsentauit, quibus offerebat sibi a nobis pontificale officium restitutum:* et infra. *Tu vero, litteris illis fidem adhibens, ven. f. n. G. quem in Suacen. episcopum electum diceris canonice consecrasse, ab eadem ecclesia remouisti, præfato Dominico occasione litterarum falsarum in ipsa ecclesia restituto. Præfatus autem rex, sicut suis nobis litteris intimauit, non credens, litteras illas de nostra conscientia emanasse, tam ipsum Dominicum, quam præfatum episcopum nostro præcepit conspectui præsentari, humiliter petens rescripto apostolico edoceri, quicquid de ipso decreuerimus negotio statuendum.*] Nos vero, litteras, quæ tibi sub nostro nomine præsentatæ fuerunt 37), diligentius intuentes, in eis tam in continentia, quam in dictamine deprehendimus falsitatem. Ac in hoc fuimus [*non modicum*] admirati, quia tu tales litteras a nobis credideras emanasse: cum [*præsertim*] scire debeas, apostol. sed. consuetudinem in suis litteris hanc tenere, vt patriarchas, archiepiscopos et episcopos, *fratres*, ceteros autem reges, principes 38), vel alios [*homines*,] cuiuscunque ordinis [*sint*,] *filios* in nostris litteris appellemus 39). Et cum vni tantum personæ nostræ litteræ diriguntur, nunquam ei loquimur in plurali, vt *vos*, siue *vester*, et his similia in ipsis litteris 40) apponamus 41). In falsis autem litteris, tibi præsentatis, in salutatione *dilectus in* f *Christo filius* vocaberis: cum in [*omnibus*] litteris, quas aliquando tibi transmisimus, te videre potueris a nobis *fratrem venerabilem* appellatum. Propter quod, [*sic te esse volumus in consimilibus circumspectum, vt per falsas litteras denuo nequeas circumueniri vel falli, sed*] sic litteras apost. studeas [*diligentius*] intueri, tam in bulla, filo et charta, quam in stilo, quod veras pro falsis, vel falsas pro veris litteris 42) g modo aliquo non admittas.

36) Integram decretalem conseruauit RAINERIVS *diaconus in coll. decret.* INNOC. *III. tit.* 14. *p.* 574. *edit. Baluz.* quæ ignota fuit GONZALEZIO; vnde inscriptio ita corrigenda: *Idem Antibarensi archiepiscopo in Albania.*
37) *Fuerint*, C. H. *Nos vero, scriptam litterarum falsarum diligentius* etc. c. 3. comp. cit. 3.
38) *Et principes*, C. B.
39) *Appellamus*, C. H.
40) *Litteris*, deest ibid.
41) *Siue vos, siue vester vel his similia in ipsis litteris apponatur*, cit. c.
42) *Litteris*, in C. B. L. ed. ant. et cit. c. non legitur.

d Antinacen. *al.* Antibaren. e *C.* 3. *eod. tit. in* 3. *comp. Et quatenus hic doctores tractant de stilo Rom. curiæ. vide Felin. in c.* 2. *supr. de rescr. et Rom. cons.* 376. *incipiente: Quæstio est.* f *In multis exemplaribus ita:* dilecto in Christo filio, vocabaris. *Hæc clausula inducit præsumptionem falsitatis facit. Alexand. cons.* 46. *in* 3. *volum. Felin. in c. causam* 2. *De test. supr.* g *Dicto*, litteris, *deest in antiquis codicibus.*

CAP. VII.

Qui per se, vel per alios litteras papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus, et clerici officiis et beneficiis priuati sunt, et degradandi et tradendi curiæ seculari, per quam laicus legitime punitur. Qui vero falsis litteris vtitur, si clericus est, officio et beneficio priuatur: si laicus, excommunicatus est. H. d.

IDEM INNOCENTIVS III. 43) *(ann. 1198. Romæ.)*

Ad falsariorum *a* confundendam 44) malitiam, [*iam alia vice retulimus litteras ap. destinasse, in quibus falsitatis modos, ne quis se posset per ignorantiam excusare, meminimus plenius dixisse. Quoniam vero nonnunquam euenit, vt falsas litteras exhibentes, postquam super his fuerunt redarguti, ad excusationem suam dicant, se huiusmodi per alios impetrasse;*] de communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, vt, qui 45) litteris nostris vti voluerint, eas primo diligenter examinent 46): quoniam, si falsis litteris se vsos dixerint ignoranter, eorum sera pœnitentia auitare nequibit 47) pœnas, interius annotatas *b*. Nos enim omnes falsarios litterarum nostrarum 48), qui per se, vel alios 49) vitium falsitatis exercent, cum fautoribus et defensoribus 50) suis anathematis vinculo decernimus 51) innodatos, statuentes, vt clerici, qui 52) falsarii fuerint deprehensi, omnibus officiis et beneficiis ecclesiasticis perpetuo sint priuati, ita, quod, qui per se 53) falsitatis vitium exercuerint, postquam per ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, secundum constitutiones legitimas puniendi: per quam et laici, qui fuerint de falsitate conuicti, legitime puniantur 54). Qui vero sub nomine nostro litteris falsis vtuntur 55), si clerici fuerint 56), officiis et beneficiis ecclesiasticis spolientur; si laici, tamdiu maneant excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter, ita tamen, vt in istis et in illis 57) malitia grauius, quam negligentia puniatur: quod et de his, qui falsas litteras impetrant, statuimus obseruandum 58).

43) Supplenda est inscriptio *ex coll. epist.* *INNOCENTII III. RAINERII Diacono tit XIV. p. 574. edit. Baluz.* haec Decretum eiusdem, *in constitutione Lateranensi ... promulgatum.* Est ergo constitutio generalis ipsius pontificis, ad quam prouocauit pontifex in c. 5. *X. h. t.* in verbis, a RAYMVNDO omissis: *quo contra falsarios de communi fratrum consilio publice constituimus:* vt hoc decretum anno regiminis primo iam publicatum fuisse videatur. Vid. *libr. 1. epist.* 349.
44) *Confutandam*, C. R. 1. et c. 4. comp. 3. cit.
45) *Vt, si qui*, ed. ant.
46) *Eas prius examinent*, cit. c.
47) *Nequeat*, ibid.
48) Ibid. desiderantur verba: *litterarum nostrarum.*
49) *Vel per alios*, C. R. 2.
50) Voc. *et defensoribus*, in C. R. 1. non habentur.
51) *Decreuimus*, C. R.
52) *Vt, quod clerici*, C. R. 2. omisso: *qui.*
53) Verb. *per se*, a C. R. 1. absunt.
54) *Puniantur*, C. L.
55) Verb. *qui vero sub nomine nostro litteris falsis vtuntur*, non sunt in cit. c.
56) *Sint*, C. H.
57) *In aliis*, cit. c.
58) *Faciendum*, C. R. 2.

CAP. VIII.

Non præsumitur quis falsare litteras de simplici institia: nec punitur, si, hoc comperto, destiterit illis vti.

IDEM 59). *(ann. 1198.)*

Accedens *c*: [*et infra.*] Fraternitati tuæ [*per ap. s*] mandamus, quatenus, si litteræ apostolicæ 60), in quibus falsitas fuerit 61) deprehensa, de simplici iustitia formam habeant, cum præsumi non debeat, quod pro 62) talibus litteris, quæ possunt facile obtineri 63), fraudem quis 64) commiserit falsitatis, nec litteris vsus est, postquam eas falsas esse cognouit 65), tu, ei officium beneficiumque restituens, ipsum super hoc vlterius non molestes.

59) Restituenda est inscriptio *ex libr. 1. epist.* 456. *Idem Sipontino archiepiscopo.*
60) *Prædictæ*, c. 1. comp. 4. h. t.
61) *Fuerat*, C. H.
62) *Pro*, in C. R. 2. et ed. gloss. deest.
63) *Quæ de facili possunt a quibuslibet detineri*, cit. c.
64) *Quis*, desideratur ibid.
65) *Cognouit*, deest in C. H.

CAP. IX.

Propter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto, rescriptum non probatur falsum.

IDEM 66). *(ann. 1198.)*

Ex continentia *d*: [*et infra.*] Verum [*nos,*] litteras ipsas, quæ redargutæ fuerant falsitatis 67), diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis inuenimus, nisi paucarum litterarum rasuras, quæ nequaquam sapientis animum in dubitationem vertere debuerunt. Vnde, si vobis constiterit, prædictum R. obligasse se sub periculo caussæ, quod litteras 68) illas falsas esse probaret; cum quilibet ad renuntiandum iuri suo liberam habeat facultatem: ipsi R. super dicta ecclesia silentium imponatis.

66) Inscriptio in *epist. INNOCENTII III. 404. libr. 1.* hæc est: *episcopo Roffensi, archidiacono Bathoniensi et magistro W. de sancta fide canonico Wellen.*
67) *Crimine falsitatis*, C. H.
68) *Litteras*, non est in c. 2. comp. cit. 4.

TITVLVS XXI.
DE SORTILEGIIS 69) *e*.

CAP. I.

Sortilegia pro futuris inueniendis, vel diuinationibus faciendis prohibentur, et contra facientibus pœna imponitur.

Ex pœnitentiali Theodori. *(Conf. c. 1. comp. 1. h. t.)*

In tabulis vel [*in*] codicibus, aut aliis 70) sorte futura 72) non sunt requirenda, [*aut nullus in psalterio vel in euangelio vel in aliis rebus sortiri,*] nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis 73) obseruare præsumat. Qui autem contra 74) fecerit, quadraginta dies 75) pœniteat.

69) *De sortilegiis*, C. R.
70) Diction. *aut aliis*, desiderantur in c. 1. comp. 1. h. t.
72) *Furta*, C. R. L. ed. ant. Cont. et gloss. *furta facta*, H.
73) *Quis*, non est in cit. c.
74) *Contra hoc*, C. L. et H. *quod si fecerit*, cit. c.
75) *Diebus*, C. R. 1.

CAP. II.

Presbyter, qui per inspectionem astrolabii furta requirit, ad tempus suspenditur ab altaris ministerio. Ita communiter summatur; sed in veritate hæc summatio non est indistincte vera: quia acrius potest puniri.

ALEXANDER III. *Graden.* 76) *f patriarchæ. (ann. 1180.)*

Ex tuarum *g* tenore litterarum accepimus, quod V. 77) presbyter, [*lator præsentium, iuuenili leuitate vsus,*] cum quodam infami ad priuatum locum [*immundum spiritum inuocaturus*] accessit. [*Vnde in eum, quia propter hoc infamia laborat, et factum publicum et notorium erat, ab officio et beneficio ecclesiastico suspendisti. Ipse autem coram nobis viua voce proposuit, quod*] non 78) ea intentione, vt vocaret 79) dæmonium, [*ierat,*] sed vt inspectione astrolabii furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperari 80). Verum 81), licet hoc ex bono zelo et [*ex*] simplicitate se fecisse proponat: id tamen grauissimum fuit, et non modicam inde maculam peccati contraxit 82). [*Sed quoniam tutius est in dexteram, quam in sinistram, et in misericordiam, quam in seueritatem, declinare; ipsum f. t. duximus remittendum, monentes atque*] mand. quatenus [*sibi intra septem dies, post harum susceptionem litterarum, ecclesiam cum vniuersis ablatis restituas, et*] talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam 83) imponas *h*, quod per annum et amplius, si tibi visum fuerit, [*ita tamen, quod biennium non excedat,*] eum ab altaris ministerio 84) præcipias abstinere, et extunc liberum sit ei exercere officium sacerdotis.

76) *Graden.* C. R. 2. et c. 3. comp. cit. 1. restitui.
77) *Io.* C. H.
78) *Non tamen*, C. R. 1.
79) *Inuocaret*, C. R. et H.
80) *Recuperare*, C. R. 1. L. ed. ant. et cit. c.
81) *Vnde*, cit. c.
82) *Contraxisset*, ibid.
83) *Pœnam*, C. L. H. et ed. ant.
84) *Ministratione*, cit. c.

CAP. III.

Non solum electio per sortes fieri non debet, sed etiam electiones compromissariorum per sortes assumi non debent.

HONORIVS III. *capitulo Lucan.* 85) *i (ann.* 1212. Conf. c. vn. comp. 5. h. t.*)*

Ecclesia *k* vestra, [*nuper*] episcopo destituta, [*sicut comperimus,*] vos 86), conuenientes in vnum, vt de futuri 87) tractaretis electione pontificis, [*circa modum electionis diuersos incipientes habere tractatus,*] vnum [*tandem*] elegistis ex vobis per sortem, qui tres auctoritate vestra elegit, per quos vice omnium Lucan. 88) prouideretur ecclesiæ

85) *Lucen.* ed. ant. et Cont.
86) *Vos*, desideratur in c. vn. comp. 5. h. t.
87) *Futura*, C. L.
88) *Lucanen.* C. R. 1. *Lucana*, C. R. 2.

---

a *C. 4. in eod. tit. in 3. compil.*
b *Vide l. 2. cum gloss. in vers. et discrim. et Cy. in qu. 1. C. de fid. instr.*
c *C. 1. eod. tit. in 4. comp.*
d *C. 2. eod. tit. in 4. comp.*

e *Al. sortilegia, et non male. Vide tractat. Pauli Grillandi. Adde Alphonsum Castrum l. 1. c. 13. de iust. hær. punit.*
f *Al.* Gradens.
g *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. et post con. Lateran. sub Alex. III. p. 50. c. 6.*
h Pœnam, *habent versiones cod. et plerique manuscripti.*
i Lucens.
k *Vide Felin. in c. capitulum. supr. de rescr. et B. Thom. 2. 2. qu. 95. art 8. et ibi Caiet. ex quo intelliges, cur sortes repellantur in electionibus spiritualibus.*

de pastore; quorum dun tertium, magistrum 89) Ricardum scilicet 90), elegerunt: quod expresse licebat eisdem, secundum traditam a vobis omnibus potestatem. Procuratoribus igitur vestris, super his in nostra præsentia constitutis, nos, tali examenato processu, licet nota non careat, quin imo multa reprehensione sit dignum 91), quod sors in talibus interuenit 92). [*propter prærogatiuam tamen morum et litteras magistri R. concanonici vestri, in quem voto vestro ecclesiæ vestræ præficiendum episcopum concurrerunt, et affectionem, quam ad eandem habemus ecclesiam,*] electionem celebratam de ipso ad gratiam confirmationis admisimus 93), sortis vsum in electionibus 94) perpetua prohibitione damnantes 95).

89) *Magistrum*, in C. R. 1. deest.
90) *Scilicet fibi*, C. H.
91) *Dignissimus*, ibid.
92) *Interuenisset*, C. R 2.
93) *Admisimus*, C. R. 1.
94) *In talibus*, cit. c.
95) Nulla necessitas canonicos adstrinxit in hac specie facti, vt *vsum sortium* adhiberent. Quid vero, *si tota caussa* vrserit iudicium sortis, si duo compatroni diuersos præsentandos designent, et alter alteri cedere nolit? Nihil impedire videtur, quo minus per *sortem* designari possit præsentandus: cum singulorum æquale ius sit, et maiora aliter haberi nequeant.

TITVLVS XXII.

DE COLLVSIONE DETEGENDA 96).

CAP. I.

Accusatore desistente ab accusatione, potest iudex ex officio suo inquirere super crimine illato.

GREGORIVS a *vniuersis episcopis de Corin.* 97) (*ann.* 592. *Romæ.*)

Scripta fraternitatis vestræ relegentes, agnouimus, quod hi, qui contra Hadrianum, [*fratrem et*] coepiscopum (*nostrum,*] aliqua dixerant, modo cum eodem [*episcopo*] in amicitiam conuenissent: [*et magna nobis ad præsens facta est de eorum vnitate lætitia. Sed, quoniam ea, quæ dicta sunt, indiscussa manere non patimur: sedis nostræ diaconum ad ea inuestiganda dirigimus.*] Quia vero nuntiati facinoris qualitas nos vehementer impellit 98), vt ea, quæ audiuimus, dissimulare nullatenus debeamus; præsertim cum accusatores et accusatum inter se fecisse gratiam indicauerint: hoc (*nobis*] necesse est subtilius 99) perscrutari, ne forte non ex caritate, sed ex præmio eorum, sit concordia comparata 100).

96) *Detegenda*, in C. R. 2. H. L. et comp. t. h. c. deest.
97) *Vniuersis de Corinth.* C. H. *Corinth.* C. R. 2. et L. *de Corintho*, c. 1. comp. cit. 1.
98) *Impellit*, C. R. 1. *compellit*, L.
99) *Subtiliter*, C. L.
100) *Ne forte illorum comparata concordia, quod absit, non ex caritate, sed ex præmio facta consisterit*, cit. c.

CAP. II.

Desistente accusatore et accusato, iudex prosequitur.

IDEM 1).

Crimina b, semel audita, Gregorius indiscussa nullo modo præteribat: etiamsi accusatus cum accusatore in gratiam rediisset.

1) Verba hæc non esse GREGORII, sed potius *historici*, res ipsa docet. Illa vero depromta esse ex *IO. DIACONI vita GREGORII lib. IV. c.* 32. obseruat recte *AVGVSTINVS ad c.* 2. *comp.* 1. *h. t.*

CAP. III.

Colludens in caussa beneficiali, priuari debet beneficio.

ALEXANDER III. *Noruicen. episcopo.* (*ann.* 1180.)

Audiuimus c, [*in episcopatu tuo et in aliis episcopatibus Angliæ,*] vsque adeo clericorum malitiam excreuisse, vt interdum, inter se collusione facta super beneficiis, quæ possident, se sustineant ab aliis molestari, et postea, vt quæstioni cedatur 2), et idem clerici beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis soluunt aliis de ipsis beneficiis annuam pensionem, vt post mortem eorum in beneficiis illis 3), super quibus est [*inter eosdem clericos*] collusio facta, ius sibi valeant vindicare. Vnde, [*quia, quid*] tibi [*exinde faciendum sit, nos consulere voluisti, fraternitati t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus, si quos clericos tuæ iurisdictionis per collusionem huiusmodi fraudem legitime tibi constiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, non differas, [*app. rem.*] perpetuo spoliare: quia satis esset indignum [*et absonum,*] si fraus et dolus, quæ in præiudicium sui iuris, et aliorum nituntur committere, in eorum non redundarent incommodum et iacturam.

2) *Cedant*, C. H.
3) *Illis*, deest ibid.

a *Greg. l.* 2. *registr. ind.* 11. *epist.* 18 *c.* 77. *apud Io. Diac. l.* 4. *c.* 32. *de vita Greg. refertur concil. Later. sub Alex. III. part.* 48. *c.* 2. *et cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *comp.* b *C.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.* c *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Lat. sub Alex. III. part.* 28. *c.* 12.

CAP. IV.

Absolutio de criminibus illatis, per collusionem facta, non impedit facultatem iterum accusandi et inquirendi de illis criminibus.

GREGORIVS IX. *Barensi* 4) d *archiepiscopo, et fratri Ioseph, monacho Floren.* (*ann.* 1236.)

In tantum clamor, qui adscendit contra Acherontinum 5) e archiepiscopum 6), inualescit, quod dissimulare ipsum vlterius sine scandalo non valemus 7), nec sine periculo tolerare: [*et infra.*] Licet autem sedes apost. frequentibus 8) clamoribus excitata, inquisitionem quorundam excessuum suorum duxerit committendam: propter tergiuersationes 9) tamen ipsius, vt dicitur, eodem cum inquisitoribus et examinatoribus colludente, nec non corruptis testibus et inquisitoribus, ac examinatoribus supra dictis, non solum prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti 10), verum etiam peiora prioribus committere non expauit. [*et infra.*] Discret. vestræ mandamus, quatenus, si de huiusmodi collusione ac corruptione constiterit, ex integro super præmissis et aliis, alioquin super nouis duntaxat inquiratis, quæ videritis inquirenda.

4) *Varen.* C. R. 2. *Aretinen* ed. ant.
5) *Acherontinum*, C. R. 1. et L. sed C. R. 2. habet: *Archerontinum.*
6) *Episcopum*, ed. ant.
7) *Non valeamus*, ibid.
8) *Frequentius*, C. H.
9) *Tergiuersationem*, ibid.
10) *Incorrupti*, ed. Cont. et Pith.

TITVLVS XXIII.

DE DELICTIS 11) PVERORVM.

CAP. I.

Impuberes præter vitium carnis delinquere possunt: puniuntur tamen mitius, quam adulti.

GREGORIVS 12) f. (*ann.* 600.)

Pueris grandiusculis peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis XIV. cum pubescere cœperint. Quod merito crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur 13). Quis vero audeat affirmare, furta, mendacia, et periuria non esse peccata? At his plena est puerilis ætas: quamuis in eis non ita, vt in maioribus, punienda videantur.

11) *De delicto*, C. H. et comp. 1.
12) In *c.* 2. *comp.* 1. *h. t.* legitur: *AVGVSTINVS.* In *cod. Barcin.* hoc *cap.* tribuitur EVGENIO, teste *AVGVSTINO ad h. t.* In C. R. 1. H. et edit. Cont. GREGORIO IX. quamuis in C. R. 2. numerus IX. deletus fuerit: sed de vero auctore incerta sunt omnia.
13) *Committuntur*, C. H.

CAP. II.

Puer non debet ita seuere puniri, sicut maior: nec pater ex delicto filii impuberis tenetur.

ALEXANDER III. *Hermon.* 14) *episcopo.* (*ann.* 1170.)

Referente nobis g H. 15) [*præsentium latore,*] intelleximus 16), quod, cum N. 17) filius eius, [*qui*] decennis [*erat,*] cum aliis pueris sagittaret, quidam nepos eiusdem H. sagitta percussus, interiit; quod idem filius eius, cum inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregisse: [*licet id habeatur incertum.*] Quia vero 18) [*dil. f. n.*] abbas sancti Remigii a præfato H. secundum consuetudinem illius terræ, centum solidos instantius requirebat: [*ad nostram audientiam appellauit.*] Vnde quoniam 19) h in pueris relinqui solet inultum, quod in aliis 20) prouectioris ætatis humanæ leges dicunt seuerius corrigendum: [*fr. t. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus [*rem ipsam diligentius inquiras, et,*] si [*tibi*] constiterit, filium prædicti H. intra XIV. ætatis suæ annum eundem excessum commisisse 21), memoratum abbatem moneas et [*auctoritate nostra, app. rem.*] compellas, vt ab eodem H. prædictos centum solidos propter illam 22) i consuetudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali pœna requirat. [*Quodsi prænominatus abbas eum super hoc post commonitionem tuam duxerit impetendum: tu Aide et filium suum ab eius impetitione, subl. app. rem., auctoritate nostra fretus absoluas.*]

14) *Hermen.* C. R. 1. qui proxime ad veram lectionem accedere videtur; cum sine dubio legendum sit: *Rhemen.* quod etiam obseruat GONZAL. *ad h. c.* et inde quoque colligit, quia *abbatis sancti Remigii in hoc c.* fit mentio, cuius monasterium est in ipsa vrbe *Remorum* s. Remensium.
15) *Deferente nobis Aide*, cit. c. per totum.
16) *Ad audientiam ap. sedis peruenit*, ibid.
17) *Filium N. desideratur* in C. R. L. ed. ant. et cit. c.
18) Editiones vulg. habent: *propter quod.*
19) *Verum quoniam*, C. R. 1.
20) *Quod vniuersis*, cit. c.
21) *Ætatis suæ annum excessisse, cum eundem excessum, vt dicitur, commisisset*, ibid.
22) *Villam*, C. R. 2. L. ed. ant. et cit. c.

d Baraten. e Acheruntin. *al.* Acheruntum. f *In plerisque vulgatis: Greg. nonus, in manuscr. vt plurimum, vt est impressum. In veteri comp. c.* 1. *eod. tit.* Augustino *tribuitur: verum vnde sit scriptum, nondum est inuentum.* g *C.* 2. *eod. tit. in* 1. *compil.* h *Al.* verum quoniam. i villam.

TITV-

TITVLVS XXIV.
DE CLERICO VENATORE a.

CAP. I.

Clerico prohibetur venatio, et contra facienti pœna imponitur. Hoc dicit cum sequenti.

Ex concilio Aurelianen. 23)

Episcopum b, presbyterum aut diaconum, canes aut accipitres, aut huiusmodi [*res*] ad venandum habere non licet. Quodsi quis talium personarum in hac voluptate 24) sæpius detentus 25) fuerit; si episcopus est, tribus mensibus a communione; si presbyter, duobus: si diaconus 26), ab omni officio suspendatur 27).

23) Interpolator hunc textum etiam in c. 2. *dist. XXXIV.* adscripsit *concilio Aurelianensi IV.* quamuis potius *Agathensi* c. 55. substituendum sit, vt ibidem obseruaui. in C. R. 2. et edit. ant. *Arelaten.* legitur. Omnino autem necessarium fuit in conciliis *Galliæ* et *Germaniæ* venationibus intuitu prælatorum et clericorum dicam scribere, qui admodum et vltra modum dediti erant, teste *NICOLAO I.* in c. 1. *dist. XXXIV.* et *capitularibus regum Francorum.*
24) *Voluntate*, C. L.
25) *Detentus*, c. 1. comp. 1. h. t.
26) *Diaconus vero*, ibid.
27) *Suspendantur*, C. R. 2.

CAP. II.

Summatum est supra capitulo proximo.

Ex eodem. (Conf. c. 2. comp. 1. h. t.)

Omnibus 28) seruis Dei, venationes et siluaticas vagationes 29) cum canibus, et accipitres aut falcones 30) habere 31) interdicimus.

28) Vide c. 3. *dist. cit. XXXIV.*
29) *Fatigationes*, ed. Cont. in margine vero, vt est impressum.
30) *Et accipitribus et falconibus*, C. R. 1.
31) *Habere*, abest a C. R. L. H. ed. ant. et Gont.

TITVLVS XXV.
DE CLERICO PERCVSSORE.

CAP. I.

Clericus, sæpe alium percutiens, et monitus non desistens, deponendus est.

Ex concilio Agathen. c

Si quis in aliquo gradu sacro 32) percussor exstiterit; corripiatur a crimine: et, si non 33) emendauerit, deponatur.

32) *Gradu ecclesiastico sacratus*, c. 1. comp. 1. h. t.
33) *Si non se*, C. L. et C. R. 2. *et si se*, H. sed partic. *et*, desideratur in cit. c.

CAP. II.

Duobus mensibus a missarum administratione suspenditur episcopus, qui crudeliter aliquem fustigari facit.

GREGORIVS *Tarentin.* 34) *episcopo.* (*ann.* 592.)

Præterea, quoniam mulierem [*de matriculis*] propter delictum suum 35), contra ordinem sacerdotii cædi crudeliter fustibus deputasti; quam, licet exinde, cum post octo menses decesserit, minime arbitramur 36) fuisse 37) defunctam: tamen, quia ad ordinem tuum noluisti habere respectum, [*propterea*] duobus te mensibus ab administratione missarum statuimus abstinere.

34) verba hæc desumta sunt ex *lib. II. ind. XI. epist.* 44. cuius inscriptio hæc est: *GREGORIVS Andreæ Tarentino episcopo.* Ex eadem epistola quoque decerpta sunt verba in c. 7. *dist. XXXIII.* recitata.
35) Voc. *propter delictum suum*, non sunt in c. 2. comp. cit. 1.
36) *Arbitremur*, C. R. L. et ed. ant. *quam licet post octo menses exinde minime arbitror fuisse defunctam*, cit. c.
37) *Esse*, C. H.

CAP. III.

Non punitur clericus vt homicida, si fuit ipse in conflictu pro parte violentiam repellentium: licet ibi aliqui mortui sint, et ipse lapides proiecit, ex quo nullum ipse percussit.

ALEXANDER III. *Lucen. episcopo et eius capitulo.* (*ann.* 1180.)

Præsentium d lator in quondam conflictu asserit se fuisse, pro parte tamen 38) illorum, qui violentiam repellebant: in quo lapides ipse proiecit 39), sed aliquem non percussit. Quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occisi, a celebratione missarum per biennium 40) præcipimus abstinere. Mandamus itaque [*vobis*,] vt, si [*res ita se habuerit*, et] alia [*tamen*] non impedierint 41), decurso huiusmodi temporis spatio, ad sui 42) officii exsequutionem eum admittatis 43).

38) *Tamen*, deest in C. H.
39) *Proiecisset*, C. L.

40) Hæc verba desunt in c. 9. *comp.* 1. *h. t.* et omissa etiam *in append. ad concil. Later. III. P. XXVI. c.* 11. vt et infra *in coll. decretal. Alex. III. tit. XXI. c.* 16. *p.* 223. necessario tamen addi debent: quia pontifex duntaxat eum, de quo quæstio erat, ad certum temporis spatium suspendere voluit, quod indicant verba, quæ mox sequuntur: *decurso huius temporis spatio.*
41) *Impediunt*, C. L. *impediant*, H.
42) *Ad suam*, ed. ant. et Cont.
43) Ita rectius, vt *cit. locis* legitur: cum sit ad *episcopum et capitulum Lucense* hæc decretalis directa. In vulg. edit. est *admittas*: quia mentio capituli in inscriptione non facta est.

CAP. IV.

Clericus, qui fuit in conflictu, vbi aliqui fuerunt occisi, sine eius facto vel consilio, de iure communi promoueri potest. H. d. secundum intellectum, qui plus placet Panorm.

COELESTINVS III. 44) (*ann.* 1195.)

Continentia 45) e litterarum [*vestrarum insp ecta, qua significastis nobis, quod*,] cum P. acolythus, cum quibusdam [*hominibus*] ad resistendum prædonibus arma sumpsisset, in 46) conflictu illo tres fuerunt ab aliis vulnerati ad mortem, ita tamen, quod illa homicidia neque facto eius, neque consilio perpetrata fuerunt. [*Quia vero super hoc nostrum requisistis consilium:*] vobis t. r. quod, cum prædictum acolythum 47) ad frugem melioris vitæ transiuisse dicatis 48), [*et in monachali religione fere per annos octo laudabiliter huc vsque vixisse, meritis eius aliis non repugnantibus*,] poterit ipse 49) ad subdiaconatus ordinem promoueri, et [*merito*] altaris ministerium exercere.

44) *Clemens*, C. H.
45) *Continentiam*, C. R. 1. sed frustra.
46) *In*, deest in C. H.
47) *Prædictus acolitus*, C. R. 3. et L.
48) *Dicatur*, C. R. 1 at L. sed C. R. 2. habet: *dicas.*
49) *Valeat*, c. cit. comp. 2. h. t. pronom. *ipse*, omisso.

TITVLVS XXVI.
DE MALEDICIS 50) f.

CAP. I.

Maledicens papæ puniendus est, vt alii deinceps deterreantur, et ipse arceatur.

CLEMENS III. 51) (*ann.* 1190.)

Innotuit g nobis: [*et infra.*] [*Ad vltimum fratern. t. mandamus, atque præci imus, quatenus*,] quia nobis per litteras 52) [*tuas*] retulisti, [*scil.*] quod, cum 53) Ioannes, clericus [*sanctæ Trinitatis*,] multis coram adstantibus, verba quædam in depressionem 54) officii et beneficii nostri 55) protulit 56), ipsum a temeritate sua [*per suspensionem officii et beneficii, subl. app. obst.*] compescas 57), vt pœna illius aliis terrorem incutiat, ne 58) de cætero contra Rom. eccl. in talia verba prorumpant 59).

50) *De clericis maledicis*, C. R. 2. et ed. ant. *de clerico maledico*, comp. 2.
51) *Cœlestinus III* ed. Pith.
52) In C. R. 2. et ed. ant. additur: *tuas.*
53) *Cum*, in C H. ed. ant. et c. vn. comp. 2. h. t. rectius est omissa.
54) *Despectionem*, C. R. 1. *deprehensionem*, L.
55) *In depressionem et contumeliam Romanæ ecclesiæ protulit*, cit. c.
56) *Protulerat*, C. R. 2.
57) *Ita compescas*, ibid.
58) *Nec*, cit. c.
59) *Prorumpat*, C. R. et L.

CAP. II.

Hic ponitur pœna blasphemantis Deum, vel aliquem sanctum, et maxime virginem gloriosissimam.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1236.)

Statuimus h, vt, si quis contra Deum, vel aliquem 60) sanctorum suorum, et maxime beatam 61) virginem 62), linguam in blasphemiam publice relaxare præsumpserit, per episcopum suum pœnæ subdatur infertus annoratæ, videlicet, quod in septem 63) diebus dominicis præ foribus ecclesiæ in manifesto, dum aguntur missarum sollemnia, blasphemus existens vltimo illorum die dominico pallium et calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, septemque i præcedentibus

60) *Et aliquem*, C. R. 1. et L.
61) *Contra beatam*, C. R. 2. *in beatam*, L.
62) C. R. 2. addit: *Mariam.*
63) *Vt septem*, C. R. 1. L. et ed. ant. *vt in septem*, C. R. 2.

a *Vide conc. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 12. §. *vestitu insuper*, et *Bernard. Diaz. in pract. crimin. can. cap.* 61. b *Cap* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.* c *Addi potest cap.* 3. *vt refert Burch. l.* 2. *decr. c.* 192. *et Ivo p.* 6. *c.* 235. *sed in eo concilio nondum repertum est.* d *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. p.* 26. *c.* 11.

e *C.* 1. *in* 2. *comp. h. t.* f *In cod. Barb. et altero manuscr. Vaticano ita:* de clerico maledico. g *Cap. vn. eod. tit. de cleric. maled. in* 2. *compil.* h *Vide Bernard. Diaz. in pract. crim. c.* 103. *Alber. de agu. affert qu.* 27. i *Al.* septemque præcedentib. sex feriis vel subsequentib. *in pane, etc.*

sextis feriis 64) in pane et aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus. Quolibet quoque prædictorum dierum tres, si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, siue vnum. Et, si nec ad hoc eius suppetant facultates, id in pœnam aliam commutetur: cui etiam, si renuerit recipere 65) ac peragere pœnitentiam supra dictam, ecclesiæ interdicatur ingressus, et in obitu ecclesiastica careat 66) sepultura. Per temporalem præterea potestatem coactione, si necesse fuerit, episcopi diœces. adhibita contra eum, blasphemus, si diues fuerit, quadraginta solidorum, alioquin triginta, siue viginti, et, si ad id non sufficiat, quinque solidorum 67) vsualis monetæ pœna mulctetur, nullam in hoc misericordiam habiturus: quod etiam inter alia communitatum 68) statuta ponatur.

64) *Sex feriis*, ed. ant. et Cont.
65) *Accipere*, C. H.
66) *Careat*, abest a C. R. 1. et L.
67) *X. vel V. solidorum*, C. H.
68) *Communitatis*, ibid.

TITVLVS XXVII.
DE CLERICO EXCOMMVNICATO, DEPOSITO a, VEL INTERDICTO MINISTRANTE 69).

CAP. I.

Clericus, depositus celebrans, excommunicatur.

Ex canone apostolorum.

Si quis episcopus, presbyter vel diaconus, depositus iuste pro certis criminibus, ausus fuerit attrectare 70) ministerium, sibi dudum commissum: hic ab ecclesia abscindatur.

69) *De clerico excommunicato, vel interdicto ministrante, vel beneficium recipiente*, C. R. 1. sed L. loco: *ministrante*, legit: *administrante*. In H. autem ita legitur: *de clerico excommunicato, interdicto vel suspenso celebrante*. in comp. 1. *de clerico excomm. vel dep. ministrante* in comp. 2. *de clerico excomm. vel interd. ministr. vel beneficium recipiente*. denique in comp. 4. *de clerico excomm. ministrante*.
70) *Attractare*, C. R. L. et ed. ant. *tractare*, H.

CAP. II.

Degradatus vel suspensus celebrans, et monitus non desistens excommunicatur: et, si nec sic desistat, per secularem potestatem ad requisitionem ecclesiæ exsilio damnatur.

Ex concilio Antiochen. 71) (*in Syria.*)

Si quis b presbyter aut alius clericus 72), [*ab episcopo suo*] fuerit degradatus, aut ab 73) officio pro certis criminibus suspensus, et ipse per contemptum et superbiam aliquid de ministerio, sibi interdicto, agere præsumpserit, et postea ab episcopo suo 74) correptus 75), in incepta præsumptione perdurauerit: [*hic*] modis omnibus 76) excommunicetur c, [*et ab ecclesia expellatur.*] Et quicunque cum eo communicauerit, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis, vel 77) feminis excommunicatis obseruandum est. Quodsi aliquis ista omnia contempserit, et episcopus minime emendare potuerit: regis iudicio ad requisitionem ecclesiæ 78) exsilio damnetur 79).

71) Descripsit hunc canonem non ex fonte RAYMVNDVS, sed ex c. 2. h. t. comp. 1. varia metamorphosi a fonte recedente. Verba ipsius concilii *Antiocheni* c. 4. ex fonte sincerius retulit GRATIANVS in c. 6. C. XI. qu. 3. Periodus vltima equidem huius concilii est, sed potius ex *concilio Vernensi* c. 9. anno DCCLV. habito, edita, in quo prior periodus ex *concilio Antiocheno* hausta, at, aliis quibusdam intermixtis, in fine clausula de imploratione brachii regii adiecta. vid. HARDVIN. tom. III. concil. p. 1996.
72) Verb. *aut alius clericus*, non sunt in c. 2. comp. 1. h. t.
73) *Ab*, omittitur ibid.
74) *Suo*, ibid. non habetur.
75) *Correctus*, C. R. 2.
76) *Hic omni modo*, C. R. 1. *hic omnibus modis*, C. R. 2.
77) *Vel*, deest in C. H.
78) Diction. *ad requisitionem ecclesiæ*, interpolationi RAYMVNDI debentur.
79) *Condemnetur*, C. R. 2.

CAP. III.

Interdictus et excommunicatus celebrans, monitus non desistens, deponitur.

ALEXANDER III. *Landonen.* 80) *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Clerici d autem, si qui 81) a suis, aut etiam de mandato Romani pontificis ab aliena episcopis interdicti vel excommunicati, ante absolutionem diuina officia celebrauerint, nisi moniti 82) sine dilatione redierint, perpetuæ depositionis sententiam, pro ausu tantæ temeritatis incurrant.

80) *Turonensi*, c. 3. comp. 1. h. t.
81) *Si*, in C. R. 2. et L. deest.
82) *Ad admonitionem vestram*, cit. c.

CAP. IV.

Excommunicati vel interdicti celebrantes deponi debent: nisi propter multitudinem mitigetur pœna.

IDEM *Toletano archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

Latores e præsentium, [*cum tuis litteris ad nostram accedentes præsentiam, suum*] nobis 83) [*excessum plenius*] intimarunt, [*scil.*] quod tam ipsi, quam multi alii, postquam interdicti vel excommunicati fuerint, diuina præsumpserint officia celebrare. [*Quoniam vero magnam cum eis multitudinem in hoc peccasse dicebant, nec nobis, quis eorum magis vel minus deliquerit, innotescere potuerit: negotium tuæ discretionis arbitrio duximus remittendum.*] Fraternitati tuæ mandamus, quatenus, [*rei veritate diligentius inquisita,*] si XL. solummodo vel pauciores in his deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab officio sacerdotali deponas. Si vero multitudinem magnam in hoc peccasse cognoueris: eos, quos magis caussam delicti esse constiterit, perpetua depositione condemnes, et alios, qui non tantum deliquerint 84), ab officio ad tempus suspendas, et omnibus pœnitentiam secundum discretionem, tibi a Deo datam, iniungas.

83) *Nobis*, deest in C. H. et ed. ant.
84) *Deliquerunt*, C. R. L. H. ed. gloss. et c. 4. comp. cit. 1.

CAP. V.

Si habens notitiam excommunicationis per solam famam celebrat; debet de rigore deponi: licet cum eo possit misericorditer dispensari. H. d. et est casus notabilis.

INNOCENTIVS III. *Herbipolen. capitulo.* (*ann.* 1201.)

Illud f Dominus in beato Petro 85): [*et infra.*] Venerabilis frater noster, quondam Hildesemen. episcopus, [*imperialis aulæ cancellarius, non attendens, quod multa sunt, quæ præter specialem auctoritatem ap. sedis de iure non possent, nec deberent impune ab aliquibus attentari, vtpote cessiones et translationes episcoporum, et alia, quæ nota sunt vobis,*] licentia non solum non obtenta, sed nec etiam postulata, ecclesie Hildesemensi relicta, Herbipolensem ecclesiam occupauit 86). [*et infra.*] Vnde [*nos, præsumtionem ipsius debita volentes animaduersione punire, v. f. n.*] Magdeburgen. episcopo 87) g [*et aliis quibusdam, in Teutonia constitutis,*] dedimus in mandatis, vt, cum factum ipsum 88) non posset in partibus illis non esse notorium, nisi dictus episcopus intra XX. dies [*post susceptionem litterarum, quas super hoc ipsi direximus,*] ab Herbipolen. ecclesiæ administratione cessaret, eum excommunicatum publice nunciarent, [*et excommunicationem eius facerent pulsatis campanis et candelis accensis festiuis diebus et dominicis innouari:*] quod idem Magdeburgen. studuit adimplere. [*et infra.*] Ipse vero episcopus, in nostra postmodum præsentia constitutus, etsi suum recognosceret 89) et confiteretur excessum, et non iudicium, sed misericordiam postularet: hoc tamen inter alia in sua excusatione 90) proposuit, quod, cum dictus Magdeburgensis non esset ordinarius iudex eius, non crediderat, quod, monitione non præmissa, auctoritate delegata posset procedere contra ipsum, aut sententiam in eum aliquam promulgare. Vnde, cum nec ante factum monitorias, nec post [*factum*] litteras ab eo aliquas 91) accepisset; peccare non credidit 92), si 93) diuina officia quantumcunque sollemniter celebrauit: præsertim cum ei non nisi per famam de sententia, contra eum prolata, constaret. [*Quod autem, postquam se nouit excommunicatum a nobis, omnia diuina sibi fecerat officia celebrari, et fidelium communioni iniecerat se frequenter; id non in contemptum sedis apost. vel etiam tanti sacramenti, sed spe veniæ asserit se fecisse, ne videlicet induresceret amplius, et eius animus diutius proteruiret, vel prosterneretur, si nunquam diuinis officiis interesset: licet in diebus sollemnibus se nunquam celebrationi diuinorum ingesserit, et cum paucis in angulo alicuius ecclesiæ occulte non festiuis diebus diuina sibi fecerit interdum officia celebrari.*] Licet autem in hoc 94) non videatur omnino culpabilis exstitisse; quia tamen in dubiis via est eligenda tutior, etsi de lata in eum sententia dubitaret: debuerat tamen potius se 95) abstinere, quam sacramenta

85) Pars huius decretalis est c. 5. X. de maiorit.
86) Neque enim auctoritate papali translatus erat, ceu refert pontifex in c. 3. X. de translat. episc. quod not. 39. illustraui.
87) *Archiepiscopo*, C. H. et c. 1. comp. 3. h. t. rectius.
88) *Factum illud*, C. R. 3. sed in C. L. deest: *ipsum*.
89) *Cognosceret*, C. R. 1.
90) *In suam excusationem*, C. R. 1. et cit. c.
91) Quia enim Magdeburgensis archiepiscopus iudex *delegatus* erat, non *ordinarius*: necesse fuerat, vt delegationis suæ spartam Hildesimensi intimaret, et hunc ipso se ad caussam legitimaret. Delegato enim non creditur, nisi exhibitis litteris delegationis. De his litteris *monitoriis* pontificem esse intelligendum, recte censet GONZ. ad h. c. n. 3.
92) *Crediderit*, C. R. 2.
93) *Sed*, C. H.
94) *Licet autem in primo capitulo*, cit. c.
95) *Se*, deest in C. H. et ed. ant.

a *Dictio*, deposito, *deest in aliquot antiqu.* b *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* c *Vide l. 2. C. de superexact. l. 10. et l. Papinianus §. memi. nisse. ff. de inoff. test.* d *C. 3. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lat. sub Alex. III. p. 36. c. 10.*

e *C. 4. eod. tit. in 1. compil. et post. conc. Later. p. 50. c. 51. Vide Bernard. Dern. in præf. crim. can. c. 28.* f *C. 1. eod. tit. in 3. comp. Alia pars huius decr. est in c. illud Dominus. supr. de maior. et obed.* g *In vet. comp. legitur: archiepiscopo: sed in Gregorianis legitur: episcopo.*

eccle-

ecclesiastica pertractare. Illud autem, quod sub spe veniæ diuina sibi fecit, postquam se a nobis excommunicatum nouerat, celebrari, et communioni 96) fidelium se ingessit 97), potius contra eum facere credimus, quam pro eo; cum 98) sub 99) fiducia pœnitentiæ non debuerit 100) deliquisse, et excommunicatos 1) non vitare, multo magis, quam non a vitari periculosum existat: non vitare siquidem 2), cum in eo sit, excommunicatus sine delicto non potest, sed, cum ex aliis pendeat 3), sine suo delicto poterit non vitari: [*et infra.*] Cum eo 4) misericordiam facientes, pœnam, quam canon minatur 5) b his, qui post excommunicationem diuina præsumpserint officia celebrare, vel se celebrationi ingesserint diuinorum, ei non duximus infligendam.

96) *Orationi*, cit. c.
97) *Inserit*, ibid.
98) *Quod*, C. H.
99) *Sub*, non est in cit. c.
100) *Debuerat*, C. H. et ed. ant.
1) ita rectius legunt, C. L. et cit. c.
2) C. R. 1. addit: *alios.*
3) *Impendit*, C. R. 1. et L. *dependeat*, H. sed in C. R. 2. neutra vox legitur.
4) *Non vitari, et ita cum eo*, etc. cit. c.
5) *Canones minantur*, ed. ant.

CAP. VI.

Excommunicatus celebrans, a beneficio deponitur.

IDAM *Bisuntin. archiepiscopo.* (*ann.* 1201.)

Fraternitati 6) c tuæ: [*et infra.*] Presbyteros autem et alios clericos [*tuæ diœcesis,*] qui, pro 7) suis excessibus, a te nexibus anathematis canonice innodati, præsumpserunt, vel 8) præsumunt officia celebrare diuina, rationabiliter poteris omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliare.

6) *Fraternitatis*, C. R. 1.
7) *Pro*, deest in C. H.
8) verb. *præsumpserunt vel*, desideratur ibid.

CAP. VII.

Collatio beneficii, excommunicato facta, non tenet: et scienter talibus conferens, a beneficiorum collatione suspenditur.

IDAM [*maiori*] *decano et priori Colonien.* (*ann.* 1213.)

Postulastis d per sedem apostol. edoceri: [*et infra.*] [*Consequenter quæsiuistis, verum clerici, qui, dum essent excommunicationis vinculo innodati, ecclesiastica beneficia sunt adepti, eadem, postquam absolutionis beneficium obtinuerunt, licite valeant retinere, postulantes nihilominus, qua pœna corripi debeant abbates et abbatissæ, et alii ecclesiarum prælati, qui scienter clericis, excommunicationi subiectis, ecclesiastica beneficia contulerunt. Ad quod*] consult. vestræ 9) t. respond. 10) quod, cum excommunicatis communicari non debeat, clericis, excommunicationis vinculo innodatis, ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec illi valent ea retinere licite; nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum: cum ea non fuerint canonice consequuti. Illi vero, qui scienter illa beneficia talibus contulerunt 11), tamdiu debent a beneficiorum collatione 12) suspendi, donec super hoc veniam consequi mereantur, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præsumpserunt.

Celebrans in loco interdicto, si est clericus secularis, beneficiis priuatur: si monachus, in arctius monasterium detruditur. H. d.

Quæsiuistis e præterea, qualiter puniri debeant clerici, monachi vel moniales ecclesiarum conuentualium, qui post latam interdicti 13) sententiam, in locis, suppositis interdicto, præsumpserunt hactenus, et adhuc etiam 14) non verentur diuina officia celebrare, quamuis propter hoc sint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc breuiter respondemus, quod clerici, qui talia præsumpserunt, sunt ecclesiasticis beneficiis spoliandi: monachi vero vel moniales in arctioribus monasteriis ad peragendam 15) pœnitentiam detrudendi 16).

9) *Vobis*, c. 3. comp. cit. 3.
10) *Taliter respondemus*, C. R. et L.
11) *Contulerint*, C. R. 2.
12) *Collationibus*, C. R. 1.
13) *Interdicti*, deest legitur in cit. c.
14) Voc. *præsumpserunt hactenus et adhuc etiam*, desunt in C. H.
15) *Agendam*, C. R. 1.
16) *Sunt recludendi*, cit. c.

CAP. VIII.

Valet collatio beneficii, ei facta, qui prius fuit excommunicatus, sed absolutus tempore collationis.

IDAM *decano et subdiacono* 17) f *Pictauien. et magistro P.* [*amico de Lengonado,*] *canonico Petragoricen.* 18) (*ann.* 1210.)

Proposuit 19) g [*olim*] coram nobis 20) [*dilectus fil.*] magister P. Boiol. clericus [*v. f. n.*] episcopi Tusculan. quod [*dil. fil.*] G. sanctæ Mariæ in porticu diacono cardinali, in partibus illis apost. sed. legationis fungente officio, quidam de Lemouicinio 21) ei humiliter supplicarunt, vt eorum ecclesiam 22), quæ debito fraudabatur clericorum seruitio 23), ordinaret, pro se ac magistro eodem, [*scriptore nostro,*] preces specialiter porrigentes 24). Ipse vero, Lemouicen. 25) ciuitatem ingressus, canonicos, [*interpositis precibus,*] monuit, vt illos reciperent in socios 26) et in fratres; maxime cum præbendæ V. vel IV. ab vltima ipsius ecclesiæ ordinatione vacassent: quibus, post petitas et concessas deliberationis inducias, non curantibus respondere, de præbenda 27) Lemouicen. cardinalis prædictus eosdem clericos inuestiuit. [*et infra.*] [*Si vero probaret, ipsum excommunicatum tunc temporis exstitisse: non postponerent, quod de ipso factum fuerat, reuocare, qui, mandatum apostolicum exsequentes, vtriusque partis acceptis testibus, rationibus et allegationibus intellectis, eandem caussam, sufficienter instructam, ad nostrum remiserunt examen.*] Cum autem [*propter hoc tam sæpe*] dictus magister, quam Lemouicen. 28) pœnitentiarius in nostra fuissent præsentia constituti, et acta iudicii 29) inspici fecerimus 30) diligenter; per pœnitentiarii testes intelleximus [*factam fidem,*] quod [*v. f. n.*] Lemouicen. episcopus pluribus annis, antequam idem magister inuestitus fuerit, [*et*] clericos [*et*] Burgen. 31) castri Lemouicen. et eundem P. nominatim, quem eorum dicebant consiliarium et fautorem, vinculo excommunicationis adstrinxit. Per testes vero magistri P. probatur 32), quod, etsi dictus episcopus in Burgen. 33) et eorum fautores tam clericos, quam laicos Lemouicen. excommunicationis sententiam protulisset, eos tamen per tres annos absoluit, antequam dictus magister fuerit inuestitus, [*quibusdam presbyteris vsque ad certum tempus in excommunicatione retentis, qui contra sententiam interdicti præsumpserant celebrare:*] quodque idem episcopus dicto magistro communicauit 34) postea in ecclesia et in mensa. [*His igitur et aliis, quæ vtraque pars proposuit coram nobis, intellectis,*] quia [*iuxta mandati nostri tenorem*] sæpe dictum 35) magistrum [*P.*] inuestituræ suæ tempore, a præfato episcopo exstitisse 36) excommunicatum, dictus pœnitentiarius, sicut obtulerat, non probauit; cum ex aduerso de absolutione et communione dicti episcopi fuerit facta fides: quod per dictum legatum de memorato magistro [*P.*] factum est, [*de fratrum n. consilio*] per diffinitiuam sententiam duximus approbandum.

17) *Subdecano*, C. H. et c. un. comp. 4. h. t.
18) *Petragorien.* C. R. 2. *Petrugoricen.* ed. gloss. *Pictagoricen.* cit. c.
19) Duas de eodem argumento pontifex scripsit litteras, alteras *ad magistrum Petrum Boial. canonicum Lemouicensem*, exstant *lib. XIII. epist.* 201. alteras vero ad *decanum et subdecanum*, in *hoc cap.* recitatas, quarum particulæ tantum priori subiectæ: quia eiusdem tenoris cum prioribus fere fuerunt. In hac *ibidem* tantum quædam adiiciuntur, quæ ad sententiæ exsequutionem spectant.
20) Diction. *coram nobis*, desiderantur in C. R. 1. L. et ed. ant. sed loco eorum in cit. c. sunt sequentia: *coram dil. fil. P. sanctæ Luciæ ad septa sol. diacono cardinali, quem sibi et pœnitentiario Lemouicens. concessimus auditorem.*
21) *De ciuitate Lemou.* C. R. 1. *de Lim.* C. R. 2. *de Lemouicen.* L. ed. ant. et gloss. *de Lemouicen. canonici*, cit. c.
22) *Vt in eorum ecclesia . . . canonicos ordinaret*, cit. c.
23) *Quæ debito numero fraudabatur canonicorum seruitio*, C. R.
24) *Offerentes*, C. H.
25) *Lemouicen.* C. R. 1. L. et ed. ant. per tot.
26) *In canonicos*, C. R. 1.
27) Post verb. *vacassent*, verba in cit. c. hæc sunt: *qui, monitione ipsa deuote suscepta, deliberationis inducias petierunt, post quas, primo et secundo concessas, non curantibus respondere, de duabus præbendis* etc.
28) *Lemouicen.* desideratur ibid.
29) *Ipsa*, est ibid. loco vocis: *iudicii.*
30) *Fecerimus*, C. H.
31) *Et Burgen.* ed. ant.
32) *Probabatur*, ibid.
33) *In Burgenses*, C. R. 2. et L.
34) *Communicauerit*, C. L.
35) *Prædictum*; C. R. 1. *supra scriptum*, cit. c.
36) *Fuisse*, C. H.

CAP. IX.

Suspensus vel excommunicatus ignoranter celebrando, nulla indiget dispensatione respectu irregularitatis: alias secus.

GREGORIVS IX. 37) *I. et L.* 38) *canonicis Pragensibus* h. (*ann.* 1232.)

Apostolicæ sedis 39): [*et infra.*] Verum, quia tempora suspensionis ignari celebrastis diuina; vos reddit ignorantia probabilis

37) *Gregorius VIII.* ed. ant. et Cont.
38) *I. et L.* C. R. 1. et L. sed in C. H. ed. ant. et Cont. desunt hæ siglæ.
39) Conf. *c. 9. X. de except.*

a *Vide Nauarrum in manuali de horis canon. c. 2. vers.* 14. *inter auctor.* b *Al.* infligit. c *C. 2. eod. tit. in 3 compil. Bernard. Diaz. in pract. crim. eccl. c.* 28. d *C. 3. eod. tit. in 3. compil.* e *Vide, quæ sunt sancita c. 18, qui. §. is vero. et cap. vlt. de sent. excomm. in 6.*

f *Al.* subdecano. g *C. vn. eod. tit. in 4. compilat.* h *Hic titul. ex pluribus manuscr. restitutus est: vulgati differunt. al. sic.* Gregor. IX. *I. et A.* canon. Pragen.

excusa-

excusatos. Cæterum, si forte ignorantia crassa et supina aut erronea fuerit, propter quod dispensationis gratia egeatis; eam vobis de benignitate apostol. indulgemus.

CAP. X.

Excommunicatus minori celebrans, non est irregularis, sed peccat, et potest eligere, et ea, quæ sunt iurisdictionis, exercere, licet non eligi: et, si confert sacramenta, licet peccet, tamen collatio tenet, et suum habet effectum.

IDEM. *(ann. 1237.)*

Si celebrat a minori excommunicatione ligatus; licet grauiter peccet: nullius 40) tamen 41) notam irregularitatis incurrit, nec eligere prohibetur 42), vel ea, quæ ratione iurisdictionis sibi competunt, exercere. Si tamen scienter talis electus fuerit: eius electio est irritanda, pro eo, quod ad susceptionem eorum eligitur, a quorum perceptione a sanctis patribus est priuatus. Peccat autem conferendo ecclesiastica sacramenta; sed ab eo collata, virtutis non carent effectu; cum non videatur a collatione, sed participatione sacramentorum, quæ in sola consistit perceptione, remotus; dummodo non in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionem superioris, communioni excommunicatorum pertinaciter se ingesserit: in quo casu est anathemate feriendus.

40) *Nullus*, ed. ant.
41) *Tamen*, in C. B. L. et H. non habetur.
42) *Prohibemus*, C. B. 2.

TITVLVS XXVIII.
DE CLERICO b, NON ORDINATO MINISTRANTE 43).

CAP. I.

Clericus, ministrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, deponendus est, et amplius non ordinandus.

HORMISDA 44) c PAPA. *(post ann. 514.)*

Si quis d baptizauerit, aut aliquod diuinum officium exercuerit 45), non ordinatus 46): propter temeritatem abiiciatur 47) de ecclesia, et nunquam ordinetur.

43) *De non ordinato ministrante*, C. B. L. H et comp. 1.
44) *Honorius*, C. B. sed eodem errore, quem supra c. 1. *de desponf. impub.* notaui.
45) *Celebrauerit*, C. H.
46) *Nisi ordinatos*, C. B. 1.
47) *Eiiciatur*, C. H.

CAP. II.

Diaconus, missam celebrans, ad sacerdotium non promouetur, et a diaconatu suspenditur ad tempus: sed in beneficio poterit ad tempus dispensari.

VRBANVS III. *Legion.* 48) e *episcopo.* *(ann. 1186.)*

Ex litteris tuæ f fraternitatis innotuit nobis 49), quod I. diaconus, [*præsentium lator, volens ante tempus in presbyterum ordinari, asseruit, se propter ordinationem tuam gradum sacerdotalem adeptum, et,*] cum non imposuisses ei manum, missarum celebrationem vsurpare præsumpsit: [*postmodum vero, Domino inspirante, rediit ad se ipsum, et proprium recognoscens excessum, in tanto sibi periculo consilium humiliter postulauit. Quia igitur super hoc tua nos duxit fr. consulendos; litteris præsentibus*] taliter respondemus, quod ad sacerdotis officium non poterit 50) promoueri: a diaconatu quoque biennio vel triennio pro tua manent prouisione suspensus. De beneficio autem misericorditer agatur cum eo 51): ne sustentationa priuatus, ad seculi negotia reuertatur. Vt autem securius ei possis hanc misericordiam facere, de agenda [*imposita*] pœnitentia diligentem 52) g circa eum curam non desinas exhibere 53): salubrius 54) autem sibi absque dubio prouidebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum.

48) *Lingon.* C. B. 2.
49) *Nobis*, deest in C. H.
50) *Potest*, C. B. 1.
51) Diction. *cum eo*, desiderantur in 1. 2. comp. cit. 1.
52) *Diligenter*, C. B. 1. et cit. c.
53) *Adhibere*, C. L.
54) *Salubriter*, C. H.

TITVLVS XXIX.
DE CLERICO, PER SALTVM PROMOTO.

CAPVT VN.

Qui ignoranter per saltum de subdiacono fit presbyter, post pœnitentiam in diaconum ordinatur, et postea potest secum in sacerdotio dispensari.

INNOCENTIVS III. *Bonon* 55) *episcopo.* *(ann. 1206. Romæ in Angliam.)*

Tuæ [*nobis præsentatæ*] litteræ h continebant, quod, sicut ex relatione quorundam [*bonorum virorum*] receperas, P. presbyter, [*lator præsentium,*] diaconatus ordine prætermisso, se fecit ad sacerdotii ordinem promoueri. [*Cumque super hoc ab ipso quæsisses diligentius veritatem:*] ipse tibi secreto [*humiliter*] confessus est, se pro certo nescire, si res taliter se haberet, sed, ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conuersatus, credebat assertioni eorum, eo, quod tempore, quo ordines inferiores susceperat, intra annos discretionis fuerat constitutus. [*Tu vero, ipsum ad apostol. sed. transmittens, a nobis supplicasti humiliter, vt cum eo misericorditer agere dignaremur. Nos igitur, eius miseriæ condolentes, f. t. per apost. sed.*] mandamus, quatenus condignam pœnitentiam pro huiusmodi negligentia iniungas eidem: qua peracta, quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur, ipsum in diaconum ordinare procures, et sic de misericordia eundem ministrare permittas in ordine sacerdotis.

55) Incerta est hæc inscriptio. Nam *Clementin.* C. B. 2. *Olomucen.* L. *Clarom.* H. *Olomucen.* c. vn comp. 3. h. t. legunt.

TITVLVS XXX.
DE EO, QVI FVRTIVE ORDINEM 56) SVSCEPIT 57) i.

CAP. I.

Qui furtive recipit ordinem, si contra hoc facientes lata erat excommunicatio, sine dispensatione papæ in sic suscepto ministrare, vel ad superiorem adscendere non potest: sed, si excommunicatio lata non erat, episcopus et abbas poterunt dispensare. H. d. cum duobus sequentibus.

ALEXANDER III. *Lingonien.* 58) *episcopo.* k *(ann. 1180.)*

Veniens 59) ad nos P. nobis l exposuit, se, [*antiqui hostis versutia circumuentum,*] furtiue diaconatus ordinem suscepisse. Vnde fr. t. 60) resp. quod, si [*forte*] non fuit a te, vel ab alio archidiaconorum vel prælatorum tuorum 61) sub anathematis interminatione prohibitus, in ipse in promotione ipsius ad sacerdotale officium [*cum*] condigna satisfactione imposita, nisi alia impediant, pro arbitrio tuo dispenses. Si vero interminatio anathematis super hoc facta est; moneas 62) eum, [*sicut et nos fecimus,*] vt in aliquo monasterio, seu canonia, habitum suscipiat 63) regularem; cui, [*iuxta admonitionem tuam,*] ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conuersatus, poteris misericorditer prouidere: alioquin nulla ratione concedimus, eum ad sacerdotalem ordinem promoueri 64).

56) *Ordines*, comp. 2.
57) *Recepit*, C. H. et comp. 2.
58) *Lincon.* ed. and. *Lincenen.* Cont. et c. vn. comp. 1. h. t.
59) *Lator præsentium nobis expos.* ita se habet initium cit. c.
60) Verb. *frat. tuæ*, in C. B. L. H. et cit c. non habentur.
61) Intelligit *archipresbyteros*, baptismali ecclesiæ præpositos, seu *plebanos*, qui *prælaturam* gerebant, vt illustraui ad c. 3. *X. de offic. iud. ordin.* not. 5. et quorum necessitatem admodum inculcauit LAMBERTVS imperator in edicto suo imperiali c. 12. supra in c. 4. *X. de offi. archipresb.* relato, eosque a *presbyteris minorum titulorum*, qui illis suberant, optime distinxit, vt pariter obseruaui ad c. 45. C. XVI. qu. 1. not. 63.
62) *Admoneas*, C. L.
63) *Recipiat*, C. B. 1.
64) *Promouendum*, cit. c.

CAP. II.

Summatum est supra capitulo proximo.

COELESTINVS III. 65) m *(ann. 1195.)*

Cum H. lator n præsentium, sicut nobis sua quæstione monstrauit, ad tuam, ordinationis caussa, præsentiam accessisset; iuxta consuetudinem patriæ sibi 66) quatuor minores ordines contulisti 67): quibus non contentus, subdiaconatum 68) temerario ausu 69) recepit. Quia vero idem clericus in hoc facto multum excessit: mandamus, quatenus eum in minoribus duntaxat 70) ordinibus celebrare 71) permittas.

65) *Clemens III.* c. 1. comp. 2. h. t.
66) *Et*, C. B. 1. *sibi*, cit. c.
67) *Tua fraternitas contulit*, cit. c.
68) *Subdiaconatus*, C. B. 1. sed C. B. 2. L. et ad. gloss. addunt: *etiam.*
69) *Etiam nosse*, C. H.
70) *Duntaxat*, non est in cit. c.
71) *Ministrare*, C. H. et cit. c.

a *Vide Couarr. in c. alma mater. de sent. excomm. l. 6. et 8. theologos. 4. sent. dist. 18. et seqq. et summistas, verbo: excommunicatio.* b *In 7. maiori. de non ordinato ministrante.* c *Al.* Honorius. d *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. Vide Bernard. Diac. in pract. crim. can. c. 12.* e Legien. *al.* Lingen. f *C. 2. eod. tit. in 1. compil. et post conc. Lateran. sub Alex. III. cap. 50. c. 62.* g Diligenter

h *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* i *Quid sit ordinem furtive suscipere, præter Panormitanum et alios hic tradit Hostiensis in summa eod. tit. et Bernard. Diac. in pract. crim. can. c. 21.* k Lincönen. *al.* Lingonien. l *C. 1. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. sub Alex. III. p. 26. c. 9.* m Clemens III. n *C. 1. eod. tit. in 2. comp.*

Si

Si vero domum religionis intrauerit, et vita et mores eius exegerint: abbas [*eius*,] si voluerit 72), in aliis poterit ordinibus dispensare.

72) Verb. *si voluerit*, desideratur in cit. c.

CAP. III.

Summatum est supra capitulo primo.

IDEM.

Innotuit nobis a [*ex tenore tuarum litterarum*,] quod G. clericus, [*lator præsentium*,] et alii duo de diœcesi tua ad G. 73) quondam Seguntin. 74) episcopum, vt ordines ab eo reciperent, accesserunt. Cumque ab eodem episcopo sub 75) excommunicationis sententia 76) fuisset inhibitum 77), ne quis se ad duos ordines suscipiendos ingereret: prædicti clerici nihilominus subdiaconatus et diaconatus ordinem clandestine susceperunt. [*Quia igitur, quid tibi faciendum sit, pro his tua nos duxit fr. consulendos:*] consult. tuæ taliter 78) respond. quod ordinati in susceptis ordinibus de iuris rigore ministrare non debeant 79). Verum, tamesti ad religionem aliquam voluerint se transferre, et, peracta pœnitentia, pro arbitrio tuo eis iniuncta, ibidem laudabiliter 80) fuerint conuersati, processu temporis *b* cum eis poteris de nostra licentia dispensare, vt postmodum susceptorum ordinum exsequutione lætentur. [*Præterea pro prædicto autem G. cum in persona propria laborauerit, fraternitatem tuam rogamus attentius et monemus, vt eum facias in canonicum regularem S. Petri de Seia, vel in alium religiosum locum, vbi deploret excessum, tamquam fratrem assumi, vt, si ei, ibidem viuenti, regulariter sua merita videris suffragari, ministrandi, prout diximus, tribuas facultatem.*]

73) *Ad C.* est in C. B. 1.
74) *Saguntin.* c. 2. comp. cit. 2.
75) *Sub*, a C. B. 1. abest.
76) *Per excommunicationis sententiam*, C. H.
77) Post voc. *episcopum*, verba ipsa in cit. c. sunt huius tenoris: *accedentes, licet ab eodem episcopo sub excommunicationis sententia fuisset districte prohibitum, ne etc.*
78) *Tibi auctoritate apost.* ibid.
79) *Debent*, C. B. 1. *deberet*, L.
80) *Laudabiliter*, C. B. 1. non habet.

TITVLVS XXXI.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM ET SVBDITORVM 81).

CAP. I.

Monet prælatos abstinere a grauaminibus subditorum, et aliqua enumerat, et geminatam pœnam imponit contra facientibus.

ALEXANDER III. (*ann. 1170. Romæ.*)

Peruenit *c* ad audientiam nostram, [*et, si verum est, miramur plurimum, et aduersus vos de iure mouemur, quod in presbyteros, qui sunt in vestra iurisdictione constituti, singulis annis, quasi in seruos mercenarios, talliam facitis, quibus, nisi ad voluntatem vestram pecuniam soluerint, diuinum officium interdicitis, et eos viliter et inhoneste tractatis, in tantum quod ipsos laicis despicabiles reddidistis. Ideo vero hæc, si vera sunt, graui debent vltione puniri:*] cum [*eosdem*] presbyteros, quasi filios et fratres, benigna 82) ac fraterna debeatis caritate fouere. [*D. igitur v. per a. s. præc.*] mandamus, quatenus in eos 83) [*huiusmodi*] tallias et exactiones indebitas exercere nullatenus præsumatis, nec de cætero irrationabiliter grauetis, vel inhoneste tractetis eosdem, aut sine iudicio capituli suspendere, vel eorum ecclesias interdicto subiicere 84) attentetis, neque duas [*matrices*] ecclesias, quarum vnam sufficere videbitis, permittatis illos tenere, nec aliquem excommunicare sine ordine iudiciario præsumatis, scituri pro certo, quod, si huiusmodi rumores de vobis iterum 85) ad aures nostras peruenerint, pro tantis excessibus 86) vos [*auctore Domino*] taliter puniemus, quod timore pœnæ vestræ cæteri a similibus abstinebunt *d*.

81) *De excess. præl. in subditos vel contra*, comp. 1. 2. et 5. quæ vltima tamen omittunt partic. *vel contra*.
82) *Benigne*, C. B. ed. ant. Cont. et c. 2. comp. 1. h. t. *benigno*, L.
83) *In prædictos presbyteros*, cit. c.
84) *Supponere*, C. B. 2. et H.
85) *Iterum*, non est in cit. c.
86) Quia singulis prælatis *determinata officia et limites*, intra quos agere et viuere sine scandalo debeant, præscripti sunt, c. 12. X. h. t. ibi. *qui suis finibus non contenti: excedere* stricte dicuntur, qui limites præscriptos in *officio et modo viuendi* transiliunt, *nimium* vel *parum* agendo. *Parum* agunt, qui sine iudicio capituli suspendunt, qui omittunt ordinem iudiciarium in excommunicatione: *nimium* vero, qui exactiones indebitas exercent vel presbyteros, sibi subditos, inhoneste tractant, vel despicatui, vt seruos mercenarios, habent, quos vt *fratres* habere debebant. Quid enim sunt episcopi aliud quam *primi presbyteri*? quod optime ALEXANDER III. eisdem insinuat. Videtur enim hæc decretalis ad episcopos cuiusdam regni, forsan Angliæ, scripta fuisse.

CAP. II.

Non potest episcopus sine caussa ecclesiam, alteri subiectam, ab illius subiectione et obsequio liberare.

IDEM Cantuariensi archiepiscopo. (*ann. 1180.*)

Ad hæc *e*, quoniam [*prædictus*] episcopus, [*sicut accepimus*,] plures ecclesias, [*et præcipue ecclesiam de Nortun.*] a consuetudine et obsequio archidiaconorum liberas constituit et immunes 87), per 88) quod reditus diminuit eorundem. [*et attenuauit: nihilominus tibi significatione præsentium*] mandamus 89), quatenus, [*si res ita se habet*,] factum episcopi super hoc, [*app. rem.*] corrigas 90) et emendes, et ita prouideas, quod præfatis archidiaconis 91) consuetudines, quas presbyteri in ecclesiis suorum archidiaconatuum 92) debent, plenarie conseruentur, et illis debitam 93) reuerentiam exhibeant et honorem.

87) Quod vices episcopi gererent, et ita ab eius dispositione dependerent. Sed quia *vicarii* non erant, et secundi quasi *episcopi*: non sine iniuria systema hoc, ab antiquissimis temporibus receptum, immutare, et ab obsequio archidiaconorum presbyteros quosdam eximere poterat episcopus, qui in eorum bannis archidiaconalibus erant constituti.
88) *Propter quod*, C. H. *et in hac parte reditus*, c. 2. comp. cit. 1.
89) *Iniungimus*, cit. c.
90) *Corripias*, C. H.
91) *Præfato archidiacono*, cit. c.
92) *Sui archidiaconatus*, ibid.
93) *Gratam*, ibid.

CAP. III.

Habens subiectionem seu collationem beneficii, illud pro suo vsu retinere non potest, seu sibi conferre.

IDEM Exonien. episcopo. (*ann. 1180.*)

Ad aures *f* nostras peruenit, quod quidam archidiaconi tui se in ecclesias, quæ in suis archidiaconatibus vacant, auctoritate propria intrudere 94) non verentur, [*et sic ipsas ecclesias detinere non erubescunt. Attendentes itaque absonum et omni rationi contrarium tantæ præsumptionis excessum, nec volentes incorrectum relinquere, f. t. per ap. s. præc.*] mandamus, quatenus, [*si qui archidiaconi sunt in episcopatu tuo*,] qui tali modo ecclesias occupant, vel occupatas detinent, eos ad easdem dimittendas [*omni occ. et app. cess.*] censura ecclesiastica compellas, et easdem ecclesias de 95) personis idoneis [*et honestis*] ordinans, præfatos archidiaconos pro tanta præsumptione debita cures animaduersione punire.

94) Quod eo facilius facere poterant; quia ius *guardiæ* vel *custodiæ* vacantium ecclesiarum habebant: qua occasione eas sibi retinebant per abusum. De *iure custodiæ*, quod archidiaconi affectabant, actum est ad c. 51. X. *de appell.* not. 51. et c. 6. X. *de suppl.* not. 21.
95) *De*, in c. 3. comp. cit. 1. non legitur.

CAP. IV.

Contra naturam incontinentes, si sint clerici, deponuntur, et in monasterio detruduntur: si laici, excommunicantur.

IDEM ex concilio 96) Lateranen. *g* (*ann. 1179.*)

Clerici, [*in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas in domibus suis sub incontinentiæ nota tenuerint, aut abiiciant eas et continenter viuant, aut ab officio et beneficio ecclesiastico fiant alieni.*] Quicunque [*autem*] illa incontinentia, quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, et quinque ciuitates igne consumpsit, deprehensi fuerint laborare, si clerici fuerint 97), deiiciantur a clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasteriis detrudantur: si laici 98), excommunicationi subdantur, et a cœtu fidelium fiant penitus alieni.

96) *In concilio*, C. H. et ed. ant.
97) vocab. *laborare*, *si clerici fuerint*, non sunt in C. H.
98) Hæc lacinia non legitur in c. 12. comp. 2. *de coh. cleric. et mul.* sed in c. 8. comp. 2. *de vita et hon. cler.*

CAP. V.

Subditus non tenetur parere superiori, aliquid exigenti vel præcipienti contra tenorem sui priuilegii.

IDEM [*vniuersis abbatibus.*] (*ann. 1172.*)

Sane, si episcopi *h* [*aliqui*] ab abbatibus aliquid, præter debitam obedientiam, contra libertatem ordinis, a præd. n. et a nobis indultam, exigunt: liberum sit [*eisdem*] abbatibus auctoritate apost. quod petitur, denegare: [*ne occasione ista ordo iste, qui hactenus liber exstitit, perpetuæ seruitutis laqueo vinciatur.*]

---

c C. 2. eod. tit. in 2. comp. *Vide allegata in præced. c. hoc eod. tit. et conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 12. 13. et 14.* *b* Temporum. *c* C. 1. eod. tit. in 1. compilat. *d* *Vide l. 2. in princ. C. ad L. Iul. repet. et infictus. de exc. §. hodie autem, in fin.*

e C. 2. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Lateran. p. 24. c. 4. *f* C. 3. eod. tit. in 1. compil. et post concil. Lateran. sub Alex. III. part. 24. c. 3. *g* Idem scil. Alex. III. in conc. Lat. c. 11. et 12. tit. de cohab. cler. et mul. in 1. comp. *h* Cap. 5. eod. tit. in 2. compil.

CAP.

CAP. VI.

Vicarius ecclesiæ, vsurpans sibi ipsius ecclesiæ personatum contra præstitum iuramentum, ad officii sui exsequutionem admitti non debet.

IDEM Noruicen. 99) *episcopo.* (*ann.* 1180.)

Illud *a* etiam de vicariis, qui personis fide et sacramento obligati sunt 100), duximus statuendum, quod, si, [*fidei et sacramenti religione contempta,*] personatum sibi falso assumentes, contra personas se erexerint, et super hoc in iure confessi fuerint vel conuicti, de cætero in eodem episcopatu ad officii sui exsequutionem nullatenus admittantur.

99) *Romen.* C. H. sed mendose.
100) Quia per *vnionem* parochiæ monasteriis, prælaturis, imo simplicibus canonicatibus adiunctæ erant: per *vicarium* regebantur ecclesiæ, *persona* seu *rectoris domini* aut *principalis* vicem sustinente monasterio aut possessore beneficii, cui parochiæ per vnionem adglutinatæ erant. Atque tales *persona* a vicariis suis illo æuo in Anglia exigebant *promissionem fidei iuratam*, æque ac domini a vasallis: quia hos æque inuestiebant de *ecclesia sua*, cuius proprietatem beneficio suo asserebant, vt *vicarii* instar *vasallorum* essent, qui itidem olim beneficia sua ad tempus vitæ possidebant. Quocirca, si contra personas seu dominos suos directus se erigebant, et pro *rectoribus dominis* se gerebant, feloniam committebant, feudo parochiali priuandi. Pro euidentiori intellectu huius canonis vero sciendum est, olim monachos *sua auctoritate* in ecclesiis hisce presbyteros vicarios instituisse, et per *modum feudi* de iis inuestiuisse, quod hoc tempore adhuc in Anglia moris fuit. Reprobauit hunc morem *VRBANVS II.* in *concil. Claramont.* vnde canonem admodum interpolatum retulit *RAYMVNDVS* in *c.* 1. *X. de capell. monach.* quod ibidem haud obteruaui. Verba huius canonis sincera retulit *BALVZIVS* ad *P. de MARCA de C. S. et imp. libr. VI. c.* 31. vbi cautum 1) vt designati e monachis presbyteri episcopo præsententur, hic vero 2) eis curam ecclesiæ committat: vt 3) *eiusmodi sacerdotes de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, abbati vero* 4) *pro rebus temporalibus, ad monasterium pertinentibus, debitam subiectionem exhibeant, et sic sua iura cuique seruentur*, prout ipsa verba canonis loquuntur. Inde tales vicarii *fidelitatem* præstabant abbati, et *sacramento* præterea se eidem obstringebant intuitu *bonorum temporalium*, prout in feudis iuris est.

CAP. VII.

Excommunicatio, lata contra subditum, quia non paret contra priuilegium, sibi a superiori concessum, non tenet.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Cum *b* ad quorundam [*malitiam coercendam in concilio fuerit Lateran. multa deliberatione statutum, vt archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, archipresbyteri etiam et decani certum euectionis numerum, et personarum in ecclesiarum visitationibus non excedant; quia, sicut audiuimus, quidam ex prædictis personis id in ecclesiis vestris nequaquam obseruant: super hoc commoditati vestræ attentius duximus salubriter prouidendum.*] Ideoque discr. v. apost. auctoritate concedimus, vt, si ecclesiarum prælati 1) numerum euectionis 2) et personarum, in Lateran. concilio constitutum 3), cum ecclesias visitant, excedere forte præsumpserint, et pro illis procurationem exegerint, liberum sit vobis auctoritate apostolica denegare: et, si propter hoc in ecclesias vestras, vel clericos [*vestros*] aliquam sententiam promulgauerint, ipsam [*auctoritate apostolica*] decernimus 4) non tenere.

1) *Prænominata personæ*, c. 3. comp. 2. h. t.
2) *Euectionum*, C. R. 1. H. et L.
3) *Statutum*, C. R. 1. in *c.* 6. *X. de censibus*, relatum.
4) *Decreuimus*, C. R. et H.

CAP. VIII.

Prælatus inferior citra episcopum, non potest suam ecclesiam, vel sibi subiectam alteri vnire sine episcopi consensu, etiam metropolitani auctoritate interueniente. H. d. et est casus multum allegabilis.

COELESTINVS III. 5) *Faustino* 6) *episcopo* c. (*ann.* 1196.)

Sicut vnire episcopatus, atque potestati subiicere alienæ, ad summum pontificem pertinere dignoscitur: ita episcopi est ecclesiarum suæ diœcesis vnio, et subiectio earundem. Cum itaque, [*sicut nobis innotuit,*] prior Graden. 7) monasterium suum, quod est in tua diœcesi, et de tuo debet ordinari consensu, monasterio de Accato 8) d, tuo assensu minime requisito, subiecerit siue vnierit 9); [*fr. t. per a. s. m. et indulgemus, vt,*] quod fecit [*super hoc,*] te inconsulto, tibi liceat auctoritate nostra, sicut iustum 10) fuerit, infirmare, non obstante assensu vel confirmatione, quam metropolitanus interposuisse proponitur: cum in diœcesi sui suffraganei absque ipsius 11) assensu non debeat 12) aliquid [*huiusmodi*] contra constitutiones canonicas attentare, nos quoque id decernimus 13), [*prout dictum est,*] irritandum, [*sequentes etc.*]

5) *Clemens III.* C. R. 1. et L.
6) *Fauentin.* c. 4. comp. cit. 2.
7) *Granden.* ibid. et in ed. Cont.
8) *Airato*, C. R. 1. *Accerata*, C. R. 2. *Acerato*, L. *de Cerat.* cit. c.
9) Quia vnio variis modis fit, tum per *subiectionem*, tum per *confusionem*, tum denique *æquo statu æquali* vtriusque beneficii valet: pontifex in verbis, his relatis, indigitat, vnionem per *subiectionem* factam fuisse, qua beneficium alteri ita iungitur, vt ab eius possessore simul dependeat eique subsit, proprio totum rectore careat. Talis vnio vt plurimum fit in gratiam possessoris beneficii principalis, vt sub hoc fuco duplici fruatur beneficio, vel, vt in hoc casu, prælatus tum suo principali, tum vnito, quod per *vicarium* regit, præsit.

10) *Visum*, C. H.
11) *Suo episcopo*, cit. c.
12) *Debuit*, C. L.
13) *Decreuimus*, C. R. 1.

CAP. IX.

Suspendi debet clericus, qui de suo crimine publice gloriatur.

INNOCENTIVS III. *archipresbytero* 14) *sancti Andreæ de Pal.* e (*ann.* 1198.)

Quam sit *f* graue crimen in clericis, cum malefecerint, gloriari, [*et in rebus pessimis exsultare,*] nullus sanæ mentis ignorat. Accepimus sane 15), [*quod non sine dolore referimus,*] quod, cum R. Deserien. 16) P. 17) filiam suam cuidam I. nomine tradiderit 18) in vxorem, P. diaconus [*ecclesiæ S. Petri, filius autem sacerdotis,*] non erubuit publice confiteri *g*, se mulierem prædictam carnaliter cognouisse: vnde factum est, quod [*prædictus*] vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideoque [*tibi per a. s.*] mandamus, quatenus, si tibi constiterit de præmissis, [*sine omni contradictione,*] appellat. cessante, præfatum clericum ab officio et beneficio suspendere non postponas, compellens virum, vt vxorem suam recipiat, eique, sicut iustum est, officium exhibeat maritale.

14) *Archidiacono*, C. R. 2. *archiepiscopo*, C. H. Sed rectior *libr.* 1. *epist.* 143. lectio: *archipresbytero S. Andreæ de Pallina*: quam lectionem etiam seruat *c.* 2. *comp.* 3. *h. t.* et specialem locum designat, in qua *ecclesia S. Andreæ* constituta fuit.
15) *Autem*, C. R. 1.
16) Admodum in hoc nomine variant codices, dum quidam legunt: *de Ferreto*: quidam: *de Sertone*, vel *Serten.* In ipsa *epist. cit.* 143. est: *Riccius de Gerrone.*
17) *R.* est in cit. c.
18) *Tradiderat*, C. L. *tradidit*, H.

CAP. X.

Clericus, auctoritatem vel consilium directe vel indirecte homicidio præstans, irregularis efficitur.

IDEM *episcopo Hipponen.* 19) h *et abbati de Toleta, visitatoribus Lombardiæ.* (*ann.* 1208.)

Ex litteris vestris *i* accepimus, quod, cum ad Albiganensem 20) ecclesiam vna cum [*v. fr. n.*] Pisano 21) archiepiscopo, tunc episcopo Vercellen. accessissetis, visitationis officium impleturi, Albiganensis 22) episcopus inter cætera, quæ proposita fuerant contra ipsum, [*hoc nobis*] ore proprio est confessus, quod, cum quidam in villa quadam, ad eius *k* iurisdictionem spectante, infamaretur de furto, et idem illud inficiaretur omnino, offerens, quod candentis ferri iudicio [*excusaret*] se [*vel*] purgaret, et vt 23) suspendio puniretur, si deficeret in eodem: dictus episcopus requisiuit a iudice, quid super hoc videretur eidem. Et cum iudex respondisset, vt fieret, sicut fur ipse dixerat: ferrum candens in ipsius præsentia episcopi est allatum. Quod cum accepisset fur ille, combustus est: vnde iudex 24) pauefactus, quid sibi super hoc videretur, consuluit episcopum memoratum. Qui [*sibi*] respondit, quod, si fur [*idem*] sic euaderet, malum esset: quanquam [*per litteras, quas idem episcopus nobis modo direxit,*] affirmet, se verbis talibus vsum fuisse. Audiuis, quantus est clamor populi, omnes dicunt: malum est, si sic euaserit 25) impunitus. Et sic episcopus et iudex villam ipsam cum multitudine sunt ingressi 26), in quorum præsentia prædictus fur est [*auctoritate ipsius episcopi*] suspensus: propter quod ipsum cum litteris vestris ad sedem apostol. destinastis. Sed idem, [*in præsentia nostra constitutus,*] nihil super his proposuit coram nobis, nec

19) Codices et edit. rursus nihil sani in hac inscriptione habent. Sincerior *libr. XI. epist.* 187. *edit. Baluz.* refertur: *episcopo Yporiensi et abbati de Tilieto, visitatoribus Lombardiæ.* Eadem facti series, hic allata, iisdem fere verbis reperitur *libr. XIII. epist.* 134. introitu tantum mutato, in quo pontifex significat, quibus præsentem decretalem scripserit, vnde sinceritas adductæ inscriptionis probatur. Verba introitus sunt hæc: *Ex litteris venerabilis fratris nostri, patriarchæ Antiocheni, tunc Yporiensis episcopi, et tui tunc de Tilieto abbatis meminimus recepisse, quod cum deuenit ad Albiganensem ecclesiam etc.* Hipponium est antiqua ciuitas in agro Bruttiorum inter Scyllacium et Rhegium sita. Inde *Hipponensis* episcopatus nomen accepit.
20) *Albiganien.* C. L. *Albiganenen.* ed. ant. *Ambiganen.* c. 2. comp. cit. 3. per tot.
21) *Paduano*, C. H.
22) *Ambigan.* C. R. 1.
23) *Aut*, C. H. *adiiciendo*, vt, cit. c.
24) *Iudex ille*, C. H.
25) *Euaderet*, C. R. 1.
26) *Egressi*, C. H. et cit. c.

a C. 1. *tit. de iureiur. in* 1. *comp. et post conc. Later. sub Alex. III. p.* 19. *c.* 8. b *Cap.* 3. *eod. tit. in* 2. *compil. Vide etiatos in c. cum ex officiis, supr. de præscr.* c Fauentio. *habet vetus compilatio.* d Accerato. *al.* Acerato.

e Pallis. *al.* Pollina. f *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil.* g Profiteri h Ypor. et abbati de Tileto. i *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.* k illius.

litteras

litteras vestras vidimus: licet idem se nobis illas asserat præsentasse. Quin imo 27) a [*statim*,] cum dictus archiepiscopus ad sedem apostolicam accessit 28), qui nobis huiusmodi rei seriem plenarie indicauit, idem episcopus a nostra discessit præsentia: et perquisitus non potuit inueniri. Nos autem 29) [*super his cum fratribus nostris deliberauimus diligenter; et*] quia idem episcopus non solum in iudicio *b* candentis ferri, verum etiam in furis suspendio 30) grauiter noscitur deliquisse; cum his non tantum auctoritatem præstiterit, verum etiam præsentiam exhibuerit corporalem: ipsum indignum altaris ministerio reputamus 31). Cum igitur pontificale officium sine altaris [*etiam*] ministerio non valeat adimpleri 32); [*discr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus, vt episcopatui cedat, moneatis eundem: alioquin ipsum [*auctoritate apostolica*] ab Albigenen. ecclesia, [*subl. app. obst.*] amouentes, faciatis eidem per electionem canonicam de persona idonea prouideri.

27) In C. R. 2. L. et H. etiam additur: *statim*.
28) *Accessisset*, C. H.
29) C. R. 1. addit: *attendentes*.
30) *Suspensione*, C. R. 1.
31) *Reputauimus*, C. R.
32) *Exercere*, C. H.

CAP. XI.

Collatio beneficii facta indigno occulta cassari debet, et conferens secundo ante cassationem primæ collationis priuari debet ea vice potestate conferendi.

IDEM *archiepiscopo, et maioris monasterii et sancti Iuliani abbatibus Turonen.* (*ann.* 1208.)

Inter dilectos filios B. et P. 33) e canonicos Pictauen. 34) super succentoria 35) Pictauen. ecclesiæ quæstione suborta, [*eorum*] vtroque [*coram nobis firmiter*] asserente 36), succentoriam ipsam se per Pictauen. cantorem, ad quem eius donatio pertinebat, canonice assequutum: [*et infra.*] Nos igitur, attestationibus vtriusque partis [*diligenter*] inspectis, inuenimus, esse probatum, eundem P. publicum aleatorem esse, ac vsurarium manifestum *d*: vtpote qui vndecim denarios pro duodecim [*publice*] mutuauerat in ludo. Vnde, licet ad palliandum tantæ præsumptionis excessum proposuerit [*idem P.*], quod hoc fecerat 37) iuxta consuetudinem Gallicorum clericorum, qua fere vniuersi clerici mutuant sic frequenter et ludunt; nos tamen, qui ex officii nostri debito pestes huiusmodi exstirpare proponimus, atque ludos voluptuosos, occasione quorum sub quadam curialitatis imagine ad dissolutionis [*etiam*] materiam deuenitur, penitus improbamus, excusationem prædictam, quæ per prauam consuetudinem, quæ corruptela dicenda est [*potius*,] palliatur, friuolam reputantes 38), cum in illis magis plectibilis sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpa delinquendi auctoritas vsurpatur, quod circa eundem P. de succentoria [*prædicta*] factum esse dignoscitur, propter indignitatem et vilitatem 39) ipsius duximus irritandum: cum personis vilibus et indignis portæ dignitatis patere non debeant, iuxta legitimas sanctiones. Præterea, contra præfatum B. fuit manifeste per a testes 40) probatum, quod de conscientia iudicum [*prædictorum Bituricen.*] vltima clausula inserta non fuerat, in litteris eorundem, sicut in ipsorum depositionibus exprimitur euidenter: [*Robertus vero diaconus, ad hoc probandum testis inductus, illud idem deposuit, et adiecit, quod, cum deberet easdem litteras sigillare, diligenter inspexit, nec eandem clausulam appositam tunc inuenit.*] Vnde pars altera proponebat, quod, cum prædictus B. scienter vsus fuerit litteris, sic falsatis, debebat 41) [*merito*,] tanquam falsarius, omnino repelli. Verum nos, attendentes, quod, etsi constaret, quod dicta clausula litteris illis fuisset apposita, præter conscientiam iudicum prædictorum 42) *f*, quia tamen fides facta nobis non fuit, quod dictus B. illam clausulam apposuerit, vel procurauerit, vt ab alio poneretur, vel etiam, quod scienter vsus fuerit litteris, sic falsatis, ab huiusmodi falsitatis obiectu eundem duximus absoluendum: maxime cum, postquam sibi hoc obiectum fuit, prætermiserit [*penitus*] vti eis. [*et infra.*] Cum igitur per depositiones [*saltem*] duorum testium, [*qui nullatenus reprobati fuerunt*,] nobis constiterit *g* [*euidenter*,] quod concessio, Petro facta, præcesserit; quanquam propter indignitatem eiusdem [*P.*] meruit 43) reprobari: concessionem, postmodum Boccardo factam, irritam decernimus et inanem. Quia vero cantor 44), [*ad quem ipsius succentoriæ donatio spectare proponitur, vt de ipsius periurio taceamus*,] adeo [*tamen*] inconstanter se habuit in hoc facto, vt, [*sicut prætnissum est*,] prima donatione non reprobata, secundam facere attentauerit 45), et dignum sit, vt in eo quis puniatur, in quo visus est deliquisse, in hoc eius duximus varietatis inconstantiam puniendam, vt concedendi succentoriam ipsam hac vice nullam habeat facultatem: præsentium vobis auctoritate mandantes, concedimus 46), quatenus eandem, auctoritate nostra suffulti, [*subl. app. obst.*] personæ idoneæ assignetis.

33) *P. et H.* secundum C. H. In *epist.* INNOCENTII III. 264. *libr. XI*, nomine ipsa expressa sunt hoc modo: *Bocardum et Petrum Corto*.
34) *Pictauien.* C. L. per tot.
35) Sicut cantor in ecclesia cathedrali dirigit officio canendi, dignitate præcipua gaudens: ita *succentorem* habet, qui eius vicarius est, eiusque absentis vicem gerit, quem proinde ipse *cantor* instituit, seu beneficium hoc, quod *succentoriam* vocant, confert. Conf. BARBOSA *de canon. c.* 9. *n.* 10. *seq.* Romæ in primis schola cantorum sub cura *primicerii* instituta, cui dignitas in *c.* 8. *X. de rescript.* tributa, qui etiam *præcentor* dictus. *c.* 6. *de consuet. cit. c.* 8. ACOSTA *in comment. ad tit. de offic. primic.* Sub CAROLO M. hæc sparta ecclesiis Galliæ et Germaniæ communicata est.
36) *Asserebat*, c. 4. comp. cit. 3.
37) *Fecerit*, C. L. et H.
38) *Deputantes*, C. R. 1.
39) *Inutilitatem*, cit. c.
40) Diction. *per testes*, non sunt in C. R. L. H. ed. ant. et cit. c. in C. R. 1. tanquam glossa sunt superscriptæ.
41) *Debeat*, C. R. 2. ed. ant. et cit. c.
42) *Prædictum*, a C. R. L. H. et ed. ant. abest.
43) *Meruerit*, C. R. L. H. ed. ant. et cit. c.
44) *Actor*, cit. c.
45) *Attentares*, C. L. H. et cit. c.
46) *Concedimus*, in C. R. L. H. ed. ant. et cit. c. omittitur.

CAP. XII.

Cognoscere de caussa matrimoniali, item pænitentias publicas et indulgentias concedere spectat ad dignitatem episcopalem: vnde inferior prælatus de his se intromittere non debet, nisi ei competat de iure speciali.

IDEM *in concilio generali* h. (*ann.* 1216.)

Accedentibus ad nos de diuersis mundi partibus episcoporum querelis, intelleximus graues et grandes 47) quorundam abbatum excessus, qui, suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt episcopalis dignitatis, extendunt, de caussis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum litteras, et similia præsumendo: vnde contingit interdum, quod vilescit episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur [*et*] in his et episcoporum dignitati, et abbatum prouidere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit 48) periculum euitare: nisi forsan quisquam eorum speciali concessione, vel alia legitima caussa super huiusmodi valeat se tueri.

47) Diction. *et grandes*, absunt a C. R. 1.
48) *Voluerit sui ordinis*, C. H.

CAP. XIII.

Ad reuelandum peccatorem, siue peccatum, in pœnitentia confessum, sacerdos compelli non potest.

HONORIVS III. *P. tit. sanctæ Pudentianæ* i *presbytero cardinali* 49), [*et vicario nostro.*] (*ann.* 1229.)

Dilectus filius Ioannes, [*sancti Thomæ de Parione*] presbyter, exposuit 50) *k* [*coram nobis*] conquerendo 51), quod rectores fraternitatis vrbis 52) ipsum ad reuelandum fures, et [*id*,] quod super quodam furto 53) sibi, tanquam sacerdoti, fuerat reuelatum, vel ad satisfaciendum exinde damnum passo, arctare nitentes, in eum, nisi alterum præmissorum [*intra octo dies*] efficeret, tulerunt sententiam interdicti. Quia igitur perniciosum 54) esset, prædictum presbyterum sibi taliter credita reuelare, ac [*iterum iniquum*,] cogi ad id, quod non rapuit, exsoluendum: discr. t. [*per a. s.*] mandamus, quatenus præfatos rectores coram te conueniens, iniungas eisdem, vt a memorati presbyteri [*super hoc*] grauamine 55) penitus 56) conquiescant.

49) C. R. 2. et L. addunt: *vicario nostro*.
50) *Proposuit*, C. R. 1. *nobis exposuit*, H.
51) *Conquerendo*, in C. R. L. et c. 1. comp. 5. h. t. non legitur.
52) Hos *rectores fraternitatis vrbis* habuisse iurisdictionem, specialiter delegatam, obseruat CIRONIVS ad *c.* 1. *comp.* 5. *h. t.*
53) *Super quodam furto, quod*, C. R. 1.
54) *Periculosum*, C. H.
55) *Super hoc grauamine*, C. R. 1. ed. ant. et cit. c.
56) *Super hoc penitus*, C. H.

CAP. XIV.

Priuati homines regulariter nequeunt constituere collegium, et habere signa collegii: nisi eis aliter concedatur.

IDEM *præposito* 57) *R.* 58) *et I. archidiacono Suessionen.* (*ann.* 1225. C. 2. comp. cit. 5.)

Dilecta in Christo filia, abbatissa Iotrenen. nobis insinuare curauit, quod, cum presbyteri et clerici Iotrenen. 59) ecclesiæ Meldensis diœcesis,

57) *Presbytero*, C. R. 2.
58) *R.* deest in C. H.
59) *Iotrensis*, c. 2. comp. 5. cit. per tot.

a *Al. ita:* quin imo statim, cum, *etc.* b *Cur iudicium ferri candentis sit illicitum, tradit luculenter B. Thom.* 2. 2. *qu.* 95. *art.* 8. *ad* 3 *arg.* c *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compil.* d *Vide c. quoniam in omnibus. sup. de vsur. et Bernard. c.* 82. e *Hæ duæ voces, per testes, desunt in antiquis exemplaribus: absunt etiam a veteri comp. et omnibus Vaticanis.* f *Vox,* prædictorum, *deest in antiquioribus codicib.*

g *Vide l. vbi numerus. C. de test.* h *Idem fuit. Innocent. III. in concil. gener. cap.* 60. *et cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.* i *Pro Prudentianæ, repositum est: Pudentianæ, vt supr. c.* 35. *de electione.* k *Vide cap. omnis. infr. de pæn. et remiss.*

diœcesis, non consueuerint proprium habere sigillum 60), nec sint vnum corpus, ita, quod capitulum appellaretur 61) a, nihilominus [tamen] contra voluntatem ipsius [*abbatissæ*,] quæ ipsorum caput est et patrona, sigillum habere contendunt, [*in ipsius præiudicium et grauamen: quare id eis a nobis petiit inhiberi. Quia vero nobis non constitit de præmissis:*] discr. v. mandamus, quatenus, [*inquisita super his diligentius veritate*,] si vobis constiterit, ita esse 62), dictis presbyteris et clericis auctoritate nostra inhibeatis 63) expresse, ne præsumant vel de nouo fabricare sigillum, vel vti eo, si forte nouiter fuerit fabricatum 64), [*ipsos, si contra prohibitionem nostram venire præsumserint, a præsumtione huiusmodi per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescentes.*]

60) *Authenticum* scilicet, quod eorum publica lege et auctoritate iis concessum est, qui iurisdictionem et dignitatem habent, vt euici peculiari opusculo *de iure et auctoritate sigilli authentici*. Tale sigillum habet fidem publicam, et argumentum pro imperio facto constituit, quod affectasse videntur clerici turonensis monasterii, in præiudicium abbatissæ eiusdem.
61) *Appellentur*, C. B. 1. H. et L. *appelletur*, C. B. 2. et cit. c.
62) *Rem taliter se habere*, cit. c.
63) *Inhibeas*, C. B. 1.
64) *Fabricarunt*, cit. c.

CAP. XV.

Qui contra iuramentum negat prælatum dominum suum, vel coram iudice seculari de ipso conqueritur, vel ipsum inuadit, deponi debet.

IDEM b *S. Auberti archidiac. abbati de Annona* 65), et *præposito Cameracen.* 66) (*ann.* 1226. Conf. c. vn. comp. 5. de purgat. canon.)

Grauem et dolore non vacuam, [*ac tot clero contumeliarum aculeis circumsertam recepimus quæstionem, quod, cum ven. f. n. Ambianen. episcopus quoddam beneficium vacans, quod altare dicitur de Villesto, cuidam idoneo, prout ad se spectare credebat, absente tamen archidiacono Ambian. contulisset, idem archidiaconus, stipatus caterua Manasseri, fratris sui, et quorundam aliorum, accedens ad episcopum memoratum, et proponens, quod ei iniuriatus fuerat super hoc, institit apud eum, vt sine caussæ cognitione a beneficio ipso prorsus amoueretur ab episcopo institutus.* et infra.] Discr. v. mandamus, quatenus, si vobis constiterit, archidiaconum [*sæpe dictum*] semel et secundo, contra fidem homagii præstiti, ac debitam reuerentiam 67), episcopum suum esse dominum negasse 68) c, vel in foro seculari deposuisse contra eum super rebus spiritualibus quæstionem, aut tam inuasori 69) episcopi et sociorum eius, quam fratri eius, vel 70) d complicibus suis caussam 71) vel consilium præbuisse, ipsum, tanquam membrum putridum, [*ne sua contaminet alios corruptela,*] ab Ambianen. ecclesia perpetuo abscindatis, [*et remoueatis omnino,*] beneficia sua 72) facientes personis idoneis per illos, ad quos donatio [*eorum*] pertinet, assignari: [*alioquin, quia publica fama laborat, et manifestæ præsumtiones apparent, purgationem ei super præmissis canonicam cum manu decima eiusdem dignitatis et ordinis eiusdem prouinciæ indicatis. Quodsi forte in tali purgatione defecerit, intra tempus, præfigendum a nobis: ipsum, cuiuslibet contradict. et appellationis impedimento sublatis, ab officio beneficioque priuetis, facientes nihilominus, sicut superius est expressum, beneficia, quæ idem archidiaconus detinet, personis idoneis assignari.*]

65) *Idem abbati S. Alberti et archidiacono de Annona*, C. B. 1. L. et c. vn. comp. 5. de purgat. can. *Idem abbati S. Alberti archid. de Annona*, C. B. 2. sed legendum, *de Hannonia*, vt rectius censet CIRONIVS *ad h. c.*
66) *Carbacen.* C. H.
67) Documentum hic nouum *arrogantiæ archidiaconatus* occurrit, quæ adeo noua quotidie incrementa cepit, vt episcopis non tantum grauet, sed, vt *vicarii nati*, pleraque iura episcopalia ad se trahere vel ea immouere conati fuerint. Hæc audacia intolerabilis tandem effecit, vt in plurimis ecclesiis dignitas hæc vel exstincta vel tantum *honoraria* facta fuerit.
68) *Denegasse*, C. B. L. et cit. c.
69) *Inuasoribus*, ed. ant.
70) *Cum*, C. B. 1. H. et L.
71) Post voc. *seculari*, verba cit. c. sunt sequentia: *seculari super rebus spiritual. deposuisse contra episcopum, attendendo, quod sibi responderet ibidem, aut inuasioni episcopi et sociorum eius, quam M. frater eius cum complicibus suis fecit, caussam etc.*
72) *Quæ idem detinet*, ibid. loco prou. *sua*.

CAP. XVI.

Ponit XV. grauamina, illata religiosis, a quibus præcipit prælatos abstinere.

GREGORIVS IX. *vniuersis ecclesiarum prælatis.* (*ann.* 1235.)

I. Nimis iniqua: [*et infra.*] Cum religiosi 73) viri, abnegantes salubriter semet ipsos, elegerint in paupertate Christo pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes, et omnia possidentes: non desunt plerique tam ecclesiarum prælati, quam alii, qui, cæca cupiditate seducti, propriæ auiditati subtrahi reputantes, quicquid prædictis fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant e.

73) *Quidam religiosi*, C. B. 1.

Volunt namque contra regulam, a sede apostolica approbatam 74), et sui ordinis instituta 75), ipsis 76) inuitis eorum confessiones audire, ac eis iniungere pœnitentias, et eucharistiam exhibere: nec volunt, vt corpus Christi in eorum oratoriis reseruetur. Et fratres ipsorum 77) defunctos apud ecclesias suas compellunt sepeliri, et eorum exsequias celebrari: et, si quis decedentium fratrum alibi, quam in suis ecclesiis eligat 78) f sepulturam, funus primo ad ecclesias suas deferri cogunt, vt oblatio suis vsibus cedat. Nec sustinentes 79), eos habere campanam, vel cœmeterium benedictum, certis tantum temporibus permittunt ipsos celebrare diuina. Volunt quoque in domibus eorum g certum numerum fratrum, sacerdotum, clericorum, et laicorum, nec non cereorum, lampadum 80), et ornamentorum, pro voluntate sua taxare, ac residuum cereorum, quando nouiter apponuntur, exigunt ab eisdem. Nec permittunt, quod 81) h noui sacerdotes eorum alibi, quam in ecclesiis suis celebrent primas missas 82), eos nihilominus compellentes, vt in quotidianis missis, quas in suis locis et altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant et reseruent: quicquid etiam eis, dum celebrant missarum sollemnia, intra domorum suarum ambitum pia fidelium deuotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contendentes, quod eisdem tam in ornamentis altaris 83), quam in libris ecclesiasticis 84) absolute confertur, vindicant perperam iuri suo. Quocirca mandamus, quatenus vniuersi et singuli a prænotatis grauaminibus desistatis, subditos vestros ab huiusmodi arctius compescendo.

74) *Comprobatam*, C. B. 2.
75) *Institutam*, C. H.
76) *Ipsis etiam*, C. B. 1.
77) *Ipsorum*, deest in C. H.
78) *Eligit*, C. B. 1. *elegerit*, C. B. 2. et H.
79) *Sustinent*, C. B. 1.
80) *Lampadarum*, C. B. L. ed. ant. Cont. et Pith.
81) *Vt*, C. B. L. et H.
82) Quia hæ lucrosæ erant, oblationibus amicorum et consanguineorum refertæ: ideo lucrum hoc captabant episcopi, volentes, vt eas in suis ecclesiis celebrarent, vt succincte obseruat GONZAL. *ad h. c. n.* 2.
83) *Altaris*, deest in C. H.
84) *Scholasticis*, ibid.

CAP. XVII.

Ponit XII. grauamina prædicatorum et minorum, a quibus præcipit prælatos abstinere.

IDEM *vniuersis ecclesiarum prælatis.* (*ann.* 1236.)

II. Nimis i praua: [et *infra.*] Cum quidam viri 85) religiosi, vtputa fratres prædicatores et minores, quorum ordinem et regulam sedes apostol. noscitur approbasse 86), in arctissima 87) k paupertate Christo pauperi famulentur; plerique prælati et alii eos ad synodos suas cogunt accedere, ac suis constitutionibus subiacere. Nec his contenti, capitula et scrutinia in locis fratrum, pro his corrigendis, facturos se comminantur, fidelitatem, iuramento firmatam, ab eorum ministris et custodibus exigentes. Eis quoque, vt tam extra ciuitates, quam intra cum eis processionaliter veniant, ex leui caussa mandantes, excommunicationis sententiam fulminant in benefactores 88) ipsorum: et id ipsum fratribus comminantes, eos de locis, in quibus Domino famulantur, satagunt amouere, nisi eis obediant in omnibus supra dictis. Ad hoc l, ne 89) fratres ad honorabiliores m ciuitates et villas, vbi religiose ac honeste valeant commorari, a populis deuote vocati, accedere audeant inhibentes, tam in accedentes fratres, quam in receptatores n eorum, præsumunt excommunicationis sententiam promulgare. Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, nec non de habitaculis fratrum, sicut de Iudæorum domibus, contendunt reditus extorquere, asserendo, quod, nisi fratres morarentur ibidem, ab aliis habitatoribus prouentus aliqui soluerentur: et, vt ipsos suæ subdant totaliter ditioni, eisdem ministros et custodes volunt præficere pro suæ 90) arbitrio voluntatis. Quocirca mandamus, quatenus vniuersi et singuli a prænotatis 91) grauaminibus desistatis, subditos vestros ab huiusmodi arctius compescendo.

85) *Viri*, deest in C. H.
86) *Comprobasse*, ibid.
87) *Altissima*, C. L.
88) *Et subiiciunt eos et benefactores*, C. B. 2. *in benefactoribus*, ed. ant.
89) *Nec*, C. H.
90) *Suo*, C. B. 2.
91) *Prænominatis*, ibid.

CAP. XVIII.

Non seruans interdictum, suspensus est ab officio et beneficio, et omni iurisdictione. H. d. secundum verum intellectum.

IDEM *archiepiscopo Bracharen.* o (*ann.* 1238.)

Tanta est clauis Petri: [*et infra.*] Ad confusionem P. episcopi quondam Colubrien. non potest in memoriam non venire, quantum in

a Appellaretur. b *Alias.* Idem abb. S. Alberti archidiacono de Ammona, *etc.* c Denegasse. d *Al.* cum complicibus, *etc.* e Inquietent.

f Eligit. g Eorundem. h Vt. i *De cogendis synodis, et qui sint vocandi, vid. concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 2. k Altissima. l Ad hæc. m Honorabiles. n Receptores. o *Bracarense et Colubriense seu Coltiriense episcopatus sunt vetustissimi in Portugallia.*

nos

nos et eccleſiam Romanam deliquerit, deſpexerit Petri claues, et eccleſiaſticam læſerit poteſtatem: cum non ſolum interdicti ſententiam, quam ſeruauerat ab initio, temere violauit 92), verum etiam induxit alios, imo compulit, non ſeruare 93). Et quos inducere monitis, et flectere minis ac terroribus ad violandam interdicti ſententiam nulla potuit ratione, poſt atroces iniurias, amiſſionem bonorum, ſpoliationem 94) parentum, dignitatibus, præbendis, et beneficiis ſpolians, coegit miſerabiliter exulare, ea ſuis in hac parte fautoribus non abſque præſumptione temeraria conferendo, quæ omnia idem epiſcopus in noſtra et a fratrum noſtrorum præſentia publice recognouit. Licet autem memoratus epiſcopus in manibus noſtris ſpontanea ceſſerit voluntate: nolentes tamen, vt hi, qui huiuſmodi ſententiam interdicti non ſunt veriti temeritate propria violare, ac recipere dignitates, præbendas, ac beneficia aliorum, qui abſque culpa et ſine cauſſa rationabili eis fuerant ſpoliati, ſeueritatem effugiant canonicæ vltionis, ne facti peruerſitas transeat præſumptoribus in exemplum, auctoritate Dei omnipotentis, omnem inſtitutionem, deſtitutionem, collationem præbendarum, beneficiorum ac dignitatum præſumptas per eundem epiſcopum, et excommunicationis ſeu interdicti ſententias, in quoſcunque hac occaſione prolatas ab eo poſt interdicti violationem eiuſdem, decernimus irritas et inanes. Quia vero, vbi magis exceditur, ibi eſt ſeuerius vindicandum 95): mandamus, quatenus omnibus, quos prædictus epiſcopus in ſupra dicta beneficia, præbendas et dignitates intruſit 96), non ſolum a beneficiis ipſis, præbendis et dignitatibus, verum etiam ab aliis beneficiis, ſi quæ obtinent, et eccleſiis prorſus amotis, tam præſumptores eoſdem, quam omnes alios, qui præfatum interdictum damnabiliter violarunt *b*, ſuſpendas auctoritate *c* apoſt. ab officio et beneficio 97). Illos quoque, quos in perſonas et res prædictorum canonicorum, prælatorum et clericorum manus temerarias conſtiterit extendiſſe, ad noſtram venire compellas præſentiam, pro meritis ſententiam 98) *d* recepturos, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

92) *Violauerit*, C. H.
93) Ad ea tempora hoc interdictum referendum, quibus rex Luſitaniæ libertatem eccleſiæ admodum turbauerat, et ob maieſtatem eius violatam curiæ Romanæ ſatisfacere nolebat. Quæ res effecit, vt non tantum ipſe diræ excommunicationi, ſed etiam regnum interdicto ſubiectum fuerit, de quo vid. *RAYNALDVS in contin. Baron. ad ann. MCCXXXVIII.* n. 48 *ſeq.*
94) *Et ſpoliationem*, C. B. 2.
95) *Iudicandum*, C. H.
96) *Intruſio* prædicatur de omnibus, contra iuris canonici regulas officia ſacra obtinentibus, velut ab iis, qui poteſtatem conferendi non habuerunt, vel ea priuati ſunt, vti in *h. c.* et *c. 5. X. de conceſſ. præb.* vel prohibente iure alias ea poſſidentibus, *c. 18. X. de præb. et dignit.* vel ſine auctoritate epiſcopali eadem inuadentibus. *c. 3. X. de iuſtit. c. 3. X. h. t.* etc.
97) *Suſpenſos ab officio et beneficio nuntiemus*, C. B. 1. *ſuſpenſos ab officio et beneficio denuntiare auctoritate apoſtolica non poſtponas*, C. B. 2. *ſuſpenſos ab officio*, L. *ſuſpendas ab officio* etc. ed. ant.
98) *Sententiam*, omittitur in C. B. L. H. et ed. ant.

TITVLVS XXXII.
DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE.

CAP. I.

Etiamſi eccleſia ædificata poſt nuntiationem noui operis, deſtruenda eſt expenſis conſtruentis. H. d. cum ſequenti.

LVCIVS III. *Paduano epiſcopo* 99). (*ann.* 1181.)

Intelleximus *e* ex litteris tuis, quod, cum cauſſa, quæ vertitur inter [*dilectos filios noſtros,*] priorem S. Cypriani, [*Decan.*] et clericos de Rodigio 100) ſuper capella, quæ in præiudicium baptiſmalis eccleſiæ de Colle, ab eiſdem clericis eſt conſtructa, [*ſicut nobis eiuſdem prioris relatio demonſtrauit,*] fr. t. [*a ſede ap.*] delegata fuiſſet, [*ſine canonice terminanda, partibus autem ad tuam præſentiam conuocatis, per teſtes ſufficienter tibi innotuit, quod præfata eccleſia de Rodigio eandem capellam poſt appellationem, ad nos factam, et poſt denuntiationem noui operis, ædificare cœperat, et ob hoc præfatus prior in iudicio poſtulabat, quicquid in ſæpe dicta capella poſt appellationem, ad nos factam, et poſt denuntiationem noui operis primitus factum fuerat, demoliri. Super quo diſcr. t. dubium videbatur, vtrum ad hæc procedi poſſet canonice iudicio; et cum nihil de nuntiatione noui operis ſit in canonibus definitum: duxiſti ſed. apoſtolicam conſulendam.*] Quia vero *f*, ſicut [*humanæ*] leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita et ſacrorum ſtatuta canonum, [*priorum*] principum conſtitutionibus adiuuantur: fr. t. [*præſentibus*] mandamus, quatenus 1) diligenter conſiderans, quod poſt denuntiationem noui operis, ſiue iure, ſiue iniuria aliquid conſtruatur 2), [*de*] legalibus debet conſtitutionibus 3) demoliri. Et quia nulla eccleſia in præiudicium eſt alterius conſtruenda *g*: [*adſcitis tibi viris prudentibus,*] negotium ipſum ſecundum legum et canonum ſtatuta 4) [*app. rem.*] non differas terminare. [*Nam cum te credamus in vtroque iure peritum: ſecurius duximus, cauſſam per tuam ſollicitudinem terminari, qui per dicta partium et terminos et fines locorum plenius poteris cognoſcere veritatem, quam aliquid a nobis, ignorantibus qualitatem negotii, diffiniri.*]

99) *Archiepiſcopo*, C. H.
100) *Rodigo*, C. B. 2. et c. 3. comp. 2. de eccleſ. ædific. *Rodigio*, L.
1) *Reſpondemus, quod*, cit. c.
2) *Conſtruatur*, C. H. et cit. c.

3) Iuris Romani vigor hoc tempore in Italia dudum reſtitutus erat, atque in quibuſcunque decretalibus adeo principia eiuſdem primum fere locum tenebant; vt mirandum ſit, Paduanum epiſcopum in dubium vocaſſe, verum nuntiationis noui operis vſus in eccleſiis exſtruendis admittendus eſſet: cum tamen ha æque in præiudicium alterius exſtrui queant. Quod eo magis affirmandum duxit pontifex, quia per multa retro ſecula hæc principia in ſuis decretalibus anteceſſores eius etiam conſeruarunt, atque effecerunt, vt in foro eccleſiaſtico aliquis ſemper vſus iuris Romani ſupereſſet.
4) *Inſtitutam*, C. H.

CAP. II.

Summatum eſt ſupra capitulo primo.

INNOCENTIVS III. *Cantuarien. archiepiſc.* (*ann.* 1198)

Cum *h* ex iniuncto 5): [*et infra.*] [*Diſtricta tibi iuſſione mandauimus, vt in negotio capellæ de Lameth, iuxta formam, in litteris ap. comprehenſam, ab oppreſſione monachorum Cantuarienſ. omnino ceſſares.* et infra. *Cum autem, quæ præmiſimus, in noſtra fratrumque noſtrorum præſentia, prudenter eſſent a nuntiis allegata: nos, qui tempus accepimus iuſtitiam iudicandi, volentes illius veſtigiis inhærere, apud quem non eſt acceptio perſonarum, cuius locum, licet indigni, tenemus in terris, et ita via regia prudenter incedere, vt non declinemus ad dextram, vel ſiniſtram, prædeceſſores quoque noſtros Vrbanum, Clem. et etiam Cæleſtinum credentes amplius imitandos in illis maxime, quæ deliberatione præuia ſtatuerunt, de communi f. n. c.*] fr. t. [*per a. ſ.*] mandamus, [*et in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus,*] quatenus, [*omni contradictione, excuſatione et app. caſſ. infra XXX. dies, poſt receptionem præſentium,*] quicquid ædificatum eſt in eccleſia de Lameth 6), poſt noui operis nuntiationem 7), expenſis tuis facias penitus demoliri, eo non obſtante, ſi etiam abſens exſtiteris; cum cautum ſit legitima ſanctione 8), vt, ſi is, cui opus nouum fuerit 9) *i* nuntiatum, ante remiſſionem ædificauerit, deinde agere cœperit, ius ſibi eſſe, ita ædificatum habere 10), ſibi debeat actio denegari: reducens prorſus in irritum, quicquid de inſtituendis ibi canonicis et aliis, ad ipſam eccleſiam pertinentibus, a te vel prædeceſſore tuo cognoſcitur ordinatum, eorum reditibus ad ſtatum priſtinum reuocatis, quos ab obligatione præſtiti iuramenti, pro eo, quod ibidem inſtituti fuerunt, auctoritate noſtra per te denuntiari præcipimus 11) abſolutos. Cum enim amodo non teneat principale; quicquid ex eo 12), vel ob id 13) ſequutum eſt, ſub præmiſſa diſtrictione decernimus irritandum: [*ſicut ſancitum eſt traditione canonica et ciuili.*] [*et infra.*] Super eo quoque 14) non ſufficimus admirari, quod, cum [*dicta eccleſia iam dudum quaſi lapis offenſionis fuerit, et petra ſcandali, pro qua nos et prædeceſſores noſtri aduerſus te tuosque prædeceſſores ita grauiter ſumus moti, et*] viri religioſi [*pariter, et prudentes,*] monachi Cantuarien. qui omnia dimiſerunt pro Chriſto, tot laboribus [*et doloribus, tot timoribus*] et periculis perſonas et res non dubitauerunt 15) *k* frequenter exponere, quod [*procul dubio tam illi, quam iſti, vt dictum eſt,*] non feciſſent, niſi cognoſcerent præmiſſæ reſpicere in graue Cantuarien. eccleſiæ detrimentum, [*vt de aliis omittamus,*] tu ſaltem pro vitando tam graui ſcandalo proximorum, ab huiuſmodi etiam tibi prohibitis non ceſſaſti; cum ſacræ ſcripturæ teſtimonio debueris *l* didiciſſe, quod 16), licet opera illa, quæ ſine mortali peccato omitti 17) non poſſunt, non ſint *m* pro vitando ſcandalo dimittenda, nec ea debeant pro ſcandalo vitando committi, quæ ſine mortali peccato committi non poſſunt: ab his tamen, quæ ſine mortali peccato committi poſſunt pariter et dimitti 18), ſit pro ſcandalo

5) Plura adhuc huic decretali deſunt, ſupplenda ex *libr. 1. epiſt.* 432. *edit. Baluz.*
6) *De Meſchen.* C. B. 1. *de Lameth*, C. B 2. et ed. ant. *de Meleth.* L. *memorata*, c. 1. comp. 3. h. t. Conf. *c.* 52. *X. de appellat.*
7) In cit. c. non habentur verba: *poſt noui operis nuntiationem.*
8) *Exſtiteris. Cum autem ſit etiam legitima ſanctione ſancitum*, cit. c.
9) *Fuerit*, C. B. 1. et L.
10) *Ius ſibi ædificatum debere*, cit. c. Sed in margine: *forte habere.* Quomodocumque vero legendum ſit; confuſa eſt in omnibus editionibus et codicibus verborum ſeries; quippe quæ multo concinnior eſt in cit. c. vbi formatur noua periodus dictis verbis: *Cum autem ſit* etc. quæ continens antecedens. Nam conſequens eſt in ſecundo membro periodi, ita ſonante: *reducens prorſus* etc. *præcipimus abſolutos.*
11) *Faciatis*, C. H.
12) *Ab eo*, cit. c.
13) Diction. *ob id*, non ſunt in ed. ant.
14) *Vero*, C. H.
15) *Dubitauerint*, C. B. et ed. ant. *dubitauerant*, L.
16) *Etſi*, C. H et ed. ant.
17) *Demitti*, C. B. 2. et cit. c.
18) *Et omitti*, C. B. 2.

a *Al.* ita: et in ſacrum, etc. b Violarant. c Hæc duo verba, auctoritate apoſtolica, deſunt in aliquot manuſcr. et in impreſſis paulo vetuſtioribus. d Vox, ſententiam, deeſt in antiquioribus. e *Cap.* 3. *eod. de eccleſ. ædific.* in 2. compil. f *Al.* quia vero ſacræ leges, etc.

g Conſtruenda. h *Cap.* 3. *de noui oper. nunt. in* 3. *compil. Conſule Hoſt. in c. præced.* i Fuerat. k Dubitauerint. l Debeas. m eius. n *Vide S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 43. *per totam quæſtionem.*

 tollen-

tollendo 19) cessandum, et eis etiam pro vitando scandalo insistendum. Vnde apostolus: *si scandalizatur e frater* 20), *non comedam carnes in aeternum.* Et Dominus *b* in euangelio contra eos, qui scandali praestant materiam, *vae*, inquit, *homini illi, per quem scandalum venit.* [*Melius est enim, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris.*] Et 21) licet maiorum scandalum sit vitandum; vitandum est etiam scandalum pusillorum, iuxta testimonium veritatis, *qui c scandalizauerit*, inquit, *vnum de pusillis istis, qui in me credunt*, etc. Finis ergo his, (*quae praemissa sunt, de cetero*] taliter a te 22) imponatur, quod praeteritae contradictionis rebellio per virtutem sequentis obedientiae valeat [*non immerito*] expiari.

19) *Tolerando*, C. L.
20) *Frater meus*, C. H.
21) *Sed*, ed. ant.
22) Dictio. *a te*, non sunt in cit. c.

CAP. III.

In optione est nuntiantis nouum opus, an intra tres menses de praeiudicio suo debeat ostendere, et interim cessetur ab opere: an vero recepta cautione de opere demoliendo, statim aedificari permittat. H. d. cum sequ.

HONORIVS III. d [*decano praeposito maioris ecclesiae, et magistro Michaeli, canonico S. Nicolai Ambian.*] (Conf. c. vn. comp. 5. h. t.)

Significantibus e canonicis sanctae Opportunae Parisien. 23) innotuit nobis, quod, cum super eo, quod Nicolaus [*Rufus*,] ciuis Parisien. in quadam platea ecclesiae suae, [*intra claustrum ipsorum sita*,] eis prohibentibus, in suum aedificabat praeiudicium et grauamen, deposuerunt 24) coram officiali Parisien. archidiaconi 25) quaestionem, eis offerentibus in continenti probare praeiudicium, et plateam ad suam ecclesiam pertinere, ac petentibus [*insuper*,] non 26) obstante, quod dictus N. cautionem de demoliendo opere offerebat, aedificium prohiberi. Et quia idem officialis interloquendo decreuit, probationes eorum admittendas esse, ac ab opere interim quiescendum, idem N. ad Senonen. ecclesiam 27) *f* prouocauit. Sed cum Senonen. officialis [*Nicolai praedicti cognatus*,] eadem interlocutoria [*pro suae duntaxat voluntatis arbitrio*] reuocata, decreuerit, ad opus sub cautione de demoliendo ipso 28) *g*, non admissis eorum probationibus, procedendum; praedicti canonici nostram audientiam appellarunt: [*vnde petebant, vt ipsorum probationes recipi, ac prohiberi aedificium mandaremus.*] Ideoque [*discr. v. per apost. scripta*] mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in irritum 29), quicquid post appellationem huiusmodi [*temere*] inueneritis attentatum, [*super hoc, quod iustum fuerit, appell. postposita, statuatis, facientes*] etc.

23) *Parisien.* desideratur in C. R. L. H. et ed. ant.
24) *Deposuerunt*, C. L. et c. vn. comp. 5. h. t.
25) *Et archidiacono*, cit. c.
26) *Vt non*, C. H. ad ant. Cont. at Pith, sed male.
27) *Curiam*, C. R. 2. et cit. c.
28) *De demoliendo opere*, C. H.
29) Voc. *in irritum*, C. R. L. et ed. ant. omittunt. sed in cit. c. sunt haec: *in statum debitum.*

CAP. IV.

Summatum est supra capitulo proximo.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1230.)

Is, cui opus nouum te nuntiasse *h* proponis, non obstante cautione, quae offertur ab ipso de opere destruendo, si non iure aedificatum existat, tenetur te per trium mensium spatium exspectare, iuris tui praeiudicium probare volentem.

TITVLVS XXXIII.

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBVS 30) PRIVILEGIATORVM.

CAP. I.

Episcopalis dignitas non debet tribui, nisi locis insignibus, et populosis.

LEO PAPA. (*ann.* 459. *Romae.* Conf. c. 1. comp. 1. h. t.)

Episcopalia 31) gubernacula non nisi maioribus populis, et frequentioribus ciuitatibus praesidere 32) oportet: ne honor, cui debent 33) excellentiora committi, [*ipse*] sui numerositate vilescat.

30) *Egressibus*, comp. 1. *et indulgentiis*, comp. 3. *de priuilegiis*, comp. 4.
31) Plenius verba LEONIS relata sunt in *c.* 4. *dist. LXXX.* ex *epist.* eius *LXXXV. c.* 2. quamuis iisdem quodammodo truncata.
32) *Praesidere*, C. L.
33) *Debentur*, C. R. 2.

CAP. II.

Non obstante priuilegio fori, potest laicus ecclesiae malefactor per ecclesiam puniri.

GREGORIVS *Petro, subdiacono* 34). (*ann.* 591.)

Sicut 35) *i* in iudiciis 36) laicorum priuilegia turbare nolumus: ita eis, praeiudicantibus nobis 37), moderata volumus auctoritate resistere. Violentos itaque laicos 38) coercere, non contra legem est agere, sed legi facere *k* subsidium.

34) *Gregorius papa subdiacono N.* ed. ant.
35) Desumta haec sunt ex *libr. II. ind. XI. epist.* 5. anno ordinationis secundo scripta.
36) *Iudicio*, C. R. 2.
37) *Nobis*, non est in c. 2. comp. cit. 2.
38) *Laicos*, desideratur ibid.

CAP. III.

Religiosi etiam exempti ecclesias et decimas non debent a laicis recipere, sine consensu dioecesanorum. Hoc dicit vsque ad §. *Excommunicatos.*

ALEXANDER III. *in concil. Lateran. III.* l (*ann.* 1179.)

Cum et plantare sacram religionem, et plantatam fouere modis omnibus debeamus: nusquam 39) *m* hoc melius exsequimur 40), quam si nutrire ea, quae recta sunt, et corrigere, quae profectum virtutis *n* impediunt, commissa nobis [*a Deo*] auctoritate, curemus. Fratrum autem et coepiscoporum nostrorum [*vehementi*] conquestione comperimus, quod fratres Templi et Hospitalis 41), et alii [*quoque*] religiosi 42), indulta sibi ab apostol. sede priuilegia excedentes, contra episcopalem auctoritatem multa praesumunt, quae et scandalum faciunt [*in populo Dei*] et graue pariunt periculum animarum. [*Proposuerunt enim, quod ecclesias recipiunt de manu laicorum, excommunicatos et interdictos ad ecclesiastica sacramenta, et ad sepulturam admittunt in cunctis ecclesiis suis, praeter conscientiam eorum, et instituunt, et amouent sacerdotes, et fratribus suarum, ad eleemosynas quaerendas euntibus, cum indultum sit eis, vt in eorum aduentu semel in anno aperiantur ecclesiae, atque in eis diuina celebrentur officia, plures ex eis, de vna siue diuersis domibus ad interdictum locum saepius accedentes, indulgentia priuilegiorum nostrorum in celebrandis officiis, et sepeliendis mortuis abutuntur, et tunc mortuos apud interdictas ecclesias sepelire praesumunt. Occasione quoque fraternitatum, quas in pluribus locis faciunt, robur auctoritatis episcopalis eneruant: dum contra suarum sententiam sub aliquorum priuilegiorum obtentu munire cunctos intendunt, qui ad eorum fraternitatem voluerint se conferre. In his autem, quia non tam de maiorum conscientia, vel consilio, quam de minorum indiscretione exceditur, et remouenda ea, in quibus exceditur, et quae dubitationem faciunt, decernimus declaranda.*] Ecclesias igitur 43) et decimas de manu laicorum, sine consensu episcoporum 44), tam illos, quam etiam quoscunque alios religiosos recipere prohibemus, dimissis 45) [*etiam*,] quascunque 46) contra tenorem istum aliquo 47) tempore receperunt.

Excommunicati et interdicti omnino non debent admitti ad diuina, etiam per religiosos exemptos. H. d. vsque ad §. *In ecclesiis.* Abbas Siculus.

§. 1. Excommunicatos a quoque 48) et nominatim interdictos tam ab illis, quam ab aliis omnibus 49) iuxta episcoporum sententiam statuimus euitandos.

Religiosi etiam exempti in ecclesiis, non pertinentibus ad eos, pleno iure non instituunt, nec destituunt, inconsultis episcopis: sed rationem exigunt in temporalibus ab institutis. Hoc dicit vsque ad §. *Quodsi.*

§. 2. In ecclesiis vero 50) suis, quae ad eos pleno iure non pertinent, instituendos presbyteros episcopis repraesentent: vt eis [*quidem*] de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem 51). Institutos etiam 52), inconsultis episcopis, non audeant remouere.

39) *Nunquam*, C. H. et c. 3. comp. cit. 1.
40) *Exsequemur*, C. R. 1 et L.
41) *Et hospitalarii*, C. L.
42) *Religiosae professionis*, cit. c.
43) *Ecclesiam sane*, ibid.
44) Prohibitum hoc fuisse sub VRBANO II. in synodo Melfitana, tradidi in not. 47. ad *c.* 4. *C. l. qu.* 3. occasionemque moris huius transferendi ecclesias decimasque in monasteria, vt hoc modo ex manibus laicorum eruerentur, non aliter tamen, quam cum episcopi consensu, illustraui.
45) *Admissis*, C. L.
46) *Quaecunque*, ibid.
47) *Moderno*, cit. c.
48) *Quoque*, ibid. non legitur.
49) *Hominibus*, ibid.
50) *Vero*, ibid. omittitur.
51) Huius sententiae mentem explicui ad *c.* 6. *X. de excess. prael. not.* 100.
52) *Vero*, cit. c.

e 1. *Cor.* 8. b *Matth.* 18. c *Ibid.* d Decano et praeposito maioris ecclesiae Ambianen. *Cont.* e *Vide Doct.* in *l.* 1. *D. de noui op. nuntiat.* f *Al.* curiam, *idque in recentioribus: nam vetustiores codices*, ecclesiam, *habent.* g Opere. h Denuntiasse.

i *Cap.* 11. *eod. tit. in* 1. *comp.* k Ferre, *legendum est ex registro.* l *In concil. Later. sub Alex. III. c.* 9. *et c.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil.* m Nunquam. n Veritatis, *in concilio.* o *Vide Callistum pap. I. epist.* 2. *ad episcopos Galliae. Referunt Burch. l.* 11. *decr. c.* 38. *et Ivo p.* 14. *c.* 102.

Hospi-

Hospitalarii et Templarii semel in anno celebrant in ecclesia, posita in loco interdicto: ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum. H. d. vsque ad §. *De confratribus.* Abbas.

§. 3. Quodsi [*vero*] Templarii vel Hospitalarii ad ecclesiam venerint interdictam; non nisi semel in anno ad ecclesiasticum officium admittantur: nec tunc ibi sepeliantur 53) corpora defunctorum.

Confratres exemptorum, seu ipsorum oblati, qui in totum non se transtulerunt, iudicari possunt ab ordinariis locorum. H. d. vsque ad fin. Abbas Siculus.

§. 4. De a confratribus 54) [*autem*] hoc constituimus, vt, si non se prædictis fratribus omnino reddiderint 55), sed in proprietatibus suis omnimodo 56) duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum suorum 57) sententia nullatenus eximantur, sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exerceant, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum est, ab 58) aliis quoque religiosis, qui præsumptione sua episcoporum percipiunt 59) iura, et contra canonicas eorum sententias, et tenorem priuilegiorum nostrorum 60) venire præsumunt, præcipimus obseruari. Si enim 61) contra institutum hoc venerint: et ecclesiæ, in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto, et quod egerint, irritum habeatur, [*et vacuum.*]

53) *Sepeliant*, ibid.
54) *Fratribus*, C. H. *idem confratribus hoc*, ed. ant. *de fraternitatibus*, cit. c.
55) *Reddiderunt*, C. L.
56) *Omnino*, cit. c.
57) *Suorum*, omittitur ibid.
58) *Et*, C. H.
59) *Præcipitant*, cit. c.
60) *Suorum*, C. H.
61) *Si autem*, cit. c.

CAP. IV.

Suis priuilegiis priuandus est, qui alienis derogat.

IDEM [*venerabilibus fratribus,*] *archiepiscopis* 62) *et* b *episcopis* 63) c *ad quos litteræ istæ peruenerint.* (*ann.* 1179.)

Dilecti filii a [*nostri,*] fratres Hospitalis Hierosolymitani, transmissa nobis conquestione monstrarunt, quod vos eis de malefactoribus suis iustitiam facere non vultis, priuilegia ipsorum recipere 64) contemnentes, [*nec ipsos eleemosynas quærere in vestris parochiis, aut fratres eorum sepelire aliquatenus permittatis. Quoniam igitur iidem fratres multis sunt libertatibus et priuilegiis a Rom. pontificibus præmuniti, quæ vt nostris temporibus infringantur, nolumus sustinere: f. v. p. a. s. m. præc. q. iam dictis fratribus in his, quæ sibi a Rom. eccl. noscuntur indulta fuisse, nullam prorsus molestiam faciatis, nec ea sibi contradicere, vel denegare aliquatenus attentetis. Si enim de vobis in veritate de cætero talia poterimus comperire;*] pro certo sciatis, quod nos concessa vobis priuilegia decurtabimus: cum [*nostris et*] eccl. Rom. scriptis 65) authenticis obuiare minime timeatis.

62) *Archiepiscopo*, C. E. r.
63) Diction. *et episcopis*, desiderantur in ed. Cont. et c. 4. comp. cit. t.
64) *Respicere*, C. B. L. H. et ed. ant. *suspicere*, cit. c.
65) *Cum nostris et ecclesia Romana scriptis*, C. B. t.

CAP. V.

Etiam priuilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam; et, si admiserint, debent inde eos eiicere: et si non fecerint, episcopus supplebit.

IDEM *Cantuarien. archiepiscopo.* (*ann.* 1179.)

Ad hæc 66) d, [*in beatorum apostolorum principis cathedra, Domino disponente, quanquam immeriti, sumus constituti, vt plantare debeamus, quæ ad diuinum spectant decorem, et euellere et eradicare curemus, quæ aduersa sunt rationi et profectum impediunt salutis. Intelleximus sane, quod Hospitalarii nominatim excommunicatos contra prohibitionem episcoporum ecclesiasticæ præsumunt tradere sepulturæ, non cogitantes, quoniam graue sit eis in morte communicare, quos, dum viuerent, ecclesia a suo sinu pro suis excessibus segregauit. Vnde, quoniam huiusmodi præsumptionem et temeritatem nolumus, nec debemus aliquatenus tolerare: f. t. p. a. s. præc.*] mandamus, quatenus Hospitalariis præcipias 67), vt, si quos, in excommunicatione defunctos, in cœmeteriis ecclesiarum 68) sepelierint, eos extra cœmeteria [*ipsa penitus*] eiiciant. Quodsi facere noluerint: tu hoc [*ipsum*] de his, quos in excommunicatione defunctos esse [*tibi*] constiterit, [*auctoritate nostra, rem. app. obst.*] exsequaris.

66) *Ad hoc*, c. 6. comp. cit. a.
67) *Quatenus prædictos fratres moneas et horteris, et eis ex parte nostra præcipias*, ibid.
68) *Eorum*, C. B. t. *ecclesiarum suarum*, E.

CAP. VI.

Contra priuilegium ecclesiæ præscribitur spatio XXX. annorum, hodie vero XL. vt infra. eod. Accedentibus. c. XV.

IDEM *abbati et monachis S. Andreæ* 69) *Cistercien. ordinis* 70). (*ann.* 1179.)

Si de e terra, quam habetis in parochia canonicorum de Pleurio 71), per XXX. annos 72) eis 73) decimas persoluistis: eas sibi de cætero integre, [*occ. et app. postpos.*] persoluatis. Licet enim priuilegiorum Rom. eccles. beneficio fratribus Cisterciens. ordinis 74) f indultum fuerit, quod de laboribus suis nulles 75) decimas persoluere debeant; de priuilegio tamen, [*vobis*] indulto, tanto tempore vobis detrahere voluistis: cum liberum 76) sit vnicuique suo iuri renunciare 77), eoque modo non potestis 78) vos in hac parte tueri.

69) *S. Gondra.* C. B. 2.
70) Voc. *Cisterc. ordinis*, non sunt in c. 9. comp. cit. t.
71) *De Plasio*, C. B. *Plaustro*, ed. ant.
72) Secundum disciplinam veterum iurium et canonum, in decreto GRATIANI passim, v. c. in c. 4. C. 16. qu. 3 relatam: quod sine dubio in hac decisione ob oculos habuit ALEXANDER III. ob auctoritatem singularem, qua eo tempore iam pollebat, et in omnium ore et manibus erat decretum. Etenim secundum *ius nouum* XL. anni contra ecclesias vel pia sodalitia in præscriptione tam *castrensi* , quam *ordinaria*, desiderantur, quorum lapsum rectius obseruauit INNOCENTIVS III. in c. 15. X. h. t. Forsan ALEXANDER III. ideo etiam elegit iuris veteris doctrinam, vt eo citius exspiraret Cisterciensium immunitas a decimis, quam directo reuocare noluit, sed tantum eius vsum restrinxit. Hæc enim admodum eo tempore in inuidiam deducta, vt in *concilio Lateranensi III.* grauissimæ contra eam motæ fuerint querelæ, quas recenset succincte MANRIQVE in *annal. Cisterc. tom. III. ad annum* MCLXXIX. c. 3. et quarum ipse pontifex mentionem facit in c. 9. X. *de decim.* adeo, vt *amicabilem compositionem* cum episcopis fratribus Cisterc. suaserit potius, quam rigidam *immunitatis* propugnationem, postquam bona eorum in immensum creuerant.
73) *In parochia d. v. iam per XXX. annos decimas canonicis de Plautio persoluistis*, cit. c. 9.
74) *Fratribus Cisterciensibus*, C. B. L. H. et ed. ant. *fratribus de Cisterc. indultum sit*, cit. c.
75) *Nulli*, cit. c.
76) *Licitum*, C. B. et L.
77) *Abrenunciare*, cit. c.
78) *Non possitis*, C. H.

CAP. VII.

De priuilegiis non est iudicandum, nisi eorum tenore inspecto: et secundum continentiam eorum ab omnibus subditis sunt seruanda.

IDEM *Ambien.* 79) g *episcopo.* (*ann.* 1179.)

Porro 80) *h*, quamuis 81) Templarii et Hospitalarii multa sint libertatis prærogatiua donati 82) i; non dubitamus, quin aliam libertatem habeant in locis, in quibus, antequam peruenissent ad eos, fuerant habitatores: quod totum ex inspectione priuilegiorum 83) [*suorum*] plenius aduertere potes 84), et secundum quod inueneris, ita obserues. Sic enim 85) eos volumus priuilegiorum suorum seruare 86) k tenorem, quod eorum metas transgredi minime videamur.

79) *Ambian.* C. B. 2. L. ed. ant. Cont. Pith. et c. 10. comp. cit. 1.
80) Plures quæstiones episcopus Ambianensis proposuerat ALEXANDRO III. in vna eademque decretali decisas, cuius initium occurrit in c. 6. X. *de frigid.* alia vero particulæ traduntur in c. 15. X. *de decim.* c. 10. X. *de regular.* et c. 3. X. *de diuort.*
81) *Quantum*, est in cit. c. 10. comp. cit. c.
82) *Donati*, C. B. et L.
83) C. B. L. H. ed. ant. et gloss. addunt: *suorum.*
84) *Poteris*, cit. c.
85) verb. *sic enim*, et reliqua non sunt in cit. c. 10. sed in c. 7. comp. cit. 1. h. t.
86) *Conseruare*, C. B. 1. et E. *obseruare*, C. B. 2. et H.

CAP. VIII.

Per solutionem census, quæ fit Rom. eccl. non probatur exemptio a iurisdictione episcoporum.

IDEM *I.* 87) *apost. sedis legato.* (*ann.* 1179.)

Recepimus *l* litteras, quas de ecclesiis censualibus [*episcopatus ven. fr. n. Nonacen. episcopi*] direxisti 88), [*et ex eis perpendimus, qualiter ad iura nostra seruanda vigil existas.*] Cæterum diligentiam tuam volumus non latere, quod, sicut non omnes, qui specialiter beati Petri iuris existunt, annuatim apostolicæ sedi censum exsoluunt, ita non omnes [*nostri*] censuales ab episcoporum subiectione habentur immunes. Inspiciendæ sunt ergo [*ipsarum*] ecclesiarum priuilegia, et ipsorum tenor est diligentius attendendus, vt, si fuerit deprehensum, quod ecclesia, quæ censum soluit, specialiter B. Petri iuris existat, et ad in-

87) In C. B. 1. legitur: *A.*
88) *Transmisisti*, C. H.

a *Præter Panorm. et alios vide hic Marianum Socin. et alios in c. 7. sup. de foro compet. et gloss. et Commentatores in c. quisquis. 7. qu. 4.* b *Hæ duæ voces, et episcopis, desunt in aliquot et vetustis et recentioribus.* c *C. 4. eod. tit. in 1. compilat.* d *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp.* e *Cap. 9. eod. tit. in 1 comp.* f *Dictio, ordinis, deest in antiquis cod.* g *Albien. al. Albian.* h *Cap 10. eod tit. in 1. comp.* i *Dotatis.* k *Conseruare.* l *Cap. 1. eod. tit, in 2. compil.*

dicium 89) *a* percepte 90) libertatis census annuus conferatur, non immerito poterit speciali prerogatiua gaudere. Si vero ad indicium 91) percepte protectionis census persoluitur: non ex hoc iuri diœces. episcopi aliquid videtur esse subtractum. [*Cum igitur constet, presbyterum S. Petri præfato episcopo obedientiam promisisse in ordinatione sua, sicut in iure confessus asserunt; nolumus, quod eum vel aliquos tucaris: quia, sicut iustitias nostras a fratribus nostris, et coepiscopis nostris volumus reseruari, ita eorum iura nos conuenit illibata custodire.*]

89) Ita sine dubio rectius legunt C. R. et edit. ant. non *indicium*, vt Pithœano cum aliis edit. habet. Videlicet variæ sunt *census* significationes, vt non præcise ex *solutione* eius exemtio doceri queat, vt obseruaui in peculiari opusculo, de *vario censuum significatu.*
90) *Recepta*, C. H.
91) *Ad iudicium*, C. L.

CAP. IX.

Priuilegium, uni concessum, non potest ad alium extendi, propter identitatem rationis. H. d. et solet quotidie allegari.

IDEM.

Sane 92): [*et infra.*] Temerarium est, et indignum, aliquem sibi sua auctoritate præsumere, quod Romana ecclesia alicui, certa ratione inspecta, singularibus voluit beneficiis indulgere.

92) Huius cap. nullum in compil. ant. exstat vestigium.

CAP. X.

In oratoriis priuatis campanæ publicæ teneri non possunt etiam per religiosos. H. d. et tene menti hunc textum, quia quotidie allegatur, et est in vsu.

COELESTINVS III. *Abulen.* 93) *episcopo* 94). (*ann.* 1195.)

Petentibus *b* litteris [*nostris*] certificari desideras, vtrum Templariis, Hospitalariis, et aliis, oratoria in domibus suis habentibus, liceat campanas in eis ponere, publiceque pulsare. Respondemus autem consult. t. [*quam facis, et dicimus,*] quod non licet 95) eis hoc agere 96): quin *c* potius per te per censuram eccl. appell. rem. coercendi 97) sunt, vt ita sint suo iure contenti, quod iustitiam non impediant aliorum.

93) *Irbul.* C. R. 2. *Ambulen.* c. 2. comp. 2. h. t.
94) *Episcopo*, deest in C. H.
95) *Liceat*, C. R. 1.
96) De *oratoriis*, sacrorum priuatorum caussa exstructis, hic agitur, qualia eo tempore tantum habuerunt *Hospitalarii*, *Templarii* aliique, quibus vsus *campanarum* haud concessus erat. Hic duntaxat est argumentum *exercitii religionis publici*, vt obseruaui ad *c.* 23. *X. de homicid. not.* 53. quod ecclesiis parochialibus aliisque maioribus proprium est: quamuis, postquam monasteria aliique ordines religiosi *basilicas* exstruxerunt, facile etiam vsum campanarum obtinuerint.
97) *Compellendi*, C. R. 1.

CAP. XI.

In tota prouincia exhortationis officio priuantur Hospitalarii, qui mittunt pro eleemosynis cruce falso signatos; et, si missi sunt laici, excommunicantur: si sunt clerici ab officio et beneficio suspenduntur. Et eadem suspensione puniuntur, qui ante reconciliationem in polluta ecclesia celebrant; et suspensi per episcopos exemptos absolui non possunt: et fratres priuilegiatorum, qui ad eos se omnino transferunt, priuilegiati non sunt.

INNOCENTIVS III. *archiepiscopo Lugdun.* 98) (*ann.* 1198.)

Tuarum 99) *d* nos tenor edocuit litterarum, quod fratres Hospitalis sancti Ioannis, laicos et illiteratos mittunt 100) pro eleemosynis colligendis, [*quas populus ex deuotione pro sustentatione pauperum prædicto loco mittere consueuit. Quia vero non sufficiunt per se loca omnia circumire: sibi clericos sacerdotes, laicos et rudes non religiosos, sed in nequitiis exercitatos assumunt, eorum pectoribus crucis characterem imponentes. Cumque gulæ et ebrietati deseruiant; se valde inhonestos in aliis ostendentes, clerum et populum grauiter scandalizant; cum ipsi sint laici, priorum tamen funguntur officiis, et tam clericis, quam sacerdotibus præponuntur: et non solum episcopis inobedientes existunt, verum etiam quasdam immunitates, tanquam ab apostolica sede sibi indultas, præsumunt sibi temere vindicare.*] Cum *enim* 1) in quadam ecclesia baptismali, eis a prædecessore tuo collata, quidam eorum 2), [*nuper*] percutiens vicarium sacerdotem, ipsam ecclesiam sanguinis effusione fœdasset; vsque ad reconciliationem diuina ibidem interdixisti officia celebrari: sed nihilominus *e* ipsi in ea diuina officia 3) celebrarunt, [*sacerdotes insuper, undecumque venientes ad eos, de quorum conuersatione ac ordinatione nulla certitudo prorsus habetur, ad diuinum sibi officium celebrandum recipiunt, episcopi assensu minime requisito.*] Alios 4) vero presbyteros, ob officio suspensos, per episcopos suos [*pro suorum exigentia meritorum*] iidem, cum sint laici, ad diuina 5) *f* officia restituunt exsequenda. Quosdam præterea, qui cum 6) vxoribus suis 7) in domibus propriis commorantur, eo, quod 8) eis de 9) suis aliquid conferunt annuatim, ita amancipare contendunt, vt aliquibus secundum legem terræ 10) de sibi obiectis respondere minime teneantur. Verum, quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate *g*: frat. tuæ [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si quos clericos, [*seu sacerdotes,*] aut laicos, a dictis fratribus pro colligendis eleemosynis cruce falso signatos, inueneris, his, a quibus ipsos missos esse constiterit, per totam prouinciam tuam *h* [*nostra fretus auctoritate*] exhortationis [*huiusmodi*] officium interdicas, missos, si laici fuerint, [*etiam*] excommunicationis mucrone percellas, si clerici, [*vel presbyteri fuerint,*] ab officio beneficioque suspendas, nullo prorsus priuilegii beneficio, vel appellationis remedio 11) præualente. Eos vero, quos in prædicta ecclesia, lege tibi diœcesana subiecta 12), post interdictum tuum diuina celebrare 13) *i* cognoueris, eadem 14) pœna suspensionis inuoluens, in ea, donec reconciliata fuerit, [*quemadmodum sacra præcipiunt instituta,*] officia non permittas celebrari diuina: presbyteros etiam, suspensos ab episcopis suis, et per prædictos 15) *k* fratres 16), ad officia sua temere restitutos, in eandem sententiam suspensionis [*nostra fretus auctoritate*] reduces. Illos vero, quos 17) ad respondendum aliis secundum legem terræ pro præmissa caussa asserunt 18) non teneri, nolumus excusari, quin eos ad respondendum, sublato appellationis impedimento, compellas.

98) *Lundon.* C. R. 1. *Lindon.* c. 1. comp. 3. h. t.
99) Relata hæc decretalis est *libr. I. epist.* 450. cuius inscriptio sinceriar hæc est: *archiepiscopo Lundensi.*
100) *Quod fratres - - laici et illiterati ad partes illas mittuntur*, cit. c.
1) *Enim*, in C. R. L. et ed. ant. omittitur.
2) *Eorum*, in cit. c. non habetur.
3) *Officia*, desideratur ibid.
4) *Et alios*, C. H.
5) *Diuina*, a C. R. L. H. ed. ant. et c. cit. abest.
6) *Quidam præterea cum vxoribus*, etc. cit. c.
7) *Suis*, deest in C. H.
8) *Illos quidem eo, quod*, cit. c.
9) *Eis de*, non habet C. H.
10) *Iustitiam terræ*, C. R. 1. *vt aliis secundum leges terræ*, cit. c.
11) *Obstaculo vel remedio*, C. H.
12) *Subiectus*, cit. c.
13) *Celebrasse*, C. R. L. et H.
14) *Sub eadem*, C. R. 1. *eiusdem pœna*, cit. c.
15) *Et prædictos*, omissa partic. *per*, C. R. 1. ed. ant. et Cont. sed perperam.
16) *Fratres suos*, C. H.
17) *Quos*, C. L.
18) *Se asserunt*, C. L. *asseris*, cit. c.

CAP. XII.

Contenta in instrumento perdito probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, si deponant de tenore, et quod erat sine vitio. H. d. Et non est alibi casus ita clarus.

IDEM *abbati* 19) *et conuentui S. Petri Eugubin.* (*ann.* 1199. *Romæ in Marcam.*)

Cum olim *l* essemus apud Perusium 20) constituti, et tu, fili abbas, priuilegium 21) Lucii papæ nobis præsentans, postulaueris 22) innouari: propter contradictionem Eugubini episcopi, asserentis 23), hoc in suum præiudicium redundare, non fuit effectui mancipatum. [*et infra.*] Tu igitur [*cum testibus tuis*] et præfati episcopi [*Eugubini*] procuratoribus, in nostra præsentia constitutis, [*dil. f. nostro*] B. 24) *m* basilicæ XII. apostolorum, presbytero cardinali, dedimus in mandatis, vt super amissione ac tenore priuilegiorum 25) *n* testes reciperet [*diligenter,*] quos duceres producendos, qui 26), [*præsentibus præfatis procuratoribus,*] fideliter redegit in scriptis depositiones X. testium iuratorum: quorum depositionibus publicatis, [*tam*] dicti 27) procuratores ad producendos testes [*episcopi,*] per quos, inductos a parte aduersa, repellerent, inducias postularunt: quas [*præfixo termino peremtorio*] sub eo tenore illis duximus concedendas, vt apud sed. apost. probarent 28), quæ vellent, vbi 29) onus probationis pars altera subiisset. [*Cæterum, quoniam infra datum terminum et receptum in producendis testibus defecerunt:*]

19) Refertur hæc decretalis *libr. II. epist.* 70. cuius inscriptio ipsum abbatem sub nomine *Raineri* designat, ordini Benedictino adscripti.
20) *Perusinum*, c. 2. comp. cit. 3.
21) *Priuilegia*, C. R. 1.
22) *Postulaueras*, C. L.
23) *Constitutis: tu, fili abbas, ad nostram præsentiam accessisti, priuilegium bon. mem. Lucii papæ, præd. n. nobis humiliter repræsentans et postulans illud suppliciter innouari, quod propter contradictionem ven. fr. n. Marci Eugubini episcopi, qui tunc temporis superuenit, asserens, hoc etc.* cit. c.
24) C. R. L. ed. ant. et cit. c. habent: *P.*
25) *Priuilegii*, C. R. 1.
26) *Producendos, et infra. Mandati nostri diligens exsequutor etc.* cit. c.
27) *Dicti*, deest in C. H.
28) *Approbarent*, est ibid.
29) *Nisi*, cit. c.

---

a *Al.* indicium, *in aliquot recentioribus.* *b* *Cap.* 2. *eod. tit. in* 2. *comp.* *c* *Alii.* quin imo potius per te, *etc.* *d* *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* *e* *Al.* ipsi ibi in ea, *etc.*

f *Dictio*, diuina, *deest in antiquioribus exemplarib.* *g* *Vide l. Iudæos. C. de Iuda. l. qui sine. ff. de negot. gest. et l. liberam. ff. de petul.* *h* Suam, *legitur in vulgatis libris, in antiquis* tuam, *repositum est.* *i* *Celebrasse.* *k* *Al. ita:* et prædictos fratres, *etc. Cæterum ex veteribus exemplaribus lectio impressa reposita est, vt rescripti series ostendit, ita legi oportere.* *l* *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil. Vide Bald. in l. fin. C. de edit. Bart. tract. de testib. Specul. tit. de legato. §. superest. num.* 17. *Doctor. in l. vlt. C. de edicto D. Hadr. toll.* *m* P. *n* *Al.* priuilegii.

nos

nos tamen, tam per depositiones testium, quam assertiones quorundam fratrum nostrorum liquido cognoscentes, talem dicti priuilegii fuisse tenorem, quod videlicet 30) cœnobium vestrum 31) nullo mediante ad Rom. eccl. pertineret, et quod non liceret alicui episcopo eidem monasterio et eius ecclesiis excommunicationem indicere, vt fratres, illic Domino seruientes, ab omni 32) potestate liberi, Rom. eccl. libertatis gratia potirentur, et quod nulla in eis 33) mentio diœcesani episcopi habebatur, illud etiam [*nihilominus*] attendentes, quod, [*sicut ex dictis quorundam testium intelleximus euidenter, plurimique de nostris fratribus, tempore illo præsentibus, recolebant*,] cum tu, fili abbas, tempore [*bon. mem.*] Cœlestini, prædecessoris nostri, ad ipsius præsentiam accessisses, ipse, inspectis ecclesiæ tuæ priuilegiis, te, licet excommunicatus ab Eugub. episcopo dicereris, tanquam non ligatum, admisit ad osculum, quod præsumitur non fecisse, nisi monasterium vestrum cognouisset ad Rom. eccl. specialiter pertinere, [*de communi f. n. cons. pronuntiando*] decernimus 34), priuilegium illud [*bon. mem.*] Lucii papæ, quod sine reprehensione bullæ, chartæ vel literæ apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium et assertiones fratrum nostrorum noscitur 35) extitisse.

30) *Videlicet*, in C. R. 1. deest.
31) *Ipsum*, cit. c.
32) *Omnium*, C. R. 1. L. ed. gloss. et cit. c.
33) *Eis*, a C. H abest.
34) *Decreuimus*, C. R. 1. et cit. c.
35) *Praesumimus*, cit. c.

CAP. XIII.

Innouatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, sed antiquum conseruat. H. d. quoad titulum.

IDEM *Cathalan.* 36) a *electo et abbati trium Fontium.* 37) (ann. 1201.)

Ex parte b abbatissæ ac sororum Iotren. 38) ecclesiæ [*nostris*] extitit [*auribus*] intimatum, quod [*ven. fr. n.*] Malden. 39) episcopus commissionis occasione cuiusdam, per c litteras 40) ad iudices delegatos obtentæ 40*), in qua nullo mentio habebatur de ipsarum priuilegiis, quæ illas et earum ecclesias, clerum et populum Iotren. ad apostolicam sedem nullo mediante spectare declarant 41), quorum ipse non erat ignarus, eos 42) incepit grauiter molestare, obedientiam ab ipsis, ac a clero et populo [*villæ*] Iotren. [*qui secundum priuilegia sedis apost. gaudent consimili libertate*,] subiectionem omnimodam [*impendendam sibi*] requirendo. [*et infra.*] Verum, cum iudices [*et assertores earum*] ipsas valde grauarent: ad appellationis beneficium conuolerunt. [*et infra*] Sed iudices [*ipsi*,] appellationi non deferentes, nec fragilitati sexus compatientes earum, in abbatissam excommunicationis [*vinculum*,] et in clerum 43), et in populum [*villæ*] Iotren. interdicti sententias protulerunt. Sane, cum iam 44) nuntii Iotren. ecclesiæ prædictæ et alia [*multa*] in nostra præsentia retulissent, [*quibus eas et suos contra libertatem, eis concessam, grauatos dicebant*:] priuilegium nobis apostolicum ostenderunt, per quod 45) ecclesiam Iotren. constabat ad Romanam ecclesiam specialiter pertinere. Nos autem, eosdem nuntios 46) propter appellationem prædictam diutius detinentes, quia tandem nullus apparuit idoneus responsalis, qui partem defensaret d aduersam; [*licet postmodum quidam simplex nuntius super hoc prædictorum Parisiens. episcopi et Landun. abbatis litteras præsentasset*;] priuilegium apostol. sedis, ecclesiæ Iotrensi concessum, duximus innouandum, ita tamen, vt per innouationem ipsius eidem ecclesiæ non plus iuris accrescat, quam per priuilegia prædecessorum nostrorum obtinuit: cum per hoc non nouum ei concedere, sed antiquum ius conseruare velimus.

36) Concordat hæc lectio cum inscriptione huius *epist.* quæ habetur *tom. II. libr. XI. in append. p.* 295. *edit. Baluz.* cum qua alia, quæ *p.* 291. ibidem refertur, item *epist.* 56. *libr. XI.* iungenda.
37) *Abbati Fontium*, ed. ant.
38) *Vtren.* c. 3. comp. cit. 5.
39) *Meldensis*. C. R. 1.
40) verb. *per litteras*, a C. R. L. et ed. ant. absunt.
40*) *Cuiusdam ad v. f. n. Parisien. episcopum et dil. fil. abbat. de Landun. a nobis obtenta*, c. cit.
41) *Declararent*, ibid.
42) *Eas*, ed. ant. et cit. c.
43) Diction. *et in clerum*, desiderantur in cit. c.
44) *Iam*, a C. R. L. ed. ant. et cit. c. abest.
45) *Priuilegia nobis - - per quæ*, C. L.
46) *Nuntios*, desideratur in cit. c.

CAP. XIV.

Ecclesia, vtens duplici priuilegio exemtionis, licet succumbat ex vno, potest nihilominus ex alio se iuuare et obtinere; nec tenetur exemptus præmittere obedientiam diœcesano; vigore tamen exemtionis non potest sine licentia diœcesani ecclesiam construere in loco non exempto: et, si exemptus de facto in loco non exempto construit ecclesiam, cedit iuri episcopi.

IDEM *Colubrien.* 47) e *episcopo.* (*ann.* 1201. *Romæ.*)

Cum olim f [*ad ap. sedem accessisses, et*] propter quæstiones, quas aduersus [*dil. fil.*] priorem et canonicos monasterii 48) sanctæ Crucis habebas, pro quibus ad audientiam nostram fuerat appellatum, moram feceris longiorem: quia pro parte altera nullus comparuit responsalis, eisdem certum terminum duximus præfigendum, in quo venirent vel mitterent 49) super priuilegiis omnibus et libertatibus 50), quæ a Romanis pontificibus 51) vel ab M. 52) quondam Colubrien. episcopo se habere dicebant, et super aliis quæstionibus, aduersus eos a Colubrien. ecclesia intentatis, definitiuam sententiam recepturi. [*Vt autem veritas facilius appareret, authentica et originalia cum bullis suis nobis vsque ad eundem terminum sub eadem districtione præcepimus exhiberi*:] interim autem vtrique parti liceret coram dilectis filiis tuis 53) de Alcobatia 54) et de Serra 55) g abbatibus, et F. [*Meuen.*] monacho Alcobatiæ, quibus [*sub certa forma*] caussa prius fuerat delegata, [*et testes vtrinque producti*,] proponere ac probare, si quid aliud proponendum duceret 56) h ac probandum: [*et infra.*] Iudices autem, sufficienter actum esse de caussa credentes, [*attestationibus et rationibus vtriusque partis diligenter inspectis*,] monasterium sanctæ Crucis in expensis, quas per quadriennium occasione huiusmodi negotii iuraueras te fecisse, [*quæ quinquaginta marcharum auri summam attingerent, tibi de prudentum consilio*] damnarunt, infirmantes sua sententia libertatem, quam dictus 57) M. Colubrien. 58) episcopus [*in enorme detrimentum Colubriens. ecclesiæ*] contulerat monasterio S. Crucis, canonicorum assensu per [*præconem episcopi et*] portarium regis extorto. Præterea, quia idem M. prædecessor tuus 59), fuerat [*etiam*] canonicus regularis, et duo millia Marabetinorum 60) i, quæ acquisierat, in episcopum iam promotus, monasterio dederat memorato, ipsum ad restitutionem eorum iudices condemnarunt. Insuper [*tam decimas, quam*] ecclesias omnes, quas [*de manu regis vel aliorum laicorum, siue clericorum*,] monasterium præter episcopi Colubrien. assensum [*receperat, et quas in Lateran. vel in aliis locis, in attestationibus comprehensis*,] propria auctoritate fundarat, quia pars sanctæ Crucis nec præscriptione, nec defensione alia, probationibus, contra se factis, obstiterat, iudicarunt in ius Colubriensis ecclesiæ, cum fructibus medii temporis reuocari. [*et infra.*] Tandem [*vero, cum tu et pars altera propter hoc ad sedem ap. venissetis*,] procurator monasterii [*sanctæ Crucis*] proposuit, sententiam non valere nec tenere 61). Quodsi alias etiam sententia memorata teneret 62); quia tamen monasterium fuit indefensum, [*sicut ipsi iudices per suas litteras protestantur*,] nec exhibita fuerant coram eis priuilegia libertatis: ne delictum 63) personæ in damnum ecclesiæ redundaret, debebat ad exhibitionem priuilegiorum suorum admitti, quod sibi concedi de solita benignitate sedis apost. postulauit. Nos igitur, attendentes, quod eadem priuilegia non solummodo pro libertate monasterii faciebant, sed etiam 64) exprimebant ius nostrum et eccles. Rom. iustitiam tuebantur, ne in nos

47) *Colubriens*, C. L. prout etiam legitur *libr. I. epist.* 332. vbi simul ipsum priuilegium, ab *episcopo Colubriensi Mich.* canonicis monasterii *S. crucis* concessum, cum subscriptione singulorum capituli membrorum, quam pontifex extortam esse dicit, habetur, quod pontifex in hac decretali rescindit. Alias etiam vocatur *Colimbriensis*, qua lectione etiam vetus edit. est. item *Conimbricens.* seu *Conimbriensis* episcopus, in Portugallia. Vid. *index Geogr. episc. orb. Christiani* apud *FABRICIVM in salut. luce euangel.* in calce adiectus.
48) *Monasterii*, desideratur in c. 4. comp. cit. 3.
49) *Eidem priori et fratribus in virtute obedientiæ districte præcipimus, vt vsque ad festum omnium S. proxime tunc futurum, per se, vel per sufficientes responsales et idoneos, ad nostram præsentiam accederent super priuilegiis* etc. ibid.
50) *Priuilegiis et aliis omnibus libertatibus*, C. R. 1.
51) *Romano pontifice*, C. L. et ed. ant.
52) *A bon. mem.* cit. c. rectius habet: præsertim cum in ed. antiquis hæc sigla habeantur: *a b. M.* quæ per errorem a transscribentibus in *ab M.* mutata sunt.
53) *Dilectis filiis G.* C. R. 1. *dil. fil. de Alcobatia*, cit. c.
54) *Alcobatia*, C. R. 1. *Albobatia*, C. R. 2.
55) *Serra*, C. R. 1. et L. *Sarra*, C. R. 2. et ed. Cont. *et de Serra*, cit. c. Verum enim vero inscriptio cit. *epist.* 332. hoc modo designat delegatos iudices: *decano Visiboniens*, *de Alcobatia et sancta Maria de Carcada abbatibus.*
56) *Ducerent*, cit. c.
57) *Dictus*, ibid. omittitur.
58) *Columbrien.* saltem hic est ibid.
59) Verb. *prædecessor tuus*, desiderantur ibid.
60) *Marabetinorum*, C. R. 1. *Morabatinorum*, ed. ant. *Morabetinorum*, C. R. 2. et cit. c. *Morabutinorum*, L.
61) *Sententiam non tenere*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
62) *Teneat*, cit. c.
63) *Debitum*, ibid.
64) *Etiam*, in C. R. L. ed. ant. et cit. c. non habetur.

a Cathalan. b *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *compilat.* c *Hæ duæ voces, per litteras, desunt in antiquiss. cod. et omnibus Vaticanis.* d Defenderet.

e *Al.* Columbrien. f *C.* 4. *eod. tit. in* 3. *comp.* g Sarra. *al.* Serra. h *Al.* ita proponendum ducerent ad probandum. i *Al.* Morabitinorum.

monaste-

monasterii læsio redundaret, ad priuilegia exhibenda, partem eius de gratia duximus admittendam. [*Vt autem plenius de processu iudicum possemus intelligere veritatem: gesta omnia, sicut acta fuerant coram nobis, vtrimque iussimus exhiberi. Nos igitur, his et aliis auditis et intellectis, quæ fuerant hinc inde proposita,*] distinguentes inter libertatem, per prædictum episcopum ecclesiæ ipsi concessam, et libertatem, quam ei longe ante tempus ipsius episcopi apost. sedes indulsit, [*sicut patet ex priuilegiis ante dictis,*] quia nobis constitit [*euidenter,*] extortum fuisse in episcopi concessione canonicorum assensum, et concessionis paginam in aliquot 65) lineis habuisse rasuras, et subscriptiones singulas fuisse singulis subscribentium manibus adnotatas, scriptum autem, quod nobis exhibitum fuerat, nec rasuram prætendere, nec esse variis subscriptionum 66) manibus variatum, sed a primo ad vltimum eadem [*potius*] manu conscriptum, libertatem, ab ipso episcopo concessam per a extorsionem 67), irritam decernimus et inanem, super hoc sententiam delegatorum iudicum confirmantes. Quia vero euidenter agnouimus ex priuilegiis ante dictis 68) b, prædecessores nostros ecclesiæ sanctæ Crucis libertatis priuilegium 69) indulsisse, et quod in ea possessione tamdiu fuerat libertatis, quod aliis etiam cessantibus præscripsisset: libertatem, ei 70) a prædecessoribus nostris indultam, auctoritate apost. confirmamus, tibi super hoc silentium imponentes. Super c hoc 71) autem in nullo sententiæ delegatorum iudicum derogamus: cum ipsi de hac non cognouerint libertate: [*et infra.*]

Cum autem libertatem, a prædecessoribus nostris 72) indultam monasterio, confirmamus 73): ad ius professionis, quod est contrarium libertati, monasterium decernimus 74) non teneri, non derogantes iudicibus delegatis, quibus libertatis priuilegia non fuerant præsentata. [*Ceterum super eo, quod iidem iudices decreuerant, vt pro domibus portæ nouæ, in quibus parochia's ius ecclesia Colubriens. habuerat, monasterium tandem recompensaret eidem in loco alio competenti, quantum amiserat in domibus memoratis, omnino corrigimus sententiam, quam tulerunt, ad id censentes monasterium non teneri.*] In ceteris autem latam a prædictis iudicibus 75) sententiam, [*tam*] pro Colubrien. ecclesia, [*quam monasterio S. Crucis, auctoritate ap.*] confirmamus.

65) *Aliquibus*, C. B. 1.
66) *Subscriptionis*, cit. c.
67) verb. *per extorsionem*, desiderantur in C. B. L. ed. ant, et cit. c.
68) *Ante dictos*, ed. ant. et Cont.
69) *Priuilegia*, C. B. 1.
70) *Et*, ibid. non habetur.
71) *Per hoc*, C. B. L. et cit. c.
72) *Cum autem libert. a praedec. nostro*, cit. c.
73) *Confirmamus*, C. B. L. ed. gloss. et cit. c.
74) *Decreuimus*, C. L.
75) *Iudicibus*, non est in cit. c.

CAP. XV.

Contra priuilegia ecclesiæ minori spatio quadraginta annorum non præscribitur. H. d. secundum verum intellectum.

IDEM *episcopo et magistro G. Lemonicen.* 76) (*ann.* 1213.)

Accedentibus d ad præsentiam nostram [*dil. f. magistro Zacharia et*] abbatis et conuentus Nauiscen. 77) ex vna parte, et [*fratre Petro*] Templariorum de Tocen. 78) ex altera procuratoribus, [*dil. fil. I. subd. et capellanum nostrum dedimus auditorem, coram quo*] procurator [*abbatis et*] monachorum proposuit, quod, cum decimas terram de Sarcole 79) diu quiete 80) possederint, antequam ad Templariorum [*potestatem et*] dominium peruenissent, et postquam Templarii terras acquisiere, prædictas decimas earundem 81) per XL. annos et amplius pacifice possedissent, nunc eis ipsas subtrahere non verentur, [*in aliis eisdem graues iniurias irrogantes.* et infra. *His igitur et aliis, quæ coram prædicto capellano fuere proposita, plenius intellectis, quia de ipsis non potuit fieri plena fides,*] discretioni vestræ [*per a. s.*] mandamus, quatenus, [*inquisita plenius veritate,*] si abbas et monachi sufficienter ostenderint, quod a Templariis decimas de terris prædictis per XL. annos continue perceperint sine lite, vos ad præstationem 82) [*decimarum*] ipsarum Templarios [*auctoritate apostolica*] compellatis. Cum enim tanto tempore contra indulta priuilegia decimas soluerint: eis renuntiasse tacite præsumuntur 83). Quodsi [*forte*] in probatione defecerint: ab ipsorum impetitione 84) Templarios absoluatis, ipsis super hoc, [*app. postp.*] silentium perpetuum 85) e imponentes, [*super aliis vero auditis, quæ hinc inde duxerint proponenda, et quod iustum fuerit, app. postp. statuatis facientes, quod decreueritis, etc.*]

76) *Lemonicen. canonico*, C. L. *Lemonicen.* ed. ant.
77) *Naugracen.* C. B. 1 L. ed. ant. et gloss. *Naugin.* C. B. 2. *Maugracen.* c. 5. comp. cit. 3.
78) Verb. *de Tocen.* in C. B. 1. desunt, sed C. B. 2. et L. legunt: *de Cocen.* et cit. c. *de Toro.*
79) *De Sarrol* C. B. 1. *de Sarsule*, L.
80) *In quiete*, cit. c.
81) *Eorundem*, C. B. 1.
82) *A præstatione*, C. B. 2.
83) Eadem ratio adducta est in c. 6. X. h. t. diuersa tamen decisio intuitu temporis facta; quod tempore ALEXANDRI III. priuilegium hoc admodum impugnatum et in inuidiam tractum fuerit: adeoque illud restringendum censuerit, INNOCENTIVS III. autem in iure recentiori ciuili subsistendum censuerit, vt ad c. 6. not. 72. dictum.
84) *Petitione*, cit. c.
85) *Perpetuum*, a C. B. et ed. ant. abest.

CAP. XVI.

Exemptus ratione certæ rei vel certi loci, non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci. H. d. et est textus notabilis, et multum allegabilis.

IDEM *episcopo Lingonensi* 86). (*ann.* 1213.)

Cum capella f [*nobilis viri,*] ducis Burgundiæ 87) g, gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, quod nullus archiepiscopus vel episcopus in personas canonicorum eiusdem [*ecclesiæ siue*] capellæ suspensionis vel excommunicationis aut [*etiam*] interdicti sententias audeat promulgare. [*decanus Christianitatis et*] quidam [*alii*] capellæ supra dictæ canonici, qui parochiales ecclesias a te tenent, occasione priuilegii prælibati, in his etiam, quarum iurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, vt, quantumcunque grauiter interdum excedant, tuæ correctioni recusant et sententiæ subiacere 88). [*Vnde a nobis humiliter postulasti, qualiter sit tibi erga rebelles huiusmodi procedendum.*] Quocirca [*frat. t. p. a. s.*] mandamus, quatenus, in quantum exempti sunt eiusdem ratione capellæ, apostolicis priuilegiis deferas reuerenter: sed, in quantum ratione parochialium ecclesiarum, vel alias iurisdictionem tuam respicere dignoscuntur 89), officii tui debitum in eosdem libere prosequaris.

86) Non *Lingon.* vt habet edit. ant. Designatur enim hic episcopus Lingonum ciuitatis in Campania Galliæ sub archiep. Lugdunensi. SAMARTHAN. *tom. II. Galliæ Christian. p.* 652.
87) Fundata ab HVGONE II. duce Burgundiæ anno MCLXXII. *in eius curte apud Diuionem*, vt loquitur diploma fundationis, relatum ab AVBERTO MIRAEO *in notit. eccl. Belg. c.* 98. *tom. I p.* 706. *nouiss. edit.* in quo præterea cauetur, vt dux cum vxore non alium, quam decanum vel aliquem ex canonicis, habere vellet capellanum, quem *de mensa sua*, et *de domo* specialiter constituit. Ex quibus per se patet, in cit. c. perperam legi: *Bohemiæ*
88) C. B. 1. addit: *vnde a nobis doceri humiliter postulasti, qualiter tibi sit erga rebelles procedendum.*
89) *Dignoscantur*, C. L.

CAP. XVII.

Per exemptionem, concessam monasterio, capellæ sibi subiectæ non censentur exemptæ.

IDEM *abbati et fratribus Euasen.* 90) h cœnobii. (*ann.* 1206. *Romæ.*)

Ex ore i sedentis in throno procedit gladius bis acutus: quoniam ex ore Romani pontif. [*qui præsidet ap. sedi,*] rectissima debet exire sententia, quæ 91) contra iustitiam nulli parcat, sed reddat vnicuique quod suum est. Cum igitur inter vos et [*ven. f. n.*] Vigor. 92) k episcopum, super monasterii vestri subiectione, ac libertate controuersia verteretur, [*et nos eamdem terminandam commiserimus iudicibus delegatis: caussam eamdem, sufficienter instructam, ad nostram præsentiam remiserunt, certum partibus terminum præfigentes, quo cum instrumentis et attestationibus nostro se conspectui præsentarent sententiam recepturæ. Partibus igitur in nostra præsentia constitutis, per procuratores idoneos, audientiam præbuimus liberam et benignam. Et quidam*] monasterii vestri proposuit procurator, quod idem monasterium ab ipsa sui fundatione liberum extitit et exemptum. Ad hoc probandum priuilegia prædecessorum nostrorum inducens, [*duo videlicet*] Constantini, vnum Innocentii, et alterum Alexandri, nec non indulgentias Clementis et Cœlestini, quorum vsum continuum a longis retro temporibus per depositiones testium ostendere nitebatur 93). [*et infra.*] Porro in priuilegio 94) Constantini quiddam contineri perspicitur 95), per quod idem cœnobium videtur ad iurisdictionem episcopi pertinere, videlicet, quod abbas eiusdem [*monasterii*] primum locum post Vigorien. 96) præsulem semper obtineat 97). Vnde, cum locum ipse 98) obtinere non possit in generali concilio, neque in prouinciali; quoniam absonum esset, vt abbas

90) Vel potius: *Euesham*, vt ad *c.* 3. *X. de restit. in integr.* dixi. Male *Euasin.* C. B. 1. et edit. antiqu. *Euasien.* C. L. *Euasinen.* c. 7 comp. 3. h. t. Huius controuersiæ mentionem faciunt, simulque annum huius decretalis designant *annales Wigornienses* apud WHARTON *in Anglia sacra ad ann. MCCVI. tom. I. p.* 479 cuius verba hæc sunt: *sententiatum est Romæ pro ecclesia de Heuesham, vt sit exemta in capite.*
91) *Qua*, cit. c.
92) *Vigorn.* C. B. 1. *Vigornien.* L. et cit. c.
93) *Nitebantur*, C. L. ed. ant. et cit. c.
94) *In priuilegiis*, C. B.
95) *Prospicitur*, C. B. 1. L. et ed. ant.
96) *Vigornien.* C. B. et L.
97) *Obtinebat*, cit. c.
98) *Ipsum*, ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.

a *Hæc duo verba, per extorsionem, desunt in omnib. vetustis codicib.* b *Al. ita:* ex priuilegiis ante dictos prædecessores, *etc.* c *Al.* Per hoc autem. d *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.*

e *Dictio*, perpetuum, *deest in antiqu. cod.* f *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil.* g *Al.* Diuionen. *in veteri comp. est:* Bohemiæ: *sed Vaticana et alia exemplaria constanter habent:* Burgundiæ. h Euasin. *al.* Euasien. i *Cap. 7. eod. tit. in 3. comp. Initium sumitur ex Apoc. c. 1. et 19.* k Wigornien. *al.* Wigoren.

primus

primus post illum super alios episcopos resideret; relinquitur ergo 99), quod locum illum in episcopali synodo intelligatur habere, quare tenetur ad synodum episcopalem accedere, ac per hoc ipsius statuta recipere ac seruare. In priuilegio vero Alexandri papæ quiddam a aliud 100) continetur, per quod diœcesanus episcopus in eodem cœnobio iurisdictionem suam, etsi non in omnibus, in quibusdam tamen, retinuisse videtur: cum in illo dicatur, quod 1) Vigor. episcopi ab eiusdem loci fratribus aliquid iniuste non exigant, sed his tantum contenti permaneant, quæ prædecessores eorum antecessoribus suis constat rationabiliter impendisse. Vnde constat, quod abbates episcopis aliqua de suis exhibere tenerentur 2). Nos igitur, his et aliis diligenter auditis, [*et perspicaciter intellectis*,] cum a neutra parte [*per testes*] sit probata præscriptio, [*de communi f. n. cons.*] sententialiter definimus, quod Eueshen. 3) *b* cœnobium liberum est in capite, tanquam ab episcopali iurisdictione prorsus exemptum, et soli [*Rom. pont. et*] Rom. eccl. subiectum, tutela tamen ipsius Cantuar. archiepisc. reseruata. In membris autem, [*videlicet in illis*,] quæ non probantur exempta, diœc. episcopo ipsum subiacere decernimus 4): propter quod abbas ad synodum *c* eius debet accedere, primumque locum post Vigor. episcopum obtinere. Pro ipsis quoque membris, [*vt diximus*,] non exemptis, idem abbas tenetur Vigor. episcopo exhibere reuerentiam, obsequium et honorem: quibus Vigorien. episcopus sibi competenter exhibitis debet manere contentus.

99) *Ergo*, a C. R. et L. abest
100) *Quoddam quod*, C. R. 1. *quoddam aliud*, C. R. 2. et ed. ant.
1) *Quod*, in C. R. et L. omittitur.
2) *Tenentur*, C. R. L. et ed. giud.
3) *Enesham*. C. L. *Euesh*. C. R. 2.
4) *Decernimus*, C. R. 1. et ed. ant.

CAP. XVIII.

Receptus sub protectione papæ, per hoc non censetur exemptus. Hoc dicit.

IDEM *Ausonen.* 5) *episcopo.* (*ann.* 1214.)

Ex parte *d* tua fuit quæsitum [*a nobis*,] vtrum clerici et laici, qui litteras protectionis ostendunt, in quibus personæ suæ expresso nomine cum omnibus rebus suis sub apostolica protectione consistere declarantur, a iurisdictione episcopi diœcesani sint exempti. Nos autem tibi 6) *e* [*taliter*] respondemus, quod per litteras huiusmodi, [*quas quandoque aliquibus personaliter indulgemus*,] ab episcoporum suorum potestate minime subtrahuntur.

5) Perperam edit. ant. *Vison*. at c. 8. comp. 3. h. t. *Auson* legunt, cum *Ausona* sit antiqua ciuitas in prouincia Tarraconensi. Vid. *CAROL. a S. PAVLO* in *Geogr. sacra p.* 182. *HARDVINI Geogr. episcop. index. tom. XI. concil.* relatus, *sub hac voce p.* 655.
6) *Inquisitioni tuæ*, cit. c. *taliter*, C. R. 1. et L.

CAP. XIX.

Religiosi, quibus a papa concessum est, vt ecclesias, eis subiectas, possint in proprios vsus conuertere, non auctoritate propria, sed a diœcesano loci possessionem illarum ecclesiarum recipere debent: nisi in priuilegio aliud exprimatur.

IDEM *Eliden.* 7) *episcopo. f* (*ann.* 1206.)

Pastoralis *g* officii: [*et infra.*] Interrogasti [*præterea*,] vtrum viris religiosis 8), quibus a sede apost. est indultum, vt ecclesias suas in proprios vsus possint conuertere, decedentibus personis earum 9), liceat auctoritate propria possessionem earundem intrare, vel per diœc. episcopum 10) *h* in ipsis 11) *i* sint potius inducendi. Ad quod [*vtique*] respondemus 12), quod, nisi forte [*in*] indulgentia summi pontificis id contineatur expressum, suo episcopo inconsulto, in possessionem ipsarum eis non est licitum intrare: quia per indulgentiam huiusmodi episcopali iuri non credimus derogari.

7) Rectius *Helyen*. C. R. *Elien*. ed. ant. *Helien*. c. 9. comp. cit. 3. conf. c. 28. *X. de off. et potest. iudic. deleg.*
8) *Viri religiosi*, C. R. 1. L. ed. ant. et cit. c. sed erronee.
9) *Ecclesiarum*, C. R. 1.
10) *Episcopum*, desideratur in C. R. L. et cit. c.
11) Diction. in *ipsa*, a C. R. 1. absunt.
12) *Breuiter respondemus*, C. R. 2.

CAP. XX.

Si is, propter cuius delictum positum est interdictum, illud non seruat; alii nihilominus seruare tenentur: secus, si ille non seruat, in cuius fauorem latum fuit.

IDEM *episcopo et capitulo Tripol.* 13) k (*ann.* 1212.)

Petiistis per sedem apost. *l* edoceri, vtrum, cum propter 14) Hospitalarios vel Templarios ciuitas vestra generali supponitur interdicto, eisdem [*ipsum*] non seruantibus, vos illud teneamini obseruare. Ad quod [*sic*] duximus respondendum, quod illorum excessus vobis non prebet licentiam excedendi. Sed si præfati Hospitalarii vel Templarii priuilegiorum suorum fines excesserint, violando temere interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum: ne [*ipsi*] videantur de aliorum fletu ridere, vos in pœnam præsumptionis eorum, quamdiu ipsi violauerint interdictum, de nostra licentia celebretis.

13) Pariter *libr. XV. epist.* 162. legitur: *episcopo et capitulo Tripolitanis.*
14) *Per*, c. 3. comp. 4. h. tit.

CAP. XXI.

Priuilegium, concessum monasterio, vt eius monachi excommunicari non possint, intelligitur de monachis, existentibus in monasterio, vel in ecclesiis, sibi subiectis vtroque iure. Hoc dicit. Et est casus quotidianus.

IDEM. (*ann.* 1206.)

Quoniam *m*, [*sicut nobis per tuas litteras intimasti*,] per confessionem constat partis aduersæ, quod Nepesinus 15) episcopus, ius episcopale percipit in ecclesia sancti Blasii 16) *n* de Flagen. 17) [*ac per hoc eadem ecclesia non pertinet ad monasterium pleno iure*;] credimus, quod, non obstante illo capitulo priuilegii, quod [*ipsi*] monasterio 18) est indultum, vt nullus episcopus ecclesias, vtroque iure illi subiectas, interdicto supponere, vel monachum seu 19) clericum eiusdem monasterii synodare vel excommunicare præsumat, præfatus episcopus possit interdicere dictam ecclesiam, et excommunicare monachum seu clericum vestrum 20), ad eius regimen deputatum, cum alterutrum de iure fuerit faciendum: quoniam illud capitulum esse intelligendum videtur de monachis aut clericis, in ipso monasterio permanentibus, vel ad ecclesias destinatis, vtroque iure sibi subiectas.

15) Non *Nepherinus*, vt est in edit. ant. et Cont. Est enim *Nepis* vel *Nepe* antiquissima Hetruriæ ciuitas, de qua vid. *VGHELL. tom. I. Ital. sacræ p.* 1023. *nouiss. edit.*
16) *Basilii*, ed. Cont. et Pith.
17) *Fragen* C. R. 1. *de Flaano*, c. 4. comp. cit. 4. alii: *de Fano.*
18) *Monasterio vestro*, C. R. 1.
19) *Vel vicarium*, add. cit. c. sed in margine, vt est impressum.
20) Verb. *seu clericum vestrum*, desiderantur ibid.

CAP. XXII.

Episcopus, remittens alicui ecclesiæ decimas episcopales indefinite, remisisse videtur non solum præteritas, sed et futuras. Et est casus notabilis.

IDEM *Londonen.* o *archiepiscopo* 21) *apost. sed. legato* (*ann.* 1213.)

Quis circa *p*: [*et infra.*] [*Subsequenter etiam*] quæsiuisti, vtrum monachi omnium sanctorum 22) priuilegium [*bonæ memoriæ B.*] prædecessoris tui, super episcopalibus decimis 23) retinendis indultum, extendere valeant ad possessiones acquisitas, et postmodum 24) acquirendas.

Super quo tale damus responsum [*fr. t.*] quod, si decimarum illarum remissio facta extitit 25) secundum canonicas sanctiones, prædecessor tuus indefinite decimas *q* episcopales monasterio remittendo, cum nihil exceperit, et potuerit excepisse, ac in beneficiis plenissima 26) sit interpretatio adhibenda, nec debeat vna eademque substantia diuerso iure censeri, intellexisse videtur, non solum de decimis 27) possessionum illius temporis, sed futuri.

21) Veram inscriptionem ex *libr. XVI. ep.* 118. tradidi supra *c.* 6. *X. de bigam. non ordin.* vbi particula huius decretalis relata est.
22) *Monachi de H.* cit. c.
23) Intellige hic debita *quartam decimarum*, ab antiquo episcopo debitam, cuius fit mentio in *c.* 4. *X. de præscript.* Hæc per priuilegium archiepiscopi Londenſis monachis monasterii *omnium sanctorum*, in diœcesi Londensi siti, intuitu fundorum, decimas subiectorum, remissa, de cuius vero sensu pontifex interrogatus fuit.
24) *Vel postmodum*, C. R. 1.
25) *Existit*, cit. c.
26) Prouocat pontifex ad *l.* 3. *D. de constit. princ.* cuius verba tamen non desiderant *interpretationem latam* aut *latissimam*, cum priuilegia sint potius *stricte* accipienda, vt passim ex huius tituli decretalibus liquet; sed indigitant, ea cum *pleno effectu* intelligenda, quem is, qui priuilegium concessit, ei tribuere voluit, vt iam obseruaui ad c. 6. *X. de donat. not.* 75. Cum ergo remissio *quartæ decimarum* generatim fuerit facta, nulla distinctione adhibita: *plenum effectum* priuilegium non habuisset, nisi etiam ad possessiones, in futurum acquirendas, tractum fuisset. Merito ergo reprobanda illa interpretatio, quæ *per inane illum effectum* plenum priuilegio subtrahit, seu declarant *c.* 26. *et* 30. *X. h. t.*
27) *Decimas*, C. R. 2.

CAP. XXIII.

Ponit concilium ordinem quatuor patriarchalium sedium, vsque ibi: Seruata *vbi ponit tria priuilegia ipsorum. Primum: quia dant pallium. Secundum ibi:* Dominicæ: *quia ante se crucem deferri faciunt, præterquam in casibus hic exceptis. Tertium ibi:* In omnibus: *quia ad ipsos appellatur. Et in hoc protestatur ibi:* Saluis.

IDEM *in concilio generali, c.* 5. (*ann.* 1216. Conf. c. 6. comp. cit. 4.)

Antiqua patriarchalium 28) *r* sedium priuilegia renouantes, sancta vniuersali synodo approbante, sancimus, vt post Romanam eccle-

28) *Patriarcharum*, C. R. 2.

a Quoddam in antiqu. b Eusan. c *Vide concil. Trident. sess.* 24. *de reform. c.* 2. d *C.* 8. *eod. tit. in* 3. *comp.* e *Al.* Aliter. f Helien *al* Belien. g *C.* 9. *eod. tit. in* 3. *comp.* h *Dicto*, episcopum, *deest in plerisque exemplar.* i *Al.* ipsas: *sed vt plurimum habetur, vt est impressum.* k Tripolitan. l *C.* 3. *eod. tit. in* 4. *comp.*

m *C.* 4. *eod. tit. in* 4. *comp.* n *Al.* Basilii de Flagen. *al* Flaian o Londin p *C.* 5. *eod. tit. in* 4. *comp.* q *De sollenitate* ... *ne, an et quando æquipolleat vniuersali, vide Con. l.* 1 *var. res. c.* 13. r *De patriarcharum prærogatiua, dignitate et numero, Chass. in Cat. glor. mundi. p.* 4. *consid.* 9. *Nic. Roes. de auctor. magni concilii n.* 30. *et seqq. n. secundum locum.*

siam,

siam, quæ, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium et magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat 29), seruata cuilibet propria dignitate, ita, quod, postquam antistites earum a Romano pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis officii pontificalis 30) insigne, præstito sibi fidelitatis et obedientiæ iuramento, licenter et ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, et pro Romana ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ a vero crucis vexillum ante se faciant vbique deferri, nisi in vrbe Romana, et vbicunque summus pontifex præsens 31) exstiterit, aut eius legatus, vtens insigniis apostolicæ dignitatis. In omnibus autem prouinciis, eorundem iurisdictioni subiectis, ad eos, cum necesse fuerit, prouocetur, saluis appellationibus ad sedem apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

29) Hic tantum quatuor antiqui *patriarcharum orientis*, primario sic dicti, relati sunt. In occidente pedetentim *primates* iura *patriarchatus* sibi vindicarunt: quod nomen, *patriarchis* competens, iis quoque applicari posset, ceu *NICOLAVS I.* in *c. 8. C. IX. qu. 3.* fatetur, et rationes, in *not.* 20. adiectæ, euincunt. Idem quoque fassus est *INNOCENTIVS III.* in *c. 9. X. de offic. iud. ordin.* prouocando ad *cit. c. 8.* magno autem cum apparatu eruditionis explicuit *SALMASIVS de region. et eccles. suburbicar.* contra *SIRMONDVM.* Ideo autem quatuor *patriarcharum orientis* hic primario facta mentio, quod hi ab antiquo systemati huic, quod hic refertur, litem mouerint, illis exceptis, qui *Latini* erant, tempore *expeditionis cruciatæ* constituti.
30) *Pastoralis*, c. 6. comp. cit. 4.
31) *Præsens*, in C. L. deest.

CAP. XXIV.

Priuilegium, religiosis concessum, vt possint sepelire confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus, qui, licet maneant in seculo, obtulerunt se tamen ordini, mutato habitu seculari, vel de illis, qui bona sua eis dederunt, vsufructu retento. Hoc primo. *Priuilegium, religiosis concessum, quo eis, venientibus ad locum interdictum, semel in anno aperiantur ecclesiæ, vt celebrentur in eis diuina, intelligitur, quod vna tantum sola ecclesia aperiatur in loco.* Hoc secundo.

IDEM *b*, *in eodem. c. 57. (ann. 1216. Romæ.)*

Vt priuilegia, quæ quibusdam religiosis [*personis*] Romana concessit ecclesia, permaneant inconcussa, quædam in eisdem duximus declaranda, ne minus sane intellecta pertrahantur 32) ad abusum, propter quem 33) possint merito reuocari 34): quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Sane, quibusdam regularibus apostolica sedes indulsit, vt his, qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsitan ecclesiæ, ad quas pertinent, a diuinis officiis fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, sepultura ecclesiastica non negetur: nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti. Suos quoque confratres, quos ecclesiarum prælati apud ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad ecclesias suas deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, vel qui, adhuc manentes in seculo, eorum ordini sunt oblati, mutato habitu seculari, vel eis, qui bona sua dederant inter viuos, retento sibi, quamdiu in hoc seculo 35) vixerint, vsufructu; qui tamen sepeliantur apud ipsorum regularium vel aliorum non interdictas ecclesias, in quibus elegerint sepulturam 36); ne, si de quibuslibet, ipsorum fraternitatem assumentibus, fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denariis, annuatim sibi collatis 37), dissoluatur pariter et vilescat ecclesiastica disciplina: certam tamen et ipsi remissionem obtineant, ab apostolica sibi sede concessam. Illud etiam, quod huiusmodi regularibus est indultum, vt, si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates siue collectas, in quamlibet 38) ciuitatem, [*vel*] castellum, vel vicum aduenerint, si forte locus ille 39) a diuinis officiis sit interdictus, in eorum iucundo aduentu semel in anno aperiantur ecclesiæ, vt, exclusis excommunicatis, diuina ibidem officia celebrentur, sic intelligi volumus, quod in eadem ciuitate, aut castro, aut villa vna tantum ecclesia eiusdem ordinis fratribus semel, vt dictum est, aperiatur in anno; quia, licet pluraliter dictum sit, quod in eorum iucundo aduentu ecclesiæ aperiantur, non tamen ad ecclesias eiusdem loci diuisim 40), sed prædictorum locorum coniunctim sano referendum est intellectu 41): ne, si hoc modo singulas eiusdem loci visitarent ecclesias, nimium vilipendi contingeret 42) sententiam interdicti. Qui vero contra declarationes prædictas quicquam sibi vsurpare præsumpserint, graui subiaceant vltioni 43).

32) *Pertrahant*, C. 8. et L. *protrahantur*, c. 7. comp. cit. 4.
33) *Propter qua*, cit. c.
34) *Retractari*, ed. ant.
35) *In seculo*, C. 8. 1. et cit. c.
36) *Sepulturas*, C. 8. 1.
37) *Collectis*, C. L.
38) *Vt in quamlibet*, C. 8. 2.
39) *Ille*, non est in cit. c.
40) *Quas visitaret*, ibid. legitur loco partic. *diuisim.*
41) *Sed prædictorum coniunctim referendus est intellectus*, ibid.
42) *Contigerit*, C. 8. 2.
43) *Disciplina*, cit. c.

CAP. XXV.

Tempore generalis interdicti, episcopi, non prohibiti, qui non fuerunt culpabiles interdicti, clam celebrare possunt, et hodie istud non est priuilegium episcoporum, sed ius commune, vt in c. fin. de sent. excomm. in 6. et ibi plene habetur, an et quando, et qualiter possit celebrari tempore interdicti.

IDEM *c in eodem. (ann. 1216.)*

Quod nonnullis est religiosis indultum, in fauorem pontificalis officii ad episcopos extendentes concedimus, vt, cum commune terræ interdictum fuerit, excommunicatis et interdictis exclusis, possint quandoque, ianuis clausis, suppressa voce, et 44) non pulsatis campanis diuina celebrare officia: nisi et hoc ipsum eis expresse fuerit interdictum. Verum hoc illis 45) concedimus, qui caussam aliquam non præstiterint 45*) interdicto, nec quicquam doli *d* vel 46) fraudis ingesserint, tale compendium ad iniquum dispendium pertrahentes 47).

44) *Et*, in C. 8. 2. et L. deest.
45) *Illis*, c. 8. comp. cit. 4.
45*) *Præstiterit*, ibid.
46) verb. *doli vel*, in C. 8. L. ed. ant. et cit. c. non leguntur.
47) *Protrahentes*, cit. c.

CAP. XXVI.

Priuilegia non sunt violanda etiam indirecte. H. d. generaliter.

HONORIVS III. *archiep. et episcopis, in quorum diœcesibus monasteria et prioratus Cluniacen. 48) monasterio subiecta consistunt 49). (ann. 1216. Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)*

Quanto amplius: [*et infra.*] Sane, dilecti filii abbas et conuentus Cluniacen. *e* grauem nobis querimoniam obtulerunt, quod quidam vestrum et vestrorum officiales, cum in eos et sui ordinis monachos non possint excommunicationis et interdicti proferre sententias, eo, quod super hoc apostolicæ sedis priuilegiis sunt muniti, in eos, qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis eorum, quicquid 50) vendendo seu emendo, aut alias eis communicant, sententias proferunt memoratas: et sic apostolicorum priuilegiorum, non vim et potestatem 51), sed sola verba seruantes, dicti ordinis monachos quodammodo excommunicant, dum eis alios communicare non sinunt. Ex quo illud etiam euenit inconueniens, vt ipsi monachi, quantum ad hoc, iudicentur iudicio Iudæorum, et qui eis communicant in prædictis maiorem excommunicationem incurrant, quam etiam excommunicatis communicando fuerint 52) incursuri. Nolentes igitur hæc crebris, ad nos clamoribus iam perlata, vlterius sub dissimulatione transire, vobis vniuersis et singulis mandamus, quatenus huiusmodi sententias in fraudem 53) priuilegiorum nostrorum de cætero non feratis: quia, si super hoc ad nos denuo clamor adscenderit, non poterimus conniuentibus oculis pertransire, quin promulgatores talium sententiarum seueritate debita castigemus.

48) *Cluniacensi*, est in c. 1. comp. 5. h. t. sed mendose.
49) *Consistunt*, C. 8. 2.
50) *Quidquam*, C. 8. 2. et L. *quique*, cit. c.
51) Quia hac callida interpretatione per indirectum *plenus effectus* priuilegio subtrahitur, vt ad *c. 22. h. t. not. 26.* obseruaui. Aliud enim est stricte interpretari priuilegia, et aliud, *callide* eadem interpretari, vt omnem effectum, suo *vim et potestatem* amittant, et inania fiant.
52) *Fuerant*, C. 8. 2. et cit. c.
53) C. 8. 1. addit: *factas.*

CAP. XXVII.

Qui in habitu et tonsura et cæteris, vt laici, conuersantur, deprehensi in maleficiis, se pro clericis non defendunt. Ita communiter summatur.

IDEM *V.* 54) *quondam Anglorum reginæ illustri. (ann. 1226. C. 2. comp. cit. 5.)*

Ex parte *f* tua fuit propositum [*coram nobis*,] quod nonnulli litterati, quos nec habitus, nec tonsura clericos profitentur, in terra, tuæ iurisdictioni subiecta, degentes, cum deprehenduntur in aliquibus forisfactis 55), vt iurisdictionem tuam eludant, et debitam pro delictis vltionem euadant, assumunt, seu etiam resumunt tonsuram abiectam, seu habitum clericalem, licet ante pro laicis ab omnibus haberentur: [*et sic eorum delicta remanent impunita.*] Ne igitur tonsura, vel habitu sic resum-

54) Supra ad *c. 9. X. de cleric. coniug. not. 10.* obseruaui, legendum esse, *idem B.* quod hæc decretalis directa fuerit ad *reginam Berengariam*, cuius particula hic traditur.
55) *H. e.* in quibusdam *criminibus et delictis*: quamuis etiam aliquando mulctam vel pœnam denotat, quæ pro illis soluenda, obseruante *DV FRESNE* in *glossar. med. aui hac voce.*

a *Vide Clem. vlt. tit. de priuileg.* b *Scilicet* Innoc. III. *in conc. Later. c. 57. et c. 7. eod. tit. in 4. compil.*

c Innoc. III. *in concil. Lateran. c. 58. et c. 8. eod. tit. in 4. compil.* d *Hæc duo verba, doli vel, desunt in antiquioribus cod.* e *De ordin. Cluniacens. origine et antiquitate Chass. in catalog. glor. mundi, p. 4.* f *Vide Conarr. pract. qu. c. 32.*

resumpto 66), malitia foueatur, si tuam iurisdictionem exerceas 67) in huiusmodi delinquentes, qui 68) sine tonsura et habitu in delicto fuerint deprehensi, equanimiter duximus 69) tolerandum: cum malitiis hominum indulgeri non debeat, sed potius obuiari.

66) *Tonsura abiecta seu habitu sic resumto*, C. R. 2.
67) *Exerceas*, C. R. 2.
68) *Cum*, cit. R. loco qui.
69) *Duximus*, ibid.

CAP. XXVIII.

Parisiis et in locis vicinis ius ciuile legi non debet.

IDEM a. *(ann. 1220. C. 3. comp. cit. 5.)*

Super specula 70): [*et infra.*] Sane, licet sanctae ecclesiae legum secularium non respuat famulatum, quae [*satis*] equitatis et iustitiae vestigia imitantur; quia tamen in Francia et nonnullis prouinciis, laici Rom. imperatorum legibus non *b* vtuntur, et occurrunt raro ecclesiasticae caussae tales, quae non possint 71) statutis canonicis expediri: vt plenius sacrae paginae insistatur 72), [*et discipuli Helisei liberius iuxta fluenta plenissima residcant, vt columbae, dum in siccis scolas non inuenerint, ad quas diuertere valeant pedes suos,*] firmiter interdicimus, et districtius inhibemus, ne Parisius, vel in ciuitatibus, seu aliis locis vicinis 73), quisquam docere vel audire ius ciuile praesumat. Et qui contra fecerit, non solum a caussarum patrociniis interim excludatur, verum etiam per episcopum loci, [*appell. postp.*] excommunicationis vinculo innodetur. *Vos autem 74) filii, sic diligentius praescripta seruetis, et sanctis studiosius ab aliis obseruari, quod veri amici sponsi possitis merito comprobari, dum paranymphos suos eradiendos ad epithalamica carmina euueneritis promouere. Dat. Rom. pontificatus nostr. ann. quart.*

70) Hoc cap. cohaeret cum *c. 10. X. ne cler. vel mon. et c. 5. X. de magistr.*
71) *Possunt*, C. R. et L.
72) Haec vera ratio fuisse videtur, ob quam pontifex prohibuit *ius ciuile* Parisiis doceri, vt scilicet eo magis studio theologico incumberent studiosi. Hoc tamen non obstante, *doctrina iuris ciuilis* in academia Parisiensi viguit, nec aboleri potuit. Rationem hanc tradit CAROLVS MOLINAEVS *in annot. ad h. c. quod pontifex non habuerit potestatem statuendi, nec prohibendi in regno Franciae siue laicis, siue clericis, aut aliis, quia regnum Franciae nullo modo dependet a papa.* De vsu legum Romanarum in Gallia, consulendus est CIRONIVS *in obseruat. iuris canon. lib. V.* Denique quamuis pontifex hoc edictum prohibitionem etiam ad alias vrbes Galliae extenderit: hoc tamen non obstante, post hanc constitutionem Aureliae instituta fuit *academia iuris ciuilis*, vt CIRONIVS *cit. l. cap. 8.* memorat.
73) *Vel ciuitatibus aliis vicinis*, C. R. 2. *et in ciuitat.* c. 3. comp. cit. 5.
74) Verb. *vos autem filii*, vsque ad finem desiderantur in C. e. L. ed. ant. et cit. c.

CAP. XXIX.

Innouatio priuilegii ius nouum non inducit; sed vetus conseruat.

IDEM *episcopo Baiocen.* 75) c *(ann. 1222. C. 5. comp. cit. 5.)*

Quia de intentione nostra [*non exstitit, vt per innouationem, quam fecimus cuiusdam scripti monasterii S. Stephani Cadomensis, quod in registro bon. mem. Alex. papae, p. n. reperimus contineri, derogaretur iuri eccl. Baiocensis;*] cum innouatio nec ius nouum conferat, nec etiam tollat vetus: te in eo statu esse volumus, in quo tempore impetratae innouationis dignosceris 76) extitisse. Caeterum nullum per hoc intendimus iuri, alias eidem monasterio competenti, praeiudicium generari.

75) Non *Baiocensi*, vt C. R. 1. legit, sed *Baiocensi* in Normannia.
76) *Totum* (scil. ius) *in eo - - - dignosceris* etc. c. 5. comp. 5. h. t.

CAP. XXX.

Priuilegiati, vt vbique possint cum altari viatico celebrare, hoc possunt sine licentia praelatorum.

IDEM [*episcopo Parisiensi.*] *(ann. 1223. Romae.* C. 6. comp. cit. 5.)

In his 77) e, quae ad cultum diuinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna esset potius interpretatio facienda. Vnde mirari compellimur, quod, cum fratribus praedicatoribus et 77*) minoribus duximus 78) indulgendum, vt, vbicunque fuerint, sine parochialis iuris praeiudicio cum altari valeant viatico celebrare, quidem, [*sicut nuper fuit propositum coram nobis,*] nimis stricte interpretando indulgentiam nostram, nituntur asserere, quod per eam praedicti fratres praeter [*episcoporum, abbatum et aliorum*] praelatorum assensum facere hoc non possint: propter quod eos celebrare iuxta indulgentiam apostolicam non permittunt. Cum autem, [*si res taliter se haberet,*] eis nihil conferret memorata indulgentia, sine qua id, [*episcopis et aliis*] praelatis annuentibus, liceret eisdem: fraternitati tuae mandamus, quatenus, interpretatione huiusmodi reprobata, dum tamen ab aliis, quae iure parochiali proueniunt, [*se*] prorsus abstineant, dato eis sic licentiam celebrandi auctoritate nostra non differas publicare, ita, quod dicti fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consequuti.

77) De hoc argumento etiam agitur in c. 7. *comp. cit. 5. de celebr. miss.* ad quod vid. CIRONIVS.
77*) Diction. *praedicatoribus et*, non sunt in c. 6. comp. cit. 5. quod de eadem materia agit, quoad sensum, licet non quoad verba. Vnde arbitror, decretalem in *c. 6. cit.* praecessisse, et, postquam episcopus Parisiensis *callida interpretatione* hoc priuilegium subuertere conatus fuisset, pontificem noua declaratione in c. 30. *h. t.* illud confirmasse et ad praedicatores extendisse.
78) *Duxerimus*, C. R. et L.

CAP. XXXI.

Priuilegium de decimis noualium non soluendis, non comprehendit decimas, tempore priuilegii impetrati possessas ab aliis: nisi de possessione alterius in priuilegio fiat mentio.

GREGORIVS IX. *maioris ecclesiae et Christianitatis 79) decano et archidiac. Lincon. (ann. 1230. Romae in Angliam.)*

Dudum inter priorem et conuentum de Butele 80) f, ex parte vna, et priorissam et moniales de Campesse 81) ex alia, super decimis lite mota: [*et infra.*] De consilio fratrum nostrorum decernimus, iuri praedictorum prioris et conuentus super decimis noualium, in quarum erant possessione tempore illo, quo indulgentiae apostolicae impetratae fuerunt, a parte altera de decimis noualium non soluendis, non debere per eas, non facientes de hoc aliquam mentionem, praeiudicium generari.

79) Decani *Christianitatis* ab officio vocati sunt: quia clero maioris ecclesiae praeerant. *Christiani* enim κατ' ἐξοχὴν vocantur *clerici*, et *clericatus* Christianitas dictus, vt obseruat DV FRESNE in *gloss. hac voce.*
80) *Baelle*, C. R. 1. *Bacelesna*, C. R. 2. *Botele*, in *Baten.* ed. ant. et Cont.
81) *Capescea*, C. R. 2.

CAP. XXXII.

Confratres priuilegiatorum, nisi se ad eos in totum transtulerint, ad episcopalia iura tenentur.

IDEM. *(ann. 1231. Romae.)*

Quidam, sicut asseris, in priuilegiatorum fraternitate recepti, nolunt tibi de iuribus episcopalibus respondere: verum, quamdiu huiusmodi fratres moram in domibus suis fecerint 82) g, eos compellere poteris ad dicta iura tibi integre persoluenda.

82) *Morantur in domibus suis*, C. R. 2.

CAP. XXXIII.

Quoad priuilegium retentionis decimae, semel nouale semper est nouale.

IDEM *Arelaten. capitulo. (ann. 1231. Romae in Gall.)*

Consultationi vestrae br. r. quod terra, de qua non exstat memoria, quod aliquando culta fuisset, redacta per religiosos viros nouiter ad culturam, perpetuo debet quoad immunitatem de non soluendis decimis noualium 83) iure censeri 84): cum alias nonnunquam contingeret indulgentiam de noualibus plus eis dispendii, quam vtilitatis, afferre.

83) *Nonalis*, C. L.
84) Licet post multos annos *agris veteribus adnumerandus sit: quia origo, non praesens status*, inspici debet.

TITVLVS XXXIV. DE PVRGATIONE CANONICA.

CAP. I.

Infamatus, fide dignus, per iuramentum se purgat, alias secus: et censetur non idoneus enormiter peccans.

Ex concilio Triburien. [*c. 10.*] *(ann. 895. in Germ.)*

Nobilis *b* homo vel ingenuus, si in synodo accusatus crimen negauerit, si 85) fidelem eum esse sciuerit 86), cum duodecim ingenuis se expurget. Si autem antea deprehensus fuerit in furto, aut periurio, aut falso testimonio; non admittatur 87) ad iusiurandum: sed ei, sicut qui ingenuus non est, purgatio 88) indicatur 89).

85) *Vt si*, C. R. 2.
86) *Sciuerint*, C. R. 1. *sciuerit*, L.
87) *Admittitur*, C. L. *admittatur sic*, C. R. 1.
88) Idem canon ab interpolatore adductus est in *c. 15. C. II. qu. 5.* vbi tamen in fine legitur: *feruenti aqua vel candenti ferro se expurget.* Omisit haec RAYMVNDVS, et simpliciter *purgationis* mentionem facit: quod cum iudicium *ferri candentis* damnatum fuerit. Quae hic obseruanda, tradidi ad *cit. c. 15. not. 32*.
89) *Feruenti aqua, aut candenti ferro se expurget*, c. 1. comp. 1. de purg. vulg. Conf. AVGVST. *in not. ad h. c.*

---

a C Parif. et c. eccl. praelat. Parif. constitutis. *Quare supra de magistris, etc.* b *Quatenus gloss. et Dd. hic quaerunt, an omnes subsint imperatori, vide Chass. in catal. glor. mundi, p. 5. cons. 28.* c Bason. d *Doctores in c. fin. supr. de fid. inst. et in c. Albericus. et c. significauit. De testibus.* e *Gloss. et Dd. in cap. quoniam. De priuileg. l. 7. et Sylvestrum in summa, verbo: altare. qu. 6.*

f *Al.* de Buren. g *Vide l. fin. quam Bald. dicit esse singul. C. de iure fisc.* h *Referunt Burch. l. 16. decr. c. 19. et Grat. siue Palea C. 2. qu. 5. c. 15. et habetur c. 1. tit. de purg. vulg. in 1. compil.*

CAP.

CAP. II.

Infamatus, tertio monitus se non corrigens, vsque ad purgationem ab officio suspenditur.

Ex concilio Agathen. (Conf. c. 1. comp. 1. hoc t. *ann.* 506. *in Gall.*)

Si quis presbyter, negligens vitæ suæ, prauis exemplis male 90) de se suspicari permiserit, et populus, ab episcopo 91) iuramento seu banno 92) Christianitatis adstrictus, infamiam eius patefecerit, certique 93) accusatores criminis eius defuerint; admoneatur a primo seorsum ab episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus: et, si non emendauerit, episcopus cum publica 94) increpatione admoneat. Si vero nec sic se correxerit; ab officio 95) suspendatur vsque ad condignam satisfactionem: ne populus fidelium in eo scandalum patiatur 96).

90) *Malum*, C. R. 1.
91) *Ab ipso*, c. 1. comp. 1. h. t.
92) Seu *edicto facto et mandato episcopali ecclesiastico* in synodo constrictus, vt delicta cognita manifestaret, quem in finem etiam iuramento quandoque obligabatur. *Christianitatis* autem vox ideo adiecta, quod *clericatum* in genere denotet, vt ad c. 31. *X. de priuil. not.* 79. obseruaui.
93) *Certique*, ed. ant. *et certi*, cit. c.
94) *Cum publica*, C. R. 1.
95) Diction. *ab officio*, desiderantur ibid.
96) Secundum c. 13. C. II. qu. 5.

CAP. III.

Etiam regulares purgant se de delicto secundum regulam canonicam.

Ex concilio Melden. *b* (Conf. c. 2. comp. cit. 1.)

Moniales si libidinibus inseruire accusentur, et manifeste detegi non voluerint: erga regulam suæ opinionis malam famam canonice purgare cogantur.

CAP. IV.

Si delictum est probabile; non indicitur purgatio: alias secus. H. d. quoad titulum.

Ex eodem. (C. 4. comp. cit. 1.)

Si quis de gradu ecclesiastico raptoribus alienarum sponsarum se consensorem vel interuentorem manifeste prodiderit; a proprio gradu repellatur: et, si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonice se expurget.

CAP. V.

Infamatus, contra quem crimen probari non potest, debet se purgare iuramento de veritate: compurgatores vero de credulitate.

INNOCENTIVS PAPA 97) c *Aquilegien. patriarchæ et Mantuan. episcopo.* (*ann.* 1131.)

Quoties *d* [*frater noster A.*] Tridentinus episcopus, [*in nostra et vestra*] de simonia impetitus sit [*præsentia*,] vos 98) latere non credimus, [*cuius caussam in præsentia nostra ventilauimus:*] sed 99) accusatores, scriptum 100) afferentes 1), testes secundum formam canonicam 2) producere nequiuerunt 3), scilicet 4) quod 5) ecclesiam sancti 6) Petri [*de Pasinum*,] presbytero Paulo dederit 7) pro quatuor modiis frumenti 8), [*quod ab eiusdem ecclesiæ laicis accepit. Vnde, quia nec accusatores nec testes secundum formam canonum, et sanctorum patrum statuta in caussa ipsa procedere potuerant*,] communi 9) fratrum nostror. consilio iudicamus 10), vt tertia manu sui ordinis et quarta abbatum et religiosorum sacerdotum de supra dicta simonia, [*in vestra præsentia*] debeat se purgare. Porro purgationis tenor erit huiusmodi: [*idem*] episcopus iurabit primum super sancta Dei euangelia, quod pro ecclesia sancti Petri [*de Pa.*] presbytero Paulo danda, nec ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo, se sciente, pretium recepit 11): deinde compurgatores 12) super sancta Dei euangelia iurabunt [*similiter*,] quod ipsi credunt, eum verum iurasse 13).

97) Sine dubio INNOCENTIVS II. intelligendus, cum hoc cap. referetur in *c.* 4. *comp.* 1. *h. t.* in qua compilatione nulla INNOCENTII III. decretalis referri potuit, prout obseruatum est in *c.* 17. *C. II. qu.* 5. vbi etiam hoc caput relatum.
98) *Prudentiam vestram*, c. 4. comp. cit. t.
99) Verba ipsa ibidem ita se habent: *producti sunt apud eum accusatores et vna voce scriptum*, etc.
100) *Sic scriptum*, C. R. 2.
1) Rectius legitur in c. 17. C. II qu. 5. *vna voce et scripto afferentes.*
2) *Canonum*, C. R. et L.
3) *Nequiuerint*, C. R. t.
4) *Scilicet*, abest a c. cit. 4.
5) *Qui*, C. R. 2.
6) *Beati*, C. R. 2. et cit. c.
7) *Dederat*, C. R. 1.
8) *De frumento*, cit. c.
9) *De communi*, C. R. 2.
10) *Iudicauimus*, C. R.
11) *Receperit*, C. R. 2. et cit. c.
12) *Purgatores*, C. R. 1. ed. ant. Cont. et Pith. *expurgatores*, cit. c. et Gratian. in c. cit. 17.
13) Plura hic desiderantur relata in *cit. c.* 17. *C. II. qu.* 5.

CAP. VI.

Episcopus parochianum suum infamatum compellit ad se purgandum: nisi ab eo legitime appellauerit.

ALEXANDER III. *Genuensi* 14) *episcopo.* (*ann.* 1172.)

Nos inter e alios [*præeminemus suprema, licet immeriti, dignitate, vt, quæ dubia sunt, debeamus declarare, et singulorum consultationibus, quantum nobis Dominus ministrauerit, sollicite respondere, vt quæstiones sub examine Romanæ ecclesiæ terminentur, quæ inter alias ecclesias, disponente Domino, obtinet principatum. Vnde*,] quia nos t. fr. consulere voluit, vtrum episcopus parochianum suum, [*publica fama eum accusante*,] ad purgationem cogere possit, consult. t. t. r. quod, si de aliquo crimine publica laborat infamia, accusatore 15) et testibus deficientibus, ad purgationem est per ipsum 16) episcopum compellendus: nisi forte super ipso ad superiorem iudicem 17) duxerit appellendum. Sane, si appellauerit: eius parebit iudicio, ad cuius examen caussam voluerit per appellationem transferre.

14) Ita recte legitur etiam in c. 4. *comp.* 1. *de offic. et pot. prælat. et iudic. ord.* et c. 7. *comp.* 1. *h. t.* non *Alexander IV.* vt habet edit. antiqu. In vtroque etiam legitur *Genuensi episcopo*, quamuis *c.* 7. *cit.* notante AVGVSTINO, *Euriensi episcopo* habeat, ab ipso in *Genuensi* mutatum. Posteriorem lectionem tamen præferendam censet GONZAL. ad *h. c.* quod *episcopi* tantum mentio iniecta. Verum obseruat AVGVSTINVS in not. ad *c. cit.* 4. in vet. cod. Tarracon. legi: *archiepiscopo Genuensi*, vt inscriptionem mutandi nulla nos cogat necessitas: cum etiam passim *episcoporum* pro *archiepiscoporum* appellatio in inscriptionibus occurrat.
15) *Accusatoribus*, C. R. 1.
16) *Per diœcesanum*, c. 4. cit.
17) *Iudicem*, a C. R. 1. abest.

CAP. VII.

Compurgatores debent esse honesti, et notum habere eum, quem purgant, nec debent a iudice vel alio impediri: et deficiens in purgatione, punitur vt conuictus.

IDEM *Gaietanen.* 18) *electo.* (*ann.* 1172.)

Cum P. Manconella 19) *f* presbyter: [*et infra* 20).] Purgatores [*vero*] illius honestatis et opinionis esse volumus, quod verisimile sit, eos nolle amore vel odio, seu obtentu pecuniæ peierare 21). Vt autem idonei appareant, necesse est, vt eius, quem purgare debent, vitam et conuersationem agnoscant. [*Quodsi vterque illorum, vel alter in purgatione defecerint: tu*] deficientem in purgatione 22) omni officio et beneficio ecclesiastico priuare procures, [*tibi modis omnibus*] præcauens, quod, si qui purgando 23) in sua voluerint purgatione assistere 24), nullam eis maleuolentiam vel indignationem ostendas, nec eos [*aliquo modo*] impedias, vel ab aliis, quantum in te est, impediri permittas.

18) *Caietensi*, C. R. 1. *Gaietana*, c. 12. comp. 1. *de accus.* vel potius *Calatino* seu *Caiacensi*, vel *Catacensi*, vt ad c. 10. *X. de accus. not.* 28. obseruaui. *Caiazzo* enim est vrbs in regno Neapol. sub *archiepiscopo Capuano*, vt notat *index Geogr. episcop. orb. Christ.* apud FABRIC. *in salut. lux euangel. in f. p.* 37.
19) *Manchouetta*, C. R. 2.
20) Quæ hic desunt, supplenda ex c. 10. *X. de accus.*
21) *Deierare*, ed. ant. et cit. c. 12.
22) Diction. *in purgatione*, non sunt in cit. c.
23) *Memorato P.* legitur ibid.
24) *Consistere*, C. R. 2.

CAP. VIII.

Absolutio, facta secundum purgationem vulgarem, non tenet, et, ea non obstante, potest indici de nouo purgatio: et admittitur accusatio.

LVCIVS III. 25) (*ann.* 1181.)

Ex tenore g intelleximus continentiæ litterarum, quod, cum H. presbyterum, [*latorem præsentium*,] quia infamabatur de homicidio, [*communicato fratrum consilio in episcopatu tuo*,] a sacerdotali officio suspendisses, [*bon. mem.*] prædecessoris tui 26) litteras tulit in medium, quibus apparuit, eum iudicio aquæ frigidæ suam innocentiam purgauisse, et episcopum suis eum litteris absoluisse, [*ac scholaris, et qui homicidium, instigante diabolo, perpetrauerat, immunem se ipsum a crimine*,

25) Refertur hæc decretalis in *app. ad concil. III. libr. L. c.* 50. sub hac inscriptione: *Item Lucius III. Curensi episcopo in registro vel Curiensi seu Cortensium Subtorum in Italia.*
26) *Postmodum prædecessores tui*, C. R. 2.

a *Obserua ordinem fraternæ correctionis, de quo plene* B. *Th.* 2. 2. *qu.* 33. *art.* 2. 4. 5. *et sequ.* b *C.* 70. *in conc. impresso, non c.* 2. *vt ait.* Burch. *l.* 9. *decr. c.* 57. c *Al.* Innoc. pap. III. d *C.* 4. *eod. tit. in* 1. *compil.* Refert. Grat. *sine palea C.* 2. *qu.* 5. *c. quoties. fol.* 17.

e *C.* 4. *eod. tit. de offic. et pot. prælat. et iud. ord. in* 1. *compil. et c.* 7. *eod. tit. de purgat. can. in* 1. *comp.* f *C.* 12. *de accus. in* 1. *compil.* g *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Lateran. sub Alex. III. p.* 51. *cap.* 50.

tactis sacro-sanctis euangeliis, affirmauit] Quia vero peregrina 27) iudicia sunt inhibita; purgationem, quam praestitit, sufficere non putantes 28), [*fr. t. per a. f.*] mandamus, quatenus, si accusatores idonei non apparuerint 29), [*qui eum homicidii conuincere possint,*] vt eum septima aut quinta manu sui ordinis, sicut expedire cognoueris, per purgationem canonicam innocentiam suam ostendat, sibi 30) iniungas; quam cum praestiterit, suspensionem sine [*mora et*] difficultate relaxes, et eum testimonii boni virum 31) annuntians, ab infamia homicidii, nullius contradictione vel appellatione obstante, [*auctoritate nostra fretus*] absoluas. [*Is autem, qui infamatur, sese immunem a crimine homicidii praestito iuramento firmabit, et purgatores, quod eum credant verum iurasse, iurare debebant.*]

27) Ideo sic dicta, quod tantum in *peregrinis terris et ecclesiis* visitata, Romae autem prorsus damnata et reprobata essent. Fabula enim est, *aqua frigida iudicium* approbasse EVGENIVM II. atque peculiares eius sacros praescripsisse, quos refert MABILLON. *in veter. anal. p. 160. nouiss. edit. in fol.* cum BALVZIO et IVRETO: cum omnes pontifices generaliter reprobauerint hanc purgationem, et, eo mortuo EVGENIO II. LVDOVICVS pius, huic pontifici admodum deditus, anno DCCCXXIX eam in *concil. Aquisgran. c. 12.* sustulerit, nunquam sine dubio id facturus, si EVGENIVS II. illam approbasset.

28) *Quia vero, cum peregrina iudicia sacris canonibus sint inhibenda, purgationem - - non putamus*, etc. cit. c.

29) *Si accusatores minime idonei inuenti fuerint*, ibid.

30) *Sibi*, illud non legitur.

31) *Viri*, C. R. 1. sed neutra dictio est in L. ed. ant. cit. c. immo in C. R. 2. deleta est vox: *virum*.

CAP. IX.

Sufficit, quod compurgator sit toleratus ab ecclesia bonae famae, nec de crimine suspectus condemnatus.

IDEM *Wintonien. episcopo.* (*ann.* 1181.)

Constitutus *a* in praesentia nostra P. diaconus [*de Bathe, sicut nobis assertione monstrauit*, etc. et infra.] Praeterea illud nobis non modicam admirationem inducit, quod purgationem oblatam recipere noluisti, nisi prius commendasses nomina singulorum, qui [*tunc*] dictum P. purgare volebant, et de nationibus et caeteris 32) circumstantiis 33) prius inquireres diligenter, tanquam esses ordinationes 34) facturus: vtinam 35) sic discuteres ordinandos! Sane, in purgationibus faciendis, cum satis sit illis, qui pro purgando exhibent iuramentum, secundum propriam conscientiam et opinionem iurare 36), quod purgandus a crimine sit immunis, vel quod bonum 37) exhibuit iuramentum, si purgatores ab ecclesia tolerentur, et sint 38) bonae famae in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati: procul dubio sunt 39) absque vllius indagine admittendi.

32) *Et singulis*, C. R. 1.

33) *Et de caeteris supra dictis prius* etc. c. 6. comp. cit. 2.

34) *Ordinationem*, ibid.

35) *Vt vtinam*, ed. ant.

36) *Cum satis sit illis, qui purgando exhibet iuramentum, si secundum propriam conscientiam et opinionem iurat*, quod etc. cit. c.

37) *Et bonum*, ibid.

38) *Et sint*, ibid.

39) *Sint*, C. R. 2.

CAP. X.

Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest, non solum ab officio, sed etiam a beneficio, donec se purgauerit. Hoc primo. *Et augetur propter hoc numerus compurgatorum.* Hoc secundo. *Ex causa interdum post purgationem praestitam suspenditur quis ad tempus.* Hoc tertio. *Et deficiens in purgatione, punitur conuictus.* Hoc quarto.

INNOCENTIVS III. *Senon. archiepiscopo.* (*ann.* 1199.)

Inter 40) sollicitudines *b* nostras illa debet esse praecipua, vt capiamus vulpeculas, [*quae demoliuntur vineam Domini Sabaoth, species quidem habentes diuersas, sed caudas, ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum. Hi sunt namque caupones, qui aquam vino commiscent, qui virus draconis in aureo calice Babylonis propinant, qui iuxta verbum propheticum, arcum tendunt amarum, et sagittent in occultis innoxios: quorum error serpit vt cancer, ita, quod, nisi botrus in flore lædatur, fructum non solum amarum, sed etiam pestiferum germinabit. Hos apostolus, egregius praedicator, in epistola sua prophetico sermone describit, et docet omnibus modis extinguendos, contra quos sacerdotes tubis argenteis clangere debent, vt cum clamante populo arca foederis praecedente, et muri corruant Hiericho, quae iam fuerat perpetuo anathemate condemnata, ita, quod, si quis ex ea regulam auream furari praesumpserit, cum Achor filio Charmi lapidibus obruetur.* et infra. *Nos igitur, scientiam litterarum et honestatem morum, vitae pariter attendentes,*] licet ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum vsque ad purgationem canonicam doceat suspendendos, quia tamen eum etiam a beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolumus improbare: nec illud etiam improbamus, quod, licet contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen 41), fama publice referente, voluisti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem 42) vulgatam infamiam, graue scandalum, et vehementem suspicionem, ex testium dictis obortam, quae contra [*eundem*] decanum facere videbantur, cum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda, et seruantes iustitiam 43), et mollientes rigorem, [*de consilio fratrum nostror. archiepiscop. et episcop. etiam apud sed. ap. existentium,*] purgationem ei quartae decimae manus sui ordinis duximus indicendam. Ipsum igitur ad te [*cum litteris apostolicis*] remittentes, vt ibi purgetur, vbi noscitur infamatus, [*f. t. per a. f.*] mandamus, quatenus eccitis 44) *c* tecum Niuern. 45) et [*ven. f. n.*] Parisien. episcopis, indictam ei [*a nobis*] purgationem accipias, ita tamen, vt, qui ad eius purgationem processerint 46) comprobandam, sint fide catholici, et vita probati, qui conuersationem et vitam ipsius non tam moderno tempore nouerint, quam transacto: purgatione vero recepta, beneficium ei restituere non postpones, [*ne cogatur in cleri opprobrium mendicare.*] In poenam autem familiaritatis illius, quam cum haereticis scienter habuisse dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspensum, donec scandalum sopiatur, ita tamen, vt publice familiaritatem haereticorum abiuret. Praecipias insuper ei districte, vt in praedicta et aliis villis circumpositis profiteatur et praedicet fidem catholicam, ac confundat et detestetur haereticam prauitatem, sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, vt infamiae conuertatur in bonam *d* famam 47), et omne scandalum et suspicio de catholicorum mentibus deleatur. Quodsi forsan in purgatione defecerit: eum ecclesiasticae disciplinae mucrone percellas, et ab officio et beneficio depositum, ad agendam poenitentiam in arctum monasterium detrudere non omittas.

40) Integra decretalis habetur *libr. II. epist.* 63.

41) - - *suspendendos, quos etiam tamen eum a beneficio propter immanitatem criminis, vt credimus, suspendisti, nolumus improbare: nec illud etiam propter causam improbamus tamdem; quod, licet contra eum nullus accusator legitimus appareat, ad detergendam tamen huiusmodi mortifera pestis, tanquam pestiferi morbi radicem ex officio tuo, fama* etc. c. 1. comp. 3. h. t.

42) *A te*, ibid.

43) *Iustitiam*, desideratur ibid.

44) *Adscitis*, est ibid.

45) *Morinen.* C. R. 2. *Niuernensium*, L. *Neuernien.* ed. ant. dicto *Morinorum*, cit. c.

46) *Accesserint*, C. R. 1.

47) *In famam*, C. R. 1. L. ed. ant. et cit. c. sed C. R. 2. delet voc. *bonam*.

CAP. XI.

Breue est, nec potest aliter summari.

IDEM *abbati sancti Dionysii, et presbytero S. Martini* 47*). (*ann.* 1204. *Romae in Galliam.*)

Cum dilectus 48) *e*: [*et infra.*] Illud autem vos attendere volumus, et mandamus, vt tales ad purgationem [*huiusmodi*] admittantur personae, quae vicinae sint 49) et honestae.

47*) In c. 2. comp. 3. h. t. inscriptio integra haec est: *Idem abbati S. Dionysii et priori S. Martini de Campis et I. Magistro scholarum Aurelian.*

48) C. R. 1. addit: *filius*.

49) *Sunt*, est in c. 2. comp. cit. 3.

CAP. XII.

Si infamia ortum non habet ex probabilibus coniecturis; non est de necessitate indicenda purgatio: potest tamen indici ad instantiam purgandi.

IDEM 50). (*ann.* 1210. *Romae in Hungariam.*)

Cum *f* in iuuentute sua: [*et infra.*] Quia vero pater filium, quem diligit, corripit: nos Quinqueeccles. episcopo per litteras nostras ad maiorem cautelam iniunximus, vt ab illorum familiaritate cessando [*apud Deum et homines*] talem se haberet, quod sinistra de ipso suspicio non possit 51) haberi. Sed inimicus homo, rescriptum litterarum [*illarum*] surripiens, apud [*praedictum*] regem et regni magnates ipsum nequiter publicauit, vt sic 52) [*idem episcopus*] debeat amplius infamari, [*cum videretur esse nobis incredibilis et suspectus.*] Vnde nos, tantam aemulorum nequitiam attendentes, licet pulsati fuerimus multoties contra eum, nunquam tamen aduersus ipsum potuimus commoueri, scientes, quod dictum vnius 53) facile sequitur multitudo. Vbi vero 54) idem episcopus

50) Inscriptio *libr. XIII. ep.* 12. haec est: *Cenadiensi episcopo et abbati de Cibador Quinqueecclesiensis dioecesis.* Initialia eiusdem verba sunt eadem, quae in *c.* 15. *X. de praesumt.* adducta, ex decretali tamen diuersa desumta, quae iam anno MCCVI. in hac caussa edita est, quod indicant verba vetetiua, *epist. cit.* 12. inserta: *require supra in registro noni anni eiusdem domini Innocentii III. papae. Datum Ferentini Nonis Iulii in eundem modum per totum vsque*: non duximus iterandum etc. Quocirca summa c. 15. *X. de praesumt.* ex hac obseruatione emendandum est. Episcopi Cenadiensis et monasterii de Sicador vel Cibador in Hungaria fit etiam mentio *libr.* 2. *epist.* 544.

51) *Possit*, C. R. et L.

52) *Sic*, vt, cit. c.

53) *Vnius*, desideratur in ed. ant. et cit. c.

54) *Vero*, non legitur in ed. ant. *vbius*, C. R. 2.

a *Cap.* 6. *eod. tit. in* 2. *compil. et post conc. Lat. p.* 8. *c.* 21. b *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.*

c *Ascitis. al. accersitis, sed in registro et antiquis, vt est impressum.* d *Dictio*, bonam, *deest in registro et plerisque antiqu. exemplarib.* e *C.* 2. *eod. tit. in* 3. *compil.* f *C.* 3 *eod. tit. in* 3. *compil. Pars huius decret. est in cap. cum in iuuentute. supr. de praesumpt. vt optime hic admonet glossa.*

ad Strigon. 55) metropolim exstiterit postulatus: quidam, qui super ipsa postulatione aduersabantur eidem, vt promotionem ipsius facilius impedirent, illius criminationis carbones reaccendere sunt moliti. Vnde quidam procurator ipsius, [*in nostra præsentia constitutus*,] de consilio amicorum suorum, qui super hoc [*quidem*] bonum zelum habebant, sed non secundum scientiam, cœpit [*a nobis in præsentia fratrum n.*] cum instantia postulare, quatenus eidem episcopo purgationem canonicam faceremus indici, vt suam innocentiam demonstraret 56). Nos autem, postulationem huiusmodi minus prouidam, [*immo nimis improuidam*,] reputantes, procuratorem ipsum ab ea sæpe a voluimus reuocare 57): [*tum quia sæpe fatus episcopus non videbatur apud bonos et graues infamatus de illo crimine, cum coepiscopi, super hoc ex mandato apostol. requisiti, laudabile testimonium de ipso nobis curauerint exhibere, tum quia talis infamatio videbatur ab inimicis et æmulis processisse, sicut superius est expressum. Vnde cum ante acta vita eius laudabilis appareret, et huiusmodi factum incredibile videretur: non credebamus, ei purgationem aliquam amodo indicendam.*] Cæterum, quia procurator instabat, compulsi sumus, non iuris necessitate, sed importunitate petentis, vt per vos ei purgationem canonicam cum duobus abbatibus mandaremus indici; quamuis [*eidem procuratori*] fuerimus protestati, quod ex aliis [*quoque*] caussis talis petitio minus prouide tunc fiebat, quia [*videlicet*] Strigon. eccles. suffraganei vix eo tempore purgarent eundem, qui 58) in facto postulationis contradicebant eidem, et suffraganei Colocen. ecclesiæ ipsum minime tunc purgarent: quia inter eum et Colocen. 59) archiepiscopum de Strigon. metropoli contentio vertebatur. Vnde, cum non sint alii pontifices in Hungaria, merito videbatur, quod per episcopos regni sui non posset in illo articulo se purgare.

55) *Antigonen.* cit. c.
56) *Super hoc demonstraret*, C. R. 2.
57) variat nimium cit. c. in verbis, hic infertis, adeo, vt seriem vocum, admodum confusam, pro norma corrigendi periodos habere non potuerimus.
58) *Quia*, cit. c.
59) *Collen.* C. R. 1. per tot. *Collicen.* L.

CAP. XIII.

Compurgator iurat de credulitate.

IDEM *Tiron.* b *archiepiscopo.* (*ann.* 1198.)

De c testibus: [*et infra* 60).] Illi vero, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur, id solum tenentur iuramento firmare, quod veritatem credunt 61) eum dicere, qui purgatur.

60) verba, hic omissa, in *c.* 29. *X. de testib.* relata sunt, cuius inscriptio, quæ est *libr. I. epist.* 513. docet, *Tyrensi archiepiscopo*, non *Turon.* hanc decretalem scriptam fuisse, ad quem plures alias direxit INNOCENTIVS III. Vario alias lectio hic occurrit, vt *Tiren.* in C. R. *Tirenen* in edit. ant. *Tyronen.* in Cont. et Pith. sed in c. 4. comp. 3. h. t. *Tyren.*
61) *Credant*, C. R. 1. L. et alt. c. 4.

CAP. XIV.

Infamatus super defectu natalium non debet promoueri: nisi prius se purget.

IDEM *Florent. episcopo* 62). (*ann.* 1206. *Romæ in Tusciam.*)

Accedens d ad præsentiam nostram [*dil. fil.*] T. diaconus, [*parochianus tuus*,] humili nobis insinuatione monstrauit, quod, cum a suis æmulis diceretur, quod esset filius sacerdotis, tu eum nec promouere voluisti, nec permisisti ab alio promoueri. Quocirca [*f. t. per a. s.*] mandamus, quatenus, si [*diaconus ipse*] publice 63) fuerit [*huiusmodi*] nota rasperfus, et de ipsa tibi legitime constare non poterit, purgatione ab ipso recepta, [*dummodo aliud canonicum non obsistat*,] ipsum non differas propter hoc ad sacerdotis officium promouere: quia, etsi non sit nota delicti, est tamen nota defectus impedientis ad sacros ordines promouendum.

62) Hodie *archiepiscopi* in *Hetruria* dignitatem gerit, ad quem per MARTINVM V. anno MCCCCXX. hæc sedes promota est. vid. *VGHELL. in Ital. sacra tom. III. p.* 166. *nouiss. edit.* Inde ratio petenda, quare adhuc in hoc decretali *episcopus* vocetur.
63) *Publica*, C. L.

CAP. XV.

Super notorio crimine non est indicenda purgatio, et pendente caussa super criminibus coram papæ delegato, purgatio, ab ordinario super eis recepta, non tenet.

IDEM *abbati Eugen. et scholastico Mutin.* 64) (*ann.* 1207.)

Cum e dilectis filiis H. presbytero, et G. procuratori O. clerici, T. capellanum 65) nostrum concesserimus auditorem; idem procurator proposuit [*coram eo*,] quod, cum dictus presbyter super incestus crimine fuisset publice infamatus, [*bon. mem.*] Constantien. episcopus, ordinarius iudex, ei purgationem indixit: qui, cum se purgare nequiuisset, ab ipso 66) fuit [*in plena synodo*] suis ecclesiis sententialiter destitutus, quas ipse nihilominus detinuit [*aliquamdiu*,] per violentiam occupatas. Cumque [*postmodum*] idem presbyter cuiusdam consanguinei sui vxorem, [*adductam in domo*,] publice detineret; ad petitionem [*H.*] plebani de Heniso 67) f, et quorundam aliorum clericorum Constantien. diœcesis, iudicibus 68) [*nostras*] dicimur litteras [*sub hac forma*] destinasse, vt, si dictus presbyter super crimine adulterii et incestus coram ipsis se purgare non posset, ipsum pœna debita castigarent. Qui 69), [*iuxta mandati nostri tenorem in negotium procedentes*,] cum constitisset eisdem, quod idem presbyter pro eo, quod in purgatione defecerat, ab episcopo memorato fuerat [*in synodo*] condemnatus, ipsum, vtpote contumacem, prædictis ecclesiis per sententiam priuauerunt: maxime cum de incestus et adulterii crimine, tanquam de notorio, [*manifeste*] liqueret eisdem, [*dil. f.*] abbati sancti Galli, ad quem illarum ecclesiarum donatio pertinebat, potestatem liberam concedentes, ecclesias illas personis aliis conferendi, qui eas postea supra dicto O. clerico assignauit. [*et infra.*] Dictus vero presbyter inter cætera [*ex aduerso*] respondit, quod processus iudicum prædictorum debebat 70) merito retractari; cum, lite non contestata, [*et post appellationem, ad nos interpositam*,] procedere præsumpserint g contra eum. Adiiciens [*insuper*,] quod, [*licet idem presbyter ad abolendam omnem infamiam*,] purgationem indictam ab electo Constantien. 71) curauerit exhibere, [*sæpe dicti tamen æmuli eum non desinunt infamare. Vnde nobis humiliter supplicauit, vt ab illorum petitionibus absolutum, faceremus ipsum prædictarum ecclesiarum pacifica possessione gaudere. et infra.*] His igitur, et aliis, [*quæ fuerunt coram prædicto capellano proposita*,] plenius intellectis, licet litteræ illæ, quæ ad prædictos iudices impetratæ dicuntur, vel ipsarum transcriptum ostensum non fuerit coram nobis; quia tamen ex tenore relationis ipsorum 72) h, quam dictus procurator exhibuit, ac si 73) litteræ ipsæ ostensæ fuissent, nobis constitit euidenter, iudices ipsos, prætermisso iuris ordine, processisse; tam processum eorum, quam concessionem ecclesiar. a prædicto abbate 74) de mandato ipsorum factam, auctor. ap. retractamus: præsertim cum relationis ipsius series repugnantis contineat et aduersa. Dicitur enim, quod crimen eiusdem presbyteri vsque adeo publicum i fuerit 75) ac notorium, quod nullus inficiationi locus penitus existebat, vtpote cuius vniuersæ 76) viciniæ populus testis erat; et tamen ibidem 77) præmittitur, quod eidem presbytero terminum peremptorium præfixerunt, in quo, si posset, super infamia prædictorum criminum canonice se purgaret: cum nimirum, si crimen notorium existebat, non erat [*vtique*] illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda. [*et infra.*] Si vero nullus apparuerit legitimus accusator, et ipsum inueneritis apud bonos et graues super prædictis 78) criminibus, vel ipsorum altero infamatum; purgationem ei canonicam indicatis, non obstante, quod coram prædicto electo dicitur se purgasse: cum, iudicio pendente coram iudicibus delegatis, non debuerit ordinarius purgationem indicere infamato.

64) *Libr. X. epist.* 188. habet hanc inscriptionem: *abbati Augensi et Conrado de Wido Constantiensis diœcesis, et magistro Conrado, scholastico Curiensi.* Ab hac differt, quæ habetur in 6. comp. 3. h. t. et in edit. Pith. et Gonzal.
65) *Cum dil. f. H. presbytero et G. procuratore O. clericis, constitutis in præsentia nostra dil. f. T. subd. et capellanum* etc. cit. c.
66) *Ab episcopo*, C. R. 1. *ab eodem episcopo*, cit. c.
67) *De Heniso*, cit. c. *de Ponte*, ed. Cont. *de Heriso*, legitur in *cit. epist.* 188. *libr. X.*
68) *Dil. fil. de Scunnis et de Vestronen. decan.* cit. c.
69) *Quod*, C. R. 1.
70) *Debeat*, cit. c.
71) *Ab eodem electo, non tanquam delegato, sed ordinario, curauerit exhibere*, ibid.
72) *Ipsorum*, ibid.
73) *Ac si etiam*, C. R. et L. *si etiam*, cit. c.
74) *Ecclesiarum prædicto abbati*, cit. c.
75) *Fuerit*, C. L. ed. ant. Gonz. et cit. a.
76) *Vniuersus*, cit. c.
77) *Illud*, ibid.
78) *De prædictis*, C. L.

a *Al. semper. sed in antiqu. vt est impressum.* b Tirenen. *al.* Trien. *al.* Tyren. c *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compil.* d *Cap.* 5. *eod. tit. in* 3. *comp.*

e *Cap.* 6. *eod. tit. in* 3. *compil.* f *Al.* de Henaco. *al.* de Ponte. *sed in vetustioril. vt est impressum.* g Præsumpserunt, *in vulgatis: at in antiqu. præsumpserint.* h Ipsarum. i Publicatum.

CAP.

CAP. XVI.

Non sufficit prælato, de criminibus infamato, iurare, cum se purgat, quod sit immunis ab illis criminibus: sed iurare debet, quod post suam promotionem illa crimina non commisit.

IDEM 79). (*ann.* 1213. *Romæ.*)

Accepimus *a* litteras, quibus nobis 80) intimare curastis, quod apostolico mandato, super indicenda purgatione archiepiscopo Bisuntin. recepto, ipsum citastis, vt decuit: qui ad diem præfixum comparuit coram vobis *b*, iuramentum purgationis offerens sub hac forma, videlicet 81), quod immunis erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat: [*et infra.*] Ipse vero, ad præsentiam nostram accedens, humiliter supplicauit, vt saltem super purgatione incontinentiæ dignaremur temperare rigorem: quia non deberet asserere, quod a natiuitate sua nunquam passus fuerit lapsum carnis. Porro, cum ab eo 82) non credatur exactum fuisse huiusmodi iuramentum; potius forte præsumimus, quod alia de caussa volebat sub præscripta forma iurare, videlicet, quod immunis erat ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tanquam, dimissis per pœnitentiam, iam esset immunis ab illis. Sed hoc iurare, non parum temeritatis exsisteret: cum beatus Iob dicat *c*: *etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea.* [*et infra.*] Ideoque præscriptam purgationis formam, secundum quam idem archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus, vtpote indiscretam, temerariam, et ineptam, iniungentes eidem, vt, si voluerit et potuerit secundum hanc formam se purgare 83) secundum sanum intellectum, quem ei duximus exprimendum, videlicet quod illa crimina grauiora, id est, simoniam 84), venditionem iustitiæ, atque incontinentiam, de quibus infamatus extitit 85) *d*, iuret se minime commisisse, postquam ad archiepiscopalem promotus est dignitatem: et compurgatores sic iurent, quod credunt 86), eum verum iurasse. Quo facto, vos illum dimittatis in pace: alioquin, etc.

79) Supplenda est inscriptio ex *libr. XVI. epist.* 158. *Lingonensi episcopo et abbati Morimundensi Cisterciensis ordinis Lingonensis diœcesis.* In compilationibus enim antiquis frustra hoc capitulum quæsiueris. Diuturnior autem fuit contentio de hac caussa, in qua INNOCENTIVS III. iam anno primo regiminis scripserat decretalem, in *c.* 14. *X. de accus.* relatam, ita tandem decisam, vt iuramento Bisontinus se purgaret a delatis criminibus. Rursus nouas lites super formula hic mouit, super quibus hæc decretalis scripta, quæ indigitat, quantis fraudibus hæc purgatio fuerit exposita, adeo vt *MANRIQVE ad ann. MDCXVI. c.* 3. *n.* 8. asserat, eam ideo in desuetudinem abiisse, quod fraudibus periuriisque capulsta fuerit: quod de more *compurgatores* adhibendi, admitto quidem, sed non de ipso *iuramento purgatorio*, a reo præstando.
80) *Nobis*, abest a C. S. L. et ed. ant.
81) *Videlicet*, desideratur in ed. ant.
82) *Ab eis*, ed. Cont. et Pith.
83) *Debeat se purgare*, C. L.
84) *Simoniacam*, C. S. 1.
85) *Exstitis*, C. S. 1. L. ed. ant. et Gonz.
86) *Credant*, C. L.

TITVLVS XXXV.

DE PVRGATIONE *e* VVLGARI.

CAP. I.

Duella, et aliæ purgationes vulgares prohibitæ sunt: quia per eas multoties condemnatur absoluendus, et Deus tentari videtur. H. d. totus titulus.

COELESTINVS III. (*ann.* 1195.)

Cura suscepti *f* regiminis [*nos inducit, vt fratrum nostrorum debeamus consultationibus respondere, et ab eis, quantum humana permittit fragilitas, dubitationis scrupulum amputare. Inde est, quod,*] cum t. f. duxerit sedem apost. consulendam, vtrum super ecclesiarum possessionibus 87) duella debeant sustineri, tuæ duximus sollicitudini respondendum, quod in eo casu, vel [*in*] aliis etiam hoc non debes aliquatenus tolerare *g*.

87) *Præsentationibus*, legitur tum in c. vn. comp. 2. h. t. tum in c. 2. de cleric. pugn. comp. cit.

CAP. II.

Summatum est supr. cap. proxime.

INNOCENTIVS III. *priori S. Sergii* 88) *Spoletan.* (*ann.* 1206.)

Significantibus *h* V. laico, et fratribus eius, ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod, cum quidam eos super furti crimine accusaret, cum eo [*præter terræ consuetudinem,*] coacti sunt inire duellum, in quo, aliis peccatis suis præpedientibus, ceciderunt: propter quod per consules Spoletanos bonis fuerunt propriis spoliati. Nunc vero furtum apud alios est inuentum: et quod ipsi fuerint innocentes, est, faciente 89) *i* Domino, reuelatum. Vnde consulibus ipsis dedimus in mandatis, vt ablata restituant vniuersa. [*Ideoque discret. tuæ per a. s. m. quatenus, si ipsi mandatum nostrum neglexerint adimplere, tu, partibus conuocatis, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, app. rem. decernas, faciens, quod decreueris per cens. eccl. firmiter obseruari.*]

88) Eamdem lectionem seruat quoque c. vn. comp. 3. h. t. quamuis tale monasterium in diœcesi Spoletana adesse, se ignorare asserat GONZAL. adeoque *S. Petri monasterium canonicorum regularium extra portam*, forsan intelligendum esse credat, cuius mentionem facit *INNOCENTIVS III. libr. II ep.* 15. Verum cum, teste *VGHELLIO in Ital. sacra tom. I. p.* 1250. Spoletanus episcopus præter cathedralem duodecim sacras ædes, canonicorum collegiis decoratas, obtineat: negari absolute nequit, id, quod ignoratur, re vera existere.

89) *Fauente*, c. vn. comp. 3. h. t.

CAP. III.

Summatum est supra cap. 1.

HONORIVS III. (*ann.* 1222. Conf. c. vn. comp. 5. h. t.)

Dilecti *k* filii, nouiter in Liuonia baptizati, grauem ad nos querimoniam destinarunt, quod fratres, Templariorum [*ordinem in Liuonia profitentes,*] et alii, [*quidam aduocati et iudices,*] qui temporalem in eis 90) potestatem exercent, si quando de aliquo alio 91) *l* crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium 92) subire compellunt, quibus, si quæ exinde sequatur adustio, ciuilem pœnam infligunt: [*quo re conuersis et conuertendis scandalum incutiunt et terrorem.*] Cum igitur huiusmodi iudicium [*secundum legitimas et canonicas sanctiones*] sit penitus interdictum; vtpote in quo Deus tentari videtur: mandamus, quatenus dictos fratres et alios, vt ab huiusmodi conuersorum grauamine omnino desistant, [*monitione præmissa,*] per cens. eccl. appell. remota, compellas.

90) *In eos*, c. vn. comp. 5. h. t.
91) *Alio*, desideratur in C. R. L. et cit. c.
92) Hanc probationem vulgarem intulerant Saxones in Liuoniam, quam merito abolendam esse credidit HONORIVS III. Conf. Dn. *GRVBERI orig. Liuoniæ sacra et ciuil. p.* 91. *in not. lit. f.*

TITVLVS XXXVI.

DE INIVRIIS ET 93) DAMNO DATO.

CAP. I.

Propter eius breuitatem non summatur.

In Exodo *m*. (Conf. c. 1. comp. 1. h. t.)

Si rixati fuerint homines, et percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno *n*, et ille mortuus non fuerit, sed *o* iacuerit in lecto; [*si surrexerit et ambulauerit foris super baculum: innocens erit,*] qui percusserit, [*ita tamen, vt*] operas eius et impensas in medicos restituat.

93) Diction. *iniuriis et*, non sunt in comp. 1.

CAP. II.

Breue est, et ideo non summatur.

Ibidem *p*.

Si *q* quis aperuerit cisternam, et foderit, et non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in eam; dominus cisternæ reddet pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

CAP. III.

Breue est, et ideo non summatur.

Ibidem *r*. (Conf. c. 4. comp. cit. 1.)

Si bos alienus [*bouem alterius vulnerauerit, et ille mortuus fuerit; vendent bouem viuum, et diuident pretium: cadauer autem mortuum inter se dispertient. Si autem sciebat, quod bos*] cornupeta fuerit 94) ab heri et nudius tertius, et non custodiuit eum dominus suus 95): reddet bouem pro boue, et cadauer integrum accipiet.

94) *Esset*, C. R. L. ed. ant. et c. 4. comp. cit. 3.
95) *Eius*, C. R. 1.

CAP. IV.

Breue est, et non summatur.

Ibidem *s*. (Conf. c. 5. comp. cit. 1.)

Si læserit quispiam agrum vel vineam, et dimiserit iumentum suum, vt depascat aliena 96): [*quidquid optimum habuerit in agro suo vel vinea,*] pro damno æstimationem restituet.

96) *Vt ea depascat aliena*, ed. ant.

---

a *Vide Bart. in l.* 1. §. *accusationem. ff. ad SC. Turpil. vbi citat hanc textum in pulchro casu.* b Nobis, *legitur in plerisque cod. fortis tamen inducat, legendum:* coram nobis. c *Iob.* 9. d *Al.* extitit. e *Vide B. Thom.* 2. 2. *qu.* 95. *art.* 8. *ad* 3. *arg.* f *Cap. vn. eod. tit. in* 2. *compil.* g *Adde, quod not. Bald. in l.* 1. *C. de Lat. libr. toll. vbi vide.* h *C. vn. eod. tit. in* 3. *comp. Vide conc. Trid. sess.* 25. *de reform. c.* 19.

i Fauente, *in recent.* k *Ivo p.* 10. *c.* 15. l *Dictio*, alio, *deest forte in omnib. manuscr.* m *Exod.* 21. n *Vide l. fin. cum gl. et concord. ff. de sicariis.* o *Al.* ita: & iacuerit. p *Exod.* 21. q *C.* 3. *de damno dato in* 1. *comp. Refert Ivo part.* 16. *c.* 349. r *Exod* 21. s *Exod.* 22.

CAP. V.

Breue est, et non summatur.

Ibidem *a*. (C. 6. comp. cit. 1.)

Si egressus ignis [*inuenerit spinas, et*] comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris: reddet damnum, qui ignem succenderit.

CAP. VI.

Breue est, et quasi idem cum praecedenti.

Ex poenitentiali Romano *b*. (C. 7. comp. cit. 1.)

Si quis domum vel aream cuiusquam 97) incenderit voluntarie: sublata et incensa 98) omnia restituat, et tres annos poeniteat.

97) *Cuiusque*, C. 2. et L. *cuiuscumque*, c. 7. comp. cit. 1.
98) *Vel incensa*, C. B. et cit. c.

CAP. VII.

Secularis potestas, quae clericum banniuit, condemnari debet per iudicem ecclesiasticum, secundum aestimationem iniuriae in expensis et damnis. Et hodie adde poenam in Clem. 1. de poenis.

HONORIVS III. *episcopo Bononien.* 98*) (*ann.* 1224. Conf. c. vn. comp. 5. h. t.)

Olim e scribentibus nobis [*venerabili fratri nostro,*] episcopo Mutinen. vt [*accedens personaliter Florentiam,*] potestatem, consiliarios 99) et populum ciuitatis Florentin. 100) [*moneret efficaciter et induceret*] ad satisfaciendum 1) de damnis et iniuriis, *irrogatis* [*ven. fr. n.*] episcopo, et ecclesiis Fesulan. 2) [*et, si necesse foret,*] cens. eccl. coarctaret 2*), idem testes, lite non contestata, recepit. Quare nos, eius processu penitus reuocato, commune Florentin. quia banniuerat episcopum Fesulanum contra Deum et ecclesiasticam libertatem, propter iniuriam 3) banni, et 4) expensas, et damna, tali occasione sequuta, taxatione iuramento praemissa, in mille libris vsualis monetae praedicto episcopo [*Fesulanensi*] sententialiter duximus condemnandum.

98*) Integram decretalem HONORII III. valde his truncatam, retulit VGHELLIVS in Ital. sacra tom. III. p. 249. nouiss. edit. cuius inscriptio est: *Honorius episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri, episcopo Fauentino, et dilectis filiis, abbati Nonantulae Mutinensis, seu nullius diocesis, et magistro Tancredo, canonico Bononiensi.* Historiam huius facinoris succincte IDEM cit. l. praemittit, euentumque docet, ipsa autem decisio ex iure communi petita.
99) *Consiliarii*, C. 2. 2.
100) *Eosdem*, c. vn. comp. 5. h. t.
1) *Satisfaciendum*, C. L.
2) *Fesulen.* C. 2. 1. *Fesulane*, C. 2. 2.
2*) Post verbum *coarctaret*, verba cit. c. ita sonant: *idem Mutinensis mandatum nostrum quoad monitionem diligenter exsequutus, datis inductis contra testes, lite non contestata, processerat, reuocato processu, commune Florent.* etc.
3) *Iniurias*, C. 2. 2.
4) *Et*, in C. B. et L. omittitur.

CAP. VIII.

Qui iurat statutum super non repetendis damnis, hoc non obstante, expensas repetere poterit. H. d. vel sic: *Statutum super damnis, non repetendis, ad expensas non extenditur.*

GREGORIVS IX. (*ann.* 1236.)

In nostra *d* et fratrum nostrorum praesentia proposuistis, quod olim ciues Brixien. pro *e* restaurationibus damnorum, illatorum ad inuicem, quae propter multas ciuiles discordias incurrerant, plurimum aggrauati, statutum editum de non petendo vel recipiendo in posterum restaurationes huiusmodi a communi generaliter approbarunt, et firmarunt etiam iuramento: [*et infra.*] Cum igitur aliud sit damnorum restauratio, quam satisfactio expensarum, et ideo in iuramento exhibito super damnorum articulo intelligi non debeat 5), quod factum expensarum fuerit comprehensum: mandamus, quatenus, iuramento non obstante praedicto, auctoritate nostra prouideas, quod dictum commune pro bono concordiae ad expensarum satisfactionem aliquid 6) *f* contribuat, iuxta tuae discretionis arbitrium, a te, sicut expedierit, moderandum.

5) *Debebat*, C. 2. 1. *Debeant*, C. B. 2.
6) *Aliquod*, in C. B. L. et ed. ant. omittitur.

CAP. IX.

Habet plura dicta, et se summat.

IDEM. (*ann.* 1236.)

Si culpa tua datum est damnum, vel iniuria irrogata, seu aliis irrogantibus opem forte tulisti, aut haec imperitia tua, siue negligentia euenerunt 7): iure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere, vel iacturam. Quodsi animalia tua nocuisse proponas; nihilominus ad satisfactionem teneris, nisi ea dando passis damnum, velis liberare te ipsum: quod tamen ad liberationem non proficit, si fera animalia, vel quae consueuerunt 8) nocere, fuissent, et, quam debueras, non curasti diligentiam adhibere. Sane, licet, qui occasionem damni 9) dat, damnum videatur 10) dedisse: secus est tamen in illo dicendum, qui, vt non accideret, de contingentibus nil omisit.

7) *Vt hoc - - euenerit*, ed. ant.
8) *Consueuerint*, C. 2. L. et ed. ant.
9) *Damni*, desideratur in ed. Pith.
10) *Videtur*, C. 2. 1.

TITVLVS XXXVII. DE POENIS.

CAP. I.

Toties puniendus est criminosus, quoties delictum iterat.

Ex concilio Toletano. (Conf. c. 1. comp. 1. h. t.)

Ea, quae frequenti praeuaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur.

CAP. II.

Interficiens presbyterum puniendus est: et poenae pars ecclesiae, cui praefuit, alia pars pro eius anima distribuitur.

Ex concilio Triburiensi 11) *g*. (*ann.* 896. C. 2. comp. cit. 1.)

Presbyteri interfecti compositio, episcopo, ad cuius parochiam pertinet, soluatur, ita [*videlicet*] vt medietatem [*werigeldi episcopus eius*] vtilitatibus ecclesiae, cui praefuit, tribuat, [*et*] alteram 12) [*medietatem*] in eius eleemosynam iuste dispertiat: quia nullus [*nobis*] eius heres proximior videtur 13), quam [*ille,*] qui ipsum Domino sociauit.

11) Ex hoc concilio etiam hunc canonem recitat Interpolator decreti in *c.* 26. *C. XVII. qu.* 4. et simile quid, sed non idem in *c.* 4. deprehenditur. Rectius hunc canonem retulisset REGINO *ex capitular. libr. IV. c.* 15. vt obseruaui ad *cit. c.* 26. atque verum eius sensum ex antiquitatibus nor. 21 erul.
12) *Et aliam*, C. 2. 1. *et alteram*, C. B. 2. L. et ed. ant.
13) *Videtur esse*, C. B. 1.

CAP. III.

Non debent praelati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere, nec etiam correctionis caussa ex cupiditate poenam pecuniariam imponere.

ALEXANDER III. *Cantuarien. archiepiscopo.* (*ann.* 1180.)

Licet *h* iuxta apostolum [*arguere, obsecrare et increpare debeamus: sic tamen debemus excessus corrigere singulorum, vt probemur, non quae nostra sunt, sed quae Iesu Christi sunt, quaerere, et in correctioni facienda videamur modestiam, et maturitatem seruare.*] Accepimus [*autem,*] quod archidiaconi Conuentrens. episcopatus pro corrigendis 14) excessibus, et criminibus puniendis, a clericis et laicis poenam pecuniariam 15) exigunt, [*in examinatione ignis et aquae triginta denarios a viro et muliere quaerere praesumunt,*] et pro annua exactione pecuniae 16) personas quandoque suspendunt, ecclesias interdicunt, a viceriis [*quoque duodecim*] denarios, vt eos in ecclesiis cantare permittant, exigere non formidant, et alia agunt, quae canonum 17) obuiant institutis, et de radice cupiditatis et auaritiae prodire videntur. [*Quia igitur sollicitudini nostrae incumbit pastorali prouidere diligentia, ne ab ecclesiasticis personis tuae prouinciae aliquid agatur, quod reprehensioni subiaceat, vel ecclesiasticam honestatem denigret; f. t. per a. s. praec.*] mandamus, quatenus archidiaconis praedicti episcopatus, [*ex parte nostra et tua*] hoc 18) districtius interdicas 19): si autem contra [*prohibitionem nostram ausu temerario*] venire praesumpserint, eos [*omni contradict.*] appell. cessante eccl. cen-

14) *Corrigendis*, non legitur in c. 3. comp. 1. h. t.
15) Pro redimendis poenitentiis, ab archidiaconis impositis peccatoribus, de quo more, qui iam seculo XI. tempore PETRI DAMIANI inualuerat, plenius agit MORINVS *de sacram. poenit. libr. X. c.* 16. *sqq.* Hanc *poenam pecuniariam* dixerunt *eleemosynam*, surrogatam in locum poenitentiae, vt in pauperes distribueretur, quam tamen ad sua lucra traxerunt archidiaconi. Hoc catenus in *concil. Trident. sess. XXV. de reform. c.* 3. approbatum, vt in *vsus pios* eam conuerterent. Ita vero quod olim redimentibus in *beneficium* concessum, postea in ius perpetuum tractum, vt loco poenitentiarum poenam pecuniariam persoluerent.
16) *Pecuniae*, in C. 2. L. et ed. ant. omittitur.
17) *Canonicis*, C. B. 2.
18) *Hoc*, C. B. 1. sed loco huius vocis in cit. c. leguntur haec verba: *ne pro excessibus corrigendis aut criminibus puniendis a clericis vel laicis poenam pecuniariam, nec pro examine ignis vel aquae denarios amplius exigere audeant, vel alia, quae dicta sunt, quomodolibet exerceant.*
19) *Districte inhibeat*, ibid.

a *Ibid.* b *Similis sententia reperitur apud Burch. l.* 19. *decr. c.* 5. c *Vide Clem.* 1. *de poenis. c. Gratis. sup. de vestit. spol.* d *Vide gl. in c. si canonici. verbo: damnis et iniur. de offic. ord. in* 6. e *Dictio, pro, deest in vetustioribus codicibus.* f *Dictio*, aliquid, *deest in antiquior. exemplaribus.*

g *Est in concil. Triburiensi sub Arnulpho imperatore l. c.* 4. *sed aliis verbis referunt Burch. l.* 6. *decr. c.* 11. *Ivo part.* 10. *c.* 140. *et Gratian. sine Palea* 17. *qu.* 4. *c. omnis presbyter.* h *C.* 3. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Later. sub Alex. III. p.* 2. *c.* 3.

sura

sura compellas 20), [*et sententiam ipsam vsque ad dignam satisfactionem facias inuiolabiliter obseruari.*]

20) *Percellas*, cit. c.

CAP. IV.

Victus condemnatur victori praesenti in expensis, etiam in caussis pecuniariis, et vnum casum excipit.

IDEM *in concilio Turonen.* 21)

Calumniam *a* et audaciam temere litigantium condemnando in expensis, et alio multiplici remedio sanctio imperialis compescit. Quoniam igitur sacris institutis consonare dignoscitur; praecipimus, vt de cetero in caussis pecuniariis 22) victus, victori in expensis condemnetur: nisi [*forte, sicut cautum est,*] sententia pro absente feratur.

21) Diction. *in concilio Turon.* c. 5. comp. cit. 1. non habet: cum haec decretalis in hoc concilio non legatur. Conf. *AVGVST. ad h. c.*

22) Multo magis ergo in *caussis criminalibus*, *l.* 3. *C. qui accus. l.* 13. *pr.* et §. 6. *C. de iudic.* in quibus tamen quidam victum non condemnari censent in expensas per *l.* 4. *C. de fruct. et lit. expensis.* Nam 1) *l. cit.* 13. disertis verbis generaliter agit de caussis *pecuniariis* et *criminalibus*: 2) verbo cit. *l.* 4. *pro pecuniaria vero caussa*, corrupta esse docet *CVIAC. ad cit. l.* et substituenda haec ex *Moguntina prima edit. post pecuniaria dispendia: post sumptus.* Breuiter, victus in quibuscunque caussis tenetur ad *damna et sumtus*, vt dicitur in §. 1. *I. de poena tem. litig.*

CAP. V.

Clericus, consilium seu operam praebens bello, deponendus est.

INNOCENTIVS III. *Nidrosiensi* 23) *archiepiscopo.* (*ann.* 1198.)

Quod in *b* dubiis 24): [*et infra.*] Quia vero tam sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, quam qui personaliter exercent [*pugnae*] conflictum, et hi, qui alios incitent 25) ad pugnandum 26); omnes [*quidem*] enormiter peccant: de rigore canonico eos credimus deponendos.

23) Ita recte legitur *libr.* 1. *epist.* 381. *suffraganeibus* C. B. 1. L. ed. Cont. et c. 1. comp. 3. h. t. quamuis in commun. edit. etiam Pithoeano habeatur: *Midronensi.* Est autem Nidrosiensis episcopatus in *Norwegia.*

24) Integrum huius decretalis initium habes in c. 30. *X. de sent. excomm.*

25) *Excitant*, C. B. 1.

26) *Ad pugnam*, cit. c.

CAP. VI.

Clericus pro magno scelere, ab eo commisso, deponi debet, et in monasterio detrudi ad agendam poenitentiam.

IDEM *London.* 27) *episcopo* 28). (*ann.* 1212. *Romae in Angliam.*)

Tuae discretionis *c* prudentiam: [*et infra.*] Ad illud [*praeterea,*] quod a nobis tertio requisiti, qualiter clerici, in latrociniis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi, puniri debeant, respondemus, quod a suis ordinibus degradati 29), detrusi debeant in arctis monasteriis, ad poenitentiam peragendam 30).

27) *London* C. B. 1. ed. ant. et c. 3. de vit. et h. cler. comp. 3. *Lug.* C. B. 2. rectius: *Londin.*

28) *Archiepiscopo*, C. B. L. et c. cit. quae inscriptio confirmatur c. 4. *de conf. et affin. comp.* 3. vbi quoque eadem sunt verba initialia.

29) Quare autem prius degradari olim debuerit vel deponi clericus, antequam in monasterium detruderetur, rationem inde petit *GONZ. ad h. c.* quod, cum olim monachorum conuentus *laicorum coetus* habitus fuerit, inter eos opere non potuerit, integro suo gradu et statu seruato, atque ita concedit, *degradatum a suis ordinibus*, vt hic dicitur, fieri laicum. Ceterum non tam *agit* inter monachos degradatus, quam *patitur*, ut carceri perpetuo inclusus: quia monasterium ei pro carcere est. c. 27. in *f. X. de V. S.* it. c. 3. *h. t. in* 6.

30) Hanc decretalem excipientis verba sunt in c. *cit.* 4. *X. de conf. et aff.*

CAP. VII.

Si vterque contrahentium venit contra contractum: vterque potest exigere poenam, adinuicem promissam ex conuentione.

IDEM *abbati et fratrib. Cryptae ferratae.* (*ann.* 1206. *Romae.* Conf. c. 2. comp. 3. de relig. dom.)

Constitutus *d* in praesentia nostra: [*et infra* 31).] Licet autem in instrumento [*concessionis praedictae*] episcopi Lauitani 32), expressa fuerit certa poena, quam pars, contractum non seruans, solueret obseruanti; cum tamen vtraque pars venisse contra illum, ex confessione propria conuincatur; cum et pars vestra subtraxerit episcopo pensionem, et episcopus procurationem exegerit ab eadem ecclesia, sicut oeconomus proposuit memoratus: vtramque partem ab ea reddimus absolutam.

31) Quae hic desunt, supplenda ex c. 6. *X. de relig. domib.*

32) *Lauitani*, rectius C. B. L. et c. 2 comp. 3. *de relig. dom.* in Campania sitam.

CAP. VIII.

Si testis propter vacillationem incarceratur: infamiam non incurrit.

IDEM *priori S. Fridiani et magistro B. canonico Pisano.* (*ann.* 1206.)

Super *e* his, de quibus nos consulere voluistis: [*et infra* 33).] Clericus autem, qui pro eo, quod variauerat, et vacillauerat coram vobis *f.* de mandato nostro 34) *g* captus est et detentus, infamiam non incurrit.

33) Quae hic omissa, supplenda ex c. 16. *X. de accus.* Conf. etiam c. 8. *X. de test. cog.*

34) *Vestro*, C. B. 2.

CAP. IX.

Obligatus ad certam quantitatem, certa die sub poena soluendam, si partem intra terminum soluit, ad poenam integram non tenetur.

IDEM *Spoletano episcopo.* (*ann.* 1213.)

Suam *h* ad nos [*G. et A.*] rectores clericorum 35) sancti Fortunati querimoniam transmiserunt, quod, cum tibi essent in XL. libris per quoddam arbitrium condemnati, essetque [*ipsis*] poena XXX. librarum apposita, nisi eas 36) [*tibi*] soluerent in termino constituto 37), tandem XXXIII. libris 38) in [*ipso*] termino persolutis, occasione septem residuarum [*librarum,*] per quasdam nostras *i* litteras, veritate tacita impetratas, obtinuisti, eos in praefatis XXX. libris tibi per [*dil. fil. Paulum, subd. nostrum,*] delegatum iudicem condemnari. Quia igitur te non decet in tantum pontificalis modestiae obliuisci, vt inhonestis quaestibus anhelando desideres cum alienae iactura ditari 39): [*s. t. per a. s.*] mandamus, quatenus septem 40) librarum solutione contentus, super poena XXX. librarum memoratos rectores de cetero non molestes, [*sicut per dil. f. n. G. S. Nicolai, in carcere Tulliano diaconum card. fuit sententialiter diffinitum.*]

35) *Ecclesiarum*, C. B. 1.

36) *Nisi praetaxatas libras XL.* c. 2. comp. 3. *ne cler. vel mon.*

37) *Statuto*, C. B. 2.

38) *Libris*, omittitur in C. B. L. et cit. c.

39) Hac de caussa poena quantitatibus soluendis frustra adiicitur.

40) *Praedictarum*, cit. c.

CAP. X.

Occidentes praelatum, priuantur beneficiis et feudis, quae habent ab ecclesia, cui praeerat praelatus ille, nec eis vel heredibus restituentur, nec alia de nouo concedi debent. Et hodie in occidente, capiente, vel banniente episcopum, auctae sunt similes poenae: de quibus in Clem. Si quis suadente. *eod. tit.*

IDEM 41). (*ann.* 1198.)

Ad aures *k* nostri apostolatus peruenit, quod, cum quidam parochiani tui ausu diabolico, bonae *l* memoriae 42), I. [*quondam*] Vincentinum episcopum, praedecessorem tuum, nequiter peremissent, feuda et beneficia, quae illi a Vincentina ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. Quia igitur maiori sunt animaduersione plectendi: nos, [*bon. mem. C. papae, praedecessoris nostri, vestigiis inhaerentes,*] tam tibi, quam successoribus tuis, auctoritate apostol. prohibemus, ne ipsis aut heredibus eorum beneficia praedicta restituantur, seu de nouo eis alia quaelibet conferantur 42*).

41) Supplenda inscriptio *ex libr.* I. *epist.* 57. *Vicentin. episcopo*, cuius etiam fit mentio in c. 7. *X. de iudic.* quod de nece Vicentini episcopi poenas egit. Seruata est haec epigraphe in C. B. 2.

42) Voc. *bonae memoriae*, absunt a C. B. 1 L. et ed. ant. in C. B. 2. lituram passa.

42*) *Sed nec de nouo alia quaelibet conferantur*, c. 1. comp. 4. h. t.

CAP. XI.

Prorumpens contra iudicem, arbitrio superioris punitur.

IDEM 43). (*ann.* 1210.)

Dilectus *m* filius [*Iacobus,*] electus sancti Petri ad Montes, [*ad ap. sedem accedens, grauem querelam contra dil. fil. G. decan. Morin. et I. Cath. archid. exposuit, asserens, eos in caussa sua, quae fuit illis commissa, perperam processisse. Cumque dil. fil. I. clericus, cum litteris eorundem, continentibus caussae processum, ad nostram praesentiam accessisset, et idem Iacobus niteretur ipsum processum multipliciter improbare, relationem ipsorum in quibusdam asserens esse falsam: nos, quia praefatus clericus non habebat, nisi ad contradicendum vel impetrandum mandatum, ad maiorem cautelam processum ipsum nec confirmandum duximus nec cassandum.* et infra. *Quia vero saepe contingit, quia contra assertionem falsam iniqui iudicis innocens litigator verum non potest negationem probare; cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio: ne falsitas veritati praeiudicet, aut iniquitas praeualeat aequitati, necessarium videtur et aequum, vt, cum quis legitimam exceptionem proponit, illam probare paratus vel ad declinandum*

43) Inscriptio, quam hic desideras, in *libr. XIII. ep.* 196. haec est: *episcopo et Geruasio archidiacono Suessionensi, et abbati vallis Clarae Cister. ordinis, Laudunensis dioecesis.*

---

a *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. sub Alex. III. p.* 3. *c.* 2. b *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp. An clerico pugnare liceat, explicat B. Thom.* 2. 2. *qu.* 40. *art.* 2. *et ibi Caiet.* c *C.* 3. *tit. de vita et hon. cler. in* 3. *comp. Vide Bern. Diaz. in tract. crim. can. c.* 84. d *Pars c. constitutus. supr. de relig. dom. vbi inuenies varietates de voce.* Lauitani.

e *Cap.* 3 *tit. de accusat. in* 3. *comp.* f *Al.* nobis. g *Alii.* vestro. h *C.* 2. *ne cler. vel monach. in* 3. *comp.* i *Dictio*, nostras, *deest in plerisque antiqu.* k *Cap.* 1 *eod. tit. in* 4. *compil.* l *Haec duo verba*, bonae memoriae, *desunt in omnibus Vatic.* m *C.* 1. *tit. de probat. in* 4. *compil.*

iudicium, vel ad intentionem alterius elidendam, si forsan verbo, vel facto, ab illa recesserit, vel eam non probauerit intra terminum competentem, a iudice præfigendum, modestus iudex non ante procedet, quam super hoc instrumentorum vel testium cautelam adhibeat opportunam, per quam, si necesse fuerit, possit de veritate constare, vel, si contra relationem seu processum ipsius fuerit suborta contentio, huiusmodi probationibus possit ipsius iudicis assertio coborari, quatenus, huiusmodi adhibito moderamine, sic honestis et discretis deferatur iudicibus, quod per improuidos et iniquos innocentium iustitia non lædatur. Et,] ne iudicialis euanescat auctoritas; cum de litigatoris improbitate constiterit, aduersus assertionem iudicis temere prorumpentis: iuxta superioris arbitrium digna poterit animaduersione puniri.

CAP. XII.

Patroni, aduocati, vel vicedomini, vendicantes sibi in ecclesiis plus, quam iura permittunt, per censuram ecclesiasticam compescuntur: et, si occidant prælatum vel clericum ecclesiæ per se vel per alios, perdunt, quod habent ab ecclesia, et eorum posteri vsque ad quartam generationem non admittuntur ad clerum, nec in religionibus præficiuntur.

IDEM a *in concilio generali* 44). (*ann.* 1216.)

In quibusdam prouinciis ecclesiarum patroni et aduocati, seu vicedomini se in tantam insolentiam erexerunt [*et audaciam*,] quod non solum, cum vacantibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis prouideri, difficultates ingerunt et malitias, verum etiam de possessionibus, aliisque bonis ecclesiasticis 45), pro sua voluntate ordinare 46) præsumunt: [*et*,] quod 47) horrendum est dicere, in necem prælatorum prorumpere non formidant. Cum igitur, quod ad defensionis subsidium est inuentum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri: prohibemus expresse, ne patroni vel aduocati, seu vicedomini super præmissis de cætero plus vsurpent, quam reperiatur 48) in iure permissum. et, si contra præsumpserint, per seueritatem canonicam districtissime compescantur. Sacri nihilominus concilii approbatione statuimus, quatenus, si patroni, vel aduocati, aut feudatarii, seu vicedomini, aut alii beneficiati alicuius ecclesiæ, rectorem, vel clericum alium ipsius ecclesiæ, per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando præsumpserint, patroni ius patronatus, aduocati aduocatiam, feudatarii feudum, vicedomini vicedominatum, et beneficiati beneficium prorsus amittant. Et ne minus vindictæ quam excessus memoria prorogetur; non solum de præmissis nihil perueniat ad heredes, sed etiam vsque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittantur 49), neque in domibus regularibus 50) alicuius prælationis assequantur honorem: nisi cum eis fuerit misericorditer 51) dispensatum.

44) *Constitutio decima concilii gener.* Hac est inscriptio in c. 2. comp. 4. h. t.
45) *Ecclesiarum*, C. R. 1. *ecclesia*, L.
46) *Ordinare*, a C. R. 2. L. et e. cit. abest.
47) *Et quod*, ed. ant. Cont. et Pith.
48) *Reperiatur*, C. R. 2. et alt. e.
49) Nam extra ordinem in *detestationem et memoriam criminis commissi pœna* potest porrigi ad liberos, quod illustraui in *opusc. de pœna seu crimine*.
50) *Regularium*, ed. ant.
51) *Misericorditer*, abest e C. L. ed. ant. et cit. e.

CAP. XIII.

Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent: et, si longo tempore in ea perstiterit, et monitus non paruerit ecclesiæ, ab eius debito absoluuntur.

HONORIVS III. *præposito archidiac. et H.* [*de Parisius*] *canonico Suession.* (*ann.* 1222. Conf. c. 2. comp. 5. h. t.)

Grauem [*dilectorum filiorum*] capituli Lundin. 52) *b* recepimus quæstionem. quod, cum [*nobilis vir*,] comes Registren. 53) *c* pro multis iniuriis, quas irrogarat eisdem *d*, per iudices, a sede apostol. deleg. excommunicationis vinculo fuerit innodatus, idem, [*iam*] per duos annos et amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claues ecclesiæ [*in suæ salutis dispendium, et plurimorum scandalum*] contemnendo. Licet igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ prauitatis 54): volentes tamen nobilitati parcere comitis supra dicti, [*si forsan ad cor reuertens a suo resipiscat errore*,] discr. v. mandamus, quatenus, si comes supra dictus, [*a nobis diligenter commonitus, intra quindecim dies*] post commonitionem vestram 56) non paruerit plene iuri, vos [*excommunicationis sententiam, latam in eum, sicut rationabiliter est prolata, facientes vsque ad dignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari, et totam terram ipsius, ac loca, in quibus idem comes fuerit commoratus, supponentes ecclesiastico interdicto*,] ecclesias, in quibus aliquod ius habere dignoscitur, ab eius debito, [*sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo*,] absoluentes, fideles ipsius, quamdiu in excommunicatione persiterit, ob eius fidelitatis iuramento 57) denuntietis penitus absolutos. [*Quod, si forsan nec sic tribuat ei vexatio intellectum; poterit non immerito formidare, ne sua pertinacia obstinata eum in hæresis impinget infamiam: quam, cum voluerit forte, de facili non poterit euitare.*]

52) *Lundun*. C. R. L. et c. 2. comp. 5. h. t.
53) *Registren*. C. R. 1. *Regesteren*. L. sed scribendum: *Regisstetensis*, vel est in cit. c. quum ager Retelensis, situs prope ripam Axonæ, olim audiuerit comitatus *Restetensis*, seu *Registetensis*. Conf. CIRONIVS ad h. c.
54) Quod de *clauibus ecclesiæ*, tanquam determinato fidei articulo, non recte sentire credatur.
56) *Nostram*, alt. e.
57) *Fidelitate*, C. R. L. ed. ant. et alt. e.

TITVLVS XXXVIII.

DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBVS 58).

CAP. I.

Pro manifesto peccato pœnitentia publica imponi debet.

ALEXANDER PAPA 59) *e*. Conf. c. 1. comp. 1. h. t.)

Manifesta peccata non sunt occulta correctione 60) purganda.

58) Diction. *et remissionibus*, non sunt in comp. 3. nec in comp. 4. sed in comp. 5. titulus est: *de remissionibus*.
59) Varie est huius cap. inscriptio. *Calixtus papa*, est in C. R. 1. et c. 1. comp. 1. h. t. *Alexander papa tertius*, in C. R. 2. *Symmachus* in margine edit. Cont. Legendum vero GREGORIVS *M. libr. XII. ind. 7. epist.* 32. cuius sententia integra hæc est: *manifesta quoque peccata non sunt occulta correctione purganda: sed palam sunt arguendi, qui palam nocent, vt, dum aperta obiurgatione sanantur, ii, qui eos imitando deliquerant, corrigantur.*
60) *Correptione*, alt. c. 1.

CAP. II.

Ponit pœnitentiam occidentis presbyterum.

Ex concilio Moguntinen. 61) (*ann.* 847. Conf. c. 2. comp. 1. de purg. vulg.)

Qui presbyterum occiderit, XII. annorum pœnitentia ei secundum canones imponatur: [*aut, si negauerit, liber est, cum LXXII. iuret, si autem seruus, super duodecim vomeres feruentes se expurget.*] Conuictus [*vero*] vsque ad vltimum tempus vitæ suæ militiæ cingulo careat, et absque spe coniugii maneat 62).

61) Refertur hic canon quoque ab interpolatore decreti in c. 24. *C. XVII. qu.* 4. sub hac inscriptione: *ex concilio Moguntino sub Rabano c.* 24.
62) Vterque effectus olim tribuebatur *pœnitentiæ publicæ*. Etenim effectus circa cinguli militaris abstinentiam iam illustratus est ad *c.* 3. *C. XIV. qu.* 5. *not.* 38. circa interdictum vero connubii visum ad *c.* 12. et 14. *C. XXXIII. qu.* 2. *not.* 62. et 74. ita, vt ne quidem finito pœnitentiæ tempore et facta absolutione, ad ius armorum et connubii olim *pateret* regressus.

CAP. III.

Consideratis circumstantiis arbitraria pœnitentia indicenda est ei, qui modum excessit se defendendo.

ALEXANDER III. *Mediolan. archiepisc. et f suffraganeis* 63). (*ann.* 1172.)

Significauit *g* nobis vir nobilis 64), P. quod Frider. dicto imperatori, cum olim rediret ab vrbe, castrum Vernicæ negauit: [*et infra.*] Vnde contigit, quod, IV. castris destructis, plusquam duo millia domorum destructa fuerunt, [*et*] multi 65) homines interfecti, et alia mala ibi commissa [*dicuntur*,] quæ longum esset per singula enarrare. Quoniam igitur præfatus P. Deo exinde reconciliari desiderat. [*et pœnitentiam dignam suscipere: fr. v. per a. s.*] mandamus, quatenus [*eidem super hoc consilium detis, et*] ipsi pœnitentiam, secundum quod visum fuerit 66), misericorditer imponatis 67) *h*, attendentes *i*, quod pro libertate sua et ecclesiæ deuotione hoc 68) fecit. Quare in his debetis 69) *k* talem discretionem habere, vt alii, et ipse idem pro austeritate pœnitentiæ a seruitio ecclesiæ nullatenus retardentur, nec aliquod salutis periculum [*merito*] debeant formidare.

63) Diction. *et suffraganeis*, omittuntur in C. R. L. et c. 2. comp. 1. h. t.
64) *Nobilis*, abest e cit. c.
65) *Et multi*, C. R. L. ed. ant. et gloss.
66) In C. R. 2. additur: *tibi*.
67) *Imponas*, ibid.
68) *Hoc*, C. R. 1. *et pro ecclesia deuotione fecit*, cit. c.
69) *Debeatis*, C. L. *debes*, C. R. 2. *quia in his debeatis* etc. cit. c.

a *Scilicet Innocent. III. in conc. gener. c.* 45 *et cap.* 2. *eod. tit. in* 4. *compilat.* b Landunen. c Registeren. d *Al.* eidem: *sed in antiqu. legitur*: eisdem.

e *Al.* Callixtus, *vt in omnib. Vaticanis: sed hæc reperiuntur apud Greg. libr.* 12. *epist.* 31. *registr. ad Felicem, Siciliæ episcopum.* f *Hæ duæ voces,* et suffraganeis, *desunt in omnibus Vatic.* g C. 2. *eod. tit. in* 1. *comp.* h Imponas. i Attendens. k Debes.

CAP.

CAP. IV.

Indulgentiæ, quæ conceduntur per prælatos non subditis, non prosunt: nisi proprii iudices hoc concedant.

IDEM *archiepiscopo Cantuariensi.*

Quod autem a consuluisti, vtrum remissiones, quæ fiunt in dedicationibus ecclesiarum, aut conferentibus 70) ad ædificationem pontium, aliis prosint, quam his, qui remittentibus subsunt, hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quod, cum a non suo iudice ligari nullus valeat vel absolui, remissiones prædictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus, vt prosint 71), proprii iudices specialiter indulserunt. [*Et in hoc eam intelligas quæstionem solutam, in qua quæritur, vtrum is, qui excommunicato communicat a suo episcopo, vel excommunicati absolutionis gratiam debeat implorare.*]

70) *Conferendis*, C. R. 2.
71) *Prodessent*, C. R. 2. et c. 3. comp. cit. t.

CAP. V.

Non est vere pœnitens, qui peccandi animum non deponit: tamen recipitur eius confessio.

IDEM *Beluacen. episcopo.* (*ann.* 1172.)

Quod b quidam, [*sicut asseris*,] ad confessionem de criminibus veniunt 72), et, quamuis confiteri velint, se tamen asserunt abstinere non posse; cons. t. f. r. quod eorum confessionem recipere debes, et eis de criminibus consilium exhibere: quia, licet 73) non sit vera huiusmodi 74) pœnitentia, admittenda tamen 75) est eorum confessio 76), et crebris et salubribus monitis 77) pœnitentia [*est*] indicenda.

72) *Conueniunt*, c. 2. comp. 2. h. t.
73) *Et licet*, cit. c.
74) *Huiusmodi*, ibid. desideratur.
75) *Enim*, C. R. 2. sed L. neutram habet particulam.
76) *Admittenda est confessio*, cit. c. Sed sine dubio absque *absolutione*: quia hæc fieri nequit, nisi ei, qui horret futura peccata, et ab iis abstinere, firmo proposito promittit.
77) *Monitionibus*, C. R. 2. *monenus est*, ed. ant.

CAP. VI.

Qui ex pœnitentia debet certa die in pane et aqua ieiunare, potest, deficiente pane, aliis cibariis vti.

IDEM *Triburien. archiepiscopo*, [*et eius suffraganeis.*] (*ann.* 1160.)

Licet tam e veteris, quam noui testamenti pagina: [*et infra* 78).] Si autem illi, qui aliquos dies in pane et aqua ex iniuncta sibi pœnitentia tenentur peragere, panem, quo vescantur, non habent: leguminibus, aut piscibus, aut aliis cibariis reficiantur, si necessitas id exposcat 79) d, discretione tamen adhibita 80) quod his non ad delicias, sed ad [*necessariam solummodo*] sustentationem vtantur.

78) Quæ hic desiderantur, sunt in c. 3. *X. de feriis.*
79) *Expostcet*, C. R. et L. *exegerit*, c. 3. comp. 2. de feriis.
80) *Moderata tamen discretione habita*, cit. c.

CAP. VII.

Sacerdoti Græco procuranti, vel studiose negligenti oppressionem filiorum, non imponitur pœnitentia publica, sed debet abstinere ab altaris officia, et aliter in secreta agere pœnitentiam: sed, si delictum est publicum, debet publice agere pœnitentiam.

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Quæsitum e est [*a nobis*,] vtrum sacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet vti, pœnitentia publica sit imponenda, si eam sibi postulent pro filiis oppressis iniungi. Huic igitur consult. t. t. r. quod, si, ipsis procurantibus, vel studiose negligentibus, filii in lectis reperiuntur oppressi, ab officio altaris debent perpetuo abstinere, et eis grauior, quam laicis, non tamen publica, nisi in publicum id veniat, pœnitentia debet imponi: [*qui tamen non solum a sacrorum ordinum exsequutione cessabunt, verum etiam, si sint infra ipsos, ad eos minime assumantur.*] Verum [*etiam*,] si ex incuria ipsorum mortui 81) inueniantur in cunis, et illud fuerit occultum: eis pœnitentia pro arbitrio pœnitentiarii imponatur, et in terrorem aliorum f ad tempus abstineant a celebratione missarum.

81) *Si extra incuriam mortui* etc. c. 2. comp. 2. h. t.

CAP. VIII.

Sacerdos pœnitentiam arbitrari debet secundum quantitatem excessus, pœnitentis contritionem, et alias circumstantias. H. d. quoad titulum.

INNOCENTIVS III. *Liuon. episcopo, et eis, qui cum ipso sunt, fratribus* 82). (*ann.* 1199.)

Deus, qui g ecclesiam suam: [*et infra* 83).] Ceterum cum pœnitentia non tam secundum quantitatem excessus, quam pœnitentis contritionem, per discreti sacerdotis arbitrium 84) sit moderanda, pensata qualitate personæ, super fornicatione, adulterio, homicidio, periurio 85) h, et aliis criminibus, consideratis circumstantiis omnibus, et, præsertim nouitate 86) Liuonien. ecclesiæ, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout saluti eorum videritis expedire. Apostoli autem vestigiis inhærentes, dicentis i, [*vt prædiximus:*] *lac vobis potum dedi, non escam:* paulatim eos instruatis in fide, confessionis formam, orationem Dominicam, et symbolum illos sollicite edocentes k. Interim tamen corporis et sanguinis Domini sacramentum ceratis sonte baptismatis, consuetis festiuitatibus, et in mortis articulo tribuatis.

82) In C. R. 2. non habentur verba: *et eis* etc.
83) Hic omissa, restituenda ex c. 11. *X. de vita et honest. cleric.* vbi etiam alia, ad hanc decretalem spectantia, consule.
84) *Et discretionem sacerdotis arbitrio*, c. 1. comp. 3. h. t.
85) *Periurio*, in C. R. L. et ed. ant. omittitur.
86) Eo tempore episcopatum gerebat ALBERTVS, ante canonicus Bremensis, quem *apostolum Liuonum* vulgo perhibent, non quod primus fidem in Liuoniam intulerit, sed quod in conuertendis Liuonis singularem et præcipuam curam, tum doctrina, tum armata manu, præstiterit, vt assinis dilectus, Do. GRVBER. in orig. *Liuon. sacr. et ciuil.* p. 15. in not. lit. a. docet. In hoc ergo consistebat *nouitas ecclesiæ Liuonensis.*

CAP. IX.

Auditur mulieris confessio, quæ sibi partum alienum supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit, nec illud marito vult detegere.

IDEM INNOCENTIVS III. [*E. tit.*] *sancti Laurentii in Lucina presbytero card. apost. sedis legato* 87). (*ann.* 1208. Conf. c. 2. comp. 3. h. t.)

Officii: [*et infra* 88).] Significasti [*nobis præterea*,] quandam mulierem in pœnitentia tibi 89) fuisse confessam, quod timens, ne viri possessio deuolueretur ad alios, [*inducta cuiusdam consilio veneficæ mulieris*,] quarundam herbarum [*quotidie*] succum potauit, et sic venter eius intumuit, et inde grauidam se ostendens, [*tandem*] sibi partum supposuit alienum: timensque maritum, non vult [*illud*] facinus ipsi 90) l detegere, qui prolem credit sine dubitatione qualibet esse suam. Quoniam igitur [*per nostras*] postulas [*litteras*] edoceri, vtrum ei, hac fraude durante, sit pœnitentia iniungenda; [*inquisitioni tuæ taliter*] respondemus, quod, sicut mulieri, quæ, ignorante marito, de adulterio prolem suscepit, quamuis id viro suo timeat confiteri, non est pœnitentia deneganda, ita nec illi debet pœnitentia denegari, maxime si per alios intelligas 91) alienos, ad quos timeas possessionem viri deuolui: sed competens satisfactio per discretum sacerdotem ei debet iniungi.

87) *Legato*, non est in ed. ant.
88) Quæ hic non habentur, sunt in c. 38. *X. de elect.* post hæc leguntur ea, quæ sunt in c. 14. *X. de testament.* ex *lib. XI. epist.* 262. Denique postrema pars huius decretalis refertur in c. 42. *X. de sent. excomm.*
89) *Tibi*, abest a c. 2. comp. 3. h. t.
90) *Ipsius*, ed. ant.
91) *Intelligat*, C. R. 2.

CAP. X.

Abbatissa moniales benedicere, confessiones audire et publice prædicare non potest.

IDEM *Valent. m et Burgen. episcopis, et abbati de N. Cistercien. ordinis* 92). (*ann.* 1210.)

Noua n quædam [*nuper, de quibus miramur non modicum*,] nostris sunt auribus intimata, quod abbatissæ [*videlicet in Burgen. et in Palentin. diœcesibus constitutæ*,] moniales proprias benedicunt, ipsarum quoque 93) confessiones in criminibus 94) audiunt, et legentes euangelium præsumunt publice prædicare. Cum igitur id absonum sit, pariter et absurdum; [*discr. vestræ per apostolica scripta*] mandamus, quatenus, ne id de cetero fiat, [*auctoritate apostolica*] curetis firmiter inhibere: quia, licet beatissima virgo Maria dignior et excellentior fuerit apostolis vniuersis, non tamen illi, sed istis, Dominus claues regni cœlorum commisit.

92) Sincerior inscriptio restituenda ex *libr. XIII. epist.* 187. *Palentino et Burgensi episcopis, et abbati de Morismundo Cisterciensis ordinis.* Codicum MSCt. et edit. ant. et nouæ admodum hic variant, quod referre non iuuat. Notandum denique, eo tempore abbatem Morismundensem in Hispaniam profectum fuisse, qua occasione ei hæc causa, quæ attenta abbatissarum ord. Cist. potissimum respexisse videtur, simul committi potuit, vt ex MANRIQVIO optime obseruat GONZAL. h. t.
93) *Quorum*, a C. R. 2. abest.
94) *Confessiones criminales audiant*, c. 1. comp. 4. h. t.

a *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *comp.* b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *compilat.* c *Cap.* 3. *de feriis, in* 2. *compil. Pars alia supr. de feriis. c. licet.* d Exposcit. e *C.* 1. *eod. tit. in* 2. *compil.* f *Vide l. aut facta.* §. *in fin. ff. de pœn. et l. cum qui. ff. de tutor.*

g *C.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* h *Vel*, periurio, *deest in antiquis cod.* i 1. *Cor.* 3. k *Quæ debeat scire Christianus ad salutem suam, vide Bald. super rubr. C. de summ. Trin.* l Illi. m *In antiqu. cod. Palentin. et Burg. episcopis, et abbatib. Aumid.* n *C.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil.*

CAP.

CAP. XI.

Tempore generalis interdicti conceditur pœnitentia et viaticum morientibus. Hoc primo. *Clerici, qui seruarunt interdictum, possunt cum silentio in cœmeterio sepeliri.* Hoc secundo. *In conuentualibus ecclesiis clerici bini vel trini possunt horas submissa voce dicere.* Hoc tertio. *Cruce signatis et peregrinis tempore interdicti pœnitentia concedi potest.* Hoc quarto.

IDEM. *(ann. 1214. Romæ.)*

Quod *a* in te 95): [*et infra.*] [*Verum quoniam a quibusdam intelleximus dubitari, vtrum, cum clericis et laicis dandum sit viaticum in extremis, an et vnctio impendenda, et, an cum aliis sacramentis indulgenda sit decedentibus sepultura; vtrum etiam in conuentualibus ecclesiis demissa voce, ianuis clausis, interdictis exclusis, diuina possint officia celebrari: similiter an suscipientibus signum crucis, et sanctorum limina visitantibus sit pœnitentia iniungenda: ambiguitatem huiusmodi de dubitantium cordibus volumus amputare.*] In illo enim 96) verbo, per quod pœnitentiam morientibus non negamus, viaticum etiam, quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, vt nec ipsum [*etiam*] decedentibus denegetur. Licet autem per generale interdictum denegetur omnibus, tam vnctio, quam ecclesiastica sepultura; concedimus tamen ex gratia, vt clerici decedentes, qui tamen seruauerint 97) interdictum, in cœmeterio 98) ecclesiæ, sine campanarum pulsatione, cessantibus sollemnitatibus omnibus, cum silentio tumulentur. Et in conuentualibus ecclesiis bini et bini, vel simul tres, horas canonicas valeant *b* legere, non cantare 99), ianuis clausis, interdictis et excommunicatis 100) exclusis, et voce ita demissa, quod exterius audiri non possint: cum et regularibus secundum priuilegium sedis apostol. sit indultum, vt, cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis, ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce celebrare diuina. Recipientibus autem signum crucis non negamus, quo minus eis ob *c* reuerentiam crucifixi pœnitentia, cum postulauerint, iniungatur: quod et 1) aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri.

95) *Quod in te*, c. 3. cit. comp. 4.
96) *Enim*, abest a C. R. et L.
97) *Qui dum seruauerunt*, C. R. 2. *seruauerunt*, cit. c.
98) *In cœmeteriis*, C. R. 1.
99) *Legere potius quam cantare*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
100) Diction. *et excommunicatis*, absunt a cit. c.
1) *Quia et*, C. R. 1.

CAP. XII.

Famosum est et multum allegabile, et hoc dicit: *Quilibet doli capax, tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel de eius licentia alteri, et eucharistiæ sacramentum ad minus in pascha recipere. Et sacerdos, reuelans confessionem, deponendus est, et in monasterio ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudendus.*

IDEM *d in concilio generali.* *(ann. 1216.)*

Omnis *e* vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, et iniunctam sibi pœnitentiam propriis viribus 2) studeat adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in pascha eucharistiæ sacramentum: nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem caussam ad tempus ab huiusmodi 3) *f* perceptione duxerit abstinendum: alioquin et viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, et moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ignorantiæ *g* cæcitate 4) velamen excusationis assumat. Si quis autem 5) alieno sacerdoti voluerit iusta de caussa sua confiteri peccata; licentiam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote: cum aliter ipse illum non possit 6) absoluere 7) *h* vel ligare 8). Sacerdos autem sit discretus *i*, et cautus, vt more periti medici superinfundat 9) vinum et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias, et peccati: quibus 10) *k* prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, et cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad saluandum 11) *l* ægrotum. Caueat autem omnino 12), ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem *m*. Sed, si prudentiori consilio indiguerit, illud absque vlla expressione personæ 13) caute requirat: quoniam, qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

2) *Pro viribus*, c. 2. comp. 4. h. t.
3) *Ab eius*, C. R. L. et cit. c.
4) *Ex ignorantia cæcitate*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
5) *Tamen*, ed. ant.
6) *Posset*, C. R. 2.
7) *Soluere*, C. R. et L.
8) Hoc modo *sacerdotibus* parochis concessum est *ordinarium forum pœnitentiale*, in quo ius ligandi et soluendi exercetur in proprios subditos, seu parochianos.
9) *Semetiter infundat*, cit. c.
10) *Per quas*, ibid.
11) *Sanandum*, C. R. L. et cit. c.
12) *Omnis sacerdos*, C. R. 2. *omni studio*, cit. c.
13) *Personæ*, desideratur in cit. c.

CAP. XIII.

Medici, vocati ad infirmos, debent ante omnia inducere infirmum ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis, tendens in animarum periculum.

IDEM *in eodem*, c. 22. (Conf. c. 4. comp. cit. 4.)

Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino languido, quem sanauerat *n*: *vade, et amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat*: præsenti decreto statuimus, et districte præcipimus medicis corporum, vt, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant 14) et inducant, vt medicos aduocent animarum; vt, postquam fuerit infirmo de spirituali salute 15) prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur: cum, caussa cessante, cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic caussam dedit edicto, quod quidam, in ægritudinis lecto iacentes, cum eis a medicis suadetur 16), vt de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum huius 17) nostræ constitutionis, postquam per prælatos locorum 18) fuerit publicata, transgressor exstiterit: tamdiu ab ingressu ecclesiæ arceatur, donec pro transgressione huiusmodi 19) satisfecerit competenter. Ceterum, cum anima sit multo pretiosior corpore: sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid [*ægro*] suadeat 20), quod in periculum animæ conuertatur.

14) *Moneant*, C. L.
15) *Vt postquam fuerit de salute animarum prouisum*, c. 4. comp. cit. 4.
16) *Consulitur*, C. H.
17) *Huius*, abest a C. L. et cit. c.
18) *Ecclesiarum*, C. R. 1. sed neutra vox est in cit. c.
19) *Huiusmodi*, deest in C. H.
20) *Aegro suadeat*, C. R. L. H. et ed. ant. *ægroto suadeat*, ed. Cont. Pith. et gloss.

CAP. XIV.

Eleemosynarum quæstores sine apostolicis vel diœcesanorum litteris admitti non debent: nec tunc proponant vltra id, quod in ipsis litteris continetur. Hoc primo. *Et debent esse modesti, et a locis et expensis incongruis abstinere.* Hoc secundo. *In dedicatione Basilicæ vltra annum, et in anniuersario dedicationis, et in litteris indulgentiarum, concessis ab alio, quam a papa, vltra XL. dies remissio excedere non debet.* H. d. vsque ad fin.

IDEM *o in eodem.*

Cum ex eo: [*et infra* 21).] Eleemosynarum 22) quoque quæstores, quorum quidam se alios 23) mentiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione 24) proponunt, admitti, nisi apostolicas vel diœcesani episcopi litteras veras exhibeant, prohibemus: et tunc præter id, quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam vero, quam communiter [*omnibus*] talibus apostol. sedes indulget, duximus exprimendam, vt secundum eam diœcesani episcopi 25) suas litteras moderentur. Ea siquidem talis est 26): *Quoniam, vt ait apostolus p, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi, prout in* 27) *corpore gessimus, siue bonum fuerit, siue malum; oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu colligere debeamus in cælis, firmam spem q, fiduciamque rectam* 28) *tenentes: quoniam, qui parce r seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam æternam. Cum igitur ad sustentationem fratrum et egenorum ad tale confluentium hospitale, propriæ non suppetant facultates; vniuersitatem vestram monemus et exhortamur* 29) *in Domino, atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis, vobis a Deo collatis, pias* 29*) *eleemosynas, et grata eis caritatis subsidia erogetis: vt per subuentionem vestram ipsorum* 30) *inopiæ consulatur, et vos per*

21) Quæ hic omissa, sunt supplenda ex c. 2. X. *de reliqu. et vener. sanct.*
22) *Ecclesiarum*, C. H.
23) *Alios*, ed. ant.
24) *In suas prædicationes*, C. R. 1.
25) *Episcopi*, non legitur in c. 5. comp. cit. 4.
26) Diction. *ea siquidem talis est*, absunt a C. H.
27) *In*, ibid. non legitur.
28) *Rectam*, desideratur in C. R. L. et H.
29) *Hortamur*, C. R. et ed. ant.
29*) *Pias*, cit. c. non habet.
30) *Temporum*, ibid.

a Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. Vide c. vlt. de sentent. excomm. l. 6.
b In omnib. Vatic. valeant legere potius, quam cantare.
c Ad reuerentiam.
d Idem scilicet Innoc. III. in conc. gen. c. 21. et c. 8. eod. tit. in 4. compil.
e Vid. conc. Trid. sess. 14. c. 5. de confess. et can. 8. de sanctiss. missæ sacram.
f Al. ita: ab eius.
g In aliis: ne quisquam ex ignorantia cæcitate.
h Al. soluere.
i Qualis debeat esse confessor, tradit Magister sentent. l. 4. dist. 9. §. quaenam.
k Al. ex quibus, in concilio ita: per quas.
l Sanandum.

m B. Thom. in quæstionib. additis ad 3. part. qu. 11. art. 1. et Theologus 4 sent.
n Ioh. 5.
o Scilicet Innoc. III. in eod. conc. gen. Lat. c. 62. et c. 5. eod. tit. in 4. compilat.
p 2. Cor. 5.
q In cod. Barb. et in concilio: firmam spem fiduciamque tenentes, etc.
r 2. Cor. 9.

hæc

hæc a bono et alia, quæ, Domino inspirante, feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire. Qui autem ad quærendas eleemosynas destinantur, modesti sint et discreti, nec in tabernis, aut in aliis locis incongruis 31) hospitentur, nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas, cauentes omnino 32), ne falsæ religionis habitum gestent. Ad hæc, quia per indiscretas et superfluas indulgentias, quas quidam ecclesiarum prælati facere non verentur, et claues ecclesiæ contemnuntur, et pœnitentialis satisfactio eneruatur; decernimus, vt, cum dedicetur 33) basilica 34), non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue a pluribus episcopis dedicetur: ac deinde 35) in anniuersario dedicationis tempore XL. dies de iniunctis pœnitentiis 36) indulta remissio non excedat. [*et infra* b.] Hunc quoque dierum numerum indulgentiarum litteris 37) præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet 38) casibus 39) aliquoties conceduntur: cum Rom. pont. qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc c in talibus moderamen consueuerit obseruare.

31) *Modesti sint, in tabernis aut in aliis locis inhonestis non hospitentur,* ibid.
32) *Omnino,* ibid. non habetur.
33) *Consecratur,* est ibid.
34) *Ecclesia,* C. a. 2.
35) *Inde,* C. H. *demum,* cit. c.
36) *Pœnitentiae,* non est in cit. c.
37) *Litteras,* C. L. *ad hunc quoque dierum numerum indulgentiarum litteras,* cit. c.
38) *Quibusdam,* C. a. 2.
39) *Causis,* C. H.

CAP. XV.

Archiepiscopus intra prouinciam suam potest concedere indulgentias, secundum formam concilii generalis. H. d. et loquitur de cap. præced. in fine.

HONORIUS III. [*abbati et conuentui S. Petri de Pratellis, Lexou. diœcesis* 40).] (*ann.* 1220. Conf. c. vn. comp. 5. de remission.)

Nostro postulasti d certificari responso, vtrum per tuam prouinciam possis concedere remissionis litteras generales. Nos igitur f. t. breuiter respond. quod per prouinciam tuam libere potes huiusmodi concedere litteras, ita tamen, quod statutum generalis concilii non excedas.

40) Epigraphen hanc falsam esse censet *CIRONIUS* ad *c. vn. comp.* 5. *de remiss.* tum quod pontifex abbates non *fratres* sed *filios* appellet, tum quod abbates *prouincia* destituti sint.

CAP. XVI.

Episcopus et alii, de quibus in littera, possunt sine licentia superiorum sibi eligere prouidum confessorem.

GREGORIUS IX. (*ann.* 1232. *Romæ.*)

Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum, permittimus episcopis et aliis superioribus, nec non minoribus prælatis exemptis, vt etiam præter sui superioris licentiam, prouidum et discretum sibi possint eligere confessorem.

TITULUS XXXIX.
DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS 41) e, [*et absolutionis.*]

CAP. I.

Impubes, qui clericum percussit, ab episcopo absolui potest; et qui loco vel caussa disciplinæ percutit clericum, etiamsi sit maior, excommunicatus non est: qui vero ex odio, sic, et per papam absoluitur.

ALEXANDER III. *Senon. archiepiscopo* 42). (*ann.* 1172.)

Super eo vero f, quod [*a nobis*] consilium postulasti, [*vtrum scholares, si se inuicem percusserint in plena vel minori ætate, clerici vel religiosi viri in claustro, secundum canonem illum, quo statutum est, vt illi, qui in clericos violentas manus iniiciunt, mittantur ad apostol. sed. absoluendi, pro sua absolutione debeant ad eandem sedem venire, inquisit. t. t.*] respondemus, quod, si clerici infra puberes annos se adinuicem, vt 43) vnus alterum percusserit, non sunt ad apostolicam sedem mittendi: quia eos ætas excusat.

Nec [*etiam*] clerici, si sunt plenæ ætatis, et non [*de*] odio, vel [*de*] inuidia, vel indignatione, sed leuitate iocosa se adinuicem percutere contingat, neque magister, si scholarem clericum intuitu disciplinæ vel correctionis percusserit: quia non potest in ipsis iniectio

41) *De sententia, et excommunicatis et absolutis,* comp. 2. *de sententia et excommunicatione,* comp. 3.
42) *Exoniensi episcopo,* legitur in *c.* 2. *comp.* 1. *h. t.* et *collect. decret. Alexandri III.* infra *tit. XIX. c.* 9 *p.* 311. quam epigraphen probat *AUGUSTINUS in not. ad cit. c.* 2. cum sit pars *c.* 6. *X. de homicid.* vt notatur *ad cit. c.* 9.
43) *Aut,* C. H. ed. ant. Cont. et Pith.

manuum violenta notari. Ceterum si ex odio iidem scholares vel seculares 44) clerici sese percusserint: pro sua absolutione debent ad apostol. sedem venire.

44) *Seculares,* C. B. 2. non habet.

CAP. II.

Monachos, se adinuicem percutientes, absoluit abbas. Idem in canonicis regularibus; et, abbatis discretione deficiente, recurritur ad episcopum.

IDEM *eidem.* (*ann.* 1172.)

Monachi g vero et canonici regulares, quocunque modo se in claustro percusserint, non sunt ad apost. sedem mittendi, sed secundum prouidentiam [*et discretionem*] sui abbatis disciplinæ subdantur: at, si discretio abbatis non sufficit h ad eorum 45) correctionem, est prouidentia diœcesani episcopi adhibenda 46).

45) *Eorum,* abest a C. a. 2.
46) Verba huius decretalis infra in *c.* 10. *X. h. t.* repetuntur et simul illustrantur. Olim quidem conuentus monachorum habitus fuit cœtus laicorum, vt ad *c.* 6. *X. de pœn.* not 29. dictum; liquet tamen ex hac decisione, hoc tempore eosdem iam clericatui in generali sensu adscriptos fuisse.

CAP. III.

Ostiarius, qui clericum percussit non grauiter, ab episcopo absolui potest. Hoc primo. *Officialis, deliberate iniiciens manum in clericum, per papam absoluitur.* Hoc secundo. *Qui repellendo vim vi clericum percutit, excommunicatus non est.* Hoc tertio. *Qui percutit clericum, turpiter inuentum cum propinqua, excommunicatus non est, secus cum remota: et dicitur propinqua, vt in littera.*

IDEM *eidem.* (*ann.* 1180. *Romæ.*)

I. Si vero [*aliquis*] alicuius 47) i potestatis ostiarius, sub prætextu sui officii maligonatus, clericum læserit; ab episcopo suo potest absolui: nisi forte eundem clericum grauiter vulnerauit 48). Officialis vero pro iniectione manuum in clericum non potest sine mandato Rom. pontif. absolutionis beneficium promereri; quia nulli laico super clericum tanta datur auctoritas: nisi forte turbam accedo irruentem, non ex deliberatione, sed fortuito casu, clericum lædat. Si vero clericum, vim sibi inferentem, vi quis 49) repellat vel lædat; non debet propter hoc ad sedem apostol. transmitti, si in continenti vim vi repellat: cum vim vi repellere omnes leges omniaque iura permittant. Nec ille compellendus est ad sedem apostol. venire, qui in clericum, cum vxore, matre, sorore, vel filia [*sua*] propria, turpiter inuentum, manus iniecerit violentas. Ceterum, si in stupro vel adulterio, quod committit cum ea, quæ ipsum 50) ita proxima consanguinitatis linea non contingit 51), ceperit, aut in eum violentas manus iniecerit: non erit a sententia illius excommunicationis immunis.

47) *Aliquis,* C. B. 2.
48) *Vulnerauerit,* C. a. L. H. ed. ant. Cont. et Gonz.
49) *Quis,* abest a c. 4. comp. cit. 1.
50) *Adulterio, quando ea, cum qua stuprum vel adulterium committitur, ipsum* etc. ibid.
51) *Contingat,* C. B. 2.

CAP. IV.

Qui percutit clericum, ignorans probabiliter eum clericum, excommunicatus non est; ignorantiam tamen probare debet per iuramentum: et, si hoc præstare recusat, pro excommunicato haberi debet.

IDEM 52). (*ann.* 1170. *Romæ in Angliam.*)

II. Si vero k aliquis in clericum, nutrientem comam, [*ignorans, quod clericus fuerit,*] manus iniecerit 53) violentas; propter hoc non debet l apostolico præsentari conspectui, nec etiam excommunicatione notari m: dummodo ipsum esse clericum ignorauerit 54), vel, si hoc dubium fuerit, propria manu duntaxat præstiterit iuramentum, quod eum esse clericum ignorasset 55). Ab illo autem, si præstare noluerit iuramentum, quia violentas manus constat eum in clericum iniecisse, sicut ab excommunicato, donec de mandato summi pontificis absoluatur, conuenit abstineri.

52) Infra in *collect. decret. Alexandri III. tit. XIX. c.* 1. *p.* 310 in *f.* additur hæc epigraphe: *Bathoniensi et Exoniensi episcopis.* Ad hanc decretalem etiam pertinere videntur *c.* 7. et 8. *X. de despons. impub.*
53) *Ingesserit,* C a. 2.
54) *Ignorauit,* C. e. 1. et H. *non credebat,* C. B. 2.
55) *Præstare voluerit iuramentum, quod eum clericum ignorabat,* c. 5. comp. cit. 1.

CAP. V.

Percutiens clericum vel religiosum, excommunicatus est, nec ab alio, quam a papa absoluitur, præterquam in mortis articulo.

IDEM [*abbatibus, prioribus et aliis ecclesiasticis viris, per Eboracen. episcopatum constitutis.*] (*ann.* 1175. *Romæ in Galliam.*)

Non dubium n est [*vobis, sicut credimus, vel incertum,*] quod 56) hi, qui violentas manus in clericos vel canonicos, aut cuiuslibet

56) *Quia,* est in c. 6. comp. cit. 1.

c *Al.* per hæc et alia bona. b *Quid lateat sub hac, infra, non apparet.* c *Al.* et in talibus. d *Vide Specul. tit. de pœn. et remiss.* *B. Thom. in quæst. additis ad* 3. *part. qu.* 26. e *In duobus manuscript. tit.:* et absolutione. f C. 2. eod. tit. in 1. comp.

g Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. h Sufficiat i C. 4. eod. tit. in 1. comp. et post conc. Later. p. 14. c. 9. k Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. l *Al.* non debet apostolico repræsentare, etc. m Nodari, in recentioribus libris. n C. 6. eod. tit. in 1. comp. Nam qui dicuntur conuersi, traduntur notati in c. vt priuilegia. sup. de priuilegiis: et Panorm. ibi.

 religio-

religionis conversos iniiciunt, ex constitutione 57) concilii 58) sententiam excommunicationis incurrunt, nec 59) nisi in articulo mortis sine Rom. pontifice absolutionis possunt 60) beneficium impetrare.

57) *Ex institutione*, ibid.
58) *Lateranensis* scilicet, sub INNOCENTIO II. habiti, anno MCXXXIX. cuius sententia refertur in *c.* 29. *C. XVII. qu.* 4. Nec adeo dubium est, quin pontifex excommunicationis sententiam, eo tempore adhuc necessariam, desideraverit, vt observaui *ad cit. c.* 29. quominus interpretes inde collegerint, percutientem clericum *ipso iure* excommunicationem incurrere, quæ sententia hoc decretali et in primis *c.* 14. confirmata est.
59) *Nec etiam*, C. H.
60) *Poterunt*, C. R. 2.

CAP. VI.

Mulieres, quæ inciderunt in canonem, Si quis suadente: *absoluuntur ab episcopo. Idem in personis, quæ non sunt sui iuris, vel sunt delicatæ, de quibus dubitatur, quod non possint commode accedere ad curiam.* Et h. d. vsque ad §. Illi.

IDEM 61) [*B. Exon. episcopo.*] (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

Mulieres a vel [*etiam*] aliæ personæ, quæ sui iuris non sunt, ob episcopo diœc. absolui possunt, si manus in clericum iniecerint 62), violentas. De his vero, qui magnæ sunt potentiæ, et ita delicati, quod laborem veniendi ad sed. apostolicam nequeunt sustinere 63), [*si manus violentas iniecerint in clericos,*] respondemus 64), quod status personæ prius, et veritas negotii est intimanda Romano pontif. et secundum consilium eius tales erunt de commisso scelere corrigendi.

Mandans clericum percuti, excommunicatus est, sicut percutiens. H. d.

§. 1. Illi vero, qui non per se ipsos 65), sed eorum auctoritate vel mandato alii violenter 66) iniiciunt 67) manus in clericos, ad sed. apostolicam sunt, [*omni exc. cess.*] mittendi: cum is committere vere, cuius auctoritate vel mandato 68) delictum committi probatur.

61) *Rathomagensi episcopo*, legitur in *app. ad concil. Later. III. P. XIV. c.* 10. et infra *in coll. decret. Alexandri III. tit. XIX. c.* 2. *p.* 212. Enimuero epigraphe in *c.* 7. *comp.* 1. *h. t.* hæc habetur: *R. Exoniensi episcopo*, h. e. *Bartholomæo*: vt ergo sit particula *c.* 6. *X. de homicid.* et *c.* 1. *X. h. t.*
62) *Ingesserint*, C. R. 1.
63) *Quod tantum laborem nequeant sustinere*, *c.* 7. comp. cit. 1.
64) *Tale damus petitioni tuæ responsum*, ibid.
65) *Qui non iniiciunt*, *sed* etc. ibid.
66) *Violentas*, C. L. et H.
67) *Iniecerint*, C. H.
68) Dictiones *vel mandato*, non sunt in cit. c.

CAP. VII.

Excommunicatus per iniectionem manuum in clericum, licet occultam, absoluitur per solum papam.

EIDEM 69). (*ann.* 1180. *Roma in Angliam.*)

Porro, si aliqui violentas manus b in fratres suos 70) iniiciunt 71), et ducti pœnitentia non conuicti, sed priuatim, [*sicut asseris,*] a te veniam postulant 72); eos monere debes [*propensius*] et inducere, vt his, quos læserunt 73), congrue satisfaciant, et apostolico se conspectui repræsentent: cum a te, vel alio 74) [*quolibet*] sine speciali mandato Rom. pontificis absolui non possint.

69) Etiam hæc particula a decretali *Alexandri III. ad Bartholomæum Exoniensem episcopum* scripta, scissa videtur.
70) *Tuos*, *c.* 9. comp. cit. 1. sicut est in conc.
71) *Iniecerint*, C. R. 2.
72) *Expostulant*, C. H.
73) *Læserint*, C. R. 2.
74) *Vel ab aliis*, C. R. *vel ab alio*, L.

CAP. VIII.

Etiam priuilegiati tenentur vitare excommunicatum, et per iniectionem manuum in clericum excommunicati sunt.

IDEM 75).

Nulli [*autem monachi Templarii*] se possunt e priuilegio 76) apostol. sedis tueri, quo minus excommunicatos vitare debeant, et pro violenta manuum iniectione in clericos, sicut excommunicati vitari.

75) Idem quoque de hac particula, quod ad priorem obseruaui, dicendum.
76) *Priuilegiis*, C. H.

a *Cap.* 7. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Lateran. part.* 14. *c.* 12. *Vide Dovum consil.* 6. 4. *vol.* 2. b *Cap.* 9. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Later. p.* 14. *c.* 3. c *Cap.* 10. *eod. tit. in* 1. *compil. et post conc. Later. p.* 14. *c.* 4.

CAP. IX.

Percutiens monachum, vel conuersum religiosum, debet denuntiari excommunicatus, et vitari, donec fuerit per papam absolutus.

IDEM [*archiepiscopis,*] *episcopis et aliis* 77) *prælatis, per Galliam constitutis* 78). (*ann.* 1180.)

Parochianos d [*autem*] vestros, si qui in monachos vel conuersos præfati ordinis violentas manus iniecerint, sublato appellationis remedio, secundum tenorem generalis decreti excommunicatos publice nuntietis 79), ipsosque faciatis, sicut excommunicatos, arctius 80) euitari, donec læsis 81) congrue satisfaciant, et cum litteris vestris apostolico se conspectui repræsentent.

77) *Aliis*, deest in C. H.
78) Eadem inscriptio legitur infra in *collect. decretal. Alex. III. tit. XIX. c.* 12. *p.* 214. et nulla ratio adest, quare ad priora capitula referri debeat.
79) *Excommunicatos denuncietis*, c. 14. comp. cit. 1. omissa partic. *publice*.
80) *Arctius*, desideratur ibid. in conc. est: *cautius*.
81) *Donec eis, quos læserint*, ibid. et in conc.

CAP. X.

Ponitur forma præcepti, quod sub virtute iuramenti fieri debet illi, qui pro violenta manuum iniectione in clericum excommunicatus absoluitur.

IDEM *Genuen.* 82) *archiepiscopo.* (*ann.* 1174.)

Ex tenore e litterarum tuarum nobis innotuit, quod B. canonicus [*S. Mariæ de Vineis,*] in quendam subdiaconum manus iniecit 83) violentas: [*et infra.*] Mandamus itaque 84) [*fr. tuæ,*] quatenus, recepto ab eo [*canonico*] iuramento, quod tuo debeat mandato parere, ipsum vice nostra a sententia, qua tenetur, absoluas, sibique in virtute iuramenti præcipias, ne 85) de cætero in clericum, monachum [*Hospitalium,*] vel alicuius religionis conuersum, manus iniicias violentas, nisi se defendendo, aut 86) de mandato suorum fecerit prælatorum, vel nisi super eum prælationis ministerium aut magisterium 87) habeat, aut cum ipso in eadem ecclesia socius esse noscatur 88).

82) *Ianuen.* C. E. L. H. ed. ant. et c. 15. comp. cit. 1.
83) *Ingesserit*, C. R. 1. *iniecerit*, H.
84) *Itaque*, a C. R. et L. abest.
85) *Quia*, cit. c.
86) *De*, in C. R. et L. omittitur.
87) Verb. *aut magisterium*, desunt in C. H.
88) *Socius fuerit*, cit. c.

CAP. XI.

Excommunicatum pro percussione clerici absoluit episcopus, si sine periculo papam adire nequit: debet tamen sibi mandare, quod adeat papam, impedimento cessante.

IDEM *Cenomanen.* 89) *episcopo.* (*ann.* 1170.)

De cætero f noueris, quod, si quis 90) pro violenta manuum iniectione in clericum, est 91) vinculo excommunicationis astrictus, si habens capitales inimicitias, vel alias 92) iustas excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusetur 93), ita, quod sine periculo apostolico se nequeat conspectui præsentare, licet diœcesano episcopo, recepto iuramento, secundum morem ecclesiæ sibi 94) absolutionis gratiam impertiri. Sed est illi sub iuramenti debito iniungendum, vt, quam citius opportunitatem habuerit Rom. pontif. [*adeundi,*] adeat, mandatum apostol. suscepturus.

89) Ad c. 16. comp. 1. h. t. notatum est, hoc capit. esse particulam *c.* 1. *X. de cler. peregr.* vbi eadem habetur epigraphe.
90) *Laicus*, c. 16. comp. cit. 1.
91) *Est*, ibid. non legitur.
92) *Et alias*, C. R. 2.
93) *Excusentur*, C. L.
94) *Sibi*, non est in cit. c.

CAP. XII.

Cum papa absolutionem excommunicati delegat: mandat recipi cautionem de parendo mandatis ecclesiæ.

VRBANVS III. *Senonen.* 95) *archiepiscopo.* (*ann.* 1186.)

Ad hæc g [*autem,*] cum inter parochianos tuos, [*vel inter eos et alios controuersia coram delegatis iudicibus agitetur, sæpius a iudicibus ipsis, vt asseris, auctorit. apostol. tibi iniungitur, vt alteram partium, forte parere iudicio contemnentem, vel ob aliam caussam rationabilem, ecclesiastica districtione percellas. Illi vero, qui subiacere excommunicationi mandantur, ad alios iudices litteras ab apostol. sede impetrant, a quibus nihilominus auctoritate apost. tibi mandatur, vt eos, qui de priorum iudicum mandato excommunicati fuerant, habeas absolutos. Super quo tua discretio dubitat, quid tibi in diuersitate huiusmodi sit agendum: ad quod breuiter respondemus, quod, si litteræ, ad secundos iudices impetratæ, tacite veritate obtentæ*

95) Vel potius: *Cenomanensi episcopo*, vt legitur in *c.* 8. *comp.* 1. *de rescript.* additurque, partem hic tradi *c.* 18. *X. de sponsal.*

d *Cap.* 14. *eod. tit. in* 1. *compil. et post concil. Lateran. p.* 14. *c.* 11. e *Cap.* 15. *eod. tit. in* 1. *compil. Vide Sylvestr. verbo: absolutio.* f *Cap.* 16. *eod. tit. in* 1. *comp. et post conc. Later. part.* 14. *cap.* 13. g *Cap.* 8. *tit. de rescript. in* 1. *comp.*

non

non fuerint, vos ad mandatum eorum absolutos habere debes: præcipue cum] Rom. ecclesia absolutionem sententiæ delegatorum iudicum nequaquam consueuit 96) aliis delegare; nisi in litteris commissionis contineatur 97), expresse de sufficienti cautione præstanda ab his, qui absolui debent, quod iudicio ecclesiæ debeant obedire.

96) *Consueuerit*, cit. c. 8.
97) *Contineatur*, in C. B. 1. et L. deest, et II. legit: *habeatur*.

CAP. XIII.

Excommunicatus per canonem, Si quis suadente: *sit diues vel pauper, per papam absoluendus est vel eius legatum: foliis in muliere, sene, infirmo, vel mutilato, qui per episcopum absolui possunt.*

CLEMENS III. (*ann.* 1190.)

Ea noscitur a *a* [*et infra.*] [*Quod vtique f. t. diligenter attendens, certificari humiliter postulauit de his, qui violentas manus in clericos aliqua temeritate iniiciunt, nec eis suppetunt facultates, vt ad sed. apost. valeant laborare, quomodo his sc. possit salubriter prouideri. Super quo*] consultationi t. 98) t. duximus respondendum, quod mulieres, [*quas sexus fragilitas non permittit ad sedem venire apostolicam,*] senes 99), et valetudinarii, seu [*alii,*] membrorum destitutionibus impediti, licet ad apostol. sedem non veniant 100), ab episcopis valeant 1) [*salutis remedium accipere, et ex eorum officio,*] fidelium communioni restitui, satisfacto iuxta facultates 2) his, quibus per eos constiterit iniurias irrogatas: alios autem, siue pauperes, siue diuites, sedi apostol. vel legato eius, vt beneficium absolutionis obtineant, necesse est præsentari. Si vero [*huiusmodi*] infirmitatis tempore timore mortis beneficium fuerit absolutionis indultum: iuramento præstito 3), iniungatur eisdem, vt, postquam sanitati fuerint restituti, ad Rom. eccles. vel eius legatum accedant, mandatum *b* apostolicum 4) super talibus recepturi.

98) *Tibi*, c. 1. comp. 2. h. t.
99) *Senes*, deest in C. II.
100) *Non venerint*, cit. c.
1) *Valent*, C. B. 1. L. et II.
2) C. L. addit: *eorum*.
3) *Sub iuramento*, C. B. 1. *per iuramentum*, L. II. ed. ant. et cit. c.
4) In cit. c. desideratur vox: *apostolicum*.

CAP. XIV.

Ante denuntiationem vitandus est excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericos, nisi sit occultus. Hoc primo. *Interficiens clericum, qui, contempto clericali habitu, se enormitatibus immiscuit, excommunicatus non est.* Hoc secundo.

IDEM 5). (*ann.* 1192.)

Cum non e ab homine: [*et infra.*] [*A nobis itaque fuit ex parte tua quæsitum, an tenearis abstinere a communione illius, qui pro temeraria manuum iniectione in clericum, in sententiam incidit, antequam excommunicatus publice nuntietur: et vtrum inciderint in canonem latæ sententiæ interfectores clericorum et presbyterorum illorum, qui, abiecto suscepti ordinis ministerio, in publicis bellis, vel etiam præter bella se homicidiis polluere non verentur, tam in comessationibus, et in ebrietatibus, atque rapinis, et aliis enormitatibus æque sunt, vt laici, vel deterius debacchantes. In secunda igitur*] consultatione taliter respondemus, quod a communione illius, qui pro sacrilega manuum iniectione in clericum, in edictum excommunicationis incidit, licet denuntiatus non sit, [*ab hoc*] debes abstinere: nisi forte id tibi soli pateret. In quo casu ipsum priuatim tantummodo euitabis, quamdiu ab ecclesia toleratur, vt saltem verecundiæ rubore suffusus 6), pro latenti excessu [*taliter*] satisfacere compellatur. In articulo vero tertiæ quæstionis respondemus, quod occisores clericorum aut presbyterorum, qui, [*vt dictum est,*] contempto clericali habitu, tyrannidi et enormitati se inuerecunde immiscent, in odium clericalis excessus, et [*in*] terrorem atque correctionem similium, canone 7) latæ sententiæ [*lato*] minime coercentur: iniungatur tamen eis pœnitentia competens aliquantulum asperior, quam si [*omnino*] in laicos talia commisissent. [*Præterea, quia nemo desperandus est, dum fuerit in mortali corpore constitutus, cum id, quod differtur, aliquando consilio, postmodum maturiore, perficiatur, ad vltimum quoque, quod consuluisti nos, si de iure communi tibi liceat et suffraganeis tuis illos, qui pro temeraria manuum iniectione excommunicationis sententia percelluntur, absoluere. Huic manifestius respondemus, quod obseruata exceptione quorumdam, quæ in decretalibus Alexandri III. continetur, hoc nemini liceat, nisi apostolicæ sedis gaudeat priuilegio speciali. Veruntamen volentes illis, qui in tam remotis*] partibus tuæ prouinciæ commorantur, *dispensatione prouidere paterna, fratern. tuæ præs. litteris indulgemus, vt illos, qui taliter excommunicati sunt ipso iure, si corporum impotentia, aut paupertas eos impediat, aut aliqua ineuitabilis et manifesta necessitas, dummodo satisfaciant iis, quos offenderint, et aliquam agant pœnitentiam, ad correctionem sui ceterorumque terrorem a sententia excommunicationis auctoritate apost. fretus absoluas: si tamen ex percussione huiusmodi læsio corporalis enormis aut mors non fuerit subsequuta. Nimirum in his omnibus, si quis sanctorum patrum statuta diligenter perscrutetur, nihil nouum nos respondisse reperiet, sed, quod antiquum est, quasi quadam manu sollicitudinis innouasse.*]

5) Alia particula huius decretalis recitatur in c. 10. X. de iudic. attributa COELESTINO, Strigoniensi archiepiscopo scribenti. Sed obseruaui ibidem not. 45. CLEMENTI III. eam potius deberi, Vpsaliensi archiepiscopo scribenti. Similis error est commissus in c. 19. X. de iureiur. si haius decretalis pars est, vt traditur in c. 6. comp. 2. de iureiur. Ibidem ex hac obseruatione emendandus.
6) *Perfusus*, C. H.
7) *Canonice*, c. 3. comp. cit. 2. h. t. sed incongrue.

CAP. XV.

Ante absolutionem communicandum non est excommunicato: licet iurauerit parere mandatis ecclesiæ, vel composuerit cum offenso. Hoc dicit primo. *Infamato de excommunicatione communicandum non est: nisi se purget, vel ad cautelam absoluatur.* H. d. secundo.

IDEM. (*ann.* 1190.)

Cum *d* desideres, [*quid tua f. obseruare debeat super his, quæ dubietatem continent, apostol. sed. rescripto plenius edoceri: nos, qui, licet immeriti, ex suscepto administrationis officio consultationibus respondere cogimur singulorum, etc.* et infra.] Fuit autem primæ quæstionis tenor huiusmodi: vtrum alicui excommunicato, qui mandato ecclesiæ stare iurauit, et ante absolutionem episcopus ei communionem reddidit, sit communicandum ab aliis, et an episcopus id facere debeat. Cui [*siquidem*] quæstioni t. respond. quod, cum cautio iuratoria, quam hodie, qui excommunicati sunt, præstant, potius ad cautelam ex *e* consuetudine ecclesiæ, quam [*ex*] rigore canonum sit inducta, neque momenti tam validi reputetur, quod, nisi absolutionis beneficium subsequatur, ille, qui excommunicatur, debeat communioni aliorum restitui, præsertim cum ex eo iuramento absolutionem consequutus non sit, et constet, eum excommunicatum fuisse, et verum sit, absolutum esse, nec episcopus, nec alii debent communicare eidem; nisi fuerit secundum formam ecclesiæ, post iuramentum præstitum absolutus: quia [*secundum apostolorum canones et Fabiani statuta pontificis,*] qui cum excommunicato scienter communicauerit 8), [*est communione priuandus, immo iuxta Isidori statuta,*] excommunicationis pœnam contrahit cum eodem 9). Secundæ quæstioni 10) [*statuta canonum, et præcipue piæ memoriæ Alexandri III. præd. n. sequentes,*] hunc finem duximus imponendum, quod, si publica fama est *f*, aliquem verberasse clericum, nec episcopus, nec alius communicare sibi debet: nisi ad arbitrium episcopi de hoc se purgauerit, vel ad [*maiorem*] cautelam absolutionis beneficium consequatur 11). Tertio loco tua discretio requisiuit, si clericus, verberatus [*ob aliquo, querimoniam apud suum episcopum deposuerit, et testes producere paratus fuerit, sed*] episcopo mediante, cum suo verberatore composuerit, et ille reconciliatus sibi fuerit, an per hoc is debeat ad aliorum communionem admitti 12). Super quo tibi breuiter 13) respondemus, quod, licet ille, qui violentas manus iniecit, ei, quem læsit, satisfecisse taliter 14) videatur, ecclesiæ tamen, quam offendit, ex hoc non satisfecisse dignoscitur: et 15), nisi forma ecclesiæ 16), quæ pro absolutione talium, [*vt supra dictum est,*] introducta est, obseruetur, non est communicandum eidem. [*Vltimæ præterea quæstionis omnes perplexiones resoluimus, quod in pari stilo criminis conquadeatur, qui clericum captiuum retinet, licet*

8) *Communicat*, C. B. 1.
9) Desumta hæc sunt ex c. 16. C. XI qu. 3. quæ hic atque, vt in decreto, falsutis FABIANI tribuuntur, cum sint Pseudo-Isidori. Præterea sententia canonum apostol. ad quam etiam hic prouocatur, a CORR. ROM. ibidem subiecta est. Denique etiam ISIDORI regula hic laudatur, ex c. 18. C. XI. qu. 3. quia tria loca vnam eandemque sententiam exprimant.
10) Rursus in decisione huius quæstionis prouocat pontifex ad statuta canonum, h. e. ad c. 29. C. XVII. qu. 4. tum ALEXANDRI III. quæ omnia in eo sunt, vt hoc singulare dogma, quo qualescunque clerici et monachi sanctitate extraordinaria muniuntur contra violationes reales, plenius excoteret. Etenim sæculo XII. admodum labefactata erat veneratio, clericis, qui exemplar gregis sunt, debita, et corruptis eorum moribus, ac vita abominabili, vt ludibrium laicorum essent, acclamantium: *vbi est clericorum Deus?* c. 7. X. de vot. et vot. redemt. quod ad c. 24. X. de accus. not. 89. obseruaui. Præterea ad clericatum sine discrimine multitudo indomita admissa, vt tot otiosis nouis, sed otiose, sine vero titulo promotis, abundaret respublica ecclesiastica. Vt ergo auctoritas clericalis salua et integra maneret, nouis sanctitatis extraordinariæ munimentis circumuallanda et corroboranda fuit, ne respublica ecclesiastica detrimentum caperet. Totum ergo hoc seculum fuit de controuersiis, occasione iniuriarum realium, clericis illatarum, motis, et plena omnia excommunicatorum, quæ sanctitas clericorum et monachorum tam late a quibusdam extensa, vt etiam ad monachos, in ecclesia cum clericis sedentes et diuina officia turbantes, atque propterea ab ecclesia vi adhibita eiectos, applicaretur, vt c. 59. docet, quod tamen merito improbauit pontifex.
11) *Acceperit*, c. 4. comp. cit. 2.
12) *Et communicare ei, qui clericum verberauit, amicabiliter cum eo composuerit, et reconciliatus ei fuerit, an ei communicandum sit ab aliis*, ibid. post insertam partic. *sed*.
13) *Super quo taliter respondemus*, ibid.
14) *Taliter*, desideratur ibid.
15) *Et*, omittitur ibid.
16) *Ecclesiastica*, ibid.

a Cap. 1. eod. tit. in 2. compilat. b Dictio, apostolicum, deest in vetustioribus codicibus. c Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.

d Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. e De consuetudine. f Vide Dominic. in c. pro humani. §. vlt. de homicid. in 6.

violen-

violentas manus in ipsum non iniecerit, vt is, qui violentas manus iniecerit, est euitandus: neque est communioni fraternæ reducendus, nisi iuxta formam ecclesiæ fuerit, vt supra dictum est, absolutus.]

CAP. XVI.

Sacerdos, eiiciens regularem de ecclesia, officia diuina turbantem, excommunicatus non est.

IDEM CLEM. III. (*ann.* 1190.)

Veniens a ad sedem apostolicam I. 17) latce præsentium, sua nobis assertione [*proposito*] monstrauit, quod, cum matutina officia celebraret, quædam monialis, ecclesiam [*ipsam*] ingrediens, cum alio clerico 18) ludendo impedimentum præstabat, quo minus Deo diuinum posset obsequium exhibere: vnde memoratus sacerdos commotus, vt liberius posset circa diuinorum celebrationem vacare 19), manibus in eam appositis, vt 20) extra 21) ecclesiam poneret, cum nollet exire, in 22) trahendo b ipsam, coegit eandem extra 23) c ecclesiam residere: sed tu illum propter hoc, tanquam excommunicatum, euitasti 24), et facis ab aliis euitari. Ideoque [*tibi per a. s.*] mandamus, quatenus, si res ita se habet, eum de cætero non euites: cum ex hoc ipsum excommunicatum nullatenus videamus 25).

17) *I.* abest a C. H. sed in c. 5. comp. cit. 2. est: *L.*
18) *Cum quodam clerico*, C. R. 1.
19) *Circa diuinorum celebrationi officiorum vacare*, C. R. 2. *circa diuinorum celebrationem vacare*, L.
20) *Vt eam*, C. R. 1. et H.
21) *Intra*, C. H.
22) *Vi trahendo*, cit. c.
23) *Coegit eandem extra*, ibid.
24) *Vitasti*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
25) *Iudicamus deteneri*, cit. c.

CAP. XVII.

Excommunicati pro leui manuum iniectione in clericum, possunt per episcopum absolui. H. d. secundum communem lecturam, et est textus singularis.

IDEM. (*ann.* 1187.)

Peruenit 26) ad d nos 27): [*et infra.*] [*Illos autem, qui, ægritudine præpediti, pro absolutionis beneficio ad sedem apostolicam nequeunt laborare, recepto ab eis, sicut moris est, iuramento, potes absoluere, vt, quod sanitati pristinæ restituti, apostolico se conspectui repræsentent. Sexui vero femineo, et pueris ac senibus super hoc fatis te credimus posse libere dispensare.*] De his absoluendis, qui 28) clericis non enormem, sed modicam et leuem iniuriam irrogarunt 29), tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum.

26) Integra decretalis, *Segontino episcopo scripta*, refertur a *MANRIQVIO tom. III. annal. Cisterc. ad ann. MCLXXXIX. c. 3. p. 223.* ex cuius verbis vltimis hoc frustulum decerptum est.
27) Quæ huc pertinent, pro parte referuntur in *c.* 5. *X. de testibus cog.*
28) *De his etiam, qui*, c. 6. comp. cit. 2.
29) *Irrogauerint*, C. R. 1.

CAP. XVIII.

Clericus, qui scienter et sponte participat excommunicato in diuinis officiis, excommunicatus est excommunicatione maiori, et tantum absoluendus per papam. H. d. secundum Panorm.

IDEM.

Significauit e nobis: [*et infra.*] Verum, clericos, qui scienter et sponte participauerunt excommunicatis a nobis, et ipsos in officiis receperunt, eadem excommunicationis 30) sententia cum ipsis non dubitamus inuolui: quos etiam pro beneficio absolutionis habendo ad nos volumus cum litterarum tuarum insinuatione remitti 31).

30) A c. 7. comp. cit. 2. abest vox: *excommunicationis.*
31) *Transmitti*, est ibid.

CAP. XIX.

Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, vel incendiarius post publicationem a solo papa absoluitur.

IDEM.

Tua nos f duxit fraterni. consulendos, [*an hi soli sint ad sedem apostolicam destinandi, qui, in canonem latæ sententiæ incidentes, manus iniiciunt in clericos violentas, et vtrum non possint ab eadem sententia, nisi per Rom. pont. liberari. Vnde*] fraternitati tuæ taliter 32) respondemus, quod non solum [*hi,*] g qui 33) in clericos temerarias manus iniiciunt, sed etiam incendiarii, ex quo sunt per ecclesiæ 34) sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad apostolicam sedem sunt mittendi 35), [*et non nisi per Romanum pontificem absoluendi. Illi vero, qui ecclesiastica beneficia de manibus accipere præsumunt laicorum, non consueuerunt pro tali excessu ad sedem apostolicam laborare.*]

32) *Breuiter*, c. 8. comp. cit. 2.
33) *Hi, qui*, C. R. L. et H.
34) *Ecclesiasticam*, cit. c.
35) *Destinandi*, ibid.

CAP. XX.

Legati de latere absoluere possunt excommunicatos pro iniectione manuum in clericos.

IDEM.

Ad eminentiam sedis h apostolicæ [*est recurrendum, quoties articulus dubitationis emergit, vt tanto quis promptiori conscientia recipiat et obseruet, quod super re dubia sibi fuit a sede apostol. responsum, quanto prærogatiua dignitatis illius certiori noscitur ipsius sententia veritatis roborata, quæ in B. Petro apostolorum principe, præ aliis omnibus amplitudinem prælationis accepit.*] Sicut [*autem*] ex parte tua 36) nostris est auribus intimatum, tibi exstitit 37) dubium, vtrum absolutionis beneficium assequantur, qui pro iniectione manuum in clericos, vel alias religiosas personas excommunicationem incurrerunt 38), et a legatis cardinalibus, qui a latere Rom. pontif. destinantur pro tempore absoluuntur 39), cum iidem legati mandatum [*sibi*] super hoc non ostendant expressum. Super quo id a te [*ac tuis suffraganeis*] volumus obseruari, vt eos habeas 40) absque omni hæsitationis scrupulo absolutos, quos constiterit a talibus beneficium [*fuisse*] absolutionis adeptos.

36) *Fraternit. tua*, c. 9. comp. cit. 2.
37) *Exstat*, C. R. L. et ed. gloss. *exstat*, L.
38) *Incurrunt*, C. H.
39) *Dubium tibi exstitit, vtrum ii sint pro absolutionis habendi beneficio, qui, cum pro iniectione manuum in clericos, vel alias religiosas personas excommunicationem incurrerint, a legatis cardinalibus, qui a latere Romani pontificis destinantur pro tempore, fuerint absoluti*, etc. cit. c. post dictionem: *intimatum.*
40) *Habeatis*, ibid.

CAP. XXI.

Generalis excommunicatio non ligat, nisi subditos proferentis.

IDEM.

A nobis i fuit ex parte tua quæsitum, vtrum 41), si quis ita pronunciauerit: quisquis furtum feceris, excommunicatus sis: hæc generalis clausula ad ipsius excommunicatoris subditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius. Ad quod [*vtique*] dicimus, quod hac sententia non nisi subditi obligantur 42): nisi forte plus 43) contulerit maior et largior 44) auctoritas delegantis.

41) *Vtrum*, deest in C. H.
42) *Ligantur*, est ibid.
43) *Plus et*, ibid. *posset*, c. 10. comp. cit. 2.
44) *Amplior*, C. R. 1.

CAP. XXII.

Qui cum effractione spoliant ecclesias, excommunicati sunt, et per papam tantum post denuntiationem absoluuntur.

IDEM 45).

Conquesti k sunt nobis [*dil. filii*] Regin. 46) canonici, quod I. de Malafrena, et eius sequaces 47) [*ecclesiam de Milaton. et alias*] quasdam ecclesias Regin. episcopatus 48) violenter confregerunt, easque spoliare minime dubitarunt, [*et quosdam homines Reginen. ecclesiæ deprædari nullatenus dubitauerunt.*] Quoniam igitur [*hæc*] gratia 49) sunt, nec clausis debent oculis præteriri: mandamus, quatenus, si est ita, memoratos sacrilegos, [*publice accensis candelis, app. cess.*] excommunicatos nuntietis 50), et faciatis, sicut excommunicatos, arctius euitari, donec passis iniuriam congrue satisfaciant, et damna 51), pro l eis 52) data, resarciant, et cum litteris vestris, rei veritatem continentibus, apostolico se conspectui 53) repræsentent.

45) *Cælestinus III. c.* 11. comp. cit. 2.
46) *Regini*, C. R. et L. per tot.
47) *Vel eius*, C. R. 1. *et I. filius Canalca, et eorum sequaces*, cit. c.
48) *Regium Lepidi* intelligit, cuius episcopi suffraganei sunt *metropolitani Bononiensis*, de quibus agit *VGHELLIVS tom. II. Ital. sacra p.* 238. *seq. nouiss. edit.*
49) *Hac gratia*, C. H.
50) *Denuntietis*, C. R. 2. et cit. c.
51) *Et illata damna*, cit. c.
52) In C. R. L. H. ed. ant. et cit. c. haud leguntur dictiones: *pro eis.*
53) *Apostolicæ sedis conspectui*, C. R. 2. L. ed. ant. et cit. c.

CAP. XXIII.

Percutiens vel etiam interficiens clericum, se, dimisso clericali habitu, saruis enormitatibus immiscentem, non tenetur ire pro absolutione ad sedem apostol. Ita generaliter summari potest.

IDEM 54).

Perpendimus m ex litteris tuis, quod quidam sacerdos [*tuæ diœcesis*] pro eo, quod se filium regis falso 55) nominare præsumpsit, et,

54) *Cælestinus III. c.* 12. comp. cit. 2.
55) *Falso*, ibidem non legitur.

a *Cap. 5. eod. tit. in 2. compil.* b *Alii.* extrahendi; *al.* vi trahendo. c *Al. ita:* intra ecclesiam residere. d *Cap. 6. eod. tit. in 2. compil.* e *Cap. 7. eod. tit. in 2. comp.* f *Cap. 8. eod. tit. in 2. comp.* g *Al. ita:* quod non solum hi, qui etc.

h *Cap. 9. eod. tit. in 2. comp.* i *Cap. 10. eod. tit. in 2. comp.* k *Cap. 11. eod. tit. in 2. compil.* l *Hæc duo verba*, pro eis, *desunt in vetust. et omnibus Vatic.* m *C. 12. eod. tit. in 2. compil.*

armis

armis acceptis 56) seditionem fecit et guerram, a B. 57) comite [*per vitor*] iussu ait fustigari: qui postea eius 58) mandato traditus patibulo exspirauit. [*Quia igitur tam ipsum comitem, quam alios huius facti participes, velle super hoc satisfacere, intimasti; præsenti pagina,*] fr. t. duximus respondendum, quod, si memoratus sacerdos tali modo excessit, et [*arma ferens*] non propulsando, sed inferendo iniuriam fuit occisus, non videtur nobis, quod interfectores eius propter hoc, ad obtinendam absolutionem, apost. sedem adire cogantur: tu vero, qui merita personarum bene nosti, pœnitentiam eis competentem iniungas.

56) *Assumtis*, C. B. 1.
57) *G* habent C. B. *a dil. fil. H.* cit. c.
58) *De eius*, C. H.

CAP. XXIV.

Index ecclesiasticus, faciens percuti clericum per laicum, etiam caussa disciplinæ, excommunicatus est, et ipse, et verberans pro absolutione tenentur ire ad papam.

IDEM 58*).

Vniuersitatis vestræ consultationem *a* accepimus, qua nos 59) requisistis 60), vtrum [*ille*] laicus incidat 60*) in excommunicationis edictum, qui ad iussionem abbatis *b*, in cuius seruitio commoratur, in clericum, monachum, aut conuersum, temerarias manus præsumit iniicere: maxime vbi caussa non subest, propter quam debeat verberari. Nobis autem videtur, quod, nisi caussa regularis disciplinæ hoc faciat, abbas in propria persona, vel, si necessitas vrget 61), per clericum vel monachum fieri iubeat, tam 62) qui tales verberari præcipit 63), quam illi, qui verberant 64), etiamsi caussa subesset, excommunicationis sententiam, donec ad apostolicam sedem veniant, nequaquam euadunt 65).

58*) *Cælestinus III.* c. 13. comp. cit. 2.
59) *Nos*, abest a C. B. L. et ed. ant.
60) *A nobis requiritis*, cit. c.
60*) *Inciderit*, ibid.
61) *Vel vbi non necessitas vrget*, ibid.
62) *Tam ille*, C. H.
63) *Præcepit*, C. B. 2.
64) *Verberauerint*, ibid.
65) *Euadant*, cit. c.

CAP. XXV.

Clericus, vt laicus incedens, tertio monitus non resipiscens, perdit priuilegium clericale.

IDEM 66).

In audientia nostra 67) *c* talis fuit ex parte tua proposita consultatio, vtrum clerici, qui arma militaria, [*etiam*] relicto habitu clericali, gestare nullatenus erubescunt, si eis fuerit iniuria corporalis illata, vel se a captione redemerint, illa clericorum debeant immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum iniectione, facta in clericum, excommunicatus 68) quis ipso iure notatur. Ad hæc tibi breuiter respondemus, quod, cum frustra ecclesiæ imploret 69) auxilium, qui committit in ipsam, et lex secularium principum 70) huic responsio satis efficax afferat 71) argumentum, qua manifeste cautum habetur 72), matronam, cuius pudicitia attentata fuerit, non posse iniuriarum agere, si in veste meretricali fuerit deprehensa, huiusmodi clerici, si [*fuerint*] a prælatis suis tertio commoniti, militaria noluerint arma deponere 73), de priuilegio [*aliorum*] clericorum subsidium aliquod habere non debent.

66) *Cælestinus III.* c. 14. comp. cit. 2.
67) *Indulgentia nostra talis* etc. ed. Pith. sed mendose et incongrue.
68) *Excommunicatione*, C. H.
69) *Inuocat*, C. B. 1. et cit. c.
70) Non *constitutionem imperatoriam*, quæ alias vocatur *lex secularium principum*, sed sententiam ICti CAII, relatam in *l.* 15. §. 15 *de iniur.* intelligit, quæ forsan ita dicta, quod imperator IVSTINIANVS omnia in compilatione iuris Romani sua fecerit.
71) *Afferat*, rectius legunt C. B. L. H. ed. ant. et Cont. *afferat*, cit. c.
72) *Est*, C. H.
73) Sed *gladio cincti* more militum et nobilium, qui iure gestandi gladium olim vnice gauisi, incedere ausi fuerint. Ad hos enim merito adplicandum vulgatum illud: *qualem te inuenio, talem te iudico.* c. 45. h. t. not. 48.

CAP. XXVI.

Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericum, impeditus ire ad curiam, potest ab inferiore absolui: sed, impedimento cessante, tenetur curiam visitare, suscepturus mandatum apostolicum.

IDEM 74).

Quod *d* de his [*etiam, in quibus non dubitas, et quid de his ipsis obseruari debeat, plurimum agnouisti, sedis apostol. responsa requiris, tanto f. t. magis in Domino commendamus, quanto in his, quæ sacrorum canonum institutionibus sunt expressa, auct. n. procedere desideras et disponis. Sane, requisiuit a nobis fr. t. vtrum, qui se confitetur in latæ sententiæ canonem incidisse, nec ad hoc potest induci, vt ad sedem apost. veniat, absoluendus ab episcopo, vel etiam a simplici presbytero, absolutionis debeat vel possit beneficium promereri, et vtrum presbyteris bigamis, et viduarum maritis, eorum vxoribus viam vniuersæ carnis ingressis, missarum sollemnia liceat celebrare. Verum, licet, quid de his obseruare debeat, sacris canonibus sit definitum; hoc tamen*] fr. t. t. [*ad præsens*] duximus respondendum, quod is, qui asserit, se in canonem latæ sententiæ incidisse, non aliter, quam per sedem apostolicam vel eius legatum, absolutionis potest beneficium obtinere 75): nisi forte 76) in mortis [*sit*] articulo [*constitutus,*] vel paupertate, aut infirmitate, vel senectute tanta grauaretur 77), quod ad ecclesiam Romanam laborem subire 78) non valeat veniendi, vel ab hoc alio impedimento canonico retrahatur.

Ceterum ab his in forma sacramenti exigi consueuit, vt, resumptis viribus, et opportunitate concessa, Romanam ecclesiam in propria persona debeant visitare.

74) *Cælestinus III.* c. 15. comp. cit. 2.
75) *Non nisi per sed. ap. absolutionis potest beneficium promereri*, cit. c.
76) *Nisi forte sit*, C. B. L. ad ant. et gloss.
77) *Grauetur*, C. B. L. ed. ant. gloss. et cit. c.
78) *Sustinere*, C. B. 2.

CAP. XXVII.

Ligatus pluribus excommunicationibus, licet ex eodem facto, obtinens absolutionem, expressa vna caussa, seu vna excommunicatione, non habetur pro absoluto, quoad aliam.

INNOCENTIVS III. *archiepiscopo, decano, et præcentori Lugdun.* 79) (*ann.* 1198)

Cum *e* pro caussa, quæ inter [*dil. fil.*] G. et F. Cabilonens. 80) ecclesiæ archidiaconos vertebatur, [*procuratores vtriusque partis ad nostram præsentiam accessissent: nos*] eis [*dil. fil. G. sancti Hadriani diaconum card.*] concessimus auditorem, [*coram quo*] procurator G. [*archid. inter alia*] allegauit, quod, cum F. archidiaconus, in succentorem, [*Cabilon. ecclesiæ diaconatus fungentem officio,*] in communi dormitorio manus iniecisset temere violentas, et eum 81) traxisset verberando per claustrum, tu, frater archiepiscope, eum ob violentam manuum iniectionem, et [*violentiam, vel*] violationem immunitatis ecclesiæ, fecisti excommunicatum publice nuntiari. [*Ipse vero, ad apost. sedem accedens, confessus est, quod in clericum manus iniecerat violentas, supprimens tamen, quod immunitatem violasset ecclesiæ, super absolutione sua litteras impetrauit.* et infra. *Nos igitur, caussam ipsam vestro examini committentes,*] discr. vestræ [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si vobis constiterit, dictum F. archidiaconum ob duplicem caussam excommunicatum fuisse, et expressisse tantum alteram in litteris, quas super absolutione sua [*a sede ap.*] impetrauit, ipsum tanquam excommunicatum satisfacere ecclesiæ suæ pro altera, monitione præmissa, [*per cens. eccl. app. rem.*] cogatis.

79) Non, *Lundon.* vt habet c. 1. comp. 3. h. t. Genuinam enim epigraphen, hic relatam, probat *libr. I. epist.* 319. et RAYNERIVS diaconus, *in collect. decretal. Innocent. III.* tit. 31. p. 588. *edit.* BALVZ. quamuis hic integram decretalem non sistat, cuius particula etiam in *c.* 6. X. *de procurat.* habetur. Ceterum ex *cit. epist.* 319. patet est, admodum hic laceratam esse ipsam decretalem, quæ *ibidem* integra sistitur. Nam post verba: *coram quo*, multa sunt omissa.
80) *Cabilonen.* C. L. *Cabion.* C. B. 2. *Cabilonen.* ed. ant. Cont. Pith. et cit. c. per tot. rectius.
81) *Et cum*, C. L.

CAP. XXVIII.

Excommunicato, decedenti in excommunicatione, quantumcunque contritus decesserit, non est communicandum ante absolutionem, nec pro eo orandum: licet sit quoad Deum absolutus. Sed si constat ecclesiæ de contritione præcedenti; absoluetur etiam post mortem ab eo, a quo viuus fuerat absoluendus: et heredes eius compelluntur per ecclesiam ad satisfaciendum pro eo.

IDEM *abbati S. Andreæ.* (*ann.* 1199.)

A nobis 82) est sæpe quæsitum *f*, vtrum, si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifesta, nec per eum steterit, quo minus reconciliaretur ecclesiasticæ [*disciplinæ*] vnitati, non suscepto beneficio absolutionis, decesserit, pro absoluto ab ecclesia sit habendus, et vtrum pro tali recipienda sit eleemosyna, et a fidelibus 83) sit orandum. [*Vt autem, quod intendimus, per suppositionem exempli apertius exprimamus, quidam presbyter et canonicus regularis, sicut per tuas nobis litteras intimasti, cum publica laboraret infamia, quod ad quandam coniugatam accederet; maritus eiusdem mulieris et consanguinei eius in eum manus iniecerunt temere violentas: propter quod per episcopum denunciati sunt excommunicationis sententiæ subiacere. Verum ipsi, postmodum ad eundem episcopum accedentes, præstito in manibus eius, quod parerent iudicio ecclesiæ, corporaliter iuramento, in mandatis receperunt ab ipso, quod propter hoc apostolico se conspectui præsentarent. Cumque vnus illorum se ad iter accingeret veniendi: a quibusdam suis æmulis est peremptus, et extra cœmeterium ecclesiæ tumulatus. Et licet contra interfectores amici et consanguinei interfecti grauiter sint commoti; eis tamen omnem rancorem remitterent, et offensam: dummodo interfecti cadauer traderetur ecclesiasticæ sepulturæ. Videretur igitur forsan in hoc casu quibusdam, quod, cum sacramentum non necessitatis articulus, sed contemptus religionis excludat, et iudicium ecclesiæ diuinum possit et debeat imitari iudicium, cum in interfecto prædicta manifesta pœni-*

82) Decretalis Innocentiana, quæ *libr. II. epist.* 61. habetur, in sua integritate hic sistitur.
83) *A Christi fidelibus*, ed. ant.

a *Cap.* 13. *eod. tit. in* 2. *compil.* *Vide Henric. Bosch.* b *Ergo in illicitis non est dominis obtemperandum, facit, quod notat Bald. in l. fornus. C. ad l. Iuliam, de vi publ.* c *C.* 14. *eod. tit. in* 2. *compil.* *Vide Sylvestrum, superiori c. citatum.* d *Cap.* 15. *eod. tit. in* 2. *compilat.*

e *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.* *Vide citatos super glossa.* f *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *compil.*

tentiæ signa præcesserint, propter hoc absolutum etiam ab ecclesia sit habendus; sed a contrario, cum ex sola culpa ligetur quis quoad Deum apud triumphantem ecclesiam, ex sola vero sententia ligatur quoad hominem apud ecclesiam militantem, quando vinculum culpæ remittitur, absoluitur apud Deum, sed apud homines non absoluitur, nisi quando vinculum sententiæ relaxatur: alioquin ecclesiæ absolutio nullatenus necessaria videretur, si in sola cordis contritione præter sacerdotale officium rigor relaxaretur ecclesiasticæ disciplinæ.] Nos igitur consult. t. [*de consilio f. n.*] breuiter 84) respondemus, quod iudicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, semper innititur: iudicium autem ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam et fallere sæpe 85) contingit, et falli. Propter quod contingit interdum, vt, qui ligatus est apud Deum, apud ecclesiam sit solutus 86); et qui liber est apud Deum, ecclesiastica sit sententia innodatus. Vinculum ergo, quo peccator ligatus est apud Deum, in culpæ remissione dissoluitur; illud autem, quo ligatus est apud ecclesiam, cum sententia remittitur, relaxatur: quod in suscitatione a Lazari sermo euangelicus manifestat, quem prius Dominus suscitauit, et apostolis præcepit postmodum soluere suscitatum. Vnde, quantumcunque se quis 87), iuramento præstito, quod ecclesiæ mandato pareret 88), humiliare curauerit, quantacumque 89) b pœnitentiæ signa præcesserint; si tamen morte præuentus absolutionis non potuerit beneficium obtinere, quamuis absolutus apud Deum fuisse credatur: nondum tamen habendus est apud ecclesiam absolutus. Potest tamen et debet ei ecclesia beneficio subueniri, [*sic,*] vt, si de ipsius viuentis pœnitentia per euidentia signa constiterit, defuncto etiam 90) absolutionis beneficium impendatur. Nec obstat, quod ecclesiæ legitur attributa potestas ligandi atque soluendi homines super terram, tanquam non possit soluere et ligare 91) sub terra sepultos; et quod legitur, *non* 92) *communicetur mortuo, cui non est communicatum et viuo:* cum, etsi communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisset 93), quem non contemptus religionis, sed necessitatis articulus impediuit, et in certis casibus, a canonibus denotatis, ligasse legitur ecclesia mortuos, et soluisse 94). Vt autem in vno pariter et [*in*] eodem negotio, et seruemus rigorem, et mansuetudinem ostendamus; statuimus, vt illius mortui absolutio a sede apostol. requiratur, qui, cum viueret, ab ea 95) fuerat absoluendus: aliorum autem absolutionem ex præmissa caussa 96) ceteris indulgemus, a quibus, dum viuerent, fuerant absoluendi. Absolutionis autem forma seruetur c, vt fiat cum pœnitentiali psalmo, et tam oratione Dominica, quam alia consueta 97). Heredes quoque 98) ipsius ad satisfaciendum pro ipso, si, monitione præmissa, noluerint, per district. 99) ecclesiast. compellantur.

84) *Taliter*, C. B. 1 et ed. ant.
85) *Semper*, est in cit. c. in margine vero: *sæpe*, quod est concinnius et magis congruum veritati.
86) *Absolutus*, C. B. 1.
87) *Dictus vir*, cit. c.
88) *Carebit*, C. H.
89) *Quantumcunque*, C. B. 1. et cit. a.
90) *Etiam*, deest in C. H.
91) Diction. *et ligare*, desiderantur ibid.
92) *Ne*, C. B. et L.
93) *Cum, etsi excommunicato non fuerit communicandum, tamen illi fuisset* etc. cit. c.
94) *Soluisse ligatos. Vt* etc. C. H. et ed. ant.
95) *Ab apost. sede*, cit. c.
96) *Ex præmissa cum ceteris*, ibid.
97) *Aliis consuetis*, C. L.
98) *Tantum*, cit. c.
99) *Censuram*, C. L.

CAP. XXIX.

Detinens clericum in custodia vel vinculis sine læsione excommunicatus est. H. d. primo. *Communicans excommunicato scienter in crimine excommunicatus est: et nisi difficultas impediat, absolui debet ab excommunicatore cum iuramento. Communicans vero extra crimen reconciliari potest per simplicem sacerdotem sine iuramento.* H. d. vsque ad finem.

IDEM *Wratislauien.* d *episcopo* 100). (*ann.* 1199.)

Nuper a nobis tua e discretio requisiuit, quid de illis laicis sit faciendum, qui 1) clericos 2), sine læsione tamen 3), in custodia detinent publica vel priuata, vel etiam detrudunt in vincula; [*vtrum in canonem latæ sententiæ incidant, vt ipso facto sint excommunicationis vinculo innodati, sicut illi, qui manus iniiciunt in clericos temere violentas;*] et vtrum, qui nominatim excommunicatis scienter 4) communicant, absolui ab excommunicatione possint, per confessionem a simplici sacerdote, vel episcopi seu archiepiscopi 5) sit ab eis absolutio expetenda 6); [*et, si post peractam pœnitentiam cum illis valeat dispensari, qui, etsi bigami de iure non sint, de facto tamen bigami nuncupantur eo, quod in sacris ordinibus constituti more nuptiali secundas in contubernium sibi mulierculas adiunxerunt.*] Nos igitur inquisitioni tuæ ex ordine respondemus 7), quod in primo consultationis articulo non credimus, laicos pœnam excommunicationis euadere: quamuis per 8) f eorum factum corporalis læsio non fuerit subsequuta, citra quam violentia sæpius circa 9) clericos nequiter perpetratur. In secunda g vero quæstione credimus distinguendum, an is 10), qui nominatim excommunicato communicat, scienter 11) in crimine communicet criminoso, ei consilium impendendo, auxilium vel fauorem, aut alias in oratione vel osculo, aut orando 12) secum, aut etiam [*in*] comedendo. In primo quidem articulo, cum talis communicet crimini, et participet criminoso, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnauit, ab eo vel eius superiore merito 13) delicti tunc erit absolutio requirenda: cum [*iuxta canonicas sanctiones*] facientem et consentientem par pœna constringat 14). In secundo vero casu a suo episcopo, vel a proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere. Quamuis enim et tunc 15) non iudicis, sed iuris sententia excommunicato communicans sit ligatus; quia tamen conditor canonis eius 16) absolutionem sibi 17) specialiter non retinuit: eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Is autem, qui iuxta primum modum excommunicato communicat, cum iuramento debet absolui: qui vero iuxta secundum modum [*illi participat*,] reconciliari poterit sine iuratoria cautione. Verum, si difficile sit ex aliqua iusta caussa, quod ad ipsum excommunicatorem absoluendus accedat: concedimus indulgendo, vt, præstita iuxta formam ecclesiæ cautione 18), quod excommunicatoris mandato parebit, a suo absoluatur episcopo, vel proprio sacerdote.

100) Vera hic traditur inscriptio, vt docet *lib. II. epist. 66.* admodum corrupte in c. 3. *comp.* 3. *h. t.* at c. 4. *X. de bigam. non ordin.* vt ac quidem codices MSCt. at ed. ant. memorem.
1) *Qui violenter*, C. L.
2) *Qui quandoque clericos violenter*, C. H.
3) *Læsione corporali tamen*, C. B. 2.
4) *Scienter*, abest e C. H.
5) *Archipresbyteri*, est in cit. *epist.* 66.
6) *Expectanda*, C. L. et H.
7) *Taliter respondemus*, C. B. 1. et L.
8) *Per*, a C. B. H. ed. ant. et cit. c. abest.
9) *Contra*, ed. ant. et cit. c.
10) *Aut is*, C. H. et ed. ant.
11) *Excommunicato scienter communicat*, C. B. L. et cit. a.
12) *In orando*, C. L.
13) *Merito*, abest a C. H.
14) *Canonicarum sanctionum* in verbis restitutis mentio facta, sub quibus intelligit *decretum*, ibique *c.* 3. *dist.* 86. quam sententiam *PAVLVS Rom. I.* 32. iam olim hebuit.
15) *Quamuis extunc*, ed. ant.
16) *Et*, C. H. *canonum eius solutionem*, cit. a.
17) *Sibi*, cit. c.
18) *Eiusdem cautione*, C. B. 2.

CAP. XXX.

Iuramentum excommunicati de stando mandatis ecclesiæ, non habet vim absolutionis. H. d. primo. *Excommunicato nullus communicare tenetur præter personas exceptas; alias communicans excommunicato incurrit minorem, et est excommunicandus maiori: nisi ille esset excommunicatus cum participibus suis, qui tunc esset excommunicatus maiori.*

IDEM *Strigonen.* 19) *archiepiscopo* 19*). (*ann.* 1198.)

Quod h in dubiis [*nostro postulas certificari rescripto, et iuxta illud tuæ discretionis arbitrium moderaris, fraternitatem tuam dignis in Domino laudibus commendamus. Sane, consuluit nos tua fr. an sit communicandum excommunicato, qui, quod staret mandato ecclesiæ, iuratoriam præstitit cautionem, sed nondum absolutionis beneficium est adeptus, et si excommunicato communicare aliqui, et qui etiam teneantur. Quæsiuit etiam, quæ pœna iis fuerit iniungenda, qui excommunicatis volentes communicant, vel inuiti, et quid de presbyteris sit agendum, qui gubernant naues ad pugnam, et pugnant, et iis, qui alios incitant, sed non pugnant. Ad hæc autem f. t. t.*] respondemus, quod excommunicato, licet, quod stet mandato ecclesiæ, iuramento firmauerit, communicari non debet, donec per ecclesiam fuerit absolutus: alioquin post iuramentum non esset absolutio necessaria. [*Verum autem, si absolutionis beneficium non contemtus religionis, sed articulus necessitatis excluserit, tali vel saltem in morte communicare sit licitum: quia minime per tuas litteras requisisti, ad præsens non duximus respondendum.*] Nullus autem scienter [*omnino*] nominatim excommunicato communicare tenetur, nisi quædam personæ, quæ per illud Gregorii papæ capitulum: *Quoniam multos* 20): specialiter excusantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis præsumptuose participant, præter personas, dicto canone annotatas, nisi ab eorum participatione commoniti forte destiterint, excommunicationis vinculo sunt innodandi: secus autem, si scienter ei communicent, qui cum participibus suis est

19) Hanc inscriptionem etiam habet c. 9. *comp.* 3. *h. t.* Aliam vero *lib. I. epist.* 381. et quidem hanc: *Nidrosiensi archiepiscopo*, in Norwegia scilicet, cuius metropolis est *Nidrosia, Drontheim.* Ex hac epistola etiam desumta sunt *c.* 8. *de renunc. c.* 3. *X. de consecrat. eccles.* et *c.* 5. *X. de pœnit.*
19*) *Episcopo*, C. B.
20) Hæc sunt verba initialia *c.* 103. *C. XI. qu.* 3. prout olim interpretibus moris fuit textus ex *decreto GRATIANI* per verba initialia laudare, quod rursus indicium præbet, authenticam illi auctoritatem hac æuo tributam fuisse. Ad idem GREGORII VII. capitulum prouocatur in *c. sq.* quod ad *doctores decretorum Bonon.* directum fuit, inter quos magna erat contentio circa intellectum huius cap. *quoniam*, occasione *epistolæ Innocentianæ* orta, vt ipsemet indicat, quam *authentica interpretatione* pontifex sedauit.

a *Ioann.* 11. b *Al.* quælibetcunque pœnitentiæ signa præcesserint. c *Vide Burch. l. 9. decr. c.* 8. d Wratislauien. *al.* Wratislauien. e *C.* 3. *eod. tit. in* 3. *compil.*

f *Dictio*, per, *deest in antiquior. exemplarib.* g *Vide B. Thom. in quæstionib. additis ad* 3. *p. qu.* 23. *art.* 2. h *Cap.* 9. *eod. tit. in* 3. *compil. Pars supr. de pænit. c. quod in dubiis.*

vincu-

vinculo excommunicationis sententialiter innodatus 21). Tunc enim et ipsi sententiam excommunicationis incurrunt.

21) *Qui - - sunt - - innodati*, cit. c.

CAP. XXXI.

Excommunicato communicare tenentur, qui prius erant ei obligati ad obsequium familiare; alii vero non tenentur de necessitate: licet interdum possint de necessitate vrgente.

IDEM *doctoribus decretorum* 22) *Bonon.* 23) *(ann. 1200.)*

Inter alia *a*, quæ [*ven. f. n.*] Strigon. 24) archiepiscopus [*dudum apostolatui nostro*] proponi fecit, [*humiliter consulendo, etiam, si bene meminimus, requisiuit, vtrum excommunicato communicare quis, et qui etiam teneantur: cui*] nos 25) [*super illo*] recolimus [*articulo*] respondisse, quod nullus [*omnino*] nominatim excommunicato scienter communicare tenetur, nisi quædam personæ, quæ per illud Greg. papæ c. 26) *Quoniam multos:* specialiter excusantur. Verum ex hac [*nostra*] responsione [*magna quidem, sicut accepimus,*] orta est occasio disputandi, aliis concedentibus, quod excommunicato communicare tenentur personæ in prædicto c. 27) nominatæ, præsertim quæ prius ad communionem eorum ex debito tenebantur, aliis asserentibus, eos [*excommunicatis*] communicare licite posse, si velint, non tamen ad hoc ex necessitate teneri. Vt igitur, vnde ius prodiit, interpretatio quoque procedat, ambiguitatem huiusmodi taliter duximus absoluendam 28), quod, cum quædam personæ, in præmisso capitulo [*prius*] denotatæ, illis 29), in quos lata fuerit 30) excommunicationis sententia, [*subsequenter*] ante prolationem ipsius obsequio tenerentur familiariter adhærere, neque postmodum ad contrarium 31) teneantur, cum adhuc [*ipsum*] debitum duret, beneficio canonis ad agente, a priore non sunt obnoxietate solutæ, sed ad familiare tenentur obsequium, et ita per consequens ad communionem [*quoque*] tenentur 32), sine qua illud nequeunt exhibere. Illud autem non ad omnes personas capituli credimus referendum, vt videlicet obnoxietati huiusmodi sint subiectæ, cum viatores, peregrini et mercatores a communione talium personarum, nisi articulus necessitatis immineat, debeant abstinere, vt in fine 33) colligitur manifeste, sed ad illas duntaxat, quæ talibus arctiori tenentur obnoxietate constrictæ: quibus tamen in his, pro quibus sunt excommunicatione notatæ, vt in criminibus, communicare non debent, sed ab eis penitus abstinere. [*Vnde prudenter in præmissa consultatione respondemus, non omnes personas, sed quasdam, quæ per illud Gregorii capitulum specialiter excusantur, ad communionem huiusmodi præmisso modo teneri. Vtrum autem et illæ personæ propter atrocitatem facinoris fenerius puniendi, a communione talium per excommunicationis sententiam debeant aliquando prohiberi: quia quæsitum non exstitit, responsum non fuit.*]

22) *Decretorum*, in C. R. 2. et H. deest.
23) *Bononia*, C. L. et c. 4. comp. cit. 3.
24) *Mendrosensis*, habet c. 4. comp. 3. *h. t.* vtrumque mendose. Prouocat enim ad *decretalem præcedentem*, ad *Nidrosensem archiepiscopum* datam, adeoque recte apud *RAINERIVM in collect. decret. Innocent. III. tit.* 31. legitur: *Nidrosensis archiepiscopus*, qui integram decretalem, forte post biennium scriptam, recitat.
25) *Nos*, abest a cit. c.
26) *Papa capitulum*, C. R. 2. H. ed. gloss. et cit. c.
27) *Prædicto capitulo*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
28) *Amouemus*, C. H.
29) *Denotatæ, vel in quas*, cit. c.
30) *Fuerat*, C. R. 2. H. ed. ant. et gloss.
31) *Ad necessaria tenentur*, cit. c.
32) *Teneatur*, deest in C. H.
33) *In fine capituli*, C. R. 1.

CAP. XXXII.

Si excommunicatus pro manuum iniectione, scienter recipit ordines; si est clericus secularis, deponendus est: si regularis, ob exsequutione ordinis est suspensus. Qui, ignorans ius vel factum, sic excommunicatus, recipit ordines, si est clericus secularis, dispensat cum eo solus papa: si regularis, dispensat abbas, si ignorantia est probabilis, et factum non est graue.

IDEM 34) *(ann. 1200.)*

Cum illorum *b* absolutio, qui pro violenta manuum iniectione in clericos, labem excommunicationis incurrunt, [*præterquam*] quibusdam casibus, a prædecessore nostro exceptis, sedi duntaxat apost. reseruetur; nonnulli 35), ecclesiasticam sententiam negligentes, in excommunicatione positi, ecclesiasticos ordines accipere non formidant. Quid autem de his fieri debeat, apostolicum sæpius oraculum imploratur 36). Circa quos credimus, [*sicut reperitur in subditis,*] distinguendum, quod tales vel sciunt, excommunicationis se vinculo irretitos, vel non recolunt factum, pro quo in latæ sententiæ canonem inciderunt, vel factum quidem scientes, iuris ignari, nesciunt exinde se teneri. Primos *c*, si fuerint seculares clerici 37) *d*, a susceptis 38) ordinibus censemus in perpetuum deponendos: in reliquis casibus tam archiepiscopi, quam episcopi absque mandato sedis apostol. speciali, dispensandi facultatem se nouerint non habere, quibus etiam est absolutio talium interdicta: cum maiora 39) *e* intelligantur illis prohibita, quibus vetita sunt minora. Poterunt tamen huiusmodi Romani pontificis auribus intimari, vt ab eo secundum rigorem 40) vel æquitatem responsum prodeat, prout discretio sua viderit faciendum. Qui si 41) claustrales huiusmodi fuerint; licet a [*bon. mem.*] papa, [*præd. n.*] Alexandro, fuerit constitutum 42), quod monachi et canonici regulares, quocunque modo se in claustro percusserint, non sunt ad apostol. sedem mittendi, sed secundum [*discretionem et*] prouidentiam sui abbatis disciplinæ 43) subdantur, et, si abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficit, prouidentia est diœces. episcopi adhibenda; et alibi dicatur 44), quod de seculo fugientes, qui religionis habitum in monasterio receperunt, et inter cætera postmodum confitentur, se tale commisisse delictum, per *f* quod 45) ipso actu excommunicationis sententiam incurrerunt, sine licentia Romani pontificis abbas non potest nec debet eos absoluere, quamuis præsumptionem delinquentium debita 46) possit animaduersione punire: nos tamen in 47) religionis fauorem, et vt euagandi materia subtrahatur, maiorem eis gratiam exhibere 48) volentes, eorum 49) prælatis 50), quod etiam talibus absolutionis beneficium impertiri valeant, indulgemus, nisi excessus ipsorum exstiterit [*adeo*] difficilis 51) et enormis, vtpote si ad mutilationem membri vel effusionem 52) sanguinis est processum, aut in episcopum, aut [*in*] abbatem violenta 53) manus iniecta 54), cum excessus tales et similes nequeant sine scandalo præteriri. Si vero claustralis aliquis in religiosam personam 55) alterius claustri manus iniecerit violentas: per abbatem proprium, et eius, qui passus est iniuriam, absoluatur. Quodsi clericum percusserit secularem: non nisi per apostolicam sedem, vt scandalum euitetur, absolutionis gratiam poterit promereri. Si autem [*et*] hos ad ordines promoueri contingat: iuxta præmissam distinctionem 56), qui scienter in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ se fecerint ordinari, ab exsequutione suscepti ordinis et officii decernimus 57) manere suspensos. Circa reliquos vero, facti memoriam vel iuris peritiam non habentes, monasteriorum vtilitate pensata, post iniunctam 58) regularem 59) pœnitentiam et peractam, abbates ipsorum poterunt dispensare: nisi graue fuerit et notabile 60) factum, aut is, qui fecit, adultus fuerit et discretus, vt violenter [*et valide*] contra obliuionem vel ignorantiam præsumatur. Præcipimus autem abbatibus, vt formam istam diligenter obseruent: ne priuilegium mereatur amittere, qui sibi permissa abutitur potestate.

34) Integram decretalem recitat *RAINERIVS* diaconus, in *collect. decretal. Innoc. III. tit.* 32. cum epigraphe aeque incerta: *eisdem:* nisi forsan subintelligere voluit, ad *eosdem* hanc scriptam fuisse decretalem, ad quem præcedens, h. e. ad *episcopum S. Andreæ in Scotia.*
35) C. R. 1 addit: *tamen.*
36) *Imploratis*, ibid.

37) *Clerici*, a C. R. L. H. ed. ant. et c. 5. comp. cit. 3. abest.
38) *Subreptis*, cit. c.
39) *Et maiora*, C. R. 1. H. ed. ant. et cit. c. *cum et maiora*, L.
40) *Rigorem iuris*, C. R. 1.
41) *Quodsi*, C. R. L. et H.
42) Prouocat hic pontifex ad decretalem *ALEXANDRI III.* in c. 2. *X. h. t.* relatam. Conf. c. 9. *X. de vita et honest. cleric.*
43) *Et discretionem disciplinæ*, C. H.
44) *Dicat*, cit. c.
45) *Propter quod*, C. R. et L.
46) *Condigna*, C. R. 2.
47) *Ob*, C. L.
48) *Adhibere*, C. H.
49) *Atque eorum*, C. R. 2.
50) *Abbatibus*, cit. c.
51) *Adeo difficilis*, ed. ant. sed partic. *adeo*, non est in decret. *RAINERII cit. l.*
52) *Effusionis*, C. R. 2.
53) *Violenter*, cit. c.
54) *Sit manus iniecta*, C. R. 1. et L.
55) *In religiosum alterius*, cit. c.
56) *Formam*, C. R. 1.
57) *Decreuimus*, C. R. L. et ed. ant.
58) *Iniunctam sibi*, C. H.
59) *Regularem*, abest a cit. c.
60) *Enorme*, C. H.

CAP. XXXIII.

Monialis, percutiens monialem seu conuersum, vel clericum secularem, incidit in excommunicationem, et ab episcopo loci absolui potest.

IDEM *Pistoriensi* 61) *episcopo. (ann. 1202.)*

De monialibus *g* tua a nobis fraternitas requisiuit, per quem eis sit beneficium absolutionis impendendum, si vel in se inuicem 62), vel conuersos 63), vel conuersas suas, aut clericos etiam, [*in suis monasteriis seruientes,*] manus iniecerint temere violentas. Super hoc 64) igitur tuæ consult. taliter respondemus, vt 65) [*auctoritate nostra*] per episcopum, in cuius diœcesi monasteria fuerint, absoluantur.

61) Hanc inscriptionem etiam habet *lib. V. epist.* 1. qui episcopatus Pistoriensis est in Etruria.
62) *Siue in se inuicem*, C. R. 1. *si vel in suis monasteriis seruientes se inuicem*, L.
63) *Vel in conuersos*, C. R.
64) *Super quo*, C. R. 1.
65) *Quod*, C. R. 2.

a Cap. 4. eod. tit. in 3. comp. Vide Hostiensem in summa de sent. excomm. §. et qua sit pæn. b Cap. 5. eod. tit. in 3. comp. c In recentioribus, primos, sed in antiquioribus, primus.

d Dicto, clerici, deest in vetustis cod. e Al. cum et maiora. f Propter. g Cap. 6. eod. tit. in 3. comp.

CAP. XXXIV.

Contractus etiam, qui sine communione explicari non potest, non dissoluitur, seu impeditur per excommunicationem, superuenientem in eum, qui tenetur aliquid præstare non excommunicato.

IDEM *vniuersis, cruce signatis* 66). *(ann. 1203.)*

Si a vere 67) [*vos pœnitet de commisso, et plene proponitis satisfacere de peccato: Deum vobis credimus, imo nouimus, iam placatum. Si ergo Veneti, ad satisfactionem inducti, absolutionis beneficium meruerunt obtinere: secure cum eis nauigare poteritis, et prælium Domini præliari.*] Quodsi Veneti 68) forte nec satisfacere voluerint, nec absolui; [*vtpote qui non dolere, sed gaudere dicuntur de commisso:*] vobis permittimus, vt cum ipsis vsque in terram Sarracenorum vel [*Israelitarum*] prouinciam 69), iuxta quod inter vos conuenit et ipsos, vel honeste conuenerit, nauigio transeatis, quanto minus poteritis, cum dolore tamen 70) et amaritudine cordis, et sub spe veniæ communicantes eisdem. Cum enim iam 71) a vobis maiorem nauli *b* receperint 72) quantitatem, nec ad eam possint restituendam induci, aut etiam coarctari; si aliter fieret, videremini vos damnum ex pœnitentia [*incurrisse*,] ipsi vero præmium ex contumacia reportare *c*: cum ad hoc debitum exsoluendum ipsi vobis maneant obligati, et ab excommunicatis exigi possit et recipi, quod debetur. Est autem cautum in iure, quod, si quisquam per terram hæreticorum aut quorumlibet excommunicatorum transierit, necessaria emere ac recipere poterit 73) ab eisdem. Præterea, si paterfamilias domus excommunicationis sententia fuerit innodatus, a participatione illius familia excusatur. Licet ergo dux Venetorum, dominus nauium, tanquam paterfamilias domus, in excommunicatione persistat; vos tamen, tanquam ipsius familiam, dum in nauibus eius fueritis, ipsius excommunicatio non continget 74): et excusabiles eritis apud Deum, si in excommunicatorum nauibus existentes, cum dolore cordis sub spe pœnitentiæ communicaueritis ipsis, in quibus eorum communicationem 75) non potueritis 76) *d* euitare.

66) *Francis*, ad quorum consultationem hanc decretalem scripsit pontifex, vt refertur in *gestis* INNOCENTII III. §. 87. eius epistolis a BALVZIO præmissis, vbi etiam hæc decretalis refertur. Historia facinoris, potissimum a Venetis in Iadera expugnanda commissi, cuius hic fit mentio, plenius in *gest. laud.* §. 85. *seqq.* refertur, ad cuius illustrationem etiam pertinet *epist.* 161. *libr.* V. pariter *exercitui cruce signatorum* anno MCCII. scripta: vnde coniicere licet, ad *annum sequ.* hanc pertinere decretalem.
67) *Si vere vos pœnitentia*, C. R. 1.
68) In c. 7. comp. cit. *h. t.* non legitur: *Veneti*.
69) *Hierosolymitanam prouinciam*, C. R. 2.
70) *Tamen*, abest a C. H.
71) *Iam*, desideratur ibidem.
72) *Perceperint*, C. R. 1.
73) *Possit*, C. R. 2.
74) *Continget*, C. R. 2. L. et cit. c.
75) *Communionem*, C. R. L. ed. ant. et gloss.
76) *Poteratis*, C. R. ed. ant. et Cont.

CAP. XXXV.

Prælatus potest, et debet clericum, subiectum incorrigibilem, incarcerare, et laici citra metum excommunicationis de prælatorum licentia capere possunt clericos, et ad iudicium ducere.

IDEM *Londonen.* 77) *episcopo.* *(ann. 1206.)*

Vt e famæ tuæ [*consulas et saluti, et sic malorum audaciam comprimas, vt ab eis bonorum innocentiam tuearis; super his nos humiliter consulis, quæ officium pastorale contingunt: vt de nostra responsione securus iniunctæ tibi sollicitudinis debitum laudabilius exsequaris.*] Sane, consuluisti 78) nos, vtrum clerici, grauiter excedentes, qui tute non possunt monasteriis ad agendum 79) pœnitentiam deputari, quoniam, cum non pœniteant de commissis, opportunitate fugiendi captata, carcerem fugerent claustri, et prioribus se sceleribus scelestius 80) immiscerent, a te vel aliis prælatis suis arctæ possint 81) custodiæ mancipari; [*et vtrum laici, si clericos in magnis sceleribus deprehendant, in canonem incidant latæ sententiæ: cum nec comprehendere, nec ad iudices trahere ipsos possint, nisi in eos manus iniecerint violentas. Ad primum igitur*] respondemus, quod, cum prælati excessus corrigere debeant subditorum, et publicæ vtilitatis intersit, ne crimina remaneant impunita, et per 82) impunitatis audaciam fiant 83), qui nequam fuerant, nequiores; non solum possunt, sed debent etiam [*superiores*] clericos, postquam fuerint de crimine canonice condemnati, sub arcta custodia detinere: qui, cum sint incorrigibiles nec in monasteriis valeant custodiri, ad similia vel peiora facile 84) laberentur. Laici vero citra excommunicationis sententiam capere clericos, et ad iudicium trahere possunt *f*, si oporteat, etiam violenter; dum tamen id de mandato faciant prælatorum, quorum illi sunt iurisdictioni subiecti, et quorum est corrigere criminosos; cum hoc non ipsi, sed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur: dum tamen non amplius eorum violentia se extendat, quam defensio vel rebellio exigit clericorum.

77) *Treuerensis*, C. R. 1. *Laudunensis*, C. R. et *Londen.* c. 8. comp. 3. h. t. Legendum vero: *Londensis*, ex sententia GONSALEZII, quamuis tunc addendum: *archiepiscopo*.
78) *Tua duxit fr. consulendos*, cit. c.
79) *Agendam*, C. R. 2. H. ed. ant. et cit. c.
80) *Celerius*, cit. c.
81) *Possunt*, C. R.
82) *Et ne per*, C. L.
83) *Fuerant*, cit. c.
84) *De facili*, ibid.

CAP. XXXVI.

Excommunicatus est, qui in clericum, etiam volentem, manus iniecerit violentas: etiamsi hoc faciat in satisfactionem præcedentis iniuriæ. H. d. et est casus notabilis.

IDEM *Braccaren. archiepiscopo.* *(ann. 1206.)*

Contingit *g* interdum [*in partibus tuis, et de consuetudine regionis habetur, sicut tua nobis fr. insinuauit,*] quod clerici, si quem offendant 85), et satisfacere velint offenso, secundum morem patriæ, quem inter se laici [*iam*] obseruant, corpora sua sponte supponunt XXX. [*vel XL.*] seu pluribus aut paucioribus percussionibus fustium: [*quas frequenter non coacti suscipiunt, sed volentes, non solum de aliorum clericorum manibus, sed etiam laicorum. Vnde nos humiliter consulebas, vtrum huiusmodi percussores in canonem incidant sententiæ promulgatæ.*] Nos autem 86) fratern. tuæ super hoc respondemus, quod huiusmodi manus iniectio, etsi non 87) violenta, tamen iniuriosa videtur; cum ille canon non tam in fauorem clerici ordinati, quam in fauorem ordinis clericalis fuerit promulgatus 88): ideo et volumus, et mandamus, vt id de cætero prohibeas attentari [*per prouinciam Braccarensem.*]. Si quis autem clericus post prohibitionem huiusmodi sponte se subiecerit 89): excommunicetur, prouiso 90), vt clericus iniuriam passo sine iniuris clericali satisfaciat competenter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.

85) *Offendunt*, C. H.
86) *Igitur*, C. R. 2.
87) *Non sit*, C. H.
88) *Introductus*, C. R. 2.
89) *Sponte subierit*, c. 10. comp. cit. 3.
90) *Vtroque prouiso*, C. L. *vtrique prouiso*, H. *vtrque prouiso*, cit. c.

CAP. XXXVII.

Seruus excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, tenetur pro absolutione ire ad sed. apost. Sed, si ex hoc dominus, qui non fuit in culpa, graue damnum patiatur, vel seruus hoc faciat in eius fraudem, absolui potest ab episcopo, si læsio non fuit enormis.

IDEM *Lugdunen.* 91) *archiepiscopo.* *(ann. 1205.)*

Relatum *h* est nobis, quod, cum aliqui serui [*tuæ prouinciæ*] propter iniectionem manuum in clericum violentam, in canonem incidunt sententiæ promulgatæ, allegantibus dominis eorundem, quod carere mancipiis suis nolunt, venire ad sed. apostol. absoluendi non curant, per occasionem huiusmodi eludentes ecclesiasticam disciplinam. Quocirca [*discr. v. per ap. s.*] mandamus, quatenus eos venire compellas ad sedem apostolicam absoluendos; cum plus sit Deo, quam homini deferendum: nisi fecerint hoc in fraudem, vt subtrahant se obsequio 92) dominorum, aut ipsi domini propter hoc sine culpa sua graue damnum incurrant. Tunc enim 93) *i* in vtrolibet 94) casu poteris eos ex indulgentia nostræ prouisionis 95) absoluere; cum nimis sint ab apostolica sede remoti; sed in recompensationem laboris, quem in itinere sustinerent, alia eis satisfactio iniungatur: dummodo non sit tam grauis et enormis excessus, vt propter vitandum scandalum et tollendum exemplum, huiusmodi serui ad seruum seruorum Dei 96) venire debeant absoluendi.

91) *Ludon.* C. L. *Laudunen.* c. 12. comp. cit. 3.
92) *Ab obsequio*, C. R. 1. H. L. et cit. c.
93) *Enim*, abest a C. R. et L.
94) *Vtroque*, C. L.
95) *Aut ipsi propter hoc sine culpa sua incurrerent graue damnum, et in vtroque casu poteris eos ex indulgentia nostra permissione absoluere*, cit. c.
96) *Dei*, desideratur ibid.

CAP. XXXVIII.

Excommunicatus propter participationem cum excommunicato, licet eum postea impugnet, ex hoc solo pro absoluto non est habendus.

IDEM *Nidrosiens. archiepiscopo.* *(ann. 1201. Roma in Norwegiam.)*

Sacris est *k* canonibus institutum: [*et infra* 97).] Licet [*autem*] is, qui voluntarius excommunicatis illis communicauerat 98), qui cum omnibus 99) fautoribus et participibus suis excommunicationis sententia

97) Quæ hic desunt, supplenda ex *c.* 12. *X. de sepult.* vnde liquet, inscriptionem, hic electam veram, communem vero, quam adhuc *Pithoei* sequuntur, *Strigoniensi*, legentes, aperte falsam esse: quod etiam firmat *c.* 5. *X. de his, quæ vi metusque caus. fiunt.* Quæ tria capitula ex vna eademque decretali desumta videntur, sub vno eodemque anno referenda: quamuis errore typographico in *c.* 12. et 5. *cit.* diuersus supra impressus sit.
98) *Communicauerit*, C. R. 2.
99) *Omnibus suis*, C. H.

a *C.* 7. *eod. tit. in* 3. *comp.* b *Naulum est pretium, quod soluitur nautis pro vectura.* c *Vid. l. Iauolen. C. de pœn. l. si quis* 5. *legit. C. de suis et leg.* d *Poteritis.* e *Cap.* 8. *eod. tit. in* 3. *compilat. Vide Bernard. Diaz. in pract. crim. can. cap.* 119. *et c.* 131

f *Quid de capiente clericum, suum debitorem, suspectum de fuga, vide Bart. in l. si quis in seruit. ff. de furt.* g *Cap.* 10. *eod. tit. in* 3. *compil.* h *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3 *compil.* i *Dictio, enim, non est in quibusdam codicibus.* k *Cap.* 12. *eod. tit. in* 3. *compil.*

sunt

funt adstricti, ad cor [*postmodum*] rediens, de mandato ecclesiæ excommunicatos, quos prius 100) fouerat a, expugnauerit 1); non tamen priusquam absolutionis gratiam perceperit, habendus est absolutus; nec, si occumbat in huiusmodi 2) bello, sunt absolutiones vel oblationes 3) recipiendæ pro eo, vel orationes Domino 4) porrigendæ: nisi cum de ipsius viuentis pœnitentia per euidentia signa constiterit, et iuxta cuiusdam 5) constitutionis nostræ tenorem 6), defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur.

100) *Prius*, abest e C. R. L. H. ed. ant. et cit. c. 12.
1) *Expugnauit*, C. R. 2. *expugnaret*, cit. c.
2) *Huiusmodi*, desideratur in cit. c.
3) In C. R. L. H. et cit. c. omittuntur verba: *absolutiones vel*: sed in ed. ant. desiderantur voces: *vel oblationes*.
4) *Pro eo*, C. R. 2.
5) *Cuiusdam*, abest a C. H.
6) Intelligit decretalem, *libr. II. epist.* 61. allatam, et in c. 28. *X. h. t.* inde repetitam.

CAP. XXXIX.

Semel excommunicatus debet vitari semper vt excommunicatus: nisi legitime probet, se fuisse absolutum.

IDEM *Assuntinen.* 7) *episcopo* b. (*ann.* 1214.)

Sicut e nobis [*tuis litteris intimasti, cum aliquos tuæ diœcesis clericos vel laicos, culpis suis exigentibus, excommunicationi supponis, ipsi, postmodum ad te, nulla satisfactione præmissa, sine testimonialibus litteris redeuntes, dicunt, se absolutionis beneficium accepisse; quibus si credi debeat in hac parte, per nos instrui, suppliciter postulasti: cum propter caussam huiusmodi, sicut dicis, tuæ sententiæ a subditis contemnantur. Nolentes itaque malitiis hominum indulgere,*] fratern. tuæ r. respondemus, quod, nisi excommunicati a te super absolutione sua litteras nostras, vel illius, cui vices nostras in hac parte commisimus, reportauerint 8), aut alio modo legitime de illorum absolutione tibi constiterit, tu 9), [*de eorum absolutione fide non habita*,] ipsos pro excommunicatis, vt prius, habeas et facias euitari.

7) Rectius: *Assisinati episcopo*, prout legitur in *libr. II. ep.* 166. *Assisinas* enim est vrbs in Vmbria Italiæ. in cuius lectione omnes fere codices et editiones variant.
8) *Reportauerunt*, C. R. 2.
9) *Tu*, desideratur ibid.

CAP. XL.

Si excommunicatus ab episcopo ad metropolitanum appellat; ab eo absolui potest: metropolitanus tamen, volens suo suffraganeo deferre, potest illum sibi remittere, quando propter manifestum excessum fuit excommunicatus. Et ante absolutionem non auditur volens probare, se iniuste excommunicatum. secus si probare vult, sententiam esse nullam.

IDEM *Senonen. archiepiscopo.* (*ann.* 1206)

Per tuas d litteras [*nobis intimasti, quod, cum ven. f. n. Altissiodoren. episcopus in dil. fil. Altissiodoren. archipresbyterum excommunicationis sententiam promulgasset, archipresbyter tuo se conspectui præsentauit, et quod staret mandato ecclesiæ, sufficientem obtulit cautionem, petens humiliter, vt absolutionis ei beneficium exhiberes: tu vero, deferre volens episcopo memorato, ipsum sæpe monuisti, vt absolueret archipresbyterum memoratum. Sed quia tuis monitis non parebat; excommunicatum absoluere curasti, quem episcopus pro absoluto non habet: vtpote qui proponit, quod ad te illius absolutio non spectabat. Vnde quæris, quid in similibus de cætero sit agendum*] Videtur enim 10) aliquibus, quod, cum ad metropolitanum per appellationem quæstio non defertur, excommunicatus autem vocem non habeat appellandi, vtpote ab ecclesia separatus, siue appellauerit, siue non, metropolitanus ei non debet absolutionis beneficium exhibere. Verum ex verbis cuiusdem epistolæ 11), quam [*dicunt*] scholastici 11*) [*decretalem, et*] a [*bonæ mem.*] Alexandro, papa, [*præd. n.*] emanasse proponunt, habetur, quod, si ante appellationem in aliquem excommunicationis sententia fuerit promulgata, metropolitanus ante litis ingressum, ab eo iuramento recepto, secundum ecclesiæ consuetudinem, debet ipsum absoluere: nisi voluerit episcopo diœcesano deferre, ipsumque ad eum remittere absoluendum. Vbi etiam consequenter infertur, quod nec excommunicati sunt audiendi, priusquam fuerint absoluti, nec sunt ad illos, e quibus appellauerant, remittendi. In Sardicen. 12) autem concilio reperitur, vt is, qui ab episcopo est abiectus 13), finitimos episcopos interpellet, et caussa 14) eius audiatur, et diligentius pertractetur; episcopus autem, qui iuste vel iniuste abiecit eundem, patienter accipiat, vt discutiatur negotium, quatenus vel probetur 15) eius a pluribus sententia, vel etiam emendetur: prius tamen, quam omnia diligenter examinata fuerint, nullus ante caussæ cognitionem communioni eum sociare præsumat, qui fuerat communione priuatus. Nos igitur credimus, distinguendum, vtrum quis 16) proponat, se post appellationem, legitimam 17) interpositam, excommunicatione fuisse notatum; vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuisse patenter expressum; in quibus casibus ad probationem eorum, etiamsi absolutionem non petat, debet admitti; sed donec de ipsis 18) constiterit, in aliis euitari debet 19) e: quanquam apostol. sedes etiam tales f consueuerit absoluere ad cautelam. Verum 20) in aliis, nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri, ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur, et per hoc amplius ex suo 21) contemptu ligetur. Quodsi absolutionis beneficium humiliter postulauerit; metropolitanus eum debet absoluere; nisi suo duxerit suffraganeo deferendum: cui tamen si suffraganeus absolutionis beneficium iuxta formam ecclesiæ noluerit exhibere, ipse nihilominus illum absoluat, cautione recepta, quod suo debeat parere mandato, ac deinde 22) caussam audiat, et quod canonicum fuerit, iustitia mediante, decernat. Quodsi forsan episcopus subditum suum, propter manifestum excommunicasset 23) excessum; metropolitanus non debet ipsum absoluere: nisi suffraganeus requisitus malitiose sibi absolutionis beneficium denegaret.

10) *Enim*, desideratur in C. R. L. ed. ant. et gloss.
11) Intelligit *c.* 2. *comp.* 1. *de offic. iudic. ordin.* quod infra in *collect. decretal. Alexandri III. tit. XLI. c.* 2. *p.* 263. quoque relatum, a RAYMVNDO vero omissum est.
11*) H. e. qui in scholis iura canonica interpretantur, maxime vero *decretales*, qua appellatione designabant epistolas pontificum. Omisit vero RAYMVNDVS quædam verba INNOCENTII III. qui, cuiusdam epistolæ ALEXANDRI III. mentionem faciens, hæc addit: *quam scholastici dicunt DECRETALEM*: quod forsan dubitauerit, verum hæc appellatio *scholasticis* vnice debeatur, an propria sit, quæ ab antiquia retro seculis in pontificum scriptis iam cognita fuit. Etenim GELASIVS in *c.* 1. *dist. XV.* §. 16. inter genuina ecclesiæ scripta recenset *decretales epistolas, quas beatissimi papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum patrum consultatione dederunt.* NICOLAVS I. in *c.* 1. *dist. XIX. decretalia priscorum pontificum* vocat epistolas, a PSEVDO-ISIDORO orbi Christiano obtrusas, et in §. 1. *ibid. decretales epistolas priscorum pontificum*, item: *decretalia constituta sedis apostolicæ.* Mox addit: *ait enim, decreto suorum decretalium LEO*: adducitque et explicat verba eiusdem: *omnia constituta decretalia.* LEO IV. in *c.* 1. *dist. XX.* easdem vocat *decretalium regulas.* Plura alia sunt obique obuia: vt hanc appellationem non vnice scholasticis tribuere debuerit pontifex. Atque ob hanc caussam forsan RAYMVNDVS adducta verba omisit.

12) Intelligit *c.* 17. huius concilii, relatum in *c.* 4. *C. XI. qu.* 3. vbi prisca disciplinæ iuris ecclesiastici refertur, secundum quam metropolitanus in *concilio prouinciali* hanc caussam appellationis dirimebat, non autem, eo excluso, ad suum iudicium vocabat. Atque recte censet GONZAL. *ad h. c. n.* 3. ab INNOCENTIO III. ius nouum in *hoc c.* esse constitutum, ad formam processus accentioris magis accommodatum.
13) *Eiectus*, C. R. 2.
14) *Vt caussa*, ibid.
15) *Approbetur*, C. H.
16) *Quis*, abest a *c.* 14. comp. cit. 3.
17) *Legitime*, ed. ant. et cit. c.
18) *De his*, C. R. 1. *de istis*, H.
19) *Debet*, abest a C. R. L. et c. cit.
20) *Verumtamen*, C. H.
21) *Et propter hoc amplius in suo*, cit. c.
22) *Demum*, C. R. 2.
23) *Excommunicet*, ibid.

CAP. XLI.

Si papa suis litteris excommunicatum salutat: non propter hoc eum absoluit.

IDEM [*vniuersis Christi fidelibus, per Lombardiam constitutis.*]
(*ann.* 1205.)

Si aliquando g forte contigerit 24), quod eis 25), qui auctoritate apostolica sunt excommunicationi subiecti, nostræ litteræ cum salutationis alloquio destinentur 26); non propter hoc excommunicationis credatur sententia relaxata: cum per ignorantiam vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam [*per*] subreptionem contingit huiusmodi litteras impetrari, [*sicut in Placentin. nuper dicitur contigisse. Qui cum sint propter iniquitatem, quam in Deum et eius ecclesiam commiserunt, excommunicationis vinculo innodati, quasi absolutos per huiusmodi litteras, quas eis pro Templariis misisse dicimur, gloriantur; quamuis non simus memores talium litterarum: cum, etsi eis, iam excommunicatis, exhibitæ fuerint, forsan tamen prius fuerant impetratæ. Quocirca vniuersitati v. per a. s. m. quatenus eos, sicut excommunicatos, arctius euitetis, donec a suo resipiscant errore. In similibus, si quando forte contigerit, simile iudicium obseruate.*]

24) *Contingit*, C. R. 1. L. et ed. ant. *contingat*, C. R. 2. H. et c. 2. comp. 3. de rescript.
25) *Quod ab eis*, cit. c.
26) *Obueniantur*, ibid.

CAP. XLII.

Excommunicatus a pluribus prælatis ob plures excessus, non est communioni restituendus; licet de vna caussa velit satisfacere: et, si impetratur absolutio, tacitis aliis caussis, non valet absolutio.

IDEM *Cynthio, sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, apostolicæ sedis legato.* (*ann.* 1208.)

Officii h: [*et infra* 27).] Postremo quæsiuisti, vtrum is, qui propter plures excessus a pluribus prælatis, ius in ipsum habentibus, excommu-

27) Quæ hic desunt, referuntur in *epist.* 262. *libr. XI.* quæ plures quæstiones decisas continet, hinc inde a RAYMVNDO relatas, vt in *c.* 14. 15. *X. de testam.* et *c.* 9. *X. de pænit. et remiss.*

a Expugnauerit. b *Al. ita*: Assisinati episc. c *C.* 13. *eod. tit. in* 3. *compil.* d *C.* 14. *eod. tit. in* 3. *compil.* e *Al. deest* verbum, debet. f *Al.* talem. g *C.* 2. *tit. de rescript. in* 3. *comp. Vide Clement. si summus, de sent. excomm.* h *C.* 15. *eod. tit. in* 3. *comp. Pars huius in c. officii. supra de pænit. et remission.*

communicationis est vinculo innodatus, et vni prælatorum de vno tantum satisfacere vult excessu, ab eo sit absoluendus, de quo satisfacere vult eidem: et, cum de alio non satisfecerit, alii 28) absolutus valeat nuntiari. [*Quia vero super hoc inter scholasticos diuersæ fuit sententiæ diuersorum: nos ad præsens, nulli præiudicare volentes, id solummodo tibi*] super hoc articulo respondemus, quod supprimenti veritatem absolutio subrepta non prodest, et veritatem intelligens, absolutionem huiusmodi exhibere non debet.

28) *Alii*, non est in C. R. 2.

CAP. XLIII.

Excommunicatis et interdictis prædicari potest licite verbum Dei. Hoc primo. *Et tempore generalis interdicti concedi potest baptismus et chrismatio in fronte, et pœnitentia morientium.* H. d. secundo.

IDEM *Ferrarien. episcopo* 29). *(ann. 1208.)*

Responso a nostro postulas edoceri, an, cum Ferrarien. ciues excommunicationis et interdicti sententiis sint ligati, liceat tibi viros et mulieres semel in hebdomada, vel in mense apud aliquam ecclesiam conuocare, quibus prædices verbum Dei, et eosdem ad correctionem inducas. Super quo 30) [*f. t. t.*] respondemus, quod sine scrupulo conscientiæ hoc facere poteris, cum videris expedire: dummodo contra formam interdicti nullum eis diuinum officium celebretur. Præterea quæsiuisti, cum Ferrarien. ciuitas sit interdicto [*et excommunicationi*] supposita 31), et ideo sint ibidem, præter baptisma paruulorum et pœnitentias morientium, vniuersa sacramenta ecclesiastica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quo [*tibi t.*] respondemus, quod, sicut baptizari possunt pueri, sic et baptizati ad confirmationem in frontibus a te possunt sacro chrismate deliniri 32).

29) Desumtum hoc cap. ex *libr. XI. ep.* 267.
30) *Super quo*, non habet C. H.
31) *Interdictum* et *excommunicatio* hic coniunguntur; quia illud ex hac ortum traxit: vt tamen stricte hæc de singulis, illa magis de vniuersitate vel loco prædicetur.
32) Olim baptismati confirmatio fuit iuncta, et eius velut appendix: adeoque pontifex hæc duo hic iungit.

CAP. XLIV.

Si coniux scit pro certo impedimentum matrimonii; non debet reddere debitum, sed potius excommunicationem pati; si autem hoc credat ex caussa probabili et discreta; potest reddere debitum, non autem exigere: sed, si ex leui et temeraria caussa, deposita conscientia, potest reddere et exigere.

IDEM 33). *(ann. 1208.)*

Inquisitioni tuæ respondentes 34) *b*, credimus distinguendum, vtrum 35) alter coniugum pro certo sciat impedimentum coniugii, propter quod sine mortali peccato non valet 36) carnale commercium exercere, quamuis illud apud ecclesiam probare non possit, an [*impedimentum huiusmodi*] non sciat pro certo, sed credat. In primo 37) casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo [*vero casu*] distinguimus, vtrum habeat conscientiam huiusmodi ex credulitate leui et temeraria, an probabili et discreta: et quidem 38), ad sui pastoris consilium, conscientia leuis et temerariæ credulitatis explosa, licite potest non solum reddere, sed exigere debitum coniugale. Verum cum conscientia pulsat animum, ex credulitate probabili et discreta, quamuis non euidenti et manifesta; debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne in alterutro, vel contra legem coniugii, vel contra iudicium conscientiæ committat offensam. [*Tu ergo iuxte responsionem præscriptum super illo procedas articulo, de quo nos consulere voluisti.*]

33) Refertur etiam hoc c. *libr. XI. ep.* 269. sed absque mentione eius, ad quem pontifex litteras dedit.
34) *Recusare respondes*, c. 17. comp. cit. 3.
35) *Verum, si alter*, ed. ant.
36) *Valeat*, C. R. L. et ad gloss. *valeant*, H.
37) *In quo vtique casu*, cit. c.
38) *Siquidem*, ibid.

CAP. XLV.

Per dimissionem habitus et tonsuræ, non perdit clericus ante trinam monitionem priuilegium clericale.

IDEM 39). *(ann. 1212.)*

Contingit interdum *c*: [*et infra.*] Sane, sicut accepimus, insinuante comite Flandren. in diœcesi tua quidam existunt, qui nec in modo tonsuræ, nec in vestimentorum forma, nec in qualitate negotiorum, de clerico 40) *d* quicquam ostendunt, ad pœnæ subterfugium se clericos

39) Supplenda inscriptio ex *libr. XV. epist.* 203. hoc modo: *Morinens. episcopo*, in Belgio.
40) *Se clericos*, C. R. 2.

exhibentes. Cum enim 41) *e* super excessibus, quos seculari luxu committunt, ad publica iudicia pertrahantur 42), circumcisis crinibus, vt possint circumuenire vindictam: se pro clericis repræsentant, clericalia fori priuilegium 43) labiis allegantes, qui factis paulo ante negauerant clericatum. [*Dumque repentina tonsura pœnas eludant, quas intonsi peruersis actibus meruerunt: per impunitatis fiduciam nutritur in eis audacia delinquendi, et, dum impune delinquunt, quibusdam efficiuntur in scandalum et aliis in exemplum.*] Verum, quia priuilegium meretur 44) amittere, qui permissa 45) sibi abutitur potestate, ac frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: volumus et mandamus, vt tales, si tertio a te commoniti se ipsos contempserint 46) emendare, illius efficiantur *f* immunitatis extorres 47) *g*, quæ pro clericorum tutela, et laicorum violentia coercenda dignoscitur instituta 48).

41) *Enim*, abest a C. R. L. et ed. ant.
42) *Pertrahuntur*, C. R. L. ed. ant. Cont. et Pith.
43) *Priuilegia*, C. R. 1.
44) *Meruit*, ed. Pith.
45) *Commissa*, C. R. 2.
46) *Contemnunt*, C. R. 1.
47) *Exsortes*, ed. ant. Cont. et Pith.
48) Hanc sententiam non tantum ad minores clericos, sed etiam ad ipsos pertinere episcopos, idoneo exemplo probat WILHELMUS NEUBRIGENSIS *libr. V. c.* 32. exemplo Philippi, episcopi Bellouacensis, a RICHARDI regis fratre capti, aiens: *Bellicosus pontifex seruabatur in vinculis, et tractabatur ab hostibus mitius forte, quam meruerat, sed plane durius, quam episcopum decebat. Interpellauit autem per suos Romanum pontificem, vt ecclesiastica instantia liberaretur de manibus detentoris. Idem vero summus pontifex, (COELESTINUS III.) prudenter considerans, quod non Anglorum non prædicantem, sed præliantem, ceperat, et rigidum magis hostem, quam pacificum præsulem, teneret in vinculis, vt vinctum relaxaret, illi molestus esse noluit, sed interpellantes sapienter et discrete respondit. improperans, quod secularem militiam ecclesiasticæ prætulisset, et pro baculo pastorali lanceam, pro mitra galeam, pro alba loricam et clypeum, pro stola sumsisset, et gladium ferreum pro gladio spiritus, quod est verbum Dei: negauitque, se pro eo imperaturum regem Anglorum, sed opportune supplicaturum pollicens. Promissi memor papa scripsit amicabiliter regi Richardo pro liberatione episcopi, quem in epistola sua carissimum vocauit fratrem et filium suum et ecclesiæ, vt sic pontinus flecteret regem ad parcendum*, vt ait MATTHAEUS PARIS. in *hist. Angl.* ad ann. MCXCVI. p. 151. additque: *præcepit igitur rex ob reuerentiam papæ, vt lorica episcopi exuta, ipsi papæ præsentaretur, et diceretur: vide, an tunica filii tui sit, annon. Cui papa: non filius meus est vel ecclesiæ, ad regis autem voluntatem redimatur: quia potius Martis, quam Christi, miles iudicatur.* Accommoda et egregia applicatio tristia audiuit, Iacobo mitti a liberis de morte IOSEPHI filii! Conf. c. 25. X. h. t.

CAP. XLVI.

Ab excommunicati denuntiatione repellitur, qui non præmonuit, et ei communicauit.

IDEM. *(ann. 1204.)*

In præsentia *h* dilecti filii: [*et infra.*] Nec canonici suo decano excommunicationem possunt 49) obiicere: cum super hoc nec commonitus, nec impetitus fuerit, neque ipsi propter hoc eum duxerint 50) euitandum, sed episcopus in mensa, et canonici communicauerint 51) ei etiam in diuinis.

49) *Ne canonici - - possint*, c. 2. comp. 4. h. t.
50) *Nec monitus nec requisitus, nec ipse, propter hoc eum duxerit*, ibid. sed incongrue.
51) *Communicauerunt*, C. H.

CAP. XLVII.

Excommunicatus est dolose permittens clericum percuti, ex quo poterat prohibere, et non prohibuit.

IDEM 52). *(ann. 1198.)*

Quantæ præsumptionis *i* et temeritatis 53) existat in rectores ecclesiæ 54) manus iniicere violentas, [*in euangelio Dominus protestatur, qui se in ministris suis asserit flagellari, et in apostolorum principe alibi perhibuit se iterum crucifigi. Hoc etiam qualitas pœnæ manifeste declarat, cum excommunicationis sententia in ipso actu feriat delinquentes, si non solum in fratres nostros et coepiscopos, sed etiam minoris ord. clericos violentiam præsumpserint operari.*] Ne autem solos violentiæ huiusmodi auctores aliquorum 55) præsumptio existimet puniendos, facientes et consentientes pari pœna plectendos 56), catholica 56*) condemnat auctoritas. Eos [*etiam*] delinquentibus fauere interpretamur 57), qui, cum possint, manifesto facinori 57*) desinunt obuiare.

52) Epigraphe integra habetur *libr. I. epist.* 24. huius tenoris: *Spirens. Argentin. et Wormaciens. episcopis.* Occurrit vero hic casus Salernitani archiepiscopi, ab HENRICO VI. captiui in Germaniam deducti: quod adeo indignum et ægre tulit INNOCENTIUS III. vt minaretur, se totam Alemanniam interdicto subiecturum esse, nisi protinus pristinæ libertati restitutus fuerit.
53) Dictio *et temeritatis*, a C. R. L. H. et ed. ant. absunt.
54) *Ecclesiarum*, c. 3. comp. cit. 4.
55) *Aliorum*, ed. ant.
56) *Puniendos*, C. R. 2.
56*) *Canonica*, C. H.
57) *Interpretans*, C. R. L. ed. ant. et cit. c.
57*) *Criminis*, cit. c.

a *C. 16. eod. tit. in 3. comp. Vide Ioann. Calder tract. de inter. memb. 6. qu. 4.* b *Cap. 17. eod. tit. in 3. comp. Vide Doct. Theolog. l. 4. sent. dist. 23.* c *Vide Clem. 1. et 2. de vita et honest. cler. et Bern. Diaz. in tract. crim. cap. 69. et 70.* d *Al.* de clericatu.

e *Dictio*, enim, *non est in plerisque antiqu. cod.* f *Al.* fiant. g *Al.* exsortes: *sed legendum:* extorres. h *C. 3. eod. tit. in 4. comp. Vide, quod notat Ioann. Calder tract. de interd. eccl. memb. 6. qu. 4.* i *C. 3. eod. tit. in 4. comp. Vide Nauarrum in manuali confess. c. 24. num. 20. et seqq.*

CAP.

CAP. XLVIII.

Prælatus excommunicare non debet subditum, nisi competente monitione præmissa, et ex caussa manifesta et rationabili: et contra facienti imponitur pœna, hic expressa. Item punitur subditus, qui false conqueritur, se excommunicatum iniuste: et subiicit, quid iuris, si prælatus dicens, se errasse, vult excommunicatum absoluere, et aduersarius appellat, ne absoluatur.

IDEM *in concilio generali*, c. 47. (*ann.* 1216. Conf. c. 5. comp. 4. h. t.)

Sacro approbante concilio a, prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione 58) præmissa, et personis præsentibus idoneis, per quas, si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat, quod, si contra præsumpserint, etiamsi iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum ecclesiæ per mensem vnum sibi nouerit interdictum, alia nihilominus pœna mulctandus, si visum fuerit expedire. Caueat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cuiusquam absque manifesta, et rationabili caussa 59) procedat. Ad quam si taliter forte processerit, et requisitus humiliter processum huiusmodi non curauerit absque grauamine reuocare; grauatus apud 60) superiorem [*iudicem*] deponat 61) de iniusta excommunicatione querelam; qui, si 62) absque periculo moræ potest, ad excommunicatorem illum cum suo mandato remittat, intra competentem terminum absoluendum: alioquin ipse per se, vel per alium, prout viderit expedire, sufficienti cautione recepta, munus ei absolutionis impendat. Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit; excommunicator condemnetur ad interesse excommunicato; alias nihilominus, si culpæ qualitas postulauerit, superioris arbitrio puniendus: cum non leuis sit culpa, tantam infligere pœnam insonti: nisi forsitan errauerit ex caussa probabili, maxime si laudabilis opinionis exsistat.

Verum, si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit a conquerente probatum 63); idem b et super iniusta excommunicationis 64) molestia, per pœnam ad interesse 65), vel alias 66) secundum superioris arbitrium condemnetur 67); nisi forsan et ipsum probabilis error excuset: et 68) super eo, pro quo fuerit iusta excommunicatione ligatus 69), per cautionem receptam satisfacere compellatur, vel in pristinam reducatur 70) sententiam, vsque ad satisfactionem condignam, inuiolabiliter obseruandam. Si vero iudex, suum recognoscens errorem, paratus sit talem reuocare sententiam, et is, pro quo lata fuerat 71), ne absque satisfactione reuocet illam, appellet; appellationi non deferat in hac parte; nisi talis sit error, de quo merito debeat 72) [*vel valeat*] dubitari: et tunc,c sufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad quem 73) appellatum exstiterit 74), vel delegato ab ipso iuri parebit, excommunicatum absoluat. Sicque pœnæ præscriptæ 75) minime subiacebit, cauens 76) omnino, ne voluntate peruersa in alterius præiudicium mentiatur errorem, si districtionis canonicæ vult effugere vltionem.

58) *Monitione*, C. R. 2. et H. *commonitione*, c. 5. comp. 4. h. t. sed legendum forte est: *commonitione*
59) Olim hac voce *crimina grauiora* referebant, hodie vero *contumaciam* primario, h. e. si quis imperio episcoporum et pontificis parere recusat. Sunt hodie, et ab antiquo fuerunt, infinitæ contentiones inter *imperium* et *sacerdotium*, [illegible] quibus facile hoc vincere potuit, per excommunicationis fulmina [illegible] episcoporum et pontificis iussui se submittere noluit: quamuis h[illegible] iudices in propria caussa fuerint. Eadem multo magis laicorum [illegible]orum conditio fuit, si se prætensionibus controuersæ opponunt, vt vel decimarum exactio et introductio docet. Vnde absolutionem petentes ante omnia iuramentum præstare coguntur, se præcepta ecclesiæ parituros: vt capitula huius tituli passim declarant.
60) *Ad*, C. R. 2.
61) *Iudicem deponat*, C. H.
62) *Quod, si*, cit. c.
63) *Prolatum*, C. L.
64) *Excommunicatoris*, C. R. 1. L. et H.
65) C. L. addit: *ponatur.*
66) *Vel aliam*, cit. c.
67) *Condemnetur*, abest a C. R. ed. ant. et cit. c. quasi superfluum.
68) *Et*, non legitur in cit. c.
69) *Notatus*, C. R. 1.
70) *Reducetur*, C. M.
71) *Fuerit*, C. R. 2. et L.
72) *Possit*, C. H.
73) *Apud quem*, C. R. 1.
74) *Exstitit*, C. R. 2. et cit. c.
75) *Subscriptæ*, cit. c.
76) *Caueant tamen omnino*, ibid.

CAP. XLIX.

Excommunicat hæreticos et quoscumque violatores ecclesiasticæ libertatis.

HONORIVS [*papa*] III. *episcopo Bononien.* (*ann.* 1224. Conf. c. 2. comp. 5. de constitut.)

Nouerit a fraternitas tua, [*quod nos in basilica principis apostolorum, præsente carissimo in Christo fil. n. Federico illustri Romanorum imperatore et semper Augusto, in celebratione missarum, postquam capiti eius imposuimus imperii diadema, de consensu frat. n. accensis candelis,*] excommunicamus 77), [*ex parte Dei omnipotentis, auctoritate quoque apostolorum Petri et Pauli et nostra*] omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, et fautores et 78) receptatores et defensores eorum, nec non et qui de cætero seruari fecerint statuta edita et consuetudines 79), [*vel potius abusiones,*] introductas contra ecclesiæ libertatem 80), nisi ea de capitularibus suis 81) intra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri. Item excommunicamus statutarios 82) et scriptores statutorum ipsorum, necnon potestates, consules, [*et*] rectores et consiliarios locorum, vbi de cætero huiusmodi statuta et consuetudines editæ fuerint vel seruatæ: nec non et illos, qui secundum ea [*capitularia*] præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.

77) *Excommunicauimus*, c. 2. comp. 5. de constit. per tot.
78) *Et*, non est in C. R. L. nec in cit. c.
79) *Vel consuetudines*, C. R. 2.
80) Maxime Bononiensis ecclesiæ, quæ vltra modum anno MCCXX. erecta erat a FRIDERICO II. in diplomate, ab VGHELLIO in *Ital. sacra tom. II. p. 19. sqq. nouiss. edit.* relato. Præterea vero idem imperator quæuis statuta contra *libertatem ecclesiæ*, iam in immensum extensam, in genere enouleauit in constitutione vel *aurea bulla*, de *libertate ecclesiarum*, iuri feudali Longobardico *in f.* adiecta: vnde plures *authenticæ* codici iussu imperatoris additæ, vt *auth. cassa. de sacros. eccles. eum. item nulla. et item quæcunque*, nec non: *statutmus, de episc. et cler.*
81) *Et nisi ea de capitularibus intra* etc. cit. c.
82) *Omnes statutarios*, C. H.

CAP. L.

Fratres hospitalis Hierosolymitani, excommunicati pro iniectione manuum in clericum seu confratrem, absolui possunt per eorum priorem: nisi excessus fuerit difficilis et enormis.

IDEM *magistro et fratribus hospitalis Hierosolymitani.* (*ann.* 1224.) Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Canonica 83) d constitutione cauetur, quod monachi et canonici regulares, quocunque modo se [*in claustro*] percusserint, non sunt ad apostolicam sedem mittendi, sed secundum discretionem 84) et prouidentiam sui abbatis disciplinæ subdantur. Quodsi abbatis 85) discretio ad eorum correctionem non sufficiat 86); prouidentia est diœcesani episcopi adhibenda: nisi excessus difficilis fuerit 87) et enormis, propter quem merito ad eccles. Rom. sit recursus habendus. Nos ergo, [*vestris supplicationibus inclinati,*] ad vos statutum huiusmodi duximus extendendum, auctoritate prædicta 88) statuentes, vt in tali casu, nisi maioris sit prouidentia requirenda, per priorem vestrum 89), qui, sicut audiuimus, presbyter esse debet, fratribus vestris absolutionis beneficium impendatur.

83) Intelligit *decretalem* ALEXANDRI III. in c. 2. X. h. t. relatam, quam HONORIVS III. ad *Hospitalarios* extendit, quod *canonicis regularibus* accenseri desiderauerint.
84) *Districtionem*, C. H.
85) *Sui abbatis*, C. R. 2.
86) *Sufficit*, C. R. 1. et L.
87) *Sit*, C. R. 2.
88) *Præfinitum*, c. 1. comp. 5. h. t.
89) *Vestrum*, deest in C. H.

CAP. LI.

Excommunicatus vel suspensus absolui non debet, nisi prius iuramento præstito: si tamen sine scandalo iuramentum haberi non potest, poterit fieri absolutio per manualem promissionem.

IDEM [*H.*] *titulo* 90) *sanctæ Praxedis presbytero cardin.* 91) *apost. sed. leg.* (*ann.* 1224. C. 2. comp. cit. 5.)

Super eo 92), quod e monachi Græci et Eremitæ propter inobedientiam 93) [*suam,*] sententia 94) suspensionis et excommunicationis ligati, nolunt ad mandatum ecclesiæ nisi per manualem 95) promissionem redire, hoc tibi duximus respondendum, quod, si nullatenus possunt induci ad præstandum iuxta formam ecclesiæ iuramentum, ipsos hac vice cum promissione poteris recipere manuali: cum interdum 96), consideratis locorum et temporum qualitatibus 97), seueritati sit aliquid detrahendum.

90) *Idem P. titulo*, C. R. 1. et H. *idem I.* C. R. 2.
91) *Cardinali*, in C. R. 2. deest.
92) C. R. 1. addit: *vero.*
93) In C. R. etiam additur: *suam.*
94) *Vinculo*, cit. c.
95) H. e. data dextra factam, iuramento cessare, quod alias exigitur a suspensis, absolutionem petentibus in ecclesia Romana, vt c. sq. docet, non item Græca.
96) *Vndique*, ibid.
97) *Qualitate*, C. L.

a *Quam caute sit faciend. excommunicationis sentent. caueat Trid. conc. sess. 25. de reform. c. 3.* b *In Cont. libro et aliis recentioribus ita: idem super iusta excommunicationis molestia, etc. sed in concilio, ut Vaticanis constanter legitur ita: idem et super iniusta* c *Vide Zanchium tract. de hær. c. 17. et 18. et Alphonsum Castrum l. 2. c. 18 de iusta punitione hæret.*

d *Vide Henric. Boich. in c. a nobis 21. et in c. cum illorum. supr. eod. tit.* e *Vide Panorm. in c. cum desideres. supra eod. tit. et ibi Henric. Boich. dist. 3.*

CAP.

CAP. LII.

Cum de viribus sententiæ dubitatur: potest quis absolui ad cautelam iuramento præstito.

IDEM *Bituricen. et Carnoten. decan. et subdiac. Arelaten.* 98) a (*ann.* 1225. C. 4. comp. cit. 5.)

Venerabili fratre nostro Cenomanen. episcopo et [*discr. filio H. canonico Turonensi.*] procuratore [*venerabilis fratris nostri,*] Turonen. archiepiscopi, in nostra præsentia constitutis, pro quadam suspensionis sententia, in præfatum episcopum ab eodem archiepiscopo promulgata, nos, [*auditis et intellectis, quæ super hoc fuerant ab eis proposita coram nobis, quia partes dissentiebant in facto, ita, quod de illo plene constare non potuit,*] sententiam ipsam 99) relaxauimus ad cautelam, ipso 100) episcopo in præsentia dicti procuratoris præstante corporaliter iuramentum, quod parebit mandatis, quæ idem archiepiscopus sibi propter hoc fecerit, si constiterit, ipsum [*episcopum*] in eo, pro quo fuit lata prædicta sententia 1), culpabilem extitisse.

98) *Aurel.* rectius C. a et L. *subdecano Aurelianen.* H. et c. 4. comp. cit. 5.
99) *Ipsam de gratia*, C. H.
100) *Ipso*, in C. a 1 deest.
1) *Sententia*, non legitur in cit. c.

CAP. LIII.

Excommunicantur officiales locorum, in quibus sunt statuta contra ecclesiasticam libertatem; nisi ea deleri fecerint: et statutarii feudis ecclesiæ sunt priuati.

IDEM *episcopo Senen.* 1*) (*ann.* 1225. C. 5. comp. cit. 5.)

Grauem venerabilis f. n. b Pisani archiepiscopi recepimus quæstionem, quod [*A. B. et*] quidam [*alii*] ciues Pisani, deputati a potestate ac populo ad statuta ciuitatis edenda, [*tamquam peruerse sapiunt*,] in derogationem apostolicæ sedis, et subuersionem ecclesiasticæ libertatis edere præsumpserunt, quod, si quis clericus vel laicus contra quemcunque laicum Pisani districtus, ad iudicem ecclesiasticum litteras apostolicas impetrauerit, in mille solidis, nisi [*huiusmodi*] renuntiauerit litteris, condemnetur: nec reditus possessionum suarum reddantur eidem, vel agri excolantur illius, sed banno potius subiaceant 2) c potestatis, [*quæ nullum ad regimen ciuitatis suscipiet, nisi hoc se iurauerit facturum: et hæc et qualibet alia potestas, quæ pro tempore fuerit, successores suos iurare faciet supra dicta.*] Statuerunt illi præterea, vt clerici suis sumptibus castrum Ripæ fractæ faciant custodiri. Quod si renuerint; contra eos potestas procedere teneatur: [*iuxta quod dictauit consilium ciuitatis, quæ omnia is, qui nunc præest ciuitati prædictæ, obseruaturum se firmiter iureiurando firmauit. Cum autem tota ciuitas Pisana, quæ alias Dei timorem tamdiu abiecit, infecta iam errore, vel infectioni proxima præsumatur, et tam statutarios, quam potestatem eandem non sit dubium propter hoc excommunicationis sententiam præter notam infamiæ incurrisse:*] fraternitati tuæ mandamus, quatenus in consiliarios et officiales ciuitatis ipsius, nisi statuta ipsa de capitularibus suis 3) deleri fecerint, et idonee, sicut exigit res, caueri, quod similia de cætero non debeant attentare 4), excommunicationis sententiam promulgare procures 5). Cæterum d, cum iidem 6) statutarii multa de bonis ecclesiasticis 7) tenere dicantur in feudum, ipsos fore nihilominus priuatos feudis huiusmodi nuntiare 8) procures.

1*) *Senonen.* ed. ant. sed rectius c. 5. comp. 5. h. t. *Senensi episcopo*, cuius sedem PIVS II in metropolitanam postea euexit. vid. *VGHELLIVS in Ital. sacr. tom. III. p. 547. edit. nouiss.*
2) *Subiaceat*, C. a. et L.
3) *Suis*, non habent C. a. L. et ed. ant.
4) *Attentent*, C. H.
5) *Quatenus eos excommunicatos publice nunties, et facias ab omnibus arctius euitari, donec absolutionis beneficium per sedem apostolicam mereantur contra consiliarios et officiales ciuitatis ipsius, nisi statuta ipsa de capitularibus deleri fecerint, et idonee, sicut res exigit caueri, quod similia de cetero non debeant attentare, similiter processurus.* c. cit. 5.
6) *Iidem*, abest a C. H.
7) *Ecclesiæ*, C. H. 2. et cit. c.
8) *Denuntiare*, C. L.

CAP. LIV.

Alloquens excommunicatum in tendentibus ad salutem animæ, etiamsi alia verba interponat, excommunicatus non est.

GREGORIVS IX. (*ann.* 1236.)

Cum voluntate e ac proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit 9), qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel alias ad salutem animæ pertinent, in loquutione participet 10), licet etiam alia 11) verba incidenter, vt apud eum magis proficiat, interponat 12).

9) *Incurrunt*, C. R. 1.

Prædicatores, præsertim qui aliàs sustentari non possunt, ab excommunicatis et detinentibus bona aliena eleemosynam recipere possunt. H. d.

§. 1. Prædicatores quoque, qui penes excommunicatos vel alios 13) alienarum rerum detentores, in prædicationibus et confessionibus, quasi gerunt caussam vel f curam 14) eorum, ad quos res ipsæ spectare noscuntur, eleemosynas licite possunt ab illis recipere: præsertim si alias non valeant in illo loco sustentationem habere.

Ponit quosdam casus, in quibus percutiens clericum excommunicatus non est.

§. 2. Si qui vero ratione officii, quod in ecclesia obtinent, aut etiam alii clerici seniores zelo deuotionis pueros vel adolescentes, in minoribus ordinibus constitutos, turbantes diuinum officium, et hi, qui obtentu prælationis vel magisterii subditos et scholares correctionis caussa leuiter forte percusserint, excommunicationis sententiam non incurrunt. Quod et de his dicendum est, qui aliquos de familia sua vel propinquos inferiorum graduum simili modo, vt cohibeantur a suis insolentiis, et scientia, bonisque moribus informentur, duxerint corrigendos.

10) *Participent*, ibid.
11) *Alia*, desideratur in ed. ant.
12) *Proficiant, interponant*, C. R. 1.
13) *Alios*, non est in ed. ant.
14) In C. R. L. et ed. ant. desiderantur verba: *vel curam.*

CAP. LV.

Communicans excommunicato in crimine damnabili, incidit in excommunicationem maiorem.

IDEM *Asturicen. episcopo.* (*ann.* 1236.)

Si concubinæ g publicæ clericorum ecclesiasticæ censuræ districtione notentur: eosdem concubinarios non est dubium sententia maioris excommunicationis inuolui, qui post latam sententiam communicant in eodem crimine criminosis.

CAP. LVI.

Excommunicatus minori potest ab excommunicatione aliquem absoluere.

IDEM. (*ann.* 1236.)

Duobus h collata potestas, vt a minori excommunicatione, si in ipsam inciderint 15), inuicem se absoluant, vtroque ligato vinculo 16) excommunicationis huiusmodi 17), non exspirat.

15) *Inciderent*, C. a. 1. *incidant*, H.
16) *Sententia*, C. H. 2.
17) *Huiusmodi potestas*, C. L.

CAP. LVII.

Permittitur ministris ecclesiarum, semel in hebdomada celebrare tempore interdicti, concurrentibus his, quæ exprimuntur in textu.

IDEM. (*ann.* 1236.)

Permittimus i ecclesiarum ministris, semel in hebdomada tempore interdicti, non pulsatis campanis, voce sub[illegible]ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, missar[illegible]lemnia celebrare, caussa conficiendi corpus Domini 18), quod de[illegible]tibus in pœnitentia non negatur.

18) *Christi*, C. L.

CAP. LVIII.

Satisfaciens clerico, quem verberauit, non potest propter hoc ab episcopo absolui, nisi in certis casibus, hic expressis.

IDEM. (*ann.* 1231.)

Quamuis incidens in canonem latæ sententiæ propter violentam manuum iniectionem, iuxta proprias facultates eis satisfaciat, quibus iniurias irrogauit; non tamen aliter, quam per sedem apostolicam vel eius legatum, absolutionis potest beneficium obtinere: nisi imminente 19) mortis articulo, infirmitate, inimicitiis 20) aut 21) inopia, puerili vel senili ætate, fragilitate sexus, seu alia corporis impotentia, siue quolibet impedimento canonico retrahatur, quo minus Romanum pontificem possit adire, vel nisi iuris beneficio a labore huiusmodi excusetur. Cæterum quibusdam prædictorum, videlicet qui temporali impedimento laborant, exceptis pueris, sub debito iuramenti, quod secundum

19) *In imminente*, C. R. 2.
20) *Vel inimicitia*, ibid.
21) *Aut*, deest in C. H.

---

a Aurelian. b *Praeter Doctores hoc et in c. nouerit supr. eod. tit. vide legistas in constit. Cassa C. de sacr. eccles.* c Subiaceat. d *In codice Barb.* Cæterum cum iidem statutarii et potestas multa, etc. e *Vide B. Thom. in quæst. additis ad 3. p. qu. 23. art. 1. et citatos in c. a nobis. supr. de except.*

f *Hæc duo verba*, vel curam, *desunt in antiqu. codic. et in Vaticanis.* g *Vide conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 14. Vide Couarr. in c. alma mater. de sent. excomm. l. 6. p. 1. §. 1.* h *Vide Henric. Boich. in c. si vero. supr. eod. tit. vlt.* i *Vide Bonif. 8. in c. vlt. de sent. excomm. l. 6. §. adiicimus, et §. sequ.*

ecclesi

ecclesiæ formam præstare tenentur, consueuit iniungi, vt, imped mento cessante, ad apostolicam sedem accedant, mandatum ipsius humiliter suscepturi.

CAP. LIX.

Excommunicatio, simpliciter lata, intelligitur de maiori. H. d. Et est textus notabilis, et quotidie allegatur.

IDEM. *(ann. 1237.)*

Si quem sub hac forma verborum: *illum excommunico:* vel simili, a iudice suo e excommunicari contingat: dicendum est, eum non tantum minori, quæ a perceptione sacramentorum, sed etiam maiori excommunicatione, quæ a communione fidelium separat, esse ligatum.

CAP. LX.

Beneficium, indultum ratione minoris ætatis, postquam cœpit habere locum, non exstinguitur: licet minor peruenerit ad maiorem ætatem.

IDEM. *(ann. 1237. Romæ.)*

Pueris, qui in canonem inciderunt sententiæ promulgatæ, siue ante, siue post pubertatem postulent se absolui, potest diœcesanus episcopus absolutionis beneficium impertiri: cum propter defectum ætatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit mansuetudine temperandus.

TITVLVS XL.
DE VERBORVM SIGNIFICATIONE 22).

CAP. I.

Nouale est terra, nouiter ad culturam redacta.

HIERONYMVS 23) *super Osee.* b (Conf. c. 14. comp. 1. h. t.)

Innouate nouale. Nouale c est ager, nunc primum præcisus.

22) *Obligationibus*, C. H.
23) vel potius *glossa interlin. in Oseam c. X.*

CAP. II.

Appellatione patris veniunt in lata significatione omnes adscendentes.

IDEM *super Danielem* d.

Nam et 24) rex Nabuchodonosor, pater tuus, id est, proauus, more scripturæ, quæ auos et deinceps, patres appellat.

24) *Et*, abest a c. 1. comp. cit. 1.

CAP. III.

Non dicitur natus, qui statim decessit.

IDEM *in Parabolis* 25) e.

Nam et ego vnigenitus fui 26) coram matre mea. Quare 27) vnigenitum se [*coram matre*] nominat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura testatur? nisi quia ille mox, natus sine nomine, quasi nunquam esset, de vita decessit.

25) *In parabola Salomonis*, C. R. 2.
26) *Sum*, C. H.
27) *Quia*, c. 2. comp. cit. 1.

CAP. IV.

Dictio, antequam, non semper implicat.

IDEM *super Matthæum* f.

Quod dicitur: *antequam conuenirent:* non sequitur, vt 28) postea conuenerint 29): sed scriptura, quod factum non sit, ostendit.

28) *Quod*, C. H.
29) *Conuenirent*, C. L. ed. ant. Cont. et. c. 3. comp. cit. 1.

CAP. V.

Primogenitus dicitur, qui primo nascitur, etiamsi nullus sequatur eum.

IDEM *in eodem.*

Ioseph non cognouit Mariam 30), donec g peperit filium suum primogenitum. Ex 31) hoc loco quidam peruersissime suspicantur, et alios filios Mariam habuisse, [*dicentes, primogenitum, cum primogenitus non debeat dici, nisi qui habeat fratres:*] cum [*hic*] mos diuinarum scripturarum sit, vt primogenitum non [*eum*] vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primo natus fuit 32).

30) *Mariam*, desideratur in c. 4. comp. cit. 1.
31) *Quod*, C. H.
32) *Natus sit*, cit. c.

CAP. VI.

Verba sunt intelligenda, non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis.

HILARIVS h. *(ann. 355. in Gallia.)*

Intelligentia dictorum ex caussis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.

CAP. VII.

Non vitiatur factum, vario modo narratum, vbi idem in substantia concluditur.

AVGVSTINVS *super Matthæum* 33) i. (C. 6. comp. cit. 1.)

Nihil obstat narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur 34): maxime cum quisque 35) euangelistarum eo ordine credat se dicere 36), quo 37) Deus voluit.

33) Vel potius *libr. II. de consensu euangelist. c. XXI.* vbi mentem suam ita exprimit: *Quis inserat, quis quo loco ponat, siue quod ex ordine inserit, siue quod omissum recolit, siue quod postea factum ante praeoccupat: dum tamen non aduersetur eadem vel alia narranti, nec sibi nec alteri - - - Satis probabile est, quod vnusquisque euangelistarum eo se ordine credidit debuisse narrare, quo voluisset Deus ea ipsa, quæ narrabat, eius recordationi suggerere, in iis duntaxat rebus, quarum ordo, siue ille, siue ille sit, nihil minuit auctoritati veritatique euangelicæ.* Ex his verbis mens AVGVSTINI, hic admodum contracta, demum plenam accipit lucem.
34) *Vt eadem dicantur*, c. 6. comp. cit. 1.
35) *Quis*, C. R. 1.
36) *Credit se debere ire*, cit. c.
37) *Quod*, C. R. 2.

CAP. VIII.

Sensum, non verba considerare debemus.

GREGORIVS 38) k. *(ann. 600. Romæ.)*

Propterea, si prolixam 39) epistolam meam ad interpretandum acciperе te 40) fortasse contigerit, rogo, non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferri 41): quia plerumque, dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur.

38) In libr. 1. ep. 28. registri additur: *Aristobolo expræfecto et antigrapho.*
39) *Præterea*, ed. ant. *præterea si longam*, C. H.
40) *Te*, in c. 7 comp. cit. 1. non legitur.
41) *Transferre*, ibid.

CAP. IX.

Dicit, quis proprie sit præpositus.

ISIDORVS l. *(ann. 630. in Hispania.)*

Quamuis omnes, qui præsunt, præpositi rite vocentur: vsus tamen obtinuit, eos vocari præpositos, qui quandam prioratus curam 42) super alios gerunt.

42) *Cura prioratus* designat hic quendam magistratum ecclesiasticum in monasteriis et collegiis canonicorum, ad imaginem monachorum effigiatorum. Etenim in monasteriis, in quibus canonici regulares sunt, præpositi abbatiali præfectura et potestate gaudent: in *ecclesiis cathedralibus* post episcopum magistratum amplissimum gesserunt, teste VGHELLIO *tom. I. Ital. sacr. p. 317. sq. edit. nouiss.* decanis etiam prælati.

CAP. X.

Non recipit congruam summationem.

IDEM *in libro etymologiarum* m. *(ann. 630.)*

Forus 43) est exercendarum litium locus, a fando 44) dictus, siue a Foroneo 45) rege, qui primus Græcis legem dedit. [*Hæc loca et prorostra vocantur ab eo, quod ex bello Punico captis nauibus Carthaginiensium rostra ablata sunt, et in foro Romano præfixa, vt essent in signa huius victoriæ.*] Constat autem forus caussa, lege et iudicio 46). Caussa, a casu 47), quo venit, dicitur 48). Est enim materia et origo negotii,

43) Ita etiam veteres loquutos fuisse, docet IO GERHARD VOSSIVS in *etymol. linguæ latinæ*, *hac voce*, simulque etymologiam ISIDORI improbat, atque existimat, potius a *foras* appellationem deriuandam esse, quod *in forum obituri*, *foras* se abire dicerent, scilicet in locum publicum, qualis erat *forum* præcipue. Vnde et *fores* dicuntur, quæ *foras* aperiuntur, vt SERVIVS *ad 1. Æneid.* censet.
44) *A fando*, ed. Pith. sed mendose.
45) *A Phoroneo*, c. 10. comp. cit. 1. de quo mentio fit in c. 1. *dist. VII.*
46) *Et etiam iudicio*, C. R. 1.
47) Hanc etymologiam pariter improbat VOSSIVS *cit. l. voce: caussa*, censetque *caussam* a veteri voce *caso* seu *quaso*, vel *quæso* deriuandam esse. Qui enim aliquid petit, vrget vel iubet, is caussa est, vt aliquid fiat, vel in iudicio vel extra iudicium. Quidam a *cauendo* deriuant, a quo etiam *cautum* et *cautio*, eux lucis notissima. Vnde CAVSSIDICI dicuntur, quia caussas rerum potissimum expediunt. Atque hic in vera que deriuatione caussa teste ab ISIDORO dicitur *materia et origo negotii, de qua quæritur.*
48) *Dicitur*, in C. R. L. et ed. ant. non habetur. *vocata*, cit. c.

a *Dictio, suo, deest in plerisque recentioribus, ea ex antiqu. cod. et Vatic. est restituta, quam etiam cognoscit gl. hic, et Hostiensis.* b *Osee c. 10. sunt verba glossæ interlinearis* c *L. qui per nouale. ff. eod. et l. situs. §. nouale.* d *Dan. 5. et c. 1. eod. tit. in 1. comp.* e *Prou. 4. et c. 2. eod. tit. in 1. comp.* f *Matth. 1. et c. 3. eod. tit. in 1. comp.* g *Ibid. et c. 4. eod. tit. in 1. compil.*

h *Libr. 4. de Trinit. Refertur c. 5. eod. tit. in 1. comp.* i *Forte hæc dicit Aug. in l. de consensu euang. vide ibi l. 2. c. 12. 21. et 28.* k *Libr. 1. epist. 28. registr. et c. 7. eod. tit. in 1. comp.* l *Libr. 10. Etymol. et c. 8. eod. tit. in 1. comp.* m *Libr. 18. etymol. c. 15. et c. 10. eod. tit. in 1. compil.*

necdum

nec dum discussionis examina patefacta 49); quæ, dum proponitur, caussa est; dum discutitur, iudicium: dum finitur, iustitia. Vocatur 50) autem 51) iudicium, quasi iurisdictio 52), et iustitia, quasi iuris status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur: vnde et auctores iudiciorum, [et] præpositos, quæstores, vel quæsitores vocamus. Negotium multa significat, modo actum alicuius rei, cuius contrarium est otium: modo actionem caussæ, quod est iurgium litis a, et dictum est negotium, [quasi nec otium,] id est, fine otio 53). Negotium autem in caussis, negotiatio in commerciis dicitur, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur. Iurgium dicitur quasi iuris garrium 54), eo, quod hi, qui caussam dicunt, iure disceptant. Lis autem 55) a contentione limitis prius 56) nomen sumpsit, de qua Virgilius b.

Limes erat positus, litem vt discerneret agris 57).

Caussa 58) aut argumento, aut probatione constat. Argumentum nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed sola inuestigatione inuenit veritatem: vnde dictum est argumentum, quasi 59) argute 60) inuentum 61). Probatio autem testibus, et fide tabularum constat. In omni quoque negotio hæ personæ quærunt 62): iudex, accusator, reus, et tres testes. Iudex dictus 63), quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare, est iuste iudicare. Non est ergo 64) iudex, si non est in eo iustitia. Accusator vocatus est quasi caussator 65), qui 66) ad caussam vocat eum, quem appellat. Reus a re 67), quæ petitur 68), nuncupatur 69): quia, quamuis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in iudicium pro re aliqua petitur. Testes antiquitus superstites 70) dicebantur eo, quod super caussæ statu 71) proferebantur 72): nunc parte eblata nominis, testes vocantur. Testes autem considerantur 73) conditione, natura, et vita. Conditione, si liber, non seruus. Nam sæpe seruus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non femina. Nam vari m et mutabile testimonium 74) c semper femina producit 75). Vita, si innocens et integer actu. Nam, si vita bona defuerit, fide carebit 76). Non enim potest iustitia cum scelerato homine 77) habere commercium. [*Duo sunt genera testium aut dicendo id, quod viderunt, aut proferendo, id quod audierunt. Duobus autem modis testes delinquunt, cum aut falsa promunt, aut vera silentio obtegunt.*]

49) vnde *VLPIANVS* in l. 13. § f. D. *de recept. et qui arbitr.* notanter ait: *proinde, si forte vrgeatur a pratore ad sententiam, aequissimum erit, si iuret, sibi de caussa non liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari.*
50) *Vocatur Appellatur*, C. H.
51) *Autem*, a C. L. abest, et in C. R. 2. est deletum.
52) H. e. a τῷ *ius dicere*; quod ius non tantum a *pratore*, sed etiam a *iudice pedaneo* in sensu largiore dicatur, seu pronuntietur: quamuis secundum ius Romanum in sensu strictiori et potentiori illi *iurisdictio* tantum, huic vero nuda *notio* seu *cognitio de facto dubio* assignetur secundum formulam: *si paret* etc.
53) *Quasi sine otio*, C. R. 2.
54) Secundum *FESTVM iurgatio* est *iuris actio*, ita, vt *iurgare sit de iure contendere*. Differentiam tamen inter *litem* et *iurgium* hanc statuit *CICERO* *libr. IV. de republica: si iurgant, beneuolorum concertatio est: lis inimicorum, non iurgium, dicitur.* Vt itaque *lis* sit inimicorum vehementior concertatio.
55) *Autem*, in cit. c. non habetur.
56) *Prius*, e C. R. 1. abest.
57) *Agri*, C. R. L. et cit. c.
58) *Caussa autem*, cit. c.
59) *Quasi*, non est in C. H.
60) *I. e. argutam*, cit. c.
61) Magis adlusio, quam vera deriuatio hic traditur pari ratione, vt *testamentum* quasi *testatio mentis* vocatur. Ab *arguere* vel *argutum* sine dubio *argumentum* deriuatur, quod est *ostendere* vel *patefacere* per rationes, quibus conclusio probatur.
62) *Quaeruntur*, C. R. L. ed. ant. et Cont. *In omni autem negotio sex personae quaeruntur*, cit. c. Sed quatuor tantum personas requirunt *FABIANVS papa in epist. 2. ad episcopos orient.* relata in c. 2. C. IV. qu. 4.
63) *Dictus est*, C. R. 2. at cit. c. Conf. c. 1. C. XXIII. qu. 2.
64) *Autem*, cit. c.
65) *Accusator*, C. R. 1. L. et ed. ant. *adcaussator*, C. R. 2. et cit. c.
66) *Qui*, abest a C. H. sed *quia*, est in ed. ant. Cont. Pith. et cit. c.
67) Nam appellatio *rerum* etiam *lites* denotat, vt *res proferre* dicantur, quando adest *iudicium*. Qua de caussa de vtroque litigantium olim vox *rei* prædicabatur, vt ex *GALLO AELIO libr. II. de V. S.* obseruat *FESTVS* hac voce. Ait enim: *reus est, qui in altero litem contestatam habet, siue is egit, siue cum eo actum est.* Vnde etiam *rei stipulandi* et *rei debendi* dicuntur. Pariter *CICERO libr. II. de orat. Reos appello, non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur. Sic enim olim loquebantur.* Sed postea *reus*, vnde aliquid petitur, primaria dictus fuit.
68) *Impetitur*, C. L.
69) *Nuncupatus*, cit. c.
70) Explodit hanc etymologiam *VOSSIVS* cit. tr. sub *hac voce*, et *testis* vocabulum a græco antiquo vocabulo deriuandum censet.
71) C. L. addit: *vel parte*.
72) *Ferebantur*, C. L. *referebant*, H.
73) *Considerantione considerantur*, C. R. 1.
74) *Testimonium*, abest a C. R. 1. L. ed. ant. et cit. c.
75) *Producit*, in cit. c. non legitur.
76) *Fide non creditur*, cit. c.
77) *Homine*, ibid. omittitur.

CAP. XI.

Dicit, quid sit pactum, et vnde dicatur.

IDEM [*in eodem, libr. 5. c. 24.*] (Conf. c. 11. comp. cit. 1.)

Pactum dicitur inter partes, ex pace conueniens scriptura, legibus ac moribus comprobata 78): dictum 79) pactum, quasi ex pace factum 80).

78) *Approbata*, C. R. 1.
79) *Dictum est*, C. R. 2.
80) Rectius *pactum* a *pago* vel *paco*, voce antiqua, a græco πήγω petita, deriuatur, vnde supinum *pactum*. *Pacionem etiam antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus*, ait *FESTVS in hoc verbo*. Vnde rursus *pagas* vel *pacis* in casu recto, et ex hoc contracte *pax*.

CAP. XII.

Hic Isidorus ponit etymologiam iuris, prout habetur in re, non prout est generale nomen.

IDEM *in eodem.* [*c. 25.*] (Conf. c. 12. comp. cit. 1.)

Ius dictum est 81) a iure 82) possidendo. Hoc enim iure possidetur, quod iuste; hoc iuste, quod bene: quod autem male possidetur, alienum est. Male autem possidet, qui 83) vel suis male vtitur, vel aliena præsumit.

81) *Ius* videtur dictum a *iussu*, quod veteres scripsere *iusu*: vt illud *iure* factum censeatur, quod ex iussu superioris factum.
82) *Iuste*, c. 12. comp. cit. 1.
83) *Quod*, ibid. Conf. c. 11. C. XIV. qu. 4.

CAP. XIII.

Quicquid fidelis offert ecclesiæ, oblationis nomine continetur, et a secularibus possideri non debet.

PASCHALIS II. 84) *canonicis* 85) *sancti Martini.* (*ann.* 828. *Romæ in Flaminiam.*)

Caussa d Carpensis plebis: [*et infra.*] Cæterum primitiæ, decimæ et oblationes. in solis ecclesiarum bonis præcipue numerantur. Oblationes vero dicimus, quæcunque de propriis et licitis rebus ecclesiæ a fidelibus offeruntur. Quicunque igitur eas per [*manum vel*] potestatem secularem obtinet, procul dubio contra Deum 86), et [*contra*] sanctorum patrum nititur sanctiones 87): quin imo et qui accipit, et qui tradit, raptor et sacrilegus iudicatur.

84) *Paschalius papa II.* c. 13. comp. cit. 1.
85) *Canonico*, C. R. 1. *duobus canonicis*, H.
86) *Et contra Deum*, C. R. 2. *contra Domini*, cit. c.
87) *Insistamus*, cit. c.

CAP. XIV.

Solus sacerdos potest sacramentum extremæ vnctionis infirmo conferre. H. d.

ALEXANDER III. (*ann.* 1173. *Romæ.*)

Quæsiuit [*a nobis*] frat. t. e, [*vtrum sacerdos, vno clerico tantum præsente, infirmum debeat vngere, et quando festum beati Matthiæ in anno bissextili debeat obseruari: præsertim cum quidam inter vigiliam et festum velint diem interponere.*] [*et infra.*] Nos itaque tibi t. duximus respondendum, quod sacerdos, vnu præsente clerico, et etiam solus 88) potest infirmum vngere.

In anno bissextili seruari debet loci consuetudo, circa diem S. Matthiæ festandum, dum tamen vigilia contrahatur festo. Hoc dicit.

§. 1. Festum vero beati Matthiæ iuxta consuetudinem ecclesiasticam, vigilia eatenus præcedat 89), vt nec pro bissexto 90), nec pro 91) quolibet alio modo inter se et sollemnitatem aliam diem admittat: in qua vtique vigilia, nisi venerit in Dominica [*die,*] ieiunium celebretur. Ipsum autem festum, siue fiat in præcedenti 92) die, siue in sequenti, qui duo quasi pro vno reputantur, nullus error, sed consuetudo ecclesiæ teneatur.

88) Ratio dubitandi sine dubio petita fuit ex *Iacobi V. vers.* 14. vbi requisitio *presbyterorum* desideratur *in plurali*.
89) *Procedat*, C. L.
90) I. e. *intercalari*. vid. *PITISCI lexic. antiquit. Rom. voc. bissextilis*, et *BVCHAN. de bissexto*, qui inserebatur *post XXIII. Febr.* quo *festum Matthiæ* celebratur. Quæstio ergo erat de *vigiliis*, in anno bissextili peragendis, vtrum *die XXIII. Febr.* an sequenti seruari deberent, item, qua die festum esset celebrandum, vtrum priori, an posteriori die: quod duo dies pro vno reputentur.
91) *Pro*, non est in C. R. ed. ant. nec in c. 9. comp. cit. 2.
92) *In præsenti die*, cit. c.

a Vide l. cum clericis. C. de episc. et clericis. b Virg. in 11. c Dictio, testimonium, in antiquis Vaticanis deest.

d Cap. 13. eod. tit. in 1. compil. e Cap. 9. eod. tit. in 2. compil.

CAP.

CAP. XV.

Per verbum, statuo et præcipio, definitiuo sententia ferri potest.

COELESTINVS III. *(ann. 1196.)*

In his *a*, quæ [*in se*] ambiguitatem continent, [*ad sed. apost. ex debito recursus habetur, ad quam re vera, tanquam matrem et caput omnium ecclesiarum, maiores et difficiliores quæstiones, ob antiquis patribus constitutum est, et moribus vtentium recte approbatum, vsquequaque conferri debere.*] Innotuit apostolatui nostro, quod, cum [*de controuersia, quæ*] inter magistrum M. 93) et conuersos hospitalis sancti Simpliciani super eodem hospitali [*haberetur,*] in præsentia [*ven. fratris nostri O.*] Mediolanen. archiepiscopi quæstio 94) verteretur, ipse archiepiscopus post cognitionem caussæ in prolatione sententiæ his verbis non fuit vsus, [*vt secundum ius ciuile diceret:*] *talem partem condemno, vel talem absoluo:* sed pronuntiauit ita: *statuo et præcipio,* [*ne de cætero, et reliqua et infra, vt expressim continetur in instrumento. Quoniam igitur, sicut ex relatione dil. fil. n. Cinthii tit. S. Laurentii in Lucina, et Ioannis, S. Priscæ presbyterorum cardinalium didicimus, quos ad hoc concessimus auditores, super hoc fuit in prolatione sententiæ dubitatum: nos,*] attendentes, quod hoc verbum *statuo*, [*secundum legem*] rem perfectam significat, et cum effectu, non verbotenus accipitur, item *quia* secundum Gregorium, quod præcipitur, imperatur, et quod imperatur, necesse est fieri, et aliquando, si non fiat, pœnam habet, considerantes nihilominus, quod [*iuxta eumdem Gregorium*] non debet aliquis considerare verba, sed voluntatem [*et intentionem,*] cum non intentio verbis, sed verba intentioni debeant deseruire, interpretamur [*in præsenti articulo, et de fratrum n. consilio,*] procuratoribus vtriusque partis præsentibus, diffinimus, quod 95) præfati archiepiscopi verba, tali forma prolata, perpetuo valiture sententiæ obtineant firmitatem. [*Nos itaque sententiam ipsam, licet appellationis obstacula huc vsque fuerit impedita, præsenti pagina sedis ap. confirmamus, et huius scripti patrocinio communimus, statuentes et auctoritate ap. præcipientes, vt ipsius hospitalis præfati fratres abbati eiusque successoribus obediant in perpetuum, tanquam prælatis illis et dominis, sicut ipso archiepiscopus præcepit.*]

93) In C. H. legitur: *I.* sed *Math.* est in c. vn. comp. 2. h. t.
94) *Concertatio*, ibid. a.
95) *Quia*, in C. B. L. ed. ant. et cit. c. non habetur.

CAP. XVI.

Beneficium principis latissime interpretari debet.

INNOCENTIVS III. *patriarchæ Graden. (ann. 1213. Roma in Istriam.)*

Olim *b* tibi scripsisse recolimus, vt, si [*dil. f. archipresbyter et*] canonici Paduani, [*quibus super hoc scripta nostra direximus, dil. f.*] magistro G. canonico Paduano 96), præbendam, quæ tantum 97) residentibus de communi 98) confertur, sicut vni ex aliis, de communibus prouentibus, et manualia beneficia, [*omni dilatione postposita,*] non conferrent, tu eos ad id, appell. cessante 99), compellere procurares. Quia vero, [*sicut nostro apostolatui reseratum est,*] quidam mandatum nostrum interpretari aliter, quam deceat, moliuntur; cum beneficia principum sint interpretanda largissime: [*volentes a mandato nostro dubietatem auferre, non quæstionis scrupulum reseruare, vt, quæ mandamus, diligentius et liberius exsequaris,*] nostrum [*tibi in eo*] aperiendum duximus intellectum, videlicet, quod præbendam, quæ tantum residentibus in victu et vestitu de communi confertur, ipsi magistro G. plene, sicut vni ex aliis residentibus, iniunximus conferendam. [*Quocirca f. t. per a. s. m. quat. in negotio ipso malitiosam interpretationem aliquam non attendens, sic, quod de præfato magistro tibi præcipimus, subl. cuiusl. contr. et app. obst. exsequi studeas diligenter.*]

96) A C. H. absunt verba: *magistro G. canon. Paduano.*
97) *Canonicis*, est ibid.
98) De his *manualibus præbendis* supra ad c. 7. X. *de cleric. non resid.* not. 49. et ad c. 30 X. *de præb.* not. 30. actum. Et quia hæ *distributiones quotidianæ* ex bonis ecclesiæ in commune relictis, quorum reditus sub administratione *præpositura* adhuc hodie sunt, præstantur, et in hoc a beneficiis, proprie dictis, separantur: dicuntur *de communi conferri.*
99) *Ap. sed. auct.* ed. ant. *ap. cessa.* ed. Cont. et Pith.

CAP. XVII.

Generale dicitur interdictum, quod fertur nedum in prouinciam, sed in villam vel castrum.

IDEM *Colubrien.* c *et aliis episcopis* 100), *in regno Portugalliæ constitutis. (ann. 1213.)*

Cum in partibus *d* vestris, [*peccatis exigentibus,*] sæpe contingat, diuersa loca interdicto supponi; quando generale, vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium reuocari: cum illi, qui ab ecclesia Romana decorari priuilegio meruerunt, videlicet, vt, cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis, ianuis clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce diuina officia celebrare, interdicto particulari se asserant non artari, dicentes [*illud*] interdictum generale duntaxat, cum regnum, vel saltem prouincia tota, subiicitur interdicto. [*Propter quod et iustitia sæpius deperit, et prælatorum sententiæ contemnuntur, cum in aliis prouinciis interdictis diuina celebrent, et suspensis organis aliorum, ipsi pulsatis campanis et apertis ianuis, quoslibet passim recipiant ad diuina. Ne autem diuersa interpretatio discordiæ caussam inter vos vlterius, et odii fomitem valeat administrare, vel quod interdictum dici debeat generale, amodo in dubium reuocetur: significatione vobis præsentium intimamus, quod,*] cum in priuilegiis 1) de regno vel prouincia nil expresse dicatur, nomine terræ, non solum regnum vel prouinciam intelligi volumus, verum etiam villam et castrum, vt et in his locum habeat, quod [*et*] de generali dicitur interdicto, [*videlicet vt, cum villa vel castrum generali subiicitur interdicto, præscripta priuilegii forma debeat obseruari.*]

100) *Colubrien. episcopo et aliis episcopis*, C. B. 2. et ed. ant.

1) *Priuilegio*, C. B. L. *priuilegium*, c. 1. comp. 3. h. t.

CAP. XVIII.

Priuilegium contra consuetudinem, iuri communi obuiantem large est interpretandum. H. d. secundum intellectum abbatis antiqui. Et est casus not. secundum hunc intellectum.

IDEM *Altissiodoren. episcopo. (ann. 1212. Roma in Galliam.)*

Cum tibi *e* de benignitate sedis apost. sit indultum, quod ordinatio rerum clericorum, ab intestato decedentium, [*libere*] in tua [*potestate ac*] dispositione permaneat: [*volens omnem materiam scandali remouere, quod aliquando inter te et tuos est subortum super duobus,*] nos consulere voluisti [*primo,*] an appellatio vocabuli clericorum, tam ad canonicos, quam ad non-canonicos extendatur. [*Secundo, an illi, qui in voluntate et dispositione alterius suam committunt vltimam voluntatem, nil per se penitus ordinantes, vel determinantes, quid cui loco vel personæ conferri debeat, dicantur decedere intestati. Primo igitur*] consult. t. t. r. quod appellatio clericorum non solum alios, sed etiam canonicos comprehendit 2).

2) Quæ ad decisionem *secundæ quæstionis* spectant, ex *libr. V. epist.* 39. adducta sunt in c. 13. *X. de testam.* et not. 19. illustrata.

CAP. XIX.

Iurans obedire prælato et ecclesiæ, non clero diœcesano, sed capitulo ecclesiæ cathedralis obedire tenetur.

IDEM *præposito et capitulo Placentino* 3). *(ann. 1206. Roma in Liguriam.)*

Cum clerici *f* Placentini iuramentum præstant 4) sub hac forma verborum: *ego talis ab hac hora in antea fidelis ero et obediens* [sanctæ] *Placentinæ ecclesiæ, et domino meo, episcopo Placentino:* [*per vestras*] nos [*litteras*] consulere voluistis 5), vtrum intelligi debeat *g* clerus totius diœcesis, an capitulum tantum ecclesiæ cathedralis. Nos igitur [*discr. v.*] taliter 6) respondemus, quod per ecclesiam Placent. vocabulum in forma iuramenti præscripti non debeat 7) intelligi totius 8) diœcesis clerus: et, si capitulum intelligatur 9) ecclesiæ cathedralis, is tamen, qui præstat huiusmodi iuramentum, episcopo, tanquam capiti, principaliter obligatur.

3) *Palat.* C. B. 2.
4) *Præstent*, C. B. L. et H.
5) *Voluisti*, C. B. 1.
6) *Tibi taliter*, ibid.
7) *Debet*, C. B. 1. H. et L.
8) *Totus*, c. 3 comp. cit. 3.
9) *Hypothetice*, non *simpliciter* loquitur pontifex, ne æquale *capitulo* coimperium cum episcopo attribuisse videatur. Interim conclamatum est, si *episcopo* et *capitulo* fidelitas et obsequium iurato promittitur, id aliter intelligi non posse, quam intuitu imperii sacri, ad quod concursum secundum leges *capitulationis* capitulum habet, vt *propositione hypothetica* non sit opus. Repræsentat enim cum episcopo ecclesiam particularem, seu *prouinciam ecclesiasticam*, cuius *caput* est episcopus, vt, quicquid ab hoc cum capitulo actum, in negotiis, cum *capitulo* ex præscripto legum peragendis, veluti in mutuo contrahendo, ab ipsa *ecclesia* immediate peractum intelligatur.

a C. vn. eod. tit. in 2. comp. b *Cap.* 6. *eod. tit. de rescript. in* 3. *comp.* c *Vide Ioann. Vasæum in annal. Hispan. c.* 20. d *Cap.* 1. *eod. tit. in* 3. *comp.*

e *Cap.* 2. *eod. tit. in* 3. *comp.* f *Cap.* 3. *eod. tit. in* 3. *comp.* g Debet.

CAP.

CAP. XX.

Appellatione ecclesiasticæ censuræ comprehenditur excommunicatio, suspensio et interdictum.

IDEM *priori S. Fridiani Lucan.* (*ann.* 1206. *Roma in Tusciam.*)

Quærenti, quid a per censuram eccl. debet intelligi 10), cum huiusmodi clausulam in nostris litteris apponimus, respond. quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis et excommunicationis sententia valeat intelligi: nisi 11) iudex discretus, rerum et personarum circumstantiis indagatis, fecit, quam magis viderit 12) expedire.

10) Et quidem vel ideo hæ tres species stricte sub *censura* comprehendi dicuntur, quod ob *contumaciam* infliguntur, per c. 11. *X. de rescript.* et sic *effectum temporalem* habeant, atque remittantur mediante *absolutione*, si contumax a contumacia destitit, seque mandato ecclesiæ cum omni humilitate submisit. Ita rationes subducit *IO. DE DICASTILLO de censur. et pœn. eccles. disput. I. dub. II. n.* 13. cum aliis: sed contra hanc subtilem differentiam inter *pœnas* et *censuras* recte monet *MORINVS de admin. sacram. pœnit. libr. VI. c.* 25. §. 12. eam recentiorum esse scholasticorum inuentum, a disciplina antiqua, ante seculum XII. vetusto, eiusque doctrina alienum.

11) *Vt*, C. e. 1. L. H. ed. ant. et c. 4. comp. cit. 3.

12) *Videat*, C. e. 1.

CAP. XXI.

In priuilegiis, de decimis noualium non soluendis, illud appellatur nouale, de cuius cultura non est memoria, et quod prius modicum vel nullum fructum afferebat.

IDEM *Caesaraug. episcopo* 13). (*ann.* 1207. *Roma in Hispaniam.*)

Quid per b *nouale* vocabulum intelligi debeat, [*a nobis*] t. f. requisiuit. Licet autem quidam dixerint, quod nouale sit terra præcisa, quæ anno cessat, aliis afferentibus, quod ex silua, quæ, arboribus exstirpatis, ad cultum redigitur, fieri nouale dicatur, quarum vtraque interpretatio ex ciuilibus legibus colligitur. Nos igitur 14) c inquisit. t. t. quod eam credimus prædecessorum nostrorum intentionem fuisse, cum piis locis indulgentiam de noualibus concesserunt, vt nouale 15) intellexerint agrum, de nouo ad cultum redactum, de quo non exstat 16) memoriæ, quod aliquando cultus fuisset. Sed nec 17) de quolibet tali nouali credimus eis indulgentiam fore concessam, nisi de illo duntaxat, cuius decimam religiosus potest conuentus absque graui detrimento parochialis ecclesiæ detinere: cum talis sit sæpe locus incultus, de quo parochialis ecclesia magnos percipie decimarum ratione prouentus.

13) *Car. Augen episcopo*, C. R. 1.

14) *Nos tamen*, C. R. L. H. ed. ant. et c. 5. comp. cit. 3.

15) De hoc vid. c. 31. *X. de priuileg.* Ipsa decretalis habetur *libr. X. epist.* 210.

16) *Erat*, C. L.

17) *Non*, C. H.

CAP. XXII.

Si ecclesia, subiecta episcopo, vnitur alteri, vel gubernanda committitur, saluo iure matricis ecclesiæ: per matricem ecclesiam intelligitur cathedralis, et non Romana.

IDEM *abbati F. et B. monachis Alcobaciæ* 18). (*ann.* 1198. *Roma in Lusitaniam.*)

Venerabili f. n. Colubrien. 19) d episcopo didicimus conquerente, quod, cum fratres sanctæ Crucis monasterium de Argariis 20) e, sub protectione sua nuper receperint, quod suis prædecessoribus episcopalia iura consueuerat ab antiquis [*retro*] temporibus exhibere, nunc 21) quodam de canonicis suis sine suo consensu ibi facto priore, occasione, cuiusdam priuilegii, a [*bon. mem.*] C. 22) papa, [*prædecess. nostro*,] veritate tacita impetrati, eidem episcopo [*debitam*] obedientiam denegat 23) exhibere, inde sumpta occasione, quod per matricem ecclesiam non cathedralem intelligit, sed Romanam. [*Vnde, quia non est nostræ intentionis, vt iura fratrum nostrorum temporibus nostris minuantur: causam ipsam vobis duximus committendam.*] Ideoque 24) [*per a. s.*] mandamus, quatenus, si aliud vobis 25) non occurrerit, propter quod dictus prior non debeat diœces. episcopo respondere, vos eum ad eam præstandam eidem, sicut prædecessores sui prædecessoribus episcopi præstiterunt 26), per censuram ecclesiasticam compellatis, non obstante priuilegio, in præiudicium Colubrien. 27) ecclesiæ per subreptionem obtento 28). Nos enim per matricem ecclesiam cathedralem intelligi volumus, non Romanam.

18) In epist. 222. *libr. I.* epigraphe hæc est: *abbati de Alcobatia, fratri Menendi et P. Euad. monachis Alcobatiæ.*

19) *Colimbriensi* vel *Conimbriensi*, in Lusitania. *libr. I. epist.* 222.

20) *De Argenil.* est in cit. *epist.* 222. et in C. L. *Erganil.* in C. R. 1. *Anargatil.* vero in c. 6. comp. 3. h. t.

21) *Nunc ex quodam*, cit. c.

22) *A Cælestino*, C. L.

23) *Denegant*, C. R. 2.

24) *Ideoque*, abest a cit. c. hinc paullo post legitur: *mandantes.*

25) *Verbum*, ed. ant.

26) *Consueuerunt vel præstiterunt*, ed. Cont. et Pith.

27) *Colimbrien.* C. L.

28) In hac verborum serie c. cit. ita variat: . . *respondere: eum ad præstandam dicto episcopo debitam reuerentiam, sicut prædecessores sui prædecessoribus episcopi præstiterunt, app. rem. per cens. eccles. compellatis. Nos enim per matricem ecclesiam, cathedralem intelligere volumus, non Romanam, non obstante priuilegio, in præiudicium Colubriensis ecclesiæ per subreptionem obtento.*

CAP. XXIII.

Excommunicatus vel interdictus pro contumacia vel offensa dubia, absoluitur, cautione præstita de stando iuri. Si vero fuit excommunicatus vel interdictus pro manifesta offensa: tunc prius debet satisfacere, antequam absoluatur. Et dicitur manifesta, de qua constat per confessionem vel probationem legitimam, vel rei euidentiam. H. d. cum cap. sequ.

IDEM *abbati sancti Genouefæ, decano et cancellario Parisien.* (*ann.* 1205. *Roma in Galliam.*)

1. Ex parte 29) in Christo f dilectæ filiæ, [*nobilis mulieris*,] comitissæ Blesen. [*nuntii, ad nostram præsentiam destinati, sibi postularunt audientiam exhiberi, vt audiremus iniurias, quas ei et suis infert ecclesia Carnoten. quibus et dil. fil. B. Bere, canonico Carnoten. qui pro ipsa stabat ecclesia, dil. fil. R. tit. S. Anastasiæ presbyterum card. dedimus auditorem. In cuius præsentia*] proposuerunt nuntii comitissæ, quod, cum ipsius [*comitissæ*] præpositus [*de Firmitate de villa Voba*] quendam latronem ceperit, [*qui furtum commiserat*,] et iustitia fuerit 30) inde facta, latro fuit [*a comitissæ balliuis*] per capitulum Carnoten. post factam iustitiam requisitus, quia eum in terra sua captum fuisse dicebant 31), [*asserentibus balliuis e contra, ipsum fuisse captum in terra, in qua ius capiendi latrones et alios malefactores habet eadem comitissa; quoniam vir eiusdem, antequam signaculum crucis assumeret, erat in possessione iuris illius, vt in loco illo, in quo captus ab ipso capitulo dicebatur, huiusmodi iurisdictionem haberet: quod erant probare parati.*] Verum, cum super hoc de parendo iuri comitissa cautionem offerret; canonici Carnoten. nihilominus terram eius 32) fecerunt interdicto supponi 33): quod relaxare noluerunt, nisi prius solueretur emenda. [*Consequenter ven. f. n. Carn. episc. super hoc requisitus, et per litteras metropol. sui monitus diligenter, vt terram comitissæ taliter absolueret, sicut de iure poterat et debebat, idem, a capitulo iam dicto prohibitus, hoc facere recusauit.*] Dicebant enim 34), [*hoc*] in Carnoten. ecclesiæ priuilegiis 35) g contineri, quod nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis, pro canonicis Carnoten. absque congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere. [*Videntes autem nuntii comitissæ, quod, data cautione, absolui non poterant, vt deberent, tam super hoc, quam aliis caussis, inter comitissam et capitulum agitatis, metropolitanam audientiam appellauerunt, tam ipsam comitissam, quam terram et balliuos ipsius sub eius protectione ponentes.* et infra. *Metropolitanus autem, cum partes essent in die præfixo præsentes, priuilegio diligenter inspecto, testes hinc inde recepit: quibus ab officiali metropolitani examinatis, et die partibus iterum assignato, procurator comitissæ cum instantia postulabat, publicari attestationes receptas, ex abundanti de iuri parendo sufficientem offerens cautionem, vt relaxaretur sententia interdicti. Sed procurator capituli e contrario allegabat, quod iam dicti priuilegii ratione, ab ipso terra non poterat nec debebat absolui, nisi prius capitulo facta fuisset emenda, interpretando verbum illud, quod in priuilegio continetur, videlicet satisfactione congrua, pro emenda. Litigato igitur diutius super huiusmodi clausula, interlocutus est metropolitanus iam dictus, se velle huiusmodi expositionem apostolico examini reseruare, et super hoc diem partibus assignauit.*] Ad intelligendam autem clausulam priuilegii memorati, credimus distinguendum, vtrum in aliquem interdicti vel excommunicationis sententia sit prolata pro 36) contumacia tantum; quia scilicet citatus stare noluit iuri: vel etiam pro offensa, quia videlicet iussus noluit maleficium emendare. In primo casu credimus congrue satisfieri, vt [*huiusmodi*] sententia relaxetur, si prius 37) sufficiens standi

29) *Ex parte N.* C. e. 1.

30) *Fuit*, C. R. L. ed. Pith. et gloss.

31) *Quia capitulum eum in terra sua captum fuisse dicebat*, c. 7. comp. cit. 3.

32) *Suam*, C. H.

33) *Verum cum super hoc parendi iuri sufficientem cautionem offerrent canonici Carnotens. nihilominus terram eiusdem comitissæ fecerunt per Dunen. archidiac. interdicto supponi, qui postmodum requisiti, vt, ab eis sufficiente cautione recepta tam parendi, terram absoluerent, eam recipere noluerunt, nisi prius solueretur emenda*, cit. c.

34) *Dicebant etiam*, C. R. 2. *dicebatur enim*, ed. gloss. *dicebat enim capitulum*, cit. c.

35) *In Carnotensi ecclesia priuilegium*, C. R. 1. *priuilegio*, cit. c.

36) *Ex contumacia*, cit. c.

37) *Prius*, ibid. non habetur.

a *Cap.* 4. *eod. tit. in* 3. *compil.* b *Cap.* 5. *eod. tit. in* 3. *compil.* c *In aliis plerisque: nos tamen inquisitioni, etc. al. nos autem, etc.* d *C.* 6. *eod. tit. in* 3. *comp.* e Argoeil.

f *Cap.* 7. *eod. tit. in* 3. *comp.* g *Forte*: priuilegio.

iuri

iuri cautio tribuatur: in secundo vero [*casu*,] si offensa est manifesta, non 38) credimus satisfieri congrue, vt relaxetur sententia, nisi prius sufficiens præstetur emenda. Si vero dubia 39) est offensa: sufficere credimus ad relaxandam eandem, si parendi mandato ecclesiæ 40) a competens satisfactio 41) præbeatur.

38) *Nec*, C. B. 2.
39) *Dubia est*, C. B. et L.
40) *Ecclesiæ*, abest a C. B. L. H. ed. ant. et cit. c.
41) *Sufficiens cautio*, C. B. 1. *competens satisdatio*, L.

CAP. XXIV.

Summatum est supr. cap. proximo; vel dic: manifestum dicitur, quod per confessionem, vel probationem legitimam, vel euidentiam rei constat.

IDEM *comitissæ Blesen.* 42) *(ann. 1207. Romæ in Galliam.)*

Cum olim *b* pro canonicis Carnoten. quoddam capitulum contra te fuit 43) allegatum, quod dicebant 44) in ecclesiæ suæ priuilegiis contineri, vt videlicet nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis, pro canonicis Carnoten. absque congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere: [*et infra.*] Quia vero, dum ansam soluimus, nondum dicimur ligauisse, propter hoc, quod, eisdem canonicis, velut asseris, proponentibus, illam offensam esse manifestam, non quæ iudici, nec quæ aliis, sed quæ sibi tantummodo manifesta videtur 45): [*maior ex illa dictione videlicet manifesta, scrupulus quæstionis emersit. Tuis igitur humilibus precibus inclinati*,] offensam illam nos rescribimus intelligere manifestam, quæ vel per confessionem, vel probationem legitime 46) nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla possit tergiuersatione celari.

42) In *epist. 66. libr. X.* inscriptio hæc habetur: *nobili mulieri - - - comitissæ Blesensi.*
43) *Fuerit*, C. 2. et L. *fuerat*, c. 8. comp. cit. 3.
44) *Dicebat*, cit. c.
45) *Videntur*, ibid.
46) *Legitimam*, ibid.

CAP. XXV.

Verba priuilegiorum debent intelligi, vt aliquid afferant, et non remaneant ambiguitas: et ideo verba, secundum et iuxta, videntur apposita caussatiue, non conditionabiliter. H. d. Panorm.

IDEM *episcopo et cantori Atrebaten.* 47) *(ann. 1209. Romæ in Belgium.)*

Abbate S. *c* Siluani Alciaten. 48) [*olim*] viam vniuersæ carnis ingresso, cum eiusdem loci monachi elegissent quendam de ipsius ecclesiæ 49) gremio in abbatem, et [*eiusdem*] confirmationem electionis a Morinensi episcopo nequiuissent aliquatenus obtinere, [*per procuratorem suum*] eam 50) a sede apostolica petierunt. Ceterum, procurator monasterii sancti Bertini proposuit ex aduerso, quod, cum secundum approbatam consuetudinem et priuilegia 51) Romani pont. abbates Alciaten. debeant de monasterio sancti Bertini semper assumi, huiusmodi electio erat non immerito reprobanda, vtpote contra consuetudinem diuturnam, et contra priuilegium 52) sed. apostol. attentata, et Alciaten. monachi *d* debeant 53) de iure compelli, vt de monasterio sancti Bertini personam idoneam sibi eligerent 54) in abbatem. [*et infra.*] Nos igitur, depositionibus testium, [*coram delegatis a nobis iudicibus productorum*,] diligenter inspectis, inuenimus, [*sufficienter*] esse probatum, quod a XL. annis et infra, monachi Alciaten. abbatem sibi de S. Bertini monasterio elegerunt, [*ita, quod infra præscripti temporis spatium de præfato cœnobio septem fuerunt in Altiacen. abbates assumti.*] [et infra.] Et cum quadam vice Guarinum 55) Alciaten. monachum elegissent eius electio robur habere non potuit, donec apud monasterium S. Bertini professione facta, post aliquantum *e* temporis, quando scilicet eiusdem loci abbati, et conuentui placuit, in Alciaten. extitit abbatem assumptus. Ex priuilegiis 56) quoque Rom. pontif. [*monasterii sancti Bertin. concessis*,] argui poterat 57) [*euidenter*,] Alciaten. abbatem fore de sancti Bertini collegio eligendum. Nam 58) priuilegio 59) [*fel. record.*] Paschalis papæ, [*præd. n.*] huiusmodi capitulum apparet insertum: *surrogationem abbatis penes monasterium sancti Siluani apud Alciaten. monachos 60), iuxta præteriti temporis morem, in vestra semper concedimus dispositione persistere* 61): [*cuius verbis bon. mem. Innocent. papa. pr. n. prorsus inhæsit.*] In priuilegio etiam Calixti 62) [*secundi papæ*] huiusmodi capitulum inuenitur: *porro iuxta* [domini præd. n. sanctæ mem.] *Paschalis papæ decretum, abbatis surrogationem penes Alciaten. non aliunde, quam de vestro monasterio fieri apostol. auctoritate decernimus 63).* Ad hoc autem pars aduersa respondit, quod, si etiam 64) [*euidenter per depositiones testium*] probaretur, quod infra prædicti temporis spatium de monasterio sancti Bertini semper fuerit 65) abbas 66) Alciaten. assumptus, ex hoc [*tamen nullum Altiacen. monachis præiudicium parabatur: cum hoc non ex necessitate aliqua factum fuerit, sed ex libera voluntate.* et infra. *Sed*] nec dici 67) poterat, quod [*ex eo*] consuetudo aliqua, quasi contradicto 68) *f* iudicio fuerit introducta: cum in memorati Guarini electione, pro bono pacis extra iudicium processum taliter dignoscatur 69). [*et infra.*] Præterea, cum Paschalis papa surrogationem abbatis sancti Siluani de monasterio 70) S. Bertini iuxta morem præteriti temporis duxerit concedendam, nec *g* more 71) præteriti temporis [*seu consuetudine*] fiat fides: per eius priuilegium et similia, nullum super hoc Alciaten. monasterio poterat 72) præiudicium generari. Contra quod fuit ex aduerso responsum, quod hæc determinatio, secundum præteriti temporis morem, et caussalis, et conditionalis potest intelligi, et tam ad personale, quam ad impersonale verbum referri. Si enim 73) impersonale verbum determinet; conditionalis *h* intelligitur, et [*talis*] est sensus 74): *concedimus surrogationem abbatis sancti Siluani apud Alciaten. monasterium 75) in vestra semper dispositione consistere, secundum præteriti temporis morem*: id est, si mos præteriti temporis talis fuerit 76) *i*. Si vero verbum determinet 77) personale; caussaliter debet intelligi, vt 78) sit sensus: *concedimus secundum præteriti temporis morem*: id est, quia mos præteriti temporis sic obtinuit, surrogationem. [*videlicet abbatis S. Siluani apud Altiac. in vestra semper dispositione consistere.*] Hic autem sensus rectior esse videtur; quia, cum priuilegium sit lex priuata, et lex *k* non debeat 79) esse obscura, vel captiosa, sed certa et manifesta, nec esset priuata, nisi aliquid specialiter indulgeret 80), profecto sic intelligenda sunt illa verba, vt res, de qua agitur, valere possit potius, quam perire: maxime cum supra dictus Calixtus papa, qui eidem Paschali e vicino 81) successit, verbis æquioribus vsus, determinationem illam 82) prorsus amouerit, vt ambiguitas tolleretur 83), et, quod dicebatur in concessione Paschalis, vt videlicet surrogatio abbatis sancti Siluani apud Alciaten. in dispositione abbatis, et fratrum sancti Bertini semper existeret, ipse 84) mutauerit, decernens, surrogationem ipsius 85) abbatis non aliunde, quam de monasterio sancti Bertini faciendam, [*vt electio ad ius commune posset ex vna quidem parte reduci. Eadem quoque verba sic esse interpretanda, subsequens consuetudo declarat, quæ perhibetur esse legum interpres.*] His igitur [*et aliis, ad eandem caussam spectantibus*,]

47) Longe diuersa hæc inscriptio ab illa est, quæ *libr. XII. epist.* 33. habetur huius tenoris: *abbati et conuentui S. Bertini.*
48) *Alciacensis*, constanter legitur in *cit. epist.* 33. vel etiam vocatur monasterium apud *MIRAEVM libr. II. diplom. Belgic. c.* 104.
49) *Ecclesiæ*, non est in c. 10 comp. cit. 3.
50) *Confirmationem ipsius*, ibid.
51) *Priuilegium*, C. B et L.
52) *Priuilegia*, C. B. 1. et cit. c.
53) *Debebant*, C. B 2. et L.
54) *Eligant*, C. H. et cit. c.
55) *Garrinum*, C. B. 2. per tot. *Gannum*. C. B. 1. *Garinum*. ed. ant. *Garinum*, cit. c per tot.
56) *Ex priuilegio*, C. L. et ed. ant.
57) *Poterat*, cit. c. et C. B. 2. addit: *euidenter*.
58) *Nonnum*, cit. c.
59) *In priuilegio*, C. B. et L.
60) *Monachos*, abest a C. B. L. H. et cit. c. sed in C. B. 2. in margine noua manu est adiectum: *monast.*
61) *Consistere*, C. H.
62) *Calixti papæ*, C. B. et L.
63) *Decernimus*, C. B. 1.
64) *Etiam*, non est in cit. c.
65) *Fuit*, C. H.
66) *Abbas*, desideratur in cit. c.
67) *Tamen dici*, C. H.
68) *Contradictorio*, C. B. et ed. ant.
69) Post *dictionem introducta*, tenor in c. 1. c. ab hoc ita differt: *si de prædicto monasterio extitit in memorati Garini electione processum, cum illud pro bono pacis factum extra iudicium dignoscatur.*
70) Ita recte legunt C. L. et H.
71) *Nec de more*, C. B. 1. ed. ant. et cit. c. *nec de more vel consuetudine*, C. B. 2. et L.
72) *Poterat*, non est in C. H.
73) *Vero*, ibid.
74) In C. L. additur: *talis*.
75) *Monasterium*, in cit. c. non habetur.
76) *Fuit*, C. H. et cit. c.
77) *Terminet*, C. B. 2.
78) *Et*, ibid.
79) *Debet*, C. H.
80) *Indulgeretur*, C. L.
81) *Paschali vicino*, cit. c.
82) *Suam*, ed. ant.
83) *Prorsus tolleretur*, C. H.
84) *Et ipse*, ed. ant.
85) *Ipsius*, deest in C. H.

a *Dictio*, ecclesiæ, *deest in vetustiorib. cod. et in omnib. Vatic.*
b *Cap. 9. eod. tit. in 3. compil. Huius decr. intellectus pendet ex superiori.*
c *Cap. 10. eod. tit. in 3. compil.* d *Al.* debebant iuri compelli.
e Aliquantulum.
f *Al.* contradictorio iudicio. g *Al.* nec de more, vel consuetudine. h Conditionaliter. i Fuit. k *Bart. in l. si finita.* §. *ex hoc edicto. ff. de damn. infecto.*

diligenter auditis 86), [*et perspicaciter intellectis, de conf. f. n.*] monasterio sancti Bertini adiudicauimus huiusmodi dignitatem, vt, quoties in Alciaten. monasterio abbatis electio imminet facienda, Alciaten. monachi de cœnobio 87) S. Bertini personam idoneam sibi eligant in abbatem, ita videlicet, vt tam diu monasterium ipsum hac honoris debeat prærogatiua gaudere, donec ibidem 88) viguerit obseruantia regularis, vt 89) idoneæ personæ inueniantur in illo, qui 90) a possint in abbatem 91) assumi.

86) *Inspectis et auditis*, C. B. 2.
87) *Monasterio*, ibid.
88) *Ibidem*, non est in C. H.
89) *Vel*, ibid.
90) *Quæ*, C. B. L. et cit. c.
91) *In abbates*, cit. c.

CAP. XXVI.

Dicit, qui dicuntur hæretici manifesti. Secundo, quæ sint pedagia, guidagia et salinaria interdicta. Tertio dicitur, quomodo intelligitur præceptum, factum laico, quod de se conquerentibus in ecclesiastico foro respondeat. H. d.

IDEM *comiti Tolosan.* 92). (*ann.* 1209.)

Super *b* quibusdam mandatorum articulis, [*tibi a bon. mem. Milone, notario nostro, tunc temporis apostol. sed. leg. factorum, apud quosdam dubitationem faberta,*] tua deuotio [*explicari*] postulauit a nobis, qui sint dicendi hæretici manifesti. Super quo tibi duximus respondendum, illos [*in hoc casu*] intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem catholicam publice prædicant, aut profitentur, seu defendunt eorum 93) errorem, vel qui coram prælatis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super hæretica prauitate: quorum bona propris confiscantur, et ipsi iuxta sanctiones legitimas puniuntur 94). Præterea, cum pedagia, guidagia, [*et*] salinaria tibi legatus interdixerit memoratus; auctoritate apostolica duximus declarandum, illa esse pedagia, salinaria, guidagia interdicta, quæ non apparent imperatorum, vel regum, vel Lateran. *c* concilii largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine 95) a tempore, cuius non exstat memoria, introducta 96). [*Volumus insuper, vt ab ecclesiis et domibus religiosis, albergarias vel procurationes nullatenus exigas, sicut in mandatis dignosceris recepisse, quas tu etiam liberalitate propria remisisti. et infra.*] Cum autem 97) a legatu 97*) receperis in mandatis, vt de te conquerentibus, secundum suum, vel alterius legati, vel iudicis ordinarii, vel delegati 98) arbitrium, iustitiam exhiberes: hoc taliter intelligendum esse censemus, vt in omni caussa, quæ ratione personarum, vel rerum, ad ecclesiasticum forum pertinet, ac super vniuersis capitulis, quæ pro pace seruanda sunt per [*iam*] dictum legatum statuta, vel auctoritate apostolica statuenda, item viduis, pupillis, orphanis et personis miserabilibus tenearis in iudicio ecclesiastico respondere.

92) *Libr. XII. epist.* 155. inscriptio hæc est: *nobili viro R. comiti Tolosano*, h. e. RAYMVNDO.
93) *Eorum*, a C. B. ed. ant. et c. 1. comp. 4. h. t. abest, sed in C. L. est: *suum*.
94) *Puniantur*, C. B. 2.
95) Rectius vetustas immemorialis hic vocatur *consuetudo*, quam *præscriptio immemorialis*. Non enim hac *temporis vetustate* tam acquiritur priuilegium, quam olim legitime acquisitum probatur: quamuis diploma deficiat, quod tam vetusto tempore facile interire potuit, quod *præsumtione iuris et de iure* firmatur. Qua de caussa recte asseritur, etiam tunc huic immemoriali vetustati locum esse, si vel maxime omnis *præscriptio* exsulat.
96) Verba, nunc sequentia, in *cit. c.* 1. non leguntur: ideoque restituta sunt ex *c.* 1. *cit. comp.* 4. *de censibus*. Reliqua vero, scil. *Cum autem* etc. habentur in *c.* 1. *comp. cit. de foro compet.*
97) *Autem*, desideratur in C. H. et ed. ant.
97*) *Rursus cum ab eodem receperis*, cit. c. 1. de foro comp. cit. 4.
98) *Legati*, ed. ant.

CAP. XXVII.

Clericus traditur curiæ seculari: quia degradatur, seculari potestate præsente, cui denuntiatur, vt in suum forum illum recipiat. H. d. vsque ad §. *Pro illo.*

IDEM *episcopo Parisiens.* 99) (*ann.* 1208.)

Nouimus expedire *d*, vt verbum illud, quod in antiquis canonibus, et in nostro [*quoque*] decreto, contra falsarios edito, continetur, videlicet vt clericus, per ecclesiasticum iudicem degradatus, seculari tradatur curiæ puniendus, apertius exponamus.

Cum enim quidam antecessorum 100) nostrorum, super hoc consulti, diuersa responderint, et quorundam sit opinio, a pluribus approbata, vt clericus, qui propter hoc vel aliud flagitium graue, non solum damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tanquam exutus priuilegio clericali, seculari foro per consequentiam applicetur, cum ab ecclesiastico foro fuerit proiectus; eius est degradatio celebranda, seculari potestate præsente, ac pronuntiandum [*est*] eidem 1), cum fuerit celebrata 2), vt in suum forum recipiat degradatum; et sic intelligitur 3) tradi curiæ seculari: pro quo tamen debet ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum circa eum sententia moderetur.

99) Hæc decretalis habetur *libr. XI. ep.* 257.
100) *Prædecessorum*, C. B. 2.

Iste §. non facit ad titulum, sed ponit gratiam, secundum quosdam.

§. 1. Pro illo vero falsario [*clerico*] scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ipsum includas, pane doloris, et aqua angustiæ sustentandum, vt commissa defleat, et flenda vlterius non committat.

1) *Eidem est*, C. H.
2) *Celebranda*, c. 2. comp. cit. 4.
3) *Intelligatur*, C. B. 1.

CAP. XXVIII.

Si papa indulget reo, qui propter absentiam alteris possessionem recuperare non potest, quod ei lapsus anni non noceat: intelligitur hæc indulgentia secundum ius commune.

HONORIVS III. *archiepiscopo Tiranen.* 4) (Conf. c. 1. comp. 5. de eo, qui mittitur in possess.)

Dilecto filio Iacobo Barbo, [*procuratore ecclesiæ sancti Marci de Venetiis, olim nobis humiliter supplicante, vt, cum paratus esset tibi iustitiæ plenitudinem exhibere super ecclesia sancti Marci de Tyro, et rebus aliis, de quibus inter te et Venetos, ac vicarium Venetorum quæstio mota fuit, possessionem ipsius ecclesiæ, quæ per fel. mem. I. papam, p. n. tibi fuit caussa custodiæ assignata, sibi restitui faceremus,*] quia, te pro caussa necessaria tunc absente, possessio, tibi tradita caussa custodiæ, restitui parti aduersæ non potuit 5): [*nos*] eidem indulsimus, vt sibi lapsus temporis non obsisteret, quo minus possessionem ipsam recuperare valeret 6). Quoniam vero tantum temporis ante concessionem ipsius indulgentiæ dicitur effluxisse, quod tibi sufficere posset ad veræ possessionis effectum, secundum statuta *e* concilii generalis; [*et, si forte tempus ipsum tantum ante prædictam indulgentiam non effluxerit, videtur, quod eadem ad veram possessionem viam tibi præcludat, cum simpliciter contineatur in ipsa, quod de cetera ipsi procuratori lapsus temporis non obsistat, quo minus possessionem recuperare valeat memoratam: nos, quorum fuit intentio, iure dicti procuratoris et ipsi ecclesiæ sine tua et ecclesiæ tuæ iniuria subuenire,*] auctor. præs. declaramus, quod nostræ intentionis non fuit per ipsam indulgentiam ius perimere, quod tibi competit 7) *f*, ex possessione præterita, vel post reditum tuum competierit 8) ex futura. Sibi enim imputare poterit pars aduersa, si negligens fuerit in tua iustitia prosequenda: cum, absentiæ tuæ impedimento cessante, conueniendi te habuit 9) facultatem.

4) *Cremonen.* C. H. *Tyren.* rectius in c. 1. comp. 5. de eo, qui mittitur in possess.
5) *Quia, et pro caussa necessaria tunc absente, ei assignari non poterat possessio postulata: nos eidem* etc. ibid.
6) *Valeat*, C. B. 1.
7) *Competebat*, C. B. ed. ant. et cit. c. *competebat ex ipsa*, H.
8) *Competierat*, C. B. 2. ed. ant. et cit. c.
9) *Habuerit*, C. B. L. et H.

CAP. XXIX.

Oblationis nomine intelligitur, quicquid offertur ecclesiæ, quocunque modo in missa vel extra, et in ecclesia vel extra.

IDEM *priori et clericis* 10) *sanctorum Ioannis et Pauli Tudertin.* (*ann.* 1221. *Romæ in Marcam.* Conf. c. 1. comp. 5. h. t.)

Cum inter vos dudum ex parte vna, et abbatem sancti P. 11) de Monte Spolet. diœc. ex altera, super tertia parte oblationum [*et possessionum*] capellæ sancti Hilarii, [*et cellarum ipsius et quibusdam aliis coram bon. mem. Angelo, sancti Andreæ diacono cardinali, tunc subdiacono et capellano felicis recordationis I. papæ, prædecessoris nostri, ab eodem prædecessore, partibus auditore concesso,*] quæstio verteretur, et [*eidem constiterit auditori, quod*] a vobis probatum fuerit, per XL. annos, et amplius tertiam partem oblationum eiusdem capellæ vestram ecclesiam recepisse a clericis institutis, per abbatem de Monte, tuisque, fili prior, eandem tertiam 12) te commisisse aliquando colligendam 13): bonæ memoriæ

10) *Clericis*, non est in C. H.
11) *Sancti Petri*, C. B. et L.
12) *Eadem tertio*, C. B. 1.
13) *Colligendo*, ibid.

a *Al.* quæ possint, etc. b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 4. *compil. Vide Albertinum tract. de agnosc. assert. cathol. et haret. qu.* 29. c *Lateranen. concil. sub Alex. III. c.* 22. d *Cap* 2. *eod. tit. in* 4. *compil. Degradatio qualiter sit facienda, vide concil. Trident. sess.* 23. *de reform. matr. cap.* 4.

e *Sub Innocent. III. cap.* 40. f Competebat.

I. papa,

I. papa 14), præd. noster, ipsam tertiam ecclesiæ vestræ 15) adiudicans, statuit, vt tibi, prior 16), liceret per eosdem clericos, sicut fuerat consuetum, partem colligere memoratam, [*prout in eiusdem prædecessoris litteris perspeximus contineri.*] Verum, quia postmodum sacerdos prædictæ capellæ, asserens, oblationum nomine minime contineri ea, quæ ipsi capellæ in festiuitate omnium sanctorum mittuntur, vel portantur ad illam, seu ad domum sacerdotis eiusdem, intuitu 17) defunctorum, nec non, quæ in ciminili 18) ponuntur, quod de altari suscipit, et facit per ecclesiam [*in fraudem ab aliquo*] deportari 19), et quæ 20) ante crucem, et in missa Trinitatis, et ea, quæ pro desponsatis dantur 21) a, et lampades cum oleo, quæ prædictæ capellæ ab aliquibus offeruntur, vel quæ dantur nuntio, qui ad recipienda talia per præfatam capellæ parochiam destinatur, de his omnibus vobis tertiam partem 22) denegans exhibere, de aliis, nomine tertiæ partis 23) persoluendis, pro rata vestram 24) ecclesiam contingentis, retinere nitebatur ad expensas, capellæ ipsius necessarias faciendas: dictus prædecessor, [*vt omnis materia scandali tolleretur, tam*] de omnibus supra dictis, [*quam oblationibus aliis*] absque subtractione aliqua integre persolui voluit et mandauit tertiam portionem. At 25) b capellani prædictæ capellæ, [*volentes adhuc alterius defensionis fomitem suscitare, ac*] dicentes, primitias et decimas, vel ea, quæ offeruntur pro missis mortuorum sacerdotibus, et 26) quæ pro septimis 27), et tricesimis 28), et anniuersariis, panes 29) c, et alia, quæ intra hebdomadam offeruntur, et mortuorum iudicia, oblationum nomine minime contineri, et his omnibus tertiam partem soluere vobis nolunt. [*Vt igitur huiusmodi scandalorum materia, toties pullulantium, radicitus euellatur:*] volumus et mandamus, vt per vestrum clericum, a vobis in eadem ecclesia institutum, de omnibus supra dictis et aliis 30) oblationibus, quocunque titulo ad ecclesiam [*ipsam*] peruenerint, sine diminutione aliqua integre tertia vobis portio persoluatur.

14) *Innocentius papa*, C. L.
15) *Colligendam: prædecessor præfatus ipsam tertiam, ecclesiæ sanctorum Ioannis et Pauli adiudicans*, etc. c. 1. comp. 5. h. t.
16) *Priori*, ibid.
17) *Eiusdem mittuntur intuitu*, C. B. 1.
18) vel potius: *cimilini*, vt est in cit. c. Secundum *CIRONIVM* ad cit. c et *CANGIVM* in *glossar. med. aui hac voc. CIMILINE est vas, in quo sacerdos, sacra faciens, manus abluit, et quo postmodum vti solent diaconi et subdiaconi, qui eidem deseruiunt, ad excipiendas oblationes, quæ offeruntur inter missa sollemnia, dum patena populo osculanda præbetur*
19) *In fraudem deportari*, C. H.
20) *Quæ*, ibid. non habetur.
21) *Cantur*, C. B. 1. L. ed. ant. et cit. c. *cantatur*, C. B. 2.
22) *Partem*, desideratur in cit. c.
23) *Partis est*, C. B. et L. sed *partis*, in cit. c. non habetur h. l.
24) *Pro rata partis vestræ*, C. B. *pro rata partis vestram*, L. et cit. c.
25) *Ac*, ed. ant.
26) *Et*, non est in cit. c.
27) *Septenariis*, C. H.
28) *Tricennariis*, C. B. 2.
29) *Pannos*, C. B. L. et cit. c.
30) *Et omnibus*, ed. ant.

CAP. XXX.

Lis dicitur mota, cum fuerit contestata.

IDEM *episcopo F. B. Bertrandi* 31) d. (*ann. 1222. Romæ in Hispaniam.* C. 2. comp. cit. 5.)

II. Ex parte vestra fuit propositum [*coram nobis*,] quod [*dilecti filii*,] præpositus et canonici Aretinen. 32) sententiam, quam [*felicis memoriæ*] I. papa 33) præd. noster super [*ecclesia sancti Gregorii quibusdam terris et parte molendinorum Caprene ac Castri sexi et*] molendino, [*posito supra montem*] de Calisoen. 34) ac aliis [*diuersis*] articulis, [*in eadem sententia comprehensis, inter vos et eorum canonicam*] promulgauit, [*per interpretationem sinistram*] in recidiuæ quæstionis scrupulum reducere molientes, asserunt, capitulum illud eiusdem sententiæ, quo dicitur, ne canonica ipsa 35) impediat, quo minus monasterium vestrum molendinum præfatum de Calianen. reædificare valeat in eo statu, in quo fuisse dignoscitur tempore motæ litis, esse referendum ad tempus, quo lapillus in denuntiatione 36) noui operis iactus fuit: vobis a contrario 37) asserentibus, illud esse intelligendum de tempore, quo lis super hoc inter vos et præfatam canonicam 38) exstitit contestata. [*Quare humiliter supplicastis, vt altercationem huiusmodi per interpretationem capituli supra dicti decidere dignaremur.*] Nos igitur, considerata eadem sententia [*diligenter*,] quod in præfato capitulo dicitur de tempore motæ litis, interpretamur esse referendum ad tempus, quo litis contestatio facta fuit 39).

31) Tota hæc inscriptio vitiosa est. Verum restituit *CIRON. in append. ad c 2. comp. 5. h. t. abbati et conuentui monasterii S. Floræ Aretino.*
32) *Aretini*, C. L.
33) *Innocentius papa*, C. B. et L.
34) *Casen.* C. B. 1. *de Caliano*, cit. c. per totum.
35) h. e. collegium canonicorum vel ecclesia, in qua commorantur canonici e quam significatum pluribus exemplis illustrat *DV FRESNE in glossar. med. aui voc. canonica.* Lis enim erat inter canonicos Aretinenses et monasterium S. Floræ in vrbe Aretina.
36) *In denuntiationem*, C. B. *de nuntiatione*, H.
37) *E conuerso*, C. B. 1. et L. *in contrarium*, C. B. 2.
38) *Ecclesiam*, ed. ant.
39) Sed sicut iure nouiori *lis pendere* dicitur ab eo tempore, quo citatio aduersario legitime insinuata fuit per *Clem. 2. vt lite pend. nihil innou.* ita *lis* quoque ab hoc tempore *mota* dici debet. Neque enim antea pendere, quam mota, dici potest, vt decisio secundum hoc ius aliter formari debeat. Pontifex sine dubio ad iuris Romani antiqua placita suam decisionem formauit, de quibus tamen pontifices seculi XII. variam nec eandem sententiam habuisse, aliquoties obseruaui. Vid. not. 4. ad c. 19. X. de offic. et pot. iud. deleg.

CAP. XXXI.

Constitutio legati de soluenda tertia mortuariorum episcopo, intelligi debet de his mortuariis, in quibus de iure communi debetur.

IDEM *prælatis* [*et capitulis*] *vniuersitatis Francigenarum Constantinop.* 40) (*ann. 1222. Romæ.* C. 3. comp. cit. 5.)

III. Ex parte vestra fuit propositum [*coram nobis*,] quod [*ven. fr. n.*] patriarcha vester, occasione constitutionis cuiusdam, quam [*ven. fr. n.*] Albanen. 41) e episcopus, tunc [*apostolicæ sedis*] legatus, in partibus Romaniæ super legatis edidit defunctorum, et dil. fil. I. tit. sanctæ Praxedis presbyter card. dum ibidem legationis fungeretur officio, innouauit, de quibusdam, quæ vobis et ecclesiis vestris leguntur a decedentibus, tertiam [*indebite*] a vobis exigit portionem. Cum igitur ipsi 42), sicut ex eorum interpretatione accepimus, non intellexerint, quod de his, quæ in ornamentis ecclesiasticis, vel ad fabricam ecclesiæ, reparatione indigentis, aut ad ecclesiæ luminaria, nec non de his, quæ pro anniuersario, septimo, tricesimo ac vicesimo faciendis, vel de his, quæ personis specialiter, nisi forsan id fiat ecclesiæ ratione, a quocunque legantur, aliqua deberet solui portio ecclesiæ cathedrali: nos, interpretationem eorum ratam habentes, secundum [*ipsam*] constitutionem 43) præfatam præcipimus obseruari, firmiter inhibentes, ne in prædictis aliquid fraudulenter in præiudicium cathedralis ecclesiæ procuretur.

40) *Vniuersis prælatis Franc. et Constantinop.* C. B. 1. *prælatis vniuersis Franc. Constantinopoli constitutis*, C. B. 2. *prælatis vniuersis Francorum Constanti*, ed. ant. sed *Francigenarum*, abest a c. 3. comp. cit. 5.
41) Ita rectius C. B. L. et cit. c. non *Albinensi*.
42) *Ipsi legati*, C. H. *episcopus et cardinalis prædicti*, cit. c.
43) *Ipsam*, etiam in C. B. 2. L. H. ed. ant. Cont. gloss. et Pith. prætermititur.

CAP. XXXII.

In priuilegio de percipiendis fructibus beneficiorum, appellatio beneficiorum etiam maiora beneficia comprehendit, quando priuilegium est concessum episcopo pro honesta et fauorabili caussa. H. d. cum suppletione Panormitani.

IDEM *episcopo Tolanen.* 44) f (*ann. 1225.* C. 4. comp. cit. 5.)

Tua nobis fraternitas g intimauit, quod, cum tibi pro releuatione oneris debitorum, [*quo premeris*,] duxerimus indulgendum, vt fructus beneficiorum, quæ interim in diœcesi tua vacare contigerit, tibi liceat biennio retinere, quidam, apostolicæ gratiæ priuilegium sinistra interpretatione restringere molientes, asserunt, præbendas et maiora beneficia nequaquam beneficiorum nomine contineri: [*super qua interpretationem apostolicam postulasti.*] Nos igitur, [*interpretum huiusmodi sententiam reprobantes*,] auctoritate præsentium declaramus, quod in hoc casu 45) præbendæ ac alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.

44) Rectius: *Tullens.* C. B. L. et c. 4. cit. comp. 5. *Tolanen.* ed. gloss. sed male. In ed. ant. vero nulla est inscriptio.
45) In cit. c. 4. omittuntur verba: *in hoc casu.*

CAP. XXXIII.

Verbum, moderationis, diminutionem continet, non augmentum.

GREGORIVS IX. *decano et sacristæ Engo* 46) h. (*ann. 1236. Romæ.*)

Transmissæ i nobis 47) litteræ 48) continebant, quod, significantibus episcopo et capitulo Xanton. 49) quod quadragenarius canonicorum

46) Lectio hic varia, sed vbique fere vitiosa. Etenim *Engilon.* C. B. 1. *Engen.* C. B. 2. *Egoli*, edit. ant. legunt. Rectius C. L. *Engolismens.* vel *Engolismens.* legitur, *Engoulesme*, in Aquitania sub archiepiscopo Burdegalens.
47) *Nobis*, desideratur in C. H. et ed. ant.
48) *Vestra littera*, C. L.
49) *Xantonen.* C. L. *Santonen.* C. B. 2.

a Canitur, pro *datur*, est in antiquis cod. et in missa, quæ pro desponsatis canitur. b *Al.* ac. c Pannos. d *Al.* item episcopo F. V. P.

e alban. f Tullen. *al.* Tollenen. *al.* Tulenen. g *Vide archidiac. in cap. frater noster C. 16. qu. 1.* h Engoli *al.* Engolismen. i *Vide gl. et D. in cap. cupientes, de elect. in 6. et cardinalem Clement. 2. de magistris.*

numerus,

numerus, institutus in eorum ecclesia, non poterat obseruari, pro eo, quia non sufficiebant ecclesiæ facultates, vobis dedimus in mandatis, vt canonicorum et præbendarum numerum iuxta facultates ecclesiæ moderantes, statueretis eumdem firmiter obseruari. Vos vero inuenistis, prædictæ ecclesiæ facultates, a tempore statuti numeri adeo excreuisse, quod absque mutilatione præbendarum maior haberi posset numerus in eadem: quare quæsistis, an per *moderationis* verbum, litteris nostris appositum, eumdem numerum augmentare vel minuere deberetis. Quocirca mandamus, quatenus, si veteres non sunt minutæ 50) præbendæ, cum moderatio locum non habeat, ipsarum et canonicorum numerum dimittatis in eadem statu, in quo hactenus dignoscitur exstitisse, in vtilitatem eiusdem ecclesiæ conuertentes augmentum suorum redituum, donec duxerimus aliter disponendum.

50) *Diminuta*, C. 8. 2.

TITVLVS XLI.
DE REGVLIS IVRIS.

CAP. I.

Non potest breuius summari.

IOANNES CHRYSOSTOMVS 51) (*ann. 398. in Thracia.* Conf. c. 1. comp. 1. h. t.)

Omnis res 52), per quascunque caussas nascitur, per easdem dissoluitur.

51) In c. 1. comp. 1. h. t. desideratur hæc inscriptio.
52) Eadem verba sunt in *c. 4. C. XXVII. qu. 2.*

CAP. II.

Dubia in meliorem partem interpretari debent.

BEDA *in Homiliis.* a (*ann. 731. in Anglia.* C. 7. comp. cit. 1.)

Estote misericordes, etc. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo 53) b, nisi vt ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est c: *ex fructibus eorum cognoscetis eos*: de manifestis dictum est 54), quæ non possunt bono animo fieri, vt stuprum, blasphemiæ, furta, ebrietates et similia: de quibus nobis permittitur iudicare.

53) *Aestimo*, C. H. et ed. ant.
54) *Digne dictum est*, C. 8. 1.

CAP. III.

Propter scandalum euitandum veritas non est omittenda.

IDEM. (C. 9. comp. cit. 1.)

Qui scandalizauerit 55) etc. Vtilius scandalum nasci permittitur 56), quam veritas relinquatur.

55) *Scandalizatur*, c. 9. comp. cit. 1.
56) *Permittatur*, ibid.

CAP. IV.

Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

IDEM *super Marc.* 57) (C. 12. comp. cit. 1.)

Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam et sabbathum custodiri præceptum est; Maccabæi tamen sine culpa sua 58) in sabbatho pugnabant 59): sic et hodie, si quis ieiunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur 60).

57) *Super Matthæo*, C. 8. 1. *Matthæum*, H. sed in ed. ant. neutra verba leguntur.
58) *Sua*, non est in c. 12. comp. cit. 1.
59) *Pugnarunt*, C. 8. *pugnant*, L. ed. ant. et cit. c.
60) *Non tenetur*, cit. c. loco verborum: *reus voti non habetur.*

a *In Lucam libr. 2. cap. 24. Vide B. Thom. 2. 2. quæst. 60. artic. 4.* b Aestimo. c *Matth. 7.*

CAP. V.

Illicite factum, obligationem inducit.

GREGORIVS VII. 61) (*ann. 591.* C. 4. comp. cit. 1.)

Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite 62) introductum est, nulla debet stabilitate subsistere.

61) Errorce. Desumtum enim est hoc cap. ex *GREGORII I. ep. 54. ind. XI. libr. II.*
62) *Quod latenter per vim et illicite*, c. 4. comp. cit. 1.

CAP. VI.

Tormenta, indiciis non præcedentibus, inferenda non sunt.

IDEM *Varien.* 63) *episcopo.* (*ann. 590.* C. 5. comp. cit. 1.)

Cum in contemplatione: [*et infra.*] In ipso caussæ initio non est a quæstionibus inchoandum.

63) Rursus vitiose. Legendum enim: *GREGORIVS I. Narsi patricio libr. 4. ep. 6.*

CAP. VII.

Sacrilegus est, offendens rem vel personam ecclesiasticam.

STEPHANVS PAPA 64) d. (*ann. 257. Romæ.* C. 8. comp. cit. 1.)

Quæ multoties [*vsurpantur, necesse est, vt multoties prohibeantur.* Nam] quicquid in sacratis Deo rebus, et episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt, et a quoquam 65) violari non debent.

64) Apud *Pseudo-Isidorum STEPHANO I.* hæc verba in *ep. 2.* assignantur.
65) *Quocunque*, C. H. et ed. ant. sed in c. 8. comp. cit. 1. desiderantur voces: *a quoquam.*

CAP. VIII.

Qui facit aliter, quam debet, facere non dicitur.

AVGVSTINVS 66). (*ann. 420. in Africa.*)

Qui ex timore facit præceptum, aliter, quam debeat, facit: et ideo iam non facit.

66) *Eugenius papa*, C. 8. et L.

CAP. IX.

Committens vnum peccatum, reus est omnium, quoad vitam æternam.

IDEM *in libro de vera et falsa pœnitentia* 67). C. 11. comp. cit. 1.)

Defleat peccator, quia, offendens in vno [*præcepto,*] factus est omnium reus.

67) *Idem in legenda pœnitentia*, C. 8. 2. *idem in libro de sapientia*, ed. Cont. et Pith.

CAP. X.

Ignorantia non excusat prælatum in peccatis subditorum. H. d. quoad mysticum et moralem intellectum.

GREGORIVS *in registro* 67*). (*ann. 591. Romæ.* C. 14. comp. cit. 1.)

Quamuis caussæ: [*et infra.*] [*Quid esse deterius potest, quam vt agantur talia contra seruos Dei, vt ipse nesciat, qui præest.*] Non *enim* 68) potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, et pastor nescit.

67*) H. e. *libr. II. ep. 52.*
68) *Enim*, a C. 8. L. et ed. ant. abest.

CAP. XI.

Pro spiritualibus homagium non præstatur.

LVCIVS III. 69) f (*ann. 1181. Romæ.*)

Indignum est, et a Romanæ ecclesiæ consuetudine alienum, vt pro spiritualibus facere quis homagium compellatur. [*etc.*]

69) Inscriptio in *c. 2. comp. 2. de excess. prælat.* est hæc: *LVCIVS III. Eboracensi archiepiscopo et Lund. decano et abbati de Falten.*

d *Stephanus papa I. epist. 2. cuius initium*: plurimum gaudemus, *exstat in 1. tom. conc.* e *Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. Vide B. Thom. 2. 2. quæst. 19.* f *Cap. 13. eod. tit. in 1. compilat. Vide cap. 2. de excess. prælat. in 2. compil. vbi exstat integra clausula.*

FINIS DECRETALIVM GREGORII IX.

LIBER



LIBER SEXTVS
DECRETALIVM
D. BONIFACII PAPAE VIII. 1)

Bonifacivs, epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, dilectis filiis, doctoribus et ſcholaribus vniuerſis, Bononiæ 2) *a* commorantibus, ſalutem et apoſtolicam benedictionem!

Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, quam imperſcrutabilis diuinæ prouidentiæ altitudo, vniuerſis diſpoſitione incommutabili prætulit eccleſiis, et totius orbis præcipuum obtinere voluit magiſtratum, regimini præſidentes, curis ſollicitamur continuis, et aſſidua meditatione vrgemur, vt iuxta creditæ nobis diſpenſationis officium, ſubditorum commodis, in quorum proſperitate vtique proſperamur, iugi, quantum nobis ex alto conceſſum fuerit, ſollicitudinis ſtudio intendamus. Amplectimur quippe voluntarios pro ipſorum *b* quiete labores, et noctes quandoque tranſigimus 3) inſomnes, vt ſcandala remoueamus ab ipſis, et, quas humana natura, nouas ſemper deproperans edere formas, lites quotidie inuenire conatur, nunc antiquorum *c* declaratione, nunc vero nouorum editione iurium, prout nobis eſt poſſibile, reprimamus.

Sane, cum poſt volumen decretalium, a felicis recordationis Gregorio papa IX. prædeceſſore noſtro, tam prouide, quam vtiliter compilatum, nonnullæ ab eo et ab aliis Romanis pontificibus ſucceſſiue ſuper diuerſis dicerentur articulis editæ decretales, de quarum aliquibus, an decretales exſiſterent, earumque auctoribus 4) dubitabatur ſollicite in iudiciis et in ſcholis: nos, ad apicem ſummi pontificatus ſuperna diſpoſitione vocati, ſuper hoc cum inſtantia requiſiti a multis *d*, ambiguitatem et incertitudinem huiuſmodi, diſpendium pluribus adferentem *e*, omnino tollere, ac elucidare, quæ de decretalibus ipſis teneri, quæue deberent in poſterum refutari, gratia ſuffragante diuina, pro vtilitate publica deſiderabiliter adfectantes, per venerabiles fratres noſtros, Guilielmum, archiepiſcopum Ebrudunenſ. 5) *f* et Berengarium, epiſcopum Biterenſ. ac dilectum filium,

1) *Incipit liber ſextus decretalium domini Bonifacii, papæ octaui.* C. R.
2) *Tholoſæ*, ibid.
3) *Tranſimus*, C. R. ed. gloſſ. et Pith.
4) *Actoribus*, C. R.
5) *Ebredunenſem*, C. impr.

a In vno manuſcripto ita: *Paduæ commorantibus:* in altero Vaticano ita: *Bononiæ*, *Pariſiis*, *Aurelianiſque commorantibus*. *b* *Eorum*. *c* Optimus textus ſecundum doct. quod declarans non nouat. Similis text. in l. heredes palam. *ſ*. ſed et ſi notam. ff. de teſtamentis. Font. *d* In dubio iuris, ſi princeps eſt præſens, conſulendus eſt: aliter non valet actus. Vide l. cum de nouo. C. de legibus. *e* Alias: *adferentes*. *f* *Ebredunenſ.*

magiſtrum *a* Richardum de Senis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecancellarium, iuris vtriuſque doctorem, decretales huiuſmodi diligentius fecimus *b* recenſeri, et tandem, pluribus ex ipſis, cum vel temporales, aut ſibi ipſis, vel aliis iuribus contrariæ, ſeu omnino ſuperfluæ viderentur, penitus reſecatis, reliquas 6), quibuſdam ex eis abbreuiatis et aliquibus in toto, vel in parte mutatis, multiſque correctionibus, detractionibus, et additionibus, prout expedire vidimus, factis in ipſis, in vnum librum, cum nonnullis noſtris conſtitutionibus, in quibus ad correctionem morum, ſubditorumque *c* quietem multa ſtatuuntur ſalubria fructus vberes Deo propitio in domo Domini adlatura, et plurima, in iudiciis et extra frequentata, dubia deciduntur, redigi mandauimus, et ſub debitis 7) titulis collocari.

Quem librum, quinque libris aliis dicti voluminis decretalium adnectendum, *ſextum* cenſuimus nuncupari: vt idem volumen, ſenarium *d*, qui numerus eſt perfectus, librorum, illo adiuncto, numerum comprehendens, perfectam in *e* rebus agendis formam tribuat, et in moribus diſciplinam.

Nec ſine cauſſa morem prædeceſſorum noſtrorum, qui cum conſtitutiones aliquas promulgabant nouiter, et 8) eas mandabant ſub antiquarum ſerie ſituari, omiſimus in hac parte ſeruare. Hæc 9) *f* enim fecimus, ne infinitos libros deſtrui, et alios non ſine maximis 10) diſpendiis, laboribus, et expenſis de nouo fieri oporteret.

Vniuerſitati *g* veſtræ igitur per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus librum huiuſmodi, cum multa maturitate digeſtum, quem ſub bulla noſtra vobis tranſmittimus, prompto ſuſcipientes adfectu, eo vtamini de cætero in iudiciis et in ſcholis, nullas alias, præter *h* illas, quæ inſeruntur, aut ſpecialiter reſeruantur in eo, decretales aut conſtitutiones, a quibuſcunque noſtris prædeceſſoribus, Romanis pontificibus, poſt editionem dicti voluminis promulgatas, recepturi vlterius, aut pro decretalibus habituri.

6) *Reliquis*, C. R.
7) *Certis*, ibid.
8) *Et*, abeſt a C. R. impr. ed. gloſſ. et Pith.
9) *Hoc*, C. R.
10) *Magnis vel maximis*, ibid.

---

a Doct. not. quod doct. vocari poſſunt magiſtri gl. 3. in Clem. cum ſit. de magiſtr. Ego addo text. in l. quibus præcipua. ff. de verb. ſign. Font. *b* Nota, quod poteſtas condendi legem, eſt delegabilis. doct. Font. *c* Alias ita: *vtrorumque ſubditorum quietem* *d* Conſule Euclidem et alios mathematicos, ex quibus intelliges, cur numerus ſenarius dicatur perfectus. Adde Macrobium libr. 1. cap. 6. in ſomnium Scipionis. *e* Al. ita: *in eccleſiaſticis rebus agendis.* *f* *Hoc.* *g* Nota text. hic iuncta ſuperſcriptione, quod ſcholares et doct. ſimul faciunt vniuerſitatem. Dom. Philipp. Font. *h* Nota, quod dictio, *præter*, ſequens negatiuam includit. Dom. hic Rom. conſil. 328. Font.

BONIFACIVS PAPA VIII. *natione Hernicus, patria Anagninus, e familia Caietana, anno MCCXCIV. pontifex maximus creatus eſt. Is decretales epiſtolas prædeceſſorum ſuorum per* GVILIELMVM, *archiepiſcopum Ebrudunenſ. et* BERENGARIVM, *epiſcopum Biterenſ. ac magiſtrum* RICHARDVM de Senis, *S. R. E. vicecancellar. diligenter fecit recenſeri, et, quibuſdam decretis nouis, a ſe additis, in vnum librum ſub debitis titulis redigi, et quinque aliis* GREGORII PAPAE IX. *adnecti,* ſextumque *nuncupari iuſſit: ad quem* IOANNES ANDREAS *Bononienſis continuas gloſſas, quibus multa eius lectura fuerunt inſerta, et hoc ſigno () notata, conſcripſit.*

SEXTI

SEXTI DECRETALIVM
LIBER PRIMVS.

TITVLVS PRIMVS.
DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

CAP. VN.

Spiritus Sanctus æternaliter a Patre et Filio, tanquam ab vno principio et vnica spiratione, procedit. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. 1) *in generali concilio Lugdunensi II. c. 1. (ann. 1274 in Gallia.)*

Fideli ac deuota professione fatemur a, quod Spiritus Sanctus æternaliter ex Patre et Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex vno principio, non duabus spirationibus, sed vnica spiratione procedit. Hoc 2) professa est hactenus, prædicauit et docuit, hoc firmiter tenet et 3) prædicat, profitetur et docet sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium, et magistra: hoc habet orthodoxorum patrum, atque doctorum Latinorum, pariter et Græcorum incommutabilis et vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmissæ veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi: nos, huiusmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc 4) sacro adprobante concilio, damnamus et reprobamus omnes, qui negare præsumpserint, æternaliter Spiritum Sanctum ex 5) *b* Patre et Filio procedere, siue etiam temerario ausu adserere, quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio, tanquam ex duobus principiis, et non tanquam ex vno, procedat.

1) *Gregorius IX.* C. impr. sed erronee.
2) *Hac*, ibid.
3) *Et*, a C. R. abest et ab ipso concil.
4) *Hoc*, in ipso concil. non habetur.
5) *De*, C. R. sed contra lectam concil.

TITVLVS II.
DE CONSTITVTIONIBVS.

CAP. I.

Noua constitutio principalis tollit primam contrariam; quamuis id non exprimat; speciales consuetudines, et statuta rationabilia non tollit: nisi id exprimat. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1301. Romæ.)*

Licet Romanus pontifex, (qui iura omnia in scrinio pectoris sui censetur 6) habere,) constitutionem c condendo posteriorem, priorem, quamuis de ipsa mentionem non faciat, reuocare noscatur; quia tamen locorum specialium 7) et personarum singularium consuetudines et statuta, (cum sint facti, et in facto consistant,) potest probabiliter ignorare: ipsis, dum tamen 8) sint rationabilia, per constitutionem, a se nouiter editam, (nisi expresse caueatur in ipsa,) non intelligitur in aliquo derogare.

6) *Censetur*, C. impr.
7) *Specialium*, nec in C. impr. nec in R. habetur. Nihilominus tamen retinendum est. Nam inde colligitur, ius pontificium etiam in foris catholicorum valere in subsidium, saluis statutis et consuetudinibus specialibus, et in Germania pariter saluis *concordatis nationis Germanicæ*, aliisque *legibus propriis.*
8) *Modo*, C. R.

CAP. II.

Duo sunt dicta. Primum, quod statuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, quod statutum episcopi extra suam diœcesim subditum non ligat. Ioann. Andr.

IDEM.

Vt animarum *d* periculis obuietur; sententiis, per statuta quorumcunque ordinariorum prolatis, ligari 9) nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina. Statuto episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint, excommunicationis sententia promulgatur, subditi eius, furtum extra ipsius diœcesim committentes, minime ligari noscuntur: cum extra territorium ius dicenti non pareatur 10) impune.

9) *Legari*, C. impr.

10) *Paretur*, ibid.

TITVLVS III.
DE RESCRIPTIS.

CAP. I.

Rescriptum, impetratum ab excommunicato, est ipso iure nullum, et quidquid inde sequutum est: nisi in caussa excommunicationis vel appellationis.

GREGORIVS IX. 11) *(ann. 1230. Romæ.)*

Ipso iure rescriptum, vel processus, per ipsum habitus, non valeat, si ab excommunicato super alio, quam excommunicationis vel appellationis articulo, fuerit impetratum.

11) *Gregorius nonus in concilio Lugdunensi*, C. R.

CAP. II.

Per clausulam: Quidam alii: *possunt soli quatuor conueniri: quorum nomina in primo citatorio exprimuntur, ne variationi sit locus.* Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *in concilio Lugdunen. (ann. 1245. in Gallia.)*

Cum in multis iuris articulis infinitas reprobetur; prouide duximus statuendum, vt per illam generalem clausulam: *Quidam alii*: quæ frequenter in 12) litteris nostris inseritur, vltra tres vel quatuor in iudicium non trahantur; quorum nomina in primo citatorio exprimat impetrator: ne locus fraudi forsitan relinquatur, si circa ea possit libere variare 13).

12) *In*, C. R. non habet.
13) *Variari*, C. impr.

CAP. III.

Si actor contra reum super pluribus personalibus litteras impetrat ad diuersos; non valent litteræ, nec processus earum: et reo condemnabitur in expensis. Et idem in reo, conuenicnte vel reconueniente actorem, eodem durante iudicio. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Dispendia litium æquitatis compendio volentes, qua possumus, industria coarctare, statutum felicis recordationis Gregorii papæ IX. prædecessoris nostri, super hoc editum ampliantes, decernimus, vt, si quis contra alium plures personales 14) mouere voluerit quæstiones, non ad diuersos iudices, sed ad eosdem super omnibus huiusmodi quæstionibus literas studeat impetrare. Qui vero contrarium fecerit, omni commodo *e* careat litterarum: nec processus habitus valeat per easdem, reo 15), si eum per ipsas citauerit vel 16) fatigauerit, in expensis legitimis condemnandus. Reus quoque, si, eodem durante iudicio, actorem sibi obnoxium duxerit 17), reconuentionis beneficio vel conuentionis, (si contra eum litteras impetrare maluerit 18), de iure suo debet apud eosdem iudices experiri 19), nisi eos, vt suspectos 20), poterit recusare, simili pœna, si contra hoc 21) fecerit, puniendus.

14) *Reales* omittuntur, quod in his forum rei sitæ potissimum attendatur, et sic plures reales non commode semper vni eidemque iudici committi queant.
15) *Alias reo*, C. R.
16) Verb. *citauerit vel*, non sunt in C. impr.
17) *Dixerit*, C. R. et ed. gloss.
18) *Voluerit*, C. R.
19) *Reperire*, C. impr.
20) *Suspectus*, ibid.
21) *Hoc*, non est in C. R.

---

a *Papa cogitur confiteri Do. et infidelis deponitur. XL. distinct. c. si papa. per gloss. Vide magistrum et alios doct. theologiæ l. 1. sent. dist. 11. et 12. Thom. p. 1. qu. 36. art. 2. et 4.* b *Alias* a patre. c *Quæ dicitur quasi commune statutum, et verbum statuti respicit ius scriptum. 1. dist. c. § 4. cum itaque. secundum Archid.* d *Dic. hoc nos quod laici ligantur statuto episcopi, in fauorem animæ facto, c. nouit. de iud. c. nos inter. de purg. can. Pont.*

a *Hoc est, si virtute primi rescripti aduersarius erat in mora, vel in mala fide, vel erat interrupta præscriptio propter secundum rescriptum ad alium, omnes isti effectus pereunt. Phil. Et vide c. procedere etiam in delegatis ab inferioribus a papa. Arch. Phil. Do. Fant.*

CAP. IV.

Receptus per litteras facultatis, si ad recipientes spectabat receptio, ipsorum, et non papæ, auctoritate intelligitur esse receptus: nisi in litteris aliud esset expressum. Si autem receptio non spectabat ad eos: tunc apostolica auctoritate dicitur receptus. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1300.)*

Cum aliquibus recipiendi aliquem in canonicum alicuius ecclesiæ, non obstantibus eiusdem ecclesiæ priuilegiis, consuetudinibus, vel statutis, iuramento, confirmatione apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis 22), per nostras litteras concedimus facultatem; si canonicorum receptio alias in ipsa ecclesia non spectat ad eos, quibus huiusmodi litteræ diriguntur, sed ex earum viribus recipiunt potestatem: is, qui recipitur, auctoritate apostolica dignoscitur esse receptus. Si vero canonicorum receptio alias pertinet ad eosdem; non apostolica, sed recipientium censetur auctoritate receptus: nisi, quod eum auctoritate nostra reciperent, in nostris litteris caueatur 23) expresse.

22) Per hanc clausulam fit relaxatio ab obligatione statutorum, priuilegiorum etc. in certo actu: adeoque re vera *dispensatio* peragitur. Vnde liquet, hanc cessare in caussis, quæ arbitrio pontificis non sunt subiectæ, vt in *concordatis nationis German.*

23) *Caueretur*, C. R. ed. Pith. et gloss. *caueatur*, C. impr.

CAP. V.

Rescriptum papale, quod concedit promoto retentionem priorum beneficiorum vsque ad beneplacitum papæ, exstinguitur, mortuo papa: secus, si ibi dicatur: vsque ad beneplacitum apostolicæ sedis. *Nec intelligitur tale rescriptum de beneficiis, prius non canonice detentis.* H. d. Ioann. Andr.

IDEM. *(ann. 1302.)*

Si gratiose tibi a Romano pontifice concedatur, vt beneficia *a*, quæ tempore tuæ promotionis obtinebas 24) *b*, posses 25) vsque ad suæ voluntatis beneplacitum retinere: huiusmodi gratia per eius obitum, per quem ipsius beneplacitum 26 omnino exstinguitur, eo ipso exspirat. Secus autem, si vsque ad apostolicæ sedis beneplacitum gratia concedatur prædicta. Tunc enim, quia sedes *c* ipsa non moritur, durabit perpetuo: nisi a successore fuerit reuocata. Prætextu vero talis concessionis, quæ debet, (cum sit ambitiosa,) restringi, ea solum beneficia, quæ canonice obtines, potes licite retinere.

24) *Obtines*, C. R. et impr.

25) *Possis*, ibid.

26) Clausula *beneplaciti* re vera *precarium* inuoluit: adeoque morte concedentis concessio desinit. *l. 4. D. in st. cond.* Quocirca priuilegia, *ad beneplacitum* concessa, pro lubitu reuocari possunt. Vid. *LYNCKER. de beneplacito.*

CAP. VI.

Vacatio per mortem, et vacatio per renuntiationem sunt diuersa: et ideo in litteris, ad beneficia impetratis, vno expresso, non venit reliquum.

IDEM. *(ann. 1302.)*

Susceptum ab apostolica sede mandatum, vt, ab aliquo beneficii, (quod obtinet,) resignatione recepta, ipsum alteri conferas et assignes, adimplere non potes, si ille, antequam resignet, rebus eximatur humanis; cum non per resignationem vacauerit, sed per mortem: nisi de intentione mandantis aliud appareret expresse. Si duo super eodem beneficio litteras impetrent, primo eorum, per illius obitum, qui tenebat, secundo vero, per cessionem eiusdem ipsum proponentia vacare: secundus, cum beneficium ipsum cessione, non morte vacauerit, debet primo in ipsius assequutione præferri.

CAP. VII.

Licet ignorans, beneficium sibi collatum, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit; valent litteræ: alterum tamen eliget, si de iure simul teneri non possint. Ioann. Andr.

IDEM. *(ann. 1302.)*

Gratia, quam super beneficio a sede apostolica te impetrasse proponis, vitiosa reputari non debet: quamuis de alio beneficio, ab episcopo tuo antea tibi, absenti et ignoranti, collato, nullam, (cum tempore impetrationis nescires) feceris mentionem. Vtrumque tamen, (si talia sint beneficia, quæ simul nequeant de iure teneri,) habere non potes: sed eligas, quod ex eis malueris retinere.

CAP. VIII.

Si restituatur quis ad gratiam reuocatam; sine alterius præiudicio intelligitur restitutus: vnde alteri, ante restitutionem impetranti, præferri non debet. Ioan. Andr.

IDEM.

Quamuis is, cuius gratia, (per quam mandabatur *d* in certa ecclesia prouideri sibi de beneficio, proxime vacaturo,) per nos fuerat 27) reuocata, restituatur a nobis denuo ad eandem; non tamen ei, cui post reuocationem, et ante restitutionem prædictas, similis in eadem ecclesia gratia facta fuit, (nisi de hoc *e* expresse dixerimus 28), anteferri debebit: cum talis restitutio, vbi aliud non exprimitur, intelligatur fieri sine iuris præiudicio alieni.

27) *Fuerat*, C. R.

28) *Nisi hoc fuerit expresse dictum*, C. R. sic etiam in C. impr. desideratur partic. *de*.

CAP. IX.

In litteris, ad beneficia impetratis, inspicitur tempus datæ. Vnde per illas beneficium curatum obtinere non poterit, qui, licet nunc sit maior, illo tempore minor erat. Ioann. Andr.

IDEM.

Si eo tempore, quo tibi de beneficio cum cura, vel sine cura mandauimus 29) prouideri, ad obtinendum curatum beneficium, idoneam *f* non habebas 30) ætatem: tibi, licet nunc legitimæ effectus sis ætatis, auctoritate litterarum huiusmodi, (cum tempore datæ ipsarum adhuc 31) non esses idoneus,) de beneficio, curam animarum habente, nequaquam poterit 32) prouideri. Beneficium autem sine cura, (cum ad ipsum sufficientem tunc ætatem haberes,) per eas licite poteris obtinere.

29) *Mandamus*, C. impr.

30) *Habes*, C. R.

31) *Ad id*, ibid.

32) *Poteris*, ibid.

CAP. X.

Gratia generalis non præiudicat speciali, et debet facere mentionem de præcedenti priuilegio, consuetudine vel statuto. H. d. Zenzel.

IDEM.

Si propter tua debita persoluenda, fructus beneficiorum primi anni, quæ in tua vacabunt diœcesi, tibi, (non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, priuilegiis, vel statutis, per quæ nostra impediri posset 33) concessio,) vsque ad quinquennium de speciali gratia concedimus: intentionis nostræ nequaquam existit, si fructus huiusmodi, ecclesiæ tuæ 34) fabricæ vel alteri vsui, seu cuicunque singulari personæ, de speciali consuetudine, priuilegio, vel statuto forsitan debeantur, quod eis per concessionem ipsam, (nisi hoc expresse caueatur in *g* ea,) præiudicium aliquod generetur.

33) *Possit*, C. R.

34) *Tua*, ibid. non legitur.

CAP. XI.

Caussæ ab apostolica sede vel eius legato committi debent dignitatem obtinentibus, vel canonicatum ecclesiæ cathedralis. Nec tractari debent, nisi in ciuitatibus, vel locis insignibus. H. d. vsque ad *§. Cum vero.*

IDEM BONIFACIVS VIII. 35) *(ann. 1302.)*

Statutum *h*, quod circa iudices, a sede apostolica deputandos, nuper edidimus, cum quædam contenta in eo, quæ pro communi vtilitate credebantur inducta, (sicut experientia docuit,) tendere dignoscantur ad noxam, sanctione præsenti, (quam irrefragabiliter obseruari mandamus,) suadente vtilitate, in melius duximus reformandum. Sancimus igitur, vt nullis, nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu ecclesiarum cathedralium canonicis, caussæ auctoritate litterarum sedis apostolicæ, vel legatorum eiusdem de cætero committantur, nec audiantur alibi, quam in ciuitatibus, vel locis insignibus, vbi possit commode copia peritorum *i* haberi.

Actore et reo eiusdem diœcesis existentibus, caussa committi non debet extra illam, nisi in sex casibus, in quibus tamen non trahetur vltra vnam dietam. Et, nisi in duobus vltimis casibus impetrans per iuramentum fidem fecerit de illis, repelletur a iudice, et in expensis condemnabitur. Hoc dicit vsque ad *§. Cum autem.* Dominicus.

§. 1. Cum vero eiusdem ciuitatis seu diœcesis fuerint actor et reus; extra ipsas caussa non committatur, nec conueniatur aliquis eorundem: nisi ab episcopo contra aliquem de sua diœcesi, vel ab aliquo contra eum, aut contra eius capitulum, seu contra vniuersitatem ciuitatis, villæ, aut castri fuerit actio dirigenda, vel nisi actor, eandem ciuitatem seu diœcesim intrare non audens, aut sui aduersarii potentiam merito perhorrescens, eum intra ipsas nequeat conuenire secure. In his quippe casibus extra dictas ciuitatem 36) et diœcesim possit contra prædictos caussa committi: nullus tamen eorum vltra vnam dietam a fine suæ diœcesis valeat conueniri. Sed et in duobus vltimis casibus, nisi impetrans de prædicto timore, quem in litteris commissionis exprimere teneatur 37), primo fidem iudici faciat, saltem per proprium iuramen-

35) *Bonifacius VIII.* non habet C. impr.

36) *Ciuitates*, C. R.

37) *Tenetur*, ibid.

---

a *Quid nomine beneficii intelligatur, vide doct. in c. cum olim. de præbend. et dign. Plura beneficia sine dispensatione tenere licet. infr. eod. tit.* Gratian. Dom. b Obtines, possis, etc. c *In codice Barbat.* sedes apostolicas. d *Hodie hæc beneficia mandata de prouidendo omnino sunt sublata per concil. Trident. sess. 24 de reform. c. 19.* e Nisi hoc, etc. f *Quæ sit idonea ætas in quolibet ordinato, tradit Panorm. c. sicut inordinata. de præb.* g *Papa in beneficialibus præiudicare potest alterius iuri. Nam in beneficialibus omnia potest. c. 2. infr. de præb.* h *Nota, appellatione statuti comprehendi ius commune. Fons. Vide conc. Trid. sess. 25 de reform. c. 10.* i *Nomine peritorum qui intelligantur, vide Archidiac. in c. vt commiss. infr. de heret.*

tum,

rum, iudex ipse nullatenus in caussa procedat, sed partes a sua iurisdictione dimittens, impetrantem eundem in expensis legitimis alteri parti condemnet.

Actor contra reum diuersæ diœcesis debet impetrare delegatum, vel in diœcesi rei, vel in alia non propria, nec vltra vnam diætam distante. Dominicus.

§. 2. Cum autem actor 38) et reus ciuitatum et diœcesum fuerint diuersarum, si actor in ciuitate vel diœcesi rei iudicem habere recuset; ipsum non in sua, sed in alia 39) ciuitate, vel diœcesi libere impetrare valeat, reumque trahere ad eandem: dummodo locus, ad quem eum traxerit, vltra vnam diætam, (sicut in casu alio præmittitur,) minime sit remotus.

Delegatus extra locum commissionis, nec partes citare, nec caussam cognoscere potest sine expresso partium consensu, nec subdelegare locis vel personis aliis, quam hic expressis. Ioann. Andr.

§. 3. In nullo quoque casuum prædictorum iudex extra ciuitatem seu diœcesim 40), in quibus deputatus fuerit, citet partes, nec de caussa sibi commissa cognoscat; nisi ad id expressus accesserit earundem *a* adsensus: neque alibi, quam intra illas, et personis duntaxat, designatis superius, committat *b* quomodolibet vices suas.

Delegatus nihil debet a partibus recipere, nisi esculentum et poculentum, libere oblatum, quod paucis possit consumi diebus: vel moderatas expensas, si non sunt pauperes, quando pro necessitate vel vtilitate, non malitiose, extra domicilium pergeret. Dominicus.

§. 4. Insuper vt gratis, et cum omni puritate iudicium coram ipso procedat, nullum munus vel quicquam 41) aliud, (nisi forsan esculentum vel 42) poculentum, mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus, vel nisi, cum 43) ipsum propter caussam, sibi commissam, contigerit extra suum domicilium proficisci, moderatas expensas,) recipere ab eisdem partibus qualitercunque præsumat, prouisurus attente, quod in ipsis expensis modum nequaquam excedat. Nec plus ab vna parte, quam ab alia exigat; cum commune gerat negotium vtriusque, quodque, (vbi caussæ 44) sibi commissæ vtilitas vel necessitas non 45) exegerit,) occasionem propter habendas expensas proficiscendi extra domicilium non adsumat: sed et, vbi notabiliter fuerint pauperes *c* litigantes, etiam 46) pro expensis nil prorsus exigat ab eisdem.

Delegatus, nisi indigeat, non adsumat adsessorem: alias de suo illi prouideat. Si eget: non suspectum partibus adsumet, cum moderato salario, a partibus soluendo.

§. 5. Adsessorem 47) autem, (vt quandoque *d* faciunt aliqui fraudulenter,) nisi eo indigeat, quod conscientiæ relinquatur eiusdem, sibi nequaquam adiungat: alioquin de suo proprio prouidere teneatur eidem. Si autem indigeat: ipsum, neutri parti suspectum, adsumens, ei de competenti salario, prouide moderando ab eo, faciat a partibus communiter prouideri.

Delegatus, taxare debet salarium notariorum, nec participare debet cum ipsis vel adsessoribus in salario. Dom.

§. 6. Notarium vero vel notarios, in caussa sibi commissa scribentes, qui vt plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt, vt ad ipsius spectat officium, prudenter refrenet: nec cum ipsis, aut cum adsessore præfato lucrum participet vllo modo.

Delegatus, recipiens aliquid contra prohibitionem huius capituli, tenetur restituere, non obstante dantis remissione. Ioann. Andr.

§. 7. Si quid 48) *e* autem contra constitutionem præsentem receperit: ad ipsius restitutionem integram teneatur, nulla eorum, quibus restitutio facienda fuerit, remissione vllatenus profutura eidem.

Delegatus non debet vocare testes; nisi statu caussæ requirente: et producens illis administrare debet expensas in veniendo, stando et redeundo. Dominicus.

§. 8. Pro ferendo quoque testimonio, (prætextu cuius aliqui alios fraudulenter interdum a iudicibus vocari procurant, vt eos laboribus et expensis fatigent, aut extorqueant aliquid ab eisdem,) nullum vllatenus conuocet *f*: nisi quando conditio et status 49) caussæ requirent 50). Sed nec tunc, nisi a producente, competentes, (vocato pro testimonio veniendo, stando, et redeundo,) faciat ministrari expensas.

38) *Idem actor*, ibid.
39) *Alteea*, ibid.
40) *Sua diœcesis*, C. impr.
41) *Quicquid*, ibid.
42) *Et*, C. B.
43) *Cum*, non est in C. impr.
44) *Nisi caussa*, C. H.
45) *Non*, abest a C. B. et impr.
46) *Etiam*, C. B. non habet.
47) *Assessores*, C. impr.
48) *Si quis*, C. H.
49) *Aut status*, ibid.
50) *Requirerent*, C. impr. *requiret*, H.

Gesta contra hanc decretalem sunt ipso iure nulla. H. d. Et non diuiditur.

§. 9. Quidquid autem contra præmissa, vel eorum aliquod 51) contigerit attentari, sit ipso iure irritum et inane.

51) *Aliquid*, C. B. et impr.

CAP. XII.

Sola præuenta præsentatio et receptio in canonicum secundi impetrantis in eadem ecclesia, non excludit primum impetrantem a præbenda, vacante tempore suæ receptionis, vel post a vacante ante suam receptionem vel præsentationem; et hoc, si per processum exsequutoris, vel interpositionem decreti pro primo impetrante adfecta exstiterat: nisi dolo vel negligentia excluderetur ab eadem. H. d. Dominicus.

IDEM. (*ann.* 1302.)

Tibi, qui gratiam in Biuren. 52) *g* ecclesia impetrasti a nobis, certo exsequutore concesso, qui te in canonicum recipi faceret, et de præbenda tibi, (si qua in eadem ecclesia tunc vacabat, alioquin de vacatura *h* proxime,) prouideret, alius, similem gratiam post tuam impetrationem obtinens in eadem, licet prius, quam tu, suas literas præsentauerit, et in canonicum sit receptus, in præbenda tempore tuæ receptionis, vel etiam post vacante, ex quo alteri ante tuam receptionem collata non exstitit, anteferri non debet. Idem quoque, si ante receptionem tuam in canonicum vacauisset præbenda per processum tui exsequutoris, qui ei, ad quem præbendæ collatio pertinebat, notificauerat, quod eam volebat 53) per huiusmodi potestatem conferre, aut interdixerat 54), ne conferret eandem, seu illam suæ reseruauerat collationi, præsertim cum interpositione decreti adfecta: tunc enim tibi et non alteri debet præbenda huiusmodi adsignari. Quinimo si ante receptionem et præsentationem etiam tuam præbenda vacauerit 55): idem erit censendum, si in huiusmodi gratia, tibi facta, decretum a nobis fuerat 56) irritum et inane, quod contra ipsam contingeret attentari. In prædictis itaque *i* casibus debes tu præbendam vacantem potius, quam impetrator vltimus, obtinere: dum tamen dolus tibi non possit, vel notabilis negligentia imputari.

52) *Biteren*. C. impr.
53) *Valebat*, C. H.
54) *Interdixit*, ibid.
55) *Vacauit*, C. impr.
56) *Fuerit*, C. H.

CAP. XIII.

Si primo sub conditione prouideri mandatur, et secundus, pure impetrans, priusquam veniat conditio, a papa vel exsequutore suo canonicatum obtineat: in adsequutione præbendæ primo præfertur. Ioann. Andr.

IDEM. (*ann.* 1302. *Romæ.*)

Si pro te alicui directa fuerint scripta nostra, vt tibi de canonicatu, et præbenda ecclesiæ Bituren. 57) *k* si ad id accederet episcopi et capituli ecclesiæ prælibatæ adsensus, auctoritate apostolica prouideret: alter 58), postmodum impetrans, qui ex collatione apostolicæ sedis, vel exsequutoris, super hoc deputati, prouisione, priusquam episcopi et capituli prædictorum adsensus ad prouisionem tibi accederet faciendam, canonicatum obtinuit Bituren. licet tu, interueniente postea prædictorum adsensu, dicti prioris mandati auctoritate, in canonicum ipsius ecclesiæ sis receptus, in præbenda vacante tibi merito antefertur.

57) *Biteren*, C. impr.
58) *Et alter*, ibid.

CAP. XIV.

Hæc est sollemnis decretalis, et per Ioann. Andr. subtiliter glossata, et potest sic secundum eum summari: *Si inter duos impetrantes non adparet prioritas, etc.* Hæc decretalis duo membra distinguit, et in secundo subdistinguit. Et partes patent secundum Ioann. Andr. licet glossa prima latius summet.

IDEM.

Duobus *l* super prouisione 58*) simili, sibi facienda in eadem ecclesia, litteras a nobis obtinentibus vna die, certis eis exsequutoribus deputatis, si non adpareat, quis primo impetrauerit ex eisdem, is eorum, cui canonicatum contulimus, est in præbenda præferendus alteri, qui a nobis canonicatum non exstitit adsequutus: licet priusquam alius eis, ad quos spectat canonicorum receptio, et collatio præbendarum, suas præsentauerit litteras, et ab eis in canonicum sit receptus. Si vero neutri eorum vel vtrique canonicatum contulimus 59): tunc, (ex quo in gratia sunt æquales, is,) qui primo præsentauerit, erit potior 60) in præbenda. Quodsi forsan ambo simul in præsentando concurrant: hi ad

58*) *Professione*, C. impr.
59) *Contulerimus*, C. B.
60) *Prior*, ibid.

---

a Eorundem. b *Vid. Bart. in l. multa. ff. de cond. et demonstr. et Bald. in l. fin. C. de her. inst. Fusc.* c *Paupertas excusat ab onere expensarum. Dom.* d *Iura disponunt super eo, quod non fit saepe, sed quandoque. Dom.* e *Vide l. si rem. § omnis. ff. de pign. act.* f Conuocent.

g Biturensi *al.* Betarensi. h *Hodie mandata de prouidendo, et gratias exspectatiuas omnino sustulit conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 19.* i Quoque. k Biturensis. l *Meminisse semper oportet eorum, quæ sanciuit conc. Trid. sess. 24 de reform. c. 19.*

quos

quos, (vt præmittitur.) spectat canonicorum receptio et collatio præbendarum, vel eorum maior pars, ex eis alterum, quem voluerint 61), eligere teneantur. Quo electo, alius omnino careat impetratis: nisi ex tenore litterarum ipsius 62) expresse adpareat, quod vtrique ipsorum voluerimus prouidere.

61) *Maluerint*, C. R.
62) *Ipsius*, desideratur ibid.

CAP. XV.

Omnes indulgentiæ, concessæ a Bonifacio, vel suis prædecessoribus, clericis, de percipiendis perpetuo fructibus suorum beneficiorum in absentia, sunt reuocatæ. Et profitetur papa, se illas in posterum non daturum. Ioann. Andr.

EIDEM.

Quia per ambitiosam importunitatem petentium, tam nos, quam nonnulli prædecessores nostri, Romani pontifices, indulgentias perpetuas multis 63) concessimus de percipiendis 64) fructibus beneficiorum suorum, distributionibus *a* quotidianis duntaxat exceptis, siue in scholis essent, siue 65) in 66) ecclesiarum suarum altera residerent, aut in Romana curia moram traherent, seu alio certo loco, vel etiam vbicunque; ex quo insolentiæ oriuntur vagandi, et dissolutionis præparatur materia, minuitur cultus diuinus, quem desideramus augeri, et officium plerumque, propter quod beneficium ecclesiasticum datur, omittitur: nos valentes emendare præterita, et quantum possumus, aduersus futura cauere, omnes huiusmodi et similes indulgentias, personis, non ecclesiis vel dignitatibus datas, penitus reuocamus, et earum concessionem 67) nostris volumus exsulare temporibus. Quodque nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus 68).

63) *A multis*, C. impr.
64) *Recipiendis*, C. R.
65) *Si*, C. impr.
66) *In*, ibid. non legitur.
67) *Concessiones*, C. R.
68) *Indicamus*, C. impr.

TITVLVS IV.
DE CONSVETVDINE.

CAP. I.

Prætextu consuetudinis etiam iuratæ, vel quantocunque tempore obseruatæ, non potest quis nisi vnicum personatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium, simul cum canonica, et præbenda in aliqua ecclesia absque dispensatione sedis apostolicæ obtinere, vel iam obtenta tenere: et contra præsumptum, irritum est omnino. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1296. Romæ.)*

Consuetudinem *b*, quam in vestra ecclesia seruatam asseritis tanto tempore, quod in contrarium memoria non existit, videlicet, quod ipsius ecclesiæ canonici duos personatus, aut duas dignitates, vel præposituras, seu administrationes, aut duo officia, vel eorum alterum cum reliquo insimul et præbendam possint in ea licite absque dispensatione sedis apostolicæ obtinere, corruptelam, (cum sacris sit inimica canonibus, et de ambitionis radice processerit,) merito reputantes, eam auctoritate apostolica reprobamus, vosque ad ipsius obseruantiam, etiamsi iuramento firmata extiterit, (cum iuramentum iniquitatis vinculum non existat,) decernimus non teneri, statuentes, vt, (cum vnum officium vix digne 69) valeat aliquis adimplere,) nulli liceat de cetero, nisi vnicum personatum 70), vel dignitatem, aut præposituram, siue administrationem, vel officium perpetuum, quocunque nomine censeantur *c*, cum præbenda insimul 71) absque dispensatione dictæ sedis in eadem ecclesia obtinere, vel iam obtenta *d* tenere. Quodsi a quoquam secus præsumptum fuerit: irritum sit omnino.

69) *Digne*, abest e C. R.
70) *Cum personatum*, non habet C. M.
71) *Similiter*, alii ibid.

CAP. II.

Non valet consuetudo, quod ab officiali episcopi ad episcopum appelletur. Ioann. Andr.

IDEM.

Non putamus illam consuetudinem, quantocunque tempore de facto seruatam, consonam rationi, quod ab officiali episcopi ad eundem episcopum valeat appellari: ne ab eodem ad se ipsum, (cum sit idem auditorium vtriusque,) appellatio interposita videatur.

CAP. III.

Valet consuetudo præscripta, quod episcopus in inquirendo, puniendo, et corrigendo subditorum excessus, sui capituli consilium requirere non teneatur. Ioann. Andr.

IDEM. *(ann. 1297.)*

Non *e* est, (dum tamen alias sit præscripta canonice *f*,) consuetudo, quam allegat episcopus, reprobanda, quod in inquirendis *g*, puniendis, et corrigendis subditorum excessibus, consilium sui capituli requirere minime teneatur.

CAP. IV.

Per rescriptum apostolicum, quo de præbenda, primo vacatura, mandabatur alicui prouideri, laudabilis illius ecclesiæ consuetudo non tollitur. Hinc est, quod, si ibi est consuetudo, quod antiquiores canonici vacantes præbendas possint optare gradatim, illo non obstante mandato, poterit antiquior vacantem optare præbendam: et exspectatis, per XX. dies optare volentibus, exsequutor de non optata prouidebit eidem. Si autem præbendam vacantem in curia papa conferat: tunc illam antiquior optare non poterit. Ioann. Andr.

EIDEM.

Cum in tua *h* ecclesia, (in qua consuetudo habetur, quod antiquiores canonici gradatim meliores, si voluerint, possint, cum vacant, per se, vel per alios optare præbendas,) prouideri mandamus alicui de præbenda, nulli sibi de iure debita, proximo inibi vacatura; huiusmodi non obstante mandato, poterunt ipsi antiquiores iuxta consuetudinem eandem optare, cum præbenda vacabit: et illa, quæ optata non fuerit, (si nulli sit debita 72), erit illi, pro quo scripsimus, conferenda. In præbendis vero, sed. 73) apostol. vacantibus, cum de ipsis per Rom. pontif. ordinatur, locus prædictæ consuetudini non existit. Ne autem prætextu eiusdem consuetudinis, prouisiones, auctoritate apostolica faciendæ, vltra debitum differantur; statuimus, vt exsequutores, super ipsis prouisionibus deputati, optare volentes, per viginti dies duntaxat *i* exspectent: quibus elapsis, libere in non optans ad exsequenda sibi mandata procedant 74), præfata consuetudine non obstante.

72) *Debita de iure*, C. R. Sed vltima duo verba a manu recentiori adscripta.
73) *Apud sedem apostolicam*, C. R. et impr.
74) *Procedant*, C. R.

TITVLVS V.
DE POSTVLATIONE 75) PRAELATORVM.

CAP. VN.

Si quis eligat postulanda, vel postulandum, vel in postulandum: vel postulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendum: talis electio vel postulatio est irrita ipso iure. Si autem dicat: eligo et postulo, prout melius de iure valere potest; *idem: nisi probabiliter dubitaretur, an esset eligendus vel postulandus. Et tunc consensus tempore eligat alteram viam, electionis scilicet vel postulationis: qua electa, ad alteram redire non poterit.* H. d. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1297.)*

Perpetuo prohibemus edicto, ne sub aliqua ex iis 76) formis, quas perniciosa curiositas adinuenit: *eligo postulando*, et *k*: *postulo eligendo*: aut: *eligo postulandum*, seu: *postulo eligendum* 77): cum nec vera electio, nec vera 78) postulatio resultet ex ipsis, quin sibi potius inuicem aduersentur: aut sub illis verbis *l*: *eligo in postulandum*, vel: *postulo in eligendum*: cum rem imperfectam significare noscantur, ad faciendas electiones vel postulationes de cetero procedatur, si secus actum fuerit, eo ipso irritum decernentes. Sub ea etiam forma: *eligo et postulo, prout potest melius de iure valere*: (cum incertitudinem contineat,) quenquam postulari vel eligi prohibemus, statuentes, quod contra factum fuerit, viribus omnino carere: nisi quando probabiliter dubitatur, verum quis sit eligendus, vel potius postulandus. Quo casu is, qui sic postulatus fuerit aut 79) *m* electus, consensus tempore viam electionis vel postulationis, (ne in 80) incerto vagetur,) eligere necessario teneatur, redeundi ad aliam *n*, (postquam vnam elegerit,) sibi licentia penitus interdicta.

75) *De postulationibus*, C. R.
76) *His*, C. impr.
77) verb. *aut eligo postulandum, seu postulo eligendum*, non sunt in C. R.
78) *Vera*, ibid. non legitur.
79) *Et*, C. impr.
80) *In*, abest ab eod.

---

a *Appellatione fructuum veniunt manualia, vt aduotant doct.* Dom. Font.
b *Vide conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 2. et 4. et sess. 24. de reform. c. 17.*
c *Al.* censeatur.
d *Constitutio antequa iuris declaratoria extenditur ad præterita, etiamsi contra se habeat consuetudinem: dummodo declaret illam non valere.* Dum. Ph. Font.

e *Vide de consuet. c. fin.* Dom.
f *Al.* legitime.
g *Al.* requirendis.
h *Vide cap. 2. de dcu. Et nota, quod ecclesia dicitur esse prælati; quod intellige quoad administrationem: quia prælatus non est dominus.*
i *De* dictione, duntaxat, *vide Archid. in c. statutum. §. in vulla. supr. de rescr. et Bart. et Alex. in l. 1. ff. si quis ius dic. non obt.*
k *Al.* seu postulando, *al.* vel.
l *Dicto, verbis, deest in manuscr. cod.*
m *Alii.* et electus, *quam lectionem glossa agnoscit, in verbo: sic.*
n *Vide c. vt quos duas. infr. tit. prox. l. eum qui duob. ff. de acquir. her.* Font.

TITV-

TITVLVS VI.
DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE 81).

CAP. I.

Si aliquid opponatur contra prouisionem, electionem, vel postulationem, factam ad personatum, dignitatem, vel canonicam, in personam vel formam, et ab hoc fuerit appellatum ad papam: appellans et defendens, et quorum interest, a die obiectionis, intra mensem adripiant iter eundi ad papam. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *in concilio generali Lugdun. (ann. 1245. in Gallia.)*

Statuimus, vt, si quis electionem, postulationem vel prouisionem factam impugnat, in formam a obiiciens aliquid, vel personam, et propter hoc ad nos appellari contigerit 82), tam is, qui opponit, quam qui defendit, et generaliter omnes, quorum interest, et quos caussa contingit, per se, vel per procuratores, ad caussam instructos, ad sedem apostolicam a die obiectionis, iter adripiant intra mensem.

Si pars altera, exspectata per XX. dies post aduentum alterius, non venerit: in negotio procedatur. Ioann. Andr.

§. 1. Sed si pars alia 83) b non venerit, per viginti dies post aduentum alterius exspectata: in electionis negotio, non obstante cuiusquam absentia, sicut de iure fuerit, procedatur. Hæc autem in dignitatibus, personatibus, et canonus obseruari volumus et mandamus.

Non probans, quod in formam opponit, condemnatur parti alteri in expensis: non probans, quod obiicit in personam, est a beneficiis triennio suspensus, et perpetuo priuatus, si se interim ad illa miscuerit. Hæ pœnæ locum non habent, si legitime pateat, eum calumniosum non fuisse. Ioann. Andr.

§. 2. Adiicientes, vt, qui plene non probauerit, quod in formam opponit, ad expensas, quas propter hoc pars altera c se fecisse docuerit, condemnetur. Qui vero in probatione defecerit eius, quod obiicit in personam, a beneficiis ecclesiasticis triennio nouerit se suspensum. Ad quæ 84) si intra illud tempus propria temeritate se ingesserit, eis ipso iure perpetuo sit priuatus, nullam super hoc de misericordia spem aut fiduciam habiturus: nisi manifestissimis constiterit documentis, quod ipsum a calumniæ vitio caussa probabilis et 85) sufficiens excusaret.

81) *Et electi potestate*, non habet C. N.
82) *Contingat*, C. R.
83) *Aliqua*, ibid.
84) *Ad quem*, C. impr.
85) *Vel*, C. R.

CAP. II.

Vota conditionalia et alternatiua et incerta in electionibus reprobantur, et habentur pro non adiectis, et recidunt in pure consentientes. Ioann. Andr.

IDEM.

In electionibus et postulationibus, ac scrutiniis, ex quibus ius oritur eligendi, vota conditionalis, alternatiua vel 86) d incerta penitus reprobamus, statuentes, vt, huiusmodi votis pro non adiectis habitis, ea puris consensibus celebretur electio, voca illorum, qui non pure sonsenserint 87), ea vice e in alios residente.

86) *Et*, C. R.
87) *Consenserunt*, ibid.

CAP. III.

Ponitur caussa constitutionis, et iuris veteris conseruatio. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in generali concilio Lugdunensi. (ann. 1274. in Gallia.)*

Vbi periculum f maius intenditur, ibi procul dubio est plenius consulendum. Quam grauibus autem 88) sit onusta dispendiis, quot et quantis sit plena periculis ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti consideratio temporis edocet, et considerata prudenter illius temporis discrimina manifestant. Hioc nos euidens euocat ratio, vt, (dum reformandis etiam minoribus nostra solerter vacat intentio, ea,) quæ periculosiora sunt, nequaquam absque remedio reformationis accommodæ 89), relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro vitanda discordia in electione Rom. pontificis, a nostris sunt 90) prædecessoribus, et præcipue a felicis recordationis g Alexandro papa III. salubriter instituta, omnino immota in sua firmitate manere censentes. Nihil enim 91) detrahere illis intendimus, sed, quod experientia deesse probauit, præsenti constitutione supplere.

Ponitur, quomodo debeat fieri Romani pontificis electio, quando moritur in ciuitate, in qua cum sua curia residebat.

§. 1. Hoc sacro concilio adprobante statuimus, vt, si eumdem pontificem in ciuitate, in qua cum sua curia residebat, diem claudere contingat extremum, cardinales, qui fuerint in ciuitate ipsa præsentes, absentes exspectare decem 92) diebus tantummodo teneantur. Quibus elapsis, siue absentes venerint, siue non, extunc omnes conueniant in palatio, in quo idem pontifex habitabat, contenti singuli singulis tantummodo seruientibus clericis vel laicis, prout duxerint eligendum. Illis tamen, quibus patens necessitas id suggerit 93) indulgeri, duos habere permittimus, eisdem 94) h electionis arbitrio reseruato.

In eodem autem palatio vnum conclaue, (nullo intermedio pariete, seu alio velamine i,) omnes inhabitent in communi: quod, (reseruato libero ad secretam cameram aditu,) ita claudatur vndique, vt nullus illud k intrare valeat vel exire. Nulli ad eosdem cardinales aditus pateat, vel facultas secrete loquendi cum eis: nec ipsi aliquos, ad se venientes, admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium cardinalium, inibi præsentium, pro iis tantum, quæ ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur. Nulli etiam fas sit ipsis cardinalibus, vel eorum alicui, nuntium mittere, vel scripturam: qui vero contra fecerit, scripturam mittendo vel nuntium, aut cum aliquo ipsorum secrete loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. In conclaui tamen prædicto aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eisdem cardinalibus ad victum commode necessaria ministrentur: sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus. Verum si, (quod absit,) intra tres dies, postquam, (vt prædicitur,) conclaue præfatum iidem cardinales intrauerint, non fuerit ipsi ecclesiæ de pastore prouisum; per spatium quinque dierum, immediate sequentium, singulis diebus, tam in prandio, quam in cœna, vno solo ferculo l sint contenti: quibus, (prouisione non facta,) decursis, extunc tantummodo panis, vinum et aqua ministrentur eisdem, donec eadem prouisio subsequatur. Prouisionis quoque huiusmodi pendente negotio, dicti cardinales nihil de camera papæ 95) recipiant; nec de aliis, eidem ecclesiæ tempore vacationis obuenientibus vndecunque: sed 96) ea omnia, ipsa vacatione durante, sub eius, (cuius fidei et diligentiæ camera eadem est commissa,) custodia maneant, per eum dispositioni futuri pontificis reseruanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur extunc a receptione 97) quorumlibet redituum, ad eos m spectantium, abstinere, donec de receptis 98) taliter plenariam satisfactionem impendant. Iidem quoque cardinales accelerandæ prouisioni sic 99) vacent attentius, quod se nequaquam de alio negotio intromittant: nisi forsan necessitas adeo vrgens incideret, quod eos oporteret de terra ipsius ecclesiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere, vel nisi aliquod tam grande, et tam euidens periculum immineret, quod omnibus et singulis cardinalibus præsentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sane, si aliquis ex prædictis cardinalibus conclaue prædictum, (vt supra exprimitur,) non intrauerit, aut intrans absque manifesta caussa infirmitatis exierit: ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad n eligendum 100) summum 1) pontificem libere procedatur. Si vero, infirmitate superueniente, idem conclaue ex eis aliquem exire contingat 2): ipsa etiam infirmitate durante, poterit, eius suffragio non requisito, ad o electionem 3) procedi. Sed si ad alios post sanitatem, sibi redditam, siu ante redire voluerit, vel, etiamsi alii absentes, quos per decem dies diximus exspectandos, superuenerint, re integra, videlicet antequam eidem ecclesiæ sit de pastore prouisum: in eodem negotio, in illo statu, in quo ipsum inuenerint, admittantur, præmissa tam de clausura, quam de seruientibus, cibo ac potu, et reliquis cum aliis seruaturi.

Quid iuris, quando moritur Romanus pontifex extra ciuitatem, in qua erat curia.

§. 2. Porro, si quando Romanum pontificem extra ciuitatem prædictam, in qua erat cum sua curia residens, contigerit ab hac luce migrare: teneantur cardinales in ciuitate, in cuius territorio, seu districtu

88) *Autem*, in C. R. non habetur.
89) *Ac commode*, C. R. et ed. gloss.
90) *A nostris retro sunt*, C. impr.
91) *Nihil et*, C. H.

92) *IX.* habet C. R.
93) *Suggesserit*, C. H.
94) *Eiusdem*, ibid.
95) *Domini papæ*, C. R. sed vocab. *domini*, in margine adiectum.
96) *Licet*, C. impr.
97) *Perceptione*, C. R.
98) *Referuatis*, C. impr.
99) *Si*, ibid.
100) *Substituendum pontificem*, C. H. *eligendum vel substituendum*, C. R. *ad eligendum, substituendum*, C. impr.
1) *Summum*, non est in C. impr.
2) *Aliquem exire contigerit*, C. R.
3) verb. *ad electionem*, absunt a C. R.

a *Ille dicitur impugnare actum, qui opponit aliquid contra formam actus, vel contra personam, in cuius commodum dirigitur exsequutio actus. Vide gl. in c. personas. supr. de app.* b Alia vel altera. c Aduersa. d Et incerta. e *Deponens vota, hic expressa, non priuatur potestate eligendi, sed vox sua non computatur. Dom. Font.* f *Vide conc. Lat. sub Alex. III. c. 1. et Clem. ne Romani. de elect.* g *In conc. Lat. 6. c. 1. et refertur c. licet de vitanda. extra, de elect.*

h *Al. eiusdem.* i *Vide l. si non speciali. C. de test. et Dom. in c. caussam. de test. et Bald. in d. l. si non speciale.* k *In antiqu. exemplar.* illuc. l *Vide gl. in c. ne tales. de conf. dist. 5. Font.* m ipsos. n *In antiqu. codicibus ita: ad eligendum substituendum pontificem libere, etc.* o *Hæ duæ voces, ad electionem, desunt in antiqu. codicibus.*

idem

idem pontifex obiit, conuenire: nisi sit forsitan interdicta, vel contra ecclesiam Romanam in aperta rebellione persistat. Quo casu, in alia viciniori conueniant, quæ similiter nec interdicto subiaceat, nec sit 4), (vt prædicitur,) aperte rebellis. In hac etiam ciuitate tam quoad exspectationem absentium, quam quoad habitationem communem, clausuram, et cætera omnia in domo episcopali, vel alia qualibet, eisdem cardinalibus deputanda, eadem obseruentur 5), quæ superius, obeunte dicto pontifice in ea, in qua cum sua curia residebat, sunt expressa.

Dat exsequutores hui. iuri cum pœnis. Ioann. Andr.

§. 3. Præterea, (quia parum est iura condere, nisi sit, qui eadem tueatur:) adiiciendo sancimus, vt domini 6) a, aliique rectores, et officiales ciuitatis illius, in qua Romani pontificis electio fuerit celebranda, auctoritate nostra, et eiusdem 7) adprobatione concilii potestate sibi tradita, præmissa omnia et singula plene ac inuiolabiliter sine fraude ac dolo aliquo faciant obseruari, nec cardinales vltra, quam præmittitur, arctare præsumant. Super his autem 8), taliter obseruandis, statim, audito summi pontificis obitu, coram clero et populo vniuerso ciuitatis ipsius, ad hoc specialiter conuocandis, præstent corporaliter iuramentum. Quodsi præmissa diligenter non obseruauerint, aut fraudem in eis, vel circa ea commiserint 9); cuiuscunque sint præeminentiæ, conditionis, aut status, omni cessante priuilegio, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant 10), et perpetuo sint infames: nec vnquam eis portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium 11) admittantur. Ipsos insuper feudis, et bonis cæteris, quæ ab eadem Romana ecclesia, vel quibuslibet aliis ecclesiis obtinent, ipso facto decernimus esse priuatos, ita, quod ad ecclesias ipsas plene ac libere reuertantur, administratorum earundem ecclesiarum arbitrio sine contradictione aliqua disponenda. Ciuitas vero prædicta non solum sit interdicto supposita, sed et b pontificali dignitate priuata.

Obtestatur cardinales, vt in electione Romani pontificis deponant omnem priuatum adfectum: et cassat omnia pacta, obligationes, et iuramenta, quæ data vel facta essent de aliquo eligendo.

§. 4. Cæterum (quia, cum arbitrium, vel inordinatus captiuat adfectus, vel ad certum c aliquem 12) obligationis cuiusque 13) necessitas adigit, cessat electio, dum libertas adimitur 14) eligendi:) cardinales eosdem obsecrantes per viscera misericordiæ Dei nostri, per adspersionem sui pretiosi 15) sanguinis obtestamur 16), vt pensantes attentius, quid eis immineat, cum agitur de creatione d vicarii Iesu Christi, successoris Petri, rectoris vniuersalis ecclesiæ, gregis Dominici directoris, omni priuatæ adfectionis inordinatione deposita, et cuiuslibet pactionis, conuentionis, obligationis necessitate, nec non condicti et intendimenti contemplatione cessantibus, non in se reciprocent considerationis intuitum, vel in suos, non, quæ sua sunt, quærant, non commodis priuatis intendant, sed nullo arctante ipsorum in eligendo iudicium, nisi Deo, puris et liberis mentibus, nuda electionis conscientia, vtilitatem 17) publicam libere prosequantur 18), omni conatu et sollicitudine, prout possibilitas patitur, id acturi tantummodo, vt eorum ministerio acceleretur vtilis et pernecessaria totius mundi prouisio, idoneo celeriter eidem ecclesiæ sponso dato. Qui autem secus egerint, diuinæ subiaceant vltioni, eorum culpa, (nisi graui propter hoc peracta pœnitentia,) nullatenus abolenda 19). Et nos nihilominus pactiones, conuentiones, obligationes 20), condicta 21) et intendimenta omnia, siue iuramenti, siue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis adnexa 22), cassamus, irritamus, et viribus decernimus omnino carere, ita, quod 23) nullus ad illa obseruanda quomodolibet sit adstrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei, non seruatæ, sed non indignæ laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam 24) humana testetur, Deo magis transgressiones huiusmodi, quam iurisiurandi obseruationes acceptas.

4) *Sit*, C. R.
5) *Obseruentur*, C impr.
6) *Dominus*, C. R H et impr.
7) *Huius sacri*, C R et H.
8) *Autem*, C. R non habet.
9) *Omiserint*, ibid.
10) *Eo ipso excommunicationis vinculo sint innodati*, ibid.
11) *Ministerium* (*officium*,) ibid.
12) *Aliquid*, C. R. H. et impr.
13) *Cuiuscunque*, C. R.
14) *Admittitur*, C. impr.
15) *Sacri*, C. R.
16) *Obsecramus*, C. H.
17) *In vtilitatem*, C. impr.
18) *Prosequentur*, ibid.
19) *Absoluenda*, C. R.
20) *Obligationes*, abest a C. impr.
21) *Condicta*, est ibid.
22) *Innexa*, C. R. et impr.
23) *Vt*, C. impr. et H.
24) *Etiam*, non est in C. H.

Monet omnes fideles, vt statim, audita summi pontificis morte, eius celebrent exsequias, et quotidie orent pro vigili, concordi, et vtili prouisione Rom. ecclesiæ: prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos ad hoc hortentur, et eis frequentiam orationum et obseruantiam ieiuniorum indicant. Ioann. Andr.

§. 5. Quia vero fidelibus non est tam de sollicita quantumcunque inuentione fidendum, quam de instantia orationis humilis et deuotæ sperandum: huic adiicimus sanctioni, vt in omnibus ciuitatibus, cæterisque locis insignibus, vbi primum de memorati pontificis obitu certitudo claruerit, a clero et populo, sollemnibus pro eo exsequiis celebratis, singulis diebus, donec de ipsius ecclesiæ prouisione indubitanter 25) rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundantur ad Dominum, apud eum e deuotis orationibus 26) insistatur, vt ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem cardinalium corda in eligendo concordia, quod prouisio celer, concors, et vtilis, (prout animarum salus exigit, et totius orbis requirit vtilitas,) ex ipsorum vnanimitate sequatur. Et ne tam salubre præsentis sanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat: districte præcipimus, vt patriarchæ, archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum prælati, cæterique, quibus concessum est proponere verbum Dei, clerum et populum, propter hoc specialiter frequentius congregandos, in suis sermonibus ad supplicum 27) precum suffragia, pro celeri et felici exitu tanti negotii frequentanda solerter hortentur, et ipsis eadem auctoritate, non solum orationum frequentiam, sed 28) f obseruantiam, (prout circumstantiæ pensandæ suaserint,) ieiuniorum indicant.

25) *Indubitatus*, C. H.
26) *Mentibus*, C. R.
27) *Supplicium*, C. impr.
28) *Sed et*, C. R.

CAP. IV.

Appellantes contra electiones, postulationes, vel prouisiones, omnia, quæ obiicere intendunt contra personam vel formam, tenentur exprimere, et iurare, quod illa credunt vera esse, et ea se posse probare. Super non expressis, ipsi, vel adhærentes eis, non audientur: nisi de nouo emergant, vel perueniant, vel superueniat probandi facultas, super quo iurare debebunt. Statutum Innoc. editum contra non probantes, quæ obiiciuntur in personam vel formam, in suo robore conseruatur. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.* (*ann.* 1274.)

Vt circa electiones, postulationes et prouisiones ecclesiasticas viam malitiis, prout est possibile, præcludamus, ne diutius periculose g vacent ecclesiæ, vel personatuum, dignitatum, et aliorum ecclesiasticorum beneficiorum prouisio differatur 29); edicto perpetuo prouidemus, vt, (si quando aliqui electionibus, postulationibus vel prouisionibus se opponunt, proponendo aliqua contra electionis, postulationis, seu prouisionis formam, aut personas eligentium, vel 30) electi, siue illius, cui erat prouisio facienda siue facta, et propter hoc contigerit appellari,) appellantes in instrumento publico, seu litteris, super appellatione confectis, omnia et singula exprimant, quæ in formam intendunt obiicere vel personas, coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeant veritati, corporali præstito iuramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt esse vera, et se posse probare. Alioquin tam opponentes, quam (tempore appellationis interpositæ, vel postmodum) adhærentes eisdem 31), obiicienda 32) aliqua, (quæ non fuerint in huiusmodi litteris vel instrumentis 33) expressa,) potestatem sibi nouerint interdictam: nisi aliquid postea forsan emerserit, vel super antiquis superuenerit probandi facultas, aut aliqua antiqua in opponentium notitiam de nouo peruenerint, quæ appellantes appellationis tempore emisse verisimiliter ignorare potuerint, et etiam ignorarint. Super huiusmodi autem ignorantia, et superueniente facultate probandi, fidem per proprium præstandum corporaliter faciant iuramentum: hoc adiiciendo in iuramento eodem 34), quod ad ea probanda credunt se sufficientes probationes habere. Illa sane, quæ felicis recordationis Innocentius papa quartus contra non plene probantes ea, quæ in formam vel personam obiecerant 35), statuit, in suo volumus robore permanere.

29) *Defferatur*, C impr.
30) *Vel*, ibid. non legitur.
31) *Eisdem*, ibid.
32) *Obiiciendo*, C. impr. H. et ed. Pith.
33) *Vel instrumentis*, non habetur in C. H.
34) *Iuramento eodem*, est in eod.
35) *Obiiciunt*, C. R.

a *In antiqu.* dominus. b *In aliquot manuscript.* sed etiam pontificali. c *In antiquioribus codicibus:* vel ad certum aliquid obligationis. d *Vide Turrecrematam in summa de ecclesia, libr.* 2. *cap.* 36.

e *Alias:* et apud eum. f *Al.* sed et obseruantiam. g *Vide concil. Later. sub Innoc. III. c.* 23. *et refertur extr. de elect. cap. ne pro defectu.*

CAP.

CAP. V.

Electus ante confirmationem administrare non debet per se, vel per alium, in totum, vel in partem, sub quocunque colore. qui contra fecerint, ipso iure priuati sunt iure, ex electione quaesito. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Auaritiæ a cæcitas, et damnandæ ambitionis improbitas, aliquorum animos occupantes, eos in illam *b* temeritatem impellunt 36), vt, quæ sibi a iure interdicta nouerint, exquisitis fraudibus vsurpare conentur. Nonnulli siquidem, ad regimen ecclesiarum electi, quia eis, iure prohibente 37), non licet se ante confirmationem electionis, celebratæ de ipsis 38), administrationi 39) ecclesiarum, ad quas vocantur, ingerere, ipsam sibi, tamquam procuratoribus, seu œconomis committi procurant. Cum itaque non sit malitiis hominum 40) indulgendum: nos, latius prouidere volentes, hac generali constitutione sancimus, vt nullus de cetero administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmetur, sub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore, in spiritualibus vel temporalibus, per se vel per alium, pro parte vel in totum, gerere vel recipere, aut illis se immiscere præsumat 41), omnes illos, qui secus fecerint, iure, si quod eis per electionem quæsitum fuerit, decernentes eo ipso priuatos.

36) *Impellit*, C. R.
37) *Prohibente*, ibid.
38) *De se ipsis*, ibid.
39) *Administrationem*, C. R. et impr.
40) *Hominis*, C. impr.
41) *Præsumant*, ibid.

CAP. VI.

Eligentes, quam cito commode possunt, electionem electo præsentent. Electus intra mensem consentiat; alias priuatus est iure quæsito: nisi conditio personæ ipsum excuset. Post consensum confirmationem petat intra tres menses. alias electio viribus vacuetur. Ioann. Andr.

IDEM GREGORIVS X. 42) *in eodem concil. Lugdun. (ann. 1274.)*

Quam sit ecclesiis ipsarum dispendiosa vacatio, quam periculosa etiam esse soleat animabus, non solum iura testantur, sed etiam magistra rerum efficax, experientia, manifestat. Cupientes itaque competentibus remediis vacationum diuturnitatibus obuiare, hoc perpetuo decreto 43) statuimus, vt, si quando fuerit electio in aliqua ecclesia celebrata, electores electionem ipsam, quam citius commode poterunt, electo præsentare, ac petere consensum ipsius procurent 44) *c*, electus vero illum adhibere intra mensem a tempore præsentationis huiusmodi teneatur. Quem si electus ipse 45) vltra præstare distulerit; iure, si quod ei ex sua electione 46) fuerit 47) acquisitum, extunc se nouerit eo ipso priuatum; nisi forsan ea sit electæ personæ conditio, vt electioni, de se celebratæ, absque superioris sui licentia, ex prohibitione, seu quauis prouisione sedis apostolicæ, consentire non possit. Quo casu idem electus, seu electores ipsius, consentiendi licentiam ab eius superiore, cum ea celeritate, quam superioris ipsius præsentia vel absentia permiserit 48), petere studeant et habere: alioquin, si, lapso tempore, pro eiusdem superioris præsentia vel absentia, (vt præmittitur,) moderando, huiusmodi licentiam non nequaquam obtinere contingat, electores extunc ad electionem aliam procedendi liberam habeant facultatem. Ceterum quiuis electus intra tres menses post consensum, electioni, de se celebratæ, præstitum 49), confirmationem electionis ipsius petere non omittat. Quod si, iusto impedimento cessante, intra huiusmodi trimestre tempus omiserit: electio eadem eo ipso viribus vacuetur.

42) *Gregorius X.* non habet C. impr.
43) *Edicto*, C. H.
44) *Festinent*, C. R.
45) *Ipse*, abest a C. R et H.
46) *Ex prædicta electione*, C. H.
47) *Fuerat*, C. impr. et H.
48) *Permiserint*, C. R.
49) *Præstitam*, C. impr.

CAP. VII.

Si non sequatur electio: non est quis ex consensu, in scrutinio scienter habito in indignum, eligendi potestate priuatus. Hoc dicit Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Perpetuo 50) *d* sanctionis oraculo declaramus, quod scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium, in scrutinio præstitum, (nisi adeo in eo perstiterint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur,) nequaquam eligendi potestate priuentur: licet pro eo, quod indignum nominando, scienter 51) contra conscientias suas agunt 52) *e*, et diuinam vindictam, et apostolicæ vltionis metum 53) *f*, quem qualitas facti suaserit, possint non immerito formidare.

50) *Perpetua*, C. R. et H.
51) *Scientes*, C. impr.
52) *Agant*, C. R.
53) *Motum*, C. impr. et H.

CAP. VIII.

Eligens, vel electioni consentiens, contra electum, (nisi ex noua caussa, vel noniter et pandita,) se nequit opponere, vel renuntiare. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Nulli licere decernimus, (postquam in scrutinio nominauerit aliquem, et electio fuerit subsequuta, vel postquam præstiterit electioni, de ipso ab aliis celebratæ, consensum,) illum super electione ipsa, (nisi ex caussis, postea emergentibus,) impugnare, vel nisi ei morum ipsius, antea celata, de nouo pandatur improbitas, seu alicuius alterius latentis vitii, vel defectus, que verisimiliter ignorare potuerit, veritas reueletur. De huiusmodi autem ignorantia fidem faciat proprio *g* iuramento.

CAP. IX.

Contra electum a duplo maiori parte, vel electores ipsius, nil a reliqua parte potest opponi, quod votum extenuet: sed id bene opponitur, quod votum annullet. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Si quando contigerit, (duabus electionibus celebratis,) partem alteram eligentium duplo maiorem *h* numero inueniri: contra electores, qui partem reliquam sic excedunt, ad extenuationem zeli, meriti, vel auctoritatis ipsorum, reliquis vel electo ab eis, aliquid opponendi omnem præsenti decreto interdicimus facultatem. Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum redderet ipso iure: id eis non intelligimus interdictum.

CAP. X.

Adpellatio iudicialis vel extra, deuoluit caussas electionum episcoporum et superiorum ad papam, si in scriptis, et ex caussa probabili fuerit interiecta. alias non. Et ab ea possunt partes sine prauitate recedere, priusquam papæ præsentata fuerit. Et an in recessu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere. Quam si repererint: de caussa non cognoscent, sed statuent partibus terminum, in quo cum actis et munimentis se apostolico conspectui repræsentent. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Quamuis constitutio felicis recordationis Alexandri papæ IV. prædecessoris nostri, caussas electionum episcopalium, seu super electionibus episcoporum exortas, non immerito maioribus caussis adnumerans, cognitiones ipsarum per adpellationes quaslibet deuolui adferat 54) ad apostolicæ sedis examen: nos tamen, et temerariam adpellantium audaciam, et effrenatam adpellationum frequentiam refrenare volentes, hac generali constitutione duximus prouidendum, vt, si extra iudicium in prædictis electionibus, vel in aliis dignitatibus, episcopatu maioribus celebratis, expressa caussa manifeste friuola 55) *i* contigerit adpellari, per adpellationem huiusmodi nequaquam ad sedem eamdem negotium deuoluatur 56). Sed cum in electionum earumdem negotiis, in iudicio, vel extra iudicium adpellatur in scriptis, ex caussa probabili, quæ probata deberet legitima reputari: ad sedem ipsam huiusmodi negotia deferantur 57). Ceterum in præmissis omnibus casibus liceat partibus ab huiusmodi adpellationibus, nulla tamen interueniente prauitate, recedere, antequam præfatæ sedi fuerint præsentatæ. Inferiores autem iudices, quorum erat ipsarum caussarum cognitio adpellatione cessante, an in hoc prauitas intercesserit, ante omnia diligenter inquirant: et, si eam intercessisse repererint, se de caussis ipsis nullatenus intromittant, sed præfigant dictis partibus terminum peremptorium competentem, in quo cum omnibus actis et munimentis 58) suis apostolico se conspectui repræsentent.

54) *Statuit*, C. R.
55) *Friuole*, C. impr.
56) *Deuoluatur*, C. R.
57) *Negotium deferatur*, C. H.
58) *Monumentis*, ibid.

CAP. XI.

Si inter reliqua, quæ obiiciuntur promouendo ad dignitatem, obiicitur euidens defectus scientiæ vel personæ: illud ante omnia examinari debebit. Et si reperietur falsum: opponens a prosequutione negotii repellitur, et punitur perinde, ac si defecisset in probatione omnium obiectorum. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Si forte inter cetera, quæ obiiciuntur electo aut postulato, seu aliis promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem scientiæ, vel alium

a *Vide Lambertinum de iure patron. l. 2. p. 2. quæst. 5. art. 1.* b *Qui dicantur agere actum temerarie, vid. text. qui fit. fin legit. per venerabilem. vers. videbatur. et per Ioann. Andr. in Clem. 1. de sequest.* c *Al. festinent.* d *Al. perpetuæ sanctionis, etc.*

e *Al. agant.* f *In omnibus antiqu. exemplarib.* motum g *Vide Panorm. in cap. 2. De constit. et Bal. cons. 329 par. 2.* h *Vide gloss. in Clem. ad compescendas. de sequestr. poss. et fruct. Domin.* i *Friuola caussa appellandi qua dicantur, vide in cap. cum appellationib. infra de appell. hoc libr.*

personæ defectum opponi contingat: in discussione obiectorum illum statuimus ordinem incommutabiliter observandum, ut promovendus super defectu ipso ante omnia subiiciatur examini: cuius eventus examinandis aliis aut dabit initium, aut negabit. Ceterum si præmissi 59) examinis exitus huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui: opponentes omnino 60) a prosequutione caussæ, in qua talia obiecerunt, excludimus, et perinde puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium, quæ obiecerant, defecissent.

59) *Prædicti*, C. H.
60) *Omnino*, abest a C. impr.

CAP. XII.

Qui gravaverit aliquam personam ecclesiasticam, vel eius consanguineos, vel ecclesias seu bona, pro eo, quod eum, pro quo rogabatur, eligere noluit, ipso facto excommunicatus est. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Sciant cuncti, qui clericos vel quaslibet alias personas ecclesiasticas, (ad quos in aliquibus ecclesiis, monasteriis, aut aliis piis locis spectat electio,) pro eo, quod rogati, seu alias inducti, eum, pro quo rogabantur sive inducebantur, eligere noluerint, vel consanguineos eorum, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cetera, beneficiis sive aliis bonis suis, per se vel per alios spoliando, seu alias iniuste prosequendo a, gravare præsumserint, se ipso facto excommunicationis sententia innodatos 61).

61) *Noverint innodatos*, C. H.

CAP. XIII.

Primo *punit usurpantes de novo custodiam vacantium ecclesiarum.* Secundo *punit clericos et monachos, hoc fieri procurantes.* Tertio *punit clericos, se talibus non opponentes.* Quarto *ponit, qualiter debeant se habere habentes talem custodiam ab antiquo.* Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Generali constitutione sancimus, universos et singulos, qui, regalia 62), custodiam, sive guardiam, advocationis seu defensionis titulum in ecclesiis, monasteriis, seu quibuslibet aliis 63) piis locis, de novo usurpare conantes, bona ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt 64), quantæcunque dignitatis honore præfulgeant, clericos etiam ecclesiarum, monachos monasteriorum, et personas ceteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. Illos vero 65), qui se, (ut deberent,) talia facientibus non opponunt, de proventibus ecclesiarum, seu locorum ipsorum, pro tempore, quo præmissa sine debita contradictione 66) permiserint 67), aliquid percipere districtius inhibemus. Qui autem ab ipsarum ecclesiarum ceterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine iura sibi huiusmodi vindicant, ab illorum abusu sic prudenter abstineant, et suos ministros in eis sollicite faciant abstinere, quod ea, quæ non pertinent ad fructus sive redditus, provenientes vacationis tempore, non usurpent: nec bona cetera, quorum se asserunt habere custodiam, dilabi permittant, sed in bono statu conservent.

62) *Regaliam*, C. A.
63) *Aliis*, non est in C. H.
64) *Præsumunt*, C. impr. *præsumserint*, H.
65) *Illos vero clericos*, C. A. H. impr. et ed. gloss.
66) *Conditione*, C. A.
67) *Præsumserint*, C. impr.

CAP. XIV.

Parochialis ecclesia nemini conferatur, qui non sit idoneus scientia, moribus et ætate: et, si conferatur non attingenti XXV. annum, non valet collatio. Ille autem, cui talis ecclesia collata fuerit, tenetur personaliter residere, et intra annum sacerdos fieri: si autem promotus non fuerit, elapso anno, privatus est ipso iure. Super residentia autem prælatus suus ad tempus poterit dispensare. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Licet canon, a felicis recordationis Alexandr. papa III. 68) præd. nostro editus, inter cetera statuerit, ut nullus regimen ecclesiæ parochialis suscipiat, nisi XXV. annum ætatis attigerit, ac scientia et moribus commendandus existat, quodque talis, ad regimen adsumtus huiusmodi, si monitus, non fuerit præfixo a canonibus tempore in presbyterum ordinatus, a regiminis eiusdem amoveatur officio, et alii conferatur; quia tamen in observatione canonis memorati se multi exhibent negligentes: nos, periculosam illorum negligentiam volentes iuris exsequutione suppleri, præsenti decreto statuimus, ut nullus ad regimen parochialis ecclesiæ adsumatur, nisi sit idoneus moribus b, scientia et ætate, decernentes, collationes, de parochialibus ecclesiis iis, qui 69) non attigerint XXV. annum, de cetero faciendas, viribus omnino carere. Is etiam, qui ad huiusmodi regimen adsumetur, ut gregis, sibi crediti, diligentius curam gerere possit, in parochiali ecclesia, cuius rector exstiterit, residere c personaliter teneatur: et intra annum, a sibi commissi regiminis tempore numerandum, se faciat ad sacerdotium promoveri. Quodsi intra idem tempus promotus non fuerit: ecclesia, sibi commissa, nulla etiam præmissa monitione, sit præsentis constitutionis auctoritate privatus. Super residentia vero, (ut præmittitur,) facienda, possit ordinarius gratiam dispensationis ad tempus facere, prout caussa rationabilis id exposcit 70).

68) *Papa IV.* C. R.
69) *Qua*, C. impr.
70) *Exposcet*, ibid.

CAP. XV.

Parochialis ecclesia non commendetur, nisi constituto in ætate legitima et sacerdotio, et tali non nisi una: et illa tunc demum, cum necessitas vel utilitas exigit. Talis autem commenda ultra sex menses non duret. Quod contra prædicta factum fuerit, est irritum ipso iure. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Nemo deinceps parochialem ecclesiam alicui, non constituto in ætate legitima et sacerdotio, commendare præsumat: nec tali etiam nisi unam, et evidenti necessitate, vel utilitate ipsius ecclesiæ suadente. Huiusmodi autem commendam, (ut præmittitur,) rite factam, declaramus ultra semestris temporis spatium non durare, statuentes, quidquid secus de commendis ecclesiarum parochialium actum fuerit, esse irritum ipso iure.

CAP. XVI.

Hoc decret. fuit multum utile suo tempore, antequam papa reservaret sibi provisiones episcopatuum. Gloss. prima ponit summarium: et secunda divisionem. Dominicus.

NICOLAVS III. 71) *(ann. 1278. Romæ.)*

Cupientes ecclesiarum vacationibus d periculosis occurrere, ac malignantium subterfugiis obviare, iam provisis remediis, alia, (quæ patentes ipsa 72) rerum experientia ad earum expeditionem indicavit utilia,) remedia experta subiungimus, et, quod felicis recordationis Gregorius papa X. prædecessor noster, de electionibus, præsentandis electis, et ipsorum electorum petendo ac adhibendo consensu salubriter statuit, in suo robore, cum infra scripta temporis moderatione, in præsentandis electionibus permanere volentes, sed, quod de trimestri tempore post consensum ad petendas confirmationes instituit, quoad illas, quæ petuntur, vel peti debent a sede apostolica, temperantes, (cum interdum aliquorum locorum vicinitas minus exigat, aliquorum a distantia 73) prolixius tempus exposcat,) hac generali et in perpetuum valitura constitutione sancimus, ut omnes electi cathedralium, vel regularium ecclesiarum, (quorum electionum confirmationes vel infirmationes, ad ipsius sedis examen deducit immediata subiectio, vel adpellatio interiecta devolvit,) intra unum mensem post consensum, vel post obtentam de ipsorum electione notitiam, si eam debito tempore non contigerit præsentari, ad sedem ipsam 74) iter adripiant, et extunc, sive intra præscriptum tempus iter adripuerint, sive non, absque fraude, quam cito poterunt 75) commode, locorum considerata distantia, petituri suarum electionum confirmationes, vel prosequuturi electiones suas, quibus poterunt modis licitis, comparere, cum omnibus actis, iuribus et munimentis suis, et processus suos contingentibus, coram nobis personaliter teneantur. Quodsi per viginti dies, post lapsum ex qualitate locorum moderandi temporis, exspectati, sive eligentes, sive opponentes venerint, sive non, personaliter comparere, et suarum electionum confirmationem, vel persequutionem, seu exsequutionem petere, nulla iusta caussa interveniente, contemserint; de qua intra prædictos viginti dies proposita, infra quindecim dies post tempus huiusmodi, coram nobis, vel alio, seu aliis deputando, vel deputandis a nobis, si admittenda videbitur, teneantur apud sedem ipsam facere plenam fidem, nisi vel intra eosdem viginti dies, seu prædictos quindecim, eo casu motum, cum ad prædictam caussam propositam, ut prædicitur, et admissam probandam concessi fuerint, talia et tam verisimilia proponi contingeret, quæ e iudicio 76) præsidentis electos ipsos ab infra scripta pœna merito excusarent, et propter quæ sufficiens videretur eidem ad prædictam comparitionem tempus prolixius indulgendum, insuper etiam

71) *Num. III.* abest a C. impr.
72) *Ipsarum*, C. A. et H.
73) *Et aliquorum distantia*, C. A. et *aliquorum distantiam*, H.
74) *Ad sedem ipsam apostolicam*, C. impr.
75) *Poterint*, C. H.
76) *In iudicio*, C. impr.

---

a *Vide cap. felicis, infr. de pœnis, cum ibi not.* b *Idem cavetur in concil. Lat. sub Innoc. III. cap. 30. et in concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 3. et sess. 24. de reform. c. 12.* c *Idem cavetur in conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 2.* d *Vacatio simpliciter dicta continet omnem modum vacandi. Vide c. si postquam. de rescript. supr. eod. Phil. Font.* a *Al.* deo: et aliquorum, etc. e *Al.* iis: quæ in iudicio, etc.

eo casu, quo ad personalem electorum comparitionem excusandam, aliquam iustam caussam proponi contigerit, vel admitti, nisi tunc intra idem tempus, iusto impedimento cessante, per procuratorem, ad præmissa omnia sufficienter instructum, et nihilominus, ipsa caussa cessante, vt præmittitur, se personaliter præsentauerint: electiones, de ipsis factas, eo ipso viribus vacuantes, ipsos omni iure, si quod eis per electionem huiusmodi quæsitum esset, decernimus esse priuatos. Electos vero, qui se sine actis, iuribus et munimentis suis, et processus suos contingentibus personaliter 77), vel per procuratorem, vt præmittitur, præsentauerint, ea volumus, ex contemtu constitutionis huiusmodi, eo casu pœna percelli, vt pro exhibendis illis alibi, quam apud sedem ipsam, nisi ex iusta caussa, non possint dilationem aliam obtinere. Ad hæc, vt diligens inquisitio super electionibus, et 78) eligentibus, et electis ac aliis, præmissa contingentibus, plena informatio possit haberi, (quam informationem per procuratores, qui vt plurimum constituuntur absentes, et processus ignari, cursus caussarum non sentit de facili prouenire:) de ipsis electoribus duæ personæ ad minus, super negotio ipso, vt de electis præmittitur, sufficienter instructæ, quando electionem concordem esse contigerit, infra idem tempus, per *a* capitulum expensis bonorum 79), ad prælatum ipsius ecclesiæ, de cuius electione agitur, pertinentium 80), si sint discreta, aliquin communium 81), vel per ipsum capitulum aliunde prouisorum 82), si de ipsis discretis, vel communibus tunc adhiberi 83) non possint 84), ad omnia instructæ 85), (inquam 86) plenarie,) transmittantur. Si vero in discordia electio, vel electiones ipsæ processerint: tunc duæ personæ ad minus de parte qualibet, (cum sint plures,) vel de parte electi, (cum electio vna processerit,) necessariis 87) et moderatis expensis electorum. Quas si electi exhibere contemserint; (nisi forsan ipsos facultatum impotentia pro qualitate negotii excusaret:) omni iure, ipsis ex tali electione quæsito, priuentur. Et quando *b* vnicus est electus, cui aliquis vel aliqui se opponunt 88); eo casu tam opponens, quam opponentes huiusmodi, si duo tantum, vel si plures, duo ad minus ex ipsis opponentibus, expensis 89) ipsorum opponentium propriis 90) plene, (vt dictum est,) cum actis et munimentis instructi *c*, compareant: vt per præmissas personas, vel negotium plenarie instrui, vel sedes eadem valeat informari, an, ecclesiarum vtilitate pensata, et aliis inspectis circumstantiis, super habendis aliquibus probationibus, seu quibuscunque aliis sit alibi facienda commissio, vel, (æquitate suadente,) partes potius apud sedem ipsam in probationibus et aliis sint arctandæ. Ceterum si eligentes electiones ipsas, concorditer vel in discordia celebratas, intra octo dies, postquam 91) commode poterunt, electis præsentare distulerint; ipsos, qui culpabiles in hoc extiterint, (quoad se,) a processus prosequutione totaliter excludentes, omnibus beneficiis suis, quæ in ipsa ecclesia, de cuius electione agitur, obtinent, per triennium continuum, extunc inchoandum, volumus eo ipso fore suspensos: ad quæ si intra illud tempus se propria temeritate, vel alio quæsito colore ingesserint, illis ipso iure perpetuo sint priuati. Vel si personas instructas, vt præmittitur, (etiamsi opponentes vel electi mittere vel venire, seu expensas ministrare contemnant,) destinare neglexerint; (nisi eos capituli, vel contradicentium paucitas, seu alia iusta et probabilis caussa euidenter excuset; in quo casu procuratorem, sufficienter instructum, mittere, et nihilominus, cessante caussa, dictas personas dirigere teneantur:) et a totali, (quoad se,) prosequutione processus, et a prouentuum beneficiorum, quæ in ecclesia ipsa obtinent, per triennium continuum perceptione priuentur. Opponentis vel opponentium, (cum vnicus est electus,) contumacia simili pœna plectenda: nihilominus tamen in præmissis casibus, quibus eligentes vel opponentes, quoad se processus prosequutione priuantur 92), electis super 93) hoc in prosequutione sui iuris nullum præiudicium generetur. Denique cum ad postulationem concordem vel discordem procedi contigerit, et aliqui, patientes in ordinibus vel ætate defectum, vel his similes postulentur, (non qui, aliis ecclesiis alligati, liberum non habent 94) sine nostra permissione transitum, circa quos, taliter alligatos, nihil de veteris iuris obseruantiæ immutamus;) postulatos huiusmodi, et postulantes eosdem, ea moderata districtione perstringimus, vt, eo saluo, quod postulati huiusmodi, nec suis postulationibus præstare consensum, nec, (vt de electis dictum est,) exhibere expensas aliquibus teneantur: sed postulantes ipsi concorditer vel discorditer expensas ipsas personis talibus subministrent, postulatos in veniendo, (si non dissenserint,) et postulantes in mittendo personas instructas, (et in concordi vel discordi electione,) per omnia, (vt supra præmittitur,) moderatio præmissa constringat. Et negligentes statuta ibidem similis pœna percellat: nec per hoc, quod de postulatis pro celeri ecclesiarum 95) expeditione statuitur, postulationes ipsæ minus dependere intelligantur a gratia, quam antea dependebant. Porro in singulis casibus supradictis, in recuperandis, vel reddendis expensis eligentium, electorum, postulantium, et etiam postulati, illud seruari decernimus, quod iustum fuerit, seu æquitas canonum iudicabit 96).

77) *Personaliter coram nobis*, C. R.
78) *Et*, non habetur in C. H.
79) *In bonis de expensis*, C. R. sed C. impr. legit: *in expensis*, et C. H. *de bonis*.
80) *Pertinentibus*, C. R. H. et impr.
81) *De communibus*, ibid.
82) *Prouisis*, ibid.
83) *Haberi*, C. impr. et R.
84) *Possunt*, C. H.
85) *Instructi*, C. impr.
86) *Inquam*, abest a C. H. et impr.
87) *In necessariis*, C. R. impr. et ed. gloss.
88) C. impr. et H. addunt: *in expensis ipsorum propriis*.
89) *In expensis*, C. R. et impr.
90) *Propriis*, non est in C. H.
91) *Ex quo*, C. R. et H.
92) *Priuentur*, C. R.
93) *Per*, C. R. et impr.

94) *Habeant*, ibid.
95) *Ecclesiarum vacantium*, C. R.
96) *Suadebit*, C. R. et H.

CAP. XVII.

Glossa prima diuidit, et summat totum textum. Vide eam. Dominicus.

IOANN. (*anno* 1278. *Romæ.*)

Fundamenta militantis ecclesiæ, in montibus sanctis propheta *d* rememorans, per montes apostolos et prædicatores patenter insinuat, quibus tota huiusmodi ædificii fabrica confidenter innititur. Qui 97) firmæ *e* bases ecclesiæ super fundamento, præter quod nemo aliud ponere potest, quod est Christus Iesus, veluti summo angulari lapide, solidantur: vt veritas, quæ antea legis et prophetarum præconio rehebatur, per apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est *f*: *in omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terræ verba eorum.* Huius autem muneris sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum voluit officium pertinere, vt in beato Petro, apostolorum omnium summo, principaliter collocaret: vt ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet. Hunc enim, in consortium indiuiduæ vnitatis assumtum, id, quod ipse erat, Dominus voluit nominari, dicendo *g*: *tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*: vt æterni templi structura, Deo ædificante constructa, mirabili munere gratiæ Dei 98) in Petri consisteret firmitate, cui Saluatoris nostri miranda prouisio beatum Paulum in apostolatu 99) gentium per dexteras societatis *h* adiunxit. Isti sunt, per quos euangelium Romæ resplenduit. Isti sunt eius patres, verique pastores. Isti sunt, qui vna die pro merito, vno loco pro gloria sub vno persequutore pro pari virtute compassi, vrbem ipsam glorioso cruore martyrii Christo Domino consecrarunt. Isti sunt, qui illam in hanc gloriam prouexerunt, vt sit gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis et regia, per sacram beati Petri sedem caput totius orbis effecta 100). Ne autem ipsa mater ecclesia in congregatione et pastura fidelium temporalibus careret auxiliis, quin potius ipsis adiuta, spiritualibus semper proficeret incrementis: non absque miraculo factum esse concipitur 1), vt occasionaliter Constantini monarchæ a Deo prouisa, sed curata baptismalibus fomentis infirmitas, quandam quasi adiiceret ipsi ecclesiæ firmitatem, qui quarto die sui baptismatis, vna cum omnibus satrapis, et vniuerso senatu, optimatibus etiam, et cuncto populo, in persona beati Siluestri, sibi Romanam concedendo vrbem relinquens, ab eo et successoribus eius, per pragmaticum constitutum disponendam esse, (decernens 2) in ipsa vrbe 3) vtriusque potestatis monarchiam Romanis pontificibus,) declararet, non iustum arbitrans, vt, vbi sacerdotii principatum, et Christianæ religionis caput imperator cœlestis instituit, illic imperator terrenus haberet potestatem: quin magis ipsa Petri sedes, in Romano iam proprio 4) solio collocata, libertate plena in suis agendis per omnia potiretur, nec vlli subesset homini, quæ ore diuino cunctis dignoscatur esse prælata. Decet namque ipsi Romano pontifici, per fratres suos, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, (qui sibi in exsequutione officii sacerdotalis coadiutores assistunt 5)), libera prouenire consilia. Decet ipsius nullo modo vacillare iudicia; vt fratres ipsos nullus 6) secularis potestatis metus exterreat, nullus temporalis fauor absorbeat,

97) *Qua*, C. impr.
98) *Gratia Dei*, C. H.
99) *Episcopatu*, C. impr.
100) *Effecta*, C. H.
1) *Conspicitur*, ibid.
2) *Discernens*, C. R.
3) *Vt*, C. impr.
4) *Proprio*, a C. R. et H. abest.
5) *Existant*, C. R.
6) *Nullius*, C. H.

a *Hæc periodus in antiqu. codic. ita se habet: per capitulum in expensis, de bonis, ad prælatum ipsius ecclesiæ, de cuius electione agitur, pertinentibus, si sint discreta: alioquin de communibus vel per ipsum capitulum aliunde prouisis, etc.* b *Hæc periodus vt plurimum in antiquis exemplaribus ita legitur.* Et quando vnicus est electus, cui aliquis vel aliqui se opponunt in expensis ipsorum propriis, eo casu tam opponens, quam opponentes huiusmodi, si duo tantum, vel si plures, duo ad minus ex ipsis opponentibus in expensis ipsorum opponentium, plene, etc. c *Al.* instructa.

d *Psalm.* 86. e 1 *Corinth.* 3. f *Psalm.* 18. *Rom. cap.* 10. g *Matth.* 16. h *Al.* societatem.

nullus eis terror immineat, nihil eos a veri consilii soliditate remoueat: quin, cum per ipsum Romanum pontificem in quibuscunque negotiis contingeret eorum peti consilia in consulendo, per omnia liberi eidem Romano pontifici in omnibus, quæ pro tempore imminent 7), libere consulant et adsistant, ipsaque Romani pontificis vicarii Dei, quæ suis temporibus occurrerit 8) electio, et eorumdem a cardinalium, (cum expedierit 9), facienda promotio, in omni libertate procedant.

Digne itaque ad vrbem ipsam eiusque regimen aciem nostræ considerationis extendimus, vt felici ducta regimine, præseruetur a noxiis, et optatis semper proficiat incrementis. Numquid obduxit obliuio, quæ vrbi, quæ incolis nota dispendia intulerunt hactenus peregrina regimina? Numquid non hæc destructio mœnium, deformatio, prouenientes ex ruinis, luce clarius manifestant? Numquid non hæc fidelium contrectata 10) *b* deposita? Numquid non hæc ipsa veneranda 11) Dei templa præsidentis manu sacrilega diebus nostris nefarie violata proclamant? Quid plura? Nonne ipsius vrbis retroactis temporibus incorrupta constantia 12), sub regentis 13) *c* eo tempore nefando subuersa est regimine? Ipsamque 14) vrbem, speculum fidei, tanta respersit infamia, vt a matre sua Romana ecclesia filia prædilecta deuiare compulsa, quondam Conradinum, qui de venenosa radice 15) Federici 16), quondam Romani imperatoris, colubri 17) tortuosi, iusto ipsius ecclesiæ iudicio reprobati, prodiisse videbatur in regulum: quique ad exterminium Romanæ matris ecclesiæ manifestis indiciis 18) vna cum suis fautoribus adspirabat 19), et 20) in contemtum Dei et suæ matris, ac ipsius vrbis opprobrium patenter reciperet 21) *d*, recepto faueret, constituens se per hæc 22) *e* tam patentis hostis suæ matris ecclesiæ filiam adiutricem. Hoc ipsi Romanæ præstiterunt senatores incogniti, hoc præsides improuisi, vt gloriosa ciuitas redderetur ingloria 23), sua stabilitas vocaretur instabilis, suæque constantiæ antiquæ soliditas, linguis hominum 24) vocaretur infirma. Proinde officii nostri debitum circa huiusmodi tam 25) periculosos euentus ad libram moderaminis erigentes, tantæ subuersionis occasiones ita salubris remedii adpositione præcidimus; ne illorum, (qui ipsam rempublicam laudabiliter hactenus gubernauerunt,) videamur 26) gloriam sugillare vel merita, quæ illis apud infallibilem 27), et scientem omnia retributorem, de iam perlatis quæsita laboribus salua persistunt 28). Vt ergo circa regimen ipsum talis adhibeatur in 29) omnibus cum discretione sollertia, per quam ipsi Romanæ ecclesiæ plena libertas, (quæ in omnibus et per omnia sibi debetur,) optata proueniat, vitentur iam experta pericula, et Romanus 30) *f* populus ab opprimentium procellis incursibus sedeat, sedendo quiescat in pulchritudinem 31) *g* pacis, in tabernaculis fiduciæ, at temporalium requie opulenta: de fratrum nostrorum consilio, hac irrefragabili et in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt, quandocunque et quotiescunque senatoris electio vel alterius quocunque nomine censeatur, qui quocunque modo vel quocunque titulo ipsius vrbis debeat præesse regimini, in posterum imminebit, nullus imperator seu rex Romanorum 32), aut alius imperator, vel rex, princeps, marchio, dux, comes aut Baro, vel quicunque 33) alterius notabilis præeminentiæ, potentiæ seu potestatis, excellentiæ vel dignitatis existat, frater, filius vel nepos *h* eorum ad tempus, vel in perpetuum, seu quiuis alius, vltra annale spatium quouis modo, colore vel caussa, per se vel aliam 34) personam, quomodolibet submittendam, in senatorem, capitaneum, patricium, aut rectorem, vel ad eiusdem 35) vrbis regimen seu officium nominetur, eligatur, seu alias etiam adsumatur, absque licentia sedis apostolicæ speciali 36), per ipsius sedis litteras concessionem licentiæ huiusmodi specialiter 37) exprimentes. Quodsi secus factum fuerit; nominationem, electionem et adsumtionem huiusmodi decernimus esse nullas, ac carere omni robore firmitatis: et non solum nominatores, electores, et adsumtores, verum etiam nominati, electi et adsumti, si huiusmodi nominationi, electioni, seu adsumtioni consenserint, aut se de ipsis quolibet modo intromiserint, intendentes et obedientes eisdem, et in hoc omnes 38), dantes ipsis nominatoribus, electoribus, adsumtoribus, aut nominatis, electis, vel adsumtis, auxilium, consilium vel fauorem, publice vel occulte, cuiuscunque dignitatis vel præeminentiæ, conditionis aut status exstiterint 39), eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, ac nihilominus ipsos nominatos, electos seu adsumtos, si contra constitutionem præsentem prædictis nominationi, electioni vel adsumtioni consenserint, aut se quoquo modo illis ingesserint *l*, et eorum posteros in perpetuum omnibus feudis, priuilegiis, libertatibus, immunitatibus 40), gratiis et honoribus, quæ a prædicta seu aliis tenent ecclesiis, censemus esse priuatos, ita, quod illi, ad quos eorum collatio, concessio seu dispositio pertinet, resumendi ea, aut retinendi, concedendi seu conferendi aliis, seu de ipsis etiam disponendi, (prout ad eos pertinet,) liberam habeant potestatem. Et ne taliter nominati, electi vel adsumti de sua pertinacia vel contemtu valeant gloriari: nos quælibet mandata, præcepta, ordinationes et statuta, quæ fecerint, omnesque sententias, quas tulerint, et quidquid penitus in contractibus et obligationibus seu 41) quibuscunque aliis, vrbis nomine vel tamquam senatores, capitanei, patricii aut rectores 42), vel officiales ipsius egerint, irrita prorsus extunc et vacua nuntiamus. Iudices vero et tabelliones, qui super his aut eorum aliquibus contra præsentis constitutionis edictum patrocinari vel instrumenta conficere forte præsumserint, iudicatus et tabellionatus officiis se nouerint esse priuatos. Contemtores quoque, seu violatores præmissorum, vel aliquorum, vel alicuius eorum, ab huiusmodi excommunicationis sententia, (præterquam *k* in mortis articulo,) absolui non possint, nisi per Romanum pontificem, vel de ipsius petita et obtenta licentia speciali, non obstantibus aliquibus priuilegiis, indulgentiis, concessionibus, constitutionibus, consuetudinibus et statutis, quacunque firmitate vallatis: quæ in præmissis omnibus 43) nolumus aliquibus vel alicui suffragari, sed omnia, quoad illa decernimus non tenere. Vt *l* autem ciues Romanorum 44), qui ex ipsa vrbe naturalem duxisse noscuntur originem, aut quiuis alii, qui in ipsa eiusue territorio, non aduenæ, sed continui habitatores exstiterant 45) *m*, quoad honores ipsius vrbis, aut 46) regimen, gratiosis functionibus potiantur; non intendimus, quod præsens constitutio tales excludat, quin ad vnum annum duntaxat, vel ad aliud tempus breuius nominari ad ipsius regimen, et officium eligi valeant, ac adsumi, etiamsi prædictorum principum et aliorum fratres, filii vel 47) nepotes existant, aut etiam si extra vrbem et ipsius 48) territorium sub 49) nomine comitatus, baroniæ, seu cuiuscunque alterius tituli in hominibus *n* vel locis aliquibus iurisdictionem seu potestatem aliquam temporalem vel perpetuam obtinerent: dummodo prædicta iurisdictio vel potestas, extra vrbem et territorium 50) præfata consistens, non tantæ præeminentiæ vel notabilis potentatus existat, quod eam 51) *o* obtinentes sius occasione vel caussa cum aliis, exclusis a dicto vrbis regimine, (vt præmittitur,) præsentis constitutionis oraculo rationabiliter includantur.

7) *Imminerent*, C. B.
8) *Occurret*, ibid.
9) *Expediet*, C. B. et H.
10) *Contrectata*, ed. gl. sed C. O. habens: *contracta*.
11) *Sancta veneranda*, C. H.
12) *Destantia*, C. impr.
13) *Sub regentibus*, C. H. sed ita per correctionem.
14) *Ipsam urbem*, C. H. et impr.
15) *Stirpe*, C. B. et H.
16) *Frederici*, est in C. O.
17) *Colubris*, C. B.
18) *Iudiciis*, C. H.
19) *Aspirat*, ibid.
20) *Et*, desideratur ibid.
21) *Exciperet*, ibid.
22) *Per hoc*, C. B. et H.
23) *Ingloriosa*, C. B.
24) *Omnium*, C. H.
25) *Tam*, ibid. non legitur.
26) *Videantur*, C. B.
27) *Instabilem*, C. H.
28) *Persistant*, C. O.
29) *In*, abest a C. H.
30) *Romanorum*, C. B. et H.
31) *Pulchritudine*, ibid.
32) *Romanus*, C. B.
33) *Eius*, C. H.

34) *Vel per aliam*, C. B.
35) *Eius*, C. impr.
36) *Specialiter*, ibid.
37) Hæc dictio ibid. non habetur.
38) *Omnes*, non est in C. B.
39) *Existant*, C. B. et H.
40) *Et communitatibus*, C. B.
41) *Et quibuscunque*, ibid.
42) *Receptores*, C. H.
43) *Omnibus*, ibid. non legitur.
44) *Romani*, C. B. et H.
45) *Exstiterint*, ibid.
46) *Vt*, C. impr.
47) *Vel*, ibid. non habetur.
48) *Vel ipsius*, C. B.
49) *Vel sub*, ibid.
50) *Vel territorium*, ibid.
51) *Eam*, desideratur ibid.

a *Quales cardinales eligi debeant, habetur in concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 1. circa finem.* b *Alter*: contracta. c *Hæc periodus ita legitur*: sub regentis eo tempore subuersa regimine: ipsam vrbem, speculum fidei, etc. d *Alias*: exciperet. e *Al.* per hoc. *al.* per hanc. f *Al.* ita et Romanorum populus. g *Al.* pulchritudine. h *Vid. l. 1. §. 2. ff. de grad. et Baro. in l. omnes populi. gloss. in c. nonnulla. de rescript.*

i *Dicit Petr. de Anch. nisi hoc fuisset expressum pœna priuationis feudi, non transiuisset in filium, quod tamen ipse latius distinguit. Font.* k *Quia nunc nulla est casuum reseruatio, et ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis et censuris absoluere possunt. concil. Trident. sess. 14. cap. 7. de casuum. reseru.* l *Alit.* vt autem ciues Romani. m *Alias*: exstiterint. n *Alit.* in nominibus. o *Dictio*, eam, deest in manuscriptis codicibus.

CAP.

CAP. XVIII.

Canonicis cathedralis ecclesiæ ipso iure vel per sententiam, (præterquam in casu negligentiæ,) eligendi potestate priuatis, ad papam ius deuoluitur eligendi: in inferioribus ecclesiis semper ad proximum superiorem deuoluitur. H. d.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1299. Romæ.)*

Quanquam in casu *a* negligentiæ sit statutum a iure, vt, ecclesia cathedrali vacante, si per eos, ad quos spectat, non fuerit electio de prælato intra tempus debitum celebrata, eligendi potestas ad superiorem proximum deuoluatur: hoc tamen non est ad casum alium extendendum. Igitur si electores in huiusmodi ecclesia, vel ipso iure 52), cum eligunt scienter indignum, vel per sententiam, cum formam, traditam in generali *b* concilio, non obseruant 53), eligendi potestate priuentur: non ad dictum superiorem, sed ad Romanum pontificem potestas eadem deuoluetur. Secus autem in inferioribus ecclesiis est censendum.

52) *In ipso*, C. H.
53) *Obseruent*, C. R.

CAP. XIX.

Constitutione: Vt circa. *non satisfecit adpellans, qui distinctius iurauit, se credere opposita esse vera, vel quæ sufficere deberent ex eis.* Ioann. Andr.

IDEM.

Is, qui, contra electionis formam vel electi personam aliqua obiiciens, ad sedem apostolicam adpellauit 54), corporali a se præstito iuramento, quod illa, quæ in adpellatione sua expresserat, vel ea, quæ de ipsis deberent sufficere, vera esse credebat, et se posse probare, non est super obiectis vel expressis huiusmodi audiendus: cum non simpliciter, sicuti tenebatur iuxta constitutionem felicis recordationis Gregorii papæ X. prædecessoris nostri, editam in concilio generali 55) Lugdunensi, iurauerit, expressa eadem 56) seu obiecta se credere vera esse, et se posse probare, sed indeterminate illa, vel ea, quæ deberent sufficere de eisdem 57).

54) *Appellauerit*, C. R.
55) *Generali*, in C. R. et H. non legitur.
56) *Eadem*, non est in C. impr.
57) *De*, abest a C. H.

CAP. XX.

Qui contra certam personam, ne eligatur, adpellat, constitutionem: Vt circa. *seruare tenetur.* Ioann. Andr.

IDEM.

Qui contra certam et nominatam *c* personam, ne ab aliis eligatur, ad sedem apostolicam, antequam fiat electio, duxerit adpellandum, debet per omnia in adpellando seruare formam constitutionis felicis recordationis Gregorii papæ X. prædecess. nostri, (*Vt d circa*,) editæ in concilio Lugduuensi, ac si, electione iam facta, eum contingeret adpellare: alioquin non obseruans 58), pœnæ constitutionis eiusdem se nouerit subiacere.

58) *Seruans*, C. R.

CAP. XXI.

Si compromissum est in plures, vt eligant; per vnum facienda est electionis pronuntiatio, sicut quando proceditur per formam scrutinii: aliter electio facta non tenet. Ioann. Andr.

IDEM.

Sicut *e*, cum per formam scrutinii ad electionem proceditur, est per vnum pronuntianda et facienda communis electio, secundum canonica instituta; sic et per vnum debet fieri, cum per formam proceditur compromissi; quamuis in arbitris compromissariis lex *f* humana innuat 59), quod ab eis omnibus sit pronuntiatio facienda: alioquin a pluribus compromissariis facta simul electio, eo ipso viribus non *g* subsistat 60).

59) *Statuat*, C. R. et H.
60) *Subsiste*, ibid.

CAP. XXII.

Decret. supra eadem, Licet canon. *in collegiatis parochialibus ecclesiis, et adsumtis ad ipsarum regimen, locum non habet.* Ioann. Andr.

IDEM.

Statutum *h* felicis recordationis Gregorii X. papæ 61), prædecessoris nostri, de iis, qui ad parochialium ecclesiarum regimen adsumuntur *i*, promouendis ad sacerdotium intra annum, alioquin eisdem ecclesiis sint 62) priuati, quod, (cum sit pœnale *k*), restringi potius conuenit, quam laxari, declaramus ad collegiatas ecclesias, etiamsi alias parochiales exstiterint, et ad adsumtos ad earum regimen non extendi, sed antiqua iura seruari debere potius in eisdem.

61) *Papæ*, non est in C. H.

62) *Sunt*, C. R.

CAP. XXIII.

Si compromissarius secundum traditam sibi metam, (scrutatis et in scriptis redactis voluntatibus singulorum,) illum eligat, in quem non maior pars capituli, sed plures aliorum comparatione consenserant; non tenet electio: cum præter formas concilii fuerit celebrata. Ioann. Andr.

IDEM.

Si cui eligendi potestas data fuerit sub hac forma, vt ipse, secreto et sigillatim votis singulorum de capitulo exquisitis, et in scriptis redactis, illum eligat, in quem plures de capitulo partium *l* comparatione minorum consenserint; licet consentientes maiorem partem 63) totius capituli non attingant, ipseque, facto huiusmodi 64) scrutinio et in scriptis redacto, iuxta traditam sibi formam eum, in quem non maior pars, sed plures de dicto capitulo, quam in quemquam alium direxerant vota sua, duxerit eligendum: talis electio, (cum præter formas, quas generale concilium seruari statuit in electionibus celebrandis, decernens eas, si aliter 65) fierent, non valere, fuerit attentata,) robur non obtinet firmitatis.

63) *Maiores partes*, C. H.
64) *Eius*, C. R.
65) *Taliter*, ibid.

CAP. XXIV.

Ex vocatione, quocunque modo facta in discordia de religioso mendicante ad prælaturam extra administrationem sui ordinis, non acquiritur illi ius, nec consentire poterit etiam de prælati licentia. Idem de vocatione, facta a minori parte numera ad quamlibet prælationem de religioso non mendicante: et secus factum irritum decernit. Et ponit istud cap. vnum speciale in mendicantibus. Ioann. Andr.

IDEM.

Quorumdam *m* oculos sic vitium ambitionis excæcat, quod quasi suæ professionis immemores, qua, contemtis honoribus, abiectis diuitiis, spretisque deliciis, arbitrium proprium subiugarunt alterius ditioni, retro respiciunt, ad aratrum manu missa, dum præcipitanter ruunt in litigiorum anfractus, et 66) *n* caussarum strepitibus se inuoluunt, et extra 67) administrationes proprii ordinis solium prælaturæ conscendere moliuntur, electionibus, postulationibus seu prouisionibus, de se in discordia celebratis, improuide præstando consensum, præbendi adsensum a suo superiore nonnumquam extorta licentia potius, quam obtenta: ex quo animarum et ecclesiarum dispendia noscimus prouenisse, et prouentura maiora in antea verisimiliter formidamus. Volentes igitur huic morbo salubri remedio obuiare, præsenti constitutione sancimus, vt nulli religioso 68) prædicatorum, minorum, eremitarum sancti Augustini, aut quorumlibet mendicantium ordinum ex electione, postulatione, prouisione, seu vocatione ad aliquam extra administrationem 69) sui ordinis prælaturam, in discordia de se facta, ius de cetero acquiratur; nec eorum aliquis tali electioni, postulationi, prouisioni, aut vocationi quoquo modo valeat consentire: etiamsi magistri, aut ministri, vel prioris generalium eorumdem ad id accesserit licentia vel consensus. Circa *o* religiosos quoque alios, cuiuscunque conditionis vel status existant, volumus hoc seruari, vt nec ipsi electionibus, postulationibus, prouisionibus, aut vocationibus, a minori parte numero ad prælationes quaslibet de se factis, (quæ hoc ipso, quod a minori parte processerint, nullum prorsus tribuent ius eisdem,) suum audeant præstare consensum: etiamsi super hoc adsensus vel licentia suorum interuenerit prælatorum. Nos enim, quidquid contra præmissa vel eorum aliquod a quoquam contigerit attentari, omnino decernimus irritum et inane.

66) *Et*, desideratur in C. R.
67) *Et etiam extra*, C. H.
68) *Religiosorum*, C. R. et H.
69) *Administrationes*, ibid.

---

a *Pœna, imposita per ius in casu negligentiæ, non includit casum delicti: et sic non parificantur negligentia et delictum. In concilio Lateranensi generali sub Innocent. III. cap. 23.* b *In generali concilio Lateran. sub Alexandr. III. cap 24.* c *Potest dici persona certa, licet suo nomine non nominetur. arg. de testibus. cap. licet ex quadam.* d *Nota argumentum, quod allegante aliquod statutum sufficit, quod alleget principium ipsius, absque eo, quod totum extensum producat. supr. c. proximo. Dom.* e *Vid. conc. Lat. sub Innoc. III. c. 24. vbi traduntur variæ electionum formæ.* f *Leges ciuiles possunt allegari in foro canonico: de quo supra de nou. oper. nunc. c. 1. et 2. doct.* g *Al. subsistit.* h *Vid. card. cons. 30.*

i *Cap. licet canon. locum habet qualitercunque sit prouisum de parochiali ecclesia: cum dicat textus: adsumuntur, quod congruit cuilibet modo prouisionis.* k *Nota, iura pœnalia stricte esse interpretanda. c. in pœnis. de reg. iuris.* l *Appellatione maioris partis intelligitur de maiori parte totius, non autem de maiori parte comparatione aliarum minorum.* m *Declarat hunc text. prout in Clem. quod circa. de elect.* n *Dicto, et, deest in manuscr. Luc. 9.* o *Vide Uldrad. cons. 103. et conc. Trid. sess. 25. tit. de reg. c. 6.*

CAP. XXV.

Non potest electus duas electiones prosequi, petendo confirmationem ex illis: etiamsi protestetur se contentum altera, per quam consequi possit suæ intentionis effectum. Necesse ergo habet alteram eligere: qua electa, ad alteram redire non poterit. Ioann. Andr.

IDEM.

Vt quis duas a electiones, de se in eliquæ ecclesiis celebratas, prosequatur insimul, et confirmationem 70) petat ex eis, (cum non nisi ex vna ipsarum valeat ius habere,) rationi consonum non putamus: etiamsi se contentum esse velle altera, per quam suæ intentionis consequi possit effectum, in initio protestetur. Oporteret ergo eum, (ne cum ipsius ecclesiæ, vel sui aduersarii, si quem habet, discrimine ius incerto vagetur,) eligere, quam prosequi velit ex illis, et confirmationem petere tantummodo ex eadem, regressum ad aliam, cui per electionem alterius renuntiasse, sibique ius ex ea non competere profiteri videtur, nullatenus habiturum 71).

70) *Vel etiam confirmationem*, C. R.
71) *Habiturus*, C. R. et H.

CAP. XXVI.

Si electus non consentit, vel post consensum renuntiat, vel moritur, vel propter occultum sui vitium electio cassatur; eligentes ad eligendum extunc integrum tempus habebunt: nisi circa id egerint fraudulenter. Ioann. Andr.

IDEM BONIFACIVS VIII. *(ann. 1299. Romæ.)*

Si electio ex eo non sortiatur effectum, quia electus consentire recusat, vel post consensum renuntiat iuri suo, aut forte diem claudit extremum, seu propter occultum eius vitium irritatur; electores, (qui iam fecerant, quod spectabat ad ipsos, intra iuris terminum eligendo,) habebunt a dissensu, renuntiatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio noua 72) esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam: dummodo nil fraudulenter egerint in præmissis.

72) *Noua*, nec in C. R. nec in H legitur.

CAP. XXVII.

Si religiosus, non obtenta licentia, consentit electioni, de se factæ extra suum monasterium: non valet consensus, et irrita est electio.

IDEM.

Si religiosus b, (cuius arbitrium c non ex sua, cum velle vel nolle 73) non habeat, sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuit, et cuius imperio se subiecit, voluntate dependet,) electioni, de se ad prælationem aliquam extra suum monasterium 74), vel suam ecclesiam celebratæ, sui superioris, qui dare ipsam valeat, non petita licentia, et obtenta 75), præsumpserit consentire; consensus, sic præstitus, non teneat: et in pœnam præsumtionis illius electio eadem ipso facto viribus vacuetur omnino.

Solus superior sine conuentu dare potest suo religioso consentiendi et transeundi licentiam. H. d.

§. 1. Quia vero, vtrum religiosis consentiendi electionibus, de se factis, et ad prælationes, ad quas electi fuerint, transeundi 76) a suis superioribus, sine fratrum d consilio, licentia dari possit, (cum iura super hoc sint varia,) dubitatur interdum: nos ad huiusmodi dubitationem tollendam, et 77), vt ordinationes ecclesiarum ac monasteriorum, in quibus tales electi extiterint, celerius et facilius valeant expediri, decernimus, vt iidem superiores, (suis irrequisitis conuentibus,) electis huiusmodi consentiendi et transeundi liberam dare valeant facultatem.

73) *Vel nolle*, nec habet C. H.
74) *Monasterium*, desideratur ibid.
75) Ibid. non sunt verba: *et obtenta.*
76) *Transeundi*, C. impr.
77) *Et*, C. H. non habet.

CAP. XXVIII.

Monachus in abbatem eligi non potest; nisi sit expresse professus: ad dignitatem autem episcopalem, et in seculari et in regulari ecclesia, talis eligi poterit.

IDEM.

Nullus religiosus e ad abbatiam seu prælaturam suæ vel alterius religionis de cetero eligatur: nisi antea fuerit ordinem regularem expresse professus. Quod si secus actum f fuerit: eo ipso irritum habeatur.

Ad dignitatem vero episcopalem, (ad g quam 78) nouitii eliguntur interdum,) talem in secularibus vel regularibus ecclesiis eligi minime prohibemus.

78) *Ad quam etiam*, C. R. et H.

a *Nota ex hoc c. posse quem obtinere duplicem electionem in eadem ecclesia, tamen confirmationem quærere non posse, nisi ex vna. Item non posse aliquem caussare simul super eadem re, nisi ex vna caussa. Vide text. in c. inter dilectos. de fide instrum.* b *Vide Clem. cum contingat. de elect. et extrav. Benedicti, quæ incipit: Si religiosus de elect.* c *Vide text. 4. c. 7. indic. Dom.* d *Nota, quod monachi dicuntur fratres. c. caussam. supr. de eod. Dom. allegat etc c. pen. infr. eod. de priuil. Font.* e *Vide Clem. tam patent. de elect.* f *Al. ita:* factum fuerit. g *Al. ita:* ad quam etiam nouitii, etc.

CAP. XXIX.

Forma electionis, tradita per decr. supra eod. Cum dilectus. *non est sublata per sequens concilium:* Quia propter. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum expediat concordare iura iuribus, et eorum correctiones, (si sustineri valeant,) euitari; decretalem felicis recordationis Innoc. papæ III. prædecessoris nostri, quæ innuit sub ea forma posse in electionibus licite 79) h compromitti, vt compromissarii, secreto et sigillatim voluntatibus omnium inquisitis, illum, in quem maior et sanior pars capituli consenserit 80), eligere teneantur, declaramus abrogatam non esse per subsequutum concilium generale: immo potest in ipsis electionibus, vt prius, procedi licite per eandem.

79) *Licite*, non est in C. impr.
80) *Consensit*, C. H.

CAP. XXX.

Accedens ad sedem apostolicam pro instruendo negotio electionis per decr. Cupientes. *eundo hac de caussa, stando et redeundo integre, (præter quotidianas distributiones,) percipit fructus beneficiorum, quos percipere posset in ipsa ecclesia residendo.* Ioann. Andr.

IDEM.

Cum non deceat alicui suum officium esse damnosum: statuimus, vt ii, qui iuxta constitutionem felicis recordationis Nicolai papæ tertii, prædecessoris nostri 81), super hoc editam, ad apostolicam sedem venerint, eam circa imminentium electionum negotia instructuri, (cum tales, ecclesiarum suarum i prosequentes vtilitatem, censeri debeant residentes,) fructus beneficiorum suorum, quæ obtinent in illis ecclesiis, quarum 82) negotia prosequuntur, et etiam aliorum, quos reciperent vel possent recipere in ipsis 83) k ecclesiis residendo, integre, (quotidianis distributionibus duntaxat exceptis,) recipiant, ad sedem propterea veniendo eandem, ibidemque 84) hac de caussa morando, et ad ipsas ecclesias redeundo, ac si personaliter in eisdem ecclesiis residerent, non l obstantibus quibuslibet consuetudinibus vel statutis ecclesiarum suarum 85) contrariis, seu priuilegiis quibuscunque, per quæ præmissorum effectus posset quomodolibet impediri.

81) Verb. *prædec. nostri*, non sunt in C. H.
82) *Quorum*, ibid.
83) *Ipsis*, abest a C. impr.
84) *Ibidem*, est in eod. C.
85) *Ipsarum*, C. R.

CAP. XXXI.

Is, qui opponit euidentem defectum scientiæ vel personæ, contra promouendum ad aliquam dignitatem, pœnitere non potest. Caussam reddit. Ioann. Andr.

IDEM.

Ab eo, qui contra electum vel postulatum seu promouendum ad aliquam dignitatem, inter cetera, quæ obiicit, euidentem m, notorium seu manifestum scientiæ, vel alium personæ defectum opponit, ipsius defectus oppositio, vel eius qualitas nequeunt postea reuocari. Cum enim opponens, (si quod de 86) defectu opposuit huiusmodi, destitui veritate contingat,) a prosequutione caussæ debeat omnino excludi, et puniri 87), perinde ac si in probatione omnium, quæ obiecerat, defecisset n: iustum est, vt, (postquam ad oppositionem eandem processit 88), nequeat in præiudicium eius, contra quem opposuit, vlterius pœnitere.

86) *Pro defectu*, C. impr.
87) *Et etiam puniri*, C. R. et H.
88) *Processit*, C. O. et ed. gloss.

CAP. XXXII.

Canonicus impubes, ad electionem non vocatus, non agit de contemtu.

IDEM.

Ex eo, quod ad electionem episcopi, quæ, te in pupillari constituto ætate, in tua ecclesia extitit celebrata, cum ceteris eiusdem ecclesiæ canonicis non fuisti admissus, de contemtu conqueri, aut electionem eandem impugnare non potes: cum tam roris, quam rationis existat, vt tales, (cum discretione careant,) ad præstandum in electione suffragium nullatenus admittantur.

Non professi cum professis, vel conuersi laici cum clericis, electioni interesse non debent. H. d.

§. 1. In ecclesiis quoque regularibus vel monasteriis, hi, qui non sunt tacite vel expresse professi, non debent cum professis, vel conuersi laici cum clericis, electionibus interesse.

h *Dictio, licite, deest hic in antiquo cod.* i *Suum potest dici id, quod est suum in parte, et non in toto. Nam ecclesia non est tota canonici. Vide gloss. infr. de præb. cum in illis.* k *Al. ita:* in dictis ecclesiis. l *Al. ita:* non obstantibus quibuslibet aliis consuetudinibus. m *Vide text. infr. de verbor. signific. cap. 2.* n *Vide c. inquisitiones. supra de accus. Dominus.*

CAP.

CAP. XXXIII.

Si ab electione cathedralis vel regularis ecclesiæ, in scriptis ex caussa probabili adpelletur ad papam: ea pendente, confirmatio, facta per ordinarium non valet. Requirit decr. Cupientes. *non solum quod electus veniat, sed quod vsque ad finem negotium prosequatur: et habet locum etiam, cum adpellatur a confirmatione vel prouisione.* Ioann. Andr.

IDEM.

Si, postquam ab electione, in cathedrali vel regulari ecclesiis celebrata, fuerit in scriptis ex caussa probabili, quæ probata deberet legitima reputari, ad sedem apost. adpellatum, electionem ipsam per ordinarium confirmari contingat: huiusmodi confirmatio, nisi prius fuerit canonice ab adpellatione ipsa recessum, (cum sit ab eo, qui non potuit *a*, de facto præsumta,) nullam obtinebit 89) roboris firmitatem. Si vero electus, qui iuxta constitutionem felicis recordationis Nicolai papæ tertii, prædecessoris nostri, ad dictam sedem venerat pro electionis suæ negotio prosequendo, de Romana curia sine licentia recesserit, antequam huiusmodi negotium sit finitum: eius electio auctoritate constitutionis ipsius, (quæ non solum, vt quis veniat, sed etiam ex sui mente exigit, quod vsque ad finem negotium prosequatur,) eo ipso viribus euacuatur 90) *b* omnino. Cum autem 91) ab electionis confirmatione vel facta prouisione per eum, ad quem propter inferiorum negligentiam fuerat deuoluta eligendi potestas, ad sedem adpellatur eamdem: constitutionem prædictam in veniendo et 92) mittendo, et aliis, quæ perstringuntur, in ea conuenit obseruari.

89) *Obtinet*, C. R. et impr.
90) *Vacuatur*, C. R. et H.
91) *Autem*, abest a C. H.
92) *Et*, ibid. non legitur.

CAP. XXXIV.

Dispensare possunt episcopi et superiores cum habentibus parochiales ecclesias, sibi subiectas, quod vsque ad septennium studendo non teneantur ad sacerdotium promoueri; ad subdiaconatum tamen debent promoueri intra annum: alias sunt priuati. Et, illo durante septennio, debet in illis ecclesiis idoneus poni vicarius, de fructibus ecclesiæ sustentandus. Elapso septennio, debet rector intra annum in presbyterum promoueri.

IDEM.

Cum ex eo, quod felicis recordationis *c* Gregorius papa X. 93) prædecessor noster, statuit in concilio Lugdun. vt ad regimen parochialium ecclesiarum adsumti, se ad sacerdotium promoueri faciant intra annum, a sibi commissi regiminis tempore connumerandum 94) *d*, et personaliter resideant in eisdem, alioquin, si intra idem tempus promoti non fuerint, huiusmodi ecclesiis absque monitione alia sint priuati, nonnullis extunc parochiales ecclesias recusantibus acceptare, legendi et proficiendi, (cum eis facultates non suppetant, nec ab ecclesiarum prælatis de aliis beneficiis in plerisque mundi partibus interdum prouideatur eisdem,) opportunitas sit sublata, in grande vniuersalis ecclesiæ, (quæ ad sui regimen viris litteratis permaxime noscitur indigere,) dispendium et iacturam: nos, super hoc multorum instantiæ excitati frequenter, volentes cupientibus in scientia proficere, vt fructum in Dei ecclesia suo tempore adferre valeant opportunum, vtiliter prouidere, præsenti constitutione sancimus, vt episcopi, eorumque superiores cum iis, qui huiusmodi subiectas sibi ecclesias obtinent vel obtinuerint, in futurum dispensare possint libere, quod vsque ad septennium litterarum studio insistentes promoueri minime teneantur, nisi ad ordinem subdiaconatus duntaxat, ad quem intra prædictum annum recipiendum, (nec 95), sicut a multis, de Christi patrimonio sublimatis, olim factum esse dignoscitur, a statu retrocedere valeant clericali,) omnino adstringi volumus, et, nisi receperint, pœna, contenta in dicto concilio, eo ipso percelli. Porro, septennio prædicto durante, iidem episcopi et superiores sollicite prouidere procurent, vt per bonos et sufficientes vicarios, ab eis in huiusmodi ecclesiis deputandos, animarum cura diligenter exerceatur, et deseruiatur laudabiliter in diuinis: quibus de ipsarum ecclesiarum prouentibus necessaria congrue ministrentur. Elapso vero dicto septennio *e*, hi, cum quibus fuerit, (vt præmittitur,) dispensatum 96), ad diaconatus et presbyteratus ordines inter annum se faciant promoueri: alioquin extunc dictam pœnam, (nisi rationabili de caussa id omiserint,) ipso iure se nouerint incursuros.

93) *Gregorius IX. papa*, C. H.
94) *Numerandum*, C. R. et H.
95) *Ne*, C. impr.
96) *Dispensatum fuerit*, C. H.

a *Gesta a iudice incompetenti sunt nulla. Ad hoc supra de iud. at si clerici. cum s. Dom.* *b* *Alias:* vacuatur. *c* *Alias ita:* dominus Gregorius papa, prædecessor noster. *d* Numerandum. *e* *Dispensare non potest episcopus vltra septennium cum curato super non promotione ad sacerdotium.*

CAP. XXXV.

Quatuor dicit. Primo, *quod ad pœnam priuationis rectoris parochialis ecclesiæ non promoti requiritur, quod annus integer sit completus.* Secundo, *quod annus ille non currit iuste impedito.* Tertio, *quod post priuationem, ecclesia eidem conferri non potest.* Quarto, *quod non promotus, si eo animo receperat ecclesiam, vt fructus anni perciperet, tenetur ad restitutionem ipsorum. Et qui ea mente contulit, ecclesiam seruare debet indemnem.* Ioann. Andr.

IDEM.

Commissa tibi parochialis ecclesia, quanquam tantum de anno transiuerit, quod intra ipsum nequeas iuxta statutum generalis 97) concilii Lugdunensis ad sacerdotium promoueri, non est, nisi tunc demum, cum ex toto *f* fuerit ipse annus elapsus, censenda vacare, nec potest alteri antea, te nolente, conferri. Annus autem huiusmodi, qui a tempore illo incipit 98), quo ipsius ecclesiæ regimen commissum tibi extitit, et possessionem eius pacificam habuisti, vel per te stetit, quo minus haberes eamdem, tibi non currit, si promoueri, iusto impedimento detentus, intra tempus huiusmodi nequiuisti. Porro si intra dictum tempus non fueris, rationabili caussa cessante, promotus: tibi ecclesia ipsa, qua dicti statuti auctoritate iam priuatus existis, (ne statutum ipsum 99) fiat ludibrio, debitoque frustretur 100) effectu, et non rebus, sed verbis, cum sit potius contrarium faciendum, lex imposita videatur,) nullatenus ea vice poterit iterato conferri. Ceterum si promoueri ad sacerdotium non intendens, parochialem receperis ecclesiam, vt fructus ex ea per annum percipias, ipsam postmodum dimissurus, (nisi voluntate mutata promotus fueris;) teneberis ad restitutionem fructuum eorumdem: cum eos receperis fraudulenter. Illum autem, qui eam tibi contulit, cum te non crederet ad huiusmodi ordinem promouendum, (præter diuinam, quam exinde incurrit 1) offensam,) ad seruandam indemnem eamdem ecclesiam decernimus obligari.

97) *Generalis*, abest a C. H.
98) *Incepit*, C. R. impr. ed. gloss. et Pith.
99) *Ipsum*, abest a C. H.
100) *Frustrentur*, est ibid.
1) *Incurrat*, C. R. et H.

CAP. XXXVI.

Abbas exemtus eligitur in episcopum: sed transire non potest sine licentia papæ vel legati de latere.

IDEM.

Si abbatem, ecclesiæ Romanæ immediate subiectum, in vestrum episcopum elegistis; reprehendi exinde nulla ratione potestis: ei tamen ab alio, quam a nobis vel apostolicæ 2) sedis legato, si sit in prouincia de latere 3) *g* nostro missus, dari non potest licentia suum deserendi monasterium, et ad vestram ecclesiam transeundi.

Legatus de latere potest confirmare electiones episcoporum exemtorum: reliqui non sine speciali mandato. Ioann. Andr.

§. 1. Huiusmodi vero legatus, qui maius 4) omnibus post Rom. pontificem in prouincia, sibi decreta, imperium censetur habere, archiepiscoporum, episcoporum, et exemtorum electiones potest ex officio confirmare. Alii autem legati hoc nequeunt: nisi id eis a sede ipsa specialiter sit commissum.

2) *Vel ab apostolica*, C. H.
3) *Et de latere*, ibid.
4) *Magis*, ibid.

CAP. XXXVII.

Si compromissarius non eligit intra tempus iuris: ad proximum superiorem deuoluitur potestas prouidendi. Si eligit, sed indignum; indistincte redit ad compromittentes: nisi id scienter ratum habuerint. Idem, si electus idoneus non consentit. Si compromissarius scienter eligit indignum; ipse solus ab ecclesiasticis beneficiis triennio est suspensus: nisi id compromittentes scienter ratum habuerint. Et pœna prædicta suspensionis non habet locum in episcopo compromissario, nec in electione inferiorum episcoporum. Et restringitur illa pœna ad beneficia, quæ obtinet in ecclesia offensa. Et idem in beneficiis illius, qui deficit in probatione eius, quod obiicit in personam. Ioann. Andr.

IDEM BONIFACIVS VIII. 5) *(ann. 1299. Romæ.)*

Si compromissarius, in quem, defuncto *h* episcopo, transfertur eligendi potestas, negligenter intra tempus, a iure statutum, eligere prætermittet; ad superiorem proximum 6) potestas deuoluitur prouidendi: sibique compromittentes imputent, qui in talem potestatem huiusmodi transtulerunt.

5) vocab. *Bonifacius VIII.* non sunt in C. impr.
6) *Proximum*, desideratur in C. H. et impr.

f *Vbi statutum præcipit certam pœnam soluendam intra annum: illa pœna peti non potest, donec annus totaliter sit elapsus.* *g* *De triplici genere legatorum, vide gloss. in c. 1. de off. leg. et Dom. meum Strauclium in libr. de potest. legati. Font.* *h* *Electio potest fieri, antequam episcopus tradatur sepulturæ, de quo vide c. Bona. 36. extra eodem.*

Si vero

Si vero eligat, sed indignum: tunc, siue scienter id fecerit, (cum dolus ipsius eis, qui non sunt in culpa, non debeat imputari *a*,) siue etiam ignoranter, (cum suo sit functus officio,) eligendi potestas, (nisi et ipsi scienter electionem talem ratam habuerint,) libere reuertitur ad eosdem. Idem fit, cum eligit idoneum, sed electus 7) renuit consentire.

Porro eo casu, dum 8) scilicet indignus eligitur ab eodem, compromittentes, quos illius odio non conuenit prægrauari, nequaquam, (nisi, sicut præmittitur, ratum 9) habuerint,) puniuntur: sed ipse, (vt pœna suum auctorem 10) teneat,) a beneficiis ecclesiasticis triennio iuxta Lateranense concilium, suspenditur ipso iure. Huiusmodi quoque pœna, nec in episcopo, si ad eligendum fiat compromissarius, sic peccante, (cum de iure nullam sententiam suspensionis incurrat, nisi de ipso expressa mentio habeatur,) nec in aliorum, quam episcoporum 11) et superiorum ipsorum electionibus, cum peccatur in ipsis, vindicat sibi locum. Restringitur etiam dicta pœna solum ad ea beneficia, quæ sic peccans, in illa obtinet ecclesia, quam taliter eligendo specialiter noscatur offendisse. Et idem in illius beneficiis est censendum, qui alicuius electionem, postulationem, aut prouisionem, impugnans, in probatione deficit eius, quod obicit in personam.

7) *Si electus*, C. B.
8) *Cum*, C. B. impr. ed. gloss. et Pith.
9) *Ratam*, C. H.
10) *Actorem*, C. B. et impr.
11) *In episcoporum*, C. B.

CAP. XXXVIII.

Procurator ad adpellandum secundum formam c. Vt circa. non est idoneus: nisi omnia obiecta, et forma iuramenti in procuratorio exprimantur. H. d. secundum Panorm.

IDEM.

Procurator ad adpellandum contra electionem, postulationem 12) aut prouisionem alicuius 13) *b*, non aliter idoneus de cetero reputetur, quam si omnia, quæ in formam obiicere vel personas, et propter quæ adpellare intendit, singulariter et clare in eius procuratorio sint expressa, habeatque speciale mandatum iurandi corporaliter in eorum animas, quorum procurator existit, quod ipsi credunt expressa huiusmodi vera esse, et se posse probare.

12) *Seu postulationem*, C. H.
13) *Alicuius*, in C. B. et H. non habetur.

CAP. XXXIX.

Cassata confirmatione, vel cassa nunciata propter defectum iurisdictionis, vel sollemnitatem omissam, non propter hoc electio cassata dicitur. Ioann. Andr.

IDEM.

Si confirmationem electionis *c* propter debitam iuris sollemnitatem, in confirmatione ipsa omissam, vel ex eo, quia 14) ipse, qui confirmauit, confirmandi non habuit potestatem, cassari 15), seu cassam et irritam nuntiari contingat: non propter hoc præcedens electio, (si alias sit canonica,) intelligitur infirmari.

14) *Quod*, C. B.
15) *Cassari et irritari seu*, C. B. et H.

CAP. XL.

Si, vacante cathedrali, regulari, vel collegiata ecclesia, singulares personæ capituli vel conuentus occupant bona, a prælato dimissa, vel vacationis tempore obuenientia: donec plene restituant, ab officio et quibuscunque beneficiis sunt suspensi, non obstantibus priuilegiis, statutis, et consuetudinibus, quacunque firmitate vallatis. Ioann. Andr.

IDEM.

Quia sæpe *d* contingit, quod, cathedralibus et regularibus ac collegiatis ecclesiis vacantibus, capitula, conuentus, collegia *e*, et singulares earundem personæ bona, a prælatis ipsarum dimissa, vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem dictarum ecclesiarum expendi, vel futuris debetent successoribus fideliter reseruari, occupant, inter se diuidunt, surripiunt, dilapidant, dissipant, et consumunt in earum graue dispendium et iacturam: nos, ipsorum ausus reprimere, ac ecclesiarum indemnitatibus præcauere volentes, decernimus, vt ii, qui præmissa de cetero præsumserint, eo ipso sint, et tamdiu maneant ab officio et beneficiis quibuscunque suspensi, donec plene restituerint, quidquid de bonis perceperint supra dictis, non obstantibus quibuslibet priuilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus, constitutionibus 16), vel statutis, iuramento, confirmatione sedis apostolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis, quæ omnia, quoad hoc, auctoritate apostolica reuocamus, cassamus, et irritamus, ac nullius deinceps volumus esse firmitatis.

16) *Constitutionibus*, abest a C. B. et H.

CAP. XLI.

Decretalis, Vt circa. solum in extraiudicialibus adpellationibus locum habet: in iudicialibus autem antiqua iura seruanda sunt. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Constitutio felicis recordationis Greg. papæ 17), præd. nostr. edita in concilio Lugdun. formam exprimens, secundum quam ab iis, qui in *f* electionibus 18) postulationibus, aut prouisionibus se opponunt, debeat adpellari, locum sibi non vindicat, nisi solum, cum in eis extra iudicium adpellatur.

Quando vero in iudiciis *g* in huiusmodi negotiis adpellari contingit: anteriora iura, (cum per eam 19) immutata non fuerint,) obseruari oportet.

17) *Gregorii X.* C. B.
18) *Qui electionibus*, C. H.
19) *Per ea*, ibid.

CAP. XLII.

Habens plenam administrationem cathedralis ecclesiæ in spiritualibus et temporalibus, iurisdictionalia exercere potest: sacramentalia non, nisi episcopus fuerit. H. d. Dom.

IDEM.

Is, cui procuratio seu administratio cathedralis ecclesiæ plena et libera in spiritualibus et temporalibus a sede apostolica, (cui soli hoc competit,) est commissa, potest, (alienatione bonorum immobilium duntaxat excepta,) omnia, quæ iurisdictionis episcopalis existunt, et quæ potest electus exsequi 20) confirmatus, libere exercere.

Illa quippe, quæ ministerium consecrationis exposcunt, (nisi fuerit episcopus,) per alios faciat episcopos expediri.

20) *Ex quo*, C. impr.

CAP. XLIII.

Monialis non eligit, nisi peregerit duodecimum annum, et sit tacite vel expresse professa: nec eligitur, nisi peregerit tricesimum annum, et fuerit expresse professa. Hoc dicit prima pars vsque ibi: *Sane.* Ioann. Andr.

IDEM.

Indemnitatibus *h* monasteriorum monialium, quæ frequenter propter electiones, in discordia celebratas, in ipsis grandia in spiritualibus et temporalibus dispendia patiuntur, occurrere desiderabiliter adfectantes, statuimus, vt, cum in eis fuerit electio facienda, nulla monialis, (nisi duodecimum annum peregerit, et professa fuerit tacite vel expresse,) ad eligendum cum aliis admittatur. Nec in abbatissam, aut priorissam, (vbi per priorissam monasterium gubernatur,) de cetero eligatur aliqua, nisi tricesimum annum compleuerit, et expresse professa fuerit ordinem regularem.

Non obstante contradictione, vel adpellatione quacunque, electa e duabus partibus numera, cum per scrutinium proceditur, examinatione præmissa, per officium præsidentis confirmatur et benedicitur. Item publicato scrutinio, antequam ad actus extraneos se diuertant, eligentes possunt accedere ad illam, quæ maiorem partem conuentus numera habet. Et si per accessum ad duas partes peruenerint; (sicut in primo casu,) confirmabitur et benedicetur: non tamen adimitur contradicentibus potestas denuntiandi vel accusandi, cum abbatissa fuerit benedicta, et possessionem adepta. Item de obiectis contra electam a maiori parte conuentus, quæ tamen duas partes nec a principio, nec per accessum habet, ante confirmationem sine strepitu et figura iudicii inquiretur. Ipsa tamen, (alienatione bonorum, et monialium receptione sibi interdictis,) interim ministrabit. Item a minori parte electæ nullum ius acquiritur, nec aliæ possunt accedere ad eam: nec ibi fit collatio, nisi numeri ad numerum. H. d.

§. 1. Sane *i*, si ad electionem per formam scrutinii procedatur, et, (votis in diuersa diuisis,) electiones *k* per 22) plures in discordia celebrari contingat: ea, quæ a duabus partibus numero fuerit celebrata, (exceptione seu contradictione aut adpellatione quacunque partis alterius non obstante,) per superiorem, (prius tamen ex officio 23), prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissa,) si alias inuenta fuerit canonica, confirmetur, et confirmatæ electæ, si abbatissa exstiterit, benedictio impendatur. Si autem nulla earundem electionum a partibus fuerit celebrata duabus: tunc, non obstante, quod sit publicatum scrutinium, et ad electionem processum, possint moniales, quæ in

22) *Per*, abest a C. B.
23) *Ex suo officio*, C. B. et H.

a *Vide l. fin. C. de acqu. poss. vbi eius delictum concernit processum et poenam. de Anb.* Font. *b* *Dicto, alicuius, deest in manuscripr. codicib.* *c* *Secundum doctor. iste text. habet locum etiam in aliis confirmationibus. Vide Felinum in c. constitutus. de rescript.* Font. *d* *Iura debent adaptari iis, quæ sæpe contingunt. Vide gloss. de despons. impub. litteras.* *e* *Quomodo puniantur colleg. vide Bart. in l. aut facta. ff. de poen. c. si ciuitas. de sent. excomm. de Anbar.* Font.

f *Dicto, in, deest in manuscr.* *g* *Al. in iudicio.* *h* *De materia huius c. §. vide quod nouissime diffiniuit conc. Trid. sess. 25. tit. de regular. et monial. c. 7. Vide conc. Agathens. c. 19.* *i* *De articulo huius §. et sequ. vide, quod nouissime sanciuit concil. Trid. sess. 25. tit. de regularib. et monialib. c. 6.* *k* *In antiqu. codic. ita: electiones plures in discordia, absque dictione. per.*

alıam

aliam vel in alias dixerant 24) vota sue, licite per consensum, antequem ad actus diuertant extraneos, omni prauitate cessante, ad illam accedere, quæ ab aliis, maiorem partem conuentus numero facientibus, est electa. Et si per accessum huiusmodi ad duas partes perueniri poterit: illis, quæ antea in eam consenserant, computatis, confirmetur a et benedicatur, ac si duas partes ab initio habuisset, vt in casu proximo est præmissum *b*. Verum si quæ fuerint moniales, quæ, postquam in præmissis casibus talis confirmata et benedicta exstiterit, ac possessionem suæ administrationis fuerit adsequuta, voluerint in modum denuntiationis vel accusationis, vt e dignitate deiiciatur adepta, proponere aliquid contra ipsam: ais per prædicta proponendi minime sit sublata facultas 25). Si vero ad illam, quæ a maiori parte, (vt præmittitur,) est electa; noluerint 26) aliæ accedere moniales, vel si accesserint, non tot tamen, quod 27) cum aliis, prius in eam consentientibus, faciant duas partes: tunc super c obiectibus 28) partis alterius, si quæ fuerint, et super aliis, quæ in tali negotio sunt ex officio inquirenda, plene 29) sine strepitu iudicii et figura per superiorem inquiratur primitus, antequam confirmetur electio 30), vel etiam infirmetur. Sed interim præsentis constitutionis auctoritate in spiritualibus et temporalibus libere administret, sic tamen, quod de rebus monasterii nil penitus alienet, nec aliquam in 31) monialem recipiat quoquo modo. Si qua vero e minori parte conuentus numero nominata fuerit vel electa: ex nominatione vel electione huiusmodi, (quas eo ipso, quod pars minor eas fecerit, vires aliquas nolumus 32) obtinere,) ipsi ius aliquod quomodolibet non quæratur, nec ad eam ab aliis per consensum in hoc casu valeat accessus haberi. Vt autem, cum per prædictam formam proceditur, facilius in huiusmodi monialium electionibus ad concordiam veniatur: decernimus, vt non zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, sed solum numeri ad numerum fiat collatio in eisdem.

Electæ per compromissum benedictio impendetur, non obstante minoris partis contradictione: sed, si maior se ei opponat, libere administrabit, nec confirmabitur. Si autem ei se opponat pars in duplo maior: non administrabit, nec confirmabitur, sed exspectabit litis euentum. H. d.

§. 2. Ceterum si per formam compromissi fuerit in electione processum, et electæ pars aliqua se opponat; si minor, ipsius, (vt in forma scrutinii statuitur;) confirmetur electio 33), et eidem benedictio impendatur, partis eiusdem contradictione, vel exceptione, aut adpellatione qualibet non obstante: sed per hoc denuntiandi vel accusandi eam postmodum sibi via minime sit præclusa. Si maior; eius, (donec de obiectis 34) *d* et aliis, vt in eadem forma scrutinii præmittitur, fuerit inquisitum,) confirmatio vel infirmatio differatur: sed interim, (vt prædicitur,) libere administret, nisi forsan pars opponentium exstiterit duplo maior. Tunc enim administrare ipsam nolumus, sed litis euentum potius exspectare.

Si ab opponentibus in casibus præmissis adpellatur; constitutio: Vt circa. *seruabitur: sed moniales ad sedem apostolicam personaliter non venient, sed procuratores, secundum constitutionem:* Cupientes. *mittent.* H. d. Ioann. Andr.

§. 3. Porro si in huiusmodi electionum negotiis contigerit, (in illis dumtaxat casibus, in quibus oppositiones iuxta præmissa fuerint admittendæ,) ad sedem apostolicam adpellari: adpellantes formam constitutionis felicis recordationis Gregorii papæ 35), prædecessoris nostri, editæ in concilio Lugdunensi, diligentius seruare teneantur. Sed cum eas propter sexus verecundiam *e*, suæque conditionis statum non deceat, nec ipsis expediat publico 36) cœtui demonstrari, aut extra sua monasteria euagari; nolumus, quod el .tæ vel etiam eligentes aut adpellantes 37), seu hæ, contra quas adpellatum fuerit, ad eamdem sedem personaliter veniant quoquo modo: sed procuratores, sufficienter instructos, iuxta constitutionem piæ memoriæ Nicolai papæ tertii, prædecessoris nostri, ad sedem ipsam transmittant, per eos electionum ac adpellationum et postulationum 38) suarum prosequuturæ negotia 39), prout iustitia suadebit, pœnam in dicta constitutione contentam, ipso iure, si hoc non fecerint, incursuræ.

24) *Dixerant*, C. impr.
25) *Potestas*, C. H.
26) *Voluerint*, ibid.
27) *Qua cum*, ibid.
28) *Obiectionibus*, C. impr.
29) *Plane*, C. H.
30) *Eadem electio*, C. O.
31) *In*, omittitur in C. R. et H.
32) *Nolumus*, C. R.
33) *Eadem electio*, C. impr.
34) *Obiectibus*, C. R. et H.
35) *Papa X.* C. R.
36) *Publico*, ibid.
37) *Aut etiam appellantes*, C. H. sed hæc verba non sunt in ed. Pith.
38) Dictiones *et postulationum*, desiderantur in C. R. et H.
39) *Negotium*, C. H.

Ponentes vel nutrientes discordiam in electione monialium, ipso iure sunt excommunicati. H. d. Ioann. Andr.

§. 4. Postremo hi, quos ad dirigendas in huiusmodi electionibus moniales easdem deinceps contigerit euocari, ab his prorsus abstineant, per quæ inter eas super faciendis ipsis electionibus oriri *f* possit discordia, vel exorta nutriri: alias eo ipso excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere.

Hæc constitutio locum habet in monialibus, regulariter viuentibus, et in canonicis regularibus, hoc excepto, quod non debeant, nisi professæ, eligere vel eligi. Quod non potest sibi vindicare locum in canonicis secularibus: per hoc tamen papa non adprobat statum dictarum canonicarum secularium. H. d. Ioann. Andr.

§. 5. Supra dicta siquidem nedum in monasteriis, in quibus sunt moniales, viuentes sub aliqua de religionibus adprobatis, sed *g* etiam in illis 40), vbi sunt iuxta quarumdam prouinciarum consuetudinem mulieres, quæ nec propriis renuntiant, nec professionem faciunt regularem, sed viuunt, vt in secularibus ecclesiis canonici seculares, volumus per omnia obseruari, eo, (quod supra dicitur,) dumtaxat excepto, vt non eligantur, nec eligant non professæ; cum in ipsis hoc locum sibi nequeat vindicare: per hoc tamen earum statum, ordinem seu regulam nolumus nec intendimus adprobare.

Iura, de virorum electionibus tractantia, per hoc capitulum non sunt mutata. H. d.

§. 6. Ad hæc licet præmissa, quæ in multis a iure communi discrepare noscuntur, circa electiones in quibuslibet mulierum monasteriis faciendis 41) ex *h* certis caussis rationabilibus specialiter duxerimus statuenda; intentionis tamen nostræ nequaquam exstitit 42) *i*, vt per illa, quoad electiones in aliis virorum monasteriis, vel quibusuis ecclesiis celebrandis 43) aliquid immutetur: sed iura præcedentia in sua omnino remaneant *k* firmitate.

40) *Sed et in illis etiam*, C. R. et H.
41) *Faciendas*, C. R. impr. et ed. gloss. concinnius.
42) *Exstitit*, C. H.
43) *Celebrandas*, C. impr. et quidem rectius.

CAP. XLIV.

Si ordinarius post recessum adpellationis, interiectæ ad curiam, in caussis electionum episcopatuum, non inquisito, an prauitas interuenerit, procedit, confirmat, vel consecrat; prædicta non tenent: et ipse ab episcoporum confirmatione et consecratione suspensus est per annum. H. d. Dominicus de sancto Geminiano.

IDEM BONIFACIVS VIII. 44) *(ann. 1299.)*

Prouida consideratione generale 45) concilium Lugdun. concessit, vt ab adpellationibus, in iudicio vel extra iudicium ad sedem apostolicam in electionum 46) episcoporum, et eorum superiorum negotiis interiectis, per quas ad sedem ipsam eadem negotia deferuntur 47), partes, (nulla interueniente prauitate,) recedere valeant, antequam ipsi sedi apostolicæ 48) adpellationes eædem fuerint repræsentatæ; sed inferiores iudices, quorum est, (adpellatione cessante,) negotiorum cognitio eorumdem, si in hoc 49) prauitas intercesserit, ante omnia diligenter inquirant, et, si eam intercessisse repererint 50), se non intromittant vllatenus de eisdem: sed præfigant ipsis partibus peremtorium terminum competentem, quo cum actis et munimentis suis apostolico se conspectui repræsentent. Verum 51) cum nonnulli, concessione huiusmodi abutentes *l*, suam, (inquisitione præfata omissa,) cognitionem in eisdem negotiis interponant, ad confirmandas electiones, et consecrandos electos temere procedendo: nos, super hoc expressius prouidere volentes, confirmationes et consecrationes huiusmodi, et quoscumque processus alios, quos, (inquisitione præmissa non habita,) contigerit de cetero in talibus negotiis attentari, decernimus, nullius penitus exsistere firmitatis, et confirmantes et consecrantes eosdem, (vt in eo, quo 52) peccauerint 53), puniantur *m*,) ab episcoporum confirmatione ac consecratione per annum continuum ipso iure fore suspensos.

44) C. impr. non habet vocabula: *Bonif. VIII.*
45) *Generale*, non est in C. R.
46) *Electione*, C. R. et ed. gloss. *electionem*, Pith. sed incongrue.
47) *Deferantur*, C. R. et H.
48) *Apostolicæ*, abest a C. H. et impr.
49) *An in hoc*, C. H.
50) *Reperiant*, ibid.
51) *Verum etiam*, C. R. et H.
52) *In quo*, C. O.
53) *Peccauerant*, C. H.

a Al. ita: et confirmetur, et benedicatur. *b Al.* expressum. *c Al. ita:* super obiectis partis alterius, si quæ, *etc.* *d Al.* obiectibus. *e Vide his effectum verecundiæ per Anchar, et l. filius ff. de cond. instit.*

f Dolt not. quod pœna, statuta procurantibus ortam discordiam, non ligat iam ortam nutrientes. Font. *g Alias ita:* sed et in illis etiam, vbi, *etc.* *h In manuscriptis ita:* ex certis caussis et rationabilibus, *etc.* *i Alias:* exstitit. *k Alias:* maneant. *l Vid. gloss. in Clem.* 1. *de iure patr.* *m Vid. gloss. l.* 1. *ff. de diuort. in princ. et Bart. in l. prætor ait.* §. *hocque interdictum ff. de nou. oper. nuntiat.*

CAP. XLV.

Si papa sibi provisionem ecclesiae cathedralis reservavit, inhibuit et decrevit; nun est irritata electio, quae praecesserat: omnia tamen, quae reservationem sequuntur, carent effectu. Ioann. Andr.

IDEM.

Si eo tempore, quo prouisionem alicuius ecclesiae cathedralis ex quauis caussa dispositioni seu ordinationi sedis apostolicae reseruamus, inhibentes, ne ad electionem vel prouisionem, faciendam in ea, quomodolibet procedatur, et decernentes, si secus super hoc a quoquam 54) scienter vel ignoranter attentatum exstiterit, irritum et inane, iam 55) ad electionem forsitan sit processum in ipsa: praesenti constitutione sancimus 56), quod, licet reseruatio, inhibitio, et decretum huiusmodi non adficiant electionem 57), vel alia, quae praecedunt, adficiunt tamen, vt effectu careant ea, quae postmodum subsequuntur.

54) *Quocunque*, C. H.
55) *Si vero iam*, C. impr.
56) *Sancimus*, C. R.
57) *Electioni*, C. H.

CAP. XLVI.

Absens plures procuratores ad actum electionis dare potest in solidum, et non aliter: et in altero admittendo ponit tres gradus. H. d. vsque ad §. *Porro*. Dominicus.

IDEM.

Si quis, iusto impedimento detentus, in electionis negotio nequeat commode 58) interesse; potest nedum vni, (prout dicitur in concilio a generali 59), sed et pluribus committere vices suas; dum tamen eorum cuilibet det in solidum potestatem: et erit tunc melior conditio occupantis. Verum si ambo concurrant insimul, et postulent se admitti; audiri eos non expedit: quia possent vota sua dirigere in diuersos, sicque res non haberet exitum, et quod ab eis hoc casu fieret, non valeret. Sed is admittatur dumtaxat, quem capitulum vel pars maior elegerit: vel, si concordare nequeant, is, qui primo *b* instrumento 60) vel litteris procurationis exstiterit nominatus.

§. 1. Si autem nullus ipsorum in solidum 61) fuerit deputatus; tunc propter rationem eandem ipsorum aliquis non debebit admitti: sibique imputet, qui sic eos constituit indiscrete.

Procurator, ad eligendum constitutus, vnum nomine suo, et vnum nomine domini sui eligere non potest: nisi a domino de certa persona speciale mandatum habeat. H. d.

§. 2. Porro, cum vnus est procurator simpliciter constitutus, si is vnum suo, et alium domini sui nomine in scrutinio nominandum duxerit; nihil agit: nisi de certa eligenda persona sibi dominus dederit speciale mandatum. Tunc enim in illam eius, et in aliam suo nomine licite poterit consentire.

Canonicus absens, (licet nullus de capitulo eius procurator esse velit, et ipse procuratorem, qui non sit de capitulo, nolente capitulo, deputare non possit,) votum per litteras exprimere non potest: cum cuiuslibet votum sit secreto et sigillatim in scrutinio exprimendum. H. d.

§. 3. Absens quoque, (licet nullus de collegio velit esse procurator eiusdem, nec ipse, nolente capitulo, extraneum valeat 62) deputare,) non poterit aliquatenus per litteras exprimere votum suum, quod non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio secrete 63) et sigillatim tantummodo exprimendum.

58) *Commode*, non est in C. R.
59) *Lugd.* ibid.
60) *In instrumento*, C. impr.
61) *Solide*, ibid.
62) *Valet*, ibid.
63) *Secreto*, ibid.

CAP. XLVII.

Si adparet coelectus, vel se opponens ei, qui confirmationem petit; ille vocabitur nominatim; alias fiet in ecclesia crida generalis, quod se confirmationi volentes opponere, veniant peremtorio adsignato: aliter confirmatio facta non tenet. Ioann. Andr.

IDEM.

Quoniam, electione non in concordia celebrata, superior, ad quem electionis ipsius confirmatio pertinet, consueuit interdum suae confirmationis celeritate, praeferens cupiditatem propriam iuri, et inordinatum adfectum etiam aequitati, competitorem aliquando 64), vbi alius, vel eos, qui se volunt opponere, quando electus est vnicus, supplantare; dum nullis vocatis, et non discusso negotio, per repentinam confirmationem cito, (contra doctrinam apostoli *c*,) imponit manus electo: nos, volentes huic morbo et fraudibus obuiare, praesenti constitutione sancimus, confirmationes tales viribus 65) omnino carere, ipsasque decernimus irritas et inanes. Vocationem autem huiusmodi nominatim 66), vbi est coelectus, vel adparet oppositor *d*, alias generaliter in ecclesia, in qua electio facta est, vt, si qui sint, qui se 67) velint opponere, compareant adsignato peremtorio termino competenti, faciendam esse censemus: quae, etiamsi electio in concordia celebrata fuerit, volumus obseruari.

64) *Alium*, C. R.
65) *Iuribus*, C. impr.
66) *Innominati*, ibid.
67) *Se*, desideratur ibid.

TITVLVS VII.
DE RENVNTIATIONE.

CAP. I.

Romanus pontifex potest libere papatui renuntiare. H. d. secundum Zenz.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1299. Romae.)*

Quoniam *e* aliqui curiosi, disceptantes de iis, quae non multum expediunt, et plura sapere, quam oporteat, (contra doctrinam apostoli,) temere adpetentes, in dubitationem sollicitam, an Romanus pontifex, (maxime cum se insufficientem agnoscit ad regendam vniuersalem ecclesiam, et summi pontificatus onera supportanda,) renuntiare valeat papatui 68), eiusque oneri et honori deducere minus prouide videbatur 69): Caelestinus papa quintus, praedecessor noster, (dum eiusdem ecclesiae regimini praesidebat,) volens super hoc haesitationis cuiuslibet materiam amputare, deliberatione habita cum suis fratribus ecclesiae Romanae cardinalibus, (de quorum numero tunc eramus *f*), de nostro et ipsorum omnium concordi consilio et adsensu auctoritate apostolica statuit et decreuit, Romanum pontificem posse libere resignare. Nos igitur, ne statutum 70) huiusmodi per temporis cursum obliuioni dari, aut dubitationem eandem in recidiuam disceptationem 71) vlterius deduci contingat, ipsum inter constitutiones alias ad perpetuam rei memoriam de fratrum nostrorum consilio duximus redigendum.

68) *Pontificatui*, C. R.
69) *Videbantur*, C. impr.
70) *Tuenu*, ibid. *ne publice statutum*, C. H.
71) Absunt a C. H. verba: *eandem in recidiuam disceptationem*.

CAP. II. *

Si in fraudem exspectantis primam vacaturam, cum in proximo credretur pinguis vacare, renuntiet aliquis tenuem, quam habebat: non tenetur exspectans illam recipere; immo, illa dimissa, exspectabit aliam sine fraude vacantem. Et si illi renuntianti illa pinguis postea conferatur: hoc ipso probata sit fraus, et carebit vtraque.

IDEM.

Si, te praebendam *g* vel dignitatem, in aliqua ecclesia proximo vacaturam 72), auctoritate apostolica exspectante, aliquis, praebendam seu dignitatem tenuem obtinens in eadem, fraudulenter ei renuntiet, vt, illa primo sic vacante, praecludatur tibi via per consequens ad obtinendum 73) praebendam vel dignitatem aliam pinguiorem, quae per mortem alicuius vel alias in ipsa ecclesia creditur verisimiliter in proximo vacatura: per renuntiationem huiusmodi, (dummodo de praemissa fraude adpareat, saltem per aliquas probabiles coniecturas, vt, quia dictae renuntiationis tempore is, qui praebendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat, propter quod illius praebenda seu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur,) nullum tibi volumus obstaculum interponi, quo minus, (praebenda vel dignitate praedicta sic fraudulenter renuntiata omissa,) possis dictam pinguiorem, cum eam vel aliam, si prius ipsam vacare contigerit, auctoritate praefata libere petere, veluti tibi debitam, et habere.

Ceterum si praedicto renuntianti huiusmodi praebenda vel dignitas pinguior forsitan conferatur: eo ipso dicta fraus intelligatur esse probata, et idem renuntians habita 74) omnino careat et ambita.

72) *Vacatura*, C. H.
73) *Obtinendam*, ibid.
74) *Et habita*, ibid.

TITVLVS VIII.
DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRAELATORVM.

CAP. I.

Iurisdictio suffraganei excommunicati, ad metropolitanum non deuoluitur. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *(ann. 1250. Romae in Gallium.)*

Romana *h* ecclesia: [*et infra.*] Edictum vero, per Remensem prouinciam publicatum, vt a subditis episcoporum ipsius prouinciae pro audiendis et terminandis eorum caussis libere ad Remensem curiam

a *In concil. generali Later. sub Innoc. III. c. 24.* b *Vid. dist. 2. de cons. c. in Christo pater, et l. si seruus communis. de stip. seru. c. quoniam abbas. de off. deleg. Font.* c 1. *Tim. 5.*

d *Vide Innoc. c. inter quatuor. de maior. et obed. dict. l. fin. C. de iur. delib.* e *Vide Ludouicum Gomesium in regula cancellaria, de infirmis resignantibus. Paul. ad Roman. c. 12.* f *Vide l. cum senatorum C. de dignit.* g *Hodie gratiae, quae dicuntur exspectatiuae, siue ad vacaturam, omnino sublatae sunt per concilium Trid. sess. 24. de reform. c. 19.* h *Ita spectans tradita per Ioann. Andr. in c. nouit. et per Felin. in cap. pastoralis. extra de offic. leg. c.*

riam accedatur, penitus reuocamus: quia, etiamsi tenerentur 75) iidem episcopi pro suis culpis vinculo excommunicationis adstricti, non tamen ex culpis ipsis, (cum id non inueniatur a iura concessum,) ad Remensem archiepiscopum iurisdictio deuolueretur 76) eorum. Sed alia forte pro illis pœna ipsis canonica posset infligi.

75) *Etiam et si tenerentur*, C. H.
76) *Deuoluetur*, C. R.

CAP. II.

Si ille, qui præest, est negligens et remissus: debet superior illi dare idoneum coadiutorem. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *baronibus et comitibus regni Portugalliæ 77).*

Grandi non 78) immerito: [*et infra.*] Mandamus, quatenus dilectum filium, nobilem virum 79), comitem Bolon. præfati regis Portugalliæ fratrem, de deuotione, probitate ac circumspectione multipliciter commendatum, qui eidem regi, (si absque legitimo decederet filio,) iure regni succederet: quique examinatæ dilectionis adfectu, quo vos et prædictum regnum prolequitur, (magnanimitate ac potentia sibi plurimum suffragantibus,) regnum ipsum maturius reformaturus firma credulitate speratur: præsertim cum ad curam et administrationem generalem, et liberam regni eiusdem, tam 80) *a* pro sæpe dicti regis, quam ipsius regni vtilitate, si prouide attendatur, ac ad defensionem ecclesiarum, monasteriorum, aliorumque piorum locorum regni præfati, et personarum ecclesiasticarum, tam religiosarum, quam secularium, nec non viduarum, orphanorum, et ceterorum, ibidem degentium, ac deperditorum inibi recuperationem 81) salubriter, (vt in Domino confidimus,) sit adsumtus, cum ad vos accesserit, (fidelitate, homagio, iuramento, seu pacto, si aliquibus forte præfato regi, vel cuicumque alii personæ tenemini, aut etiam ipsius regis prohibitione: dummodo personam eius, et vitam, ac legitimi sui filii, si aliquem ipsum habere contigerit, fideliter conseruetis, debitum eis exhibentes honorem, nequaquam obstantibus,) in ciuitatibus, castris, villis, et munitionibus regni prædicti, cum omnibus suis recipere, ac eius dispositioni, ordinationi, et mandatis vniuersaliter singuli, et singulariter vniuersi per omnia, et in omnibus intendere 82) absque difficultate qualibet procuretis, impendantes sibi contra quoslibet repugnantes, ac etiam violentos consilium, auxilium et fauorem, de reditibus 83), prouentibus 84), omnibusque præfati regni iuribus sine 87) diminutione aliqua plenarie respondendo, vt de illis dicto regi, secundum quod suam decet excellentiam, sibi ac 88) suis et præfati regni necessitatibus pro tempore, ac negotiorum emergentium qualitate valeat prouidere. Alioquin venerabilibus fratribus nostris, Bracharensi *b* archiepiscopo, et episcopo Colimbrensi 89), damus nostris literis in præceptis *c*, vt vos ad id, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, adpellatione remota, compellant.

Per hoc autem non intendimus memorato regi, vel ipsius legitimo filio, (si quem habuerit 90), prædictum regnum adimere: sed potius sibi et eidem regno, destructioni exposito, ac vobis ipsis in vita ipsius *d* regis per sollicitudinem et prouidentiam comitis consulere supra dicti 91).

77) Verba inscriptionis: *baronibus* etc. in C. R. non leguntur.
78) *Grandi et non*, ibid.
79) *Nostrum V.* ibid.
80) *Non minus*, C. R. et H.
81) *Recuperatione*, C. H.
82) *Attendere*, C. R.
83) *Reditibus, exitibus*, ibid.
84) *Et prouentibus*, C. H.
85) *Iuribus et sine*, ibid.
86) *Et sibi*, ibid.
89) *Conimbricen.* C. R. et H. *Columbrien.* ed. gloss.
90) *Habuit*, C. H.
91) *Supra dicto*, ibid.

CAP. III.

Episcopo a paganis, vel a schismaticis capto, non archiepiscopus, sed capitulum administrat: nisi papa, quam cito hoc fieri poterit, super hoc per capitulum consulendus, aliter ordinaret. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1299. *Romæ.*)

Si episcopus a paganis *e* aut 92) schismaticis capiatur: non archiepiscopus, sed capitulum, ac si sedes per mortem vacaret illius, in spiritualibus et temporalibus ministrare debebit, donec eum libertati restitui, vel per sedem apostolicam, (cuius interest ecclesiarum prouidere necessitatibus,) super hoc per ipsum capitulum, quam cito commode poterit, consulendam, aliud 93) contigerit ordinari.

92) *Vel a*, C. R.
93) *Aliter*, C. H.

CAP. IV.

Ecclesia cathedrali vacante, solus papa visitatorem deputat: nisi archiepiscopus propter negligentiam, vel dolosam capituli administrationem cum caussæ cognitione deputaret. Hoc dicit Dominicus.

IDEM.

Ecclesiæ *f* cathedrali vacanti visitator ab alio, quam a Rom. *g* pontifice deputari non potest: nisi forte capitulum in spiritualibus et temporalibus negligenter, aut perperam administret. Tunc enim 94) archiepiscopus ob negligentiam vel malitiam capituli, (eo vocato, caussæque super hoc cognitione præmissa,) visitatorem, seu administratorem eidem ecclesiæ licite poterit deputare.

Visitator ecclesiæ vacantis, ab inferiore a papa deputatus, temporalia et spiritualia administrat, excepta beneficiorum collatione, ad episcopum pertinente. H. d. Dominicus.

§. 1. Huiusmodi quoque visitator, quamquam spiritualium et temporalium administrationem legitimam censeatur habere, beneficia tamen, quæ ad collationem pertinent episcopi, conferre non potest, si ab alio, quam a Romano pontifice fuerit deputatus.

94) *Etiam*, C. R.

TITVLVS IX.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM 95). ET QVALITATE ORDINANDORVM.

CAP. I.

Episcopus Italiæ vltramontanum non ordinet, nisi de speciali licentia papæ, vel per patentes litteras episcopi sui, continentes iustam caussam, quare nolit vel non possit illum ordinare. Si secus factum fuerit: ordinans punietur pœna condigna, et ordinatus manebit suspensus, ita, quod etiam a pœnitentiariis papæ, sine ipsius speciali licentia absolui non poterit. Ioann. Andr.

CLEMENS IV. (*ann.* 5590. *Romæ.*)

Sæpe contingit, quod nonnulli clerici, vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel alias ordinum sacrorum susceptione 96) indigni, suam patriam, in qua de his habetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciunt ad huiusmodi ordines promoueri. Nos igitur, volentes animarum ipsorum 97) periculis obuiare, statuimus, vt nullus episcoporum Italiæ de cetero aliquem vltramontanum clericum ordinare præsumat, nisi a nobis specialem licentiam habeat, vel ab episcopo, de cuius diœcesi traxit originem ordinandus, vel in cuius diœcesi beneficiatus exsistit 98) *h*, per eius patentes litteras, caussam rationabilem continentes, quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare. Eos vero, quos contra præmissa contigerit ordinari, manere volumus absque spe dispensationis, super hoc a sede apostolica 99) obtinendæ, suspensos, ac ordinatores pœnitentia condigna puniri, omnibus nostris pœnitentiariis inhibentes districte, ne absque licentia nostra speciali cum taliter ordinatis dispensens, vel suas eis tradant litteras, per quas cum ipsis debeat dispensari.

95) *Ordinandorum*, C. H. et impr.
96) *Ad ordinum sacr. susceptionem indigni*, C. R. et H.
97) *Ipsorum*, C. R. et ed. gloss.
98) *Exstitit*, C. R.
99) *Ad sedem apostolicam*, C. H.

CAP. II.

Qui scienter ordinauerint clericum alienum, per annum a collatione ordinum sunt suspensi: et, postquam suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine ipsorum licentia a vicinis episcopis ordinari. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in generali concilio Lugdunensi* 100). (*ann.* 1274. *in Gallia.*)

Eos, qui *i* clericos parochiæ alienæ absque superioris ordinandorum licentia scienter, seu adfectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quæsito, præsumserint ordinare, per annum a collatione ordinum decernimus esse suspensos, his, quæ iura statuunt contra taliter ordinatos, in suo robore duraturis. Clericis quoque parochiæ taliter suspensorum, postquam eorum suspensio fuerit manifesta, absque ipsorum etiam 1) licentia, interim recipiendi ordines ab aliis vicinis episcopis, alias tamen canonice, liberam concedimus facultatem *k*.

100) Verba inscriptionis: *in generali*, etc. non sunt in C. R.
1) *Etiam*, abest a C. H.

CAP. III.

Episcopus originis, domicilii, vel ecclesiastici beneficii commendatitias ad ordines dare potest, inferiores prælati non, nisi ex privilegio: nec officiales episcoporum, sed ii, qui habent administrationem spiritualium, illas bene concedunt.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1299. *Romæ.*)

Cum nullus *l* clericum parochiæ alienæ, præter superioris ipsius licentiam debeat ordinare: superior intelligitur in hoc casu episco-

a *Al. ita:* non minus pro sæpe dicti regis, quam, *etc. al. ita:* tam pro spe dicti regis, quam, *etc.* b *De his episcopatibus vide Io. Vasæum in annalibus Hispaniæ c. 20.* c *Al. ita:* in mandatis. d *Al.* eiusdem. e *Sacrarum rerum scriptores paganos vocant omnes idolorum cultores.*

f *Vide Marianum Sozinum tract. de visitatione.* g *Vid. supra de offic. leg. c. quod translationem Dominicus.* h *Al.* extitit. i *Vide concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 8.* k *Al.* potestatem. l *Vide concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 10. et sess. 23 de reform. c. 10.*

pus,

pus, de cuius diœcesi est is, qui ad ordines promoueri desiderat, oriundus, seu in cuius diœcesi beneficium obtinet ecclesiasticum, seu habet, (licet alibi natus fuerit,) domicilium in eadem. Inferiores quoque prælati, religiosi vel alii, nisi eis, quod suos clericos aut subditos possint, a quo voluerint episcopo, facere ordinari, a sede apost. specialiter sit indultum, vel officialis episcopi, (cum ad hoc se ipsius 2) officium non extendat,) huiusmodi nequeunt licentiam impertiri. Episcopo autem in remotis agente, ipsius in spiritualibus vicarius generalis, vel, sede vacante, capitulum, seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi.

Possunt episcopi ordinare priores prioratuum non exemtorum, et ipsorum socios, quamdiu morantur in illis: licet inde non fuerint oriundi. Ioann. Andr.

§. 1. Religiosi vero, a suis superioribus in non exemtis prioratibus deputati, priores et eorum socii possunt a locorum diœcesanis, quamdiu morantur in ipsis prioratibus, ordinari licite: licet non sint de eorum a diœcesibus oriundi.

2) *Sui ipsius*, C. R.

CAP. IV.

Episcopus, seu alius inferior, primam tonsuram infanti non confert, nisi religionem intret: nec homini illiterato, nec homini alterius diœcesis, absque sui prælati licentia; nec etiam coniugato, nisi religionem intret, aut ad sacros ordines promoueatur legitime: alias contra faciens punitur, vt hic. H. d. Zena.

IDEM.

Nullus *b* episcopus, vel quiuis 3) alius, infanti, (nisi forte religionem intraret,) seu illiterato, sed nec absque sui superioris licentia homini diœcesis alienæ, clericalem præsumat conferre tonsuram, nec etiam coniugato, nisi volenti religionem intrare, aut ad sacros ordines promoueri, prout est sacris 4) canonibus definitum. Qui vero contra fecerit, (vt in eo 5), in quo peccauerit, puniatur.) per vnum annum a collatione clericalis tonsuræ dumtaxat nouerit se suspensum.

3) *Quis*, C. H.
4) *In sacris*, ibid.
5) In C. O. desiderantur dictiones *in eo*.

TITVLVS X.
DE AETATE ET QVALITATE ET ORDINE PRAEFICIENDORVM 6).

CAP. VN.

Episcopus dispensat cum maiore XX. annis in dignitatibus et personatibus non curatis, si aliud non obstet. H. d. Dominicus.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1299.)

Permittimus, vt episcopi cum iis, qui XX. annum compleuerint 7), quod dignitates vel personatus, quibus animarum cura non imminet, valeant obtinere, possint, (si *c* aliud non obstat 7*) canonicum,) libere dispensare.

6) *Præficiendorum*, non habetur in C. H.
7) *Compleuerunt*, ibid.
7*) *Obstat*, C. B.

TITVLVS XI.
DE FILIIS PRESBYTERORVM, ET ALIIS, ILLEGITIME NATIS 8).

CAP. I.

Cum illegitime natis dispensant episcopi in minoribus ordinibus, et beneficio sine cura; dummodo sit tale, in quo alias dispensare possint: in aliis dispensatio papæ requiritur. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII.

Is, qui defectum patitur *d* natalium, ex dispensatione episcopi licite potest, (si ei aliud canonicum non obsistat 9), ad ordines promoueri minores, et obtinere beneficium, cui cura non imminet animarum: dummodo sit tale, super quo per ipsum episcopum valeat dispensari. Ad ordines quoque maiores, vel *e* beneficia, curam animarum 10) habentia, super quibus nequit episcopus dispensare, sine dispensatione sedis apostolicæ promoueri non potest.

Si dispensatum fuerit cum aliquo, quod, non obstante illo defectu, possit ad curatum beneficium promoueri: prætextu illius dispensationis non poterit duo beneficia insimul obtinere. Ioann. Andr.

§. 1. Ille vero, cum quo per sedem dispensatur eamdem, ut, (præmisso non obstante defectu,) valeat ad beneficium, etiamsi curam animarum habeat, promoueri, nequit prætextu dispensationis huiusmodi, (quam, exorbitantem a iure, oportet veluti odiosam restringi,) nisi vnicum beneficium obtinere.

8) In C. impr. non sunt voces: *et aliis illegitime natis.*
9) *Obstat*, ibid.
10) *Animarum*, abest a C. H.

CAP. II.

Si ille, cum quo super defectu originis in curato beneficio fuerit dispensatum, eo tacito, super pluralitate dispensationem obtineat: non valet dispensatio. Ioann. Andr.

IDEM.

Si is, cum quo fuit per sedem apostolicam dispensatum, vt, non obstante defectu natalium, quem patitur, ad omnes ordines promoueri valeat, et obtinere beneficium, etiamsi curam habeat animarum, dispensationem aliam, (tacito de prædicto defectu,) postmodum obtineat a sede præfata, vt duo aut plura beneficia, similem curam habentia, possit recipere, si ei alias canonice conferantur, et ea simul licite retinere: talis dispensatio, (cum non sit verisimile, sedem 11) ipsam cum illo, prædictum patiente defectum, voluisse, si hoc fuisset expressum, eidem in pluralitate beneficiorum huiusmodi dispensare,) veluti per subreptionem obtenta, nullius penitus est momenti.

11) *Se*, C. B. et H.

TITVLVS XII.
DE BIGAMIS.

CAP. VN.

Bigamus nudatus est omni priuilegio clericali, et adstrictus seculari foro. Nec valet consuetudo in contrarium: et prohibetur ei sub anathemate, ne tonsuram deferat. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in concilio generali Lugdun.* (*ann.* 1274.)

Altercationis antiquæ *f* dubium præsentis declarationis oraculo decidentes, bigamos omni priuilegio clericali declaramus esse nudatos, et coercitioni fori secularis addictos, consuetudine contraria non obstante. Ipsis quoque sub anathemate prohibemus deferre tonsuram, vel habitum clericalem.

TITVLVS XIII.
DE OFFICIO VICARII.

CAP. I.

Successor officialis excommunicati, excommunicatus non est; nisi in crimine damnato communicet: illa autem, quæ exercet, illo excommunicato manente, non valent, si iurisdictione solum, ab eo recepta, hoc facit. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. (*ann.* 1250.)

Romana ecclesia: [*et infra.*] Cum Remen. archiepiscopus in officialem alicuius suffraganei sui excommunicationis sententiam ex aliqua rationabili *g* caussa proferr; illos, qui vices ipsius gerunt, propter hoc excommunicationis vinculo non adstringit: cum non communicent ob id officiali eidem in crimine, qui ecclesiasticæ censuræ districtione, pro eo, quod suum exercent officium, non arctantur. Ea tamen, quæ ipsi gerendo huiusmodi vices agunt, eo taliter excommunicato manente, (si iurisdictionem tantum recipiunt ab eodem,) non possunt obtinere vigorem.

CAP. II.

Ex generali commissione non potest officialis inquirere, corrigere, deponere, et punire subditorum excessus. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII.

Licet *h* in officialem episcopi per commissionem officii, generaliter sibi factam, caussarum cognitio transferatur; potestatem tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos a suis beneficiis, officiis 12) *i*, vel administrationibus amouendi, transferri nolumus in eumdem: nisi sibi specialiter hæc committantur.

12) *Officiis*, desideratur in C. R. et H.

CAP. III.

Ex generali commissione officialis beneficia conferre non potest. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus, nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera est concessa; officialis, aut vicarius generalis episcopi, beneficia conferre non possunt: nisi beneficiorum collatio ipsis specialiter sit commissa 13).

13) *Concessa*, C. H.

---

a *Al.* ipsorum. b *Vide concilium Trident. sess.* 23. *de reform. cap.* 4. c *In manuscr. ita:* si aliud canonicum non obsistat. d *Al. ita:* patitur in natalibus. e *In aliquot antiquis codicib. ita:* vel beneficia, super quibus nequit, *etc. absque illis verbis:* curam animarum habentia.

f *Vide Ancharan consil.* 124 *et de multiplici pœna bigamorum agit Ioann. Montagne tractat. de bigamia. qu.* 5. g *Vide conc. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 3. h *Nota, quod genus non includit quamlibet speciem, comprehensam sub illo, quando est dare aliquam rationem, quare non includatur ad hoc, quod not. gloss. infr. de except. c. pia.* i *Dictis*, officiis, *deest in antiquis codicib.*

TITV.

TITVLVS XIV.
DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS DELEGATI 14).

CAP. I.

Conſeruator a manifeſtis defendit iniuriis, et iudicialem indaginem non exercet.

INNOCENTIVS IV. 15) (*ann.* 1250.)

Statuimus a, vt conſeruatores, quos plerumque 16) concedimus, a manifeſtis iniuriis et violentiis defendere poſſint, quos eis committimus defendendos. Nec ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam poſſint extendere poteſtatem.

14) *De officio et poteſtate legati*, C. H. ſed falſo.
15) *Innocentius IV. in concilio Lugdunenſi*, C. B. et H. *Bonifacius VIII.* ed. gloſſ.
16) *Plerisque*, C. H.

CAP. II.

In coactionibus et pœnis pontificali dignitati defertur.

ALEXANDER IV. (*ann.* 1258.)

Quia pontificali dignitate præditis ob reuerentiam ſacri officii, quod exercent, plurimum deferri conuenit, et eos plus aliis honorari decet, vt, cum a iudicibus, vel conſeruatoribus, a ſede apoſtolica deputatis, contra eos ad coactiones aliquas, ſiue pœnas fuerit procedendum; gradus et modeſtia in huiuſmodi processu ſeruetur, ita, quod, (eis quadam condigna reuerentia ſupportatis,) ingreſſus primo ipſis 17) eccleſiæ, vel ſacerdotale interdicatur miniſterium: ac deinde ab officio ſuſpendantur, et ſubſequenter adgrauetur cenſura eccleſiaſtica contra eos: niſi forte aliter fieri ſuaſerit nimia 18) contumaciæ proteruitas ſiue culpa.

17) *Ipſius*, C. impr.
18) *Nimia*, C. H.

CAP. III.

Delegato procedente cum duobus ſubdelegatis non in totum, ad papam, non ad condelegatos, adpellari debet. H. d. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1299.)

Si duo ex tribus, a ſede apoſt. delegatis, duobus aliis non in totum ſubdelegauerint vices ſuas, ipſique b ſubdelegati cum delegato tertio in cauſſa proceſſerint delegata, ſi adpellatur ab ipſis: non ad condelegatos, ſed ad primum delegantem tantummodo adpellari debebit.

CAP. IV.

Tres caſus ponit, in quibus ſuſpicionis cauſſa coram arbitris non tractatur. Primus, cum recuſatur vnus ex delegatis, datis cum clauſula: Quod ſi non omnes. *Secundus, cum recuſetur delegatus epiſcopi. Tertius, cum recuſatur officialis.* Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Si contra vnum ex duobus iudicibus, cum illa clauſula: *quod ſi ambo intereſſe non poſſint: alter eorum in cauſſa procedat*: a ſede apoſtolica delegatis, ſuſpicionis cauſſa legitima proponatur: cauſſa ipſa ſuſpicionis coram non recuſato coniudice, (ad quem ex vi prædictæ clauſulæ debet ipſius cauſſæ cognitio pertinere,) probari, et ab eo expediri debebit. Vbi vero non eſt dicta clauſula in reſcripto: debet ſuper hoc ad arbitros recurſus haberi. Cum autem ipſe 19) c delegatus epiſcopi recuſatur: recuſationis cauſſa coram epiſcopo eſt probanda. Idem eſt, ſi officialis recuſetur eiuſdem: licet ad ipſum 20) ab eodem officiali nequeat adpellari.

19) *Ipſe*, abeſt a C. n.
20) Dictio. *ad ipſum*, non ſunt in C. impr.

CAP. V.

Diſtinguit tria tempora ad ſciendum, an iudex ſuſpectus committere poſſit. Quia aut non eſt propoſita recuſatio: et tunc in totum per eum facta commiſſio tenet. Aut eſt propoſita, ſed nondum pronuntiatum ſuper ea; et tunc, volente recuſatore, committere poteſt: alias non. Aut iam pronuntiatum eſt, illum eſſe ſuſpectum: et tunc, etiam volente recuſatore, committere nequit. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Iudex, ab apoſtolica ſede datus, quamuis legitime recuſari valeat vt ſuſpectus, poteſt licite vices ſuas committere, antequam recuſatio contra ipſum proponatur. Et ſi in totum commiſerit; recuſari vlterius, aut facta per eum commiſſio impugnari nequibit: quod poſſet, ſi ſibi de iuriſdictione aliquid reſeruaſſet. Poſt recuſationem quoque propoſitam committere, (niſi de recuſatoris procedat adſenſu,) non poteſt; ſed, eo volente, hoc poteſt, etiamſi iam recuſatio eadem ſit probata: dummodo pronuntiatum non fuerit ſuper ea. Extunc enim, (cum omnino iudex eſſe deſierit,) nulla etiam cum illius adſenſu poteſt fieri commiſſio per eumdem.

a *Vide Petr. de Ancher. conſil. 87. incip. omiſſo primo dubio. et conſil. 172. incip. in primo dubio. et Iaſ. conſil. 183. incip. circa duo vol. 4.* b *Vid. l. præcipimus. ad fin. C. de adp. et c. fin. ſupr. de re iud. l. fin. C. de can. et larg. libr. 11. Anch. Fent.* c *Dictio, ipſe, deeſt in antiquis codicibus.*

CAP. VI.

Delegatus ſubdelegans, etiam in totum, re integra cauſſam readſumere poterit. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Quamuis alicui vices tuas in cauſſa, tibi a ſede apoſtolica delegata, in totum commiſiſſe noſcaris; ſi tamen, antequam ille iuriſdictione vſus fuerit, commiſſio huiuſmodi per te reuocetur ab ipſo, vel eum rebus exiui contingat humanis; cauſſam ipſam reſumere poteris: cum iuriſdictio, (ex quo ipſa vſus non exſtitit,) non cenſeatur in eum efficaciter tranſiuiſſe.

CAP. VII.

Si delegatus ſubdelegauit, quoties abeſſet, vel donec reuocaret, et mortuus ſit: re non integra, ſubdelegatus procedit. Et ſemper de ſubdelegato ad delegatum, qui ſibi aliquid iuriſdictionis reſeruauit, adpellari debet, etiam poſt ſententiam. H. d. Io. Andr.

IDEM.

Si delegatus, quoties eum abeſſe contigerit, tibi commiſerit vices ſuas; poteris, eo rebus humanis exemto, (cum et tunc cenſeatur abeſſe,) commiſſum tibi negotium, (dum tamen, illo viuente, iuriſdictione vti cœperis,) libere definire. Idem poteris, quando tibi vices etiam ſub 21) ea forma commiſit: *donec eas duceret reuocandas.* Nam talis commiſſio, per quam cenſetur etiam ſententiæ prolatio, (niſi antea fuerit reuocata,) commiſſa, nequaquam morte committentis exſpirat, ex quo res integra non exſtitit. Ad eum quoque, qui vices ſuas committit, donec reuocet, vel qui exſequutionem 22) ſententiæ d tantum, aut quidquid aliud de iuriſdictione ſibi reſeruat, non ad delegantem primum adpellari debebit: etiamſi poſt ſententiam fuerit adpellandum.

21) *Super*, C. R.
22) *Exſequutionem*, ibid.

CAP. VIII.

Plurium delegatorum in ſolidum quilibet cognoſcit. Et vno cognoſcente, alii, (niſi ex cauſſa,) ſe non intromittunt. Et perpetuatio vnius perpetuat quoad omnes. H. d. Zenz.

IDEM.

Cum plures ſub illa forma: *vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum apoſtolicum exſequantur*: aut alia conſimili, iudices vel exſequutores a ſede apoſtolica deputari contingit 23): ipſorum quilibet iniunctum poteſt 24) libere adimplere mandatum. Porro, vno eorum negotium inchoante commiſſum, alii nequibunt ſe vlterius intromittere de eodem: niſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſſa illum contingeret impediri, aut ſi nollet, vel malitioſe in eo procedere recuſaret. Iuriſdictione vero perpetuata, mandatore viuente, per vnum, (eo caſu, quo poteſt,) ex iudicibus delegatis perpetuata intelligitur quoad omnes.

23) *Contigerit*, C. H.
24) *Poterit*, ibid.

CAP. IX.

Exſequutor, ſuper gratia facta datus a papa, mortuo papa, etiam re integra gratiam exſequitur. Ioann. Andr.

IDEM.

Si ſuper gratia, cuiquam ab apoſtolica ſede facta, exſequutores fuerint deputati, æquum eſſe cenſemus, vt, ſicut ipſa gratia, (licet nondum ſit in eius exſequutione proceſſum,) morte non perimitur concedentis, ſic nec etiam re integra perimatur exſequutoribus data poteſtas, quam, veluti gratiæ 25) prædictæ acceſſoriam, naturam ſequi congruit principalis: ne gratiam eamdem vel reddi quandoque omnino inutilem, vel ipſius effectum in tempus longius, (cum illius e diſpendio, cui facta exſtitit,) differri contingat.

25) *Haberi*, C. impr.

CAP. X.

Duos caſus ponit, quibus de ſubdelegato non in totum adpellatur ad primum delegatum, ſcilicet cum delegatus excommunicatus, vel mortuus eſt. Alios caſus ponit infra eod. c. Si a ſubdelegato. Ioann. Andr.

IDEM.

Si is, cui cauſſa, (licet proprio nomine non expreſſo,) a ſede fuerat 26) apoſtolica delegata, ſubdelegauerit non in totum vices ſuas alicui: a ſubdelegato huiuſmodi, ſi delegatum ipſum excommunicari, aut de medio tolli contingat, impedimento tali durante, ad ſedem ipſam, (ne 27) abſolutionem, vel ſucceſſorem exſpectando illius, præiudicari litigantibus, vel cauſſa plus debito prorogari valeat,) volumus adpellari.

26) *Fuerit*, C. H. et impr.
27) *Ipſam, nec*, C. H.

d *Exſequutio eſt iuriſdictionis: ideo non facienda die feriata, de fer. ſi videtur.* Domin. Font. a *Al.* ipſius.

CAP. XI.

Ab arbitris iuris adpellatur ad papam. Ioann. Andr.

IDEM.

Ab arbitris, qui secundum formam iuris, vt de propositis contra iudicem suspicionis caussis cognoscant, vel qui, cum de reuocatione ambigitur litterarum, iudicibus nequeuntibus in vnam sententiam concordare, ad concertationem huiusmodi sopiendam a partibus eliguntur, est, (si grauauerint,) ad sed. apost. adpellandum.

CAP. XII.

Exsequutor, datus a papa, vt prouideat personæ subdelegati, si detur, vt prouideat ecclesiæ, non expressa persona, non subdelegat: nisi habeat speciale mandatum. H. d. et caussam reddit. Ioann. Andr.

IDEM.

Is, cui ab apostolica sede committitur certæ personæ prouisio, de beneficio in certa ecclesia, diœcesi vel prouincia 28) facienda, potest alii committere licite vices suas.

Sed si, (non expressa certa persona,) committatur eidem, vt alicui personæ idoneæ de certa ecclesia vel beneficio 29) debeat prouidere; (quia circa eligendam personam eius industria *a* tunc videtur electa;) prouisionem, sibi commissam, alteri demandare non potest: nisi forma commissionis habeat, vt 30) per se vel per alium id valeat expedire.

28) *Prouincia*, C. H.
29) *Alicui ecclesia de persona idonea*, etc. C. R. et H.
30) *Quod per*, C. H.

CAP. XIII.

Is, cui aliquid, certo loco expediendum, committitur, ex iusta caussa illud expedire poterit extra locum. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Statuimus, vt is, per quem ab apostolica sede certo loco inquisitio fieri, vel quidquid aliud expediri mandatur, si propter potentiam, vel malitiam illius, contra quem 31) inquiri debet, siue procedi, seu fautorum *b* eiusdem non possit hoc exsequi eo loco secure, (ne ipse commodum ex dolo vel fraude reportet,) ad id exsequendum locum alium eligat idoneum et securum. Idem faciat, si alia rationabilis caussa subsit, propter quam in loco decreto perfici nequeat commode, quod mandatur: ne tali prætextu impediri contingat mandatum apostolicum, vel differri.

31) *Quam*, C. impr.

CAP. XIV.

Quando a subdelegato non in totum adpellatur; quia non admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatum habere iurisdictionem: ad primum delegantem adpellabitur. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si a subdelegato, cui delegatus non in totum commiserat vices suas, ex eo fuerit adpellandum, quia exceptionem, coram se propositam, quod, antequam per eum, vel per ipsum delegatum 32) in aliquo processum fuisset, delegans viam fuerat vniuersæ carnis ingressus, admittere recusauit: non ad delegatum, (cum iurisdictionem negetur habere,) sed ad delegantem 33) potius adpellari debebit. Idem fiet in aliis casibus, in quibus delegatus iurisdictionem habere negatur: alias si adpellari deberet ad ipsum, esset adpellans, (qui sic 34) fateri videretur 35), eumdem iurisdictionem habere, quod ante negauerat 36) *c*,) contrarius sibi ipsi.

32) *Per dictum legatum*, C. R. et H.
33) *Ad delegationem*, C. impr.
34) *Sic*, non est in C. H.
35) *Videtur*, C. R.
36) *Negauit*, C. H.

CAP. XV.

Ponit hic, qui possint esse conseruatores, et vbi cognoscere, et an et quibus possint delegare, et quantum duret eorum potestas, et de expensis talium. H. d. Zenz.

IDEM.

Hac constitutione, perpetuo valitura, sancimus 37), vt conseruatores, qui aliquibus, (vt a manifestis iniuriis, et violentiis tueantur eosdem.) plerumque 38) a sede apostolica conceduntur 39), de cetero deputari non possint, nisi episcopi vel eorum superiores, aut abbates, seu dignitates vel personatus in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis obtinentes: nullusque deputati sibi conseruatoris esse valeat conseruator. Nec aliquis, (regibus et *d* reginis *e*, qui, sicut dignitatis altitudine præeminent, sic prærogatiua gratiæ ipsos conuenit anteferri, dumtaxat exceptis,) deinceps conseruatorem habeat eum, qui sub ipsius iurisdictione, dominio, vel districtu ecclesiastico, vel temporali consistat. Conseruatores autem huiusmodi extra ciuitates seu diœceses, in quibus fuerint deputati 40), contra quoscumque procedere, aut aliquos vltra vnam diætam a fine diœcesium eorumdem trahere 41) non præsumant. Vices quoque suas, (citationibus, sententiarum 42) denunciationibus dumtaxat exceptis, quas per alios valeant exercere,) nulli committere possint; nisi hoc eis competierit ex beneficio litterarum: sed nec tunc, nisi intra ciuitates, seu diœceses, in quibus deputati fuerint, et personis tantum, quæ superius sunt expressæ.

Vt autem conseruatores limites sibi traditæ potestatis, (quos frequenter excedunt, metu pœnæ diligenter obseruent: decernimus, vt, si de aliis, quam 43) de manifestis iniuriis et 44) violentiis, scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, eo ipso per vnum annum ab officio sint suspensi. Pars vero, quæ hoc fieri procurabit, sententiam excommunicationis incurrat: a qua non possit absolui, nisi ei, quem, sic fatigauit 45) *f* indebite, primo satisfaciat integraliter de expensis. Officium autem quorumcumque conseruatorum, ipso iure, quoad non cœpta negotia per obitum concedentis volumus exspirare. Circa munera vero et expensas, adsessores, ac notarios et personas, testimonii caussa vocandas, illa præcipimus in huiusmodi conseruatoribus per omnia obseruari, quæ in delegatis iudicibus constitutio, a nobis super his edita, obseruanda decreuit *g*. Quidquid autem contra præmissa, vel eorum aliquod attentari contigerit, omnino decernimus irritum et inane.

37) *Sancimus*, C. R.
38) *Plerumque*, non est in C. H.
39) *Conceduntur*, ibid.

40) *Fuerint deputati, vel alibi quam in ciuitatibus seu locis insignibus, in quibus possit copia peritorum haberi, contra quoscumque* etc. C. R.
41) *Detrahere*, C. H.
42) *Et sententiarum*, C. O. et ed. gloss.
43) Absunt a C. impr. verba: *de aliis, quam*.
44) *Et*, non habetur in C. impr.
45) *Fatigauerit*, C. R. *grauauit*, H.

TITVLVS XV.
DE OFFICIO LEGATI.

CAP. I.

Legati non cardinales, sine speciali mandato iure legationis beneficia conferre non possunt: sed legati cardinales hoc bene possunt. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. (*ann. 1245. in Gallia.*)

Officii nostri debitum remediis inuigilat subditorum 46): quia, dum eorum excutimus onera, dum scandala remouemus, nos in eorum quiete quiescimus, et fouemur in pace. Proinde præsenti decreto statuimus, vt ecclesiæ Romanæ legati, quantumcumque 47) plenam legationem obtineant, siue a nobis missi fuerint, siue suarum prætextu ecclesiarum legationis sibi vindicent dignitatem, ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem: nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum. Quod 48) in fratribus nostris, legationis fungentibus, nolumus obseruari: quia 49) *h*, sicut honoris prærogatiua lætantur, sic nos auctoritate fungi volumus ampliori.

46) *Subiectorum*, C. R.
47) *Quantumcumque*, C. H.
48) *Quod tamen in*, ibid.
49) *Qui*, ibid.

CAP. II.

Legatus habet ordinariam: vnde per mortem papæ non exspirat eius officium. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS IV. *S. tit. sanctæ Cæciliæ presbytero cardinali, apostolicæ sedis legato 50).*

Legatos, quibus in certis prouinciis committitur legationis officium, vt ibidem euellant et dissipent, ædificent atque plantent, prouinciarum, sibi commissarum, ad instar proconsulum, ceterorumque præsidum, quibus certæ sunt decretæ prouinciæ moderandæ, ordinarios reputantes, præsenti declaramus edicto, commissum tibi a prædecessore nostro legationis officium nequaquam per ipsius obitum *i* exspirasse.

50) Inscriptione hoc capitulum plane caret in C. R. *Clemens IV.* vero tantum est in C. H.

---

a *Vide Bart. in l. inter artifices. ff. de solut. et Ioann. Andr.* Fant. b *Vide de test. c. constitutus et de homic. c. Petrus. et C. 1. quæst. 4. c. quia praesulatus.* Domnic. c *Alias.* negauit. *alias:* denegatat.

d *Al. ita.* vel reginis. e *Not. Petr. de Anch. quod dicitur hic etiam de conseruatoribus laicorum, ponderando istam exceptionem, quia exceptio de regula est, l. fin. §. cui dulcis. ff. de vin. trit. et oleo legat.* Fant. f *Al.* fatigauerit. g *Al. ita:* decreuit. h *In manuscriptis ita: qui sicut etc.* i *Intellige, scilicet re non integra. re vero integra, an per mortem papæ exspiret legatio, distinguit hoc Petr. de Anchar.* Fant.

CAP.

CAP. III.

Finita legatione, exspirant reservationes legatorum, et omnis processus, habitus super illis: nisi tunc illa beneficia, iam vacantia, sint collata. Demum dicitur, quod, pendente una sua reservatione in ecclesia collegiata, vel de beneficio, spectante ad collationem alicuius, legatus in eadem ecclesia, vel beneficium, spectante ad collationem eiusdem, aliam facere non potest: et, quod fit contra prædicta, irritum decernit. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1299.)*

Præsenti declaramus edicto, reservationes a quorumcumque beneficiorum, ab apostolicæ sedis legato suæ legationis auctoritate factas, et decreta, interposita super ipsis, nec non denuntiationes, inhibitiones, et processus quoslibet, per eum, vel per exsequutores deputatos, ab eo habitos circa ipsas, (dummodo ad collationem eorumdem beneficiorum iam vacantium minime sit processum,) eo ipso, quod ipsius finitur legatio, viribus penitus vacuari, nec exsequutores eosdem posse vlterius beneficia, taliter reseruata, conferre *b*. Ceterum reseruationes huiusmodi, (per quas interdum prælati, et ecclesiæ 51) nimium onerantur,) restringere cupientes, prohibemus, ne, postquam legatus in aliqua cathedrali vel collegiata ecclesia, reseruationem aliquam duxerit faciendam, aliam, illa pendente, faciat aliquatenus in eadem. Nec enim 52), postquam alibi reseruauerit aliquod beneficium, ad collationem pertinens cuiuscumque, aliud, quod ad illius collationem pertineat, (quamdio reseruatio pendet alterius,) sibi quoquo modo reseruet. Quidquid autem contra præmissa contigerit attentari, eo ipso viribus non subsistat.

51) *Prælati ecclesiæ*, C. impr.
52) *Nec etiam*, C. 2. impr. ed. Pith. et gloss.

CAP. IV.

Cathedrales, vel regulares, vel collegiatas ecclesias, legati reseruare vel conferre non possunt. Idem in dignitatibus ecclesiarum cathedralium, quæ sunt maiores post episcopos, si ipsarum prælati per electionem debent adsumi: et contra hoc factum, est irritum.

IDEM.

Deliberatione prouida duximus inhibendum, ne aliquis apostolicæ sedis legatus, quantumcumque legationem obtinere plenariam dignoscatur, cathedrales, vel regulares, aut collegiatas ecclesias, seu ipsarum ecclesiarum 53) cathedralium dignitates, ad quas hi, qui præfuerunt eisdem, maiores, in earum capitulis post episcopos existentes, habent per viam electionis adsumi, suæ ordinationi, collationi, prouisioni, electioni, aut dispositioni quomodocumque reseruet, nec de ipsis ordinandis, conferendis, vel disponendis, se aliquatenus intromittet, neque aliquod, quo minus hi, ad quos pertinuerit eligere aut postulare, libere valeant, cum vacabunt, obstaculum quomodolibet interponat, decernentes, quidquid contra hoc actum exstiterit, eo ipso irritum et inane.

Delegatus non potest alicui committere, quod recipiat resignationem beneficii, et postea illud conferat: et contra factum, vel faciendum decernit irritum. H. d. Ioann. Andr.

§. 1. Prohibemus insuper, ne legatus ipse in genere aut in specie cuicumque concedat, vt ab iis, qui, beneficia intra legationem eiusdem habentes, ea in illius manibus voluerint libere resignare, ipsorum resignatione recepta, illa valeat idoneis conferre personis: cum per hoc aperiri posset via contra Lateranen. *c* concilium ad beneficia vacatura. Nos enim concessionem, quam contra hoc contigerit attentari, et quidquid ex ea vel ob eam sequutum exstiterit, nullam penitus habere statuimus roboris firmitatem, volentes non solum ad futura, sed etiam ad præterita, et adhuc pendentia negotia hoc extendi.

53) *Ecclesiarum*, non est in C. H.

CAP. V.

Collatio legati per taciturnitatem prioris beneficii vitiatur. Hoc dicit Zenz.

IDEM.

Collatio beneficii, per legatum sedis apostolicæ tibi facta, nullius momenti exsistit, si in ea non fuerit 54) *d* habita mentio de alio beneficio, quod primitus obtinebas.

54) *Fuit*, C. H.

TITVLVS XVI.
DE OFFICIO ORDINARII.

CAP. I.

Archiepiscopus non potest sibi constituere officiales in diœcesi suffraganeorum suorum, etiam pro futuris caussis, per adpellationem deuoluendis ad ipsum; nisi de consuetudine hoc habeat: et tunc etiam tales officiales inhibere non possunt, priusquam fuerit adpellatum.

INNOCENTIVS III. 55) *in concilio Lugdunensi. (ann. 1216. in Gallia.)*

Romana ecclesia: [*et infra.*] Prohibemus quoque, ne Remensis archiepiscopus in diœcesibus suffraganeorum suorum foraneos officiales constituat: quia, cum metropolitanis 56), ne suorum suffraganeorum ingrediantur diœceses, vt in eis auctoritate propria iudicent, disponant 57), aliquidue aliud 58) agant, canonica prohibeant instituta, nequaquam hoc possunt in illis per alios exercere. Nec pro eo, quod caussas, per adpellationem delatas ad ipsos, possunt in suffraganeorum suorum diœcesibus delegare. Similiter liceat eis tales officiales instituere in eisdem, qui eorum vice, (cum adpellatur ad ipsos,) citationes, vel inhibitiones faciant, seu compescant in hac parte rebelles: quia in caussis, per adpellationem deuolutis ad ipsos, iam iurisdictionem obtinere noscuntur, propter quod licite possunt super illis committere vices suas. Non sic autem 59) in aliis *e*, in quibus nondum exstitit adpellatum, et 60) ideirco non debent aliquos constituere pro citationibus, in futuris caussis adpellationum, et inhibitionibus faciendis: nisi aliud Remensis ecclesia circa talium officialium institutionem de consuetudine obtineat speciali. A quibus etiamsi 61) de consuetudine huiusmodi possint 62) in Remensi prouincia constitui: inhibitiones tamen 63), ne procedatur in caussis, priusquam ad Remensem curiam adpelletur, fieri penitus inhibemus 64).

Donec archiepiscopus de facili potest haberi, officiales eius suffraganeum excommunicare, suspendere, aut interdicere non potest, propter ordinis, (melius dixisset officii,) episcopalis reuerentiam. H. d. in summa Ioann. Andr.

§. 1. Officiales autem Remensis archiepiscopi, (quamdiu in sua prouincia vel circa illam exstiterit 65), in suffraganeos interdicti, suspensionis vel excommunicationis proferre sententias 66) non attentent. Et hoc idem ab officialibus aliorum metropolitanorum, circa ipsorum suffraganeos, (quibus ob reuerentiam pontificalis officii deferri volumus in hac parte,) præcipimus obseruari.

55) *Innocentius IV.* C. 2. et ed. gloss.
56) *Metropolitani*, C. H. et impr.
57) *Aut disponant*, C. 2.
58) *Aliud*, abest a C. H. et impr.
59) *Autem*, desideratur in C. H.
60) *Et*, ibid. non legitur.
61) *Etiam*, C. 6.
62) *Possunt*, ibid.
63) *Tamen*, in C. H. non habetur.
64) *Prohibemus*, est ibid.
65) *Exstiterint*, C. R.
66) *Sententiam*, C. H.

CAP. II.

Canonici, qui a diuinis cessare possunt consuetudine vel alio iure, si cessare volunt, caussam suæ cessationis exprimant in instrumento publico, vel patentibus litteris, suo vel alio authentico sigillo munitis: et exhibeant illud vel illas illi, contra quem cessant. Hoc prætermisso, vel expressa caussa non inuenta legitima, quidquid medio tempore perceperint ab ecclesia, restituant: et, quæ percipere debent, non percipiant, et satisfaciant de iniuriis illi, contra quem cessant. Caussa legitima inuenta, tenetur ille ad interesse canonicis, et ad certam quantitatem ecclesiæ, superioris taxandam arbitrio. Vltimo reprobatur consuetudo, qua imagines sanctorum, in dicta cessatione spinis et urticis supponebantur. Et statuitur, contrarium facientes grauiter puniendos. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in generali concilio Lugdunensi. (ann. 1274. in Gallia.)*

Si *f* canonici a diuinis cessare voluerint, prout in ecclesiis aliquibus sibi ex consuetudine, vel alias vindicant: antequam ad cessationem huiusmodi quoquo modo procedant, in instrumento publico, vel patentibus literis, sigillorum *g* suorum, aut alterius authentici munimine roboratis, cessationis ipsius caussam exprimant, et illud 67) vel illas ei, contra quem cessare intendunt, adsignent, scituri, quod, si, hoc prætermisso, cessauerint, vel caussa, quam expresserint, non fuerit inuenta canonica, omnia, quæ de quibuscumque prouentibus illius ecclesiæ, in qua cessatum fuerit, cessationis tempore perceperint 68), restituent. Illa vero, quæ pro eodem tempore debentur eisdem, nullo modo percipient 69), sed ipsi ecclesiæ cedere, ac nihilominus ei,

67) *Aliud*, C. impr.
68) *Perceperunt*, C. R.
69) *Percipiant*, C. H.

---

a *Vide concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 19. vbi reseruationes quælibet ad vacatura beneficia tolluntur.* b *Fallit, si legatus contulerit canonicatum, et præbendam vacaturam reseruauerit, dato exsequutore. Nam tale, finita legatione, conferre poterit, Petr. de Anchar. Font.* c *Hoc est concilium Lateran. sub Alex. III. cap. 8.* d *Alias:* fuit.

e *Vide cap. fin. de rescript. in antiqu. et l. non quemadmodum. ff. de iudic. Font.* f *De materia huius c. vide citatos in cap. quamuis, infr. eod. tit. et libr.* g *Vid. l. ad testium. ff. de test. et l. fin. ff. de alb. scrib. ac c. significantibus, infr. de adpell. Font.*

contra

contra quem cessauerant, de damnis et iniuriis satisfacere tenebuntur. Si autem caussa eadem canonica fuerit iudicata: is, qui occasionem cessationi 70) dederat, ad omne interesse dictis canonicis et ecclesiæ, cui debitum officium eius est culpa subtractum, ad certam quantitatem tenendam, et in diuini cultus augmentum conuertendam, superioris arbitrio condemnetur. Ceterum detestabilem abusum horrendæ indeuotionis illorum, qui, crucis, beatæ Mariæ 71) virginis, aliorumque sanctorum imagines seu statuas irreuerenti eului tractantes, eas in adgrauationem 72) cessationis huiusmodi 73) prosternunt in terram, et 74) vrticis spinisque supponunt, penitus reprobantes, ali quid tale fieri de cetero districtius prohibemus, statuentes, ut in eos, qui contra fecerint, vltrix procedat dura sententia: quæ delinquentes sic puniat grauiter, quod alios a similium præsumtione compescat.

70) *Cessationis*, ibid.
71) *Mariæ*, e C. 8. et H. abest.
72) *Adgrauatione*, C. impr.
73) *Huiusmodi*, non est in C. H.
74) *Et*, abest a C. impr.

CAP. III.

Statuit papa, quod habentes plures dignitates, vel alia beneficia, curam animarum habentia, per ordinarios compellantur ostendere intra tempus competens, superioris arbitrio statuendum, dispensationes: quas si non ostenderint, perinde procedatur, ac si nullas haberent. Et, si ostenderint, et sufficientes, non amplius molestentur, prouiso, ne in prædictis beneficiis cura negligatur animarum. Si autem dubitetur de dispensatione: ad sedem apostolicam recurratur. Talibus, plura similia beneficia obtinentibus, aliud non conferatur beneficium, nisi ostensa dispensatione sufficienti; et tunc ita demum conferatur, si per dispensationem possunt illud cum aliis retinere, vel si prioribus renuntiauerint: aliter collatio facta non teneat. Ioann. Andr.

IDEM.

Ordinarii a locorum subditos suos, plures dignitates, vel ecclesias, quibus animarum cura imminet, obtinentes, seu personatum aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est annexa, districte compellant dispensationes, auctoritate quarum huiusmodi ecclesias, personatus, seu dignitates canonice tenere se adserunt, intra tempus, pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio, exhibere. Quod si forte, iusto impedimento cessante, nullam dispensationem intra idem tempus contigerit exhiberi 75): ecclesiæ beneficia, personatus seu dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eo ipso illicite detineri constabit, per eos, ad quos eorum 76) collatio pertinet, libere personis idoneis conferantur.

Ceterum si dispensatio exhibita sufficiens euidenter adpareat: exhibens nequaquam in beneficiis huiusmodi, quæ canonice obtinet, molestetur. Prouideat b tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eisdem ecclesiis, personatibus, seu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur. Si vero de dispensationis exhibitæ 77) sufficientia dubitetur; super hoc erit ad sedem apostolicam recurrendum: cuius est æstimare, quem modum sui beneficii esse velit. In conferendis insuper personatibus, dignitatibus 78), ac aliis beneficiis, curam habentibus animarum adnexam, iidem ordinarii diligentiam illam 79) obseruent, vt personatum, dignitatem, vel aliud 80) c beneficium, similem curam habens animarum 81) d, alicui, plura similia obtinenti, non ante conferre præsumant, quam eis super obtentis dispensatio euidenter sufficiens ostendatur. Qua etiam ostensa, ita demum ad collationem procedi volumus, si adpareat per eamdem, quod is, cui est collatio facienda, huiusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium retinere libere 82) valeat cum obtentis, vel si ea, quæ sic obtinet, libere ac sponte resignet.

Aliter autem de personatibus, dignitatibus, et beneficiis talibus acta collatio, nullius penitus sit momenti.

75) *Exhibere*, C. 8.
76) *Eorumdem*, C. H.
77) *Exhibitæ*, ibid.
78) *Dignitatibus et personatibus*, ibid.
79) *Illam*, non legitur in C. impr.
80) *Aliquod*, C. 8.
81) *Animarum*, desideratur in C. 8. et H.
82) *Licite*, ibid.

CAP. IV.

Præcipit papa, ne prælati subditis interdicant, ne statum ecclesiarum et personarum superioribus inquirentibus manifestent, nec ad id celandum iuramentis, promissionibus, obligationibus aut aliis pœnis adstringant. Decernit autem, quod contra factum fuerit, irritum et inane, et sententias, iuramenta, promissiones, vel pœnas non ligare: et præsumtores præcipit pœna condigna a superioribus eisdem puniri. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann. 1299. Romæ.*)

Quia plerique prælati non e sine multa 83) temeritatis audacia suis subditis aliquando interdicunt, ne ipsorum superioribus aut apostolicæ sedis legatis, vel inquisitoribus ad inquirendum, corrigendum, et reformandum, in eorum ecclesiis, monasteriis, siue locis, a sede deputatis eadem, vel aliis quibuscumque personis, per quas ad notitiam prædictorum valeat peruenire, statum ecclesiarum, monasteriorum seu locorum suorum, personarum ac rerum 84) ipsorum insinuent vel exponant, eo ipsos, (si secus egerint,) excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias proferentes, eosque ad hoc celandum iuramentis, promissionibus ac f obligationibus, aliisque 85) pœnis nihilominus adstringentes: nos, huic malitiæ, (ne tali prætextu in ecclesiis, monasteriis, et locis eisdem inquisitio, correctio seu reformatio, cum faciendæ fuerint, valeant impediri,) occurrere cupientes, prædicta ac eorum quodlibet attentari de cetero districtius inhibemus, decernentes auctoritate apostolica, quidquid contra præsentem inhibitionem attentatum extiterit 86), nullius penitus existere firmitatis, nec quemquam 87) sententiis, iuramentis, promissionibus, obligationibus, vel pœnis huiusmodi obligari quomodolibet vel adstringi. Præsumtores autem eosdem, (ne ipsorum temeritas quoquo modo transeat impunita,) a superioribus, vel legatis, seu inquisitoribus memoratis, animaduersione condigna præcipimus castigari.

83) *Multa*, C. H. et impr.

84) *Seu rerum*, C. H.
85) *Aliis atque*, C. O.
86) *Fuerit*, C. H.
87) *Quidquam*, C. 8.

CAP. V.

Iurisdictio, archiepiscopo attributa in vna diœcesi, sibi in aliis non prodest. H. d. Zeoz.

IDEM.

Vt g litigantes releuentur a laboribus et expensis; statuimus, ne archiepiscopus caussas, quæ per adpellationem, vel alias iure metropolitico deferuntur ad ipsum, alibi, quam in sua propria ciuitate vel diœcesi, aut in eis, in quibus adpellatum extitit, vel caussæ ipsæ consistere dignoscuntur, audiat, vel etiam audiendas committat: nisi sibi aliud de consuetudine competat in hac parte.

CAP. VI.

Si episcopus, cum potest, suam diœcesin visitat per alium; habet illi in necessariis prouidere: visitati autem in victualibus prouidebunt ipsi vicario visitanti, et non episcopo. Hoc dicit Ioann. Andr.

IDEM.

Si h episcopus suam diœcesin, (vbi ei a iure permittitur,) faciat per alium visitari, licet ipse illi habeat in aliis necessariis prouidere, ii tamen, qui visitantur, ministrare tenentur expensas victualium visitanti 88): cum secundum apostolum i non sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur. Idem tamen episcopus, cum personaliter 89) non visitat 90) k, nil prorsus ab iis, qui per illum, quem deputat, fuerint visitati, exigere poterit aut debebit.

88) *Visitantium*, C. H.
89) *Cum per se personaliter*, C. 8. et H.
90) *Visitet*, C. 8.

CAP. VII.

In qualibet loco diœcesis, non exempto, per se et per alium potest episcopus pro tribunali sedere, et libere exsequi, quæ ad ipsius spectant officium. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum l episcopus in sua tota diœcesi iurisdictionem ordinariam noscatur habere: dubium non existit, quin in quolibet 91) loco ipsius diœcesis, non exempto, per se vel per alium possit pro tribunali sedere, caussas, ad ecclesiasticum forum spectantes 92), audire, personas ecclesiasticas, (cum earum excessus exegerint,) capere, ac carceri 93) deputare, nec non et cetera, quæ ad ipsius spectant 94) officium, libere exercere.

91) *Quo in quolibet*, C. H.
92) *Exspectantes*, ibid.
93) *Aut carceri*, ibid.
94) *Exspectant*, ibid.

---

a *Hoc decretum expresse innouat et confirmat sacrum concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 5.* b *Alii ita*: prouideat tamen ordinarius taliter, ne animarum cura, *etc.* c *Al.* aliquod. d *Desunt*, animarum, *desunt in manuscriptis aliquot.* e *In antiquis codicibus ita*: non sine multa temeritatis, *etc.*

f *In antiquis exemplarib. ita*: et obligationibus aliis atque pœnis nihilominus, *etc.* g *Vide nouissime sancita in conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20.* h *De materia visitationis, prout ad hunc locum spectat, vide conc. Tolet. IV. cap. 35. et nouissimum concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3.* i 1. *Cor.* 9. k *Al.* visitet. l *Vide limitationem ad hoc c. traditam per Decium in c. cum ce. egr. de offic. deleg.*

CAP.

CAP. VIII.

Canonici, qui a diuinis cessare possint, cum cessare voluerint, vocabunt absentes, sicut si immineret electio facienda, cum quibus de cessatione deliberabunt. Et si deliberant cessare; requirent prius eum, contra quem cessant, vt irrogatam offensam emendet. Quod si fecerit; non cessabunt; alioquin cessare poterunt, ita, quod a cessatione intra mensem vtraque pars, et cessans et contra quem cessatur, iter adripiat eundi ad papam, vel per se, vel per procuratores, sufficienter instructas: nisi interim interuenerit concordia inter ipsos. Et continuatis diætis, quam cito poterunt, se coram papa præsentent, vt, vtraque parte præsente, vel altera contumaciter absente, papa definiat negotium, et culpabiles puniat: et, si pars cessans prædicta non seruet, cessatio non seruetur. Ioann. Andr.

IDEM.

Quamuis super cessationibus a diuinis, quæ a capitulis 95), conuentibus siue collegiis sæcularium vel regularium ecclesiarum multories sine caussa rationabili attentantur, manifesta satis a felicis recordationis Innocentio *a* tertio, et Gregorio decimo 96), prædecessoribus nostris, manauerint instituta; quia tamen post illa est plerumque compertum, cessationes easdem irrationabiliter esse 97) factas: nos, ad tam perniciosum euitandum abusum, eadem statuta cum infra scripta moderatione in suo volentes robore perdurare, de fratrum nostrorum consilio districtius inhibemus, ne a sæculari, vel regulari capitulo, collegio seu conuentu ecclesiæ cuiuscumque, cessationes ipsæ, nisi vocatis omnibus, (prout sunt pro electionis 98) negotio euocandi,) et deliberatione habita diligenti, ac episcopo, aliove quocumque clerico siue laico, (cuiuscumque dignitatis, præeminentiæ, conditionis aut status existat,) propter cuius iniuriam vel offensam eadem videtur cessatio facienda, post prædictas 99) vocationem et deliberationem, de cessando habitam 100), requisito, quod irrogatam iniuriam, vel offensam emendet, aliquatenus attententur. Neque tunc etiam, si emendam inde habuerint, vel per eos steterit, quo minus habeant competentem. Si autem, præmissis seruatis, capitulum, collegium, vel conuentus alicuius ecclesiæ ad cessationem easdem duxerint procedendum; extunc intra vnius mensis spatium pars vtraque, videlicet ii, qui cessant, et illi etiam, propter quorum factum a diuinis cessatur, (nisi, superueniente concordia, inter eos cessatio illa cesset,) iter adripiant *b* per se, vel per procuratores idoneos, cum munimentis et actis, ad negotium ipsum spectantibus, ad sedem apostolicam veniendi, et, continuatis diætis, quam cito commode poterint 1), se apostolico conspectui repræsentent: vt, partibus præsentibus, aut vna præsente, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud sedem eamdem, pars, quæ culpabilis inuenta fuerit in præmissis, præter alias pœnas, a dictis canonibus institutas, si Romano pontifici videbitur expedire, pœna docente 2) cognoscat, quantum excesserit 3), quæ cessationi factæ rationabiliter 4) caussam dedit, vel quæ sine rationabili et manifesta caussa cessauit. Parte insuper *a* diuinis cessante, supra scripta *c* tam in cessando, quam in veniendo siue mittendo 5) ad sedem apostolicam non seruante, non seruetur cessatio: sed ea non obstante, (vt prius,) in ipsa ecclesia celebretur 6).

95) *Capitulis*, non est in C. H.
96) *Decimo*, ibidem non habetur.
97) *Fore*, ibid. et in C. impr.
98) *In electionis*, C. H.
99) *Prædictam*, C. R.
100) *Habitas*, C. R. et H.
1) *Poterunt*, C. R.
2) *Docente*, ibid. et quidem nouiori manu adiectum.
3) *Excessit*, C. H.
4) *Irrationabiliter*, C. R. sed prior syllaba recentiori debetur manui.
5) *Seu in mittendo*. ibid.
6) *Cessatio ipso iure; ac eadem non obstante, in ecclesia, in qua erant organa diuinorum suspensa, et alia omnia, vt prius, in ipsa ecclesia licite celebrantur*. ibid.

CAP. IX.

Primo *ponit constitutionem de bonis dignitatum, vel ecclesiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quas collatio, vel custodia pertinet; nisi de speciali iure id eis competat: et contra facientibus pœnam imponit.* Secundo *ostendit, de quibus bonis intelligatur, cum de speciali iure id alicui competit.* Tertio *decret.* Quia sæpe. *supr. eod. libro, de elect. dicit non esse correctam.* Ioann. Andr.

IDEM.

Præsenti prohibemus edicto, ne episcopi, vel eorum superiores aut abbates, seu quiuis alii regulares vel sæculares prælati, aut ecclesiasticæ quæcumque personæ, vacantibus dignitatibus, personatibus, prioratibus, vel ecclesiis quibuscumque, sibi subiectis, seu ad collationem, ordinationem, præsentationem, vel custodiam pertinentibus, eorumdem bona, (morientibus eorum rectoribus, vel ministris,) in ipsis inuenta, siue vacationis ipsorum tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eorumdem expendi, vel futuris debent successoribus 7) fideliter reseruari, occupare, aut in vsus suos conuertere quoquo modo præsumant: nisi de speciali priuilegio vel consuetudine iam præscripta legitime, seu alia caussa rationabili, hoc eisdem competere dignoscatur 8).

Alioquin episcopi et eorum superiores ab ingressu ecclesiæ, ceteri vero ab officio et beneficio tamdiu eo ipso nouerint se suspensos, quousque restitutionem fecerint de prædictis. Porro, vbi ex priuilegio vel consuetudine, seu alia de caussa 9) rationabili, sibi aliquis prædictorum adserit bona competere supra dicta: hoc de illis bonis solum debet intelligi, quæ, solutis debitis, si qua sint, et iis 10), quæ fuerint necessaria pro seruitoribus et ministris, ac incumbentibus oneribus 11), vsque ad nouos reditus supportandis, congrue reseruatis, ex ipsis 12) reperta fuerint superesse. Sane, constitutionem 13), quam superius specialiter edidimus, contra capitula, collegia, conuentus 14), seu singulares personas, bona cathedralium, vel regularium, aut collegiatarum ecclesiarum vacantium occupantes, per constitutionem præsentem, (quam in dignitatibus, personatibus, prioratibus, et ecclesiis aliis locum habere censemus,) nolumus in aliquo derogari.

7) *Eorum successoribus*, C. H.
8) *Competere supra dicta dinoscatur*, ibid.
9) *Alia caussa*, ibid.
10) *De his*, C. impr. *ex iis*, H.
11) *Honoribus*, C. H.
12) *His. quæ*, C. R.
13) *Constitutionis*, C. H.
14) *Et collegia et conuentus*, ibid.

TITVLVS XVII. DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. VN.

Capitulum, vel is, ad quem administratio pertinet, vacante sede, eos absoluet, quos absoluere posset episcopus, si viueret: nisi a sede apostolica id fuerit interdictum. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1299. Romæ.)*

Episcopali sede vacante, potest capitulum, seu is, ad quem episcopalis iurisdictio tunc temporis noscitur pertinere, iis, quibus posset episcopus, si viueret, ab excommunicationis sententia, siue iuris, siue hominis fuerit absolutionis beneficium impartiri 15): nisi ei fuerit a sede apost. specialiter interdicta potestas.

15) *Imperturi*, C. R. et ed. gloss.

TITVLVS XVIII. DE PACTIS.

CAP. I.

Monachi, habentes liberam a sede apostolica sepulturam, si paciscantur de non recipiendis aliquibus vel certis parochianis ecclesiæ alicuius, seruare compelluntur pactum: nec illos sepelire poterunt, licet apud eos elegerint sepeliri, cum per pactum priuilegio renuntiauerunt. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1299. Romæ.)*

Pactum *d*, cum rectore parochialis ecclesiæ factum a vobis, ne aliquos vel certos ipsius ecclesiæ parochianos recipiatis ad ecclesiasticam sepulturam, omnino seruare debetis; quamquam sepultura libera sit monasterio 16) vestro ab apostolica sede indulta, et illi apud vos elegerint sepeliri: cum per dictum pactum indulto huiusmodi derogetur.

16) *In monasterio*, C. R.

CAP. II.

Pactum, factum patri a filia, dum tradebatur nuptui, quod dote contenta nullum habebit ad bona paterna regressum, si iurauerit id ipsa filia, omnino seruare tenebitur. Ioann. Andr.

IDEM.

Quamuis *e* pactum, patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, vt dote contenta nullum ad bona paterna regressum 17) haberet, improbet lex ciuilis; si tamen iuramento, non vi, nec dolo præstito, firmatum fuerit ab eadem; omnino seruari debebit: cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum.

17) *Recursum vel regressum*, C. R.

CAP. III.

Pacta, inita per fratres prædicatores, vel minores, vel alios mendicantes, cum rectoribus parochialium ecclesiarum super parochialibus iuribus, si facta sunt per priores vel guardianos de conuentuum ipsorum locorum consensu, (licet auctoritas sedis apostolicæ non interuenerit, vel licentia prioris vel ministri generalis, aut magistri vel prouincialis ministri, vel capituli prouincialis,) seruanda sunt: dummodo alias sint licita et honesta. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Quia ex eo, quod fratres prædicatores, et minores et alii mendicantes, compositiones et pacta cum prælatis, capitulis 18), recto-

18) *Et capitulis*, C. H.

a *Id canit Innoc. III. in concil. generali Later. c. 7.* b *Al.* adripiant. c *Al.* supra dicta.

d *Vide Antonium de Butrio cap. statuimus. de translat. prælat. et Felinum in c. cum sit generale. de foro compet.* e *Vide Matth. de Afflictis decis. 322 Purpuratum consil. 100. Hyppolitum Marsilium singulari 673. incip. nonnulla de præsentia Alexandr. cons. 39. libr. 3. et consil. 42. libr. 1. et Iason. cons. 133. vol. 4.*

ribus

tibus et personis ecclesiarum, ciuitatum, castrorum, villarum 19) et locorum, in quibus domus seu habitationes existunt, super iuribus parochialibus, vel aliis quibuscumque articulis, ab eis vel eorum antecessoribus inita siue facta, seruare recusant, et ea eo prætextu infringare moliuntur, quia magistri aut ministri, vel prioris generalium seu prouincialium eorundem non adfuit adsensus in ipsis, nec adprobata per ipsorum generalia, vel prouincialia capitula exstiterunt 20), multa in diuersis mundi partibus insurgunt scandala a, et ipsorum fratrum, (quos decet puritatem omnimodam in suis obseruare actionibus 21) b, et ab his abstinere propensius, per quæ possit aliis exempli pernicies generari,) famæ detrahitur plurimum et honori: nos, his occurrere paternæ sollicitudinis studio intendentes, præsenti decreto sancimus 22), compositiones et pacta huiusmodi, cum prælatis, capitulis, et c rectoribus, et personis prædictis 23) ab ipsorum fratrum conuentualibus prioribus, seu guardianis facta vel adprobata, de suorum conuentuum consilio et adsensu, (dum tamen alias sint licita et honesta,) debere ab ipsis fratribus in locis, in quibus fuerint facta, perpetuo 24) d inuiolabiliter obseruari, non obstante, quod magistri vel ministri aut prioris generalium seu prouincialium prædictorum non interuenerit in eisdem adsensus, nec ab ipsorum generalibus vel prouincialibus capitulis exstiterint adprobata, seu quod sedes apostolica in iis 25), quæ per prædictos fratres minores facta fuerint, auctoritatem suam non præstiterit vel adsensum.

19) *Seu villarum*, C. H.
20) *Exstiterint*, C. R.
21) *Actionis*, C. H.
22) *Statuimus*, C. R. et H.
23) *Prædictorum*, C. R.
24) *Perpetuo et*, C. R. et H.
25) *His*, C. impr. omissa præpos. in.

TITVLVS XIX.

DE PROCVRATORIBVS.

CAP. I.

Laicus potest esse procurator ad agendum et defendendum in caussis spiritualibus.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1299. Romæ.)*

Non indiscreta iudex censetur egisse, procuratorem laicum ad agendum vel defendendum in caussis spiritualibus admittendo: cum regulariter, qui non prohibetur expressa ad exercendum procurationis officium, idoneus debeat reputari.

Procurator post litem contestatam potest dare alium procuratorem: ante non, nisi datus fuerit in rem suam, vel a Domino habuerit mandatum de substituendo etiam non certam personam.

§. 1. Licet autem a procuratore post litem contestatam ab eo possit, (cum dominus sit litis effectus,) dari alius procurator: antea tamen non potest, nisi in rem suam sit datus, vel a domino substituendi alium, (etiam certa non expressa persona,) sibi fuerit concessa potestas.

Procurator ad negotia potest dare alium procuratorem libere, et etiam quandocumque. H. d.

§. 2. Procurator vero, datus ad negotia, potest libere quandocumque alium deputare.

CAP. II.

Procurator ante litem contestatam etiam sine caussa reuocari potest, post litem contestatam non sine rationabili caussa; dominus tamen bene potest adesse caussæ cum ipso procuratore: maxime si de collusione timeat.

IDEM.

Quamuis e procurator possit ante litem contestatam etiam sine caussa libere a domino reuocari; postea tamen, ipso nolente, nequibit: nisi eum cum 26) domino inimicum fieri, vel suspectum, aut aduersario adfinitate coniungi, vel eius heredem fieri, seu ingredi religionem, aut in longinquum peregrinari, vel ægritudine aut vinculis detineri contingit, seu alia rationabilis caussa subsit, propter quam sit merito reuocandus. Verum, quamquam, (nisi, vt præmittitur,) reuocari non possit: dominus tamen suæ caussæ vna cum eodem procuratore, (maxime si de collusione timeat,) minime prohibetur adesse.

26) *Cum*, abest a C. R. et impr.

CAP. III.

Procurator, habens mandatum substituendi, substitutum a se post mandatum susceptum, etiamsi eo non sit vsus, reuocare non potest: nisi et potestatem habuit reuocandi. Si autem erat procurator ad plures caussas, et in altera substituit: in aliis remanet procurator. Ioann. Andr.

IDEM BONIFACIVS VIII. 27)

Is, qui a f procuratore, super hoc a domino potestatem habente, procurator exstitit substitutus, non potest post mandatum susceptum, etiamsi eo vsus non fuerit, (licet in delegato sedis apostolicæ, vices suas alteri committente, aliud censeatur,) vlterius reuocari ab illo: nisi reuocandi potestas concessa fuisset 28) eidem. Verum si, cum ad plures vel ad omnes caussas generaliter constitutus fuisset, in vna tantum substituerit earumdem: in aliis nequaquam prohibetur procurationis officium exercere.

27) Verba inscript. *Bonifacius VIII.* absunt a C. impr.
28) *Fuerit*, C. R. et H.

CAP. IV.

Procurator generalis non agit exigentia speciale mandatum, nisi cum aliqua illorum specificatione, vel libera potestate. Hoc dicit Zenz.

IDEM.

Qui ad agendum et defendendum, ac generaliter ad omnia 29), (etiamsi mandatum exigant speciale.) constituitur procurator, ex vi generalitatis huiusmodi ad aliquem articulum, in quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet. Sed si aliquis, vel aliqui de articulis, speciale mandatum exigentibus, specificati g fuissent, adiecta 30) clausula generali: tunc ad non expressos etiam admittatur. Procurator quoque absque speciali mandato iuramentum deferre, transigere, vel pacisci non potest: nisi ei bonorum vel caussæ administratio libere 31) h sit concessa 32).

29) *Ad omnia alia*, C. R.
30) *Et sequuta*, C. R. et H.
31) *Libera*, ibid.
32) *Commissa*, C. H.

CAP. V.

Mandatum generale ad negotia, etiam ad iudicia se extendit.

IDEM.

Qui generaliter constituitur ad negotia procurator, agere ac experiri potest i, exceptis his casibus, qui mandatum exigunt speciale.

Potest filiusfamilias esse procurator, etiam absque patris consensu. Zenz.

§. 1. Nedum vero ad negotia, sed etiam ad iudicia potest filiusfamilias absque patris adsensu fieri procurator.

Maior annis XXV. ad iudicia, maior XVII. ad negotia deputari potest procurator. H. d. Zenz.

§. 2. Licet autem quis post XVII. annum procurator ad negotia licita 33) deputetur 34): ad iudicia tamen, nisi maior XXV. annis fuerit, deputari nequibit.

33) *Licita pacta*, C. H.
34) *Possit dare*, C. R. et H.

CAP. VI.

Ex duobus procuratoribus, simul simpliciter constitutis, alter solus admitti non debet. Si vero in solidum; qui primo contestatur litem, admittitur, altero totaliter exclusio: nisi adiectum fuerit, quod non sit melior conditio occupantis. Quo casu, altero non prosequente, nec alium substituente, reliquus admittatur. H. d.

IDEM.

Si duo k procuratores simul, (non adiecto: *in solidum*,) deputentur; vnus sine altero non debebit 35) admitti. Secus, si sint in solidum constituti: sed tunc illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium primitus occupabit 36). Post occupationem autem huiusmodi, alter se intromittere nequibit vlterius; cum ille litis dominus sit effectus: nisi dictum in constitutione fuisset, quod non fieret melior conditio occupantis. Tunc enim, si eum, qui occupauit, infirmari, mori, absentari, vel alias impediri contingat, aut si prosequi forte nolit, poterit alter suscipere ac perficere 37) negotium, ab alio inchoatum: dum tamen ab alio non fuerit alius substitutus. Nam si sit, is præferri debebit eidem.

Procurator, datus in solidum, qui occupauerat negotium ex impedimento exclusus, non readsumit, nisi altero impedito. H. d. Dominicus.

35) *Debet*, C. R. et H.
36) *Occupauerit*, C. R.
37) *Aut perficere*, C. H.

a *Vide B. Thom. 2. 2. quæst. 43. per totam quæstionem.* b *In antiquis codicibus constanter legitur:* actibus c *Dictio, et, deest in manuscriptis.* d *Hic text. habet locum in pactis, factis cum iuramento.* e *Pro hoc c. vide, quæ tradit Iason consil. 128. incip. reuocatur in dubium, vol. 4. et Felinus in cap. ex parte decani. extra de rescriptis.*

f. *De materia reuocationis procuratoris vide Cynum et alios in l. mandato. C. mandati, et Ioannem Anania consil. 25. incip. visum præsentatio et Paulum de Castro consil. 361. incip. venerabiles viri.* g *Vide l. legata inutiliter. de legat. 1. et dict. in l. 1 de reg. iuris. Font.* h *Alias ita: libera.* i *Vid. l. 1. §. si maritus. ff. si quid in fraud. patr. de Arch. Font* k *Ad hanc textum vide, quæ dicit Felinus in c. 2. extr. de test. Adde Socinum consil. 11. incip. circa præsentem. libr. 1.*

§. 1. Ca-

§. 1. Ceterum vbi, nullo substituto, alter suscipit negotium prosequendum; is, qui occupauit primitus, ipsum resumere postea, impedimento cessante, nequibit: nisi forsan illum contingeret *a* impediri.

In caussis spiritualibus ex duobus procuratoribus, simul simpliciter datis, iudex eligit magis idoneum, qui solus prosequi poterit: nec alius admittitur, etsi primo legitime exclusus. H. d. Dominicus.

§. 2. Sane, in electionum, postulationum, prouisionum, et aliorum spiritualium negotiorum caussis 38), (cum talia celeriorum 39) expeditionem exigere dignoscantur,) volumus specialiter obseruari, vt, si plures procuratores simul in eis fuerint non in solidum deputati, iudex, (ne propter eorum concursum negotia eadem intricari contingat,) idoneiorem ex ipsis eligere valeat: et ille solummodo prosequatur, habeatque, quidquid cum illo, sic electo, factum exstiterit, plenam roboris firmitatem: nec ad prosequendum alius admittatur postmodum, nisi prout eum, qui non occupat negotium, censuimus post occupationem, factam ab alio 40), superius admittendum.

38) *Sane in electionibus, prouisionibus, postulationibus et aliis spiritualibus negotiis* etc. C. 8. et H.
39) *Celeriorem*, C. O. et ed. gloss. rectius et concinnius.
40) *Illo*, C. R.

CAP. VII.

Procurator, qui renuit acceptare mandatum, pœnitere potest, quamdiu constituens in eadem perseuerauerit voluntate.

IDEM.

Licet *b* is, qui procurator constituitur ab absente, dixerit, præsentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstante, quamdiu constituens in eadem perstiterit voluntate, ipsum acceptare poterit *c*, quandocumque placebit 41).

41) *Sibi placebit*, C. H.

CAP. VIII.

Dominus, dans procuratorem, quoties contingit eum abesse, caussam tractando, procuratorem non intelligitur reuocare; secus si simpliciter: nisi expresse protestatur, quod ipsum reuocare non intendit, vel aliàs hoc adpareat ex probabilibus coniecturis. Ioann. Andr.

IDEM.

Si quem sub ea forma: *quoties te abesse contigerit:* constitueris procuratorem ad caussam; non ideo, (licet tractes eam postmodum per te ipsum,) procuratorem ipsum dignosceris reuocare; quin immo procurator idem procuratoris adsumet officium, quandocumque te contigerit absentare 42): secus si simpliciter a te fuerit constitutus. Tunc enim, siue ante litem contestatam, siue post, ad caussam ipsam venias, non vt ipsi procuratori adsistas, sed vt caussam tractes eamdem, tractando ipsam eum reuocare censeris: nisi dicas expresse, quod ipsum vis in officio procurationis, (hoc non obstante,) manere, vel nisi, quod non animo reuocandi hoc facias, ex aliquibus adpareat coniecturis *d*, vt, si forsan aliquis immineat articulus, in quo tu melius nosti veritatem, aut si sit procurator ipse infirmus, vel forsitan se absentet, seu quidquid aliud accidat, propter quod ipsi caussæ tua sit præsentia opportuna.

42) *Absentari*, C. R. et H.

CAP. IX.

Tria dicit, primo, quod procurator ad contrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum; secundo, quod talis procurator non substituit, nisi ad hoc mandatum habeat: tertio, quod, si talis procurator reuocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium. Ioann. Andr.

IDEM.

Procurator *e* non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale. Et quamuis alias is 43), qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit: in hoc tamen casu, (propter magnum, quod ex facto tam arduo *f* posset periculum imminere,) non poterit deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. Sane, si procurator, antequam contraxerit, a domino fuerit reuocatus; contractum postmodum matrimonium ab eodem, (licet tam ipse, quam ea, cum qua contraxerit 44), reuocationem huiusmodi penitus ignorarent,) nullius momenti exsistit: cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequiuit.

43) *Is*, abest a C. impr.
44) *Contraxit*, C. O.

TITVLVS XX.
DE IIS, QVAE VI METVSVE CAVSSA FIVNT.

CAP. VN.

Excommunicationis, suspensionis, vel interdicti absolutio, vel reuocatio, per vim extorta, non tenet: et extorquens excommunicatus est ipso iure. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in concilio generali Lugdun.* (*ann.* 1274. *in Gallia.*)

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcumque reuocationem 45) ipsius, aut suspensionis, seu etiam 46) interdicti, per vim vel metum extorta 47), præsentis constitutionis 48) auctoritate omnino viribus vacuamus. Ne autem sine vindicta violentiæ crescat audacia: eos, qui absolutionem seu reuocationem huiusmodi vi vel metu extorserint, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

45) *Quacumque reuocatione*, C. impr.
46) *Etiam*, non est in C. H.
47) *Extortam*, ibid.
48) *Constitutionis*, desideratur ibid.

TITVLVS XXI.
DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

CAP. I.

Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam, vel contractum: nisi rationabilis aliqua caussa hoc suadeat. Ioann. Andr.

GREGORIVS IX. 49) (*ann.* 1236. *Romæ.*)

Ecclesia, quæ ad retractandam sententiam, vel contractum, per beneficium restitutionis in integrum, postulat se admitti, si quadriennii spatium post sit lapsum 50), et negligenter omiserit, non est ad beneficium huiusmodi admittenda *g*: nisi præuaricationis, vel fraudis manifeste probetur super hoc interuenisse commentum, aut alia rationabilis caussa subsit, quæ superiorem mouere debet ad idem beneficium concedendum.

49) *Gregorius X. in concil. Lugd.* C. R.
50) *Postea sit elapsum*, ibid.

CAP. II.

Ecclesia contra confessionem, qua læsa fuit, admittitur intra quadriennium per beneficium restitutionis in integrum: postea non, nisi per viam iuris communis. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1299. *Romæ.*)

Si aduersus confessionem, in iudicio a se factam, læsa ecclesia beneficium restitutionis in integrum, intra quadriennium, ab ipsius confessionis tempore computandum, petere negligenter omittat: non est, (nisi aliquid rationabile adpareat, quod aliud suaserit faciendum,) ad hoc petendum vlterius admittenda. Vbi vero per viam communem reuocationis erroris, quem in facto prætendit, vult aduersus suam confessionem ecclesia se iuuare: hoc quandocumque 51) poterit, donec negotium sit finitum.

51) *Quocumque*, C. H.

TITVLVS XXII.
DE ARBITRIS.

CAP. I.

Si ex tribus arbitris duo concordant in summa; tenet illorum sententia: si omnes discordant, tenet sententia de summa minori.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1299.)

Si ex tribus arbitris te duo in decem, et tertius in quinque condemnent; debet sententia præualere duorum: licet, cum vnus in XV. alius in X. tertius vero in quinque pronunciant 52), illius, qui dixit 53) de summa minori, (cum in illa omnes concordes exsistant,) sententia efficax censeatur.

52) *Pronunciet*, C. H.
53) *Dicit*, ibid.

CAP. II.

Si ex tribus arbitris vnus nolit examinando vel definiendo negotio interesse; duo procedere poterunt: ac si ille præsens esset. Circa iudices autem antiqua iura seruentur. Ioann. Andr.

IDEM.

Vt quæstionibus, (quæ plerumque propter arbitrorum voluntariam seu malitiosam absentiam remanent indecisæ,) finis celerius im-

ponatur;

a *Aliàs contigerit.* *b* *Ad hunc text. vide, quæ dicit Alex. consil. 81. incip. reuocatur in dubium, l. 5.* *c* *Vid. l consensu ff. de act. et oblig.* Font. *d* *Vna præsumtio tollit aliam de præsumt. c. litteras, de in integr. restit. l. diuus.* Font. *e* *Vide Aucharanum consil. 228. incip. A. duas filias habebat et duobus consil. sequ. Aretinum Ratrum consil. 64. incip. A. duas filias habuit et consil. sequent. et Alexandr. consil. 146 incip. in caussa et lite, et consil. 149. incip. viso processu libr. 5.* *f* *Et ideo non deciditur iuramento, per iudicem delato. Bald. in l. admonendi.* Font.

g *Iste versiculus habet etiam locum in aliis personis, quibus illa restitutio competit.* Phil. Font.

ponatur; statuimus 54), vt, si ex tribus arbitris, a partibus electis 55), eorum aliquis, ab aliis legitime requisitus ad examinandum vel definiendum vna cum eis negotium, super quo in ipsos exstitit compromissum, non curauerit, (cessante impedimento legitimo,) conuenire, duo præsentes, penes quos, (licet lex ciuilis aliud innuere 56) videatur,) totalem eo casu remanere decernimus 57) potestatem, possint, (malitiosa seu voluntaria illius absentia non obstante,) dictum examinare negotium, et libere definire, sicut possent illo præsente, nec volente cum eis in vnam sententiam concordare a: vt sic ipsius absentia, præsentia repleta diuina, eum reputari faciat pro præsente. Circa iudices vero antiqua iura nolumus immutari.

54) *Sancimus*, C. H.
55) *Deputatis*, C. R. et H.
56) *Innuere*, C. impr.
57) *Volumus*, C. H.

a *Vide Bart. in l. item si vnus. §. item si plures. ff. eod. tit.*

FINIS LIBRI PRIMI.

SEXTI DECRETALIVM LIBER SECVNDVS.

TITVLVS PRIMVS. DE IVDICIIS.

CAP. I.

Iudex delegatus, non habens ad hoc speciale mandatum a papa, non potest compellere partem, vt personaliter coram eo compareat, nisi ex rationabili caussa. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *in generali concilio Lugdunensi* 58). *(ann. 1245. in Gallia.)*

Iuris esse ambiguum non videtur, iudicem delegatum, (qui a sede apostolica mandatum ad hoc non receperit 59) speciale,) iubere non posse alterutram partium coram se personaliter in iudicio comparere: nisi caussa fuerit criminalis a, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumniæ faciendo, vel alias iuris necessitas partes coram eo exegerit personaliter præsentari.

58) Absunt a C. H. voces: *in generali conc. Lugd.*
59) *Recepit*, ibid.

CAP. II.

Mulieres personaliter ad iudicium, (quacumque caussa, in iure non expressa,) inuitæ trahendæ non sunt; sed, si necessarium sit ipsarum testimonium in caussa, iudex expensis producentis interdum ibit, interdum mittet: at iudex, fraudulenter vadens, excommunicatus est. Mulieres religiosæ, etiam volentes, extra monasterium suum ex aliqua caussa personaliter ad iudicium trahi non possunt. Quod contra prædicta fit, est irritum. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1298.)*

Mulieres b, (quas vagari non condecet, nec virorum cœtibus immisceri,) auctoritate literarum sedis apostolicæ, vel legatorum ipsius, aut alia quacumque ad iudicium personaliter euocari, 60) vel trahi inuitas caussa ferendi testimonium, aut alia qualibet, (quæ in iure non exprimitur,) prohibemus. Sed cum necessarium fuerit testimonium earumdem; iudex, (in expensis partis producentis easdem,) tabellionem, aut aliam personam idoneam ad eas transmittat: vel, si forte talis casus occurrerit 61), quo, iure prohibente, receptio testium alteri committi non possit, iudex c tunc propter hoc personaliter ad illas accedat, aut, (si 62) talis sit personæ iudicantis conditio, quod id per ipsum non deceat fieri, vel non possit,) mittat 63) ad eas, prouiso 64), quod casus huiusmodi, (videlicet 65) vt iudex vadat personaliter,) non fingatur, nec fraus interueniat in hac parte. Alioquin fictor huiusmodi, vel fraudator, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

§. 1. Ceterum feminæ religiosæ, præsertim quæ debent sub clausura morari d, extra suum monasterium vel clausuram non vocentur ad iudicium, vel 66) trahantur ex quauis caussa personaliter: etiamsi ad hoc voluntas accederet earumdem. Decernimus 67) quoque, vt ipso iure sit irritum et inane, si quid contra præmissam 68) contigerit attentari.

60) *Vocari*, C. H.
61) *Con. acrerit*, C. R.
62) *Aut etiam si*, C. H.
63) *Mittatur*, C. impr.
64) *Prouiso*, C. impr. et H.
65) *Videlicet*, non est in C. H.
66) *Nec*, C. R.
67) *Decreuimus*, C. impr.
68) *Præmissa*, C. H. et impr.

CAP. III.

Maior XIV. annis per se et per procuratorem potest agere, et defendere caussam spiritualem: minor XIV. per se non agit, sed per procuratorem, vel per curatorem, datum auctoritate ordinarii ecclesiastici iudicis, et etiam delegati ad caussas illas. Filiusfamilias sine patris adsensu agit caussam spiritualem. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si annum quartum decimum tuæ peregisti ætatis: in beneficialibus et aliis caussis spiritualibus, nec non et dependentibus ab eisdem, ac si maior XXV. annis 69) exsisteres, ad agendum et defendendum, per te, vel per procuratorem e, (quem ad hoc constituendum decreueris,) admitti debebis. Si vero 70) intra XIV. annum exsistas; per te agere, aut defendere non poteris super ipsis: sed vel per tuum episcopum, vel per officialem eiusdem, tibi curator dabitur ad lites huiusmodi exercendas, aut tu ipse, (si maior infante fueris,) eum auctoritate alterius eorumdem, procuratorem ad eas poteris deputare. Delegatus etiam apostolicæ sedis, et subdelegatus ab eo, tibi, (si non habeas,) curatorem dare valeant, vel auctoritatem constituendi procuratorem præstare, ad illas caussas, vel lites dumtaxat, quæ coram ipsis fuerint ventilandæ. In huiusmodi quoque litibus siue caussis, quamquam in potestate patris exsistas f, nec aliàs absque ipsius adsensu in iudicio regulariter esse possis, eius, (cum de iis se intromittere non habeat 71)), nequaquam requiri debebit adsensus.

69) *Annorum*, C. H.
70) *Si vero adhuc*, C. R. et H.
71) *Non habeat potestatem*, C. R.

TITVLVS II. DE FORO COMPETENTI.

CAP. I.

Archiepiscopus, omisso adpellationis articulo, vel per viam querelæ, de caussa subditorum, suffraganeis etiam ipsis consentientibus, non cognoscit. H. d. vsque ad §. *Neque.*

INNOCENTIVS IV. g *(ann. 1252.)*

Romana ecclesia: [*et infra.*] Nec, adpellationis articulo prætermisso, nec alias etiam, (cum minime adpellatum exstiterit,) Remen. archiepiscopus vel eius officialis h, de caussis clericorum 72) tamquam iudices, (licet in ipsos 73) iidem clerici de facto consentiant,) absque diœcesanorum suorum voluntate cognoscant.

Archiepiscopus subditos suffraganei non potest compellere caussas, delegatas ab eo, suscipere, suas sententias et præcepta exsequi, vel testimonia in caussis, ad eos deuolutis, ferre: nisi consuetudo aliud disponat. H. d. Dominicus.

§. 1. Neque suffraganeorum Remensis ecclesiæ subditos ipsorum delegationem 74) suscipere, vel sententias et præcepta exsequi, aut in caussis, per adpellationem deuolutis ad eos, testimonium, (nisi aliud in his tribus de consuetudine obtineant 75)), perhibere compellant.

72) *Clericorum suffraganeorum*, ibid.
73) *In ipso*, C. H.
74) *Delegationes*, C. R.
75) *Obtineat*, C. R. et ed. gloss.

a *Vide Bart. in l. pen. §. ad crimen ff. de publ. iudic. Font.* b *Vide l. feminæ de proc. l. feminis, C. de iud. et l. femina ff. de reg. iur.* c *Al. ita: præfatus iudex propter hoc, etc.* d *Caussa religionis hoc licet. Vid. l. 1. ff. de in ius voc. l. seruus ad custodiam. ff. de alim. et cibar. legat.*

e *Nota, vbicumque minor legitime potest interesse iudiciis, ibi potest constituere procuratorem. Vide l. 1. C. si de moment. possess. Font.* f *Vide c. iudicorum. de ætat. et qualit.* g *In quodam manuscr. tribuitur Innoc. III.* h *Alias officialis.*

Archie-

Archiepiscopus contra officiales, vel prælatos suffraganeorum, (consuetudine aliud non disponente,) et contra subditos ipsorum, pro salariis aduocatorum et procuratorum causarum fori archiepiscopi, iudex competens non est. H. d.

§. 2. Nec etiam suffraganeorum ipsorum officialas, aut archidiaconos, archipresbyteros, et alios inferiores prælatos, suffraganeis eisdem subiectos, (dummodo aliud eis contraria consuetudo non tribuat,) nec subditos suffraganeorum ipsorum, super salariis 76) aduocatorum et procuratorum in caussis, (quæ in Remensi ventilantur curia,) cogant querelantibus in sua præsentia respondere.

Archiepiscopus non compellet inuitos contrahentes aliarum diœcesum in sua propria coram se respondere, nisi ibi inueniantur. Sed si citati nolunt comparere, vel malitiose se occultant, ne citentur: in bonis ipsorum suæ diœcesis potest missionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam. H. d.

§. 3. Contrahentes vero aliarum diœcesum, super contractibus, initis in Remensi diœcesi ab eisdem, (nisi inueniantur ibidem,) trahere coram se non debent inuitos; licet in possessionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciant, si eorum auctoritate citati a comparere contemnant, possint missionem facere contra eos, vel, (si forte maliniose se ipsos occultent, ne citatio perueniat ad eosdem,) decernere faciendam in possessionem bonorum, quæ in alia etiam 77) diœcesi obtinere noscuntur: sed tunc loci diœcesanus ad denuntiationem ipsorum faciet 78) huiusmodi missionem.

Non potest archiepiscopus suos clericos mittere in diœcesim suffraganei, vt coram eis fiant contractus, vel iam facti adprobentur. Nec, si facti vel adprobati fuerint coram illis, possunt suffraganeorum subditos coram se compellere litigare super illis, nec excommunicare suffraganeorum officiales vel subditos, si nolunt litigare coram ipso. H. d. ad finem, secundum Dominicum.

§. 4. Nec clericos suos mittant ad suffraganeorum ipsorum 79) b diœceses pro ineundis vel recognoscendis contractibus coram ipsis. Nec eorumdem suffraganeorum 80) subditos compellant coram se occasione huiusmodi iuri stare. Neque potest archiepiscopus ipse in suorum 81) suffraganeorum officiales et subditos, (pro eo, quod vocati ab ipso nolunt queralantibus in sua præsentia respondere,) ecclesiasticam exercere censuram.

76) *Delentur*, C. H.
77) *Etiam*, abest a C. P. et H.
78) *Faciat*, C. R.
79) *Suorum*, C. R. et impr.
80) *Suffraganeorum suorum*, C. R.
81) *Suorum*, non est in C. H.

CAP. II.

Iudex secularis, qui vult Clericum compellere ad debita, (etiam liquida,) soluenda, per ecclesiasticum iudicem desistere compellatur. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII.

Sæculares c iudices, qui, (licet ipsis nulla competat iurisdictio in hac parte,) personas ecclesiasticas ad soluendum 82) debita, (super quibus coram eis contra ipsas earum exhibentur litteræ, vel probationes aliæ inducuntur,) damnabili præsumtione compellunt d, a temeritate huiusmodi per locorum ordinarios, censura ecclesiastica decernimus compescendos.

82) *Soluendo*, C. H.

CAP. III.

Ratione iuramenti laicus, (vt illud seruet,) coram iudice ecclesiastico conuenitur.

IDEM.

Cum C. laicus, (pro quo soluisti certam pecuniæ quantitatem, in qua pro eo te fideiussorio nomine obligaueras,) te seruare recuset 83) indemnem, contra iuramentum, a se præstitum, temere veniendo: ipsum coram ecclesiastico iudice, (ad cuius forum ratione iuramenti caussæ huiusmodi cognitio noscitur pertinere,) de iure poteris 84) conuenire, vt ipsum, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam e, quod te super prædictis, (vt tenetur,) seruet indemnem, præuia ratione compellat 85).

83) *Obseruare recusat*, C. R.
84) *Poteris*, C. H.
85) *Compellas*, ibid.

TITVLVS III.
DE LITIS CONTESTATIONE 86).

CAP. I.

Peremtoria litis contestationem non impedit: nisi sit de re semel finita. Ioann. Andr.

INNOC. IV. *in concilio Lugdun.* 87). (*ann.* 1245.)

Exceptionis peremtoriæ, seu defensionis cuiuslibet principalis, cognitionem negotii contingentis, ante litem contestatam obiectus, nisi de re iudicata, transacta, seu finita excipiat litigator, litis contestationem non impediat, nec retardet: licet dicat obiector, quod rescriptum non fuisset obtentum, si, quæ sunt impetranti opposita, fuissent exposita delegant.

86) *De lite contestata*, C. H.
87) *Diction. in concil. Lugd.* ibid. non leguntur.

CAP. II.

Per exceptionem peremptoriam non fit litis contestatio. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Si, oblato ab actore libello, ex parte rei exceptio peremtoria proponatur; nequaquam per hoc litis contestatio intelligitur esse facta: immo, ea non obstante, (nisi sit de illis exceptionibus, quæ litis contestationem impediunt,) fieri oportebit eamdem.

TITVLVS IV.
DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

CAP. I.

Non est de substantia, quod statim post litem contestatam iuretur de calumnia. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298)

Si de calumnia, seu de veritate dicenda, in primo litis exordio non iuretur, (vt debet;) poterit postmodum in qualibet parte litis iurari: cum huiusmodi iuramenta 88) præstari ab initio, de substantia ordinis iudiciarii non existat.

Non annullatur processus: licet tacite omittatur calumniæ iuramentum. H. d.

§. 1. Propter omissum quoque tacite in tota caussa calumniæ iuramentum, iudicialis processus, alias factus legitime, non est nullus nec etiam annullandus.

Præcipit, quod in spiritualibus simul de calumnia, et de veritate iuretur. Ioann. Andr.

§. 2. Quamuis f in caussis spiritualibus, (in quibus debet de veritate dicenda iurari,) canones non indicant alicui calumniæ iuramentum: nos tamen, (quia frequenter calumniari videmus in ipsis,) vtile reputamus, quod simul, (sicut plerique obseruant,) tam de veritate dicenda, quam de calumnia, (vt via præcludatur calumniis,) iurari debeat in eisdem.

88) *Iuramentum*, C. R.

CAP. II.

In caussa adpellationis iurari debet de calumnia, et veritate dicenda.

IDEM.

In adpellationis caussa, (quamquam in principali iuratum fuerit,) præstari iubemus calumniæ iuramentum: et idem in iuramento de veritate dicenda volumus obseruari.

Procurator, deputatus post iuramentum calumniæ, iurabit de calumnia. H. d.

§. 1. Procuratores quoque, (qui post iuramentum calumniæ deputantur,) teneri volumus, (vt calumnia vitatur ab ipsis,) ad subeundum huiusmodi iuramentum: etiamsi a suis dominis, quid ponere 89), aut respondare, seu agere debeant, sint instructi.

Iudex, quoties sibi videtur, exigit iuramentum malitiæ: etiamsi de calumnia vel veritate iuratum sit. Ioann. Andr.

§. 2. In omnibus autem caussis, nedum ante, sed etiam postquam lis fuerit contestata, siue de veritate, siue de calumnia sit iuratum in ipsis, potest iudex a partibus exigere iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire.

89) *Ponere*, non est in C. H.

CAP. III.

Procurator, habens speciale mandatum, iurat de calumnia. Ioann. Andr.

IDEM.

Nullam g tibi iudex iniuriam fecisse censetur, qui procuratorem tui aduersarii, constitutum ad caussam, habentem super hoc speciale mandatum, admisit ad præstandum in ea calumniæ iuramentum.

---

a *Vide l. sed interpellatus. §. 1. ff. de arbitr.* b *Al.* suorum. c *Vide, quæ late tradit Alex. consil. 8. l. 1.* d *Dicit Petr. de Anch. quod olim laici, sa lis huiusmodi probationibus, siue sententia compellebant clericos per sua statuta. Vide not. quod, si cos sententia non arctat non subditum, ita etiam statuta. c. fin. supr. de constit. col. libr. Font.* e *Non ergo potest capere personas aut res eorum, Dom. Petr. de Anch. Phil. Font.*

f *Circa istum §. nota, quod iuramentum de calumnia differt a iuramento de veritate. l. 1. §. quod obseruari. C. eod. Nam iuramentum de calumnia est de credulitate: vnde si aliud sit, non est periurus, quemadmodum dicitur de iuramento partis respondentis articulo per credit, vel non credit, neque respondens confitetur, sed solum releuat aduersarium ab onere probandi. Petr. de Anch. Font.* g *De ista ita vide Matthæum sing. 149. incip. nota, quod si dominus. Adde Innoc. et Alex. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de damn. infect.*

TITV-

TITVLVS V.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

CAP. I.

In ciuilibus non admittitur spoliationis exceptio, facta ab alio quam ab actore. In criminalibus admittitur facta a tertio, dummodo sit de tota substantia vel maiori parte. Exceptio probari debet intra quindecim dies: alias fit condemnatio expensarum. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *in concilio Lugdun.* (*ann.* 1245. *in Gallia.*)

Frequens *a* et adsidua nos querela circumstrepit 90), quod spoliationis exceptio, nonnumquam in iudiciis calumniose proposita, caussas ecclesiasticas impedit et perturbat 91) *b*. Dum enim exceptioni insistitur; adpellationes interponi contingit: et sic intermittitur, et plerumque perimitur caussæ cognitio principalis. Et propterea nos, qui voluntarios labores adpetimus, vt quietem aliis præparemus, finem litibus cupientes imponi, et calumniæ materiam amputare, statuimus, vt in ciuilibus negotiis, spoliationis obiectu, (quæ ab alio, quam ab actore facta proponitur,) iudex in principali procedere non postponat. Sed si in ciuilibus ab actore, in criminalibus autem se spoliatum reus adferat a quocumque 92); intra quindecim dierum spatium, (post diem, in quo proponitur,) quod adserit, comprobabit 93): alioquin in expensis, quas interim actor ob hoc fecerit, (iudiciali taxatione præhabita,) condemnetur, alias, (si iudici æquum 94) visum fuerit,) puniendus. Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, (cum criminaliter accusatur,) qui tota sua substantia, vel maiori parte ipsius, se per violentiam destitutum adfirmat. Et secundum hoc loqui canones, sane credendum est intellectu: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus. Habet enim spoliatus priuilegium, vt non possit exui iam nudatus.

Excipiens de spoliatione, facta a tertio, intra certum tempus, a iudice statuendum, debet restitutionem petere: alias accusabitur, exceptione non obstante. Ioann. Andr.

§. 1. Solet *c* autem 95) inter scholasticos dubitari, si spoliatus a tertio, de spoliatione contra suum accusatorem 96) excipiat, an ei tempus a iudice debeat indulgeri, intra quod restitutionem imploret 97); ne forte sic velit 98) exsistere, vt omnem accusationem 99) eludat 100): quod satis æquitati et iuri consonum æstimamus 1) *d*. Quodsi intra tempus indultum restitutionem non petierit, et caussam, cum potuerit, non duxerit ad finem: non obstante spoliationis exceptione, deinceps poterit accusari.

Agenti super rebus ecclesiasticis, non obstat exceptio spoliationis priuatarum rerum, vel a conuerso. Ioann. Andr.

§. 2. Ad hoc sancimus, vt rerum priuatarum spoliatio, agenti super ecclesiasticis, vel e contrario, nullatenus opponatur.

90) *Circumstrepit*, C. H.
91) *Conturbat*, ibid.
92) *Quemcumque*, C. B.
93) *Adprobabit*, ibid.
94) *Ex tam*, C. H.
95) *Solet enim*, C. O.
96) *Actorem*, C. B. et impr.
97) *Nec*, C. B.
98) *Velit*, C. H.
99) *Actionem*, C. B.
100) *Eludat*, C. H.
1) *Existimamus*, ed. Pith.

CAP. II.

Ecclesia, quæ petit restitutionem decimarum, (quas se dicit intra parochiam alterius possedisse,) non auditur, nisi probet possessionem legitimam. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Ad decimas *e*, quas canonici *f* sancti Nicolai se adserunt intra parochiam ecclesiæ B. clerici possedisse aliquamdiu, et eis 1*) per eumdem clericum spoliatos fuisse, nequaquam debent restitui; nisi euidenter docuerint, quod earum possessionem legitime adsequuti fuissent; quia eos occupasse iniuste verisimiliter præsumuntur: cum proueniant ex prædiis, intra alienam 2) parochiam constitutis, sitque manifestum, (nisi aliud ostendatur,) eas de iure communi ad eamdem ecclesiam pertinere.

1*) *Et eosdem*, C. B. *et eisdem*, H.
2) *Aliam*, C. H.

TITVLVS VI.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

CAP. I.

Actor contumax condemnatur in expensis: nec citatur vlterius ad suam petitionem reus, nisi caueat de veniendo et comparendo.

INNOCENTIVS IV. 3) *g* (*ann.* 1244.)

Actor, qui ad terminum venire, ad quem citari aduersarium fecerat, non curauit, venienti reo in expensis *h*, (propter hoc factis, legitime) condemnetur, ad citationem aliam minime admittendus: nisi sufficienter cauerit, quod in termino fideliter debeat comparere.

3) *Innocentius IV. in concilio Lugd.* C. B.

CAP. II.

Iudex adpellantem et recedentem citare vlterius non tenetur, si vult in caussa procedere: nisi forsitan adpellationi renuntiet. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Eum, qui a tua interlocutoria vel grauamine, quod per te sibi proponit illatum, a tua præsentia recedit adpellans, (cum protestari videatur hoc ipso, se nolle coram te de cetero litigare,) citare ad alia, quæ postea in iudicio facienda incumbunt, vel etiam 4) ad sententiam audiendam, (nisi sponte adpellationi suæ renuntiet,) non teneris: nec ideo minus, (quod in eius absentia processeris,) tuus processus validus reputari debebit.

4) *Etiam*, a C. B. abest.

TITVLVS VII.

DE EO, QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSSA REI SERVANDAE.

CAP. VN.

Quando agitur de beneficio ecclesiastico; ob contumaciam rei non fit missio in possessionem: sed ad sententiam, lite non contestata, proceditur.

INNOCENTIVS IV. 5) *i* (*ann.* 1244.)

Eum *k*, qui super dignitate, personatu, vel beneficio ecclesiastico obtinendis, cum aliquo litigat possessore, ob partis aduersæ contumaciam, caussa rei seruandæ in ipsorum possessionem statuimus non mittendum; ne 6) per 7) hoc ad ea ingressus patere valeat vitiosus: sed liceat in hoc casu, (contumacis absentiam diuina replente præsentia,) etiam lite non contestata *l*, diligenter examinato negotio, ipsum fine debito terminare.

5) *Innocentius VIII.* C. H.
6) *Nec*, C. impr.
7) *Propter*, C. B.

TITVLVS VIII.

VT, LITE PENDENTE, NIHIL INNOVETVR.

CAP. I.

Si, ex duobus litigantibus, electis, alter decedat, renuntiet, vel a prosequutione caussæ excludatur; si, lite pendente, cum reliquo fuerit alia electio facta: non tenet.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Dispendiis, quæ propter electiones diuersas ecclesiæ patiuntur interdum, occurrere cupientes, statuimus, vt, si, (aliquibus apud sedem apostolicam, vel alibi litigantibus, super electionibus; de se in discordia celebratis,) aliquem ipsorum mori, vel suo iuri renuntiare, aut a prosequutione ipsius contigerit quoquo modo excludi, ad electionem aliam, (lite super electione superstitis electi pendente,) nullatenus procedatur: alias attentata contra hoc electio ipso iure viribus non subsistat.

CAP. II.

Si beneficiatus, (contra quem super beneficio litigatur,) cedit, vel decedit; si alius, lite pendente, cum superstite fuerit electus: non valet electio. Si vero aliqui, (quorum interest,) ad defensionem litis velint admitti: in eo statu, in quo erat caussa, admittentur. Ioann. Andr.

IDEM.

Si ii, contra quos super dignitatibus, personatibus, vel aliis ecclesiasticis beneficiis, quæ possident *m*, litigatur, lite pendente cedant,

[a] *Vide Matthæum de Afflictis decis.* 19.
[b] *Al.* conturbat.
[c] *In antiquo codic ita* solet enim.
[d] Existimamus.
[e] *Vide Matth. de Afflict. decis.* 326.
[f] *Vide Bald. gl.* 2. *c. fin. sup. de procur.* Font.

[g] *Al. ita:* Innoc. IV. in concil. Lugdun.
[h] *Vide Bald. in l. sancimus. C. de iud. et c. finem litibus. X. de dol. et contum.* Font.
[i] *Al. ita:* Innoc. IV. in concil. Lugd.
[k] *Amplia istud cap. ad fructus beneficiorum, nec fiet eorum sequestratio, nisi in Clem. II de sequ. poss.* Phil. Font.
[l] *Vbi contra contumacem non mittitur in possessionem, et mora est periculosa: proceditur ad definitiuam.*
[m] *Notat Phil. et Petr. de Anch. quod in beneficialibus est vera possessio, et illa est caussa, quare in talibus fiunt possessoria, sicut in profanis: et limitant istum textum Anch. et Dominicus, non procedere in petitore decedente. Neque obstat Clem. 1 § si vero infra eod. quia illa intelligitur, quando nulla lis pendet, mortuo petitore: item limitatur text. quando lis est inter prouisum a papa, et eum, ad quem spectat prouidere.* Phil. hic Font.

vel

vel forte decedant; ne propter nouos aduersarios, (qui malitiose interdum petitoribus subrogantur,) litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat: statuimus, vt dignitates, personatus vel beneficia huiusmodi, (donec contra superstites lis finita fuerit,) aliis nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur quispiam, vel etiam præsentetur. Quodsi secus actum fuerit: eo ipso irritum habeatur. Sane, si ad defensionem ipsius litis, aliqui, quorum interest, petierint se admitti: eos in illo statu, in quo ipsam inuenerint, decernimus admittendos.

TITVLVS IX.
DE CONFESSIS.

CAP. I.

Super factis negatiua, per partem improbabili, si iudici videbitur, est admittenda positio. Dominicus.

INNOCENTIVS IV. *in concilio Lugdunensi.* (*ann.* 1245.)

Statuimus a, vt positiones negatiuas, (quæ probari non possunt, nisi per confessionem aduersarii,) iudices admittere possint, si, æquitate suadente, viderint expedire.

CAP. II.

Si reus iussus positionibus respondere recusat, vel si contumaciter recedit; habebuntur pro confessatis: secus, si prius, quam sic iussus esset, contumax fuerat. Nam tunc procedetur contra eum, tanquam contra contumacem. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Si post præstitum veritatis, aut calumniæ iuramentum, reus vel procurator ipsius, positionibus, ab aduersario sibi factis, interrogatus, iussusque a iudice b respondere, absque rationabili caussa recuset, aut nolit, seu contumaciter se absentet: haberi debet super iis, de quibus in eisdem positionibus interrogatus exstitit 8), pro confesso. Verum si, antequam respondere sic iussus fuerit, eum 9) contumaciter absentari contingat 10); tunc pro confesso non 11) debet haberi: sed est alias contra eum, tanquam contra contumacem, (prout ratio dictauerit,) procedendum.

8) *Exstiterit*, C. R.
9) *Cum*, non est in C. H.
10) *Contumaciter se absentet*, C. R.
11) *Nondum*, C. H.

TITVLVS X.
DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS 12).

CAP. I.

Socius in crimine simoniæ admittitur in testem, si sit socius criminis tantum, et agatur ciuiliter: alias non. Ioann. Andr.

GREGORIVS IX. 13) *in concilio Laudunensi* 14). (*ann.* 1232.)

Mediatores, per quos scelus simoniæ plerumque committitur, ad testimonium contra sceleris eiusdem auctores 15), in detestationem criminis,) admittuntur, si non agatur criminaliter, sed ciuiliter, et emolumentum exinde non fuerint adsequuti.

12) *Dictio. et attestationibus*, a C. R. et H. absunt.
13) *Gregorius X.* C. R. et H.
14) *Lugdunensi*, ed gloss. *generali Lugdunensi*, C. impr.
15) *Actores*, C. R. et H.
16) *Tibi mandamus*, C. R.

CAP. II.

Ponit modum remissionis curiæ, et dat modum iurandi super positionibus, et dicit, per quem iurari debeat: dat modum respondendi, et modum testes probatorios reprobandi, et reprobatorios iterum reprobandi. H. d. Ioann. Andr.

IDEM. (*ann.* 1238. *Romæ.*)

Præsentium auctoritate mandamus 16), quatenus in caussa, quæ inter abbatem et conuentum S. Nicolai Andegauensis ex vna parte, et priorem et conuentum de Paldigen. Lyconen. 17) diœcesis ex altera, (super eo, quod iidem abbas et conuentus, se ab ipsis, priore et conuentu de Paldigen. 18) possessione subiectionis eiusdem prioratus adserunt spoliatos, et super irritanda quadam compositione, olim inita inter partes, et rebus aliis,) vertitur, ab eisdem abbate et priore, nomine suo, et in animas conuentuum eorumdem, vel maioris et sanioris partis ipsorum, recepto iuramento de veritate dicenda, iniungas dictis abbati et priori, vt tam ponendo, quam respondendo dicant veritatem, quam, (super positionibus, tibi sub bulla nostra transmissis,) ipsi sciunt, et per illos intelligunt, in quorum animas iurauerunt. Præterea sigillatim super quolibet articulo, in qualibet positione contento, facias 19) a 20) partibus sufficienter adinuicem responderi, nulla prorsus ab eis super ipsis positionibus contradictione recepta. Sine iuramento autem a syndico vtriusque partis, quid sciat de huiusmodi positionibus, vel credat, inquiras. Testes etiam, quos super articulis, sub eadem bulla transmissis, pars dictorum prioris et conuentus duxerit producendos, ad reprobandos testes partis alterius, in caussa principali productos, (quorum nomina in eisdem articulis continentur,) vsque ad Kal. Nouembr. proximo futuri, examines, (secundum partis aduersæ interrogatoria, quæ tibi sub eadem bulla transmittimus,) diligenter, primo tamen 21) in personam cuiuslibet testis, a prædictis abbate et conuentu producti, facta sigillatim specificatione criminum vel aliorum obiectorum sibi, in eisdem articulis 22) contentorum. Si vero dicti abbas et conuentus aliquos testes coram te produxerint: contra testes c, ab eisdem priore et conuentu producendos, iuxta articulos, (quos ipsi abbas et conuentus tibi super reprobatione testium productorum 23) prioris et conuentus in eadem caussa 24) d produxerint 25), recipere, ac eos vsque ad Kalendas Februarii, proximo futuri, diligenter examinare procures, simili specificatione criminum, et aliorum, (quæ contra testes eorumdem prioris et conuentus obiecta fuerint,) obseruata, prius tamen præstito iuramento a procuratore dictorum abbatis et conuentus, quod ad hoc ex malitia non procedant.

17) *Spalcen. Lycon.* C. R. per totum. *Spalen. Leconien.* H. *Lincon.* impr.
18) *Spalen.* C. H.

19) *Faciat*, C. H.
20) *A*, non est in C. impr.
21) *Tum*, C. H.
22) *Positionibus*, C. R.
23) *Supra dictorum*, C. R. *prædictorum*, H.
24) *Caussa*, abest a C. H. et impr.
25) *Produxerant*, C. H.

CAP. III.

Aduocatus vel procurator principalis caussæ, in caussa adpellationis testificare non potest: iuramentum autem, (præsumtione faciente pro adpellante,) sibi deferri non debet, nisi iudici videatur. Dominicus.

INNOCENTIVS IV. *in generali concilio Lugdun.* (*ann.* 1245.)

Romana ecclesia: [*et infra.*] In adpellationis caussa 26) is, qui adpellantis procurator vel aduocatus in priori iudicio fuerat, non recipiatur in testem. Neque indistincte ipsi adpellanti, (præsumtione faciente pro eo,) deferatur etiam iuramentum, sed tunc, cum, inspectis personarum et ipsius caussæ circumstantiis, id 27) fuerit faciendum.

26) *Caussis*, C. H.
27) *Id*, non est in C. R.

TITVLVS XI.
DE IVREIVRANDO.

CAP. I.

Prælati, canonici, rectores, et officiales locorum, qui iurant statuta, et consuetudines loci vel ecclesiæ seruare, prætextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impossibilia vel obuiantia ecclesiasticæ libertati: nec ad ea debet intentio sua referri. Ioann. Andr.

NICOLAVS III. (*ann.* 1278. *Romæ.*)

Contingit e in nonnullis ecclesiis de earum consuetudine obseruari, quod nec 28) ipsarum prælati, (cum primo ad ecclesias ipsas accedunt,) admittuntur, nec canonici, (cum de recipiendis ibidem nouis canonicis agitur,) aliter recipiuntur in ipsis 29), nisi iurent statuta et consuetudines ipsarum ecclesiarum 30), scripta et non scripta, inuiolabiliter obseruare. Inter laicos etiam in multis ciuitatibus, castris et terris, in suis potestatibus, rectoribus vel officialibus adsumendis, consuetudinis morbus irrepsit, quod potestates, rectores, et officiales huiusmodi, ad potestarias, rectorias et officia eadem, (nisi prius seruaturos se statuta ipsorum locorum clausa f iurauerint,) nullatenus admittantur. Quia vero in statutis, consuetudinibusque supra dictis interdum aliqua reperiuntur illicita seu impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati; (ne sub tali generalitate iurandi, sic iurantibus peccandi occasio præbeatur, cum iuramentum non fuerit, vt esset iniquitatis 31) vinculum, institutum:) hac generali constitutione animarum periculis obsistere cupientes, præcipimus, a quibuscumque, scientibus contineri in prædictis consuetudinibus et statutis illicita, impossibilia vel libertati ecclesiasticæ obuiantia, iuramenta huiusmodi 32) aliquatenus

28) *Nec*, in C. R. et H. h. l. non habetur.
29) *Vel cum de recipiendis ibidem nouis canonicis agitur, nec prælati admittuntur, nec canonici aliter recipiuntur in ipsis* etc. C. R. et impr.
30) *Ecclesiarum*, non est in C. H.
31) *In iniquitatis*, C. R.
32) *Huiusmodi*, C. H. non habet.

a *Vide Paul. de Castr cons.* 167. *incip. ad primum. vol.* 2. *et Cyn. l.* 2. § *sed quia. C. de iur. cal.* b *Vide supr. c. prox. et ff. de interrog. act. l.* 4. *§ fin. supr. de dolo, sicut ibi de hoc Ioann. Andr.*

c *Nota, quod iudex potest præfigere terminum ad reprobandas personas testium ante publicationem attestationum. Nam attestationes publicata non transit quia iudex eas caussas tenebatur remittere. Petr. de Anch. Fons.* d *Dictio,* caussa, *deest in antiqu. codd.* e *De intellectu, vide Decium in rubr. de consti.* 1. *lect.* f *An sit differentia iurare simpliciter, obseruare statuta, vel contenta in statutis, vel prout in statutis, vide Felin. in c. cum accessissent. de constit.*

non

non præstari. Et talia iuramenta, ea intentione facienda, vel facta, vt etiam illicita vel impossibilia, seu ecclesiasticæ libertati obuiantia obseruentur, (cum etiam sub tali intentione[a] præstari non possint absque diuinæ maiestatis offensa,) decernimus in huiusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati ecclesiasticæ obuiantibus, non seruanda: quin potius pro animarum salute, si sub 38) forma prædicta vel simili aliquos, ignorantes prædicta illicita seu impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia iurare contigerit, ad obseruanda dumtaxat licita, possibilia et non obuiantia libertati ecclesiasticæ, iurantium 39) referri debet intentio. Declaramus quoque iuramenta, sub huiusmodi generalitate qualitercumque et sub qualicumque a verborum forma præstita vel præstanda, ad licita, possibilia, et libertati ecclesiasticæ non obuiantia *b*, tantum extendi, ipsosque iurantes ad alia per præstationem iuramenti huiusmodi non teneri.

38) *Vt sub*, C. 8.
39) *Iuramente, al. iurantem*, C. 8. vltimis tamen verbis puncta subiecta sunt, signa deletionis.

CAP. II.

Per ecclesiasticum iudicem ordinarium loci, compellitur iudex sæcularis ecclesiastica censura, ius canonicam, quod ad prouisionem animarum statutum est, seruare.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Licet mulieres, quæ alienationibus dotium et donationum propter nuptias consentiunt non contrauenire, proprio iuramento firmantes, seruare iuramentum huiusmodi, non vi nec dolo 40) præstitum, de iure canonico teneantur; quia tamen quidam iudices sæculares eas contra præfatas alienationes audiunt, quamuis eis constet legitime de huiusmodi iuramento et nos 41), animarum periculis obuiare volentes, eosdem iudices ad seruandum hoc ius canonicum, per locorum ordinarios censura ecclesiastica decernimus compellendos.

40) *Vel dolo*, C. H.
41) *Nos autem*, C. B.

CAP. III.

Electus, post sacramentum ponens vel respondens contraria directe, (nisi rationabiliter excusetur,) velut periurus a confirmatione repellitur. Idem, si hoc fecerit procurator, ipso mandante, vel ratum habente vel non reuocante. H. d. Ioan. Andr.

IDEM.

Cum in positionibus super electionis tuæ 42) negotio, (post iuramentum, in caussa præstitum,) a te datis, seu responsionibus, quas ad positiones tui aduersarii fecisse dignosceris, reperiatur contrarietas manifesta: tibi tamquam periuro, (nisi iusta caussa et rationabilis te excuset,) super ipsa electione perpetuum silentium imponi debebit.

Idem fiet, (si, te expresse mandante, vel etiam ea 43) postfacto sciente, ac ratum habente, seu non reuocante,) positiones, aut responsiones huiusmodi 44) contrarias tuo nomine tuus fecerit procurator.

42) *Tua*, non est in C. impr.
43) *Etiam et ex*, etc. C. H.
44) *Huiusmodi*, desideratur ibid.

TITVLVS XII.

DE EXCEPTIONIBVS.

CAP. I.

Sex sunt dicta huius decretalis. Primo *ponit arengam et ius antiquum,* et *constitutionis caussam.* Secundo *dicit, quod reus, qui contra actorem de excommunicatione excipit, vt ipsum repellat ab agendo, debet ipsius excommunicationis speciem, et nomen excommunicatoris exprimere, et eam intra octo dies probare: alias iudex procedet in caussa, et illum in expensis condemnabit.* Tertio *statuit, quod, si iterum obiiciatur, et probetur eadem vel alia excommunicatio, actor repellitur: sed quæ acta sunt, valebunt.* Quarto, *quod vltra duas vices hæc exceptio non apponatur, nisi ex caussa.* Quinto, *quod, si apponitur post rem iudicatam, impeditur exsequutio, sententia nihilominus valet.* Sexto *dicitur, quod iudex publice excommunicatum, reo non opponente, ex suo officio debet ab agendo repellere.* Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *in concilio Lugdun.* (*ann.* 1245.)

Pia *d* consideratione statuit mater ecclesia, quod maioris excommunicationis exceptio, in quacumque parte iudiciorum opposita, lites differat, et repellat agentes: vt ex hoc magis censura ecclesiastica timeatur, communionis 45) *e* periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, et excommunicati, (dum a communibus actibus excludun-tur,) rubore suffusi 46) ad humilitatis gratiam, et reconciliationis affectum facilius inclinentur. Sed, hominum succrescente malitia, quod prouisum est ad remedium, tendit ad noxam. Dum enim in caussis ecclesiasticis frequentius hæc exceptio per malitiam opponitur: contingit interdum differri negotia, et partes fatigari laboribus et expensis. Proinde, (quia morbus iste quasi communis irrepsit,) dignum duximus communem adhibere medelam. Si quis igitur excommunicationem opponit: speciem illius, et nomen excommunicatoris exprimat, sciturus eam rem se deferre debere in publicam notionem, quam intra octo dierum spatium *f*, (die, in quo proponitur 47), minime computato,) probare valeat apertissimis documentis. Quod si non probauerit: iudex in caussa procedere non omittat, reum in expensis, quas actor ob hoc diebus illis se fecisse docuerit, præhabita taxatione, condemnans. Si vero postmodum, instantia durante iudicii 48), et probationis copia succedente, de eadem excommunicatione vel alia excipiatur iterum, et probetur 49): actor in sequentibus excludatur, donec meruerit 50) absolutionis gratiam 51) obtinere, iis, quæ præcesserunt 52), nihilominus in suo robore duraturis, prouiso, quod vltra 53) duas vices hæc non opponatur exceptio, præterquam si excommunicatio noua emerserit, vel euidens, et prompta probatio superuenerit de antiqua. Sed si post rem iudicatam talis exceptio proponatur; exsequutionem impediet: sed sententia, quæ præcessit 54), non minus robur debitum obtinebit, eo tamen saluo, vt, si actor excommunicatus sit publice, et hoc iudex nouerit *g*, quandocumque, (etsi de hoc reus non excipiat,) iudex ex officio *h* suo actorem repellere non postponat.

45) *Et excommunicationis*, C. B. et H.

46) *Perfusi*, C. 8.
47) *Opponitur*, ibid.
48) *Iudicii*, C. H.
49) *Et probetur de eadem*, C. B.
50) *Meruit*, C. impr.
51) *Beneficium*, C. 8.
52) *Præcesserit*, C. H.
53) *Vt vltra*, C. B. et H.
54) *Præcesserit*, C. B.

CAP. II.

Exceptio rei iudicatæ per ecclesiasticum iudicem admitti debet in foro sæculari, et e conuerso. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Cum quidam sæculares iudices, (dum coram eis excipitur de re, per ecclesiasticum iudicem iudicata, in casu, quo 55) ad eum pertinet cognitio de consuetudine, vel de iure,) recusent 56) excipientes audire, in derogationem iurisdictionis ecclesiasticæ et contemtum: decernimus, vt per censuram ecclesiasticam ab iniquitate coerceantur huiusmodi, et ad admittendum 57) exceptionem eamdem, (vbi alias de iure debet admitti,) a locorum ordinariis compellantur.

Similiter ecclesiastici iudices, (si coram ipsis excipiatur de re, per sæcularem iudicem iudicata,) exceptionem ipsam admittant, in iis, quæ animarum periculum non inducunt, per superiores suos, (nisi fecerint,) animaduersione debita castigandi.

55) *In quo*, C. H.
56) *Recusant*, C. B.
57) *Admittendam*, C. impr.

TITVLVS XIII.

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

CAP. I.

De præscriptionibus sufficit bona fides, vbi ius commune, vel præsumtio non est contra præscribentem; alias debet adlegari titulus, et probari: nisi sit præscriptio, cuius contrarii non exstat memoria. H. d. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Episcopum, qui ecclesias, et decimas, quas ab eo repetis, proponit, (licet in tua sint constitutæ diœcesi,) se 58) legitime præscripsisse, adlegare oportet, (cum ius commune contra ipsum faciat,) huiusmodi præscriptionis titulum *i*, et probare. Nam licet ei, qui rem præscribit ecclesiasticam, si sibi non est contrarium ius commune, vel contra eum præsumtio non habeatur 59), sufficiat bona fides; vbi tamen est ei ius commune contrarium, vel habetur præsumtio contra ipsum; bona fides non sufficit; sed est necessarius titulus, qui possessori caussam tribuat præscribendi: nisi tanti temporis adlegetur præscriptio, cuius contrarii memoria non exsistat.

58) *Se*, non est in C. H.
59) *Habetur*, C. O.

a *Al.* quæcumque. b *Hæc generalis principis confirmatio trahitur ad illicita, et alia, de quibus in text. Alex. consil. 59. vol. 1. et Dec. consil. 172.* c *Vide not. per Rom. sing. 498. incip. vbi iuramentum. et 499. incip. eo fiet. et per Ioann. Andr. in cap. cum laicus. de foro compet. Adde Fel. in c. 1. extr. de iureiur.* d *De intellectu vide Couarru. in cap. quamuis. de pact. l. 6. in 3. par. relectio §. 3. et Lud. Gom. in reg. cancellariæ, de annali possessore, quæst. 44.* e *Al.* et communionis.

f *Sed si vltimus dies esset feriatus, an talis inter octo esset computandus, docet Fel. in cap. fin. de except.* g *Not. quod non sequitur, iste est publice excommunicatus, ergo iudex scit. Vide c. 8. §. notandum C. 2. qu. 3. Arch. Fane.* h *Vide Dec. in c. pastoral. de appell.* i *An sufficiat titulus putatiuus, docent Abb. et Fel. in c. de quarta. et in c. auditis. de præscr.*

CAP.

CAP. II.

Priuatus ipso iure vel per sententiam bonis, quæ tenet a Romana vel aliis ecclesiis, illa minori spatio centum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præscribit. Filii autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam et alias ecclesias præscribunt spatio quadraginta annorum: et idem in extraneis. Ioann. Andr.

IDEM.

Si qui a, (exigentibus culpis vel excessibus, ab eisdem commissis,) bonis, quæ a Romana, vel ab aliis tenent ecclesiis, sint per sententiam, vel ipso iure priuati; statuimus, vt in adprehendendis, vel occupandis postea quandocumque bonis eisdem, nullos, (licet leges humanæ super hoc alia tempora statuere videantur,) ipsis ecclesiis temporis lapsus obsistat: nisi contra ipsam Rom. ecclesiam centenaria, vel contra ecclesias alias quadragenaria præscriptio legitime sit completa. Si post mortem hæreticorum, (qui, dum viuerent, catholici putabantur,) bona ipsorum a catholicis eorum filiis, vel nepotibus, aut extraneis quibuscumque, spatio XL. annorum fuerint bona fide possessa; sancimus, eos super bonis huiusmodi 60), (etiamsi ad Romanam peruenire deberent ecclesiam,) in hoc casu non esse vlterius molestandos: quamquam illi, quorum bona fuerant 61), nunc detegantur hæretici exstitisse.

60) *Huiusmodi ecclesiasticis*, C. R. *bonis ecclesiasticis etiam*, H.
61) *Fuerint*, C. H.

TITVLVS XIV.
DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

CAP. I.

Iudex, qui contra iustitiam et contra conscientiam aliquid in iudicio fecerit in grauamen partis, per gratiam vel per sordes, condemnandus est parti læsæ in æstimationem litis, et per annum est suspensus, et perpetuo, si medio tempore ingerat se diuinis: nisi papa cum ipso dispenset. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *in concil. Lugdunensi. (ann. 1245. in Gallia.)*

Cum æterni tribunal iudicis illum reum non habeat, quem iniuste iudex condemnat, testante propheta b: *nec damnabit eum, cum iudicabitur illi:* caueant ecclesiastici iudices, et prudenter attendant, vt in caussarum processibus nil vindicet odium, vel fauor vsurpet, timor exsulet, præmium aut exspectatio præmii iustitiam non euertat, sed stateram gestent in manibus, lances adpendant æquo libramine, vt in omnibus, quæ in caussis agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis et ferendis, præ oculis habeant solum Deum, illius imitantes exemplum c, qui querelas populi, tabernaculum ingressus, ad Dominum referebat, vt secundum eius imperium iudicaret. Si quis autem iudex ecclesiasticus, ordinarius, aut etiam delegatus, famæ suæ prodigus, et proprii persequutor honoris, contra conscientiam et contra iustitiam, in grauamen partis alterius in iudicio quidquam fecerit per gratiam, vel per sordes; ab exsequutione officii per annum nouerit se suspensum, ad 62) æstimationem litis parti, quam læserit, nihilominus condemnandus, sciturus, quod, si, suspensione durante, damnabiliter ingesserit se diuinis, irregularitatis d laqueo se inuoluet, secundum canonicas sanctiones: a qua 63) non nisi per summum pontificem poterit liberari, saluis aliis constitutionibus, quæ iudicibus, male iudicantibus, pœnas ingerunt 64) et infligunt. Dignum est enim, vt, qui in tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur.

62) *Et ad*, C. R.
63) *A qua*, C. O.
64) *Inferunt*, C. R.

CAP. II.

Papa imperatorem deponere potest ex caussis legitimis. H. d. secundum Paulum.

IDEM, *sacro præsente 65) concilio, ad memoriam sempiternam. (ann. 1245. in Gallia.)*

Ad apostolicæ dignitatis: *[et infra.]* Sane, cum dura guerrarum commotio nonnullas professionis Christianæ prouincias diutius adflixisset: nos ad Federicum 66), præcipuum principem secularem, huiusmodi dissensionis et tribulationis auctorem 67), a felicis recordationis Gregorio papa IX. 68) prædecessore nostro, pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuntios, et magnæ auctoritatis viros, videlicet venerabiles fratres 69), P. Alban. et Hug. 70) e Sabin. episcopos, ac dilectum filium Gulielmum, Basilicæ XII. apostolorum presbyterum cardinalem 71), qui salutem zelabantur ipsius, duximus destinandos, facientes sibi proponi per ipsos, quod nos et fratres nostri, (quantum in nobis erat,) pacem f per omnia secum habere, nec non cum omnibus hominibus optabamus, parati sibi pacem et tranquillitatem dare, ac mundo etiam vniuerso. Et quia prælatorum, clericorum, omniumque aliorum, quos detinebat captiuos, et omnium tam clericorum, quam laicorum, quos ceperat in galeis 72), restitutio poterat esse pacis plurimum inductiua: eum, vt illos restitueret, (cum hoc idem, tam ipse, quam sui nuntii, antequam ad apostolatus vocati essemus officium, promisissent 73), rogari et peti ab ipso fecimus per eosdem, ac proponi insuper, quod iidem pro nobis parati erant audire, et tractare pacem, ac etiam audire 74) satisfactionem, quam facere princeps vellet de omnibus, pro quibus erat vinculo excommunicationis adstrictus, et offerre 75) præterea, quod, si ecclesia eum in aliquo contra g debitum læserat, (quod non credebat,) parata erat corrigere, ac in statum debitum reformare. Et, si diceret ipse, quod in nullo contra iustitiam læserat ecclesiam, vel quod nos eum contra iustitiam læsissemus, parati eramus vocare reges, prælatos, et principes, tam ecclesiasticos, quam seculares ad aliquem tutum locum, vbi per se, vel sollemnes nuntios conueniret h. Eratque parata ecclesia de consilio concilii sibi satisfacere, si eum læsisset in aliquo, ac reuocare sententiam, si quam contra ipsum 76) iniuste tulisset, et cum omni mansuetudine et misericordia 77), (quantum cum Deo et honore suo fieri poterat,) recipere de iniuriis et offensis ipsi ecclesiæ, suisque per eum irrogatis, satisfactionem ab i eo volebat, et omnes amicos suos, sibique adhærentes k, in pace ponere, plenaque securitate gaudere, vt numquam hac occasione possent aliquod subire discrimen. Sed, licet sic apud eum pro pace paternis monitis, et precum curaremus insistere lenitate; idem tamen, Pharaonis imitatus duritiam, et obturans l more aspidis aures suas, preces huiusmodi et monita, elata 78) obstinatione, ac obstinata elatione despexit: propter quod non valentes absque graui offensa Christi eius iniquitates amplius tolerare, cogimur, (vrgente nos conscientia,) iuste animaduertere in eumdem. Et, vt ad præsens de ceteris suis sceleribus taceamus, quatuor grauissima, (quæ nulla possunt tergiuersatione celari,) commisit. Deierauit enim multoties pacem, quondam inter ecclesiam et imperium reformatam, temere violando: *[et infra.]* Perpetrauit sacrilegium, capi faciens cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac aliarum ecclesiarum prælatos et clericos religiosos, et seculares, venientes ad concilium, quod idem prædecessor noster duxerat conuocandum: *[et infra.]* De hæresi quoque non dubiis et leuibus, sed difficilibus et euidentibus argumentis suspectus habetur: *[et infra.]* Præter hæc regnum Siciliæ, (quod est speciale patrimonium B. Petri m, et idem 79) princeps ab apostolica sede tenebat in feudum,) iam ad tantam in clericis et laicis exinanitionem, seruitutemque redegit, quod, eis pæne penitus nihil habentibus, et omnibus exinde fere probis eiectis, illos, qui remanserunt ibidem, sub seruili quasi conditione viuere, ac Romanam ecclesiam, (cuius sunt homines principaliter et vasalli,) offendere multipliciter et hostiliter impugnare compellit. Posset etiam merito reprehendi, quod mille quidem tarrotum 80) annuam pensionem, (in qua pro eodem regno ipsi ecclesiæ Romanæ tenetur,) per nouem annos et amplius soluere prætermisit.

Nos itaque, super præmissis, et quam pluribus 81) aliis eius nefandis excessibus, cum fratribus nostris et sancto concilio deliberatione præhabita diligenti, (cum Iesu Christi vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in B. Petri persona sit dictum n: *quodcumque ligaueris super terram, ligatum erit et in cælis:*) memoratum 82) principem, qui se imperio et regnis a, omnique honore et dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates a Deo, ne regnet, vel imperet, est abiectus 83), suis ligatum peccatis, et abiectum, omnique honore ac dignitate priuatum a Domino, ostendimus, denuntiamus, et nihilominus sententiando priuamus, omnes, qui ei 84) iuramento fidelitatis tenentur adstricti, a iuramento huiusmodi perpetuo absoluentes,

65) *Adprobante*, C. R.
66) *Fridericum*, C. impr.
67) *Adtorem*, C. O.
68) *IX* abest a C. H. et impr.
69) *Fratres nostros*, C. R. et H.
70) *Et G.* C. R. et H. *et H.* impr.
71) *Cardinales*, C. H.

72) *Galliis*, C. impr.
73) *Promiserit*, C. R. *promisit*, H.
74) *Illi dare*, C. H.
75) *Offerri*, C. R. et H.
76) *In eum*, ibid.
77) *Modestia*, C. H.
78) *Elato*, C. impr.
79) *Quod et idem*, C. R.
80) Diction. *quidem tarrorum*, non sunt in C. H.
81) *Quam plurimis*, ibid.
82) *Ligatum et in cælis, et quodcumque solueris super terram, erit solutum et in cælis, memoratum*, ibid.
83) *Eiectus*, C. R.
84) *Omnes eos, qui*, C. H.

a *De intellectu, Ioann. Fab. instit. de vsu et reb. fisci.* b *Psalm.* 36. c *Exod.* 32. d *Vide Doct. in c. fin. de cler. excomm. ministr. et quid sit irregularitas, et vnde sumserit originem. Dom.* a. G.

f *Vide Spec. tit. de comp. vid. ad 6. v. et Fel. in c. cum sit. de for. comp.* g *In quodam manuscr. desunt hæc duo verba:* contra debitum. h Conuenirent. i Ab ipso. k *Vid. c. instare, C. 6. qu. 1. et l. h duo. §. fin. ff. de arb. et Barr. in l. 133 ff. de verb. obl.* Font. l *Aliàs:* obturantis. *Exod.* 6. m *Adde cap. mandata, et ibi DD. de præscript.. et can. 1. dist. 94. et Clem. 2. Romani de iur.* n *Matth.* 16. o *Nota, quod dignitates seculares de iure plures simul teneri possunt absque dispensatione: licet secus sit in ecclesiasticis. de quo in c. 1. de consuet. et cap. de multa. de præbendis.*

auctoritate apostol. firmiter inhibendo, ne quisquam de cetero sibi, tamquam imperatori vel regi, pareat et intendet, decernendo 85) a quoslibet, qui ei deinceps, velut imperatori vel regi, consilium vel auxilium præstiterint seu fauorem, ipso facto *b* excommunicationis sententiæ subiacere. Illi autem 86), ad quos in eodem imperio imperatoris spectat electio, eligant libere successorem.

De præfato Siciliæ regno prouidere curabimus cum eorumdem fratrum nostrorum consilio, sicut viderimus expedire.

85) *Et decernendo*, ibid.
86) *Autem*, desideratur ibid.

CAP. III.

Qui petit rem certam, caussa expressa, si illam caussam non probat, succumbit: licet aliam probet, maxime postmodum emergentem. Ioann. Andr.

IDEM *præceptori hospitalis S. Ioannis* 87) *Hierosol. in Hispania, et commendatori* 88), *ac fratribus domus* 89) *de Curuaria* 90), *hospitalis eiusdem. (ann. 1250. Romæ in Hispaniam.)*

Abbate *c* sane: [*et infra.*] Abbas de Bonefac. pro se et conuentu suo proponens, locum de Rosellis esse prædicti monasterii iure dominii, vel quasi, et cum suis finibus ex largitione regis Arragoniæ ad ipsum monasterium pertinere, petiit adiudicari eidem 91) monasterio locum ipsum, et vos exinde amoueri. Adlegabatur autem pro parte vestra, quod facta vobis donatio de prædictis valida existebat, quamuis illa sub Sarracenorum tunc existerent potestate: quia non simpliciter, sed sub conditione fuere donata, videlicet si ad manus fidelium deuenirent. In quo casu concessio poterat, et debebat habere vigorem; quia ipsi donationi rerum donatarum natura vel qualitas non obstabat, et salubre ac laudabile quidem erat spectare 92) ac præstolari tempus, quo illa Christianorum dominio subderentur: quare 93) mox, cum peruenerunt ad ipsos, fuerunt ad vos totaliter 94) deuoluta. Multum quoque distabat, an ipsi monasterio de Bonefac. vel prædicto monasterio Populeti ab eodem rege facta donatio fuisset: quia, etsi liquebat prædicto monasterio Populeti ab ipso rege, ac ab illo 95) abbati et conuentui de Bonefac. fuisse collata, non tamen ob hoc constebat, dictum regem ipsi 96) monasterio de Bonefac. illa donasse, vel mandasse donari. Nec pro eo, quod voluit et statuit, vt ædificaretur ibi monasterium, poterat et debebat intelligi, eum prædicta, vel eorum aliqua construendo monasterio donauisse; cum illa potius sua videretur 97) intentio, vt, (quia præfatum monasterium Populeti, tot et tantorum bonorum largitione ditabat,) abbas et conuentus ipsius pro sua suorumque salute monasterium construere tenerentur: præsertim quia monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat. Præmissa vero concessio 98), facta monasterio de Bonefac. ab abbate et conuentu monasterii Populeti, nullum prorsus ei videbatur adferre suffragium, pro eo potissime *d*, quod post litem contestatam, et processum iudicii facta fuerat, sicut clare patebat ex instrumento præfato. Vnde cum ius, (si quod in prædictis ipsi monasterio de Bonefac. ex concessione huiusmodi competebat,) in iudicio minime deduxisset; (quia videri non potest illud venisse 99), quod postmodum accidit:) pronuntiari vtique super petitis non poterat ex eadem. Pro parte autem altera dicebatur, quod, cum rex ipse sua probitate ac studio, ab infidelibus loca conquisiuerit 100) supra dicta, donatio sui vel patris ipsius, prius 1) facta de illis, cum 2) ad cultum fidei peruenirent, regem eumdem, quoad hæc, sic 3) per eum postmodum adquisita, obligare non potuit: cum sua proprie facta essent, et viderentur ab aliis bonis hereditariis separata.

Porro, præfata concessio, facta monasterio de Bonefac. a monasterio Populeti, licet post acceptum iudicium caussæque processum interuenerit, prodesse tamen et valere debebat: cum pro actore, (quod de iure suo ex caussa idonea, quamuis superuenienti *e*, adpareat,) satis sufficere videatur, satisque esse, sic 4), (prout seruatur in reo,) intersit ipsius tempore sententiæ proferendæ. Sed ad hæc pars vestra respondit, quod, cum tam supra dicti sui donatio, quam locorum adquisitio præmissorum, fuerint nomine regni factæ, memoratus rex donationem seruare huiusmodi tenebatur *f*. Ceterum prædicta 5) monasterii Populeti concessio, monasterio de Bonefac. auxiliari non poterat in hac parte; quia, cum quis egit ex aliqua certa et speciali 6) caussa, et postea, siue alia, siue similis ei, quam exposuit, accidit, videri non potest ille in iudicio 7) deuenisse: cum iudex tunc prospicere ac attendere 8) debeat diligenter, an *g* ex ea omnino eadem 9), quæ prius expressa extitit, vtpote, quæ tunc etiam competeret, actoris intentio sit fundata. Secus autem, cum egit vel petiit in genere, nullius certæ, vel specialis caussæ faciens mentionem, videlicet quia generaliter forte proposuit, aliquem obnoxium esse sibi, vel ad se iure dominii, vel quasi, rem aliquam pertinere. Tunc enim hoc 10) præcipue est inspiciendum iudici, an sufficienter vel minime de iure vel intentione constet actoris. Vnde si de hoc ex caussa, etiam postmodum accidenti, liqueat; potest et debet iudex, (etiamsi adpareat minus iuste a principio fore actum,) suum exinde animum informare: quoniam, etsi petitum fuerit indebite, non ob hoc tamen minus valuit et tenuit iudicium subsequutum, nec illius acta vel gesta propterea minus valida extiterunt, nec etiam iudex ipse, cognita taliter veritate, pronuntiare in contrarium posset cum libera conscientia et secura. Non prodesset etiam multum reo, si tunc forte in ipsum ex huiusmodi superuenienti caussa, condemnatio non ferretur: cum, mox alio instituto iudicio, foret ex illa 11) merito condemnandus. Vnde, etsi actori suam ex superuenienti caussæ intentionem 12) sufficiat fundauisse, cum egit, aliqua caussa specialiter non expresse; secus tamen 13) est, si certam et specialem in sua petitione subiunxerit: nisi postmodum intentionem suam ex eadem prorsus, (quam prius expressit,) tunc 14) *h* etiam competenti caussa fundarit 15). Quare cum memoratus abbas monasterii de Bonefac. proposuerit 16), sæpe fatum locum de Rosell. cum suis terminis ad ipsum monasterium ex prædicti regis largitione spectare, nec de aliqua facta ipsi monasterio super hoc ab eodem rege concessione docuerit, ostenderit autem, donationem quondam factam illi de his ab abbate et conuentu monasterii Populeti, quæ nec in sua petitione fuerat expressa, nec etiam ante facta: nullum profecto commodum ex ea reportare debebat.

Præfatus igitur cardinalis, præmissis omnibus, et aliis, quæ hinc inde fuerunt proposita, diligenter auditis ac vtriusque partis meritis æqua iustitiæ lance discussis, prudenter attendit, id, quod prædicti abbas et conuentus de Bonefac. proposuerunt, intentionem videlicet 17) actoris, ex iis, quæ post litis contestationem accidunt, posse fundari, eaque debere in iudicium deuenire, tunc locum habere, (sicut congrue adlegatum est supra,) videlicet quando ex certa et expressa *i* caussa specialiter non est actum. Ex iis enim, quæ post inchoatum iudicium eueniunt, quando caussæ fuit exposita specialis, nec debet, nec potest iudicis animus ad proferendam 18) sententiam 19) informari: quia, cum certæ caussæ facta est mentio, vtpote donationis, vel venditionis aut alterius specialis 20), oportet incepti iudicii tempus attendi, vt liquido cognoscatur, an tunc interfuerit 21) actoris, propter illa, quæ specialem comitantur caussam, et necessario adesse debent, veluti locus et tempus, et huiusmodi, quæ sunt sollicite attendenda, et sine quibus caussa 22) vacua et inualida censeretur. Sed cum est in genere absque alicuius caussæ declaratione petitum; non sic oportet accepti iudicii tempus inspici: quia non requiruntur, nec sunt opportune, nec attendi possunt huiusmodi comitantia in hoc casu *k*. Et licet aliquibus curiosis, (qui de iis, quæ non multum expediunt, sæpe disceptant,) aliter forsan adpareat, quando actum est caussa aliqua non expressa *l*; vtilius tamen videtur negotiis tali expediri compendio, quam per quemdam exactam subtilitatem longo dispendio prorogari: præsertim cum nonnulla pro vtilitate communi contra iuris asperitatem ex æquitatis mansuetudine

87) A C. R. et H. absunt vocabula: *S. Ioannis*.
88) *Commendatoribus*, C. H.
89) *Domus*, ibid. non legitur.
90) *Ceruaria*, C. R.
91) *Prædicto*, C. R. et H.
92) *Exspectare*, ibid.
93) *Quia*, C. H.
94) *Taliter*, ibid.
95) *Alio*, C. impr.
96) *Dicto*, C. H.
97) *Videatur*, C. R. et H. *videtur*, impr.
98) *Donatio*, C. R. et H.
99) *In illud iudicium venisse*, C. H.
100) *Adquisierit*, ibid.
1) *Primo*, C. R.
2) *Quam*, C. H.
3) *Si per eum*, ibid.
4) *Si*, C. H. et impr.

5) *Prædicti*, C. H.
6) *Vel etiam speciali*, C. R.
7) *In iudicium*, C. H.
8) *Intendere*, C. R.
9) *An omnino ex eadem*, C. H.
10) *Hic*, C. impr.
11) *Ex alio*, C. H.
12) *Intentionem*, ibid.
13) *Tamen*, desideratur ibid.
14) *Et tum*, C. R. et impr.
15) *Fundauit*, C. R.
16) *Proposuit*, C. H.
17) *Videlicet*, abest ab eod. C.
18) *Ferendam*, C. R.
19) *Sententiam interpositam*, ibid.
20) *Specialis contractus*, ibid.
21) *Illa fuerit*, ibid.
22) *Caussa*, abest a C. R. et H.

a *Al.* et decernendo. b *Id est*, absque monitione. Ita Dec. in cap. reprehensibilis de adpell. et consil. 138. c De intellectu vid. Ioann. Fab. inst. de act. § sic itaque discretis. d Vide Bart. et Alex. in l. habebat. de instit. act. et Alex. in l. dicunt, de re iudic. et Felin. in cap. licet, de probat. e Vide decis. Rot. 176. in nouis.

f Vide de hoc Bart. in l. prohiberet. § plane. ff. quod vi aut clam. et Rein. consil. 25. lib. 2. g In quodam manuscripto legitur sic: an et omnino eadem, etc. h *Al.* et tunc etiam. i Vide ad hoc Bart. in l. 1. ff. de edend. et l. habebat. ff. de inst. act. et Felin. in c. ex parte. 1 de rescript. k Vide Bart. in l. et an eadem. § actiones. ff. de except. rei iud. Font. l Vide l. si rem. § fin. ff. de pign. act. l. non potest videri. ff. de iud.

tolerari

tolerari noscantur. Vnde idem cardinalis, considerans, quod ipsi 23) abbas et conuentus de Bonefac. non probauerunt 24), largitionem super his regiam legitime 25) sibi factam, ex qua specialiter vos impetere videbantur, ab huiusmodi eorumdem 26) abbatis et conuentus impetitione 27), de mandato nostro, præhabito fratrum nostrorum consilio 28), vos duxit sententialiter absoluendos. Nos igitur, cardinalis eiusdem sententiam ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus.

23) *Idem*, C. a.
24) *Probauerint*, C. R.
25) *Legitime*, ibid. non legitur.
26) *Eorumdem*, a C. R. abest.
27) *Petitione*, C. H.
28) *Concilio*, ibid.

CAP. IV.

Si ex pluribus iudicibus vel arbitris, vnus, (aliis præsentibus et mandantibus,) per verba pluralis numeri ferat sententiam; tenet sententia: electio autem pronuntianda est per verba singularia. H. d. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1298.)*

Cum a ab vno arbitrorum vel iudicum, (aliis præsentibus et mandantibus,) scripta sententia recitatur: habetur perinde, ac si simul esset ab omnibus recitata *b*. Oportet tamen, vt is, qui recitat, non vtatur verbis singularis numeri, sed pluralis, vt dicat: *nos, tales iudices vel arbitri, pronuntiamus, seu statuimus in hunc modum:* licet secus in electione seruetur, in qua, (vt censeatur euidentius vnica, et communis,) est ab vno vice omnium, (siue per compromissum, siue per scrutinium procedatur,) electionis pronuntiatio per verba singularis numeri facienda.

CAP. V.

Ponit tres casus nullitatis sententiæ, et a primo vnum casum excipit. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Etsi sententia definitiua, (postquam scripta fuerit,) debeat a iudice, non ab alio, de scripti recitatione proferri, (alias nec nomen sententiæ mereatur habere, nec ab ea sit adpellare necesse:) episcopo tamen, (quem propter dignitatis prærogatiuam ampliori conuenit honore fulgere,) sententiam, ab eo ferendam, licebit, (ad instar illustrium personarum,) per alium recitare. Sententia, quam scriptam edi a iudice litigatoribus, non recitari, vel quam ab ipso stando, non sedendo proferri contingit, nullius penitus est momenti.

TITVLVS XV.
DE ADPELLATIONIBVS.

CAP. I.

Adpellans ad papam in iudicio vel extra, adpellare debet in scriptis, et caussam exprimere, et apostolos petere. Si vult et petit adpellatus: principales personæ per se, vel per procuratores, instructos super principali, accedere debent ad papam. In adpellationibus, a sententia definitiua interpositis, nil mutatur. Demum vtrique, contra facienti, imponitur pœna. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *in concilio Lugdun. (ann. 1245.)*

Cordi nobis est lites minuere, et a laboribus releuare subiectos. Sancimus igitur, vt, si quis in iudicio vel extra, super interlocutoria, vel grauamine aliquo ad nos duxerit adpellandum, caussam adpellationis in scriptis adsignare deproperet *c*, petat 29) apostolos, quos ei præcipimus exhiberi: in quibus adpellationis caussam exprimat, et cur adpellatio non sit admissa, vel si adpellationi forsan ex superioris reuerentia sit delatum. Post hoc adpellatori secundum locorum distantiam, personarum et negotii qualitatem tempore prosequutionis indulto, si voluerit adpellatus, et petierit, principales personæ per se, vel per procuratores instructos, cum mandato ad agendum, et cum rationibus et munimentis, ad caussam spectantibus, accedant ad sedem apostolicam sic parati, vt, (si nobis visum fuerit expedire,) finito adpellationis articulo, vel de partium voluntate omisso, procedatur in negotio principali, quantum de iure poterit et debebit, iis, quæ in adpellationibus a definitiuis sententiis interpositis antiquitas statuit, non mutatis. Quodsi 30) adpellator, quæ præmissa sunt, non obseruet: reputabitur non adpellans, et ad prioris iudicis redibit examen, in expensis legitimis condemnandus. Si autem adpellatus contempserit hoc statutum: in eum, tamquam in contumacem, tam in expensis, quam in caussa, (quatenus a iure permittitur,) procedatur. Iustum est equidem, vt in eum iura insurgant, qui ius et iudicem et partem illudit 31).

29) *Et petat*, C. a. et H.
30) *Sed si*, C. impr.
31) *Eludit*, C. a. et ed. gloss.

CAP. II.

Iudex, qui recusatur, statuit competens tempus arbitris ad finiendam caussam: qua elapsa, si finita non fuerit, in principali procedit. Ioann. Andr.

IDEM.

Legitima suspicionis caussa, contra iudicem adsignata, et arbitris a partibus (secundum formam iuris) electis, qui de ipsa cognoscant, sæpe contingit, quod, ipsis in idem conuenire nolentibus, nec tertium aduocantibus 32), cum quo ambo vel alter eorum procedat ad decisionem ipsius negotii, vt tenentur, iudex proferat excommunicationis sententiam contra ipsos; quam ipsi tum propter odium, tum propter fauorem partium diutius vilipendunt: quare, caussa ipsa plus debito prorogata, non proceditur ad cognitionem negotii principalis. Volentes igitur morbo huiusmodi 33) necessariam adhibere medelam, statuimus vt ipsis arbitris per iudicem competens terminus præfigatur *d*, intra quem in idem conueniant, vel tertium concorditer aduocent, cum quo ambo, vel alter eorum, eiusdem suspicionis negotium terminare procurent: alioquin iudex extunc in principali negotio procedere non omittat.

32) *Vocantibus*, C. R.
33) *Huic morbo*, C. a. et H.

CAP. III.

De officiali episcopi non ad episcopum, sed ad archiepiscopum adpellatur.

IDEM.

Romana ecclesia: [*et infra.*] Cum suffraganeorum Remensis ecclesiæ, suorumque officialium, (qui generaliter de caussis, ad ipsorum forum pertinentibus, eorum vices supplendo cognoscunt,) vnum et idem consistorium siue adiutorium 34) sit censendum: ab ipsis officialibus non ad dictos suffraganeos *e*, (ne ab eisdem ad se ipsos interponi adpellatio videatur,) sed de iure ad Remensem est curiam *f* adpellandum.

De subdito episcopi ad ipsum, non ad archiepiscopum adpellatur: nisi aliud esset de consuetudine. H. d.

§. 1. Ab archidiaconis 35) vero, aliisque inferioribus prælatis, suffraganeis subiectis eisdem, et eorum officialibus, ad suffraganeos ipsos debet, et non ad eamdem curiam, (omissis dictis suffraganeis,) adpellari: nisi aliud Remensi ecclesiæ de consuetudine competat in hac parte.

Archiepiscopus caussam adpellationis, ab episcopo interpositæ, non debet committere, vel partes citare: nisi in adpellatione probabilis caussa sit expressa.

§. 2. Cum autem *g* ad præfatam curiam ab eorumdem suffraganeorum vel suorum officialium audientia fuerit adpellatum; Remensis archiepiscopus, (qui pro tempore fuerit,) vel officialis ipsius nullatenus in adpellationis caussa interpositæ, ante definitiuam sententiam citent partes: nec etiam aliis illam committant, adpellationis eiusdem caussa probabili seu legitima non expressa.

Si negetur, per adpellationem negotium deuolutum; non inhibebit archiepiscopus iudicem principalis caussæ procedere: nisi prius de deuolutione constiterit. H. d.

§. 3. Si vero, vocatis partibus, vel nullatenus, aut non intra decem dies post interlocutoriam, vel definitiuam sententiam adpellatum fuisse 36), seu aliquid aliud simile, sicque non esse per adpellationem 37) ad eumdem archiepiscopum 38) vel eius officialem 39) deuolutum negotium proponatur: iidem, (nisi prius ipsis constiterit, caussam ipsam ad eos totaliter 40) fuisse delatam,) prohibere, ne in caussa 41) illa, vel ne ad exsequutionem procedatur sententiæ non præsumant.

Si dicitur, ex iniusta caussa adpellatum; archiepiscopus inhibere non potest: nisi, prius recepta adpellatione, vt probabili, incipiat cognoscere de caussæ veritate. H. d.

§. 4. Quodsi *h* obiiciatur ex iniusta caussa seu minus legitima, ante sententiam adpellationem interpositam exstitisse, et ex eo non esse adpellationem huiusmodi admittendam; nequeunt prædicti archiepiscopus, vel eius officialis 42) prohibere, ne procedatur in caussa: nisi prius adpellatione recepta, velut amissa 43) ex caussa probabili, cognoscere incipiant de caussa huiusmodi, an sit vera.

34) *Adiutorium*, C. impr. *auditorium*, H. et ed. Pith.
35) *Ab archidiacono*, C. impr.
36) *Fuit*, C. R. *adpellatum fuisse dicatur*, R.
37) *Per adpellationes*, C. R.
38) *Episcopum*, C. impr.
39) *Officiales*, C. a.
40) *Taliter*, C. H.
41) *Caussa*, ibid. non legitur.
42) *Officiales*, ibid.
43) *Vel amissa*, C. R. *velut omissa*, H.

a *Ad intelligentiam vid. not. per Dd. ac præsertim Arc. in comm. in c. sicut cum per formam. de elect.* b *Vide §. sin autem. in auth. vt iud. non suff.* c *Vide Bart. in l. eius ff. de adpell. et gl. in l. 1. ad fin. ff. eodem Anch. Ar. in d. l. 1. Font.*

d *Vide l. quoties. ff. de action. et obligat. et l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de publican. de Anch. Font.* e *Sed an supplicari possit, vide not. in cap. ex litteris. de in integrum restit. Font.* f *Vide cap. si quis clericos. C. 11. qu. 1.* g *De intellectu vide Fel. in cap. pastoralis. §. quoniam. de rescript.* h *Ad intelligentiam § vide Abb. et Felin. in cap. dilectus. a. de rescr. Dec. Rot. 11. et 412. ead. tit. in nouis.*

Licet dicatur, adpellatum a definitiua in casu, prohibito a iure: ex quo de hac archiepiscopus cognoscere cœperit, potest inhibere, ne sententia exsequutioni mandetur. H. d.

§. 5. Si autem post sententiam, in casibus, a iure prohibitis, (vtpote a sententia super manifesto et notorio a crimine, vel de quo quis in iure confessus exstitit, promulgata,) vel consimilibus adpellatum fuisse dicetur: possunt, ne sententia exsequutioni mandetur, (postquam cognoscere cœperint, vtrum sit recipienda, vel non 44) adpellatio, ab eo interposita,) inhibere.

Archiepiscopus in tertiam personam, (post inhibitionem suam in caussa, per adpellationem delata ad ipsum,) aliquid innouantem, iurisdictionem exercere non potest. H. d.

§. 6. In alium quoque, qui circa rem, de qua inter adpellantem et adpellatum controuersia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentat, non valet 45) occasione huiusmodi iurisdictionem aliquam vindicare.

Archiepiscopus adpellantem in aliis caussis, a iurisdictione episcopi non potest eximere.

§. 7. Cum vero is, qui ad Remensem curiam super aliqua caussa vocem adpellationis emittit, nihilominus in caussis aliis ordinarii sui iurisdictioni subiiciatur: Remensis archiepiscopus, vel officialis ipsius 46), nequaquam iurisdictionem ipsam in aliis impediant, vt ab eiusdem 47) ordinarii potestate totaliter eximant taliter 48) adpellantem.

Ab episcopis in caussis, quibus iurisdictionem temporalem habent, de iure debet ad archiepiscopum adpellari: nisi speciale ius aliud inducat. H. d.

§. 8. Debet autem ad eos ab episcopis præfatæ prouinciæ 49), super caussis, in quibus temporalem iurisdictionem exercent, (nisi forte de consuetudine *b*, aut priuilegio, siue iure alio speciali sit adpellandum ad alium) adpellari.

Censuram ecclesiasticam, in adpellantem prolatam per episcopum, archiepiscopus reuocare non potest, nisi partibus vocatis, et de caussa legitime cognita. H. d.

§. 9. Sententias quoque interdicti, vel suspensionis, seu excommunicationis, in adpellantem ab eo, a quo adpellatum proponitur, promulgatas, nullatenus c nisi vocatis partibus, et de adpellatione legitime cognito, reuocent aut denuntient esse nullas.

Ex quo archiepiscopus pronuntiauerit, male adpellatum ante sententiam: statim debet caussam ad suffraganeum remittere. Hoc dicit.

§. 10. Cum autem ad Remensem archiepiscopum, ab audientia suffraganei sui, super aliqua caussa 50) fuerit ante sententiam adpellatum: idem archiepiscopus, (postquam de adpellatione cognito constiterit, eam minus rationabilem exstitisse,) caussam 51) ad eumdem suffraganeum remittere non postponat.

44) *An non*, C. H.
45) *Non debent*, C. R. *non valent*, impr. *non debet*, H.
46) *Officiales eius*, C. R.
47) *Aut ab eius*, C. O.
48) *Taliter*, non est in C. R.
49) *Prouinciæ suæ dioecesis*, ibid.
50) *Aliqua*, C. H.
51) *Caussam ipsam*, C. R. et H.

CAP. IV.

Si iudex requisitus non tradit apostolos, et postea procedit in caussa; non valet processus: nisi renuntiatum fuisset adpellationi. Ioann. Andr.

IDEM INNOCENTIVS IV.

Vt super adpellatione ac eius caussa instructio facilior valeat in processu haberi: districte præcipimus, quod ille, a quo adpellatur, apostolos adpellanti, (iuxta tenorem constitutionis nostræ, super hoc editæ,) tribuat requisitus. Si vero non exhibuerit: extunc, si forte in caussa procedat, (nisi adpellationi renuntiatum fuerit *d*,) eius inualidus et irritus sit processus.

CAP. V.

Iudex adpellationis iniquæ adpellantem ante sententiam remittere debet ad iudicem principalem, et in expensis condemnare; et hoc, si principalis iudex non detulerat adpellationi: sed, si detulit, non fiet remissio de necessitate. In adpellationibus, interpositis a definitiua, antiqua iura seruantur. Ioann. Andr.

CLEMENS IV. (*ann.* 1267.)

Cum adpellationibus friuolis nec iustis deferri, nec sit a iudice deferendum, si iudex inferior adpellationem minus legitimam non admittat, eam adpellatore nihilominus prosequente superior, de ipsa 52) cognoscens, caussam ad priorem iudicem, (iuxta sanctiones canonicas,) sine difficultate remittat, eadem die condemnationem faciens expensarum. Si vero iudex admittat eamdem, licet tam adpellatio, quam ipsius iudicis delatio a superiore valeant refutari *e*; quia tamen iudex ipse, quantum in se fuit, a se iurisdictionem abdicauit eamdem, adpellationi deferens minus iuste: totius caussæ decisio in superioris est potestate 53) transfusa, nec est illi caussa de necessitate vlterius remittenda, saluis iis, quæ super adpellationibus, post sententiam interpositis, sunt statuta.

52) *De caussa*, C. R. et H.

53) *Potestatem*, C. R. et ed. gloss.

CAP. VI.

Si adpellans intra XXX. dies instanter non petit apostolos: adpellationi renuntiat. Si iudex, modo debito requisitus, illos non tradit, sed postea procedit: non valet eius processus. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Ab eo, qui adpellat, intra triginta dies instanter apostoli peti debent, et eidem intra dictum tempus a iudice exhiberi; alias præsumitur adpellationi suæ renuntiare adpellans, si eos intra idem tempus petere prætermittat: etiamsi vadat aut mittat ad adpellationem huiusmodi prosequendam.

Illud autem, quod felicis recordationis Innocentius papa IV. prædecessor noster, statuendum decreuit, vt, si is, a quo adpellatur, apostolos adpellanti non tribuat requisitus, extunc, si forte in caussa procedat, (nisi adpellationi renuntiatum fuerit,) eius inualidus sit processus, tunc demum obtinet, cum iudex, super hoc cum debita instantia, loco et tempore congruo requisitus, eos expresse denegat, vel intra præmissum tempus malitiose, aut negligenter illi tradere prætermittit.

CAP. VII.

Innouata per iudicem post definitiuam sententiam, a qua adpellatum exstitit, reuocantur statim per iudicem adpellationis, etiamsi ante adpellationem fuerint innouata. Attentata vero post adpellationem ante definitiuam, non reuocantur, nisi primo de veritate constiterit: nisi post inhibitionem, debito modo factam, attentata fuissent. Ioann. Andr.

IDEM.

Non *f* solum innouata post adpellationem, a definitiua sententia interiectam, debent semper, (exceptis casibus, in quibus iura post sententiam prohibent adpellare,) ante omnia per adpellationis iudicem penitus reuocari: sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam et adpellationem, (quæ postmodum intra decendium interponitur ab eadem,) contingit 54) *g* innouari, ac si post adpellationem eamdem innouata fuissent. Illa vero, quæ post adpellationem interpositam ante definitiuam sententiam innouantur, donec adpellationis caussam veram esse constiterit, reuocari non debent: nisi iudex adpellationis, (postquam sibi constiterit, per adpellationem emissam, ex probabili caussa fore ad se negotium deuolutum,) inhibeat canonice iudici, a quo adpellatum exstitit, ne procedat. Tunc enim, quidquid post inhibitionem huiusmodi fuerit innouatum, est, (licet caussa eadem non sit vera,) per eumdem adpellationis iudicem ante omnia in statum pristinum reducendum.

54) *Contigerit*, C. R. et H. *contigit*, impr.

CAP. VIII.

Qui adpellat extra iudicium, intra decem dies, (ex quo sciuit grauamen,) adpellare debet: postea per remedium iuris communis auditur, sed non per adpellationis remedium. Ioann. Andr.

IDEM.

Concertationi *h* antiquæ finem imponere præsenti constitutione volentes, statuimus, vt ab electionibus, postulationibus, prouisionibus, et quibuslibet extraiudicialibus actibus, (in quibus potest adpellatio interponi,) quisquis ab eis, grauatum se reputans, per adpellationis beneficium grauamen illatum desiderauerit reuocari, intra decem dies, (postquam sciuerit,) si velit, adpellet: post decendium vero eidem 55) aditus non pateat adpellandi. Sed si per contradictionem debitam, vel alia iuris remedia petierit reuocari grauamen: ei, (dummodo medio tempore his non consenserit 56,) lapsus decendii non obsistet.

55) *Eidem*, non est in C. R. *eisdem*, impr.
56) *Adsenserit*, C. R. et H.

---

a *Quid sit notorium, et quotuplex, et quod eorum plus operetur, vid. consil. 45. libr. primo. Felin. in cap. ex epistolam de except. Gramm. decis. vig.* b *Vide gloss. in c. fin. de consuit. libr. 6. et Rota. consil. 119. libr. 4.* c *Dictio, nullatenus, quid importet, vid. per gloss. in Clem. 1. de sequ. poss. et per Grammat. consil. 3.* d *Ante processum iudicis: quia, si post renuntiaret, illa non validaret. Ioann. Andr. Petr. de Anchar. Font.*

e *Et ratio, quia culpa alicuius non debet alium plus grauare, quam velit. Vide l. si quis plurium §. si quis. ff. de leg. 1. Auth. sicut periurus non præstat iuramentum honoris, sed oneris, ne culpa sua alius grauet. Font.* f *De attentato vide Alex. consil. 89. vol. 1. et Imol. in Clem. 1. de caussa poss. et propr. vers. nota bonum dictum.* g *Al. contigerit.* h *Vide Dec. in cap. cum sit Romana. et Perus. in cap. consuluit. extr. de adpell.*

CAP.

CAP. IX.

Valet adpellatio, in scriptis porrecta: licet coram iudice non legatur. Hoc dicit Zenzel.

IDEM.

Adpellatio *a*, quam in scriptis iudici, (a quo adpellare volebas,) te porrexisse proponis, non potest ex eo, quod coram ipso lecta non fuerit, rationabiliter impugnari.

CAP. X.

Iudex a quo, compellere non potest adpellantem a grauamine, ipsius veritatem probare, licet citare potest ad ipsius reuocationem audiendam: qua facta, in caussa procedere poterit, eius contumacia non obstante, ac si numquam adpellasset. H. d. Zenz.

IDEM.

Si *b* a iudice, a quo (propter grauamen, quod tibi proponis illatum,) adpellas, ad docendum, te fore grauatum, et ad audiendam reuocationem eiusdem grauaminis, (si de ipso docueris,) tibi terminus præfigatur; nec coram eo, (cum ipse per se id videre habeat,) hoc docere, nec etiam tamquam coram iudice, (cum per adpellationem sit suspensa ipsius iurisdictio,) comparere tenetis, nisi ad hoc solum, vt reuocationem ipsam audias, si eam duxerit faciendam: alias, si non compareueris, et ipse in termino grauamen reuocauerit cum effectu, poterit extunc libere in caussa procedere, ac si adpellatio interposita non fuisset.

a *De interpretatione adpellat. vide Lapum. all. 391. incip. an valeat. et all. 119. incip. grauatum.* b *Vide Rot. dec. 7. et 74. in nouis.*

CAP. XI.

A collatione capituli ad episcopum adpellatur, si vt canonicus interfuit: secus, si vt prælatus. H. d. Dominicus.

IDEM.

A collatione beneficii, quam communiter per episcopum et capitulum in tuum præiudicium factam esse proponis, non *a* ad ipsum episcopum, (si in ea, vt prælatus interfuerit 57,) sed ad superiorem te oportuit adpellare: alias, si vt canonicus interfuisset in ea, potuisti adpellare licite ad eumdem.

57) *Interfuit*, C. impr. *interuenit*, H.

CAP. XII.

Per adpellationem, interpositam a definitiua, reuocari potest interlocutoria, principali negotio præiudicans: alias non. Ioann. Andr.

IDEM.

Licet ab interlocutoria, (per quam pacti vel præscriptionis, aut alia 58) principali negotio præiudicans, vel iudicium nullum reddens, exceptio est repulsa,) non fuerit adpellatum; si tamen a definitiua, (quæ postmodum etiam vltra decendium promulgatur,) adpellari contingat; potest in adpellationis caussa ipsum grauamen, per interlocutoriam in 59) eamdem illatum, licite per adpellationis iudicem emendari. Vbi vero interlocutoria super eo profertur, quod non parat 60) præiudicium negotio principali, vel iudicium nullum reddit, nisi fuerit adpellatum ab ipsa: per adpellationem, a definitiua postea interiectam, grauamen illatum nequaquam poterit reuocari.

58) *Alio*, C. R.
59) *In*, abest a C. R. ed. gloss. et Pith.
60) *Pariat*, C. R.

a *Vide Bart. in l. vero. ff. sol. matr. l. sciam, qui. §. fin. ff. pro soc. Font.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

SEXTI DECRETALIVM LIBER TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS. DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

CAP. VN.

Clericus, ioculatoriam artem per annum exercens, si tertio monitus non desistat, ipso iure perdit priuilegium clericale. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Clerici, qui, clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se ioculatores seu goliardos faciunt aut bufones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso iure 61) *a*, si autem tempore breuiori, et tertio moniti non resipuerint, careant omni priuilegio clericali.

61) *Ipso iure*, C. H. non habet.

TITVLVS II. DE CLERICIS CONIVGATIS.

CAP. I.

Si clericus coniugatus ferat habitum et tonsuram; clericali priuilegio gaudeat: alias non. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII.

Clerici *b*, qui cum vnicis et virginibus contraxerunt, si tonsuram et vestes deferant clericales, priuilegium retineant 62) *c* canonis *d*, ab Innocent. papa II. prædecessore nostro, editi in fauorem totius ordinis clericalis. Et cum, (iuxta Parisiense concilium,) nullus clericus distringi, aut condemnari debeat a iudice seculari: præsenti declaramus edicto, huiusmodi clericos coniugatos pro commissis ab eis excessibus vel delictis, trahi non posse criminaliter aut ciuiliter ad iudicium seculare, nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter, (ne per vnam viam concedatur eisdem iudicibus, quod per aliam denegetur,) vlletenus condemnari. In ceteris autem, vel nisi, (vt præmittitur,) tonsuram, vel *e* vestes 63) ferant 64) clericales, etiam in præmissis eos gaudere nolumus priuilegio clericali.

62) *Retineat*, C. R. et H.
63) *Et vestes*, C. H.
64) *Deferant*, C. H. et impr.

a *Vide authent. de sanctiss. episc. §. Interdicimus.* b *Vide conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 6.* c *Al. retineat.* d *Vide Alex. cons. 8. vol. 1. et Rot. decis. 202. in nouis.* e *Alias: et.*

TITVLVS III. DE CLERICIS *f* NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRAEBENDA 65).

CAP. VN.

Distributiones quotidianæ solum præsentibus, qui intersunt diuinis, dari debent, consuetudine non obstante. Et qui aliter illas receperunt, non faciunt illas suas: et idem de distributionibus, quæ dantur pro anniuersariis defunctorum. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*c. ann.* 1298.)

Consuetudinem, qua in quibusdam partibus inoleuit, quod canonici, et alii 66) beneficiati, seu clerici cathedralium et aliarum collegiatarum ecclesiarum, distributiones *g* quotidianas, (quæ alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur, et tantum residentibus tribuuntur,) qualitercumque in ciuitatibus, seu aliis locis, (in quibus ipsæ consistunt ecclesiæ,) sint præsentes, licet diuinis officiis non intersint, ex integro percipiunt 67) *h*, ac si continue in 68) ipsis ecclesiis in eisdem officiis deseruirent 69), penitus improbantes, statuimus, vt distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuscumque rebus consistant, canonicis ac aliis beneficiatis, et clericis ecclesiarum ipsarum, qui eisdem 70) officiis in ipsis ecclesiis adfuerint, tribuantur iuxta ecclesiæ cuiuslibet ordinationem rationabilem, iam factam, seu etiam faciendam. Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam

65) In C. H. non habentur voces: *in ecclesia vel præbenda.*
66) *Et clerici*, ibid.
67) *Percipiant*, C. R. et H. *participant*, impr.
68) *In*, abest a C. H. et impr.
69) *Interessent*, C. R. et H.
70) *Diuinis*, ibid.

f *Vide concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. 1. et sess. 23. cap. 1. et sess. 24. cap. 12.* g *Vide Decium, consil. 280. vbi late de his quotidianis distributionibus.* h *Aliter: participant.*

 recepe-

receperit 71), (exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta et 72) rationabilis corporalis necessitas, aut euidens ecclesiæ vtilitas excusaret,) rerum sic receptarum 73) dominium non acquirat, nec faciat 74) eas suas, immo ad omnium restitutionem 75), quæ contra huiusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur 76).

De distributionibus etiam, pro defunctorum anniuersariis largiendis, idem decernimus obseruandum 77).

71) *Receperunt*, C. R. *perceperint*, H.
72) Absunt a C. R. dictiones: *iusta et*.
73) *Perceptarum*, ibid.
74) *Acquirant nec faciant*, C. R. et H.
75) *Immo infra annum restitutionem earum*, *quæ*, C. H.
76) *Receperint*, *teneantur*, C. R. *receperint*, H.
77) *Faciendum*, C. R.

TITVLVS IV.

DE PRAEBENDIS 78) ET DIGNITATIBVS.

CAP. I.

Ad præsentationem religiosorum, etiam exemtorum, non debent in ecclesiis ipsorum rectores institui; nisi primo tantum eisdem adsignetur, vnde incumbentia onera subire possint, et congrue sustentari: nec valet contraria consuetudo. Ioann. Andr.

CLEMENS III. 79) *alias quartus* a. (*ann.* 1190. *Romæ.*)

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, vt vtilitatibus subiectorum in iis præcipue, per quas *b* animarum saluti consulitur, nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum innouatione sollicite prouidere curemus. Sane, fuit olim per sedem apostolicam prouide constitutum, vt diœcesani locorum, ad præsentationem religiosorum nullum ad aliquam ecclesiam recipiant, nisi tantum ei de prouentibus ipsius ecclesiæ coram eis fuerit adsignatum, vnde iura episcopalia possint soluere, et congruam sustentationem habere. Verum, (sicut nobis querela multorum frequens insinuat,) religiosi exemti de prouentibus parochialium ecclesiarum, in quibus ius obtinent patronatus, seu rectorum præsentatio pertinet ad eosdem, tantum percipiunt eorundem, quod rectores ecclesiarum ipsarum non possunt de residuo commode sustentari, et episcopalia iura, persoluere 80), ac alia incumbentia eis onera supportare: propter quod sæpe contingit, quod non inueniantur personæ idoneæ, quæ huiusmodi ecclesias velint recipere, sicque frequenter minus idoneis conferantur, ex quo pericula imminent animarum. Nos itaque, volentes super hoc salubre remedium adhibere, præsenti decreto statuimus, et mandamus, constitutionem huiusmodi quoad omnes patronos *c* ecclesiarum, religiosos tam exemtos, quam non exemtos, et alios 81) inuiolabiliter obseruari, consuetudine contraria non obstante.

78) *Beneficiis*, C. H.
79) *Clemens IV.* C. O.
80) *Soluere*, ibid.
81) *Religiosos*, *exemtos et alios*, C. H.

CAP. II.

Beneficia, vacantia in curia, alius quam papa conferre non potest: quod si fecerit, irrita est collatio. Ioann. Andr.

IDEM.

Licet ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum 82) plenaria dispositio ad Romanum noscatur pontificem pertinere, ita, quod 83) non solum ipsa, cum vacant, potest de iure conferre, verum etiam *d* ius in ipsis tribuere vacaturis: collationem tamen ecclesiarum, personatuum, dignitatum, et beneficiorum, apud sedem apostolicam vacantium, specialius 83*) ceteris antiqua consuetudo *e* Romanis pontificibus reseruauit. Nos itaque, laudabilem reputantes huiusmodi consuetudinem, et eam auctoritate apostolica adprobantes, ac nihilominus volentes ipsam inuiolabiliter obseruari, eadem auctoritate statuimus, vt ecclesias, dignitates, personatus et beneficia, quæ apud sedem ipsam deinceps vacare contigerit, aliquis, præter Romanum pontificem, quacumque super hoc sit auctoritate munitus, siue iure ordinariæ potestatis ipsorum electio, prouisio, seu collatio ad eum pertineat, siue litteras super aliquorum prouisione generales vel etiam speciales sub quacumque forma *f* verborum receperit, (nisi ei sit super conferendis eisdem in curia Romana vacantibus specialis et expresse ab ipso pontifice summo auctoritas attributa,) conferre alicui seu aliquibus non præsumat. Nos enim, si secus actum seu attentatum fuerit, decernimus irritum et inane.

82) *Ecclesiasticorum*, non est in C. H.
83) *Ita*, *vt*, C. R.
83*) *Specialis*, ed. Pith.

a *In vetustioribus codicibus constanter legitur:* Clemens IV. b *Alii*, per quas. c *Alios casus, quib. exemti subsunt ordinariis, vide infr. eod. cap. 2. de pæn. et rem. per gl. ibi. Phil. Font.* d *Al. ita:* verum etiam ius ad ea tribuere vacatura. e *Vide l. ius ciuile. ff. de iustit. et iure.* f *Procedit, etiamsi habeatur clausula, non obstante, quod oporteret expressam mentionem de verbo ad verbum fieri in litteris apostolicis. Petr. Amb. Dom. et Phil. Font.*

CAP. III.

Si papa beneficia, vacantia in curia, non conferat intra mensem a die vacationis: illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in concilio generali Lugdunensi* (*ann.* 1274.)

Statutum felicis recordationis Clementis Papæ, prædecessoris nostri, de dignitatibus et beneficiis, in curia Romana vacantibus, nequaquam per alium, quam per Romanum pontificem conferendis, decernimus taliter moderandum, vt ii, ad quos eorumdem beneficiorum et dignitatum spectat collatio *g*, (statuto non obstante prædicto,) demum post mensem a die, quo dignitates seu beneficia ipsa vacauerint, numerandum, ea conferre valeant tantummodo per se ipsos vel, (ipsis agentibus in remotis,) per suos vicarios generales, in eorum diœcesibus existentes, quibus id canonice sit commissum.

CAP. IV.

In beneficiis, vel impetrationibus ad beneficia per prouisionem vsque ad certam summam pensio non debetur. Per ecclesias ciuitatis vel diœcesis non comprehenditur cathedralis: sed per ecclesias prouinciæ metropolitana et cathedrales reliquæ includuntur. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Quamuis *h* plenissima 84) sit aliis in beneficiis interpretatio facienda: litteræ tamen, super obtinendis beneficiis impetratæ, debent, (cum sint ambitiosæ,) restringi. Et ideo si alicui vsque ad certam summam prouideri mandamus; ei non in pensione, sed in beneficiis ecclesiasticis tantum volumus prouideri: nisi de pensione in nostris 85) litteris mentio habeatur expresse. Quamquam sub 86) nomine ecclesiarum ciuitatis comprehendatur alias ecclesia cathedralis; cum tamen alicui de beneficio mandamus in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel diœcesis prouideri: ad cathedralem ecclesiam, (quam propter ipsius honorem sub hac generalitate nolumus hoc casu includi,) se mandatum huiusmodi non extendit. Secus *i* autem 87), cum mandamus in aliqua ecclesiarum prouinciæ prouideri. Tunc enim et metropolitana et ceteræ cathedrales ecclesiæ includuntur sub tali mandato: cum vberiorem hoc casu, quam alio, impetranti gratiam facere videamur 88).

84) *Plenissime*, C. R. et H.
85) *Nostris*, non est in C. H.
86) *Quamquam autem*, C. R. *quamquam autem sub*, H.
87) *Secus est*, C. O.
88) *Intendamus*, C. H.

CAP. V.

Impetranti beneficium sæculare, prouidetur de beneficio per sæculares clericos vsque ad præscriptionem legitimam possesso. Hoc primo. *Clerico sæculari, prioratum impetranti simpliciter, non prouidetur de consueto per religiosos gubernari.* H. d. secundo. Domin.

IDEM.

Cum *k* de beneficio ecclesiastico, consueto clericis sæcularibus adsignari, prouideri mandatur; de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab vno vel pluribus sæcularibus clericis, institutis in eo rectoribus, exstitit continue et pacifice gubernatum, vt præscriptio legitima 89) sit completa: etiamsi ante vel post *l* religiosi quandoque ministrauerint in eodem. Quando vero scribitur, vt prouideatur de aliquo prioratu alicui clerico sæculari; prouideri non potest de prioratu, qui per religiosos, (iuxta modum præmissum,) est solitus gubernari: nisi hoc in litteris 90) caueatur expresse.

89) *Legitima*, desideratur in C. H.
90) *In litteris vestris*, C. R. *in litteris nostris*, H.

CAP. VI.

Habere personatum cum cura, et præbendam, cui adnexa est parochialis ecclesia, non est contra concilium generale. Ioann. Andr.

IDEM.

Super eo, quod præbendas, quibus parochiales ecclesiæ sunt adnexæ *m*, in quibus spiritualem iurisdictionem secundum ecclesiæ vestræ consuetudinem adprobatam, et sic secundum aliquorum interpretationem curam animarum habetis, simul cum personatibus, (quorum aliquibus cura imminet animarum,) in eadem ecclesia obtinetis, vobis, (cum hoc generali concilio non obuiet,) dispensatio necessaria non exsistit.

g *Vide §. fin. in authent. de fil. ante dot. natorum nat. Font.* h *Vide Oldrad. consil.* 168. i *In antiqu. codic. ita:* secus est, cum mandamus. k *Vide Clem.* 1. *tit. de suppl. negl. prael. vers. prioratus. et late Felin. in cap. ea nostra. extr. de rescriptis.* l *Vide cap. fin. de dec. h. libr.* m *De ista unione vid. Clem. si vna. de reb. eccl. non alien. et c. si vnire. de excess. prælat. de Amb. Font.*

CAP.

CAP. VII.

In impetratione beneficiorum inspicitur data, non præsentatio vel receptis. Ioann. Andr.

IDEM.

Eum, cui canonicatus alicuius ecclesiæ a sede apostolica est collatus, licet nondum sit in ea receptus, decernimus in adsequutione præbendæ, (iuxta suæ prouisionis ordinem, omnibus præferendum a, quibus postmodum in ipsa ecclesia similis gratia est concessa: licet illi primo suas litteras præsentauerint, et primo recepti fuerint in eadem 91).

91) *Recepti sint in eandem*, C. R. et H.

CAP. VIII.

Per litteras apostolicas, non facientes de defectu ordinis mentionem, potest impetranti de curatis beneficiis prouideri: ad ordines tamen se faciet proximis temporibus promoueri. Ioann. Andr.

IDEM.

Si pro clericis pauperibus vel aliis nostras litteras, vt eis de beneficiis prouideas, etiamsi animarum cura sit adnexa eisdem, recipere te contingat: ipsis, (licet nec in sacris sint constituti ordinibus, nec de defectu ordinum in eisdem litteris mentio habeatur,) poteris de beneficiis, curam habentibus, licite prouidere, nec prætextu dicti defectus tua poterit prouisio impugnari. Oportebit tamen, vt ipsi ad ordines, quos requirunt b collata eis beneficia, se faciant in proximis statutis a iure temporibus promoueri.

CAP. IX.

Mandato alterius super prouisione facienda per papam impleto, prouisio auctoritate papæ intelligitur esse facta. H. d. secundum Zenz.

IDEM.

Si eum, super cuius prouisione apostolicæ sedis legatus in certa ecclesia suas litteras, quibus obtemperatum non fuerat, destinarat, mandamus auctoritate nostra in ipsa ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, sibique prouideri de præbenda iuxta ipsius legati continentiam litterarum; talis receptus huiusmodi nostri auctoritate 92) mandati, non legati, sed nostra c intelligitur auctoritate receptus: et ideo est in adsequutione præbendæ omnibus, post eum eadem auctoritate receptis, in dicta ecclesia præferendus.

92) *Nostri esse auctoritate*, C. impr.

CAP. X.

Mandatum, alternatiue plures collatores includens, verificatur in primo vacante: insimul vero vacantibus ordo scripturæ seruatur. Hoc dicit secundum Dominicum.

IDEM.

Mandato nostro, sub ea forma tibi directo, vt alicui prouideas de beneficio, ad collationem tuam vel alterius pertinente, de beneficio, quod primo vacabit, (siue ad tuam, siue ad illius 93) collationem 94) pertinuerit,) ei, pro quo scribitur, prouidere debebis. Si vero plura beneficia ad tuam et illius 95) collationem forsan spectantia, simul vacent: tunc scripturæ ordinem seruare habebis 96), vt illi solum prouideas de illo beneficio, quod ad te noscitur pertinere.

93) *Vel alterius*, C. R. et H.
94) *Collationem*, non est in C. R.
95) *Vel illius*, ibid.
96) *Debebis*, C. H. *debebis vel habebis*, R.

CAP. XI.

Si clericus, cui mandabatur prouideri de præbenda, primo vacante, negligit petere præbendam, sibi debitam: extincta est gratia. Si autem sibi collatus fuerit canonicatus: tunc habebit præbendam, cum nullus est ibi exspectans auctoritate apostolica. Ioann. Andr.

IDEM.

Si clericus, pro quo a sede apostolica recepisti mandatum, vt ei de præbenda d, proximo vacatura, in certa ecclesia prouideres, eumque postea in canonicum ipsius ecclesiæ recipi faceres et in fratrem, præbendam, sibi debitam, quando vacat, petere negligenter omittat: aliam postmodum in ipsa ecclesia vacaturam nequibit prætextu dicti 97) mandati petere. Nec tu de ipsa sibi poteris prouidere: cum facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta. Verum si præfatus clericus fuisset auctoritate apostolica effectus ab initio canonicus in ecclesia prælibata; tunc, (cum remanserit 98) in ea canonicus,) dicta negligentia non obstante, ac per consequens ratione canonicatus sit in alia præbenda, nulli alii de iure debita, ceteris præferendus, petere poterit præbendam aliam, proximo vacaturam: dummodo non sint aliqui 99), eadem auctoritate præbendas in ipsa ecclesia exspectantes. Et eidem de ipsa non per te, (cum mandatum non susceperis super illa,) sed per eum, ad quem spectat in eadem ecclesia præbendarum collatio, prouideri debebit: alias facta de præbenda huiusmodi alteri collatio in illius præiudicium, eo ipso viribus non subsistat 100).

97) *Dicti*, abest a C. R. et H.
98) *Remansit*, C. H.

99) *Alii*, C. R. et H. *aliqua*, impr.
100) *Subsistet*, C. H.

CAP. XII.

Receptus auctoritate papæ etiam ad mandatum alterius, præferendus est aliis in præbenda. H. d. secundum Zenz.

IDEM BONIFACIVS VIII.

Hi, qui auctoritate apostolica in aliqua ecclesia in canonicos sunt recepti, debent in præbendarum adsequutione ceteris anteferri, legatorum vel aliorum quorumcumque auctoritate receptis antea in eadem. Eum quoque, qui ad mandatum legati vel alterius, auctoritate apostolica, sibi specialiter in hac parte concessa, fungentis, recipitur, auctoritate apostolica receptum esse dubium non existit.

CAP. XIII.

Si post gratiam, mihi factam a papa de canonicatu et præbenda, Bononienses canonici, hoc ignorantes, et ignorantes præbendam contulerunt post vacantem: non tenet collatio. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si, postquam canonicatum in aliqua ecclesia tibi contulimus, et de præbenda, nulli alii de iure debita, inibi proxima vacatura, mandauimus prouideri, hi, ad quos in ea spectat collatio præbendarum, præbendam 1), quæ vacabit 2) e ibi postmodum, motu proprio, ignorantes tibi gratiam factam, alii 3) duxerint conferendam: talis collatio, in tuum præiudicium attentata, nullam obtinet firmitatem. Nam eo ipso, quod canonicus auctoritate apostolica fuisti effectus, ius ad obtinendam præbendam, proximo vacaturam ibidem, tibi adquisitum extitit; eamdemque, quam cito vacauit, (ex quo nulli 4) alii debebatur,) iuste petere potuisti: et ideo a prædictis, licet ignorantibus,) alteri conferri nequiuit 5).

1) *Præbendam*, non est in C. R.
2) *Vacauit*, C. H. et impr.
3) *Alteri*, C. R.
4) *Ex qua de iure nulli*, C. H.
5) *Nequibat*, C. R.

CAP. XIV.

Si papa det licentiam legato suo, recipiendi auctoritate apostolica resignationes beneficiorum legationis suæ, libere in manibus suis factas, et illa beneficia conferendi; secundo papa, de prædicta potestate non habita mentione, canonicatum et præbendam, si vacat, vel quam primo vacauerit in aliqua ecclesia legationis, mihi conferat; tertio canonicus ipsius ecclesiæ renuntiet, et legatus etiam, ignorans collationem, mihi factam, confert tibi præbendam prædictam: non tenet collatio legati, sed mihi illa præbenda debetur. Hoc dicit, Ioann. Andr.

IDEM.

Dudum venerabili fratri nostro S. episcopo Prænestino 6) f, quem ad partes destinauimus Gallicanas, recipiendi auctoritate nostra resignationem ab obtinentibus beneficia ecclesiastica in eisdem partibus, qui ea vellent libere in eius manibus resignare, ac beneficia ipsa personis idoneis conferendi per nostras litteras potestate concessa, nos postmodum, (de concessione huiusmodi non habita mentione.) Nicolao de Bonefac. 7) camerario, dilecti filii nostri N. tituli sancti Laurentii in Damaso presbyteri cardinalis, canonicatum Lexon. 8) ecclesiæ, quæ in partibus illis existit 9) g, et præbendam, nulli alii de iure debitam, (si qua tunc vacabat in dicta ecclesia,) contulimus, et sibi prouidimus de eisdem. Si vero nulla 10) talis præbenda vacabat ibidem: nos præbendam, proximo inibi vacaturam, (conferendam dicto camerario, cum vacaret,) donationi apostolicæ duximus reseruandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hoc a quoquam 11) contingeret attentari 12), certis h sibi ad hoc exsequutoribus deputatis. Cumque postmodum Nicolaus Vasalli clericus canonicatum et præbendam, quos in dicta Lexon. ecclesia obtinebat, in dicti episcopi manibus resignasset, et dictæ potestatis prætextu eos idem episcopus, (collationis, prouisionis, reseruationis, et decreti prædictorum forsan ignarus,) Guilielmo Vasalli presbytero contulisset; dicti exsequutores, (collatione non obstante prædicta,) litterarum nostrarum

6) *Palestrina*, C. impr. *Prænestino*, H.
7) *Bonef.* C. R.
8) *Laxonien* per totum, C. R.
9) *Existit*, ibid.
10) *Vero tunc nulla*, C. H.
11) *A quoquam*, C. R. non habet.
12) *Contingeret*, C. H.

a Vide hic Felin. in c. cum te. de rescript. Font. b Vide conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 4. c Vide l. si seruus. ff. de her. inst. et l. vnam ex familia. ff. de leg. 2. d Vide c. cum in ecclesia. infr. eod. et l. petens. C. de pact. infr. de consecr. eccles. c. 2.

e In antiquiorib. libris constanter legitur: vacauit. f Al. Palestrino. g Al. exstitit. h Alias ita: certis sibi super hoc, etc.

stratum auctoritate, præbendam eamdem dicto camerario, velut sibi debitam 13), contulerunt, quem dictus presbyter, (prætextu a collationis, per dictum episcopum sibi factæ,) quod præbendam ipsam pacifice possidere valeat, non permittit: propter quod idem camerarius nobis supplicauit humiliter, vt prouidere sibi super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur, attendentes, quod, etsi memorato episcopo prædictam concessimus potestatem, penes nos tamen nihilominus remansit maior, licet eadem potestas, etiam in prædictis, propter quod nostra, qui eamdem præoccupauimus 14) potestatem, potior debet esse conditio, eo præsertim, quod secundum canonicas et legitimas sanctiones per speciem generi derogatur, quamquam de genere in derogante specie 15) mentio nulla fiat, considerantes quoque 16), quod nos, exposito nobis de potestate prædicta, nihilominus litteras gratiosas daremus in dictis partibus, non habita mentione de ipsa *b*, quia foret absurdum, si tam late 17) *c* nostra impediretur potestas, et si in omnibus prouisionum nostrarum litteris, quas concederemus in partibus supra dictis, oportet nos 18) de sæpe dicta potestate specialem facere mentionem, et quod decretum nostrum prædictum, (maxime hic, vbi iam dictus camerarius ante dictam renuntiationem per nos erat Lexonien. effectus 19) canonicus,) statim ignorantes ligauerat, cum super incerto non esset aditum, nec ex alieno penderet arbitrio, vel voluntate 20) cuiusuis, qui acceptandi potestatem haberet, et idcirco per illud etiam 21) expressisse videmur, ne alius posset conferre, et potestatem prædictam, quantum ad præsentem speciem, reuocasse, quæ in hoc casu, vbi de lucro dicti G. tantum agitur, et non de præiudicio episcopi memorati, ab ignorante potuit reuocari, nec post reuocationem huiusmodi ius, per eum in alium etiam ignorantem in re reuocata transferri, ad instar etiam serui, calendario præpositi, qui post mortem domini præponentis mutuatas pecunias accipiendo non facit, licet inter contrahentes mors domini, præpositum reuocans, fuerit ignorata, et domini, qui peculium, quod proprio seruo concesserat, statim perimit, cum in eo suam mutauerit 22) voluntatem, discretioni vestræ mandamus, quatenus præfatum presbyterum, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam compellatis, vt, collatione, de canonicatu et præbenda prædictis, per dictum episcopum sibi facta, (quæ nulla extitit,) non obstante, dicto camerario præbendam ipsam omnino dimittat, et eum super ea deinceps nullatenus inquietet.

13) *Debitam canonice*, C. R.
14) *Occupauimus*, ibid.
15) *Quamquam in genere, non in derogatione speciei*, C. R. et H.
16) *Quoque*, in C. H. non legitur.
17) *Late*, C. R.
18) *Nos*, abest a C. impr.
19) *Effectus*, desideratur in C. H.
20) *Vel potestate*, C. R. et H.
21) *Etiam*, non est in C. R.
22) *Permutauit*, ibid.

CAP. XV.

Secundus, qui impetrauit dignitatem et præbendam, præfertur priori, qui solum præbendam impetrauerat, si præbenda dignitati est adnexa: alias non. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Quia sæpe dubitatur a multis, si canonicatus alicuius ecclesiæ sit collatus a sede apostolica successiue duobus, fueritque mandatum primo de præbenda, secundo vero de præbenda et dignitate, personatu, vel officio, cum se facultas obtulerit, prouideri, quis ipsorum in præbenda, quæ cum dignitate, personatu, vel officio vacat ibi, postmodum debeat de iure præferri; nos, dubitationem huiusmodi sopire volentes, præsenti declaramus edicto, primum, (cum sit tempore anterior,) cui per mandatum secundum præiudicari, aut ius ipsius absorberi non debet, ex quo de intentione mandantis contraria non adparet, præferendum esse in dicta præbenda: nisi vacanti dignitati, personatui, vel officio sit adnexa. Nam si esset adnexa: secundus, cui debetur dignitas, personatus, vel officium, præferretur in ipsa.

CAP. XVI.

Mandatum prouideri de dignitatibus vel beneficiis aliis ecclesiasticis, curata non includit, non expressa cura. H. d. vsque ad §. *Illis.*

IDEM.

Cum *d* in illis, quibus beneficia, curam animarum habentia, committuntur, maior, quam in iis, qui ad alia promouentur, idoneitas requiratur: intentionis nostræ nequaquam existit, vt, cum aliquibus de ecclesiis, personatibus, dignitatibus, vel aliis beneficiis quibuscumque, (de animarum cura mentione non habita,) prouideri mandamus, ipsis de iis, quibus huiusmodi cura imminet, possit aut debeat prouideri.

In beneficii prouisione modus electiuus non includitur, si alii modi prouidendi exprimantur. H. d.

§. 1. Illis vero, pro quibus scribimus, vt prouideatur eisdem de personatibus vel dignitatibus, etiamsi curam habeant animarum, ad collationem, prouisionem, præsentationem, vel dispositionem spectantibus quorumcumque *e*, prouideri nequibit de prælaturis, personatibus, vel dignitatibus, ad quos, seu quas per electionem ii, qui eis 23) habent præfici, adsumuntur.

Beneficiales litteræ, vnum modum exprimentes, alios non includunt. H. d.

§. 2. Cum autem inter collationem, præsentationem 24), et institutionem differentia magna 25) esse noscatur; si cui de beneficio, ad alicuius collationem spectante, prouideri mandetur: de illo, quod ad eius præsentationem vel institutionem pertinet, prouideri non poterit, nec etiam e conuerso 26). Expresso enim 27) vno casuum prædictorum, mandatum, super hoc factum, (quod debet de sui natura restringi,) ad alios extendi non debet.

Mandatum, simpliciter duos includens, alterum solum non adstringit, et e conuerso directum vni duos non adficit. H. d. Dom.

§. 3. Si vero de beneficio, ad aliquorum collationem vel præsentationem spectante, (non adiecto: *communiter vel diuisim*:) prouisio iniungitur facienda; in beneficio 28), quod ad collationem vel præsentationem alterius ipsorum tantum pertinet, adimpleri non potest: sicuti, si de beneficio, spectante ad collationem vnius, prouisio iniuncta fuisset, impleri non posset in beneficio, cuius collatio ad eum simul cum alio pertineret.

23) *Eas*, C. R. *in eis*, H.
24) *Seu præsentationem*, C. H.
25) *Magna*, abest a C. R.
26) *E contrario*, ibid.
27) *Enim*, non est in C. H.
28) *De beneficio*, C. R.

CAP. XVII.

Beneficium, mihi collatum, ante dissensum meum alteri conferri non potest; nisi terminus, mihi datus, ad consentiendum esset elapsus: et tunc etiam post terminum, antequam alteri conferatur, potero consentire. Ioann. Andr.

IDEM.

Si tibi absenti, per tuum episcopum conferatur *f* beneficium, licet per collationem huiusmodi, (donec eam ratam habueris,) ius in ipso beneficio, vt tuum dici valeat, non adquiras: ipse tamen episcopus vel quicumque alius de ipso beneficio, (nisi consentire recuses,) in personam alterius ordinare nequibit. Quodsi fecerit: eius ordinatio, facta de beneficio non libero, viribus non subsistet. Sed si episcopus, (notificata tibi collatione,) ad consentiendum terminum competentem adsignet: nisi consenseris, poterit, eo lapso, beneficium libere, (cui viderit expedire,) conferre. Antequam tamen ipsum contulerit, tuum poteris, (non obstante, quod lapsus sit terminus,) præstare consensum: et extunc de ipso non poterit aliter ordinari.

CAP. XVIII.

Qui vi, vel iniuste occupat secundum beneficium curatum, priuatus est primo. Qui autem beneficium curatum aliquod occupat, est ipso iure priuatus iure, quod in illo vel ad illud habebat. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Eum *g*, qui beneficium, cui animarum cura imminet, vi occupat, seu se scienter iniuste intrudit in eo, decernimus ipso iure fore priuatum beneficio, quod cum cura simili primitus obtinebat. Non enim decet, vt stultus melioris quam peritus conditionis existat, vel quod inuasor eo, qui iuste ingreditur, priuilegio gaudeat potiori. Insuper vt violenti, qui auctoritate, (vel verius temeritate,) propria occupare dignitates, personatus, aut alia quæcumque ecclesiastica beneficia non verentur, etsi non virtutis amore, pœnæ saltem formidine a suæ temeritatis audacia refrenentur: eo ipso ius, si quod in dignitatibus, personatibus et beneficiis, occupatis taliter, vel ad ea ipsis forsitan competebat, amittant.

CAP. XIX.

Habens potestatem apostolicam personæ idoneæ de beneficio prouidendi, alias beneficiato sufficienter prouidere non poterit; nisi in litteris hoc exprimatur: et tunc vnicum simplex obtinenti prouidebit. Si vero conceditur, vt prouideat beneficia obtinenti; ad duo tantum refertur: et contra factum est nullum. H. d. Dominicus.

IDEM.

Is, cui conceditur, vt auctoritate apostolica possit vni personæ idoneæ *h*, in sua vel alia ecclesia prouidere, alicui, aliud beneficium

a *Alias*: occasione. b *Ad hunc locum vide notata, cap. ex parte. de for. compet. et in Spec. de libr. conceptione. §. ad huius tit. consummationem verb. cum sit uxor de Anchar. Font.* c *Al.* late. d *Vide concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 3. et B. Thom. 2. 2. qu. 2. art. 6.*

e *Vide l. 1. §. fin autem. et l. omnibus. ff. ad Trebell. Font.* f *Vide l. consensu. ff. de action. et obligat.* g *Vide Extrauag. Ioann. 22. incip. execrabilis. eod. tit. et concil. Trid. sess. 6. de reform. c. 2. et sequ. et sess. 7. de reform. c. 17.* h *Hæc dictio determinat hoc prouidere. Ergo si nunc nil habeo, quamuis alias habuerit, videbitur etiam de curatis, cum hic sit gratia prouidentis: ideo est in suum fauorem amplianda. Petr. de Anch. Font.*

sufficiens

sufficiens obtinenti, prouidere non potest: nisi primo ille 29) beneficium, quod obtinet, omnino dimittat, vel nisi in concessione huiusmodi sit expressum, quod alias beneficiatæ valeat prouidere personæ. Tunc enim prouidere poterit vnicum dumtaxat beneficium obtinenti: dum tamen illi cura non immineat animarum. Si vero concessum fuerit, vt prouidere illi valeat, qui alia beneficia noscitur obtinere: huiusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia sine cura restringi. Prouisio quoque 30), facta contra præmissa, eo ipso viribus non subsistat 31).

29) *Illud*, C. H.
30) *Vero*, ibid.
31) *Subsistet*, ibid.

CAP. XX.

Si quis ignorans recipiat beneficium, prius reseruatum vel alteri collatum per papam, si, ex quo sciuit, illud sine difficultate dimittit; recuperat priora beneficia, propter illud dimissa: alias non. Ioann. Andr.

IDEM.

Si a beneficia, quæ per sedem apostolicam conferuntur, aut decreto interposito reseruantur, interdum contingat ab iis, ad quos alias pertinet collatio eorumdem, aliquibus, huiusmodi collationem seu reseruationem ignorantibus, de facto conferri, et beneficia, quæ illi tenebant antea, et 32) *b* post prædictorum adeptionem dimisse per eos aliis assignari; ne talis ignorantia eis, (cum sint sine culpa,) præiudicialis existat; statuimus, vt, si ipsi, de collatione seu reseruatione prædicta postea certiores effecti, sublata difficultate quacumque, omnino dimiserint beneficia, sic 33) sibi de facto collata, ad beneficia sua priora, (collatione, quibuscumque personis facta, de ipsis nequaquam obstante,) libere reuertantur: alioquin redeundi ad ea, (si difficultatem adhibuerint in aliis dimittendis,) sit ipsis penitus interdicta facultas. Eumdem quoque modum in dimittendo recepta, et recuperando dimissa, quoad omnes alios, qui forsan occasione prædicta sua 34) dimiserint beneficia, et dimissa per alios fuerint assequuti, per omnia decernimus obseruandum.

32) *Et*, desideratur in O. C.
33) *Sic*, abest a C. H.
34) *Sua*, non est in C. R.

CAP. XXI.

Taciturnitas beneficii, etiam modici, vitiat dispensationem super pluralitate beneficiorum, quæ, etiam legitima super duobus obtenta, ad duo prima recepta refertur. Item prouisio, alicui facta de beneficio, non obstante, quod aliud habeat, dispensationem super vtroque retinendo non inducit. H. d. secundum Zenz.

IDEM BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Non c potest dispensatio, super pluralitate beneficiorum concessa, impetranti prodesse, qui aliquod, quantumcumque modicum, beneficium subticuit in eadem. Illud autem apost. sedis indultum, ut quia duo beneficia, curam animarum habentia *d*, si alias canonice conferentur eidem, possit recipere ac simul licite retinere, intelligitur de duobus primis beneficiis, quæ cum cura post dictum indultum obtinere contingit 35) eumdem. Cum vero tibi, (non obstante, quod aliud beneficium obtinere noscaris,) a sede prædicta de aliquo beneficio prouideri contingit 36): per hoc tecum, (vt primum beneficium cum secundo retinere valeas,) non intelligitur dispensatum. Hoc enim solum prædicta operetur expressio, quod facta tibi gratia nequeat subreptitia iudicari.

35) *Contigerit*, C. R. et H. *contigit*, impr.
36) *Contingat*, C. R. et H.

CAP. XXII.

Mandatum legati super facienda prouisione, per papam confirmatum, papalis gratia est censenda. Zenzel.

IDEM.

Si apostolicæ sedis legatus, volens tibi suæ legationis auctoritate in certa ecclesia prouidere, canonicatum et præbendam, nulli alii de iure debitos, proximo in ipsa 37) ecclesia vacaturos, collationi suæ reseruet, ac decernat irritum et inane, si secus super hoc contigerit attentari, certis, qui eos tibi conferant, (cum vacabunt,) exsequutoribus per suas litteras deputatis; nosque, postmodum plena de his 38) facta narratione, quod ab ipso legato factum exstitit, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, et eisdem exsequutoribus vel aliis nostris damus litteris in mandatis, vt in huiusmodi prouisionis negotio auctoritate nostra procedant, iuxta ipsius legati continentiam litterarum: certum est, quod, (cum ipsa prouisio ipsius legati 39) a post impertitam a nobis auctoritatem nostra censeatur effecta,) omnibus, quibus postea mandauimus in eadem ecclesia prouideri, (etiamsi canonicatum ipsius ecclesiæ duxerimus conferendum eisdem,) de iure præferri debebis, in præbenda, postmodum inibi vacatura.

37) *Sua*, C. R.
38) *Super hoc*, C. R. *super hoc plena nobis facta*, H.

39) Diction. *ipsius legati*, non sunt in C. R. nec in H.

CAP. XXIII.

Obstat taciturnitas obtenti beneficii, licet modici, nisi constet, prouisionem factam proprio motu papæ: qui demum intelligitur, si hoc in littera exprimatur. H. d. Zenz.

IDEM.

Si motu *f* proprio alicui, aliquod beneficium obtinenti 40), conferamus aliud, de illo non habita 41) mentione: non ob hoc gratiam huiusmodi, quæ de nostra mera liberalitate 42) processit, inualidam volumus reputari. Secus, si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam, gratiam huiusmodi faciamus. Tunc enim, (quantumcumque modicum beneficium taceatur in ea,) ipsam veluti subreptitiam vires nolumus obtinere. Motu quoque proprio tunc solum gratia fieri censeatur, cum hoc expresse cautum fuerit in eadem.

40) *Habenti*, C. H.
41) *Libertate*, C. impr.
42) *Nulla habita*, C. H.

CAP. XXIV.

Collatio, facta motu proprio papæ, pluribus beneficiis in eadem ecclesia vacantibus simul, intelligitur facta de pinguiori: sed, si beneficia sunt æqualia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa. Collatio vero, facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringitur. Si sint æqualia; eligit, qui alias conferebat. Quo negligente, alius eligit: et etiam contra. Hoc dicit secundum Zenz.

IDEM.

Si, pluribus simul in aliqua ecclesia vacantibus dignitatibus vel præbendis, nos de hac vacatione incerti dignitatem vel præbendam, (si qua, nulli alii de iure debita, in ipsa vacat ecclesia,) cuiquam in genere conferamus; gratiam huiusmodi, (si motu proprio eam fecerimus, vt tunc fiat interpretatio plenissime in eadem,) referri volumus ad dignitatem vel præbendam, quæ inter illas maioris censetur esse valoris: seu 43), (si sint forsan æquales,) ad eam, quam is, cui conferimus, intra decendium post habitam de dicta vacatione notitiam duxerit eligendam. Si vero ad petitionem alterius ipsa gratia fuerit per nos facta: eam, (vt hoc casu, prout iuri 44) congruit, restringatur,) ad illam, quæ minoris valoris exsistit, seu, si sit æqualitas in eisdem, ad eam, quam is, ad quem ipsarum spectat collatio, intra dictum tempus elegerit, postquam sibi huiusmodi gratia erit nota, decernimus referendam. Alterutro quoque 45) ipsorum, (prout ad eum pertinet,) intra tempus debitum eligere negligente, ad alium extunc electio libera deuoluatur.

43) *Sed*, C. e.
44) *Prout nos iuri*, C. H.
45) *Alterutroque*, ibid.

CAP. XXV.

Non debetur exspectanti præbenda, quæ per episcopi præbendarii mortem vacat. H. d. secundum Zenz.

IDEM.

Cum in ecclesia tua, quæ XII. canonicorum et XIII. præbendarum habet numerum, consuetudinem esse proponas, vt episcopus, qui est pro tempore, vocem habeat in capitulo tamquam canonicus, licet canonicus non exsistat, et vnam de dictis præbendis sicut vnus canonicus obtineat in eadem: certum est, eum, cui auctoritate apostol. prouideri mandetur g, de præbenda, nulli alii de iure debita, proximo in ipsa ecclesia vacatura, præbendam, quam per mortem episcopi vacare contingit, (ne contra dictam consuetudinem, cui per præsentem mandatum non intelligitur derogari, futurus episcopus præbenda careat, et dictus canonicorum numerus amplietur,) habere non posse, sed exspectare, quousque vacet alia, oportebit eumdem.

CAP. XXVI.

Per adeptionem secundi beneficii curati, cuius fructus alter ex caussa percipit, non vacat primum. Ioann. Andr.

IDEM.

Si, tibi concesso a nobis, vt fructus beneficiorum *h*, quæ vsque 46) ad certum tempus in tua vacabunt diœcesi, percipere valeas pro

46) *Quo vsque*, C. H.

a *Vide Dom. consil.* 78. *incip. formatur, et Lapum. allegat.* 130. b *Dictio*, et, *deest in antiqu. cod.* c *Vide Felin. in c. in nostra. extra de rescr. et Panorm. in cap. ad aures. in* 2. *not. de rescr.* d *Vide conc. Trid. sess.* 7. *de reform. c.* 2. *et sequ. et sess.* 2. *de reform. c.* 14.

e *Hæc duo verba:* ipsius legati, *desunt in manuscr. codic.* f *De clausula:* motu proprio, *vide Felin. in c. ad aures. et in c. si quando. extra de rescript. et in c. caussam, quæ. extra de testib. et in c. cum inter procuratorem de except.* g *Hæc mandata de prouidendo sublata sunt per concilium Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 19. h *Et appellatione beneficiorum an comprehendantur præbenda, pensiones et præstimonia, vide Felin. in c. postulasti. extr. de rescr.*

soluen-

ſoluendis debitis, quibus eſt tua eccleſia onerata, beneficium vacans poſtmodum, curam habens animarum adnexam, alicui, ſimile beneficium obtinenti, te conferre contingat: æquum eſt, vt, quamdiu fructus ipſius perceperis, primum non debeat reputari vacare.

CAP. XXVII.

Cum mandatur, alicui non ſacerdotalis, vel integra, vel certi valoris conferri præbenda: ſacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiam volenti conferri non poterit.

IDEM.

Cui de non ſacerdotali præbenda prouideri mandatur, ſibi etiam volenti ſacerdotalis auctoritate mandati huiuſmodi conferri nequibit. Similiter, ſi in eccleſia, in qua integræ ac dimidiæ præbendæ habentur, mandetur *a* integra conferri præbenda, quamquam ille, pro quo ſcriptum exſtitit, dimidia velit eſſe contentus, ei de ipſa non poterit prouideri. Idem, cum 47) iniungitur prouideri 48) alicui de præbenda certi valoris, vt in præbenda 49) minoris valoris etiam illo volente mandatum non poſſit 50) adimpleri. Non enim huiuſmodi mandata, (quorum fines diligenter ſeruari oportet,) debent ad caſus alios, quam expreſſos, extendi.

47) *Cum vero*, C. R. et H.
48) *Vt prouideatur alicui de*, C. H.
49) *In præbendam*, ibid.
50) *Non poterit*, C. R. et H.

CAP. XXVIII.

Secunda beneficia curata effectualiter adepto, primum conſimile, (eius poſſeſſione irrequiſita,) conferri poteſt: non autem eius poſſeſſio dari. Secundum Zenz.

IDEM.

Licet *b* epiſcopus beneficium, quod cum animarum cura tenebas, (poſtquam aliud recepiſti conſimile, ac ipſius poſſeſſionem pacificam habuiſti, vel per te ſtetit, quo minus haberes eandem.) poſſit alteri de iure conferre: illum tamen, cui contulerit, non debebit, te non vocato, (cum tibi forſan ius poſſit 51) competere retinendi,) in poſſeſſionem ipſius inducere corporalem.

51) *Potuerit*, C. R.

CAP. XXIX.

Sacerdotalis præbenda per ſimplex mandatum de prouidendo, non niſi apto ad ſacerdotium eſt conferenda. H. d. ſecundum Zenz. Et iſtud ſummarium poteſt adaptari vtrique lecturæ, poſitæ in tertia gloſſa Domin.

IDEM.

Ei, cui 52) prouideri mandatur *c* ſimpliciter de præbenda, proximo vacatura, ſacerdotalis præbenda conferri non poteſt, ſi nondum in ætate tali exſiſtat, quod poſſit ad ſacerdotium promoueri: ſed aliam exſpectare debebit.

52) *Si cui*, C. R.

CAP. XXX.

Ex mandato ſedis apoſtolicæ exſpectans a certa cauſſa, ea deficiente, beneficium petere impeditur. H. d. ſecundum Zenz.

IDEM.

Si pauper *d* clericus, cui, cum beneficium nullum haberet, mandabatur 53) de beneficio, (iuxta ſuæ probitatis merita,) per epiſcopum prouideri, aliud, antequam ſit prouiſum eidem, beneficium fuerit adſequutus: prouidere ſibi epiſcopus, (cum ceſſet cauſſa mandati,) de cetero non tenetur.

53) *Mandatur*, C. R. et H.

CAP. XXXI.

Vbi de prioritate beneficii, pluribus collati, non conſtat: primo poſſeſſio, deinde maior prærogatiua præfertur. H. d. ſecundum Zenz.

IDEM.

Si a ſede apoſtolica, vel legato ipſius, vni, et ab ordinario alteri, eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat, quæ collatio fuerit primo facta: erit potior conditio poſſidentis *e*. Si vero neuter poſſideat: is, cui ſedes ipſa contulit 54) vel legatus, (propter conferentis ampliorem prærogatiuam,) erit alteri præferendus.

54) *Contulerit*, C. R.

CAP. XXXII.

Religioſus, habens prioratum vel eccleſiam curatam, ſi recipit ſecundum ſine licentia papæ: ipſo iure vacat primum. Quod ſi ſtatim non dimiſerit: efficitur ineligibilis, et priuatur vtroque. Eadem eſt pœna in iis, qui habebant ante hanc conſtitutionem, niſi intra menſem alterum elegerint et alterum dimiſerint. H. d. vſque ad *§. prohibemus.* Ioann. Andr.

IDEM.

Cum *f* ſingula officia ſint ſingulis committenda perſonis, et diſſolutionis ac euagationis materia ſit religioſis præ ceteris auferenda; præſenti prohibemus edicto, ne aliqui monachi vel religioſi alii *g* pluribus prioratibus, vel eccleſiis, curam habentibus animarum, etiamſi eadem cura non per ipſos, ſed per presbyteros, ad eorum præſentationem per epiſcopos inſtitutos, habeat exerceri, abſque ſedis apoſtolicæ auctoritate præeſſe præſumant: niſi forte vnus ex eis ab alio dependeat, vel adinuicem ſint adnexi, ſtatuentes, vt, quicumque ipſorum, prioratum vel eccleſiam talem obtinens, alium receperit, primum, quo ſit ipſo iure priuatus, ſtatim omnino dimittere teneatur, per eum, ad quem pertinuerit, libere alteri conferendum. Quod niſi fecerit: ex tunc eo ipſo efficiatur ineligibilis *h*, et tamquam ambitioſus ab vtroque penitus repellatur. Circa eos autem 55), qui plures prioratus vel eccleſias huiuſmodi nunc detinent, prouidemus 56, vt intra menſem, poſtquam præſens conſtitutio peruenerit 57) ad eoſdem, vnum ex ipſis, quem retinere voluerint, (reliquis dimiſſis,) eligere teneantur: alioquin extunc pœnis 58) ſubiaceant ſupradictis.

Prioratus eccleſiæ vel adminiſtrationes vnius monaſterii, ſolita per ipſius monachos gubernari, abſque ſedis apoſtolicæ licentia alterius monaſterii monachis non committantur, nec commiſſa dimittantur. Qui contra fecerint, ſint priuati poteſtate ordinandi prædicta ea vice: et deferatur ad diœceſanum in non exemtis, et ad papam in exemtis. Recipientes vel detinentes, (alias eligentes,) ſunt ineligibiles ipſo iure. H. d.

§. 1. Prohibemus inſuper, ne prioratus vel eccleſiæ, aut adminiſtrationes, ſeu officia vnius monaſterii, conſueta per eiuſdem monachos gubernari, committantur deinceps abſque auctoritate ſedis eiuſdem alterius monaſterii monachis gubernanda, nec hactenus commiſſa dimittantur eiſdem; ſed per eos, ad quos pertinent, libere ordinentur: cum illis non liceat habere locum in diuerſis monaſteriis, quorum vnum ab alio non dependet, nec aliorum monaſteriorum, (niſi canonice transferantur ad ipſa,) prioratus, eccleſias, adminiſtrationes vel officia gubernare. Qui vero contra prohibitionem præſentem prædicta de cetero alienis monachis commiſerint, vel dimiſerint iam commiſſa, ea vice ordinandi de ipſis ſint poteſtate priuati, et de eis per diœceſanos, ſi exemta non fuerint, alioquin per ſedem apoſtolicam ordinentur *i*. Ii autem, qui ea ſuſcipere 59) vel ſuſcepta præſumſerint detinere *k*, reddantur ineligibiles ipſo iure.

55) *Autem*, non eſt in C. H.
56) *Prouidemus*, C. R.
57) *Deuenerit*, ibid.
58) *Pœnis ipſis*, ibid.
59) *Suſceperint*, C. R. et H.

CAP. XXXIII.

Contemtum poſſunt proſequi, ſi ad receptionem vel collationem abſentes monachi vel canonici non vocentur: niſi conſuetudo habeat, eos non vocari. H. d. ſecundum Zenz.

IDEM BONIFACIVS VIII.

Cum in eccleſiis canonicorum receptio, aut 60) præbendarum vel beneficiorum collatio imminet facienda; abſentes canonici, (ſi commode fieri valeat,) ſunt vocandi; niſi conſuetudo habeat, eos ad talia non vocari: alioquin, quod in eorum abſentia fieri contigerit, eis inſtantibus, irritari debebit.

60) *Ac*, C. R. *hac*, H.

CAP. XXXIV.

Beneficia morientium etiam in loco, vicino curiæ Romanæ per duas dietas legales, vel ſede ipſo vacante, ibi cauſſam, domicilium vel originem non habentium, vel etiam habentium, ſed curialium, et ibi cauſſa Romanæ curiæ morantium, vel, tranſlata curia, eam ſequentium, et in itinere decedentium, vel in loco, vnde receſſit curia, in quo remanſerunt infirmi, conferri nequeunt per alium, quam per papam. H. d. ſecundum Zenz.

IDEM.

Præſenti declaramus edicto, ſtatutum felicis recordationis Clementis papæ, prædeceſſoris noſtri, de beneficiis, apud ſedem apoſtolicam vacantibus, per alium, quam per Romanum pontificem minime conferendis, locum habere in beneficiis, quæ legati aut nuntii ſedis eiuſdem, vel quiuis alii, ad Romanam curiam venientes, vel etiam re-

a *Alias:* mandatur. b *Vide Felin. in c. ſin. extr. de præb. ſupr. et Hippol. ſingul. 195. incip. nemo priuandus eſt.* c *Mandata de prouidendo ſuſtulit conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 19.* d *Multis modis quis dicitur pauper. Vide Alex. conſil. 37. incip. conſultus ſum. l. 7. Adde Bart. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr.* e *Vide l. vlt. eius. C. de probat. c. licet cauſſam. de prob. et l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. Rom.*

f *Vide conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. c. 1. et ſeſſ. 24. de reform. c. 17.* g *Alias:* aliis. h *Vide gloſſ. C. 26. qu. 1. in ſumm. et Clem. 1. de elect. Phil. Franc.* i *Al.* ordinentur. k *Alias:* retinere.

ceden-

cedentes ab 61) ipsa, obtinere noscuntur, si eos in locis, vicinis a ipsi curiæ, mori contingat: quemadmodum si in loco, vbi eadem curia residet, morerentur 62).

Idem est, si aliquis curialis, (etiam ecclesia Romana vacante,) peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu alia quauis caussa ad locum, curiæ vicinum, secedens 63), in huiusmodi loco vicino decedat: dummodo ibi, (etiamsi erat ad ipsam curiam reuersurus,) eius domicilium seu 64) domus propria non exsistat.

Loca vero intelligantur vicina eidem curiæ in præmissis, quæ remota vltra duas diætas legales, (quas hoc casu sic specialiter volumus computari,) a loco, vbi moratur ipsa curia, non exsistunt 65).

Sane, si quis, in loco, vbi b degit curia, suæ originis domum habens, diem claudat 66) extremum in ea: ipsius beneficia sub prædicto 67) non aliter includantur 68) c statuto, quam si curialis esset antea, et ibidem occasione curiæ moraretur. Porro, cum curiam de loco ad locum transferri contingit; si curiales, in itinere, (dum curiam sequuntur eamdem,) vel in loco, vnde recedit ipsa curia, forsitan remanentes infirmi, rebus inibi eximantur humanis: præmissum statutum, (quantumcumque locus, vbi decedunt, ab ipsa curia sit remotus,) ad illorum beneficia se extendit 69).

61) *De*, C. B.
62) *Residebat, morarentur*, C. B. et H.
63) Post voc. *secedens*, C. B. addit: *caussa cessante ad ipsam curiam reuersurus, in huiusmodi etc.*
64) *Dummodo etiam ibi erat, si ad ipsam curiam reuersus, quamuis eius domicilium ibi, vel etc.* ibid.
65) *Exsistant*, C. B. et H.
66) *Claudit*, C. H.
67) *Supra dicto*, ibid.
68) *Includuntur*, C. B. et H.
69) *Extendat*, C. B.

CAP. XXXV.

Mors papæ tollit, ne parochiales ecclesiæ in curia vacare dicantur. H. d. secundum Zenz.

EADEM.

Si, apostolica sede vacante, aliquas parochiales ecclesias vacare de cetero contigerit apud ipsam: statuimus, vt de eis, (ne ipsarum vacatio diutina 70) periculum valeat animabus adferre 71,) per eos, ad quos pertinet d, possit libere ordinari, constitutione felicis recordationis Clementis papæ, prædecessoris nostri, de beneficiis, apud sedem ipsam 72) vacantibus, per alium, quam per Romanum pontificem, minime conferendis, vel alia quauis contraria, super hoc edita, non obstante. Idem volumus et de illis, quæ ibidem 73), ipso Romano pontifice viuente, vacabunt, si de ipsis per eum ante ipsius obitum non fuerit ordinatum.

70) *Diuturna*, C. B.
71) *Deferre*, C. H.
72) *Apostolicam*, ibid.
73) *In his*, C. B.

CAP. XXXVI.

Gratia, alicui concessa, vt prouidere possit personis idoneis in certa ecclesia; personis non expressis, non exspirat, re integra obitu concedentis: secus, si personæ essent expressæ. Ioann. Andr.

EADEM.

Si cui, (nulla personarum facta expressione,) sit gratiosa concessa facultas, vt auctoritate apostolica possit aliquibus personis idoneis in certa ecclesia prouidere, vel beneficia, (quorum collatio est ad sedem apostolicam legitime deuoluta,) conferre, contradictores e eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam compescendo: huiusmodi concessio, (quam, cum specialem gratiam contineat, decet esse mansuram,) non exspirat, etiam re integra per obitum concedentis. Secus, si super prouisione, certæ personæ facienda, sit data potestas eidem 74), non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam vel fauorem: illa quidem exspirat omnino, si concedens re integra moriatur.

74) *Eisdem*, C. H.

CAP. XXXVII.

Qui ex licentia, circa incertos concessa, absque titulo ad sacros ordines clericos promouet, eis tenetur prouidere. Dans licentiam promouenti, vel etiam promouendis, eis, promotis ad sacros sine titulo, prouidere tenebitur. H. d. Zenz.

IDEM.

Si f episcopus, cui, nullis personis expressis, in genere commisisti, vt vice tua ordines in tua diœcesi celebraret, ad sacros ordines promouerit quempiam, titulum non habentem: ei, (cum in culpa fuerit taliter ordinando eumdem,) tenebitur vitæ necessaria ministrare, donec sibi per eum vel alium de competenti beneficio sit prouisum. Si vero certas commisisti 75) g eidem ordinare personas: tu, (qui prouidere 76) hoc casu, an haberent titulum, debuisti,) taliter ordinato ad prædicta, donec per te beneficiatus fuerit, obligatus exsistis. Eis autem, quibus a diœcesanis datur licentia, vt possint a quo voluerint episcopo, ad omnes sacros ordines promoueri, non qui ordinant, sed qui tribuunt licentiam, (cum eam date 77) non debeant titulum non habenti,) ad præmissa, si titulum non habeant 78), obligantur.

75) *Commisisses*, C. B. et H.
76) *Prouidere*, ibid.
77) *Dare de iure*, C. B.
78) *Habuerint*, C. B. et H.

CAP. XXXVIII.

Si primo loco papa dat licentiam conferendi beneficia, certo modo vacantia, vel ad papam deuoluta, secundo aliquod de his conferat specialiter, vel conferri mandet: species generi derogat, ita, quod secundo beneficiatum debetur. H. d. Ioann. Andr.

EADEM.

Quamuis h tibi nuper in genere potestatem dederimus, beneficia sea clericorum tuorum cedentium, vel decedentium auctoritate nostra personis idoneis conferendi; canonicatum tamen et præbendam, quos in tua ecclesia, (in qua post prædictam gratiam tibi factam mandauimus cuidam specialiter prouideri,) obtinebat quidam ex iisdem tuis clericis, nunc defunctus 79), conferre non potes: cum illi, pro quo scripsimus 80), debeantur 81). Nam primæ generali gratiæ tibi factæ derogat posterior specialis: licet de illa non fecerit mentionem. Simili ratione, si post facultatem, tibi concessam a nobis, conferendi 82) beneficia tuæ diœcesis, (quorum collatio est ad sedem apostolicam deuoluta,) nos eorum aliquod, (antequam tu conferas,) conferamus specialiter alicui, vel conferri mandamus, de concessione tibi facta non habita mentione: facta per nos collatio canonica est censenda.

79) *Defunctis*, C. H.
80) *Scribimus*, C. B.
81) *Debeatur*, C. H. et impr.
82) *Conferenda*, C. impr.

CAP. XXXIX.

Reuocatio gratiæ non tollit ius quæsitum, sed quærendum; nisi ius annexionis aliud inducat; nec tamen tollit ius quærendum, adnexum iuri dignitati, iam quæsito. H. d. secundum Zenz.

EADEM.

Si is, cui de canonicatu, præbenda, et dignitate, personatu, vel officio per felicis recordationis Nicolai papæ 83) vel Cœlestini 84), prædecessorum nostrorum, litteras, gratia in aliqua ecclesia facta erat, constitutionis nostræ reuocatoriæ tempore canonicatum et præbendam, dignitati, personatui vel officio alicui non adnexam, erat adeptus; licet dignitatem, personatum seu officium 85) inibi exspectaret; propter exspectationem huiusmodi priuatus non intelligitur iure, quod in canonicatu et præbenda fuerat canonice 86) adsequutus: ius tamen, quod ad dignitatem, personatum, vel officium competebat eidem, iuxta verba dictæ reuocationis intelligitur reuocatum. Non sic autem, si canonicatum cum dignitate, personatu aut officio, conferri tantum canonico consuetis i, fuerat 87) adsequutus sub exspectatione præbendæ: cum ius magis dignum, quod iste in dignitate 88), personatu, seu officio huiusmodi iam habebat, ius minus dignum canonicatus retineat, cuius canonicatus ratione ius 89) eidem saluum remanet 90), ad 91) præbendam, nulli alii 92) debitam, apostolica ante ipsum auctoritate recepto. Sed et, si ea episcopi vel alterius cuiuscumque collatione vel prouisione adeptus fuerat 93) in eadem ecclesia dignitatem, personatum, siue officium conferri tantum canonico consueta, præfatus, qui canonicatum auctoritate apostolica iam habebat, idem erit censendum.

83) *Papæ*, abest a C. impr.
84) *Et Cœlestini*, C. B.
85) Diction. *seu officium*, desiderantur ibid.
86) *Publice*, C. impr.
87) *Non fuerat*, C. B.
88) *Dignitate*, ibid non legitur.
89) *Et ius*, C. B. *idem ius*, impr.
90) *Remaneat*, C. B. et impr.
91) *Et ad*, C. B.
92) *Aliis de iure*, ibid.
93) *Fuerit*, C. H.

a *Nota, ex loci vicinitate contrahi communionem quamdam etiam quoad præmium, pœnam, mores. de pœnit. dist. 1. c. sed continuo. l. non tantum. §. libentius. ff. de excus. tut. et qui ds. autor victui, vide l. si tertius. de aqua pluu. arc. l. 4. §. si tam vicinum. ff. de damn. infect. de Auch. Font.* b *Al. ita: vbi degit ipsa curia, etc.* c *Al.* includuntur. d *Vide Dec. in c. bona. in princ. extr. de adpell.* e *De hoc clausula vide Zabarellam in Clem. 2. §. contradictores. de religios. dom. et Felin. in c. super eo. extr. de offic. deleg.* f *Vide conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 2.*

g *Al.* commisisses. h *Vide Dec. in c. 1. de rescript. super. 1. gl. et eund. cons. 147.* i *Dicunt Petr. de Anch. et Archid. quod rescriptum impetrantis a papa dignitatem, non facta mentione consuetudinis, de qua non obiiceret. per l. honores. §. 2. ff. de decur. est subreptitium. Font.*

CAP.

CAP. XL.

Obest reuocatio gratiae praebendam exspectanti, et decreti interpositio, etiam ignoranti. H. d. Zenz.

IDEM.

Quodam per litteras felicis recordationis Nicolai papae, praedecessoris nostri, canonicatum sub exspectatione a vacatura praebendae in certa ecclesia obtinente, successor eius Coelestinus cuidam alteri similem in eadem ecclesia gratiam fecit, quem omnibus, etiam ante ipsum auctoritate apostolica, vel quauis alia in ecclesia ipsa receptis, voluit anteferri *b*, cum interpositione decreti. Priusquam tamen 94) ad primum et eius exsequutores secundae gratiae notitia peruenisset: vacans praebenda eidem primo per suos fuit exsequutores collata. Post huiusmodi autem et ante factam secundo collationem ipsius praebendae, nostra constitutio reuocatoria emanauit. Et quoniam, quis eorum ius habeat in praebenda huiusmodi, dubitatur: nos neutrum illorum habere ius decernimus in eadem. Prima enim collatio, post et contra decretum, a dicto Coelestino interpositum, facta, (licet ab ignorantibus et etiam ignoranti,) non obtinet firmitatem. Ius vero, quod secundo ad praebendam, non in praebenda huiusmodi, competebat, (cum nostram reuocationem eius collatio non praecesserit,) per eam penitus est sublatum.

94) *Tamen*, desideratur in C. R.

CAP. XLI.

Mandatum de prouidendo de beneficio, ad collationem capituli pertinente, non tangit ius singulares canonici. Hoc dicit secundum Zenz.

IDEM.

Mandatum apostolicum, tibi directum, vt T. 95) clerico de beneficio, spectante ad collationem Narbonen. capituli, prouideres, beneficia eiusdem capituli, siue dentur in communi per ipsum, siue per canonicos eiusdem ecclesiae singulares, vice ac auctoritate capituli, aut ex iure ipsius de consuetudine vel statuto, merito comprehendit *c*. Ad beneficia tamen ratione 96) dignitatum, personatuum, vel officiorum, quae nonnulli ex eisdem canonicis obtinent in ipsa ecclesia, ad eorundem collationem spectantia, mandatum huiusmodi minime se extendit. Idem esse censemus, si ratione praebendarum suarum ad ipsos canonicos collatio dictorum beneficiorum singulariter pertinere noscatur: nisi contineatur forsitan in mandato, quod eidem clerico prouideas de beneficio, ad collationem Narbon. capituli pertinente communiter vel diuisim. Tunc enim de beneficiis, quae ad ipsorum collationem pertinent, ratione huiusmodi praebendarum poteris prouidere 97).

95) *Vt C.* est in C. H.
96) *Tamen, qua ratione*, ibid.
97) *Collationem singulariter*, C. R. *collationem singulariter pertinent idem huius potestatis prouidere*, H.

TITVLVS V.
DE CLERICO AEGROTANTE VEL DEBILITATO 98).

CAP. VN.

Datio coadiutorum episcoporum et suorum superiorum est de maioribus caussis, et spectat ad solum papam. Potest tamen episcopus, senio vel infirmitate perpetua impeditus, de consensu capituli sui vel maioris partis sibi auctoritate apostolica vnum vel duos coadiutores adsumere: et, si demens fuerit, capitulum aut duae partes ipsius hoc faciant. Sed si episcopus contradicit: tunc nil innouabit capitulum, sed episcopi et ecclesiae conditionem, quam cito poterit, intimabit papae. Et coadiutores illi sumtus moderatos habebunt de prouentibus praelatorum ipsorum. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298. *Romae.*)

Pastoralis officii debitum exsequentes, declaramus atque statuimus, coadiutorum *d* episcoporum et superiorum praelatorum dationem intelligendam esse de caussis maioribus, et referendam ad sedem apostolicam, ac ab ea, (consuetudine non obstante contraria,) tantummodo postulandam.

Verum ne hoc praetextu ecclesiae, (exsistentes praecipue in remotis,) dispendia patiantur: nos, earum in hac parte indemnitatibus praecauere volentes, hac generali constitutione sancimus, vt episcopus, senio aut valetudine corporali grauatus, vel etiam 99) alias adeo impeditus perpetuo, vt officium suum nequeat exercere, possit de sui consilio et adsensu capituli, vel maioris partis ipsius, vnum vel duos auctoritate apostolica coadiutores adsumere, ad dictum officium exsequendum. Si vero episcopus demens fuerit, et, quid velit aut nolit, exprimere nesciat, vel non possit: tunc eius capitulum vel duae ipsius partes eadem auctoritate vnum aut duos coadiutores adsumat 100) idoneos, qui eius officium exsequantur. Si autem episcopus, senio aut incurabili morbo grauatus, vel perpetuo impedimento detentus, ad sui exsequutionem officii reddatur inutilis, et coadiutorem adsumere vel habere noluerit, licet a capitulo requisitus proprio, se illius non indigere suffragio forsitan adserendo: tunc nil per capitulum innouetur, sed hoc casu et etiam proximo, idem 1) capitulum episcopi et ecclesiae suae conditionem et statum, ac facti circumstantias vniuersas, quam cito poterit, fideliter et explicite referat 2) ad notitiam dictae sedis, recepturi humiliter, et efficaciter impleturi, quod super hoc per sedem ipsam contigerit ordinari. Praesenti quoque adiicimus sanctioni, vt coadiutores huiusmodi de prouentibus praelatorum in quorum adsumentur 3) auxilium, sumtus recipiant moderatos, ab alienatione qualibet, de bonis ecclesiasticis praelatorum ipsorum vel ecclesiarum suarum quomodolibet facienda, penitus abstinentes, rationem non solum in districto examine, sed et praelatis eisdem, (si sanae mentis exstiterint,) ac capitulis eorundem, seu etiam ipsorum praelatorum 4) successoribus, (si hoc antea non fecerint,) plenariam reddituri. Ceterum, quod de episcopis praemittitur, ad superiores etiam praelatos esse volumus et intelligimus referendum.

98) Dictio *vel debilitato*, absunt a C. H. et impr.
99) *Etiam*, desideratur in C. R. et H.
100) *Adsumant*, C. H. impr. et ad. Pith.
1) *Idem*, non est in C. H.
2) *Deferat*, C. R et H.
3) *Adsumuntur*, C. R.
4) *Praelatorum*, non est in C. H.

TITVLVS VI.
DE INSTITVTIONIBVS.

CAP. I.

Capitulum, sede vacante, licet beneficia, ad episcopi collationem spectantia, conferre non possit, tamen ad illa praesentatos instituere potest. H. d. Zenz.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Etsi capitulum *e*, sede vacante, beneficia, quae ad collationem episcopi pertinent, conferre non possit; praesentatos tamen a patronis potest admittere, si sint idonei, et eos instituere in beneficiis, ad quae fuerint praesentati: licet ad episcopum, (si superesset,) admissio et institutio huiusmodi pertineret.

CAP. II.

Non repellit praesentatum defectus sacrorum ordinum. H. d. Zenz.

IDEM *in eodem.*

Si is, ad quem rectoris praesentatio in aliqua parochiali ecclesia noscitur pertinere, quempiam, non constitutum in sacris, praesentet ad eam: ipsum *f*, (dummodo alias sit idoneus, et intra tempus a iure statutum, ad ordines, quos ipsius ecclesiae cura requirit, valeat promoueri,) decernimus admittendum.

TITVLVS VII.
DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET 5) ECCLESIAE NON VACANTIS.

CAP. I.

Si mandetur, alicui prouideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam, et vacat dignitas, quam ante acceptationem ordinarius confert; tenet ipsius collatio: etiamsi exsequutor impetrantis ante acceptationem fecerit reseruationem, inhibitionem, et processus super prima vacante. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *dilecto filio Andreae, capellano nostro.* (*ann.* 1250.)

Quia cunctis 6): [*et infra.*] Proponebatur itaque pro parte tua, quod, cum praedicta praepositura, dum vacabat, tibi per eum, qui conferre potuit ipsam, collata fuisset 7), collatio huiusmodi canonica exsistebat: maxime cum 8) nulla per priorem ipsum, quae illam impedire posset, inhibitio praecessisset 9). Dicebat autem pars altera, quod, cum praemissae litterae, sede Carnoten. vacante, fuissent in ca-

5) Dictio. *praebendae et*, absunt a C. R.
6) *Cunctis*, ibid.
7) *Fuit*, C. H.
8) *Dum*, C. R.
9) *Processisset*, C. H.

a *Exspectationes ad vacatura omnino sustulit conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 19.* b *De clausula anteferri, vide late per Felin. in cap. capitulum. extr. de rescr.* c *Petrus de Anch. not mandatum etiam adstringere gerentem vices eius, cui mandatur. Similiter mandatum, factum vicem gerenti, quia, si deficit principalis, debet postea per principalem, commoda recipientem, impleri. l. secundum naturam ff. de reg. iur. Neque poterit per vicem gerentem impleri. In his enim mandatis intelligitur, vt stante in eodem statu. l. 1. ff. si ex nox. causs. ag. Font.* d *Quam auctoritatem habeant coadiutores, dati episcopis senibus vel infirmis, late docet Vldradus consil. 44.*

e *Varias significationes huius vocis, capitulum, ponit Ioann. Andr. in c. capitulum, supr. de rescr.* f *Not. idoneitatem et tempus hic per copulam poni: vnde non sat est, quod intra tempus iuris possit promoueri, sed debent etiam alia idoneitatis concurrere. Dom. et Petr. de Anch. Font.*

pitule

pitulo publicare, ac præfatus episcopus tunc de capitulo ipso esset, ibique præsens existeret, ignorare non potuit mandatum apostolicum, (super conferenda memorato D. præbenda vel dignitate sine cura, quam ipse duceret acceptandam, cum primo in ecclesia ipsa 10) prædicta vacaret,) alii fuisse directum, et sic per consequens facultatem sibi esse sublatam, conferendi huiusmodi dignitatem. Propter quod videbatur, quod nec per se, nec per alium præfatam præposituram, curam non habentem animarum adnexam, (quæ primo post mandatum ipsum 11) in ecclesia prædicta vacauit,) potuerit 12) alicui personæ conferre: præsertim cum iam dictus prior, eodem publicato mandato mox præfato D. præbendam vel dignitatem, curam huiusmodi non habentem, quam primo in eadem ecclesia vacare contingeret, contulisset, nec alias etiam, (prout adlegabatur,) prodesse poterat ipsius episcopi ignorantia in hac parte. Nam si alicui a sede apost. concedatur, quod excommunicari non possit; licet id forsan suus ignoret 13) episcopus: non tamen propter hoc eius ligatur sententia, si quam proferat in eumdem. Similiter, si alicui conferendi præbendam aliquam tribuatur a sede apost. potestas, ex hoc ipso 14) videtur, quod sit episcopo conferendi tunc eam penitus interdicta facultas. Nec obstaret, si forte obiiceretur, quod lex seu constitutio et 15) mandatum nullos adstringunt 16); nisi postquam ad notitiam a peruenerint 17) eorumdem, aut nisi post tempus, intra quod ignorare minime debuissent: quia in priuilegiis et indulgentiis, seu concessionibus specialibus secus existit, in quibus sufficit, quod ad illorum, quibus conceduntur, notitiam peruenian 18), vt patet, cum indulgetur alicui, quod excommunicari non possit, sicut superius est expressum. Et quidem, cum tribuitur alicui potestas conferendi præbendam, videtur procul dubio ei concedi aliquid speciale. Adiiciebatur insuper, quod, cum sententia statim arctet 19) etiam 20) ignorantem, quoniam, si contra prælatum aliquem absentem depositionis sententia proferatur, contractus, quos init ignoranter postea vt prælatus, nullum robur obtinent firmitatis 21), et in supra dictis litteris irritum 22) decernimus et inane, quidquid super huiusmodi præbenda vel dignitate, contra nostrum contigerit 23) attentari mandatum, collatio, quam idem episcopus post tale nostrum decretum, (siue illud ignorauerit, siue non,) de præfata præpositura per se vel per alium fecerat, non valebat. Ex parte vero tua extitit replicatum, quod hæc de illis priuilegiis et indulgentiis, (æquitate suadente,) debent intelligi, quæ vim suam habent mox, cum ad illos, quibus conceduntur, perueniunt 24); ex quorum tenore liquido nosci potest, quod talis circa ea fuerit intentio concedentis, vtpote cum alicui conceditur, quod excommunicari non possit. Ex hoc enim euidenter apparet, aliis ipsum excommunicandi ademtam 25) esse penitus facultatem: non sic autem, si 26) alicui conferendi præbendam, siue certam, siue incertam, tribuatur potestas. Non enim tunc esse videtur tribuentis intentio, vt per hoc ei, (ad cuius donationem præbenda ipsa pertinet,) conferendi possibilitas adimatur; nisi prius ille sibi notificet, quod eam velit per huiusmodi potestatem conferre, aut ei collationem interdicat illius, vel postquam illi notificauerit, talem potestatem fore sibi concessam, vacuum decernat et irritum, si secus de ipsa præsumat: quia, cum illi non amplior detur potestas, quam ipse Romanus pontifex habeat in hac parte, sicut per eam, quam obtinet ipse Romanus pontifex, facultas conferendi beneficium vel præbendam, (nisi suam insinuet voluntatem,) alicui non aufertur. Similiter et per eam 27), quæ taliter illi ab ipso conceditur, ei, ad quem ipsius præbendæ spectat collatio, priusquam insinuet ille sibi, quod eam velit concedere, vel etiam conferat, (si forte vacet,) potestas non tollitur conferendi: nisi forsan, quod ipsam conferre non possit, exprimatur in concessione huiusmodi potestatis. Tunc enim, licet talem concessionem fortassis ignoret, sua tamen collatio, si postmodum præbendam ipsam conferat, nihil valet: cum satis super hoc concedentis intentio agnoscatur, sicut cum indulgetur alicui, quod excommunicari non valeat, vt in superioribus est præmissum. Subiunctum etiam extitit, quod, cum memorato priori per præfatas litteras mandassemus, vt memorato D. 28) præbendam, vel dignitatem sine cura, quam acceptandam duceret, si vacaret tunc, vel quam primo 29) vacare contingeret 30) in ecclesia prædicta, conferret, idem prior prouidendi ei de præbenda, vel dignitate ipse, (nisi post acceptationem ipsius b,) non habebat aliquam potestatem. Vnde, cum sæpe dicta præpositura fuerit tibi, (antequam illam idem D. 31) acceptaret,) præfati episcopi auctoritate collata: huiusmodi collatio talis mandati nostri prætextu, (etiamsi prius illud episcopus 32) ipse sciuisset,) non poterat vacuari. Nostrum autem in hac parte decretum ad præbendam seu dignitatem, quam prædictus D. acceptaret, referri debebat: alioquin super incerto fuisset editum, nec aliquem adstrinxisset. Sed extitit ex aduerso responsum, quod, etsi præfatus prior iam dicto D. præbendam vel dignitatem huiusmodi, cum vacaret, ante huiusmodi acceptationem conferre nequiret, idem tamen D. præbendam vel dignitatem talem licite posset et libere acceptare. Quare prædictus episcopus præfatam præposituram, (cum non prius eum requisierit, an acceptare vellet eamdem,) cuiquam conferre non potuit, quin immo ipsius collatio, (cum idem D. præposituram ipsam postmodum acceptauerit,) irritari debebat 33), et concessio, per iam dictum archipresbyterum sibi facta, debet 34) stabilis permanere. Sicut, cum legatur alicui vnus ex seruis, quem elegerit, vel optauerit, et heres ante optionem vel electionem illius manumittit aliquem, vel alienat ex illis: profecto manumissio vel alienatio irritatur, ceditque ille legato, si legatarius eum duxerit eligendum. E contra vero pro parte tua propositum extitit, quod id in vltimis voluntatibus tenet, nec præmissa in legatis futuris, quemadmodum in exstantibus habent locum: quia nec etiam ad optandum, seu eligendum ex illis, sicut ex istis potest terminus adsignari. Et grauis inesset conditio, quoddamque incongruum videretur, si, quando mandaretur 35) alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua prouincia, quam primo illud vacare contingeret, prouideri, oporteret ipsum c in singulis beneficiis, postmodum inibi vacantibus, (prorogata non absque periculo forsitan ipsorum collatione,) d requiri. Vnde cum sæpe præfato priori fuisset iniunctum, vt dicto D. præbendam vel dignitatem, quam acceptandam duceret, si vacaret in ecclesia memorata, vel quam cito contingeret eam vacare, sibi auctoritate apostolica conferret, et ita eidem D. circa futuras, siue vacaturas præbendas vel dignitates tales ipsius ecclesiæ optio data esset; non poterat per hoc memorati episcopi in illis, quando vacarent, collatio impediri; nisi forsan cum aliquam ex eis vacare contingeret, illam ipse D. (priusquam eam conferret episcopus,) acceptaret, vel etiam nisi ante vacationem alicuius ipsarum vacaturarum ex his primam, vel, ea omissa, ex aliqua caussa vlteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatam 36) conferre postmodum episcopus non valeret. Nos itaque, tam tuis, quam præfati D. rationibus plenius intellectis, quia sæpe dictam præposituram ad te nouimus 36*) pertinere, ipsam 37) tibi, (habito fratrum nostrorum consilio,) adiudicare curauimus 38), ipsi e D. 39) super ea perpetuum silentium imponentes.

10) *Ipsa*, non est in C. H.
11) *Ipsum apostolicum*, C. B.
12) *Potuit*, C. B. et H.
13) *Ignoraret*, C. H.
14) *Eo ipso*, C. B. et H.
15) *Vel*, C. impr. et H.
16) *Adstringant*, C. B.
17) *Peruenerit*, C. H.
18) *Perueniunt*, C. B.
19) *Arcet*, C. H. et impr.
20) *Etiam*, abest a C. B.
21) *Postea non obtinet robur*, ibid.
22) *Litteris contractus irritum*, C. B.
23) *Contingeret*, C. B.
24) *Peruenerint*, C. H.
25) *Exemtam*, C. B.
26) *Autem est, cum*, C. B. *autem est, si*, B.
27) *Postea*, C. B.
28) *Memorato dilecto*, ibid.

29) *Quam primo eam*, C. H.
30) *Contigerit*, C. B.
31) *Idem D.* non habet id. C.
32) *Illud tempore episcopus*, C. H.
33) *Debet*, C. impr.
34) *Ipsa debet*, C. B. *facta de ipsa debet*, B.
35) *Mandatur*, C. H.
36) *Acceptandam*, ibid.
36*) *Voluimus*, ed. Pith.
37) *Ipsam*, abest a C. B.
38) *Curamus*, C. H.
39) *Memorato D.* C. B. et H.

CAP. II.

Omnis promissio, per quam datur via ad beneficia vacatura, est reprobata. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII.

Detestanda f iniquorum peruersitas, abstinere nesciens a vetitis, nec gaudere debito modo concessis, digne plerumque officium excitat præsidentis, ad ea, quæ iusta fuerant consideratione concessa, (cum in abusum ea vergere circumspicit,) discretione præuia, reuocanda. Sane, licet olim fuerit canonica constitutione decretum, quod ii 40) g, qui promittunt aliquibus de beneficiis ecclesiasticis, cum poterunt 41), vel cum facultas se obtulerit prouidere, promissiones suas, (facultate se offerente,) debeant adimplere; quia tamen, sicut experientia docuit, per promissiones huiusmodi, quæ per importunitatem nimiam, (per quam non concedenda multoties conceduntur,) et per ambitionem improbatam 42) vt plurimum extorquentur, aperitur via sub tali palliatione

40) *Vt hi*, C. H.
41) *Poterunt*, C. B.
42) *Improbam*, C. O. et ed. gloss.

a *Vide Decium et Doct. in c. cognoscentes. extr. de const. et Turrecrematam in c. in istis. § leges. dist. 4.*

b *Doct. not. hic, quod consequutorum ad conferendum beneficium, quod impetrans duxerit acceptandum, subditio, intimatio, collatio ante tempus vacationis non ligat ordinarium: quia potestas in euentum conditionis non exercetur ante purificatam conditionem. Facit c. si pro te. supr. de rescript. Pont.* c *Al.* ita: oporteret eum. d *Vide Clem.* 1. *§ secus. infr. eod.* e *Al. ita:* memorato D. super ea, etc. f *Vide conc. Trid. sess.* 26. *de reform. c.* 19. g *Alii.* vt hi.

verbo-

verborum, ad promittenda damnabiliter a contra Lateranense concilium beneficia vacatura, mortis alienæ votum ingeritur, et ecclesiis, et prælatis, et personis ecclesiasticis grauamina plurima inferuntur: nos, malis huiusmodi, et animarum periculis occurrere cupientes, promissiones easdem, et alias quascumque, sub 43) quouis modo, aut forma verborum de cetero faciendas, per quas directe vel indirecte aperiri via valeat ad beneficia vacatura, auctoritate apostolica penitus reprobamus, et omnino viribus vacuamus, decernentes, per eas, vel ipsarum aliquam, ad prouidendum alicui nullum deinceps quomodolibet obligari.

43) *Sub*, abest a C. impr.

CAP. III.

Habens litteras apostolicæ sedis super primo beneficio, dignitate, vel præbenda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non potest: sed primum, quod vacabit, vel ex caussa secundum, vel vlterius poterit acceptare. Reseruationes, processus, et decreta, contra hoc facta, non valent. Ioann. Andr.

IDEM.

Ne captandæ alienæ mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis apostolicæ tribuatur; declarandum duximus, quod is, cui ab eadem sede, vt ei prouideatur de præbenda, dignitate, vel personatu 44), aut alio 45) beneficio in aliqua prouincia, diœcesi, vel ecclesia, quem 46) *b*, seu quod duxerit acceptandum, certis sibi super hoc exsequutoribus deputatis, gratia noscitur esse facta, licet in genere primum personatum, dignitatem, præbendam, seu beneficium, in eadem prouincia, diœcesi, vel ecclesia vacaturum, aut secundum, seu vlterius, (si rationabilis caussa subsit,) valeat acceptare, certum tamen et expressum, priusquam vacet, acceptare non potest. Quodsi fecerit, etiamsi per exsequutores eius secundum 47) acceptionem huiusmodi facta fuerit reseruatio, inhibitio, variique processus, ac sententiæ promulgatæ: tam acceptatio *c* ipsa, quam processus viribus careant, nec aliquam obtineant roboris firmitatem. Immo, nisi acceptator ille dignitatem, præbendam, personatum, seu beneficium, taliter acceptatum et reseruatum, per collationem, vel institutionem 48), postmodum factam de vacanti, iam adeptus 49), vel ei 50) ius in ipso fuerit adquisitum: per eum, ad quem eiusdem personatus, dignitatis, præbendæ, aut beneficii collatio seu prouisio pertinet, (dictis acceptatione, ac exsequutorum processibus inde sequutis nequaquam obstantibus,) de illo vacanti libere poterit alii prouideri.

44) C. B. non habet dictiones: *vel personatu*.
45) *Aliquo*, C. H.
46) *Eiusm*, ibid.
47) *Super*, ibid.
48) Diction. *vel institutionem*, absunt a C. B.
49) *Iam fuerit adeptus*, ibid.
50) *Vel dum vacaret ex collatione ei*, ibid. sed *ei*, non est in C. impr.

CAP. IV.

Sine speciali mandato non inhibet exsequutor generaliter collationem beneficiorum prouinciæ, specialiter vero reseruat primum, et inhibet vlteriorem non sine mandato: nec tunc tenet collatio, contra facta. H. d. Dominicus.

IDEM BONIFACIVS VIII. *(ann. 1298.)*

Exsequutor *d*, super prouisione alicuius a sede apostolica, per generales litteras in aliqua prouincia deputatus, prælatis, et aliis, ad quos beneficiorum in eadem prouincia spectat 51) collatio, ne ad prouisionem aliquorum procedant, donec illi, pro quo scribitur, sit prouisum, non potest generaliter inhibere: nisi expresse in ipsis litteris facultas huiusmodi inhibitionis concedatur. Potest tamen reseruationem, et eisdem inhibitionem facere specialem de primo, vel, (si hoc illi ex beneficio competat litterarum,) de secundo vel vlteriori beneficio, inibi vacaturo, eidem clerico conferendo. Quod autem contra talem reseruationem et inhibitionem ab eo, ad quem beneficii reseruati collatio pertinebat, fuerit attentatum 52), non tenet.

51) *Exspectat*, C. H.
52) *Acceptatum*, ibid.

CAP. V.

Si mandetur capitulo, vt me recipiant in canonicum, et præbendam conferant; cum id pertineret ad eos, dato exsequutore ad prouidendum; per solam præsentationem, factam capitulo, adfecta est præbenda: et exsequutor, (negligente capitulo intra terminum, per eum statutum, me recipere, et præbendam conferre,) non vocato capitulo, id exsequi poterit. Ioann. Andr.

IDEM.

Si capitulo alicuius ecclesiæ, cum ad ipsum canonicorum receptio, ac præbendarum collatio pertinebat, vt te in canonicum reciperet, et tibi de præbenda (si tunc vacaret,) inibi prouideret, vel cum se facultas offerret, ac exsequutori, qui, eodem capitulo negligente, mandatum apostolicum exsequatur, directa fuerint scripta nostra: per solam illorum præsentationem, capitulo ipsi factam, absque alia etiam exsequutoris insinuatione, inhibitione, seu reseruatione, beneficium, pro quo tibi conferendo scriptum exstiterat, adeo est adfectum, quod de illo alteri facta collatio non obtinet firmitatem. Immo si capitulum intra terminum competentem, sibi ab exsequutore præfixum, mandatum apostolicum, ei pro te directum, in quantum poterit, non duxerit adimplendum: extunc in ipsum exsequutorem potestas prouisionis huiusmodi transferatur, et exsequutor ipse 53) canonicatum in continenti poterit tibi dare, ac præbendam, (etiam sine alia capituli vocatione vel monitione,) si vacat, vel cum obtulerit se facultas.

53) *Qui exsequutor*, C. B.

CAP. VI.

Si soli ordinario, vel soli exsequutori ad compellendum, vel ordinario, et tali exsequutori sit scriptum; per præsentationem talis mandati non adficitur præbenda; nisi in litteris esset decretum, aut exsequutor ille insinuasset et interdixisset: maxime cum decreto, vel ratione mandati iam esset facta receptio ad canonicatum. In his casibus, vel ipsorum altero adfecta est præbenda, ita, quod collatio, alteri facta, non tenet. Ioann. Andr.

IDEM.

Si soli ordinario *e* pro te beneficiando, exsequutore non dato, vel ordinario et exsequutori, (vt eum ad faciendum, quod mandatur, compellat,) aut soli exsequutori, (vt tibi faciat de canonicatu et præbenda, vel alio beneficio in certa ecclesia, diœcesi, seu prouincia prouideri,) mandatum apostolicum sit directum; per talis præsentationem mandati, ordinario ipsi factam, licet, si contra faciat, puniendus exsistat, ei tamen potestas sic non adimitur conferendi, quin teneat alteri facta collatio ab eodem: nisi nos in gratia, tibi facta, decreuissemus irritum et inane, quod fieret contra ipsam, aut exsequutor, huiusmodi ordinario suam insinuans potestatem, ne alteri conferret beneficium, (de quo tibi est secundum tenorem huiusmodi mandati apostolici prouidendum,) interdixisset eidem, præsertim cum interpositione decreti, vel, nisi tu iuxta dictum *f* mandatum esses in canonicum iam receptus. Tunc enim præbendæ collatio, alteri facta, firmitatem aliquam non haberet.

CAP. VII.

Si tres exspectantes sunt in vna ecclesia, vnus auctoritate Martini, alter auctoritate Bonifacii, tertius eiusdem auctoritate cum prærogatiua, vt præferatur omnibus, receptis non auctoritate Bonifacii; præbendas hi consequentur hoc ordine, quia primam habebit secundus, secundam tertius, tertiam primus: quod probatur argumento legali. Ioann. Andr.

IDEM.

Auctoritate Martini papæ, prædecessoris nostri, quodam ad præbendam, primo in Parmensi ecclesia vacaturam, nulli alii de iure debitam, in eiusdem ecclesiæ canonicum recepto, et, alio a nobis 54) in eadem ecclesia similem *g* gratiam adepto secundo, tertius deinde auctoritate nostra in ipsa Parmensi ecclesia in canonicum, et in fratrem recipitur 55) cum prærogatiua gratiæ, quod omnibus prædecessorum nostrorum auctoritate, non autem nostra, receptis, in adsequutione 56) præbendæ debeat anteferri. Post hæc autem quædam vacauit 57) præbenda in ecclesia memorata: quæritur, quis eorum alteri præferatur, et secundum quem ordinem præbendas adsequi debeant tres prædicti. Cum igitur ex tenore *h* gratiæ, tertio a nobis concessæ, adpareat euidenter, nos voluisse primo tertium, et secundum tertio anteferri; decernimus, quod primam secundus, secundam tertius, et tertiam primus debet 58) obtinere præbendam: alias forma mandati minime seruaretur. Licet enim ex persona sua, secundus primam obtinere non posset 59): ex persona tamen tertii, qui primum 60) superat, illam habet. Sicut contingit in successione illius, qui ab intestato relictis patre, (in adoptiua familia constituto,) matre atque fratre decedit, in qua successione pater ex se matrem excludit: sed, quoniam talem patrem agnatus, materque vincit agnatum, mater patri non ex semetipsa, sed agnati 61) persona, in successione huiusmodi antefertur.

54) Diction. *a nobis*, non sunt in C. B.
55) *Receptus est*, C. H.
56) *In exsequutione*, C. impr.
57) *Vacat*, C. H. et impr.
58) *Debeat*, C. B. et H.
59) *Possit*, C. H.
60) *Primam*, ibid.
61) *Sed ex agnati*, ibid.

---

a *Not. quod contraueniens iuri peccat. gl. de pœn. dist. 1. in summ. Immo incurrit notam infamiæ. c. secund. de maiorit. et obedientia. Vide Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. et gl. in c. 2. de feruo in ord. fac. Vid. quæ dixi in c. perpetuæ. supr. de elect. Franc.* b *Alii ita quam seu quod duxerit, etc. quam varietatem etiam agnouit gl. hic.* c *Vid. l. per fundum ff. de seruit. rustic. præd.* d *Nota, quod exsequutor, datus ad prouidendum seu conferendum, non potest reseruare vel inhibere in genere, sed in specie, sic et rationem ponit hic Ioann. Andr. et Innoc. in cap. cum dilectus. supr. de iur. patron. Francus.*

e *Nota primo, quod quandoque papa scribit ordinario, vt conferat, sine alia exsequutoris datione. Ad hoc de rescr. c. cum te. Not. secundo argum. quod in impetratione debet fieri mentio de canonicatu et præbenda. Et sic videtur, quod non sufficeret expressio tantum alterius, Dom.* f *Al.* prædictum. g similiter. h *Mens et tenor gratiæ est obseruandus. Ad hoc de præb. c. cum de nou. supra eod. libr.*

CAP

CAP. VIII.

Reuocatoria gratiarum includit receptos in canonicos, præbendam distinctam exspectantes; etiamsi percipiebant distributiones quotidianas: secus si præbendam distinctam non exspectant, sed augmentum portionis. Includit habentes ius ad vacaturam, si nondum est deuentum ad collationem. H. d. secundum Domin.

IDEM.

Quoniam ex constitutione nostra, per quam paullo post promotionem nostram ed summi pontificatus apicem omnes collationes, prouisiones, reseruationes, et concessiones, super canonicatibus, dignitatibus, personatibus, præbendis, officiis, portionibus 62), præstimoniis, ecclesiis parochialibus, ruralibus, et aliis quibuscunque beneficiis ecclesiasticis vacaturis, quocunque nomine censerentur 63), ac etiam super canonicatibus sub exspectatione dignitatum, vel aliorum quorumcumque beneficiorum, (in quibus ius non esset quæsitum 64) in re, licet ad rem,) a felicis recordationis Nicolao papa IV. 65) et Cœlest. V. prædecessoribus nostris factas, siue concessas, auctoritate apostolica io fratrum nostrorum præsentia omnino cassauimus, irritauimus, et vacuauimus, cassas, irritas et vacuas nuntiauimus, et nullius fore decreuimus firmitatis, multæ dubitationes insurgunt, vt, vnde præfatæ constitutionis reuocatoriæ processit editio, interpretatio eius quoque procedat: præsenti declarandum duximus sanctione 66), quod in illis, (qui editionis tempore supra dictæ vltra statutum numerum erant per eosdem prædecessores canonici sub exspectatione præbendarum, vel etiam portionum,) eadem constitutio locum habet 67). Si autem huiusmodi recepti vltra numerum distributiones, et alia, vt canonici, de numero exsistentes, sic tempore dictæ reuocationis habebant 68), quod per cessionem vel decessum illorum, qui erant intra numerum, ex vigore prioris gratiæ nil amplius adsequi exspectabant, nisi distributionem 69), seu partium suarum augmentum, (cum forsan esset ecclesia, io qua canonicorum, noo autem portionum numerus, vel præbendarum distinctio habebatur,) quantoque inter pauciores cuiuslis ecclesiæ diuiduntur prouentus, tanto maiores fieri possunt 70) singulorum percipientium portiones: ad illos vel eos, qui per litteras facultatis a dictorum prædecessorum nostrorum in aliquarum ecclesiarum canonicos erant recepti, (licet præbendas vel alia beneficia exspectarent,) constitutionem certum est non extendi præfatam. In illis vero, qui vltra numerum auctoritate præfata in aliquarum ecclesiarum canonicos iam recepti, quantum ad capitulum, et ad chorum, ac distributionum perceptionem quotidianarum plenitudinem iuris canonici tunc habebant, sed in eis dignitates, personatus, præbendas, portiones, vel alia beneficia, quæ dantur tantum exsistentibus de numero, exspectabant, constitutionem præfatam locum habere, (ratione huiusmodi exspectationis,) dubium non exsistit. Sane, io iis, qui super canonicatibus, præbendis et dignitatibus, parochialibus vel aliis ecclesiis seu beneficiis quibuscumque a dictis prædecessoribus nostris litteras impetrauerunt, etiamsi per exsequutores illorum factæ fuerint reseruationes, decreti interpositiones, vatique processus, et, etiamsi eadem beneficia tunc vacabant, et per impetrantes petitum fuerat ab exsequutoribus, quod eis 71) illa conferrent, non tamen ipsorum beneficiorum vacantium collationes tunc temporis erant factæ, locum habet constitutio supra dicta, vt omnes huiusmodi gratiæ, (quarum 72) ratione tunc non erat ad collationem processum, et sic per consequens ius in re non fuerat ipsis impetrantibus edquisitum,) intelligantur penitus reuocatæ 73).

62) *Præscriptionibus*, C. R.
63) *Censeantur*, C. R. et H.
64) *Adquisitum*, ibid.
65) *Nicolao tertio*, C. H.
66) *Declaramus edicto*, C. R.
67) *Etiam portionum in ecclesias, præbendas, distinctas vel portiones determinatas habentibus, sed etiam in illis ecclesiis, quæ nullas præbendas vel portiones et habent certas, sed indeterminatas potius et incertas, eadem constitutio locum habet.* C. H.
68) *Habeant*, C. R.
69) *Distributionum*, C. H. et ed. Fich.
70) *Possent*, ibid.
71) *Eis*, ibid. non legitur.
72) *Quorum*, ibid.
73) *Reuocari*, C. R.

TITVLVS VIII.

NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOVETVR.

CAP. VN.

Collatione communiter ad episcopum et capitulum pertinente, vno ipsorum effecto inhabili, alter confert. H. d. vsque ad §. *Cum vero*, secundum Dominicum.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Si [b] ed episcopum et capitulum communiter pertineat 74) [c] collatio præbendarum; mortuo episcopo, vel a beneficiorum collatione suspenso, poterit capitulum vacantes conferre præbendas: etiamsi episcopus interesse habeat in collatione huiusmodi, vt prælatus. Idem poterit episcopus, si capitulum eb ipsa collatione suspendi contingat, vel singulariter omnes in capitulo 75) maioris excommunicationis vinculo innodari.

74) *Pertinet*, C. R.

Collatione spectante ad episcopum de consilio, vel adsensu capituli, illo exsistente inhabili, (nisi sit in mora,) non confert capitulum. Hoc dicit.

§. 1. Cum [d] vero ad solum episcopum præbendarum spectat collatio, cum consilio sui capituli vel adsensu: defuncto episcopo vel suspenso, (nisi episcopus in petenda relaxatione suspensionis huiusmodi sit in mora) capitulum se non potest intromittere de eisdem.

Habens conferre cum consilio episcopi, sine illo confert, morte et remota absentia interueniente. H. d. Dominicus.

§. 2. Vbi vero de speciali alicuius ecclesiæ 76) consuetudine vel statuto, beneficiorum collatio ad aliquem cum consilio episcopi noscitur pertinere; sublato episcopo de medio, (cum consilium nequeat tunc peti ab eo,) non erit propter hoc vacantis beneficii collatio differenda, nec etiam, si egerit 77) in remotis, ita, quod non possit ipsius præsentia in breui haberi: quia in petendo vel exspectando eius consilio, posset vacanti beneficio periculum imminere.

75) *De capitulo*, C. impr.
76) *Ecclesiæ*, non est in C. R.
77) *Ageret*, C. H.

TITVLVS IX.

DE REBVS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

CAP. I.

Perpetua alienatio, facta de rebus ecclesiæ vacantis non præcedente tractatu, et sine iusta caussa, non valet. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. 78) (*ann.* 1252.)

Dudum: [*et infra.*] Dictus vero archidiaconus ex aduerso respondit, illas decimas illi ecclesiæ restitui non debere, proferens in medium ordinationem quamdam episcopi Dulmen. de consensu capituli sui factam, inter alia continentem, quod idem episcopus, attendens, prouentus archidiaconatus Dulmen. adeo fore tenues et exiles, quod non sufficiebant ad eius onera [e] supportanda, præfatas decimas archidiaconatui memorato concessit: [*et infra.*] Quia vero 79) in concessione huiusmodi prædicta ecclesia, (cum vacaret,) legitimo caruit 80) defensore, qui sibi prius ab eodem episcopo debuerat deputari; quia etiam tractatus sollemnis et diligens, qui in talibus concessionibus perpetuis, et alienationibus rerum ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus io eadem: ordinationem et concessionem ipsam, (præsertim cum euidens necessitas, quare fieri deberet, vel vtilitas [f] non subesset,) de fratrum nostrorum consilio decernimus non valere, dictas decimas ipsi ecclesiæ, tamquam pertinentes ad eam, sententialiter ediudicare curantes.

78) *Innocentius IV.* non habet C. H.
79) *Quod vero*, C. impr.
80) *Carebat*, C. R.

CAP. II.

Primo prohibet submissionem ecclesiarum, suorum immobilium bonorum vel iurium fieri laicis absque consensu capituli et licentia papæ. Secundo cassat contractus, quacumque firmitate vallatos, contra hoc de cetero faciendos. Tertio punit prælatos contra facientes, et clericos non contradicentes, et laicos, qui ipsos prælatos ad hoc compulerunt vel compellent. Quarto præcipit, laicos per tales contractus, eo casu, quo valent, vltra debitum non vsurpare, et pœnam adiungit. H. d. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in concilio generali* 81) *Lugdun.* (*ann.* 1274.)

Hoc consultissimo prohibemus edicto, vniuersos et singulos prælatos ecclesias, sibi commissas, bona immobilia, seu iura [g] ipsarum laicis submittere, subiicere, seu supponere, absque capituli sui consensu et apostolicæ sedis licentia speciali, non concedendo bona ipsa vel iura in emphyteusim, seu alias 82) alienando in forma, et casibus, a iure permissis, sed constituendo, vel recognoscendo, seu profitendo, ab illis ea tamquam a superioribus se tenere, seu ab ipsis eadem aduocando, prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur, auoher 83), vel ipsos patronos, vel aduocatos ecclesiarum, seu bonorum ipsarum 84) perpetuo, aut ad tempus non modicum statuendo. Contractus autem omnes, etiam iuramenti, pœnæ, vel alterius cuiuslibet firmitatis adiectione vallatos, (quos de talibus alienationibus sine huiusmodi licentia

81) *Generali*, abest a C. R.
82) *Aliis*, C. impr.
83) *Aveyer*, ibid.
84) *Ipsorum*, C. R.

a *Vide Panorm. et Felin. in c. constitutus. extr. de rescr.* b *Ad intellectum huius cap. vide Panorm. in c. ex parte. extr. de constit.* c *Illud dicitur communiter pertinere, quando aequale ius qualibet pars habet in actu.*

d *Ad hunc textum vide Felin. in cap. cum te. extr. de rescript.* e *Vide cap. ad audientiam. de eccles. adif. C. 10. qu. 3. c. vnic. Alias regulariter soli principi licet. C. 9. qu. 3. c. nemo. ff. de cuiff. l. l. actus. Vide Oldrad. in consil. 160. cum 2. sequ. hoc eod. tit. Vide Hostiens. in summ. hoc eod. tit. vbi adsignat quinque caussas alienationis rerum ecclesiasticarum* f *Vide Bart. l. 2. in 2. coll. C. vbi in rem actio. per l. si aliena. ff. de vsucap. Fons.*

et con-

et consensu contigerit celebrari,) et quidquid ex eis sequutum fuerit 85), decernimus adeo viribus omnino carere, vt nec ius aliquod tribuant, nec præscribendi etiam caussam parent. Et nihilominus prælatos, qui secus fecerint, ipso facto ab officio et administratione, clericos etiam, qui, scientes contra inhibitionem prædictam aliquid esse præsumtum, id superiori denuntiare neglexerint, a perceptione beneficiorum, quæ in ecclesia obtinent sic grauata, triennio statuimus esse suspensos. Laici vero, qui prælatos vel capitula 86) ecclesiarum seu alias personas ecclesiasticas ad submissiones huiusmodi faciendas hactenus compulerunt, nisi post competentem monitionem, (remissa submissione, quam per vim vel metum exegerant,) ecclesias, et bona ecclesiastica eis submissa taliter in sua libertate dimittant. Illi vero, qui de cetero prælatos, vel personas easdem ad talia facienda compulerint, (cuiuscumque sint conditionis, aut status,) excommunicationis sint sententia innodati. Ex contractibus preterea, (super præmissis, (huiusmodi licentia et consensu interuenientibus,) hactenus initis, vel quos in futurum iniri contigerit, seu occasione illorum, laici vlua id, quod ex natura contractuum ipsorum, vel adhibita in illis lege permittitur, aliquid non vsurpent. Qui vero secus egerint, (nisi legitime moniti ab huiusmodi vsurpatione destiterint, restituendo etiam ea 87) a, quæ taliter vsurparunt 88,) eo ipso 89) sententiam excommunicationis incurrant: et extunc ad supponendum terram ipsorum, (si opus fuerit,) ecclesiastico interdicto, libere procedatur.

85) *Esset*, C. impr. *fuit*, H.
86) *Capitulares*, C. 8.
87) *Ea*, non est in C. H.
88) *Vsurpant*, C. impr.
89) *Et eo ipso*, ibid.

TITVLVS X.
DE RERVM PERMVTATIONE.

CAP. VN.

Non obstantibus exspectationibus, beneficiorum permutatio fieri potest. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *Biteren. episcopo 90). (ann. 1269. Romæ in Apuliam.)*

Licet b in tua diœcesi aliqui auctoritate apostolica beneficia, proximo vacatura, exspectent: illos tamen, qui, secundum formam iuris sua beneficia in eadem diœcesi, ad tuam collationem spectantia, permutare volentes, libere ac sine fraude in manibus tuis ipsa resignant, nolumus occasione præmissa, (æquitatem præferentes in hac parte rigori,) circa faciendam permutationem beneficiorum huiusmodi, (quæ alias minime resignassent,) vllatenus impediri.

90) Vocab. *Biteren. episcopo*, absunt a C. R. et impr.

TITVLVS XI.
DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

CAP. I.

In fideicommissoriis substitutionibus locum habet quartarum deductio: in directis non. Et substitutiones interpretari debemus directas: dummodo conueniant verbis et personis institutis. Ioannes Andreas.

BONIFACIVS VIII.

Si pater c, filium et filiam habens impuberes, et vxorem, filiam in re certa, filium vero in ceteris bonis suis vniuersalem heredem instituit, et vxori aliqua in suo testamento legauit, adiiciens, vt, si, decederet filia sine liberis, eidem 91) filio, et, si ipse absque liberis obiret, filius præfatæ filiæ moreretur 92), Christi pauperes instituendo heredes, si vtrumque sine liberis mori contingeret filiorum: testatore mortuo, ac deinde filio, subsequenter et filia, (superstite matre,) defunctis ante tempora pubertatis, absque deductione Trebellianicæ, siue partis, iure naturæ debitæ, facienda, ipsis pauperibus bona omnia deferantur 93). Præmissæ namque substitutiones, factæ de filio ad filiam, et econtra, et de illis ad pauperes, directæ debent intelligi pupillares; cum in substitutionibus semper sit interpretatio facienda, (dummodo, sicut in casu proposito, earum verbis et personis conueniat 94) institutis,) vt substitutio directa intelligatur potius, quam obliqua: quamquam directa interdum ad fideicommissum ex caussa trahatur. Licet autem filius testamento suo matrem portione, iure naturæ debita 95) priuare non possit: pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, potest. Nam testamentum huiusmodi pupillare paternum, vel paterni pars potius est censendum.

91) *Sine liberis bona eius*, C. a. et H.
92) *Moreretur*, C. impr.
93) *Deferantur*, C. H.
94) *Conueniant*, ibid.
95) *Naturæ sibi debita*, ibid.

CAP. II.

Superior habet consentire religiosis, deputatis exsequutoribus. Hoc dicit, secundum Zenz.

IDEM.

Religiosus exsequutor, ab aliquo in sua voluntate vltima deputatus, non potest, (cum velle vel nolle non habeat,) huiusmodi officium suscipere, vel exsequi, nisi a superiore suo petita super hoc licentia et obtenta.

Pluribus exsequutoribus datis, vno mortuo, vel in remotis exsistente, vel exsequi nolente, vnus officium exsequutionis exercebit, ne impediatur testatoris voluntas: nisi aliud per testatorem disponeretur. H. d. secundum Zenz.

§. 1. Sane, pluribus a testatore simpliciter exsequutoribus deputatis, vno eorum mortuo, vel in remotis agente, aut id exsequi forte nolente, ne voluntatem testatoris impediri, vel nimium differri 96) contingat, poterit alius, (nisi testator aliud expresserit,) officium exsequutionis iniunctæ libere adimplere.

96) *Nimium forte differri*, C. R.

TITVLVS XII.
DE SEPVLTVRIS.

CAP. I.

Hic prohibetur pactum de sepultura eligenda. Non obstante pacto de sepultura eligenda, vel electa non mutanda, sepeliendus est quis, vbi alias erat de iure sepeliendus; et alias sepultus cum omnibus sepulturæ obuentibus restituendus est: alias pœna incurritur, hic contenta. H. d. secundum Zenz.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1298.)*

Animarum periculis et scandalis, quæ frequenter ex his proueniunt, obuiare volentes, vniuersis religiosis et sæcularibus clericis cuiuscumque status vel conditionis exsistant d, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ, districtissime prohibemus, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum inducant, vt apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel iam electam vlterius non immutent. Nos enim, (si secus actum fuerit,) electionem talem decernimus nullius penitus exsistere firmitatis, statuentes, vt hi, qui sic elegerint, nec apud sic electas ecclesias vllatenus sepeliri, nec alibi, (ne contra votum, iuramentum aut promissum huiusmodi 97), a se factum 98), materiam habeant veniendi,) possint eligere sepulturam: sed, contradictione quacumque cessante, sepeliantur omnino apud illas ecclesias, apud quas sepeliendi de iure fuissent, si alias, sepultura non electa, forsitan decessissent. Si vero iidem religiosi vel clerici prædictos in suis ecclesiis vel 99) cœmeteriis præsumserint sepelire: ad restitutionem iam sepultorum corporum, (si petantur,) quam etiam 100) omnium, quæ occasione sepulturæ illorum peruenerint quomodolibet ad eosdem, intra decendium integraliter faciendam, ipsos obligatos esse censemus. Quam nisi 1) fecerint, ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, necnon et cœmeteria earumdem extunc eo ipso sint, et tamdiu maneant 2) ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum.

97) *Huiusmodi*, non est in C. H.
98) *Factam*, ibid.
99) Verb. *ecclesiis vel*, ibid. non habentur.
100) *Etiam*, desideratur ibid.
1) *Si non*, ibid.
2) *Maneant*, ibid. non legitur.

CAP. II.

Ecclesiæ dimissæ non debetur canonica portio, sed parochiali: et pluribus, si sint plures.

IDEM.

Cum e quis, cuius maiores sunt soliti ab antiquo in aliqua ecclesia sepeliri, ea dimissa, eligit 3) alibi sepulturam; canonica portio dimissæ non debetur ecclesiæ, sed illi dumtaxat, in qua ille officia consueuit audire diuina, et ecclesiastica recipere sacramenta: cum ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans æqualiter in vtroque, in loco tertio eligitur sepultura, domiciliorum ecclesiæ habebunt inter se f diuidere canonicam portionem.

In loco etiam minus religioso potest noua eligi sepultura. H. d. secundum Zenz.

§. 1. Si quis, antiqua dimissa, nouam (etiam in loco minus religioso) elegerit sepulturam: electionem huiusmodi, (licet iura super hoc videantur esse diuersa,) nequaquam volumus impugnari.

3) *Elegerit*, C. H.

a *Dictio*, ea, *deest in antiquior. codic.* b *Vide Clem. 2. tit. de rer. permut. et de materia Bellamerum tract. de permutatione beneficiorum, et Dec. consil. 141. l. 1. incip. ad plura dubia. et consil. 210. cap. incip. viso puncto. libr. 2.* c *De materia huius cap. præter doctores hic vide interpretes in cap. Raynutius. extr. de test. et in l. precibus. C. de impub. et aliis subst. et alibi.*

d *Vid. cap. 2. de mai. et obed. nec non C. 8. qu. 4. c. fraudum. et Bald. in l. 1. C. de sacrosanct. eccles.* e *Vide concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 13. et Cardin. consil. 90 incip. episc. Feltren.* f *Vide Bart. in l. hoc artic. ff. de her. inst. Angel. de eg. success. §. proxim. Font.*

CAP.

CAP. III.

Translatis personæ, ad certum locum facta ad tempus, ecclesiæ ius sepulturæ non aufert. H. d. secundum Zenz.

IDEM.

In a, qui, habens domicilium in ciuitate vel castro, quandoque ad villam ruralem se transfert recreationis caussa, vel vt ruralia exerceat in eadem, si, non electa sepultura, decedat ibidem, non in ecclesia dictæ villæ, sed in sua parochiali, vel in ea potius, in qua maiorum ipsius ab antiquo sepultura exstitit, sepeliri debebit: dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari.

Mulier mortua, quæ pluribus nupsit, cum viro vltimo sepelitur. Hoc dicit.

§. 1. Mulier autem, quæ plures viros habuit successiue, si sepulturam non eligat, est cum viro vltimo, cuius domicilium tenuet et honorem b, cumulanda.

CAP. IV.

Ex consuetudine potest pater impuberi eligere sepulturam: pubes autem eligit per se ipsum. Et hoc dicit secundum Zenz. quoad titulum, sed non quoad textum. Vnde posset addi: *et pro anima non legat sine adsensu patris bona non castrensia.* Domin.

IDEM *in eodem c.*

Licet d pater minores filios, qui nequeunt, antequam ad annos pubertatis perueniant, eligere sepulturam, possit, (si consuetudo terræ id habeat,) quo voluerit, sepelire: hoc tamen non potest, vbi consuetudo huiusmodi non habetur, sed sunt cum suis maioribus, vel in parochiali ecclesia tumulandi. Quamuis autem filiusfamilias absque patris adsensu sibi possit libere eligere sepulturam: pro anima tamen sua e præter ipsius adsensum, (nisi peculium castrensia, aut quasi castrense habeat,) aliquid iudicare 4) non potest.

4) *Erogare*, C. B. *vendicare*, H.

CAP. V.

Religiosi, nisi multum remoti a monasterio, nequeunt alibi eligere sepulturam. H. d. secundum intellectum Zenz.

IDEM *in eodem.*

Religiosi, nisi a propriis monasteriis adeo forsitan sint remoti, quod ad ea, cum moriuntur, commode portari non possint, nequeunt, (cum velle vel nolle non habeant,) sibi eligere sepulturam: sed sunt apud sua monasteria tumulandi.

TITVLVS XIII.
DE DECIMIS, PRIMITIIS ET OBLATIONIBVS 5).

CAP. I.

Populus, vt ecclesiis iura debita persoluat, est in prædicationibus et aliis exhortandus. H. d. secundum Zenz.

GREGORIVS IX. 6) *fratribus Prædicatoribus et Minoribus. (ann. 1236. Romæ.)*

Discretioni f vestræ mandamus, districtius inhibentes, ne talia, quæ audientes a decimarum, seu aliarum rerum, ecclesiis debitarum, solutione retrahant, vel alias animas corrumpant 7) audientium, in sermonibus vestris, vel alibi 8) proponere de cetero 9) præsumatis. Immo verbo et opere informetis eosdem, vt ad solutionem prædictorum promtæ voluntatis animo sint intenti.

5) In O. C. desiderantur verba: *primitiis et oblationibus.*
6) *Gregorius X* C. B.
7) *Animos retrahant*, ibid.
8) *Alias*, C. H.
9) Diction. *de cetero*, ibid. non habentur.

CAP. II.

Priuilegium, decimas noualium concedens, non includit decimas noualium, per alios possessas tempore impetrationis: et loca tantum includit, vbi percipiebantur antiquæ, et ad portionem antiquam. H. d. vsque ad §. *Statuimus.* secundum Domin.

ALEXANDER IV. 10) *(ann. 1258. Romæ.)*

Statuto perpetuo declaramus, quod indultum illud apostolicum, (quod plerisque conceditur,) vt nouallum decimas pro ea portione percipere valeant, qua veteres eos contingunt, ad illas nouallum decimas, (quas tempore illo, quo impetratum 11) vel obtentum exstitit hoc indultum, alii g possidebant, cum de hoc in ipso mentio nulla fiat,) nullatenus se extendit: nec ad alias etiam, nisi in his tantum locis, vbi veteres tunc, (quando dictum indultum impetratum fuit 12), ipsi impetratores habebant, et pro ea solummodo portione, qua ipsi tempore impetrationis huiusmodi percipiebant antiquas.

Priuilegium decimarum noualium, limitatum ad mensuram antiquarum, non potest vltra dimidium includere: fallit in Cisterciensibus et Carthusiensibus. H. d.

§. 1. Statuimus præterea, quod idem indultum, obtentum ab iis, qui tempore impetrationis totaliter veteres percipiebant decimas, vt 13) vltra medietatem decimarum nouallium nullatenus extendatur: quia non est verisimile, si tunc de plena et integra perceptione versrum fuisset expressum, quod apostolica sedes pariter et similiter nouallium decimas, in tam graue parochialium ecclesiarum dispendium indulsisset, quodque ratione 14) talis indulti, siue impetrati iam, siue impetrandi deinceps, non possit 15) in nouallibus, (quæ a modo fient 16,) vindicari et adquiri vel percipi, plus quam medietas decimarum ipsorum nouallium, etiamsi amplius in veteribus habebatur: cum non sit dicendum asperum, sed pium potius et benignum, si super decimis futurorum nouallium contra parochialium ecclesiarum grauamen 17), (quod ex distinctione 18) h indulti huiusmodi possit 19) accidere,) taliter obuiatur. Religiosos tamen Cisterciens. et Carthusiens. ordinum statuto et declaratione huiusmodi, (quantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate decimarum nouallium,) comprehendi nolumus, vel constringi.

Priuilegiati super decimis recipiendis, ecclesiis parochialibus gratis adsignare debent portionem pro debitis oneribus supportandis. H. d. Dominicus.

§. 2. Vbi autem per huiusmodi concessiones decimarum parochiales ecclesias adeo grauari contingit, quod earum rectores de ipsarum redditibus congrue sustentari, et commode iura episcopalia exhibere non possunt: prouideatur per locorum ordinarios, et ordinetur taliter, quod eisdem rectoribus tantum de illarum relinquatur prouentibus, quod exinde competentem sustentationem habere i, et episcopalia iura soluere valeant, aliaque onera debita supportare.

Decimæ, per laicos ante Lateranense concilium in feudum receptæ a religiosis, per eos recognitæ in feudum, non possunt ipsis religiosis concedi, sine diœcesanorum consensu. Hoc dicit. Dominicus.

§. 3. Sane, quamuis forte a religiosis exemtis et aliis fiant infeudationes de decimis, detentis a laicis, et idem laici, quod illas ab ipsis religiosis in feudum teneant, recognoscant: non tamen liceat religiosis eisdem post talem infeudationem, vel recognitionem, sic de facto præsumtam, huiusmodi decimas de manibus laicorum ipsorum adquirere, vel recipere absque diœcesanorum episcoporum adsensu. Illas autem decimas intelligimus posse taliter a religiosis de manibus laicorum recipi vel adquiri, quæ ante Lateran. k concilium ipsis laicis in feudum perpetuo 20) fuere concessæ.

Diœcesani compellant religiosos exemtos soluere decimas parochialibus ecclesiis, si non agatur de rebus exemtis. Hoc dicit. Dominicus.

§. 4. Diœcesani vero parochialium ecclesiarum, ad requisitionem rectorum earumdem, de ipsis religiosis super decimis, quas habent, vel eos habere continget 21), quæ quidem olim ad ipsas spectauerunt 22) ecclesias, (nisi de rebus exemtis agatur,) exhibeant iustitiæ complementum.

Religiosi etiam exemti de possessionibus adquisitis et adquirendis, ecclesiis parochialibus soluere debent decimas, si priuilegiati non sunt. H. d. Dominicus.

§. 5. Ceterum iidem religiosi, tam exemti, quam non exemti, de terris et possessionibus, adquisitis hactenus et a modo adquirendis, decimas integre soluant illis ecclesiis, quibus eædem possessiones et terræ prius fuerant decimales: nisi super hoc speciali iure vel priuilegio sint muniti.

Ex donatione laicorum habentes decimas antiquas, nouales superuenientes in eodem loco non percipiunt. H. d. Dom.

§. 6. Nec pro eo, quod forte in aliquibus parochiis omnes 23) maiores decimas, seu partem illarum adquirunt 24) de manibus laicorum, possunt pro eadem vel simili portione, (si de nouo postmodum fiant nouilia,) in eisdem petere, vel percipere nouallium decimas earumdem: nisi alia rationabilis, per quam hoc facere valeant, caussa subsit.

10) *Alexander III.* C. H.
11) *Impetratum fuerit*, C. B.
12) *Fuerit*, C. B. et H.
13) *Vt*, abest a C. H. et impr.
14) *Occasione*, C. B.
15) *Possit vlterius*, ibid.
16) *Fiunt*, ibid.
17) *Grauamina*, ibid.
18) *Quæ ex distributione*, ibid.
19) *Possunt*, C. B. *posset*, H.
20) *Perpetua*, C. H.
21) *Contingeret*, C. B. et H.
22) *Exspectauerunt*, C. H.
23) *Omnes*, desideratur ibid.
24) *Ipsarum adquirant*, C. B.

a *Vide Conradum Brunum lib. 4. de caerimon. c. 4. circa finem.* b *Vide Abbatem in cap. super eo, extr. de testib.* c *Hæc duo verba, in eodem, desunt in antiqu. codicib.* d *Vide Antonium de Butrio in cap. de vxore. extr. de sepulturis.* e *Vide Bart. in l. qui in potestate. ff. de testam. Pont.* f *Vid. conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 12. et B. Thom. 2. 2. qu. 87. art. 1.*

g *Vide l. impuberi. ff. de admin. tut.* h *Alt. distinctione.* i *Ad hæc vide l. in condemnatione. l. inter eos. ff. de regul. iur. Pomp.* k *Hoc est concilium Lateranen. sub Alex. III. cap. 9.*

TITVLVS XIV.
DE REGVLARIBVS a ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

CAP. I.

Si minor XIV. annis ingreditur religionem; in XV. anno liber exit: nisi in ipso XV. anno professionem fecerit, vel habitum professorum receperit, vel expresse ratam habuerit professionem, prius a se factam. Si autem per totum XV. annum portaut habitum, ubi non est distinctus; intelligitur professus: nisi tanta sit indistinctio, quod viuentes cum eis simili habitu induantur. Si maior XIV. annis ingreditur, si portat habitum per annum; quantumcunque sit indistinctus: intelligitur professus. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. 25) *(ann. 1252.)*

Is b, qui monasterium ante XIV. annum, vt monachus efficiatur, ingreditur, nisi eo completo, professionem faciat in sequenti, vel habitum religionis suscipiat, qui dari 26) profitentibus consueuit, seu professionem, a se 27) prius factam, ratam expresse habeat, libere potest intra c sequentem 28) annum ad sæculum remeare. Quodsi per totum sequentem annum in monasterio remanserit, vbi professorum et nouitiorum sunt habitus indistincti 29); professionem per hoc fecisse, vel, si quam prius fecerat, ratam habuisse videtur: nisi tanta indistinctio ibi habitus habeatur, quod et professi et nouitii, ac etiam alii, communem vitam cum eis ducentes, simili penitus habitu induantur. Qui vero post quartum decimum annum habitum religionis adsumserit, si per annum illum gestauerit, extunc religionem adsumtam præsumitur veraciter esse professus, vbi professi a nouitiis dissimilitudine habitus minime distinguuntur, etiamsi alii, degentes cum eis, similibus vestibus coutantur 30): quoniam, cum iam hic ad discretionis annos peruenerit, quid agat, agnoscit, et ideo susceptum discretionis tempore ordinem, (postquam 31) hunc 32) anni probauerit spatio,) intelligitur firmiter adprobasse. Secus autem in illo, qui ante discretionis annos habitum induit regularem: cum eorum, quæ tunc agit, plenum non habeat intellectum.

Hic declarat, qui sunt habitus distincti. H. d.

§. 1. Distinctos d quoque seu dissimiles intelligimus esse habitus, siue nouitiis, siue professis dissimiles vestes 33) dentur, siue benedicantur, cum profitentibus conceduntur, siue etiam aliquid aliud fiat, per quod nouitiorum a professorum habitu discernatur 34).

25) *Innocentius IV.* non habet C. H.
26) *Quod dari*, ibid.
27) Diction. *a se*, ibid. non leguntur.
28) *Infra primum sequentem*, C. R. *infra ipsum sequentem*, impr.
29) *Sint - - distincti*, C. R.
30) *Induantur*, ibid.
31) *Qui postquam*, C. H.
32) *Hunc*, in C. R. non legitur.
33) *Habitus*, ibid.
34) *Discernantur*, ibid.

CAP. II.

Prædicatores et Minores intra annum probationis quemquam ad sui ordinis professionem recipere non possunt. Quodsi fecerint: receptus adligatus non est eorum ordini, et ipsi a receptione professionis aliorum sunt suspensi, et puniendi pœna, quæ pro grauioribus culpis eis consueuit infligi. Ioann. Andr.

ALEXANDER IV. *fratribus Prædicatoribus et Minoribus.* *(ann. 1260.)*

Non solum e: [*et infra.*] Licet zelum animarum habentes eas 35) lucrari Domino sollicite cupiatis; quia tamen decet et expedit, vt conscientiæ puritati non desit iudicium rationis, ne, vnde spiritualis profectus quæritur, salutis dispendium subsequatur: vobis de fratrum nostrorum consilio in virtute obedientiæ 36), et sub pœna excommunicationis auctoritate præsentium 37) districtius inhibemus, ne ante annum probationis elapsum, (qui est maxime in subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutus,) quemquam ad professionem vestri ordinis seu renunciationem, in 38) sæculo faciendam, recipere, nec constitutum intra huiusmodi annum 39) aliquatenus impedire, quo minus infra ipsum 40) ad aliam religionem, quam maluerit, transeat, vel, (nisi maior tamen 41) quatuordecim annis existens, professus sit tacite, vel expresse eis euidenter constet, illum vitam 42) voluisse mutare, quod tamen non præsumitur, nisi clara probatione, vel 43) competentibus indiciis ostendatur,) omnino ad sæculum redeat, sicut de sua voluntate processerit 44), præsumatis. Quodsi forte contra hanc nostram prohibitionem quemquam recipere præsumseritis: decernimus, eum, (qui taliter receptus fuerit,) nullatenus vestro esse ordini adligatum, vosque a receptione quorumlibet ad professionem eiusdem ordinis fore ipso facto 45) suspensos, et insuper pœnæ subiiciendos, quæ fratribus ipsius ordinis pro culpis infligi grauioribus consueuit.

35) *Et eas*, C. R.
36) *Sanctæ obedientiæ*, C. H.
37) *Apostolica*, C. R.
38) *In*, non est in C. H.
39) *In probationis constitum*, ibid.
40) *Infra eumdem annum probationis*, C. R. et H.
41) *Tamen*, abest a C. H. et impr.
42) *Illam vitam*, C. impr.
43) *Vel*, non est in C. H.
44) *Processit*, ibid.
45) *Eo ipso*, C. R.

CAP. III.

Decretalis: Non solum, *extenditur ad omnes Mendicantes: in aliis vero professio expressa religioni, cui fit, tacita autem generaliter obligat intra annum.* H. d. secundum Zenz.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1298.)*

Constitutionem f Innocentianam, quæ prohibet, conuersorum professionem recipi ante 46) annum probationis elapsum, piæ memoriæ Alexander papa IV. prædecessor noster, ad fratrum, Prædicatorum et Minorum, ordines dumtaxat declarauit extendi. Vnde nos, pari similitudine rationis inducti, declarationem eamdem ad aliorum Mendicantium ordines prorogamus. In aliis autem religionibus professio 47) expresse 48) vel tacite fieri potest licite intra annum. Sed expresse emissa, (etiam sæculari habitu non mutato,) illi religioni g præcise obligat, quam profitens est professus. Tacite 49) vero facta intra probationis annum per susceptionem habitus, (qui profitentibus tantum datur,) non illi specialiter, cuius habitus est susceptus, sed generaliter religioni alicui recipientem obligat, si ætatis aptæ sit, si 50) sciens et voluntarius, ac triduo perseueret.

46) *Infra ann.* C. H.
47) *Professio emissa*, C. R.
48) *Expressa*, C. H.
49) *Tacita*, ibid.
50) *Si*, abest a C. R.

CAP. IV.

Beneficium ingredientis religionem intra annum probationis, (exceptis casibus, hic expressis,) non est alteri conferendum: interim tamen debebit per alium beneficio deseruiri, adsignata eidem substituto congrua portione, vnde viuere possit. H. d. Ioann. de Fan.

IDEM *Parisiensi capitulo.*

Beneficium h illius, qui religionem ingreditur, non est intra probationis annum alicui conferendum: nisi ad id ipsius 51) accedat adsensus i, aut constet, quod vitam voluerit absolute mutare, vel professionem expressam fecerit, seu scienter habitum receperit professorum. Sed interim eidem beneficio per alium deseruiri 52) debebit, adsignata sibi 53) congrua de ipsius prouentibus 54) portione.

51) *Ipsius*, in C. impr. non legitur.
52) *Deseruire*, ibid.
53) *Tali*, C. H.
54) *Prouentibus*, non est in C. R.

CAP. V.

Secundum votum sollemne religionis, derogat priori simplici. H. d. Ioann. de Fan.

IDEM.

Qui k post votum, a se de certa religione intranda emissum, religionem aliam 55) etiam laxiorem ingreditur et profitetur in ipsa, potest, (voto non obstante priori, cui tamquam simplici per secundum sollemne noscitur derogatum,) manere licite in eadem: pro voto tamen non completo, erit eidem pœnitentia imponenda.

55) *Ipsam seu aliam*, C. R.

CAP. VI.

Vacante monasterio, conuentus nouum recipit monachum, si communiter ad abbatem, et eos spectat: si ad abbatem solum, secus. H. d. Dominicus.

IDEM.

Si ad solum abbatem pertineat creatio monachorum; eo defuncto, nequibit nouus monachus a conuentu creari: alias poterit, si eorum creatio spectat insimul ad vtrumque.

a *De materia huius tituli vide, quæ nouissime sanciuit conc. Trident. sess. 25. tit. de regul. et monialibus.* b *Vide concil. Trident. sess. 25 tit. de regul. et monialib. cap. 15 vbi de tempore professionis aliud quam hic statuitur.* c *In antiquo codic. constanter legitur ita: infra ipsum sequentem annum, etc.* d *De materia huius § vide Clem. eis qui tit. de regul. et ibi late Zabarellam, Imolam et alios.* e *Vide omnino, quod sanciuit nouissime concil. Trident. circa professionem emittendam, sess. 25. tit. de regul. et monialibus. c. 15.*

f *Illud quoque tenendum, quod sanciuit concil. Trident. sess. 25. de regul. et monialibus, cap. 15.* g *Vide l. precibus. cod. de impub. et aliis substit.* h *Vide concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 1.* i *Al. consensus.* k *Vide B. Thom. 2. 2. qu. 88. art. 3. et qu. 189. art. 4. et 8.*

TITV-

TITVLVS XV.
DE VOTO ET VOTI REDEMTIONE.

CAP. VN.

Votum, sollemnizatum per susceptionem sacri ordinis, vel per professionem, factam alicui de religionibus, per sedem apostolicam adprobatis, dirimit matrimonium, post contractum: alias solum impedit et non dirimit. H. d. secundum Zeoz.

BONIFACIVS VIII. *Bituren. episcopo.* (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Quod a votum debeat dici sollemne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos consulere voluisti. Nos igitur, attendentes, quod voti sollemnitas ex sola constitutione ecclesiæ est inuenta, b matrimonii vero vinculum ab ipso ecclesiæ capite, rerum omnium conditore, ipsum in Paradiso et in statu innocentiæ instituente, vnionem et indissolubilitatem 56) acceperit, præsentis 57) declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum votum debere dici sollemne, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod sollemnizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam vel tacitam, factam alicui de religionibus, per sedem apostolicam adprobatis. Reliqua vero vota, etsi quandoque matrimonium impediant contrahendum, et quanto manifestius sunt emissa, tanto propter plurium scandalum, et exemplum durior pœnitentia transgressoribus debeatur: non tamen rescindere possunt matrimonia, post 58) contracta.

56) *Insolubilitatem*, C. H.
57) *Præsente*, abest a C. R.
58) *Iam*, ibid.

TITVLVS XVI.
DE STATV REGVLARIVM.

CAP. VN.

Moniales, tacite vel expresse professæ, clausuras monasterii exire nec possunt, nec alii ad illas intrare: nisi caussa legitima et superioris licentia interueniat. H. d.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Periculoso et b detestabili quarumdam monialium statui, (quæ, honestatis laxatis habenis, et monachali modestia sexusque verecundia impudenter abiectis, extra sua monasteria, non numquam per habitacula sæcularium personarum discurrunt, et frequenter intra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontanea deuouerunt 59), grauem 60) c offensam, religionis 61) opprobrium, et scandalum plurimorum,) prouidere salubriter cupientes, præsenti constitutione, perpetuo irrefragabiliter valitura, sancimus, vniuersas et singulas moniales, præsentes atque futuras, cuiuscumque religionis sint vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cetero permanere 62) clausura, ita, quod nulli earum, religionem tacite vel expresse professæ, sit vel esse valeat quacumque ratione vel caussa, (nisi forte tanto et tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque graui periculo seu scandalo commorari,) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas; nullique aliquatenus 63) inhonestæ personæ nec etiam honestæ, (nisi rationabilis et manifesta 64) caussa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit 65), speciali licentia,) ingressus, vel accessus pateat ad easdem: vt sic a publicis et mundanis conspectibus separatæ, omnino seruire Deo valeant liberius, et, lasciuiendi opportunitate sublata, eidem corda sua 66) et corpore in omni 67) sanctimonia diligentius custodire.

In monasteria non Mendicantium tot sorores debent recipi, quot poterunt sine penuria sustentari: et vltra non valet receptio. Hoc dicit Dominicus.

§. 1. Sane, vt hoc salutare statutum commodius valeat obseruari, districtius inhibemus, ne in monasteriis ordinum, non Mendicantium, aliquæ recipiantur de cetero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis, siue prouentibus absque penuria sustentari, si secus actum fuerit, irritum decernentes.

Abbatissæ, principibus sæcularibus ad fidelitatis sacramentum præstandum adstrictæ, si non possunt per procuratorem iurare, personaliter exeundo monasterium iurabunt, absque dilatione ad monasterium reditura. Domin.

§. 2. Verum quando abbatissa vel priorissa cuiusuis monasterii pro feudo, quod monasterium ipsum 68) tenet ab aliquo principe, seu domino temporali, sibi debebit homagium, vel fidelitatis sacramentum præstare; (nisi quod per procuratorem illud præstet, possit efficere apud eum:) de monasterio cum honesta et decenti societate exire poterit eo casu licenter, homagio facto, quam 69) primum commode poterit, seu fidelitatis præstito sacramento ad ipsum monasterium e vestigio reuersura, sic, quod in fraudem residentiæ, siue moræ claustralis, nihil fiet omnino.

Compellantur domini temporales per censuram ecclesiasticam, vt in suis curiis admittant abbatissas per procuratores litigare: ecclesiastici vero in temporalibus et spiritualibus earum procuratores admittere debent. Domin.

§. 3. Porro, ne moniales caussam, seu 70) occasionem habeant euagandi, principes sæculares, ac alios dominos temporales rogamus, requirimus et obsecramus d per viscera misericordiæ Iesu Christi, eisdem in remissionem peccaminum nihilominus suadentes, quod abbatissas ipsas, et priorissas, ac moniales quascumque, monasteriorum suorum curam 71), administrationem, negotiaue gerentes, quibuscumque nominibus censeantur, per procuratores in suis tribunalibus seu curiis litigare permittant: ne pro 72) constituendis procuratoribus, (qui cornati 73) in aliquibus partibus nuncupantur,) seu aliis huiusmodi, easdem oporteat euagari. Si qui vero contra præsumserint: exhortationi huiusmodi rationabili, atque sanctæ obtemperare nolentes, cum sit iuri contrarium, quod mulieres, (præsertim religiosæ,) per se ipsas litigare cogantur, et e via deuiet honestatis, et periculum animarum inducat, ad hoc 74) per suos ordinarios ecclesiasticos e censura ecclesiastica compellantur. Episcopis autem, et aliis prælatis superioribus et inferioribus quibuscumque iniungimus, quod et ipsi caussas seu negotia, quæ præfatæ moniales 75) habebunt 76) agere coram ipsis, aut in curiis eorumdem, siue sint homagia, fidelitatis sacramenta, lites, vel quidquid aliud, ipsa per procuratores earum fieri faciant et tractari.

Ordinarii locorum, in subiectis monasteriis propria, in exemtis apostolica auctoritate clausuram procurare debent: nec est propter hoc in aliis casibus iurisdictio in exemtos eis attributa. H. d. Dominicus.

§. 4. Et quoniam parum esset condere iura, nisi essent, qui ea exsequutioni debitæ demandarent; patriarchis, primatibus 77), archiepiscopis, et 78) episcopis vniuersis districte in virtute sanctæ obedientiæ, sub 79) obtestatione 80) diuini iudicii et interminatione maledictionis æternæ, præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate ac 81) diœcesi propria, in monasteriis monialium, sibi ordinario iure subiectis, sua, in iis vero, quæ ad Romanam immediate spectant ecclesiam, sedis apostolicæ auctoritate, abbates vero et alii, tam exemti, quam non exemti 82) prælati ecclesiarum, monasteriorum et ordinum quorumcumque, in monasteriis huiusmodi, sibi subiectis, de clausura conuenienti, vbi non est, ipsorum monasteriorum expensis 83) et fidelium eleemosynis, quas ad hoc procurent, diligentius facienda, et de ipsis monialibus includendis, quam primum commode poterunt, prouidere procurent, si diuinæ, ac nostræ indignationis voluerint acrimoniam euitare, contradictores atque rebelles per censuram ecclesiasticam, adpellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc, (si opus fuerit,) auxilio brachii sæcularis. Per hoc autem 84) in monasteriis exemtis ordinarii locorum, quoad alia nullam sibi credant iurisdictionem vel potestatem aliquatenus attributam.

59) *Deuouerint*, C. H.
60) *In grauem*, C. R.
61) *In religionis*, C. impr. *vel religionis*, H.
62) *Remanere*, C. H.
63) *Aliquatenus*, C. R. non habet.
64) *Iusta*, ibid.
65) *Pertinet*, ibid.
66) *Sua*, non habetur in C. impr.
67) *Omni*, abest a C. H.

68) *Ipsum*, desideratur ibid.
69) *Quod*, C. impr.
70) *Caussam seu*, C. H. non habet.
71) *Curam*, a C. R. abest.
72) *Nec pro*, C. H.
73) *Cornati*, C. e. *atornati*, ad. gloss.
74) *Ad haec*, C. H.
75) *Mulieres*, C. e. et H.
76) *Habebant*, C. H.
77) *Primatibus*, desideratur ibid.
78) *Et*, in C. R. non legitur.
79) *Et sub*, ibid.
80) *Obtestatione*, C. H.
81) *Ac*, C. e. non habet.
82) *Ex. epos quam non excepti*, ibid.
83) *De ipsorum monasteriorum, quæ claudantur*, ibid.
84) *Hoc etiam autem*, ibid.

TITVLVS XVII.
DE RELIGIOSIS DOMIBVS 85).

CAP. VN.

Nec licet nouum ordinem vel religionem, aut habitum nouæ religionis creare et adsumere. Et reuocati sunt ordines Mendicantium, per papam non adprobati, creati post concilium. Dominicus.

GREGORIVS X. *in concilio generali Lugdun.* (*ann.* 1274.)

Religionum diuersitatem nimiam, (ne confusionem induceret,) generale 86) concilium f consulta prohibitione vetauit.

85) C. H. addit: *ut episcopo sint subiecta.*
86) *Generale*, ibid. non legitur.

a *Vide B. Thom. et ibidem Caietanum 2. 2. qu. 88. art. 7.* b *Innuit, quod moniales corrumpuntur. Et an talibus, ac iis, qui publice volunt, sit dandum corpus Christi, gl. 1. c. de filia. C. 27. qu. 1. Vid. Doct. in l. si quis, non dicam rapere. C. de episc. et cler. Font.* c *Aliter autem hic legitur: grauamen, offensam et religionis.*

d *Notant Dom. et Phil. quod verba rogatiua in materia præcepti stant præceptiue. gloss. C. 11. quæst. 3. c. rogo. not. in l. agr. C. de transact. de quo vide Tiraquell. tract. de pœnis temperandis aut remittend. caussa 31.* e *Vide gloss. C. 11. qu. 3. c. rogo. not. in l. agr. C. de transf.* f *Conc. Later. sub Innoc. III. cap. 13.*

vetauit 87) *a*. Sed quia non solum importuna petentium inhiatio illarum postmodum multiplicationem extorsit, verum etiam aliquorum præsumtuosa temeritas diuersorum ordinum, præcipue Mendicantium, (quorum nondum adprobationis meruere principium,) effrenatam quasi multitudinem adinuenit: repetita constitutione districtius inhibentes 88), ne aliquis de cetero nouum ordinem aut religionem adinueniat 89), vel habitum nouæ religionis adsumat, cunctas *b* adfatim religiones 90) et ordines mendicantes, post dictum concilium adinuentos, qui nullam confirmationem sedis apostolicæ meruerunt, perpetuæ prohibitioni subiicimus, et quatenus processerant 91) *c*, reuocamus.

Religiosi Mendicantes, per papam post concilium adprobati et instituti, non possunt aliquem ad professionem recipere, domum vel locum de nouo adquirere, nec adquisita sine licentia alienare, nec extraneis prædicare, confessiones eorum audire, vel ad sepulturam admittere. Et contra factum non tenet, et contra faciens, excommunicatus est. H. d. Dominic.

§. 1. Confirmatos autem per sedem eamdem 92), post idem tamen concilium institutos, quibus ad congruam sustentationem reditus aut possessiones habere professio sua regula quælibet interdicunt, sed per quæstum publicum tribuere victum solet incerta mendicitas, modo decernimus subsistere infra scripto, vt videlicet professoribus eorumdem ordinum ita liceat in illis remanere, si velint, quod nullum deinceps ad eorum professionem admittant, nec de nouo domum vel aliquem locum adquirant, nec domus seu loca, quæ habent, alienare valeant sine sedis eiusdem licentia speciali. Nos enim ea dispositioni sedis apostolicæ reseruamus, in terræ sanctæ subsidium, vel pauperum vel alios pios vsus per locorum ordinarios, vel eos, quibus sedes ipsa commiserit, conuertenda. Si vero secus præsumtum fuerit: nec personarum receptio, nec domorum vel locorum 93) adquisitio aut ipsorum, ceterorumque bonorum alienatio valeat, et nihilominus contrarium facientes sententiam excommunicationis incurrant. Personis quoque ipsorum ordinum omnino interdicimus, quoad extraneos, prædicationis et audiendæ confessionis officium, aut *d* etiam 94) sepulturam.

Reuocatio ordinum Mendicantium, Prædicatores, Minores, Eremitanos, et Carmelitas non comprehendit. Hoc dicit. Dominicus.

§. 2. Sane, ad Prædicatorum et Minorum ordines, (quos euidens ex eis vtilitas ecclesiæ vniuersali proueniens perhibet adprobatos,) præsentem non patimur constitutionem extendi. Ceterum Eremitarum sancti Augustini, et Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum 95) concilium generale præcessit, in solido statu volumus permanere.

Existens de ordinibus reuocatis, non collegialiter, sed singulariter ad alios ordines transire potest. H. d. Dominic.

§. 3. Ad hæc personis ordinum, ad quos constitutio præsens extenditur, transeundi ad reliquos ordines adprobatos licentiam concedimus generalem, ita, quod nullus ordo ad alium, vel conuentus ad conuentum se ac loca sua totaliter transferat *e*, sedis eiusdem super hoc permissione specialiter non obtenta.

87) *Vitauit*, C. R.
88) *Inhibemus*, C. H.
89) *Inueniat*, C. R. et H.
90) *Cunctos affatim religiosos*, ibid.
91) *Processerunt*, C. R.
92) *Apostolicam*, C. R. et H.
93) *Ac locorum*, ibid.
94) *Ac etiam*, ibid.
95) *Dictum*, omittitur ibid.

TITVLVS XVIII.
DE CAPELLIS MONACHORVM.

CAP. VN.

Instituti in ecclesiis monachorum ad curam populi per episcopum ad ipsorum præsentationem, per eumdem, (si caussa subsit,) sunt destituendi. H. d. Dominicus.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Presbyteri, qui ad curam populi per monachos in eorum ecclesiis præsentantur episcopis, et instituuntur ab ipsis, (cum debeant esse perpetui *f*,) consuetudine vel statuto quouis contrario non obstante, ab eisdem nequeunt ecclesiis, (nisi per episcopos, et ex caussa rationabili,) amoueri.

TITVLVS XIX.
DE IVRE PATRONATVS *g*.

CAP. VN.

Donatio iuris patronatus laici, facta loco ecclesiastico, etiam sine consensu episcopi, tenet: non tamen præiudicat iuri episcopi. H. d. Dominicus.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Si laicus ius patronatus ecclesiæ, sibi competens, eidem vel alteri ecclesiæ seu loco religioso duxerit conferendum; huiusmodi collatio, (quamuis absque adsensu episcopi facta fuerit,) efficax est censenda *h*: per præfatam tamen collationem iuri episcopi, qui eidem adsensum non præbuit, nolumus in aliquo derogari.

Laicus quadrimestre tempus habet ad præsentandum, ecclesia vero semestre: licet a laico adquisiuerit ius patronatus. Hoc dicit. Dominicus.

§. 1. Verum licet patronus laicus ad præsentandum tempus habeat quadrimestre duntaxat; ecclesia tamen, vel monasterium, cui facta est a laico iuris patronatus collatio, tempus habet semestre: et omnino quantum ad præsentationem pertinet, non vt patronus laicus, sed vt patronus debet ecclesiasticus reputari 96).

96) *De ecclesiasticus reputatur*, C. R.

TITVLVS XX.
DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, ET PROCVRATIONIBVS.

CAP. I.

Archiepiscopus, volens prouinciam visitare, prius debet visitare ecclesiam, ciuitatem, et diœcesim propriam, clericos et laicos earumdem. H. d. Dominicus.

INNOCENTIVS IV. 97) (*ann.* 1252.)

Romana *i* ecclesia: [*vt infra.*] Statuimus, vt quilibet archiepiscopus, suam volens visitare prouinciam, prius ecclesiæ suæ capitulum ac ciuitatem et diœcesim propriam plene visitare procuret: nec sit solum erga maiorum, sed etiam minorum ecclesiarum, nec circa clericorum tantum, sed etiam populorum 98) visitationem intentus. Et si commode vel absque difficultate accedere ad vnamquamque non poterit; de pluribus locis ad vnum congruum clericos et laicos studeat conuocare: ne in illis visitatio postponatur.

Visitata sua diœcesi, archiepiscopus in parte vel in totum visitat omnia loca ecclesiastica, clerum et populum prouinciæ, procurationem a visitatis recipiendo. H. d. Domin.

§. 1. Deinde liceat ei per totam prouinciam vel eius partem visitationis officium exercere, ciuitates et diœceses, suffraganeos suos et eorum subditos, cathedralium et aliarum ecclesiarum capitula et monasteria, ecclesias et alia religiosa et pia loca, clericos et populos libere visitando, ac procurationes a locis tantum recipere visitans.

Archiepiscopus, post inceptam visitationem in vna diœcesi, transiens ad aliam, ad primam redire non potest: nisi de nouo reiteret in tota prouincia. Dominic.

§. 2. Ea quo tamen aliquam de ipsis diœcesibus visitare cœperit: numquam postea, siue totam, siue partem eius visitauerit, reuertatur caussa visitationis ad illam, priusquam omnes reliquæ ipsius prouinciæ diœceses in toto vel in parte, (quas secure visitare poterit 99),) et sua denuo 100) fuerint visitatæ. Quodsi forte eadem diœcesis vel aliqua ibi ecclesia plus aliis indiguerint visitari; tunc, aliarum visitatione intermissa, redeat ad eamdem, si a loci diœcesano requisitus extiterit, vel de omnium aut maioris partis episcoporum eiusdem prouinciæ processerit consilio et adsensu: ad quod iidem se pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si vero malitiose in his difficultatem adhibuerint 1): archiepiscopus licentiam super hoc a sede apostolica postulet confidenter.

Expedita visitatione, non reiterat illam archiepiscopus sine consilio suffraganeorum, et definitione in scriptis prius facta: debet tamen recipere ab illis, qui in prima non fuerant visitati. H. d. Dominicus.

§. 3. Postquam autem semel 2) omnes prouinciæ suæ diœceses visitauerit; licitum sit ei postea, (prius tamen suffraganeorum suorum requisito consilio, et ipsius definitione super hoc habita coram eis, quas in scriptis redigi volumus, vt possint *k* aliis esse nota,) visitationem per eamdem reiterare prouinciam iuxta modum, superius adnotatum: etiamsi non interueniat in hoc suffraganeorum ipsorum 3)

97) *Innocentius IV.* non est in C. H.
98) *Etiam circa populorum*, ibid.
99) *Quas secure visitare poterunt*, C. R. *poterit*, H.
100) *Et si iam*, C. impr.
1) *Exhibuerint*, C. R.
2) *Semel*, desideratur ibid.
3) *Suorum*, C. R. et H.

a *Al.* vitauit. b *In antiqu. cod. vt plurimum legitur ita:* cunctos affatim religiones et ordines, *etc. quidam manuscriptus habet ita:* cunctos affatim religiosos et ordines mendicantium. c *Al.* processerunt. d *In manuscript. ita:* ac etiam sepulturam. e *Alii.* transferant. f *Dicto*, perpetuus, *quid significet, vid. Fulgos. cons.* 157. *incip. in caussa Benedicti, et Alex. consil.* 60. *incip. omissa multiloquio, in* 2. *volum.*

g *De materia huius tit. vide, quod nouissime decreuit concil. Trid. sess.* 25. *de reform. c.* 9. h *Vide l. cum a matre. C. de rei vind. et l. peto.* §. *fratre. ff. de leg.* 2. i *De materia huius decret. præter statuta in conc. Later. sub Alex. III. c.* 4. *et in concil. Later. sub Innocent. III. c.* 33. *vide omnino, quæ nouissime sanciuit concil. Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 5. k *Al.* possent.

adsen-

adsensus, illam semper prouidentiam adhibendo 4), vt in posterioribus visitationibus illas ecclesias, eosque cleros et populos prius visitet, qui non fuerant ab eo 5) in prioribus visitati: nisi magis sit aliis visitationis officium opportunum.

Archiepiscopus visitans debet proponere verbum Dei, inquirere de vita ministrorum, et de pertinentibus ad diuinum officium, absque iuramento: infamatos ordinariis denuntiet, et notoria crimina puniat. H. d. Domin.

§. 4. Sane, huiusmodi impensurus officium, proposito verbo Dei quærat de vita et conuersatione ministrantium in ecclesiis et locis aliis, diuino cultui deputatis, ac ceteris, quæ ad officium ipsum 6) spectant, absque coactione et exactione qualibet iuramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita a, nunc lenia, nunc aspera, iuxta datam sibi 7) a Deo prudentiam diligenter intendens. Quodsi de aliquibus orta fuerit infamia: contra eos ordinariis ipsorum, (vt super his sollemniter 8) inquirant,) denuntiet, si viderit expedire. Notoria vero crimina, quæ examinatione non egeant, (cum super his merito notari possit ordinariorum negligentia eorumdem,) libere corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo.

Visitator non in pecunia, sed victualibus recipiet procurationem moderatam: nec familia sua aliquid recipere potest etiam prætextu officii, nec ipse nec sui aliquod munus, etiam oblatum, recipient. H. d. Dominicus.

§. 5. Procurationes autem recipiat, secundum quod est in canonibus b constitutum: nullam tamen pecuniam ipse vel aliquis de sua familia, occasione alicuius officii 9) aut consuetudinis, seu quolibet alio modo earum 10) nomine, sed in victualibus expensas tantum recipiat moderatas. Caueat insuper, ne ipse, vel quisquam suorum aliquod 11) munus, quodcumque sit, et qualitercumque offeratur, præsumat 12) recipere: vt, non quæ sua sunt, videatur 13) quærere, sed quæ Iesu c Christi. Quodsi fuerit contra præsumtum: recipiens maledictionem incurrat, a qua nunquam, (nisi duplum restituat,) liberetur. Volumus enim in his fraudem quamlibet penitus euitari 14).

Forma visitationis præmissa seruari debet in episcopis et aliis prælatis inferioribus: regularium consuetudinibus exceptis. Hoc dicit, Dominicus.

§. 6. Hanc autem visitandi formam ab vniuersis, etiam episcopis aliisque prælatis, ordinario 15) iure suos subiectos 16) d visitantibus, plene obseruari præcipimus, saluis super hoc rationabilibus et adprobatis religiosorum consuetudinibus et regularibus institutis.

4) *Exhibendo*, C. impr.
5) Dictiones *ab eo*, a C. R. absunt.
6) *Ipsius*, C. S. et H.
7) *Sibi formam*, C. R.
8) *Sollerter*, C. H.
9) *Statuti*, C. a.
10) *Eorum*, C. R. et H.
11) *Aliquod*, non est in C. R.
12) *Præsumant*, ibid.
13) *Videantur*, ibid.
14) *Euocari*, ibid.
15) *Ordinariorum*, ibid.
16) *Subditos*, C. R. et H.

CAP. II.

Quia decret. Innocent. IV. supra proximum non bene seruabatur in illo capitulo, quo præceperat, procurationes in victualibus, non in pecunia, recipi, et non recipi munera, nec etiam procurationes in victualibus a locis, non visitatis: illam confirmat, pœnas adiiciens. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in generali concilio Lugdun.* (*ann.* 1274.)

Exigit peruersorum e audacia, vt non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque felicis recordationis Innocentii papæ IV. prædecessoris nostri, editam super non recipiendis in pecunia procurationibus, ac super receptione munerum, visitantibus, eorumque familiaribus 19) interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire, volentes inuiolabiliter obseruari, eam decernimus pœnæ adiectione iuuandam, statuentes, vt vniuersi et singuli, qui ob procurationem, sibi ratione visitationis debitam, exigere pecuniam, vel etiam a volente recipere, vel alias constitutionem ipsam recipiendo munera, siue, visitationis officio non impenso, procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione violare præsumserint, duplum eius, quod receperint, ecclesiæ, a qua id receptum fuerit, intra mensem reddere 20) teneantur. Alioquin extunc patriarchæ, archiepiscopi, episcopi 21), duplum ipsum vltra 22) prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi ecclesiæ sentiant 23) f interdictum: inferiores vero ab officio et beneficio nouerint se suspensos, quousque de duplo huiusmodi grauatis ecclesiis plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate seu gratia valitura.

19) *Familius*, C. R.
20) *Restituere*, C. R. et H.
21) *Et episcopi*, C. H.
22) *Infra*, C. S.
23) *Sentiat*, abest a C. H.

CAP. III.

Visitator recipere potest procurationem in pecunia, volentibus visitatis; sed vna die vltra vnam procurationem non recipiet: licet plura visitauerit loca. H. d. Dominicus.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Felicis g recordationis Gregorius papa X. prædecessor noster, prohibuit in concilio Lugdunensi, ne aliqui ob procurationem, sibi ratione visitationis debitam, exigere pecuniam præsumerent, vel etiam recipere a volente. Verum quoniam rerum experientia nos instruxit, ex hoc tam personis visitantibus, quam locis et ecclesiis visitatis multa incommodorum dispendia prouenire; concedimus, vt patriarchæ, archiepiscopi, episcopi 24) et alii, quibus ex officio competit visitare, a volentibus ecclesiarum et locorum visitatorum rectoribus, seu personis pecuniam licite recipere valeant, pro sumtibus moderatis faciendis in victualibus, diebus, quibus visitationis officium personaliter exercebunt, adiicientes, quod non liceat visitatori nisi vnam procurationem recipere vna die; siue vnum locum solum visitauerit, siue plura; etiamsi locus quilibet visitatus ab illo 25) sufficeret ad procurationem integram persoluendam: cum eidem sufficere debeat, vt temporalia metat a locis, personaliter visitatis, pro diebus, quibus eis spiritualia subministret. Cetera vero, in eiusdem prædecessoris 26) constitutione contenta, in suo volumus robore perdurare.

24) *Et episcopi*, C. H.
25) *Ab ipso alio*, C. R.
26) *Prædecessoris nostri*, ibid.

CAP. IV.

Si vniuersitas vel singularis persona ecclesias vel ecclesiasticas personas compulerit soluere pedagia, vel guidagia, vel exactiones pro rebus suis, quas caussa negotiationis non deferunt, vel pro personis; singulares sunt excommunicati, et vniuersitas interdicta: nec prodest contraria consuetudo. Clem. vlt. hoc addit, *quod diœcesani, quibus constat, aliquos has sententias incidisse, illos publicare debent, et ipsas sententias facere obseruari.* eod. tit. præsenti. Ioann. Andr.

IDEM.

Quamquam h pedagiorum exactiones, tam iure canonico, quam ciuili regulariter merito sint damnatæ i: tanto tamen districtius, ne ab ecclesiis et personis ecclesiasticis talia exigantur, prohiberi oportet, quanto, si id fiat, maior 27) inde transgressionis reatus incurritur, et offensa euidentior comprobatur. Cum igitur ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ, ac res k ipsarum non solum iure humano, quin immo et diuino, a sæcularium personarum exactionibus sint immunes: constitutionem felicis recordationis Alexandri papæ IV. prædecessoris nostri, (qui statuit, ecclesias 28) et personas ecclesiasticas ad pedagia et guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum vel soluendum talia pro rebus suis propriis, quas non caussa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt seu transmittunt.) volentes propter multorum insolentiam 29) et abusum pœnæ adminiculo adiuuare, adiicimus districtius inhibendo, (contraria consuetudine quorumcumque, quæ dicenda est corruptela verius, non obstante,) vt nec collegium nec vniuersitas, nec aliqua etiam singularis persona, cuiuscumque sit dignitatis, conditionis aut status, a præfatis ecclesiis, aut personis, pro personis ipsis aut rebus prædictis talia exigat, vel extorqueat 30), per se vel per alium, suo nomine vel etiam alieno, aut eis ad huiusmodi persoluenda compellat. Qui vero contra fecerint 31), si personæ fuerint, singulares excommunicationis, si autem collegium vel vniuersitas ciuitatis 32), castri, seu loci alterius cuiuscumque, ipsa ciuitas, castrum vel locus interdicti sententias ipso facto incurrant: nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenarie restituerint, et de transgressione satisfecerint competenter.

27) *Maioris*, C. H. et impr.
28) *Prædecessoris nostri, super hoc edita, suam prouinciam visitare libere licet, non facit eius suffraganei negligentes et visitationem eamdem iterare, ac procurationem a locis recipere visitatis, consuetudine, si qua forte ab ipsis suffraganeis, aut ab aliis adlegetur, aliter in prouinciis contraria non obstante, potest et idem archiepiscopus, dum visitat, confessiones subditorum suffraganeorum, qui statum ecclesias.* C. H.
29) *Insolentiam*, ibid.
30) *Exigant vel extorqueant*, C. R.
31) *Contrarium fuerit*, C. H.
32) *Ciuitates*, abest a C. R.

a *Vide omnino conc. Trid. sess. 1. de reform. cap. 1.* b *Hos canones habes in conc. Later. sextio cap. citati.* c *Al. deest dictio:* Iesu. d *Al.* subditos. e *Vide conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 3. quod si quisquam.* f *In veteri exemplari deest*, sentiant.

g *Vide conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 3. §. si tamen in opelone verum.* h *Vide conc. Lat. sub Alex. III. c. 22. et conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 20.* i *Ergo eas factens probabit, hoc sibi licere, infra v. 2. de immun. eccl. l. 1. C. vect. non inst. nec. Dom. et Phil.* k *Vide l. si publicanus. §. de rebus. ff. de publ. Fons.*

CAP. V.

Archiepiscopus visitare potest prouinciam ac etiam iterare, licet suffraganei non sint negligentes, et tunc confessiones omnium audire, absoluere, et pœnitentias imponere. H. d. Domin.

IDEM.

Perpetuo a declaramus edicto, archiepiscopum posse secundum tenorem constitutionis felicis recordationis Innocentii papæ IV. 33) prædecessoris nostri, super hoc editæ, suam prouinciam visitare libere, licet non sint eius suffraganei negligentes, et iterare visitationem eamdem, ac procurationes 34) a locis recipere visitatis, consuetudine, (si qua forsan ab ipsis suffraganeis, vel ab aliis adlegetur,) præmissis 35) contraria, non obstante. Potest etiam idem archiepiscopus dum visitat, confessiones subditorum suffraganeorum 36) audire, ac absoluere confitentes, et ipsis pœnitentias iniungere salutares.

33) *Papæ III.* C. R.
34) *Procurationem*, C. R. et H.
35) *In præmissis*, ibid.
36) *Suorum*, audit C. R.

TITVLVS XXI.
DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL ALTARIS.

CAP. VN.

Polluta ecclesia, pollutum est cœmeterium, illi contiguum, sed non remotum. Pollutio cœmeterii ecclesiam non polluit: licet contigua existat. Polluto vno cœmeterio, aliud, illi contiguum, pollutum non est: licet per portam de vno in aliud detur ingressus. Hoc dicit. Dominicus.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Si b ecclesiam pollui sanguinis aut seminis effusione contingat: ipsius cœmeterium, si contiguum sit eidem, censetur esse pollutum. Vnde, antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis sepeliri: secus, si remotum fuerit ab eadem. Non sic quoque in casu conuerso sentimus, vt videlicet, polluto cœmeterio, quamuis ecclesiæ contiguo, debeat ecclesia reputari polluta: ne minus dignum 37) maius, aut accessorium principale ad se trahere videatur. Non vnum, sed plura cœmeteria esse noscuntur 38), quæ, quamuis sibi cohærentia, pariete tamen medio seiunguntur 39). Ideoque, violato eorum altero, alterum, (licet de vno ad aliud per portam intermediam habeatur accessus,) non propter hoc reputabitur violatum.

37) *Dignum*, abest a C. H.
38) *Noscuntur*, C. R.
39) *Seiunguntur*, ibid.

TITVLVS XXII.
DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.

CAP. VN.

Festa duodecim apostolorum, quatuor euangelistarum, et quatuor doctorum et confessorum ecclesiæ, scilicet Gregorii, Augustini, Ambrosii, et Hieronymi, sub officio duplici debent sollemniter celebrari. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Gloriosus c Deus in sanctis suis, et in maiestate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudentiæ 40), nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicii cœlestia pariter et terrena disponit, etsi cunctos eius ministros magnificet, claris decoret honoribus, et cœlestis efficiat beatitudinis possessores: illos tamen, (vt dignis digna rependat,) potioribus attollit insigniis dignitatum, ac premiorum vberiori retributione prosequitur, quos d digniores agnoscit, ac commendat ingentior excellentia meritorum. Sic et alma mater ecclesia, eius sacra vestigia prosequens, ac exemplo ducta laudabili, licet vniuersos, in regnis cœlestibus constitutos, studiis honorare sollicitis, et sonoris efferre præconiis 41) non desistat, gloriosissimos tamen Christianæ fidei principes, æthereæ Dei electos, iustos seculi iudices, lumina vera mundi, videlicet Christi redemtoris apostolos, numero duodeno contentos, qui, viuentes in carne, prædictam ecclesiam suo pretioso sanguine plantauerunt, ipsam erigendo sublimiter, et disciplinis 42) sanctissimis dirigendo, reuerendissimos etiam patres virosque clarissimos, quatuor euangelistas Domini, per quorum diligentissima et fidelissima studia eidem ecclesiæ sacra euangelia illuxerunt, egregios quoque ipsius doctores ecclesiæ, beatos Gregorium, qui, meritis inclytus, sedis apostolicæ curam gessit, Augustinum et Ambrosium, venerandos e antistites, ac Hieronymum, sacerdotii præditum titulo, eximios confessores summis attollere vocibus, laudibus personare præcipuis, et specialibus disponit honoribus venerari. Horum 43) quippe 44) doctorum perlucida 45) et salutaria documenta prædictam illustrarunt ecclesiam, decorarunt virtutibus, et moribus informarunt. Per ipsos præterea, quasi luminosas ardentesque lucernas, super candelabrum in domo Domini positas, (errorum tenebris profugatis,) totius corpus 46) ecclesiæ tamquam sidus irradiat matutinum. Eorum etiam fecunda 47) facundia, cœlestis irrigui gratia influente, scripturarum ænigmata reserat, soluit nodos, obscura dilucidat, dubiaque declarat: profundis quoque ac decoris illorum sermonibus ampla ipsius ecclesiæ fabrica, velut gemmis vernantibus, rutilat, et verborum elegantia singulari gloriosius sublimata coruscat. Ideoque circumspecta prudentia 48) dictæ sedis, (quæ actibus intenta salubribus, et operibus exposita pietatis, libenter et sollerter exsequitur, quæ sunt Dei 49),) præmissa sollicite digneque considerans, et debita meditatione perlustrans 50), ad diuini nominis honorem et gloriam, exaltationem 51) catholicæ fidei, salutemque fidelium, merito censuit, riteque prouidit, apostolos, euangelistas, et confessores eosdem in vniuersali ecclesia honorificentiæ potioris impendiis attollendos: vt ab ea 52) tanto propensius honorari se sentiant, quanto ipsam præ ceteris excellentius illustrarunt. Nos itaque, piis ducti consiliis, dignisque studiis excitati, non nullos f prædecessores nostros Romanorum pontificum, (qui, specialis deuotionis prosequentes affectum, aliquorum festa sanctorum sub duplici ordinauerunt officio celebranda,) imitari sollicite intendentes, eorumdem apostolorum, euangelistarum et confessorum festiuitates 53) præcipuas, (de fratrum nostrorum consilio et adsensu 54) sub officio duplici per vniuersas orbis ecclesias volumus, statuimus et præcipimus annis singulis perpetuis futuris temporibus sollemniter celebrari.

40) *Scientia et prudentiæ*, C. R.
41) *Præconiis*, C. H.
42) *Disciplinis*, C. impr.

43) *Quorum*, C. R.
44) *Quidem*, C. H.
45) *Præclara*, ibid.
46) *Corporis*, C. impr.
47) *Secunda*, ibid.
48) *Prouidentia*, C. R.
49) *Dei*, desideratur ibid.
50) *Prælustrans*, C. impr.
51) *Et exaltationem*, C. H.
52) *Ab eo*, C. R.
53) *Sollemnitates*, C. H.
54) Diction. *et adsensu*, non sunt in C. R.

TITVLVS XXIII.
DE IMMVNITATE g ECCLESIARVM, COEMETERIORVM, ET ALIORVM LOCORVM RELIGIOSORVM 55).

CAP. I.

Sæculares potestates ab ecclesiis vel ecclesiasticis personis tallias vel exactiones pro rebus vel possessionibus adquisitis vel adquirendis exigere non præsumant, nec eas compellere ad ipsas distrahendum, vel extra manum suam ponendum. Hoc dicit. Ioann. Andr.

ALEXANDER IV. (*ann.* 1260.)

Quia h nonnulli, habentes temporale dominium, vel potestatis gerentes officium secularis, libertatem et immunitatem 56) ecclesiasticam lædere ac minuere 57), tamquam honoris et priuilegii 58) ecclesiarum inuidi, moliuntur: expedit, quod per diligentiam et auctoritatem sed. apostol. (quæ curam habet ecclesiarum omnium et tutelam,) contra talium ausus et conamina opportunum remedium adponatur 59) i, vt ecclesiæ ipsæ 60) in plenitudine iuris sui et libertatis integritate lætentur k, ac detestabilis malignorum audacia, et insolentium 61) nefaria temeritas propulsetur. Sane, intelleximus, quod in regno Franciæ, communiæ 62), scabini, seu consules et alii domini temporales, et ii, qui iurisdictionem in ipsis communiis, ciuitatibus, castris ac villis temporalem exercent, vel quibus 63) in illis commissa est exsequutio iustitiæ secularis, molesti sunt nimium ecclesiis super pluribus, et infesti: et inter cetera nituntur et student, vt illis collectas l et tallias et alia huiusmodi eædem ecclesiæ prætextu bonorum, quæ adquisiuerunt, tribuant et persoluant,

55) Diction. *cœmeteriorum et aliorum locorum relig.* absunt a C. H.
56) Diction. *et immunitatem*, non habet C. R.
57) *Imminuere*, ibid.
58) *Priuilegiis*, ibid.
59) *Opponatur*, C. H. et impr.
60) *Ipsa*, abest a C. R.
61) *Insolentium*, C. H.
62) *Commune*, C. R.
63) *A quibus*, ibid.

a *Vide conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 3. §. metropolitanis vero.* Vnde intelliges, qualiter hodie procedat dispositio huius capitis. b *De materia huius decretalis vide plene Turrecrematam et alios in can. ecclesiis. de consecrat. distinct. 1.* c *Vide Chassanæum in catalogo gloriæ mundi, part. 3. consideraт. 20. et multis sequentibus.* d *Vide text. 89. dist. can. ad hoc,* Pont. e *Alias:* reuerendos.

f *Al. ita:* nonnullos prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, etc. g *Vide conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 20. vbi priuilegia et immunitates ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum innouantur et confirmantur.* h *Vide conc. Lat. sub Alex. III. c. 19. et conc. Lat. sub Leone X. sess. 9. tit. de reform. curiæ §. etiam a iure.* i *Al.* apponatur k *Alias:* lætentur. l *Vide Anch. consil. 96 incip. super dicto dubio. Dec. consil. 496. incip. in causa domini. et Las. consil. 83. incip. dicta prædia. volum. 3.*

vel

vel extra manum suam ponant huiusmodi adquisita. Volentes itaque super his omnibus, (prout expedit,) sollicite prouidere, totque 64) temerariis ausibus congruis præsidiis obuiare, auctoritate apostolica, præhabita cum fratribus nostris diligenti deliberatione, decernimus, non licere præfatis communitatibus 65), scabinis, et iis, qui in eis iurisdictionem temporalem obtinent, vel iustitiam temporalem 66) a exercent, tallias, vel collectas seu exactiones quascumque ecclesiis vel personis ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædiis, vel quibuscumque possessionibus, ab eisdem ecclesiis, vel personis ecclesiasticis legitime hactenus adquisitis, vel in posterum adquirendis: etiamsi ipsæ ecclesiæ vel personæ, vel res huiusmodi sint intra illorum districtum vel territorium constitutæ. Nec etiam liceat, illis ipsas ecclesias vel personas ad distrahendum vel alienandum, aut extra manum suam ponendum adquisita iam, vel quæ deinceps adquirent, aliquatenus coarctare.

64) *Tot*, C. H.
65) *Communis*, C. R.
66) *Secularem*, C. R. et H.

CAP. II.

In ecclesiis dato humili ingressu debet orationibus insisti, exclusis clamoribus, et seditionibus, conciliis vniuersitatis laicorum, et eorum publicis parlamentis, vanis colloquiis, negotiationibus, et nundinis ac iudiciis secularibus, et maxime criminalibus. H. d. vsque ad *§. ordinarii.* Dominicus.

GREGORIVS X. *in generali conc. Lugdun.* (*ann.* 1274.)

Decet domum Domini *b* sanctitudo, decet, vt, cuius in pace factus est locus, eius cultus sit cum debita veneratione pacificus. Sit itaque ad ecclesias humilis et deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio, Deo grata, inspicientibus placita *c*, quæ considerantes non solum instruat 67), sed et reficiat. Conuenientes ibidem nomen illud, quod est super omne nomen, (a quo aliud 68) sub cœlo non est datum hominibus, in quo saluos fieri credentes oporteat, nomen videlicet IESV *d* Christi, qui saluum faciet populum suum a peccatis eorum,) exhibitione reuerentiæ specialis attollant, et, quod generaliter scribitur *e*, vt in nomine IESV omne genu flectatur, singuli singulariter in se ipsis implentes, (præcipue dum aguntur missarum sacra mysteria *f*,) gloriosum illud nomen quandocumque recolitur, flectant genua cordis sui, quod vel capitis inclinatione testentur. Attendantur in locis eisdem intentis præcordiis sacra sollemnia, deuotis orationibus insistatur. Nullus in locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete vota conuenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moueat impetumue committat. Cessent in locis 69) illis vniuersitatum et societatum quarumlibet concilia *g*, conciones et publica parlamenta. Cessent vana 70), et multo fortius fœda et profana colloquia. Cessent confabulationes quælibet. Sint postremo quæcumque alia, quæ diuinum possint turbare officium, aut oculos diuinæ maiestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea: ne, vbi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. Cessent in ecclesiis earumque cœmeteriis negotiationes 71), et præcipue nundinarum ac fori cuiuscumque tumultus. Omnis in eis secularium iudiciorum strepitus conquiescat. Nulla inibi caussa per laicos, criminalis maxime, agitetur: sint loca eadem a laicorum cognitionibus aliena.

Locorum ordinarii exsequi debent hic contenta; et sententiæ, in ecclesiis habitæ, sunt nullæ: et contra facientes puniri debent. H. d. Dominicus.

§. 1. Ordinarii locorum hoc faciant obseruari: suadenda suadeant, interdicta huius canonis auctoritate compescant, ad hoc alios etiam in ecclesiis ipsis magis adsiduos, et ad præmissa idoneos deputando. Et nihilominus processus iudicum secularium, ac specialiter prolatæ sententiæ in eisdem locis omni careant robore firmitatis. Qui vero præmissas inhibitiones animo petulanti contempserint, præter processum ordinariorum et deputandorum ab ipsis, diuinæ vltionis et nostræ poterunt acrimoniam formidare, donec suum confessi reatum a similibus firmato proposito deliberauerint abstinere.

67) *Instruat*, C. impr.
68) *Aliud*, non est in C. H.
69) *Locis*, desideratur ibid.
70) *Cessent in eis vana*, ibid.
71) *Negotiationis*, ibid.

CAP. III.

Punit excessus laicorum, qui clericis collectas, tallia et onera imponebant, et excessus clericorum, qui talibus consentiebant.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1296.)

Clericis *h* laicos infestos oppido tradit antiquitas, quod et præsentium experimenta temporum manifeste declarant, dum suis finibus non contenti nituntur in vetitum, ad illicita frena relaxant, nec prudenter attendunt, quam sit eis in clericos, ecclesiasticasue personas et bona interdicta potestas: ecclesiarum prælatis, ecclesiis, ecclesiasticisque personis regularibus et secularibus imponunt onera grauia, ipsosque 71*) talliant, et eis collectas imponunt, ab ipsis suorum prouentuum vel bonorum dimidiam decimam seu vicesimam, vel quamuis aliam portionem aut quotam exigunt et extorquent, eosque moliuntur multifaria subiicere seruituti, suæque submittere ditioni 72): et, (quod dolenter 73) *i* referimus,) nonnulli ecclesiarum prælati, ecclesiasticæque personæ, trepidantes, vbi trepidandum non est, transitoriam pacem quærentes, plus timentes maiestatem temporalem offendere, quam æternam, talium abusibus non tam temerarie, quam improuide adquiescunt, sedis apostolicæ auctoritate seu licentia non obtenta.

Præcipit, personas ecclesiasticas pro rebus suis vel ecclesiarum nil laicis soluere debere absque licentia apostolicæ sedis, sub quocumque colore mutui, subuentionis, doni, vel alio quolibet; vt etiam ipsi laici tallias non exigant vel recipiant, nec occupent quocumque modo deposita ecclesiarum vel personarum ecclesiasticarum: singulares, contra facientes, excommunicat, vniuersitates interdicit. Quæ pœnæ locum habeant in promissionibus, factis etiam ante hanc constitutionem, si postmodum soluantur vel recipiantur: et ab his sententiis solus papa absoluit, præterquam in mortis articulo. Hoc dicit.

§. 1. Nos igitur, talibus iniquis actibus obuiare volentes, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate statuimus, quod, quicumque prælati, ecclesiasticæque personæ, religiosæ vel seculares quorumcumque ordinum, conditionis seu status, collectas vel tallias, decimam, vicesimam, seu centesimam suorum et ecclesiarum prouentuum vel bonorum laicis soluerint vel promiserint, vel se soluturos consenserint, aut quamuis aliam quantitatem, portionem, aut quotam ipsorum prouentuum vel bonorum æstimationis, vel valoris ipsorum, sub adiutorii, mutui, subuentionis, subsidii vel doni nomine, seu quouis alio titulo, modo, vel quæsito colore absque auctoritate 74) eiusdem, nec non imperatores, reges, seu principes, duces, comites, vel barones, potestates, capitanei, vel officiales, vel rectores, quocumque nomine censeantur, ciuitatum, castrorum, seu quorumcumque locorum, constitutorum vbilibet, et quiuis alii cuiuscumque præeminentiæ, conditionis, et status 75), qui talia imposuerint, exegerint vel receperint, aut apud ædes sacras deposita ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum vbilibet arrestauerint, saisiuerint 76), seu occupare præsumserint, vel arrestari, saisiri 77) *k* aut occupari mandauerint, aut occupata, saisita *l* seu arrestata receperint, nec non omnes, qui scienter dederint in prædictis auxilium, consilium vel fauorem publice vel occulte, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Vniuersitates quoque, quæ in his culpabiles fuerint, ecclesiastico supponimus interdicto, prælatis et personis ecclesiasticis supra dictis in virtute obedientiæ, et sub depositionis pœna districte mandantes 78), vt talibus absque expressa licentia dictæ sedis nullatenus adquiescant: quodque 79) prætextu cuiuscumque obligationis 80), promissionis, et confessionis 81) *m*, factarum hactenus vel faciendarum in antea, priusquam huiusmodi constitutio, prohibitio, seu præceptum ad notitiam ipsorum peruenerit 82) *n*, nihil soluant, nec supra dicti seculares quoquo modo recipiant. Et si soluerint, vel prædicti receperint: in excommunicationis sententiam incidant ipso facto. A supra dictis autem excommunicationum 83) et interdicti sententiis nullus absolui valeat, præterquam in mortis articulo, absque sedis apostolicæ auctoritate et licentia speciali: cum nostræ intentionis existat, tam horrendum secularium potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione transire,

Omnia priuilegia, derogantia huic constitutioni, cassat et irritat.

§. 2. Non obstantibus quibuscumque priuilegiis, sub quibuscumque tenoribus, formis, seu modis, aut verborum conceptione, concessis imperatoribus, regibus et aliis supra dictis, quæ contra præmissa in nullo volumus alicui vel aliquibus suffragari.

71*) *Ipsosque*, C. H.
72) *Iurisdictioni*, ibid.
73) *Dolentes*, C. R.
74) *Sedis apostolicæ*, ibid.
75) *Vt status*, C. H.
76) *Saisiuerint*, C. R.
77) *Saisiri*, ibid.
78) *Mandamus*, ibid.
79) *Quoque*, ibid.
80) *Obligationis*, C. R. et H.
81) *Concessionis*, C. R.
82) *Peruenerint*, ibid.
83) *Excommunicationis*, C. H.

a Secularem, *legitur constanter in vetust. codic.* b *Psalm.* 92. et 75. c *Alias:* placida. d *Vide beatum Chrysostomum super c.* 1. *epist. Pauli ad Galatas. Act.* 4. e *Philipp.* 2. f *Alias:* ministeria g *Al.* consilia h *Quærebat Ioann. Mon. in isto cap. Quid si fiat impositio talis non ecclesiasticis personis, sed eorum hominibus? numquid esset locus pœnæ huius cap. Et dicebat, quod sic: quia fit fraus legi, de qua infra de regulis iur. cap. fin. et supra de priuileg. c. quanto. Facit infra eod. cap. eos secundum Lapum, Abb. Dom. Philipp. dicit, quod nullo casu habebit locum hæc constitutio: quia penitus reuocata cum suis declarationibus, nec vlius Doctorum eam legit. Font.*

i *Alias:* dolentes. k *Al.* sisiri. l *Al.* sisita. m *In manuscr. legitur constanter ita:* et concessionis n *Al.* peruenerint.

CAP.

CAP. IV.

Excommunicati sunt, qui impediunt super caussis, quæ ad forum ecclesiasticum de iure vel de consuetudine pertinent, litteras a sede apostolica impetrari, vel super ipsis coram ordinariis vel delegatis ecclesiasticis litigari. Ioann. Andr.

IDEM.

Quoniam, (vt intelleximus,) quorumdam iustitiariorum, ballinorum 84), iudicumue sæcularium ac temporalium 85) dominorum in quibusdam partibus præsumtuosa temeritas sic excreuit, vt in terris eorum siue districtibus litteras apostolicas impetrantes, vel ad iudices ordinarios ecclesiasticos 86) recurrentes, super caussis, negotiis, seu quæstionibus, quæ ratione personarum aut rerum de iure aut antiqua consuetudine ad forum *a* ecclesiasticum pertinent, obtinere non possunt in eis per eosdem ordinarios iudices vel apostolicas litteras iustitiæ complementum, quin potius super illis recurrere ad iudicium sæculare, vel a lite, caussa 87) seu quæstione desistere compelluntur: nos, iustitiam nostram et ecclesiæ, sponsæ nostræ, nolentes negligere, qui alios in sua iustitia confouemus, statuimus districtius inhibendo 88), ne quis impetratores litterarum nostrarum, vel alios, in foro 89) ecclesiastico delegato seu ordinario litigantes, seu litigare volentes, siue ambæ partes hoc voluerint, siue vna, super caussis ecclesiasticis, siue quæ ad forum ecclesiasticum ratione personarum, negotiorum, vel rerum, de iure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se vel per alium 90) ad desistendum, vel in foro sæculari de quæstionibus huiusmodi 91) litigandum per eorumdem iudicum ecclesiasticorum vel impetrantium aut litigantium, seu volentium litigare, aut propinquorum ipsorum 92) seu rerum illorum, aut ecclesiarum suarum etiam captionem, modisue aliis quibuscumque compellat 93), seu compelli faciat vel procuret. Nec per se aliosue impediat, quo minus coram iudicibus ecclesiasticis, delegatis seu ordinariis 94) querelantes de caussis, quæ, (vt præmissum est,) ad cognitionem pertinent eorumdem, possint libere iustitiam obtinere: nec ad prædicta facienda det auxilium, consilium, vel fauorem. Si quis vero contra præsumserit; excommunicationi se ipso facto nouerit subiacere: a qua, (nisi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita, vel iurisdictio vsurpata, quam parti, quæ turbata in prosequutione fuerit sui iuris, de iniuria, damnis, expensis et interesse prius per eumdem integre fuerit satis factum,) nullatenus absoluatur.

84) *Baiulorum*, C. B. *baulorum*, H.
85) *Aut temporalium*, C. H. sed hæ dictiones non sunt in C. B.
86) *Et ecclesiasticos*, C. B.
87) *Vel alia de caussa*, C. H.
88) Ibid. non habentur voces: *districtius inhibendo*.
89) *Vel alios ad forum ecclesiasticum recurrentes, super caussis, quæ ad idem forum de iure vel antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se vel in foro etc.* C. B. et H.
90) Diction. *per se vel per alium*, non sunt in C. H.
91) *Iuris*, ibid.
92) *Suorum*, C. B.
93) *Compellere*, ibid.
94) *Seu etiam ordinariis*, C. H.

CAP. V.

Domini temporales, prohibentes subditis, ne cum personis ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeant, ipso facto excommunicationem incurrunt. H. d. Dom.

IDEM.

Eos *b*, qui, temporale dominium obtinentes, suis subditis, ne prælatis aut clericis, seu personis ecclesiasticis quidquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem 95), aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicunt, (cum talia in derogationem libertatis ecclesiasticæ præsumantur,) eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

95) *Panes*, C. H.

TITVLVS XXIV.

NE CLERICI VEL MONACHI SAECVLARIBVS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

CAP. I.

Capitulum: Super specula. *prohibens audientiam legum vel physicæ, non includit parochiales ecclesias habentes: nisi sint plebaniæ, habentes sub se capellas, in quibus clerici perpetui instituantur.* H. d. Domin.

BONIFACIVS VIII.

Statutum *c* felicis recordationis Honorii papæ tertii, prædecessoris nostri, quod decanis, archidiaconis, præpositis, plebanis, cantoribus, et aliis clericis, habentibus personatus, audire leges vel physicam interdicit, ad eos, qui parochiales ecclesias obtinere noscuntur, piæ memoriæ Clementis papæ quarti, prædecessoris nostri, vestigiis inhærentes, declaramus præsentis constitutionis oraculo, ratione ecclesiarum huiusmodi non extendi: nisi eædem ecclesiæ fuerint 96) plebaniæ, sub se capellas habentes, in quibus instituantur 97) clerici perpetui, nequeuntes ab ipsis absque 98) caussa rationabili amoueri.

96) *Fuerint*, abest a C. B.
97) *Instituuntur*, ibid.
98) *Ab illis capellis absque*, C. H.

CAP. II.

Excommunicatus est ipso facto religiosus professus, habitum temerarie dimittens, vel ad quæcumque studia accedens, non obtenta licentia et prælati et conuentus. Doctores, scienter docentes, vel in scholis retinentes ad leges vel physicam tales religiosos, similiter excommunicationem incurrunt. H. d. Dominicus.

IDEM.

Vt *d* periculosa religiosis euagandi materia subtrahatur; districtius inhibemus, ne de cetero aliquis, quamcumque religionem tacite vel expresse professus, in scholis vel alibi temere habitum religionis suæ dimittat, nec accedat ad quæuis studia litterarum: nisi a suo prælato cum consilio sui conuentus vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium, licentia primitus sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator exstiterit: excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Doctores quoque siue magistri, qui religiosos, habitu suo dimisso, leges vel physicam audientes scienter 99) docere, aut in scholis suis præsumserint retinere, simili 100) eo ipso sint sententia 1) innodati.

99) *Scientes*, C. B.
100) *Similiter*, C. H.
1) *Excommunicationis sententiæ*, C. B.

CAP. III.

Clericus, in loco temporalis iurisdictionis suæ super delicto, ibi commisso, delegans, vt, veritate inquisita, iustitiam exsequatur, irregularis non efficitur: licet pœna sanguinis inferatur. Hoc dicit, Dominicus.

IDEM.

Episcopus *e* seu quicumque alius prælatus, vel clericus, iurisdictionem obtinens temporalem, si homicidio aut alio maleficio, ab aliquibus in iurisdictione sua commisso, balliuo 2) suo aut alii cuicumque 3) iniungat, vt super hoc veritatem inquirens, iustitiæ debitum exsequatur, irregularis censeri non debet: quamuis ipse balliuus vel alius contra malefactores ad pœnam sanguinis processerit, iustitia mediante. Nam licet clericis caussas 4) sanguinis agitare non liceat: eas tamen, (cum iurisdictionem obtinent 5) temporalem,) debent et possunt, metu irregularitatis cessante, aliis delegare.

2) *Baiulo*, C. B. *bauilo*, H. per tot.
3) *Cui*, C. B.
4) *Caussam*, C. H.
5) *Obtineant*, ibid.

---

a *Quæ sint illæ caussæ, vide in c. licet, de foro compet. in antiqu. Rott. in extrauag. ad reprim. in verb. denunciatione.* b *Vide Anch. consil. 11. incip. factum, super quo petitur consilium: et Lapum allegat. 92. incip. inspeximus.*

c *Vide Doct. et in primis Panorm. in cap. non magnopere. et in cap. fin. extr. ne clerici vel monachi. et Innoc. in cap. firmiter. extra, de summ. Trinitat. et fide catholica.* d *Multa huc spectantia vide per Calderinum consil. 2. tit. de magistris: et per abbatem cons. 84. libr. 1.* e *Præter Doctor. hic vide notata in cap. ex litteris. extra, de excess. prælat. et in cap. in archiepiscopatu. de capturibus.*

FINIS LIBRI TERTII.

SEXTI

SEXTI DECRETALIVM LIBER QVARTVS.

TITVLVS PRIMVS. DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS 6).

CAP. VN.

Sponsalia pura et certa, ex consensu valida, licet alias nulla, inducunt publicam honestatem, quae habet dirimere sequentia sponsalia, sed non praecedentia.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1298. Romae.)*

Ex sponsalibus a puris et certis, etiamsi consanguinitatis, adfinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensus, oritur efficax ad impediendum et dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia 7), non autem ad praecedentia dissoluendum, impedimentum iustitiae publicae honestatis b. Quare ille, qui sponsalia 8) pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, et postmodum cum secunda, prioris consanguinea, idem fecit, ex priorum 9) sponsaliorum vigore, (quibus per publicae honestatis iustitiam, ex secundis sponsalibus subsequutam, minime derogatur,) ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus.

Publicam honestatem non inducunt sponsalia conditionalia ante conditionis euentum. H. d. Ioann. Andr.

§. 1. Ille vero, qui sponsalia cum aliqua muliere c sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis euentum cum alia, prioris consanguinea, per verba contraxerit 10) de praesenti, cum secunda remanere debebit: cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem exstantem, sicuti consensum 11) non habentibus, et incertis, nulla publicae 12) honestatis iustitia oriatur.

6) A C H. absunt voces: *et matrimoniis*
7) *Matrimonium*, C. impr.
8) *Vel matrimonia*, addit C. H.
9) *Priorum*, desideratur ibid.
10) *Contraxit*, ibid.
11) *Sicut ex consensu*, C. R.
12) *Publica*, C. H.

TITVLVS II. DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

CAP. VN.

Sponsalia amborum infantium, vel alterius tantum, per superuenientiam maioris aetatis non validantur, nec publicam honestatem inducunt: nisi fuerint ratificata tacite vel expresse. H. d. vsque ad §. *Idem quoque*. Dom.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1298.)*

Si infantes d ad inuicem, vel vnus maior septennio, et alter minor, sponsalia contraxerint ipsi, vel parentes pro eis, nisi per cohabitationem eorum mutuam, seu alias verbo vel facto ipsorum liquido adpareat, eosdem in eadem voluntate factos maiores septennio perdurare; sponsalia huiusmodi, quae ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minime conualescunt: et ideo, cum sint nulla, ratione defectus consensus, publicae honestatis iustitiam non inducunt.

Sponsalia, per verba de praesenti contracta inter impuberem et puberem, vel inter impuberes, non proximos pubertati, valent, vt sponsalia de futuro; nec in matrimonium transeunt ex sola perseuerantia aetatis, nisi aliter adprobentur: inducunt tamen publicam honestatem. H. d. Dom.

§. 1. Idem quoque, si pubes et impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertati, et in quibus aetatem malitia non supplebat, per verba contraxerint 13) de praesenti. Sponsalia enim illa, quae iuris interpretatione tantum fuerunt 14) sponsalia de futuro, (licet verba, consensum exprimentia, de praesenti haberent, et matrimonium contrahere intenderent contrahentes,) per 15) aduentum pubertatis in matrimonium non transeunt de praesenti. Nec matrimonium, (quod vt matrimonium 16) aetate non tenuit prohibente,) per lapsum dicti temporis conualescit; nisi 17) per carnis copulam subsequutam, vel aliquem modum alium 18) contrahentes eosdem cum eiusdem perseuerantia voluntatis 19) ad pubertatis tempora peruenisse constiterit euidenter: per dictum tamen contractum, qui voluit, vt potuit, non sicuti agebatur, publicae honestatis iustitia est inducta.

13) *Contraxerunt*, C. R.
14) *Fuerint*, C. H.
15) *Propter*, C. R
16) Diction. *vt matrimonium*, desideratur ibid.
17) *Non*, ibid
18) *Alium de praedictis*, ibid.
19) *Voluptatis*, C. H.

Sponsalia pro absentibus filiis non tenent: nisi ipsis praesentibus, vel nisi adprobauerint tacite vel expresse ex postfacto. Hoc dicit. Dominicus.

§. 2. Porro, ex sponsalibus, quae parentes pro filiis puberibus vel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi filii, si expresse consenserint vel tacite, vt si praesentes fuerint, nec contradixerint, obligantur, et ex eis 20) oritur iustitia publicae honestatis. Et est idem, si filii, tempore sponsaliorum absentes, et etiam ignorantes, eadem sponsalia post scientes ratificauerint tacite e vel expresse 21): alias ex sponsalibus contractis a parentibus pro filiis, nec ipsi filii obligantur, nec publicae honestatis iustitia inde surgit.

20) *Et ex eis*, C. impr. et H.
21) *Vel expresse per modum aliquem supra dictum*, C. R.

TITVLVS III. DE COGNATIONE SPIRITVALI.

CAP. I.

Inter baptizatum et leuantem, filios et vxorem leuantis, ante carnaliter cognitam, et suscipientem et patrem et matrem suscepti, et similiter de baptizante, spiritualis contrahitur cognatio. H. d. vsque ad §. *Ex confirmatione*. Dominicus.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1298.)*

Nedum f inter baptizatum et illum g, qui eum suscepit de baptismo, ac inter eumdem baptizatum et suscipientis filios et vxorem, ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem, immo etiam inter suscipientem, patremque baptizati et matrem, cognationem spiritualem in baptismo contrahi iure constat, quae cognatio et contrahendum matrimonium impedit, et dirimit post contractum. Et eadem, quae de suscipiente 22) sunt dicta, sunt etiam de baptizante censenda.

Confirmatio frontis inducit spiritualem cognationem, sicut baptisma. H. d. Dominicus.

§. 1. Ex confirmatione quoque seu frontis chrismatione, spiritualis cognatio eisdem modis 23) contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, et dirimens post contracta.

22) *In suscipiente*, C. R.
23) *Eodem modo*, ibid.

CAP. II.

Compaternitas, per catechismum contracta, impedit matrimonium, sed non dirimit. Ioann. Andr.

IDEM.

Per h catechismum, qui praecedit baptismum, sacramentorum fundamentum et ianuam reliquorum 24), cognatio spiritualis contrahitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur: vt ex praedecessoris nostri Clementis papae III. 25) decretali colligitur euidenter. Dicendo enim, quod talis res vix contrahendo matrimonio impedimentum adferret 26), velle videtur, quod adferat. Nam quod vix fit, fieri tamen 27) dubium non exsistit: per illam tamen cognationem matrimonium, post eam 28) contractum, minime separetur.

24) *Aliorum*, C. H.
25) *Papae IV.* C. R.
26) *Adfert*, C. H.
27) *Autem*, ibid.
28) *Postea*, ibid.

CAP. III.

Vnus tantum interuenire debet in leuatione infantis de sacro fonte, vel chrismatione frontis: tamen, si plures interueniunt, cognationem contrahunt spiritualem. Et ex aliis sacramentis cognatio non contrahitur. H. d. Dominicus.

IDEM.

Quamuis i non plures k, quam vnus vir, vel 29) vna mulier accedere debeant ad suscipiendum de baptismo infantem, iuxta sacrorum canonum instituta; si tamen plures accesserint: spiritualis cognatio inde contrahitur, matrimonia contrahenda impediens, et etiam post contracta dissoluens. De confirmatione insuper, quantum ad hoc, idem iudicium est habendum. Ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quae matrimonium impediat vel dissoluat.

29) *Vel*, desideratur in C. H.

a *Vide conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. c. 3. Confert enim multum pro textu et gl.* b *De impedimento iustitiae publicae honestatis, quid sit, et vnde proueniat, vide B. Thom. in quaestionibus, additis ad tertiam partem, qu. 55. art. 4. et Doct. scholasticos l. 4. sent. dist. 41.* c *Nota Doct. hic illam dici mulierem, quae nondum matrimonio copulata est.* d *Vide B. Thom. in quaestionibus, additis ad 3. part. qu. 43. art. 1. et 2. ac Doct. l. 4. sent. dist. 27. et Dominic. consil. 64. incip. quia diffuse.*

e *Vide Bart. in l. quo enim ff. rem. rat. hab. Fout* f *Vide conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. c. 2. et B. Thom. in qu. additis ad 3. part. qu. 66. per totum. et Theol. libr. 4. sent. dist. 42.* g *Procedit, si ille est Christianus. C. 30 qu. 1. c. 2. de cons. dist. 4. c. in baptismate. Ioann. Andr. in reg. ex eo infra, de reg. iur.* h *Vide Theolog. scholasticos. l. 4. sent. dist. 42. et beatum Thom. in quaest. additis ad 3. part. qu. 55. art. 2.* i *Vide conc. Trident. sess. 24. de reform. matr. c. 2.* k *Vide l. ad testium. §. fin. ff. de testam.*

FINIS LIBRI QVARTI.

SEXTI DECRETALIVM
LIBER QVINTVS.

TITVLVS PRIMVS.
DE ACCVSATIONIBVS a, INQVISITIONIBVS, ET DENVNTIATIONIBVS.

CAP. I.

Ex confessione, coram delegato, inquirente super certis criminibus deputato, facta, punitus confitens: licet dicat, se prius diffamatum non fuisse, vel inquisitionis capitula non habuisse. Hoc dicit. Dominicus.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Postquam coram eo, qui contra te super certis criminibus inquisitor fuerat deputatus, eadem crimina fuisti confessus: frustra confessionem tuam, (quo minus puniaris ex ea, prout iustitia suadebit,) eo prætextu impugnare contendis 30), quod super aisdem criminibus non fueras antea diffamatus, vel quod per eumdem inquisitorem capitula, super quibus contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerunt *b*.

30) *Intendis*, C. 8.

CAP. II.

Valet inquisitio, facta super veritate criminum, omissa inquisitione infamiæ, si reus præsens tacuit. H. d. secundum Ioann. Andr.

IDEM.

Si is, cui contra te commissa fuerat simpliciter inquisitio, super certis criminibus facienda, processerit, te præsente, nec reclamante, aut quidquam 31) super hoc excipiente, (infamiæ inquisitiona omissa,) ad veritatem eorumdem criminum inquirendam 32): processum huiusmodi ex eo, quod non fuit de infamia *c* primitus inquisitum, vlterius impugnare nequibis.

31) *Nec quiquam*, C. H.
32) *Adquirendam*, C. impr.

TITVLVS II.
DE HAERETICIS.

CAP. I.

Propter crimen hæresis clericum, in quibuscumque sacris ordinibus constitutum, solus eius episcopus degradare poterit. H. d. Dominicus.

GREGORIVS IX. *Remen. Archiepiscopo, et suis* 33) *suffraganeis (ann.* 1236. *Romæ in Galliam.)*

Quoniam episcoporum numerus ad degradationem clericorum a canonibus constitutus, non potest de facili *d* conuenire: concedimus, vt sacerdotem vel alium clericum, in sacris ordinibus constitutum, (cum pro hæresi fuerit curiæ sæculari relinquendus, aut perpetuo immurandus 34.) conuocatis abbatibus, aliisque prælatis et religiosis 35) personis, ac litteratis suæ diœcesis, de quibus expedire videbitur, suus solus possit episcopus degradare.

33) *Eius*, C. 8.
34) *Immurandus*, C. 8. impr. et ed. gloss.
35) *Religiosis*, C. 8.

CAP. II.

Excommunicationem incurrit sepeliens scienter hæreticos, vel eorum receptatores, defensores, vel fautores; nec absoluitur, nisi exhumet eorum corpora: locus vero priuatur sepultura. Hoc dicit, vsque ad *§. Inhibemus*, Domin.

ALEXANDER IV. (*ann.* 1258.)

Quicumque *e* hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter præsumserint *f* ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint *g* subiacere; nec absolutionis beneficium mereantur *h*, nisi propriis manibus publice extumulent 36) *i*, et proiiciant *k* huiusmodi corpora damnatorum: et locus ille perpetuo 37) *l* careat sepultura.

Excommunicari debent laici, publice vel occulte disputantes de fide. H. d. Dominicus.

36) *Exstimulent*, C. H.
37) *Perpetuo*, C. 8. et H.

§. 1. Inhibemus quoque, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice, vel priuatim de fide catholica disputare. Qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur 38).

Non valet promotio hæreticorum, eis credentium, fautorum, receptatorum, et defensorum eorum, nec filiorum suorum vsque ad secundam generationem ad beneficia ecclesiastica, vel offi ia publica. H. d. Dominic.

§. 2. Hæretici autem, credentes, receptatores, defensores, et fautores eorum, ipsorumque filii *m* vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quod si secus actum fuerit: decernimus irritum et inane.

Priuati sunt habentes beneficia ecclesiastica ad preces hæreticorum: et inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter talia receperunt. H. d. Domin.

§. 3. Ad hæc quoscumque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, et quæcumque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus taliter adquisitis, volentes, quod tales et habitis careant perpetuo, et, si 39) receperunt *n* illa 40) scienter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur.

Nulla est emancipatio filiorum vel subditorum, per hæreticos facta: etiamsi postea vitium detegatur. H. d Dominicus.

§. 4. Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem etiam 41) huiusmodi adparuerit 42) ante ipsam *n* via veritatis ad hæreticæ superstitionis 43) inuium declinasse, nullius volumus esse momenti, velut factam de hominibus sui iuris: cum dignum sit, vt propter tanti atrocitatem delicti, filii esse in parentum hæreticorum desierint potestate.

38) *Innodatur*, C. impr.
39) *Sic*, ibid. sed neutra particula est in C. H.
40) *Receperint ea*, C. 8.
41) *Etiam*, non est in C. H.
42) *Adparuerint*, ibid.
43) *Suspicionis*, ibid.

CAP. III.

Filii vel heredes petentium in infirmitate sua hæreticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quod non sana mente, vel perdita loquela susceperint, si constat, quod erant sanæ mentis, vel prius suspecti, vel diffamati erant de hæresi: alias admittuntur, scilicet per testes fide dignos, non suspectos. Hoc dicit, Dominicus.

IDEM *inquisitoribus hæreticæ prauitatis. (ann.* 1258.)

Filii, vel heredes illorum, qui, dum in ægritudinis 44) lecto decumberent, petierunt hæreticos consolatores 45), vt ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum pessimam consuetudinem eorumdem, sicque viam fuerint 46) vniuersæ carnis ingressi, ad probandum, quod ipsi defuncti consolationem illam, immo verius desolationem, non *o* sanæ mentis effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam, cum tamen moris sit, (vt dicitur,) apud eos, quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, et memoriam habeat ordinatam,) admitti non debent, si, dum 47) viuebant, diffamati erant de hæresi, vel suspecti, aut legitime constiterit, quod sanæ mentis existentes huiusmodi hæreticos 48) petierunt. Alioquin admitti poterunt prædicti filii, vel heredes ad probandum præmissa, non tamen per vxores, filios 49), familiares, vel de suis aliquos, sed per testes alios fide dignos, et specialiter fidei zelatores.

44) *Ægritudinibus*, C. 8.
45) *Consolatos*, C. H.
46) *Fuerunt*, C. impr.
47) *Cum, si, dum*, C. 8.
48) *Huiusmodi prædictos hæreticos*, C. 8. *consolatos hæreticos*, H.
49) *Et filios*, C. impr.

CAP. IV.

Relapsi in hæresim sunt tradendi curiæ sæculari; licet pæniteat eos, et ad fidem redeant: non tamen denegantur eis sacramenta pænitentiæ et eucharistiæ. H. d. Dom.

IDEM *eisdem.*

Super eo *p*, quod scriptum legitur: *ecclesia nulli claudit gremium redeunti:* quodque hi, qui post abiurationem erroris, vel postquam 50)

50) *Præterquam*, C. 8.

a *De materia huius tit. vide plene per Hostiens. in summa, eod. tit.* b *Vide Perusinum in c. dilecto. de adpellat. et Alex. cons. 52. libr. 3. et Fel. in c. 1. de except.* c *Et qualiter probari debeat infamia alicuius, vide Romanum cons. 267. et cardinalem cons. 3. de test.* d *Nota hic, quod propter difficultatem relaxatur iuris sollemnitas, ut habet c. supr. eod. et l. 1. §. fin. ff. de ventr. in poss. mitt. Fom.* e *Vide Turrecrematam in summ. de ecclesia l. 4. part. 2. cap. 21.* f *Al.* præsumserit. g *Al.* nouerit. h *Al.* mereatur. i *Al.* extumulet. k *Al.* proiiciat. l *Al.* perpetuo.

m *Vide Gandinum tract. de hær. qu. 22. et repertorium inquis. verbo: filii.* n *Al.* receperint. o *Quod ex verbis et actibus probatur, ut not. in l. si, cum dotem. §. sin autem. ff. sol. matr. c. hoc habet. 46. dist. et c. legitimus. 93. dist.* p *Vide Zanch. tract. de hær. c. 26.*

se

se 51) proprii antistitis examinatione 52) purgauerint, si deprehensi fuerint in abiuratam 53) hæresim recidisse, sæculari decernuntur iudicio sine vlla penitus audientia relinquendi, cum scripturæ huiusmodi videantur sibi inuicem aduersari, quid teneodum sit per sedem edoceri apostolicam postulastis. Nos itaque inquisitioni vestræ de fratrum nostrorum consilio respondemus, quod taliter deprehensis, etiamsi 54), (vt dictum est,) sine vlla penitus audientia relinquendi sint iudicio sæculari, si tamen postmodum pœniteant, et pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta pœnitentiæ ac eucharistiæ deneganda.

51) *Sui*, C. impr.
52) *In examinatione*, C. R.
53) *In adiuratam*, C. H.
54) *Etiamsi*, desideratur ibid. sed in C. R. legitur: *etiam sint*.

CAP. V.

Excommunicati participes, et socii criminis, admittuntur in testes contra hæreticos, si sciunt verisimiliter veritatem deponere. H. d. Dom.

IDEM *eisdem*.

In fidei fauorem concedimus, vt in negotio inquisitionis hæreticæ prauitatis excommunicati, et participes, vel socii criminis ad testimonium admittantur, præsertim in probationum aliarum defectum 55) contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores et defensores eorum, si ex verisimilibus coniecturis, et ex numero testium, aut personarum, (tam deponentium, quam eorum, contra quos deponitur,) qualitate 56), ac aliis circumstantiis sic testificantes falsa non dicere præsumantur.

55) *Defectu*, C. H.
56) *Qualitate*, in C. R. non habetur.

CAP. VI.

Ordinarii, vel eorum delegati, et inquisitores sine pœna excommunicationis facere habent exsequutionem iustitiæ contra hæreticos, per habentes iurisdictionem sæcularem in loco: licet excommunicati sint, vel de facto tantum illam iurisdictionem possideant. H. d. Dominic.

IDEM *eisdem*.

Præsidentes *a* regimini alicuius regni, prouinciæ, siue loci, licet excommunicati, vel de facto tantum, et non de iure iurisdictionem habentes, ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum, vel delegatorum ipsorum, aut inquisitorum hæreticæ prauitatis, non valentium sine moræ dispendio, vel negotii periculo recursum habere ad superiores, qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exsequi, possunt et debent contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, et defensores eorum iustitiam et suum officium exercere. Nec requirentes huiusmodi excommunicatos, propter hoc sententiam excommunicationis incurrunt. Non tamen præsidentibus prælibatis, vel officialibus eorumdem propterea 57) in aliis casibus intelligatur concessum aliquid vel permissum.

57) *Postea*, C. R.

CAP. VII.

Excommunicatus propter contumaciam non respondendi super hæresi, de qua erat suspectus, post annum damnatur vt hæreticus. H. d. Dominicus.

IDEM *eisdem*.

Cum *b* contumacia, (in caussa præsertim fidei,) suspicioni præsumtionem adiiciat vehementem; si suspectus de hæresi, reuocatus 58) a vobis, vt de fide respondeat, excommunicationis vinculo, (pro eo, quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat,) per vos fuerit innodatus; quam si 59) *c* per annum animo sustineat pertinaci: extunc velut hæreticus condemnetur.

58) *Vocatus*, C. R. H. et ed. Pith.
59) *Si*, in C. impr. non legitur.

CAP. VIII.

Abiurans in iudicio hæresim propter vehementem præsumtionem, si iterato labitur, (licet non fuisset probatum plene,) relapsus dicitur: secus, si leuis erat præsumtio. H. d. vsque ad *§. Eum vero*. Dominicus.

IDEM *eisdem*.

Accusatus de hæresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna et vehemens suspicio orta erat, si hæresim in iudicio abiurauit, et postea committit in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus: licet ante abiurationem suam hæresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum.

Si autem leuis et modica suspicio illa fuerit *d*; quamquam ex hoc sit grauius puniendus: non tamen debet 60) in hæresim relapsorum 61) pœna puniri.

60) *Non tamen ex hoc debet*, C. H.
61) *Lapsorum*, C. R.

a Vide gl. fin. in c. 1. de offic. vicarii, hoc eod. libr. et Gondisaluum tract. de hær. qu. 19.
b De intellectu vide Albertinum tract. de agnosc. assert. qu. 10. n. 73.
c Dictio, si, deest in antiquioribus codicibus etiam impressis, et series orationis indicat, abesse oportere.
d Abfuit.

Culpabilis in vno articulo hæresis, generaliter postea abiurando relapsus dicitur, si committit etiam in alium articulum separatum. H. d. Dom.

§. 1. Eum vero, qui in vna hæresis specie vel secta conuictus, aut in vno fidei articulo, seu ecclesiæ sacramento errauit, et postmodum hæresim simpliciter vel generaliter abiurauit, si extunc in aliam etiam 62) hæresis speciem siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, volumus vt relapsum in hæresim iudicari.

Qui post abiurationem hæresis, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur, facto vel verbo hæreticis communicat in rebus, hic prohibitis, relapsus dicitur. H. d. Dom.

§. 2. Ille quoque, de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem constiterat, vel nunc constat, si post illam hæreticos acceperit *e*, deducat, visitet, siue adsociet, aut dona vel munera eis donet, vel mittat, seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit etiam sine adoratione, (vt verbis vestris vtamur,) merito debet iudicari relapsus: cum illum ex adprobata 63) *f* a se prius erroris consequentia non sit dubium id fecisse.

Testis, in caussa hæresis falsum deponens, licet periurus sit, probat dicendo contrarium: dum tamen ex indiciis constet, dictum non corruptionem, sed veritatem continere. H. d.

§. 3. Licet vero periuri a testimonio, etiam post pœnitentiam, repellantur; si tamen ii, qui, coram inquisitoribus iurantes, tam de se, quam de aliis super facto hæresis dicere veritatem, eam celando detereni, et postmodum velint corrigere dictum suum, contra se ac alios suos complices deponendo; cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indiciis adparuerit, tales non animi leuitate, aut odii fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum velle corrigere, ac modo 64), (quæ prius tacuerant,) reuelare: in fauorem fidei, nisi aliud obsistat 65), stari debet tam contra se, quam contra reliquos, attestationibus eorumdem.

Inquisitores, super hæresi deputati, non se intromittant de diuinationibus vel sortilegiis, non sapientibus hæresim manifestam. H. d. Dominic.

§. 4. Sane, cum *g* negotium fidei, (quod summe priuilegiatum exsistit 66), per occupationes alias non debeat impediri: pestis inquisitores hæreticæ, a sede apostolica deputati, de diuinationibus, aut sortilegiis, (nisi hæresim saperent manifeste,) intromittere se non debent, nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos.

Inquisitores hæresis de quæstionibus vsurarum se intromittere non possunt. H. d.

§. 5. De quæstionibus prætererea vsurarum, motis etiam contra illos, quibus restitutionem vsurarum in pœnitentia pro hæresis crimine iniunxerunt, ac illi se et sua ad hoc faciendum in iudicio ecclesiæ obligarunt, intromittere se non possunt: ne per caussas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur.

Inquisitores possunt compellere heredes fautorum hæreticorum, (qui tamen hæretici non erant,) ad implendum pœnitentiam iniunctam in bonis temporalibus: secus, si mortui sint, antequam fuerit pœnitentia iniuncta. H. d. Dom.

§. 6. Si vero *h* pro iis, quæ 67) in hæresi, receptando vel defendendo hæreticos, seu eis fauendo, non tamen exsistens hæreticus, quis commiserit 68), sub obligatione bonorum suorum inquisitoribus se adstrinxit ad recipiendam ab eis pœnitentiam et complendam, et, ea licet iniuncta, non tamen peracta, decessit; si per huiusmodi pœnitentiam onus impositum fuerit, proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exsequendum: ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent heredes, vel alii, ad quos cum suo onere bona huiusmodi deuenerunt. Porro, si propter huiusmodi hæreticorum receptationem, defensionem, seu fauorem, quis ad faciendam pœnitentiam, quam inquisitores ipsi iniungere 69) vellent, bona sua obligauerit 70) eisdem, et, antequam ei pœnitentia iniungeretur, decesserit: eius heredibus non est satisfactio pro exstincto 71) iam crimine iniungenda.

Post mortem hæretici declarari potest, eum hæreticum fuisse, ad finem confiscandi. Dom.

§. 7. In eo vero casu, quo heredes ad 72) successionem non debent ob hæresim sui auctoris admitti, non obstante, quod, auctore 73) ipso viuente, hoc non fuerit, (interueniente ipsius morte,) per sententiam declaratum, ad *i* confiscationem bonorum post mortem eiusdem nihilominus procedatur.

62) *Etiam*, non est in C. H.
63) *Adprobati*, C. R.
64) *Aut modo*, C. H.
65) *Obsisteret*, C. R. et H.
66) *Existit*, C. R.
67) *Quo*, C. impr.
68) *Commisit*, C. H.
69) *Iniungere*, desideratur ibid.
70) *Obligarat*, ibid.
71) *Pro eo exstincto*, ibid.
72) *Heredes eius ad*, ibid.
73) *Actore*, C. R.

e Al. receptet.
f Al. adprobati.
g Vide Zanchinum tract. de hæret. c. 22.
h In vetustiorib. cod. ita: si vero in his, etc.
i Al. ad occupationem.

Clerici, instruentes testes, ne inquisitores veritatem inuestigent, puniri possunt per eos: et religiosi grauius puniuntur. Hoc dicit. Dominicus.

§. 8. Sacerdotes insuper et alii clerici, qui negotium inquisitionis instruendo citatos hæreticos, vel eorum credentes de celanda veritate, vel dicenda falsitate, seu eos indebite liberando inuenti fuerint impedire, (cum non sit dubium, eos a ipsa facere in fauorem hæreticæ prauitatis) per inquisitores a talibus compesci possunt, et pœna debita castigari, tam per captionem personarum, quam alias, prout culpa exegerit delinquentis. Religiosi etiam sunt immutationis 74) pœna, vel alie grauius puniendi quam sæculares, si inuenti fuerint in hæresi, vel consimilibus deliquisse.

74) *Immorationis*, C. R. ed. gloss. et Pith.

CAP. IX.

Non valent statuta, per quæ inquisitoris hæresis officium impeditur, vel retardatur.

VRBANVS IV. 75) (*ann.* 1263.)

Statutum *b* ciuitatis, castri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium inquisitionis hæreticæ prauitatis directe vel indirecte, ne in eo libere procedi valeat, contigerit impediri, vel quomodolibet retardari 76), nullius existere firmitatis, ipsiusque ciuitatis vel loci dominum, potestatem, capitaneum, consules vel rectores, per quem vel quos eadem ciuitas, seu locus regitur, quocunque nomine censeantur, ad statutum huiusmodi loci Diœcesano, vel eius vicario, aut inquisitori, seu inquisitoribus labis præfatæ, sine moræ dispendio exhibendum, et, si tale inuentum fuerit, reuocandum omnino, vel saltem eatenus moderandum, quod per illud inquisitionis processus non impediantur 77), vel aliquatenus retardentur 78), per censuram ecclesiasticam decernimus compellendos.

75) *Vrbanus VIII* C. R.
76) *Retardari*, ibid.
77) *Impediatur*, C. R.
78) *Retardetur*, ibid.

CAP. X.

Officium inquisitoris hæresis morte concedentis non exspirat, etiam quoad negotia, prius non cœpta vel exorta. H. d.

CLEMENS IV. *inquisitoribus hæreticæ prauitatis.* (*ann.* 1267.)

Ne c aliqui, dubitationem sollicitam excitantes, in dubium reuocent, an officium inquisitionis hæreticæ prauitatis, sollicitudini vestræ intra certos limites ab apostolica sede commissum, exspiret per mortem Romani pontificis, qui commisit: præsenti declaramus edicto, ipsum officium non solum quoad negotia, viuente mandatore, incœpta, immo etiam quoad integra et non cœpta, et quod plus est, quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerserant, in fauorem fidei post committentis obitum perdurare.

CAP. XI.

Informat inquisitores ad Deum, vt eius timorem hominum metui anteponant, in procedendo simul vel separatim contra hæreticos et suos fautores, et etiam in eos absoluendo, cum vere redierint.

IDEM *eisdem.*

Vt *d* officium inquisitionis contra hæreticos in prouincia, in qua vobis idem officium est commissum, auctoritate apostolica possitis efficacius adimplere: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in præfata prouincia simul vel separatim aut singulariter, (prout negotii vtilitas suadebit,) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores et defensores eorum, nec non contra infamatos de hæresi vel suspectos, iuxta sanctiones canonicas, (hominum metu diuino *e* timori postposito,) procedatis. Si vero aliquis ex prædictis, hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad ecclesiæ vnitatem: ei iuxta formam ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, et iniungatis eidem, quod iniungi talibus consueuit, prouiso sollerter, ne simulata conuersione redeant 79) fraudulenter, et vos, (immo se ipsos,) fallentes, sub agni specie lupum gerant.

Instruit inquisitores in modo examinationis testium, et in personis, quæ testificata scribere debeant. H. d.

§. 1. Verum, quia in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi, (vt in reos sine vllo proferatur errore duræ ac dignæ seueritas vltionis:) volumus et mandamus, vt in 80) examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas et discretas personas, in quarum præsentia per publicam, (si commode potestis habere,) personam, cui per duos viros idoneos, fideliter eorumdem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas *f* quoque huiusmodi depositiones testium, et ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis 81) officio ad scrinarii, seu tabellionis officium pertinent, teneri districte præcipimus, cum per vos fuerint requisiti, omnes 82) et singulos vestri ordinis fratres, qui, dum essent in sæculo, tabellionatus 83) officium habuisse aut 84) exercuisse noscuntur, et illos etiam, quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotii fidei fuit apostolica sede 85) commissum, et in posterum committetur, concedentes huiusmodi fratribus, nec non et 86) aliis religiosis quibuslibet, qui similiter, dum essent in sæculo, tabellionatus officium habuerint 87) *g* et exercuerint 88), quibusuis etiam clericis sæcularibus, officium ipsum habentibus, (etiamsi iidem fratres religiosi et clerici sint in sacris ordinibus constituti,) exercendi libere officium ipsum quoad præmissa, non obstante statuto aliquo contrario canonis vel ordinis, quocunque vallato munimine, potestatem.

Instruit inquisitores circa personas, per quas impediri posset, vel differri inquisitionis negotium. H. d.

§. 2. Compescendi præterea, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, adpellatione postposita, prædicatores quæstuarios *h*, (vbi contigerit pro inquisitionis seu fidei negotio congregationem fieri, vel alias eidem negotio 89), quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod adferri,) a prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, (quorum interest tantum caritatiua subsidia suppliciter 90) petere, ac indulgentiam, si forte habent, exponere.) liberam vobis et singulis vestrum concedimus, auctoritate præsentium, facultatem. Denique, vt circa præmissa plene vobis et singulis vestrum coercitionis expedita et inuiolabilis adsit auctoritas, volumus, vt ea omnia viriliter exsequemini, (si opus fuerit,) inuocato auxilio brachii sæcularis, contradictores per censuram ecclesiasticam, adpellatione postposita, compescendo, non obstantibus aliquibus priuilegiis vel indulgentiis quibuscumque personis cuiusuis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis, comitatibus *i*, vel vniuersitatibus ciuitatum et locorum specialiter, vel generaliter sub quacumque verborum expressione vel forma a memorata sede concessis, vel in posterum concedendis: cum ex huiusmodi, vel aliis priuilegiis, vel indulgentiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi, et constitutione de duabus diætis, edita in concilio generali. Statuimus insuper, vt potestas, capitaneus, seu rector, vel consules, seu quiuis alii, qui ciuitati præsunt, vel loco alteri 91) ad præsens, aut præerunt 92) *k* in futurum, ad requisitionem diœcesanorum, vel vicariorum suorum, seu inquisitorum hæreticæ prauitatis, iurent præcise attendere inuiolabiliter et *l* obseruare 93), ac facere a suis subditis obseruari toto tempore sui regiminis, in terris, suæ iurisdictioni regiminiue 94) subiectis, constitutiones, contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, et defensores eorum, ipsorumque filios et nepotes a sede apostolica promulgatas, ac etiam adprobatas: quas 95) qui iurare noluerit et seruare, vt infamis, et tamquam hæreticorum fautor, ac de fide suspectus, officio et honore sui regiminis spolietur. Nec vlterius potestas, capitaneus, consul, vel rector habeatur in aliquo, aut de cetero in *m* aliquam 96) dignitatem vel officium publicum vlterius adsumatur: et quæ, vt potestas, balliuus 97), consul, vel rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

79) *Redeat*, C. R.

80) *Vt vos in*, ibid.
81) *Vobis*, non est in C. R.
82) A C. impr. absunt verba: *fuerint requisiti, omnes.*
83) *Huius tabellionatus*, C. R.
84) *Ac*, C. R.
85) *A dicta*, C. R. *ab apostolica sede*, R.
86) *Et*, abest a C. R.
87) *Habuerint*, ibid.
88) Dictiones *et exercuerunt*, desiderantur ibid.
89) Verba *fieri, vel alias eidem negotio*, ibid. non leguntur.
90) *Simpliciter*, C. R.
91) *Aliis*, C. R.
92) *Præfuerint*, C. R. *vel pro tempore præfuerint in futurum*, R.
93) *Et seruare*, C. R.
94) *Iurisdictioni regimini*, C. R.
95) *Quo*, C. R.
96) *Ad aliquam*, C. R.
97) *Baiulus*, C. R. *baiulus vel ballius*, R.

a *Alii. ita:* ipsos ea facere, *etc.* b *Concordat rescriptum Innocent. IV. incip. ad exstirpanda § ceterum teneatur et aliud rescriptum. Alex. IV. incip. impla id. rotatr. quæ habentur impressa in bullario litterarum apostolicarum pro officio sanctissimæ inquisit.* c *Vide Dec. in cap. cum litteram matrimonii. extr. de offic. deleg. et Arelatanum tract. de haret. notabili 4.* d *Concordat rescriptum Vrbani IV. incip. licet ex omnibus unde hoc capitulum accepit lucem. Habetur impressum in bullario litterarum apostolicarum pro officio sanctissimæ inquisitionis.* e *In plerisque codic. mendose legitur ita:* diuinoque timore postposito.

f *Vide rescr. Alex. IV. incip. ne commissa. et rescriptum Pii IV. incip. pastoralis officii cura. Habentur impressa inter litteras apostolicas pro officio sanctissimæ inquisitionis.* g *Alias ita:* habuerint et exercuerint h *Prædicatores quæstuarios omnino sustulit concil. Trident. sess. 5 de reform. c. 2. § vlt. et sess. 21 de reform. c. 9.* i *In manuscr. legitur:* communitatibus. k *Al.* præfuerint. l *Al. ita:* et seruare. m *Al.* ad aliquam.

CAP.

CAP. XII.

Comprehendit ista decretalis plura utilia pro expediendo officio inquisitorum. Dat enim eis potestatem committendi citationes, et sententiarum denuntiationes. Dat potestatem vocandi peritos, clerum et populum, ut eis adsistant. Dat potestatem procedendi contra illos, qui de sua in aliam provinciam se transtulerunt. Dat potestatem repetendi libros et processus commutandi et mitigandi poenas, privandi et privatos nuntiandi officiis et honoribus haereticos, fautores, et defensores eorum, ita tamen, quod hoc fiat de dioecesanorum, vel, in eorum absentia, vicariorum suorum consilio: nisi iidem scienter talibus beneficia contulissent. H. d. Ioannes Andreas.

BONIFACIUS VIII. *inquisitoribus haereticae pravitatis.*
(ann. 1298.)

Vt *a* commissi vobis officii debitum utilius et uberius 98) exsequamini: sanctae memoriae Innocentii, Alexandri, et Clementis, praedecessorum nostrorum, vestigiis inhaerentes, vobis et vestrum singulis committendi citationes et denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet haereticos, credentes, receptatores, defensores, et fautores 99) eorum tuleritis, advocandi quoque prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis adsistant, et in huiusmodi ferendis sententiis praebeant consilium opportunum, ac eis, quod super his vobis humiliter pareant, in virtute obedientiae 100) iniungendi, convocandi etiam clerum et populum civitatum, castrorum, aliorumque locorum, (prout dicto negotio fidei videritis expedire,) et contra illos, quos in provincia, in qua vobis inquisitionis officium est commissum, haeresis crimen constiterit commisisse, (licet ad alias partes se transferendos duxerint,) procedendi, nec non faciendi a quibuslibet adsignari vobis libros, seu quaternos, et alia scripta, in quibus inquisitiones factae, ac processus per quoscumque auctoritate sedis apostolicae, vel legatorum eius, habiti contra haereticos, continentur, et illorum, qui, vestris 1) mandatis obedientes humiliter, stant propter haeresim in carcere vel muro reclusi, poenam una cum praelatis, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi, vel mutandi, cum videritis expedire, privandi praeterea, vel privatos 2) nuntiandi dignitatibus ac aliis 3) beneficiis ecclesiasticis de dioecesanorum, vel, eis absentibus, vicariorum suorum consilio, et officiis publicis, ac honoribus quibuscumque, eosdem haereticos, credentes, receptatores, et defensores ipsorum, eorumque filios et nepotes, plenam concedimus facultatem. Sunt autem dioecesani in privando tales, vel nuntiando 4) privatos beneficiis et 5) huiusmodi requirendi: nisi forte constaret legitime, quod iidem scienter huiusmodi personis eadem beneficia contulissent. Tunc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius a suo iudice puniendos.

98) *Liberius*, C. H.
99) *Et fautores*, non habet C. R.
100) *Sancta obedientia*, C. H.
1) *Nostris*, C. impr.
2) *Vel privatos potius*, C. R.
3) *Aliis*, desideratur ibid.
4) *Denuntiando*, ibid.
5) *Et*, non est in C. H.

CAP. XIII.

Christiani, ad Iudaismum transeuntes et redeuntes, haeretici reputantur. H. d. secundum Zenz.

IDEM.

Contra Christianos, qui ad ritum transierint vel redierint Iudaeorum, (etiamsi huiusmodi redeuntes, dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen absolute, aut praecise coacti 6), bautizati fuerunt 7,) erit 8) *b* tamquam contra haereticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos, seu Iudaeos convicti: et, sicut contra fautores, receptatores, et defensores haereticorum, sic contra fautores, receptatores, et defensores talium est 9) *c* procedendum.

6) *Tracti*, C. R.
7) *Fuerint*, C. R. H. et ed. gloss.
8) *Est*, C. H.
9) *Est*, desideratur ibid.

CAP. XIV.

Non confiscentur dotes uxorum innocentium propter haeresim maritorum. H. d. secundum Zenz.

IDEM.

Decreuit *d* felicis recordationis Innocent. papa IV. quod propter haeresim maritorum, uxorum catholicarum dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus, nisi forte mulieres ipsae cum viris 10) matrimonia contraxissent, quos haereticos tunc sciebant.

10) *Tum cum viris*, C. R.

CAP. XV.

Filii haereticorum usque ad secundam lineam paternam, ad primam vero maternam, sunt inhabiles ad beneficium ecclesiasticum, vel officium saeculare, si parses ante mortem ecclesiae reincorporati non fuerint. H. d. secundum Dom.

IDEM.

Statutum felicis recordationis Innocentii 11) et Alexandri, praed. nostr. ne videlicet haeretici, credentes, receptatores, defensores, et fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem ad aliquod beneficium ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur, quod, si secus actum fuerit, sit irritum et inane, primum et secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam vero ad primum dumtaxat volumus hoc extendi. Hoc sane de filiis et nepotibus haereticorum 12), credentium, et aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, et reincorporatos ecclesiae unitati, et pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiae poenitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter prosequutioni eius insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eamdem.

11) *Innocentii papae*, C. H.
12) *Dictorum haereticorum*, C. R.

CAP. XVI.

Inquisitor papae super haeresi, sine speciali mandato non inquirit contra episcopum: sed, si eum culpabilem sciverit, nuntiabit papae. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Inquisitores *e* haereticae pravitatis, ab apostol. sede seu alio vel aliis quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine inquirere contra episcopos nequeant 13), aut eius praetextu procedere contra eos: nisi in litteris commissionis apostolicae, quod hoc possint, contineatur expresse. Si tamen inquisitores ipsi episcopos, vel alios superiores praelatos sciverint vel invenerint 14) circa crimen haereseos commisisse, aut eos de hoc diffamatos exsistere, vel suspectos: id tenebuntur sedi apostolicae nuntiare.

13) *Nequeunt*, C. O. et ed. gloss.
14) *Vel invenerint*, C. H. non habet.

CAP. XVII.

Non derogatur ordinariis super processu haereticorum: licet papa generaliter alteri deleget. Et super eodem facto episcopus et inquisitor possunt procedere communiter vel divisim, vel proferre sententiam: in qua si discordant, debent papae referre. Et episcopi, qualitercumque procedant, debent servare modum, inquisitoribus impositum. H. d. Dominic.

IDEM.

Per *f* hoc, quod negotium haereticae pravitatis alicui vel aliquibus ab apostolica sede generaliter in aliqua provincia, civitate, vel dioecesi delegatur, dioecesanis episcopis, quin et ipsi auctoritate ordinaria, vel delegata, (si habent,) in eodem procedere valeant, nolumus derogari. Verum, ut 15) dictum inquisitionis negotium efficacius, melius, utiliusque procedat, concedimus, quod per episcopos ipsos, et per inquisitores de facto eodem 16) inquiri valeat communiter vel divisim. Et si 17) divisim processerint; teneantur sibi invicem communicare processus: ut per hoc possit melius veritas inveniri. Et nisi hoc casu inquisitores in sententiae prolatione dioecesanis vel e contra duxerint deferendum: per utrosque simul sententia proferatur. In qua ferenda si non convenerint: per utrosque negotium, sufficienter instructum, ad sedem apost. remittatur *g*. Sive autem ordinaria, sive delegata episcopi potestate procedant: illum in procedendo modum observent, quem inquisitores possunt et debent per iura communia, vel per speciales concessiones, seu ordinationes sedis apostolicae observare.

15) *Verum si*, C. R.
16) *Eadem*, C. impr.
17) *Et nisi*, C. H.

CAP. XVIII.

Episcopis et inquisitoribus haeresis non resistant, sed omnino pareant domini temporales; et de eo crimine non cognoscant: alias, prout dicitur hic, puniuntur. H. d. secundum Zenz.

IDEM.

Vt inquisitionis negotium contra haereticam pravitatem, ad Dei gloriam et augmentum fidei nostris temporibus prosperetur; leges *h* quasdam, per Federicum, olim Romanorum imperatorem, tunc in devotione Romanae persistentem ecclesiae, promulgatas, quatenus Dei, et

---

a *Vide rescriptum Urban. IV. incip. licet ex omnibus §. ut ergo. Exstat impressum inter litteras apostolicas pro officio sanctissimae inquisitionis.* *b* *Al. est.* *c* *Verbum, est, deest in manuscr.* *d* *Vide Zanchenum tract. de haeres. cap. 25.*

e *Vide conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 5. et repertorium inquisitorum, verbo: episcopus.* *f* *Declaratur hoc cap. per extravag. Benedicti, incip. ex eod. haberur. tit. de haer.* *g* *Vide Zanchen. tract. de haer. c. 15. et repertorium inquis. verbo: episcopus §. quando episcopus* *h* *Vide Bart in l. Aurelius. § idem quaesiit. ff. de liber. leg. l. in causa ff. de procur. Innoc. c. cum venerabilis. de except. Font.*

ecclesiæ sanctæ suæ honorem promouent, et hæreticorum exterminium prosequuntur, et statutis canonicis non obsistunt, adprobantes et obseruari volentes, vniuersos sæculi potestates et dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorum rectores, quibuscumque dignitatibus vel officiis, aut nominibus censeantur, requirimus et monemus, vt, sicut reputari cupiunt et haberi fideles, ita pro defensione fidei diœcesanis episcopis et inquisitoribus hæreticæ prauitatis, a sede apostolica deputatis, aut in posterum deputandis, pareant, et intendant hæreticorum 18), credentium, fautorum, receptatorum, et defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti, et 19) vt præfatas personas pestiferas in potestatem, seu carcerem episcoporum 19*), aut inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi vel aliqui ex eis mandauerint, intra eorumdem dominorum potestatem 20), vel rectorum districtum ducant 21), vel duci faciant sine mora, vbi per viros catholicos a præfatis episcopis, seu inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos sub arcta et diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per ecclesiæ iudicium terminetur, vtque de hæresi a diœcesano episcopo vel inquisitore, seu inquisitoribus condemnatos, præfati potestates, domini 22) temporales, siue rectores 23), vel eorum officiales, seu nuntii sibi relictos statim recipiant 24) indilate animaduersione debita puniendos 25), non obstantibus adpellationibus, seu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum: cum tam secundum ordinationem prædecessorum nostrorum, quam secundum legem imperialem, adpellationis et proclamationis beneficium expresse sit hæreticis et credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus et defensoribus interdictum. Prohibemus quoque districtius potestatibus, dominis temporalibus, et rectoribus, eorumdemque officialibus 26) supra dictis, ne ipsi de hoc crimine, (cum mere sit ecclesiasticum,) quoquo modo 27) cognoscant vel iudicent: siue captos pro eodem crimine absque dictorum episcoporum, siue inquisitorum, aut saltem alterius eorumdem licentia, vel mandato a carcere 28) liberent 29), aut exsequutionem, sibi pro huiusmodi crimine a diœcesano vel inquisitoribus 30), seu inquisitore iniunctam, prompte, (prout ad suum spectat officium,) facere seu adimplere detrectent, vel alias diœcesanorum 31), aut inquisitorum iudicium, sententiam, seu processum, directe, vel indirecte impedire præsumant. Si quis vero de prædictis potestatibus, dominis 32) temporalibus, rectoribus 33), vel eorum officialibus, seu balliuis, contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio, sæpe fatis diœcesano episcopo vel inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumserit vel ipsum aliquatenus impedire, nec non et qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem: excommunicationis se nouerit mucrone percussum. Quam si per annum animo sustinuerit pertinaci: extunc velut hæreticus condemnetur.

18) *In hæreticorum*, C. R.
19) *Et*, abest a C. impr.
19*) *Ipsorum*, C. R.
20) *Potestatum*, ibid.
21) *Inducant*, C. H.
22) *Aut domini*, ibid.
23) Dictiones *siue rectores*, non sunt in C. R.
24) *Recipere teneantur*, ibid.
25) *Punientes*, C. H
26) Ibid. non habentur voces *eorumdemque officialibus*.
27) *Aliquatenus*, C. R.
28) *A captione vel carcere*, C. R. et H.
29) *Liberando*, C. R.
30) *Diœcesano episcopo inquisitoribus*, C. H.
31) *Diœcesani*, C. R.
32) *Et domini*, C. H.
33) *Rectoribus*, in C. R. non legitur.

CAP. XIX.

Bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata: quod probatur triplici argumento legali. Sed adprehensio bonorum fieri non debet per dominum secularem: nisi prius pronunciatum fuerit super crimine per iudicem ecclesiasticum, qui hoc possit. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum secundum leges ciuiles, nefarias, naturæ contrarias, incestas 34) nuptias contrahentes 35), eo ipso suarum dominium rerum perdant 36), et mulier, humanam legem transgrediens, et (præsertim, parentibus suis non consentientibus,) raptoris a nuptias eligens, bona omnia, quæ per legem sibi obuenerant a raptore ac aliis 37) consortibus raptus 38), ipso iure amittat, certoque casu deferantur in fiscum, ac etiam 39) illicitas species transuehens, aut rerum 40) vectarum professionem 41) b omittens, earumdem specierum et rerum proprietate hoc ipso priuetur 42), et fisco, rerum et specierum dictarum 43) proprietas adquiratur: bona hæreticorum, (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quam prædicti delinquunt,) ipso iure de fratrum 44) nostrorum consilio decernimus confiscata. Confiscationis tamen huiusmodi exsequutio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales, (iuxta Gregorii papæ, prædecessoris nostri, declarationem,) antequam per episcopum loci, vel aliam personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.

34) *Et incestas*, C. H.
35) *Contrahens*, C. R.
36) *Perdat*, ibid.
37) *Aut aliis*, C. H.
38) *Eius raptus*, C. R. et H.

39) *Etiam*, non est in C. H.
40) *Et rerum*, C. R.
41) *Professionem*, C. impr.
42) *Ipso iure amittat*, C. H.
43) *Bonorum prædictorum*, C. R.
44) *Iure fore commissa seu confiscata de fratrum*, ibid.

CAP. XX.

In caussa hæresis proceditur simpliciter et de plano: et dicta testium et accusatorum non publicantur, si periculum timeatur. H. d. secundum Zenz.

IDEM.

Statuta quædam felicis recordationis Innocentii, Alexandri, et Clementis, prædecessorum nostrorum, quibusdam declaratis et additis, recensentes, concedimus, quod in inquisitionis hæreticæ prauitatis negotio procedi possit simpliciter, et de plano c, et absque aduocatorum ac iudiciorum strepitu et figura. Iubemus tamen, quod, si, accusatoribus vel testibus, in caussa hæresis interuenientibus seu deponentibus, (propter potentiam personarum, contra quas inquiritur,) videant episcopus vel inquisitores graue periculum imminere d, si contingat fieri publicationem nominum eorumdem, ipsorum nomina non publice, sed secreto coram diœcesano episcopo, vel, eo absente, ipsius vicario, quando inquisitores procedunt, quando vero procedit episcopus, coram inquisitoribus, si haberi commode possit copia eorumdem, ac nihilominus siue episcopus, siue inquisitores processerint, aliquibus aliis personis prouidis et honestis, iurisque peritis 45), (quas ad hoc vocari 46), et eis per 47) e totum processum, super quo deliberandum est, seriose manifestari, ac integraliter explicari, et de ipsorum consilio ad sententiam vel condemnationem procedi volumus,) exprimantur, sicque, (non obstante, quod illis, contra quos huiusmodi 48) deposuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata,) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruendam plena fides depositionibus testium eorumdem. Et vt eorumdem accusatorum et testium periculis efficacius occurratur, et cautius in inquisitionis negotio procedatur: præsentis constitutionis auctoritate permittimus 49), quod episcopus vel inquisitores secretum possint indicere illis, quibus, (vt præmissum est,) processum huiusmodi explicabunt, et in eos, si arcana consilii seu processus sibi 50) sub secreto ab eisdem episcopo vel inquisitoribus patefacta, præter eorum licentiam aliis patefecerint, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurrant, (si eis expedire videbitur,) promulgare, sic tamen, quod inquisitores episcopum, vel episcopus inquisitores non excommunicent hac de caussa, sed episcopi ex iniuncto ex nunc a nobis sub virtute sanctæ obedientiæ districto præcepto ad secretum huiusmodi teneantur. Cessante vero periculo supra dicto, accusatorum et testium nomina, (prout in aliis fit iudiciis,) publicentur. Ceterum in his omnibus præcipimus, tam episcopos, quam inquisitores, puram et prouidam intentionem habere, ne ad accusatorum vel testium nomina supprimenda, vbi est securitas, periculum esse dicant: nec in eorum discrimen securitatem adserant, vbi tale periculum immineret, super hoc eorumdem conscientias onerantes. Constitutiones vero, ordinationes, et mandata alia prædecessorum nostrorum, in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus supra scriptis f, super eadem dictis prauitate, non obuiant, in suo volumus robore permanere.

45) *Iuris peritis et aliis*, C. R. *vtriusque peritis*, H.
46) *Vocari contingat*, C. H.
47) *Per*, ibid. non habetur.
48) *Huius testes*, ibid.
49) *Concedimus*, C. R.
50) *Sibi*, a C. impr. abest.

a *Vide concil. Trident. sess. 24. de reform. matrim. c. 6.*

b *Alit.* professionem. c *De ista clausula vide Lanfrancum Clem. sæpe. in n. 1. 2. 3. et ibi alios Doct. et Bart. in extrauag. ad reprimendam. in verbo: summarie.* d *Hodie semper præsumitur, imminere tale periculum, et ideo indistincte solet obseruari, vt in crimine hæresis numquam publicentur nomina accusatorum, vel testium. Vide extrauag. Innoc. papæ, quam adfert repertorium inquisitorum, verbo: nomina.* e *Dictio, per, deest in manuscriptis codicibus.* f *In antiquioribus legitur constanter:* supra dictis.

TITV-

TITVLVS III.
DE SCHISMATICIS.

CAP. VN.

In prima parte *ponit arengam usque ad vers.* Iacobum videlicet. *in qua dicit, quod Columnenses Iacobus et Petrus, olim cardinales et filii Ioannis, fratres scilicet dicti Petri, diutius exspectati, noluerunt ad cor redire, sed in profundum malorum descendentes sua aggrauabant delicta: quare varias pœnas tulit in eos, quas ad certitudinem præsentium et memoriam futurorum hic inserit.* Secundo *ponit pœnas, quas protulit in ipsos Iacobum et Petrum, usque ad vers.* Contra natos. *Ibi* tertio *ponit pœnas, quas tulit contra filios et posteros dicti Ioannis, usque ad vers.* Omnem. *Ibi* quarto *imponit pœnas iis, qui de cetero deliberate dictos Iacobum et Petrum pro cardinalibus habuerint, vel eis vel prædictis natis Ioannis fauorem præbuerint, usque ad vers.* Hæc et alia. *Ibi* quinto et vltimo *ratificat, innouat, et confirmat prædicta, et ea præcipit inuiolabiliter obseruari: et iubet similes excessus puniri similibus pœnis in posterum.* H. d. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Ad succidendos infructuosos palmites, pestiferos et nociuos, quos, (quasi ficus fatue,) domus a de Columne produxit, nescientes in semitis iustitiæ dirigere gressus suos, ad cor reuerti, et agere pœnitentiæ dignos fructus, licet diutius exspectatos, (Iacobum videlicet de Columne, et Petrum nepotem ipsius, olim sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, et filios quondam Ioannis de Columne, fratris dicti Iacobi, et patris Petri præfati posteros, et fautores, et sequaces eorum,) in virtute Altissimi exsurgentes, spiritualiter et temporaliter contra eos duximus procedendum. Consequenter dictis 51) Iacobo et Petro, descendentibus in profundum malorum, et molientibus inconsutilem tunicam Domini, sanctæ videlicet ecclesiæ *scindere vnitatem, et vt gladium acuentibus linguas suas, et prorumpentibus, non tam in verba *b* blasphemiæ 52) et schismatica, quam insana, quæ in scriptis redacta sub sigillis, quibus, antequam essent depositi, vtebantur, per vrbem et diuersas mundi climata destinauerunt, æstimantes loquacitatem facundiam, et maledicere conscientiæ bonæ 53) signum, et conficta materia disputandi, quæ veritate 54) non poterant, nos falsitate lacerare conuiniis præsumserunt. Quorum dicta licet possemus superiori adsertione conuincere, et luce clarioribus rationibus confutare, duximus solum latratibus non dare responsum: vt contrita eorum 55) rabies, auctoritate sonora præsidentis in supremo iudicii solio frangeretur, et patens veritas per se ipsam veniret in publicam notionem, nostrumque silentium in supplicium eis foret. Processus tamen contra ipsos et alios fecimus successiue varios, diuersisque temporibus, spirituales et temporales pœnas et sententias continentes et mulctas. Quorum, (quia totum tenorem constitutionis in præsenti 56) inserere longum esset,) ex iis quædam, compendiose collata 57), huic nostræ constitutioni duximus inserenda, ad certitudinem præsentium, et memoriam futurorum, videlicet, quod ex caussis, quæ rationabiliter nos mouerunt, de fratrum nostrorum consilio deposuimus dictos Iacobum et *c* Petrum a cardinalatibus eiusdem ecclesiæ, et ab omni cardinalatus commodo et honore, ipsosque iudicauimus schismaticos et blasphemos, et tamquam hæreticos puniendos, expositis personis eorum a fidelibus capiendis, omnibus beneficiis, officiis, honoribus, dignitatibus, et prælaturis perpetuo priuantes eosdem, et reddentes inhabiles ad habenda, cunctis eorum bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et iurisdictionibus publicatis. Contra natos insuper et posteros dicti Ioannis spiritualiter et temporaliter duximus multipliciter 58) procedendum, eorum bonis et iuribus publicatis, et confiscatis, ipsisque posteris dicti Ioannis, per masculinam et femininam lineam descendentibus, indignis perpetuo redditis ad cardinalatus honorem, et quælibet officia, beneficia et ministeria in ecclesia memorata vel eius curia, alibi vero vsque ad quartam generationem. Omnem personam, præsentem et futuram, cuiuscumque fuerit præeminentiæ 59), conditionis, dignitatis, aut status ecclesiastici vel mundani, (etiamsi foret sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis,) quæ ipsos Iacobum et Petrum, vel eorum alterum scienter et deliberate pro cardinalibus habuerit et tenuerit, aut ad cardinalatum admiserit, seu votum eorum vel alicuius ipsorum suffragium in electione Romani pontificis admiserit, aut in pontificem Romanum elegerit, nominauerit, adsumserit, vel receperit, seu dederit in his vel ad hoc auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis sententiæ 60) duximus innodandum: a qua (absque expressa licentia Romani pontificis,) non possit absolui, nec etiam per collegium apostolicæ sedis, eadem sede vacante. Eamque prælatione, dignitate, statu et honore ecclesiasticis omnino priuamus, nihilominus omnes, qui dictis Iacobo et Petro alias, et natis dicti Ioannis fauorem præbuerint vel auxilium, in rebellione et schismate 61) persistentibus, excommunicationis 62) sententia innodantes. Hæc et alia, per nos facta in prædictis nostris processibus, et in litteris nostris bullatis, super eis confectis, contente, hac constitutione, perpetuo valitura, ratificamus, confirmamus, et etiam innouamus, eamdemque 63) *d* de nouo facimus de fratrum nostrorum consilio prædictorum. Et vt dictorum malitia non inueniat successorem, et puniti transgressionis exemplar retrahat alios ab offensa, ac in obliuionem veritas 64) veniens, non vagetur incerta: statuimus atque decreuimus 65) *e*, vt et ipsa inuiolabiliter obseruentur, et quod similes excessus et culpæ pœnis similibus 66) in posterum puniantur.

51) In C. R. non habentur verba: *consequenter dictis.*
52) *Blasphema*, C. H.
53) *Bonum*, C. impr.
54) *Iurare*, C. R.
55) *Eorum*, non est in C. H.
56) *Constitutioni præsenti*, C. H. et impr.
57) *Compendiosa collecta*, C. H.
58) *Multipliciter*, a C. R. abest.
59) *Eminentia*, ibid.

60) *Sententia*, ibid.
61) *Et in rebellione et schismate*, C. H. *vel schismate*, impr.
62) *Etiam excommunicationis*, C. E.
63) *Eademque*, C. B. H. et ed. Pith.
64) *Veritatis*, C. R.
65) *Decreuimus*, C. impr.
66) *Similiter*, C. a.

TITVLVS IV.
DE HOMICIDIO.

CAP. I.

Per assassinos faciens, vel tantum mandans, aliquem interfici, tamquam ab omnibus diffidatus, absque alicuius prolatione sententiæ incurrit excommunicationis et depositionis ab officiis et beneficio. H. d. secundum Zenz.

INNOCENTIVS IV. *in concilio Lugdunensi.* (*ann.* 1245.)

Pro humani redemtione generis, de summis cœlorum ad ima mundi descendens, et mortem tandem subiens temporalem Dei Filius Iesus Christus, ne gregem, sui pretio sanguinis gloriosi redemtum, adscensurus post resurrectionem ad Patrem, absque pastore desereret, ipsius curam B. Petro apostolo, (vt suæ stabilitate fidei ceteros in Christiana religione firmaret, eorumque mentes ad salutis opera suæ accenderet deuotionis ardore,) commisit. Vnde nos, eiusdem apostoli effecti, (disponente Domino, licet immeriti,) successores *f*, et ipsius redemtoris locum in terris, quamquam indigne, tenentes, circa gregis eiusdem custodiam sollicitis excitati vigiliis, et animarum saluti iugis attentione cogitationis intendere, submouendo noxia, et agendo profutura debemus, vt, excusso 67) a nobis negligentiæ somno, nostrique cordis oculis, diligentiæ sedula vigilantibus, animas Deo lucrifacere, sua nobis cooperante gratia, valeamus.

§. 1. Cum igitur illi, qui sic horrenda inhumanitate detestandaque sæuitia mortem sitiunt aliorum, vt ipsos faciant per assassinos occidi 68), non solum corporum, sed mortem procurent etiam animarum; (nisi eos exuberans gratia diuina præuenerit, vt sint armis spiritualibus præmuniti,) ac omnis potestas tribuatur a Domino ad iustitiam, rectumque iudicium exercendum: nos, tanto periculo volentes occurrere animarum, et tam *g* nefarias præsumtiones 69) ecclesiasticæ animaduersionis mucrone ferire 70), vt metus pœnæ, meta huiusmodi præsumtionis exsistat, præsertim cum nonnulli magnates, taliter perimi formidantes, coacti fuerint securitatem ab eorumdem assassinorum domino impetrare, sicque ab eo non absque Christianæ dignitatis 71) opprobrio redimere quodammodo vitam suam,

§. 2. Sacri approbatione concilii statuimus, vt, quicumque princeps, prælatus, seu quæuis alia ecclesiastica sæcularisue persona, quempiam Christianorum per dictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, (quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur,) aut eos 72) receptauerit, vel defenderit seu occultauerit, excommunicationis et depositionis, a dignitate, honore, ordine, officio, et beneficio incurrat sententias ipso facto, et illa libere aliis per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur. Sit 73) etiam cum suis bonis mundanis omnibus, tamquam Christianæ religionis æmulus, a toto Christiano populo perpetuo diffidatus: et, postquam probabilibus constiterit argumentis *h*, aliquem scelus tam exsecrabile commisisse, nullatenus alia excommunicationis, vel depositionis, seu diffidationis aduersus eum sententia requiratur.

67) *Excluso*, C. R.
68) *Occidi*, abest ab eod. C.
69) *Nefarios præsumtores*, C. E. et H.
70) *Feriri*, C. H.
71) *Christianitatis*, C. a.
72) *Eos*, ibid. non legitur.
73) *Sic*, C. impr.

a *Huius adpellatione non veniunt bastardi. de Auth. Phil. dixi supr. tit. prox. c. statutum. Adde gl. in Clem.* 1. *de bapt. Nic. de Vbald. in tract. de success. ab intest.* Font. b *Al. ita:* in verba blasphema et schismatica. c *Vide l. si seruus.* §. *plurium. ff. si quis cauff. et l. demonstratio. ff. de condit. et demonstr.* Font.

d *In antiq. libris ita:* easdemque de nouo, *etc.* e *Al.* decernimus. f *Vide Turrecrematam in summa de eccles. lib.* 2. *c.* 35. *et* 36. g *Al. ita:* et tam nefarios præsumtores. h *Vid. l. non omnes.* §. *a barbaris. ff. de re milit.*

CAP.

CAP. II.

Sine pœna irregularitatis possunt clerici de suis malefactoribus conqueri coram iudice sæculari, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna sanguinis, expresse protestando, quod ad pœnam sanguinis non intendunt. H. d. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Prælatis a vel clericis quibuscumque, qui, de laicis suis malefactoribus querelam penes sæcularem iudicem deponentes, petunt emendam sibi fieri, et prouideri, ne contra eos talia de cetero præsumantur, protestando expresse, quod ad vindictam *b* seu pœnam sanguinis non intendunt, imputari non debet: quamuis alias in tali casu de iure debeat pœna sanguinis irrogari, si iudex mortem illis inferat, iustitia exigente.

Alioquin si 74) prælati aut clerici propter metum huiusmodi, quia iudex ad pœnam sanguinis posset c procedere, de suis malefactoribus taliter conqueri non auderent 75): daretur pluribus 76) materia trucidandi eosdem, et ipsorum bona libere deprædandi.

74) *Alioquin nisi si*, C. 8.
75) *Audeant*, ibid.
76) *Pluribus*, C. H.

CAP. III.

Mandanti aliquem verberari, sequuta mors imputatur. H. d. secundum Zenz.

IDEM.

Is, qui mandat 77) aliquem verberari, licet expresse inhibeat, ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur 78), irregularis efficitur, si mandatarius, fines mandati excedens, mutilet vel occidat: cum mandando in culpa fuerit, et, hoc euenire posse, debuerit cogitare.

77) *Mandauit*, C. H.
78) *Nec membro aliquo etiam mutiletur*, ibid.

TITVLVS V.
DE VSVRIS.

CAP. I.

Primo innouat et obseruari præcipit Lateranense concilium, contra vsurarios editum, vsque ad vers. Et quia. *Vbi præcipit omnibus dominis et vniuersitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris suis conducere domos, ad exercendum fenus, vel conductas habere, et quod aliquis eis ad hoc domos non locet, vsque ad vers.* Qui vero. *Vbi imponit pœnam clericis, contra facientibus, vsque ad versic.* Ceterum. *Vbi imponit pœnam laicis, et hoc facit vsque in finem.* Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in generali concilio Lugdunensi.* (*ann.* 1274.)

Vsurarum voraginem, (quæ animas deuorat, et facultates exhaurit,) compescere cupientes, constitutionem Lateranensis d concilii, contra vsurarios editam, sub diuinæ maledictionis interminatione præcipimus inuiolabiliter obseruari. Et quia, quo minor fœneratoribus aderit fenerandi commoditas, eo magis adimetur fenus exercendi libertas: hac generali constitutione sancimus, vt nec collegium, nec alia vniuersitas, vel singularis persona, cuiuscumque sit dignitatis, conditionis aut status, alienigenas et alios, non oriundos de terris ipsorum, publice fenebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis 78*) conducere, vel conductas habere, aut alias habitare permittant, sed huiusmodi vsurarios manifestos omnes intra tres menses de terris suis 79) expellant, numquam aliquos e tales de cetero admissuri. Nemo illis ad fenus exercendum domos locet, vel sub alio titulo quocumque concedat. Qui vero contra 80) fecerint, si personæ fuerint ecclesiasticæ, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi suspensionis, minores vero personæ singulares excommunicationis, si autem collegium, seu alia vniuersitas, interdicti sententiam ipso facto se nouerint incursuros. Quam si per mensem animo sustinuerint indurato: terræ ipsorum, (quamdiu in eis iidem vsurarii commorantur,) extunc ecclesiastico subiaceant interdicto. Ceterum si laici fuerint: per suos ordinarios ab huiusmodi excessu, (omni cessante priuilegio,) per censuram ecclesiasticam compescantur.

78*) *Suis*, non est in C. H.
79) *Ipsorum*, ibid.
80) *Contrarium*, C. impr.

CAP. II.

Manifestis vsurariis, licet mandauerint vsuras restitui, ecclesiastica sepultura negabitur: nisi primo satisfiat, vel secundum formam huius decreti idonee caueatur. Sepelientes eos contra hanc constitutionem Lateranen. concilii pœnam incurrunt. Testamenta ipsorum, aliter facta, non valent: nec debet eis aliquis interesse, vel eos absoluere, vel ad confessionem admittere, H. d. Ioann. Andr.

IDEM. *f*

Quamquam vsurarii manifesti de vsuris, quas receperant g, satisfieri, expressa quantitate vel indistincte, in vltima voluntate mandauerint: nihilominus tamen eis ecclesiastica sepultura denegetur, donec de vsuris ipsis fuerit, (prout patiuntur facultates eorum,) plenarie satisfactum, vel illis, quibus facienda est restitutio, si præsto sint ipsi, aut aliis 81), qui eis possint adquirere, vel, eis absentibus, loci ordinario, aut eius vices gerenti, siue rectori parochiæ, in qua testator habitat, coram aliquibus, fide dignis, de ipsa parochia, (quibus quidem ordinario, vicario, et rectori prædicto modo, cautionem huiusmodi eorum nomine liceat præsentis constitutionis auctoritate recipere, ita, quod illis perinde actio adquiratur,) aut seruo publico de ipsius ordinarii mandato idonee de restitutione facienda sit cautum. Ceterum si receptarum vsurarum sit quantitas manifesta; illam semper in cautione prædicta exprimi volumus, alioquin aliam recipientis cautionem huiusmodi arbitrio moderandam: ipse tamen scienter non minorem, quam verisimiliter creditur, moderetur, et, si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos et alios, qui manifestos vsurarios, contra præsentis sanctionis 82) formam ad ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepulturam, pœnæ Lateranensis concilii 83), contra vsurarios promulgatæ, statuimus subiacere. Nullus manifestorum vsurariorum testamentis intersit, aut eos ad confessionem admittat, siue ipsos absoluat: nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo 84) *h* pro suarum viribus facultatum præstent, (vt præmittitur,) idoneam cautionem.

§. 1. Testamenta quoque manifestorum vsurariorum, aliter facta, non valeant, sed sint irrita ipso iure.

81) *Aliis*, non est in C. 8.
82) *Sanctionis*, in C. H. non legitur.
83) *In concilio Lateranensi*, C. impr.
84) *De satisfactione*, C. H.

TITVLVS VI.
DE EXCESSIBVS PRAELATORVM ET SVBDITORVM 85) *i*.

CAP. VN.

Mendicantes non possunt adquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare vel mutare, absque speciali licentia papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionem. In adquirentibus tamen loca, pro eremitica vita ducenda, cessat prohibitio. H. d. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Cum ex eo, quod Prædicatores, Minores, et religiosi alii Mendicantes, in ciuitatibus, castris, villis, aut aliis locis ad habitandum 86) domos vel loca de nouo suscipiunt, seu olim suscepta dimittunt, se ibidem ad alia 87) transferentes, diuersa scandala quandoque prouenniant, et frequentes clamores ad sedem apostolicam perferantur: nos, super hoc prouidere volentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis vel aliqui de prædictis, quibuscumque super hoc priuilegiis muniti exsistant, (quæ ipsis contra tenorem constitutionis præsentis nullatenus volumus suffragari,) in aliqua ciuitate, castro, villa, seu loco quocumque ad habitandum domos, vel loca quæcumque de nouo recipere, seu hactenus recepta mutare, vel ex venditionis, permutationis, donationis aut cuiusuis alienationis titulo quocumque 88) in alios transferre præsumant, absque sedis apostolicæ licentia speciali, plenam et expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem, si secus egerint, irritum decernentes. Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint eremiticam seu solitariam eligendam, de maiorum suorum licentia, quia cellas, mansiones seu 89) habitacula in eremo, siue locis, vbi non sit hominum habitatio de propinquo, possint adquirere ac mutare, non intelligimus 90) interdictum.

85) C. impr. non habet dictiones: *et subditorum*.
86) *Inhabitandum*, C. 8.
87) *Ad alia loca*, C. H.
88) *Quomodocumque*, C. 8. et impr.
89) *Seu*, non est in C. H.
90) *Intelleximus*, ibid.

a *Vide Decium cons.* 189. *et Felin. in cap. adferee. extr. de præsumt.* b *Præter doctores hic vide Felinum in cap. querelam. extr. de iureiurando.* c *Alii. possit.* d *Lateranensi concil. sub Alex. III. c.* 25. e *Alii. alias.*

f *Al. ita.* idem in eodem. g *Supple cum effectu, ideo sic cautus, dicunt Ioann. Andr. Dominic. advocatus, ut in illo casu simpliciter formet articulum, quod mutuauit ad vsuras quia in mutuantibus tantum, nisi probetur recepisse, textus non loquitur. faciunt nota. in simili supr. tit.* 21. *cap.* 1. *et promissio de dando non concludit dationem. C.* 1. *qu.* 3 *c. cos. Font.* h *Al. satisfactione.* i *Hæc duo verba:* et subditorum, *desunt in antiquo codicib. et in recentioribus magis emendatis.* k *Per istud excluduntur bis leguntur de latere. Phil. Font.*

TITVLVS VII.
DE PRIVILEGIIS.

CAP. I.

Exemti vel priuilegiati, vt non teneantur, nisi sub certa iudice respondere, ratione delicti, contractus aut rei, si hæc sint inite vel sita in loco non exemto, conueniuntur coram ordinario: sed ratione domicilii non.

INNOCENTIVS IV. *in concilio generali Lugdunensi.* (*ann.* 1245.)

Volentes e libertatem, quam nonnullis apostolica sedes priuilegio exemtionis iodulsit, sic integram obseruari, vt et 91) illam alii non infriegent, et ipsi eius limites non excedant *b*, declaratione irrefragabili definimus, quod, quantumcumque 92) *c* sic exemte gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti siue contractus 93), aut rei, da qua contra ipsos agitur, tire possunt 94) coram locorum ordinariis conuenitri, et illi *d*, quoad hoc, suam in ipsos iurisdictionem, (prout ius eeigit,) exercere. Numquid ergo catent 95) omnioo in his commodo libertatis? non vtique: quia nec coram ordinariis ipsis, dummodo sit in loco exemto commissum delictum, vel contractus ioitus, aut res litigiosa, nec vbi domicilium hebent, si alibi delinquunt vel contrahant, aut ree ipsa consistat, conueniri possunt aliquatenus super istis: oec domiciliorum prætextu locorum diœcesani, (si, vbi deliquerunt 96), vel contraxerunt, aut res ipsa consiltit, illi conueniaorur,) remittendi eos illuc, vel ipsis, vt illic respondeant, iniungendi habeant 97) aliquam potestatem, saluis nihilominus casibus aliis, io quibus eos episcoporum iurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta. Et id ipsum decernimus circa dios 98), quibus, vt non oisi sub vno certo iudice teneantur de se conquerentibus respondere, apostolico priuilegio est coocessum.

Monasterio priuilegiato, vt eius monachi e quecumque interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, cessat in illis ordinariorum iurisdictio quoad illa; nisi illi monachi mitterentur ad prioratus, subiectos ordinariis: quia tunc, etiam licet vtrobique sint monachi, ordinarii etiam quoad prædicta illos iudicant, quamdiu ibi manent. Hoc dicit.

§. 1. In eos e autem, quibus, ne interdici, suspendi vel excommunicari a quoquam valeant, a sede apostolica est indultum, sicut sunt religiosi quam plures, in quorum priuilegiis continetur, ne quisquam episcopus vel archiepiscopus 99) monasteriorum suorum monachos pro vlla caussa vlloue 100) loco interdicere, suspendere, vel excommuoicare præsumat, iidem ordinarii iurisdictiooem suam quantum ad ista, vbicumque illi fuerint, penitus exercere noo possint: nisi forsan ipsi monachi ad monasteriorum suorum prioratus, ordinariis eisdem subiectos, (vt vel gerant eorum *f* regimen, vel in eis tamquam proprii locorum ipsorum monachi residesnt,) fuerint destinati. Tunc enim, etsi libere possint ad eadem mooasteria reuocari, ec tam illorum, quam ipsorum prioratuum monachi reputentur, (cum noo sit inconueniens, aliquem *g* vtrobique 1) locum habere monachicum 2) *h*,) vnum alteri subesse monasterio, vel eb ipso noscitur dependere, ratione tamen eorumdem prioratuum dicti ordinarii sua iurisdictione in ipsis etiam quoad præmissa, quamdiu morantur io illis 3), licite vti possunt.

91) *Et*, abest a C. impr.
92) *Quantacumque*, C. H.
93) *Contractus initi*, C. R.
94) *Possint*, C. H.
95) *Careant*, C. C.
96) *Si olim deliquerant*, ibid.
97) *Habent*, C. H.
98) *Contra ipsos*, C. H.
99) Diction. *vel archiepiscopus*, ibid. non habentur.
100) *Vllo*, C. H.
1) *Aliquem sic vtrobique*, C. O.
2) *Monachum*, C. impr.
3) *In illo*, C. R.

CAP. II.

Curia Romana habet studium generale, et eius priuilegia. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum de diuersis mondi partibus multi confluent ad sedem apostolicam, quasi maritimi oos, ad communem tam ipsorum, quam aliorum omnium commodum et profectum peterna sollicitudine intendentes, vt sit eis mora huiusmodi fructuosa, prouidimus, quod ibidem de cetero regatur, et vigeat studium iuris diuini et humani, canonici videlicet et ciuilis. Vnde volumus et statuimus, vt studentes io scholis ipsis penes sedem eamdem, talibus priuilegiis omnino, libertatibus, et immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis, vbi generale regitur studium, ac recipiant iotegre prouentus *i* suos ecclesiasticos, sicut illi.

CAP. III.

Dicit, quomodo intelligatur priuilegium, quod habent quidam abbates de populo benedicendo, et quibus possint abbates conferre tonsuram. Ioann. Andr.

ALEXANDER IV. *k* (*ann.* 1260. *Romæ.*)

Abbates, quos apostolica sedes in exhibitione benedictionis super populum speciali priuilegio insigniuit in ecclesiis, quæ ad eos pertinent pleno iure, quando in eis diuina officia celebrant, possunt post missarum sollemnia, et vespertinas ac matutinas laudes, benedictionem sollemnem super populum elargiri. Alibi autem publice aut per vias, ciuitates, castra et villas, populis, et plebibus benedictionem facere vel impertiri non valent: nisi hoc eis expresso 4) *l* apostolico priuilegio sit concessum. Nec eis *m* licitum sit 5) aliis, quam monasteriorum suorum conuersis, et qui ad illa 6) conuolauerint, et io quos ecclesiasticam et quasi episcopalem 7) iurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram: nisi eis id competat ex pleno 8) præfatæ sedis indulto.

4) *Expresse*, C. H.
5) *Est autem*, C. R.
6) *Ad alia*, C. impr.
7) *Quasi spiritualem*, C. R.
8) *Ex priuilegio*, C. H.

CAP. IV.

Exemti in locis non exemtis oratoria vel capellas sine diœcesanorum licentia construere non possunt, nec in exemtis sine licentia papæ. Nec possunt exemti assumere caussas proprias suorum liberorum hominum in se: etiamsi illi sint sui censuales. Ioannes Andreas.

IDEM.

Auctoritate sedis apostolicæ de fratrum nostrorum consilio statuimus, quod oratoria vel capellas, in locis non exemtis sine diœcesanorum locorum ipsorum licentia exemti construere oon præsument: neque io sic constructis, nec tempore interdicti, (casibus expressis in iure duntaxat exceptis 9,) celebrent vel faciant celebrari diuina. Quodsi talia præsumserint; ab his per locorum ipsorum ordinarios compescantur: et, si quas propter hoc exemtorum ipsorum conseruatores in eos sententias protulerint, illas penitus reuocamus. Inhibemus insuper 10), ne in locis etiam exemtis hoc ipsi exemti facere audeant: nisi super his licentiam vel priuilegium habeant sedis apostolicæ speciale. Caussas quoque siue lites proprias suorum hominum liberorum, quæ videlicet tantum ad ipsos homines pertinent, iidem exemti suo nomine, siue vt actores, siue vt defensores, aliquatenus oon adsumant; etiamsi sint ipsis dicti homines censuales: cum id nequaquam licitum sit eisdem.

9) *Exceptis in locis exemtis*, C. R. *non exceptis*, H.
10) *Autem*, C. R.

CAP. V.

Priuilegium papæ, quod quis excommunicari, suspendi, vel interdici non possit, non extenditur ad sententias ordinariorum: nisi tale priuilegium sit concessum regibus, reginis, vel ipsorum filiis, vel religioso loco, vel ordini. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS IV. (*ann.* 1267.)

Ne aliqui, de indultis apostolicis 11) confidentes, alios confidentius in suo iure molestent, et ordinariorum iurisdictionem contemnant pariter et eludant: omnes indulgentias et priuilegia, quibuscumque singularibus personis ecclesiasticis vel sæcularibus 12), cuiuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, conditionis aut status, quod interdici a quocumque, vel excommunicari non possint, nec terræ vel ecclesiæ ipsorum ecclesiastico interdicto supponi, sub quacumque forma verborum concessa, (illis, per quæ regibus et reginis eorumque filiis, nec non et religiosis quibuscumque, non personarum tantum, sed ordinum priuilegiatorum vel locorum ratione, in hoc immunitas huiusmodi conceditur, duntaxat exceptis,) de fratrum nostrorum consilio ad ordinariorum sententias processus 13) edicto perpetuo prohibemus extendi.

11) *Apostolicæ sedis*, C. R. et H.
12) *Singularibus*, C. R.
13) *Et processus*, C. H. et impr.

CAP. VI.

Inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vsus mitræ, si sint exemti in prouincialibus et episcopalibus conciliis, vti possunt mitris aurifrisiatis, non habentibus laminas aut gemmas. Et si non sunt exemti; albis et planis vtantur: in aliis locis vtantur, vt indultum permittunt.

IDEM CLEMENS IV.

Vt apostolicæ sedis benignitas, (quæ non nullis abbatibus *n*, aliisque prælatis, quibus non competit ex propria dignitate, concessit in

a *Vide concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 14. vbi hæc decretalis innouatur.* b *Priuilegiatus non debet excedere metas priuilegiorum. supr. eod. c. sane. et c. porro.* c *Alii ita:* quod quantacumque, etc. d *Al. ita:* et illi quoad hæc. e *De intellectu vide Decium in cap. tuarum, num. 46. extr. de priuileg.* f *Al.* illorum. g *Al. ita:* aliquem sic vtrobique, etc. h *Alii.* monachum.

i *Vide concil. Trident. sess. 5. de reform. c. 1. in fin.* k *In manuscriptis ita:* Alex. III. l *Al.* expresse. m *Vide concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 10.* n *Abbates an dicantur esse prælati, vide Gemmianum in cap. præsenti. de offic. ord. lib. 6.*

ecclesiis

ec ... m fratrum gloriam et honorem, quod mitra a et aliis pontificalibus vti possint,) prouideat, ne inde scandala oriantur, sic tamen, ... ipsi priuilegiati suorum priuilegiorum non frustrentur affectu, et ... maioritate ac decore maiori ornatuum, maioritas adpareat dignitatum: de fratrum nostrorum consilio præsenti decreto statuimus, vt ... tes et alii, quibus mitræ vsus est ab eadem sede concessus, exemti quidem in prouincialibus conciliis, et episcopalibus synodis, (quibus non nulli eorum interesse tenentur,) mitris tantummodo aurifrisiatis, (non tamen aureas vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus,) vti possint, non exemti vero simplicibus, et albis ac planis vtantur: in aliis vero locis exemtis, et non exemtis 14), mitris liceat illis vti, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt.

14) *Diction. et non exemtis*, non sunt in C. H.

CAP. VII.

In prima parte demonstrat, quid iuris, cum quis sola priuilegio se dicit exemtum. In secunda, ibi: Si autem. *quid iuris, cum super hoc præscriptionem adlegat. In tertia, ibi:* Quodsi tales. *quid iuris, cum adlegat vtrumque.* Ioann. Andr.

BONIFACIUS VIII. (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Cum b personæ ecclesiasticæ, tam religiosæ, quam sæculares, plura præsumant, quæ ipsis infamiam pariunt, et aliis inferunt læsionem, prætextu exemtionis, vel libertatis, quam adserunt se habere, ordinariorum correctiones et ordinationes subterfugientes, ac eorum forum siue iudicium declinantes: nos, volentes super hoc de salubri 15) remedio prouidere, statuimus, vt hi, qui se adserunt per priuilegia seu indulgentias apostolicæ sedis exemtos, a locorum ordinariis c requisiti, huiusmodi priuilegia vel indulgentias, (quibus se dicunt fore munitos,) ipsis ordinariis in loco congruo et securo, aut aliquibus prudentibus viris, omni suspicione carentibus, ad hoc per dictos ordinarios deputatis, intra terminum competentem, pro facti qualitate, ipsorum ordinariorum, vel delegatorum suorum arbitrio moderandum, iusto impedimento cessante, ostendere, ac ad legendum integraliter d, exhibere, nec non de articulis, de quibus controuersia fuerit, transscriptum tradere teneantur. Si autem ad fundandam intentionem suam super huiusmodi libertate solummodo præscriptionem canonicam duxerint opponendam: eisdem ordinariis vel delegatis ab eis viris prudentibus, non suspectis, de præscriptione huiusmodi 16) facere debent fidem 17). Quodsi tales 18) priuilegio et præscriptione adserant 19) se munitos: priuilegium quidem ipsum exhibeant, vt in primo huiusmodi constitutionis articulo superius est expressum. Et si priuilegium exhibitum non ad plenum per se sufficiat ad exemtionem seu libertatem huiusmodi comprobandam, sed tale 20) est, quod saltem caussam præbeat præscribendi; coram personis prædictis annorum XL. præscriptionem teneantur probare: præscriptionisque probatione pendente, licet ordinariorum intentio de iure communi fundetur, tamen, quia de priuilegio, (quod saltem caussam præscribendi præbet,) faciunt fidem, in libertatis vel exemtionis possessione, non violenta, non clandestine, nec concessa precario, de qua fidem coram eisdem fecerint 21), non turbentur. Si vero priuilegium per se sufficiens, quando solo priuilegio se defendunt, vel saltem tale, quod præscriptioni canonicæ caussam præstet, cum præscriptionem adlegant, non exhibuerint, vt est dictum; cum de iure communi ordinariorum intentio sit fundata: sua iurisdictione vti possint in eosdem libere, donec de præscriptione canonica, (vt præmissum est,) fecerint plenam fidem.

15) *Hoc salubri*, C. B.
16) In C. H. non leguntur verba: *de præscriptione huiusmodi.*
17) *Plenam fidem*, ibid.
18) *Tales, qui*, ibid.
19) *Adserunt*, C. H.
20) *Si tale*, C. H.
21) *Fecerint*, ibid.

CAP. VIII.

Interdictus est ingressus ecclesiæ regularibus vel sæcularibus, (quamuis exemtis,) qui scienter celebrant vel celebrari faciunt diuina in ciuitatibus vel locis interdictis: nisi secundum permissionem iuris, vel qui excommunicatos vel interdictos publice ad diuina officia, sacramenta vel sepulturam admittunt. Hoc dicit, Ioannes Andreas.

IDEM.

Episcoporum e et aliorum prælatorum querelis frequentibus et querulosis clamoribus excitati, præsenti decreto duximus statuendum, ne aliqui sæculares aut regulares, quantumcumque exemtionie seu libertatis sedis apostolicæ priuilegiis communiti, cuiuscumque ordinis, religionis, status vel conditionis existant, scienter celebrent vel faciant celebrari diuina in ciuitatibus f, castris, villis, (nisi quatenus eis a iure conceditur,) seu locis aliis interdictis ab ordinariis siue delegatis iudicibus, vel a iure, aut excommunicatos publice vel interdictos ad diuina officia seu ecclesiastica sacramenta vel ecclesiasticam sepulturam admittant. Qui vero 22) contra præsumserint, (præter alias pœnas, a iure statutas,) ingressum ecclesiæ sibi nouerint interdictum, donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium eius, cuius sententiam contemserunt 23) g, satisfecerint competenter.

22) *Si vero*, C. B.
23) *Contemserint*, C. H.

CAP. IX.

Primo *ponit, quando eximitur ecclesia, quid importet.* Secundo, *quando ipsius canonici.* Tertio, *quando clerici. Et ista ordinate declarat, in qualibet partium adfirmatiue et negatiue loquendo*, secundum Ioann. Andr.

IDEM.

Per h exemtionem, ecclesiæ concessam, ipsa ecclesia et ipsius monachi vel canonici, clerici etiam 24) et conuersi, perpetuoque oblati, (non autem ecclesiæ 25) eiusdem presbyter, qui parochianorum curam habet, quoad ea, quæ ad curam eamdem pertinent, nec ipsi parochiani etiam 26,) intelliguntur exemti. Verum si canonici alicuius ecclesiæ eximantur: ipsi soli canonici, non autem ecclesia vel alii eius clerici sunt exemti. Si autem clerici cuiusuis 27) ecclesiæ eximantur; tunc tam canonici, quam alii clerici eximuntur 28), non tamen ecclesia: nisi aliud in exemtionis priuilegio exprimatur.

24) *Etiam*, abest a C. H.
25) *Ecclesiæ*, ibid. non habetur.
26) *Etiam*, desideratur ibid.
27) *Cuius*, C. B.
28) *Eximantur*, ibid.

CAP. X.

Formas priuilegiorum ponit hæc decretalis, quarum quædam exemtionem conferunt, quædam non. Ioann. Andr.

IDEM.

Si papa in aliquo priuilegio vel scriptura, non facta principaliter super donatione 29) i vel sententia exemtionis seu libertatis 30), aliquam ecclesiam ad ius et proprietatem Romanæ ecclesiæ pertinere, vel consimilia verba narret; non propterea 31) illius ecclesiæ exemtio est probata 32): nisi de libertate aliter doceatur. Si autem ecclesiæ 33) vel monasterio exemtionis priuilegium concedendo, vel super ipsius exemtione sententiando, (cum de ipsius exemtionis negotio ageretur,) adserat, ipsam ecclesiam fore exemtam, aut eam iuris beati Petri existere, siue ad ius et proprietatem Romanæ ecclesiæ, vel ad Romanam ecclesiam specialiter, aut sine medio, vel etiam 34) simpliciter pertinere: per hoc plene debet exemta huiusmodi ecclesia iudicari. Cum enim iure communi omnes ecclesiæ, per orbem diffusæ, ad Romanam ecclesiam pertineant, si id alicui concedatur ecclesiæ, vel de ea 35) per sententiam iudicetur 35*); ex hoc ipsius comprobatur exemtio: vt priuilegii nihil alias 36) adlatura concessio ei, cui conceditur, et sententia nullum aliter datura subsidium ecclesiæ, (pro qua fertur,) prærogatiuam, (cum verba aliquid operari debeant,) conferat gratia specialis. Et est idem, si priuilegium contineat, vel ipse papa per mandum exprimat supra scriptum, quod ecclesia sit libera, seu quod potiatur Romanæ ecclesiæ libertate, vel quod in hoc prærogatiua gaudeat speciali: aut si dicat iodefinite, quod ecclesiæ Romanæ annuum censum soluat, ad percepte indicium libertatis, siue quod ipsam ecclesiam eximit ab ordinarii k potestate, vel quod non sudeat illic episcopus cathedram collocare, aut imperandi, (seu ordinationem quamuis leuissimam faciendi,) exercere aliquam potestatem. Similiter, si aliqui recipiantur in proprios et speciales subiectos, censentur exemti. Non sic, si in proprios et speciales filios Romanæ ecclesiæ sint suscepti: teles quippe exemti propterea non existunt. Si vero dicatur simpliciter, quod aliqua ecclesia Romanæ ecclesiæ annuum censum soluat: non propter hoc exemta ecclesia dici debet. Idem dicimus, si circa aliqua per priuilegium concedatur libertas, et clausula de censu annuo persoluendo sequatur, vt si aliquibus, quod ab alio,

29) *Datione*, C. H.
30) *Seu etiam libertatis*, ibid.
31) *Propter hoc*, C. H. et impr.
32) *Exemtione probata*, C. impr.
33) *Præpositus ecclesiæ*, C. H.
34) *Etiam*, ibid. haud legitur.
35) *Vel id de ea*, ibid.
35*) *Iudicetur*, ed. Pith.
36) *Aliud*, C. B.

a *Vide Barbat. in cap. volentes. extr. de off. deleg.* b *Vide Antonium Capycium decisione Neapolit* 209 c *Supplent Dom. et Phil. seu alii, quorum iurisdictio fundata est iure communi, aut statuto priuilegio necessitii: quia notorium facti, violate Auchar operatur idem, quod notorium iuris.* Font d *Vide Bart. in rubr. ff. de noui oper. nunt. et l. prætor ff. de edendo.* Font e *Vide Clement. ex frequentibus de sentent. excommun. Calderinum consil. 4. tit. de sentent. excommun. et late Felinum in cap. a nobis. extr. de except.*

f *Ciuitatis adpellatione quid veniat, vide per Felinum in cap. Rodulphus, extr. de rescript.* g *Alii* contemserint. h *Præter doctores hoc vide Decium consil.* 15. i *Al.* datione. k *Al.* ordinaria.

quam

quam a papa seu eius legato excommunicati, suspendi aut interdici non possint, vel aliquid aliud specialiter a sede apostolica sit indultum, vel etiam dicatur, quod in speciales Romanæ ecclesiæ filios sint adsumti, et sequatur in priuilegio, quod ecclesiæ Romanæ ad indicium 37) a libertatis perceptæ annuum censum soluant. His enim et consimilibus casibus sic 38) *b* in certis priuilegiati articulis, ordinariorum iurisdictioni, quantum ad alia, sunt subiecti. Licet autem sic diuersos 39) priuilegiorum, quibus ecclesiæ ac monasteria 40) eximuntur 41), tenores ad litium materiam amputandam duxerimus designandos: per hoc tamen aliis exemtionum, (si reperiantur,) seu aliarum libertatum modis vel eorum effectibus nolumus aliquatenus 42) derogari.

37) *Indicium*, C. H.
38) *Sunt*, C. R.
39) *Diuersorum*, C. H.
40) *Vel monasteria*, ibid.
41) *Exprimuntur*, C. R.
42) *In aliquo*, C. H.

CAP. XI.

Priuilegiati, vt tempore interdicti celebrare possint diuina, clausis ecclesiis, alios etiam extraneos admittere non possunt. Et si fuerit singularis persona super hoc priuilegiata; familiares suos admittit: secus in familia conuentus, taliter priuilegiati. Hoc priuilegio non gaudet ille, cuius culpa ponitur interdictum. H. d. Dominicus.

IDEM.

Licet c vobis concessum existat, vt interdicti tempore, ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, voce submissa diuina celebrare possitis: ad ea tamen aliquos, etiamsi aliunde venerint, (nisi super hoc priuilegiati existant,) recipere nulla ratione debetis. Cum conceditur singulari personæ, vt modo præmisso tempore interdicti celebrare valeat, vel audire diuina: eius familiares domestici ad audiendum cum ea, et celebrandum sibi diuinum officium, licite admittuntur. Non sic autem in familiaribus alicuius conuentus, seu collegii est censendum. Illi enim, nisi priuilegiati fuerint, admitti non debent. Huiusmodi quoque concessione gaudere non potest is, cuius caussa seu culpa, dolo vel fraude, fuit *d* sententia interdicti prolata, seu qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione lata extitit, præbuit consilium, auxilium, vel fauorem.

CAP. XII.

Episcopi cum altari viatico celebrare possunt, et sibi facere celebrari, ita tamen, quod non violent interdictum. Hoc dicit Ioann. Andr.

IDEM.

Quoniam episcopi *e* eorumque superiores se habent diuersis ex caussis a suis ecclesiis et diœcesibus absentare frequenter, nec semper possunt commode ad ecclesias accedere pro missa celebranda vel audienda in ipsis, sine qua eos transire non decet absque caussa rationabili vllam *f* diem 43): præsenti constitutione indulgemus eisdem 44), vt altare possint habere viaticum, et in eo celebrare, ac facere celebrari 45), vbicumque absque interdicti transgressione illis permittitur celebrare vel audire diuina.

43) *Vlla die*, C. R.
44) *Eisdem*, non est in C. H.
45) Vocab. *ac facere celebrari*, desideratur ibid.

TITVLVS VIII.
DE INIVRIIS, ET DAMNO DATO.

CAP. VN.

Repressaliæ contra personas ecclesiasticas concedi, vel concessæ extendi non debent: contra facientes, (nisi reuocent intra mensem,) singulares sunt excommunicati, vniuersitates interdictæ. Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in concilio generali Lugdunensi. (ann. 1274.)*

Etsi pignorationes, quas vulgaris eloquutio *g* repressalias nominat, in quibus alius pro alio prægrauatur, tamquam graues legibus, et æquitati naturali contrariæ, ciuili sint constitutione prohibitæ; vt tamen earum prohibitio in personis ecclesiasticis tanto amplius timeatur, quanto in illis specialius inhibentur: eas concedi contra personas prædictas, seu bona ipsorum 46) *h*, aut quantumcumque generaliter prætextu cuiusuis consuetudinis, (quam potius reputamus abusum fore 47,) concessas, ad illas extendi præsenti decreto districtius inhibemus. Illi autem, qui contra fecerint, aduersus personas easdem pignorationes, seu repressalias concedendo, vel extendendo ad eas, nisi præsumtionem huiusmodi reuocauerint, a concessionis vel extensionis tempore intra mensem, si personæ singulares fuerint, sententiam excommunicationis incurrant, si vero vniuersitas, ecclesiastico subiaceat interdicto.

46) *Ipsarum*, C. R. et H.
47) *Forte*, C. H.

a *Alias:* iudicium. b *Al. ita:* sic scriptis priuilegiati articulis. *al. ita:* sic insertis priuilegiati articulis, etc. c *De materia vide latissime in c. alma mater infra de sent. ex. com.* d *Al.* fuerit e *Et an adpellatione episcopi veniat electus, vide Felin. in cap. cum ec. de rescript. vers. tertio restringitur* f *Al. ita:* nulla die g *Vide l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. Bart. in l. Labeo. ff. de sup. leg.* h *Al.* ipsarum.

TITVLVS IX.
DE POENIS.

CAP. I.

De veteri iure poterit archiepiscopus, cum in prouincia sua iurisdictionem suam exsequitur, punire notorie iniuriantes sibi, nuntiis, et familiæ suæ, si per id sua iurisdictio impeditur: alias non, nisi consuetudo amplius tribuat. Sed hodie tales iniurias tunc punit, etiamsi iurisdictionem non impediant. H. d.

INNOCENTIVS IV. *(ann. 1252.)*

Romana *i* ecclesia: [*et infra.*] Licet autem Remens. archiepiscopo, suam prouinciam visitanti, eos, qui tunc sibi, vel suæ familiæ, aut aliis, quos propter hoc per eamdem prouinciam dirigit, ac etiam quando concilium conuocat, eos, qui nuntiis suis, quos pro illo vel alias per prouinciam illam sua debita iurisdictione vtendo transmittit, iniuriari præsumunt, si hoc occasione, sua in his impediatur iurisdictio, pro iniuria huiusmodi, (dummodo existat notoria,) propria auctoritate punire: nisi amplius ei de Remensis ecclesiæ consuetudine competere dignoscatur. Sibi etiam et 48) metropolitanis aliis in suis prouinciis, dum sic in illis iurisdictionem exercent, puniendi manifestas et notorias offensas, tunc eisdem illatas, vel suis, (etiamsi exinde impediri iurisdictionem huiusmodi non contingat,) libera sit de nostra speciali concessione facultas.

48) *Et*, abest a C. H.

CAP. II.

Docet hæc decretalis, quibus adsistentibus fieri debeat degradatio, de quibus vestibus, ornamentis, libris et instrumentis in degradatione fiat exspoliatio, et quibus verbis vtatur ipse degradans. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. *Biteren. episcopo. (ann. 1298. Romæ in Apuliam.)*

Degradatio *k* qualiter fieri debeat, a nobis tua fraternitas requisiuit. Super quo tibi taliter respondemus, quod verbalis degradatio seu depositio ab ordinibus vel gradibus ecclesiasticis est a proprio episcopo, sibi adsistente, in degradatione clericorum, in sacris constitutorum ordinibus, certo episcoporum numero, definito canonibus 49), facienda: quamquam proprii episcopi sententia sine aliorum episcoporum præsentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores dumtaxat ordines receperunt. Actualis vero siue sollemnis cœlestis militiæ militis, id est, clerici, degradatio, (cum ad eam fuerit procedendum,) fiet, vt exauctorizatio 50) eius, qui militiæ deseruit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia, sicque a militia remotus castris reiicitur, priuatus consortio et priuilegio militari. Clericus igitur degradandus, vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum seu ornamentum, ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo sollemniter ministrare, ad episcopi præsentiam adducatur: cui episcopus publice singula, siue sint vestes, calix, liber, seu quæuis alia, quæ 51) illi iuxta morem ordinandorum 52) clericorum in sua ordinatione ab episcopo fuerint *l* tradita, seu collata, singulariter auferat, ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat 53) vltimo, inchoando, et descendendo gradatim degradationem continuet vsque ad primam vestem, quæ datur 54) *m* in collatione tonsuræ. Tuncque radatur caput illius seu tondeatur: ne tonsuræ seu clericatus vestigium remaneat in eodem. Poterit autem episcopus in degradatione huiusmodi vti verbis aliquibus ad terrorem, illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata, dicendo presbytero hæc vel similia verba in remotione planetæ: *Auferimus tibi vestem sacerdotalem, et te honore sacerdotali priuamus.* Sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis vtens, in ablatione vltimi, quod in collatione ordinum fuit primum 55), infra scripto, vel alio simili modo pronuntiet siue dicat: *Auctoritate Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti, ac nostra, tibi auferimus habitum clericalem, et deponimus, degradamus, spoliamus, et exuimus te omni ordine, beneficio et priuilegio clericali.*

49) *A canonibus*, C. R. et H.
50) *Exauctoratio*, ibid.
51) *Alia res, quæ*, C. H.
52) *Ordinatorum*, ibid.
53) *Sibi fuerat*, ibid.
54) *Scil. quæ traditur*, C. R. *traditur*, H.
55) *Fuerit prolatum*, C. R.

i *Vide Alex. cons. 138. l. 1. incip. circa primum dubium. Vnde intelliges, quando quis possit esse iudex in propria caussa* k *Qualiter hodie fieri possit degradatio, vide conc. Trid. sess. 13. de ref. m. c. 4. Adde textus in c. 1. sup. de haret eod. libr.* l *Al.* fuerunt. m *Al.* traditur.

CAP.

CAP. III.

Quamuis inuentio carceris fuit ad custodiam: tamen potest quis puniri pœna carceris perpetuo, et ad tempus. Ioann. Andr.

IDEM.

Quamuis a ad reorum custodiam, non ad pœnam carcer specialiter deputatus esse noscatur: nos tamen non improbamus, si subiectos tibi clericos, confessos de criminibus seu 55*) conuictos, (eorum excessibus et personis, ceterisque circumstantiis prouida deliberatione pensatis,) in perpetuum, vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes ad pœnitentiam peragendam 56).

55*) In ed. Pith. desiderantur verba: *subiectos tibi clericos, confessos de criminibus seu.*

56) *Ad perpetuam pœnitentiam*, C. H.

CAP. IV.

Pœna, alicui imposita et eius posteris, non extenditur ad posteros lineæ femineæ: nisi aliud in iure, vel sententia sit expressum. H. d. Zenz.

IDEM.

Vbicunque b alicui et eius filiis seu posteris vsque in certam generationem pœna imponitur ab homine vel a iure; pœna ipsa eos tantum adficit, qui per masculinam, non per femininam, lineam descendere dignoscuntur: nisi aliud in iure 57) vel sententia sit expressum.

57) *A iure*, C. H.

CAP. V.

Primo *punit insequentes, percutientes, aut capientes cardinales, et eius criminis socios.* Secundo, *eorum filios et nepotes.* Tertio, *ipsis infestatoribus pœnam addit.* Quarto, *quam satisfactionem, cum absoluentur, facere debeant: et quid per absolutionem consequantur.* Quinto, *de nudis consiliariis, vel simpliciter fauentibus huic crimini.* Sexto, *ad collaterales permittit pœnas extendi.* Septimo, *punit de insequentibus clericos vel religiosos, familiares papæ vel cardinalium.* Octauo, *punit de occidentibus cardinales.* Nono, *dicit, potestates sæculares nihilominus pœnis legalibus contra tales vti debere, et hanc constitutionem etiam facere obseruari; et contra facientibus pœnam imponit.* Ioann. Andr.

IDEM.

Felicis recordationis Honorii papæ tertii, prædecessoris nostri, vestigiis inhærentes, quibusdam additis et detractis, de communi fratrum nostrorum consilio, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt, si quis deinceps in hoc sacrilegii genus irrepserit, quod sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem 58) fuerit hostiliter insequutus, vel percusserit, aut ceperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut consilium c dederit vel fauorem, aut postea receptauerit vel defensauerit scienter eumdem, sicut reus criminis læsæ maiestatis, perpetuo sit infamis, diffidatus d nihilominus et bannitus. Sit intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex testamento vel ab intestato vocetur: quatenus ab omni successione repulsus, publicaque repulsa confusus, minus 59) inueniat suæ malitiæ successorem. *Fiant e habitationes eius desertæ, et 60), vt non sit, qui eas inhabitet,* dentur cuncta ipsius ædificia in ruinam, et, vt perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur. Nullus ei debita reddere, nullus respondere in iudicio teneatur. Quidquid etiam in bonis inuenitur ipsius, fisci, vel reipublicæ dominio adplicetur: vt ex illis nil transmittat ad posteros, sed potius cum ipso quodammodo damnentur 61) et sua. Si qua vero feuda, locationes, officium vel beneficium spiritale vel temporale ab aliquibus ecclesiis obtinet; sit eis ipso iure priuatus: quæ sic libera ad ecclesias reuertantur, quod ecclesiarum rectores de ipsis pro sua voluntate disponant. Quodsi quis prædictorum filium vel filios habeat, nepotem, vel nepotes, per rectam lineam descendentes, beneficiatum seu beneficiatos quouis beneficio; etiamsi pontificalem adeptus vel adepti fuerint dignitatem: sint eis ipso iure priuati, spe promotionis omnino sublata. Nulli præterea talium filiorum atque nepotum, ex virili sexu descendentium ab eisdem, alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris ecclesiastici vel mundani, seu ad alicuius loci regimen sit adscensus 62). Sit eis postulandi negata facultas: sit notoria f iudicatus, et quodlibet aliud officium seu ministerium publicum interdictum. In iudiciis eorum 63) adsertio contra quemquam nihil fidei, nihil credulitatis inueniat: vt ad 64) testimonium prorsus reddantur indigni. Sit eis 65) ad ordines adscensus inhibitus: sit ad beneficium vel officium ecclesiasticum denegatus accessus 66) g. Et, (vt magis famosa sit eorum 67) infamia,) ad actus legitimos nullus eis 68) pateat aditus, nulla porta pandatur eisdem 69) super aliquo præmissorum, omni h spe dispensationis adempta. Præsenti nihilominus adiicimus sanctioni, vt ea insequutione prædicta, sicut ex iniectione manuum violenta, ipso facto excommunicationis sententiam quis incurrat, et tam insequutor, quam alii supra dicti, tanti mali participes, quam diu in sua contumacia perdurarint 70), singulis diebus dominicis et festiuis, pulsatis campanis, et candelis accensis, per omnes illius loci ecclesias, in quo tantum facinus fuerit attentatum, nec non ciuitatum et diœcesum vicinarum i excommunicati publice denuntientur 71) k: nec ab alio, quam a Romano pontifice possint absolutionis beneficium obtinere, nisi dumtaxat in mortis l articulo constituti.

Cum autem fuerint absoluendi; primo sufficienter et idonee caueant, quod inferendæ pœnæ parebunt 72), et auxiliante Domino pœnitentiam peragant iniungendam: deinde per omnes illius loci ecclesias principales, vicinorumque locorum, diebus dominicis et sollemnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, et ferulas deferentes 73) in manibus, cum quibus per easdem ecclesias publice fustigentur, ituri postmodum vltra mare, et ibidem acturi pœnitentiam per tres annos ad minus, nec exinde postmodum reuersuri absque sedis apostolicæ licentia speciali. Verum cum talis gratiam reconciliationis meruerit: beneficio absolutionis obtento, indulgeatur ei licentia, vt suam et suorum iniuriam prosequatur, et debitorum illorum, quæ contracta fuerint m, de postmodum adquisitis repetitio non negetur. Illud autem non duximus omittendum, quod, si quis fuerit in præmissis nudo consilio aut simplici fauore culpabilis, iudex in talem 74) pœnam metiatur ex culpa, vt 75), secundum quod excessus exegerit, vindicta procedat. Ceterum, quia dignum est, vt nefandi ratione flagitii vltionis seueritas amplius extendatur, et propter enormitatem culparum, plagarum modus exuberet, nec pœnis solitis contentetur: statuimus, vt ad collaterales fratres, videlicet nepotes, et pronepotes talium possit extendere pœnas, in huiusmodi nostra constitutione contentas, circumspectio Romani pontificis, prout circumstantiæ rationabiles suadebunt.

Præmissis etiam dignum censuimus 76) adnectendum, vt, si quisquam aliquo prædictorum excessuum, quemquam de clericis vel religiosis nostræ familiæ, vel cardinalium adficere forte præsumserit, proportionetur pœna delicto, ita, quod, vindicta ex æquo excessui respondente, ab offensa nostrorum cohibeantur deinceps manus temerariæ formidine vltionis, quas Dei vel nostra seu fratrum nostrorum reuerentia non coercet. Si quis vero per se vel per alium occiderit cardinalem, (quod absit.) vel dederit caussam mortis: vltra quam præmissa continent, sic in eum potestas iurisdictionis insurgat, sic rigor vltionis insiliat, quod contra vitæ subsidium mortis solatium inuocet, viuens pœnæ, non culpæ, vindictæ speculum, non offensæ. Per hoc quoque sæcularibus potestatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduersus sacrilegos catholici principes ediderunt. Quis enim locus regiminis poterit esse tutus, quis rector securitate gaudebit, si Romana ecclesia, (quæ omnium ecclesiarum, disponente Domino, caput est et magistra.) casibus istis subiicitur? si eius filii speciales 77) huiusmodi periculis exponuntur? Quem ecclesiæ filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta non tangeret, et confusio tam aspera non moueret? Porro, si filius est, dolebit: si 78) fidelis, matre fidei læsa, lædatur. Quapropter si princeps, senator, consul, potestas, vel alius dominus siue rector contra præsumtores prædictos, præsentis constitutionis tenorem non fecerit obseruari: tam ipse, quam officiales ipsius intra mensem, postquam res ad notitiam eorum peruenerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant 79). Ciuitas vero quæuis alia, præter vrbem, quæ talia facienti vel facientibus seu præsumentibus, in his consilium, vel auxilium

58) *Cardinales*, C. R.
59) *Minime*, C. H.
60) *Et*, ibid. non habetur. *
61) *Condemnetur*, ibid.
62) *Et alicuius negotii regimen non adscendat*, C. H.
63) *Eius*, ibid.
64) *Et ad*, C. H.
65) *Ei*, C. H.
66) *Negatus adsensus*, C. R. et H. *adscensus*, impr.
67) *Eius*, C. R.
68) *Ei*, ibid.
69) *Eidem*, ibid.
70) *Malitia perdurabunt*, C. H.
71) *Nuntientur*, C. R. et H.
72) *Patebunt*, C. impr.
73) *Ferentes*, C. H.
74) *Et talem*, C. H.
75) *Vt*, non est in C. R.
76) *Duximus*, C. H.
77) *Spirituales*, C. R.
78) *Que*, ibid.
79) *Incurrat*, ibid.

a *Vide Ioann. Ananiam in c. a nobis. de apostat. et Felin. in c. cum sit. de for. compet.* b *Præter doctores hic vide alleg. per Decium in c. nouit. de iudic.* c *Vide Decium in c. 1. de off. delegati.* d *Diffidare et bannire quid significet, docent Angelus de Perusio consil. 13. Geminianus in c. 1. de homic. l. 6. et Petrus Gedofredus in auth. gazaros. c. de her.* e *Psalm. 62.* f *Al. notarius, vel potius notariatu.*

g *Al. adscensus.* h *Al. omnino.* i *Loca vicina quæ dicantur, vide per Alex. consil. 97. l. 1.* k *Al. nuntiantur.* l *Quantum in mortis articulo nulla est reseruatio; atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes, a quibusuis peccatis et censuris absoluere possunt. ita conc. Trid. sess. 14. c. 7. tit. de casuum reseruatione.* m *Al. fuerunt.*

auxilium dederit aut fauorem, vel intra mensem saltem taliter delinquentes, (prout tanti facinoris enormitas exegerit, et facultas ei adfuerit,) non duxerit puniendos, pontificali, vt supra 80), sit eo ipso dignitate priuata, et nihilominus remaneat interdicta.

80) *Et supra*, C. H.

TITVLVS X.
DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBVS.

CAP. I.

Quæstores non citant aliquos, licet eos monere possint. Et in concedendis indulgentiis non excedant archiepiscopi statutum concilii generalis. H. d. Zenz.

INNOCENTIVS IV. *in concilio Lugdunensi.* (*ann.* 1245.)

Romana ecclesia: (*et infra.*) Quæstoribus a autem fabricæ Remen. ecclesiæ, Remen. archiepiscopus, siue eius officiales citandi suffraganeorum ipsius ecclesiæ subditos, (quos iidem quæstores sibi resistere, aut nolle parere dixerint,) vt super hoc compareant coram ipsis, nequaquam tribuant potestatem. Super benigna vero ipsorum receptione 81) ac subuentione, ipsi fabricæ facienda, possunt eosdem suffraganeos et alios Christi fideles Remen. prouinciæ caritatiue monere 82). In concedendis quoque indulgentiis non excedat Remen. archiepiscopus statutum concilii generalis.

81) *Ipsorum quæstorum receptione*, C. H.
82) *Mouere*, C. impr.

CAP. II.

Concessio generalis confessoris non tangit episcopo specialiter reseruata: nec obtentu consuetudinis potest quis sibi eligere confessorem. H. d. Zenz.

BONIFACIVS VIII.

Si episcopus suo subdito concesserit, vt sibi possit idoneum eligere confessorem; ille, quem is elegerit, in casibus, qui eidem episcopo specialiter reseruantur b, nullam habet penitus potestatem: cum in generali concessione illa non veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Nulla quoque potest consuetudine introduci. quod aliquis præter sui superioris licentiam confessorem 83) sibi eligere valeat, qui eum possit soluere vel ligare.

83) *Confessoris*, C. H.

CAP. III.

Decretalis: Cum ex eo. *in pluribus episcopis indulgentibus locum habet.* H. d. Zenz.

IDEM.

Indulgentiæ c, quæ ab vno vel pluribus episcopis in ecclesiarum dedicationibus, vel aliis quibuscumque casibus conceduntur, vires non obtinent d, si statutum excesserint concilii generalis.

TITVLVS XI.
DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SVSPENSIONIS, ET INTERDICTI.

CAP. I.

Iudex, qui excommunicat, suspendit, vel interdicit, in scriptis hoc faciat, et caussam conscribat, et requisitus exemplum sententiæ tradat intra mensem. Qui contra fecerit, per mensem ab ingressu ecclesiæ et diuinis est suspensus: et relaxabitur illa sententia per superiorem absque difficultate, et condemnabitur lator in expensis, et alias pœna condigna. Si sic suspensi celebrant, vt prius; sunt irregulares: nec absoluuntur ab alio, quam a papa. H. d. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *in concilio Lugdun.* (*ann.* 1245.)

Cum e medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans; dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat: caute prouideat iudex ecclesiasticus, vt in ea ferenda ostendat, se prosequi, quod corrigentis fuerit 84) f et medentis. Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, et caussam excommunicationis expresse conscribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum vero huiusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit requisitus: super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel litteras testimoniales confici, sigillo authentico consignatas. Si quis autem iudicum huiusmodi constitutionis temerarius exstiterit violator: per mensem vnum ab ingressu ecclesiæ g, et diuinis officiis 85) nouerit se suspensum. Superior vero, ad quem recurritur, sententiam ipsam 86) sine difficultate relaxans h, latorem excommunicato ad expensas, et omne interesse condemnet, et alias puniat animaduersione condigna, vt pœna docente discant iudices, quam graue sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in suspensionis 87) et interdicti sententiis volumus obseruari. Caueant autem ecclesiarum prælati et iudices vniuersi, ne prædictam pœnam suspensionis incurrant: quoniam, si contingeret 88) eos, sic suspensos, diuina officia exsequi, sicut prius, irregularitatem non effugient iuxta canonicas sanctiones, super qua non nisi per summum pontificem poterit dispensari.

84) *Corrigentis est*, C. R. et H.

85) *Officiis*, abest a C. R.
86) *Ipse*, C. impr.
87) *Suspensionibus*, C. R.
88) *Contigerit*, C. H.

CAP. II.

Qui petit absolui ad cautelam, docens, excommunicationis sententiam, in se latam, esse nullam, absoluetur, cuiuscumque contradictione non obstante: nisi dicatur et probetur intra octo dies excommunicatus pro manifesta offensa. Qui probat, se excommunicatum post appellationem, probatione pendente in iudiciis, euitabitur, extra iudicium vero non. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Solet i a nonnullis in dubium reuocari, an, cum aliquis per superiorem absolui postulat ad cautelam, dum in se latam excommunicationis sententiam asserit esse nullam, sine contradictionis obstaculo munus ei debeat absolutionis impendi: et ante absolutionem huiusmodi is, qui se offert in iudicio probaturum, se post appellationem legitimam excommunicatione innodatum, vel intolerabilem errorem in sententia fuisse patenter expressum, sit in ceteris, (excepto probationis illius articulo,) euitandus. In prima igitur dubitatione sic statuimus obseruandum, vt petenti absolutio non negetur; quamuis in hoc excommunicator vel aduersarius se opponat: nisi eum excommunicatum pro manifesta dicat offensa. In quo casu terminus octo dierum indulgebitur sic dicenti, vt, si probauerit, quod apponit, non relaxetur sententia: nisi prius sufficiens præstetur emenda, vel competens cautio de parendo iuri, si offensa dubia proponatur. In secunda vero quæstione statuimus, vt is, qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo, in ceteris, quæ vt actor k in iudiciis attentauerit, interim euitetur. Extra iudicium vero in officiis, postulationibus, et electionibus, ac aliis legitimis actibus nihilominus admittatur.

CAP. III.

Excommunicatio, lata in participantes excommunicatis in loquutione et similibus, (canonica monitione non præmissa,) non tenet. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Statuimus l, vt nullus iudicum participantes cum excommunicatis ab eo, in loquutione et aliis, quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante monitionem canonicam excommunicare maiori excommunicatione præsumat, saluis constitutionibus, contra illos legitime promulgatis, qui in crimine præsumunt participare damnato. Quodsi ex loquutione et aliis, quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius indurescat; poterit iudex post monitionem canonicam huiusmodi participantes consimili damnare censura. Aliter autem in participantes excommunicatio prolata non teneat: et proferentes pœnam legitimam poterunt formidare.

CAP. IV.

Episcopi nullam interdicti vel suspensionis incurrunt sententiam, nisi in sententia sint expressi. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem* 89).

Quia periculosum est episcopis et eorum superioribus, propter exsequutionem pontificalis officii, quod 90) frequenter incumbit, vt 91) in aliquo casu interdicti vel suspensionis incurrant sententiam ipso facto; nos deliberatione prouida duximus statuendum, vt episcopi et alii superiores prælati nullius constitutionis occasione, sententiæ siue mandati prædictam incurrant sententiam vllatenus 92) ipso iure: nisi in ipsis de episcopis expressa mentio habeatur.

89) *In eodem*, non habet C. impr.
90) *Quæ*, C. H.
91) *Vt*, in C. R. non legitur.
92) *Vllatenus*, non est in C. H.

a *Prædicatores quæstuarios omnino sustulit conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. in fine. et sess. 21. de reform. c. 9.* b *Vide conc. Trid. sess. 14. de sanctissimo pœnitentiæ sacramento. c. 11.* c *Vide B. Thom. in quæstionibus, additis ad 3. part. qu. 26. art. 3.* d *Vide l. iusiurandum, quod ex conuentione § 1. ff. de iureiur. et l. falsus. ff. quod cum fal. tu. Font.* e *Vide conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 3. Et cur excommunicatio dicatur medicinalis, luculenter docet Ioannes Roffensis aduersus Lutherum, art. 2. et Couarruuias in cap. alma mater. de sentent. excomm. l. 6. in anti.* f *Al. est.*

g *Nota hic ex mente Dominici, quod non poterit domi in oratorio celebrare Font.* h *Vide l. prolatam. C. de sent. et interl. omn. iud. Font.* i *Vide Abb. Felin. et alios in c. apostolicæ. extr. de except. Vbi multa tradunt de absolutione ad cautelam, huc spectantia.* k *Vide Dec. in c. intellecto. extra de iudiciis.* l *De participantibus cum excommunicatis vide c. sicut apostolo. C. 11. qu. 3. et ibi late Turrecr. et B. Thom. in quæstionibus, additis ad 3. part. qu. 23. art. 1. 2. et 3.*

CAP. V.

Huius decretalis quinque sunt dicta: primum, *quod archiepiscopus sententias, latas a subditis suorum suffraganeorum, nisi hoc habeat de consuetudine, non relaxet.* Secundum, *quod generalis sententia archiepiscopi ligat tantum subditos.* Tertium, *quod pro praeteritis vel praesentibus culpis, monitione non praemissa, ab eo lata sententia est iniusta.* Quartum, *quod pro futuris culpis vel iam commissis, scilicet nisi satisfaciant, excommunicare non debent: nisi mora, culpa, vel offensa, vel alia iusta caussa subsit.* Quintum, *quod in vniuersitatem vel collegium non feratur excommunicationis sententia, sed in illos, qui culpabiles exstiterunt.* Ioann. Andr.

IDEM. a

Romana ecclesia: [et infra.] Ceterum interdicti, suspensionis, vel excommunicationis sententias, latas ab officialibus archidiaconorum, seu quibuslibet aliis, iurisdictionem habentibus, suffraganeorum Remen. ecclesiae subditis, Remen. archiepiscopus et eius officiales, (omissis ipsis excommunicatoribus,) non relaxent: salua contrarie super hoc consuetudine, si quam habent. Porro, excommunicationum sententiae, a Remensi archiepiscopo, suisque officialibus generaliter promulgatae, subiectos eiusdem iurisdictioni archiepiscopi tantum ligant. Sed nec in specie nec in genere pro culpis et offensis praeteritis vel praesentibus excommunicationum sententias absque competenti monitione praemissa promulgent: et, si contra praesumserint, iniustas nouerint esse illas. Caueant etiam, ne tales sententias excommunicationis 93) *b*, siue specialiter, siue generaliter, in aliquos pro futuris culpis, videlicet si tale quid fecerint, vel etiam 94) pro iam commissis sub hac forma, si de illis intra tale tempus minime satisfecerint, proferre praesumant: nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa seu offensa praecesserit, quibus merito ad iniungendam satisfactionem huiusmodi 95), et taliter prohibenda similia inducantur, aut alia rationabilis, (quam in ipsis sententiis exprimant,) caussa subsit. In vniuersitatem vel collegium proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset; cum nonnunquam contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri: sed in illos dumtaxat de collegio vel vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur.

93) *Excommunicationis*, in C. R. et H. non habetur.
94) *Nec etiam*, ibid.
95) *Huiusmodi*, non est in C. H.

CAP. VI.

Praelatus contra potentiam temporalem etiam spirituali gladio, scilicet ecclesiastica censura, se tueri potest. H. d. Ioannes Andreas.

IDEM *in eodem.* c

Dilecto filio decano Aurelianensi: [et infra.] Praeterea cum omnes leges omniaque iura vim vi repellere, cunctisque sese defensare permittant: licuit *d* vtique ipsi decano, (si praedictus balliuus eum bonis suis mundanis iniuriose spoliare, vel ea violenter occupare praesumserit, vt superius est expressum,) contra illius violentiam iniuriamque 96) se tueri. Et quoniam aduersus eius nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi forte non aderat; potuit se etiam 97) spiritualiter 98), gladio videlicet vtendo ecclesiastico, defensare, ac recurrere propter hoc ad arma spiritualia, quae sunt ecclesiae propria, et pro suo munimine illis vti: praesertim cum dictus balliuus post latas in eum ab *e* eodem decano 99) ex aliis caussis excommunicationis sententias, (sicut idem decanus asseruit,) ipsum tamquam exinde prouocatus, sententiis ipsis contemtis, bonis spoliasset eisdem, et propter hoc postmodum ipse decanus sententiam tulerit interdicti, tamquam spirituali se mucrone defendens contra illius iniuriam et violentiam, sibi ab eodem occasione praedictarum sententiarum, et in ipsarum contemtum illatam. Et quidem cum liceat cuilibet suo vicino vel proximo pro repellenda ipsius iniuria suum impertiri auxilium; immo, si potest et negligit, videatur iniuriantem fouere, ac esse 100) particeps eius culpae; licuit profecto ipsi decano proprio sibimet subuenire subsidio, et suammet temporalem iniuriam sua propria spirituali defensione tueri, sicque vtrumque quodammodo gladium et temporalem et ecclesiasticum, alterum videlicet altero adiuuare: maxime quia hi duo gladii consueuerunt, (exigente necessitate,) sibi ad inuicem suffragari, et in iuuamen alterius subuentione mutua frequentius exerceri.

96) *Violentiam iniuriam*, C. H.
97) *Etiam*, ibid. non habetur.
98) *Spiritualis*, C. R.
99) *Victum. ab eodem decano*, desiderantur in C. R. et H.
100) *Etiam*, C. R.

a *Al. ita:* idem in eodem. *al. ita:* Innocentius quartus, in concilio Lugdunensi. *b* *Dicto*, excommunicationis, *deest in antiquioribus exempl. etiam impressis.* *c* *In manuscr. desunt haec duo verba:* in eodem. *d* *Vide Dec. in c. cum non ab homine. in prima not. de iud. et in c. significasti. de off. deleg.* *e* *Haec verba*, ab eodem decano, *desunt in manuscriptis.*

CAP. VII.

Excommunicatos a subditis suffraganeorum, archiepiscopi non possunt absoluere: sed excommunicatos a suffraganeis vel officialibus bene, si ad eos adpellatum fuerit. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Venerabilibus: [et infra.] Ceterum Rothomagen. 1) archiepiscopo vel eius officiali non licet excommunicatis ab archidiaconis 2) vel aliis subditis suffraganeorum ipsius archiepiscopi, (cum nec excommunicandum, nec excommunicatorum sint iudices,) absolutionis beneficium impertiri: excommunicatos autem ab ipsis suffraganeis, vel eorum officialibus possunt absoluere, si ab ipsis litigantibus ad eos *f* fuerit prouocatum. Neutra vero partium adpellante, si quis ipsorum per archiepiscopum vel eius officialem ab excommunicatione, contra eum lata, pro reliqua postulet se absolui, vel alias coram eis de parte aduersa querimoniam sine adpellationis interpositione deponat: non est in hoc ab ipsis, (cum sui non sint iudices,) audiendus. Sed si excommunicatus deponat apud eos de suffraganeo, vt imponatur ei poena, et pro suo interesse super iniusta excommunicatione querelam *g* audire vtique debent eum. Secus autem, si conqueratur de ipso, vt relaxatur huiusmodi sententia, contra se ab eo pro alio promulgata: quoniam tueri hanc caussam non ad ipsum suffraganeum, sed eum, pro quo est sententia lata, spectat. Attamen si suffraganeus vel extra iudicium pro suorum defensione *g* iurium, vel etiam 3) in iudicio ex suo procedens officio *h*, inquirendo videlicet, vel simile quid agendo, aliquem excommunicet; in hoc caso conueniendus est ipse suffraganeus coram archiepiscopo vel eius officiali: quia ipsius interest defendere caussam suam 4).

Archiepiscopus in casibus, in quibus iurisdictionem habet, ante cognitionem caussae absoluit excommunicatum ad petitionem partis, vel ex officio; nisi dicatur excommunicatus pro manifesta offensa vel contumacia: et contumaciae praesumtae et manifestae ponit exempla. H. d. Ioann. Andr.

§. 1. Porro, archiepiscopus vel eius officiales excommunicatos a suffraganeis, semper, antequam audire caussam incipiant, in casibus, in quibus eis iurisdictio competit, iuxta ecclesiae formam debent absoluere: vtpote si post diffinitiuam fuerit excommunicationis sententia promulgata, et ad eos *i* fuerit adpellatum, exceptis casibus, in quibus iura prohibent post sententiam adpellare. Similiter, si suffraganeus extra iudicium excommunicet aliquem pro eius offensa, vel pro sui defensione iuris, et super hoc querimoniam ille proponat; est ille primitus iuxta formam ecclesiae absoluendus: nisi suffraganeus probaturum se offerat, quod pro manifesta offensa excommunicationis eum vinculo innodauit. Idem est etiam, si quemquam pro praesumta contumacia, (videlicet quia citatus praefixo sibi termino non comparuit,) excommunicatione constringat: quia, si sic ligatus, proposita querimonia *k*, petat ab archiepiscopo, se absolui, siue quando suffraganeus ex suo processit officio, siue quando est ad ipsum archiepiscopum ante sententiam diffinitiuam adpellatum, et ab aduersario proponatur, quod absoluendus non sit, nec pandi ei debeat iudicii aditus, nisi prius expensas restituat, et iudicio sisti exhibeat cautionem, ipseque respondeat, quod recte contumax reputari non debet, pro eo, quod in itinere captus, vel etiam 5) alio impedimento detentus, in termino comparere nequiuit, tunc 6) protinus sibi iuxta formam ecclesiae, beneficium debet absolutionis impendi. Secus autem, si se contumacem confiteatur, vel alias de contumacia sua constet: quia forte praedixerat in iudicio, quod minime compareret. Tunc enim, (cum manifesta sit contumacia, et manifesta reputetur offensa,) non est ei, (nisi primo expensarum satisfactione, ac de stando iudicio cautione praestita,) absolutio impendenda. Et hoc ipsum est in similibus obseruandum: sicut si aliquis ad certum locum citetur, et ille proponat, ipsum non esse sibi tutum, et iudex postea in eum, (quia non probauit hoc, nec comparuit,) sententiam excommunicationis promulget. Nam tunc 7), si excommunicatus ipse ad superiorem adpellet, et ante omnia se ab eo petat absolui, (cum probare coram eo 8) velit, ipsum locum non exsistere sibi tutum,) in hoc est procul dubio audiendus: cum praesumta solummodo eius contumacia videatur. Sed si iudex pronuntiasset, locum illum esse idoneum et securum, et ille non comparuisset, ac ideo excommunicasset eumdem: ipse postmodum super hoc, (nisi post latam interloquutoriam intra decendium prouocasset,) nullatenus audiri debet 9).

1) *Rouen.* C. H.
2) *Archidiacono*, ibid.
3) *Etiam*, ibid. non legitur.
4) *Ipsam*, ibid.
5) *Etiam*, abest a C. R. et H.
6) *Et tunc*, C. H.
7) *Extunc*, C. R.
8) *Coram eo*, non habet C. H.
9) *Deberet*, C. R.

f *Ampl. in alio casu not. vt per abbatem in cap. in litteris. de off. deleg. vbi vide omnino Dectum.* *g* *Vide not. in cap. nonne. de off. leg. et lanc. c. ex parte. supr. de verb. signif.* Font. *h* *Vide lanc. c. humilis. de maior. et obedient. Bart. l. 2. ff. de adult.* Fonton. *i* *Al. ipsos.* *k* *Per viam supplicationis, restitutionis in integrum, adpellationis.* Dom. Font.

Excom-

Excommunicatio, lata post adpellationem, interpositam ex caussa probabili, non statim pronuntiatur nulla: sed fieri potest relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat de veritate caussæ cognoscere. Idem, si dicatur lata per intolerabilem errorem, et in contrarium error ille probabiliter defendatur. Ioann. Andr.

§. 2. Sed si ex caussa legitima seu probabili quis adpellet, puta quia locus non est tutus, et post adpellationem huiusmodi excommunicatione ligetur, ac deinde 10) ostendat superiori, quod ad ipsum ex tali caussa extitit prouocatum; non tamen illico pronunciare debet excommunicationis sententiam fore nullam: sed potest eam ad cautelam iuxta formam ecclesiæ relaxare.

Si certum est, excommunicationem esse iniustam, fit remissio: si certum est eam iniustam, non fit. Si est dubium; fieri potest relaxatio; sed honestius est remittere: tenet tamen relaxatio, vbi archiepiscopus est iudex, licet non fiat remissio. H. d. Ioann. Andr.

§. 3. Sane, si certum est, excommunicationis sententiam esse iustam, velut cum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata; superior iudex, (nisi periculum sit in mora,) excommunicatum ad excommunicatorem prorsus remittere debet. nec debet eum absoluere, nisi excommunicator requisitus malitiose illi absolutionis beneficium deneget exhibere. Si vero constet, huiusmodi sententiam esse iniustam; nequequam remittendus est ad suum excommunicatorem excommunicatus: sed debet sine difficultate aliqua mox absolui. Quodsi dubitetur, vtrum iuste sit vel iniuste; superior, (nisi excommunicatori deferat,) relaxare iuxta formam ecclesiæ potest illam: quamquam honestius et conuenientius agat, si ei deferat in hoc casu. Vbi autem superiori comparit de excommunicatione cognoscere; absolutio seu relaxatio, quam ipse fecerit, tenet; licet forsitan sit iusta 11): quoniam, etsi contra ius litigatoris, non tamen contra ius constitutionis, absoluit.

Archiepiscopus in casibus, in quibus excommunicare potest, si consuetudo habet, emendas pecuniarias exigere potest. H. d. Ioann. Andr.

§. 4. Denique a subditis suffraganei emendas pecuniarias *b* potest archiepiscopus secundum consuetudinem regionis exigere in casibus, in quibus ei licet eos excommunicationis vinculo innodare.

Summatur supra in §. Sed si ex caussa. *ibi videas.*

§. 5. Potest quoque archiepiscopus beneficium absolutionis iuxta formam ecclesiæ nonnumquam impendere ad cautelam, vtpote si adseritur, in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum, id est, aliquid sub vi præcepti vel mandati aperte in ea contineri, quod communiter vel in suo genere est peccatum, veluti si dicat forte aliquis, se a suffraganeo excommunicatum fuisse, pro eo, quod eleemosynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud, quod in se bonum est, aut quia non operabatur id, quod suo actu illicitum est et prauum, et suffraganeus ipse adserat, quod pro digna et rationabili caussa, vel pro conseruanda vel exsequenda iustitia hoc illi prohibuisset, vel etiam iniunxisset. Nam tunc archiepiscopus ad cautelam absoluere potest eum.

Summarium habet supra in §. Sed si ex caussa. *ibi vide.*

§. 6. Similiter, si aliquis proponat se ante diffinitiuam sententiam in iudicio, vel extra, post adpellationem, ex caussa legitime interpositam, vinculo excommunicationis adstrictum: potest archiepiscopus, postquam sibi de hoc constiterit, (etiam priusquam incipiat de veritate caussæ adpellationis cognoscere) absolutionis illi beneficium ad cautelam iuxta formam ecclesiæ impertiri.

10) *Demum*, C. H.
11) *Iniusta*, C. R. H. et ed. gloss.

CAP. VIII.

Iudex ecclesiasticus compellit iudicem laicum, repellere excommunicatos ab actibus iudiciariis, sibi prohibitis. H. d. Ioann. Andr.

ALEXANDER IV. (*ann.* 1258.)

Decernimus, vt iudices seculares per censuram ecclesiasticam ab ecclesiasticis iudicibus, canonica 12) monitione præmissa, repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando *c* et testificando in suis curiis et iudiciis compellantur.

12) *Censura ecclesiastica per ecclesiasticos iudices, trina*, C. R.

CAP. IX.

Non valet excommunicatio, lata in participantes: nisi fuerint moniti nominatim. Et canonica monitio dicitur, quæ habet dierum internalle: nisi necessitas facti aliud suadeat. Hoc dicit Ioann. Andr.

GREGORIVS X. *in concilio generali Lugdunen.* (*ann.* 1274.)

Constitutionem felicis recordationis Innocentii papæ quarti, prædecessoris nostri, quæ 13) prohibet, participantes *d* excommunicatis in participatione, quæ solam minorem excommunicationem inducit, monitione canonica non præmissa, maiori excommunicatione ligari, decernens, promulgatam aliter excommunicationis sententiam non tenere, ad tollendum omnem ambiguitatis scrupulum, declarantes decernimus, ita demum esse monitionem canonicam in hoc casu, si, aliis rite seruatis, eos, qui monentur, exprimat nominatim. Statuimus quoque, vt inter monitiones, quas, (vt canonice promulgetur excommunicationis sententia,) statuunt iura præmitti, iudices siue monitionibus tribus vtantur, siue vna pro omnibus, obseruent aliquorum dierum competentia interualla: nisi facti necessitas aliter ea suaserit moderanda *e*.

13) *Qui*, C impr.

CAP. X.

Relaxatio ad cautelam, in generali interdicto non habet locum. H. d. Domin.

IDEM *in eodem.*

Præsenti generali declaramus edicto, beneficium relaxationis ad cautelam, quoad interdicti sententias, in ciuitates, castra, vel quælibet alia loca, siue terras aliquas 14) generaliter promulgatas, locum aliquatenus non habere.

14) *Alias*, C. H.

CAP. XI.

Primo *excommunicat certis limitationibus dantes licentiam offendendi in personis vel rebus suis, vel suorum, exercentes contra aliquos ecclesiasticam censuram, vel exerceri facientes, vel illam seruantes.* Secundo *ibi*: Eadem. *pœnam proroget ad vtentem, vel motu proprio id agentem.* Tertio *ibi*: Qui autem. *pœnam aggrauat.* H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Quicumque pro eo, quod in reges, principes, barones, nobiles, balliuos, vel quoslibet ministros eorum, aut quoscumque alios excommunicationis, suspensionis, seu interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, seu alias in personis, aut bonis suis, vel suorum *f*, grauandi eos, qui tales sententias protulerunt, siue quorum sint 15) occasione prolatæ, vel easdem sententias obseruantes, seu taliter excommunicatis communicare nolentes, (nisi licentiam ipsam 16) re integra reuocauerint, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licentiæ sit processum, nisi bona ipsa fuerint intra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa,) eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Eadem quoque sententia sint innodati omnes, qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliquod præmissorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus 17), alias committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spatio, extunc ab ea non possint, nisi per sedem apostolicam, absolutionis beneficium obtinere.

15) *Sunt*, C. M. et impr.
16) *Ipsarum*, C. R.
17) *Prohibemus*, C. H.

CAP. XII.

Si malefactor, captus a iudice laico, dicit se clericum: huius vel cognitio ad iudicem ecclesiasticum spectat. Et si notorie, vel publica fama, vel communi æstimatione habetur pro clerico: statim fit remissio. Idem, si prius se gerebat pro clerico, et modo deprehensus fuit in habitu clericali. Si autem prius se gerebat pro laico; licet modo in clericali habitu deprehensus fuerit; non fiet remissio, donec fuerit de clericatu probatum: sed interim contra eum iudex in nullo procedit. H. d. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1298.)

Si iudex *g* laicus malefactorem captum detineat, et is, se clericum dicens, ad curiam ecclesiasticam petat remitti, vel curia ipsa eum tamquam suum clericum reperat, iudice illum 18) inficiante clericum, ac ob hoc minime remittendum: dubitationis huiusmodi, an scilicet sit, qui repetitur, clericus, ad iudicem ecclesiasticum, quia de re ecclesiastica et spirituali, vocato 19) tamen iudice seculari, vel alio, cuius interest, cognitio pertinebit. Et si 20) notorium fuerit 21), quod idem malefactor sit clericus, qui huiusmodi priuilegio gaudere debeat, statim absque alia cognitione, vel fama publica de hoc extiterit 22), aut ipse pro clerico communiter habeatur 23): in contineti

18) *Repetat, remitti dicto iudici seculari illum*, C. M.
19) *Spiritualiagitur, vocato*, ibid.
20) *Et quia*, C. R.
21) *Sit*, C. H.
22) *Constiterit*, C. M.
23) *Habetur*, C. R et H.

a *Al fore.* b *De An. b hoc remittit ad C.* 23. *qu.* 5. *c. si vos. C.* 23. *qu.* 5 *c. si quis cuiuslibet* Font. c *Quod lucratur patrocinando, debet excommunicatus restituere, vel erogare in pauperes: quia male est quæsitum. cap. cum sit. de Iudæis.* Font. d *Vide Franc. Aret. l.* 1. *ff. de verb. obl. c. ita diuina. C.* 27. *qu.* 2. *et notu dicimur loqui etiam, vbi lex expresse meminit de verbis, cap. cum apud. de spons.* Font.

e *Vide Bald. l.* 2. *de prec. imp. offer. Dom.* Font. f *Vide Bald. in l. his rebus. ff. sol. matrim. Bart. in l. nam et Seruius. ff. de neg. gest. et l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi. et c. sicut nos. de testib.* Font. g *Vide Alex. cons.* 2. *l.* 1. *et cons.* 61. *l.* 4. *Bald. in l. si quis per calumniam. C. de episcop. et cleric. Canonistas in c. cum non ab homine. extr. de iud. late Couarruu. in pract. quæst. c.* 33. *et Grammaticum decis.* 81.

tinenti etiam ante cognitionem de clericatu, ecclesiasticæ curiæ debet reddi. Idem esse censemus, si reus ipse, ante deprehensionem pro laico publice se non gerens, deprehensus fuit in habitu clericali, tonsuram videlicet, et vestes deferens clericales. Nam talem debemus clericum, (donec constet de contrario,) reputare. Sicut de illo, qui in possessione ingenuitatis existit, si dicatur ab alio libertinus, legalis sanxit auctoritas, vt probandi necessitate non ipse, sed aduersarius adstringetur. Iustum est enim, vt ipse talis, quem gestat, ex habitu, (quousque appareat aliud,) præsumatur, qualis is 24) esse, cuius fert habitum, comprobatur 25). Ex stigmate namque, consueto fabricensibus a imprimi, lenteos fabricensis agnoscitur. Et custodes aquarum, (quos hydrophylacas nominant,) quæ eis insigi 26) solet, adnotatione signati, manifesti sunt omnibus 27), et cogariarum nomina non tenentur. Isque status alicuius esse videtur, in quo ipse deprehenditur, donec contrarium doceatur 28) *b*. Non sic autem volumus obseruari, si ante deprehensionem pro laico publice se gerebat 29), et pro tali communiter habebatur 30): quamuis deprehensionis tempore repartus fuerit in habitu clericali. Tunc enim restituendus non est, quousque fidem de titulo fecerit clericali; cuius eidem probationis onus incumbat 31), propter præsumtionem, quæ aduersus ipsum orta est ex delatione laicalis habitus præcedenti: contra eum tamen interim quiuis processus iudicis penitus 32) conquiescat.

24) *Is*, abest a C. H.
25) In C. R. desiderantur verba: *qualis is esse* etc.
26) *Infigi*, C. H. *infringi*, H. *infugi*, impr.
27) *Sunt omnibus*, C. H. non habet.
28) *Comprobatur*, ibid.
29) Dictien. *se gerebat* etc. non sunt in C. R.
30) *Habeatur*, ibid.
31) *Incumbit*, C. H.
32) *Penitus*, ibid. non habetur.

CAP. XIII.

Non tenet suspensio vel interdictum, lata in participantes, non præmissa monitione canonica. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Statutum Gregorii papæ X. factum ad declarationem constitutionis Innocentianæ, quæ prohibet participantes excommunicatis ea participatione, quæ solum 33) *c* minorem inducit, maiore excommunicatione ligari, monitione canonica non præmissa, in suspensionis et interdicti sententiis, (quæ pro huiusmodi participatione plerumque ab ordinariis vel delegatis *d* iudicibus promulgantur,) præcipimus inuiolabiliter obseruari, decernentes, easdem 34) sententias non tenere aliter promulgatas.

33) *Solum*, C. R. et H.
34) *Easdem*, non est in C. H.

CAP. XIV.

Per negligentiam non prosequentis debito tempore adpellationem excommunicatio, post eam lata, non conualescit: sed poterit tunc denuntiari, et debebit vitari, donec de sententiæ nullitate docuerit. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Licet excommunicationis sententia, post adpellationem legitimam promulgata, per negligentiam adpellantis, adpellationem suam minime prosequentis, non ratificetur, nec etiam conualescat: excommunicatus tamen nominatim, vel specialiter et expresse, qui post adpellationem legitimam excommunicationis sententiam adserit in se latam, si adpellationem eamdem 35) intra tempus *e*, ad ipsam prosequendam ab homine, vel a iure statutum, non fuerit, (vt debuit,) prosequutus, lapso eodem tempore, excommunicatus publice 36) nuntiari, et nedum in iudicialibus, sed etiam in extraiudicialibus euitari, et a legitimis 37) actibus remoueri debebit, quousque 38), quod post adpellationem legitimam excommunicatus fuerit, vel alias de ipsius sententiæ docuerit nullitate.

35) *Eamdem*, in C. R. non legitur.
36) *Termino excommunicatus potest publice*, C. H.
37) *A communibus*, C. R.
38) *Donec*, C. H.

CAP. XV.

Prælatus, capi faciens et includens, etiam per laicos, clericum, nondum incorrigibilem, excommunicatus non est, nec etiam ipsi capientes. Secundo dicitur, si talis dat fideiussores de parendo iuri; detineri non debet: nisi iusta caussa id suadeat. H. d. Ioann. Andr.

IDEM BONIFACIVS VIII.

Si *f* clericos, tuæ iurisdictioni subiectos, propter commissos excessus, etiam 39) per laicos capi facias, et eos, (ne fugiant,) in carcere pœna debita postea castigandos includas; te vel capientes eosdem, (licet nondum appareat 40), incorrigibiles illos esse,) nulla credimus excommunicatione nodari: cum in his, (nisi alias ex proposito excedatur in ipsis,) temeritas vel iniuria nequeat deprehendi. Eosdem quoque clericos, si de parendo iuri tibi 41) fideiussoriam dederint cautionem, detinere non debes: nisi excessus enormitas, vel alia caussa rationabilis eos suaserit detinendos.

39) *Etiam*, non est in C. H.
40) *Appareant*, ibid.
41) *Tibi*, ibid. non legitur.

CAP. XVI.

Interdicto clero non est interdictus populus, nec e conuerso. Interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipsam audiunt diuina. Interdicto populo, singulares de populo intelliguntur interdicti. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si sententia interdicti proferatur in clerum: non intelligitur, (nisi aliud sit expressum in ea,) interdictus populus, nec etiam e conuerso. Vnde vno interdicto ipsorum, alius licite admittitur ad diuina. Ceterum cum propter delictum domini, vel rectoris, est ciuitas interdicta, ciues eiusdem, (qui culpabiles non existunt, dummodo et ipsi propter dominum, vel rectorem 42) puniendum in eis non fuerint interdicti,) possunt extra ipsam licite interesse diuinis. Cum vero alicuius terræ populus interdicto nodatur: singulares ex eo personæ, quas interdictas esse constat, (ne sententia effectu careat, cum diuinorum auditio, et sacramentorum perceptio populo vt vniuersis non competant,) non debent alicubi, (casibus expressis a iure 43) dumtaxat exceptis,) audire diuina, vel ecclesiastica recipere 44) sacramenta.

42) *Propter delictum domini vel rectoris*, C. H.
43) *In iure*, C. R. et H.
44) *Percipere*, C. R.

CAP. XVII.

Interdicta ciuitate, suburbia et continentia ædificia dicuntur interdicta. Et, interdicta ecclesia, capella contigua et cœmeterium contiguum dicitur interdictum. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si ciuitas *g*, castrum, aut villa, subiiciantur ecclesiastico interdicto: illorum suburbia, et continentia ædificia eo ipso intelligi volumus interdicta. Nam, licet prædicta videantur alias murorum ambitu terminari: hoc tamen casu, ne vilipendi valeat sententia interdicti, (quod fieret, si possit in ipsorum suburbiis, vel continentibus ædificiis licite celebrari, vt prius,) expedit 45) interpretationem fieri latiorem 46). Ratione quoque simili, si sit ecclesia interdicto supposita *h*, vel 47) subiecta, nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio ipsius eidem ecclesiæ contiguis poterit sepeliri 48); secus, si ei contigua non existant.

45) A C. H. absunt verba, *vel continentibus ædificiis licite celebrari, vt prius expedit*.
46) *Latiorem*, ibid.
47) ibid. haud leguntur voces: *supposita vel*.
48) *In capella nec in cœmeterio ipsi ecclesiæ contiguis celebrari poterit, vel etiam sepeliri*, ibid.

CAP. XVIII.

Celebrans scienter in ecclesia polluta, vel præsente excommunicato maiori excommunicatione, irregularitatem non contrahit. Domin.

IDEM.

Is, qui in ecclesia, sanguinis aut seminis effusione polluta, vel qui, præsentibus maiori excommunicatione nodatis, scienter celebrare præsumit, licet in hoc temerarie agat 49), irregularitatis tamen, (cum id non sit expressum in iure,) laqueum non incurrit.

Scienter celebrans in loco interdicto, in casibus non permissis, irregularis et ineligibilis est. H. d. Dom.

Is vero, qui scienter in loco celebrat, supposito interdicto, (nisi super hoc priuilegiatus existat, aut a iure sit concessum eidem,) irregularitatem incurrit: a qua nequit per alium, quam per Romanum pontificem liberari, et adeo efficitur ineligibilis, quod nec ad eligendum cum aliis debebit admitti.

49) *Licet sit alias pro temeritate huiusmodi puniendus*, C. R. et H.

CAP. XIX.

Tempore interdicti chrisma die cœnæ Domini confici potest. Hoc dicit.

IDEM.

Quoniam *i* in baptismo et confirmatione, (quæ nedum pueris, sed et adultis, propter mortis periculum exhiberi possunt licite

a *Vide Alciatum l. 1. prætermissorum, verbo: militia.* b *Vide c. tuam. de ord. cog. l. præsens. C. ad l. Fabiam, de plag.* c *Al. solam.* d *Nota, quod delegati possunt excommunicare, suspendere, interdicere: quamquam hoc in litteris delegationis non exprimatur, secundum Doct. Vide not. sup. eod. c. statuimus. Font.* e *Vide Abbat. in c. testimonium extr. de testibus.* f *Vide Alex. cons. 8. l. 1. incip. videtur super primo dubio, et cons. 149. l. 6. incip. in caussa inquisitionis.*

g *Et an adpellatione ciuitatis veniant terræ, sibi recommendatæ, vide Aufrer. in Clem. ne Romani §. fine. de elect. vbi adserit, non venire. Et quæ sit ratio, vide Cur. in cons. 204. l. 2. Et quid veniat adpellatione ciuitatis, tradit Fel. in c. Rodulphus. extr. de rescript.* h *Hæc duo verba, supposita vel, desunt in manuscr. cod.* i *Vide text. et ibi doct. in cap. non est. in fin. extr. de spons.*

tempore

tempore interdicti,) chrismatis utimur unctione: posse, (licet terra interdicta exsistat,) chrisma die cœnæ Domini confici, dubium non exsistit.

CAP. XX.

Suspensus ab ingressu ecclesiæ, in ea divina celebrans, est irregularis. Et moriens impœnitens, suspensione illa durante, caret ecclesiastica sepultura. Et suspensio ab ingressu ecclesiæ vel officio per appellationem sequentem non suspenditur. H. d. Dom.

IDEM.

Is, cui est ecclesiæ interdictus ingressus, (cum sibi per consequens censeatur in ipsa divinorum celebratio interdicta,) irregularis efficitur, si contra interdictum huiusmodi divinis in ea se ingerat, in suo agens officio sicut prius. Talis quoque, si, hoc interdicto durante, decedat, non debet in ecclesia vel cœmeterio 50) ecclesiastico, (nisi [a] pœnituerit,) sepeliri. Sane, sicut excommunicatio, sic ab officio vel ab ingressu ecclesiæ ista suspensio, aut ipsius effectus, per appellationem sequentem minime suspenduntur 51).

50) *Vel monasterio, cœmeterio ecclesiastico*, C. H.
51) *Suspendantur*, C. R. *suspenditur*, H.

CAP. XXI.

Religiosum clericum verberantem, absolvit episcopus eo casu, quo absolveret clericum. H. d. Dom.

IDEM.

Religioso, qui manus violentas in clericum sæcularem iniecit, (ne hoc prætextu habeat materiam evagandi,) poterit ab episcopo eo casu absolutionis beneficium exhiberi, quo sæculari clerico posset, si alium clericum percussisset.

Verberans novitium religionis, excommunicationem incurrit.

§. 1. Quamvis [b] autem is, qui religionem ingreditur, religiosus censeri cum effectu non possit, donec sit tacite vel expresse professus; si quis tamen violentas manus in eum iniciat: excommunicationis, latæ a canone, vinculum non evadit.

CAP. XXII.

Absolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum, ab eo, a quo alias non poterat, si, cessante impedimento, se non præsentat, cum commode potest, ei, a quo alias absolvi debebat, recidit in eamdem sententiam. Idem in absoluto, qui se debet alicuius conspectui præsentare, si hoc non faciat. Ioann. Andr.

IDEM.

Eos, qui a sententia canonis vel hominis, (cum ad illum, a quo alias de iure fuerant absolvendi, nequeunt propter imminentis mortis periculum, aut aliud impedimentum legitimum, pro absolutionis beneficio habere recursum,) ab alio absolvuntur, si, cessante postea periculo, vel impedimento huiusmodi, se illi, a quo, his cessantibus, absolvi debebant 52), quam cito commode poterunt, contempserint præsentare, mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi et satisfacturi, prout iustitia suadebit, decernimus, (ne sic censuræ illudant ecclesiasticæ,) in eamdem sententiam recidere ipso iure. Idem statuimus de his, quibus, (cum a sede apost. vel a legatis ipsius, absolutionis beneficium a quibusvis sententiis consequuntur,) iniungitur, ut ordinariorum suorum, vel aliorum quorumlibet suscepturi pœnitentiam ab eisdem, se conspectui repræsentent, et passis iniuriam, seu his, quibus propter hoc obligati exsistunt, satisfactionem exhibeant competentem, si hæc cum primum commode poterunt, non curaverint adimplere.

52) *Debeant*, C. H.

CAP. XXIII.

Si percussionem, in clericum sine meo mandato, tamen nomine meo factam, ratam habeam; excommunicatus sum: secus, si meo nomine non sit facta. Ioannes Andr.

IDEM.

Cum quis absque tuo mandato manus iniicit 53) [c] in clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris; excommunicationem, latam a canone, incunctanter incurris: cum ratihabitio retrotrahatur, et mandato debeat 54) comparari. Si vero iniectio eadem tuo nomine non sit facta; tunc, licet pecces ratam habendo eamdem, non tamen propter hoc excommunicationis ullius 55) [d] vinculo innodaris: cum quis ratum habere nequeat, quod eius nomine non est gestum.

53) *Iniecit*, C. R. et H.
54) *Habeat*, C. H.
55) *Illius*, ibid.

CAP. XXIV.

Tempore interdicti etiam sani ad pœnitentiam admittuntur: nisi sint excommunicati, qui non nisi in mortis articulo admittuntur, vel nisi causam dederint interdicto, qui non admittuntur, nisi satisfaciant, vel caveant, prout possunt. Item illo tempore missæ et alia divina officia sub pœna distributionum, sicut prius, in ecclesiis celebrantur, ianuis clausis, plane sine excommunicatis et interdictis, et sonitu campanarum. Et quater in anno aliis cum campanis et ianuis apertis celebrari possunt, et, exclusis excommunicatis, interdictos admittere, ita tamen, quod hi, propter quorum excessum latum est, non appropinquent altari. In ceteris servandum est interdictum. Et revocata sunt privilegia, ultra id quibuscumque concessa. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Alma mater ecclesia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat et consulte, quæ suadente subiectorum utilitate postmodum consultius, ac rationabilius revocat [e], in meliusve commutat. Sane, a nostris dudum fuit prædecessoribus constitutum, ut in terris seu locis, ecclesiastico supposita interdicto, nulla, (certis casibus et sacramentis exceptis,) divina celebrentur officia, vel ministrentur ecclesiastica sacramenta. Quia vero ex districtione huiusmodi statutorum excrescit indevotio populi, pullulant hæreses, et infinita pericula animarum insurgunt, ac ecclesiis sine culpa earum debita obsequia subtrahuntur; cum fratribus nostris deliberatione habita super his diligenti, concedimus, quod tempore interdicti ab homine, vel a iure prolati, non tantummodo morientes, sed [f] etiam viventes, tam sani etiam quam infirmi, ad pœnitentiam, (quæ propter pronitatem et facilitatem hominum ad peccandum, summe necessaria est,) licite admittantur: dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti, (præterquam in mortis [g] articulo,) nolumus ad eamdem. Illis etiam, propter quorum culpam, dolum vel fraudem 56) lata est sententia interdicti, vel qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione ipsum interdictum est latum, præbuerunt auxilium, consilium vel favorem, nisi de ipso delicto, (si sint tales, quod id facere valeant,) prius satisfecerint, vel de satisfaciendo 57) idoneam dederint cautionem, aut si satisfacere nequeunt, vel huiusmodi cautionem præstare iuraverint, quod, cum poterunt 58), satisfacient, et ad satisfactionem huiusmodi per eum, vel per eos, qui facere ipsam debent et possunt, præstandam, dabunt consilium et auxilium, ac iuxta posse suum fideliter laborabunt, non est pœnitentiæ beneficium aliquatenus concedendum. Nec tunc etiam quoad illos vel alios, qui circa hoc minime deliquerunt, (ubi civitas vel locus alius, seu universitas interdicta exsistunt,) facienda est relaxatio 58*) interdicti, sed est eis solummodo iniungenda pœnitentia salutaris. Adiicimus præterea, quod singulis diebus in ecclesiis et monasteriis missæ celebrentur, et alia dicantur divina officia sicut prius, submissa tamen voce et ianuis clausis, excommunicatis ac interdictis exclusis, et campanis etiam non pulsatis. Et tam canonici, quam clerici ecclesiarum, in quibus distributiones quotidianæ 59) illis, qui horis intersunt canonicis, tribuuntur, si ad officia non venerint 60) supradicta, distributiones easdem amittant: sicut interdicto pendente non exstante, si divinis officiis non adessent. In festivitatibus vero natalis Domini, paschæ, ac pentecostes, et assumtionis virginis gloriosæ, campanæ pulsentur, et ianuis apertis alta voce divina officia sollemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis 61): quibus ob reverentiam dictarum sollemnitatum, (ut 62) ipsi ad humilitatis gratiam, et reconciliationis affectum 63) [h] facilius inclinentur,) præfatis diebus participationem permittimus divinorum, sic tamen, quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent. Ceteris, quæ circa 64) observationem 65) interdictorum a nostris sunt prædecessoribus instituta, in suo robore duraturis, non obstantibus quibusvis privilegiis, ecclesiis 66), monasteriis, ordinibus, religionibus, seu personis ecclesiasticis, sæcularibus, vel regularibus, exemtis et non 67) exemtis, sub quavis forma vel expressione verborum ab apostolica sede concessis. Quæ contra tenorem præsentis constitutionis nullis 68) volumus suffragari: cum quilibet tam sæcularibus, quam regularibus sufficere debeat, ut tempore interdicti modo præmisso diebus celebrent supra dictis.

56) *Quorum culpa, dolo vel fraude*, C. R.
57) *Satisfactione*, ibid.
58) *Poterint*, C. H.
58*) *Relatio*, ed. Pith.
59) *Quotidie*, C. impr.
60) *Fuerint*, C. H.
61) *Sed interdictis, qui voluerint interesse, admissis*, C. R.
62) *Et ut*, C. O.
63) *Affectum*, C. H.
64) *Propter*, C. R.
65) *Observationes*, C. H.
66) *Quibuscumque ecclesiis*, C. R.
67) *Aut non*, ibid.
68) *Nolle*, C. O.

a *In manuscriptis codicibus ita*: nisi prius pœnituerit, etc. b *Vide Feltn. c. cum deputati. extr. de iudic. et los. ieg. pen. ff. de iur. omn. iud.* c *Alii.* iniecerit. d *Al.* illius.

a *Vide l. 2. C. de cod. toll. ubi dicit Bald. quod, sicut medicus secundum tempora alterat medicinas, ita legislator leges. Font.* f *Alter ita*. sed et viventes. g *Nam in mortis articulo nulla est casuum reservatio: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possunt. ita concil. Trident. sess. 14. cap. 7. de casuum reservatione.* h *Al.* affectum.

TITVLVS XII. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE 69).

CAP. I.

Declarat hic Innocentius, quid significet verbum priuilegii: recepimus vos in proprios filios ecclesiæ Romanæ: et quis locus dicatur esse desertus. Hoc dicit. Ioann. Andr.

INNOCENTIVS IV. *(ann. 1250.)*

Veniens: [*et infra.*] Per illa verba priuilegii: *in speciales et proprios ecclesiæ Romanæ filios vos recepimus 70)*: dictos fratres exemtos non intelligi, et ipsos ex illo in proprios eiusdem ecclesiæ filios fuisse receptos, quod ab alio, quam a Romano pontifice, vel legato, ab eius latere a destinato, interdici vel excommunicari a quoquam non valeant, declaramus. Illum locum desertum in præmissis intelligimus, qui non habitatus penitus, neque cultus fuerit, vel vltra memoriam hominum, (secundum indulgentiam Lucii,) est sub Sarracenorum potestate detentus, censentes. ecclesias, in talibus desertis locis a fratribus ipsis constructas, seu etiam construendas, in eo plena libertate gaudere, vt secundum indulgentiam Lucii, nihil ab ipsis legis diœcesanæ nomine valeat per episcopos exigi; quæ, (secundum priuilegium Alexandri,) non possint 71) interdicto, seu excommunicationi supponi: quas in locis huiusmodi dicti fratres habeant potestatem, (speciali a sede apostolica licentia,) construendi 72), easque cum suis plebibus per suos clericos idoneos gubernent, qui ratione plebium examinandi episcopis præsententur: vt ab eis curam recipiant animarum, cum plebes episcopis sint subiectæ. Ceterum dicti fratres decimas de laboribus et noualibus suis, quos propriis manibus aut sumtibus excolunt, aut aliis 73) bonis, sibi a Deo præstitis, consentientibus clericorum ordinis sui, (a quibus quarta vel tertia nullatenus exigatur,) eum integritate persoluant, salua moderatione concilii generalis.

In aliis eorum possessionibus, iure communi seu quolibet alio ecclesiis parochialibus, et diœcesano episcopo reseruato 74): per declarationem autem huiusmodi nolumus defensionibus aliis, seu iuribus partium derogari.

69) *De verborum significationibus*, C. H.
70) *Recepimus*, C. B.
71) *Possunt*, C. H.
72) *Construendi*, C. B.
73) *Et aliis*, C. H. et impr.
74) *Seruato*, C. B.

CAP. II.

Declarat manifestum et euidens esse synonyma, et idem significare, quoad casum decret. de elect. Si forte. Ioann. Andr.

NICOLAVS III. *b* *(ann 1278.)*

Constitutionem felicis recordationis Gregorii papæ, prædecessoris nostri, editam in concilio Lugdunensi, vt, si forte inter cetera, quæ obiiciuntur electo, aut postulato, seu alias promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem scientiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat, de illo primitus cognoscatur, et, si opponentem intentum fuerit destitui veritate, a caussæ illius prosequutione totaliter 75) sit exclusus, et alias puniatur, ac si in obiectorum probatione omnium defecisset, in illo, qui manifestum defectum in visu, auditu, et aliis corporis 76) *c* sensibus, nec non et in memoria, et etiam intellectu opponit electo, locum habere, ac quoad intentionem constitutionis ipsius, manifestum et euidens, idem supponere declaramus.

Declarat conspiratores et coniuratores, qui iurauerunt et statuerunt de non recipiendo aliquem in canonicum ad mandatum papæ, donec possent resistere. Ioann. Andr.

Ceterum canonicos cuiusuis ecclesiæ, qui statutum fecerunt sollemniter, et iuramento firmarunt, quod ecclesiam suam et se ipsos contra omnes, impetratores canonicatum ipsius ecclesiæ, defenderent, vsque ad ius vel sententiam, quantum possent, ad iudicium domini papæ, vel specialis mandati eiusdem 77), et quod communibus expensis, ac cum procuratorio sigillo capituli sigillato eadem 78) defensio fieret: et quod, quamdiu aliquis de canonicis eiusdem ecclesiæ defensionem 79) huiusmodi, et oppositionem vellet prædicto modo subire, alii canonici non possent nec deberent recipere in canonicum, nec habere pro canonico in capitulo, vel extra capitulum, impetrantem, conspiratores et coniuratores contra 80) sanctam Romanam ecclesiam, ac libertatem, obedientiam et auctoritatem ipsius decernimus, et eosdem tamquam conspiratores ac coniuratores secundum sanctiones canonicas puniendos.

75) *Totaliter*. non est in C. H.
76) *Corporeis*, C. O.
77) *Eiusdem*, C. H.
78) *Ecclesia*, C. B.
79) *De ipsorum huiusmodi*, C. impr.
80) *Esse contra*, C. H.

Statutum de non recipiendo aliquem ad papæ mandatum, multis ex caussis est detestabile et illicitum. H. d.

Statutum quoque ipsum, (quod capitulo prælibato et singulis eius personis libertatem, obedientiam, eidem ecclesiæ Romanæ debitam, exhibendi saltem vsque ad sententiam, et *d* pontificum Romanorum 81) iudicium, seu speciale mandatum, liquido interdicit, promtum futurorum grauaminum et expensarum discrimen ingerens contra legitimas sanctiones, laudabile votum exsecrantium lites vetat, iniustam 82) litem mouere compellit, iniquæ controuersiæ seu liti cedendo, bonam fidem seu conscientiam agnoscere prohibet, et adigit ad peccandum,) conspirationem et coniurationem continere contra libertatem et auctoritatem sedis apostolicæ manifeste, ac alias detestabile, prorsusque illicitum 83) reputamus.

81) *Pontificis Romani*, C. B. et H.
82) *Etiam iniustam*, C. H.
83) *Illicite*, C. B.

CAP. III.

Constitutio amplissima, pæne cunctas declarans hæsitationes, quæ circa diui Francisci regulam contingere possunt: præsertim an fratres Minores, (quos Cordigeros vocant,) illius regulæ professores, sint ad omnia euangelii consilia obligati. Et vtrum aliquid proprium habere, et pecuniam recipere, legataque sibi relicta agnoscere valeant, cum multis aliis ambiguitatibus, hic luculentissime resolutis.

IDEM.

Exiit 84), qui seminat *e*, seminare semen suum, de sinu patris in mundum, velle scilicet humanitatis indutus Dei filius, Iesus Christus, verbum euangelicum satutus in singulos probos et reprobos, insipientes et ignaros, studiosos et desides, et iuxta propheticum colonus futurus in terra, semen suum, doctrinam euangelicam, sine delectu dispersit in omnes, qui omnia tracturus ad se, omnes saluare venerat: qui tandem se ipsum Deo patri pro salute omnium in redemtionis humanæ pretium immolauit. Licet autem hoc semen, in singulos communicatiua Dei caritate dispersum, aliud ceciderit *f* secus viam, super corda scilicet, dæmonum suggestionibus peruia, aliud supra petram, corda scilicet nullo fidei vomere penetrata, aliud inter spinas, corda scilicet hominum, diuitiarum sollicitudinibus lacerata, et ideo vnum prauis adfectibus conculcatum, aliud aridum, quia gratiæ carebat humore, reliquum vero legitur inordinatis sollicitudinibus suffocatum: aliud tamen mite cor et docile, terra bona, suscepit, hoc est Minorum fratrum mitis et docilis in paupertate ac humilitate per almum Christi confessorem, Franciscum, radicata religio, qui, ex illo vero semine germinans, germeo illud per regulam sparsit in filios, quos sibi et Deo per suum ministerium in obseruatione euangelii generauit. Isti sunt filii, qui, docente Iacobo *g*, verbum, æternum Dei filium, insitum humanæ naturæ in horto virginalis vteri, potens saluare animas, in mansuetudine susceperunt. Hi sunt illius sanctæ regulæ professores, quæ euangelico fundatur eloquio *h*, vitæ Christi roboratur exemplo, fundatoris militantis ecclesiæ, apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur. Hæc est apud Deum et patrem munda et immaculata religio, quæ, descendens a patre luminum, per eius filium exemplariter et verbaliter apostolis tradita, et deinde per Spiritum Sanctum beato Francisco, et eum sequentibus inspirata, totius in se quasi continet testimonium Trinitatis. Hæc est, cui, (attestante Paulo apostolo,) nemo de cetero debet esse molestus: quam Christus stigmatibus suæ passionis confirmauit, volens institutorem ipsius passionis suæ signis notabiliter insigniri. Sed nec sic contra fratres ipsos Minores et regulam, hostis antiqui cessauit astutia, quin potius contra eos nitens superseminare zizaniam, interdum æmulatores, agitatos inuidia, iracundia, et indiscreta inscitia, concitauit, mordentes fratres et eorum regulam, quasi illicitam, inobseruabilem, et discriminosam, caninis latratibus lacerantes, non attendentes hanc sanctam regulam, (vt prædicitur,) præceptis ac monitis salutaribus institutam, apostolicis obseruantiis roboratam, per plures Romanos pontifices *i* approbatam, et etiam per sedem apostolicam confirmatam, tot diuinis testimoniis communitam, quæ credibilia facta sunt nimis in tot sanctis viris *k*, in obseruantia huius regulæ agentibus et finientibus dies suos, quorum nonnullos sanctorum catalogo sedes eadem ex eorum vita et miraculis fecit adscribi. Ac nouissime, quasi diebus istis, per piæ memoriæ Gregorium papam decimum, prædecessorem nostrum, approbatam esse, ex euidenti vtilitate, quam de ipsa consequitur vniuersalis ecclesia, in generali Lugdunensi concilio declaratur. Nec nos minus attendimus, immo profundius cogitamus, sicut pensare debent subtilius ceteri catholicæ fidei professores: quia ipse Deus, ordinem prædictum et eius obseruatores inspiciens, sic eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari subsidio præseruauit, quod nec ipsos fluctus tempestuosos

84) Totum hoc capitulum III. abest a C. O.

a *Petr. de Ancher. argu. per hunc text. probari, legatus cognoscere posse de caussis exemtorum: quia hic est priuilegium, non ius commune. Item æquiparantur ordinarii, qui exemtos non iudicant. arg. supr. de offic. leg. c. quod translationem Font.* b *In plerisque antiquis codicib. etiam impressis stat Nicolaus quartus.* c *Al.* corporeis.

d *Al.* et pontificis Romani, *etc.* e *In antiquioribus codicib. etiam impressis. ita: exiit, qui seminat. Et infra. et non sequitur decretalis: priuilegium ex prima etiam glossa hoc constat, olim non fuisse solitam apponi integram, sed de ipse, id est, initium tantum.* f *Luc.* 8. g *Iac.* 1. h *Non tamen per omnia, ut in extrau quia quorumdam. §. adhuc. Font.* i *Honorium III. Innocentium III. Gregorium IX. Font.* k *Quos ponit Ant. circa finem tertia part. sua chronic.*

adsiste

adlisit, nec animos in ordine ipso degentium constrauit, quin potius in vigore regulari concrescant, et emplientur in suorum obseruantie mandatorum. Verumtamen, vt ordo prædictus, (quibuslibet præcisis anfractibus,) distincta et pura vigeat claritate, et sicut fratres eiusdem ordinis, nuper in generali capitulo congregati, prouiderant, dilectis filiis generali et nonnullis aliis prouincialibus eiusdem ordinis ministris, qui in capitulo ipso conuenerant, in nostra præsentia constitutis, cum ad plenam obseruationem regulæ eiusdem in vigore spiritus eorum feruere noscatur intentio: visum est nobis, (vt mordacibus huiusmodi mordendi vias præcluderemus,) aliqua, quæ in ipsa regula videri poterant dubia, declarare, nonnulla, per prædecessores nostros etiam declarata, pleniori claritate disserere, in aliquibus etiam, regulam ipsam contingentibus, puritati eorumdem conscientiæ prouidere. Nos autem, qui a teneris annis ad ordinem ipsum affectus nostros *a* ereximus, in illis succedendo, cum aliquibus eiusdem confessoris sociis, quibus eius vita et conuersatio nota erat, super ipsa regula et sancta ipsius beati Francisci intentione frequenti collatione tractauimus. Et eandem cardinalis, et postmodum eiusdem ordinis per prædictam sedem gubernator et protector, et corrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminenti nobis cura palpauimus in apostolatus officio, tam de pia intentione confessoris prædicti, quam de his, quæ regulam ipsam et eius obseruantiam contingunt, ex prædictis longa etiam experientia informati, nostros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus, et tam ea, quæ per eosdem prædecessores approbata et declarata esse noscuntur, quam etiam ipsam regulam et eam contingentia, maturitate plene discussimus. Nonnulla in præsenti serie statuimus, declarauimus, certius approbauimus, approbata confirmauimus, edidimus, et concessimus, plura etiam ordinando seriosius et clarius, quæ infra scriptis articulis plenius exprimuntur: in primis, quia, (sicut intelleximus,) ab aliquibus hæsitatur, an fratres eiusdem ordinis tam ad consilia, quam ad præcepta euangelii teneantur, tum quia in regulæ prædictæ principio habetur: *regula et vita Minorum fratrum hæc est: scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, et in castitate:* tum etiam eo, quod in eadem regula continetur sic: *finito vero anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper et regulam obseruare:* tum etiam, quia in fine ipsius regulæ continentur hæc verba: *paupertatem, et humilitatem, et sanctum euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus.*

Licet felicis recordationis Gregorius papa nonus, prædecessor noster, hunc articulum et nonnullos alios eiusdem regulæ declarauerit; quia tamen eius declaratio propter aliquorum insurgentium in fratres et regulam inordinatos vel mordaces insultus, et multorum postea emergentium casuum considerandos euentus, in aliquibus obscura, in aliquibus semiplena, et in multis etiam contentis in ipsa regula insufficiens videtur; nos, obscuritatem et insufficientiam huiusmodi, præfatæ interpretationis declaratione amouere volentes, et cuiuslibet ambiguitatis scrupulum in eisdem de singulorum mentibus plenioris expositionis certitudine amputare, dicimus, quod, cum in principio regulæ non absolute, sed cum quadam modificatione, seu specificatione ponatur: *regula et vita Minorum fratrum hæc est: scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, et in castitate:* quæ tria eadem regula multum arcte prosequitur, et nihilominus alia nonnulla subnectit, præcipiendo, prohibendo, consulendo, monendo, hortando, et sub aliis verbis, ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum, de intentione regulæ liquere valeat apertius, vt illud, quod in professione quasi absolute subnecti videtur, *promittentes vitam istam semper et regulam obseruare:* et quod in fine subiungitur: *et sanctum euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus:* totum ad ipsius regulæ modificatum, vel determinatum, seu specificatum, principium reducetur, videlicet ad obseruantiam euangelii, (vt prædicitur,) per ipsam regulam, in illis tribus modificatam, vel determinatam, seu specificatam: cum non sit verisimile, ipsum sanctum verbum, ab ipso semel cum quadam modificatione, vel determinatione, seu specificatione prolatum, licet quasi succinctorie repetitum, voluisse in sui repetitione data sibi per eum modificatione seu specificatione sine certa caussa carere, et vtriusque iuris argumenta nos doceant *b*, ea, quæ in principio ad medium et ad finem, illa vero, quæ in medio, ad finem atque principium, et ea, quæ in fine, ad vtrumque vel eorum alterum sæpe referri. Et dato, quod absolute diceretur, omnino promitto sanctum euangelium obseruare: non *c* professor huiusmodi intenderet se ad omnem consiliorum obseruantiam obligare, (quod vix aut numquam posset ad litteram obseruare, propter quod talis promissio illaqueare profitentis animum videretur.) Clare videtur, promissionem huiusmodi ad alium intellectum absque intentione promittentis non debere perstringi: nisi vt obseruantia euangelii sic, sicut traditæ reperitur a Christo, videlicet quod præcepta vt præcepta, et consilia vt consilia, a promittentibus obseruentur. Quem intellectum etiam in eisdem verbis habuisse idem beatus Franciscus in serie sui processus in regula patenter ostendit, cum aliqua euangelica consilia indicat, vt consilia, sub verbis monitionis, exhortationis et consilii, nonnulla vero sub prohibitione et verbo præcepti. Per quod patet, quod non fuit loquentis intentio *d*, quod fratres ex professione huiusmodi regulæ ad omnia consilia, sicut ad præcepta euangelica tenerentur, sed solum ad illa consilia, quæ in eadem regula præceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis æquipollentibus sunt expressa. Vnde nos ad fratrum eiusdem ordinis conscientias plenarie serenandas declaramus, quod ex professione eiusdem regulæ, fratres ipsi ad ea tantum euangelica obseruanda consilia sunt adstricti, quæ in ipsa regula præceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla vero alia per euangelium data consilia eo magis, secundum exigentiam sui status, tenentur plus, quam ceteri Christiani, quo per statum perfectionis, quem per professionem huiusmodi adsumserunt, se obtulerunt Domino holocaustum medullatum, per contemtum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quæ in ipsa regula continentur, tam præcepta, quam consilia, quam cetera ex voto professionis huiusmodi non aliter tenentur, quam eo modo, quo in regula ipsa traduntur, vt scilicet teneantur ad eorum *e* obseruantiam, quæ in eadem regula ipsis sub verbis obligatoriis indicuntur. Ceterorum vero obseruantiam, quæ sub verbis monitoriis, exhortatoriis, informatoriis, et instructoriis, seu quibuscumque aliis continentur, eatenus magis condecet de bono et æquo eos prosequi, quo imitatores tanti patris effecti Christi semitas elegerunt. Porro, cum ipsa regula expresse contineat, quod fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sitque declaratum per eumdem prædecessorem nostrum, Gregorium nonum, et nonnullos alios, hoc seruare debere, tam in speciali, quam etiam in communi, quam sic arctam abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insaniata damnauerit astutia: ne fratrum eorumdem perfectionis claritas in talium imperitis sermonibus laceretur, dicimus, quod abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum non tam in speciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria est et sancta, quam et Christus, viam perfectionis ostendens, verbo *f* docuit et exemplo firmauit, quamque primi fundatores militantis ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte viuere, per doctrinæ ac vitæ exempla in eos deriuarunt. Nec his quisquam putet obsistere, quod interdum dicitur Christum loculos habuisse. Nam sic Iesus Christus, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, et viam perfectionis extolleret, et imperfectorum infirmas semitas non damnaret, sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis, sic et in nonnullis aliis infirma humanæ carnis adsumens, (prout euangelica testatur historia,) non tantum carne, sed mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam adsumsit, quod in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in propriis permansit excelsus. Sic et summæ caritatis dignatione ad actus quosdam, nostræ imperfectioni conformes, inducitur, quod a summæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Christus et docuit opera perfectionis, egit etiam infirma, sicut interdum et in fuga patet et loculis: sed vtrumque perfecte perfectus existens, vt perfectis et imperfectis se viam salutis ostenderet, qui vtrosque saluare venerat, qui tandem mori voluit pro vtrisque. Nec quidquam ex his insurgat erronee, quod taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tamquam homicidæ sui, vel tentatores Dei, viuendi discrimini se committunt. Sic enim se ipsos committunt diuinæ prouidentiæ in viuendo, vt viam non contemnant prouisionis humanæ; quin vel de iis, quæ offeruntur liberaliter, vel de iis, quæ mendicantur humiliter, vel de iis, quæ conquiruntur per laboricium, sustententur: qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expresse. Profecto, si (iuxta promissum Saluatoris,) numquam deficiet fides ecclesiæ: per consequens nec opera misericordiæ subtrahentur, ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuslibet videtur esse sublata. Et quidem, vbi, (quod non est aliquatenus præsumendum,) hæc cuncta deficerent, sicut nec ceteris, sic nec ipsis fratribus, iure poli, in extremæ necessitatis articulo, ad prouidendum sustentationi naturæ, via, omnibus extrema necessitate detentis concessa, præcluditur: cum ab omni lege extrema *g* necessitas sit exemta, nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renuntiationem vsus rerum cuiquam videatur inducere. Nam cum in rebus temporalibus sit considerare præcipuum, proprietatem, possessionem, vsumfructum, ius vtendi, et simplicem facti vsum, et vltimo tamquam necessario egeat; licet primis carere possit vita mortalium: nulla prorsus potest esse professio, quæ a se vsum necessariæ sustentationis excludat. Verum condecens fuit ei professioni, quæ sponte deuouit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium et rerum sibi concessarum necessario vsu fore contentam. Nec per hoc, quod proprietatem vsus, et rei cuiusque dominium a se abdicasse videtur, simplici vsui omnis rei renun-

a *Idem dixit Ioann. 22. in extrauag. quorumdam. vers. nunc vero post princ.* Font. b *Quæ vide in gloss. rubr. infra eod. de reg. iur. tit. prox.* Font. c *Alii. cum professus, etc.*

d *Ecce, ex verbis colligitur intentio.* Font. e *Verba obligatoria sunt: teneantur, habeant, et alia, declarata in Clem. exiui. §. vt autem hoc. §. præterea cum.* Font. f *Extrauagant Ioann. 22. quia quorumdam. declarat hæreticum adserere, quod Christus nec in speciali, nec in communi proprium habuerit.* Font. g *De consecr. dist. 1. c. sicut, et infr. eod. dist. 4. c. sanctum. c. quod non est. cum gl. de reg. iur.* Font.

tiasse

tiasse conuincitur, qui, inquam, vsus, non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum, in vtendo præbet vtentibus, nihil iuris, quin immo necessariarum rerum, tam ad vitæ sustentationem, quam ad officiorum sui status exsequutionem, (excepto quod de pecunia infra subiungitur,) moderatus vsus, sed secundum eorum regulam et veritatem omnimodam, concessus est fratribus: quibus rebus fratres licite vti possent, durante concedentis licentia, et iuxta id, quod in præsenti serie continetur. Nec his obuiare dignoscitur, quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humane constituit, videlicet non posse vsum vel vsumfructum a dominio perpetuo a separari, quod, ne dominium dominis, (semper abscedente vsu,) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decreuit. Retentio namque dominii talium rerum, cum concessione vsus facta pauperibus, non est infructuosa domino; cum sit meritoria ad æterna, et professioni pauperum opportuna: quæ tanto sibi censetur vtilior, quanto commutat temporalia pro æternis. Profecto, non fuit confessoris Christi regulam instituentis intentio, quin immo contrarium in ipsa conscripsit, contrarium viuendo seruauit: cum et ipse temporalibus ad necessitatem vsus fuerit, et in pluribus locis in regula vsum talem licere fratribus manifestet. Dicit namque in regula, quod clerici faciant diuinum officium, ex quo habere poterunt breuiaria, ex hoc patenter insinuans, quod fratres sui habituri essent vsum breuiarii et librorum, qui sunt ad diuinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur, quod ministri et custodes pro necessitatibus infirmorum, et aliis fratribus induendis, per amicos spirituales sollicitam curam gerant, secundum loca et tempora et frigidas regiones, sicut eorum necessitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres, per congruum laboris exercitium ad otium euitandum, dicit, quod de mercede laboris pro se et suis fratribus corporis necessaria recipiant. In alio quoque capitulo continetur, quod fratres vadant pro eleemosynis confidenter. Habetur *b* etiam in eadem regula, quod in prædicatione, quam fratres faciunt, sint examinata et casta eorum eloquia ad vtilitatem et ædificationem populi, adnuntiando eis vitia et virtutes, pœnam et gloriam. Sed constans est, quod hæc præsupponunt scientiam, scientia requirit studium, exercitium vero studii conuenienter haberi non potest, sine vsu librorum *c*. Ex quibus omnibus satis claret, ex regula ad victum, vestitum, diuinum cultum et sapientiale studium, necessariarum rerum vsum fratribus esse concessum. Patet itaque sane intelligentibus ex prædictis, regulam quoad abdicationem huiusmodi, non solum obseruabilem, possibilem et licitam, sed meritoriam et perfectam, et eo magis meritoriam, quo per ipsam professores ipsius magis a temporalibus propter Deum, (sicut prædicitur,) elongantur. Ad hæc cum fratres ipsi nihil sibi in speciali adquirere, vel eorum ordini possint etiam in communi, et cum aliquid propter Deum ipsis offertur, conceditur, vel donatur, ea, (si secus non exprimat,) offerentis, concedentis, vel donantis, verisimiliter credatur intentio, vt rem huiusmodi oblatam, concessam, vel donatam perfecte concedat, donec auferat, a se abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum, nec sit persona, in quam loco Dei congruentius huiusmodi rei dominium transferat, quam sedes præfata vel persona Rom. pontificis Christi vicarii, qui pater est omnium, et fratrum Minorum nihilominus specialis; ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium, cum patri filius suo modo, seruus domino, et monachus monasterio res, sibi oblatas, concessas vel donatas, adquirant: omnium vtensilium et librorum, ac eorum mobilium præsentium et futurorum, quæ et quorum vsumfructum scilicet ordinibus vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem et dominium *d*, (quod et fel. record. Innoc. papa IV. prædec. noster, fecisse dignoscitur,) in nos et Romanam ecclesiam plene et libere pertinere hac præsenti constitutione, in perpetuum valitura, sancimus. Præterea loca, emta de eleemosynis diuersis, et oblata seu concessa fratribus, sub quacumque forma verborum, (licet fratres sibi cauere debeant, quod huiusmodi verbis, statui suo incompetentibus, non vtentur,) a diuersis seu pro indiuiso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, in quibus ipsi possidentes pro indiuiso, seu certas partes habentes, nihil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi reseruarint, similiter et in ius et dominium ac proprietatem nostram et ecclesiæ prædictæ eadem auctoritate suscipimus. Loca vero seu domos, pro habitatione fratrum a singulari persona, vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda seu etiam offerenda, (si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit,) perseuerante tantum voluntate concedentis inhabitent, ac illa libere, præter ecclesiam et oratoria, ad ecclesiam destinata, et cœmeterium, (quæ tam ad præsentia, quam ad futura, in ius et proprietatem nostram et prædictæ Romanæ ecclesiæ simili modo et auctoritate recipimus,) mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta dimittant. In quorum locorum dominio seu proprietate nihil nobis vel præfatæ Romanæ ecclesiæ retinemus omnino: nisi ea specialiter de nostro seu ipsius Romanæ ecclesiæ recipiantur adsensu. Et si in eisdem locis inseruauerit dominium sibi in concedendo concedens: præter inhabitationem fratrum speciale *e* dominium in ius ecclesiæ sæpe dictæ non transeat, sed potius plene liberum maneat concedenti. Insuper nec vtensilia, nec alia præter eorum vsum ad necessitatem et officiorum sui status exsequutionem, (non enim omnium rerum vsum habere debent, vt dictum est,) ad vllam superfluitatem, diuitias, seu copiam, quæ deroget paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eo animo, vt ea distrahant siue vendant, recipiant, nec sub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occasione: quin immo in omnibus appareat in eis, quoad dominium omnimoda abdicatio, et in vsu necessitas. Hoc autem secundum exigentiam personarum et locorum, ministri et custodes simul et separatim in suis administrationibus et custodiis cum discretione disponant; cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, et nonnullæ aliæ circumstantiæ plus minusue, ac aliter prouideri requirant: ista tamen sic faciant, quod semper in eis et eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum regula inuenitur indicta. Ceterum cum in eadem regula sit super præcepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se, vel per alios denarios vel pecuniam vllo modo, idque fratres in perpetuum seruare cupiant, et velut iniunctum, necesse habeant adimplere; ne ipsorum puritas in huiusmodi obseruatione præcepti maculetur in aliquo, et ne fratrum conscientiæ aliquibus aculeis stimulentur; articulum istum propter detrahentium morsus profundius, quam nostri prædecessores fecerint, adsumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes, dicimus in primis, quod fratres ipsi a mutuis contrahendis abstineant: cum eis mutuum contrahere, (ipsorum statu considerato,) non liceat *f*. Possint tamen ipsi pro satisfactione facienda, pro eorum necessitatibus, quæ pro tempore occurrerint, (cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieri commode tunc non posset,) circa cuiuslibet obligationis vinculum dicere, quod per eleemosynas et alios amicos fratrum ad solutionem huiusmodi faciendam intendent fideliter laborare. Quo casu procuretur a fratribus, quod ille, qui dabit eleemosynam, per se vel per alium, non nominandum ab ipsis, si fieri poterit, sed ab eo prius iuxta suum beneplacitum adsumendum, huiusmodi satisfactionem faciat in totum vel in partem, prout sibi Dominus inspirabit. Si tamen ipse hoc nollet facere, vel non posset, vel quia recessus eius immineat, aut quia, quibus hoc velit committere, notitiam non habet fidelium personarum, seu quacumque alia occasione vel caussa: declaramus et dicimus, quod in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius obseruantia maculatur, si fratres ipsi alicuius vel aliquorum sibi curent dare notitiam, vel aliquos seu aliquem nominare, aut etiam præsentare, cui vel quibus, si eleemosynam facienti placuit, committi possit exsequutio prædictorum, ac ipsius habeatur adsensus super subrogationibus infra scriptis, ita tamen, quod penes ipsum dantem, dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, plene, libere, ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec administrationem, seu dispensationem, nec contra personam nominatam, vel non nominatam ab eis, cuiuscumque conditionis exsistat, in iudicio, vel extra, actionem, persequutionem, aut aliquod aliud ius intendent, qualitercumque persona prædicta in commissione huiusmodi se habeat. Liceat tamen fratribus suas necessitates insinuare, ac specificare, vel exponere personæ prædictæ, ac eam rogare, quod soluat *g*. Possint etiam personam eamdem exhortari ac inducere, quod fideliter in re commissa se habeat, et animæ suæ saluti in commissa sibi exsequutione prouideat, ita tamen, quod ab omni eiusdem pecuniæ administratione, seu dispensatione, et contra prædictam personam actione seu persequutione, (vt prædictum est,) fratres abstineant omnimodo. Si vero personam huiusmodi nominatam, vel non nominatam a fratribus, (quo minus per se possit exsequi, quod prædicitur,) contigerit per absentiam, infirmitatem, voluntatem, seu locorum distantiam, ad quæ ipse nollet accedere, in quibus esset solutio seu satisfactio facienda, vel per occasionem aliam impediri: liceat fratribus cum conscientiæ puritate quamdam aliam personam subrogandam ad præmissa in nominando et aliis, (si ad primum dantem non possint, vel nolint habere recursum,) cum ista persona facere, sicut supra proxime declarauimus, eis licere cum prima. Duarum enim personarum ministerium per viam subrogationis, (vt dictum est,) communius et generalius videtur posse in prædictorum exsequutione sufficere, cum prædicta satisfactio præsumatur posse celeriter expediri. Si tamen, (vt interdum dictum est,) propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, et conditiones seu circumstantias alias, casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum: liceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta negotii qualitatem, (seruato

modo

a Vide l. omnium ff. de vsufr. l. antiquas. C. eod. Font. *b Vide conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2.* *c Libri sunt ad studium necessarii. Vide Oldrad. cons. 84. incip. an expediat habere multos libros.* *d De hoc dominio vide extrauag. Ioann. 22. incip. ad conditorem canonum. tit. de verb. signif. et extrauag. quorumdam. eod. tit.*

e Al. vale *f Quia tibi de meo fit tuum, quod pronomen fratri Minori non conuenit: et hanc prouisionem circa pecuniam approbat Clement. exiui. ibi videas § porro. vsque ad § prudenter. Font.* *g Quid de heredibus talis personæ, vide infra eod. § in eo vero casu. Font.*

modo prædicto,) plures personas adsumere, nominare, seu præsentare ad illud ministerium exsequendum. Et quia oportet et expedit fratrum necessitatibus, non solum illis, pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda, (vt superius proxime dictum est,) sed etiam imminentibus, siue tales necessitates ingruentes immineant, quæ breui tempore expediri valeant, siue tales, (licet paucæ comparatiue,) quarum prouisio ex sui conditione necessario tractum *a* temporis habet, vt in libris scribendis, ecclesiis seu ædificiis ad vsum habitationis ipsorum construendis, libris et pannis, in locis remotis emendis, et aliis similibus, si quæ occurrerint, cum moderamine supradicto salubriter prouideri: sic in illis necessitatibus clare distinguimus, sic in eis fratres posse tuta et salua conscientia procedere declaramus, videlicet vt ingruenti vel imminenti necessitate, quæ breui tempore, vel quæ interdum ex aliquibus circumstantiis non sic breui, (vt supra in proximo casu dictum est.) valeat expediri, tam quoad dantem eleemosynam, quam quoad nominatum vel substitutum, in omnibus et per omnia, (sicut in articulo solutionis, pro necessitatibus præteritis faciendæ, supra proxime declarauimus,) procedatur. In ea vero necessitate, quantumcumque præsentialiter ingruenti, quæ tamen ea qualitate sui, (vt prædicitur,) tractum temporis habet innexum *b*, quia in eo casu verisimile est, quod tum ratione distantiæ locorum, quæ expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret, tum etiam circumstantiarum ipsius necessitatis ratione pensata frequenter casus acciderent, in quibus ad expeditionem necessitatis huiusmodi oporteret, quod per diuersas manus et personas transiret pecunia, necessitati huiusmodi deputata, quarum omnium personarum impossibile quasi esset, dominum principalem, pro ipsa necessitate pecuniam deputantem, seu etiam substitutum ab eo, et tertium, etiam ab ipso substituto, (si casus talis accideret,) postea subrogatum, habere notitiam, declaramus, et dicimus, quod in hoc articulo, præter dictos duos modos in necessitatibus præteritis et ingruentibus, quæ possint breui tempore, vel interdum non breui, (vt supra exprimitur,) expediri, (vt prædiximus,) obseruandos, ad obseruandam ipsius regulæ ac professorum eius omnimodam puritatem. Quod si præsto sit eleemosynæ huiusmodi elargitor, vel eius nuntius, qui possit hoc facere et velit; expresse illi prædicatur a fratribus, quod sibi placeat, vt, (dominio talis pecuniæ cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam, penes ipsum semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, libere remanente, vt in aliis duobus casibus superius dictum est,) per quorumcumque manus pecunia seu eleemosyna ipsa tractetur, siue personas, ab eo vel a fratribus nominatas, totum suo consensu, voluntate ac auctoritate procedat: quo adsensum suum præbente prædictis, secure fratres se emta vel adquisita de illa pecunia, per quemcumque, (iuxta modum adnotatum superius,) vti possint. Ad maiorem autem prædictorum omnium claritatem hac in perpetuum valitura prouisionis serie declaramus, quod fratres, (præfatis modis, vt prædicitur, circa pecuniam in supportandis eorum præteritis et ingruentibus necessitatibus obseruatis,) non intelligantur, nec dici possint per se vel per interpositam personam pecuniam recipere, contra regulam vel professionis sui ordinis puritatem: cum manifeste pateat ex præmissis, ipsos fratres non solum a receptione, proprietate, dominio, siue vsu ipsius pecuniæ, verum etiam a contrectatione qualibet ipsius, et ab ea pecunia penitus alienos. In eo vero casu, quando, (antequam ipsa pecunia in licitum rei habendæ vel vtendæ commercium sit conuersa,) concedentem pecuniam mori contigerit,) si concedens in concedendo dixerit vel expresserit, quod persona deputata pecuniam ipsam in necessarium vsum fratrum expenderet, quidquid de ipso concedente viuendo vel moriendo contingeret, siue concedens huiusmodi heredem reliquerit, siue non, possint fratres ad personam deputatam, (non obstante concedentis morte, vel heredis contradictione,) pro ipsa pecunia expendenda recurrere *c*, sicut poterant ad ipsum dominum concedentem. Quia vero puritatem ipsius ordinis intima cordis adfectione zelamus; cum in prædictis casibus ad determinatam necessitatem, (vt prædicitur,) per aliquem pecuniam concedi contigerit; concedens pecuniam rogari possit a fratribus, quod, si quid de pecunia ipsa, (habita necessitate determinata,) superesset, consentiat ipse concedens, quod residuum præfatæ pecuniæ in res alias pro aliis ipsorum fratrum prædictis necessitatibus conuertatur: quo non consentiente prædictis, ipsum residuum, (si quod fuerit,) restituatur eidem. Caueant tamen fratres, quod sollicite se coaptent, vt non plus scienter concedi consentiant, quam verisimiliter æstimari possit, rem necessariam, pro qua pecunia ipsa conceditur, valituram.

Et quia *d* prædictorum seriosa expositione a dante vel recipiente de facili posset errari; vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis, simplicitati aliquorum simplicium, saluti animarum hinc inde securius consulatur: intellectum illum, qui satis in hoc casu a sane intelligente percipitur, præsentis ac in æternum valituræ constitutionis serie lucidamus, volentes illum ad communem deduci notitiam, videlicet quod semper, quando pecunia fratribus ipsis mittitur vel offertur, (nisi expresse per mittentem vel offerentem aliud exprimatur,) prædictis modis prorsus obligata intelligatur et missa.

Non enim verisimile est, aliquem eleemosynæ suæ sine expressione modum illum præfigere, per quem et donans merito, vel illi *e*, quorum necessitatibus intendit per donum huiusmodi prouideri *f*, vel effectu doni, vel suæ conscientiæ puritate fraudentur. Ad hæc quia fratribus ipsis interdum in vltimis voluntatibus sub diuersis modis nonnulla legantur, nec expresse, quid de his agendum sit, in regula vel prædecessorum nostrorum declarationibus continetur: ne in ipsis dubitari contingat in posterum, prouidendo legantibus, et fratrum conscientiis præcauendo, declaramus, ordinamus, et dicimus, quod, si testator modum, secundum quem fratribus, (eorum conditione inspecta,) recipere non liceret, exprimat in legando, vt si legaret fratribus vineam vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo seruaret, a tali legato et eius receptione per omnem modum fratres abstineant. Si vero modum licitum fratribus in legando testator expresserit, vt, si diceret: *lego pecuniam pia fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam et similia, ad hoc, quod per certam personam vel personas idoneas distrahantur, et pecunia, de rebus ipsis accepta, in ædificia vel alia fratrum necessaria conuertatur*: aut in legando similibus modis vel verbis vtatur: in hoc casu illud in omnibus et per omnia, (consideratis eorum necessitatibus et moderaminibus supra dictis,) quantum ad fratres, seruari decernimus, quod per nos est superius in concessis pecuniariis eleemosynis declaratum. Ad quæ legata soluenda tam heredes testatorum, quam exsequutores se liberales exhibeant: ac etiam prælati et sæculares *g*, quibus de iure vel consuetudine prouisio ista competeret, (cum expedierit.) se ex officio suo promtos exhibeant, ad pias voluntates deficientium adimplendas.

Nam et nos etiam per modos licitos, et fratrum regulæ congruos, intendimus prouidere, quod heredum cupiditas legitimis ictibus feriatur: ne pia defunctorum destituatur intentio, ac ipsi fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur. Si vero fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur: in hoc legato, sic indeterminate relicto, in omnibus et per omnia intelligi ac seruari volumus, et in perpetuum præsenti constitutione iubemus, quod supra in pecunia seu eleemosyna fratribus indeterminate oblata vel missa, voluimus ac expressimus obseruari, videlicet vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum, ita, quod nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

Quia vero libros et alia mobilia, quibus tam ordo quam fratres vtuntur, quorum dominium, (cum non sint dominii aliorum,) ad præfatam ecclesiam specialiter spectare dignoscitur, interdum contingit seu expedit vendi, vel etiam commutari; fratrum vtilitatibus et eorum conscientiis prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, et ad eas res, quarum vsum fratribus licet habere, de generalium et prouincialium ministrorum in suis administrationibus coniunctim vel diuisim auctoritate procedat: quibus etiam de dispositione vsus talium rerum concedimus ordinare. Si vero res huiusmodi æstimato pretio vendi contingat; cum fratribus ipsis per se vel per alium recipere pecuniam, (regula prohibente,) non liceat: ordinamus et volumus, quod talis pecunia seu pretium recipiatur et expendatur in rem licitam, cuius vsum fratribus licet habere, per procuratorem, a præfata sede, vel a cardinali, gubernationem per ipsam sedem gerenti, eiusdem ordinis deputandum, iuxta modum, in superioribus necessitatibus præteritis et ingruentibus ordinatum. De vilibus autem mobilibus, vel parum valentibus, liceat ex præsenti nostra concessione fratribus, (pietatis seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta et rationabili caussa,) obtenta super hoc prius superiorum suorum licentia, iuxta quod inter fratres in generali, vel in prouincialibus capitulis, tam de ipsis rebus vilibus seu parum valentibus, et earum valore, quam præfata licentia, scilicet, a quibus et qualiter sit habenda, exstiterit ordinatum, intra et extra ordinem aliis elargiri *h*. Licet autem contineatur in regula, quod fratres habeant vnam tunicam cum caputio, et aliam sine caputio; et videri possit illa fuisse instituentis intentio quod, necessitate cessante, pluribus non vtantur; declaramus, quod possint fratres de licentia ministrorum et custodum coniunctim et diuisim in administrationibus, sibi commissis, cum eis videbitur, (pensatis necessitatibus et aliis circumstantiis, quæ secundum Deum et regulam attendendæ videntur,) vti pluribus, nec per hoc videantur a regula deuiare: cum etiam in ipsa dicatur expresse, quod ministri et custodes de infirmorum necessitatibus, et fratribus induendis sollicitam curam gerant, secundum loca et tempora, et frigidas regiones. Et quamquam prædicta regula contineat, quod de fratribus induendis et necessitatibus infirmorum ministri tantum et custodes sollicitam curam gerant, et dictio illa: *tantum i*, adeo ministros et custodes in hac cura perstringere videatur, quod ab ea ceteros prima facie excludat; quia tamen sollicite considerare nos conuenit, et tempus regulæ institutæ, quo fratres isti ad comparationem præsentem numero pauci erant, et forsan ministri et

a *Al.* tractu. b *Al.* adnexum. c *Obseruatio modo et forma. §. ita tamen. supr. eod. Font.* d *Al. ita:* et quia in prædictorum, *etc.*

e *Al.* et illis. f *Al.* prouidere. g *Nota, quod iudex sæcularis interponit se circa legata pia. Font.* h *Vide Clem. exiui. §. præterea. et extrauag. quorumdam. §. in primis. Font.* i *Nota, quod constitutio ex ratione superueniente ampliatur.*

custodes

custodes videbantur tunc ad iste procuranda posse sufficere, ac nihilominus multiplicationes fratrum, et moderni temporis qualitatem, nec sit verisimile, beatum Franciscum, institutorem regulæ vel ipsis ministris et custodibus impossibilitatis iugum voluisse præfigere, vel ex ipsius impossibilitatis consequentia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere: concedimus, quod ipsi ministri et custodes possint per alios huiusmodi curæ sollicitudinem exercere. Debent etiam et alii fratres curam huiusmodi, quæ prælatis ministris et custodibus præcipue incumbit ex hac regula, cum sibi ab illis commissa fuerit, gerere diligenter. Continetur quoque in regula, quod fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter et deuote, ita, quod, (excluso otio, animæ inimico,) sanctæ orationis et deuotionis spiritum non exstinguant. Quia vero ex verbo isto fratres ipsos de otiositate vitæ, et de regulæ transgressione improbe notare interdum hactenus aliqui sunt conati; nos, inertiis huiusmodi nefarios reprimentes, declaramus, quod, consideratis verbis prædictis, et forma seu modo loquendi, sub quibus fratres ed huiusmodi exercitium inducuntur, non videtur ea fuisse instituentis intentio, quod vacantes studio vel diuinis officiis et ministeriis exsequendis, manuali labori seu operationi subiiceret, vel ad hoc illos arctaret: cum exemplo Christi et multorum sanctorum patrum, labor iste spiritualis tanto illi præponderet, quanto, quæ sunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios vero, qui se in prædictis spiritualibus operibus non exercent *a*, nisi tales aliorum fratrum licitis seruitiis occupentur, (ne otiose viuant,) verba prædicta declaramus extendi: nisi et tales tam excellentiæ et notabilis contemplationis et orationis exsisterent, quod merito propter hoc non essent a tanto bono pro huiusmodi exercitio subtrahendi. Fratres enim quicumque, studio vel diuinis ministeriis non vacantes, sed aliorum fratrum, studio vel aliis diuinis officiis et ministeriis vacantium, seruitiis inhærentes tantum, pro seruitiis eisdem cum ipsis, quibus seruiunt, sustentari merentur: quod adstruitur illa æqua lege, qua strenuus pugnator ille *b* Dauid iuste decreuit, videlicet quod descendentium ad prælium, et remanentium ad sarcinas, portio æquaretur. Verum quia expresse continetur in regula, quod fratres non prædicent *c* in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum; nos, in hoc et deferentes regulæ, *et nihilominus auctoritatem apostolicæ plenitudinis conseruantes, dicimus, quod prædictum verbum ad litteram, sicut regula ipse protulit, obseruetur: nisi per sedem apost. circa hoc pro vtilitate populi Christiani sit concessum, vel ordinatum aliud, vel in posterum concedatur, seu etiam ordinetur *d*. Et quia in eodem capitulo regulæ immediate subiungitur, quod nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi a ministro generali fuerit examinatus, et etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium sibi sit concessum; nos, et statum præteritum ipsius ordinis in paucitate sui, et modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarum, (vt condecet,) aduertentes, concedimus, nedum generalem examinare et approbare fratres, prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus personæ idoneitatem et prædicationis officium licentia ipse respiceret, prout in regula continetur, verum etiam prouinciales ministri hoc possint in capitulis prouincialibus cum definitoribus, quod etiam hodie obseruari dicitur, et in fratrum priuilegiis continetur: quam quidem licentiam præfati ministri reuocare et suspendere valeant et arctare, sicut et quando id eis videbitur expedire. Sed quoniam in desideriis nostris hoc geritur, vt ad Dei gloriam selus proficiat animarum, et dicto ordini, per quem iugiter ad amorem diuinum adfectio Christianæ religionis accenditur, meritum et numerus augeatur: concedimus et præsenti statuto firmamus, licere non solum generali, sed etiam prouincialibus ministris personas, fugientes a sæculo, in fratres recipere, quæ ministrorum prouincialium licentia per ipsum generalem, (sicut expedire viderit,) possit arctari. Vicarii vero prouincialium ministrorum ex officio vicariæ licentiam hanc sibi nouerint interdictam: nisi per ministros eosdem, (quibus hoc posse committere vicariis et aliis licere decernimus,) hoc ipsis vicariis specialiter committatur. Caueant tamen ipsi prouinciales, quod hoc non indiscrete, non passim, sed sic considerate committant, vt illos, quibus hoc committi contigerit, fidelibus consiliis fulcient, quo omnia discrete procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem, sed illi tantum, qui, suffragantibus eis litteratura, idoneitate, vel aliis circumstantiis, possint vtiles esse ordini, sibique per vitæ meritum, ac aliis proficere per exemplum. Insuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo, quod in regula dicitur, vt, decedente generali ministro, a prouincialibus ministris et custodibus in capitulo pentecostes fiat electio successoris, omnium custodum multitudinem oporteat ad generale capitulum conuenire, aut, (vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur,) sufficere possit, vt aliqui de singulis prouinciis, qui vocem habeant aliorum, intersint, taliter respondemus, vt scilicet singularum prouinciarum custodes vnum ex se constituant, quem cum suo prouinciali ministro pro se ipsis ad capitulum dirigant, voces aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per se ipsos, statutum huiusmodi duximus approbandum: quod idem prædecessor noster Gregorius nonus in casu huiusmodi dicitur respondisse. Denique *e* quia continetur in regula supra dicta, quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum, præter illos, quibus a sede prædicta concessa fuerit licentia specialis; quamquam hoc de monasteriis pauperum monialium inclusarum fratres attentius intelligendum esse crediderint; cum eorum sedes præfata curam habeat specialem, et intellectus huiusmodi per constitutionem quandam tempore regulæ datæ, viuente adhuc B. Francisco, per prouinciales ministros fuisse credatur in generali capitulo declaratus: iidem fratres certificari nihilominus postulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de illis solum monasteriis monialium prædictarum debeat intelligi. Nos vtique generaliter id esse prohibitum de quarumlibet cœnobiis monialium respondemus; et nomine monasterii volumus claustrum, domos, et officinas interiores intelligi, pro eo, quod ad alia loca, vbi homines sæculares conueniunt, possunt fratres illi caussa prædicationis vel eleemosynæ petendæ accedere, iis, quibus id e superioribus suis pro sua fuerit maturitate vel idoneitate concessum, exceptis, seu pro prædictarum monasteriis inclusarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas sine sedis eiusdem licentia speciali: quod etiam ipsum idem prædecessor noster Gregor. IX. in eo casu dicitur respondisse. Ceterum sanctæ memoriæ confessor Christi, Franciscus, mandasse dicitur circa vltimum vitæ suæ, (cuius mandatum, ipsius dicitur testamentum,) quod verba ipsius regulæ non glossentur, et, (vt verbis vtamur eisdem,) quod sic, vel sic intelligi debeat, non dicatur, adiiciens quod fratres nullo modo litteras aliquas ab apostolica sede petant, et alia quædam interserens, quæ non possent sine multa difficultate seruari, propter quod fratres hæsitantes, an tenerentur ad obseruantiam testamenti prædicti, dubitationem huiusmodi per eumdem prædecessorem nostrum, Gregor. IX. petierunt de ipsorum conscientiis amoueri, qui, (sicut adseritur,) attendens periculum animarum, et difficultates, quas propter hoc possent incurrere, dubietatem de ipsorum conscientiis amouendo, dixit, fratres ipsos ad ipsius mandati obseruantiam non teneri, quod sine consensu fratrum, et maxime ministrorum, quos vniuersos tangebat, obligare nequiuit, nec successorem suum quomodolibet obligauit: cum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præsentem articulum nihil duximus innouandum *f*. Ad hoc a nonnullis prædecessoribus nostris Romanis pontificibus circa declarationem ipsius regulæ, et ipsam regulam contingentia, diuersas litteras intelleximus emanasse. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipsam et fratres quieuit insultus: nec per ipsas litteras statui fratrum prouidere *g* in multis, in quibus de nouo vel aliter necessario prouidendum esse multorum postea casuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque, ne litterarum huiusmodi et præfatæ constitutionis diuersitas vel intellectus aduersitas in prædictorum obseruatione fratrum animos perturbaret, et vt plenius, clarius et certius eorum statui et obseruantiæ prædictæ regulæ consulatur in omnibus et singulis illis articulis, quos constitutio ipsa continet, quamquam ipsi vel eorum aliqui contineantur in aliis litteris apostolicis supra dictis, hanc nostram constitutionem, declarationem, seu ordinationem tantum a fratribus ipsis præcise, ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam. Cum igitur ex prædictis et aliis, per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta, et obseruabilis, nec vlli patens discrimini euidenter appareat: illa et omnia supra scripta per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata etiam et suppleta, de apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, et volumus exsistere perpetuæ firmitatis, in virtute obedientiæ districte præcipientes, quod hæc constitutio, sicut ceteræ constitutiones, vel decretales epistolæ, legatur in scholis. Et quia sub colore liciti nonnulli contra fratres ipsos et regulam in legendo, exponendo, atque glossando possent dirum virus suæ iniquitatis effundere, ac ipsius constitutionis intellectum ipsum in diuersas et aduersas sententias producentes suis adinuentionibus deprauare, et opinionum diuersitas ac distortio intellectus multorum pios animos posset inuoluere, et a religionis ingressu multorum corda subtrahere: talium detrahentium vitanda peruersitas cogit nos viam ipsis ad prædicta præcludere, et certum procedendi modum hanc constitutionem legentibus præfinire. Itaque sub pœna excommunicationis et priuationis officii ac beneficii districte præcipimus, vt præsens constitutio, cum ipsam legi contigerit, sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad litteram: concordantiæ, contrarietates, seu diuersæ vel aduersæ opiniones a lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur. Super ipsa constitutione glossæ non fiant, (nisi forsan, per quas verbum vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi grammaticaliter ad litteram vel intelligibilius exponatur.) Nec intellectus ipsius per legentem deprauetur in aliquo, seu distorqueatur ad aliud, quam littera ipsa sonat. Et ne secundum prædicta contra detractores huiusmodi oporteat vlterius laborare: vniuersis

a *Hoc est, non concionantur ad plebem, non psallunt, non legunt. Font.*
b *1 Libr. Reg. c. 30.*
c *Vide omnino conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. et sess. 24. de reform. c. 4.*
d *Nota bene, quod papa potest constituere expresse contra constitutionem alicuius facti. etiamsi vita et constitutio sua sit per alios pontifices approbata. Font.*

e *Vide concil. Trident. sess. 25. tit. de regularibus et monialibus, capit. 5. et extrau. Pii papæ V. incip. et si mendicantium.*
f *Vide hunc §. et §. quia sub colore. auth. si qua mulier. C. de sacr. eccl. et Bald. l. non dubium. C. de leg. Font.*
g *Al. prouidetur.*

ac

ac singulis cuiuscumque præeminentiæ, conditionis aut status, districte præcipimus, ne contra prædictam regulam et statum fratrum prædictorum, seu contra præmissa per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata, suppleta, approbata, et etiam confirmata, dogmatizent, scribant, determinent, prædicent, seu prave loquantur publice vel occulte. Sed si quid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit; ad culmen prædictæ sedis apostolicæ deducatur, vt ex auctoritate apostolica sua in hoc manifestetur intentio: cui soli concessum est in his statuta condere, et edita declarare. Glossantes vero in scriptis constitutionem ipsam aliter, quam eo modo, quem diximus, doctores vero insuper et lectores, dum docent in publico, ex certa scientia et deliberate intellectum constitutionis huiusmodi deprauantes, facientes quoque commentum, scripturas, seu libellos, ac ex certa scientia et deliberate determinantes in scholis, seu prædicantes contra prædicta, vel aliqua seu aliquod prædictorum, (non obstantibus aliquibus priuilegiis, vel indulgentiis, aut litteris apostolicis, quibuscumque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis religiosis vel sæcularibus generaliter vel singulariter, sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari,) excommunicationis sententiæ, quam nunc in ipsos proferimus, se nouerint subiacere: a qua per neminem nisi per Romanum pontificem possint absolui *a*. Insuper tam istos, contra quos per nos excommunicationis est prolata sententia, quam alios, (si qui fuerint,) contra præmissa vel eorum aliquod venientes, ad sedis memoratæ volumus deduci notitiam: vt, quos prouisus modus æquitatis non arcet a vetitis, compescat rigor apostolicæ vltionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, ordinationis, concessionis, dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis, et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Siriani XVIII. kalend. Septembris, pontificatus nostri anno secundo.

CAP. IV.

Exemtis cellis alicuius monasterii, quid appellatio cellæ significet, hic ostendit. Ioann. Andr.

BONIFACIVS VIII.

Priuilegium, monasterio tuo concessum, vt monachi siue fratres, in cellis, ad monasterium ipsum spectantibus, habitantes, ab alio, quam a papa vel eius legato, excommunicari, aut suspendi, vel ipsæ cellæ interdicto supponi non possint, non fratres, in prioratibus ecclesiis, seu capellis eiusdem monasterii commorantes, aut ipsos prioratus, ecclesias vel capellas ab ordinariorum iurisdictione in aliquo 85), sed residentes tantum 86) in cellis, et cellas ipsas, (hoc est, loca secreta et solitaria, quæ, ab hominum separata, conuictu sunt ad contemplandum et Deo vacandum specialiter deputata,) defendat 87).

85) *In aliquo non defendit*, C. R.
86) *Tamen*, ibid.
87) *Defendat*, ibid. non legitur; quum præmissum sit: *defendit*.

CAP. V.

Priuilegiato aliqua, vt possit conferre beneficia clericorum suorum, quid appellatio clericorum suorum designet, ostendit. Ioann. Andr.

IDEM.

Sicut nobis significare curasti, tibi gratiose 88) concessimus, vt beneficia clericorum tuorum cedentium vel decedentium possis conferre: quodque iidem clerici 89) præbendarum suarum 90) fructus percipiant, ac si in suis ecclesiis personaliter residerent. Verum quia dubitas, qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri: breui respondemus oraculo, quod illos in his et similibus casibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te non quæsiti propterea, vel recepti, sine fraude et fictione qualibet vere tui clerici familiares existunt, et in tuis expensis continue 91) domestici commensales: etiamsi *b* quos ex illis aliquando 92) pro tuis gerendis negotiis abesse contingat.

88) *Tibi et gratiose*, C. H.
89) *Clerici*, desideratur ibid.
90) *Suarum*, ibid. non habetur.
91) *Quotidie*, ibid.
92) *Et si ex illis aliquos aliquando*, ibid.

DE REGVLIS IVRIS.

BONIFACIVS VIII. *c* (*ann.* 1298. *Romæ.*)

Regula I.

Beneficium ecclesiasticum non potest licite 93) sine institutione canonica obtineri.

Idem. Regula II.

Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit.

93) *Licite*, non est in C. H.

a In ipso vers. nota, quod papa potest sibi rebellantes excommunicare, et vltra adhuc aliter punire. Pont. *b Alias ita: etiam si ex illis aliquos aliquando, etc.* *c Alias, ita: Idem.*

Idem. Reg. III.

Sine possessione præscriptio non procedit.

Idem. Reg. IV.

Peccatum *d* non dimittitur, nisi restituatur ablatum.

Idem. Reg. V.

Peccati venia non datur, nisi correcto.

Idem. Reg. VI.

Nemo potest ad impossibile obligari.

Idem. Reg. VII.

Priuilegium personale personam sequitur, et exstinguitur cum persona.

Idem. Reg. VIII.

Semel malus, semper præsumitur esse malus.

Idem. *e* Reg. IX.

Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.

Idem. Reg. X.

Ratihabitionem retrotrahi, et mandato non est dubium comparari.

Idem. Reg. XI.

Cum sint partium iura obscura: reo fauendum est potius, quam actori.

Idem. Reg. XII.

In iudiciis non est acceptio 94) personarum habenda

Idem. Reg. XIII.

Ignorantia facti, non iuris, excusat.

Idem Reg. XIV.

Cum quis in ius succedit alterius: iustam ignorantiæ caussam censetur habere.

Idem. Reg. XV.

Odia restringi, et fauores conuenit ampliari.

Idem. Reg. XVI.

Decet concessum a principe beneficium esse mansurum.

Idem. Reg. XVII.

Indultum a iure 95) beneficium, non est alicui auferendum.

Idem. Reg. XVIII.

Non firmatur 96) tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit.

Idem Reg. XIX.

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum 97) non pertinet, se immiscet.

Idem. Reg. XX.

Nullus pluribus vti defensoribus 98) prohibetur.

Idem. Reg. XXI.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest.

Idem. Reg. XXII.

Non debet aliquis alterius odio prægrauari.

Idem Reg. XXIII.

Sine culpa, nisi subsit caussa, non est aliquis puniendus.

Idem. Reg. XXIV.

Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur: cum habeat parere necesse.

Idem. Reg. XXV.

Mora sua cuilibet est nociua.

Idem. Reg. XXVI.

Ea, quæ fiunt a iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt.

Idem. Reg. XXVII. 99)

Scienti et consentienti non fit iniuria, neque dolus.

Idem. Reg. XXVIII.

Quæ a iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda 100).

Idem. Reg. XXIX.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

Idem. Reg. XXX.

In obscuris minimum est sequendum

Idem. Reg. XXXI.

Eum, qui certus est, certiorari vlterius 1) non oportet.

Idem. Reg. XXXII.

Non licet actori, quod reo licitum non existit.

Idem. Reg. XXXIII.*

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.

Idem. Reg. XXXIV.

Generi per speciem derogatur.

Idem. Reg. XXXV.

Plus semper in se continet, quod est minus.

94) *Acceptatio*, C. impr.
95) *A principe*, C. R.
96) *Confirmatur*, ibid.
97) *Ad se*, C. H.
98) *Defensionibus*, C. R. impr. ed. gloss. et Pith.
99) Tota regula XXVII. abest a C. R.
100) *Retrahenda*, ibid.
1) *Amplius*, C. B.

d Ex B. August. epist. 54. ad Macedonium refert Ivo in decreto part. 13. c. 4. et part. 16. c. 25. *e Vide Rota. conf. 27. l. 4. et consil. 129. eod. libr.*

Idem.

Idem. Reg. XXXVI.

Pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere.

Idem. Reg. XXXVII.

Vtile non debet per inutile vitiari.

Idem. Reg. XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus exstitit impugnare.

Idem. Reg. XXXIX.

Cum quid prohibetur: prohibentur omnia, quae sequuntur ex illo.

Idem. Reg. XL.

Pluralis loquutio duorum numero est contenta.

Idem. Reg. XLI.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

Idem. Reg. XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis.

Idem. Reg. XLIII.

Qui tacet, consentire videtur.

Idem. Reg. XLIV.

Is, qui tacet, non fatetur: sed nec vtique negare videtur.

Idem. Reg. XLV.

Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consueuit.

Idem. Reg. XLVI.

Is, qui in 2) ius succedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit.

Idem. Reg. XLVII.

Praesumitur ignorantia, vbi scientia non probatur.

Idem. Reg. XLVIII.

Locupletari non debet aliquis, cum alterius iniuria vel iactura.

Idem. Reg. XLIX.

In poenis benignior est interpretatio facienda.

Idem. Reg. L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem.

Idem. Reg. LI.

Semel Deo dicatum, non est ad vsus humanos vlterius transferendum.

Idem. a Reg. LII.

Non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur 3) effectum.

Idem. Reg. LIII.

Cui licet, quod est plus, licet vtique, quod est minus 4).

Idem. Reg. LIV.

Qui prior est tempore, potior est iure.

Idem. Reg. LV.

Qui sentit onus, sentire debet commodum, et e contra.

Idem. Reg. LVI.

In re communi potior est conditio prohibentis.

Idem b Reg. LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda 5).

Idem. c Reg. LVIII.

Non est obligatorium contra bonos mores praestitum iuramentum.

Idem. Reg. LIX.

Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eumdem.

Idem. Reg. LX.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri.

Idem Reg. LXI.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.

Idem. Reg. LXII.

Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.

Idem. Reg. LXIII.

Exceptionem obiiciens, non videtur de intentione aduersarii confiteri.

Idem. Reg. LXIV.

Quae contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

Idem. Reg. LXV.

In *d* pari delicto vel caussa, potior est conditio possidentis.

2) *Si quis in*, C. M.
3) *Potitur*, C. R.
4) *Minus effectum*, ibid.
5) *Facienda*, ibid. non habetur.

Idem. Reg. LXVI.

Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur: haberi debet perinde, ac si impleta fuisset.

Idem. Reg. LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.

Idem. Reg. LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum.

Idem. Reg. LXIX.

In *e* malis promissis fidem non expedit obseruari.

Idem. Reg. LXX.

In alternatiuis electuris 6) *f* est electio, et sufficit alterum adimpleri.

Idem. Reg. LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus.

Idem. Reg. LXXII.

Qui facit per alium, est perinde, ac si faciet per se ipsum.

Idem. Reg. LXXIII.

Factum legitime retractari non debet: licet casus postea eueniat, a quo non potuit inchoari.

Idem. Reg. LXXIV.

Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

Idem. Reg. LXXV.

Frustra sibi fidem quis postulat ab eo seruari, cui fidem 7), a se praestitam, seruare recusat.

Idem. Reg. LXXVI.

Delictum *g* personae, non debet in detrimentum ecclesiae redundare.

Idem. Reg. LXXVII.

Rationi congruit, vt succedat in onere, qui substituitur in honore.

Idem. Reg. LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quae propter necessitatem aliquando sunt concessa.

Idem. Reg. LXXIX.

Nemo potest plus iuris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur.

Idem. Reg. LXXX.

In toto partem non est dubium contineri.

Idem. Reg. LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, quae quis non esset verisimiliter 8) in specie concessurus.

Idem. Reg. LXXXII.

Qui contra iura mercatur, bonam fidem praesumitur non habere.

Idem. Reg. LXXXIII.

Bona fides non patitur, vt semel exactum iterum exigatur.

Idem. Reg. LXXXIV.

Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

Idem. Reg. LXXXV.

Contractus *h* ex conuentione legem accipere dignoscuntur.

Idem. Reg. LXXXVI.

Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis *i*, imputare.

Idem. Reg. LXXXVII.

Infamibus portae non pateant dignitatum.

Idem. Reg. LXXXVIII.

Certum est, quod is committit in legem, qui, legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

Data 9) Romae apud sanctum Petrum, V. nonas Martii, pontificatus nostri anno quarto. (MCCXCIIX.) 10).

6) *Debitoris*, C. O. et ed. gloss.
7) *Frustra qui sibi fidem postulat ab eo obseruari, fidem*, etc. C. M.
8) *Verisimili*, ibid.
9) Haec vltima: *Data Romae*, etc. ibid. non habentur.
10) *Expliciunt constitutiones domini Bonifacii, papae VIII. quae fuerunt editae et datae Romae apud S. Petrum, V. nonas Martii, pontificatus nostri anno quarto*, C. R. et in fine glossae: *explicit apparatus VI. libri.* et in C. impr. quasi laciniam glossae consistentiae haec verba: *Liber sextus decretalium vna cum apparatu domini Ioannis Andreae accuratissime castigatus feliciter explicit.*

a *Per hanc regulam dicunt Phil. et Ioann. Andr. non tolli sponsalia per matrimonium, ob consanguinitatem resolutum, et fallit haec regula in iis, in quibus tacita voluntas sufficit. de reg. i. plene in princ. Aug. Fab. S. possessore. quibus modis infirm.* b *Vide c. cum dilectus. de consuet.* c *Vide B. Thom. 2. 2. qu. 89. art. 7.* d *De commodo possessionis, vide Doctor. in l. quoties. C. de rei vind.*

e *Vide B. Thom. 2. 2. qu. 29. art. 7. et Turrecremat. in c. S aliquid. C. 22. qu. 4.* f *In omnibus antiqu. cod. legitur:* debitoris. g *Vide gloss. in c. de dilat. gloss. in c. placuit. C. 16. qu. 1. Innoc. in c. cum dilectus. de ord. cognitionum. Ant. de Butrio in c. 1. de dolo et contum. et Doctor. in l. iubemus. C. de sacros. eccles.* h *Nota, quod conuentio partium legem inducit, quae in contractibus seruanda est. Philipp.* i *Al. alii.*

FINIS SEXTI DECRETALIVM.

CLE-

CLEMENTIS PAPAE V.
CONSTITVTIONES,
IN CONCILIO VIENNENSI EDITAE.

PRAEFATIO.

IOANNES *episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, doctoribus et scholaribus vniuersis, Bononiae* 1) *commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem!* a

Quoniam nulla iuris sanctio, quantumcumque perpenso digesta consilio, ad humanae naturae varietatem, et machinationes eius inopinabiles sufficit, nec ad decisionem lucidam suae nodosae ambiguitatis attingit; eo praesertim, quod vix aliquid adeo certum clarumque statuitur, quin ex caussis emergentibus, (quibus iura, iam posita, mederi non possint, 2) in dubium reuocetur; quia etiam ab adolescentia viri procliuis ad malum sensualitas humana declinat, per quod morum subuersio in clero et populo frequenter obrepit: necessaria est superioris auctoritas, vt tam per determinationis opportunae suffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, et obscura succidat, quam per cultoris prouidi sarculum exstirpet vitia, virtutes inferat, corrigat excessus moresque reformet. Haec sane felicis recordationis CLEMENS papa V. praedecessor noster, prudenter attendens, et prouide cupiens deformatorum reformationi prospicere, soluere difficilia, ac sanctiones, quaestionibus et negotiis imminentibus consonas, promulgare, dudum nedum in concilio Viennensi, quin etiam ante et post ipsum concilium, constitutiones plurimas edidit, in quibus multa vtilia statuit atque salubria, et nonnulla dubia, in iudiciis et extra frequentata, decidit. Et licet eas, collectas in vnum volumen 3), et sub congruis titulis collocatas, mittere decreuisset, et dare in commune subiectis: adsidua tamen occupatio circa magna, ac fortis humanae conditio, quae ipsum de medio sustulit, in caussa fuerunt, quare suum in hac parte propositum non impleuit. Nos etiam, qui, sicut eidem, licet immeriti, in apostolatus officio, Domino permittente, successimus, sic et in 4) adfectus plenitudine, in his, quae compendium vniuersi 5) concernunt, successisse debemus, tot grandibus agendis et arduis fuimus a nostrae promotionis exordio circumsepti, quod tam ex hoc, quam ex caussis rationabilibus aliis, quas sub silentio 6) prouidimus committendas, praedictas vobis communicare constitutiones fuimus hactenus 7) impediti. Nunc igitur, opportunitate captata, illas vobis sub bulla nostra transmittimus, vniuersitati vestrae per apostolica scripta mandantes, quatenus eas promto adfectu suscipiatis, et studio alacri, eis, sic vobis manifestatis et cognitis, vsuri de cetero in iudiciis et in scholis. Data 8) Auinion. VIII. *b* kalendas Nouembr. pontificatus nostri anno secundo.

1) *Auinion.* C. R. 2) *Possunt*, C. R. et impr. 3) *Volumen*, non est in C. R. 4) *Sic in*, ibid. 5) *Vniuersi condimenti*, ibid. 6) *Quas silentio*, ibid. 7) *Hactenus*, desideratur ibid. 8) *Datum*, ibid.

a Hanc benedictionem primo introduxit papa CLETVS, loco cuius scribitur ab ecclesia praecisis: *spiritum sanioris consilii.* Et licet ista benedictio omnibus prosit: qui tamen non student, non gaudent priuilegio studii. Zab. Vann. Font. b De his vide l. 14. C. de contrah. et committ. stipul. c. vlt. §. 2. C. 2. qu. 8. c. 11. X. de probat. c. 3. §. praefatus. de sent. et re iudic. in 6. De quo in Spec. de instrum. ed. §. rest. 3.

CLEMENS PAPA V. *natione Gallus, prouincia Vasconia dioecesis Burdegalensis, anno MCCCV. Romanus pontifex creatus. Is non modo in concilio Viennensi, sed etiam ante et post ipsum concilium plurimas constitutiones edidit: quas cum, et adsidua occupatione et morte praeuentus, in vnum collectas volumen, et sub congruis titulis collocatas, edere, vt decreuerat, non potuisset,* IOANNES XXII. *eius successor, publicauit. Eas* Ioannes Andreas *Bononiens. glossis illustrauit.*

IOANNES PAPA XXII. *natione Gallus, patria Caturcensis, ex prouincia Aquitania, anno MCCCXVI. Romanus pontifex creatus est. Is praeter constitutiones* CLEMENTIS V. *praedecessoris, multas quoque suas publicauit, ad quas* Zenzelinus de Cassanis, *quem alii* Genzelinum *vocant, vberes composuit commentarios.*

CLEMENTINARVM
LIBER PRIMVS.

TITVLVS PRIMVS. DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

CAP. VN.

Fatetur concilium, vnicum Dei Filium, in essentia Dei æternaliter subsistentem, verum corpus humanum adsumsisse de virgine, et in eo passum, et iam mortuum lancea perforatum, approbans in hoc ordinem, quem tradidit euangelista Ioannes. Hoc dicit.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi (ann. 1311. in Gallia.)*

Fidei catholicæ fundamento, præter quod, (teste apostolo,) nemo potest aliud ponere, firmiter inhærentes, aperte cum sancta matre ecclesia confitemur, vnigenitum Dei Filium in iis omnibus, in quibus Deus Pater exsistit, vna cum Patre æternaliter subsistentem, partes nostræ naturæ simul vnitas, (ex quibus 1) in se verus 2) Deus existens, fieret verus homo,) humanum videlicet corpus passibile, et animam intellectiuam, seu rationalem, ipsum corpus vere per se et essentialiter informantem, adsumsisse ex tempore, in virginali thalamo, ad vnitatem 3) suæ hypostasis et personæ. Et quod in hac adsumta natura, ipsum Dei verbum pro omnium operanda salute, non solum adfigi cruci, et in ea mori voluit, sed etiam, emisso *a* iam spiritu, perforari lancea sustinuit latus suum, vt exinde profluentibus vndis aquæ et sanguinis, formaretur vnica et immaculata, ac virgo sancta, mater ecclesia, coniux Christi, sicut de latere primi *b* hominis soporati, Eua sibi in coniugium est formata: vt sic certæ figuræ primi et veteris Adæ, (qui secundum apostolum *c* est forma futuri,) in nostro nouissimo Adam, id est, Christo, veritas responderet. Hæc est, inquam, veritas, illius prægrandis aquilæ vallata testimonio, quam propheta vidit *d* Ezechiel animalibus ceteris euangelicis transuolantem, beati Ioannis videlicet, apostoli et euangelistæ, qui, sacramenti huius rem gestam narrans et ordinem, in euangelio suo dixit *e*: *ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt, eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit; et verum est testimonium eius: et ille scit, quia vere dixit, vt et vos credatis.* Nos igitur, ad tam præclarum testimonium, ac sanctorum patrum et doctorum communem sententiam, apostolicæ considerationis, (ad quam duntaxat hæc 4) declarare pertinet,) aciem conuertentes, sacro approbante concilio, declaramus, prædictum apostolum et euangelistam, Ioannem, rectum in præmissis factæ rei ordinem tenuisse, narrando, quod, Christo iam mortuo, vnus militum lancea latus eius aperuit 5).

Reprobat et hæreticam iudicat doctrinam, quæ habet, quod substantiæ substantia animæ rationalis, seu intellectiuæ, vere et per se humani corporis non sit forma. Ioann. Andr.

§. 1. Porro *f* doctrinam omnem, seu positionem, temere adserentem, aut vertentem in dubium, quod substantia animæ rationalis, seu 6) intellectiuæ, vere ac per se humani corporis non sit forma 7), velut erroneam, ac veritati catholicæ inimicam fidei, prædicto 8) sacro approbante concilio reprobamus, definientes 9), vt cunctis nota sit fidei sinceræ veritas, ac præcludatur vniuersis erroribus aditus, ne subintrent, quod quisquis 10) deinceps adserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumserit 11), quod anima rationalis, seu intellectiua non sit forma corporis humani per se et essentialiter tamquam hæreticus sit censendus.

Adserens confitendum vnum baptisma, sicut vnum Deum et vnam fidem, approbat opinionem, quæ habet per illud conferri etiam paruulis, (quoad habitum,) informantem gratiam et virtutes. Ioann. Andr.

§. 2. Ad hoc *g* baptisma vnicum 12) baptizatos omnes in Christo regenerans est, (sicut vnus Deus ac fides vnica,) ab omnibus fideliter 13) confitendum, quod celebratum 14) in aqua, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, credimus esse tam adultis, quam paruulis, communiter perfectum remedium ad salutem. Verum, quia, quoad effectum baptismi in paruulis, reperiuntur doctores quidem theologi opiniones contrarias habuisse,

§. 3. Quibusdam ex ipsis dicentibus, per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri, aliis e contra adserentibus, quod et culpa eisdem *h* in baptismo remittitur, et virtutes, ac informans gratia infunduntur, quoad habitum, etsi non pro illo tempore quoad vsum: nos autem, attendentes 15) generalem efficaciam mortis Christi, (quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis) opinionem secundam, (quæ dicit, tam paruulis, quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam et virtutes,) tamquam probabiliorem, et dictis sanctorum, ac doctorum modernorum theologiæ magis consonam et concordem, sacro approbante concilio, duximus 16) eligendam.

TITVLVS II. DE RESCRIPTIS.

CAP. I.

Maior prælatus pro membris suis, (etiamsi sint de mensa,) reum conuenire non potest per rescriptum apostolicum; nisi vbi possent administratores membrorum. Contra faciens in expensis et interesse punitur, et processus est irritus. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Abbates *i* aut alii religiosi, quibuslibet administrationibus præsidentes, occasione prioratuum seu aliorum locorum subditorum eisdem, nullum auctoritate litterarum apostolicæ sedis, vel legatorum ipsius, quomodolibet valeant conuenire: nisi vbi, et coram quibus, prioratuum et locorum ipsorum prioribus aut aliis gubernatoribus hoc liceret. Nec occasione locorum, ad mensas pertinentium eorumdem, aliud in 17) ipsis super hoc liceat, quam si loca ipsa sic præmissa spe-

1) *Ex quibus ipse in se*, C. impr.
2) *Ipse verus*, C. R.
3) *Humanitatem*, C. R.
4) *Hæc*, ibid.
5) His C. R. et H. denique verba addunt huius tenoris: *textum vero beati Matthæi apostoli et euangelistæ, qui aliquibus libris antiquis dicitur immisse, et sub alquo ordine hoc narrare, dicimus per antiquam rationem, (per antiquam rationem, hab. C. H.) hoc debere intelligi et exponi.*
6) *Seu*, non est in C. R.
7) *Forma*, ibid. non legitur.
8) *In prædicto*, C. H.
9) *Definientes*, abest a C. R.
10) *Si quis*, ibid.
11) *Adserere pertinaciter præsumserit*, C. H.
12) *Baptisma verum per samen vnicum*, C. R.
13) *Fideliter*, ibid. non habetur.
14) *Celebratur*, C. R. *celebrandum*, H.
15) Dictum *autem attendentes*, non sunt in C. H.
16) *Decreuimus*, C. R.
17) *In*, non habet C. R.

a Vide Guidonem Carmelitam in summa de hæresibus. tit. de hæresibus Petri Ioann. mod. et eius sequacium, cap. 5. *b Gen. 2.* *c Rom. 5.* *d Ezech. c. 1.* *e Ioann. c. 19.* *f Vide conc. Later. sub Leone X. sess. 8. in decreto incip. apostolici regiminis.*

g Al. ac hoc *h al. ipsis.* *i Hi habent dignitatem principaliter. cap. hac constitutione. de off. deleg. lib. 6. Bald. per illum text. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. gl. 2. a subdiacono dist. 93. quæ gloss. Abbates a Dom. ibi per t. quæ. §. quamquam. de preb. l. 6. Barb. Pont.*

Vidales

ciales sub eis gubernatores haberent. Si quis autem aliquem contra hæc vexare præsumserit; in expensis sibi et interesse per iudicem, (coram quo vexatio fiet huiusmodi,) condemnetur: omnisque processus, contra præmissa habitus, sit irritus ipso iure.

CAP. II.

Principalis officialis episcopi et prior conuentualis, licet obedientiarius, delegari possunt a papa, officialis vero foraneus, vel prior claustralis non. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Etsi a principalis officialis episcopi, aut religiosus, conuentualem obtinens prioratum, (quamuis ad prioratum eumdem prior non consueuerit per electionem adsumi,) a sede apostolica, vel legato eiusdem, dari valeat delegatus: in officiali tamen foraneo aut religioso, monasterii sui priore claustrali, nequaquam hoc volumus obseruari.

CAP. III.

Breuius non potest summari.

IDEM *in eodem.*

Auditor b in Romana curia, deputatus a nobis, de beneficio, (quod pronuntiebit alicui de iure fore debitum,) poterit sibi 18) absque commissione alia c, (vt euitetur circuitus,) prouidere.

18) *De iure poterit sibi*, C. impr.

CAP. IV.

Exspectans beneficium perdit gratiam, si consequitur aliud, quod cum illo, quod exspectat, de iure tenere non potest. Ioannes Andreas.

IDEM.

Gratiæ, vt de dignitate vel beneficio curato tibi prouideatur, renuntiere videris d, si ante adeptionem eiusdem aliud beneficium pacifice adsequaris, quod simul de iure cum dignitate, vel beneficio, virtute dictæ gratiæ tibi debito, retinere non posses: licet illud resignaueris, aut sis resignare paratus.

CAP. V.

Gratia super vacaturo non comprehendit beneficium, post datam in substantia creatum. H. d. Io. de Imol.

IDEM. 19)

Litteras nostras, super conferendo tibi beneficio vacaturo directas, ad beneficium, post datam ipsarum creatum, statuimus non extendi.

19) *Idem in eodem*, C. 8.

TITVLVS III.
DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.

Religiosus eligi non potest ad prælaturam non episcopalem alterius religionis vel habitus: si contra fiat, est irritum. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1311.)*

Cum rationi non congruat, vt homines disparis professionis vel habitus, simul in eisdem monasteriis socientur: prohibemus, ne religiosus aliquis in abbatem, vel prælatum alterius religionis, vel habitus de cetero eligatur. Quodsi secus actum extiterit: sit eo ipso irritum et inane e. Per hoc autem, quin 20) religiosus in episcopum, sæcularis vel cuiuslibet regularis ecclesiæ, licite possit eligi, non intendimus prohibere.

20) *Quando*, C. R.

CAP. II.

Cœtus cardinalium, sede vacante, iurisdictionem papalem non exercet; nisi in quantum permittit concilium Lugdunense: nec illud vel eius partem alterare potest. Ioann. Andr.

IDEM. 21)

Ne Romani electioni pontificis, indeterminata opinionum diuersitas aliquod possit obstaculum vel dilationem adferre: nos, inter cetera præcipue attendentes, quod lex superioris per inferiorem tolli non potest, opinionem adstruere, (sicut accepimus,) satagentem, quod constitutio felicis recordationis Gregorii papæ X. prædecessoris nostri, circa electionem præfatam edita in concilio Lugdunensi, per cœtum cardinalium Romanæ ecclesiæ, (ipsa vacante,) modificari possit, corrigi vel immutari, aut quidquam ei detrahi, siue addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsam seu aliquam eius partem, aut eidem etiam renuntiari per eum, tamquam veritati non consonam, de fratrum nostrorum consilio reprobamus f, irritum nihilominus et inane 22) decernentes, quidquid potestatis aut iurisdictionis, ad Romanum, dum viuit, pontificem pertinentis, (nisi quatenus in constitutione prædicta permittitur,) cœtus ipse duxerit, (eadem vacante ecclesia,) exercendum.

21) *Idem in eodem*, C. 8.

Officium camerarii vel pœnitentiariorum papæ durat, eo mortuo. Qui si deficiant: poterit cœtus cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare. Ioann. Andr.

§. 1. Eo tamen prouiso, quod, si eiusdem ecclesiæ camerarium, aut maiorem, vel aliquos alios ex pœnitentiariis, (quorum officium per obitum eiusdem pontificis nolumus exspirare;) per mortem, vel alias deficere quouis modo contingat, valeat idem cœtus ad tempus vacationis huiusmodi pro numero deficientium, vel ampliori etiam, quantum ad pœnitentiarios, si hoc eidem cœtui concorditer expedire videbitur,) alios subrogare.

Determinat, diœcesim intelligi id, quod in concilio dicitur de territorio et districtu; statuit, moriente papa extra curiam, ipsius electionem fieri debere in loco, vbi erat caussarum et litterarum audientia, licet suspensa: nisi prius ordinatum esset de curia transferenda. Ioann. Andr.

§. 2. Sane, cum iuxta constitutionem prædictam, papa extra ciuitatem, in qua cum sua erat curia, moriente, in ciuitate, in cuius districtu seu territorio moritur, sit regulariter successoris electio celebranda; districtus, seu territorii nomine, diœcesim hoc casu intelligendam fore censemus, eo tamen adiecto, quod, si, in certo loco caussarum et litterarum apostolicarum audientia remanente, papam alibi mori contingat, non ibi, sed vbi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur; etiamsi eadem audientia tempore mortis huius vacare noscatur; nisi forsan ante mortem eamdem ordinatum esset per papam de curia transferenda: quo casu seruetur prouisio constitutionis prædictæ.

Prouidet casui, quo contingeret cardinales omnes exire conclaue.

§. 3. Porro, si, Romano non electo pontifice, cardinales omnes simul vel successiue, (quod absit,) exire contingeret 23) conclaue, deputatum eisdem: hi, (ad quos pertinet exsequutio constitutionis prædictæ,) illos ex ipsis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excusationem non dabit, idem conclaue, quam cito poterunt 24), reintrare compellent g, pœnas, in dicta constitutione contentas, (nisi hoc fecerint,) incursuri. Cardinales autem, huiusmodi conclaue reintrantes, ad electionem iam dictam procedant, et alias constitutionem præfatam obseruent, secundum statum, in quo erant in eodem conclaui, quando ipsum, (vt præmittitur,) exiuerunt.

Statuit, cardinales per exceptionem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, ab electione non repelli. Ioann. Andr.

§. 4. Ceterum, vt circa electionem prædictam, eo magis vitentur dissensiones, et schismata, quo minor eligentibus aderit dissidendi 25) facultas: decernimus, vt nullus h cardinalium cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, aut interdicti prætextu, a dicta valeat electione repelli, iuribus aliis, circa electionem eamdem hactenus editis, plane 26) in suo robore duraturis.

Electos et alios, (qui mittere vel ire tenentur ad curiam,) adstringit ad id, sede vacante. H. d. Ioann. Andr.

§. 5. Verum, quia tam ex prouisis remediis, quam ex orationibus, ad Deum super huius 27) negotio effundendis, quod breuiter huiusmodi celebretur electio, præsumendum est probabiliter, et sperandum i: statuimus, vt electi et alii, qui ex quacumque caussa ad sedem apostolicam venire vel mittere sunt adstricti,) ad ipsam, cum vacat, ac si non vacaret k, venire vel mittere teneantur.

22) *Dictiones et inane*, desiderantur in C. R. et H.
23) *Contigerit*, C. H.
24) *Commode poterunt*, C. R.
25) *Dissentiendi*, C. R. et H.
26) *Plene*, C. impr.
27) *Hoc eius*, C. R. et H.

CAP. III.

Primo *ponit formam, secundum quam appellans appellationem intimat appellato, vt per ipsam caussa beneficialis ad curiam deuoluatur.* Secundo *prouidet, cum appellatus vel ipsius specialis procurator nequit haberi.* Tertio *prouidet, cum per metum appellati, vel suorum, intimatio fieri non potest.* Quarto *vitiat intimationem, aliter factam.* Quinto *prorogat hunc modum intimandi ad alios casus.* H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Caussam electionis, postulationis, seu prouisionis per appellationem, ab ipsa vel occasione ipsius, ad sedem apostolicam emissam, tunc demum ad sedem eamdem deuolui censemus, cum in appellati aut procuratoris eiusdem, in ipsa caussa specialiter constituti, præsentia inter-

a *Vide l. fin. C. de edict. diui Hadrian. tollend. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de secund. tab. c. vltima voluntas C. 13. qu. 2. Font. et vide conc. Trid. sess. 10. 25. de reform. c. 10.* b *Vide doct. in c. super eo de offi. deleg. et Alex. in l. more. ff. de iurisd. omn. iud.* c *Vide l. si prius. ff. de oper. non nunciat. et Bart. in l. cum fundum, §. si seruum suum imprudens ff. si certum pet. Font.* d *Vide c. 3. de iud. l. diui fratres. ff. de iib. causs. Bart. in l. quid tamen. §. si arbiter ff. de arbitr.* e *Vide c. capitulum sanctæ crucis. de rescript. l. 43. ff. de vulg. et pupill. subst.*

f *Ad hæc vide l. cum, qui. §. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. Font.* g *Vide Bart. in l. si fideiuss. r. 52. (al. 49. §. 6.) § meminisse. B. ff. de leg. 1.* h *Al. ita. vt nullus ex cardinalibus.* i *Vide Bald. in l. 1. coll. 4. Cod. de latin. lib. toll. quamquam.* k *Consule l. mortua ff. de iud. c. caueant C. 3. qu. 9. Pan. in d. c. licet. Font.*

posita

posita fuerit, aut eorum alteri intra mensem ab interpositione ipsius, vel saltem post lapsum eiusdem mensis, (quam cito commode fieri poterit,) legitime intimata, porrecto videlicet sibi sub scriptura authentica, vel perlecto a illius tenore, et copia modo consimili, (si petita fuerit,) inde facta. Quodsi forsan appellatum abesse, et procuratorem talem 28) non inueniri contingat: in domo, quam ipse appellatus habitare communiter consueuit, vel, (si domus eadem in remotis existat,) in ecclesia cathedrali, in cuius ciuitate vel dioecesi consistit beneficium, et nihilominus vtroque casu in ecclesia vel beneficio, de quo agitur, volumus appellationem huiusmodi publicari, ac de ipsa, quandocumque petitum fuerit, copiam modo praemisso fieri appellato. Verum, si propter appellati aut suorum metum, vel potentiam, intimatio fieri nequeat, (vt praefertur:) appellationem eamdem in loco aliquo publico sic sollemniter volumus publicari, quod ad appellati, seu eius procuratoris notitiam possit verisimiliter peruenire. Intimatio vero, aliter facta, omni careat iuris effectu. Nec caussa per appellationem eamdem ad sedem censeatur deuoluta praedictam: nisi ad appellatum eius plena et certa notitia, intra tempus praedictum aliter peruenisset. Idem quoque in aliis casibus obseruari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda 29).

28) *Talem*, a C. H. abest.

29) In ima margine praeterea C. R. habet capitulum, ita sonans: *Cum pro eo, quod circa vocandum ad eligendum absentes iura et ecclesiarum consuetudines variantur, multa frequenter contingunt in electionibus dubia, et dispendiosa diuturnitate vacationum litigia subsequuntur; nos, super his salubriter prouidere volentes, statuimus, vt nullus absens ad eligendum de cetero euocetur, sed per duodecim dierum spatium, ex quo vacatio ecclesiae nota publice fuerit, in eadem exspectentur absentes, vbilibet consistant, praesentibus extunc et etiam antea, si nulli absentes extiterint ad eligendum libere processuris. absentium autem, huiusmodi exspectatione pendente, absentibus facta, sit irrita ipso iure. Quae in praelaturis quibuslibet ac dignitatibus et personatibus, ad quas quis consueuit secundum formam generalem concilii per electionem assumi decernimus obseruanda, saluis tamen consuetudine, si qua de non exspectandis absentibus alicubi habeatur, consuetudinibus aliis, statutis et priuilegiis contra praemissa nullatenus valituris.*

CAP. IV.

Decretalis: Vt circa: *locum non habet, cum appellans ius suum vel ecclesiae directe prosequitur: sed cum in formam vel personas apponit crimina vel defectus: quorum circumstantias si non specificat, super illis non auditur, etiamsi iuret, illas didicisse de nouo. Nec etiam in eadem caussa super illis auditur alius, non appellans, et prosequens commune, non proprium interesse: potest tamen adsistere appellanti. Appellans, qui non seruat formam, etiamsi appellationi renuntiat, per viam querelae non prosequitur obiecta, nec etiam alia, nisi in casibus exceptis. Omissio formae licet appellantem a probatione repellat: non tamen infirmat probationem, super his legitime factam aduersarii confessione vel aliter.* Hoc dicit Ioann. Andr.

IDEM.

Constitutionem: *Vt circa* his editam in concilio Lugdunensi, locum decernimus non habere, quando, quae opponuntur, directe respiciunt ius ecclesiae, vel opponentis personae, sed tantum vbi per competitorem c vel oppositorem quemlibet appellantem, in formam aut personas defectus vel crimina opponuntur. Ceterum cum circa crimina vel defectus debitam circumstantiarum specificationem praedictus omittit appellans; non est postmodum in prosequutione negotii super his audiendus: etiamsi circumstantias huiusmodi, vel probationes earum per iuramentum adserat ad se peruenisse de nouo. Sane, si quis, cuius interest, ab electione, postulatione, vel prouisione duxerit appellandum, opponendo crimina vel defectus, forma dictae constitutionis omissa; eodem postmodum appellationem huiusmodi prosequente, alius superueniens, non appellans, contra appellatum in eadem caussa principaliter admitti non debet, pro interesse communi eosdem articulos prosequendo; licet appellanti possit adsistere, ne colludat: non tamen ei propter hoc prosequutionem proprii interesse denegamus. Insuper, si appellans ab electione, postulatione vel prouisione per viam querelae simplicis caussam agat, vel eam, appellato agente, defendat; repellitur ab obiectibus, in appellatione sua expressis et aliis, nisi constiterit, ipsum formam seruasse praedictam, praeterquam in casibus, in constitutione praemissa exceptis; etiamsi appellationem suam non prosequatur, nec exhibeat, at illa se adserat nolle vti; dum tamen de ipsa coram iudice fiat fides: quia per ipsam ius repellendi eumdem aduersario est quaesitum. Illius vero constitutionis formae omissio, licet appellantem ab obiectibus in formam electionis, vel personas eligentium, vel electi propositis vel proponendis, et earum facienda probatione repellat d:

probationem tamen, factam super his per aduersarii confessionem e, vel alias 30) legitime, non infirmat.

30) *Dictum, vel alias*, desiderantur in C. R.

CAP. V.

Sine speciali licentia papae nullus prouidere potest ecclesiae cathedrali, clero carenti et populo Christiano. Religiosus per praelatum licentiari non debet, vt tali prouisioni consentiat. Consentiens, etiamsi fuerit consecratus, priori praelato subiacet: nec in episcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promouetur. Quae contra fiunt, irrita decernit. Ioann. Andr.

IDEM.

In plerisque ecclesiis nedum, (quod dolentes referimus,) praesidio facultatum priuatis, sed et clero carentibus et populo Christiano, multos frequenter et religiosos praesertim, improuida superiorum prouisio ad pontificatus adsumit honorem: qui nec, (vt expediret,) prodesse, nec praeesse, (vt deceret,) valentes, instabilitate vagationis et mendicitatis opprobrio serenitatem pontificalis obnubilant dignitatis. Volentes igitur contra temeritatem tam facientium, quam vt frequentius recipientium prouisiones huiusmodi prouidere, de consilio fratrum nostrorum statuimus, vt nullus de cetero, quantacumque dignitate praepollens, (nisi speciali super hoc auctoritate sedis apostolicae fulciatur,) de pastore prouideat cathedrali ecclesiae, sibi qualitercumque subiectae, quae clero careat et 31) subditis Christianis: nullusque religiosus a suo vmquam, quod prouisioni tali consentiat, licentietur praelato. Quodsi licentiatus etiam huiusmodi prouisioni consenserit, et in episcopum se fecerit aut permiserit consecrari; in episcopali nullatenus recipiatur honore: sed in tantae ambitionis poenam sub religionis, aut 32) monasterii sui praelato semper sic degat humilis, iaceatque prostratus, quod nullus eidem in religione sua vel extra, ad gradum honoris vel administrationis cuiuslibet sit adscensus. Nos enim, quidquid contra praemissa vel aliquod praemissorum contigerit attentari, irritum esse decernimus et inane, contraria quacumque consuetudine non obstante. Sane, circa praefatas ecclesias praemissa sic specialiter prouidenda decernimus, quod circa prouisionem quarumlibet aliarum, facultatem superiorem 33) nec coarctare intendimus, nec vltra iuris communis limites ampliare.

31) *Aut*, C. a.

32) *A.*, C. impr.

33) *Facultatem superiorum*, C. a. et ed. Gonz. sed Pith. iterum habet: *superiorum.*

CAP. VI.

Capitulum: Quorumdam: *quoad discordiam et minoritatem numeri, intelligitur quoad voces factis, non secundum iuris fictionem.* H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Quod circa religiosorum electiones super discordia et minoritate numeri Bonifaciana constitutione cauetur, de discordia et numeri minoritate, quae in facto, non in fictione vel iuris effectu consistunt, debere intelligi declaramus.

CAP. VII.

Emolumentum ex iurisdictione, sigillo curiae, vel aliis pertinens ad praelatum cathedralis ecclesiae vel collegiatae, ea vacante, non obstante consuetudine, (deductis expensis,) reseruandum est successori: nisi tunc certae dignitati competat iurisdictio cum ipsius emolumenta. Ioann. Andr.

IDEM.

Statutum, super bonis, a praelatis cathedralium regularium et collegiatarum ecclesiarum dimissis, aut obuenientibus tempore vacationis earum, futuris successoribus fideliter reseruandis, editum, locum declaramus habere in omni emolumento, quod prouenit ex iurisdictione, et sigillo curiae ecclesiasticae vel saecularis, aut alias 34) vndecumque, quod ad praelatos, (ecclesiis non vacantibus,) pertineret, consuetudine qualibet contraria non obstante, ita tamen, quod in istis et similibus rationabiles deducantur expensae. Ceterum ad singulares personas, ad quas ratione 35) dignitatum, quas obtinent, iurisdictio cum eius emolumento deuoluitur, sede vacante, de consuetudine, priuilegio, vel iure alio speciali, nolumus praesentem constitutionem extendi.

34) *Alias*, a C. a. abest.

35) *Ratione*, C. a. et ed. Gonz.

CAP. VIII.

Concessio licentiae generalis, religioso de consentiendo electioni factae vel fiendae, non valet. Ioann. de Imol.

IDEM.

Cum concessa religioso a superiore suo licentia, vt electioni vel prouisioni, (si 36) quam de ipso contigerit fieri,) suum dare possit adsensum, ambitionis vitio viam paret: nullius eam existere volumus firmitatis.

36) *Si*, C. H. non habet.

---

a Not. idem esse scripturam legere, aut legendam exhibere. Vide l. item apud Labeon §. conuicium autem l. sex Cornelia §. si quis librum. b Hoc not. Card. quod lex aut capitulum allegandum est per suum principium. Font. c Nota differentiam inter competitorem et oppositorem. et quis sit competitor, dic, vt in gl. eiusdem. Oppositor autem est, quando electus est vnicus. vt lit. vend. c. 1. et a l. 6 Zabarell. d Not. hoc, confessionem, in iudicio nullo factam, valere. Idem dicit Innoc. c. fin. de testib. spol. Panorm. Font.

e In quacumque parte litis opponatur secundum Innoc. Sed Franc. dicit, hanc exceptionem dilatoriam et ideo, quia in illis spiritualibus non contestatur lis. Circa supr. opponenda, antequam procedatur ad illa, quae alias fiunt post litem contest. per gl. et quae ibi dixi. cap. 1. supr. eod. tit. l. 6. Font.

TITV-

TITVLVS IV.
DE RENVNTIATIONE.

CAP. VN.

Renuntiatio dignitatis vel beneficii, facta per procuratorem, ad hoc constitutum, tenet; licet prius procurator fuerit reuocatus, ipse tamen et superiori, cui fiebat cessio, ignorante, nisi per malitiam ipsorum vel aliorum reuocatio ipsis fuerit occultata. Ioann. Andreas.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1311.)*

Cum a illusio et variatio in personis ecclesiasticis maxime sint vitandae; praesenti constitutione sancimus 37), vt, si quis ad cedendum pontificali aut alii cuilibet dignitati *b*, vel beneficio procuratorem sponte ac libere constituerit, et ipsum ignorantem postmodum duxerit quomodolibet reuocandum, teneat cessio, facta per eum, antequam ad ipsius vel illius, (in cuius manibus cessio fuerat facienda,) notitiam reuocatio huiusmodi sit deducta: nisi forte per ipsius aut alios malitiose factum fuerit, quo minus ad eos vel eorum alterum ante cessionem potuerit reuocatio peruenisse.

37) *Sancimus*, C. R.

TITVLVS V.
DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRAELATORVM.

CAP. VN.

Si praelati regulares non conferant intra sex menses prioratus, administrationes, et ecclesias vacantes, quae non sunt de mensa, sed solent speciales, (licet obedientiarios,) rectores habere: dioecesani auctoritate sua vel apostolica, si sint exemti, conferunt illa personis, quibus per praelatos fuerant conferenda. Nec permittunt, illa applicari mensis praelatorum, vel pensionibus grauari. Declarantur etiam decret. libr. VI. de offic. ordin. Praesenti. *et de praebend.* Cum singula. *in talibus prioratibus et ecclesias locum habere.* Ioannes Andreas.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Quia regulares praelati prioratus, ecclesias, administrationes, aut quaeuis alia beneficia, ad eorum dispositionem spectantia, cum vacant, interdum committere negligunt vel conferre intra tempus, in Lateranen. *c* concilio constitutum: dioecesani locorum in non exemtis sua, in exemtis vero apostolica auctoritate negligentiam super hoc suppleant eorumdem, prioratus, ecclesias, administrationes, et beneficia huiusmodi, illa *d* videlicet, quae consueuerunt per seculares clericos gubernari, secularibus clericis, alia *e* vero, quae religiosis dumtaxat committi sunt solita vel conferri 38), religiosis monasteriorum, quorum praelati huiusmodi negligentes fuerint, conferendo. Eadem quoque auctoritate dioecesani suffulti nullo modo permittant, quod iidem praelati prioratus, ecclesias, administrationes, aut beneficia huiusmodi applicent mensis suis, pensionesue nouas eis imponant, aut veteres augeant, siue quod ipsis de nouo impositae 39), siue auctae 40) soluantur. Praemissa vero de prioratibus, ecclesiis, administrationibus, et beneficiis intelligimus, quae non sunt de mensa praelatorum ipsorum, sed speciales priores, administratores 41) seu rectores consueuerunt habere: licet priores seu administratores huiusmodi libere possint ad claustrum *f* (cum oportuerit,) reuocari. In quibus etiam constitutionem Bonifacii papae VIII. praedecessoris nostri, bona beneficiorum vacantium occupari a praelatis vel aliis prohibentem, ac nihilominus in prioratibus huiusmodi et ecclesiis illud Bonifacii eiusdem statutum, quod religiosum quemcumque pluribus praeesse prohibet prioratibus, aut ecclesiis, curam animarum habentibus, (etiamsi cura ipsa non per eum, sed per alium habeat exerceri,) locum ibi censuimus 42) vendicare: licet etiam eisdem prioratibus cura non immineat supra dicta.

38) *Vel confirmari*, C. H.
39) *Impositae sunt*, C. impr.
40) *Auctoritate*, ibid.
41) *Vel administratores*, C. R.
42) *Censemus*, C. H.

TITVLVS VI.
DE AETATE ET QVALITATE, ET ORDINE PRAEFICIENDORVM.

CAP. I.

Dioecesani seruare debent, et a suis subditis seruari facere iura, loquentia de qualitate personarum praeficiendarum ecclesiis. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1311.)*

Cum *g* ecclesiae, quibus praeficiuntur personae minus idoneae scientia, moribus vel aetate, grauia propter hoc, (vt docet experientia,) nonnumquam perferant in spiritualibus et temporalibus detrimenta 43): nos, volentes per locorum dioecesanos, quibus ratione officii hoc competit, praecipue super hoc diligentius praecaueri, eis districte iniungimus, vt ipsi statuta canonica 44) quae super praeficiandis personis in huiusmodi ecclesiis hactenus emanarunt, diligentius per se ipsos obseruent, et faciant a suis subditis inuiolabiliter obseruari, si diuinam offensam, et sedis apostolicae debitam vitare voluerint vltionem.

43) *In spiritualibus et temporibus recipiant detrimenta*, C. R. et H.
44) *Canonica*, a C. R. abest.

CAP. II.

In capitulo cathedralis ecclesiae vel collegiatae vocem non habet, qui non est subdiaconus. Habens beneficium, cui adnexus est ordo, post annum, nisi prius, (impedimento cessante,) promoueatur ad illum, in capitulo vocem non habet, donec fuerit ordinatus, et interim perdit distributionum dimidiam. Ioann. Andr.

IDEM.

Vt *h* ii, qui diuinis in cathedralibus vel collegiatis secularibus vel regularibus ecclesiis sunt mancipati officiis, vel mancipabuntur in posterum, ad suscipiendos sacros ordines propensius inducantur: statuimus, vt nullus de cetero in huiusmodi ecclesiis vocem in capitulo habeat, (etiamsi hoc sibi ab aliis libere concedatur,) nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus. Illi vero, qui dignitates, personatus, officia, vel praebendas, quibus certi ordines sunt adnexi, pacifice nunc obtinent in eisdem ecclesiis, vel obtinuerint in futurum, nisi, (iusto impedimento cessante,) ad huiusmodi ordines se promoueri fecerint intra annum, extunc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in capitulo habeant earumdem 45). Ipsisque distributionum, quae dantur his, qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahatur, non obstantibus quibuslibet consuetudinibus vel statutis, poenis aliis, quae contra tales, promoueri ad ordines recusantes, statuuntur in iure, nihilominus in suo robore permansuris.

45) *Earumdem*, C. H.

CAP. III.

In XVIII. anno ad subdiaconatum: in XX. ad diaconatum: in XXV. ad presbyteratum potest quis libere promoueri. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Generalem ecclesiae obseruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte praeferri, decernimus, vt, (alio non obstante impedimento 46) *h* canonico,) possit quis libere in decimo octauo ad subdiaconatus, in vigesimo ad diaconatus, et in vigesimo quinto aetatis suae anno, ad presbyteratus ordinem promoueri.

46) *Impedimento*, non est in C. R.

TITVLVS VII.
DE OFFICIO VICARII.

CAP. VN.

Iura, loquentia de ecclesiis curatis, locum habent, quoad tria, in vicariis perpetuis ecclesiarum parochialium. Ioannes Andreas.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Quae de ecclesiis, curam animarum habentibus, per receptionem aliarum similium amittendis, ac de ipsarum rectoribus promouendis ad sacerdotium, et de 47) eorum aetate a iure statuta noscuntur, in perpetuis *i* ecclesiarum parochialium vicariis et adsumtis ad eas, volumus obseruari.

47) *De*, desideratur in C. R. et impr.

TITVLVS VIII.
DE OFFICIO ET POTESTATE 48) IVDICIS 49) DELEGATI.

CAP. VN.

Iudex ad receptionem testium in ciuili, et exsequutor ad prouidendum certae personae, cognitiam praemissa, a papa deputati, licite subdelegant.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Iudices super receptione testium in caussa ciuili, nec non exsequutores ad prouidendum aliquibus, si per inquisitionem sollertem eos esse vitae laudabilis et conuersationis honestae repererint, a sede apostolica deputati, aliis possint 50) committere licite vices suas.

48) Dictiones *et potestate*, non sunt in C. R.
49) *Iudicis*, abest a C. impr.
50) *Possunt*, C. R.

---

a *Vide Fel. in c. ex parte decani. extr. de rescript.* b *Sub illa voce dictis cardinalibus per hanc text. non comprehendi episcopatum Fel. in rubr. de maior. et obed. in coll. 6. Fout.* c *Id est, conc. Later. sub Alex. III. c. 8.* d *Vide concil. Trid. sess. 14. de reform. c. 6.* e *Al. sed illa vero, etc.* f *Vide concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 12.*

g *Vide conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 13. et sess. 24. de reform. c. 1.* h *Dictio, impedimento, deest in antiquioribus exemplaribus.* i *De vicariis perpetuis vide multa per Felinum in cap. G. perpetuae. extr. de fid. instrum.*

TITVLVS IX.

DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.

CAP. I.

Episcopi ita debent corrigere clericorum excessus, quod metu pœnæ ipsi arceantur, et alii pertimescant. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.* (*ann.* 1311.)

Vt clericorum audacia, qui, prætextu priuilegii clericalis ordinis 51) a impunitatem excessuum obtinere sperantes, nonnulla multoties committunt enormia, per quæ nimirum detrahitur ecclesiæ, et scandala grauia in populo generantur, potissime cum talia per episcopos, ad quos horum spectat correctio, deferantur 52) vt plurimum incorrecta, propensius compescantur 53): eisdem episcopis districte iniungimus *b*, quatenus sic circa correctionem clericorum huiusmodi vigilanter intendant, et diligantur sui officii debitum 54) exsequantur, quod et iidem clerici metu pœnæ a suis arceantur insolentiis *c*, et alii, eorum exemplo perterriti, prosilire ad similia merito pertimescant.

51) *Ordinis*, non est in C. R. 53) *Compescatur*, C. R. et impr.
52) *Deferantur*, C. impr. 54) *Debita*, C. R.

CAP. II.

Valet collatio beneficii, facta a collatore quolibet citra legatum apostolicum, non facta mentione de beneficio, quod prius habebat is, cui fit. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Etsi ab apostolicæ sedis legato, de beneficio facta collatio beneficium aliud obtinenti, non valeat, nisi de illo, quod obtinet, facta fuerit mentio specialis: in aliis tamen quibuslibet, collationem beneficiorum habentibus, hoc nolumus obseruari.

TITVLVS X.

DE PROCVRATORIBVS.

CAP. I.

Qui sciens sine protestatione recepit instrumentum vel litteras suæ procurationis, quibus constituens pro ipso cauebat, super inclusis in procuratorio dominum defendere cogitur. Ioannes Andreas.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Instrumento 55) vel litteris, quibus te aliquis in caussis suis procuratorem constituens pro te debito modo cauit, simpliciter, (nulla facta 56) protestatione,) a te scienter receptis, non potes postea recusare defensionem illius; immo cogi poteris ipsum defendere in omnibus caussis et negotiis, ad quas prædicta instrumenta seu litteræ se extendunt: cum per hæc ad omnia tuum præstitisse videaris assensum.

55) *In instrumento*, C. R. 56) *Facta*, ibid. non legitur.

CAP. II.

Procurator, habens mandatum iurandi et omnia faciendi, quæ requirunt speciale mandatum, contra electum vel prouisum opponere non potest crimina vel defectus. Ioann. Andr.

IDEM.

Non potest procurator, ad agendum vel defendendum *d*, iurandumque de calumnia et veritate dicenda, et generaliter ad omnia alia, quæ speciale mandatum exigunt, constitutus, (nisi aliud super hoc in mandatis habeat,) opponere in personam electi, seu eius, cui est prouisio facienda vel facta, crimina *e* vel defectus: cum sub generalitate tali grauiora non veniant, vel maiora, quam in ipso procuratorio sint expressa.

CAP. III.

Religiosus etiam pro conreligioso, nisi pro consorte eiusdem litis, non potest procurator constitui sine licentia superioris, nec etiam alium constituere nec substituere: licet hoc habeat in mandatis. Ioann. Andr.

IDEM.

Religiosus procurator, etsi 57) per alium 58) religiosum sui vel alterius monasterii fuerit 59) constitutus, sicut non potest sine sui 60) superioris licentia procurationis *f* officium suscipere, nisi pro suo in eadem lite consorte; ita non potest alium procuratorem constituere seu substituere: etiamsi per constituentem hoc sibi expresse fuerit commissum.

57) *Etiam per alium religiosum sui vel alterius monasterii constitutus*, C. H.
58) *Alium*, in C. R. non habetur.
59) *Fuerit*, abest ab cod. C.
60) *Sui*, non est in C. H.

CAP. IV.

Per obitum rectoris ecclesiæ reuocatur procurator, ab eo pro ecclesia constitutus, etiam quoad negotia iam cœpta.

IDEM.

Procuratorem, a prælato, rectore, vel alio quolibet, pro ecclesia *g* sua vel beneficio constitutum, per mortem constituentis reuocari censemus, etiam quoad negotia iam incepta, et caussas, in quibus per ipsum lis fuerit ante mortem huiusmodi contestata.

TITVLVS XI.

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

CAP. VN.

Ecclesia, probans se læsam per lapsum temporis, ad illud tempus tantum restituitur, et intra quadriennium a tempore læsionis.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Ab ecclesiis *h* aduersus lapsum temporis, in quo se læsam adfirmat, in integrum restitutio peti potest; at caussa restitutionis huiusmodi finiri debet intra quadriennium continuum a tempore læsionis: etiamsi minus quadriennio tempus læsionis exsistat. Sed non fiet 61) restitutio, nisi ad tantum tempus, quantum se læsam fore probabit.

61) *Fiat*, C. impr. et ed. Pith.

a *Dicto*, ordinis, *deest in antiquiorib. exemplaribus.* b *Si negligant: puniant mortaliter.* q. *distin.* c. *denique. Aufer Fontaum.* c *Ob istam caussam puniuntur vel in ipso loco delicti. Salic. in auth. si vero. C. de adulter. Fons.* d *Idem et multo magis, si ad alteram tantum: cum tunc procuratoris minor esset potestas.*

e *Crimina intellige magna vel parua: dum tamen talia sint, quæ probata repellerent electum a beneficio, de quo agatur, iuxta cap.* 1. *de elect. libr.* 6. *et Clem. constit. sup. de elect. Bonifacius.* f *Al.* procuratoria. g *Vide cap. si tibi absenti. de præbend. libr.* 6. h *De intellectu huius Clementinæ Matthæus de Afflictis decis.* 17.

FINIS LIBRI PRIMI.

CLEMENTINARVM LIBER SECVNDVS.

TITVLVS PRIMVS.

DE IVDICIIS.

CAP. I.

Constitutio Bonifacii, quæ habet, quod citationes, etiam extra dies sollemnes publice factæ, de mandato papæ, in audientia litterarum apostolicarum, vel papali palatio, adfixo ianuis maioris ecclesiæ loci, in quo papa cum curia sua degit, arctent citatum, ac si ad eum personaliter deuenissent, restringitur ad eos, qui impediunt, ne ad eos possit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute non potest adiri. Ioannes Andreas.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.* (*ann.* 1311.)

Dudum a Bonifacio papa VIII. prædecessor noster, constituit, vt citationes, auctoritate apostolica de personis quibuscumque, ac etiam vndecumque ad instar edictorum, in albo prætoris propositorum, etiam extra dies sollemnes, in quibus Romani pontifices processus consueuerunt 62) facere generales, ipso papa specialiter et 63) ex certa scientia id mandante factæ, in apostolicarum audientia publica litterarum, vel in papali palatio, publice postmodum maioris ecclesiæ loci, in quo Romanus pontifex cum sua curia residebit, ianuis adfigendæ, sic valeant atque arctent citatos post lapsum terminum *b*, quem, (considerata distantia locorum,) citationibus ipsis apponi conuenit competentem, ac si ad eos personaliter deuenissent. Quia vero statutum ipsum, rationabiliter editum, propter malitiam temporis, tunc instantis, nonnullis nimis rigorosum videtur; nos, rigorem ipsum mansuetudine temperantes, idem statutum, et præfatum modum citandi restringimus ad illos tantum, et in illis locum volumus sibi vindicare, qui faciunt, impediunt, vel procurant per se vel per alios quoquo modo, ne ad eos possit citatio

62) *Romanus pontifex consueuerat*, C. R.
63) *Et*, C. H. non habet.

a *Modus citandi per edictum in forma huius Clement. locum habet in solo papa, vt not. hic Zabarella, cum videto.*

b *Al.* termini.

perue-

peruenire, vel quorum domicilia siue loca non possunt tute libereue adiri. Porro ei, quod circa citationes absentium, tam diebus sollemnibus, quam aliis, ecclesia *a* Romana diuersis ex caussis interdum facere consueuit, per praesentem constitutionem seu moderationem in nullo volumus derogari.

CAP. II.

In caussis, etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, et usurarum, et ipsas tangentibus, procedi potest simpliciter et de plano, absque iudiciorum strepitu et figura. Ioannes Andreas.

IOAN.

Dispendiosam prorogationem litium, (quam interdum ex subtili ordinis iudiciarii obseruatione 64) caussarum docet experientia prouenire,) restringere in subscriptis casibus cupientes, statuimus, vt in caussis super electionibus, postulationibus, vel prouisionibus, aut super dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, vel praebendis, seu quibuslibet beneficiis ecclesiasticis, aut super decimis, ad quarum etiam praestationem 65) possunt, qui tenentur ad eas, praemoniti censura ecclesiastica coerceri, nec non super matrimoniis vel 66) vsuris, et eas quoquo modo tangentibus, ventilandis, procedi valeat de cetero simpliciter et de plano, ac sine strepitu iudicii et figura, volentes non solum ad futura negotia, sed ad praesentia, et adhuc etiam per appellationem pendentia hoc extendi.

64) *Consuetudine*, C. a. *obseruantia*, H.
65) *Praesentationem*, C. B.
66) *Vel*, abest a C. B.

TITVLVS II.
DE FORO COMPETENTI.

CAP. VN.

Concedit concilium certo casu episcopis, expulsis a suis sedibus, quod in locis aliarum diocesium seruata forma, quam limitat, possint procedere contra expulsores, consiliarios, et fautores, et inter subditos ius dicere. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Quamuis sacris canonibus sit generaliter interdictum, ne quis episcopus iurisdictionem in dioecesi exerceat aliena: nos tamen episcopis, qui, a suis sedibus proteruia impiorum expulsi, non audent propter metum persequentium in suis ciuitatibus vel dioecesibus, aut earum parte aliqua residere, nec iurisdictionem, ad se spectantem, per se vel per alium inibi exercere, ne iniuria, in eorum expulsione ipsorum irrogata ecclesiis, hoc praetextu remaneat impunita, duximus indulgendum, vt in dioecesibus alienis, in ciuitatibus videlicet, vel locis insignibus suis ecclesiis vicinioribus, in quibus poterunt secure morari, et iurisdictionem suam libere exercere possint contra suos expulsores, et eorum in hac parte consiliarios et fautores, (dummodo ciuitates, vel loca huiusmodi 67) eisdem expulsoribus, consiliariis, et fautoribus sint sequuta, et ipsi personaliter vel ad domum, si hoc tute fieri valeat, alioquin publice in ecclesia cathedrali loci vel domicilii eorumdem citati fuerint,) libere procedere, prout iustitia suadebit.

Si vero dicti episcopi ausi non fuerint huiusmodi suos expulsores, vel eorum consiliarios aut fautores dicto modo citare, vel ipsi malitiose impedimentum praestiterint, ne potuerint sic citari: licitum sit eisdem episcopis, vt expulsores, consiliarios, et fautores eosdem diebus aliquibus dominicis vel festiuis, cum populus conuenerit ad diuina, vt sic facta citatio ad eos peruenire verisimilius *b* praesumatur, citent vel citari faciant publice in ecclesiis ciuitatum vel locorum insignium praedictorum, et procedere deinde contra ipsos, si 68) citati taliter statuto ipsis peremtorio termino competenti coram eisdem episcopis noluerint comparere, ac si citati legitime eliis extitissent.

Eisdem etiam episcopis indulgemus, vt inter suos subditos, (ne ob defectum iustitiae dispendium aliquod patiantur,) possint in dioecesibus alienis, in quibus moram traxerint, (dummodo per se vel per alium hoc in suis propriis dioecesibus facere non audeant, vel non possint,) iurisdictionem suam omnimodam exercere, ita tamen, quod subditi, qui expulsores, vel eorum fautores, aut consiliarii non fuerint, vltra duas diaetas a fine suae dioecesis non trahantur. Volumus insuper, vt ante omnia a dioecesanis locorum, in quibus moram traxerint, petant licentiam in praemissis: quam si obtinere nequiuerint *c*, procedant nihilominus, prout superius est expressum. Sane, si praedicti episcopi adseruerint, se non fuisse ausos praefatos expulsores, consiliarios vel fautores, personaliter, vel ad domum, aut publice, (vt praemittitur,) in eorum ecclesia cathedrali citare, vel ipsos malitiose praestitisse impedimentum, ne per eos potuerint sic citari, aut quod in suis dioecesibus iurisdictionem per se vel per alium contra ipsos exercere nequeunt, vel non audent: stari super his volumus adsertionibus eorumdem, ipsis districtius iniungentes, sub interminatione diuini iudicii, ne circa praemissa contra conscientiam quidquam mendaciter aut dolose adserant vel confingant. Eorumdem autem episcoporum sententias et processus, quos in praemissis casibus in aliis 69) dioecesibus duxerint faciendos, denuntient, seu denuntiari faciant per suas dioeceses conuicini episcopi, cum ab eis fuerint requisiti. Per praemissa quoque nullum 70) ex transcursu temporis quanticumque, 71), vel aliis quoquo modo locorum dioecesanis, vel aliis quibuscumque, iurisdictionem habentibus in locis praemissis, in quibus praedicti episcopi, sic expulsi, iurisdictionem, (vt praedicitur 72 *d*,) exercebunt, praeiudicium generatur.

67) *Huiusmodi*, non est in C. B.
68) *Ac si*, ibid.
69) *Alterius*, ibid.
70) *Nullum*, ibid. non legitur.
71) *Quantumcumque*, ibid.
72) *Praedicitur*, ibid.

TITVLVS III.
DE CAVSSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

CAP. VN.

In caussa beneficiali, delata etiam per appellationem ad curiam, vtraque pars potest petitorium et possessorium intentare. Et ante caussae conclusionem potest spoliatus, suspenso petitorio suo, vel aduersarii, possessorium prosequi. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Caussa *e* beneficiali per appellationem ad sedem apostolicam legitime deuoluta, tam appellanti, quam appellato licere decernimus, nedum petitorium, sed et possessorium intentare, et in spoliantis odium ante caussae conclusionem suspendere petitorium, a se vel ab aduersario intentatum, in solo possessorio procedendo.

TITVLVS IV.
DE DOLO ET CONTVMACIA.

CAP. VN.

Appellans ante definitiuam, etiam a definitiua, lata eo absente, citato vel non, appellare potest; nisi prima appellatio fuerit friuola manifeste: quo casu non appellat, tamquam manifestus contumax. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1311.)*

Si ante *f* definitiuam sententiam a iudice quis appellando recedat, et iudex, suae appellationi non deferens, eo 73) citato, vel etiam non citato, vlterius in caussa procedens, contra ipsum etiam 74) absentem sententiam definitiuam promulget; poterit idem appellans a dicta sententia intra tempus debitum appellare: nisi eius prima appellatio esset friuola manifeste.

73) *Eo*, abest a C. impr.
74) *Etiam*, non est in C. B.

TITVLVS V.
VT, LITE PENDENTE, NIL INNOVETVR.

CAP. I.

Si duo, litigantes super beneficio, moriuntur, siue vterque in curia, vel solus possidens, vel, neutro possidente, alter tantum, altero alibi moriente: ad papam, et in conuersis casibus ad ordinarium spectat collatio, si ad alterum beneficium pertinebat. Si autem alter tantum moritur, si superstes, vel alius, cuius interest, litem prosequitur: ex futuro euentu apparebit, ad quem collatio spectat. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Si, duobus, in Romana curia super beneficio sibi collato litigantibus, in eadem curia mori contingat vtrumque; collationem huiusmodi beneficii ad Romanum pontificem, si vero extra dictam curiam, ad ordinarium decernimus pertinere: nisi forsan alius ob eis in dicto beneficio ius haberet. Quodsi vnum in dicta curia, alterum vero extra mori contingat, si moriens in curia beneficium possidebat: ad Romanum pontificem, si vero alius, ad ordinarium pertineat collatio supra dicta. Neutro autem 75) ipsorum beneficium possidente, erit Romanus pontifex, propter auctoritatis praerogatiuam in collatione huiusmodi praeferendus. Si vero, alter tantummodo, siue possessor, siue petitor, decedat, si superstes, vel alius, cuius interest, caussam nihilominus prosequatur 76), (cum interim beneficium de iure conferri non possit:) ad quem collatio eius pertineat, futurus declarabit euentus. Nam si ad defunctum pertinuisse beneficium fuerit declaratum: pertinebit ad papam, si ille in curia, vel ad ordinarium, si

75) *Tamen*, C. B.
76) *Prosequitur*, C. impr.

a *In quodam manuscripto ita:* ecclesia Rom. diuersis ex caussis processus interdum, *etc.* *b* *Al.* verisimiliter. *c* *Al.* nequiuerint.

d *Al.* praemittitur. *e* *Vide Paul. de Castro consil.* 277. *lib.* 1. *et de* [illegible] *Couarruuiam lib.* 1. *var. resol. c.* 18. *num.* 12. *f* *Nota, quod appellari potest ante definitiuam; quod est verum indistincte de iure canonico: dum tamen appelletur ex caussa rationabili cap. vt debitus, extr. de appell. sed de iure ciuili non appellatur, nisi in certis casib. Zabarella.*

extra

extra curiam ſit defunctus. Quodſi ad neutrum illud ſpectaſſe conſtiterit; ad ordinarium collatio pertinebit, ſalua tamen in præmiſſis omnibus Rom. pontificis poteſtate: ad quem eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum plena et libera diſpoſitio, ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere.

CAP. II.

Lis dicitur pendere quoad hoc, vt nihil debeat innouari, cum citatio legitime peruenit ad partem, vel per eam ſtetit, quo minus perueniret, cum tali expreſſione, quod potuit inſtrui ſuper qua conuenitur. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum, lite pendente, nihil debeat innouari; litem quoad hoc pendere cenſemus, poſtquam a iudice competenti in ea citatio emanauit, et ad partem citatam peruenit, vel per eam factum fuit 77), quo minus ad eius notitiam perueniret: dum tamen in citatione prædicta talia ſint expreſſa, per quæ plene poſſit inſtrui, ſuper quibus in iudicio conuenitur.

77) *Fuerit*, C. R.

TITVLVS VI. DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM 78) ET FRVCTVVM.

CAP. VN.

Si ſuper beneficio contra ipſius poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit, in petitorio vel poſſeſſorio vna definitiua fertur in curia; etiamſi nulla fuerit dicatur, ipſius beneficii ſequeſtratio per loci ordinarium fieri debet: quam impedientes, vel ſequeſtratos fructus occupantes, excommunicatus eſt. Et ſi eſt de litigantibus: cadit a iure ſuo, et reſpicit pendentia. Ioann. Andr.

IDEM. a

Ad compeſcendas litigantium malitias, definimus, vt, vna contra poſſeſſorem definitiua ſententia, ſuper beneficio apud ſedem apoſtolicam, dumtaxat in petitorio vel poſſeſſorio promulgata, beneficium ipſum, etiamſi dignitas, vel perſonatus exiſtat, et curam habeat animarum, a poſſeſſore huiuſmodi, (dum *b* tamen triennio pacifice antea ab eo poſſeſſum non fuerit,) per loci ordinarium, apud aliquam perſonam idoneam ſequeſtretur, quæ, plenam de ipſo et debitam curam gerens, id, quod de fructibus ipſius, (debitis eiuſdem ſupportatis oneribus,) ſupereſſe contigerit 79), illi reſtituat, qui finalem in cauſſa victoriam obtinebit. Si quis autem ſequeſtrationem huiuſmodi impedire, vel fructus ſequeſtratos quoquo modo præſumſerit occupare; excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto: a quo, (niſi impedimento prius amoto, et occupatis per eum fructibus reſtitutis,) nullatenus abſoluatur. Et nihilominus, ſi de litigantibus fuerit, a iure, (ſi quod in huiuſmodi beneficio, vel ad ipſum forſitan competebat eidem,) hoc ipſo ſe nouerit cecidiſſe, præmiſſis nedum circa futura, ſed etiam circa per appellationem pendentia negotia obſeruandis, non obſtante, ſi contra præfatam ſententiam de nullitate forſan opponatur.

78) *Poſſeſſionis*, C. impr.
79) *Conſtiterit*, C. R.

TITVLVS VII. DE PROBATIONIBVS.

CAP. VN.

Verba litterarum apoſtolicarum, quibus papa proprium factum narrat, plene probant, ſi ſuper illis gratia vel intentio papæ fundatur. Ioann. Andr.

CLEMENS V. in concilio Viennenſi. (ann. 1311.)

Litteris noſtris, quibus nos dignitates quaslibet ſeu beneficia collationi noſtræ vel ſedi apoſtolicæ reſeruaſſe, aut reſignationem beneficii alicuius recepiſſe, vel recipiendi poteſtatem alii commiſiſſe, vel aliquem excommunicaſſe 80), ſeu ſuſpendiſſe, ſeu aliquem capellanum noſtrum vel familiarem fuiſſe, vel alia ſimilia, ſuper quibus gratia, vel intentio noſtra fundatur, feciſſe narramus, cenſemus ſuper ſic 81) narratis fidem plenariam adhibendam, volentes ad præterita et pendentia, (etiam per appellationem,) negotia hoc extendi.

80) *Nos excommunicaſſe*, C. R. et H.
81) *Super hic*, C. impr.

TITVLVS VIII. DE TESTIBVS.

CAP. I.

Per teſtes Chriſtianos conuinci poſſunt Iudæi et Sarraceni, non obſtantibus contrariis priuilegiis regum et principum: quibus ſi vtantur, ſubtrahitur illis Chriſtianorum commercium. Ioann. Andreas.

CLEMENS V. in concilio Viennenſi.

Cum Iudæi quidam et Sarraceni, (ſicut accepimus,) quod ſuper ciuilibus aut criminalibus contineri per Chriſtianos non poſſint, ſe priuilegiis regum et principum tueantur; (quia id nedum iuri contrarium, ſed et Chriſtianæ religioni opprobrioſum eſt quamplurimum 82) et aduerſum:) reges eoſdem et principes *c* in Domino exhortamur, ne concedant 83) huiuſmodi de cetero priuilegia, vel 84) ſeruent aut ſeruare permittant, etiam iam conceſſa. Quodſi Iudæi, aut Sarraceni priuilegiis talibus vti præſumſerint: Chriſtianorum communio eis ſubtrahatur, ſic, quod Chriſtiani ab eorum abſtinere communione cenſura eccleſiaſtica, (ſi opus fuerit,) compellantur.

82) *Plurimum*, C. R.
83) *Concedant*, ibid. haud legitur.
84) *Vel*, ibid. non habetur.

CAP. II.

Publicatis atteſtationibus, teſtes produci non poſſunt, (etiam in cauſſa appellationis,) ſuper eiſdem articulis vel directe contrariis. Ioann. Andr.

IDEM.

Teſtibus rite *d* receptis, et eorum atteſtationibus publicatis, ſicut non licet ſuper eiſdem vel directo 85) contrariis articulis alios, vel eoſdem teſtes in principali cauſſa producere, ſic non debet in appellationis cauſſa licere: cum non minus in appellationibus, quam in principali cauſſa ſubornatio ſit timenda.

85) *Directe*, C. R.

TITVLVS IX. DE IVREIVRANDO.

CAP. VN.

Iuramenta, quæ Romanæ eccleſiæ præſtant Romani principes, fidelitatis exiſtunt. Ioann. Andr.

CLEMENS V. in concilio Viennenſi.

Romani principes 86) *e*, orthodoxæ fidei profeſſores, ſacroſanctam Roman. eccleſiam, cuius caput eſt Chriſtus redemtor noſter, ac Romanum pontificem eiuſdem redemtoris vicarium, feruore fidei, et claræ deuotionis promtitudine venerantes, eidem Romano pontifici, a quo approbationem perſonæ, ad imperialis celſitudinis apicem aſſumendæ, nec non vnctionem, conſecrationem, et imperii coronam accipiunt, ſua ſubmittere capita non reputarunt indignum, ſeque illi, et eidem eccleſiæ, quæ a Græcis imperium tranſtulit in Germanos, et a qua ad certos eorum principes ius et poteſtas eligendi regem, in imperatorem poſtmodum promouendum, peruenit, adſtringere vinculo iuramenti, prout tam mos obſeruationis antiquæ, temporibus nouiſſimis renouatæ, quam 87) forma iuramenti huiuſmodi ſacris inſerta canonibus manifeſtant. Dudum ſane inter quondam Henricum imperatorem, tunc Romanorum regem, et cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Robertum, Siciliæ regem, graui diſcordia ſuſcitata, nos multis grandibuſque periculis, quæ exinde prouentura veriſimiliter timebantur 88), intendentes celeri et opportuno 89) remedio obuiare, quibuſdam ex fratribus noſtris ſanctæ Rom. eccl. cardinalibus, exſiſtentibus tunc in vrbe pro reformanda pace, et ſolidanda concordia inter reges eoſdem, litteras noſtras ſub certa forma duximus deſtinandas, inter alia inſerentes in eis, quod, cum ipſi reges eiuſdem eccleſiæ ſpecialiſſimi filii, ſibi iuramento fidelitatis, et alias multipliciter eſſent adſtricti, ipſius eccleſiæ deberent eſſe promtiſſimi defenſores. Dictis autem litteris in notitiam dicti Henrici, ad imperium iam promoti, ſic 90) deductis, idem Henricus, ab eiſdem cardinalibus requiſitus, vt ſuper contentis in illis ſuum propoſitum reſponderet, quaſi moleſte tuliſſet, quod de iuramento fidelitatis huiuſmodi, per eum præſtito, in dictis litteris mentio haberetur 91), non familiariter, nec ſecrete, vt tractandæ pacis qualitas exigebat, ſed multis tabellionibus accerſitis et requiſitis ab eo, quod de reſponſionibus ſuis conficerent publica inſtrumenta, inter cetera publice, (præſente multitudine hominum copioſa,) reſpondit *f*, ſe non fore cuiquam ad iuramentum fidelitatis adſtrictum, et quod numquam fecerit 92) iuramentum, propter quod foret ad iuramentum fidelitatis alicui 93) obligatus, et quod ipſe neſciebat, quod anteceſſores ſui, Romani 94) imperatores, vmquam 95) iuramentum huiuſmodi præſtitiſſent, ſimulans ſe immemorem iuramentorum, quæ nobis ante coro-

86) *Romano pontifici*, C. H.
87) *Qua*, C. R.
88) *Dubitabantur*, ibid.
89) *Et optimo*, C. impr.
90) *Sic*, in C. R. et H. non habetur.
91) *Habeatur*, C. R. *habebatur*, H.
92) *Fecerat*, C. R.
93) *Alicui*, abeſt a C. impr.
94) *Romanorum* C. H.
95) *Numquam*, C. R.

a In vno manuſcr. ita habetur. b Vide c. commiſſa, de elect. in 6. not. Bart. et moderni in l. Celſus, ff. de vſucap. Font.

c Qui debent Iudæos punire, vide l. ſi quis in hoc genus, C. de epiſc. et cler. et gl. in cap. Iudæi 2. de Iudæis Font. d Vide l. 1. §. antne autem, ff. de edil. edict. et l. apud eum §. imperator, ff. de manumiſſ. e Al. imperatores. f Vide Bart. in leg. ſciendum, ff. de verbor. oblig.

nationem

nationem suam præstiterat, et post coronationem etiam 96) innouarat. Nos itaque, attendentes, quod huiusmodi responsio, si sub dissimulatione pertranseat, vel silentio pallietur, posset in magnum et euidens præiudicium Rom. ecclesiæ redundare, dignum admodum et opportunum fore perspeximus 97), vt de iuramentis huiusmodi constitutioni præsenti aliqua breuiter adnectamus. Dictus namque H. 98) quam primum fuit in regem Romanorum electus, sollemnes a ad nos nuntios destinauit, dans eis per suas patentes litteras plenum et speciale mandatum, exponendi nobis pro eo deuotionem ipsius et reuerentiam filialem, quam ad nos et Rom. eccles. sincero gerere se dicebat adfectu, nec non petendi 99) et impetrandi a nobis fauorem et gratiam consuetos, offerendi quoque nobis et præstandi pro eo, et in ipsius animam debitæ nobis et eidem ecclesiæ fidelitatis, et cuiuslibet alterius generis iuramentum, ac nihilominus petendi a nobis per nostras sibi manus impendi vnctionem, consecrationem, et Romani imperii diadema. Præfatis itaque nuntiis in nostra et fratrum nostrorum præsentia constitutis, ac secundum dicti tenorem mandati Auenione, vbi tunc eramus cum nostra curia residentes, in publico consistorio, in quo erat prælatorum, et aliorum tam clericorum, quam laicorum non modica multitudo, præmissis per eos 100) coram nobis expositis supplicando petitis humiliter, et oblatis, nos, eodem mandato et decreto electionis eiusdem H. ex parte principum tam ecclesiasticorum, quam sæcularium, qui eumdem elegerant, nobis per dictos nuntios 1) præsentatis, plena cum eisdem fratribus deliberatione discussis, factaque nobis de electione huiusmodi concordi et legitima plena fide, examinata quoque persona ipsius H. prout absentia patiebatur eiusdem, et de ipsius fide, probitate, et aliis, quæ in persona imperatoris sunt merito requirenda, cum pluribus prælatis, et aliis magnæ auctoritatis viris, qui eiusdem H. mores, conditionem, et statum plenius nouerant, inquisito, eiusque 2) persona, cuius etiam nos et fratres nostri aliqualem prius 3) notitiam habebamus, propter quod facilius transiuimus in examinatione huiusmodi, idonea reputata, ipsum nominauimus, denuntiauimus et declarauimus regem Romanorum, ipsius approbantes personam, eumque sufficientem et habilem declarantes, ad suscipiendam imperialis celsitudinis dignitatem, ac decernentes vnctionem, consecrationem, imperiique Romani coronam, sibi per manus nostras debere concedi: et consequenter 4) a præfatis nuntiis, sufficiens ad hoc ab eo, (vt præmittitur,) mandatum habentibus, secundum formam, in decretis, quæ incipit: *Tibi Domino*: comprehensam, fidelitatis recepimus iuramentum. Postquam idem H. consecrationis et coronationis suæ tempore aliud eisdem cardinalibus, quos ad impendendum sibi huiusmodi consecrationis et coronationis insignia miseramus ad vrbem, illud nostro nomine recipientibus iuramentum præstitit corporale, quod in libro pontificali Rom. præstandum pontifici 5) per imperatorem coronationis suæ tempore continetur, cuius tenor dignoscitur esse talis: *Ego H. Romanorum rex, adnuente Domino, futurus imperator, promitto, spondeo et polliceor, atque iuro coram Deo, et beato Petro, me de cetero protectorem, procuratorem 6)* b *et defensorem fore summi pontificis*, et *huius sanctæ Romanæ ecclesiæ, in omnibus necessitatibus et vtilitatibus suis, custodiendo et conseruando possessiones, honores, et iura eius, quantum diuino suffultus adiutorio fuero, secundum scire et posse meum, recta et pura fide: sic me Deus adiuuet, et hæc sancta 7) Dei euangelia!* Ceterum, quin iuramenta huiusmodi fidelitatis exsistant, a retro Romanis principibus non fuit hactenus hæsitatum: immo tam quondam Albertus rex Romanorum, immediatus prædecessor memorati Henrici, Bonifacio Papæ VIII. prædecessori nostro, tempore approbationis eiusdem Alberti, quam Rudolphus, pater ipsius, et alii prædecessores eiusdem, Romanorum reges 8) diuersis nostris prædecessoribus iuramentum fidelitatis et obedientiæ præstiterunt. Idemque Bonifacius memoratum A. iuramento huiusmodi ab eo recepto, de fratrum suorum consilio, (præsente prælatorum et aliorum multitudine copiosa,) auctoritate apostolica recepit in specialem suum filium 9) et ecclesiæ memoratæ, ipsumque in regem Romanorum adsumsit, in imperatorem postmodum promouendum. Verum quia sæpe fatus H. qui in 10) proximis diebus fuit de hac luce subtractus, non virtutem et mentem, sed nudum verborum insectans 11) corticem, sensumque confundens, iuramenta restringendo prædicta, curiose videbatur adserere, (vt præfertur,) illa ad debitum fidelitatis huiusmodi non extendi: nouo modo 12) curiositatis huius luculentæ veritatis antidotum ipsius 13) declarationis oraculo prouidimus apponendum. Quia 14) ergo capitulis, iuramento fidelitatis contentis, sollicita meditatione pensatis, ipsa capitula in præfatis imperatoris iuramentis, quantum ad effectum, mentem, et virtutem ipsorum, non est dubium contineri: nos, præmissis et aliis rationibus, ne quis, in Romanum adsumtus principem, vel in posterum adsumendus, an iuramenta huiusmodi, per dictum H. imperatorem præstita, et per successores ipsius in futurum præstanda, fidelitatis exsistant 15), in dubitationem deducere audeat, vel super his contrarium adstruere veritati, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio declaramus, illa iuramenta prædicta 16) c fidelitatis exsistere, et censeri debere. Porro præter iuramenta prædicta, idem Henricus, suorum inhærens prædecessorum vestigiis, priusquam ingrederetur Italiam, vel ibidem iura aliqua exerceret, sub testimonio suarum patentium litterarum in omnibus dilecti filii, Ioannis de Mollianis d, scholastici 17) ecclesiæ Tullensis, capellani nostri, ad hoc specialiter per nos missi, nostro et præfatæ ecclesiæ nomine recipientis promisit, et, tactis sacrosanctis euangeliis, iuramento firmauit, quod eamdem ecclesiam et fidem catholicam pura fide totisque viribus conseruaret reuerenter, et etiam defensaret, omnemque hæresim, schisma et hæreticos quoslibet, fautores, receptatores, et defensores ipsorum exterminaret pro posse: ac numquam cum Sarraceno, pagano, schismatico, seu alio quolibet, communionem e catholicæ fidei non habente, aut 18) cum aliquo alio præfatæ ecclesiæ inimico, vel rebelli, seu eidem manifeste suspecto, vnionem quamlibet seu parentelam aut confœderationem iniret, sed tam nostram, quam successorum 19) nostrorum personas, honorem et statum manuteneret, defenderet et conseruaret contra omnes homines, cuiuscumque exsisterent præeminentiæ, dignitatis vel status. Eidem etiam 20) f adiiciens iuramento, quod manuteneret semper atque seruaret priuilegia omnia, per prædecessores suos, reges ac imperatores Romanos, præfatæ 21) Romanæ, et aliis quibuslibet ecclesiis quocumque concessa tempora, et continentiæ cuiuscumque. Ipsaque omnia, et specialiter ac præcipue per claræ memoriæ Constantinum, Carolum, Henricum, Ottonem quartum, Fridericum secundum, atque Rodulphum, prædecessores ipsius, super concessione, recognitione, aduocatione 22), adnotatione 23), quitatione, et libera dimissione terrarum et prouinciarum Romanæ ecclesiæ, vbilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit, sedi apostolicæ Romanisque pontificibus super g quocumque tenore concessa recognouit, confirmauit, et ex certa scientia innouauit, ac etiam de nouo concessit. Et terras ipsas atque prouincias recognouit ad ius et proprietatem ipsius ecclesiæ plenissime pertinere: easque nihilominus ex abundanti de nouo ecclesiæ sæpe fatæ donauit, sub prædicto 24) se obligans iuramento, quod ipsas, aliquamue ipsarum partem nullo vmquam tempore occuparet, seu, (quantum in eo esset,) ab alio permitteret occupari. Nec in eis, aut aliqua parte ipsarum iura aliqua, possessiones, aut tenutas haberet, seu quomodolibet possideret, nec in eis etiam potestariæ seu cuiusuis 25) capitaniæ, aut iurisdictionem 25*) quamcumque per se, vel per alium exerceret, quodque, (vt princeps catholicus et sæpe dictæ ecclesiæ aduocatus atque defensor,) ipsam iuuaret, et consiliis, et auxiliis illi adsisteret opportunis, contra quoscumque inobedientes et rebelles eidem 26), et præcipue contra occupantes seu turbantes terras prædictas seu prouincias, vel partem quamlibet earumdem. Sub eodem etiam iuramento promisit, quod tam ipsam Romanam ecclesiam, quam alias ecclesias, libertatem ecclesiasticam, bona, iura, prælatos, et ministros ecclesiarum ipsarum manuteneret, conseruaret, atque defenderet 27) suo posse 27*). Et quod ecclesiæ Romanæ vasallos contra iustitiam nullatenus offensurus, deuotos ac fideles ecclesiæ, etiam in imperio constitutos, benigne tractaret, nec eos opprimeret contra iustitiam, aut, (quantum in eo esset,) per alium opprimi sustineret, sed in suis potius 28) iuribus et iustitiis

96) *Coronationem suam*, C. B.
97) *Prospeximus*, C. B. impr. ed. Gonz. et Pith.
98) *Henricus*, C. B. et edit. Gonz. per totum.
99) *Competendi*, C. B.
100) Diction. *per eos*, ibid. non legitur.
1) *Nuntios*, non est in C. impr.
2) *Inquisito de eius*, C. B. *inquisito de eius*, impr.
3) *Prius*, non est in C. B.
4) *Subsequenter*, C. O. ed. Pith. et Gonz.
5) *Pontifici*, in C. B. non legitur.
6) *Procuratorem*, desideratur ibid.
7) *Sancta*, ibid. non habetur.
8) *Romani reges*, ibid.
9) *Titulum*, C. impr.
10) *In*, non est in C. B.
11) *Inspectans*, ibid.

12) *Morbo*, C. B. et ed. Gonz.
13) *Præsentis*, C. B. impr. et Gonz.
14) *Quod*, C. impr.
15) *Infidelitatis exigunt*, C. B. sed inconcinne.
16) *Prædicta*, ibid. non habetur.
17) *Scholastica*, C. impr.
18) *Aut*, abest ab eod. C.
19) *Prædecessorum*, ibid.
20) *Etiam*, C. H. non habet.
21) *Ecclesia*, C. B. *ecclesia præfata Romana*, H.
22) *Auocatione*, C. H.
23) *Adnotatione*, C. B. non habet.
24) *Supra dicto*, ibid.
25) *Cuiusuis officium*, ibid.
25*) *Officium aut iurisdictionem*, C. H.
26) *Ecclesia*, C. B.
27) *Et seruaret ac defenderet*, C. H.
27*) *Pro posse*, ed. Pith.
28) *In suis propriis*, ibid.

a *Vide c. ad apostolicæ de re iudic. lib. 6. C. 2. qu. 1. c. illorum. et 93. distinct. c. nobilissimus. Font.* b *Dictio, procuratorem, deest in antiquioribus cod.* c *Dictio: prædicta, deest in antiquior. codd.* d *Al. Melanis.* e *Ad hæc vide l. non dubito ff. de capt. et postl. can. 3. de schism. dist. 23. in cap. quod super his. de voto. Font.* f *Dictio, etiam, deest in antiquiorib. codicibus.* g *Al. sub.*

conseruaret. Hic quoque iuramentum et etiam pristinum 29), pro eo nobis per suos nuntios, (vt præmittitur,) præstitum, receptis suæ coronationis insigniis innouauit, prout in patentibus 30), ante coronationem ipsam, eius regio magno sigillo, et aliis post coronationem eamdem, eius imperiali aureæ bullæ munitis, inde confectis litteris, (quas in archiuis Rom. ecclesiæ reponi, et diligenter conseruari fecimus,) plenius continetur.

29) *Primum*, C. R. et H.
30) *In patentibus litteris*, C. impr.

TITVLVS X.
DE EXCEPTIONIBVS.

CAP. VN.

Exceptio excommunicationis opponitur dilatoria quandocunque, peremtorio non obstante. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Excommunicationis exceptio dilatoria in qualibet parte litis opponi poterit, termino peremtorio per iudicem adsignato, ad proponendum exceptiones declinatorias et dilatorias, non obstante: seruata tamen constitutione felicis recordationis Innocentii Papæ IV. 31) edita circa hoc in concilio Lugdunensi.

31) *Papæ IV. prædecessoris nostri*, C. R.

TITVLVS XI.
DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

CAP. I.

Qui tres sententias contrarias in quauis caussa reportauit, de illarum nullitate non agit, nec excipit, ipsarum exsequutione non facta: et respicit etiam pendentia. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Vt a calumniis litigantium occurratur, is, qui in beneficiali vel alia quauis caussa tres contra se in petitorio vel possessorio sententias reportauit, ad agendum 32) de nullitate ipsarum vel alicuius ex eis nullatenus admittatur, donec huiusmodi sententiæ plenarie fuerint exsequutioni mandatæ. Similiter si ille, contra quem tres sententiæ definitiuæ latæ fuerint, ab interloquutoria vel grauamine ante prolationem ipsarum vel earum alicuius se appellasse, et caussam appellationis huiusmodi adhuc pendere proponat: sententiarum prædictarum exsequutionem tali prætextu nolumus impediri. Quæ ad caussas, qualitercumque etiam per appellationem pendentes, duximus extendenda.

32) *Agendum et defendendum*, C. R.

CAP. II.

Sententia, lata contra citatum, extra citantis territorium existentem, nulla est ipso iure. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Pastoralis cura sollicitudinis, nobis diuinitus super cunctas Christiani populi nationes iniuncta, nos inuigilare remediis subiectorum, eorumdem periculis obuiare et scandala remouere compellit. Sane, cum iam dudum inter quondam Henricum imperatorem Romanum, et carissimum in Christo filium nostrum, Robertum, Siciliæ regem, grauis fuisset materia turbationis exorta, adserente deinde 33) imperatore prædicto, quod cum quibusdam ipsius subditis rex confœderationes 34) et conspirationes fecerat in ipsius maiestatis offensam, quodque tractauerat et ordinauerat, vt ciuitates quædam, sub imperii et imperatoris eiusdem obedientia consistentes, contra eum, et imperium rebellarent, gentesque, sui ipsius fultæ subsidio, nonnullas alias imperii ciuitates et castra, (inde violenter eiectis ipsius imperatoris officialibus,) occuparunt 35), et pro ipso rege occupata tenebant 36), ac alias 37) etiam in vrbe et alibi in imperii, et imperatoris eiusdem contemtum, et suæ maiestatis iniuriam, et reipublicæ detrimentum, mala grauia fuerunt 38) ᵇ per regem eumdem, ac malitiam et instigationem ipsius, tam e suis stipendiariis, quam a subditis imperatoris commissa: præhabitis per imperatorem eumdem quibusdam processibus contra eum, absentem tamen, quamuis legitime, (iuxta imperatoris adsertionem,) citatum, ac quod supra dicta erant notorie, per 39) imperialem interloquutoriam declarat 40) imperator ipse, regem adfirmans propter præmissa læsæ maiestatis criminis reum esse, in eum peremtoria, (vt dixit,) et sufficienter citatum, sed comparere contumaciter recusantem, tamquam rebellem, proditorem et hostem imperii, ac reum criminis supra dicti, priuationis omnium dignitatum, quocumque comprehensarum titulo, et quibus se intitulabat rex ipse, auctoritatum quoque honorum, prouinciarum, terrarum 41), bonorum 42), iurium et iurisdictionum, tam perpetuorum, quam temporalium, et, si quando veniret in suam et imperii fortiam 43), mutilationis c etiam capitis sententiam promulgauit, omnem supplendo defectum, si quis 44) forsitan fuerat ex sollemnitate iuris omissus 45) in processibus memoratis, præmissa, (vt adseruit 46),) faciens, exigente iustitia, et de imperiali etiam potestate. Verum quia huiusmodi sententia, quæ non a discretione, matre virtutum, sed a nouerca iustitiæ, voluntatis scilicet iudicantis præcipitatione, processit 47), partes forsan se deteriores haberet, si ipsius sententiæ 48) inefficacia in publicum præcone iustitia non prodiret: nos, circa eam tali vti prouisione volentes, quæ, (detectis 49) ipsius defectibus,) seminata per eam exstinguat pericula, et in ratione reddenda sit posteris profutura, ipsam subiiciendam esse prouidimus limæ iustitiæ 50), ac rectæ libramini 51) rationis. Eiusdem igitur caussa et continentia, nec non conditione illorum, a quo, et in quem lata fuit, diligenti et debita consideratione pensatis, patenter ex eis illius adstruitur euidentia nullitatis, et manifeste arguitur temeritas promulgantis. Notorium quippe ac indubitatum existit, quod grandis exercitus tempore dictorum processuum et sententiæ, continue imperatori adsistens 52), regem ipsum et suos prosequebatur 53) odio capitali: Pisanaque ciuitas, in qua lata fuit memorata sententia, regem capitali habebat odio notorio et antiquo. Esto igitur, quod rex ipse alias ad præmissa fuisset legitime per imperatorem citatus: numquid venire debuit ad iudicem, exercitu feroci ac grandi, ipsique citato, (vt præmittitur,) odioso, stipatum? Numquid etiam debuit comparere 54) in loco admodum populoso, multum 55) potenti, ac præfato in eum odio prouocato? Quis enim auderet, vel qua ratione audere aliquis teneratur consistorii talis subire ᵈ iudicium, et 56) se in hostium sinu reponere, ac ad mortem per violentam iniuriam 57), non per iustitiam 58) inferendam, vltroneum se offerre? Hæc quidem iure 59) timentur; hæc de more vitantur; hæc humana 60) fugit 61) ratio: hæc 62) abhorret natura. Desiperet igitur, qui citationem huiusmodi saperet arctasse citatum. Vt e illud, tamquam notissimum, nullatenus 63) omittamus, quod regem, extra districtum imperii, in regno scilicet Siciliæ, notoria ac continue tempore supra dicto morantem, citare non potuit imperator, nec citatio, si quam 64) forsan de ipso intra imperii fines fecit, citatum, extra imperium constitutum, arctauit. Nos quoque, regis ordinarius iudex, quod ad imperatoris iudicium citaremus, vel citari aut remitti faceremus eumdem, nequaquam fuimus requisiti. Immo, licet ad nos et curiam nostram temporibus illis rumores 65) frequenter de curia imperatoris venirent, et iuxta eum etiam quidam ex fratribus nostris 66) essent: prius tamen dictæ sententiæ promulgatio, quam aliquid de processibus antecedentibus, ad audientiam nostram peruenit 67). Denique licet rex ipse terras aliquas ab imperatore tenere dicatur in feudum: non tamen in eis, sed in regno præfato domicilium suum fouebat. Vnde imperator in ipsius personam nullam ratione terrarum huiusmodi, (nisi ex natura feudorum,) debitam superioritatem habebat. Quodsi punitio criminis, intra districtum imperialem commissi, ad imperatorem forsan pertinuisse adseratur: verum est quidem, si 68) in eodem districtu fuisset inuentus delinquens.

33) *Demum*, C. R. et H.
34) *Confœderationes*, C. impr.
35) *Occupant*, C. R.
36) *Tenebantur*, ibid.
37) *Alios*, ibid.
38) *Ferrant*, ibid.
39) *Ac per*, ibid.
40) *Declarata*, C. R. et Gonz. *declarato*, impr.

41) In C. R. non habentur verba: *honorum, prouinciarum, terrarum.*
42) *Bonorum*, non est in C. H.
43) *Forte præsentiam*, C. R.
44) *Si quid*, C. H.
45) *Omissum*, ibid.
46) *Adserit*, C. R.
47) *Processerit*, C. H.
48) *Sententiæ*, a C. R. abest.
49) *Detectis*, C. H.
50) *Legitimæ iustitiæ*, ibid.
51) *Libramini*, C. R.
52) *Existens*, ibid.
53) *Persequebatur*, C. impr.
54) *Comparere*, C. R.
55) *Multumque*, ibid.
56) *Et*, ibid. non legitur.
57) *Per violentiam, iniuria*, C. H.
58) *Iustam*, ibid.
59) *De iure*, C. R.
60) *Humana*, non est in C. H.
61) *Refugit*, C. R.
62) *Hoc abhorret*, C. R. et impr.
63) *Vllatenus*, C. R.
64) *Vmquam*, ibid.
65) *Responsores*, ibid.
66) *Nostris*, desideratur ibid.
67) *Venit*, ibid.
68) *Quodsi*, ibid.

ᵃ De intellectu vide Oldradum consil. 106. incip. quod littera exsequutoria. ᵇ Al. curarunt.

ᶜ Vide l. vel capitalis. ff. de poenis et leg. transigere C. de transact. cum leg. criminali. C. de turtid. omnium iud. atque l. 1. C. ne Christian. mane. et Felin. in c. ex litteris. 11. col. de constit. ᵈ Alit. ita: subire iudicium, se in hostium sinu reponere, ad mortem, etc. ᵉ Al. vt id.

quens, vel ad illum de more remissus. Dicine ergo sententia meruit, quæ a iudice, qui per regem tuto adiri 69) non potuit, et in loco notorie, (vt præfertur 70,) non tuto, in absentem, nec citatum legitime, ac indefensum per consequens, et in defensum, non maturo fuit iudicio, sed præcipitio, et de tanto præsertim crimine promulgata? Rursus non est silentio 71) relinquendum, quod ipse rex noster, et 72) ecclesiæ Romanæ ratione regni prædicti notorie subditus, homoque ligius et vasallus, ac a in eodem regno, non 73) vt præmittitur, in imperio, certum, continuum et notorium suum habens domicilium, ac originem inde trahens, imperatori eo modo non subfuit 74), quod in eum crimen b læsæ maiestatis commiserit: quantumlibet 75) in sententia supra dicta contenta, veritatem indubiam continerent. Sicque 76) nedum non 77) iure, immo nec cum iuris colore tulit imperator sententiam supra dictam 78) c in regem, ex caussa, quæ veritatis subsistentiam non habebat. Propter quam 79) etiam, quatenus 80) in eo fuit, regem eumdem 81) priuando regno et regia dignitate, ac terris etiam aliis, et iurisdictionibus perpetuis et temporalibus, quæ sub eo nullatenus, vel ab eo, sed a nobis, et sub nobis, tenebat, nec non procedendo contra regem eumdem ex illis, quæ per ipsius stipendiarios ac nonnullos imperatoris eiusdem subiectos per malitiam et instigationem regis ipsius, contra eum fuisse commissa in vrbe dicebat, cum, etsi illa fuissent ibidem re vera commissa, punitio tamen eorum in regem, veluti extra districtum imperii commissorum, ad imperatorem nullatenus pertineret, inhibendo etiam in eadem sententia sub magnarum appositione pœnarum, quarum aliquas sibi applicari mandauit, ne quis dicto regi præsumeret in suis respondere debitis, in ipsiusue familiaritate vel seruitio remanere, aut eidem contra ipsum imperatorem quouis modo impendere consilium, auxilium vel fauorem, cum debitores, seruitores, et auxiliatores huiusmodi extra imperium, et in regno constituti prædicto, nullatenus imperatori subessent, nec ex committendis in regno eodem dicta possent pœnis 82) adstringi, vel aliqualiter condemnari 83) per ipsum, absoluendo quoque ab omni fidelitate, obligatione, seruitio, promissione, ac pacto prouincias omnes, ciuitates, et castra, et d loca 84), ipsiusque vasallos, et feudatarios, et alios quoslibet, eidem regi quomodolibet obligatos, cum includerentur in absolutione huiusmodi terræ et personæ, nobis et ecclesiæ Romanæ subiectæ, proprios terminos potestatis excessit, in messem nostram mittens perperam suam falcem. Ceterum defectus suppletio, circa processus adhibita supra dictos, non tantum valet ad iustificationem ipsorum et 85) sententiæ supra dictæ, quantum ad eorum suggillationem et notam: cum nullam super præmissis potestatem haberet imperator in regem, sibi alias, quam 86) vt præfertur, non subditum, non citatum e legitime aut remissum, et extra districtum ipsius continue ac notorie consistentem 87). Nec prædicta suppletio circa subditum etiam ad ea potuisset 88) de ratione referri, per quæ de crimine, præsertim sic graui delato defensionis, (quæ a iure prouenit naturali f,) facultas adimi valuisset: cum illa imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exsistunt. Vt igitur, sicut memorata sententia iuris caret effectu, sic auctoritate et nomine rei careat iudicatæ, vt nec in opinione communi aut vulgi labiis nomen habere sententiæ mereatur, vt etiam in magnum iustitiæ ac pacis obsequium scandalosis occurratur periculis, quæ cum nostra et ecclesiæ, prouinciarum multarum 89), regnorum et gentium turbatione non modica possent occasione ipsius pro tempore suboriri: nos tam ex superioritate, quam ad imperium non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua, (vacante imperio,) imperatori succedimus, et nihilominus ex 90) illius plenitudine potestatis, quam Christus, Rex regum et Dominus dominantium, nobis, licet immeritis, in persona beati Petri concessit, sententiam et processus omnes prædictos, et quidquid ex eis sequutum est vel occasione ipsorum 91), de fratrum nostrorum consilio declaramus fuisse ac esse omnino irritos et inanes, nullumque debere aut 92) debuisse sortiri effectum seu nocumentum, vel notam adferre cuiquam, vel quomodolibet attulisse. Ipsosque nihilominus, quatenus processerunt de facto, et quidquid ex eis sequutum est 93), vel ob eos, vel in posterum sequi posset, in irritum reuocamus.

69) *Secure adiri*, C. B. et H.
70) *Præmittitur*, C. B.
71) *Sub silentio*, ibid.
72) *Rex nobis et*, C. H.
73) *Non*, desideratur ibid.
74) *Subfecit*, ibid.
75) *Quantumlibet omnia*, C. B. H. et ed. Gont.
76) *Tuncque*, C. H.
77) *Cum*, C. impr.
78) *Sæpe dictam*, C. R.
79) *Propter quod*, C. H.
80) *Quantum*, ibid.
81) *Eiusdem*, C. B.
82) *Dictis posset pena*, C. B. *dictis possent pœnis*, ed. Gont. et Pith.
83) In C. B. et H. desiderantur verba: *vel aliqualiter condemnari*.
84) Dictiones *et loca*, ibid. non leguntur.
85) *Et*, non est in C. impr.
86) *Quam*, abest a C. B.
87) *Existentem*, ibid.
88) *Posset*, ibid.
89) *Quæ cum nostra prouinciarum ecclesia terrarum*, ibid.
90) *Et ex*, ibid.

91) *Ipsius*, ibid.
92) Diction. *debere aut*, ibid. non leguntur.
93) *Statutum est*, ibid.

TITVLVS XII. DE APPELLATIONIBVS.

CAP. I.

Valet appellatio coram maiore parte plurium iudicum: sed appellato est appellatio, dilatio et termini præfixio intimanda. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.* (ann. 1311.)

Si a iudicibus g duobus aut pluribus fuerit appellandum; quia forte de facili eorum præsentia simul 94) haberi non posset; liceat coram ipsis vel maiori parte ipsorum appellare, et apostolos petere separatim, valebitque appellatio talis, ac si simul fuisset in eorum præsentia ab omnibus appellatum: est tamen appellatio ignoranti, appellationis, nec non dilationis eorum et termini præfixionis, si subsequutæ fuerint, intimatio legitime facienda.

94) *Simul*, non est in C. R.

CAP. II.

Sufficit, apostolos peti vno contextu sæpius et instanter. Ad quos recipiendos si iudex certum terminum statuat appellanti, illos non petens in termino, appellationi renuntiat. Idem, cum iudex statuat terminum iuris incertum, intra quem appellans illos debite non petiuit, vel oblatos recipere renuit.

IDEM.

Quamuis rigor iuris exposcat, eum, qui appellat, debere petere apostolos congruo loco et tempore sæpius et instanter: nos tamen, antiquam et communem obseruantiam litigantium sequi, et æquitatem rigori præferri volentes, decernimus sufficere, quod per appellantem simul vno contextu apostoli instanter et sæpius postulentur. Verum si iudex, a quo appellatur, certum terminum ad recipiendos apostolos appellanti adsignet, et appellans in adsignato sibi termino non compareat coram eo, nec petat apostolos sibi tradi: appellationi suæ renuntiasse 95) videtur. Similiter, si iudex appellanti responderit 96), intra iuris terminum apostolos se daturum; appellationi suæ renuntiasse appellans intelligitur: nisi intra dictum terminum congruo loco et tempore instanter, et sæpius saltem vno contextu petat apostolos ab eodem iudice sibi dari h, vel si recipere recuset 97) oblatos.

Ponit tres casus, quibus appellans, non habens apostolos, appellationem prosequi potest. H. d. ioann. Andr.

§. 1. Quodsi iudex in termino, ad dandum apostolos præfixo per eum, ipsius appellanti petenti non dederit, aut si, dum peterentur apostoli, responderit, se daturum eosdem, nullo termino certo sibi 98) præfixo, vel intra iuris terminum se eos adseruerit velle dare, et postea per appellantem congruo loco et tempore 99) sæpius et instanter vno contextu etiam 100) requisitus, eos non curauerit intra eumdem terminum exhibere: appellationem suam extunc prosequi possit appellans, ac si expresse fuissent eidem apostoli denegati.

95) *Renunciare*, C. B.
96) *Respondit*, ibid.
97) *Recuset*, C. B. et H.
98) *Sibi*, abest a C. B.
99) *Ipse*, addit C. B.
100) *Etiam*, ibid. non legitur.

CAP. III.

Appellans prosequi et finire tenetur appellationem extraiudicialem intra annum a die interpositæ appellationis vel illati grauaminis: qua non facta, (impedimento iusto cessante,) appellatio est deserta. H. d.

IDEM.

Sicut appellationem iudicialem, sic et extraiudicialem intra annum a die interpositionis ipsius, vel a die illati grauaminis, vbi a futuro grauamine appellatur, prosequi et finire tenetur appellans. Quod si, iusto impedimento cessante, non fecerit: debebit eius appellatio deserta censeri.

---

a *In quodam manuscripto ita:* ac in eodem regno, vt præmittitur, non imperio certum, *etc.* b *Vide l. Pomponius ff. de adqu. her.* c *Al. sæpe dictam.* d *Hæc duo verba, et loca, desunt in antiquior. codicibus.* e *De hac re vide Vdalricum Zasium l. 2. §. eodem tempore. ff. de orig. iur. Bald. in l. fin. C. de legat.* f *L. vt vim, vbi late doctores. ff. de iust. et iure.*

g *Nota, quod indefinite dicitur: iudicibus: in omnibus igitur cuiuscumque speciei iudicibus vindicat sibi locum, vt in gloss. 1. Petr. de Anchar.* h *Alias: tradi.*

CAP. IV.

Tempus, ad prosequendam appellationem ab homine vel a iure praefixum, non currit appellanti, compromisso durante, vel de partium expresso consensu: nisi, periculo imminente ex mora, iudex aliud decernat.

IDEM.

Quamdiu [a] appellationis prosequutio per compromissum, vel alias de partium expresso consensu differtur; tempus, ad prosequendum eamdem ab homine vel e iure praefixum, currere nolumus appellanti: nisi forte iudex, videns, ex dilatione periculum imminere, praeciperet in illa procedi.

CAP. V.

Ante definitiuam appellanti non licet prosequi caussas, in appellatione nominatim non expressas: nec processus primi iudicis iustificari vel impugnari potest, nisi ex actis coram eo.

IDEM.

Appellanti ab interloquutoria vel a grauamine iudicis, non licet alias caussas prosequi, quam in appellatione sua nominatim dumtaxat expressas: nec processus primi iudicis ex nouis, aut de nouo probandis iustificari potest, vel etiam impugnari, sed tantum ex illis, quae acta fuerunt vel exhibita coram ipso.

[a] *De intellectu vide Mathesilanum in authent. si tamen. C. de temp. appell.*

CAP. VI.

Prosequutio appellationis desertae non impedit, quin sententia censeatur in rem iudicatam transiuisse. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si [b] appellationem, per negligentiam appellantis desertam, appellans ipse cum appellato, aut appellatus etiam per se et principaliter prosequatur; non ideo minus in rem iudicatam censebitur transiuisse sententia, a qua fuerat appellatum.

CAP. VII.

A peremtoria, repulsa ex alia, quam propter ineptitudinem, secunda appellans et succumbens non auditur super ea in appellatione a definitiua. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum a repulsione exceptionis peremtoriae, secundo appellans succumbit; non est in caussa appellationis, postmodum a definitiua emissae, audiendus vlterius super ea: nisi tunc rite proposita ex eo prius repulsa fuisset, quia proponebatur inepte.

[b] *Pro limitatione huius Clem. vide Abbatem in cap. ex parte. §. 2. extr. de rescr. et de materia eadem plenissime Fel.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

CLEMENTINARVM
LIBER TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS.
DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

CAP. I.

Punit clericos coniugatos, et alios, personaliter et publice carnificum et tabernariorum officium exercentes, qui, per dioecesanos nominatim et tertio moniti, illud officium non dimittunt, vel dimissum readsumunt. Excitat etiam dioecesanos contra illos clericos, qui saeculares actus exercent. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.* (*ann.* 1311.)

Dioecesanis a locorum districte praecipimus, vt clericos, carnificum seu macellariorum aut tabernariorum 1) officium publice et personaliter exercentes, nominatim et tertio moneant, vt 2) sic ab huiusmodi officiis intra conuenientem terminum, monentium ipsorum arbitrio moderandum, desistant, et quod ipsa 3) nullo vnquam tempore readsumant. Qui si 4) taliter moniti ab his non destiterint, aut ipsa, (vt praemissum est,) exercendo resumserint 5): quandocumque, coniugati omnino, non coniugati vero in rebus, et si omnino incedant vt laici, in personis priuilegium clericale, quamdiu praemissis institerint, eo ipso amittant. Aduersus vero alios clericos, negotiationibus vel commerciis saecularibus, vel officiis, non conuenientibus clericali proposito, publice insistentes, vel arma portantes, sic canonica seruata studeant instituta, quod et illi ab excessibus compescantur huiusmodi 6), et ipsi de damnabili circa haec negligentia nequeant reprehendi.

1) In C. S. non habentur dictiones: *aut tabernariorum.*
2) *Aut*, ibid.
3) *Quod ipsi*, ibid.
4) *Quodsi*, C. H.
5) *Readsumserint*, C. R.
6) *Huiusmodi*, abest ab eod. C.

CAP. II.

Praemisso exordio, punit primo clericos beneficiatos, vtentes publice virgata vel partita veste. Secundo, *subdiaconos et diaconos.* Tertio, *omnes clericos, tonsuram publice cum tali veste portantes.* Quarto, *habentes dignitatem, personatum, beneficium curatum, et sacerdotes et religiosos, publice portantes talem vestem aut infulam.* Quinto, *punit omnes praedictos, vtentes taberdo notabiliter breui, integre foderato.* Sexto, *certas caligas clericis interdicit.* Ioann. Andr.

IDEM.

Quoniam [b], qui, abiectis vestibus, proprio congruentibus ordini, alias sumere 7), et in publico portare rationabili caussa cessante praesumit, professorum illius ordinis praerogatiua se reddit indignum: praesenti constitutione sancimus, quod 8), quicumque clericus virgata 9) vel partita veste publice vtatur, (nisi caussa rationabilis subsit,) si beneficiatus exstiterit, per sex menses a perceptione fructuum beneficiorum, quae obtinet, sit eo ipso 10) suspensus. Si vero beneficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus citra sacerdotium constitutus: per idem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum. Idem quoque censemus de clericis aliis 11), vestem talem simul et tonsuram publice deferentibus clericalem. Dignitatem vero, personatum, seu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum, nec non ceteri in sacerdotio constituti, ac religiosi 12) quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci, morum intrinsecam honestatem ostendere, si, (praeterquam ex caussa rationabili,) publice vestem ferant huiusmodi, aut infulam seu pileum [c] lineum publice portent 13) in capite, sint 14) eo ipso beneficiati videlicet a perceptione fructuum beneficiorum, quae obtinent, suspensi per annum. Ceteri vero sacerdotes et religiosi quilibet, per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum. Sed et tales et ceteri quicumque clerici, vtentes epitogio seu tabardo foderato 15) vsque ad oram 16), et ita breui, quod 17) vestis inferior notabiliter videatur, epitogium ipsum saeculares clerici et religiosi, administrationem habentes, teneantur intra mensem dare pauperibus. Ceteri vero religiosi, administrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur suis superioribus 18) assignare, in pios vsus aliquos conuertendum: alioquin beneficiati suspensionis, ceteri vero inhabilitatis poenas praedictas, per idem tempus se nouerint incurrisse. Huic insuper adiicimus sanctioni, vt clerici, praesertim beneficiati, caligis scacatis, rubeis, aut 19) viridibus publice non vtantur.

7) *Adsumere*, C. H. et ed. Pith.
8) *Vt*, C. a.
9) *Qui virgata*, ibid.
10) *Ipso facto*, C. a. et H.
11) *Clericis et aliis*, ibid.
12) *Aut religiosi*, C. H.
13) *Portant*, C. a.
14) *Sunt*, ibid.
15) *Forrato*, C. H.
16) *Zonam* (vel *rotam*,) ibid. sed perperam.
17) *Vt*, C. a. et H.
18) *A superioribus*, C. a.
19) *At*, ibid.

[a] *Vide conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 1. et Bernardinum Diaz in pract. crim. can. c. 63.* [b] *Hanc constitutionem innouat et amplius conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 6.*

[c] *Al.* pileum laneum.

TITV-

TITVLVS II.
DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS 20).

CAP. I.

Clausula, inserta litteris gratiosis, super a dignitate concessis, per quam prouideri mandatur, ne animarum cura, (si dignitati imminet,) negligatur, vel per quam inhibetur, electionem fieri dignitatis, non facit extendi gratiam ac dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem adsumitur. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Si dignitatem habenti de alia prouideri mandemus 21) a, dispensantes cum eo, vt simul vtramque valeat retinere, de animarum cura, quæ illis vel alteri earum imminet, non habita mentione; gratia huiusmodi velut subreptitia nullius penitus est momenti: quamquam confectis super ea litteris sit insertum, quod animarum cura, (si dignitatibus ipsis vel alteri earum imminet,) nullatenus negligatur. Ad hoc si alicui prouideri mandemus 22) de dignitate, ad cuiuscumque vel quorumcumque collationem, prouisionem, seu quamuis dispositionem aliam in certa ecclesia pertinentem, quam intra mensem duxerit acceptandam, inhibentes illi vel illis, ad quorum collationem, prouisionem, seu electionem, dignitates in ipsa ecclesia pertinere noscuntur; ne interim ad collationem ipsarum, seu prouisionem procedant, vel quemquam eligant ad easdem de dignitate, ad quam consueuit 23) quis per electionem adsumi; impetranti non poterit prouideri: cum in concessione gratiæ, (ad quam non augendam, sed exsequendam debent 24), quæ de inhibitione sequuntur, referri,) nullam de electione fecerimus mentionem.

20) In C. R. desiderantur voces: *et dignitatibus.*
21) *Mandamus*, C. R. et H.
22) *Mandamus*, C. R.
23) *Consueuerit*, ibid.
24) *Debeant*, ibid.

CAP. II.

Litteræ super prouisione clericorum non includunt hospitalia, et loca similia, et habentia iura spiritualia: nisi id exprimatur. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Per litteras, a sede apostolica, vel legatis ipsius super prouisione quorumlibet clericorum directas, de xenodochiis, leprosariis, eleemosynariis, seu hospitalibus 25), (etiamsi ecclesias vel capellas, decimas, aut alia spiritualia iura noscantur habere,) nulli posse decernimus b prouideri: nisi hoc in apostolicis litteris caueatur 26) expresse.

25) *Hospitalariis*, C. R. *hospitalaribus*, H.
26) *Caueretur*, C. H.

CAP. III.

Quo casu vacat vna dignitas per receptionem alterius, vacant etiam plures.

IDEM.

Si plures c obtinens dignitates, aliam dignitatem aut beneficium, curam animarum habens, acceptet, dispensatione super hoc legitime 27) non obtenta; eius possessione adepta pacifice, dignitates, quas prius habebat, ipso facto vacare censemus: sicut, si dignitatem vnicam obtinenti alia similis conferatur 28), eius pacifica possessione habita, prima de iure vacaret 29).

27) *Legitima*, C. R. et ed. gloss.
28) *Conferretur*, C. O. et ed. Gonz.
29) *Vacat*, C. H.

CAP. IV.

Valet prouisio, facta proprio motu papæ, tacentis beneficiis prouisi, quæcumque sint, et quotcumque. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si Romanus pontifex de beneficio alicui motu proprio prouideat, de beneficiis, quæ obtinet, non habita mentione: prouisionem seu gratiam huiusmodi fore validam declaramus, qualiacumque fuerint beneficia, dignitates, aut personatus, cum cura vel sine cura 30), et 31) in numero quantocumque d, quæ is habebat 32), cum sibi prouisio facta fuit 33).

30) *Cura*, non est in C. R.
31) *Vel*, C. R.
32) *Habebat*, C. H.
33) *Fuerit*, C. R.

CAP. V.

Exspectans beneficium ad collationem episcopi, deuolutum ad illius capitulum, obtinere non poterit: deuolutum tamen ad episcopum, vel etiam ad papam, ex cuiuscumque negligentia, poterit obtinere.

IDEM.

Si de beneficio, ad cuiuscumque episcopi collationem spectante, alicui conferendo, scribamus; sibi illud conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia ipsius episcopi ad eiusdem capitulum deuoluta exsistit 34): licet prouideri sibi possit de illo etiam 35), cuius ad ipsum episcopum ex sui capituli vel alterius cuiuscumque, siue ad nos ex ipsius episcopi et aliorum, in hoc eidem succedentium, negligentia collatio fuerit deuoluta.

34) *Exstitit*, C. R. et H.
35) *Etiam*, C. R. non habet.

CAP. VI.

Adeptus in ecclesia dignitatem, habentem præbendam adnexam, perdidit primam præbendam, quam habebat in illa. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si iuxta nostri formam mandati canonicatum et præbendam ecclesiæ Rutinensis 36) adeptus, dignitatem, quam duxerit acceptandam, ibidem exspectat 37); archidiaconatum e, inibi post vacantem, non obstante, quod certa sit sibi adnexa præbenda, poterit acceptare: primaque præbenda hoc ipso vacabit, quod secundam cum archidiaconatu prædicto pacifice fuerit adsequutus.

36) *Ruterensis*, C. R. *Ruthenensis*, H.
37) *Idem exspectet*, C. H.

TITVLVS III.
DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS 38).

CAP. VN.

Decretum conditionale ante conditionis euentum non adficit potestatem ordinarii, vel alterius collatoris: secus, quando acceptationi beneficii tempus adiicitur cum decreto. Et, qui beneficium vacans ab exsequutore petit vel recepit, illud intelligitur acceptasse: quæ vacatio nota dicitur exspectanti, ex quo in loco beneficii publice scitur.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.* (ann. 1311.)

Cum f ei, quem in scientia 39) reputamus idoneum, si per inquisitionem exsequutoris, sibi 40) deputati a nobis, repertus fuerit esse vitæ laudabilis, et conuersationis honestæ, de beneficio certi valoris alicui prouideri mandamus, adiicientes, quod de beneficio minoris valoris possit eidem, si voluerit 41), prouideri, ac extunc 42) etiam inane decernentes et irritum, si secus a quoquam quauis auctoritate contigerit attentari 43); quia decretum huiusmodi in euentum dumtaxat prædictarum conditionum suum sortitur effectum: antequam exstet prima conditio, beneficium prætaxati valoris, et etiam 44) minoris, priusquam suam impetrans super valore huiusmodi voluntatem declaret, conferri libere poterit per ordinarium, aut alium exsequutorem, a nobis ad prouidendum de tali beneficio deputatum. Secus autem fore censemus, quum decreto apposito alicui prouideri mandamus de beneficio, quod intra mensem a vacationis ipsius notitia duxerit acceptandum: vt appositio mensis eiusdem aliquid adferat 45) impetranti. Quin 46) etiam beneficium, quod acceptare poterat, petendo sibi per suum exsequutorem conferri, aut recipiendo sibi præsenti collatum, ipsum 47) ex hoc acceptare, et collationem, taliter sibi factam, valere censemus. Ceterum, vt tam diuturnis vacationibus, quam fraudibus et litibus occurratur, prædictæ vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere, ex quo ipsa vacatio in loco, vel ecclesia huiusmodi beneficii publice nota erit. Imputet quidem sibi, si hoc casu, quo de ipsius commodo agitur, id, quod per se, vel per alium scire potuerit 48), ignorauit.

38) In C. R. non habentur voces: *et ecclesiæ non vacantis.* Sed C. impr. legit: *et ecclesiæ vacantis.*
39) *Sententia*, C. H.
40) *Sibi*, in C. R. non legitur.
41) Dictiones *si volueritis*, absunt ab eod. C.
42) *Exnunc*, C. impr.
43) *Acceptari*, C. H.
44) *Etiam*, non est in C. R.
45) *Inferat*, C. H.
46) *Quum*, C. H. et impr.
47) *Ipsum interreantem*, C. R.
48) *Poterit*, ibid.

a De mandatis de prouidendo vide, quod nouissime sanciuit concilium Tridentin. sess. 24. cap. 19. b Nota, quod hoc verbum fa it contra eos, et hoc tenet Zenzel. De hoc vid. c. 2. X. de rescriptis. Zabarell. c Vide conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 4. et sess. 24. de reform. c. 17. d Al. quotcumque.

e Nota, quod archidiaconatus est dignitas. Vide Doct. in cap. de multa. de præb. Archidiaconum, in cap. 1. de consuet. l. 6. et Abbatem. in cap. nouit. de iudic. f Nota, quod prouidendus ad beneficium, debet esse idoneus: de quo præter Doct. hic vide canonistas in cap. si eo tempore. de rescript. libr. 6. et in cap. et, cui. de præbend. eod. libr. Abb. in c. dudum. de elect. et Fel. in c. vit. de præsumt.

TITVLVS IV.
DE REBVS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

CAP. I.

Religiosus, qui concedit alicui ad vitam vel certum tempus iura, reditus vel possessiones administrationis, cui præest, suspensus est ab officio, nisi duo concurrant: nec valet concessio. Duos casus excipit. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *a in concilio Viennensi. (ann. 1311.)*

Monasteriorum, et aliarum administrationum regularium dispendiis occurrere cupientes, perpetuo prohibemus edicto *b*, ne quis religiosus, monasterio, prioratui, ecclesiæ, seu administrationi cuiuis præsidens, iura, reditus, aut possessiones eiusdem, alicui ad vitam eius, seu aliud 49) certum tempus, pecunia etiam inde recepta, quouis modo concedat: nisi necessitas aut vtilitas monasterii, prioratus, ecclesiæ aut administrationis huiusmodi hoc exposcat, conuentus sui, aut si conuentum non habeat, prælati proprii adsensu ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contra hoc fecerit *c*; pœnam suspensionis ab officio eo ipso incurrat: nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod adquiratur. Verum præmissa ad locationes vel etiam redituum aut fructuum venditiones, ad tempus modicum faciendas, declaramus vllatenus non extendi.

49) *Ad aliud*, secundum C. R.

CAP. II.

Episcopus vnire potest ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, etiam non vocato rectore, vel defensore. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Si *d* vna ecclesia alteri ecclesiæ 50), seu dignitati alicui vel præbendæ per episcopum 51), suo consentiente capitulo, vniatur, aut religioso loco donetur: ex eo, quod rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat, defensor ei super hoc datus non exstiterit 52), nequaquam id poterit impugnari. Quodsi episcopus, (sui etiam capituli accedente consensu,) mensæ suæ, vel ipsi capitulo aliquam duxerit ecclesiam vniendam: hoc irritum esse decernimus et inane, contraria quauis consuetudine non obstante.

50) *Ecclesiæ*, abest a C. R. et H.
51) *Episcopum suum*, C. R.
52) *Exstitit*, C. O. ed. gloss. et Pith.

TITVLVS V.
DE RERVM PERMVTATIONE. *

CAP. VN.

Collatio de beneficiis, caussa permutationis vacantibus, facta aliis, quam permutantibus, non tenet. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Ne concessione iuris vtentibus præsertim circa spiritualia illudatur, si qua *e* beneficiis 53) ex caussa permutationis, ab aliquibus resignata, aliis, quam ipsis, permutare volentibus, conferantur: nullius hoc esse volumus firmitatis.

53) *Si beneficia*, C. H. et impr.

TITVLVS VI.
DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

CAP. VN.

Ordinarius loci rationem exigit a religiosis, etiam exemtis, de testamentorum exsequutionibus, quas gesserunt: et, si circa id deliquerint, illos punit.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Religiosis, etiam exemtis, deputatis ad exsequutionem cuiuslibet vltimæ voluntatis, circa ipsius exsequutionis officium, (quod vtique non possunt, nisi a superiori suo petita super hoc licentia et obtenta, suscipere,) volentes præscindere materiam delinquendi, præsentis constitutionis auctoritate 54) statuimus, quod tales, etiamsi prælationis fungantur officio 55), locorum ordinariis debitam reddere, ipsique ordinarii ab eisdem absque dolo, fraude seu negligentia de susceptæ exsequutionis officio teneantur exigere rationem, illos, quos circa id deliquisse repererint 56), in aliorum 57) exemplum pœna debita, (quocumque non obstante priuilegio, punituri.

54) *Auctoritate apostolica*, C. R.
55) *Officiis*, ibid.
56) *Reperiunt*, ibid.
57) *Aliquorum*, ibid.

a *Al. ita:* idem b *Propter expressionem huius verbi hæc constitutio ab omnibus vt lex generalis est seruanda, vt l. 3. C. de legibus. Bonifacius de Vital.* c *Al.* attentauerit. d *Circa vniones vide statuta in conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 6 et sess. 24. de reform. cap. 13. et 15. et sess. 25. de reform. c. 9.* e *In vetust. cod. etiam impressis constanter legitur ita:* si beneficia ex caussa *etc.*

TITVLVS VII.
DE SEPVLTVRIS.

CAP. I.

Excommunicati sunt, etiam exemti, qui in casibus non permissis defunctos sepeliunt in cœmeteriis tempore interdicti: vel qui scienter sepeliunt excommunicatos publice, nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Eos *f*, qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora, non sine contemtu clauium ecclesiæ, in cœmeteriis interdicti tempore, in casibus, non concessis a iure, vel excommunicatos publice, aut nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos scienter sepelire præsumunt, decernimus ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere: a qua nullatenus absoluantur, nisi prius ad arbitrium diœcesani episcopi eis, quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem, nullo eis circa præmissa exemtionis, vel quouis alio priuilegio, sub quacumque forma verborum concesso, aliqualiter 58) suffragante.

58) *Aliqualiter*, non est in C. R.

CAP. II.

Pars, quæ titulum respicit, hoc intendit: Prædicatores et Minores in locis suis libere sepeliunt illos, qui hoc libere elegerint: de funeralibus tamen, et quibuscumque obuentionibus et relictis, etiam de quibus alias deberur canonica. quartam et non vltra soluent ecclesiæ parochiali. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Dudum a Bonifacio papa VIII. prædecessore nostro, infra scripta edita decretali, Benedictus papa vndecimus, prædecessor noster, aliam illius reuocatoriam promulgauit: quæ quia, (vt probauit effectus,) hedum pacis ab auctore ipsius speratæ fructum non attulit, quin immo discordiæ, pro qua sedanda processerat 59), fomentum non modicum ministrauit, nos, eam omnino cassantes, aliam, a præfato Bonifacio editam, sacro instante et approbante concilio innouamus, subiicientes tenorem illius, qui dignoscitur esse talis: *Bonifacius episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Super cathedram præeminentiæ pastoralis diuina disponente clementia constituti, etsi multis et arduis, quæ in amplum 60) Romanæ curiæ alueum vndique confluunt 61), quasi torrens, prægrauemur negotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur: circa id tamen feruentibus g votis intendimus, vacamus instantius, ac operosæ studium sollicitudinis impertimur, vt ad diuini nominis 62) h gloriam, exaltationem catholicæ fidei, et profectum fidelium animarum, (præcisis radicitus dissidiorum vepribus, et litigiorum anfractibus omnino subductis,) inter ecclesiarum antistites, ad curam et regimen gregis dominici deputatos, ceterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor caritatis exæstuet, inualescat 63) concordiæ vnitas i, animorum identitas perseueret. Scimus enim, et ex euidentia facti colligimus 64), quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod dissensiones et scandala prauis actibus aditum præparant, rancores 65) et odia suscitant, et illicitis moribus ausum præbent. Ab olim siquidem inter prælatos et rectores, seu sacerdotes ac clericos parochialium ecclesiarum, per diuersas mundi prouincias constitutos, ex vna parte, et Prædicatorum et Minorum ordinum fratres, ex altera, (pacis æmulo 66), satore k zizaniæ procurante,) grauis et periculosa discordia exstitit suscitata, super prædicationibus, fidelium populis faciendis, eorum confessionibus audiendis, pœnitentiis iniungendis eisdem, et tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipsorum ecclesias, siue loca noscuntur eligere sepulturam. Nos autem, (pii patris more laudabili,) moleste ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ considerationis examen, ac intra pectoris claustra sollicite reuoluentes, quam sit plena periculis, quam onusta dispendiis, quamque in diuinæ maiestatis conspectu reddatur exosa discordia supra dicta, et propterea intendentes paternæ sollicitudinis studio illam prorsus euellere, ac omnimode submouere, nullis vmquam futuris temporibus, fauente l Domino, suscitandam, grandi quoque desiderio cupientes, vt huiusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, finem salubrem et celerem 67) per apostolicæ sollertiæ 68) studium consequatur, diligenti cum fratribus nostris deliberatione præhabita super eo, ad honorem Dei et exaltationem catholicæ fidei, quietum statum partium prædictarum, ac salutis animarum fidelium incrementum,*

59) *Processerat*, C. H.
60) *Amplum*, ibidem non legitur.
61) *Quæ in Romana curia alta cum vndique confluunt*, C. R.
62) *Numinis*, C. H.
63) *Personas caritatis exæstuet et inualescit*, ibid.
64) *Collegimus*, C. R.
65) *Id est rancores*, C. H.
66) *Æmulatore*, C. R.
67) *Crebrem*, C. R. *salubrem celeriter*, H.
68) *Apostolicam sollicitudinem studeamque*, C. H.

f *De intellectu vide Decium in c. ad hæc. extr. de priuil.* g *Alias:* frequentibus. h *Al.* numinis. i *Al.* et animorum, *etc.* k *Al.* Satoreque. l *Alias ita:* auctore Domino.

de

de a ipsorum fratrum consilio, auctoritate apostolica statuimus 69) et 70) ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in ecclesiis et locis eorum, ac in plateis communibus b libere valeant clero et populo prædicare, ac proponere verbum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua locorum prælati prædicare voluerint 71), vel coram se facere sollemniter prædicari, in qua prædicare cessabunt, præterquam si aliud de prælatorum ipsorum voluntate processerit, ac licentia speciali. In studiis autem generalibus, ubi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis, quibus prædicari sollemniter consuevit, ad funera etiam mortuorum, et in festis specialibus, sive peculiaribus eorumdem fratrum, possint 72) iidem fratres, et liceat eis libere prædicare: nisi forte illa hora, qua solet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, episcopus vel prælatus superior clerum ad se generaliter convocaret 73), aut ex aliqua ratione, vel causa urgente clerum ipsum duceret congregandum. In ecclesiis autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi fratres prædicti a parochialibus sacerdotibus invitati fuerint vel vocati, et de ipsorum beneplacito et adsensu, seu petita licentia fuerit et obtenta: nisi 74) episcopus vel prælatus superior per eosdem fratres prædicari mandaret. Statuimus etiam et ordinamus auctoritate prædicta, ut in singulis civitatibus et diœcesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere 75) dignoscuntur, vel in civitatibus 76) et diœcesibus locis, ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, magistri c priores provinciales prædicatorum, aut eorum vicarii et generales d et provinciales ministri et custodes Minorum ordinum prædictorum, ad præsentiam prælatorum eorumdem locorum se conferant per se vel per fratres 77), quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petituri, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum civitatibus et diœcesibus confessiones subditorum suorum, confiteri sibi volentium, audire libere valeant, et huiusmodi confitentibus, (prout secundum Deum expedire cognoverint,) pœnitentias imponere salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, et beneplacito eorumdem. Ac deinde præfati magistri, priores, provinciales et ministri ordinum prædictorum, eligere studeant personas sufficientes 78), idoneas, vita probatas 79), discretas, modestas atque peritas, ad tam salubre ministerium et officium exsequendum: quas sic ab ipsis electas repræsentent, vel faciant præsentari prælatis, ut de eorum licentia, gratia, et beneplacito in civitatibus et diœcesibus eorumdem, huiusmodi personæ sic electæ, confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant 80) pœnitentias salutares, et beneficium absolutionis in posterum 81) e impendant, prout superius est expressum, extra civitates et diœceses, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, et non per provincias deputari, confessiones nullatenus auditurae. Numerus autem personarum, adsumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet, prout f universitas cleri et populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorumdem. Et si iidem prælati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiendarum concesserint: illam præfati magistri, ministri, et alii cum gratiarum recipiant actione, dictæque 82) personæ sic electæ commissum sibi officium exsequantur. Quodsi forte iam dicti prælati quemquam ex dictis fratribus 83), præsentatis eisdem, ad huiusmodi officium nollent 84) habere, vel non ducerent 85) admittendum: eo amoto 86) vel subtracto, loco ipsius similiter, eisdem præsentandus prælatis possit et debeat 87) alius 88) subrogari. Si vero iidem prælati 89) præfatis fratribus, ad confessiones 90), (ut præmittitur,) audiendas electis, huiusmodi exhibere licentiam recusarint: nos exnunc ipsis, ut confessionem 91) sibi confiteri volentium libere liciteque audire valeant, et eisdem pœnitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri, gratiose concedimus de plenitudine apostolicæ potestatis. Per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis seu fratribus ipsis, ad id taliter deputatis, potestatem in hoc 92) impendere ampliorem, quam in eo curatis vel parochialibus sacerdotibus est a iure concessa: nisi forsan eis ecclesiarum prælati uberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam. Huiusmodi quoque statuto, et ordinationibus 93) nostris adiicimus, ut fratres dictorum ordinum in ecclesiis vel locis suis 94), ubilibet constitutis, liberam, (ut sequitur,) habeant sepulturam, videlicet, quod omnes ad illa recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis et ecclesiis memoratis. Verum ne parochiales ecclesiæ et ipsarum curati, sive rectores, qui ministrare habent ecclesiastica sacramenta, quibus 95) noscitur de iure competere, prædicare seu proponere verbum Dei, et confessiones audire fidelium, debitis et necessariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate apostolica 96) constituimus et ordinamus eadem, ut dictorum ordinum fratres, de obventionibus omnibus tam funeralibus, quam quibuscumque et quomodocumque relictis, distincte vel indistincte g, ad quoscumque certos vel determinatos usus, de quibus etiam quarta, sive canonica portio dari, sive exigi non consuevit, vel non debet de iure, nec non de datis vel qualitercumque donatis in morte, seu mortis articulo in infirmitate 97) donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocumque directe vel indirecte fratribus ipsis, vel aliis pro eisdem, quartam partem, (quam auctoritate apostolica taxamus, et etiam limitamus,) parochialibus sacerdotibus, et ecclesiarum rectoribus, seu curatis largiri integre teneantur. Facturi et curaturi, quod nec alii, nec aliis, a quibus quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem vel commodum huiusmodi fiant relicta, aut in eos 98) aliter data vel donata procedant, seu quod in morte, vel ab infirmis huiusmodi dandum vel donandum 99) fratribus ipsis existeret, in eorumdem dantium vel donantium sanitate sibi dari vel donari procurent. In quibus per ipsas vitandis eorum intendimus conscientias onerare, ut, si, (quod absit,) per fratres ipsos dolo vel fraude, quidquam in hac parte agi fortasse contigerit, (præter id, quod eos 100) propterea dictis sacerdotibus, rectoribus, et curatis teneri volumus,) etiam districta ratio in extremi iudicii examine requiratur ab eis. Ultra portionem autem huiusmodi nihil valeant 1) parochiales rectores, curati, et prælati exigere supradicti; neque illis dicti fratres amplius impendere sint adstricti: neque ad id a quoquam possint aliqualiter coerceri. Nos etenim, (ut in cunctis æqualiter et pacifice, favente Domino, procedatur,) universa privilegia, gratias, indulgentias 2), verbo seu scripto, sub quacumque forma vel expressione seu conceptione verborum, a nobis vel prædecessoribus nostris Romanis pontificibus cuicumque ordinum prædictorum concessa, nec non consuetudines, conventiones, statuta et pacta, in quantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria, ex penitus revocamus, vacuamus, cassamus et irritamus: quin immo cassa, vacua et irrita nuntiamus, et decernimus 3) nullius penitus existere firmitatis. Ceterum universos ecclesiarum prælatos, cuiuscumque præeminentiæ, status, vel dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales et curatos, sive rectores prædictos, præsentium tenore rogamus, et hortamur attente, nihilominusque h eis districte præcipiendo mandamus, quatenus pro divina et apostolicæ sedis reverentia, prædictos ordines et professores eorum habentes adfectu benevolo commendatos, fratribus ipsis non se difficiles, graves, duros, aut asperos, sed potius favorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales se studeant exhibere: sic eos in prædicationis officio, et i propositionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis supra dictis, tamquam cooperatores eorum idoneos, et laborum suorum participes promta benignitate recipiant 4), ac adfectuose admittere non omittant, ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, et animarum salutis incrementa felicia procurentur. Nec ipsos latent, quod, si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, apostolicæ 5) sedis benignitas, quæ ordines et professores eosdem 6) ubere favore prosequitur, et gerit in visceribus caritatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eadem 7) æquanimiter pati posset, quin super hoc provisionis opportunæ remedium adhiberet: ipsosque nihilominus cælestis indignatio principis digne pro meritis rependeretur, cuius obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minime præteriret.

69) Constituimus, C. H.
70) Ac etiam, C. R.
71) Voluerunt, ibid.
72) Possint, ibid.
73) Convocans, ibid.
74) Sine, ibid.
75) Exsistere, C. R. esse, H.
76) Et in civitatibus, C. R. sed in H. nova periodus incipit: In civitatibus.
77) Fratres, in C. R. non habetur.
78) Sufficientes, C. R. ac ed. Gunz.
79) Vita probata, C. R.
80) Imponant eis, ibid.
81) Dictiones in posterum, absunt a C. H.
82) Directa, C. impr.
83) Ex eiusmodi fratribus, C. H.
84) Nollent, ibid.
85) Ducant, ibid.
86) Constituendum infra triduum, quod satis erat rationabile, ut docet contestatio inter canilas: eo amoto, C. R.
87) Cum debeat, C. H.
88) Alius, in C. R. non habetur.
89) Prælati, desideratur ibid.
90) Confessiones huiusmodi, ibid.
91) Confessiones, C. R. ed Pith. et gloss.

92) Ad hoc, C. H.
93) Ordinatione, C. R.
94) Et locis, C. R. locis eorum, H.
95) Quibus ut, C. R. ut H.
96) Apostolica, abest a C. R.
97) Aut infirmitate, ibid.
98) In eis, C. H.
99) Donandus, ibid.
100) Quod per eos, C. R.
1) Valebant, ibid.
2) Indulgentias, a C. R. et H. abest.
3) Decernimus, C. R. non habet.
4) Recipere, C. H.
5) Et apostolica, ibid.
6) Eorumdem, C. R.
7) Eadem, desideratur ibid.

a Al. ita: de fratrum nostrorum consilio, etc. b Vide l. sene locus §. fin. ff quemadm. servitus amitt. c Alias: magister. d Al. generalis minister. e Hæ duæ dictiones: in posterum, desunt in antiquioribus codicibus. f Al. ita: prout universitas cleri et populi multitudo, vel paucitas exigit eorumdem.

g Vide l. tutor petitus. §. 1. ff de castr. pecul. l. a filio. §. fin ff de alim. et cibar. leg. Font. h Al. ita: nihilominus eis districte præcipiendo mandantes, etc. i Al. propositionis.

TITV-

TITVLVS VIII.
DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS 8). a

CAP. I.

Ponit quatuor casus, in quibus religiosi, grauantes, vel fraudantes ecclesias, circa decimas, eis debitas, si requisiti per illos, quorum interest, non desistunt intra mensem, vel de vsurpatis vel retentis intra duos menses non fecerint emendam, suspensi sunt ab officiis, administrationibus, et beneficiis: et talia non habentes sunt excommunicati. Secundus, tertius et quartus casus ibi: seu qui. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Religiosi *b* quicumque, qui noualium aut alias decimas, ecclesiis debitas, ad eos ex aliqua caussa legitima non spectantes, appropriare sibi præsumserint, aut exquisitis fraudibus, siue coloribus vsurpare, seu, qui de animalibus familiarium et pastorum suorum, vel aliorum 9) etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium, seu, qui de animalibus, quæ in fraudem ecclesiarum in pluribus locis emunt, emtaque tradunt venditoribus vel aliis ab ipsis tenenda, seu, qui de terris, quas tradunt aliis excolendas, decimam solui ecclesiis non permiserint, aut prohibuerint, nisi post requisitionem, per eos, quorum interest, super hoc eis factam, a præmissis destiterint intra mensem, aut si de iis, quæ contra præmissa vsurpare vel retinere præsumserint, intra duos menses damnificatis ecclesiis emendam non fecerint competentem, sint, et tamdiu maneant ab officiis, administrationibus et beneficiis suis suspensi, donec destiterint et satisfecerint, vt superius est expressum. Quodsi religiosi huiusmodi administrationes 10), vel beneficia non habeant: eo casu, quo alii supra dicti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurrant, ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi, priuilegiis non obstantibus quibuscumque. Ceterum præmissa extendi nolumus 11) ad animalia, quæ per religiosorum ipsorum donatos seu oblatos tenentur: dum tamen illi religiosis eisdem cum effectu donauerint aut obtulerint se et sua.

8) *De decimis in conc. Vienn.* C. R. sed in H. tantum legitur: *de decimis.*
9) *Suorumque etiam aliorum*, C. R.
10) *Administrationem*, ibid.
11) *Volumus*, ibid.

CAP. II.

Decima beneficiorum, alicui concessa, sibi debetur secundum taxationem, et de moneta currente: nec possunt collectores propter hoc distrahere, vel occupare ornamenta, diuinis officiis deputata. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Si beneficiorum decima cuiuis simpliciter concedatur ad tempus: secundum taxationem decimæ, in illis partibus, in quibus fiet concessio, consuetam, et ad monetam currentem *c* communiter ipsa decima leuari poterit et debebit. Nec per collectores *d*, leuatores, siue exactores ipsius decimæ, ecclesiarum calices, libros, et alia ornamenta, diuinis officiis deputata, ex caussa pignoris vel distractionis capi vel recipi volumus, nec distrahi, seu quomodolibet occupari.

TITVLVS IX.
DE REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

CAP. I.

Professi ordinum Mendicantium, etiam licite transeuntes ad non Mendicantes, licet administrationes habeant, non habent vocem in capitulo; etiamsi alii de capitulo id concedant: nec deinceps consequi possunt administrationes, prioratus, vel officia, etiam tamquam vicarii, nec pro se vel aliis animarum curam gerere: et irritat contra factum. Vltimo ponit casum exceptum. Io. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Vt professores cuiusuis paupertatis ordinis eo libentius, in quo vocati sunt vocatione persistere, transeuntesque ad non Mendicantium ordinem in eodem conuersari quietius studeant, quo in ipsis 12) discordiarum et schismatum productiua ambitio reprimetur 13) *e*: sacro concilio approbante statuimus, Mendicantes quoslibet, qui ad non Mendicantium ordines etiam auctoritate apostolica transibunt in posterum, quiue hactenus transiuerunt, quamuis nunc 14) prioratus, administrationes, vel officia, aut curam animarum, vel regimen quodcumque obtineant inibi, vocem aut locum in capitulo non habere, etiamsi hoc sibi ab aliis libere concedatur, ad *f* prioratus quoque 15) administrationes, aut quæcumque in antea 16) non adsumi officia, etiam 17) tamquam vicarios seu ministros vel locum 18) aliorum tenentes, quodque animarum curam et regimen nec pro se possint, nec pro aliis exercere. Quidquid autem in contrarium attentatum fuerit, sit irritum ipso iure, quouis priuilegio non obstante. Ad illorum autem Mendicantium ordines, quos apostolica sedes eo modo subsistere *g* voluit, vt eorum professoribus ita in illis remanere liceret 19) *h*, quod nullum extunc admitterent ad professionem eorum, quibusque 20) concessit licentiam generalem ad approbatos alios ordines transeundi, præsentem nolumus constitutionem extendi.

12) *Ad ipsos*, C. H.
13) *Reprimatur*, ibid.
14) *Nunc*, desideratur ibid.
15) *Quosque*, C. R. *quoslibet*, H.
16) *Annua*, C. R.
17) *Aut quæcumque etiam annua officia non adsumi et tamquam*, C. H.
18) *Loca*, C. R et H.
19) *Liceat*, C. H.
20) *Quibus*, C. R.

CAP. II.

Pubes, per annum deferens habitum nouitiorum, non patenter distinctum ab habitu professorum, intelligitur professus. Ioann. Andr.

IDEM.

Eos, qui, deinceps in discretionis constituti ætate, nouitiorum habitum in aliqua religione per annum portauerint 21), hoc ipso religionem illam decernimus esse professos: nisi huiusmodi habitus in colore, scissura, vel forma se distinctum patenter exhibeat ab habitu professorum.

21) *Portauerunt*, C. R.

TITVLVS X.
DE STATV MONACHORVM VEL 22) CANONICORVM REGVLARIVM.

CAP. I.

Præmittit exordium breue, in quo constitutionis caussam ponit, et generale interdictum monachorum nigrorum circa exquisitum ornatum, vel notabilem excessum in vestibus, cibis, potibus, equitaturis, et lectisterniis.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Ne in agro dominico, sacra videlicet monachorum nigrorum religione, indecorum aliquid obrepat, aut vitiosum 23) quidquam perniciose 24) *i* in segetem coalescat, sed vt in illa potius flores honoris et honestatis fructus in vbertate succrescant: eis in vestibus inordinatum omnem seu exquisitum ornatum, aut cultum, nec non in cibis et potibus, equitaturis et lectisterniis, quemuis notabilem interdicentes excessum.

Specialiter prouidet circa vestes, habitui proximas, almutias, caputia, calceamenta, zonas, cultellos, calcaria, sellas, et frenos ipsorum, et vltimo, circa habitum superiorem. Ioann. Andr.

§. 1. Statuimus, vt superior vestis ipsorum, habitui proxima, nigri, bruni, aut alii coloris existat, iuxta morem, apud eos seruari solitum in regione, qua degunt. Nec in qualitate panni regularis 25) excedatur modestia, nec quæratur quod pretiosius et subtilius, sed quod vtilius valeat inueniri. Sit etiam vestis ipsa rotunda per circuitum et non scissa 26), nec longitudine nimia, aut breuitate notanda: largas etiam manicas habeat, vsque ad pugnum protensas, non 27) consutitias vel quomodolibet botonatas. Almutias de panno nigro vel pellibus 28) caputiorum loco cum caputiis habitus, quem gestauerint, sint contenti: iuxta tamen dispositionem abbatis, scissis super humeros, et honestis caputiis vti possint. In vestibus sendatum pro foderaturis 29) non portent. Aestiualibus 30) largis aut botis altis pro calceamentis vtantur. Nullus zonam, cultellum, calcaria cum ornatu deferre, aut cum sella, clauorum ornatu decorata superfluo, vel nimis alias sumtuosa, siue cum freno, ferraturam ad ornatum habente, equitare præsumat. Rursus in locis, in quibus fuerit congregatio duodecim monachorum aut supra, intra septa monasterii, abbas, prior, aut alius præsidens portet floccum 31) de panno, pro floccis aut cucullis in ipso monasterio consueto 32): monachi vero alii in monasteriis, in quibus fo-

22) *Et*, C. R.
23) *Vitiorum*, ibid.
24) *Periculosum*, C. R. *perniciosum*, H. et impr.
25) *Regularis*, abest a C. R.
26) *Fissa*, C. R. et H. per tot.
27) *Protensas, consutitias*, C. H.
28) *Pellibus nigris*, C. R.
29) *Foraturis*, C. R et H.
30) *Et Aestiualibus*, C. H.
31) *Floccum*, ibid.
32) *Autem cucullam in ipso monasterio consuetam*, C. R. *aut cucullam in ipso monasterio consuetam*, H.

a *In antiqu. cod. etiam impressis desunt hæc tria verba:* primitiis et oblationibus. b *Vide conc. Trid. sess. 25 de reform. c. 12.* c *Vide Geminianum consil. 157 et Albertum Brunum consil. 98.* d *De potestate collectorum et subcollectorum, et an debeat constare per litteras, vide Rotam decis. 266. in nouis.* e *Al.* reprimatur.

f *In manuscr. vetusto sanis et emendato ita:* ad prioratus quoslibet, administrationes, aut quæcumque etiam annua officia non adsumi, et tamquam vicarios, seu ministros vel loca aliorum tenentes, *etc.* g *Al.* sustinere. h *Al.* liceat. i *Al.* periculosam in segetem.

cos soliti sunt portare, debent 33) etiam vti ais. In aliis autem monasteriis et intra domos et alios prioratus, vbi non est tanta congregatio monachorum, cucullas clausas deferant at honestas. Cum vero abbates, priores, aut alios præsidentes at monachos alios extra monasterium 34) proficisci continget: flocum, cucullam, aut capam clausam 35) habeant, et subtus capam, si eam portauerint, cucullam deferant, aut, si maluerint, scapulare. Cum autem ad seruiendum in diuinis officiis albis vel sacris vestibus induentur 36), aut cum occupabuntur in operibus: vti eis liceat scapulari. Verum oe ex diuersa acceptatioon, quam in diuersis regionibus huiusmodi vocabula, flocus vidalicet, at cuculla dicuntur habere, hæsitandi circa præmissa materia relinquatur: cucullæ nomine habitum longum et amplum, sad manicas non habentem, nomine vero floci habitum, qui longas et amplas habet manicas, nos intelligere daclaramus.

Prouidet circa monachorum confessionem, communionem, expositionem regulæ, et instructionem nouitiorum. Ioann. Andr.

§. 2. Sane *a*, singulis mensibus tam in monasteriis, quam extra, (sublata occasione quacumque,) ad confessionam saltem semel accedant omnes et singuli monachi. Et in prima dominica mensis cuiuslibet in monasteriis semper communicent: oisi ex caussa forta, quam abbati, priori, aut pœnitentiariis monasteriorum non differant intimare, eorumque iudicio vel abstineant vel accedant. Regula quoque 37) cum in capitulo legitur, ab illo, qui præest ipsi capitulo, vel alio, cui hoc ipse iniunxerit, propter iuniores 38) vulgariter exponatur. Nouitiis etiam fidelis deputetur instructor, tam in diuinis officiis, quam in obseruantia regulari.

Prouidet circa venationes et aucupationes monachoram. Ioann. Andr.

§. 3. Porro a venationibus at aucupationibus omnes semper abstineant, oec eis interesse, aut canes, vel aues venaticos per se vel alios tenara præsumant, nec a familiaribus, secum morantibus, teneri permittant; nisi saltus 39), viuaria, val garenas proprias, vel ius venandi in alianis haberent, in quibus cuniculi vel faræ aliæ forsan essent, quo casu hoc eis permittitur: dum tamen intra monasteria seu domos, quas inhabitant, aut eorum clausuras, venaticos canes non teneant, nec venationi præsentiam exhibeant personalem.

Punit certos prædictorum transgressores, omnes alios puniri iubens iuxta disciplinam regulæ. Ioann. Andr.

§. 4. Si quis autem præmissorum temerarius exstiterit violator: regulari subiaceat disciplinæ. Et nihilominus si sotulares non corrigiatos et altos, aut caputia, (vt præfertur,) non fissa portara præsumserit, siquidem abbas, vel prior, non habens abbatem proprium, fuerit: per annum se nouerit a beneficiorum collatione suspensum. Si vero alius fuerit: ab administratione, si quam obtinet, sit per annum suspensus. Quodsi nullam habeat: eo ipso per annum reddatur inhabilis ad administrationem et ecclesiasticum beneficium obtinendum. Si qui vero eorum venationi aut aucupationi clamose, vel alias cum canibus aut auibus ex proposito interfueriot: iuxta præmissam personarum distinctionem, dictarum suspensionis et inhabilitatis pœnas per biennium ipso facto incurrant. Abbate autam vel priore a collatione, (vt præmittitur,) beneficiorum suspenso, ad priorem claustralem, cum consilio et adsensu conuentus vel maioris partis ipsius, eorumdem beneficiorum collatio deuoluatur.

Prouidet contra professos, euntes ad curias principum, vel alias vagantes, vel intra septa monasterii arma tenentes. Ioaon. Andr.

§. 5. Quia vero nonnulli monachorum ipsorum, (sicut accepimus,) suaui iugo obseruantiæ regularis abiecto, interdum, (propriis relictis monasteriis, sa 40) in eis secure morari non posse fingentes, vel alio colore 41) quæsito,) per curias principum euagando discurrunt, et, nisi a prælatis eorum petita pensio vel subuentio adsignetur eisdam, conspirantes in illos, eisque proditionem vel alia 42) grauia imponentes, et 43) eos capi et incarcerari, ipsorumque monasteria comburi procurant, et interdum monasteriorum ipsorum bona in totum val *b* in partem non modicam occupare præsumunt: nos, eorum in hac parte reprobis ausibus obuiare volentes, hoc edicto perpetuo prohibemus, ne monachi aut regulares canonici, administrationem aliquam non habentes, ad curias principum absque speciali 44) prælatorum suorum licentia se conferre præsumant. Quodsi, vt suis prælatis aut monasteriis damnum aliquod inferant *c*, ad dictas curias se conferre præsumserint: excommunicatioois sententiam eos incurrere volumus ipso facto, prælatis eorum districte nihilominus iniuogentes, vt ipsos a prædictarum curiarum accessu, et aliis quibuslibet vagationibus et discursu diligenter compescere, ac soper 45) hoc non parentes eisdem, sauera corrigare non omittant. Præfatæ quoque sententiæ, monachos intra septa monasteriorum, sine licentia abbatum suorum arma tenentes, decernimus subiacere.

Prouidet circa monachorum solitudines. Ioann. Andr.

§. 6. Ad hæc, prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, perpetuo prohibemus edicto, ne monachi singuli in singulis, sibi commissis, administrationibus vel prioratibus habitare præsumant. Sed si prouentus prioratuum seu administrationum huiusmodi duobus forte non suppetant: iidem prioratus seu administrationes, nisi per abbates ad sustentationem duorum sufficieotes reddantur, locis aliis vicinioribus, ad eorum monasteria pertinantibus, vel ipsorum monasteriorum officiis, aut inter se inuicem prout erit commodius, cum consilio et adsensu abbatum, per locorum ipsorum ordinarios vniantur, monachis locorum, quæ aliis vnientur prioribus 46), ad claustrum primitus reuocandis, et clericis 47) seruituris ibidem, de locorum ipsorum prouentibus prouisione debita facienda.

Prouidet de priorum ætate, et ipsorum sacerdotio, professione, et habitatione. Ioann. Andr.

§. 7. Ceterum prioratus conuentuales alicui, nisi XXV. 48) annum attigerit, alii vero, curam animarum habentes, etsi cura ipsa per seculares habeat presbyteros axerceri, cuiquam, nisi XX. annum paregerit, consarri nequeaot aut committi. Qui autem prioratus istos vel illos 49) habuerint, intra annum, computandum a tempora collationis seu commissionis, sibi factæ de eis, et possessionis eorum adeptæ, vel intra vigesimum quintum ætatis suæ annum, si ante annum ipsum non conuentuales prioratus eis commissi fuerint, aut collati, sa faciaot ad sacerdotium promoueri. Quod si, (cessante rationabili caussa,) non fecerint: eo ipso, oulla etiam monitiona præmissa, prædictis prioratibus sint priuati, qui ipsis iterum ea vice nullatenus conferantur. Sane, prioratus aliquis, siue administratio committi alicui val conferri non possit: nisi expresse professus fuerit 50) ordinem monachalem. Neque prioratus aut administrationes extra monastaria obtinentes, permittantur in monastariis, sed teneantur in ipsis prioratibus seu administrationibus, (quacumque non obstante consuetudine,) residere; nisi ex studiorum vel alia caussa rationabili ad tempus forte ab huiusmodi residentia excusentur.

Prouidet de monachorum ordinatione et ipsorum doctrina. Ioann. Andr.

§. 8. Ad ampliationem autem cultus diuini, statuimus, quod monachi quilibet ad monitionam abbatis se faciant ad omnes ordines sacros, (excusationa cessante lagitima,) promoueri. Rursus, vt ipsis monachis proficiendi in scientia, via opportuna non desit, in singulis ipsorum monasteriis, quibus ad hoc suppetunt 51) facultates, idoneus teneatur magister, qui eos in primitiuis scientiis instruat diligenter.

Confirmat et innouat decretalem supra eodem: Cum ad monasterium. *et cap.* Io singulis. H. d. Ioann. Andr.

§. 9. Præmissa igitur omnia, et ea nihilominus, quæ felicis recordationis Innocentius papa quartus, prædacessor noster, circa statum monachorum ipsorum pro vberiori cultu obseruantiæ regularis, quoad vsum camisiarum, abdicationem proprietatis, silentium et esum 52) carnium, ac de eorum 53) capitulis de triennio io triennium calebrandis, et etiam quoad quælibet alia statuit 54), (quæ omnia innouamus et approbamus,) expressa volumus et statuimus firmiter obseruari.

33) *Debeant*, C. R. et H.
34) *Monasteria*, C. R.
35) *Clausam*, ibid non legitur.
36) *Induantur*, ibid.
37) *Quoque*, desideratur ibid.
38) *Iniunxerit*, *minoribus*, ibid.
39) *Nisi saltem saltus*, C. H.
40) *Siue*, C. R.
41) *Corde*, C. impr.
42) *Alia*, non est in C. R.
43) *Et*, abest a C. H. impr. et ed. Pith.
44) *Speciali*, non habet C. R.

45) *Aut super*, C. H.
46) *Prioribusque*, C. H. *prioratibus*, ed. Pith.
47) *Ecclesiis*, C. H.
48) *XXVIII.* C. R.
49) *Alios*, ibid.
50) *Fuerit*, ibid non habetur.
51) *Suppetent*, ibid.
52) *Visum*, ibid.
53) *Eorum*, desideratur ibid.
54) *Statuta*, C. impr.

CAP. II.

Moniales, quæ nulli subsunt nisi papæ, et canonici sæculares, per ordinarios, et alia exemta per suos prælatos debent annis singulis visitari. Et ponit numerum personarum, visitationi interesse debentium. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Attendentes *d*, quod, vbi gubernaculum disciplinæ contemnitur, restat, vt religio naufragetur, prouidendum censuimus esse præcipue, na per contemtum huiusmodi in his, quæ sa Christo voto celabri desponderunt, quidquam reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, et diuinam merito possit offendere maiestatem. Hoc igitur sacro approbante concilio, duximus statuendum, vt

a *Iste §. comprehendit canonicos regulares, ne rubrica sit superflua, contra l. si quando. ff. de legat. 1. et c. solita. de maior. et obed.* b *Al. ita: vel in parte non modica.*

c *Vide l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. et Ioann. Andr. in c. in panis. de reg. iur. libr. 6.* d *Vide conc. Trid. sess. 25. tit. de regularibus. c. 9.*

singula

singula monialium monasteria per ordinarios, exemta videlicet, quæ ita sedi apost. quod nulli alii subiecta noscuntur, apostulica, non exemta vero, ordinaria auctoritate, ac exemta alia 55) per alios, quibus subsunt, annis singulis debeant visitari. Visitatores autem huiusmodi sollicitudinis studium diligenter impendant, vt moniales ipsæ, (quarum nonnullas dolentes audiuimus in subscriptis excedere,) pannis sericis, variorum foderaturis 56), sandalitiis 57), comatis et cornutis 58) crinibus, scacatis et virgatis caputiolis non vtantur, non choreas, non festa sæcularium prosequantur, non die noctuue per vicos et plateas incedant, aut voluptuosam alias vitam ducant, easque sollertius retrahant ab insolentiis quibuslibet et mundi huius illecebris, ac inducant easdem ad impendendum 59) in monasteriis suis deuotum et debitum virtutum domino famulatum. Ad quæ omnia obseruanda moniales easdem, (non obstantibus exemtionibus 60) et priuilegiis quibuscumque, quibus tamen quoad alia nolumus præiudicium generari,) per illos, de quibus supra dictum est, compelli iubemus remediis opportunis. Statuimus insuper, vt quæuis, ad regimen abbatiarum adsumtæ, in monasteriis, in quibus abbatissæ sunt solitæ benedici, intra annum, a suæ confirmationis tempore computandum a, munus benedictionis suscipiant: alioquin s iure suo, (nisi subsit caussa rationabilis,) prorsus se nouerint cecidisse, per illos, ad quos id pertinet, prouisione de abbatissis monasteriis ipsis canonice facienda. Illas quoque b mulieres, quæ vulgo dicuntur canonicæ sæculares, et, vt sæculares canonici, vitam ducunt, non renuntiantes proprio, nec professionem aliquam facientes, per locorum ordinarios, si exemtæ non fuerint, sua, si vero exemtæ fuerint, apostolica auctoritate præcipimus visitari, per hoc tamen non intendentes earum 61) statum, regulam, seu ordinem approbare. Ipsos autem visitatores notariis duobus, et personis duabus suæ ecclesiæ, quatuorque viris aliis honestis vtique et maturis præcipimus in sa, quam visitando faciant, inquisitione fore contentos. Si qui vero visitatores ipsos in præmissis impedire præsumserint, seu aliquo præmissorum, (nisi moniti resipiscant,) ipso facto excommunicationis sententiam se nouerint incursuros, priuilegiis, statutis et consuetudinibus quibuslibet in contrarium minime valituris.

55) *Illa*, C. R.
56) *Ferraturis*, C. R. *ferraturis*, H.
57) *Sandaliis*, C. R.
58) *Et minorum cornutis*, ibid.
59) *Impendendum*, ibid.
60) *Exceptionibus*, ibid.
61) *Earum*, ibid.

TITVLVS XI.
DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT EPISCOPO 62) SINT SVBIECTAE.

CAP. I.

Mulieres, statum Beguinarum sectantes, et de nouo adsumentes, ac religiosi, in hoc dantes consilium vel fauorem, ipso facto sunt excommunicati: status tamen pœnitentialis per hoc non interdicitur, secundum Paulum.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1311.)*

Cum de quibusdam mulieribus, Beguinabus vulgariter nuncupatis, (quæ cum nulli promittant obedientiam, nec propriis renuntient, neque profiteantur aliquam regulam approbatam, religiosæ nequaquam exsistunt, quamquam habitum, qui Beguinarum dicitur, deferant, et adhæreant religiosis aliquibus, ad quos specialiter trahitur adfectio earundem,) nobis fide digna relatione insinuatum exstiterit, quod earum aliquæ, quasi perductæ in mentis insaniam, de summa Trinitate ac diuina essentia disputent et prædicent, ac circa fidei articulos et ecclesiastica sacramenta opiniones, catholicæ fidei contrarias, introducant, et multos super his decipientes simplices, eos in errores diuersos inducant, aliaque 63) quam plura, periculum animarum parientia c, sub quodam velamine sanctitatis faciant et committant: nos, tam ex his, quam ex aliis, de ipsarum opinione sinistra frequenter auditis, eas merito suspectas habentes, statum earundem, sacro approbante concilio, perpetuo duximus prohibendum, et a Dei ecclesia penitus abolendum, eisdem et aliis mulieribus quibuscumque sub pœna excommunicationis, quam in contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, iniungentes expresse, ne statum huiusmodi, dudum forte ab ipsis adsumtum, quoquo modo sectentur vlterius, vel ipsum aliquatenus de nouo adsumant. Prædictis vero religiosis, per quos eædem mulieres in huiusmodi Beguinagii statu foueri, et ad ipsum suscipiendum induci dicuntur, sub simili excommunicationis pœna, quam eo ipso, quod secus 64) egerint, se nouerint incursuros, districtius inhibemus, ne mulieres aliquas prædictum statum, (vt præmittitur,) dudum adsumtum, sectantes, aut ipsum de nouo forsitan adsumentes quomodocumque admittant, ipsis super eo sectando vel adsumendo præbentes vllo modo consilium, auxilium, vel fauorem, nullo contra præmissa priuilegio valituro. Sane, per prædicta prohibere nequaquam intendimus, quin, si fuerint fideles aliquæ mulieres, quæ, promissa continentia, vel etiam non promissa, honeste in suis conuersantes hospitiis, pœnitentiam agere voluerint, et virtutum Domino in humilitatis spiritu deseruire, hoc eisdem liceat, prout d Dominus ipsis 64°) inspirabit 65).

62) *Episcopis*, C. R.
63) *Illa*, ibid.
64) *Si secus*, C. R. et H.

64°) *Ipsis*, desideratur in ed. Pith.
65) *Ministrabit*, C. R.

a *Al.* numerandum. b *Vide Archidiaconum in c. si quis suadente. C. 17. qu. 4.* c *Al.* parentia.

CAP. II.

Ponens constitutionis caussam, statuit hospitalia reformari per collatores ipsorum, et cogi rectores eorum ad conseruationem locorum et suorum iurium, et ad hospitalitatem tenendam, statuens per locorum ordinarios suppleri defectum vel negligentiam collatorum, etiam circa exemta. Ioann. Andr.

IDEM.

Quia contingit interdum, quod xenodochiorum, leprosariarum, eleemosynariarum, seu hospitalium rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res et iura ipsorum interdum ab occupatorum et vsurpatorum manibus excutere negligunt, quin immo ea collabi et deperdi, domos et ædificia ruinis deformari permittunt, et, non attento, quod loca ipsa ad hoc fundata, et fidelium erogationibus dotata fuerunt, vt pauperes, infectique lepra reciperentur inibi, et ex prouentibus sustentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, prouentus eosdem in vsus suos damnabiliter conuertentes e; cum tamen ea, quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, (salua quidem sedis apostolicæ auctoritate,) conuerti: nos, incuriam f et abusum huiusmodi detestantes, hoc sacro concilio approbante, sancimus, vt hi, ad quos id de iure vel statuto, in ipsorum fundatione locorum apposito, aut ex consuetudine præscripta legitime, vel priuilegio sedis apostolicæ pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter informare 66), ac occupata, deperdita, et alienata indebite, in statum reduci debitum faciant, et ad ipsarum miserabilium personarum receptionem et sustentationem debitam, iuxta facultates et prouentus locorum ipsorum rectores prædictos compellere non omittant. In quo si forte commiserint negligentiam vel defectum: ordinariis locorum iniungimus, vt, etiamsi pia loca prædicta exemtionis priuilegio munita consistant, per se ipsos vel alios impleant omnia præmissa et singula, et rectores eosdem, vtique non exemtos, propria, exemtos vero et alios priuilegiatos, apostolica ad id auctoritate compellant, contradictores, cuiuscumque status aut conditionis exsistant, ac præbentes eisdem circa præmissa consilium, auxilium, vel fauorem, per censuram ecclesiasticam et aliis iuris remediis compescendo, nullum tamen per hoc exemtionibus seu priuilegiis ipsis, quoad alia, præiudicium generando.

Præcipit, hospitalia in beneficium non concedi, nisi in duabus casibus, et reprobat contrariam consuetudinem, submittens, quales esse debeant, quibus administratio ipsa committitur, et de ipsorum iuramento, inuentario et ratione reddenda, et decretum apponit. Ioann. Andr.

§. 1. Vt autem præmissa promtius obseruentur, nullus 66°) ea locis ipsis sæcularibus clericis in beneficium conferatur 67); etiamsi de consuetudine, (quam reprobamus penitus,) hoc fuerit obseruatum: nisi in illorum fundatione secus 68) constitutum fuerit, seu per electionem sit de rectore locis huiusmodi 69) prouidendum. Sed eorum gubernatio viris prouidis, idoneis, et boni testimonii committatur, qui sciant, velint, et valeant loca ipsa, bona eorum, ac iura vtiliter regere, et eorum prouentus et reditus in personarum vsum miserabilium fideliter dispensare, et quos in vsus alios bona prædicta conuertere præsumtio verisimilis non exsistat: in quibus sub obtestatione diuini iudicii illorum, ad quos dictorum locorum commissio pertinet, conscientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio seu administratio committetur, ad instar tutorum et curatorum iuramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inuentaria g conficere, et ordinariis seu aliis, quibus subsunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem. Quodsi secus a quoquam fuerit attentatum: collationem, prouisionem, seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis.

Declarat, constitutionem non extendi ad hospitalia religiosorum et militarium ordinum. H. d.

§. 2. Præmissa vero ad hospitalia militarium ordinum, aut religiosorum etiam aliorum extendi minime volumus; quorum tamen hospitalium rectoribus in sanctæ obedientiæ virtute mandamus, vt in illis secundum suorum ordinum instituta et antiquas obseruantias prouidere pauperibus, et hospitalitatem debitam in illis tenere procurent: ad

66) *Reformare*, C. et ed. omnes.
66°) *Nulla*, C. R. *nullis*, H.
67) *Conferantur*, C. R. *conferentur*, H.
68) *Secus*, a C. R. abest.
69) *Loci huius*, ibid.

d *Al.* ita: prout ipsis Dominus ministrabit. e *Ad hunc locum vid. l. legatum. ff. de administr. rerum ad ciuit. pert. c. re vera. de cons. dist. 2. ver. n. 1. c. grauamus. de pœn. libr. 6.* f *Al.* iniuriam. g *Al.* inuentarium.

quod

quod per superiores eorum arcta 70) a districtione cogantur, statutis aut consuetudinibus quibuslibet non obstantibus in præmissis.

Conseruat antiquas consuetudines talium locorum, circa diuina officia et sacramenta. Ioann. Andr.

§. 3. Ceterum nostræ intentionis exsistit, quod, si qua sint hospitalia, altare, vel altaria, et cœmeterium ab antiquo habentia, et presbyteros, celebrantes et sacramenta ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu, si parochiales rectores consueuerint 71) in illis *a* exercere præmissa, antiqua consuetudo seruetur, quoad exercenda et ministranda spiritualia supra dicta.

70) *Ecclesiastica*, C. N.
71) *Et consueuerant*, ibid.

TITVLVS XII.
DE IVRE PATRONATVS.

CAP. I.

Si præsentatio ad ecclesias per patronos ecclesiasticos, in quibus ipsi non consueuerunt omnia onera supportare, non adsignetur intra terminum competentem congrua portio; diœcesanus eam adsignare debebit: quod locum non habet, quando onera sunt per patronos supportanda. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.* (ann. 1311.)

Vt constitutio, quæ ad ecclesiam aliquam quemuis etiam ad exemtorum præsentationem admitti, consuetudine non obstante contraria, prohibet, nisi præsentato de prouentibus eiusdem ecclesiæ, talis coram diœcesano portio fuerit adsignata, vnde iura possit episcopalia soluere, et sustentationem habere congruam, sicut expedit, obseruetur; ipsam declarare, ac *c* quædam 72) adiicere consulta huiusmodi sacri concilii approbatione prouidimus, diœcesanis sub obtestatione diuini iudicii districtius inhibentes, ne præsentatum aliquem per quamcumque personam ecclesiasticam, ius præsentandi ad ecclesiam aliquam habentem, admittant: nisi intra certum terminum competentem, per diœcesanos *d* ipsos præsentantibus præfigendum, ipsi præsentato fuerit coram eis, (vt præscribitur 73) *e*,) congrua de prouentibus ecclesiæ portio adsignata. Quam si forsan iidem præsentantes intra terminum ipsum adsignare neglexerint: ne factum eorum noceat præsentato, statuimus, vt extunc diœcesani debeant præsentatum, (nisi aliud canonicum obsistat,) admittere, et in pœnam præsentantium ad diœcesanos ipsos potestas adsignationis huiusmodi deuoluatur. Præcipimus autem diœcesanis eisdem, sub ipsius obtestatione diuini iudicii, ipsorumque conscientias oneramus, quod moderationem portionis 74) *f* ipsius debite faciant, nec odio vel fauore, vel alias in pluri vel minori circa illam scienter excedant. Sane, in prioratuum vel aliorum 75), tam regularium, quam sæcularium locorum ecclesiis, in quibus religiosi vel alii, ad quos eorum reditus pertinere noscuntur, prædicta consueuerunt onera supportare, præmissa nullatenus obseruentur: sed onera omnia, quæ ecclesiarum ipsarum perpetuis presbyteris, aut vicariis incumberent, si dicta eis adsignatio facta esset, religiosi et alii supra dicti plene subire, ac presbyteros, seu vicarios ipsos decenter tractare, nec non sustentationem eis præstare sufficientem et congruam teneantur. Ad quæ omnia integraliter adimplenda, et nihilominus ad obseruationem debitam adsignationis per diœcesanum 76) in casu alio 77), (vt præmittitur,) faciendæ, religiosos prædictos, et alios quoslibet a diœcesanis eisdem ecclesiastica volumus censura compelli, non obstantibus exemtionibus aut aliis quibuslibet priuilegiis, consuetudinibus, vel statutis, quæ circa præmissa, vel eorum aliquod religiosis ipsis aut aliis, in nullo volumus suffragari.

72) *Ac et quadam*, C. O.
73) *Præmittitur*, C. H.
74) *Pensionis*, ibid.
75) *Et aliorum*, C. B. et H.
76) *Diœcesanos*, C. H.
77) *Aliquo*, ibid.

CAP. II.

In plures heredes vnius ex pluribus patronis transit ius patronatus per stirpes. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Plures *g* ab vno ex patronis ecclesiæ relicti heredes, vocem duntaxat vnius habebunt in præsentatione rectoris. Et, (vt facilius prouideatur ecclesiis,) non inconueniens reputamus, patronos ipsos inter se posse libere conuenire, de rectore ab eis 77*) alternis vicibus præsentando: quibus etiam ex eadem caussa permittimus, vt plures ad vacantem ecclesiam possint eo modo præsentare personas, quod vna ex eis eligi per episcopum valeat et admitti.

77*) *Ab eis*, C. N. et H. non habent.

a *Al.* ecclesiastica. b *Al. ita:* in illis partibus etc. c *In antiquiorib. codicibus constanter legitur ita:* ac et quædam etc. d ac episcopos. e *Al.* præmittitur. f *Al.* pensionis. g *De intellectu vide Lambertin. de iure patron. art. 18. qu. 1. part. 1. num. 5.*

TITVLVS XIII.
DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, ET PROCVRATIONIBVS.

CAP. I.

Religiosi subire tenentur onera, quæ incumbebant ecclesiis, per eos ante hoc concilium adquisitis; nisi priuilegio, exemtione vel alia iusta caussa tueantur: quæ priuilegia vel exemtiones non iuuant in ecclesiis, post concilium adquirendis. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Cum sit naturæ consonum, illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur; hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt religiosi quicumque pro monasteriis et ecclesiis, quæ ad eos, quocumque sint titulo deuoluta, procurationes legatorum sedis apostolicæ, ac iura episcopalia, et alia præstari pro ipsis, antequam ad eos peruenissent, solita, prompte soluere studeant: nisi forsan sedis apostolicæ priuilegio, exemtione, vel alia caussa legitima, ab his se valeant excusare. Priuilegia vero, seu exemtiones huiusmodi ad monasteria, seu ecclesias, quæ ad eos obuenire continget 78), in posterum volumus non extendi.

78) *Contingant*, C. B. *continget*, ed. Gloss.

CAP. II.

Ponit quædam grauamina, quæ prælati inferebant exemtis, præcipue Cisterciensibus, et illa fieri prohibet, statuens, quod episcopi, qui in monasteriis Cisterciensis ordinis caritatiue procurantur, sint contenti cibariis, quæ per illos sibi ministrantur. Si vero procurantur ex debito: ipsis volentibus carnes ministrari debent extra septa monasterii, vel saltem extra portam, quæ dicitur regularis. Ipsorum etiam eleemosynariis fragmenta mensarum possunt pauperibus erogare. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Ad *h* nostrum, (quod dolentes referimus,) peruenit auditum, quod ecclesiarum prælati, ad monasteria Cisterciensis ordinis accedentes, licet ab eis caritatiue recipiantur, et eis curialiter necessaria ministrentur, cibis tamen regularibus non contenti, contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt, et, si eis non ministrentur, auferunt violenter. Et licet in locis eisdem fiant eleemosynæ competenter: ipsi tamen prælati, ipsis religiosis inuitis, alias eleemosynas faciunt, etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent, de consuetudine vel de iure. Pro equitaturis quoque ferrandis, licet ferris non egeant, et coci eorum sui officii ratione pecuniam exigunt et extorquent: nec compositiones, super procurationibus inter prælatos ipsos et eos initas, eis seruant. Ipsis etiam in recipiendis procurationibus ita graues exsistunt 79), quod, ipsis in eorum monasteriis et ecclesiis procurationes recipientibus, longi temporis 80) victum breuis hora consumit: et, dum procurationes recipiunt, canes venaticos, falcones et accipitres secum habent. Et nisi voluntati satisfiat eorum, valuæ monasteriorum seu ecclesiarum per violentiam sæpe franguntur, et ornamenta ecclesiæ exportantur, pluresque procurationes recipiunt vna die sedis apostolicæ priuilegio 81) non suffulti, interdum in pecunia numerata, visitationis etiam 82) officio non impenso, et occasione dictarum procurationum iidem prælati ab ipsis frequenter exigunt, quæ illis soluere non tenentur, intolerabilia eisdem 83) grauamina cumulantes. Sunt *i* et nonnulli, qui procurationes nuntiorum apostolicæ sedis, aliaque extraordinaria onera exemtis et aliis religiosis pro maiori parte imponunt, vt se ac presbyteros liberent sæculares, religiosos ad ordinandum huiusmodi onerum distributionem minime admittentes. In multis etiam aliis præfati 84) prælati, exemta monasteria, et ipsorum ecclesias, vtroque illis iure subiectas, grauent in procurationibus recipiendis, et oneribus insolitis imponendis. Nos igitur, super his volentes de opportuno remedio prouidere, sacri approbatione concilii duximus statuendum, vt, si episcopi non caussa visitationis, sed caritatiuæ hospitalitatis, ad monasteria venerint supra dicta, victualia gratiose recipiant, quæ caritatis gratia eis fuerint ministrata. Ipsis autem episcopis, ad monasteria venientibus supra dicta, et procurationes ibidem recipientibus, sibi debitas de iure communi, consuetudine, priuilegio, vel iure alio speciali; in domibus ipsorum monasteriorum, extra tamen septa ipsorum exsistentibus, si quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin intra septa ipsa, non tamen intra portam, quam regularem appellant, carnium pro congruentia temporis, si voluerint, (priuilegio 85) non obstante quocumque) cibaria ministrentur. Nec inconueniens reputamus, si fragmenta, quæ de mensis ipsorum episcoporum et suorum familiarium colliguntur, per ipsorum episcoporum

79) *Exigunt*, C. B.
80) *Longis temporibus*, C. H.
81) *Priuilegiis*, C. R.
82) *Etiam*, ibid. non habetur.
83) *Eisdem*, desideratur ibid.
84) *Præfati*, abest a C. H.
85) *Priuilegio*, non est in C. R.

h *Vide c. cum apostolus. extra de censib. et cap. 1. 2. et 3. eod. tit. libr. 6. et vid. concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 3. vbi plene de materia visitationis.* i *Al.* sunt etiam, etc.

eleemo-

eleemosynarios ibidem pauperibus erogentur. Ab aliis autem grauaminibus, expressis superius, prælati diligenter a abstineant, si Dei et apostolicæ sedis indignationem voluerint euitare.

CAP. III.

Diœcesani, quibus hoc constat, illos, qui exigendo a clericis, pedagia, vel guidagia excommunicati sunt vel interdicti, publicare debent. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Præsenti *b* constitutione iubemus, vt locorum diœcesani contra eos, qui ob ecclesiis vel personis ecclesiasticis pro earum rebus propriis, quas non negotiandi caussa deferunt, aut deferri faciunt, vel transmittunt, pedagia vel guidagia suo vel alieno nomine exigunt, vel exturquent in animarum suarum periculum, et eorum, a quibus ea exigunt, præiudicium et grauamen, excommunicationis et interdicti sententias, a iure prolatas, postquam de c his ipsis constiterit, omnino publicent, vel a suis subditis tamdiu faciant publicari, donec illi sic exacta 86) *d* restituerint, et de transgressione huiusmodi satisfecerint competenter 87).

86) *Extorta*, C. H.
87) *Expetenter*, C. R.

TITVLVS XIV.
DE CELEBRATIONE *e* MISSARVM, ET ALIIS DIVINIS OFFICIIS 88).

CAP. I.

Prælati, ad quos spectat correctio, et, illis negligentibus, superiores ipsorum debent esse solliciti, vt horis debitis in cathedralibus, regularibus, et collegiatis ecclesiis aliis horæ canonicæ deuote psallantur: et, quod in ecclesiis aliis celebretur conuenienter et debite diurnum officium et nocturnum, principaliter hoc intendit. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Graui *f* nimirum turbatione mouemur, quod ex nonnullorum rectorum negligentia, quæ, dum spem impunitatis permittit, multam nutrire pestilentiam consueuit in subditis, plerique ecclesiarum ministri, modestia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo sacrificium laudis, fructum labiorum suorum in puritate conscientiæ et animi deuotione deberent 89), horas canonicas dicere, seu psallere, transcurrendo, syncopando, extranea quidem et plerumque vana, profana, et inhonesta intermiscendo colloquia, tarde ad chorum conueniendo, seu ecclesiam ipsam absque rationabili caussa ante finem officii exeundo frequenter, aues interdum portando, seu faciendo portari 90), canesque secum ducendo venaticos, ac, quasi nihil prætendentes de clericali militia, in corona, vestibus et tonsura, diuina etiam celebrare, aut iis interesse nimis indeuote præsumunt. Nonnulli etiam tam clerici, quam laici, præsertim in festorum certorum vigiliis, dum in ecclesiis deberent orationi insistere, non verentur in ipsis, earumque cœmeteriis choreas facere dissolutas, et *g* interdum 91) canere cantilenas, ac multas insolentias perpetrare: ex quibus ecclesiarum et cœmeteriorum violationes, inhonesta, variaque delicta quandoque sequuntur, et ecclesiasticum plerumque perturbatur *h* officium, in diuinæ maiestatis offensam, et adstantium scandalum populorum. In multis insuper ecclesiis cum vasis, vestimentis, et ceteris ornamentis, ad diuinum cultum necessariis, indecentibus vtique, (pensatis earum facultatibus,) deseruitur. Ne igitur transgressiones inuolescant huiusmodi, aliisque veniant in exemplum: sacri concilii approbatione hoc fieri prohibentes, sancimus, vt illi, ad quos id pertinet, et in eorum, si vtique exemti non sint 92), negligentiam vel defectum, locorum 93) ordinarii, si vero exemti fuerint, aut alias circa hoc priuilegiati, superiores ipsorum, (omni negligentia vel incuria penitus relegata,) circa reformanda 94) præmissa, et eorum singula corrigenda, nec non vt in cathedralibus, regularibus et collegiatis ecclesiis horis debitis deuote psallatur. In aliis vero conuenienter et debite celebretur diuinum *i* diurnum et nocturnum officium, si Dei et apostolicæ sedis indignationem euitare voluerint, sollicitam curent diligentiam adhibere, contradictores per censuram ecclesiasticam, (dummodo ad eos illam exercere pertineat,) aliisque opportunis remediis compescendo, facientes, prout ad eos spectat in his et aliis, quæ ad diuinum cultum, et morum reformationem pertinent, ac ecclesiarum et cœmeteriorum respiciunt honestatem, sacrorum statuta canonum, ad quæ scienda diligens 95) curent adhibere studium irrefragabiliter obseruari.

88) Diction. *et aliis diuinis officiis*, absunt a C. R.
89) *Debent*, C. H.
90) C. R. non habet verba: *seu faciendo portari.*
91) *Etiam interdum*, C. R. et H.
92) *Fuerint*, secundum C. R.
93) *Illorum locorum*, ibid.
94) *Circa formanda*, C. impr.
95) *Diligenter*, C. R.

CAP. II.

Clerici etiam religiosi, domestici commensales cardinalium vel episcoporum, se possunt in diuinis officiis coaptare. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Dignum prorsus et congruum arbitrantes, quod clerici, tam religiosi, quam alii cardinalium sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, ac quorumcumque pontificum gratiam et communionem apostolicæ sedis habentium, commensales domestici se possint ipsis in diuinis officiis coaptare, vt illud, quod iidem cardinales, seu pontifices dicent officium, licite dicere valeant, nec ad dicendum aliquod aliud teneantur, sacri approbatione concilii 96) indulgemus.

96) *Sacro approbante concilio*, C. R.

TITVLVS XV.
DE BAPTISMO, ET EIVS EFFECTV.

CAP. VN.

In fontibus ecclesiarum, non in priuatis domibus, debet baptisma concedi: duos casus excipit, et transgressores puniri præcipit. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1312.)*

Præsenti *k* prohibemus edicto, ne quis de cetero in aulis vel cameris, aut aliis priuatis domibus, sed dumtaxat in ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos, (nisi regum vel principum, quibus valeat in hoc casu deferri, liberi exstiterint, aut talis necessitas emerserit, propter quam nequeat ad ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi,) audeat 97) baptizare. Qui autem secus præsumserit, aut suam in hoc præsentiam exhibuerit, taliter per episcopum suum castigetur, quod alii attentare similia non præsumant.

97) *Valeat*, C. R.

TITVLVS XVI.
DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.

CAP. VN.

Festum corporis Christi celebrari debet feria quinta, post octauam Pentecostes, et certæ indulgentiæ conceduntur iis, qui in festo vel intra octauam officio vel horis intererunt. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Si Dominum in sanctis eius laudare iubamur: dignum profecto, iustum et salutare nobis exsistit, vt sibi in sui, quo nos quotidie spiritualiter reficit, memoriam corporis, laudes festiuæ venerationis, et gratias referamus. Hac igitur consideratione inducti, constitutionem 98), a bonæ memoriæ Vrbano papa quarto, prædecessore nostro, super hoc editam, de fratrum nostrorum consilio districte 99) præcipimus obseruari, cuius tenor sequitur in hæc verba: *Vrbanus episcopus* 100), *seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis* 1) *et aliis ecclesiarum prælatis, etc. Transiturus de hoc* 2) *l mundo ad Patrem Saluator noster, Dominus* 3) *Iesus Christus, cum tempus suæ passionis instaret, sumta cœna, in memoriam mortis suæ instituit summum et magnificum sui corporis et sanguinis sacramentum, corpus in cibum, et sanguinem in poculum tribuendo. Nam, quoties hunc panem manducamus, et calicem* 4) *bibimus, mortem Domini annuntiamus. In institutione quidem huius sacramenti dixit ipse apostolis:* hoc facite in meam commemorationem: *vt præcipuum et insigne memoriale sui amoris eximii, quo nos dilexit, esset nobis hoc præcelsum et venerabile sacramentum. Memoriale, inquam, mirabile ac stupendum, delectabile, suaue, tutissimum, ac super omnia pretiosum, in quo innouata sunt signa et mirabilia* 5) *immutata, in quo habetur omne delectamentum, et omnis saporis suauitas, ipsaque dulcedo Domini degustatur, in quo vtique vitæ suffragium consequimur et salutis. Hoc est memoriale dulcissimum, memoriale sacratissimum, et memoriale salvificum, in quo gratam redemtionis nostræ recensemus memoriam, in quo a malo retrahimur, et in bono confortamur, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipsius corporali præsentia Saluatoris. Alia namque, quorum memoriam agimus, spiritu menteque complectimur: sed non propter hoc realem eorum præsentiam obtinemus. In hac vero sacramentali Christi commemoratione Iesus Christus præsens sub alia*

98) *Inducta constitutione*, C. R.
99) *Districte*, abest ab eod. C.
100) *Episcopus*, desideratur ibid.
1) *Episcopis*, ibid haud legitur.
2) *Hoc*, non est in C. impr.
3) *Dominus*, non legitur in C. R.
4) *Sanguinem*, ibid.
5) *Miracula*, C. R.

a *Al. ita:* diligenter prorsus abstineant. b *Nota, quod res clericorum gaudent eodem priuilegio, quo res ecclesiarum. cap. vltim. de vit. et honest. cler. c. ecclesiarum seruos C. 12. qu. 2. Arch.* c *Al.* de ipsis eis constiterit etc. d *Al.* extorta. e *Al. ita:* de celebratione missarum, et aliorum officiorum. f *De materia huius Clement. præter Doct. hic vide canonistas in cap. 1. et c. dolentes. extr. de celebr. missar.* g *Al. ita:* etiam interdum, etc. h Perturbatur. i *Al. ita:* diurnum officium pariter et nocturnum.

k *Conferant tradita per B. Thom. part. 3. qu. 83. art. 3.* l *In antiquioribus codicibus deest dictio* hoc.

quidem

quidem forma, in propria vero substantia est nobiscum. Adscensurus enim in cælum dixit apostolis et eorum sequacibus a: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi: *benigna ipsos promissione confortans, quod remaneret et esset cum eis, etiam præsentia corporali* b. *O digna et numquam intermittenda memoria! in qua mortem nostram recolimus mortuam, nostrumque interitum interiisse, ac lignum viuificum ligno crucis adfixum, fructum nobis attulisse salutis. Hæc est commemoratio gloriosa, quæ fidelium animos replet gaudio salutari, et cum infusione lætitiæ deuotionis lacrimas subministrat. Exsultamus nimirum nostram memorando liberationem, et recolendo passionem dominicam, per quam liberati sumus, vix lacrimas continemus. In hac itaque 6) sacratissima commemoratione adsunt nobis suauitatis gaudium simul et lacrimæ: quia et in ea 7) congaudemus lacrimantes, et lacrimamur deuote gaudentes, lætas habendo lacrimas, et lætitiam lacrimantem. Nam et cor, ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stillat guttas. O diuini amoris immensitas, diuinæ pietatis superabundantia, diuinæ adfluentia largitatis! Dedit enim nobis Dominus omnia, quæ subiecit 8) sub pedibus nostris, et super vniuersas terræ creaturas contulit nobis dominii principatum. Ex ministerio etiam spirituum superiorum* c *nobilitat et sublimat hominis dignitatem 9). Administratorii namque sunt omnes in ministerium, propter eos, qui hereditatem salutis capiunt, destinati. Et cum tam copiosa fuerit erga nos eius munificentia: volens adhuc ipse in nobis suam exuberantem 10) caritatem præcipua liberalitate monstrare, semet ipsum nobis exhibuit, et transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis et admiranda liberalitas, vbi 11) donator venit in donum, et datum est idem penitus cum datore! Quam larga et prodiga largitas, cum tribuit quis se ipsum! Dedit igitur nobis se in pabulum, vt, quia per mortem homo corruerat, et per cibum ipse 12) releuaretur ad vitam. Cecidit homo 13) per cibum ligni mortiferum 14)* d: *releuatus est homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit esca mortis: in isto pependit vitæ alimentum. Illius esus meruit læsionem: istius gustus intulit sanitatem 15). Gustus sauciauit, et gustus sanauit. Vide, quia, vnde vulnus est ortum, prodiit et medela: et, vnde mors subiit, exinde vita euenit. De illo siquidem gustu dicitur* e: Quacumque die comederis, morte morieris: *de isto vero legitur* f: si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum. *Hic est cibus, qui plene reficit, vere nutrit, summeque impinguat, non corpus, sed cor, non carnem, sed animam, non ventrem, sed mentem. Homini ergo, qui spirituali alimonia indigebat, Saluator ipse misericors, de nobiliori et potentiori huius mundi alimento pro animæ refectione pia dispositione prouidit. Decens quoque liberalitas exstitit, et 16)* g *conueniens operatio pietatis, vt verbum Dei æternum, quod rationabilis creaturæ cibus est et refectio, factum caro, se rationabili creaturæ carni et corpori, homini videlicet, in edulium largiretur* h. *Panem enim angelorum manducauit homo, et ideo Saluator ait* i: caro mea vere est cibus. *Hic panis sumitur, sed vere non consumitur: manducatur, sed non transmutatur: quia in edentem minime transformatur, sed, si digne recipitur, sibi recipiens conformatur. O excellentissimum sacramentum! O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconiis exaltandum, cunctis honorandum studiis, deuotis prosequendum obsequiis et sinceris mentibus retinendum! O memoriale nobilissimum intimis commendandum præcordiis, firmiter animo alligandum, diligenter reseruandum in cordis vtero et meditatione, ac celebratione sedula recensendum! Huius memorialis continuam debemus celebrare memoriam, vt illius, cuius ipsum fore memoriale cognoscimus, semper memores exsistamus: quia 17), cuius donum vel munus frequentius adspicitur, huius memoria strictius 18) retinetur. Licet igitur hoc memoriale sacramentum in quotidianis missarum solemniis frequentetur: conueniens* k *tamen arbitramur et dignum, vt de ipso semel saltem in anno, ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam et insaniam, memoria sollemnior et celebrior habeatur. In die namque cœnæ Domini, quo die ipse Christus hoc instituit sacramentum, vniuersalis ecclesia pro pœnitentium reconciliatione, sacri confectione chrismatis, adimpletione mandati, circa lotionem pedum et aliis quamplurimum 19) occupata, plene vacare non potest celebrationi huius maximi sacramenti. Hoc enim circa sanctos, quos per anni circulum veneramur, ipsa obseruat ecclesia, vt, (quamuis in letaniis et missis, ac aliis etiam ipsorum memoriam sæpius renouemus,) nihilominus tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum sollemnius recolat, festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando. Et quia in his festis circa sollemnitatis debitum aliquid 20) per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut alias, ex humana fragilitate omittitur: statuit ipsa 21) mater ecclesia certum 22) diem, in qua generaliter omnium sanctorum commemoratio fieret, vt in hac ipsorum celebratione communi, quidquid in propriis ipsorum festiuitatibus omissum exsisteret* l, *solueretur. Potissime igitur exsequendum est erga hoc viuificum sacramentum corporis et sanguinis Iesu Christi, qui est sanctorum omnium gloria et corona, vt festiuitate ac celebritate præfulgeat speciali, quatenus in eo, quod in aliis missarum officiis circa sollemnitatem est forsitan prætermissum, deuota diligentia suppleatur, et fideles, (festiuitate ipsa instante,) intra se præterita memorantes, id quod in ipsis missarum sollemniis, sæcularibus forsan agendis implicati, aut alias ex negligentia vel fragilitate humana minus plene gesserunt, tunc attente in humilitate spiritus et animi puritate restaurent. Intelleximus autem olim, dum in minori essemus officio constituti, quod 23) fuerat quibusdam catholicis diuinitus reuelatum, festum huiusmodi generaliter in ecclesia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem et exaltationem catholicæ fidei, digne ac rationabiliter duximus statuendum, vt de tanto sacramento, præter quotidianam memoriam, quam de ipso facit ecclesia, et sollemnior et specialior annuatim memoria celebretur, certum 24) ad hoc designantes et describentes diem, videlicet feriam quintam proximam 25), post octauam pentecostes: vt in ipsa quinta feria deuotæ turbæ fidelium propter hoc ad ecclesias adfectuose concurrant, et tam clerici, quam populi gaudentes, in cantica laudum surgant. Tunc enim omnium corda et vota, ora et labia, hymnos persoluant lætitiæ salutaris. Tunc psallat fides, spes tripudiet, exsultet caritas, deuotio plaudat, iubilet chorus, puritas iucundetur. Tunc singuli alacri animo promptaque voluntate conueniant, sua 26) studia laudabiliter exsequendo, tanti festi sollemnia celebrantes. Et vtinam ad Christi seruitium sic eius fideles ardor inflammet, vt per hæc et alia proficientibus ipsis meritorum cumulis apud eum, qui sese dedit pro eis in pretium, tribuitque se ipsis in pabulum, tandem post huius vitæ decursum eis se in præmium largiatur. Ideoque vniuersitatem vestram monemus et hortamur in domino, et 27) per apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus tam excelsum, et tam gloriosum festum prædicta quinta feria singulis annis deuote ac sollemniter celebretis, et faciatis studiose per vniuersas ecclesias ciuitatum vestrarum et diœcesum celebrari, subditos vestros in dominica, dictam quintam feriam proximo præcedente, salutaribus monitis sollicite 28) per vos et per alios exhortantes, vt per veram et puram confessionem, eleemosynarum largitionem, attentas et sedulas orationes, et alia deuotionis et pietatis opera taliter se studeant præparare, quod huius pretiosissimi sacramenti mereantur fieri participes illa die, possintque ipsum suscipere 29) reuerenter, ac eius virtute augmentum consequi gratiarum. Nos enim, Christi fideles ad colendum tantum festum et celebrandum donis volentes spiritualibus animare, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui matutinali officio festi eiusdem in ecclesia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum, qui vero missæ, totidem, qui autem in primis ipsius festi vesperis interfuerint 30), similiter centum 31), qui vero in secundis totidem, illis vero, qui primæ, tertiæ, sextæ, nonæ ac completorii officiis interfuerint, pro qualibet horarum ipsarum, quadraginta, illis autem, qui per octauas illius festi matutinalibus, vespertinis, missæ, ac prædictarum horarum officiis interfuerint, centum dies singulis octauarum ipsarum diebus, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum apostolorum eius 32) Petri et Pauli auctoritate confisi, de iniunctis sibi pœnitentiis relaxamus.*

6) *Vtique*, C. n.
7) *Cum ea*, ibid.
8) Diction *quæ subiecit*, ibid non habentur.
9) *Dignitates*, ibid.
10) *Exuberantem*, ibid. non legitur.
11) *Vt*, ibid.
12) *Ipse*, desideratur ibid.
13) *Homo*, ibid non legitur.
14) *Mortiferi*, ibid.
15) Diction *gustus intulit sanitatem*, desiderantur ibid.
16) *Vt*, ibid.
17) *Vt*, ibid.
18) *Districtius*, ibid.
19) *Aliis plurimum*, C. impr.

20) *Aliquas*, C. n.
21) *Ipsa*, ibid. non habetur.
22) *Certam*, abest a C. impr.
23) *Et*, C. n.
24) *Tertium*, ibid.
25) *Proximam*, ibid non legitur.
26) *Aut sua*, ibid.
27) *Et*, desideratur ibid.
28) *Sollicite*, ibid. non habetur.
29) *Recipere*, ibid.
30) *Interfuit*, ibid.
31) *Centum dies*, ibid.
32) *Eius*, ibid. non legitur.

TITVLVS XVII. DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

CAP. VN.

Renouat et pro infectis vult haberi decretalem: Clericis: *eod. tit. l. 6. cum suis declarationibus.* Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Quoniam ex constitutione Bonifacii papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: *Clericis laicos:* et ex declaratione, seu declarationibus ex illa postmodum subsequutis, nonnulla scandala, magna pericula, et incommoda grauia sunt sequuta, et ampliora sequi, (nisi celeri remedio succurratur,) præsumitur o verisimiliter in futurum: nos de consilio fratrum nostrorum constitutionem, et declarationem,

a *Matth. vlt.* b *Vide gl. in l. 1 ff. quod met. causs. et gl. in l. 2 C. in quibus causs. coiou. l. 11.* c *Al. supernorum.* d *Alias. mortiferi.* e *Genes. 2.* f *Ioann. 6.* g *Alias ita: et non inconueniens, etc.* h *Psalm. 77.* i *Ioann. 6.* k *Vide concilium Tridentinum session. 13. de sanctissima eucharistia sacramento, c. 5 et 6*

l *Al. exsisteret.* m *Philipp. 4.* n *Al. octauam.* o *Al. præsumuntur.*

sen

seu declerationes prædictas, et *a* quidquid ex eis sequutum est, vel ob eas, penitus reuocamus, et eas haberi volumus pro infectis, volentes et firmiter statuentes, illud (contra quoscumque 33) laicos, exigentes seu exturquentes ab ecclesiis, ecclesiasticisque personis tallias seu collectas, aut exactiones quascumque, et contra dantes ad id faciendum consilium, auxilium vel fauorem, nec non et circa prælatos 34) subuentiones laicis ab ecclesiarum prælatis, et aliis viris ecclesiasticis,) inuiolabiliter obseruari, quod super his a prædecessoribus nostris in Lateranensi, et generali conciliis, quæ nos sub obtestatione diuini iudicii præcipimus obseruari districte, salubriter est prouisum.

33) *Quosdam*, C. 8.
34) *Prabendas*, ibid.

a *In vetusto codice manuscripto ita:* ac omnia et singula cuarcata in eis penitus, etc.

FINIS LIBRI TERTII.

CLEMENTINARVM
LIBER QVARTVS.

TITVLVS VNICVS.
DE CONSANGVINITATE ET ADFINITATE.
CAP. VN.

Scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel adfinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatus est ipso iure: et publicari debet et vitari. Idem in professo et professa, vel constituto in sacris. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1311. in Gallia.)*

Eos 35), qui, diuino timore postposito, in suarum periculum animarum scienter in gradibus consanguinitatis et adfinitatis, constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non religiosos et moniales ac clericos, in sacris ordinibus constitutos, matrimonia contrahentes, refrenare metu pœnæ ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes, ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiacere, præcipientes ecclesiarum prælatis, ut illos, quos eis constiterit taliter contraxisse, excommunicatos publice tamdiu nuntient, seu a suis subditis faciant nuntiari, donec suum humiliter recognoscentes errorem, separentur abinuicem, et absolutionis obtinere beneficium mereantur. Per prædicta quoque iuribus, quæ sic contrahentibus alias pœnas imponunt, in nullo volumus derogari. *a*

35) *Nos*, C. impr.

a *Vide concil. Tridentin. sess. 24. de reform. matrim. cap. 5. et de intellectu bratum Antonium tractat. de excommunicatione, capit. 34. Adde Couarruuiam libr. 4. decretal. part. 2. cap. 7. §. 2. num. 8.*

FINIS LIBRI QVARTI.

CLEMENTINARVM
LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.
DE MAGISTRIS, ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA DOCENDI 36).
CAP. I.

In studiis Romanæ curiæ Parisien. Oxonien. Bononien. et Salamantino, debent esse magistri catholici, scholas regentes in linguis Hebraica, Arabica, et Chaldæa, duo scilicet pro qualibet lingua. Et statuitur, per quos eis debeat de stipendiis et sumtibus prouideri.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1311. in Gallia.)*

Inter *a* sollicitudines, nostris humeris incumbentes, perpeti cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis inducere, ipsosque lucrifacere Deo, sua 37) nobis cooperante gratia, valeamus, hoc est, quod profecto desideranter exquirimus, ad id nostræ mentis sedulo destinamus adfectum, ac circa illud diligenti studio et studiosa diligentia vigilamus. Non ambigimus autem, quin ad huiusmodi nostrum desiderium adsequendum *b*, diuinorum eloquiorum 38) sit expositio congrua, ipsorumque fidelis prædicatio admodum opportuna. Sed nec ignoramus, quin et hæc promi noscuntur inaniter, vacuaque redire, si auribus linguam loquentis ignorantium proferantur. Ideoque illius, cuius vicem in terris, (licet immeriti,) gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per vniuersum mundum ad euangelizandum apostolos, in omni linguarum genere fore voluit eruditos, viris catholicis, notitiam linguarum habentibus, quibus vtuntur infideles præcipue, abundare sanctam adfectamus ecclesiam, qui infideles ipsos sciant et valeant sacris institutis instruere, Christicolarumque collegio per doctrinam Christianæ fidei ac susceptionem sacri baptismatis aggregare 39).

Vt igitur peritia linguarum huiusmodi possit habiliter per instructionis efficaciam obtineri: hoc sacro approbante concilio, scholas in subscriptarum 40) linguarum generibus, vbicumque Romanam curiam residere contigerit 41) *c* nec non in Parisien. et Oxonien. Bononien. et Salamantino studiis prouidimus erigendas, statuentes, vt *d* in quolibet locorum ipsorum teneantur viri catholici, sufficientem habentes Hebraicæ, Arabicæ, et Chaldææ linguarum notitiam, duo 42) videlicet vniuscuiusque linguæ periti, qui scholas regant inibi, et libros de linguis ipsis in latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas 43) sollicite doceant, earumque peritiam studiosa in illos instructione transfundant: vt instructi et edocti sufficienter in linguis huiusmodi, fructum speratum possint, (Deo auctore,) producere, fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles. Quibus equidem in Romana curia legentibus 44) *e*, per sedem apostolicam, in studiis vero Parisiensi, per regem Franciæ, in Oxoniensi Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, ac Waliæ, in Bononiensi per Italiæ, in Salamantino, per Hispaniæ prælatos, monasteria, capitula, conuentus, collegia exemta et non exemta, et ecclesiarum rectores in stipendiis competentibus et sumtibus volumus prouideri, contributionis onere singulis iuxta facultatum exigentiam imponendo, priuilegiis et exemtionibus quibuscumque contrariis nequaquam obstantibus, quibus tamen nolumus quoad alia præiudicium generari.

36) In C. 8. non sunt voces: *et ne aliquid exigatur pro licentia docendi.*
37) *Sua*, desideratur ibid.
38) *Eulogiorum*, ibid.

39) *Congregare*, ibid.
40) *Scriptarum*, ibid.
41) *Contingeret*, ibid.
42) *Duos*, ibid.
43) *Ipsas*, ibid. non habetur.
44) *Regentibus*, ibid.

a *Vide Ludouicum Gomezium in regula cancellariæ de idiomate, vbi plene de materia linguarum.* b *Alias.* adsequendum.

c *Al.* contingat. d *Al. ita:* vt in locorum ipsorum studiis, etc.
e *Al.* regentibus.

CAP.

CAP. II.

Is, ad quem spectat magisterium vel doctoratum tribuere, prius a doctorando recipiat iuramentum, quod in sollemnitate sua non expendet vltra summam trium millium Turon. argenteorum. Quod si non fecerit; etiamsi sit episcopus: per sex menses a collatione magisterii est suspensus. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum sit nimis absurdum, vt quis cum vanitate et imperitia ad honorem adscendat peritiæ litterarum; non sine turbatione miramur, illum apud scholasticos inualuisse abusum, quod plerique eorum, qui in quauis scientia ad doctoratus vel magisterii adsumuntur honorem, cum sua sollemniter principia faciunt, aut sui recipiunt insignia doctoratus, circa cibos, vestes, et alia sic in expensis excedunt, quod et ipsi transeunte expensarum 45) huiusmodi vanitate, vacui plerumque remanent et granati: et ceteri, qui vel nolunt vel nequeunt similes expensas subire, hac occasione frequenter a receptione honoris huiusmodi retrahuntur. Volentes igitur de opportuno super his remedio prouidere, illis, ad quos vbilibet pertinet honorem tribuere memoratum, districte præcipimus, vt quoscumque, ab eis de cetero dictum recipientes honorem, iuramento prius adstringant, ne vltra tria 46) millia Turonen. argenteorum a in sollemnitate, circa huiusmodi doctoratum aut magisterium quomodolibet adhibenda, expendant, ipsosque nihilominus, (nisi forsan nobilis b conditionis extiterint,) vt intra summam prædictam huiusmodi moderentur expensæ, efficaciter exhortantes, ac si hoc illorum congruere statui viderint, iuramentum exigentes ab eis, quod certos, intra summam præfatam taxandos ab ipsis, expensarum terminos non excedant 47). Si quis autem, pontificali etiam 48) c dignitate præfulgens, non recepto prius iuramento præfato, honorem cuiquam tribuerit supra dictum: a collatione magisterii seu doctoratus cuiuslibet, per sex menses sequentes eo ipso nouerit se suspensum.

45) *Expensarum*, C. R. non habet.
46) *Tria*, ibid. non legitur.
47) *Excedant*, ibid.
48) *Etiam*, abest a C. D.

TITVLVS II.
DE IVDAEIS ET SARRACENIS.

CAP. VN.

Principes Christiani compescere debent Sarracenos, sibi subiectos, ab inuocatione publica nominis Machometi, et a peregrinatione, quam facere solent ad sepulcrum ipsius. Hoc dicit. Ioannes Andreas.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Cedit quidem in offensam diuini nominis et opprobrium fidei Christianæ, quod in quibusdam mundi partibus, principibus Christianis subiectis, in quibus interdum seorsum, interdum vero permistim cum Christianis habitant Sarraceni, sacerdotes eorum, Zabazala 49), vulgariter nuncupati, in templis seu mesquitis suis, ad quæ iidem Sarraceni conueniunt, vt ibidem adorent perfidum Machometum, diebus singulis, certis horis in loco aliquo eminenti eiusdem Machometi nomen, Christianis et Sarracenis audientibus, alta voce inuocant et extollunt, ac ibidem 50) verba quædam in illius honorem publice profitentur; ad locum insuper, vbi olim quidam sepultus exstitit Sarracenus, quem vt sanctum Sarraceni alii venerantur et colunt, magna Sarracenorum earumdem partium et etiam aliarum confluit publice multitudo: ex quibus nostræ fidei non modicum detrahitur, et graue in 51) cordibus fidelium scandalum generatur. Cum autem hæc in 52) d diuinæ maiestatis displicentia non sint vlterius toleranda: sacro approbante concilio, ipsa in terris Christianorum districtius fieri deinceps inhibemus, vniuersis et singulis principibus catholicis, sub quorum dominio dicti Sarraceni morantur, et fiunt prædicta, sub obtestatione diuini iudicii obnoxius e iniungentes, quatenus ipsi, tamquam veri 53) catholici et Christianæ fidei seduli zelatores, opprobrium, quod tam ipsis, quam ceteris Christicolis per præmissa ingeritur, debita consideratione pensantes, ipsum, (vt proinde 54) æternæ beatitudinis præmium adsequantur,) de terris suis omnino auferant, et a suis subditis auferri procurent, inhibendo expresse, ne præfata inuocatio seu professio nominis 55) ipsius sacrilegi Machometi publice, aut peregrinatio prælibata ab aliquo 56) in eorum exsistente dominio audeat attentari de cetero, vel quomodolibet sustineri. Hi vero, qui secus præsumserint, taliter ob diuinam reuerentiam 57) castigentur ab ipsis, quod alii, eorum exemplo perterriti, a præsumtione simili arceantur.

49) *Zabarana*, C. D.
50) *Ibidem*, abest a C. impr.
51) *In*, C. X. non habet.
52) *In*, a C. impr. abest.
53) *Viri*, C. A.
54) *Pium*, ibid.
55) *Nomine*, ibid.
56) *Antequo*, ibid.
57) *Præsentiam*, ibid.

TITVLVS III.
DE HAERETICIS.

CAP. I.

Præmittit constitutionis caussam. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Multorum f querelæ sedis apostolicæ pulsauit 58) auditum, quod nonnulli inquisitores, per sedem eamdem contra prauitatem hæreticam deputati, metas sibi traditas excedentes 59), sic interdum extendunt 60) g suæ potestatis officium, vt, quod in augmentum fidei per circumspectam eiusdem sedis vigilantiam salubriter est prouisum 61), (dum sub pietatis specie grauantur innoxii,) cedat in fidelium detrimentum.

Ponit constitutionem de officiis inquisitionis, exercendis per diœcesanos et inquisitores, primo ponens quinque, quæ potest alter sine altero, secundo, tria, quæ non potest: et decretum apponit, submittens, quomodo impeditus vel interesse nolens committit alii, vel consentit. Ioann. Andr.

§. 1. Propter quod ad Dei gloriam et augmentum eiusdem fidei, vt negotium inquisitionis huiusmodi eo prosperetur felicius, quo deinceps eiusdem labis indago sollemnius, diligentius 62), et cautius peragetur, ipsum tam per diœcesanos episcopos, quam per inquisitores, a sede apostolica deputatos, (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cuiuslibet commodi temporalis adfectione semotis 63,) decernimus exerceri, sic, quod quilibet de prædictis sine alio citare possit, et arrestare, siue capere, ac tutæ custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum 64), super quo ipsius conscientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio, secundum Deum et iustitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri, siue arcto, qui magis ad pœnam, quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, episcopus sine inquisitore, aut inquisitor sine episcopo diœcesano, aut eius officiali, vel, episcopali sede vacante, capituli super hoc 65) delegato, si sui adinuicem copiam habere valeant, intra octo dierum spatium, postquam se 66) inuicem requisierint 67), non valebit: et, si secus præsumtum fuerit, nullum sit et irritum ipso iure. Verum si episcopus vel eius capituli, sede vacante, delegatus cum inquisitore, aut inquisitor cum altero eorumdem, propter præmissa nequeat aut nolit personaliter conuenire: possit episcopus, vel eius seu capituli, sede vacante, delegatus inquisitori, et inquisitor 68) episcopo vel eius delegato, seu, sede vacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus, super illis committere vices suas, vel suum significare per litteras consilium et consensum 69).

Prouidet circa muros vel carceres hæreticorum, ipsorum claues, custodes, et custodum ministros. Ioann. Andr.

§. 2. Sane, quia circa custodiam carcerum hæreticalium, qui muri in quibusdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: nos h, volentes super hoc prouidere, statuimus, vt quilibet talis carcer vel murus, quem de cetero episcopo et inquisitori prædictis volumus fore 70) communem, duos custodes habeat principales, discretos, industrios et fideles, vnum, quem volet episcopus, et prouidebit eidem, alium, de quo voluerit inquisitor, cui etiam prouidebit, et quilibet prædictorum custodum sub se alium bonum et fidum poterit habere ministrum. In quolibet etiam 71) conclaui eiusdem carceris siue muri, erunt duæ claues diuersæ, quarum vnam vnus, aliam alius tenebit prædictorum custodum, et eam cum officio ministrandi, quæ incarceratis fuerint ministranda, suo poterit committere vel subdelegare ministro.

Ponit iuramentum custodum, ministrorum suorum, et notariorum, et aliorum officialium. Ioann. Andr.

§. 3. Porro, coram episcopo vel capitulo, sede vacante, et inquisitore, prædictis vel substitutis ab eis, custodes supradicti, ante-

58) *Turbauit*, C. R.
59) *Extendentes*, C. impr.
60) *Excedunt*, C. R. et impr.
61) *Promissum*, C. R.
62) *Et diligenter*, ibid.
63) *Semotos*, C. impr.
64) *Exercitet*, C. R.
65) Dictiones, *super hoc*, absunt ab eod. C.
66) *Se*, ibid. non habetur.
67) *Requisierant*, ibid.
68) *Vel inquisitor*, ibid.
69) *Vel adsensum*, ibid.
70) *Fore*, ibid. non legitur.
71) *Etiam*, desideratur ibid.

a *Al.* argenti. b *Al.* notabilis. c *Dictio, etiam, deest in antiquioribus exemplarib. et impressis.* d *Dictio, in, deest in antiquioribus cod. etiam impressis.* e *In nonnullis etiam impressis constanter legitur:* obnoxius.

f *De materia et intellectu vide Dd. in c. vt commiss. et c. per hoc. de haeret. libr. 6.* g *Al.* excedunt. h *De materia istius §. vide Zanch. tract. de haeret. cap. 8. et in. Gandisalvum tract. de haer. qu. 11. Sylvestr. in verb. haeres. 2.*

quam

quam suum officium exsequantur, iurabunt ad sancta Dei euangelia, corporaliter a se tacta, quod in custodia immuratorum et aliorum, pro crimine supra dicto in sua custodia positorum et ponendorum, omnem diligentiam et sollicitudinem, quam poterunt, fideliter adhibebunt. Et quod 72) alicui incarcerato nihil vnus 73) in secreto *a* loquetur, quin hoc audiat alter custos. Et quod prouisionem, quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi, et illud 74, quod e parentibus et amicis, vel aliis personis fidelibus offeretur 75) eisdem, (nisi episcopi et inquisitoris vel suorum commissariorum ordinatio refragetur 76,) ipsis fideliter et absque deminutione aliqua ministrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum et cutam eisdem personis ministri custodum 77), priusquam suum exerceant officium, exhibebunt. Et quia sæpe contingit episcopos proprios habere carceres, sibi et dictis inquisitoribus non communes: volumus et districte præcipimus, vt custodes ad incarceratorum pro dicto crimine custodiam per episcopos, vel, sede vacante, per capitulum deputandi, et eorum ministri coram 78) dictis inquisitoribus vel substitutis ab eis præstent simile iuramentum. Notarii *b* quoque inquisitionis coram episcopo et inquisitore vel substitutis ab eis iurabunt, suum officium fideliter exercere. Et idem fiet de aliis personis, necessariis ad prædictum officium exsequendum.

Punit episcopos, inquisitores, et eorum substitutos, qui faciendo vel omittendo delinquunt in officio. H. d.

§. 4. Verum quia nimis est graue, ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere, quod ipsius contagiosa enormitas agendum requirit; graue est quoque et damnatione dignissimum malitiose innocentibus eamdem imponere prauitatem: episcopo et inquisitori prædictis ac aliis, ad dicti exsequutionem officii substituendis ab eis, in virtute sanctæ obedientiæ et sub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt sic discrete et prompte contra suspectos vel diffamatos de huiusmodi prauitate procedant, quod malitiose aut fraudulenter tantam 79) labem, seu quæ ipsos in exsequutione officii inquisitionis impediat, falso alicui non imponant. Quodsi odii, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam et conscientiam suam omiserint contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, aut obtentu eodem, prauitatem ipsam vel impedimentum officii sui 80) alicui imponendo, eum super hoc præsumserint quoquo modo vexare: (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eisdem,) episcopus aut superior suspensionis ab officio per triennium, alii vero excommunicationis sententiam eo ipso incurrant. A qua quidem excommunicationis sententia, qui eamdem incurrerint, nisi per Romanum pontificem nequeant, præterquam in mortis articulo *c*, et tunc, satisfactione præmissa, absolutionis beneficium obtinere, nullo in hac parte priuilegio suffragante.

Confirmat antiqua iura, huic constitutioni non obuia. Ioann. Andr.

§. 5. Alia sane, quæ circa præmissum inquisitionis officium a nostris sunt prædecessoribus instituta, (quatenus præsenti decreto non obuiant,) sacri approbatione concilii roborata, in sua volumus firmitate manere.

72) *Quod*, ibid. non habetur.
73) *Nisi loquitur*, ibid.
74) *Illico*, ibid.
75) *Offertur*, ibid.
76) *Ordinario refragatur*, ibid.
77) *Custodes*, ibid.
78) *Et coram*, ibid.
79) *Totam*, ibid.
80) *Sui*, desideratur ibid.

CAP. II.*

Primo, ponens constitutionis caussam, determinat ætatem inquisitorum. Secundo, punit inquisitores, qui prætextu officii pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum, ecclesiarum bona confiscant. Tertio, præcipit notariis, officialibus et sociis, vt hoc facientes reprehendant et superioribus denuntient, si probare possint. Quarto, prohibet inquisitoribus abusum armorum, et circa quantitatem vel qualitatem officialium. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Nolentes splendorem solitum negotii fidei per actus indiscretos 81) et improbos quorumuis inquisitorum hæreticæ prauitatis, quasi tenebrosi fumi 82) caligine obfuscari, hoc sacro concilio approbante, statuimus, nullis exnunc, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerint, officium inquisitionis prædictæ committi inquisitoribus, et tam ipsorum, quam episcoporum seu capitulorum, sede vacante, super hoc deputatis commissariis quibuscumque districtius iniungentes, ne prætextu officii 83) inquisitionis quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant, nec scienter attentent ecclesiarum bona ob clericorum delictum *d* prædicti occasione officii fisco etiam ecclesiæ applicare. Quodsi secus in his vel eorum 84) altero fecerint: excommunicationis sententiæ eos subiacere decernimus ipso facto. A qua non possint absolui, præterquam in mortis articulo, donec illis, a quibus extorserint, plene satisfecerint de pecunia, sic extorta, nullis priuilegiis, pactis, aut remissionibus super hoc valituris. Notarii vero et officiales dicti officii, nec non fratres et socii inquisitorum et commissariorum ipsorum, qui dictos inquisitores aut commissarios secreto nouerint talia commisisse 85), (si indignationem Dei et apostolicæ sedis vitare voluerint, et offensam,) ipsos grauiter arguere et corrigere studeant in secreto. Quodsi taliter ea scierint, vt ea probata valeant, si sit opus; hæc prælatis inquisitorum et commissariorum eorumdem, ad quos id pertinebit, nuntiare sollicite debeant: qui equidem prælati inquisitores et commissarios prædictos reos, inde repertos, ab officiis amouere, et amotos alias punire debite seu corrigere teneantur. Prælatis autem inquisitorum id negligentibus agere, præmissa omnia nuntiari per prædictos locorum ordinarios volumus: quibus, vt ea in apostolicæ sedis notitiam perferant, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus et mandamus. Porro inquisitoribus ipsis districtius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet 86) concessione portationis armorum, nec officiales nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad sua cum inquisitoribus ipsis officia exsequenda.

81) *Indiscretorum*, C. R. omissis sequentibus: *et improbos.*
82) *Fumi*, ibid.
83) *Officii*, ibid. non legitur.
84) *Eorum*, ibid non habetur.
85) *Valuerint, talia commisisse*, ibid.
86) *Quomodolibet*, desideratur ibid.

CAP. III.

Damnat sectam Beguardorum et Beguinarum Alemanniæ, et octo ipsius errores, excitans diœcesanorum et inquisitorum officium contra illos. H. d. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Ad nostram, (qui desideranter in votis gerimus, vt fides catholica nostris prosperetur temporibus, et prauitas hæretica de finibus fidelium exstirpetur,) non sine displicentia grandi peruenit auditum, quod secta quædam abominabilis, quorumdam hominum malignorum, qui Beguardi 87), et quarumdam infidelium mulierum, quæ Beguinæ 88) vulgariter appellantur, in regno Alemanniæ, (procurante satore malorum operum,) damnabiliter insurrexerit 89), tenens et asserens doctrina sua sacrilega et peruersa infrascriptos designatos errores. Primo videlicet, quod homo in vita præsenti tantum et talem perfectionis gradum potest adquirere, quod reddatur penitus impeccabilis, et amplius in gratia proficere non valebit. Nam, (vt dicunt,) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior 90) inueniri. Secundo, quod ieiunare non oportet hominem, nec orare, postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit adsequutus: quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui et rationi subiecta, quod homo potest libere corpori concedere, quidquid placet. Tertio, quod illi, qui sunt in prædicto 91) gradu perfectionis et spiritu libertatis, non sunt humanæ subiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta 92) ecclesiæ obligantur: quia, (vt asserunt,) vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Quarto, quod homo potest ita finalem beatitudinem, secundum omnem gradum perfectionis in præsenti adsequi, sicut eam in vita obtinebit beata. Quinto, quod quælibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata: quodque anima non indiget lumine gloriæ, ipsam eleuante ad Deum videndum, et eo beate fruendum. Sexto, quod se in actibus exercere virtutum, est hominis imperfecti, et perfecta anima licentiat a se 93) virtutes. Septimo, quod mulieris osculum, (cum ad hoc natura non inclinet,) est mortale peccatum: actus autem carnalis, (cum ad hoc natura inclinat,) peccatum non est, maxime cum tentatur exercens. Octauo, quod in eleuatione corporis Iesu Christi non debent adsurgere, nec eidem reuerentiam exhibere, adserentes, quod esset imperfectionis eisdem, si a puritate et altitudine suæ contemplationis tantum descenderent, quod circa ministerium 94) seu sacramentum eucharistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt et committunt, quæ oculos diuinæ maiestatis offendunt, et graue in se continent periculum animarum.

Cum autem ex debito commissi nobis officii, huiusmodi sectam detestabilem et præmissos ipsius exsecrandos errores, (ne propagentur

87) *Beguinardi*, C. R.
88) *Beguinae*, C. impr.
89) *Insurrexit*, C. R. ed. Gunt. et Pith.
90) *Fortior*, C. H.
91) *Tertio*, C. R.
92) *Nec aliquo præcepto*, C. H.
93) *Ad se*, C. O.
94) *Mysterium*, C. impr.

a *Vide Archidiac. in c. clericus 81. dist. et in c. si peccauerit, C. 2 qu. 1. Ioann. Andr. in c. vlt. de haret.* b *De iuramento notariorum Hostiens. et Dect. in cap. vt officium, §. ad conscribendas, de her. l. 6. et in c. sicut. ne clerici vel monachi.* c *In mortis articulo nulla est casuum reseruatio, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis et censuris absoluere possunt ita concil. Trident. sess. 14. cap. 7. de casuum reseruatione.*

d *Delictum prælati quando noceat ecclesiæ, vide Fel. in c. ad audientiam. de rescr. et Alex. cons. 23. l. 1.*

vlterius,

vlterius, et per eos corda fidelium damnabiliter 95) corrumpantur,) exſtirpare ab eccleſia catholica 96) neceſſario habeamus: nos, ſacro approbante concilio, ſectam ipſam cum præmiſſis erroribus damnamus et reprobamus omnino, inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos de cetero teneat, approbet vel defendat. Eos autem, qui ſecus egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos. Porro diœceſani et illarum partium inquiſitores hæreticæ prauitatis, in quibus Beguardi et Beguinæ huiuſmodi commorantur, ſuum officium circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita et conuerſatione ipſorum, qualiterue ſentiant de articulis fidei et eccleſiæ ſacramentis. In illos vero, quos culpabiles repererint, (niſi, abiuratis ſponte prædictis erroribus, pœnituerint, et ſatisfactionem exhibuerint competentem,) debitam exerceant vltionem.

95) *Damnabiliter*, abeſt a C. B.
96) *Catholica*, ibid. non legitur.

TITVLVS IV.
DE HOMICIDIO VOLVNTARIO VEL CASVALI.

CAP. VNIC.

Furioſus, infans, vel dormiens, hominem mutilans, vel occidens, non efficitur irregularis: nec etiam ille, qui, aliter mortem vitare nequiens, ſuum inuaſorem occidit, vel mutilat. H. d.

CLEMENS V. *in concilio Viennenſi.*

Si a furioſus, aut infans, ſeu dormiens, hominem mutilat, vel occidat: nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo cenſemus, qui, mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit vel mutilat inuaſorem.

TITVLVS V.
DE VSVRIS.

CAP. VN.

Officiales communitatum, facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, vel non reſtituendis, vel iudicantes ſecundum illa, vel non delentes illa, (ſi poſſunt,) intra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſeruantes, excommunicati ſunt. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennenſi.*

Ex *b* graui ad nos inſinuatione peruenit, quod quorumdam communitates locorum in offenſam Dei et proximi 97), ac contra iura diuina pariter et humana, vſurariam approbantes quodammodo prauitatem, per ſtatuta ſua iuramento quandoque firmata, vſuras exigi et ſolui nedum concedunt, ſed *c* ad ſoluendas eas debitores 98) ſcienter compellunt, ac *d* iuxta ipſorum continentiam ſtatutorum grauia imponendo plerumque vſuras repetentibus onera, aliiſque 99) vtendo ſuper his diuerſis coloribus, et fraudibus exquiſitis, repetitionem impediunt earumdem. Nos igitur, pernicioſis his auſibus obuiare volentes, ſacro approbante concilio, ſtatuimus, vt, quicumque communitatum ipſarum poteſtates, capitanei, rectores, conſules, iudices, conſiliarii, aut alii quiuis officiales, ſtatuta huiuſmodi de cetero facere, ſcribere, vel dictare, aut quod ſoluantur vſuræ, vel quod ſolutæ, cum repetuntur 100), non reſtituantur plene ac libere, ſcienter iudicare præſumſerint, ſententiam excommunicationis incurrant, eamdem etiam ſententiam incurſuri, niſi ſtatuta huiuſmodi, hactenus edita, de libris communitatum ipſarum, (ſi ſuper hoc poteſtatem habuerint,) intra tres menſes deleuerint 1), aut ſi ipſa ſtatuta ſiue conſuetudines, effectum eorum habentes, quoquo modo præſumſerint obſeruare.

Feneratores in cauſſis vſurarum edere coguntur libros rationum ſuarum, Ioann. Andr.

§. 1. Ceterum, quia feneratores ſic 2) vt plurimum contractus vſurarios occulte ineunt et doloſe 3), quod vix conuinci poſſunt de vſuraria prauitate: ad exhibendum, cum de vſuris agetur, ſuarum codices rationum, cenſura ipſos decernimus eccleſiaſtica compellendos.

Pertinaciter adſerens, exercere vſuras non eſſe peccatum, hæreticus eſt. Ioann. Andr.

§. 2. Sane, ſi quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter adfirmare præſumat, exercere vſuras non eſſe peccatum: decernimus, eum velut hæreticum puniendum, locorum nihilominus ordinariis et hæreticæ prauitatis inquiſitoribus diſtrictius iniungentes 4), vt contra eos, quos de errore huiuſmodi diffamatos inuenerint aut ſuſpectos, tamquam contra diffamatos, vel ſuſpectos 5) de hæreſi, procedere non omittant.

97) *Chriſti*, C. B.
98) *Soluendum eas dein debitores*, C. B. *ſed et ad ſoluendum eoſdem ſcienter*, H. *ſed et ad ſoluendas eas*, C. impr.
99) *Aliaque*, C. H.
100) *Repeterentur*, C. B.
1) *Non deleuerint*, C. H.
2) *Vel*, C. B.
3) *Et colore*, C. H.
4) *Iniungendo*, C. B.
5) Ibidem deſiderantur voces: *vel ſuſpectos*.

a *Hanc Clementinam latiſſime repetiuit Didacus Couarruuias: quem videto.*
b *Pro materia intellectu vide D. Thom. 2. 2. qu. 78. per totam quaſtionem.*
c *Al.* ſed et ad ſoluendum eaſdem, *etc.* d *Al.* aut.

TITVLVS VI.
DE EXCESSIBVS PRAELATORVM.

CAP. VN.

Prouiderat Greg. IX. contra XXVII. grauamina, quæ prælati religioſis inferebant. eod. tit. c. Nimis. 1. et 2. *hoc vero concilium prouidet contra XXX. a quibus prælatos ceſſare præcipit, et per ſuos ſubditos ceſſare facere, iubens ipſorum priuilegia et iura ſeruari.* H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennenſi.*

Frequens et aſſidua nos quorumdam religioſorum querela circumſtrepit, quod plerique epiſcopi, et eorum ſuperiores, ac ceteri eccleſiarum prælati, ipſorum religioſorum quietem inſiſte in ſubſequentibus multipliciter 6) inquietant. Quidam enim exemtos capiunt, et incarcerant in caſibus, non conceſſis a iure. Quidam per grauium interminationem pœnarum impediunt, ne dantes exemtis decimas ſeu reditus illos ſoluant eiſdem, neue aliqui miſſas eorum audiant. Molentes in molendinis, et coquentes in furnis eorum, ſeruientes quoque et vaſallos 7) et domeſticos eorumdem, vel alios, qualitercumque contrahentes, et participantes cum ipſis, ſuſpendunt, interdicunt, et excommunicant abſque cauſſa rationabili pro libito voluntatis, bona illorum interdum nihilominus illicite occupantes. Et appellationibus, quas prædicti 8) exemti ob prædicta, vel alia grauamina rationabiliter interponunt quandoque, minime deferentes, appellantes occaſione appellationum 9) huiuſmodi, interdum capiunt, aut capi faciunt, et carceri mancipari. Quidam præterea capellanos in eccleſiis, pleno iure ſpectantibus ad eoſdem, (licet nulla cauſſa ſubſit legitima,) celebrare non ſinunt, nec adminiſtrare 10) parochianis eccleſiaſtica ſacramenta. Nonnulli *e* etiam indebite abbates, monachos et conuerſos exemtos, nec non et clericos, ipſis pleno iure ſubiectos, ſi eis non pareant in his etiam, in quibus non tenentur eiſdem, inconſulta facilitate ſuſpendunt, excommunicant, capiunt, et incarcerant, ac loca et eccleſias interdicunt ipſorum. In exigendo inſuper ab ipſis exemtis, ipſorumque ſubditis ſubſidia caritatis, excedunt nimium contra eos. Et inſolitas et indebitas ipſis contra iura exactiones imponunt. Nouos 11) cenſus et indebita onera parochialibus imponunt eccleſiis, in quibus exemti ius obtinent patronatus. Proceſſus iuſte factos, ſeu ſententias, iuſte latas 12) a delegatis ſedis apoſtolicæ, vel a conſeruatoribus pro exemtis publicari ſeu exſequutioni mandari a ſuis ſubditis non permittunt. Tabellionibus publicis inhibent, ne inſtrumenta conficiant, et iudicibus, ne iuſtitiam faciant, ac iuriſperitis, ne conſilium vel auxilium præbeant in cauſſis, ſeu negotiis eorumdem. Præſentatos per exemtos ad ordines 13) vel beneficia, quorum præſentatio ad eos pertinet, nolunt admittere: niſi præſentantes ponant 14) obedientiam in ſalutatione litterarum, quas pro huiuſmodi præſentatione tranſmittunt. Eccleſiis quoque vacantibus, in quibus monaſteria ius obtinent patronatus, (repulſis perſonis idoneis, præſentatis ad eas,) perſonas inſtituunt inhabiles et indignas. Quidam etiam eccleſias 15), curam animarum habentes, ad menſam abbatum ſpectantes, quarum fructus quandoque clericis ſæcularibus tradunt, ſeu concedunt ad firmam, clericis ipſis decedentibus, ſuis conferunt clericis, quamquam ipſæ propter hoc eccleſiæ in veritate non vacant. Nonnulli quoque in eccleſiis monachorum iura ipſorum iniuſte ſibi appropriant, et de ipſorum reditibus, vt volunt, ordinant, ita, quod rectoribus earum *f* non remanet 16), vnde valeant ſuſtentari. Quidam cum armis et erecto vexillo, molendina, et alia bona contra iuſtitiam deſtruunt exemtorum, quæ etiam tanto tempore poſſederunt, quod de contrario memoria non exſiſtit. Mittuntque frequenter ad monaſteria ſuarum ciuitatum et diœceſum ſuos conſanguineos et nepotes, et interdum animalia ſua cum cuſtodibus, vt eis de bonis monaſteriorum debeat prouideri. Abbates inſuper, et priores monaſteriorum frequenter compellunt, vt ſuis conſanguineis et nepotibus monaſteriorum ſuorum, ſeu prioratuum poſſeſſiones *g* concedant in perpetuum, vel ad tempus: quas quidem conceſſiones, vel *h* penſiones 17), nos nullas eſſe

6) *Multipliciter*, in C. B. non legitur.
7) Abſunt ab eod. C. dictiones: *et vaſallos*.
8) *Prædicti*, deſideratur ibid.
9) *Appellationis*, C. H.
10) *Miniſtrare*, C. D.
11) *Non autem nouos*, C. B.
12) Ibid. non habentur verba: *ſeu ſententias iuſte latas*.
13) *Ordinarios*, ibid.
14) *Imponant*, C. H.
15) *Quibuſdam etiam in eccleſiis*, C. B.
16) *Remaneat*, C. H.
17) A C. O. abſunt voces: *vel penſiones*.

e *In vetuſto quodam manuſcr. ita:* nonnulli etiam abbates indebite monachos et conuerſos etiam exemtos. f *Alias:* eorum. g *Alias:* penſiones. h *Hæc duo verba:* vel penſiones, *non habentur in antiqu. cod. etiam impreſſis.*

Zzz volumus

volumus ipso iure. Eosdem quoque abbates et priores, quandoque compellunt ad præsentandum sibi ad ecclesias vacantes, in quibus ius obtinent patronatus, et ad monachandum interdum suos familiares, consanguineos, vel nepotes 18). Frequenter etiam permittunt, et tacite consentiunt, quod in suo dominio temporali per milites, vasallos et ipsorum temporales officiales monasteriorum bona mobilia et immobilia per violentiam occupentur, in casibus, non permissis a iure, et aliæ variæ iniuriæ personis ecclesiasticis et monasteriorum hominibus irrogentur. Præterea interdum iniuste abbates 19), priores, ac alios beneficiatos beneficiis suis priuant, vt sic fructus beneficiorum illorum percipere 20) valeant primo anno, prætextu priuilegii, quod asserunt se habere, quod vsque ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium possint percipere primi anni. Quibus non contenti, equos, boues, thesaurum, et alia bona monasteriorum et beneficiorum vacantium illicite occupant, quæ essent futuris successoribus reseruanda. Quidam 21) militibus, et aliis potentibus dignitatum suarum reditus et prouentus vendunt ad tempus, vt per ipsos exemti vicini fortiue opprimantur. Nonnulli etiam indebite monasteria diriment 22). Alii domos et hospitalia, et alia bona monasteriorum mobilia et immobilia frequenter occupant, et detinent occupata. Pluries quoque sine caussa iusta impediunt, ne exemti loca sua valeant reparare. Quidam 23) statuta faciunt, per quæ derogatur priuilegiis exemtorum. Et generaliter, quam plures prælati religiosis, præsertim exemtis et priuilegiatis, in personis et rebus suis ac iuribus spiritualibus et temporalibus, graues inferunt contra iustitiam et eorum priuilegia iniurias et iacturas. Verum quia vna est regularium et sæcularium prælatorum, et subditorum exemtorum et non exemtorum vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, quorum omnium vnus est Dominus, vna fides, et vnum baptisma: decet, vt omnes, qui eiusdem sunt corporis, vnius etiam sint voluntatis, et, sicut fratres, adinuicem vinculo caritatis sint adstricti. Decet igitur, vt et prælati, et alii, tam exemti, quam non exemti suis iuribus sint contenti, et alter in alterius iniuriam non prosiliat seu iacturam. Vniuersis itaque prælatis ecclesiarum præsentis sanctionis edicto districte præcipiendo mandamus, quatenus ipsi, a prædictis grauaminibus omnino cessantes, et cessare suos subditos facientes, viros religiosos, exemtos priuilegiatos, et non exemtos, mendicantes et non mendicantes, caritatiue tractent et foueant, et sua iura et priuilegia inuiolabiliter eis seruent. Et quoniam plus solet timeri, quod specialiter, quam quod generaliter inhibetur: eisdem prælatis districtissime inhibemus, vt abbates, priores, et alios religiosos, ne ad sua generalia, vel prouincialia vadant capitula, impedire quomodolibet non præsumant.

18) *Et nepotes*, C. B.
19) *Abbates*, ibid. haud legitur.
20) *Recipere*, C. B. et H.
21) *Quibusdam*, C. B.
22) *Diruerunt*, ibid.
23) *Quidam etiam*, C. H.

TITVLVS VII.
DE PRIVILEGIIS ET EXCESSIBVS 24) PRIVILEGIATORVM.

CAP. I.

Ponit sex casus, in quibus religiosos excommunicat, et absolutionem papæ reseruat. et, priuilegiis et exemtionibus non obstantibus, eos per ordinarios locorum denuntiari præcipit. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Religiosi, qui clericis aut laicis sacramentum vnctionis extremæ, vel eucharistiæ ministrare, matrimoniaue sollemnizare, non habita super his parochialis presbyteri licentia speciali, aut qui excommunicatos a canone, præterquam in casibus, a iure expressis 25), vel per priuilegia sedis apost. concessis eisdem, vel a sententiis, per statuta prouincialia aut synodalia promulgatis, seu, (vt verbis eorum vtamur,) a pœna et culpa absoluere, quemquam præsumserint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per sedem apostolicam dumtaxat absoluendi: quos etiam locorum ordinarii, (postquam de hoc eis constiterit,) excommunicatos faciant publice nuntiari, donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fides, nullo religiosis eisdem super hoc exemtionis, vel alio priuilegio suffragante.

Ponit septem culpas religiosorum, a quibus eos præcipit abstinere sub certis pœnis, quas eis imponi iubet: et quas prælatis ipsorum imponit, si non satisfecerint. Ioann. Andr.

§. 1. Quibus etiam in virtute sanctæ obedientiæ, et sub interminatione maledictionis æternæ districtius inhibemus, ne in sermonibus suis ecclesiarum prælatis detrahant a, aut etiam retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia vel accessu, vel indulgentias pronuntient indiscretas, neue, (cum confectionibus b testamentorum intererunt,) a restitutionibus debitis, aut legatis, matricibus ecclesiis faciendis, retrahant testatores, nec legata, vel debita, aut male ablata incerta sibi aut aliis singularibus 26) sui ordinis fratribus vel conuentibus in aliorum præiudicium fieri seu erogari procurent, nec etiam in casibus, sedi apostolicæ aut locorum ordinariis reseruatis, quemquam absoluere, aut personas ecclesiasticas, præsertim coram iudicibus delegatis a nobis, suam contra eos iustitiam prosequentes, vexare indebite, aut ad 27) loca plura, et praesertim multum remota conuenire præsumant. Si qui vero præmissa, vel aliquod de præmissis attentare præsumserint; per duos menses subiaceant pœnis illis, quæ secundum eorum regulam, vel statuta, pro grauibus criminibus seu culpis eis consueuerunt imponi: super quibus absque manifesta necessitate cum eis non valeat dispensari 28). Ceterum prælati eorum, nisi de his, quæ occasione præmissorum c excessuum ad eos quoquo modo peruenerint, ecclesiis aut personis ecclesiasticis damnificatis vel læsis satisfactionem plenariam exhibuerint intra mensem, postquam super hoc fuerint requisiti, suspensionis sententiam vsque ad satisfactionem debitam eo ipso incurrant 29), non obstantibus d præmissis statutis, aut quibuslibet priuilegiis, cuiuscumque tenoris exsistant.

Ponit moderationem circa duos primos casus. Hoc dicit. Ioann. Andr.

§. 2. Sane, religiosis illis, quibus est ab apostolica sede concessum, vt familiaribus suis domesticis, aut pauperibus, in hospitalibus suis degentibus, sacramenta possint ecclesiastica ministrare, nullum ex præmissis volumus quoad hoc præiudicium generari.

26) *Singulis*, ibid.
27) *Aut*, non est in C. B. *ac*, habet H.
28) In C. B. non leguntur verba: *super quibus absque manifesta necessitate cum eis non valeat dispensari.*
29) *Incurrent*, C. impr.

CAP. II.

Archiepiscopi per loca exemta prouinciæ suæ faciunt crucem ante se deferri, ipsi etiam et diœcesani ibi benedicunt, audiunt diuina, et illa celebrant, et faciunt celebrari: per hoc tamen exemtis vel priuilegiatis in aliis nullum fit præiudicium. Ioann. Andr.

IDEM *in eodem.*

Archiepiscopo e, per quæuis loca exemta suæ prouinciæ facienti transitum, aut ad ea forsan declinanti, vt crucem ante se libere portari faciat, benedicat populo, diuina officia priuatim vel publice ibidem audiat, et ea etiam in pontificalibus celebret et faciat in sua præsentia sine pontificalibus celebrari, (quouis priuilegio contrario non obstante,) sacro approbante concilio, præsentis constitutionis serie duximus concedendum. Simili modo concedimus episcopo, vt in locis eisdem suæ diœcesis possit populo benedicere; audire diuina officia, et ea etiam celebrare, et in sua præsentia facere celebrari, sic tamen, quod prætextu concessionis huiusmodi, in locis ipsis exemtis, vel circa hoc 30) priuilegiatis, nullam aliam iurisdictionem idem archiepiscopus vel episcopus exerceat f, nec personis exemtis vel priuilegiatis molestiam inferat 31) g, vel grauamen, nullumque h exemtioni vel priuilegiis eorumdem aliud præiudicium generetur, nec ipsis archiepiscopo vel episcopo ius aliud quomodolibet adquiratur.

30) *Illis contra hoc*, C. B.
31) *Inferant*, ibid.

TITVLVS VIII.
DE POENIS.

CAP. I.

Percutiens episcopum, capiens, et banniens, vel hoc mandans, vel ratificans, socius, consiliarius, fautor, et defensator, cum suis posteris, ciuitas in hoc delinquens, et eius officiales, pœnis variis per concilium puniuntur. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.* (ann. 1311.)

Si quis i, suadente diabolo, in hoc sacrilegii genus proruperit 32), quod quemuis pontificem iniuriose vel temere percusserit, aut ceperit 33), seu banniuerit, vel hæc mandauerit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his 34) dederit, aut fauorem, seu scienter defensauerit eumdem: in illis casibus de prædictis, in quibus excommunicationem per iam editos canones non subiret, sit huius nostræ constitutionis auctoritate, (non obstante quacumque consuetudine, quam reputamus, approbante sacro concilio, potius corruptelam,) anathematis mucrone percussus, a quo

24) *Conuersionibus*, C. B.
25) *Concessis*, ibid.

32) *Prorumpit*, C. B.
33) *Ac ceperit*, C. H.
34) Diction. *in his*, non sunt in C. B.

a *Vide omnino conc. Lat. sub Leon. X. sess. 11. in decreto. incip. Supernæ maiestatis Præsidio.* b *Al. factionibus.*

c *Al. prædictorum.* d *In antiqu. etiam impressis constanter legitur ita: non obstantibus in præmissis statutis. etc.* e *Vide notata per Doct. in c. 1. de priuil. et in cap. antiqua. de priuil.* f *Alias: exerceant.* g *Al. inferant.* h *Al. ita: nullumque exemtioni eorum vel priuilegiis aliud præiudicium generetur.* i *De intellectu huius Clement. vide Ioannem Lupum in tract. de libere eccles. part. 2. quæst. 1.*

nequeat.

nequeat, nisi per summum pontificem, (præterquam in articulo mortis,) absolui. A feudis insuper, locationibus, officiis, et beneficiis spiritualibus siue temporalibus, quæ ab ecclesia, cui sic offensus præest episcopus, obtinet, cadat hoc ipso, ac ad eamdem ecclesiam libere reuertatur 35). Ipsius filii, per masculinam descendentes lineam vsque ad generationem secundam, (omni spe dispensationis ademta,) reddantur ipso facto inhabiles ad ecclesiastica beneficia, in ciuitate et diœcesi, in 36) quibus idem episcopus præsidet, obtinenda. Terra quoque ipsius, (dum tamen vltra vnam diœcesim non contineat,) vsque ad condignam satisfactionem eiusdem, nec non a locus aut loca, in quibus captus episcopus detinebitur, quamdiu detentio ipsa 37) in eisdem durauerit, ecclesiastico subiaceat interdicto. Quodsi terra eiusdem duas diœceses, vel vltra continet: diœcesis domicilii principalis ipsius *b*, et illa etiam, in qua fuerit delictum commissum, si sua 38) sit, et duæ aliæ, quæ sub ipso sint eidem loco magis vicinæ, interdicto subiaceant supra dicto. Et quia 39) eo maior erit ipsius confusio, quo sua fuerit culpa patentior: quousque dignam *c* satisfactionem præstiterit, per omnes illius loci, in quo commissum est facinus, nec non ciuitatum, ac diœcesum vicinarum ecclesias, quibuslibet diebus dominicis et festiuis, pulsatis campanis, et candelis accensis excommunicatus publice nuncietur. Et cum absoluendus fuerit: sufficienter et idonee caueat, quod inferendæ pœnæ parebit, et, auxiliante Domino, pœnitentiam peraget iniungendam. Ciuitas autem, quæ præmissa, vel eorum aliquod in episcopum suum commiserit, interdictu, (donec satisfecerit,) subiaceat memorato. Potestas vero, consiliarii, balliuus 40), scabini, aduocati, consules, rectores et officiales ipsius, quocumque nomine censeantur, in præmissis culpabiles exsistentes, similiter 41) excommunicationis sententiæ, a qua, (nisi 42) vt præmittitur,) non valeant absolutionis obtinere beneficium, sint subiecti. Quæ *d* omnia tanto magis in episcoporum interfectoribus 43) sunt seruanda, quanto in eos seuerior, quam in præfatos pœna debet exsurgere, et grauioris indignationis aculeus desæuire.

Excusat rigorem, dicens, quod grauiores pœnæ deberent imponi. Ioann. Andr.

§. 1. Nec super hæc quisquam miretur, quod præmissa perpetrantibus pœnas non inferimus grauiores. Licet enim, (quod dicere pudet,) hæc, proh dolor! frequenter occurrant, multisque grassantibus 44) opus esset exemplo, et ex dignitate offensi pœnam metiri 45) decere offendentis; episcopi enim dicuntur sanctissimi, Christi legati existunt, spirituales 46) sunt patres, nostrique fratres et coepiscopi, columnæ comprobantur ecclesiæ; quare grauem oporteret esse pœnam culpæ violantis dignitatem tantæ præeminentiæ adæquandam: volumus tamen ad præsens in pœnarum exaggeratione temperare rigorem, ad pœnas alias processuri, si proteruitatem delinquentium hoc exposcere videamus.

Repetit ius antiquum de absolutis in mortis articulo, qui sanati reincidunt, si non satisfaciant. Ioann. Andr.

§. 2. Sane, si quis in aliquo casuum prædictorum fuerit ab excommunicationis sententia in mortis articulo absolutus, nisi, postquam pristinæ restitutus fuerit sanitati, quam cito commode poterit, conspectui Romani pontificis se præsentare curauerit, eius mandatum *e* humiliter recepturus, prout iustitia suadebit: in eamdem excommunicationis 47) sententiam reincidat ipso facto. Quamuis enim super hoc satis plene in iure alibi sit prouisum: ne tamen aliquis in hoc ex ignorantia iuris se satagat excusare, hoc expresse præmissis duximus adnectendum.

35) *Reuertantur*, C. a. impr. et ed. Rich.
36) *In*, abest a C. a. et H.
37) *Ipsa*, C. a. non habet.
38) *Si qua*, ibid.
39) *Et ideo quia*, ibid.
40) *Baiuliuo*, C. a. *baliui*, H.
41) *Similiter*, non est in C. a.
42) *Nisi*, abest ab eod. C.
43) *Interfectionibus*, C. H.
44) *Transeuntes*, ibid.
45) *Metiri*, C. a.
46) *Generales*, ibid.
47) *Excommunicationis*, ibid. non legitur.

CAP. II.

Procurantes capi viros ecclesiasticos, ut renuntient beneficiis, vel ut citati non vadant ad curiam, præter pœnam excommunicationis, quam per canones antiquos incurrunt, si sint prælati, a perceptione fructuum per triennium sunt suspensi, inferiores vero beneficiis sunt priuati. Eamdem pœnam incurrunt ipsi citati, qui se capi procurant. Resignatio etiam sic facta non tenet, etiamsi per prælatos recepta fuerit, vel ratificata. H. d. Ioann. Andr.

EOSDEM.

Multorum ad nos grauis querela deduxit, quod nonnulli, obtinentes temporale dominium, viros sæpe ecclesiasticos capere, captosque, donec sua resignent beneficia, aut ne citati ad apostolicam sedem 48) ab homine, vel a iure, venire ad ipsam 49) valeant, ausu detinere sacrilego non verentur, citatos eosdem in exitu eorum 50) districtuum *f* vt plurimum capientes. Considerantes igitur, quantum ex his 51) tam nostro, et apostolicæ sedis honori, quam personarum ecclesiasticarum quieto et prospero statui non sine damnanda exempli pernicie derogatur, sacro approbante concilio, statuimus, vt præter sententiam canonis, quam facientes, et fieri procurantes 52) præmissa incurrere dignoscuntur 53), procurantes ipsi personæ ecclesiasticæ exsistentes, a perceptione fructuum ecclesiarum suarum 54), si fuerint prælati, triennio sint suspensi. Quodsi inferiores exstiterint: eo ipso obtentis beneficiis sint priuati, illis pœnam incursuris eamdem, qui, ne citati, (vt præmittitur,) ad sedem apostolicam veniant, sed vt se obtentu huiusmodi a veniendo excusent, a potestate sæculari se capi, (vt interdum contigisse audiuimus,) procurarint 55). Sane, resignationes beneficiorum, modo supra dicto extortas, (licet a resignantium ipsorum prælatis receptæ, aut ratæ habitæ fuerint,) nullius omnino decernimus *g* esse firmitatis, locorum ordinariis iniungentes, vt, postquam sis constiterit, aliquos, sibi subiectos, pœnam et sententiam incurrisse præmissas, ipsas 56) publicare non differant, exsequutionique debitæ, (prout ad eos pertinuerit,) demandare.

48) *Ab apostolica sede*, C. a. et H.
49) Dictiones *ad ipsam*, non sunt in C. H.
50) *Suorum*, C. O.
51) *In his*, C. a.
52) *Consentientes*, ibid.
53) *Dignoscuntur*, C. H.
54) *Ipsarum*, C. H.
55) *Procurarunt*, ibid.
56) *Ipsis*, ibid.

CAP. III.

Excommunicat religiosos mendicantes transgressores constitutionis Bonifacii de excess. prælat. cap. vnic. libr. 6. Item omnes religiosos, qui in sermonibus, vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant a solutione decimarum, quarum solutionem certis diebus et in confessionibus suadere tenentur sub certa pœnis, quas incurrunt? nisi sint tales, quorum monasteriis, vel ecclesiis competit percipere decimas. Ioann. Andr.

EOSDEM.

Cupientes eos, quos ad obseruantiam iurium virtutum præmia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione pœnarum, quam adiiciendarum de nouo formidine, a temerariis ausibus refrenare, transgressores constitutionis, quæ religiosis mendicantibus domus ad habitandum vel loca quæcumque de nouo recipere, receptis hucusque 57) mutare, vel ea transferre in alios cuiuiuis alienationis titulo interdicit, illos *h* etiam religiosos, qui aliquos, vt audientes a decimarum ecclesiis debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis, vel alibi proferre præsumunt, excommunicationis subiacere sententiæ decernimus ipso facto.

Et quia, nisi fiat, quod bonum est, a malo abstinere non sufficit: religiosis omnibus iniungimus sub obtestatione diuini iudicii, et interminatione maledictionis æternæ, vt, quoties populo prædicabunt in prima dominica; quarta et vltima quadragesimæ, et in festis adscensionis dominicæ, pentecostes, natiuitatis beati Ioannis baptistæ, adsumtionis et natiuitatis beatissimæ virginis Mariæ 58), mentis Dei, audientes expresse studeant informare, si ab ecclesiarum rectoribus, vel vicariis, aut loca tenentibus eorumdem requisiti fuerint, nec non et his; quorum confessiones audient, conscientiam facere, quod decimas soluere non omittant. Quodsi forte in prædicationibus hoc ipsum supra dictis diebus suadere scienter omiserint: per superiores eorum grauiter arguantur. Quibus etiam superioribus in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, vt contra taliter omittentes statuta pœnalia faciant, secundum quæ sic acriter puniant transgressores, quod pœna eorum sit ceteris in exemplum; constitutione bonæ memoriæ Gregorii papæ decimi 59) *i*, prædecessoris nostri, circa hæc edita, in suo nihilominus robore duratura. Qui vero scienter postposuerint confitentibus conscientiam facere de soluendis huiusmodi decimis, ab officio prædicationis tamdiu maneant ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis, (si hoc ipsum sibi dicendi commode facultatem habuerint,) conscientiam fecerint, exinde excommunicationis incursuri sententiam ipso facto, si prædicare præsumserint, prædicta negligentia, (vt præmittitur,) non purgata: ad *k* religiosos tamen monasteriorum, vel rectores 60) ecclesiarum, decimas percipientium, nolumus hoc extendi.

Excommunicat violatores decret. de sepult. libr. 6. et absolutionem papæ reseruat. H. d. Ioann. Andr.

Sane, temerarius violatores constitutionis illius, quæ religiosis et clericis sæcularibus prohibet, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum inducant, vt sepulturam apud

57) *Nunc vsque*, C. a. sed H. addit tantum: *nunc*.
58) *Mariæ*, non est in C. a.
59) *Papæ IX* ibid.
60) *Rectores*, ibid. non habetur.

a *Al. ita:* nec non locus aut loca alia, in quibus *etc.* b *Al. ita:* et illa etiam terra, in qua, *etc.* c *Al.* condignam. d *Al. ita:* quæ etiam tanto magis, *etc.* e *Al.* mandata.

f *Al. ita:* suorum districtuum, *etc.* g *Vide c. Abbas, quod met. causs. et l. qui in carcerem ff. quod metus causs. Font.* h *Vide conc. Trid. sess. 25 de reform. c. 12.* i *In manuscr. codice legitur:* noni. k *In antiquioribus codic. etiam impressis constanter legitur ita:* ad religiosos tamen monasteriorum vel ecclesiarum decimas percipientium, *etc.*

eorum ecclesias eligent, vel iam electam vlterius non immutent, similem sententiam, (poena, in dicta constitutione contenta, in suo perdurante robore,) incurrere volumus ipso facto, ab eo, quam a sede apostolica, (præterquam in mortis articulo,) nullatenus absoluendos, nullis priuilegiis aut statutis, cuiuscumque tenoris existant, super his valituris 61).

61) *In contrarium*, addit C. H.

TITVLVS IX.
DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

CAP. I.

Damnatis ad mortem hoc petentibus, pœnitentia concedi debet: nec valet contraria consuetudo. Secundo, locorum ordinarios ad hoc exsequendum excitat ibi: locorum. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi. (ann. 1311.)*

Cum a secundum statuta canonica vltimo deputandis supplicio negari, (si petant 62,) non debeat pœnitentiæ sacramentum: abusum damnabilem, in quibusdam partibus contra hoc introductum, aboleri omnino volentes, iustitiarios omnes et dominos temporales, vt ab huiusmodi desistant abusu, hortamur in Domino, et obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi, locorum ordinariis nihilominus iniungentes, vt eos ad hoc cum primum commode poterunt, diligenter moneant, et, (si necesse fuerit,) ecclesiastica censura compellere non omittant.

62) *Petatur*, C. R.

CAP. II.

Repetit concilium generale, de quæstoribus non admittendis, sine litteris apostolicis vel diœcesanorum: et addit, per diœcesanos litteras apostolicas prius examinari. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Abusionibus b, quas nonnulli eleemosynarum quæstores in suis proponunt prædicationibus, vt simplices decipiant, et aurum subtili vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem, cum in animarum cedat 63) c periculum, et scandalum plurimorum viam, (prout est nobis possibile,) præcludere cupientes, iuxta statuta 64) d concilii generalis duximus prohibendum districte, ne quæstores aliqui, (nisi apostolicas vel diœcesani episcopi litteras exhibuerint,) quomodolibet admittantur, nec permittantur, (cum solum ipsis competat indulgentias, sibi concessas, insinuare populo, et caritative postulare subsidia suppliciter ab eodem,) vllatenus 65) ipsi populo prædicare, nec aliud exponere, quam quod in litteris continebitur supradictis. Litteras quoque apostolicas diœcesani episcopi, (ne quid fraudis committi valeat per easdem,) antequam admittant 66), quæstores ipsos examinent diligenter.

Ponit octo reprehensibiles actus quæstorum, quos fieri prohibet: et contraria priuilegia reuocat. Ioann. Andr.

§. 1. Ad hæc cum aliqui ex huiusmodi quæstoribus, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia, et deceptione multiplici animarum, indulgentias populo motu suo 67) proprio de facto concedant, super votis dispensent, a periuriis, homicidiis, et peccatis aliis sibi confitentes absoluant, male ablata incerta, (data sibi aliqua pecuniæ 68) quantitate,) remittant, tertiam e, aut quartam partem de pœnitentiis 69) iniunctis relaxent, animas tres, vel plures parentum vel amicorum illorum, qui eleemosynas conferunt, de purgatorio, (vt asserunt mendaciter,) extrahant, et ad gaudia paradisi perducant, benefactoribus locorum, quorum quæstores existunt, remissionem plenariam peccatorum indulgeant, et aliqui ex ipsis eos a pœna, et a culpa, (vt eorum verbis vtamur,) absoluant: nos, abusus huiusmodi, per quos censura vilescit ecclesiastica, et clauium ecclesiæ auctoritas ducitur 70) in contemtum, omnimode aboleri volentes, ea per quoscumque quæstores fieri vel attentari de cetero districtius inhibemus, omnia et singula priuilegia, si qua super præmissis, vel eorum aliquo, sint aliquibus locis, ordinibus vel personis quæstorum huiusmodi quomodocumque f concessa, (ne ipsorum prætextu sit eis materia talia vlterius præsumendi,) auctoritate apostolica, quantum ad præmissa, penitus reuocantes 71).

63) *Cedunt*, C. R. et M.
64) *Statutum*, C. H. impr. et edit. ant.
65) *Nullatenus*, C. R. et M.
66) *Admittantur*, C. R.
67) *Suo*, abest ab eod. C.
68) *Pœnitentia*, ibid.
69) *Aliis de pœnitentiis*, C. H.
70) *Deducitur*, C. C. et M.
71) *Reuocanda*, C. R.

Delinquentes quæstores per episcopos puniri præcipit, non obstantibus priuilegiis. H. d. Ioann. Andr.

§. 2. Quæstores autem, qui deinceps in præmissis vel aliquo præmissorum deliquerint, vel alias 72) etiam quibuscumque suis priuilegiis abusi fuerint, sic per locorum episcopos puniri volumus, (nullo prorsus eisdem 73) quæstoribus in hac parte priuilegio suffragante,) quod a suis temerariis ausibus, qui vbique, (vt communis habet assertio,) nimium excreuerunt, pœnæ formidine propensius compescantur.

72) *Aliis*, ibid.
73) *Eis de*, ibid.

TITVLVS X.
DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SVSPENSIONIS ET INTERDICTI.

CAP. I.

Religiosi, etiam exemti, violantes interdictum, positum per sedem apostolicam vel ordinarium loci, vel generalem cessationem diuinorum, factam per prouinciale concilium; vel eam, qui hoc possit, seruatam per cathedralem, vel matricem ecclesiam loci, excommunicati sunt ipso facto, non obstantibus priuilegiis, conuentionibus, consuetudinibus et statutis: et respicit pendentia. H. d. Ioann. Andr.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Ex g frequentibus prælatorum querelis accepimus, et nos ipsi experientia certa probauimus, in minoribus constituti, quod plerumque religiosi, nunc patenter excusationibus fucatis et friuolis innitentes, nunc latenter ecclesiarum suarum ianuis perforatis, aut in eis factis fenestris, seu modis aliis exquisitis, non absque damno cathedralium, et parochialium ecclesiarum et scandalo plurimorum, dirumpendo neruum ecclesiasticæ disciplinæ, ciuitatum 74), terrarum, et aliorum locorum generalia interdicta præsumtione damnabili violare præsumunt. Nos igitur, in sancta Dei ecclesia, cui, (disponente Domino,) præsidemus, quæ quidem vnica est, et vnum Deum prædicat atque colit, vnam fidem firmiter et simpliciter confitetur, vniformitatem, (quantum 75) commode possumus,) conseruare 76) volentes, circa 77) interdictorum obseruantiam prædictorum auctoritate 78) sedis apostolicæ, vel a locorum ordinariis positorum, de fratrum nostrorum consilio districte præcipiendo mandamus, quatenus religiosi quicumque, tam exemti, quam non exemti, cuiuscumque ordinis et conditionis existant, cum cathedralem vel matricem, seu parochialem 79) h loci ecclesiam illa viderint, aut sciuerint obseruare, (non obstantibus quibuscumque appellationibus, antea etiam ad eamdem sedem, vel alium, seu alios interiectis, et aliis obiectibus quibuscumque,) absque dolo et fraude, cum moderamine tamen decretalis t *Alma.* inuiolabiliter i conseruent 80), alioquin non seruantes excommunicationis sententiæ hoc ipso volumus subiacere. Quod etiam in interdictis, et in cessationibus a diuinis, indictis per prouincialium conciliorum statuta, vel ipsorum auctoritate, cum maius sit prouinciale concilium, quam singularis prælati prouinciæ, ac iudicium 81) integrum, quod plurimorum sententiis comprobatur, volumus obseruari. In cessationibus vero generalibus a diuinis, ciuitatum, terrarum, et aliorum locorum, quas aliquando 82) ex consuetudine, vel alias capitula, collegia, vel conuentus secularium, aut regularium ecclesiarum 83) sibi vindicant, (quia ipsos hoc vnico lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus, nec debemus,) idem intelligimus obseruandum. Ipsi vero sint diligenter 84) attenti, vt statuta Romanorum pontificum, prædecessorum nostrorum, super his edita, diligenter obseruent. Porro hanc k sanctionem 85) ad pendentia 86) trahimus, non obstantibus priuilegiis 87), conuentionibus, statutis, ac consuetudinibus quibuslibet, quæ contra præmissa, seu aliquod præmissorum religiosis ipsis in nullo volumus suffragari.

74) *Dirumpendo neruumque ecclesiastica disciplina, ciuitatum etc.* C. R.
75) *Quantumcumque*, ibid.
76) *Obseruare*, ibid.
77) *Contra*, ibid.
78) *Ex auctoritate*, ibid.
79) A C. H. impr. et ed. ant. absunt verba: *seu parochialem*.
80) *Ea obseruent*, C. R. *ea seruent*, C. H. impr. et ed. ant.
81) *Ad iudicium*, C. R.
82) *Alii*, ibid.
83) *Regularium personarum*, ibid.
84) *Fideliter*, ibid.
85) *Hanc etiam sanctionem*, C. H.
86) *Præcedentia*, C. R.
87) *Priuilegiis concessis etc*, C. H.

a *Vide notata per doct. in c. 2. extr. de furtis.* b *Quæstorum nomen et vsum omnino aboleuit conc. Trident. sess. 21. de reform. c. 9.* c *Al.* cedunt. d *Al.* statutum. e *Al. stat* tertiam aut quartam partem alias de pœnitentiis, etc. f *Al.* quoque modo.

g *Not. ex verbo* frequentibus, *quod iura adaptantur ad ea, quæ frequenter emergunt: de hoc, de desponſ. impub. c. fuerunt. Zabarell.* h *Hæc duo verba:* seu parochialem, *desunt in antiquioribus exempl. etiam impressis.* i *Al. stat* inuiolabiliter ea seruent. k *Al. stat* porro hanc etiam sanctionem, etc.

CAP.

CAP. II.

Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina, vel qui per praecones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent, ne publice excommunicati vel interdicti, super hoc per illos, qui missas celebrant, moniti ecclesias exeant, et ipsi nominatim moniti, qui non exeunt, excommunicati sunt, et per papam absoluendi. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Grauis ad nos praelatorum querela perduxit, quod nobiles a quidam, et domini temporales, (terris eorum ecclesiastico suppositis interdicto,) nedum in locorum suorum capellis, sed et in collegiatis et aliis insignium locorum ecclesiis, missas 88) et alia diuina officia 89) publice et sollemniter faciunt celebrari, ad officia eadem celebranda, nunc hos, nunc illos 90) vocantes, et interdum, (quod est deterius,) compellentes, hisque non contenti excessibus, per campanarum non solum pulsationem, sed et voce praeconis 91) populos etiam interdictos, vt, (interdicti non obstante sententia,) ad audiendas missas huiusmodi veniant, faciunt euocari. Nonnulli quoque ipsorum suis plerumque subiectis, ne 92), (licet excommunicationis vel interdicti sententia publice sint nodati,) de ecclesiis 93), dum in ipsis 94) missarum celebrantur sollemnia, instantibus etiam celebrantibus exeant, praecipere non verentur: ex quo frequenter contingit, quod non sine Dei offensa, clerique ac populi scandalo ipsa 95) missarum sollemnia remaneant inexpleta. Ne igitur excessus sic graues excedentium impunitate trahantur ab aliis in exemplum: praesumtores praefatos, qui in locis, interdicto suppositis, quemquam de cetero diuina celebrare officia, quomodolibet cogere, aut qui modo praedicto, ad officia eadem audienda aliquos, excommunicationis praesertim vel interdicti ligatos sententia, euocare, seu, qui ne excommunicati publice, aut interdicti, de ecclesiis, dum in ipsis missarum aguntur sollemnia, a celebrantibus moniti, vt exeant, prohibere b, nec non excommunicatos publice et interdictos, qui, in ipsis ecclesiis nominatim a celebrantibus vt exeant moniti, remanere praesumserint, excommunicationis sententiae, (a qua 96) per sedem duntaxat apostolicam possint absolui,) sacro approbante concilio, innodamus.

88) *Missarum*, C. H.
89) *Officia*, non est in C. R.
90) *Alios*, ibid.
91) *Voce praeconia*, C. H. et impr.
92) *Ne*, hic non legitur in C. H.
93) *Innodati et ne de ecclesiis*, ibid.
94) Diction. *in ipsis*, e C. R. absunt.
95) *Ipsarum*, ibid.
96) *A qua nisi*, ibid.

CAP. III.

Fratres Minores, si tempore interdicti recipiant in suis ecclesiis ad diuina fratres et sorores tertii ordinis, excommunicati sunt, nec priuilegia iuuant. H. d. Ioann. Andr.

IDEM.

Cum ex eo, quod religiosi viri fratres Minores in suis recipiunt ecclesiis ad audienda diuina officia tempore interdicti, fratres et sorores de ordine tertio, (quem B. Franciscus instituit,) existentes 97), qui continentes, seu de poenitentia nuncupantur, scandalum aliorum, qui ab his excluduntur, mentibus generetur, censura videlicet ecclesiastica, et minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur: eisdem fratribus Minoribus districtius inhibemus, ne de cetero aliquem, vel aliquos praedictorum, (etiamsi super hoc, hi vel illi, priuilegiis quibuscumque muniti extiterint, quae ipsis in nullo prorsus quoad hoc volumus suffragari,) ad diuina in suis ecclesiis tempore interdicti quoquo modo admittant. Quod si fecerint; eo ipso excommunicationis sententiae se nouerint subiacere: a qua per alium, quam per Romanum pontificem, vel satisfactione praemissa, per locorum episcopos, (quos auctoritate apostolica fungi volumus in hac parte,) absolutionis beneficium nequeant obtinere.

97) *Extantes*, C. R.

CAP. IV.

Si papa etiam scienter excommunicato participat; illum per hoc non absoluit: nisi exprimat hoc se velle. Et si scienter sub titulo dignitatis aliquem nominet vel honoret: per hoc illum in dignitate non approbat. Ioann. Andr.

IDEM.

Si summus pontifex scienter etiam excommunicato 98) participet literis, verbo vel osculo seu alio quouis modo; ipsum per hoc absoluere nulla ratione censetur: nisi se velle forsitan exprimat, illum ex hoc pro absoluto haberi. Similiter quoque, si quem sub titulo cuiuslibet dignitatis, ex certa etiam scientia, verbo, constitutione, vel litteris nominet c, honoret, seu quouis alio modo tractet: per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligitur, aut quidquam ei tribuere noui iuris.

98) *Cum excommunicato*, C. R. et H.

TITVLVS XI.
DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

CAP. I.

Declaratur in aliquibus cap. Exiit. eod. tit. libr. 6. praesertim, an fratres Minores teneantur ad obseruationem eorum omnium, quae in regula sub verbis imperatiui modi ponuntur: deinde multa inseruntur, ad quae fratres ipsi obligantur. Et consequenter, eorum nonnulla accessibus proline discussis, de electione ministri ipsorum luculentissime tractatur.

CLEMENS V. *in concilio Viennensi.*

Exiui d de paradiso, dixi, rigabo hortum plantationum, ait ille coelestis agricola, qui vere fons sapientiae, verbum Dei, a Patre, in Patre manens, genitum ab aeterno nouissime diebus istis, (fabricante Sancto Spiritu,) in vtero virginis caro factum, exiuit homo ad opus arduum redemtionis humani generis peragendum, exemplar e se dando 99) coelestis vitae, praebens hominibus semet ipsum. Verum quia plerumque mortalis vitae sollicitudinibus pressus homo, mentis adspectum ab exemplaris huiusmodi intuitu 100) f diuertebat; verus noster Salomon in sollo militantis ecclesiae hortum voluptatis inter ceteros quemdam fecit, a procellosis mundi fluctibus elongatum, in quo quietius ac securius vacaretur contemplandis, seruandisque huiusmodi operibus exemplaris, in hunc mundum introiuit ipse, vt rigaret ipsum foecundis aquis spiritualis gratiae et doctrinae. Hic hortus siquidem est fratrum Minorum sancta religio, quae muris regularis obseruantiae firmiter vndique circumclusa, intra se solo contenta Deo, adornatur abunde nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis poenitentiae myrrham metit cum aromatibus, quae suauitate mira vniuersis odorem attrahentis sanctimoniae circumfundunt. Haec est illa coelestis vitae forma et regula, quam descripsit 1) ille 2) confessor Christi eximius, sanctus Franciscus, ad seruandam a suis filiis verbo docuit pariter et exemplo. Quia vero dictae sanctae regulae professores se aemulatores deuoti, vt et 3) alumni et veri filii tanti patris adfectabant, sicut et feruenter adfectant, ad purum, et ad plenum praemissam regulam firmiter obseruare; attendentes quaedam, quae dubium poterant adferre sensum, in ipsius regulae serie contineri, pro ipsorum declaratione habenda recurrerunt prudenter olim ad apicem apostolicae dignitatis g: vt certificari per ipsam, cuius pedibus etiam per ipsam regulam sunt subiecti, possent Domino, (pulsis cunctis dubiis,) cum plena caritate conscientiae deseruire. Horum autem piis ac iustis supplicationibus, plures praedecessores nostri, Romani pontif. successiue, (sicut dignum erat,) applicantes aures et animum, declarauerunt ea, quae dubia videbantur: adiderunt nonnulla, et aliqua concesserunt, sicut expedire videbant fratrum conscientiis, ac purae obseruantiae 4) status. Verum, quia plerumque, vbi culpa non est, eam timere solent conscientiae timoratae, quae in via Dei quodcumque deuium expauescunt: non sunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium fratrum conscientiae quietatae, quia circa aliqua ad regulam, ipsorumque statum pertinentia, dubitationum in ipsis fluctus aliqui generentur et 5) oriantur, sicut ad aures nostras pluries, et de quam pluribus in publicis et 6) priuatis consistoriis est perlatum. Quapropter per ipsos fratres nobis extitit humiliter supplicatum, quatenus praedictis dubiis, quae occurrerunt, et quae possunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia de benignitate sedis apostolicae curaremus.

Nos igitur, (cuius animus ab aetate tenera pia deuotione afferbuit ad huiusmodi professores regulae, et ad ordinem ipsum totum, nunc autem ex communi cura 7) pastoralis regiminis, quam immeriti sustinemus, ad ipsos fouendos, dulcius et attentius gratiosis fauoribus prosequendos, tanto prouocamur ardentius, quanto frequentius intenta mente reuoluimus fructus vberes, quod ex eorum exemplari vita, et salutari doctrina, toti vniuersali ecclesiae continue cernimus prouenire,) tam pia supplicantium intentione commoti 8), ad peragendum diligenter, quod petitur, studia nostra duximus conuertenda: ipsaque dubia, per plures archiepiscopos et episcopos, et in Theolo-

99) *Sequendum*, C. H.
100) *Contuitu*, ibid.
1) *Scripsit*, ibid.
2) *Ille*, desideratur in C. impr.
3) *Et*, non est in C. H.
4) *Obseruantia huiusmodi*, ibid.
5) Diction. *generentur et*, ibid. non habentur.
6) ibid. non sunt voces: *publicis et*.
7) *Caussa*, C. impr.
8) *Conuicti*, C. H.

a *Nobiles qui dicantur, et cur ita vocentur, late docet Tiraquell. tract. de nobilitate*, c. 2. b *In manuscript. ita: prohibere, vel etiam impedire, nec non, etc.*

c *Vide Felin. rubr. proœmii Gregoriani, et in c. cum vigesimam. de offic. delegat.* d *Ecclesiast.* 14. e *Al. ita: exemplar sequendo coelestis, etc.* f *Al. contuitu.* g *Cap. exiit. §. penult. eod. tit. libr. 6. Font.*

gie magistros, et alios litteratos, prouidos et discretos examinari fecimus diligenter. Cum igitur a in primis ex eo, quod in dictæ regulæ principio habetur: *Regula et vita fratrum Minorum hæc est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum euangelium obseruare, in obedientia viuendo sine proprio et in castitate.* Item infra: *Finito vero anno probationis b recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper et regulam obseruare.* Item circa finem regulæ: *Paupertatem et humilitatem, et sanctum euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus:* fuit hæsitatum, an fratres eiusdem ordinis ad omnia, tam præcepta quam consilia euangelii, ex professione suæ regulæ teneantur, quibusdam dicentibus, quod ad omnia, aliis autem asserentibus, quod ad sola illa tria consilia, videlicet *viuere in obedientia, in castitate, et sine proprio*, ad ea, quæ sub verbis obligatoriis ponuntur in regula obligantur: nos, circa hunc articulum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, ipsumque articulum, quoad aliquid clarius prosequentes, dictæ hæsitationi duximus respondendum, quod, cum votum determinatum c cuiuslibet habeat cadere sub certo, vouens regulam non potest dici teneri ex vi voti huiusmodi ad ea consilia euangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidem B. Francisci, conditoris regulæ, hæc probatur fuisse intentio, ex hoc, quod quædam euangelica consilia in regula posuit, aliis prætermissis 8°). Si enim per illud verbum: *Regula et vita fratrum Minorum hæc est*, etc. intendisset eos ad omnia consilia euangelica obligare: superflue et nugatorie quædam eorum, (suppressis ceteris,) in regula expressisset. Cum autem natura termini restrictiui hoc habeat, quod sic excludit ab ipso extranea, quod cuncta, ad ipsum pertinentia, concludit: declaramus et dicimus, quod dicti fratres non solum ad illa tria vota, nude et absolute accepta, ex professione suæ regulæ obligantur, sed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ sunt pertinentia ad hæc tria prædicta 9), quæ regula ipsa ponit. Nam si ad hæc tria prædicta tantum, præcise et nude promittentes se seruare regulam viuendo in *obedientia, castitate et sine proprio*, et non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hæc tria modificant, arctarentur; pro nihilo et vane proferrentur 10) hæc verba: *Promitto semper hanc regulam obseruare:* ex quo ex his verbis nulla obligatio nasceretur. Nec tamen putandum est, quod B. Franciscus professores huius regulæ, quantum ad omnia, contenta in regula, modificantia tria vota, seu ad alia, in ipsa expressa, intenderit æqualiter esse obligatos; quin potius aperte discreuit, quod quoad quædam ipsorum ex vi verbi transgressio est mortalis, et quoad 11) quædam alia non: cum ad quædam ipsorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem, et quoad aliqua verbis aliis sit contentus. Item quia præter ea, quæ expresse verbo præcepti, ac exhortatiuo, seu monitiuo ponuntur in regula, nonnulla verbo imperatiui modi negatiue vel affirmatiue apposito 12) inferuntur 13), hactenus extitit dubitatum, an tenerentur ad illa, vt ad habentia vim præcepti; et quia, (vt intelleximus,) non minuitur 14) hoc dubium, sed augetur ex eo, quod felicis recordationis Nicolaus papa tertius d, prædecessor noster, noscitur declarasse, quod fratres ipsi ex professione suæ regulæ sunt adstricti ad ea consilia euangelica, quæ in ipsa regula præceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur, et nihilominus ad eorum omnium obseruantiam, quæ ipsis in eadem regula sub verbis obligatoriis inducuntur: supplicauerunt prædicti fratres, vt ad ipsorum conscientias serenandas e declarare, quæ horum censeri debeant præceptis æquipollentia ac obligatoria, dignaremur 15). Nos itaque, qui in sinceris horum conscientiis delectamur, attendentes, quod in his, quæ animæ salutem respiciunt, ad vitandos graues remorsus conscientiæ, pars securior est tenenda f, dicimus, quod, licet fratres 16) non ad omnium, quæ sub verbis imperatiui modi ponuntur in regula, sicut ad præceptorum, seu præceptis æquipollentium obseruantiam teneantur, expedit tamen ipsis fratribus ad obseruandam puritatem regulæ et rigorem, quod ad ea, sicut ad æquipollentia præceptis, se nouerint obligatos, quæ hic inferius adnotantur. Vt autem hæc, quæ videri possunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel saltem ratione materiæ, de qua agitur, seu ex vtroque sub compendio habeantur; declaramus, quod illud, quod ponitur in regula, de non habendo plures tunicas, quam vnam cum caputio, et aliam sine caputio; item, de non portandis calceamentis, et de non equitando extra casum necessitatis; item, quod fratres vilibus induantur 17); item, quod ieiunare a festo omnium Sanctorum vsque ad natale Domini, et in sextis feriis teneantur; item, quod clerici faciant diuinum officium, secundum ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ; item, quod ministri et custodes pro necessitatibus infirmorum, et fratribus induendis sollicitam curam gerant; item, quod, si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alii fratres debent 18) ei seruire; item, quod fratres non prædicent in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum; item, quod nullus audeat penitus populo prædicare, nisi a generali ministro, vel aliis, quibus secundum declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, et ad hoc institutus; item, quod fratres, qui cognoscerent, se non posse præmissam regulam spiritualiter obseruare, debeant et possint ad suos ministros recurrere; item, quod omnia, quæ ponuntur in regula ad formam habitus, tam nouitiorum, quam etiam professorum, nec non ad receptionis modum ac professionem 19) spectantia, nisi recipientibus, quoad habitum nouitiorum, (sicut dicit regula,) secundum Deum aliter 20) videatur: hæc, inquam, omnia sunt a fratribus tamquam obligatoria obseruanda. Item ordo communiter sensit, tenet et tenuit ab antiquo, quod, vbicunque ponitur in regula hoc vocabulum: *teneantur*: obtinet vim præcepti, et obseruari debet a fratribus sicut tale. Ceterum quia Christi confessor prædictus, agendorum ac seruandorum circa recipiendos ad ordinem, ministris et fratribus modum præbens, dixit in regula, quod caueant fratres et eorum ministri, ne sint solliciti de rebus suis temporalibus, vt libere faciant de eis, quidquid ipsis a Domino fuerit inspiratum, licentiam tamen habeant ipsi 21) ministri mittendi eos ad aliquos, Deum timentes, si consilium requiratur, quorum consilio sua bona pauperibus erogentur: dubitauerunt et dubitant multi fratrum, an liceat ipsis de bonis ingredientium quidquam recipere, si donetur, et si ad dandum personis et conuentibus possint eos inducere sine culpa, si etiam ad disponendum de distributione rerum talium debeant ipsi ministri seu fratres dare consilium, vbi ad consulendum alii, quam ex ipsis, ad quos ingressuri mittantur, possint idonei inueniri. Nos autem, considerantes, attente intendisse sanctum Franciscum suæ regulæ professores, quos fundauerat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipsorum 22) ingredientium per dicta verba specialiter et totaliter elongare, vt, quantum est 23) ex parte fratrum ipsorum, receptio ad ordinem sancta et purissima appareret, et ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, sed ad ipsos tantum diuino seruitio mancipandos, dicimus g, de cetero 24) debere tam ministros, quam fratres ceteros a dictis inductionibus ad sibi dandum, et suasionibus, nec non et dandis 25) circa distributionem consiliis abstinere: cum per hoc ad timentes Deum status alterius mitti debeant, non ad fratres, vt vere cunctis pateant esse tam salubris instituti paterni 26) studiosi, zelatores sedulí et perfecti. Cum vero facere de rebus suis, quod Dominus inspirabit, ipsamet regula ingredientibus liberum velit esse: non videtur 27), quin liceat eis recipere, consideratis scilicet eorum necessitatibus, et moderationibus declarationis iam dictæ, si quid de bonis suis intrans 28), sicut et ceteris pauperibus per modum eleemosynæ liberæ velit dare. Cauere tamen in acceptione oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili præsumi possit sinister oculus contra ipsos. Præterea cum dicatur in regula, quod illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, et aliam sine caputio, qui habere voluerint; item, quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur; nosque prædicta verba declarauimus æquipollere præceptis: volentes hæc determinari 29) plenius, dicimus, quantum ad numerum tunicarum, quod pluribus vti non licet, nisi in necessitatibus, quæ haberi possunt ex regula, secundum quod hunc passum memoratus prædecessor noster plenius declarauit. Vilitatem autem vestium, tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ secundum consuetudinem, vel conditionem patriæ debeat, quantum ad colorem panni, et pretium vilitatis merito reputari. Non enim quoad regiones omnes potest determinatus vnus modus in talibus adsignari. Huiusmodi etiam vilitatis iudicium ministris et custodibus, seu guardianis duximus committendum, eorum super hoc conscientias onerantes, ita tamen, quod seruent in vestibus vilitatem. Quorum etiam ministrorum, custodum, et guardianorum iudicio tu-

8°) *Praemissis*, ed. ant. Lugd. et Pith.
9) *Praedicta*, e C. H. et impr. abest.
10) *Proferrentur*, C. H.
11) *Ex quo*, ibid.
12) *Apposita*, ibid.
13) *Inferuntur*, C. H. et impr.
14) *Minuatur nunc*, C. H.
15) *Dignaremur*, C. impr.
16) *Fratres minores*, C. H.

17) *Quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur*, ibid.
18) *Debeant*, ibid.
19) *Ac professionis*, ibid.
20) *Aliud*, ibid.
21) *Ipsi*, desideratur ibid.
22) *Ipsorum*, ibid.
23) *Est*, ibid. non habetur.
24) *Omnino*, C. H. et impr.
25) *Nec non a dandis*, ibid.
26) *Patrum*. C. H. ed. ant. L. et Pith.
27) *Non audietur*, ibid.
28) *Intrat*, ibid.
29) *Determinare*, ibid.

a *Vide conc. Trid. sess. 25. tit. de regularibus et monialibus. c. 1.* b *Vide conc. Trid. sess. 25. tit. de regularibus et monialibus. c. 15.* c *Vide D. Thom. 2. 2. qu. 88. art. 1. 2. et 4.* d *In antiquis codicib. etiam impressis constanter legitur, ita:* Nicolaus papa IV. *Et decretalis: ex iis. de qua loquitur hic text. quæ habetur eod. tit. libr. 6. etiam tribuitur* Nicolao IV. *in antiquioribus et emendatiorib. exemplaribus, sicut in hac editione obseruatum est.* e *Al. serenandas, id est, clarificandas, siue ad serenitatem et tranquillitatem deducendas.* f *Ad hoc vide c. consilium. et gl. de obseru. ieiun. c. tantum. de sponsal. c. in lectum. C. 34. qu. 2.*

g *Alias ita. dicimus omnino debere tam ministros, etc.*

dem

dem modo relinquimus, pro qua necessitate 30) possint ipsi fratres calceamenta portare. Deinde, cum duobus temporibus, adnotatis in regula, (scilicet 31) a festo omnium Sanctorum, vsque ad natiuitatem Domini, et maxime Quadragesimæ, in quibus ieiunare tenentur, inseratur in eadem regula: *aliis autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria ieiunare*: et ex hoc voluerunt aliqui dicere, quod dicti ordinis fratres non tenentur, nisi ex condecentia, ad alia ieiunia, quam ad ista: declaramus debere intelligi, eos non teneri ad ieiunium aliis temporibus, præterquam in ieiuniis, ab ecclesia constitutis. Non est enim verisimile, quod vel institutor regulæ, vel etiam confirmator, absoluere ipsos intenderit a seruandis illis ieiuniis, ad quæ de communi statuto ecclesiæ obligantur ceteri Christiani. Porro cum dictus sanctus, volens fratres suos super omnia a denariis, seu pecunia esse totaliter alienos, præcepit firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per se vel per interpositam personam; illumque articulum declarans idem prædecessor noster, casus et modos posuerit, quibus seruatis, a fratribus non possint dici, nec debent per se vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam, vel sui ordinis puritatem: dicimus fratres teneri cauere summopere, quod pro aliis caussis, et sub modis aliis, quam ponat dicti prædecessoris nostri declaratio, ad dantes pecunias siue deputatos nuntios non recurrant, ne, (si secus ab ipsis attentatum fuerit,) transgressores præcepti et regulæ merito possint dici. Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresse non conceditur: intelligitur denegatum. Quocirca quæstus omnis 32) pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in ecclesia, vel alibi, cippi vel trunci, ordinati ad offerentium seu donantium pecunias reponendas, nec non et quicumque recursus alius ad pecunias, seu habentes ipsas, qui per declarationem prædictam non conceditur 33), hæc, inquam, omnia sunt eis simpliciter interdicta. Cum etiam recursus ad amicos speciales expresse tantum in duobus casibus, secundum regulam concedatur, videlicet, pro necessitatibus infirmorum, et fratribus induendis, idque pie et rationabiliter, considerata necessitate vitæ, ad alias necessitates fratrum, pro tempore occurrentes, cessantibus eleemosynis, seu etiam ingruentes, sæpe dictus prædecessor noster duxerit extendendum; attendant fratres præfati, quod pro nullis caussis aliis, quam prædictis vel similibus in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos huiusmodi; siue sint dantes pecunias, seu deputati per ipsos, siue nuntii, vel depositarii, seu alio quouis nomine appellentur: etiamsi concessi per eamdem declarationem modi circa pecuniam integre seruarentur. Denique cum idem confessor summe adiectauerit, suæ regulæ professores totaliter esse abstractos ab adfectu et desiderio terrenorum, et specialiter a pecunia et eius vsus 34) totaliter expertes 35), sicut probat prohibitio de recipienda pecunia, in regula sæpius repetita: curare fratres vigilanter necesse est, quod, cum ex caussis prædictis et modis ad 36) habentes pecunias, deputatas pro ipsorum necessitatibus, recurrere oportebit ad tenentes ipsas, quicumque hi fuerint, principales vel nuntii, in omnibus sic se gerant, quod se cunctis ostendant in dictis pecuniis, (sicut nec habent,) penitus nil habere. Quapropter præcipere, quod et qualiter pecunia expendatur, computumque exigere de expensa 37), eam quomodocumque repetere siue deponere, aut deponi 38) facere, capsulam pecuniæ, vel eius clauem deferre, hos actus et consimiles sibi fratres illicitos esse sciant. Prædicta enim facere ad solos dominos pertinet, qui dederunt, et eos, quos ipsi deputauerunt ad hoc ipsum. Proinde cum vir sanctus, paupertatis præmissæ in regulæ modum exprimens, dixerit in eadem: *Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tamquam peregrini et aduenæ, in hoc sæculo in paupertate et humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter*: sicque declaratum exstitit per nonnullos prædecessores nostros, Romanos pontifices, hanc expropriationem 39) intelligi debere tam in speciali, quam etiam in communi, propter quod et rerum omnium concessarum, oblatarum, et donatarum fratribus, (quas et quarum vsum, facti 40) scilicet, ordini vel ipsis fratribus licet habere,) proprietatem et dominium in se et Romanam ecclesiam receperunt, dimisso ipsis fratribus in eis tantummodo vsu facti simplicis 41); ad nostrum fuerunt deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, et videbantur 42) prædicto voto et puritati ordinis repugnare, videlicet, vt ea prosequamur ex ipsis, quæ remedio credimus indigere, quod se institui heredes non solum sustinent, sed procurant; item, quod reditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quod conuentus habentes totaliter inde viuunt; item, quod, cum ipsorum negotia, etiam pro 43) rebus temporalibus in curiis agitantur, adsistunt aduocatis et procuratoribus, et ad instigandum eosdem se ibidem personaliter repræsentant; item, quod exsequutiones vltimarum suscipiunt voluntatum, et gerunt, seque intromittunt quandoque de vsurarum vel male ablatorum dispositionibus seu restitutionibus faciendis; item, quod alicubi non solum excessiuos hortos sed etiam vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus, quam de vino multum colligitur ad vendendum; item, quod temporibus 44) messium vel vindemiarum sic copiose granum et vinum, mendicando, vel aliunde emendo, colliguntur a fratribus, et in cellariis et granariis 45) reconduntur, quod per anni residuum 46) absque eorum mendicatione possunt transigere vitam suam; item, quod ecclesias vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate et curiositate figuræ et formæ, ac sumtuositate notabiliter excessiua, sic, quod non videntur habitacula pauperum, sed magnatum. Paramenta etiam ecclesiastica in plerisque locis tam multa habent, et tam notabiliter pretiosa, quod excedunt in his magnas ecclesias cathedrales. Equos insuper, et arma eis oblata in funeribus recipiunt indistincte. Tamen communitas fratrum, et specialiter rectores ipsius ordinis adserebant, quod prædicta, seu plura ex ipsis in ordine non fiebant, quod et, si qui reperiuntur rei in talibus, rigide puniuntur, nec non contra talia, ne fiant, sunt facta pluries ab antiquo statuta in ordine multum stricta. Cupientes igitur nos ipsorum fratrum prouidere conscientiis, et cuncta dubia, (quantum possibile nobis est,) de ipsorum pectoribus remouere, ad prædicta modo, qui sequitur, respondemus. Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id, quod exterius agitur, interiorem mentis dispositionem et habitum repræsentet: necesse habent fratres, qui se expropriatione tanta a temporalibus abstraxerunt, ab omni eo, quod dictæ expropriationi esset, vel posset videri contrarium, abstinere. Quia igitur in successionibus transit non solum vsus rei, sed et dominium suo tempore in heredes 47); fratres autem præfati nihil sibi in speciali adquirere, vel eorum ordini possunt, etiam in communi: declarando dicimus, quod successionum huiusmodi, quæ etiam ex sui natura 48) indifferenter ad pecuniam, et etiam ad alia mobilia et immobilia 49) se extendunt, (considerata sui puritate voti,) nullatenus sunt capaces. Nec licet eis valorem hereditatum talium, vel tantam earum partem, quod præsumi posset 50), hoc in fraudem fieri, quasi sub modo et forma legati sibi dimitti facere, vel sic dimissa recipere, quin potius ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus. Cumque annui reditus inter 51) immobilia censeantur a iure, ac huiusmodi reditus obtinere paupertati et mendicitati repugnet; nulla dubitatio est, quod prædictis fratribus reditus quoscumque, sicut et possessiones vel earum a etiam vsum, (cum eis non reperiatur concessus,) recipere vel habere, (conditione considerata ipsorum,) non licet: amplius cum non solum, quod malum esse dignoscitur, sed et omne, quod speciem habet mali, sit a viris perfectis specialiter euitandum. Ex talibus autem adsistentiis in curiis et instigationibus, cum de rebus agitur, in ipsorum commoda 52) conuertendis, creduntur verisimiliter ex his, quæ foris patent, (de quibus habent homines foris 53) iudicare,) in ipsis rebus fratres b adsistentes 54), aliquid quærere tamquam suum, nullo modo debent huiusmodi voti et regulæ professores se talibus curiis et litigiosis actibus immiscere, vt et testimonium habeant ab his, qui foris sunt, et puritati satisfaciant voti sui, ac euitetur per hoc scandalum proximorum. Verum etiam cum dicti ordinis fratres, non solum a receptione, proprietate, dominio, siue vsu ipsius pecuniæ, verum etiam a contrectatione qualibet ipsius, et ab ea sint penitus alieni, quemadmodum sæpe dictus prædecessor noster in declaratione huiusmodi regulæ plane 55) dixit; cumque dicti ordinis professores pro nulla re temporali possint in iudicio experiri; prædictis fratribus non licet, nec competit, quin potius, (considerata sui puritate status,) debent sibi scire interdictum, quod huiusmodi exsequutionibus et dispositionibus 56) se exponant: cum hæc sæpius 57) absque litigio et contrectatione vel administratione pecuniæ nequeant expediri. Verumtamen in his exsequendis dari 58) consilium ipsorum statui non

30) *Pro quibus necessitatibus*, C. H.
31) *Scilicet*, in C. R. non legitur.
32) *Omnis*, abest ab ed. Pith.
33) *Conceditur*, C. H.
34) *Et vsu*, ibid.
35) *Inexpertes*, ibid.
36) *Ad*, abest a C. impr.
37) *Expensis*, C. H.
38) *De bonis*, ed. ant. L. et Pith.
39) *Appropriationem*, C. impr.
40) *Vsum fructum*, C. H. *facti simplicis*, C. impr.
41) *Vsu fructuque simplici*, ibid.
42) Diction. *et videbantur*, desiderantur ibid.
43) *Pro*, ibid. non habetur.
44) *De temporibus*, ibid.
45) Diction. *et granariis*, absunt ab eod. C.
46) *Residuum vel quasi absque*, ibid.
47) *In heredem*, ibid.
48) *Ex natura sua*, ibid.
49) In C. H. non sunt voces: *et immobilia*.
50) *Possit*, C. H.
51) *Intra*, C. impr.
52) *Commodum*, C. H.
53) *Foris*, ibid. non habetur.
54) *Et adsistentes*, C. impr.
55) *Plene*, C. H.
56) *Dispensationibus*, ibid.
57) *Vt sæpius*, C. H. *cum hoc igitur sæpius*, impr.
58) *Dare*, C. H.

a *Al.* earum. b *Al. ita*: fratres et adsistentes, etc.

absistit

ubilitit: cum ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla 59) iurisdictio, siue actio in iudicio, siue dispensatio tribuetur. Licet vero non solum sit licitum, sed et multum conueniens rationi, quod fratres, qui in laboribus spiritualibus orationis et studii sedulo occupantur, hortus et areas habeant competentes ad recollectionem et recreationem 60) sui, et interdum ad se ipsos post 61) labores huiusmodi corporaliter deducendos, nec non ad habenda 62) necessaria hortalitia pro se ipsis: habere tamen hortos aliquos, vt colantur, ac olera ac alia hortalitie pretio distrahantur, nec non et vineas, repugnat suæ regulæ ordinis puritati. Secundum quod dictus prædecessor declarauit, ac etiam ordinauit, quod, si talia ad vsus proxime dictos, vt puta agrum vel vineam ad colendum, et consimilia, fratribus legarentur, per omnem modum fratres e receptione talium abstinerent: cum etiam præmissa habere, vt pretium fructuum suis temporibus habeatur *a*, ad naturam et formam prouentuum appropinquet. Rursus cum prædictus sanctus tam in exemplis vitæ, quam verbis regulæ ostenderit, se velle, quod fratres sui et filii, diuinæ prouidentiæ innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cœli pascit, quæ non congregant in horrea, nec seminant, nec in turre: nec est verisimile, voluisse ipsum eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere vitam suam. Et idcirco non ex timore leui relaxare *b* se debent ad congregationes et conseruationes *c* huiusmodi faciendas, sed tunc tantum, cum esset multum credibile ex iam expertis, quod non possent vitæ necessaria aliter inuenire. Hoc autem ministrorum et custodum simul et separatim in suis administrationibus et custodiis, (cum guardiani et duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum, et antiquorum in ordine fratrum consilio et adsensu,) duximus iudicio relinquendum, eorum super hoc specialiter conscientias onerantes. Hinc est etiam, quod, cum vir sanctus fratres suos in paupertate summa et humilitate fundare voluerit, quoad affectum pariter et effectum, sicut fere regula tota clamat, conueniat ipsis, quod nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri sustineant 63) ecclesias, vel alia quæcumque ædificia, quæ, (considerato fratrum inhabitantium numero,) excessiue in multitudine et magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus, quod vbique in suo ordine deinceps temperatis et humilibus ædificiis sint contenti, ne huic tantæ paupertati promissæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. Quamuis etiam paramenta et vasa ecclesiastica ad honorem diuini nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipse Deus: tamen qui absconditorum est cognitor, ad animum sibi ministrantium respicit principaliter 64), non ad manum. Nec per illa sibi vult seruiri, quæ suorum seruitorum conditioni et statui dissonarent: propter quod sufficere debent eis vasa paramenta ecclesiastica decentia, in numero et in magnitudine sufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia pretiositas, vel quæcumque curiositas 65) in his, seu aliis quibuscumque non potest ipsorum 66) professioni, vel statui conuenire. Cum enim hæc sapiant thesaurizationem, seu copiam: paupertati tantæ, quoad humanum iudicium, derogant manifeste. Quapropter præmissa seruari a fratribus volumus, et mandamus. Circa equorum vero et armorum oblationes illud decernimus in omnibus et per omnia obseruandum *d*, quod per declarationem prædictam in pecuniariis noscitur eleemosynis definitum. Ex præmissis autem succreuit non parum scrupulosa quæstio inter fratres, videlicet, vtrum ex suæ professione regulæ obligentur ad arctum et tenuem, siue pauperem vsum rerum; quibusdam ex ipsis credentibus et dicentibus, quod, sicut quoad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctissimam, ita ipsis quoad vsum arctitudo maxime et exilitas est indicta; aliis in contrarium asserentibus, quod ex professione sua ad nullum vsum pauperem, qui non exprimatur in regula, obligantur: licet teneantur ad vsum moderatum temperantiæ, sicut et magis ex condecenti, quam ceteri Christiani. Volentes itaque conscientiarum prædictorum fratrum prouidere quieti, et his altercationibus finem dare, declarando dicimus, quod fratres Minores ex professione suæ regulæ specialiter obligantur ad arctos vsus, seu pauperes, qui in ipsorum regula continentur, et eo obligationis modo, sub quo continet seu ponit regula dictos vsus. Dicere autem, sicut aliqui asserere perhibentur, quod hæreticum sit, tenere vsum pauperem includi vel non includi sub voto euangelicæ paupertatis, præsumtuosum et temerarium iudicamus. Demum, quia ex eo, quod dicta regula, per quos et vbi fieri debeat 67) ministri generalis electio, tradens, nullam fecit de ministrorum prouincialium

59) *Nulla*, ibid. non legitur.
60) *Dictio et recreationem*, desideratur ibid.
61) *Propter*, ibid.
62) *Sit habenda*, ibid.
63) Verba: *vel fieri sustineant*, ibid. non habentur.
64) *Simpliciter*, ibid.
65) *Curiositas*, ibid. non legitur.
66) *Ipsorum*, ibid.
67) *Fieri hoc debeat*, ibid.

electione vel institutione penitus mentionem, oriri super hoc poterat dubitatio inter fratres: nos, volentes posse ipsos clare ac secure procedere in omnibus factis suis, declaramus, statuimus etiam et ordinamus in 68) hac constitutione, in perpetuum valitura, vt, cum alicui prouinciæ de ministro fuerit prouidendum, ipsius ministri electio *e* penes capitulum prouinciale resideat, quam idem capitulum die sequenti, quo fuerit congregatum, facere teneatur. Ipsius autem electionis confirmatio ad ministrum pertineat generalem. Et si quidem ad electionem huiusmodi per formam scrutinii procedatur, et, (votis in diuersa diuisis,) electiones plures in discordia celebrari contingat: illa; quæ a maiori parte capituli numero, (nulla zeli vel meriti collatione aut consideratione habita,) fuerit celebrata, exceptione seu contradictione quacumque alterius partis non obstante, per dictum generalem ministrum de consilio discretorum de ordine, (prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissa,) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis secundum Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit 69) infirmata: ad capitulum prouinciale electio huiusmodi reuertatur. Ceterum si capitulum memoratum die prædicta ministrum eligere prætermittat: extunc ministri prouincialis prouisio ad generalem ministrum libere deuoluatur. Verum si ministro prædicto et capitulo generalibus ex certa, manifesta, et rationabili caussa videretur aliquando in prouinciis vltramarinis Hyberniæ, seu Græciæ, seu Romæ, in quibus hactenus alius prouidendi modus dicitur ex caussa certa et rationabili fuisse seruatus, expedire, ministrum prouincialem per 70) ministrum generalem, cum proborum ordinis consilio potius, quam per capituli prædicti electionem præfici in prouinciis Hyberniæ, etiam vltramarinis irrefragabiliter, in Romania vero vel Græcia, quando minister dictæ prouinciæ moreretur, vel absolueretur citra mare: illa vice seruetur absque dolo, partialitate et fraude, (super quo eorum conscientias oneramus,) quod super hoc dictus minister cum dictorum proborum consilio duxerit ordinandum. In destitutione vero dictorum ministrorum prouincialium seruari volumus, quod super hoc hactenus de ipso 71) ordine extiterit obseruatum. Ceterum si contingeret eosdem ministro generali carere: per vicarium ordinis fiat super hoc quod faciendum fuerit per eumdem ministrum, vsque quo prouisum fuerit de generali ministro. Porro, si quid de huiusmodi ministro prouinciali secus attentari forte contigerit: illud ipso facto sit irritum et inane. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum, dictorum, commissionis, responsionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, constitutionum, iudicationum, et voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, etc. 72).

68) *In*, ibid. non habetur.
69) Vocab. *expedire. Et si fuerit*, desiderantur ibid.
70) Ibidem omissæ sunt voces: *ministrum prouincialem per*.
71) *In ipso*, ibid.
72) *Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.* C. H. et impr.

CAP. II.

Determinat et declarat, quid significent hæc verba, inserta in iudicialibus commissionibus, quæ fiunt a principe vel a iure, scilicet, quod procedatur simpliciter et de plano, et sine strepitu et figura iudicii. Ioann. Andr.

IDEM CLEMENS *f* V.

Sæpe contingit, quod caussas committimus, et in earum aliquibus simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura iudicii procedi mandamus: de quorum significatione verborum a multis contenditur, et qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem, dubitationem huiusmodi, (quantum nobis est possibile,) decidere cupientes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt iudex, cui taliter caussam committimus 73), necessario libellum non exigat, litis contestationem non postulet, in 74) tempore etiam feriarum, ob necessitates hominum indultarum a iure, procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem, quanto poterit 75), faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias 76), et frustratorias repellendo, partium, aduocatorum, et procuratorum contentiones et iurgia, testiumque superfluam multitudinem refrenando. Non sic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes necessariæ, et defensiones legitimæ admittantur. Citationem vero, ac præstationem iuramenti de calumnia vel malitia, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet: pro parte agentis, et etiam rei, si quid 77) petere voluerit, est in ipso litis exordio

73) *Caussa committitur*, C. B.
74) *In*, abest a C. B. H. et ed. Gonz.
75) *Potuerit*, C. H.
76) *Et dilationes*, C. B. et impr.
77) *Aliquis*, C. B.

a *Alias:* habeant. b *Al.* laxare. c *Al.* obseruationes. d *Al.* seruandum.

e *De modo electionis faciendæ vide nouissime sancita in conc. Trid. sess. 25. de regularib. et monialibus, c. 6.* f *Hæc duo verba:* Clemens V. *absunt a vetust. codic.*

petitio

petitin facienda, siue scriptis 78), siue verbo 79), actis 80) tamen continuo, (vt, super quibus positiones et articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, et, vt fiat definitio clarior,) inserenda. Et quia positiones ad faciliorem expeditionem litium, propter partium confessiones, et articulos ad clariorem probationem visus longaeuus in caussis admisit: nos, vsum huiusmodi obseruari volentes, statuimus, vt iudex, sic deputatus a nobis, (nisi aliud de partium voluntate procedat,) ad dandum simul vtrosque terminum dare possit, et ad exhibendum omnia acta et munimenta, quibus partes vti volunt in caussa post dationem articulorum diem certum, quandocumque sibi 81) videbitur, valeat adsignare, eo saluo, quod, vbi remissionem fieri contingeret 82), pro testibus producendis possint etiam instrumenta produci, adsignatione huiusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes, siue ad earum instantiam, siue ex officio, vbicumque hoc aequitas suadebit. Sententiam vero definitiuam, (citatis ad id, licet non peremtorie, partibus,) in scriptis, et, (prout magis sibi placuerit,) stans vel sedens proferat, etiam 83), (si ei videbitur,) conclusione non facta, prout *a* ex petitione et probatione 84), et aliis actitatis in caussa fuerit faciendum. Quae omnia etiam in illis casibus, in quibus per aliam constitutionem nostram, vel alias procedi potest simpliciter et de plano 85), ac sine strepitu et figura iudicii, volumus obseruari. Si tamen in praemissis casibus sollemnis ordo iudiciarius in toto vel in parte, non contradicentibus partibus, obseruetur: non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Data Auenion. XIII. kalend. Decembr. pontificatus nostri anno II. 86).

78) *Siue in scriptis*, C. H. et impr.
79) *In verbo*, C. R.
80) *Acto*, ibid.
81) *Igitur*, ibid.
82) *Contigerit*, ibid.

83) *Etiam*, ibid. non habetur.
84) *Ex probatis*, C. H.
85) Dictiones *et de plano*, non sunt in C. R.
86) Huius subscriptionis locum occupat in C. H. vox: *Amen*, neutra vero legitur in C. R.

a *In antiquioribus etiam impressis constanter legitur ita:* prout ex petitione et probatis et aliis, *etc.*

Clementinae Constitutiones, accurate castigatae, cum summariis admodum familiaribus finiuntur.

EXTRAVAGANTES
SEV
CONSTITVTIONES VIGINTI,
A
IOANNE PAPA XXII.
EDITAE.

TITVLVS PRIMVS.
DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.
(*Anno 1316. in Gallia.*)

Electi, qui pro suarum electionum negotia ad curiam venire tenentur, etiam sede vacante, non tenentur de necessitate in ipsa curia moram trahere; et, licet alibi morentur, nullum eis praeiudicium generatur. Facit Clement. Ne Romani. §. fin. eod. tit.

Ad onus apostolicae seruitutis superna dispositione vocati, ambiguitates, ex quibus possent ecclesiis damnosa prouenire dispendia, tollere cupientes, de potestatis plenitudine, ac fratrum nostrorum consilio ordinamus, quod quibuscumque electis, qui ad sedem apostolicam venire vel mittere tenebantur, ac ipsorum electionum instructoribus, qui in veniendo ad sedem ipsam, et se praesentando, ipsa sede vacante vel non vacante, seruauerunt tempora, a canonibus instituta, (dummodo praesentialiter adsint in ciuitate Lugdun. vel fuerint Auenione in kalendis Octobris,) vbicumque, sede vacante, moram traxerint, nullum ipsis, seu eorum iuri praeiudicium ex mora, interim facta, vbilibet generetur; sed eorum iura circa electiones huiusmodi, hoc non obstante, perinde seruentur illaesa, ac si apud sedem apostolicam moram traxissent, non obstantibus praedecessorum nostrorum constitutionibus quibuscumque: quibus tamen quoad alia nullum volumus praeiudicium generari. Nulli ergo, etc. nostrae ordinationis infringere, etc. Datum Lugduni VIII. Idus Septembr. anno I.

CAP. II.
(*Anno 1317. in Gallia.*)

Beneficio vacante, cuius fructus ad certum tempus debentur alicui, annalia habenti; vel alii, qualiter debeant fructus ipsi diuidi inter ipsum, annalia habentem, et beneficiatum, et diuisione facta, cuius sit electio, haec declarat constitutio. *Et potuisset poni sub tit.* de rescript. *vel* ne sed. vacant. *vel* vt eccl. benefic. *vel* de verborum signific.

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, vt, quae in ecclesiis non absque dispendio ministrorum, et cultus detrimento diuini seruari viderimus 87), per appositionem 88) congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque in nonnullis ecclesiis obseruetur, et a longis retro temporibus fuerit obseruatum, quod fructus primi vel secundi, aut alterius, cuiuscumque sequentis anni beneficiorum, vacantium in eisdem, defuncto, vel fabricae, aut ecclesiis, vel 89) personis, habentibus annalia, de consuetudine, priuilegio vel statuto applicantur in totum, ita, quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, et ad quos alias de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt; vnde illud inconueniens sequitur, quod commode nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in ecclesiis, in quibus beneficiati existunt; nos *a*, de illo super his remedio prouidere volentes, per quod hi et illi in fructuum praedictorum perceptione participent, et ecclesiae debitis seruitiis non fraudentur, praesenti decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quod illi, qui fructus praedictos sibi *b* hactenus integre vindicabant, ex priuilegio, consuetudine vel statuto, nihil exinde vltra summam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in solutione decimae taxari, praetextu cuiusuis priuilegii, consuetudinis, vel statuti quouis modo percipiant, sed ipsius summae perceptione dumtaxat sint omnino contenti, totali residuo praedicta obtinentibus beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti fuerant, (vt praefertur,) cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, et obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam. Quo casu percipiendi, quod maluerint, illis relinquimus optionem, sic, quod intra decem dies, postquam sciuerint, beneficia ipsa vacare, iis, quibus annalia *c* ipsa debentur ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, vel ipsorum annalium *d* collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimae taxationem, vel, illa dimissa, residuum, nulla subhastatione praemissa, eligere teneantur. Quam electionem si intra dictos decem dies non fecerint, (vt dictum est:) extunc ad eum, cuius est beneficium, huius optio vel electio transeat ipso iure. Et hoc in ecclesiis et partibus illis, in quibus beneficia maiora, et alia, quae ad solutionem decimae sunt taxata, volumus obseruari. In illis vero ecclesiis et partibus, in quibus decimarum taxatio non est facta, seruetur, quod fructus et obuentiones beneficii, tunc vacantis, quod *e* decimam soluere consueuit, per medium diuidantur 90): quorum medietatem habeat is, cui annalium *f* per alterum de praedictis modis perceptio est concessa, reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum, pro sustentatione sua, et aliis ecclesiae oneribus supportandis. Quodsi alter de praedictis praefata medietate noluerit

87) *Vidimus*, C. impr.
88) *In appellationem*, ibid.

89) *Vel*, ibid non legitur.
90) *Quod in decimae solutione medium consueuit diuidantur*, ibid.

a *Vide l. fundos. C. de fundis desert. libr.* 11. *b* *Al.* ibi. *c* *Al.* annualia. *d* *Al.* annualium. *e* *Al.* quos. *f* *Al.* annualium.

esse contentus, altero contentari volente: pars nolentis transeat ad volentem a, et volens fructus et obuentiones illius beneficii percipiet vniuersos, eidem beneficio congrue faciens deseruiri, ac eius supportans onera consueta. Et si quidquam aliquis prædictorum vltra præmissa perceperit, illudque his, ad quos pertinebit, intra mensem non restituerit cum effectu: eo ipso, si episcopus vel superior prælatus fuerit, a pontificalibus 91) et ingressu ecclesiæ sit suspensus 92), si autem capitulum, vniuersitas, vel collegium, interdicto se nouerint, (donec prædicta cum integritate restituerint,) subiacere. Si vero aliqua singularis persona ecclesiastica vel mundana id fecerit; excommunicationis incurrat sententiam ipso facto: a qua sine 93) restitutione præmissa, præterquam in mortis articulo, minime 94) absoluatur, non obstantibus quibuscumque priuilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus et statutis, iuramento b, confirmatione sedis apostolicæ, aut alia quacumque firmitate vallatis. Quæ omnia, quoad hoc, auctoritate apostolica reuocamus 95), et nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergo 96), etc. nostræ constitutionis reuocationis, cassationis, irritationis et voluntatis 96*), etc.

91) *Pontificali honore*, C. impr. ;
92) *Nouerit se suspensum*, ibid.
93) *Nisi*, ibid.
94) *Nullatenus*, ibid.
95) ibid. additur: *cassamus et irritamus*.
96) *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis*, ibid.
96*) *Et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem* etc. *Datum Auenione VIII. Nouembr. pontif. nostri anno II.* ibid.

TITVLVS II.
DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. VN.

(Anno 1317. Auenioni.)

Quia multi adsumebant dominium, et se creari faciebant potestates et capitaneos in comitatu Sabinæ, et aliis locis, hic nominatis, qui sunt de patrimonio ecclesiæ Romanæ: inhibetur, ne tales de cetero adsumantur, neque illis, tamquam talibus, obediatur, et quod nullus huiusmodi præeminentiam sibi audeat adscribere sine speciali licentia sedis apostolicæ. Et si sint aliquæ ciuitates, quæ habeant ius eligendi tales capitaneos, per sedem apostolicam confirmandos: vetat papa, quod ante confirmationem debitam nullo eis, tamquam talibus, præstetur obedientia.

Ecclesiæ Romanæ suorumque fidelium dispendia dissimulare non possumus, quin, postquam nobis cognita fuerint, aduersus ea opportunis remediis occurramus. Attendentes igitur grauia nocumenta, quæ nonnullis ciuitatibus, terris, castris, intra patrimonium beati Petri in Tuscia, comitatum Sabinæ, et terram Arnolphorum constitutis, eidem ecclesiæ Romanæ subiectis, et personis singularibus earumdem, ex diuersorum, tam nobilium, quam etiam aliorum, vsurpato regimine prouenerunt, et volentes super hoc in posterum eorum dispendiis præcauere, omnibus et singulis comitatibus, seu vniuersitatibus, et singulis personis ciuitatum, terrarum, castrorum, et locorum, intra patrimonium, comitatum et terram prædictos constitutis, in quibus videlicet nobis, seu quibusuis officialibus nostris, ius c competit deputandi vel instituendi aut eligendi seu ponendi 97) potestates, capitaneos, dominos vel rectores aut officiales quoslibet alios, ne ipsæ potestatem, capitaneum, dominum, rectorem vel defensorem, seu quemcumque alium officialem, quocumque nomine censeatur, in ciuitatibus, castris, terris et locis prædictis, aut eorum aliquo eligere, adsumere, vocare vel recipere, retinere aut iam electo vel adsumto, vocato seu recepto, tamquam potestati seu capitaneo, rectori seu defensori vel officiali obedire quoquo modo præsumant, neue taliter electus, adsumtus, receptus seu vocatus, huiusmodi potestariæ, capitaneatus, dominii, vel rectoriæ, seu defensoriæ, aut quodcumque aliud cuiusuis nominis officium recipere, acceptare, adsumere, vel gerere, (nisi de nostra et apostolicæ sedis licentia speciali;), quomodolibet audeat, sed adsumtum omnino dimittat. Vbi vero ad communitates seu vniuersitates, et singulares personas ciuitatum, terrarum, castrorum, et locorum prædictorum, vel eorum aliquem ius competit eligendi potestatem, capitaneum, dominum, vel rectorem, seu officialem quemlibet alium, qui per nos seu quosuis officiales nostros debeat aut consueuerit confirmari: ne ante debitam confirmationem obtentam ipsæ, vel earum aliquæ sic electo, tamquam potestati, seu capitaneo, rectori vel defensori seu officiali in quibusuis obediant, neue taliter electus quousque confirmationem habuerit, (vt præfertur,) huiusmodi potestariæ, capitaneatus, dominii vel rectoriæ, seu defensoriæ, aut cuiusuis alterius nominis officio se immiscere, vel illud gerere aut exercere quouis modo præsumat, auctoritate apostolica districtius inhibemus, decernentes extunc irritum et inane, quidquid con-

97) Ed. Pith. non habet verba: *aut eligendi seu ponendi*.

a *Vide l. si totam. ff. de adquir. her. l. hac scriptura §. fin. ff. de cond. et demonstr.* Font. b *Vide c. cum non deceat de elect. libr. 6. in verbo: pacta. Clem. dudum de sepult.* c *Vide c Constantinus. 36. dist. et C. 13. qu. 8. c constantor. de clerie. coniug. c. ex parte. in authen. quomodo oper. epis. coll. 1. in princ.*

tra huiusmodi inhibitionis tenorem contigerit attentari. Nulli, ergo, etc. nostræ inhibitionis et constitutionis infringere. Datum Auen. IV. nonas Augusti, anno II.

TITVLVS III.
DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

CAP. VN.

(Anno 1317. Auenioni.)

Tempore huius cap. obtinentes plures dignitates, personatus, vel beneficia, curam animarum habentia, ex dispensatione, virtute illius non poterant retinere, nisi vnam: et reliqua tenebantur resignare verbaliter et realiter coram ordinario sub testimonio publico intra mensem a tempore notitiæ huius cap. nisi fuissent cardinales, aut regum filii. Illi autem, qui plura talia sine dispensatione obtinebant, poterunt vltimum retinere, reliquis forma præscripta et sub eodem tempore resignatis. Qui vero deinceps tale habuerit beneficium, si cum illo secundum simile receperit, quam primum illius possessionem habuerit, vel per eum steterit, quo minus habeat, primum, quo est ipso iure priuatus, modo prædicto resignare tenetur: alias vtrumque perdit, et inhabilis fit ad sacros ordines suscipiendos, et ad quodcumque beneficium habendum. Tandem, qui dicuntur ordinarii, quantum ad præmissa, et quæ sint beneficia, curam animarum habentia, hic manifestatur. H. d. hæc extrauagans, quæ est notabilis, et multum practicabilis, et grauius obligat, quam cap. *De multa.* eod. tit. in antiqu. vt patet ad oculum.

Exsecrabilis quorumdam, tam religiosorum, quam secularium ambitio, quæ, semper plus ambiens, eo magis fit insatiabilis, quo sibi amplius indulgetur, et improbitas importuna petentium a nobis et prædecessoribus nostris Romanis pontificibus, non tam obtinuisse, quam extorsisse plerumque noscuntur, quod vnus interdum etiam ad vnum beneficium ecclesiasticum minus idoneus, in diuersis ecclesiis, nedum vicinis, sed etiam abinuicem longe distantibus, immo nonnumquam in diuersorum regnorum partibus situatis, duas aut tres, aut plures dignitates, personatus, officia seu prioratus, aut diuersa ecclesiastica beneficia, curam animarum habentia, possit dispensatiue, (cum alias non liceret de iure communi,) recipere, et simul licite retinere. Vnde inter cetera inconuenientia, subscripta sequuntur, quod videlicet interdum vnus, qui vnicum, quamuis modicum vix officium implere sufficeret 97*), plurimorum sibi vindicet stipendia, quæ multis litteratis viris, vitæ puritate ac testimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, possent abunde sufficere, æqua distributione collata, habentibus ipsa paratur vagandi materia, diuinus cultus minuitur, hospitalitas in ipsis beneficiis debita non seruatur. Et dum non sunt sui in vnaquaque regione rectores; ecclesiarum detrahitur commodis et honori, quæ, carentes defensorum auxilio, in iuribus suis et libertatibus multipliciter collabuntur, et ruinis patent ædificia nobilia, quæ magnificentia exstruxerat decessorum: et, (quod amarius est dolendum,) animarum cura negligitur,) et vitiorum sensibus fomentum periculose præbetur. Nos itaque, tot malis tantisque criminibus occurrere cupientes, omnes et singulas dispensationes, super receptione aut retentione plurium dignitatum, personatuum, officiorum, prioratuum aut beneficiorum, quibus cura animarum sit adnexa, sub quacumque forma, vel expressione verborum a nobis, vel prædictis prædecessoribus cuicumque personæ concessas, (cardinalibus tamen sanctæ Romanæ ecclesiæ, qui circa nos vniuersali ecclesiæ seruiendo, singularum ecclesiarum commoditatibus se impendunt, ac regum filiis, qui propter sublimitatem eorum ac generis claritatem sunt potioris prærogatiua gratiæ attollendi, dumtaxat exceptis,) deliberatione super hoc cum fratribus nostris habita diligenti, de ipsorum consilio, et ex certa scientia nostra, in forma subscripta duximus taliter moderandas, quod per moderamen nostrum effrenatam circa easdem personas talium beneficiorum multitudinem refrenemus, ipsique impetrantes fructu dispensationum huiusmodi totaliter non frustrentur d. Statuimus itaque et de fratrum ipsorum consilio ordinamus, quod obtinentes nunc ex dispensatione legitima pluralitatem huiusmodi dignitatum, personatuum, officiorum aut prioratuum seu beneficiorum, quæ alias absque dispensatione obtinere nequibant, vnum tantum ex dignitatibus, personatibus, officiis, prioratibus, ecclesiis vel beneficiis huiusmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, personatu vel officio, prioratu, ecclesia, vel beneficio sine cura, quod 98) habere maluerit, prætextu dispensationis sufficientis, circa id eisdem indultæ, possint licite retinere. Quæ tamen teneantur eligere intra mensem, numerandum a tempore notitiæ constitutionis istius, ceteris beneficiis cum cura vel sine cura, quæ ipsius dispensationis prætextu tenebant, et quæ aliter non poterant de iure absque dispensatione licite retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinario sub testimonio publico intra idem tempus verbaliter et realiter cum effectu dimissis, absque eo, quod ad illa numquam sine noua collatione ab eo, qui facere poterit facienda redire, aut eorum administrationi se immiscere præsumant:

97*) *Impleret sufficienter*, ed. ant. Lugd. et Pith.
98) *Quæ*, ibid.

d *Al.* fraudentur.

alioquin

alioquin tam his, quam aliis omnibus beneficiis, quae virtute huiusmodi nostri moderaminis retinere poterant, (vt praefertur,) sint ipso iure priuati, et prorsus inhabiles ad similia beneficia obtinenda. Per hoc autem iis, qui dignitates, personatus, officia, vel alia beneficia, curam animarum habentia, ex dispensatione, quae ius *a* tribuat, iuxta nostram moderationem perscriptam 99) obtinent, et alia similia beneficia nostrarum, vel alias eorumdem praedecessorum auctoritate litterarum exspectant, cum quibus est, vt illa, cum vacauerint, recipere, et vna cum obtentis retinere licite valeant, dispensatum, nolumus derogari, quin ea, cum vacabunt, intra dicti temporis spatium possint eligere, et, dimissis aliis, recipere in forma praescripta, ac licite retinere, poenas similes incursuri, si huic nostrae contraire praesumserint sanctioni. Porro, quia quorumdam oculos sic auarae cupiditatis vitium excaecauit, quod plurima talia beneficia simul absque dispensatione canonica retinere praesumunt: nos de illis praesenti decreto statuimus, vt omnia et singula beneficia, sic detenta, illo tantum retento, quod vltimo receperunt, dummodo in eo ex collatione canonica competat ius eisdem, intra tempus, (vt praescribitur,) limitatum, verbo et facto ac sine fraude eorum ordinario sub testimonio similiter publico dimittere teneantur. Quod si non fecerint: etiam illo sint ipso iure priuati, in quo ius eis alias competebat, et inhabiles penitus ad quaecumque obtinenda ecclesiastica beneficia censeantur. Qui vero deinceps receperint dignitatem, vel personatum, seu officium aut aliud beneficium, animarum curam habens adnexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud, (quo ipso iure, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos, omni dolo et fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit, priuati noscuntur,) absque morae dispendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo: alioquin extunc sint ipso iure secundo priuati, et nedum ad sacros suscipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcumque beneficium ecclesiasticum inhabiles reputentur 100). Quae omnia et singula beneficia vacatura, (vt praemittitur,) vel dimissa, nostrae et sedis apostolicae dispositioni de ipsorum fratrum consilio reseruamus, inhibentes, ne quis praeter Romanum pontificem, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficiis disponere, vel circa illa per viam permutationis, vel alias innouare quoquo modo praesumat. Nos enim, si secus actum seu attentatum fuerit, irritum decernimus et inane. Ceterum ordinarios intelligimus in casibus supra scriptis episcopos, in quorum ciuitatibus vel dioecesibus consistunt beneficia, seu aliquod eorum, quae debent secundum praemissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel, ecclesiis cathedralibus vacantibus, capitula earumdem: et hi de beneficiis, tam dimissis, quam, (vt praemittitur,) perditis, nos, vel apostolicam sedem certificare studeant, quam primum commode poterunt indilate, vt de illis salubriter disponere valeamus. Quantum autem ad modificationem attinet ante factam, illa dumtaxat, et non alia beneficia ecclesiastica, quocumque nomine nuncupentur, curam animarum habere censemus, quae parochias habent, in quibus est animarum cura, non per vicarios perpetuos, sed per rectores aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales vicarios exercenda, nec non et illa, quorum ministris ratione beneficiorum huiusmodi competit visitare, inquirere, procurationes recipere, suspendere, excommunicare, seu ab excommunicationis et suspensionis sententiis absoluere de consuetudine vel de iure, iuribus aliis, de animarum cura loquentibus, in suo robore, quoad cetera, permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum moderationis, statutorum, constitutionum, reseruationis, inhibitionis, et voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit: indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auenione XIII. kal. Decembr. anno II.

99) *Praescriptam*, ed. ant. L. et Pith.
100) *Reputarentur*, ibid.

TITVLVS IV.
DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

CAP. I.

Exsequutores gratiarum, et iudices conseruum, a sede apostolica deputati, in dioecesibus, iam diuisis, procedere possunt, sicut ante diuisionem poterant. Et congrue ponitur sub hoc titulo: cum loquatur de exsequutoribus, de quibus frequens mentio habetur in tit. de concess. praebend. libr. 6. patet in cap. Exsequutor. *cap.* Si capitulo. *et cap.* Si soli. *Et potuisset situari sub tit.* de rescript. *vel* de off. deleg. *vel* de paroch.

Sedes *b* apostolica, in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, libenter euitat nodosa ambiguitatis inuolucrum, illamque sibi semper in suis ordinationibus reseruare cautelam intendit, vt de illis ita prouenias commodum, quod aliis non immineat detrimentum.

a Not. text. pro statuto, faciente mentionem de beneficiis, quae tunc obtinentur. Nam in tali veniunt beneficia, dispensatione retenta, per text. hic Fant.
b Haec extrauagans habetur inter communes sub tit. de officio deleg. cum gloss. Gaufredi *de Monte Lauduno.*

Sane, pridem ad diuini cultus augmentum, et ad salutem populi, quem in nonnullis ciuitatibus ac dioecesibus sic multiplicauit Altissimus, quod in earum singulis singulorum vulnus 1) nequibat, (vt eum decet,) vnicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere, salubriter intendentes, in ipsis dioecesibus, quarum nonnullas in duas, et aliquas in plures dioeceses duximus diuidendas,) certas ciuitates et ecclesias ereximus cathedrales, quarum singulis proprias, distinctas, et limitatas dioeceses iussimus assignari. Verum quia plures ante ordinationem seu diuisionem nostram huiusmodi, tam a nobis, quam a praedecessoribus nostris Romanis pontificibus, apostolicas obtinuerunt litteras super beneficiis ecclesiasticis, in ipsis tunc integris dioecesibus vacaturis, quarum nonnullae restant adhuc exsequutioni mandandae: nos, amouere volentes cuiuslibet dubitationis scrupulum, qui circa exsequutionem gratiarum, super huiusmodi beneficiis concessarum, posset forsan incidere, et prouide considerantes attentius, quod per ordinationem seu diuisionem nostram praedictam ius ad rem, exspectantibus dicta beneficia antea competens, ex ratione mutari non debet, quin adeo efficax in diuisis dioecesibus maneat, sicut prius erat, auctoritate praesentium declaramus, quod omnes et singulae gratiae, super beneficiis, vacaturis ante diuisionem huiusmodi in ipsis quondam integris dioecesibus, a nobis, vel praedictis praedecessoribus personis quibuscumque concessae, tam in ipsis nunc diuisis, quam in aliis dioecesibus, decisis ab illis, eisdem modo et forma possint suo ordine e per exsequutores, inde datos, et alios, ad quos id pertinebit, ad debitam exsequutionem adduci, quibus ante diuisiones saepe fatas poterant et debebant. Idem etiam declaramus, quoad litteras apostolicas, iustitiam continentes, vt videlicet iudices, dati per illas, in caussis quarumlibet personarum, quae nunc de huiusmodi dioecesibus diuisis exsistunt, possint iuxta earum tenorem prouide procedere, ac si dictae dioeceses, de quibus mentio in litteris eisdem habetur, integrae remansissent. Nulli, etc.

1) *Vultus*, ed. ant. Lugd. et Pith.

CAP. II.

Nullus impediat capitula, archidiaconus, et alias personas in iuribus, quae sibi competebant in ecclesiis integris, quin illa iura percipiant post diuisionem ipsarum, sicut ante soliti erant percipere: quoniam in beneficiis diuisis habet quis eadem iura, quae habebat in integris. Et hoc cap. sub hoc tit. fuit positum: quoniam declarat praecedens, vt clare patet. Concord. cap. Quia monasterium. *de relig. dom. in antiquis.*

Ad apostulatus nostri peruenit auditum, quod aliquarum ecclesiarum, per nos ab aliis ecclesiis ex certis caussis, quae ad hoc nostrum animum induxerant, auctoritate apostolica diuisarum, praelati et subditi capitulis, archidiaconis, et aliis personis ecclesiarum, a quibus supra dictae ecclesiae sunt diuisae, multipliciter iniuriari praesumunt, non permittentes, eos vti iurisdictionibus et iuribus suis, sicut ante diuisionem huiusmodi vtebantur. Quia igitur intentionis nostrae non exstitit, nec exsistit, per diuisionem episcopatuum ecclesiarum, a quibus diuisiones factae sunt, capitulis, archidiaconis, vel aliis personis velle aliquatenus derogare, nisi quatenus in diuisionum huiusmodi litteris apostolicis continetur expresse: nos praesentis auctoritate statuti vniuersis praelatis, capitulis, et aliis quibuscumque personis ecclesiasticis ecclesiarum decisarum, et in cathedrales ecclesias per nos auctoritate apostolica erectarum, praecipimus et mandamus, ne capitula, archidiaconos, et alios personatus, vel dignitates, officia seu beneficia in praedictis primariis ecclesiis obtinentes, quo minus visitationes exerceant, procurationes recipiant, iurisdictiones, et iura archidiaconalia, et alia bona obtineant in praedictis decisis dioecesibus, sicut ante diuisionem huiusmodi obtinebant, nisi quantum in diuisionum huiusmodi litteris apostolicis caueatur expresse, impediant quoquo modo, quousque per sedem apostolicam aliud fuerit ordinatum. Si enim aliqui contra praesens praeceptum agere vel facere praesumserint: nos praesumtores tales digna curabimus animaduersione punire. Nulli, etc. nostrorum praecepti et mandati infringere, etc. Datum Auenione V. kal. Octobris, anno V.

TITVLVS V.
NE, SEDE VACANTE, ALIQVID INNOVETVR.

CAP. I.
(*Ann. 1316. Auenione.*)

Vacante sede imperiali, cum iurisdictio ad papam deuoluatur, sub poena excommunicationis hic prohibetur, quod nullus tunc nomen vicarii, imperatoris, vel alterius cuiuscumque officii retineat, adsumat, vel resumat, nullusque ei obediat, vel auxilium praebeat: alias excommunicatio in personas, et interdictum in terras, (nisi intra duos menses resipuerint,) profertur. Tandem modus huius processus publicandi exprimitur. H. d.

Si fratrum ac coepiscoporum nostrorum, et aliorum quorumlibet iura illibata seruari, et ab omni sui *c* dispendio diminutionis extranea cupimus, et ad illud libenter nostrae sollicitudinis studium adhibemus:

c Ad hoc vide gloss. in tit. de defens ciuit. §. qua igitur c. 3. Vide Clem. continentiam in loco ab ordine. Imol. Nicol. Euer.

hibemus: multo fortius equidem pro nostris et Romanæ ecclesiæ, sponsæ nostræ, iuribus et honoribus conseruandis ex iniuncto nobis officii debito apostolicæ prouisionis partes tenemus impendere, ne temporibus nostris vsurpationis iniuriam subeant, aut detrimentum cuiusuis derogationis incurrant. Sane, in nostram et fratrum nostrorum deductum est, (fama diuulgante,) notitiam, quod, licet de iure sit liquidum, et ab olim fuerit inconcusse seruatum, quod, vacante imperio, sicut et nunc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacasse dignoscitur, cum in illo ad sæcularem iudicem nequeat haberi recursus, ad summum pontificem, cui in persona beati Petri terreni simul et cœlestis imperii iura Deus ipse commisit, imperii prædicti iurisdictio, regimen et dispositio deuoluuntur, et ea ipse, (durante ipsius vacatione imperii,) per se, vel alium, seu alios exercuisse noscitur in imperio memorato, nonnulli tamen, in Italiæ partibus potestatis et dignitatis fastigium illicite ambientes, in nostrum et Romanæ sanctæ matris ecclesiæ, (quantum in eis est,) præiudicium euidens, ac diminutionem honoris et iuris, vicariatus, seu alterius cuiuscumque nomen officii, quod, ipso imperatore viuente, ex ipsius commissione gerebant in certis terris, territoriis siue locis, post decessum ipsius, absque nostra vel apostolicæ sedis petita vel obtenta licentia, retinere sibi, et nonnulli etiam de nouo adsumere, quod non gesserant, aut gestum antea, posteaque dimissum resumere temerariis ausibus præsumserunt: quo vel quibus adhuc non verentur abuti, et sub eius vel eorum colore multa facere et fecisse noscuntur, quæ in nostram, et ecclesiæ prædictæ iniuriam aperte redundant, non abhorrentes per id variis inuolui criminibus, nec diuinæ maiestatis formidantes offensam. Quia igitur error, cui non resistitur, approbari videtur, et latum pandit delinquentibus sinum, qui eorum peruersis conatibus non resistit: nos, volentes nostris et ecclesiæ, sponsæ nostræ, iuribus et honoribus in hac parte prospicere, et malis ac scandalis, quæ ex retentione, adsumtione, seu resumtione huiusmodi orta sunt hactenus, et quæ periculose possent in antea suboriri, celeriter obuiare, nec non periculis animarum huiusmodi retinentium, adsumentium seu resumentium nomina, et eis abutentium, (vt præfertur,) salubriter occurrere cupientes, præsentium auctoritate monemus, sub excommunicationis pœna, omnes et singulos, cuiuscumque status, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis existant, etiamsi patriarchali, vel quauis alia superiori siue episcopali, vel regia, seu alia quacumque præfulgeant dignitate, qui post vacationem imperii absque nostra, vel sedis prædictæ licentia huiusmodi vicarii, seu cuiusuis alterius officii nomen vbilibet retinuerunt, adsumserunt, seu resumserunt et retinent, et qui adsument, vel resument fortassis in posterum, et sub talis denominationis pallio abusi sunt, et abutuntur, vel etiam abutentur potestate, vel iurisdictione quacumque, seu eius exercitio publice vel occulte, quatenus de cetero etiam a denominatione huiusmodi, seu cuiuscumque adsumptione, resumtione ac retentione prædictis, nec non vsu, potestate, et exercitio supra dictis prorsus abstineant, et omnino desistant. Inhibentes insuper sub pœna prædicta omnibus et singulis patriarchis, prælatis, et etiam aliis superioribus ac regibus, ciuitatibus, comitatibus, vniuersitatibus, capitaneis, potestatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, et aliis omnibus, cuiuscumque sint dignitatis, conditionis aut status, ne prædictum huiusmodi nomen, seu aliud quodlibet in eodem imperio tenentes, (vt præfertur,) aut adsumentes, vel eorum aliqui sub denominatione, vel titulo huiusmodi nominum, seu procuratores, commissarios, iudices, aut vices eorum gerentes, quocumque colore quæsito, recipiant vel admittant, nec vt vicariis seu vicario aut officialibus imperii pareant vel intendant, aut pareri vel intendi faciant, vel permittant, nec in his eis vel ei quomodolibet præstent auxilium, consilium, vel fauorem. Alioquin in omnes et singulos patriarchas, prælatos, et superiores ac inferiores, reges et ceteros, denominationem prædictam, (vt præmissum est,) retinentes, adsumentes, seu resumentes, ac illius prætextu exercentes quæcumque officia, potestates seu iurisdictiones, et recipientes eos, vt vicarios, vel officiales imperii, aut commissarios eorum, vt talium, et in parentes seu obedientes eis, vt talibus, aut præstantes in hoc sibi consilium, auxilium, vel fauorem, nisi intra duorum mensium spatium, a die datæ præsentium numerandum, penitus resipuerint, vel se licentia sedis apostolicæ super hoc ostenderint communitos, excommunicationis in singulas a) personas, et in terras et loca ipsorum, et quaslibet communitates, vniuersitates, ciuitates, aut villas, interdicti sententias de fratrum nostrorum consilio publice promulgamus, contra eos nihilominus spiritualiter et temporaliter grauius processuri, prout inobedientia eorum exegerit, qualitas facti suaserit, et viderimus expedire. Et vt quibuslibet parendi talibus tollatur occasio: omnes et singulos, qui huiusmodi vicariatus nomen retinentibus, adsumentibus seu resumentibus, iuramento fidelitatis tenentur adstricti, a iuramento huiusmodi, quantum ad hoc, de potestatis plenitudine absoluentes, auctoritate apostolica firmiter inhibemus eisdem, ne talibus, vt vicariis vel officialibus imperii, aliquatenus pareant vel intendant. Et insuper omnes pactiones, obligationes, confœderationes, et colligationes, a quibuscumque super hoc quomodolibet initas, iuramento vel quacumque firmitate vallatas, omnino dissoluimus, viribus vacuamus, irritamus, et quatenus de facto processerint, reuocamus. Ac huiusmodi, et quælibet alia iuramenta, quibuslibet super his præstita, per quæ posset in prædictis nostris, et ecclesiæ nostræ prædictæ iuribus derogari, præsertim cum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxamus. Ceterum vt huiusmodi processus verius ad communem omnium notitiam deducatur; chartas seu membranas, processum continentes eumdem, in ecclesia Aueniouensi appendi vel adfigi ostiis seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio et patenti iudicio publicabunt, ita, quod omnes et singuli, quos processus ipse contingit, et contingere potest, nullam postea possint excusationem prætendere, quod ad eos talis processus non peruenerit, vel quod ignorauerint eumdem: cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Aueniona in domo episcopali, pridie kal. April. anno I.

a) *Singulares*, ed. ant. L. et Pith.

TITVLVS VI.
DE VOTO ET VOTI REDEMTIONE.

CAP. VN.

Votum, per susceptionem sacri ordinis sollemnizatum, licet impediat matrimonium sequens, non tamen præcedens: etiamsi nondum esset per carnis copulam consummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum consummato, nullus præsumat accipere aliquem de sacris ordinibus. Quod si fecerit, dissoluto etiam matrimonio; nec in illo ministrare, nec ad superiores adscendere poterit: nisi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur, et eius regulam expresse, vel tacite profiteatur. Est autem talis coniugatus, sic ordinatus, per diœcesanum monendus, vt religionem ingrediatur, si matrimonium nondum est consummatum. Quod si renuerit, et vxor institerit: compellitur per excommunicationem ad matrimonii consummationem. Hoc dicit. Et est casus notabilis, et qui satis efferri non posset.

Antiquæ concertationi finem cupientes imponere, ac animarum periculis, inde prouenientibus, salubriter prouidere, de fratrum nostrorum consilio præsenti declaramus edicto, quod, licet votum sollemnizatum per sacri susceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta canonum sit efficax reputandum, ad dissoluendum tamen prius contractum, etiamsi per carnis copulam non fuerit consummatum, cum nec iure diuino, nec per sacros reperiamus canones hoc statutum, inualidum est censendum, auctoritate apostolica districtius inhibentes, ne quisquam, durante matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris ordinibus præsumat suscipere, nisi prius sacris canonibus nouerit conuenire. Quod si secus a quoquam forsitan attentatum fuerit; ordinamus, quod, nec matrimonio soluto, in sic suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines prouehi, nec ad aliquod beneficium vel officium ecclesiasticum valeat promoueri: nisi aliquam de religionibus approbatis, (quarum professio ad castitatis custodiam, et abdicationem temporalium, et sui superioris obedientiam suos professores adstringat,) ipsum canonice contigerit ingredi, ac eius regulam expresse vel tacite profiteri. Quo casu diœcesanus super præmissis et singulis præmissorum cum eo dispensare valeat: nisi sit aliud canonicum, quod obsistat. Ad ingressum huiusmodi, sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per diœcesanum instanter moneri præcipimus, et induci. Quod si forsan renuerit adimplere: ipsum, si sponsa eius institerit, per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Nulli. etc. nostrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti et constitutionis infringere. Datum Aueniane kalend. Decembr. anno septimo.

TITVLVS VII.
DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

CAP. VN.

Secta et religio Fratricellorum, siue Beguinorum, qui se dicebant de tertio ordine beati Francisci, cassatur: quoniam inter ceteros errores ecclesiastica sacramenta despiciebant. Et sub pœna excommunicationis omnibus iniungitur, vt nulli de cetero talem ritum adsumant, et ne episcopi ipsum concedere præsumant. Vide cap. fin. eod. tit. in antiqu. et cap. 1. eod. tit. l. 6.

Sancta a Romana atque vniuersalis ecclesia, cui, auctore Domino, licet immeriti, præsidemus, sicut religiosa et pia vota benigno fauore prosequitur, sic superstitiosos conatus insolentium hominum b detestatur, videlicet ne sub ouina pelle gregem dominicum truculentia lupi rapacis inuadat, sub pietatis imagine virus hæreticæ prauitatis obrepat, et sub prætextu conuersationis angelicæ, incautis mentibus spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia sacris canonibus est interdictum,

a De Beguinorum secta et erroribus, vide Guidonem Carmelitam in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Beguinorum, et Nicolaum Eymericum in directorio inquisitorum part. 2. qu. 15. b Vide l. qui sub conditione. ff. de cond. instit. l. non erit §. diuus. ff. de testam.

ne

ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat, vel habitum nouae religionis adsumat: sed quicumque ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis. Nonnulli tamen profanae multitudinis viri, qui vulgariter Fraticelli, seu fratres de paupere vita, Bizochi siue Beguini, vel aliis nominibus nuncupantur in partibus Italiae, nec non in insula Siciliensi, comitatu prouinciae Narbon. et Tholosanen. ciuitatibus, et dioecesibus, et prouinciis, aliisque diuersis cismarinis et vltramarinis partibus, contra dictos canones habitum nouae religionis adsumere, congregationes et conuenticulas facere, et superiores sibi ipsis eligere, quos ministros, seu custodes, vel gardianos, aut nominibus aliis appellant, plurimos ad eorum sectam recipere, et loca de nouo construere, seu constructa recipere, in quibus habitant in communi, publice mendicare, (quasi eorum secta foret vna de religionibus, per sedem apostolicam approbatis,) temeritate damnabili praesumserunt, et praesumunt etiam incessanter. Et vt ipsorum error, veritas, et impietas religio reputetur; plurimi eorum regulam seu ordinem fratrum Minorum, quem sanctus Franciscus instituit, se profiteri ad litteram conseruare confingunt: quamquam in obedientia generalis, vel prouincialium ministrorum ipsius ordinis non morentur, praetendentes, se a sanctae memoriae Caelestino papa quinto, praedecessore nostro, huius status seu vitae priuilegium habuisse. Quod tamen, etsi ostenderent, non valeret: cum bonae memoriae Bonifacius papa octauus, praedecessor noster, ex certis caussis rationabilibus omnia, ab ipso Caelestino, praedecessore nostro, concessa, quae per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauerit, dictumque vitae priuilegium non inueniatur per eumdem Bonifacium approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, et viuendi ritum a quibusdam episcopis seu eorum superioribus, vel aliis ecclesiarum praelatis habuisse profitentur: quos nec eis concedere licuit contra formam concilii generalis. Nonnulli etiam, ex ipsis adserentes, se esse de tertio ordine beati Francisci, Poenitentium vocato, praedictum statum et ritum eorum sub velamine talis nominis 3) satagunt palliare: cum tamen in regula ipsius tertii ordinis talis viuendi ritus nullatenus sit concessus. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt: ipsorum quam plurimi, (sicut fida digna relatione percepimus,) a veritate catholicae fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores alios student multipliciter seminare. Cum itaque talium damnanda temeritas in eiusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum, praefati Minorum et aliorum ordinum opprobrium, et etiam suarum et aliorum animarum perniciem redundare noscatur: sectam, ritum, et statum huiusmodi, non obstantibus praemissis eorum excusationibus, quas friuolas reputamus, et quidquid per eos communiter vel diuisim sub religionis, conuentus, collegii seu congregationis nomine vel colore attentatum exstitit, vel exsistit, de fratrum ipsorum consilio, auctoritate apostolica nullius fuisse et esse decernimus firmitatis, ac, quatenus de facto processerunt, de consilio, et auctoritate praemissis reuocamus omnino, ac perpetuae prohibitioni subiicimus, et ab ecclesia Dei penitus abolemus, eisdem personis et aliis quibuscumque sub poena excommunicationis, quam eas, (si secus fecerint,) incurrere volumus ipso facto, iniungentes expresse, ne statum siue sectam et ritum huiusmodi, ab ipsis adsumtum, sectentur vlterius, vel ipsum de nouo adsumere quoquo modo praesumant. Episcopos quoque et eorum superiores et etiam alios praelatos quoscumque, qui praedictis personis vel aliis ritum viuendi et habitum, supra dictos, praeter specialem apostolicae sedis auctoritatem deinceps concesserint, praedictae excommunicationis poenae ipso iure decernimus subiacere. Dignum est enim, vt adulterinas plantationes, quas non Pater caelestis, sed humanae temeritatis audacia plantat, apostolici culminis censura diuellat, nec patiatur in agro dominico peruersae congregationis vepres excrescere, cui proprium est, (diuina opitulante gratia,) virtutes serere, ac vitia radicitus exstirpare. Nulli ergo, etc. Datum Auenion. III. kal. Ianuar. anno II.

3) *Nomine*, ed. ant. L. et Pith.

TITVLVS VIII.
DE IVDAEIS ET SARRACENIS.
CAP. VN.
(*Ann. 1316. Auenioni.*)

Vt Petrus, filius regis Castellae, pio ductus proposito, facilius Agarenos infideles a regno Granatae expelleret: lata fuit excommunicationis sententia in omnes, prohibita portantes ipsis infidelibus et Sarracenis praefati regni Granatae. Concord. c. Ita quorumdam. *et c.* Ad liberandam. *eod. tit. in antiqu.*

Copiosus in misericordia Dominus, qui de sua abundantia pietatis corda fidelium ad suae maiestatis obsequia deuotionis ardore succendit, praecordiis dilecti filii, nobilis viri Petri Infantis, nati clarae memoriae Sanctii, regis Castellae, adeo copiosa gratiam caelestis inspirationis infudit, quod sibi delectabile reputat propriam exponere in ipsorum persequutione personam. Pio quidem nobilis ipse ductus proposito, tamquam strenuus athleta Domini, negotium impugnationis perfidorum Agarenorum, a quibus regnum Granatae in Dei contumeliam detinetur, tutorio nomine, carissimi in Christo filii nostri, Alphonsi, Castellae regis illustris, qui sub teneritudine puerilis aetatis adhuc dignoscitur constitutus, adsumsit sub spe caelestis auxilii feruenter et viriliter prosequendum. Cum igitur omnia cupiamus obstacula remouere, per quae dicti negotii prosequutio posset quomodolibet impediri: vniuersis et singulis, cuiuscumque conditionis, praeeminentiae vel status exsistant, districtius inhibemus, ne arma, equos, ferrum, ligamina, victualia et alia, quaecumque prohibita per Romanos pontifices, praedecessores nostros, ad terras Aegypti deferri, et Sarracenos dicti regni Granatae intra triennium, incipiendum a kal. Aprilis, proxime sequuturis, quomodolibet deferre praesumant. Nos enim omnes et singulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina et victualia, supra dicta et quaecumque prohibita, contra tenorem huius nostrae prohibitionis deferre praesumserint, illis poenis et sententiis, quas deferentes huiusmodi prohibita in Alexandriam vel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus sub.aca.e. Et nihilominus omnes et singulos, qui Sarracenis Granatae praestabunt, (dicti negotii prosequutione durante,) auxilium, consilium vel fauorem, aut prosequutionem dicti negotii directe vel indirecte, secrete vel publice impedire vel turbare forte praesumserint, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Nulli ergo nostrae inhibitionis, constitutionis et voluntatis, etc. Dat. Auenione V. kal. Mart. anno primo.

TITVLVS IX.
DE TORNEAMENTIS.
CAP. VN.

Constitutio Clementis, in quibusdam regnis torneamenta inhibens sub poenis excommunicationis et interdicti, hic reuocatur: et illi, qui huius occasione sententias incurrerant, absoluuntur.

Quia in futurorum euentibus sic humani fallitur incertitudo iudicii, vt, quod coniectura probabili exnunc interdum attenta consideratio vtile pollicetur, reperiri damnosum quandocumque contingat, nonnumquam, quod consulte statuitur, ex sanioris inspectione iudicii consultius reuocatur: sane, felicis recordationis Clemens papa V. praedecessor noster, attente considerans, generale passagium in concilio Viennensi pro terrae sanctae subsidio salubriter ordinatum, per torneamenta, et hastiludia, siue iuxtas non leuiter impediri, tum quia frequenter sic ipsius passagii negotium prosequutores 4) exinaniunt, quod ad eius exsequutionem efficiuntur impotentes, tum quia interdum quam plures a crucis adsumtione retrahunt, dum ab illis abstinere, (aliis ea exercentibus,) erubescunt, torneamenta ipsa et hastiludia, siue iuxtas in regnis Franciae, Angliae, et Alemanniae, ac aliis nonnullis prouinciis, in quibus ea consueuere frequentius exerceri, specialiter interdixit, in facientium ea, vel ad 5) id eis praestantium opem, consilium, vel consensum, ac illorum etiam, in quorum locis vel districtibus fierent, non prohibentium hoc, cum possent, ac illorum procedentes ad illa in domibus suis recipientium, vel commercium quomodolibet exercentium cum eisdem, in 6) personas excommunicationis, et in terras interdicti sententias promulgendo, absolutione ab excommunicatione huiusmodi, praeterquam in mortis articulo, sedi apostolicae reseruata. Verum quoniam, (vt intelleximus,) per sententiam huiusmodi periculum animabus ingeritur, et pro eo maxime negotio dicti passagii derogatur; quia nonnulli militari cingulo abstinent, et quia vacare militiae metu praesertim ipsius sententiae non praesumunt, propter quod idoneos et voluntarios ad terrae praedictae subsidium in regnis eisdem contingit pauciores solito reperiri: nos, ad dilectorum filiorum, nobilis 7) viri, Philippi clarae memoriae, regentis Franciae, et Nauarrae regis, et aliorum, de domo regia, nec non quam plurium magnatum et nobilium, tam in regno Franciae, quam aliunde, considerantium praemissa discrimina repetitae supplicationis instantiam, sententias excommunicationis et interdicti praefatas, praemissorum supplicationibus inclinati, et ducti considerationibus, ante dictis, et ex caussis etiam rationabilibus aliis, in fauorem saepe fati negotii, de fratrum nostrorum consilio reuocamus, eos, qui propter exercitium torneamentorum seu hastiludiorum ipsorum huiusmodi sententias incurrerunt, absoluentes ab illis, et cum eis, qui, sic ligati, vel in locis, propterea interdictis, diuina celebrarunt officia, super irregularitate, inde contracta, auctoritate apostolica dispensantes. Datum Lugduni XVI. kal. Octubr. anno I.

4) *Prosequutores*, ed. ant. L. et Pith.
5) *Ad*, desideratur ibid.
6) *In*, omittitur ibid.
7) *Ad dilectum filium nobis*, ed. ant. Lugd.

---

e *Vide gl. in l. tale pactum. §. fin ff. de pactis. l. scire oportet §. fin ff. de exc. tut. gl. in verbo: praesidentes. reputata August. Clem. 1. de rescr. et l. 2. C. de raptor. virg. et Bald. in c. vn §. si quis rusticus. 2. Feud. de pace ten. Bonif.*

TITVLVS X.
DE CRIMINE FALSI.

CAP. VN.

Falsificantes monetam regis Franciæ, et aliorum locorum circumuicinorum, aliquo de quatuor modis, hic prolixe declaratis, ipso facto excommunicationem incurrunt: a qua absolui non possunt, nisi a papa, præterquam in mortis articulo. De falsificantibus sigillum ipsius regis Franciæ, habet cap. Ad audientiam. *eod. tit. in antiquis.*

Prodiens quasi ex adipe iniquitatis multorum scelerarorum funesta cupiditas, eos in perniciem præcipitare conatur, dum sequi miserabilem eius ingluuiem, satietatis nescientem moderamina, non verantur. Ipsi etenim, turpium lucrorum se fæcibus immergentes, ambitiosis nexibus inuoluuntur: Dei timorem damnobili cœcitate postponunt, et, quasi ambulantes in tenebris, non vitant excidia personarum. Nuper siquidem ad nostri apostolatus auditum multorum relatio fide digna perduxit, quod nonnulli, nullam habentes auctoritatem iuris, vel consuetudinem, seu priuilegium faciendi, monetam falsam ostendunt et fabricant in regno Franciæ, et locis circumuicinis.

Alii vero monetam falsam sub vero signo carissimi in Christo filii nostri, Caroli, regis Francorum et Nauarræ illustris, studiose deprauant, et ex hoc cadit a suo recto pondere. Quam plures etiam in locis circumuicinis, quibus de iure, aut consuetudine, seu priuilegio ius competit fabricandi monetam, signum proprium monetæ regiæ monetæ suæ, quam fabricant, imprimere seu insculpere moliuntur, eiusdem quantitatis et iucunditatis, litterarum figuræ, quam habet moneta regia, monetæ suæ, quam fabricant, quantum possunt, similiua, speciem, et formam insculpunt, constituunt, et imponunt. Et quamuis moneta prædicta eorum, ad vsurpatam similitudinem perducta, deficiat a iusto pondere argenti, et solitu in regia moneta, et mora, et consuetudine obseruato: simplices tamen et populares personæ, non habentes inter monetas tantæ similitudinis peritiam discernendi, falluntur quotidie ea occasione in vsu monetarum, recipientes monetas falso assimilatas, pro veris. Sunt et alii, qui scienter falsas monetas, extra regnum prædictum emunt, et post intra regnum ipsum eas portant, vendunt et expendunt. Nos igitur, attendentes, quod iidem falsarii et fabricatores monetarum talium et emtores prædicti per hoc se dignos maledictione constituunt, eos, qui, (vt præmittitur,) præmissa moliri, aut fabricare, aut emere, vel portare ad regnum prædictum scienter præsumserint, felicis record. Clementis papæ V. prædecessoris nostri, vestigiis inhærentes, excommunicationis sententia innodamus, absolutione prædictorum nobis et successoribus nostris, præterquam in mortis a articulo reseruata. Nulli, etc. nostræ innouationis infringere, etc. Datum Auenion. V. Nonas Iul. ann. VI. 8).

8) *Ann. VII.* ed. ant. L. et Pith.

TITVLVS XI.
DE PRIVILEGIIS.

CAP. VN.

Priuilegia, si qua sint, quibus aliqui nobiles Campaniæ et Maritimæ dicebant se munitos circa bannitorum receptationem, hæc constitutio propter caussas, hic insertas, reuocat et annullat.

Ad nostri apostolatus peruenit auditum, quod nonnulli nobiles et communitates, intra nostras Campaniæ, Maritimæque prouincias constituti, asserentes, per priuilegia sedis apostolicæ sibi fore concessum, quod de prouinciis ipsis per rectorem earum, qui est pro tempore, vel officiales curiæ rectoris eiusdem banniti, in terris, ciuitatibus, castris, et locis eorum morari libere possint, nec in illis, idem rector bannitos ipsos capere valeat, eosdem bannitos in dictis terris, ciuitatibus, castris, et locis non absque derogatione sedis apostolicæ manifesta recipiunt et receptant. Nos igitur, qui beneuoli more patris in prouinciarum ipsarum tranquillitate et pacis commodis delectamur, super hoc, (prout ad nostrum spectat officium,) pro communi bono prouinciarum ipsarum de congruo volentes remedio prouidere, priuilegia supra dicta, cuiuscumque tenoris existant, maxime cum ipsorum prætextu maleficia remaneant in eisdem prouinciis impunita, pandatur ausus excessibus, cultus lædatur iustitiæ, dictique rectoris multipliciter impediatur officium, ac prouinciarum ipsarum status, pacis fœdere violato, non absque grandi reipublicæ detrimento subuerti posset scandalis, scissuris, extunc 9) auctoritate apostolica ex certa scientia reuocamus, annullamus, et etiam irritamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem. Nulli, etc. nostræ reuocationis et annullationis, cassationis, irritationis et constitutionis infringere. Dat. Auen. VII. Idus Aug. anno VI.

9) *Extunc*, ed. ant. L. et Pith.

a. *In mortis articulo nulla est casuum reseruatio. atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis et censuris absoluere possunt. Ita conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.*

TITVLVS XII.
DE POENIS.

CAP. VN.

Narratis facinoribus hominum Marchiæ, qui suos rectores et officiales occidere soliti erant, post enumerationem XVII. modorum offensæ, totidem pœnas exprimit, quas incurrent, qui de cetero talia præsument: et propter patrum iniquitatem filios a quibuscumque honoribus et beneficiis, tamquam indignos, repellit. Concord. cap. Ad aures. *et cap.* In quibusdam. *eod. tit. in antiqu. et cap.* Felicis. *eod. tit. libr. 6. iuncta Clem.* Si quis suadente diabolo. *etiam in eod. tit.*

Dierum *b* crescente malitia, videmus, mundum in deteriora iugiter prolabi, sic hominum mentes adfusa deprauante nequitia, malis passim cumulum superaddi, vt et boni, qui alias odirent virtutis amore delinquere, interdum cum peruersis admisti, concurrere cum illis in illicitis habeant, et in apertam malitiam prosilire. Est enim compescenda malorum audacia, vt saltem pœnæ formidine retrahantur a noxiis, sicque boni, sectando virtutem meliores effecti, non cogantur cum illis parere. Sane, vulgaris fama notorium publicat, et longe lateque ipsa iniuriosa transgressus euidentia manifestat, quod nonnulli de Marchia Anconitana, prouincia, nobis et Romanæ ecclesiæ subiecta, nedum olim temporibus diuersorum prædecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, gressus fidelitatis egressi, declinauerunt ad infidelitatis reprobæ deuium, sed in diebus, non longe præteritis, contra nos, et ecclesiam eandem, et dilectum filium Amelium, præpositum Bellimontis, capellanum nostrum, prouinciæ memoratæ rectorem, ceruicem rebellionis erigere præsumserunt, et in quosdam officiales et familiares suos crudeliter sæuientes, post grauia illatas iniurias, et probrosas contumelias, irrogatas eisdem, et post bona ipsorum, violenta prædatione subtracta, eos cruentæ mortis supplicio in ore gladii tradiderunt. Inter quos pars dicitur fuisse non modica, cui mens sanior inerat, et tantæ temeritatis excessus non leuiter displicebat: sed habuerunt, vel inuiti furori confusæ multitudinis cedere, dum illius nequiuerunt conatibus obuiare. Nos igitur, vt mali, pœnarum impositionibus grauium territi, vereantur in antea in consimilis erroris inuium relabi, ac boni, persistentes in sua fidelitate constanter, non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remediis, quibus possumus, præcauere volentes, et animorum suorum saluti, dictæque prouinciæ pacifico statui paternis affectibus prospicere cupientes, de fratrum nostrorum consilio hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt, quicumque de prouincia ipsa, vel aliunde in ea prouincia moram trahens, clericus vel laicus, famæ suæ prodigus, (ipsius ecclesiæ calcata reuerentia,) in hoc sceleris genus irrepserit, quod rectorem seu rectores, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolica præfuerint, vel ipsorum aliquem, aut eorum, vel alicuius ipsorum vicarium, aut iudicem, vel iudices, vel ipsius prouinciæ thesaurarium, aut locum tenentem eiusdem, (quod absit,) occiderit, aut ad offendendum illum vel illos insequutus extiterit, ceperit, captiuauerit, damnauerit, percusserit, aut etiam vulnerauerit, aut ipsorum aliquid, vel alias in locum, vbi moram traxerint, insultum fecerit, aut ipsum, vel ipsos obsederit, siue de suo regimine vel officio forsan expulerit, vel fugauerit, vel socius fuerit facientis, aut illum vel illos bonis aliquibus spoliauerit, vel prouinciæ, supra dictæ, alicuius ciuitatis, castri vel loci de prouincia ipsa populum, communitatem vel vniuersitatem, aut aliquos ex eis, vel quosuis alios de prouincia ipsa directe vel indirecte, contra nos et prætactam ecclesiam, seu rectores, officiales et locum tenentes prædictos, vel ipsorum aliquem ad seditionem quomodolibet excitauerit, ac rebellionem seu conspirationem per se, vel per alium, seu alios facere, vel procurare præsumserit, vel ad ea, siue ipsorum aliquod dederit auxilium, consilium, vel fauorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuscumque conditionis, ordinis, dignitatis aut status ecclesiastici vel mundani fuerit, etiamsi patriarchali vel archiepiscopali, seu episcopali, vel superiori præfulgeat dignitate, perpetuo sit infamis, vt nec ad testimonium vel alios actus legitimos admittatur. Sit intestabilis, vt nec testandi liberam habeat factionem, vel ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocetur. Nullus ei super quocumque negotio respondere, sed ipse aliis respondere teneatur. Nec quæuis caussæ ad audientiam perferantur illius. Nec valeant eius sententiæ vel processus. Nullus ei in quacumque caussa vel negotio patrocinium præstare præsumat. Nec ipse ad patrocinandum aliis admittatur. Instrumenta, confecta per eum, si forte officium tabellionatus exerceat, nullam habeant firmitatem, sed potius cum auctore damnato damnentur. Dignitatibus, officiis, et beneficiis ecclesiasticis, vel mundanis,

b *Hic potes videre tractatum D. Bartoli, de seditiosis ciuibus. Et ego addo, quod isti, hic expressi, qui rebellauerunt contra ipsum vicerectorem, positum a papa, contra quem committitur crimen læsæ maiestatis. c. in nomine. in fin. C. 2. qu. 1. inciderunt in illud crimen. Bart. in l. hostes. ff. de capt. et postl. reu. Cynus in l. si non conuitio. qu. 4. C. de iniur. neque isti quia facta fuerunt omnia in contemtum papæ, possunt iniuriam remittere. arg. not. ibi per Cynum. Bont.*

qua

quæ obtinet, quæcumque sint, et quocumque nomine censeantur, sit eo ipso priuatus, ac inhabilis, et indignus ad ea, et quælibet alia in posterum obtinenda. Filii eius ad nullos honores ecclesiasticos, vel mundanos, ad nullas dignitates, vel beneficia ecclesiastica, aut officia publica, quomodolibet admittantur. Libertatibus et etiam immunitatibus realibus et personalibus, priuilegiis et indulgentiis quibuscumque, sub quacumque forma verborum ab apostolica sede concessis, exnunc penitus careant. Vasalli et homines a iuramento fidelitatis, et alia quauis obligatione, quibus tenentur eidem, sint penitus absoluti. Feuda quoque iura, honores, ac officia, et alia quæcumque bona immobilia, quæ in dicta prouincia Marchiæ, et alibi, vbicumque a prædicta Romana obtinent ecclesia, sint eo ipso penitus confiscata. Aliis vero feudis, iuribus, honoribus, officiis, et bonis immobilibus, quæ a quibuscumque aliis tenent ecclesiis, sint eo ipso priuati, quæ sic ad easdem ecclesias libere reuertantur, quod de illis earum rectores pro sua voluntate disponant: mobilia vero bona ipsius concedimus fidelibus occupanda, illud nihilominus adiicientes nostræ huiusmodi sanctioni, vt sic delinquens excommunicationis sententiæ, vniuersitas vero, seu communitas, quæ deliquerit in prædictis, eiusque territorium et districtus, interdicto ecclesiastico subiaceant ipso facto. A qua quidem excommunicationis sententia nullus ab alio, quam a Romano pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi dumtaxat in mortis articulo *a* constitutus. Per hoc autem non adimimus sæcularibus potestatibus facultatem vtendi legibus contra talem, quas aduersus sic delinquentem catholici principes addiderunt. Dignum etenim est, vt, quos timor Dei a malo non reuocat, pœnarum moles, in eos exaggerata, compescat. Nulli, etc. nostræ functionis, et sanctionis insuper, etc. Datum Auenion. VIII. kal. Septembr. anno III.

TITVLVS XIII.
DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SVSPENSIONIS ET INTERDICTI.

CAP. VN.

Taxatio gratiarum sedis apostolicæ impetratarum, tam cum clausulis consuetis, quam non consuetis, hic continetur. Et, quot litteras, quotque dictiones linea complecti debeat, declaratur: ad paupertatem respectus habetur. Contra transgressores pœna suspensionis ab officio vsque ad sex menses, et quandoque priuationis imponitur, et vltra illam abbreuiatoribus sententiam excommunicationis papa comminatur.

Cum ad sacrosanctæ Rom. eccl. sinum, velut ad matris vbera, referta dulcedine, ac ad Romani pont. Christi vicarii successorisque Petri, clementiam, tamquam ad patris plenam prouidentia pietatem, orbis terrarum, et qui habitant in eo, gratiarum spe *b* adsidue confluant vniuersi; indignum credimus nostris fore temporibus, vt, quibus nos et ecclesia ipsa exuberamus in gratiis, deficiamus in donis: ne murmurandi inde præbeatur occasio, vnde gratitudine necessitas aderat collaudandi, neue scriptura reddat onustum, quod liberalitas fecerat gratiosum. Qua de re circa litterarum nostrarum scripturas, registri quoque nostri, nec non abbreuiatorum Rom. curiæ notas, illam in taxando volumus moderationem apponi, qua personæ, quibus gratiæ huiusmodi conceduntur, se gratias ipsas ab apostolica sede liberaliter sentiant consequutas: ac litterarum ipsarum scriptoribus, registri etiam nostri, notariumque abbreuiatoribus ante dictis, qui interdum in eis etiam multo labore desudant, de suo labore congrue satisfiat. Ad tollendos igitur excessus, difficultates, circuitus et anfractus, qui possent ex variis litterarum apostolicarum taxationibus prouenire, sancimus, vt modus subscriptus in huiusmodi taxationibus obseruetur, videlicet quod littera gratiæ cum clausulis consuetis super canonicatu, et præbenda, et alio beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, etiamsi dignitas, officium, vel personatus existat, decem Turonen. grossis et non vltra taxetur; exsequutio vero eiusdem XII. Turonensibus et non vltra taxetur: et idem in similibus litteris beneficialibus gratiosis, puta super prioratu aliquo, administratione et huiusmodi, ac exsequutoriis earumdem seruari debebit. Si vero eisdem litteris gratiæ, et exsequutoriis earumdem, (vt supra,) aliquæ clausulæ, non communes, vel insolitæ apponantur: circa taxationem clausularum huiusmodi congrua poterit sic distingui, videlicet quod non habeatur consideratio in eisdem maioris vel minoris gratiæ eius, quod conceditur, nec quod ipsius sint maiores vel pauciores fructus, reditus et prouentus, et sic hoc plus minusue taxetur, sed habeatur in taxando illa consideratio ad laborem, vt scilicet longior scriptura magis, et minus breuior æstimetur, hoc tamen circa huiusmodi clausulas apponendas addito moderamine in taxando, vt, si scriptura clausulæ appositæ non faciat lineam, ne ipsa clausula litteræ taxationem augmentet. Si vero per se, vel saltem aliis addita clausulis faciat lineam; in quarta parte Turonen. grossi taxetur: et sic pro qualibet linea huiusmodi addita clausulæ in taxando quarta pars gross. Turon. addatur. Et si quid superfuerit, et minus linea: illud superfluum nec taxationem immutet. Lineam autem, quæ centum et quinquaginta litteras, seu XXV. continet dictiones, intelligi volumus in hoc casu. Et vt taxatio huiusmodi, (dum exempla ponuntur,) quodammodo procedat: inserta illa clausula: *Verum ne sub eo prætextu*, etc. quæ quatuor continet lineas, vno Turon. grosso taxetur. Illa etiam clausula: *Præbendam vero ac dignitatem, quæ tum acceptatione reseruat:* quæ quatuor et paullo plus continet lineas, vno Turon. grosso taxetur: et in similibus clausulis additis, secundum linearum numerum idem fiat. Eamdem taxationem cum moderamine, ante dicto, quoad præfatas litteras in registro nostro seruari volumus, cum fuerint registrandæ. Eamdem etiam taxationem, quoad præfatarum litterarum notas, scilicet gratiæ cum ante dicto numero abbreuiatores obseruent. De exsequutoriis vero huiusmodi gratiarum abbreuiatores ipsi, etiamsi clausulæ non communes vel insolitæ apponantur, eisdem, duos tantum recipiant Turonens. Hoc licet sic in taxatione prædictarum litterarum obseruari velimus: in forma tamen pauperum deferri volumus paupertati, et nostram taxationem in illa, videlicet octo Turon. gross. inuiolabiliter obseruari. Nam beatum fore virum, qui super pauperem et egenum intelligit, verbis propheticis *c* edocemur. Circa taxationem autem litterarum, quæ per audientiam transeunt, nihil ad præsens aliud duximus ordinandum, sed rationabilis modus obseruetur in illis, qui solitus est hactenus obseruari, maxime secundum taxationem litterarum ipsarum, quæ in libro prouinciali inuenitur esse conscripta. In quantum taxationibus litterarum ex caussis rationabilibus sustinemus, vt Turonens. gross. quamdiu scilicet Romana curia exstiterit citra montes, Romaninus succedat. Ceterum vbicumque de Turon. gross. in taxationibus prælibatis fit mentio: intelligi volumus, quamdiu curia fuerit citra montes. Si vero vltra montes, Romæ scilicet, vel in aliis locis, vel Italiæ partibus curia ipsa constiterit: in taxationibus ante dictis Romaninus pro Turonen. ponatur. Ad hæc prædictæ nostræ adiicimus sanctioni, vt, si forsan, (quod quandoque contingit,) eueniat, videlicet quod ex culpa, negligentia, vel defectu scriptoris, vel ex ignorantia, cæcitate, aut torpore desidiæ, vel ex occupatione, distractione, aut alia quauis occasione abbreuiatoris, qui notam, ex qua littera grossa procedit, inepte formauerat, eadem grossa litteris gratis fuerit rescribenda, hoc ipsi scriptori, vel illi, cuius littera huiusmodi fuerit rescribenda, non noceat, sed abbreuiatori debeat imputari, in tantum, vt eidem scriptori abbreuiator ipse satisfaciat integre, iuxta taxationem eiusdem grossæ literæ rescribendæ. Ceterum vt prædicta, quæ a nobis pro vtilitate publica sunt instituta salubriter, eo diligentiores sui obseruatores inueniant, quo transgressores ipsorum maiori nouerint se pœna percelli: statuimus, vt præfati omnes et singuli, tam litterarum nostrarum, quam registri nostri scriptores, quam abbreuiatores notarum ipsarum, (quibus etiam abbreuiatoribus specialiter vltra infra scriptas pœnas, quatenus prædictas taxationes obseruent, sub excommunicationis pœna mandamus,) qui contra præmissa fecerint, plus scilicet præfatas nostras beneficiales litteras, vel notas ipsarum, vel earumdem in dicto registro scripturas taxando, exigendo vel recipiendo pro ipsis, quam superius sit taxatum, vsque ad semestre tempus officio, in quo sic deliquerint, sint eo ipso suspensi. Et si secundo deliquerint in eodem: ipso facto eodem officio, (quod, quantum in ipsis fuerit, maculare conati sunt,) perpetuo se priuatos agnoscant. Nulli ergo liceat, etc. Datum Auen. IV. Idus Decembr. pontificatus nostri anno I.

TITVLVS XIV.
DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

CAP. I.

(Ann. 1321. Auenioni.)

Cum fratres Minores indumentis vilibus secundum eorum regulam debeant indui: de qua vilitate sit intelligendum, hoc relinquit iudicio superiorum, præcipiens sub pœna excommunicationis illis obediri, et reprehendens fratres, qui pro arbitrio suo habitus curtos, strictos, et nouitatis plenos portabant, qui transgressores regulæ non dicentur, si in hoc superioribus obsequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda sint granaria et cellaria pro necessariis ad victum colligendis. Tandem fratres ipsos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati et castitati esse præferendam. H. d. et est valde notabilis. Concurd. c. *Exiit, qui seminat.* eod. tit. libr. 6. et Clem. *Exiui de paradiso.* eod. tit.

Quorumdam exigit cæca scrupulositatis ambiguum, ac ipsorum quodammodo indocta scientia, (ne dixerimus, quod irreligiosa horum sit vana, et in hoc superstitiosa religio,) vt, dum suis maulit temere sub conscientiæ velamento conceptibus, quam prælatorum ordinis sui cum obedientiæ merito prouide inhærere sententiis, nos post prædecessorum nostrorum, et præsertim felicis recordationis

a *Quia in mortis articulo nulla est casuum reseruatio. vide conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.* b *Vide Innoc. VIII. in regul. 66. vbi dicit, quod camera apost. est mater pecuniarum. Vide eumdem in regul. 46.*

c *Psalm. 40.*

N.colai

gis magistros, et alios literatos, prouidos et discretos examinari fecimus diligenter. Cum igitur a in primis ex eo, quod in dictæ regulæ principio habetur: *Regula et vita fratrum Minorum hæc est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum euangelium obseruare, in obedientia viuendo sine proprio et in castitate.* Item infra: *Finito vero anno probationis b recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper et regulam obseruare.* Item circa finem regulæ: *Paupertatem et humilitatem, et sanctum euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus:* fuit hæsitatum, an fratres eiusdem ordinis ad omnia, tam præcepta quam consilia euangelii, ex professione suæ regulæ teneantur, quibusdam dicentibus, quod ad omnia, aliis autem adserentibus, quod ad sola illa tria consilia, videlicet *viuere in obedientia, in castitate, et sine proprio*, ad ea, quæ sub verbis obligatoriis ponuntur in regula obligantur: nos, circa hunc articulum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, ipsumque articulum, quoad aliquid clarius prosequentes, dictæ hæsitationi duximus respondendum, quod, cum votum determinatum c cuiuslibet habeat cadere sub certo, vouens regulam non potest dici teneri ex vi voti huiusmodi ad ea consilia euangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidem B. Francisci, conditoris regulæ, hæc probatur fuisse intentio, ex hoc, quod quædam euangelica consilia in regula posuit, aliis prætermissis 8*). Si enim per istud verbum: *Regula et vita fratrum Minorum hæc est*, etc. intendisset eos ad omnia consilia euangelica obligare: superflue et nugatorie quædam eorum, (suppressis ceteris,) in regula expressisset. Cum autem natura termini restrictiui hoc habeat, quod sic excludit ab ipso extranea, quod cuncta, ad ipsum pertinentia, concludit: declaramus et dicimus, quod dicti fratres non solum ad illa tria vota, nude et absolute accepta, ex professione suæ regulæ obligantur, sed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ sunt pertinentia ad hæc tria prædicta 9), quæ regula ipsa ponit. Nam si ad hæc tria prædicta tantum, præcise et nude promittentes se seruare regulam viuendo in *obedientia, castitate et sine proprio*, et non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hæc tria modificant, arctarentur; pro nihilo et vane proferrentur 10) hæc verba: *Promitto semper hanc regulam obseruare:* cum ex his verbis nulla obligatio nasceretur. Nec tamen putandum est, quod B. Franciscus professores huius regulæ, quantum ad omnia, contenta in regula, modificantia tria vota, seu ad alia, in ipsa expressa, intenderit æqualiter esse obligatos; quin potius aperte discreuit, quod quoad quædam ipsorum ex vi verbi transgressio est mortalis, et quoad 11) quædam alia non: cum ad quædam ipsorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem, et quoad aliqua verbis aliis sit contentus. Item quia præter ea, quæ expresse verbo præcepti, ac exhortationis, seu monitionis ponuntur in regula, nonnulla verbo imperatiui modi negatiue vel adfirmatiue apposito 12) inferuntur 13), hactenus exstitit dubitatum, an tenerentur ad illa, vt ad habentia vim præcepti; et quia, (vt intelleximus,) non minuitur 14) hoc dubium, sed augetur ex eo, quod felicis recordationis Nicolaus papa tertius d, prædecessor noster, noscitur declarasse, quod fratres ipsi ex professione suæ regulæ sunt adstricti ad ea consilia euangelica, quæ in ipsa regula præceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur, et nihilominus ad eorum omnium obseruantiam, quæ ipsis in eadem regula sub verbis obligatoriis inducuntur: supplicauerunt prædicti fratres, vt ad ipsorum conscientias serenandas e declarare, quæ horum censeri debeant præceptis æquipollentia ac obligatoria, dignaremur 15). Nos itaque, qui in sinceris horum conscientiis delectamur, attendentes, quod in his, quæ animæ salutem respiciunt, ad vitandos graues remorsus conscientiæ, pars securior est tenenda f, dicimus, quod, licet fratres 16) non ad omnium, quæ sub verbis imperatiui modi ponuntur in regula, sicut ad præceptorum, seu præceptis æquipollentium obseruantiam teneantur, expedit tamen ipsis fratribus ad obseruandam puritatem regulæ et rigorem, quod ad ea, sicut ad æquipollentia præceptis, se nouerint obligatos, quæ hic inferius adnotantur. Vt autem hæc, quæ videri possunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel saltem ratione materiæ, de qua agitur, seu ex vtroque sub compendio habeantur; declaramus, quod illud, quod ponitur in regula, de non habendo plures tunicas, quam vnam cum caputio, et aliam sine caputio; item, de non portandis calceamentis, et de non equitando extra casum necessitatis; item, quod fratres vilibus induantur 17); item, quod ieiunare a festo omnium Sanctorum vsque ad natale Domini, et in feriis sextis teneantur; item, quod clerici faciant diuinum officium, secundum ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ; item, quod ministri et custodes pro necessitatibus infirmorum, et fratribus induendis sollicitam curam gerant; item, quod, si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alii fratres debeant 18) ei seruire; item, quod fratres non prædicent in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum; item, quod nullus audeat penitus populo prædicare, nisi a generali ministro, vel aliis, quibus secundum declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, et ad hoc institutus; item, quod fratres, qui cognoscerent, se non posse præmissam regulam spiritualiter obseruare, debeant et possint ad suos ministros recurrere; item, quod omnia, quæ ponuntur in regula ad formam habitus, tam nouitiorum, quam etiam professorum, nec non ad receptionis modum ac professionem 19) spectantia, nisi recipientibus, quoad habitum nouitiorum, (sicut dicit regula,) secundum Deum aliter 20) videatur: hæc, inquam, omnia sunt a fratribus tamquam obligatoria obseruanda. Item ordo communiter sentit, tenet et tenuit ab antiquo, quod, vbicumque ponitur in regula hoc vocabulum: *teneantur*: obtinet vim præcepti, et obseruari debet a fratribus sicut tale. Ceterum quia Christi confessor prædictus, agendorum ac seruandorum circa recipiendos ad ordinem, ministris et fratribus modum præbens, dixit in regula, quod caueant fratres et eorum ministri, ne sint solliciti de rebus suis temporalibus, vt libere faciant de eis, quidquid ipsis a Domino fuerit inspiratum, licentiam tamen habeant ipsi 21) ministri mittendi eos ad aliquos, Deum timentes, si consilium requiratur, quorum consilio sua bona pauperibus erogentur: dubitauerunt et dubitant multi fratrum, an liceat ipsis de bonis ingredientium quidquam recipere, si donetur, et si ad dandum personis et conuentibus possint eos inducere sine culpa, si etiam ad disponendum de distributione rerum talium debeant ipsi ministri seu fratres dare consilium, vbi ad consulendum alii, quam ex ipsis, ad quos ingressuri mittantur, possint idonei inueniri. Nos autem, considerantes, attente intendisse sanctum Franciscum, suæ regulæ professores, quos fundauerat in maxima paupertate, ab adfectu temporalium rerum ipsorum 22) ingredientium per dicta verba specialiter et totaliter elongare, vt, quantum est 23) ex parte fratrum ipsorum, receptio ad ordinem sancta et purissima appareret, et ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, sed ad ipsas tantum diuino seruitio mancipandos, dicimus g, de cetero 24) debere tam ministros, quam fratres ceteros a dictis inductionibus ad sibi dandum, et suasionibus, nec non et dandis 25) circa distributionem consiliis abstinere: cum per hoc ad timentes Deum status alterius mitti debeant, non ad fratres, vt vere cunctis pateant esse tam salubris instituti paterni 26) studiosi, zelatores seduli et perfecti. Cum vero facere de rebus suis, quod Dominus inspirabit, ipsamet regula ingredientibus liberum velit esse: non videtur 27), quin liceat eis recipere, consideratis scilicet eorum necessitatibus, et moderationibus declarationis iam dictæ, si quid de bonis suis intrans 28), sicut et ceteris pauperibus per modum eleemosynæ libere velit dare. Cauere tamen in acceptione oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili præsumi possit sinister oculus contra ipsos. Præterea cum dicatur in regula, quod illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, et aliam sine caputio, qui habere voluerint; item, quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur; nosque prædicta verba declarauimus æquipollere præceptis: volentes hæc determinari 29) plenius, dicimus, quantum ad numerum tunicarum, quod pluribus vti non licet, nisi in necessitatibus, quæ haberi possunt ex regula, secundum quod hunc passum memoratus prædecessor noster plenius declarauit. Vilitatem autem vestium, tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ secundum consuetudinem, vel conditionem patriæ debeat, quantum ad colorem panni, et pretium vilitatis merito reputari. Non enim quoad regiones omnes potest determinatus vnus modus in talibus adsignari. Huiusmodi etiam vilitatis iudicium ministris et custodibus, seu guardianis duximus committendum, eorum super hoc conscientias onerantes, ita tamen, quod seruent in vestibus vilitatem. Quantum etiam ministrorum, custodum, et guardianorum iudicio eo-

8*) *Præmissis*, ed. ant. Lugd. et Pith.
9) *Prædicta*, a C. H. et impr. abest.
10) *Proferrentur*, C. H.
11) *Ex quo*, ibid.
12) *Apposita*, ibid.
13) *Inferantur*, C. H. et impr.
14) *Minuitur tunc*, C. H.
15) *Dignaremur*, C. impr.
16) *Fratres minores*, C. H.
17) *Quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur*, ibid.
18) *Debeant*, ibid.
19) *Ac professionem*, ibid.
20) *Aliud*, ibid.
21) *Ipsi*, desideratur ibid.
22) *Ipsorum*, ibid.
23) *Est*, ibid. non habetur.
24) *Omnino*, C. H. et impr.
25) *Nec non a dandis*, ibid.
26) *Patrum*, C. H. ed. ant. L. et Pith.
27) *Non auderetur*, ibid.
28) *Intrat*, ibid.
29) *Determinare*, ibid.

a *Vide conc. Trid. sess. 25. cap. de regularibus et monialibus. c. 1.* b *Vide conc. Trid. sess. 25. in de regularibus et monialibus. c. 15.* c *Vide B. Thom. 2. 2. qu. 88. art. 1. 2. et 3.* d *In antiquis codicib. etiam impressis constanter legitur, ita:* Nicolaus papa IV. *Et decretalis. ex ult. de qua loquitur iste text. quæ habetur eod. tit. libr. 6. etiam tribuitur Nicolao IV°. in antiquioribus et emendatioribus exemplaribus, sicut in hac editione obseruatum est.* e *Ad serenandas, id est, clarificandas, siue ad serenitatem et tranquillitatem deducendas.* f *Ad hoc vide c. consilium. et gl. de obseru. ieiun. c. iuuenis. de sponsal. c. in istum. C. 34. qu. 2.*

g *Alias ita: dicimus omnino debere tam ministros, etc.*

dem

dem modo relinquimus, pro qua necessitate 30) possint ipsi fratres calceamenta portare. Deinde, cum duobus temporibus, adnotatis in regula, scilicet 31) a festo omnium Sanctorum, vsque ad natiuitatem Domini, et maxime Quadragesimæ, in quibus ieiunare tenentur, inferatur in eadem regula: *aliis autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria ieiunare*: et ex hoc voluerunt aliqui dicere, quod dicti ordinis fratres non tenentur, nisi ex condecentia, ad alia ieiunia, quam ad ista: declaramus debere intelligi, eos non teneri ad ieiunium aliis temporibus, præterquam in ieiuniis, ab ecclesia constitutis. Non est enim verisimile, quod vel institutor regulæ, vel etiam confirmator, absoluere ipsos intenderit a seruandis illis ieiuniis, ad quæ de communi statuto ecclesiæ obligantur ceteri Christiani. Porro cum dictus sanctus, volens fratres suos super omnia a denariis, seu pecunia esse totaliter alienos, præcepit firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per se vel per interpositam personam; illumque articulum declarans idem prædecessor noster, casus et modos posuerit, quibus seruatis, a fratribus non possint dici, nec debent per se vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam, vel sui ordinis puritatem: dicimus fratres teneri cauere summopere, quod pro aliis caussis, et sub modis aliis, quam ponat dicti prædecessoris nostri declaratio, ad dantes pecunias siue deputatos nuntios non recurrant, ne, (si secus ab ipsis attentatum fuerit,) transgressores præcepti et regulæ merito possint dici. Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresse non conceditur: intelligitur denegatum. Quocirca quæstus omnis 32) pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in ecclesia, vel alibi, cippi vel trunci, ordinati ad offerentium seu donantium pecunias reponendas; nec non et quicumque recursus alius ad pecunias, seu habentes ipsas, qui per declarationem prædictam non conceditur 33), hæc, inquam, omnia sunt eis simpliciter interdicta. Cum etiam recursus ad amicos speciales expresse tantum in duobus casibus, secundum regulam concedatur, videlicet, pro necessitatibus infirmorum, et fratribus induendis, idque pie et rationabiliter, considerata necessitate vitæ, ad alias necessitates fratrum, pro tempore occurrentes, cessantibus eleemosynis, seu etiam ingruentes, sæpe dictus prædecessor noster duxerit extendendum; attendant fratres præfati, quod pro nullis caussis aliis, quam prædictis vel similibus in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos huiusmodi; siue sint dantes pecunias, seu deputati per ipsos, siue nuntii, vel depositarii, seu alio quouis nomine appellentur: etiamsi concessi per eamdem declarationem modi circa pecuniam integre seruarentur. Denique cum idem confessor summe adfectauerit, suæ regulæ professores totaliter esse abstractos ab adfectu et desiderio terrenorum, et specialiter a pecunia et eius vsus 34) totaliter expertes 35), sicut probat prohibitio de recipienda pecunia, in regula sæpius reperita: curare fratres vigilanter necesse est, quod, cum ex caussis prædictis et modis ad 36) habentes pecunias, deputatas pro ipsorum necessitatibus, recurrere oportebit ad tenentes ipsas, quicumque hi fuerint, principales vel nuntii, in omnibus sic se gerant, quod se cunctis ostendant in dictis pecuniis, (sicut nec habent,) penitus nil habere. Quapropter præcipere, quod et qualiter pecunia expendatur, computumque exigere de expensa 37), eam quomodocumque repetere siue deponere, aut deponi 38) facere, capsulam pecuniæ, vel eius clauem deferre, hos actus et consimiles sibi fratres illicitos esse sciant. Prædicta enim facere ad solos dominos pertinet, qui dederunt, et eos, quos ipsi deputauerunt ad hoc ipsum. Proinde cum vir sanctus, paupertatis premissæ in regula modum exprimens, dixerit in eadem: *Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tamquam peregrini et aduenæ, in hoc sæculo in paupertate et humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter*: sicque declaratum extitit per nonnullos prædecessores nostros, Romanos pontifices, hanc expropriationem 39) intelligi debere tam in speciali, quam etiam in communi, propter quod et rerum omnium concessarum, oblatarum, et donatarum fratribus, (quas et quarum vsum, facti 40) scilicet, ordini vel ipsis fratribus licet habere,) proprietatem et dominium in se et Romanam ecclesiam receperunt, dimisso ipsis fratribus in eis tantummodo vsu facti simplicis 41); ad nostrum fuerunt deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, et videbantur 42) prædicto voto et puritati ordinis repugnare. videlicet, vt ea prosequamur ex ipsis, quæ remedio credimus indigere, quod se institui heredes non solum sustinent, sed procurant; item, quod reditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quod conuentus habentes totaliter inde viuunt; item, quod, cum ipsorum negotia, etiam pro 43) rebus temporalibus in curiis agitantur, adsistunt aduocatis et procuratoribus, et ad instigandum eosdem se ibidem personaliter repræsentant; item, quod exsequutiones vltimarum suscipiunt voluntatum, et gerunt, seque intromittunt quandoque de vsurarum vel male ablatorum dispositionibus seu restitutionibus faciendis; item, quod alicubi non solum excessiuos hortos sed etiam vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus, quam de vino multum colligitur ad vendendum; item, quod temporibus 44) messium vel vindemiarum sic copiose granum et vinum, mendicando, vel aliunde emendo, colliguntur a fratribus, et in cellariis et granariis 45) reconduntur, quod per anni residuum 46) absque eorum mendicatione possunt transigere vitam suam; item, quod ecclesias vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate et curiositate figuræ et formæ, ac sumtuositate notabiliter excessiua, sic, quod non videntur habitacula pauperum, sed magnatum. Paramenta etiam ecclesiastica in plerisque locis tam multa habent, et tam notabiliter pretiosa, quod excedunt in his magnas ecclesias cathedrales. Equos insuper, et arma eis oblata in funeribus recipiunt indistincte. Tamen communitas fratrum, et specialiter rectores ipsius ordinis adserebant, quod prædicta, seu plura ex ipsis in ordine non fiebant, quod et, si qui reperiuntur rei in talibus, rigide puniuntur, nec non contra talia, ne fient, sunt facta pluries ab antiquo statuta in ordine multum stricta. Cupientes igitur nos ipsorum fratrum prouidere conscientiis, et cuncta dubia, (quantum possibile nobis est,) de ipsorum pectoribus remouere, ad prædicta modo, qui sequitur, respondemus. Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id, quod exterius agitur, interiorem mentis dispositionem et habitum repræsentet: necesse habent fratres, qui se expropriatione tanta a temporalibus abstraxerunt, ab omni eo, quod dictæ expropriationi esset, vel posset videri contrarium, abstinere. Quia igitur in successionibus transit non solum vsus rei, sed et dominium suo tempore in heredes 47); fratres autem præfati nihil sibi in speciali adquirere, vel eorum ordini possunt, etiam in communi: declarando dicimus, quod successionum huiusmodi, quæ etiam ex sui natura 48) indifferenter ad pecuniam, et etiam ad alia mobilia et immobilia 49) se extendunt, (considerata sui puritate voti,) nullatenus sunt capaces. Nec licet eis valorem hereditatum talium, vel tantam earum partem, quod præsumi posset 50), hoc in fraudem fieri, quasi sub modo et forma legati sibi dimitti facere, vel sic dimissa recipere, quia potius illa sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus. Cumque annui reditus inter 51) immobilia censeantur a iure, ac huiusmodi reditus obtinere paupertati et mendicitati repugnat; nulla dubitatio est, quod prædictis fratribus reditus quoscumque, sicut et possessiones vel eorum a etiam vsum, (cum eis non reperiatur concessus,) recipere vel habere, (conditione considerata ipsorum,) non licet: amplius cum non solum, quod malum esse dignoscitur, sed et omne, quod speciem habet mali, sit a viris perfectis specialiter euitandum. Ex talibus autem adsistentiis in curiis et instigationibus, cum de rebus agitur, in ipsorum commoda 52) conuertendis, creduntur verisimiliter ex his, quæ foris patent, (de quibus habent homines foris 53) iudicare,) in ipsis rebus fratres b adsistentes 54), aliquid quærere tamquam suum, nullo modo debent huiusmodi voti et regulæ professores se talibus curiis et litigiosis actibus immiscere, vt et testimonium habeant ab his, qui foris sunt, et puritati satisfaciant voti sui, ac euitetur per hoc scandalum proximorum. Verum etiam cum dicti ordinis fratres, non solum a receptione, proprietate, dominio, siue vsu ipsius pecuniæ, verum etiam a contrectatione qualibet ipsius, et ab ea sint penitus alieni, quemadmodum sæpe dictus prædecessor noster in declaratione huiusmodi regulæ plane 55) dixit; cumque dicti ordinis professores pro nulla re temporali possint in iudicio experiri; prædictis fratribus non licet, nec competit, quin potius, (considerata sui puritate status,) debent sibi scire interdictum, quod huiusmodi exsequutionibus et dispositionibus 56) se exponant: cum hæc sæpius 57) absque litigio et contrectatione vel administratione pecuniæ nequeant expediri. Verumtamen in his exsequendis dari 58) consilium ipsorum statui non

30) *Pro quibus necessitatibus*, C. H.
31) *Scilicet*, in C. B. non legitur.
32) *Omnis*, abest ab ed. Pith.
33) *Concedatur*, C. H.
34) *Et vsu*, ibid.
35) *Inexpertos*, ibid.
36) *Ad*, abest a C. impr.
37) *Expensis*, C. H.
38) *De bonis*, ed. ant. L. et Pith.
39) *Appropriationem*, C. impr.
40) *Vsum fructum*, C. H. *facti simplicis*, C. impr.
41) *Vsu fructuque simplici*, ibid.
42) Diction. *et videbantur*, desiderantur ibid.

43) *Pro*, ibid. non habetur.
44) *De temporibus*, ibid.
45) Diction. *et granariis*, obstat ab eod. C.
46) *Residuum vel quasi absque*, ibid.
47) *In heredem*, ibid.
48) *Ex natura sua*, ibid.
49) In C. B. non sunt voces: *et immobilia*.
50) *Posset*, C. H.
51) *Intra*, C. impr.
52) *Commodum*, C. H.
53) *Foris*, ibid. non habetur.
54) *Et adsistentes*, C. impr.
55) *Plene*, C. H.
56) *Dispensationibus*, ibid.
57) *Vt sæpius*, C. H. *cum hæc igitur sæpius*, impr.
58) *Dare*, C. H.

a *Al.* earum. b *Al.* ita fratres et adsistentes, etc.

obsistit: cum ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla 59) iurisdictio, siue actio in iudicio, siue dispensatio tribuatur. Licet vero non solum sit licitum, sed et multum conueniens rationi, quod fratres, qui in laboribus spiritualibus orationis et studii sedulo occupantur, hortos et areas habeant competentes ad recollectionem et recreationem 60) sui, et interdum ad se ipsos post 61) labores huiusmodi corporaliter releuandos, nec non ad habenda 62) necessaria hortelitia pro se ipsis: habere tamen hortos aliquos, vt colantur, ac olera ac alia hortalitia pretio distrahantur, nec non et vineas, repugnat suæ regulæ ordinis puritati. Secundum quod dictus prædecessor declarauit, ac etiam ordinauit, quod, si talia ad vsus proxime dictos, vt puta agrum vel vineam ad colendum, et consimilia, fratribus legarentur, per omnem modum fratres a receptione talium abstinerent: cum etiam præmissa habere, vt pretium fructuum suis temporibus habeatur [a], ad naturam et formam prouentuum appropinquet. Rursus cum prædictus sanctus tam in exemplis vitæ, quam verbis regulæ ostenderit, se velle, quod fratres sui et filii, diuinæ prouidentiæ innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cœli pascit, quæ non congregant in horrea, nec seminant, nec in tunt: nec est verisimile, voluisse ipsum eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere vitam suam. Et idcirco non ex timore leui relaxare [b] se debent ad congregationes et conseruationes [c] huiusmodi faciendas, sed tunc tantum, cum esset multum credibile ex iam expertis, quod non possent vitæ necessaria aliter inuenire. Hoc autem ministrorum et custodum simul et separatim in suis administrationibus et custodiis, (cum guardiani et duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum, et antiquorum in ordine fratrum consilio et assensu,) duximus iudicio relinquendum, eorum super hoc specialiter conscientias onerantes. Hinc est etiam, quod, cum vir sanctus fratres suos in paupertate summe ac humilitate fundare voluerit, quoad affectum pariter et effectum, sicut fere regula tota clamat, conuenit ipsis, quod nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri sustineant 63) ecclesias, vel alia quæcumque ædificia, quæ, (considerato fratrum inhabitantium numero,) excessiua in multitudine et magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus, quod vbique in suo ordine deinceps temperatis et humilibus ædificiis sint contenti, ne huic tantæ paupertati promissæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. Quamuis etiam paramenta et vasa ecclesiastica ad honorem diuini nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipse Deus: tamen qui absconditorum est cognitor, ad animum sibi ministrantium respicit principaliter 64), non ad manum. Nec per illa sibi vult seruiri, quæ suorum seruitorum conditioni et statui dissonarent: propter quod sufficere debent eis vasa paramenta ecclesiastica decentia, in numero et in magnitudine sufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia pretiositas, vel quæcumque curiositas 65) in his, seu aliis quibuscumque non potest ipsorum 66) professioni, vel statui conuenire. Cum enim hæc sapiant thesaurizationem, seu copiam: paupertati tantæ, quoad humanum iudicium, derogant manifeste. Quapropter præmissa seruari a fratribus volumus, et mandamus. Circa equorum vero et armorum oblationes illud decernimus in omnibus et per omnia obseruandum [d], quod per declarationem prædictam in pecuniariis noscitur eleemosynis definitum. Ex præmissis autem succreuit non parum scrupulosa quæstio inter fratres, videlicet, vtrum ex suæ professione regulæ obligentur ad arctum et tenuem, siue pauperem vsum rerum; quibusdam ex ipsis credentibus et dicentibus, quod, sicut quoad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctissimam, ita ipsis quoad vsum arctitudo maxima et exilitas est indicta; aliis in contrarium asserentibus, quod ex professione sua ad nullum vsum pauperem, qui non exprimatur in regula, obligantur: licet teneantur ad vsum moderatum temperantiæ, sicut et magis ex condecenti, quam ceteri Christiani. Volentes itaque conscientiarum prædictorum fratrum prouidere quieti, et his altercationibus finem dare, declarando dicimus, quod fratres Minores ex professione suæ regulæ specialiter obligantur ad arctos vsus, seu pauperes, qui in ipsorum regula continentur, et eo obligationis modo, sub quo continet seu ponit regula dictos vsus. Dicere autem, sicut aliqui asserere perhibentur, quod hæreticum sit, tenere vsum pauperem includi vel non includi sub voto euangelicæ paupertatis, præsumtuosum et temerarium iudicamus. Demum, quia ex eo, quod dicta regula, per quos et vbi fieri debeat 67) ministri generalis electio, tradens, nullam fecit de ministrorum prouincialium electione vel institutione penitus mentionem, oriri super hoc poterat dubitatio inter fratres: nos, volentes posse ipsos clare et secure procedere in omnibus factis suis, declaramus, statuimus etiam et ordinamus in 68) hac constitutione, in perpetuum valitura, vt, cum alicui prouinciæ de ministro fuerit prouidendum, ipsius ministri electio [e] penes capitulum prouinciale resideat, quam idem capitulum die sequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Ipsius autem electionis confirmatio ad ministrum pertineat generalem. Et si quidem ad electionem huiusmodi per formam scrutinii procedatur, et, (votis in diuersa diuisis,) electiones plures in discordia celebrari contingat: illa, quæ a maiori parte capituli numero, (nulla zeli vel meriti collatione aut consideratione habita,) fuerit celebrata, exceptione seu contradictione quacumque alterius partis non obstante, per dictum generalem ministrum de consilio discretorum de ordine, (prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissa,) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout ei secundum Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit 69) infirmata: ad capitulum prouinciale electio huiusmodi reuertatur. Ceterum si capitulum memoratum die prædicta ministrum eligere prætermittat: extunc ministri prouincialis prouisio ad generalem ministrum libere deuoluatur. Verum si ministro prædicto et capitulo generalibus ex certa, manifesta, ac rationabili caussa videretur aliquando in prouinciis vltramarinis Hyberniæ, seu Græciæ, seu Romæ, in quibus hactenus alius prouidendi modus dicitur ex caussa certa et rationabili fuisse seruatus, expedire, ministrum prouincialem per 70) ministrum generalem, cum proborum ordinis consilio potius, quam per capituli prædicti electionem præfici in prouinciis Hyberniæ, etiam vltramarinis irrefragabiliter, in Romana vero vel Græcia, quando minister dictæ prouinciæ moreretur, vel absolueretur citra mare: illa vice seruetur absque dolo, partialitate et fraude, (super quo eorum conscientias oneramus,) quod super hoc dictus minister cum dictorum proborum consilio duxerit ordinandum. In destitutione vero dictorum ministrorum prouincialium seruari volumus, quod super hoc hactenus de ipso 71) ordine extiterit obseruatum. Ceterum si contingeret eosdem ministro generali carere: per vicarium ordinis fiat super hoc, quod faciendum fuerit per eumdem ministrum, vsque quo prouisum fuerit de generali ministro. Porro, si quid de huiusmodi ministro prouinciali secus attentari forte contigerit: illud ipso facto sit irritum et inane. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum, dictorum, commissionis, responsionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, constitutionum, iudicationum, et voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, etc. 72).

59) *Nulla*, ibid. non legitur.
60) *Dictio et recreationem*, desiderantur ibid.
61) *Propter*, ibid.
62) *Et habenda*, ibid.
63) Verba: *vel fieri sustineant*, ibid. nec habentur.
64) *Simpliciter*, ibid.
65) *Curiositas*, ibid. non legitur.
66) *Ipsorum*, ibid.
67) *Fieri hoc debeat*, ibid.

68) *In*, ibid. non habetur.
69) Vocab. *expedire. Et si fuerit*, desiderantur ibid.
70) Ibidem omissæ sunt voces *ministrum prouincialem per*.
71) *In ipso*, ibid.
72) *Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.* C. H. et impr.

CAP. II.

Determinat et declarat, quid significent hæc verba, inserta in iudicialibus commissionibus, quæ fiunt a principe vel a iure, scilicet, quod procedatur simpliciter et de plano, et sine strepitu et figura iudicii. Ioann. Andr.

IDEM CLEMENS [f] V.

Sæpe contingit, quod caussas committimus, et in earum aliquibus simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura iudicii procedi mandamus: de quorum significatione verborum a multis contenditur, et qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem, dubitationem huiusmodi, (quantum nobis est possibile,) decidere cupientes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt iudex, cui taliter caussam committimus 73), necessario libellum non exigat, litis contestationem non postulet, in 74) tempore etiam feriarum, ob necessitates hominum indultarum a iure, procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem, quanto poterit 75), faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias 76), et frustratorias repellendo, partium, aduocatorum, et procuratorum contentiones et iurgia, testiumque superfluam multitudinem refrenando. Non sic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes necessariæ, et defensiones legitimæ admittantur. Citationem vero, ac præstationem iuramenti de calumnia vel malitiæ, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet: pro parte agentis, et etiam rei, si quid 77) petere voluerit, est in ipso litis exordio

73) *Caussa committitur*, C. B.
74) *In*, abest a C. B. H. et ed. Gont.
75) *Potuerit*, C. H.
76) *Et dilationes*, C. R. et impr.
77) *Aliquis*, C. R.

a *Alias:* habeant. b *Al.* laxare. c *Al.* obseruationes. d *Al.* seruandum.

e *De modo electionis facienda vide nouissime sancita in conc. Trid. sess. 25. de regularib. et monialibus, c. 6.* f *Hæ duo verba:* Clemens V. *absunt a vetust. codic.*

petitio facienda, siue scriptis 78), siue verbo 79), actis 80) tamen continuo, (vt, super quibus positiones et articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, et, vt fiat definitio clarior,) inferenda. Et quia positiones ad faciliorem expeditionem litium, propter partium confessiones, et articulos ad clariorem probationem vsus longæuus in caussis admisit: nos, vsum huiusmodi obseruari volentes, statuimus, vt iudex, sic deputatus a nobis, (nisi aliud de partium voluntate procedat,) ad dandum simul vtrosque terminum dare possit, et ad exhibendum omnia acta et munimenta, quibus partes vti volunt in caussa post dationem articulorum diem certum, quandocumque sibi 81) videbitur, valeat assignare, eo saluo, quod, vbi remissionem fieri contingeret 82), pro testibus producendis possint etiam instrumenta produci, assignatione huiusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes, siue ad earum instantiam, siue ex officio, vbicumque hoc æquitas suadebit. Sententiam vero definitiuam, (citatis ad id, licet non peremtorie, partibus,) in scriptis, et, (prout magis sibi placuerit,) stans vel sedens proferat, etiam 83), (si ei videbitur,) conclusione non facta, prout *a* ex petitione et probatione 84), et aliis actitatis in caussa fuerit faciendum. Quæ omnia etiam in illis casibus, in quibus per aliam constitutionem nostram, vel alias procedi potest simpliciter et de plano 85), ac sine strepitu et figura iudicii, volumus obseruari. Si tamen in præmissis casibus sollemnis ordo iudiciarius in toto vel in parte, non contradicentibus partibus, obseruetur: non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Data Auenion. XIII. kalend. Decembr. pontificatus nostri anno II. 86).

78) *Siue in scriptis*, C. H. et impr.
79) *In verbo*, C. R.
80) *Acta*, ibid.
81) *Igitur*, ibid.
82) *Contigerit*, ibid.
83) *Etiam*, ibid. non habetur.
84) *Ex probatis*, C. H.
85) Diction. *et de plano*, non sunt in C. R.
86) Huius subscriptionis locum occupat in C. H. vox: *Amen!* neutra vero legitur in C. R.

a In antiquioribus etiam impressis constanter legitur ita: prout ex petitione et probatis et aliis, etc.

Clementinæ Constitutiones, accurate castigatæ, cum summariis admodum familiaribus finiuntur.

EXTRAVAGANTES
SEV
CONSTITVTIONES VIGINTI,
A
IOANNE PAPA XXII.
EDITAE.

TITVLVS PRIMVS.
DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.

(*Anno* 1316. *in Gallia.*)

Electi, qui pro suarum electionum negotio ad curiam venire tenentur, etiam sede vacante, non tenentur de necessitate in ipsa curia moram trahere: et, licet alibi morentur, nullum eis præiudicium generatur. Facit Clement. Ne Romani. §. fin. eod. tit.

Ad onus apostolicæ seruitutis superna dispositione vocati, ambiguitates, ex quibus possent ecclesiis damnosa prouenire dispendia, tollere cupientes, de potestatis plenitudine, ac fratrum nostrorum consilio ordinamus, quod quibuscumque electis, qui ad sedem apostolicam venire vel mittere tenebantur, ac ipsorum electionum instructoribus, qui in veniendo ad sedem ipsam, et se præsentando, ipsa sede vacante vel non vacante, seruauerunt tempore, a canonibus instituta, (dummodo præsentialiter adsint in ciuitate Lugdun. vel fuerint Auenione in kalendis Octobris,) vbicumque, sede vacante, moram traxerint, nullum ipsis, seu eorum iuri præiudicium ex mora, interim facta, vbilibet generetur; sed eorum iure circa electiones huiusmodi, hoc non obstante, perinde seruentur illæsa, ac si apud sedem apostolicam moram traxissent, non obstantibus prædecessorum nostrorum constitutionibus quibuscumque: quibus tamen quoad alia nullum volumus præiudicium generari. Nulli ergo, etc. nostræ ordinationis infringere, etc. Datum Lugduni VIII. Idus Septembr. anno I.

CAP. II.

(*Anno* 1317. *in Gallia.*)

Beneficio vacante, cuius fructus ad certum tempus debentur alicui, annalia habenti; vel alii, qualiter debeant fructus ipsi diuidi inter ipsum, annalia habentem, et beneficiatum, et diuisione facta, cuius sit electio, hæc declarat constitutio. Et potuisset poni sub tit. de rescript. vel ne sed. vacant. vel vt eccl. benefic. *vel* de verborum signific.

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, vt, quæ in ecclesiis non absque dispendio ministrorum, et cultus detrimento diuini seruari vidimus 87), per appositionem 88) congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque in nonnullis ecclesiis obseruetur, et a longis retro temporibus fuerit obseruatum, quod fructus primi vel secundi, aut alterius, cuiuscumque sequentis anni beneficiorum, vacantium in eisdem, defuncto, vel fabricæ, aut ecclesiis, vel 89) personis, habentibus annalia, de consuetudine, priuilegio vel statuto applicantur in totum, ita, quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, et ad quos alias de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt; vnde illud inconueniens sequitur, quod commode nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in ecclesiis, in quibus beneficiati existunt; nos *a*, de illo super his remedio prouidere volentes, per quod hi et illi in fructuum prædictorum perceptione participent, et ecclesiæ debitis seruitiis non fraudentur, præsenti decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quod illi, qui fructus prædictos sibi *b* hactenus integre vindicabant, ex priuilegio, consuetudine vel statuto, nihil exinde vltra summam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in solutione decimæ taxari, prætextu cuiusuis priuilegii, consuetudinis, vel statuti quouis modo percipiant, sed ipsius summæ perceptione dumtaxat sint omnino contenti, totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti fuerant, (vt præfertur,) cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, et obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam. Quo casu percipiendi, quod maluerint, illis relinquimus optionem, sic, quod intra decem dies, postquam sciuerint, beneficia ipsa vacare, iis, quibus annalia *c* ipsa debentur ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, vel ipsorum annalium *d* collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimæ taxationem, vel, illa dimissa, residuum, nulla subhastatione præmissa, eligere teneantur. Quam electionem si intra dictos decem dies non fecerint, (vt dictum est:) extunc ad eum, cuius est beneficium, huius optio vel electio transeat ipso iure. Et hoc in ecclesiis et partibus illis, in quibus beneficia maiora, et alia, quæ ad solutionem decimæ sunt taxata, volumus obseruari. In illis vero ecclesiis et partibus, in quibus decimarum taxatio non est facta, seruetur, quod fructus et obuentiones beneficii, tunc vacantis, quod *e* decimam soluere consueuit, per medium diuidantur 90): quorum medietatem habeat is, cui annalium *f* per alterum de prædictis modis perceptio est concessa, reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum, pro sustentatione sua, et aliis ecclesiæ oneribus supportandis. Quodsi alter de prædictis præfata medietate noluerit

87) *Vidimus*, C. impr.
88) *In appellationem*, ibid.
89) *Vel*, ibid. non legitur.
90) *Quod in decimæ solutione medium consueuit diuidantur*, ibid.

a Vide l. fundos. C. de fundis defer. libr. 11. *b Al. ibi.* *c Al. annualia.* *d Al. annualium.* *e Al. quos.* *f Al. annualium.*

esse contentus, altero contentari volente: pars nolentis transeat ad volentem a, et volens fructus et obuentiones illius beneficii percipiet vniuersos, eidem beneficio congrue faciens deseruiri, ac eius supportans onera consueta. Et si quidquam aliquis prædictorum vltra præmissa perceperit, illudque his, ad quos pertinebit, intra mensem non restituerit cum effectu: eo ipso, si episcopus vel superior prælatus fuerit, a pontificalibus 91) et ingresso ecclesiæ sit suspensus 92), si autem capitulum, vniuersitas, vel collegium, interdicto se nouerint, (donec prædicta cum integritate restituerint,) subiacere. Si vero aliqua singularis persona ecclesiastica vel mundana id fecerit; excommunicationis incurrat sententiam ipso facto: a qua sine 93) restitutione præmissa, præterquam in mortis articulo, minime 94) absoluatur, non obstantibus quibuscumque priuilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus et statutis, iuramento b, confirmatione sedis apostolicæ, aut alia quacumque firmitate vallatis. Quæ omnia, quoad hoc, auctoritate apostolica reuocamus 95), et nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergo 96), etc. nostræ constitutionis reuocationis, cassationis, irritationis et voluntatis 96*), etc.

91) *Pontificali honore*, C. impr.;
92) *Nouerit se suspensum*, ibid.
93) *Nisi*, ibid.
94) *Nullatenus*, ibid.
95) ibid. additur: *cassamus et irritamus.*
96) *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra constitutionis*, ibid.
96*) *Et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Auenione VIII. Nouembr. pontif. nostri anno II.* ibid.

TITVLVS II.
DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. VN.
(Anno 1317. Auenioni.)

Quia multi adsumebant dominium, et se creari faciebant potestates et capitaneos in comitatu Sabinæ, et aliis locis, hic nominatis, qui sunt de patrimonio ecclesiæ Romanæ: inhibetur, ne tales de cetero adsumantur, neque illis, tamquam talibus, obediatur, et quod nullus huiusmodi præeminentiam sibi audeat adscribere sine speciali licentia sedis apostolicæ. Et si sint aliquæ ciuitates, quæ habeant ius eligendi tales capitaneos, per sedem apostolicam confirmandos: vetat papa, quod ante confirmationem debitam nulla eis, tamquam talibus, præstetur obedientia.

Ecclesiæ Romanæ suorumque fidelium dispendia dissimulare non possumus, quin, postquam nobis cognita fuerint, aduersus ea opportunis remediis occurramus. Attendentes igitur grauia nocumenta, quæ nonnullis ciuitatibus, terris, castris, intra patrimonium beati Petri in Tuscia, comitatum Sabinæ, et terram Arnolphorum constitutis, eidem ecclesiæ Romanæ subiectis, et personis singularibus eorumdem, ex diuersorum, tam nobilium, quam etiam aliorum, vsurpato regimine prouenerunt, et volentes super hoc in posterum eorum dispendiis præcauere, omnibus et singulis ciuitatibus, seu vniuersitatibus, et singulis personis ciuitatum, terrarum, castrorum, et locorum, intra patrimonium, comitatum et terram prædictos constitutis, in quibus videlicet nobis, seu quibusuis officialibus nostris, ius c competit deputandi vel instituendi aut aligendi seu ponendi 97) potestates, capitaneos, dominos vel rectores aut officiales quoslibet alios, ne ipsæ potestatem, capitaneum, dominum, rectorem vel defensorem, seu quemcumque alium officialem, quocumque nomine censeatur, in ciuitatibus, castris, terris et locis prædictis, aut eorum aliquo eligere, adsumere, vocare vel recipere, retinere aut iam electo vel adsumto, vocato seu recepto, tamquam potestati seu capitaneo, rectori seu defensori vel officiali obedire quoquo modo præsumant, neue taliter electus, adsumtus, receptus seu vocatus, huiusmodi potestariæ, capitaneatus, dominii, vel rectoriæ, seu defensoriæ, aut quodcumque aliud cuiusuis nominis officium recipere, acceptare, adsumere, vel gerere, (nisi de nostra et apostolicæ sedis licentia speciali;), quomodolibet audeat, sed adsumtum omnino dimittat. Vbi vero ad communitates seu vniuersitates, et singulares personas ciuitatum, terrarum, castrorum, et locorum prædictorum, vel eorum aliquem ius competit eligendi potestatem, capitaneum, dominum, vel rectorem, seu officialem quemlibet alium, qui per nos seu quosuis officiales nostros debeat aut consueuerit confirmari: ne ante debitam confirmationem obtentam ipsæ, vel earum aliquæ sic electo, tamquam potestati, seu capitaneo, rectori vel defensori seu officiali in quibusuis obediant, neue taliter electus quousque confirmationem habuerit, (vt præfertur.) huiusmodi potestariæ, capitaneatus, dominii vel rectoriæ, seu defensoriæ, aut cuiusuis alterius nominis officio se immiscere, vel illud gerere aut exercere quouis modo præsumat, auctoritate apostolica districtius inhibemus, decernentes extunc irritum et inane, quidquid contra huiusmodi inhibitionis tenorem contigerit attentari. Nulli, ergo, etc. nostræ inhibitionis et constitutionis infringere. Datum Auen. IV. nonas Augusti, anno II.

97) Ed. Pith. non habet verba: *aut eligendi seu ponendi.*

a *Vide l. si totam. ff. de adquir. her. l hac scriptura §. fin. ff. de cond. et demonstr. Font.* b *Vide c. cum non liceat de elect. libr 6. in verbo: pacto. Clem. dudum. de sepult.* c *Vide t Constantinos. 26. dist. et C. 23. qu. 8. c conuenior. de cleric. coniug. c. ex parte in authen. quomodo oper. epis. coll. 1. in princ.*

TITVLVS III.
DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

CAP. VN.
(Anno 1317. Auenioni.)

Tempore huius cap. obtinentes plures dignitates, personatus, vel beneficia, curam animarum habentia, ex dispensatione, virtute illius non poterant retinere, nisi vnam: et reliqua tenebantur resignare verbaliter et realiter coram ordinario sub testimonio publico intra mensem a tempore notitiæ huius cap. nisi fuissent cardinales, aut regum filii. Illi autem, qui plura talia sine dispensatione obtinebant, poterant vltimum retinere, reliquis forma præscripta et sub eodem tempore resignatis. Qui vero deinceps tale habuerit beneficium, si cum illo secundum simile receperit, quam primum illius possessionem habuerit, vel per eum steterit, quo minus habeat, primum, quo est ipso iure priuatus, modo prædicto resignare tenetur: alias vtrumque perdit, et inhabilis fit ad sacros ordines suscipiendos, et ad quodcumque beneficium habendum. Tandem, qui dicuntur ordinarii, quantum ad præmissa, et quæ sint beneficia, curam animarum habentia, hic manifestatur. H. d. hæc extrauagans, quæ est notabilis, et multum practicabilis, et grauius obligat, quam cap. *De multa.* eod. tit. in antiqu. vt patet ad oculum.

Exsecrabilis quorumdam, tam religiosorum, quam secularium ambitio, quæ, semper plus ambiens, eo magis fit insatiabilis, quo sibi amplius indulgetur, et improbitas importuna petentium a nobis et prædecessoribus nostris Romanis pontificibus, non tam obtinuisse, quam extursisse plerumque noscuntur, quod vnus interdum etiam ad vnum beneficium ecclesiasticum minus idoneus, in diuersis ecclesiis, nedum vicinis, sed etiam abinuicem longe distantibus, immo nonnumquam in diuersorum regnorum partibus situatis, duas aut tres, aut plures dignitates, personatus, officia seu prioratus, aut diuersa ecclesiastica beneficia, curam animarum habentia, possit dispensatiue, (cum alias non liceret de iure communi) recipere, et simul licite retinere. Vnde inter cetera inconuenientia, subscripta sequuntur, quod videlicet interdum vnus, qui vnicum, quamuis modicum vix officium implere sufficeret 97*), plurimorum sibi vindicet stipendia, quæ multis litteratis viris, vitæ puritate ac testimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, possent abunde sufficere, æqua distributione collata, habentibus ipsa paratur vagandi materia, diuinus cultus minuitur, hospitalitas in ipsis beneficiis debita non seruatur. Et dum non sunt sui in vnaquaque regione rectores; ecclesiarum detrahitur commodis et honori, quæ, carentes defensorum auxilio, in iuribus suis et libertatibus multipliciter collabuntur, et ruinis patent ædificia nobilia, quæ magnificentia exstruxerat decessorum: et, (quod amarius est dolendum,) animarum cura negligitur,) et vitiorum sentibus fomentum periculose præbetur. Nos itaque, tot malis tantisque criminibus occurrere cupientes, omnes et singulas dispensationes, super receptione aut retentione plurium dignitatum, personatuum, officiorum, prioratuum aut beneficiorum, quibus cura animarum sit adnexa, sub quacumque forma, vel expressione verborum a nobis, vel prædictis prædecessoribus cuicumque personæ concessas, (cardinalibus tamen sanctæ Romanæ ecclesiæ, qui circa nos vniuersali ecclesiæ seruiendo, singularum ecclesiarum commoditatibus se impendunt, ac regum filiis, qui propter sublimitatem eorum ac generis claritatem sunt potioris prærogatiuæ gratia attollendi, dumtaxat exceptis,) deliberatione super hoc cum fratribus nostris habita diligenti, de ipsorum consilio, et ex certa scientia nostra, in forma subscripta duximus taliter moderandas, quod per moderamen nostrum effrenatam circa easdem personas talium beneficiorum multitudinem refrenemus, ipsique impetrantes fructu dispensationum huiusmodi totaliter non frustrentur d. Statuimus itaque et de fratrum ipsorum consilio ordinamus, quod obtinentes nunc ex dispensatione legitima pluralitatem huiusmodi dignitatum, personatuum, officiorum aut prioratuum seu beneficiorum, quæ alias absque dispensatione obtinere nequibant, vnum tantum ex dignitatibus, personatibus, officiis, prioratibus, ecclesiis vel beneficiis huiusmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, personatu vel officio, prioratu, ecclesia, vel beneficio sine cura, quod 98) habere maluerit, prætextu dispensationis sufficientis, circa id eisdem indultæ, possint licite retinere. Quæ tamen teneantur eligere intra mensem, numerandum a tempore notitiæ constitutionis istius, ceteris beneficiis cum cura vel sine cura, quæ ipsius dispensationis prætextu tenebant, et quæ aliter non poterant de iure absque dispensatione licite retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinario sub testimonio publico intra idem tempus verbaliter et realiter cum effectu dimissis, absque eo, quod ad illa numquam sine noua collatione ab eo, qui facere poterit facienda redire, aut eorum administrationi se immiscere præsumant:

97*) *Impleret sufficienter*, ed. ant. Lugd. et Pith.
98) *Quæ*, ibid.

d *Al.* fraudentur.

alioquin tam his, quam aliis omnibus beneficiis, quæ virtute huiusmodi nostri moderaminis retinere poterant, (vt præfertur,) sint ipso iure priuati, et prorsus inhabiles ad similia beneficia obtinenda. Per hoc autem iis, qui dignitates, personatus, officia, vel alia beneficia, curam animarum habentia, ex dispensatione, quæ ius a tribuat, iuxta nostram moderationem perscriptam 99) obtinent, et alia similia beneficia nostrarum, vel alias eorumdem prædecessorum auctoritate litterarum exspectant, cum quibus est, vt illa, cum vacauerint, recipere, et vna cum obtentis retinere licite valeant, dispensatum, nolumus derogari, quin ea, cum vacabunt, intra dicti temporis spatium possint eligere, et, dimissis aliis, recipere in forma præscripta, ac licite retinere, pœnas similes incursuri, si huic nostræ contraire præsumserint sanctioni. Porro, quia quorumdam oculos sic suaræ cupiditatis vitium excæcauit, quod plurima talia beneficia simul absque dispensatione canonica retinere præsumunt: nos de illis præsenti decreto statuimus, vt omnia et singula beneficia, sic detenta, illo tantum retento, quod vltimo receperunt, dummodo in eo ea collatione canonica competat ius eisdem, intra tempus, (vt præscribitur,) liminatum, verbo et facto ac sine fraude coram ordinario sub testimonio similiter publico dimittere teneantur. Quod si non fecerint: etiam illo sint ipso iure priuati, in quo ius eis alias competebat, et inhabiles penitus ad quæcumque obtinenda ecclesiastica beneficia censeantur. Qui vero deinceps receperint dignitatem, vel personatum, seu officium aut aliud beneficium, animarum curam habens adnexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud, (quo ipso iure, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos, omni dolo et fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit, priuati noscuntur,) absque moræ dispendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo: alioquin extunc sint ipso iure secundo priuati, et nedum ad sacros suscipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcumque beneficium ecclesiasticum inhabiles reputentur 100). Quæ omnia et singula beneficia vacatura, (vt præmittitur,) vel dimissa, nostræ et sedis apostolicæ dispositioni de ipsorum fratrum consilio reseruamus, inhibentes, ne quis præter Romanum pontificem, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficiis disponere, vel circa illa per viam permutationis, vel alias innouare quoquo modo præsumat. Nos enim, si secus actum seu attentatum fuerit, irritum decernimus et inane. Ceterum ordinarios intelligimus in casibus supra scriptis episcopos, in quorum ciuitatibus vel diœcesibus consistunt beneficia, seu aliquod eorum, quæ debent secundum præmissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel, ecclesiis cathedralibus vacantibus, capitula earumdem: et hi de beneficiis, tam dimissis, quam, (vt præmittitur,) perditis, nos, vel apostolicam sedem certificare studeant, quam primum commode poterunt iudilate, vt de illis salubriter disponere valeamus. Quantum autem ad modificationem attinet ante factam, illa dumtaxat, et non alia beneficia ecclesiastica, quocumque nomine nuncupentur, curam animarum habere censemus, quæ parochias habent, in quibus est animarum cura, non per vicarios perpetuos, sed per rectores aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales vicarios exercenda, nec non et illa, quorum ministris ratione beneficiorum huiusmodi competit visitare, inquirere, procurationes recipere, suspendere, excommunicare, seu ab excommunicationis et suspensionis sententia absoluere de consuetudine vel de iure, iuribus aliis, de animarum cura loquentibus, in suo robore, quoad cetera, permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum moderationis, statutorum, constitutionum, reseruationis, inhibitionis, et voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auenione XIII. kal. Decembr. anno II.

99) *Præscriptam*, ed. ant. L. et Pith.
100) *Reputarentur*, ibid.

TITVLVS IV.
DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

CAP. I.

Exsequutores gratiarum, et iudices caussarum, a sede apostolica deputati, in diœcesibus, iam diuisis, procedere possunt, sicut ante diuisionem poterant. Et congrue ponitur sub hoc titulo: cum loquatur de exsequutoribus, de quibus frequens mentio habetur in tit. de concess. præbend. libr. 6. patet in cap. Exsequutor. *cap.* Si capitulo. *et cap.* Si soli. *Et potuisset situari sub tit.* de rescript. *vel* de off. deleg. *vel* de paroch.

Sedes *b* apostolica, in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, libenter uitat nodosæ ambiguitatis inuolucrum, illamque sibi semper in suis ordinationibus reseruare cautelam intendit, vt de illis ita proueniat commodum, quod aliis non immineat detrimentum.

Sane, pridem ad diuini cultus augmentum, et ad salutem populi, quem in nonnullis ciuitatibus ac diœcesibus sic multiplicauit Altissimus, quod in earum singulis singulorum vultus 1) nequibat, (vt eum decet,) vnicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere, salubriter intendentes, in ipsis diœcesibus, (quarum nonnullas in duas, et aliquas in plures diœceses duximus diuidendas,) certas ciuitates et ecclesias ereximus cathedrales, quarum singulis proprias, distinctas, et limitatas diœceses iussimus adsignari. Verum quia plures ante ordinationem seu diuisionem nostram huiusmodi, tam a nobis, quam a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus, apostolicas obtinuerunt litteras super beneficiis ecclesiasticis, in ipsis tunc integris diœcesibus vacaturis, quarum nonnullæ restant adhuc exsequutioni mandandæ: nos, amouere volentes cuiuslibet dubitationis scrupulum, qui circa exsequutionem gratiarum, super huiusmodi beneficiis concessarum, posset forsan incidere, et prouida considerantes attentius, quod per ordinationem seu diuisionem nostram prædictam ius ad rem, exspectantibus dicta beneficia antea competens, ex ratione mutari non debet, quin adeo efficax in diuisis diœcesibus maneat, sicut prius erat, auctoritate præsentium declaramus, quod omnes et singulæ gratiæ, super beneficiis, vacaturis ante diuisionem huiusmodi in ipsis quondam integris diœcesibus, a nobis, vel prædictis prædecessoribus personis quibuscumque concessæ, tam in ipsis nunc diuisis, quam in aliis diœcesibus, decisis ab illis, eisdem modo et forma possint suo ordine *c* per exsequutores, inde datos, et alios, ad quos id pertinebit, ad debitam exsequutionem adduci, quibus ante diuisiones sæpe fatas poterant et debebant. Idem etiam declaramus, quoad litteras apostolicas, iustitiam continentes, vt videlicet iudices, dati per illas, in caussis quarumlibet personarum, quæ nunc de huiusmodi diœcesibus diuisis existunt, possint iuxta earum tenorem prouide procedere, ac si dictæ diœceses, de quibus mentio in litteris eisdem habetur, integræ remansissent. Nulli, etc.

1) *Vultus*, ed. ant. Lugd. et Pith.

CAP. II.

Nullus impediat capitula, archidiaconos, et alias personas in iuribus, quæ sibi competebant in ecclesiis integris, quin illa iura percipiant post diuisionem ipsarum, sicut ante soliti erant percipere: quoniam in beneficiis diuisis habet quis eadem iura, quæ habebat in integris. Et hoc cap. sub hoc tit. fuit positum: quoniam declarat præcedens, vt clare patet. Concord. cap. Quia monasterium. *de relig. dom. in antiquis.*

Ad apostulatus nostri peruenit auditum, quod aliquarum ecclesiarum, per nos ab aliis ecclesiis ex certis caussis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, auctoritate apostolica diuisarum, prælati et subditi capitulis, archidiaconis, et aliis personis ecclesiarum, a quibus supra dictæ ecclesiæ sunt diuisæ, multipliciter iniuriari præsumunt, non permittentes, eos vti iurisdictionibus et iuribus suis, sicut ante diuisionem huiusmodi vtebantur. Quia igitur intentionis nostræ non exstitit, nec exsistit, per diuisionem episcopatuum ecclesiarum, a quibus diuisiones factæ sunt, capitulis, archidiaconis, vel aliis personis velle aliquatenus derogare, nisi quatenus in diuisionum huiusmodi litteris apostolicis continetur expresse: nos præsentis auctoritate statuti vniuersis prælatis, capitulis, et aliis quibuscumque personis ecclesiasticis ecclesiarum decisarum, et in cathedrales ecclesias per nos auctoritate apostolica erectarum, præcipimus et mandamus, ne capitula, archidiaconos, et alios personatus, vel dignitates, officia seu beneficia in prædictis primariis ecclesiis obtinentes, quo minus visitationes exerceant, procurationes recipiant, iurisdictiones, et iura archidiaconalia, et alia bona obtineant in prædictis decisis diœcesibus, sicut ante diuisionem huiusmodi obtinebant, nisi quantum in diuisionum huiusmodi litteris apostolicis caueatur expresse, impediant quoquo modo, quousque per sedem apostolicam aliud fuerit ordinatum. Si enim aliqui contra præsens præceptum egere vel facere præsumserint: nos præsumtores tales digna curabimus animaduersione punire. Nulli, etc. nostrorum præcepti et mandati infringere, etc. Datum Auenione V. kal. Octobris, anno V.

TITVLVS V.
NE, SEDE VACANTE, ALIQVID INNOVETVR.

CAP. I.

(*Ann.* 1316. *Auenioni.*)

Vacante sede imperiali, cum iurisdictio ad papam deuoluatur, sub pœna excommunicationis hic prohibetur, quod nullus tunc nomen vicarii, imperatoris, vel alterius cuiuscumque officii retineat, adsumat, vel resumat, nullusque ei obediat, vel auxilium præbeat: alias excommunicatio in personas, et interdictum in terras, (nisi intra duos menses resipuerint,) profertur. Tandem modus huius processus publicandi exprimitur. H. d.

Si fratrum et coepiscoporum nostrorum, et aliorum quorumlibet iura illibata seruari, et ab omni sore dispendio diminutionis extranea cupimus, et ad illud libenter nostræ sollicitudinis studium adhibemus:

a *Not. text. pro statuto, faciente mentionem de beneficiis, quæ iure obtinentur. Nam in tali veniunt beneficia, dispensatione retenta, per text. hic Font.*
b *Hæc extrauagans habetur inter communes sub tit. de officio deleg. cum gloss. Gauselmi de Monte Laudono.*

c *Ad hoc vide gloss. in tit. de defens. croat. 4. quæ igitur c. 3. Vide Clend. contrauentionem in loco ab ordine. Imol. Nicol. Euer.*

hibemus: multo fortius siquidem pro nostris et Romanæ ecclesiæ, sponsæ nostræ, iuribus et honoribus conseruandis ex iniuncto nobis officii debito apostolicæ prouisionis partes tenemus impendere, ne temporibus nostris vsurpationis iniuriam subeant, aut detrimentum cuiusuis derogationis incurrant. Sane, in nostram et fratrum nostrorum deductum est, (fama diuulgante,) notitiam, quod, licet de iure sit liquidum, et ab olim fuerit inconcusse seruatum, quod, vacante imperio, sicut et nunc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacasse dignoscitur, cum in illo ad sæcularem iudicem nequeat haberi recursus, ad summum pontificem, cui in persona beati Petri terreni simul et cœlestis imperii iura Deus ipse commisit, imperii prædicti iurisdictio, regimen et dispositio deuoluuntur, et ea ipse, (durante ipsius vacatione imperii,) per se, vel alium, seu alios exercuisse noscitur in imperio memorato, nonnulli tamen, in Italiæ partibus potestatis et dignitatis fastigium illicite ambientes, in nostrum et Romanæ sanctæ matris ecclesiæ, (quantum in eis est,) præiudicium euidens, ac diminutionem honoris et iuris, vicariatus, seu alterius cuiuscumque nomen officii, quod, ipso imperatore viuente, ex ipsius commissione gerebant in certis terris, territoriis siue locis, post decessum ipsius, absque nostra vel apostolicæ sedis petita vel obtenta licentia, retinere sibi, et nonnulli etiam de nouo adsumere, quod non gesserant, aut gestum antea, posteaque dimissum resumere temerariis ausibus præsumserunt: quo vel quibus adhuc non verentur abuti, et sub eius vel eorum colore multa facere et fecisse noscuntur, quæ in nostram, et ecclesiæ prædictæ iniuriam aperte redundant, non abhorrentes per id variis inuolui criminibus, nec diuinæ maiestatis formidantes offensam. Quia igitur error, cui non resistitur, approbari videtur, et latum pandit delinquentibus sinum, qui eorum peruersis conatibus non resistit: nos, volentes nostris et ecclesiæ, sponsæ nostræ, iuribus et honoribus in hac parte prospicere, et malis ac scandalis, quæ ex retentione, adsumtione, seu resumtione huiusmodi orta sunt hactenus, et quæ periculosius possent in antea suboriri, celeriter obuiare, nec non periculis animarum huiusmodi retinentium, adsumentium seu resumentium nomina, et eis abutentium, (vt præfertur,) salubriter occurrere cupientes, præsentium auctoritate monemus, sub excommunicationis pœna, omnes et singulos, cuiuscumque status, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis existant, etiamsi patriarchali, vel quauis alia superiori siue episcopali, vel regia, seu alia quacumque præfulgeant dignitate, qui post vacationem imperii absque nostra, vel sedis prædictæ licentia huiusmodi vicarii, seu cuiusuis alterius officii nomen vbilibet retinuerunt, adsumserunt, seu resumserunt et retinent, et qui adsument, vel resument fortassis in posterum, et sub talis denominationis pallio abusi sunt, et abutuntur, vel etiam abutentur potestate, vel iurisdictione quacumque, seu eius exercitio publice vel occulte, quatenus de cetero etiam a denominatione huiusmodi, seu cuiuscumque adsumptione, resumtione ac retentione prædictis, nec non vsu, potestate, et exercitio supra dictis prorsus abstineant, et omnino desistant. Inhibentes insuper sub pœna prædicta omnibus et singulis patriarchis, prælatis, et etiam aliis superioribus ac regibus, ciuitatibus, comitatibus, vniuersitatibus, capitaneis, potestatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, et aliis omnibus, cuiuscumque sint dignitatis, conditionis aut status, ne prædictum huiusmodi nomen, seu aliud quodlibet in eodem imperio retinentes, (vt præfertur,) aut adsumentes, vel eorum aliqui sub denominatione, vel titulo huiusmodi nominum, seu procuratores, commissarios, iudices, aut vices eorum gerentes, quocumque colore quæsito, recipiant vel admittant, nec vt vicariis seu vicario aut officialibus imperii pareant vel intendant, aut pareri vel intendi faciant, vel permittant, nec in his eis vel ei quomodolibet præstent auxilium, consilium, vel fauorem. Alioquin in omnes et singulos patriarchas, prælatos, et superiores ac inferiores, reges et ceteros, denominationem prædictam, (vt præmissum est,) retinentes, adsumentes, seu resumentes, ac illius prætextu exercentes quæcumque officia, potestates seu iurisdictiones, et recipientes eos, vt vicarios, vel officiales imperii, aut commissarios eorum, vt tales, et in parentes seu obedientes eis, vt talibus, aut præstantes in hoc sibi consilium, auxilium, vel fauorem, nisi intra duorum mensium spatium, a die datæ præsentium numerandum, penitus resipuerint, vel se licentia sedis apostolicæ super hoc ostenderint communitos, excommunicationis in singulas a) personas, et in terras et loca ipsorum, et quaslibet communitates, vniuersitates, ciuitates, aut villas, interdicti sententias de fratrum nostrorum consilio publice promulgamus, contra eos nihilominus spiritualiter et temporaliter grauius processuri, prout inobedientia eorum exegerit, qualitas facti suaserit, et viderimus expedire. Et vt quibuslibet parendi talibus tollatur occasio: omnes et singulos, qui huiusmodi vicariatus nomen retinentibus, adsumentibus seu resumentibus, iuramento fidelitatis tenentur adstricti, a iuramento huiusmodi, quantum ad hoc, de potestatis plenitudine absoluentes, auctoritate apostolica firmiter inhibemus eisdem, ne talibus, vt vicariis vel officialibus imperii, aliquatenus pareant vel intendant. Et insuper omnes pactiones, obligationes, confœderationes, et colligationes, a quibuscumque super hoc quomodolibet initas, iuramento vel quacumque firmitate vallatas, omnino dissoluimus, viribus vacuamus, irritamus, et quatenus

a) *Singulares*, ed. ant. L. et Pith.

de facto processerint, reuocamus. Ac huiusmodi, et quælibet alia iuramenta, quibuslibet super his præstita, per quæ posset in prædictis nostris, et ecclesiæ nostræ prædictæ iuribus derogari, præsertim cum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxamus. Ceterum vt huiusmodi processus verius ad communem omnium notitiam deducatur; chartas seu membranas, processum continentes eumdem, in ecclesia Auenionensi appendi vel adfigi ostiis seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio et patenti iudicio publicabunt, ita, quod omnes et singuli, quos processus ipse contingit, et contingere potest, nullam postea possint excusationem prætendere, quod ad eos talis processus non peruenerit, vel quod ignorauerint eumdem: cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auenione in domo episcopali, pridie kal. April. anno I.

TITVLVS VI.
DE VOTO ET VOTI REDEMTIONE.

CAP. VN.

Votum, per susceptionem sacri ordinis sollemnizatum, licet impediat matrimonium sequens, non tamen præcedens: etiamsi nondum esset per carnis copulam consummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum consummato, nullus præsumat accipere aliquem de sacris ordinibus. Quod si fecerit, dissoluto etiam matrimonio; nec in illo ministrare, nec ad superiores adscendere poterit: nisi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur, et eius regulam expresse, vel tacite profiteatur. Est autem talis coniugatus, sic ordinatus, per diœcesanum monendus, vt religionem ingrediatur, si matrimonium nondum est consummatum. Quod si renuerit, et uxor institerit: compellitur per excommunicationem ad matrimonii consummationem. Hoc dicit. Et est casus notabilis, et qui satis efferri non posset.

Antiquæ concertationi finem cupientes imponere, ac animarum periculis, inde prouenientibus, salubriter prouidere, de fratrum nostrorum consilio præsenti declaramus edicto, quod, licet votum sollemnizatum per sacri susceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta canonum sit efficax reputandum, ad dissoluendum tamen prius contractum, etiamsi per carnis copulam non fuerit consummatum, cum nec iure diuino, nec per sacros reperiamus canones hoc statutum, inualidum est censendum, auctoritate apostolica districtius inhibentes, ne quisquam, durante matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris ordinibus præsumat suscipere, nisi prout sacris canonibus nouerit conuenire. Quodsi secus a quoquam forsitan attentatum fuerit; ordinamus, quod, nec matrimonio soluto, in sic suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines prouehi, nec ad aliquod beneficium vel officium ecclesiasticum valeat promoueri: nisi aliquam de religionibus approbatis, (quarum professio ad castitatis custodiam, et abdicationem temporalium, et sui superioris obedientiam suos professores adstringat,) ipsum canonice contigerit ingredi, ac eius regulam expresse vel tacite profiteri. Quo casu diœcesanus super præmissis et singulis præmissorum cum eo dispensare valeat: nisi sit aliud canonicum, quod obsistat. Ad ingressum huiusmodi, sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per diœcesanum instanter moneri præcipimus, et induci. Quod si forsan renuerit adimplere: ipsum, si sponsa eius institerit, per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Nulli, etc. nostrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti et constitutionis infringere. Datum Auenione kalend. Decembr. anno septimo.

TITVLVS VII.
DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

CAP. VN.

Secta et religio Fratricellorum, siue Beguinorum, qui se dicebant de tertio ordine beati Francisci, cassatur: quoniam inter ceteros errores ecclesiastica sacramenta despiciebant. Et sub pœna excommunicationis omnibus iniungitur, vt nulli de cetero talem vitam adsumant, et ne episcopi ipsam concedere præsumant. Vide cap. fin. eod. tit. in antiqu. et cap. 1. eod. tit. l. 6.

Sancta a Romana atque vniuersalis ecclesia, cui, auctore Domino, licet immeriti, præsidemus, sicut religiosa et pia vota benigno fauore prosequitur, ita superstitiosos conatus insolentium hominum b detestatur, videlicet ne sub ouina pelle gregem dominicum truculenta lupi rapacia inuadat, sub pietatis imagine virus hæreticæ prauitatis obrepat, et sub prætextu conuersationis angelicæ, incautis mentibus spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia sacris canonibus est interdictum,

a *De Beguinorum secta et erroribus, vide Guidonem Carmelitam in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Beguinorum, et Nicolaum Eymericum in directorio inquisitorum part 2 qu 15* b *Vide l. qui sub conditione. ff. de cond. instit. l. non erit §. diuus. ff de iureiur.*

ne

ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat, vel habitum nouæ religionis adsumat: sed quicumque ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis. Nonnulli tamen profanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fratricelli, seu fratres de paupere vita, Bizochi siue Beguini, vel aliis nominibus nuncupantur in partibus Italiæ, nec non in insula Siciliensi, comitatu prouinciæ Narbon. et Tholosanen. ciuitatibus, et diœcesibus, et prouinciis, aliisque diuersis cismarinis et vltramarinis partibus, contra dictos canones habitum nouæ religionis adsumere, congregationes et conuenticulas facere, et superiores sibi ipsis eligere, quos ministros, seu custodes, vel gardianos, aut nominibus aliis appellant, plurimos ad eorum sectam recipere, et loca de nouo construere, seu constructa recipere, in quibus habitant in communi, publice mendicare, (quasi eorum secta foret vna de religionibus, per sedem apostolicam approbatis,) temeritate damnabili præsumserunt, et præsumunt etiam incessanter. Et vt ipsorum error, veritas, et impietas religio reputetur; plurimi eorum regulam seu ordinem fratrum Minorum, quem sanctus Franciscus instituit, se profiteri ad litteram conseruare confingunt; quamquam in obedientia generalis, vel prouincialium ministrorum ipsius ordinis non morentur, prætendentes, se a sanctæ memoriæ Cœlestino papa quinto, prædecessore nostro, huius status seu vitæ priuilegium habuisse. Quod tamen, etsi ostenderent, non valeret: cum bonæ memoriæ Bonifacius papa octauus, prædecessor noster, ex certis caussis rationabilibus omnia, ab ipso Cœlestino, prædecessore nostro, concessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauerit, dictumque vitæ priuilegium non inueniatur per eumdem Bonifacium approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, et viuendi ritum a quibusdam episcopis seu eorum superioribus, vel aliis ecclesiarum prælatis habuisse profitentur: quos nec eis concedere licuit contra formam concilii generalis. Nonnulli etiam, ex ipsis adserentes, se esse de tertio ordine beati Francisci, Pœnitentium vocato, prædictum statum et ritum eorum sub velamine talis nominis 3) satagunt palliare: cum tamen in regula ipsius tertii ordinis talis viuendi ritus nullatenus sit concessus. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt: ipsorum quam plurimi, (sicut fide digna relatione percepimus,) a veritate catholicæ fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores alios student multipliciter seminare. Cum itaque talium damnanda temeritas in eiusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum, præfati Minorum et aliorum ordinum opprobrium, et etiam suarum et aliorum animarum perniciem redundare noscatur: sectam, ritum, et statum huiusmodi, non obstantibus præmissis eorum excusationibus, quas friuolas reputamus, et quidquid per eos communiter vel diuisim sub religionis, conuentus, collegii seu congregationis nomine vel colore attentatum exstitit, vel exstitit, de fratrum ipsorum consilio, auctoritate apostolica nullius fuisse et esse decernimus firmitatis, et, quatenus de facto processerunt, de consilio, et auctoritate præmissis reuocamus omnino, ac perpetuæ prohibitioni subiicimus, et ab ecclesia Dei penitus abolemus, eisdem personis et aliis quibuscumque sub pœna excommunicationis, quam eas, (si secus fecerint,) incurrere volumus ipso facto, iniungentes expresse, ne statum siue sectam et ritum huiusmodi, ab ipsis adsumtum, sectentur vlterius, vel ipsum de nouo adsumere quoquo modo præsumant. Episcopos quoque et eorum superiores et etiam alios prælatos quoscumque, qui prædictis personis vel aliis ritum viuendi et habitum, supra dictos, præter specialem apostolicæ sedis auctoritatem deinceps concesserint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipso iure decernimus subiacere. Dignum est enim, vt adulterinas plantationes, quas non Pater cœlestis, sed humanæ temeritatis audacia plantat, apostolici culminis censura diuellat, nec patiatur in agro dominico peruersæ congregationis vepres excrescere, cui proprium est, (diuina opitulante gratia,) virtutes serere, ac vitia radicitus exstirpare. Nulli ergo, etc. Datum Auenion. III. kal. Januar. anno II.

3) *Nomine*, ed. ant. L. et Pith.

TITVLVS VIII.
DE IVDAEIS ET SARRACENIS.
CAP. VN.

(Ann. 1316. Auenioni.)

Vt Petrus, filius regis Castellæ, pio ductus proposito, facilius Agarenos infideles a regno Granatæ expelleret: lata fuit excommunicationis sententia in omnes, prohibita portantes ipsis infidelibus et Sarracenis præfati regni Granatæ. Concord. c. Ita quorumdam, *et c.* Ad liberandam., *eod. tit. in antiqu.*

Copiosus in misericordia Dominus, qui de suæ abundantia pietatis corda fidelium ad suæ maiestatis obsequia deuotionis ardore succendit, præcordiis dilecti filii, nobilis viri Petri Infantis, nati claræ memoriæ Sanctii, regis Castellæ, adeo copiose gratiam cœlestis inspirationis infudit, quod sibi delectabile reputat propriam exponere in ipsorum persequutione personam. Pro quidem nobilis ipse ductus proposito, tamquam strenuus athleta Domini, negotium impugnationis perfidorum Agarenorum, a quibus regnum Granatæ in Dei contumeliam detinetur, tutorio nomine, carissimi in Christo filii nostri, Alphonsi, Castellæ regis illustris, qui sub teneritudine pueritis ætatis adhuc dignoscitur constitutus, adsumsit sub spe cœlestis auxilii feruenter et viriliter prosequendum. Cum igitur omnia cupiamus obstacula remouere, per quæ dicti negotii prosequutio posset quomodolibet impediri: vniuersis et singulis, cuiuscumque conditionis, præeminentiæ vel status exsistant, districtius inhibemus, ne arma, equos, ferrum, ligamina, victualia et alia, quæcumque prohibita per Romanos pontifices, prædecessores nostros, ad terras Aegypti deferri, et Sarracenos dicti regni Granatæ intra triennium, incipiendum a kal. Aprilis, proxime sequuturi, quomodolibet deferre præsumant. Nos enim omnes et singulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina et victualia, supra dicta et quæcumque prohibita, contra tenorem huius nostræ prohibitionis deferre præsumserint, illis pœnis et sententiis, quas deferentes huiusmodi prohibita in Alexandriam vel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus subiacere. Et nihilominus omnes et singulos, qui Sarracenis Granatæ præstabunt, (dicti negotii prosequutione durante,) auxilium, consilium vel fauorem, aut prosequutionem dicti negotii directe vel indirecte, secrete vel publice impedire vel turbare forte præsumserint, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Nulli ergo nostræ inhibitionis, constitutionis et voluntatis, etc. Dat. Auenione V. kal. Mart. anno primo.

TITVLVS IX.
DE TORNEAMENTIS.
CAP. VN.

Constitutio Clementis, in quibusdam regnis torneamenta inhibens sub pœnis excommunicationis et interdicti, hic reuocatur: et illis, qui huius occasione sententias incurrerant, absoluuntur.

Quia in futurorum euentibus sic humani fallitur incertitudo iudicii, vt, quod coniectura probabili exnunc interdum attenta consideratio vtile pollicetur, reperiri damnosum quandocumque contingat, nonnumquam, quod consulte statuitur, ex sanioris inspectione iudicii consultius reuocatur: sane, felicis recordationis Clemens papa V. prædecessor noster, attente considerans, generale passagium in concilio Viennensi pro terræ sanctæ subsidio salubriter ordinatum, per torneamenta, et hastiludia, siue iuxtas non leuiter impediri, tum quia frequenter sic ipsum passagii negotium prosequutores 4) exinaniunt, quod ad eius exsequutionem efficiuntur impotentes, tum quia interdum quam plures a crucis adsumtione retrahunt, dum ab illis abstinere, (aliis ea exercentibus,) erubescunt, torneamenta ipsa et hastiludia, siue iuxtas in regnis Franciæ, Angliæ, et Alemanniæ, et aliis nonnullis prouinciis, in quibus ea consueuere frequentius exerceri, specialiter interdixit, in facientium ea, vel ad 5) id eis præstantium opem, consilium, vel consensum, et illorum etiam, in quorum locis vel districtibus fierent, non prohibentium hoc, cum possent, et illorum procedentes ad illa in domibus suis recipientium, vel commercium quomodolibet exercentium cum eisdem, in 6) personas excommunicationis, at in terras interdicti sententias promulgando, absolutione ab excommunicatione huiusmodi, præterquam in mortis articulo, sedi apostolicæ reseruata. Verum quoniam, (vt intelleximus,) per sententiam huiusmodi periculum animabus ingeritur, et pro eo maxime negotio dicti passagii derogatur; quia nonnulli militari cingulo abstinent, et quia vacare militiæ metu præsertim ipsius sententiæ non præsumunt, propter quod idoneos et voluntarios ad terræ prædictæ subsidium in regnis eisdem contingit pauciores solito reperiri: nos, ad dilectorum filiorum, nobilis 7) viri, Philippi claræ memoriæ, regentis Franciæ, et Nauarræ regis, et aliorum, de domo regia, nec non quam plurium magnatum et nobilium, tam in regno Franciæ, quam aliunde, considerantium præmissa discrimina repetitæ supplicationis instantiam, sententias excommunicationis et interdicti præfatas, præmissorum supplicationibus inclinati, et dictis considerationibus, ante dictis, et ex caussis etiam rationabilibus aliis, in fauorem sæpe fati negotii, de fratrum nostrorum consilio reuocamus, eos, qui propter exercitium torneamentorum seu hastiludiorum ipsorum huiusmodi sententias incurrerunt, absoluentes ab illis, et cum eis, qui, sic ligati, vel in locis, propterea interdictis, diuina celebrarunt officia, super irregularitate, inde contracta, auctoritate apostolica dispensantes. Datum Lugduni XVI. kal Octobr. anno I.

4) *Prosequutores*, ed. ant. L. et Pith.
5) *Ad*, desideratur ibid.
6) *In*, omittitur ibid.
7) *Ad dilectum filium nobilem*, ed. ant. Lugd.

a *Vide gl. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. l. scire oportet §. sin. ff. de exc. tut. gl. in verbo: præsidentes. reputata singul. Clem. 1. de reser. et l. 2. C. de raptor. virg. et Bald. in .. vo § si quis rusticus. 2. Feud. de pace ten. Font.*

TITVLVS X.
DE CRIMINE FALSI.

CAP. VN.

Falsificantes monetam regis Franciæ, et aliorum locorum circumuicinorum, aliqua de quatuor modis, hic prolixe declaratis, ipso facto excommunicationem incurrunt: a qua absolui non possunt, nisi a papa, præterquam in mortis articulo. De falsificantibus sigillum ipsius regis Franciæ, habes cap. Ad audientiam. *eod. tit. in antiquis.*

Prodiens quasi ex adipe iniquitatis multorum sceleratorum funesta cupiditas, eos in perniciem præcipitare conatur, dum sequi miserabilem eius ingluuiem, satietatis nescientem moderamina, non verentur. Ipsi etenim, turpium lucrorum se fæcibus immergentes, ambitiosis nexibus inuoluuntur: Dei timorem damnabili cæcitate postponunt, et, quasi ambulantes in tenebris, non vitant excidia personarum. Nuper siquidem ad nostri apostolatus auditum multorum relatio fide digna perduxit, quod nonnulli, nullam habentes auctoritatem iuris, vel consuetudinem, seu priuilegium faciendi, monetam falsam ostendunt et fabricant in regno Franciæ, et locis circumuicinis.

Alii vero monetam falsam sub vero signo carissimi in Christo filii nostri, Caroli, regis Francorum et Nauarræ illustris, studiose deprauant, et ex hoc cadit a suo recto pondere. Quem plures etiam in locis circumuicinis, quibus de iure, aut consuetudine, seu priuilegio ius competit fabricandi monetam, signum proprium monetæ regiæ monetæ suæ, quam fabricant, imprimere seu insculpere moliuntur, eiusdem quantitatis et rotunditatis, litterarum figuræ, quam habet moneta regia, monetæ suæ, quam fabricant, quatenus possunt, similius, speciem, et formam insculpunt, constituunt, et imponunt. Et quamuis moneta prædicta eorum, ad vsurpatam similitudinem perducta, deficiet a iusto pondere argenti, et solito in regia moneta, et more, et consuetudine obseruato: simplices tamen et populares personæ, non habentes inter monetas tantæ similitudinis peritiam discernendi, falluntur quotidie ea occasione in vsu monetarum, recipientes monetas falso assimilatas, pro veris. Sunt et alii, qui scienter falsas monetas, extra regnum prædictum emunt, et post intra regnum ipsum eas portant, vendunt et expendunt. Nos igitur, attendentes, quod iidem falsarii et fabricatores monetarum talium et emtores prædicti per hoc se dignos maledictione constituunt, eos, qui, (vt præmittitur,) præmissa moliri, aut fabricare, aut emere, vel portare ad regnum prædictum scienter præsumserint, felicis record. Clementis papæ V. prædecessoris nostri, vestigiis inhærentes, excommunicationis sententia innodamus, absolutione prædictorum nobis et successoribus nostris, præterquam in mortis a articulo reseruata. Nulli, etc. nostræ innouationis infringere, etc. Datum Auenion. V. Nonas Iul. ann. VI. 8).

8) *Ann. VII.* ed. ant. L. et Pith.

TITVLVS XI.
DE PRIVILEGIIS.

CAP. VN.

Priuilegia, si qua sint, quibus aliqui nobiles Campaniæ et Maritimæ dicebant se munitos circa bannitorum receptationem, hæc constitutio propter caussas, hic insertas, reuocat et annullat.

Ad nostri apostolatus peruenit auditum, quod nonnulli nobiles et communitates, intra nostras Campaniæ, Maritimæque prouincias constituti, asserentes, per priuilegia sedis apostolicæ sibi fore concessum, quod de prouinciis ipsis per rectorem earum, qui est pro tempore, vel officiales curiæ rectoris eiusdem banniti, in terris, ciuitatibus, castris, et locis eorum morari libere possint, nec in illis, idem rector bannitos ipsos capere valeat, eosdem bannitos in dictis terris, ciuitatibus, castris, et locis non absque derogatione sedis apostolicæ manifesta recipiunt et receptant. Nos igitur, qui beneuoli more patris in prouinciarum ipsarum tranquillitatis et pacis commodis delectemur, super hoc, (prout ad nostrum spectat officium,) pro communi bono prouinciarum ipsarum de congruo volentes remedio prouidere, priuilegia supra dicta, cuiuscunque tenoris existant, maxime cum ipsorum prætextu maleficia remaneant in eisdem prouinciis impunita, pandatur ausus excessibus, cultus lædatur iustitiæ, dictique rectoris multipliciter impediatur officium, ac prouinciarum ipsarum status, pacis fœdera violato, non absque grandi reipublicæ detrimento subuerti posset scandalis, scissuris, extunc 9) auctoritate apostolica ex certa scientia reuocamus, annullamus, et etiam irritamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem. Nulli, etc. nostræ reuocationis et annullationis, cassationis, irritationis et constitutionis infringere. Date Auen. VII. Idus Aug. anno VI.

9) *Extunc*, ed. ant. L. et Pith.

a *In mortis articulo nulla est casuum reseruatio: atque adeo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis et censuris absoluere possunt. Ita conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.*

TITVLVS XII.
DE POENIS.

CAP. VN.

Narratis facinoribus hominum Marchiæ, qui suos rectores et officiales occidere soliti erant, post enumerationem XVII. modorum offensæ, totidem pœnas exprimit, quas incurrent, qui de cetero talia præsument: et propter patrum iniquitatem filios a quibuscunque honoribus et beneficiis, tanquam indignos, repellit. Concord. cap. Ad aures. *et cap.* In quibusdam. *eod. tit. in antiqu. et cap.* Felicis. *eod. tit. libr. 6. iuncta Clem.* Si quis suadente diabolo. *etiam in eod. tit.*

Dierum b crescente malitia, videmus, mundum in deteriore iugiter prolabi, sic hominum mentes assueta deprauante nequitia, malis passim cumulum superaddi, vt et boni, qui alias odirent virtutis amore delinquere, interdum cum peruersis admisti, concurrere cum illis in illicitis habeant, et in apertam malitiam prosilire. Est enim compescenda malorum audacia, vt saltem pœnæ formidine retrahantur a noxiis, sicque boni, sectando virtutem meliores effecti, non cogantur cum illis perire. Sane, vulgaris famæ notorium publicat, et longe lateque ipsa iniuriosa transgressus euidentia manifestat, quod nonnulli de Marchia Anconitana, prouinciæ, nobis et Romanæ ecclesiæ subiecta, nedum olim temporibus diuersorum prædecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, gressus fidelitatis egressi, declinauerunt ad infidelitatis reprobæ deuium, sed in diebus, non longe præteritis, contra nos, et ecclesiam eamdem, et dilectum filium Amelium, præpositum Bellimontis, capellanum nostrum, prouinciæ memoratæ rectorem, ceruicem rebellionis erigere præsumserunt, et in quosdam officiales et familiares suos crudeliter sæuientes, post graues illatas iniurias, et probrosas contumelias, irrogatas eisdem, et post bona ipsorum, violenta prædatione subtracta, eos cruentæ mortis supplicio in ore gladii tradiderunt. Inter quos pars dicitur fuisse non modica, cui mens sanior inerat, et tantæ temeritatis excessus non leuiter displicebat; sed habuerunt, vel inuiti furori confusæ multitudinis cedere, dum illius nequiuerunt conatibus obuiare. Nos igitur, vt mali, pœnarum impositionibus grauium territi, vereantur in antea in consimilis erroris inuium relabi, ac boni, persistentes in sua fidelitate constanter, non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remediis, quibus possumus, præcauere volentes, et animarum suarum saluti, dictæque prouinciæ pacifico statui paternis affectibus prospicere cupientes, de fratrum nostrorum consilio hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt, quicumque de prouincia ipsa, vel aliunde in ea prouincia moram trahens, clericus vel laicus, famæ suæ prodigus, (ipsius ecclesiæ calcata reuerentia,) in hoc sceleris genus irrepserit, quod rectorem seu rectores, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolice præfuerint, vel ipsorum aliquem, aut eorum, vel alicuius ipsorum vicarium, aut iudicem, vel iudices, vel ipsius prouinciæ thesaurarium, aut locum tenentem eiusdem, (quod absit,) occiderit, aut ad offendendum illum vel illos insequutus extiterit, ceperit, captiuauerit, detinuerit, percusserit, aut etiam vulnerauerit, aut ipsorum aliquid, vel alias in locum, vbi moram traxerint, insultum fecerit, aut ipsum, vel ipsos obsederit, siue de suo regimine vel officio forsan expulerit, vel fugauerit, vel socius fuerit facientis, aut illum vel illos bonis aliquibus spoliauerit, vel prouinciæ, supra dictæ, alicuius ciuitatis, castri vel loci de prouincia ipsa populum, communitatem vel vniuersitatem, aut aliquos ex eis, vel quoslibet alios de prouincia ipsa directe vel indirecte, contra nos et præfatam ecclesiam, seu rectores, officiales et locum tenentes prædictos, vel ipsorum aliquem ad seditionem quomodolibet excitabit, ac rebellionem seu conspirationem per se, vel per alium, seu alios facere, vel procurare præsumserit, vel ad ea, siue ipsorum aliquod dederit auxilium, consilium, vel fauorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuscumque conditionis, ordinis, dignitatis aut status ecclesiastici vel mundani fuerit, etiamsi patriarchali vel archiepiscopali, seu episcopali, vel superiori præfulgeat dignitate, perpetuo sit infamis, vt nec ad testimonium vel alios actus legitimos admittatur. Sit intestabilis, vt nec testandi liberam habeat factionem, vel ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocetur. Nullus ei super quocumque negotio respondere, sed ipse aliis respondere teneatur. Nec quæuis caussæ ad audientiam perferantur illius. Nec valeant eius sententiæ vel processus. Nullus ei in quacumque caussa vel negotio patrocinium præstare præsumat. Nec ipse ad patrocinandum aliis admittatur. Instrumenta, confecta per eum, si forte officium tabellionatus exerceat, nullam habeant firmitatem, sed potius cum auctore damnato damnentur. Dignitatibus, officiis, et beneficiis ecclesiasticis, vel mundanis,

b *Hic potes videre tractatum D. Boerii, de seditiosis ciuibus. Et ego addo, quod isti, hic expressi, quia rebellauerant contra ipsum vicerectorem, positum a papa, contra quem committitur crimen læsæ maiestatis. c. In primis. in fin. C. 2. qu. 1. inciderunt in illud crimen Bart. in l. hostes. ff. de capt. et postl. reu. Cynus in l. si non conuitii. qu. 4. C. de iniur. neque isti quia facta fuerunt contra in contemtum papæ, possunt iniuriam remittere. arg. not. ibi per Cynum. Bont.*

qui

quæ obtinet, quæcumque sint, et quocumque nomine censeantur, sit eo ipso priuatus, ac inhabilis, et indignus ad ea, et quælibet alia in posterum obtinenda. Filii eius ad nullos honores ecclesiasticos, vel mundanos, ad nullas dignitates, vel beneficia ecclesiastica, aut officia publica, quomodolibet admittantur. Libertatibus et etiam immunitatibus realibus et personalibus, priuilegiis et indulgentiis quibuscumque, sub quacumque forma verborum ab apostolica sede concessis, extunc penitus careant. Vasalli et homines a iuramento fidelitatis, et alia quauis obligatione, quibus tenentur eidem, sint penitus absoluti. Feuda quoque iura, honores, ac officia, et alia quæcumque bona immobilia, quæ in dicta prouincia Marchiæ, et alibi, vbicumque a prædicta Romana obtinent ecclesia, sint eo ipso penitus confiscata. Aliis vero feudis, iuribus, honoribus, officiis, et bonis immobilibus, quæ a quibuscumque aliis tenent ecclesiis, sint eo ipso priuati, quæ sic ad easdem ecclesias libere reuertantur, quod de illis earum rectores pro sua voluntate disponant: mobilia vero bona ipsius concedimus fidelibus occupanda, illud nihilominus adiicientes nostræ huiusmodi sanctioni, vt sic delinquens excommunicationis sententiæ, vniuersitas vero, seu communitas, quæ deliquerit in prædictis, eiusque territorium et districtus, interdicto ecclesiastico subiaceant ipso facto. A qua quidem excommunicationis sententia nullus ab alio, quam a Romano pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi dumtaxat in mortis articulo a constitutus. Per hoc autem non adimimus sæcularibus potestatibus facultatem vtendi legibus contra talem, quas aduersus sic delinquentem catholici principes ediderunt. Dignum etenim est, vt, quos timor Dei a malo non reuocat, pœnarum moles, in eos exaggerata, compescat. Nulli, etc. nostræ functionis, et sanctionis insuper, etc. Datum Auenion. VIII. kal. Septembr. anno III.

TITVLVS XIII.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SVSPENSIONIS ET INTERDICTI.

CAP. VN.

Taxatio gratiarum sedis apostolicæ impetratarum, tam cum clausulis consuetis, quam non consuetis, hic continetur. Et, quot litteras, quotque dictiones linea complecti debeat, declaratur: ad paupertatem respectus habetur. Contra transgressores pœna suspensionis ab officio vsque ad sex menses, et quandoque priuationis imponitur, et vltra illam abbreuiatoribus sententiam excommunicationis papa comminatur.

Cum ad sacrosanctæ Rom. eccl. sinum, velut ad matris vbera, referta dulcedine, ac ad Romani pont. Christi vicarii successorisque Petri, clementiam, tamquam ad patris plenam prouidentiæ pietatem, orbis terrarum, et qui habitant in eo, gratiarum spe b adsidue confluant vniuersi; indignum credimus nostris fore temporibus, vt, quibus nos et ecclesia ipsa exuberamus in gratiis, deficiamus in donis: ne murmurandi inde præstetur occasio, vnde gratitudine necessitas aderat collaudandi, neue scriptura reddat onustum, quod liberalitas fecerat gratiosum. Qua de re circa litterarum nostrarum scripturas, registri quoque nostri, nec non abbreuiatorum Rom. curiæ notas, illam in taxando volumus moderationem apponi, qua personæ, quibus gratiæ huiusmodi conceduntur, se gratias ipsas ab apostolica sede liberaliter sentiant consequutas: ac litterarum ipsarum scriptoribus, registri etiam nostri, notarumque abbreuiatoribus ante dictis, qui interdum in eis etiam multo labore desudant, de suo labore congrue satisfiat. Ad tollendos igitur excessus, difficultates, circuitus et anfractus, qui possent ex variis litterarum apostolicarum taxationibus prouenire, sancimus, vt modus subscriptus in huiusmodi taxationibus obseruetur, videlicet quod littera gratiæ cum clausulis consuetis super canonicatu, et præbenda, et alio beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, etiamsi dignitas, officium, vel personatus existat, decem Turonen. grossis et non vltra taxetur; exsequutio vero eiusdem XII. Turonensibus et non vltra taxetur: et idem in similibus litteris beneficialibus gratiosis, puta super prioratu aliquo, administratione et huiusmodi, ac exsequutoriis earumdem seruari debebit. Si vero eisdem litteris gratiæ, et exsequutoriis earumdem, (vt supra,) aliquæ clausulæ, non communes, vel insolitæ apponantur: circa taxationem clausularum huiusmodi congrue poterit sic distingui, videlicet quod non habeatur consideratio in eisdem maioris vel minoris gratiæ eius, quod conceditur, nec quod ipsius fiant maiores vel pauciores fructus, reditus et prouentus, et ex hoc plus minusue taxetur, sed habeatur in taxando illa consideratio ad laborem, vt scilicet longior scriptura magis, et minus breuior æstimetur, hoc tamen circa huiusmodi clausulas apponendas addito moderamine in taxando, vt, si scripturæ clausulæ appositæ non faciat lineam, ne ipsa clausula litteræ taxationem augmentet. Si vero per se, vel aliam alias addita clausulis faciat lineam; in quarta parte Turonen. grossis taxetur: et sic pro quælibet linea huiusmodi additæ clausulæ in taxando quarta pars gross. Turon. addatur. Et si quid superfuerit, et minus linea: illud superfluum nec taxationem immutet. Lineam autem, quæ centum et quinquaginta litteras, seu XXV. continet dictiones, intelligi volumus in hoc casu. Et vt taxatio huiusmodi, (dum exempla ponuntur,) quodammodo procedat: inserta illa clausula: *Verum ne sub ea prætextu*, etc. quæ quatuor continet lineas, vno Turon. grosso taxetur. Illa etiam clausula: *Præbendam vero ac dignitatem, quæ cum acceptatione reseruat*: quæ quatuor et paullo plus continet lineas, vno Turon. grosso taxetur: et in similibus clausulis additis, secundum linearum numerum idem fiat. Eamdem taxationem cum moderamine, ante dicto, quoad præfatas litteras in registro nostro seruari volumus, cum fuerint registrandæ. Eamdem etiam taxationem, quoad præfatarum litterarum notas, scilicet gratiæ cum ante dicto numero abbreuiatores obseruent. De exsequutoriis vero huiusmodi gratiarum abbreuiatores ipsi, etiamsi clausulæ non communes vel insolitæ apponantur, eisdem, duos tantum recipiant Turonens. Hoc licet sic in taxatione prædictarum litterarum obseruari velimus: in forma tamen pauperum deferri volumus paupertati, et nostram taxationem in illa, videlicet octo Turon. gross. inuiolabiliter obseruari. Nam beatum fore virum, qui super pauperem et egenum intelligit, verbis propheticis c edocemur. Circa taxationem autem litterarum, quæ per audientiam transeunt, nihil ad præsens aliud duximus ordinandum, sed rationabilis modus obseruetur in illis, qui solitus est hactenus obseruari, maxime secundum taxationem litterarum ipsarum, quæ in libro prouinciali inuenitur esse conscripta. In quarum taxationibus litterarum ex caussis rationabilibus sustinemus, vt Turonens. gross. quamdiu scilicet Romana curia exstiterit citra montes, Romaninus succedat. Ceterum vbicumque de Turon. gross. in taxationibus prælibatis fit mentio: intelligi volumus, quamdiu curia fuerit citra montes. Si vero vltra montes, Romæ scilicet, vel in aliis locis, vel Italiæ partibus curia ipsa constiterit: in taxationibus ante dictis Romaninus pro Turonen. ponetur. Ad hæc prædictæ nostræ adiicimus sanctioni, vt, si forsan, (quod quandoque contingit,) eueniat, videlicet quod ex culpa, negligentia, vel defectu scriptoris, vel ex ignorantia, cæcitate, aut torpore desidiæ, vel ex occupatione, distractione, aut alia quauis occasione abbreuiatoris, qui notam, ex qua littera grossa procedit, inepte formauerat, eadem grossa litteris gratis fuerit rescribenda, hoc ipsi scriptori, vel illi, cuius littera huiusmodi fuerit rescribenda, non noceat, sed abbreuiatori debeat imputari, in tantum, vt eidem scriptori abbreuiator ipse satisfaciat integre, iuxta taxationem eiusdem grossæ litteræ rescribendæ. Ceterum vt prædicta, quæ a nobis pro vtilitate publica sunt instituta salubriter, eo diligentiores sui obseruatores inueniant, quo transgressores ipsorum maiori nouerint se pœna percelli: statuimus, vt præfati omnes et singuli, tam litterarum nostrarum, quam registri nostri scriptores, quam abbreuiatores notarum ipsarum, (quibus etiam abbreuiatoribus specialiter vltra infra scriptas pœnas, quatenus prædictas taxationes obseruent, sub excommunicationis pœna mandamus,) qui contra præmissa fecerint, plus scilicet præfatas nostras beneficiales litteras, vel notas ipsarum, vel earumdem in dicto registro scripturas taxando, exigendo vel recipiendo pro ipsis, quam superius sit taxatum, vsque ad semestre tempus officio, in quo sic deliquerint, sint eo ipso suspensi. Et si secundo deliquerint in eodem: ipso facto eodem officio, (quod, quantum in ipsis fuerat, maculare conati sunt,) perpetuo se priuatos agnoscant. Nulli ergo liceat, etc. Datum Auen. IV. Idus Decembr. pontificatus nostri anno I.

TITVLVS XIV.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

CAP. I.

(Ann. 1321. Auenioni.)

Cum fratres Minores indumentis vilibus secundum eorum regulam debeant indui: de qua vilitate sit intelligendum, hoc relinquit iudicio superiorum, præcipiens sub pœna excommunicationis illis obediri, et reprehendens fratres, qui pro arbitrio suo habitus curtos, strictos, et nouitatis plenos portabant, qui transgressores regulæ non dicentur, si in hoc superioribus obsequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda sint granaria et cellaria pro necessariis ad victum colligendis. Tandem fratres ipsos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati et castitati esse præferendam. H. d. et est valde notabilis. Concord. c. *Exiit, qui seminat.* eod. tit. lib. 6. et Clem. *Exiui de paradiso.* eod. tit.

Quorumdam exigit cæcæ scrupulositatis ambiguum, ac ipsorum quodammodo indocta scientia, (ne dicamus, quod irreligiosa horum sit vana, et in hoc superstitiosa religio,) vt, dum suis maeult temere sub conscientiæ velamento conceptibus, quam prælatorum ordinis sui cum obedientiæ merito prouide inhærere sententiis, nos post prædecessorum nostrorum, et præsertim felicis recordationis

a *Quia in mortis articulo nulla est casuum reseruatio. vide conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.* b *Vide Innoc. VIII. in regul. 66. vbi dicit, quod camera apost. est mater pecuniarum. Vide eumdem in regul. 46.*

c *Psalm. 40.*

Nicolai IV. ac piæ memoriæ Clementis V. Romanorum pontificum, super intellectu et obseruantia regulæ ordinis fratrum Minorum, declarationes salubriter editas, solidas quidem et claras, et lucidas multaque maturitate digestas, nostras, Domino fauente, indubias ipsorum prædecessorum declarationibus declarationes adiungamus; sicque dies a diei eructet verbum, et nox nocti scientiam manifestet: ne peritiam paucorum dicti ordinis fratrum, (quod absit,) inscitia, recte ipsarum declarationum verba conuertens in deuium, illasque suis eis profectu contraria accommodans sensibus, ingrata Deo, superioribus contumax, præfatu ordini detrahens, odiosa confratribus, visionem scindens, si valeat, reddatur, ac graue in populo scandalum edlatura. Quin potius, (vt nostra vehementer flagitat intentio,) ante dictis profligatis incommodis, hæc sancta Minorum fratrum religio, ad quam iam dudum, (cum minor nos gradus haberet,) dilectionis et deuotionis feruor incanduit, nunc vero post susceptum a nobis apostolicæ seruitutis iugum, ad illius religionis gubernationem, protectionem, defensionemque interius exteriusque propitiam pastoralis curæ sollicitudo nos angit, paternæ cogit prouidentiæ debitum, ac internæ caritatis zelus accendit, quiete pace gaudeat, sancto proficiat otio, in numero ac merito, quam plurimum augeatur, blandeque in redeuntium filiorum suæ scilicet professionis ruat oscula, mactet vitulum, eorumque liberis, et sedula corruat in amplexus. Profecto, cum ipsius religionis odor trahit, caritas attrahat, scientia lucidet, oratu mereatur, quæ in conualle lacrimarum, huius scilicet mundi miseria, vel cordis contritione et humiliatione purissima adscensiones in corde suo disposuit, vt non solum in virtutem de virtute proficiat, sed in eisdem virtutibus permanens, quasi quibusdam harum ad perfectionem tendentibus gradibus, de die in diem facta se melior adscendat in altius, terrena despiciat, ac cœlestia complectatur: sicque tandem diuino numine collocata in patria, tanto Deum secundum huius sanctæ adscensionis gradus cognoscat apertius, quanto nunc in huius peregrinationis angustiis illos conscenderit altiores. Nam secundum David, prophetam eximium, dum sanctam ecclesiam Deus suscipiet, in eius gradibus dignoscetur. Quapropter tantis incommodis, tantisque eiusdem ordinis excitati periculis, ac ad illa salubribus et opportunis per eiusdem sedis prouidentiam circumspectam adhibendis submerenda remediis, nostræ sollicitudinis studium conuertentes ad Dei laudem, beati Francisci præconium, eiusque præfati ordinis pacem, consolationemque fidelium, nec non minus cautis, minusque habentibus inobediendi vel euagandi occasionis subducendam materiam, ad trepidandum, vbi timor non aderet, scrupulosam caliginem detergendam, eosque suauiter deducendos, vt filios ad ipsius religionis gremium velut matris, diligenti super his perscrutatione et matura deliberatione præhabitis, de fratrum nostrorum consilio, infra scriptas declarationes, commissiones, ordinationes, et præcepta, quæ inferius inferuntur, duximus adiungenda. In primis cum dicatur in regula, quod illi, qui promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, et aliam sine caputio, qui habere voluerint. Item, quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur, et super prædictorum verborum sensu e præfatis prædecessoribus nostris, Nicolao et Clemente, declarationes, (vt præmittitur,) limpidæ emanarunt; dictusque Clemens huius vilitatis iudicium ministris, custodibus, seu Gardianis, ordinis prædicti duxerit committendum, eorum super hoc conscientias onerando: nec ab hoc in quibusdam ex fratribus ante dicti ordinis, volentibus plus sapere, quam oportet sapere, nouarum adinuentiones ambiguitatum cessauere quam plurimæ, vel non omnino nunc vetustarum explicatio quæstionum, tam videlicet super longitudine et latitudine, quam grossitie et subtilitate, formæ et figura vestimentorum ipsorum. Quin immo adeo huiusmodi adinuentiones et quæstiones propriæ excreuere licentia, vt ex eisdem fratribus aliqui habitus propterea curtos, strictos, insolitos et squalidos, nouitate plenos, ac dissidii non ignaros, cum a communitate ordinis discreparent, adsumerent, nec eos ad ministrorum, custodum, Gardianorum eorundem mandatum requisiti deponerent, nec alios, prout eiusdem ordinis communitas deferebat habitus, iuxta eorundem ministrorum, custodum, et Gardianorum arbitrium ducerent resumendos, dicentes, in hoc eorundem prælatorum suorum non parendum fore arbitrio: cum et suum sic despectum regularem et conformem adseuerent, ceterorum vero superfluum habitum irregularemque censerent, nec huic eorum opinioni præfati Clementis declarationem sæpius repetitam obesse. Nam licet ministris, custodibus et gardianis præfatis vestium vilitatis detur in illa iudicium; tamen inibi consequenter adiungitur: *ita tamen, quod vilitatem in vestibus seruent*: præsertim cum et in declaratione prædicti Nicolai dicatur, quod semper in eisdem fratribus et eorum actibus paupertas sancta relucescat, prout ipsa ex eorum regula inuenitur indicta, ac constitutionibus eiusdem ordinis generalibus caueatur, (vt adserunt,) quod in omnibus, quæ ad habitum fratrum spectant, reluceant semper asperitas, vilitas et paupertas. Vnde cum nec paupertatis, vel vilitatis oblatæ per ministros, custodes, et gardianos vestes existerent; nec ipsorum superiorum ordinis sui in deponendo vestes, quas gererent, nec in reassumendo, quas deferent, sequi iudicium vlleterius tenebantur b, generali ministro et ceteris fratribus, qui pro communitate eiusdem ordinis ederant suis rationibus, (quas breuitatis caussa omittimus,) contrarium adserentibus ex aduerso: prout hæc et aliæ hinc inde coram nobis et eisdem fratribus nostris scripto lecta, verboque fuere proposita, ac etiam coram aliquibus ex fratribus nostris prædictis, super hoc deputatis a nobis, præsertim per aliquos ex fratribus dicti ordinis, qui in prædictis communitatibus aduersabantur eisdem, fuerunt pluries repetita. Quocirca nos, seriosius rationibus prædictis auditis et aliis, illisque plenius intellectis, volentes perpetuum præfato finem dare negotio de prædictorum fratrum nostrorum consilio declaramus et dicimus, quod, cum, (sicut prætangitur,) dicatur in regula, quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur, et cum vilitatem huiusmodi vestium, tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam præfatus Clemens intelligi debere decreuerit, quæ secundum consuetudinem vel conditionem patriæ debeat, quantum ad colorem panni et pretium, vilitas merito reputari, atque consequenter huius vilitatis iudicium ministris, custodibus, seu gardianis prædictis, (ipsorum super hoc conscientias onerando c,) duxerit committendum, prout in eiusdem Clementis litteris, super hoc confectis, plenius continetur, in eorundem ministrorum, custodum, seu gardianorum eodem modo iudicio est relictum. Nosque nihilominus præfatorum ministrorum, custodum et gardianorum iudicio præsentium auctoritate committimus, determinare videlicet, arbitrari atque præcipere, cuius longitudinis et latitudinis, grossitiei et subtilitatis, formæ siue figuræ, atque similium accidentium esse debeant tam habitus ipsorumque caputia, quam interiores tunicæ, quibus fratres omnes Minores dicti ordinis induuntur, ac insuper cuius quantæque vilitatis indui eos ipsis vestimentis oporteat, et an in vestimentis huiusmodi secundum regulam et declarationes eorundem prædecessorum nostrorum, et præfatas ordinis constitutiones, relucent asperitas, vilitas et paupertas: vtrumne, quantum ad colorem, vilitatem, paupertatem quoque, ac cetera d accidentia supra dicta fratres vestimentis induantur, vt debent. Super quibus eorundem ministrorum, custodum et gardianorum conscientias oneramus, statuentes et districte præcipiendo mandantes, quod in prædictis et his similibus eorum arbitrium, determinationem siue iudicium, generalis quidem in totius ordinis, prouincialium vero in prouinciarum ministrorum et custodum, et gardianorum administrationibus, custodiis ac gardianiis, siue consimilibus ordinis memorati commissis eisdem fratres omnes et singuli sequi omnimode, illisque parere per omnia teneantur. Ac insuper quod illorum sequendo arbitrium, determinationem siue iudicium, illisque parendo, nec sint, nec dici possint vel debeant, nec ipsi se ipsos autument suæ regulæ vel constitutionum sui ordinis transgressores, maxime cum nec expressa vel determinata in prædicta fratrum Minorum dicatur regula vel declarationibus ante dictis, quantæ longitudinis, quantæ latitudinis, quantæ grossitiei vel subtilitatis, qualis formæ, qualisue figuræ huiusmodi debeant esse vestes, sicut nec qualis quantæque vilitatis eas esse oporteat, exprimitur in eadem: sicque quodammodo, eadem vrgente necessitate, æquitate non imperii, vero sensu, verbque id regulæ suadentibus intellectu, eiusdem Clementis inhærentes vestigiis, præfatorum ministrorum, custodum, et gardianorum in prædictis, horumque similibus fore iudicium, declarare compellimur, illaque eis, (vt prædicitur,) committere inuitamur. Non enim particularium omnium certa potest dari scientia, neque eorum, (cum infinita sint,) contingit fieri disciplinam, non ars, non regula circumstantias singulas, accidentiaque cuncta complectitur. Habent in illis minores maioribus obsequi, illisque intendere, non in certis solum, verum etiam in dubiis: et in certis præsunt artibus, quibus obediant, præsunt regulis singulis, quibus obtemperent disciplinis, vt illarum finis egregius debitis obsequentium ministeriis subsequatur. Sic iudicans cuncta rimatur et discutit, leges casibus applicat, canonum decreta secernit. Sic morbis aggrauatus medicum, sic virtus, constans in medio, sapientem prudentemque deposcit: ne, si quisque regeret, vt appetit, confestim corruet, vt non quærit, neque taliter conuiuentibus non ordo, sed horror inhabitet, adsit, (quod absit,) discordia, religans religio relegetur. Sententiæ namque variantur, vt capita, et crescit in stolidis opinionibus phantasiæ. Eodem modo, eisdemque quodammodo rationibus inuitati, cum præfatorum ministrorum, vel custodum sub certa forma, simul scilicet et separatim in suis administrationibus et custodiis, cum e gardiani et duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum et antiquorum in ordine fratrum consilio et adsensu, præfatus Clemens iudicio duxerit relinquendum, an sit multum credibile ex iam expertis, quod fratres ipsi absque granariis et cellariis non possint vitæ necessa-

a *Psalm.* 18.

b *Vide l. si vero. §. de viro. in 7 fallentia. ff. sol. mat. et l. 2. C. de natal. oll. Bart. in l. omnes. § qu. principali ff. de iust. et iur. Panorm. c. solitæ 1 coll. de maioritate et obed. Fom.* c *Vide hic, quæ ego notaui in c. statutum. in §. adsessorem, super gl. relinquat. de rescr. l. 6. Fom.* d *Noto hic expresse, quod, cui competit cognoscere de principali, competit etiam cognoscere de iis, quæ consequenter ... Vide gloss. fin. post ... in extrauag. ad conditorem. Ioan.* e *l. ... l. 1. § ... plures ff. de offic. Ioann. Andr. et post eum ... in re. ... de reg. iur. libr. 6. Et de materia huius text. est gl. ...*

necessaria inuenire, quo casu granaria et cellaria, congregationes et conseruationes huiusmodi eis ipse concessit, prout in prædictis eiusdem Clementis litteris plenius continetur, nos de prædictorum fratrum nostrorum consilio eorumdem ministrorum et custodum sub eadem forma iudicio præsentium auctoritate committimus, determinare videlicet, arbitrari atque præcipere eo casu, qualiter, vbi, et quando, et quoties granum, panem et vinum pro vitæ fratrum necessarius, fratres ipsi quærere debeant, conseruare siue reponere, etiamsi reponenda sint in prædictis granariis et cellariis conseruanda, statuentes et districte præcipiendo mandantes, quod in prædictis et his similibus eorumdem arbitrium, determinationem siue iudicium generalis quidem in totius, prouincialium vero in prouinciarum, ministrorum ac custodum simul et separatim administrationibus et custodiis ordinis memorati, commissis eisdem, cum gardiani tamen, (vt supra prædicitur,) et duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum et antiquorum in ordine fratrum consilio et adsensu, fratres omnes et singuli obsequi omnimode, illisque parere per omnia teneantur, se insuper quod illorum sequendo arbitrium, determinationem siue iudicium, illisque parendo, nec dici possint vel debeant, neque ipsi se ipsos autument suæ regulæ vel constitutionum sui ordinis transgressores. Ideoque omnes et singulos fratres ante dicti ordinis Minorum, qui strictos, curtos et difformes habitus ab ipsius generalis ministri, et aliorum de dicta communitate habitu coram nobis et fratribus nostris, et alus in Romana curia detulerunt, vel deferunt, monemus et hortamur in Domino, eis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ et sub excommunicationis pœna per apostolica scripta mandantes, quatenus ad mandatum ipsius generalis deponant, quos deferunt habitus, et aliis iuxta eiusdem generalis arbitrium, determinationem siue iudicium, (vt supra prædicitur,) induantur, ipsique generali in omnibus istis et aliis, et per omnia secundum beati Francisci regulam et prædictas prædecessorum nostrorum declarationes, concessiones, et commissiones, in ipsis declarationibus comprehensas, at nostras, contentas in præsentibus, humiliter obediant, pareant et intendant, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, indulgentiis, litteris, libertatibus, immunitatibus, vel exemtionibus, eis, vel alicui ipsorum a præfato Clemente concessis, vel appellationibus, ab eis vel ipsorum aliquo ad sedem apost. interiectis, quæ, (in quantum possent derogare præsentibus,) viribus vacuamus. Religio namque perimitur, si a meritoria subditi obedientia subtrahantur. Magna quidem paupertas, sed maior integritas: bonum est obedientia maximum, si custodiatur illæsa. Nam prima rebus, secunda carni, tertia vero menti dominatur et animo, quos velut effrenes et liberos ditioni alterius, humilis iugo propriæ voluntatis adstringit. Ad hanc itaque fratres prædicti non inuiti, sed sponte redeant; hanc velint et appetant; hanc magnis desideriis concupiscant, illudque votis Canticorum a ingeminent: *osculetur me osculo oris sui*, caritatis vtique et dilectionis, religionis huius obedientia sancta purificans. Nam meliora sunt vbera tua, præceptorum siquidem et consiliorum quædam nutrientia pocula, vino, vnguentis optimis, scilicet bonæ famæ fragrantia suauitatis odorem. Nec formident hi ad obedientiam ordinis Deo auctore, dum redeunt. Nam prælatos suos, (vt firmiter speramus, aisque iniunginius,) sibi benignos et mites inuenient, ceteros dulces atque palpabiles, cum sint et esse debeant omnes et singuli fratres in Christo, et clamitent: quis mihi det te fratrem meum, communi scilicet patre beato Francisco congenitum, sugentem vbera matris meæ, religionis vtique et professionis eius velut matris contemplationis et dilectionis suauia et dulcia pocula, vt inueniam te foris ab eiusdem obseruantiis quodammodo dispatem, et deosculer blande, videlicet intra caritatis viscera te complexus: et iam me, immo et te nemo despiciat, profecto, quos foris positos mihi, ac si diuisos et desides, forsitan despexerant, intus, puta intra dilectionis internæ præcordia et conformis obseruantiæ claustra repositos, iam nemo despiciat, sed suscipientes eosdem dulcedine quisque digne laudibus afferet, et susceptos. Nulli ergo, etc.

CAP. II.

Præmisso, qualiter glossantes decretalem: Exiit qui seminat. *eod. tit. libr. 6. excommunicationem ipso facto, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, incurrunt, illam excommunicationem vsque ad sedis apostol. beneplacitum suspendit: et per istam suspensionem contra fratres Minores obloquendi non intendit tribuere occasionem.*

Quia nonnumquam, quod coniectura profuturum credidit, subsequens experientia nociturum ostendit: non debet reprehensibile iudicari, si canonum conditor canones, a se vel suis prædecessoribus editos, vel aliqua, in eisdem contenta canonibus, reuocare, modificare vel suspendere studeat b, si ea obesse potius viderit, quam prodesse. Sane, dudum felicis record. Nicolaus papa quartus, prædecessor noster, quamdam constitutionem declaratiuam, quæ incipit: *Exiit.* super regula dilectorum filiorum, fratrum ordinis Minorum, quam beatus Franciscus, almus confessor, instituit, promulgauit, sub certis pœnis arctius interdicens, ne concordantiæ, contrarietates, seu aduersæ vel diuersæ opiniones ab ipsius constitutionis lectoribus seu expositoribus aliquatenus inducantur, nec super constitutione glossæ fiant ab aliquibus, nisi forsan, per quas verbum, vel sensus ipsius, vel ipsa constitutio quasi grammaticaliter et ad litteram exponatur, nec intellectus ipsius per legentem distorqueatur ad aliud, quam constitutionis eiusdem littera ipsa sonat: glossantes autem in scriptis constitutionem eamdem aliter, quam superius est expressum, facientes quoque commenta, scripturas seu libros, et ex certa scientia et deliberatione determinantes in scholis, seu prædicantes contra contenta in constitutione prædicta, vel aliqua seu aliquod prædictorum, (non obstantibus aliquibus priuilegiis seu indulgentiis aut litteris apostolicis, quibuscumque personis, dignitatibus, ordinibus, aut locis religiosis vel sæcularibus generaliter vel singulariter sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, quæ noluit aliquibus in prædictis quomodolibet suffragari,) ipso facto excommunicationis sententiæ voluit subiacere. Nos autem, attendentes, quod argumentis frequenter et collationibus latens veritas aperitur c, quodque sub eadem littera sæpe latet multiplex intellectus, nec non esse difficile, volentibus constitutionem prædictam perfecte legere ac intelligere, pœnas, adiectas in constitutione huiusmodi, deuitare, viam veritatis aperire volentes, et periculis, quæ ex prædictis possent litteratæ personæ præcipue scholasticæ incurrere, salubriter obuiare, præsertim cum de nouo subortæ sint aliqua dubia, circa quæ posset periclitari veritas, et erroribus via pandi, nisi liceret conferre super contentis in constitutione huiusmodi et disputare, prohibitiones et pœnas prædictas, tam latas, quam comminatas et earum adfectus, in fratrum nostrorum ac multorum archiepiscoporum, episcoporum, at aliorum prælatorum, nec non multorum professorum vtriusque iuris, et multorum sacræ theologiæ magistrorum præsentia, dum consistorium teneremus, auctoritate apostolica duximus vsque ad sedis apostolicæ beneplacitum suspendendas. Per suspensionem autem huiusmodi nequaquam licentiam cuiquam intendimus impertiri, quod contra fratrum regulam prædictorum dogmatizare, scribere, seu determinare, prædicare seu praua loqui liceat publice vel occulte: quin immo hæc omnibus et singulis auctoritate prædicta districtius inhibemus. Ne autem in posterum præmissarum prohibitionum et pœnarum suspensio in dubium reuocari valeat, aut alicui propter defectum probationis impingi, quod velut transgressor prohibitionum ipsarum in pœnam seu pœnas inciderit, ante dictas: nos, volentes super hoc de opportuno remedio prouidere, chartas seu membranas, suspensionem continentes eamdem, appendi seu adfigi in maioris ecclesiæ Auenion. ostiis, seu superliminaribus fecimus, quæ suspensionem prædictam suo quasi sonoro præconio et patenti iudicio publicabunt. Dat. Auen. VII. kal. April. anno VI.

CAP. III.

Dominium rerum, quæ perueniebant ad fratres Minores, retentum ab ecclesia Romana, simplici vsu facti, fratribus ipsis reseruato in c. Exiit, qui seminat. *eod. tit. libr. 6. summus pontifex refutat, multiplici ratione probans, eos non posse habere in re aliqua simplicem vsum facti: et statuit, quod de cetero nullum ius nullumque dominium habeat ecclesia Romana in huiusmodi rebus, quæ in posterum conferentur vel offerentur ipsis fratribus. Hæc extrauagans est multum iuridica, et subtilis in plerisque locis, præsertim vbi probat, vsum simplicem non posse constitui in rebus, vsu consumtibilibus.*

Ad conditorem canonum non est dubium pertinere, cum statuta, a se vel prædecessoribus suis edita obesse percipit potius, quam prodesse, ne vlterius obesse valeant, prouidere. Dudum siquidem felicis record. Nicolaus quartus, prædecessor noster, attente prospiciens in almi confessoris, beati videlicet Francisci, regula contineri, quod nihil sibi approprient, neque domum, neque locum, neque rem aliquam aliam sui ordinis professores, ac considerans diligenter, quod per piæ recordationis Gregorii papæ IX et nonnullos alios prædecessores eiusdem fuerat declaratum, hoc debere seruari, tam in speciali, quam in communi, nec non et consideranter attendens, nonnullos fratribus ipsis detrahere, impingentes eisdem, quod regulam et declarationes huiusmodi non obseruabant, pieque considerans, ora contra præmissos fratres oblatrantium claudere, ac professorum ipsorum conscientiis prouidere, inter alia ordinauit et sanxit, omnium vtensilium et librorum, rerumque mobilium, et præsentium, at etiam futurarum, ecclesiarum quoque et oratoriorum ac cœmeteriorum tam præsentium, quam etiam futurorum, nec non et aliarum eriarum, et eleemosynis diuinis oblatarum seu concessarum dictis fratribus, (in quibus tamen offerentes seu concedentes ipsa nihil in ipsis sibi ducerent reseruandum,) proprietatem et dominium plene ac libere ad se et Romanam ecclesiam pertinere, ipsa in se recipiens, ac ante dictam ecclesiam, simplici vsu facti dumtaxat in rebus et bonis huiusmodi reseruato fratribus ante dictis. Et quia nonnumquam libros, et alia mobilia supra dicta vendi expedit, seu etiam commutari: fratribus

a *Cant.* 1. b *Vide, quæ notaui in cap. alma mater. de sent. excomm. l. 6. Font.*

c *De vtilitate disputationis omnino vide sequentem epistolam Ioannis de Neniam. in princ. Font.*

ipsis in eadem ordinatione concessit, vt res ipsas cum rebus aliis, quarum vsum habere licet ipsis fratribus, (dummodo generalis, et prouincialium ministrorum coniunctim vel diuisim auctoritas intercederet,) possint libere commutare. Sed et quia fratribus ipsis pecuniam per se vel per alium recipere ipsorum regula districtius interdicit: voluit et concessit, quod, si vendi contingeret res mobiles ante dictas pretio æstimato, quod huiusmodi pretium per procuratorem deberet recipi, a præfata sede, vel cardinali, gubernatore eiusdem ordinis, deputandum, per procuratorem eumdem in rem licitam, cuius vsus esset permissus eiusdem ordinis fratribus, expendendum, hoc adiecto, quod possent de vilibus rebus mobilibus, vel parum valentibus fratres ipsi pietatis seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta caussa, et rationabili, (obtenta tamen super hoc superiorum suorum licentia,) intra vel extra dictum ordinem ordinare. Quamquam autem pia consideratione motus prædecessor noster ordinauit, supra dicta illa dicto ordini existimans profutura: ipsa tamen attento modo vtendi fratrum ipsorum ac dictæ ecclesiæ subsequuta patientia circa ipsum non profuisse, sed potius tam ipsis fratribus, quam multis aliis, obfuisse, subsequens magistra rerum experientia noscitur declarasse. Ipsis quidem fratribus, quantum ad statum perfectionis, nequaquam profuit reseruatio dominii supra dicta. Cum enim perfectio vitæ Christianæ, principaliter, et essentialiter in caritate consistat, quæ ab apostolo perfectionis vinculum dicitur, et quæ vnit seu iungit aliqualiter in via hominem suo fini, ad quam per contemtum bonorum temporalium, et ipsorum expropriationem via disponitur, per hoc præcipue, quod sollicitudo, quam temporalia in adquirendo, conseruando, et dispensando exigunt, quæ plerumque ab actu caritatis retrahit, amputetur: restat, quod, si sollicitudo eadem post expropriationem huiusmodi, quæ ante ipsam inerat, perseueret, ad perfectionem huiusmodi talis expropriatio valeat nihil conferre. Constat autem, quod post ordinationem prædictam non fuerint in adquirendis ac conseruandis bonis prædictis in iudicio et extra minus solliciti, quam ante illam fuerant fratres ipsi: quamquam sint religiosi mendicantes alii, habentes aliqua in communi. Adhuc nec vtique profuit dictis fratribus ordinatio supra dicta, quantum ad hoc, quod propter carentiam talis proprii se pauperiores dicere valeant, quam si res ipsas cum illo, (quo carere se dicunt,) dominio obtinerent. Licet etiam prædecessor noster prædictus dominium earum rerum, quæ ipsis fratribus offerri seu conferri, aut alias obuenire contigerit; quarum tamen vsum facti dumtaxat habere licet ordini, vel fratribus ante dictis, (vsu facti simplici prædictis fratribus reseruato,) in se Romanamque ecclesiam recipiendum duxerit, ac libere pertinere decreuerit, vt superius est expressum: attento tamen ipsorum fratrum vtendi modo, et eius effectu, ac patientia circa modum ipsum Romanæ ecclesiæ subsequuta, non ipse vsus fratrum dici debet, sed potius Romanæ ecclesiæ dominium esse simplex. Quis enim simplicem vsuarium dicere poterit, cui rem vsuariam licet permutare, vendere ac donare? Procul dubio hæc naturæ repugnare noscuntur, nec ad vsuarium pertinere, quæ tamen de rebus mobilibus ante dictis faciunt fratres ipsi. Quod autem dominium Romanæ ecclesiæ reseruatum simplex censeri debeat, ex hoc patet, quod ex illo nullum eidem ecclesiæ temporale obuenit hactenus commodum, nec speretur, quod obuenire debeat in futurum; cum nec intentio reseruantis, nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcumque alium, quam ad fratres dictarum rerum perueniret compendium: quod procul dubio modus vtendi fratrum ipsorum, et Romanæ ecclesiæ subsequuta patientia euidenter declarauit. Et quod talis intentio fuerit ordinantis, et ex hoc patet, quod illarum rerum sibi, et ecclesiæ Romanæ dominium dumtaxat retinuit, quarum vsum facti liceret habere ordini, vel fratribus ante dictis. Talis autem dominii carentia re in præsenti, ac spe in futurum omni modo denudati, quoad paupertatem temporalem, quam altiorem, (præ mendicantibus aliis, in communi habentibus,) sibi vindicant dicti fratres, pauperiorem non efficit non habentem. Quod autem a quoad res, quæ vsu consumuntur, non sint censendi vsuarii fratres ipsi, ex sequentibus liquet satis. Dicere siquidem, quod in talibus rebus vsus iuris vel facti, separatus a proprietate rei seu dominio, possit constitui, repugnat iuri, et obuiat rationi: nec prædecessoris nostri prædicti fuisse videtur intentio, Romanæ ecclesiæ talium bonorum dominium reseruare. Quis enim sanæ mentis credere poterit, quod intentio fuerit tanti patris, vnius oui, seu casei, aut frusti panis, et aliorum, vsu consumtibilium, quæ sæpe fratribus ipsis ad consumendum e vestigio conferuntur, dominium Romanæ ecclesiæ, et vsum fratribus retinere? Profecto probabile non videtur: præsertim cum illorum bonorum dumtaxat dominium præfatæ ecclesiæ reseruauerit, quorum simplex vsus facti pertinere potest ad fratres dicti ordinis. Quod nequaquam potest in rebus, vsu consumtibilibus, reperiri, in quibus nec ius vtendi, nec vsus facti, separate a rei proprietate seu dominio, possunt constitui vel haberi. Et quod de talibus rebus non intellexerit, euidenter ostendit, dum respondet legi, dicenti, non posse vsumfructum a dominio perpetuo separari: ne dominium dominis, semper abscedente vsu, inutile redderetur. Quæ quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes vnum vsus rei, et penes alium dominium possit, (licet inutile,) remanere; quod nequaquam in rebus, vsu consumtibilibus, potest esse: cum in illis per vsum vel abusum vsuarii substantia talis rei esse desinat, et per consequens proprietas etiam inutilis non subsistat. Cum enim vsusfructus, prout est in re constitutus, qui seruitus dicitur personalis, et pro quo reales competunt actiones, nihil sit aliud, quam ius vtendi, nec vsus, qui etiam personalis est seruitus, sit aliud, quam ius tantum vtendi rebus alienis, salua rei substantia, id est, ius percipiendi fructus et vtilitatem aliam in totum, vel pro parte suo nomine, qui possunt ex re, in qua vsusfructus seu vsus constituitur, prouenire, propter quod proprietas reputatur inutilis, a qua perpetuo abscedit vsusfructus, seu vsus constitutus rebus, ex quibus ipsis stantibus vsufructuario seu vsuario nulla possit vtilitas prouenire: patet, quod ad hoc, quod talis vsusfructus, vel vsus in re aliqua constitui valeat, requiritur, quod ex re illa possit fructus, vel vtilitas, (salua ipsius rei substantia,) ad fructuarium vel vsuarium peruenire. Quodsi nulla ad ipsos posset ex re ipsa vtilitas, (salua rei substantia,) peruenire, quales res constat esse, vsu consumtibiles: nequaquam posset in rebus ipsis cuiquam vsusfructus vel vsus constitui, vel a quoquam haberi. Adhuc nec ius vtendi, quod nec est ius in re, nec seruitus personalis, sed mere ius personale, pro quo reales actiones non competunt, in rebus talibus, vel rebus ipsis vtendi potest constitui vel haberi; cum et ius tale exigat, quod ex re ipsa, quæ ad vtendum conceditur, tali modo ad vsuarium peruenire posset vtilitas aliqua, ac cum vsu permanere vsuarii, substantia salua rei: quod nequaquam potest, (sicut ad sensum potest percipi,) in rebus, vsu consumtibilibus, reperiri. Rursus nec simplex vsus, qui nec est seruitus, nec pro illo competit ius vtendi, in talibus rebus potest constitui vel haberi. Cum enim vti re aliqua, nihil sit aliud proprie, quam fructus rei siue vtilitatem aliam in solidum vel pro parte recipere, qui ex ea possunt, (salua rei substantia,) prouenire; restat, quod re illa vti quis nequeat, ex qua, (eius salua substantia,) nulla sibi prouenire potest vtilitas, quales res, vsu consumtibiles, esse constat. Ex quibus patet, quod nec vsus, qui est seruitus personalis, nec ius vtendi, quod non est seruitus, sed mere ius personale, nec actus ipse vtendi sine iure aliquo possunt in rebus, vsu consumtibilibus, constitui, vel haberi; cum quodlibet præmissorum exigat, quod ex re ipsa, (salua rei substantia,) possit habenti ius vtendi, seu vtenti ex re ipsa vtilitas aliqua prouenire: quod vtique in rebus nequit, vsu consumtibilibus, reperiri. Nec obuiat supra dictis, quod idem prædecessor noster in ordinatione prædicta etiam illorum, quæ ad vitæ sustentationem pertinent, sibi et Romanæ ecclesiæ dominium reseruarit. Hoc enim de rebus illis dumtaxat debet intelligi, quæ vsu non sunt consumtibiles, sine quibus humana vita non est sustentabilis, quæ vtique non sunt pauca. Licet autem in rebus, vsu consumtibilibus, nec ius vtendi, nec ipsum vti possit constitui vel haberi: ipsis tamen poterit ius abuti. Abuti autem, (dum tractatur de rebus, vsu consumtibilibus,) pro rei consumtione sumitur, quod ei opponitur, quod est vti. Vti quidem præsupponit, quod cum vsu, salua rei substantia, maneat; sed abuti exigit, quod cum actu huiusmodi rei substantia consumatur: cum abuti nihil aliud, quam contra naturam vsus vti in hac materia proprie possit dici. Licet autem quis re vsibili 10) absque iure vtendi aliquo vti possit; ipsum tamen vti etiam in re tali absque iure vtendi, separato a dominio vel coniuncto, nec ab aliquo potest constitui, nec a quoquam haberi. Et, quod talis vsus constitui nequeat, ex hoc patet, quod dare vel constituere, quod suum non est, nec ad se pertinet, nemo potest: licet interdum illud dare possit alter, quam sit suum. Actus autem ipse vtendi ad vtendum pertinet, in quantum quis suorum actuum per liberum arbitrium et voluntatem dominus dicitur: cum per hoc illos non exercere valeat, vel etiam exercere. Non autem actus ipse vtendi ad eum pertinet, qui concedit alii, quod in re sua actum illum valeat exercere. Quod vtique nihil est aliud, quam quod actum suum ad rem concedentis ad actum suum vtens valeat applicare. Sicut, qui equum suum alicui commodat, non actum equitandi concedit commodatario, sed quod actum illum in equo suo valeat exercere. Quod non est vtique actum vtendi simplicem concedere siue iure; cum hæc concedere nihil sit aliud, quam concedere ius vtendi: quod quidem ius vtendi, separatum a proprietate seu dominio in rebus, quæ vsu consumuntur, nequit constitui, vt patet manifestius ex prædictis. Præterea quod simplex vsus, id est, sine iure vtendi, a proprietate seu dominio separatus, etiam in re vsibili haberi nequeat, sic probatur. Si enim posset haberi vsus talis: aut 11) ante actum ipsum, aut in ipso actu, aut post completum actum huiusmodi haberetur. Quod autem hoc nequeat fieri, ex hoc patet: quod non est, nequaquam haberi potest. Patet autem, quod actus ipse, antequam exerceatur, aut etiam dum exercetur, aut postquam perfectus est, in rerum na-

a *Vide gloss. positam in Clem. exiui. §. proinde. ver. solutio. videtur dicendum.*

10) *Vsibili*, ed. ant. L. et Pith. per tot.

11) *Cur*, ed. Pith.

tura

turæ non est: ex quo sequitur, quod haberi minime potest. Licet enim et ante actum ipsum quis facultatem illam habeat exercendi: per hoc tamen actus ipse in rerum natura, nisi in potentia, non existit. Cum autem actus est in fieri; nec adhuc, quod ipse actus in rerum natura sit, potest dici: licet pro eo, quod fit in fieri, dici possit. Quod enim de actu, qui est in fieri, præteriit, vel futurum est; iam non est in rerum natura, sed in memoria vel apprehensione tantum est: quare, nisi, prout in memoria vel apprehensione tantum est, haberi nequaquam potest. Quod autem in præsenti fit, momentaneum vel instantaneum est, quod vtique magis intellectu quam sensu percipi potest. Vnde nec potest haberi pro nunc, nisi pro momento illo seu instanti: in quo cum fit, potest dici actum post actum completum. Licet, si ex facto ipso producta res aliqua fuerit, res ipsa aliqua facta haberi valeat: factum tamen ipsum, quod iam transit, nisi in memoria, (prout supra dictum est,) non habetur. Præterea si simplex vsus absque iure vtendi haberi possit ab aliquo; constat, quod non iustus esset actus vtendi huiusmodi reputandus: cum ille vsus fuerit, cui ius non competebat vtendi. Talis autem vsus non iustus ad perfectionis statum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adiicit, sed sibi repugnare potius ac detrahere noscitur manifeste. Quod autem vsum non iustum conditor canonis fratribus ipsis intellexerit reseruare, nequaquam debet aliquis sapiens æstimare: immo, quod de iusto intellexerit, ex eo potest euidentius apparere, quod in eadem ordinatione curauit adiicere, quod illarum rerum dumtaxat in se et ecclesiam Romanam recipiebat dominium, quarum vsum facti liceret habere fratribus seu ordini, ante dictis, subiungens nihilominus, quod non rerum omnium vsum habere debeant fratres ipsi 12). Quantum autem ad vsum facti simplicem absque omni iure vtendi attinet: nulla rerum quoad fratres differentia est censenda. Sic enim vti de facto possunt prohibitis, vt permissis. Quare præmissa rerum distinctio ad illum vsum facti potius est referenda, pro quo ipsis competit fratribus ius vtendi. Quarumdam enim rerum vsus fratribus ipsis prohibitus noscitur, et quarumdam permissus. Ex quo sequitur, quod vsus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debeat, qui iustus sit, id est, pro quo competat ius vtendi. Et hoc conditor ipse canonis exprimit euidenter, cum in eadem ordinatione adiecerit, quod moderatus vsus in expressis prius rebus ipsis fratribus est concessus. Præterea si in rebus consumtibilibus possit vsus constitui vel haberi; nequaquam simplex, nec a rei substantia, proprietate, seu dominio separatus vsus huiusmodi posset dici: cum per talem vsum, id est, vtendi actum, et in ipso actu, et cum ipso actu res consumatur huiusmodi, ac in ipsius rei exerceatur substantia, nec sine rei ipsius consumtione esse valeat vsus talis. Ex quo patet, quod vsus talis nec simplex, nec separatus a dominio potest dici. Rursus a nedum fratribus ipsis ordinatio prædicta non profuit, sed etiam occasionaliter honori sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ non leuiter detrahit et detraxit. Numquid non præfatæ ecclesiæ derogatur honori, si ipsam oporteat nunc in foro ecclesiastico, nunc in sæculari, interdum quoque coram pedaneis iudicibus, et plerumque pro rebus paruis et vilibus continue litigare? Hoc autem notum est fieri, cum occasione retentionis dicti dominii omnes caussæ occurrentes agendo vel defendendo pro bonis huiusmodi nomine Romanæ ecclesiæ, virtute cuiusdam priuilegii, a fel. record. Martino papa quarto, prædecessore nostro, concessi, super hoc agitentur, et, (quod grauius est censendum,) procuratores caussarum huiusmodi multos vexare dicuntur indebite; licet potestas attributa procuratoribus talibus per priuilegium ante dictum, quoad administrationem bonorum præmissorum dudum seruata non fuerit, nec seruatur: quæ omnia in notam et iniuriam sanctæ Romanæ ecclesiæ non est dubium redundare. Adhuc ordinatio, ante dicta, ecclesiarum prælatis et rectoribus grauis existere nimium et molesta monstratur. Numquid non graue præmissis potest existere, quod ipsos oporteat se opponere sanctæ Romanæ ecclesiæ, quæ ipsorum caput noscitur et magistra, ac cum ea agendo vel defendendo litigare assidue, vel cedere iuri suo? Hoc tamen oportet illos facere; cum in multis dicti fratres prædictis existere dicantur iniurii, sicut multorum prælatorum et rectorum diuersarum prouinciarum, adhuc in curia existentium, habet insinuatio: qui quidam fratres facta sua per procuratores nituntur defendere ante dictos. Nos itaque, qui veritatem tenemur colere, velut ille, qui illius, qui veritas noscitur, licet immeriti, vicem tenemus in terris, illa volentes in sanctis Dei ecclesiis, quæ non verbo obtinent tantum, sed quæ re potius, obseruari, præmissis in scrutinio rectæ considerationis adductis, ac deliberatione cum fratribus nostris et multis aliis præhabita diligenti, dignum arbitrantes et congruum, professores dicti ordinis non verbis tantum, non simulatis actibus, sed operibus claris, veritate suffultis, perfectioris status, ac altioris paupertatis sibi prærogatiuam præ aliis mendicantibus vindicare, ac nihilominus honori sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, (cuius obnubilari posset gloria, si tam peruersæ simulationi, quæ profecto et ipsis simulantibus officit, et aliis scandali materiam subministrat, dissimulando ab occurrere consentiret,) ac insuper volentes indemnitati prælatorum et rectorum salubriter super hoc prouidere, nolentes in posterum sub prætextu seu pallio talis dominii temporalis, verbalis, nudi ac ænigmatici, tanta bona, quanta dicti fratres faciunt, infici, ac fomentum tantis malis, quanta procedunt ex simulatione huiusmodi, ministrare, de fratrum nostrorum consilio hoc edicto, in perpetuum valituro, sancimus, quod in bonis, quæ in posterum conferentur vel offerentur, aut alias quomodolibet obuenire continget fratribus seu ordini, supra dictis, (exceptis ecclesiis, oratoriis, officinis et habitationibus, ac vasis, libris et vestimentis diuinis officiis dedicatis vel dedicandis, quæ ad ipsius obuenient in futurum, ad quæ se non extendunt adeo inconuenientia supra dicta, propter quod constitutionem istam ad illa extendi nolumus,) nullum ius seu dominium aliquod occasione ordinationis prædictæ seu cuiusuis alterius, a quocumque prædecessorum nostrorum super hoc specialiter editæ, Romanæ ecclesiæ adquiratur, sed quoad hoc habeantur prorsus ordinationes huiusmodi pro non factis. Per hoc autem in his, quæ absque dictis ordinationibus in bonis prædictis ad dictam ecclesiam prouenire vel pertinere quomodolibet poterant vel debebant, nullum eidem parari præiudicium volumus, sed illa sibi expressius intacta et inuiolata seruamus. Et quia præfatum Martini papæ, prædecessoris nostri, priuilegium dudum seruatum quoad administrationem bonorum præmissorum non extitit, nec seruatur, ac ipsorum procuratorum officium, qui nominantur a ministris et custodibus dicti ordinis, ecclesiæ Romanæ iniuriosum, ac multis aliis molestum noscitur, et etiam onerosum: districtius inhibemus, ne deinceps pro recipiendis, petendis, extorquendis, defendendis seu administrandis bonis, quæ in posterum fratribus vel ordini prædictis offerri vel conferri, seu alias obuenire contingat, quisquam nominatur a quoquam, seu constituatur a modo nomine sanctæ Romanæ ecclesiæ procurator, nec occasione cuiusuis priuilegii, quicumque administrationem quorumcumque bonorum, quæ obuenire fratribus ipsis, vel ordini continget in posterum, in iudicio vel extra, agendo vel defendendo, supplicando, vel alias quomodolibet adsumere vel exercere dictæ ecclesiæ nomine audeat, nisi de sedis apostolicæ licentia speciali, decernentes irritum et inane, si secus a quoquam in posterum contigerit attentari, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, a Martino papa prædicto, vel aliis prædecessoribus nostris ipsis fratribus vel ordini, sub quacumque forma vel expressione verborum concessis. Per hoc autem dicti ordinis regulæ in aliquo non intendimus derogare, nec priuilegiis, fratribus ipsis seu eorum ordini ab apostolica sede concessis, (nisi dumtaxat quoad præmissa et illa tangentia,) præiudicium aliquod generare. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, inhibitionis, constitutionis et intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: etc. Datum Auenion. VI. Idus Decembr. pontificatus nostri anno VII.

CAP. IV.

Opinio, quæ adserit, Christum, et eius discipulos nihil habuisse, et in his, quæ habuerunt, nullum ius eis fuisse, erronea est et hæretica. Hæc extrauagans est valde notabilis, et glossas habet profundas, quæ sunt ex sacræ scripturæ fontibus haustæ. Si diligenter extrauagantem præcedentem et sequentem inspexeris: locum hunc aptum fuisse adsignatum, mea opinione dixeris.

Cum b inter nonnullos viros scholasticos sæpe contingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter adfirmare, Redemtorem nostrum, ac Dominum Iesum Christum, eiusque apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi etiam, hæreticum sit censendum, diuersa et aduersa etiam sentientibus circa illud: nos, huic concertationi finem imponere cupientes, adsertionem huiusmodi pertinacem, cum scripturæ sacræ, quæ in plerisque locis, ipsos nonnulla habuisse, adserit, contradicat expresse, ipsamque scripturam sacram, per quam vtique fidei orthodoxæ probantur articuli, quoad præmissa fermentum aperte supponat continere mendacii, ac per consequens, quantum in ea est, eius in totum fidem euacuans, fidem catholicam reddat, eius probationem adimens, dubiam et incertam, deinceps erroneam fore censendam et hæreticam, de fratrum nostrorum consilio hoc perpetuo declaramus edicto. Rursus in posterum pertinaciter adfirmare, quod Redemtori nostro prædicto, eiusque apostolis iis, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ius ipsis vtendi competierit, nec illa vendendi seu donandi ius habuerint, aut ex ipsis alia adquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit expresse, cum talis adsertio ipsorum vsum et gesta euidenter includat, in præmissis non iusta, quod vtique de vsu, gestis, seu factis Redemtoris nostri, Dei Filii, sentire nefas est, sacræ scripturæ contrarium, et doctrinæ catholicæ inimicum, adsertionem

12) *Christi*, ed. ant. L. et Pith.

a *Vide Bart. libr. 2. minor. c. 8. dist. dictatem constitutionem Martini non prorsus correctam. Adde Baldum, relatum per Petr. de Ancher. in Clem. Exiui.*

b *Vide B. Ant. p. 3. tit. 12. c. 4. §. 23. et Turrecrem. in summa de eccl. l. 2. c. 152. ad 10. argum.*

ipsam

ipsam pertinacem de fratrum nostrorum consilio deinceps erroneam fore censendam merito ac hæreticam declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum infringere, vel ausu ei temerario contraire. Si quis autem, etc. Datum Auenion. II. Idus Nouembr. anno VII.

CAP. V.

Reprobatur opinio illorum detractorum, qui præsumunt impugnare constitutiones Ioannis XXII. Ad conditorem canonum. et Cum inter nonnullos. *supra immediate præcedentes. Et præmissis responsionibus ad omnes eorum obiectiones, tandem declarantur tamquam hæretici et Romanæ ecclesiæ rebelles, ab omnibus vitandi, si deinceps scienter verbo vel scripto aliquid defendere vel approbare contra illas præsumserint. Hic habetur sub parte secunda et tertia, de clauium materia, prolixa et vtilis disputatio.*

Quia quorumdam mentes sic pater mendacii dicitur excæcasse, quod nostris constitutionibus, quarum vna incipit: *Ad conditorem canonum.* alia vero: *Cum inter nonnullos.* vtique tam cum fratribus nostris, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, quam cum multis archiepiscopis et episcopis, aliisque ecclesiarum prælatis, nec non et compluribus sacræ theologiæ magistris, ac vtriusque iuris professoribus deliberatione præhabita diligenti digestis, ac de præmissorum fratrum nostrorum consilio promulgatis, non absque multa temeritate plectibili nisi sunt detrahere, et nituntur veritatem, quam continent, per falsas infamias obfuscare: nos tam perniciosis ausibus, ne eorum doctrina pestifera simplicium animos labefacere, ac in sui erroris deuium deducere valeat, de eorumdem fratrum consilio decernimus super hoc salubriter, (vt sequitur,) prouidere. Ad impugnandas autem constitutiones prædictas supra scripta ratione, tam verbo, quam scripto, vsi sunt publice. Sicut fertur, illud, inquiunt, quod per clauem scientiæ, in fide ac moribus semel definierunt Romani pontifices, adeo immutabile perseuerat, quod illud successori reuocare non licet in dubium, nec contrarium edfirmare: licet de iis, quæ per clauem potestatis ordinauerint, adserant secus esse. In confirmatione autem regulæ ordinis fratrum Minorum, Honorii tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri, Nicolai quarti, prædecessorum nostrorum, summorum pontificum, hæc verba adserunt contineri: *Hæc est regula euangelica Christi, et apostolorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet proprium vel commune, sed in rebus, quibus vtuntur, habent simplicem vsum facti:* his addere præsumentes, præfatos summos pontifices, et multa concilia generalia per clauem scientiæ definisse, paupertatem Christi et apostolorum constitisse perfecte in expropriatione cuiuslibet temporalis dominii ciuilis et mundani, et sustentationem eorum in solo et nudo vsu facti etiam constitisse: ex quibus nituntur concludere, non licuisse, nec licere ipsorum successoribus contra præmissa aliquid immutare. Ideoque cum constitutio nostra in ratione prædicta, contra definitiones prædictorum prædecessorum nostrorum, (sicut adserunt) definierit, Christum et apostolos in iis, quæ habuerunt, habuisse non tantum simplicem vsum facti, sed ius faciendi de ipsis, eosque ipsos fecisse, scriptura sacra testatur, pertinacem adsertionem dicentium, ipsos ius huiusmodi minime habuisse, cum actus illorum fuisse concludant non iustos, quod de Christo nefas est dicere, hæreticam declarando: concludere satagunt, licet falso, nobis non licuisse declarare vel statuere supra dicta. Item, quia constitutio: *Ad conditorem canonum.* contra definitiones prædictas fratres Minores adserit non posse habere in re aliqua simplicem vsum facti: nituntur similiter concludere contra ipsam. Quod autem, quod in ratione prædicta præmittitur, videlicet, quod illa, quæ per clauem scientiæ in fide ac moribus a summis pontificibus semel sunt definita, eorum successoribus reuocare non licet in dubium, nec contrarium adfirmare, licet secus sit, (sicut dicunt,) in iis, quæ per clauem potestatis per summos pontifices ordinantur, prorsus sit contrarium veritati, patet ex sequentibus euidenter. Primo quidem secundum illos, qui tenent, clauem spiritualem nequaquam esse scientiam, sed ligandi atque soluendi potestatem, patet adsertores prædictos, ponendo esse scientiam, errauisse. Pro quibus facit clauis definitio, quæ a doctoribus datur: clauis est specialis potestas ligandi atque soluendi, qua iudex ecclesiasticus dignos recipere, et indignos excludere debet a regno. Item, quia claues, de quibus agimus, in collatione sacerdotalis ordinis conferuntur; constat autem, quod ordinato in sacerdotem scientia communiter non confertur: quare secundum illos videtur, quod scientia non est clauis, sed potentia tantum ligandi atque soluendi debeat dici clauis. Adhuc secundum illos, qui ponunt, vnam clauem spiritualem esse scientiam, et secundum illos, qui auctoritatem discernendi inter lepram et lepram esse adserunt clauem, et aliam potestatem ligandi atque soluendi, noscuntur euidenter errasse. Supponunt enim, per claues huiusmodi circa ea, quæ fidei sunt, et alia, posse per constitutionem aliquam definiri. Claues autem, quæ in sacerdotali conferuntur ordine, ad talia minime se extendunt; alias sequeretur, quod circa præmissa possent constitutiones sacerdotes simplices facere: quod falsum est euidenter. Si autem intendant claues istas extendere ad generalem potestatem, attributam beato Petro, suisque successoribus in personam eiusdem in commissione officii pastoralis, per quam vtique videtur euidenter ipsis omnia concessisse, sine quibus pastoris vniuersalis conuenienter cura nequit seu officium expediri: adhuc claret, ipsos etiam errasse. Dicunt enim, alium effectum habere illa, quæ per clauem scientiæ, et alium illa, quæ per clauem potentiæ statuuntur, supponentes, alia per clauem scientiæ, et alia per clauem potentiæ statui, seu etiam definiri: quod euidenter est falsum. Per clauem enim scientiæ, siue per auctoritatem discernendi, seu cognoscendi inter lepram et lepram, (si ipsam dixerimus esse clauem,) nil aliud per ipsum 13) illi, cui datur, tribuitur, nisi auctoritas cognoscendi. Ei autem, cui datur auctoritas de re aliqua cognoscendi, de illa definiendi non intelligitur esse data. Quare restat, quod ad conuenienter statuendum, seu aliquid definiendum, vtraque clauis, scilicet cognoscendi et definiendi necessario requiratur; vel quod soli claui potentiæ statuere competat, et etiam definire: sed, sicut lumen materiale claudgerum in vsum clauis materialis dirigit, et quasi quantum ad hoc obtineat scientia vicem lucis. Et hoc Saluator noster in promissione clauium, facta beato Petro, sensisse videtur expresse: cum post illam immediate subiunxerit: *Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum et in cælis: et quodcumque solueris super terram, erit solutum et in cælis:* nulla de scientia habita mentione. Quod autem subsequenter proponitur in ratione prædicta, videlicet, quod in confirmatione et declaratione regulæ fratrum Minorum, nonnullorum prædecessorum nostrorum, videlicet Honorii III. Gregorii IX. Innocentii IV. Alexandri IV. Nicolai IV. verba huiusmodi continentur: *Hæc est regula euangelica*, etc. supra posita, vsque ibi: in nudo vsu facti etiam constitisse patet: prorsus obuiat veritati. Honorius quidem præfatam regulam absque declaratione aliqua confirmauit, in cuius confirmatione de verbis prædictis mentio aliqua non habetur, vt liquere potest cuilibet, confirmationem huiusmodi inuenti: nisi quatenus de vita euangelica habetur mentio in ipsa regula confirmata, ibi, cum dicit: *Hæc est regula fratrum Minorum, videlicet Domini nostri Iesu Christi sanctum euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, et in castitate.* Ex quibus verbis concludi non potest quod per ipsum prædecessorem nostrum ea, quæ ipsi in verbis prædictis adserunt, fuerint definita. Immo potest concludi potius, quod vita euangelica, quam Christus et apostoli tenuerunt, habere in communi aliqua non excludat: cum sine proprio viuere non exigat, quod sic viuentes nihil habeant in communi. In declarationibus quoque Gregorii, Innocentii et Alexandri prædictorum, qui eamdem regulam aliqua confirmatione alia declarant, similiter nulla prorsus fit mentio de prædictis: immo per eas euidenter ostenditur, eorum, quæ habere licet ipsis fratribus, vsum iuris ad ipsum ordinem pertinere. Gregorius quidem in sua declaratione, quantum ad hoc, interseruit, quæ sequuntur: *Dicimus, quod nec in speciali, nec in communi debent habere proprietatem: sed vtensilium, librorum, et eorum mobilium, quæ licet habere, ordo vsum habeat, et fratres, secundum quod generalis minister et prouinciales ordinandum duxerint, his vtantur.* Innocentius autem et Alexander præfati in suis declarationibus sic dixerunt: *Dicimus insuper, quod, cum in ipsa regula contineatur expresse, quod fratres nihil sibi approprient, neque domum, neque locum, neque aliquam rem, quod nec in communi, nec in speciali debent proprietatem habere: sed locorum, et domorum, et vtensilium, et librorum, et eorum, quæ licet habere, ordo vsum habeat, et fratres secundum quod generalis et prouinciales ministri ordinandum duxerint, his vtantur.* Cum enim dicatur in declarationibus, supra dictis, quod ordo vsum rerum habeat præmissarum: ad vsum iuris necesse est hoc referri. Facta quidem, quæ singulorum sunt, personam veram exigunt, et requirunt: ordo autem vera persona non est, sed repræsentata et imaginaria potius est censenda. Quare, quæ sunt facti, sibi vere conuenire nequeunt: licet ei possint congruere quæ sint iuris. Adhuc licet declaratio Nicolai IV. prædicti contineat, quæ sequuntur: *Hi sunt illi sanctæ regulæ professores, qui euangelico fundantur eloquio, vitæ Christi roborantur exemplo, fundatorumque militantis ecclesiæ apostolorum eius sermonibus et actibus firmantur.* Et post in eadem declaratione subiunxit, dicens, quod abdicatio proprietatis omnium rerum, tam in speciali, quam in communi, propter Deum meritoria est et sancta, quam et Christus, viam perfectionis ostendens, verbo docuit, et exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte viuere, per doctrinæ ac vitæ ipsorum alueos direxerunt. Ex verbis tamen prædictis nequaquam potest colligi, quod præfati prædecessoris nostri, Nicolai, intentio fuerit, dicere, quod dicta regula, quoad omnia, quæ continentur in ea, euangelico fundetur eloquio, ac vitæ Christi roboretur exemplo: nec quod apostolorum vita et actibus sit firmata. Constet enim, multa contineri in dicta regula, quæ nec Christus verbo docuit, nec exemplo firmauit, vtpote, quod præcepit conditor regulæ fratribus vniuersis, vt nullo modo denarium vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam, nec non et de multis aliis, contentis in dicta regula: quæ vtique nec Christus, nec apostoli verbo docuerunt, nec firmauerunt exemplo. Nec obstat, quod Christus portare pecuniam apostolis et discipulis, dum ipsos ad prædicandum mitteret, interdixit: quod tamen, antequam eos mitteret, ipsis fuisse non legimus interdictum. Quodque post reditum pecuniam

13) *Per ipsum*, ed. Pith.

porta-

portauerunt, in plerisque locis euangelica veritas, et apostolica dicta testantur. Præterea Augustinus dicit expresse, quod illud non fuit præceptum, sed potestas recipiendi necessaria ab iis, quibus prædicabant euangelium, quam seruare apostolis licuit, vel etiam non seruare. Sed hoc Romanus pontifex, prædecessor noster, Nicolaus, quoad principalia tria vota, scilicet in obedientia viuere, et sine proprio, et in castitate, ac alia, si qua euangelio reperiantur expressa, in dicta regule videtur intellexisse dicere in declaratione prædicta: quod vtique declarationibus nostris in nullo obuiat, supra dictis. Adhuc non apparet, ipsum dixisse, sustentationem Christi, et apostolorum suus in solo et nudo simplici consistere vsu facti: cum quoad Christum et apostolos nullam præfatus prædecessor noster, Nicolaus, in sua declaratione fecerit mentionem. Immo sensisse satis videtur expresse, quod ius aliud a proprietate habuisse potuerint: cum de sola abdicatione proprietatis, non iuris alterius, in præfata declaratione, quantum ad ipsos attinet, mentio habetur. Adhuc idem Nicolaus, prædecessor noster, videtur sensisse, quod Christus et apostoli etiam quoad proprietatem habuerint aliquid in communi. Cum enim in sua declaratione prædicta verba de abdicatione proprietatis dixisset: respondens obiectioni tacitæ, quæ sibi de loculis, quos Christus habuisse in euangelio legitur, poterat fieri, statim quæ sequuntur, subiunxit: *Nec his quisquam putet obsistere, quod interdum dicitur, Christum loculos habuisse.* Nam sic ipse Christus, cuius perfecta sunt opera in suis actibus, viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum imperfectioni condescendens 13*) in viam perfectionis extolleret, et imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic et infirmorum personam Christum asserit in loculis suscepisse. Alias impertinens de loculis fuisset obiectio: nisi intellexisset, Christum etiam quoad proprietatem loculos habuisse. Præterea si diceretur, Christum in loculis habuisse tantummodo simplicem vsum facti; frustra diceretur, quod in persona infirmorum ipsos Christus habuit loculos: cum secundum eum perfectis etiam conueniat habere simplicem vsum facti. Et, si quæratur, propter quos infirmos istos loculos habuerit: Augustinus, cuius dictum insertum est in decretis, respondet, dicens: *Habebat Dominus loculos a fidelibus oblata conseruans, et suorum necessitatibus, et aliis indigentibus tribuebat.* Vnde constat, ipsum de suis discipulis hoc sensisse. Nec hoc scilicet in communi et quoad proprietatem aliqua habere derogat, iuxte dictum Greg. IX. prædicti, altissimæ paupertati, qui in quadam sua decretali dicit expresse, fratres prædicatores et Minores in altissima paupertate Christo pauperi famulari: et tamen constat, ipsos Prædicatores habere in communi etiam quoad proprietatem alique, quod eorum regulæ et statui non repugnat. Hoc etiam Alexander, prædecessor noster præfatus, in condemnatione libelli, contra statum, Prædicatorum et Minorum editi, videtur sensisse, in qua aliquando de dictis fratribus, quæ sequuntur, subiunxit, cum insuper respondet, quod iidem fratres omnia propter Deum dereliquerint, exilia vitæ subsidia mendicantes, Christumque imitentur pauperem, perfectionem euangelicam amplexando. Propter quod euidenter apparet, eos non solum in statu saluandorum existere, sed etiam perfectorum, et per suæ religionis obseruantiam, quæ quidem ipsius perfectionis euangelicæ tenet formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem gloriam promereri. Vbi quidem expresse dicit, Prædicatores Christum pauperem imitari, ipsosque perfectionem euangelicam amplexari, et in statu existere perfectorum, quodque ipsorum religionis obseruantia perfectionis euangelicæ tenet formam: et tamen constat, ipsos habere posse etiam quoad proprietatem aliqua iuxta eorum regulam in communi. Nec obstat, quod dicunt, Innoc. (alias Cœlestinum) V. prædecessorem nostrum, dixisse, altam paupertatem esse, habere pauca proprie propter Deum, altiorem, quæ nulla habet propria, tamen habet in communi, altissimam, quæ nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in communi. Dicimus quidem, quod hoc dixerit, non vt papa, sed vt frater, Petrus de Tarentasia, in quadam postilla sua: quare dicta præmissorum summorum pontificum sunt ei merito præferenda. Dicunt etiam, quod apostolus de tali altissima loquitur paupertate, dicens: *Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.* Quod euidenter est falsum; quia ibi loquitur de paupertate Macedonum, qui etiam in speciali bona temporalia obtinebant: de quibus apostolus asserit, quod supra vires suas miserant eleemosynas sanctis. Quod autem dicitur in declaratione Nicolai, prædecessoris nostri, contineri, quod fratres Minores in rebus, quæ eis obueniunt, habent tantum simplicem vsum facti: dicimus, quod, si ipse intellexerit simplicem vsum facti, denudatum omni iure, ita quod fratres ipsi seu ordo nullum ius habeant vtendi, hoc est expresse contra declarationem Greg. Innoc. Alex. summorum pontif. prædictorum. Quibus expresse, quod talium bonorum ordo vsum habeat, continetur: quod de vsu iuris est intelligendum necessario, vt superius est probatum. Adhuc dicimus, quod est cum hoc impossibile, scilicet vsum facti simplicem absque iure aliquo, (quod nihil aliud, quam ipsum vti proprie potest dici,) posse in re aliqua, etiam vsu non consumtibili, ab aliquo obtineri, prout in decret. *Ad conditorem canonum.* est probatum, et *a* Aug. in lib. XI. de actu, tenet expresse. Prætera si simpliciter vsus, denudatus ab omni iure haberi posset ab aliquo, constat, quod actus vtendi huiusmodi esset reputandus non iustus; cum ille vsus fuerit, cui ius non competebat vtendi: vsus autem non iustus ad perfectionis statum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adiicit, sed sibi repugnare potius noscitur manifeste. Quod autem vsum talem non iustum conditor canonis fratribus ipsis intellexerit reseruare, probabile non videtur. Immo, quod de iusto intellexerit, ex eo potest euidentius apparere, quod in eadem ordinatione adiicit, quod illarum rerum dumtaxat in se etiam Rom. eccl. recipiebat dominium, quarum vsum facti liceret habere fratribus seu ordini, ante dictis, subiungens, quod non rerum omnium vsum habere debeant fratres ipsi. Quantum autem ad vsum facti simplicem absque omni iure vtendi attinet: nulla rerum potest censeri differentia quoad fratres. Sic enim vel de facto possunt prohibitis, vt permissis. Ex quo sequitur, quod vsus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debeat, qui iustus sit, et pro quo competat ius vtendi. Et ipse videtur conditor canonis ex eo etiam sensisse, quod in eadem ordinatione subiunxerit, quod moderatus vsus in expensis prius rebus ipsis fratribus est concessus. Rursus impugnatores constitutionum huiusmodi asserere publice perhibentur, quod libellum et dicta magistrorum asserentium, dictam paupertatem et vitam dictorum fratrum non esse euangelicam et apostolicam, summi pontifices damnauerunt, districtius per apostolicas litteras inhibentes, ne quisquam præmissa vel aliquod præmissorum contumaciter adstruere, seu quomodolibet præsumeret defensare, statuentes, quod præsumens contrarium, tamquam contumax, ecclesiæ Romanæ rebellis, ac vt hæreticus haberetur. Ad quod dicimus, assertionem huiusmodi falsam esse. Non enim continenit in sententia supra dicta, quod contra faciens, vt hæreticus haberetur, quæ quidem quoad hoc continet, quæ sequuntur: *Nos enim nihilominus auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne quisquam præmissa, vel aliquod præmissorum pertinaciter asserere, vel quomodolibet defensare præsumat. Quicumque vero hoc præsumserit, tamquam contumax, et ecclesiæ Romanæ rebellis, ab omnibus fidelibus habeatur.* Non fuit adiectum, quod vt hæreticus *b* haberetur, vt patet in serie sententiæ condemnationis prædictæ. Rursus asseruisse dicuntur publice huiusmodi assertores, quod abdicatio iuris in cuiuscumque rei proprietate et in vsu eius est sancta et meritorie propter Deum, et a Christo in se ipso seruata, apostolis imposita, et ab ipsis sub voto assumta. Nec propter hoc vsus facti ad sustentationem naturæ in Christo et apostolis conuincitur esse non iustus: sed tanto iustior atque perfectior, et Deo acceptior, et mundo exemplarior, quanto plenius renunciatum fuerit omni iuri, per quod potest sic vtens pro vsu huiusmodi quomodolibet contendere vel in iudicio litigare. Quæ quidem assertio continet multa falsa: cum neque Christum expropriationem prædictam omnis iuris in cuiuscumque rei proprietate, et in eius vsu in se seruasse, nec eam imposuisse apostolis, neque sub voto ab ipsis fuisse receptam, euangelica seu apostolica doceat historia, sed contrarium euidentius manifestat. Quod autem in prædicta assertione adiicitur, quod per abdicationem iuris prædicti, videlicet proprietatis, is vsus facti ad sustentationem naturæ in Christo et apostolis non conuincitur esse non iustus, sed tanto iustior, etc. impossibilitatem includit, et errorem dictum huiusmodi euidenter. Impossibile enim est, actum humanum extrinsecum esse iustum, si exercens actum ipsum nullum ius habeat illum exercendi: immo non iustus seu iniustus, necessario conuincitur talis vsus. Item, est absurdum et erroneum, quod actus alicuius, non habentis ius actum huiusmodi faciendi, sit iustior et Deo acceptior, quam habentis: cum concludat actum iniustum iustiorem et Deo acceptiorem existere, quam sit iustus. Ex præmissis autem inferre nituntur, (vt fertur,) quod prædictorum summorum pontificum definitio, quam definierunt de paupertate Christi et apostolorum, ac fratrum Minorum prædictorum regula, (prout superius expresserunt,) per nos non potuit mutari, procul dubio falsa asserunt, dicendo, prædecess. nostros definiuisse talia, vt superius est probatum, et adhuc sic loquentes, dum per talia constitutiones nostras impugnere satagunt, constitutiones illas, quibus se adiuuant, ostendunt, (si eorum falsæ assertiones veræ existerent,) fore inualidas, erroneas et infirmas. Si enim nobis non licuit contra constitutionem Nicol. IV. prædecess. nostri, in qua se fundant præcipue, aliquid statuere commune; nec sibi licuit contra statut. Gregor. Innoc. et Alexand. prædictorum statuere, aut aliquid declarare: quod tamen ipsum fecisse, (secundum eorum assertionem,) noscitur euidenter. Cum enim illi declarauerint, quod ordo Minorum habet vsum earum rerum, quas licet eis habere; quod ad vsum iuris est referendum necessario, vt superius est probatum; ipse vero secundum ipsos statuit, quod nec ordo, nec fratres ius vtendi habeant, sed tantummodo simplicem vsum facti, et insuper ordinauit, decreuit et statuit, huiusmodi constitutionem, ordinationem et declarationem suam dumtaxat a fratribus ipsis præcise et inuiolabiliter perpetuis temporibus obseruandam: constat non solum, quod contra declarationes prædecess. prædictorum ordinauerit, sed ipsum illas, quantum ad ea, quæ sua declaratio continet, etiam reuocasse. Ipse quoque

13*) *Condescendentes*, ed. ant. L. et Pith.

a *Al. ita:* et Augustin. de doctrina Christiana tenet, *etc.*

b *Nota textum hunc et quis dicatur hæreticus, vide gloss. Clement. 1. de vsu, c. hæreticus. C. 24. quæst. 3. et Ioann. de Turrecrem. libr. 4. part. 2. c. 2. Font.*

prædecessor noster in sua declaratione subiunxit, ad sedis apostolicæ declarationem et ordinationem eorum, et circa ea, quæ ipse declarauerat, pertinere, sic dicens: *Si quid in prædictis ambiguitatibus emerserit: hoc ad culmen sedis apostolicæ deducatur, vt ex auctoritate apostolica sua in hoc manifestetur intentio, cui soli concessum est in his statuta condere, et condita declarare*: cuius tamen contrarium adserunt huiusmodi assertores. Adhuc patet, quod adserunt, esse falsum. Licet enim Innoc. III. prædictus in generali concilio interdixisset, nouas religiones institui; tamen successores ipsius, (non obstante interdicto huiusmodi,) plures leguntur ordines confirmasse: qui etiam, (aliquibus exceptis,) fuerunt postea per Gregor. IX. prædecessorem nostrum, dissoluti certo modo in concilio generali. Si igitur post interdictum generalis concilii, licuit summis pontificibus non confirmatos ordines confirmare, et eorum successoribus sic confirmatos 14) in totum dissoluere: non est mirum, si, quod declarat circa regulas ordinum solus summus pontifex, vel ordinat, liceat eius successoribus declarare 15), seu alias immutare. Patet autem, quod neque Honorii confirmatio, neque Gregorii, neque Alexandri, neque Nicolai prædictorum facta fuerit in concilio generali: cum per nullum ipsorum fuerit generale concilium celebratum. Licet Innoc. IV. celebrauit concilium generale: tamen in illo, nec auctoritate alicuius concilii facta fuit ipsius declaratio supra dicta. Nicolaus autem IV. nec celebrauit generale concilium, nec aliquid circa dictam regulam declarauit. Gregorius autem IX. prædictus, nec confirmauit, nec declarauit dictam regulam: sed in generali concilio, vbi cassati fuerunt nonnulli mendicantium ordines, dictorum fratrum Minorum, et Prædicatorum ordines non cassauit, sed adseruit approbatos, sic dicens: *Ad eos, quos euidens ex eis vtilitas ecclesiæ vniuersali proueniens perhibet approbatos, præsentem non patimur constitutionem extendi*. Præterea dicant nobis, vbi legunt assertiones huiusmodi, quod ad fidem vel mores pertineat, Christum et apostolos non habuisse in his, quæ habuerunt, nisi simplicem vsum facti? Profecto, directe hoc ad fidem non pertinet; cum de hoc articulus non sit aliquis, nec sub quo valeat comprehendi, vt patet in symbolis, in quibus articuli fidei continentur: nec etiam reducte, ne quasi hoc sacra scriptura contineat, quo negato, tota scriptura sacra redditur dubia, et per consequens articuli fidei, qui habent per scripturam sacram probari, redduntur dubii et incerti. Hoc enim in scriptura sacra non poterit, sed contrarium reperiri. De fratribus autem Minoribus prædictis constat, quod de ipsorum paupertate et simplici vsu facti, seu de dominio eorum, quæ ipsis offeruntur, quod summus pontifex illud sibi et Romanæ ecclesiæ reseruauerit vel potuerit reseruare. Nec, quod illud reseruatum successori abiicere non liceat, si hoc expedire viderit, seu quod procuratores constitutos auctoritate summi pontificis pro negotiis ordinis prædictis successor reuocare non valeat, in prædictis symbolis, euangelio, neque actibus apostolorum et epistolis mentio aliqua non habetur. Vnde non possunt ex prædictis concludere, nisi falsa, quin contra ordinata per summos pontifices circa talia valeat successor aliud ordinare: quod Nicolaus præfatus expresse in sua declaratione inseruit, vt superius plenius continetur. Nos itaque, ne fabricatores mendaciorum huiusmodi ac etiam adsertores de tam pestifera, erronea et damnata doctrina, confutatione ac confusione vtique omni digna, gloriari valeant, et alios trahere in errorem, cum ausu arreptando, ac petulantia improba ausi defendere publice fuerint damnatam per constitutionem prædictam heresim, et etiam probare, videlicet quod Christus et eius apostoli in iis, quæ habuisse leguntur, tantum habuerint absque iure aliquo simplicem vsum facti, ex quo, (si verum esset,) sequeretur, vsum Christi fuisse non iustum, quod profecto blasphemiam continet, et est catholicæ fidei inimicum, cum hoc de pertinaci animositate ac erronea non sit dubium processisse, omnes et singulos, qui verbo ac scripto per se vel alium seu alios talia publice præsumserunt, ipsos quoque, qui eos docuerunt in talibus, et vt præmissa facerent, in damnatam incidisse heresim, ac vt hereticos euitandos fore, de fratrum nostrorum consilio declaramus. Si quis autem damnatas per constitutionem: *Cum inter prædictam*. hereses, vel ipsarum alteram, deinceps scienter verbo vel scripto defendere vel approbare præsumserit: de fratrum eorumdem consilio decernimus, vt tamquam hereticus ab omnibus euidenter habeatur. Adhuc quod constitutionem nostram: *Ad conditorem canonum*. supra dictam, insano ausu impugnare nisi sunt, (sicut fertur,) districtius de eorumdem fratrum consilio inhibemus, ne quisquam contra definita, ordinata seu facta per ipsam, verbo vel scripto scienter approbet aliquid, vel defendat. Si quis vero contra præsumserit: tamquam contumax, et rebellis Romanæ ecclesiæ ab omnibus habeatur. Nulli ergo, etc. Data Auenion. IV. idus Nouembris, pontificatus nostri anno IX.

14) In ed. ant. Lugd. et Pith. desiderantur voces: *ordines confirmare et eorum successoribus sic confirmatos*.
15) *Declarasse*, ed. ant. L.

CONSTITVTIONVM VIGINTI IOANNIS XXII.
F I N I S.

EXTRAVAGANTES COMMVNES,

A

DIVERSIS ROMANIS PONTIFICIBVS POST SEXTVM EDITAE, CVM SVIS, (VT VOCANT,) SVMMVLIS.

TITVLVS PRIMVS.
DE CONSVETVDINE.

CAP. VN.

Consuetudo impediens, ne legati sedis apostolicæ recipiantur, non valet: et, illa non obstante, legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi, et eos impedientes ipso facto excommunicationem incurrunt, et eorum terræ ecclesiastico subiiciuntur interdicto.

IOANNES XXII. (*Anno* 1318. *Auenioni.*)

Super gentes et regna Romanus pontifex a Domino constitutus, cum personaliter singulas regiones circuire non possit, nec circa gregem, sibi creditum, curam pastoralis sollicitudinis exercere: necesse habet interdum ex debito impositæ seruitutis, suos ad diuersas mundi partes, (prout necessitates emerserint,) destinare legatos, qui vices ipsius supplendo, errata corrigant, aspera in plana conuertant, et commissis sibi populis salutis incrementa ministrent. Verumtamen aliqui, huiusmodi officium et potestatem ipsius Romani pontificis, quam non ab homine, sed a Deo recepit, sub suo arbitrio redigere molientes, legatos ipsos, nisi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorum transmissi, sibi terras subiectas, (dicentes, hoc eis de consuetudine competere,) ingredi non permittunt. Nos, huiusmodi consuetudinem, non tam irrationabilem, quam nonnumquam animarum saluti contrariam, detrahentemque apostolicæ potestati, auctoritate apost. penitus reprobantes, legatos ipsos ab omnibus, cuiuscumque præeminentiæ, conditionis, aut status fuerint, debere admitti, decernimus, nec eos prætextu cuiusuis consuetudinis impediri posse a quoquam, Christiano nomine gloriante, quo minus regna, prouincias et terras quaslibet, ad quæ ipsos destinari contigerit, ingrediantur libere, et commissæ sibi legationis officium exerceant in eisdem. Qui vero de cetera super prædictis dictos legatos, aut etiam nuntios, quos ad quascumque partes pro caussis quibuslibet sedis ipsa transmiserit, præsumserint impedire, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Regna, terræ et loca quælibet, subiecta eisdem, tamdiu sint eo ipso ecclesiastico supposita interdicto, quamdiu in huiusmodi contumacia duxerint persistendum, non obstantibus quibuslibet indulgentiis, aut priuilegiis, imperatoribus ac regibus, seu quibuscum-

buscumque aliis sub quibuscumque modis, tenoribus et formis, a sede ipsa concessis, quæ contra præmisse nullis volumus suffragari.

TITVLVS II.
DE POSTVLATIONE PRAELATORVM.
CAP. VN.

Minores XXVII. annis sæculares, et mendicantes religiosi, ad certas ecclesias prohibentur postulari: et puniuntur tam postulantes, quam postulati.

IOANNES XXII.

Dispendiis et periculis variis, quæ ex subscriptis postulationibus possent ecclesiis euenire, et vacationum diuturnitatibus, quæ consueuerunt nonnumquam ex postulationibus irrationabilibus prouenire, ac dispendiis, quæ inde frequenter ecclesiæ incurrunt, ad futuram rei memoriam obsistere cupientes, illum, qui vigesimum septimum non attigerit annum, ad cathedralem, nec non professorem cuiusuis mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus ecclesias, ad monasteria extra suos ordines postulari edicto perpetuo prohibemus. Quodsi secus postulatum fuerit et attentatum: irritum ac nullius penitus sit momenti. Et qui scienter processerint ad eamdem, ea vice postulandi ac eligendi potestate priuatos, ac beneficiis, quæ in ipsa obtinebunt ecclesia, ad quam postulationem huiusmodi fecerint, per triennium nouerint se suspensos. Postulati vero, qui postulationis, de se factæ, negotium fuerint per se, vel per alium in Romana curia prosequuti, illud ibi proponi in publico vel priuato consistorio facientes, etiam se duntaxat dispositioni sedis apost. committendo, si se annum XXVII. non attigisse sciuerint, (vt præfertur,) vsque ad XXXV. annum, ceteros vero seculares et religiosos extra suorum administrationes ordinum perpetuo ineligibiles ac impostulabiles esse decernimus, ac prorsus inhabiles ad quascumque dignitates ecclesiasticas, et beneficia qualibet obtinenda.

TITVLVS III.
DE ELECTIONE.
CAP. I.

Multis probat argumentis, promotos in curia non debere ad propria redire sine litteris suæ promotionis. Qui si secus fecerint: pro prælatis non sunt habendi, pœnasque incurrunt, hic expressas. Et de ista extrauaganti facit mentionem Panorm. in cap. Qualiter. *de elect. dicens, quod nullus, antequam habeat litteras apostolicas super sua promotione, debet administrare, nec debet recipi ab ecclesia tamquam prælatus: alias recipientes et receptus incurrunt pœnam, de qua hic.*

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1300. *Romæ.*)

Iniunctæ nobis debitum seruitutis exposcit, vt, qui ad reformandos in clero mores et actus, prout nobis ex alto permittitur, sollertius intendimus, ibi præcipue reformationis accommodæ remedium apponamus, vbi maius respicimus periculum imminere. Sane, quam periculosum exsistat, quod aliquis in officio, dignitate vel gradu fore se asserat, et pro tali etiam habeatur, nisi prius ipse, quod asserit, legitimis ostenderit documentis, tam ex ciuilibus, quam ex canonicis institutis colligitur euidenter. Asserenti namque, cum mandatis principis se venisse, credendum non est: nisi hoc scriptis probauerit. Nec similiter creditur se asserenti legatum. Numquam enim apost. sedis moris fuit, absque signatis apicibus vndecumque legationem suscipere. Sed nec dicenti se delegatum sedis eiusdem creditur vel intenditur: nisi de mandato apostolico fide doceat oculata. Similiter clerici, ad alienam diœcesim sine suorum ordinariorum litteris venientes, nec in suis recipiantur 16) ordinibus, nec ad superiores adscendant 17). Clerici quoque et monachi, qui de suis ciuitatibus ad alienam 18) vrbem proficiscuntur, (nisi muniti 19) veniant suorum litteris prælatorum,) non sunt clerici vel monachi reputandi. Si quis præterea in clerum electum se dicat, si sacerdotem sese nominet; hoc scrutandum est: quia non sine periculo est in talibus communicatio indiscussa. Quod autem in illis, qui se episcopos, vel superiores prælatos, aut 20) etiam abbates, priores, seu alios monasteriorum rectores, quocumque nomine censeantur, appellant, sit discussio celebris et diligens facienda, luculenter apparet, si scandala et pericula grauia, (quæ ipsorum parere posset communicatio indiscussa,) diligentius attendantur. Hinc nos euidens euocat ratio, vt cum prædictis aliis casibus, qui minoris exsistunt periculi, sit ex constitutionibus editis iam prouisum, hunc vltimum, qui pericula grauiora minatur, nequaquam sine prouisionis opportunæ remedio relinquamus. Præsenti itaque perpetuo valitura constitutione sancimus, vt episcopi et alii prælati superiores, nec non abbates, priores 21) et ceteri, monasteriorum regimina exercentes, quocumque nomine censeantur, qui apud dictam sedem promouentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ad commissas sibi ecclesias et monasteria absque dictæ sedis litteris huiusmodi, eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem continentibus, accedere, vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant: nullique eos absque dictarum litterarum ostensione recipiant, aut eis pareant vel intendant. Quodsi forsan contra præsumtum fuerit, quod per episcopos, prælatos, abbates, priores, et alios, monasteriorum regimina exercentes prædictos, medio tempore actum fuerit; irritum habeatur: nec quidquam interim iidem episcopi vel prælati, abbates, priores, vel regimina exercentes, de ecclesiarum vel monasteriorum prouentibus percipiant eorumdem. Capitula vero et conuentus ecclesiarum et monasteriorum ipsorum, et alii quicumque, ipsos absque huiusmodi dictæ sedis litteris recipientes, vel obedientes eisdem, tamdiu sint a beneficiorum suorum perceptione suspensi, donec super hoc eiusdem sedis gratiam meruerint obtinere. Similiter 22) quoque episcopi, prælati, abbates, priores, et alii, monasteriorum regimina exercentes prædicti, solito fidelitatis et obedientiæ iuramento non præstito. Illi etiam pontifices, quos apud prædictam sedem pallium contingat 23) recipere, absque litteris traditionis ipsius pallii nequaquam ab eadem discedant. Discedentes vero, (quousque huiusmodi iuramentum præstiterint, et litteras obtinuerint,) nihil de ipsarum ecclesiarum et monasteriorum prouentibus percipiant: et quidquid interim per eos, (vt de aliis prædicitur,) actum fuerit, viribus non subsistat.

16) *Recipiuntur*, C. impr.
17) *Adscendant*, ibid.
18) *Ad aliam*, ibid.
19) *Moniti*, ibid.
20) *Aut*, ibid non habetur.
21) ibid. desiderantur voces: *nec non abbates, priores.*

22) *Similiter*, abest a C. impr.
23) *Contingeret*, ed. Pith.

CAP. II.

Si religiosus electus non petierit ipse vel eius electores licentiam consentiendi, intra tempus, moderandum pro præsentia vel absentia superioris: est eo ipso priuatus iure, sibi ex electione quæsito, et possunt electores alium eligere. H. d. addit ad c. *Quam sit.* de elect. in 6.

BENEDICTVS XI. (*ann.* 1304. *Romæ.*)

Si religiosus, qui absque sui superioris licentia electioni, de se factæ, consentire non potest, illam post electionem, sibi præsentatam, vel eius electores, intra tempus, pro eiusdem superioris præsentia vel absentia moderandum, nequaquam obtineat: dat generale concilium Lugdunense electoribus extunc ad electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verum quia frequenter dubitatum est, an etiam sit eo ipso iure, (si quod ei competebat ex huiusmodi electione,) priuatus: statuimus, illum eum hoc ipso fore priuatum.

CAP. III.

Quatuor patriarchalibus ecclesiis vacantibus, statuitur, illis non posse prouideri, Romano pontifice inconsulto, Quodsi secus factum fuerit: irritum decernitur.

IDEM.

Sancta Romana ecclesia, quæ, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum a Deo, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium, et magistra, quatuor patriarchales sedes instituit, inter quas post ipsam Romanam ecclesiam, Constantinopolitanam primam, Alexandrinam secundam, Antiochenam tertiam, et Hierosolymitanam quartum locum voluit obtinere, ipsasque multis prærogatiuis et honoribus ac priuilegiis decorauit. De quarum prouisionibus, cum eas vacare contingit, tanto est accuratius cogitandum, et attentius prouidendum, quanto maioris eminent altitudine dignitatis, et periculosius erraretur in prouisionibus earumdem. Super hoc igitur cum fratribus nostris habita deliberatione matura, inter alia nostræ considerationi occurrit, quod omnes, (proh dolor!) prædictarum sedium patriarchalium ciuitates, aut sunt destructæ, aut occupatæ ab infidelibus, vel a schismaticis detinentur, ipsarum capitulis, seu conuentibus, et canonicis dispersis vndique extra 24) ciuitates ipsas, per alias regiones, seu loca, a ciuitatibus ipsis remota. Ex quo contingit, (sicut experientia nuper nos docuit,) quod, vacante Constantinopolitana ecclesia, per mortem bonæ memoriæ Petri, patriarchæ, solum per vnum dumtaxat eius canonicum fuit de nouo pastore electio celebrata, aliis canonicis suis agentibus in remotis: dictus tamen electus iuri, si quod sibi ex electione huiusmodi competebat, in nostris manibus sponte ac libere resignauit. Ideoque de eorumdem fratrum consilio et apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, vt, quamdiu ciuitates ipsæ schismaticorum, aut infidelium subsunt, aut suberunt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarum patriarchalium sedium, cum eas vel ipsarum aliquam seu aliquas vacare contigerit, ad electionem, postulationem, seu quamuis prouisionem de præficiendo sibi patriarcha vel pastore nullo modo procedant 25),

24) *Per*, C. impr.
25) ibid. adduntur voces: *absque apostolicæ sedis licentia speciali.*

e *Vide notata per Doct. in c. antiquæ. extra, de priuil.*

quousque

quousque ad apost. sedis 26) notitiam deducatur 27). Nos enim a data præsentium decernimus irritum et inane, si secus per prædicta capitula, conuentus vel canonicos, aut quemuis alium vel alios scienter vel ignoranter fuerit attentatum non obstantibus quibuscumque ipsarum ecclesiarum, vel aliarum earum consuetudinibus vel statutis, iuramento, confirmatione dictæ sedis, vel quacumque alia firmitate vallatis, seu constitutionibus, priuilegiis, vel indulgentiis sedis eiusdem, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris habenda esset mentio specialis. Nulli ergo, etc. Data Laterani X. kalend. Ianuar. pontificatus nostri anno II. 28).

26) *Dictio, quousque ad apost. sed.* ibid. haud leguntur.
27) *Notitiam deducatur*, ibid. et quidem spatio ante hæc aliquo relicto.
28) *Anno septimo*, ibid.

CAP. IV.

Cum beneficia, apud sed. apost. vacantia, sint soli papæ reseruata ostendit, quæ et quomodo apud sedem vacare dicantur eamdem. Et primo loquitur de reseruat. vobis, secundo de pensionibus.

IOANNES XXII. *(ann. 1316. Auenioni.)*

Ex debito pastoralis officii, nobis, quamquam immeritis, superna dispositione commissi periculis animarum et ecclesiarum ac monasteriorum dispendiis, quæ ob ipsorum vacationes diuturnas ipsis solent frequentius prouenire, congruis remediis (quantum nobis ex alto conceditur,) salubriter occurrere intendentes, vt celerius et vtilius prouideatur ecclesiis ac monasteriis, ante dictis, et vt Romanæ ecclesiæ, quæ super ipsis ecclesiis ac monasteriis ex diuina prouisione obtinere dignoscitur principatum, honor debitus impendatur, prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, præsertim fel. record. Bonif. VIII. qui dignitates, personatus, ecclesias et alia ecclesiastica beneficia, et Clementis V. qui tam huiusmodi dignitates, personatus, ecclesias, beneficia, quam cathedrales 29) ecclesias quaslibet, monasteria, prioratus, administrationes et officia quæcumque, quæ apud sedem apost. vacarent, prouisioni apostolicæ sub certis tenoribus 30) reseruauerunt, vestigiis inhærentes, [illegible] ex causis rationabilibus, quæ ad id nostrum animum induxerunt, de fratrum nostrorum consilio nonnulla detrahendo aliqua declarando, et quædam addendo de nouo, episcopales, et earum superiores sedes, monasteria, et regulares ecclesias, ad quæ hi, qui eis pro tempore præficiendi sunt, etiam per electionem canonicam assumuntur, prioratus, officia vel administrationes eorumdem, dignitates, personatus, præbendas, aliaque ecclesiastica beneficia, cum cura vel sine cura, quocumque nomine censeantur, quæ apud prædictam sedem vacant ad præsens, et exnunc in antea (donec Christi dignatio nos dignabitur vniuersalis ecclesiæ sponsæ suæ regimini præsidere,) vacare contigerit apud eam, prouisioni nostræ de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica reseruamus. Huiusmodi autem sedes, monasteria, ecclesias et alia prædicta beneficia ecclesiastica, per mortem vel depositionem, ac [illegible] eorum, qui ea obtinent, aut per electionem cassationem, postulationum repulsionem, renuntiationem, quorumlibet prouisionem, translationem, siue per susceptionem munus consecrationis, aut benedictionis [illegible] a dicto Clemente, prædecess. nostro, promotis impendi [illegible] de ipsis dispositam prædecessor, et a nobis, siue auctoritate nostra promouendis impendendi apud sedem ipsam, vel etiam vbicumque aut quouis alio modo, canonice vacare, apud sedem intelligimus in electionem. Episcopales insuper vel alias dignitates, ecclesias, monasteria, et alia prædicta fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium apud dictam sedem per eorum obitum vacare censemus, siue ibidem, siue alibi, vbicumque ipsos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus et beneficiis quibuslibet. (vt de aliis præmittitur,) officialium nostrorum 31). videlicet vicecancellarii, eiusdem ecclesiæ camerarii, notariorum, auditoris contradictarum, correctorum, scriptorum 32) litterarum, ac pœnitentiariorum nostrorum, nec non abbreuiatorum curiæ Romanæ locum sibi volumus vindicare. Rursus huius nostræ reseruationis edictum ad dignitates, et alia iam dicta capellanorum nostrorum commensalium, et quorumlibet aliorum, ratione officii, vel ex causa legitima in dicta curia morantium, quando a nobis pro nostris, et eiusdem sedis negotiis prosequendis, de ipsa curia quocumque modo præmissi, vel aliqui eorum transmissi, aut legati vel nuntii fuerint 33). et eos vbilibet ante ipsorum 34) ad præfatam curiam redituin, (durante legatione, seu prosecutione ipsorum negotiorum,) rebus eximi contigerit ab humanis, duximus extendendum. Et id ipsum etiam esse volumus in huiusmodi capellanis commensalibus: etiamsi, (vt præmittitur,) nunc transmissi fuerint vbicumque, et ipsos rebus eximi contigerit ab humanis. Ceterum edictum ipsum trahimus ad sedes, monasteria, et alia supra dicta, quæ, viuente adhuc dicto Clem. prædecessore nostro, vsque ad eius obitum, nisi 35) de ipsis per eum fuerit ordinatum, et deinde vsque ad datam præsentium apud sedem vacauerint eamdem 36), illaque vacare decernimus apud ipsam, dummodo in eis ius in re, licet ad rem non sit aliquibus adquisitum, decernimus extunc irritum et inane, si secus in prædictis et singulis eorum scienter vel ignoranter, per quæcumque seu quoscumque apostolica vel alia quauis auctoritate attentatum fuerit, vel contigerit in posterum attentari, non obstantibus piæ memoriæ Gregorii decimi, ac Bonifacii octaui, et aliorum Romanorum pontificum, prædecessorum nostrorum, constitutionibus, super hoc editis, quatenus edicto essent et 37) sunt contrariæ memorato, ceteris in 38) ipsis constitutionibus contentis, in suo robore duraturis. Pensiones insuper annuas, ab episcopis ceterorum superioribus aliisque prælatis inferioribus, nec non quibuscumque capellanis, conuentibus, collegiis, vel singularibus personis factas et faciendas personaliter aliquibus ex eisdem cardinalibus, seu quibusuis aliis ex prænominatis personis, et pensiones præterea seu adsignationes quantitatum quarumlibet, super certis prouentibus, diœcesibus, ecclesiis, monasteriis, vel aliis ecclesiasticis locis aut ordinibus, etiam a quibusuis prædecessoribus nostris Romanis pontificibus factas, præmissis personis, siue alicui earumdem, vel monasteria, prioratus, administrationes quaslibet, beneficia regularia, vel alia quælibet, quocumque nomine censeantur, non consueta ab olim clericis sæcularibus adsignari, huiusmodi personis vel alicui earumdem collata 39), siue concessa in commendam, vel alio quouis titulo ab eisdem prædecessoribus seu aliis episcopis, vel superioribus prælatis, capitulis, aut conuentibus, vel collegiis sub edicto prædicto nolumus aliquatenus comprehendi; quo minus eis cedentibus vel decedentibus, siue illa quouis alio modo dimittentibus, monasteria ipsa, prioratus, administrationes, beneficia, ac loca huiusmodi, ad ecclesias et monasteria, siue alia loca religiosa, vel alia ecclesiastica, eorumque prælatos, siue personas, ad quas antea eorum dispositio pertinebat, seu quibus immediate subesse noscuntur, libere reuertantur: nisi eis quid canonicum obstiterit, vel de ipsis aliter duxerimus, disponendum.

29) *Cardinales*, C. impr.
30) *Temporibus*, ibid.
31) *Nostrorum*, desideratur ibid.
32) *Scriptorarum*, ibid.
33) *Fuant*, ibid.
34) *Et quemlibet*, ibid.
35) *Vbi*, ibid.
36) *Eadem*, ibid.
37) *Diction. essent et*, ibid. non leguntur.
38) *Ceterum ipsis*, ibid.
39) *Vel aliis clericis eisdem collata*, ibid.

TITVLVS IV.
DE AVCTORITATE ET VSV PALLII.

CAP. VN.

Pallii traditio per obiectum criminis vel defectus retardari non debet, nisi obiiciens, præmisso iuramento, de obiectis promtam fidem faciat. Et, quid sit promtam fidem facere, declarat.

IOANNES XXII. *(ann. 1318. Auenioni.)*

Malitiis hominum, quæ sæpe circa impediendam pallii donationem committuntur, volentes salubriter obuiare, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt deinceps per obiectum cuiuslibet criminis seu defectus traditio pallii, facienda his, qui ad Metropolitanarum ecclesiarum, seu aliarum regimen adsumuntur, non impediatur in aliquo nec retardetur; nisi obiicientes firment corporali præstito iuramento, se id malitiose non agere, sed obiecta vera esse se credere, ac de obiectis offerant facere promtam fidem: et nihilominus ad pœnam talionis, seu extraordinariam se obligent arbitrio præsidentis. Promtam vero fidem intelligimus in hoc casu, si intra bimestria temporis spatium, numerandum a die collationis in antea, probauerint legitime, quod opponunt. Quod si non fecerint: eorum obiectibus nequaquam obstantibus, ad ipsius traditionem pallii procedatur. Per traditionem autem huiusmodi, viæ accusationis, denuntiationis, vel inquisitionis, nullum volumus præiudicium generari.

TITVLVS V.
DE OFFICIO CVSTODIS.

CAP. VN.

In religiosorum mendicantium conuentibus plures campanæ esse non possunt sine speciali papæ licentia: plures autem campanulas in refectoriis, capitulis et alibi, licite possunt ipsi religiosi mendicantes habere. H. d. Et est extrauagans notabilis: et quia pulsare campanas est custodis officium, vt patet eod. tit. c. 1. in ant. ideo hic non abs re collocata est.

IOANNES XXII. *(ann. 1323. Auenioni.)*

Quia cunctos orthodoxæ fidei professores, et viros præsertim ecclesiasticos sic hortamur adinuicem, et quoad alios etiam conuersari, quod ex ipsorum gestis nullius offendatur iustitia, nec cuiquam scandali materia præparetur: aduertentes, quod eo, quod nonnulli mendicantium ordinum professores in nonnullis suis conuentibus plures campanas obtinent, et in posterum satagunt obtinere, cathedrales ac ecclesiæ aliæ se queruntur propterea iustitiæ detrahi, et exinde euita-

ciuitatibus locorum interdum adferri diuinis officiis impedimentum, videturque inter ipsos litigiis et scandalis via aperiri: nos, præmissis obuiare cupientes periculis, pacemque desiderantes inter ipsos, (sine qua bene pacis auctor non colitur,) obseruari, de fratrum nostrorum consilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quod religiosi dictorum ordinum mendicantium in nullo conuentu suo, seu loco, plures campanas habeant, sine sedis apostolicæ licentia speciali, sed vna tantummodo pro loco quolibet sint contenti. Quodsi forsan communitas seu vniuersitas aliqua ecclesiastica vel mundana, seu iidem religiosi pro illis, in aliquo ipsorum locorum campanam aliam habuerint, vel nunc habent: non illam, sed aliam solam, eorum specialiter vsibus deputatam, pulsare valeant horis diurnis et nocturnis, missis et aliis consuetis. Ceterum religiosis eisdem permittimus, quod, vbi hactenus plures campanas sine lite et contradictione qualibet in vsus dumtaxat proprios habuerint, et nunc habent, illis etiam deinceps libere vti possint, aliis quibuscumque, per eos habitis, intra trium mensium spatium de suis locis seu campanilibus deponendis, et nullatenus iterum reponendis. Verum campanulas, quæ in refectoriis, claustris, capitulis, et aliis forsan officinis religiosorum ipsorum consueuerunt haberi, sub ista nostra ordinatione nolumus comprehendi. Nulli ergo, etc. Datum II. Nouembris, pontificatus nostri anno VIII.

TITVLVS VI.
DE OFFICIO DELEGATI 40).
CAP. VN.

Litteræ apostolicæ, impetratæ ad gratias seu ad lites in aliquibus ciuitatibus seu diœcesibus, dum erant integræ, non obstante diuisione, facta de ipsis in duas seu plures ciuitates seu diœceses, quæ diuisio facta propter diuini cultus augmentum, et populi incrementum, et etiam exsequutores seu iudices earumdem, habeant sub eisdem modo et forma illum vigorem in sic diuisis, quem habebant in illis, dum integræ remanebant. a

IOANNES XXII. *episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (ann. 1318.)*

Sedes apostolica, in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, libenter euitat nubilosa ambiguitatis inuolucrum: illamque sibi semper in suis ordinationibus reseruare cautelam intendit, vt de illis ita proueniant commoda 41), quod aliis non immineat detrimentum. Sane, pridem ad diuini cultus augmentum, et ad salutem populi, quem in nonnullis ciuitatibus et diœcesibus sic multiplicarat Altissimus, quod in earum singulis singulorum vultus nequibat, vt deceret 42), vnicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere, salubriter intendentes, in ipsis diœcesibus, quarum nonnullas in duas, et aliquas in plures diœceses duximus diuidendas, certas earum ciuitates ac ecclesias ereximus cathedrales, quarum singulis proprias, distinctas et limitatas 43) iussimus adsignari. Verum quoniam plures ante ordinationem seu diuisionem nostram huiusmodi tam a nobis, quam a prædecessoribus nostris, Romanis pontificibus, apostolicas obtinuerunt litteras, super beneficiis ecclesiasticis, in ipsis tunc integris diœcesibus vacaturis, quarum nonnullæ restant adhuc exsequutioni mandandæ: nos, amouere volentes cuiuslibet dubitationis scrupulum, qui circa exsequutionem gratiarum, super huiusmodi beneficiis concessarum, posset forsan incidere 44), considerantes attentius, quod per ordinationem seu diuisionem nostram prædictam, ius ad rem exspectantibus dicta beneficia, ante competens, ex ratione immutari non debet, quin adeo efficax in diuisis diœcesibus maneat, sicut in ipsis quondam integris, auctoritate præsentium declaramus, quod omnes et singulæ gratiæ, super beneficiis, vacaturis ante diuisionem 45) huiusmodi in ipsis quondam integris diœcesibus, a nobis vel prædictis prædecessoribus nostris personis quibuscumque concessæ, tam in ipsis, nunc 46) diuisis, quam in aliis diœcesibus, decisis ab illis, eisdem modo et forma possint suo ordine per exsequutores deputatos, et alios, ad quos id pertinebit, ad debitam exsequutionem deduci, quibus ante diuisiones sæpe fatas poterant, et debebant. Idem etiam declaramus quoad litteras apostolicas, iustitiam continentes, vt videlicet iudices, dati per illas in caussis quarumlibet personarum, quæ nunc de eisdem diœcesibus diuisis exsistunt, possint iuxta earum tenorem perinde procedere, ac si dictæ diœceses, de quibus mentio in eisdem litteris habetur, integræ remansissent. Non vlli 47) ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auenion, III. 48) kal. Nouembr. pontificatus nostri anno II.

40) *De exspectantibus beneficium in episcopatu aliorum*, C. impr.
41) *Proueniat commodum*, ibid.
42) *Conderet*, ibid.
43) *Limitates diœceses*, ibid.
44) *Incidere et prouidere*, ibid.
45) *Diuisiones*, ibid.
46) *Quondam nunc*, ibid.
47) *Nulli*, C. impr. ed. ant. L. et Pith.

48) *Tertio*, abest a C. impr.

TITVLVS VII.
DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.
CAP. I.

Episcopus, monasterium visitans, non tenetur accipere monachos illius monasterii pro tabellionibus; etiamsi hoc haberet consuetudo: nec in actu visitationis debet esse solus, sed duos vel tres clericos cum notario, qui similiter sit clericus, secum adsumat. H. d.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1301. *in Latio.*)

Debent superioribus suis reuerentiam subditi: et, dum salubriter ab eis pro culpis correctionem velut curantium medicamenta recipiunt, obedientiam exhibere tenentur. Rursus oportet præpositos cum caritate b corrigere: decet eos inferre humiliter, quod docent, et paterna subiectos dilectione fouere. Sic debitur delicatus effugitur 49): sic onerosus creditor minime reperitur. Sane, dudum venerabili fratre nostro A. episcopo Dulmen. ad visitandum capitulum suæ ecclesiæ Dulmen. 50), quæ regularis ordinis sancti Benedicti fore noscitur, descendente, prior et capitulum ipsius ecclesiæ excipientes, quod de consuetudine erat ecclesiæ supra dictæ, a tempore 51), cuius non erat memoria, inconcusse seruata, quod episcopi Dulmen. qui fuerunt pro tempore, per se solos absque aliis religiosis, sibi adiunctis, vel clericis, vel laicis sæcularibus quibuscumque, adsumtis sibi loco notarii monacho, seu monachis capituli memorati, visitationem suam hactenus præfato impenderunt capitulo, supplicarunt eidem episcopo, vt omnes tam clericos, quam laicos, religiosos et sæculares, (antequam visitationem actualiter exerceret,) a capitulo præciperet amoueri 52): quibus amotis 53), parati erant ipsum admittere ad visitationem huiusmodi peragendam. Et quia dictus episcopus eos super hoc non audiuit; quamquam protestaretur, se velle omnes clericos suos, et alios, (præter tres, vel quatuor, et notarium,) remouere, et sic suam visitationem incipere et complere: idem prior et capitulum ad sedem apostolicam appellarunt. Proposito itaque huiusmodi negotio coram nobis, et auditis, et intellectis, quæ partes dicere voluerunt, nos considerantes, quod consuetudo prædicta contra communem vtilitatem, facultatem probationum, (quæ non est angustanda,) restringit, propter quod etiam, vt salua scilicet sit rerum probatio, quia publice interest, ne veritas occultetur, cautum est iure, vt curent magistratus testari, id est, testificari volentibus, se ipsos, et alios testes, vel signatores præbere. Et statuit generale concilium, vt a iudicibus adhibeatur persona publica, vel duo viri idonei, qui acta conscribant. Quos quidem monachos ad prædicta, tum propter eorum professionem, quæ illorum vocem facit funestam, et ipsos arcet a iudiciis, et publicis siue ciuilibus actibus, nec patitur, (prout constitutio nouella declarat,) nisi in inquisitionis hæreticæ prauitatis caussa, tabellionis, (cuius vicem in hac parte duo viri per supra dictum concilium obtinent,) officium exercere, tum quia suspecti, nec contra priorem, aut capitulum, quibus subsunt, quæ corrigenda inuenirentur 54), fideliter et recte conscriberent, constat non esse idoneos 55). Attendentes quoque, quod id episcopali non modicum detrahit dignitati, si ab episcopo, qui dignitatem propriam suo ingenio augere debet, comites honoris sui caussa adhibiti, abducantur, seque solum suspectis quandoque, forsitan quos visitat, committere compellatur, dictam consuetudinem, per quam prælibati prior et capitulum videntur nimium delicati, tamquam non rationabilem, reprobamus. Sed, ne sit episcopus onerosus, decernimus, nostrorum prædecessorum vestigiis inhærentes, vt, cum ad visitationem, de cetero faciendam in ecclesia memorata, descenderit, in visitationis actu duas vel tres honestas personas, clericali charactere insignitas, quarum vna ad minus sit religiosa ordinis supra dicti, et vnum notarium, clericum, secum habeat, et non plures, consuetudine aliqua obtenta, et compositione qualibet, inter partes ipsas super hoc in contrarium facta hactenus, non obstante. Nulli ergo 56) liceat hanc paginam nostrarum reprobationis, constitutionis, etc. Datum Anagn. X. kalend. Augusti, pontificatus nostri anno VIII.

49) *Efficitur*, C. impr.
50) ibid. desiderantur verba: *Dulmen. ad visitandum capitulum suæ ecclesiæ.*
51) *Et tempore*, ibid.
52) *Admoueri*, ibid.
53) *Admotis*, ibid.
54) *Inueniuntur*, ibid.
55) ibid. non habentur voces: *constat non esse idoneos.*
56) ibid. non sunt verba: *nulli ergo* etc. vsque ad finem.

a *Hæc extrauagans habetur inter XX. Ioann. XXII. sub tit. de conseff. præb. cum gl. domini Zenzelini.*

b *Vide conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1.*

CAP. II.

Beneficia plura incompatibilia obtinens sine dispensatione, debet illa præter vltimum in manu ordinarii intra duos menses dimittere: alias pœnas incurrit, hic positas. Et debet ordinarius tales, plura beneficia obtinentes, compellere ad ostendendam dispensationem. Quod si non fecerit: ab ingressu ecclesiæ suspenditur. Vide cap. Ordinarii. *eod. tit. libr. 6. Quod si diligenter notetur: hæc extrauagans sub hoc tit. recte collocata dicetur.*

IOANNES XXII. (*ann.* 1318. *Auenioni.*)

Vt e, quos virtutis amor a vitio ambitionis exsecrandæ, et auaritiæ cæcitate non retrahit, saltem rigor coerceat disciplinæ: statuimus, vt quicumque, plures dignitates, vel personatus, aut parochiales ecclesias, aut dignitatem, vel personatum cum alio beneficio, curam animarum habente, simul sine dispensatione canonica detinens, illa omnia et singula, (illo dumtaxat excepto, quod vltimo receperit, quod possit, si tamen in eo ex collatione canonica ius sibi compatat, retinere,) intra duos menses, a die notitiæ huiusmodi nostræ constitutionis continue numerandos, efficaciter verbo et facto, absque fraude aliqua in manu ordinarii dimittere teneatur, per eum, vel per eos, ad quem, vel ad quos eorum dispositio spectabit, ea vice libere disponenda. Quod si non fecerit: etiam illo sit ipso iure priuatus, in quo ius compatebat eidem, et inhabilis ad quæcumque beneficia obtinenda penitus censeatur. Qui vero deinceps receperit dignitatem, vel personatum, aut beneficium, curam habens animarum adnexam, si prius simile beneficium obtinebat, primum, quo, postquam secundi possessionem habuerit, vel per eum, (omni dolo et fraude cessantibus,) quo minus habeat, steterit, priuatus noscitur ipso iure, absque moræ dispendio in manu ordinarii omnino similiter dimittere teneatur, per eum vel eos, ad quem seu quos collatio seu ordinariu spectauerit, disponendum. Quod nisi fecerit: extunc secundo sit ipso iure priuatus, et inhabilis ad sacros ordines, et ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum. Vt autem præmissorum fructus facilius subsequatur: omnibus et singulis ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna suspensionis ab ingressu ecclesiæ, quam eos, (si in exsequendis subsequentibus negligentes fuerint,) incurrere volumus ipso facto, districte præcipimus et mandamus, vt sub certa et formidabili pœna, eorum arbitrio infligenda, subditis suis plures dignitates et personatus aut ecclesias, quibus cura imminet animarum, aut dignitatem vel personatum cum alio beneficio, cui cura similis sit adnexa, obtinentibus, iniungere debeant, quod dispensationes, auctoritate quarum huiusmodi ecclesias, personatus, vel dignitates obtinent, si quas habent, nec non et titulos ecclesiarum, dignitatum vel personatuum eorumdem, intra tempus, pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio, ordinariis ipsis, vel iis, quem vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurent, de processibus habendis super his exhibitis, propositis et productis, reddituri absque moræ dispendio per scripta publica conficienda super his sedem apostolicam certiorem.

TITVLVS VIII.
DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. I.

Omnes Christi fideles de necessitate salutis subsunt Romano pontifici, qui vtrumque gladium habet, et omnes iudicat, a nemine autem iudicatur. Hæc tamen extrauagans regem Franciæ et regnicolas non amplius subiicit ecclesiæ Romanæ, quam prius erant, vt patet infr. de priuil. c. Meruit.

BONIFACIVS VIII. (*ann.* 1302. *Romæ.*)

Vnam sanctam ecclesiam catholicam et ipsam apostolicam, vrgente fide, credere cogimur et tenere. Nosque hanc firmiter credimus et simpliciter confitemur: extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, Sponso in Canticis b proclamante: *Vna est columba mea, perfecta mea. Vna est matri suæ, electa genetrici suæ:* quæ vnum corpus mysticum repræsentat, cuius caput 57) Christus: Christi vero Deus. In qua vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vna nempe 58) fuit diluuii tempore arca Noe, vnam ecclesiam præfigurans, quæ in vno cubito consummata, vnum, (Noe videlicet,) gubernatorem habuit et rectorem, extra quam omnia, subsistentia super terram, legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramur et vnicam, dicente Domino in c propheta: *Erue a framea, Deus, animam meam, et de manu canis vnicam meam.* Pro anima enim, id est, pro se ipso, capite simul orauit et corpore: quod corpus vnicam scilicet ecclesiam nominauit, propter Sponsi, fidei, sacramentorum et caritatis ecclesiæ vnitatem. Hæc est tunica d illa Domini inconsutilis, quæ scissa non fuit, sed sorte prouenit. Igitur ecclesiæ vnius et vnicæ, vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet et Christi vicarius, Petrus, Petrique successor, dicente Domino ipso Petro: *Pasce e oues meas.* Meas 59), inquit, et generaliter, non singulariter has vel illas: per quod commisisse sibi intelligitur vniuersas. Siue ergo Græci siue alii se dicant Petro eiusque successoribus non esse commissos: fateantur necesse se de ouibus Christi non esse, dicente Domino in Ioanne, vnum f ouile et vnicum esse pastorem. In hac eiusque potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet et temporalem, euangelicis dictis instruimur 60). Nam, dicentibus apostolis: *Ecce gladii duo hic:* in ecclesia scilicet, cum apostoli loquerentur, non respondit Dominus, nimis esse, sed satis. Certe, qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis: *Conuerte gladium tuum g in vaginam.* Vterque ergo est in potestate ecclesiæ, spiritualis scilicet gladius et materialis. Sed is quidem pro ecclesia, ille vero ab ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, is manu regum et militum, sed ad nutum et patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, et temporalem auctoritatem spirituali subiici potestati. Nam cum dicat apostolus: *Non h est potestas nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt:* non autem ordinatæ essent, nisi gladius esset sub gladio, et tamquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam secundum B. Dionysium, lex diuinitatis est, infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem vniuersi omnia æque ac immediate, sed infima per media et inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem et dignitate et nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet tanto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione, et benedictione, et sanctificatione 61), ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam, veritate testante, spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet, et iudicare, si bona non fuerit. Sic 62) de ecclesia et ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremiæ: *Ecce i constitui te hodie super gentes et regna:* et cetera, quæ sequuntur. Ergo, si deuiat terrena potestas, iudicabitur a potestate spirituali; sed, si deuiat spiritualis minor, a suo superiori: si vero suprema, a solo Deo, non ab homine poterit iudicari, testante apostolo: *Spiritualis k homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur.* Est autem hæc auctoritas, (et si data sit homini, et exerceatur per hominem,) non humana, sed potius diuina, ore diuino Petro data, sibique suisque successoribus in ipso, quem confessus fuit petra firmata, dicente Domino ipsi Petro: *Quodcumque ligaueris* l, etc. Quicumque igitur huic potestati, a Deo sic ordinatæ, resistit, Dei ordinationi resistit; nisi duo, (sicut 63) Manichæus,) fingat esse principia, quod falsum et hæreticum iudicamus: quia, testante m Moyse, non in principiis, sed in principio cælum Deus creauit et terram. Porro subesse Romano pontifici omni n humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus et pronuntiamus 64) omnino esse de necessitate salutis. Dat. Laterani, pontificatus nostri anno VIII.

57) *Cuius corporis caput*, C. impr.
58) *Nempe*, ibid. non habetur.

59) *Meas*, ed. ant. et Pith. iterum non legunt.
60) *Instruimur*, C. impr.
61) *Satisfactione*, ibid.
62) *Si*, ibid.
63) *Sicut*, ibid. haud legitur.
64) Ibid. non habentur verba: *definimus et pronuntiamus.*

CAP. II.

Prælati non discurrant, præsertim habitu transformato. Qui si ad curiam venerint, inde recedere non debent, sine papæ licentia: alias ipsi et receptantes illos excommunicati sunt.

IOANNES XXII. (*ann.* 1318. *Auenioni.*)

Vt prælatorum inepta discursibus grauitas et simplicitas, simulationibus obuia, et ipsorum ad Christi vicarium indeuotio, religiositati quippe contraria, non immerito arguenda, cum reuerentiam illorum sanctitas, lucem puritas, formosque maturitas poscat gressus, vt sint vita mundi, fama clari, proficuique reddantur exemplo. Verum quia ipsorum quorumdam, (vt fide dignorum habet assertio,) eo vana prorupit interdum, ne diximus, perniciosa temeritas, quod, (vestibus spiritualis sanctitatis abiectis, dissimulato habitu,) ad remotas a suis sedibus partes se transferunt; quin immo ad sedem apostolicam clanculo, nobis non visis, nec insinuato o, quod venerint, venisse, latitasse, discessisseque dicantur: nos, ne, tacentibus nobis, non præcisus huiusmodi morbus inualeat, dum prouidum creditur, quod incautum, licitum, quod impune, omnibus episcopis, superioribusque prælatis sub obtestatione diuini iudicii inhibemus, ne absque rationabili caussa, timoris forte vel alia, extra suarum ciuitatis et diœcesis ac prouinciarum, (mutatis habitibus,) limites indiscrete discurrant. Inhibemus etiam, ne qui episcoporum et superiorum ipsorum latenter, (præsertim habitu transformato,) venientes ad curiam, de ipsa, (Romani pontificis non præsentati conspectibus, vel saltem ab eo recedendi licentia non obtenta,) recedant. Si qui vero

a *Vide concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 2. et 4. et sess. 24. de reform. c. 17.* b *Cantic. 6.* c *Psalm. 21.* d *Ioann. 19.*

e *Ioann. 21.* f *Ioann. 10.* g *Matth. 26.* h *Rom. 13.* i *Hierem. 1.* k *1 Cor. 2.* l *Matth. 16.* m *Gen. 1.* n *Alias ita:* omnem humanam creaturam. o *Alias:* intimato.

episco-

episcoporum et superiorum huiusmodi nostræ inhibitionis contradictores astiterint, et absque ipsius Romani pontificis recedendi licentia concessa, eoque non viso, recesserint ab eadem, nec non si qui scienter receptauerint ante dictos, nisi id confestim eidem Romano pontifici, vel alicui, per quem hoc ipsum ad eius crediderint deduci notitiam, manifestare curauerint; (etiamsi episcopali, archiepiscopali, patriarchali vel quauis alia dignitate præfulgeant:) eos excommunicationis sententia innodamus.

CAP. III.

Prælati ad curiam non debent more noctuæ latenter venire, nec inde sine papali licentia recedere: alias infideles indicantur, et sententia excommunicationis ligantur.

IOANNES XXII. (*ann.* 1318.)

Etsi deceat quoslibet subditorum curam exercere sollicite, et per omnia velut lucis filios ambulare: hoc tamen præcipue ab ipsis exigitur, qui constituti per altitudinem dignitatis, vt in specula, circa commissas sibi plebes pastorum simul et custodum partes implere tenentur, et coram ipsis laudabilium operum exemplo lucere. Ad nostrum sane peruenit auditum, quod nonnulli, pontificali præditi dignitate, gregum suorum custodiam negligentes, et abhorrentes lucem, tamquam filii tenebrarum, non verentur se ab ouium suarum cura, mercenarii more, tempore longo subducere, et, pontificali dignitate reiecta, non erubescunt vagari per deuia sub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo paribus et superioribus honore præcepto, sic abiecti et indecori interdum ad sedem apostolicam clanculo declinare præsumunt, vbi more noctuæ, cuius intuitum nox illuminat, lux excæcat, de die latentes, horis tenebrarum, quos suis arbitrentur conformari desideriis, visitant, suos eis euomentes conceptus iniquos, et conspirationes forsan illicitas aduersus nos et alios pertractantes, et demum ab inde, (non absque notabili sedis prædictæ contemtu,) reuerentia tam consueta, quam debita, non exhibita Romano pontifici, et nec ab ipso petita licentia, nec obtenta, recedunt. Nos igitur, et ipsius sedis honori in hac parte prospicere, ac talium insolentiis finem imponere cupientes, de fratrum nostrorum consilio, generali prohibemus edicto, ne de cetero præsul aliquis sine superioris licentia, nisi pro negotiis ecclesiæ, sibi commissæ, extra suam diœcesim audeat pernoctare, firmiter statuentes, vt, quicumque pontifex ad Romanam curiam veniens, papale palatium primitus visitet, ad papam, (si hoc patiatur temporis opportunitas,) intraturus, ac reuerentiam consuetam et debitam exhibiturus eidem, nullatenus recessurus e curia, nisi ab ipso super hoc petita licentia et obtenta. Quodsi secus a quoquam super his fuerit attentatum: nos quoscumque prælatos, quemuis etiam patriarchali dignitate fulgentes, sic ad sedem accedentes, et ab illa, (vt prædicitur,) recedentes, nec non quoslibet alios, qui tales apud sedem ipsam receptare præsumserint, nisi ante receptionem huiusmodi eidem Romano pontifici significauerint aduentum illorum, decernimus eo ipso notam infidelitatis incurrere, ac excommunicationis sententiæ subiacere. Nulli ergo, etc.

TITVLVS IX.
DE TREVGA ET PACE.

CAP. I.

Sixtus papa, volens discordiam, ex pragmatica sanctione subortam, sedare, ordinariis regni Franciæ ad conferenda beneficia sex menses concedit. Facultatem concedendi sex gratias sibi retinet. Beneficia cardinalium et eorum, qui cardinalibus sunt familiares, in regno Franciæ existentia, suæ dispositioni vsque ad certum tempus reseruat. De beneficiis promouendorum quid fieri debeat, ostendit. Caussas beneficiales in prima instantia vult in partibus terminari, in quibus ante definitiuam sententiam, (nisi in vno casu,) vetat appellari. Quid de caussis, in curia pendentibus, faciendum sit, narrat. Si autem eadem caussa in diuersis curiis, diuersis respectibus tractatur, quonam pacto terminanda sit, hic recitatur. Taxas beneficiorum, editas a Ioanne XXII seruandas censet. Tandem tempus ponit, intra quod vult ista acceptari et seruari. Scias autem quod huiusmodi concordata, tamquam iuri communi et decretis Constant. et Basilienf. contraria, non sunt effectum sortita.

SIXTVS IV. (*ann.* 1471. *Romæ.*)

Ad vniuersalis ecclesiæ regimen, diuina disponente clementia, vocatis, inter alia pro commissorum populorum votiua dilectione nil occurrit præstantius, quam exortas inter personas ecclesiasticas, (principis tenebrarum astutia,) discordiarum fomenta per nostræ sollicitudinis occursum protinus extinguere: vt, cuiusuis alterationis salubriter euulsis seminibus, pacis et tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos, (diuina adsistente gratia,) imponere et constituere valeamus. Cupientes itaque, vt, suscitata retroactis temporibus discordia, (proh dolor!) in regno Franciæ, Delphinatu, aliisque terris et dominiis carissimi in Christo filii nostri, Ludouici, Francorum regis illustris, inter nonnullas ex eisdem personas, occasione cuiusdam constitutionis, quæ in eodem regno diutius inoleuit, quam personæ prædictæ pragmaticam sanctionem vocant, ne, si, (quod absit,) maiora fomenta sumeret, damna pariter et grauiora scandala periculaque subsequerentur, fine debito claudatur, et totaliter secludatur, auctoritate apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio omnibus et singulis prælatis et aliis personis ecclesiasticis regni, Delphinatus, terrarum et dominiorum eorumdem, ad quos dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, terrarum et dominiorum eorumdem collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio pertinet, de quibusuis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, et præbendis, nec non aliis beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus et regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus, quæ deinceps in Februarii, Aprilis, Iunii, Augusti, Octobris et Decembris mensibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit, (dummodo dispositioni apostolicæ ex aliqua generali reseruatione, in corpore iuris clausa, aut per alteram ex constitutionibus felicium recordationum Benedicti XIII. quæ incipit: *Ad regimen*: aut Ioannis XXII. Romanorum pontificum, prædecessorum nostrorum, quæ incipit: *Exsecrabilis*: seu constitutiones et regulas cancellariæ apostolicæ, per nos super hoc editas, reseruata generaliter non existant,) perinde ac si aliquæ a sede apostolica, vel eius legatis exspectatiuæ litteræ non emanassent, libere disponendi facultatem concedimus per præsentes. Et quia isti summi pontifices, prædecessores nostri, consueuerunt se in concessionibus gratiarum exspectatiuarum [a] personis bene meritis exhibere liberales: nostræ intentionis existit concedere in regno, Delphinatu, terris et dominiis regni huiusmodi, vltra gratias exspectatiuas, per nos in eisdem regno, Delphinatu, terris et dominiis concessas, (quibus in aliquo præiudicare non intendimus per præsentes, quasque in suo robore permanere volumus,) sex personis idoneis regnicolis, sex alias gratias exspectatiuas ad quamlibet collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem singulorum ex prælatis et aliis personis prædictis. Ex quibus quidem sex gratiis, duæ gratiæ exspectatiuæ concedentur duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus rex ipse, et carissima in Christo filia nostra, regina, ac dilectus filius, nobilis vir, Delphinus Viennensis, nec non magistri et præsidentes, ac alii officiarii, in aliquo ex parlamentis regis eiusdem regni nobis super hoc vnanimiter supplicabunt, qui duo nominati per regem et reginam, Delphinum, magistros, præsidentes, et officiarios præfatos, gaudeant prærogatiuis ad instar familiarium nostrorum continuorum commensalium. Ipsisque sex gratiis consumtis, alias sex gratias similes, aliis sex gratiis personis idoneis modo et forma præmissis concedere intendimus. Volumus autem, ac eiusdem auctoritate et tenore præsentium decernimus et declaramus, beneficia, quæ venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Rom. eccl. cardinalium familiares continui commensales, eorum familiaritate durante, in regno, Delphinatu, terris, et dominiis præfatis obtinent, et in posterum obtinebunt, dispositioni apostolicæ in posterum censeri reseruata, quamdiu dumtaxat cardinales præfati vitam duxerint in humanis, ac post obitum eorumdem cardinalium per sex annos, continue sequentes. Quibus quidem sex annis elapsis, alii, ad quos eorumdem beneficiorum collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio alias pertinet, de beneficiis familiarium huiusmodi, in regno, Delphinatu, terris, et dominiis præfatis consistentibus, in prædictis mensibus disponere valeant, huiusmodi reseruatione non obstante. Concedimus etiam, quod beneficiorum, quæ promouendi per nos, dignitates, seu beneficia consistorialia ipsarum prouisionum, per nos de eorum personis faciendarum, obtinebunt, ac in quibus, et ad quæ ius eis quomodolibet competit, aut competere poterit, per promotiones ad dignitates, et alia beneficia consistorialia prædicta, ac munus consecrationis eisdem promouendis impendendum, seu lapsum temporis de consecrandis episcopis a sacris canonibus definiti vacaturorum, si promotiones ipsæ in aliquo ex supra dictis mensibus fiant, nisi beneficia ipsa essent alias dispositioni apostolicæ, (vt præfertur,) reseruata, ad prælatos et personas supra dictas, si vero in aliis mensibus promotiones eisdem fieri contingat, ad nos et Romanos pontifices, successores nostros, collatio, prouisio, et omnimoda dispositio pertineat, et, quoniam sedis apost. notariorum magnus reperitur numerus, eorumdem notariorum, qui habitum, per eiusdem sedis notarios gestari solitum, publice et continue gestent, et in posterum gestabunt, beneficia, in eisdem regno, Delphinatu, et terris consistentia, dumtaxat censeantur reseruata: quodque [b] omnes et singulæ caussæ beneficiales in partibus coram iudici-

a *Gratias exspectatiuas et mandata de prouidendo nemini amplius concedi decreuit conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 19.* b *Vide conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20.*

bus competentibus vsque ad definitiuam inclusiue, in prima dumtaxat instantia, in qua nulli ante definitiuam liceat 65) appellare, nec appellatio, (si fuerit emissa) debeat admitti, nisi ab interloquutoria, vel a grauamine, negotium principale minime concernente, quod non possit per appellationem a definitiua sententia reparari, in aliis vero instantiis in Romana curia tractentur, cognoscantur et fine debito terminentur. Caussæ vero beneficiales, pendentes in dicta curia inter nostros, aut dictorum cardinalium familiares, continuos commensales, ipsis cardinalibus in eadem curia præsentibus, seu in aliqua legatione, aut recreationis caussa recedentibus, nec non præfatæ sedis officiales, officia actu exercentes, aut alios a præmissis, qui per sex menses curiam prædictam sequuti sunt, et sequuntur de præsenti, curiales, et quoscumque alios eorum aduersarios, super quibusuis beneficiis, eisdem aduersariis, auctoritate ordinaria collatis, per illos, quibus commissæ reperiuntur, seu alios, per nos ad id deputatos, seu etiam deputandos iudices audiantur, cognoscantur, decidantur fineque debito terminentur, ac exsequutioni debitæ demandentur. Ceteræ vero similes caussæ beneficiales, inter quoscumque alios pendentes, et quæ quibusuis iudicibus, seu auditoribus commissæ reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Franciæ auctoritate apostolica committantur audiendæ, et cognoscendæ, decidendæ, et fine debito terminandæ, cum necessaria earumdem caussarum aduocatione. Præterea, quia aliquæ ex supra dictis caussis in eadem Romana curia super petitorio, et diuersis curiis ipsius regni super possessorio tractantur: volumus, quod in eisdem caussis, in diuersis curiis super petitorio et possessorio vnico, et eodem contextu pendentibus, (suspenso petitorio, et censuris super hoc latis,) in possessorio in curiis eorumdem iudicum, coram quibus caussæ possessorii pendent de præsenti, procedant, caussæque ipsæ super huiusmodi possessorio, intra biennium terminentur, et finiantur. Alioquin, biennio elapso, liceat partibus ipsis procedere super petitorio, et vlterius dictis caussis expeditis, super possessorio, aut, huiusmodi biennio elapso, altera partium litigantium coram iudice competenti, auctoritate apostolica deputato, poterit ius suum prosequi, ipseque apostolicus iudex intra aliud biennium caussam in petitorio terminare tenetur. Quod si non fecerit; caussa ipsa ab eo auocata, et his penitus extincta censeatur. Et si forsan aliquis eorumdem iudicum cuiusuis sibi commissæ caussæ expeditionem maliciose prorogare aut differre præsumserit; excommunicationis et omnium beneficiorum suorum priuationis pœnas ipso facto incurrat, a qua quidem excommunicationis pœna absolui nequeat, nisi a nobis et successoribus nostris, Rom. pontificibus, præterquam in mortis articulo *a*. Quodque de cetero in litteris expediendis in regno Franciæ, Delphinatu, et terris, aliisque dominiis prædictis seruentur taxæ, super hoc editæ per Ioann. XXII. papam præfatum, et excessus, si qui fuerint, corrigantur. Et quia propter assiduas guerras et nouitates, quæ continue vigent in dicto regno, prætenditur ecclesias, dum vacant, grauatas, in taxa etiam reformata in concilio Constantiensi, quæ reducta est ad medietatem antiquæ taxæ, quod grauatus in eadem taxa prælatus promouendus soluat communia, et minuta seruitia, quæ plores ex Gallis annatam vocant: tantum pro vera æstimatione fructuum ecclesiæ et monasterii, ad quæ sit promotus, easque in dicta cancellaria, et camera apostolica inuiolabiliter obseruari mandamus. Et quia in supra dictis concessionibus regnum ac regem maxima sumus caritate complexi: credendum est non immerito, vt se deuotos et obedientes erga sanctam Romanam ecclesiam exhibeant. Quare volumus, et eisdem auctoritate et tenore statuimus, quod præfatus rex intra quatuor menses præmissa acceptare et obseruare, ac in regno, Delphinatu et dominiis huiusmodi obseruari facere, nec non intra alios duos præfatos quatuor immediate sequentes menses super acceptatione et obseruatione, aliisque præmissis omnibus et singulis per suas patentes litteras nos et sedem præfatam certificare teneatur: alioquin præsentes litteræ, et inde sequuta quæcumque sint cassa et irrita, nulliusque roboris vel momenti. Nos enim extunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionis, intentionis, voluntatis, constitutionis, declarationis, indulti, mandati, et statuti infringere, et 66) ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXII. septimo idus Augusti, pont. nostr. anno I.

65) *Liceat*, ed. ant, L. et Pith.
66) *Vel*, ibid.

a In mortis articulo nulla est casuum reseruatio: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis et censuris absoluere possunt. Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.

CAP. II.

Discordia inter religiosos mendicantes, et ecclesiarum parochialium rectores in partibus Germaniæ quatuor delegatis commissa, per eos sub certis formis et modis in pacem et concordiam conuersa fuit: quam Romanus pont. confirmat, præcipiens sub pœna excommunicationis illam a prælatis obseruari.

SIXTVS IV. (*ann. 1478. Romæ*)

Vices illius *b*, qui supra petram ædificauit ecclesiam suam, (meritis licet insufficientibus,) gerentes in terris, et per eius immaculata vestigia, (quantum nobis ex alto conceditur,) incedere satagentes, inter Christi fideles quoslibet, et præsertim sub vno atque eodem sacerdotii vexillo nobiscum Deo militantes, pacem et caritatem inducere, et inductam confouere, vigilanti sollicitudine meditamur assidue, et, quæ iis contraria sunt, falce vigilantiæ pastoralis, ad radicem posita, submouere, prout rerum et temporum circumstantiæ id non immerito exposcere dignoscuntur. Nuper siquidem pro parte tunc venerabilium fratrum nostrorum Moguntinen. et Treueren. archiepiscoporum, ac Herbipol. et Wormatien. et Spiren. episcoporum, quam dilecti filii nobilis viri, Philippi, comitis Palatini Rheni, et ducis Bauariæ, qui vnus ex electoribus Romani imperii exsistit, ad nostrum peruenit auditum, quod inter dilectos filios Prædicatorum, Minorum, et Carmelitarum ordinum professores, et nonnullos parochialium rectores, et alios etiam ecclesiarum prælatos, instigante illo, qui, tamquam leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret, in partibus Germaniæ, et præsertim in oppido Eslingen. Constant. diœces. suscitata sunt nonnulla dissensionum et scandalorum fomenta, ex certis caussis, tunc nobis expressis, quæ nisi per vigilantiam pastoralis officii celeriter succidantur, possent ad scandalum non modicum Christi fidelium illarum partium faciliter peruenire. Nos igitur, attendentes, quod sacrosancta Rom. ecclesia, ab eius fundatione primæus in ordine sacerdotali, quem Petrus apostolus, et eius successores obseruarunt, instituta, et per viros prouidos et sacerdotes virtuosos adaucta, et longissimis temporibus feliciter conseruata exstitit, rursusque animaduertentes, quod, hodiernis temporibus hominum crescente malitia, nisi ager dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus Spiritus sancti, et præconibus verbi Dei, (qui præter ceteros in ordinibus fratrum Mendicantium, gratia adsistente diuina, in copioso numero reperiuntur,) adsidue coleretur, vepribus malorum, et sentibus vitiorum omnium celeriter obrueretur, non potuimus non ab intimis cordis nostri dolere, quod inter tales viros, qui se mutua caritate diligere, et alter alterius, (iuxta apostolum *c*,) onera portare deberent, discordiæ seminarium excitaretur. Vnde cum vellemus super his ea, quæ decet, maturitate consulere, venerabilibus fratribus nostris, Gulielmo Hostiensi, et Angelo Prenestinen. episcopis, et dilectis filiis nostris, Iuliano tituli S. Petri ad Vincula, ac Petro tituli S. Sixti presbyteris cardinalibus, viuæ vocis oraculo commisimus et mandauimus, vt a singulis partibus prædictis, vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hinc inde propositis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem episcopi et cardinales statutis loco et tempore, conuocatis, auditis et intellectis partibus prædictis, (vt præfertur,) et in præmissis grauiter et consulte procedentes, partes ipsas de communi earumdem consensu ad concordiam infra scriptam perduxerunt, videlicet, quod ipsi parochiani sacerdotes de cetero non dicant, a Mendicantibus hæreses processisse: cum in veritate fides nostra sit illuminata, et ecclesia exaltata per eosdem, et præsertim per ordines Prædicatorum et Minorum, vt iura testantur. Quodque fratres Mendicantes non prædicent, populos parochianos non teneri audire missam in eorum parochiis diebus festiuis et dominicis; cum iure sit cautum, illis diebus parochianos teneri audire missam in eorum parochiali ecclesia: nisi forsan ex honesta caussa ab ipsa ecclesia se absentarent. Quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos, et bene caueant propter pœnas, quas imponunt canones, cum sit libera. Quod etiam ipsi Mendicantes desistant prædicare, quod parochiani non sint obligati, saltem in paschate proprio confiteri sacerdoti: quia de iure *d* tenetur parochianus saltem in paschate proprio confiteri sacerdoti. Per hæc tamen ipsi fratres Mendicantes non censeantur exclusi, quo minus secundum iuris communis et priuilegiorum, eisdem concessorum, dispositionem, confessiones audire, et pœnitentias iniungere valeant. Quod etiam de cetero inter ipsos fratres Mendicantes et curatores, quoad effectum prædicandi, horas cantandi, et campanas pulsandi, seruetur consuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis seruata fuit in ipso oppido Eslingensi. Et casu, quo veniat aliqua occasio siue necessitas, non fiat commutatio temporis, vel horæ, in ipsis prædicationibus fiendis, nisi de consensu partium. Quodque etiam ipsi fratres in sermonibus eorum non detrahant prælatis, et rectoribus parochialium ecclesiarum: nec etiam populos a suarum ecclesiarum parochialium frequentia et accessu abstrahant, siue retrahant quoquo modo. Et vice versa ipsi rectores et prælati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, sed illum fauorem, quem possunt, eis impendant, et in omnibus et per

b Matth. 16. *c Gal. 6.* *d Cap. omnis vtriusque sexus, de pœn. et remiss.*

omnia

omnia præstent, ita, vt vera vnitas et perfecta caritas inter eos ostendatur. Nos itaque, illius vices gerentes in terris, qui apostolis suis dixit a: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis:* cupientes super his opportune prouideri, motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra certa scientia et mera voluntate, concordiam prædictam, ac omnia et singula, per præfatos episcopos et cardinales ordinata, ad hoc, vt perpetuo inconcussa persistant, auctoritate apostolica, et ea certa nostra 67) scientia approbamus, et confirmamus, ac viribus perpetuo subsistere debere decernimus, supplentes omnes et singulos defectus, tam iuris, quam facti, si qui forsan interuenerunt in eisdem, iniungentes nihilominus archiepiscopis, episcopis, plebanis, rectoribus, curatis, nec non prioribus, gardianis, at singulis fratribus ordinum Mendicantium, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam contra facientes et quemlibet eorum, contra facientem, incurrere volumus eo ipso: a qua absolui nequeant, nisi de expresso consensu partis læsæ, et debita satisfactione præuia, inuiolabiliter obseruent, et quantum in eis est, ab aliis obseruari faciant. Et insuper quascumque lites et caussas, coram quibuscumque caussarum palatii apostolici auditoribus, seu alibi, occasione præmissorum, inter dilectos filios, decanum et capitulum ecclesiæ Spirenf. et curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indecisas pendentes, illarum status, tenores, et formas, et in eis gesta et actitata, præsentibus pro expressis habentes, ad nos harum serie, motu, scientia et auctoritate prædictis aduocamus, et litem seu lites ipsas penitus exstinguimus, et ambabus partibus prædictis, litis huiusmodi consortibus, seu illis adhærentibus, perpetuum silentium imponimus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac priuilegiis, eisdem fratribus in genere vel in specie concessis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo, etc. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXIIX. XV. kal. Iulii, pontif. nostr. anno V.

67) *Nostra*, abest ab ed. Pith.

a *Ioann.* 14.

FINIS LIBRI PRIMI.

EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

DE IVDICIIS.

CAP. VN.

Decretalem: Super cathedram. *quæ est in Clem. in cap.* Dudum. *innouata, iubet obseruari: neque propter illam debent religiosi Mendicantes esse molesti et graues prælatis, neque prælati ipsis religiosis. Et si sint aliquæ iniuriæ, vel molestationes hinc inde factæ: papa vult iustitiæ complementum breuiter exhiberi, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, vel aliter, prout qualitas excessuum exigit, non obstantibus quibuscumque obstaculis, quæ possent his obuiare.*

IOANNES XXII. *(anno 1317. Auenioni.)*

Frequentes, immo innumerosæ quodammodo de diuersis mundi partibus venerabilium fratrum nostrorum episcoporum, aliorumque superiorum prælatorum, nec non dilectorum filiorum, rectorum, curatorum, et parochialium sacerdotum querelæ, contra dilectos filios fratres Prædicatorum et Minorum ordinum nostrum et sedis apostolicæ excitarunt auditum, et clamorosis insinuationibus excitare et fatigare non cessant, quod iidem fratres decretalem: *Dudum.* editam a felicis recordationis Bonif. papa VIII. præd. nost. quæ incipit: *Super cathedram.* ac per piæ memor. Clem. papam V. prædec. nostr. in Viennensi conc. innouatam, temere obseruare non curant: sed ipsam transgredi non timent, in eiusdem sedis contemtum, animarum suarum periculum, et eorumdem et ecclesiarum parochialium præiudicium et grauamen. Intelleximus quoque, quod plerumque præfatis dictorum Prædicatorum et Minorum, nec non eremitarum sancti Aug. et Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum eremitarum personis idem prædecessor Bonif. constitutionem prædictam, in qua tantum de ipsis Prædicatorum et Minorum cauebatur ordinibus, per omnia voluit postmodum integraliter et inconcusse seruari, et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos subsequenter constitutionem eamdem, quoad omnia in ea contenta, duximus extendendam, a prædictis episcopis, prælatis, rectoribus, curatis, et sacerdotibus contra tenorem constitutionis prædictæ graues iniuriæ atque molestiæ in diuersis partibus inferuntur. Nuper pro parte ven. fratris nostri, archiepiscopi Burdegal. et dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegal. et aliarum ecclesiarum, prioratuum, conuentuum, rectorum, curatorum, sacerdotum, et vicariorum parochialium, ac clericorum, tam regularium, quam sæcularium ciuitatis et diœcesis prædictarum, nobis extitit intimatum, quod prædicti eorumdem Prædicatorum, Minorum, eremitarum, et Carmelitarum ordinum fratres, contra tenorem decretalis eiusdem, multa eisdem et eorum singulis grauamina et iniurias inferunt et iacturas. Quia igitur parum esset iura condere, nisi, qui ea tueatur, existat: nos, volentes de fratrum nostrorum consilio decretalem prædictam: *Super cathedram.* irrefragabiliter obseruari, discret. v. per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut vnus vestrum, per vos, seu alium, vel alios, etiamsi sint extra loca, in quibus estis conseruatores, seu iudices deputati, tam eisdem archiepiscopo, capitulis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis, ac clero ciuitatis, et diœcesis prædictarum, et eorum cuilibet aduersus prædictos, quam a conuerso eisdem fratribus aduersus archiepiscopum, capitula, prælatos, priores, conuentus, rectores, sacerdotes, vicarios ac clerum, præfatos, et singulos eorumdem efficacibus defensionibus præsidio assistentes, ac facientes decretalem prædictam, quoad omnia eius capitula, prout iacent, firmiter obseruari, non permittentes contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eisdem archiepiscopis, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis ac clero, vel alicui seu aliquibus eorumdem, nec etiam prædictos archiepiscopum, capitula, prælatos, conuentus, rectores, curatos, sacerdotes, vicarios, ac clerum, seu aliquem, vel aliquos ipsorum eisdem fratribus grauamina, ac iniurias irrogari, facturi ipsis hinc inde, de quibuscumque iniuriis, molestationibus, grauaminibus, et damnis, vicissim illatis hactenus, et etiam in posterum inferendis eisdem contra tenorem constitutionis eiusdem, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu iudicii et figura, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exigit, iustitiæ complementum, molestatores minores et maiores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet et rebelles, quandocumque et quotiescumque expedierit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus quibuscumque exemtionibus, specialibus vel generalibus, tam fratribus et ordinibus prædictis, vel alicui, seu aliquibus fratrum et ordinum eorumdem, quam præfatis archiepiscopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis, ac clero, seu ipsorum alicui vel aliquibus, communiter vel diuisim, sub quacumque forma vel expressione verborum, ab eadem sede concessis, ac eiusdem Bonifacii, quo cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatem vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis vltra diætam vnam a fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu, ne iudices, et conseruatores, a sede deputati prædicta, extra ciuitatem et diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, siue alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos vltra vnam diætam a fine diœcesis eiusdem trahere præsumant: dummodo vltra duas diætas aliquis extra suam ciuitatem auctoritate præsentium non trahatur, seu, quod de manifestis iniuriis, molestiis et aliis, quæ iudicialem indaginem exigunt, (pœnis in eos, si secus egerint, et etiam id procurantes, adiectis,) conseruatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscumque constitutionibus a Romano pontifice, tam de iudicibus delegatis et conseruatoribus, quam personis, vltra certum 68) numerum per litteras apostolicas ad iudicem non vocandis, aut aliis edictis, quæ vestræ possent iurisdictioni, aut potestati, eiusque exercitio libere quomodolibet obuiare, seu, si tam eisdem fratribus, vel eorum ordinibus, aut alicui, seu aliquibus fratrum et ordinum prædictorum, quam archiepiscopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus

68) *Earum*, ed Pith.

doribus, vicariis, ac clero prædictis, vel aliquibus ipsorum, seu quibusuis aliis communiter vel diuisim a præfata sede sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra vel vltra, circa vel alio quocumque modo ad iudicium euocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et de eorum personis, locis, hominibus, ordinibus, et nominibus propriis mentionem, ex quibuslibet aliis indulgentiis, seu priuilegiis dictæ sedis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expresse, vel totaliter non inserta, nostræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum specialem oporteat in nostris litteris fieri mentionem. Ceterum iudicibus, seu conseruatoribus quibuscumque per litteras apostolicas, sub quacumque elie, quam præsenti, verborum forma vel expressione confectas, eisdem prædictorum Prædicatorum, Minorum, eremitarum, ac Carmelitarum ordinum fratribus, seu ipsis ordinibus communiter vel diuisim super damnis et iniuriis, et aliis quibuscumque rebus, seu negotiis, aliis deputatis, et subdelegatis eorum præsentibus et futuris, auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne aliquem, seu aliquos auctoritate litterarum papalium, prætextu seu occasione quorumcumque damnorum vel iniuriarum, siue grauaminum, contra tenorem prædictæ constitutionis: *Super cathedram.* ipsis fratribus, seu eorum ordinibus ante dictis communiter vel diuisim a quibuscumque personis illatorum hactenus, et etiam inferendorum in posterum, coram se alicui deinceps ad iudicium vel alias quoquo modo vocare, seu in caussam aliquatenus trahere præsumant, inhibitionem huiusmodi non solum ad futura, sed etiam ad quouis modo adhuc pendentia et incœpta negotia volentes extendi, ac decernentes præfatas litteras et processus, eorum auctoritate quacumque habitos et habendos ad damna, grauamina, et iniurias huiusmodi, contra tenorem dictæ constitutionis illata et inferenda, (vt dictum est,) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum et inane, si secus super præmissis per quoscumque scienter vel ignoranter contigerit attentari, vobis nihilominus iniungentes, vt inhibitionem nostram huiusmodi ad dictorum iudicum, seu conseruatorum et subdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deduceré procuretis. Insuper volumus et auctoritate apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico: quodque a data præsentium sit vobis et vnicuique vestrum in præmissis omnibus et eorum singulis cœptis et non cœptis, præsentibus et futuris et præteritis, licitum procedere, ac si prædicta omnia et singula coram vobis cœpta fuissent, et iurisdictio vestra, et cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata extitisset, constitutione prædicta super conseruatoribus et aliis quomodolibet in contrarium edita non obstante. Datum Auenion. X. kal. Februarii, pontificatus nostri anno XI.

TITVLVS II.
DE DILATIONIBVS.

CAP. VN.

Præmisso eleganti exordio, ostensisque periculis, quæ proueniunt ex falsorum florenorum fabricatione, citantur peremtorie fabricantes, data sibi dilatione trium mensium, intra quos coram papa compareant: alias contra ipsos, eorum absentia non obstante, procedetur, prout iustitia suadebit.

IOANNES XXII. (*anno 1325. Auenioni.*)

In delictorum diuersorum nexibus ac tenebris inuolutos, plerumque trahit in maiorum scelerum præcipitium moles præponderans peccatorum. Nam etsi diuersos diuersa delicta coinquinent: sunt tamen nonnulli, qui, propriæ salutis immemores, delictis communibus et vulgaribus non contenti, ad profana et vetita prorumpentes, sic damnosa cupiditate lucrorum, ac inexhausta eorum voragine deuoluuntur, quod, dummodo suas ingluuies, ad quas inhiant, expleant, se lucris illicitis, immo iacturis spiritualibus temere immergentes, honori Dei, et animarum saluti, ac sacrorum canonum, et imperialibus edictis, et iuribus communibus, capturas nefarias, et lucra illicite anteponunt. Sane, iamdudum ad nostri apostolatus auditum multorum fide digna relatio, sæpius etiam repetita, perduxit, et fama iam publica, per facti euidentiam diuulgata, effecit notorium, nonnullos esse in Lombardiæ superioris, et Marchiæ Ianuensis partibus, qui, licentiæ temerariæ laxatis habenis, licere sibi præsumentes illicita, cudunt et fabricant, seu cudi et fabricari faciunt florenos auri, secundum formam, et signum, et coinum ac circumferentias litterarum, qui in ciuitate Florentiæ, (a tempore, cuius non extat memoria,) cudi et fabricari sunt soliti, et cuduntur et fabricantur etiam in præsenti. Et quamuis dicti floreni, ad veram florenorum de Florentia similitudinem fabricati, in vero et solito florenorum eiusdem ciuitatis pondere enormiter et bonitate auri, et vero florenorum valore deficiant; ipsi tamen, (simulata eorum effigie,) personas vt plurimum simplices, et quandoque etiam in huiusmodi rebus expertas decipiunt, ipsasque damnis rerum, et periculis personarum exponunt, dum pro veris florenis ipsos recipiunt: cum etiam præterea in talibus plurimi non habeant inter florenos et florenos tantæ similitudinis peritiam discernendi. Nos itaque, tantis et præcipue animarum periculis affectu paterno occurrere cupientes, monemus omnes et singulos talium præsumtores, ipsis nihilominus districtius inhibentes, quatenus deinceps a cusione et fabricatione florenorum huiusmodi cessent, realiter et effectualiter resipiscant, nihilominus præsentis edicti peremtorii auctoritate citantes eosdem, ac eorum singulos, sub pœna priuationis iuris, si quod eis super cudendis florenis competit, (quam ipsos, cessante iusto impedimento, si in exsequendis mandatis nostris huiusmodi remissi seu negligentes fuerint, incurrere volumus ipso facto,) vt intra trium mensium spatium, a data præsentium numerandum, per se vel per procuratorem idoneum apostolico conspectui se præsentent, propositiuri, quo iure ipsis florenos competat ius cudendi, ac exhibituri priuilegium, si quod super hoc habeant, vel ius aliud, si quod sibi credant competere, ostensuri, et nihilominus super prædictis facturi et recepturi, quod iustitia suadebit, intimantes eisdem. Quodsi non venerint: nos contra ipsos super præmissis, et ea tangentibus procedemus, prout expedire viderimus, et suadebit iustitia, ipsorum absentia non obstante. Vt autem huiusmodi nostra nuntiatio atque citatio ad communem omnium notitiam deducatur; chartam siue membranam, citationem atque monitionem huiusmodi continentes, in maioris ecclesiæ Auenionensis affigi ostiis faciemus, quæ processum huiusmodi suo quasi sonoro præconio, et patulo indicio publicabunt, vt prædicti moniti, et citati, et alii quicumque, qui sua crediderint interesse, vel quos processus ipse continget, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos processus huiusmodi non peruenerit, vel quod ignorauerint eumdem: cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum a, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auenion. VI. kal. Decembr. pontificatus nostri anno IX.

TITVLVS III.
DE DOLO ET CONTVMACIA.

CAP. VN.

Citationes, etiam extra dies sollemnes publice factæ de mandato papæ, in audientia litterarum apostolicarum, vel papali palatio affixæ ianuis maioris ecclesiæ loci, in quo papa cum curia sua degit, arctant citatum, ac si ad eum personaliter deuenissent. Restringitur tamen hæc extrauagans ad illos, qui impediunt, ne ad eos possit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute adiri non potest, vt c. 1. de iudic. in Clem.

BONIFACIVS VIII. (*ann. 1301. Romæ.*)

Rem non nouam aggredimur, neque viam 69) insolitam ambulamus, sed anterioris iuris calcatam vestigiis, præsentis constitutionis indubitata roboramus 70) suffragio, et inconcusso munimine stabilimus. Est siquidem iam sancitum, quod propositum publicæ citationis edictum eum arctet, qui impedit, aut facit etiam se celando, ne ad eum possit peruenire citatio, apparetque contumax, qui sic agit. Quodque in albo prætoris huiusmodi edicta proposita suæ iurisdictioni subiectos arceant b, et astringant magis, quam si voce præconia, (quæ innotescit paucis,) vel litteris citarentur. Ius enim, quod talem modum citationibus 71) proposuit, violenter præsumsisse credendum est, vt, quæ in eodem albo tot ipsius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda, ad citati notitiam deuenirent. Vnde ad præbendam omnibus eorum, quæ sanciuntur plenam lectionem et notionem, mandatur legem tabulis aut lapidibus sculptam, sanctissimæ ecclesiæ describi porticibus et affigi. Præmissis igitur in debitam considerationem deductis, ac in lance irrefragabilis rationis appensis, nos, qui vniuersis 72) (disponente Domino,) præesse dignoscimur, volentes per hanc nouellam constitutionem aliquid circa prædicta statuta expressius inueniri, declaramus de fratrum nostrorum consilio, et nihilominus hoc edicto, perpetuo valituro, firmamus, et statuimus, vt citationes auctoritate apostolica de quibuscumque personis vndecumque et vbicumque sint, cuiuscumque status, dignitatis vel præeminentiæ, ecclesiasticæ vel mundanæ, etiamsi imperiali vel regali fulgeant dignitate, præsertim si impediant, vel faciant per se vel per alios quoquo modo, ne citationes ipsæ ad eos perueniant, ex quacumque caussa faciendo, vt citandorum domicilia siue loca tute vel libere adiri non possint: cum, (prout scriptum est,) existimare debeamus, an eo ire liceat, vbi est

69) *In viam*, ed. Pith.
70) *Roboremus*, C. impr.
71) *Citationes*, ibid.
72) *Vniuerso*, ibid.

a *Occultum non præsumitur, quod omnibus publicatur.* b *Fortasse legendum:* arctent.

citatio

citatio facienda, perinde ad instar edictorum praetorum, propositorum in albo praetoris, etiam extra sollemnes dies, in quibus Romani pontifices suos facere consueuerunt generales processus, publice id nobis specialiter, et ex certa scientia iubentibus, facta in audientia litterarum nostrarum, aut in aula nostri palatii, postmodum adfigendæ ianuis maioris ecclesiæ loci, in quo Romana communis omnium Christiani populi nationum residebit curia, vt cunctis possint patere, et ita deferri citatis, sic valeant et arctent 73) citatos post terminum lapsum, quem, (considerata locorum distantia,) volumus citationibus ipsis competentem apponi, sicut si eos personaliter apprehendissent, non obstantibus aliquibus priuilegiis, indulgentiis, et litteris apostolicis, generalibus aut specialibus, quibuscumque personis pontificali, imperiali, regali, vel alia ecclesiastica, seu mundana dignitate praeditis, aliisque inferioribus ecclesiis, monasteriis, locis, collegiis, et vniuersitatibus in quacumque forma verborum concessis, per quæ talium citationum effectus posset quomodolibet impediri: etiamsi de ipsis, et eorum totis tenoribus de verbo ad verbum, aut de propriis nominibus personarum, monasteriorum, ecclesiarum, locorum illorum, quibus conceduntur, vel eorum ordinibus, aut dignitatibus oporteat in nostris litteris fieri mentionem.

73) *Arctant*, C. impr.

FINIS LIBRI SECVNDI.

EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM LIBER TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS. DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

CAP. VN.

Praemissa musicæ artis plurima laude, cantorum lasciua melodia reprobatur, qui contra honestatem clericalem, quod ore cantabant, gestibus simulabant. Et cantores ipsi, tam exemti, quam non exemti per octo dies ab officio suspenduntur. Posset etiam hæc extrauagans apte locari sub tit. *de celebr. miss.*

IOANNES XXII. (*ann. 1322. Auenioni.*)

Docta sanctorum patrum decreuit auctoritas, vt in diuinæ laudis officiis, quæ debitæ seruitutis obsequio exhibentur, cunctorum mens vigilet, sermo non cespitet, et modesta psallentium grauitas placida modulatione decantet. Nam in ore eorum dulcis resonabat sonus. Dulcis quippe omnino sonus in ore psallentium resonat, cum Deum corde suscipiunt, dum loquuntur verbis, in ipsum quoque cantibus deuotionem accendunt. Inde etenim in ecclesiis Dei psalmodia cantanda praecipitur, vt fidelium deuotio excitetur: in hoc nocturnum diurnumque officium, et missarum celebritates adsidue clero ac populo sub maturo tenore, distinctaque gradatione cantantur, vt eadem distinctione colliboant, et maturitate delectent. Sed nonnulli nouellæ scholæ discipuli, dum temporibus mensurandis inuigilant, nouis notis intendunt fingere suas, quam antiquas cantare malunt, in semibreues, et minimas ecclesiastica cantantur, notulis percutiuntur. Nam melodias hoquetis intersecant, discantibus lubricant, triplis et motetis vulgaribus nonnumquam inculcant, adeo, vt interdum antiphonarii et gradualis fundamenta despiciant, ignorant, super quo ædificant, tonos nesciant, quos non discernunt, immo confundunt: cum ex earum multitudine notarum adscensiones pudicæ, descensionesque temperatæ, plani cantus, quibus toni ipsi secernuntur ad inuicem obfuscentur. Currunt enim, et non quiescunt; aures inebriant, et non medentur: gestibus simulant, quod depromunt, quibus deuotio quærende contemnitur, vitanda lasciuia propalatur. Non enim inquit frustra ipse Boetius, lasciuus animus vel lasciuioribus delectatur modis, vel eosdem sæpe audiens emollitur et frangitur. Hoc ideo dudum nos et fratres nostri correctione indigere percepimus: hoc relegare, immo prorsus abiicere, et ab eadem ecclesia Dei profligare efficacius properamus. Quocirca de ipsorum fratrum consilio districte praecipimus, vt nullus deinceps talia, vel his similia in dictis officiis, praesertim horis canonicis, vel cum missarum sollemnia celebrantur, attentare praesumat. Si quis vero contra fecerit; per ordinarios locorum, vbi ista commissa fuerint, vel deputandos ab eis in non exemtis, in exemtis vero per praepositus seu praelatos suos, ad quos alias correctio et punitio culparum et excessuum huiusmodi, vel similium pertinere dignoscitur, vel deputandos ab eisdem, per suspensionem ab officio per octo dias auctoritate huius canonis puniatur. Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum diebus festis praecipue, siue sollemnibus in missis, et praefatis diuinis officiis aliquæ consonantiæ, quæ melodiam sapiunt, puta octauæ, quintæ, quartæ, et huiusmodi supra cantum ecclesiasticum simplicem proferantur, sic tamen, vt ipsius cantus integritas illibata permaneat, et nihil ex hoc de bene morata musica immutetur: maxime cum huiusmodi consonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocent, et psallentium Deo animos torpere non sinant. Actum et datum, etc.

TITVLVS II. DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

CAP. I.

Cum beneficia, in curia vacantia, idoneis debeant conferri personis, illorum collationem papa sibi reseruat. Vide cap. 2. et 3. et cap. *Praesenti.* eod. tit. libr. 6.

BONIFACIVS VIII. (*ann. 1295. Romæ.*)

Piæ sollicitudinis studio ducimur, vt dignitates, personatus, praebendæ, aliaque beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, quæ apud sedem apostolicam vacare noscuntur, personis conferantur idoneis *b*, per quas in eis debita impendantur obsequia, et diuinorum cultus exerceatur sollicite in eisdem. Inde fit, quod nos huiusmodi dignitates, personatus, praebendas, ecclesias, et alia ecclesiastica beneficia, quæ apud sedem eamdem intra vnum mensem, e data praesentium hactenus in curia vacauerint, computandum, et quæ exnunc apud eam vacauerint in futurum, prouisioni sedis eiusdem auctoritate apostolica reseruamus, decernentes exnunc irritum et inane, si secus in hac parte scienter vel ignoranter, per quemcumque seu quoscumque apostolica, vel alia quauis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo, etc. Datum Later. III. nonas Maii, anno I.

CAP. II.

Prouisiones, sub titulo commendæ factas de ecclesiis patriarchalibus, archiepiscopalibus, episcopalibus, et monasteriis ad petitionem regum vel quorumcumque magnatum, reuocat.

CLEMENS V. (*ann. 1306. in Tuscia.*)

Ex supernæ prouidentia maiestatis, cuius vniuersa dispositione reguntur, ad apostolicæ praeeminentiam dignitatis, (licet insufficientibus meritis,) euocati, gregem dominicum, nostræ vigilantiæ creditum, vndique contemplamur, illumque salubri studemus pastoris more, vigili, (quantum nobis ex alto permittitur,) obseruantia custodire, vt de illo possimus ad ipsius laudem, cuius exercemus vices in terris, dignam in extremo iudicio reddere rationem. Ideoque nos diligens cura sollicitat, continua pulsat instantia, et curiosa sollicitudo peruget, vt circa fidelium statum, salubriter dirigendum, sic efficacibus studiis et promtis operibus intendamus, quod per nostræ cooperationis ministerium erga sanctam matrem ecclesiam deuotio fidelium concrescat, ipsorum cessent grauamina, et tranquillitatis ei proueniat incrementum: quod tunc recte agere credimus, cum molestis euantibus viam praecludimus, indirecta dirigimus, subtrahimus

a *Eccles.* 47.

b *Vide concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 12.*

noxia,

noxia, et ſalubria procuramus. Sane, pridem nos, licet inſufficientibus meritis, ad ſummum apoſtolatus apicem, (ſicut Domino placuit,) euocati, ab ipſo noſtræ promotionis exordio, antiquæ notitiæ regum, prælatorum, magnatum, et aliorum nobilium perſonarum eccleſiaſticarum et ſæcularium memores exiſtentes, ac ipſorum aliquibus, tum quia in terris morantes eorum, gradum huiuſmodi promotionis habuimus, tum quia ſolitæ ad eos amicitiæ ſpecialibus affectibus ducebamur, aliquibus vero ex aſſueta Romanorum pontificum liberalitate, quam in ſuis exercere ſunt ſoliti nouitatibus, volentes honoris et liberalitatis affluentia complacere, ad eorum importunas tamen et multiplicatas precum inſtantias, nonnullis clericis, et perſonis eccleſiaſticis, regularibus et ſæcularibus, diuerſorum ordinum, dignitatis, conditionum et ſtatuum, patriarchales, archiepiſcopales et epiſcopales eccleſias, ac monaſteria diſtincta 74) paſtoribus, ſub commendæ vel cuſtodiæ, ſeu curæ vel guardiæ, aut adminiſtrationis titulo, nomineue notabili, duximus perpetuo ad vitam ſeu ad certi temporis ſpatium committenda, ſuper his, et tales videlicet tantaſque gratias per nos fieri decuiſſet, variorum arduorum negotiorum multiplicitate diſtracti, vſque ad tempus, quo infirmitate ſatis periculoſa nos his diebus viſitauit omnipotens, nequiuimus cogitare plenarie. Verum in debilitate ipſius ægritudinis conſtituti, a negotiorum vtcumque diſcuſſione ſemoti, ad hoc ſub diligenti examine direximus aciem noſtræ mentis, demumque proſpeximus euidenter, quod eccleſiarum et monaſteriorum eorumdem cura negligitur, bona et iura diſſipantur ipſorum, ac ſubiectis eis perſonis et populis ſpiritaliter plurimum et temporaliter derogatur, eiſque redundant ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum: et nedum ipſis, ſed etiam Romanæ matri eccleſiæ, (quæ, diſponente Domino, ipſorum caput fore dignoſcitur et magiſtra,) grauiora inde futura timentur pericula. Nolentes igitur his tot et tantis diſpendiis vlterius cauſſam relinquere, ſed volentes potius opportunum et debitum in hac parte remedium adhibere, omnes et ſingulas promiſſiones huiuſmodi, per nos, (vt præmittitur,) factas, quibuſcumque cuiuſcumque ordinis, dignitatis, aut ſtatus, ſed etiam ſanctæ Rom. eccleſiæ cardinalibus quocumque modo vel tempore factæ noſcantur, auctoritate apoſtolica exnunc ex certa ſcientia reuocamus, caſſamus, et annullamus, et decernimus de cetero non habere aliquam roboris firmitatem. Nulli ergo, etc. Datum apud Palatium Burdegalenſ. diœceſ. X. kal. Martii, anno II.

74) *Deſtituta*, ed. Pith.

CAP. III.

Beneficia maiora et minora, vacantia et vacatura, præſertim in prouincie Burdegalen. Clemens V. certis ex cauſſis ſuæ diſpoſitioni reſeruauit, cum appoſitione decreti.

CLEMENS V. (*ann.* 1306. *in Gallia*)

Etſi in temporalium diſpoſitione bonorum habenda ſit diſcretionis cautele, præcipue vt ea digne et laudabiliter diſponantur; in eccleſiaſticis tamen rebus multo fortius inuigilare noſtra debet intentio, vt iuxta perſonarum conditiones et ſtatus, ad diuini nominis laudem, et ipſarum vtilitatem prouideatur de merito eccleſiaſticis perſonis: cum iuxta canonicas ſanctiones *a* nihil ſit, quod eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod indigni adſumantur ad regimen animarum. Hac igitur conſideratione moti ſpecialiter Burdegalen. eccleſiam, de qua, (licet immeriti,) ſumus nouiter ad hunc ſtatum ſummi apoſtolatus adſumti, et monaſterium ſanctæ crucis Burdegalen. ordinis ſancti Benedicti, etiam vacans per obitum quondam fratris Gulielmi de Bombio 75), abbatis eiuſdem, et generaliter patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales 76), monaſteria, prioratus, et quoslibet perſonatus, dignitates vel officia, cuiuſcumque ordinis et conditionis exiſtant, nec non canonicatus, præbendas, eccleſias cum cura vel ſine cura, et alia quælibet beneficia 77), quocumque nomine appellentur, quæ apud ſedem apoſt. vacare noſcuntur ad præſens, et quæ toto noſtri pontificatus tempore vacare contigerit in futurum, prouiſioni, collationi et diſpoſitioni noſtræ et ſedis eiuſdem hac vice auctoritate apoſtolica reſeruamus, decernentes exnunc irritum et inane, ſi quid contra hoc per quoſcumque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, conſtitutione Clementis IV. et Bonifac. VIII. Rom. pont. prædeceſſ. noſtr. et alia qualibet, in contrarium edita, non obſtante. Et quia plus timeri ſolet, quod ſpecialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur: hac reſeruatione noſtra et decreto ligari volumus ignorantes. Et quia bullam noſtram non habemus ad præſens; ad cautelam præſentium et memoriam futurorum, huiuſmodi reſeruationem cum præmiſſi interpoſitione decreti ſcribi, et in publicam formam redigi iuſſimus per Bernardum, Capratii publicum notarium, infra ſcriptum; quam etiam ſigilli, (quo vtebamur olim Burdeg. eccleſiæ præſidentes,) fecimus appenſione muniri. Datum Burdeg. II. kal. Aug. pontif. noſtr. anno I.

75) *Bobio*, ed. Pith.
76) *Eccleſias*, additur in ed. cit. L. et Pith.
77) *Beneficia eccleſiaſtica*, ſimul legitur ibid.

CAP. IV.

Papa hic primo ambitionem et importunitatem quorumdam religioſorum et ſæcularium ſuper obtinendis pluribus beneficiis, diſpenſatiue, qui inſufficientes quandoque erant pro vno, in diuerſis locis, regnis et aliis locis diſtantibus recitans, apponit plures ex hoc contingentes inconuenientias. et tandem ſtatuit, quod omnes, (exceptis cardinalibus ac regum filiis,) qui ſuper pluralitate beneficiorum, quæ alias de iure non poterant obtinere, diſpenſationem obtinent, vnum cum cura, aliud ſine cura, poſſint a tempore notitiæ eligere intra menſem, et alia cum effectu dimittere teneantur: alias omnibus ſic diſpenſatis ſint ipſo iure priuati. Et idem de beneficiis, in quibus ius eſt ad rem, dum vacabunt: de pluribus etiam talibus, iniuſte tamen et ſine diſpenſatione detentis, ordinat, quod vltimum retineant, et omnia alia dimittant intra menſem, alioquin omnibus ſint priuati. Item, vult, quod, qui amodo talia receperint, dimiſſionem de primo faciant coram ordinario cum effectu: alioquin ſint omnibus ipſo iure priuati. Quæ omnia, ſic vacantia, diſpoſitioni apoſt. ſedis reſeruat, interpretans ordinarios in hoc caſu ſolos diœceſanos beneficiorum ſic dimiſſorum. Item, hoc vult de ſolis beneficiis intelligi, in quibus quis per ſe vel vicarium ſuum temporalem curam animarum vel ſpiritualem iuriſdictionem exercet de conſuetudine vel de iure. H. d. de Laud.

IOANNES XXII. *epiſc. ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (ann. 1317. Auenioni.)*

Exſecrabilis *b* quorumdam, tam religioſorum, quam ſæcularium ambitio, quæ ſemper plus ambiens, eo magis inſatiabilis creditur 78), quo ſibi amplius indulgetur, et improbitas importuna petentium a nobis et prædeceſſoribus noſtris, Romanis pontificibus, non tam obtinuiſſe, quam extorſiſſe plerumque noſcuntur 79), vt vnus interdum etiam ad vnum beneficium eccleſiaſticum minus idoneus, in diuerſis eccleſiis, nedum vicinis, ſed abinuicem longe diſtantibus, immo nonnumquam in diuerſorum regnorum partibus ſituatis, plures quam duas vel tres, aut plures etiam dignitates vel perſonatus, officia ſeu prioratus, aut diuerſa eccleſiaſtica beneficia, curam animarum habentia, poſſit diſpenſatiue, cum alias non liceret de iure communi, recipere, et ſimul licite retinere. Vnde inter cetera inconuenientia, infra ſcripta 80), naſcuntur, quod videlicet interdum vnus, qui vnum, quamuis modicum, vix officium implere ſufficeret, plurimorum ſibi vindicat ſtipendia, quæ multis litteratis viris, vitæ puritate ac teſtimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, poſſent 81) abunde ſufficere, æqua diſtributione collata. Habentibus ipſa paratur vagandi materia, diuini cultus minuuntur, hoſpitalitas, in ipſis beneficiis debita, non ſeruatur: et, dum non ſunt ſui in vnaquaque regione rectores, eccleſiarum detrahitur commodis et honori, quæ, carentes defenſorum auxilio, in iuribus ſuis et libertatibus multipliciter collabuntur: ruinis patent ædificia nobilia, quæ magnificentia extruxerat deceſſorum. Et, (quod amarius eſt dolendum,) animarum cura negligitur, et vitiorum ſentibus fomentum periculoſe præbetur. Nos itaque, tot malis tantiſque diſcriminibus occurrere cupientes, omnes et ſingulas diſpenſationes ſuper receptione ac retentione plurium dignitatum, perſonatuum, officiorum, prioratuum, aut beneficiorum, quibus cura ſit animarum adnexa, ſub quacumque forma vel expreſſione verborum, a nobis vel dictis prædeceſſoribus noſtris, cuicumque perſonæ conceſſas, (cardinalibus tamen ſanctæ Rom. eccleſ. qui circa nos vniuerſali eccleſiæ ſeruiendo, ſingularum eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, ac regum filiis, qui propter ſublimitatem eorum ac generis claritatem ſunt potioris 82) prærogatiua gratiæ attollendi, dumtaxat exceptis,) deliberatione ſuper hoc cum fratribus noſtris habita diligenti, de ipſorum conſilio et ex certa noſtra ſcientia, in forma ſubſcripta duximus taliter moderandas, quod per moderamen noſtrum effrenatam circa eaſdem perſonas talium beneficiorum multitudinem reſtringamus, ipſique impetrantes fructu diſpenſationum huiuſmodi totaliter 83) non fruſtrentur. Statuimus itaque et de fratrum noſtrorum conſilio ordinamus, quod obtinentes nunc ex diſpenſatione legitima pluralitatem huiuſmodi dignitatum, perſonatuum, officiorum, aut prioratuum ſeu beneficiorum, quæ alias abſque alia diſpenſatione legitima 84) obtinere nequibant, vnum tantum ex dignitatibus

78) *Eo magis fit inſatiabilis*, C. impr.
79) *Noſcitur*, ibid.
80) *Subſcripta*, ibid.
81) *Poſſint*, ibid.
82) *Potiori*, ibid.
83) *Taliter*, ibid.
84) *Abſque diſpenſatione*, ibid.

a *In concil. Lateran. ſub Innoc. IV. c. 26. refertur in c. nihil eſt. extr. de elect.*

b *Vide conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. c. 2. et 4. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.*

tibus, personatibus, officiis, prioratibus, ecclesiis vel beneficiis huiusmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, personatu, vel officio, prioratu, ecclesia vel beneficio sine cura, quæ habere maluerint, prætextu dispensationis sufficientis, circa id eisdem indultæ, possint licite retinere: quæ 85) tamen teneantur eligere intra mensem, numerandum a tempore notitiæ constitutionis istius, ceteris beneficiis cum cura vel sine cura, quæ ipsius dispensationis prætextu tenebant, et quæ aliter ante non poterant de iure absque dispensatione aliqua licite retinere, quæ nos extunc 86) vacare decernimus, coram ordinariis sub testimonio publico intra idem tempus verbaliter vel realiter cum effectu dimissis, absque eo, quod ad illa numquam sine noua collatione, ab eo, qui facere poterit facienda, redire, aut eorum administrationi se immiscere præsumant. Alioquin tam his, quam aliis omnibus beneficiis, quæ virtute huiusmodi nostri moderaminis retinere poterant, vt præfertur, sint ipso iure priuati, et prorsus inhabiles ad similia beneficia obtinenda. Per hoc autem iis, qui dignitates, personatus, officia, prioratus, vel alia beneficia, curam animarum habentia, ex dispensatione, quæ ius tribuat, iuxta nostram moderationem præscriptam obtinent, et alia similia beneficia nostrarum vel eorumdem prædecessorum auctoritate litterarum exspectant, cum quibus est, vt illa, cum vacauerint, recipere, et vna cum obtentis retinere licite valeant, dispensatum, noluimus derogari, quin ea, cum vacauerint, intra dicti temporis spatium possint eligere, et, dimissis aliis, recipere in forma præscripta, ac licite retinere, pœnas similes incursuri, si huiusmodi nostræ contraire præsumserint sanctioni. Porro, quia quorumdam oculos sic suæ cupiditatis vitium excæcauit, quod plura talia beneficia simul absque dispensatione canonica retinere præsumunt: nos de illis præsenti decreto statuimus, vt omnia et singula beneficia, sic detenta, (illo tamen retento, quod vltimo receperunt 87), dummodo in eo ex collatione canonica competat ius eisdem,) infra tempus, vt præscribitur, limitatum, verbo et facto ac sine fraude, coram ordinariis sub testimonio similiter publico dimittere teneantur. Quod si non fecerint: et illo sint ipso iure priuati, in quo ius eis alias competebat, et inhabiles penitus ad quæcumque obtinenda ecclesiastica beneficia censeantur. Qui vero deinceps receperint dignitatem vel personatum, seu officium, aut aliud beneficium, curam animarum habens adnexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud, quo ipso iure, (postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos, omni dolo et fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit,) priuati noscuntur, absque moræ dispendio in ordinariorum manibus dimittere debeant, pari modo: alioquin extunc sint ipso iure secundo priuati, et nedum ad sacros suscipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcumque aliud ecclesiasticum beneficium inhabiles reputentur. Quæ omnia et singula beneficia vacatura, vt præmittitur, vel dimissa, nostræ et sedis apostolicæ dispositioni, de ipsorum fratrum consilio reseruamus, inhibentes, ne quis præter Rom. pont. quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de 88) huiusmodi beneficiis disponere, vel circa illa per medium permutationis, vel alias innouare hoc quoquo modo præsumat. Nos enim, si secus actum vel attentatum fuerit, irritum decernimus et inane. Ceterum ordinarios intelligimus in casibus supra scriptis episcopos, in quorum ciuitatibus vel diœcesibus consistunt beneficia, seu aliquod eorum, quæ debent secundum præmissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel, ecclesiis cathedralibus vacantibus, capitula earumdem. Et hi de beneficiis tam dimissis, quam, (vt præmittitur,) perditis, nos vel apost. sedem certificare studeant, quam primum commode poterunt, indilate, vt de illis salubriter disponere valeamus. Quantum autem ad modificationem personatuum 89) attinet ante satam: illa dumtaxat, et non alia beneficia ecclesiastica, quocumque nomine nuncupentur, curam habere censemus, quæ parochias habent, in quibus est animarum cura adnexa 90), non per vicarios perpetuos, sed per rectores, aut ministros beneficiorum ipsorum vel illorum temporales vicarios exercenda, nec non etiam illa, quorum ministris ratione beneficiorum huiusmodi competit visitare, inquirere, procurationes recipere, suspendere, excommunicare, seu ab excommunicationis et suspensionis sententiis absoluere de consuetudine, vel de iure, iuribus aliis, de animarum cura loquentibus, in suo robore quoad cetera permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum moderationis, statutorum, constitutionum, reseruationis, inhibitionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. **Datum Auenion. XIII. kalend. Decembr.** pontif. nostr. anno II.

85) *Qui*, c. impr.

86) *Extunc*, ibid.

87) *Receperunt*, ibid.

88) *Vel*, ibid.

89) *Personatuum*, ibid. non habetur

90) *Adnexa*, desideratur ibid.

CAP. V.

Episcopatus Tholosanus, in reditibus plurimum abundans, in nouam metropolim, propter multiplices caussas, hic expressas, erigitur, cui pro suffraganeis ecclesiis sunt deputatæ quatuor villæ, in nouas ciuitates erectæ, adiecta cum illis ecclesia Apamiarum. Et quibus episcopis et archiepiscopis prius suberant, quidque eorum cuilibet pro reditibus sit adsignatum, hic exprimitur: et tandem censuræ ecclesiasticæ in rebelles proferuntur. Aduerte, quod ecclesia de Vauro, et ecclesia de Mirapice, sunt sub ecclesia Tholosana, tamquam suffraganeæ: licet de illis hic mentio nulla fiat. Vtilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoscimus caussas erigendi, et diuidendi ecclesias, alias aliis subiiciendi, et alias ab aliis eximendi, et ad solum papam hæc omnia spectare, cui in singulari priuilegio maiores caussæ maioresque negotia reseruantur, patet in *cap. 1. de translat. episc.* cum suis concordantiis.

IOANNES XXII. *(ann. 1316. Auenioni.)*

Saluator noster, cuius nutui cuncta seruiunt *a*, in agro mundi huius messem multam adspiciens, et operariorum raritatem attendens, Dominum messis rogandum esse, vt in illam operarios mitteret, censuit: et ipse idem etiam exiens mane, veluti paterfamilias diligens, horis diei variis operarios in vineam suam misit. Romanus itaque pontifex, sicut, eodem Domino disponente, vicarius esse dignoscitur, sic et ipsius actibus, (in quantum finit humana fragilitas,) se conformare tenetur. Vbi ergo superexcrescere messem, populi videlicet multitudinem, viderit: operarios debet opportunos adiicere, et iuxta propheticum verbum augere custodiam, custodes et cultores idoneos in dominicam vineam destinare. Sane, considerantes attentius, et intra pectoris claustra meditatione sollicita reuoluentes, quod in tanta multitudine populi, quanta fœcundauit Altissimus ciuitatem et diœcesim Tholosanam, singulorum vultus nequibat, (vt condecet,) vnicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere, quodque durum erat atque difficile, per talem latam et diffusam diœcesim ad vnum tantum a personis ecclesiasticis et mundanis recursum haberi, attendentes etiam, quod, licet Tholosanus episcopatus reditibus abundaret immensis, non tamen supererat hucusque memoria, quod ex suorum opulentia copiosa redituum aliquid in ecclesia vel diœcesi Tholosana prouenisset in diuini cultus augmentum, immo sic ex adipe prodierat et prodibat iniquitas, vt multo iam tempore luxus circa carnis desideria, euectionum pompa, immensitas clientelæ, immoderata diffluxio in patentes, sumtus enormes, aut vsus extraordinarii sibi vindicassent ibidem quasi totum patrimonium crucifixi, et verendum erat, ne præsul vnicus Tholosanus incrassatus *b* et dilatatus, et excessiuis huiusmodi opibus alias superbus, periculose recalcitrans, Deum factorem derelinqueret, et a suo salutari recedens, perniciosum exemplum in subditos deriuaret, pensantes quoque, quod sanctæ memoriæ Clemens papa quintus, prædecessor noster, eodem etiam tempore, quo ciuitas et diœcesis, ante fatæ, longe minus in populo, ac reditibus adfluebant, tamen ex tunc, benedicente Domino, incredibiliter creuerint in vtroque, et iugiter crescere dignoscantur, spiritu beatæ considerationis inductus, ad diuisionem episcopatus eiusdem firmiter, dum viueret, intendebat, licet morte præuentus suum in hac parte nequiuerit implere conceptum, nos, pium prædecessoris nostri propositum in effectum volentes adducere, et tam dissipare malum, quod prædictorum redituum copia excessiua produxit, quam etiam cultum augere diuinum, et spiritalem animarum profectum, quos, (si iuxta facultatis exigentiam, et diffusam latitudinem dictæ diœcesis sufficiens numerus in eadem vtilitate præsulum deputetur,) indubie prouenire speramus, promouere salubriter intendentes, præmissis et aliis suadentibus iustis caussis, ex certa nostra scientia, de fratrum nostrorum consilio concordi, et apostolicæ plenitudine potestatis, ad laudem Dei, exaltationem ecclesiæ, fideliumque salutem, episcopatum ipsum dictamque diœcesim Tholosanam apostolica auctoritate diuidimus in quinque diœceses, quas per certos distingui limites faciemus, volentes ac decernentes, quod præter ciuitatem Tholosanam, quæ suam propriam et distinctam habebit diœcesim, certis finibus limitandam, subscriptæ quatuor villæ, quarum quamlibet, eisdem consilio et auctoritate in ciuitatem erigimus, et ciuitatis vocabulo insignimus, scil. de monte Albano, pridem de Caturcen. diœces. cui adiicietur certa pars dictæ quondam diœcesis Tholosanæ, ac sancti Papuli de Riuis, et de Lumberiis, et de ipsa quondam Tholosana diœcesi existentes, IV. separatas diœceses habeant, certis limitibus distinguendas. Quodque beati Martini de monte Albano, vbi corpus sancti Theodori confessoris dicitur esse reconditum, prædictæ ciuitatis montis Albani, et beati Papuli dictæ ciuitatis sancti Papuli, B. Mariæ de Lumberiaco, ciuitatis præfatæ Lumberiaci, nec non beatæ Mariæ de Riuis ecclesiæ ipsius ciuitatis Riuenensis, sint de cetero et habeantur perpetuo ecclesiæ cathedrales. Et quia ecclesia Tholosana sicut sollemniori statu, et conditione potiori refulget; sic et grandioris honoris titulis efferenda est, ipsam hucusque suffraganeam ecclesiæ Narbonens. ac totam quondam diœces. Tholosanam de fratrum nostrorum consilio, et ex certa nostra scientia, et apostolicæ plenitudine

a *Matth* 9. *Matth*. 20. *b* *Deut*. 3.

potesta-

potestatis, ab omni iurisdictione, potestate, ac subiectione archiepiscopi, capituli et eiusdem ecclesiae Narbonensis penitus eximentes, eam ad laudam diuini nominis, et honorem ecclesiae sanctae suae, in archiepiscopalem, seu metropolitanam erigimus, eamque honoribus et insigniis sedis metropolitanae decoramus, auctoritate apostolica decernendo, vt exnunc pro metropolitana ecclesia in perpetuum habeatur. Et quia etiam dignum est, vt, ex quo de filia facta mater, metropoliticae dignitatis suscepit insignia, et suffraganearum congruum numerum filiarum, ac decentem prouinciam habeat, vt ad iudicium archiepiscopi Tholosani, qui pro tempore fuerit, omnes caussae suffraganeorum episcoporum et personarum ecclesiasticarum, ac ciuitatum eiusdem prouinciae iuxta sacrorum statuta canonum referantur: nos praefatas IV. ciuitates et ecclesias cathedrales cum earum dioecesibus, (vt praemittitur,) distinguendas, nec non ciuitatem et ecclesiam Apamiarum cum sua dioecesi, exnunc ipsius ecclesiae Tholosanae suffraganeas, ac de prouincia Tholosana in perpetuum fore decernimus, et iure metrop. subiicimus, et subiectas esse volumus eas illi, praenominatas montis Albani, quae de dioecesi Caturcens. et Bituricens. prouincia, et Apamiarum ciuitates et ecclesias, quae de prouincia Narbon. hactenus fuisse noscuntur, nec non reliquas tres ciuitates et ecclesias sancti Papuli, Riuensen. et Lumberiacen. quae ab olim de dioecesi Tholosana fuerunt, cum earum dioeces. conuentibus, collegiis, siue capitulis a iurisdictione, potestate, ac subiectione quacumque Bituricensis et Narbonensis archiepiscoporum, ac Caturcensis, et quondam Tholosani, episcoporum, capitulorum, et abbatum atque conuentuum, et ordinariorum quorumlibet aliorum ecclesiasticorum, quibus quomodolibet fuerant hucusque subiectae, auctoritate praesentium perpetuo eximentes, de praedictorum consilio, et plenitudine potestatis. De bonis autem, reditibus, prouentibus et iuribus dicti quondam episcopatus Tholos. ipsi Tholos. decem millia, et singulis aliis praedictis ecclesiis, (Apamiarum excepta, cui de ipsis bonis, reditibus et prouentibus, iuribus, vltra illa, quae habere dignoscitur, certam adsignabimus portionem, nostris aliis litteris distinguendam,) singula quinque millia librarum Turonen. annui reditus, et perpetui prouentus, quae quidem vnicuique illarum, suisque pontificibus, (dignitate ac onere, et circumstantiis aliis attente pensatis,) debere sufficere vidimus, praeter reditus, prouentus, et iura, quae ad praedictas ecclesias, et conuentus earum antea pertinebant, de quibus ad honorem Dei, et ipsarum ecclesiarum commodum intendimus ordinare, exnunc auctoritate praedicta de consilio ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter per ipsarum ecclesiarum praesules, qui pro tempore fuerint, in rebus et locis, cuilibet magis adiacentibus et vicinis, iuxta distinctionem, seu limitationem dioecesium singularum, per alias nostras litteras faciendam. Interim tamen, distinctione, seu limitatione praedicta pendente, volumus, quod eorum quilibet summam, eum contingentem, pro rata accipiat annuatim de bonis, reditibus, prouentibus et iuribus ante dictis, per manus eorum, quos ad hoc prouiderimus deputandos. Residuum vero redituum, prouentuum, et iurium ipsorum, quod, facta de illis, (vt praemissum est,) adsignatione, superetit, nec non iurisdictionem spiritualem et temporalem, quae ad dictum quondam episcopatum Tholosan. vsque ad tempus diuisionis huiusmodi pertinebat, et quae, distinctione, seu limitatione post facta pendente, faciemus per idoneas exerceri personas. Ac beneficia, etiamsi dignitates, personatus ac officia existant, (exceptis his, ad quae quis per electionem adsumitur, et in quibus, vel ad quae auctoritate litterarum apostolicarum alicui, seu aliquibus ius est aliquod adquisitum, quibus per id nullum volumus praeiudicium generari,) nunc et in antea vsque ad distinctionem dioeces. vacatura dispositioni nostrae ac sedis apostolicae de fratrum ipsorum consilio reseruamus. Haec igitur per dictae sedis prudentiam circumspectam sic statuta salubriter et vtiliter ordinata, perpetuis esse valitura temporibus, et robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate praedicta districtius inhibemus, ne aliquis cuiuscumque praeeminentiae, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi archiepiscopali, vel episcopali, seu regia praefulgeat dignitate, huiusmodi ordinationem, apostol. reseruationem, et alia supra dicta quouis modo turbare, seu quomodolibet impedire praesumat. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium praesumserint, nisi intra octo dierum spatium post publicationem praesentium resipuerint cum effectu, excommunicationis in personas, et interdicti in vniuersitates, ac suspensionis in conuentus, capitula siue collegia, de consilio et auctoritate praedictis sententias promulgamus: a quibus non, nisi per Romanum pontificem, absolutionis beneficium, (praeterquam in mortis n articulo,) valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrarum diuisionis, voluntatis, constitutionum, erectionum, insignitionum, exemtionum, decorationis, subiectionis, concessionis, donationis, deputationis, reseruationis, inhibitionis, promulgationis, infringere, vel ei ausu, etc. Datum Auen. VII. kalend. Iulii, pont. nostr. anno I.

n *In articulo mortis nulla est casuum reseruatio: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusuis peccatis et censuris absoluere possunt. Conc. Trident. sess. 14. c. 7. de casuum reseruat.*

CAP. VI.

Impedientes episcopatus Tholosani erectionem in ecclesiam cathedralem, et eius diuisionem in V. dioec. vltra poenas, in constitutione superiori declaratas, perdunt feuda, et quaecumque beneficia spiritualia et temporalia. Et si sint personae ecclesiasticae: efficiuntur inhabiles ad quaecumque beneficia ecclesiastica.

IDEM (*ann.* 1316. *Auenioni.*)

I. Noper certis ex caussis, quae nostrum et fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, quondam episcopatum Tholosanum in archiepiscopalem, seu metropolitanam ereximus ecclesiam: quatuor villas, quarum quamlibet insigniuimus vocabulo ciuitatis, quatuor cathedrales ecclesias creauimus, vnam videlicet in villa montis Albani, quondam Caturcen. dioec. adiicienda sibi certa parte quondam dioec. Tholosan. alteram in villa Lumberiaci, aliam in villa sancti Papuli, et aliam in villa de Riuis et de Robestria quondam Tholos. dioec. Quas quidem ecclesias vna cum Apamiarum ecclesia, tamquam suffraganeas subiecimus ipsi Metropolitanae Tholosanae ecclesiae. De bonis quoque et reditibus dicti quondam episcopatus Tholosan. tam ipsi Tholosan. quam praedictis ecclesiis suffraganeis, certam portionem, quam vnicuique illarum debere 91) sufficere vidimus, prouidimus adsignandam, totali bonorum et redituum ipsorum residuo, dispositioni nostrae et sedis apostolicae reseruato. Alia etiam circa praemissa fecimus, decreuimus, et ordinauimus ex certa nostra scientia, de ipsorum fratrum concordi consilio, et apostolicae plenitudine potestatis, districtius inhibentes, ne quis, cuiuscumque praeeminentiae, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi archiepiscopali dignitate fulgeret, ipsam ordinationem nostram impedire praesumeret vel turbare, ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium facerent, nisi resipuerint cum effectu, intra octo dierum spatium post publicationem ordinationis ipsius excommunicationis in personas, interdicti in vniuersitates, ac suspensionis sententias in capitula, conuentus, siue collegia duximus promulgandas, prout haec et alia in apostolicis litteris, inde confectis, plenius continentur. Verum quia ipsa nostra ordinatio eo efficacius et inuiolabilius speratur seruari, quo plurium et grauiorum vallata fuerit adiectione poenarum: nos, ad obseruationem inconcussam ipsius eo amplius anhelantes, quo euidentius in diuini cultus augmentum, et salutem fidelium animarum noscitur redundare, praefatis adiiciendo sententiis, omnes et singulos, scienter turbantes aut impedientes ordinationem eandem, aut aliqua in illa contenta, seu turbantibus vel impedientibus dantes consilium, auxilium vel fauorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuscumque sint conditionis, dignitatis, ordinis, aut status, ecclesiastici vel mundani, etiamsi archiepiscopali vel episcopali, aut maiori vel superiori praefulgeant dignitate, nisi intra octo dierum spatium post publicationem praesentium ab huiusmodi impedimento seu turbatione, ac impensione consilii, auxilii vel fauoris resipuerint cum effectu, feudis, locationibus, officiis et beneficiis quibuscumque spiritualibus et temporalibus, etiamsi dignitates vel praelaturae quaeuis fuerint, quae ab ecclesiis seu in ecclesiis quibuscumque obtinebunt, seu obtinent, ex certa nostra scientia, et de ipsorum fratrum consilio, et apostolicae plenitudine potestatis, priuatos esse decernimus ipso facto. Et sic libere ipsa feuda, locationes vel officia aut beneficia spiritualia et temporalia, dignitates, et praelaturae ad ipsas, ad quas spectant, reuertantur ecclesias, et deuoluantur ad rectores, capitula seu collegia earundem, quod de illis pro sua voluntate disponant, et ad dignitates et praelaturas per electionem aut alium modum licitum idoneas personas adsumant, personasque ecclesiasticas, quae culpabiles fuerint in praemissis, inhabilitamus ad quaecumque ecclesiastica beneficia obtinenda. Nulli ergo omnino hominum, etc. Datum Auenion. IV. non. Aug. pontif. nostr. anno I.

91) *Debere*, non est in ed. Pith.

CAP. VII.

Exsequutores quatuor dantur, ad poenas superiores sollemniter publicandas.

IDEM *Bartholomaeo electo Narbon. dioeces. Agnelmo. de Blania Engolismen. Eduen. archid. et magistro Berengario de Lagiis Lemouicen. et Narbon. ecclesiarum canonica.* (*ann.* 1323. *Auenioni.*)

II. Nuper ex certis caussis, quae nostrum et fratrum nostrorum animos, ad id rationabiliter induxerunt, etc. (*vt supra proxime vsque ad beneficia ecclesiastica obtinenda.*) Quocirca discretioni vestrae, per apost. scripta mandamus, quatenus priuationem et inhabilitationem nostram huiusmodi vos omnes, seu tres, vel duo, siue vnus ex vobis, per vos vel alium, seu alios, in ecclesiis et sollemnibus locis et aliis, de quibus et quoties expedire videritis, sollemniter publicetis: ne quisquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Auenion. II. idus Nouembr. pontif. nostr. anno VIII.

CAP.

CAP. VIII.

Dispensat cum quodam abbate, vt episcopus possit esse, licet defectum patiatur in ordinibus et ætate. Ex hoc et sequenti cognoscimus caussas et formas dispensandi. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. ad Rom. XV.

IDEM *Arnoldo, electo Lumbarien. (ann. 1319. Auenion.)*

III. Nuper ex certis rationabilibus et manifestis caussis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, ciuitatem Lumbarien. olim villam de Lumbaris, tunc intra Tholosanæ diœces. limites constitutam, qui locus insignis, et multiplici commoditate dotatus exsistit, de fratrum nostrorum consilio, et apostolicæ plenitudine potestatis, per litteras nostras sub certa forma in ciuitatem ereximus, ciuitatisque vocabulo duximus decorandam, statuentes, ac etiam decernentes, vt ecclesia abbatiæ illius loci de Lumban. ordinis sancti Augustini extunc haberetur et exsisteret cathedralis. Ac deinde volentes eidem ecclesiæ de pastore idoneo salubriter prouidere, in te abbatem eiusdem ecclesiæ, virum vtique litteratum et litterarum scientia præditum, vitæ ac morum honestate decorum, discretionis et consilii maturitate conspicuum, direximus oculos nostræ mentis, teque, (non obstante defectu ætatis et ordinum, quem pateris, cum tonsuratus modo in clericum, et in XXVII. ætatis tuæ anno, vel circa constitutus esse dicaris, super quo tecum gratiose duximus dispensandum.) de fratrum nostrorum consilio ipsi ecclesiæ præfecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesiæ tibi in spiritualibus et temporalibus committendo. Vnde licet nondum sit tibi munus consecrationis impensum, nec apostolicas litteras, promotionem tuam huiusmodi continentes, (cum illas non habeas,) possis ostendere: nos tibi, vt, (constitutione felicis record. Greg. papæ VIII. præd. nostri, et qualibet alia, super hoc in contrarium edita, nequaquam obstante,) possis eiusdem ecclesiæ Lumban. et quorumcumque bonorum ipsius administrationem accipere, ipsamque administrationem 92) libere exercere, auctoritate præsentium indulgemus. Contradictis, etc. Datum anno IV. et *supra.*

92) In ed. Pith. desiderantur voces: *accipere ipsamque administrationem.*

CAP. IX.

Hortatur quemdam, in multis commendatum, vt curam pastoralem administret in ecclesia quæ de nouo fuerat in cathedralem erecta. Hic autem inuenies multa notatu dignissima, quæ debeant lectores ad deuotionem accendere.

IDEM *venerabili fratri Bertrando, episcopo montis Albani, ad vniuersalis ecclesiæ regimen exercendum diuina dispensatione vocato.*

Ad cuiuslibet status ecclesiæ aciem sollicitæ considerationis extendimus, pastorales partes officio vigilanti adhibentes, vt earum singulæ pastoribus gubernentur idoneis, et prouidis rectoribus disponantur, quorum dispensatione prouida, et prouidentia circumspecta, (illius cooperante clementia, qui vera pastor et rector agnoscitur,) spiritualium et temporalium proficiant incrementis. Nuper siquidem ex certis et rationabilibus caussis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, ciuitatem, olim villam montis Albani, tunc intra limites Caturcen. diœces. constitutam, qui locus insignis exsistit, ac vbertate multiplici hominum et rerum exuberat, de fratrum nostr. cons. et apost. plenitudine potestatis, ciuitatis vocabulo duximus decorandam, statuentes ac etiam decernentes, vt ecclesia monasterii illius loci montis Albani monasterii Casa Dei ad Rom. eccl. nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Claremonten. diœc. tunc immediate subiecta, extunc haberetur et exsisteret ecclesia cathedralis: postmodum vero de celebri ac salubri prouisione ipsius ecclesiæ montis Albani, vt sponsi solatio lætaretur, sollicite cogitantes, ac volentes illum eidem præficere in pastorem, de quo certam haberemus notitiam, quod eum clara morum insignia redimerent, nec esset dubia eius caritas, circa plebem, suo regimini committendam, et in cuius fiducia consisteret salubriter securitas subditorum. Ad te, tunc monasterii prædicti abbatem, quem litterarum scientia præditum, vitæ et morum honestate decorum, discretionis et consilii maturitate conspicuum, in temporalibus prouidum, in spiritualibus circumspectum, nobis et fratribus nostris placida tua conuersatio continuata, dum apud sed. apost. approbauit, direximus oculos mentis nostræ. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio et apostolicæ plenitudine potestatis, eidem ecclesiæ montis Albani prouidimus, præficientes eidem sanctæ ecclesiæ te ipsum in pastorem, tibi curam et administrationem illius in spiritualibus et temporalibus committendo, ac tibi postmodum faciendo, per venerabilem frat. nostr. Berengarium, episcopum Tusculan. munus consecrationis impendi, firma spe, fiduciaque tenentes, quod eadem ecclesia monasterii Albani, (dominica adsistente clementia,) per tuæ circumspectionis et industriæ studium fructuosum seruabitur a noxiis et aduersis, et spiritualibus et temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur Dei iugum, tam leue collis humilium, quam suaue, ac delectione pascendum suscipe gregem eius, super quem noctis vigilias dilectus sollicitusque custodit, vt liber non pateat aditus inuasori, et Dominus, insuspicabili hora venturus, si te inuenerit sic agentem, cursu consummato, qui tuo labori proponitur, et horum fide seruata, quæ tuæ sollicitudini committuntur, te, repertum fidelem in modico, supra multa constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. Datum etc. anno IV.

CAP. X.

Declaratur, an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, vacantium et vacaturorum, vsque ad certi temporis spatium deputatorum pro cameræ apost. oneribus facilius supportandis, possit eam obtinentibus beneficia conuenire, et an altaria dotata cadant sub tali reseruatione, etc.

IDEM *Hugoni de Mirabello canonico Ebredun. collectori fructuum primi anni, etc.*

Postulasti per apostolicæ declarationis euidentiam edoceri, quid tibi super dubiis, infra scriptis, circa commissam tuæ industriæ recollectionem fructuum prædictorum, (aliis præbendarum, aut beneficiorum,) imminentibus sit agendum. Tuæ itaque consultationi breuiter respondentes, te scire volumus beneplaciti nostri esse super fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in solutione decimæ iuxta verum taxata valorem, quod illum nequaquam excedant, cum obtinentibus huiusmodi beneficia, prout melius et vtilius diœcesanis locorum (in quibus huiusmodi beneficia fuerint, quorum consilia in hac parte requiras,) et tibi videbitur, valeas conuenire. Nos enim ipsorum diœcesanorum, et tuam conscientiam super his oneramus. Licet autem quotidianæ distributiones per nos fuerint a perceptione fructuum prædictorum exclusæ: hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, quæ dantur eis, qui horis intersunt, sic quod illæ, quæ soluuntur his, qui sunt in ciuitate vel loco præsentes, quamuis horis non intersint eisdem, non sint ab onere dictæ recollectionis immunes. Porro, declarationem illam, factam per nos in deputatione seu reseruatione fructuum prædictorum, vt videlicet non extendatur ad vicarias seu capellanias, vt plurimum a decedentibus institutas ad missas, pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis reditibus presbytero, inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis certis feudis vsuariis seu censibus, vt capellanus inibi celebrare debeat pro dotantium animabus certis vicibus, singulis septimanis, et in ecclesia cathedrali horis interesse diuinis; dummodo valor annuus ipsorum altarium summam XX. librarum Turon. non excedat: alioquin includantur in deputatione seu reseruatione prædictis. Vbi vero præbenda fuerit in decima pro tanto taxata, quod parum posset canonico habdomadario, (cui certum pro illa seruitium imminet in ecclesia faciendum,) post perceptionem taxationis huiusmodi remanere: volumus, quod de taxatione ipsa pro huiusmodi seruitii onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro ipsa dicta camera nostra residuum percepturus. Ceterum præbendas illorum, qui, taxationem decimæ soluere recusantes, absesse valde se simulant, vt taxationem ipsam diminuere compellantur, ne per illorum absentiam huius perceptione taxationis frauderis, quasi nil de præbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, nisi saltem in loco vel in ciuitate præsentes, cum tamen ecclesiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dignoscatur, declaramus sub deputatione seu reseruatione comprehendi præfata, vt videlicet eas iuxta deputationis nostræ modum percipere valeas, canonicorum ipsorum absentia non obstante. Ridiculum enim esset, vt eadem fabrica potiori, quam nos, priuilegio in talibus vteretur. De illis denique, qui, licet per multos menses tenuerint ecclesias vel præbendas, nihil tamen se percepisse adserunt ex eisdem, cum iuxta consuetudinem patriæ prædecessores eorum testati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipsi, obtinentes tales ecclesias, tibi satisfacere nequeunt de fructibus ante dictis, nihilominus offerentes, quod tamdiu fructus ecclesiarum ipsarum percipias, donec tibi fuerit inde plenarie satisfactum, placet nobis et volumus, vt, si est ita, oblationi huiusmodi condescendas: per hoc tamen non intendimus consuetudinem approbare prædictam. Datum Auenion. V. idus Octobr. pontificatus nostri anno II.

CAP. XI.

Cum Romanus pontifex pro ecclesiæ Romanæ necessitatibus fructus beneficiorum vacantium vsque ad certum tempus reseruasset: circa illam reseruationem plurimæ ambiguitates ortæ sunt, quas hic soluit.

IDEM *(ann. 1319. Auenioni.)*

I. Cum nonnullæ ecclesiasticæ personæ, in cathedralibus ecclesiis canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, et officia ac alia beneficia ecclesiastica obtinentes reuocare conentur in dubium, an fructus, reditus et prouentus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum, etiam vacantium et quæ in diuersis orbis partibus vsque ad triennium vacare contingeret, quos pro eccles. Rom. necessitatibus per nostras sub certa forma litteras duximus reseruandos, iuxta te-

 norem

norem litterarum ipsarum cameræ nostræ soluere teneantur; præsertim cum archiepiscopales et episcopales ecclesiæ, ac regulares abbatiæ ab huiusmodi solutione fructuum, (vt dicunt,) in dictis litteris eximantur: nos, dubitationem huiusmodi amputare volentes, auctoritate apost. declaramus, quod, cum sub appellatione archiepiscopalis vel episcopalis ecclesiæ, aut regularis abbatiæ, huiusmodi præbendæ, dignitates, personatus, et officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur, prædictos, nec non et præbendarum, et officiorum monachorum, monasteriorum regularium, ac reditus abbatiarum seu abbatum earumdem, quæ in beneficiis ecclesiasticis adsignantur, distinctos fructus, reditos et prouentus includi in deputatione prædicta, et dictæ cameræ iuxta prædictarum litterarum tenorem debere persolui. Ac id idem super solutione omnium fructuum, redituum, et prouentuum commendatariarum, curtuum seu grangiarum, monasteriorum, domorum et locorum conuentualium, quæ pro beneficiis ecclesiasticis, (vt prædicitur,) conceduntur, (nisi duntaxat in fructibus illorum, quæ sunt forsan excepta,) declaramus et præcipimus obseruari. Præterea cum in aliquibus ecclesiis tam cathedralibus, quam aliis, panis et potus pro quotidianis distributionibus ipsarum ecclesiarum canonicis et personis de præbendarum ipsarum corporibus pro die quolibet deputetur: et etiam interdum certa quantitas bladi, et quandoque certa pecuniæ summa, et aliquando alterum pro altero pro singulis mensibus vel hebdomadis etiam canonicis, studiorum caussa, aut alias pro eorum negotiis, de licentia capitulorum ecclesiarum ipsarum, ab ecclesiis eisdem absentibus, exhibeantur, et etiam persoluantur: declaramus auctoritate prædicta, illam bladi quantitatem, et pecuniæ summam, quæ pro quolibet mense vel hebdomada dictis canonicis, (vt prædicitur,) ministrantur, non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantum, quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis et nocturnis horis distribuuntur sine fraude. Adiicimus insuper declarationi prædictæ, quod, si obtinenti curatum beneficium, aliud sibi consimile collatum fuerit, vel etiam in posterum conferatur, post secundi beneficii pacificam possessionem adeptam, et fructuum perceptionem ipsius, nihil de fructibus eiusdem primi beneficii, (nisi forsan super hoc dispensatione canonica sit munitus,) percipere possit: sed pro dicta camera nostra iuxta formam dictarum litterarum recipiantur, et etiam exigantur. Vbi vero fructuum, redituum et prouentuum beneficiorum ecclesiasticorum non reperiretur certa taxatio: declaramus auctoritate prædicta, quod fructus, reditus et prouentus beneficiorum huiusmodi, cum vacare contigerit, per medium diuidantur, quorum medietas recipiatur pro camera prædicta, reliquam vero medietatem ille pro sua sustentatione percipiat, qui beneficium huiusmodi dignoscitur obtinere. Grangias autem, et alia loca Cisterciens. ordinis, et aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores seu custodes, vel administratores ponuntur ad tempus et remouentur ad voluntatem superiorum suorum, eorumque fructus, reditus et prouentus auctoritate declaramus eadem in deputatione prædicta, ac litteris nostris, super illa confectis, aliquatenus non includi. Nulli ergo omnino, etc. Datum Auenion. nonis Ianuar. pontif. nostr. anno IV.

CAP. XII.

Fructus amborum beneficiorum, quibus quandoque beneficiatus priuatur, camera apostolicæ deputantur.

IDEM (c. a. 1319.)

II. Cum nonnullæ eccles. personæ reuocare conentur in dubium, an, si obtinenti dignitatem, vel aliud beneficium ecclesiasticum, cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo casu, quo ambo beneficia ipsa successiue vacare contingit, eorumdem amborum fructus primo anno, quo vacant, ratione deputationis fructuum, redituum et prouentuum ecclesiasticorum, tunc vacantium, et quæ vsque ad certum tempus vacare contingeret, quos pro ecclesiæ Romanæ necessitatibus releuandis per nostras litteras duximus deputandos, nostræ cameræ debeantur: nos, ambiguitatem huiusmodi remouere volentes, auctoritate apostolica declaramus, amborum eorumdem beneficiorum fructus, reditus et prouentus, (cum vtrumque ipsorum vacet,) pro eadem camera debere percipi et haberi. Nulli ergo, etc.

CAP. XIII.

Dispositioni apostolicæ reseruantur beneficia curialium, et aliorum, ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium, si moriantur in locis, ultra duas dietas legales ab ipsa curia non distantibus.

BENEDICTVS XII. (ann. 1335. Auenioni.)

Ad regimen ecclesiæ generalis, quamquam immeriti, superna dispositione vocati, gerimus in nostris desideriis, vt debemus, quod per nostræ diligentiæ studium ad quaruolibet ecclesiarum et monasteriorum regimina, et alia beneficia ecclesiastica iuxta diuinum beneplacitum, et nostræ intentionis effectum, viri adsumantur idonei, qui præsint et prosint committendis eis ecclesiis, monasteriis, et beneficiis prælibatis. Præmissorum itaque consideratione inducti, et suadentibus nobis aliis rationabilibus caussis, nonnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis inhærentes, omnes patriarchales, archiepiscopales et episcopales ecclesias, et etiam monasteria, prioratus, dignitates, personatus et officia, nec non canonicatus, et præbendas, et ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, secularis et regularis, quæcumque et qualiacumque fuerint, etiamsi ad illa personæ consueuerint seu debuerint per electionem, seu quemuis alium modum adsumi, nunc apud sedem apostolicam quocumque modo vacantia, et in posterum vacatura, nec non per depositionem, vel priuationem, seu translationem, aut muneris consecrationis suspensionem, per felicis recordationis Ioann. papam XXII. præd. nostr. seu eius auctoritate factas, et per nos seu auctoritate nostra in antea faciendas vbilibet, nec non si forsan tempore iam dicti prædecessoris aliqui in concordia vel discordia electi, vel postulati fuerint, quorum electio cassata seu postulatio repulsa, vel per eos facta renuntiatio, et admissa per ipsum prædecessorem, vel auctoritate ipsius exstiterint, seu quorum electorum, vel postulatorum, et in antea eligendorum seu postulandorum ac renuntiantium electionem cassari, vel postulationum repelli, aut renuntiationem admitti per nos, vel auctoritate nostra contingeret apud sedem prædictam, vel alibi vbicumque, ac etiam per obitum cardinalium eiusdem eccles. Rom. ac officialium dictæ sedis, videlicet camerarii, vicecancellarii, notariorum, auditorum litterarum contradictarum, et apostolici palatii caussarum auditorum, correctorum, et scriptorum litterarum apostolicarum, ac pœnitentiarii præfatæ sedis, ac abbreuiatorum, nec non commensalium, et aliorum quorumlibet capellanorum sedis eiusdem, et etiam quoruncumque legatorum siue nuntiorum, ac in terris ecclesiæ Romanæ rectorum, et thesaurariorum, per dictum Ioann. prædecessorem, vel nos specialiter deputatorum seu missorum hactenus, vel a nobis deputandorum, aut mittendorum in posterum, nunc vacantia et in antea vacatura, vbicumque dictos legatos, vel nuntios, seu rectores aut thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis, nec non quorumlibet pro quibuscumque negotiis ad Romanam curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis, a dicta curia vltra duas dietas legales non distantibus iam forsan obierint, vel eos in antea transire contigerit de hac luce, ac etiam simili modo quorumcumque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu alia quacumque caussa ad quæuis loca secedentium, si eos, antequam ad dictam curiam redierint, in locis, vltra duas dietas ab eadem curia, (vt præmittitur,) non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem, iam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoueri, nunc per obitum huiusmodi vacantia, et in posterum vacatura, rursus monasteria, prioratus, decanatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas, et ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, secularia et regularia, cum cura vel sine cura, quæcumque et qualiacumque fuerint, etiamsi ad illa personæ consueuerint et debuerint per electionem aut quemuis alium modum adsumi, quæ promoti per dictum prædecessorem, vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiscopalium, et episcopalium ecclesiarum, nec non monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionum, de ipsis factarum, nunc vacantia, et qui per nos seu auctoritate nostra in posterum ad eadem regimina promouendi tempore promotionis huiusmodi obtinebunt, nec non etiam, quæ per adsequutionem pacificam quorumcumque prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum et præbendarum ecclesiarum, et beneficiorum aliorum per nos, vel eumdem Ioann. prædecessorem, seu auctoritate litterarum nostrarum, vel ipsius Ioann. prædecessoris collatorum et conferendorum in posterum, nunc vacantia, et in antea vacatura, (plena super præmissis omnibus et singulis cum fratribus nostris collatione præhabita, et matura deliberatione sequuta,) ordinationi, dispositioni, et prouisioni nostræ, (donec miserationis diuinæ clementia nos vniuersalis ecclesiæ regimini præsidere concesserit,) de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica reseruamus, decernentes exnunc irritum et inane, si secus super præmissis et quolibet eorum per quoscumque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus quibuscumque constitutionibus a prædecessoribus nostris, Rom. pontif. editis, quatenus obsistere possent super enarratis articulis vel alicui, siue aliquibus eorumdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auenion. III. idus Ianuarii, pontificatus nostri anno I. M.CCCXXXV.

CAP. XIV.

Beneficia, quæcumque sint, dispositioni apostolicæ reseruata, per talem reseruationem sunt adfecta, ita, quod illorum collatio non tenet, si per alium a Romano pontif. fuerit facta.

PAVLVS VENETVS papa II. (1467. Romæ.)

Ad Romani pontificis prouidentiam, et circumspectionem prouidam spectare dignoscitur, dubia iuris, (ex quibus lites graues oriuntur indies,)

indies,) suæ declarationis oraculo terminere, prout, negotiorum qualitate, et temporum conditione inspecta, conspexerit in Domino salubriter expedire. Cum itaque nonnulli Romani pontifices, prædecessores nostri, per diuersas eorum constitutiones, quas suo tempore dumtaxat durare voluerunt, quæcumque beneficia ecclesiastica, quæ sui, et sanctæ Romanæ ecclesiæ viuentium et tunc existentium cardinalium familiares continui commensales obtinebant, et in posterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum cardinalium eorumdem vel alias recessissent, nec non illa, quæ etiam fructuum et prouentuum cameræ apostolicæ debitorum collectores, et qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exercerent, vniti subcollectores, durantibus eorum officiis, obtinebant, ac in quibuscumque locis vacauerint, cum irritantis appositione decreti, et deinde prædecessoribus ipsis sublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriusque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curiæ sæpenumero hæsitatum extiterit, an beneficia huiusmodi propter reseruationem et decretum prædicta reseruata vel adfecta remanserint, ita, quod nullus præter Romanum pontif. de illis disponere potuerit, siue possit, reseruatione et decreto obsistentibus supra dictis, ac cum propter ambiguitatem huiusmodi, varias quoque iurisperitorum opiniones et discrepationes ipsa aduerteremus, plerumque pro reseruatione et adfectione præmissis, interdum vero econtra pronunciatum et definitum fore: nos, qui vigilis more pastoris super his maturo prouidendum esse consilio non indigne censuimus, et propterea in singulis caussis super quibusuis beneficiis ecclesiasticis, eamdem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, vsque ad nostrum beneplacitum supersedere mandauimus, cupientes, (quemadmodum nostro incumbit officio,) dubiis huiusmodi finem imponere, subditorum obuiare dispendiis, et, (ne lites fiant penitus immortales,) de opportuno remedio prouidere, felicis recordationis Vrbani V. Gregor. IX. Bonif. VIII. Romanorum pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, qui ad submouenda altercationum fomenta et ambiguitates huiusmodi lucidandas, declarationes similes per suas litteras ediderunt, vestigiis inhærendo, ac prouide considerantes effectum, per reseruationem, manusque appositionem eorumdem prædecessorum in dictis beneficiis inesse productum, per obitum ipsorum nequaquam censeri debere reuocatum, Romani quoque pontificis manus appositionem prædictam tantæ efficaciæ, tantæque virtutis existere, vt, etsi litteræ apostolicæ super prouisionibus beneficiorum, aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum et reseruatio huiusmodi apponuntur, ex aliqua caussa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen prouidendi de beneficiis, taliter reseruatis, quibuscumque aliis fuisse ademtam huius perpetuæ et irrefragabilis constitutionis edicto, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio, omnia et singula beneficia ecclesiastica, secularia, et cuiusuis ordinis regularia, etiamsi præpositatus, canonicatus, præpositurae et præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint, etiamsi ad illa consueuerint, qui illis præficiuntur, per electionem adsumi, eisque cura immineat animarum, (vt præmittitur,) reseruata, et per Romanos pontifices, successores nostros, canonica intrantes in posterum, reseruanda, ac etiam quouis modo vacantia et in antea vacatura, per huiusmodi reseruationem et decretum remansisse et remanere semper adfecta, nullumque de illis, (cum primum vacare contigerit, præter eumdem Romanum pontificem ea vice quouis modo disponere potuisse siue posse, harum serie decernimus, et pariter declaramus. Quod tam in pendentibus etiam per appellationem, quam in futurum super eisdem beneficiis, (vt præmittitur,) reseruatis, committendis caussis, per dilectos filios magistros, capellanos nostros, caussarum palatii apostolici auditores, atque alios quoscumque delegatos et iudices vbilibet inuiolabiliter obseruari, et secundum præmissa, nec aliter sententiari et definiri volumus atque mandamus eis et eorum cuilibet, quauis alia super præmissis interpretandi facultate sublata, decernentes exnunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, declarationis, voluntatis, mandati et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, anno incarnationis dominicæ M.CCCCLXVII. kal. Septembr. pontif. nostr. anno III.

TITVLVS III.

NE, SEDE VACANTE, ALIQVID INNOVETVR.

CAP. VN.

Papa, volens prouidere diuino cultui et ministris eiusdem, et occurrere dispendiis, quæ ipsis quotidie eueniunt propter occupationes vacantium ecclesiarum primi anni, quæ competunt ex diuersis titulis aliquibus ecclesiis seu personis, statuit, quod, quando talis occupatio imminebit in beneficiis, quæ consueuerunt in decimæ solutione taxari, collectores ipsorum annalium sint contenti ipsa summa, pro qua consueuit dari decima, si ipsam eligendam duxerint, totali residuo penes eum, cui collatum est beneficium, remanente, vel dimissa eadem summa prædicta, possint dictum residuum sibi adsumere; dum tamen alterum intra X. dies dicti eligant collectores: alias post X. dies ipsorum optio in beneficiatum transeat ipso iure. In non taxatis autem fructus decimabiles illius anni diuidantur per medium, et vtrique eorum medietas tribuatur, ita, quod, si alter dimidia noluerit contentari, ipsa in volentem transeat ipso iure, et, si quidquam aliquis contra dictam ordinationem receperit, pœnas, hic contentas, incurrat.

IOANNES XXII. *episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (ann. 1318. Auenioni.)*

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, vt, quæ in ecclesiis non absque dispendio ministrorum et cultus detrimento diuini seruari videmus, per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque in nonnullis ecclesiis obseruetur, et a longis retroactis temporibus fuerit obseruatum, quod fructus a primi vel secundi, aut alterius, cuiusque sequentis, anni beneficiorum, vacantium in eisdem, defuncto vel fabricæ, aut ecclesiis vel personis, habentibus annalia de consuetudine, priuilegio, vel statuto applicetur in totum, ita, quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, et ad quos alias de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt; vnde illud inconueniens sequitur, quod commode nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in ecclesiis, in quibus beneficiati existunt; nos, de illo super his remedio prouidere volentes, per quod hi et illi in fructuum perceptione prædictorum participent, et ecclesiæ debitis seruitiis non fraudentur, præsenti decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quod illi, qui fructus prædictos sibi hactenus integre vindicabunt ex priuilegio, de consuetudine vel statuto, nihil exinde vltra summam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in decimæ solutione taxari, prætextu cuiusuis priuilegii, consuetudinis vel statuti quouis modo percipiant, sed ipsius summæ perceptione dumtaxat sint omnino contenti, totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti fuerint, (vt præfertur,) cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, et obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam. Quo casu percipiendi, quod maluerint, illis relinquimus optionem, sic, quod intra X. dies, postquam sciuerint, beneficia ipsa vacare, ii, quibus annalia ipsa debentur ex priuilegio, consuetudine vel statuto, aut ipsorum annalium collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimæ taxationem, vel, illa dimissa, [a] residuum, (nulla subhastatione præmissa,) eligere teneantur. Quam electionem si intra dictos X. dies non fecerint: vt est dictum, extunc ad eum, cuius est beneficium, huiusmodi optio vel electio transeat ipso iure. Et hoc in ecclesiis et partibus illis, in quibus beneficia maiora et alia, quantum ad solutionem decimæ sunt taxata, volumus obseruari. In illis vero partibus et ecclesiis, in quibus decimarum taxatio non est facta, seruetur, quod fructus et obuentiones beneficii, tunc vacantis, quos in decima soluere consueuit, per medium diuidantur, quorum medietatem habeat is, cui annalium per alterum de prædictis modis perceptio est concessa: reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum pro sustentatione sua, et aliis ecclesiæ oneribus supportandis. Quodsi alter de prædictis prædicta medietate voluerit esse contentus, altero contentari nolente: pars nolentis ipso iure transeat ad volentem, et volens fructus et obuentiones illius beneficii percipiet vniuersos, eidem beneficio congrue faciens deseruiri, ac eius supportans onera consueta. Et si quidquam aliquis prædictorum vltra præmissa perceperit, illudque his, ad quos pertinebit, intra mensem non restituerit cum effectu: eo ipso, si episcopus vel superior prælatus fuerit, a pontificalibus et ingressu ecclesiæ nouerit se suspensum. Si autem capitulum, vniuersitas vel collegium ecclesiastico interdicto se nouerit, (donec prædicta cum integritate restituerit,) subiacere. Si vero aliqua singularis persona ecclesiastica vel mundana id fecerit: excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, a qua, nisi restitutione præmissa, (præterquam in mortis articulo,) minime absoluatur, non obstantibus quibuscumque priuilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus, aut contrariis statutis, iuramento, confirmatione sedis apostol. aut alia quacumque firmitate vallatis. Quæ omnia quoad hæc auctoritate apostolica reuocamus, cassamus, et irritamus, et nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, reuocationis, cassationis, et voluntatis infringere, vel ei, etc. Si quis, etc. Datum Auenion. kalend. Nouembr. pont. nostri anno II.

[a] *Vide extrauagantem Pii V. pontificis maximi, incip.* Durum nimis.

TITVLVS IV.

DE REBVS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

CAP. VN.

Bonorum ecclesiasticorum alienatio non tenet, et alienantes et recipientes sunt excommunicati, prælatisque diuersis diuersæ pœnæ imponuntur.

PAVLVS VENETVS *papa II. (ann. 1468. Romæ.)*

Ambitiosæ a cupiditati, illorum præcipue, qui, diuinis et humanis adsecleti, damnatione postposita, immobilia et pretiosa mobilia, Deo dicata, ex quibus ecclesiæ, monasteria et pia loca reguntur, illustranturque, et eorum ministri sibi alimoniam vindicant, profanis vsibus applicata, aut cum maximo illorum et diuini cultus detrimento exquisitis mediis vsurpare præsumunt, occurrere cupientes, omnium rerum et bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem et conductionem vltra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus, a iure permissis, ac de rebus et bonis, in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, et cum ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus et bonis, quæ seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura constitutione præsenti fieri prohibemus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus, et decretis aliis, super hoc editis, quæ tenore præsentium innouamus, in suo nihilominus robore permansuris. Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis et rebus eisdem quidquam alienare præsumserit; alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio et infeudatio huiusmodi, nullius omnino sint roboris vel momenti, et tam, qui alienat, quam is, qui alienatas res et bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat: alienanti vero bona ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet, inconsulto Rom. pont. aut contra præsentis constitutionis tenorem, si pontificali seu abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus. Et si per sex menses, immediate sequentes, sub interdicto huiusmodi animo, (quod absit,) perseuerauerit indurato: lapsis mensibus eisdem, a regimine et administratione suæ ecclesiæ vel monasterii, cui præsidet, in spiritualibus et temporalibus, sit eo ipso suspensus. Inferiores vero prælati, commendatarii, et aliarum ecclesiarum rectores, beneficia vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et regularibus beneficiis, quorum res et bona alienarunt dumtaxat, ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis, (illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint,) libere de iure conferri, nisi aliàs dispositioni apost. sedis sint specialiter aut generaliter reseruata: nihilominus alienatæ res et bona huiusmodi ad ecclesias, monasteria et loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere reuertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis et innouationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, anno Dom. incarn. M. CCCC. LXVIII. kal. Mart. pontif. nostr. an. IV.

TITVLVS V.

DE EMTIONE ET VENDITIONE.

CAP. I.

Contractus emtionis et venditionis annui census, cum conditione reuenditionis declaratur hic non esse vsurarius. Et in fine mandatur, quod huiusmodi bulla publicetur.

MARTINVS V. *venerabilibus fratribus Treueren. et Lubicinen. ac Almicen. episc. (ann. 1420. Romæ in Germaniam.)*

Regimini *b* vniuersalis ecclesiæ, quanquam immeriti, disponente Domino, præsidentes, curis angimur assiduis, vt iuxta creditum nobis dispensationis officium, subditorum quorumlibet paci et quieti, (quantum nobis ex alto conceditur,) intendamus, et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, ne litis anfractum, seu scandalorum parturiant fomentum, nostro moderamine declarentur. Sane, petitio dilectorum filiorum vniuersorum cleri, nobilium, incolarum, et habitatorum ciuitatis et diœces. Vratislauiens. nobis exhibita, continebat, quod a centum annis citra, et supra, et a tanto tempore, et per tantum tempus, cuius contrarii memoria hominum non existit, in eisdem ciuitate et diœc. ac partibus aliis vicinis, quædam consuetudo rationabilis obseruata, præscripta, ac moribus vtentium approbata ad communem hominum vtilitatem introducta fuisset. Pro quibus princeps, baro, miles, ciuis, siue oppidanus partium earumdem, cum hoc expedire videbatur, melius pro tunc non valentes sibi consulere, personæ ecclesiasticæ, aut seculari collegio, aut vniuersitati, oppido vel ciuitati, super bonis suis, dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus, et hereditatibus vendere consueuit, et vendidit annuos census vnius vel plurium marcarum, aut grossorum Pragensium nummi Polonici, et pagamenti consueti ad rationem, et pro qualibet marca annui census X. XI. XIII. XIV. marcas, aut plus vel minus, secundum temporis qualitatem, prout ipsi contrahentes tunc inter se conuenerant, ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata solui consueuerant, bonis in ipso contractu tunc expressis, pro ipsius census annui exsolutione in perpetuum obligatis. Et semper in ipsis contractibus expresse ipsis venditoribus data fuit facultas atque gratia, quod ipsum annuum censum in toto vel in parte pro eadem summa denariorum, quam ab ipsis emtoribus receperunt, quandocumque vellent, libere absque alicuius requisitione, contradictione, vel adsensu possent exstinguere et redimere, ac se ab ipsius census solutione extunc penitus liberare. Sed ad hoc huiusmodi census venditores inuiti nequaquam per emtores arctari vel adstringi valerent, etiam ipsis possessionibus et bonis obligatis penitus interemtis seu destructis. Fuitque, et est talis contractus emtionis et venditionis per episcopos Vratislauiens. pro tempore existentes, et eorum officiales, nec non per diuersos dominos temporales locorum et terrarum, in quibus census huiusmodi constituti existunt, tamquam licitus et communi vtilitati deseruiens, sæpius confirmatus pariter et approbatus. Quodque etiam super huiusmodi censibus plurima beneficia ecclesiastica, collegia, canonicatus, et præbendæ, dignitates, personatus et officia vicariæ, altaria numero plusquam duo millia, de expresso consensu et voluntate dominorum temporalium, sub quorum territoriis dicta bona obligata consistunt, erecta, dotata, et fundata, authenticis eorumdem dominorum temporalium litteris, sigillis sigillatis et roboratis fore noscuntur. Quodque etiam venditores eorumdem censuum se nonnunquam ad ipsorum censuum solutionem, pœnis et censuris ecclesiasticis ordinariorum locorum sponte et libere submiserunt: sicuti etiam aliqui eorum tractu temporis compulsi fuerunt, et compelli consueuerunt. Tamen nonnulli ex venditoribus ipsis, in arcum prauum conuersi, cupientes cum alterius pecunia locupletari, huiusmodi census, hucusque per eos antea libere, et absque vlla contradictione solutos, eisdem emtoribus, tam ecclesiasticis, quam secularibus soluere contradicunt et recusant, confingentes, huiusmodi emtionis et venditionis contractus fore et esse vsurarios et illicitos, ipsos emtores ecclesiasticos et seculares nec non collegia, canonicatus, et præbendas, et dignitates, personatus et officia, vicarias et altaria, ac beneficia huiusmodi ipsorum annuorum censuum spoliant perceptione, et detinent spoliatos, in animarum suarum periculum, eorumque emtorum præiudicium, damnum et grauamen. Et propterea, an contractus emtionis et venditionis huiusmodi liciti existant, a nonnullis hæsitatur. Quare pro parte eorumdem cleri, nobilium, incolarum, et habitatorum ciuitatis et diœc. Vratislauiens. nobis fuit humiliter supplicatum, vt, an contractus huiusmodi liciti vel illiciti censeri debeant, declarare, et aliàs eis in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, quia etiam ex relatione dilecti filii nostri Gulielmi, tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, cui negotium huiusmodi cum peritorum consilio commisimus examinandum, comperimus, contractus huiusmodi iuridicos, et iuxta determinationem doctorum licitos fore. Ad huiusmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium in præmissis, præfatos contractus, licitos, et iuri communi conformes, ac ipsorum censuum venditores, ad illorum solutiones, (remoto contradictionis obstaculo,) obligari, auctor. apost. tenore præsentium ex certa scientia declaramus, non obstantibus præmissis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Volentes, quod prædictæ litteræ nostræ debitum sortiantur effectum, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut vnus vestrum, per vos, vel alium seu alios, præfatis emtoribus in præmissis opportunæ fauoris præsidium efficaciter impendentes, dictasque litteras, vbi, quando et quoties expedire videritis, auctoritate nostra sollemniter publicantes, faciatis eadem auctoritate eisdem emtoribus, vel ipsorum procuratoribus eorum nominibus, per venditores, seu debitores censuum huiusmodi de præfatis censibus iuxta contractuum et conuentionum, inter ipsos habitorum, formam et tenorem, plenam et debitam satisfactionem impendi, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstante, si aliquibus communiter vel diuisim a sede apost. sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ, apud sanctos apost. VI. nonas Iul. pontific. nostr. anno VIII.

CAP.

---

a *Vide conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 11.* b *De materia huius extrauagantis vide gloss. et doctores in c. consuluit. de vsur. Bartium et Imolam in cap. ad nostram. de emt. et vend. Anch. consil. 90. incip. Dubitari solet. Felinum in c. si cautio. de fide instr. et Sot. l. 6. de iust. et iur. qu. 5. art. 3.*

CAP. II.

Contractum quemdam emtionis et venditionis, præcedenti similem, declarat esse iuri consonum et ab vsuris alienum. Et tandem iubet præsentem bullam cunctis manifestari.

CALIXTVS III. *episcop. Magdeburg. Nuremberg. (f. Naumburg.) et Halberstadens. ecclesiarum decanis. (ann. 1455. Romæ in Germaniam.)*

II. Regimini a vniuersalis ecclesiæ, quamquam immeriti, disponente Domino, præsidentes, curis angimur assiduis, vt iuxta nobis crediti dispensationem officii subditorum quorumlibet paci et quieti, (quantum nobis ex alto conceditur,) intendamus: et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, (ne litium anfractus exinde, seu scandala proueniant,) debito, (prout iustitia persuaserit,) declarationis nostræ ministerio sopiamus. Sane, pro parte venerabilis fratris nostri Ioannis, episcopi Mersburgen. et dilectorum filiorum vniuersi cleri ciuitatis et diœcesis Mersburgen. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet a tanto tempore, cuius contrarii memoria non exsistit, in diuersis Alemaniæ partibus, pro communi hominum vtilitate, inter habitatores et incolas partium earumdem talis inoleuerit, hactenusque obseruata fuerit legitime præscripta, ac ipsorum vtentium et ordinariorum permissione, et plerumque expressa ratificatione approbata consuetudo, quod ipsi habitatores et incolæ, siue illi ex eis, quibus id pro suis statu et indemnitatibus expedire visum fuerit super eorum bonis, domibus, agris, prædiis, possessionibus et hereditatibus annuos marcarum, florenorum, seu grossorum monetæ, in partibus illis currentis, reditus seu census vendentes pro singulis ex marcis, florenis siue grossis huiusmodi ab eis, qui illas, vel illos, siue reditus, siue census ipsos emerint, certum competens pretium, in numerata pecunia secundum temporis qualitatem, prout ipsi vendentes et ementes in contractibus super his inter se firmauerunt, et recipere soliti fuere, illa ex domibus, terris, agris, prædiis, possessionibus, et hereditatibus prædictis, qui in huiusmodi contractibus expressi fuerunt, prædictorum solutione redituum et censuum efficaciter obligantes, in illorum vendentium fauorem, hoc adiecto, quod ipsi pro rata, qua huiusmodi per eos receptam dictis ementibus restituerent in toto vel in parte pecuniam, a solutione redituum seu censuum, huiusmodi restitutam pecuniam contingentium, liberi forent penitus et immunes. Sed iidem ementes, etiamsi bona, domus, terræ, agri, possessiones, et hereditates huiusmodi processu temporis ad omnimodæ destructionis siue desolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipsam etiam agendo repetere non valerent: apud aliquos tamen hesitationis vertitur scrupulus, an huiusmodi contractus, liciti sint censendi. Vnde nonnulli, illos vsurarios fore prætendentes, occasionem quærunt reditus et census huiusmodi, ab eis debitos, non soluendi. Quare pro parte episcopi et cleri prædictorum, adserentium, quod in talibus, hic emtis censibus et reditibus, fructus, reditus et prouentus plurium ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, et ecclesiasticorum beneficiorum, ciuitatis et diœcesis, ac partium prædictarum, nec non fere omnes quotidianæ distributiones, quæ in plerisque ex ecclesiis ipsis diuinis interessentibus ministrari solent, consistere noscuntur, nobis fuit humiliter supplicatum, vt super his apostolicæ sedis declarationis oraculum impertiri et adiicere paterna dilectione curaremus. Nos igitur, huiusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, et factas ex commissione felicis recordationis Martini papæ quinti, prædecessoris nostri, desuper examinationem, et eiusdem prædecessoris nostri declarationem attentius perstringentes, ipsisque vestigiis inhærentes, ad omne super his ambiguitatis tollendum dubium, præfatos contractus licitos, iurique conformes, et vendentes eosdem ad ipsorum solutionem censuum et redituum, iuxta dictorum contractuum tenores, (remoto contradictionis obstaculo,) efficaciter teneri, auctoritate apostolica præsentium serie declaramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ M. CCCC. LV. pridie nonas Maii, pontificatus nostri anno primo. Volentes itaque, quod prædictæ literæ debitum sortiantur effectum, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos vel alium, seu alios, dictis præposito, decano, capitulo, ac aliis beneficiatis, opportunæ defensionis præsidio assistentes, dictasque literas, (vbi et quando, ac quoties expedire videritis,) auctoritate nostra sollemniter publicantes, faciatis, et eadem auctoritate per venditores seu debitores redituum et censuum huiusmodi dictis emtoribus, seu illis, quibus ipsorum redituum et censuum solutio præstanda fuerit, de eisdem censibus et reditibus iuxta contractuum et conuentionum super his habitorum, formam et tenorem plenam et debitam satisfactionem impendi, contradictores vero per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo non obstante, si aliquibus communiter vel diuisim a sede apost. indultum exsistat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Datum vt supra.

a *Vide Decl. in proæmio præcedenti extrauaganti additam.*

TITVLVS VI.
DE SEPVLTVRIS.
CAP. I.

Corpora defunctorum exenterantes, et ea immaniter decoquentes, vt ossa a carnibus separata ferant sepelienda in terram suam, ipso facto sunt excommunicati.

BONIFACIVS VIII. (*anno 1300. Romæ.*)

Detestandæ feritatis abusum, quem ex quodam more b horribili nonnulli fideles improuide prosequuntur, nos, piæ intentionis ducti proposito, ne abusus prædicti sæuitia vlterius corpora humana dilaceret, mentesque fidelium horrore commoueat, et perturbet 93) auditum, digne decreuimus abolendum. Præfati namque fideles huius suæ improbandæ vtique consuetudinis vitio intendentes, si quisquam ex eis genere nobilis, vel dignitatis titulo insignitus, præsertim extra suarum partium limites debitum c naturæ persoluat, in suis vel alienis remotis partibus sepultura electa, defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis adfectu truculenter exenterans, ac illud membratim, vel in frusta immaniter concidentes, ea subsequenter aquis immersa exponunt ignibus decoquenda. Et tandem ab ossibus tegumento carnis excusso, eadem ad partes prædictas mittunt seu deferunt tumulanda. Quod non solum diuinæ Maiestatis conspectui abominabile plurimum redditur, sed etiam humanæ considerationis obtutibus occurrit vehementius abhorrandum. Volentes igitur, (prout officii nostri debitum exigit,) illud in hac parte remedium adhibere, per quod tantæ abominationis, tantæque immanitatis et impietatis abusus penitus deleatur, nec extendatur ad alios, apost. auctoritate statuimus et ordinamus, vt, cum quis, cuiuscumque status aut generis seu dignitatis exstiterit, in ciuitatibus, terris, seu locis, in quibus catholicæ fidei cultus viget, diem de cetero claudet extremum, circa corpora defunctorum huiusmodi, abusus vel similis nullatenus obseruetur, nec fidelium manus tanta immanitate fœdentur. Sed, vt defunctorum corpora sic impie ac crudeliter non tractentur, deferantur ad loca, in quibus viuentes elegerint sepeliri, aut in ciuitate, castro vel loco, vbi decesserint, vel loco vicino, ecclesiasticæ sepulturæ tradantur ad tempus 94) ita, quod demum incineratis corporibus, aut alias ad loca 95), vbi sepulturam elegerint, deportentur et sepeliantur in eis. Nos enim 96), si prædicti defuncti exsequutor vel exsequutores, aut familiares eius, seu quiuis alii, cuiuscumque ordinis, conditionis, status, aut gradus fuerint, etiamsi pontificali dignitate præfulgeant, aliquid contra huiusmodi nostri statuti et ordinationis tenorem præsumserint attentare 97), defunctorum corpora sic inhumaniter et crudeliter pertractando 98), vel faciendo pertractari, excommunicationis sententiam, (quam exnunc in ipsos proferimus,) ipso facto se nouerint incursuros: a qua non nisi per apostolicam sedem, (præterquam in mortis articulo,) d possint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille, cuius corpus sic inhumane tractatum fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Nulli ergo 99) etc. Datum Lateran. XII. kal. Martii. pont. nostr. anno VI.

93) *Conturbet*, C. impr.
94) Verba, *ad tempus*, absunt ab cod.
95) Dictio, *ad loca*, desideratur ibid.
96) *Attamen*, ibid.
97) *Attentare*, ibid. non legitur.
98) *Pertractare*, ibid.
99) Hæc clausula ibid. non habetur.

CAP. II.

Super prædicationibus confessionibus et sepulturis prouidet hoc cap. et tollit contentiones, quæ olim erant inter curatos ex vna parte, et Iacobitas et Chordigeros ex altera. Hoc cap. licet fuisset sublatum per extrauagantem Inter cunctas, *quæ est inse. de priuil. est tamen hodie innouatum per Clem.* Dudum, *de sepult.*

BONIFACIVS VIII.

Super cathedram præeminentiæ pastoralis, diuina disponente clementia, constituti, etsi multis et arduis, quæ in amplum Romanæ curiæ alterum vndique confluunt quasi torrens, prægrauemur negotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur: circa id tamen feruentibus votis intendimus, vacamus instantius, ac operosæ studium sollicitudinis impertimur, vt ad diuini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, et profectum fidelium animarum, (præcisis radicitus dissidiorum vepribus, et litigiorum enfractibus omnino subductis,) inter ecclesiarum antistites ad curam et regimen gregis dominici deputatos, ceterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor caritatis exæstuet, inualescat concordiæ vnitas, animorum identitas perseuerat. Scimus enim et ex euidentia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod dissensiones et scandala prauis actibus aditum præparant, rancores et odia suscitant, et illicitis motibus nisum præbent. Ab olim siquidem inter prælatos et rectores, seu sacerdotes, ac clericos parochialium ecclesiarum, per diuersas mundi prouincias constitutos, ex vna parte, et Prædicatorum et Minorum ordinum fratres, ex

b *Al. studio.* c *Mors, est naturæ debitum soluere.* d *Vide concil. Trident. sess. 14. c. 7. de casuum reseruat.*

altera, (pacis æmulo ſatore zizaniæ procurante,) grauis et periculoſe diſcordia exſtitit ſuſcitata, ſuper prædicationibus, fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis, pœnitentiis iniungendis eiſdem, et tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipſorum eccleſias ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam. Nos autem, (pii patris more laudabili,) moleſte ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ conſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſollicite reuoluentes, quam ſit plena periculis, quam onuſta diſpendiis, quamque in diuinæ maieſtatis conſpectu reddatur exoſa diſcordia ſupra dicta, et propterea intendentes paternæ ſollicitudinis ſtudio illam prorſus euellere, ac omnimode ſubmouere, nullis vnquam futuris temporibus, fauente Domino, ſuſcitandam, grandi quoque deſiderio cupientes, vt huiuſmodi negotium, quod potiſſime inſidet cordi noſtro, finem ſalubrem et celerem per apoſtolicæ ſollertiæ ſtudium conſequatur, diligenti cum fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem Dei, et exaltationem catholicæ fidei, quietum ſtatum partium prædictarum, ac ſalutis animarum fidelium incrementum, de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate apoſtolica ſtatuimus et ordinamus, vt dictorum ordinum fratres in eccleſiis et locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero et populo prædicare ac proponere verbum Dei, hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum prælati prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſollemniter prædicari, in qua prædicare ceſſabunt, præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit, ac licentia ſpeciali. In ſtudiis autem generalibus, vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent, diebus illis, quibus prædicari ſollemniter conſueuit, ad funera etiam mortuorum, et in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorumdem fratrum, poſſint iidem fratres, et liceat eis libere prædicare: niſi forte illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, epiſcopus vel prælatus ſuperior clerum ad ſe generaliter conuocaret, aut ex aliqua ratione vel cauſſa vrgente clerum ipſum duceret congregandum. In eccleſiis autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, niſi fratres prædicti a parochialibus ſacerdotibus inuitati fuerint vel vocati: et de ipſorum beneplacito et aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit et obtenta, niſi epiſcopus vel prælatus ſuperior, per eoſdem fratres prædicari mandaret. Statuimus etiam et ordinamus auctoritate prædicta, vt in ſingulis ciuitatibus et diœceſibus, in quibus loca fratrum ipſorum conſiſtere dignoſcuntur, vel in ciuitatibus et diœceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca huiuſmodi non habentur, magiſtri, priores, prouinciales prædicatorum, aut eorum vicarii et generales et prouinciales miniſtri, et cuſtodes minorum ordinum prædictorum, ad præſentiam prælatorum eorumdem locorum ſe conferant, per ſe vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri, vt fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum ciuitatibus et diœceſibus confeſſiones ſubditorum ſuorum, confiteri ſibi volentium, audire libere valeant, et huiuſmodi confitentibus, (prout ſecundum Deum expedire cognouerint,) pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impendere de licentia, gratia et beneplacito eorumdem. Ac deinde præfati magiſtri, priores, prouinciales, et miniſtri ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium et officium exſequendum. Quas ſic ab ipſis electas repræſentent, vel faciant præſentari prælatis, vt de eorum licentia, gratia et beneplacito in ciuitatibus et diœceſibus eorumdem huiuſmodi perſonæ, ſic electæ, confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant, imponant pœnitentias ſalutares, et beneficium abſolutionis impendant, prout ſuperius eſt expreſſum, extra ciuitates et diœceſes, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, et non per prouincias deputari, confeſſiones nullatenus audituræ. Numerus autem perſonarum, aſſumendarum ad huiuſmodi officium exercendum, eſſe debet, prout vniuerſitas cleri et populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorumdem. Et ſi iidem prælati petitam licentiam confeſſionum huiuſmodi audiendarum conceſſerint: illam præfati magiſtri, miniſtri et alii cum gratiarum recipiant actione, dictæque perſonæ, ſic electæ, commiſſum ſibi officium exſequantur. Quod ſi forte iam dicti prælati quemquam ex dictis fratribus, præſentatis eiſdem, ad huiuſmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto vel ſubtracto, loco ipſius ſimiliter eiſdem præſentandus prælatis poſſit et debeat alius ſubrogari. Si vero iidem prælati præfatis fratribus, ad confeſſiones, (vt præmittitur,) audiendas electis, huiuſmodi exhibere licentiam recuſarint: nos exnunc ipſis, vt confeſſiones ſibi confiteri volentium libere liciteque audire valeant, et eiſdem pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impertiri, gratioſe concedimus, de plenitudine apoſtolicæ poteſtatis. Per huiuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis ſeu fratribus ipſis, ad id taliter deputatis, poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo curatis vel parochialibus ſacerdotibus eſt a iure conceſſa: niſi forſan eis eccleſiarum prælati vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent faciendam. Huiuſmodi quoque ſtatuto, et ordinationibus noſtris adiicimus, vt fratres dictorum ordinum in eccleſiis vel locis ſuis, vbilibet conſtitutis, liberam, (vt ſequitur,) habeant ſepulturam, videlicet, quod omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint in locis et eccleſiis memoratis. Verum, ne parochiales eccleſiæ, et ipſarum curati ſiue rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta, quibus noſcitur de iure competere, prædicare, ſeu proponere verbum Dei, confeſſiones audire fidelium, debitis et neceſſariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate apoſtolica conſtituimus et ordinamus eadem, vt dictorum ordinum fratres de obuentionibus omnibus, tam funeralibus, quam quibuſcumque et quomodocumque relictis, diſtincte vel indiſtincte, ad quoſcumque certos vel determinatos vſus, de quibus etiam quarta ſiue canonica portio dari, ſiue exigi non conſueuit, vel non debet de iure, nec non de datis vel qualitercumque donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis, de qua deceſſerit, quomodocumque, directe vel indirecte, fratribus ipſis, vel aliis pro eiſdem, quartam partem, (quam auctoritate apoſtolica taxamus, et etiam limitamus,) parochialibus ſacerdotibus et eccleſiarum rectoribus ſeu curatis largiri integre teneantur, facturi et curaturi, quod nec alii, nec aliis, a quibus quarta huiuſmodi minime deberetur, ad ipſorum fratrum vtilitatem vel commodum huiuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant, ſeu quod in morte, vel ab infirmis huiuſmodi dandum vel donandum fratribus ipſis exſiſteret, in eorumdem dantium vel donantium ſanitate, ſibi dari vel donari procurent. In quibus per ipſos vitandis eorum intendimus conſcientias onerare, vt, ſi, (quod abſit,) per fratres ipſos dolo vel fraude quidquam in hac parte agi fortaſſe contigerit, (præter id, quod eos propterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, et curatis teneri volumus,) etiam diſtricta ratio in extremi iudicii examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiuſmodi nihil valeant parochiales rectores, curati et prælati exigere ſupra dicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint adſtricti, neque ad id a quoquam poſſint aliqualiter coerceri. Nos etenim, (vt in cunctis æqualiter et pacifice, fauente Domino, procedatur,) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo ſeu ſcripto ſub quacumque forma, vel expreſſione, ſeu conceptione verborum, a nobis, vel prædeceſſoribus noſtris, Romanis pontificibus, cuicumque ordinum prædictorum conceſſa, nec non conſuetudines, conuentiones, ſtatuta et pacta, in quantum ſunt præmiſſis, vel alicui præmiſſorum contraria, ex penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus, et irritamus, quin imo caſſa, vel vacua, et irrita nuntiamus, et decernimus nullius prorſus exſiſtere firmitatis. Ceterum vniuerſos eccleſiarum prælatos, cuiuſcumque præeminentiæ, ſtatus, vel dignitatis exſiſtant, ac ſacerdotes parochiales, et curatos, ſiue rectores prædictos præſentium tenore rogamus, et hortamur attente, nihilominuſque eis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus pro diuina et apoſtolicæ ſedis reuerentia prædictos ordines et profeſſores eorum habentes affectu beneuolo commendatos, fratribus ipſis non ſe difficiles graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales ſe ſtudeant exhibere, ſic eos in prædicationis officio, et propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis ſupra dictis, tamquam cooperatores eorum idoneos, et laborum ſuorum participes, prompta benignitate recipiant, ac affectuoſe admittere non omittant: vt proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, et animarum ſalutis incrementa feliciter procurentur. Nec ipſos lateat, quod, ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines et profeſſores eoſdem vbere fauore proſequitur, et gerit in viſceribus caritatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc prouiſionis opportunæ remedium adhiberet, ipſoſque nihilominus cœleſtis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cuius obſequia fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minime præteriret. Nulli ergo omnino, etc.

TITVLVS VII.

DE DECIMIS. 100)

CAP. VN.

Cum Bonifacius decimam certis ex cauſſis hic in principio expreſſis, ab eccleſiis et eccleſiaſticis perſonis exigi ſtatuiſſet, multa dubia circa illam ſuborta ſunt, quæ hic clare et prolixe manifeſtantur. Vide textum cum gl. in *Clem.* 2. *ead. tit.* vbi hæc extrauagans in multis declaratur.

BONIFACIVS VIII. *collectori decimæ.* (*ann.* 1300. *in Later.*)

Declarationes, quas in negotio decimæ, per nos nuper impoſitæ, pro proſequutione guerræ ac negotii regni Siciliæ contra hoſtes, de eccleſiis et perſonis eccleſiaſticis, per totam Italiam et cetera loca conſtitutas volumus obſeruari, (cuius quidem decimæ in illis partibus te ſuperintendentem ſeu collectorem duximus deputandum,) tales ſunt: De reditibus et prouentibus leproſariarum, domorum Dei 1), et hoſpitalium pauperum, qui in vſus leproſorum, infirmorum, et pauperum conuertuntur, decima non ſoluetur. Moniales etiam aliæque regulares perſonæ, quarum reditus et prouentus

100) *De decimis et primitiis*, C. impr.
1) *Dei*, abeſt ab cod. C.

ecole-

ecclesiastici adeo sunt tenues et exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habendo vitæ suæ sustentationem necesse habent publice mendicare, et eleemosynas publice petere, dictam decimam non persoluent. Sæculares quoque clerici, quorum ecclesiastici reditus, et prouentus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eamdem decimam non præstabunt. Si vero vna persona plura habeat beneficia, quorum nullum, per se acceptum, dictam summam septem florenorum auri annuatim attingat, simul tamen collecta in minimis prouentibus summam memoratam excedant, quotquot vel quantumcumque modica fuerint, de omnibus et singulis decima persoluetur: sed non soluetur de pitanniis 2) monachorum. Similiter de his, quæ a Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis, vt ex eis perpetui emantur reditus, item de xeniis, prælatis et aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis, decima non soluetur. Soluentium decimam electioni seu arbitrio committitur, vtrum ipsam velint soluere per totum tempus, quod durabit decima, pro rata prouentuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis prouentuum eorumdem. Sed, vna via electa, non licebit alicui variare ad aliam viam reuertendo. Et fiat et redigatur per collectores in scriptis electio huiusmodi expresse in prima solutione decimæ supra dictæ: alioquin iuxta æstimationem communem per totum tempus soluere tenebuntur. Declaramus autem, quod hi, qui elegerint soluere decimam pro rata eorum 3), quæ perceperint annuatim, vendant prouentus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, et soluant decimam pro solo pretio, quod receperint de eisdem: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed ecclesiastica persona, quæ in ecclesia sua, vel beneficio, (quod residentiam personalem requirit) non residet, sed facit in eodem per firmarium vel vicarium deseruiri, deputando ipsi vicario vel firmario certam suorum prouentuum portionem, non de vicariatus seu firmarii portiona 4), sed de vniuersis ipsius ecclesiæ 5) vel beneficii prouentibus decimam exhibebit. Declaramus etiam, quod de siluis seu nemoribus, quæ non consueuerunt vendi, nil soluetur: nisi forte aliquid de illis venditum fuerit, durante decima. Et tunc æstimabitur, quantum valere debent annui reditus partis venditæ secundum assisiam, quæ consueuit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus situatum fuerit, et de sola æstimatione decima persoluetur, et non 6) de eo, quod perciperetur de dictis siluis seu nemoribus, quæ vendi non consueuerunt, nisi forte vendantur, durante decima: quæ tunc soluetur 7) ex venditione pascuagii seu herbagii, aut alterius consimilis prouentus eorumdem nemorum et siluarum. Et si non vendantur huiusmodi pascuagia et similia: non soluetur decima de his, ita tamen, quod in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. Idemque de pascuis, herbagiis, et consimilibus obuentionibus siluarum volumus obseruari. De stagnis et piscariis decima sic soluetur, videlicet, quod fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem vltimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretii ex ipsa venditione vltima recepti: vt, pretio diuiso in partes secundum annorum terminum, durante decima, soluatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti, quot fuerunt anni prædicti, vt, si forte sunt quinque anni elapsi, ex quo fuerat stagnum venditum, et tunc vendatur pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, et pro tribus annis, quibus durabit decima, soluetur ipsa decima de tribus partibus pretii tantum, videlicet LX. florenorum, et multiplicabuntur, et minuentur partes pretii, prout plures et pauciores fuerint dicti anni. De piscariis autem fluminum et lacuum, et venationibus, si vendantur, et siluis cæduis, idem, quod de stagnis, fiet. De piscibus stagnorum, vel belluis gatenarum, quos pro vsu vel esu suo consumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non soluetur. Et quia nonnulli obtinent a monasteriis et ecclesiis prioratus, grangias, domos, reditus, pensiones et census: in soluenda de his decima credimus distinguendum, videlicet, an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur; siue hoc sit concessum per sedem apostolicam, siue per ipsorum monasteriorum vel ecclesiarum personas: de illorum prouentibus soluetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem, vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc vterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem: perceptores pensionis vel firmæ de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel post concessionem huius decimæ ad vitam propriam emit prouentus prioratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia, ita, quod in hoc ei scienter gratia non est facta; considerabitur, quantum æstimatione communi valeant annui prouentus, prioratus, grangiæ, domus, terrarum seu redituum huiusmodi: et secundum hoc ab illis, quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur 8). Si autem in-

2) *Pitanciis*, ibid.
3) *Eorum*, desideratur ibid.
4) *Non deducet portionem vicariatus seu firmarii*, ibid.
5) *Ecclesia*, ibid. non habetur.
6) *Nisi*, ibid.
7) Dictiona. *quæ tunc soluetur*, ibid. non leguntur.
8) *Exhibetur*, ibid.

bis gratia facta sit obtinentibus; quia scienter pro minori pretio, quam valeant, sunt talia vendita, vel locata: ipsi obtinentes, et non monasterium vel ecclesia de illo, in quo gratia facta est ipsis, et de reliquo illi, quorum est proprietas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro iusta mercede, seu remuneratione laboris, vel obsequii præstiti vel præstandi, talia sunt concessa: ii, quorum est illorum proprietas in decimatione prouentuum suorum, etiam horum prouentus merito numerabunt, et de illis, (sicut de aliis, quos pro certis suis vtilitatibus expendunt,) decimam exhibebunt. Quodsi hæc per illos, qui ea obtinebant 9), in alios sunt translata; (quia res transit cum onere suo:) etiam circa illos, quæ prædiximus, seruabuntur. Nec deducentur expensæ, quæ pro monachis, (qui in talibus prioratibus, grangiis, seu domibus, in beneficium seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent) fieri dignoscuntur. Expensæ autem illorum monachorum vel personarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis seu domibus, ad iustam firmam seu pensionem concessis, siue determinata, siue non, æstimabuntur æstimatione communi, et talem æstimationem monasterium vel ecclesia, cuius illorum est proprietas, cum suis prouentibus decimabit. Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persoluent: sed qui eis præstant huiusmodi victualia, in decimatione suorum prouentuum et redituum numerabunt, et soluent decimam de eisdem. De illis autem procurationibus, quas prælati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, et quas perciperent, etiamsi non visitarent, decimam præstare tenentur. Prælatus autem, qui procurationem, (quam sine visitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit, quia remittit, quod sibi debetur, et de quo soluisset decimam, si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem, quam tantum in victualibus licet percipi, forsitan remittit; persona ecclesiastica, cui remissio facta est, huiusmodi victualia cum aliis prouentibus suis, cum soluet, decimam æstimabit: cum, etiamsi non esset remissa, hoc facere teneretur. In soluendo decimam supra dictam solæ expensæ necessariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur, arando, colendo, et colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, deducentur. Expensæ autem, quæ fiunt in castrorum custodibus, cum fiunt extra rem, vel etiam in ædificiis construendis vel conseruandis 10), nullatenus deducentur, sicut nec illæ, quæ in villis tuendis fierent in guerris seu etiam caualcatis. De iis quoque, quæ consistunt in iurisdictione, mero imperio, regalibus atque similibus, soluetur decima, deductis salariis moderatis, quæ ante concessionem decimæ consueuerunt solui iudicibus et officialibus, similibusque personis, sine quibus iurisdictio, et cetera similia nequeunt expediri, ita tamen, quod in fraudem decimæ nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expensæ officialium, iudicum et consimilium personarum, factæ in vestibus siue victualibus, minime deducentur, sicut nec aliæ expensæ similes, factæ circa familiam prælatorum. Ratione autem æris alieni, quo persona, soluens decimam, obligata consistit, nihil de decima minuetur, etiamsi certæ res ecclesiasticæ propter hoc a quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis, et de molendinis decima præstabitur. Soluetur autem de oblationibus, siue fiant pro benedictione nubentium, siue pro exsequiis mortuorum, nec non de prouentibus singulorum prælatorum, et de amendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque, sibi et aliis personis ecclesiasticis, non personarum, sed ecclesiarum, vel officiorum ratione relictis, decima persoluetur. Pro decima supra dicta non exhibebitur 11) pecunia, nisi illa communiter currens de mandato domini terræ, et quæ est moneta in locis, in quibus consistens fructus et reditus, vnde decima persoluetur, nec aliqui pecuniam cambire cogentur eamdem. Sed si ex probabilibus seu verisimilibus præsumtionibus apparuerit quisquam, pensatis eius prouentibus, minus debito notabiliter de decima persoluisse, ita, quod super hoc merito suspectus debeat reputari: ex officio nostro per viros idoneos, deputandos a nobis, faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet de consilio diœcesani episcopi, vel alicuius deputandi ab ipso, si sit eius subditus, et non aliter, si episcopus ipse vel deputatus ab eo commode possit haberi. Et tunc demum, et non prius, ille, cuius prouentus fuerint taliter æstimati, pro eo, quod minus soluerit, etiam nominatim excommunicabitur, si eius contumacia exegerit, et visum fuerit expedire. Episcopi autem et abbates ceteræque personæ ecclesiasticæ, honorabiles, non suspectæ, propriæ conscientiæ relinquantur, ita, quod sufficiat quoad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo modo soluentes, vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter proferetur: super his autem fiet compulsio per censuram ecclesiasticam, prout nobis et illi, cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire. Proferatur autem, (si expediens visum fuerit,) excommunicatio generaliter vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimæ vel suorum æstimationem prouentuum, cum fuerit facienda, fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam.

9) *Obtinent*, ibid.
10) Verba: *vel conseruandis*: ibid. non habentur.
11) *Non exhibetur*, ed. ant. Lugd. et Pith.

§. 1. Fiet

§. 1. Fiet autem solutio decimae non ex ipsis rebus, quae percipiuntur de prouentibus, sed in pecunia numerata.

§. 2. Soluetur autem decima illis, quos ad hoc contigerit deputari.

Rector parochialis, qui, vrgente necessitate ecclesiae 12), puta, qui ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficeret ipsi curae propter multitudinem parochianorum vel diuisionem parochiae suae, sed necesse habet vnum, vel duos, vel plures capellanos conducere, et eis propter victum salarium constituere, salarium huiusmodi poterit in decimae solutione deducere: sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet.

§. 3. Quodsi in diuersis ciuitatibus et dioecesibus diuersa beneficia obtineantur: de vnoquoque beneficio in ciuitate vel dioecesi, in qua illud fuerit, decima persoluetur.

§. 4. De eleemosynis vero seu oblationibus, datis ad opus fabricae, maxime de his oblationibus, quae in ciuitatibus et aliquibus aliis et locis dictarum prouinciarum in certis festiuitatibus, in candelis et aliis consueuerunt dari et offerri, ad opus fabricae deputatis, decima non soluetur.

§. 5. Similiter nec de illis oblationibus, quae colliguntur interdum per laicos, qui consortiales dicuntur, interdum per clericos, quae ad opus consortii reducuntur, et quae offeruntur, vt luminaria in ecclesia, cruces et calices fiant et reparentur, et etiam ex illis pauperibus subueniatur, et sepeliantur corpora pauperum defunctorum. Praelati autem et clerici exsules, cuiuscumque conditionis aut dignitatis exsistant, de suis prouentibus ecclesiasticis decimam persoluent 13). Illae quoque expensae, quae fiunt pro fossatis et aliis, pro terris aedificandis, vt vberiores fructus producant, et illae, quae fiunt in conseruandis et reparandis aedificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum et similium, et ex quibus fructus et pensiones recipiuntur, et, nisi repararentur, fructus ex eis percipi non valerent 14), de decima huiusmodi minime deducentur, nec etiam illae, quae fiunt pro custodia castrorum: quamuis fiant maiores solito.

§. 6. Insuper de oblationibus minutissimis, quas percipiunt ecclesiasticae personae ratione ecclesiarum suarum, pro sepulturis et dandis poenitentiis, decima persoluetur. Et quia non occurrit nobis, quin quotidianae distributiones prouentus ecclesiastici sint: de distributionibus, quae dantur in horis canonicis praesentibus, debere solui decimam declaramus.

§. 7. Illi quoque, qui deputati fuerint ad collectionem decimae, cum eis, qui debent soluere decimam, de aliqua certa summa soluenda pro decima, nequeunt conuenire.

§. 8. De fructibus arborum et hortorum soluetur decima.

§. 9. De his autem, quae consumuntur vsu vel esu animalium, si sint ecclesiarum, soluetur decima, deductis expensis necessariis, quae fiunt pro custodia: si vero sunt personarum, decima non soluetur.

§. 10. Tu ergo, in his solum Deum et iustitiam pia praemissis prae oculis habens, ex praedictis declarationibus in decidendis huiusmodi dubitationibus, quae pro parte leuiter decidi poterunt, confirmationem 15) accipias: super maioribus vero decisionem apostolici oraculi exspectes 16).

§. 11. Volumus quoque et praesentium tibi auctoritate mandamus, vt in vnamquamque personam ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cuiuscumque ordinis, conditionis, vel dignitatis exsistat, quae decimam ipsam nullo modo vel non integre scienter, aut non secundum verum valorem fructuum suorum perceptorum, siue non in terminis constitutis exhibuerit, seu in illorum exhibitione malitiam commiserit siue fraudem, excommunicationis sententiam auctoritate nostra promulges: et etiam in singulos, qui scienter impedimentum praestiterint, directe vel indirecte, publice vel occulte, quo minus decima praedicta soluantur. Et omnes et singulos, qui huiusmodi sententias istas incurrerint, per te et alios, singulis diebus dominicis et festiuis, pulsatis campanis, et candelis accensis, vsque ad satisfactionem condignam excommunicatos publice nunties, et facias ab omnibus publice euitari, aggrauaturus alias manus tuas contra ipsos, prout proteruiam et contumaciam exigere videris eorumdem. Quodsi satisfacere decreuerint: post plenam et integram satisfactionem ab huiusmodi excommunicationibus iuxta ecclesiae formam absoluas eosdem, et dispenses cum eis super irregularitate, si taliter ligati non abstinuerint a diuinis, prouiso hactenus, quod contra decimam huiusmodi non soluentes nullatenus sine speciali mandato apostolicae sedis inuocetur brachium saeculare, quodque ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, et libros, aliaque bona mobilia, ad cultum deputata diuinum, vel ad priuilegia ecclesiarum et monasteriorum, aliorumque locorum ecclesiasticorum, ipsius occasione decimae manus nullatenus extendatur. Data Anagniae, kal. Octobr. pont. nostr. anno VII.

12) *Cura ecclesiae*, C. impr.
13) *Decima persoluetur*, ibid.
14) *Valent*, ibid.
15) *Informationem*, ibid.
16) *Expetas et exspectes*, ibid.

TITVLVS VIII.
DE REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

CAP. I.

Religiosi Mendicantes sub excommunicationis poena prohibentur conuolare ad religionem non mendicantium, quocumque quaesito colore, quam ipso facto incurrant tam recepti, quam recipientes, quacumque licentia non obstante. Quid iuris sit de iam receptis, subdit.

MARTINVS IV. (*anno* 1281.)

Viam ambitiosae cupiditatis religiosis, potissime Mendicantibus praecludere cupientes, ad alios ordines, praesertim monasticos, (fucatis tamen coloribus adserentibus ob frugem melioris vitae, aut arctioris obseruantiae,) tam sancti Benedicti, quam Cisterciensis, Camaldulensis, Vallis vmbrosae, canonicorum regularium sancti Augustini, vel aliorum monasticorum ordinum conuolare nitentibus, licentiam a sede apostolica seu legatis aut nuntiis eiusdem sedis ad transferendum se de Mendicantium ordinibus ad alios ordines, praesertim ea ratione, (vt verisimile est, prout facti euidentia docet,) vt liberius degant, dignitatesque et beneficia monastica consequi valeant, et ex certis aliis caussis, honestati non consonis, obtinentibus, ac volentes etiam conseruationi ordinum Mendicantium prouidere, auctoritate apostolica ex certa scientia tenore praesentium declaramus et etiam decernimus, statuentes, quod de cetero nullus religiosus ordinum Mendicantium quorumcumque, cuiuscumque gradus, status, conditionis, vel religionis exsistat, quantumcumque et qualitercumque possit et debeat virtute cuiuscumque licentiae, etiam indulti apostolici seu poenitentiarii nostri, curam gerentis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiam per litteras apostolicas facultatum quarumuis tam legatorum vel nuntiorum sedis apostol. quam alia auctoritate, maxime de transferendis fratribus, aut aliquibus praesertim ordinum Mendicantium professoribus in genere vel in specie ab ordinibus huiusmodi Mendicantium, sub quacumque verborum forma appareant, admitti aut recipi per aliquos etiam superioris ordinis, seu monasterii, aut loci monastici, seu alias in monachum vel in fratrem alicuius ex ordinibus monasticis, supra dictis vel aliis expressis, (ordine Carthusiensium dumtaxat excepto,) sub poena excommunicationis, quam tam recipientes, quam recepti ipso facto incurrunt, et quam exnunc, prout extunc, contra quemlibet transgressorem quomodolibet in praemissis, scientia et auctoritate ante satis proferimus in his scriptis. Et a nemine, nisi dumtaxat a Rom. pontif. (praeterquam in mortis articulo a,) excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus secus facta non teneant, et nullius exsistant efficaciae vel momenti. Decernentes etiam et volentes, quod, si quis hactenus virtute cuiusuis licentiae seu mandati huiusmodi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem, et habitum consuetum gestari per monachos talis ordinis suscepisset, siue professionem emiserit, siue non, sub dicta poena teneatur in monasterio, in quo receptus fuerit, (etiamsi beneficia ecclesiastica seu rectorias ecclesiarum quarumuis obtineat,) stare in eius totali ordinatione, et in huiusmodi ordine monastico Altissimo deseruire. Si quis autem praetextu huiusmodi licentiae vel sine habitu vel cum habitu vagando incederet: monitione praeuia, teneatur et debeat intra terminum XV. dierum, a die monitionis huiusmodi computandorum, ad eius religionem vel ordinem, vnde eum licentia vel sine licentia recesserat, remeare. Quod si efficere neglexerit: post ipsum terminum tamquam notorius apostata excommunicatus in omnibus et per omnia debeat per quemlibet reputari, et ab omnibus retractari 17), etiam per inuocationem auxilii brachii saecularis, quoties fuerit opportunum. In futuris autem nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiusmodi in aliquem monasticum ordinem, (Carthusiensium dumtaxat excepto,) possit aut debeat per quemcumque recipi vel admitti, virtute alicuius licentiae vel indulti, absque sedis huiusmodi licentia speciali sub dictis poenis, et nihilominus secus facta non teneant ipso iure, huiusmodi licentiis et indultis, nec non constitutionibus apostolicis, et Mendicantium ordinum praedictorum, etiamsi de illis specialis, et expressa, ac de verbo ad verbum in nostris litteris mentio habita foret, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, decreti, statuti, prohibitionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Sebennis, IV. kal. Aug. pont. nostr. anno I.

17) *Tractari*, ed. Pith.

a *Vide conc. Trid. sess. 24. c. 7. de casuum reseruatione.*

CAP.

CAP. II.

Religiosi, sine sui superioris licentia vltra mare euntes, sunt ipso facto excommunicati, nec ibi sunt ad prædicationem vel diuinorum celebrationem admittendi.

IOANNES XXII. (*ann. 1324. Auenioni.*)

Ad nostrum nuper relatio fide digne perduxit auditum, quod nonnulli, religionis gestantes habitum, sed a veritate religionis omnino vacui, et a modestie penitus alieni, ad partes quandoque transmarinas se transferant, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur. Et, vt illi decipere facilius simplicium animos, ac ipsos et alios in errores præcipitare seu retinere valeant, sub ouilla veste, ac humilitatis habitu lupinum animum occultantes, per doctrinas suas reprobas et erroneas, fidelium mentes, quantum in eis est, corrumpere satagunt, in ipsis partibus periculum nimium spargere non omittunt, nec non et os suum ponentes in cœlum, lingue eorum fallidica transeunte super terram, S. Rom. ecclesiæ detrahere constitutionibus, et alia multa a fide deuie in suis sermonibus et secretis colloqutionibus euomere insanis ausibus non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paretur simplicibus laqueus, ipsique talium præsumtores de hæresi vehementer arguunt se suspectos. Nos itaque, tantis obuiare periculis paternæ diligentiæ studiis cupientes, vniuersis et singulis religiosis cuiuscumque conditionis, religionis, ordinis vel status exsistant, de fratrum nostrorum consilio districtius auctoritate præsentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absque superioris ordinis sui licentia, sibi per ipsius litteras patentes concessa, de cetero ad partes se transferat ante dictas, superioribus ipsis nihilominus iniungentes, ne quibusuis sui ordinis fratribus, (nisi dumtaxat viris litteratis, prouidis et expertis,) huiusmodi licentiam impertiri præsumant. Nos enim quoscumque, præsumentes contrarium quouis modo, excommunicationis subiacere sententiæ volumus ipso facto: a qua nullus ab alio, quam a Rom. pont. possit, (nisi dumtaxat in mortis articulo,) absolutionis beneficium obtinere. Ceterum vniuersis ecclesiæ prælatis in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo, præsentium tenore mandamus, quatenus nullos religiosos, ad partes se transferentes prædictas, nisi per patentes superioris sui ordinis litteras, de licentia speciali se illuc transferendi sibi concesse, prælatis eisdem fecerint plenam fidem, in ciuitatibus suis et diœcesibus ac locis et terris aliis ad prædicationis officium, vel diuinorum celebrationem admittant: sed ipsos potius velut apostatas capiant, seu capi faciant, eos carcerali custodiæ, (donec de dicta licentia speciali modo prædicto sibi constiterit,) detinendo. Et nihilominus, si quos religiosos approbare, quæ sedes apost. reprobauit, vel quæ alias sunt fidei obuia, in suis prædicationibus seu secretis colloqutionibus dogmatizare persenserint, vt tales, (quibuscumque cessantibus priuilegiis,) possint licite capere, et carcerali custodiæ, sicut suos possent subditos, mancipare licentiam impertimur. Et insuper tenore præsentium mandamus eisdem, vt de præmissis summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu iudicii et figura, per se vel alium seu alios se sollerter et fideliter studeant informare, quosque de prædictis, seu eorum aliquo repererint reos esse, iuxte statuta canonum in aliorum exemplum castigare pœnis debitis non postponant, non obstantibus exemtionibus, et aliis quibuscumque priuilegiis, et litteris apostolicis, eisdem religiosis, vel eorum ordinibus, ab eadem sede concessis, vel in posterum concedendis: etiamsi de illis plena et expressa mentio, ac de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda. Quæ quantum ad prædicta vel aliquod eorumdem eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo, etc. Datum Auenion. VI. idus Maii, pont. nostr. anno IX.

TITVLVS IX.
DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

CAP. VN.

Licet Beguinarum status sit propter multas rationes per Clementem V. reprobatus; permittitur tamen mulieribus, fide dignis, quæ nec sunt culpabiles, nec suspectæ, sub habitu Beguinarum viuere: nec sunt tales per ordinarios molestandæ. Vide *cap. 1. eod. tit. in Clement.*

IOANNES XXII. (*ann. 1325. Auenioni.*)

Ratio recta non patitur, vt innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur. Sane, felic. rec. Clemens papa V. prædecess. noster, cum de mulieribus, quæ Beguinæ vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuissent præcipue de Alemaniæ partibus insinuata sinistra, et præsertim quod earum quædam de summa Trinitate et diuina essentia disputarent, et prædicarent, ac circa articulos fidei et ecclesiastica sacramenta opiniones, catholicæ fidei contrarias, introducerent, et multorum simplicium animas in diuersos errores inducerent: ex his et aliis frequenter de illis auditis habens eas non indigna ratione suspectas, in illas, quæ statum huiusmodi, nouiter adsumium, sectarentur ulterius, aut quæ illum de nouo adsumerent, excommunicationis sententiam promulgauit. Verum quia in multis mundi partibus plurimæ sunt mulieres, quæ similiter vulgo Beguinæ vocatæ, segregatæ quandoque in parentum, aut suis, interdum vero in aliis, aut conductis sibi communibus domibus insimul habitantes, vitas deducunt honestas, ecclesias de nocte frequentant, diœcesanis locorum, et parochialium ecclesiarum rectoribus reuerenter obediunt, curiositatem disputandi, aut auctoritatem, seu temeritatem potius prædicandi nullo modo sibi vsurpant, nec se vel alias seu alios quoslibet præmissis opinionibus, erroribusque inuoluunt, nec vlla super his est aut fuit hactenus nata seu suspicio contra eas, quæ ipsas dissimiles a luce sua constringeret, vt nullis earum, quæ perpetuam forte Domino continentiam deuouerunt, occasio præbeatur ad lapsum, et ne periculis, damnis, et scandalis plurimis, quæ proinde verisimiliter sequerentur, pro prouisione ecclesiæ moderna occupentur: Beguinas huiusmodi inculpabiles, (vt præmittitur,) nec suspectas sub prohibitione et abolitione præmissis, (quia de ipsis prædecessor noster præfatus nullatenus sensisse dignoscitur,) de fratrum nostrorum consilio declaramus et volumus non includi, locorum ordinariis nihilominus iniungentes, vt eas sub prætextu huiusmodi nullatenus molestari permittant. Et si quid forsan ex hoc in bonis aut iuribus a quibuscumque contra eas attentatum est hactenus, vel attentari contigerit in futurum: per illos prædictos ordinarios auct. nostra in statum reduci debitum volumus, inuocato, (si opus fuerit,) auxilio brachii a sæcularis. Ceterum statum Beguinarum huiusmodi, quas esse permittimus, (nisi de his per sedem apostolicam aliter ordinatum exstiterit,) nullatenus ex præmissis intendimus approbare. Locorum autem ordinarios, et alios, ad quos prædicta spectabunt, curam peruigilem et sollicitudinem debitam præcipimus adhibere, ne præmissarum sequentes inuia, et ipsarum actus temerarios imitando, præmissis erroribus, et disputationum et prædicationum temeritatibus se inuoluant, eas, quæ contra prædicta præsumserint, per censuram ecclesiasticam, (appellatione postposita,) compescendo. Porro mulieres, quodcumque nomen habentes, quæ de illis, ex quibus prohibitio processerit, culpabiles se reddiderint, aut merito notabiles vel suspectas esse 18), si statum vel habitum quoquo modo mutauerint, vere sub prædicta decernimus remanere censura: et taliter contra eas, per illos, ad quos pertinuerit, procedi volumus et mandamus, quod ab errore de more reuocatæ, non ultra inficiant sanas oues.

18) *Esse*, in ed. Pith. non habetur.

TITVLVS X.
DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, ET PROCVRATIONIBVS.

CAP. VN.

Taxat procurationes, pabula caritatis, et subsidium caritatiuum. Saluat priuilegia, conuentiones, consuetudines, et præscriptiones, et indemnitatem pauperum; inhibet contrauenire: punit transgressores, et eorum familiares, etc. Et locari debet sub rubrica: *de censibus et procurationibus.*

BENEDICTVS XII. *episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.* (*ann. 1336. Auen.*)

Vas electionis, Paulus apostolus, egregius prædicator, se et eos, qui secum erant, propriis manibus exhibebat *b*, vt pseudo-et subdolis operariis, sub prædicationis specie lucra sectantibus, locum præcluderet, et his, quos ipse pascebat pabulo verbi Dei, non exsisteret onerosus. Sane, licet circa modestiam, in exigendis procurationibus obseruandam, a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus salubria emanauerint instituta; quia tamen, (sicut experientia docet,) nonnulli prælatorum, nec non diœcesis nuntiorum, vel legatorum apostolicæ sedis, de quibus nullam faciunt mentionem expresse, sic se reddiderunt et reddunt in dictarum procurationum exactionibus onerosos, vt oppressi subditi huiusmodi onere nequeant supportare, et victum longi temporis breuis hora consumat: nos, attendentes, quod parentes debent thesaurizare filiis, non delitiæ fastidiosis eorum substentiam absorbere, ac cupientes pro diuersitate conditionum visitantium prælatorum et prouinciarum, ac ecclesiasticarum etiam facultatum, certum modum sufficientem visitantibus, et supportabilem visitatis, in præmissis fore de cetero obseruandum, de fratrum nostrorum consilio præsentis constitutionis edicto statuimus, quod, cum in Franciæ, Nauarræ, Maioricarum regnis, ac terris, prouinciis, et partibus adiacentibus et in vicinis eisdem, nec non in Delphinatu, Burgundiæ, Sabaudiæ, Prouinciæ, et Forcalquerii comitatibus, archiepiscopi et episcopi, et alii prælati et personæ ecclesiasticæ, quibus id de iure vel consuetudine competit, suos subditos personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi a suis, vel suffraganeorum suorum cathedralibus ecclesiis pro procuratione vnius diei, siue in victualibus, siue a valentibus in pecunia, vltra trecentorum, a monasteriis vero et aliis ecclesiis, vel prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium vel conuentum duodecim vel plurium personarum, vltra ducentorum ac quinquaginta, ab habentibus vero paucarum personarum collegium seu conuentum, et quibusuis aliis ecclesiis, prioratibus et locis vltra ducentorum, episcopi vero ab ecclesiis cathe-

a *Brachium sæculare potest quandoque ab ecclesia inuocari. c. 1. de off. ord. in antiqu.* b *Act. c. 3.*

dralibus vltra ducentorum, a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel ragularibus, collegium habentibus duodecim vel plurium personarum, vltra centum et quadraginta, ab habentibus vero personarum collegium pauciorum, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus et locis, vltra centum et quadraginta, abbates quoque a monasteriis vel prioratibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra centum. Ab aliis quoque, habentibus minus collegium, ac ecclesiis, prioratibus et locis quibuscumque vltra LXXX. arcbidiaconi quoque vltra XXXV. archipresbyteri quoque vltra VIII. Turonens. argenti valorem recipare non præsumant. Si vero præfati archiepiscopi, prælati, et personæ ecclesiasticæ ex priuilegio apostolico per alios visitare, et procurationes recipere valeant in pecunia numerata: iidem archiepiscopi a suis et aliis cathedralibus ecclesiis vltra centum et XX. a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus et regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra centum, ab habentibus vero minus collegium, et quibuslibet aliis acclesiis, prioratibus et locis vltra LXXX. episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus, atque locis vltra LXXX. abbates vltra LX. archidiaconi vltra XXX. Turunens. argenti valorem non recipiant quoquo modo. In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, Scotiæ et Sueciæ regnis, terris, ac prouinciis, et partibus, eisdem adiacentibus, archiepiscopi et episcopi, alii quoque prælati et personæ ecclasiasticæ, cum, (vt præmittitur,) personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi et episcopi etiamsi primates exstitant, a suis vel suffraganeorum suurum ecclesiis cathedralibus, et personis earum pro procuratione vnius diei, siue victualibus, siue a volentibus in pecunia, vltra trecentum et viginti, a monasteriis vero et aliis ecclesiis, prioratibus, sæcularibus vel ragularibus, habentibus collegium duodecim val plurium personarum, vltra CC. et LX. ab aliis vero monasteriis, ecclesiis, seu prioratibus, minus collagium habentibus, aliis quoque ecclesiis, prioratibus et locis vltra ducentorum et viginti, episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis vltra ducentorum et viginti, a monasteriis vero et aliis ecclesiis et prioratibus, sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra C. et LXXX. ab habentibus vero collegium minus, et quibuslibet aliis ecclesiis et prioratibus atque locis vltra centum et quinquaginta, abbates insuper a monasteriis, prioratibus seu ecclesiis, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, vltra centum, ab habentibus vero minus collegium, ac ecclasiis, prioratibus, et aliis locis quibuslibet vltra LXXX. archidiaconi vero vltra quinquaginta, archipresbyteri etiam vltra decem Turonens. argenti valorem recipere non præsumant. Si vero iidem archiepiscopi, episcopi, et prælati, ac personæ ecclesiasticæ ex priuilegio apostolico per alios visitare, et procurationes recipere valeant in pecunia numerata: dicti archiepiscopi, etiamsi primates exstitant, ab huiusmodi ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis vltra centum, episcopi vltra octoginta, abbates vltra LX. archidiaconi vltra XXX. Turon. argenti valorem pro procuratione qualibet vnius diei recipera non præsumant. In Castellæ quoque, Legionis, Aragoniæ, et Portugalliæ regnis et dominiis, terris et prouinciis regnorum Castellæ, Arragoniæ et Portugalliæ, ac partibus adiacentibus etiam vicinis eisdam, excepto Sardiniæ et Corsicæ regno, archiepiscopi, episcopi et prælati, ac personæ ecclesiasticæ, cum, (vt præmittitur,) personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi a suis et suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus, pro procuratione vnius diei, siue in victualibus, siue a volentibus in pecunia, vltra centum et quadraginta, a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus val regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra centum et viginti, ab habentibus vero minus collegium, aliisque ecclesiis, prioratibus atque locis vltra centum, episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis vltra centum, a monasteriis vero et prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium parsonarum, vltra LXXX. ab habentibus vero minus collegium, aliisque acclesiis, prioratibus et locis vltra LX. abbates etiam a monasteriis vel prioratibus, habentibus collegium XII. val plurium personarum, vltra quinquaginta, ab habentibus minus collegium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus et locis vltra XL. archidiaconi vero vltra XXV. archipresbyteri vero vltra V. Turonens. argenti valorem recipare non attentent. Si vero proxime nominati archiepiscopi, episcopi et prælati, et aliæ personæ ecclesiasticæ, ex priuilegio apostolico, per alios visitare et procurationes recipere possint, in pecunia numerata: iidem archiepiscopi ab eisdem suis et suffraganeorum suorum ecclesiis vltra LXXX. a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collagium duodecim vel plurium personarum, vltra LX. ab habentibus vero minus collegium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus siue locis vltra L. episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus siue locis vltra XL. abbates vero ab eorum monasteriis, prioratibus, acclesiis siue locis vltra XXX. archidiaconi vero vltra XX. Turonens. argenti valorem recipere non attentent. In Apuliæ vero, Calabriæ, terræ Laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, et ceteris aliis Italiæ partibus, nec non Sclauoniæ, Achaiæ, Cypri, et ceteris regnis, insulisque et aliis prouinciis et partibus omnibus vltramarinis, et etiam transmarinis, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, ac prælati alii et personæ ecclesiasticæ consistentes, cum, (vt præmittitur,) personaliter visitabunt, iidem patriarchæ et archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum acclesiis cathedralibus pro procuratione vnius diei, siue in victualibus, siue a volentibus in pecunia vltra LX. a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, vltra quinquaginta, ab habentibus vero minus collagium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis vltra quadraginta, episcopi etiam a cathedralibus ecclasiis vltra quinquaginta, a monasteriis vero aliisque ecclesiis, et prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra quadraginta, ab habentibus vero minus collegium, et ecclesiis aliis, seu prioratibus vel locis quibuslibet vltra triginta, abbatas vero a suis monasteriis vel prioratibus, simile collegium val maius habentibus, vltra viginti, ab habentibus vero minus collegium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis vltra sedecim, archidiaconi vltra decem Turonens. argenti valorem non audeant recipera quoquo modo. Si vero prælati, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi et personæ ecclesiasticæ, proxime nominati, ex priuilegio apostolico per alios visitare, et procurationes recipere valeant in pecunia numerata: dicti patriarchæ seu archiepiscopi ab eisdem suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus vltra quadraginta, a monasteriis quoque et acclesiis aliis ac prioratibus, sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim val plurium personarum, vltra triginta, ab habentibus vero minus collegium, et ecclesiis aliis, prioratibus, siue locis, et subditis quibuscumque vltra viginti octo, episcopi quoque a suis cathedralibus, et quibuslibet aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis vltra viginti, abbates etiam vltra decem, nec non archidiaconi vltra quinque Turonens. argenti valorem recipere non præsumant, ita, quod expensæ seu sumtus vniuersi, seu taxatio pecuniaria huiusmodi procurationis totius diei, videlicet in pecunia, vel victualibus et necessariis aliis, prædictam summam vel valorem aliquatenus non excedat. Nec vltra dictas summas vel taxationes seu valores earum prætextu cuiusuis consuetudinis, vel alias, vel ab ipsis prælatis vel familiaribus earumdem quidquam exigere vel recipere liceat etiam a volentibus, quando ex conuentione vel consuetudine minus soluere consueuerint, quod propter prædicta non plus soluant. Illud quoque, quod de archidiaconis superius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, præpositis aliisque personis ecclesiasticis, superius non expressis, quibus visitationis officium et procurationis receptio ex priuilegio sedis apostolicæ, vel de iure seu consuetudine competere dignoscuntur, decanis ruralibus dumtaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipresbyteri nominantur, circa quos in receptione huiusmodi procurationis, id quod supra statutum est de aliis archipresbyteris, volumus obseruari. Nostræ tamen intentionis existit, quod, si ex conuentione, vel consuetudine, tam ecclesiæ cathedrales, quam collegiatæ, et aliæ quælibet sæculares, ac etiam monasteria, prioratus conuentuales, et loca alia quæuis ecclesiastica, earumque capitula, collegia seu conuentus, rectores etiam et personæ, prælatis quibusuis suis 19) visitantibus, (vt præfertur,) minus debeant, vel consueuerint, quam per nos superius est statutum, ad soluendum vltra conuentionem vel consuetudinem huiusmodi nullatenus adstringantur, sed super his circa eos consuetudo et conuentio huiusmodi obseruentur. Huiusmodi etiam moderationes et taxationes ad prælatos quoslibet, qui prætextu cuiusuis consuetudinis in monasteriis, siue locis aliis ecclesiasticis gratis recipiantur ad pabulum caritatis, extendimus et etiam prorogamus, prouiso nihilominus, quod in locis quibuslibet, secundum quod maior vel minor rerum copia fuerit in eisdem, nec non iuxta maiorem vel minorem personarum et euectionum numerum huiusmodi visitantium, expensarum maiorum vel minorum debita moderatio teneatur, ita tamen, quod maiores expensæ non excedant summam, superius limitatam. Insuper prædictis omnibus archiepiscopis, primatibus, episcopis, et aliis, superius nominatis visitantibus, ne vltra conuentionem vel consuetudinem huiusmodi circa personas, et loca, vbi fuerint, nec vltra moderationes et taxationes prædictas quidquam præsumant recipera, districtius nihilominus inhibemus. Volentes etiam constitutionem præsentem pœnæ adiectione iuuari, statuimus, quod, si dicti visitatores per se, vel, (si ex priuilegio eis competat,) per alios visitationis officium exercuerint, et procurationes receperint, (vt præfertur,) ipsi, vel familiares eorum vltra taxationes prædictas, aliquid scienter exegerint, vel receperint etiam a volente, duplum eius, quod ipsi iidem prælati, vel, eis scientibus aut ratum habentibus, eorum familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menses post receptionem seu scientiam huiusmodi ecclesiis, monasteriis, et aliis locis, a quibus illa receperint, restituere teneantur. Si vero, dictis prælatis per alios visitantibus, hi, qui pro eis visitationis officium exercabunt, par se vel per alios vltra moderationes seu taxationes prædictas quidquam exegerint, seu receperint etiam a volentibus;

19) *Suis*, in ed. Pith. non habetur.

bus; duplum eius, quod vltra receperint, ecclesiis et monasteriis vel locis aliis, e quibus id receptum fuerit, intra præfatum terminum restituere teneantur: alioquin extunc dicti prælati, qui vltra moderationes et taxationes prædictas, seu conuentionem vel consuetudinem huiusmodi receperint in pecunia numerata, duplum ipsum eisdem ecclesiis, monasteriis, siue locis vltra dictum tempus restituere differentes, ingressum ecclesiæ sibi nouerint interdictum. Hi vero, pro dictis prælatis visitationem huiusmodi, (vt præmittitur,) exercentes, ab officio et beneficio nouerint se suspensos, quousque grauatis ecclesiis, monasteriis, siue locis de huiusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. Adiicientes constitutioni præsenti, quod, si quis de familia prælati, personaliter visitantis, aliquid vltra moderationes et taxationes præfatas per se vel alios, prælato ignorante, nec ratum habente, receperit ab ecclesiis, monasteriis et locis aliis visitatis, duplum eius, quod vltra receperit, de suo proprio intra duos menses post receptionem huiusmodi ecclesiis, monasteriis, et locis aliis, e quibus illa receperit, reddere teneatur: alioquin extunc recipiens, si clericus fuerit, tamdiu ab officio et beneficio sit eo ipso suspensus, si vero laicus, tamdiu ingressum ecclesiæ sibi nouerit interdictum, et a communione eucharistiæ ipso facto nouerit se suspensum, donec de duplo huiusmodi grauatis ecclesiis, monasteriis siue locis satisfecerit cum effectu, nulla eisdem vltra moderationes et taxationes prædictas recipientibus in his donantium remissione, liberalitate, vel gratia valitura. Ceterum moderationes et taxationes huiusmodi in illis locis volumus obseruari, in quibus id fieri poterit secundum ecclesiæ, monasterii, vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcipimus modestiam adhiberi, quod per hæc, quæ ad exonerationem locorum ecclesiarum statuendam prouidimus, non doleant se grauari, nec per hoc dicti prælati exigendi amplius quam ipsi subditi pati possint, indultam sibi existiment potestatem. Præmissis quoque adiiciendo statuimus, quod, si dicti prælati, vel aliquis eorundem ex apostolica indulgentia, vel consuetudine, seu de iure, petant sibi ab ecclesiis, monasteriis, et locis aliis, eorumque capitulis, collegiis, vel conuentibus, rectoribus seu personis moderatiuum, seu caritatiuum subsidium exhiberi, non possint a singulis ecclesiis, monasteriis siue locis pro subsidio huiusmodi vltra petere, vel recipere, (etiam a volentibus,) nisi quantum adscenderent singulæ procurationes in pactum, per nos superius moderatum, quas iidem prælati possent recipere, quando ex priuilegio per alium visitarent. Porro Turonenses prædictos tales fore intelligimus, quod XII. ipsorum valeant vnum florenum auri boni, puri, et legalis ponderis, ac cunii Florentini. Per constitutionem autem huiusmodi nolumus, quod prædicti prælati vel alii, quibus visitationis officium, et procurationum receptio ex priuilegio sedis apostolicæ, vel alias de consuetudine vel de iure competere dignoscuntur, ius visitandi, seu procurationes recipiendi, sibi valeant vindicare. Nec per constitutionem eamdem aliis constitutionibus, super præmissis, per prædecessores nostros dudum editis, quoad alia contenta in eis, aliquatenus derogetur. Insuper abbates Cistercien. ordinis, sua monasteria visitantes, sub præfata constitutione nostra nolumus comprehendi, cum super his per aliam constitutionem nostram duxerimus specialiter prouidendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum constitutionis, intentionis, inhibitionis, adiectionis, et præcepti ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auenion. XV. kal. Ianuarii, pontificatus vero nostri anno II.

TITVLVS XI.
DE CELEBRATIONE MISSARVM.
CAP. VN.

Narratis perturbationibus plurimis, quæ ecclesiæ præsertim per hæreticos inferuntur, ordinat Romanus pontifex, quod, dum missæ celebrantur, in quibus deuotius oratur, certæ preces, hic expressæ, ad Deum effundantur. Et, vt Christiani ad id sint promtiores, viginti dies indulgentiarum cunctis, hoc facientibus, elargitur. Aduerte, quod sub hoc tit. apte potuisset locari extrauagans: *Docta*: quæ est supra, *de vita et honest. cler.* vt ibi tractatum est.

IOANNES XXII. (*ann.* 1327. *Auenioni.*)

Discipulorum Christi a gesta nos instruunt, vt, in pelago huius mundi procellæ surgente, ad diuinum confugium recurrere debeamus. Illi quidem, commotione maris adeo grandi facta, vt fluctus nauiculam, in quam Iesum sequentes intrauerant, operirent, Christum dormientem vocibus excitarunt supplicibus, et aduersus ingruentes tempestatis impetus ab eo salutis præsidium postularunt. Cum itaque catholicam ecclesiam, quæ congregationem b fidelium comprehendit, videamus, (quod dolentes referimus,) pacis æmuli, zizaniorumque satoris malitia procurante, discordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeo eleuatos, quod quasi operiant ipsam totam, hæreticos insuper ecclesiam ipsam cernamus, et schismaticos impugnare ferociter, ac, vt inconsutilem Domini tunicam scindant, multipliciter laborare; cum fratribus nostris deliberatione præhabita diligenti, expediens, (immo necessarium potius,) æstimamus, vt ad illum, qui ad dexteram patris residet in excelsis, qui caput est congregationis eiusdem, cuique potestas omnis, tam in cœlo, quam in terra noscitur tradita, eique venti et maria obsecundant c, leuemus cum manibus corda nostra, ipsumque deuotis pulsantes precibus, apud eum sedulis orationibus insistamus, vt insurgentes præmissæ fremitus tempestatis, quæ quasi vniuersorum Christicolarum regna concutit, subditos contra dominos violato fœdere erigit, hæreticis et schismaticis ac rebellibus ecclesiæ Dei, insurgendi contra ipsam, eiusque iura vsurpandi, insania damnabili ausum præbuit, flatus cessare, fluctusque prædictos quiescere sua faciat omnipotenti virtute, cordaque hæreticorum, schismaticorum, aliorumque rebellium ad Dei ecclesiæ vnitatem ac deuotionem inclinet et habilitet, vel forsan, cum præmissis pertinaciter intendant persistere, ipsorum elidat superbiam, eorumque obstinatam malitiam suæ virtute dexteræ conterat et prosternat, corda quoque subditorum ad eorum superiores et eorum superiorum conuertat, ad subditos, ipsosque diffidentes in concordiæ vnitate conciliet et confirmet, sicque det ipsis superioribus præsidere, quod sic regnent, vt dirigantur, eorumque regimen cedat subditis ad salutem perpetuam, quietem et pacem, nobisque ipse, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, modos et vias aperiat, per quos hoc, quod in votis gerimus, efficaciter promouere possimus. Et quia in missarum solemniis ad Deum consueuerunt preces effundi deuotius: de eorumdem fratrum consilio ordinamus, quod in singulis missarum celebrationibus post dictum a celebrante: *Pater noster*, responsioneque sequuta, antequam in missa vlterius procedatur, illud canticum: *Lætatus* d *sum in his, quæ dicta sunt mihi.* totum, cum *Gloria Patri.* a religiosis, clericis et aliis litteratis præsentibus cum deuotione dicatur 20) e. Et primo dicantur *Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison! Pater noster.* Et post isti versiculi subsequantur: *Domine, saluos fac reges: Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuæ. Et rege eos, et extolle illos vsque in æternum. Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum, et cum spiritu tuo.*

Collecta.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Domine, preces placatus admitte, vt, destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum nostrum.

Hostium nostrorum quæsumus, Domine elide superbiam: eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

Benedicat celebrans consequenter.

Nos autem, Christi fideles ad exsequendum supra dicta promtius donis volentes spiritualibus animare, omnibus, vere pœnitentibus, et confessis, tam his celebrantibus, quam ipsis adsistentibus obseruantibus supra dicta, quam aliis, preces tunc deuotas Deo fundentibus, pro præmissis diebus, et missis singulis, quibus hæc fecerint, XX. dies de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi, de iniunctis sibi pœnitentiis relaxamus. Nulli ergo, etc. Datum XII. kal. Iulii, pont. nostr. anno XII.

20) *Dicant*, ed. Vith.

TITVLVS XII.
DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.
CAP. I.

Qui conceptionem immaculatæ virginis deuote celebrabunt, in eodem festo, et eius octauis officio interfuerunt, tales tribuuntur indulgentiæ, quales consequuntur Christi fideles in corporis Christi sollemnitate.

SIXTVS IV. (*ann.* 1477. *Romæ.*)

Cum præexcelsa meritorum insignia, quibus regina cœlorum, virgo, Dei genitrix gloriosa, sedibus prælata æthereis, sideribus quasi stella matutina prærutilat, deuotæ considerationis indagine perscrutamur, et intra pectoris arcana reuoluimus, quod ipsa, vtpote via misericordiæ, mater gratiæ et pietatis, amica humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere grauantur, sedula oratrix, et peruigil ad regem, quem genuit, intercedit: dignum, (quin potius debitum,) reputamus vniuersos Christi fideles, vt omnipotenti Deo, (cuius prouidentia eiusdem virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconciliando suo auctori humana natura, lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui vnigeniti habitaculum sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemtione populi sui adsumeret, et immaculata virgo nihilominus post partum remaneret,) de ipsius immaculatæ virginis mira conceptione gratias et laudes referant, et instituta propterea in Dei ecclesia missas, et alia diuina officia dicant, et illis intersint, indulgentiis et peccatorum remissionibus inuitare, vt exinde fiant eiusdem virginis meritis, et intercessione diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratione inducti, eiusdem omnipotentis Dei, ac beatorum

a *Luc.* 8. b *Vide Turrecrem. in summa de eccles.* 1. *cap.* 1.

c *Luc.* 8. d *Psal.* 121. e *In aliis legitur: dicant.*

Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi, auctoritate apostolica hac in perpetuum valitura constitutione statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli Christi fideles vtriusque sexus, qui missam et officium conceptionis eiusdem virginis gloriosæ, iuxta piam, deuotam et laudabilem ordinationem dilecti filii magistri Leonardi de Nogarolis, clerici Veronensis, notarii nostri, et quæ desuper a nobis emanauit, missæ et officii huiusmodi institutionem, in die festiuitatis conceptionis eiusdem virginis Mariæ, et per octauas eius deuote celebrauerint, et dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eamdem prorsus indulgentiam, et peccatorum remissionem consequentur, quam iuxta felicis recordationis Vrbani [a] IV. in concilio Viennensi approbatæ [b], ac Martini V. et aliorum Roman. pontificum, prædecessorum nostr. [c]) constitutiones, consequuntur illi, qui missam et horas canonicas in festo corporis et sanguinis Domini nostri IEsu Christi a primis vesperis, et per illius octauas iuxta Romanæ ecclesiæ constitutionem celebrant, dicunt, aut missæ officio et horis huiusmodi intersunt, præsentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnat. domin. MCCCCLXXVII. III. kal. Martii, pont. nostr. anno VI.

21) *Prædict. nostr.* ed. ant. L. et Pith.

CAP. II.

Excommunicationem ipso facto incurrunt prædicatores, asserentes, dictam virginem in peccato mortali fuisse conceptam: qui etiam dicunt, quod festum conceptionis eius celebrantes grauiter peccant. Et vult, præsentem constitutionem in locis populosis publicari.

IDEM *in eadem materia. (ann.* 1483. *Romæ.)*

Graue [a] nimis gerimus, et molestum, cum sinistre nobis de quibusdam ecclesiasticis personis referuntur; sed in eorum, qui ad euangelizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus, prædicando commissis, eo grauius prouocamur, quo illi periculosius remanent incorrecti: cum facile delere nequeant, qui multorum cordibus sic publice prædicando diffusiue et damnabiliter imprimunt errores. Sane, cum S. Rom. eccl. de intemeratæ semperque virginis Mariæ conceptione publice 22) festum sollemniter celebret, et speciale ac proprium super hoc officium ordinauerit: nonnulli, (vt accepimus,) diuersorum ordinum prædicatores in suis sermonibus ad populum publice per diuersas ciuitates et terras adfirmare hactenus non erubuerunt, et quotidie prædicare non cessant, omnes illos, qui tenent aut adserunt, eamdem gloriosam et immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos, eiusdem immaculatæ conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse adfirmant, peccare grauiter. Sed et præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his suis adsertionibus libros in publicum ediderunt: ex quorum adsertionibus et prædicationibus non leuia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, et maiora merito exoriri formidantur indies. Nos igitur, huiusmodi temerariis ausibus, ac peruersis adsertionibus ac scandalis, quæ exinde in Dei ecclesia exoriri possunt, (quantum nobis ex alto conceditur,) obuiare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, et certa scientia, huiusmodi adsertiones prædicatorum eorumdem, et aliorum quorumlibet, qui adfirmare præsumerent, eos, qui crederent aut tenerent, eamdem Dei genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiusmodi officium conceptionis celebrantes, seu huiusmodi sermones audientes, alicuius peccati reatum incurrere, vtpote falsas et erroneas, et a veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos, id continentes, quoad hoc auctoritate apostolica tenore præsentium reprobamus et damnamus, ac motu, scientia et auctoritate prædictis statuimus, et ordinamus, quod prædicatores verbi Dei, et quicumque alii, cuiuscumque status, gradus, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui de cetero ausu temerario præsumserint in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet adfirmare, huiusmodi sic per nos improbatas et damnatas adsertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant: a qua ab alio, quam a Rom. pontifice, (nisi in mortis articulo,) nequeant absolutionis beneficium obtinere. Item motu, scientia, et auctoritate similibus, simili pœnæ ac censuræ subiicientes eos, qui ausi fuerint adserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen vel peccatum incurrere mortale: cum nondum sit a Rom. eccles. et apostolica sede decisum, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque, quibus communiter vel diuisim a sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et, ne de præmissis aliquando valeant ignorantiam adlegare: volumus, quod locorum ordinarii requisiti præsentes litteras in ecclesiis, consistentibus in eorum ciuitatibus, et suarum diœcesum, et locis insignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, sermonibus ad populum mandent, et faciant publicari. Præterea, quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre: etiam volumus, et dicta auctoritate decernimus, quod earumdem litterarum transumto [d], manu publici notarii confecto, et authentico alicuius prælati ecclesiastici sigillo munito, vbique stetur, prout staretur eisdem originalibus litteris, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis, et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum, se nouerit incursurum. Datum Rom. apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXXIII. prid. non. Sept. pont. nostr. anno XIII.

22) *Publice*, non est in ed. Pith.

TITVLVS XIII.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

CAP. VN.

Decretalis: Clericis laicos. *eod. tit. libr. 6. habet locum tantum quoad laicos, tallias a clericis exigentes, et dantes illis auxilium, et non quoad soluentes: præcipit deinde, Lateran. et generalia concilia diligenter obseruari.*

BENEDICTVS XI. *(ann.* 1304.*)*

Quod [e] olim per felic. record. Bonifacium papam VIII. præd. nostr. contra laicos, exigentes siue recipientes a clericis et ecclesiasticis personis tallias, decimam vel aliam quotam seu quantitatem aliquam de prouentibus bonorum suorum, aut ecclesiarum, nec non aduersus soluentes, aut promittentes, vel consentientes, se 23) soluturos, pœnis adiectis statutum est, quantum ad pœnas ipsas ex caussa de consilio fratrum nostrorum restringimus ad exigentes tantummodo, et ad exigendum dantes auxilium, consilium vel fauorem: non autem quoad easdem pœnas in soluentibus aut recipientibus a sponte dantibus deinceps vindicet sibi locum. Ceterum attendant sollicite ecclesiarum prælati, et alii clerici Lateran. concilium, quod in huiusmodi subuentionibus solum casum necessitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non suppetant facultates, deliberatione prouide noscitur excepisse, et deinde generale steruisse concilium, propter quorumdam imprudentiam, etiam in hoc casu Romanum pontificem, (cuius interest communibus prouidere vtilitatibus,) primitus consulendum. Attente igitur caueant, ne prædictorum conciliorum transgressores existant, aliquid in casu prædicto, et multo magis, si casus ipse non subsit 24), quoquo modo vel titulo, inconsulto Rom. pont. occasione subuentionum dictarum concedendo laicis, vel etiam promittendo: alioquin tamquam canonum, et tam sollemnium conciliorum temerarii transgressores, quas procul dubio, (Deo propitio,) idem infliget pontifex, grauissimas pœnas poterunt merito formidare. Nulli ergo omnino hominum, etc.

Pastoralis 25) cura sollicitudinis super cunctas populi Christiani nationes, inuigilare remediis subiectorum, eorumdem periculis obuiare, ac scandala remouere compellit. Sane, quoniam ex constitutione felicis recordationis Bonifacii, etc. vt in *Clem.* 1. *eod. tit.*

23) *Ac*, C. impr.
24) *Subsistat*, ibid.
25) Ibid. non habetur hæc lacinia.

a *Hanc constitutionem Vrbani habes insertam in Clem.* 1. *de reliquiis et ueneratione sanctorum.* b *Forte: approbatam.* c *Vide conc. Trid. sess.* 5. *in decreto de peccato orig.* §. *vlt. et extrauagantem Pii V. pont. max. incip. Super speculam Domini: vbi statutum confirmatur et approbatur.*

d *Instrumentum, ex originali transsumtum, quandoque facit plenam fidem.* e *Vide c.* 1. *eod. tit. in Clem. cum notatis ibid. per Dd.*

FINIS LIBRI TERTII.

QVARTVS LIBER VACAT.

EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

DE SIMONIA.

CAP. I.

Pastus vel iocalia exigentes, et etiam dantes pro religionis ingressu, si sint singulares personæ, excommunicationis, si conuentus vel capitulum, suspensionis sententias ipso facto incurrunt; cuius vtriusque vinculi absolutio soli papæ reseruatur, aliis pœnis in suo robore duraturis: nisi ingredientes aliquid sponte, et sine pactione obtulerint. Quid de personis, tam tali labe fœdatis, et bonis, sic receptis, faciendum sit, tandem patefacit.

VRBANVS IV. *al.* V. (*ann.* 1262. *Romæ.*)

Sane a, ne in vineas Domini, nostræ, (licet insufficientibus meritis,) commissa custodiæ, nascentes vepres et spinæ adeo conualescant, quod speratam fructificationem ipsius valeant impedire: diligentiæ nostræ incumbit officio, vt illas exstirpare radicitus sollerti studio procuremus. Sane, multorum fide dignorum relatione didicimus, quod in nonnullis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, et aliis locis religiosis, tam virorum, quam mulierum, ordinum, regionum et partium diuersarum detestabilis, et a canonibus reprobata seruatur abusio, quod, cum personæ aliquæ recipiuntur ab eis ad obseruantiam regularem, ipsæ temeritate præsumtuosa pastus seu prandia capitulis et conuentibus ipsarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, et locorum, aut pecunias, aut iocalia, seu res alias ipsis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, et locis, seu præsidentibus eis, ex statuto seu consuetudine, quæ corruptela est potius dicenda, tribuere compelluntur: ex quibus decori ecclesiasticæ et immaculatæ religionis detrahitur, quam plures etiam, tam exsecratione huiusmodi criminis, quam expensarum onere a sacræ religionis proposito retrahuntur, ipsæque ecclesiæ, monasteria, et loca famulantium Deo consuetis numeris remanent destituta, et in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. Nos igitur, huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, et aliis pœnis in talis præsumentes inflictis a iure in suo robore duraturis, pœnam adiicere grauiorem, vniuersis abbatibus, prioribus, decanis, præpositis et magistris, nec non abbatissis et priorissis, aliisque prælatis, quouis nomine nuncupatis, et eorum officialibus, quarumcumque etiam ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum et locorum quorumlibet, religionum, ordinum etiam militarium, tam exemtorum, quam non exemtorum, quocumque nomine censeantur, ac capitulis et conuentibus et singularibus personis eorum, tenore præsentium auctoritate apostolica, (quamuis sit eis a iure inhibitum,) districtius inhibemus, ne tam a maribus quam a mulieribus, volentibus ingredi eorum religionem, ecclesias, monasteria, prioratus, domus seu loca, in earumdem personarum receptione, aut ante vel post illam, quæcumque pastus, prandia seu cœnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad vsum ecclesiasticum, seu quemuis pium vsum alium deputata, vel deputanda, directe vel indirecte petere vel exigere quoquo modo præsumant, sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu et vestitu, sicut alias personas fuerunt ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum et locorum sincera caritate pertractent, illa dumtaxat, quæ personæ ipsæ ingredientes pure et sponte, et plena liberalitate, omnique pactione cessante, dare vel offerre ecclesiis, monasteriis, prioratibus, domibus, et locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi. Nos enim, qui secus egerint, si sint singulares personæ, tam dantes, quam accipientes, huiusmodi excommunicationis, si capitulum vel conuentus fuerit, suspensionis sententiis eo ipso decernimus subiacere: a quibus, (præterquam in mortis articulo,) absolui nequeant absque sedis apostol. licentia speciali. Ceterum personis illis vtriusque sexus, quæ iam labe huiusmodi sunt fœdatæ, earum prouidentes saluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quod per suos locorum diœcesanos hac vice dumtaxat a crimine huiusmodi et nota infamiæ inde contracta, auctoritate apostolica absoluantur, canonica proinde ipsis pœnitentia salutari imposita, de qua ipsarum discretioni videbitur expedire, et demum cum ipsis, vt in earum ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus et locis licite valeant remanere, misericorditer dispensetur. Insuper erga personas illas, quæ in præmissis recipiendo aliqua contra canonicas sanctiones peccasse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos, omnia recepta huiusmodi, si ad communem vsum monasteriorum seu locorum eorum sunt applicata, ea ad dictum vsum licite concedimus retineri. Si vero ad specialem vsum abbatis seu abbatissæ, prioris aut priorissæ, aut alterius singularis personæ ratiocinantur: illa venire præcipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, concessionis, et præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, II. nonas mensis Aprilis, pontif. nostr. anno I.

CAP. II.

Omnes simoniaci cuiuscumque dignitatis aut status, sunt ipso facto excommunicati: nec habent simoniace ordinati ordinis exsequutionem. Et electiones aut aliæ prouisiones, per simoniam factæ, non valent, nec ius percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam simoniæ eadem censura ligantur. qui a solo papa absoluuntur. Et omnes prædicti sunt Romano pontifici reuelandi.

PAVLVS VENETVS *papa II.* (*ann.* 1464. *Romæ.*)

Cum b detestabile scelus simoniacæ prauitatis tam diuinorum quam sacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: nos, considerantes, quod plures pœnarum grauitas, quam Dei timor arcere solet a voluntate peccandi, ac summis desideriis adfectantes, vt horum pestiferum virus non ex vsu solum, sed etiam ex mentibus hominum saltem propter pœnarum metum penitus euellatur, prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis inhærentes, ac etiam omnes et singulas excommunicationis, suspensionis, priuationis, et interdicti sententias, censuras et pœnas, dudum a Romanis pontificibus prædictis, et pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet latas, et illos, qui cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiamsi cardinalatus, patriarchali, episcopali, regali, reginali, vel alia quauis ecclesiastica seu mundana dignitatibus præfulgeant, et eorum quemlibet, tam manifestum, quam occultum, quas ipso facto eos incurrere volumus, confirmantes et innouantes apostolica auctoritate, declaramus, quod omnes illi, qui simoniace ordinati fuerint, a suorum sint ordinum exsequutione suspensi c. Per electiones vero, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones, quas simoniaca contigerit labe fieri, et quæ viribus omnino careant in ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis ecclesiasticis, et quibusuis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus adquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium, quæ percepit, restitutionem sub animæ suæ periculo sit adstrictus. Statuentes præterea, quod vniuersi et singuli, etiam præmissis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserint, aut quod illa fiat, mediatores exstiterint, seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrent: a qua nisi a Romano pontifice, pro tempore exsistente, non possint absolui, præterquam in mortis articulo constituti. Et, vt huiusmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnibus et singulis ecclesiasticis sæcularibusque personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ districtius iniungimus, vt eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciuerint, pontifici prædicto, vel cui idem pontifex duxerit committendum, per se vel alios reuelare quantocius non omittant, pro reuelatione huiusmodi, etiamsi complices d fuerint, non solum veniam a nobis, sed etiam gratiam consequuturi, si eorum indicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod si non fecerint: absolui non valeant, donec prædicta reuelent, et complices huiusmodi detecti arctius punientur.

Nulli ergo, etc. nostræ confirmationis, innouationis, declarationis, et voluntatis infringere, etc. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ M. CCCC. LXIV. IX. kal. Decembr. pontificatus nostri anno I. publicata die XXIV. Nouembr. anno prædicto.

TITVLVS II.

DE IVDAEIS.

CAP. I.

Christiani, arma portantes ad infideles, Christian. impugnantes, ipso facto sunt excommunicati, capientium serui, infames, et intestabiles tam actiue, quam passiue, et eorum bona confiscata. Vide cap. *Ita quorumdam.* et cap. *Ad liberandam.* extra eod. tit.

CLEMENS V. (*ann.* 1310. *Romæ.*)

Multa e mentis amaritudine concitamur, grauisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes, quod renati fonte

a *Vide cap. Non satis. cap. Cum in ecclesiæ corpore, et c. Veniens cum ibi notatis, extr. de simon. adde B. Thom. 2. C. 2. qu. 100. art. 3. ad quartum argumentum.*

b *Vide extrauagantem Pii V. incip.* Cum primum. *§. et vt simoniaca prauitatis, per quam hæc constitutio inuiolabiliter obseruari mandatur, et de intellectu decisionem Cassiodori 5. tit. de consist.* c *Vide c. de simoniac. et ibi plene per canonistas. extra, de simonia. Adde omnino beatum Thomam 2. C. 2. qu. 100. art. 2. ad quartum argumentum.* d *Complices criminis quandoque præmiantur. Cod. ad leg. Iuliam maiestatis. l. quisquis in fine.* e *Præter cap. ita quorumdam. et cap. ad liberandam. extra, de Iudæis, vide Clem. 1. eod. tit. et processum bullæ in cœna Domini. §. 7.*

baptisma-

baptismatis in deuium aberrantes, qui deberent opprobrium, illatum Domino, in terram hereditatis suae totis viribus vindicare, potius iniuriatoribus suis fauent, Sarracenorum videlicet horribili et perfidae nationi: et degenerantes miserabiliter a statu fidelium, famae propriae immemores, et salutis obliti, inimicis crucis Christi, contra ipsius negotium, ferrum, equos, arma, et alia vetita, nec non victualia, et mercimonia in Alexandriam, et ad alia loca Sarracenorum terrae Aegypti deferre praesumunt. Ex quo manifeste apparet, quod Christianos, qui ad defensionem hereditatis Domini ibidem pro fide remanserint, talibus adiuti subsidiis irreuerenter impugnant: propter quod fidei negotium ibidem quodammodo noscitur deperire. Nos igitur, qui ad liberandam terram ipsam operam dare intendimus, (cum Dei adiutorio,) efficacem, tam graues transgressus vlterius sustinere nolentes, felicis recordationis Nicol. papae IV. praedecess. nostri, vestigiis inhaerentes, praesentium tenore statuimus, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, et alia quaecumque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terrae Aegypti deferre, mittere, vel portare, seu de portubus eorum, vt eisdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium vel fauorem praestare quoquo modo praesumat. Nos vero illos, qui contra huiusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire praesumserint, eo ipso excommunicationis sententiae decernimus subiacere, a qua absolui nequeant, nisi tantum de bonis propriis in dictae terrae subsidium conuertendum exsoluerint, quantum ad partes praedictas detulerint vel miserint, aut deferri, vel de ipsorum portubus extrahi permiserint deferendum: nec tunc etiam ab eadem, (praeterquam in mortis articulo,) absoluantur sententia, absque mandato sedis apostolicae speciali. Et nihilominus, si personas eorum capi contingat, in seruitutem et capturam illorum esse volumus, in quorum ceciderint captionem, auctoritate insuper apostolica statuentes, vt illi, qui contra huiusmodi statutum nostrum quomodolibet venire praesumserint, praeter poenas praedictas, quas ipso facto incurrant, perpetuo sint infames, et intestabiles habeantur, ita, quod nec testari, nec legata eis seu relicta percipere valeant, et insuper ad successiones, tam ex testamento, quam ab intestato, sint prorsus et reddantur inhabiles, nec ad publica quaelibet admittantur officia. Sintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti, et tamquam excommunicati, hostesque catholicae fidei, (postquam de ipsorum huiusmodi temeritate constiterit,) diebus dominicis et festiuis publice nuntientur, et in fiscum bona eorum omnia deuoluantur.

CAP. II.

Iudaei, ad fidem conuersi, non sunt in bonis molestandi: ne sint deterioris conditionis post baptismum, quam essent ante.

IOANNES XXII. (*ann.* 1319. *Auenion.*)

Dignum a arbitrantes, et iuri consonum, fonte renatos baptismatis, Iudaica caecitate dimissa, amplioribus fauoribus aut gratiis, quam antea abundare, indecens et absurdum, vt, qui in perfidia abundarent, cogantur mendicare fideles, vniuersis et singulis rectoribus, et aliis officialibus comitatus Venesini, aliorumque comitatuum, et terrarum, pertinentium ad apostolicam sedem, districte praecipimus et mandamus, quatenus conuersis huiusmodi, et qui in posterum conuertentur, in possessionibus et bonis aliis, quocumque nomine censeantur, quae in comitatibus et terris praedictis conuersionis tempore obtinebant, seu etiam obtinebunt, occasione praedicta nullam molestiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, sed ipsis in his et aliis se fauorabiles exhibentes, ipsos ab iniuriis et molestiis protegant et defendant: vt sic de seruitute ad libertatem se transisse percipiant, nec redire praetextu mendicitatis odibilis ad dimissam perfidiam compellantur. Nulli ergo, etc. nostrorum praeceptionis et mandati infringere. Datum Auenion. X. kal. August. pont. nostr. anno IV.

TITVLVS III.
DE HAERETICIS.

CAP. I.

Decretalem: Per hoc. *eod. tit. libr. 6. declarat, bona haereticorum per dioecesanos vsurpari vetans.*

BENEDICTVS XI. *inquisitoribus haereticae prauitatis.* (*ann.* 1304.)

Ex eo b, quod quaedam nouella constitutio, super negotio haereticae prauitatis a bonae memoriae Bonifacio papa VIII. praedecessore nostro, edita, continet, quod in ipso negotio per dioecesanos episcopos, et inquisitores super eodem facto inquiri valeat communiter vel diuisim, et, si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus, nos consulere voluistis, quando et quoties sit ista processuum communicatio facienda. Nos autem de fratrum nostrorum consilio, intelligendo dioecesanos et inquisitores tunc demum diuisim procedere, cum hi et illi separatim, non quando episcopi tantum, vel inquisitores tantum procedunt, consultationi vestrae breuiter respondemus, quod, quando vtrique procedunt seiunctim, sibi debent in fine tantum, dum nihil restat agendum, nisi quod solum sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam potuisset videri per legem ciuilem, quod, sicut, quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre sententiam, vtpote, quando administrator delegat caussam, sibi sententia reseruata, saltem in principio, id est, contestatione rursus in medio et semel in fine, quae sunt examinata, audire debet, ita et in casu praesenti, vbi ex actis, coram alio habitis, alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recenseat; quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamen id aequitas canonum non admittit. Vnum sane casum excipimus, si alter commode non possit procedere, nisi alterius actis visis. Ex hac enim caussa semel tantum, (vt fraudi locus non fiat,) in toto negotio copia tribuatur. Verum quia c nonnulli dioecesani partem partis prouentuum de haereticorum bonis, inquisitionis officio deputatae, propter expensas, quas, dum inquirunt, in saepe dicto negotio faciunt, a vobis exigere moliuntur: hoc, tamquam iuri absonum, (cum ordinarii sint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, propriis eos oportet explere stipendiis,) fieri penitus prohibemus. Rationem autem iidem dioecesani prouentuum, obuentionum ex inquisitionis officio a vobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine, vel mandato contrariis, non exposcant: sed eam camerae nostrae, vel alii, cui nos vel successores nostri, Romani pontifices, mandauerimus reddendam, reddatis, quae generaliter obseruari iubemus.

CAP. II.

Tres errores magistri Ioannis de Poliaco, doctoris Parisiensis, hic damnantur.

IOANNES XXII. (*ann.* 1320. *Auenion.*)

Vas d electionis, doctor eximius, et egregius praedicator, cuius praedicatio mundum docuit vniuersum, praesumtuosam illorum audaciam refrenare sollicitus, qui, prudentiae propriae innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plus sapere, quam oportet sapere, sed ad sobrietatem sapere salubri doctrina suggessit, et iuxta Sapientis e eloquium: *Quisque suae prudentiae modum ponat.* Sane, dudum, cum dilectum filium magistrum, Ioannem de Poliaco, sacrae theologiae doctorem, certis ex caussis de fratrum nostrorum consilio ad nostram praesentiam vocauissemus, fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis, tangentibus poenitentiae sacramentum, non sobrie, sed perperam sapiebat, infra scriptos articulos, periculosos continentes errores, docens publice in suis praedicationibus et in scholis. Primo siquidem adstruens, quod confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quae confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante, *Omnis vtriusque sexus*, edicto in concilio generali f, Rom. pontif. non potest facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum. Immo, nec Deus posset hoc facere: quia, (vt dicebat,) implicat contradictionem. Tertio, quod papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem, immo nec Deus, qui confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti: quem dicit esse, (vt praemittitur,) proprium curatum. Nos igitur, scire volentes, si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum praemissorum copiam eidem magistro Ioanni fecimus adsignari, et ad sui defensionem plenam audientiam sibi praebuimus, tam in nostra et fratrum nostrorum praesentia in consistorio, quam alias coram aliquibus ex ipsis fratribus, per nos ad huiusmodi officium deputatis. Verum licet praefatus magister dictos articulos, et contenta in ipsis defendere niteretur: adserebat tamen, se paratum credere et tenere in praemissis et aliis, quae tenenda et credenda esse sedes apostolica definiret. Nos igitur, attendentes, quod praedictorum articulorum adsertio, praedicatio, et doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum, ipsos per praelatos, magistros in theologia, examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem sollertem et examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem et examinationem, super his habitas, comperimus, praemissos articulos doctrinam non sanam, sed periculosam multum et veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes et singulos idem magister Ioannes, veris sibi rationibus opinioni dudum suae habitae contrariis demonstratis, in consistorio reuocauit, adserens, se credere, eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, et dicens se nescire rationibus, sibi factis in contrarium, respondere. Ideoque, ne per adsertionem, praedicationem, et doctrinam huiusmodi in errorem, (quod absit,) animae simplicium prolabantur, omnes articulos et quemlibet eorum, tamquam falsos et erroneos, et a doctrina sacra deuios, auctoritate apostolica condemnamus et reprobamus, de fratrum nostrorum consilio praedictorum, doctrinam contrariam veram, et contrarium esse catholicum adserentes, scilicet, quod

a *Vide omnino extrauagantem Pauli papae III. incip. Cupientes Iudaeos: vbi de hac materia plenius tractatur.* b *Praecedentia, ex cap. Per hoc. de haeret. lib. 6. vide Nicolaum Eymericum in directorio inquisitorum part. 3. quaest. 50. 51. et 52. Repertorium inquisitorum verbo: communicare, § sed quomodo. et Zanchinum tract. de haer. c. 15.*

c *Vide Eymericum in directorio inquisitorum, p. 3. qu. 104. 105. et sequ.* d *Rom. 12.* e *Prouerb. 6. et 23.* f *Sub Innoc. III. Lateran. c. 21.*

Illi,

illi, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilium generale a. Optantesque, veritatis vias notas esse fidelibus cunctis, et prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, felicis recordationis Alexandri IV. et Clementis IV. Romanor. pontificum; prædecessorum nostrorum, vestigiis innitendo, vniuersis et singulis districtius inhibemus, ne quisquam præmissos articulos, per nos, (vt præmittitur,) damnatos et reprobatos, et contenta in eis, vel aliquo ipsorum, vtpote a catholicis mentibus respuenda, tenere audeat, seu defensare quomodolibet, vel docere. Quocirca vniuersitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuersis et singulis vestrum in ciuitatibus et diœcesibus vestris, conuocato clero et populo communiter, omnia præmissa et singula per vos, seu alios sollemniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Ioanni mandamus, quod in scholis et sermone Parisius prædictos articulos, et contenta in eis, tanquam veritati contraria, propriæ vocis oraculo, asseueratione constanti publice debeat reuocare, quod se facturum dictus magister Ioannes efficaciter repromisit. Datum Auen. VIII. kal. Aug. pont. nostr. anno V.

CAP. III.

Inquisitores hæreticæ prauitatis censuras ecclesiasticas fulminare non possunt in officiales et nuncios sedis apostolicæ sine ipsius licentia speciali: sed de eorum excessibus informationem facere possunt, et deinde Romano pontifici significare.

IDEM.

Cum b Matthæus de Pontinien. ordinis Prædicatorum, inquisitor hæreticæ prauitatis in regno Siciliæ auctoritate apostolica deputatus, friuola occasione quæsita, ac, nostra et apostolicæ sedis reuerentia et honore postpositis, in dilectum filium G. de Baleto, archidiaconum Foroliuien. capellanum nostrum, Campaniæ Maritimæque rectorem excommunicationis sententiam inconsultis motibus, non sine multa temeritate duxerit proferendam: nos, volentes de cetero talium præsumtoribus obuiare, vniuersis et singulis, tam ordinariis, quam delegatis iudicibus, et inquisitoribus prauitatis eiusdem, et aliis vniuersis et singulis, quacumque auctoritate fungantur, auctoritate apostolica districtius inhibemus, et mandamus expresse, ne contra nostros et apostolicæ sedis officiales vel nuntios, aut ipsorum aliquem, quauis occasione vel caussa, absque nostra et apostolicæ sedis licentia speciali, eis per sedis ipsius litteras concedenda, plenam facientes de tenore præsentium mentionem, procedere quoquo modo præsumant, aut in eos, vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare. Nos enim exnunc decernimus irritum et inane, quidquid contra inhibitionem et mandatum huiusmodi contigerit attentari. Volumus tamen, quod diœcesani et inquisitores prædicti, super iis, quæ negotium tangunt fidei, alii vero super iis, quæ rem tangunt vel publicam vel priuatam, siue ordinarii, siue delegati, quacumque auctoritate fuerint, prout poster ad eorum officium pertinere, si quid per officiales et nuncios ipsos indebite forsan attentatum extiterit, se plenius informare, idque nobis significare studeant, vt prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo etc. Datum Auenion. XII. kal. Ian. pont. nostr. anno XI.

TITVLVS IV.
DE SCHISMATICIS.
CAP. VN.

Processus et sententias, latas per Bonifacium VIII. contra Iacobum et Petrum de Columna, tanquam schismaticos, et eorum posteros, reuocat hic Benedictus XI. exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat. Et sic, (vt clare patet,) hæc extrauagans corrigit et prorsus reuocat *cap. unic. eod. tit. libr. 6.*

BENEDICTVS XI. (*ann.* 1304.)

Dudum bonæ memoriæ Bonifacius papa VIII. prædecessor noster, contra Iacobum, Petrum et Ioannem de sancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanum et Iacobum Sciarram, nepotes memorati Iacobi, et filios olim Ioann. de Columna, et posteritatem eorum, nec non contra Richardum, Petrum et Ioann. de Monte nigro, ac adiutores, fautores, et receptatores eorum, cuiuscumque status, etiamsi imperiali, vel regali dignitate fulgerent, contra ipsam insuper Prænestle, dum vixit, varios fecit processus, sententias, graues pœnas habentes et multas, prout in eisdem processibus continetur, ex quibus sic paucas ex multis, et prolixis breues exprimimus, quod intelligi volumus specialiter singulas enumeratas, et nominatim expressas. Inter cetera siquidem deposuit dictos Iacobum atque Petrum a cardinalatibus sanctæ Rom. eccl. reddens eos et filios dicti Iacobi, et posteritatem eorum inhabiles ad apostolicæ dignitatis apicem et cardinalatus honorem: ipsos, eosdemque Iacobum et Ottonem et Richardum beneficiis ecclesiasticis, ecclesiis cunctis priuauit, eosque et Agapitum, Stephanum et Sciarram prædictos banniuit ab vrbe, et ite ecclesiæ supra dicta ipsorum confiscauit bona et iura, plurium excommunicationum sententiis innodauit, addixit infamiæ, capiendos exposuit, iudicauit schismaticos, et tanquam hæreticos puniendos, ab administrationibus et officiis, iurisdictionibus, exercitio et dignitatibus in vrbe et circa in Rom. eccles. et curia, et ipsorum posteros perpetuo, et in terris Rom. eccles. vsque in quartam generationem, per masculinum et femininum sexum coercuit, eis incolatum, ciuilitatem et habitationem vrbis, circumpositæ regionis, et terrarum subiectarum ecclesiæ interdixit, et intestabiles fecit. Nos itaque, qui eius vices in terris gerimus, cuius est proprium misereri et parcere, eorum miseriis et ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commouemur, ipsis pietatis nostræ aperimus viscera, et mansuetudinem non negamus, misericordes ab eis non auertimus oculos, illisque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas depositionis a cardinalatibus, priuationis a beneficiis et ecclesiis, inhabilitatis ad papatum Romanum, et bonorum, et iurium, quæ certis nobilibus Romanis ciuibus et aliis concessa sunt, (confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præsens,) sententias, pœnas et mulctas, et alias, quæ in processibus memoratis siue alibi continentur, verbo etiam in vita ipsius, vel in morte in eos latas et inflictas, seu confirmatas et innouatas per prædecessorem eundem, sicut, si, (vt prædicitur,) essent per nos specialiter numeratæ, et nominatim expressæ, tam ad prædictos Iacobum et fil. dicti Ioannis de Col. masculinam et femininam prolem eorundem Ioannis et filiorum per vtrumque sexum posteritatem, descendentem ab eis, Petro et Richardo, et Ioann. de Monte nigro præfatos, quam ad coadiutores, fautores, receptatores, susceptores et sequaces eorum quoslibet alios, penitus tollimus et viribus vacuamus, ita, quod nec etiam pro præterito tempore possint super eis aliquæ personæ impeti, quæ incurrissent eas, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Eisque quod quæuis alie, quam præfatarum, depositionis a cardinalatibus, priuationis beneficiorum et ecclesiarum, confiscationis bonorum et iurium, quæ, (vt præmittitur,) dictis ciuibus seu aliis sunt concessa, et inhabilitatis ad papatum sententia siue pœna abstulit, reddimus, et irregularitatem, si quam quoquo modo contraxerint, remouemus, et notam abolemus ipsius, inhibentes, ne tam dicta Prænestle cum monte suo reædificetur, vel muniatur, aut ciuitatis nomen, siue episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, priuilegiis, indulgentiis, et litteris apostolicis, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, earum effectus possit quomodolibet impediri, et de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum debeat in nostris litteris fieri mentio specialis.

TITVLVS V.
DE FVRTIS.
CAP. VN.

Publicatio excommunicationis, latæ in eos, qui furati sunt thesaurum ecclesiæ, quem, iubente Clemente papa, de Perusio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerant. Et hic habetur optima practica monendi malefactores, vt intra certum terminum satisfaciant, alias excommunicationem incurrunt: et modum ipsius excommunicationis publicandæ hæc extrauagans clare manifestat.

IOANNES XXII. (*ann.* 1316. *Auenioni.*)

Infidelis et stolidæ prædicationis alumni se per culpæ vitium indignos efficiunt, vt matris ecclesiæ filii nuncupentur, dum ad ipsius matris iniuriam se conuertunt, (quod graui nos commotione perturbat,) matris eiusdem pietatem offendunt, et, his in perniciem miserabili cæcitate delapsis, respergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis. Dudum siquidem nonnulli degeneres filii, qui ad quæque nefaria currere sunt ausi, peruersis ausibus in matris eiusdem prosilientes iniuriam et offensam, illam thesauri sui maximam partem, quæ de Perusio ad ciuitatem Lucanam de mandato felicis record. domini Clementis papæ V. prædec. nostri, dum adhuc viueret, per dilectos filios, Vitalem de Chabenete, clericum Burdegalen. diœces. et Gulielm. de Luna, seruientem prædecessoris eiusdem, vna cum dilecto filio, Iacobo de Casalibus, decano ecclesiæ S. Seuerini Burdegal. diœc. capellano nostro, extiterat deportata, et quæ in sacristia monasterii S. Fedriani Lucanen. tunc temporis seruabatur, deinde ad cameram prædecessoris eiusdem fideliter deferendam, tempore inuasionis ciuitatis Lucanen. diripuerunt in prædam, et de præfata sacristia per violentiam asportarunt. Nos igitur, ad recuperationem thesauri prædicti sollicitis studiis intendentes, omnes et singulos asportantes thesaurum prædictum, et alios, penes quos aliqua de thesauro fuerunt, vel adhuc existunt, auctoritate apostolica coram hac fidelium multitudine copiose monemus, vt ea nobis, aut ei, quem ad id duximus deputandum, intra quatuor mensium spatium, a die datæ publicationis præsentium numerandum, cum integritate restituant et assignent, ac omnes et singulos scientes, vbi vel penes quos aliqua de dicto thesauro extiterint, vel existant, vt intra terminum supra dictum, nobis aut ipsi deputato nostro indicare studeant: alioquin in omnes et singulos monitionis huiusmodi contemtores, cuiuscumque dignitatis, status vel conditionis extiterint, etiamsi patriarchali vel superiori, aut alia

a *Id est, con. gener. Later. sub Innoc. III. c. 21. et refertur in cap. omnis. de pœnit. et remiss.* b *Super hac constitutione vide omnino consilium Lap. incip. factum, super quo. Id consilium nunc circumfertur post consilia Oldradi. Adde Eymericum in directorio inquisit. part. 3. quæst. 26.*

elie quacumque præmineent dignitete, exnunc auctoritate prædicta excommunicationis sententiam promulgamus, mendantes, illos per diœcesenos locorum et rectores parochialium ecclesiarum, ciuitatum et diœcesum earumdem singulis diebus dominicis et festiuis, pulsatis campanis et candelis exstinctis, eecommunicatos publice nunciari, processuri ad greuiore nihilominus contra eos, nec non et contre ciuitates, communitates, vniuersitates, et singuleres personas quascumque, quæ fuissent in præmissis culpebiles, sicut proteruia ipsorum exegerit, et viderimus eepedire, non obstente, si eis, aut eorum aliquibus, vel alicui sub quacumque forme vel conceptione verborum, a sede apostolice sit indultum, quod eecommunicari non possint, per litteras sedis eiusdem non facientes plenam et expressam, ac de verbo ed verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet elia dictæ sedis indulgentie generali vel speciali, cuiuscumque tenoris exsistat, per quam effectus præsentium impediri possit, vel quomodolibet reterdari. Vt autem huiusmodi nostra monitio verius ad communem omnium notitiam deducatur; chartas siue membranas, monitionem continenses eamdem, in ecclesia Aueninn. appendi vel adfigi ostiis, seu superliminaribus eiusdem ecclesiæ faciemus, quæ monitionem ipsam suo quasi sonoro præconio et patulo indicio publicebunt, ita, quod omnes et singuli, quos monitio ipse contingit vel contingere potest, nullam postea possint eecusationem prætendere, quod ed eos telis monitio non peruenerit, vel quod ignorauerint eamdem: cum non sit verisimile, remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patentet omnibus publicatur. Datum Aueniun. II. kalend. April. pontif. nostri anno I.

TITVLVS VI.
DE CRIMINE FALSI.
CAP. VN.

Alchimia hic prohibentur, et puniuntur facientes et fieri procurantes: quoniam tantum de vero aure et argento debent inferre in publicum, vt pauperibus erogetur, quantum de falso et adulterino posuerunt. Et si eorum facultates non sufficiant: pœna per iudices discretionem in aliam commutabitur, et infames sunt. Et, si sint clerici, beneficiis habitis priuantur, et ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide extrauagantem eiusdem Ioann. quæ incipit: *Prouidens*, et est sub eod. tit. collocata.

IOANNES XXII. (*ann.* 1317. *Aueniom.*)

Spondent a, quos non exhibent diuitias, pauperes alchimistæ, pariter, qui se sapientes existimant, in foueam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis alchimiæ alterutrum se professores ludificant, cum suæ ignorantiæ conscii eos, qui supra ipsos aliquid huiusmodi dixerint, admirentur. Quibus cum veritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: iidemque verbis dissimulant falsitatem, vt tandem, quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum sophistica transmutatione confingant. Eoque interdum eorum temeritas damnate et damnanda progreditur, vt fictis 26) metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis 27), et non alias alchimicum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. Hæc itaque perpetuis volentes exsulare temporibus, hac edictali constitutione sancimus, vt quicumque huiusmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri sequuto facto mandauerint, vel ad hoc scienter, (dum id fieret,) facientibus ministrauerint, aut scienter vel auro vel argento vsi fuerint, vendendo vel dando in solutum: verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum, pauperibus erogandum, quanti alchimicum exstiterit, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitime constiterit deliquisse, facientibus nihilominus aurum vel argentum alchimicum, aut ipso, (vt præmittitur,) scienter vtentibus, perpetuæ infamiæ nota respersis. Quodsi ad præfatam pœnam pecuniariam exsoluendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant: poterit discreti moderatio iudicis pœnam hanc in aliam, (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotii, personarum differentiam, aliasque attendendo circumstantias,) commutare. Illos vero, qui in tantæ ignorantiam infelicitatis prorupetint, vt nedum nummos vendant, sed naturalis iuris præcepta contemnant, artis excedant metas, legumque violent interdicta, scienter videlicet adulterinam ex auro et argento alchimico cudendo seu fundendo, cudi seu fundi faciendo monetam, hac animaduersione percelli iubemus, vt ipsorum bona deferentur carceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si clerici fuerint delinquentes: ipsi vltra prædictas pœnas priuentur beneficiis habitis, et prorsus reddentur inhabiles ad habenda.

26) *Fictis*, ed. ant. L. et Pith. 27) *Fictis occultis*, ed. Pith.

TITVLVS VII.
DE PRIVILEGIIS. 28)
CAP. I.

Hec extrauagans dat Prædicatoribus, et Minoribus priuilegia plurima circa tria, videlicet circa prædicationes, confessionum auditiones, et sepulturas. De secundo *in §. Sed quia multoties.* De tertio *in §. Porro.* Et licet sit reuocata per *Clem.* 2. *de sepult.* multa tamen, notatu digna, in ea reperiuntur, quæ non sunt retractata. Et potuisset non inepte poni sub tit. *de sepult.* Sed non est inconueniens idem cap. diuersis respectibus, sub variis collocari titulis: vt patet in cap. *Significantibus*, extra, *de libell. oblat. et de appell.*

BENEDICTVS XI. (*ann.* 1304.)

Inter cunctas b sollicitudines nostras, quibus nos pastorale premit officium, et debitum apostolicæ seruitutis edstringit, ille debet esse præcipuus, vt gregi dominico, nobis superna dispositione commisso, animarum cura non desit, ne illum lupus rapax, antiquus serpens, humani generis inimicus, inuadat, eiusque sanguis de nostris, (quod absit,) clamente prophete, manibus requiratur. Debemus insuper, quantum ex alto permittitur, pacem inserere, remouere scandala, iurgiorum amputare materiam, et intelligere super egenum et pauperem: quia non in finem 29) obliuio erit pauperis, et patientia pauperum non peribit in finem. Sane, dudum bonæ memoriæ Bonifacius papa VIII. prædecessor noster, quamdam specialem inter prælatos, rectores, seu sacerdotes et clericos parochialium ecclesiarum ex parte vna, et Prædicatorum ac Minorum ordinum fratres ex altera, super faciendarum prædicationum, audiendarum confessionum per eosdem fratres, ac de eis relictis, et de funeralibus canonicæ portionis erticulis constitutionem edidit, certum his modum imponens, prout in eadem constitutione plenius continetur. Sed pro ea, quam intendebat, quiete, turbatio nate est, pro concordia sunt suborta dissidia, et pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noscuntur: sicque, dum ensam soluisse se credidit, nodum ligasse videtur, et septem, vno Hydræ amputato capite, suscitasse. Nec mirum; quia plerumque pariunt nouitates discordiam: præsertim, dum ab eo, quod diu æquum visum est, per nouam constitutionem receditur, nec, quare recedatur, vtilitas euidens vel alia caussa subest. Ideoque cupientes, vt ipsi gregi cura nostra eo plenior impendatur, quo amplior in agro Domini operatorum numerus operetur, super c egenum intendentes et pauperem, ac occasionem remouentes, per eamdem constitutionem inductam, statuimus de fratrum nostrorum consilio, vt priorum 30) ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in ecclesiis ac locis ipsorum, quæ in præsentiarum habent, et in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus seu publicis, libere absque diœcesanorum et aliorum prælatorum petita licentia valeant clero et populo prædicare, eique proponere verbum Dei. Caueant tamen omnino 31), ne hora, in qua diœcesani prædicti prædicarent, vel coram se facerent prædicari, prædicent iidem fratres. Putamus etenim dignum, vt maiori minor, et superiori inferior deferat in hac parte; nisi forsan aliud circa hoc facerent de voluntate diœcesanorum ipsorum aut in studiis generalibus prædicerent diebus illis dumtaxat, quibus sermones ad clerum fieri solent, et sollemniter prædicari, seu mortuorum funeribus, vel eorumdem fratrum festis specialibus seu peculiaribus: quia in his casibus cum diœcesanis in prædicatione concurrere poterunt. Vbi vero iidem diœcesani vocarent generaliter ad se clerum aliqua ratione, vel, vrgente caussa, illum ducerent congregandum: ea hora in studiis memoratis diebus, sæpe dicti fratres ab huiusmodi prædicatione cessabunt. In ecclesiis autem parochialibus fratres ipsi, inuitis eorum rectoribus seu sacerdotibus, (nisi iussi a superioribus eorumdem,) non audeant prædicare. §. 1. Sed d quia multoties propositum verbum Dei audientem a peccato non retrahit; idcirco post prædicationem necessarium est pœnitentiæ sacramentum, circa quod, (nisi articulus necessitatis occurret,) sacerdoti facienda oris confessio, (prout scriptum est e: *corde ad iustitiam creditur, ore autem fit confessio ad salutem,*) exigitur: alias frustra esset in sacramento eodem sacerdotis, (qui inter lepram, et lepram debet discernere,) ministerium institutum. Electi igitur ab eisdem fratribus ad audiendas confessiones et pœnitentias iniungendas, libere auctoritate apostolica absque licentia diœcesanorum, et aliorum prælatorum inferiorum, exemtorum et non exemtorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri volentes. Non religiosos, qui secundum statuta suorum ordinum propriis prælatis confiteri debent 31*), aut ab eis, ne confiteantur aliis, prohibentur, absoluant: ipsique pœnitentias salutares iniungant, intra sibi designatos terminos, ad huiusmodi exercendum officium constitutos. Excommunicationis vero, vel alias sententias, per prælatus latas contra hoc, vel in eius fraudem, denunciamus irritas et inanes: nec confessi ipsis fratribus peccata illa, de quibus confessi sunt eis, et absoluti pœnitentes, de illis sacerdotibus propriis teneantur, (sicut etiam non tenentur,) iterum confiteri, non obstante constitutione generalis concilii, quæ sano intellectu, (ne sequatur absurdum, quod per pœnitentiam dimissa peccata quis confiteri debeat, et quod liberatus debitor adhuc ad soluendum remaneat obligatus,) intelligenda est, (vt ex ea patet,) de illis, qui peccata sua 32) confiteri aliis neglexerunt. Sed

28) *Ex ex [illegible] priuilegiat rum*, addit C. impr.

29) *In fine*, ibid.

30) *Ipsorum*, ibid.

31) *Omnino*, non est in ed. Pith.

31*) *Debeant*, C. impr.

32) *Sua*, abest ab eod. C.

a *Vide B. Thom.* 2. 2. *qu.* 77. *art.* 2. *ad* 2. *arg. et ibi Caietanum Oldrad. consil.* 74. *incip. An alchemista peccat. et late Cassaneum in catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *consid.* 40.

b *Vide extrauagantem Sixti IV. tit. sp. Vices illius tit. de treug. et pace, inter communes.* c *Psalm.* 40. d *Prædicatio non semper retrahit audientem a peccato.* e *Rom.* 10.

sacer-

sacerdotes ipsis 33) taliter confessis et absolutis edistricti sint ministrare eucharistiæ, et extremæ vnctionis etiam sacramentum. Super confessione autem, facta fratribus memoratis, cum de confitentis solius præiudicio, (si falsum dicat,) agatur in iudicio animæ seu 34) pœnitentiæ foro, stabitur simplici verbo illius, qui sacramenta petit prædicta, et dicit fratribus se confessum. Duos tamen casus excipimus, scilicet si sacerdos adserat eum excommunicatum, aut notorie peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, vel in fraudem: quia, si hoc egerit, a delicto tali, nisi plena satisfecerit, (præterquam in morte,) absolui nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur. Vt autem diœcesanis honor debitus reseruetur; præcipimus, vt prouinciales priores Prædicatorum, et ministri Minorum ordinum præfatorum, per se vel alios, verbo vel scripto, eis significent, se fratres ad huiusmodi confessionum audiendarum, et pœnitentiarum iniungendarum officium elegisse: et non nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter a diœcesanis eisdem, quod iidem electi fratres de ipsorum beneplacito et licentia dictum possint in eorum ciuitatibus et diœcesibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod si denegant, vel intra triduum non concedant; extunc iidem fratres nihilominus auctoritate eadem huiusmodi officium exsequantur: datam vero licentiam per diœcesanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quod sæpe dicti fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confessionibus, et pœnitentiis iniungendis, quam parochiales sacerdotes noscuntur habere: sicque de casibus, episcopis et superioribus, quos inferius adnotamus, ac sedi apost. reseruatis, se nullatenus intromittant. Obseruent ergo sollicite dicti fratres, ne ad confessiones recipiant criminosos criminibus, pro quibus sollemnis est pœnitentia indicenda, modo eodem excommunicatos respuant, et clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt. Inconueniens enim æstimamus, vt a peccato absoluat, qui pœnitentiam et debitam imponere, aut irregularitatis pœnam, peccati sequelam, vel excommunicationem, quæ infligitur maxime a iure quandoque pro crimine, quæue quem ab ecclesia, et per consequens a participatione ecclesiasticorum sacramentorum excludit, remouere non potest. Incendiarios, eosque, qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quod ea rationabilis consuetudo præscripta canonice in episcopatibus aliquibus reseruauit episcopis, similiter non admittant: quam consuetudinem, (ex caussa, quæ iuste ad id animum nostrum mouit,) solummodo circa voluntarios homicidas, falsarios, ecclesiarum immunitatis, et libertatis ecclesiasticæ violatores, et sortilegos approbamus. Quodsi forsan, antequam ab eo, qui potestatem habet, absolui possint, mors talium confitari volentium verisimiliter timeatur; etiam in prædictis casibus sæpe dati fratres eos 35), confiteri volentes, audiant, ipsisque beneficium absolutionis impendant: sed subeant iuramentum, quod liberati se suis episcopis et excommunicatoribus præsentabunt, excommunicatorum super his, pro quibus ab eis excommunicati erant, et episcoporum pro peccato huiusmodi parituri mandatis. Verum, quia post baptismum inter cetera magis ad salutem necessaria *a* est 36) propositio verbi Dei, quo audientes illud, quod est victoria nostra, instruuntur in fide, docentur fugienda fugere, et sectanda sectari, a quo per peccatum lapsi resurgunt, pœnitentiæ sacramentum perficiunt: grandis nobis sollicitudo incumbit, vt tales ad hæc promoueantur fratres, qui oleo dulcedinis verbi eiusdem nostros foueant subditos, a peccatis prohibeant, increpationis vino peccatorum suorum mordeant vulnera, eosque ad illa pœnitentiæ acrimonia purgandum et tergendum prouocent et inducant. Ad id vero exsequendum sententia 37) *b* diuinæ legis exposcitur, desideratur ordo, et vitæ integritas etiam postulatur. Scriptum est enim *c*: *tu scientiam repulisti, et ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi: quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore eius:* alias prout ad eum pertinet, inter peccatum et peccatum non posset discernere, nec peccatori existens Deo *d* deberet enarrare iustitias, et testamentum illius adsumere per os suum. Nam cuius vita despicitur: consequens est, vt eius prædicatio contemnatur. Quare decernimus, vt priores, et ministri generales, et prouinciales Prædicatorum, et Minorum ordinum prælatorum, vel eorum vicarii, de discretorum consilio ad tam salubre officium fratres, diuina scientia doctos, discretione vigentes, vita probatos, et expertos moribus, (alioquin districtam reddent in futuro examine rationem,) eligant, et adsumant. Sic enim, quod prædicabunt, facient 38), quæ arguent, operari cessabunt: et in eis ædificabitur populus verbo pariter et exemplo. Ceterum licet, (sicut prædicitur,) de necessitate non sit, iterum eadem confiteri peccata: tamen, quia propter erubescentiam, quæ magna est pœnitentiæ pars, vt eorumdem peccatorum iteretur confessio, reputamus salubre, districte iniungimus, et fratres ipsi confitentes attente moneant, et in suis prædicationibus exhortentur, quod suis sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno, adserendo, id ad animarum profectum procul dubio pertinere. §. 2. Porro, vt circa sepulturam apud loca eorumdem fratrum, eligentium sepeliri, et portionem canonicam, de relictis eisdem fratribus minime detrahendam, nequeat in posterum dubitari: iubemus, vt corpora defunctorum, qui apud eorumdem fratrum loca elegerint, dum viuerent, sepulturam, processionaliter cum cruce, thuribulo, et aqua benedicta, cantando seu legendo officium mortuorum, vel psalmos, et alias ingredientes parochias, possint adsumere, et ad suas deferre ecclesias tumulanda. De quibuscumque vero relictis præfatis fratribus in communi, vel singulis vltimis decedentium voluntatibus, siue apud eos sepeliendi sint, siue alibi, nulla per parochiales sacerdotes morientium, (a qua fratres ipsos liberos esse volumus,) canonica portio, vel multo minus per episcopos episcopalis quarta omnino, cum eis tamquam exemti non subsint, nec etiam debita iura parochiæ, si forsan cathedralis defunctorum esset parochialis ecclesia, detrahatur. De funeralibus autem medietatem, si commode diuisionem recipiant: alias eiusdem medietatis æstimationem soluant parochiali ecclesiæ, et sacerdotibus ante dictis. Funeralia vero intelliguntur hoc casu, quæ cum funere deferuntur. De candelis vero, quas fratres portant, portio non petetur. Moneant autem iidem fratres, et pro posse inducant confitentes sibi, vt de propriis bonis suis parochialibus ecclesiis, earumque 38) sacerdotibus competenter relinquant, et, quæ eis debent, parochialia iura reddant. Adhuc non murmuret, quæsumus, secularis clerus, non gerant moleste prælati, quod circa præmissa sic duximus prouidendum. Attendant, quanta ex iis, quæ in primis duobus articulis statuta sunt, salus animarum proueniat. Aduertant, quanta tollantur iurgia, et patenter considerent, quod eorum onera cum aliis nostro beneficio salubriter, et quasi necessario patiuntur.

Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quod fratres ipsi hoc per priuilegia Romanorum pontificum, eis benigne concessa, ante constitutionem eamdem hactenus habuerunt. Quodque sunt pauperes, nil habentes singuli, nec in communi rustica prædia, immo nec vrbana, vel mobilia, eorum alteri vel etiam vniuersi, mendicant victum, quærunt vestitum, et eatenus sustinere possunt, quatenus vel viuorum pietas, aut morientium caritas eis necessaria subministrat. Quis ergo non misereatur eorum, qui omnia, voluntatem habendi etiam, reliquerunt? Quis non compatiatur eisdem operantibus tam vtiliter in agro prædicto? Certe nullus, nisi qui triturantis bouis os impie adligare velit, aut eos subtractis alimentis necare. Inopes patrimonii onera ipsa non habendi necessitate non sustinent, et a curialibus res, ecclesiis vel piis locis donatas, a quartæ præstatione, seu lucratiuorum inscriptionibus lex facit immunes. Relicta pauperibus non patiuntur falcidiam. Et legata ad fabricam, vel pro ornamentis ecclesiæ, aut ad diuinum cultum perpetuum solutioni non subiacent canonicæ portionis. Pauperes autem, (vt dictum est,) sunt fratres, et quod eis relinquitur, aut in sua alimenta erogant, aut in fabricam, siue in cultum diuinum, et ecclesiæ ornamenta conuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere super egenum et pauperem *e*, et non obliuisci eorum, cum humanitatis sit etiam secularis principis prospicere egenis, et dare operam, vt pauperibus alimenta non desint, non tam pie, quam quodammodo iuste in eodem articulo egimus, egenos eosdem, (vt præmittitur,) reddendo 39) ab onere canonicæ portionis exemtos. Hæc autem, (dicta constitutione, quæ incipit: *Super cathedram*, quam penitus reuocamus, aliisque quibuscumque constitutionibus specialibus et generalibus, statutis, priuilegiis, indulgentiis, sub quacumque forma verborum concessis, etiamsi de ipsis de verbo ad verbum, vel aliquorum nominibus in nostris litteris oporteret fieri mentionem, conuentionibus 40) pactis iuramentis, sententiis, consuetudinibus contrariis, nequaquam obstantibus,) inuiolabiliter obseruari sancimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, denunciationis, ordinationis, præceptorum, approbationis, iussionis, voluntatis, reuocationis, et sanctionis infringere. Si quis autem, etc.

31) *Ipsi*, ibid.
34) *Seu*, ibid.
35) *Eos*, abest ab ed. Pith.
36) *Est*, ed. ant. L. et Pith.
37) *Scientia*, C. impr.
38) *Eorumque*, ed. ant. L. et Pith.

39) *Reddendo fratres*, C. impr.
40) *Pactis, iuramentis et consuetudinibus contrariis*, ibid.

CAP. II.

Rex Franciæ et regnicolæ, per extrauagantem Vnam sanctam. *supr. de maior. et obed. non amplius subiiciuntur eccles. Rom. quam prius erant.*

CLEMENS V. (*ann.* 1306. *Lugduni.*)

Meruit carissimi filii nostri, Philippi, regis Francorum illustris, sinceræ adfectionis ad nos et ecclesiam Romanam integritas, et progenitorum suorum præclara merita meruerunt, meruit insuper regnicolarum puritas, ac deuotionis sinceritas, vt tam regem, quam regnum fauore beneuolo prosequamur. Hinc est, quod nos regi et regno per definitionem et declarationem bonæ memoriæ Bonifacii papæ VIII. 41) prædecess. nostri, quæ incipit: *Vnam sanctam* nullum volumus vel intendimus præiudicium generari. Nec quod per illam

41) *Papa VII.* C. impr.

a *Verbi Dei propositio est ad salutem valde necessaria.* b *Forte*: scientia.
c *Oseæ* 4. *Malach.* 2. d *Psal.* 50.

e *Psalm.* 40

rax,

rex, regnum, et regnicolæ prælibati amplius ecclesiæ sint subiecti Romanæ, quam antea exsistebant: sed omnia 45) intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatam, tam quantum ad ecclesiam, quam etiam ad regem, regnum et regnicolas, superius nominatos.

45) *Omnia*, abest ab ed. ant. L. et Pith.

CAP. III.

Ordinarii non possunt ferre censuras in suos subditos, pro suis negotiis Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes, nec illos priuare beneficiis: quod si fecerint, irritum est. Et si beneficia illorum aliis sint collata: tam dantes, quam recipientes ipso facto sunt excommunicati, et a solo papa absoluendi.

EVGENIVS IV. (*circ.* 1342. *Romæ.*)

Diuina a io eminenti sedis apostolicæ specula, disponente clementia, constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ officiales prædictæ sedis obsequiis eius, (ad quam veluti fidelium omnium matrem, pro animarum salute quærenda, et iustitia prosequenda, de diuersis mundi partibus confluit multitudo,) tutius et quietius se promtiores valeant exhibere. Hinc est, quod nos, ex certis rationabilibus caussis moti, etiam nonnullorum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, districtius inhibemus locorum ordinariis, nec non commissariis et delegatis eorum, ceterisque vniuersis et singulis, quacumque potestate et auctoritate præfulgeant, cuiuscumque dignitatis, gradus vel præeminentiæ fuerint, ne contra officiales præfatos, quocumque nomine nuncupentur, in nostris et dictæ sedis obsequiis nunc et pro tempore existentes, nec non quoscumque alios, pro suis et eorum caussis vel negotiis prosequendis ad sedem prædictam venientes, ac in ea, (durante negotiorum et caussarum huiusmodi prosequutione,) moram trahentes, et recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorum, seu quamuis aliam sententiam promulgare præsumant. Nos enim omnes et singulos processus et sententias contra tenorem et mentem nostræ inhibitionis huiusmodi latas et habitas, et in posterum habendas, ac etiam promulgandas, et quæcumque inde sequuta, declaramus nulla, irrita et inania, nulliusque exstitisse vel existere roboris vel momenti. Nec non, quidquid in contrarium a quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum et inane. Et nihilominus in omnes et singulos ordinarios et officiales, commissarios et delegatos eorum, qui se de dignitatibus ac beneficiis ecclesiasticis quibuscumque officialium, aut negotia huiusmodi apud dictam sedem prosequentium prædictorum, eos illis forsan priuando, atque priuatos decernendo seu declarando, vel cuiuscumque priuationis prætextu illa personis aliis conferendo, seu de illis in eos quomodolibet se intromittendo, tam in dantes, quam in recipientes excommunicationis, suspensionis et interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos ipso facto incurrere. A qua quidem excommunicationis sententia absolui nequeant, nisi a nobis vel per nos deputandis, præterquam in mortis articulo constituti. Præmissis autem a die affixionis præsentium ad valuas basilicæ principis apostolorum de vrbe, ex certa scientia quoscumque ligare volumus et arctare, non obstantibus apostolicis et quibuscumque generalibus, aut prouincialibus, aut synodalibus conciliis, edictis, constitutionibus, ordinationibus, et apostolicis priuilegiis, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet vel differri, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis, et quæ præsentibus volumus haberi pro sufficienter expressis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, declarationis, constitutionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ MCCCCXXXII. VIII. idus Martii, pontificat. nostr. anno II.

CAP. IV.

Præmisso tenore duarum constitutionum, dicit, quod hospitalarii sancti Ioannis, ex statuto, consuetudine, vel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes, si in illis essent residentes.

IOANNES XXII. *magistro et fratribus hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani.*

Exhibita nobis ex parte vestra petitio continebat, quod dudum post constitutionem, per nos editam, qua specialiter et expresse cauetur, quod habentes annalia in ecclesiis de consuetudine, priuilegio, vel statuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi, vel secundi, vel alterius cuiuscumque sequentis anni beneficiorum vacantium sibi hactenus in totum vindicauerant, nihil exinde vltra summam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in decimæ solutione taxari, prætextu cuiusuis priuilegii, consuetudinis, vel statuti, quouis modo perciperent, sed ipsius summæ perceptione dumtaxat deberent esse contenti, totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remansuro; nisi forsan illi, qui fructus illos soliti essent cum integritate percipere, mallent ipsum habere residuum, et obtinentibus beneficia dimittere summam memoratam: quo casu percipiendi, quod mallent, erat eis optio derelicta. Quamdam aliam declaratoriam constitutionem fecimus, in qua specialiter cauebatur, quod, si huiusmodi beneficium obtinentes in ecclesia, in qua specialiter illud beneficium existeret, minime residerent, ad debitum seruitium impendendum, capitulo eiusdem ecclesiæ, nihil deberet accrescere; cum, cessante caussa b, cessare debeat pariter, quod vigebat: quodque ex verbis declarationis huius satis innui videbatur, quod fructus beneficiorum non residentium accrescere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo, quod in declaratione dicta non continetur expresse de perceptione annalium beneficiorum vacantium, vobis debitorum de prædictis consuetudine, priuilegio, vel statuto quoad fructus non residentium in eisdem, qui vobis accrescere debent, nullum adhuc commodum adsequi potuistis: licet, (vt præmittitur,) dicti fructus capitulo non accrescant. Quare nobis humiliter supplicastis, vt, quod in huiusmodi declaratione nostra tacite innuitur, declarare expressius dignaremur. Nos itaque, petitionem vestram iuri consonam æstimantes, ac propterea in hac parte quieti et indemnitati vestræ prouidere volentes, præsenti oraculo declaramus, quod fructus prædictæ ecclesiæ vel beneficii vacantis, cuius annalia, in quibus consistunt, debentur vobis ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam vel beneficium huiusmodi, (si in ecclesia, vbi illa consistunt, personalem residentiam facerent,) deberetur, si non residerent ibidem vere vel interpretatiue, vtpote per speciale priuilegium apostolicum, vel alias ex caussa rationabili ab huiusmodi residentia legitime excusentur: cum dicta pars, (vt præmittitur,) capitulo non accrescat, vobis accrescere debet, secundum intentionem et mentem declaratoriæ memoratæ. Nulli ergo omnino hominum, etc. *vt supra.* Si quis autem hoc attentare præsumserit, etc. *vt supra.* Datum Auenion. kalend. Martii, pontificat. nostri anno V.

a *Vide conc. Trid. sess.* 23. *de reform. c.* 1. *circa finem. et sess.* 24. *de reform. c.* 11. *§ quæ vero priuilegia.*

b *L. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. cap. cum cessante. de appellat.*

TITVLVS VIII.

DE POENIS.

CAP. VN.

Episcopus Caturcens. propter varios excessus, per ipsum perpetratos, præsertim quia sedi apost. suis subditis et sibi ipsi iniuriosus fuerat, varias pœnas incurrit: quoniam perpetuæ depositionis sententiam meruit, priuatusque fuit pontificali, sacerdotali et alio quolibet officio, et ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt scilicet cognoscamus crimina et excessus, pro quibus prælatus deponi possit. Facit ad hoc c. Veritatis. *extra, de dolo et cont. c.* Ex litteris. *et c.* Tanta est clauis Petri. *de excess. prælat. Et, nisi antiqui libri hoc c. sub tit.* de pœnis. *adnotauissent, sub tit.* de excess. prælat. *positum fuisset.*

IOANNES XXII.

Diuinis exemplis, quæ nostrorum debent esse actuum regula, patenter instruimur, aures nostras subditorum a suis præpositis oppressorum indebite, et aggrauatorum iniuste, non obturare clamoribus, sed ipsis ipsas potius compassiuis adfectibus inclinare, vt, si per sollertis inquisitionis indaginem clamores huiusmodi opere c completos esse viderimus, liberationis opportunæ remedium sollicitis studiis apponamus, pœna nihilominus debita punituri in hanc patratorum qualitatem excessuum illicitos oppressores. Omnipotens etenim Dominus, audito d clamore populi sui, propter duritiem eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum descendit, et summi templi præposito, qui iuxta nominis interpretationem in vias prauas inique diuerterat, comminando sic ait e: *Expellam te de statione tua, et de tuo ministerio te deponam.* Dudum siquidem fama graui, clamore frequenti, et querela flebili subditorum deferentibus nobis, Hugonem Geraldi, olim Caturcens. episcopum, de multiplicatis excessibus, oppressionibus grauibus, enormibusque criminibus esse reum, nos, mala huiusmodi nolentes ante credere, quam probare, super illis inquisitionem per nos et per alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquisitionis ipsius visu et examinato processu, luculenter inuenimus, quod eius fuerat vitiosus ingressus, cum per ambitionem nimiam et per abrupta simoniacæ prauitatis ad pontificalem adscendisset honorem. Progressus autem eius, (vt ei concordando conueniret initio,) iniuriosus exstiterat quoad tria. Primo videlicet quoad apostolicam sedem, cui, (licet ipsum honorasset in multis, et tandem ad episcopalis dignitatis apicem promouisset,) terga vertens, non faciem, contemtum pro gratia, maleficium pro beneficio, et vituperium retulit pro honore. Appellationibus interdum, ad sedem ipsam ab eo vel officialibus eius per subditos oppressos emissis, nedum deferre contemtibiliter renuens, sed eas verbo vilipendens et facto, suis præcipiendo ministris, quod de appellationibus huiusmodi non curarent, ac nihilominus appellantes, (quibus contra oppressiones debuerat esse

c *Gen.* 18. d *Exod.* 3. e *Isa.* 22.

appel-

appellatio ipsa remedium,) nunc per captionis iniuriam, nunc per spoliationem beneficiorum, et alias indebite adfligendo multipliciter, non absque vitio ingratitudinis violans iuramentum fidelitatis, ab ipso præstitum dictæ sedi; nec veritus matris ecclesiæ transgressionem apertam, nonnullis quandoque per suas patentes litteras de vacaturis mandauit beneficiis prouideri, vias ad vacationem eorum aperiens omnis illicitas et suspectas: perniciosus etiam fuit et frequens litterarum apostolicarum abusor. Secundo vero, quantum ad subditos, erga quos non pii prælati vel pastoris peregit officium, quin immo tamquam fur 43) improbus, crudelisque tyrannus, sub pallio caritatiui subsidii incussis terroribus, violentiis et iniuriis illatis, dolosis inductionibus, et fraudibus exquisitis, veluti recursor iniquus, extorsionibus eos intolerabilibus prægrauando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc alias nimium excessiuas, et ecclesiis importabiles, vtpote multiplicato euectionum numero, canonibus definito, interdum per se, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito visitationis officio, quandoque nullatenus, et regulariter non ad fructum correctionis, sed ad saturandæ cupiditatis adfectum impenso, ad alios quæstus illicitos et damnatos, suum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de caussa curauit. Et cum inuenit subditos, suis in hoc reprobandis adfectibus non parentes, nec alias ab eis exigere potuit concupita: calumniosas delationes fieri, contra eos lites moueri, et diuersa eis grauamina subdole procurauit pluries inferri. Præterea non citatos legitime, nec conuictos etiam, aut confessos, suis priuauit beneficiis, occasionem pro caussa confingens, non rationem in his, sed tyrannidem potius prosequens personalem. Multa falsa scienter instrumenta dictauit, per suos illa faciens notarios publicari: et, vt illis, qualem ipse habuerat, ad ecclesias præberet ingressum, institutis et præsentatos, seu institutionis suæ eis concedere litteras sæpius renuit, nisi primitus certa sibi et magna pecunia propter hoc exsoluta. Multa ecclesiastica beneficia, nunc permutationis prætextu, nunc vero simpliciter in suis manibus resignata, modo iure, (vt prætendebat,) ordinario, modo super hoc, (vt dicebat,) apostolico munimine indulto, de facto scienter contulit, interuenientibus fraude, pacto, et simoniaca prauitate, subiectas sibi ecclesias occupans, earum reditus vsurpauit. Et sic in suis fuit corruptus iudiciis, processum eorum, et finem in pecuniarum commodum ordinando, quandoque iustificans impium, innoxium iniuste condemnans: sic et alios corrumpere iudices pro obtinendo super oppressionibus inchoatis iniusta victoria nisus fuit. Tertio, quantum ad se, vt, qui sibi nequam exsisteret, nulli alii bonus esset. Suæ namque famæ prodigus, se periuriis patenter inuoluit, irregularitatisque laqueis irretiuit, et, (quod referre pudet,) in corpus suum fornicando peccans per continuatum incontinentiæ vitium, quo id dudum fœdauerat, pontificali postea decoratus honore, in sua ponere gloria maculam, et fœmora sua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius sic reprehendendi ingressus, sic scandalosus, perniciosus exemplo progressus, vt vitio huiusmodi, siue culpis nescius finem imponere, et periculosus egressus, cum adeo foret in ipso habituata malitia, quod, (remanente sibi adsolita facultate,) in iniquitatis opere voluntatis sibi deficere minime speraretur. Propter quod, ne prioribus peiora committeret, illud solum æstimamus salubre remedium, vt, quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel posse. Nos itaque, super præmissis et pluribus aliis eius nefandis excessibus cum fratribus nostris ex sano consilio deliberatione cohabita diligenti, in prælatum Hugonem Geraldi, qui se omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique ob suas iniquitates, ne præsit, est abiectus a Deo, suis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali iam priuatum a Domino, de consilio omnium et singulorum fratrum ipsorum, perpetuæ depositionis sententiam duximus promulgandam, pontificali eum, et sacerdotali, et alio quolibet officio priuantes, et ad perpetuum carcerem condamnantes, vt ibi, committendis cessantibus, agat pœnitentiam de commissis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ promulgationis et condemnationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auenion. XV. kalend. Iunii, pontif. nostr. anno II.

43) *Fuit*, ed. ant. L. et Pith.

TITVLVS IX.
DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

CAP. I.

Centesimo quoque anno visitantibus basilicas Petri et Pauli, apostolorum, plenissima peccatorum venia conceditur.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1300.)*

Antiquorum a habet fide relatio, quod accedentibus ad honorabilem basilicam principis apostolorum de vrbe, concessæ sunt magnæ remissiones et indulgentiæ peccatorum. Nos igitur, qui iuxta officii nostri debitum salutem appetimus et procuramus libentius singulorum, huiusmodi remissiones et indulgentias omnes et singulas ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus et approbamus, et etiam innouamus et præsentis scripti patrocinio communimus. Vt autem beatissimi Petrus et Paulus apostoli eo amplius honorentur, quo ipsorum basilicæ de vrbe deuotius fuerint a fidelibus frequentatæ, et fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequentatione magis senserint se refertos: nos de omnipotentis Dei misericordia, et eorumdem apostolorum eius meritis, et auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio, et apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsenti anno millesimo trecentesimo, a festo natiuitatis Domini nostri, IEsu Christi, præterito proxime inchoato, et in quolibet anno centesimo sequuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reuerenter, vere pœnitentibus et confessis, vel qui vere pœnitebunt, et confitebuntur in huiusmodi præsenti, et quolibet centesimo sequuturo annis, non solum plenam et largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedemus et concedimus veniam peccatorum, statuentes, vt, qui voluerint huiusmodi indulgentiæ, a nobis concessæ, fieri 44) participes, si fuerint Romani, ad minus XXX. diebus continuis, seu interpolatis, et saltem semel in die, si vero peregrini fuerint aut forenses, simili modo diebus XV. ad basilicas easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, et indulgentiam efficacius consequetur, quo basilicas ipsas amplius et deuotius frequentabit. Nulli 45) ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innouationis, concessionis, et constitutionis infringere, etc. Datum Romæ apud sanctum Petrum, VIII. kal. Mart. pontif. nostr. anno VII.

44) *Fore*, C impr.
45) Hæc clausula desideratur ibid.

CAP. II.

Annus iubilæus, siue plenaria remissio, quæ olim dabatur quolibet centesimo anno omnibus vere pœnitentibus et confessis, visitantibus basilicas beatorum Petri et Pauli, per istam extrauagantem ad annum quinquagesimum reducitur.

CLEMENS VI. *archiepiscopo Tarracon. eiusque suffraganeis. (ann. 1349.)*

Vnigenitus Dei filius de sinu patris in vterum dignatus est descendere matris, in qua et ex qua nostræ mortalitatis substantiam diuinitati suæ, in suppositi vnitate, ineffabili vnione coniunxit, id quod fuit permanens, et quod non erat, adsumens: vt haberet, vnde hominem lapsum redimeret, et pro eo satisfaceret Deo Patri. Vbi enim venit plenitudo temporis b: misit Deus filium suum, factum sub lege, natum ex muliere, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem reciperent filiorum. Ipse namque factus c nobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, et redemtio, non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium d sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemtione inuenta. Non enim e corruptibilibus auro et argento, sed sui ipsius agni incontaminati et immaculati pretioso sanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus non guttam sanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redemtione totius humani generis suffecisset, sed copiosa velut quoddam profluuium noscitur effudisse, ita, vt a planta f pedis, vsque ad verticem capitis nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantum ergo exinde, vt nec superuacua, inanis, aut superflua tantæ effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti ecclesiæ adquisiuit, volens suis thesaurizare filiis pius Pater, vt sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, Dei amicitiæ participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario g repositum, non in agro h absconditum, sed per beatum Petrum, cœli clauigerum, eiusque successores, suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum, et propriis, et rationabilibus caussis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis, pro peccatis debitæ, tam generaliter, quam specialiter, (prout cum Deo expedire cognoscerent,) vere pœnitentibus et confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum beatæ Dei genitricis, omniumque electorum a primo iusto vsque ad vltimum merita, adminiculum præstare noscuntur: de cuius consumtione, seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi, (vt prædictum est,) merita, quam pro eo, quod, quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Quod fel. rec. Bonifacius papa VIII. prædecessor noster, pie, (sicut indubie credimus,) considerans, et attenta meditatione reuoluens, quantum apud homines gloriosi principes terræ, Petrus et Paulus, (per quos euangelium Christi Romæ resplenduit, et per quos ecclesia religionis sumsit exordium, qui facti Christiani populi per euangelium genitores, gregis dominici pastores, fidei lucernæ, ecclesiarum columnæ, præ ceteris apostolis peculiari quadam prærogatiua in ipso Saluatore fidei virtute præcellunt, quorum vni, scilicet apostolorum principi, sicut bono dispensatori, claues regni cœlorum commisit, alteri, tamquam idoneo doctori, magisterium ecclesiasticæ eruditionis iniunxit,) in speciali veneratione haberi debeant, et de-

a *Vide Doct. scholast. in l. 4. sent. dist. 19. 20. et 21. Inde enim fiet aperta, quæ traduntur in textu et glossis. Adde Roffensem, contra Luth. art. 17. et aliquot sequentibus.*

b *ad Gal.* 4. c 1 *Cor* 1. d *Ad Hebr.* 9. e 1 *Pet.* 1. f *Esai.* c. 1. g *Luc* 19. h *Matth.* 13.

bita

bita honorificentia venerari, pro ipsorum memoria recolenda crebrius, et reuerentia, a cunctis Christi fidelibus eis deuotius adhibenda, ipsorumque patrocinio fauorabilius adsequendo, inconsumtibilem thesaurum huiusmodi pro excitanda et remuneranda deuotione fidelium voluit aperire, decernens de fratrum suorum consilio, vt omnes, qui in anno a natiuitate Domini M. CCC. et quolibet anno centesimo extunc sequuturo, ad dictorum apostolorum basilicas de vrbe accederent reuerenter, ipsisque, si Romani, ad minus XXX. si vero peregrini aut forenses fuerint, quindecim diebus continuis vel interpolatis, saltem semel in die, dum tamen vere pœnitentes et confessi exsisterent, personaliter visitarent, suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum. Nos autem, attendentes, quod annus quinquagesimus in lege Mosaica, (quam non venit Dominus soluere, sed spiritualiter adimplere,) iubilæus remissionis et gaudii, sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio, censebatur, quodque ipse quinquagenarius numerus in testamentis, veteri quidem ex legis datione, nouo ex visibili Spiritus sancti in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur, quodque huic plura et grandia diuinarum adeptentur mysteria scripturarum, et clamorem pecularis populi nostri Romani, videlicet hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysi et Aaron, per proprios et sollemnes nuncios, ad hoc destinatos, specialiter orantis pro toto Christiano populo, et dicentis: Domine, aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ: desiderantes benignius exaudire, non quidem vt, sicut illius Israelitici populi indurati cessat murmuratio, sed vt istius prædilecti populi, et cunctorum fidelium augeatur deuotio, fides splendeat, spes vigeat, caritas vehementius incalescat, volentesque quam plurimos huiusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum centesimum peruenire, de fratrum nostrorum consilio prædictam concessionem indulgentiæ ex supra scriptis et aliis iustis caussis ad annum quinquagesimum duximus reducendam, statuentes de fratrum consilio prædictorum, et apostolicæ plenitudine potestatis, vt vniuersi fideles, qui vere pœnitentes et confessi in anno a natiuitate eiusdem M. CCC. quinquagesimo proxime futuro, et deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorumdem Petri et Pauli apostolorum basilicas et Lateran. ecclesiam, (quam inclitæ recordationis Constantinus, postquam per beatum Siluestrum, sicut per eosdem apostolos, Deo reuelante, cognouit, renatus fonte baptismatis fuerat, et a contagio lepræ mundatus, in honorem Saluatoris construxisse, quamque idem beatus Siluester nouo sanctificationis et chrismationis genere dedicasse legitur, et in cuius ecclesiæ parietibus præfati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit, deuotius veneranda, quam ex his et aliis certis et rationabilibus caussis, vt ipsa ecclesia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, et deuotus ab eodem Saluatore, qui in præfatis apostolis mirabilis prædicatur, eorum meritis et probus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc censuimus venerandam,) caussa deuotionis modo prædicto visitauerint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur, ita videlicet, vt, quicumque voluerint indulgentiam huiusmodi adsequi, si Romani, ad minus XXX. si vero peregrini aut forenses, modo simili XV. diebus ad prædictas basilicas et ecclesiam accedere teneantur, adiicientes, vt ii etiam, qui pro ea consequenda ad easdem basilicas et ecclesiam accedent, post iter arreptum impediti legitime, quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel, dierum prætaxato numero non completo, in dicta vrbe decesserint, vere pœnitentes, (vt præmittitur,) et confessi, eamdem indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus et singulas indulgentias, per nos vel prædecessores nostros, Rom. pontifices, tam prænominatis, quam aliis basilicis et ecclesiis de dicta vrbe concessas, ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus et approbamus, ac etiam innouamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, constitutionis, etc. Si quis autem hoc attentare præsumserit: indignationem omnipotentis Dei, et dictorum Petri et Pauli apostolorum se se nouerit incursurum. Datum Auenion. VI. kalend. Februar. pontif. nostr. ann. I. Quocirca fraternitati vestræ per apost. scripta mandamus, quatenus singuli vestrum, in singulis vestris ciuitatibus et diœcesibus prædictas nostras litteras subditis vobis clero et populo publicetis, et intelligibiliter exponatis, vt, adnuente Domino, ad promerendam huiusmodi indulgentiam se disponant. Ceterum, quia præsentes litteræ nequirent forsitan propter viarum discrimine, vel alia legitime impedimenta singulis vestrum commode præsentari; volumus quod per te, frater archiepiscope, dictarum litterarum transsumtum manu publica scriptum, tuoque munitum sigillo vobis, fratres suffraganei, transmittatur: cui velut originalibus litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, etc.

CAP. III.

Constitutio, casus papæ reseruatos comprehendens, certis ex caussis hic ponitur: e quibus nullus potest absoluere sine speciali licentia sedis apostolicæ.

PAVLVS VENETVS *papa II.*

Etsi Dominici gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quæ, (peccatorum mole deposita,) salus ipsa succedat, et ab hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcauendum esse censemus, ne (cuiusuis indulgentiæ, remissionis vel facultatis obtentu,) Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut veniæ facilitas b eis peccandi tribuat incentiuum. Hac itaque consideratione habita, olim emanauit a nobis constitutio tenoris subsequentis, videlicet: *Sanctissimus in Christo pater, et dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia papa secundus, qui pridem super plenariis remissionibus, quæ semel in vita, et semel in mortis articulo conceduntur, formam et normam instituit, ne passim sine exceptione quorumcumque criminum procliuiores redderentur homines ad peccandum, per regulam, in cancellaria apostolica publicatam, statuit et ordinauit, quod in quibuscumque concessionibus et facultatibus absoluendi, casus infra scripti, tamquam speciales sedi apostolicæ reseruati, semper intelligerentur excepti, videlicet offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis interdicti, ab eadem sede impositi, criminum hæresis, conspirationis in personam aut statum Romani pontificis, seu cuiuscumque offensæ, inobedientiæ, seu rebellionis eiusdem pontificis, vel sedis apostolicæ, presbytericidii, offensæ personalis in episcopum, seu alium prælatum, inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum, Romanæ ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcumque aliorum, ad Romanam curiam venientium, prohibitionis, deuolutionis caussarum ad dictam curiam, delationis armorum, et aliorum prohibitorum, ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum realium vel personalium, ecclesiis vel ecclesiasticis personis, simoniæ super ordinibus vel beneficiis adsequendis, in eadem curia vel extra contractæ: et generaliter in casibus, contentis in bulla, quæ consueuit in die cœnæ Domini, per prædecessores suos Romanos pontifices publicari, considerans, quod plerumque contingit suam sanctitatem huiusmodi facultates, et confessionalia, tam præsentibus, quam absentibus, etiam oraculo viuæ vocis concedere: (ne prætextu concessionis huiusmodi, vel pœnitentes vel confessores in supra scriptis casibus fallantur, et fallant,) statuit et decreuit, suæ intentionis fuisse, et esse, per quascumque concessiones et facultates, per suam sanctitatem, tam scripto, quam verbo factas, et in posterum faciendas, nemini licere irretitos dictis casibus absoluere sine speciali suæ sanctitatis licentia, quin immo concessiones et indulta prædicta, quoad casus exceptos huiusmodi, nulli penitus suffragari.* Vt autem ipsa constitutio, (quæ dudum, scilicet quinto kalendas April. anni ab incarnatione Domini nostri, Iesu Christi, millesimi quadringentesimi sexagesimi sexti, pontificatus nostri anno secundo, publicata fuit,) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nullusque illius ignorantiam prætendere valeat in futurum: præsentibus inseri fecimus, vt ad maiorem omnium perueniat notionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ M. CCCC. LXVIII. quinto nonas Mart. pontificatus nostri anno V.

CAP. IV.

Bulla confirmationis anni iubilæi, publicata apud sanctum Petrum in die natiuitatis Domini, in qua continetur, quod annus iubilæus est ad breuius tempus reductus, quam olim esset: quoniam vigesimo quinto quoque anno cunctis fidelibus, basilicas vrbis Romanæ, hic expressas, visitantibus, illius indulgentiæ concedentur. Et, illo durante, aliæ indulgentiæ vbique cessant.

SIXTVS IV. (*ann.* 1473.)

Quemadmodum c operosi, vigilisque pastoris sollertia oues, suæ custodiæ deputatas, curat a ferarum præseruare incursibus, et ad statum prosperum, fœtu multiplicato, perducere; ita quoque et nos, (quibus dispositione superna vniuersi gregis dominici sollicitudo commissa est,) et supremis desideramus adfectibus, et studiis nitimur indefessis, cunctos Christi fideles, quos a iustitiæ semita hostis humani generis diabolica fraude auertit, deposita peccatorum sarcina, suo reconciliare auctori: vt æternæ felicitatis præmiis nostri Redemtoris inæstimabili caritate media potiantur, fiatque nostræ operationis ministerio, vtilitate publica suadente, etiam per gratiarum susceptionem, quod eorum saluti conueniat, atque nostra et prædecessorum nostrorum ordinationes salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siqui-

c *Leuit.* 25. c. *vbi plenissime de anno quinquagesimo, siue Iubilæo.*

b *Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi* c. *vt clericorum, extr. de vita et honest. clericorum.* c *Vide extrauagantem Gregorii XIII. incip. Dominus ac Redemtor, qua indicitur sanctus Iubilæus pro anno 1575.*

dem

dem felicis recordationis Paulus papa secundus, prædecessor noster, rationabilibus caussis, tunc expressis, inductus, de venerabilium fratrum nostrorum, tunc suorum, (de quorum numero tunc eramus,) consilio, annum iubilæum ad breuius tempus prouida moderatione reducens, illum ad annum vigesimum quintum apostolica auctoritate restrinxit. Ac voluit, statuit, et decreuit ex caussis prædictis, quod singulis viginti quinque annis iubilæus annus prædictus celebrari deberet, quodque anno Domini M.CCCC. LXXIV. proxime futuro, videlicet a vigiliæ natiuitatis Domini nostri, Iesu Christi, idem annus iubilæus inciperet, et, vt sequitur, finiretur, ac vniuersi et singuli vtriusque sexus fideles, qui beatorum apostolorum, Petri et Pauli, basilicas, Lateranensem quoque et sanctæ Mariæ maioris almæ vrbis ecclesias statutis diebus deuote visitarent, omnes et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones consequerentur, quas idem pontifex suique prædecessores anno iubilæo huiusmodi basilicas et ecclesias prædictas visitantibus deuote concesserant, per quasdem primo, et deinde nos, qui, (dicto prædecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio,) fuimus, diuina disponente clementia, ad apicem summi apostolatus assumti, et per alias nostras litteras, eiusdem Pauli prædecessoris ordinationem, voluntatem, et statutum, ac omnia et singula in eisdem suis litteris contenta, de fratrum eorumdem consilio approbantes, similiter statuimus et ordinamus, quod annus iubilæus prædictus, cum eisdem indulgentiis, et remissionibus plenariis peccatorum, anno proxime futuro a vigilia natiuitatis eiusdem inciperet, et, vt sequitur, continuari deberet, prout in singulis litteris prædictis, (quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis,) plenius continetur. Verum, quia postmodum tam nos, quam idem Paulus, prædecessor noster, dum in humanis ageret, animarum saluti fidelium intenti, multorum principum et aliorum Christi fidelium, ac deuotarum personarum pulsati precibus, diuersas indulgentias et peccatorum remissiones plenarias nonnullis ecclesiis, monasteriis et piis locis duximus concedendas; propter quas populorum forsan concursus ad basilicas et ecclesias ante dictas retardari, aut ipsius anni iubilæi celebritas minui, vel intermitti posset, cum animarum non modico detrimento: nos, qui vniuersorum credentium profectibus et saluti prospicere ex debito ministerii pastoralis adstringimur, (ne propter aliarum indulgentiarum, hactenus a nobis, seu eodem Paulo, vel aliis prædecessoribus nostris concessarum, huiusmodi effusionem, hoc sanctum opus, ac remissionis et gratiæ annus iubilæus intermittatur, aut fideles ipsi a tanto munere reddantur experies,) remediis opportunis prouidere volentes, omnes et singulas plenarias, etiam ad instar iubilæi, ac etiam commutandi vota, aut super eis et male ablatis incertis, aut per vsurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis, dispensandi et componendi, aut alias sub certis modo et forma remittendi, et deputandi confessores, cum potestate absoluendi, etiam in casibus, sedi apostolicæ reseruatis, facultates, concessiones, et indulta a nobis et eadem sede, vel illius auctoritate quibuscumque ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, et piis locis, vniuersitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quam ad certum tempus, in vita, seu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis caussa, quomodolibet concessas et concessa, et in posterum forsitan concedendas, vel concedenda, auctoritate apostolica tenore præsentium de apostolicæ potestatis plenitudine, vsque ad nostrum et eiusdem sedis beneplacitum suspendimus, illasque, durante beneplacito nostro et sedis prædictæ, suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari, indulgentiis tamen basilicarum et ecclesiarum dictæ vrbis in suo plenario robore durantibus, districtius inhibentes, alias indulgentias, (præter istas duntaxat,) in locis publicis vel priuatis prædicari aut nunciari, earumque prætextu a quæstoribus a aliquid exigi quoquo modo. Quin immo quæstores et prædicatores quoscumque per locorum ordinarios a prædicationibus et quæstibus huiusmodi faciendis, volumus et mandamus præsentium auctoritate arceri, sub censuris et pœnis ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suspensionis, inhibitionis, mandati et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Tibure anno incarnationis dominicæ, M.CCCC.LXXIII. IV. kalend. Septembr. pont. nostr. anno III.

CAP. V.

Sixtus tempore suo multis multas concesserat indulgentias: quas certis ex caussis hic reuocat.

SIXTUS (ann. 1478.)

Etsi dominici gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quæ, (peccatorum mole deposita,) salus ipsa succedat, et hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcauendum esse censemus, ne cuiuslibet indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum. Cum itaque, (sicut multorum fide dignorum testimonio accepimus,) ob multitudinem facultatum, per nos, vel auctoritate nostra concessarum, tam verbo, quam in scriptis, confectis exinde litteris vel non, prælatis et personis ecclesiasticis, etiam religiosis et sæcularibus vtriusque sexus, capitulis, collegiis, conuentibus, hospitalibus, confratriis, et vniuersitatibus, tam in genere, quam in specie, sub electione, vel deputatione confessorum, qui eligentes eosdem, vel pro indulgentiis per nos concessis consequendis, ad ecclesias et alia pia loca confluentes, seu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices, earumdemque confratriarum confratres et sorores, ac in hospitalibus prædictis decedentes, seu deseruientes, aut eis pie aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum ministeria exhibentes, et in ordinibus profitentes, eorum confessione diligenter audita, in singulis etiam sedi apostolicæ reseruatis casibus semel in vita, et in aliis toties quoties, et in morte plenarie, vel alias etiam ad effectum consequendi quascumque indulgentias plenarias, vel non plenarias, absoluere, et pœnitentiam salutarem eis iniungere, emissa quoque vota per illos quæcumque in alia pietatis opera commutare libere et licite valeant, fideles præfati ad peccandum, et ad alia illicite committendum, nonnunquam procliuiores existunt, in non paruum periculum salutis animarum suarum: nos, qui, Deo propitio, eiusdem gregis dominici, (meritis licet insufficientibus,) curam gerimus, et illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ne exinde clauium auctoritas deducatur in contemtum, ipsique ad peccandum procliuiores, (vt diximus,) liberius prolabantur, ex præmissis et aliis rationabilibus caussis, animum nostrum mouentibus, motu proprio, (non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate et deliberatione,) auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus et ordinamus, quod de cetero prætextu facultatum huiusmodi, concessarum a nobis, vel auctoritate nostra, et quas concedi quomodolibet continget in posterum, verbo, litteris, aut quauis alia scriptura, etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei et cruciatæ, nullus confessorum eorumdem quempiam, cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, et quacumque ecclesiastica, etiam episcopali, vel maiori, aut mundana, etiam regali, et maiori dignitate præfulgeat, qui offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis interdicti, ab eadem sede impositi, seu hæresis, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, delati, seu publice diffamati, conspirationis in personam aut statum Romani pontificis seu cuiuslibet offensæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem pontificis vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, vel occasionis cuiuscumque, in sacris ordinibus constituti, offensæ personalis in episcopum seu alium prælatum, inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum, Romanæ ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcumque aliorum, ad Romanam curiam venientium, prohibitionis deuolutionum caussarum ad dictam curiam, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum, realium vel personalium, ecclesiis vel ecclesiasticis personis, simoniæ, super ordinibus vel beneficiis consequendis in dicta curia vel extra eam contractæ, criminum quomodolibet reus foret, et generaliter in casibus, contentis in litteris, quæ consueuerunt in die cœnæ Domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absoluere, et per eos emissa peregrinationis vltramarinæ, et visitationis liminum apostolorum, Petri et Pauli, in Compostella, et castitatis ac religionis vota, nisi ex speciali licentia, et certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, cum in signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in litteris nostris expressum fuerit, nos ea certa scientia et de speciali gratia id concedere cum derogatione præsentis constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore, non autem per clausulas id importantes, vel in articulo mortis constitutum, et tunc in casibus, (in quibus satisfactio fuerit impendenda,) facta satisfactione, vel idonea præstita cautione, commutare præsumant. Et si aliqui confessorum prædictorum contra præsentem constitutionem quemquam absoluere, aut excepta vota prædicta commutare attentauerint: absolutio et commutatio huiusmodi nullius sit roboris vel momenti. Et contra facientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, a qua, (nisi in mortis articulo b constituti,) ab alio, quam a Romano pontifice absolui non possint, non obstantibus litteris et constitutionibus huiusmodi, ac constitutionibus, et ordinationibus, etc. Et ne aliquis de præsentibus ignorantiam valeat allegare; mandamus, eas in cancellaria apostolica, et audientia litterarum contradictarum legi et publicari, ac inter extrauagantes alias apostolicas constitutiones in quaterno dictæ cancellariæ describi, etc. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum suspensionis, inhibitionis, mandati et voluntatis, etc. Datum Spiræ, anno Domini M.CCCC. LXXVIII.

a *Prædicatores quæstuarios omnino abolevit conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. § vlt. et sess. 21. de reform. c. 9.*

b *Vide conc. Trid. sess. 14. de casuum reseruatione, c. 7.*

TITV-

TITVLVS X.
DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS. 46)

CAP. I.

Excommunicati sunt, qui pactis aut promissionibus iustitiam vel gratiam a sede apostolica obtinent, et qui tales non reuelant: nec illis absolutio facile conceditur.

BONIFACIVS VIII. *(ann. 1300. Romæ.)*

Excommunicamus et anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris et Filii, et Spiritus Sancti, auctoritate quoque beatorum apostolorum, Petri et Pauli, et nostra, omnes clericos, religiosos, et laicos vtriusque sexus, siue sint familiares curiæ, siue alii undecumque, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquid paruum vel magnum promiserint, vel promissionem receperint, aut ex pacto siue promissione occulta vel manifesta, facta sub generalibus et plenarie non expressis, siue sit sub specialibus et expressis aperte verbis, quidquam dederint aut receperint, magnum vel paruum, vel promissionem de quacumque re aut vtilitate, propter hoc consequenda, fecerint, vel receperint, pro aliqua iustitia siue gratis, pro se aut pro alio, in caussis vel iudiciis, seu alias per litteras apostolicas, et quibuscumque modis apud sedem apostolicam obtinenda. Et hanc sententiam ad promittentes et acceptantes, dantes et recipientes duximus extendendam. Illos quoque, qui aliquem scienter culpabilem in prædictis, et nobis intra dierum trium spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur, simili decernimus sententiæ subiacere. Decernimus etiam, vt nullus, hanc incurrens excommunicationis sententiam, pro prædictis, vel aliquo prædictorum, (absque speciali mandato,) nostræ absolutionis beneficium valeat obtinere: nisi forsan ad nos habere accessum non posset, in mortis articulo a constitutus. Nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quantum 47) dedit vel recepit, integraliter pauperibus largiatur. Iustitiam vero siue gratiam, sic obtentam, nullius prorsus esse momenti volumus, omnique statuimus carere effectu, et robore firmitatis. Sed et scienter vtentes ipsis, simili sententia excommunicationis adstringimus, et reseruantes nobis absolutionem eorum cum 48) præmissis omnibus 49) ad pœnas similes obligamus.

46) *Et interdicti*, addit C. impr.
47) *Quod prorum*, ibid.
48) *Et cum*, ibid.
49) *In omnibus*, ibid.

CAP. II.

Præmissis damnis, ex interdicto prouenientibus, statuit, quod propter dominum, debita non soluentem, eius terra vel ciuitas sine speciali papæ licentia non interdicatur.

IDEM BONIF. VIII. *(ann. 1300.)*

Prouide attendentes, quod, vt frequentius, quamuis non sine caussa 50), sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur, quodque sunt nonnulli iudices nimis proni ad proferendas easdem, etiam in negotiis sine caussis, quæ interdum plus ex cupiditatis, quam caritatis radice perspicuis indiciis procedere arguuntur, quodque interdicti tempore diuina organa suspenduntur et laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrantur, vt solent, tolluntur mortuis seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes et paruuli, participantes rarius sacramenta, minus inflammantur et solidantur in fide, fidelium tepescit deuotio, hæreses pullulant, et multiplicantur pericula animarum, præsentis constitutionis prouidemus edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponatur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiusuis monetæ, vel pecuniæ quantitate, quacumque occasione vel caussa, seu quouis quæsito colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores seu officiales, quocumque nomina censeantur, aut incolæ seu habitatores, aut singulares personæ ipsorum, statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis huiusmodi debitum seu quantitatem non soluerunt hactenus, aut in antea non persoluent. Nos enim exnunc decernimus irritum et inane, si secus hactenus exstiterit attentatum, vel contigerit attentari, illudque reuocamus omnino, non obstantibus quibuscumque contractibus, obligationibus, pactis, conuentionibus, compositionibus, submissionibus, fideiussionibus, consensibus, processibus, et sententiis, super hoc habitis, vel habendis, iuramentorum, pœnarum spiritualium et temporalium, seu mulctarum appositione, vel quacumque alia firmitate vallatis. Nisi talis suppositio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de apostolicæ sedis speciali licentia, et expressa per ipsius sedis patentes litteras apparente.

50) Dictio. *sine caussa*, non sunt in C. impr.

CAP. III.

Andronicum Palæologum, se imperatorem Græcorum nominantem, et hæresis ipsorum fautorem, excommunicatum denunciat: omnesque cum eo, sic manente, societatem contrahentes, ipso facto dicit excommunicatos, et eorum terras ecclesiastico supponendas interdicto. Suntque priuandi bonis, quæ ab ecclesia tenent, et talis societas seu confœderatio nulla est. Facit cap. *Ad apostolicæ.* de sentent. et re iud. libr. 6.

CLEMENS V. *(ann. 1307. in Gallia.)*

Ad certitudinem præsentium, et memoriam futurorum Andronicum Palæologum, qui Græcorum imperatorem se nominat, tamquam eorumdem Græcorum antiquorum b schismaticorum, et in antiquato schismate constitutorum, et per hoc hæreticorum, et hæresis ipsorum ac schismatis antiqui fautorem, de fratrum nostrorum consilio denunciamus excommunicationis sententiam latam a canone incurrisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Ceterum vniuersis et singulis regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, et ceteris omnibus, cuiuscumque præeminentiæ, conditionis, status, nec non vniuersitatis ciuitatum, castrorum, et aliorum locorum districtius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palæologo, in huiusmodi excommunicatione manente, societatem vel confœderationem aliquam contrahere sub quouis ingenio, vel machinatione præsumant, vel ei alias in his, quibus excommunicatus est denunciatus a nobis, præstare consilium, auxilium vel fauorem publicum vel occultum. Et si secus præsumtum fuerit: omnes singulares personas, contrarium præsumentes, (non obstante qualibet indulgentia sub quacumque forma verborum, vel expressione ipsis, ab apostolica sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino carere,) sententiam excommunicationis, quam exnunc in ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto. Terras ipsorum et vniuersitates prædictas, quæ secus attentare præsumserint, prout expedire videbimus, ecclesiastico curabimus subiicere interdicto, ad priuationem omnium bonorum, quæ a quibuslibet tenent ecclesiis, et ad pœnas alias spiritales, et temporales, prout vtile putabimus, processuri. Et nihilominus societatem et confœderationem ipsas, (etiamsi pœnarum et iuramenti additione vel quacumque fuerint alia firmitate vallatæ,) decernimus irritas et inanes. Datum Pictauis III. nonas Iunii, anno II.

CAP. IV.

Excommunicati sunt, qui litteras a papa, ante suam coronationem concessas, impugnant.

IOAN. c *(ann. 1307. in Gallia.)*

Quia d nonnulli, (prout accepimus,) contra doctrinam apostoli sua prudentiæ, quin potius imprudentiæ, innitentes, ac disceptare super his, de quibus eis non expedit, satagentes, adserere non verentur, quod summus pontifex ante suæ coronationis insignia se non debet intromittere de prouisionibus, reseruationibus, dispensationibus, et aliis gratiis faciendis, nec se in litteris episcopum simpliciter, sed electum episcopum scribere, nec etiam vti bulla, in qua nomen exprimatur ipsius. nos, talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione huiusmodi aliquas litteras nostras, super negotiis quibuscumque confectas e, quæ a nobis ante coronationis nostræ insignia emanarunt, ausi fuerint impugnare, excommunicationis sententia innodamus. Datum apud Pessecum Burdegalensis diœcesis, pont. n. anno II.

a *Vide conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.*

b *al.* antiquatorum. c *Ioannes de Sylua in tract. de benef. part. 1. qu. 2. dum meminit huius extrauagantis, eam tribuit Clem. 6.* d *Prou. cap. 3. c. ne innitaris. extr. de consil.* e *al.* concessas.

EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM FINIS.

APPEN-

APPENDIX IVRIS CANONICI,

IN QVA EXHIBENTVR

(I.)

LIBER SEPTIMVS DECRETALIVM.

(II.)

DECRETALES ALEXANDRI III.

(III.)

DECRETALES INNOCENTII IV. EDITAE IN CONCILIO GENERALI LVGDVNENSI I. ANNO M CC XLV. CELEBRATO.

(IV.)

VARIANTES LECTIONES AD DECRETALES GREGORII X. IN CONCILIO GENERALI LVGDVNENSI II. ANNO MCCLXXIV. CELEBRATO, EDITAS.

(V.)

IO. PAVLI LANCELOTTI INSTITVTIONES IVRIS CANONICI.

(VI.)

INDICES SEPTEM IN DECRETVM ET DECRETALES.

(I.)

LIBER SEPTIMVS DECRETALIVM CONSTITVTIONVM APOSTOLICARVM,

A

PETRO MATTHAEO,

ICTO LVGDVNENSI, COLLECTVS

ET ANNO MDXC. PRIMVM EDITVS.

SEPTIMI
DECRETALIVM
LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.
DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

CAP. I.

Trinitatem personarum in vnitate substantiæ, Christi diuinitatem, eiusque de Spiritu sancto in vtero virginis Mariæ conceptionem profitetur fides catholica.

PAVLVS QVARTVS.

Cum quorundam hominum prauitas atque iniquitas eousque nostris temporibus processerit, vt ex illis, qui a catholica fide aberrant et desciscunt, plurimi quidem non solum diuersas hæreses profiteri, sed etiam ipsius fidei fundamenta negare præsumant, et eorum exemplo multos in interitum animæ deducant: nos cupientes, pro nostro pastorali officio et charitate, huiusmodi homines, quantum cum Deo possumus, a tam graui et pestilenti errore auocare, ac cæteros, ne in talem impietatem labantur, paterna seueritate admonere, omnes et singulos, qui hactenus asseruerunt, dogmatizarunt, vel crediderunt, Deum omnipotentem non esse trinum in personis, et incomposita omnino indiuisaque vnitate substantiæ, in vnum vnamet simplici diuinitatis essentia: *a* aut Dominum nostrum Iesum Christum non esse verum Deum, eiusdem substantiæ per omnia cum Patre, et Spiritu sancto: aut eundem secundum carnem non esse conceptum in vtero beatissimæ semperque virginis Mariæ de Spiritu sancto, sed sicut cæteros homines ex semine Ioseph: aut eundem Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum non subiisse acerbissimam crucis mortem, vt nos a peccatis et æterna morte redimeret, et Patri ad vitam æternam reconciliaret: *b* aut eandem beatissimam virginem Mariam non esse veram Dei matrem, nec perstitisse semper in virginitatis integritate, ante partum scilicet, in partu, et perpetuo post partum: ex parte omnipotentis Dei, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, apostolica auctoritate requirimus et monemus, quatenus infra spatium trium mensium, a publicatione præsentium in Romana curia, quoad residentes in ea, modo infra scripto, extra eam vero, quoad alios in illa non residentes, modo et forma per diœcesanos statuendis facienda, incipiendorum, quos pro primo, secundo et tertio, ac peremptorio termino, ac monitione canonica, eis et eorum cuilibet assignamus, ab eorum assignatione, dogmatibus, et credulitate huiusmodi, ac quibuscunque aliis in fide prædicta erroribus, in quos hactenus lapsi sunt, resipuisse, et ad vnitatem ecclesiæ redeundo, assertionum dogmata, et credulitatem, ac alios errores huiusmodi, in manibus inquisitorum hæreticæ prauitatis ciuitatum, et locorum, quibus ad præsens degunt, realiter et cum effectu abiurasse, et infra alios tres menses, a die abiurationis huiusmodi inchoandos, de eadem abiuratione venerabilibus fratribus nostris, S. R. E. cardinalibus, dictæ hæreticæ prauitatis inquisitoribus generalibus, plenam fidem fecisse debeant. Et cum huiusmodi errores tam graues et nefandi sint, vt illi, qui in eos decidunt, excusationem non habeant, sed subuersi potius atque immanes, quam hæretici merito dici possint: hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, quod tam illi, qui hactenus in ipsos errores, vel eorum aliquem lapsi sunt, et infra supradictum terminum non resipuerint, et ea, quæ supra diximus, non adimpleuerint, quam omnes et singuli alii, qui in futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet prolabentur, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, pro subuersis et elapsis in hæresim haberi, et vt relapsi curiæ seculari tradi, et per ipsam curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri possint, in omnibus et per omnia perinde ac si vere et realiter in hæresim relapsi essent, et eos relapsos esse constaret. Dat. Rom. sept. id. Aug. MDLV.

a Lib. 1. l. 2. §. 1. C. eod. Vigil. aduers. Eutych. *b* Antidicomarianitas intelligit. Epiphan. lib. 3. Chares. tom. 2. hæres. 78. 2. §. a. C. eodem.

CAP. II.

Fidei et religionis Christianæ assertio tuetur aduersus Græcorum errores, de processione Spiritus sancti a Patre et Filio, et de reliquis doctrinæ catholicæ capitibus.

EVGENIVS IV. *in concilio Florentino.*

Conuenientes Latini et Græci in hac sacrosancta œcumenica synodo, magno studio inuicem vsi sunt, vt inter alia, etiam articulus ille, de diuina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex diuinis scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum orientalium et occidentalium: aliquibus quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, et eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diuersis vocabulis, *c* Græci quidem asseruerunt, quod id, quod dicunt, Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt, vt excludant Filium: sed quia eis videbatur, (vt aiunt) Latinos asserere, Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere, tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo, quod Spiritus sanctus a Patre procedat et Filio. Latini vero affirmauerunt, non se hac mente dicere, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, vt excludant Patrem, quin sit fons atque principium totius deitatis, (Filii scilicet, ac Spiritus sancti) aut quod id, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, siue quod duo ponant principia, seu duas spirationes: sed vt vnum tantum asserant esse principium, vnicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus vnus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam sanctam et Deo amabilem eodem sensu eademque mente vnionem, vnanimiter concordarunt et consenserunt. In nomine eius sanctæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, hoc sacro vniuersali approbante Florentino concilio, diffinimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio æternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex vtroque æternaliter, tanquam ab vno principio, et vnica spiratione procedit: declarantes, quod id, quod sancti doctores et patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut et Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse vnigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo

c Græci, negantes processionem Spiritus sancti a Patre et Filio contra Latinos et quatuor concilia, lib. 7. §. 4. C. eod. maximas turbas in ecclesia excitarunt. vid. Hug. etherianum, Athan. in symbol. et lib. huius argumenti.

etiam æternaliter genitus eſt. Diffinimus inſuper, explicationem verborum illorum: Filioque, veritatis declarandæ gratia et imminente tunc neceſſitate, licite ac rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitam.

CAP. III.

Eucharistiæ ſacramentum, pœnitentiæ et bonorum operum merita, ſuffragia eccleſiaſtica, ſedis Romanæ primatum, et apoſtolicam ſucceſſionem profitetur orthodoxa religio.

IDEM in eodem.

Diffinimus et declaramus, in azymo, a ſiue ſine fermento pane triticeo, corpus Chriſti veraciter confici, ſacerdoteſque in altari ipſorum, Domini corpus conficere debere, vnumquemque ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue occidentalis ſiue orientalis conſuetudinem. Item ſi vere pœnitentes fructibus de commiſſis et omiſſis ſatisfecerint, eorum animas pœnis purgatorii poſt mortem purgari, vt a pœnis huiuſmodi releuentur, et prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, (miſſarum ſcilicet ſacrificia, et orationes, et eleemoſynas, et alia pietatis officia) quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum eccleſiæ inſtituta; illorumque animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, et intueri clare ipſum Deum trinum et vnum, ſicut eſt, pro meritorum tamen diuerſitate aliam alia perfectius; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas. Item diffinimus, ſanctam apoſtolicam ſedem, et Romanum pontificem in vniuerſum orbem obtinere primatum, et ipſum pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri principis apoſtolorum, et verum Chriſti vicarium, totiuſque eccleſiæ caput, et omnium Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere, et ipſi in beato Petro, paſcendi, regendi ac gubernandi vniuerſalem eccleſiam, a Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum conciliorum, et in ſacris canonibus continetur. Renouantes inſuper ordinem, traditum in canonibus, cæterorum venerabilium patriarcharum, vt patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt ſanctiſſimum Romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, et quintus Hieroſolymitanus, ſaluis videlicet omnibus priuilegiis et iuribus eorum.

CAP. IV.

Promouendi ad beneficia et dignitates eccleſiaſticas, cuiuſcunque ordinis et inſtituti, fidei profeſſionem hac præſcripta forma, cum ſolenni iuramento profiteri debent.

PIVS IV. in concilio Tridentino.

Iniunctum nobis apoſtolicæ ſeruitutis officium requirit, vt ea, quæ Dominus omnipotens ad prouidam eccleſiæ ſuæ directionem, ſanctis patribus in nomine ſuo congregatis diuinitus inſpirare dignatus eſt, ad eius laudem et gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque iuxta b concilii Tridentini diſpoſitionem omnes, quos deinceps cathedralibus et ſuperioribus eccleſiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, et aliis quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſeque in Romanæ eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere et iurare teneantur: nos volentes etiam, per quoſcunque, quibus de monaſteriis, conuentibus, domibus, et aliis quibuſcunque locis regularium quorumcunque ordinum, etiam militarium, quocunque nomine vel titulo prouidebitur, idem ſeruari, et ad hoc, vt vnius eiuſdem fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque et certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtræ ſolicitudinis partes in hoc aliquo minime deſiderari, formam ipſius præſentibus annotatam, publicari, et vbique gentium per eos, ad quos ex decretis ipſius concilii, et alios prædictos ſpectat, recipi et obſeruari, ac ſub pœnis, per concilium ipſum in contrauenientes latis, iuxta hanc, et non aliam formam, profeſſionem prædictam ſolenniter fieri, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium diſtricte præcipiendo mandamus, huiuſmodi ſub tenore: Ego N. firma fide credo et profiteor, omnia et ſingula, quæ continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana eccleſia vtitur, videlicet: credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, viſibilium omnium et inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum, et ex Patre natum ante ſecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt; qui propter nos homines, et propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, et homo factus eſt, crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, mortuus, et ſepultus eſt, et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris, et iterum venturus eſt iudicare viuos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum, et viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre et Filio ſimul adoratur, et conglorificatur, qui loquutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctam, catholicam, et apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum: et exſpecto reſurrectionem mortuorum, et vitam venturi ſeculi, amen. Apoſtolicas et eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem eccleſiæ obſeruationes, et conſtitutiones, firmiſſime admitto, et amplector. Item ſacram ſcripturam, iuxta eum ſenſum, quem tenuit, et tenet ſancta mater eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, et interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto, nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum patrum, accipiam, et interpretabor. Profiteor quoque, ſeptem eſſe vere et proprie ſacramenta nouæ legis, a Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis, neceſſaria, ſcilicet: baptiſmum, confirmationem, euchariſtiam, pœnitentiam, extremam vnctionem, ordinem, matrimonium, illaque gratiam conferre: et ex his baptiſmum, confirmationem, et ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, et approbatos eccleſiæ catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolenni adminiſtratione recipio, et admitto omnia et ſingula, quæ de peccato originali, et de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina ſynodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter, in miſſa offerri Deo verum, proprium, et propitiatorium ſacrificium pro viuis et defunctis, atque in ſanctiſſimo euchariſtiæ ſacramento eſſe vere, realiter et ſubſtantialiter corpus et ſanguinem, vna cum anima, et diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, et vini in ſanguinem: quam conuerſionem catholica eccleſia tranſſubſtantiationem appellat. Fateor etiam, ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque ſacramentum ſumi. Conſtanter teneo, purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari. Similiter et ſanctos vna cum Chriſto regnantes, venerandos atque inuocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero, imagines Chriſti, ac deiparæ ſemper virginis, nec non aliorum ſanctorum, habendas et retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe, affirmo. Sanctam, catholicam, et apoſtolicam Romanam eccleſiam omnium eccleſiarum matrem, et magiſtram agnoſco. Romanoque pontifici, beati Petri apoſtolorum principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia a ſacris canonibus, et œcumenicis conciliis, ac præcipue a ſacroſancta Tridentina ſynodo tradita, diffinita, et declarata, indubitanter recipio atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque, ab eccleſia damnatas, et reiectas, et anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, et anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram et immaculatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adiuuante, tenere et confiteri, atque a meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri et prædicari, quantum in me erit, curaturum. Romæ idib. Nouemb. 1564.

TITVLVS II.
DE RESCRIPTIS, ET MANDATIS APOSTOLICIS.

CAP. I.

Reſcriptorum et mandatorum apoſtolicorum executionem impedientes, quibus pœnis coërceantur.

INNOCENTIVS VII.

Omnes perſonæ, tam ſeculares quam regulares, contra quas in curia Romana cauſæ de iure vel conſuetudine commiſſæ ſunt, vel in futurum iam per appellationem, ſeu deuolutionem ad illam, aut alias quomodolibet committentur, et quæ citationes in vim commiſſionis apoſtolicarum decretas vel decernendas, aut quæuis alia mandata, ſeu reſcripta apoſtolica, c iuſtitiam vel gratiam continentia, quo minus iuxta illorum tenorem executioni demandentur, per ſe vel per alium ſeu alios, directe vel indirecte, quouis quæſito colore impedire, aut impediri facere, ſeu clericis vt beneficia eccleſiaſtica renuncient, aut iuri in illis ſibi competenti cedant, vel vt a

a *Ambroſius lib. 4. c. 4. de ſacram. Damaſcenus l. 4. c. 14. orthod. fid. Theophyl. ad 10. c. Ioan. Cyrill. catecheſ. myſt. 1. 3. et 5. Cypr. ſerm. de lapſis 6. vid. l. 7. in p. C. eod.* b *concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 2. Conſtitutio iſta omnibus non modo theologis, ſed et iuriſperitis, medicis, et philoſophis, promotis et promouendis, in orbe Rom. ſcripta et data eſt. Habetur in can. conc. Trident. ſeſſ. de magiſt. et doctor. cap. 2.*

c *dimiſſo reſcriptorum: iuſtitia, c. paſtoralis. c. ſtatuimus. c. ſuper litteris. de reſcript. gratia, c. gratiæ. de reſcript. in 6. et Clement. grat. eod.*

proſecutione

prosecutione causarum, et iurium huiusmodi destitant, mandari facere præsumpserint, aut pro illis impediendis, et renunciandis, ad principes seu officiales seculares, publice et occulte, per se vel alium, quouis quæsito colore, recursum habuerint, causam perdent, et omne ius, tam in petitorio, quam possessorio, in re vel ad rem, de qua agitur, eis competens, eo ipso amittant, et ad beneficia sic renunciata obtinendum inhabiles existant.

Aliæ vero personæ ecclesiasticæ, seu etiam seculares, quas causa huiusmodi non tangit, executionem citationum huiusmodi, aut aliorum quorumcunque mandatorum, seu rescriptorum, et prouisionum apostolicarum, vt præmittitur, impedientes, aut impedientibus huiusmodi auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe et indirecte, præstantes, cuiuscunque conditionis vel præeminentiæ existant, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, a qua (præterquam in mortis articulo constituti, et satisfactione præuia) ab alio quam a Romano pontifice pro tempore existente, et canonice intrante, absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Notarii vero, siue tabelliones publici prædicti, qui de executionibus citationum et mandatorum, ac prouisionum huiusmodi faciendis, aut quo minus fiant inhibitionibus, requisiti fuerint, instrumenta publica desuper ad instantiam interesse habentium, seu interesse prætendentium (satisfacto tamen de congruo salario) conficere recusauerint, periurii reatum incurrant, ac executionem officii tabellionatus amittant, fiantque infames eo ipso, et eorum instrumentis siue scripturis publicis postmodum per eos super rogitibus postea factis, et conficiendis, donec ab huiusmodi reatu periurii absolutionem, et infamiæ abstersionem obtinuerint, nulla fides in iudicio, vel extra adhibeatur. Datum Romæ 8. cal. Febr. an. 1491.

CAP. II.

Statuta et ordinationes, quæ fiunt in iniuriam executionis rescriptorum et literarum apostolicarum, nullius sunt vigoris aut roboris.

LEO X.

Licet felic. record. Bonifacius papa IX. prædecessor noster, ad quem fide dignorum relatione peruenerat, quod certi prælati, quibus piæ memoriæ Vrbanus papa VI. etiam prædecessor noster concesserat, vt in eorum ciuitatibus et diœcesibus executio literarum apostolicarum fieri non posset, nisi literæ ipsæ prælatis ipsis, aut eorum officialibus prius exhibitæ, et per eos approbatæ forent, et eorundem prælatorum officiales in consuetudinem deduxerant: aliqui vero prætextu statutorum prouincialium, seu synodalium, etiam seruabant, quod nullus literas apostolicas huiusmodi exequi auderet, nisi postquam prælati, seu officiales ipsi per suas literas, quas vidimus, nuncupabant, mandarent, et concederent, vt iudices in ipsis literis apostolicis deputati, et sine licentia vel consensu quorumcunque prælatorum, vel superiorum, aut officialium eorundem, literas apostolicas exequi possint et deberent: tamen nuper in publica signatura coram nobis nonnullæ supplicationes propositæ fuerunt, continentes, quod in Toletan. et Carthaginens. ecclesiis, sub colore falsitatibus obuiandi, editæ fuerant constitutiones synodales, quibus cauari dicebatur, vt tabelliones et notarii, etiam a partibus requisiti, literas apostolicas nullatenus recipere possent, nisi illæ prius per archiepiscopum Toletanum, et episcopum Carthagin. pro tempore existentes, aut eorum officiales examinatæ forent, a nobisque earundem constitutionum confirmatio petaretur.

Nos, petitionem huiusmodi vti ratione carentem, cum Romani pontificis gesta, per inferiores sibi et subditos, sine eius speciali licentia, examinari non debeant, indecens et absurdum, quinimo temerarium esse censentes, quod aliquis quauis occasione literas apostolicas, sine Romani pontificis speciali commissione, examinare vella præsumat: propterea supplicationes ipsas, prout merito reiiciendæ erant, reiecimus, et eotam nobis lacerari fecimus. Ac constitutiones edentium temeritatem tali castigatione reprimere, ac super his tale remedium adhibere volentes, vt aliis in posterum committendi similia aditus præcludatur, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, literas Bonifacii prædecessoris huiusmodi tenore præsentium approbamus, et innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, illasque inuiolabiliter obseruari debere decernimus.

Nec non quascunque constitutiones synodales, tam in dictis Toletan. et Carthaginens. quam quibusuis aliis ecclesiis per vniuersum orbem constitutis super his factas, motu, scientia, auctoritate et potestate prædictis cassamus, et annullamus, ac statuimus, et ordinamus, quod iudices et executores in literis apostolicis pro tempore deputati, ac notarii ac tabelliones super his requisiti, literas ipsas apostolicas, sine alicuius personæ cuiuscunque, ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis fuerit, licentia vel consensu exequi possint et debeant. Et insuper vniuersis patriarchis, archiepiscopis, primatibus, episcopis, et aliis prælatis, et personis ecclesiasticis, nec non dilectis filiis, communitatibus ciuitatum, et vniuersitatibus castrorum, oppidorum, terrarum, et locorum, sub interdicti, singularibus vero personis eorum, etiam secularibus, sub excommunicationis et anathematis pœnis, quas eo ipso, si contra fecerint, absque alia declaratione incurrant, et a quibus non nisi a nobis vel successoribus nostris Romanis pontific. canonice intrantibus, præterquam in mortis articulo constituti, et debita satisfactione præmissis, absolui, et interdicti huiusmodi relaxationem obtinere possint, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ne iudices et executores literarum apostolicarum, ac notarios et tabelliones super his requisitos, quo minus literae apostolicae huiusmodi exequi possint, quoquo modo impedire præsumant, ac eos, qui executionem literarum huiusmodi impedientibus auxilium, consilium vel fauorem quouis modo, directe vel indirecte, publice vel occulte, præstare præsumpserint, etiam si patriarchali, archiepiscopali, primatiali, episcopali, et quauis alia ecclesiastica, vel mundana, etiam imperiali, regali, reginali, aut ducali, vel alia præfulgeant dignitate, eidem excommunicationis, et anathematis sententiæ, a qua non nisi vt præfertur absolui possint, subiacere: ac ciuitates, castra, oppida, et loca prædicta, et ad quæ inobedientes et contra facientes declinare, et in quibus moram trahere contigerit, ecclesiastico supposita interdicto, tam diu firmiter obseruando, donec compuncti corde huiusmodi interdicti relaxationem, debita satisfactione præmissa, meruerint obtinere, ac ibidem permanserint, et per triduum post eorum inde discessum, motu, scientia, auctoritate, et potestatis plenitudine similibus decernimus: ac sub dictis pœnis etiam mandamus illis, in quorum libris constitutiones synodales et prouinciales huiusmodi descriptæ reperiuntur, illas delari et cassari faciant, vt amplius legi non possint. Dat. Romæ calend. Mart. 1518. Concordat c. *tibi qui.* *in. in 6. h. t.*

CAP. III.

Personæ excommunicantur, loca interdicto supponuntur, quorum consensu, fauore et conatu literæ et rescripta apostolica sine executione remanent.

CLEMENS VII.

Rescriptorum et literarum apostolicarum executionem impedientes, et illos, qui impedientibus auxilium, consilium, vel fauorem directe vel indirecte, publice vel occulte, aut quouis quæsito colore, præstare præsumpserint, etiam si patriarchali, archiepiscopali, primatiali, episcopali, et quauis alia ecclesiastica, vel mundana, etiam imperiali, regali, reginali, ducali, vel alia dignitate præfulgeant, per alias nostras literas, in die cœnæ Domini publice lectas, a excommunicauimus, et anathematizauimus, prout etiam tenore præsentium eos eidem excommunicationis et anathematis sententiæ, a qua non nisi vt præfertur absolui possint, subiecere: ac ciuitates, terras, castra, oppida, et loca, in quibus dicti inobedientes et contra facientes manserint, et ad quæ eos declinare contigerit, ecclesiastico supposita esse interdicto, tam diu firmiter obseruando, donec ad cor reuersi, interdicti huiusmodi relaxationem, debita satisfactione præmissa, meruerint a nobis, aut dictis successoribus nostris obtinere. Nec non omnes et singulas sententias, censuras et pœnas, quas dicti ordinarii, aut eorum officiales, contra huiusmodi iudices, et executores literarum apostolicarum, aut illas impetrantes, seu notarios, et tabelliones, propter executiones per eos factas vel faciendas, inflixerunt et promulgarunt, aut in futurum quomodolibet infligent, aut promulgabunt, irritas et inanes, ac nullius roboris, vel momenti existere, eisdem motu, scientia, auctoritate, et potestatis plenitudine decernimus, et declaramus. Dat. Rom. 4. cal. Ian. 1533.

CAP. IV.

Concilii Tridentini decretum de cognoscendis causis coram ordinariis locorum, apostolicis rescriptis non obest.

GREGORIVS XIII.

Ad Romani pontificis prouidentiam circumspectam pertinere dignoscitur, dubia, super sacrorum conciliorum decretis pro tempore insurgentia, sic suæ declarationis oraculo dilucidare, et interpretari, vt exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant submoueri. Accepimus sane nuper quodlibet multoties Romanus pontifex, vt prouisiones et gratiæ per eum de beneficiis pro tempore vacantibus, ac suæ et sedis apostolicæ dispositioni et ordinationi reseruatis, in fauorem diuersarum personarum sibi gratarum et acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, et ne (dum literæ apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ab aliquibus indebite occupentur, aut aliqua in spiritualibus et temporalibus detrimenta sustineant, nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum, et illis annexorum, iuriumque et pertinentiarum, quomodocunque sedis et cameræ apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, et quoscunque fructus, reditus, et prouentus beneficio-

a *Solenni illo diplomate, quod legitur Romæ die cœnæ Domini, singulis annis excommunicantur, qui executionem literarum apostolicarum, aut aliarum expeditionem impediunt.*

rum

rum et annexorum eorundem percipi, exigi, eosque integros personis prædictis, postquam ipsas literas sub plumbo expeditas haberent, vna cum dicta possessione consignari, quandoque vero, dum literæ sub plumbo huiusmodi expeditæ existunt, vt ius suum vnicuique illorum conseruetur, et temerariorum audacia debita castigatione compescatur, ac ipsæ literæ apostolicæ facilius debitæ executioni, vt par est, demandentur, prouiso, de beneficiis in corporalem, realem, et actualem possessionem beneficiorum, et annexorum, iuriumque, et pertinentiarum prædictorum induci, et inductos in ea manuteneri, amotis quibuslibet intrusis detentoribus ab eisdem, aliaque fieri, et exequi per diuersas suas in forma breuis, et sub annulo piscatoris confectas literas mandet, et percipiat certis inibi modo et forma tunc præscriptis, dilecto filio causarum curiæ cameræ apostolicæ generali auditori, seu aliis executoribus desuper deputatis, quibus omnino parendum esse. Nihilominus nonnulli beneficiis prædictis inhiantes, ac gratias prædictas illudere, earumque intrusiones et detentiones improbe tueri satagentes, executionem literarum in forma breuis huiusmodi, et facultatem per eas ipsis executoribus attributam, diuersis dubiis, et cauillationibus remorantur, et processus per eosdem executores desuper habitos, et formatos, ac inde secuta quæcunque, nulla et inualida, nulliusque roboris, vel momenti esse, neque attendi debere contendunt, sub prætextu, quod in decreto sacri concilii Tridentini, sessione vigesima quarta, capitulo vigesimo, dispositum fuerit, quod causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, exceptis *a* his, quæ iuxta canonicas sanctiones apud sedem prædictam sunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit summus pontifex Romanus, per speciale rescriptum signaturæ suæ eius manu propria subscribendum committere, aut auocare. Verum cum decretum huiusmodi concilii concessione prædictarum literarum in forma breuis, et illarum executionem nihil efficiat, neque per illas causa, seu instantia introducatur, sed mere executiue procedi mandetur, literæ quoque in forma breuis, annulo piscatoris munitæ, non minoris sint efficaciæ et auctoritatis, quam rescripta signaturæ Rom. pontif. eius manu propria subscripta: *b* nos in his nostræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac prouisorum prædictorum ius, aduersus dubia et cauillationes huiusmodi, æquitate et iustitia suadentibus, perseuerare volentes, nec non prædictarum, et quarumcunque literarum in forma breuis, super capienda possessione nomine cameræ huiusmodi, aut in fauorem literarum sub plumbo expeditarum, tam a prædecessoribus nostris, quam nobis, et dicta sede hactenus concessarum, tenoris ac litis, et causæ, si quæ desuper executæ sint, statum et merita, nominaque et cognomina iudicum, executorum, et colligentium, præsentibus pro sufficienter expressis habentes: motu proprio, non ad ipsorum prouisorum aut aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia ac de mera nostra deliberatione decernimus, et declaramus per concessionem literarum in forma breuis, sub annulo piscatoris, super capienda possessione quorumcunque beneficiorum dispositioni apostolicæ reseruatorum seu affectorum, sedis et cameræ apostolicarum nominibus apprehendenda, et eiusdem possessionis in fauorem prouisorum ab ipsa sede de eisdem beneficiis, postquam literas sub plumbo super prouisionibus huiusmodi habuerunt expeditas relaxatione, nec non assistentia ipsis prouisis literas desuper sub plumbo expeditas habentibus præstanda, et aliorum inibi expressorum executione facienda, quæ mandata executiua sunt, et summariam duntaxat causarum, propter quas illæ emanarunt, cognitionem requirunt, decretis concilii huiusmodi non contrauenire, nihilque præiudicii illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, neque iudici aut conferri, vel executionem literarum earundem propterea in aliquo suspendi siue remorari, aut facultatem literarum executoris facultate sibi per easdem literas, vt præfertur concessas, vti, frui, gaudere, et contra illis non parentes ad declarationem incursus pœnarum, et censurarum in eisdem literis in forma breuis contentarum, ac inuocatione brachii secularis procedere, alia omnia et singula in eisdem literis contenta (illarum tamen forma seruata) facere et exequi libere et licite potuisse et posse, nec non processus desuper habitos, et formatos, habendosque, et formandos, ac inde secuta, et sequenda quæcunque firma, valida, et efficacia fuisse, et esse et fore, suosque integros, et plenarios effectus sortiri debere in omnibus et per omnia: præsentes quoque literas de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quoquam alio defectu notari, impugnari, vel inualidari nullatenus posse.

a *C. nec licuit. 17. dist. c. maiores de bapt. Vigilius papa in epist. ad Eutherium in fin. et Pelagius II. in 1. epist. circa fin. cum similibus.* b *memtur differentia literarum apostolicarum, de quibus P. Greg. in syntagm. lib. 17. cap. 15. num. 10. et seqq.*

TITVLVS III.

DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.

Electio pontificis maximi, simoniaca nundinatione inducta, nulla est, nulliusque potestatis, adeo vt sic electus exauctoretur ab omnibus dignitatibus et officiis, cum suis sequacibus, et complicibus cardinalibus.

IVLIVS II. *in concilio Lateranensi.*

Cum tam diuino quam humano iure, in spiritualibus præcipue, detestabiliter sit Simoniæ *c* labes prohibita, et longe magis in electione Romani pontificis, vicarii Iesu Christi, Domini nostri, abominabilis sit, et vniuersali ecclesiæ perniciosa: nos, qui regimini eiusdem vniuersalis ecclesiæ (meritis licet imparibus) annuente Domino præsidemus, cupientes, quantum cum Deo possumus, in præmissis pro tantæ rei necessitate ac periculi magnitudine, vt tenemur, in posterum salubriter prouidere, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio et vnanimi consensu, hac nostra perpetuo valitura constitutione, apostolica auctoritate et de potestatis nostræ plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus, et diffinimus, quod si (quod Deus pro sua clementia, et ineffabili bonitate auertat) contigerit, postquam nos vel successores nostros successiue ipse Deus ab huiusmodi vniuersalis ecclesiæ regimine absoluerit; humani generis inimico procurante, et ambitione vel cupiditate ad hoc inclinante, seu impellente, electionem Romani pontificis, ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo seu aliquibus de cœtu cardinalium quomodolibet votum dantibus, per simoniacam hæresim (in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cuiuscunque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones et obligationes) commissam, per se, vel alium, seu alios, quomodocunque et qualitercunque (etiam in duarum partium, vel omnium cardinalium vnanimi concordia, quomodolibet, etiam per viam assumptionis vnanimiter, nemine discrepante, etiam sine scrutinio factæ) celebrari, vel fieri: non solum huiusmodi electio, vel assumptio, eo ipso nulla existat, et nullam eidem sic electo, vel assumpto, administrandi, in spiritualibus et temporalibus, facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electum, vel assumptum, de simoniaca labe, a quocunque cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, et excipi possit, sicut de vera et indubitata hæresi: ita quod a nullo pro Romano pontifice habeatur, quinimo ipse sit a priori suo cardinalatu, et alio quoque honore, ecclesiis cathedralibus, etiam metropolitanis, et patriarchalibus monasteriis, et dignitatibus, et aliis quibuscunque beneficiis, et pensionibus, quæ tunc obtinebat in titulum vel in commendam, aut alias quomodocunque absque alia declaratione priuatus existat, et idem electus non apostolicus, sed apostaticus, tanquam simoniacus, et hæresiarcha, et ad prædicta omnia et singula perpetuo inhabilis habeatur, sit. Nec eiusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius inthronizationem, seu temporis cursum, aut omnium cardinalium præstitam obedientiam, vllo vnquam tempore conualescat.

CAP. II.

Pontifici simoniace electo nemo obedire tenetur, illiusque auctoritati detrahere omnibus licet, et noua electione is e pontificio solio deturbandus est.

IDEM *in eodem.*

Liceat omnibus et singulis cardinalibus, (etiam illis, qui huic simoniacæ electioni, seu assumptioni consenserint, etiam post inthronizationem, et adorationem, seu obedientiam) ac etiam vniuerso clero, populo Romano, nec non subditis, et sancti Angeli de vrbe, ac quarumuis aliarum Romanæ ecclesiæ arcium præfectis, castellanis, capitaneis et aliis officialibus (quocunque homagio, seu iuramento, vel cautione præstitis, non obstantibus) a talis electi, etiam inthronizati, obedientia, et deuotione, immune et quandocunque discedere, (ipsis, fidei Rom. ecclesiæ, et obedientiæ futuri Rom. pontificis canonice intrantis nihilominus astrictis permanentibus) et eum, vt magum, ethnicum, publicanum, et hæresiarcham euitare. Ad cuius quoque confusionem possint cardinales, qui præfatæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserint, se regimini vniuersalis ecclesiæ, prætextu talis electionis, ingerere, auxilium brachii secularis contra eum implorare. Nec tales ab eius obedientia discedentes, tanquam tunicæ Domini scissores, aliquarum propter dictum discessum pœnarum, seu censurarum vltioni subiaceant. Cardinales vero, qui eum simoniace elegerunt, e suis ordinibus, etiam cardinalatu, titulis et honore, ac quibuscunque patriarchalibus, archiepiscopalibus, episcopalibus, et aliis prælaturis, ac dignitatibus, et beneficiis, quæ in titulum, vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus, seu ad quæ ius tunc habebant, absque alia declaratione, priuati existant, nisi ab illo penitus, et cum effectu discesserint, et reliquis cardinalibus, qui huiusmodi simoniæ non consenserint, infra terminum octo die-

c *concil. Basil. sess. 23. modum præscribit. vid. Rebuff. de simon. 2. cap. 33. num. 14. et seqq.*

rum

rum, postquam fuerint ab eis requisiti, personaliter, si fieri poterit, alias per edictum publicum, se absque fictione, vel fraude vniuerint, et coniunxerint. Et tunc, si præfatis aliis cardinalibus se vniuerint, et coniunxerint; in pristinum statum, et ad pristinos honores, et dignitates, etiam cardinalatus, ac ecclesias, et beneficia, quibus præerant, et quæ obtinebant, reintegrati, rehabilitati, ac restituti et repositi, ab huiusmodi simoniæ labe, et censuris ac pœnis ecclesiasticis quibuscunque absoluti, eo ipso existant.

CAP. III.

Simoniacæ electionis consilii, proxenetæ et mediatores ad instar reorum maiestatis pœnis subiiciuntur, actiuis et passiuis cardinalibus vero nouum pontificem eligendi æquiore tramite conceditur potestas.

IDEM.

Mediatores vero et proxenetæ, trapezitæ tam clerici quam laici, cuiuscunque dignitatis, qualitatis, et ordinis fuerint, etiam patriarchali, archiepiscopali, vel alia seculari, mundana, siue ecclesiastica dignitate præditi, etiam quorumcunque regum, et principum oratores, vel nuncii, huius simoniacæ electionis participes, sint omnibus suis ecclesiis, beneficiis, prælaturis et feudis, ac aliis quibuscunque honoribus, et bonis, eo ipso priuati, et ad similia inhabiles, ac etiam actiue et passiue intestabiles, et eorum bona ipso facto, ad instar reorum criminum læsæ maiestatis, fisco apostolicæ sedis applicentur, et deuoluantur, si prædicti delinquentes ecclesiastici fuerint, vel alias Romanæ ecclesiæ subditi. Bona vero et feuda taliter delinquentium, non subditorum secularium, in partibus, fisco secularis principis, in cuius territorio bona sita fuerint, ipso facto similiter applicentur: ita tamen, quod si infra tres menses, a die, quo notum fuerit, illos simoniam commisisse, vel participasse, principes dicta bona fisco suo actualiter non applicauerint, ex tunc illa fisco ecclesiæ Romanæ applicata censeantur, et sint eo ipso, absque aliqua simili declaratione. Promissiones quoque, et obligationes, siue sponsiones propterea quandocunque, etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra personas cardinalium, per quoscunque alios, quomodocunque factæ, cum quauis inexcogitabili solennitate et forma, etiam iuratæ, conditionales, siue euentuales, et in forma excommissarum, ex quacunque causa, etiam depositi, mutui, cambii, confessionis de recepto, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alterius cuiuscunque contractus, etiam in ampliori forma cameræ apostolicæ factæ, sint nullæ et inualidæ, et ad egendum inefficaces, nullusque illarum vigore cogi vel constringi possit, in iudicio vel extra. Liceatque omnibus ab illis impune, absque aliquo metu, siue periurii nota, recedere. Et insuper liceat cardinalibus, qui electioni prædictæ simoniacæ interfuerint, et a præfato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis cardinalibus, etiam illis, qui huiusmodi simoniacæ electioni consenserunt, et postea eisdem cardinalibus in dicta simonia non complicibus se vniuerint, si se cum eisdem vnire voluerint, alioquin sine eis, ad alterius nihilominus pontificis electionem, non expectata alia sententia declaratoria, simoniacæ electionis huiusmodi (eadem tamen præsente nostra constitutione, semper in suo robore permanente) libere, alias tamen canonice deuenire, et concilium etiam generale indicere et consecrare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire: non obstantibus quibuscunque contrariis constitutionibus, etiam generalibus conciliis editis. Datum in concil. Lateranens. apud S. Petrum 19. Calend. Februar. an. 1505.

CAP. IV.

Electionum et postulationum quanta animi moderamine cura geri debeat, vt publicis ecclesiæ officiis digni ministri instituantur et promoueantur, ætatis, morum, doctrinæ et vitæ candoris prænio examine.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Cum piæ memoriæ Alexander papa III. prædecessor noster, etiam in Lateranensi concilio decreuerit, vt ætas, morum grauitas, ac literarum scientia, in personis promouendis in episcopos et abbates, diligenter inquiratur, nihilque magis Dei ecclesiæ officiat, quam cum immeriti assumuntur prælati ad regimen ecclesiarum, propterea in promotionibus prælatorum, quarum a Romano pontifice magna ratio haberi debet, eo præsertim, quod de promotis per eos ad ecclesias, seu monasteria in extremo iudicio rationem Deo reddituri sunt: statuimus et ordinamus, vt deinceps perpetuis futuris temporibus, patriarchalibus, metropolitanis, ac cathedralibus ecclesiis, et monasteriis pro tempore vacantibus, de personis, iuxta præfati Alexandri constitutionem, ætate matura, grauitate morum, literarumque scientia præditis, non ad alicuius instantiam, per commendam et administrationem, seu conseruationem, aut alio quouis modo prouideatur, nisi ratione vtilitatis ecclesiarum, prudentiæ, nobilitatis, probitatis, experientiæ, atque curialitatis antiquæ, cum competenti literatura, et in sede apostolica meritorum, aliter visum fuerit faciendum. Idemque in electis et postulatis, quorum electiones et postulationes per sedem apostolicam admitti consueuerunt, voluimus obseruari. Et si de minoribus ætate XXX. *a* annorum ecclesiis aut monasteriis huiusmodi contigerit prouideri, non dispensetur cum eisdem, vt ecclesiis citra vigesimum septimum ætatis annum, monasteriis vero citra vigesimum secundum præesse valeant. Quinimo vt accuratius, diligentiusque idoneæ personæ promoueantur, statuimus, vt cardinalis, cui electionis, postulationis, aut prouisionis ecclesiæ, seu monasterii relatio committetur, antequam in sacro consistorio (vt moris est) referat commissionem examinis ac electionis huiusmodi sibi datam, vni cuiuslibet ordinis antiquiori cardinali in ipso consistorio, per se ipsum, vel si ea die, qua sibi commissionis onus iniunctum fuerit, consistorium non fuerit, per secretarium suum, aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus, notam illam facere debeat, qui tres priores aliis, quamprimum sui ordinis cardinalibus, eam significare teneantur, negotiumque electionis, administrationis, postulationisue, aut promotionis, summarie et de plano per scriptum dictus relator examinet, et si qui contradixerint, his vocatis, idoneos, graues et fide dignos testes, et si expediens opus fuerit, alios ex officio assumere, processusque et iura eiusmodi relationis, vna cum dictis testium, die faciendæ relationis secum ad consistorium deferre debeat, neque vllo modo referat, si præsens in curia promouendus maiorem cardinalium partem antea non adiuerit, vt, quæ a referente collega sint cardinales audituri, occulta fide, quantum ad personam promouendi attinet, cognoscere possint. Promotus vero eosdem cardinales, qui præsentes in curia fuerint, ex antiquo more, consuetudineque laudabili, quamprimum visitare teneatur. Quem quidem morem, laudabilemque consuetudinem innouamus, et inuiolabiliter obseruari mandamus.

CAP. V.

Electus ad regularium dignitates, electionis auctoritate non gaudet, nisi per pontificam confirmationem.

PIVS IV.

Pius quartus, tantis, qui paulatim in religiosos irrepserunt, abusibus et ausibus nimis licentiosis aliquando, sicut par est, cupiens occurrere, suamque sedi præfatæ prærogatiuam asserere, omnes et singulas electiones quarumuis personarum ad regimina monasteriorum, prioratuum, et aliarum dignitatum conuentualium, ipsarumque electionum confirmationes, per quoscunque, cuiusuis status, gradus, ordinis, et conditionis existant, et quauis etiam archiepiscopali, patriarchali, aut maiori præfulgeant dignitate, hactenus sic præsumptas, nullas, inualidas, ac pro nullis, inualidis et prorsus infectis habendas esse, *b* personasque sic, vt præfertur, electas et confirmatas, monasteria, aliasque dignitates huiusmodi, sine legitimo titulo possedisse et possidere, nec non illorum fructus, redditus et prouentus indebite percepisse et percipere: ac personas ipsas ad absolutionem, et habilitationem super his, nec non confirmationem electionum de se factarum, a sanctitate sua, seu Romano pontifice pro tempore existente, aut sede prædicta, infra sex menses a data præsentium computandos impetrandum, ac literas apostolicas super huiusmodi confirmatione in totum expediendas omnino teneri, declarauit. Et nihilominus hac sua perpetuo valitura constitutione statuit et ordinauit, quod nullus de cætero, seu in regimine et administratione monasterii, vel alterius dignitatis conuentualis, ad quod, seu quam, illum eligi contigerit, in spiritualibus vel temporalibus, antequam rite celebrata electio a sanctitate sua aut Romano pontifice pro tempore existente, et sede prædicta confirmata, et literæ apostolicæ desuper expeditæ fuerint, per se vel alium, in toto vel in parte, quouis quæsito colore, immiscere, aut ad illud vel se recipi facere, vel alies pro eius prælato gerere præsumat. Decernens, omnes et singulos, qui secus fecerint, iure, si quod illis ad monasteria vel eorum regimina et administrationes, ac alias conuentuales dignitates, per electionem huiusmodi fuerit quæsitum, eo ipso priuatos, et deinceps ibi ineligibiles esse, ipsaque monasteria et alias dignitates ab eadem sede impetrari posse; qui vero similes electiones confirmare præsumpserit, eo ipso superiores ordinum videlicet suis dignitatibus priuatos, ordinariis autem locorum, etiam si archiepiscopali et maiori præcellant dignitate, ingressum ecclesiæ interdictum, eosque ab ecclesiarum suarum regimine et administratione suspensos existere.

---

a Annum 365. dierum intelligemus. l. cum heres. §. Stychus. ff. de statu liber. gloss. in capite si propter de rescript. in 6. et diam vltimam captam, pro completa. l. quia ætate, et ibi gloss. et Dd. ff. de testam. Ætas ad canonicatum in ecclesia 23. annorum sufficit. Beneficium curatum non obtinetur ante 25. ann. sine dispensatione. Episcopatui annorum 30. est cap. cum contin. de præbend. capit. si eo temp. de rescript. in 6. concord. concil. Trident. sessione 23. b *Ius non acquiritur electo ante confirmationem. gl. in ca. nostri. et in c. qualiter. et ca. transmissam. de elect. et ibid. Innoc. Iac. And. in c. si electo de in integr. restit. lib. 6. Et qui exercet munus in electione collatum ante confirmationem, iure suo priuatur. Dd. in c. auaritia. de electione. in 6. Felinus in cap. ne Dei timorem, de simonia.*

TITVLVS IV.
DE CARDINALIBVS.

CAP. I.

Cardinalis creatio non prius rata et valida habetur, donec cardinalatus insignia acceperint.

XVGENIVS IV. *ex concilio Constant.*

Quanquam ex libris Romani ordinis, alias ceremoniarum nuncupatis, et aliis ecclesiæ Romanæ libris seu antiquis codicibus comprehendi possit, et ex illis resultet, quid nominis, tituli vel honoris per secretam pronunciationem, de alicuius persona in eiusdem Romanæ ecclesiæ cardinalem, per Romanum pontificem pro tempore in secreto consistorio factam, eidem personæ in cardinalem sic pronunciatæ per promotionem huiusmodi acquiratur; quia tamen temporibus modernis, quibus aliquoties nonnulli in secreto consistorio in cardinales assumpti fuerunt secrete, et ais ex bonis respectibus insignia cardinalatus saltem omnia, minime assignata fuerunt, nonnullorum aliter sapere, quam oportet sapere, satagentium astutas considerationes et inductiones subtiles, iuxta præmissa et eorum effectum nonnulla dubia prodierunt: nos ad submouendum causam et occasionem quorumcunque dubiorum, quæ quomodolibet super iis insurrexere hactenus, et possunt insurgere, præsenti irrefragabili constitutione decernimus, huiusmodi pronunciationem sic in secreto consistorio de quibusuis per nos hactenus factam, seu in posterum faciendam, alicui sic in cardinalem in præteritum pronunciato, seu in posterum pronunciando, licet per eam ad cardinalatus initium dispositus videatur, nullum ius seu titulum re aut nomine acquisitum fuisse, aut acquiri potuisse hactenus seu posse, neque aliquem, per quempiam, per scripturam, vel nominationem pro cardinali reputari vel haberi debuisse seu potuisse hactenus vel debere seu posse quomodolibet in futurum, donec et quousque de similibus consilio et consensu sic pronunciato, in Romana curia præsentia cardinalatus insignia, videlicet per capelli rubei traditionem, ac tituli assignationem, annulique, iuxta morem consuetum, in digito immissionem, absenti vero ab eadem curia, per huiusmodi capelli missionem, realiter sint impensa, aut saltem in generali consistorio. Quodque in cardinalem sic pronunciatus, etiam postquam insignia huiusmodi omnia receperit, et etiam admissus fuerit, et receptus, vt præfertur, in electione Romani pontificis pro tempore vocem actiuam, aut aliquo alio actu, habuisse vel habere debuisse, siue posse vel debere, minime censeatur, donec, et quousque per Romanum pontificem pro tempore existentem, similibus consilio et consensu sibi in practicandis, consulendis et deliberandis negotiis consistorii antedicti, postquam in consistoriis aliquibus mores in talibus obseruari consuetos expertus, interrogatus consiliatiue aut consultiue, responsum dandi expressa licentia tribuatur, seu ad hunc effectum (vt verbis vtamur communibus) ei fuerit os apertum. Dat. Romæ Calend. Nouembr. 1438.

CAP. II.

In domos cardinalium vi et impetu irrumpentes, et in eis aliquid suscipientes, pœnis a pontificio iure decretis plectuntur.

LEO X.

Temerariorum quorundam, qui S. Rom. eccl. cardinales, præcipuas catholicæ ecclesiæ columnas, ea qua conuenit reuerentia, obseruare contemnunt, et in eorum res et bona, manus violentas a ausu sacrilego iniicere non verentur, effrenata libido nos admonet, et inducit, vt ad eorum audaciem, antequam longius prorepat, comprimendam, ea, quæ a prædecessoribus nostris, in dictorum cardinalium dignitatis conseruationem, prouida sunt consideratione statuta, pro illorum obseruantia firmiori nostræ innouationis munimine roboremus, extendamus, et ampliemus, prout temporum qualitas exigit, et tam eminenti in ecclesia Dei dignitati conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane ab aliquibus citra temporibus, damnabilis quidam in vrbe inoleuit abusus, et licentia delinquendi, quod dum apostolica sede vacante, per cardinales in conclaui existentes, de futuri Romani pontificis electione tractatur, si qua de vno ex iisdem cardinalibus, quod in pontificem sit electus, vox prodeat etiam non vera, illius domum vulgus armis aggreditur, et super ea diripienda, cum ipsius cardinalis, conclaue nondum egressi, familiaribus eam custodientibus, vi contendit, et sic etiam effractis foribus, aut pariete effosso, aditus pateat in prædam omnium bonorum, quæ ibi extant, hostiliter corruit, nisi armatorum præsidio defendatur. Nonnulli quandoque reperiuntur ita temerarii et audaces, vt aliis etiam temporibus, prætextu rixarum, domos cardinalium hostiliter cum armis aggredi non vereantur, in eaque morantes offendere et vulnerare, ex quibus cardinalatus honori, quibus sacrosancta militans ecclesia, tanquam purpureo tota decoratur amictu, non parum detrahitur, et eorum generatur contemptus, et homicidiorum et aliorum scandalorum occasio exhibetur.

Nos igitur huiusmodi temerarios conatus debita volentes animaduersione reprimere, sacro approbante concilio, fel. record. Honorii III. et Bonifacii VIII. Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum, contra aliquem dictæ ecclesiæ card. hostiliter insequentes, et illis præsentia, consilio, aut fauore assistentes, eosue scienter receptantes, aut defendentes, et eorum domos et ædes, vt supra, inuadentes, et eorum posteros, bona edita constitutiones auctoritate apostolica, tenore præsentium innouamus: decernentes, eas vbique debere perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus constitutiones easdem, cum omnibus et singulis in eis contentis censuris et pœnis, ad omnes et singulas personas, cuiuscunque status, conditionis et excellentiæ existentes, qui alicuius dictorum card. domum, tam tempore dicti conclauis, etiam si in Romanum tunc pontificem sit electus, quam alias quandocunque, et ex quacunque causa, armata manu inuadentes, et in ea violenter, hostiliter aliquid diripientes, aut quenquam ex inibi existentibus vulnerantes, et eorum socios, et eos, qui id fieri mandauerint, vel factum eius nomine ratum habuerint, ac ipsis inuasoribus consilium in præmissis vel fauorem præstiterint, et defenderint, extendimus et ampliamus. Romæ in publica sess. Lateran. synod. 1516. 17. Cal. Aprilis.

CAP. III.

Hostiliter offendens cardinalem per se vel alium, fit reus læsæ maiestatis, et punitur.

PIVS V. *ex Bonifacii noni decreto.*

Infelicis seculi pericula miserati, dolorem comprimere non valemus, quod nefarii homines, iustorum sanguinem sitientes, ad illorum quoque perniciem infestiore animo incumbant, quos Spiritus sanctus membra constituit præcipua ecclesiæ Dei, quam suo sibi sanguine acquisiuit. Magna igitur ratione, post alios felicis recordationis Bonifacius papa VIII. de fratrum suorum consilio, perpetua constitutione sanciuit, vt, si quis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem fuerit hostiliter insecutus, aut percusserit, aut ceperit, aut mandauerit id fieri, sociusque fuerit facientis, factumue ratum habuerit, seu dederit consilium, vel fauorem, aut receptauerit, aut defenderit scienter eundem, tanquam læsæ maiestatis b reus, perpetuo sit infamis, et prætera diffidatus, bannitus, et intestabilis. Omnia eius ædificia ruinæ perpetuæ subiaceant, nullus ei debita reddere, nullus ei in iudicio respondere teneatur, bonis omnibus fisco, vel reipublicæ applicatis. Idem etiam feudis, beneficiis, et officiis spiritualibus, et temporalibus sit ipso iure priuatus, sed et ipse infectans, excommunicationis sententiam incurret, quam solus Roman. pontifex, excepto mortis articulo, valeat relaxare. Sed ne hæc quidem constitutio, propter abdita conscelerstorum consilia, omnino satis esse noscitur, ad huiusmodi sacrilegia amplius prohibenda. Qui enim alicui vim inferre sibi proponunt, id secreto, in occulto, vt maxime machinantur, veluti impium illud facinus indicat, in personam dilecti filii nostri Caroli, tituli sanctæ Praxedis presbyteri cardinalis a Borrhomæi, ecclesiam Mediolanensem sanctissimis institutis studiose informantis, proxime attentatum. Quæ res nos grauius commouet, vehementiusque excitat, omnia exquirere, vt nobilissimæ corporis nostri partes vndique protegantur. Quibus enim præsidio erimus, quibus suppetias afferemus, quos denique tutabimur, si templi Dei bases, si clarissima ecclesiæ lumina, si speciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro iustitia, pro vnitate peruigilant, inultos deseremus? Itaque sanctioni prædictæ de simili fratrum nostrorum consilio adiicientes, statuimus, vt quisquis, etiam e nudo consilio, aut simplici fauore, aut omnino a cæteris prædictis alienus, quempiam auctorum, administratorum, vel consciorum coniurationis, siue conspirationis, aut commissi, committendiue criminis in personam cardinalis, illorumue fautorum, receptatorum, vel occultatorum, siue ex renunciatione sibi protinus, vel per interpositam personam, aut literas facta, cognouerit, siue ex scriptura, cœtu, conatu, concursu, insidiis, aliisue signis et indiciis qualemcunque scientiam habuerit, vel etiam coniecerit, quiue horum quicquam intellexerit, quorumcunque res alias occulta sit, quamprimum id Rom. pont. si in curia fuerit, sin autem, ordinario loci, vel si cardinalis ipse ordinarius extiterit, propinquiori episcopo, et si crimen nondum commissum fuerit, etiam ipsi cardinali properet reuelare. Quicunque vero etiam non subditus, et omnino extraneus defecerit, cuiuscunque dignitatis fuerit, prædicto sit excommunicationis laqueo innodatus, pariterque maiestatis reus, infamiam, et omnes pœnas prædictas eo ipso incurrat. Eadem nihilominus constitutione, quoad reliquas eius partes, ac cæteris omnibus sanctionibus canonicis, et ciuilibus ad talium coërci-

a *Clement. si quis suadente. de pænit.* 17. q. 4. *Nauarrus* c. 27. *num.* 10. *sum. lat.*

b *Ioan. Andr. in cap. ad apostolica.* §. *perpetrauit. de senten. et re iud. in* 6. *in vers. cardinales. Præpositus in c. in primis* §. *de persona, numer.* 20. 2. *qu.* 1. *Anchar. in c. felicis. d. pænis. And. de offic.* ... *in cap.* 11 *colum.* 8. *in tit. quæ sint.* c *In hunc anno* 1569. *a monachis quibusdam conferatio: illa quidem sine effectu fuit facta: illi vero comprehensi, degradati, capite plectuntur.*

tionem

tionem editis, in suo robore duraturis. Porro si quis ad sanitatem reuertens, rem adhuc incognitam retexerit, omni nota penitus liberetur. Cæterum loci ordinarii secreto casum ad se delatum, prædicto pontifici, primo quoque tempore nuntiare, et interim rem omnem ab istis perquirere, et si necessitas tunc postulet, seculare quoque brachium adhibere debent. Datum Romæ 14. Calend. Ianuar. 1569.

CAP. IV.

Cardinales, qui sedi apostolicæ, et communi omnium Christi fidelium patri assident, præclaris virtutibus, et integris moribus illustres esse debent.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Cum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales cæteros omnes in ipsa ecclesia, post summum pontificem, honore ac dignitate præcedant, conueniens ac debitum est, vt vitæ mundiria, ac virtutum splendore cunctis præfulgeant. Quapropter non modo hortamur eos ac monemus, verum etiam statuimus, et ordinamus, vt de cætero quilibet cardinalium pro tempore existens, iuxta doctrinam apostoli, ita sobrie, caste, ac pie viuat, vt non solum a malo, sed ab omni etiam specie mali abstinens, coram hominibus luceat, Deumque inprimis operibus honorificet. Sint omnes vigiles, ac diuinis officiis, missarumque celebrationibus intenti, habeantque capellas suas in loco honesto, prout facere consueuerunt. Sitque eorum domus, familia, mensa, supellexque non fastu, aut pompa, neque superfluis rebus, neque aliquo modo reprehensibilis, ne peccandi, excedendique modum licentia inde nascatur, sed vt æquum est, modestiæ et frugalitatis speculum dici mereantur. Illis itaque sint contenti, quæ sacerdotalem præ se ferant modestiam, ac prælatos et quoscunque alios insignes viros ad Romanam curiam venientes, benigne, honorificeque, tam publice quam priuatim tractent, et apud nos et successores nostros gratiose, liberaliterque eorum negotia commendata suscipiant. Præterea ministerium indecorum episcoporum, prælatorumque in domibus non habeant, ne cæteris præesse instituti, et sacro charactere insigniti, in vilis descendant ministeriis, passimque pastoralis officii contemptum inducant. Eos itaque, quos vel nunc habent, vel in posterum sunt habituri, honorifice, vt fratres, ac iuxta eorum status condecentiam, tractent. Cumque Rom. pontifici, communi omnium Christi fidelium patri, assistant, personarum acceptatores, vel aduocatos eos fieri, valde inconueniens est.

Propterea statuimus, ne partialitatem suscipiant aliquam, neque principum, aut communitatum, vel quorumcunque aliorum, contra quempiam, nisi quantum iustitia et æquitas postulat, eorumque dignitas, et conditio requirit, promotores aut defensores fiant, sed a priuata omni passione seiuncti, sedandis et componendis inter quoscunque litibus, omni diligentia vacent, incumbantque, principum, et quorumcunque aliorum, ac præsertim pauperum, et religiosorum iusta negotia pio promoueant affectu, oppressos et iniuste grauatos iuxta vires suas, et officii debitum adiuuent. Tituli sui loca, si præsentes in curia fuerint personaliter; si vero absentes, per vicarium idoneum, semel saltem singulis annis visitent, clericos et populos ecclesiarum titulo suo subiectarum, cum diligentia inquirant, vigilentque circa cultum diuinum et bona dictarum ecclesiarum, moreique inprimis et vitam clericorum et parochianorum solerter explorent, eosque omnes et singulos ad recte, honesteque viuendum paterno moneant affectu. Pro augmento autem diuini cultus, et salute animæ suæ, quilibet cardinalis, vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat suo titulo, quantum sit satis ad presbyterum vnum commode ibi sustentandum, vel si ecclesia indigeat reparatione, vel alia subuentione tantum illi relinquat, vel donet, quantum conscientiæ suæ videbitur. Et cum minime deceat, affines, et consanguineos præsertim bene meritos, et ope indigentes negligere, sed illis prouidere iustum et laudabile sit, non propterea tamen, vel beneficiorum multitudine, vel ecclesiasticis redditibus, ita eos implere conuenire arbitramur, vt cæteri damnum ex huiusmodi largitionis intemperantia patiantur, et inde scandalum nascatur.

Statuimus itaque, vt ecclesiarum bona temere non effundant, sed ea in piis et sanctis operibus exponant, quorum causa magni et optimi redditus, per sanctos patres statuti et ordinati fuerunt. Volumus etiam, vt ecclesiis eisdem cardinalibus commendatis, etiam si cathedrales, abbatialesue, aut prioratus, vel quæcunque aliæ beneficia ecclesiastica fuerint, absque omni prorsus excusatione procurent, ac omni conatu suo prouideant debite inseruiri: cathedralibus dignos et idoneos vicarios, seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit, cum digna et competenti mercede apponentes, reliquis autem sibi commendatis ecclesiis aut monasteriis, de iusto clericorum, vel capellanorum, seu religiosorum, aut monachorum Deo sufficienter et laudabiliter seruientium numero prouidentes, ædificia quoque, possessiones, et iura quæcunque in statu conuenienti conseruent, et diruta instaurent, sicut ad bonorum prælatorum et commendatariorum officium spectat.

CAP. V.

Familiæ cardinalium, quo magis personis illustribus subsunt, eo cultu illustriore modestiæ enitescere debent.

IDEM *ibidem.*

Statuimus etiam, vt cardinales circa numerum familiarium, eorumque, suis impensis alendorum, magna vtantur circumspectione, ac diligenti prouidentia, ne maiorem numerum, quam sua facultas, conditio, ac dignitas patiatur, habentes, luxus ac prodigalitatis vitio notari possint, neue rursus auari, sordidique habeantur, si in magnis et amplis redditibus paucissimis victum præbeant, cum domus cardinalis patens hospitium, a portusue ac refugium proborum et doctorum maxime virorum, et pauperum, nobilium, honestarumque personarum esse debeat. Sint igitur circa modum et numerum tenendi prudentes, ac de familiarium qualitate inprimis curiosi, ne ex alienis vitiis turpem sibi contrahant infamiæ notam, vulgoque obloquendi, calumniandique multas præbeant occasiones. Et cum maxime prouidendum sit, vt non solum coram Deo, cui primum placere debemus, sed etiam coram hominibus opera nostra probentur, vt cæteris exemplo ad imitandum possimus esse, ordinamus, vt quilibet cardinalis se domus ac familiæ suæ optimum rectorem, præfectumque ostendat esse, tam circa ea, quæ extrinseca omnibus apparent, quam quæ intus latent abscondita. Habeat itaque eorum quisque sacerdotes, et leuitas, honestis vestimentis indutos, attenteque prouideat, ne quis in familia sua quoquo modo beneficiatus, et in sacris ordinibus constitutus, vestes portet versicolores, nec eo habitu vtatur, qui ordini ecclesiastico parum conueniet. Quare in presbyteratus ordine constituti, vestes colorum, quæ clericis a iure non prohibeantur, deferre debeant, vsque ad talos saltem demissas et habentes dignitates in cathedralibus, et canonici etiam dictarum cathedralium, ac primam dignitatem in collegiatis habentes, et cardinalium capellani missas celebrantes, caputium deferre in publico teneantur.

Scutiferis vero paulo supra talos concedantur, parafrenarii, quia in assiduo sunt motu, ministerioque funguntur laboriosiore, breuioribus, ac magis expeditis vestibus vti possint, etiam si fuerint clerici, dummodo in presbyteratus ordine non sint constituti: ita tamen, vt ab honestate non discedant, sed ita viuant, vt moras ecclesiasticis suis ordinibus non discrepent. Reliqui vero clerici temperate ac modeste omnia faciant, et tam ipsi clerici beneficiati, quam in sacris ordinibus constituti, comam, neque barbam, non nutriant, b neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentisque ex velluto aut serico factis, habeant, sed eiusmodi rebus ex panno tantum, aut corio, simpliciter vtantur.

CAP. VI.

Lites et causæ cardinalium euocantur, et pontificis decisioni reseruantur.

PAVLVS IV.

Lites et causas inter quoscunque sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, super quibusuis rebus et bonis, tam ecclesiasticis, quam secularibus, vel quorumuis ordinum regularibus, coram quibusuis iudicibus, in quauis instantia, ac etiam in negotio executorio, vel restitutionis in integrum, quomodolibet, vertentes et pendentes, ad nos in eisdem statu et terminis, in quibus reperiuntur, aduocamus, cognitionemque et decisionem illarum nobis reseruamus, decisionique et terminationi per nos super illis faciendæ, appellatione quacunque, etiam alias de iure admissibili, reiecta et postposita, standum, acquiescendum, et patienter omnino parendum et obediendum fore statuimus et ordinamus, ac similiter in titulis et causis, quæ de cætero inter eosdem cardinales exoriri contigerit, obseruari volumus. Romæ 1555. 9. Ianuarii.

CAP. VII.

Pompa funebris cardinalium, quo sumptu persolui debeat.

LEO X. *in concilio Lateran.*

Expensæ funebres cardinalium, computatis omnibus, centum et quinquaginta florenorum summam excedere non debent, nisi exequutorum prouidentia, iustis allegatis causis ac rationibus, plus exponendum esse duxerit. Exequiæ et castrum doloris, prima et nona die fiant, infra octauam vero missæ de more celebrentur.

---

a Episcoporum domus (ait diuus Hieronymus) omnium commune debet esse hospitium. Laicus vnum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium. Episcopus nisi omnes receperit, inhumanus est. b *vide can. 40. apost. c. prohibetur 23. distinct. et Carthag. synod. 4. c. clerici. de vita et honestate clericorum.*

TITVLVS

TITVLVS V.
DE AETATE ET QVALITATE ORDINANDORVM.

CAP. I.

Nemo ad sacros ordines admittatur sine titulo beneficii, pensionis aut patrimonii.

PIVS V.

Cum non deceat diuino mysterio adscriptos, cum ordinis dedecore, a mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, sacro Tridentino concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps clericus secularis, quamuis alias moribus, scientia, et ætate esset idoneus, ad sacros ordines promoueretur, nisi prius legitime constaret, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficeret, pacifice possidere, vel alias ordinari non posset, nisi iuxta decreti ab ipso concilio desuper editi formam et tenorem. Cum autem nulla, in huiusmodi decreto religiosorum clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (vti moleste accipimus,) cæterorum ordinum religiosi, seu canonici, vel clerici, intra claustra monasteriorum seu domorum more regularium in communi viuentes, qui nonnunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, et ex claustro exire, et dimitti, atque ad seculum redire, libere et licite possunt, religionis prætextu, absque titulo sufficientis beneficii, nec iuxta dicti decreti tenorem ad sacros ordines se promoueri prætendant, et a nonnullis episcopis passim promoueantur, atque inde plerumque illud inconueniens eueniat, vt sic promoti, et e claustro exeuntes, et per seculum vagantes, vel mendicare, vel sordidum quæstum exercere, non sine ipsorum dedecore, ac ordinis vilipendio, et quamplurimorum Christi fidelium scandalo, cogantur. Nos igitur, qui singulorum Dei ministrorum honorem, et decus (quantum in nobis est) sinceris exoptamus affectibus, motu proprio et ex certa nostra scientia, deque apost. potest. plenitudine, hac perpetuo valitura sanctione, decretum prædictum de clericis secularibus loquens, ad omnes et singulos etiam, cuiuscunque ordinis clericos religiosos siue seculares, more religiosorum viuentes, in communi non professos, harum serie extendimus, et ampliamus, ac religiosis, et aliis prædictis non professis, vt ad sacros ordines promoueri, nec non omnibus et singulis venerabilibus fratribus nostris patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, gratiam, ver communionem sedis apostolicæ habentibus, vt ordines ipsos huiusmodi religiosis personis impendere, nisi obseruata forma dicti decreti, nos virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis nostræ pœna interdicimus, et prohibemus, ac contra facientes per annum, a præstatione talium ordinum ipso iure, suspendimus. Romæ Idib. Octubr. 1568.

TITVLVS VI.
DE FILIIS PRESBYTERORVM.

CAP. I.

Filii presbyterorum beneficiis, quibus olim patres præfuere, quacunque dispensationis gratia intercedente, non instituantur.

CLEMENS VII.

Ad canonum conditorem non est dubium pertinere, cum statuta a se, vel prædecessoribus suis, ad animarum Christi fidelium salutem edita, propter eorum abusum, qui successu temporum, malitia hominum succrescente, magis indies dignoscitur obesse, quam prodesse animaduertit, ne vlterius obesse valeant, prouidere. Sane postquam fel. record. Alexander papa III. prædecessor noster filios præsertim sacerdotum in ecclesiis paternis succedere prohibuerat, *b* easque nihilominus, media intercedente persona, filios habere disposuerat, cum passim sacerdotes, vt ecclesiis suis eorum filii potirentur satagentes, in Alexandri prædecessoris huiusmodi dispositione confisi, ecclesias suas, quas ad eorum peruenire filios gestiebant, in fauorem personarum, quæ ecclesias ipsas, etiam illarum possessione non habita, in ipsorum resignantium filios, ex fornicatione genitos, illico mox resignare, ipsique filii ecclesias ipsas, dispensatione super defectu natalium, quem ex dictis sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur, etiam patris nomine expresso, obtenta, consequi hactenus consueuerint, profecto perniciosum semper, et abominabile, ac in grauem diuinæ maiestatis offensam tendere, videlicet, quod ipsi presbyteri eorum crimen, quod erat occultum, non sine turpitudine, ad inordinatum superiorum filiorum amorem, detegere non erubescerent.

a Cap. *diacont sunt. circa med.* 93. *dist. concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 2. 5. 9. 2. *c. planum.* b *concil. Toet. in c.* 10. *grauius animaduertit. Alexander III. p.* 19. *cap.* 3. *et in concil. Lateranens. cap.* 14. *arceatur a beneficiis spurii, quibus olim patres præfuere. concord. concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 15.

Iudicauimus propterea, quod vbi tempus, quod omnia palam facit, et præsentium ratio, quid in futurum cauendum sit, admoneret, merito mouemur, et ad tollendum huiusmodi abusum, necessarium arbitrati sumus, eiusdem Alexandri prædecessoris canonem corrigere potius, quam talia, cum tanto hominum scandalo, tolerare. Habita igitur super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus matura deliberatione, de eorum consilio et vnanimi consensu, auctoritate apostolica, tenore præsentium statuimus et ordinamus, quod de cætero filii presbyterorum ex fornicatione nati, ecclesias cathedrales, etiam metropolitanas, ac monasteria, quibus eorum patres præfuerunt, seu illa, et illas dignitates, etiam maiores et principales personatus, administrationes et officia etiam curata, et electiua, et alia quæcunque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia, et quorumuis ordinum regularia, quæ presbyteri et clerici ac religiosi eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo vnquam tempore quoquo modo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus. Et si quas dispensationes per nos concedi contigerit, tanquam per præoccupationem et contra mentem nostram, in concessas eis nullatenus suffragari, talesque dispensationes nostris volumus suffragare temporibus, et quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus. Romæ 1533. 3. Non. Iunii.

TITVLVS VII.
DE BONIS ECCLESIAE ALIENANDIS, VEL NON.

CAP. I.

Bonorum ecclesiasticorum alienatio, inconsulto summo pontifice, et necessitate non vrgente, nulla est.

PAVLVS II.

Ambitiosæ cupiditati, illorum præcipue, qui diuinis et humanis affectatis, damnatione postposita, immobilia et pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesiæ, monasteria, et pia loca reguntur, illustranturque, et eorum ministri sibi alimonium vendicant, profanis vsibus applicere, aut cum maximo illorum ac diuini cultus detrimento, exquisitis mediis vsurpare præsumunt, occurrere cupientes: omnium rerum et bonorum ecclesiasticorum alienationem omneque pactum, per quod ipsorum dominium, concessionem, hypothecam, locationem et conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus a iure c permissis, ac de rebus et bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, et tunc cum ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus et bonis, quæ seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura constitutione fieri prohibemus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus et decretis aliis, super hoc editis, quæ tenore præsentium innouamus, in suo nihilominus robore permansuris.

Si quis, contra huius nostræ prohibitionis seriem, de bonis et rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, et infeudatio huiusmodi, nullius omnino sit roboris vel momenti: et tam qui alienat, quam is, qui alienatas res et bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat, alienanti vero bona ecclesiarum, monasteriorum locorumque piorum quorumlibet, inconsulto Rom. pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si pontificali vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus: et si per sex menses immediate sequentes, sub interdicto huiusmodi, animo (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensibus eisdem, a regimine et administratione suæ ecclesiæ vel monasterii, cui præsidet, in spiritualibus et temporalibus sit eo ipso suspensus. Inferiores vero prælati, commendatarii, et alii ecclesiarum rectores beneficiarii, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præpositurus, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque ecclesiasticis cum cura et sine, secularibus et regularibus beneficiis, quorum res et bona alienarunt duntaxat, ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur: possintque per locorum ordinarios vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint) libere de iure conferri, nisi aliàs dispositioni apostolicæ sedis sint specialiter aut generaliter reseruata: et nihilominus alienatæ res et bona huiusmodi, ad ecclesias, monasteria, et loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere reuertantur. Rom. Cal. Martii 1467.

c *Iure conceditur certis vrgentibus casibus necessitatis, et maioris vtilitatis alienatio. Cor. in* 2. *volum. consecrat.* 8. *Barb. in* 5. *volum consecrat* 6. *in* 2. *colum. et seq. Ludouic. Roman. cons.* 36. *Villagut. de rebus ecclesiæ male alienat.*

CAP. II.

Alienationes, contra formam a Paulo II. præscriptam factæ, reuocantur.

IVLIVS III. *Simoni de Pateo, et Ioanni Baptistæ, cardinalibus.*

Indemnitati ecclesiarum, vt ex debito nostri pastoralis officii tenemur, volentes prouidere, circumspectioni vestræ, quorum eximia integritas, singularis prudentia, exacta diligentia, et in rebus gerendis dexteritas, ac aliæ præclaræ virtutes, veteris experientiæ documento nobis iam dudum cognitæ sunt, per præsentes committimus, et mandamus, quatenus per vos seu alios, quos ad hoc cum simili, aut limitata potestate, duxeritis deputandos, vocatis, prout vobis videbitur, bonorum male alienatorum, contra formam a constitutionis per fel. recordat. Paul. pap. II. editæ, vocatis possessoribus, super nullitate et inualidatione locationum et alienationum huiusmodi, se indebita occupatione, summarie et simpliciter, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, auctoritate nostra diligenter inquiratis, ac bona et iura illa beneficiorum et piorum locorum, quorum antea erant, in ius et proprietatem reuocetis et reducatis, et possessores de indebite perceptis ad satisfaciendum cogatis et compellatis. Rom. 23. Maii 1552.

CAP. III.

Pro præsidio belli suscipiendi aduersus Turcæ furores, cameræ apostolicæ census alienandi facultas conceditur.

PAVLVS III.

In sacra beati Petri sede cum plenitudine potestatis, meritis licet imparibus, diuina dispositione locati, ad ea (vt debemus) libenter intendimus, per quæ orthodoxæ fidei defensioni, ac reipublicæ christianæ statui, valeat salubriter prouideri. Sane vniuerso orbi notum esse credimus, immanissimum Turcarum tyrannum, post innumerabiles per eius antecessores christiano nomini in diuersis mundi partibus clades illatas, multaque regna et dominia eius ditioni adiecta, nouissime tempore nostri pont. regnum Neapolitanum, pluribus illius locis prædatis, inuasisse, et notabilia damna, tam in locorum deuastatione, quam in personarum asportatione fecisse, longe etiam plura facturus, nisi christianissimi in Christo filii, Caroli, Romani imperatoris semper Augusti, et dicti regni regis pietas, virtus et strenuitas, qui ad hoc non sine maximis expensis, potentem classem parauerat, obstitisset, præmissisque non contentum, ciuitatem castri noui, christianis illam acriter defendentibus immaniter trucidatis, expugnasse. Quæ etsi potius vindicanda, quam cum christianitatis ignominia, et damni reuocatione recensenda forent, tamen non possumus non ea dolenter referre, propter euidens periculum, quod reipublicæ prædictæ, ex nouis belli apparatibus, per tyrannum, ad penetrandum Pannoniam ad præsens tumultuantem, et fines Germaniæ, ad Italiam, ad quam idem tyrannus, putans inde facile, quod reliquum est christianitatis, in suam potestatem redigere, insatiabili siti anhelat, inuadendum et occupandum, terra marique noviter instructis, cernimus imminere. Et cum periculo huiusmodi, quod indies maiores vires habiturum dubitetur ex iis, quæ in pluribus christianitatis partibus, circa veram religionem innouata sunt, et innouantur, occurrere omnino intendamus: considerantes, ad præmissa magna esse opus impensa, et quod de christianorum principum subsidio, non quantum res ipsa expostulat, nobis promittere valemus, propter bella, et calamitates, quibus temporibus præteritis affecti fuerunt: quodque vires nostræ, ex alienationibus rerum et bonorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, per Romanos pontifices prædecessores nostros factis, et magnis expensarum profluuiis, quas pro nonnullis apostolicæ sedis necessitatibus pluries nos subire oportuit, tenuissimæ sunt, cogitauimus, pecunias modis omnibus, qui nobis possibiles sint, exquirere, vt illarum auxilio truculentam rabiem dicti tyranni retundere, ac aliis christianæ fidei necessitatibus prouidere valeamus. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris, eiusdem Romanæ ecclesiæ cardinalibus, in consistorio nostro secreto, discussione et deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio, et vnanimi assensu, ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, quam plurimorum Romanorum pontificum etiam prædecessorum nostrorum, qui similibus vel aliis tunc vrgentibus necessitatibus nonnulla bona ecclesiastica vendiderunt, vestigiis inhærentes, dilectis filiis Guidoni Ascanio Sfortiæ, S. Eustachii diacono cardinali camerario, et Hieronymo Ricanati de capite ferreo thesaurario nostris, quos ad hæc commissarios et exequutores nostros facimus ac deputamus: quod per se, vel alium, seu alios de eorum mandato, quoscunque canones, responsiones, et recognitiones et census perpetuos, vel temporales, quibusuis nominibus nuncupentur, et ad quascunque summas ascendant, sub quibusuis caducitatis, et aliis pactis, et conuentionibus, ac obligationibus, nec non modis et formis constitutos, quæ in extractionibus, ac liberationibus infra scriptis, specificari volumus, super quibusuis casalibus, vineis, domibus, possessionibus, prædiis, tenimentis, et aliis bonis immobilibus, cuiuscunque qualitatis, valoris, æstimationis, etiam speciali nota dignis existentibus, cameræ apostolicæ, et Romanæ, ac quarumcunque, etiam cathedralium, et metropolitanarum ac patriarchalium, ac basilicarum, nec monasteriorum, congregationum, ordinum, ac aliorum religiosorum et piorum locorum, etiam quantumcunque priuilegiatorum, et exemptorum, ac habentium, quod in generali, ac etiam speciali et indiuidua expressione, nisi certis modis et formis seruatis, non veniant, nec comprehendantur in vrbe prædicta, et extra illius muros, necnon quibusuis ciuitatibus, terris et locis temporali dominio dictæ Romanæ ecclesiæ existentibus consistentium (monasteriis monialium, ac hospitalibus hospitalitatem seruantibus, et locis hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani duntaxat exceptis) feudi, emphyteusis, liuelli, census, canonis, responsionis, locationis, et cuiusuis alterius contractus, vel concessionis, iure, causa, occasione, vel alias quomodolibet, per quoscunque, etiam episcopali, vel alia maiori ecclesiastica vel mundana dignitate et excellentia præditos soluendos, seu debitos, pro pretio seu pretiis, quod seu quæ camerarius, et thesaurarius nostri præfati repererint, sine aliqua causæ cognitione, ac vllis tractatibus, vllisue solennitatibus desuper habitis et seruatis, ac sine requisitione et consensu eorum, qui de iure vel alias requiri et consentire deberent, extinguere: et casalia, vineas, domos, possessiones, prædia, tenimenta, et alia bona prædicta, illorumque feudatarios, emphyteutas, censuarios, liuellarios, locatarios, conductores, ac vtiles dominos a censuum, canonum, responsionum, et recognitionum huiusmodi, in pecunia numerata, vel alia specie debitorum præstatione perpetuo affrancare et liberare, illisque de nouo casalia, et alia bona prædicta infeudare, locare et concedere (recompensa tamen cameræ, ecclesiis, monasteriis, ordinibus, congregationibus, et locis, ac aliis prædictis, quorum census, canones, responsiones, recognitiones, et alia iura huiusmodi extinguentur, pro concurrenti reditus annui quantitate assignata) ita tamen, quod paribus conditionibus conductores, et alii, quibus alias per extinctionem huiusmodi præiudicaretur, quibuscunque aliis præferantur: necnon quæcunque instrumenta et scripturas, ac alia desuper necessaria, et opportuna facere, et exequi libere et licite possint, et valeant, plenam et liberam licentiam, facultatem, et auctoritatem concedimus: decernentes, extinctiones, affrancationes, liberationes, inuestituras, concessiones, et alia, per dictos camerarium et thesaurarium desuper fienda et exequenda, perpetuæ firmitatis robur obtinere, aut feudatarios, et vtiles dominos, ac alios præfatos, eorumque hæredes et successores, ac alios, quorum interest, vel interesse poterit, modo aliquo contra tenorem præsentium desuper molestari, impediri, vel inquietari non posse, sed illos, et casalia, vineas, domos, possessiones, bona, et iura huiusmodi franca, libera, et allodialia fore, et esse, ac ecclesias, monasteria, ordines, congregationes, et loca prædicta, eorumque præsules, et rectores nunc pro tempore existentes, vllo vnquam tempore præmissis se opponere, aut ab illis reclamare, vel beneficium restitutionis in integrum, sub læsionis, vel alio quocunque prætextu petere, vel impetrato vti, non posse neque debere. Romæ xi. Calend. Ian. 1540.

CAP. IV.

Bonorum ecclesiasticorum alienationes ipsis ecclesiis et piis locis damnum et intolerabilem iniuriam afferentes, annullandæ et reuocandæ sunt.

PAVLVS IV.

Rerum et bonorum ecclesiæ illicitas alienationes conniuentibus oculis pertransire nequeuntes, quin imo cupientes eis, quantum cum Deo possumus, opportunum remedium adhibere, motu proprio et ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes et singulas alienationes, et in emphyteusim, seu censum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes, hypothecas, et obligationes, de quibusuis castris, terris, oppidis, ciuitatibus, et locis, aut aliis bonis immobilibus, seu rebus et iuribus, tam spiritualibus, quam temporalibus, eiusdem Romanæ, et quarumcunque cathedralium, etiam metropolitanarum et aliarum ecclesiarum, nec non monasteriorum, domorum, et aliorum regularium locorum, et quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, secularium, et quorum ordinum regularium, nec non hospitalium, et aliorum piorum locorum quorumlibet, per quoscunque, etiam Romanos pontifices, prædecessores nostros, seu eorum auctoritate vel mandato camerarios suos, et clericos cameræ apostolicæ præsidentes, ac quosuis ecclesiarum, monasteriorum, et domorum prælatos, et beneficiatos, nec non hospitalium, et aliorum regularium, et piorum locorum rectores, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentes, etiamsi cardinalatus honore pollerent; in damnum ecclesiæ, seu non seruatis solennitatibus a iure requisitis, aut alias nulliter hactenus factas, et contractus superinde sub quibusuis formis, et verborum expressionibus habitos et celebratos, etiam si iuramento vallati existant, et quantumuis longa temporis

a *duo copulatiue requiruntur, videlicet forma, id est, solennitatem, et iustam causam alienandi. c. 1. de rebus ecclesiæ non alienand. in 6. gl. in verb. reditu in c. 1. extr. de in integr. restitut.*

temporis præscriptione robur sumpsisse dici possint, ac ipsius Romanæ ecclesiæ fauorem aut commodum concernant, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro expressis habentes, apostolica auctoritate, tenore præsentium rescindimus, irritamus, cassamus, et annullamus, ac viribus omnino euacuamus, ac pro rescissis, irritis, cassis, et nullis, ac penitus infectis haberi volumus: ipsosque detentores ad castra, terras, oppida, ciuitates et loca occupata, ac bona, res, et iura prædicta, Rom. et cathedralibus, etiam metropolitanis, ac aliis ecclesiis nec non monasteriis, domibus, hospitalibus, et beneficiis, ac regularibus, et piis locis relaxandum, et de fructibus, tam hactenus perceptis, quam in posterum percipiendis, realiter satisfaciendum teneri, et ad id cogi et compelli posse omnibus iuris remediis. Romæ prid. Idus Iul. 1555.

CAP. V.

Romanæ ecclesiæ et cameræ apostolicæ bona alienata, in illius damnum aut sine paris valoris recompensa, vel necessitate, seu euidenti vtilitate, pro non alienatis habeantur, et restituantur.

PIVS IV.

Venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessiones, et alias omnimodas alienationes et contractus, quæcunque, quotcunque, et qualescunque, ac in quorumuis principum ac cardinalium, patriarcharum, et aliorum prælatorum fauorem, vel eorum contemplatione, per prædecessores nostros, ac nos, et sedem præfatam, necessitate, vel euidenti vtilitate sedis huiusmodi id non exigente, seu sine aliqua, vel saltem minime correspectiua, neque competenti recompensa factos, et concessos, ac confirmatos, et approbatos, etiam si quantumuis longissima temporis præscriptione robur sumpsisse dici possint, auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo reuocamus, rescindimus, cassamus, irritamus, annullamus, ac viribus omnino vacuamus: declarantes, venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessiones, et cæteras alienationes præmissas nequaquam tenuisse, nec tenere, nullumque emptoribus, cessionariis, feudatariis, locatariis, donatariis, aliisque rerum ipsarum detentoribus, nec aliquem possidendi titulum per eas quæsitum esse, nec eisdem ecclesiæ, sedi et cameræ præiudicium afferre potuisse: ac ciuitatum, terrarum, et aliorum locorum eorundem habitatores, vasallos, et subditos, dictis illorum detentoribus, nullum vasellagii, fidelitatis, vel subiectionis, aut aliud ius vel obedientiam, alienationum huiusmodi, vel etiam iuramenti per eos illis præstiti, quod etiam eis harum serie relaxamus, prætextu debere, aut illis adstrictos esse: quinimo detentores ipsos ad eadem, ciuitates, terras, castra, oppida, et loca sedi et cameræ præfatis realiter, et cum effectu restituenda, et relaxanda, ac eorum detentores ad fructuum inde post obitum concedentis hactenus perceptorum, et in posterum percipiendorum, restitutionem in vtroque foro omnino teneri, et ad id etiam sententiis, censuris et pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis, nec non priuationis quorumcunque aliorum feudorum ecclesiasticorum, per eos etiam legitime obtentorum, et inhabilitatis ad illa aliaque deinceps obtinenda, ac illis iuris et facti remediis cogi et compelli posse: ac decernentes, præsentes vim perpetuæ legis habere, neque de nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quouis defectu, notari seu impugnari posse, sed illas omni exceptione remota, validas et efficaces fore, suoique plenarios et integros effectus sortiri, et inuiolabiliter obseruari. Rom. 15. Cal. Decembr. 1565.

CAP. VI.

Infeudationum et alienationum bonorum ecclesiæ persuasores et mediatores excommunicantur.

PIVS V.

Tractantes, consulentes, aut alias verba facientes de infeudationibus aut alienationibus, a de ciuitatibus et locis immediate ad nos et sedem apostolicam spectantibus et pertinentibus, etiam deuolutis, etiam in feudum communiter et pluries dari solitis, siue ex causa permutationis, aut alias quomodolibet, etiam contemplatione meritorum erga sedem præfatam, aut sub prætextu necessitatis, vel euidentis vtilitatis faciendis, seu de postulandis a nobis et sede præfata quibusuis personis cuiusuis dignitatis, in duces, vicarios, gubernatores, seu quemuis alium titulum, ad vitam, vel in perpetuum, vel longum tempus, ciuitatum, oppidorum, arcium et locorum prædictorum, ac propterea de eligendis oratoribus ad nos et successores nostros super præmissis, vel eorum occasione mittendis proponentes, tam ipsi, quam oratores, munus huiusmodi recipientes, aut alii quicunque alienationes per se vel alium seu alios insinuantes vel suadentes, eo ipso sententiam incurrant excommunicationis, et sedis apostolicæ rebelles, etiam in primo capite læsæ maiestatis, et proditores ciuitatum et locorum præfatorum, ac loca eorum fisco ipso iure deuoluta, et incorporata sint, et esse censeantur, omnibus dignitatibus, et quomodolibet obtentis beneficiis, priuati existant, neque ad ciuitates et loca præfata vllo vnquam tempore remitti possint, et si aliquando eos redintegrari contigerit, nihilominus infames remaneant, illisque bonorum et dignitatum portæ perpetuo claudantur. Rom. 4. Cal. April. 1566.

CAP. VII.

Bonorum immobilium Gallicanæ ecclesiæ alienatio permittitur in subsidium belli ad exstirpandas hæreses.

SIXTVS V.

Cum charissimus in Christo filius noster Henricus, Francorum rex Christianissimus, suis literis et nuntiis nobis significauerit, se iam omnes propemodum modos tentasse, reducendi hæreticos, qui iam aliquam partem regni sui infecerant, in viam veram et catholicam, ac tot retroactis seculis in illo regno vsitatam, magna cum pietatis laude et ipsius regni tranquillitate, nec tamen quicquam proficere potuisse, volens satisfacere debito suo erga Deum omnipotentem, per quem reges regnant, paci etiam et quieti regni sui consulere cupiens: scriptum est enim: *omne regnum in se diuisum, desolabitur:* conscientiæ etiam securitati, et animæ suæ saluti, qua nulla res est pretiosior, prospicere intendens, quando alia via non licuit, ad arma succurrendum duxit, quo hanc pestem ex suo regno eiiceret et eliminaret: eodem etiam tempore non solum conseruationi ecclesiarum, ac personarum et bonorum ecclesiasticorum, sed etiam recuperationi eorum, quæ ab his hæreticis detinentur, et impie tractantur, diligenter intenderet: cum alioqui de his omnibus rationem Deo redditurus, diuini iudicii vltionem merito reformidare cogatur, si remisse ac negligenter negotium Dei ac religionis, ecclesiarum etiam et bonorum occupatorum tractaret. Quare cum iam arma sumpserit, hoc sancto proposito constantissime obfirmatus, iustum esse duxit, vt clerus etiam Galliæ partem oneris sustineat, quod etiam ipse idem Franciæ clerus legitime congregatus, necessarium iudicauit, istis bellorum tempestatibus regi succurrendum esse, etiam per alienationem bonorum immobilium; nobis itaque supplicari fecit, vt dicto clero facultatem vendendi bona mobilia vel immobilia, vsque ad valorem centum millium scutorum in redditibus annuis concederemus: nos considerantes, quod si bellum hoc, cum exitum habuerit, quem et optamus, et aspirante regiis conatibus diuina clementia firmiter speramus, ecclesiasticus ordo non solum conseruabit, quæ nunc possidet, sed recuperabit iam ab hæreticis occupata, quorum non parua summa est, postulatis regiis libenter annuimus; ita tamen, vt hic ordo seruetur, in præsens quinquaginta tantum millia alienentur, quæ summa, vt quam minimo ecclesiarum detrimento efficiatur, et fideliter atque vtiliter in vsum designatum erogetur, etc.

TITVLVS VIII.
DE OFFICIO LEGATI.

CAP. I.

Legati residere tenentur in locis, ad quæ deputantur.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Nullis cardinalibus prouincias ac ciuitates legationis titulo obtinentes, eas per locum tenentes aut officiales quoscunque administrare liceat, sed personaliter ipsi pro maiori parte temporis adesse, atque eas omni vigilantia regere et gubernare teneantur: et qui nunc titulum legationis obtinent, aut pro tempore obtinebunt, si in Italia intra tres menses, si extra Italiam quinque, a die præsentis publicationis, ad suas prouincias ire, ac maiorem temporis partem ibi residere teneantur: nisi de nostro et successorum nostrorum mandato, pro aliquibus grauioribus negotiis in Romana curia retineantur, vel ad alia loca, prout necessitas postulat, mittantur: et tunc in dictis prouinciis ac ciuitatibus vicelegatos, auditores, locumtenentes, cæterosque consuetos officiales cum debitis prouisionibus ac salariis habeant. Qui præmissa omnia et singula non seruauerit, emolumentis quibuscunque legationis careat. Quæ quidem propter hoc antiquitus ordinata et instituta fuerunt; vt opportuna legatorum præsentia populis esset salutaris, non vt ipsi laborum et curarum penitus expertes, lucro tantum, suæque legationis titulo inhiarent. Rom. 3. Non. Maii. 1515.

TITVLVS IX.
DE INSVLIS NOVI ORBIS.

CAP. I.

Ad propagandam fidem christianam, noui orbis insulæ conceduntur iuri et dominio regis catholici, Ferdinandi Arragon.

ALEXANDER VI.

Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, Ferdinando regi, et Isabellæ reginæ Castellæ, Legionis, Arragonum, Siciliæ, et Granatæ,

a *Spec. in titul. de emphyteus. §. nunc vero aliqua. vers. 113. prope fin. Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. Barto. in l. ex diuerso. §. etiam in gloss. vbi ea, quæ sol. mat. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. in. q. 2.*

natæ, illustribus, salutem et apostolicam benedictionem. a Inter cætera diuinæ maiestati beneplacita opera, et cordis nostri desiderabilia, illud profecto potissimum existit, vt fides catholica et christiana religio, nostris præsertim temporibus, exaltetur, vbilibet amplietur et dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaricæ nationes deprimantur, et ad fidem ipsam reducantur. Vnde cum ad hanc sacram Petri sedem diuina fauente clementia (meritis licet imparibus) euecti fuerimus, cognoscentes, vos, tanquam veros catholicos reges et principes, quales semper fuisse nouimus, et a vobis præclare gesta toti pene iam orbi notissima demonstrant, ne dum id exoptare, sed omni conatu, studio et diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum, omnesque conatus ad hoc iamdudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatæ a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta diuini nominis gloria, facta testatur, digne ducimur non immerito, et debemus illa vobis etiam sponte et fauorabiliter concedere, per quæ huiusmodi sanctum et laudabile ab immortali Deo cœptum propositum, indies feruentiori animo, ad ipsius Dei honorem et imperii christiani propagationem prosequi valeatis. Sane accepimus, quod vos dudum animum proposueratis, aliquas insulas et terras firmas, remotas et incognitas, ac per alios hactenus non repertas, quærere et inuenire, vt illarum incolas et habitatores ad colendum redemptorem nostrum, et fidem catholicam profitendum reduceretis, hactenus in expugnatione et recuperatione ipsius regni Granatæ, plurimum occupati, huiusmodi sanctum et laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere nequiuistis: sed tandem sicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrum, dilectum filium Christophorum Colombum, virum vtique dignum et plurimum commendandum, ac tanto negotio aptum, cum nauigiis et hominibus ad similia instructis, non sine maximis laboribus et periculis ac expensis destinastis, vt terras firmas et insulas remotas et incognitas huiusmodi, per mare, vbi hactenus nauigatum non fuerat, diligenter inquireret: qui tandem (diuino auxilio) facta extrema diligentia in mare oceano nauigantes, certas insulas remotissimas, et etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerant, inuenerunt, in quibus quam plurimæ gentes pacifice viuentes, et vt asseritur, nudi incedentes, nec carnibus vescentes, inhabitant, et vt præfati nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insulis et terris prædictis habitantes, credunt, vnum Deum creatorem in cœlis esse, ac ad fidem catholicam amplexandum, et bonis moribus imbuendum satis apti videntur, spesque habetur, quod si erudirentur, nomen Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, in terris et insulis prædictis facile induceretur, ac præfatus Christophorus in vna ex principalibus insulis prædictis, iam vnam turrim satis munitam, in qua certos Christianos, qui secum iuerant, in custodiam, et vt alias insulas ac terras firmas, remotas et incognitas inquirerent, posuit, construi et ædificari fecit: in quibus quidem insulis et terris iam repertis, aurum, aromata, et aliæ quamplurimæ res pretiosæ diuersi generis et diuersæ qualitatis reperiuntur, vnde omnibus diligenter, et præsertim fidei catholicæ exaltatione et dilatatione (prout decet catholicos reges et principes) consideratis, more progenitorum vestrorum claræ memoriæ regum, terras firmas et insulas prædictas, illarumque incolas et habitatores vobis, diuina fauente clementia, subiicere, et fidem catholicam reducere proposuistis. Nos igitur huiusmodi vestrum sanctum et laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes, vt illud ad debitum finem perducatur, et ipsum nomen Saluatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vos quamplurimum in Domino, et per sacri lauacri susceptionem, qua mandatis apostolicis obligati estis, et viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi attente requirimus, vt cum expeditionem huiusmodi omnino prosequi et assumere proba mente orthodoxæ fidei zelo intendatis, populos in huiusmodi insulis et terris degentes, ad christianam religionem suscipiendum inducere velitis et debeatis, nec pericula, nec labores vllo vnquam tempore vos deterreant, firma spe fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur. Et vt tanti negotii prouinciam, apostolicæ gratiæ largitate donati, liberius et audacius assumatis, motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis, super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas et terras firmas inuentas et inueniendas, detectas et detegendas, versus occidentem et meridiem, fabricando et construendo vnam lineam a polo arctico scilicet septentrione, ad polum antarcticum scilicet meridiem, seu terræ firmæ, et insulæ inuentæ et inueniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur *de los Azores y cabo verde*, centum leucis versus occidentem et meridiem, ita quod omnes insulæ, et terræ firmæ repertæ et reperiendæ, detectæ et detegendæ, a præfata linea versus occidentem et meridiem, per alium regem aut principem christianum non fuerint actualiter possessæ, vsque ad diem natiuitatis Domini nostri Iesu Christi proxime præteritum, a quo incipit annus præsens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per nuncios et capitaneos vestros inuentæ aliquæ prædictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei, nobis in beato Petro concessa, ac vicariatus Iesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, ciuitatibus, castris, locis et villis, iuribusque et iurisdictionibus ac pertinentiis vniuersis, vobis, hæredibusque et successoribus vestris (Castellæ et Legionis regibus) in perpetuum, tenore præsentium, donamus, concedimus, et assignamus, vosque et hæredes ac successores præfatos illarum dominos, cum plena, libera et omnimoda potestate, auctoritate et iurisdictione, facimus, constituimus et deputamus: decernentes nihilominus per huiusmodi donationem, concessionem et assignationem nostram, nulli christiano principi, qui actualiter præfatas insulas et terras firmas possederit, vsque ad dictum diem natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, ius quæsitum, sublatum intelligi posse aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ, vt (sicut pollicemini, et non dubitamus, pro vestra maxima deuotione et regia magnanimitate, vos esse facturos) ad terras firmas et insulas prædictas, viros probos et Deum timentes, doctos, peritos et expertos, ad instruendum incolas et habitatores præfatos in fide catholica, et bonis moribus imbuendum, destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes, ac quibuscunque personis cuiuscunque dignitatis, etiam imperialis et regalis status, gradus, ordinis vel conditionis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam eo ipso, si contra fecerint, incurrant, districtius inhibemus, ne ad insulas et terras firmas, inuentas et inueniendas, detectas et detegendas, versus occidentem et meridiem, fabricando et construendo lineam a polo arctico ad polum antarcticum, siue terræ firmæ et insulæ inuentæ et inueniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur *de los Azores y cabo verde*, centum leucis versus occidentem et meridiem, vt præfertur, pro mercibus habendis, vel quauis alia de causa accedere præsumant, absque vestra ac hæredum et successorum vestrorum prædictorum licentia speciali: non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. In illo, a quo imperia et dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes, quod dirigente Domino actus vestros, si huiusmodi sanctum et laudabile propositum prosequamini, breui tempore cum felicitate et gloria totius populi christiani, vestri labores et conatus exitum felicissimum consequentur. Romæ 4. Nonas Maii. 1493.

TITVLVS X.
DE BENEFICIORVM COLLATIONE ET IMPETRATIONE.

CAP. I.

Beneficiorum aut dignitatum, tam regularium, quam secularium administrationem, neglecta expeditione literarum apostolicarum, aut illis non expeditis suscipere, fraudis est restitutioni fructuum obnoxia.

IVLIVS II. *in concilio Lateranensi.*

Romani pontificis circumspecta prouidentia ad ea libenter intendit, per quæ animarum periculis, ecclesiarum et monasteriorum dispendiis obuiatur, cameræque apostolicæ (cui diuersa impensarum onera, pro ecclesiæ Romanæ statu conseruando, quotidie incumbunt) indemnitati debite prouideatur. Cupientes igitur, ne prouisiones, concessiones, et gratiæ apostolicæ sedis, et præcipue, quæ a nobis emanarunt, et pro tempore emanabunt, diu maneant in suspenso, sed perfecte ad actum, iuxta apostolicas constitutiones, deducantur. b Et ne ecclesiarum, monasteriorum, et ecclesiasticarum dignitatum prælati quicunque, seu commendatarii et administratores, absque titulo et literis apostolicis, in animarum suarum periculum, regimini, et administrationi earundem se ingerere, aut alias illis se immiscere præsumant, præsenti constitutione perpetuo valitura declaramus, quod constitutiones Bonifacii, Alexandri, Pii, et Innocentii, prædecessorum nostrorum, iuxta illarum tenores perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruentur, quoad pœnas et censuras etiam priuationis in eis expressas. Dat. Rom. 5. Cal. Aug. pontif. nostri an. 2. Dom. 1505.

---

a *Constitutio ab historicis celebrata: illa est, qua reges Portugalliæ et Castellæ inter, Indias diuidebat, ne ad arma deueniretur: est autem Ferdinandus hic V. Aragoniæ rex, Ioannis filius, Alphonsi Neapolitani frater, Caroli V. et Ferdinandi imp. auus. Qui in vxorem ducta Isabella, Castellæ regina, maxima regna coniunxit, et Ioannam, post Philippo Austr. nuptam, procreauit.*

b *Similis, in repertorio in verb. gratia, debita forma gratiarum literis non expeditis, sub pœna excommunicationis et priuationis ecclesiarum et beneficiorum, nemo se immiscere debet administrationi earundem.*

CAP.

CAP. II.

Parochialium ecclesiarum collationes, citra formam a concilio Tridentino praescriptam factæ, nullius sunt effectus aut iuris.

PIVS V. *in concilio Tridentino.*

Statuit synodus Tridentina, a vt occurrente vacatione parochialis ecclesiæ, etiam generaliter vel specialiter, etiam vigore indulti in fauorem sanctæ Romanæ ecclesiæ, cardinalium, aut alias quomodolibet reseruatæ vel affectæ, debeat episcopus habita notitia vacationis ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore prouideatur, et deinde episcopus et qui ius patronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab episcopo præscribendum, aliquos clericos ad regendum ecclesiam idoneos, examinatoribus iuxta formam eiusdam synodi deputatis, nominet, et non nisi ab eisdem examinatoribus per concursum aliorum examinatorum, etiam tanquam magis idoneo, ab episcopo iudicato et electo, de ecclesia prouideatur: alias prouisiones, seu institutiones omnes, præter formam prædictam factæ, surreptitiæ censeantur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit, qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, et verendum sit, ne propter constitutionum huiusmodi transgressionem maximi abusus oriantur: nos, ad quorum notitiam non sine graui nostra molestia peruenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris, archiepiscopis, et episcopis, occurrente vacatione parochialium ecclesiarum, eas nullo aut minus rite seruato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet, ex concilio Tridentino, vel etiam rite seruato, personis minus dignis, carnalitatis aut alium humanæ passionis affectum, non rationis iudicium sequentes, contulisse, et de eis prouidisse, volentes (quantum cum Deo possumus) huiusmodi ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones præfatas etiam innouando, auctoritate apostolica, tenore præsentium, omnes et singulas collationes, prouisiones, institutiones, et quasuis dispositiones parochialium ecclesiarum, ab eisdem episcopis et archiepiscopis ac quibusuis aliis collatoribus, tam ordinariis quam delegatis S. R. E. cardinalibus, ac sedis apostolicæ legatis, vel nuntiis, præter et contra formam, ab eodem concilio Tridentino, præsertim in examine per concursum faciendo præscriptam, factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, et esse, nullumque prouisis ius, aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, et parochiales ecclesias huiusmodi, vt prius ante collationes huiusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, et declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes, nostræ, ac sedis apostolicæ, seu eorum, quibus ius conferendi eas, præterquam episcopis, et archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum concilii habere debent, competet, dispositioni reseruamus. Insuper, ne parochiales ecclesiæ diu in suspenso maneant, in maximum animarum periculum, quarumcunque parochialium ecclesiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad episcopos, archiepiscopos, primates, ac patriarchas, et quosuis alios ordinarios collatores, in mensibus ordinariis collatoribus, etiam per nostras regulas assignatis, prouisio et collatio spectat et pertinet, de quibus iidem episcopi et ordinarii prædicti intra sex mensium spatium a die vacationis earundem, perfecto examine iuxta formam concilii Tridentini præfati, non prouiderint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, et dictæ sedi generaliter vel specialiter, et ex quauis causa reseruatæ seu affectæ existunt, aut aliis ex indulto sedis apostolicæ competunt, ad quas, occurrente illarum vacatione episcopi et archiepiscopi præfatas personas, per examen, concursu multo habito, iuxta dicti concilii Tridentini formam approbatas, et magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel successoribus nostris, aut iis, ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda, intra quatuor mensium spatium a die illius vacationis, non significauerint, nec non parochialium ecclesiarum similium, qui iuris patronatus ecclesiastici, vel aliorum seu clericorum et laicorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis a iure præfixum, præuio examine iuxta formam dicti concilii approbatus petetur, institutioque ipsa per duos menses a die præsentationis dilata fuerit, collationem, prouisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis et ipsi sedi, ac personis indulta huiusmodi conferendi, prouidendi, seu instituendi obtinentibus, respectiue reseruamus, data tamen in parochialibus iuris patronatus optione ipsis patronis, vt si institutio ad ordinarios spectabit, ipsis ordinariis illam facere negligentibus, et vltra dictos duos menses differentibus, possint pro huiusmodi institutione obtinenda, habere recursum ad metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad sedem apostolicam. Prohibentes etiam eisdem ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem ordinariis et patronis ab eodem concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum, vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant. Districtius inhibentes, ne quis præter Romanos pontifices, aut alios indulta huiusmodi obtinentes, vt præfertur, quacunque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficiis sic reseruatis (vt præfertur) disponere, vel circa illa, etiam per viam permutationis, vel alias renouare, quoquo modo præsumat.

CAP. III.

Reclamare possunt electioni minus digni digniores in ecclesiis parochialibus licita appellatione.

IDEM *ibidem.*

Vt non solum dignis, sed magis idoneis repertis, iuxta concilii decretum, parochiales ecclesiæ conferantur, volumus et decernimus, quod si episcopus minus habilem, posthabitis magis idoneis, elegerit, possunt ii, qui reiecti fuerint a mala electione huiusmodi ad metropolitanum, vel si ipse eligens metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium, vel nostrum et sedis huiusmodi delegatum, aut alias ad ipsam sedem apostolicam appellare, ac prælectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, et eius examinatoribus prouocare, et constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, parochialis magis idoneo per eundem iudicem appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad episcopum, a quo appellatum fuit, spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur, ad eum, ad quem collatio, prouisio, vel institutio spectabit. Hac tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat, quo minus electio per ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, et prouisus ab eadem ecclesia, causa appellationis huiusmodi dependente, non amoueatur. Et, si qui a sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem ipsam apostolicam appellabit. Si secus in præmissis omnibus et singulis actum aut attentatum fuerit, irritum decernimus et inane.

CAP. IV.

Beneficii cuiuscunque impetratio, quæ suppositam dolo malo in examine prodit personam, et conditione quapiam paciscitur quæstus aut priuati lucri gratia, est falsa et irrita.

PAVLVS IV.

Fraudibus et dolis, ac hæresi simoniacæ, quantum cum Deo possumus, efficaciter occurrere volentes, apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus, et ordinamus, atque decernimus, quod de cætero omnes et singuli, qui occasione beneficiorum obtinendorum se alios esse simulauerint, et tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se, vel pro aliis, cum b oblatione alicuius pensionis annuæ, aut pro aliis, cum spe pensionem annuam, aut aliud quantumuis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro se ipsis principaliter, et intentione, ea postmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, et benemeritorum, cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi, obtinere procurauerint, cuiuscunque status, gradus, ordinis et conditionis existant, etiam si episcopali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, vel cardinalatus honore seu mundana, etiam regia, ducali, aut marchionali præeminentia præfulgeant, excommunicationis et anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam, a qua nisi a nobis, aut Romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant, nec non priuationis omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, secularium, et quorumuis ordinum regularium, per eos in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtentorum, et inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda, pœnam eo ipso, absque alia desuper facienda declaratione, incurrant, ita vt constito solum summarie et extraiudicialiter, quod ipsi contra tenores præsentium, aliquid fecerint, per curiæ causarum cameræ apostolicæ generalem auditorem, seu viceauditorem, vel eius locumtenentem, pro talibus, et vt tales publicari possint. Et nihilominus, sicut præfertur, obtentæ prouisiones, et commendæ, aliæque dispositiones nullæ sint, irritæ et inanes, nullumque ius alicui in ipsis beneficiis vel ad illa tribuant, et ab aliis libere impetrentur. Volumusque, præsens decretum, etiam quoad monasteria monialium, et alia beneficia per moniales aut alias mulieres obtineri solita, locum habere.

---

a *concil. Trident. sess. 23. capit. 1. c. dudum ext. de elect. c. licet canon de 6. eod.*

b *beneficiorum impetrationes liberæ esse debent, et ab omni contentione aliena. Cravet. consil. 122. Natta consil. 293. num. 2. lib. 2. Rebuffus in praxi ben. f. titul. quot modis beneficia acquir. num. 4.*

CAP.

CAP. V.

Qui retinent aut possident beneficia ecclesiastica, priusquam apostolicis literis possessionis probetur, beneficiis illis priuantur, et ad alia obtinenda perpetuo fiunt inhabiles.

IVLIVS III. [a]

Iulius papa tertius, cui nuper innotuit, quod licet, alias fel. record. Greg. X. e sanciuerit, quod nullus extunc de cætero administrationem dignitatis, ad quam electus esset, priusquam celebrate de ipso electio confirmaretur, sub œconomatus vel procurationis nomine aut alio de nouo quæsito colore, in spiritualibus vel temporalibus, per se vel per alium, pro parte vel in totum gerere, vel recipere, aut illis se immiscere præsumeret, omnes illos, qui secus fecissent, iure, si quod illis per electionem quæsitum foret, decernens eo ipso priuatos. Sanctiones ipsas ad inferiora beneficia ecclesiastica quæcunque et quomodocunque qualificata ampliens et extendens, hac sua perpetuo valitura constitutione statuit et ordinauit, quod omnes et singulæ personæ ecclesiasticæ, tam seculares, quam quorumuis ordinum regulares, cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, etiam si episcopali, vel archiepiscopali, aut patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant; quod de cætero literis, super dispensatione retinendi beneficia per eos, antequam promoueantur, aut eorum electiones confirmentur, obtenta, eis per sedem eandem pro tempore concessis minime confectis, beneficia ipsa retinere, aut possessionem aliquorum, seu aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, secularium vel quorumuis ordinum regularium, quæcunque et qualitercunque qualificatorum, eis dicta auctoritate apostolica conferri, seu commendari; aut in eorum fauorem et commodum vniri, seu alias disponi concessionum literis apostolicis super collatione, seu commenda, aut vnione, seu alia dispositione huiusmodi non expeditis per se, vel per alium, seu alios eius nomine, etiam supplicationum seu sumptorum vel transumptorum huiusmodi, aut collationum, eis postmodum de ipsis beneficiis, tanquam etiam tunc certo modo in supplicatione expresso vacantibus, ordinaria vel alia quauis auctoritate factarum prætextu apprehendere præsumpserint, aut per alios apprehensam, ratam et gratam habuerint, ipsorum beneficiorum non possessores, sed meri et nudi detentores ac violenti, et sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur, et pro talibus habeantur et reputentur, nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem, vt præfertur, teneantur, et obligati existant, constitutiones seu dictæ cancellariæ regulæ, de annali et triennali possessore in illis locum non habeant, nec eisdem detentoribus et intrusis in aliquo suffragentur, quinimo beneficia per eos tempore promotionis suæ, aut eorum electionis, confirmationis, obtenta, literis super dispensatione ea retinendi sibi concessa non expeditis retinentes, aut possessionem beneficiorum literis apostolicis super illis non confectis apprehendentes, seu per alios apprehensam ratam et gratam habentes, beneficia sic retenta, aut apprehensa, et omne ius, quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipso amittant, illisque et illo priuati, ac ad illa de cætero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa vlterius, et prætextu noui tituli, siue nouæ commendæ, vel vnionis, seu alterius dispositionis etiam apostolica auctoritate facta, assequi valeant, seu beneficia ipsa, tanquam de iure et facto vacantia, aliis conferri, seu commendari, et per quosuis, tam ab eorum ordinariis collatoribus, quam e sede prædicta, libere impetrari possint, et si beneficia ipsa litigiosa fuerint, colligantes in omne iure, et ad omne ius, quod beneficia retinentibus, aut possessionem apprehendentibus huiusmodi in eisdem beneficiis, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat, eo ipso, absque aliquo iuris aut hominis ministerio, surrogentur et surrogati esse censeantur, ac in eorum fauorem causa desuper pendens euocata, et lis extincta fuisse, et similiter esse censeatur. Quodque de cætero supplicationis, etiam manu nostra, et motu proprio signatæ, nisi habuerint clausulam, quod eorum sola signatura sufficiat; nullam aliam, quam per literarum super illis conficiendarum fidem aut probationem faciant, seu præstent, nec vlla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, aut adhiberi possit.

CAP. VI.

Pluralitatis beneficiorum exercitatissimus abusus extinguitur.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Dispensationes ad plura incompatibilia, vltra duo, nisi qualificatis iuxta formam iuris communis, non concedantur, nisi ex magna et vrgenti *b* causa. Et personis cuiuscunque dignitatis, parochiales ecclesias, et earum perpetuas vicarias, ac dignitates maiores et principales, etiam per viam vnionis, vel commendæ ad vitam, vltra quatuor obtinentib. ex nunc terminum duorum annorum præfigimus, vt interim quatuor tantum ex eis retentis, reliquas dimittere teneantur, et beneficia dimittenda huiusmodi resignari valeant in manibus ordinariorum, ad effectum, vt de illis prouideatur personis per eos nominandis, quacunque reseruatione, etiam generali, etiam ex qualitatibus resignantium personarum resultante, non obstante, quo elapso termino, nisi dimiserint omnia, vacare censeantur, ac possint libere, vt vacantia, impetrari, talesque prætérea retinentes, pœnas extrauagantis Execrabilis, recolendæ memoriæ Ioannis papæ XXII, etiam prædecessoris nostri, incurrant.

CAP. VII.

Ad beneficia, quibus cura animarum iungitur, vita et morum tum doctrinæ splendore insignes, proecti debent, examine præuio, ac diœcesanorum testium fide et depositione mediante.

PIVS IV.

Inter multiplices curas decernimus et declaramus, parochiales ecclesias, et alia beneficia ecclesiastica curata, personis sic examine præuio, et per diœcesanorum ac testium fidem, et depositionem eorundem, idoneis repertis, ac præstito per eos iuramento et obligatione, de apud illa certo tunc expresso tempore residendo, per nos collata, quæ postmodum per easdem personas iuramento et obligatione huiusmodi neglectis, etiam in eisdem manibus nostris, etiam ex huiusmodi permutationis causa resignata, seu quouis modo, etiam per iuris cessionem, literis non expeditis dimissa fuerint, ac ea, in quibus, vt præfertur, prout tenebantur, debito tempore non resederint, tam de iure quam de facto, vt prius videlicet adhuc eo, quo dum de illis per nos eis, vt præfertur, prouisum, seu prouideri concessum existit modo, eo ipso vacare, et sic, ac seu per infrascriptam priuationem vacantia impetrari, et de illis, tanquam sedis præfatæ, etiam propter præmissa reseruatis, per nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem, et non alios collatores, disponi posse, ac collationes, et prouisiones de huiusmodi beneficiis tam idoneis repertis, quam aliis ex earum resignatione seu concessione ius habentibus personis, cuiuscunque qualitatis, conditionis, et pœnitentiæ existant, etiam si pontificali dignitate præfulgeant, nullius roboris vel momenti existere, et viribus eneruatas, eosque huiusmodi beneficiis priuatos esse et censeri debere: ita tamen, quod propter vacationem et priuationes prædictas, eorundem beneficiorum possessores, seu in illis intrusi, vel super illis colligatores, aliquod ius non acquirant, nec acquisitum sit, seu esse censeatur, nec ipsi de annali, seu triennali, vel aliarum regularum nostrarum beneficio gaudeant, neque illo, aut alio iuris adminiculo se iuuare possint. Et ne ipsi vlterius in sua malitia glorientur, sed, si non Domini timore, saltem formidine pœnæ, a similibus abstineant, omnes et singulos, vt præfertur, vel alias quomodolibet gratificatos, qui de cætero, de parochialibus ecclesiis, perpetuis vicariis, et aliis beneficiis ecclesiasticis curatis, per obitum vacantibus, examine præuio, ac diœcesanorum et testium fide, et depositione huiusmodi mediante, ac vltra ea, quæ sacri canones sanciunt, præstito iuramento et obligatione, de eisdem beneficiis intra certum tempus personaliter deseruiendis, a nobis sibi prouideri obtinuerint, beneficia ipsa, non adimpletis promissis, et obligationi huiusmodi minime satisfacto, in aliorum, etiam intrusorum vel possessorum fauorem simpliciter, vel ex causa permutationis huiusmodi resignauerint, seu cesserint, aut illa quouis modo, etiam occasione litis et molestiæ dimiserint, nec non eos, in quorum fauorem beneficia ipsa sic resignauerint, cesserint, et dimiserint, illosque, qui ad id auxilium, consilium, vel fauorem, directe vel indirecte, scienter præstiterint, inferiores ab episcopis videlicet, sententia maioris excommunicationis eo ipso per contrauenientes incurrenda, a qua non nisi a nobis, aut Romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui queant, auctoritate apostolica, et tenore præmissis innodamus, eosdem excommunicatos, et ad prædicta, et alia per eos obtenta, siue secularia, siue regularia, quomodolibet qualificata beneficia ecclesiastica, inhabiles et incapaces eo ipso esse, vt præfertur, censeri, beneficiaque ipsa, ipso iure et de facto, vacare, et a nobis, tanquam apud sedem præfatam vacantia, et propterea dispositioni apostolicæ reseruata, et non aliis, per quoscunque, dummodo ipsis priuatis et incapacibus consanguinei vel affines, aut alias confidentes non sint, quos etiam ad hoc incapaces esse volumus, impetrari posse; sicque per quoscunque, quauis auctoritate fungentes, iudices et personas, etiam curiæ cameræ apostolicæ generalem auditorem, ac palatii apostol. auditores seu locumtenentes, sublata eis, et eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, diffiniendi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et diffiniri debere; irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, eisdem auctoritate et tenore similiter decernimus et declaramus.

a *c. auaritia 5. de elect. et elect. potest. in 6.* b *pluralitas beneficiorum tum diuino tum cæsareo iure damnatur. Pontificio quidem c. sanctorum 70. dist. c. clericus 21. q. 1. et c. 1. 89. dist. Imperator maxime improbat, quempiam habere duas militias. l. his quidem. C. qui militare non possunt. 12. et duo quidem collegia. l. 1. ff. de coll. illicit.*

CAP. VIII.

Regressuum et accessuum assentatoria facultas, quæ bona Christi testamentis non ecclesiæ facit, reuocatur.

PAVLVS IV.

Ad Romani pontificis auctoritatem pertinet, vt, quæ per eum consulto fiunt, suum plenarium consequantur effectum, nec prætextu ignorantiæ, aut alias quomodolibet cauillentur. Nuper siquidem in consistorio nostro secreto, venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus adstantibus et audientibus, decretum fecimus tenoris subsequentis. Sanctissimus Dominus noster, attendens nonnullos ex S. R. E. cardinalibus, qui ex decreto fel. record. Pauli papæ III. sanctitatis suæ prædecessoris, vltra ecclesiam tituli seu denominationis suæ, vni tantum ecclesiæ cathedrali præesse, aut eam in administrationem obtinere permittuntur, ad plures cathedrales, a etiam metropolitanas, et patriarchales ecclesias, regressum seu accessum in diuersas, sibi apostolica auctoritate concedi obtinuisse, et in dies obtinere, ad hoc, vt regressu seu accessu huiusmodi effectum sortiente, regimini et administrationi ipsarum ecclesiarum, seu earum regiminis et administrationis possessione, seu quasi, non habita, iuri et facultati regrediendi seu accedendi huiusmodi, in fauorem personarum eis gratarum et acceptarum, ad eorum libitum cedere possint, in ordinis ecclesiastici confusionem, et dicti decreti eneruationem, atque ecclesiarum, quæ interdum personam magis vtilem et idoneam requirunt, læsionem, ac Christi fidelium scandalum non modicum. Et propterea volens, quantum cum Deo potest, præmissis salubriter occurrere, statuit, decreuit, et ordinauit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, alicui cardinali non nisi vnus regressus seu accessus, ad patriarchalem, seu metropolitanam, vel aliam cathedralem ecclesiam concedi possit. Et qui ex eisdem cardinalibus ad præsens regressum seu accessum ad plures cathedrales ecclesias habent, si præsentes in curia existunt, infra quindecim dies, si vero extra eam in Italia degunt, infra vnum, reliqui vero in Gallia, Germania, aut Hispania commorantes, infra duos menses proxime futuros, vnam ecclesiam cathedralem, ad quam vigore regressus seu accessus sibi ad illam concessi, in illius euentum regredi seu accedere malint eligere et nominare, electionemque, et nominationem huiusmodi manu propria subscriptam, et suo munitam sigillo Senescallo, seu custodi cancellariæ apostolicæ, per eum in quinterno ipsius cancellariæ de verbo ad verbum describendam transmittere, ac postquam regressui seu accessui prædicto locus fuerit, infra vnum mensem ex tunc computandum, si alteri ecclesiæ cathedrali præfuerint, aut aliam ecclesiam cathedralem in administrationem obtinuerint, eam vel aliam, ad quam regressum seu accessum habuerint, in manibus Romani pontificis pro tempore existentis, absque vlteriori sibi desuper concedendo regressu vel accessu, ne hæreditariam possessionem ipsius ecclesiæ vsurpare velle videantur, realiter et cum effectu dimittere omnino debeant: quod si non dimiserint, ambæ ecclesiæ eo ipso vacent, et vtrique earum de præsule idoneo per ipsum Romanorum pontificem prouideri possit. Reuocans, cassans, et annullans exnunc omnes et singulos regressus et accessus, ipsis cardinalibus ad quamcunque, præterquam per eos, vt præfertur, eligendam et nominandam cathedralem ecclesiam, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis efficacissimis, etiam motus proprii, et certæ scientiæ, ac plenitudinis potestatis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis quomodolibet concessis, ac decernens ex nunc irritum et inane, quicquid illorum prætextu contra præmissa, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Et licet decretum ipsum per infra scriptum secretarium nostrum, eisdem cardinalibus, alta et intelligibili voce in dicto consistorio, lectum et publicatum fuerit, quia tamen postmodum recognouimus, per illud inconuenientibus, quæ occasione regressuum et accessuum huiusmodi contingunt, præsertim in eo, quod facultatem tribuunt, possessionem, seu quasi, regiminis et administrationis ecclesiarum sub ipsis regressibus comprehensarum, propria auctoritate apprehendendi, plene prouisum non esse, cum sæpius possessionem huiusmodi, etiam inscio Romano pontifice, ad quem ecclesiarum omnium vniuersalis pertinet cura, apprehendant. Nos inconuenientibus prædictis occurrere, et decretum nostrum, quo ad hoc, ampliare volentes, statuimus, decernimus, et ordinamus, quod nullus cardinalis de cætero, vigore cuiusuis regressus seu accessus ei ad quamcunque cathedralem seu metropolitanam, vel patriarchalem ecclesiam quomodolibet concessi, etiamsi id sibi ex tenore ipsius regressus seu accessus libere permittatur, possessionem, seu quasi, regiminis et administrationis eiusdem ecclesiæ, absque expressa nostra, seu pro tempore existentis Romani pontificis, licentia in scriptis obtenta, apprehendere præsumat.

a *conc. Trident. sess. 25. cap. 7.*

CAP. IX.

Beneficia in confidentiam, hoc est, certa simoniacæ prauitatis specie collata quibusdam, aut ipso iure incapacibus, vel nondum adhuc natis, vacant, eorumque dispositio sedi apostolicæ reseruatur.

PAVLVS IV.

Omnes et singulas ecclesias, etiam metropolitanas, et alias cathedrales, ac monasteria etiam consistorialia, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates etiam maiores, et principales, etiam conuentuales, personatus, administrationes, et officia, cæteraque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia et quorumuis ordinum regularia, etiam de iure patronatus, etiam laicorum, etiam nobilium et illustrium, etiam ex fundatione et donatione existentia, per eiusdem Romanæ ecclesiæ etiam episcopos, cardinales, et quoscunque alios, etiam patriarchas, archiepiscopos, et alios episcopos, ac etiam eiusdem cameræ clericos, in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias, confidentiam iure prohibitam, cuiusuis personæ, vt præfertur, contemplatione vel intuitu, quouis modo recepta, illorum liberam collationem et dispositionem nobis et sedi apostolicæ harum serie reseruantes, ipso iure a die receptionis eorundem vacauisse, et vacare, ac fructuum et pensionum reseruationes, ac facultates transferendi, et collationis beneficiorum concessiones, eis vt præmittitur factas, ac regressus, siue accessus, et ingressus concessos huiusmodi cessasse, et cessare, ac extinctos esse. Et eosdem cardinales, seu quosuis alios, a prima die receptionis beneficiorum huiusmodi, citra fructus, reditus, et prouentus earundem ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, et aliorum beneficiorum, ac pensiones prædictas, indebite percipere, suosque facere non potuisse, neque debuisse, sed illos omnes et singulos ad cameram eandem deuolutos fuisse, et esse, illisque deberi, ac ipsos cardinales, et alios, ad quorum manus quomodolibet peruenerunt, et eorum hæredes, ad integram illorum restitutionem in vtroque foro teneri, et ad id opportunis iuris remediis compelli debere, auctoritate apostolica, tenore præsentium decernimus et declaramus. Et insuper vniuersis et singulis, tam eiusdem Rom. ecclesiæ cardinalibus, etiam episcopis, quam prælatis, et clericis, et aliis prædictis, præsentibus et futuris, ne deinceps vllo vnquam tempore aliquas ecclesias, monasteria, vel alia beneficia, etiam de dicto iure patronatus, vti præfertur, existentia, aut fructus vel pensiones, aut regressus seu accessus in confidentiam prædictam, aut ad effectum reseruationum huiusmodi, sibi postmodum cedentibus procurandum, recipere præsumant: cardinalibus videlicet et aliis prælatis huiusmodi, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub interdicti ingressus ecclesiæ, reliquis vero sub maioris excommunicationis latæ sententiæ pœna, per contrafacientes eo ipso incurrenda, a qua nisi a nobis, aut Romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant, districtius inhibemus.

CAP. X.

Causæ beneficiorum, in confidentiam collatarum, sedi apostolicæ discutiendæ reseruantur.

PIVS V.

Ad aures nostras non sine animi nostri displicentia peruenit, vt nonnulli sacros canones paruipendentes, non vereantur in animarum suarum perniciem, ecclesias etiam cathedrales, et metropolitanas, monasteria, prioratus, et alia beneficia secularia et regularia, in confidentiam, quam simoniacam prauitatem sapere non ignorant, acceptare, et retinere, seu illa in vim regressuum siue accessuum et ingressuum sic eis concessorum, et effectum, vt aiunt, fortiorem consequi et habere velle. Nos, qui post nostram ad summi apostolatus apicem diuina fauente clementia assumptionem, inter alias nobis imminentes curas, hoc præcipue et maxime cordi habuimus, prout habemus, huiusmodi confidentias de medio tollere, et in sua pertinacia circa huiusmodi ecclesiarum, monasteriorum, et beneficiorum detentionem, seu assecutionem, persistentes, nisi resipiscant, debitis nobis visis pœnis plectere, ac vnicuique, prout ex nostro vniuersali et pastorali officio tenemur, in his iustitiam ministrare, et ne abusus vel potius delictum huiusmodi vlterius fidelium animas illaqueatas tenendo progrediatur, omni debito, et celeri remedio prouidere volentes: motu simili, etc. ac ex nostra certa scientia, et de apostolicæ potestatis plenitudine, præmissorum omnium cognitionem, et literarum prædictarum executionem, nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus reseruantes. Prout harum serie reseruamus: omnes et singulas confidentiarum huiusmodi, contra quoscunque etiam eiusdem S. R. E. cardinales, archiepiscopos, episcopos et alios quoscunque, coram quibuscunque iudicibus, etiam ad hoc specialiter delegatis, etiam sacri palatii apostolici causarum auditoribus, ac S. R. E. cardinalibus motas, et pendentes, in eisdem statu, et terminis, in quibus reperiuntur, ac etiam alias quascunque similium confidentiarum causas, contra supradictos, et alios quoscunque de cætero mouendas, seu ad nos quomodolibet deferendas, per nos summarie, simpliciter, et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate

ritate inspectis, etiam per viam inquisitionis, seu ex nostro officio, aut alias nobis expedire videbitur, procedendo, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, et totaliter exequendas, ad nos aduocamus, decisionique et terminationi per nos super illis faciendæ appellatione quacunque, etiam alias de iure admissibili reiectis, et postposita, standum, ac acquiescendum, et omnino parendum, et obediendum fore statuimus, et ordinamus, sicque mentis, et voluntatis nostræ incommutabilis esse dicimus, decernimus, et declaramus. Certificantes, prout certificamus, et attestamur omnibus, et singulis supradictis, in ipsis causis, eas in eorum prætensis iuribus, et aliis, quæ coram nobis dicere et allegare, seu prætendere voluerint, audiendo, iustitiam, vt par est, nos ministrare paratos existere.

CAP. XI.

Retinentium beneficia in confidentiam detegitur abusus, et extinguitur pœnæ sancitæ metu.

IDEM.

Frequentius plurium querelis pridem concitati, quod iudices in causis confidentiarum expediendis remissiores essent, omnes et singulas causas ipsas, vbicunque, et inter quoscunque motas, ad nos aduocauissemus, ac omnimodam huiusmodi causarum præsentium et futurarum, rerumque omnium ex ipsis resultantium cognitionem, nobis et successoribus nostris reseruauissemus, et super quibusdam coram nobis processum fuisset, variis inde, nec leuibus coniecturis intelleximus, vitium quidem confidentiæ occulte irrepsisse, sed plerisque causis præsumptiones et coniecturas, quæ ad illud probandum deducuntur, minime sufficere, eiusque rei causa plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem huiusmodi confidentias exercebant, vbi cognouerunt obstructam veritatem, propter difficultates probandi in iudiciis confidentias ipsas, contempta constitutione prædicta, ecclesias, monasteria, et beneficia sic recepta, vt prius retinere, alios fructus, pensiones, et alias res accipere, alios eorum exemplo ad similia et grauiora fidentius commoueri. Multi enim ipsa beneficia iure retinere nequeuntes, alii ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum habitu clericali, vt ad bellum proficiscantur, vt inimicos occidant, alii vt alieno nomine lites agant, aut defendant, alii propter crimina incapaces, quidam vt purgato delicto, vel absolutione consecuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, et in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laicis, et inhabilibus, plerique vel senes, vel infirmi, vt beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciarunt et renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris asseruent, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reseruatione fructuum, aut aliarum rerum, aut accessu, præsertim ab illis, qui præstandorum iurium cameræ apost. sunt immunes, alii aut incapaces, aut aliis beneficiis ecclesiasticis onusti, aut ecclesiastico ordini sese mancipare refugientes, aut mere laici, beneficia ecclesiastica aliis conferenda procurant, vt de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarii, et alii collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus, seu pensiones capiant eorundem, aliisue faciant ministrari. Alia item permulta eiusmodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, disciplinæ ecclesiasticæ neruus dirumpitur, et immensum patratur exitium animarum. Quare nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, vt si quis, quacunque auctoritate ecclesiam, vel monasterium, aut aliud beneficium ecclesiasticum qualecunque ex resignatione, vel cessione cuiuscunque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola mittentis intentione receperit, vt illa vel illud, etiam in euentum regressus, vel accessus, eidem dimittenti, vel alteri, postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars, alii vel aliis concedantur, vel pensiones soluantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur. Itidem si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, vt postea in alterum, pro arbitrio collatoris, seu alterius cuiuscunque contra iuris communis ordinationem disponatur, siue vt de eo prouisus, fructus illius, vel partem, ad vtilitatem vel libitum conferentis vel decedentis, aut alterius relinquat, et remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius, per se vel alium, scripto aut verbo, iusserit seu significauerit, persoluat, et pariter, si a patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc, si clericus prædictæ cameræ, aut cardinalis, aut alius a solutione iurium ipsius cameræ, vel etiam cancellariæ apostolicæ exemptus, post resignationem vel cessionem alicuius extranei, de ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in se, apostolica vel alia auctoritate factam et admissam, illam vel illud, etiam confectis litteris apostolicis, et possessione apprehensa, in eundem resignantem vel cedentem, modico spatio interiecto, veluti duorum aut trium mensium, retrocesserit, aut retrocedat in futurum, et ex illa retrocessione fructus ecclesiæ, seu monasterii, aut beneficii, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatum, aut regressus, seu accessus, et ingressus ad illam vel illud, ipsi clerico, vel cardinali, aut alii exempto sit, fueritue concessus. Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit quacunque auctoritate ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum aut contractam irregularitatem dimiserit, in quibus horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta, casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis specialiter expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum.

CAP. XII.

Confidentiarum casus, coniecturæ, et præsumptiones legitimæ, ad in talium abusum reos pronunciandum sententiam.

IDEM.

Ad probandum plene confidentiarum abusum, inter alias, etiam hæ præsumptiones et coniecturæ habeantur legitimæ, videlicet, si quis post cessam ab se ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium, et publicam resignationem, seu cessionem, captamque a successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius, per se vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicunque successor illi, vel eius propinquis ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem, si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos, procuratores ad percipiendum, vel locandum fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique, si quis pro concessione alicui facta, quacunque auctoritate, de beneficio ecclesiastico per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel alias in negotio concessionis sese immiscuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficii de facto, etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocunque. Testes autem de quaque re singulares singulas probare [a] valeant præsumptiones, et coniecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones et coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminosi, et cæteri omnes, qui ad perhibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur.

CAP. XIII.

Confidentiæ criminis rei, arceantur ab omni dignitatis et beneficii ecclesiastici iure, et excommunicationis sententia vinciantur.

IDEM.

Ne quis vana fiducia fretus non intendendi contra se iudicii, in crimine confidentiæ beneficiorum perseueret, vtque hoc malum grauioris censuræ stimulo vsquequaque prohibeatur, omnes et singulos, qui huc vsque ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliasue res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reuersi, et resipiscentes, celeri dimissione sibi prospexerint, et quicquid tale admiserint in futurum, etiam omnibus et singulis aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, administrationibus, officiis, et beneficiis obtentis, quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi volumus, necnon fructibus, pensionibus, et aliis rebus ecclesiasticis, ac etiam Romanæ curiæ, et aliis officiis temporalibus præsentium auctoritate priuamus, et ad futura inhabiles decernimus, et in iuris subsidium, excommunicationis sententia innodamus, a qua nullus nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quam a Romano pontifice, absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim aduocatione causarum huiusmodi, et reseruatione cognitionis illarum, rerumque omnium inde emergentium, nobis, et prædictis successoribus, vt prædictum est, facta, causis illis duntaxat exceptis, quæ iam coram nobis pendere noscuntur, ac etiam iis, quas ratione ecclesiarum, et monasteriorum, quorum dispositio in consistorio fieri consueuit, aut debet, itemque contra ordinarios, collatores, episcopos, et alios superiores prælatos, etiam cardinales, haberi contigerit, vti iam aliis nostris literis statutum est, audiendis, decidendis, et terminandis, harum serie prorsus relaxata, decernimus: ita deinceps quoscunque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac prædictæ Romanæ ecclesiæ cardinales, sublata eis, et ipsorum cuicunque quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, vbique iudicari, interpretari et diffiniri debere, nec non irritum et inane, quicquid secus in prædictis per

a *Singulare testimonium, quod hoc loco pont. approb. regulariter alias non probat. c. nihilominus. et ibi gl. 3. q. 9. et in c. cum literis. de test. Anchar. in consil. 260. Hyppolyt. in prac. in §. diligenter. Felin. in c. licet. de test. Corn. in consil. 286. vol. 3. Alex. consil. 3. vol. 1. Ias. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur.*

quoscunque.

quoscunque, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinariis districtius iniungimus, vt in suis quisque ecclesiis, ciuitatibus, diœcesibus, et locis etiam exemptis, ad prædicta studiose attendant, et quatenus illis relaxauimus, in delinquentes seuere animaduertant, si diuinæ maiestatis iudicium, dictæque sedis censuram voluerint euitare. In cæteris vero causis et negotiis (nobis et prædictis successoribus exceptis) eosdem locorum ordinarios præsentium auctoritate delegamus, vt gratia et fauore postpositis, pro se quisque, cum venerit vsus, contra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos, diligenter inquirant, suoque inquisitiones omnes sigillo obsignatas, ad prædictam sedem quamprimum transferant, vt nos et prædicti successores in causis huiusmodi procedentes, quod iustum fuerit, decernamus.

CAP. XIV.

Coadiutoriæ tolluntur, prohibeturque, ut his expeditiones cameræ apostolicæ suffragentur.

IDEM.

Romani pontificis prouidentia circumspecta nonnunquam gesta per prædecessores suos, rationabilibus et honestis suadentibus causis, moderatur et reuocat, prout id ecclesiarum indemnitati conspicit in Domino expedire. Hinc est, quod nos volentes omnem hæreditariam a beneficiorum ecclesiasticorum successionem de ecclesia Dei tollere, ac libertati beneficiorum huiusmodi prouidere, et vt de persona magis vtili et idonea, prout requiritur, facilius prouidere valeat, omnes et singulos regressus, accessus, etiam euentuales, aut pœnales, ac coadiutorias etiam de consensu, aut alias quomodolibet, sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusuis efficacissimis, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, clausulis irritantibus, et aliis decretis quomodolibet per quosuis Romanos pontifices prædecessores nostros, ad beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia, et quorumuis ordinum regularia, etiam si secularia, canonicatus, et præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis aut collegiatis ecclesiis, et dignitates ipsæ in cathedralibus, etiam metropolitanis, post pontificales maiores, seu collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, regularia vero beneficia huiusmodi, monasteria etiam consistorialia, prioratus, præpositurae, dignitates etiam conuentuales, personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia, ac hospitalia, præceptoriae etiam hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, etiam quarumuis aliarum militiarum, quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis et conditionis existentibus, etiam episcopali, archiepiscopali, patriarchali dignitate, aut cardinalatus honore pollentibus concessos, super quibus literæ apostolicæ integraliter hactenus expeditæ non fuerunt, etiamsi in plumbaria nostra aut penes summatorem nostrum reperiuntur: motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate apostolica, tenore præsentium reuocamus, cassamus, abolemus. Mandantes dilectis filiis nostris, vicecancellario, et dicto summatori, cæterisque officialibus tam cancellariæ apostolicæ, quam cameræ nostræ, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis nostræ pœna, ne in futurum super dictis gratiis, accessus, regressus, et ingressus, nec non coadiutoriarum literas expediant aut relaxent. Romæ prid. Id. Septembr. 1571.

CAP. XV.

Beneficiorum impetrationes vacantium vere rei totius narratione expediri debent, ne inualidæ ac irritæ habeantur.

PAVLVS III.

Attendentes, malitiis hominum non esse indulgendum, sed potius obuiandum, volumus, quod de cætero impetrantes beneficia [b] ecclesiastica cuiuscunque qualitatis, per priuationem et amotionem, vel alias propter commissa, excessus, et crimina vacantia vel vacatura, in supplicatione desuper porrecta excessus et crimina ipsa ac eorum qualitates, nec non modos et causas tales, ex quibus de iure priuatio incursa aut facienda censeatur, et similiter impetrantes, etiam per modum deuolutionis beneficia, tanquam certo modo vacantia, et ab aliis etiam non senio confectis, nec infirmitate aut impedimento detentis, tanquam nullo seu minus canonico titulo possessa, modum vacationis illorum in supplicatione desuper porrecta specifice et determinate ac dispositiue exprimere teneantur, et antequam decretum citationis a iudice, cui causa commissa fuerit, per se vel procuratorem eorum petant, coram eo iuramentum, quod credunt ea, quæ sic expresserunt, vere esse, et posse ea probare, corporaliter præstare, et deinde excessus et crimina, aut modum vacationis huiusmodi proponere, et deducere, et intra octo dies obseruationem termini ad articulandum, per eum vel per procuratorem suum, suo ordine et loco, ita quod si ipse terminus sic non seruetur, dicti octo dies, post obseruationem termini, secundo loco seruati, quicunque is fuerit, cucurrisse censeatur, factam immediate sequentes probare, nec non extunc infra annum, similiter e die impetrationis eorum computandum, causam contra eosdem possessores, vsque ad diffinitiuæ sententiæ prolationem inclusiue, prosequi debeant, et teneantur.

Quodque impetrationes de beneficio, tanquam per priuationem, et amotionem, vel alias propter commissa, excessus et crimina vacantibus, vel vacaturis, absque causæ seu causarum priuationis et amotionis, aut excessuum et criminum vacationem huiusmodi causantium, necnon tanquam de certo modo vacantibus, etiam per modum deuolutionis, absque modi vacationis specifica expressione, etiam prætextu quarumcunque clausularum quomodolibet implicitarum, et quantumcunque prægnantium, etiam quod causæ, et excessus, ac crimina, nec non modi vacationum huiusmodi, in literis pro expressis habeantur, vel etiam dispositiue exprimi possint, disponentium in supplicationibus insertarum eisdem impetrantibus nullatenus suffragentur, et quæcunque surrogationes per ipsos impetrantes de beneficiis, quæ etiam cum huiusmodi expressione impetrauerint, tanquam litigiosis, in iure, vel ad ius eorum, quos huiusmodi excessus et crimina perpetrasse, aut quorum beneficia per deuolutionem, aut alias certo modo vacasse narrauerint, a sede apostolica, vel legatis eius, quomodolibet impetrandæ, seu etiam motu proprio concedendæ, nisi quod impetrantes excessus, et crimina, aut modum vacationis huiusmodi, intra dictos dies obseruationem dicti termini ad articulandum factam, quoad excludendos, post dictos dies, ipsos impetrantes, approbatione excessuum, seu criminum, aut modi vacationis prædictorum nihil operari volumus contra possessores beneficiorum, quæ impetrauerint, probauerint, etiam si alia excessus et crimina, priuatione aut priuationis declaratione digna, etiam ante lapsum dictorum octo dierum probauerint, nullius sint roboris vel momenti.

Quodque surrogationes huiusmodi, si ii, contra quos huiusmodi impetrationes fient, in itinere propter [a] id suscepto, quod post executionem citationis, etiam per edictum factæ, etiamsi de dictorum citatorum notitia aliter non apparuerit, propterea attentatum præsumatur, defuncti fuerint, etiamsi senes, aut valetudinarii, seu impediti, vt præfertur, non extiterint, aut etiam ii, contra quos huiusmodi impetrationes fient, morte violenta decesserint, licet nullum penitus argumentum, aut nulla coniectura habita fuerit, quod colligans id fecerit, aut de tali morte culpabilis, seu conscius fuerit, locum non habeant. Et si post lapsum dicti anni, vel etiam eo durante, et istis octo diebus, post dicti termini ad articulandum, absque probatione prædictorum excessuum seu criminum, aut modi vacationis per ipsos impetrantes, vel eorum procuratores, obseruationem, ipsos contingat possessores dictorum beneficiorum, seu aliquos ex eis decedere, aut eorum beneficia simpliciter, vel ex causa permutationis, aut alias quomodolibet, in Romana curia, vel extra eam, vacare non censeantur, propterea beneficia ipsa litigiosa, de huiusmodi beneficiis sic vacantibus prouideri, et alias libere disponi possit, in omnibus et per omnia, ac si contra dictos possessores aliqualis modo præmissa mora non fuisset. Et nihilominus impetrantes prædicti, ad ambita beneficia huiusmodi obtinenda, censeantur perpetuo inhabiles, nec non vexata parti omnia damna, interesse, et expensas persoluere teneantur, ac omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis, per eosdem impetrantes obtentis, se triennio suspensos nouerint. Quibus, si se in eis, propria temeritate immiscuerint, ipso iure priuati sint, ac calumniose de periurio, iuxta canonicas sanctiones, puniantur. Decernens, nouas prouisiones super impetrationibus prædictis pro tempore, etiam antequam dicti octo dies elapsi fuerint, iis, in quorum fauorem emanauerint, in fraudem huiusmodi constitutionis non suffragari. Et si iis, qui impetrationes modo prædicto fecerint, beneficia sic impetrata resignauerint, quandocunque id fecerint illis, quibus de beneficiis huiusmodi per resignationem de eis factam et admissam prouisum fuerit, præsenti constitutioni subiacere, et in eodem statu, in quo dictus resignans tempore huiusmodi resignationis erat, quoad hoc censeri et esse.

TITVLVS XI.
DE RESERVATIONIBVS.

CAP. I.

Beneficia sedi apostolicæ reseruata quouis modo vacantia et vacatura, semper manent affecta, et summi pontificis dispositioni subdita.

PAVLVS II.

Cum nonnulli Romani [c] pontifices per diuersas eorum constitutiones, quas suo tempore duntaxat durare voluerunt, quæcunque beneficia ecclesiastica, quæ sui et sanctæ Romanæ ecclesiæ

a *Concil. Trident. tract. sess. 25. cap. 7.* b *beneficii impetratio canonica, et quæ ab omni obreptione et surreptione aliena est, exprimit qualitatem vacationis, vt si vacat per obitum, vel per resignationem. gloss. in Clement. 1. in verbo, quamuis, de præben. Ioan. And. et Gemin. in c. susceptum. de rescript. in 6. lapsus alleg. 6. col. 2. Felin. in cap. in nostra. num. 17. de rescript. Rot. decis. 24. de rescript. in nouis. Ioan. de Selua tract. de benefic. parte 3. q. 11. 20.*

c *hæc constitutio eadem est, quæ habetur in extrauagant. c. ad Roma. de concess. præben.*

viuentium

viuentium et tunc existentium cardinalium familiares, continui commensales obtinebant, et in posterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum cardinalium eorundem vel alias recessissent, nec non quæ etiam fructuum et proventuum cameræ apostolicæ debitorum collectores, et qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exercerent, vnitis subcollectores, durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibus vacauerint, cum irritantis appositione decreti; et deinde prædecessoribus ipsis sublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriusque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curiæ, sæpenumero hæsitatum extiterit, an beneficia huiusmodi, propter reseruationem et decretum, prædicta, reseruata vel affecta remanserint, ita quod nullus præter Roman. pontif. de illis disponere potuerit, siue possit: reseruatione et decreto obsistentibus supradictis. Ac propter ambiguitatem huiusmodi, varias quoque iurisperitorum opiniones et disceptationes ipsas, aduertemus plerumque pro reseruatione et affectione præmissas, interdum verò e contra pronunciatum et diffinitum fore. Nos, qui vigilis more pastoris, semper his maturo prouidendum esse consilio non indigne censuimus: et propterea in singulis causis, super quibusuis beneficiis ecclesiasticis, eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, vsque ad nostrum beneplacitum supersedere mandauimus: cupientes, quemadmodum nostro incumbit officio, dubiis huiusmodi finem imponere subditorum dispendiis, et ne lites fiant penitus immortales, de opportuno remedio prouidere. Felicis recordationis Vrbani quinti, Gregorii IX. et Bonifacii VIII. Romanorum pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, qui ad submouenda altercationum fomitem, et ambiguitates huiusmodi lucidandas, declarationes similes per suas literas ediderunt, vestigiis inhærendo, ac proinde considerantes effectum, per reseruationem manusque appositionem eorundem prædecessorum in dictis beneficiis in esse productum, per obitum nequaquam censeri debere reuocatum, Romani quoque pontificis manus appositionem prædictam, tantæ efficaciæ, tantæque virtutis existere, vt si et literæ apostolicæ super prouisionibus beneficiorum aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum et reseruatio huiusmodi apponuntur, ex aliqua causa suum debitum non sortientur effectum, facultatem tamen prouidendi de beneficiis taliter reseruatis, quibuscunque aliis fuisse ademptam, huius perpetuæ et irrefragabilis constitutionis edicto, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio, omnia et singula beneficia ecclesiastica, secularia et cuiusuis ordinis regularia, etiamsi præpositatus, canonicatus, præpositure et præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint, et ad illa consueuerint, qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, vt præmittitur reseruata, et per Romanos pontifices successores nostros canonice intrantes in posterum reseruanda, actu quouis modo vacantia, et in antea vacatura, per huiusmodi reseruationem et decretum mansisse et remanere semper affecta, nullumque de illis, cum primum hoc ea contigerit, præter eundem Romanum pontificem ea vice quouis modo disponere potuisse, siue posse, harum serie decernimus pariter et declaramus, quod tam in pendentibus, etiam per appellationem, quam in futurum super eisdem beneficiis, vt præmittitur, reseruatis committendis causis, per dilectos filios, magistros capellanos nostros, et causarum palatii apostolici auditores, atque alios quoscunque delegatos et iudices vbilibet inuiolabiliter obseruari, et secundum præmissa, nec aliter sententiari et diffiniri volumus, atque mandamus sic et eorum cuilibet, quauis alia super præmissis interpretandi facultate sublata.

CAP. II.

Fructus beneficiorum reseruatorum seu affectorum, a die vacationis, vsque ad diem prouisionis, apostolicæ cameræ adscribuntor.

PIVS IV.

Cupientes malitiis nonnullorum, qui in possessione monasteriorum, et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum dispositioni apostolicæ reseruatorum pro tempore vacantium, sine iusto titulo, ac sine literis apostolicis, vt illorum fructus durante vacatione huiusmodi vsurpent, se intrudere non verentur, occurrere, et cameræ nostræ apostolicæ grauissimis oneribus in aliqua parte subleuendis, quantum cum Deo possumus, consulere, motu proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnes et singulos fructus, reditus, et prouentus, ac iura, obuentiones, et emolumenta quæcunque, quomodolibet et qualitercunque nuncupata, omnium et singulorum monasteriorum, etiam consistorialium, et beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, secularium et quorumuis ordinum regularium, nobis et sedi apostol. tam per constitutiones apostolicas, quam cancellariæ apostolicæ regulas editas et edendas, seu alias quomodolibet, et ex quauis causa generaliter, vel specialiter reseruatorum, seu affectorum, in partibus Italiæ, in quibus collectores et subcollectores spoliorum, et iurium cameræ apostolicæ prædictæ esse consueuerunt, ac earum ciuitatibus, et diœces. consistentium, per obitum, et alias quouis modo, præterquam per decessum illa obtinentium, pro tempore vacantium a die ipsorum monasteriorum et beneficiorum vacationis, pro rata temporis, vsque ad diem prouisionis seu commendæ, de eisdem beneficiis et monasteriis per nos faciendæ, de qua per literas nostras sub plumbo, et non aliter, constare debere volumus, eidem cameræ auctoritate apostolica, tenore præsentium reseruamus, applicamus, incorporamus, et appropriamus, illaque ei reseruata, applicata, incorporata, appropriata esse statuimus.

CAP. III.

Menses apostolicæ sedi reseruati, episcoporum alternatiuæ residentium non obstant.

GREGORIVS XIII.

Sanctissimus in Christo pater et Dominus Gregorius (diuina prouidentia) papa XIII. cupiens pauperibus clericis, et aliis bene meritis personis prouidere, omnia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia, et quorumuis ordinum regularia, qualitercunque qualificata, et vbicunque existentia, in mensibus Iulii, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarii, Februarii, Aprilis et Maii, vsque ad quinquennium a die publicationis præsentis constitutionis computandum extra Romanam curiam, aliàs quam per resignationem quocunque modo vacatura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, et quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum et collatricum secularium, et quorumuis ordinum regularium, (non tamen S. R. E. cardinalium, aut aliorum sub concordatis, inter sedem apostolicam, et quoscunque alios initis, et per eos, qui illa acceptare et obseruare debuerunt, acceptatis et obseruatis, quæ lædere non intendit comprehensorum quomodolibet pertinentia) dispositioni suæ generaliter reseruauit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ in dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam motu proprio fient, de mense, in quo vacauerint, dispositiue mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, ac priuilegia et indulta apostolica disponendi de huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriis, ac fortioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis, quibusuis personis et collegiis, cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi interim suffragari.

Insuper sanctitas sua ad gratificandum patriarchis, archiepiscopis et episcopis iotente, ipsis, quam diu apud ecclesias aut diœceses suas personaliter resederint, duntaxat, de omnibus, et quibuscunque beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus, et regularibus, ad ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem pertinentibus, quæ in antea dictis mensibus Iunii, Augusti, Octobris, Decembris, Februarii, et Aprilis, extra curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) libere disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, quod si ipsi in collatione aut alia dispositione beneficiorum, in aliis sex mensibus, videlicet Iulii, Septembris, Nouembris, Ianuarii, Martii et Maii, vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit) seu etiam aliorum dispositioni suæ et dictæ sedis aliæ quomodolibet reseruatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quo minus prouisiones et gratiæ sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, vsu, et beneficio prædictæ facultatis eo ipso priuati existant, ac collationes, et aliæ dispositiones de beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ nullius sint roboris, vel momenti. Illi vero, qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas suo sigillo munitas declarare, et literas ipsas huc ad datarium sanctitatis suæ transmittere teneantur. Quibus ab eo receptis et recognitis, tunc demum, et non antea vti incipiant gratia supra dicta.

CAP. IV.

Reseruantur sedi apostolicæ beneficia omnia, propter crimen hæresis vacantia.

PIVS V.

Cum ex apostolatus officio, nobis (meritis licet imparibus) credito, cura dominici gregis nobis immineat generalis, et eainde tenemur, more vigilis pastoris, vigilare, et attentius prouidere, vt ecclesiis, monasteriis, et quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis, nunc et pro tempore, propter crimen hæresis vacantibus et vacaturis, tales viri ac præficientur idonei, qui detestandas ac nefarias hæreses, diabolo disseminante, contra veræ et orthodoxæ fidei puritatem exortas, de agro Domini exstirpare, et populos sibi commissos ad catholicæ ecclesiæ veritatem reducere doctrina, verbo, et boni operis exemplo valeant. Præmissorum itaque consideratione inducti, et aliis ad id suadentibus rationabilibus causis, nonnullis etiam prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, motu proprio, non ad alicuius

nobis

nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, et deliberatione, omnia et singula beneficia ecclesiastica, cum cura, et sine cura, secularia, et quorumuis ordinum, etiam sancti Ioannis Hierosolymitani et aliarum quarumuis militiarum regularia, quæcunque et qualiacunque sint, etiamsi secularia, canonicatus et præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis, et dignitates ipsæ in cathedralibus etiam metropolitanis, post pontificiales maiores seu collegiatis ecclesiis huiusmodi principales. Regularia vero beneficia huiusmodi, monasteria etiam consistorialia, prioratus, præposituræ, præpositatus, dignitates etiam conuentuales, personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia, ac hospitalia et præceptoriæ, et alias quomodocunque qualificata fuerint, ordinationi et dispensationi nostræ, et sedis apostolicæ, hac perpetuo constitutione valitura auctoritate apostol. tenore præsentium reseruamus. Declarantes, omnes et quascunque impetrationes de beneficiis, vt præfertur, quomodocunque qualificatis, certo modo in futurum faciendas, et obtinendas, beneficia huiusmodi, propter hæresim vacantia, ac in futurum vacatura, non comprehendere, nisi specialiter, et dispositiue vacationis modus propter crimen hæresis expressus fuerit, et illum nullo modo sub quibusuis clausulis et decretis comprehendi, quantumcunque generalibus, in quibusuis gratiis et concessionibus per nos et Roman. pontific. successores nostros faciendis, etiam per Fiat signatis et concessis, ac decernentes, omnes et quascunque impetrationes, de quibusuis beneficiis, vt præfertur, qualificatis hactenus factas et obtentas, nisi earum vigore in iudicio per impetrantes crimen huiusmodi deductum fuerit, at super eo sententiam fauorabilem obtinuerint, vel dictorum beneficiorum possessionem assequuti fuerint, ad reuocationem huiusmodi, propter crimen hæresis se non extendere, et illum neminem comprehendere decernimus. VI. Calend. Febr. 1566.

CAP. V.

Dispositio beneficiorum personis prohibitis, propter genus aut hæresim, et a fide defectionem, irrita est, et ad pontificiam reseruationem refertur.

GREGORIVS XIII.

In ecclesiis præsertim insignibus, hoc magnopere curandum est, vt sacerdotes et personæ salubribus earum institutis conuenientes ordinentur: quod quantum in nobis est, enitimur, atque eos ab illis repellendos in primis contendimus, qui propter genus, aut hæresim, et a fide apostasiam, siue proprio, siue stirpis, siue cognatorum vitio contaminati, per canonicas sanctiones, aut statuta ab hac sede firmata, aut apostolica priuilegia prædictis ecclesiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine distentis, huius generis nonnulli ad illarum sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam existimationis suæ prodigi, etsi se ab illis expulsum iri sciant, spe tamen inconcessa præsumunt, se inde vel permutatione, vel quoquo pacto beneficium, pensionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ ecclesiæ sæpius diuexantur, penitus euellere volentes, præsentium auctoritate decernimus, omnes, et quoque apostolicas, nec non legatorum dictæ sedis, et aliorum omnium, ab ea facultatem disponendi habentium, ac etiam ordinarias dispositiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum et officiorum eiusmodi ecclesiarum, in quascunque personas sic infectas, et per huiusmodi sanctiones, seu statuta, vel priuilegia, vt præfertur, inhabiles, vires et effectum non habere, personasque huiusmodi, illorum prorsus vsu et commodo carere, beneficiaque ipsa, vt prius, vacare, et quæ ex illis tempore dispensationis apostolicæ prædictis personis, illi reseruata fuerint vel affecta, sub eadem reseruatione vel affectione manere, et tam illa, quam etiam omnia alia non reseruata neque affecta, de quibus ab ipsa sede, ac legatis et aliis facultatem habentibus prædictis, in huiusmodi personas, quomodocunque dispositum fuerit, ad nouam Romani pontificis dispositionem duntaxat pertinere, eaque ab aliis idoneis ab ipsa sede duntaxat, libere impetrari posse. Impetrationes tamen ac etiam motu proprio concessiones, nisi modus vacationis nec non casus ac decretum huiusmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, sed definitiue, nominatim, ac dispositiue in illis exprimantur, omnino non valere. Ab ordinariis vero, (cessantibus reseruationibus vel affectionibus apostolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranensis statuta concilii subiacere, nec non irritum et inane, quicquid secus per quoscunque, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Reseruationibus apostolicis fructuum, pensionum, et aliarum rerum huiusmodi beneficiorum, in personas idoneas, etiam de huiusmodi contaminatorum consensu factis, eisdemque ab illis interim præstitis vel solutis, nihilominus valituris. Romæ Idib. Nouembr. 1580.

CAP. VI.

Promissi de beneficiis reseruatis, sedi apostolicæ, eiusdem auctoritate inscia, pro malæ fidei possessoribus habentur.

CLEMENS VII.

Admonet nos incumbentis nobis pastoralis officii cura, vt non solum nobis, sed etiam cunctorum Christi fidelium, et præsertim ecclesiasticorum personarum profectibus diligenter intenti, illorum occurramus dispendiis, et quæ in cuiuscunque ipsorum præiudicium siue noxam, quauis etiam auctoritate prodiisse comperimus, salubriter reformemus. Sane dudum ad nostram peruenit notitiam, qualiter nonnulli archiepiscopi, et episcopi ac ecclesiarum prælati, nonnulli etiam principes, et domini temporales, inclytæ nationis Germanicæ, post miserabilem vrbis direptionem, collationes et dispositiones beneficiorum ecclesiasticorum, nobis et sedi apostolicæ, etiam virtute concordatorum, *a* inter sedem et nationem præfatas reseruatorum, temere vsurpare præsumpserint, ac collationes et dispositiones nostras, et dictæ sedis de illis factas, admittere contempserunt, nedum in nostrum et ipsius sedis vilipendium, sed etiam in iurium nostrorum et eiusdem sedis, ac illorum, quibus de ipsis beneficiis prouidimus, aut in quorum fauorem alias disposuimus, seu prouideri et disponi mandauimus, graue præiudicium. Nos, qui a dictis concordatis, quæ olim Romanæ ecclesiæ et dictæ nationis hominibus, pro ipsius ecclesiæ vnione, ac pace et tranquillitate, inter ecclesiam et nationem prædictae, perpetuo solidandis et conseruandis, laudata, conclusa, et accepta fuerunt, nullatenus recedere intendimus, ne dicti præsumptores et contemptores, aut per eos in dictis beneficiis intrusi, ex huiusmodi temeraria præsumptione gloriari valeant, neve ipsi intrusi, ex adulterinis eorum titulis aliquem fructum reportent, nec illis, quibus de beneficiis prædictis per nos aut dictam sedem, seu eius auctoritate prouisum extitit, et in futurum prouidebitur, per alicuius temporis fluxum, seu aliquam patientiam vel tolerantiam, præiudicium fiat aut factum censeatur, ex pastoralis officii debito prouidere volentes, ac concordatis prædictis firmiter inhærentes, motu proprio, et ex nostra matura deliberatione, ac certa scientia, auctoritate apostolica, de apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium declaramus, prætensas collationes, et alias dispositiones, de quibuscunque beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, nobis et dictæ sedi, vt præfertur, reseruatis, per archiepiscopos, episcopos, prælatos, ac seculares principes, et dominos quoscunque dictæ nationis, seu ad eorum præsentationem vel nominationem, etiam per ordinarios ipsorum beneficiorum collatores, a tempore dictæ direptionis, citra contraque tenorem et formam dictorum concordatorum quomodolibet factas, et in posterum faciendas, personis, quibus aut in posterum fient; nisi sint per nos, aut nostra, vel dictæ sedis auctoritate approbatæ, nullum titulum vel colorem ipsa beneficia possidendi tribuisse, aut in futurum tribuere, sed et illos pro malæ fidei possessoribus et mere intrusis, ab omnibus haberi et censeri, ac fructus per eos ex beneficiis huiusmodi percaptos et percipiendos, nullo vnquam tempore suos facere, sed ad illorum restitutionem in vtroque foro efficaciter obligatos esse, et ad illorum restitutionem, ad eorum, quorum interest, seu etiam fisci nostri instantiam, omnibus viis iuris, et remediis compelli posse et debere, et eos nullo vnquam tempore, beneficio regularum de annali et triennali pacifico possessore gaudere potuisse aut posse: illis vero, quibus eadem beneficia per nos, aut auctoritate nostra vel dictæ sedis, tenore et forma concordatorum huiusmodi seruatis, collata seu commendata sunt, aut in futurum conferentur vel commendabuntur, nec non ecclesiis et locis ecclesiasticis, ac collegiis, quibus perpetuo vel ad tempus eadem auctoritate vnita sunt, aut in posterum vnientur, ac omnibus illis, qui in executione literarum apostolicarum eis concessarum, per constitutiones, seu mandata archiepiscoporum, episcoporum, prælatorum, principum, vel dominorum prædictorum, hactenus quomodolibet impediti fuerunt, aut in posterum impedientur, dictas regulas, quemcunque temporis fluxum, seu patientiam vel tolerantiam minime obstare debere, quo minus contra dictos intrusos, et intrudendos quocunque tempore iudicialiter expediti valeant.

TITVLVS XII.
DE PENSIONIBVS.

CAP. I.

Reseruari pensiones non debent in diminutionem monasteriorum et ecclesiarum regularium.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Quoniam ecclesiis monasteriorum absque aliqua fructuum diminutione prouideri decet, vt tam dignitati præsidentium, quam ecclesiarum et ædificiorum necessitati consulatur, decernimus pariter ac statuimus, vt super earundem ecclesiarum fructibus, pensiones minime reseruentur, *b* nisi ex resignationis causa, aut etiam alia, quæ in secreto nostro consistorio iusta, probabilis et honesta habita fuerit.

---

a *Concordata reseruationum edidit Nicolaus V. ex gratiam Germanorum 1447. 14. Cal. April. cum Friderico imperat. aliisque ecclesiasticis et secularibus tota principibus.* b *DD. in cap. praeterea. 25. de iure patron. cert. in c. suggest. 8. de decimis.*

CAP.

CAP. II.

Laici, et qui cælibatum sacris ordinibus annexum non colunt beneficiorum pensionibus iura sua nequeunt.

PIVS V.

Laici extra coniugium et in cælibatu viuentes, ac bigami et clerici coniugati, nullas nouas pensiones aut fructus, aut omnino alias res ecclesiasticas habeant, nec ipsi etiam, qui coniugati non sunt, si ad primas aut alias nuptias transierint, antiquas deinceps percipere. Clerici vero et alii matrimonium etiam cum vidua et virgine contracturi, postquam illud contraxerint, nec antiquas retinere, nec nouas assequi possint, sed nec illi laici, nec clerici priuilegio transferendi pensiones, fructus aut alias res huiusmodi de cætero potiantur. Decernentes, omnes transferendi facultates ex nunc, antiquas vero pensiones, et alias reseruationes tam laicis, quam clericis concessas, et quas ipsos clericos habere contigerit, per futurum contractum matrimonium huiusmodi extinctas esse. Rom. 5. Id. Septemb. 1568.

TITVLVS XIII. DE VNIONIBVS BENEFICIORVM.

CAP. I.

Parochialium perpetuo unitarum piis locis portio assignanda vicariis, non sit maior centum, nec minor quinquaginta scutorum.

PIVS V. *ex concilio Tridentino.*

Ad exequendum pastoralis officii debitum, vigilantibus studiis intendentes, ad ea, per quæ cathedralium, aliarumue ecclesiarum, nec non monasteriorum, beneficiorum, seu collegiorum, ac aliorum piorum locorum prospero profectui, diuinique cultus augmento, ac opportunæ congruæque sustentationi parochialium ecclesiarum eisdem vnitarum statui feliciter dirigendo, et personarum in illis curam animarum exercentium vtilitati recta et prouida moderatione consuli, et salubriter prouideri valeat, libenter interponimus nostræ solicitudinis partes. Hinc est, quod nos, ad quorum aures (quod non sine animi nostri molestia referimus) peruenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris, patriarchis, archiepiscopis et episcopis, in deputandis vicariis, ac in assignatione portionum, vicariis perpetuis parochialium dictis ecclesiis, monasteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis perpetuo vnitarum, ex concilio Tridentino a facienda, ita modum excessisse, vt parum aut nihil ex fructibus, reditibus et prouentibus parochialium ecclesiarum sic vnitarum, ecclesiis, monasteriis, beneficiis, collegiis, aliisue locis piis remanserit, ob idque multæ ortæ sint super hoc controuersiæ, circa interpretationes dicti concilii.

Nos ad eas tollendas animum intendentes, considerantesque, vniones ipsas ideo a prædecessoribus nostris factas esse, vt ex reditibus et emolumentis beneficiorum vnitorum, ecclesiis, monasteriis, collegiis, beneficiis, et locis piis, quibus illa vniuntur, facilius onera eisdem incumbentia supportentur, et promptius e ministris ecclesiasticis, in eisdem diuina officia celebrentur, hospitalitas seruetur, alieque charitatis opera exerceantur, ac etiam, vt nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceretur, motu proprio, et ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, et ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius concilii mente fuisse colligimus, patriarchas, archiepiscopos et episcopos prælatos, in assignatione portionis ipsis vicariis perpetuis ex prædicto concilio ipsorum prælatorum arbitrio facienda, ita se continere et arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, et aliis obventionibus communiter percipi solitis, eis omnino assignetur, nisi vicariis temporariis solitum fuisset plus assignari, siue in quantitate aut quota fructuum, pecuniæque numeratæ, fundo seu alia re stabili portio huiusmodi constituatur, cuiuscunque valoris parochialis ecclesia vnita fuerit, ea habita etiam ratione redituum et onerum loci, cui parochialis ipsa vnita fuerit, ita quod portiones vltra vel infra dictas summas scutorum centum, et scutorum quinquaginta hactenus assignandæ, quoad excessum et defectum huiusmodi nullius roboris et momenti existant, et ad summas prædictas reductæ et auctæ respectiue censeantur, nisi tamen valor annuus ipsius parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur) minor sit quinquaginta scutis, quo casu portio assignata vel assignanda vicario perpetuo, non debeat excedere summam annuam valoris dictæ parochialis, sed sufficiat, quod omnes fructus eius duntaxat attribuantur ipsi vicario perpetuo.

Et quoniam iniquum esset, eos, qui commodis priuentur, eadem onera, quæ prius sustinebant, debere sufferre, volumus et statuimus, quod ecclesiæ, monasteria, collegia, beneficia, et pia loca huiusmodi, in quorum parochialibus ecclesiis vnitis contingat vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis vicariis perpetuis assignatorum, ad solutionem quindenniorum, quæ nobis et cameræ apostol. soluunt, vlterius non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur: ita tamen, quod vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere a sede apostolica nouam prouisionem suæ deputationis, et soluere annatam proportione fructuum, redituum et prouentuum certorum sibi assignatæ, et expedire literas apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum vicariarum perpetuarum, et seruitium earundem parochialium admitti possint, nisi soluta annata, et expeditis literis apostolicis nouæ prouisionis, vt præfertur: alioquin integrum quindennium solui debere, nec vicarii prædicti antea tuta conscientia fructus percipere possint. Volumus insuper, et ita mandamus, quod dicti vicarii perpetui non liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum vicariorum, præuio examine approbatione deputentur. Et si dictæ parochiales vnitæ erant monasteriis regularium mendicantium, possint e superioribus dictorum monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus, quos si ordinarii præuio examine, per se aut eorum vicarios faciendo, idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, et ita pro idoneis approbauerint, teneantur in vicarios, ad nutum tamen superiorum suorum amouibiles, deputare. Idemque etiam seruetur in regularibus monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua vnus ex eis monachis fuerit, seruata forma prædicta, vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alii ex dictis monachis.

a *De portionibus assignandis vicariis perpetuis habes decretum concilii Trident. sess. 7. cap. 5. Et de vnionum forma. cap. 9. sess. 14. et sess. 24. cap. 13. et 15. de reformatione.*

TITVLVS XIV. DE RESIGNATIONIBVS ET PERMVTATIONIBVS.

CAP. I.

Legitima beneficii resignatio, omnem temporis, et personarum dolum excludens, certo dierum spatio ante obitum firmari debet.

INNOCENTIVS VIII.

Præsumimus, resignationes fictæ et non vere fieri, si illi, qui literas facultatis et licentiæ, cum clausula (*etiamsi compermutantium seu simpliciter in eorum fauorem resignantium beneficia ecclesiastica, dispositioni apostolicæ generaliter reseruata existant*) habent, et personæ compermutantes cum eis, seu simpliciter in eorum fauorem resignantes, resignata per eos beneficia quatuor menses b ante resignationes ipsas pacifice non possederint, vel ipsi resignantes, intra mensem post resignationes ipsas, morte præuenti fuerint, si tamen tempore resignationum seu permutationum earundem infirmi erant, ea infirmitate, de qua decesserint.

CAP. II.

Resignationes et iurium concessiones infra quod tempus publicari debeant.

GREGORIVS XIII.

Humano vix iudicio ita bene quicquam, et prouidenter sanciri potest, quin vsus sæpe aperiat, doceatque, id, quod salubre fore credebatur, minus experiundo prodesse: quod in illis constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas, occultasue beneficiorum ecclesiasticorum resignationes, diuersi Romani pontif. multifariam ediderunt, et fel. record. Pius Papa V. prædecessor noster, nouissime promulgauit, cognoscimus accidisse. Nos hoc malum, prout occasio necessitasque postulat, coërcere volentes, statuimus, vt posthac omnes et quæcunque resignationes, etiam causa permutationis, ac commendarum, et etiam literis apostolicis non confectis, et possessione non habita, nec non litis et iurium quorumcunque cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscunque beneficiis ecclesiasticis, in nostris, seu Rom. pontif. pro tempore existentis manibus, ac etiam coram notario publico et testibus fient, et a nobis, vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, et super eis prouisiones, et quæcunque aliæ dispositiones, siue temporales, siue perpetuæ, aut ad hoc mandata apostolica, sub quacunque forma, et quibuscunque etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, ac piis locis quocunque priuilegio suffultis, facta publicari debeant cum literis apostol. desuper confectis, intra sex c menses, si beneficium citra montes fuerit, vltra vero intra nouem, a data concessionis gratiæ, non autem a die præstiti super ea consensus numerandos, etiam si postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisque subsequentibus datis, ac

b *Beneficia nisi certo tempore ante mortem fuerint resignata, resignatio, quam mors mox sequitur, facta, tanquam fraudulenta et fraudis præsumptione granata, non subsistit, vt est in reg. cancell. de infir. resig. intra 20. dies. Qua regula quo pacto sit intelligenda, latius explicant Gomesius et Rebuffus.* c *hi menses computari debent a die supplicationis, non a die consensus, quamuis Gomes. asserat, a tempore consensus computandos. q. 7. Paris. cons. 143. Christoph. Rossn. de benefic.*

qui-

quotiescunque et quouis modo reformata, et valida reddita fuerit, pluresue, et quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsummet primum resignantem vel cedentem retrocessiones, termino prædicto nondum elapso, intercesserint, ita vt vnicus duntaxat terminus omnibus his successiuis cessionibus ac retrocessionibus decurrat, vt qui postremus gratiam habuerit, publicationem huiusmodi facere, cæteraque omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur. Ipsa autem publicatio in cathedrali, et in beneficii ecclesia, vel ecclesiis, si in pluribus illud sit, fiat, ibique dum frequens populus ad missarum solennia conuenerit, palam omnibus, literæ apost. prædictæ, earumue transumptum authenticum exhibeatur, claraque et intelligibili voce resignatio seu cessio huiusmodi, ac beneficii qualitas, et inuocatio, nominaque, et cognomina resignantis seu cedentis, ac illius, in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuntientur, ita vt hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter peruenire, scriptoque de his omnibus exemplo collato valuis dictarum ecclesiarum affixum relinquatur. Si vero ecclesia beneficii ruralis sit, aut populo, conuentuque careat, eo casu in parochiali, intra cuius parochiæ limites beneficium ipsum consistit, et in cathedrali ecclesia, vel si locus bello, seu peste, aliisve manifestis periculis subiaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali ecclesia, vel si aditus ad illas, aut viramuis, minime sit securus, in alia cathedrali vel parochiali viciniori periculorum immuni, publicatio huiusmodi peragatur. Is quoque, in quem dispositio vel mandati de beneficio, etiam litigioso, vel accedente non possesso, sub quacunque forma contigerit, possessionem beneficii intra dictum tempus, vigore literarum apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehendere debeat, et si propter litem, aut aliud legitimum impedimentum nequiuerit, saltem literas apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta erit, iudici, seu executori illarum, vel aliis, ad quos pertinet, per se vel procuratorem suum legitimum, intra idem tempus præsentare, et apud illum vel illos pro ipsarum literarum executione instare, et possessionem huiusmodi instanter petere teneatur. Cæterum modus et forma hic tradita semper et vbique debeat obseruari, nec alia, vel æquipollens vllo modo admitti[a] in omnibus huiusmodi resignationibus, cessionibus quorumcunque beneficiorum, tam regularium quam secularium. Quod si quicquam prædictorum omissum fuerit, dictis terminis vtcunque modo sint irritæ et inanes. Dat. Rom. Non. Ian. 1583.

CAP. III.

Resignationes legitimis de causis tantum admitti debere.

PIVS V.

Quanta ecclesiæ Dei incommoda omni tempora attulerit, et nunc quotidie magis afferat, ministrorum in eam ingressio e vitiosa, iam late perspiciant, et cum mærore expendant prælules omnes et pastores, quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima, tam multas orbis ecclesias impie violauit. Quia vero hoc malum, cum in cæteris frequens, tum maxime in beneficiorum, et officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod perinde de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internoscuntur, certam aliquam rationem tandem inituri, officii nostri partes, in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione, paulo seuerius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones, quæ fierent, in irritum reuocauerimus, ac etiam decernimus, nullum per eas in illis ius, neque titulum, vel coloratum, tam in petitorio, quam in possessorio, ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos, ad illa deinceps obtinenda, perpetuo inhabiles fore: collatores vero alias in illorum dispositione, etiam tanquam deuolutionis iure, sese interponere non posse, sed de eis, vt vere vacantibus, siue per Romanos pontifices, siue alios collatores eorundem superiores, vti præuentum esset, libere prouideri.

Nunc autem intendentes, institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino persequi, ac simul, quantum in nobis est, cauere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusque arbitrio, nullisque vel certe leuibus causis, passim et temere admittantur, prohibitionem, et alia prædicta ac cætera omnia, nostris super hoc literis contenta, eatenus relaxamus, vt posthac episcopi, et alii facultatem habentes, eorum duntaxat resignationes recipere et admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut criminii obnoxii, censurisque ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, religionem quoqua ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur, denique cum quis ex aliis casibus accidatur, qui constitutione felicis recordationis Innocentii papæ III. de dimittendis cathedralibus ecclesiis, edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent, in loco beneficii residere securi. Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat vllo modo beneficium vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliud ei sit, quo in vita possit commode sustentari. Ad hæc beneficiorum permutationes admittere, quæ canonicis sanctionibus, et apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autem episcopi, et alii prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, et patroni tam ecclesiastici, quam laici, quicunque sint, ne verbo quidem aut nutu, vel signo, futuri in huiusmodi beneficiis et officiis successores, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Cæterum præcipimus atque interdicimus, ne ipsi episcopi, aut alii collatores, de beneficiis et officiis resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, audeant prouidere: quod si secus, ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorum fuerit a quocunque temere attentatum, id totum ex nunc vires et effectum decernimus non habere. Qui vero contrafecerint, vt in eo, quo deliquerint, puniantur, a beneficiorum et officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, et institutione, prout cuique competierit, tam diu suspensi remaneant, donec remissionem a Rom. pont. meruerint obtinere, et qui talia beneficia seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi, conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere, ausi fuerint, excommunicationis, quoad personas, quo vero ad capitula, et conuentus, a diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus. Romæ Cal. April. 1568.

CAP. IV.

Consensus, qui præstari debet in beneficiorum resignationibus, quo pacto notetur et computetur in libris cameræ apostolicæ.

CLEMENS VII.

Sanctissimus in Christo pater ac D. N. D. Clemens, diuina prouidentia papa VII. constitutionem suam de consensibus in cancellaria vel camera apostolica extunc de cætero præstandis, quoad materias Franciæ infra tres menses, in aliis vero infra quindecim dies, a die extensionis eorundem consensuum computandos, in libris solitis et authenticis annotandos, ad obuiandum fraudibus, quæ in retardatione annotationis consensuum huiusmodi committebantur, nuper editam declarando, voluit, quod dicta tempora, non a die extensionis consensuum in dictis libris, cum ipsa constitutio sic nihil operaretur, nec per eam dictis fraudibus in aliquo obuiaretur, sed a die præstationis eorundem consensuum, intelligi debeant. Et quoniam nonnunquam præstantur consensus super supplicationibus nondum ad registrum missis, seu adhuc penes datarium suum existentibus, et notarii non possunt tales consensus in dictis libris annotare, nisi videant huiusmodi supplicationes registratas seu expeditas, et sæpe labuntur dicta tempora, antequam ipsæ supplicationes ad registrum mittantur seu expediantur, voluit et declarauit, quod tunc et eo casu dicta tempora a die, quo datarius huiusmodi supplicationes ad registrum vel summissam miserit, computari debeant, diem autem missionis huiusmodi de cætero annotabit datarius, pro tempore in calce supplicationum consensum aliquem requirentium, per hæc verba videlicet: *missa die tali N. datarius.* quæ verba voluit ad plenam probationem missionis prædictæ sufficere. Præterea voluit, quod notarii de talibus consensibus rogati, in annotatione illarum in dictis libris facienda, teneantur de die missionis huiusmodi, sicut de data supplicationum, expressam mentionem facere, vt die præstationis consensuum, et die missionis supplicationum huiusmodi simul iunctis, ex illorum inspectione euidenter appareant ipsi consensus infra tempora prædicta in dictis libris annotati: et notarii requisiti de cætero ad ponendum aliquos consensus in libris prædictis, si ex inspectione dierum præstationis consensuum, ac missionis supplicationum, viderint, dicta tempora ad annotandum consensus, vt præfertur, præfixa esse lapsa, consensus tales in dictis libris annotare nullatenus præsumant, sub pœnis dicta priori constitutione contentis. Et nihilominus annotatio de illis sic extra tempora prædicta pro tempore facta, ipsique consensus sic annotati, viribus omnino careant, nulliusque sint roboris vel momenti. Narratiua quoque per verbum: hodie vel nuper, in literis apostolicis super materiis, ad quarum expeditionem consensus aliquis requiritur, pro tempore expeditis posita, contra præmissa minime attendi debeat, nec aliquem effectum operetur.

CAP. V.

Beneficiorum fraudulentæ permutationes prohibentur.

PIVS IV.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus Pius, diuina prouidentia papa IV. ad cuius aures peruenit, nonnullos beneficia ecclesiastica per eos obtenta, in amicorum aut alias sibi

gratarum

---

a *Absentes suffraganeis, non ambitu promoti debent et ad beneficia et sacr. limina ingredi. c. nullus itaque 1. c. inscript. 8. q. 1.*

grararum personarum fauorem, etiam in ordinariorum illorum collatorum manibus, contra iuris dispositionem resignare cupientes, certam fictæ permutationis formam excogitasse, per quam se beneficia huiusmodi ex causa permutationis, alias de iure approbatæ, pro quodam imaginario, nec vsquam reperibili beneficio (quod beneficium de Pertica, seu alio nomine vocant) illud per suppositiuum compermutantem suum obtineri asserantes, et non alias, in dictis manibus resignant, talesque resignationes ex causa prætensæ permutationis admitti, ac de suis veris beneficiis, tanquam per dictas resignationes vacantibus, eisdem fictis compermutationibus, seu potius ipsimet compermutantes, sibi prouideri procurant, hac indirecte via beneficia in aliorum fauorem simoniace resignando, in sacrorum canonum fraudem, et animarum suarum periculum.

Proinde considerans, illud fictitium de Pertica, aut alias nuncupatum, incertum, incorporeum et inane, nullibique reperibile, re vera non esse beneficium, ac propterea veram cum eo permutationem fieri non posse, (tametsi non desint, qui subtili potius, quam vera ratiocinatione contrarium pertinaciter asseuerare nitantur) ac propterea ecclesiam sanctam curæ suæ diuinitus commissam hoc prauo abusu, fraudulentoque commento salubriter emundare volens, hac perpetuo valitura constitutione prohibuit, ne quis de cætero tales permutationes simulatas facere, neque beneficium de Pertica, aut aliud huiusmodi fingere, neue locorum ordinarii seu quiuis alii resignationem alicuius beneficii, ex causa prætensæ permutationis cum beneficio de Pertica huiusmodi, seu quouis alio quocunque nomine sic doloso et in fraudem nominato factæ, vel faciendæ, tanquam meram fraudem sapientem, tanquam vere et virtualiter in fauorem alterius factam, ac propterea illicitam admittere præsumant. Decernens, omnes et singulas beneficiorum resignationes, prætextu permutationis huiusmodi, eorumque subsecutas admissiones ac prouisiones, et alias dispositiones, quauis etiam apostolica auctoritate faciendas, nullas et irritas, nulliusque fore roboris vel momenti, irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

TITVLVS XV.

DE FRVCTVVM BENEFICII RESTITVTIONE.

CAP. I.

Susceptos fructus clericus, omittens dicere officium, restituere debet.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Statuimus et ordinamus, quod quilibet habens beneficium, cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus non faciat suos, pro rata omissionis officii et temporis, sed eos tanquam iniuste perceptos, in fabricas ecclesiarum, eiusmodi beneficium, vel pauperum eleemosynas erogare teneantur: si vero vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere, quoad hoc, quod ast de beneficio, priuari posse, qui per quindecim dies illud saltem bis non dixerit, Deo tamen vltra præmissa debita omissionis redditurus rationem. Quæ pœna in habentibus beneficia reiterabilis toties sit, quoties contra facere conuincatur.

CAP. II.

Fructuum amissio ob neglectas horas canonicas pro rata temporis præteriti officii perpenditur.

PIVS V.

Ex proximo Lateranensi concilio *a* pia et salubris sanctio emanauit, vt, quicunque habens beneficium ecclesiasticum, cum cura et sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis, officii et temporis, suos non faciat, sed eos, tanquam iniuste perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum vel pauperum eleemosynas erogare tenetur. Veruntamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda? Nos huic rei euidentius atque expressius prouidere volentes, statuimus, vt, qui horas omnes canonicas vno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur: qui vero matutinum tantum, dimidiam: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat: tametsi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque et distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia, iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrifecisse prætendat. Is etiam, præter fructuum et distributionum amissionem: item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Declarantes, præstimonia, præstimoniales portiones, et qualiacunque beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia, obtinentes cum prædictis pariter contineri. At quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, vt clericus, percipit, cum modo prædicto ad dicendum officium paruum beatæ Mariæ virginis decernimus obligatum, et pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Romæ 12. Cal. Octobr. 1572.

CAP. III.

Tempore obitus, beneficii fructus transeunt ad successores, non ad hæredes. h. d.

IVLIVS III.

Nostræ intentionis nunquam fuit, quod quiuis, quorumcunque beneficiorum; *b* etiam episcoporum, archiepiscoporum, patriarcharum et aliorum prælatorum, etiam cardinalium, vbilibet, etiam in Romana curia, aut districtu, pro tempore decedentium, siue ex testamento, per ipsos beneficiatos, etiam vigore facultatum quarumcunque eis in specie vel in genere, etiam prætextu quorumcunque capitulorum, ac statutorum, et ordinationum, etiam nostrorum, sub quibusuis tenoribus et formis, ac alias quomodolibet concessorum condito, siue ab intestato hæredes, fructus, etc. ac pecunias, et res alias per ipsos sic defunctos beneficiatos, etiam episcopos, archiepiscopos, patriarchas, et alios prælatos ac cardinales, ante eorum obitum non exactos, etiamsi pro tempore ante obitum huiusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis et cardinalibus viuentibus aduenerit, et per ipsos beneficiatos et cardinales non stetarit, quo minus illos exegerint, quin imo omnem pro illorum exactione necessariam diligentiam, etiam iudicialiter agendo fecerint, quoquo modo exigere, aut etiam sponte oblatos percipere.

a *Concil. Later. sess. 9. Dominicus de Soto q. 5. art. 6. lib. 10. hoc decretum prudenter interpretatur. Menochius vero, de arbitr. iud. cent. 5. cas. 429. certis mediis hanc pœnam minuere contendit.* *b* *vacantium beneficiorum fructus debent conuerti in ecclesiæ vtilitatem, vel reseruari futuro successori. text. in c. quia sæpe. de elect. in 6. c. si propter. de rescript. eod. lib.*

FINIS LIBRI PRIMI.

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

DE FORO COMPETENTI, ET IVRISDICTIONIS ORDINARIAE POTESTATE.

CAP. I.

Laicis in clericos nulla potestas, et ideo ecclesiasticorum causæ in foris iurisdictionis ordinariæ debent decidi.

MARTINVS V.

Ad reprimendas insolentias transgressorum, eorumque præsumptionem refrænandam, si neruus ecclesiasticæ disciplinæ languescat, eorum voluntas procliuior fit ad peccandum, et exemplum impunitatis periculosius in alios deriuatur. Propter quod ad præsidentis officium pertinet, sic debitam executionem adhibere iustitiæ, quod commissa iam puniat, et committendorum in posterum audaciam interdicat. Sane, sicut displicenter accepimus, nonnulli diuersorum regnorum et terrarum iudices, aliique officiales laici, et laicales personæ, iurisdictionem in temporalibus exercentes, exercerique facientes, non attendentes, quod laicis in clericos et ecclesiasticas personas; et illorum bona, nulla sit attributa potestas, prætextu huiusmodi, quod asserunt, in suis dominiis ad se pertinere coërcere via facti, quæ vere et ficte attentare asseruntur, etiam in quocunque loco sacro vel religioso, quantumcunque Deo dicato, ex quacunque causa, etiam si ratione delationis corporis Christi, collationis sacramentorum, et beneficiorum ecclesiasticorum venditionis factarum, aut aliarum rerum, et bonorum ad ecclesias et ecclesiasticas personas pertinentium

tium quomodocunque, etiam si sula negetione vel affirmatione facti interueniat, et ad eos recurratur, cognitionem ad se spectere, pro eo, quod factum et nouitas, quæ prætenduntur, etiam sine alia violentia, quamuis in loco spirituali, et in loco sacro siue religioso, eo quod immediata, vt prætenduntur, spiritualiter non existant: propterea ministros ecclesiæ, et personas ecclesiasticas, quarumcunque res, causa, vel occasio, vnde dependent et deriuentur, pia, sacra, vel ecclesiastica sit aut spiritualis, ad forum suum, et ipsarum cognitionem trahunt, et respondere cogunt: nec non procuratores fiscales in curiis temporalibus multories agere procurant, ad quod (quod deterius est) nonnulli prælati et personæ ecclesiasticæ, in superbiam et elationem dati, ad superandum et sibi subiiciendum, per tales inuentiones et cautelas, alias personas ecclesiasticas et religiosas, habent plerumque recursum, et propterea in eisdem regnis, et terris, ciuitatibus, castris, et locis, auctoritas et iurisdictio ecclesiastice penitus absorbentur: et nihilominus ipsi laici iudices alios laicos in foro ecclesiastico, super rebus quarumcumque ecclesiasticis vel spiritualibus, et concernentibus immediate ecclesiasticas personas, ne respondeant, et iudicibus ecclesiasticis, ne cognoscant, inhibitiones fieri sub grauibus pœnis temporalibus faciunt, et procurant, et si secus fecerunt, emendam pecuniariam excessiuam exigere, et vastatores in domibus, et aliis piis locis ecclesiasticis, et religiosis, inducere, ac loca ipsa, personasque ecclesiasticas, iocalibus et paramentis ecclesiasticis, et bonis mobilibus, ac aliis spoliare, illaque vendere et alienare, fructus quoque et prouentus ad temporalitatem ad manus suas ponere, nec non diuersas iniurias, et molestias reales et personales eisdem personis ecclesiasticis inferre non verentur, in Dei offensam, animarum suarum periculum, ecclesiasticæ libertatis vilipendium, et plurimorum grauamen, præiudicium et iacturam. Nos igitur aduersus talis præsumentium temeritatem, remedia apponere, et super his salubriter prouidere cupientes, ac concilii a Mileuitani ac fel. record. Innocentii papæ III. prædecessoris nostri constitutionibus super hoc editis, auctoritate apostolica, ex certa scientia nostra irrefragabili constitutione perpetuo duratura, tenore præsentium statuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, quod omnes et singulæ personæ ecclesiasticæ, seculares et regulares, ordinum quorumlibet, quacunque exceptione suffultæ, etiamsi patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, quæ aliam personam ecclesiasticam, collegium, vel conuentum, in actione reali, mixta, vel personali, ciuili, criminali, etiam occasione cuiuscunque summissionis, etiam iuramento vallatæ, vel alias ad forum siue iudicium laicale, directe vel indirecte (de qua in foro ecclesiastico ordinari consueuerit) possit, vel debeat, de iure, vel de consuetudine, aut alias cognosci, trahere præsumpserit, causam ipsam, et omne ius ei, siue eis, in possessorio vel petitorio, in re vel ad rem, causæ vel occasione huiusmodi quomodolibet competens, eo ipso perdant penitus et amittant, et singulares personæ, excommunicationis: capitula vero et conuentus, suspensionis et interdicti sententias incurrant ipso facto, et si personæ ipsæ, et eis in præmissis adhærentes et seruientes, in aliquo rebelles fuerint, et incontinenti non obedierint, omnes illas per priuationem suorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, quæ obtinebant, et in quibus, et ad quæ ius quomodolibet competit, et inhabilitationem ad alia in posterum obtinenda coërceri et compelli volumus antedictas. Et nihilominus omnes et singulos iudices et executores, communitates, dominia, laicos, et laicales personas, postquam exceptum fuerit de non iurisdictione eorum, aut euidenter appareat, huiusmodi cognitionem ad eos de iure non spectare, talia præsumentes, et ea fieri mandantes, seu eorum nomine et mandato facta rata habentes, vel in faciendis dantes auxilium, consilium, vel fauorem, cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, gradus, ordinis vel conditionis existant, seculares personas, eorum videlicet singulos officiales, quocunque nomine censeantur, et consiliarios, et priuatas personas, quæ præmissorum principales perpetratores existerent, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullusque ab eisdem sententiis, per alium, quam per Romanum pontificem, præterquam in mortis articulo constitutus, absolui valeat, siue possit: et præmissa omnia, non tantum ad futura, sed etiam ad præsentia, et pendentia extendimus, auctoritate memorata: quodque etiam procurator fiscalis causarum Cu. cameræ apostolicæ contra culpabiles in præmissis, desuper summaria informatione præhabita, per se, vel alium seu alios, agere et procedere possit et valeat, nihilominus concedentes.

CAP. II.

Laici iudices, in priuilegii et ordinis clericalis iniuriam non possunt sine culpa sacrilegii clericos bannire aut relegare.

VRBANVS VI.

Quia, sicut displicenter accepimus, nonnulli diuersarum partium principes, marchiones, duces, comites, barones, et alii nobiles, nec non potestates, capitanei, baiulini, scabini, aduocati, rectores, iudices et consules, aliique officiales et consiliarii ciuitatum, oppidorum, terrarum, castrorum, et aliorum locorum, aliique laici et laicales personæ, dominium seu iurisdictionem in temporalibus obtinentes, nec non ipsarum ciuitatum communia, et oppidorum, castrorum, terrarum, et aliorum locorum vniuersitates, non attendantes, quod laicis in clericos, et personas ecclesiasticas, et aliorum bona, nulla sit attributa potestas, nihilominus ministros ecclesiæ, etiam interdum in dignitatibus constitutos, temeritate propria bannire, seu relegare, aut proscribere non verentur. Nos aduersus temeritatem huiusmodi remedium apponere cupientes, omnes et singulos talia præsumentes, et ea fieri mandantes, seu eorum nomine vel mandato facta rata habentes, vel in eis faciendis, dantes auxilium, consilium, vel fauorem, si singulares personæ fuerint, cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, status vel conditionis existant, earum videlicet singulas, si vero communitates vel vniuersitates extiterint, omnes et singulos earum communitatum et vniuersitatum potestates, capitaneos, baiulinos, scabinos, aduocatos, rectores, iudices, consules, et officiales, quocunque nomine censeantur, ac consiliarios, et priuatas personas, quæ huiusmodi sacrilegii principaliores patratores existerent, excommunicationis sententiam incurrere, nec non quamlibet earundem communitatum, seu vniuersitatum, ac illa ipsorum principum, marchionum, ducum, comitum, baronum, nobilium, et aliorum quorumcunque laicorum et laicarum personarum talia præsumentium, in quibus talia fierent, ciuitates, terras, oppida, castra, et alia loca ecclesiastico interdicto subiacere volumus ipso facto, nullusque ab eisdem sententiis per alium, quam per Romanum pontificem, præterquam in mortis articulo, possit absolui, nec interdictum huiusmodi per alium etiam relaxari. Romæ 4. Id. Decemb. 1362.

CAP. III.

Exemptionis priuilegio abutuntur canonici ordinarium forum subterfugientes, et impunitatem scelerum simulantes, quamobrem eorum causæ iurisdictioni ecclesiasticæ discutiendæ traduntur.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Regimini vniuersalis ecclesiæ (disponente Domino) præsidentes, iuxta pastoralis officii debitum, libenter intendimus vtilitatibus subditorum, et ad conseruandam libertatem ecclesiasticam, et remouenda scandala, ponendam concordiam, et nutriendam quietem inter ecclesiarum prælatos et eorum subditos, eo propensius apostolicæ solicitudinis studium adhibemus, quo dissensionem talium fore dispendiosam experimento comprobatur, nec non indulta pariter et priuilegia eisdem subditis, in ipsorum prælatorum dispendium, tam per prædecessores nostros, quam sedem apostolicam concessa, ita libenter moderamur, ne exinde scandala procedant, neue ex his vlli detur materia malignandi, et personæ ecclesiasticæ a bono obedientiæ, nec non diuini persoluentia seruitii nullatenus retrahentur. Sane nuper ad nostrum relatio fide digna peruenit auditum, quod canonici patriarchalium, metropolitanarum, et cathedralium, et collegiatarum ecclesiarum, et alii clerici seculares, plura præsumunt, quæ ipsis infamiam non paruam pariunt, et aliis inferunt læsionem, prætextu exemptionis et libertatis a dicta sede obtentæ, ordinariorum correctiones et ordinationes subterfugiunt, ac eorum forum siue iudicium declinant, nonnulli etiam impunitatem suorum excessuum, per priuilegium exemptionis obtineri sperantes, excessus ipsos committere non verentur, quos, nisi per exemptionem, qua gaudent, crederent se defendi, nullatenus fuissent commissuri.

Hinc itaque accidit, vt propter eorum audaciam, qui prætextu priuilegii exemptionis, impunitatem excessuum obtinere confidentes, nonnulla multotiens committant enormia, per quæ plurimum diffamatur ecclesia, et scandala grauia generantur, potissime autem, cum talia per eos, ad quos horum spectat correctio, incorrecta remanent, seu illi, ad quos spectat illa punire, negligunt. Nos volentes, ne eo prætextu delicta remaneant impunita, morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam, sacro approbante concilio statuimus, vt de cætero illi, quibus exemptorum correctio et punitio a dicta sede demandata est, circa illam vigilanter intendant, et diligenter officii sibi commissi debitum exequantur, et quamprimum eis, exemptos ipsos deliquisse, legitime constiterit, ita eosdem exemptos delinquentes puniant, quod iidem exempti metu pœnæ a suis arceantur insolentiis, et alii eorum exemplo perterriti prosilire ad similia merito perhorrescant.

Et si circa hoc negligentes fuerint diœcesani et alii locorum ordinarii, eosdem, quibus exemptorum correctio huiusmodi competit, personaliter, si illorum copia et notitia haberi poterit: alioquin, vel si nullus in partibus exemptorum ipsorum certus iudex fuerit, eos, quorum sua in præmissis interesse putauerint, per edictum publicum, cathedralium seu aliarum ecclesiarum locorum, in quibus exemptorum iudices huiusmodi residere, seu nullis eorundem exemptorum iudicibus existentibus, ipsos exemptos deliquisse contigerit, valuis affigendum, moneant, vt ipsi tales exemptos delinquentes et criminosos puniant et castigent, infra competentem terminum, monentium ipsorum arbitrio moderandum. Et si ipsi moniti in hoc negligentes fuerint, et id adimplere neglexerint, seu recusauerint, tunc vt in eo, in quo deliquerint,

a *Gratian. in c. continua. 11. q. 1. et in c. futuram. 12. q. 2.*

deliquerint, puniantur, cognitione huiusmodi ea vice sint priuati, et se non intromittent vllatenus de eisdem: sed diœcesani et alii locorum ordinarii huiusmodi, contra tales exemptos delinquentes et criminosos, auctoritate nostra ad inquisitionem, vel per accusationem, sine aliquibus tormentis, procedere, et testes per seipsos examinare possint, ac processum ipsum (quem ratione solennitatis iuris, præterquam ratione citationis omissæ, dummodo delictum aliàs rite probatum fuerit, nullum allegari vel dici posse prohibemus, sed per eos habitum, clausum, et eorum sigillo munitum, ad sedis apostolicæ examen, ipsorum exemptorum delinquentium expensis, etiam in ipso processu factis, ad quarum solutionem ordinarii ipsi possint eosdem inquisitos et accusatos compellere, vel proprium vel alium nuncium quanto citius destinare procurent) apud eandem sedem, per Romanum pontificem, vel alium, cui duxerit committendum, diligenter examinandum, et ita culpabiles repertos, quod ad condemnationem, vel propter sufficientia indicia, propter quæ ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipsos diœcesanos seu ordinarios, per eos auctoritate nostra in causa inquisitionis seu accusationis vlterius legitime procedendum, et causam ipsam, prout iustum fuerit, terminandam remittendum. Notarii autem dictæ sedis, quorum officium in ipsis primitiuæ ecclesiæ initiis, a felic. record. Clem. papa I. ad sanctorum gesta [a] perquirenda atque conscribenda noscitur institutum, ad protonotariatus officium assumpti, habitum et rochettum deferentes, et alii nostri et dictæ sedis officiales, actu sua officia exercentes, tam in ciuilibus, quam criminalibus, ab omni ordinariorum iurisdictione sint exempti. Alii vero notarii habitum protonotariatus non deferentes, nisi illum infra trimestre post præsentium publicationem assumpserint, et ipsi ac alii in posterum assumendi, habitum et rochettum huiusmodi continue non gestantes, atque alii nostri et dictæ sedis officiales, officia sua actu non exercentes, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, ratione causæ summam XXV. ducatorum auri de camera non excedentis, duntaxat, eorundem diœcesanorum et ordinariorum iurisdictioni subiaceant. In ciuilibus vero causis summam huiusmodi excedentibus plena gaudeant exemptione, et a dictorum diœcesanorum et ordinariorum iurisdictione penitus sint exempti.

Dignum quoque et etiam congruum arbitrantes, quod ex sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium familiaribus, illi duntaxat priuilegio exemptionis gaudeant, qui actu domestici, et continui sunt commensales, vel ab eisdem cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi, vel qui recreationis causa ad tempus a Romana curia absentes fuerint, cæteris vero etiam familiaritatis literas habentibus, quo minus coërcitioni diœcesanorum et ordinariorum eorundem subiaceant, familiaritatis huiusmodi priuilegium nullatenus suffragetur, et cum eisdem diœcesanis, vt monasteria monialium sedi apostolicæ immediate subiecta, in eorum diœcesibus consistentia, semel in anno visitare possint, per constitutionem in concilio Viennensi editam, quæ incipit: *attendentes*, etc. plena fuerit data facultas, illam innouamus, ac exemptionibus et priuilegiis quibuscunque non obstantibus, districte seruari præcipimus et mandamus. Per præmissa quoque eisdem diœcesanis et ordinariis, casibus, quibus in exemptos a iure iurisdictio concessa est, nullatenus præiudicium generetur. Exemptiones autem de cætero, absque rationabili causa, et quorum interest, minime citatis, pro tempore concessas, nullius roboris et momenti esse decernimus.

Et cum ecclesiasticus ordo confundatur, si sua vnicuique iurisdictio non seruetur, ordinariorum iurisdictioni (quantum cum Deo possumus) fauere, ac litibus finem celerius imponi, et litigantium immoderatis sumptibus et expensis parci satagentes, statuimus et ordinamus, quod singulæ causæ, tam spirituales, quam ciuiles et mixtæ, forum ecclesiasticum quomodolibet concernentes, et beneficiales, (dummodo beneficia ipsa generaliter reseruata non fuerint, et ipsorum singulorum beneficiorum fructus, reditus, et prouentus, XXIV. ducatorum auri de camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum non excedant) in prima instantia extra Romanam curiam, et in partibus, coram ordinariis locorum duntaxat cognosci et terminari, ita quod nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa) vllatenus admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel a grauamine, minime concernente negotium principale, quod per appellationem a diffinitiua sententia reparari non possit: nisi alter colligitantium aduersarii sui potentia merito perhorrescens, seu alia probabili et honesta causa, aliter, quam per proprium iuramentum, saltem semiplene probata, coram ordinario non auderet litigare. Eo enim casu causæ ipsæ, etiam appellationum, in dicta curia, etiam in prima instantia, committi et cognosci et terminari possint. Alioquin appellationes, et illarum, etiam aliarum causarum huiusmodi commissiones, in posterum, et quicquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris et momenti. Iudices autem et conseruatores a sede apostolica deputati, si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti, sumere, et secundum eius relaxationem iudicare teneantur.

CAP. IV.

Constitutiones editæ contra principes seculares iurisdictionis ecclesiast. libertatem impedientes, confirmantur et innouantur.

Et quia sæpius et multiplici ratione percepimus, quamplurimas ecclesias, et illis præsidentes episcopos, tam citra, quam vltra montes, vexari in eorum iurisdictionibus, iuribus et dominiis, ac turbari a domicellis, principibus, et nobilibus eorundem, qui sub colore iuris patronatus, quod in beneficiis ecclesiasticis habere confingunt, nullo priuilegio apostolico suffulti, sine ordinariorum collationibus et literis, et absque aliquo saltem colorato titulo, beneficia non solum clericis, sed etiam laicis conferre, sacerdotes et clericos delinquentes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum, et ad quarum solutionem de iure tenentur, ac cathedralium, et alia, quæ legis diœcesanæ et iurisdictionis sunt, et ad ipsos episcopos duntaxat pertinent, temere auferre, fraudare, vsurpare, seu, vt præmissa fiant, mandare, ac ipsa et fructus quoscunque, ne a ciuitatibus, terris et locis eorum extrahantur, prohibere, feuda, possessiones, et prædia occupare, et indebite detinere, sed et ad feuda et bona ipsarum ecclesiarum eis concedendum, ac ecclesiastica personis per eos nominatis conferendum, minis et terroribus, ac aliis viis indirectis, inducere et compellere, et alia quamplurima damna, iacturas et iniurias, ecclesiis et earum prælatis, ac clericis præfatis inferri, non modo permittere, sed etiam expresse mandare præsumunt. Attendentes igitur, quod laicis in clericos et personas ecclesiasticas, ac bona ecclesiastica, non est attributa facultas, atque æquum et iustum esse, vt in eos iura insurgant, qui illa offendere præsumunt.

Nec non considerantes, quantum ex his, tam nostro et apostolicæ sedis honori, quam personarum ecclesiasticarum quieto et prospero statui, non sine damnanda pernicie derogatur, ac cupientes eos, quos ad obseruantiam iurium, virtutum præmia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione pœnarum, quam adiiciendarum de nouo formidine e temerariis ausibus refrenare, omnes et singulas constitutiones, quæ super decimarum solutione, et contra violatores et raptores ecclesiarum, et incendiarios, agrorum depopulatores, et tam S. R. E. cardinales, quam venerabiles fratres nostros episcopos, et alias personas ecclesiasticas, seculares et regulares, capientes, detinentes, et eorum iurisdictionem et iura quomodolibet indebite occupantes, aut eos in eorum iurisdictionis exercitio perturbantes, seu molestantes, eos quoque ad conferendum beneficia ecclesiastica personis, per eos nominatis, aut alias de illis, pro illorum libito voluntatis, disponendum, et feudum ac bona ecclesiastica in emphyteusim concedendum, aut alias vendendum, temere compellentes, ne non statuta contra libertatem ecclesiasticam facientes, et ad præmissa auxilium, consilium vel fauorem præstantes, hactenus emanarunt, innouamus.

Et cum ea nedum iuri contraria, sed etiam ecclesiasticæ libertati opprobriosa sint quamplurimum et aduersa, vt de officio nobis credito dignam Deo possimus reddere rationem, affectibus et monitis paternis, imperatorem, reges, duces, marchiones, comites, barones, et quoscunque alios, alterius cuiuscunque nobilitatis, præeminentiæ, potentiæ, seu potestatis, excellentiæ, vel dignitatis existentes, attente hortamur in Domino, eisdem in virtute sanctæ obedientiæ mandantes, vt ipsi constitutiones prædictas obseruent, et faciant etiam a suis subiectis inuiolabiliter obseruari, quacunque consuetudine contraria non obstante, si diuinam offensam, et sedis apostolicæ debitam vitare voluerint vltionem: ac collationes de dictis beneficiis sic factas nullas et irritas nihilominus esse decernimus, ac illis vtentes reddantur inhabiles ad alia beneficia ecclesiastica obtinenda, donec cum eis super hoc per sedem prædictam fuerit dispensatum. Mature quoque considerantes, quod post Christi ad cœlos ascensionem, apostoli per singulas vrbes et diœceses episcopos distribuerunt; sicut sancta Romana ecclesia per orbem constituit, eosdem episcopos in partem sollicitudinis vocando, onera gradatim distribuendo per patriarchas, primates, archiepiscopos: ac sacris etiam canonibus fuerit diffinitum, per eos, pro morum correctione et controuersiarum decisione, et determinatione, ac mandatorum Domini obseruatione, fieri debere concilium prouinciale, ac synodum episcopalem, vt deprauata corrigerentur, et illa facere negligentes canonicis pœnis subiacerent, cum conueniat, nos circa ea, quæ rempublicam christianam concernunt, esse intentos, desiderantes, canones ipsos firmiter obseruari, eisdem patriarchis, primatibus, archiepiscopis et episcopis districte iniungimus, vt de officio eis commisso dignam Deo possint reddere rationem, canones, concilia et synodos huiusmodi fieri mandantes, quocunque priuilegio non obstante, inuiolabiliter obseruent, præterquam, quoad concilium prouinciale, quod de cætero singulis trienniis fieri mandamus, ad illaque etiam exemptos accedere debere decernimus, priuilegio ac consuetudine quacunque contraria, non obstantibus. Circa hoc autem negligentes, pœnas in eisdem canonibus contentas se nouerint incursuros. Et cum constitutione in concilio Viennensi edita, quæ incipit: *ne pierisque*, vt pontificiæ dignitatis honos seruaretur, statutum fuerit, ne ecclesiis cathedrali-

(d) a bus

a *Protonotariorum officium in primitiua ecclesia primitus a beato Clemente ad sanctorum martyrum gesta perquirenda atque scribenda fuit institutum, vt legitur in historia S. Clementis papæ et Fabiani. vide Luc. de Penna, in rub. de magistro scriniorum cod. lib. 12.*

bus (sine quibus spiritualis diu esse non possunt) priuatis, et clero et populo christiano carentibus, de aliquibus personis, præsertim religiosis prouideretur, constitutionem ipsam innouamus, inuiolabiliter obseruari debere volumus atque mandamus, nisi aliqua iusta causa, in consistorio nostro secreto approbanda, alias duxerimus faciendum. Nos enim quicquid contra præmissa, vel aliquod præmissorum contigerit attentari, irritum decernimus et inane, contraria quacunque constitutione vel priuilegio, non obstantibus.

CAP. V.

Ordinariorum iurisdictioni subesse debent Græci, qui per varias christianæ ditionis ciuitates morantur, ne licentiores iam dudum recessus et excussis hæresibus suos inficiant.

PIVS IV.

Romanus pontifex, præcipuus æquitatis et religionis assertor, facultates et gratias ab apostolica sede concessas, ea quibus temporе procedente animarum pericula, et inter catholicos scandala prouenire animaduertit, pro sui pastoralis officii debito, mature reuocare consueuit. Sane nonnulli locorum ordinarii nuper ad audientiam nostram referri curarunt, quod in quampluribus regni Siciliæ citra et vltra Pharum, et aliis christiani nominis ciuitatibus et locis, magna Græcorum, tam religiosorum et secularium clericorum, quam laicorum multitudo reperitur, qui ecclesiæ græcæ mores et ritus obseruantes, seque suos proprios eiusdem nationis prælatos habere, et aliis, non autem locorum ordinariis subesse, sed immunitatum, aliorumque priuilegiorum sibi per fel. rec. Leonem X. Paulum III. Iulium etiam III. et forsan alios Romanos pontifices, prædecessores nostros, et dictam sedem antiquitus concessorum prætextu, se ab eorundem ordinariorum iurisdictione et superioritate exemptos esse prætendentes, impunitate sibi proposita, in diuersas hæreticas, nefariasque opiniones, et absurda deliramenta passim prolabuntur, asserentes inter alias eorum blasphemias, nullum esse defunctorum purgatorium, Rom. pont. aliquam in eos iurisdictionem vel auctoritatem habere negantes, indulgentias ab illo concessas damnantes, ecclesiasticas sententias et censuras ab eo latas spernentes, sanctissimæ Dei genetricis virginis Mariæ, beatorum apostolorum, et aliorum Dei sanctorum festiuitates, ab ecclesia Rom. sanctisque patribus ordinatas, non obseruantes, sanctissimum eucharistiæ sacramentum suis infantibus in baptismo exhibentes, inhumate defunctorum cadauera superstitione quadam impia, et plus quam barbarica, e sepulchris eruentes, igneque comburentes, ordinariorum locorum, quos habitant, visitationem, iurisdictionemque contemnentes, et ecclesiasticam disciplinam perturbantes; ac demum huiusmodi aliisque suis opinionibus erroneis atque sacrilegis populos Latinos inficientes, correctionem legitimam suæ prætensæ exemptionis clypeo repellentes, in suis impietatibus, abusibusque consenescunt et immoriuntur, in suarum vicinorumque populorum, præsertim simplicium animarum perniciem, et scandalum plurimorum. Nos igitur prouide considerantes, eiusdem sedis intentionem nunquam fuisse, exemptionem, aliudue priuilegium a se concessum iri, vt inde scelerum impunitas et animarum periculum emergat, abusibus et periculis huiusmodi, quantum cum Deo possumus, tempestiue obuiare volentes, ac quarumcunque exemptionum, aliorumque priuilegiorum dictis Græcis, eorumque prælatis, rectoribus, abbatibus et aliis, tam sancti Basilii et alterius ordinis regularibus, quam secularibus, ac etiam laicis personis, quocunque nomine nuncupatis, per præfatos et alios quoscunque Rom. pont. prædecessores nostros, ac nos, et sedem præfatam, in genere vel in specie hactenus concessorum, ac etiam iteratis vicibus approbatorum, et innouatorum, literarumque desuper confectarum, et inde secutorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu proprio, et ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes et singulas exemptiones, ac prout illas concernunt, desuper confectas literas præfatas, ad hoc videlicet, vt ipsi locorum ordinarii quascunque Græcorum ecclesias, monasteria, prioratus, et alia pia loca, tam secularis, quam cuiusuis ordinis regularis, eorumque prælatos, etiamsi episcopali, archiepiscopali, ac maiori dignitate præfulgeant, nec non abbates, rectores, ministros, et quasuis alias eiusdem nationis personas, in suis ciuitatibus et diœc. consistentes, quoties opus fuerit, visitare, ac in illis suam ordinariam iurisdictionem, plenamque omnimodam superioritatem, in iis, quæ Dei cultum, sacramentorum administrationem, et animarum salutem, hæresiumque extirpationem concernunt, exercere et exequi libere et licite valeant, reliquis ipsorum Græcorum in diuinis celebrandis, aliisque ritibus a sede apostolica approbatis, nec non priuilegiis et gratiis apostolicis intactis remanentibus, auctoritate apostolica, tenore præsentium, perpetuo reuocamus, cassamus, et annullamus, ac reuocatas, cassatas, et annullatas esse, nec ipsis Græcis clericis vel laicis, eorumue prælatis, ecclesiis, cœnobiis, aut aliis piis locis in aliquo suffragari, sed illos omnes et singulos locorum, in quibus moram traxerint, ordinariorum visitationi, correctioni, punitioni, iurisdictioni, et omnimodæ superioritati in præmissis subesse, illisque, tanquam superioribus suis, suarumque animarum pastoribus, humiliter obedire. Datum Rom. 16. Febr. 1564.

TITVLVS II.

DE INVASORIBVS ET OCCVPATORIBVS BONORVM ECCLESIAE.

CAP. I.

Præter excommunicationis et interdicti pœnas, beneficiis et priuilegiis arceantur occupantes et detinentes bona ecclesiæ.

CLEMENS VI.

Etsi solertem adhibere vigilantiam, ne quarumlibet ecclesiarum iura depereant, ex debito nostri officii teneamur: in manutenendis tamen, defendendis, recuperandisque occupatis iuribus ecclesiæ Romanæ, sponsæ nostræ, quæ (disponente Domino) caput omnium, et magistra, cæteris altiori dignitate præcellens, maioribus est iuuanda præsidiis, et amplioribus honoribus attollenda, esse debemus solliciti et attenti. Ad obuiandum igitur peruersis illorum conatibus, qui sibi commoda, non sua commodis patrimonii beati Petri in Tuscia, quod iuris et proprietatis eiusdem ecclesiæ fore, ac eidem immediate subesse dignoscitur, applicantes, temere ciuitates, castra, et villas eiusdem patrimonii, ad eandem ecclesiam pertinentia, eorumque dominium, superioritatem, aduocationem, capitaneatum, et iurisdictionem, in ipsius ecclesiæ graue præiudicium, contra constitutiones et ordinationes, olim per fel. record. Vrbanum IV. et Ioannem XXII. ac diuersos alios Romanos pontifices prædecessores nostros editas, non verentur diuersis exquisitis coloribus occupare, et sibi in eisdem dominium, superioritatem, et præeminentiam vendicare: hac perpetua constitutione sancimus, vt nulla ciuitas, vel communitas, nullaque singularis persona, cuiuscunque conditionis vel status existat, deinceps in aliquibus ciuitatibus, castris, seu villis ipsius patrimonii ad prædictam Romanam ecclesiam spectantibus, dominium, superioritatem, capitaneatum, aduocationem, iurisdictionem, seu aliquam præsidentiam seu præeminentiam, prætextu eiusque venditionis, submissionis, recommendationis, concessionis, recognitionis, obligationis, contractus vel pacti, aut cuiusuis alterius commercii, absque auctoritate sedis apostolicæ speciali, recipere audeat, vel sibi dominium, præsidentiam, capitaneatum, seu iurisdictionem in prædictis ciuitatibus, castris, seu villis, ex quauis occasione seu causa, quomodolibet vendicare: quodque ciuitates et singulares personæ, summissiones, suppositiones, et subiectiones, quascunque iam in eas factas et receptas, seu de facto, cum de iure non teneant, quomodolibet attentatas, admittere teneantur, nec ciuitates, castra, seu loca alia, quæ se eis, vt præmittitur, submiserunt, vel quomodolibet subiecerunt, virtute submissionis et suppositionis alicuius, vel cuiusuis contractus titulo valeant retinere, nullaque vniuersitas, seu communitas ciuitatis, castri, seu villæ ecclesiæ Romanæ subiecta, in terris patrimonii constitute, alicui vniuersitati, seu communitati, vel priuatæ personæ, cuiuscunque conditionis aut status existat, se subiicere, submittere, seu supponere valeat, constituendo, recognoscendo, seu profitendo, se subesse alicui vniuersitati, vel priuatæ personæ, seu ad eosdem super eos, et in ipsis ac dictis ciuitatibus, et castris, et villis, aliquam iurisdictionem, dominium, capitaneatum, seu quamuis aliam præeminentiam pertinere. Et si quæ ciuitates, castra, vel loca, iam de facto ad submissionem et suppositionem aliquibus ciuitatibus vel priuatis personis de se factam, venditionis, donationis, vel cuiusuis alterius contractus colore vel titulo processerunt, realiter et effectualiter studeant reuocare, nec illis vnquam vtantur, nec virtute submissionum huiusmodi, vel alias illis, quibus quouis titulo vel colore se summiserunt, vllatenus obediant, pareant, vel intendant, contrarium non facientes, directe vel indirecte, per se vel alios, tam illi, et eorum singuli, qui in ciuitatibus, castris, aut villis eiusdem patrimonii, vel eorum aliquo huiusmodi dominium, superioritatem, capitaneatum, aduocationem, iurisdictionem, quamcunque præeminentiam, seu præsidentiam, sine licentia sedis apostolicæ speciali recipient in futurum, et qui iam ex quocunque contractu vel obligatione receperunt, seu quauis vsurpatione quomodolibet occupauerunt, nisi sic recepta et occupata infra duorum mensium spatium, postquam præsens constitutio ad eorum notitiam peruenerit, vel per eos steterit, quo minus valeat peruenire, dominium seu præsidentiam, superioritatem, capitaneatum, aduocationem, iurisdictionem quamcunque, seu præeminentiam huiusmodi realiter dimiserint cum effectu, illa nullo vnquam tempore, absque ipsius sedis licentia resumpturi, quam illi, qui se summiserint, supposuerint, seu subiecerint, vt præfertur, simili modo, cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existant, singulæ personæ sententiam excommunicationis incurrent, ac terræ ipsorum, vbicunque fuerint, ecclesiastico interdicto subiaceant ipso facto. Ciuitates autem, castra et villæ, quæ in antea se submittent, supponent,

ſupponent, ſeu ſubiecerint, et quæ ſummiſſionem, ſuppoſitionem ſeu ſubiectionem huiuſmodi recipient, ſeu quomodolibet occupabunt, ciuitates quoque, caſtra, etiam loca quæcunque, quæ ſe iam quouis colore vel titulo, vt præmittitur, ſummiſerunt et ſubiecerunt, ac ciuitates, quæ ſummiſſiones et ſubiectiones huiuſmodi receperunt, niſi infra prædictum duorum menſium ſpatium, ab omni effectu dictæ ſummiſſionis et ſubiectionis realiter deſtiterint, ipſis vlterius non vſuri, ſeu contra conſtitutionem et inhibitionem noſtram venire, directe vel indirecte, per ſe vel alium ſeu alios attentabunt, eccleſiaſtico ſubiacere decernimus interdicto, et nihilominus omnibus indulgentiis, priuilegiis, ac gratiis, nec non feudis, bonis, et honoribus, et iuribus quibuſcunque, quæ ab eadem Romana et aliis eccleſiis obtinant, priuamus, et priuatos eſſe volumus ipſo facto. Non obſtantibus, ſi eis vel eorum aliquibus, communiter vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod excommunicari, ipſorumque terræ et loca eccleſiaſtico interdicto ſupponi non poſſint, per literas apoſtolicas, non facientes plenam et expreſſam, ac de verbo ad verbum de huiuſmodi ac eorum perſonis, locis, ordinibus, et nominibus propriis mentionem. Nos inſuper omnes ſummiſſiones, ſubiectiones, ſuppoſitiones ſuper prædictis factas, et obligationes, pacta, ſeu conuentiones, ſub titulo venditionis, vel cuiuſuis alterius contractus, quomodolibet initas et habitas, et quaſcunque pœnas adiectas, et iuramenta præſtita ſuper illis, ſub quibuſcunque modis et forma, vel expreſſione verborum, præſertim cum in præiudicium eiuſdem eccleſiæ redundent, ac iuramentum vinculum iniquitatis eſſe non debeat, decernimus fore nulla, vacua, irrita, et inania, et nullius exiſtere firmitatis, et quatenus ad illa de facto proceſſum extitit, tollimus et reuocamus omnino, et viribus vacuamus. Cæterum, cum præfatus Ioannes papa XXII. prædeceſſor noſter, dudum vniuerſis et ſingulis, tam clericis quam laicis, cuiuſcunque ſtatus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſterent, etiam ſi pontificali, vel imperiali, ſeu regali, vel quauis alia dignitate fulgerent, ac omnibus principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, et nobilibus, ac poteſtatibus, capitaneis, et aliis officialibus quibuſcunque, communitatibus et populis ciuitatum, terrarum, caſtrorum, et aliorum quorumcunque locorum vbicunque conſiſtentium: et omnibus aliis quibuſcunque, auctoritate apoſtolica inhibendum, per ſuas literas vim conſtitutionis habentes duxerit, et mandandum, ne per ſe vel alios, directe vel indirecte, patrimonii Romandiolæ, marchiæ Anconitan. ducatus Spoleten. Campaniæ, Maritimæque ac Maſſæ, Trebeiæ, prouincias Venaiſini, et Vrbinetue, olim comitatus, ac Vrbinatem et Rauenatem ciuitates et alias terras, ciuitates, caſtra, villas, et loca quæcunque ad eandem Rom. eccleſ. pertinent, vel ipſorum aut alicuius eorum partem occupare, inuadere, aut turbare, ſeu fidelibus eorundem iniurias, damna ſeu violentias irrogare, aut occupantibus, inuadentibus, turbantibus, vel iniurias, damna, ſeu violentias irrogantibus, publice vel occulte, aſſiſtere, aut auxilium, conſilium, vel fauorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, per ſe vel per alium ſeu alios præſtare præſumerent quoquo modo, in omnes et ſingulos, contra inhibitionem et mandatum huiuſmodi venire aut attentare per ſe vel per alios præſumentes, tam clericos quam laicos, etiam ſi, vt prædicitur, pontificali aut imperiali ſeu regali, vel alia quauis dignitate fulgerent, de fratrum ſuorum conſilio, excommunicationis, quam eo ipſo incurrerent, ſententiam promulgauit, ipſorumque terras, nec non quaslibet vniuerſitates, communitates et populos ipſorum, ciuitates, terras, caſtra, villas; et loca, in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum culpabiles, eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, et eos ac ipſorum quemlibet, omnibus priuilegiis, indulgentiis, gratiis, et immunitatibus realibus et perſonalibus, ab eadem eccleſia et imperio Romano conceſſis eiſdem, omnium etiam feudorum, bonorum, honorum, officiorum, iurium et iuriſdictionum, quæ ab eccleſia et imperio prædictis obtinerent, de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate priuauerit ſupradicta, ipſos ad illa et ſimilia et quælibet alia, eorumque filios et nepotes ad quælibet beneficia eccleſiaſtica, dignitates, perſonatus, et officia, cum cura vel ſine cura, quouis nomine cenſerentur, auctoritate qualiber obtinenda, vſque ad tertiam generationem excluſiue, reddendo inhabiles et indignos. Nos per præmiſſa vel quæcunque alia inhibitioni, mandato, pœnis et ſententiis per ipſum prædeceſſorem factis et promulgatis, vt ſuperius eſt expreſſum, aliiſque contentis in literis ſupradictis, non intendimus in aliquo derogare, inhibitionem, mandatum, pœnas et ſententias et alia ſupradicta, per præſentem conſtitutionem noſtram roboramus, et in ſui vigoris efficacia volumus et decernimus permanere.

CAP. II.

Principes occupantes bona eccleſiaſtica, et eorum libertati detrahentes, excommunicantur.

LEO X. *in concilio Lateranenſi.*

Statuimus [a] et ordinamus, vt fructus, redditus, et prouentus eccleſiarum, monaſteriorum, ac beneficiorum per ſeculares vllos principes, etiamſi imperator, reges, reginæue, ſeu reſpublicæ, vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales, ſeu iudices, etiam eccleſiaſticos vel quaſcunque alias perſonas, publicas vel priuatas, de eorundem imperatoris, regum, reginarum, ac principum, rerumque publicarum, vel potentatuum mandato ſequeſtrari occuparíue, aut modo aliquo detineri, ipſique huiuſmodi eccleſias, monaſteria, ac beneficia obtinen. ſub prætextu fabricæ, inſtaurationiſque, ſine Romani pontificis pro tempore exiſtentis expreſſa licentia, aut eleemoſynarum, ſeu quouis alio colore aut fuco, impediri non debeant, quo minus de illis, vt antea, libere, ac ſine impedimento diſponere valeant. Et ſi ſequeſtrati fuerint occupatíue, aut detenti, integre, libereque, ac ſine exceptione vel mora, prælatis, ad quos de iure, legitimeque ſpectant, reſtituantur, de quibus, ſi diſſipati nuſquam reperiri poſſint, eorum iuſta æſtimatione facta, dictis prælatis ſatisfieri volumus, per eos, qui dictas ſequeſtrationes, applicationes, diſſipationeſque fecerint, aut fieri mandauerint, ſub pœna excommunicationis, aut interdicti eccleſiaſtici, talium principum terris et dominio, eo ipſo incurrendis per vt eorum ac eiſdem ſubiectorum bona vbicunque reperta, ſi moniti parere noluerint, capi et retineri poſſint; ipſi vero contrafacientes, tam ſupradictis pœnis, quam priuationis feudorum et priuilegiorum, quæ a nobis, et a Romana vel aliis eccleſiis, nunc et pro tempore obtinuerint, et aliis contra violatores et oppreſſores libertatis eccleſiaſticæ, etiam per extrauagantes et alias conſtitutiones, etiam incognitas, et forſan in vſu non exiſtentes, impoſitis, quas earum omnium tenores pro expreſſis et inſertis habentes innouamus, ac perpetuum firmitatis robur habere decernimus et declaramus, ac ſecundum eas, per quoſcunque iudices, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ card. ſublata et adempta eis aliter iudicandi declarandique poteſtate, ſententiari, iudicari, et interpretari debere volumus atque mandamus. Et cum a iure tam diuino, quam humano, laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes et ſingulas conſtitutiones fel. rec. Bonifacii papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Felicis*, et Clementis V. quæ incipit, *ſi quis ſuadente*, nec non quaſcunque alias apoſtolicas ſanctiones, in fauorem libertatis eccleſiaſticæ, et contra eius violatores, quomodolibet editas, et pœnis etiam contra talia præſumentes, in bulla, quæ legitur in cœna Domini, contentis, in ſuo robore permanſuris. Et cum in Lateranenſi pariter ac conciliis generalibus, ſub excommunicationis pœna prohibitum fuerit, ne reges, principes, duces, comites, barones, reſpublicæ, et alii potentatus quicunque, regnis, prouinciis, ciuitatibus, ac terris quoquo modo præſiden. collectas, decimas, et alia huiuſmodi onera, clericis, prælatis, et aliis quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis imponant, exigantque, neue a ſponte etiam dantibus et conſentientibus etiam recipiant, atque in præmiſſis auxilium, fauorem, conſiliumue palam vel occulte præſtantes, in excommunicationis latæ ſententiæ pœnam eo ipſo incidant, et ipſæ quoque reſpublicæ, ac communitates et vniuerſitates, circa hoc quomodolibet delinquentes, eccleſiaſtico eo ipſo ſubiiciantur interdicto, prælati etiam præmiſſis abſque Rom. pont. expreſſa licentia vltro conſentientes excommunicationis et depoſitionis pœnam ipſo facto incurrant. Statuimus et ordinamus, vt de cætero talia præſumentes, etiamſi (vt præfertur) qualificati fuerint, vltra ſupradictas pœnas, quas contrauenientes eo ipſo incurrere volumus, ad omnes actus legitimos inhabiles et inteſtabiles habeantur.

CAP. III.

Occupatores bonorum et redituum eccleſiaſticorum ſub pœna excommunicationis reſtituere debent ſingula ablata et detenta.

PAVLVS IV.

Quæcunque præſcriptione, etiam centenaria et vltra, prætenſa vel prætendenda non obſtante, ſtatuimus, quod, niſi occupatores ſeu detentores bonorum cameræ [b] et ſedis apoſtol. ac Romanæ eccleſiæ, infra duos menſes a publicatione præſentium, ea reſtituerint, et feudatarii, vaſalli, emphyteutæ, cenſuarii, ac monaſteriorum, etiam conſiſtorialium, et prioratuum commendatarii, libellarii, conductores, et alii præfatæ cameræ reſpondentes, ſeu alias, etiam ratione exemptionum, libertatum et immunitatum eis conceſſarum, vel annatarum, ſeu quindenniorum, aut aliter, qualitercunque et quomodocunque, aliquid ſoluere obligati, ſeu in aliquo debitores de eo, in quo cameræ, ſedi et eccleſiæ præfatis tenentur, integre ſatisfecerint, et præmiſſa, ſeu conuenta, aut alias ab eis debita, non adimpleuerint, omnes et ſingulas ſententias et pœnas, tam eccleſiaſticas, quam temporales, ac etiam priuationis feudorum, et aliorum bonorum, et monaſteriorum, etiam conſiſtorialium, quorum occaſione, etiam propter eorum exemptionem et immunitatem, ſoluant, ac eorundem monaſteriorum commendarum ceſſationis eo ipſo incurrant, et abſque alia declaratione deſuper fienda incurriſſe cenſeantur, feudaque et bona ad nos deuoluta, et monaſteria ipſa, per alios, a

a *Præſens decretum confirmarunt Adrianus VI. Clemens VII. Iulius III. et Pius IV. Caſus hic reſeruatur in bulla cœnæ Domini.*

b *Bonorum appellatione intelligi tam mobilia, quam immobilia, l. bonorum ff. de verbor. ſignif. c. relatum 2. de teſta. et Ioan. And. c. ſi quis exigentibus.*

nobis

nobis et dicta sede libere impetrari possint, prout etiam nos tenore præsentium eos omnes sententiis, censuris, et pœnis prædictis expresse innodamus, ac priuatos esse, commendasque cessasse, ex nunc decernimus et declaramus, et nihilominus ad satisfactionem cameræ apostolicæ omnino teneantur. Decernentes, eos ab illo, quam Romano pontifice, præterquam in mortis articulo constitutos, et præuia debita satisfactione, absolui non posse. Publicata Romæ, XXVI. et XXX. mensis Octobris, 1556.

CAP. IV.

Pœnæ detinentium bona Romanæ ecclesiæ et palatii apostolici.

PIVS IV.

Pastoralis officii auctoritas nos admonet, et ordo rationis exposcit, vt circa ea potissimum versemur, per quæ res et bona Romanæ ecclesiæ, præsertim vsui et ornatui Rom. pont. pro tempore existentis, et sacri palatii apostolici deputata, ab impiorum insultibus et rapinis præseruentur, et ab eis ausu sacrilego, aut alias quomodolibet, abinde asportare et districta nostræ operationis ministerio cum animarum salute eorum, qui cæca cupiditate ducti, in non paruam sanctæ matris ecclesiæ iniuriam, et ipsorum animarum perniciem, Dei timore postposito, ea surripere, seu sibi appropriare, aut illthinc dimittere ausi fuerint, eidem Romano pontifici pro tempore existenti restituantur, et taliter in præmissis prouideatur, quod cæteris cedat in exemplum. Cum itaque, sicut non sine graui animi nostri molestia accepimus, tam tempore infirmitatis diuersorum Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum, ee qua, sicut Domino placuit, ab humanis decesserunt, quam exinde diuersarum sedium vacantium, quamplura etiam pretiosa iocalia, ornamenta, et aliæ res et bona vsui præfato, vt præfertur, deputata, et alias ad eundem Romanum pontificem pro tempore existentem, et cameram apostolicam spectantia et pertinentia, tam ex dicto palatio, quam aliis quibusuis locis ablata et distracta fuerint, et e diuersis eorum proteruia inualescente detineantur, in nostrum et eiusdem pontificis pro tempore existentis non solum detrimentum, sed etiam sedis apostolicæ ignominiam, et ipsius auctoritatis diminutionem, nec non illa detinentium animarum perniciem, atque periculum non modicum. Nos huiusmodi inconuenientibus et animarum periculis, quantum in nobis est, obuiare, et alias in præmissis, prout par est, prouidere volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, omnes et singulas per nos et pontifices prædecessores nostros, contra talium perpetratores, ac alias bonorum apostolicorum vsurpatores, raptores, receptores, et possessores, ac detinentes et non restituentes, ac scientes et non reuelantes, sub quibusuis verborum formis promulgatas, quarum ac literarum apostolicarum desuper confectarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus et innouamus, ea ad infrascriptos extendimus et ampliamus. Et nihilominus motu et scientia similibus, omnes et singulas, tam seculares, quam ecclesiasticas, ac etiam militiarum et ordinum quorumcunque religiosas, etiam quacunque episcopali, archiepiscopali, et patriarchali, seu superiori ecclesiastica, etiam cardinalatus honore, ac etiam comitali, marchionali, aut ducali dignitate fungentes, ac alias mundanas personas, nullas penitus excipientes, cum dignitas, qualiscunque sit, in peccatis nemini excusationem præbere debeat, quæ iocalia, ornamenta, aurum, argentum monetatum et non monetatum, gemmas, margaritas, lapides pretiosos quocunque nomine nuncupatos, pecunias, vestes, pannos, et tam manuscriptos, quam quosuis alios libros, scripturas, nec non equos, mulos, mulas, imagines aureas, argenteasque, ac æneas, et marmoreas, ac supellectilia, et alias quascunque res et bona, mobilia et immobilia, spiritualia et profana, cuiuscunque generis, qualitatis et quantitatis, seu pretii existentis, pro vsu et commoditate Romani pontificis pro tempore existentis, et ornamento palatii huiusmodi deputata, ac ad eundem Romanum pontificem pro tempore existentem spectantia et pertinentia, tempore infirmitatis cuiusuis Romani pontificis prædecessoris nostri, ex qua postmodum decessit, ac etiam dictæ sedis propterea vacantis, nec non per annum ante obitum et vacationem huiusmodi, et dicto palatio et aliis vndecunque et quocunque asportarunt, subtraxerunt et occultarunt, seu prætenso titulo donationis, vel remissionis, quittantiæ, vel alio quouis prætextu detinent, seu sciunt, ea per alios possideri, vsurpari et detineri, aut occupata fuisse, et ad eorum manus peruenisse, requirimus et monemus, eisque districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies pro tertio et peremptorio termino, eis et eorum cuilibet pro canonica monitione assignamus, omnia et singula iocalia, ornamenta, aurum, argentum, gemmas, margaritas, lapides pretiosos, pecunias, vestes, pannos, libros, equos, mulos, mulas, imagines, supellectilia, et alias res et bona huiusmodi, dilecto filio Francisco Odescalco, dictæ cameræ præsidenti, cum effectu restituant et consignent, et si donationem vel remissionem, aut quittantiam desuper sibi factam prætendant, illam seu illas videndas, vt decet, et examinandas exhibeant et producant, ac illorum raptores, vsurpatores, seu detentores vel occupatores scientes reuelent. Alioquin lapsis diebus huiusmodi, omnes et singuli præfati episcopali vel archiepiscopali, aut patriarchali, ac etiam cardinalatus honore seu dignitate præditi, interdicti ingressus ecclesiæ pœnam, alii vero excommunicationis et maledictionis æternæ sententiam, quam alias in eos hic scriptis ferimus, et a quibus, nisi a nobis et eodem Romano pontifice pro tempore existente, ac satisfactione præuia, præterquam in mortis articulo constituti, relaxationis et absolutionis beneficium obtinere non possint, eo ipso incurrant: et si pontificali aut cardinalatus honore seu dignitate præditi, sub interdicto huiusmodi per octo dies præfatos, seu immediate sequentes, permanere, alii vero inferiores ab eis eandem excommunicationis sententiam animo, quod absit, indurato sustinere non formidauerint, extunc elapsis dictis octo diebus, pontificali et etiam cardinalatus honore seu dignitate præditi, a regimine ecclesiarum eis commissarum, eo ipso suspensi, ac tam ipsi, si alia beneficia ecclesiastica obtineant, quam inferiores ab eis, omnibus et singulis monasteriis, prioratibus, dignitatibus, administrationibus, canonicatibus, et præbendis, cæterisque beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus ac ordinum quorumcunque regularibus, quæ in titulum vel commendam seu administrationem, aut alias quomodolibet, etiam ex quibusuis concessionibus seu dispensationibus apostolicis obtinent, ac etiam officiis Romanæ curiæ per eos obtentis: seculares vero feudis, vicariatibus, dominiis et aliis iuribus, ac priuilegiis quibuscunque, eis per Romanam ecclesiam aut sedem præfatam seu alios quoscunque, etiam quacunque alia auctoritate, etiam imperiali vel regali eis concessis, etiam eo ipso priuati existant, et ad similia beneficia, feuda, priuilegia, vicariatus, dominia et iura obtinenda, nec non ad quoscunque actus legitimos exercendos, inhabiles, ac etiam intestabiles similiter eo ipso fiant, possintque beneficia, officia, ac vicariatus et feuda, aliaque iura huiusmodi, tanquam vacantia, absque alia declaratione desuper facienda, a nobis et sede præfata, ac aliis, ad quos pertinet, illa concedere et dare, libere impetrari: scituri quod si ipsi, aut eorum aliqui suæ salutis immemores in præmissis morosi fuerint, seu præmissa adimplere non curauerint, aut contempserint, hoc eis pro graui crimine et delicto imputabitur, et iustitia mediante contra eos ad grauiores et tales pœnas absque vllo respectu procedetur, quod illorum coërcitio eis perpetuo cedat ad noxam, et aliis in exemplum, absque spe alicuius veniæ inde consequendæ: si vero se humiles, et ad satisfaciendum aut confitendum promptos exhibuerint, cum omni mansuetudine et respectu excipientur, et ex eorum spontanea restitutione seu confessione eis salutaris misericordiæ et gratiæ amplexus, exuberanti sedis præfatæ in singulos pietate prouenient. Ac singulas donationes eis desuper factas, prout iustitia suadebit, et ordo dictauerit rationis, admittemus. Ac, vt præfertur, scientes et reuelantes, vltra cœleste præmium, a nobis condignam mercedem et retributionem recipient, cum eorum omnium grata satisfactione. Romæ 3. Non. April. 1560.

TITVLVS III.
DE ANNATIS.

CAP. I.

Excommunicationis et priuationis beneficiorum pœnis innodantur, non soluentes debitis temporibus annatas.

INNOCENTIVS VIII.

Apostolicæ cameræ, ex qua non modo S. R. E. sed etiam magnum totius Christianæ reip. subsidium prouenit, iura illæsa seruare (vt tenemur) modis omnibus cupientes, his, quæ propterea a prædecessoribus nostris emanarunt, libenter adiicimus muniminis nostri firmitatem, ac alias desuper prouidemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. rec. Pium papam II. prædecessorem nostrum, accepto, quod numerus debitorum dictæ cameræ nimis auctus erat, et quod obligati pro annatis beneficiorum ecclesiasticorum, quæ auctoritate apostolica assecuti fuerant, excommunicationis sententiam in eas latam (quam non soluendo in præfixo eis termino ipso facto incurrebant) minime curare videbantur, et per hoc animabus sic illaqueatis periculum imminebat, et continua dictæ cameræ damna subsequebantur. Idem prædecessor cupiens tam saluti animarum, quam ipsius cameræ indemnitatibus salubriter prouidere, prouide ordinauit, quod omnes, qui de cætero pro annatis quorumcunque beneficiorum in dicta camera se obligarent, si infra eis præfixos terminos, dictæ cameræ, aut collectoribus fructuum et prouentuum, eis in partibus existentibus, satisfacere deficerent, ipso facto, lapso termino, non solum in sententiam excommunicationis inciderent, sed etiam beneficiis suis, pro quibus se in dicta camera obligassent, omnino priuati forent; illi vero, qui non pro se, sed pro aliis, vt principales, se pro annatis huiusmodi obligarent, si in terminis non satisfacerent, vltra sententiam excommunicationis huiusmodi, essent ipso facto omnibus beneficiis ecclesiasticis, quæ obtinerent,

rent, priuati, possentque talia beneficia per quoscunque libere impetrari, prout in eiusdem prædecessoris literis desuper confectis plenius continetur. Cum autem (sicut accepimus) ex ordinatione prædicta, ob aliquibus temporibus citra, ideo uptati fructus non prouenerint, quia nonnulli, qui beneficia ecclesiastica per huiusmodi priuationem vacantia pro tempore postmodum impetrarunt super illis, agendo atque excipiendo, priuationem huiusmodi in iudicium deduxerunt, coram palatii causarum apostolici auditoribus, et aliis iudicibus, Romanæ curiæ, auditoribus et iudicibus, afferentibus, ordinationem eandem prædecessoris præfati non fuisse receptam, et moribus vtentium comprobatam, creuitque et crescit indies numerus debitorum eorundem, in animarum non soluentium, quæ debent, periculum, et præfatæ cameræ ac christianæ reip. præfatæ non leue præiudicium. Nos igitur volentes super præmissis opportune prouidere, eiusdem prædecessoris ordinationem, et literas prædictas, ac omnia et singula in eis contenta, auctoritate apostolica, præsentium tenore approbamus, et robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, iuxta illarum continentiam et tenorem; ac volumus, et eadem auctoritate statuimus, quod hactenus obligati cameræ eidem ex causis prædictis, qui non soluerunt, statutis eis terminis, ac propterea excommunicationis sententiam, et iuxta eiusdem prædecessoris literarum continentiam, priuationis pœnam prædictam incurrerunt (si curiales, infra vnum; citramontani infra tres; et vltramontani, infra nouem menses, e die publicationis præsentium in cancellaria apost. computandos) dictæ cameræ de his, quæ debebant, satisfecerint, extunc eo ipso ab excommunicationis sententia absoluti, et ad beneficia, quibus propterea iuxta ordinationem prædictam, priuati extiterunt, plenarie restituti censeantur; et si non soluerint in terminis prædictis, priuationis pœnam prædictam de nouo incurrant eo ipso: quodque illi, qui in posterum se obligabunt, excommunicationis et priuationis pœnas prædictas, iuxta eiusdem prædecessoris ordinationem, omnino incurrant; et impetrantes beneficia per huiusmodi priuationem vacantia; et similiter contra illos sic priuatos, et de priuatione huiusmodi excipientes, possint et debeant per quoscunque auditores et iudices audiri; nec ex prætextu, quod constitutio prædicta non fuerit recepta, et moribus vtentium comprobata, repelli; teneanturque auditores et iudices quicunque, in causis cognoscendis in Romana curia et extra, secundum eandem ordinationem iudicare. Rom. 13. Cal. Mart. 1484.

CAP. II.

Annatæ non debentur cameræ apostolicæ, nec exiguntur de beneficiorum pensionibus, annuum valorem 24. ducatorum non excedentibus.

CLEMENS VII.

Cum, sicut nobis innotuit, licet ratione fructuum, beneficiorum ecclesiasticorum, valorem annuum viginti quatuor ducatorum auri, de auro communi æstimatione non excedentium, annatæ cameræ apostolicæ non debeantur, nec solui aut exigi consueuerint, et minus ratione pensionum quantitatem viginti quatuor ducatorum auri similium non excedentium, annatæ aliquæ retroactis temporibus exactæ aut solutæ fuerint, nihilominus, a certo tempore citra, præsidentes dictæ cameræ et alii officiales Romanæ curiæ, ad quos exactio annatarum pertinet, sub prætextu, quod in prouisionibus et aliis dispositionibus beneficiorum ecclesiasticorum, super quorum fructibus, etc. valorem viginti quatuor ducatorum excedentibus, aliquæ pensiones annuæ, cuiuscunque etiam minoris quantitatis viginti quatuor ducatorum reseruatæ existunt, illorum medietas deduci ac defalcari consueuerit, annatas et pensionibus quantitatem octo ducatorum excedentibus, et viginti quatuor non excedentibus aut attingentibus, de facto exegerint et exigunt. Nos, qui vnicuique in iustitia debitores sumus, super iis congruis remediis prouidere volentes, ac ratione pensionum, quarum quantitas viginti quatuor ducatorum auri de camera non excedit, nullas annatas cameræ aut officialibus prædictis deberi declarantes, ex certa nostra scientia et deliberatione statuimus, quod de cætero ex quibusuis pensionibus, quantitatem viginti quatuor ducatorum huiusmodi non excedentibus, nulla annata quouis prætextu exigatur, nec per illos, quibus pensiones ipsæ resignatæ fuerint, soluatur, neque solui debeat, sic tamen, quod in pensionibus et aliis dispositionibus beneficiorum, super quorum fructibus similes pensiones annuæ minoris quantitatis viginti quatuor ducatorum, et quantitatum viginti quatuor ducatorum similium non excedentes resignatæ fuerint, ex talibus pensionibus nihil deduci debeat. Districtius inhibentes cameræ præsidentibus, ac aliis officialibus prædictis, sub excommunicationis, et a perceptione emolumentorum officiorum suorum, ad nostrum et apostolicæ sedis beneplacitum, suspensionis in eorum singulos latæ sententiæ pœnis, ne de cætero, ratione huiusmodi pensionum quantitatem viginti quatuor ducatorum non excedentium, aliquas annatas quouis prætextu exigere, seu quo minus literæ resignationis illarum expediantur, impedire vel differre quoquo modo præsumant, alioquin literas ipsas tam per cancellariam, quam cameram apostolicam per eos, ad quos literarum expeditio pertinet, absque manuum illorum appositione, libere expediri posse decernimus, ac ad id eis liberam facultatem concedimus.

CAP. III.[a]

Constitutionum editarum in non soluentes annatas a variis pontificibus ampliatio et confirmatio.

IVLIVS III.

Cupientes cameræ apostolicæ, ex qua non modo S. R. E. verum etiam toti reipubl. christianæ subsidium prouenit, et collegii fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium ac officialium sedis apostolicæ indemnitati consulere, et eorum iura, vt tenemur, illæsa præseruare, ea, quæ a prædecessoribus nostris ad hoc prouide emanarunt, libenter adiicimus nostri muniminis firmitatem, a aliasque desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem, postquam felicis recordationis Pius papa II. prædecessor noster, accepto, quod numerus debitorum dictæ cameræ plurimum auctus erat, et quod obligati pro annatis beneficiorum ecclesiasticorum, quæ apostolica auctoritate assecuti fuerant, excommunicationis sententiam in eos latam, quam non soluendo in termino eis præfixo ipso facto incurrebant, minime curare videbantur, vnde animabus sic illaqueatis, periculum imminebat, et continue eidem cameræ damna subsequebantur; cupiens tam saluti animarum, quam indemnitati cameræ huiusmodi salubriter prouidere, per suas ordinauerat, quod omnes, qui extunc de cætero pro annatis quorumcunque beneficiorum dictæ cameræ se obligarent, si infra terminos eis præfixos dictæ cameræ, aut collectoribus fructuum et prouentuum eidem cameræ debitorum in illis partibus existentibus, satisfacere deficerent, ipso facto lapsis terminis prædictis non solum sententiam excommunicationis inciderent, sed etiam beneficiis, pro quibus se in ipsa camera obligassent, omnino priuati essent: ii vero, qui se pro annatis huiusmodi non pro se, sed pro aliis, vt principales, obligarent, si in terminis non satisfacerent, vltra sententiam excommunicationis huiusmodi, essent omnibus beneficiis ecclesiasticis per eos obtentis, eo ipso priuati, possentque talia beneficia per quoscunque libere impetrari.

CAP. IV.

Annata solui debet singulis quindecim annis cameræ apostolicæ de beneficiis et monasteriis vnitis de cætero non vacantibus.

Et piæ memoriæ Paulus etiam papa II. prædecessor noster, cum tam ipse, quam dictus Pius prædecessor ac recolendæ memoriæ Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus etiam V. et Calixtus III. Romani pontifices prædecessores nostri, tunc sui, quamplura diuersorum ordinum monasteria, prioratus, præposituras, et præpositatus, conuentuales, nec non dignitates maiores in cathedralibus, etiam metropolitanis, et principales in collegiatis ecclesiis administrationes quoque, officia et beneficia ecclesiastica, etiam dispositioni apostolicæ generaliter reseruata inuicem, vel aliis cathedralibus, etiam metropolitanis, seu collegiatis ecclesiis, ac earum, siue capitularibus mensis, aut monasteriis, dignitatibus, collegiis, vniuersitatibus, et beneficiis, ac congregationibus canonicorum regularium S. Augustini Lateranensium, et de Scopeto, seu S. Saluatoris nuncupatorum, monachorum S. Iustinæ Paduan. et montis Oliueti, S. Benedicti Cisterciens. vallis Vmbrosæ, et Carthusiens. ordinum, presbyterorum quoque S. Gregorii in alga Venetiarum, atque aliis monasteriis, domibus, hospitalibus, fabricis, et piis locis, vtriusque sexus personarum, sub diuersis modis et formis dicta auctoritate vniuissent, annexissent, incorporassent, et submisissent. [b] Et propterea monasteria, prioratus, præposituras, dignitates, administrationes, officia, et beneficia vnita huiusmodi amplius vacare non speraretur, et exinde camera, ac collegium huiusmodi, et officiales sedis apostolicæ detrimentum non modicum paterentur: volens, vt par erat, quod vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, et submissiones prædictæ, si alias rite et rationabiliter processerant, ita in sua firmitate permanerent, quod eorum, quibus vna cum suis oneribus vnita fuerant, commodis deseruirent, et aliorum iura propterea non læderentur, per suas statuerat, et ordinauerat, atque decreuerat, quod omnia et singula monasteria, illa videlicet, quorum fructus, reditus, et prouentus ad summam centum florenorum auri de camera, secundum communem æstimationem, ascendebant annuatim, siue in libris eiusdem cameræ taxari reperiebantur, communia et minuta seruitia, ac alia iura debita et consueta, tam cameræ et collegio, quam officialibus prædictis, reliqua vero monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia et beneficia, vt præfertur, vnita, pro quibus prædictæ cameræ annata, seu alia iura, solui consueuerant, vel debebant temporibus retroactis, et de soluendo singulis certis futuris temporibus, obligatio in eadem camera per inaduertentiam facta non fuerat, annatam siue medios

[a] Idem habetur sup. 1. c. de annatis, ex Innoc. VIII. [b] de beneficiorum unionibus habet sup. in fine 1. lib.

fructus

fructus vnius anni in poſterum, et ſingulis quindecim annis perpetuo ſecuturis, eidem cameræ omnino ſoluere tenerentur et deberent. Et quod de omnibus monaſteriis, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis et beneficiis ſupradictis, vt præfertur, vnitis, a quorum vnionum temporibus, poſtquam illæ fuerant ſortitæ effectum, anni quindecim effluxerant, infra annum proxime ſecuturum, communia minora et alia iura, ſeu annatas, et medios fructus huiuſmodi ſoluere aſtringerentur, etiam ſingulis XV. annis in futurum, prout multi alii ſimiles vniones et gratias obtinentes faciebant, et facere conſueuerant, et ad id ii, quorum intererat, infra ipſius anni ſpatium ſe in eadem camera efficaciter obligare deberent cum effectu, alioquin ſi a ſolutione aut obligatione præmiſſis ceſſare præſumpſiſſent, vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, et ſubmiſſiones prædictæ haberentur penitus pro infectis: et ſic vnita monaſteria, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, et cuiuſuis qualitatis aut generis beneficia, tanquam vere vacantia, poſſent a dicta ſede libere impetrari, et canonice obtineri, ac vniones ipſæ et ſuper eis confectæ literæ, ac proceſſus habiti per eaſdem, et quæcunque inde ſecuta nullatenus emanaſſe.

CAP. V.

Ordinationem Pii ſecundi, cuius neglectus ſummum detrimentum minabatur cameræ apoſtol. confirmauit Innocent. VIII.

Ac ſimilis memoriæ Innocentius papa VIII. ſimiliter prædeceſſor noſter, accepto, quod ex ordinatione Pii prædeceſſoris huiuſmodi a tunc certo tempore citra optatus fructus non prouenerat, quia nonnulli, qui beneficia eccleſiaſtica per huiuſmodi priuationem vacantia impetrauerant ſuper illis agendo, et alii, qui excipiendo priuationem huiuſmodi in iudicium deduxerant, coram cauſarum palatii apoſtol. auditoribus, et aliis Rom. curiæ iudicibus, aſſerentibus, ordinationem huiuſmodi receptam, et moribus vtentium comprobatam non fuiſſe, auditi non fuerant, et quod creuerat, creſcebatque indies numerus debitorum eorundem, in animarum non ſoluentium periculum, et prædictæ reipubl. chriſtianæ præiudicium, ordinationem et literas Pii prædeceſſoris huiuſmodi, ac omnia et ſingula in illis contenta, per ſuas approbauerat, et perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuerat. Ac voluerat et ſtatuerat, quod illi, qui extunc in poſterum ſe obligarent, excommunicationis et priuationis pœnas prædictas, iuxta ordinationem Pii prædeceſſoris, huiuſmodi omnino incurrerent, et impetrantes beneficia per huiuſmodi priuationem vacantia, et ſimiliter contra illos ſic priuatos, de priuatione huiuſmodi excipientes, poſſent et deberent per quoſcunque auditores audiri; nec prætextu, quod ordinatio huiuſmodi non fuiſſet recepta, ac moribus vtentium comprobata, repelli: tenerenturque auditores et iudices quicunque, tam in dicta curia, quam extra eam, ſecundum ordinationem huiuſmodi iudicare, nec prodeſſent eiſdem obligatis quietationes, quas a collectoribus vel ſub collectoribus haberent, quæ publico non probarentur inſtrumento.

CAP. VI.

Pœnas et cenſuras ſancitas cum priuationis beneficiorum, tum excommunicationis inuiolabilis legis vigore ſeruari voluit Iulius II. in non ſoluentes annatas, cuius et priorum reſcriptum ratum et conſtantiſſime ſeruandum Iulius III. confirmat.

Sanctæ memoriæ Iulius ſimiliter papa II. et prædeceſſor noſter, eorundem prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, motu proprio, et ex certa ſcientia ordinationes, ſtatuta, decretum, et voluntatem prædeceſſorum huiuſmodi per quaſdam innouans, per conſtitutionem ſuam perpetuo valituram decreuit, declarauit, ſtatuit, et ordinauit, quod ordinationes, ſtatuta, decretum, et voluntates prædeceſſorum huiuſmodi, et quoad cenſuras, et pœnas, etiam priuationis, in eas expreſſas, quoad futura in omnibus et per omnia, iuxta illorum tenores inuiolabiliter perpetuis futuris temporibus obſeruarentur. Et quod illi, quos pro annatis huiuſmodi dictæ cameræ teneri conſtaret, etiam ſi illas ſoluere non promitterent, ſeu ad illarum ſolutionem ſe ſpecialiter non obligarent, dummodo beneficia ipſa realiter aſſequerentur, ad ſolutionem annatæ, et iurium prædictorum efficaciter tenerentur. Et deinde accepto, quod ex prædictis, et quæ poſtea, tam per dictum Innocentium, quam per ſimilis memoriæ Sixtum IV. et Alexandrum VI. Romanos pontifices, pariter prædeceſſores noſtros, tunc ſuos eatenus factæ fuerant, perpetuis vnionibus et applicationibus, ac ex negligentia ſiue malitia multorum, qui dictis literis parere eatenus contempſerant, dicta camera in ſuis iuribus non mediocrem patiebatur iacturam, tam ſtatutum, ordinationem, decretum et declarationem Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, quam omnia et ſingula alia in illius prædictis literis contenta, per alias ſuas literas approbauit, et innouauit, ac inuiolabiliter obſeruari debere, ac omnes et ſingulos, cuiuſcunque qualitatis, gradus, et conditionis forent, qui ſe poſtea obligauerant, aut alias ratione monaſteriorum, ac aliorum beneficiorum ſic vnitorum, ad valorem centum florenorum similium communi æſtimatione aſcendentium, vel quorum fructus, reditus, et prouentus, in eiſdem libris ad ſimilem ſummam taxari reperiebantur, eidem cameræ ſoluere tenebantur, ad integram ſolutionem eidem cameræ de præmiſſis faciendam, infra certum tunc expreſſum tempus, iuxta tenorem literarum Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, et ſub pœnis in illis contentis, vt par erat, omnino teneri, obligarique decreuit, prout in ſingulis literis prædeceſſorum huiuſmodi plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, malitia et auaritia hominum indies creſcente, ordinationes, ſtatuta, voluntates, decreta, et declaratio Pii, et Pauli, ac Innocentii, et Iulii prædeceſſorum huiuſmodi, ad præſens plene non obſeruentur, et a tempore ipſius Alexandri prædeceſſoris citra, tam per ipſum Iulium, quam etiam felic. record. Leonem X. Adrianum VI. et Clementem VII. ac Paulum III. Romanos pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, diuerſæ aliæ vniones, annexiones, incorporationes, et applicationes perpetuo factæ et conceſſæ fuerint, ac ex incuria agentium pro camera prædicta, ſeu alias obligationes de ſoluendis communibus, et minutis ſeruitiis, ac annatis, ſeu mediis fructibus, aut aliis iuribus ſolui debitis et conſuetis, factæ non fuerint, et quæ factæ ſunt, executioni non demandentur, in eorum, ad quorum commodum vniones, annexiones, incorporationes, et applicationes prædictæ factæ fuerunt, animarum periculum, et cameræ, ac collegii cardinalium, et officialium detrimentum, nec non reipublicæ huiuſmodi non leue præiudicium.

Nos volentes in præmiſſis opportune prouidere prædeceſſorum huiuſmodi veſtigiis inhærendo, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera deliberatione, et certa ſcientia noſtris, ordinationes, ſtatuta, voluntates, decreta, et declarationem Pii, et Pauli, ac Innocentii, et Iulii prædeceſſorum huiuſmodi, nec non deſuper confectas literas, ac omnia et ſingula in eis contenta, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus et innouamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere; et a quibuſcunque, tam in eiſdem literis nominatis, quam non nominatis, virorum et mulierum, ſecularibus et quorumuis ordinum regularibus, congregationibus, ac omnibus aliis et ſingulis prædictis et præſentibus noſtris literis comprehenſis perſonis, tam pro præterito, quam futuro tempore inuiolabiliter obſeruari, atque omnia, ac cenſuras ac pœnas in ſingulis literis huiuſmodi contentas, contra omnes congregationes et perſonas prædictas, quoad omnia et ſingula monaſteria et beneficia eccleſiaſtica, cum cura, et ſine cura, ſecularia et quorumuis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes prædictæ quomodolibet communiter poſſident, etiam ſi de iure patronatus laicorum, etiam imperatoris, regum, ducum, marchionum, baronum, comitum, et aliorum nobilium, etiam illuſtrium, aut dummodo per ipſas congregationes poſſideantur, tam in Romana curia, quam extra eam, inter quoſcunque litigioſa exiſtant vigere, et locum habere, totalique, et plenariæ executioni demandari debere, decernimus. Nec non ea omnia, quæ ſinguli prædeceſſores prædicti voluerunt, eiſdem auctoritate et tenore volumus, ac præmiſſa omnia, prout per ipſos prædeceſſores ordinata, ſtatuta, decreta, et declarata fuerunt, de nouo ordinamus, ſtatuimus, decernimus, et declaramus, atque omnia, ad quaſcunque, tam ſeculares, quam regulares virorum et mulierum congregationes, quantumuis priuilegiatas et exemptas, auctoritate et tenore prædictis extendimus et ampliamus. Rom. 15. Cal. Ian. 1553.

CAP. VII.

Annatarum, quindenniorum et reliquorum iurium ſolutioni obligantur monaſteria, quorum fructuum taxam cameræ apoſtolicæ non latet auctoritas. Beneficiorum quoque annuum valorem prodere et fateri debent eccleſiæ cathedrales, ne annatarum ius defraudetur.

EIVS V.

Apoſtolicæ ſedis poſcit auctoritas, vt, quæ prouide per Rom. pontif. ſtatuta fuerunt, debitæ executioni demandentur. Cum autem, ſicut accepimus, vt annatarum communium, et aliorum iurium ſemel tantum, vel de XV. in XV. annos, ob perpetuas beneficiorum eccleſiaſticorum vniones perſoluendorum, quæ alias fel. record. Iulius III. et Paulus IV. Rom. pontif. prædeceſſores noſtri, per eorum literas in forma motus proprii deſuper editas, ex præterito duntaxat cameræ apoſtolicæ applicauerunt, eo celerius, quo poterit, exactio et executio fiat, plurimum interſit: et neceſſarium exiſtat, vt tam Iulii III. et Pauli IV. prædeceſſorum literas prædictas, quam alias quaſcunque conſtitutiones, ſtatuta, decreta, et declarationes, per fel. mem. Pium II. Paulum etiam II. Innocentium VIII. Iulium ſimiliter II. ac Iulium et Paulum præfatos, aliosque diuerſos Roman. pontif. prædeceſſores noſtros, contra pro tempore in camera apoſtolica, aut alias ratione annatarum communium, et aliorum iurium prædictorum ſemel tantum, aut de XV. in XV. annos ſoluend. obligatos aut alios quoſcunque, beneficia eccleſiaſtica, abſque eo, quod annatas, communia, et quindennia prædicta ſoluiſſent, pro tempore poſſidentes, editas et factas, per nos innouentur, approbentur, et confirmentur.

Nos

Nos igitur singularum literarum, et cuiuslibet motus proprii, e prædictis Rom. pontif. prædecessoribus nostris, vt præfertur, quam etiam forsan e nobis hactenus emanati veriores tenores, ac si de verbo ad verbum hic inserti essent, pro plene et sufficienter expressis et insertis haberi volentes; illas et illos, nec non omnia et quæcunque, per quoscunque iudices, executores et commissarios in illis deputatos, et ab eis subdelegatos, ac alios ministros in præmissis et circa ea quomodolibet gesta et executa reperiuntur, et inde sequuta quæcunque, ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine approbamus et confirmamus, ac rata et grata habemus, nec non illis perpetuæ et irrefragabilis firmitatis robur adiicimus, illaque inconcusse obseruari debere decernimus et declaramus, omnesque et singulos tam iuris quam facti, et solennitatum forsan omissarum, et alios quoscunque defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, et qui necessario exprimi deberent, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus supplemus, illasque et illa, quatenus opus sit, innouamus. Et insuper quoniam (sicut etiam nobis innotuit) a nonnullis nimirum scrupulosis et plusquam oporteat sapere contendentibus hæsitatur, an monasteria, quorum fructus, etc. in libris cameræ apostolicæ taxati reperiuntur, nec non prioratus quorumuis ordinum regularia et regulares, cæteraque beneficia ecclesiastica quocunque titulo nuncupata, quorum fructus, reditus, et prouentus in distributiones quotidianas conuertuntur, sub literis Pauli II. et aliorum prædecessorum huiusmodi comprehendantur.

Nos considerantes, quod annatarum communium, et aliorum iurium prædictorum exactio, in recognitionem vniuersalis dominii introducta, est e antiquissima, quindenniorumque vsus et solutio ideo adinuenti sunt, ne camera prædicta ex monasteriorum, prioratuum, et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum vnionibus, quæ amplius vacare non sperabatur, detrimentum aliquod pateretur, volentes cameræ nostræ apostolicæ, ac venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, nec non dil. filiorum Rom. curiæ officialium participantium iura præseruare, illorumque indemnitati consulere, ad omne dubium omnemque disputandi et excipiendi occasionem tollendum, motu simili, etc. omnia et singula monasteria, tam secularia, quam quorumuis ordinum regularia, dummodo in libris eiusdem cameræ taxata reperiantur, reliqua vero monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, tam seculares, quam quorumuis ordinum regulares, nec non dignitates, personatus, administrationes, officia, et alia quæcunque beneficia ecclesiastica; etiam si manualia, et de iure patronatus existant, quorum fructus, etc. summam XXIV. ducatorum auri de cam. se. con. ass. vel annuum excedunt, a quocunque tempore citra, etiam ante fel. rec. Martinum papam V. similiter prædecessorem nostrum, et per nos et successores nostros, quibuscunque cathedralibus, etiam metropolitanis, seu collegiatis ecclesiis, aut capitularibus mensis, etiam pro quotidianis distributionibus, aut aliis vsibus, nec non collegiis, vniuersitatibus, congregationibus, quorumuis ordinum, monasteriis, domibus, hospitalibus, fabricis, ac vtriusque sexus personarum piis locis, quorumuis priuilegiatis et exemptis, sub quibuscunque tenoribus et formis apost. auctoritate vnita, seu alias quomodolibet et quouis titulo obtenta et possessa, sub literis Pauli II. et aliorum prædecessorum huiusmodi comprehendi et includi. Et propterea omnia et singula cathedralium etiam metropolitanarum, ecclesiarumque collegiatarum capitula, congregationes, vniuersitates, collegia, hospitalia et pia loca, et quiuis alii, in quorum fauorem vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, et submissiones huiusmodi factæ reperiuntur, quantumcunque, vt præfertur, exemptæ et priuilegiatæ existant, etiamsi se superinde in cam. apost. non obligauerint, dummodo monasteria et beneficia ipsa possideant, ad solutionem communium annatarum, et aliorum iurium prædictorum, eidem cameræ pro tempore præterito (saluis collegii et officialium iuribus quoad futura tempora manentibus) ratione vnionum, annexionum, incorporationum, applicationum, et submissionum prædictorum, singulis XV. annis, a die, qua illæ suum sortitæ fuerunt effectum, et alias iuxta tenorem literarum, in forma motus proprii a Iulio III. prædecessore prædicto, super applicatione quindenniorum prædictorum eidem cameræ facta, desuper emanatarum faciendam, teneri et obligatos esse, et ad id per sententiam, censuras, et pœnas in singulis Pauli II. et aliorum prædecessorum huiusmodi literis contentas, cogi et compelli posse, sicque et non aliter in præmissis omnibus et singulis, per quoscunque iudices et commissarios, quauis apost. auctoritate fungentes, etiam palatii nostri apostol. causarum auditores, nec non S. R. E. cardinales, ac venerabilem fratrem nostrum Hieronymum episcopum Maceraten. præfatæ cameræ clericum, cui omnes et singulas causas, occasione præmissorum pendentes commisimus in quauis instantia, sublata eis et eorum cuilibet aliter iudicandi facultate, iudicari et diffiniri debere irritumque, etc. decernimus et declaramus. Mandantes eidem Hieronymo episcopo, vt omnes et singulas causas coram eo, inter dil. filium eiusdem cameræ collectorem ex vna, et quascunque congregationes, capitula, collegia, et quasuis alias personas ex altera partibus, super solutione annatarum communium et aliorum iurium, quindenniorum eorundem, vel eorum occasione nunc et pro tempore pendentes, iuxta præsentium tenorem terminet et decidat. Et pro faciliori indagatione vnionum prædictarum omnia et singula cathedralium etiam metropolitanarum et collegiatarum ecclesiarum capitula, collegia, nec non tam virorum quam mulierum seculares, et quorumuis ordinum regulares congregationes seu collegia, et pia loca eorundemque prælatos et procuratores, ad iudicandum et profitendum medio iuramento, omnia et singula monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, parochiales ecclesias, et alia quæcunque beneficia ecclesiastica, quæ ipsa capitula, congregationes, et alia pia loca prædicta possideant, et quo titulo illa possideant, illorumque annuos valores, sub priuationis, et aliis in literis in forma motus proprii Pauli IV. prædecessoris huiusmodi contentis sententiis, censuris, et pœnis in Romana curia et extra eam moneat et requirat.

a Introducta fuit annata ad subuentionem papæ et cardinalium indigentiam, sicuti et charitatiuum subsidium, vt tradit Ferdinand. Cordub. in tractatu suo de annat. quem refert Gomez. in præfatione reg. cancell. de valore exprimendo, n. 6.

TITVLVS IV.

DE IVRE PATRONATVS.

CAP. I.

Beneficiorum electiuorum concessiones iuris patronatus hactenus factæ, a primo anno pontificatus Innocentii octaui, qui Romæ coronatus fuit pridie Idus Septembr. 1484. reuocantur.

ADRIANVS VI.

Sanctissimus D. N. Adrianus VI. accepto per sanctitatem suam, quod nonnulli Romani pontifices eius prædecessores, diuersis personis et collegiis laicorum b ius patronatus, et facultates et indulta præsentandi seu nominandi personas idoneas ad ecclesias, etiam metropolitanas, monasteria, et beneficia ecclesiastica, secularia ac regularia, ac hospitalia, et alia pia loca extunc deinceps vacatura, etiam interdum pro eorum hæredibus et successoribus aliis, sub variis modis et formis, per diuersas eorum literas in perpetuum vel ad certum tempus reseruarunt et concesserunt, considerans, quod per huiusmodi facultates et indulta Romanus pontifex sæpius impeditur, quo minus personas qualificatas, vtiles et necessarias ad ecclesias et monasteria promouere, ac de beneficiis ecclesiasticis similibus personis prouidere, hospitalia quoque et pia loca huiusmodi personis etiam vtilibus, et monasteriis committere, et alias de illis disponere libere possit. Ideo vt per sanctitatem suam et sedem apostolicam liberius de personis bene meritis, dictis cathedralibus ecclesiis et monasteriis prouideatur, et de illis ac aliis dignitatibus, beneficiis, hospitalibus, et piis locis huiusmodi disponatur, opportune prouidere volens, fel. recordationis Innocentii papæ VIII. suæ sanctitatis prædecessoris inhærendo vestigiis, omnes et singulas reseruationes et concessiones iuris patronatus, ac facultates et indulta præsentandi seu nominandi personas huiusmodi, ad ecclesias, monasteria, prioratus, præposituras, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, et præbendas, aliaque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia, et ordinum quorumcunque regularia, qualitercunque qualificata, ac hospitalia, et alia pia loca, per nostros prædecessores et sedem apostolicam, aut eius legatos, nuncios, executores, et subexecutores, ab anno primo pontificatus eiusdem Innocentii prædecessoris citra, quibusuis regibus, reginis, ducibus, et marchionibus, ac aliis principibus et personis nec non communitatibus, vniuersitatibus, confraternitatibus, et collegiis secularium personarum, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, etiam ex motu proprio et ex certa scientia, ac de potestatis apostolicæ plenitudine, aut etiam consistorialiter, et alias tam simpliciter, quam sub quibusuis conditionibus et promissionibus, et alias quomodocunque et qualitercunque et ex quibusuis causis, præterquam ratione ereptionis locorum, in quibus ecclesiæ, monasteria, et beneficia prædicta consistunt, ex infidelium manibus et potestate factas, concessa, quorum omnium formas et tenores eadem sua sanctitas haberi voluit pro expressis, quoad metropolitan. ac alias cathedrales ecclesias et monasteria, nec non prioratus, et præposituras, ac alias dignitates conuentuales, et alia electiua, etiam si ii, quibus reseruationes et concessiones, facultates et indulta huiusmodi facta et concessa fuerunt, quascunque conditiones eis propterea quomodolibet impositas, et promissiones per eos propterea factas adimpleuerint.

Quo vero ad alia beneficia ac hospitalia et pia loca huiusmodi, si illi, quibus reseruationes et concessiones ac facultates et indulta huiusmodi facta et concessa fuerunt, vt præfertur, illorum occasione fructus proxime dictorum beneficiorum, hospitalium, et piorum locorum, ad medietatem vnius annui valoris fructuum eorundem, se-

b vid. Mar. Socin. de preb. vlt. col. Felin. in tract. quando litera apostol. 6. limitat. Cæsarem Lambert. in tract. de iure patron. lib. 1. quæst. 1. art. 8. Rebuff. in tract. de nominat. Rochus in tract. de iure patronat. verb. honorificum. q. 3.

cuodum communem aestimationem, de propriis eorum bonis non extruxerunt, vel eorum ecclesias aut hospitalia ac pia loca huiusmodi, de nouo fundamentaliter non aedificarunt, *a* seu funditus dirutas non reaedificarunt, seu fundos, in quibus aedificarentur aedificia in praesentiarum subsecuto non concesserunt, ad quorum augmenti, aedificationis, reaedificationis et concessionis respectiue probationem, eos, qui tali iure patronatus, seu praesentandi et nominandi directe vel indirecte vti voluerint, eadem sua sanctitas teneri decreuit, etiam si conditiones, ad quas alias, quam modis praemissis, tenebantur executioni demandatae fuissent, et in literis reformationum, et primo dictarum concessionum, seu facultatum et indultorum huiusmodi cautum sit, quod dictum ius simpliciter, vel sub certis conditionibus, modis et formis, ex fundatione vel dotatione pertineat aut pertinere censeatur, vel perinde habeatur, ac si ex fundatione vel dotatione praedicta pertineret, et quod reseruationes, et primo dictae concessiones, facultates, et indulta huiusmodi reuocari non possint, et clausulae etiam derogatoriarum derogatoriae, fortiores, efficaciores, et insolitae in dictis literis, pro illarum perseueratione desuper adiectae sint, illarum formas et tenores pro expressis habendo reuocauit, cassauit, annullauit, ad ecclesias, monasteria, prioratus, praeposituras, dignitates, et beneficia huiusmodi, ad eorum primaeuam naturam, praemissis non obstantibus, reduxit.

CAP. II.

Iure praesentandi priuatur, qui apostatam praesentat ad beneficium iuris patronatus.

PAVLVS IV.

Si patroni alicuius beneficii ecclesiastici, siue sint laici, siue clerici, aliquem ex apostatis et extra claustra vagantibus ad beneficium, de eorum iure patronatus existens, tunc vacans, praesentauerit, praesentationes huiusmodi sint eo ipso nullae, irritae et inanes, ac viribus careant, et ipsi patroni iure praesentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum priuati existant.

CAP. III.

Ius patronatus concedendi legitima causa quae sit.

PIVS IV. *ex reformationis poenitentiariae apostolicae decretis.*

Poenitentiarius ac poenitentiariae apostolicae regens abstineat *a* concessione iuris patronatus seu praesentandi ad beneficia ecclesiastica, propter augmentum fructuum, sed tantum ex causa fundationis vel deuotionis *b* illud concedere possit.

TITVLVS V.
DE CONFESSIS.

CAP. I.

Confessi crimen, aut probatissimis indiciis quaestioni torquendi carcerati, non relaxentur fisco inscio, etsi praestita fuerit cautio.

PAVLVS IV.

Licet ex iuris communis dispositione satis prouisum sit, vt de aliquo crimine inquisitus, dum super indiciis contra eum existentibus discutitur, an torturae in eius persona iure locus sit, personaliter in carcere detineatur, et vt crimen confessus, in quem nihil, nisi vt poenam soluere cogatur, agendum restat, quousque illa debite punitus fuerit, non relaxetur: tamen vt nuper accepimus, rei criminum torturae supponendi, sub cautione de se repraesentando, et confessi sub simili cautione, seu etiam sub cautione de stando iuri, et iudicatum soluendo, plerumque relaxantur, quo fit, vt illis extra carcerem positis, expeditionem non procurantibus, causae huiusmodi differantur, et demum obliuioni tradantur, aut variis viis rei ipsi, post aliquod tempus, cautiones praestitas liberari procurent, sicque ipsi poenas debitas effugiant, et delicta remaneant impunita, in graue scandalum, et pessimum caeterorum exemplum. Nos itaque huic abusui occurrere volentes, motu simili, et ex certa nostra scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium decernimus, statuimus et ordinamus, vt nullus, qui ex indiciis contra eum laborantibus iure torquendus veniat, seu de quo dubitetur, dum de indiciis huiusmodi, an ad torturam sufficientia sint, disputatur, quo vsque aut per torturam indicia ipsa purgauerit, aut eum torturae subiiciendum non esse, cognitum fuerit, nisi procuratore fisci nostri ad haec omnia citato et interueniente, sub quauis cautione a carcere relaxetur, neque super iis extra carceres audiatur. Nullus etiam, qui crimen in iudicio confessus fuerit, contra quem nullae sunt partes iudicis, nisi in exequendo, etiamsi pro crimine huiusmodi pecuniariae poenae plectendus veniet, et quemcunque cautionem de illa soluenda praestare offeret, a carcere relaxetur, nisi poena ipsa, praefato fisci procuratore desuper audito, debite persoluta, sicque per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes, iudicari, diffiniri, et obseruari debere, sublata eis et eorum cuilibet aliter iudicandi et diffiniendi facultate, irritumque et inane, quicquid contra praesentium tenorem, a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, decernimus.

CAP. II.

Rei confessi a vinculis carceris non soluantur, nisi executionis sententia peruenerit.

PIVS V.

Cum, sicut accepimus, visitatores carcerum almae vrbis nostrae, homicidii, aliorumque capitalium criminum reos carceratos, ad illorum absolutionem et liberationem, nimis humanitate proni atque procliues, saepe a carceribus liberari faciunt, sub cautione de se praesentando, aut aliis sub aliis obligationibus et conditionibus eis bene visis, et ita processus debilitantur, et causarum expeditiones differuntur, vel (quod molestius ferimus) eos quandoque liberant, aut leuiori poena, quam iustitia exposcit, efficiunt, ac propterea delicta impunita remaneant, contra ius et vtilitatem publicam: nos considerantes, impunitatem scelerum esse incentiuum malorum, nolentesque in futurum, reos homicidii, ac aliorum delictorum capitalium, nisi in casibus a iure expressis, a carceribus liberari, et extra carceres audiri, ac leuius puniri, tenore praesentium, eisdem visitatoribus sub poena indignationis nostrae inhibemus atque interdicimus, ne posthac reos carceratos, vt praemittitur, arbitrio suo relaxent et liberent. In leuioribus autem delictis reos confessos aut conuictos non relaxent, neque liberent, nisi prius sententiae, aut condemnationi, quam eis infligendam et imponendam duxerint, paruerint, et illius executio facta fuerit. Volumus autem, quotiescunque viderint aequitatem iuris rigori, attenta facti qualitate, praeferendam esse, cum ad solum principem ius decernendi inter ius et aequitatem non scriptam spectet et pertineat, tunc facti qualitas diligenter inquisita consideretur, et si quid ab eis de iure relaxandum videbitur, nobis vnus ex visitatoribus vna cum iudice causae referat, praesente procuratore fiscali, vel aduocato fiscali eiusdem camerae et fisci, ac etiam pauperum aduocato, vt a nobis, quid statuendum et deliberandum sit, intelligant.

CAP. III.

In causis criminalibus confessi appellare nequeunt.

IDEM.

In confessos iudices procedere possunt, non obstantibus *d* appellationibus et inhibitionibus, et absque aliquarum poenarum incursu.

TITVLVS VI.
DE DOLO ET CONTVMACIA.

CAP. I.

Defensio condemnatorum in contumaciam, infra semestre exigi debet.

PIVS IV.

Quoniam saepe contingit, vt, qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint, perdurant ad multos annos in contumacia, expectantes occasionem, vt per temporis diuturnitatem criminis probatio impossibilis reddatur, et tunc quaerunt contumaciam sibi remitti, et super defensionibus audiri, cum criminis probandi facultas est fisco sublata, causam plerumque, vel coram iudicibus in ipsos propensis, vel in locis, vbi iura fisci deduci non possunt, introducentes, statuimus, quod rei in contumaciam condemnati, ad suas defensiones faciendas admitti non possint, nisi infra sex menses *e* quoad faciendas videlicet a die condemnationis, quo vero ad iam factas condemnationes, a die publicationis praesentium computandos, nec alibi, quam in loco, vbi condemnatio secuta est, vel in curia generali prouinciae, vbi delictum fuerit commissum. Et si secus fieri contingat, quaecunque absolutiones desuper obtinendae, etiam si vigore commissionis signaturae nostrae nullius sint roboris vel momenti, sed ad ipsarum condemnationum iam factarum executionem deueniri possit, et debeat. Quo termino sex mensium elapso, sententiae in contumaciam latae crimen notorium efficiant, et tanquam in rem iudicatam transiuerint, realiter et personaliter executioni demandentur. Nec homicidis prosit minor aetas viginti annorum, dum tamen maiores quatuordecim annorum extiterint. Quod si banniti huiusmodi in contumaciam condemnati, veniant postmodum absoluendi, iudices, sub poena mille scutorum, et

---

a *Constructione, dotatione, vel fundatione, vt ius acquiritur, sic et iisdem tribus modis conseruatur. cap. 3. de iure patronatus. cap. pia mentis. et ibi gloss. 16. quaest. 7. cap. abbatem 10. 2. 18. quaest. 2.* *b* *Pano. in cons. 76. et 106. lib. 2. Cass. ad decis. 7. de iure patron. numer. 6.*

c *L. cum quidam. ff. de liberis et posthumis. c. vt fama. de sent. excommun.* *d* *propria voce confessus, appellare non possit. l. 2. C. quorum appell. vbi gloss. Bart. Bald. et Oldrad. communiter dicunt.* *e* *Pius V. in sequenti constitutione, contumaces infra annum ad defensionem admitti posse decreuit.*

infamiae

infamiæ perpetuæ, illos gratis, et ſine vlla ſportularum ſolutione, abſoluere debeant. Publicata Rom. 26. Maii 1565.

CAP. II.

Semeſtre ſpatium conceſſum Pio IV. decreto contumacibus ad exprimendas cauſæ defenſiones, ad annum extenditur et prorogatur, ita tamen, vt ſponte comparentibus dumtaxat, non captis, infra annum faueat et patrocinetur.

PIVS V.

Dudum poſtquam fel. record. Pius papa IV. prædeceſſor noſter, cupiens ſubterfugiis delinquentium a obuiare, per quaſdam ſuas in forma motus proprii editas literas, ſub dat. Romæ apud ſanctum Petrum, 12. Cal. Iunii ann. VI. inter alia ſtatuiſſet, quod rei in contumaciam condemnati, ad ſuas defenſiones faciendas admitti non poſſint, niſi infra ſex menſes quoad faciendas videlicet a die condemnationis, quo vero ad iam factas condemnationes, a die publicationis earundem literarum computandos, per alias noſtras, etiam in forma motus proprii emanatas literas, die 20. menſis Iunii, pontificatus noſtri anno primo publicatas, terminum ſex menſium huiuſmodi, ad annum prorogauimus, ac contumacibus huiuſmodi defenſiones, non niſi poſt anni elapſi terminum, denegari debere decreuimus. Cumque, ſicut accepimus, a nonnullis ordinationem et diſpoſitionem huiuſmodi, noſtramque et dicti prædeceſſoris in illis edendis intentionem, variis calumniis eludere, et ſuper earum ſiniſtris interpretationibus agentes pro fiſco et camera apoſtolica fatigare, et cauſas in longum protrahere, et illas intricare, ſententiarumque executionem euitare ſatagentibus, ſæpe in dubium verti contingat (licet ex verborum proprietate res clara ſit) an ſcilicet, tam ſponte comparentes, de quibus loquitur motus proprius præfati prædeceſſoris, quam etiam capti intra dictum tempus, indiſtincte admitti debeant, ad faciendum ſuas b defenſiones, maxime ſtantibus in eodem noſtro motu proprio appoſitis ſupra relatis verbis, videlicet: *ac contumacibus huiuſmodi defenſiones non niſi poſt anni elapſi terminum denegari debere:* quæ indiſtincte prolata ſunt, et videntur poſſe comprehendere, tam ſponte comparentes, quam captos, nihilominus conſiderantes, quod verba ipſa nihil aliud diſponunt, quam prorogationem termini, his, quibus ex forma motus proprii prædicti prædeceſſoris denegari non poterat. Nos igitur ad tollendum omne dubium, et abſurdum euitandum, quod capti, et ſponte comparentes paris eſſent conditionis, nec non calumniis et aliis inconuenientibus huiuſmodi, quantum cum Deo poſſumus, obuiare, omnemque diſputandi materiam tollere, et in his opportune prouidere volentes, nec non ſingularum literarum prædictarum, ac iudiciorum, inquiſitionum, proceſſuum, condemnationum, et ſententiarum deſuper formatarum, et latarum, ac formandarum, et promulgandarum huiuſmodi, aliorumque forſan latius exprimen. tenores, continentias, formas, et compendia, ac reorum, delictorum, criminum, et exceſſuum, ac pœnarum huiuſmodi, et iudicum nomina, cognomina, gradus, et qualitates, ac quantitates, et loca, pro plene et ſufficienter expreſſis habentes, et decernentes, nec non ſingulas prænarratas literas confirmantes et innouantes, motu ſimili, etc. quod banniti, et in contumaciam condemnati, in pœnam capitis et vltimi ſupplicii, ſi capti ad manus curiæ deuenerint, per iudices ad nouas ſiue alias defenſiones faciendas, etiam intra dictum tempus non admittantur, niſi habita a nobis vel ſignatura noſtra deſuper gratia ſpeciali, nec literæ ipſæ, quæ in eorum odium editæ ſunt, eis in aliquo ſuffragentur, aut illis ſe iuuare ſiue defendere poſſint. Quinimo, quod iudices præfati ſententias ipſas condemnatorias, tam in vrbe, quam extra eam latas et ferendas, ſi tamen legitimis præcedentibus iudiciis ad inquirendum promulgatæ fuerint, executioni realiter et corporaliter ſuis loco et tempore congruis, reſpectiue totaliter et integre contra ſic captos demandent, et demandari faciant, hac noſtra perpetuo valitura declaratione declaramus et ordinamus, et ita mentis et intentionis noſtræ fuiſſe et eſſe atteſtamur. Romæ Id. Septembr. 1571.

TITVLVS VII.
DE SEQVESTRIS.

CAP. I.

Iudicibus decernendi ſequeſtra fructuum beneficiorum lite pendente conceditur facultas.

PIVS V.

Sanctiſſimus in Chriſto pater et dominus noſter dominus Pius, diuina prouidentia, papa IV. cupiens, prout ſuo paſtorali incumbit officio, vnicuique, quod ſuum eſt, tribui, iuſtitiamque inter omnes æqua lance miniſtrari, ac animarum periculis, et fraudibus eorum, qui paſſim beneficia eccleſiaſtica in menſibus, in quibus illorum collatio et prouiſio per conſtitutiones ſuas, ſeu cancellariæ apoſtolicæ regulas deſuper editas, diſpoſitioni ſuæ pro tempore reſeruatæ exiſtunt, vacantia, ſeu alias eidem et ſedis apoſtolicæ diſpoſitioni generaliter reſeruata, aut ex generali reſeruatione apoſtolica, vel alias affecta, ordinaria, ſeu alia auctoritate, contra dictarum conſtitutionum tenorem, aut alias indebite ſibi conferri, et de illis etiam prouideri procurant, et in eis prætextu collationum et prouiſionum huiuſmodi ſe intrudunt, ad hoc, vt illorum fructus ſuos faciant, et ex eis impetrantes apoſtolicos, ſeu alias iuſto titulo prouiſos moleſtent, et interim lites adeo in longum protrahant, vt impetrantes et iuſtum titulum habentes, aut cum eis concordare, aut eorum iuri cedere et renunciare, aut in perſecutione litium huiuſmodi omnes fere eorum facultates diſſipare, et tandem in illarum proſecutione mori cogantur. Quique beneficia in Romana curia, vel extra eam, litigioſa reſignant, aut eorum iuri cedunt ſimpliciter, vel in fauorem tertii, in memorialibus cum paruis datis et conſenſibus deſuper præſtitis, quæ penes ſe retinent, et nihilominus lites huiuſmodi proſequuntur, et dum cognoſcunt, nullum ius ſibi in huiuſmodi beneficiis litigioſis competere, ad effugiendum ſententiam, et expenſas, vel fructuum reſtitutionem, in quibus condemnandi venirent: ſupplicationes deſuper ſignari, ac datas, et conſenſus paruos huiuſmodi extendi faciunt, aſſerentes, ſe iam diu illa dimiſiſſe, partes fouentes bonum ius, et iudices iuſtitiam miniſtrantes deludendo, quantum in eo eſt obuiare, omnem penitus talia præſumendi occaſionem tollere, hac ſua perpetuo valitura ſanctione ſtatuit et ordinauit, quod quoties in antea aliquem, ſuper quouis beneficio eccleſiaſtico, vt præfertur, reſeruato ſeu affecto, ac dicta auctoritate vel alias nulliter collato, tam in dicta curia, quam extra eam litigare contigerit, et iudici ordinario, ſeu cui cauſa deſuper commiſſa fuerit, etiam ſummarie et extraiudicialiter, quantum ſibi pro rei qualitate ſufficere parte legitime citata videbitur, conſtiterit, beneficium ipſum in dictis menſibus vacaviſſe, aut alias, vt præfertur, reſeruatum ſeu affectum, ac nihilominus ordinaria, ſeu alia auctoritate nulliter collatum, et indebite detentum exiſtere, idem iudex reproducta citatione, fructus, reditus, et prouentus beneficiorum ſic nulliter collatorum, et indebite detentorum, ſequeſtrari c mandet et faciat, ac alia exequatur in præmiſſis neceſſaria et opportuna. Super quo eidem iudici omnem poteſtatem et auctoritatem impertitus eſt. Idemque ſanct. ſua in cauſis nunc in quauis inſtantia coram eiſdem iudicibus pendentibus, ſimiliter obſeruari mandauit. Præterea decreuit et declarauit, ſic reſignantes ſeu cedentes, et nihilominus lites huiuſmodi proſequentes, ne eorum malitia illis prodeſſe, et fouentibus bonum ius nocere valeat, ad fructuum, redituum, et prouentuum dictorum beneficiorum per eos perceptorum reſtitutionem, ac expenſarum in litibus huiuſmodi factarum refectionem, omniaque et ſingula damna et intereſſe, in quibus condemnati fuerint, ſi non ceſſiſſent vel reſignaſſent, per iudices, tam ordinaria, quam delegata, vel alia auctoritate fungentes, coram quibus lites ipſas pro tempore pendere ſeu moueri contigerit, condemnandos fore, et condemnari debere, ac ad id teneri et obligatos eſſe, ipſoſque, ac etiam in dictis beneficiis ſucceſſores quoſcunque, ad paritionem ſententiæ, ſeu ſententiarum, ac literarum executorialium pro tempore latæ, ſeu latarum, et decretarum, a quibus appellare non liceat, ad reſtitutionem, ſeu relaxationem poſſeſſionis, ac fructuum, redituum, et prouentuum, nec non refectionem expenſarum, ac damnorum, et intereſſe huiuſmodi, perinde ac ſi contra eoſdem ſucceſſores ſententiæ ſeu ſententia latæ, et literæ executoriales huiuſmodi decretæ fuiſſent, cogi et compelli. Sic tamen, quod poſtquam alter ipſorum ſententiæ, ſeu ſententiis, ac reſtitutioni, vel relaxationi poſſeſſionis, et fructuum, redituum, et prouentuum, nec non damnorum et intereſſe huiuſmodi refectioni, aliiſque præmiſſis, realiter et cum effectu paruerit, alter deſuper moleſtari non poſſit.

CAP. II.

Lite pendente fructus et diſtributiones beneficiorum eccleſiaſticorum fidei ſequeſtro debent deponi.

PIVS V.

Cordi nobis eſt lites minuere, et a laboribus ſubditos, maxime perſonas eccleſiaſticas diuino cultui deditas, releuare. Sane, cum (ſicut accepimus) in plerisque cathedralibus et collegiatis eccleſiis, earum conſtitutionibus et ſtatutis, etiam a ſede apoſtolica approbatis et confirmatis cautum ſit, quod occurrentibus litibus et controuerſiis inter prouiſos de dignitatibus, officiis, canonicatibus, et præbendis, portionibus, et præſtimoniis, cæteriſque beneficiis eccleſiaſticis qualitercunque qualificatis, tam ordinaria, quam apoſtolica auctoritate, tam ſuper illorum prouiſione, ſeu inſtitutione, aut poſſeſſione, quam illorum idoneitate et habilitate, aut alias ex quauis cauſa, et eorundem ad dignitates, canonicatus, et præbendas, cæteraque

a *Contumacia in criminalibus accuſanda. l. abſentem. §. 1. ff. de pœnis. Bart. in l. exter. vlt. col. ff. de public. iud. et in extrauag. ad reprimendum, in verb. negleuerit.* b *contumax damnatus non auditur, niſi contumacia ſoluatis expenſis. gl. in l. ſed. et ſi. §. ſed etſi dum decreto. ff. ex quibus cauſis maior. Bald. in c. cum veniſſent. col. 2. de iudic. Idque obſeruatur tam in ciuilibus, quam criminalibus cauſis.*

c *ſequeſtrum non debet concedi, niſi ius aliud patentis appareat. l. cum proponas. C. de bon. aut. iud. poſſid. l. ſi is a quo ff. vt in poſſ. lega. Nam ſi is, qui petit ſequeſtrum, nil iuris habeat, ſequeſtrum non fiet.*

raque

raque beneficia ecclesiastica prædicta, admissione et receptione, et capitulum, et canonicos, cæterasque capitulares personas, ad quos admissio et receptio, tam de iure, quam ex consuetudine spectat et pertinet, aut etiam alias personas ecclesiasticas, asserentes, beneficia prædicta ad se de iure spectare, ipsi sic prouisi interim beneficiorum huiusmodi fructus ac distributiones non percipient, sed capitulum et canonici illos, vel in suos vsus et vtilitatem conuertendos, seu restituendos ei, cui de iure restituendæ erunt, recipiant, prout in dictis constitutionibus et statutis, seu consuetudinibus continetur, quo factum est, vt lites huiusmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri possit. Hinc est, quod nos hac nostra perpetuo valitura constitutione, auctoritate apostolica, statuimus atque decernimus, quod fructus, redditus, et prouentus, ac distributiones, cæteraque emolumenta, quæ vigore constitutionum, consuetudinum, et statutorum prædictorum a capitulo et canonicis recipienda (vt præmittitur) erant, amplius non ab eisdem capitulo et canonicis recipiantur, sed penes personam fidei et facultatibus idoneam, per iudicem, coram quo causæ huiusmodi pendere repertæ fuerint, eligendam et nominandam deponantur, restituenda ei, cui de iure postea restituenda fuerint. Datum Romæ 3. Cal. April. 1568.

TITVLVS VIII.
DE INTERDICTO.

CAP. I.

Propter pecuniarium debitum, ciuitas, prouincia, et loci publici non possunt interdicto supponi.

BONIFACIVS VIII.

Prouide attendentes, quod vt frequentius, quamuis non sine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur; quod sint nonnulli iudices, nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis siue causis, quæ plus interdum ex cupiditatis, quam ex charitatis radice, perspicuis indiciis procedere arguuntur; quodque tempore interdicti diuina organa suspenduntur, et laudes Dei, nec ecclesiastica sacramenta ministrantur, vt solent, tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes et paruuli percipientes rarius sacramenta, minus inflammantur, et consolidantur in fide fidelium, tepescit deuotio, hæreses pullulant, et multiplicatur periculum animarum: præsentis constitutionis prouidemus edicto, vt prouincia, ciuitas, castrum, villa, locus, territorium vel districtus, auctoritate ordinaria vel delegata non supponantur ecclesiastico interdicto, pro pecuniario debito, vel pro cuiusuis monetæ, vel pecuniæ quantitate, sub quacunque occasione, vel causa, seu quouis quæsito colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu inhabitatores, quod singulares personæ ipsorum, statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis huius, seu quantitatem non soluerint hactenus, aut in antea non persoluent. Nos enim ex nunc decernimus irritum et inane, si secus hactenus contigerit attentari, illudque reuocamus omnino.

CAP. II.

Iudices in quæcunque loca, ob pecuniarum debita, interdicti sententiam ferre non debent, nisi casibus his expressis vrgentibus.

LEO X. *ex concordatis Galliæ.*

Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione, multa consueuerunt scandala euenire, statuimus, quod nulla ciuitas, oppidum, castrum, villa aut locus ecclesiastico possit supponi interdicto, nisi ex causa siue culpa ipsorum locorum, aut domini seu rectores vel officiales ipsorum locorum auctoritate iudicis requisiti, huiusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, quæ etiam post biduum resumi possint, quod etiam in pendentibus locum habere decernimus.

CAP. III.

Pro pecuniario debito, vel cuiusuis æris crediti quantitate, non potest iudex, ordinaria vel delegata potestate, locum vel populum interdicere.

CLEMENS IX.

Licet ea, quæ per Romanum pontificem pro Christi fidelium animarum salute quotidie facta fuerunt, plenam obtineant roboris firmitatem, nonnunquam tamen Romanus pontifex illa libenter approbat, et concedit, vt eo firmius illibata persistant, quo magis suo fuerint præsidio communita. Dudum siquidem fel. rec. Bonifacius papa VIII. a prædecessor noster, libenter prouide attendens, quod vt frequentius, quamuis non sine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur, quodque etiam nonnulli iudices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis siue causis, quæ interdum plus ex cupiditatis, quam charitatis radice, perspicuis indiciis procedere arguebantur, quodque interdicti tempore diuina organa suspendebantur, et laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrabantur, vt solebant, tollebantur mortuis siue minuebantur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes et paruuli participantes rarius sacramenta, minus inflammabantur et solidabantur in fide, fidelium tepescebat deuotio, hæreses pullulabant, et multiplicabantur pericula animarum: constitutionis suæ prouidit edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponeretur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel cuiusuis monetæ vel pecuniæ, quacunque occasione vel causa, seu quouis quæsito colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, vel officiales, quocunque nomine censerentur, aut incolæ, seu habitatores, aut singulares personæ ipsorum tunc statutis seu statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis huiusmodi debitum, seu quantitatem non soluissent hactenus, aut in antea persoluerent, decernens ex tunc irritum et inane, si secus extitisset attentatum, vel contingeret attentari, illudque reuocauit omnino. Non obstantibus quibuscunque contractibus, obligationibus, pactis, conuentionibus, compositionibus, submissionibus, fideiussionibus, consensibus, processibus, et sententiis tunc desuper habitis et habendis, iuramentorum, pœnarum, spiritualium, temporalium, seu mulctarum appositione, vel quacunque alia firmitate vallatis, nisi talis suppositio interdicti etenus forat facta, vel in antea fieret, de apostolicæ sedis speciali licentia et expressa, per ipsius patentes literas apparente. Nos igitur cupientes, vt ea, quæ pro animarum Christi fidelium salute, per prædecessores nostros matura deliberatione ordinata et facta fuerunt, perpetuis futuris temporibus firmius obseruentur, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac potestatis plenitudine, literas prædictas, et in eis contenta, auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, et innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illaque inuiolabiliter obseruari debere decernimus atque mandamus, ac priori pro cautela, omnia in eis contenta, de nouo facimus et ordinamus. Romæ Cal. Iunii 1559.

TITVLVS IX.
DE APPELLATIONIBVS.

CAP. I.

Appellationes et prouocationes a summo pontifice ad futurum concilium inanes, schismaticæ et erroneæ sunt.

PIVS II. *in Mantuana synodo.*

Execrabilis, et pristinis temporibus inauditus, tempestate nostra inoleuit abusus, vt a Romano pontifice Iesu Christi vicario (cui dictum est in persona beati Petri: pasce oues meas, et: quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in cœlis) nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate iudicii, sed commissi euasione peccati, ad futurum concilium prouocare præsumant: quod quantum sacris canonibus aduersetur, quantumque reipubl. Christianæ noxium sit, quisquis non ignarus iurium intelligere potest. Namque (vt alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifestissime refragantur) quis non illud ridiculum iudicauerit, quod ad id appellatur, quod nusquam est, neque scitur, quando futurum sit? Pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur aduersus primam sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, et omnis ecclesiastica disciplina, et hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus a Christi ecclesia procul pellere, et ouium nobis commissarum saluti consulere, omnemque materiam scandali ab ouili nostri Saluatoris arcere, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, cunctorumque prælatorum, ac diuini et humani iuris interpretum, curiam sequentium, consilio et assensu, ac certa nostra scientia, huiusmodi prouocationes damnamus, et tanquam erroneas ac detestabiles reprobamus; cassantes, et penitus annullantes, si quæ hactenus taliter interpositæ reperiantur, easque tanquam inanes ac pestiferas, nullius momenti esse decernimus ac declaramus: præcipientes deinceps, vt nemo audeat quouis quæsito colore, ab ordinationibus, sententiis, siue mandatis quibuscunque nostris, ac successorum nostrorum, talem appellationem interponere, aut interpositæ per alium, adhærere, seu eis quomodolibet vti.

CAP. II.

Pii II. in appellantes a sedis apostolicæ sententiis ad futurum concilium constitutio confirmatur et interpretatur.

IVLIVS II.

Licet olim fel. record. Pius papa II. prædecessor noster, de fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, cunctorumque prælatorum,

a Sup. cap. primo.

latorum, ac diuini et humani iuris interpretum, cuiusm Romanam sequentium, in dicta seu congregatione Mantuana existentium approbatione, matura prius et graui præmissa discussione, et de eorundem congregatorum vnanimi consilio et assensu, ac ex certa scientia, prouocationes ad futurum concilium efficacissimis et palpabilibus rationibus, tanquam erroneas et detestabiles a damnauerit, ac sub excommunicationis latæ sententiæ et interdicti pœnis præceperit, ne qua persona cuiusuis dignitatis, siue etiam vniuersitas, aut collegium, quouis quæsito colore, ab ordinationibus, sententiis seu mandatis quibuscunque, suis ac successorum suorum, appellationem huiusmodi interponere auderet, et contrafacientes vna cum fautoribus suis, et consilium, auxiliumue præstantibus (siue hi tabelliones essent, siue testes, siue aduocati, siue alii quicunque (non solum pœnis et censuris prædictis, sed etiam iis, quæ læsæ maiestatis et hæreticæ prauitatis reis imponuntur, obnoxios esse statuerit. Leonardus tamen Lauredanus dux, Rogati, ac generale concilium, et communa Venetiarum, omnesque et singuli patritii, et ciues communis eiusdem, vna cum prouisoribus, potestatibus, commissariis et reliquis officialibus suis (quorum auctoritate industria, consilio, opera, aut fauore ciuitates, oppida, castra et arces, ad nos et sanctam Romanam ecclesiam legitime pertinentes, occupatæ fuerant, aut detinebantur) de fratrum nostrorum consilio, a nobis requisiti et moniti, vt intra certum terminum, sub pœnis tunc expressis, nos et sanctam apostolicam sedem plena et omni ex parte, in concessa sibi auctoritate et libertate, cum obedientia recognoscerent et reintegrarent, ac Rauennam, Seruiam, Ariminum, Fauentiam, Sarsinam ciuitates, cum oppidis, castris, terris, et districtu ipsarum, cumque Cesenaten. Forliuien. ac Immolen. territoriis, castris, oppidis, terris, et locis, quæ occupabant, integre et expedite, nobis et dictæ Romanæ ecclesiæ, cuius iuris esse noscebantur, relaxarent, atque inde recederent, nec impedirent, quo minus illorum ciues et habitatores ad piæ matris suæ Romanæ ecclesiæ obedientiam reuerterentur: omnes eorum fautores ab auxilii in talibus præstatione deterrendo, imo quod requisitioni, monitioni et mandato nostro huiusmodi non parentes, maioris excommunicationis sententia, de simili consilio, eo ipso innodati conferentur, a qua, præterquam in mortis articulo constituti, per alium, quam per Romanum pontificem, etiam prætextu cuiuscunque facultatis, cuicunque pro tempore concessæ, absolui non possent (quam quidem excommunicationis sententiam, in huiusmodi non paritionis euentum, iteratis etiam vicibus aggrauauimus) paternis monitis et salutaribus iussis obsequi, prout debebant, indebite recusantes, seu qui iuri proprio diffidunt, et superioris mandata contumaciter obaudiunt, vt quæ minus iuste vsurperunt, indebite, etiam cum animarum suarum detrimento, retineant: ad prohibitum atque damnatum remedium confugientes, a requisitione, monitione et mandato, ac sententiis, censuris, et pœnis prædictis, nulla constitutionis Pii prædecessoris, hoc expresse vetantis, habita ratione, ad futurum concilium temere (vt accepimus) prouocarunt: prout etiam perditionis filii, quondam Ioannes Bentiuolus, et eius nati, cum eos a tyrannica oppressione dilectæ ciuitatis nostræ Bononiæ expellere decreuimus, damnabiliter fecisse dicuntur: videlicet ad futurum concil. prædictum appellasse et prouocasse. Nos igitur, quam detestanda sit eorum peruersitas, attendentes, qui propriis inoixi commodis, et nefariis cupiditatibus mancipati, salubria decreta patrum, et superiorum iussa spernentes, inconsutilem Christi tunicam scindere, aut etiam scissionis causam præbere contendunt, et ecclesiæ vnitatem diuidere, prædictæ S. sedis apostol. principatum tollere, et contra tot sanctorum patrum, et sacrorum concil. decreta, temere et damnabiliter, magna audacia venire non erubescunt, et contrafacere non verentur: asserentes inter cætera, consulentes, persuadentes, determinantes, seu determinationi huiusmodi interessentes, sola consilii præstatione, seu persuasione, deliberatione aut determinatione, quod aliquibus casibus a Rom. pont. seu eius sententia vel decreto, ad futurum concil. generale appellari possit, dicta Pii prædecessoris constitutione non ligari, nisi in ipsa actuali appellatione, et illius interpositione, vel scripturæ compositione, se immiscuerint: ne de cætero tali assertione se excusare, ac tale quid in posterum præsumere impune valeant, opportunam tam immani et periculoso morbo medelam adhibere volentes, hac generali et in perpetuum valitura constitutione, ex certa nostra scientia, et potestatis plenitudine, de venerabil. fratrum nostrorum sanctæ Roman. eccles. cardinalium consilio promulgata, sancimus, constitutionem Pii prædecessoris præfatam, tam citra quam vltra montes, et in vltramontanis partibus, quoad omnes, tam ecclesiasticas quam seculares personas, etiam regali dignitate ac cardinalatus honore fulgentes, capitula, vniuersitates, communitates, et collegia, congregationes et synodos, ac parlamenta, valuisse, valere, et perpetuo valitura declaramus, cum suppletione solennitatis cuiuslibet, etiam publicationis omissæ, (cuius in illa edenda vel publicanda defectus prætendi possit, quæ iuxta illam fieri requirebatur, eamque ex præterito nunc et in posterum inuiolabiliter obseruari mandamus, ipsius violatores cuiuscunque dignitatis existant, pœnis et censuris in eadem expressis; quocunque tempore subiacere statuentes, contraria consuetudine, seu potius corruptela, non obstante: decernentes et declarantes vltra pœnas impositas (quas ipso facto dictos violatores et contra venientes incurrere volumus) ipsos et eorum quemlibet, pro veris et indubitatis schismaticis, inconsutilis tunicæ Domini nostri Iesu Christi violatoribus et dissipatoribus, ac de catholica fide male sentientibus, habendos et reputendos, pœnisque canonicis et legalibus contra tales impositis subiacere, et cum Dathan et Abiram partem et damnationem habere, ipsasque etiam pœnas et eorum quemlibet omnes illos incurrere volumus, cuiuscunque conditionis existant, et gradus prærogatiua fulgeant, qui in senatu, consiliis, parlamentis, congregationibus, etiam synodalibus et prouincialibus, vel aliis quomodolibet, tacite vel expresse, voce vel scripto, per se vel alium (cuiuscunque timoris vel reuerentiæ velamine, vel prætensæ excusatione, et superioris mandato, non obstantibus) decreuerint, seu deliberauerint, vel aliorum dicta approbauerint, vt ad futurum vniuersale concil. a nobis vel successoribus nostris Rom. pontificibus contra prædictam constitutionem appellare liceat, possit vel debeat: dictas pœnas ad ipsos eorum quemlibet contra venientem in præmissis, tenore præsentium extendentes, et locum habere declarantes, omni ambiguitate cessante. Et nihilominus prouocationes et appellationes, tam per Leonard. ducem, Rogatos, consilium et commune Venetiarum, factas huiusmodi, quam per quoscunque alios prædictos pro tempore faciendas, et inde secuta quæcunque (vtpote contra Pii prædictam ac præsentem constitutionem attentatas) nullas, prout sunt, et inualidas, nulliusque roboris vel momenti fuisse, et pro tempore fore; auctoritate, scientia et potestate similibus statuimus, decernimus, et declaramus: ac pro potiori cautela, cassamus et annullamus. Et vltra supradictas pœnas (quas contra constitutionis huiusmodi violatores in suo robore permanere decernimus) loca quæcunque, ad quæ violatores ipsos declinare, et in quibus scienter stare permitti contigerit, ecclesiastico supponimus interdicto: decernentes illud, quamdiu ipsi violatores inibi scienter steterint, vt præfertur, et per triduum post eorum inde discessum, firmiter obseruari. Romæ 9. Cal. Iunii 1509.

CAP. III.

Appellationes in causis criminalibus infra sex menses expediri debent, ne hinc diuturna pœnæ mora, delictorum impunitas exoriatur.

PIVS V.

Cum remedium appellationis, contra iudicum iniuriam a legibus introductum, minime tollere intendamus, saltem cum eo homines abuti, et illud in calumniam versum prospiciamus, illius tempus limitandum et restringendum duximus, vt eo magis hominum malitiis occurratur, et bene viuere volentium quieti et securitati consulatur. Hac igitur perpetuo valitura constitutione, decernimus, vt lata in causis criminalibus sententia, continente pœnam pecuniariam, fisco nostro applicandam, appellantes ab ea in casibus tamen, quibus alias de iure communi permissa est appellatio, et seruatis iis, quæ ex forma constitutionum apostolicarum circa depositum faciendum, (seu cautionem præstandam sunt seruanda) teneantur infra sex menses a die ipsius interpositæ appellationis computandos, ita coram iudice appellationis causam suam prosequi, vt etiam expeditionem reportent, quibus elapsis, et expeditione coram iudice a quo non reproducta, teneatur præfatus iudex, a quo, ad quamcunque fisci instantiam, etiam si acta fuerint transportata, sententiam præfatam debitæ executioni, omni mora postposita, demandare, ita vt effectualis incarceratio subsequatur. Verum ne malitia iudicis ius litigatorum efficiatur deterius, vt virtute sanctæ obedientiæ, ac indignationis nostræ, ac priuationis officiorum, etiam si illa ex causa onerosa obtinuerint, ac refectionis omnium damnorum et interesse, quibuscunque iudicibus totius status nostri ecclesiastici, quacunque dignitate et præeminentia fulgentibus, etiam si legati, vicelegati, ac prouinciarum gubernatores existant, committimus et mandamus, vt appellantibus sine mora acta et processus quoscunque effectualiter tradi curent et faciant, et ipsi iudices ad quos respectiue, bona fide; et omni versutia semota, ad causarum legitimam expeditionem procedant, scituri, nos acriter vindicaturos, si per eorum quempiam in præmissis fuerit appellationibus ipsis præiudicium generatum. Datum Romæ 16. Octobr. 1571.

CAP. IV.

Ab excessiua taxa semel appellandum.

PIVS IV. *ex decretis reformationis signaturæ iustitiæ.*

Sancimus, quod ab excessiua taxatione expensarum semel tantum appellatio committatur, et duæ sententiæ habeant vim trium. Datum Romæ Cal. Ian. 1562.

a *Proximo c. sup. execrabilis, de appellationibus.*

CAP. V.

A fructuum liquidatione vnica conceditur appellatio.

IDEM ex *reformat. rotæ apostolicæ sanctionibus.*

A liquidatione fructuum et expensarum taxatione, semel tantum appellare licet, ita quod duæ conformes rem iudicatam faciant.

CAP. VI.

A decretis ordinariorum ante sententiam diffinitiuam, et vbi agitur de morum et disciplinæ ecclesiasticæ reparatione, appellatio prohibetur.

IDEM.

Episcopis, archiepiscopis, primatibus, et patriarchis residentibus, vltra priuilegia et indulta eis, per quoscunque Rom. pontifices decessores nostros, ac sedem apostolicam et generalia concilia, et cancellariæ apostolicæ regulares concessa, quæ in suo robore permanere volumus, tanquam a dicta sede delegati, in quibuscunque ciuilibus, criminalibus vel mistis causis, contra quoscunque clericos, seculares, particulares, ac etiam extra eorum monasteria seu regularia loca degentes regulares, quomodolibet exemptos, auctoritate nostra procedere, et causas ipsas cognoscere, finesque debito terminare, ac quicquid terminauerint, exequi et obseruari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes, iuxta eorum excessus et delicta punire, corrigere, et omnem iurisdictionem in eos exercere, omniaque alia et singula in præmissis, et circa quomodolibet necessaria et opportuna, quæ nosmet facere, exercere, et exequi possumus, in omnibus et per omnia facere, exercere, et exequi libere et licite valeant, plenam et liberam licentiam ac facultatem auctoritate et tenore prædictis concedimus et indulgemus, decernentes, ab eorum ordinariorum interlocutoriis et decretis, ante diffinitiuam sententiam, vel vim diffinitiuæ habentem, et vbi agetur de morum correctione, a nullatenus, etiam ad nos et sedem apostolicam appellari posse: et nihilominus per appellationes quascunque, contra præsentium tenorem quomodolibet interpositas, minime causae deuolui, aut etiam per quasuis inhibitiones, etiam cum quibusuis censuris et pœnis, eis a quibusuis iudicibus ordinariis vel delegatis forsan faciendas, illarum vlteriorem cognitionem et expeditionem, et vbi de morum correctione agatur, etiam legitimam executionem minime impediri, aut censuris et pœnis huiusmodi ligari aut irretiri censere. Romæ prid. Nou. Septembr. 1560.

CAP. VII.

Appellationum suffragia propensiores reddunt ad lites faciendas animos et flagitia audenda, cum sententiæ prorogantur, et indecisæ remanent; ideo non admittuntur in causis maleficiorum, nisi deposito pecuniariæ mulctæ summa.

IVLIVS II. *thesaurario Marchiæ Anconitanæ.*

Accepimus, fisco cameræ apostolicæ, illius nostræ prouinciæ, damnum non leue inferri, delictaque impunita remanere ex prætexto appellationum, quæ in maleficiorum *b* causis, tum ante condemnationem, tum post, interponuntur: propter quas, cum aut ad vrbem, aut alio causæ ipsæ transferuntur, indecisæ, et minus pro ipso fisco defensæ remanent. Quamobrem volentes damno et impunitati prædictis occurrere, tibi committimus et mandamus, vt nullum in aliqua causa alicuius maleficii, aut fractæ pacis, induciarum, vel treugæ (etiam si de noua causa, aut de habendo recursum diceret) appellationem admittas, aut admitti sinas per aliquem iudicem vel officialem, nisi prius effectuale depositum penes te fecerint, de pœna, in qua appellans condemnatus fuerit, aut veniret condemnandus, prout in constitutionibus prouincialibus, et aliis prædecessorum nostrorum, et nostris literis (ad quas relationem haberi volumus) plenius continetur. Inhibentes etiam præsentibus, gubernatoribus, vicelegatis, locumtenentibus, et aliis quibuscunque officialibus ipsius prouinciæ, quocunque nomine nuncupatis, vt appellationem aliquam, in dictis causis admittere nullo modo audeant vel præsumant, nisi per te eis prius constiterit de effectuali deposito, vt præmittitur facto. Rom. 16. Iun. 1506.

TITVLVS X.
DE DILATIONIBVS ET CESSIONIBVS BONORVM.

CAP. I.

Cessionis siue discussionis bonorum beneficium impetrantes, aut dilationem quinquennalem, tenentur causae infra tres menses expedire.

CLEMENS VII.

Cum ex multorum relatione non sine animi nostri displicentia accepimus, quod nonnulli, Dei timore postposito, et suarum animarum et honoris proprii immemores, post magnum æs alienum contractum, etsi non sufficientia pro satisfaciendis creditoribus habeant, tamen ad eos illudendos, ac laboribus et expensis defatigandos, alii beneficium alternatiuum, cessionis videlicet bonorum aut dilationis quinquennalis, alii discussionem bonorum aut hæreditatis, etiam a sede apost. impetrant, quibus impetratis ad expeditionem earundem minime incumbunt, et dictis gratiis se totos cognoscentes, et difficile reputantes, quod vel creditores conueniant in eligendo, vel bonorum hæreditatis discussio fiat, pauperes creditores eorum credito vel deluduntur, vel adeo protrahuntur, vt ipsi fame pereant, vel, vt sæpius euenire solet, moriuntur, et hæredes eorum, non ita de materia informati, a credito eorum penitus excludantur. Nos talibus inconuenientiis obuiare volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, tenore præsentium decernimus et declaramus, quod quicunque beneficium alternatiuæ prædictum, aut discussionem bonorum, seu hæreditatis, hactenus impetrarunt, a die publicationis præsentium, et qui in futurum impetrabunt, a die eorum impetrationis computandis, nisi infra tres menses vsque ad sententiam inclusiue causam expediuerint, seu expediri fecerint, dictis gratiis seu beneficiis ipso iure priuati existant, et iudices eorum, quibus tales causas ventilare contigerit, siue ordinarii, siue delegati, etiam si sint causarum palatii apostolici auditores, aut S. R. E. cardinales, ad totalem executionem contra ipsos debitores, ad instantiam cuiuslibet creditoris, procedere possint et debeant, perinde ac si talia beneficia ipsis talibus debitoribus minime concessa fuissent, partibus aliàs iustitiam ministrando. Et nihilominus, si ex aliqua rationabili causa iudicibus prædictis visum fuerit, dictum terminum trium mensium prorogari debere, dictum terminum sibi bene visum, non tamen vltra alium mensem, et non amplius, prorogandi licentiam per præsentes concedimus pariter et facultatem.

CAP. II.

Extensio præcedentis decreti ad discutiendas cauillationes suffragiorum beneficii c. Odoardus, et c. peruenit.

IDEM.

Cum nuper ad amputandum cauillationes eorum, qui ad fraudandum creditores, et diutius prorogandum debita, alternatiuas et discussiones bonorum a sede apostolica impetrauerint, vt exinde et longissimo tempore durante nullatenus soluere teneantur, nos per motum proprium, manu venerabilis fratris nostri Antonii de Monte, episcopi Portuensis, mandauerimus, vt ii, qui talia impetrauerant, extunc, qui vero talia in futurum impetrarent, a die impetrationis huiusmodi, infra tres menses causam expedire tenerentur, cum potestate dictis iudicibus attributa, trimestre prædictum, si eis videretur, ad vnum mensem prorogandi, quibus elapsis, et causa minime finita, extunc iudex, coram quo causa penderet, ad executionem contra debitores, perinde ac si tales concessiones minime impetrassent, procedere debeant, aliaque faciant, prout in dicto motu proprio, cuius tenorem haberi volumus pro inserto, plenius continetur. Verum quia, quod vna via prohibuimus, alia cauillosi debitores præfati consequuntur: alii capitulum *Odoardus*, alii beneficium capituli *peruenit*, a prædicta sede apostolica impetrantes, quæ beneficiis nullatenus expedire curant, in maximum pauperum creditorum damnum animæ suæ periculum, ac scandalum plurimorum. Talibus igitur inconuenientiis prouidere volentes, dictumque mandatum, etiam ad prædicta beneficia amplientes et extendentes, decernimus et mandamus, quod quicunque aliquod dictorum beneficiorum, si capitulum *Odoardus*, et capit. *peruenit*, a nobis, seu sede apostolica hactenus impetrauerint, aut in posterum impetrabunt, extunc, aut a die impetrationis respectiue, infra tres menses, cum potestate prorogendi ad alium mensem, iuxta et secundum formam dicti prioris mandati, causam ipsam omnino expediri facere teneantur.

CAP. III.

Grauibus dolis, quos meditantur, qui alternatiuas et dilationes in fraudem creditorum petunt, pœna occurritur.

PIVS IV.

Cupientes mercatoribus et aliis personis, tam almæ vrbis nostræ ciuibus, quam forensibus in ipsa vrbe, cum quibusuis personis contrahendi omnem possibilem securitatem concedere, et omnem viam, ac etiam omnes dilationes, per quas mercatorum et aliarum personarum debitores, a debitorum solutione subterfugere, seu se quoquo modo subtrahere, et creditores eorum creditis defraudare, aut supplantare possent, de medio tollere, ac remedium opportunum, præmissa ne fiant, adhibere, et vt debitores ipsi a præmissis, si non Dei omnipotentis, saltem humanæ ignominiæ timore abstineant, et sic eorundem mercatorum et personarum firmitati prouidere volentes, et considerantes modum proprium a fel. record. Paulo papa IV. prædecessore nostro, quod ex tunc de cætero alternatiuæ, significationes, et dilationes quæcunque, nisi iuxta iuris dispositionem, ac formam statutorum ipsius vrbis, concedi nullatenus possent, et qui illas obtinuissent, et extunc in futurum obtinerent, semper birretum

a *Cap. irrefragabili. de offic. ord. c. ad nostram. et c. reprehensibilis. in fin. cod. special. cod. tit. §. in quibus. vers. ii a correctione.* b *nullus homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, utrumque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, etiam voce propria scelus, vitiumque confessus, audiatur appellans. l. 2. quorum appellatio non recipi. cap. fin. §. nullus. 2. q. 6.*

birretum viride portare tenerentur, amandatum, circa ipsorum debitorum malitiam, seu malos homines; non sufficere, cum ipsum birretum viride, nisi postquam ad alternatiuam vel alias dilationes admissi fuerint, portare non teneantur, et sic beneficio temporis, in graue creditorum praeiudicium et iacturam, gaudeant. Nos igitur motu simili, etc. per praesentes perpetuo statuimus, et ordinamus, quod de caetero, quicunque debitores, seu in forma camerae, aut alias quomodolibet obligati, quamcunque dilationem, etiam secundum capitulum a *peruenit*, vel *Odoardus*, seu inhibitionem aliquam a curiae causarum camerae apostolicae auditore, seu eius locum tenente, aut almae vrbis vicario, vel gubernatore, vel senatore, seu aliis ipsius vrbis iudicibus, etiam commissariis, aut etiam carcerum vrbis visitatoribus, petere non possint, nisi se prius coram illis dictum birretum viride gestando praesentauerint, et ipsum birretum viride publice et secrete, sub fustigatione per vrbem pro prima vice, et triremium pro secunda, qua sine dicto birreto reperti fuerint, deferre, per se, vel suos legitimos procuratores, ipsis absentibus, promiserint, et medio iuramento affirmauerint, ac aliter a praedictis, et aliis quibusuis iudicibus, etiam vigore specialis commissionis, nostra aut successorum nostrorum manu signatae vel signandae, obtentae et obtinendae, alternatiuae, et significationes, aut dilationes quaecunque etiam secundum iuris formam nullae sint, et ipsis debitoribus, etiamsi clerici existant, nullatenus suffragentur.

CAP. IV.

Fraudulenti et dolosi decoctores, luxu et imprudentia rem alienam dilapidantes, pro furibus et latronibus impune, grassantibus haberi debent, et ideo poena vltimi supplicii plectuntur.

PIVS V.

Postquam eo vsque humana processit intemperantia, vt Christi fideles, qui in sacri baptismatis susceptione, diabolo, et omnibus vanitatibus eius, sponte et solenniter renunciarunt, diabolica fraude seducti, ita mundi huius illecebras appetant, vt pro illis assequendis, non modo filii prodigi, in euangelio per Dominum demonstrati, exempla sequentes, sua luxuriose viuendo profundant, verum etiam, illis absumptis, aliena appetant, grande aes alienum a proximis suis, qui id eis, prout mutuum fert hominum commercium, sub variis instrumentorum obligationibus liberaliter mutuant, extorquendo, ac deinde, cum id eis sub paupertatis specie restituere negligunt, proximos suos vna cum tota familia aliquando mendicare cogunt: facere nullo modo possumus, quin et pastoralis officii debito, cui disponente Domino praesidemus, moniti, et ea, qua Christus prior dilexit nos, charitate impulsi, clementiae et misericordiae reiectis viis, iustitiam et iudicium in tales acriter insurgendo assumamus, iurisque rigorem acriorem reddamus, vt saltem per hoc eos, quos timor Domini a malo non retrahit, vltimi supplicii poenae exterreat, sicque vniuersae dominici gregis oues ad ouile, ad quod (dante Domino) omnes dirigi cupimus, salubre perducamus. Sane licet aliae fel. record. Paulus papa IV. praedecessor noster, inter caetera dilectis filiis populo Romano concessa priuilegia, per quasdem suas literas voluerat, quod dilationes quaecunque, nisi iuxta dispositionem iuris, ac formam statutorum almae vrbis, concedi nullatenus possent, et qui illas obtinerent, semper birretum viride portare tenerentur, ac alias, prout in dictis literis plenius continetur: nihilominus diuersi iniquitatis filii, praemissis non attentis, proprieque temeritate confisi, postquam propria eorum bonis, non aduersa fortuna aut fortuitis casibus, siue hostium incursu, vel ventorum, marisque violentia atque iniuria (quod quidem vel certe ferendum esset, cum ab iis facile cauere nequeat humana prouidentia,) sed sua ipsorummet incuria, negligentia, prodigalitate, atque luxu in explendis propriis voluptatibus, penitus dilapidatis, proximos suos, ad varia eorum bona sibi mutuanda, sub spe restitutionis compulerunt, similiter illis profusis creditores suos cessione bonorum deludentes, ac tam literas praefatas, quam alia, per nos, contra huiusmodi decoctores, fallitos nuncupatos, edita statuta deridere audent, in graue apostolicae auctoritatis vilipendium, proximorum suorum detrimentum et grauamen, ac animae suae periculum non modicum. Nos praemissa conniuentibus oculis pertransire nequeuntes, et attente considerantes, nulla alia de causa in fures vltimi supplicii poenam esse impositam, nisi vt talis perpetrandi hominibus via interclusa, liberum esset vnicuique sua absque periculo possidere et vti, hos autem adeo furibus et latronibus similes esse, vt ab illis in nihilo differant, nisi vt, quod ab eis non nisi cum vitae suae periculo agitur, hoc decoctoribus impune liceat, volentesque propterea, vt par, imo grauius delictum, parem etiam sortiatur poenam, iurisque rigorem in hos grauiorem reddere, ac genus hoc hominum, tanquam humano generi infestum, a caeterorum coetu segregandum merito esse diiudicantes, omnium et singularum legum et constitutionum, tam imperialium quam apostolicarum, etiam in corpore iuris descriptarum tenores et formas, ac si de verbo ad verbum inserti forent praesentibus, pro expressis habentes, sine illarum aliquo praeiudicio, quinimo illas reualidantes et confirmantes, motu proprio, hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, statuimus, et declaramus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, quaecunque persona, tam saecularis, quam ecclesiastica, etiam si clericali et ecclesiastico foro gaudeat, cuiuscunque status, gradus, ordinis, et conditionis existat, et quacunque dignitate, tam mundana, etiam domicellus, comes, aut aliter nobilis aliquando fuerit, quam ecclesiastica, non tamen episcopali, praefulgeat, qui omnem eorum substantiam, non praemissis casibus fortuitis, sed incuria, negligentia, prodigalitate, et luxu suis, proprias voluptates explendo, et cupiditatibus non mediocri intemperantia seruientes, subuerterint, et dilapidauerint, nec non, qui se bona sua decoxisse simulantes, illa in fraudem creditorum suorum occultant, et eorum pecuniam totam in eorum vtilitatem forsan conuerterint, vt eorum creditores ad secum componendum facilius alliciant, poena vltimi supplicii, et ea, qua fures ipsi de iure vel consuetudine, aut particulari vel municipali statuto plecti solent, puniri debeant. Mandantes tam vrbis praefatae gubernatori, et curiae causarum camerae apostolicae generali auditori, quam omnibus et singulis nostris et sedis apostolicae, in quibuscunque prouinciis, legatis et vicelegatis, nec non quarumcunque ciuitatum, terrarum, oppidorum, et locorum, nobis et eidem sedi tam mediate quam immediate subiectorum gubernatoribus, praetoribus, capitaneis, commissariis, et aliis quibuscunque iudicibus, quauis etiam subdelegata potestate fungentibus, vt praesentes nostras inuiolabiliter in eorum iudiciis obseruent, nec contra tales, nisi illarum forma seruata, procedere audeant, vel praesumant. Districtius quoque inhibentes quibuscunque terrarum, oppidorum et locorum dominis in temporalibus, in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis, etc. poenis, ne sic in praemissis iudicantes eorum saeculari auctoritate molestare, inquietare, perturbare, vel impedire audeant vel praesumant.

TITVLVS XI.

DE CAMBIIS.

CAP. I.

Commutationis rerum ad res, siue pecuniae ad pecunias, quam cambium mercatorum vulgus vocat, prohibitio illicitae, et declaratio concessae.

PIVS V.

In eam pro nostro pastorali officio curam diligenter incumbimus, vt Domini nostri ouibus opportuna pro animarum salute remedia adhibere minime differamus. Cum itaque ad aures nostras peruenerit, legitimum *b* cambiorum vsum, quem necessitas, publicaque vtilitas induxit, saepenumero ob illiciti quaestus cupiditatem sic deprauari, vt sub illius praetextu, vsuraria prauitas a nonnullis exerceatur: nos petitionibus, quae super his nuper nobis factae sunt, hac perpetuo valitura decretali respondendum esse duximus, vt neque dolosis sua fraus suffragetur, neque ignaros perdat inscitia: sic enim pastoris officium exequimur, dum gregem nobis commissum ab aeternae damnationis periculo eripere modis omnibus studemus. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quae ficta nominantur, et ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent, ad quae loca ii, qui pecuniam recipiunt, literas quidem suas cambii tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt transacto tempore, vnde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi literis traditis, pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, vbi contractus fuerat celebratus: nam inter dantes et recipientes vsque a principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis, aut locis supradictis, huiusmodi literis receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniae, siue depositi, siue alio nomine ficti cambii traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur. Sed et in ipsis cambiis, quae realia appellantur, interdum (vt ad nos perfertur) campsores praestitutum solutionis terminum, lucro ex tacite vel expresse conuentione recepto, seu etiam tantummodo promisso, differunt. Quae omnia nos vsuraria esse declaramus, et ne fiant, districtius prohibemus. Porro ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo possumus, occasiones peccandi, fraudesque foeneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam audeat, siue a principio, siue alias, certum et determinatum interesse, etiam in casum non solutionis, pacisci, neque realia cambia aliter, quam pro primis nundinis, vbi illae celebrantur, vbi vero non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vsum exercere, abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis et deinceps nundinis, siue terminis exercendi. Curandum

a *Hic duo cap. habentur lib. 5. decret. tit. 22. de fideiussoribus, et tit. 23. de soluentibus.*

b *De cambiis et cambiorum institutis ac abusibus vide Ant. 2. part. tit. 1. c. 7. §. 47. de Laur. de Rodulph. de vsuris. c. consulnit. part. 2. q. 26. Ang. Sylu. Tab. Caiet. tract. de camb. Soto de iust. et iure l. 6. q. 8. art. 1. Nauar. cap. 17. Ioseph. Angles. de camb.*

autem

autem erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis et vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, ne dum longiores præfiguntur, quam loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant, fœnerandi detur occaſio. Quicunque contra hanc noſtram conſtitutionem commiſerit, pœnis, a ſacris canonibus contra vſurarios inflictis, ſe nouerit ſubiacere. Eos vero, qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam vndique pecuniam ita ad ſe redegerint, vt quaſi monopolium pecuniæ facere videbuntur, pœnis, quæ e iure contra exercentes monopolia conſtitutæ ſunt, teneri ſancimus. Rom. 5. Cal. Febr. 1575.

TITVLVS XII.
DE FORMA CONTRAHENDI CENSVM.

CAP. I.

Cenſus eſt rei immobilis fructiferæ in pecunia numerata contractus, nec ſuper fructibus cenſus augeri vel creari poteſt, cuius pretium ſemel conſtitutum immobile permanet.

PIVS V.

Cum onus apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes, cognouerimus, innumeros celebratos fuiſſe, et indies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites, a noſtris antecesſoribus eisdem contractibus ſtatutos, verum etiam, quod deterius eſt, contrariis omnino pactionibus, propterea ardentem auaritiæ ſtimulum, legum, etiam diuinarum manifeſtum contemptum præ ſe ferunt, animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, lethiferoque veneno, ſalutari antidoto non mederi.

Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, a cenſum ſeu annuum reditum creari, conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, et quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.

Rurſum niſi vera in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, et notario, et in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoque pretio.

Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Conuentiones, directe aut indirecte obligantes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus.

Quemadmodum nec pactum, auferens aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper, et libere, ac ſine ſolutione laudemii, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, et per menſem expectari.

Pacta continentia, moroſum cenſus debitorem tenere ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu ſiue aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint et nulla.

Imo et cenſum augeri, et nouum creari ſuper eadem vel alia re, in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ, pro cenſibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus.

Sicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectata, ad quem alias de iure, et ex natura contractus ſpectarent.

Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui: non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, imo centum et plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis, directe aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis aut clauſulis concepta ſint.

Cum vero traditione pretii reditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, et poſt denuntiationem, intra annum tamen, etiam ab inuito, pretium repeti poſſe, et vbi pretium nec volens intra annum exigat, volumus nihilominus quandocunque reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denunciatione, de qua ſupra, et non obſtantibus his, de quibus ſupra: idque obſeruari mandamus, etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet.

Pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum ab inuito aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omnino prohibemus.

a *Cenſus variæ ſignificationes explicantur apud Caſſiodor. l. 3. variar. epiſt. penult. et l. 5. §. poſt deinde ff. de origine iur. Theophil. in §. vlt. inſtit. de Libertinis. Quomodo vero differat a penſione emphyteutica, et aliis ſimilibus, habet ex gloſſ. et Pan. in cap. conſtituus. de religioſis domibus. et Bal. in tractat. de pace Conſt. in verb. perſoluere.*

Contractuſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus.

Et ita illis propterea non obſtantibus, quicquid vel expreſſe vel tacite contra hæc noſtra mandata dari, remitti aut dimitti contingat, a fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, nedum in cenſu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuo et in omnibus ſeruari volumus.

Declarantes, pretium ſemel cenſui conſtitutum, nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes, minui vel augeri.

Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus, cenſuræ bonorum religioſorum ſubiiciant, et animarum ſaluti conſulant. Rom. 14. Calend. Febr. 1568.

TITVLVS XIII.
DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

CAP. I.

Piis locis, qui teſtandi facultatem non habent prælati, iure legati, vel donationis decimam tantum partem bonorum relinquere poſſunt.

PAVLVS III.

Romanus pontifex, qui ex aſſueta ſedis apoſtolicæ benignitate in fauorem eccleſiarum, hoſpitalium, et aliorum piorum locorum diuerſa priuilegia concedere conſueuit, ſi proceſſu temporis tendunt in abuſum, illa moderari, ac deſuper opportune prouidere ſolet, prout rerum et temporum qualitate penſata conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sane non abſque animi moleſtia accepimus, quod nonnulli archiepiſcopi, epiſcopi, et prælati, aliæque perſonæ eccleſiaſticæ, tam ſeculares, quam diuerſorum ordinum et militiarum regulares, non habentes de eorum rebus ac bonis teſtandi et diſponendi facultatem, et eccleſiae, hoſpitalia, et alia pia loca, quibus a dicta ſede apoſtolica capiendi res et bona ex teſtamento, vel alia diſpoſitione illorum, qui alias de rebus et bonis eorum diſponere non poſſent, facultas eſt conceſſa, hæredes inſtituunt, et in teſtamentis, ſiue eorum diſpoſitionibus, plura legata ſeu ordinationes, in fauorem diuerſorum perſonarum, ac alios vſus, in quos bona et res huiusmodi tranſmittere non poſſent, faciunt: hoſpitaliaque, eccleſiæ, et loca pia huiuſmodi, ſiue eorum rectores fidem teſtantium ſeu diſponentium inſequentes, legata ipſa, et in teſtamentis, ſeu aliis, etiam inter viuos diſpoſitionibus, ordinata adimplent, ex quo cameræ apoſtolicæ circa res et bona, ſpolia nuncupata, per obitum archiepiſcoporum, epiſcoporum, prælatorum, et aliarum perſonarum eccleſiaſticarum huiuſmodi, abſque teſtandi et diſponendi facultate decedentium, competentia in ſuis iuribus detrimentum patitur, et iacturam. Et quia noſtrum eſt, in præmiſſis taliter prouidere, quod ipſius cameræ iurium debita ratio habeatur, motu proprio, ac ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium, omnia et ſingula priuilegia, facultates, gratias, literas, et indulta, quibuſuis eccleſiis, etiam metropolitanis, monaſteriis, hoſpitalibus, etiam ab archiepiſcopali ſancti Iacobi in Auguſta de vrbe dependentibus, ſeu cauſam habentibus, ac aliis piis locis vbilibet conſtitutis, per quoſcunque Romanos pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos et ſedem præfatam, ſuper capiendis ſeu acquirendis hæreditatibus, rebus, ac bonis, ex teſtamento, donatione inter viuos, vel alia quacunque diſpoſitione, quorumcunque archiepiſcoporum, epiſcoporum, prælatorum, et aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, ſecularium vel regularium, vtcunque etiam, vt præfertur, qualificatorum, quacunque præeminentia, ac dignitate, et auctoritate fulgentium, etiamſi S. R. E. cardinalis fuerit, de hæreditatibus, rebus, et bonis huiuſmodi facultatem diſponendi non habentium, vel alias quomodolibet conceſſa, etiamſi vſu recepta ſint, moderantes, volumus, decernimus et declaramus, quod archiepiſcopi, epiſcopi, prælati, et perſonæ huiuſmodi, de rebus ac bonis eorum, a nobis, vel a dicta ſede facultatem teſtandi ſeu diſponendi non habentes, decimam partem motum rerum et bonorum eorundem mobilium et immobilium, et ſe mouentium, ac pecuniarum eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, et piis locis capiendi et acquirendi facultatem huiuſmodi habentibus tantum, non per viam inſtitutionis hæredum, ſeu donationis, vel legati in vita ſeu in morte relinquere, et eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, et pia loca huiuſmodi, ſeu illorum rectores, non niſi decimam partem huiuſmodi capere ſeu acquirere poſſint, et ad hoc eccleſiarum, et hoſpitalium, et aliorum piorum locorum huiuſmodi priuilegia, facultates, conceſſiones, gratias, literas, et indulta quæcunque reducimus, moderamur: decernentes, ſic, et non aliter in præmiſſis, et illa quomodolibet concernentibus, et quoad priuilegia, facultates, gratias, indulta, etiam in forma breuis in futurum concedendas, per quoſcunque, tam ordinaria, quam delegata, et mixta

auctoritate

auctoritate fungentes iudices, et personas, etiam dictæ Romanæ ecclesiæ, cardinales, vbique iudicari, cognosci, ac decidi debere; sublata eis et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate, nec non irritum et inane, quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

CAP. II.

Testamenta et donationes acquisitorum ex bonis ecclesiæ, in fauorem illegitimorum, etiam legitimatorum, non tamen hospitalibus expositorum et orphanorum, infirmantur et annullantur.

PIVS V.

Quæ ordini ecclesiastico noxia esse, et scandalum obiicere perhibentur, necesse est, a medio submouere: quod nos pro nostri muneris officio, inter alia incommoda, quæ in oculos nostros incurrunt, de Christi peculio, ne ab indignis et reiectis ignominiose consumatur, neue illorum causa ecclesiis et pauperibus præripiatur, curam præcipuam habere volentes, de nobis attributæ potestatis plenitudine, reuocamus et abolemus omnia et quæcunque priuilegia, licentias, dispensationes, et indulta faciendi testamenta, donationes, siue inter viuos, siue causa mortis, legata, et quascunque alias dispositiones, de dominiis, terris, castris, domibus, et quibuslibet aliis bonis et rebus immobilibus, mobilibus, et se mouentibus, nec non pecuniis, iuribus, et actionibus, ex beneficiis, fructibus, pensionibus, at aliis rebus ecclesiasticis qualibuscunque confectis, acquisitis, et aliis quomodocunque prouenientibus, nec non de peculio, et aliis etiam sola industria, labore, muneribus, aut quocunque alio modo partis, cuiuscunque qualitatis, quantitatis, speciei, naturæ, et valoris existentibus, in quoscunque illegitimos, siue suos, siue extraneos, etiam legitimatos, eosdemque ex eorum, vel in partis hæredes instituendi, et substituendi, seu quod ipsi in prædictis ab intestato succedant, cæterasque huiusmodi facultates et permissiones, ac etiam habilitationes, et capacitates succedendi in bonis et rebus feudalibus et emphyteuticis, ab ecclesiis, monasteriis, et piis locis profectis, quibuscunque personis secularibus, et quorumcunque ordinum, nec non militiarum, et hospitalium, regularibus, ac Romanæ curiæ officialibus, et aliis curialibus, curiamque ipsam sequentibus, et etiam vrbis Romæ ciuibus, ac palatia, ædes, census, aliaque bona, in ea, eiusque districtu habentibus, nostris quoque et aliorum Romanorum pontificum familiaribus, ecclesiarum prælatis, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, et aliis cuiuscunque dignitatis, ordinis, et conditionis existentibus, illorumque, et aliis ecclesiis, capitulis, conuentibus, ordinibus, militiis, hospitalibus, collegiis, officiis, et locis, ac prædictæ vrbi, eiusque ciuitatibus, prouinciis, et dominiis, eorumque dominis, populis, ciuibus, et incolis, tam per fel. record. Sixtum IV. Innocentium VII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium III. Paulum IV. Pium IV. et qui ante illos fuerunt, alios quoscunque Romanos pontifices, ac nos, et sedem apostolicam, eiusque legatos, etiam de latere, nuncios, notarios, comites, collegia, officia et loca, etiam per modum statuti perpetui, generalis legis, initi et stipulati contractus, seu quasi, et alias sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis restitutiuis, reseruatiuis mentis, attestatiuis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis, etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, ac prædictorum cardinalium consilio, et matura deliberatione in consistorio habita, nec non consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam imperatoris, regum, et aliorum principum, etiam ob remunerationem laborum et obsequiorum nobis et dictæ sedi impensorum, refectionem damnorum, compensationem iurium cessorum vel oblatorum, nauatæ militiæ contra hæreticos et infideles, seu prædictæ vrbis ornatu, et frequentatione, ac quibuscunque aliis casibus, ac etiam necessariis et piis causis concessa, et multiplicatis vicibus confirmata, innouata, extensa, et moderata, et quantocunque tempore pacifice obseruata, quoad eam partem, quæ illegitimos prædictos tangit duntaxat, etiam si illa contineant, quod omnes curiales curiam sequentes, et alii, siue ecclesiastici, etiam cardinales, siue mundani, qui palatia, domos, et prædia vrbana vel rustica ædificauerint, aut census, aliaue bona acquisiuerint, aut alias acquisita habuerint in dicta vrbe, et circum eam ad milliaria decem, ex bonis, seu fructibus ecclesiasticis, hi tales de illis, nec non iuribus et iurisdictionibus omnibus, in fauorem illegitimorum, ac quomodolibet inhabilium et incapacium, siue inter viuos, siue causa mortis disponere, eosque hæredes et successores vniuersales, vel particulares instituere et substituere, et si intestati decesserint ipsi illegitimi et incapaces, in illis succedere possint, quodque per quascunque reuocationes, derogationes, aut alias contrarias dispositiones illis, quorum interest, præiudicari nequeat, et si vllo vnquam tempore præiudicatum, aut derogatum quoquo modo apparuerit, ius quæsitum ablatum, et literæ reuocationum et derogationum huiusmodi iuris quæsiti, ablatæ censeantur: sicque per quoscunque iudices iudicari debeat, et etiam diffiniri. Ac pariter tollimus et abrogamus omnes et quascunque facultates similia concedendi, legatis, nuntiis, notariis, comitibus, collegiis, officiis, et aliis supradictis, quorum omnium tenores, ac si ad verbum insererentur, habemus præsentibus pro expressis. Ita vt priuilegiorum, dispensationum, facultatum, habilitationum, capacitatum, indultorum, et aliorum supradictorum sic reuocatorum, aut etiam literarum legitimationis prætextu, nullus omnino de huiusmodi bonis, rebus, pecuniis, iuribus, iurisdictionibus, et actionibus, in commodum et fauorem illegitimorum vtriusque sexus, siue eorum filiorum, siue consanguineorum, affiniumue, siue extraneorum, etiam in statu seculari procreatorum, ac legitimatione quacunque auctoritate donatorum, vel ad huiusmodi res et bona, eiusque successionem, testato vel intestato, idoneorum et capacium effectorum, siue a testamento, siue donatione, siue legato, siue eleemosyna, siue alio quocunque titulo, et pio opere (exceptis in communi, ac omni fraude, conuentione, seu compositione cessante, hospitalibus expositorum, et orphanorum) disponere, nec illegitimi ipsi in eis ab intestato, siue proprius, siue per interpositas personas, ac quomodocunque succedere, aut illa alias ad eos, etiam per quemcunque circuitum multiplicatarum in alios capaces successionum, vllo tempore deuenire possint. Ac etiam nulla esse, et pro infectis habere volumus omnia et quæcunque facta hucusque testamenta, legata, donationes, et alia disposita huiusmodi, quæ viuentibus adhuc testatoribus, aut alias, locum non habuerunt, ac pariter ab intestato successiones, non tamen litigiosas, quæ plenarium non sunt effectum sortitæ. Dehinc vero districtius prohibemus, ne talia siue in prædictos illegitimos vtriuslibet sexus, siue in illorum coniuges, siue ipsorum parentes, filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos, siue viuentibus, siue defunctis ipsis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cuiuscunque pii operis intuitu fiant, neue ipsi vnquam in rebus, bonis, pecuniis, iuribus, iurisdictionibus, et actionibus prædictis, siue totis, siue in parte succedant, aut illa ad ipsos, quauis dispensatione suffultos, etiam per prædictum circuitum deueniant, neue de eis vlla in alium seu alios concessio, donatio, translatio, aliaue dispositio fiat, aut alia bona similia vel dissimilia, illegitimis aut aliis supradictis concedantur. Quod si prædictorum quispiam fuerit præsentium violator, testamentum, donatio, legatum, et dispositio, omnino non teneat, nec etiam quoad alios capaces, et res alias valeat, sicque disponens priuilegio, dispensatione, facultate, et indulto prædicto, eiusque vsu et commodo, etiam in cæteris omnibus, ipso sit iure priuatus. Nemo quantumuis capax, illius prætextu, fructus, res, pecunias, aut prorsus alia bona sua faciat, nec illa detinens præscriptione, aut vllo alio iuris præsidio adiuuetur, sed ad integram illorum restitutionem, quocunque temporis lapsu non obstante, debeat coerceri. Ita vt omnes in ecclesiis, monasteriis, beneficiis successores, tam coniunctim, quam diuisim, quisque videlicet pro rata parte sua, illa omni tempore recuperare possint, et qui primus cæteris ab eo monitis et negligentibus iudicium intenderit, ei soli res tota merito vendicetur. Nullis vero huiusmodi successoribus, pro prædictis insistentibus, ac etiam de peculio alias, quam ex rebus ecclesiasticis confecto, locorum ordinarii, tam concessorum et relictorum illegitimis, eorumue causa, quam quorumcunque aliorum bonorum immobilium, mobilium, et se mouentium, nec non pecuniarum, fructuum, rerum, et iurium, alias sub dictis testamentis, donationibus, legatis, et dispositionibus comprehensorum, corporalem possessionem, amotis inde et expulsis quibuscunque detentoribus, siue incapacibus siue capacibus, per se vel alium, seu alios, libere apprehendant, et apprehensam huius sedis nomine custodiant, donec ipsa sedes de illis, vti tum tulerit piorum operum necessitas, duxerit prouidendum. Bona vero, res, et iura feudalia, vel emphyteutica (aliis legitimis ad ea forte vocatis non existentibus) eo ipso deuoluta, et iuri ac proprietati suarum ecclesiarum et locorum restituta, et cum reliquis eorum bonis consolidata esse declaramus.

CAP. III.

Bona ecclesiastica, sine indulto apostolico, vltimæ voluntatis arbitrio non relinquuntur.

PIVS IV.

Graue nobis et molestum accidere solet, cum de personarum ecclesiasticarum actionibus, quæ integritatis exemplo cæteris præstare debent, ea nobis deferuntur, quæ et eorum famæ sinceritatem denigrare, et cameræ nostræ apostolicæ incommodum ac detrimentum afferre videntur: vnde nos, vt malitiosorum prauis intentionibus occurrere valeamus, debita postmodum remedia in medium afferre, et perniciosis fraudibus, prout ex vniuersalis nostræ curiæ solicitudine tenemur, obuiare cogimur. Cum itaque (sicut ex proborum et fide dignorum hominum relatione nuper accepimus) quamplures prælati, presbyteri, et aliæ ecclesiasticæ personæ diuersarum

a *C. fin. de pecul. cler. Abb. in c. cum esset in rubr. col. 14. Barb. in tract. de prast. card. 1. part. qu. 4. Ioan. Mat. in 4 sent dist. 24. qu. 20. Ang. in verb. clericus. 2. §. 13. Sylvest. verb. clericus. 4. quæst. 2. Aluar. Pelag. de planct. eccles. 2. part. art. 28. col. 1. Archid. in sum. 12. quæst. 5.*

prouinciarum, locorum, et dominiorum, et præsertim regni Neapolis, nulla a nobis, seu sede apostolica, facultate testandi suffulti vel muniti, sed temeritate propria, et forsan ad suorum importunam suggestionem impulsi, in eorum vltimis voluntatibus testamenta sua condendo, ac donationes, seu legata, aut codicillos faciendo, de bonis suis diuersimode, licet id facere nullo modo a possint, neque debeant, disponere audeant, ipsaque bona, sub diuersis confictis prætextibus et coloribus, hospitalibus, ac piis locis, et forsan cum promissionibus clandestinis, quod eorum consanguineis vel affinibus, aut aliis personis ab eisdem testatoribus nominatis, post illorum obitum, ab ipsis hospitalibus et locis de certa seu quota portione bonorum huiusmodi subueniatur, testari, relinquere, legare, codicillari non erubescant, in dictæ cameræ graue damnum et præiudicium maximum, dictæ cameræ indemnitati opportune consulere, et inconuenientibus huiusmodi, pro officii nostri debito, congruum remedium adhibere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, non ad tuam, vel alterius pro te, nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, auctoritate apostolica, tenore præsentium decernimus et declaramus, omnia et singula testamenta, donationes in illis, vel mortis causa factas, codicillus, legata, et quæcunque alia in vltimis voluntatibus, per quoscunque ecclesiarum prælatos, etiamsi patriarchali, archiepiscopali, vel episcopali præfulgeant dignitate, ac quorumuis monasteriorum cuiuscunque ordinis abbates, seu commendatarios, ac presbyteros, et alias quaslibet ecclesiasticas personas prædictas, et quascunque alias, quæ ex bonis et redditibus ecclesiasticis, et beneficiorum fructus percipiunt, absque nostra, seu eiusdem sedis, speciali licentia et facultate quomodolibet, quæ in futurum ab illis quocunque prætextu, aut quæsito colore, etiam in fauorem hospitalium, et aliorum piorum locorum huiusmodi de dictis redditibus fieri, condi, et testari, seu relinqui, aut quouis vltimæ voluntatis titulo disponi contigerit, nulla, irrita, inania, inualida, ac nullius roboris, vel momenti fore, et esse, ac nemini, neque etiam hospitalibus, et piis locis præfatis (cum ad cameram ipsam solum fraudandum, prout ex multis fraudibus desuper commissis et repertis nobis constituit, præmissa fieri, clare appareat) vllatenus deinceps suffragari, neque subsistere, aut testamentis suis huiusmodi quenquam iuuare, aut tueri, nec effectum aliquem vlla ratione habere, vel sortiri.

TITVLVS XIV.

DE NAVTIS ET NAVFRAGIVM PATIENTIBVS.

CAP. I.

Naufragata bona occupantes, et nautas impedientes, excommunicantur, qui vero iis opitulantur, condonatione pontificia remunerantur.

IVLIVS III.

Ordinamus, statuimus, firmiterque et inuiolabiliter obseruari mandamus, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis, nec non decem millium ducatorum auri largorum cameræ apostolicæ applicandorum pœnis, quatenus in vrbe Roma, suisque portibus et ripis, aliisque omnibus et singulis ciuitatibus, terris, castris, ripis, portibus, et plagis, Romanæ ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, etiam prælatorum, dominorum temporalium, et baronum dictarum terrarum, in quibus est commercium maritimum, persona aliqua cuiuscunque gradus, ecclesiastici vel secularis, communiter vel diuisim, officialis aut priuatus, etiam cardinalatus honore fulgens, deinceps non audeat vel permittat præbere impedimentum, aut genus aliquod molestiæ præstare, dictis nautis et mercium conductoribus subditis imperatoris, qui cum bono aut iniquo tempore infortunium aut naufragium patiantur, in dictis ripis, aut prope ripas, vel intra mare, seu in aliqua parte illius, aut portibus seu plagis (quod Deus auertat) aut quouis alio voluntario aut necessitato, infortunato aut pacifico modo, eos inibi applicare contingat, in quamcunque ripam, portum, aut plagam dictarum terrarum, quinimo illi fauore et opere gratiosis recipiantur, et benigne tractentur, restituendo et restitui faciendo res et bona eorum, in talibus nauigiis conducta, si ea per aliquem vel aliquos detineri et occupari contingat, vel in posterum occupabuntur aut detinebuntur, ad effectum, vt stante huiusmodi bona comparatione eorum querelæ cessent, et illi libentiori animo conducant ad loca prædicta se et eorum merces. Et vt Christi fideles ad præmissa alliciantur, ac ab eis, naufragium huiusmodi patientibus, promptiora subsidia præbeantur, omnibus et singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, qui auxilium, consilium, et fauorem, naufragium patientibus in reparatione et conseruatione suorum bonorum præstiterint, 10. annos et totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentiis, in Domino relaxamus. Romæ 22. Octobr. 1554.

CAP. II.

Furatur res, quæ iacens post naufragium in ripis aut portibus locorum maritimorum decipitur, repulso omnis consuetudinis prætextu, nisi restituatur.

PAVLVS III.

Iulius papa II. considerans, tam ciuili quam canonica lege, licere vnicuique naufragium suum impune colligere, ac iacta in mari, alleuandi oneris causa, recuperare, illaque decipientes furtum committere, et grauiter delinquere, ac Christianos naufragium patientes, rebus suis spoliantes, diuersis pœnis puniri: et propterea consuetudinem prædictam, tanquam contra regulam fidei, qua vnus alteri auxilio esse tenetur, merito corruptelam appellari, neminique suffragari debere, cuiuscunque temporis cursu munitam: volensque (sicut eius incumbebat pastorali officio) omnium mari terraque ad almam vrbem nostram venientium, securitati et tranquillitati prouidere, periculisque huiusmodi obuiare, ac venientium ad almam vrbem, ex omnibus mundi partibus, tanquam ad matrem, de necessariis cum opulentia prouidere, nec non animarum eorundem Christi fidelium saluti consulere, motu proprio, non ad alicuius sibi super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de eius mera deliberatione, et ex certa sua scientia, consuetudinem capiendi et retinendi bona, per naufragium vel iactum, leuandi nauis gratia, aut alia necessitate vrgente, factum ad littora maris, ciuitatum, terrarum, et locorum Rom. ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum pertinentia, allegari non posse, illamque nulli, in iudicio vel extra illud, suffragari debere, auctoritate apostolica decreuit et declarauit: et vltra pœnas, tam a lege, quam a canone, contra tales spoliantes bonis suis Christianos naufragium patientes, et raptores in littore maris, ciuitatum, terrarum et locorum, Romanæ ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum, hactenus inflictas, quas pro potiori cautela innouauit et confirmauit, talium spoliantium, cuiuscunque auctoritatis et dignitatis forent, bona et iura quæcunque præmissa, confiscauit et publicauit, illaque cameræ apostolicæ confiscata, et publicata, et locorum dominos id fieri permittentes, excommunicatos eo ipso fore decreuit, et etiam declarauit: dictosque raptores in flagranti crimine repertos, vt latrones et grassatores puniri posse, alias vt fures: præterquam, si nautis in manifesto naufragii et submersionis periculo constitutis, eorum opem et auxilium implorantibus et exposcentibus, non absque vitæ discrimine, in personarum et rerum conseruatione auxilio fuerint, vel alias ab imminentis et præsentanei naufragii periculis, ipsorum labore et opera liberauerint, et saluos reddiderint, aut bona iam deperdita recuperauerint.

a *Vt in c. quia nos. et c. relatum. 2. de test.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

SEPTIMI

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER TERTIVS.

TITVLVS I. DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

CAP. I.

Clerici habitus decors modesti incedant, omnem luxus ornatum fugientes, sub pœna beneficiorum, quæ possident.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Clerici temperate ac modeste omnia faciant, et tam beneficiati, quam in sacris ordinibus constituti, *a* comam neque barbam non nutriant, neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentisque ex velluto aut serico factis, habeant, sed eiusmodi rebus, ex panno tantum aut corio simpliciter vtantur. Si quis contrafecerit, excommunicationem incurrat, et si post legitimam admonitionem in huiusmodi pertinacia obstinatus permanserit, beneficiis omnibus, quæcunque habet, priuatus sit, et esse censeatur, eaque sic vacantia, a sede apostolica libere impetrari valeant.

CAP. II.

Clerici non solum interna vitæ munditia, verum etiam exterius decenti habitus ornatu et modestia, vitæ integritatem et grauitatem probent.

PIVS IV.

Nos pro pastorali officii nostri solicitudine, ecclesiasticam disciplinam temporum difficultate, ac hominum malitia, licentiaque deterius labentem, quantum nobis ex alto conceditur, in pristinam sacrorum canonum obseruantiam reducere cupientes, considerantesque, conueniens esse, vt clerici, maxime qui in sacris ordinibus constituti, aut beneficiati existunt, cuiuscunque gradus existant, non solum interius vitæ munditie *b* ac virtutum splendore, cæteris præfulgeant, verum etiam exterius, in eorum habitu et vestibus, grauitatem et morum honestatem, quæ ipsos decet, præ se ferant, statuimus, decernimus et ordinamus, quod omnes et singuli clerici, qui dignitates, personatus, canonicatus, et præbendas, parochiales ecclesias, aut alia quæcunque beneficia ecclesiastica, qualiscunque sint, obtinent, vel qui in quibusuis sacris ordinibus constituti sint, qui in hac alma vrbe nostra permanent et moram trahunt, et in illo inducti incedant cum debita et congrua tonsura, vestes exteriores ante infra genua se extendentes, ita vt a vestibus et sagis laicorum omnino differant, gestant, sub pœna excommunicationis, ac sub aliis, ac etiam crescente eorum contumacia beneficiorum priuationis, arbitrio nostro, seu dilecti filii nostri Iacobi titul. S. Mariæ in Cosmedin. in hac alma vrbe eiusque districtu vicarii generalis, imponendis pœnis in euentu contrauentionis incurrent.

CAP. III.

Concubinarii priuentur officiis, et inhabiles ad officia et beneficia declarantur.

NICOLAVS V.

Si diligenter attendimus vitia singula, quæ in conspectu populi decus vilescere faciunt clericale, *c* quam odibilis sit incestus in clerico, crimen incestus huiusmodi, quod plerique, propter illius impunitatem, sibi blandiuntur minime verendum, imo quasi non fore peccatum, non immerito cohibere compellimur, et præsertim eo propensius in curia nostra, quo illud ibidem videtur scandalosius, et ab aliis periculosius trahitur in exemplum. Hinc est, quod nos præsentis constitutionis edicto, vniuersis et singulis sedis apostolicæ officialibus, nec non quæuis Romanæ curiæ officia exercentibus, etiamsi ratione officiorum huiusmodi, ipsius sedis officiales non censeantur, et aliis quibuscunque clericis eandem curiam sequentibus, districtius inhibemus, ne quisquam ex eis concubinam publice in domo sua, aut alibi, vt illius turpi commercio liberius vtatur, teneat: seu quicunque mulierem ad aliorum turpem vsum huiusmodi, aut quamcunque mulierem in præsentiarum tenuerit, nisi post præsentium publicationem in valuis basilicæ principis apostolorum de vrbe, et in cancellaria nostra faciendam (quam etiam vim habere volumus monitionis peremptoriæ) infra nouem dies, ab huiusmodi excessu, realiter et cum effectu destiterit, ac concubinam seu mulierem ipsam penitus et omnino dimiserit, quodque quisquis in antea concubinam vel mulierem talem tenere præsumpserit, omnibus beneficiis suis ecclesiasticis, nec non quæ in dicta curia obtinent vel exercent, officiis, sint ipso facto priuati, illaque extunc possit per quoscunque alios libere impetrari, iidemque priuati, nec non quicunque alii concubinas et mulieres huiusmodi, contra præsentem prohibitionem tenere præsumentes, inhabiles censeantur ad beneficia obtinenda, et in dicta curia officia huiusmodi exercenda, nec illorum capaces efficiantur, nisi inhabilitatem suam antea per dictæ sedis literas obtinuerint aboleri, et interim per eos in prædictis gesta habeantur pro infectis.

CAP. IV.

Incontinentes clerici et sceleris contra naturam horrore infecti, sacris canonum et iuris ciuilis statutis plectuntur. Idem in concubinarios decernitur.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Vt clerici præsertim caste continenterque iuxta canonum præcepta viuant, statuimus, vt contrafacientes acriter secundum canones puniantur. Si qui vero, tam laicus, quam clericus, de crimine, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, conuictus fuerit, pœnis per sacros canones, aut ius ciuile, respectiue impositis puniatur. Concubinarii autem, siue laici siue clerici fuerint, eorundem canonum pœnis mulctentur, neque superiorum tolerantia, seu praua consuetudo, quæ potius corruptela dicenda est, a multitudine peccantium, aliaue quælibet excusatio, eis aliquo modo suffragetur, sed iuxta iuris censuram seuere puniantur.

CAP. V.

Clerici nefandi criminis contra naturam rei, degradati, et clericali priuilegio exauctorati, seculari iurisdictioni, pœnas easdem, quæ in laicos statutæ sunt, recepturi, traduntur.

PIVS V.

Horrendum illud *d* scelus, quo pollutæ, fœdatæque ciuitates tremendo Dei iudicio conflagrarunt, acerbissimum nobis dolorem inurit, grauiterque animum nostrum commouet: vt ad illud, quantum potest, comprimendum, studia nostra conferamus. Sane Lateranensi concilio e dignoscitur constitutum, vt, quicunque clerici illa incontinentia, quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, deprehensi fuerint, laborare, a clero deiiciantur, vel ad agendam in monasteriis pœnitentiam detrudantur. Verum ne tanti flagitii contagium impunitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentius inualescat, clericos, huius nefarii criminis reos, grauius vlciscendos deliberauimus, vt qui animæ interitum non horrescunt, hos certe deterreat ciuilium legum vindex gladius secularis. Itaque quod nos iam in ipso pontificatus nostri principio hac de re decreuimus, plenius nunc, fortiusque persequi intendentes, omnes quoscunque presbyteros, et alios clericos seculares et regulares, cuiuscunque gradus et dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, et beneficio ecclesiastico præsentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradantur, quæ de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos, hoc in exitio deuolutos, legitimis reperitur sanctionibus constitutum. Romæ 3. Cal. Septembr. 1568.

TITVLVS II. DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRAEBENDA.

CAP. I.

Episcoporum non residentium in diœcesi, nullisque curam negligentium pœna.

PIVS IV, *ex concilio Tridentino.*

De salute gregis dominici nobis ex alto commissi attentius cogitantes, eo libenter intendimus, per quæ grex ipse, continua suorum

---

a *Cap. clericus. de vita et honestate clericorum. Ex concilio Carthaginensi 4.* b *ex concilio Carthag. cap. 45. et ex generali synodo sept. can. 19. 21. quæst. 4. cap. omnis iactatio. concil. Trident. sess. 14. cap. 6.* c *in presbyterorum lasciuiam et libidinem sanctiones varia edita sunt a summis pontificibus et conciliis: Nicæno can. 3. 32. dist. cap. interdicit. et Nannetens. cap. 3. quas refert Borchardus lib. 2. decret. cap. 116. Luo. part. 8. cap. 192. Adde concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 14. et l. eum qui. C. de episcop. et clerico. concil. Trident. sess. 25. cap. 14.*

d *iure hoc scelus vocat horrendum et exsecrandum, post Alex. Alens. 2. part. quæst. 143. Thom. 22. 154. Astens. l. 2. tit. 64. Anton. 2. part. tit. 5. cap. 4. Vorguer. cap. 7 § 3. A 5. Syl. tab. ver. luxur. Peral. tit. de luxuria.* e *Cap. clerici. de excessibus prælat. et sup. tit. eod. cap. 2.*

ſuorum cum eo reſidentia a paſtorum, præſtroetur e noxiis, et in deuium prolabens, ad rectitudinis tramitem reducatur, vt paſtores ipſi reſidentiam ipſam, prout tenentur, commodius facere, ac circa ipſius gregis curam libentius ac feruentius inuigilare, et illum ab errorum præcipitiis præſeruare, ac in fide orthodoxa, et deuotione noſtra, continere valeant, opem et operam efficaces impendimus, prout rerum et temporum qualitate penſata, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Hinc eſt, quod nos motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, vniuerſos et ſingulos venerabiles fratres noſtros epiſcopos, archiepiſcopos, primates, et patriarchas, ab eccleſiis et diœceſibus ſuis abſentes, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ pœna, eo ipſo, abſque alia declaratione, incurrenda, diſtricte præcipiendo monemus, vt omnibus poſtpoſitis quanto citius, in Romana curia videlicet moram trahentes, intra vnum, extra eam vero in Italia, intra duos, extra vero Italiam exiſtentes, infra quatuor menſes a die publicationis præſentium, in locis inſraſcriptis faciendam computandos, ſe itineri committere, et legitimis itineribus ad eccleſias ſeu diœceſes ſuas proficiſci, et ſeſe perſonaliter conferre, ac ibidem, vt tenentur, reſidere, et paſtorale officium exercere debeant. Si quis autem a patriarchali, primatiali, metropolitana ſeu cathedrali eccleſia, ſibi quocunque titulo, nomine ſeu iure commiſſa, quacunque illæ dignitate, gradu et præeminentia præfulgeant, legitimo impedimento, ſeu iuſtis rationalibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis extra ſuam diœceſim morando abſuerit, quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ eccleſiæ et pauperibus loci, per ſuperiorem eccleſiaſticum applicandorum, pœnam ipſo iure incurrat: quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerint, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandum, eo ipſo amittat: creſcente vero contumacia, ſeueriori ſacrorum canonum cenſuræ ſubiiciatur, *b* metropolitanus, ſuffraganeos, epiſcopos abſentes, metropolitanum vero abſentem, ſuffraganeus, epiſcopus antiquior reſidens, ſub pœna interdicti ingreſſus eccleſiæ ipſo iure incurrenda, infra tres menſes, per literas vel nuntium Romano pontifici denuntiare teneatur: qui in ipſos abſentes, prout cuiuſque maior aut minor contumacia exegerit, ſuæ ſupremæ ſedis auctoritate animaduertere, et eccleſiis ipſis de paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino nouerit, ſalubriter expedire.

CAP. II.

Priuilegia et facultates conceſſæ epiſcopis in gratiam paſtoralis reſidentiæ.

Eosdem autem patriarchas, primates, archiepiſcopos, et epiſcopos mandatis noſtris parentes, et apud ſuas eccleſias, ſeu in earum diœceſibus perſonaliter reſidentes, ſpecialibus fauoribus et gratiis proſequi volentes, vt liberius et commodius eorum officio fungi valeant, eis et eorum cuilibet, vt quando reſederint, etiam prætextu quorumcunque delictorum et exceſſuum atrociorum, etiam hæreſis et læſæ maieſtatis criminum, per eos quomodolibet commiſſorum, ad comparandum perſonaliter in Romana curia, per quoſcunque iudices ordinarios vel delegatos, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, niſi vigore ſpecialis commiſſionis, manu noſtra vel Romani pontificis pro tempore exiſtentis ſignatæ, trahi aut citari non poſſint nec debeant, atque aliter factas citationes et cenſuras in eis appoſitas, ac inde ſecuta quæcunque, nulla et irrita, ac nullius roboris et momenti fore, ac eos minime afficere aut arctare ſtatuimus et ordinamus. Nec non eos, et eorum quemlibet, ab omnibus et ſingulis decimis, ſubſidiis, et aliis oneribus, ordinariis, et extraordinariis quomodolibet nuncupatis, per nos et ſucceſſores noſtros Romanos pontifices pro tempore exiſtentes, ac ſedem apoſtolicam, etiam motu proprio, et ex certa ſcientia, ac etiam conſiſtorialiter, etiam ad inſtantiam regum et principum quomodolibet, et ex quauis etiam quantumuis vrgentiſſima, iuſtiſſima, ac pia, et neceſſaria cauſa, etiam pro defenſione fidei catholicæ, ratione dictarum eccleſiarum nunc et pro tempore impoſitis, illorumque ſolutione, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, ex ſimili ſcientia, penitus et omnino eximimus et liberamus, nec ad id dilectis filiis modernis et pro tempore exiſtentibus, S. R. E. camerario, nec non cameræ apoſtolicæ theſaurario, præſidentibus et clericis, ac decimarum, ſubſidiorum, et aliorum onerum huiuſmodi collectoribus et ſubcollectoribus, ſeu exactoribus, et commiſſariis ad id pro tempore deputatis, etiam vigore quorumcunque priuilegiorum, indultorum, et literarum, etiam præſentibus derogantium, ac illorum totum tenorem de verbo ad verbum exprimentium, eis quomodolibet conceſſorum et concedendorum cogi, ſeu compelli, et ob non ſolutionem, huiuſmodi aliquas ſententias, cenſuras, et pœnas incurrere poſſe decernimus, illiſque et quibuſuis aliis, in virtute ſanctæ obedientiæ, et ſub noſtræ indignationis, nec non excommunicationis, aut ſuſpenſionis, aut priuationis ſuorum officiorum et beneficiorum, quæ obtinent, et pro tempore obtinebunt, eo ipſo incurrendis pœnis, eoſdem epiſcopos, archiepiſcopos, primates et patriarchas, ſic in dictis eccleſiis, vel earum diœceſibus reſidentes, quamdiu in illis reſederint, vt præfertur, ad ſolutionem decimarum, ſubſidiorum, et onerum præfatorum cogere, ac propter eorum non ſolutionem excommunicationis aut alias ſententias, cenſuras, et pœnas promulgare quoquo modo audeant ſeu præſumant, diſtrictius inhibemus. Et inſuper eiſdem epiſcopis, primatibus, et patriarchis, ſicut præmittitur, reſidentibus, vltra priuilegia et indulta eis per quoſcunque Romanos pontifices prædeceſſores noſtros, ac ſedem apoſtolicam, et generalia, et cancellariæ apoſtolicæ regulas conceſſa, quæ in ſuo robore permanere volumus, tanquam dictæ ſedis delegatis in quibuſcunque ciuilibus, criminalibus, vel mixtis cauſis, contra quoſcunque clericos ſeculares particulares, ac etiam extra eorum monaſteria ſeu regularia loca degentes regulares quomodolibet exemptos, auctoritate noſtra procedere, et cauſas ipſas cognoſcere, fineque debito terminare, et quicquid terminauerint, exequi et obſeruari facere, ipſoſque exemptos pro tempore delinquentes, iuxta eorum exceſſus et delicta, punire, corrigere, et omnem iuriſdictionem in eos exercere, omniaque alia et ſingula, in præmiſſis et circa ea quomodolibet neceſſaria et opportuna, quæ noſmet facere, exercere, et exequi poſſemus, in omnibus et per omnia facere, exercere, et exequi libere licite valeant, plenam et liberam licentiam ac facultatem, auctoritate et tenore prædictis concedimus. Decernentes, ab eorum ordinationibus, interlocutionibus et decretis, ante diffinitiuam ſententiam, vel vim diffinitiuæ habentem, et vbi agitur de morum correctione, nullatenus, etiam ad nos et ſedem apoſtolicam appellari poſſe: et nihilominus per appellationes quaſcunque contra præſentium tenorem quomodolibet interpoſitas, minime cauſas deuolui, aut etiam per quaſuis inhibitiones, etiam quibuſuis cenſuris et pœnis, eis a quibuſuis iudicibus ordinariis vel delegatis forſan faciendas, illarum vlteriorem cognitionem et expeditionem, et vbi de morum correctione agetur, etiam legitimam executionem minime impediri, aut cenſuris et pœnis huiuſmodi ligari aut irretiri cenſere.

CAP. III.

In fauorem ſtudiorum excuſatur abſentia a cura paſtoralis reſidentiæ, dummodo ordinariorum conſenſu et auctoritate firmetur.

IDEM.

Sanctiſſimus in Chriſto pater et dominus noſter, D. Pius, diuina prouidentia, papa IV. ad cuius aures nuper peruenit, nonnullos curata, vel alias ſacros ordines, aut perſonalem reſidentiam requirentia beneficia obtinentes, ſub prætextu, quod literis operam dare cupiebant, poſt confirmationem concilii Trident. per ſanctitatem ſuam, factam et publicatam, ſecum vt literarum ſtudio in loco, vbi illud vigeat generale, actu inſiſtendo, ratione beneficiorum per eos obtentorum huiuſmodi, vſque ad quinquennium, vel aliud tempus tunc expreſſum, dummodo infra primum illius annum ſubdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoueri minime tenerentur, et tam iidem, quod interim, quam alii etiam ad eoſdem ordines vel eorum aliquem ſeu aliquos promoti, quod ſimiliter ſtudentes, beneficiis per eos obtentis, per vicarios idoneos, per locorum ordinarios, etiam congrua fructuum beneficiorum huiuſmodi portione illis aſſignata, vel alias deputandos, in diuinis deſeruiendo, animarum curam illis imminentem exercendo, et alia incumbentia onera ſupportando, vſque ad ſimile tempus, perſonaliter in eiſdem beneficiis reſidere non tenerentur, et nihilominus interea omnes eorundem beneficiorum fructus percipere poſſent, per ordinariam ſanctitatis ſuæ ſignaturam, ſeu pœnitentiariæ ſuæ officium diſpenſari, ubique pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his vel fraudi vel circumuentioni locum, præſertim quoad abſentes a Romana curia, de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non poteſt, quantum humana ratione prouideri poteſt, relinquere volens, concil. etiam Tridentini decretis inhærendo, huiuſmodi diſpenſationes et indulta hactenus conceſſa, ac tam ipſius pœnitentiæ, quam apoſtolicas, et alias deſuper confectas et conficiendas literas, proceſſuſque habitos et habendos, per eaſdem dictis abſentibus nullatenus ſuffragari, niſi ſingulorum ordinariorum locorum, in quibus ſingula beneficia huiuſmodi conſiſtunt, conſenſus gratis præſtandus ad id accedat, apoſtolica auctoritate declarauit.

CAP. IV.

Clerici non prius admittantur ad regimina eccleſiarum et dignitatum, nec beneficiorum prouentibus gaudeant, quàm prius reſidentiæ iuramentum cum cautione præſtiterint.

IDEM.

Intendentes beneficiorum diſpendiis, et animarum periculis, congruis remediis obuiare, de parochialibus eccleſiis, ſeu earum perpetuis vicariis, et aliis beneficiis eccleſiaſticis curam animarum habentibus, per obitum illorum poſſeſſorum ſucceſſiue vacantibus, et antea diſpoſitioni noſtræ reſeruatis, non niſi perſonis eccleſiaſticis, præuio rigoroſo examine, de mandato noſtro deſuper ſpecialiter facto,

---

a *Reſidentia paſtoralis commendatur conc. Trid. ſeſſ. 6. Conſtantinopolit. can. 17. et 24. Antioch. can. 17. Agathenſ. can. 39.* b *extat can. 20. 7. q. 1. qui epiſcopus in eccleſia non reſidens, ſed per diuerſa loca vagatus ſedere renuſans, in monaſterio detruditur. Greg. lib. 5. epiſt. 24.*

facto, aut per diœcesani fidem, vel fide dignorum testium depositionem idoneis repertis, et medio illarum iuramento, ac etiam præstita fideiussione, de se infra certum expressum tempus ad locum beneficii conferendi, et apud illud curam animarum illi imminentem per seipsos exercendo, personaliter residendi, districtis prouideamus, seu prouideri mandamus. Romæ 13. Mart. 1567.

CAP. V.

Iis, qui maioribus ecclesiis præsunt, pastoralis residentia summopere commendari debet, et præcipi animaduersione sanctionum iuris, et concilii Tridentini auctoritate.

IDEM.

Cum tam per sacrosanctum œcumenicum concilium Tridentinum, a quam etiam per nostras literas siue bullas etiam desuper emanatas, et inter alias sub dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Domini 1564. septimo Cal. Decembr. pontificatus nostri, anno quinto, mandatum sit omnibus episcopis, archiepiscopis, et aliis, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro eis sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum, aliorumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et signanter munera pastoralia, et eis diligenter incumbere et assistere, aliaque facere, quæ in dicto sacro concilio, et in dictis nostris literis, siue bullis continentur. Quæ omnia nequaquam ab eis præstari et adimpleri possunt, cum gregibus suis non inuigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more oues suas deserunt: et propterea debuissent omnes et singuli episcopi, archiepiscopi, et alii, in dignitatibus ecclesiasticis constituti, et præfecti, et quibus animarum cura existit, iuxta diuina præcepta, et prædicti œcumenici concilii, ac prædictarum nostrarum literarum seu bullarum vim, formam, continentiam et tenorem, ad eorum respectiue ecclesias diœces. ac alia beneficia, quibus personalis residentia requiritur, ad effectum in eis personalem residentiam faciendam, sese contulisse, ac omnia et singula in eisdem præceptis, concilio, et literis siue bullis respectiue contenta, adimpleuisse et obseruasse. Attamen sicut accepimus, multi et multi prælatorum et presbyterorum, et mandatorum contemptores, animarumque suarum et propriæ salutis immemores, in dictis dignitatibus ecclesiasticis, quibus cura animarum imminet, ac episcopalibus et archiepiscopalibus respectiue constituti, præmissa facere et adimplere hactenus minime curarunt, sed distulerunt et differunt, in graue animarum suarum gregumque sibi commissorum periculum, et ouium suarum perniciosum exemplum et scandalum, sententias et censuras, et pœnas propterea sibi inflictas temere et damnabiliter incurrendo. Quæ omnia, cum non sint conniuentibus oculis, aut impune prætermittenda, sed grauiter, vt cæteris transeant in exemplum, cum iam per tot menses inobedientes fuerint, censuras præfatas sustinendas, motu proprio, et ex certa nostra scientia, deque potestatis nostræ plenitudine dilecto filio nostro Alexandro Riario, cameræ apostolicæ generali auditori, cui alias etiam seu prædecessori suo viuæ vocis oraculo commisimus, vt dictos episcopos, archiepiscopos, et alias personas ecclesiasticas animarum curam habentes, non residentes, pœnas præfatas in dicto concilio, et literis siue bullis nostris contentas incurrisse declararet, et ad illarum effectualem executionem, aliaque grauiore procedere, viuæ vocis oraculo commisimus: tantum quoque nonnulla monitoria contra certos episcopos, et alias personas præfatas, in vim commissionis nostræ huiusmodi sibi factæ tunc decreuerat, et relaxauerat, ne in posterum de illius iurisdictione dubitari contingat, denuo eidem auditori nostro nunc officium auditoratus exercenti, auctoritate nostra committimus et mandamus, quatenus statim, tam contra episcopos, archiepiscopos, et alios quoscunque prælatos, tam in vrbe quam alibi, et vbique locorum existentes et in propriis diœces. non residentes constituto sibi, quantum sufficere videbitur, summarie simpliciter et de plano, sola veritate inspecta, et manu regia, de obedientia prædicta, vsque ad sententiam exclusiue procedat, et deinde nobis referat, vt nos in consistorio nostro secreto, de fratrum nostrorum consilio, vt moris est, ad sententiam priuationis, et depositionis prælatorum inobedientium huiusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus: quo vero ad alios curam animarum habentes, vsque ad sententiam inclusiue procedat, et exsequatur iuxta formam et tenorem dicti concilii, et literarum nostrarum prædictarum, cum eisdem facultatibus, vt supra, ac alia faciat, et exequatur, prout in dictis literis siue bullis continetur cum potestate citandi, inhibendi, excommunicandi, suspendendi a diuinis, declarandi, interdicendi, aggrauandi, reaggrauandi, carcerandi, et brachium seculare decernendi, relaxandi et exequendi, aliaque facienda necessaria quomodolibet et opportuna, contrariis quibuscunque non obstantibus.

a *Concil. Trident. sess. 23. c. 2. admonet pastores, vt diuinorum præceptorum memores, factique forma gregis in iudicio ac veritate pascant ac regant.*

CAP. VI.

Ecclesiasticum monasterium nentiquam committendum, nisi personæ, quæ resideat in loco, et curam ecclesiæ per se ipsum valeat exercere.

PIVS V.

Cupientes pro nostri pastoralis officii munere Christi fidelium animarum saluti, quantum cum Deo possumus, salubriter consulere, et parochialibus ecclesiis ab earum parochis, prout tenentur, in diuinis debite et laudabiliter deseruire, inhærendo etiam decretis sacri concilii Tridentini, motu proprio, et ex mera deliberatione, certaque scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnes et singulos rectores parochialium ecclesiarum, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, et præeminentiæ fuerint, in quibuscunque regnis, prouinciis, ciuitatibus, diœcesibus, ac aliis christiani orbis partibus consistentes, qui parochialem ecclesiam, ac canonicatum, aut dignitatem, etiam post pontificalem maiorem, seu principalem, in quibusuis patriarchalibus, aut metropolitanis vel cathedralibus, seu collegiatis ecclesiis, seu aliud quodcunque beneficium ecclesiasticum, etiam quarumcunque dispensationum a Romanis pontificibus, prædecessoribus nostris, seu etiam a nobis hactenus quomodolibet impetratarum, ac literarum apostolicarum desuper expeditarum titulo, quas omnes hac præsenti constitutione abolemus et reuocamus, seu quocunque alio prætextu obtinet, cum prima et præcipua debeat esse cura animarum, eos ad residendum in ecclesia parochiali, et ibi in diuinis deseruiendum, debitoque eorum officio fungendum, omnino teneri et obligatos esse, ac ad id per episcopos, et aliorum locorum ordinarios, etiam tanquam apostolicæ sedis delegatos, sub sententiis et censuris ecclesiasticis, ac pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam priuationis dictarum parochialium, et aliorum quorumcunque beneficiorum pœnis, quacunque appellatione remota, cogi et compelli posse et debere, auctoritate apostolica, tenore præsentium statuimus, præcipimus et ordinamus. Eos tamen sic residentes in ecclesiis parochialibus, omnes et singulos fructus, reditus et prouentus, etiam canonicatus sui, vel dignitatis, seu alterius cuiuscunque beneficii, exceptis duntaxat quotidianis distributionibus, et aliis, quæ ex iusta causa absentes percipere non solent, lucrari volumus. Sicque per quoscunque iudices et commissarios, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate, interpretari, iudicari, et diffiniri debere: nec non irritum et inane, quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter, attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, decernimus et declaramus. Romæ 8. Id. Iul. 1568.

CAP. VII.

In beneficiis curatis et parochialibus residere tenentur, quibus credita est animarum cura, aut priuilegia collata in gratiam pastoralis residentiæ amittant, et pœnis canonicis subiciantur.

IDEM.

In suprema militantis ecclesiæ specula, meritis licet insufficientibus, diuina dispositione constituti, cunctos non solum vigilantia nostræ commissos dominicos greges, sed etiam singulorum pastorum suorum actus, intensa nostræ mentis acie solliustrantes, studium efficax, operamque sedulam ad hoc omnino statuimus adhibere, vt quemadmodum operosum sacri concilii Tridentini progressum, felicemque exitum (Domino cooperante) præstitimus, ita sanctissima illius decreta, ipsorum præsertim, qui in apostolicæ solicitudinis partem vocati sunt, pastorum officium concernentia, non tepide, neque dissimulanter exequamur. Sanct licet in concil. præfato saluberrime fuerit ordinatione decretum, quod omnes et singuli venerabiles fratres nostri, patriarchæ, primates, archiepiscopi, et episcopi, et alii beneficiati, apud ecclesias sponsas suas residere teneantur: nonnulli tamen (quod non sine animi nostri mœrore referimus) adeo sui, gregumque, quos olim deperditos Saluator noster proprio sanguine redimere dignatus est, sibi creditorum obliti sunt, vt etiam nunc in alma vrbe vel alibi commorantes, et sacrosancta spiritualis matrimonii, inter eos suasque ecclesias solenniter contracti, iura confundentes, sponsas suas in longa quasi viduitate relictas, et prædictas ecclesias quocunque modo sibi concessas inuisere, et apud illas, vt probos et prouidos patresfamilias decet, residere non curent, in perditionem animarum suarum, et subditorum suorum, ac perniciosum exemplum et scandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam, alicuius etiam temporalis pœnæ metu, frangendam seu conuincendam esse censentes, motu proprio, et ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus et singulis patriarchis, primatibus, et episcopis præfatis, ac aliis quibuscunque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia fulgentibus, dictas ecclesias in commendam, vel administrationem, aut alio quouis nomine obtinentibus, et aliis quibuscunque beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxta decreti, super residentia in concilio prædicto promulgati

senorem,

teneantur, personalem in suis ecclesiis residentiam facere tenerentur, in virtute sanctæ obedientiæ, vltra pœnas in dicto decreto concilii contentas, etiam sub priuationis eorum a regimine et administratione ecclesiarum suarum, ac aliis, nostro, et pro tempore existentis Romani pontificis successoris nostri arbitrio, imponendis pœnis, districte præcipiendo per apostolica scripta, mandamus, quatenus omni mora cessante, in eisdem suis ecclesiis, iuxta formam et tenorem dicti concilii personaliter resideant, et nihilominus, si quis mandato nostro huiusmodi (quod absit) non parere contigerit, ne etiam tales absentes, melioris in hac parte conditionis, quam cæteri in suis ecclesiis residentes existant, hac nostra perpetuo valitura sanctione per præsentes statuimus et ordinamus, quod deinceps omnia et singula, mobilia et immobilia, etiam in vrbe vel eius districtu existentia, et se mouentia, res et bona, iura et actiones, cuiuscunque qualitatis, valoris, et vbicunque locorum consistant, ad patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, et alios quoscunque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, et præeminentia præfulgentes, ecclesias prædictas in titulum, vel commendam, siue administrationem, aut alio quouis nomine obtinentes, et alios quoscunque beneficiarios curam animarum habentes, qui extra prædictas ecclesias ac diœceses, etiam in Romana curia, aut alibi degentes, et iuxta decretum et formam concilii huiusmodi non residentes decesserint, pertinentia, et per illos suarum ecclesiarum, ac quorumcunque monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, secularium et regularium, quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, redituum, et prouentuum ecclesiasticorum, nec non pensionum annuarum, sibi super similibus fructibus, reditibus, et prouentibus reseruatarum, et assignatarum occasione quæsita: etiamsi facultatem specialem de illis, aut earum parte testandi, et alias libere disponendi, a nobis, et a quibuscunque aliis Romanis pontificibus, prædecessoribus et successoribus nostris, etiam cum clausulis, quod facultates huiusmodi reuocari non queant, aliisque irritantibus decretis obtinuerint, et in vim illarum literarum desuper confectarum, de rebus et bonis huiusmodi, iamque deposuerint, tanquam spolia ad cameram apostolicam legitime pertineant. Liceatque dilectis filiis, moderno et pro tempore existenti commissario nostro generali, et suis dictæ cameræ deputatis in euentu decessus huiusmodi, solitum inuentarium super rebus et bonis præfatis conficere, illaque, prout de reliquis clericorum spoliis fieri solet, ad dilecti filii nostri moderni, et pro tempore existentis generalis thesaurarii manus reddere, dictæque cameræ applicare; cuiusuis licentia desuper minime requisita. Ac facultates desuper confectas literas prædictas, etiam motu et scientia similibus, etiam in recompensam laborum et obsequiorum, etiam nobis, et ecclesiæ Romanæ dictæque sedi impensorum quomodolibet concessas, et etiam iteratis vicibus approbatas, illarum omnium tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, et ad verbum insertis habentes, in euentum obitus huiusmodi, etiam si in vrbe, aut eius districtu, vel alibi extra suas ecclesias (vt præfertur) contigerit, et nunc prout ex tunc, et e contra, in dictæ contumaciæ pœnam eiusdem potestatis plenitudine, et tenore reuocamus, cassamus, et annullamus, et tam eas, quam earum prætextu quomodolibet, pro tempore condita factaque testamenta, codicillos, legata, donationes, et alias dispositiones quaslibet, etiam, ad pias causas, vel in remunerationem seruitiorum, nulla et inualida, nulliusque roboris vel momenti fore, neque cuiquam contra præsentium tenorem suffragari, et sic per quoscunque iudices et commissarios, quauis auctoritate fungentes, et S. R. E. cardinales in quauis instantia, sublata eis eorum cuilibet, quauis alias iudicandi et interpretandi facultate, iudicari et diffiniri debere, ac quicquid secus a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum et inane decernimus. Per hoc autem nostris, et Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum ordinationibus, reseruationibus, et decretis, quoad prælatorum, et aliorum beneficiorum, etiam in suis ecclesiis aut diœcesibus residentium, et ibi decedentium, quæ etiam ampliamus et extendimus ad habentes ecclesias in vrbis districtu, ibique residentes et decedentes, spolia cameræ apostolicæ applicata hactenus emanatis, nullatenus præiudicare, neque quicquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, vt antea, manere volumus, præterquam quoad eos, qui in suis ecclesiis iuxta formam prædicti concilii resederint, et specialem licentiam testandi habuerint: hanc enim tantum saluam eis esse volumus, ita vt generalis licentia testandi eis quanquam residentibus minime suffragetur, sed sola speciali, quam habuerint, tueri se possint. Rom. 7. Cal. Dec. 1564.

TITVLVS III.
DE SPOLIIS CLERICORVM.

CAP. I.

Bona prælatorum sine facultate testandi decedentium ad venerandæ cameræ apostolicæ fiscum pertinent.

PAVLVS III.

Romani pontificis prouidentia circumspecta, dubia, quæ litium dispendia afferre possent, in suæ declarationis arbitrio tollit, ac desuper statuit ac ordinat, prout rerum qualitate pensata, conspicit in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, a nonnullis nimium curiosis, qui iura cameræ apostolicæ vsurpare, ac cameram præfatam illis defraudare vellent, in dubium redigatur, an res et bona, spolia nuncupata prælatorum, etiam pontificali vel alia maiori dignitate fulgentium, cæterarumque personarum ecclesiasticarum secularium et regularium, tempore obitus ipsorum remanentia, ex eo, quod Romano pontifici pro tempore existenti, et cameræ præfatæ reseruata fore, aliqua generali apostolica constitutione forsan non cauetur, ad cameram prædictam iure legitimo spectare et pertinere debeant. Nos, etsi satis euidenter constet et appareat, prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, et nostram indubiam intentionem et voluntatem semper fuisse, vt spolia huiusmodi ad dictam cameram, et non ad alias spectarent et pertinerent, et quod pro eadem camera exigerentur, et recuperarentur, cum prædecessores præfati diuersos dictorum spoliorum, vt ad cameram prædictam spectantium et pertinentium, collectores et exactores, in variis prouinciis et locis deputauerint et constituerint, et nos deputauerimus et constituerimus, variæ quoque literæ ab eisdem prædecessoribus, et a nobis, super exactione aliquorum eorundem spoliorum, in quibus spolia huiusmodi ad præfatam cameram spectare expresse continebatur, emanauerint, ac semper de illis dicti prædecessores, per plerasque alias literas, tanquam de rebus ad cameram prædictam pertinentibus, donando vel transigendo, aut alias diuersimode disposuerint, et nos disposuerimus, nec non ea ab antiquissimo tempore citra dictæ cameræ nostræ nomine exacta, et inter iura ipsius cameræ connumerata fuerint: ne tamen præmissorum veritas deprimi, et mendacium desuper in præfatæ cameræ præiudicium locum sibi vendicare valeant: attendentes, quod iniquum esset, si ex apostolicæ sedis benignitate, vel alia rationabili causa, ad singula quæque loca collectores non destinamus, iura ipsius cameræ propterea deperirent, dubium huiusmodi enucleare, ac in præmissis opportune prouidere volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, res et bona huiusmodi, spolia, vt præfertur, nuncupata, in quibusuis regnis, ac dominiis, tam citra, quam vltra montes et maria consistentia, quæ pro tempore post obitus prælatorum et personarum prædictarum, quarumcunque etiam, vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito testamento, vel absque sufficienti facultate, aut vltra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito, decesserunt, decedent, remanserunt, remanent, et remanebunt, etiam quod ad illa recuperandum aliqui collectores deputati non fuerint, ad cameram apostolicam, et non ad alios, etiam cathedralibus, etiam metropolitanis, et collegiatis, et aliis ecclesiis, monasteriis, cæterisque beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus et quorumuis ordinum regularibus vtcunque qualificatis successores, illa in titulum, commendam, administrationem, et alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam si ad illa vigore prioris tituli, ius regrediendi, seu accedendi, vel ingrediendi, concessum fuerit, spectasse et spectare: illaque tanquam ad cameram ipsam spectantia, perpetuo colligi et recuperari potuisse et posse, atque debere, ac ita, vt præfertur, eorundem prædecessorum, et nostram intentionem et voluntatem semper fuisse, fidem facimus, et attestamur per præsentes.

CAP. II.

Sacra supellectilis, ornamenta et res diuino cultui dicatæ, non veniunt sub nomine spoliorum pertinentium cameræ apostolicæ, sed ad ecclesias tempore obitus illas obtinentium spectant.

PIVS V.

Romani pontificis prouidentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partes potissimum conuertit, per quæ singulis ecclesiis debita obsequia, et opportuna subuentionis auxilia minime subtrahuntur. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, et abbates seu commendatarii, et alii beneficia ecclesiastica obtinentes, proprii honoris et salutis immemores, etiam prætextu facultatum testandi, eis per sedem apostol. concessarum, in eorum vltimis voluntatibus res sacras, ac vasa, ornamenta, et paramenta ecclesiastica, aliaque cultui diuino dicata, quandoque ex fructibus ecclesiasticis per eos acquisita, non ecclesiis et monasteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt, seu a quibus prouentus ecclesiasticos et stipendia acceperunt, prout rationi et honestati consentaneum foret, sed aliis locis, etiam aliquando non piis, ac interdum etiam consanguineis et affinibus relinquere, ac cameræ apostolicæ collectores, prætextu, quod illa sub appellatione spoliorum veniant, tanquam eiusdem cameræ spolia exigere et percipere non erubescant, in maximum religionis dedecus, ac ecclesiarum, monasteriorum, et beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, scandalumque plurimorum. Nos abusibus, scandalisque huiusmodi prouidere, ac singularum ecclesiarum, et monasteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumque quarumlibet saluti consulere volentes,

motu

motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, et declaramus, quod de cætero omnia et singula ornamenta et paramenta, ac vasa, nec non missalia, et gradualia, ac cantus firmi et musicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, et aliæ sacræ, etiam auri et argenti, ac quæcunque alia bona per quoscunque patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, seu commendatarios, et alios quoscunque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia, et quorumuis ordinum regularia, in titulum vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunque nomine vel titulo censeantur, etiamsi de illis et eorum qualitatibus specialis et expressa mentio habenda foret, ad vsum et cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus et capellis, vel oratoriis destinata, tempore eorum obitus, ex testamento vel ab intestato relicta, sub quibusuis facultatibus testandi et alias disponendi de bonis, per eos ex altari vel alias quomodolibet acquisitis, per quoscunque Romanos pontifices prædecessores et successores nostros, ac nos, sub quibusuis tenoribus et formis, ac cum quibusuis clausulis et decretis, etiam motu proprio, et alias quomodolibet concessis et concedendis, minime comprehendantur, nec sub appellatione spoliorum veniant, sed ad singulas ecclesias, monasteria, etiam conuentu carentia, et beneficia huiusmodi, in quibus resederint, aut quibus præfuerint, seu quæ alias obtinuerint, omnino spectent et pertineant, ac spectare aut pertinere, illaque post eorum obitum, eisdem ecclesiis, monasteriis, et beneficiis, etiam si in Romana curia, et procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea ecclesiarum et monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia huiusmodi renunciauerint, eo ipso applicata et incorporata sint, et esse censeantur. Ita quod liceat illis defunctis in eisdem ecclesiis, monasteriis, et beneficiis, successoribus, ac ecclesiarum et monasteriorum huiusmodi capitulis et conuentibus, respectiue alia propria auctoritate libere apprehendere, ac eorum ecclesiis ac sacristiis applicare et incorporare, ac quæcunque donationes, ac relicta, legata, testamenta, et codicilli, et aliæ vltimæ voluntates, seu spolia desuper, contra præsentis constitutionis nostræ tenorem, quomodolibet pro tempore facta, quoad præmissa, nulla et inualida, nulliusque roboris et momenti existant, et personis etiam ecclesiasticis, seu locis etiam piis, aut ecclesiasticis aliis quibuscunque, in quarum seu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minime suffragentur, nec pro eisdem personis, seu locis, vel aliis ecclesiis huiusmodi, aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit.[a] Quinimo res sacras, ac alia bona, prædicto quocunque nomine vel titulo pro tempore detinentes, ad alia ecclesiis et monasteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquisitis, vt præfertur, iuxta præsentium tenorem realiter et cum effectu restituendum et consignandum, quibusuis dispositionibus, de illis in contrarium quomodolibet factis minime attentis, omnino teneantur, et ad id per censuras et pœnas, etiam furti et sacrilegii, ac alia iuris et facti remedia opportuna cogi et compelli possint, et debeant. Insuper, ne deinceps continget insolentia spoliorum cameræ apostol. collectorum vel subcollectorum, aliquas ecclesias, nec hominum quenquam, damno et iniuria affici, nec cuiquam de cætero vertatur in dubium, quæ res habendæ sint nomine spolii, simili modo statuimus, decernimus et declaramus, quod quæcunque scamna, cathedræ, arcæ, et etiam ligneæ vel lapideæ, etiam marmoreæ mensæ et tabulæ, ac quæcunque dolia seu vasa vinaria vacua, et alia similis supellectilis domestica, per quosuis presbyteros, seu clericos ab humanis pro temporis eorum obitus in ecclesiis, seu eorum domibus ecclesiarum earundem, vel alibi vbiuis locorum relicta, etiam si ex fructibus et prouentibus beneficiorum, quæ, dum viuerent, obtinebant, acquisita fuerint, sub spoliorum appellatione minime veniant, nec pro spoliis vllo modo reputari possint. Præterea, quod nullum spolium cameræ præfatæ fieri, nec quicquam a quibusuis spoliorum cameræ huiusmodi collectoribus vel subcollectoribus exigi possit, per obitum illius, qui, dum viueret, vnum vel plura beneficia ecclesiastica obtinuerit, cuius vel quorum insimul fructus, redditus et prouentus triginta ducatorum auri de camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum non excesserint, aut qui pensiones annuas super quibusuis fructibus ecclesiasticis vsque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is se ab omni illicita negotiatione, et a sacris canonibus prohibita abstinuerit. Ita quod si quis dictorum collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum, qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætextu spoliorum eiusdem cameræ percipere, aut alias, contra præsentes nostras literas, attentare præsumpserit, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionem teneatur, ac id via iuris, etiam per similes censuras et pœnas cogi et compelli possit, et debeat. Romæ 3. Cal. Sept. 1567.

CAP. III.

Bona regularium extra claustra degentium nomine spoliorum continentur, et fisco cameræ apostolicæ adiudicantur, veræ velut et propriæ hæredi.

GREGORIVS XIII.

Officii nostri partes sedulo præstare tenemur, vt dubia, quæ ab aliquibus falso sub prætextu, vel nimis subtiliter excitata, in cameræ nostræ apostolicæ præiudicium tendunt, declaratione nostra dilucidentur. Nuper accepimus, quod etsi fel. record. Pius papa IV. prædecessor noster constitutionem, et quæcunque in illa continerentur, per piæ memoriæ Paulum PP. IV. etiam prædecessorem nostrum, contra apostatas a editam, per quam inter cætera decreuit, bona quæcunque mobilia et immobilia, ac census, reditus, et prouentus, iura et actiones per regularem ordinem professos, extra claustra suorum regularium locorum, etiam de licentia suorum superiorum degentes, tempore, quo extra claustra huiusmodi fuissent acquisita, etiam si acquisitiones huiusmodi ab ipsis professis, ex reditibus beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, per eos obtentorum, seu detentorum, aut ex propria industria, seu artificio, mercatura, vel ex testamento, siue successione ab intestato quorumuis consanguineorum, affinium, vel amicorum suorum, aut quorumcunque aliorum, factæ essent, non fisco, aut cameræ apostolicæ, sed religioni, aut monasteriis, in quo seu quibus primo professi fuissent, eo ipso applicata esse et censeri debere, ad iuris et sacrarum constitutionum formam reduxerit: nec non præfata bona regularium extra claustra, vt præfertur, degentium, siue mendicantium, siue non mendicantium, aut militiarum professorum, et etiam loca, et canonicales portiones, aut dignitates in cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis, cuiusuis ordinis regularibus obtinuerint, ac episcopali, archiepiscopali, patriarchali, primatiali, vel quauis alia præfuissent dignitate, post eorum obitum, ad eandem cameram apostolicam, et iuxta constitutionem fel. rec. Pauli papæ III. super spoliis, sub dat. videlicet tertio nonas Ianuarii, pontificatus sui anno tertio promulgatam, legitime spectent et pertineant, idque per Romanos pontifices, prædecessores nostros, ac nos, dum collector generalis ad recuperandum spolia regularium specifice deputatus fui, aperte demonstratum extiterit, ac in possessione illa exigendi ac recuperandi eadem camera merito semper fuerit: nihilominus nonnulli vano sub dictæ constitutionis Pauli IV. prædecessoris præfati prætextu, contrarium aliquando asserere non dubitarint: nos omnem circa prædicta dubitandi occasionem dimouere, simulque æquitate et iustitia suadentibus, eiusdem cameræ indemnitati, ne indies molestiis et incommodis afficiatur, consulere volentes, præsentium auctoritate declaramus, res et bona quæcunque, per dictos regulares extra claustra ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et quorumcunque regularium locorum degentes, quocunque iure et actione, siue ex causa testati, siue intestati, acquisita, et in posterum acquirenda, vel ad eos delata in quibusuis prouinciis, dominiis, regnis, et locis consistant, nisi iidem, ad quos illa spectauerint, sufficienti fuerint testandi, aut de illis disponendi facultate suffulti, eaque legitime vsi fuerint, ad eandem cameram pleno iure pertinuisse et spectare, ac bona quæcunque eorundem sub spoliorum nomine comprehensa, per ipsam cameram, eiusque nomine a quibuscunque, illa quandocunque occupantibus et detinentibus, recuperari ac vindicari posse, et debere, ac iuxta Pauli III. et aliorum prædecessorum nostrorum literas, eadem cameræ apostolica in huiusmodi bonis, spolia nuncupatis, vere vniuersaliter succedente, quod ipsa cameræ, quæ cæteris hæredibus et successoribus ampliori est priuilegio munita, cuique merito magis fauendum est, dum in eam rerum et bonorum dominium ac possessio nulla traditione præcedente transeat, in quæcunque bonorum et spoliorum, siue ad seculares, siue ad regulares, dum viuerent, spectantium successione, quibuscunque in rebus siue pecuniis illa consistant, etiamsi nominatim, aut alia speciali nota, illa designanda essent, quæ ad eandem cameram iura spoliorum pertinuerunt, pertinebunt in posterum, omni prorsus fictione penitus cessante, ius et nomen veri hæredis in eisdem spoliis habere, illiusque naturam sortiri, ac veri hæredis priuilegiis et iuribus, in quibuscunque bonis, pecuniis, iuribus, et actionibus, vti antehac potuisse, et nunc posse, idque eorundem prædecessorum, ac nostræ etiam intentionis semper fuisse et esse, auctoritate præsentium declaramus: sicque per quoscunque iudices in quibusuis causis, etiam per appellationem aut alias pendentibus et futuris, ac in quacunque causa vel instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate, iudicari et diffiniri debere: nec non quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan hactenus, vel in posterum contigerit attentari, irritum et inane decernimus.[a] Dat. Romæ 21. Ian. 1577.

CAP. IV.

Res quæcunque bonorum mobilium siue immobilium, post obitum prælatorum et quarumcunque personarum ecclesiasticarum, extra vrbem Romam decedentium relictæ, pertinent ad cameram apostolicam.

IDEM.

Illa, quæ ex fructibus, redditibus, et prouentibus ecclesiasticis profecta, ædificata, refecta, et restaurata fuerint, seu alias ex eisdem fructibus, redditibus, et prouentibus quomodolibet prouenerint, per

a *Apostasia irregularitatis, non fidei. 47. dist. quantumlibet. 16. q. 1. de his habes lib. 5. const. Pauli 4. de hæret.*

obitum

obitum quarumcunque personarum ecclesiasticarum, beneficia ecclesiastica, tam simplicia quam administrationem habentia, obtinentium, nisi quoad simplicia de fructibus huiusmodi dispositum fuerit, vel ex priuilegio apostolico, vel ex consuetudine legitime præscripta, tam secularium, quam quorumuis ordinum regularium, quauis, etiam pontificali dignitate fulgentium, in vniuersa Italia, extra tamen dictam vrbem, pro tempore decedentium remansura, cuiuscunque qualitatis, generis, et speciei fuerint, etiam gemmas, et alia pretiosa, et pecuniarum summas, nec non etiam fructus, reditus, et prouentus mansarum huiusmodi, a die ecclesiarum et monasteriorum vacationis huiusmodi, vsque ad diem præfectionis, ac prouisionis, seu commendæ de illis facientibus, quos omnes et singulos fructus, reditus, et prouentus ad nos et dictam cameram spectare et pertinere volumus et decernimus, et eidem cameræ appropriamus et applicamus.

CAP. V.

Clericorum bona omnia per negotiationem illicitam quæsita, quæ tempore obitus eorum manent inconsumpta, pertinent ad S. R. ecclesiam: consecuta quoque quæcunque via sacris canonibus prohibita.

PIVS IV.

Decens esse censentes, et æquum, vt nos, qui alios in sua iustitia confouemus, cameræ apostolicæ iura non negligamus, quinimo, ne prætextu incertitudinis illam ab aliquibus vsurpari, aut super eis dubia aliqua oriri contingat, ita nostræ declarationis remedio prouideamus, quod a nemine desuper dubium aliquod deduci possit. Cum itaque, sicut accepimus, a nonnullis vertatur in dubium, an res et bona per clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos, ex negotiatione illicita, aut alias contra sacros canones acquisita, vti spolia, vel alia, ad cameram prædictam iure legitimo spectare et pertinere debeant: nos omnem desuper hæsitationis materiam submouere, ac cauillationibus, ac altercationibus, ac litibus viam præcludere, et denique malitiis eorum, qui iura dictæ cameræ vsurpare satagunt, obuiare, aliasque in præmissis opportune prouidere volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine decernimus et declaramus, omnia et singula, res et bona, cuiuscunque qualitatis et quantitatis existentia, ac in quibusuis regionibus et regnis ac dominiis, tam citra, quam vltra montes et maria consistentia per quosuis clericos, tam seculares, quam quorumuis, etiam mendicantium ordinum, ac militiarum regulares, etiam in sacris ordinibus constitutos, cuiuscunque status, ordinis, et conditionis fuerint, ac archiepiscopali, episcopali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, ex negotiatione illicita, aut alias contra sacros canones quomodolibet acquisita, quæ pro tempore post obitum eorum, qui etiam ex facultate, quam habuerint, testandi, condito testamento vbiuis locorum decesserint et decedant, aut quibus illos, etiam eis viuentibus priuari, et eis destitui contigerit, et præsertim quondam Andreæ Lepito de sancto Ioanne Rotundo presbyteri, seu religiosi, extra Romanam curiam, ad illam forsan veniendo, defuncti hactenus remanserunt, remanent, et remanebunt, ad eandem cameram, et non alios, etiam in quibusuis cathedralibus, etiam metropolitanis et collegiatis, ac aliis ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, militiis, cæterisque beneficiis ecclesiasticis cum cura, secularibus et quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis, successores, illa in titulum, commendam, administrationem, commissionem, ac alias quomodolibet, pro tempore obtinentes, etiam si ad illa, vigore prioris tituli, ius regrediendi seu accedendi aliquibus concessum fuerit, spectare, ac sub nomine spoliorum venire, illaque vti spolia ad cameram ipsam pertinentia, perpetuo colligi et recuperari potuisse, posse ac debere, et ita per quoscunque iudices, quauis auctoritate fungentes, in quacunque instantia, sublata eis quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et diffiniri debere. Rom. Non. Nouembr. 1560.

TITVLVS IV.
DE COMITIBVS PALATINIS.

CAP. I.

Doctoratus laurea magistralis, a comite palatino, quæ olim conferebatur in quauis facultate candidatis, concilii Tridentini decreto nullius nunc est auctoritatis et iuris.

PIVS V. *in concilio Tridentino.*

Quamuis a sede apostolica, ad quam negotiorum multitudo vndique confluit, curis omnino plena innumeris, nonnulla interdum ex iustis causis concedantur, quæ successiuis temporibus in publicum detrimentum, et alieni iuris præiudicium tendere noscuntur, non debet reprehensibile videri, si Roman. pontifex, ad cuius prouidentiam pro debito pastoralis officii spectat, super iis debite prouidere, illa rationabilibus et iuridicis superuenientibus causis deinde cognitis quandoque reuocat et annullat, ac in statum redigit rationis. Sane cum fide digna plurimorum relatione, non sine animi nostri molestia intellexerimus, nonnullos comites palatinos, et diuersos alios, prætextu facultatum sibi a Romanis pontificibus et sede apostolica concessarum, quamplurimos, tam laicos, quam clericos, tam iure ciuili, quam canonico, et theologia, nullo, aut non debito examine præuio, indoctos et inhabiles, doctores, licentiatos, et magistros creasse et promouisse, vti ad dignitates, cæteraque beneficia ecclesiastica facilius assumerentur, et de eis prouiderentur, in animarum suarum iacturam, et quamplurimorum scandalum. Nos huiusmodi scandalis, quantum in nobis est, obuiare, et alias, ne de cætero inhabiles ad huiusmodi gradus[a] admittantur, prouidere volentes: motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, et ex certa scientia nostra ac de apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione omnia et singula, facultates et indulta eisdem comitibus, ac etiam quibusuis officialium Romanæ curiæ collegiis, singulisque aliis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, et præeminentiæ existentibus, ad doctoratus, licentiaturæ, et magisterii gradum promouendi, per quoscunque Romanos pontifices prædecessores nostros, et sedem apostolicam, ac etiam nos, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, similibus pro expressis habentes, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, et annullamus: ac decretis concilii Tridentini[a] inhærentes decernimus et declaramus, eos, qui a comitibus et aliis præfatis promoti fuerunt, quoad dignitates, cæteraque beneficia ecclesiastica, nulla gradus prærogatiua frui et gaudere posse vel debere. Romæ Cal. Iun. 1568.

TITVLVS V.
DE MAGISTRIS ET DOCTORIBVS.

CAP. I.

Institutio et promotio ad doctoratus insignia, in fauorem paupertatis, gratis fieri debet.

IVLIVS III. *rectori vniuersit. almæ vrbis.*

Pauperes et egeni, qui ad susceptionem doctoratus gradum habiles reperientur, in vtroque seu altero iurium promoueri, et gratis pro Deo, absque aliqua pecuniarum solutione ab eis facienda, assumi seu doctores creari debent.

CAP. II.

Cuiuscunque facultatis doctores et professores promoti sint promouendi, tam electi quam eligendi, ad officiorum exercitia non se ingerant, nisi prius solenne fidei professionis iuramentum emiserint, forma hic præscripta.

PIVS IV.

In sacrosancta beati Petri principis apostolorum cathedra, meritis licet imparibus, hisce procellosis militantis ecclesiæ tempestatibus constitutos, plurimum nos oportet esse solicitos, vt Domini gregem curæ nostræ commissum, non solum ab apertis rapacium luporum vndecunque caulis obstrepentium insultibus, sed etiam a magis formidolosis pestiferarum vulpecularum domi latentium insidiis, per prouidum pastoralis officii ministerium, ipso Domino cooperante præseruemus, ac illis omnes nocendi occasiones, quantum cum Deo possumus, vbilibet auferamus. Cum itaque, iuxta notum sanctissimi vatis oraculum, timor Domini, sine quo vera religio, et catholicæ fidei puritas nullibi reperitur, sapientiæ sit initium, et qui vel in scientiis proficere, vel eas alias docere parant, supremum illum sapientiæ parentem, benignumque largitorem deuoto sanæ fidei obsequio demereri, veræque sinceræ religionis pietate sibi conciliare debeant. Idcirco hanc fidei puritatem scientiis, doctrinisque quibuslibet, tum tradendis, tum addiscendis, tanquam necessariam basim, constituere, et ne simplicia nonnullorum adolescentium, res nouas audiendi cupidorum, ingenia, in naufragos blandientium hæresium scopulos imprudenter impingant, occurrere cupientes, motu proprio et ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine; quod deinceps nullus doctor, magister, regens, vel alius cuiuscunque artis et facultatis professor, siue clericus, siue laicus, aut secularis, vel cuiusuis ordinis regularis sit, in quibusuis studiorum generalium vniuersitatibus aut gymnasiis publicis, aut alibi, ordinariam vel extraordinariam lectoris cathedram assequi, vel iam obtentam retinere, seu alias, theologiam, canonicam vel ciuilem censuram, medicinam, philosophiam, grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuscunque ciuitatibus, terris, oppidis, ac locis, etiam in ecclesiis, monasteriis, aut conuentibus regularium quorumcunque, publice vel priuatim quoquo modo profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus huiusmodi habere, vel exercere: neque doctores ipsi, aut vniuersitatum, seu gymnasiorum eorundem rectores, cancellarii,

a *Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. de reformat. et sess. 24. cap. 11. de reformat.*

vel

vel alii superiores, sed nec etiam palatini a comites, aut alii particulares, facultatem eruditos viros ad eosdem gradus promouendi, etiam a nobis, et apostolica sede, vel alias vndecunque habentes, scholares, tam laicos, quam clericos, et cuiusuis ordinis regulares, vel alios quoscunque, quantalibet eruditione præditos, ad vllum gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere et admittere; neque doctores, magistri, et scholares ad electionem alicuius in rectorem vel cancellarium vniuersitatis, aut gymnasii procedere; nec ipsi scholares, vel alii quantumlibet docti, et alioquin habiles, gradus huiusmodi, vel eorum aliquem, palam vel priuatim recipere valeant, nisi doctores videlicet, ac regentes, magistri et alii professores iam ad cathedras et lecturas recepti, in Italia infra tres, extra vero illam infra sex menses, a die publicationis præsentium computandos: reliqui vero ad cathedras, et alias lecturas ibidam in posterum assumendi, ante illorum receptionem in rectoris, vel aliorum superiorum; eligendi autem in rectores vel cancellarios ante illorum electionem, aut saltem admissionem in ordinarii loci, vel eius in spiritualibus vicarii; ac promouendi scholares, et alii præfati, ante illorum promotionem in eiusdem ordinarii, seu eius vicarii, aut doctorum aliorumue promouentium manibus, præuio etiam processus vel debita informatione, quorum eis sufficere videbitur, super religione fideque catholica, rectorum, cancellariorum, doctorum, lectorum, et promouendorum eorundem per ipsos locorum ordinarios, vel eorum vicarios rite facta præcedente, eandem catholicam fidem, verbis iuxta formæ infra scriptæ tenorem conceptis, palam et solenniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum confici, ac de processu, seu informatione, et fidei professione, in priuilegio doctoratus vel alterius gradus huiusmodi, specialis ac de verbo ad verbum mentio et relatio fieri debeat, auctoritate apostolica, tenore præsentium, perpetuo statuimus et ordinamus. Forma autem dictæ professionis fidei hæc est: Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quæ continentur in symbolo fidei, quo S. R. E. vtitur, videlicet: credo in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, mortuus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, et viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur, qui loquutus est per prophetas. Et vnam sanctam, catholicam, et apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi, Amen. Apostolicas et ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem ecclesiæ obseruationes, et constitutiones firmissime admitto, et amplector. Item, sacram scripturam, iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum patrum accipiam, et interpretabor. Profiteor quoque, septem esse vere et proprie sacramenta nouæ legis, a Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, baptismum, confirmationem, eucharistiam, pœnitentiam, extremam vnctionem, ordinem, et matrimonium; illaque gratiam conferre, et ex his baptismum, confirmationem, et ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos ecclesiæ catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quæ de peccato originali, et de iustificatione in sacrosancta Tridentina synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter, in missa offerri Deo verum, proprium, et propitiatorium sacrificium pro viuis et defunctis, atque in sanctissimo eucharistiæ sacramento esse vere, realiter, et substantialiter corpus, et sanguinem, vna cum anima, et diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, et totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem catholica ecclesia transsubstantiationem appellat. Fateor etiam, sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi. Constanter teneo, purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuuari. Similiter et sanctos, vna cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero, imagines Christi, ac deiparæ semper virginis, nec non aliorum sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum christiano populo maxime salutarem

a *Vid. sup. c. 4. de sum. trin. et fid. cath. et ibid. notat.*

esse affirmo. Sanctam catholicam et apostolicam Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco. Romanoque pontifici, beati Petri apostolorum principis successori, ac Iesu Christi vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cætera item omnia, a sacris canonibus, et œcumenicis conciliis, ac præcipue a sacrosancta Tridentina synodo tradita, definita, et declarata, indubitanter recipio, atque profiteor: simulque contraria omnia atque hæreses quascunque ab ecclesia damnatas et reiectas, et anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, et anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram et immaculatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissime (Deo iuuante) retinere, et confiteri, atque a meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, et prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro: sic me Deus adiuuet, et hæc sancta Dei euangelia.

TITVLVS VI.

DE MEDICIS.

CAP. I.

Fidei professionem præscriptam, et iuxta iuramenti formam traditam emittere debent medici, nec vltra diem integrum visitare tenentur infirmos spiritualia remedia confessionis renuentes, salutis admonitos.

PIVS V.

Supra gregem dominicum nostræ vigilantiæ diuinitus creditum vigilia speculatoria, prout nobis desuper conceditur, exercentes officium, ad ea, per quæ animarum saluti, cum diuini nominis gloria, consuli valeat, libenter intendimus, vt Christi fideles post baptismum in peccata lapsi, per sacramentum pœnitentiæ Deo reconcilientur. Sane, cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccatis proueniat, dicente Domino languido, quem sanauerat: vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat; ac propterea prouida fel. record. Innocentius b III. prædecessor noster medicis præceperit: vt, cum eos ad ægrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, vt animarum medicos vocent, ne, cum eis hoc in extrema ægritudine constitutis suadetur, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam salutare præceptum nulla temporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari, constitutionem præfatam, auctoritate apostolica, tenore præsentium innouamus, et hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus, et decernimus, quod omnes medici, cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, vt idoneo confessori omnia peccata sua, iuxta ritum S. R. E. confiteantur, neque tertio die vlterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor, ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientiam oneramus, concesserit, et eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quod infirmi, vt præmittitur, peccata sua confessi fuerint. Coniunctos vero, ac omnes familiares et domesticos infirmi, in Domino rogamus et monemus, vt de infirmitate parochum certiorem faciant, ac tam parochus, quam coniuncti et familiares præfati, infirmum ad confessionem peccatorum suadeant et inducant. Quod si qui medicorum præmissa non obseruauerint, vltra pœnas in dicta constitutione contentas, quas incurrere declaramus, perpetuo sint infames, et gradu medicinæ, quo insigniti erant, omnino priuentur, et a collegio seu vniuersitate medicorum eiiciantur, ac pœna etiam pecuniaria, arbitrio ordinariorum, vbi deliquerint, mulctentur. Et, vt hæc omnia inuiolabiliter obseruentur, volumus, et eadem auctoritate præcipimus et mandamus, vt nullus posthac vbique locorum medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas a quouis collegio et vniuersitate concedatur, nisi omnia in præsenti nostra constitutione contenta, medio eorum iuramento, coram notario publico et testibus, obseruare, in eorum manibus, vel ordinarii iurauerint, et de huiusmodi iuramentis in priuilegio, seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quod si collegia et vniuersitates præfatæ, non recepto a promouendis iuramento huiusmodi, eosdem ad gradum prædictum promouerint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, pœnam priuationis facultatis eos vlterius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, omnibus et singulis venerabilibus fratribus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis, quatenus in ciuitatibus et diœcesibus propriis, præsentes nostras literas publicari faciant, ac iuramentum prædictum a medicis iam promotis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remediis exigant, neque alios ad medendum in ciuitatibus et diœcesibus prædictis admittant, nisi eis constiterit eosdem iuramentum huiusmodi iam præstitisse, et contumaces, et iurare iuramentum huiusmodi, aut iam præstitum exhibere recusantes, gradu medicinæ, et omnibus priuilegiis eisdem medicis, tam coniunctim, quam diuisim, eis et eorum colli-

b *decreto magni concilii Lateranensis const. 20.*

bet concessis per quoscunque etiam Romanos pontifices, priuent, ac ab ingressu ecclesiæ arceant, donec resipuerint. Rom. 8. Martii, 1566.

CAP. II.

Medici iudæi et infideles ad Christianorum curandos morbos non admittantur.

GREGORIVS XIII.

Alias piæ mem. Paulus papa quartus prædecessor noster, edita perpetua constitutione, inter alia sanciuit, ne medici iudæi, etiam vocati et rogati ad Christianorum ægrotantium curam accedere, aut illi interesse possent: quam constitutionem postea Pius papa quintus, etiam prædecessor noster, per suas litteras approbauit, innouauit, et confirmauit, et robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit: ac voluit, et sub minatione diuini iudicii præcepit et mandauit, omnia in eadem constitutione contenta in posterum firmiter obseruari, non solum in terris et dominiis sanctæ Romanæ ecclesiæ subiectis, sed etiam vbique locorum. Quia tamen nobis non sine magna animi nostri molestie innotuit, ea minime obseruari, sed multos adhuc ex christianis hominibus esse, qui dum suos corporum languores, illicitis mediis, et præcipue iudæorum ac aliorum infidelium opera sanari cupiunt, veræ salutis animarum suarum et corporum simul immemores fiunt, et (quod valde dolendum est) in damnationis æternæ maximum sæpe discrimen incidunt, medicis iudæis et infidelibus huiusmodi ad ipsorum curationem vocatis et adhibitis: vnde fit, vt et iudæis ac aliis infidelibus magna detur delinquendi occasio, et simul salutare præceptum negligatur, ab Innocentio papa III. similiter prædecessore nostro, in concilio generali quondam emissum, et deinde a prædicto Pio V. innouatum, quod omnes medici, cum ad infirmos in lecto iacentes vocati essent, ipsos ante omnia monerent, vt idoneo confessori omnia peccata sua, iuxta ritum sanctæ Romanæ ecclesiæ confiterentur, a neque tertio die vlterius eos visitarent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientia onerabatur, concessisset, et eis per fidem confessoris in scriptis factam constaret, quod infirmi peccata sua confessi fuissent. Idcirco nos, tam iudæos, qui aduersus mandata huiusmodi apostolica committere audent, quam Christianos, qui illos ad se accersunt, vel medendi licentiam concedunt, et viam ad delinquendum eisdem aperiunt, coercere volentes, supradictas prædecessorum nostrorum constitutiones, auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, confirmamus, et innouamus, ac inuiolabiliter obseruari mandamus, atque hac nostra in perpetuum valitura constitutione, eisdem constitutionibus et præceptis pro firmiori illorum obseruatione addentes, vniuersis vtriusque sexus Christi fidelibus districte inhibemus et interdicimus, ne posthac iudæos, vel alios infideles, ad ipsorum Christianorum ægrotantium et infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari, admittiue faciant, concedant, vel permittant.

TITVLVS VII.
DE CONCILIIS.

CAP. I.

Summi pontificis auctoritatem supra concilium esse, multis exemplis et pragmaticæ sanctionis in concilio Basiliensi decreta abolitione probatur.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Pastor æternus gregem suum vsque ad consummationem seculi nunquam desertus, ita apostolo *b* teste obedientiam dilexit, vt, pro expiando primi parentis inobedientiæ peccato, seipsum humiliauerit, factus obediens vsque ad mortem, migraturus vero ex mundo ad patrem, in soliditate petræ Petrum, eiusque successores vicarios suos instituit, quibus, ex libri *c* regum testimonio, ita obedire necesse est, vt qui non obedierit, morte morietur, et, vt alibi legitur, in ecclesia esse non potest, qui Romani pontificis cathedram deserit, quoniam *d* Augustino, a Gregorioque auctoribus, sola obedientia est mater, custosque omnium virtutum, sola fidei meritum possidens, sine qua quisque infidelis conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Itaque nos, eodem Petro docente, soliciti esse debemus; vt, quæ a Rom. pont. prædecessoribus nostris, præsertim in sacris conciliis, pro obedientiæ huiusmodi auctoritatis, libertatisque ecclesiasticæ, et sedis apostolicæ defensione, mature, et ex legitimis causis inchoata sunt, nostro studio, cura et diligentia debite absoluantur, et ad optatum finem perducantur, simplicium quoque animæ, quarum etiam rationem Deo reddituri sumus, a dolis et laqueis tenebrarum principis liberentur, sane fel. record. Iulius papa secundus prædecessor noster, post indictum ex legitimis tunc expressis causis, de venerabilium fratrum suorum sanctæ Rom. eccles. cardin. de quorum numero tunc eramus, consilio et assensu, sacrum Lateran. concilium prouide considerans, cum eodem sacro Lateran. concilio, Bituricen. regni Franciæ corruptelam, quam illi pragmaticam sanctionem vocant, cum maximo animarum periculo et scandalo, ac dignitatis sedis apostolicæ detrimento et vilipendio, retroactis temporibus viguisse et adhuc vigere, eiusdem pragmaticæ sanctionis negotium, eodem approbante concilio, discutiendum, certis tunc nominatim deputatis cardinalibus et prælatis certæ congregationis commisit. Et quamquam sanctio præfata ex multis causis nullitati notoriæ subiaceret, schismaque manifestum foueret et contineret, et propterea citatione aliqua minime præcedente, per se irrita, nulla, et inualida declarari potuisset: ex abundanti tamen cautela idem Iulius prædecessor Gallicos prælatos, capitula ecclesiarum et monasteriorum, parlamenta, et laicos illis fauentes, et dicta sanctione vtentes, omnesque et singulos alios, in præmissis sua communiter vel diuisim interesse putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus tunc non pateret accessus, in Mediolan. Asten. et Papien. ecclesiarum valuis affigendum monuit: quare sanctio præfata, illiusque corruptela et abusio, in concernentibus auctoritatem Romanæ ecclesiæ, et sacrorum canonum ac ecclesiasticæ libertatis violationem, nulla et inualida declarari non deberet. Cumque dicto Iulio prædecessore in humanis agente, diuersis impedimentis causantibus, citatio exequi et reproduci, ac negotium abrogationis huiusmodi plane discuti, vt intentio ipsius Iulii prædecessoris fuerat, non potuisset, sed eodem Iulio prædecessore rebus humanis exempto, citatio ipsa legitime executa, et per procuratorem fiscalem sacri concilii promotorem reproducta, ipsorumque citatorum non comparentium contumacia accusata, et ad vlteriora procedi petitum fuisset, nos (diuina fauente clementia) ad summi apostolatus apicem assumpti, omnibus rite pensatis, petitioni prædictæ ex certis causis nullum tunc responsum dedimus, ac deinde, cum per dictos monitos, et citatos diuersa impedimenta allegarentur, quare in termino eis (vt præfertur) præfixo comparere non potuissent, vt omnis iustæ excusationis et querelæ occasio eis auferretur, terminum citationis et monitionis huiusmodi præfixum, eodem sacro approbante concilio, ad eium tunc expressum terminum iam diu effluxum in diuersis sessionibus pluries prorogauimus.

Cum autem moniti et citati prædicti, sublatis iam omnibus impedimentis, effluxisque omnibus terminis, coram nobis et dicto concilio non comparuerint, nec comparere curauerint ad allegandam causam, quare sanctio prædicta nulla declarari non debeat, ita vt excusationi vltra locus non sit, possintque merito contumaces reputari, prout eos exigente iustitia reputamus: nos maturæ attendentes pragmaticam sanctionem, vel potius (vt dictum est) corruptelam, schismatis tempore a non habentibus potestatem editam, reliquæ christianæ reip. ecclesiæque sanctæ Dei nullatenus conformem, et a clar. mem. Ludouico XI. ** *f* Francorum rege christianissimo reuocatam, cassatam, atque abolitam, auctoritatem, libertatem, ac dignitatem dictæ sedis violare, ac diminuere facultatem Rom. pont. pro tempore existentis, de sanctæ Romanæ ecclesiæ card. pro vniuersali ecclesia assidue laborantium, virorumque doctorum personis, quibus abundat curia, et quorum consiliis sedis apostolicæ, et Rom. pont. atque vniuersalis ecclesiæ auctoritas et potestas conseruatur, negotiaque diriguntur, et in prospero statu consouentur, ecclesiis et monasteriis, eisdemque personis de reliquis beneficiis ecclesiasticis, iuxta eorum status exigentiam prouidendi penitus auferre: prælatis vero ecclesiasticis illarum partium causam præbere, vt ipsi neruum ecclesiasticæ disciplinæ obedientiæ sanctum frangant et violent, ac contra nos et sedem prædictam, eorum matrem, cornua erigant, et eis ad præmissa audendum viam aperire, ipsamque notoriæ nullitati subiacere, nulloque nisi alicuius temporis, seu potius tolerantiæ cuiusdam adminiculo fulciri, etsi Rom. pont. prædecessores nostri præfati, prout ipsi suo tempore summopere optare demonstrarunt, corruptelam et abusionem huiusmodi, vel malignitate temporum, vel alias illi prouidere, et in totum occurrere non valentes, suis temporibus tolerasse visi fuerunt: considerantes tamen, ab ipsius Bituricen. sanctionis editione, vix annos septuaginta fluxisse, nullumque infra hoc temporis spatium, præter hoc Lateranense concilium legitime fuisse celebratum, quo cum (disponente Domino) constituti simus, ab eiusdem improbæ sanctionis extirpatione et totali annullatione, sine nostra et tantorum patrum in præsenti concilio congregatorum nota, ac nostræ et dictorum illa vtentium animarum periculo abstinere, seu desistere non posse, Augustino teste, iudicamus atque censemus.

Et sicut piæ memoriæ Leo papa I. prædecessor noster, cuius in hoc libenter (quoad possumus) vestigia imitamur, ea, quæ in secunda Ephesina synodo temere contra iustitiam et catholicam fidem gesta fuerunt, postmodum in Chalcedonen. concilio mandauit ac fecit pro dictæ fidei firmitate reuocari: ita et nos a tam nefariæ sanctionis, et contentorum in ea reuocatione retrahi aut desistere salua conscientia, ac nostro et ipsius ecclesiæ honore, non posse aut debere censemus: nec illud nos mouere debet, quod sanctio ipsa et in ea contenta, in Basiliensi concilio edita, et ipso concilio instante, a Bituricen. congregatione

a C. cum infirmitas, de pœnitent. et remission. b Philipp. 2. c 1 Reg. 15. d August. in opere monachorum. e Gregor. 35. moral.

f Ludouicus XI. Francorum rex, per legatos missos ad Pium II. liberam ecclesiæ et pontificis regno obedientiam præstitit, abrogationem pragmaticæ sanctionis, et magna in Turcas auxilia pollicitus. Renuit senatus Parisiensis. Gaguin. lib. 10.

gatione recepta et acceptata fuerunt, cum ea omnia post translationem eiusdem Basiliensis concilii per fel. mem. Eugenium papam IV. etiam prædecessorem nostrum factam, a Basiliensi conciliabulo, seu potius conuenticulo, quæ præsertim post huiusmodi translationem concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint, cum etiam solum Rom. pont. pro tempore existentem, tanquam auctoritatem super omnia concilia habentem, conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissoluendorum plenum ius et potestatem *a* habere, ne dum ex sacræ scripturæ testimonio, dictis sanctorum patrum, ac aliorum Romanorum pontificum etiam prædecessorum nostrorum, sacrorumque canonum decretis, sed propria etiam eorundem conciliorum confessione, manifeste constet: quorum aliqua referre placuit, reliqua vero, vtpote notoria, silentio præterire.

In Alexandrina enim synodo, Athanasio ibidem existente, Felici Roman. pont. ab eadem synodo scriptum fuisse legimus, Nicænam synodum statuisse, non debere absque Roman. pontif. auctoritate concilia celebrari. Neque nos latet etiam eundem Leonem pontif. Ephesinam secundam synodum ad Chalcedonen. transtulisse, Martinum etiam papam quintum præsidentibus suis in concilio Senen. potestatem transferendi concilium, nulla consensus ipsius concilii mentione habita, dedisse. Ephesinam quoque primam synodum Cælestino, ac Chalced. eidem Leoni VI. Agathoni VII. Hadriano VIII. Nicolao VIII. etiam Constantin. synodum Hadriano Rom. pont. prædecessoribus nostris, maximam reuerentiam exhibuisse, eorundemque pontif. institutionibus et mandatis, in sacris conciliis per eos editis et factis reuerenter et humiliter obtemperasse. Vnde Damasus papa et cæteri episcopi Romæ congregati scribentes de concilio Ariminen. episcopis in Illyrico constitutis, præiudicium aliquod, per numerum episcoporum Arimini congregatorum, fieri non potuisse testantur: quandoquidem constet, Roman. pontific. cuius ante omnia decebat spectari decretum, talibus non præbuisse consensum: eundemque Leonem pontificem vniuersis Siciliæ episcopis scribentem idem noluisse apparet: consueueruntque antiquorum conciliorum patres pro eorum, quæ in suis conciliis gesta fuerunt, corroboratione, a Romano pontifice subscriptionem, approbationemque humiliter petere et obtinere, prout ex Nicæna et Ephesina ac Chalcedonen. huiusmodi, et VI. Constantinopolitan. et VII. eadem Nicæna, ac Romana sub Symmacho synodis habitis earumque gestis, nec non in annali libro de synodis, manifeste colligitur, quod etiam nouissime Constantinens. *b* patres fecisse constat. Quam laudabilem consuetudinem si Bituricens. et Basiliens. secuti fuissent, huiusmodi molestiis procul dubio careremus.

Cupientes quoque huiusmodi negotium ad debitum finem perduci, ac tam vigore citationum, hactenus a nobis et præfato Iulio prædecessore ex abundanti emanatarum, quam aliorum præmissorum, quæ ita notoria sunt, vt nulla valeant excusatione aut tergiuersatione celari, etiam ex nostro pastorali officio procedentes, omnesque et singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan in præmissis interuenerint, supplentes, ex certa nostra scientia et de apostolicæ potestatis plenitudine, eodem sacro approbante concilio, tenore præsentium, præfatam pragmaticam sanctionem seu corruptelam, eiusque approbationem quomodolibet emanatam, omniaque et singula decreta, capitula, statuta, constitutiones siue ordinationes in eadem quomodolibet contentas, seu etiam insertas, ac ab aliis prius editas, nec non consuetudines, stylum, vsus, siue potius abusum, ex ea in hanc vsque diem quomodolibet emanatos, seu obseruatos, nullius roboris vel momenti fuisse et esse, decernimus et declaramus. Nec non ad abundantiorem cautelam, eandem Bituricensem sanctionem siue corruptelam, eiusque approbationem tacitam vel expressam, vt præfertur, et in ea contenta omnia et singula, etiam inserta quæcunque reuocamus, cassamus, abrogamus, irritamus, annullamus, ac damnamus, et pro infectis, reuocatis, cassatis, abrogatis, irritatis, annullatis, et damnatis haberi volumus, decernimus, et declaramus. Et cum de necessitate salutis existat, omnes Christi fideles Romano pontifici a subesse, prout diuinæ scripturæ et sanctorum patrum testimonio edocemur, ac constitutione fel. mem. Bonifacii papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit: *vnam sanctam*, declaratur, pro eorundem fidelium animarum salute, ac Rom. pontif. et huius sanctæ sedis suprema auctoritate, et ecclesiæ sponsæ suæ vnitate et potestate, constitutionem ipsam, sacro præsenti concilio approbante, innouamus et approbamus, sine tamen præiudicio declarationis sanctæ mem. Clementis papæ V. quæ incipit: *meruit.* Inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis et censuris infra dicendis omnibus et singulis Christi fidelibus, tam laicis quam clericis, secularibus, et quorumuis ordinum, etiam mendicantium regularibus, et aliis quibuscunque personis, cuiuscunque status, gradus, et conditionis existant, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinal. patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, et quibusuis aliis ecclesiastica vel mundana vel quauis alia dignitate fulgentibus, omnibusque aliis et singulis prælatis, clericis, capitulis et conuentibus secularibus, et ordinum prædictorum regularibus, etiam monasteriorum abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, principibus, baronibus, parlamentis, officialibus etiam regiis, iudicibus, aduocatis, notariis et tabellionibus ecclesiasticis vel secularibus, et quibusuis aliis personis ecclesiasticis, regularibus et secularibus, vt præfertur, quacunque dignitate fulgentibus, in præfato regno Franciæ, Delphinatu, et vbicunque prædicta pragmatica directe vel indirecte, tacite vel expresse vigeret, quomodolibet existentibus, vel pro tempore futuris, ne de cætero præfata pragmatica sanctione, seu potius corruptela, quomodolibet ex quauis causa, tacite vel expresse, directe vel indirecte, aut quouis alio quæsito colore vel ingenio, in quibuscunque actibus iudicialibus vel extraiudicialibus vti, seu etiam eam allegare, vel secundum eam iudicare, aut quosuis actus iudiciales vel extraiudiciales, secundum dictæ pragmaticæ tenorem vel capitula in ea contenta, per se vel alium seu alios, nullatenus facere præsumant, aut per alios fieri permittant, seu mandent, nec prætaiam *d* pragmaticam sanctionem, aut in ea contenta capitula seu decreta, vlterius in domibus suis, aut aliis locis publicis vel priuatis teneant, quinimo illam ex quibusuis archiuis etiam regiis, seu capitularibus et locis prædictis, infra sex menses a data præsentium computandos deleant, seu deleri faciant, sub maioris excommunicationis lata sententia, nec non quoad ecclesiasticas et regulares personas prædictas, omnium etiam patriarchalium, metropolitanorum et aliarum cathedralium ecclesiarum, monasteriorum quoque et prioratuum, etiam conuentualium et quarumcunque dignitatum, aut beneficiorum ecclesiasticorum secularium et quorumuis ordinum regularium, priuationis, et inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quo vero ad seculares præfatæ excommunicationis, nec non emissionis quorumcunque feudorum, tam a Romana, quam alia ecclesia, ex quauis causa obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, inhabilitatisque ad omnes et singulos actus legitimos, quomodolibet faciendos, infamiæque ac criminis læsæ maiestatis in iure expressis pœnis, eo ipso et absque vlteriori declaratione, per omnes et singulos supradictos, si (quod absit) contrafecerint, incurrendis, a quibus vigore cuiuscunque facultatis, ac clausularum, etiam in confessionalibus, quibusuis personis sub quibusuis verborum formis concessis contentarum, nisi a Rom. pont. canonice intrante, vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant.

CAP. II.

Ecclesia in afflictis et maxime turbatis christianæ reipublicæ rebus præsentissimum remedium ex conciliorum œcumenicorum indictione experta est.

PAVLVS III.

Maiores nostri sapientia admirabili et sanctitate præditi, sæpe in summis christianæ reipublicæ periculis, remedium optimum atque opportunissimum, œcumenica concilia, et episcoporum generales conuentus adhibuerunt. Ex diplomate indictionis Tridentini concilii, Cal. Iunii, 1542.

CAP. III.

Conciliorum canones interpretantur et confirmantur pontificis maximi declaratione.

PIVS IV.

Sicut ad sacrorum conciliorum decreta ac canones auctoritas atque confirmatio apostolicæ sedis et debet et solet accedere, ita si qua super eis exorta sit dubitatio, eiusdem sedis iudicio et declaratione tollenda est.

CAP. IV.

Concilii decreta non prius rata et firma habentur, quin eis accesserit pontificis maximi confirmatio, cuius est ea et indicere ac declarare, tum sancte interpretari. Idque vnico concilii Tridentini exemplo, ex antiquo ecclesiasticæ iurisdictionis ritu, probare licet.

IDEM.

Benedictus a Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis: qui respicere dignatus ecclesiam suam sanctam, tot procellis et tempestatibus agitatam atque vexatam, et grauius indies laborantem, apto tandem ei subuenit optatoque remedio. Ad plurimas et perniciosissimas hæreses extirpandas, ad corrigendos mores, et restituendam ecclesiasticam disciplinam, ad pacem et concordiam christiani populi procurandam, indictum iam pridem in ciuitatem Tridentinam œcumenicum et gene-

a *Vt hæc facilius innotescant, vide Caietanum in tractat. de comparatione papæ et conciliorum; Dominicum Iacobatium lib. 10. de conciliis, artic. 7. Petrum de Monte in libr. de potestate papæ et concilii.* b *vide Nicolaum Sanderum lib. 7. de visibili monarchia, vbi agit de concil. Constantiens. pag. 140.* c *Leo epist. 84. ad Anast. in fin. Gelas. in epist. ad episcopos Dardaniæ. Nicol. I. in epist. ad Michaelem; Innoc. III. serm. de consecr. pontif. Bonifac. VIII. in extrauag. est. de maior. et obed.*

d *pragmaticæ sanctionis abolitio, eiusque sequentium pœna.* a 2 Corinth. 1.

rale concilium e e piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, et sessionibus aliquot habitis, cœptum fuerat. Ab eius autem successore Iulio in eandem vrbem reuocatum, post alias sessiones celebratas, [illegible] quidem peragi potuerat. Itaque diutius intermissum fuerat, non sine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis ecclesia eiusmodi remedium imploraret. Nos autem, post susceptum sedis apostolicæ regimen, tam necessarium ac salutare opus, sicut pastoralis solicitudo monebat, diuinæ misericordiæ fiducia perficere aggressi, adiuti pio studio charissimi in Christo filii nostri, Ferdinandi, Romanorum imperatoris electi, et aliorum christianorum regum, rerumpublicarum, ac principum, tandem consecuti sumus, quod nec diurnis nec nocturnis curis laborare destitimus, quodque a patre luminum assidue precati sumus. Cum enim eam in vrbem vndique ex christiani nominis nationibus conuenisset nostris conuocata literis, et sua etiam ipsorum pietate, excitata episcoporum et aliorum insignium prælatorum maxime, et œcumenico concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios, et sacrarum literarum scientia, diuinique et humani iuris cognitione præstantes viros, præsidentibus ipsi synodo sedis apostolicæ legatis, nobis adeo concilii libertati fauentibus, vt etiam de rebus sedi apostolicæ propriæ reseruatis, liberum ipsi concilio arbitrium, per literas ad legatos nostros scriptas, vltro permiserimus, quæ de sacramentis, et aliis rebus, quæ quidem necessariæ visæ sint, tractanda, definienda, et statuenda restabant, ad confutandas hæreses, ad tollendos abusus, et emendandos mores, a sacrosancta synodo summa libertate diligentiaque tractata, et accurate ac mature admodum definita, explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis, concilium tanta omnium, qui illi interfuerunt, concordia peractum fuit, vt consensum eum plane a Domino effectum fuisse constiterit, idque in nostris atque omnium oculis valde mirabile fuerit. Pro quo tam singulari Dei munere supplicationes statim in alma hac vrbe indiximus, quæ magna cleri et populi pietate celebratæ fuerunt, laudesque ac gratias diuinæ maiestati merito persoluendas curauimus, cum huiusmodi concilii exitus spem magnam et prope certam attulerit, fore, vt maiores indies fructus ad ecclesiam ex ipsius decretis, constitutionibusque perueniant. Cum autem ipsa sancta synodus, pro sua erga sedem apostolicam reuerentia, antiquorum etiam conciliorum vestigiis inhærens, decretorum suorum omnium, quæ nostro et prædecessorum nostrorum tempore facta sunt, confirmationem *b* a nobis petierit, decreto de ea re in publica sessione facto; nos ex legatorum literis prius, deinde post reditum eorum, ex iis, quæ synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius synodi cognita, habita super hac re cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. card. deliberatione matura, sanctique Spiritus inprimis auxilio inuocato, cum ea decreta omnia catholica, et populo christiano vtilia ac salutaria esse cognouissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorundem fratrum nostrorum consilio et assensu, in consistorio nostro secreto, illa omnia et singula auctoritate apostolica hodie confirmauimus, et ab omnibus Christi fidelibus suscipienda ac seruanda esse decreuimus: sicut harum quoque literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, et suscipi obseruarique decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœnis a sacris canonibus constitutis, aliisque grauioribus, etiam priuationis, arbitrio nostro infligendis, vniuersis et singulis venerabilibus fratribus nostris, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis quibusuis ecclesiarum prælatis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, et dignitatis sint, etiam si cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem decreta et statuta in ecclesiis suis, ciuitatibus et diœcesibus, in iudicio et extra iudicium, diligenter obseruent, et a subditis quisque suis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obseruari, contradictores quoslibet et contumaces per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, etiam in ipsis decretis contentas, appellatione postposita compescendo; inuocato etiam, si opus fuerit, brachii secularis auxilio. Ipsum vero charissimum filium nostrum imperatorem electum, cæterosque reges, respublicas, ac principes christianos monemus, et per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi obtestamur, vt, qua pietate concilio per oratores suos affuerunt, eadem pietate, ac pari studio diuini honoris, et populorum suorum salutis causa, pro sedis quoque apostolicæ, et sacræ synodi reuerentia, ad eiusdem concilii exequenda et obseruanda decreta prælatis, cum opus fuerit, auxilio et fauore suo adsint, neque aduersantes sanæ ac salutari concilii doctrinæ opiniones a populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdicant. Ad vitandum præterea peruersionem et confusionem, quæ oriri posset, si vnicuique liceret, prout ei liberet, in decreta concilii commentarios et interpretationes suas edere; apostolica auctoritate inhibemus omnibus, tam ecclesiasticis personis, cuiuscunque sint ordinis, conditionis, et gradus, quam laicis quocunque honore ac potestate præditis; prælatis quidem sub interdicti ingressus ecclesiæ, aliis vero, quicunque fuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat vllos commentarios, glossas, annotationes, scholia, vllumue omnino interpretationis genus super ipsius concilii decretis quocunque modo edere, aut quicquam quocunque nomine, etiam sub prætextu maioris decretorum corroborationis aut executionis, alioue quæsito colore statuere. Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum et statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egere visum fuerit, ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad sedem videlicet apostolicam, omnium fidelium magistram, cuius auctoritatem etiam ipsa sancta synodus tam reuerenter agnouit. Nos enim difficultates et controuersias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, quemadmodum ipsa quoque sancta synodus decreuit, reseruamus, parati, sicut ea de nobis merito confisa est, omnium prouinciarum necessitatibus, ea ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, prouidere. Romæ 7. Cal. Febr. 1563.

a *a Pio IV. tandem in Tridentina ciuitate continuatum et absolutum fuit die Mercurii. 26. Ianuar. 1564.* b *sess. 25. cap. vltimo.*

TITVLVS VIII.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, ET SACRAMENTO EVCHARISTIAE, ET DIVINIS OFFICIIS.

CAP. I.

Clerici, sub pœna suspensionis a diuinis, missæ sacrificium non celebrent vespertino tempore.

PIVS V.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus Pius (diuina prouidentia) papa V. ad cuius notitiam peruenit, quod nonnulli cathedralium, etiam forsan metropolitanarum, collegiatarum, et aliarum ecclesiarum, nec non monasteriorum, conuentuum, domorum, et aliorum piorum locorum secularium, et diuersorum ordinum, ac militiarum regularium, prælati, capitula, clerici, fratres, aliique superiores et personæ, antiquum sanctæ Romanæ ecclesiæ ritum instituti missarum celebrandarum temporibus peruertere satagentes, diuersas licentias et facultates, missas, quæ media nocte, et ceu in aurora natiuitatis, ac de mane resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, et forsan aliarum festiuitatum, iuxta prædictum ritum celebrari consueuerant, de sero forsan circa solis occasum vigiliæ festiuitatum earundem, in suis ecclesiis et capellis celebrandi, seu celebrari faciendi, ab apostolica sede vel eius legatis ac etiam maiori pœnitentiario pro tempore existente, variis prætextibus impetrauerunt, illisque iampridem vtuntur: hoc ab antiquo catholicæ ecclesiæ instituto, sanctorumque patrum decretis deuiare considerans, ac propterea hunc abusum ab ecclesia Dei submouere volens, omnes et singulas licentias et facultates huiusmodi, hactenus etiam motu proprio, vel quorumuis etiam imperatorum, regum, et aliorum principum contemplatione, et ex quibusuis causis quomodolibet concessas, ac apostolicas et alias literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habens, apostolica auctoritate, ex certa scientia reuocauit, ac omnino cassauit, et annullauit: hac præsenti perpetuo valitura constitutione quibusuis prælatis, capitulis, clericis, fratribus, aliisque superioribus, et personis earundem ecclesiarum, monasteriorum, conuentuum, domorum, et aliorum piorum locorum, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis suæ, ac perpetuæ suspensionis a diuinis pœna, districtius inhibens, ne deinceps missas vespertino tempore, nomine licentiarum et facultatum huiusmodi, aut alio quouis prætextu celebrare, vel celebrari facere præsumant: ac mandans locorum ordinariis, vt eandem præsentem constitutionem, sub prædictis et aliis sibi beneuisis pœnis, per quoscunque prælatos, capitula, clericos, fratres superiores, et personas huiusmodi, inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores quoslibet auctoritate apostol. compescendo. Rom. 28. Mart. 1566.

CAP. II.

Diuini cultus et templorum Dei dicatorum religio omnem decorem expostulat, vt hinc arceantur colloquia, confabulationes, deambulationes, soci, et ea omnia, quæ vel scandalo sunt, vel deuotionis impedimenta: nam domum Domini decet sanctitudo.

IDEM.

Vt Deo optimo maximo, gloriosæ virgini, et sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorii X. prædecessoris nostri constitutionem innouantes, ac statuta in Tridentino concilio obseruari volentes, statuimus et ordinamus, vt ad ecclesias sit humilis et deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus instent, et omnes genibus flexis sanctissimum sacramentum adorent, ad nomen Iesu Christi Domini nostri, cum exhibitione reuerentiæ, caput inclinent, nullus in dictis ecclesiis seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetumue committat, cessent vana, fœda, et profana colloquia, risus immoderati, et strepitus omnes iudiciorum, et alia quæcunque, quæ diuinum officium perturbare possint. Nullus intra ecclesias deambulare audeat siue præsumat, dum celebrantur sacra missarum mysteria, et alia diuina officia. Qui vero prædicta petulanti

anno

animo contempserint, præter diuinæ vltionis acrimoniam, nostri quoque arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque ordinarii in suis ecclesiis facient obseruari. Quicunque vero in ecclesiis, dum ibi sacrificium missæ, et diuina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad sanctissimum irreuerenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut diuina perturbet officia, facere præsumpserit, pœnam viginti quinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas et moderandas pœnas, et qui non habebit in ære, luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui vero in ecclesiis cum mulieribus impudicis, siue etiam honestis, colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, viginti quinque ducatorum pœnam incurrat, et carcerem per mensem. Qui in ecclesiis, vt supra, obscœnis et inhonestis verbis aut signis vsus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscunque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus et singulis cathedralium, collegiatarum, et parochialium ecclesiarum capitulis, rectoribus, vicariis, sacristis, ostiariis, et aliis ipsarum custodibus, quatenus præfatos omnes in ecclesiis delinquentes admoneant, et vt in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis ordinariis vel officialibus nostris puniendos deferant: quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrant. Qui blasphemauerit, pro prima vice *** ducatorum incurret, pro secunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos soluet, et ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui vero plebeius fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per vrbem, pro tertia lingua ei perforabitur, et mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium et quorumcunque beneficiorum suorum, pro secunda beneficiis ipsis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponetur, et in exilium mittetur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali, pro prima vice punietur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, et ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ atque personæ, arbitrio iudicis puniatur.

CAP. III.

Facultatis concessæ Græcis latino more, et Latinis græco ritu missas et alia diuina officia celebrandi, reuocatio.

IDEM.

Prouidentia Romani pontificis plurimum circumspecta nonnunquam ea, quæ certis suadentibus causis per eius prædecessores gesta sunt, ex aliis non minus rationabilibus causis alterat, et ad pristinum statum reducit, prout æquitas suadet, et in Domino conspicit expedire. Sane, cum ad notitiam nostram peruenerit, quod nonnulli presbyteri, tam græci, quam latini, antiquum S. R. E. ritum, tam in celebratione missarum, quam aliorum diuinorum officiorum, peruertere satagentes, diuersas licentias et facultates, missas, et alia diuina officia, Græci latino more, ac Latini græco ritu celebrandi, ab apostolica sede, vel eius legatis, ac etiam maiore pœnitentiario pro tempore existente, variis prætextibus impetrarunt, illisque iam pridem vtuntur, hoc ab antiquæ catholicæ ecclesiæ instituto, sanctorumque patrum decretis deuiare considerantes, propterea hunc abusum ab ecclesia Dei exstirpare et submouere volentes, omnes et singulas licentias et facultates huiusmodi, hactenus etiam motu proprio, vel quorumuis etiam imperatorum, regum, et aliorum principum contemplatione, et ex quibusuis causis quomodolibet concessas, ac apostol. et alias literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes, apostolica auctoritate, ex certa scientia, hac præsenti nostra perpetuo valitura constitutione reuocamus, cassamus, annullamus, et irritamus: quibusuis presbyteris, tam græcis, quam latinis, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis nostræ, ac perpetuæ suspensionis a diuinis pœnis, districtius inhibentes, ne deinceps presbyteri græci, præcipue vxorati, latino more, et latini græco ritu, huiusmodi licentiarum et facultatum, aut alio quouis prætextu, missas et alia diuina officia celebrare, et celebrari facere præsumant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus et singulis venerabilibus fratribus nostris, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis, quatenus in ciuitatibus et diœcesibus propriis præsentes nostras literas publicari, et sub prædictis et aliis sibi beneuisis pœnis, per quoscunque prælatos, capitula, clericos, fratres, superiores, et personas quaslibet inuiolabiliter obseruari faciant. Contradictores quoslibet auctoritate apostolica compescendo.

TITVLVS IX.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.

CAP. I.

Sanctorum festa et solennes memoriæ sub die eorum obitus celebrantur.

PAVLVS IV.

Gloriosus in sanctis suis Deus, qui omnia operatur in omnibus, quosdam in ecclesia sua posuit apostolos, quosdam prophetas, quosdam doctores, quosdam martyres, et quosdam confessores, quos per anni circuitum, die vt plurimum, qua eos ad cœlestia regna migrare contigit, sancta veneratur vniuersalis ecclesia, vt Christi fideles eorum venerationi per exercitium bonorum operum vacantes, piis ante thronum diuinæ maiestatis eorum suffragiis adiuuari, et exinde Deo propitio vitam æternam facilius consequi valeant.

CAP. II.

Religiosa festorum dierum renouatio, in quibus nihil agendum, quod sanctitatem, charitatem et pietatem non spiret.

PIVS V.

Cum dierum festorum obseruatio ad Dei cultum maxime pertineat, et in lege diuina a præcipiatur, cupientes abusus prauos, qui ex eorum inobseruantia inualuerunt, omnino corrigere, et antiquorum canonum statuta renouantes mandamus, vt omnes dies dominici, et præcipue in honorem Dei, beatæ Mariæ virginis, sanctorum apostolorum feriati, cum omni veneratione obseruentur, et omnes in diebus præfatis ecclesias frequentent, diuinis officiis deuote intendant, ab omni illicito et seruili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negotiationes, et iudiciorum strepitus conquiescant. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, præter diuinam vltionem, et amissionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret, arbitrio nostro, seu vicarii nostri in vrbe. In aliis autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magistratuum, ita vt præuentioni locus sit. Quibus omnibus districte præcipimus, vt hæc diligenter obseruari procurent, illas etiam festiuitates, quæ iuxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueuerunt, iuxta laudabilem consuetudinem, debita cum reuerentia obseruari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis et moderandis. Romæ Cal. Aprilis, 1566.

CAP. III.

Calendæ Octobris perpetuo solennes festi rosarii beatæ virginis, ob deuictam classem Selimi Turcarum imperatoris in sinu Corinthiaco apud Naupactum.

GREGORIVS XIII.

Monet apostolus in omnibus gratias agere, monent quoque sacrarum literarum historiæ, insignia Dei beneficia, tum vt ei, a quo accepta sint, meritæ referantur gratiæ, tum vt fideles, quibus collata sunt, illorum memores, ad diuinum cultum magis indies incitentur, solemnibus annuis festiuitatibus celebranda esse. Quod cum multoties institutum fuerit, tum vero maxime, cum Deus patrum nostrorum populum suum e seruitute Ægyptiaca per manum fortem liberauit. Notabitis itaque, quod non minora beneficia quotidie a Deo optimo maximo accipimus, inter quæ illud singularissimum superiore anno ab ineffabili ipsius clementia nobis concessum fuit, vt Turcarum classis et numero longe superior, et præteritis elata victoriis, a Christianorum classe, virtute Domini nostri Sabbaoth decertante, die septimo Octobris, non longe a Corinthiaco sinu, penitus deuicta et quassata fuerit, qua nempe victoria vniuersum populum christianum ab impiissimi tyranni faucibus diuino munere ereptum fuisse, inficiari nemo potest: apostoli præcepto parere, et sanctorum patrum exempla sequi volentes, vt huius ingentissimi beneficii anniuersaria habeatur memoria, instituere omnino decreuimus.

Quia vero preces ad Deum oblatæ, eo gratiores ad illius conspectum ascendunt, quo dignioribus intercessoribus, et pio aliquo orandi modo offeruntur, memores, beatum Dominicum, ordinis prædicatorum institutorem, cum et Galliæ et Italia a perniciosis premeretur hæresibus, ad iram Dei placandam, et beatissimæ virginis intercessionem implorandam, piissimum illum orandi modum instituisse, quod rosarium et psalterium beatissimæ virginis Mariæ nuncupatur: animaduertentes quoque, eadem die septima, quæ tunc fuit dies dominica prima dicti mensis Octobris, fraternitates omnes sub dicti rosarii nuncupatione militantes, per vniuersum orbem, iuxta earum laudabilia instituta et consuetudines processionaliter incedentes, pias ad Deum preces effudisse, quas per intercessionem beatissimæ virginis ad dictam victoriam consequendam multum profuisse, pie credendum est, operæ pretium nos facturos esse existimauimus, si ad tantæ victoriæ cœlitus procul dubio concessæ memoriam conseruandam, ad gratias Deo et beatissimæ virgini agendas, festum solenne sub nuncupatione rosarii in prima dominica mensis Octobris singulis annis celebrandum instituerimus. Quocirca motu proprio et de apostolicæ potestatis plenitudine, ad laudem Dei et Domini nostri Iesu Christi, eiusque gloriosæ virginis matris, tenore præsentium decernimus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus, qualibet prima die dominica mensis Octobris, per vniuersi orbis partes, in his videlicet ecclesiis, in quibus altare vel capella rosarii fuerit, ab omnibus et singulis vtriusque sexus Christi fidelibus festum solenne sub nuncupatione rosarii prædicti, sub duplici maiori officio, ad in-

a *Deut. c. 5. Exod. 21. et 30. Ezech. 20. Luc. 18.*

star aliarum solennium festiuitatum celebretur et sanctificetur, eademque die officium de beatissima virgine nouem lectionum more ecclesiastico persoluatur et recitetur. Decernentes, præsentes, quas perpetuo valere volumus, nullo vnquam tempore, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis seu alio vitio, vel intentionis nostræ, aut alio defectu notari, argui, vel impugnari posse, sed plenarios effectus sortiri debere: et ita per quoscunque iudices, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, et sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi aut interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et interpretari, et definiri debere. Cal. April. 1573.

TITVLVS X.

DE IVRAMENTIS, ET IVRISIVRANDI OBLIGATIONE.

CAP. I.

Impossibilium et illicitorum iuramentum inane et prohibitum.

GREGORIVS XIII.

Inter apostolicas et alias canonicas sanctiones, quæ de iurisiurandi religione variis temporibus prodierunt, fel. record. Nicolaus papa III. intelligens, in nonnullis ecclesiis de earum consuetudine obseruari, vt, cum earum prælati ad ecclesias ipsas primo accedunt, vel cum de recipiendis ibidem nouis canonicis agitur, nec prælatos admitti, nec canonicos aliter recipi in dictis ecclesiis, nisi iurato ab eis, statuta et consuetudines ipsarum ecclesiarum scripta, inuiolabiliter obseruare: inter laicos etiam multarum ciuitatum, castrorum, et terrarum, eum consuetudinis morbum in assumendis potestatibus, rectoribus, vel officialibus suis irrepsisse, vt ipsi potestates, rectores, et officiales ad huiusmodi potestarias, rectorias, et officia, nullo modo admittantur, nisi prius, se statuta ipsorum locorum clausa, iurauerint seruaturos. Et quia in statutis, consuetudinibusque supradictis interdum aliqua reperiebantur illicita, seu impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati, idcirco ne sub tali generalitate iurandi sic in iurantibus peccandi occasio præberetur, cum iuramentum non fuerit institutum, vt vinculum esset iniquitatis, prædictus Nicolaus papa, animarum periculis obsistere cupiens, frugifera et salubri constitutione præcepit quibuscunque scientibus, contineri in prædictis consuetudinibus et statutis illicita, impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia, huiusmodi iuramenta ab eis nullo modo præstari, et iuramenta, ea intentione facienda vel facta, vt etiam illicita, vel impossibilia, seu libertati ecclesiasticæ obuiantia obseruentur, cum etiam sub tali intentione præstari non possent, absque diuinæ maiestatis offensa, decreuit in huiusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati ecclesiasticæ obuiantibus non seruanda: quin potius pro animarum salute, si sub forma prædicta vel simili aliquos ignorantes prædicta illicita, seu impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia iurare contingeret, ad obseruanda duntaxat licita, possibilia, libertati ecclesiasticæ non obuiantia, iuramentorum intentio referri deberet: declarans, iuramenta, sub huiusmodi generalitate qualitercunque, et sub quacunque verborum forma præstita vel præstanda, ad licita, possibilia, ac ecclesiasticæ libertati non obuiantia duntaxat extendi, ipsosque iurantes ad alia per præstationem iuramenti huiusmodi non teneri. Verumtamen multi infirmi, cupidique sensus sese in huiusmodi iuramenta cum animarum suarum periculo præcipitant.

Nos, quoniam hæc sanctorum quoque patrum institutis et salubri rerum ecclesiasticarum directioni aduersantur, et tanquam de radice ambitionis procedentia, omne bonum in ecclesiis rebusque publicis peruertunt, ea nouæ prouisionis subsidio prohibere volentes, præsentium auctoritate innouamus prædictam constitutionem Nicolai papæ, itidemque alias omnes canonicas sanctiones, de abusu et reprobatione huiusmodi iuramentorum promulgatas, volumusque, eas vbique ab omnibus, etiam quoad præterita, inuiolabiliter obseruari. Ac etiam præcipimus, et interdicimus prælatis, canonicis, et aliis supradictis, nec non ecclesiarum capitulis, et monasteriorum, cæterisque conuentibus, ciuitatum quoque, castrorum et terrarum communitatibus, et personis quacunque dignitate præditis, ne vlla omnino iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel libertati ecclesiasticæ, aut decretis concilii Tridentini obuiantia, siue ante, siue post electiones, confirmationes, prouisiones, receptiones, admissiones, aut alios actus, vbicunque, ac quocunque tempore, etiam prætextu cuiuluis consuetudinis quantocunque tempore obseruatæ, quæ potius corruptela est censenda, siue in genere, siue in specie præstare, reddere, vel exigere, neue super præstitis, redditis, vel exactis huiusque quenquam, in iudicio, vel extra, inquietare audeant quoquo modo, vel turbare: illos enim, qui iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel ecclesiasticæ libertati, aut decretis dicti concilii obuiantia exigere contenderint, episcopos videlicet, et alios quoscunque pontificali dignitate præditos, suspendimus a diuinis, capitula vero et conuentus, eorumque ecclesias et loca omnia interdicto ecclesiastico supponimus, ac singulares personas excommunicationis sententia innodamus, inhabilesque facimus ad obtenta et alia obtinenda, eo ipso, nobisque et Romano pontifici pro tempore existenti, relaxationem suspensionis et interdicti, nec non absolutionem ab excommunicationis sententia huiusmodi perpetuo reseruamus. Decernentes, eos, qui talia iuramenta scienter præstiterint, vsu et commodo rei et gratiæ, cuius causa iurauerint, eo ipso priuatos esse: alios vero ignorantes ad præstitorum iuramentorum huiusmodi obseruationem minime teneri; nec non irritum et inane, quicquid secus per quoscunque, scienter vel ignoranter, attentatum est hactenus, et deinceps contigerit attentari. Rom. Non. Sept. 1584.

TITVLVS XI.

DE TREVGA ET PACE.

CAP. I.

Pacis et treugæ fideiussiones stipulentur, ne nouis causis rumpatur conuentio.

PIVS IV.

Quoniam eo hominum proteruitas deuenit, vt, qui homicidium vel maleficium aliquod committere deliberarunt, prius quærant eos, quos pro hostibus habent, treugæ vel pacis prætextu assecurando, decipere, quo facilior postea delicti perpetratio reddatur, expeditque propterea, vt, quos Dei timor non retinet, pœnarum rigor deterrendo coerceat, populorum quieti consulere, et flagitiosos sicariorum ac scandalosorum ausus deprimere, nec non cauillationibus, quas ad solutiones pœnarum effugiendas hominum malitia indies excogitat, subuenire volentes, quod pœnæ conuentionales pacis et treugæ ruptæ, et fideiussiones de non offendendo, stipulentur in futurum per notarios in fauorem cameræ apostolicæ, et non communitatum vel alterius; et si aliter factæ fuerint, in ipsius cameræ fauorem stipulatæ censeantur. Quodque in causis treugarum pacisque fractarum ipsi fractores, vel eorum fideiussores allegare non possint, quod offensa ex noua causa processit, nec allegata cuiquam suffragetur. Et quia in cautionibus de non offendendo partes intendunt, vt sibi, eo quo melius fieri potest modo, cautum sit, ne offendantur impune, et ideo promittunt, non solum pro se ipsis, sed etiam pro aliis eorum coniunctis, quod non offendant, neque offendi facient: sed aliquando notariorum imperitia sensum et intentionem partium peruertente, contingit eos scribere, quod partes promittunt, non offendere *per* se et alios, vbi scriptum oportuisset: *pro se et aliis*: differentiam videlicet inter has voces, *per* et *pro*, nescientes, vel confundentes; ac propterea præbentes ansam cauillosis et delinquentibus prætendendi, quod facta offensione per vnum ex comprehensis in fideiussione, non sit commissa stipulatio pœnæ, nisi constet, quod ille, qui offendit, de mandato principalis offenderit; vnde etiam infinita scandala eueniunt, illaque remanent impunita. Idcirco, quod si quis notarius errorem huiusmodi commiserit, mille ducatorum auri cameræ apostolicæ applicandorum pœna plectatur; et nihilominus, siue ex dictione *per*, siue ex dictione *pro*, stipulatio concepta et offensio sequuta fuerit, principales promittentes ad pœnam conuentionalem perinde teneantur, ac si ipsis mandantibus offensio emanasset, et de eorum mandato legitime constaret: iidemque notarii sub simili pœna in instrumentis fideiussionum de non offendendo apponant clausulam: quod data conuentione alicuius comprehensi in stipulatione, si contingat, talem contrauenientem vere et realiter conuiteri, vel ficte propter contumaciam in non comparendo, pœna conuentionalis committatur, et exigi possit a fideiussoribus, nulla excusatione vel exceptione penitus admissa: imo habeantur crimen et contrauentio, ac si per testes vel alias legitime probatum vel approbata fuissent. Et si clausula in stipulatione omissa fuerit, illa nihilominus pro apposita, et contrauentio pro legitime approbata habeantur. Et similiter, si per principalem siue alium in fideiussione comprehensum, stipulationi contrauentum, et offendens seu contraueniens contumax, isque in meram contumaciam condemnatus fuerit, fideiussor statim ad soluendum pœnam conuentionalem cogatur; nec possit audiri, suum principalem offendisse ex causa necessariæ defensionis, allegando et deducendo, ne videlicet delinquentes indirecte per procuratorem et interpositam personam audiantur: et quod dictum est in exemplo dicto exceptionis huiusmodi, id etiam ad omnia alia extendatur. Et si talis clausula fuerit in prædictis stipulationibus omissa, nihilominus apposita similiter intelligatur. Quod et ad legitimam per patentes soluendam extendimus, vt illam soluere teneantur, etiamsi eorum filii in meram contumaciam de aliquo delicto condemnati aut banniti fuerint, non obstante quocunque statuto, aut forsan consuetudine in contrarium existente, quibus omnibus nos per præsentes in ampliori forma derogatum esse censemus et decernimus.

Præuentio inter iudices ordinarios et seculares.

In causis clericorum criminalibus mere ecclesiasticis, ordinarii ecclesiastici priuatiue ad seculares iudices cognoscant, sed in aliis mixtis, sit

sit locus præuentioni inter ordinarium et iudicem secularem, dataque præuentione ex parte ordinarii ecclesiastici, non nisi contra clericos tantum procedere possit. Et si prætenderetur ratione connexitatis, adiuncti, vel alias quomodocunque, laicum eius forum sortiri debere, Iudex tamen secularis ita præueniens, quauis inhibitione sibi facta non obstante, absque censurarum vel aliarum pœnarum incursu procedere possit. Nec non quibuscunque appellationibus, prouocationibus, nullitatum dictionibus, commissionibus, inhibitionibus, et aliis decretis, contra formam superius traditam, per quoscunque etiam iudices præfatos pro tempore quomodolibet emanatis et factis non attentis, libere et licite per ipsos iudices, a quibus ad suarum condemnationum totalem executionem, alias tamen legitime, sub similis indignationis et excommunicationis pœna, procedi posse, et omnino debere, ac vt procedant, præcipimus et mandamus. Et insuper tam iudicibus præfatis, quam notariis, sub eadem excommunicationis ac indignationis nostræ, priuationisque officii pœna, ne contra præmissa, aut quicquam præmissorum, facere et attentare præsumant, districtius inhibemus.

CAP. II.

Moderatur et ad iuris terminos reducitur præcedens rescriptum Pii IV. de allegatione nouæ causæ in causis pacis et treugæ fractæ. Et præuentio iuxta concilii Tridentini decretum obseruatur.

PIVS IV.

Cum ob innumeras Rom. pont. occupationes, ac particularium rerum quarumlibet status ignorantiam, contingat, ab eo quandoque literas emanare, quæ in magnum aliquorum præiudicium redundare noscuntur, minime reprehendendum esse videtur, si tandem præiudicio cognito literas huiusmodi, etiam si per eius prædecessorem emanauerint, tanquam per inaduertentiam editas, reuocat et limitat, aliasque desuper disponit, prout rerum et temporum qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem felic. record. Pius papa IV. prædecessor noster, cupiens criminibus et excessibus, qui indies oriebantur, prouidere, per quasdam suas in forma motus proprii editas literas inter alia statuit, quod in causis treugarum et pacis fractarum, ipsi fractores vel eorum fideiussores allegare non possent, quod offensa ex noua causa processisset, nec allegata cuiquam suffragarentur. Et etiam, quod in causis mixtis inter iudicem ecclesiasticum et laicum locus sit præuentioni, ita tamen, quod iudex ecclesiasticus in casu præuentionis non possit procedere contra laicum, sed illud debeat remittere ad iudicem laicum, et alias prout in eisdem literis plenius continetur. Nos considerantes, a ratione et iuris debito alienum esse, eos, qui criminis innoxii fuerint, eorumque fideiussores, si treugæ, pax, seu fideiussiones de non offendendo, postea ex noua emergente occasione fractæ fuerint, earum occasione grauari debere, cum præcipue paces, treugæ, seu fideiussiones huiusmodi de non offendendo, non ad offensionem ex futuris causis, sed ex præteritis tantum oriantur, literas præfatas, quoad præmissa, reuocantes, cassantes et moderantes, effectumque suum sortiri in præmissis non posse decernentes: motu simili, etc. nouam causam in pacis, treugarum, seu fideiussionum huiusmodi fractione principales tantum, videlicet, qui fuerunt causa pacis, treugarum, seu fideiussionum de non offendendo huiusmodi factarum, seu faciendarum, præstitarum seu præstandarum, si ipsi aliquo modo, seu aliquis eorum in dictis fractionibus interuenerint seu interuenerit, videlicet si aliquis ex dictis principalibus aliquem ex comprehensis in pace, treuga, seu fideiussione de non offendendo, offenderit, vel ipse ab aliquo ex ipsis comprehensis offendatur, non excusare.

Si vero supradicti principales, seu aliquis eorum, in fractione pacis, treugæ, seu fideiussionis huiusmodi, vt supra, non interuenerint, seu interuenerit, ipsos eorumque consanguineos et fideiussores, cæterosque in pace, treuga seu fideiussione, de non offendendo comprehensos et quemlibet eorum nouam causam huiusmodi allegare posse, et ea probata excusare debere, ac quoquo modo grauari, perturbari, aut inquietari non posse neque debere; idque tam in causis motis, et indecisis pendentibus, quam etiam finitis, et in quibus etiam pronunciatum fuit (dummodo sententiæ desuper latæ totaliter non sint executioni demandatæ) locum sibi vendicare posse et debere declaramus. Cumque etiam sæpe contingat, partes ipsas, contra quas in contumaciam procedi consueuit, vel ita negotiorum mole grauari, vel ita longe abesse, vt ipsorum contumaciam sex mensium spatio huiusmodi expurgare minime queant, terminum sex mensium huiusmodi ad annum prorogamus, ac contumacibus huiusmodi defensiones, non nisi post anni elapsi terminum, denegari debere. Ac quascunque aliter, quam vt præmittitur, ferendas sententias, inanes, nulliusque roboris et momenti fore et esse, prout nos eas ex nunc, tanquam contra iuris debitum, et de facto latas, annullamus, cassamus, et irritamus. Quo vero ad præuentionem inter iudicem ecclesiasticum et laicum, declaramus, illam habere locum in terminis et statu, prout ante dictum motum proprium erat, et ipsum ad terminos iuris in hoc reducimus, et volumus, vt in præuentionibus procedatur iuxta formam iuris, et sacrorum decretorum concilii Tridentini, et non alias aliter, nec alio modo.

TITVLVS XII.
DE VOTIS ET VOTORVM PROFESSIONE.

CAP. I.

Disciplinæ regularis institutum semel professus, extra solemne votum religionis, tribus substantialibus votis consiliis euangelicis debet obligari, vt perpetuo liberius Deo famuletur.

PIVS V.

Lubricum vitæ genus eorum veriti, qui regularium formam præ se ferentes, nec propriis renunciant, nec vllam profitentur ex regulis approbatis, quando horum plerique proprio instinctui obsequentes, alii odio incensi, alii, dum quod ambiunt minus consequuntur, alii vel dilapidatis, vel interuersis rebus, et ad sese, vel propinquos translatis, vt ratiocinia effugiant, quidam etiam in suos ipsorum mores inquisitum iri præsentientes, quasi impunitatem adepturi, e sodalitio suo, vt lubet, exiliunt, eiectisque illius insignibus, vestem recipiunt secularem. Hinc graues et periculosæ quotidie offensiones in populos concitantur, dum quos disciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rursus eos, etiam vbi consueuerint, contempto post tot annos, et relicto indignis sæpe modis, eius, cui sese dediderant, vitæ instituto, liberos vident, et solutos in seculum euagari. Cum igitur conueniat, vt cuius arma induit, eam militiam persequatur, hanc de prædictis rationem capere instituimus, vt, vel permanendi vel abscedendi facultate semel singulis proposita, certus deinceps et immobilis disciplinæ regularis cultus debeat in ipsis sodalitatibus perpetuo obseruari. Itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, vt omnes et singuli priores, præpositi, et alii præsidentes generales, prouinciales, et conuentuales, nec non canonici, et fratres sancti Georgii in Alga Venetiarum ac eremitarum sancti Hieronymi, alias beati Petri Pisarum, et omnium ac quarumcunque aliarum congregationum, nec non ecclesiarum, domorum, et conuentuum in communi, et sub obedientia voluntaria, et extra votum solenne religionis viuentes, quorum habitus a secularibus presbyteris est distinctus, qui religionem amplecti, et professionem regularem solemnem emittere voluerint, id in suis quisque conuentibus et domibus, intra viginti quatuor horarum spatium, postquam delegatus noster præsentes literas eis significauerit, palam et sponte deliberent et declarent: inde conuocato quamprimum per singulas huiusmodi congregationes generali vel alio supremo, iuxta morem cuiusque congregationis, capitulo, ibique electa vna, sub qua degant, ex regulis approbatis, in quam maior pars vocum ipsius capituli consenserit, trium votorum substantialium professionem regularem intra mensem solemniter emittant, et in ea, tam ipsi, quam illam deinceps ingressuri atque professuri, perpetuum ferant altissimo famulatum. Sicque professi, vel in suis quisque prioratibus, præposituris, præsidentiis, administrationibus et officiis confirmentur, vel ad alia transferantur, prout cuique congregationi, et superioribus suis, videbitur vtilius expedire. Qui vero excurso iam anni spatio in ipsa congregatione morati, refugerint intra tempus prædictum profiteri, detracto religionis habitu, ac redditis etiam in vinculis, si opus sit, receptorum et administratorum omnium rationibus, eiiciantur, nec deinceps patiantur, in vllis eiusdem congregationis domibus seu conuentibus amplius conuersari. Rom. 15. Cal. Dec. 1568.

TITVLVS XIII.
DE GRATIIS ET DISPENSATIONIBVS.

CAP. I.

In dispensationum et aliarum gratiarum impetratione rei gestæ veritas reticita, pœna falsi, damnat impetrantes.

PIVS IV.

Cum, sicut accepimus, nonnulli suæ conscientiæ prodigi, ac propriæ salutis immemores, vt facilius a nobis, et sede apostolica, dispensationes matrimoniales a et alias gratias et concessiones obtineant, gradus consanguinitatis vel affinitatis, aut cognationis spiritualis, ac scientiam illorum aliter, quam eis a principio ab ipsis partibus significatum vel narratum fuerit, exponunt, et si matrimonia huiusmodi adhuc contracta non fuerint, pro contractis narrant, ac alias diuersimode veram facti speciem, tam in ipsis dispensationibus matrimonialibus, quam pro aliis quibuscunque gratiis et concessionibus obtinendis immutant, ac propterea, cum non solum in impetrationibus huiusmodi falsitas narretur, verum etiam in partibus plerumque pro obtentione gratiarum huiusmodi veritas immutetur, et falsitas committatur. Nos igitur huiusmodi abusibus et erroribus

a *Dispensatio est determinatio superioris, quæ declarat, legem communem non esse in aliquo particulari casu seruandam. Nec dispensatio est pura declaratio, vt definitum est de voto, cap. venientes, sed est quædam iuris relaxatio. Vid. Sanch. de cons. matrim.*

obuiare

obuiare cupientes, omnes et singulos, qui veritatem facti e narratione, quam ab ipsis partibus habuerunt, quoad substantialia et qualitates necessario exprimendas, diuersem faciunt, seu quoquo modo inuertunt, aut immutant, deprauantue, et per subreptionem et obreptionam gratias a nobis extorquent, pœnam felsi incurrere, et as puniri umnino debere decernimus et declaramus. Romæ 5. Decembr. 1566.

CAP. II.

Exprimendi sunt gradus propinquiores in dispensationibus matrimonialibus pro coniunctis in diuersis gradibus.

PIVS V.

Pius (diuina prouidantia) papa V. attendens, per quendam constitutionem dudum per fel. record. Pium papam IV. sanctitatis suæ prædecessorem editam, qua cauetur, quod in dispensationibus matrimonialibus, pro diuersis consanguinitatis seu affinitatis ex eodem stipite prouenientibus gradibus coniunctis, non remotioris solum, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris graduum expressa mentio fieri debeat, alioquin dispensationes, ac desuper confectæ literæ nullius sint roboris vel momenti, prout in dicta constitutione plenius continetur, a dispositione iuris communis, et laudabili, ac antiquo Rom. curiæ stylo nimium recedi, ac fauorem matrimonii debitum restringi: volensque propterea iuri et stylo prædictis, nec non piæ mem. Gregor. XI. et Clem. VI. Rom. pontif. etiam sanctitatis suæ prædecessorum vestigiis inhærendo, sacramento et libertati matrimonii, quantum cum Deo potest, fauere, statuit et ordinauit, quod de cætero in quibuscunque dispensationibus, ques pro matrimoniis contractis aut contrahendis inter viros et mulieres, inuicem diuersis prohibitis consanguinitatis seu affinitatis, eur mixtis ex communi, seu ab eodem stipite surgentibus, quicunque illi sint, dummodo primum quoquo modo a non etringant, cum in eo sanctitas sua nunquam dispensare intendat, gradibus coniunctos, eb eadem sanctitate sua, at pro tempore existente Romano pontifice, aut sede apostolica impetrari, vel alias concedi contigerit, ac literis, commissionibusque desuper etiam locorum ordinariis faciendis, gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquiorem, ec ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propioquiore literis declaratoriis, iuxta Gregorii et Clementis prædecessoris huiusmodi constitutiones, quas quoad hoc innoueuit, et inuiolabiliter obseruari mandauit, dispensationesque seu dispensandi commissiones, ac desuper confectas literes, ar processus habitos per easdem dispensatis, seu his, cum quibus dispensati mandatur, propter proximioris gradus huiusmodi non expressionem, de surreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus et per omnia suffragari, perinde ac si in literis seu commissionibus huiusmodi de proximiore seu vtroque gradu, specialis et expressa mentio facta fuisset.

TITVLVS XIV.
DE INDVLGENTIIS.

CAP. I.

Christi passio est veluti labrum, ex quo omnia bona effluant, indulgentiarum quoque et gratiarum dona consistunt, quamobrem gratis expediantur, nec precio mercentur.

PIVS IV.

Decet Romanum pontificem, quem Dominus noster Iesus Christus vicerium suum cœlestibus thesauris dispensandis in terris constituit, prouidere, vt, sicut ipse thesauros huiusmodi et graties cœlestes gratis accepras, ad honorem Dei, et illius sanctorum, animarumque Christi fidelium salutem absque lucro dispenset, idem quoque a Romanæ curiæ officialibus, quibus literarum apostolicarum super gratiis, a sede apostolica pro tempore concessis, expeditio incumbit, obseruetur. Quapropter inconueniens esse censentes, pro concessionibus indulgentiarum, quæ in solis meritis passionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, et eius gloriosorum martyrum, et sanctorum consistunt, aliquid temporale exigere: nos præmissis, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno prouidere volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, dilectis filiis modernis, et pro tempore existentibus sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancell. eiusque in cancellaria apostolica locumtenent. nec non summistæ, scriptoribus, illorumque pro tempore rescribendario, computatori, receptori, et defensoribus, nec non secretariis, literarum apostolicarum, illarumque tam maioris, quam minoris præsidentiæ abbreuiatoribus, ac solicitatoribus, plumbique et registri magistris, collectoribus, earundemque literarum apostolicarum registratoribus, bullatoribus, fratribus barbatis nuncupatis, et illorum famulis, nec non in registro supplicationum, manu et in præsentia nostra signatorum, magistris et scriptoribus, aliisque Romanæ curiæ officialibus et personis, etiam eorum officia ex causa quantumuis onerose obtinentibus, cuiuscunque qualitatis et conditionis existant, ac quocunque nomine appellentur, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, nec non amissionis ad semestra omnium emolumentorum eorum officiorum, quæ ipso iure, quoties contrafecerint, fabricæ basilicæ principis apostolorum de vrbe applicata esse censeantur, et crescente inobedientia, etiam priuationis eorundem officiorum, ipso facto incurrendis pœnis, apostolica auctoritate, tenore præsentium præcipimus et mandamus, quatenus videlicet in registro supplicationum magistri et scriptores huiusmodi, vltra salarium inibi pro signatura ordinarie exigi solitum, alii vero officiales literas apostol. tam sub plumbo, quam in forma breuis, super gratiis indulgentiarum, et peccatorum remission. etiam plenariam, tam pro viuis, quam defunctis, tam ad tempus, quam perpetuo, ad futuram seu perpetuam rei memoriam, vel alia forma ec cum quauis narratiua, pro quibusuis particularibus personis, seu ecclesiis etiam cathedralibus, et collegiatis, monasteriis, prioratibus, capellis perpetuis, cancellariis, oratoriis, hospitalibus, capitulis, collegiis, conuentibus, confraternitatibus, societatibus, vniuersitatibus, et quibuscunque aliis piis locis, a nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus, etiam facultatem eligendi confessorem cum votorum commutatione in se continentibus, pro tempore, citra tamen clausulam porrectionis manuum adiutricum, concessis et concedendis conficiend. gratis pro Deo vbique eorum officio, absque aliqua taxæ regalium seu iocalium, aut cuiusuis alterius generis solutione vel exactione, quantumuis ordinaria vel extraordinaria, omnibus recusatione et contradictione cessantibus, illico nullo alio a nobis aut altero desuper expectato mandato expediant, et prosequentibus illarum expeditionem, etiam si partes, quorum intuitu fuerint concessæ, in Rom. curia non sint præsentes, sed longe ab illa absint, expeditas tradent et consignent. Romæ Cal. Ian. 1562.

TITVLVS XV.
DE QVAESTORVM TOLLENDO ABVSV.

CAP. I.

Quæstorum abusus, spiritualis thesauri ecclesiæ largitiones in auarum lucrum conuertens, extinguendus.

PIVS V.

Etsi dominici gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus, ea benigne concedere, nos et prædecessores nostri studuerunt, per quæ peccatorum mole deposita salus ipsis succedat, et hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciant altissimo, qui eas nobis sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio nos præcauendum esse censemus, ne cuiusuis indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliuiores ad illicite in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum, et exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, et Christi fideles quamplurimum scandalizentur. Sane, cum ad auditum nostrum ex diuersis mundi partibus quamplurimæ querelæ perlatæ fuerint, quod vigore diuersarum indulgentiarum et facultatum, per prædecessores nostros, ac etiam nos, vel auctoritate nostra, tam fabricæ nostræ basilicæ principis apostolorum, et ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis de vrbe, ipsiusque ecclesiæ, nec non S. Ioannis, et S. Lazari Hierosolymitani, ac S. Spiritus in Saxia, et S. Ioannis Lateranensis, ac S. Iacobi incurabilium, de eadem vrbe, nec non S. Elmi, ac S. Bouis, ac S. Gothardi, et S. Leuguzoni, nec non S. Nicolai, et S. Bernardi montis Iouis, nec non S. Leonardi, ac S. Marthæ, nec non sanctissimi crucifixi Syracusan. ac S. Mariæ de monte Serrato, hospitalibus, ac etiam S. Sebastiani prope et extra muros dictæ vrbis, nec non S. Antonii de S. Antonio Vienen. diœcesis, et redemptionis captiuorum nuper Neapoli instituto monasteriis, illorumque ac diuersis aliis ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, militiis, confraternitatibus, societatibus, et piis locis concessarum, multi quæstores ex eisdem indulgentiis, lucrum temporale tantum quærentes, nominibus fabricæ ecclesiarum, hospitalium, monasteriorum, militiarum, confraternitatum, societatum, et piorum locorum in diuersis ciuitatibus et diœcesibus quæstus facere, confratres describere, capellas et oratoria erigere, illisque erectis indulgentias huiusmodi communicari, et in diuersis gradibus a iure prohibitis dispensare, ac plura etiam concedere, quam eis vigore facultatum prædictarum licitum sit, ipsique lucro intenti, pecuniasque potius, quam Christi fidelium salutem quærentes, ac eisdem indulgentiis sic abutentes, quæstum ex illis particularem facere conantur, variisque et diuersos quæstores, commissarios, procuratores, receptatores, thesaurerios, factores, nuncios, ac alios ministros constituere, qui non solum supradicta, sed etiam plura alia eis nunquam concessa facere et concedere, nec non locorum ordinarios, illorumque in spiritualibus

a *Vide concil. Trident. sess. vigesima quarta. cap. tertio et quinto. Alphonsum Castrens. lib. 1. de leg. pœn.*

tualibus vicarios generales, et officiales ac ministros, ecclesiarumque et ordinum prælatos, superiores et personas, quæstus huiusmodi impedientes, censuris ecclesiasticis innodare, et alias in pluribus grauiter excedentes in diuinæ maiestatis offensam, ac fucatum et Christi fidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem, et piorum mentium scandalum præsumunt. Nos, qui Deo propitio gregis dominici, meritis licet insufficientibus, curam gerimus, et illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ex præmissis, et aliis rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, felicis record. Calixti IV. Clementis VII. Pauli III. Iulii similiter III. et diuersorum aliorum Romanorum pontificum, prædecessorum nostrorum, vestigiis inhærentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate et deliberatione, omnes et singulas indulgentias etiam perpetuas, et peccatorum remissiones fabricæ et ecclesiæ huiusmodi, nec non sancti Ioannis Hierosolymitani, etiam pro constructione et ædificatione illius nouæ ciuitatis prædictis, in quibusuis aliis hospitalibus, monasteriis, ecclesiis, domibus, militiis, ordinibus etiam mendicantium, congregationibus, confraternitatibus, et vniuersitatibus, et piis locis illorumque ordinibus, capitulis, conuentibus, magistris, superioribus, et tam sæcularibus, quam quorumuis, etiam mendicantium ordinum regularibus personis, tam singulariter, quam vniuersaliter, per quoscunque Romanos pontifices, prædecessores nostros, ac etiam nos, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis clausulis et decretis, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac ex quibusuis etiam vrgentissimis causis, etiam causa redemptionis captiuorum, et alias quomodolibet concessis, pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, et quæ quæstuandi facultatem quomodolibet continent, illarum omnium tenores, formas, derogationes et decreta, præsentibus pro expressis habentes, auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, irritamus, et annullamus, ac viribus vacuamus. Et insuper perpetuo hac nostra valitura constitutione decernimus, quod ex nunc de cætero, sub indignationis nostræ pœna, prætextu indulgentiarum et facultatum, per quoscunque Romanos pontifices, prædecessores nostros, ac nos, ac sedem apostolicam etiam motu simili, ac sedis apostolicæ legatos, alias quomodolibet concessarum, et quas a nobis et sede prædicta in posterum verbo, literis ac quauis alia scriptura, etiam manu nostra signata, etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiet, etiam in fauorem fidei, aut cruciatæ sanctæ vel cuiuscunque alterius piæ causæ, etiam priuilegiatæ, concedi quomodolibet contigerit, nullus quauis etiam episcopali, archiepiscopali, et patriarchali aut maiori dignitate, etiam cardinalatus honore, seu etiam regali, vel temporali excellentia præfulgeat, audeat vel præsumat quæstus facere, aut nuncios, quæstores, commissarios, thesaurarios, receptores pro illis recipiendis, in dictis hospitalibus, ecclesiis, domibus, monasteriis, militiis, et aliis supra nominatis, vel pro eis aut illorum nominibus alibi constituere, et deputare, nisi ex speciali licentia, et ex certa scientia nostris, et Romani pontificis pro tempore existentis, de qua per literas nostras et eiusdem Romani pontificis pro tempore existentis, locorum ordinariis, vel eorum in spiritualibus vicariis, seu officialibus, derogationem præsentis nostræ constitutionis, illius tenore de verbo ad verbum inserto, expresse continentes. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, quicquid secus his a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Romæ 6. Idus Februar. 1566.

CAP. II.

Indulgentiæ per quæstores ob quæstum, et bona extorquendi veriu, quam impetrandi desiderium, prædicatæ, reuocantur et prohibentur.

IDEM, *ex concilio Tridentino.*

Quam plenum sit periculi, noxie populo ingerere, nimium his temporibus afflicta religio testatur, quod malum, cum in cæteris ministris, tum præcipue in ecclesiarum prælatis animaduertendum est, quod ab his temere profecta longe maxima ecclesiæ Dei conferant detrimenta. Rem sane indignam audiuimus, quod non solum quondam Gometius Tello Giron, temporarius administrator ecclesiæ Toletanæ, sed etiam quidam Hispaniæ ecclesiarum præsules, officii paterni prætextu, facultates sibi e sacris canonibus concessas excedentes, literas suas in ipsorum ciuitatibus ac diœcesibus ausi sunt publicare, quibus inter cætera periculose deprehenditur, quod cuicunque illas accipienti certa soluta pecunia licitum sit, quam voluerit, sibi sumere sacerdotem, qui confessione audita ipsum absoluere valeat, non in iis tantum casibus, in quibus simplex sacerdos a absoluere potest, sed etiam in iis, quæ solis episcopis reseruata reperiuntur, aliquo præterea casu admisso, veluti simoniæ reatu, qui ad examen sanctæ sedis esset referendus. Non animaduertentes ipsi præsules et administratores, quam periculosum sit, ea passim incertis personis committere, quæ ad episcoporum iudicium, arbitriumque idcirco deferuntur, vt, qui melius lepram a lepra discernere norint, causis et circumstantiis subtili indagine exploratis, salutaria cuique morbo remedia valeant adhibere. Ad hæc ipsi in dispensandis cœlestis gratiæ donis nimium prodigi, iis sic literas prædictas accipientibus, indulgentias et pœnitentiarum iniunctarum remissiones nulla cum re temporali conferendas, profusius et indiscrete largiuntur, quibus et aliis licentiis prædictis non pauci fluctuantes et infirmi, veniæ facilitate inducti, ad peccandum prócliuiores fiunt, quando tot et tantorum delictorum remissionem certo et vilissimo pretio acquirere posse confident. Indicem prætereà casuum et indulgentiarum ædibus sacris appendi iusserunt, quo palam significatur soluentibus suprascripta concedi, et inter alia, absoluendi facultatem ab esu prohibitorum tribui. Itemque indulgeri missæ sacrificium, et sepulturam tempore interdicti, assumptionem duorum pluriumue compatrum ad sacrum baptisma, præter eos, qui synodalibus (vt dicunt) constitutionibus asciscuntur, reparationem ecclesiarum, erectionem confraternitatum, et alias pias causas prætexendo. Cum igitur inter cætera scandala, etiam simoniæ prauitas redoleat, ac prædictis sacri Tridentini *b* concilii decretis, et aliis sanctionibus canonicis, nostræ prætereà constitutioni, de indulgentiis ad quæstum non emittendis, aduersetur, clauium auctoritas euilescat, et pœnitentialis satisfactio eneruetur: nos his malis celeri remedio occurrendum, eademque opera futuris præcauendum fore censentes, de apostolicæ potestatis plenitudine, supradicta omnia, quæ in ipsa Toletana, et quibuscunque aliis ciuitatibus, diœcesibus et locis, tam Hispaniæ, quam aliarum quarumcunque prouinciarum et regionum, quocunque prætextu hucusque emanarunt, perpetuo abolemus, ac nulla et irrita nunciamus, iubemusque, literas et indices, nec non scripturas et monumenta quæcunque publica et priuata, per ipsos locorum ordinarios et alios ecclesiarum rectores, vbicunque reperientur, dilacerari, penitusque deleri; et ne talia de cætero a quoquam fiant, publicentur, vel concedantur, districtius prohibemus. Quicunque secus egerint, seu attentauerint antistites, etiam si cardinalatus honore præfulgeant, ab ingressu et perceptione fructuum suarum ecclesiarum tamdiu suspensi iaceant, donec satisfactione præuia illis per sedem prædictam suspensio relaxetur. Inferiores vero ab episcopis sententiam excommunicationis incurrant, a qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quam Romano pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere. Romæ 4. Non. Iun. 1569.

TITVLVS XVI.

DE DECIMIS.

CAP. I.

Ecclesiasticis personis decimas et alia onera impoenentes absque licentia papæ excommunicantur.

PIVS V. *ex bulla cœnæ Domini.*

Excommunicamus et anathematizamus omnes eos, qui aut collectas, decimas, taleas, præstantias, et alia onera clericis, prælatis, et aliis personis ecclesiasticis, ac eorum, et ecclesiarum, monasteriorum, aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, et prouentibus huiusmodi, absque Roman. pontif. speciali et expressa licentia imponunt; et diuersis etiam exquisitis modis exigunt; aut imposita, etiam a sponte dantibus et concedentibus recipiunt: nec non qui per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium, palam vel occulte, præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali, aut regali præfulgeant dignitate, seu principes, duces, comites, barones, respublicæ et alii potentatus quicunque, etiam regnis, prouinciis, ciuitatibus, et terris quoquo modo præsidentes, aut quauis etiam pontificali dignitate insigniti. Innouantes decreta super his per sacros canones, tam in Lateran. nouissime celebrato, quam aliis conciliis generalibus edita, etiam cum censuris et pœnis in eis contentis.

TITVLVS XVII.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS, ET MONTIBVS PIETATIS.

CAP. I.

Piorum locorum et monasteriorum exemptio ab onere hospitandi milites.

PIVS IV.

Cum, sicut non sine graui dolore nobis innotuit, omnia et singula, seu quamplurima huius almæ vrbis, ac etiam nostri ecclesiastici conuentus et monasteria, et alia ecclesiastica, et pia loca,

a *Vide Calder. de pœnit. et remissione. c. nostro, col. 17. Nauar. tract. de indulgentiis.*

b *concil. Trid. præscripta norma legitime elargiendi indulgentias et tollendi abusus quæstuariorum. sess. 5. de refor. c. 2. et sess. 21. de refor. c. 9.*

tem fecularia, quam regularie, et e perfonis religiofis quomodolibet inhabitata, eo tempore, quo equires et milites eiufdem almæ vrbis ac ftatus ecclefiaftici præfati, pro defenfione ipfius vrbis et ftatus adverfus infeftiffimum Turcarum tyrannum, vel ob alias, quæ pro tempora fefe offerunt, caufas expedire, et ad diuerfa eiufdem ftatus loca tranfmitti contingit, ab eifdem equitibus et militibus perturbentur et moleftentur, ipfique conuentus, monafteria, et alia ecclefiaftica et pia loca, in eorundem equitum feu militum diftributione, nonnullos eorundem equitum et militum, intra eorum domos et monafteria hofpitio excipere et recipere cogentur, in maximum eorum detrimentum, diuini cultus perturbationem, grauiffimum religionis dedecus, Dei optimi offenfam, et non folum præter omnem noftram intentionem, verum etiam intolerabilem animi noftri amaritudinem. Quapropter nos in præmiffis, quantum cum Deo poffumus, de optimo remedio celeri manu prouidere, ac monafteriorum, et aliorum ecclefiafticorum et piorum locorum huiufmodi perfonarum Deo altiffimo die noctuque famulantium quieti, integritati, et decori confulere volentes, motu fimili, et ex certa noftra fcientia, ac de apoft. poteftatis plenitudine, vniuerfis et fingulis, tam dictæ almæ vrbis, quam totius ftatus præfati gubernatoribus, poteftatibus, ducibus, et capitaneis, communitatibufque et vniuerfitatibus, et aliis, ad quos fpectat et pertinet, ac fpectabit et pertinebit quomodolibet in futurum, ne deinceps perpetuis futuris temporibus in eorundem militum, et equorum diftributione, tam in tranfeundo, quam inibi commorando, communitatibus et vniuerfitatibus, videlicet ne dictos equites et milites in eifdem monafteriis, cœnobiis, domibus, et aliis ecclefiafticis et piis locis, fub duorum millium ducatorum auri cameræ apoftolicæ ipfo facto applicandi, et aliis arbitrii noftri pœnis, quouis quæfito colore, caufa, ingenio, fiue prætextu diftribuere fiue affignare, vel ad alios recipiendum, et hofpitio excipiendum cogere; ipfis vero capitaneis et ducibus, ne eofdem fuos equites et milites fub indignationis noftræ, ac priuationis officiorum fuorum, aliifque etiam arbitrii noftri pœnis, in dictis monafteriis, cœnobiis, domibus, et aliis ecclefiafticis et piis locis, etfi communitates et vniuerfitates ipfæ eadem loca eifdem affignent, diftribuant. Gubernatoribus vero, et ipfarum ciuitatum et locorum prætoribus, ac aliis officialibus quibufcunque, quo minus præmiffa ab ipfis communitatibus et vniuerfitatibus, ac capitaneis, et ducibus fiant, fub eiufdem indignationis noftræ, ac etiam priuationis officiorum fuorum præfatorum refpectiue pœnis, auctoritate apoftolica, finant vel permittant, inhibemus, præcipimus, committimus et mandamus. Et infuper tam illis, quam equitibus, et militibus præfatis, ne monafteria, cœnobia, et loca pia huiufmodi in perfonis, rebus, et bonis, aut alias defuper quomodolibet moleftare, perturbare, impedire et inquietare, feu moleftari, perturbari, vel alias inquietari facere audeant, feu præfumant, in virtute fanctæ obedientiæ, et fub iam dictis pœnis eadem auctoritate inhibemus, præcipimus, committimus, et mandamus, ipfa monafteria, cœnobia, domos, et alia ecclefiaftica et pia loca, ex nunc ab eifdem militibus et equitibus, ac onere illos hofpitio excipiendi, motu et auctoritate fimilibus eximendo, et totaliter liberando, ac libera et immunia faciendi.

CAP. II.

Ordinis mendicantium cœnobia, monafteria, et prædia a collectis, fubfidiis et hofpitiis militum eximuntur.

IDEM.

Dum ad vberes, quos facri mendicantium ordines in agro dominico quotidie faciunt, fructus attente refpicimus, et attenta confiderationis indagine perfcrutamur ipforum religionis fynceritatem, et voluntariæ paupertatis habitum, in quibus fub humilitatis fpiritu deuotum altiffimo præftant famulatum, dignum, quin potius debitum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ femotis quibuslibet grauaminibus promptiores eiufdem altiffimi inhæreant feruitiis. Hinc eft, quod nos volentes eofdem mendicantium ordines, et dilectos filios, eorum fratres, et monachos, cæterafque perfonas, ac etiam moniales quaslibet eiufdem ordinis, fub illorum cura degentes fpecialibus fauoribus et gratiis profequi, motu proprio, non ad alicuius nobis fuper hoc oblatæ petitionis inftantiam, fed ex certa noftra fcientia, ac de apoftolicæ poteftatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes et finguli mendicantium ordinum huiufmodi fratres, monachi, et dilectæ filiæ in Chrifto moniales feu forores, ac aliæ vtriufque fexus perfonæ regulares, vbilibet per totum chriftianum orbem diffufi et conftituti, illorumque monafteria, cœnobia, domos, conuentus, ecclefiæ, capellæ, oratoria et alia loca, etiam vnita, ac membra, et dependentia, nec non terræ cultæ et incultæ, poffeffiones, prædia, agri, et alia omnia et fingula mobilia et immobilia, ac fe mouentia, et vbilibet, ac in quibufcunque rebus confiftentia bona, nec non eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarii, locatarii et affictuarii, negotiorumque fuorum geftores vniuerfi, quomodolibet nuncupari, nunc et pro tempore exiftentes in perpetuum, ab omnibus et fingulis exactionibus tam vrbanis, quam rufticis, nec non datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impofitionibus, et oneribus ordinariis, et extraordinariis, ac tam realibus, quam perfonalibus, metis et mixtis, etiam fubfidio triennali, et augmento, ac foculeribus, equorum taxis, militumque hofpitiis, ac aliis quibufcunque nominibus nuncupatis, quauis auctoritate quomodolibet impofitis et imponendis, et quæ laicis ac aliis quibufuis quomodolibet imponi confueuerunt, et in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium et rerum cuiufcunque generis vel qualitatis exiftentium, tam per mare et aquam dulcem, quam per terram vndecunque et quomodocunque pro tempore delatarum, nec non animalium quorumcunque mortuorum et viuorum, et quæ alias quomodolibet et ex quauis caufa ac fuper quibufcunque rebus, tam in alma vrbe noftra, quam extra eam vbilibet locorum exiguntur, et in futurum exigentur, nec non a contributionibus, et folutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu et veftitu, quam quocunque alio vfu fuo tantum, ac tam emendo quam vendendo, ac alias quomodolibet negotiando, nec non etiam a folutione quadrantis pro fingulis libris carnium de animalibus, quæ nunc et pro tempore ex armentis occidi contigerit, nec non etiam, quæ in fuis ædibus, prædiis, et poffeffionibus priuatim detinent et nutriunt, ac a contributione fumptuum et expenfarum, quæ aliquando pro pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliifue machinis ftruendis et reparandis feu reficiendis, ac ciuitatum, terrarum, et locorum quorumcunque fortificationibus, nec non etiam alias in omnibus et per omnia, ac tam in dicta vrbe, quam extra eam vbilibet penitus et omnino liberi, immunes et exempti, ac liberæ et exemptæ, liberaque immunia et exempta fint et effe cenfeantur, ac pro talibus teneantur et reputentur. Quodque terræ, agri, poffeffiones et loca aratiua, vt præfertur, in illis, quæ aliquando pro pafcuis animalium ad certum tempus referuantur, nullatenus vnquam comprehendantur, nec comprehendi cenfeantur, ac etiam monafteria, cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcunque militum, tam equitum quam peditum hofpitiis, quemadmodum magno cum noftro dolore hucufque in plerifque locis factum comperimus, nequaquam affignentur, nec affignari debeant. Rom. 29. Iul. 1566.

CAP. III.

Montes pietatis chriftiana charitate erecti, et auctoritate apoftolica probati et confirmati, et ab ufurario fœnore alieni, liciti funt.

LEO X. *ex concilio Lateranenfi.*

Inter multiplices noftræ follicitudinis curas, illam inprimis fufcipere pro noftro paftorali officio debemus, vt, quæ falubria et laudabilia, ac catholicæ fidei confona, et bonis moribus conformia, noftro tempore non folum enucleentur, verum etiam ad pofteros propagentur, et quæ materiam fcandali præbere poffent, penitus fuccidantur, et radicitus extirpentur, nec pullulare vfquam finantur in agro dominico, et vinea Domini Sabbaoth, ea duntaxat conferi permittendo, quibus fidelium mentes pafci fpiritualiter poffint, eradicatis zizaniis, et oleaftri fterilitate fuccifa. Sane cum olim inter nonnullos dilectos filios facræ theologiæ magiftros, ac iuris vtriufque doctores, controuerfiam quandam, non fine populorum fcandalo et murmuratione exortam, et nuper his diebus innouatam effe comperierimus, circa pauperum releuationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis, qui montes pietatis vulgo appellantur, quique in multis Italiæ ciuitatibus, ad fubueniendum per huiufmodi mutuum pauperum inopiæ, ne vfurarum voragine deglutiantur, a ciuitatum magiftratibus, et aliis Chrifti fidelibus funt inftituti, atque a fanctis viris diuini verbi præconibus et laudati et perfuafi, ac a nonnullis etiam fummis pontificibus, prædeceffloribus noftris, probati et confirmati, fintne præfati montes a chriftiano dogmate diffonantes, vel non, vtraque parte diuerfimode fentiente, atque nonnullis etiam magiftris et doctoribus dicentibus, eos montes non effe licitos, in quibus aliquid vltra fortem pro libra, decurfo certo tempore, per miniftros huius montis, ab ipfis pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur, et propterea ab vfurarum crimine, iniuftitiaque, feu ab aliqua certi fpecie mali, mundos non euadere; cum Dominus nofter, Luca euangelifta atteftante, aperte nos præcepto obftrinxerit, ne ex dato mutuo quicquam vltra fortem fperare debeamus. Ea enim propria eft vfurarum interpretatio, quando videlicet ex vfu rei, quæ non germinat, nullo labore, nullo fumptu, nulloue periculo, lucrum fœtufque conquiri ftudetur. Addebant etiam iidem magiftri et doctores in iis montibus, neque commutatiuæ, neque diftributiuæ iuftitiæ fieri fatis, cum tamen iuftitiæ terminos contractus huiufmodi excedere non debeant, fi debeant approbari. Idque præterea probare nitebantur, quia impenfæ pro huiufmodi montium conferuatione, a pluribus, (vt aiunt) debitæ, a folis pauperibus, quibus mutuum datur, extorqueantur, pleraque interdum vltra neceffarias et moderatas impenfas, non abfque fpecie mali, ac incentiuo delinquendi, quibufdam aliis perfonis (vt inferre videntur) exhibeantur. Aliis vero pluribus magiftris et doctoribus contra afferentibus, et in multis Italiæ gymnafiis verbo et fcripto concla-

conclamantibus, pro tanto bono, tanquam reipublicæ pernecessario, modo ratione mutui nihil petatur neque speretur, pro indemnitate tamen eorundem montium, impensarum videlicet ministrorum eorundem, ac rerum omnium ad illorum necessariam conseruationem pertinentium, absque montium huiusmodi lucro, idque moderatum et necessarium ab iis qui huiusmodi mutuo commodum suscipiunt, licite vltra sortem exigi et capi posse, nonnihil licere; cum regula iuris habeat: quod qui commodum sentit, onus quoque sentire debeat, præsertim si apostolica accedat auctoritas. Quam quidem sententiam a fel. record. Paulo II. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. et Iulio II. Rom. pont. prædecessoribus nostris probatam, a sanctis quoque ac Deo deuotis, et in magna, ob sanctitatis opinionem, existimatione habitis, euangelicæ veritatis prædicatoribus prædicatam esse ostendunt. Nos super hoc (prout nobis est ex alto concessum) opportune prouidere volentes, alterius quidem partis iustitiæ zelum, ne vorago aperiretur vsurarum, alterius pietatis et veritatis amorem, vt pauperibus subueniretur; vtriusque vero partis studium commendantes, cum hæc ad pacem et tranquillitatem totius reipub. christianæ spectare videantur, sacro approbante concilio declaramus et diffinimus, montes pietatis antedictos per respubl. institutos, et auctoritate sedis apost. hactenus probatos et confirmatos, in quibus pro eorum impensis et indemnitate aliquid moderatum, ad solas ministrorum impensas, et aliarum rerum ad illorum conseruationem (vt præfertur) pertinentium, pro indemnitate dumtaxat, vltra sortem, absque lucro eorundem montium, recipitur, neque speciem mali præferre, nec peccandi incentiuum præstare, neque vllo pacto improbari, quinimo meritorium esse, ac laudari et probari debere, tale mutuum minime vsurarium putari, licereque illorum pietatem et misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis a sancta sede apostol. eam ob causam concessis: ac deinceps alios etiam similes montes apostol. sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius, multoque sanctius fore, si omnino tales montes gratuiti constituerentur, hoc est, si illos erigentes, aliquos census assignarent, quibus si non omni, saltem vel media ex parte, huiusmodi montium ministrorum soluantur impensæ, vt ad leuiorem æris soluendi portionem, medio hoc, pauperes grauari contingat, ad quos cum huiusmodi census assignatione, pro impensarum supportatione erigendos, Christi fideles maioribus indulgentiis inuitandos esse decernimus. Omnes autem religiosos et ecclesiasticos ac seculares personas, qui contra præsentis declarationis et sanctionis formam de cætero prædicare, seu disputare, verbo vel scriptis, ausi fuerint, excommunicationis latæ sententiæ pœnam, priuilegio quocunque non obstante, incurrere volumus. Romæ in concil. Lateran. 4. Non. Maii, 1515.

CAP. IV.

Licentiæ hactenus concessæ mulieribus ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium, et aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam mendicantium, reuocantur.

PIVS V. *ex concilio Tridentino.*

Regularium personarum, quæ relicto seculo Dei se obsequio dedicarunt, pro commisso nobis officio, quieti consulere cupientes, ad ea remouenda, quæ religiosum earum propositum impedire possunt, curam nostram libenter impendimus, vt nulla re, quæ eas a diuino cultu auocet, præpeditæ, secundum ordinem suorum regularia instituta, et decretum sacri Tridentini concilii, tranquillis mentibus gratum altissimo impendere possint famulatum. Quia igitur et Carthusiensium ordinis, et aliorum regularem vitam professorum quies non parum solet, sicut accepimus, perturbari, propterea quod mulieres, modestiæ matronalis oblitæ, domos ac monasteria eorum, contra ipsorum instituta, prætextu confessionalium, aut aliarum literarum apostolicarum, ingredi audeant, ipsis etiam abbatibus, præpositis, prioribus, et aliis præsidentibus aliquando recusantibus et renitentibus, non sine magna eorum molestia, nec sine graui laicorum etiam offensione ac scandalo, si quando admitti nimis facile videantur: huic rei prouidere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes et singulas facultates ac licentias ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium, et aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam mendicantium, mulieribus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, et quacunque dignitate, ac præeminentia præditis, etiam comitissis, marchionissis, ducissis, sub quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus et efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis ab apostolica sede quomodocunque concessas, quarum tenores perinde ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi volumus pro expressis, tenore præsentium reuocamus, et cassas, irritas, et inanes esse decernimus, districte prohibentes, mulieribus quidem prædictas facultates et licentias prætendentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, postquam harum literarum notitiam habuerint, a qua non possint, nisi a nobis, aut a Romano pontifice, qui pro tempore fuerit, absolui, præterquam in mortis articulo, ne dictas domos et monasteria ingredi audeant. Ipsis vero monasteriorum et conuentuum abbatibus, præpositis, prioribus, et aliis præsidentibus, quocunque nomine vocentur, et eorum monachis, canonicis, et fratribus, siue mendicantibus, siue non mendicantibus sub priuationis officiorum, quæ in præsentia obtinent, et inhabilitatis in posterum ad illa et alia omnia, et suspensionis a diuinis ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, admittereue præsumant.

CAP. V.

Ingredi intra septa monasterii nemini liceat, cuiuscunque sexus, conditionis aut ætatis fuerit, sine licentia episcopi aut superioris in scriptis obtenta, quæ nec vti conceditur, nisi vrgentibus necessitatibus.

GREGORIVS XIII. *ex concilio Tridentino.*

Vbi gratiæ et indulta ab hac sede concessa, successu temporis incommodum afferre noscuntur, expedit, illa salubri præsidentis consilio submoueri. Proinde sanctimonialium quieti et tranquillitati consulere, ac omnia, quæ illas a spiritualium rerum cogitatione et exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaque et scandala ab eis remouere cupientes, auctoritate præsentium reuocamus et abolemus omnes et quascunque licentias ac facultates ingrediendi monasteria, domos, et loca monialium, ac etiam virorum quorumuis ordinum, quibusuis etiam comitissis, marchionissis, ducissis, et aliis cuiuscunque status et conditionis mulieribus, ac etiam omnes et quascunque licentias ingrediendi monasteria, domos, et loca ipsarum sanctimonialium, quibuscunque viris, etiam eiusdem status et dignitatis, tam a prædecessoribus nostris, quam etiam a nobis, et sedis apostolicæ legatis, aut aliis ex quibusuis quantumcunque vrgentibus causis, sub quibuscunque tenoribus, et etiam derogatoriis, reuocatorum restitutoriis, aliisque efficacioribus clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu proprio et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, atque ad imperatoris, regum, reginarum, aliorumque principum contemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas, cassamusque, et annullamus literas desuper confectas et processus habitos per easdem. Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua a nemine, nisi a Romano pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impertiri, ne ipsarum licentiarum prætextu monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis vero, nec non abbatibus, conuentibus, ac [illegible] monasteriorum vtriusque sexus superioribus, et personis, quocun[illegible] nomine vocentur, districte præcipimus, sub eadem excommunica[illegible] pœna, nec non priuationis dignitatum, beneficiorum et officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos, et loca sua quenquam prætextu huiusmodi licentiarum et facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus atque interdicimus omnibus et quibuscunque personis ecclesiasticis et secularibus, ac etiam ordinum quorumcunque etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab episcopis vel superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decreto concilii Tridentini tribuitur, ne monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, neue moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Romæ Idib. Iunii, 1575.

TITVLVS XVIII.

DE REGVLARIBVS ET RELIGIOSIS EXTRA CLAVSTRA VAGANTIBVS.

CAP. I.

Pœna eorum, qui in ætate legitima religionis votum emittentes a professa vitæ instituto deficiunt, et ad alios ordines vagantur.

PAVLVS IV.

Postquam diuina bonitas nos (licet immeritos) ad summi apostolatus fastigium assumere dignata est, nunquam cessauimus abusus, qui in ecclesia Dei, seu nimia sedis apostolicæ indulgentia, seu hominum malitia irrepsisse cernuntur, pro viribus tollere, et ecclesiam ipsam in pristinum candorem restituere, diuersas ad hoc saluberrimas constitutiones edendo, et inuiolabiliter obseruari mandando. Verum cum non omnia vno et eodem tempore excogitari, nedum perfici potuerint, quinimo circa ea sit nobis singulis ferme diebus aliquid animaduertendum, abusui apostasiæ, quæ per regulares personas sub diuersis falsis prætextibus quotidie incurritur, vlterius parcendum non esse [e] censuimus. Nam licet diuersi Rom. pont. prædecessores nostri, per eorum constitutiones complures, contra apostasiam huiusmodi, ediderint statuta et ordinationes, nondum tamen est plenum contra eam adinuentum remedium. Quinimo diuersi diuersorum etiam mendicantium ordinum religiosi, propriæ salutis immemores,

e *Adde ea, quæ in c. 27. concilii Agathensis et Trident. sess. 14. cap. 11. de refor. et sess. 25. c. 19. de regular.*

memores, Deique timore postposito, sub prætextu, alii videlicet, quod religioni et ordini in genere, ob varias confictas causas, astricti non sint, et superinde sententiam declaratoriam obtinuerint: alii, quod beneficium ecclesiasticum curatum assecuti sint: alii, quod extra regularia sui ordinis loca standi, et alicui beneficio ecclesiastico deseruiendi a suis superioribus licentiam habeant, et alii diuersis aliis confictis coloribus. Alii vero nullo suffulti prætextu, sed temeritate propria, contra proprium iuramentum per eos in eorum professione præstitum, et regularia sui ordinis instituta, extra claustra suorum regularium locorum degunt, et in sæculo, aliqui habitu sui ordinis retento, aliqui illo abiecto in habitu presbyterorum secularium, et complures in habitu laicali temere vagantur. Et postquam Deo fidem fallere non sunt veriti, cætera omnia, quantumuis grauissima et detestanda, leuia et licita reputantes. Alii parochianos eorum curæ commissos falsam doctrinam docere, et prauis opinionibus, ac hæresibus replere, alii vxores ducere, alii siue paupertate eos cogente, siue diabolico instinctu, secularibus et mechanicis negotiis se dare. Alii seditionibus popularibus, coniurationibus contra principes, et alios, ac quibusuis aliis sæuis actibus se implicare, et cætera omnia nequissima facere præsumunt, in grauissimam diuinæ maiestatis offensam, et religionis opprobrium, ac animarum suarum perniciem, et aliorum Christi fidelium scandalum.

Quamobrem considerantes, apostatas huiusmodi, infinitis erroribus in eadem Dei ecclesia causam præstare, et propterea volentes contra apostasiam ipsam plenius prouidere, et eam, quantum nobis ex alto conceditur, de medio tollere, motu proprio, et ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes et singulos, qui post professionem per eos in ætate legitima constitutos, in aliquo approbato, etiam militari ordine pure et libere emissam, vel si ante ætatem legitimam professi fuerint, post illam per eos in ipsa ætate legitima constitutos, pure et libere, ratam et gratam habitam, temeritate propria, aut quouis prætextu, vel causa, etiam si se religioni et ordini non astrictos esse, sine causæ cognitione, et his, quæ a iure requiruntur, seruari omissis, vel non legitime probatis, declarari obtinuerint, aut beneficium ecclesiasticum, etiam curatum, non procedente legitima dispensatione possideant, vel alicui beneficio ecclesiastico, etiam curato, alterius nomine deseruiant, extra claustra suorum regularium locorum degunt, aut in posterum degent, omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus, aut sui vel cuiusuis ordinis regularibus, per [illegible] quomodolibet obtentis, et de cætero obtinentibus, cuiuscunque [illegible]tatis fuerint, ac fructibus, redditibus, et prouentibus ecclesiast[illegible] eis quomodolibet reseruatis, seu assignatis, nec non baccalaureatus, licentiaturæ, doctoratus, et magisterii, ac quibusuis aliis in iure canonico, vel ciuili, theologia, seu medicina, vel artibus, aut quauis alia facultate, gradibus, per eos, etiam antequam religionem ingrederentur, obtentis, seu assecutis, nec non quocunque ministerio ecclesiastico, apostolica auctoritate, tenore præsentium, penitus et omnino priuamus, ac ad illa et alia quæcunque et qualiacunque in posterum obtinenda, seu fructus, reditus, et prouentus ecclesiasticos percipiendos, aut gradus assequendos perpetuo inhabilitamus, et ab executione quorumcunque ecclesiasticorum, etiam sacrorum, et præsertim presbyteratus ordinum, nec non omni ministerio ecclesiastico prædicto perpetuo suspendimus, priuatosque et inhabiles ac suspensos esse, nec non beneficia ipsa de iure et de facto, etiam ad hoc, vt eorum ordinarii collatores ea aliis libere conferre possint, et nisi ea infra tempus a Lateranensi concilio statutum contulerint, collatio beneficiorum eorundem ad immediatum illorum superiorem, et demum ad nos, ac pro tempore existentem Rom. pont. deuoluatur, patroni quoque eorundem beneficiorum personas idoneas, infra tempus a iure statutum, ad ipsa beneficia præsentare possint, et nisi præsentauerint, eorum libera collatio ad ordinarium spectet et pertineat, vacare, ac reseruationes fructuum, redituum, et prouentuum huiusmodi expirare decernimus, ita vt de cætero ipsi apostatæ, quamdiu vixerint, aliqua beneficia ecclesiastica obtinere, vel aliquod officium ecclesiasticum exercere, aut fructus, reditus, et prouentus ecclesiasticos, seu super illis pensiones annuas percipere vel exigere, seu curam animarum, vel aliquod ministerium ecclesiasticum exercere, aut sacramenta ecclesiastica ministrare, seu missam celebrare, aut prætextu ordinum, in quibus constituti erunt, aliquid facere, vel exequi nequeant, et prouisiones, seu commendæ, ac reseruationes fructuum, redituum, et prouentuum ecclesiasticorum, nec non assignationes pensionum annuarum eis, etiam dicta auctoritate, etiam cum præsentium, toto earum tenore inserto, plenaria derogatione pro tempore factæ, nullæ sint, et irritæ, ac viribus omnino careant, nec aliquod eis ius, aut titulum beneficia possidendi, aut fructus, reditus, et prouentus, seu pensiones huiusmodi exigendi, vel percipiendi tribuant. Ipsique sic priuati, inhabiles, et suspensi fructus suos non faciant, sed ad illorum restitutionem teneantur. Et nihilominus, si curam animarum exercere, vel ecclesiastica sacramenta ministrare, seu missam celebrare, aut prætextu ordinum suorum prædictorum aliquid facere, aut aliquod ministerium ecclesiasticum exequi præsumpserint, tanquam suspensi ab executione ordinum suorum, et in illis contra suspensionem ipsam, et in contemptum clauium ministrantes condignis pœnis omnino puniantur.

Et vt omnis vagandi occasio apostatis huiusmodi tollatur, volumus et sancimus, quod quæuis tam ecclesiasticæ, quam seculares personæ, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, et præeminentiæ existant, etiam si archiepiscopali, patriarchali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, etiam cardinalatus honore, seu mundana, etiam marchionali, ducali, aut alia maiori auctoritate, seu excellentia præfulgeant, aliquem apostatarum eorundem recipere, seu nutrire, vel illis, quo minus ad eorum monasterium, seu domum, vel alium locum regularem redeant, fauorem aut auxilium, seu consilium præstare non præsumant, et si eos receperint, vel illis, vt præfertur, fauerint, aut auxilium, seu consilium præstiterint, et per ordinarium loci, sub quo moram trahent, commoniti, a præmissis non destiterint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant. Et si patroni alicuius beneficii ecclesiastici, siue sint laici, siue clerici, aliquem ex eisdem apostatis ad beneficium de iure patronatus existens, tunc vacans præsentauerint, præsentationes huiusmodi sint eo ipso nullæ, irritæ, et inanes, ac viribus careant, et ipsi patroni iure præsentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum priuati existant. Quodque superiores ordinum, quos ipsi professi fuerint, et ordinarii locorum, in quibus ipsi apostatæ pro tempore degent, tam coniunctim, quam diuisim, eosdem apostatas, vt ad eorum monasteria redeant, requirere, et si ad dicta monasteria redire cessauerint, distulerint, vel recusauerint, eos secundum ordinis disciplinam, monitione præuia, per censuras ecclesiasticas, et pœnas, etiam corporis afflictiuas, ad redeundum cogere et compellere possint, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quod si regularis ordo hoc non patiatur, auctoritate nostra prouidere valeant, vt talibus apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo fieri poterit, alioquin in aliis religiosis domibus eiusdem ordinis, ad agendam inibi pœnitentiam, vitæ necessaria ministrentur. Si vero apostatæ huiusmodi se in his inobedientes præstiterint, sint etiam auctoritate nostra, maioris excommunicationis sententia eo ipso innodati, et superiores sui eos excommunicatos esse declarent et nuncient, ac vt tales ab omnibus suis subditis nunciari et publicari faciant. Teneanturque ipsi apostatæ, cuiuscunque ordinis, congregationis, et habitus fuerint, birretum nigrum, duabus lineis albis ex tela confectis, et digito humano latis, ab vna extremitate ad aliam extremitatem circumductis distinctum, et per totam eius circumferentiam simili linea alba suffultum, ita vt omnes lineæ præfatæ oculis intuentium manifeste appareant, continue gestare. Et si sine birreto huiusmodi deprehensi fuerint, possint pro huiusmodi inobedientia, non solum per suos superiores, verum etiam per quoscunque, tam ecclesiasticos, quam seculares iudices et magistratus, condignis pœnis puniri, et ad delationem ipsius birreti, vt præfertur, distincti et suffulti, omnino compelli. Decernentes, quod de cætero, qui aliquem ordinem approbatum, vt præfertur, tacite vel expresse professus fuerit, et se illi ordini non astrictum esse contenderit, vel alias quouis modo, siue retento, siue dimisso habitu, extra regularia loca ipsius ordinis de iure aliquo casu stare posse putauerit, vel quauis ratione aut prætextu super hoc postulauerit, seu supplicauerit, literas, quas a nobis seu officio pœnitentiariæ nostræ obtinebit, cardinali, protectori, seu viceprotectori ipsius ordinis in curia residenti, et procuratori generali ordinis dirigi, et præsentari facere, ac coram eo in hoc negotio, cum plena causæ cognitione procedere teneatur, alias omnia et singula, per ipsum professum in præmissis gesta, nullius sint roboris vel momenti, literæque aliis directæ nullam iurisdictionem tribuant. Quodque omnes et singulæ translationes de apostatis ipsis ad alium ordinem, etiam per nos, aut prædecessores nostros, vel per officium pœnitentiariæ huiusmodi hactenus factæ, et quas deinceps fieri contigerit, nisi ad arctiorem, vel parem ordinem factæ fuerint, et ipsi sic translati in monasteriis, in quibus regularis obseruantia vigeat, actu maneant, nullæ sint, et irritæ, ipsique sic translati ad pristinum ordinem, etiam si in ordinem, ad quem translati fuerint, professionem in eo emitti solitam emiserint, redire teneantur. Et si post vnam et secundam monitionem, sibi a prælatis seu superioribus ordinum, a quibus translati sunt, factam, redire distulerint aut neglexerint, liceat ipsis prælatis, seu superioribus procedere contra eos, modo et modis contra apostatas statutis. Et nihilominus præfatos sic translatos, et vt præfertur, non redeuntes, administratione cuiuscunque ecclesiastici beneficii seu officii et prælaturæ perpetuo priuamus.

CAP. II.

Apostatarum causæ, et religiosorum extra claustra vagantium lites, ad apostolicam decisionem euocantur.

PIVS IV.

Singulas lites et causas, hactenus coram quibusuis ordinariis vel delegatis iudicibus, etiam in Rom. curia introductas, et in quacunque instantia contra dictos apostatas vel translatos, vel alias inter quasuis personas præmissorum occasione pendentes, etiam si instructæ sint, ad nos aduocamus, ac causas, tam ad nos aduocatas in statu et terminis,

terminis, quibus reperiuntur, reassumendas, nec non quam et quas quæcunque personæ ecclesiasticæ et regulares, ac etiam seculares, nac non conuentus, collegia, et vniuersitates dicta occasione sua in præmissis communiter vel diuisim interesse putantes, contra dictos apostatas, vel translatos, aut alios quoscunque actiua vel passiua, ciuiliter vel criminaliter, ac realiter et personaliter vel mixtim, habent et mouent, aut habere vel mouere volent et intendent, cum omnibus et singulis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis, totoque negotio principali, quoad professos, videlicet in alma vrbe et eius districtu alios in ea præsentes, dilecto filio nostro Iacobo tituli S. Mariæ in Cosmedin. presbytero cardinali Sabello nuncupato, nostro in dictis vrbe et districtu vicario generali, seu eius locum tenenti, extra curiam vero ordinario loci, ac superiori monasterii, in quibus prima et originaria professio per quemlibet ex apostatis et translatis prædictis emissa asseritur, nec non obtinanti primam dignitatem in ecclesia cathedrali, seu metropolitan. vel alii superiori loci huiusmodi, seu antiquiori canonico pro tempore residenti, per eos coniunctim, visis inprimis et diligenter inspectis et examinatis dispensationibus, facultatibus, licentiis, et indultis per eosdem apostatas et translatos quomodolibet obtentis, ac processibus desuper habitis, et causis in eis allegatis mature discussis, ac prout iustum et æquum fuerit, verificatis et probatis, summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura iudicii, ac sola veritate inspecta, appellatione proposita, audiend. cognoscend. et iuxta iuris et sacrarum constitutionum dispositionem fine debito terminand. committimus et mandamus.

CAP. III.

Regulares non possunt audire confessiones secularium, nisi approbatione et indulto ordinariorum.

PIVS V. *ex concilio Tridentino.*

Romani pontificis prouidentia circumspecta, nonnunquam gesta per eum rationabilibus et honestis suadentibus causis moderatur et commutat in melius, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Nuper siquidem quasdam declarationes et moderationes, circa nonnulla concilii Tridentini decreta, regulares personas ordinum mendicantium, eorumque instituta concernentia, edidimus et promulgavimus. Et quia, vti accepimus, illarum vigore sacerdotes regulares prædictorum ordinum quandoque minus idonei et inhabiles confessionibus secularium audiendis ab eorum superioribus præpositi, absque aliqua episcoporum, sed sola magistri ordinis generalis, aut prouincialium ministrorum approbatione a admittuntur. Nos super his, pro debito pastoralis officii, prout tenemur, salubriter prouidere volentes, tenore præsentium hac nostra constitutione perpetua sancimus, decernimus et declaramus, decretum concilii Tridentini de approbatione regularium, audiendis confessionibus secularium præpositorum, ab episcopis facienda obseruari debere, etiam in omnibus regularibus, quorumuis ordinum, etiam mendicantium, etiam sub regulari disciplina viventibus, etiam si sint lectores, aut in theologia, etiam de superiorum suorum licentia graduati, vel promoti, vel a suis magistris generalibus vel prouincialibus, ministris, secularium confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen, eos, qui semel ab episcopo in ciuitate et diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem episcopo iterum non examinari. Ab episcopo autem successore, pro maiori conscientiæ suæ quiete, examinari de nouo poterunt. Inhibentes quibuscunque regularibus quorumuis ordinum, etiam mendicantium, vt præfertur, ne vigore deputationis et approbationis ab eisdem magistris et ministris prouincialibus, etiam quod illarum occasione ab ordinariis hucusque tolerati fuerint, absque speciali in posterum licentia et approbatione ab ordinariis obtinenda, secularium confessiones audire præsumant. Romæ 8. Id. Aug. 1571.

TITVLVS XIX.
DE MONIALIBVS.

CAP. I.

Moniales a decimarum et subsidiorum, aliorumque onerum impositione exemptæ sunt.

PIVS IV.

De statu ecclesiarum et monasteriorum quorumlibet, curæ nostræ diuina dispositione commissorum, paterna diligentia cogitantes, ad ea, per quæ illorum, ac personarum præsertim fœminei sexus in illis sub regulari castimonia altissimo famulantium statui et opportunæ subuentioni valeat salubriter prouideri, ipsæque personæ, semotis perturbationibus vniuersis, in pacis et quietis amœnitate diuinis officiis vberius vacare valeant, libenter intendimus, ac in iis nostri pastoralis officii partes fauorabiliter impartimur. Hinc est, quod nos motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, omnes et singulas abbatissas, priorissas, ministras, moniales, et sorores quorumcunque monasteriorum, domorum, et regularium locorum monialium, et sororum quorumuis Cistert. Præmonstraten. sanctæ Claræ, nec non sancti Benedicti, et sancti Augustini, ac tertii ordinis sancti Francisci, et aliorum quorumuis ordinum, etiam sub cura et regimine, ac secundum regularia instituta fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum, et eremitarum eiusdem sancti Augustini degentium in Lombardia, et quibuscunque aliis Italiæ partibus consistentium, ipsaque monasteria, domos et loca, deductis quatuordecim ducatis auri de camera, pro victu cuiuslibet monialis seu sororis, alios reditus non habentis, eorumque possessiones, et alia quæcunque bona, mobilia et immobilia quæcunque, decimarum et subsidiorum ac aliorum onerum quomodolibet nuncupatorum, per nos et sedem apostolicam, seu eius legatos et nuncios, aut quoscunque alios quauis auctoritate fungentes, etiam pro expeditione contra Turcas, vel fidei tuitione, ac fabrica basilicæ principis apostolorum de vrbe, aut quauis alia vrgentissima causa, pro tempore impositorum solutione, ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium, in perpetuum prorsus eximimus et liberamus. Et nihilominus omnibus et singulis collectoribus, subcollectoribus, ac commissariis, nec non quibuscunque aliis ad decimarum et subsidiorum huiusmodi exactionem deputatis, et pro tempore deputandis, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub nostræ indignationis, ac excommunicationis latæ sententiæ pœna, districtius inhibemus, ne abbatissas, priorissas, ministras, moniales, et sorores, domos, monasteria, et loca prædicta, etiam vigore quarumcunque literarum a nobis, vel sede prædicta pro tempore emanatarum, etiam si in eisdem contineatur, quod ad quæuis exempta, domos, monasteria, et loca se extendant, vel alterius cuiuscunque tenoris existant, ipsius sedis sibi concessa facultatis, nisi de præsentibus earumque toto tenore, ac de dictis ordinibus et nomine eorum, quibus dictorum ordinum cura, gubernatio, et protectio pro tempore commissa fuerint, plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes fecerint mentionem, ad soluendum decimas, seu subsidia, aut onera huiusmodi, quouis modo cogere aut compellere, seu alias præmissorum occasione, eas molestare seu inquietare præsumant. Romæ Non. April. 1560.

CAP. II.

Clausuræ obstringuntur moniales tacite vel expresse religionem professæ, et earum receptiones ad ordinem, clausuræ obligatione violata, irritæ sunt et inanes.

PIVS V.

Circa pastoralis officii nobis, meritis licet imparibus, desuper commissi curam (quantum nobis ex alto permittitur) vigilantes, assidue ad ea, per quæ singulis erroribus et excessibus obuiatur, ac personis quibuslibet, præsertim fœminei sexus virginitatem suam altissimo vouentibus, sub religionis iugo Christo Saluatori in castitatis holocausto famulari affectantibus, a semita iustitiæ et honestatis declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, et diuinam merito possit offendere maiestatem, opportune succurritur, libenter intendimus, ac in his nostræ vigilantiæ partes propensius impertimur, prout id in Domino salubriter expedire conspicimus. Hac igitur perpetuo valitura constitutione, inhærentes etiam constitutioni fel. record. Bonifacii papæ VIII. b prædecessoris nostri, quæ incipit: *periculoso*, et decretis concilii Tridentini super clausura monialium editis, auctoritate apostolica, tenore præsentium statuimus, atque perpetuo decernimus, vniuersas et singulas moniales, præsentes atque futuras, cuiuscunque religionis, ordinis, vel militiarum, etiam Hierosolymitan. sint, quæ vel iam receptæ sint, vel in posterum in quibusuis monasteriis siue domibus recipientur, et tacite vel expresse religionem professæ, etiam si conuersæ, aut quocunque alio nomine appellentur, etiam si ex institutis vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum monasteriis seu domibus, etiam ab immemorabili tempore ea seruata non fuerit, sub perpetua in suis monasteriis seu domibus de cætero debere permanere clausura, iuxta formam dictæ constitutionis fel. record. Bonifacii papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: *periculoso*, sacro concilio Trident. approbatæ et innouatæ, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus et innouamus, in omnibus et per omnia, ac illam districte obseruari mandamus. Quod si aliquæ moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto vel fundatione regulæ suæ fretæ, animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquo modo reluctentur, ordinarii vna cum superioribus earum omnibus iuris et facti remediis compellant easdem, tanquam rebelles et incorrigibiles, ad præcise subeundum dictam clausuram, et perpetuo obseruandam. Mulieres quoque, quæ tertiariæ, seu de pœnitentia dicuntur, cuiuscunque fuerint ordinis, in congregatione viuentes, si at ipsæ professæ fuerint, ita vt solemne votum emiserint, ad clau-

a *Concil. Trident. sess. 24. cap. 7.*

b *Bonifac. VIII. c. periculoso, de statu regularium in 6.*

suram præcise, vt præmittitur, et ipsæ teneantur. Quod si votum solenne non emiserint, ordinarii, vna cum superioribus earum, hortentur, et persuadere studeant, vt illud emittent et profiteantur, ac post emissionem et professionem eidem clausuræ se subiiciant: quod si recusauerint, et aliqua ex eis inuentæ fuerint scandalose viuere, seuerissime puniantur. Cæteris autem omnibus, sic absque emissione professionis et clausura viuere omnino volentibus, interdicimus et perpetuo prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorsus in suum ordinem, religionem, congregationemue recipiant. Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, et decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum qualibet professiones et receptiones irritas decernimus, et nullas, prout etiam præsenti decreto irritas facimus, et annullamus. Porro ne moniales vel tertiariæ prædictæ, propter hanc clausuram, detrimentum aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maxime in pertinentibus ad illarum victum, patiantur, sed vt eis opportune consulatur, auctoritate apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus ordinariis et superioribus earum, vt curent, colligi fidelium eleemosynas, per conuersas, quæ non sint professæ, vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta, et in domibus contiguis, extra tamen monasterium, degant, et non ingrediantur clausuram aliarum monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, et de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia ordinarii, vel earum superiorum. Et de cætero nullæ aliæ conuersæ professæ recipi amplius, etiam de consensu suorum superiorum vel prælatorum possint. Quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, et inanis sit, prout ex nunc nullam, ac irritam facimus et annullamus. Quod si prædicto modo necessitatibus monialium et mulierum tertiarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis ordinariis et superioribus earum, vt ipsi prouideant de aliis personis piis, et Deo deuotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel alias eo meliori et commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum monialium et mulierum prædictarum, arbitrio ordinariorum, et superiorum earundem, prout eis congruentius expedire videbitur, prouideatur et succurratur. Et ne propter monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacii, et concilii Tridentini decreto, monialibus prædictis, et illarum superioribus et ordinariis districte inhibendo præcipimus et mandamus, ne plures in earum monasteriis recipiant et admittant, siue recipi et admitti permittant, quam ex propriis reditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea, in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicii et interminatione maledictionis æternæ, vniuersis venerabilibus fratribus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis, quatenus in ciuitatibus et diœces. propriis nostras publicari faciant, ac in monasteriis monialium sibi ordinario iure subiectis, in his vero, quæ ad Roman. mediate vel immediate spectant ecclesiam, sedis apostolicæ auctoritate, vna cum superioribus eorundem monasteriorum, clausuram, vt præmittitur, quamprimum poterint, seruari procurent, contradictores atque rebelles, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ac, vt hoc tam salutare decretum facilius obseruetur, omnes principes seculares, et alios dominos, et magistratus temporales rogamus, requirimus, et obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quod in præmissis omnibus, eisdem patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis, et aliis monialium superioribus assistant, ac suum fauorem et auxilium præstent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant.

CAP. III.

Incendii, infirmitatis, lepræ, vel epidemiæ necessitate, monialibus egrediendi e clausura non denegatur postulata facultas.

IDEM.

Decori et honestati omnium sanctimonialium, quarum Iesus Christus Dominus noster sponsus est, vt in puritate et castitate superædificantes in ipso feliciter inhabitare valeant, consulantes, ea, quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consulto summouere. Sane periculo et scandalo plena res est, ac regulari obseruantiæ vehementer aduersatur, sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos vel cognatos, nec non monasteria, et alia, filiationes nuncupata, etiam eis subiecta visitandi, aut infirmitatis causa, alioue prætextu a monasteriis exire, et per secularium personarum domos discurrere et vagari, quo veluti colore eximium quoque honestatis et pudicitiæ decus in discrimen committunt. Vnde nos malo huic, pro nostro pastoralis officii debito, salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto sacri concilii Tridentini, de clausura monialium disponenti, ac aliis nostris literis super huiusmodi clausura editis adiicientes, volumus, sancimus, et ordinamus, nulli abbatissarum, priorissarum, aliarumue monialium, etiam Carthusiensium, Cistercensium, sancti Benedicti, et mendicantium, et quarumcunque aliorum ordinum, etiam militiarum, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentium, etiam a regia vel illustri prosapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum etiam eis subiectorum, aut domorum, parentum, aliorumue consanguineorum visitandorum, aliaue occasione, et prætextu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab episcoporum et ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita et expresse in scriptis approbata sit, e monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus, extra illa, vix ad necessarium tempus stare licere. Aliter autem, quam vt præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut seculares, vel ecclesiasticas, consanguineas vel non, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo, statim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, a quo præterquam a Romano pontifice, nisi in mortis articulo, absolui nequeant; et insuper tam egressas, quam præsidentes et alios superiores prædictos, eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, et administrationibus, per eas et eos tunc obtentis, priuamus, et illas et illos ad obtenta, et alia in posterum obtinenda inhabiles, nec non licentias et facultates, seu indulta et priuilegia exeundi a monasteriis, et extra illa standi, a nobis, seu alio Romano pontifice prædecessore nostro, ac sedis apostolicæ nuntiis et legatis, etiam de latere, ac maiore pœnitentiario, aut ordinum prædictorum superioribus, aliisue personis, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis restitutiuis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, etiam nouam gratiam et datam concedentibus, aliisque efficacioribus et efficacissimis ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, etiam imperatoris, regum, ducum, et aliorum principum, nec non S. R. E. cardinalium intuitu, et contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet concessa (quæ prorsus abolemus,) ac literas desuper confectas, et in posterum concedendas et conficiendas, nullas et inualidas, nulliusque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus et habituris suffragari posse, et ita per quoscunque iudices et commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et diffiniri debere, irritum quoque et inane, quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Rom. Cal. Febr. 1569.

CAP. IV.

Prælati et alii monasteriorum monialium curam habentes in casibus tantummodo vrgentis necessitatis paruo comitatu ea ingrediantur.

GREGORIVS XIII. *ex concilio Tridentino.*

Dubiis, quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur super eo, quod optime primum ratione concilium sanxit Tridentinum, deinde in constitutione fel. record. Pii papæ V. prædecessoris nostri, Nonis Iulii, pontificatus sui anno tertio, atque item nostra, Idibus Iunii, pontificatus nostri anno quarto, editis, fuit prouisum, ne cui in posterum, nisi in casibus necessariis, septa monasteriorum monialium ingrediendi concederetur licentia, a nonnullis dubitatum fuisse sciamus, circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis huiusmodi septa ingredi, vel potius seruare debeant ipsi quoque regulam a concilio præscriptam. Nos omnem hæsitationis materiam tollere, et viam scandalis præcidere, ac sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore, auctoritate apostolica declaramus, prælatos omnes, tam seculares quam regulares, quibus cura et regimen monasteriorum monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessariis, et a paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos et singulos episcopali, seu maiori, ac etiam cardinalatus dignitate præditos, nec non quorumuis ordinum abbates, priores, ministros, et alios quoscunque superiores regulares serio monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus, vt præfertur, necessariis, neutiquam vtantur. Quod si contrafecerint, eadem auctoritate apostol. statuimus atque decernimus, qui pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu ecclesiæ interdictos, pro secunda a munere pontificali et a diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto, absque alia declaratione, excommunicatos existere, regulares vero omni officio ac monasterio priuatos, excommunicationi similiter subiacere. Rom. 23. Dec. 1581.

FINIS LIBRI TERTII.

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER QVARTVS.

TITVLVS I. DE MATRIMONIIS ET SPONSALIBVS.

CAP. I.

Qui spe obtinendæ dispensationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in posterum pontificia gratia per huiusmodi dispensationes non gaudeant, etiamsi ex copula sequute sit proles.

PAVLVS IV.

Ab ea ipsa die, qua diuina bonitas nos (licet tanto oneri impares) regendæ vniuersali eius ecclesiæ præficere dignata est, nunquam cessauimus cogitare, quo pacto singuli abusus nostra diligentia tollerentur, diuersas superinde constitutiones, iuxta casuum exigentiam, quotidie promulgando et publicando. Hinc est, quod cum (sicut nobis nuper innotuit) e nonnullis annis citra introductum sit, vt qui matrimonium in secundo consanguinitatis vel affinitatis gradu contrahere anhelant, scientes se dispensationem a sede apostolica super huiusmodi matrimonio contrahendo obtinere non posse, sub fiducia illam super eodem matrimon. postquam contractum fuerit, reportandi, matrimonium ipsum de facto contrahant, et carnali copula consumment, excommunicationis sententiam, in concil. Vien. contra matrimonium in gradibus prohibitis scienter contrahentes promulgatam, damnabiliter incurrendo. Et deinde sub prætextu, quod si diuortium fieret inter eos, grauia exinde inter eos et eorum consanguineos et affines scandala possent verisimiliter exoriri, et mulier perpetuo diffamata remaneret, absolutionem necessariam, et dispensationem opportunam, quas sibi debitas concedi expostulent, sicque absolutionem, dispensationem (quas alias non obtinerent) eo prætextu vtplurimum reportent in scandalum plurimorum. Nos considerantes, præmissa causam tribuere delinquendi, et incestum committendi, et ex delicto, loco pœnæ, commodum, et appetitus satisfactionem reportari, malitiis hominum occurrere volentes, per has nostras omnibus innotescere volumus, quod nos ipso tempore, infra quod notitia præsentium in partibus, ex quibus similes dispensationes peti continget, verisimiliter haberi potuerit, absolutiones et dispensationes huiusmodi ex prætextu prædicto, etiam si proles ex matrimonio sic contracto subsecuta fuerit, nullatenus, sed solum ex causa vrgentissima pro bono publico, et a iure considerata, per nos tantum, et non alium approbanda, concedemus, et quod dispensationes ex alia causa nostris temporibus perpetuo exulabunt, quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicantes. Rom. Idib. Dec. 1555.

(*Eandem constitutionem prius* CLEMENS VII. *intulit, quam habes infra eod. cap. 3.*)

CAP. II.

Publicæ honestatis, quæ ex sponsalibus contrahitur, impedimenti[a] *nullus aut parum frequens est vsus, quoniam sponsalia de futuro quam rarissime fiunt, longeque maior sit prohibitionis ratio in matrimonio per verba de præsenti contracto, quam in sponsalibus de futuro.*

PIVS V.

Ad Romanum spectat pontificem, sua solicitudine diligenter prouidere, vt sacrorum conciliorum decreta ita suæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubitandi occasio cuiquam relinquatur.

Sane ad aures nostras peruenit, multos esse, qui dubitent, an decretum œcumenici concilii Trident. sessione vigesima quarta, de reformatione matrimonii cap. 3. quo cauetur, impedimentum publicæ honestatis, vbi sponsalia *a* valida non fuerint, prorsus tolli; vbi vero valida fuerint, non excedere primum gradum, cum in vlterioribus gradibus non possit huiusmodi prohibitio seruari, de sponsalibus per verba (vt aiunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam matrimonia per verba de præsenti contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita vt etiam eo casu impedimentum inde proueniens sublatum fuerit.

Nos itaque, vt omnis difficultas, dubitatioque tollatur, attendentes, quod sponsaliorum appellatione, qua dictum concilium vtitur, non nisi improprie matrimonium verbis de præsenti conceptis contractum continatur, quodque agitur de correctione iuris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cum longe maiorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præsenti contracto, quam in sponsalibus de futuro, vigere e nemine dubitetur: idcirco motu proprio, auctoritate apostolica, tenore præsentium declaramus et diffinimus, decretum concilii huiusmodi omnino intelligendum esse, et procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio sic (vt præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum, in omnibus illis casibus, et gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum concilii introductum erat.

CAP. III.

Qui intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, spe dispensationis consequendæ carere debet.

CLEMENS VII.

Quia plerunque in futurorum euentibus imbecillitas humani iudicii adeo fallitur, vt, quod vtile non solum coniectura, sed etiam attenta et prouida consideratio pollicebatur, id prorsus inutile, ac animarum saluti maxime damnosum reperiatur, propterea nonnunquam expedit, vt gratiæ, quæ olim consulto, et rationabili de causa concedi videbantur, multo consultius in posterum denegentur, id quod necessitas præsentis prouisionis euidenter ostendet. Sane postquam fel. record. Clemens *b* papa V. prædecessor noster, in concilio Viennensi eos, qui, diuino timore postposito, in gradibus consanguinitatis et affinitatis contra canonicas sanctiones matrimonia scienter in suarum periculum animarum contrahere præsumpsissent, excommunicationis sententiæ ipso facto decreuerat subiacere, præcipiendo ecclesiarum prælatis, vt tales, tamdiu excommunicatos publice nunciarent, seu nunciari facerent, donec separarentur ab inuicem, et beneficium absolutionis obtinerent. Sedes apostolica et Romani pontifices, prædecessores nostri, considerantes, grauia oriri posse scandala, si matrimonia huiusmodi scienter contracta et carnali copula consummata per diuortium dirimerentur: ad obuiandum huiusmodi scandalis, et ne mulieres perpetuo diffamatæ remanerent, inducebantur ad dispensandum cum illis, qui in gradibus huiusmodi prohibitis, matrimonia ipsa scienter contraxissent. Propter quod multi volentes in gradibus prohibitis matrimonia contrahere, ac sperantes, veniam et absolutionem ac dispensationem a sede prædicta facilius obtinere posse; illa passim contrahere, et carnali copula sub ea spe consummare præsumpserunt. Quæ abusio et corruptela, cum tamdiu, propter inueteratam hominum malitiam, et nimiam dictæ sedis in absoluendo ac dispensando facilitatem, adeo creuerit, vt cupientes in gradibus prohibitis huiusmodi contrahere, nullo pacto id facere vereantur, et vnde scandalis remedia petebantur, inde scandalorum materia et occasio nata videatur: nos, quorum interest agrum Domini ita colere, vt virtutes in eo crescant, abusiones vero quæcunque tollantur, ac malis moribus via et aditus omnis præcludatur, huiusmodi fraudibus et dolis, per quos multi dispensationes in præiudicium animarum a nobis extorquere, ac clementia et misericordiæ apostolica sub spe veniæ, vt experientia rerum magistra docet, peccandi viam pandit, abvti non cessent, obuiare volentes, habita super his cum fratribus nostris matura deliberatione, de ipsorum fratrum consilio, omnibus denuntiandum seu intimandum duximus, quod in posterum cum illis, qui in gradibus prohibitis matrimonia scienter contraxerint, etiam si illa consummauerint, non intendimus dispensare, sed illa (scandalis, quæ oriri posse formidarent, minime attentis) omnino separari mandabimus, absolutionem duntaxat petentibus misericorditer concessuri, cum gratia dignus non sit, qui canonum conditorem contemnit, illique cum animæ suæ detrimento iniuriam facit. Romæ 16. Calend. Septembr. 1524.

---

a *Philip. Franc. c. ex sponsalib. de sponsal. in 6.*

b *Clem. V. in conc. Viennen. vt habetur in Clem. tit. 1. c. 1. de consang. et affinit. decretum tulit, quo scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum monali, excommunicatur ipso iure, et publicari debet et vitari. De hac re vide concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 5. et Beat. Antonin. tract. de excommunic. cap. 34. Couarr. lib. 4. part. 2. c. 3. §. 2. num. 8.*

TITVLVS

TITVLVS II.

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

CAP. I.

Gradus consanguinitatis, qualitates remotiores et propinquiores, sunt exponendæ in dispensationibus.

PIVS IV.

Sanctissimus in Christo pater et dominus Pius (diuina prouidentia) papa IV. ad cuius notitiam peruenit, quod multi viri, mulieresque inuicem diuersis consanguinitatis seu affinitatis gradibus, ex communi seu ab eodem stipite surgentibus coniuncti, matrimonii vinculo copulari cupientes, dispensationem super remotiori gradu a sanctitate sua, et Rom. pontifice pro tempore existente, vel sede apostol. solent impetrare, absque eo, quod dispensanti aliquam gradus propinquioris, qui forsan expressus pontificem aut sedem a dispensando vel auerteret, vel certe retardaret, cognitionem suggerant, literas postmodum super gradu propinquiori declaratorias, iuxta constitutiones fel. rec. Greg. XI. et Clem. VI. Rom. pont. sanctitatis suæ prædecessorum desuper respectiue editas, inscio dispensante expediri procurantes. Circumspectius deinceps in huiusmodi dispensationibus concedendis procedere, ac propterea cuncta prorsus obstacula, et quicquid dispensationi concedendæ verisimiliter obesse posset, ne videlicet aliquid ab ipso dispensante rerum ignaro, contra mentem suam, in animarum contrahentium periculum emergat, clarius iudicari, seque de singulis obstaculis plene certiorari volens. Quod in quibuscunque dispensationibus, quas pro matrimonio, scienter vel ignoranter contracto vel contrahendo, in quibusuis prohibitis consanguinitatis et affinitatis, seu mixtis gradibus, ab eadem sanctitate sua, vel quouis Romano pontifice successore suo pro tempore existente, seu dicta sede impetrari, vel alias etiam motu proprio concedi contigerit, commissionibusque desuper etiam ordinariis locorum faciendis, ac literis quibusuis inde conficiendis, non solum de remotiori, sed etiam de proximiori, aut de proximioribus gradibus, quicunque illi fuerint, eorumque distantia, specialis et expressa mentio fieri debeat. Alioquin dispensationes, declarationes, ac inde conficiendæ literæ huiusmodi, processusque habendi per easdem, nullius sint roboris vel momenti, et pro infectis habeantur, constitutionibus prædecessorum huiusmodi, cæterisque contrariis, nequaquam obstantibus, hac sua perpetuo valitura sanctione, auctoritate apostolica statuit et ordinauit. Sicque per quoscunque iudices et commissarios, etiam S. R. E. cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate, iudicari, et diffiniri debere. Ac quicquid secus super iis a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum et inane decreuit.

CAP. II.

Declarationes concilii Trident. circa impedimenta cognationis spiritualis, et affinitatis ex fornicatione, quoad matrimonia post confirmationem concilii contracta et de cætero contrahenda.

PIVS V.

Sanctissimus in Christo pater ac Dominus Pius (diuina prouidentia) papa V. ad cuius notitiam peruenit, quod, cum in decretis sacri concilii [a] Tridentini certæ tantum personæ enumerentur, inter quas duntaxat cognatio spiritualis deinceps contrahatur, ab aliquibus reuocatur in dubium: an, qui vltra personas in dictis decretis enumeratas [b] quoquomodo cognatione spirituali ante confirmationem dicti concilii coniuncti erant, absque dispensatione apostolica matrimonium post dictam confirmationem contrahere potuerint, ac hodie et de cætero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationem id facere de iure minime liceret?

Et insuper cum in eisdem decretis statuatur, affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis solummodo attendi debere, qui primo vel secundo affinitatis gradu coniunguntur, ab aliquibus pariter dubitatur: an matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem dicti concilii tertio vel vlteriori huiusmodi affinitatis gradu coniunctæ erant, post confirmationem eiusdem concilii, absque dispensatione apostolica, contracta, et quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant?

Sanctitas sua, ad tollendum omne dubium, eos, qui ante confirmationem prædicti concilii cognationem spiritualem contraxerunt, dummodo non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, et inter quas tantum concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem spiritualem, matrimonii vinculo inter se, absque dispensatione aliqua, libere et licite copulari posse, ac matrimonia etiam post confirmationem huiusmodi, absque dispensatione sedis apostolicæ inter eas iam contracta valere, plenamque roboris firmitatem obtinere. Et similiter matrimonia post confirmationem concilii, absque dispensatione apost. sequuta, et quæ de cætero sequentur, inter personas, quæ ante dictam confirmationem, affinitatem (infra tamen secundum gradum ex fornicatione prouenientem) contraxerant, propter huiusmodi affinitatem dirimi non debere, sed valida et efficacia existere declarauit.

a *Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim.* b *de cognatione spirituali vide Hostiens. lib. 4. sum.*

CAP. III.

Declaratio circa impedimenta cognationis spiritualis.

IDEM.

Cum illius vicem, licet minime suffragantibus meritis, geramus in terris, de cuius vultu prodit iudicium, et videns oculi æquitatem, officii nostri debitam prosequimur actionem, si obscuros sacrorum canonum sensus ita aperire studemus, vt piis Christi fidelium mentibus nulla dubitandi occasio relinquatur.

Sane licet ex eo, quod in concilio Tridentino decretum fuerit, cognationem spiritualem inter eos tantum contrahi [c], qui suscipiunt baptizatum e de baptismo, ac baptizatum ipsum, et illius patrem et matrem, nec non baptizantem et baptizatum, baptizatique patrem et matrem, in reliquis personis, quæ per antiquos canones occasione cognationis huiusmodi contrahere prohibebantur, omne impedimentum sublatum esse videatur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus: an saltem impedimentum cognationis spiritualis huiusmodi inter maritum vel vxorem suscipientis, et baptizatum, nec non inter maritum vel vxorem suscipientis, et patrem ac matrem baptizati vigeat? propterea quod prohibitum de vno coniuge, de altero etiam prohibitum esse videatur.

Nos piarum mentium quieti, et matrimoniorum fauori (quantum ex alto nobis permittitur) consulere volentes, a præcisis verbis concilii minime discedendum in præmissis esse, censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum, ratione cognationis huiusmodi, subesse decernimus, et declaramus, quo minus inter dictos maritum vel vxorem suscipientis, et baptizatum, baptizatique patrem et matrem, et quascunque alias personas, tam ex parte suscipientis, quam baptizantis et baptizati, in dicto concilio nominatim non expressas, matrimonium libere et licite contrahi possit, et ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque statuimus.

CAP. IV.

Tertia declaratio, circa impedimenta cognationis aut affinitatis ex fornicatione.

IDEM.

Ad Romanum pontificem spectat, canonicas sanctiones, quæ expressiorem sensum postulare videntur, re diligenter perspecta, declarare, et alias prouidere, vt omnis dubietas de piis Christi fidelium mentibus euellatur. Sane postquam ex eo, quod Tridentina synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proueniens, per quod non solum matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum restrinxit, qui primo et secundo gradu coniunguntur, in vlterioribus vero gradibus statuit, matrimonium postea factum non dirimi; a pluribus Christi fidelibus, vt accepimus, est dubitatum: an, licet in vlterioribus gradibus huiusmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen iuxta antiquos canones contrahi prohibeatur.

Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, et animarum tranquillitati, ac matrimonii libertati, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, declaramus, et apostol. auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in vlterioribus gradibus huiusmodi libere et licite matrimonium contrahi possit.

c *vid. cap. non plures. de cons. dist. 4. et c. quamuis. de cognat. spirituali in 6. c. super quibus. c. postulatum. et c. fin. 30. q. 3. c. 1. super eo. et fere per totum, de cognat. spirit. cap. 1.*

ANIMADVERSIO AD LECTOREM.

Iuris pontificii librorum is, qui tractat de matrimonio et pertinentibus ad coniugia, breuior semper et compendiosior est, quamobrem vt hic septimus decretalium responderet, quarti libri coronidem hic adscripsimus. Qui vero consanguinitatis et affinitatis voluerit latius inuestigare singulares regulas, adeat finem epistol. decret. huius editionis, vbi declaratur arbor consanguinitatis.

FINIS LIBRI QVARTI.

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER QVINTVS.

TITVLVS I. DE IVDAEIS.

CAP. I.

Hebræorum et iudæorum filii, inuitis parentibus, christiani et orthodoxi non instituantur, aut baptizentur, nemini siquidem ad credendum vis inferri debet.

IVLIVS III.

Episcopis eorumque vicariis et officialibus, ac quibusuis aliis personis, tam ecclesiasticis, quam secularibus, expresse inhibemus, ne iudæorum filios, tam mares quam fœminas, ipsis parentibus inuitis, violenter auferre seu subducere, nec præter formam sacrorum canonum quomodolibet baptizare debeant vel præsumant. Romæ 8. Iun. 1551.

CAP. II.

Euangelium prædicandum iudæis, et conuersi infideles rudimentis fidei debent imbui.

NICOLAVS III. *generali ordinis prædicatorum.*

Vineam Soreth velut electam plantauit dextera Dei patris, et omne semen verum seminauit in ipsa, angelica custodia sepiuit illam, lapides noxios abiecit ex ea. Hanc de Ægypto in luto et latere, sub iugo Pharaonis oppressam in signis et prodigiis transferens, dux itineris eius existens, in terram promissionis eduxit. Vinea Domini exercituum domus Israel est, viri Iudæ delectabile germen eius. Hanc sic mire translatam, quasi adhuc eorum campum vomere legali proscindens, prophetali doctrina fulciuit, et vt ipsam ad maturam frugem, i. e. ad regenerationis gratiam, præpararet. Sed, proh dolor: peccatorum spinis obsita, nullum imbrem gratiæ spiritualis excipiens, quæ sperabatur, vt vuas educaret, labruscas eduxit: vnde sperabatur iudicium, processit iniquitas: vnde iustitia, inde clamor. Hæc est vinea, in qua fici arbor, scilicet synagoga iudæorum plantata, euangelica veritate describitur: cuius plantator Christus, cœtus apostolicus cultor existit. Hæc triplici tempore, quasi tribus annis, vt fructum produceret expectata, infructuose reperta, cultore succidenda prædicatur. Nam nec tempore circumcisionis ad profectum deducta, quia circumcisionem animæ non quærebat: nec sanctificata per legem, quia per eam tantum carnalia sequebatur: nec tandem iustificata per euangelii gratiam, quia gratiam recipere noluit: quin potius latorem gratiæ iustum iniuste peremit, et quodammodo indurationem Pharaonis excedens, omne curantis et curæ refutauit antidotum, adeo vt nec verbis, nec signis, nec sacramentis, quinimo nec ipsius Christi et Dei corporali præsentia molliretur. Multifarie enim multisque modis, olim Deus loquens antiquis ipsius synagogæ patribus in prophetis, nouissime in fine temporum locutus est ipsis et nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit et secula: sed omnem escam abominata est anima eius: et idcirco iusto Dei iudicio reprobatam exterminauit eam aper de sylua, et singularis fera depastus est eam. Ablata est sepes eius, prostrata maceries, et in direptionem posita, vt deserta, nec inuentus est in terris amplius locus eius. Verum quia miserationes Dei super omnia sua opera prædicantur, qui omnes saluos fieri, et neminem vult perire, qui seipsum pro nobis et ipsis hostiam salutis exhibuit Deo patri, qui exaltatus e terra, expansis in cruce manibus, ad se cuncta trahere euangelica voce prædixit: nos, licet immeriti vicem eius tenentes in terris, qui etiam iudaicam perfidiam a sua misericordia non repellit, libenter pro illius populi obcæcatione labores appetimus, vt effectum nostrum diuina prosequente clementia, cognita veritatis luce, quæ Christus est, a suis tenebris eruantur. Porro quia iudæorum ipsorum, quasi per vniuersum mundum, diuino iudicio, præuisa dispersio ipsos ad recipiendum sacramenta fidei, ac doctrinam commode in vnum conuenire non patitur, necessitate nos voluntarios vrgente, compellimur per diuersas mundi partes diuersos seminatores eligere, per quos semen verbi Dei, prout possibile est, spargamus in singulos, quorum salutem vniuersaliter et singulariter affectamus. Ad te igitur inter alios, sub spe diuinæ gratiæ, mentis nostræ oculos conuertentes, cum tui ordinis claritate reluceas, et credaris vbilibet parturire vtilia, et exempla laudabilia fructuosus: et ex data tibi diuinitus gratia scire te confidamus et posse fructus vberes in domo Domini germinare: discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium est spirituales gratias elargiri, tales vmbrarum tenebris obcæcatos, in commissa tibi prouincia, per te, ac alios fratres tui ordinis, quos ad hoc honestate morum, experta scientia, probatis virtutibus, circumspectione prouida, et experientia comprobata, idoneos esse cognoueris, et quorum industria atque doctrina diuinis donis a Domino fœcundata intrepide pro catholica fide reluceat, et in sui claritate non titubet, sed tenebrosas mentes radiorum repercussione clarificet, et obstinatas ceruices reprimat peruersorum: iudæos eosdem in terris et locis, in quibus habitant, generaliter et singulariter conuocando semel et pluries, ac totiens repetitis instantiis, quotiens proficere posse putaueris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, salutaribus monitis, et discretis inductionibus, euangelicis doctrinis informare ipsos studeas, iuxta datam tibi a Domino gratiam, fugatis tenebrarum nubibus ad viam reducere claritatis: vt renati fonte baptismatis, reluceant in lumine vultus Christi, et exinde chorus angelicus delectetur. Tu quoque ac alii, quos ad prosecutionem tanti negotii duxeris eligendos, perennis boni præmium nostramque benedictionem et gratiam, vobis de bono in melius vendicetis. Et vt effectum, quem ad salutem status ipsorum gerit mater ecclesia, percipiant per effectum, tu illos ex eis, quos ad susceptionem sacri baptismatis gratia diuina perduxerit, prælatis ac dominis locorum, in quibus tales habitare contigerit, ex parte nostra affectuosissime recommendes, vt Deo gratias, in recuperata oue deperdita, et filio prodigo redeunti, vitulum exultationis et gaudii exhibentes, eos charitatiue foueant, fauoribus muniant et benigne pertractent: nec ipsos in personis, aut rebus, per iudæos vel alios indebite molestari permittant: quin potius in omnibus fauorabiliter ipsis assistant auxiliis opportunis. Sed si forte (quod absit) aliqui ex ipsis, in eorum obstinata perfidia perdurantes, et velut aspis surda suas aures incredulas obturantes, ne tui et aliorum, quos ad hæc salutis opera deputabis, vocem audient, vt de tenebris ad lucem exeant, incantantium, sapienter tuas, et per te ad hæc deputandorum fratrum salutares conuocationes, aspernanter effugerent, de istis (si tales inueneris) qui sint, in quibus locis, et sub quorum dominio commorentur, nobis rescribere non omittas: vt circa pertinentes huiusmodi, de salutari eorum remedio, sicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autem de præmissis auidis nostris conceptibus, iuxta nostra desideria satisfiat, frequenter nobis intimare studeas, qualiter tibi commissum negotium prosperetur, et qualem fructum seminata repromittant. Dat. Viterbii, 2. Non. August. pontificatus nostri an. 1.

CAP. III.

Iudæorum ad fidem christianam conuersorum indulta, quæ amittunt, si ad vomitum redierint, imo vt hæretici relapsi puniuntur.

PAVLVS III.

Cupientes, iudæos, et alios infideles quoslibet, ad fidem catholicam conuerti, et prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eadem fide non distrahi, motu proprio, et ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium, hac in posterum valitura constitutione sancimus, quod cuicunque eorundem iudæorum, et infidelium ad dictam fidem conuerti volenti, etiam si in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcunque, tam mobilia, quam immobilia, intacta et illæsa permaneant. Ita vt etiam filiifamilias, et in patria potestate, vt præfertur, constituti, legitima, et quacunque alia portione bonorum patrimonialium aut maternorum, eis de iure, seu successione bonorum eis alias debitorum, per eorum parentes fraudari aut priuari non possint, neque debeant, sed eis integra, etiam si contra voluntatem parentum suorum ad fidem ipsam conuersi fuerint, etiam eorum parentibus viuentibus, debeantur. Et si bona ipsa ex vsura, ac illicito quæstu fuerint acquisita, et notæ sint personæ, quibus eorum fuerit de iure facienda restitutio, (quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum) illa eisdem personis omnino restituantur: personis vero non extantibus prædictis, quia bona ipsa essent per manus ecclesiæ in pios vsus conuertenda, bona huiusmodi eisdem iudæis et aliis infidelibus, in fauorem suscepti baptismatis, tanquam in pium vsum, libere concedimus, eaque apud ipsos sic conuersos iudæos et alios infideles remanere decernimus. Interdicentes sub diuini anathematis pœna, quibusuis tam ecclesiasticis, quam secularibus personis, ne vllam super bonis huiusmodi, quouis quæsito colore, molestiam inferant, aut inferri patian-

tur: sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint. Et quoniam (vt scriptum est) qui habuerit substantiam mundi huius, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso? si ipsi conuersionis tempore inopes aut indigentes fuerint, omnes, tam ecclesiasticos quam seculares, per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, vt ipsis conuersis manus porrigant adiutrices, ipsi quoque diœcesani, non solum christianos ad subueniendum ipsis exhortentur, sed etiam tam de redditibus ecclesiarum, prout poterunt, quam de his, quæ ad pauperum vsus per ipsos conuertenda deuoluuntur, huiusmodi neophytos sustentare non negligant: ipsosque a detractionibus et contumeliis paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptismi ciues sanctorum, et domestici Dei efficiuntur, longeque dignius existit, regenerari spiritu, quam nasci carne, eadem constitutione statuimus, vt ciuitatum et locorum, in quibus sancto baptismate pro tempore regenerabuntur, vera ciues sint, et priuilegiis, ac libertatibus, et immunitatibus, quæ alii ratione natiuitatis et originis duntaxat consequuntur, gaudeant. Curent insuper sacerdotes baptizantes, et alii de sacro fonte eos suscipientes, tam ante baptismum, quam post, illos in articulis fidei, ac legis nouæ præceptis, catholicæque ecclesiæ ritibus diligenter instruere, et tam ipsi quam diœcesani operam dent, ne cum aliis iudæis seu infidelibus saltem per longum tempus conuersentur, ne, sicut quandoque contigit, ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam damnationem recidiuam efficiet. Et quoniam experientia teste compertum est, mutuam ipsorum neophytorum inter se conuersationem, ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum officere: hortamur locorum ordinarios, vt, quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent et studeant, neophytos ipsos cum originariis christianis matrimonio copulare. Et prohibeant eisdem sub grauibus pœnis, ne mortuos more iudæorum sepeliant, aut sabbatha, aliasque solemnitates, et antiquæ sectæ ritus, quoquo modo obseruent: sed et ecclesias, et prædicationes, prout alii catholici, frequentent, et in omnibus christianorum moribus se conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per sacerdotes, in quorum parochiis degent, aut alios, ad quos de iure vel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, aut etiam per alios quoscunque, diœcesanis, seu inquisitoribus hæreticæ prauitatis deferant, et inuocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, per eos taliter puniantur, quod aliis transeant in exemplum. Et insuper de his omnibus, in prouincialibus et synodalibus conciliis diligens fiat inquisitio, et tam circa episcopos et sacerdotes in præmissis negligentes, quam ipsos neophytos et infideles prædictos contemptores, opportunum adhibeatur remedium. Si quis autem, cuiuscunque gradus vel præeminentiæ fuerit, huiusmodi neophytos, ne obseruationem ritus christiani, et aliorum præmissorum complectantur, fouerit aut defenderit, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas ipso facto incurrat: neophyti vero, si se corrigere post monitionem canonicam neglexerint, et ad vomitum iudaizantes redire comperti sint, contra eos, tanquam perfidos hæreticos, per ordinarios locorum, secundum sacrorum canonum instituta procedatur. Romæ 21. Mart. an. 1542.

CAP. IV.

Iudæi, vt fide distincti a christianis, sic et locorum separatione, sine cohabitatione, et vestitus ratione, cæterisque priuilegiis discriminari debent.

PAVLVS IV.

Cum nimis absurdum et inconueniens existat, vt iudæi, quos propria culpa perpetuæ seruituti submisit, sub prætextu, quod pietas christiana illos receptet, et eorum cohabitationem sustineat, christianis adeo sint ingrati, vt eis pro gratia contumeliam reddant, et in eos pro seruitute, quam illis debent, dominatum vendicare procurent: nos, ad quorum notitiam nuper deuenit, eosdem iudæos in alma vrbe nostra, et nonnullis sanctæ Romanæ ecclesiæ ciuitatibus, terris et locis, in id insolentiæ prorupisse, vt non solum mixtim cum christianis, et prope eorum ecclesias, nulla intercedente habitus distinctione, cohabitare, verum etiam domos in nobilioribus ciuitatum, terrarum et locorum, in quibus degunt, vicis et plateis conducere, ac bona stabilia comparare, et possidere, ac nutrices et ancillas, aliosque seruientes christianos mercenarios habere, et diuersa alia in ignominiam et contemptum christiani nominis perpetrata præsumant, considerantes, ecclesiam Romanam eosdem iudæos tolerare in testimonium veræ fidei christianæ, et ad hoc, vt ipsi sedis apostolicæ pietate et benignitate allecti, errores suos tandem recognoscant, et ad verum catholicæ fidei lumen peruenire satagant, et propterea conuenire, vt, quamdiu in erroribus persistunt, effectu operis recognoscant se seruos, christianos vero liberos per Iesum Christum, Deum et Dominum nostrum, effectos fuisse, iniquumque existere, vt filii liberæ filiis famulentur ancillæ: volentes in præmissis, quantum cum Deo possumus, salubriter prouidere, hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, tam in dicta vrbe, quam in quibusuis aliis ipsius Romanæ ecclesiæ ciuitatibus, terris et locis, iudæi omnes in vno et eodem, ac si ille capax non fuerit, in duobus aut tribus, vel tot, quot satis sint, contiguis, ac ab habitationibus christianorum penitus seiunctis, per nos in vrbe, et per magistratus nostros in aliis ciuitatibus, terris, et locis prædictis designandis vicis, ad quos vnicus tantum ingressus pateat, et quibus solum vnicus exitus detur, omnino habitent. Et in singulis ciuitatibus, terris et locis, in quibus habitauerint, vnicam tantum synagogam in loco solito habeant, nec aliam de nouo construere, aut bona immobilia possidere possint. Quinimo omnes eorum synagogas, præter vnam tantum, demoliri, et deuastare. Ac bona immobilia, quæ ad præsens possident, infra tempus eis per ipsos magistratus præfigendum, christianis vendere. Et ad hoc, vt pro iudæis vbique dignoscantur, masculi birretum, fœminæ vero aliud signum patens, ita vt nullo modo celari aut abscondi possit, glauci coloris palam deferre teneantur, et astricti sint, nec super non delatione birreti, aut alterius signi huiusmodi prætextu cuiusuis eorum gradus, vel præeminentiæ, seu tolerantiæ excusari, aut per eiusdem ecclesiæ camerarium, vel cameræ apostolicæ clericos, seu alias illi præsidentes personas, aut sedis apostolicæ legatos, vel eorum vicelegatos, quouis modo dispensari aut absolui possint. Nutrices quoque, seu ancillas, aut alios vtriusque sexus seruientes christianos habere, vel eorum infantes, per mulieres christianas lactari aut nutriri facere, seu dominicis, vel aliis de præcepto ecclesiæ festis diebus, in publico laborare, aut laborari facere, seu christianos quoquo modo grauare, aut contractus fictos vel simulatos celebrare, seu cum ipsis christianis ludere aut comedere, vel familiaritatem, seu conuersationem habere, nullatenus præsumant. Nec in libris rationum et computorum, quæ cum christianis pro tempore habebunt, aliis quam latinis literis, et alio quam vulgari Italico sermone vti possint, et si vtantur, libri huiusmodi contra christianos nullam fidem faciant. Iudæi quoque præfati sola arte strazzariæ, seu cenciariæ (vt vulgo dicitur) contenti, aliquam mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum vsui humano necessariarum facere. Et qui ex eis medici fuerint, etiam vocati et rogati, ad curam christianorum accedere, aut illi interesse nequeant. Nec se a pauperibus christianis dominos vocari patiantur. Et menses in eorum rationibus et computis ex triginta diebus completis omnino conficiant, et dies, qui ad numerum triginta non ascenderint, non pro mensibus integris, sed solum pro tot diebus, quot in effectu fuerint, computentur, et iuxta ipsorum dierum numerum, et non ad rationem integri mensis eorum credita exigant. Ac pignora eis, pro cautione pecuniarum suarum pro tempore consignata, nisi transactis prius a die, quo illa eis data fuerint, decem et octo integris mensibus, vendere nequeant, et postquam menses prædicti effluxerint, si ipsi iudæi pignora huiusmodi vendiderint, omnem pecuniam, quæ eorum credito superfuerit, domino pignorum consignare. Et statuta ciuitatum, terrarum, et locorum, in quibus pro tempore habitauerint, fauorem christianorum concernentia, inuiolabiliter obseruare etiam teneantur. Et si circa præmissa in aliquo quomodolibet defecerint, iuxta qualitatem delicti in vrbe, per nos seu vicarium nostrum, aut alios a nobis deputandos, ac in ciuitatibus, terris et locis prædictis per eosdem magistratus, etiam tanquam rebelles, et criminis læsæ maiestatis rei, a toto populo christiano diffidati, nostri et ipsorum vicarii, ac deputandorum, et magistratuum arbitrio puniri possint. Romæ prid. Id. Iul. 1555. *Vid. sup. tit. de medic. cap. 2.*

CAP. V.

Inquisitorum fidei animaduersio in iudæorum blasphemias et flagitiosam viuendi consuetudinem.

GREGORIVS XIII.

Antiqua iudæorum improbitas, quæ diuinæ bonitati semper restiterunt, tanto execratior consistit in filiis, quanto ipsi cumulando patrum suorum mensuram, in Dei filio repudiando, eiusque in mortem nefarie conspirando, grauius deliquerunt: qui propterea suis effecti maioribus nequiores, propriis sedibus expulsi, atque in omnes dispersi orbis terrarum regiones, seruitutique perpetuæ mancipati, non maiorem in cuiusquam ditione clementiam, quam in christianorum prouinciis, maxime vero in apostolicæ pietatis gremio inuenerunt, quæ pro eorum conuersione laborans, eos misericorditer excepit, atque in cohabitatione vna cum filiis suis sustinuit, ad veritatisque lumen allicere pio semper studio conata est, rebusque ad vitam necessariis iuuit, iniuriis et contumeliis prohibuit, multis denique beneficentiæ suæ priuilegiis circummuniuit: illi vero nullis beneficiis mansuefacti, nihilque de suo pristino scelere remittentes, Dominum nostrum Iesum Christum in cœlo triumphantem adhuc in synagogis suis, et vbique persequuntur: Christi quoque membris infensissimi non desinunt in religionem christianam horrenda facinora quotidie magis audere, quibus nos, ne pietatis nostræ puritas polluatur, aut a fœdis mancipiis Christo, christianoque nomini impune illudatur, obuiare volentes: statuimus ac etiam declaramus, inquisitores hæreticæ prauitatis libere procedere posse in omnibus causis et casibus, qui sequuntur.

Si

Si quis iudæus aut infidelis, in iis, quæ circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum vnum et æternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium et inuisibilium, et similia, non esse asseruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui insinuauerit.

Si dæmones inuocauerit, consulueritue, aut eorum responsa acceperit, ad illosue sacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamue causam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris alteriusue rei fumigationes obtulerit, aut alia quæuis impietatis obsequia præstiterit.

Si christianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quouis modo nefarie huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attentauerit.

Si Saluatorem et Dominum nostrum Iesum Christum, purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, matremue Dei non esse virginem, et alias huiusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ illici solent, in christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie protulerit.

Si ex suis eorum opera, auxilio, consilio, vel fauore aliquis christianus a fide desciuerit, quamque semel susceperat, abnegarit, vel ad iudæorum, seu aliorum infidelium ritus, cerimonias, superstitiones, vel impias sectas transierit, vel redierit, seu in hæresim aliquam inciderit, aut qui, vt Christi fidem abneget, seu in hæresim incidat, opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodocunque præstiterit.

Si quis catechumenum, vel quemcunque ex iudæis aut infidelibus (Deo inspirante) ad fidem christianam venire volentem, post declaratam nutu, verbo, facto, aut quocunque alio modo eius voluntatem, a fide, vel fidei instructione, aut a sacri baptismi susceptione retrahere, auertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, neue regenerationis lauacro abluatur, quouis modo impediuerit.

Si quis apostatas, hæreticosue scienter domi suæ acceptauerit, aluerit, commeatu iuuerit, seu quouis modo eis cibaria vbicunque præbuerit, aut dona, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associauerit, vel deducendos seu associandos curauerit, aut sumptus ministrauerit, duces, comitesue illis adiunxerit, vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inuestigari queant, fecerit. Quique dictos apostatas aut hæreticos scienter aliquo modo receptauerit, occultauerit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præstiterit.

Si libros hæreticos, vel thalmudicos, aut alios iudaicos, quomodolibet damnatos, aut alias prohibitos tenuerit, custodierit, vel diuulgauerit, vel in quæcunque loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accommodauerit.

Si christianos deriserit, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in ara crucis immolatam, Christum Dominum ludibrio et despectui habens, quandocunque, maxime vero in sacro parasceues die, agnum, siue ouem, aut quid aliud cruci affixerit, aut appenderit, in eamue conspuerit, seu quodcunque contra ipsam fecerit.

Si nutrices christianas, contra sacrorum canonum statuta, diuersorumque Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum sanctiones, adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua sanctissimum eucharistiæ sacramentum sumpserit, lac vno vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel alia loca effundere coëgerit.

In quibus casibus vniuersis et singulis, omnes prædictæ prauitatis inquisitores, omnium regnorum, prouinciarum, ciuitatum, dominiorum, et locorum vniuersi orbis christiani iudices, in suis quemque locis, perpetuo delegamus, vt super his contra iudæos atque infideles, quoscunque simul vel separatim, prout in causis fidei, iuxta sacrorum canonum formam, nec non officii inquisitionis huiusmodi constitutiones, diligenter inquirant, et procedant, et quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles reppererint, in eos pro culpæ modo, ac etiam pro criminum numero vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliaque atrociora decernant, et alias de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi flagitiis in posterum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, inquisitoribus generalibus, nec non patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis locorum prælatis, ac etiam aliis prædictis inquisitoribus, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus et mandamus, vt præsentes nostras literas in ciuitatibus et locis cuique subiectis publicare, et iuxta illarum tenorem procedere, ipsasque debitæ executioni mandare procurent. Rom. Calend. Iun. 1581.

CAP. VI.

Catechesis et fidei instructionis sedula cura adhibeatur ab episcopis in iudæorum conuersionem, vbi huius dispersæ gentis synagogæ colliguntur.

IDEM.

Sancta mater ecclesia, cuius Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes late diffundens, antiquæ Israeliticæ gentis, populique Dei peculiares reliquias, pio nunquam desinit affectu miserari, grauiterque contristatur, iudæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus et gratiis, cuius erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium, et promissa, vnde etiam Christus Saluator noster secundum carnem nasci dignatus est, per diuersas orbis partes tot iam secula dispersam, ac contagiosi gregis more per inuia et inaquosa misere vagantem, verbi Dei fame, et aquæ refectionis siti perire, longeque non a terrena tantum, super quam Dominus fleuit, sed quod grauius est, a cœlesti quoque Hierusalem, nisi Christus, quem negauit, confiteatur, exturbari: quia miseratione et mœrore nos quoque non leuiter commoti, indies semper aliquid excogitamus, vnde eorum conuersioni et saluti opportunius prouideatur, ipsique ad intelligentiæ viam, quam sibi præcluserunt, valeant Deo propitio peruenire. Quare sollicito hæc animo meditantes, ac felicis recordationis Nicolai papæ V. nonnullorumque Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, præsenti constitutione generali præcipimus, omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis ecclesiarum prælatis, etiam cardinalatus honore præditis, vt in suis quisque ciuitatibus, terris, et locis, in quibus competens aliquis numerus iudæorum, qui synagogam constituat, commoratur, curent sabbathi vel alio cuiuscunque hebdomadis statuto die, ad iudæos ipsos in locum præstitutum, non tamen sacrum, nec vbi sacra confici solent, conuocatos, per aliquem magistrum in theologia, aliumue idoneum virum ab eis eligendum, cum mercede congrua illi ex ipsorum Hebræorum collatione, aut alias, prout commodius eis videbitur, hebraicæ (si fieri poterit) linguæ peritum, sermones vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur scripturæ veteris testamenti, Moysis scilicet et Prophetarum, præsertim vero, quæ eo sabbatho leguntur, seu lectæ in eorum sunt synagogis, iuxta sanctorum tamen patrum interpretationes, et verum catholicæ ecclesiæ sensum, ac in eis dissaratur de veritate christianæ fidei, de certo aduentu et incarnatione filii Dei, illiusque natiuitate, vita, miraculis, passione, morte, sepultura, descensu ad inferos, resurrectione, in cœlum ascensione, de eius euangelio in toto terrarum orbe, per apostolos eius, et alios sanctos prædicato, innumeris atque clarissimis virtutibus, et illustrium miraculorum gloria confirmato, ac de eius spirituali et vero regno, et de impio idolorum cultu sublato, et gentium vocatione, de perpetua tum Hierusalem, et terræ eorundem iudæorum desolatione, tum ipsorum vbique terrarum dispersione, et captiuitate, et de aliis similis argumenti dogmatibus et articulis, ex lege et prophetis; de diutina præterea et irrita iudæorum aduentus Messiæ, et carnalis ipsius regni expectatione, de vana eorum, quæ sæpe, quinimo quotidie eos frustrata sit, spe reditus in terram promissionis, et restaurationis tertii templi, et demum de multiplicibus et variis erroribus et hæresibus eorum, in quas miserrime se demerserunt, postquam Christum Dominum in carne venientem agnoscere noluerunt, et de falsa per eorum Rabbinos tradita sacrarum scripturarum interpretatione, quarum literam et sensum fabulis, mendaciis, et variis dolis et modis detorquentes corruperunt et deprauarunt, et hactenus corrumpere et deprauare non desinunt, deque omnibus aliis, quæ eos possint ad agnitionem fidei, ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamque fidem conuertere, pro loci, temporis, sumtique argumenti ratione prudenter agant, veris, et ex sacra scriptura depromptis demonstrationibus nulla cum obtrectatione aut iracundia, sed magna cum charitate, et modestia, veritatis lumen illis aperire conentur; ad quos sermones et lectiones volumus vniuersos et singulos vtriusque sexus iudæos, a duodecim annis supra; infirmitate et alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeant, non impeditos, in ciuitate et locis, vt præfertur, habitantes, vel aliunde aduenientes, etiamsi inibi domicilium non habeant, ita per circuitum conuenire, vt tertia saltem eorum pars, nec vnquam minor, semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercii, et aliis pœnis arbitrio ordinarii pro contumaciæ modo imponendis, donec satisfecerint, compellantur, ad ipsos sermones audiendos compellantur. Si quis vero de numero fidelium ita fuerit salutis, aut sui, aut proximi sui, de quo vnicuique mandatum est, immemor, qui eos a salutaribus huiusmodi sermonibus seu lectionibus directe vel indirecte abduxerit, aut impediuerit, seu contenderit quoquo modo, excommunicationis sententia sit eo ipso ligatus, et contra eum ad alias pœnas, ordinarii arbitrio, omnino procedatur. Cæterum imperatorem, regesque et principes omnes, nec non respublicas, magistratus et dominos temporales seculares rogamus et obtestamur in Domino, vt patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis ordinariis prædictis, eorumque vicariis et ministris suum in præmissis auxilium præstent, amplissimum ab omnipotenti Deo præmium in supremis gloriæ æternæ tabernaculis habituri.

TITVLVS II.

DE HIS, QVI INFIDELIBVS ADVERSVS CHRISTIANOS AVXILIANTVR.

CAP. I.

Excommunicantur arma et præsidia quæcunque ferentes Saracenis et infidelibus in christianæ reipublicæ perniciem et detrimentum, eorumque fisco adscribuntur bona.

NICOLAVS V.

Olim tam in generali, quam in Lugdunensi postmodum substituto conciliis per sedem apostolicam celebratis, in illos falsos et im-

pios christianos, qui contra Deum et christianum populum, Saracenis ferrum, arma, quibus christianos impugnent, et lignamina galearum, et aliorum vasorum nauigabilium, deferunt ad eos, et qui eis galeas vendunt, ac naues; quique in piraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel in machinis et quibuslibet aliis, eis impendunt auxilium, vel consilium, vel fauorem, in christianorum dispendium, et specialiter terræ sanctæ: fuit excommunicationis sententia promulgata, ipsosque rerum suarum priuatione mulctari, et seruos capientium fore censuerunt concilia supradicta: expresse quoque in ipsis præcipitur, vt talibus gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi totum, quod de commercio tam damnato perceperint, et tantundem de suo, in subsidium terræ memoratæ præstiterint, vt æquo iudicio, in quo deliquerit, puniatur. Nos itaque gerentes corde negotia dictæ terræ, duximus hactenus statuendum, vt nullus equos, ferrum, lignamina, victualia, et alia quæque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum terræ Ægypti, deferre vel mittere, seu partibus eorum, vt eisdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut consilium, vel fauorem præstare quoquo modo præsumat; ac illos, qui contra huiusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire tentauerint, eo ipso excommunicationis sententia decernimus subiacere, a qua non possit absolui, nisi tantum de bonis propriis in dictæ terræ sanctæ subsidium conuertendum exsoluerit, quantum ad partes prædictas extulerit vel miserit, et deferre, vel de ipsorum partibus extrahi permiserit, ad easdem deferendum. Et nihilominus, si personas eorum capi contigerit, in seruitute capientium illorum esse volumus, in quorum acciderint captionem. Volentes autem in hac parte solertius prouidere, quanto amplius exigere hoc noscitur vrgens necessitas dictæ terræ, apostolica auctoritate statuimus, vt nullus omnino aliqua victualia, vsque ad decennium a data præsentium computandum; alia vero prædicta, ad aliquod seu aliqua de eisdem, aut aliud quodlibet (victualibus, sicut præmittitur, vsque ad prædictum tempus duntaxat exceptis) quacunque occasione vel causa, seu quouis ingenio, vel quæsito colore, vllo vnquam tempore in Alexandriam, vel partes Ægypti, seu terras Soldano subiectas mittere vel deferre præsumat, vel quantum in eo fuerit, mitti vel deferri permittat, auctoritate decernimus eadem, vt hi, qui contra huiusmodi statutum nostrum quolibet modo venire præsumpserint, præter pœnas prædictas, quas ipso facto incurrere volumus, perpetuo sint infames, et intestabiles habeantur, ita quod nec testari, nec legata eis, seu relicta percipere valeant. Et insuper ad successiones, tam ex testamento, quam ab intestato, sint prorsus et reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, sintque illis actus legitimi perpetuo interdicti; et postquam de huiusmodi temeritate constiterit, diebus festiuis et dominicis publice nuncientur, et ad fiscum bona omnia deuoluantur. Apud vrbem veterem, 10. Calend. Septembr. 1449.

TITVLVS III.
DE HAERETICIS ET SCHISMATICIS.

CAP. I.

Leges Friderici imperatoris in hæreticæ prauitatis reos, eorumque complices et fautores latæ, confirmantur, et seruari iubentur.

INNOCENTIVS IV.

Innocentius, episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis potestatibus, consiliis, et communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisanæ, ac Romaniolæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum aduersus hæreticam prauitatem quondam Fridericus Romanorum imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos illas volentes ad robur fidei ad salutem fidelium obseruari, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus, faciatis singuli in vestris capitularibus annotari, contra hæreticos sectæ cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri: alioquin dilectis filiis, priori prouinciali et fratribus inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, et Romaniola literis nostris iniungimus, vt vos ad id per excommunicationem in personis et interdictum in terram appellatione remota compellant: tenores autem legum hi sunt.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper Augustus, Hierusalem et Siciliæ rex, dilectis principibus suis, venerabilibus archiepiscopis, episcopis, aliisque prælatis ecclesiarum, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, sculteris, burgrauiis, aduocatis, iudicibus, ministralibus, officialibus, et omnibus per totum imperium constitutis, præsentes literas inspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum.

Commissi nobis cœlitus cura regiminis, et imperialis, cui dante Domino præsidemus, fastigium dignitatis, materialem, quo diuisim a sacerdotio fungimur, gladium aduersus hostes fidei et in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt exercendum, vt perfidiæ vipereos filios contra Deum et ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri corrosores, in iudicio et iustitia prosequamur, maleficos viuere non passuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur, et in gregem fidelium per oues has morbidas grauior infligitur corruptela.

Statuimus itaque sancientes, vt hæretici, quocunque nomine censeantur, vbicunque per imperium damnati fuerint ab ecclesia, et seculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur.

Si qui vero de prædictis, postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones ad agendum pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu aliis locis imperii, per inquisitores ab apostolica sede datos, et alios orthodoxæ fidei zelatores; hi, qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad inquisitorum et aliorum catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur, et eos captos arctius custodire, donec per censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta et vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti censemus omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem callidus hostis suscitat aduocatos, vel parat illicitos defensores; maxime cum facinus, quod inquinat, nisi monitione præmissa destiterint, et eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea, qui conuicti in vno loco de hæresi, ad alia loca se transferunt, vt cautius possint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam censemus subire vindictam: vt super hoc viros ab eodem errore conuersos ad fidem, nec non et per alios, qui eos de hæresi conuicerunt, (quod et in hoc casu concedimus licite faciendum) euidens testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus addicendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæresin abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit, et fide mentita conuinci, ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurrere recidiuam, vt sibi damnabilius iniquitas sit mentita, et pœnam debitam mendacium non euadat. Omne insuper proclamationis et appellationis beneficium, ab hæreticis, receptatoribus, et fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes, vt de finibus imperii, in quibus semper debet existere fida fides, hæreticæ labis germina, modis omnibus deleantur.

Cæterum, quia quanto maiora diuinæ nutu miserationis accepimus, et altiorem locum præ filiis hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos læsæ maiestatis, in personis eorum et liberorum suorum exhæredatione damnamus, multo fortius iustiusque contra Dei blasphematores nominis et catholicæ fidei detractores prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, et aduocatorum suorum hæredes et posteros vsque ad secundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis et honoribus, imperiali auctoritate priuantes, vt in paterni memoria criminis continuo mœrore tabescant: vere scientes, quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem a misericordiæ finibus duximus excludendum, vt, si qui paternæ hæresis non sequaces latentem patrum perfidiam reuelauerint, quacunque reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non subiaceant innocentiæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus, fratres prædicatores de ordine prædicatorum, pro fidei negotio, in partibus imperii nostri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque, qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando, et redeundo sub nostri imperii speciali defensione receptos, et eos apud omnes sub ope ac recommendatione fidelium imperii esse volumus inoffensos: vniuersitati vestræ mandantes, quatenus quocunque, et apud quemcunque vestrum peruenerint, benigne recipiatis eosdem: et personas ab incursu hæreticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, et auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos vero, quod et ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœnam subeant, quam merentur: scituri, quod in executione ipsius negotii gratum Deo, et laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostris imperii nouam et insolitam hæreticæ prauitatis infamiam, opem et operam, vna cum eisdem fratribus præstiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens et remissus, ac etiam inutilis coram Domino, et in conspectu nostro, poterit merito culpabilis apparere. Dat. Paduæ 22. Febr. 12. indict.

CAP. II.

Excommunicantur nonnulli hæretici, vt sunt Cathari, Patareni, pauperes de Lugduno, Passagini, Iosepini, Arnaldistæ, Speronistæ, omnesque singulari opinione in ecclesiam catholicam pertinaces.

IDEM *vniuersis Christi fidelibus.*

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos, ad instar felic. record. Gregorii papæ prædecessoris nostri, excommunicamus et anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, pauperes de Lugduno, Passaginos,

Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, et alios quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Damnati vero per ecclesiam, seculari iudicio relinquantur, animaduersione debita puniendi: clericis prius a suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire noluerint, ad agendum condignam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Item receptatores, defensores, et fautores hæreticorum, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, firmiter statuentes, vt, si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, a sua super hoc non curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Qui si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, et in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio et beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, alias animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, et vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quod si per annum in excommunicatione persisterint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes et appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati, et notarii nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item, clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta: nec eleemosynas aut oblationes eorum accipiant. Similiter hospitalarii et templarii, ac quilibet regulares, alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indultu sedis apostolicæ speciali. Item quicunque tales præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent et proiiciant huiusmodi corpora damnatorum, et locus ille perpetuo careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contrafecit, excommunicationis laqueo innodetur. Item, si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium vita et moribus dissidentes, eos studeat indicari confessori suo: vel alii, per quem credat ad prælati sui notitiam peruenire, alioquin excommunicationis sententia percellantur. Hæretici autem et receptatores, defensores, et fautores eorum, ipsorumque filii vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum et inane. Nos enim prædictos et quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus, et alia quæcunque ecclesiastica beneficia sunt adepti, exnunc priuamus taliter acquisitis, volentes, vt tales et habitis perpetuo careant, et ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem huiusmodi ad inuicem superstitionis hæreticæ a via declinasse constiterit veritatis. Datum Anagniæ 17. Cal. Iul. anno II. pontificatus nostri.

IMPERATOR FRIDERICVS
semper Augustus, etc.

Patarenorum receptatores, et complices, et quocunque modo fautores, qui vt a pœna alios possint eximere, de se velut improuidi non formidant; publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium, quam agnouit, famæ pristinæ de imperiali clementia restitutionis beneficium integrum consequatur.

INCIPIVNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS CONTRA PATAtenos edita per eundem Fridericum, illustrem virum, Romanorum imperatorem semper Augustum, Hierusalem et Siciliæ regem.

Catharos, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circumcisos, Passaginos, Iosepinos, Granarenses, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos, Communitos, Walderses, Roncarolos, Communellos, Warinos, et Ortholinos, cum illis de Aquanig. et omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes, vt bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quod filii eorum ad successionem peruenire non possint, cum longe sit grauius, æternam, quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesiæ, iuxta considerationem suspicionis qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames et banniti ab omnibus habeantur; ita quod si per annum permanserint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, et consules, seu rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, quod de terris suæ ditioni subiectis, vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt: ita quodammodo quandocunque quis fuerit in perpetuam potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro potestatibus, neque pro consulibus, seu consimilibus habeantur: eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles et inanes. Si vero dominus temporalis requisitus et monitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum, a tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, et in fidei puritate conseruent: saluo iure domini temporalis, dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege seruata, contra eos, qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, et fautores hæreticorum bannimus: statuentes, vt, si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, et ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonium admittatur, Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adiicimus insuper, quod hæreticus per hæreticum conuinci possit: et quod domus Patarenorum, receptatorum, et defensorum, et fautorum, siue vbi docuerint, siue vbi aliis manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituendæ. Datum Paduæ 22. Febr. 2. indictione.

Rex regum, Apostatantes a fide catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus. Et vt a professione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Successiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicemus. Dat. Perusii 2. Cal. Nouembr. pontificatus nostri an. 1.

ALIVD RESCRIPTVM FRIDERICI
in hæreticos.

Inconsutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, et vocabuli vitio seruientes, quod significationem diuisionis enunciat, in ipsius indiuisibilis fidei vnitate nituntur inducere sectionem: et oues a Petri custodia, cui pascendæ a pastore bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces, extrinsecus eo vsque mansuetudinem prætendentes ouium, quousque ouile possint subintrare dominicum. Hi sunt angeli pessimi: hi sunt filii prauitatum a patre nequitiæ et fraudis auctoris ad animas simplices destinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latenter videntur inserpere, et sub mellis dulcedine virus euomere: vt vitæ cibum ministrare se simulent, a cauda feriunt, et mortis poculum veluti quoddam dirissimum venenum immiscent. Horum sectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non sunt notatæ nominibus: vel quod est forte nefandius, non contentæ, vt vel ab Arrio Arriani, vel a Nestore Nestorini, aut a similibus similes nuncupentur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Patareni, a quibus abest sancta credulitas diuinitatis æternæ, sub vno contextu nequitiæ insimul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, et seipsos. Deum, dum Dei fidem et Filium non agnoscunt: decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimoniæ, hæreticæ prauitatis oblectamenta ministrent. Crudelius etiam sæuiunt in seipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique seueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram et veræ fidei possent euadere, vitæ prodigi et necis improuidi sectatores inuoluunt, et (quod est ipso dictu dirissimum) superstites etiam non terrentur exemplo.

Contra tales sibi, Deo, et hominibus sic infestos, continere non possumus motus nostros, quin debitæ vltionis in eos gladium exeramus: tanto ipsos instantius persequentes, quanto in euidentiorem delusionem fidei christianæ, prope Romanam ecclesiam, quæ caput ecclesiarum omnium iudicatur, superstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quod ab Italiæ finibus, præsertim a partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus, ipsorum nequi-

tiam

tiam latius abundare; iamque vsque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ riuulos deriuarunt.

Quod acerbissimum reputantes, statuimus inprimis, vt crimen hæreseos, et damnatæ sectæ cuiuslibet, quocunque nomine censeantur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur; imo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis iudicii potestate alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum, et bona, et damnat post obitum memoriam defunctorum: sic et in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruari.

Et vt ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores, et per officiales nostros, sicut et alios malefactores inquiri, ac inquisitione notatos, etsi leuis superstitionis argumento tangantur, a viris ecclesiasticis, et prælatis examinari iubemus. Per quos, si inuenti fuerint a fide catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidiis, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocunque nomine censeantur, decernimus, quam affectant, vt viui in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus, quod in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat: quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Dat. Paduæ 22. Febr. 12. indict.

CAP. III.

Abiurantes hæresim, et resipiscentes excipiuntur.

VRBANVS IV. *inquisitoribus ordinis prædic. in prouinc. Lombardiæ, Marchiæ, Ianuens.*

Qui hæretica labe penitus abiurata redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, et iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consueuit, prouiso solerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, et vos, imo potius seipsos fallentes, sub agni specie gerant lupum.

Quod si aliqui fuerint iudicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœcesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsis diœcesanis absentibus præsentes fuerint, consilio procedatur: vt in tantæ animaduersionis iudicio non postponenda pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi, vt in reos sine vllo proferatur errore duræ ac dignæ seueritas vltionis, volumus et mandamus, vt vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas et discretas personas, in quarum præsentia per publicam, si commode potest haberi, personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, et ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis officio, ad scriniarii seu tabellionis officium pertinent, teneri districte præcipimus, cum per vos, seu deputatos ad hoc a vobis, requisiti fuerint, omnes et singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent in seculo, huiusmodi tabellionatus officium habuisse et exercuisse noscuntur: et illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotii fidei, fuit a dicta sede commissum, et in posterum committetur. Datum Viterbii 13. Cal. April. pontificatus nostri anno primo.

CAP. IV.

Fœdera cum hæreticis inita damnantur et prohibentur.

IOANNES XXII. *inquisitori hæreticæ prauitatis F. Lamberto de ord. præd.*

Cum nonnulli de prouincia nostra Romandiolæ, tam clerici quam laici, Deum et Romanam matrem ecclesiam offendere, seque in præcipitium damnationis et mortis immergere non verentes, adeo fauere et fauisse dicantur damnatis hæreticis, confœderationes, ligas, et societates ineundo cum ipsis, eosque receptando, et sibi præstando multipliciter auxilia, consilia et fauores, quod de labe hæresis se reddiderunt, et reddunt vehementer suspectos: nos tam ipsorum, quam multorum aliorum periculis, et præmissis imminentibus obuiare salubriter cupientes, discretioni tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus contra fautores huiusmodi, et alios quoslibet, de crimine prauitatis hæreticæ culpabiles, vel suspectos, sic solerter secundum formam canonum, ac priuilegiorum concessorum, inquisitionis officio procedere non postpones, quod inde debeat tua diligentia merito commendari. Dat. Auinion. 12. Cal. Sept. pontificatus nostri an. 10.

CAP. V.

Filii hæreticorum inhabiles sunt ad officia, ob paterni flagitii luem, quam contraxisse videntur.

HONORIVS IV. *Calgano de Eugubio ord. minorum, inquisitori hæret. prauitatis.*

Exhibita nobis dilecti filii Archioni militis, nati quondam Philippi dicti Palmerii militis Spoletan. petitio continebat, quod olim significantibus felicis recordationis Alexandro papæ, prædecessori nostro, inquisitoribus prauitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quod frequenter e sede apostolica committebatur eisdem, vt tam hæreticos credentes, fautores, et receptatores hæreticorum, quam ipsorum filios et nepotes priuandi dignitatibus, personatibus, officiis publicis, et beneficiis ecclesiasticis de diœcesanorum, vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio, haberent liberam potestatem, et qualiter hoc deberet intelligi, postulantibus declarari, præfatus prædecessor eisdem inquisitoribus per suas duxit literas respondendum, quod de filiis et nepotibus illorum hæreticorum credentium et aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videbatur, non autem illorum, quos emendatos esse constaret, ac pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerant, vel humiliter prosecutioni eius instarent, vel parati fuerant, dum viuerent, ad recipiendum eandem. Verum licet inquisitor prauitatis huiusmodi, tunc in partibus illis per sedem apostolicam deputatus, memoratum Philippum, qui sibi confessus extitit, quod cuidam hæretico reuerentiam fecerat, quædam contra fidem proferendo catholicam, priuauerit bonis suis, ac idem Philippus iniunctam sibi propter hoc ab eodem inquisitore pœnitentiam perfecerit reuerenter, ac tandem, sicut vere catholicus, receptis ecclesiasticis sacramentis, viam fuerit vniuersæ carnis ingressus, et ab inquisitore præfato etiam absolutus, tamen potestas, consilium, et commune Spoletan. dictum Archionum, eiusque filios occasione præmissorum ad officia ciuitatis Spolet. pro sua recusent admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicauit, vt nos misericorditer attendentes, quod idem Philippus, sicut præmittitur, tanquam vere catholicus et fidelis ecclesiæ Roman. decessit, eundem Archionum et filios eius decerneremus, iuxta præmissum eiusdem prædecessoris responsum, in aliquo puniri occasione huiusmodi non debere: sed eos ad omnia secularia officia et beneficia ecclesiastica et dignitates, ac ad omnes ordines, impedimento huiusmodi non obstante, potius admittendos. Quia igitur de facto hominis et eius circumstantiis habere poteris notitiam pleniorem: nos gerentes de circumspectione tua fiduciam in Domino specialem, præsentium tibi auctoritate committimus et mandamus, vt si diligenti inquisitione præmissa, prædicta inueneris veritate fulciri, et tibi etiam constiterit, quod præfati Archionus et filii non sint de hæretica prauitate suspecti, et in fidelitate ac deuotione ecclesiæ supradictæ persistant, super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare, auctoritate nostra denuncies et declares, quod propter præmissa vel eorum occasione, nihil eis possit obiici vel opponi, quin ad omnia secularia officia et beneficia ecclesiastica, etiam si dignitates existant, illis non obstantibus, assumi libere valeant, et hi, qui literati esse noscuntur, ad omnes ordines promoueri, prout secundum Deum ad honorem catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem super his inueneris et duxeris faciendum, nobis per tuas patentes literas harum seriem continentes fideliter studeas intimare. Datum Romæ apud S. Sabinam, 5. Cal. Decembr. pontificatus nostri anno secundo.

CAP. VI.

Soluuntur quædam dubia, circa discussiones et decisiones causarum fidei, et hæresis pœnas.

ALEXANDER IV.

Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis minorum, inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci, præsentibus ac futuris, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestræ consultationis articulus continebat, vtrum dici debeat relapsus [a] in hæresim, qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in qua non inuenitur antea commisisse, cum secundum proprietatem verborum non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus? Ad quod taliter respondemus, quod talis, si tanquam accusatus vel suspectus de hæresi, eam in iudicio abiurauit, et postea committat in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo huiusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, et

[a] *Relapsus dicitur, qui in hæresim abiuratam vel in aliam iterum labitur. c. fin. de hæret. Panorm.*

certis

certis ac varia indiciis comprobata. Si vero leuis et modica, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hæresim non debet pœna puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

Quæsiuistis etiam circa idem: si is, qui hæresim abiurauit, et per solam inexcusabilem receptionem vel receptationem, aut deductionem seu associationem, vel visitationem hæreticorum, siue dationem vel missionem munerum, aut etiam alias in fauorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat iudicari relapsus? Et quidem si legitime constitit, vel etiam nunc constaret, quod tales ante huiusmodi abiurationem in hæresi commisissent, non est dubium, eos per hoc fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati a se prius erroris consequentia id fecisse.

Præterea nonnulli talium, vt proponitis, iurant coram inquisitoribus, tam de se, quam de aliis super facto hæresis veritatem dicere, sed periurant, non odio tamen vel pretio, sed timore sui potius et suorum: corrigunt autem se, postmodum super iis, contra se ac alios suos complices deponendo. Cum itaque periurus, secundum iura, etiam post pœnitentiam, in criminalibus a testimonio repellatur; hinc quæritur: vtrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum? Super quo taliter respondemus, quod cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indiciis apparuerit, tales non animi leuitate aut odii fomite ductos, seu corruptos pecunia, sed zelo fidei; tanquam pœnitentes propriæ culpæ, asserere, quod talia prius tacuerant, et velint in hoc errorem suum corrigere, ac alios nominare, stari debet in fauorem fidei, nisi aliud obsistaret, attestationibus eorundem.

Ad illud autem, quod quæritur: vtrum ad inquisitores hæresis pertineat, de diuinationibus et sortilegiis, quæ contra aliquos sibi denunciantur cognoscere, ac punire talia exercentes? breuibus respondetur, quod cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, inquisitores ipsi, de iis, nisi manifeste saperent hæresim, ratione huiusmodi officii sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed eos relinquant suis iudicibus pœna debita castigandos.

Quidam insuper (vt adiicitis) pro iis, quæ commiserunt, in hæresi, astringunt se inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendum ab eis pœnitentiam et complendam: sed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto vel in parte neglecta, decedunt. Quæritur ergo: vtrum inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfaciendum pro ipsis defunctis, hæredes vel detentores bonorum sic decedentium coarctare? Ad quod dicimus, quod si per huiusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit, in bonis temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes, vel alii, ad quos bona talium cum suo onere deuenerunt.

Iniungitur etiam aliquibus ad pœnam, in pœnitentia pro hæresi, ab ipsius pestis inquisitoribus, vt vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio ecclesiæ se et sua. In quo quæritur: vtrum inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se conquerentibus de vsuris huiusmodi, et ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possunt compellere taliter pœnitentes, prout ab eis in aliis iniunctis sibi pœnitentiis fieri consueuit? Ad quod respondemus, quæstionem super vsuris motam, contra tales iudicialiter non debere audiri ab inquisitoribus hæresis, nec decidi. Nolentes, quod per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur: eos tamen ad restitutionem vsurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt; quibus in satisfactionem, pro prædicto crimine, huiusmodi restitutionem in pœnitentia iniunxerunt.

Sunt et alii, qui confessi sunt in iudicio de hæresi coram inquisitoribus huiusmodi prauitatis, sed antequam eis iniungeretur pœnitentia, decesserunt. Super quo quæritur: si hæredes talium compelli possint ab inquisitoribus, vt ad ipsorum arbitrium satisfaciant pro defunctis, præcipue, cum iidem, dum viuerent, ad faciendam pœnitentiam, quam inquisitores eis vellent iniungere, bona sua inquisitoribus obligarint? Cui quæstioni sic duximus respondendum, quod postquam tales non decesserunt hæretici, sed reincorporati potius ecclesiæ vnitati, non videmus, quod eis post mortem, vel eorum hæredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto iam crimine iniungendi. In eo vero casu, in quo hæredes huiusmodi ad successionem non deberent ob culpam sui actoris admitti, non obstante, quod actoribus ipsis viuentibus, hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Adiecistis præterea, negotium seu officium inquisitionis contra hæreticos dilecto filio priori fratrum prædicatorum Parisien. a sede apostol. fuisse sub ea forma commissum, vt idem super hoc posset inquirere, tam per se, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret; in quo quæritur: vtrum tales delegati existant, et quot possint etiam sic eligi? Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem prior possit tres vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem, et amouere illos, ac ipsorum loco alios sobstituere, quotiescunque viderit expedire: ipsi tamen priori, et aliis sic assumptis committendi duntaxat citationes, et examinationes testium, cum de huiusmodi crimine ac circumstantiis eius inquiritur, ac denunciationis sententiam, quas super iis contra quoslibet contigerit ferri, et iis similia faciendi conceditur ab eadem sede facultas.

Quæstioni vero, qua quæritur: vtrum constitutus in sacris deprehensus in hæresi, et propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinibus a suo episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi pœnitentiæ? respondemus, quod talis, qui est perpetuo immurandus, prius debet a suis ordinibus degradari.

Nonnulli quoque clerici, et, quod est deterius, sacerdotes, prætextu pecuniæ, vel alicuius seruitii temporalis, inueniuntur aliquando inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticorum credentes de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebite liberando: de quibus quæritur: vtrum inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quod si accepta restituant, coarctare? Dubium itaque non videtur, quod ii, quos constat exercere præmissa, ea faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis, quare possunt a talibus per inquisitores compesci, et pœna debita castigari, tam per captionem personarum, quam etiam alias, prout culpa exegerit, delinquentis.

Quod autem postmodum quærebatur: quomodo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur in hæresim deliquisse, cum seculares peccantes in simili casu, immurationis vel alia pœna plectantur? Eius solutio satis patet, cum certum sit, tales in hoc et consimilibus delinquentes, grauius etiam secularibus puniendos.

Frequenter etiam vobis ab apostolica sede committitur, vt tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, et defensores eorum, quam ipsorum filios et nepotes, ac illos etiam, qui prædictorum interuentu vel gratia tale essent adepti, vel assequerentur in posterum, priuandi personatibus, dignitatibus et honoribus quibuscunque ac beneficiis ecclesiasticis, et officiis publicis de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: quod qualiter intelligi debeat, petiuistis eiusdem sedis oraculo declarari. Hoc sane de filiis et nepotibus illorum credentium et aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos constiterit, et pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter persecutioni eius insistunt, vel parati fuerunt, dum viuerent, ad recipiendam eandem. Diœcesani quoque in priuandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsan constaret legitime, quod iidem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in iis requirendos esse non credimus, sed potius a suo iudice puniendos. Vos igitur hæc et alia contingentia in hac parte commissum vobis officium sic prudenter et fideliter exequi procuretis, sic ad ea pura propter Deum, cuius causam geritis, vestra feratur intentio; quod labor vester vobis ad vitæ præmium, et aliis ad salutem, quæ solum in talibus quæritur, proficiat animarum. Dat. Viterbii 5. Cal. Octobr. pontificatus nostri anno quarto.

CAP. VII.

Excommunicati et socii criminis iure in testimonium admittuntur contra hæreticos.

IDEM *ordinis minorum inquisitoribus.*

Consuluit nos discretio vestra; vtrum illos, qui ratione criminis hæreseos, vel alia de causa excommunicationis sententia sunt ligati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores vel receptatores eorum, ad testimonium perhibendum admittere, et stare dictis eorum, seu illorum etiam debeatis, qui complices, participes, seu socios eiusdem criminis se fatentur? Quia igitur, si iidem excommunicati non admitterentur ad perhibendum testimonium contra tales, et dictis eorum, ac si fatentium non staretur, frequenter officium inquisitionis vobis commissæ, in dispendium fidei contingeret impediri, quando præsertim vix aut nullo modo potest, nisi per sic fatentes, super hoc veritas apparere; statuimus in fauorem fidei, vt huiusmodi inquisitionis negotio, dicti excommunicati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores et receptatores eosdem, ad testimonium e admittantur, et stetur tam illorum dictis, quam eorum, qui, vt prædictum est, socios eiusdem criminis se fatentur, ex verisimilibus coniecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum, tam deponentium quam eorum, contra quos deponitur, qualitate, ac illis circumstantiis conici poterunt, sic fatentes non falsa dicere præsumantur. Datum Lateran. 10. Calend. Februar. pontificatus nostri anno septimo.

---

e *Inquisitores prouidere possunt cum testibus excommunicatis, sociis et participibus criminis, et aliis defect. habentibus, vt traditur in c. in fidei fauorem, de hæret. in 6.*

CAP.

CAP. VIII.

Hæreticum est, asserere, animam rationalem esse mortalem.

LEO V. *ex concilio Lateranensi.*

Apostolici regiminis sollicitudo nos assidue pulsat, vt medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, iis potissimum, qui instantius fideles nunc vrgere cernuntur, salutifero olei et vini medicamine, ad instar Samaritani in euangelio, sollicitam operam impendamus, ne nobis istud Hieremiæ obiiciatur: nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Cum itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniæ seminator, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores, a fidelibus semper explosos, in agro Domini superseminare et augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut vnica in cunctis hominibus, et nonnulli temere philosophantes, secundum saltem philosophiam, verum id esse asseuerent: contra huiusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes, animam intellectiuam mortalem esse, aut vnicam in cunctis hominibus, et hæc in dubium vertentes, cum illa non solum vere per se et essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone fel. rec. Clementis [b] papæ V. prædecessoris nostri, in generali Viennensi concilio edito continetur: verum et immortalis, et pro corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabilis, et multiplicata, et multiplicanda sit. Quod manifeste constat ex euangelio, cum Dominus ait: animam autem occidere non possunt; et alibi: qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: et cum æterna præmia et æterna supplicia, pro merito vitæ, iudicandis repromittit: alias incarnatio, et alia Christi mysteria nobis minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti et iusti miserabiliores essent (iuxta apostolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam omnino falsam esse diffinimus, et vt aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus: omnesque huiusmodi erroris assertionibus inhærentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia, vt detestabiles et abominabiles hæreticos, et infideles, catholicam fidem labefactantes, vitandos, et puniendos fore decernimus. Insuper omnibus et singulis philosophis in vniuersitatibus studiorum generalium, et alibi publice legentibus, districte præcipiendo mandamus, vt cum philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut vnitate et mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis christianæ omni conatu manifestam facere, et persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resoluere. Et cum non sufficiat, aliquando tribulorum radices præscindere, nisi et, ne iterum pullulent, funditus euellere, ac earum semina originalesque causas, vnde facile oriuntur, remouere: cum præcipue humanæ philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundum verbum apostoli euacuauit, et stultam fecit, absque diuinæ sapientiæ condimento, et quæ, sine reuelatæ veritatis lumine, in errorem quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem: ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem, hac salutari constitutione ordinamus et statuimus, ne quisquam de cætero in sacris ordinibus constitutus, secularis vel regularis, aut alias ad illos a iure arctatus, in studiis generalibus vel alibi publice audiendo, philosophiæ aut poesis studiis vltra quinquennium, post grammaticam et dialecticam, sine aliquo studio theologiæ aut iuris pontificii incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut theologiæ, aut sacris canonibus operam nauauerit, vt in his sanctis et vtilibus professionibus sacerdotes Domini inueniant, vnde infectas philosophiæ et poesis radices purgare et sanare valeant. Cal. Ianuarii 1513.

CAP. IX.

Hæreticorum, schismaticorum, eorumque fautorum pœna.

PAVLVS IV.

Cum ex apostolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura dominici gregis nobis immineat generalis, et exinde teneamur, pro fideli illius custodia, et salubri directione, more vigilis pastoris, assidue vigilare, et attentius prouidere, vt, qui hac ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innitentes, licentius et perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, et superstitiosis ac fictitiis adinuentionibus sacrarum scripturarum intelligentiam peruertentes, catholicæ ecclesiæ vnitatem, et inconsutilem Domini tunicam scindere moliuntur, ab ouili Christi repellantur, nec magisterium erroris continuent, qui discipuli veritatis esse contemnunt: nos considerantes, rem huiusmodi adeo grauem et periculosam esse, vt Romanus pontifex, qui Dei et Domini nostri Iesu Christi vices gerit in terris, et super gentes et regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque iudicat, a nemine in hoc seculo iudicandus, possit, si deprehendatur a fide deuius redargui, et quod, vbi maius intenditur periculum, ibi est plenius et diligentius consulendum, nec pseudoprophetæ, aut alii etiam secularem iurisdictionem habentes, simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumerabilesque populos eorum, in spiritualibus aut temporalibus curæ et regimini commissos, secum in perditionem, et damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat, nos abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, in loco sancto videre, cupientes, quantum cum Deo possumus, pro nostro munere pastorali, vulpes vineam Domini demoliri satagentes capere, et lupos ab ouilibus arcere, ne canes muti videamur, nequeuntes latrare, et perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur. Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, deliberatione matura, de eorum consilio, et vnanimi assensu, omnes et singulas excommunicationis, suspensionis, et interdicti, ac priuationis, et quasuis alias sententias, censuras et pœnas, a quibusuis Romanis pontificibus prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis, etiam per eorum literas extrauagantes, seu sacris conciliis ab ecclesia Dei receptis, vel sanctorum patrum decretis et statutis, aut sacris canonibus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, contra hæreticos aut schismaticos quomodolibet latas, et promulgatas, apostolica auctoritate approbamus et innouamus, ac perpetuo obseruari, et in viridi obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi et esse debere, nec non quoscunque, qui hactenus a fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, seu (quod Deus pro sua clementia et in omnes bonitate auertere dignetur) in posterum deuiabunt, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, et deuiasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis et præeminentiæ existant, etiam si episcopali, archiepiscopali, patriarchali, primatiali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, seu cardinalatus honore, et apostolicæ sedis vbiuis locorum, tam perpetuæ quam temporalis legationis munere, vel mundana, etiam comitali, baronali, marchionali, ducali, regia, et imperiali auctoritate seu excellentia præfulgeant, et eorum quemlibet sententias, censuras, et pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes, dignum esse, vt qui virtutis amore a malis non abstinent, metu pœnarum ab illis deterreantur, et quod episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, primates, cardinales, legati, comites, barones, marchiones, duces, reges, et imperatores, qui alios docere, et illis bono exemplo, vt in fide catholica contineantur, esse debent, præuaricando grauius cæteris peccant, cum non solum seipsos perdant, verum etiam alios innumerabiles populos eorum curæ et regimini creditos, seu alias eis subditos, secum in perditionem et pæteum interitus trahant: de similibus consilio et assensu, hac nostra in perpetuum valitura constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in ecclesia Dei maius et perniciosius esse potest, de apostolicæ potestatis plenitudine sancimus, statuimus, decernimus, et diffinimus, quod sententiis, censuris, et pœnis prædictis in suis robore et efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes et singuli episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, primates, cardinales, legati, comites, barones, marchiones, duces, reges, et imperatores, qui hactenus, vt præfertur, deuiasse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, excitasse, vel commisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, et in posterum deuiabunt, aut in hæresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, et deuiasse seu in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cum in hoc inexcusabiliores cæteris reddantur, vltra sententias, censuras et pœnas prædictas, sint etiam eo ipso, absque aliquo iuris aut facti ministerio, suis ordinibus, et cathedralibus, etiam metropolitanis, patriarchalibus, et primatialibus ecclesiis, ac cardinalatus honore, et cuiusuis legationis munere, nec non voce actiua et passiua, omnique auctoritate, ac monasteriis, beneficiis, et officiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus et quorumuis ordinum regularibus, quæ ex quibusuis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam et administrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, et in quibus vel ad quæ ius aliquod habuerint, nec non quibusuis fructibus, redditibus et prouentibus annuis super similibus fructibus, redditibus et prouentibus eis reseruatis, et assignatis: comitatibus quoque, baroniis, marchionatibus, ducatibus, regnis, et imperio penitus, et in totum perpetuo priuati, et ad illa de cætero inhabiles et incapaces, habeanturque pro relapsis, et subuersis in omnibus et per omnia, perinde ac si prius hæresim huiusmodi in iudicio publice abiurassent, nec vllo vnquam tempore ad eorum pristinum statum, aut cathedrales, metropolitanas, patriarchales,

a *Alphonsus de Castro hanc constitutionem commentariis illustrauit.* b *Clemens V. in concilio Viennensi, vt habetur in Clement. tit. 1. de summa trinit. et fide cathol.*

triarchales, et primatiales ecclesias, seu cardinalatus, vel alium honorem, aut quamuis aliam maiorem vel minorem dignitatem, seu vocem actiuam vel passiuam, aut auctoritatem, seu monasteria, et beneficia, vel comitatus, baronias, marchionatus, ducatus, regna, et imperium restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari possint: quinimo sæculares relinquantur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendi, nisi apparentibus in eis veræ pœnitentiæ indiciis, et condignæ pœnitentiæ fructibus, ex ipsius sedis benignitate et clementia, in aliquo monasterio, aut alio regulari loco, ad peragendum perpetuam in pane doloris et aqua mœstitiæ pœnitentiam retrudendi fuerint. Quodque pro talibus ab omnibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, et præeminentiæ existentibus, ac quacunque etiam episcopali, archiepiscopali, patriarchali et primatiali, aut alia maiore ecclesiastica dignitate, et etiam cardinalatus honore, seu mundana, etiam comitali, baronali, marchionali, ducali, regia, et imperiali auctoritate et excellentia pollentibus, haberi, tractari, et reputari, et vt tales euitari, omnique humanitatis solatio destitui debeant.

Et qui ius patronatus, aut nominandi personas idoneas ad cathedrales, etiam metropolitanas, et patriarchales ac primatiales ecclesias, seu monasteria, vel alia beneficia ecclesiastica per priuationem huiusmodi vacantia, habere prætenderint, ne illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, sed de seruitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populos in semitas iustitiæ fideliter dirigant, teneantur ad ecclesias, monasteria, et beneficia huiusmodi alias personas idoneas, infra tempus a iure vel ex eorum concordatis, seu compactatis cum dicta sede initis statutum, nobis seu pro tempore existenti Romano pontifici præsentare, alioquin tempore huiusmodi elapso, plena et libera ecclesiarum, monasteriorum, et beneficiorum prædictorum dispositio ad nos, et Romanum pontificem prædictum, eo ipso, pleno iure deuoluatur. Et insuper, qui ipsos sic deprehensos aut confessos, vel conuictos scienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere, seu eorum dogmata dogmatizare præsumpserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturque infames, nec voce, persona, scriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo, ad publica seu priuata officia, aut consilia, seu synodum, vel concilium generale vel prouinciale, nec conclaue cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, seu electionem alicuius, aut testimonium perhibendum admittantur, nec admitti possint.

Sint etiam intestabiles, nec ad hæreditatis successionem accedant: nullus præterea cogatur eis super aliquo negotio respondere. Quod si forsan iudices extiterint, eorum sententiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ causæ ad eorum audientiam deducantur: et si fuerint aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: si vero tabelliones extiterint, instrumenta confecta per eos nullius sint penitus roboris vel momenti. Et insuper clerici omnibus et singulis ecclesiis, etiam cathedralibus, metropolitanis, patriarchal. et primatialibus, ac dignitatibus, monasteriis, beneficiis, et officiis ecclesiasticis, etiam, vt præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, et tam ipsi quam laici, etiam, vt præmittitur, qualificati, et dignitatibus prædictis præditi quibuscunque regnis, ducatibus, dominiis, feudis et bonis temporalibus per eos possessis, priuati existant eo ipso, regnaque, ducatus, dominia, feuda, et bona huiusmodi publicentur, et publica sint, efficianturque iuris et proprietatis eorum, qui illa primo occupauerint, si in sinceritate fidei, et vnitate sanctæ Rom. ecclesiæ, ac sub nostra et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium obedientia fuerint.

Adiicientes, quod si vllo vnquam tempore apparuerit, aliquem episcopum, etiam pro archiepiscopo seu patriarcha, vel primate se gerentem, aut prædictæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, etiam, vt præfertur, legatum, seu etiam Romanum pontificem ante eius promotionem, vel in cardinalem seu Romanum pontificem assumptionem, a fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, vel excitasse, aut commisisse, promotio seu assumptio de eo, etiam in concordia, et de vnanimi omnium cardinalium assensu facta, nulla, irrita, et inanis existat, nec per susceptionem muneris, consecrationis, aut subsecutam regiminis, et administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Romani pontificis inthronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, et cuiusuis temporis in præmissis cursum, conualuisse dici, aut conualescere possit, nec pro legitima in aliqua sui parte habeatur, nullamque talibus in episcopos, seu archiepiscopos, vel patriarchas, aut primates promotis, seu in cardinales, vel Romanum pontificem assumptis, in spiritualibus vel temporalibus administrandi facultatem tribuisse, aut tribuere censeatur: sed omnia et singula per eos quomodolibet dicta, facta, gesta, et administrata, ac inde secuta quæcunque viribus careant, et nullam prorsus firmitatem, nec ius alicui tribuant, sintque ipsi sic promoti, et assumpti, eo ipso, absque aliqua desuper facienda declaratione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio et potestate priuati, liceatque omnibus et singulis sic promotis et assumptis, si a fide ante non deuiassent, nec hæretici fuissent, neque schisma incurrissent, aut excitassent, vel commisissent, subditis personis, tam clericis sæcularibus et regularibus, quam etiam laicis, nec non cardinalibus, etiam qui electioni ipsius pontificis antea a fide deuii, aut hæretici, seu schismatici interfuerint, seu alias consenserint, et ei obedientiam præstiterint, eumque adorauerint, ac castellanis, præfectis, capitaneis, et officialibus, etiam almæ vrbis nostræ, et totius status ecclesiastici, etiam eisdem sic promotis vel assumptis homagio, seu iuramento, vel cautione obligatis et obnoxiis, ab ipsorum sic promotorum vel assumptorum obedientia et deuotione impune quandocunque recedere, eosque vt magos, ethnicos, publicanos, et hæresiarchas euitare, eisdem subditis personis fidelitati et obedientiæ futurorum episcoporum, archiepiscoporum, patriarcharum, primatum, cardinalium, et Romani pontificis canonice intrantis, nihilominus astrictis remanentibus, et ad maiorem ipsorum sic promotorum et assumptorum, si eorum regimen et administrationem continuare voluerint, confusionem, contra eosdem sic promotos et assumptos auxilium brachii sæcularis implorare, nec propterea tales ab ipsorum sic promotorum et assumptorum fidelitate et obedientia præmissorum occasione recedentes, tanquam tunicæ Domini scissores, aliquarum censurarum seu pœnarum vltioni subiaceant. Romæ 16. Cal. Martii 1558.

CAP. X.

Sententiæ declaratoriæ in reorum hæresi fauorem latæ, contra iurisdictionem et stylum officii inquisitionis, nunquam transeunt in rem iudicatam.

PIVS V.

Inter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa inprimis est, prout esse debet, vt ecclesia Dei nobis ex alto commissa, purgatis, imo quantum fieri potest, procul exterminatis omnibus hæresibus, et prauis erronearum opinionum dogmatibus, tuto militare, et tanquam nauis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatum fluctibus et procellis, secure nauigare, et ad optatum salutis portum peruenire possit. Cum itaque nos, dum in minoribus constituti, sanctissimi officii Romanæ et vniuersalis contra hæreticam prauitatem inquisitionis negotia pertractaremus, tandem ex longo vsu atque experientia rerum magistra cognouerimus, quod multi rei delati, et in prædicto sanctissimo officio, seu alibi eorum locorum ordinariis, et hæreticæ prauitatis inquisitoribus processati, ac de hæretica prauitate inquisiti, falsos testes ad eorum defensam examinari faciendo, ac compurgatorum, de eorum vita et doctrina minime informatorum, opera et testimonio se iuuantibus, ac diuersis aliis illicitis modis, excogitatisque dolosis excusationibus et malitiis, prædictum sacrum officium sanctissimæ inquisitionis, cæterosque iudices, et etiam Romanos pontifices deludendo et decipiendo, plures etiam veluti innocentes, diffinitiuas a prædictis processibus et inquisitionibus absolutorias, et præcedente canonica purgatione eorum asserta bonæ et catholicæ fidei, vitæ et doctrinæ declaratorias sententias, seu decreta, ab eodem sanctissimo officio, aliisque locorum ordinariis, siue delegatis et inquisitoribus, ac etiam Rom. pont. prædecessoribus nostris obtinuerunt, seu extorserunt, quas sententias et decreta præfati Rom. pontifices etiam cum perpetui silentii impositione, ac inhibitione, ne dictum sanctissimum officium, aut alii inquisitores ad vlteriora procedere possent, seu deberent, nec non etiam cum causarum euocatione, ad ipsum Romanum pontificem, sub cuius protectione submittebantur, aliisque derogatoriarum derogatoriis, et efficacissimis clausulis, ac etiam irritantibus et aliis decretis, etiam in forma gratiosa ampliando, per varios, et varias, eorum motus proprios, ac etiam sub plumbo vel annulo piscatoris expeditas literas, etiam in consistorio seu consistorialiter emanatas, confirmarunt. Vnde eueniebat, quod prædicti rei inquisiti, sub velamine et tutamine prædictarum sententiarum declaratoriarum, et literarum apostolicarum, et præsertim vigore clausulæ inhibitoriæ contra inquisitores factæ confidentes, clam, et etiam aliquando palam, in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicam perseuerando nunquam ad gremium ecclesiæ vere redibant, imo cum aliis secure et tanquam catholici conuersando, eorundem aliorum animas corrumpere et inficere, ac in suas hæreticas opiniones trahere, de facili potuerunt, in totius reipublicæ christianæ non modicum scandalum et præiudicium, prædictorumque delatorum animarum perniciem et iacturam. Nos, huic scandalo adeo periculoso et contagioso obuiare, dictarumque animarum saluti consulere et prouidere, omnemque iurisperitorum dubietatem et altercationem, ac quæcunque impedimenta et obstacula, propter quæ sancta inquisitio hæreticæ prauitatis quomodocunque et qualitercunque impediretur vel retardaretur, tollere volentes, motu simili, et ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, inprimis omnes et singulas, ac quascunque literas apostolicas, sub quacunque verborum forma, etiam in prædictis, ac quibusuis aliis causis hæresis, etiam motu proprio, etc. ac etiam consistorialiter etc. et alias quomodolibet emanatas, nec non etiam desuper signatas motuum propriorum, et alias schedulas quaslibet, ad ius et iustitiam, ac iuris terminos reducentes, nec non ipso prædicti sancti officii inquisitionis, et aliorum ordinariorum, et delegatorum

torum iudicum, aduersus prædictas literas, inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque clausulas quaslibet os aperientes, et quatenus iurisdictionis dispositioni, vel stylo dicti officii sint contraria, illas penitus et perpetuo reuocantes, hac nostra perpetua, perpetuoque valitura vniuersali constitutione, omnes et singulas, et quascunque, etiam ex capite assertæ innocentiæ absolutorias, vel etiam præcedente canonica purgatione, sub quacunque verborum forma declaratorias sententias, etiam diffinitiuas, et decreta in eorundem inquisitorum et delatorum fauorem per prædictum sanctissimum officium, aliosque iudices ordinarios et delegatos, ac etiam Romanos pontifices latas, et lata, aut in futurum per nos etiam et successores nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ferendas, et ferenda, nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem iudicatam, apostol. auctoritate declaramus, decernimus, statuimus, et ordinamus, præfatisque sententiis et decretis, et quantumcunque per literas apostolicas, etiam in forma gratiosa, etiam iteratis vicibus, ac etiam a pluribus Romanis pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis, cum prædictis, vel aliis quibuscunque, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac etiam irritantibus, aliisque clausulis et decretis, nec non inhibitionibus, ac etiam in canonicis sanctionibus, quorum omnium et singulorum, aliorumque præmissorum, et inde sequutorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, ac totaliter insertis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque non obstantibus, per prædictum sanctum officium sanctæ inquisitionis, ac dilectos filios modernos et pro tempore existentes sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, hæreticæ prauitatis inquisitores, et super dicto officio nunc et pro tempore deputatos, contra eosdem et reos delatos, et inquisitos, etiam si fuerint et sint episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, primates, eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, legati, etiam de latere, comites, barones, marchiones, duces, reges, et imperatores, tam de antiquis, quam noviter, etiam super eisdem articulis receptis, vel recipiendis testibus, aliisque argumentis, probationibus, et indiciis, iuxta facultates eisdem cardinalibus, inquisitoribus per nos et quoscunque prædecessores et successores nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac sedem apostolicam, quomodolibet concessas et datas, ac in futurum respectiue dandas et concedendas, denuo inquiri et procedi posse et debere, etiam, in omnibus et per omnia, perinde ac si prædictæ sententiæ, decreta, literæ apostolicæ, ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum et inquisitorum, etiam episcoporum, archiepiscoporum, patriarcharum, primatum, cardinalium, legatorum, comitum, baronum, marchionum, ducum, regum, et imperatorum fauorem non emanassent, nouis præsertim superuenientibus indiciis eiusdem vel alterius speciei hæresis, tempus præteritum etiam respicien. vel vbi appareret per aliqua indicia, quod illicitis modis prius ipse delatus vel inquisitus fuisset absolutus, eadem apostolica auctoritate volumus pariter, et mandamus: concedentes eisdem cardinalibus inquisitoribus, et super dicto sacro sanctissimæ inquisitionis officio nunc et pro tempore deputatis, plenam, liberam, amplam, et omnimodam facultatem, potestatem et auctoritatem, causas huiusmodi, etiam auctoritate œcumenici vniuersalis concilii Tridentini decisas reassumendi, ac in statu et terminis, in quibus ante prædictas sententias et decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, reassumendi, fineque debito terminandi, prout in aliis causis pendentibus indecisis per eosdem cardinales inquisitores iuxta eorum facultates fit, fierique potest, et consueuit: et insuper vestigiis felic. rec. Pauli papæ IV. prædecessoris nostri inhærendo, constitutionem alias contra hæreticos et schismaticos per eundem Paulum prædecessorem, sub data videlicet Romæ apud sanct. Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, 15. Cal. Martii, pontificatus sui anno quarto editam, tenore præsentium renouamus, et etiam confirmamus, illamque inuiolabiliter, et ad vnguem obseruari volumus et mandamus, iuxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus et singulis supradictis censeri, ac ita per prædictos et quoscunque iudices, etc. sublata, etc. iudicari, etc. debere. Irritum, etc. perpetuo decernimus et declaramus.

TITVLVS IV. DE LIBRIS PROHIBITIS.

CAP. I.

Hebræorum vtrumque Thalmud, multis portentis, commentis, et blasphemiis in Christum et fidem christianam refertum, damnatur.

IVLIVS III.

Iulius papa III. vniuersis et singulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licet alias venerabiles fratres nostri sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, hæreticæ prauitatis in vniuersa republica christiana inquisitores generales, certum hebraicorum librorum volumen, Gemaroth a Thalmud nuncupatum, nonnulla indigne, et legem diuinam, orthodoxamque fidem offendentia continens, de mandato nostro damnauerint, et igne comburi fecerint: nihilominus inter ipsos Hebræos adhuc esse dicantur diuersi libri, diuersas contra Christum redemptorem nostrum, eiusque sanctissimum nomen et honorem blasphemias et ignominias continentes: nos in præmissis opportune prouidere volentes, vobis, et vestrum cuilibet, per præsentes committimus et mandamus, quatenus singulis vniuersitatibus Hebræorum, infra limites iurisdictionis vestræ consistentibus, ex parte nostra intimetis et notificetis, quod elapsis quatuor mensibus a die intimationis et notificationis huiusmodi, omnes et singuli libri, in quibus nomen Iesu Saluatoris nostri, quod Ieschua hanozri dicitur, cum blasphemiis aut aliis ignominiose nominatur, tam in eorum synagogis et locis publicis, quam priuatis domibus, et alias vbique locorum diligentissime exquirantur, et qui libros huiusmodi penes se quoquo modo habere reperti fuerint, debitis pœnis, tam pecuniariis et confiscationis bonorum, quam si eorum contumacia aut qualitas delicti id exegerit, corporis, etiam vltimi supplicii, ac alias prout a fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur, et nihilominus eisdem quatuor mensibus elapsis, per vos, vel alium seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum omni diligentia inquiratis, et studiose inuestigetis, inquirique et inuestigari faciatis, et eos, quos libros huiusmodi penes se habere repereritis, pœnis, quibus apostatantes præfati puniuntur, omnino et irremissibiliter puniatis: non permittentes de cætero eosdem Hebræos (qui in memoriam passionis dominicæ a sancta matre ecclesia tolerantur, vt aliquando mansuetudine nostra allecti, ad verum Christi lumen, diuino afflante spiritu, conuertantur) a quibusuis, etiam apostolica auctoritate fungentibus, occasione cuiusuis sortis librorum apud eos existentium, (dummodo blasphemiam, vt præfertur, non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari: contradictores quoslibet et rebelles, ac vobis in præmissis non parentes, per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, arbitrio vestro moderandas et applicandas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, et pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauando: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Romæ 29. Maii, 1554.

CAP. II.

Inquisitoribus exceptis, omnibus prohibetur hæreticorum librorum lectio.

IDEM.

Cum meditatio cordis nostri ad id potissimum tendat, vt fides catholica vbique augeatur, et floreat: ad ea libenter intendimus, per quæ omnis ea declinandi occasio tollatur. Sane, cum sicut nobis nuper innotuit, ex facultatibus, quæ aliquibus, et libros hæreticos aut de fide suspectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi, tenere et legere possent, aliquando concessæ fuerunt, non ii, qui sperabantur, fructus hactenus prouenerint, quinimo diuersa inconuenientia subsecuta sunt: nos præmissis occurrere, et Christi fidelium animarum saluti consulere cupientes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostris certa scientia et matura deliberatione omnes et singulas facultates et licentias legendi et tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu de fide suspectos, quibusuis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis existentibus, etiam si episcopali, vel archiepiscopali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, seu præeminentia præfulgeant (inquisitoribus seu commissariis, super hæretica prauitate ab apostolica sede pro tempore deputatis, durante ipsa deputatione, duntaxat exceptis) a quibusuis prædecessoribus nostris, ac nobis, et dicta sede apostolica, seu eius legatis, etiam de latere, aut maiori pœnitentiario nostro, vel quibusuis aliis, sub quibuscunque verborum formis et expressionibus, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis, irritantibusque et aliis decretis quomodolibet, etiam motu et scientia similibus hactenus concessas, apostolica auctoritate, tenore præsentium reuocamus, irritamus, et annullamus, et pro reuocatis, irritis, et penitus infectis quoad omnia habemus, et ab aliis haberi volumus. Districtius inhibentes personis præfatis, sub sententiis, censuris, et pœnis contra similes libros tenentes aut legentes, tam a sacris canonibus, quam a nobis et sede apostolica hactenus inflictis et promulgatis, ne de cætero facultatibus et licentiis prædictis vti, sub earum prætextu, seu alias quomodolibet, libros prædictos, aut quoscunque alios hactenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere aut legere præsumant: et insuper omnes et singulos librorum impressores, bibliothecarios, ac libros quomodolibet

a *Libros Thalmud, ut omni contumelia et blasphemia genere refertos in veritatem christianam, damnauit Gregorius IX. et Innocent. IV. et exuri mandarunt, propterea quod multis et horrendis hæresibus scaterent. Veruntamen hodie recogniti et expurgati Trident. concil. decreto tolerantur.*

vendentes

vendentes, et quascunque alias personas, libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu Lutheranam, aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel a nobis et dicta sede quomodolibet reprobatos, ex quavis causa, etiam ex nostra et dictæ sedis speciali licentia seu permissione, penes se habentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ existant, etiam si, vt præfertur, pontificali aut alia quacunque etiam maiori ecclesiastica vel mundana dignitate præfulgeant (dictis inquisitoribus et commissariis, vt præfertur, exceptis) dicta apostolica auctoritate, et eorundem tenore præsentium requirimus et monemus, ac eis et eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub incursu hæresis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis et promulgatis, tam ecclesiasticis quam temporalibus sententiis, censuris, et pœnis, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum a die publicationis præsentium, modo et forma infrascriptis faciendæ computandorum, quorum viginti pro primo, et alios viginti pro secundo nec reliquos viginti dies pro tertio et peremptorio termino, ac monitione canonica, eis et eorum cuilibet in iis scriptis assignamus: omnes et singulos libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu Lutheranam aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel a nobis et dicta sede quomodolibet reprobatos, penes se eos, ex quauis causa, etiam mercatores, et ex nostra ac eiusdem sedis permissione ac licentia etiam speciali, vt præfertur, existentes, inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignasse debeant realiter, et cum effectu. Romæ 3. Cal. Maii, 1550.

CAP. III.

Libri typis non excudantur, nisi eorum editioni suffragetur ordinarii auctoritas et approbatio.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpeti cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis reducere, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est, quod profecto desideranter exquirimus, ad id nostræ mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studiosa diligentia vigilamus. Sane, licet literarum peritia per librorum lectionem possit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus potissimum nostris, diuino fauente numine, inuenta seu aucta et perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum paruis impensa, copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum studia percommode exerceri, et viri eruditi in omni linguarum genere, præsertim autem catholici, quibus sanctam Romanam ecclesiam abundare affectamus, facile euadere possunt, qui etiam infideles sciant et valeant sacris institutis instruere, fideliumque collegio, per doctrinam christianæ fidei salubriter aggregare: quia tamen multorum querelæ nostrum et sedis apostolicæ pulsauit auditum, quod nonnulli huius artis imprimendi magistri, in diuersis mundi partibus, libros, tam Græcos, Hebraicæ, Arabicæ et Chaldeæ linguarum in Latinum translatos, quam alios, Latino, ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide, ac perniciosa dogmata, etiam religioni christianæ contraria, aut contra famam personarum, etiam dignitate fulgentium continentes, imprimere, ac publice vendere præsumunt, ex quorum lectura non solum legentes non ædificantur, sed in maximos potius tam in fide, quam in vita et moribus prolabuntur errores, vnde varia sæpe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, et maiora indies exoriri formidantur. Nos itaque, ne id, quod ad Dei gloriam et fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem, salubriter est inuentum, in contrarium conuertatur, ac Christi fidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cætero cum bonis seminibus spinæ coalescant, vel medicinis venena intermisceantur: volentes igitur de opportuno super his remedio prouidere, hoc sacro approbante concilio, vt negotium impressionis librorum huiusmodi eo prosperetur felicius, quod deinceps indago solertior diligentius et cautius adhibeatur: statuimus et ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quamcunque scripturam, tam in vrbe nostra, quam aliis quibusuis ciuitatibus et diœcesibus, imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi prius in vrbe per vicarium nostrum, et sacri palatii magistrum, in aliis vero ciuitatibus et diœcesibus, per episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ, libri seu scripturæ huiusmodi imprimendæ, ab eodem episcopo ad id deputandum, ac inquisitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis siue diœcesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinentur, et per eorum manus propriæ subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis et sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus præsumpserit, vltra librorum impressorum amissionem, et illorum publicam combustionem, ac 100. ducatorum fabricæ basilicæ principis apost. de vrbe, sine spe remissionis solutionem, excommunicationis sententia innodatus existat, ac demum ingrauescente contumacia taliter per episcopum suum, vel vicarium nostrum respectiue, per omnia iuris remedia castigetur, quod alii eius exemplo similia minime attentare præsumant. Rom. 4. Mart. 1515.

CAP. IV.

Reuocantur licentiæ omnes, hactenus præterquam inquisitoribus fidei, libros suspectæ fidei legendi, aut venales proponendi, concessæ.

PIVS IV.

Quia in futurorum euentibus adeo humani fallitur incertitudo iudicii, vt, quod verisimili coniectura vtile videbatur, progressu temporis damnosum appareat: nonnunquam Romanus pontifex, quod consulte statutum esse videbatur, consultius reuocat, prout, temporis et personarum qualitate pensata, in Domino conspicit salubriter expedire: innotuit siquidem nobis, quod diuersi, tam clerici seculares, et diuersorum ordinum regulares, quam laici, qui se Lutheranis, et aliis huius seculi hæreticis resistere, et eorum errores ac falsas opiniones confutare posse præsumebant, et ad hoc ipsorum hæreticorum libros legendi facultatem sibi e sede apostol. concedi extorserant, se lectioni librorum huiusmodi ita dediderunt, vt propriæ innitentes prudentiæ, et a recta Domini via aberrantes, ipsorum hæreticorum fallaciis, et superstitiosis ac falsis adinuentionibus irretiti remanserint, et qui alios ab erroribus reuocare temere arbitrabantur, ipsi in putatum interitus prolapsi sint. Nos considerantes, quod Spiritus vbi vult spiret, et quod sine eius numine nullum bonum prouenit, propterea satius esse cum simplicitate cordis ad eum recurrere, et cum eius adiutorio orthodoxam fidem in catholicis, et a sancta Romana ecclesia approbatis libris exquirere, quam falsitates hæreticorum per lectionem eorum librorum detegere velle; volentes præmissis inconuenientibus, quantum cum Deo possumus, occurrere, et ne similia de cætero contingant, opportune prouidere, omnes et singulas licentias et facultates legendi libros hæreticorum, seu de hæresi suspectos, aut a nobis, seu generalibus hæreticæ prauitatis in singulis prouinciis aut regnis deputatis inquisitoribus damnatos et reprobatos, quibuscunque, tam clericis secularibus, vel vt præfertur, regularibus, quam laicis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, et præeminentiæ existant, etiam si abbatiali, episcopali, archiepiscopali, patriarchali, primatiali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, seu etiam cardinalatus honore, vel mundana etiam marchionali, ducali, regia vel imperiali auctoritate, seu excellentia præfulgeant (generalibus inquisitoribus præfatis duntaxat exceptis) per quoscunque Romanos pontifices prædecessores nostros ac nos etiam viuæ vocis oraculo, et sedem prædictam, seu eius pœnitentiarium maiorem, vel quosuis ordinarios, aut diœcesanos, seu alios, etiam per literas apostol. in forma breuis, seu sub plumbo expeditas, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis, ac ex quibuscunque causis seu prætextibus, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apost. potestatis plenitudine, et alias quomodolibet concessas, apostolica auctoritate, tenore præsentium, reuocamus, cassamus, irritamus et annullamus, ac viribus penitus euacuamus, et pro reuocatis, cassis, irritis, et nullis haberi, easque nemini suffragari posse aut debere decernimus, omnibus et singulis clericis et laicis, etiam, vt præfertur, qualificatis, non tamen generalibus inquisitoribus præfatis, aut quibus hoc per nos specialiter iniunctum fuerit, S. R. E. cardinalibus, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis latæ sententiæ, aliisque sententiis, censuris et pœnis ecclesiasticis, ac etiam temporalibus, in legentes libros huiusmodi hactenus latis et promulgatis, a quibus non nisi a nobis, aut pro tempore existente Romano pontifice, seu singulis inquisitoribus prædictis, præterquam in mortis articulo, absolui possunt, districtius inhibentes, ne libros huiusmodi ex quauis causa vel prætextu, publice vel occulte, quouis ingenio vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere præsumant: ac mandantes eisdem sub censuris et pœnis prædictis, vt intra terminum, eis a singulis inquisitoribus huiusmodi, per eorum publicum edictum locis affigendum publicis statuendum, libros ipsos officio inquisitionis hæreticæ prauitatis huiusmodi omnino consignent; et qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes sciuerint, id quod sciuerint, ac nomina et cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, et qualitatem eorundem librorum prædicto officio omnino reuelent et notificent. Romæ 12. Decembr. 1558.

CAP. V.

Libri hæreticorum pestilentes et contagiosi sunt, non solum simplicibus, verum etiam bonis et doctis, nec vlla est via, qua possit occurri hæresibus, ne in populo oriantur, et ne exortæ vltra grassentur, quam si tales libri, ex quibus hæresis venenum facile incautus quis bibere potest, prohibeantur.

PIVS IV. *ex concilio Tridentino.*

Dominici gregis custodiæ (Domino disponente) præpositi, vigilis more pastoris non desistimus, ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura et diligentia, præcauere, ne

(k) 2 propter

propter negligentiam nostram pereant oues, quæ pretiosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptæ. Etsi autem, quæ ad fidei veritatem patefaciendam, et ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in œcumenico et generali concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerunt, vt facile iam sit vnicuique, sanam catholicamque doctrinam a falsa adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio, non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpe etiam doctos eruditosque in varios errores, et a veritate fidei catholicæ alienas opiniones inducere, huic quoque rei esse duximus prouidendum. Cum autem aptissimum ei malo remedium esse sentiremus, si componeretur atque ederetur index sine catalogus librorum, qui vel hæretici sint, vel de hæretica prauitate suspecti, vel certe moribus et pietati noceant, id negotium ad sacram Tridentinam[a] synodum retuleramus. Ea vero, ex tanta episcoporum et aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum indicem multos, cum doctrina, tum iudicio insignes prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigiliis, eum indicem tandem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam theologis. Peracto autem concilio, cum ex ipsius synodi decreto is index nobis oblatus fuisset, vt ne ante ederetur, quam a nobis approbatus fuisset: nos doctissimis quibusdam probatissimisque prælatis eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, et ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum et præterea commodissime digestum esse cognouerimus: nos saluti animarum consulere, eamque ob causam prouidere cupientes, ne libri et scripta cuiuscunque generis, quæ in eo improbantur, siue vt hæretica, siue vt de hæretica prauitate suspecta, siue vt pietati ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac a Christi fidelibus legantur, ipsum indicem, vna cum regulis ei præpositis, auctoritate apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimique ac diuulgari, et ab omnibus vniuersitatibus catholicis, ac quibuscunque aliis, vbique suscipi, easque regulas obseruari mandamus atque decernimus. Inhibentes omnibus et singulis, tam ecclesiasticis personis, secularibus et regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis et dignitatis sint, quam laicis quocunque honore et dignitate præditis, ne quis contra earum regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem, indicis libros vllos legere, habereve audeat. Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiusuis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata atque prohibita legerit, habueritue, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat: eamque ob causam in eum, tanquam de hæresi suspectum, inquiri et procedi liceat, præter alias pœnas super hoc ab apostolica sede, sacrisque canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, episcoporum arbitrio seuere se nouerit puniendum. Romæ 24. Mart. 1564.

CAP. VI.

Librorum prohibitorum lectio, neque ipsis sacræ theologiæ professoribus ad conuincendos errores, neque aliis quibuscunque, demptis inquisitoribus, conceditur.

GREGORIVS XIII.

Cum pro munere, quod sustinemus, id præcipue nobis propositum habeamus, et omni studio, diligentiaque curemus, vt omnes Christi fideles, tam grauibus, calamitosisque temporibus, in recta et catholica fide contineamus, id agere et prouidere necesse est, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Nemini autem mirum videri debet, si Romanus pontifex nonnunquam facultates aliquas, quas ipse vel prædecessores eius probabili adducti ratione concesserint, postea reuocet, cum ipso rerum vsu edoctus animaduerterit, eas iustiore de causa esse reuocandas. Ad notitiam nostram peruenit, ex data nonnullis licentia habendi et legendi libros hæreticos aut de hæresi suspectos, ad hæreses et errores, qui in eis libris continebantur, refellendos, non raro euenire solere, vt illis ipsis eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam causam concessum fuerit, vt aliis prodesse possent, vt illis ipsis hæresibus et erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, a quibus se alios reuocaturos esse, confisi fuerant. Huic rei prouidere, et animarum periculo, quantum fieri potest, pro pastorali solicitudine occurrere cupientes, cogitantesque nobiscum, nuper in sacro generali concilio hæreses horum temporum ita confutatas atque damnatas fuisse, vt tantæ synodi auctoritas, cuius decreta huius sanctæ sedis auctoritate, cum deliberatione matura, confirmata et comprobata sunt, ad vitandos errores, et catholicæ fidei veritatem agnoscendam sufficere omnibus debeat, nec vllius præterea confutatio requirenda sit, prædecessorum nostrorum, præsertim felicis recordat. Iulii tertii, et Pauli quarti vestigiis insistentes, motu proprio, et ex certa scientia nostra, ac deliberatione matura omnes et singulas facultates habendi et legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, seu de hæresi suspectos, omnibus, tam clericis secularibus aut regularibus, quam laicis cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis sint, etiam si episcopali, vel archiepiscopali, aut alia maiori, ecclesiastica seu seculari dignitate præfulgeant (inquisitoribus et commissariis hæreticæ prauitatis a sede apostolica deputatis, quoad eo officio fungentur, exceptis) a nobis, aut quocunque prædecessorum nostrorum seu apostolicæ sedis legatis, maioriue pœnitentiario vel quibuscunque aliis, quibuscunque verborum formis et clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque et aliis decretis quomodolibet, etiam motu et scientia simili ad hoc tempus concessas, auctoritate apostolica, tenore præsentium reuocamus, et pro reuocatis et irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, et haberi volumus. Inhibentes omnibus, sub censuris, sententiis et pœnis, tam a sacris canonibus, quam a sede apostolica ad hoc tempus constitutis, in eos, qui huiusmodi libros legant aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus vti, neue vllos omnino libros huiusmodi improbatos et prohibitos, aut quos in posterum a sede apostolica, inquisitoribusue hæreticæ prauitatis, aut locorum ordinariis improbari, prohiberique contigerit, legere, habereue, quacunque de causa audeat. Impressores et bibliopolas, et alios, quicunque eiusmodi libros habent, habuerintue, (inquisitoribus et commissariis iisdem duntaxat exceptis) monemus, ac cuilibet eorum, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna incursus criminis hæresis, et aliis contra hæreticos a iure inflictis et irrogatis, tam ecclesiasticis, quam temporalibus sententiis, censuris, et pœnis præcipimus, ac mandamus, vt eos libros intra 60. dies, a die, quo hæ literæ publicatæ fuerint, numerandos, quorum 20. pro primo, alios 20. pro secundo, reliquos 20. pro tertio ac peremptorio termino, et monitione canonica, eis assignamus, inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus ii libri sint, tradant atque consignent.

TITVLVS V.
DE LIBELLIS FAMOSIS.

CAP. I.

Librorum famosorum auctores, virulentissimis iniuriis alienæ famæ clam detrahentes, et qui eos publicauerint, dolose mala retinuerint, pœnis iure constitutis subiiciuntur.

PIVS V.

Romani pontificis prouidentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partes potissimum conuertit, per quæ inter singulos gregis eiusdem fideles, præsertim vero nobis et Romanæ ecclesiæ subditos, pax et concordia confouentur, seditiones euitantur, scandalis obuiatur, et animarum salus procuratur. Cum itaque iracundia sit perturbatio immanis, affectio dura, violenta potentia, cædium causa, calamitatis socia, iacturam concilians et dedecus, pecuniarum pernicies, atque perditionis origo, eaque potissimum ex iniuriis, verbo, et scriptis, vel facto illatis nascatur: nos, qui non sine maxima mentis nostræ perturbatione sæpenumero accepimus, quod, licet tam per sacras leges, quam canonicas sanctiones, sub certis etiam grauissimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famosum libellum componere audeat, et repertum siue domi, siue in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne consumere teneatur, prius quam alter inueniat, et nulli fateatur inuentum, et qui secus fecerit, quasi auctor huiusmodi delicti eisdem pœnis subiaceat, nihilominus considerando, quod indies crescente malitia, quamplures iniquitatis filii, perditionis alumni, pœnas prædictas parnipendentes, easque variis fraudibus euitare satagentes, ausu temerario non erubescunt, variis modis nonnullos principes et prælatos, nobiles, publicas et priuatas personas variis iniuriis et contumeliis afficere, eorumque famæ et honori detrahere, sub quodam ficto colore quarundam literarum incerto auctore scriptarum, nedum ab vrbe nostra, sed etiam ex diuersis prouinciis, in quibus, nedum ea, quæ id vnaquaque regione successerunt, narrantur, sed etiam, quæ in futurum quodam eorum temerario iudicio fore opinantur, adeo vt plerunque odia, inimicitiæ, seditiones, rixæ, et homicidia permulta oriantur, in diuinæ maiestatis offensam, animarum periculum, perniciosum quoque exemplum, et scandalum plurimorum. Volentes præmissis, quantum possumus, obuiare, considerantes attentius, quod plures pœnarum grauitas, quam Dei timor arcere solet a voluntate delinquendi, et propterea tanto periculo occurrere volentes, et tam nefarios præsumptores et facinorosos homines atrocibus pœnis torpescere, vt metus pœnæ meta huiusmodi præsumptionis existat: huius perpetuæ et irrefragabilis constitutionis edicto, pœnas omnes, tam temporales quam ecclesiasticas, in talia præsumentes, per sacras leges, et canonicas sanctiones latas et promulgatas, auctoritate apostolica approbantes et innouantes, ac ad omnes et singulos prædictos, qui forsan sub illis comprehensi non essent, extendentes et ampliantes, statuimus et ordinamus, quod

a Concil. Trident. sess. 18.

quod deincepe perpetuis futuris temporibus nemo, cuiuluis qualitetis, digniteris etiam ecclesiasticæ, status, gradus, ordinis, at præeminentiæ fuerit, audeat nec præsumat libellos famosos, nec literas monitorias, vulgo appellatas *lettere d'avisi*, continentes conuitia, iniurias, vel famæ et honoris alicuius læsionem, nec aliquam scripturam, in qua de futuris successibus disseratur, vel ea, quæ coram nobis vel aliis ad vniuersalis ecclesiæ status regimen deputatis secreto tractantur, reuelentur, componere, dictere, scribere, exemplaria retinere, nec aliquo transmittere, etiam si aliunde eb aliis prouinciis, ciuitatibus, terris et locis, ad earum manus peruenerint, sed statim, quod aliqui similes libelli, literæ, siue scripturæ, alicol delatæ fuerint, statim, quod illos seu illas habuerit, antequam vim earum manifestauerit, corrumpere, seu igni tradere, vel dilecto filio nostro cardinali Rusticucio consignare teneantur, sub pœnis prædictis, quas hic pro expressis haberi voluonus, ac aliis etiam grauioribus, etiam vltimi supplicii, et confiscationis bonorum, secundum qualitatem facti et personarum, arbitrio nostro irremissibiliter infligendis, quibus pœnis etiam eos ligari volumus, qui in huiusmodi libellis, literis, seu scripturis de aliquo oblocuti fuerint, alicuiusque famæ et honori, vere etiam exprimendo, detraxerint, et ea, quæ coram nobis vel aliis, vt supra, secreto tractantur, reuelaverint, ex hoc equidem animus deprehenditur prauus iniuriandi et nocendi, atque ideo eos eadem pœna teneri conuenit. *Vid. Menoch. de arbit. iud. cent. III. cas. 263.*

CAP. II.

Infames fiant, et ad triremes damnentur, qui scripta in alterius contumeliam componunt, at de rebus incertis et peregrinis curiosius rumores spargunt.

GREGORIVS XIII.

Est rerum humanarum infelicitas, vt non vetera tantum vitia pertinaciter aduersus omnem legumlatorum solertiam luctentur, et quamuis acribus compressa suppliciis renascantur, sed noua etiam indies, et superioribus seculis ignota succrescant. Quo nos, pro iniuncto nobis diuinitus munere, diligentius adniti par est, vt et illa coerceamus, et horum, quæ se nunc primum efferunt, antequam se corroborent, radices ipsas, si qua ratione possumus, amputemus. Cum igitur haud ita pridem in vrbe nostra, secta quædam emerserit hominum improbe curiosorum, qui quæcunque de publicis, priuatisque negotiis, vel aliunde rimari possunt, vel ipsi etiam pro sua libidine comminiscuntur, domi forisque facta, infecta, vera, falsa, nullo discrimine proponunt, recipiunt, et scriptitant, ita vt eius rei iam artem quasi quandam instituerint, ac plerique eorum, etiam vili mercedula conducti, harum rerum commentariolos, ex falsis plerumque vulgi rumoribus, incerto auctore collectos, huc illuc mittitent, aut etiam, tanquam primum ex vrbe ad diuersa loca missos, deinde iisdem illis ex locis in vrbem remissos circumferant, venditent, ac quibus non tantum de præteritis arbitratu suo nugantur, sed etiam, quid de hac aut illa re euenturum sit, stolida vaticinantur. Nos, qui et facile prospicimus, et rerum experimentis edocti sumus, quæ, quantaque mala ex eo proueniant, cum et sæpius sparguntur falsa pro veris, seu directe, seu oblique, ac quodam quasi colore quæsito, multorum existimatio et fama violatur; his ac talibus incommodis occurrere cupientes, huius constitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in posterum tales commentarios conficere, neue ab aliis confectos recipere, describere, spargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipso facto perpetua ignominiæ nota effectus, sine vlla spe veniæ ad triremes perpetuo, aut ad tempus, pro criminis admissi qualitate, damnatur. Romæ Cal. Sept. 1572.

TITVLVS VI.
DE SACRILEGIS.

CAP. I.

Sacrilegii rei sunt, qui res sacras e templis surripiunt, vt eas conuertant ad prophanos vsus.

SIXTVS IV.

Cum prouida sanctorum patrum decreta eos sacrilegos esse diffiniant, qui ecclesias et loca sacra altissimo dedicata, deuastant, ipsorumque diripiunt ornamenta, sicut et illos, qui de sacro sacrum auferre impia temeritate præsumunt, parique vtrumque flagitium ac duplici pœna coerceant: decet merito nos, cui ecclesiarum omnium cura, dispositione superna, commissa est, pro detestatione tanti criminis, e proque statu prospero, venustate, et decore ipsarum ecclesiarum, in sua decentia debita conseruandis, omni vigilantia et attentione curare, ne peruersorum crescente malitia, eædem ecclesiæ et sacra Dei templa, præcipue almæ vrbis, nostro conspectui antepositæ, suis nudentur ornatibus, et huius sceleris nequissimi patratores debitam recipiant vltionem. Sane fide dignorum relatibus, non sine admiratione, ad nostrum peruenit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii, se inaniter christianos esse profitentes, et a quorum oculis Dei timor, et reuerentiæ christianæ religionis abscessit, de patriarchalibus, et aliis sacratissimis ecclesiis et basilicis dictæ vrbis, porphyreticos, marmoreos, et alios diuersorum generum et colorum lapides, ad ipsarum vsum, decorem, et ornatum deputatos, ausu sacrilego b. abstulerunt hactenus, et indies auferre, eosque ad diuersa loca per se vel alios asportare præsumunt, in grauem diuinæ maiestatis offensam, ecclesiarum earundem deformitatem detrimentumque, animarum suarum periculum, et scandalum plurimorum. Nos igitur sacrilegorum impios et temerarios ausus huiusmodi, quantum nobis ex alto conceditur, reprimere cupientes, quamuis præmissorum occasione, nonnullorum prædecessorum nostrorum sanctiones et prohibitiones variæ emanauerint temporibus retroactis, quas (in eo duntaxat, quod de ecclesiarum et sacrorum locorum ornamentis atque lapidibus antedictis minime auferendis prohibent vel disponunt, seu illos, qui huiusmodi flagitiosissimos, ac pene in christiano orbe inauditos excessus perpetrare, et in his sacrilegas manus inicere præsumpserint, excommunicationis sententia innodatos fore declarant) in suo robore volumus permanere, omnes et singulos, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, siue aliis ornamentis earundem ecclesiarum siue basilicarum dictæ vrbis habuerint, aut in surripiendo, seruando, et retinendo auxilium præstiterint vel fauorem, nisi a die habitæ præsentium literarum notitiæ, ea restituant cum effectu; scientes vero reuelent, et ad notitiam nostram, saltem per minores pœnitentiarios nostros deduci faciant, maioris excommunicationis sententia, a qua (nisi in mortis articulo, et debita satisfactione prævia) a nullo, prætequam a Romano pontifice absolui possint, irretitos esse: ecclesias vero et loca alia, quorum vsibus et ornatui illa deputata fuerint, aut forsan (quod absit) deputari contigerit in futurum, tamdiu ecclesiastico interdicto subiacere, quamdiu ad loca, vnde prius ablata fuere, absque diminutione aliqua fuerint reportata, harum serie declaramus. Et insuper, quicunque suæ salutis immemor, sacrilegii crimen huiusmodi committere præsumpserit in futurum, vltra censuras prædictas, ecclesiæ siue basilicæ, a qua lapides et ornamenta huiusmodi abstulerit, mediam libram auri, pro recompensa sibi irrogatæ iniuriæ, absque diminutione aliqua soluere teneatur. Romæ 7. Id. April. 1470.

TITVLVS VII.
DE BLASPHEMIS ET ALEATORIBVS.

CAP. I.

Præstantiores causæ miseriarum huius ætatis execrandæ sunt blasphemiæ, parum eo seuerius vindicandæ, quo segnius in diuini nominis iniuriam tolerantur.

IVLIVS III.

In multis deprauatis moribus, vitiisisque consuetudinibus, quæ in nostram hanc almam vrbem, propter eius amplitudinem magnumque aduenarum vndique in eam concursum, simul cum pluribus eximiisque virtutibus, atque egregiis veræ pietatis exemplis irrepserunt, ad quas nos tollendas et extirpandas, omnem aciem mentis et cogitationis nostræ intendimus, nihil est, quod animum nostrum magis exulceret et confodiat, quam horribilis atque impia et christianis auribus intolerabilis diuini nominis blasphemia. Cum audimus, sacratissimum Dei et Iesu Christi Domini nostri nomen, quod super omne nomen cœlestia venerantur, terrestria adorant, inferna contremiscunt (quod ne temere quidem a quopiam, propter eius sublimitatem ac maiestatem, vsurpandum sit) passim prauorum, efferatorumque hominum vocibus scindi, vnaque cum eius sanctissimæ et immaculatissimæ genetricis, et venerabilium sanctorum, et amicorum ipsius summi Dei nomine detestandis blasphemiis maledictisque lacerari, vt minime mirandum sit, si a christianis populis, in tantis calamitatibus constitutis, diuinæ iracundiæ flagella non amoueantur: propterea, quod iuxta sapientis dictum, a viri iurantis domo non discedet plaga. Quare nos huiusmodi execrandum abusum, simul cum ceteris omnibus, quantum cum eiusdem Dei adiutorio fieri poterit, extirpare volentes, vt hanc ipsam vrbem, domicilium ac sedem Spiritus sancti, omnibus inquinamentis mundatam ac purgatam, Domino Deo per omnia placentem habeamus, in hunc, qui sequitur, modum, quoad præfatum horrendum blasphemiæ crimen, motu proprio, ex certa nostra scientia et voluntate, inuocata Dei omnipotentis iustitia, decernimus, statuimus et ordinamus, blasphemantes scilicet Deum Patrem omnipotentem, vel eius Filium vnigenitum,

a 14. quæst. 4. c. si quis. Gab. lib. 4. d. 15. Richard. lib. 4. d. 18. Sylvest. ver. sacrilegium.

b *sacrilegium appellat, cum res sacra e loco sacro furatur publico. Bar. in l. sacrilegii pœnam. ff. ad l. Iul. peculat. cuius pœna iure ciuili capitalis est, ita Bart. d. l. sacrilegii pœnam. in princip. ff.*

tiam latius abundare; iamque vsque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ riuulos deriuarunt.

Quod acerbissimum reputantes, statuimus inprimis, vt crimen hæreseos, et damnatæ sectæ cuiuslibet, quocunque nomine censeantur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur; imo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis iudicii potestate alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum, et bona, et damnat post obitum memoriam defunctorum: sic et in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruari.

Et vt ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores, et per officiales nostros, sicut et alios malefactores inquiri, ac inquisitione notatos, etsi leuis superstitionis argumento tangantur, a viris ecclesiasticis, et prælatis examinari iubemus. Per quos, si inuenti fuerint a fide catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidiis, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta constantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocunque nomine censeantur, decernimus, quam affectant, vt viui in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus, quod in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interueniens præsumat: quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Dat. Paduæ 22. Febr. 12. indict.

CAP. III.

Abiurantes hæresim, et resipiscentes excipiuntur.

VRBANVS IV. *inquisitoribus ordinis prædic. in prouinc. Lombardiæ, Marchiæ, Ianuens.*

Qui hæretica labe penitus abiurata redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, et iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consueuit, prouiso sollerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, et vos, imo potius seipsos fallentes, sub agni specie gerant lupum.

Quod si aliqui fuerint iudicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœcesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsis diœcesanis absentibus præsentes fuerint, consilio procedatur: ne in tantæ animaduersionis iudicio non postponanda pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi, vt in reos sine vllo prosequatur errore duræ ac dignæ seueritas vltionis, volumus et mandamus, vt vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas et discretas personas, in quarum præsentia per publicam, si commode poterit haberi, personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, et ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis officio, ad scriniarii seu tabellionis officium pertinent, teneri districte præcipimus, cum per vos, seu deputatos ad hoc a vobis, requisiti fuerint, omnes et singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent in seculo, huiusmodi tabellionatus officium habuisse et exercuisse noscuntur: et illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotii fidei, fuit a dicta sede commissum, et in posterum committetur. Datum Viterbii 13. Cal. April. pontificatus nostri anno primo.

CAP. IV.

Fœdera cum hæreticis inita damnantur et prohibentur.

IOANNES XXII. *inquisitori hæreticæ prauitatis F. Lamberto de ord. præd.*

Cum nonnulli de prouincia nostra Romandiolæ, tam clerici quam laici, Deum et Romanam matrem ecclesiam offendere, seque in præcipitium damnationis et mortis immergere non verentes, adeo fauere et fauisse dicantur damnatis hæreticis, confœderationes, ligas, et societates ineundo cum ipsis, eosque receptando, et sibi præstando multipliciter auxilia, consilia et fauores, quod de labe hæresis se reddiderunt, et reddunt vehementer suspectos: nos tam ipsorum, quam multorum aliorum periculis, et præmissis imminentibus obuiare salubriter cupientes, discretioni tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus contra fautores huiusmodi, et alios quoslibet, de crimine prauitatis hæreticæ culpabiles, vel suspectos, sic solerter secundum formam canonum, ac priuilegiorum concessorum, inquisitionis officio procedere non postpones, quod inde debeat tua diligentia merito commendari. Dat. Auinion. 12. Cal. Sept. pontificatus nostri an. 10.

CAP. V.

Filii hæreticorum inhabiles sunt ad officia, ob paterni flagitii labem, quam contraxisse videntur.

HONORIVS IV. *Calgano de Eugubio ord. minorum, inquisitori hæret. prauitatis.*

Exhibita nobis dilecti filii Archioni militis, nati quondam Philippi dicti Palmerii militis Spoletan. petitio continebat, quod olim significantibus felicis recordationis Alexandro papæ, prædecessori nostro, inquisitoribus prauitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quod frequenter a sede apostolica committebatur eisdem, vt tam hæreticos credentes, fautores, et receptatores hæreticorum, quam ipsorum filios et nepotes priuandi dignitatibus, personatibus, officiis publicis, et beneficiis ecclesiasticis de diœcesanorum, vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio, haberent liberam potestatem, et qualiter hoc deberet intelligi, postulantibus declarari, præfatus prædecessor eisdem inquisitoribus per suas duxit literas respondendum, quod de filiis et nepotibus illorum hæreticorum credentium et aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videbatur, non autem illorum, quos emendatos esse constaret, ac pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerant, vel humiliter prosecutioni eius instarent, vel parati fuerant, dum viuerent, ad recipiendum eandem. Verum licet inquisitor prauitatis huiusmodi, tunc in partibus illis per sedem apostolicam deputatus, memoratum Philippum, qui sibi confessus extitit, quod cuidam hæretico reuerentiam fecerat, quædam contra fidem proferendo catholicam, priuauerit bonis suis, ac idem Philippus iniunctam sibi propter hoc ab eodem inquisitore pœnitentiam perfecerit reuerenter, ac tandem, sicut vere catholicus, receptis ecclesiasticis sacramentis, viam fuerit vniuersæ carnis ingressus, et ab inquisitore præfato etiam absolutus, tamen potestas, consilium, et commune Spoletan. dictum Archionum, eiusque filios occasione præmissorum ad officia ciuitatis Spolet. pro sua recusant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicauit, vt nos misericorditer attendentes, quod idem Philippus, sicut præmittitur, tanquam vere catholicus et fidelis ecclesiæ Roman. decessit, eundem Archionum et filios eius decerneremus, iuxta præmissum eiusdem prædecessoris responsum, in aliquo puniri occasione huiusmodi non debere: sed eos ad omnia secularia officia et beneficia ecclesiastica et dignitates, et ad omnes ordines, impedimento huiusmodi non obstante, potius admittendos. Quia igitur de facto hominis et eius circumstantiis habere poteris notitiam pleniorem: nos gerentes de circumspectione tua fiduciam in Domino specialem, præsentium tibi auctoritate committimus et mandamus, vt si diligenti inquisitione præmissa, prædicta inueneris veritate fulciri, et tibi etiam constiterit, quod præfati Archionus et filii non sint de hæretica prauitate suspecti, et in fidelitate ac deuotione ecclesiæ supradictæ persistant, super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare, auctoritate nostra denuncies et declares, quod propter præmissa vel eorum occasione, nihil eis possit obiici vel opponi, quin ad omnia secularia officia et beneficia ecclesiastica, etiam si dignitates existant, illis non obstantibus, assumi libere valeant, et hi, qui literati esse noscuntur, ad omnes ordines promoueri, prout secundum Deum ad honorem catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem super his inueneris et duxeris faciendum, nobis per tuas patentes literas harum seriem continentes fideliter studeas intimare. Datum Romæ apud S. Sabinam, 5. Cal. Decembr. pontificatus nostri anno secundo.

CAP. VI.

Soluuntur quædam dubia, circa discussiones et decisiones causarum fidei, et hæresis pœnas.

ALEXANDER IV.

Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis minorum, inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci, præsentibus ac futuris, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestræ consultationis articulus continebat, vtrum dici debeat relapsus [a] in hæresim, qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in quæ non inuenitur antea commisisse, cum secundum proprietatem verborum non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus? Ad quod taliter respondemus, quod talis, si tanquam accusatus vel suspectus de hæresi, eam in iudicio abiurauit, et postea committat in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo huiusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, et

[a] *Relapsus dicitur, qui in hæresim abiuratam vel in aliam iterum labitur. c. fin. de hæret. Panorm.*

certis

certis et variis indiciis comprobata. Si vero leuis et modica, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hæresim non debet pœna puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

Consuluistis etiam circa idem: si is, qui hæresim abiurauit, et per solam inexcusabilem receptionem vel receptationem, seu deductionem seu associationem, vel visitationem hæreticorum, siue dationem vel missionem munerum, aut etiam alias in fauorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat iudicari relapsus? Et quidem si legitime constitit, vel etiam nunc constaret, quod tales ante huiusmodi abiurationem in hæresi commisissent, non est dubium, eos per hoc fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati a se prius erroris consequentia id fecisse.

Præterea nonnulli talium, vt proponitis, iurant coram inquisitoribus, tam de se, quam de aliis super facto hæresis veritatem dicere, sed periurant, non odio tamen vel pretio, sed timore sui potius et suorum: corrigunt autem se postmodum super iis, contra se ac alios suos complices deponendo. Cum itaque periurus, secundum iura, etiam post pœnitentiam, in criminalibus a testimonio repellatur; hinc quæritur: vtrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum? Super quo taliter respondemus, quod cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indiciis apparuerit, eos non animi leuitate aut odii fomite ductos, seu corruptos pecunia, sed zelo fidei; tanquam pœnitentes propriæ culpæ, asserere, quod talia prius tacuerant, et velint in hoc errorem suum corrigere, ac alios nominare, stari debet in fauorem fidei, nisi aliud obsistaret, attestationibus eorundem.

Ad illud autem, quod quæritur: vtrum ad inquisitores hæresis pertineat, de diuinationibus et sortilegiis, quæ contra aliquos sibi denunciantur cognoscere, ac punire talia exercentes? breuibus respondetur, quod cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, inquisitores ipsi, de iis, nisi manifeste saperent hæresim, ratione huiusmodi officii sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed eos relinquant suis iudicibus pœna debita castigandos.

Quidam insuper (vt adiicitis) pro iis, quæ commiserunt, in hæresi, astringunt se inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendum ab eis pœnitentiam et complendam: sed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto vel in parte neglecta, decedunt. Quæritur ergo: vtrum inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfaciendum pro ipsis defunctis, hæredes vel detentores bonorum sic decedentium coarctare? Ad quod dicimus, quod si per huiusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit, in bonis temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes, vel alii, ad quos bona talium cum suo onere deuenerunt.

Iniungitur etiam aliquibus ad pœnam, in pœnitentia pro hæresi, ab ipsius pestis inquisitoribus, vt vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio ecclesiæ se et sua. In quo quæritur: vtrum inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se conquerentibus de vsuris huiusmodi, et ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possunt compellere taliter pœnitentes, prout ab eis in aliis iniunctis sibi pœnitentiis fieri consueuit? Ad quod respondemus, quæstionem super vsuris motam, contra tales iudicialiter non debere audiri ab inquisitoribus hæresis, nec decidi. Nolentes, quod per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur: eos tamen ad restitutionem vsurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt; quibus in satisfactionem, pro prædicto crimine, huiusmodi restitutionem in pœnitentia iniunxerunt.

Sunt et alii, qui confessi sunt in iudicio de hæresi coram inquisitoribus huiusmodi prauitatis, sed antequam eis iniungeretur pœnitentia, decesserunt. Super quo quæritur: si hæredes talium compelli possint ab inquisitoribus, vt ad ipsorum arbitrium satisfaciant pro defunctis, præcipue, cum iidem, dum viuerent, ad faciendam pœnitentiam, quam inquisitores eis vellent iniungere, bona sua inquisitoribus obligarint? Cui quæstioni sic duximus respondendum, quod postquam tales non decesserunt hæretici, sed reincorporati potius ecclesiæ vnitati, non videmus, quod eis post mortem, vel eorum hæredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto iam crimine iniungendi. In eo vero casu, in quo hæredes huiusmodi ad successionem non deberent ob culpam sui actoris admitti, non obstante, quod actoribus ipsis viuentibus, hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Adiecistis præterea, negotium seu officium inquisitionis contra hæreticos dilecto filio priori fratrum prædicatorum Parisien. a sede apostol. fuisse sub ea forma commissum, vt idem super hoc posset inquirere, tam per se, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quæritur: vtrum tales delegati existant, et quot possint etiam sic eligi? Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem prior possit tres vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem, et amouere illos, ac ipsorum loco alios substituere, quotiescunque viderit expedire: ipsi tamen priori, et aliis sic assumptis committendi duntaxat citationes, et examinationes testium, cum de huiusmodi crimine ac circumstantiis eius inquiritur, ac denunciationis sententiam, quas super iis contra quoslibet contigerit ferri, et iis similia faciendi conceditur ab eadem sede facultas.

Quæstioni vero, qua quæritur: vtrum constitutus in sacris deprehensus in hæresi, et propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinibus a suo episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi pœnitentiæ? respondemus, quod talis, qui est perpetuo immurandus, prius debet a suis ordinibus degradari.

Nonnulli quoque clerici, et, quod est deterius, sacerdotes, prætextu pecuniæ, vel alicuius seruitii temporalis, inueniuntur aliquando inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticorum credentes de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebite liberando: de quibus quæritur: vtrum inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quod si accepta restituant, coarctare? Dubium itaque non videtur, quod ii, quos constat exercere præmissa, ea faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis, quare possunt a talibus per inquisitores compesci, et pœna debita castigari, tam per captionem personarum, quam etiam alias, prout culpa exegerit, delinquentis.

Quod autem postmodum quærebatur: quomodo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur in hæresim deliquisse, cum seculares peccantes in simili casu, immurationis vel alia pœna plectantur? Eius solutio satis patet, cum certum sit, tales in hoc et consimilibus delinquentes, grauius etiam secularibus puniendos.

Frequenter etiam vobis ab apostolica sede committitur, vt tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, et defensores eorum, quam ipsorum filios et nepotes, ac illos etiam, qui prædictorum interuentu vel gratia tale essent adepti, vel assequerentur in posterum, priuandi personatibus, dignitatibus et honoribus quibuscunque ac beneficiis ecclesiasticis, et officiis publicis de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: quod qualiter intelligi debeat, petiuistis eiusdem sedis oraculo declarari. Hoc sane de filiis et nepotibus illorum credentium et aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos constiterit, et pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam accepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter persecutioni eius insistunt, vel parati fuerunt, dum viuerent, ad recipiendam eandem. Diœcesani quoque in priuandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsan constaret legitime, quod iidem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in iis requirendos esse non credimus, sed potius a suo iudice puniendos. Vos igitur hæc et alia contingentia in hac parte commissum vobis officium sic prudenter et fideliter exequi procuretis, sic ad ea pure propter Deum, cuius causam geritis, vestra feratur intentio; quod labor vester vobis ad vitæ præmium, et aliis ad salutem, quæ solum in talibus quæritur, proficiat animarum. Dat. Viterbii 5. Cal. Octobr. pontificatus nostri anno quarto.

CAP. VII.

Excommunicati et socii criminis iure in testimonium admittantur contra hæreticos.

IDEM *ordinis minorum inquisitoribus.*

Consuluit nos discretio vestra: vtrum illos, qui ratione criminis hæreseos, vel alia de causa excommunicationis sententia sunt ligati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores vel receptatores eorum, ad testimonium perhibendum admittere, et stare dictis eorum, seu illorum etiam debeatis, qui complices, participes, seu socios eiusdem criminis se fatentur? Quia igitur, si iidem excommunicati non admitterentur ad perhibendum testimonium contra tales, et dictis eorum, ac si fatentium non staretur, frequenter officium inquisitionis vobis commissæ, in dispendium fidei contingeret impediri, quando præsertim vix aut nullo modo potest, nisi per sic fatentes, super hoc veritas apparere; statuimus in fauorem fidei, vt huiusmodi inquisitionis negotio, dicti excommunicati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores et receptatores eosdem, ad testimonium a admittantur, et stetur tam illorum dictis, quam eorum, qui, vt prædictum est, socios eiusdem criminis se fatentur, ex verisimilibus coniecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum, tam deponentium quam eorum, contra quos deponitur, qualitate, ac illis circumstantiis coniici poterunt, sic fatentes non falsa dicere præsumantur. Datum Lateran. 10. Calend. Februar. pontificatus nostri anno septimo.

---

a *Inquisitores procedere possunt cum testibus excommunicatis, sociis et participibus criminis, et aliis defect. habentibus, vt traditur in c. in fidei fauorem, de hæret. in 6.*

CAP.

CAP. VIII.

Hæreticum est, asserere, animam rationalem esse mortalem.

LEO V. *ex concilio Lateranensi.*

Apostolici a regiminis solicitudo nos assidue pulsat, vt medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, iis potissimum, qui instantius fideles nunc vrgere cernuntur, salutifero olei et vini medicamine, ad instar Samaritani in euangelio, sollicitam operam impendamus, ne nobis istud Hjeremiæ obiiciatur: nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Cum itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniæ seminator, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores, a fidelibus semper explosos, in agro Domini superseminare et augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut vnica in cunctis hominibus, et nonnulli temere philosophantes, secundum saltem philosophiam, verum id esse asseuerent: contra huiusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes, animam intellectiuam mortalem esse, aut vnicam in cunctis hominibus, et hæc in dubium vertentes, cum illa non solum vere per se et essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone fel. rec. Clementis *b* papæ V. prædecessoris nostri, in generali Viennensi concilio edito continetur: verum et immortalis, et pro corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabilis, et multiplicata, et multiplicanda sit. Quod manifeste constat ex euangelio, cum Dominus ait: animam autem occidere non possunt; et alibi: qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: et cum æterna præmia et æterna supplicia, pro merito vitæ, iudicandis repromittit: alias incarnatio, et alia Christi mysteria nobis minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti et iusti miserabiliores essent (iuxta apostolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam omnino falsam esse diffinimus, et vt aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus: omneque huiusmodi erroris assertionibus inhærentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia, vt detestabiles et abominabiles hæreticos, et infideles, catholicam fidem labefactantes, vitandos, et puniendos fore decernimus. Insuper omnibus et singulis philosophis in vniuersitatibus studiorum generalium, et alibi publice legentibus, districte præcipiendo mandamus, vt cum philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut vnitate et mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis christianæ omni conatu manifestam facere, et persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resoluere. Et cum non sufficiat, aliquando tribulorum radices præscindere, nisi et, ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum semina originalesque causas, vnde facile oriuntur, remouere: cum præcipue humanæ philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundum verbum apostoli euacuauit, et stultam fecit, absque diuinæ sapientiæ condimento, et quæ, sine reuelatæ veritatis lumine, in errorem quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem: ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem, hac salutari constitutione ordinamus et statuimus, ne quisquam de cætero in sacris ordinibus constitutus, secularis vel regularis, aut aliis ad illos a iure arctatus, in studiis generalibus vel alibi publice audiendo, philosophiæ aut poesis studiis vltra quinquennium, post grammaticam et dialecticam, sine aliquo studio theologiæ aut iuris pontificii incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut theologiæ, aut sacris canonibus operam nauauerit, vt in his sanctis et vtilibus professionibus sacerdotes Domini inueniant, vnde infectas philosophiæ et poesis radices purgare et sanare valeant. Cal. Ianuarii 1513.

CAP. IX.

Hæreticorum, schismaticorum, eorumque fautorum pœna.

PAVLVS IV.

Cum ex apostolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura dominici gregis nobis immineat generalis, et exinde teneamur, pro fideli illius custodia, et salubri directione, more vigilis pastoris, assidue vigilare, et attentius prouidere, vt, qui hac ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innitentes, licentius et perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, et superstitiosis ac fictitiis adinuentionibus sacrarum scripturarum intelligentiam peruertentes, catholicæ ecclesiæ vnitatem, et inconsutilem Domini tunicam scindere moliuntur, ab ouili Christi repellantur, nec magisterium erroris continuent, qui discipuli veritatis esse contemnunt: nos considerantes, rem huiusmodi adeo grauem et periculosam esse, vt Romanus pontifex, qui Dei et Domini nostri Iesu Christi vices gerit in terris, et super gentes et regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque iudicat, a nemine in hoc seculo iudicandus, possit, si deprehendatur a fide deuius redargui, et quod, vbi maius intenditur periculum, ibi est planius et diligentius consulendum, nec pseudoprophetæ, aut alii etiam secularem iurisdictionem habentes, simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumerabilesque populos eorum, in spiritualibus aut temporalibus curæ et regimini commissos, secum in perditionem, et damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat, nos abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, in loco sancto videre, cupientes, quantum cum Deo possumus, pro nostro munere pastorali, vulpes vineam Domini demoliri satagentes capere, et lupos ab ouilibus arcere, ne canes muti videamur, nequeuntes latrare, et perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur. Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, deliberatione matura, de eorum consilio, et vnanimi assensu, omnes et singulas excommunicationis, suspensionis, et interdicti, ac priuationis, et quasuis alias sententias, censuras et pœnas, a quibusuis Romanis pontificibus prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis, etiam per eorum literas extrauagantes, seu sacris conciliis ab ecclesia Dei receptis, vel sanctorum patrum decretis et statutis, aut sacris canonibus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, contra hæreticos aut schismaticos quomodolibet latas, et promulgatas, apostolica auctoritate approbamus et innouamus, ac perpetuo obseruari, et in viridi obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi et esse debere, nec non quoscunque, qui hactenus a fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, seu (quod Deus pro sua clementia et in omnes bonitate auertere dignetur) in posterum deuiabunt, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, et deuiasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis et præeminentiæ existant, etiam si episcopali, archiepiscopali, patriarchali, primatiali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, seu cardinalatus honore, et apostolicæ sedis vbiuis locorum, tam perpetuæ quam temporalis legationis munere, vel mundana, etiam comitali, baronali, marchionali, ducali, regia, et imperiali auctoritate seu excellentia præfulgeant, et eorum quemlibet sententias, censuras, et pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes, dignum esse, vt qui virtutis amore a malis non abstinent, metu pœnarum ab illis deterreantur, et quod episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, primates, cardinales, legati, comites, barones, marchiones, duces, reges, et imperatores, qui alios docere, et illis bono exemplo, vt in fide catholica contineantur, esse debent, præuaricando grauius cæteris peccant, cum non solum seipsos perdant, verum etiam alios innumerabiles populos eorum curæ et regimini creditos, seu alias eis subditos, secum in perditionem et puteum interitus trahant: de similibus consilio et assensu, hac nostra in perpetuum valitura constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in ecclesia Dei maius et perniciosius esse potest, de apostolicæ potestatis plenitudine sancimus, statuimus, decernimus, et diffinimus, quod sententiis, censuris, et pœnis prædictis in suis robore et efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes et singuli episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, primates, cardinales, legati, comites, barones, marchiones, duces, reges, et imperatores, qui hactenus, vt præfertur, deuiasse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, excitasse, vel commisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, et in posterum deuiabunt, aut in hæresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, et deuiasse seu in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cum in hoc inexcusabiliores cæteris reddantur, vltra sententias, censuras et pœnas prædictas, sint etiam eo ipso, absque aliquo iuris aut facti ministerio, suis ordinibus, et cathedralibus, etiam metropolitanis, patriarchalibus, et primatialibus ecclesiis, ac cardinalatus honore, et cuiusuis legationis munere, nec non voce actiua et passiua, omnique auctoritate, ac monasteriis, beneficiis, et officiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus et quorumuis ordinum regularibus, quæ ex quibusuis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam et administrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, et in quibus vel ad quæ ius aliquod habuerint, nec non quibusuis fructibus, redditibus et prouentibus annuis super similibus fructibus, redditibus et prouentibus eis reseruatis, et assignatis: comitatibus quoque, baroniis, marchionatibus, ducatibus, regnis, et imperio penitus, et in totum perpetuo priuati, et ad illa de cætero inhabiles et incapaces, habeanturque pro relapsis, et subuersis in omnibus et per omnia, perinde ac si prius hæresim huiusmodi in iudicio publice abiurassent, nec vllo vnquam tempore ad eorum pristinum statum, aut cathedrales, metropolitanas, patriarchales,

a *Alphonsus de Castro hanc constitutionem commentariis illustravit.* b *Clemens V. in concilio Viennensi, vt habetur in Clement. titul. 1. de summa trinit. et fide cathol.*

triarchales, et primatiales eccleſias, ſeu cardinalatus, vel alium honorem, aut quamuis aliam maiorem vel minorem dignitatem, ſeu vocem actiuam vel paſſiuam, aut auctoritatem, ſeu monaſteria, et beneficia, vel comitatus, baronias, marchionatus, ducatus, regna, et imperium reſtitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari poſſint: quinimo ſeculares relinquantur arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendi, niſi apparentibus in eis veræ pœnitentiæ indiciis, et condignæ pœnitentiæ fructibus, ex ipſius ſedis benignitate et clementia, in aliquo monaſterio, aut alio regulari loco, ad peragendum perpetuam in pane doloris et aqua mœſtitiæ pœnitentiam retrudendi fuerint. Quodque pro talibus ab omnibus cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, et præeminentiæ exiſtentibus, ac quacunque etiam epiſcopali, archiepiſcopali, patriarchali et primatiali, aut alia maiore eccleſiaſtica dignitate, et etiam cardinalatus honore, ſeu mundana, etiam comitali, baronali, marchionali, ducali, regia, et imperiali auctoritate et excellentia pollentibus, haberi, tractari, et reputari, et vt tales euitari, omnique humanitatis ſolatio deſtitui debeant.

Et qui ius patronatus, aut nominandi perſonas idoneas ad cathedrales, etiam metropolitanas, et patriarchales ac primatiales eccleſias, ſeu monaſteria, vel alia beneficia eccleſiaſtica per priuationem huiuſmodi vacantia, habere prætenderint, ne illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, ſed de ſeruitute hæreticorum erepta, perſonis concedantur idoneis, quæ illarum populos in ſemitas iuſtitiæ fideliter dirigant, teneantur ad eccleſias, monaſteria, et beneficia huiuſmodi alias perſonas idoneas, infra tempus a iure vel ex eorum concordatis, ſeu compactatis cum dicta ſede initis ſtatutum, nobis ſeu pro tempore exiſtenti Romano pontifici præſentare, alioquin tempore huiuſmodi elapſo, plena et libera eccleſiarum, monaſteriorum, et beneficiorum prædictorum diſpoſitio ad nos, et Romanum pontificem prædictum, eo ipſo, pleno iure deuoluatur. Et inſuper, qui ipſos ſic deprehenſos aut confeſſos, vel conuictos ſcienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere, ſeu eorum dogmata dogmatizare præſumpſerint, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant, efficianturque infames, nec voce, perſona, ſcriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo, ad publica ſeu priuata officia, aut conſilia, ſeu ſynodum, vel concilium generale vel prouinciale, nec conclaue cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, ſeu electionem alicuius, aut teſtimonium perhibendum admittantur, nec admitti poſſint.

Sint etiam inteſtabiles, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedant: nullus præterea cogatur eis ſuper aliquo negotio reſpondere. Quod ſi forſan iudices extiterint, eorum ſententiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ cauſæ ad eorum audientiam deducantur: et ſi fuerint aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: ſi vero tabelliones extiterint, inſtrumenta confecta per eos nullius ſint penitus roboris vel momenti. Et inſuper clerici omnibus et ſingulis eccleſiis, etiam cathedralibus, metropolitanis, patriarchal. et primatialibus, ac dignitatibus, monaſteriis, beneficiis, et officiis eccleſiaſticis, etiam, vt præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, et tam ipſi quam laici, etiam, vt præmittitur, qualificati, et dignitatibus prædictis præditi quibuſcunque regnis, ducatibus, dominiis, feudis et bonis temporalibus per eos poſſeſſis, priuati exiſtant eo ipſo, regnaque, ducatus, dominia, feuda, et bona huiuſmodi publicentur, et publica ſint, efficianturque iuris et proprietatis eorum, qui illa primo occupauerint, ſi in ſinceritate fidei, et vnitate ſanctæ Rom. eccleſiæ, ac ſub noſtra et ſucceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum canonice intrantium obedientia fuerint.

Adiicientes, quod ſi vllo vnquam tempore apparuerit, aliquem epiſcopum, etiam pro archiepiſcopo ſeu patriarcha, vel primate ſe gerentem, aut prædictæ Romanæ eccleſiæ cardinalem, etiam, vt præfertur, legatum, ſeu etiam Romanum pontificem ante eius promotionem, vel in cardinalem ſeu Romanum pontificem aſſumptionem, a fide catholica deuiaſſe, aut in aliquam hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, vel excitaſſe, aut commiſiſſe, promotio ſeu aſſumptio de eo, etiam in concordia, et de vnanimi omnium cardinalium aſſenſu facta, nulla, irrita, et inanis exiſtat, nec per ſuſceptionem muneris, conſecrationis, aut ſubſecutam regiminis, et adminiſtrationis poſſeſſionem, ſeu quaſi, vel ipſius Romani pontificis inthronizationem, aut adorationem, ſeu ei præſtitam ab omnibus obedientiam, et cuiuſuis temporis in præmiſſis curſum, conualuiſſe dici, aut conualeſcere poſſit, nec pro legitima in aliqua ſui parte habeatur, nullamque talibus in epiſcopos, ſeu archiepiſcopos, vel patriarchas, aut primates promotis, ſeu in cardinales, vel Romanum pontificem aſſumptis, in ſpiritualibus vel temporalibus adminiſtrandi facultatem tribuiſſe, aut tribuere cenſeatur: ſed omnia et ſingula per eos quomodolibet dicta, facta, geſta, et adminiſtrata, ac inde ſecuta quæcunque viribus careant, et nullam prorſus firmitatem, nec ius alicui tribuant, ſintque ipſi ſic promoti, et aſſumpti, eo ipſo, abſque aliqua deſuper facienda declaratione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio et poteſtate priuati, liceatque omnibus et ſingulis ſic promotis et aſſumptis, ſi a fide ante non deuiaſſent, nec hæretici fuiſſent, neque ſchiſma incurriſſent, aut excitaſſent, vel commiſiſſent, ſubditis perſonis, tam clericis ſecularibus et regularibus, quam etiam laicis, nec non cardinalibus, etiam qui electioni ipſius pontificis antea a fide deuii, aut hæretici, ſeu ſchiſmatici interfuerint, ſeu alias conſenſerint, et ei obedientiam præſtiterint, eumque adorauerint, ac caſtellanis, præfectis, capitaneis, et officialibus, etiam almæ vrbis noſtræ, et totius ſtatus eccleſiaſtici, etiam eiſdem ſic promotis vel aſſumptis homagio, ſeu iuramento, vel cautione obligatis et obnoxiis, ab ipſorum ſic promotorum vel aſſumptorum obedientia et deuotione impune quandocunque recedere, eoſque vt magos, ethnicos, publicanos, et hæreſiarchas euitare, eiſdem ſubditis perſonis fidelitati et obedientiæ futurorum epiſcoporum, archiepiſcoporum, patriarcharum, primatum, cardinalium, et Romani pontificis canonice intrantis, nihilominus aſtrictis remanentibus, et ad maiorem ipſorum ſic promotorum et aſſumptorum, ſi eorum regimen et adminiſtrationem continuare voluerint, confuſionem, contra eoſdem ſic promotos et aſſumptos auxilium brachii ſecularis implorare, nec propterea tales ab ipſorum ſic promotorum et aſſumptorum fidelitate et obedientia præmiſſorum occaſione recedentes, tanquam tunicæ Domini ſciſſores, aliquarum cenſurarum ſeu pœnarum vltioni ſubiaceant. Romæ 16. Cal. Martii 1558.

CAP. X.

Sententiæ declaratoriæ in reorum hæreſis fauorem latæ, contra iuriſdictionem et ſtylum officii inquiſitionis, nunquam tranſeunt in rem iudicatam.

PIVS V.

Inter multiplices curas, quæ animum noſtrum aſſidue pulſant, illa in primis eſt, prout eſſe debet, vt eccleſia Dei nobis ex alto commiſſa, purgatis, imo quantum fieri poteſt, procul exterminatis omnibus hæreſibus, et prauis erronearum opinionum dogmatibus, tuta militare, et tanquam nauis in tranquillo mari, ſedatis omnibus tempeſtatum fluctibus et procellis, ſecure nauigare, et ad optatum ſalutis portum peruenire poſſit. Cum itaque nos, dum in minoribus conſtituti, ſanctiſſimi officii Romanæ et vniuerſalis contra hæreticam prauitatem inquiſitionis negotia pertractaremus, tandem ex longo vſu atque experientia rerum magiſtra cognouerimus, quod multi rei delati, et in prædicto ſanctiſſimo officio, ſeu alibi eorum locorum ordinariis, et hæreticæ prauitatis inquiſitoribus proceſſati, ac de hæretica prauitate inquiſiti, falſos teſtes ad eorum defenſam examinari faciendo, ac compurgatorum, de eorum vita et doctrina minime informatorum, opera et teſtimonio ſe iuuantibus, ac diuerſis aliis illicitis modis, excogitatiſque doloſis excuſationibus et malitiis, prædictum ſacrum officium ſanctiſſimæ inquiſitionis, cæteroſque iudices, et etiam Romanos pontifices deludendo et decipiendo, plures etiam veluti innocentes, diffinitiuas a prædictis proceſſibus et inquiſitionibus abſolutorias, et præcedente canonica purgatione eorum aſſertæ bonæ et catholicæ fidei, vitæ et doctrinæ declaratorias ſententias, ſeu decreta, ab eodem ſanctiſſimo officio, aliiſque locorum ordinariis, ſiue delegatis et inquiſitoribus, ac etiam Rom. pont. prædeceſſoribus noſtris obtinuerunt, ſeu extorſerunt, quas ſententias et decreta præfati Rom. pontifices etiam cum perpetui ſilentii impoſitione, ac inhibitione, ne dictum ſanctiſſimum officium, aut alii inquiſitores ad vlteriora procedere poſſent, ſeu deberent, nec non etiam cum cauſarum euocatione, ad ſolum Romanum pontificem, ſub cuius protectione ſubmittebantur, aliiſque derogatoriarum derogatoriis, et efficaciſſimis clauſulis, ac etiam irritantibus et aliis decretis, etiam in forma gratioſa ampliando, per varios, et varias, eorum motus proprios, ac etiam ſub plumbo vel annulo piſcatoris expeditas literas, etiam in conſiſtorio ſeu conſiſtorialiter emanatas, confirmarunt. Vnde eueniebat, quod prædicti rei inquiſiti, ſub velamine et iuuamine prædictarum ſententiarum declaratoriarum, et literarum apoſtolicarum, et præſertim vigore clauſulæ inhibitoriæ contra inquiſitores factæ confidentes, clam, et etiam aliquando palam, in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicam perſeuerando nunquam ad gremium eccleſiæ vere redibant, imo cum aliis ſecure et tanquam catholici conuerſando, eorundem aliorum animas corrumpere et inficere, ac in ſuas hæreticas opiniones trahere, de facili poterant, in totius reipublicæ chriſtianæ non modicum ſcandalum et præiudicium, prædictorumque delatorum animarum perniciem et iacturam. Nos, huic ſcandalo adeo periculoſo et contagioſo obuiare, dictarumque animarum ſaluti conſulere et prouidere, omnemque iuriſperitorum dubietatem et altercationem, ac quæcunque impedimenta et obſtacula, propter quæ ſancta inquiſitio hæreticæ prauitatis quomodocunque et qualitercunque impediretur vel retardaretur, tollere volentes, motu ſimili, et ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, inprimis omnes et ſingulas, ac quaſcunque literas apoſtolicas, ſub quacunque verborum forma, etiam in prædictis, ac quibuſuis aliis cauſis hæreſis, etiam motu proprio, etc. ac etiam conſiſtorialiter etc. et alias quomodolibet emanatas, nec non etiam deſuper ſignatas motuum propriorum, et alias ſchedulas quaſlibet, ad ius et iuſtitiam, ac iuris terminos reducentes, nec non fiſco prædicti ſancti officii inquiſitionis, et aliorum ordinariorum, et delegatorum

torum iudicum, aduersus prædictas literas, inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque clausulas quaslibet os operantas, et quatenus iurisdictionis dispositioni, vel stylo dicti officii sint contrarie, illas penitus et perpetuo reuocantes, hac nostra perpetue, perpetuoque valitura vniuersali constitutione, omnes et singulas, et quascunque, etiam ex capite assertæ innocentiæ absolutorias, vel aliam præcedente canonica purgatione, sub quacunque verborum forma declaratories sententias, etiam diffinitiues, at decreta in eorundem inquisitorum et delatorum fauorem per prædictum sanctissimum officium, aliosque iudices ordinarios et delegatos, ac etiam Romanos pontifices latas, et lata, ent in futurum per nos etiam et successores nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ferandas, et feranda, nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem iudicatam, apostol. auctoritate declaramus, decernimus, statuimus, et ordinamus, præfatisque sententiis et decretis, et quantumcunque per literas apostolicas, etiam in forma gratiosa, etiam iteratis vicibus, ac etiam a pluribus Romanis pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis, cum prædictis, vel aliis quibuscunque, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac etiam irritantibus, aliisque clausulis et decretis, nec non inhibitionibus, ac etiam in canonicis sanctionibus, quorum omnium et singulorum, aliorumque præmissorum, at inde sequutorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, ac totaliter insertis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque non obstantibus, per prædictum sanctum officium sanctæ inquisitionis, ac dilectos filios moderoos et pro tempore existentes sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, hæreticæ prauitatis inquisitores, et super dicto officio nunc et pro tempora deputatos, contra eosdem et reos delatos, et inquisitos, etiam si fuerint et sint episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, primates, aiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, legati, etiam de latere, comites, barones, marchiones, duces, reges, et imperatores, tam de antiquis, quam nouiter, etiam super eisdem articulis receptis, vel recipiendis testibus, aliisque argumentis, probationibus, et indiciis, iuxta facultates eisdem cardinalibus, inquisitoribus per nos et quoscunque prædecessores et successores nostros Romanos pontifices pro tempore existantes, ac sedem apostolicam, quomodolibet concessas et datas, ac in futurum respectiue dandas et concedendas, denuo inquiri et procedi posse et debere, etiam, in omnibus et per omnia, perinde ac si prædictæ sententiæ, decreta, literæ apostolicæ, ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum et inquisitorum, etiam episcoporum, archiepiscoporum, patriarcharum, primatum, cardinalium, legatorum, comitum, baronum, marchionum, ducum, regum, et imperatorum fauorem non emanassent, nouis præsertim superuenientibus indiciis eiusdem vel alterius speciei hæresis, tempus prætaritum etiam respicien. vel vbi appareret per aliqua indicia, quod illicitis modis prius ipse delatus vel inquisitus fuisset absolutus, eadem apostolica auctoritate volumus pariter, et mandamus: concedentes eisdem cardinalibus inquisitoribus, et super dicto sacro sanctissimæ inquisitionis officiu nunc et pro tempore deputatis, plenam, liberam, amplam, et omnimodam facultatem, potestatem at auctoritatem, causas huiusmodi, etiam auctoritate œcumenici vniuersalis concilii Tridentini decisas reuidendi, ac in statu et terminis, in quibus ante prædictas sententias et decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, reassumendi, fineque debito terminandi, prout in aliis causis pendentibus indecisis per eosdem cardinales inquisitores iuxta eorum facultates fit, fierique potest, et consueuit: et insuper vestigiis felic. rec. Pauli papæ IV. prædecessoris nostri inhærendo, constitutionem alias contra hæreticos et schismaticos per eundem Paulum prædecessorem, sub data videlicet Romæ apud sanct. Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, 15. Cal. Martii, pontificatus sui anno quarto editam, tenore præsentium renouamus, et etiam confirmamus, illamque inuiolabiliter, et ad vnguem obseruari volumus et mandamus, iuxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus et singulis supradictis censeri, ac ita per prædictos et quoscunque iudices, etc. sublata, etc. iudicari, etc. debere. Irritum, etc. perpetuo decernimus et declaramus.

TITVLVS IV.
DE LIBRIS PROHIBITIS.

CAP. I.

Hebræorum vtrumque Thalmud, multis portentis, commentis, et blasphemiis in Christum et fidem christianam refertum, damnatur.

IVLIVS III.

Iulius papa III. vniuersis et singulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licet alias venerabiles fratres nostri sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, hæreticæ prauitatis in vniuersa republica christiana inquisitores generales, certum hebraicorum librorum volumen, Gemaroth a Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, et legem diuinam, orthodoxamque fidem offendantia continens, de mandato nostro damnauerint, ac igne comburi fecerint: nihilominus inter ipsos Hebræos adhuc esse dicantur diuersi libri, diuersas contra Christum redamptorem nostrum, eiusque sanctissimum nomen et honorem blasphemias et ignominias continentes: nos in præmissis opportune prouidere volentes, vobis, et vestrum cuilibet, per præsentes committimus et mandamus, quatenus singulis vniuersitatibus Hebræorum, infra limites iurisdictionis vestræ consistentibus, ex parte nostra intimetis et notificetis, quod elapsis quatuor mensibus a die intimationis et notificationis huiusmodi, omnes et singuli libri, in quibus nomen Iesu Saluatoris nostri, quod Ieschua hanozri dicitur, cum blasphemia aut alias ignominiose nominatur, tam in eorum synagogis et locis publicis, quam priuatis domibus, et aliis vbique locorum diligentissime exquirantur, et qui libros huiusmodi penes se quoquo modo habere reperti fuerint, debitis pœnis, tam pecuniariis et confiscationis bonorum, quam si eorum contumacia aut qualitas delicti id exegerit, corporis, etiam vltimi supplicii, ac alias prout a fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur, et nihilominus eisdem quatuor mensibus elapsis, per vos, vel alium seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum omni diligentia inquiratis, et studiose inuestigetis, inquirique et inuestigari faciatis, et eos, quos libros huiusmodi penes se habere repereritis, pœnis, quibus apostatantes præfati puniuntur, omnino et irremissibiliter puniatis: non permittentes de cætero eosdem Hebræos (qui in memoriam passionis dominicæ a sancta matre ecclesia tolerantur, vt aliquando mansuetudine nostra allecti, ad verum Christi lumen, diuino afflante spiritu, conuertantur) a quibusuis, etiam apostolica auctoritate fungentibus, occasione cuiusuis sortis librorum apud eos existentium, (dummodo blasphemiam, vt præfertur, non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari: contradictores quoslibet et rebelles, ac vobis in præmissis non parentes, per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, arbitrio vestro moderandas et applicandas, ac aliis opportunis iuris remedie, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habandis seruatis processibus, sententias, censuras, et pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauando: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Romæ 29. Maii, 1554.

CAP. II.

Inquisitoribus exceptis, omnibus prohibetur hæreticorum librorum lectio.

IDEM.

Cum meditatio cordis nostri ad id potissimum tendat, vt fides catholica vbique augeatur, et floreat: ad ea libenter intendimus, per quæ omnis ea declinandi occasio tollatur. Sane, cum sicut nobis nuper innotuit, ex facultatibus, quæ aliquibus, et libros hæreticos aut de fide suspectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellandi, tenere et legere possint, aliquando concessæ fuerunt, non ii, qui sperabantur, fructus hactenus prouenerint, quinimo diuersa inconuenientia subsecuta sunt: nos præmissis occurrere, et Christi fidelium animarum saluti consulere cupientes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostris certa scientia et matura deliberatione omnes et singulas facultates et licentias legendi et tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu de fide suspectos, quibusuis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis existentibus, etiam si episcopali, vel archiepiscopali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, seu præeminentia præfulgeant (inquisitoribus seu commissariis, super hæretica prauitate ab apostolica sede pro tempore deputatis, durante ipsa deputatione, duntaxat exceptis) a quibusuis prædecessoribus nostris, ac nobis, et dicta sede apostolica, seu eius legatis, etiam de latere, aut maiori pœnitentiario nostro, vel quibusuis aliis, sub quibuscunque verborum formis et expressionibus, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis, irritantibusque et aliis decretis quomodolibet, etiam motu et scientia similibus hactenus concessas, apostolica auctoritate, tenore præsentium reuocamus, irritamus, et annullamus, et pro reuocatis, irritis, et penitus infectis quoad omnia habemus, et ab aliis haberi volumus. Districtius inhibentes personis præfatis, sub sententiis, censuris, et pœnis contra similes libros tenantes aut legentes, tam a sacris canonibus, quam a nobis et sede apostolica hactenus inflictis et promulgatis, ne de cætero facultatibus et licentiis prædictis vti, aut earum prætextu, seu alias quomodolibet, libros prædictos, aut quoscunque alios hactenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere aut legere præsumant: et insuper omnes et singulos librorum impressores, bibliothecarios, ac libros quomodolibet

a *Libros Thalmud, vt omni contumelia et blasphemiæ genere refertos in veritatem christianam, damnauit Gregorius IX. et Innocent. IV. et exuri mandarunt, propterea quod multis et horrendis hæresibus scaterent. Veruntamen hodie recogniti et expurgati Trident. concil. decreto tolerantur.*

vendentes

vendentes, et quascunque alias personas, libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranam, aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel a nobis et dicta sede quomodolibet reprobatos, ex quavis causa, etiam ex nostra et dictae sedis speciali licentia seu permissione, penes se habentes, cujuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut praeeminentiae existant, etiam si, ut praefertur, pontificali aut alia quacunque etiam maiori ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgeant (dictis inquisitoribus et commissariis, ut praefertur, exceptis) dicta apostolica auctoritate, et earundem tenore praesentium requirimus et monemus, ac eis et eorum cuilibet, in virtute sanctae obedientiae, et sub incursu haeresis, ac omnibus contra haereticos de iure inflictis et promulgatis, tam ecclesiasticis quam temporalibus sententiis, censuris, et poenis, districte praecipiendo mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum a die publicationis praesentium, modo et forma infrascriptis faciendae computandorum, quorum viginti pro primo, et alios viginti pro secundo ac reliquos viginti dies pro tertio et peremptorio termino, ac monitione canonica, eis et eorum cuilibet in his scriptis assignamus: omnes et singulos libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranam aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel a nobis et dicta sede quomodolibet reprobatos, penes se eos, ex quavis causa, etiam mercaturae, et ex nostra et eiusdem sedis permissione ac licentia etiam speciali, ut praefertur, existentes, inquisitoribus haereticae pravitatis in civitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignasse debeant realiter, et cum effectu. Romae 3. Cal. Maii, 1550.

CAP. III.

Libri typis non cudantur, nisi eorum editioni suffragetur ordinarii auctoritas et approbatio.

LEO X. *in concilio Lateranensi.*

Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpeti cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis reducere, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est, quod profecto desideranter exquirimus, ad id nostrae mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studiosa diligentia vigilamus. Sane, licet literarum peritia per librorum lectionem possit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus potissimum nostris, divino favente numine, inventa seu aucta et perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum parva impensa, copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum studia percommode exerceri, et viri eruditi in omni linguarum genere, praesertim autem catholici, quibus sanctam Romanam ecclesiam abundare affectamus, facile evadere possunt, qui etiam infideles sciant et valeant sacris institutis instruere, fideliumque collegio, per doctrinam christianae fidei salubriter aggregare: quia tamen multorum querela nostrum et sedis apostolicae pulsavit auditum, quod nonnulli huius artis imprimendi magistri, in diversis mundi partibus, libros, tam Graecae, Hebraicae, Arabicae et Chaldeae linguarum in Latinum translatos, quam alios, Latino, ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide, ac perniciosa dogmata, etiam religioni christianae contraria, aut contra famam personarum, etiam dignitate fulgentium continentes, imprimere, ac publice vendere praesumunt, ex quorum lectura non solum legentes non aedificantur, sed in maximos potius tam in fide, quam in vita et moribus prolabuntur errores, unde varia saepe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, et maiora indies exoriri formidantur. Nos itaque, ne id, quod ad Dei gloriam et fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem, salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de caetero cum bonis seminibus spinae coalescant, vel medicinis venena intermisceantur: volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante concilio, ut negotium impressionis librorum huiusmodi eo prosperetur felicius, quod deinceps indago solertior diligentius et cautius adhibeatur: statuimus et ordinamus, quod de caetero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quamcunque scripturam, tam in urbe nostra, quam aliis quibusvis civitatibus et dioecesibus, imprimere, seu imprimi facere praesumat, nisi prius in urbe per vicarium nostrum, et sacri palatii magistrum, in aliis vero civitatibus et dioecesibus, per episcopum, vel alium habentem peritiam scientiae, libri seu scripturae huiusmodi imprimendae, ab eodem episcopo ad id deputandum, ac inquisitorem haereticae pravitatis civitatis sive dioecesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinentur, et per eorum manus propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis et sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus praesumpserit, ultra librorum impressorum amissionem, et illorum publicam combustionem, ac 100. ducatorum fabricae basilicae principis apost. de urbe, sine spe remissionis solutionem, excommunicationis sententia innodatus existat, ac demum ingravescente contumacia taliter per episcopum suum, vel vicarium nostrum respective, per omnia iuris remedia castigetur, quod alii eius exemplo similia minime attentare praesumant. Rom. 4. Mart. 1515.

CAP. IV.

Revocantur licentiae omnes, hactenus praeterquam inquisitoribus fidei, libros suspectae fidei legendi, aut venales proponendi, concessae.

PIVS IV.

Quia in futurorum eventibus adeo humani fallitur incertitudo iudicii, ut, quod verisimili coniectura utile videbatur, progressu temporis damnosum appareat: nonnunquam Romanus pontifex, quod consulte statutum esse videbatur, consultius revocat, prout, temporis et personarum qualitate pensata, in Domino conspicit salubriter expedire: innotuit siquidem nobis, quod diversi, tam clerici seculares, et diversorum ordinum regulares, quam laici, qui se Lutheranis, et aliis huius seculi haereticis resistere, et eorum errores ac falsas opiniones confutare posse praesumebant, et ad hoc ipsorum haereticorum libros legendi facultatem sibi a sede apostol. concedi extorserant, se lectioni librorum huiusmodi ita dediderunt, ut propriae innitentes prudentiae, et a recta Domini via aberrantes, ipsorum haereticorum fallaciis, et superstitiosis ac falsis adinventionibus irretiri remanserint, et qui alios ab erroribus revocare temere arbitrabantur, ipsi in puteum interitus prolapsi sint. Nos considerantes, quod Spiritus ubi vult spirat, et quod sine eius numine nullum bonum provenit, propterea satius esse cum simplicitate cordis ad eum recurrere, et cum eius adiutorio orthodoxam fidem in catholicis, et a sancta Romana ecclesia approbatis libris exquirere, quam falsitates haereticorum per lectionem eorum librorum detegere velle; volentes praemissis inconvenientibus, quantum cum Deo possumus, occurrere, et ne similia de caetero contingant, opportune providere, omnes et singulas licentias et facultates legendi libros haereticorum, seu de haeresi suspectos, aut a nobis, seu generalibus haereticae pravitatis in singulis provinciis aut regnis deputatis inquisitoribus damnatos et reprobatos, quibuscunque, tam clericis secularibus, vel ut praefertur, regularibus, quam laicis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, et praeeminentiae existant, etiam si abbatiali, episcopali, archiepiscopali, patriarchali, primatiali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, seu etiam cardinalatus honore, vel mundana etiam marchionali, ducali, regia vel imperiali auctoritate, seu excellentia praefulgeant (generalibus inquisitoribus praefatis duntaxat exceptis) per quoscunque Romanos pontifices praedecessores nostros ac nos etiam vivae vocis oraculo, et sedem praedictam, seu eius poenitentiarium maiorem, vel quosvis ordinarios, aut dioecesanos, seu alios, etiam per literas apostol. in forma brevis, seu sub plumbo expeditas, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis, ac ex quibuscunque causis seu praetentibus, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apost. potestatis plenitudine, et alias quomodolibet concessas, apostolica auctoritate, tenore praesentium, revocamus, cassamus, irritamus et annullamus, ac viribus penitus evacuamus, et pro revocatis, cassis, irritis, et nullis haberi, easque nemini suffragari posse aut debere decernimus, omnibus et singulis clericis et laicis, etiam, ut praefertur, qualificatis, non tamen generalibus inquisitoribus praefatis, aut quibus hoc per nos specialiter iniunctum fuerit, S. R. E. cardinalibus, in virtute sanctae obedientiae, et sub excommunicationis latae sententiae, aliisque sententiis, censuris et poenis ecclesiasticis, et etiam temporalibus, in legentes libros huiusmodi hactenus latis et promulgatis, a quibus non nisi a nobis, aut pro tempore existente Romano pontifice, seu singulis inquisitoribus praedictis, praeterquam in mortis articulo, absolvi possunt, districtius inhibentes, ne libros huiusmodi ex quavis causa vel praetextu, publice vel occulte, quovis ingenio vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere praesumant: ac mandantes eisdem sub censuris et poenis praedictis, ut infra terminum, eis a singulis inquisitoribus huiusmodi, per eorum publicum edictum locis affigendum publicis statuendum, libros ipsos officio inquisitionis haereticae pravitatis huiusmodi omnino consignent; et qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes sciverint, id quod sciverint, ac nomina et cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, et qualitatem eorundem librorum praedicto officio omnino revelent et notificent. Romae 12. Decembr. 1558.

CAP. V.

Libri haereticorum pestilentes et contagiosi sunt, non solum simplicibus, verum etiam bonis et doctis, nec ulla est via, qua possit occurri haeresibus, ne in populo oriantur, et ne exortae ultra grassentur, quam si tales libri, ex quibus haeresis venenum facile incautus quis bibere potest, prohibeantur.

PIVS IV. *ex concilio Tridentino.*

Dominici gregis custodiae (Domino disponente) praepositi, vigili more pastoris non desistimus, ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura et diligentia, praecavere, ne

 propter

propter negligentiam nostram pereant oues, quæ pretiosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptæ. Etsi autem, quæ ad fidei veritatem patefaciendam, et ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in œcumenico et generali concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerunt, vt facile jam sit vnicuique, sanam catholicamque doctrinam a falsa adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio, non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpe etiam doctos eruditosque in varios errores, et a veritate fidei catholicæ alienas opiniones inducere; huic quoque rei esse duximus prouidendum. Cum autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atque ederetur index siue catalogus librorum, qui vel hæretici sint, vel de hæretica prauitate suspecti, vel certe moribus et pietati noceant, id negotium ad sacram Tridentinam a synodum rejeceramus. Ea vero, ex tanta episcoporum et aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum indicem multos, cum doctrina, tum judicio insignes prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigiliis, eum indicem tandem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam theologis. Peracto autem concilio, cum ex ipsius synodi decreto is index nobis oblatus fuisset, vt ne ante ederetur, quam a nobis approbatus fuisset: nos doctissimis quibusdam probatissimisque prælatis eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, et ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri judicio, diuturna cura confectum et præterea commodissime digestum esse cognouerimus: nos saluti animarum consulere, eamque ob causam prouidere cupientes, ne libri et scripta cuiuscunque generis, quæ in eo improbantur, siue vt hæretica, siue vt de hæretica prauitate suspecta, siue vt pietati ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac a Christi fidelibus legantur, ipsum indicem, vna cum regulis et præpositis, auctoritate apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimique ac diuulgari, et ab omnibus vniuersitatibus catholicis, ac quibuscunque aliis, vbique suscipi, easque regulas obseruari mandamus atque decernimus. Inhibentes omnibus et singulis, tam ecclesiasticis personis, saecularibus et regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis et dignitatis sint, quam laicis quocunque honore et dignitate præditis, ne quis contra earum regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem, iudicis libros vllos legere, habereve audeat. Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiusuis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata atque prohibita legerit, habueritue, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat: eamque ob causam in eum, tanquam de hæresi suspectum, inquiri et procedi liceat, præter alias pœnas super hoc ab apostolica sede, sacrisque canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, episcoporum arbitrio seuere se nouerit puniendum. Romæ 24. Mart. 1564.

CAP. VI.

Librorum prohibitorum lectio, neque ipsis sacræ theologiæ professoribus ad conuincendos errores, neque aliis quibuscunque, deceptis inquisitoribus, conceditur.

GREGORIUS XIII.

Cum pro munere, quod sustinemus, id præcipue nobis propositum habeamus, et omni studio, diligentiaque curemus, vt omnes Christi fideles, tam grauibus, calamitosisque temporibus, in recta et catholica fide contineamus, id agere et prouidere necesse est, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Nemini autem mirum videri debet, si Romanus pontifex nonnunquam facultates aliquas, quas ipse vel prædecessores eius probabili adducti ratione concesserint, postea reuocet, cum ipso rerum vsu edoctus animaduerterit, eas iustiore de causa esse reuocandas. Ad notitiam nostram peruenit, ex data nonnullis licentia habendi et legendi libros hæreticos aut de hæresi suspectos, ad hæreses et errores, qui in iis libris continebantur, refellendos, non raro euenire solere, vt illis ipsis eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam causam concessum fuerit, vt aliis prodesse possent, vt illis ipsis hæresibus et erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, a quibus se alios reuocaturos esse, confisi fuerant. Huic rei prouidere, et animarum periculo, quantum fieri potest, pro pastorali sollicitudine occurrere cupientes, cogitantesque nobiscum, nuper in sacro generali concilio hæreses horum temporum ita confutatas atque damnatas fuisse, vt tantæ synodi auctoritas, cuius decreta huius sanctæ sedis auctoritate, cum deliberatione matura, confirmata et comprobata sunt, ad vitandos errores, et catholicæ fidei veritatem agnoscendam sufficere omnibus debeat, nec vllius præterea confutatio requirenda sit, prædecessorum nostrorum, præsertim felicis recordat. Iulii tertii, et Pauli quarti vestigiis insistentes, motu proprio, et ex certa scientia nostra, ac deliberatione matura omnes et singulas facultates habendi et legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, seu de hæresi suspectos, omnibus, tam clericis secularibus aut regularibus, quam laicis cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis sint, etiam si episcopali, vel archiepiscopali, aut alia maiori, ecclesiastica seu seculari dignitate præfulgeant (inquisitoribus et commissariis hæreticæ prauitatis a sede apostolica deputatis, quoad eo officio fungentur, exceptis) a nobis, aut quocunque prædecessorum nostrorum seu apostolicæ sedis legatis, maiorique pœnitentiario vel quibuscunque aliis, quibuscunque verborum formis et clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque et aliis decretis quomodolibet, etiam motu et scientia simili ad hoc tempus concessas, auctoritate apostolica, tenore præsentium reuocamus, et pro reuocatis et irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, et haberi volumus. Inhibentes omnibus, sub censuris, sententiis et pœnis, tam a sacris canonibus, quam a sede apostolica ad hoc tempus constitutis, in eos, qui huiusmodi libros legant aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus vti, neue vllos omnino libros huiusmodi improbatos et prohibitos, aut quos in posterum a sede apostolica, inquisitoribusue hæreticæ prauitatis, aut locorum ordinariis improbari, prohiberique contigerit, legere, habereue, quacunque de causa audeat. Impressores et bibliopolas, et alios, quicunque eiusmodi libros habent, habuerintue, (inquisitoribus et commissariis iisdem duntaxat exceptis) monemus, et cuilibet eorum, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna incursus criminis hæresis, et aliis contra hæreticos a iure inflictis et irrogatis, tam ecclesiasticis, quam temporalibus sententiis, censuris, et pœnis præcipimus, ac mandamus, vt eos libros intra 60. dies, a die, quo hæ literæ publicatæ fuerint, numerandos, quorum 20. pro primo, alios 20. pro secundo, reliquos 20. pro tertio ac peremptorio termino, et monitione canonica, eis assignamus, inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus ii libri sint, tradant atque consignent.

TITVLVS V.
DE LIBELLIS FAMOSIS.

CAP. I.

Librorum famosorum auctores, virulentissimis iniuriis alienæ famæ clam detrahentes, et qui eos publicauerint, doloue malo retinuerint, pœnis iure constitutis subiiciantur.

PIVS V.

Romani pontificis prouidentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partes potissimum conuertit, per quæ inter singulos gregis eiusdem fideles, præsertim vero nobis et Romanæ ecclesiæ subditos, pax et concordia confouentur, seditiones euitantur, scandalis obuiatur, et animarum salus procuratur. Cum itaque iracundia sit perturbatio immanis, affectio dura, violenta potentia, cædium causa, calamitatis socia, iacturarum conciliatos et dedecus, pecuniarum pernicies, atque perditionis origo, eaque potissimum ex iniuriis, verbo, et scriptis, vel facto illatis nascatur: nos, qui non sine maxima mentis nostræ perturbatione sæpenumero accepimus, quod, licet tam per sacras leges, quam canonicas sanctiones, sub certis etiam grauissimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famosum libellum componere audeat, et repertum siue domi, siue in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne consumere teneatur, prius quam alter inueniat, et nulli fateatur inuentum, et qui secus fecerit, quasi auctor huiusmodi delicti eisdem pœnis subiaceat, nihilominus considerando, quod indies crescente malitia, quamplures iniquitatis filii, perditionis alumni, pœnas prædictas paruipendentes, easque variis fraudibus euitare satagentes, ausu temerario non erubescunt, variis modis nonnullos principes et prælatos, nobiles, publicas et priuatas personas variis iniuriis et contumeliis afficere, eorumque famæ et honori detrahere, sub quodam ficto colore quarundam literarum incerto auctore scriptarum, nedum ab vrbe nostra, sed etiam ex diuersis prouinciis, in quibus, nedum ea, quæ in vnaquaque regione successerunt, narrantur, sed etiam, quæ in futurum quodam eorum temerario iudicio fore opinantur, adeo vt plerunque odia, inimicitiæ, seditiones, rixæ, et homicidia permulta oriantur, in diuinæ maiestatis offensam, animarum periculum, perniciosum quoque exemplum, et scandalum plurimorum. Volentes præmissis, quantum possumus, obuiare, considerantes attentius, quod plures pœnarum grauitas, quam Dei timor arcere solet a voluntate delinquendi, et propterea tanto periculo occurrere volentes, ac tam nefarios præsumptores et facinorosos homines atrocibus pœnis torpescere, vt metus pœnæ meta huiusmodi præsumptionis existat: huius perpetuæ et irrefragabilis constitutionis edicto, pœnas omnes, tam temporales quam ecclesiasticas, in talia præsumentes, per sacras leges, et canonicas sanctiones latas et promulgatas, auctoritate apostolica approbantes et innouantes, ac ad omnes et singulos prædictos, qui forsan sub illis comprehensi non essent, extendentes et ampliantes, statuimus et ordinamus,

quod

a Concil. Trident. sess. 18.

quod deinceps perpetuis futuris temporibus nemo, cuiuscumque qualitatis, dignitatis etiam ecclesiasticæ, status, gradus, ordinis, et præeminentiæ fuerit, audeat nec præsumat libellos famosos, nec literas monitorias, vulgo appellatas *lettere d'avisi*, continentes conuitia, iniurias, vel famæ et honoris alicuius læsionem, nec aliquam scripturam, in qua de futuris successibus disseratur, vel ea, quæ coram nobis vel aliis ad vniuersalis ecclesiæ status regimen deputatis secreto tractantur, reuelantur, componere, dictare, scribere, exemplaria retinere, nec aliquo transmittere, etiam si aliunde ab aliis prouinciis, ciuitatibus, terris et locis, ad earum manus peruenerint, sed statim, quod aliqui similes libelli, literæ, siue scripturæ, alicui delatæ fuerint, statim, quod illos seu illas habuerit, antequam vim earum manifestauerit, corrumpere, seu igni tradere, vel dilecto filio nostro cardinali Rusticucio consignare teneatur, sub pœnis prædictis, quas hic pro expressis haberi volumus, ac aliis etiam grauioribus, etiam vltimi supplicii, et confiscationis bonorum, secundum qualitatem facti et personarum, arbitrio nostro irremissibiliter infligendis, quibus pœnis etiam eos ligari volumus, qui in huiusmodi libellis, literis, seu scripturis de aliquo oblocuti fuerint, aliculusque famæ et honori, vera etiam exprimendo, detraxerint, ac ea, quæ coram nobis vel aliis, vt supra, secreto tractantur, reuelauerint, ex hoc equidem animus deprehenditur prauus iniuriandi et nocendi, atque ideo eos eadem pœna teneri conuenit. *Vid. Menoch. de arbit. iud. cent. III. cas. 263.*

CAP. II.

Infames sint, et ad triremes damnentur, qui scripta in alterius contumeliam componunt, et de rebus incertis et peregrinis curiosius rumores spargant.

GREGORIVS XIII.

Est rerum humanarum infelicitas, vt non vetera tantum vitia pertinaciter aduersus omnem legumlatorum solertiam luctentur, et quamuis acribus compressa suppliciis renascantur, sed noua etiam indies, et superioribus seculis ignota succrescant. Quo nos, pro iniuncto nobis diuinitus munere, diligentius adniti par est, vt et illa coerceamus, et horum, quæ se nunc primum efferunt, antequam se corroborent, radices ipsas, si qua ratione possumus, amputemus. Cum igitur haud ita pridem in vrbe nostra, secta quædam emerserit hominum improbe curiosorum, qui quæcunque de publicis, priuatisque negotiis, vel aliunde rimari possunt, vel ipsi etiam pro sua libidine comminiscuntur, domi forisque facta, infecta, vera, falsa, nullo discrimine proponunt, recipiunt, et scriptitant, ita vt eius rei iam artem quasi quandam instituerint, ac plerique eorum, etiam vili mercedula conducti, harum rerum commentariolos, ex falsis plerumque vulgi rumoribus, incerto auctore collectos, huc illuc mittitent, aut etiam, tanquam primum ex vrbe ad diuersa loca missos, deinde iisdem illis ex locis in vrbem remissos circumferant, venditent, ac quibus non tantum de præteritis arbitratu suo nugantur, sed etiam, quid de hac aut illa re euenturum sit, stolide vaticinantur. Nos, qui et facile prospicimus, et rerum experimentis edocti sumus, quæ, quantaque mala ex eo proueniant, cum et sæpius sparguntur falsa pro veris, seu directa, seu oblique, ac quodam quasi colore quæsito, multorum existimatio et fama violatur: his ac talibus incommodis occurrere cupientes, huius constitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in posterum tales commentarios conficere, neue ab aliis confectos recipere, describere, spargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipso facto perpetua ignominia nota affectus, sine vlla spe veniæ ad triremes perpetuo, aut ad tempus, pro criminis admissi qualitate, damnetur. Romæ Cal. Sept. 1572.

TITVLVS VI.
DE SACRILEGIS.

CAP. I.

Sacrilegii rei sunt, qui res sacras e templis surripiunt, vt eas conuertant ad prophanos vsus.

SIXTVS IV.

Cum prouida sanctorum patrum decreta eos sacrilegos esse diffiniant, qui ecclesias et loca sacra altissimo dedicata, deuastant, ipsorumque diripiunt ornamenta, sicut et illos, qui de sacro sacrum auferre impia temeritate præsumunt, parique vtrumque flagitium ac duplici pœna coerceant: decet merito nos, cui ecclesiarum omnium cura, dispositione superna, commissa est, pro detestatione tanti criminis, e proqua statu prospero, venustate, et decore ipsarum ecclesiarum, in sua decentia debita conseruandis, omni vigilantia et attentione curare, ne peruersorum crescente malitia, eædem ecclesiæ et sacra Dei templa, præcipue almæ vrbis, nostro conspectui antepo-

· a 14. quæst. 4. c. si quis. Gab. lib. 4. d. 15. Richard. lib. 4. d. 18. Sylvest. ver. sacrilegium.

sita, suis nudentur ornatibus, et huius sceleris nequissimi patratores debitam recipiant vltionem. Sana fide dignorum relatibus, non sine admiratione, ad nostrum peruenit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii, se inaniter christianos esse profitentes, et a quorum oculis Dei timor, et reuerentia christianæ religionis abscessit, de patriarchalibus, et aliis sacratissimis ecclesiis et basilicis dictæ vrbis, porphyreticos, marmoreos, et alios diuersorum generum et colorum lapides, ad ipsarum vsum, decorem, et ornatum deputatos, ausu sacrilego b abstulerunt hactenus, et indies auferre, eosque ad diuersa loca per se vel alios asportare præsumunt, in grauem diuinæ maiestatis offensam, ecclesiarum earundem deformitatem detrimentumque, animarum suarum periculum, et scandalum plurimorum. Nos igitur sacrilegorum impios et temerarios ausus huiusmodi, quantum nobis ex alto conceditur, reprimere cupientes, quamuis præmissorum occasione, nonnullorum prædecessorum nostrorum sanctiones et prohibitiones variæ emanauerint temporibus retroactis, quas (in eo duntaxat, quod de ecclesiarum et sacrorum locorum ornamentis atque lapidibus antedictis minime auferendis prohibent vel disponunt, seu illos, qui huiusmodi flagitiosissimos, ac pene in christiano orbe inauditos excessus perpetrare, et in his sacrilegas manus inicere præsumpserunt, excommunicationis sententiis innodatos fore declarant) in suo robore volumus permanere, omnes et singulos, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, siue aliis ornamentis earundem ecclesiarum seu basilicarum dictæ vrbis habuerint, aut in surripiendo, seruando, et retinendo auxilium præstiterint vel fauorem, nisi a die habitæ præsentium literarum notitiæ, ea restituant cum effectu; scientes vero reuelent, et ad notitiam nostram, saltem per minores pœnitentiarios nostros deduci faciant, maiores excommunicationis sententia, a qua (nisi in mortis articulo, et debita satisfactione præuia) a nullo, præterquam a Romano pontifice absolui possint, irretitos esse: ecclesias vero et loca alia, quorum vsibus et ornatui illa deputata fuerint, aut forsan (quod absit) deputari contigerit in futurum, tamdiu ecclesiastico interdicto subiacere, quamdiu ad loca, vnde prius ablata fuere, absque diminutione aliqua fuerint reportata, harum serie decleramus. Et insuper, quicunque suæ salutis immemor, sacrilegii crimen huiusmodi committere præsumpserit in futurum, vltra censuras prædictas, ecclesiæ siue basilicæ, a qua lapides et ornamenta huiusmodi abstulerit, mediam libram auri, pro recompensa sibi irrogatæ iniuriæ, absque diminutione aliqua soluere teneatur. Romæ 7. Id. April. 1470.

TITVLVS VII.
DE BLASPHEMIS ET ALEATORIBVS.

CAP. I.

Præstantiores causæ miseriarum huius ætatis exetrandæ sunt blasphemiæ, pœnis et seuerius vindicandæ, quo segnius in diuini nominis iniuriam tolerantur.

IVLIVS III.

In multis deprauatis moribus, vitiosisque consuetudinibus, quæ in nostram hanc almam vrbem, propter eius amplitudinem magnumque aduenarum vndique in eam concursum, simul cum pluribus eximiisque virtutibus, atque egregiis vere pietatis exemplis irrepserunt, ad quas nos tollendas et extirpandas, omnem aciem mentis et cogitationis nostræ intendimus, nihil est, quod animum nostrum magis exulceret et confodiat, quam horribilis atque impia et christianis auribus intolerabilis diuini nominis blasphemia. Cum audimus, sacratissimum Dei et Iesu Christi Domini nostri nomen, quod super omne nomen cœlestis venerantur, terrestria adorant, inferna contremiscunt (quod ne temere quidem a quopiam, propter eius sublimitatem ac maiestatem, vsurpandum sit) passim prauorum, efferatorumque hominum vocibus scindi, vnaque cum eius sanctissimæ et immaculatissimæ genetricis, et venerabilium sanctorum, et amicorum ipsius summi Dei nomine detestandis blasphemiis maledictisque lacerari, vt minime mirandum sit, si a christianis populis, in tantis calamitatibus constitutis, diuinæ iracundiæ flagella non amoueantur: propterea, quod iuxta sapientis dictum, a viri multum iurantis domo non discedet plaga. Quare nos huiusmodi execrandum abusum, simul cum cæteris omnibus, quantum cum eiusdem Dei adiutorio fieri poterit, extirpare volentes, vt hanc ipsam vrbem, domicilium ac sedem Spiritus sancti, omnibus inquinamentis mundatam ac purgatam, Domino Deo per omnia placentem habeamus, in hunc, qui sequitur, modum, quo præfatum horrendum blasphemiæ crimen, motu proprio, ex certa nostra scientia et voluntate, inuocata Dei omnipotentis iustitia, decernimus, statuimus et ordinamus, blasphemantes scilicet Deum Patrem omnipotentem, vel eius Filium vnigenitum,

b *sacrilegium appellat, cum res sacra e loco sacro furatur publico. Bar. in l. sacrilegii pœnam. ff. ad l. Iul. peculat. cuius pœna iure ciuili capitalis est, ita Bart. d. l. sacrilegii pœnam. in princip. ff.*

nitum, Dominum et redemptorem nostrum Iesum Christum, seu Spiritum sanctum, particulariter et explicite, vel generaliter et implicite, attribuendo diuinæ maiestati, quæ illi minime conueniunt, vel remouendo, quæ eam decent, primo conuicti, si diuites fuerint, compellantur ad soluendum scuta auri quadraginta; si vero pauperes, soluant decem, quæ si nequeant numerare, luant in corpore. Secunda vice conuictis nobilibus, siue diuitibus, siue pauperibus; duplicetur pœna pecuniaria proportionabiliter ad primam huiusmodi mulctam: atque insuper incurrant infamiam, et inhabilitatem ad beneficia quæcunque ad gradus, dignitates, et honores obtinendos. Vilibus conuictis perfodiatur lingua. Tertia vice conuictis nobilibus, tam diuitibus, quam pauperibus, triplicetur pœna pecuniaria respectiue, vt supra. Vlterius sint ipso iure priuati beneficiis ecclesiasticis, et officiis quibuscunque, dignitatibus, titulis, magistratibus, honoribus: et sint intestabiles tam actiue, quam passiue: sint inhabiles ad ferendum testimonium: sint banniti publice per triennium ab vrbe. Vilibus imponatur fustigatio aut deportatio ad triremes per triennium, et exulent perpetuo. Idem seruetur contra blasphemantes ipsius Domini nostri Iesu Christi matrem beatissimam semper virginem Mariam. Blasphemi in sanctos vel sanctas Dei corrigantur seuere, arbitrio DD. iudicum, habita ratione qualitatis et grauitatis criminis, cum cæteris circumstantiis iure attendendis. Volumus autem et statuimus, vt omnes pœnæ exigendæ applicentur tantummodo sustentationi orphanorum vtriusque sexus catechumenorum et puellarum. Iudices vero tam horrendi et impii criminis deputamus et instituimus RR. DD. inquisitores nostros generales, quos volumus posse addere præstitutis pœnis, et maxime in corpore, si modus blasphemiæ ob grauitatem, impietatem, vel malitiam, id exposcat. Partes eorundem DD. iudicum erunt, declarare, si dubium occurrat, qui nobiles, qui plebeii, qui diuites, qui pauperes sint habendi. Romæ Calend. Februar. 1554.

CAP. II.

Pœna blasphematorum cuiuscunque generis, ordinis et qualitatis.

LEO X. *ex concilio Lateranensi.*

Ad abolendam execrabilem blasphemiam, quæ in maximum diuini nominis et sanctorum contemptum supra modum inualuit, statuimus et ordinamus, vt quicunque Deo palam seu publice maledixerit, contumeliosisque ac obscœnis verbis, Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam virginem Mariam eius genetricem, expresse blasphemauerit, si munus publicum, iurisdictionemque gesserit, perdat emolumentum trium mensium, pro prima et secunda vice, dicti officii. Si tertio deliquerit ille, eo ipso priuatus existat. Si clericus vel sacerdos fuerit, eo ipso, quod de delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum quæcunque habuerit fructibus, applicandis, vt infra, vnius anni mulctetur, et hoc si pro prima vice, qua blasphematus ita deliquerit. Pro secunda vero si ita deliquerit, et conuictus fuerit, si vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, si autem plura, quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. Quod si tertio eius sceleris arguatur, et conuincatur, dignitatibus ac beneficiis omnibus, quæcunque habuerit, eo ipso priuatus existat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaque libere impetrari et conferri possint. Laicus vero blasphemus, si nobilis fuerit, pœna viginti quinque ducatorum mulctatur, et pro secunda vice quinquaginta, fabricæ basilicæ principis apostolorum de vrbe applicandorum, et aliis, vt infra deducitur: pro tertia vero nobilitatem perdat. Si vero ignobilis ac plebeius fuerit, in carcerem detrudatur. Quod si vltra duas vices publice blasphemus deprehensus fuerit, mitra infami per integrum diem ante fores ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur. Si vero pluries in hoc ipsum peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur, ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem conscientiæ, nemo blasphemiæ reus, absque grauissima pœnitentia, seueri confessoris arbitrio iniuncta, possit absolui. Qui vero sanctos reliquos blasphemauerit, arbitrio iudicis rationem personarum habituri, minus aliquanto puniri volumus. Statuimus etiam, vt seculares iudices, qui contra talesblasphemiæ conuictos non animaduerterint, eosque iustis pœnis minime affecerint, quantum in eis fuerit, quasi eidem sceleri obnoxii, eisdem quoque pœnis subiiciantur. Qui vero in illis inquirendis puniendisque diligentes et seueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, et tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant. Quicunque vero blasphemantem audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contingat, eundemque deferre vel notificare apud iudicem ecclesiasticum, seu secularem, intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audiuerint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute sanctæ obedientiæ hortamur et monemus in Domino, vt pro diuini nominis honore ac reuerentia, in suis domibus, ac cæteris, præmissa omnia seruari, exactissime exequi mandent et faciant, vberrimam ab ipso Domino Deo tam boni operis ac pii mercedem habituri. Similemque annorum decem indulgentiam ab apostolica sede consequuturi, cum tertia parte mulctæ, qua dictus blasphemus plectitur, quoties tale scelus puniendum curauerint. Quam quidem indulgentiam et reliquam tertiam mulctæ partem, accusatori blasphemiæ nomen deferenti, similiter concedi et assignari volumus, aliis pœnis, contra huiusmodi blasphemos per sacros canones expressis nihilominus in suo robore manentibus.

TITVLVS VIII.
DE HOMICIDIS ET BANNITIS.

CAP. I.

Pœna homicidarum, et eorum fautorum.

PIVS II.

Ad retinendas insolentias transgressorum, si natura publicæ disciplinæ lentescat, eorum ad peccandum voluntas fit laxior, et exemplum impunitatis periculosius in alios deriuatur, propter quod ad præsidentis officium pertinet, talem adhibere iustitiæ seueritatem et debitam executionem, quod commissa crimina puniat, et committendorum in posterum interdicat audaciam. Cum autem ad audientiam nostram peruenerit; quod a certis annis citra, in nostris et ecclesiæ Romanæ terris, locis, et tenimentis, nobis et ecclesiæ prædictæ mediate et immediate subiectis, quamplura, quandoque etiam ex leuibus causis, commissa esse reperiantur homicidia, sitque inter alia crimen homicidii perniciosum et detestabile, debeatque iuxta canonicas sanctiones graui animaduersione puniri, tantoque seuerius puniendum et extirpandum, quanto manifestius cognoscimus, quod ex eo vt plurimum scandala et mala plurima consequuntur. Cupientes idcirco, ex debito pastoralis officii, quod nostri et ecclesiæ Romanæ prædictæ mediate et immediate subiecti, iuxta piam dispositionem regis pacifici, qui regnat in cœlis, pacifici sint et modesti, nonnullas pro huiusmodi crimine homicidii debite puniendo, edidimus constitutiones infra scriptas: quas ad hoc, vt aliquis de eisdem ignorantiam prætendere non possit, volumus per omnes et singulas ciuitates, nobis et ecclesiæ Romanæ prædictæ mediate vel immediate subiectas, publico præconio publicari; mandantes, ac auctoritate apost. tenore præsentium decernentes, omnes et singulos, iuxta constitutionum earundem determinationem, obstrictos esse ad obseruationem ipsarum, ac si personaliter singulis intimatæ forent, cum non sit verisimile, quod ad eorum notitiam non deuenerit, quod extitit tam publico præconio patefactum. Tenor vero constitutionum, de quibus supra fit mentio, sequitur, et est talis videlicet.

CAP. II.

Homicidis non datur saluus conductus repetendi patriam, etiamsi iniuriis et damnis partium satisfecerint.

Sanctissimus Dominus noster, intendens quieti patriæ consulere, et ipsam sicariis, homicidis, et malefactoribus expurgare, statuit et decreuit, quod omnes illi, qui pro delicto homicidii fuerint condemnati, seu alias de ciuitate aliqua et districtu illius banniti, non possint ad ciuitatem seu districtum huiusmodi quocunque tempore redire, seu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, vel consanguineis, seu filiis ipsius occisi; nec legatus etiam de latere, aut gubernator, qui pro tempore fuerit, vel quiuis alius; possit auctoritate apostol. seu ex officio suæ legationis, aliquem homicidam sic exbannitum rebannire, reducere, seu reuocare ad ciuitatem vel districtum, aut eorum alterum; seu ei licentiam vel saluum conductum concedere, redeundi seu morandi in eis, vel eorum altero, in perpetuum vel ad tempus modicum siue magnum, nec etiam per diem vnum siue noctem; quod si secus per quenquam ex supradictis factum fuerit, incidat in pœnam excommunicationis ipso facto, sine vlterioris sententia declarationis; a qua per alium, quam per summum pontificem (et tunc facta de hoc speciali expressione) non possit absolui; ac reductio, licentia, reuocatio, saluus conductus, et cassatio processus et banni huiusmodi, sint ipso iure nulla, nulliusque roboris, vel momenti; incidat etiam in pœnam ducatorum mille, cameræ apostolicæ applicandorum, quam thesaurarius, cui hoc secreto vel publice fuerit denunciatum, retinere faciat et mandet, nullo super hoc expectato seu requisito superioris mandato: quod si non fecerit thesaurarius, ipse eandem sententiam excommunicationis ipso facto, cum eisdem qualitatibus, incurrat: ipseque sic rebannitus, reductus, reuocatus, siue alio quocunque modo reuersus, possit et debeat capi, detineri, et incarcerari; et de ipso, secundum sententiam contra eum latam, iustitia fieri, per gubernatorem, potestatem, et alios officiales, ad quos spectat seu pertinet, incontinenti, sine vlterioris licentia, notificatione, et requisitione superioris, vel alterius, sub pœna ducentorum ducatorum auri cameræ apostolicæ applicandorum vel retinendorum; quam thesaurarius præfatus simili modo et forma, ac sub similibus censuris, faciat retineri;

.prout

prout superius est expressum. Hoc autem extendi voluit ad eos, qui reuocati, rebanniti, vel alias quomodocunque remissi fuerint, quacunque auctoritate seu licentia (praeterquam ex speciali commissione seu mandato Romani pontificis, contento in literis authenticis, et bulla plumbea munitis, a duobus mensibus citra, termino dierum quindecim, quo possint de ciuitate libere recedere, eis concesso) vel qui in futurum rebannientur, reuocabuntur, seu aliae remittentur, per quemcunque quouis auctoritate praedicta, sub poenis pecuniariis, et aliis ecclesiasticis censuris, de quibus superius est dictum.

CAP. III.

Appellationi non est locus bannitis ab homicidiem. Exilii fines quinquaginta milliaribus a loco delicti extenduntur.

Item, quod quaecunque appellationes interpositae vel interponendae ab huiusmodi, vel aliis sententiis siue grauaminibus contra homicidae latis, vel a processu contra eos facto, etiam si lis vel instantia super eis pendeat, et inhibitiones, vigore ipsarum emissae per auditorem camerae, vel alium quamcunque ordinarium, vel delegatum, sint nullae et inualidae, nec ad ulteriora super eis, vel ipsarum vigore, procedi possit ac debeat: quinimo appellationes litis et causae huiusmodi, censeantur euocatae, extinctae et inualidae, nec potestates vel alii officiales inhibiri, huiusmodi mandatis, inhibitionibus, litis pendentiae, censuris et poenis in eis contentis, astringantur; imo teneantur, et debeant, sub poenis supraapositis, ad executionem sententiarum latarum procedere. Possit tamen in causis aliis, a lite vel statuto permissis, appellari ad gubernatorem ciuitatis seu prouinciae; qui infra mensem causam diffinire teneatur; quo elapso, appellatio, inhibitio, et instantia super eis sint nulla, et libere, sine impedimento, possit fieri executio sententiae vel banni, ac si non fuisset inhibitum et appellatum; quodque bannii et condemnati propter huiusmodi crimen homicidii, censeantur et sint banniti ab omnibus circumvicinis, usque ad milliaria quinquaginta, infra quae, si reperti fuerint, possit et debeat capitalis sententia, siue condemnationis pecuniariae executio fieri contra eos, per potestates et alios officiales, ciuitati, districtui, et loco praesidentes, sub poenis pecuniariis simili forma imponendis.

CAP. IV.

Homicidii notorii rei quibus poenis subiiciantur.

Item, quod omnes et singuli homicidae, quorum delictum notorium fuerit, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiam si de delicto huiusmodi, ex forma statutorum, non possit inquiri, vel aliqua poena imponi, vel etiam si ipsius delicti, vel poenae pro eo interpositae, auctoritate apostolica, vel alterius, ab ea vel a Romano pontifice potestatem habentis, sit facta remissio, cassatio, processus et sententia annullata, vel aliter quomodolibet dispensatum, per viam gratiae seu iustitiae, in toto vel in parte, non possit habere officia vel dignitates in quibuscunque locis, ciuitatibus, et terris, a quibus banniti fuerint, in quibus domicilium eorum uel originemque habuerint, seu aliam moram traxerint, et residerint, etiamsi fuerint absoluti, rebanniti, vel alias eorum sententia, seu condemnatio, siue processus cassati, irritati, vel alias pro infectis habiti; sed perpetuo sint infames, et omni dignitate priuati, nec possint ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere, non admittantur ad iudicandum, seu ad aliud officium exercendum, et ab omnibus actibus legitimis sint perpetuo suspensi; quinimo, si huiusmodi officia acceptauerint, exercuerint, seu ad ea exercenda admissi fuerint, tam ipsi, quam gubernator, legatus aut superior, qui eum elegerit, vocauerit, aut ipsum officium exercere, seu ei praeesse passus fuerit, poenam quingentorum ducatorum auri, ipso facto incurrat, et sua gubernatione priuetur, nec gesta in iudicio, vel extra iudicium, tam per eum, qui admissus fuerit ad officium, quam per eum, qui illud ab eo exercere passus fuerit, de caetero valida sint, et robur obtineant: quinimo sint nullius roboris vel momenti, et si ecclesiasticae personae fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant.

CAP. V.

Deo et hominibus exosi viri sanguinum, adversus quorum audaciam et ferociorem petulantiam constitutio a Pio II. edita probatur et confirmatur.

SIXTUS IV.

Deo et hominibus abominabiles esse viros sanguinum, Propheta testatur, nec immerito, cum horrenda saeuitia, non solum corporum, sed etiam animarum eorum, quos interimunt (si non sint armis spiritualibus, diuina praeueniente gratia, praemuniti) deperditionem procurare noscuntur, pro quibus Dominus noster Iesus Christus mortem subiit temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nefarios, plurimum conferre arbitramur, contra eos, qui huiusmodi detestabile scelus patrare non expauescunt, iustitie seuerissima puniri, et latas pro tempore condemnationes, debitae executioni demandari: eaque, quae pro talium condemnationum facilius executione, et sicariorum huiusmodi persecutione, a praedecessoribus nostris prouide emanarunt, vt eo firmius obseruentur, quo fuerint saepius apostolica auctoritate munita, libenter approbentes, munimine roboramus, atque alia desuper statuimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. record. Pium papam II. praedecessorem nostrum, accepto, quod a certis annis tunc elapsis citra, etc. Cum autem (sicut nuper accepimus) contenta in eisdem literis ab aliquibus temporibus citra non fuerint obseruata, et ex illorum inobseruantia subditi praefatae eccles. promptiores fuerint ad homicidia committenda, iamque fere passim quamplurimae homicidia perpetrentur, et homicidae praefati ideo ad illa committenda promptiores existant, quia sperant latere, et suorum excessuum remissionem consequi facile posse: nos, qui detestabilem et horrendam talium sicariorum nequitiam, ad aliorum cautelam, opportunis iurie remediis prosequi, studio cupimus indefesso, habita super hic cum fratribus nostris, praefatae ecclesiae cardinalibus, deliberatione matura, et de illorum consilio, statuta et decreta Pii praedecessoris praefati, et prout illa concernunt, omnia et singula in dictis literis contenta, auctoritate apostolica, praesentium tenore, approbamus, et robur perpetuae firmitatis obtinere debere decernimus, ac volumus, et praefata auctoritate, de eorundem fratrum consilio, statuimus et ordinamus, quod condemnati hactenus, et quos in posterum condemnari contingeret vbilibet, in ciuitatibus, terris, et locis praedictis, pro homicidiis, siue vt principales, siue auxilium, consilium et fauorem praestantes, suarum condemnationum remissionem, cum contra illos saluum conductum et licentiam, secure in loco patrati criminis, et in eis infra quinquaginta milliaria (vt praefertur) propinque, nullatenus obtinere possint ab alio, quam a nobis, et Romano pontifice, qui pro tempore erit, et alicuius alterius, etiam legati de latere, remissio nemini suffragetur. Et si forte contigerit, nos et eundem Romanum pontificem pro tempore existentem, ad remissionem siue saluum conductum huiusmodi procedere, talis remissio per praeoccupationem processisse censeatur, et nemini prodesse possit, nisi in illa vera praesentium literarum tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes, insertus foret, et specifica, et determinata causa exprimeretur, quae nos, et successores nostros induceret ad derogandum praesentibus. quae cum tota matura deliberatione a nobis emanarunt. Romae 14. Calend. April. 1484.

CAP. VI.

Homicidii reos et exules, ob quodcunque capitale scelus bannitos, recipientes et tuentes, poenis canonicis et a iure statutis plectuntur.

IVLIVS II.

Dudum per felic. record. Pium papam II. praedecessorem nostrum, accepto, quod a certis annis tunc elapsis citra, in terris, locis, et tenimentis Romanae ecclesiae mediate vel immediate subiectis, quamplura etiam ex leuibus causis commissa esse reperiebantur homicidia, etc. Et deinde piae memoriae Sixtus papa IV. etiam praedecessor noster, accepto per eum, quod in ipsius Pii praedecessoris literis contenta, a certis annis tunc elapsis citra, non fuerant obseruata, etc. Prout in singulis literis praedictis plenius continetur. Cum autem tempore assumptionis nostrae ad summi apostolatus apicem, propter guerras, quibus non solum ciuitates, terrae, et loca temporali dominio eidem Romanae eccl. subiecta, sed etiam tota Italia decem fere annis, magnorum omnium in eis habitantium incommodo vexata fuerunt, in eisdem ciuitatibus, terris et locis, praesertim in vrbe nostra, intestina ac diuturna odia, et discordias, ciuilesque dissensiones vigere, ac furta, latrocinia, homicidia passim perpetrari cognouerimus, mente reuoluentes, praefatum Sixtum, praedecessorem et auunculum nostrum, qui nos ad cardinalatus honorem euexit, ad decorem et venustatem vrbis praedictae, et illius temporum restaurationem, ac personarum eiusdem vrbis, ac aliarum ciuitatum et locorum eidem Romanae ecclesiae subiectorum commoda, aciem suae considerationis extendisse, illius exemplo permoti, animum ad sedandum discordias et odia, tam in dicta vrbe, quam aliis ciuitatibus, terris et locis dictae ecclesiae subiectis, ad firmandam perpetuam pacem et quietem, non sine maximis animi et corporis molestiis et curis, pro subditorum nostrorum commodis applicauimus, idque opportunis iuris remediis omni studio efficere cupimus. Habita igitur super iis cum fratribus nostris S. R. E. cardinalibus deliberatione matura, et de illorum consilio, literas Pii et Sixti praedecessorum praedictorum, et prout illae concernunt, omnia et singula in dictis literis contenta, auctoritate apostolica, tenore praesentium, approbamus, et innouamus, et robur firmitatis perpetuae obtinere debere decernimus, ac illos ad bannitos, exitiosos, et rebelles, aut alios, pro quocunque alio crimine capitali, a quibusuis officialibus, tam in dicta vrbe, quam extra eam, et in terris eidem Romanae ecclesiae mediate vel immediate subiectis ius dicentibus, pro tempore condemnatos, ac brigosos nuncupatos, pacem, inita ordinationes dictae vrbis apostolica auctoritate approbatas, facere recusantes, nec non sue fibimet contra alios dicentes, aut cauelcatas sine Romani pontificis aut officialium suorum speciali licentia facientes vel mouentes praefata auctoritate, de eorundem

dem fratrum consilio extendimus, ac vniuersis et singulis, tam laicis, quam ecclesiasticis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, excellentiæ, dignitatis, ducibus quoque, comitibus, baronibus, domicellis, nec non communitatibus, ciuitatibus, ciuitatum, terrarum, castrorum, et aliorum quorumcunque locorum, nobis et eidem Romanæ ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum, districte præcipiendo mandamus et inhibemus, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exititios, et rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut brigosos, pacem facere recusantes, seu ius sibi contra alium dicentes, aut cavalcatas facientes vel mouentes, in eorum ciuitatibus, castris, seu locis aliis quibuscunque recipere et retinere, seu auxilium, consilium, vel fauorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, per se vel alium præstare, aut in eorum domibus, seu castris, vel locis recipere et receptare præsumat.

Et si quis contra inhibitionem et mandatum huiusmodi quouis modo, directe vel indirecte, de cætero venire præsumpserit, nos omnes et singulos sic contrauenientes, contra quos per Pium et Sixtum præfatos, ac alios prædecessores nostros Romanos pontifices, et apostol. sedis legatos, etiam satis est debite prouisum, excommunicationis maioris, et anathematis sententiam, a qua non nisi a nobis, vel eisdem successoribus, præterquam in mortis articulo constituti, et debita satisfactione præmissa, absolui possint, incurrere, eosque omnibus et singulis priuilegiis, gratiis, libertatibus, indultis, exemptionibus, immunitatibus realibus et personalibus, ac ciuitatibus, castris, terris, locis et dominiis eorum, dignitatibus, et honoribus, iuribus, officiis, ac etiam feudis, et concessionibus quibuscunque, quæ a nobis et Romana, ac quibuscunque aliis ecclesiis, obtinere noscuntur, sub quacunque verborum forma et tenore, ac cum quibusuis fortissimis et insolitis clausulis, immunitatibus, exemptionibus, et priuilegiis, etiam præseruatiuis ab incursu pœnæ priuationis ipso iure (quorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis haberi volumus) eo ipso priuatos, et inhabiles ac indignos ad illa et quælibet alia impostreum obtinenda, et quoscunque actus legitimos exercendos, fore nunciamus, et alia per nos et successores nostros, absque aliqua declaratione super incursu pœnæ priuationis huiusmodi, aut citatione eorum, qui priuationis pœnam incurrerint, facienda, aliis personis in feudum seu vicariatum, aut alias, ac si per lapsum temporis concessionis, aut finitam lineam, ad dictam cameram reuertissent, libere concedere, ac alias de illis disponere posse decernimus et declaramus, nec non ciuitates, terras, castra, et loca prædicta cameræ apostolicæ confiscamus, incorporamus, applicamus, et appropriamus, ac confiscata, incorporata, applicata, et appropriata esse, sicque contrauenientes, pro rebellibus eiusdem Romanæ ecclesiæ haberi et censeri debere volumus, eorum subditos, et vasallos, et arcium, ciuitatum, terrarum, castrorum, et locorum prædictorum castellanos, a quocunque fidelitatis iuramento, quo ipsi essent quomodolibet astricti, penitus absoluentes. Ciuitates quoque, terras, castra et loca prædicta, si ad eiusdem Romanæ ecclesiæ obedientiam se non reduxerint, seu in præmissis quomodolibet deliquerint, et etiam quorumcunque eis consilium, auxilium, vel fauorem quouis modo directe vel indirecte, publice vel occulte præstantium, etiam quacunque ecclesiastica vel mundana, etiam regali præfulgeant dignitate et excellentia, vt præfertur, et ad quæ eos declinare contigerit, ecclesiastico subiicimus interdicto, tamdiu firmiter obseruando, donec ibidem fuerint, etiam per triduum post inde discessum. Illos quoque, qui aliquem sciuerint culpabilem in prædictis, et nobis vel successoribus nostris infra trium dierum spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter præferatur, similes pœnas incurrere volumus.

CAP. VII.

Homicidii reus in carcere constitutus audiatur, nec prius ad locum cædis remittatur, quam hæredum occisi iuri satisfecerit.

PIVS IV.

Cum nos dudum vestigiis felic. record. Iulii Papæ II. prædecessoris nostri inhærentes, nullum homicidii reum, qui se ab illo, etiam sub prætextu, quod alium bannitum occiderit, seu ab alio banniti occisore, iuxta formam bannimentorum id permittentium, nominatus fuerit, aut ex alia quauis causa, absolui debere prætendat, ad absolutionem petendum per procuratorem, aut excusatorem, seu defensorem, etiam velut quemlibet de populo comparentem, audiri vel admitti debere, nisi ipse reus se in carcere personaliter constitueit, statuerimus et ordinauerimus, prout in nostris desuper editis literis, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur; verum cum, vt nuper accepimus, a nonnullis in dubium reuocetur, an in dictis nostris literis solum homicidæ banniti vel condemnati, non autem illi, qui nondum condemnati vel banniti essent, comprehendantur? nos propterea, omnem ambiguitatem circa præmissa amputare et penitus tollere volentes, motu simili, et ex nostra certa scientia, hac nostra perpetuo valitura constitutione, nullum ab homicidio, seu alio quouis crimine, pro quo pœna corporalis veniat imponenda, ex aliqua causa, etiam quia alium bannitum occiderit, vel ab alio banniti occisore, iuxta formam proclamatuum et bannimentorum id permittentium, vel constitutionum desuper editarum, nominatus fuerit, siue etiam, quia ab ipso occisus, bannitus et condemnatus extiterat, ac impune, ex dispositione dictorum proclamatuum et bannimentorum seu constitutionum, occidi potuerit, se absolui debere prætendentem, siue pro homicidio, aut alio crimine per eum commisso bannitus et condemnatus sit, siue nondum bannitus nec condemnatus, nec etiam inquisitus existat, per se vel aliam personam pro eo quomodolibet comparentem, ad absolutionem petendum admitti vel audiri posse, nisi se prius in carcere constituerit, et ad causam heredes, ab ipso occisi, citari, et in euentum, quod quis ab homicidio per ipsum commisso, ex eo, quod alium bannitum occiderit, vel ab aliquo banniti occisore, vt præfertur, nominatus fuerit, se absolui obtineat, eum nihilominus a loco, in quo hæredes occisi commorantur, quousque ab illis pacem obtinuerit, exulare debere, neque ad eum locum aliter, nisi pace ab illis habita, remitti posse, perpetuo statuimus et ordinamus. Inhibentes nihilominus omnibus et singulis iudicibus, quacunque auctoritate fulgentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ, aliisque arbitrii nostri pœnis, et nostris etiam de latere legatis, sub indignationis nostræ pœna, ne contra tenorem huius nostræ constitutionis, de cætero quempiam, sicut præmittitur, se absolui petentem, nisi in carcere constitutum, quoquomodo audiant vel admittant: et vbi secus fecerint, processus taliter habitos, ac sententias desuper latas, nullius fore momenti, ac vitio nullitatis subiacere, et illis non obstantibus, reos sic absolutos pœnis debitis puniri, seu de nouo inquiri posse. Rom. 2. Febr. 1563.

CAP. VIII.

Rei pro cuiuscunque flagitii culpa ad capitalem pœnam damnati etiam per contumaciam, non audiantur, nisi in carceribus constituti, et hæredibus eorum, ad quos actio pertinet, citatis.

SIXTVS V.

Licet alias fel. record. Pius papa IV. prædecessor noster motu proprio, et ex eius certa scientia, sua perpetuo valitura constitutione sanciuerit, nullum ab homicidio, seu alio quouis crimine, pro quo pœna corporalis veniret imponenda, ex aliqua causa, vel quia bannitum occidisset, seu ab alio banniti occisore, iuxta formam proclamatuum et bannimentorum id permittentium, vel constitutionum desuper editarum, nominatus fuisset, siue etiam quia ab ipso occisus, bannitus et condemnatus extitisset, et impune, ex dispositione dictorum proclamatuum et bannimentorum, seu constitutionum, occidi potuisset, se absolui debere prætendens, seu pro homicidio, aut alio crimine per eum commisso, bannitus et condemnatus foret, siue nondum bannitus et condemnatus, nec inquisitus existeret, per se vel aliam personam pro eo quomodolibet comparentem, ad absolutionem petendum, admitti vel audiri posse, nisi se prius in carceribus constituisset, et defuncti hæredes ab ipso citati fuissent. Et in euentum, quod quis ab homicidio per eum commisso, ex eo, quod alium bannitum occidisset, vel ab alio banniti occisore nominatus foret, se absolui obtineret, eum nihilominus ad locum, in quo occisi hæredes commorarentur, quousque ab illis pacem obtinuisset, exulare debere, neque ad eum locum aliter, nisi pace ab illis habita, remitti posse, perpetuo statuerit et ordinauerit: inhibens nihilominus omnibus et singulis iudicibus, tam sæcularibus, quam ecclesiasticis, etiam nostris de latere legatis, sub indignationis sententiæ pœna, ne contra constitutionis huiusmodi tenorem, de cætero quempiam sic, vt præmittitur, se absolui petentem, nisi in carcere constitutum, quoquomodo audire vel admittere audeant vel præsumant, et vbi secus fecerint, taliter per eos habitos processus, et sententias desuper latas nullius fore momenti, ac nullitatis vitio subiacere, et illis non obstantibus, reos sic absolutos pœnis debitis puniri, seu de nouo inquiri posse. Sicque per quoscunque iudices et commissarios, quauis auctoritate fulgentes, sublata eis et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate et auctoritate, iudicari debere decreuerit, aliaque forsan fecerit, prout in ipsis Pii literis desuper in forma motus proprii signatis, plenius continetur. Cum tamen a nonnullis in dubium reuocetur, an in literis Pii prædecessoris huiusmodi comprehendantur etiam illi, qui ex aliqua criminali causa, pro qua pœna corporis afflictiua imponenda foret, in eorum contumaciam condemnati fuerint, ita vt ad purgandum contumaciam et condemnationem huiusmodi, admitti vel audiri non debuerint, nec debeant, nisi prius se in carceribus constituerint: nos omnem circa præmissa ambiguitatem e medio tollere et penitus amputare volentes, nec non literarum huiusmodi tenores, præsentibus pro expressis habentes, illisque nihil addentes, vel minuentes, motu simili, ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine decernimus et declaramus, eos omnes et singulos, qui ex huiusmodi causis, licet in eorum meram contumaciam hactenus condemnati fuerint, et in futurum condemnabuntur, sub eisdem literis omnino comprehensos fuisse, et esse, ac fore, ita vt non aliter ad purgandum dictam eorum contumaciam et con-

condemnationem admitti debuerint, vel debeant, nisi sese prius in carceribus constituerint vel constituant. Decernentes, quod in quacunque instantia, casu, et causa se absolui petant, licet forsan in aliqua se constituerint, nullo modo audiantur, nisi se prius in carceribus, seruatis seruendis, de nouo constituerint, et nouæ constitutioni huiusmodi ad plenum satisfecerint. Ac omnes et singulas absolutiones, remissiones, et quasuis alias gratias, contra præsentium tenorem, quomodolibet pro tempore impetratas, et a quibuscunque iudicibus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existant, quouis prætextu, vel causa emanatas, nullatenus attendi debere, minusque cuiquam prodesse modo posse, sed tanquam nullas et inualidas, nulliusque roboris vel momenti, reiiciendas esse, liceretque præfatis et aliis iudicibus, quibuscunque illis non obstantibus, processus huiusmodi reassumere, et prout iuris fuerit, terminare. Rom. 12. Iul. 1567.

CAP. IX.

Sanctionum pie et iuste in homicidas et bannitos editarum accurata declaratio et confirmatio.

IDEM.

Piæ memoriæ Pius papa IV. prædecessor noster, Pii II. Pauli, Sixti, Iulii, Leonis, et Clementis prædecessorum literas, in bannitos, sicarios, et homicidas latas, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, et mandatorum, ac omnibus et singulis aliis in eis respectiue contentis clausulis auctoritate apostolica, per suas literas approbauit, et innouauit, ac perpetuæ roboris firmitatem subsistere, et per singulos, quos literæ ipsæ concernebant et concernerent in futurum, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, suspensionis, diffidationis, criminis læsæ maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, et interdicti, ac aliis censuris et pœnis, ecclesiasticis et temporalibus, ac corporis afflictiuis, in eisdem literis contentis, quas contrauenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inuiolabiliter obseruari, illasque etiam ad homicidas, sicarios, exititios, criminosos, rebelles, aliosque infames, propter homicidia et alia nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, et delicta, etiam ad hoc, vt ipsi in ciuitatibus, terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur, banniti et condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filiis, seu consanguineis occisorum, aut partium læsarum, non solum e locis circumuicinis vsque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus et singulis ciuitatibus, terris, castris, et locis, etiam regni, et partium prædictarum nobis et dictæ Romanæ ecclesiæ, mediate vel immediate, quomodolibet subiectis, banniti et exules essent, et esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo, etiam prætextu cuiusuis licentiæ, salui conductus, remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ, per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere possent. Et si in eis residerent, vel reperti essent, capi et detineri, et incarcerari, ac iuxta criminum et excessuum per eos perpetratorum qualitatem, et literarum Pii II. et Clementis prædecessorum huiusmodi tenorem, sub pœnis in eisdem literis contentis, per officiales ciuitatis, terræ, castri, vel loci, in qua vel quo deprehensi forent, debitis pœnis plecti, seu inde aduci, et ad forum seu officiales, ad quos criminum seu excessuum eorundem punitio de iure vel consuetudine pertineret, remitti deberent, extendi et ampliari debere, et in eis locum habere decreuit. Et nihilominus præmissa omnia et singula, prout per Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, et Clementem prædecessores præfatos statuta, ordinata, extensa, ampliata, reuocata, cassata, annullata, inhibita, decreta, et declarata fuerant, etiam ad hoc, vt duces, barones, marchiones, comites, domini temporales, vicarii, feudatarii, capitanei, magnates, principes, communitates, ciues, officiales et personæ, ac alii, quos prædictæ et præsentes literæ concernunt, ac ipsorum singuli, literas et in eis contenta huiusmodi non obseruantes, et illis directe vel indirecte quomodolibet contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores et complices, singulas censuras et pœnas prædictas eo ipso, absque aliqua declaratione, incurrerent, et incurrisse censerentur. Ipsique duces, barones, marchiones, comites, domini temporales, vicarii et feudatarii, ciuitatum, terrarum, castrorum et locorum, etiam regni, et partium prædictarum, sibi et eidem ecclesiæ immediate subiectorum aliquos suos, et dictæ ecclesiæ hostes et inimicos, aut subditos exules, bannitos et facinorosos, cuiuscunque status vel conditionis essent, publice vel occulte vllo vnquam tempore recipere vel acceptare, nullatenus præsumerent. Et si aliquos ad eorum dominia et territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominiis vel territoriis huiusmodi expellere, seu ad simplicem iussionem vel requisitionem suam, et successorum suorum, quo vellet, et successores ipsi vellent, tute conduci facere, ac quod præmissis ab eius subditis inuiolabiliter obseruentur, omni excusatione cessante, cum effectu curare, sub similibus priuationis et rebellionis, ac criminis læsæ maiestatis pœnis, si contrafecissent, eo ipso incurrendis.

Nec non vt homicidæ, fautores et complices præfati, facilius capi et puniri possent, quod communitates ciuitatum, et vniuersitates terrarum, castrorum, et locorum, in quibus, seu quorum territorio, districtu, et ditione, dicta homicidia perpetrarentur, sub paribus interdicti ecclesiastici, et duorum millium per communitates, ac mille ducatorum per vniuersitates, nec non ciuitatum, terrarum, et locorum eorundem domicelli, barones, vicarii, et alii in temporalibus domini, sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, et quinque millium ducatorum auri, præfatæ cameræ irremissibiliter applicandorum, eo ipso, absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, complices, et fautores statim capere, ac omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerentur, capi facere: et si eos capere non possent, statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis et habitatoribus oppidorum et locorum circumuicinorum, ad quæ declinabunt seu declinare poterunt, notificari. Communitates vero, et domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditionem tales declinabunt, cum primum id ad eorum notitiam deuenerit, eos apprehendere, seu apprehendi facere: quod si non potuerint, similiter id vniuersitatibus seu incolis et habitatoribus vicinorum locorum, ad quæ declinabunt, aut verisimiliter declinare poterunt, insinuare, et captos ad eorum iudices ordinarios traducere et tradere, sub similibus pœnis tenerentur, et deberent, de nouo statuit, ordinauit, inhibuit et declarauit. Et similiter quibusuis dictæ sedis legatis, etiam de latere, ac nunciis, et prouinciarum rectoribus, nec non suis, et dictæ Romanæ ecclesiæ vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, et præfatis communitatibus, omnem, super absolutionis homicidiorum huiusmodi, per eum et prædecessores suos ac sedem eandem, sub quauis forma et verborum expressione, concessam, approbatam, et innouatam auctoritatem et facultatem reuocauit, cassauit, irritauit et annullauit. Et si quando similes absolutiones per eum, et successores suos, Rom. pontifices, et sedem præfatam concedi contingeret, illas per iudices et officiales, ad quos pertineret, nisi trinæ literæ apostolicæ, sub interuallo vnius mensis pro singulis literis huiusmodi, cum expressa derogatione præsentium, desuper emanarent, nullatenus admitti vel obseruari voluit, prout in singulis literis prædictis plenius continetur.

Cum autem statim, vbi nos ad summi apostolatus apicem (diuina cooperante prouidentia) assumpti fuimus, ob earundem literarum non obseruationem, in eisdem ciuitatibus, terris et locis, ac etiam in alma vrbe nostra, varias dissensiones, discordias, et odia vigere, latrocinia, et homicidia, aliaque nefandissima crimina perpetrari, ac præfatos Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, Clementem, ac Pium IV. prædecessores, pro felici ac tranquillo statu et commodo personarum, tam dictæ vrbis, quam aliarum ciuitatum, terrarum et locorum prædictorum, præmissa statuisse, ordinasse et peregisse perspexerimus: idcirco nos quoque, eadem ratione quietis videlicet ac pacis moti, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum vnanimi consilio et assensu singulas Pii II. et Pauli, ac Sixti, nec non Iulii et Leonis, et Clementis, et Pii IV. prædecessorum literas huiusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, et mandatorum, omnibusque et singulis aliis in eis respectiue contentis clausulis, apostolica auctoritate prædicta, tenore præsentium, approbamus, confirmamus, et innouamus, illisque perpetuum et inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, ac ab omnibus et singulis, quos illæ concernunt, penitus, ac sub prædictis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis pœnis, obseruari volumus atque decernimus, easdemque literas ad hoc, vt si homicidæ, sicarii, banniti in ciuitatibus, terris, castris, et locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint, ipsique damnis taliter illatis, a ciuitatum communitatibus, ac terrarum, castrorum, et locorum huiusmodi vniuersitatibus, capti et deprehensi non fuerint, sed taliter delinquentes impune euaserint, communitates ac vniuersitates huiusmodi (præter hoc, quod ad damnorum quorumcunque sic illatorum parti læsæ, damnaque huiusmodi patienti, eorumque hæredibus plenariam restitutionem et satisfactionem omnino teneantur) ad tantundem, quantum damna illata huiusmodi existimata fuerint, cameræ apostolicæ realiter et cum effectu persoluendum, omnino sint astricti, auctoritate et tenore præfatis extendimus et ampliamus. Mandantes eisdem communitatibus et vniuersitatibus, quatenus ipsæ in virtute sanctæ obedientiæ, et sub maioris excommunicationis, ac aliis nobis, et pro tempore existenti Romano pontifici bene visis pœnis, eosdem sicarios et bannitos, in eorum ciuitatibus, castris, terris et locis commorantes, seu per ea et ea transeuntes, capere, et ad populum conuocandum et coadiuuandum campanas pulsare, eosque sic captos ad carceres conducere, aut curiæ temporali consignare, omnino teneantur. Rom. 3. Non. Iul. 1566.

CAP. X.

In sicarios, bannitos, latrones, et homicidas æquissima constitutio, priorum pontificum decreta confirmans.

SIXTVS V.

Hoc nostri pontificatus initio, inter multa reipublicæ damna et incommoda, quæ menti nostræ obuersabantur, nobis longe fuit grauissimum, quod populos S. R. E. ditioni temporali subiectos, non modo ad rerum, substantiarumque suarum perturbationem et iacturam, sed etiam vitæ periculum redactos inuenerimus, exulibus, bannitis, cæterisque id genus facinorosis hominibus, ita vndique ingruentibus et grassantibus, vt eix quisquam ab hac hominum peste tutus alicubi consistere posse videatur. Quare cum ad hæc sananda mala, ex officii nostri debito, et præcipua erga nostros ac eiusdem Romanæ ecclesiæ subditos charitate assidua extimulemur, nihil non agere et tentare decreuimus, quo populis optata quies, salus, securitas et tranquillitas per nos restituatur. Quod ita demum, Deo auxiliante, speramus nos esse consecuturos, si caute prouideatur, ne vllum domi forisque intra extraue fines nostros, criminosis hominibus huiusmodi pateat diffugium aut receptaculum, sed omnino legum et magistratuum seueritatem, iustitiæque gladium subire, ac debitas pœnas luere cogantur.

Itaque de fratrum nostrorum consilio, omnes et singulas constitutiones a fel. record. Pio II. Paulo etiam II. Sixto IV. Iulio similiter II. Leone X. Clemente VII. Iulio III. Pio etiam IV. Pio V. Gregor. XIII. et quibusuis aliis Romanis pontificibus prædecessoribus nostris, suo cuiusque tempore, in detestabile prædictorum et aliorum infrascriptorum hominum genus, pro temporis et criminum ratione editas, cum omnibus et singulis eis contentis, quoad ea, quæ præsentibus non contrariantur, et excepta excommunicationis sententia, per easdem constitutiones in illis contrauenientes promulgata, quam ne animarum perniciem potius, quam salutem afferat, consulto tollendam et submouendam duximus, ex certa scientia nostra approbantes et innouantes, illarumque omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro expressis et insertis haberi volentes. Romæ primo anno pontificatus Sixti V.

TITVLVS IX.

DE FALSIS ET FALSVM EXPONENTIBVS.

CAP. I.

Personæ qualitatem et conditionem mentientes, vt aliquid facilius consequantur, vel hoc oblique tramite affectatæ fructu careant.

INNOCENTIVS VIII.

Cum, sicut non sine displicentia accepimus, nonnulli conscientiæ suæ prodigi, et auaritiæ morbo laborantes, vt literas apostolicas gratis expediant, et officiales debita eorum portione defraudent, in eisdem literis, se nonnunquam venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, aut dilectorum filiorum abbreuiatorum de maiori præsidentia, seu literarum prædictarum scriptorum, nec non aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus et priuilegiis siue antiqua consuetudine literas ipsas gratis expedire solent, nepotes, et quandoque germanos, interdum vero familiares continuos commensales fuisse et esse affirmare, et vt tales in dictis literis ia inscribere facere ac fecisse non verentur, cum reuera tales non fuerint, in animarum suarum periculum, ac officiorum Roman. curiæ non modicum præiudicium et grauamen. Nos fraudibus et deceptionibus huiusmodi, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno prouidere volentes motu proprio, et ex certa scientia, omnes et singulos, cuiuscunque status, gradus et conditionis fuerint, et quocunque nomine nuncupentur, qui se cardinalium, aut assistentium seu scriptorum eorundem, aut aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus et priuilegiis, siue antiqua consuetudine literas ipsas gratis expediri solent, nepotes, seu germanos, aut familiares continuos commensales in eisdem literis nominauerint, cum reuera tales non fuerint: excommunicationis sententia, a qua nisi per Rom. pontificem pro tempore existentem, mortis articulo excepto, ac satisfactione præuia, absolui non possint, auctoritate apostol. per præsentes innodamus. Et nihilominus concessiones et gratias in eisdem literis contentas quascunque, ipsasque literas hactenus expeditas et expediendas, viribus omnino carere, eisque et eorum singulis, in aliquo suffragari non potuisse, nec in futurum posse, motu, auctoritate et scientia similibus decernimus, et declaratio nostra huiusmodi in cancellaria apostolica publicetur, et in illius libro describatur, et perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruetur. 18. Aug. 1487.

CAP. II.

Qui personis interpositis beneficiorum prouisionem venantur, aut seipsos in canonico examine offerunt, quo alterius ignorantiæ et imperitiæ fucum præbeant, falsumque tacent, excommunicantur.

PAVLVS IV.

Inter cæteras curas, quibus ex apostolatus officio assidue vrgemur et premimur, ea continue animo nostro fixa fuit, vt beneficia ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis conferantur idoneis, quæ vellent et possent apud ea personaliter residere, scirentque eis laudabiliter deseruire. Et ad hoc dilectos filios nostros Bernardinum sancti Matthæi Tranen. et Scipionem sanctæ Potentianæ de Pisis, ac Ioannem sancti Ioannis apud portam latinam tituulorum, Reumanum, nuncupatos presbyteros cardinales, qui vna cum venerabili fratre Francisco episcopo Gebenens. datario nostro distributioni et prouisioni beneficiorum huiusmodi præessent, iam dudum deputauimus. Verum, cum audiamus, eosdem cardinales et datarium, licet in his eam, quam possunt, maiorem semper adhibuerint et indies adhibeant diligentiam, personas, quibus beneficia ipsa conferenda sunt, super literatura examinando, de eorum vita et moribus, ac beneficiis per eos obtentis, aliisque ad præmissa facientibus, accurate inquirendo, diuersimode tamen circumueniri et falli, ac diuersas ei fraudes in præmissis fieri, aliquibus se alios esse simulantibus, et tanquam tales, se in examine supponentibus, et aliis beneficia pro personis sibi cognitis, et id ignorantibus, vt postmodum cum eis beneficia, etiam per simoniacam prauitatem contractare, et super eis pacisci possint: aliis beneficia, tam pro se, quam aliis personis, cum oblatione diuersarum pensionum annuarum diuersis personis, etiam familiaribus, continuis commensalibus nostris, aut aliis, quos ipsi nobis gratos et acceptos esse existimant, annuatim persoluendarum, et sic simoniacam hæresim incurrendo: aliis beneficiis huiusmodi pro diuersis aliis, sub spe pensionem annuam, aut aliud commodum temporale ab eis consequendi: aliis beneficia ipsa pro seipsis animo et intentione, et interdum pacto expresse firmato, de eis postmodum in fauorem aliorum, qui aliquando minus idonei, et non benemeriti existunt, cum simili pensione aut commodo, aut sine illa, vel illo resignandis et dimittendis, maxima cum instantia obtinere procurantibus. Nos præmissis fraudibus et dolis, ac hæresi simoniacæ, quantum cum Deo possumus, efficaciter occurrere volentes, apostolica auctoritate, tenore præsentium, statuimus et ordinamus, atque decernimus, quod de cætero omnes et singuli, qui post publicationem præsentium in locis infra scriptis faciendam, occasione beneficiorum obtinendorum se alios esse simulauerint, et tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se vel pro aliis cum oblatione alicuius pensionis annuæ, aut pro aliis, cum spe pensionem annuam, aut aliud, quantumuis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro seipsis principaliter, animo et intentione, ea postmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum et bene meritorum, cum simili pensione aut commodo, aut etiam sine eo resignandi, obtinere procurauerint, cuiuscunque status, gradus, ordinis et conditionis existant, etiam si episcopali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, vel cardinalatus honore, seu mundana, etiam regali, ducali, aut marchionali preeminentia præfulgeant, excommunicationis et anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam, a qua, nisi a nobis, aut Rom. pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant, nec non priuationis omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, secularium et quorumuis ordinum regularium, per eos in titulum vel commendam, aut alias quomodolibet obtentorum, et inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda pœnam, eo ipso, absque alia desuper facienda declaratione incurrant, ita vt constito solum summarie et extraiudicialiter, quod ipsi contra tenorem præsentium aliquid fecerint, per curiæ causarum cameræ apostolicæ generalem auditorem seu viceauditorem, vel eius locumtenentem pro talibus et vt tales publicari possint: et nihilominus, sic, vt præfertur, obtentæ prouisiones et commendæ, aliæque dispensationes nullæ sint, irritæ et inanes, nullumque alicui ius in ipsis beneficiis vel ad illa tribuant, nec aliquis earum vigore fructus suos faciat, sed ad eorum restitutionem teneantur, possintque beneficia, tam sic impetrata, quam per eos ante obtenta, tanquam modo præmisso vacantia, a nobis et Rom. pontifice pro tempore existente duntaxat libere impetrari. Volumusque, statutum, ordinationem, et decretum nostra huiusmodi, etiam quoad monasteria monialium, et alia beneficia, per moniales aut alias mulieres obtineri solita, locum habere.

CAP. III.

Surreptitiæ sunt literæ, per falsam rei narrationem extortæ et impetratæ.

LEO X.

Inhærendo a vestigiis prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, sicut non absque graui displicentia accepimus, nonnulli

a *Conuenit hæc constitutio cum ea, quam Innocentius edidit in hanc rem sup. cap. 1. eod.*

anima

animæ suæ prodigi, et auaritiæ morbo laborantes, vt literas apostolicas gratis expediant, et Romanæ curiæ officiales debita eorum portione defraudent, in eisdem literis nonnunquam venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. vicecancellarii, et aliorum cardinalium aut dilectorum filiorum abbreuiatorum de minori præsidentia, seu literarum prædictarum scriptorum, nec non aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus, et priuilegiis, siue antiqua consuetudine, literas ipsas gratis expedire solent, nepotes, et quandoque germanos, interdum vero familiares continuos commensales fuisse et esse affirmare, et vt tales in dictis literis se inscribi facere et fecisse non vereantur; cum reuera tales non fuerint, in animarum suarum periculum, et officiorum eiusdem Rom. curiæ non modicum præiudicium et grauamen. Nos igitur, fraudibus et deceptionibus huiusmodi, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno prouidere volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de apostol. potestatis plenitudine, omnes et singulos, cuiuscunque status, gradus, vel conditionis fuerint, et quocunque nomine nuncupentur, qui se vicecancellarii, aut aliorum cardinalium vel abbreuiatorum, seu scriptorum eorundem, aut aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus et priuilegiis, siue ex antiqua consuetudine huiusmodi literas ipsas in toto vel in parte gratis expedire solent, nepotes, fratres, aut familiares continuos commensales in eisdem literis, etiam motu proprio concessis, nominauerint, si reuera tales nepotes, aut fratres, familiares continui commensales non fuerint, nec non officiales præmissa fieri procurantes, seu permittentes, excommunicationis sententia, a qua non nisi per Romanum pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac debita satisfactione præuia) absolui possint, auctoritate apostolica per præsentes innodamus, eosque excommunicationis sententiam huiusmodi in dictum euentum exnunc, prout extunc, et econtra incurrisse declaramus, et pro talibus publice iudicari mandamus; ac ipsos officiales procurantes seu permittentes huiusmodi, a suorum officiorum perceptione emolumentorum per continuum, vltra alias pœnas, quas propterea incurrent, omnino suspendimus. Et nihilominus concessiones et gratias in eisdem literis contentas quascunque, ipsasque literas hactenus, tam per cameram, quam cancellariam expeditas et expediendas, viribus omnino carere, eisque, quos concernunt, et eorum singulis in aliquo suffragari non potuisse, neque in futurum posse, sed omnino surreptitias, inualidas et nullas fuisse, esse et fore, sicque per quoscunque iudices, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, ac sacri palatii apostol. auditores, in quacunque instantia, sublata eis et eorum cuilibet quauis aliter interpretandi et iudicandi facultate, interpretari, et iudicari debere, ac irritum et inane, quicquid secus super iis, quauis auctoritate, etiam per nos et successores nostros Romanos pontifices, qui pro tempore fuerint, scienter vel ignoranter contigerit attentari, motu et scientia similibus decernimus et declaramus: ac volumus, quod mandatum, decretum, et declaratio nostra huiusmodi in cancellaria apostolica publicentur, et in illius libro describantur, ac perpetuis futuris temporibus obseruentur. Rom. 20. Febr. 1517.

CAP. IV.

Excommunicantur adulterantes et falsificantes literas apostolicas.

SIXTVS V. *ex bulla cœnæ Domini.*

Excommunicamus et anathematizamus omnes falsarios literarum apostolicarum, et in forma breuis, ac supplicationum gratiam vel iustitiam continentium, per Romanum pontificem, vel sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani pontificis signatarum, aut sub nomine eiusdem Romani pontificis, seu vicecancellarii aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem. Extendentes constitut. felic. record. Innocent. papæ III. quæ incipit: *ad falsariorum*, cum omnibus pœnis in ea contentis, ad falsificantes seu mutantes supplicationes, per nos seu de mandato nostro signatas et datas, sine nostra aut datarii nostri licentia.

TITVLVS X.
DE AMBITV.

CAP. I.

Quo altiora et sanctiora sunt honorum fastigia, eo mitius et modestius homines ambire decet. Pontificatus itaque electionem ante sedem vacantem procurans, et suffragia venans, excommunicatur, et ab omnibus dignitatibus abdicatur.

PAVLVS IV.

Cum, secundum apostolum, nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui tanquam Aaron vocatur a Deo, facile ab omnibus iudicari potest, quam grauiter excedant, errant, et peccent, qui tam inferiores, quam superiores dignitates ecclesiasticas, et ipsam denique beati Petri sedem ac apostolicæ dignitatis culmen et apicem, a Deo optimo maximo, a quo omnia bona procedunt, nulla prorsus humana ope, nec cuiusuis auxilio, consilio, vel fauore interueniente, prouenire non arbitrantur, sed illas tanquam venales, aut alias in dispositione mortalium constitutas, diuersis modis et mediis ambire et assequi, seu potius vsurpare præsumunt.

Nam vt Romanæ, et cuiuslibet alterius, tam ante, quam post Domini Dei et redemptoris nostri Iesu Christi in terris aduentum, bene institutæ reipublicæ, de ambitu, et contra ambitus reos sanctissime promulgatas, et inuiolabiliter obseruatas leges, ad præsens omittamus, nonne huiusmodi detestabile ambitus scelus, etiam iure diuino, grauissime punitur, cum Absalon, qui regnum genitoris sui adhuc viuentis ambiebat, ex mulo, cui insederat, eleuatus, capillis capitis sui quercui suspensus remansit, et a Ioab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud sacrorum conciliorum a sancta Dei ecclesia receptorum et approbatorum auctoritas diuersimode detestatur et punit, cum quemcunque presbyterum, aut diaconum, seu clericum, qui papa incolumi, et eo inconsulto subscriptionem pro Romano pontificatu commendare, aut pittacia promittere, seu sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod suffragium polliceri, vel de hac causa, priuatis conuenticulis factis, aliquid deliberare, et decernere præsumpserit, loci sui dignitate et communione priuandum, anathematisque pœna plectendum censeat, et propter occultas fraudes, et coniurationum huiusmodi secretas insidias, si quis harum actionum particeps, consilia eorum, qui de pontificali agunt ambitu, ad notitiam ecclesiæ deferat, et rationali probatione conuincat, eum non solum ab omni culpa purgatum remanere, verum etiam remuneratione non indigna sublimari velit, et statuat, et exinde, non modo sacrorum canonum, sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, ambientes papatum, aut super eo, papa viuente, et inconsulto, tractantes, seu conuenticula facientes, crimen læsæ maiestatis in primo capite, et simoniacæ hæreseos incurrere decreuerint, non sine clara et aperta ratione, cum omnis tractatus de loco, dignitate, et bonis alicuius viuentis, eo non consentiente, ab vtroque iure prohibeatur et reprobetur: præsertim cum inde præstetur votum captandæ mortis, quod sacri canones et venerandæ leges passim abhorrent et detestantur. Accedit, quod cum inter pontificem et ecclesiam contrahatur spirituale coniugium, quod fortius est carnali, grauissimæ pœnæ ex vtriusque iuris censura imponuntur iis, qui constanti matrimonio, de alio coniuge tractare præsumunt. Quare cum peccatis ingentibus, plures hodie beati Petri sedem, nobis viuentibus et inconsultis, ambire, et conuenticula superinde facere dignoscantur, et ad hoc suffragia S. R. E. cardinalium obtinere, et quodammodo subarrhare procurent et satagant.

Nos cupientes huiusmodi detestabile ambitus, et illi coniuncta, simoniacæ hæreseos, et læsæ maiestatis crimina, non solum nostris, sed etiam successorum nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium temporibus, perpetuo abolere, et non solum ex vsu, sed etiam ex mentibus hominum, præsertim in electione Romani pontificis, qui Domini Dei et Saluatoris nostri Iesu Christi in terris vicarius existit, radicitus euellere, et in præmissis, pro tantæ rei necessitate, et periculi magnitudine, vt tenemur, salubriter prouidere, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris, ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio et vnanimi assensu, hac nostra perpetuo valitura constitutione, apostolica auctoritate, et de nostræ apostolicæ potestatis plenitudine, omnes et singulas excommunicationis, suspensionis, et interdicti, ac priuationis, et quasuis alias sententias, censuras, pœnas, dudum a Romanis pontificibus prædecessoribus nostris, aut sacris conciliis, seu sanctorum patrum nostrorum decretis, statutis, capitulis, canonibus, constitutionibus, et ordinationibus, contra sic ambientes quomodolibet latas et promulgatas, approbamus et innouamus, ac perpetuo obseruari, et in viridi obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi et esse debere. Nec non quoscunque in præmissis, tam nostro, quam successorum nostrorum prædictorum tempore, publice vel occulte, aut alias quomodolibet delinquentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, et præeminentiæ existant, etiam si episcopali, archiepiscopali, patriarchali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, seu cardinalatus honore, vel mundana, etiam ducali, regali, reginali, aut imperiali auctoritate seu excellentia præfulgeant, et eorum quemlibet, sententias, censuras, et pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes, dignum esse, vt quos Dei timor a malo non reuocat, ecclesiasticæ saltem coerceat seueritas disciplinæ, de similibus consilio, et assensu, ac auctoritate, et plenitudine potestatis volumus, et declarando statuimus, ordinamus et decernimus, quod sententiis, censuris, et pœnis prædictis, in suo robore et efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes et singuli, tam clerici, quam vtriusque sexus laici, qui per se vel alios, nobis viuentibus et inconsultis, verbis vel scriptis, aut nunciis, cum aliquo de futuro pontifice eligendo, hactenus tractarunt, vel tentarunt, seu in posterum Romano pontifice viuente et inconsulto, tractabunt, vel tentabunt, etiamsi, vt præfertur, qualificati, et dignitate, honore, et auctoritate, et excellentia prædictis præditi existant, sint ipso iure et facto, absque alia

alia desuper ferenda sententia, excommunicati excommunicatione maiori, et maledictione æterna damnari, et ab excommunicatione et maledictione huiusmodi per alium, quam per nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo absolui non possint, incurrerintque, et incurrant respectiue crimen simoniacæ hæreseos, et læsæ maiestatis in primo capite, ac priuationem omnis, etiam episcopalis, archiepiscopalis, et patriarchalis, ac cuiusuis alterius maioris, vel minoris dignitatis, ac cardinalatus honoris, nec non ducalis, regalis, reginalis, et imperialis auctoritatis et excellentiæ, ac omnium et singularum ecclesiarum cathedralium, etiam metropolit. et patriarchalium, monasteriorum quoque ac prioratuum, aliorumque beneficiorum et officiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, secularium, careantque voce actiua et passiua, ac effecti sint, et efficiantur respectiue perpetuo inhabiles et incapaces omnium dignitatum, honorum, bonorum, iurium, et legitimorum actuum, perpetuaque infamia vbique gentium sint notati et notentur respectiue, nec infamia huiusmodi ab eis aboleri, neque ipsi vllo vnquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, iura, et actus huiusmodi, nisi ex speciali verbo, et mandato nostro, seu Romani pontificis pro tempore existentis, nostra, seu illius manu propria subscripto, ac specifice, et indiuidue reatus et culpæ suæ qualitate expressa, restitui possint. Quodque similes sententias, censuras et pœnas respectiue incurrerint et incurrant ipso iure et facto, ac sine alicuius sententiæ prolatione, omnes et singuli, etiam vt præmittitur, qualificati, et dignitatibus huiusmodi præditi, cuiusuis sexus et ordinis existant, qui per se vel alium, seu alios, a die nostræ ad summi apostolatus apicem assumptionis, vsque in hanc diem, in præmissis, aut eorum aliquo, quoduis auxilium, consilium vel fauorem, seu operam verbis vel scriptis, aut re vel facto, seu promissione, pollicitatione, suasione, vel his omnibus insimul, aut quouis alio modo, directe vel indirecte, vel incidentaliter præstiterunt, seu in futurum, quouis, etiam successorum nostrorum Romanorum pontificum tempore præstabunt, aut in præmissis mediatores, proxenetæ, nuncii, mandatarii, procuratores, seu trapezitæ fuerunt, vel in posterum, vt præfertur, erunt, seu alias in præmissis, quouis modo se intromiserunt vel immiscuerunt, seu in posterum, etiam tempore successorum huiusmodi habebunt, nisi ea nobis, aut successoribus nostris, quorum tempore id continget, vel alteri, cui id per nos vel successores prædictos commissum fuerit, per se vel alium seu alios, cum primum commode poterunt, reuelauerint, etiamsi in præmissis aliquod aliud auxilium, consilium, vel fauorem, aut opem non præstiterint. Nos enim iis, qui præmissa reuelauerint, etiamsi complices fuerint, non solum veniam, sed etiam gratiam et præmia pollicemur, prout etiam successores nostros præfatos facturos esse confidimus, ad hoc, vt eorum iudicio participes tanti criminis valeant coërceri. Et si quis vllo vnquam, etiam dictorum successorum nostrorum tempore, præsentes literas, et in eis contenta quæcunque iniusta, illicita, vel iniqua existere, aut in toto, vel in parte non valere, seu aliquo tempore non valitura esse, vel a nobis sic fieri non potuisse, aut non debuisse, ausu temerario asserere præsumpserit, cuiuscunque dignitatis existat, etiam si cardinalatus honore, aut regis, vel imperiali præeminentia et excellentia præfulgeat, ipso iure et facto anathematis mucrone percussus sit, et contra eum, tanquam vere schismaticum et hæreticum, inquiri, et tanquam tales puniri, eiusque memoria damnari possit. Rom. 17. Cal. Ian. 1558.

CAP. II.

Iudicis electioni non opes aut fauores, sed virtutum ornamenta suffragari debent, nec ad officia admittentur, qui ambitus rei sunt, et precio mercantur, quod dignitate præstare nequeunt.

PIVS V.

Etsi Rom. pontificis continua, indefessaque meditatio circa subditorum suorum commodum et vtilitatem continue implicatur, ac quæ iis, quos vt filios tenere diligit, obesse posse credit, de medio tollit: negotiorum tamen multitudine pressa, singula in dies singulos, considerans illorum executionem, etiam dietim dispenit, vt et negotia ipsa salubrius dirigantur, ac ipsi subditi paulatim sui in eos amoris cognoscant indicia. Sane licet alias, ne ordo iustitiæ peruerteretur, et ex certis aliis inibi expressis causis, per ciuiles constitutiones salubriter fuerit statutum, vt iudices, et alii iustitiæ administratores sine quoquo suffragio fieri debeant, grauissimis etiam iniunctis pœnis, qui præmissam constitutionem transgredi ausi quoquomodo fuissent: accepimus tamen nuper, non sine animi nostri displicentia, nonnullos pro consequendis officiis et dignitatibus, iurisdictionis exercitium habentibus, pecunias et alias res soluere et promittere aliquibus curialibus, quorum intercessionibus et fauoribus talia officia et dignitates obtinent. Licetque nos pro nostri pastoralis officii debito, præmissa conniuentibus oculis pertransire nequeuntes, omnem adhibuerimus diligentiam, vt tam ambitiosi huiusmodi, quam pecuniarum huiusmodi receptores et stipulatores, tam publice, quam secrete reperirentur, nihilominus exinde nihil certi expiscari hactenus potuimus.

Cupientes igitur præmissis modum aliquem imponere, ac eos, quos ciuilium pœnarum timor a similibus non coërcet, per canonicas sanctiones, auctoritate apostolica, omnino deterrere, et auaritiæ huiusmodi genus, iuri et iustitiæ huiusmodi tam obnoxium de medio tollere, constitutionis ciuilis, ac pœnarum per illas statutarum tenorem et formam, præsentibus pro expressis habentes, motu simili, etc. et ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes et singulas leges, constitutiones, statuta, et decreta, contra delinquentes huiusmodi, tam a iure ciuili, quam a sacris canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones, et pœnas quascunque in tales inflictas, harum serie innouamus, easque idem robur, eandemque vim obtinere volumus atque statuimus, quod, et quam habuissent et haberent, si hactenus ad vnguem obseruatæ fuissent, vel a nobis per præsentes emanarent. Insuper quoque, vt earum vsue pœnarum multiplicatione stabilior efficiatur, hac nostra perpetuo valitura constitutione, quamque vim legis, etiam inuiolabilis, habere sancimus, legibus, constitutionibus, statutis et decretis prædictis præiudicium non inferendo, quinimo illis addendo, decernimus et ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, nemini, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis fuerit, liceat mediante pecunia vel solutione, et traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates et officia, exercitium et administrationem iurisdictionis habentia, procurare, assequi, vel obtinere, ac si quis in his præsentibus contrauenisse quoquo modo dici aut censeri poterit, ipsum contrauenientem eo ipso confiscationis omnium bonorum, degradationis, et amissionis, tam priuilegii doctoratus, quam quorumcunque per eum obtentorum officiorum, tam secularium, quam ecclesiasticorum, ac demum vltimi supplicii pœnas, irremissibiliter incurrere volumus. Cæterum, vt fraudibus, quæ circa præmissa exoriri possent, facilius occurretur, pari modo statuimus, quod vbicunque et quandocunque compertum fuerit, per interpositam personam aliquas pecunias, seu alias res traditas seu promissas fuisse alicui curiali familiari, vel cuicunque alteri personæ, pro officiis et dignitatibus, iurisdictionis administrationem habentibus, is, qui officium huiusmodi obtinuerit, se a præmissis, attenta interpositione personæ huiusmodi, nullatenus excusare queat, quinimo nulla admissa ignorantiæ excusatione, ipso iure præsumatur, solutionem et promissionem huiusmodi de eorum, qui officia et dignitates similia obtinuerunt, consensu et mandato penitus esse facta, iisdemque propterea pœnis subiacere omnino intelligatur. Postremo, ne ii, qui in præteritum talia officia, seu dignitates solutionibus seu promissionibus mediantibus impetrauerint, credant se, per præsentes, absolutos esse; eisdem motu, scientia et potestatis plenitudine perpetuo declaramus, eos pœnas in tales a iure communi inflictas incurrisse, et contra eos, ad pœnarum huiusmodi prosecutionem procedi posse. Eos vero, qui similibus mediis aliqua officia et dignitates, similiter iurisdictionis administrationem habentia, obtinent, si in futurum quippiam vnquam, vigore præcedentium promissionum, in assecutione officii huiusmodi factarum soluerint, ipso iure et facto pœnas in hac nostra constitutione contentas incurrere, præsentesque nostras, tam eos, qui in futurum officia similia et dignitates solutionibus et promissionibus præcedentibus obtinebunt, quam eos, qui iam obtinuerunt, si in futurum aliquid manutentionis in eis, aut alia causa soluerint, ligare volumus. Decernentes, contra præmissa, quoduis pactum, etiam iuramento vallatum, ac instrumenta, et alias forsan desuper editas scripturas, minime in causa esse posse, quo minus soluere habentes, si pro præmissis soluerint, pœnas præsentibus contentas incurrant. Nos enim pacta, conuentiones, promissiones, et scripta, ac alia quæcunque quomodolibet, vt præfertur, inita, exinde cassamus, irritamus, et annullamus, eosque a iuramentis, et aliis nexibus prædictis absoluimus, nec non præsentes, et desuper forsan conficiendas literas perpetuis futuris temporibus dare, ac omnes et singulos a data præsentium irremissibiliter ligare volumus, illasque nullo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ vel quopiam alio defectu notari, aut sub quibusuis reuocationibus et derogationibus comprehendi nullatenus posse, sicque per quoscunque iudices, etc. et causarum palatii apostolici auditores, ac sanctæ Rom. ecclesiæ card. sublata, etc. iudicari debere, irritum quoque, etc. decernimus.

CAP. III.

Pœnæ iure ciuili in ambitus reos sancitæ confirmantur, et extenduntur ad recipientes pecunias et mediatores.

IDEM.

Cum nuper, ne ordo iustitiæ peruerteretur, et ex certis aliis causis animum nostrum mouentibus, fuerint confirmatæ omnes, et singulæ leges, constitutiones, statuta, et decreta, contra ambientes officia, iurisdictionis administrationem habentia, eaque pretio seu promissionibus acquirentes, tam a iure ciuili, quam a sacris canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones et pœnas quascunque in tales inflictas innouauerimus, easque idem robur, eandemque vim obtinere

obtinere voluerimus, atque statuerimus, quod, et quam habuissent et haberent, si hactenus ad vnguem obseruatæ fuissent, vel a nobis emanassent: insuperque, vt earum vsus pœnarum multiplicatione stabilior efficeretur: per nostram constitutionem perpetuo valituram, quam vim legis etiam inuiolabilis habere volumus, decreuimus inter cætera, quod perpetuis futuris temporibus nemini, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis fuerit, liceat mediante pecunia, vel solutione, et traditione, ac promissione illarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quouis modo facienda, aliquas dignitates et officia, exercitium et administrationem iurisdictionis habentia, procurare, assequi, vel obtinere, sub grauissimis pœnis in dicta nostra constitutione, quam hic de verbo ad verbum pro expressa haberi volumus et mandamus, expressis: attendentesque, quod forte probabiliter dubitari contingat, an dicta nostra constitutio comprehendat recipientes huiusmodi pecunias ac res, ac promissiones sibi factas stipulantes, vt officia prædicta exercitium ac iurisdictionis administrationem habentia conferri faciant, et mediatores, ac interpositas personas: propterea nos, motu simili, et ex certa scientia, et de potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione declaramus, et quatenus opus sit, addendo prædictæ nostræ constitutioni decernimus, quod dicta nostra constitutio, ac omnes et singulæ pœnæ in ea expressæ, perinde ligent et afficiant omnes et quoscunque, vt supra, qui pro huiusmodi officiis iurisdictionis administrationem habentibus conferendis, aliquid dederint vel promiserint, ac mediatores et interpositas personas quascunque pecunias et alias res, vt supra, receperint, ac si prædicti in dicta nostra constitutione comprehensi essent, et in illis in ea expressa mentio facta esset. Et præsentes perpetuo durare, ac omnes irremissibiliter ligare volumus et decernimus.

TITVLVS XI.
DE SIMONIACIS, ET NE QVID DETVR, VEL EXIGATVR.

CAP. I.

Prouisiones beneficiorum nunciantibus nihil detur aut promittatur.

GREGORIVS XI.

Solicite debet vitari, quod noxium esse dignoscitur, ut ex cupiditatis auiditate, etiam in honorie apostolicæ sedis depressionem, ortum habere videtur. Sane nuper ad nostrum peruenit auditum, quod nonnulli inhonesta lucra quærentes, dum per sedem prædictam de personis aliquorum, apud sedem constitutis eandem, patriarchalibus, metropolitanis, et aliis cathedralibus ecclesiis, siue monasteriis vacantibus prouidetur, vel personæ ipsæ ad huiusmodi, per dictam sedem, de aliis ecclesiis transferuntur, aut alias ipsorum gubernationi committuntur, huiusmodi prouisiones, translationes, commendas, siue commissiones, prædictis personis sic apud sedem prædictam constitutis, vt aliquod munus ab ipsis recipiant, denunciare festinant. Nos igitur, in præmissis (prout ex debito tenemur pastoralis officii) prouidere volentes, vniuersis et singulis personis ecclesiasticis, cuiuscunque sexus, ordinis, vel conditionis existant, etiamsi pontificali, vel alia quauis ecclesiastica præfulgeant dignitate, auctoritate apostolica, tenore præsentium, districtius inhibemus, ne de cætero illis, qui ipsis huiusmodi prouisiones, translationes, commendes, siue commissiones earundem, fiue de Romani pontificis pro tempore existentis, siue de alicuius, vel aliquorum ex venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, aut alterius cuiuscunque mandato, seu aliæ qualitercunque apud dictam sedem nunciabunt, seu nunciari facient, siue dici, vel super hoc noua portari, aliquod directe vel indirecte, per se vel per alium, donent seu promittant, atque per alium datum seu promissum persoluant. Nos enim, quoscunque præsumentes contrarium quoquomodo, excommunicationis sententiæ subiacere volumus, ac decernimus, ipso facto, a qua nullus ab alio, quam a Romano pontifice possit, nisi duntaxat in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere. Auenion. 6. Cal. Nouemb. 1376.

CAP. II.

Simoniæ scelus penitus euellendum pœnis sacris canonibus sancitis.

LEO X. in concilio Lateranensi.

Vt a nefariæ simoniæ labes ac pestis, non solum a Romana curia, sed ex omni etiam christiana ditione in perpetuum eiiciatur, constitutiones per antecessores nostros, etiam in sacris conciliis contra huiusmodi simoniacos editas, innouamus, easque inuiolabiliter obseruari præcipimus, ac pœnas in eis contentas pro expressis et insertis haberi, et delinquentes etiam auctoritate nostra affici volumus.

a Hæc constitutio a Martino V. antea in concilio Constantiensi edita est.

CAP. III.

Simoniacorum pœnæ.

PIVS V. ex concilio Tridentino.

Vt simoniacæ prauitatis labes prorsus abolentur, constitutiones antecessorum nostrorum, contra simoniacos editas, et præsertim Pauli secundi b, inuiolabiliter obseruari mandamus, et delinquentes, tam in sacrorum ordinum receptione, quam in beneficiorum assecutione, statutis etiam inferius pœnis, nostra auctoritate, affici volumus. Quicunque igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium, sine spe dispensationis, suspensus, et per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates ecclesiasticas simoniace acquisiuerit, illis ipso iure priuatus, et in futurum inhabilis ad eas et quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium ecclesiasticum simoniace adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, c et ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, et perpetuo sit inhabilis ad ea, et quæcunque alia beneficia ecclesiastica. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, et ab ordinibus ecclesiasticis degradetur, a fidelium consortio eiiciatur. Qui vero ordines et beneficia simoniace contulerunt, pœnis a iure statutis puniantur, cuiuscunque gradus, conditionis, dignitatis, etiam si episcopi, archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicunque, ne in sacramentorum exhibitione simoniacum aliquod faciant. Alioquin grauissime puniantur per locorum ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coërcere procurent, iuxta concilii Tridentini statuta.

CAP. IV.

Beneficia pure et sincere conferri debent, hoc est, absque pactis aliquo, conuentione vel conditione, quibus simoniæ vitium inducitur.

PIVS V. ex concilio Tridentino.

Durum nimis et incommodum arbitramur, quod ecclesiarum ministri in iis, quæ ad ipsorum sustentationem suppeditant, dispendia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem, simulque prohibendam ab ecclesia Dei auaritiæ prauitatem, editas antehac sanctiones, minime satis esse intelligimus, nouæ constitutionis subsidio cogimur prouidere. Cum itaque alias, ex plurium ecclesiarum cathedralium et collegiatarum constitutionibus, aut ex praua consuetudine, obseruari intelligeretur, vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius cathedralis ecclesiæ, vel beneficii, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas, certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesue illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus ecclesiis dicuntur *turnorum lucra*, interponerentur, licet sancta synodus Tridentina hæc detestata mandauerit episcopis, vt quæcunque huiusmodi, quæ in vsus pios non conuerterentur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterent, ipsique diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super prædictis cognoscerent, et illis tantum, quas probarent, exceptis, reliquae, vt prauas et scandalosas, reiicerent, eos vero, qui aduersus prædicta quauis ratione commisissent, pœnis contra simoniacos editis, teneri decreuerit: multorum tamen indomita cupiditate, tam prædicta, quam alia, ad beneficium et commodum ipsorum ministrorum edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios sensus traducta perperam eluduntur. Quare nos, pro diuini cultus exercitio simulque euocatorum ad illum auxilio, planius, euidentiusque consulendum fore rati, reuocamus et abolemus omnia et quæcunque priuilegia, consuetudines, et statuta quarumcunque ecclesiarum, cathedralium et metropolitanarum, ac maiorum, nec non collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, aut alio quouis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, et longissimo ac quantocunque tempore etiam continuo obseruata, siue pro soluendis ecclesiarum vel prælatorum debitis, siue pro supportandis illorum oneribus, siue aliis etiam maioribus, maximis, et vrgentissimis causis concessa, et approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa et moderata, quod vacantibus ipsarum ecclesiarum dignitatibus, canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficiis, et officiis, fructus, ac etiam quotidianæ distributiones, ea eis, de primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breuiore tempore prouenturi, mensæ episcopali, seu capitulari, aliue loco integre vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes vsus cedant, seu inter alios canonicos, et personas ecclesiæ seu capituli diuidantur. Quodque nullos,

b Paulus III. in extrauag. et Sixtus IV. in bulla, quæ incip. Ecce dominici gregis. c ex euncil. Constantiens. Petrus Rebuff. in prax. benefic. tit. de simonia. num. 3.

etiam apostolica auctoritate prouisus, in canonicum recipi, aut ad dignitatem, seu portionem, beneficium vel officium admitti, vel alias in eius possessionem induci possit, nisi prius de obseruandis huiusmodi priuilegiis, consuetudinibus, et statutis, iuramentum præstiterit, et obientæ illorum derogationi, ac fructuum, et distributionum perceptioni renunciauerit, seu capitulo, et personis prædictis cesserit, seu (vt appellant) *dulciaria*, aut quid aliud præstiterit. Quorum omnium tenores, causas, et effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscunque illa concepta sint formulis, nec non irritantibus, et aliis decretis roborata: volentes, ea omnia vires et effectum de cætero non habere. Præcipimus igitur, et interdicimus omnibus episcopis, capitulis, collegiis, et personis, ad quos id pertinet, ne posthac fructus aut distributiones huiusmodi, nec prorsus vllam eorum partem retineant, neue ipsorum cessionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunque pstant, vel exigant, aut quenquam, siue ordinaria, siue apostolica auctoritate prouisum, ad præstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti, possessionem impediant, vel remorentur. Quicunque contra fecerint, si ecclesiarum antistites, tam diu a pontificalis officii exercitio sint suspensi, donec satisfactione præuia illis per sedem apostolicam suspensio relaxetur: capitula vero, et collegia quæcunque ecclesiastico subiaceant interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, a qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quam a Romano pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere. Romæ, prid. Calend. Iunii. 1570.

TITVLVS XII.

DE MALEFICIS ET INCANTATORIBVS.

CAP. I.

Inquisitorum fidei officiis interest, animaduertere in maleficos, incantatores et vanarum superstitionum obseruatores.

ALEXANDER VI. *Angelo de Verona ordinis prædicatorum, sacræ theologiæ professori, in prouincia Lombardiæ hæreticæ prauitatis inquisitori.*

Cum acceperimus, in prouincia Lombardiæ, diuersas vtriusque sexus personas, diuersis incantationibus et diabolicis superstitionibus operam dare, suisque veneficiis et variis obseruationibus multa nefanda scelera procurare, homines et iumenta ac campos destruere, et diuersos errores inducere, magnaque inde scandala exoriri: decreuimus, pro pastoralis officii nobis ex alto commissi ministerio, scelera huiusmodi compescere, ac scandalis et erroribus præmissis, quantum cum Deo possumus, occurrere. Eapropter, tam tibi, quam etiam successoribus tuis per Lombardiam constitutis, de quibus in his et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus, et mandamus, etiam soli (honesto tamen comitatu per vos eligendo associati) contra easdem vtriusque sexus personas diligenter inquiratis, easque iustitia mediante puniatis et compescatis. Et vt melius commissionem huiusmodi exequi possitis, contra illas vobis plenam et omnimodam harum serie concedimus facultatem, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non indultis et concessionibus ordinariis forsan pro tempore factis, cæterisque contrariis quibuscunque non obstantibus.

CAP. II.

Hæreticum est, a dæmonibus expectare responsa.

SIXTVS IV. *vicario generali episcopi Bononiensis.*

Nunciatum est nobis, nonnullos ordinis sanctæ Mariæ de monte Carmeli fratres, tantæ fuisse temeritatis, vt veriti non sint disputando et prædicando in ciuitate Bononiensi, eiusque comitatu, asserere, non esse hæreticum *a* et a puritate fidei alienum, dæmonum expectare responsa; ob quod aduersus ipsius fidei puritatem scandala multa exorta videntur. Nos id indigne molesteque ferentes, at de præmissis certam notitiam non habentes, discretioni tuæ per præsentes committimus et mandamus, vt omni opportuna adhibita diligentia et industria veram notitiam habere cures, an sint, qui fuerint huiusmodi assertores, et quæ scandala propterea sint exorta. Quicquid autem in præmissis inueneris, in scriptis authentice redactum, ad dilectum filium Franciscum Toleto, notarium et datarium nostrum domesticum, sub tuo sigillo transmittas, vt ab eo de omni re certiores facti, quid agi conueniat, auctore Domino, statuere valeamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, de decimo octauo Iunii, 1474. pontificatus nostri anno secundo.

a *Directe pugnat cum analogia nostra fidei, expectare a dæmonibus responsa. Caietan. in quæst. 90. 22. S. Thom.*

CAP. III.

Iurisdictione inquisitorum pœnis iure sancitis plecti debent incantatores et sortilegi.

ADRIANVS VI. *inquisitori Comensi.*

Dudum, *b* vti nobis exponi fecisti, per fel. rec. Iulium papam II. prædecessorem nostrum non sine magna tunc animi sui displicentia accepto, quod per quendam Georgium de Casali, ordinis fratrum prædicatorum professorem, et in ciuitate Cremonensi hæreticæ prauitatis inquisitorem deputatum, in nonnullis Lombardiæ partibus, et præsertim in locis, in quibus dictus Georg. inquisitor deputatus erat, repertæ fuerunt quamplures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, et a fide catholica deuiantes, certam sectam facientes, fidem, quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, et opprobria super eam perpetrantes, ecclesiasticis et præsertim eucharistiæ sacramentis abutentes, diabolum in suum dominum et patronum assumentes, eique obedientiam et reuerentiam exhibentes, et suis incantationibus, carminibus, sortilegiis, aliisque nefandis superstitionibus iumenta et fructus terræ multipliciter lædentes: aliaque quamplurima nefanda, excessus, et crimina, eodem diabolo instigante, committentes et perpetrantes, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, perniciosumque exemplum et scandalum plurimorum. Contra quas, cum dictus Georgius, tunc (vt asserebat) in dictis locis suæ inquisitioni deputatis, prout ipsius Georgii incumbebat officio, ipse Georgius processisset: nonnulli autem, tam clerici quam laici illarum partium, quærentes plus sapere quam oportet, præmissa delicta ad eiusdem Georgii inquisitionis officium non pertinere, temere asserentes, præsumentes in populo errores et scandala seminaverunt: sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, et dicti Georgii officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quod propter præmissa, personæ prædictæ delicta huiusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, et aliæ eorum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, et scandalum plurimorum. Dictus prædecessor volens (ne inquisitionis officii executio quomodolibet retardaretur, et labes hæreticæ prauitatis longius venena diffunderet) prouidere, dicto Georgio per quasdam suas, in forma breuis, literas commisit et mandauit, quatenus in locis eiusdem Georgii inquisitioni deputatis, de excessibus huiusmodi cognoscere, et contra quascunque personas, cuiuscunque conditionis et præeminentiæ forent, inquisitionis officium exercere et exequi: ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vna cum locorum ordinariorum vicariis, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita, corrigere et punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos a iure ex sacris canonibus statutum: contradictores quoscunque per censuram ecclesiasticam, et alia iuris opportuna remedia compescendo. Eos vero, qui in præmissis consilium, auxilium vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eisdem indulgentiis vti et gaudere decreuit, quibus cruce signati contra alios hæreticos, ex indulto apostolico eis concesso, tunc gaudebant et vtebantur, prout in dictis literis plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta et crimina huiusmodi, contra fidem catholicam, et christianam religionem, sub iurisdictione inquisitoris Cremonensis, committuntur et perpetrantur, sed omnibus aliis locis et diœcesibus, sub iurisdictione aliorum inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indies perpetrantur et committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem profecto prouisione et castigatione eis est, earumdem literarum tenore, prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi, vbi dictæ prauitatis inquisitor existis, tam tuo, quam omnium aliorum dictorum ordinis et congregationis, hæreticæ prauitatis inquisitorum vbilibet consistentium et deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, vt literas prædictas ad vos extendere et ampliare, aliasque desuper opportune dignaremur prouidere. Nos igitur huiusmodi supplicationi inclinati, literas prædictas, cum omnibus eis contentis clausulis, in omnibus et per omnia, prout in eisdem literis continetur, ad te et ad alios ordinis et congregationis huiusmodi inquisitores, tam in præsentiarum deputatos, quam in futurum, perpetuis futuris temporibus, deputandos, ac si tibi, et cuilibet inquisitorum prædictorum dirigerentur, et directæ fuissent, apostolica auctoritate et tenore concedimus. Romæ, 29. Iulii, 1523.

CAP. IV.

Horrendis flagitiis propensiores sortilegi insontes puerulos deuorantes, grandines et auras læsiuas cum atroci fame exagitantes, sterilitatem in hominibus et armentis procurantes, aliaque quamplurima diaboli arte facientes prodigiosa et portentosa, damnantur.

INNOCENTIVS VIII.

Summis desiderantes affectibus, prout pastoralis solicitudinis cura requirit, vt fides catholica, nostris potissime temporibus, vbi-

b *De maleficis et incantatoribus vide flagellum hæret. Paul. Gril. l. 2. Alph. de Cast. de punit. hær. Sylu. Prier. de dæm. inu.*

que

quo augeatur et floreat, ac omnis hæretica prauitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus, ac etiam de nouo concedimus, per quæ huiusmodi pium desiderium nostrum votiuum sortiatur effectum: cunctisque propterea, per nostrum operationis ministerium, quasi per prouidi operatoris sarculum erroribus extirpatis, eiusdem fidei zelus et obseruantia in ipsorum corda fidelium fortius imprimatur.

Sane nuper ad nostrum, non sine ingenti molestia, peruenit auditum, quod in nonnullis partibus Alemanniæ superioris, nec non in Moguntinensi, Coloniensi, Treuirensi, Saltzburgensi et Bremensi prouinciis, ciuitatibus, terris, locis et diœcesibus, complures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, et a fide catholica deuiantes, cum dæmonibus, incubis et succubis, abuti, ac suis incantationibus, carminibus et coniurationibus, aliisque nefandis superstitionibus et sortilegiis, excessibus, criminibus et delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vuas, et arborum fructus, nec non homines, mulieres, pecora, pecudes, et alia diuersorum generum animalia, vineas quoque, pomaria, prata, pascua, blada, frumenta, et alia terræ legumina, perire, suffocari, et extingui facere et procurare, ipsosque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, et animalia, diris tam intrinsecis, quam extrinsecis doloribus et tormentis afficere et excruciare, ac eosdem homines, ne gignere, et mulieres, ne concipere, virosque, ne vxoribus, et mulieres, ne viris actus coniugales reddere valeant, impedire. Fidem præterea ipsam, quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare. Aliaque quamplurima nefanda, excessus et crimina, instigante humani generis inimico, committere et perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, ac perniciosum exemplum, ac scandalum plurimorum.

Quodque licet dilecti filii Henrici inquisitoris in prædictis partibus Alemanniæ superioris, in quibus etiam prouinciæ, ciuitates, terræ, diœceses, et alia loca huiusmodi comprehensa fore censentur, nec non Iacobus Sprenger per certas partes lineæ Rheni, ordinis prædicatorum et theologiæ professores, hæreticæ prauitatis inquisitores per literas apostolicas deputati fuerunt, prout adhuc existunt: Tamen nonnulli clerici et laici illarum partium, quærentes plura sapere, quam oporteat, pro eo, quod in literis deputationis huiusmodi prouinciæ, ciuitates, diœceses, terræ, et alia loca prædicta, illarumque personæ ac excessus huiusmodi, nominatim et specifice expressa non fuerunt, illa, sub eisdem partibus minime contineri, et propterea præfatis inquisitoribus in prouinciis, ciuitatibus, diœcesibusque, terris, et locis prædictis, huiusmodi inquisitionis officium exequi non licere, et ad personarum earundem super excessibus, et criminibus antedictis punitionem, incarcerationem et correctionem admitti non debere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod in prouinciis, ciuitatibus, diœcesibus, terris et locis prædictis, excessus, et crimina huiusmodi, non sine animarum earundem euidenti iactura, et æternæ salutis dispendio, remanent impunita.

Nos igitur impedimenta quælibet, per quæ ipsorum inquisitorum officii executio, quomodolibet retardari posset, de medio submouere, et ne labes hæreticæ prauitatis, aliorumque excessuum huiusmodi, in perniciem aliorum innocentium sua venena diffundat, opportunis remediis, prout nostro incumbit officio, prouidere volentes, fidei zelo ad hoc maxime nos impellente. Ne præterea contingat, prouincias, ciuitates, diœceses, terras et loca prædicta, sub eisdem partibus Alemanniæ superioris, debito inquisitionis officio carere, eisdem inquisitoribus in illis officium inquisitionis huiusmodi exequi licere, et ad personarum earundem super excessibus et criminibus prædictis, correctionem, incarcerationem, et punitionem admitti debere, perinde in omnibus et per omnia, ac si in literis prædictis prouinciæ, ciuitates, diœceses, terræ et loca, ac personæ, et excessus huiusmodi nominatim et specifice expressa forent, auctoritate apostolica, tenore præsentium statuimus.

Proque potiori cautela literas et deputationem prædictas, ad prouincias, ciuitates, diœceses, terras et loca, nec non personas, et crimina huiusmodi extendentes, præfatis inquisitoribus, quod ipsi, et alter eorum, accersito secum dilecto filio Ioanne Gremper, clerico Constantiensis diœcesis, magistro in artibus, eorum moderno, seu quouis alio notario publico, per ipsos, et quemlibet eorum pro tempore deputando, in prouinciis, ciuitatibus, diœcesibus, terris et locis prædictis, contra quascunque personas, cuiuscunque conditionis et præeminentiæ fuerint, huiusmodi inquisitionis officium exequi, ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles repererint, iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, et mulctare: nec non in singulis prouinciarum huiusmodi parochialibus ecclesiis verbum Dei fideli populo, quoties expedierit, ac eis visum fuerit, proponere et prædicare, omniaque alia et singula in præmissis, et circa ea necessaria et opportuna facere, et similiter exequi libere et licite valeant, plenam ac liberam, eadem auctoritate, de nouo concedimus facultatem.

CAP. V.

Infames perpetuo existant clerici incantationibus et sortilegiis dediti, tum deponantur et monasteriis includantur.

LEO X. *in concilio Lateran.*

Cum secundum leges ciuiles et sacrorum canonum censuras, sortilegia per inuocationem dæmonum, incantationes ac diuinationes superstitiosæ prohibitæ sint: statuimus, decernimus, et ordinamus, vt clerici, a qui in præmissis culpabiles inuenti fuerint, arbitrio superiorum infamia notentur; si vero non destiterint, deponantur, atque in monasterium, ad tempus arbitrio superioris præfiniendum, detrudantur, beneficiisque et officiis ecclesiasticis priuentur. Laici vero vtriusque sexus, excommunicationis et aliis pœnis iuris, tam ciuilis quam canonici, subiaceant.

CAP. VI.

In striges et sortilegos, vt contra hæreticos vehementer suspectos, procedi solet, quia ea perpetrant, quæ manifeste sapiunt hæresim.

IDEM *vniuersis et singulis locorum ordinariis dominii Venetorum.*

Honestis petentium votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis. Alias ad petitionem dilectorum filiorum, nobilium virorum ducis et dominii Venetorum, cum in Brixiensi et Bergomensi ciuitatibus et diœcesibus quoddam hominum genus perniciosissimum ac damnatissimum, labe hæretica, per quem susceptæ renunciabatur baptismatis sacramento, Dominum abnegabant, et satanæ, cuius consilio seducebantur, corpora et animas conferebant, et vt illi rem gratam facerent, in necandis infantibus passim studebant, et alia maleficia et sortilegia exercere non verebantur, quod ita factum esse videbatur, vt ad eorum errorem extirpendum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiusdem generis nonnullos indicibili pœna obstinate vitam potius perfide amittere, quam errorem suum cognoscere maluisse, et propterea de rigoroso nimium (vt dicebatur) vestri ordinariorum contra tales processu dubitentes, venerabilem fratrem episcopum Polensem nostrum et apostolicæ sedis apud eosdem ducem et dominium, nuncium vobis adiungendum duximus, cum facultate, per se vel alium, seu alios processus per vos habitos, seu factos examinandi, et reuidendi: et si vos inquisitores processus rite et recte, ac iuxta formam iuris habitos fecisseris, contra tale hominum damnatorum genus vna vobiscum procedandi et inquirendi, nec non procuratores et aduocatos, scribas, cæterosque ad inquisitionis præfatæ exercitium necessarios et opportunos officiales et ministros cum competentibus salariis deputandi, et homines prædictos, quod redire ad ecclesiæ vnitatem vellent, clementer suscipiendi, eisque pœnitentiam salutarem iniungendi, et eos absoluendi etiam in vtroque foro, et incorrigibiles condemnandi, et brachio seculari tradendi, cæteraque, quæ vos de iure vel consuetudine facere posseris, et deberetis faciendi, exercendi, et exequendi, prout in literis desuper confectis continetur. Cum igitur, commissionis huiusmodi vigore, præfatus nuncius, venerabilem fratrem, episcopum Iustinopolitanum, in partibus illis commorantem, ad præmissa vna nobiscum pertractanda et exequenda subdelegauerit, vosque et ipse subdelegatus in valle Communica Brixiensis diœcesis, vbi maxime huiusmodi damnati generis homines vigent et pullulant, processeritis, et nonnullos culpabiles repertos, et curiæ seculari tradendos, nec non iam condemnatos habueritis, videtur, quod per Venetorum collegium prætori Brixiensi mandatum fuerit, ne sententias huiusmodi exequeretur, et vobis et eidem subdelegato, ne ad executionem illarum procederetis, inhiberet, prout inhibitum fuit: ac expensas et salaria pro huiusmodi inquisitionis negotio necessaria submoueret, et retraheret: nec non processus contra culpabiles prædictos habitos et factos eis transmitteret, seu transmitti faceret: et quod deterius est, subdelegatum prædictum ad coram eis in ciuitate Venetiarum comparendum cogeret et compelleret, prout coactus et compulsus fuit. Et quia propter dictas literas, in quibus dictus nuncius adiunctus fuit, ab aliquibus hæsitatur, an propter hoc facultas vestra diminuta existat, ita quod (prout ante dictas huiusmodi literas potuissetis) procedere non possitis, indecensque, et contra iuris et sacrorum canonum dispositionem, ac ecclesiasticam libertatem existat, laicos de personis et causis ecclesiasticis se intromittere, nullamque iniunctam a nobis executionem adimplere, nisi processibus, ac sententiis per eos visis et examinatis, ac si ipsi in clericos, causasque ecclesiasticas, superioritatem et iurisdictionem haberent: cum tamen in clericos causasque huiusmodi laicis nulla facultas attributa sit, quos obsequendi et exequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter Christi fideles non modicum surgit scandalum. Nos igitur.

a *Dian. in pract. can. cap. 100. Cucchus in instit. can. lib. 4. tit. 9. de diversis delictis. vers. his addantur.*

tur, ne, quod ad salutem animarum, et dictarum caussarum faciliorem expeditionem introductum est, in damnum et percellationem conuertatur, at propterea ob diuturnitatem temporis, infelices animæ huiusmodi peccatis magis grauentur, et ad omne circa hoc dubium tollendum, vos, prout ante datas dictas literas, de iure et consuetudine seu priuilegio procedere poteratis, nec non etiam contra maleficos et sortilegos, et a fide apostatantes, prout criminis postulauerit qualitas, procedere posse et debere, auctoritate apostolica, tenore præsentium decernimus et declaramus, vobis committentes et mandantes, vt eosdem Venetos, et illorum ducem, ac officiales suos, ne ipsi vlterius in huiusmodi causis se intromittant, sed quod iniunctas sibi executiones, et forte iniungendas, postquam requisiti fuerint, sine aliqua processuum, per dictos ecclesiasticos iudices factorum visione, vel examinatione, prompte exequantur, moneatis et hortemini. Et si hoc facere neglexerint, vel recusauerint, vos eos per censuras ecclesiasticas, et alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compellatis. Datum Romæ 15. Februarii, 1521.

TITVLVS XIII. DE TESTIBVS.

CAP. I.

Periurii et falsi rei habentur, qui in causis ciuilibus aut criminalibus dicta testium sine iudicis auctoritate detegunt.

PIVS V.

Licet contra notarios, qui in causis, tam criminalibus, quam ciuilibus, dicta testium, aut reorum responsionem absque iudicis decreto partibus patefaciunt, multæ constitutiones editæ sint, eosque tanquam falsi reos, et infames, ac periuros puniri debere statutum sit: nihilominus, quia *a* magis timetur, quod sæpius cauetur, et vt in futurum timore pœnæ, si non Dei timore arceantur, omnes et singulas censuras et pœnas, contra eos, qui talia deliquerint, latas, auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, confirmamus, et innouamus, nec de earum rigore, propter illarum forsan inobseruantiam, aut prædecessorum nostrorum, et etiam nostram, ac officialium, et ministrorum eorundem, et nostrorum tolerantiam, quicquam relaxatum aut remissum esse, ac easdem in suo pristino robore et vigore permanere decernimus et declaramus. Et vt pœnarum certitudo omnibus hic in alma vrbe nostra innotescat, statuimus, decernimus, et declaramus, omnes et singulos notarios, tam principales, quam substitutos, executores quoque, ac carcerum custodes, cæterosque, quibus tam vigore sui officii, quam alias quomodocunque reos, dum in carceribus secretis detinentur, facultas alloquendi conceditur, qui reorum *b* responsiones, ac testium in dictis causis depositiones propalare, in totum vel in parte, dicto aut facto, quibusuis personis, cuiuscunque conditionis, prærogatiuæ, et dignitatis, tam mundanæ, quam ecclesiasticæ existant, absque iudicis, coram quo causa vertitur, et procuratoris fiscalis licentia, ausi fuerint, aut eisdem reis et testibus, donec in secretis retinentur, etiam quarumuis personarum, vt supra, quomodolibet qualificatarum, vel nomina eorundem reorum ac testium, vel aliis, etiam extra carceres existentium, nomina eorundem carceratorum, nuncium, epistolam, literas, vel (vt vulgo dicitur) ambasciatas ferre, absque eiusdem iudicis et procuratoris fiscalis licentia, vltra pœnas eis e iure vel statuto inflictas, pœnam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad triremes, et si qualitas facti id exegerit, et iudici videbitur, etiam vltimi supplicii, incurrere et puniri debere præcipimus et mandamus, sicque per quoscunque iudices, quauis auctoritate fungentes, puniri et condemnari, et non aliter, declaramus. Rom. 23. Iul. 1568.

TITVLVS XIV. DE MONETARVM TONSORIBVS.

CAP. I.

Vltimi supplicii pœna afficiuntur aureæ et argenteæ monetæ tonsores.

PIVS V.

Cum nil magis humanæ vitæ commercio sit necessarium, quam pecuniarum vsus, quæ hominibus cuncta humano victui necessaria præbent: decet Romanum pontificem ad ea libenter intendere, per quæ pecuniæ ipsæ non solum non adulterentur, verum etiam in primæuo illarum statu ab omnibus illæsæ conseruentur. Quod, etsi cunctis in locis, præcipue tamen in hac alma vrbe nostra, quam gloriosi apostolorum principes martyrio suo consecrarunt, et ad quam, veluti communem omnium matrem, gentes vndequaque concurrunt, singulisque aliis dominiis, terris, et locis, nobis et sedi apostolicæ mediate vel immediate subiectis, curandum est, vt et ad illam venientibus vitiorum exempla non proponantur, et quibusuis peccandi materies succidatur. Attendentes itaque, quod licet monetarum aurearum tonsoribus vltimi supplicii de iure sit inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus satis minor pœna imposita sit: ac animo reuoluentes, quam par sit vtriusque delictum, cum ii, qui argenteas minuunt, nulla alia de causa ab aurearum mutilatione, nisi ob earum defectum, abstineant, ac propterea eodem iuris rigore, in vtroque sæuiendum esse, æquum reputantes, motu simili, etc. hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, eos, qui argenteas tondent monetas, vltimi supplicii, et ea, qua aurearum tonsores hactenus puniti sunt, et de iure puniri debent, pœna puniendos esse, et ita ab omnibus, quibus iudicis officium, non tam in alma vrbe nostra, quam alibi in toto statu ecclesiastico commissum est, quouis nomine censeantur, et quauis auctoritate præfulgeant, iniunctum est, puniri volumus et mandamus. Districtius inhibentes, singulis terrarum, locorum, et ciuitatum dominis in temporalibus, ne iudices præfatos, in præmissis hoc modo sæuientes, sub excommunicationis, etc. impedire, molestare, vel inquietare audeant, vel præsumant.

TITVLVS XV. DE LENONIBVS.

CAP. I.

Lenonum, sordidum et turpe lucrum ex prostitutione virginum corradentium, pœna.

PAVLVS IV.

Lenones et lenæ, circa prostitutionem masculorum versantes, et cum eis circa prostitutionem ipsam agentes, vel consentientes, nec non lenones et lenæ, puellam, seu aliam iuuenculam in-
uitam assumentes, et ad necessitatem nutrientes, ac postmodum prostituentes, et lucrum ex eius prostitutione captantes, quotquot fuerint, vltimo supplicio afficiantur. Hi vero, qui corrupto comite stuprum pueto suaserint, aut puellam virginem super violatione eius pudicitiæ interpellauerint, seu ad hoc ei quicquam donauerint, vel precium, vt id assequerentur, dederint, aut domum ad hoc eis commodauerint, seu quicquid aliud ad effectum præmissorum fecerint, flagitio perfecto, capitali pœna plectantur; eo autem imperfecto, in aliquam insulam deportentur, et inibi perpetuo relegentur, et qui in præmissis comites corrupti fuerint, eisdem pœnis subiaceant. In cæteris vero casibus lenones et lenæ huiusmodi, qui de cætero lenocinii artem exercuerint, fustibus per vrbem publice cæsi, ab hac vrbe perpetuo exulare cogantur. Et qui domos suas eisdem lenonibus vel lenis de cætero scienter locauerint, vel si ignorantes id fecerint, nisi, postquam hoc eis notificatum fuerit, illos expulerint, domum sic locatam eo ipso amittant, et ea realiter et cum effectu priuentur et spolientur, et insuper pœnam mille scutorum auri ab eis auferendorum, et in pios vsus conuertendorum, ipso facto incurrant.

TITVLVS XVI. DE CONCVBINARIIS ET FORNICATORIBVS.

CAP. I.

In publicos concubinarios animaduertere debent synodorum prouincialium ordinarii, vt omnis fornicationis spurcitia in laicis et clericis extincta, legis diuinæ auctoritas custodiatur.

LEO V. *in concilio Lateranensi.*

Statuimus, quod quicunque clericus, cuiuscunque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiamsi pontificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui post habitam præsentium c notitiam, quam habere præsumatur post duos menses, post earundem præsentium publicationem in ecclesiis cathedralibus factam, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur, postquam præsentes ad eorum notitiam peruenerint, publicus concubinarius a perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum, trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam, vel aliam euidentem ecclesiarum vtilitatem, ex quibus ii fructus percipiuntur, conuertat: nec non huiusmodi publicum concubinarium, vt primum talem esse nouerit, mox

---

a *Magis timetur, quod sæpius cauetur,* b *Reorum responsiones, et testium depositiones non debent publicari.*

c *Concilium Tridentinum idem iussit sess. 25. cap. 14. clericis concubinariis beneficiorum priuationem et excommunicationem indicens.*

suxe

suus superior monere teneatur, vt infra breuissimum terminum concubinam dimittat, et si illam non dimiserit, vel dimissam seu etiam publice resumpserit, iubemus, vt ipsum omnibus suis beneficiis omnino priuet. Et nihilominus ii publici concubinarii, vsque quo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcunque bonorum, dignitatum, beneficiorum, officiorumue sint inhabiles: qui si post dispensationem recidiuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant: quodque si hi, ad quos illorum correctio pertinet, eos, vt prædictum est, punire neglexerint, eorum superiores, tam in ipsos de neglectu, quam illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animaduertant, a in conciliis etiam prouincialibus, et synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem a collatione beneficiorum, vel alia condigne pœna seueriter procedatur: et si ii, quorum destitutio ad nos et sedem prædictam spectat, per concilia prouincialia aut superiores, propter concubinatum publicum reperiantur priuatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur, eadem diligentia et inquisitio, in quibuscunque generalibus capitulis, etiam prouincialibus, quoad eos seruetur, pœnis aliis contra prædictos, et alios publicos concubinarios iure statutis, in suo robore permansuris.

Publici autem intelligendi sunt, non solum ii, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorius est, sed etiam, qui mulierem de incontinentia suspectam et diffamatam tenent, et per suum superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæstus a concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quæstus, talia quouis modo tolerent, aut dissimulent, alioquin vltra præmissam negligentiæ pœnam duplum eius, quod propterea acceperint, restituere, et ad pios vsus omnino conuertere teneantur, et compellantur. Ipsas autem concubines aut suspectas prælati omnibus modis curent a suis subditis, per auxilium et brachii secularis inuocationem, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Iubemus insuper, quod in prædictis synodis et capitulis præmissa publicentur, et vt quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneat, diligenter iniungimus. Præterea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum, quocunque quæsito colore, prælatis, qui ratione officii sui aduersus subditos suos pro huiusmodi concubinatu, et aliis casibus sibi a iure permissis, procedunt. Et cum omne fornicationis crimen b lege diuine prohibitum sit, et sub pœna peccati mortalis necessario euitandum, monemus omnes laicos, tam vxoratos, quam solutos, vt similiter a concubinatu abstineant: nimis enim reprehensibilis est, qui vxorem habet, et ad aliam vxorem seu mulierem accedit: qui vero solutus est, si continere nolit, iuxta apostoli consilium, vxorem ducat: pro huiusmodi autem diuini obseruantia præcepti, hi, ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis, omni studio laborent.[c] Rom. 14. Cal. Ian. 1516.

CAP. II.

In sodomitas et concubinarios.

PIVS V.

Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetrauerit, curiæ seculari puniendus tradatur, et si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili pœnæ subiiciatur.

Monemus præterea omnes locorum ordinarios, et in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipimus, vt statuta Tridentini d concilii contra concubinarios, tam clericos, quam laicos, edita distincte faciant obseruari, reddituri Deo ac nobis, si id omiserint, rationem. Rom. 6. Cal. Apr. 1566.

a *Iisdem ferme pœnis in concubinarios animaduertit concil. Rhemens. sub Eugenio II. cap. 2. in 3. tom. concil. pag. 358. et apertius in concilio Oxonien. cap. est forte, in 3. tom. concil. pag. 764. et Basiliens. sess. 20. in 4. tom. conciliorum.* b *Deuter. 23. Tob. 4. 1 Corinth. 6. Ephes. 5. Gal. 5. Actor. 15. Matth. 15. Marc. 7.* c *Non potest hac res magnitudine sceleris enarrari. Lact. lib. 6. cap. 23.* d *Concil. Trident. sess. 24. de reform. matrim. cap. 8.*

TITVLVS XVII.

DE DVELLO ET DVELLVM PERMITTENTIBVS.

CAP. I.

Pugnantes in duello, et duellum permittentes, quacunque causa, etiam iure probata, excommunicantur, eisque sepultura in loco sacro denegatur.

IVLIVS II.

Regis pacifici, qui regnat in cœlis, licet insufficientibus meritis, vices gerentes in terris, cunctorum fidelium statui, prout ex susceptæ seruitutis tenemur officio, indefessa solertia intendentes, ac animarum periculis obuiare cupientes, ad ea, per quæ vbique, præsertim in terris Romanæ ecclesiæ sponsæ nostræ subiectis, inter fideles eosdem, cædes, rixæ, et contentiones cessent, scandalorum tollantur fomenta, pax et concordia vigeant, prosperisque eorum successibus consulatur, opportunæ prouisionis operam impendimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane non sine maxima animi nostri perturbatione accepimus, quod nonnulli fidelium prædictorum, inimico humani generis instigante, et aliquibus causis occurrentibus, et plerumque minimis et inhonestis ac leuibus verbis ad contumelias, contentiones, et diffidationes deuenientes, vt alter alterius sanguine satietur, ad temporales principes et dominos, maxime ciuitatum, terrarum, et locorum sedi apostolicæ subiectorum confugiunt, vt eis locum tutum, siue campum ad duellum seu pugnandum assignent. Et quamuis principes, et domini præfati duellum siue pugnam eis dissuadere et prohibere deberent, tamen plerumque locum aut campum tutum huiusmodi assignant, maleuolumque altercantium propositum ad executionem augent, magisque vni, quam alteri fauent, ex quo hominum mortes repentinæ, et nisi diuina gratia præueniantur, animarum perditiones, mutilationes, et vulnera, inter astantesque pugnantium amicos, odia et altercationes, et ex vno inconuenienti plura oriuntur, in ipsorum fidelium animarum et corporum periculum, generisque humani præfati iacturam, perniciosum exemplum, et scandalum plurimorum. Nos igitur, qui fidelium prædictorum tranquillitatem et pacem sinceris desideriis exoptamus; saluberrimis christianæ religionis documentis et exemplis, Deum tentandum non esse, præmoniti, Saluatorisque Domini nostri Iesu Christi, qui Petro apostolorum principi, vt gladium mitteret in vaginam, mandauit, præceptis edocti, attendentes, hominem homini, inter quos cognationem quandam natura constituit, insidiari nefas, et gladiatoria munera et pugnationes huiusmodi vulgares a religionis nostræ pietate damnari, cruentaque spectacula a sacris canonibus, et imperialibus legibus inhibita et improbata, sicque pugnantes infamia notari, et diuersis pœnis puniri, et cum omni tempore, potissimum tamen in otio ciuili et domestica quiete publica, detestanda esse, motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, et ex certa scientia, hac in perpetuum valitura constitutione, duellorum et gladiatorum huiusmodi vsum damnamus et improbamus, et in terris Rom. ecclesiæ mediate et immediate subiectis, per quoscunque, quauis auctoritate et potestate ac nobilitate fulgentes, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, e quacunque causa, etiam a legibus permissa, fieri omnino prohibemus. Dictosque pugiles taliter pugnantes, vbique impune capi posse et puniri pro homicidio vel vulnere, iuxta iuris communis dispositionem, nulla eis consuetudine suffragante, statuimus, corporaque in duello in terris ecclesiæ mediate vel immediate subiectis facto morientium, in sacro sepeliri prohibentes. Rom. 5. Cal. Aug. 1505.

CAP. II.

Duelli auctores proscriptione bonorum, spectatores excommunicatione et mulcta pecuniaria plectantur.

LEO X.

Quam Deo et hominibus abominabiles viri pugnantes in duello existant, et omnium in ore versatur, et diuina humanaque iure testatur: nec immerito, cum non solum corporum, sed etiam eorum animarum, pro quibus Saluator noster Iesus Christus Dei filius mortem subiit temporalem, graue detrimentum afferre noscantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios ausus, plurimum conferre cen-

e *Concil. Trident. decreto sess. 25. cap. 19. Principes duellum permittentes excommunicantur, et committentes illud, et patroni, consultores, spectatores excommunicantur et sunt infames, et proscriptione bonorum mulctantur.*

entes, eos, qui huiusmodi scelus detestabile quidem, et canonica a civilique lege prohibitum, patrare non expauescunt, grauiter fore puniendos: ac ea, quæ ad compescendum similes vetitos conatus, a Rom. pont. prædecessoribus nostris, statuta fuerunt, vt eo firmius obseruentur, quo sæpius fuerint auctoritate apostolica communita, approbemus, et nouo munimine roboremus, et si qua ad perterrendum animos audaces meliora sint, eis adiiciamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Adiicientes, et eadem auctoritate apostolica statuentes, quod pugnantes ipsi, non solum pœnis prædictis subiaceant, sed eorum memoria perpetuo damnata sit, ac bona proscripta sint, et cameræ nostræ apostolicæ confiscata, eo ipso. Duces, barones, comites, marchiones, et domini temporales, vicarii, feudatarii, armorum capitanei, communitates quoque ciuitatum, terrarum et locorum eidem Rom. ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum, campum ad pugnandum præstantes, non solum pœnas prædictas incurrant, sed ab omni iure, quod in locis et territoriis suis obtinent, ipso facto cadant, illudque ad cameram præfatam deuoluatur, et deuolutum esse censeatur absque alia declaratione desuper facienda. Qui vero ad talia cruenta spectacula videnda conuenerint, si nobiles, quingentorum, si mediocris fortunæ, centum, si vero ignobiles, viginti quinque ducatorum, nec non excommunicationis et perpetuæ maledictionis pœnam incurrant, ac locus ipse ecclesiastico subiaceat interdicto. Et insuper omnia et singula, tam per Iulium prædecessorem statuta, et vt præfertur, per nos confirmata, et illis adiecta, perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Romæ 10. Cal. Aug. 1519.

TITVLVS XVIII.

DE TAVRORVM ET ALIORVM ANIMALIVM AGITATIONE ET PVGNA.

CAP. I.

Ferocia et cruenta quæcunque spectacula, in quibus tauri et sæuiores aliæ feræ introducuntur, et ad pugnam ludicram, sed plerumque exitialem hominibus, congrediuntur, prohibentur.

PIVS V.

De salute gregis dominici nostræ curæ diuina dispensatione crediti, prout ex debito pastoralis officii astringimur, solicite cogitantes, fideles cunctos gregis eiusdem ab imminentibus corporum periculis, etiam animarum pernicie, perpetuo arcere studemus. Sane, licet detestabilis duellorum vsus a diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto concilii Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisque ciuitatibus, et aliis locis, quamplurimi ad ostentationem virium suarum et audaciæ, in publicis priuatisque spectaculis, cum tauris et aliis feris bestiis congredi non cessant, vnde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriuntur. Nos igitur considerantes, hæc spectacula, vbi tauri et feræ b in circo vel foro agitantur, a pietate et charitate christiana aliena esse, ac volentes, hæc cruenta turpiaque dæmonum, et non hominum, spectacula aboleri, et animarum saluti, quantum cum Deo possumus, prouidere, omnibus et singulis principibus christianis, quacunque tam ecclesiastica, quam mundana, etiam imperiali, regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibusuis communitatibus et rebuspublicis, hac perpetuo nostra constitutione valitura, sub excommunicationis et anathematis pœnis ipso facto incurrendis prohibemus et interdicimus, ne in suis prouinciis, ciuitatibus, terris, oppidis et locis, huiusmodi spectacula, vbi taurorum aliarumque ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant: militibus quoque cæterisque aliis personis, ne cum tauris et aliis bestiis in præfatis spectaculis, ipsi, tam pedestres, quam equestres, congredi audeant, interdicimus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Clericis quoque tam regularibus, quam secularibus beneficia ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis pœna, ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus. Omnesque obligationes, iuramenta et vota, a quibusuis personis, vniuersitate vel collegio, de huiusmodi taurorum agitatione, etiam vt ipsi falso arbitrantur, in honorem sanctorum, seu quarumuis ecclesiasticarum solennitatum, et festiuitatum, quæ diuinis laudibus, spiritualibus gaudiis, piisque operibus, non huiusmodi ludis, celebrari et honorari debent, hactenus factas et facta, seu in futurum fienda, quæ et quas omnino prohibemus, cassamus et annullamus, ac pro cassis, nullis, et irritis haberi, perpetuo decernimus atque declaramus. Mandamus autem omnibus principibus, comitibus, et baronibus, sanctæ Rom. ecclesiæ feudatariis, sub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipsa eccles. Rom. obtinent: reliquos vero principes christianos, et terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, et in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia et honore, præmissa omnia in suis dominiis ac terris huiusmodi, exactissime seruari faciant, vberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis c recepturi. Ac vniuersis venerabilibus fratribus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis, aliisque locorum ordinariis, in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicii, et interminatione maledictionis æternæ, quatenus in ciuitatibus, et diœcesibus propriis presentes nostras literas sufficienter publicari facient, et præmissa etiam sub pœnis et censuris ecclesiasticis obseruari procurent.

a *Iure pontificio et ciuili penitus interdicta sunt duella. Aud. const. monomachiam q. 5. et c. 1. de cleric. pugn. in duello. et c. 1. et c. 3. de purg. vulg. et per las. l. ex hoc iure. ff. de iustitia et iure.*

b *Nauarrus hanc extrauagantem seu Pii V. constitutionem sic interpretatur, vt eam non extendi existimet ad illam agitationem taurorum, quæ tali moderamine fit, vt caedibus et periculis non committatur, ob quæ vitanda lata est lex. Cessante autem ratione et fine legis, cessat eius dispositio, et quia iuxta limites rationis legis debet restringi vel extendi lex. l. cum pater. § dulcissimis. ff. de legat. 2. et quia ex proœmio legis solet causa legis colligi finalis. l. fin. ff. de Var. instit. et c. quia propter. de elect.* c *Vide Metinam in instruct. confess. par. 1. fol. 150. §. 28. de ludis, et Ludouic. Lopez. in consciem. instruct. par. 1. c. 70.*

FINIS LIBRI SEPTIMI DECRETALIVM.

(II.)
DECRETALES ALEXANDRI III.

IN

CONCILIO LATERANENSI TERTIO GENERALI

ANNO MCLXXIX. CELEBRATO

EDITAE

ET EX CODICE MSCTO BIBLIOTHECAE HASSO-CASSELANAE
PERVETVSTO ET EGREGIO FIDELITER DESCRIPTAE,

IN QVO

PLVRES NOVAE DECRETALES AB HARDVINO OMISSAE
ET ORDINE LONGE DIVERSO TRADVNTVR.

DECRETALES ALEXANDRI III.

TITVLVS I.
DE ELECTIONE SVMMI PONTIFICIS.

CAP. I.

Quomodo pontifex eligendus.

Licet de euitanda discordia in electione summi pontificis manifesta satis a praedecessoribus nostris constituta manauerint: quia tamen saepe post illa per improbae ambitionis audaciam, grauem passa est scissuram ecclesia: nos etiam ad malum hoc 1) deuitandum, de consilio fratrum nostrorum et sacri approbatione concilii, aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus 2) ergo, vt, si forte, inimico homine superseminante 3) zizanium inter cardinales de substituendo pontifice, plena non 4) poterit esse concordia, et duabus partibus concordantibus tertia 5) concordare noluerit, aut sibi alium praesumserit 6) nominare, ille 7) absque vlla exceptione ab vniuersa ecclesia Romanus pontifex habeatur, qui a duabus partibus fuerit electus et receptus. Si quis autem de tertiae partis nominatione confisus, 8) quod esse non poterit, episcopi sibi nomen vsurpauerit: tam ipse, quam qui eum receperint, excommunicationi subiaceant, et totius sacri ordinis priuatione mulctentur: ita vt viatici etiam eis communio, nisi tantum in vltimis, denegetur: et nisi resipuerint, cum 9) Dathan et 10) Abyron, quos terra viuos 11) deglutiuit, accipiant portionem. 12) Et praeterea si e paucioribus quam e duabus partibus aliquis electus fuerit ad apostolatus officium, nisi maiorum concordia intercesserit, nullatenus assumatur; et praedictae poenae subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum canonicis institutionibus et aliis 13) ecclesiis praeiudicium generetur, in quibus maioris et sanioris partis debet praeualere sententia, quia, quod in 14) his 15) in dubium venerit, superioris iudicio poterit diffiniri. In Romana vero ecclesia speciale aliquid constituitur, quia non 16) potest ad superiorem recursus 17) fieri vel haberi.

Lectiones variantes, ex collatione Cod. MScri cum HARDVINI tom. VI. P. II. coll. concil. p. 1673. seq. collectae.

1) *Euitandum.*
2) *Igitur.*
3) *Zizania.*
4) *Poterit.*
5) *Pars*, additur in Hard.
6) *Ordinare.*
7) *Absque vlla exceptione*, non habet Hard.
8) *Quia esse non potest.*
9) *Dathan.*
10) *Abiron.*
11) *Absorbuit.*
12) *Et*, deest in Harduin.
13) *Ecclesiasticis.*
14) *His.*
15) *In*, deest in Harduin.
16) *Poterit.*
17) *Fieri vel*, Harduin. omittit.

CAP. II.

Quales debeant esse, qui eligendi sunt ad regimen ecclesiae.

Cum in 18) cunctis sacris ordinibus et ecclesiasticis ministeriis et aetatis maturitas, et grauitas morum, et scientia litterarum sit 19) quaerenda; multo fortius in episcopo haec oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum in se ipso debet ostendere, qualiter 20) eos in domo Domini conuersari oporteat. Eapropter, ne quod 21) de quibusdam factum est, 22) pro necessitate temporis in exemplum trahatur a posteris, praesenti decreto statuimus, vt nullus in episcopum eligatur, nisi qui iam tricesimum aetatis 23) suae annum 24) peregerit, et de legitimo matrimonio sit natus; qui etiam vita et scientia commendabilis demonstretur. Cum autem electus fuerit et confirmationem electionis acceperit, et ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit: decurso tempore de consecrandis episcopis a canonibus 25) diffinito, is, ad quem beneficia spectant, quae 26) habuerit disponendi de illis liberam facultatem, habeat.

18) *Cunctis*, deest.
19) *Inquirenda.*
20) *Alios.*
21) *A quibusdam.*
22) *Ex necessitate.*
23) *Suae*, deest.
24) *Egerit.*
25) *Definito.*
26) *Habuerat.*

CAP. III.

De haereticis.

Sicut ait beatus Leo, licet ecclesiastica disciplina, sacerdotali contenta iudicio, cruentas 27) affugiat vltiones: catholicorum tamen principum constitutionibus 28) iuuatur, vt saepe quaerant homines remedium salutare, dum corporale super se metuunt 29) iudicium euenire. Eapropter quia in 30) Vasconia 31) ab Legesio et partibus Tolosanis et aliis locis 32) haereticorum, quos alii Catharos, alii publicanos, alii 33) paterinos, alii aliis nominibus vocant, inualuit 34) damnanda peruersitas, vt iam non in occulto, sicut 35) alibi, nequitiam suam exerceant, seu errorem publice suum 36) manifestant, et ad consensum suum simplices attrahant et infirmos: 37) et eos et defensores eorum et receptores anathemati 38) decreuimus subiacere, et sub anathemate prohibemus, ne quis 39) ipsos in 40) domo vel in terra sua tenere vel fouere, vel 41) negotiationes cum eis exercere praesumat. Si autem in hoc peccato decesserint, non sub priuilegiorum nostrorum 42) quibuscunque indultorum obtentu, nec 43) sub alia quacunque occasione aut oblatio pro eis fiat, aut inter 44) alios 45) accipiant sepulturam.

27) *Non efficiat.*
28) *Adiuuatur.*
29) *Supplicium.*
30) *Gasconia.*
31) *Albegesio.*
32) *Ita haereticorum.*
33) *Patrinos.*
34) *Damnata.*
35) *Aliqui.*
36) *Manifestent.*
37) *Et*, deest.
38) *Decernimus.*
39) *Eos.*
40) *Domibus.*
41) *Negotiationem.*
42) *Cuiliber.*
43) *Sub alia vnquam.*
44) *Christianos.*
45) *Recipiant.*

CAP. IV.

Ne ecclesiastica beneficia alicui promittantur, antequam vacent.

Nulla ecclesiastica ministeria 46) seu beneficia ecclesiae, alicui tribuantur seu promittantur, antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi 47) sui videatur, in cuius locum et beneficium se

46) *Seu etiam beneficia, vel ecclesiae.*
47) *Sui*, deest.

48) credidit successurum. Cum enim id etiam in ipsis gentilium legibus inueniatur 49) inhibitum: turpe nimis est et diuini plenum animaduersione iudicii, si locum in ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam 50) gentiles condemnare curarunt. Cum vero præbendas 51) ecclesiæ seu quælibet officia in aliqua ecclesia vacare contigerit, vel si etiam modo vacant, non diu maneant in suspenso, sed infra VI. menses personis, quæ digne 52) ministrare valeant, conferantur. Si autem episcopus, vbi ad eum 53) spectauerint, sine rationabili caussa conferre distulerit, per capitulum ordinetur. Quod si ad capitulum electio pertinuerit, et 54) vltra præscriptum terminum hoc non fecerit: episcopus hoc cum 55) religiosorum consilio secundum Deum exequatur, aut si omnes forte neglexerint, metropolitanus de ipsis absque illorum contradictione disponat.

48) *Crediderit.*
49) *Prohibitum.*
50) *Gentiles homines damnare curauerunt.*
51) *Ecclesiasticas.*
52) *Administrare.*
53) *Spectauerit, conferre distulerit.*
54) *Infra prædictum terminum.*
55) *Virorum*, addit Harduin.

CAP. V.

Qualiter prælati debeant cum subiectis hospitare.

Cum apostolus propriis manibus se et suos decreuerit 56) exhibendos, vt locum prædicandi auferret pseudo-apostolis, et illis, quibus prædicabat, non existeret 57) honerosus, graue nimis et 58) emendatione dignum esse dignoscitur, quod quidem fratrum et coepiscoporum nostrorum, ita graues in procurationibus subditis suis 59) existunt, vt pro huiusmodi caussa interdum ecclesiastica ornamenta subditi exponere compellantur, et longi temporis victum breuis hora 60) consumit. Quocirca statuimus, 61) vt archiepiscopi parochias visitantes pro diuersitate 62) parochiarum et facultatibus ecclesiarum 63) quadragesimum vel quinquagesimum euectionis numerum, episcopi vicesimum aut tricesimum, cardinales vero XX vel XXV nequaquam excedant: archidiaconi V. vel VII. decani constituti sub 64) episcopis, duobus equis contenti existant. Nec cum canibus venatoriis 65) aut auibus proficiscantur: sed ita procedant, vt non, quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quærere videantur.

56) *Alendos*, legunt alii.
57) *Onerosus.*
58) *Emendatione fore dignum dignoscitur.*
59) *Existunt.*
60) *Consumat.*
61) *Quod.*
62) *Prouinciarum.*
63) *Quadragesima vel quinquagesima euectionis numerum non excedant: cardinales vero, viginti quinque non excedant: episcopi viginti vel triginta nequaquam excedant: archid. etc.*
64) *Ipsis.*
65) *Et.*

TITVLVS II.

NE IVDAEI CHRISTIANOS HABEANT SERVIENTES.

CAP. I.

Ne christiani habitent cum Iudæis vel Saracenis.

Iudæi siue Sarraceni nec sub alendorum puerorum 66) suorum obtentu, 67) neque pro seruitio 68) aut alia qualibet caussa christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. Excommunicentur autem, qui cum eis præsumpserint habitare. Testimonium quoque christianorum aduersus iudæos in omnibus caussis, cum illi aduersus christianos testibus suis vtantur, 69) recipiendum censentes, et anathemate 70) decernimus esse feriendos, quicunque iudæos christianis in hac parte voluerint præferre, cum eos christianis subiacere oporteat, et ab 71) his pro sola humanitate foueri. Si qui præterea Deo inspirante ad fidem se conuerterint christianam, a possessionibus 72) parentum nullatenus excludantur, cum melioris conditionis conuersos ad fidem esse oporteat, 73) quam, antequam fidem acciperent, habebantur. Si autem secus factum fuerit, principibus seu potestatibus 74) eorum locorum sub pœna excommunicationis iniungimus, vt portionem hæreditatis et bonorum suorum ex integro eis faciant 75) restitui.

66) *Suorum*, deest.
67) *Nec.*
68) *Nec.*
69) *Recipiendum esse censemus.*
70) *Decernimus feriendos.*
71) *Eis.*
72) *Suis nullatenus.*
73) *Quam, antequam fidem acceperunt.*
74) *Eorundem.*
75) *Exhiberi.*

TITVLVS III.

NE LAICI ALIQVID A CLERICIS INVITIS EXTORQVEANT.

CAP. I.

Ne laici imponant ecclesiis onera.

Non minus pro eorum peccato, qui faciunt, quam pro illorum detrimento, qui sustinent, graue nimis esse 76) dinoscitur, quod in diuersis partibus mundi consules ciuitatum et rectores, nec non et alii, qui potestatem habere videntur, tot 77) honere ecclesiis frequenter imponunt, et ita grauibus eas 78) et crebris exactionibus premunt, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium 79) esse videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui diuinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis seruituti subiectis, sacerdotes suos et possessiones eorum in pristina libertate dimisit, et de publico alimoniam eis ministrauit. Isti vero fere vniuersa honera sua imponunt ecclesiis, et tot angariis eas affligunt, vt eis illud, quod Ieremias deplorat, competere videatur: princeps prouinciarum facta est sub tributo. Siue quidem fossata, siue expeditiones, siue 80) alia quælibet sibi arbitrentur agenda, 81) de ecclesiarum bonis et clericorum, et pauperum, quæ Christi vsibus deputatis cuncta volunt 82) compleri: fere 83) iurisdictionem etiam et auctoritatem episcoporum et aliorum prælatorum ita euacuant, vt 84) nichil potestatis 85) in suis eis videatur penitus hominibus remansisse. Super quo dolendum est pro ecclesiis, 86) dolendum est etiam nichilominus et pro ipsis, qui timorem Dei et ecclesiastici ordinis reuerentiam 87) videantur abiecisse. Quocirca sub anathematis districtione seuerius prohibemus, ne talia de cætero 88) attemptare præsumant, nisi episcopus 89) vel clerus tantam necessitatem vel vtilitatem 90) respiciant, 91) vt absque 92) omni coactione ad releuandas communes 93) necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existiment conferenda. Si autem consules aut alii de cetero 94) illa commiserint, et commoniti desistere forte noluerint: tam ipsi, quam fautores eorum excommunicationi se nouerint subiacere, nec fidelium reddantur communioni, nisi 95) ex toto satisfactionem fecerint competentem.

76) *Dignoscitur.*
77) *Onera.*
78) *Crebrisque.*
79) *Esse*, deest.
80) *Alia*, deest.
81) *De bonis ecclesiarum, clericorum.*
82) *Compleri.*
83) Harduinus nouam hic format periodum.
84) *Nihil.*
85) *Eis in suis videatur hominibus remansisse.*
86) *Dolendum etiam nihilominus.*
87) *Videntur penitus abiecisse.*
88) *Attentare.*
89) *Et.*
90) *Aspexerint.*
91) *Vt.*
92) *Vt absque vlla exactione*, legunt alii notante Hard.
93) *Vtilitates vel necessitates*, alii habent.
94) *Id præsumpserint.*
95) *Ex toto*, omiss. ab Harduin.

CAP. II.

Nemo inferiora ministeria suscipiat, nisi XXV. annum attigerit.

Inferiora etiam ministeria, vtpote 96) decanatum, archidiaconatum, et alia, quæ curam animarum habent adnexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialium regimen ecclesiarum, nisi 97) qui iam XXV. annos ætatis attigerit, et qui in scientia et in moribus collaudandus existat. Cum autem assumptus fuerit, si archidiaconus in diaconum, et decani et reliqui admoniti non fuerint præfixo a canonibus tempore in presbyteros ordinari, et ab illo remoueantur officio, et 98) aliis conferatur, qui velint illud et possint conuenienter implere. Nec prosit 99) eis appellationis diffugium, si forte 100) constituti in transgressione istius quæstionis per appellationem voluerint se tueri.

96) *Decanatus, archidiaconatus.*
97) *Qui iam vigesimum quintum ætatis annum attigerit, et qui scientia et moribus existat commendandus.*
98) *Alii conferatur, qui et velit et possit conuenienter illud implere.*
99) *Illis.*
100) *Constituti*, deest.

CAP. III.

Pœna eorum, qui contra formam eligunt.

Hoc 1) autem sane non solum de promouendis, sed de his, 2) qui iam promoti sunt, si canones non 3) obsistunt, præcipimus 4) obseruari. Clerici sane, si contra formam istam quemquam elegerint, et eligendi tunc potestate priuatos et ab ecclesiasticis beneficiis

1) *Autem*, deest.
2) *Etiam*, adiicitur in Harduin.
3) *Obsistant.*
4) *Obseruandum.*

triennio

triennio se nouerint suspensos. Dignum est enim, vt, quos Dei timor e malo non reuocat, ecclesiasticæ saltem 5) coherceat seueritas disciplinæ. Episcopus autem, 6) 6*) si fecerit contra hoc, aut consenserit fieri in conferendis prædictis officiis, potestatem suam amittat, et per capitulum aut per metropolitanum 7) etiam, si capitulum concordare 8) nequiuerit, 9) ordinentur.

5) *Coerceat.*
6) *Si cui fecerit aut fieri consenserit contra hoc: in conferendis prædictis potestatem suam amittat:*
6*) *Si contra hoc fecerit, aut fieri consenserit in conferendis prædictis officiis et beneficiis potestatem suam* etc. nota in margine apud Hard.
7) *Etiam*, deest.
8) *Nequiuerit.*
9) *Ordinetur.*

TITVLVS IV.
NE MILITES TORNEAMENTA EXERCEANT.

CAP. I.

Ne torneamenta fiant.

Felicis memoriæ papæ Innocentii et Eugenii prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, detestabiles 10) nundinas vel ferias, quas 11) vulgus torneamenta 12) vocat, in quibus milites venire solent ex condicto, et ad ostentationem virium suarum et audaciæ temere congrediuntur, vnde mortes hominum et animarum pericula sæpe proueniunt, fieri prohibemus. Quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamuis poscenti ei 13) pœnitentia non negetur 14) nec eucharistia, tamen sepultura careat ecclesiastica.

10) *Illas*, addit Harduin.
11) *Vulgo.*
12) *Vocant.*
13) *Venia.*
14) Verba: *nec eucharistia*, desunt in Harduin.

TITVLVS V.
NE TREVGAE INFRINGANTVR.

CAP. I.

De treugis seruandis.

Treugas 15) autem a quarta feria post occasum solis vsque ad 16) secundam 17) post ortum solis et ab aduentu Domini vsque ad octauas epiphaniæ et a LXX. vsque ad octauas 18) paschæ ab omnibus inuiolabiliter obseruari præcipimus. Si quis autem treugam frangere 19) attemptauerit, post tertiam 20) admonitionem si non satisfecerit, episcopus suus excommunicationis sententiam dictat in eum, et scriptam vicinis episcopis 21) annuntiet, 22) episcopus autem nullum excommunicatum suscipiat in communione, imo 23) scriptam 24) sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumpserit, ordinis sui periculo subiaceat, et quoniam funiculus triplex 25) difficile rumpitur: præcipimus, vt episcopi ad solum 26) Domini et salutem populi respectum habentes, omni 27) 28) tepiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium et auxilium 29) præbeant, neque hoc alicuius amore vel odio prætermittant. Quod si quis in 31) hoc opere Dei tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

15) Harduin. habet *treugas*, *sed autem*, deest.
16) *Feriam*, addit Harduin.
17) *In.*
18) *Paschæ.*
19) *Tentauerit.*
20) *Commonitionem.*
21) *Annunciet.*
22) *Quorum nullus excommunicatum in communionem suscipiat.*
23) Forte: *scripto*, nota Harduini marg.
24) *Susceptam*, addit Hard.
25) *Non facile.*
26) *Ad*, deest.
27) *Dei et salutis populi.*
28) *Cupiditate alias trepiditate:* not. H. marg.
29) *Præstent.*
31) *Hoc*, deest.

TITVLVS VI.
NE CLERICI BONA PER ECCLESIAM ACQVISITA IN ALIOS TRANSFERANT, SED PENES EANDEM REMANEANT.

CAP. I.

De testamentis clericorum.

Cum in officiis caritatis 32) primo loco illis teneamur obnoxii, a quibus beneficium nos cognoscimus 33) recepisse, 34) ecclesiæ quidam clerici cum ab ecclesiis suis bona multa perceperint, 35) tamen per eam acquisita in alios transferre præsumunt. Hoc igitur quia et antiquis canonibus constat inhibitum, nos etiam nihilominus inhibemus. 36) Indempnitati igitur ecclesiarum prouidere volentes, siue intestati decesserint, siue aliis conferre voluerint, 37) penes eandem ecclesiam eadem bona præcipimus remanere. Præterea quoniam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur quidam, qui decani vocantur, et pro certa pecuniæ quantitate episcopalem iurisdictionem exercent, præsenti decreto 38) decreuimus, vt, qui de cetero id præsumpserit, suo priuetur officio, et episcopus hoc officium conferendi 39) potestate priuetur.

32) *Illis primo teneamur obnoxii.*
33) *Accepisse.*
34) *E contrario*, addit Harduin. et pro *ecclesiæ* habet *ecclesiastici*.
35) *Bona per ecclesias acquisita, in alios vsus præsumunt transferre.*
36) *Indemnitati itaque.*
37) *Penes ecclesiam.*
38) *Statuimus.*
39) *Potestatem amittat.*

TITVLVS VII.
VT CLERICI IN CAVSSIS SECVLARIBVS ADVOCATI NON FIANT.

CAP. I.

Ne clerici præsumant, seculares procurationes suscipere.

Clerici in subdiaconatu et supra et in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis ecclesiasticis 40) sustentantur, coram iudice seculari 41) aduocati 42) in negotiis fieri non præsumant, nisi propriam caussam vel ecclesiæ suæ fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias caussas administrare non possunt.

40) *Sustententur.*
41) *Procuratores.* nota Hard. margin.
42) *In negotiis secularibus*, alias: *forensibus negotiis.* not. H. m.

CAP. II.

Nec iurisdictiones seculares.

Sed nec 43) procuratores villarum, aut iurisdictiones 44) seculares sub aliquibus principibus 45) et secularibus viris, vt iusticiarii eorum fiant, quisquam clericorum 46) exercere præsumat. Si quis 48) autem aduersus hoc 49) venire tentauerit, 50) quia contra doctrinam apostoli, 51) dicentis: nemo militans Deo, 52) implicet se secularibus negotiis, 53) seculariter egit, a ministerio ecclesiastico fiat alienus, pro eo, quod officio clericali neglecto fluctibus seculi, vt potentibus 54) placeat, se immergit. Districtius autem decreuimus puniendum, si religiosorum 55) virorum quisquam aliquid prædictorum 56) ausus fuerit attemptare.

43) *Procurationes.*
44) *Etiam*, Hard addit.
45) *Vel.*
46) *Assumere.*
48) *Autem*, deest.
49) *Venire*, deest.
50) *Quoniam.*
51) *Est*, addit Harduin.
52) *Implicat.*
53) *Et*, additur in Harduin.
54) *Seculi*, addit Harduin.
55) *Virorum*, deest apud Hard.
56) *Audeat attentare.*

TITVLVS VIII.
NE QVIS EXCOMMVNICETVR VEL SVSPENDATVR, NISI AMMONITIONE PRAEMISSA, NEC A PRAELATO SVO RELIGIOSI APPELLENT.

CAP. I.

Qualiter prælati debeant proferre sententiam in subiectos.

Reprehensibilis valde consuetudo in quibusdam partibus inoleuit, 57) vt, cum confratres aut episcopi seu archidiaconi appellaturos *) quosdam in caussis suis existimant, nulla penitus 58) appellatione præmissa, suspensionis 59) siue excommunicationis in eos sententiam ferant, 60) et dum alii superioris sententiam et disciplinam canonicam reformident, sine vllo grauamine appellationem obiiciunt, et ad defensionem iniquitatis vsurpant, quod ad 61) præsidium innocentium 62) noscitur institutum. Quocirca ne vel prælati sine caussa valeant grauare subiectos, vel subditi pro sola voluntate sub appellationis obtentu correctionem valeant eludere prælatorum, præsenti decreto statuimus, vt nec prælati, nisi canonica 63) admonitione præmissa, suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant

57) *Vt fratres et coepiscopi nostri, seu etiam archidiaconi, quos app.*
*) *Quosdam*, omittit H.
58) *Admonitione.*
59) *Vel.*
60) *Alii etiam dum,*
61) *Subsidium.*
62) *Dignoscitur.*
63) *Commonitione.*

rant in 63) subditos, nisi forte talis sit culpa, 64) quæ in ipso suo genere 65) suspensionis vel excommunicationis pœnam inducat, nec subiecti contra disciplinam ecclesiasticam ante ingressum causæ in vocem appellationis prorumpant. Si vero quisquam pro 66) sui necessitate crediderit appellandum, competens ei ad prosequendam appellationem terminus præfigatur, infra quem, si forte prosequi neglexerit, tunc episcopus libera sua auctoritate vtetur. Si autem in quocunque negotio aliquis appellauerit, et eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui 67) appellauit, venire neglexerit, si proprium 68) quidem habuit, 69) competentem illi compensationem *) faciant 70) expensæ: vt hoc saltem timore 71) deterrus in grauamen alterius non facile quis appellat; præcipue vero hoc 72) in locis religiosis volumus obseruari, ne monachi siue 73) alii quicumque religiosi 74) viri, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem prælati sui et capituli disciplinam appellare præsumant; sed humiliter ac deuote suscipiant, quod pro salute 75) sua 76) eis fuerit iniunctum.

63) *Subiectos.*
64) *Quæ ipso genere suo excommunicationis pœnam inducat.*
65) *Suspensionis vel excommunicationis.* ponit Hard. in marg.
66) *Sua.*
67) *Appellauerit.*
68) *Quid.*
69) *Et recompensationem.*
*) *Faciat.*
70) *Expensarum.*
71) *Perterritus.*
72) *In religiosis hoc etc.*
73) *Alii*, deest apud Hard.
74) *Viri*, Hard. non habet.
75) *Sua fiunt eis iniunctum.* not. Hard. marg.
76) *Humiliter eam*, addit Hard.

TITVLVS IX.

DE VSVRARIIS, NE QVIS EORVM OBLATA ACCIPIAT, NEC CHRISTIANAM SEPVLTVRAM HABEANT.

CAP. I.

Ne manifestus vsurarius recipiatur ad communionem altaris.

Quia in omnibus fere locis ita 77) crimen vsurarum 79) inualuit, vt multi aliis negotiis prætermissis quasi licita vsuras exerceant, et qualiter vtriusque testamenti condemnetur pagina, nequaquam attendant: ideo constituimus, vt vsurarii manifesti nec ad communionem admittantur altaris, nec christianam, si in hoc peccato decesserint, sepulturam accipiant; sed nec 80) oblationes eorum quisquam 81) recipiat. Qui autem acceperit, aut 82) christianæ tradiderit sepulturæ, et ea, quæ acceperit, reddere 83) compellatur, et donec 84) ad arbitrium dioecesani episcopi satisfaciat, ab officii sui maneat 85) executione suspensus.

77) *Tantum*, ponit H. pro *ita*.
79) *Inoleuit.*
80) *Oblationum.*
81) *Accipiat.*
82) *Eos*, addit Hard.
83) *Compellantur.*
84) *[illegible] arbitrium sui episcopi satisfaciat.*
85) *Exsecutione.*

TITVLVS X.

PRO REGIMINE SCOLARIVM NIHIL A MAGISTRIS EXIGATVR, SED AB EPISCOPIS ALIISVE PRAELATIS BENEFICIVM SIBI COMPETENS PROVIDEATVR.

CAP. I.

Vt prælati prouideant magistris scholarum necessaria.

Quoniam ecclesia dei et in 86) his, quæ spectant ad 87) subsidia corporis, et in 88) his, quæ ad profectum 89) perueniunt animarum, indigentibus sicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt, legendi et proficiendi opportunitas subtrahatur; per vnamquamque cathedralem ecclesiam magistro, qui clericos eiusdem ecclesiæ, et scolares pauperes 90) doceat, competens aliquod beneficium 91) præbeatur, 92) In aliis quoque restituatur ecclesiis siue monasteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum, quo docentis necessitas subleuetur, et discentibus via pateat ad doctrinam.

86) *Iis.*
87) *Subsidium.*
88) *Iis.*
89) *Veniunt.*
90) *Gratis*, addit Hard.
91) *Assignetur.*
92) *Quo docentis necessitas subleuetur, et discentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur ecclesiis siue monasteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum.*

CAP. II.

Ne prælati pro licentia docendi quid accipiant.

Pro licentia vero docendi nullus 93) omnino pretium exigat, vel sub obtentu alicuius consuetudinis ab 94) his, qui docent, aliquid quærat, nec 95) quemquam docere, qui sit idoneus 96) expetita licentia, interdicat. Qui vero contra hæc venire præsumserit, 97) ab ecclesiastico beneficio fiat alienus. Dignum quidem videtur esse, vt in ecclesia Dei fructum laboris sui non habeat, qui cupiditate animi 98) profectum 99) ecclesiasticum nititur impedire, dum vendit docendi licentiam.

93) *Omnino*, deest.
94) *Iis.*
95) *Quempiam.*
96) *Petita.*
97) *A beneficio ecclesiastico.*
98) *Vendit licentiam docendi, ecclesiarum profectum nititur impedire.*
99) Forte: *et ecclesiarum.*

TITVLVS XI.

NE CLERICI IN DOMIBVS SVIS MVLIERCVLAS TENEANT.

CAP. I.

Ne clerici in sacris ordinibus constituti focarias habeant.

Clerici in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas 100) in domibus suis 1) sub incontinentiæ 2) note tenuerint, aut abiiciant eas, aut continenter viuant 3) aut a beneficio et officio ecclesiastico alieni fiant. Quicumque 4) autem in illa incontinentia, quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, et quinque ciuitates igne consumpsit, deprehensi fuerint laborare; si clerici fuerint, 5) deiiciantur a clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasteriis detrudantur; si laici, excommunicationi subdantur, et a cœtu fidelium fiant 6) penitus alieni.

100) *Suas*, addit Hard.
1) *Sub*, deest.
2) *Notam.*
3) *Aut ab officio et beneficio.*
4) *Autem in*, deest.
5) *Eiiciantur.*
6) *Prorsus.*

CAP. II.

Ne frequentent monasteria monialium.

Monasteria præterea sanctimonialium, si quisquam clericus, sine manifesta et 7) rationabili causa, frequentare præsumserit, per episcopum arceatur; 8) siue per præpositum suum, et si non destiterit, a beneficio ecclesiastico 9) habeatur immunis.

7) *Necessaria.*
8) verba: *Siue per præpositum suum*, desunt apud Hard.
9) *Reddatur.*

TITVLVS XII.

VT MONACHI PECVLIVM NON HABEANT.

CAP. I.

Ne monachus vel alius religiosus recipiatur sub pretio.

Monachi non pretio recipiantur in monasterio, nec peculium permittantur habere, non singuli per villas et oppida, seu 10) quascumque parochiales ponantur ecclesias, sed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli inter seculares homines spiritualium hostium exspectent 11) conflictum, Salomone dicente: væ soli 12) etc. Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat. 14) Is autem, qui eum receperit, 15) officii sui 16) priuatione mulctetur. 17) Qui vero peculium habuerit, nisi ab abbate ei fuerit pro iniuncta administratione permissum, a communione remoueatur altaris, et qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, 18) et digne non pœnituerit, nec pro eo oblatio fiat, nec inter fratres recipiat sepulturam. Quod etiam de 19) vniuersis religiosis præcipimus obseruari. Abbas 21) autem, qui diligenter iste non curauerit, officii sui iacturam se nouerit incursurum.

10) *Ad*, addit Hard.
11) *Conflictionem.*
12) *Quia si ceciderit, non habet subleuantem*, addit Hard.
14) *Is autem, qui acceperit.*
15) *Is vero, qui eum receperit*, est in not. Hard. marg.
16) *Suspensione.* Not. Hard. marg.
17) *Si.*
18) Verba: *Et digne non pœnituerit*, desunt in Hard.
19) *Diuersis.* Ipse Hard. iam in margine hanc variantem notauit.
21) *Iterum.*

CAP. II.

CAP. II.

Prioratus pro pretio haud detur.

Prioratus 22) etiam siue obedientiæ pretii donatione nulli tradantur. 23) Alioquin et dantes, et 24) recipientes a ministerio ecclesiastico fiant alieni. Priores autem, cum in conuentualibus ecclesiis fuerint 25) constituti, nisi pro manifesta causa et rationabili, non mutentur, videlicet si dilapidatores fuerint, 26) si incontinenter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amouendi merito videantur, aut si 27) pro necessitate maioris officii, de 28) consilio fratrum fuerint transferendi.

22) *Quoque.*
23) *Aliquin.*
24) *Accipientes.*
25) *Per electionem capitulorum suorum canonice fuerint instituti, nisi etc.* legunt alii.
26) *Nec continenter vixerint.*
27) *Etiam*, addit Hard.
28) *Consensu*, habent alii.

CAP. III.

Ne tolerentur Christianos vexantes, sed deleantur.

De 29) Brabantionibus et 30) Arogonensibus, 31) Nauerris, 32) Basculis et Coterellis et 33) Terandinis, qui tantam 34) inhumanitatem 35) in Christianos exercent, vt nec ecclesiis, nec monasteriis deferant, 36) nec viduis, nec pupillis, nec pueris aut senibus, nec cuilibet parcant ætati aut sexui, sed more paganorum omnia perdant et vastent, similiter constituimus, vt, qui eos conduxerint vel tenuerint vel fouerint per regiones, in quibus taliter 37) debacchatur, in dominicis et aliis 38) solempnibus diebus per ecclesias publice 39) excommunicati denuntiantur, et eadem omnino sententia et pœna cum prædictis hæreticis 40) astricti habeantur; nec ad communionem recipiantur ecclesiæ, nisi illa societate pestifera et hæresi 41) penitus abiuratis. Relaxatos autem se nouerint a debito fidelitatis 42) seu hominii 43) seu dominii ac totius obsequii, donec in tanta iniquitate permanserint, quicumque 44) istis aliquo 45) pacto tenentur annexi. 46) Principibus autem cunctisque fidelibus in remissionem 47) peccatorum iniungimus, vt tantis cladibus viriliter 48) obuiantes se opponant, et contra eos armis tueantur christianum populum. 49) Confiscentur bona eorum, et liberum sit principibus, huiusmodi 50) pestilentes homines subiicere seruituti. Qui autem in vera pœnitentia 51) ibidem decesserint, et peccatorum indulgentiam et 52) fructus mercedis æternæ se non dubitent 53) habituros. Nos 54) autem de misericordia Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, et ad 55) suorum episcoporum 56) siue aliorum prælatorum consilium, ad eos 57) decertauerint expugnandos, biennium de iniuncta 58) sibi pœnitentia relaxamus, aut si longiorem ibi moram 59) fecerint, episcoporum discretioni, quibus huius rei 60) cura fuerit iniuncta, committimus, vt ad eorum arbitrium, secundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui 61) ammonitioni episcoporum in huiusmodi parte parere contempserint, a perceptione corporis et sanguinis Domini iubemus fieri alienos. Interim vero eos, qui ardore fidei ad expugnandum eos laborem 62) istum assumpserint, sicut eos, qui sepulcrum 64) Domini visitant, sub ecclesiæ defensione recipimus, et ab vniuersis inquietationibus, tam in rebus, quam in personis statuimus manere securos. 66) Si vero quisquam interim eos molestare præsumpserit, per episcopum loci excommunicationis feriatur sententia, et tam diu sententia ab omnibus seruetur, donec et ablata reddantur, et de illatis damnis congrue 67) satisfaciant. Episcopi vero siue presbyteri, qui talibus fortiter non restiterint, officii sui 68) suspensione mulctentur, donec misericordiam apostolicæ sedis obtineant.

29) *Brabantionibus*, habent alii.
30) *Aragonensibus.*
31) *Nauarris.*
32) *Bascolis*, alii *Baschis.*
33) *Triauerdinis.*
34) *Immanitatem.*
35) *In*, deest ap. Hard.
36) *Non viduis et pupillis, non senibus et pueris.*
37) *Debachantur.*
38) *Solemnibus.*
39) *Excommunicari*, deest apud Hard.
40) *Adstricti.*
41) *Penitus*, deest in Hard.
42) *Et.*
43) verba: *seu dominii*, apud Hard. desunt.
44) *Illis.*
45) *Peccato.*
46) *Ipsis.*
47) *Omnium*, adiiciunt alii.
48) *Obsistere*, deest apud Hard.
49) *Confiscenturque.*
50) *Pestilentes*, deest ap. Hard.
51) *Ibi.*
52) *Fructum.*
53) *Percepturos.*
54) *Etiam.*
55) *Suorum*, deest ap. Hard.
56) *Seu.*
57) *Decertando.*
58) *Sibi*, deest apud Hard.
59) *Habuerint.*
60) *Causa.*
61) Post voc. *eos* ponit Hard. comma.
62) *Admonitioni.*
64) *Dominicum.*

65) *Si vero quispiam vestrum præsumpserit eos molestare.*
67) *Iterum satisfaciat.*
68) *Priuatione.*

CAP. IV.

De pace seruanda.

Innouamus 69) autem, vt presbyteri 70) et monachi, vel conuersi, peregrini, mercatores et scholares ad studium proficiscentes, et in ipso studio permanentes, vel ad propria remeantes, rustici euntes et redeuntes, et in agricultura existentes, et animalia, 71) quibus arant et quæ semina portant ad agrum, 72) continua securitate lætentur. Nec quisquam 73) alicui nouas 74) pedagiorum exactiones sine auctoritate 75) et consensu regum et principum statuere, aut statutas de nouo tenere, aut veteres 76) augmentare præsumatur. Si quis autem contra hoc 77) fecerit, et commonitus non destiterit, donec 78) satisfecerit, communione careat christiana.

69) *Autem*, deest ap. Hard.
70) *Monachi, clerici, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes etc.*
71) *Quibus arant et seminant*, legunt alii: sed Hardunus plane omittit.
72) *Congrua.*
73) *Alicubi*, legunt alii.
74) *Pedagiorum.*
75) *Regum et principum consensu statuere.*
76) *Augmentare aliquo modo, temere præsumat.*
77) *Venire præsumpserit etc.*
78) *Satisfaciat.*

CAP. V.

De abolendis ordinationibus ab antipapis introductis.

Quod a prædecessore nostro felicis memoriæ 79) papa Innocentio factum est, innouantes, ordinationes ab Octauiano, 80) Guidone hæresiarcha, nec non et Iohanne Strumensi, qui eos secutus est, factas, et ab ordinatis ab eis irritas esse censemus, adiicientes etiam, vt, 81) qui dignitates seu beneficia 82) ecclesiastica, per prædictos 83) scismaticos acceperant, careant impetratis. Alienationes quoque 84) siue euasiones, quæ per eosdem scismaticos factæ sunt, siue per laicos, de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, et ad ecclesiam sine omni eius 85) honere reuertantur. Si quis autem contraire præsumpserit, excommunicationi se nouerit subiacere. Illos autem, qui sponte iuramentum de tenendo scismate præstiterint, a sacris ordinibus et dignitatibus 86) decernimus esse suspensos.

79) *Papa*, deest apud Hard.
80) *Et Guidone.*
81) *Si*, addit Hard.
82) Vox: *Ecclesiastica*, deest ap. Hard. quum vox *ecclesiasticas* adiecta sit ad *dignitates*.
83) *Schismaticos receperunt.*
84) *Seu inuasiones.*
85) *Onere.*
86) *Decernimus manere suspensos.*

CAP. VI.

Ne episcopi subditos exactionibus grauent.

Prohibemus etiam, ne subditos 87) talliis et exactionibus episcopi grauare præsumant. Sustinemus 88) etiam pro multis necessitatibus, quæ 89) aliquotiens superueniunt, vt, si manifesta et rationabilis causa extiterit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicat apostolus: non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis: multum longe a paterna pietate videtur, si præpositi subditis suis graues existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more fouere. Archidiaconi vero, siue decani, nullas exactiones 90) seu tallias in presbyteros seu clericos exercere præsumant.

87) *Suos* addit Harduin.
88) *Autem*
89) *Aliquoties.*
90) *Vel tallias.*

CAP. VII.

De euectionibus moderandis.

Sane quod de prædicto numero euectionis secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit obseruari, in quibus ampliores sunt reditus et 91) ecclesiasticæ facultates. In pauperibus autem locis tantam volumus 92) obseruari mensuram, vt ex accessu maiorum, 93) minores merito non doleant se grauari, ne sub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis 94) actenus vti solebant, *) plurimum sibi credant indultam potestatem.

91) *Ecclesiæ.*
92) *Teneri.*
93) *Minores non debeant grauari*, omissa voce *merito*, legit Hard.
94) *Hactenus.*
*) *Plurimam.*

CAP. VIII.

Ne quis ordinetur sine certo titulo.

Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in 95) diaconem vel presbyterum ordinauerit, tamdiu ei necessaria subministret, donec in aliqua ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericalis assignet, nisi talis forte, qui ordinatur, extiterit, qui de sua vel paterna hereditate subsidium vitæ possit habere.

95) *Diaconum.*

CAP. IX.

Ne noui census imponantur ecclesiis.

Cum in ecclesiæ corpore omnia debeant ex caritate tractari, et quod gratis receptum est, gratis impendi: horribile nimis est, quod in quibusdam ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita vt pro episcopis vel abbatibus, seu quibuscumque personis ecclesiasticis ponendis in sede, 96) siue introducendis presbyteris in ecclesiam, nec non pro sepulturis et exequiis mortuorum, et benedictionibus nubentium, seu aliis 97) ecclesiasticis sacramentis aliquid 98) requiratur, et non possit ille, qui indiget, ista percipere, nisi manum implere curauerit largitoris. Putant 99) autem plures, ex hoc licere sibi, quia legem 100) mortis de longa 1) valuisse consuetudine 2) moderantur: non satis, quia cupiditate caecati sunt, attendentes, quod tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infelicem tenuerint animam alligatam. Ne igitur hoc de cetero fiat, 3) et vt personis ecclesiasticis deducendis ad sedem, vel sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu 4) benedicendis nubentibus, seu 5) aliis sacramentis aliquid exigatur, districtius inhibemus. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, portionem cum 6) Iezi se nouerit habiturum, cuius factum exactione turpis muneris imitatur.

96) *Seu.*
97) Vox *Ecclesiasticis*, deest apud H.
98) *Exigatur.*
99) *Autem*, deest apud H.
100) *Mortis.*
1) *Inualuisse.*
2) *Arbitrantur.*
3) *Et vel pro personis etc.*
4) *Etiam*, addit Hard.
5) *Etiam*, addit Hard.
6) *Giezi.*

CAP. X.

Ne veteres census augeantur.

Prohibemus insuper, ne noui census ab episcopis vel abbatibus aliisue prælatis imponantur ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem redituum suis vsibus appropriare præsumant, sed 7) libertatem, quam maiores sibi 8) seruari desiderant, minoribus quoque suis bona voluntate conseruent. Si quis autem aliter egerit, quod fecerit, irritum habeatur.

7) *Libertatem, quam.*
8) *Conseruari.*

CAP. XI.

Ne aliquis multas habeat ecclesias.

Quia nonnulli modum auaritiæ non ponentes, 9) et diuersas ecclesiasticas dignitates et plures ecclesias parochiales contra sacrorum canonum instituta nituntur acquirere, ita vt, cum 10) vnius officium vix implere 11) valeant, stipendia sibi 12) vendicent plurimorum, ne id de cetero fiat, districtius inhibemus. Cum igitur ecclesia vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona 13) eligatur, quæ residere in loco, et curam eius per 14) se ipsum valeat exercere. Quod si aliter 15) factum fuerit, et 16) quis receperit, quod contra 17) sacros canones 18) acceperat, amittat; et qui dederit, largiendi potestate priuetur.

9) *Et*, deest apud H.
10) *Vnum officium.*
11) *Sufficiunt.*
12) *Vindicent.*
13) *Quæratur.*
14) *Seipsum.*
15) *Fuerit actum.*
16) *Qui.*
17) *Sanctos.*
18) *Accepit.*

CAP. XII.

De præsentatione clericorum.

Quoniam in quibusdam locis fundatores ecclesiarum, *) et heredes eorum, potestate, in qua eos ecclesia huc vsque sustinuit, abutuntur, et cum in ecclesia Dei vnus esse debeat, qui præsit, ipsi plures sine respectu subiectionis eligere moliuntur; et cum vna ecclesia vnius debeat esse rectoris, pro sua defensione plurimos repræsentant. Quocirca decreto præsenti statuimus, vt, si forte in plures partes fundatorum se vota **) diuiserint, ille præficiatur ecclesiæ, 19) qui maioribus studiis iuuatur et meritis, et plurium eligitur et probatur assensu. Si autem 20) sine scandalo nequiuerit 21) esse, ordinet antistes ecclesiam, 22) sicut eam melius esse secundum Deum viderit ordinandam. Id ipsum etiam, 23) si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, et cui 24) ius competat, 25) si infra 26) III. menses non fuerit diffinitum.

*) *Aut*
**) *Diffuderint.*

19) *Qui maioribus iuuatur meritis et plurimorum eligitur etc.*
20) *Hoc*, addit Hard.
21) *Fieri.*
22) *Sicut melius secundum etc.*
23) *Faciat*, add. H.
24) *Ius*, deest apud Hard.
25) *Infra tres menses non fuerit definitum*, reiecta particula *si.*
26) *Quatuor*, legunt alii.

CAP. XIII.

De ecclesia interdicta, et interdictorum sepultura.

Cum et plantare sacram religionem, et fouere plantatam modis omnibus debeamus, 27) numquam melius exequemur hoc, quam si nutrire 28) ea, quæ recte sunt, et corrigere 29) ea, quæ profectum 30) virtutis impediunt, commissa nobis *) adeo auctoritate curemus. Fratrum autem et coëpiscoporum nostrorum vehementi conquestione comperimus, quod fratres templi et hospitalis, 31) et alii quoque religiosæ professionis indulta sibi ab apostolica 32) auctoritate priuilegia excedentes, contra episcopalem auctoritatem multa 33) præsumant, quæ et scandalum 34) faciunt populo Dei, et graue pariunt periculum animarum. 35) Proposuerint enim, quod ecclesias 36) recipiunt laicorum de manu, excommunicatos 37) ad ecclesiastica sacramenta et sepulturam admittunt; in 38) cunctis ecclesiis suis præter conscientiam eorum **) instituunt et amouent sacerdotes, et fratribus eorum ad eleemosynas quærendas euntibus, cum indultum ***) fuerit eis, vt in eorum aduentu semel in anno aperiantur ecclesiæ, atque in eis diuina celebrentur officia; plures 39) ex eis siue de vna siue de diuersis domibus ad interdictum locum sæpius accedentes, indulgentia priuilegiorum 40) nostrorum 41) in celebrandis officiis et sepeliendis mortuis abutantur, et tunc mortuos apud 42) interdictas ecclesias sepelire præsumunt. Occasione quoque fraternitatum, quas in 43) prædictis locis faciunt, robur episcopalis auctoritatis eneruant, dum contra eorum sententiam ****) et conscientiam sub aliquorum priuilegiorum obtentu munire cunctos intendunt, qui ad eorum fraternitatem 44) voluerint se conferre. In his 45) autem quia non tam de maiorum conscientia vel consilio, quam de minorum indiscretione 46) exceditur, et remouenda ea, in quibus excedunt, et quæ 47) dubitationem faciunt, decreuimus declaranda. Ecclesias sane et decimas, 48) quia de manu laicorum sine episcoporum consensu, tam illos, quam 49) etiam quoscunque alios religiosos recipere prohibemus, dimissis etiam 50) quascumque contra tenorem istum 51) moderno tempore receperunt; excommunicatos et nominatim interdictos, tam ab illis, quam ab aliis omnibus, iuxta episcoporum 52) suorum sententiam statuimus euitandos. In ecclesiis suis, quæ ad eos pleno iure non pertinent, instituendos presbyteros episcopis 53) repræsentent, vt eis quidem de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus competentem exhibeant rationem. Institutos autem, inconsultis episcopis, non audeant remouere. Quod si templarii siue hospitalarii venerint 54) ad ecclesiam interdictam; non nisi semel in anno ad ecclesiasticum officium admittantur, nec tunc ibi 55) sepeliantur corpora 56) defunctorum. De 57) frater-

27) *Nunquam hoc melius exsequemur.*
28) *Ea*, deest apud Hard.
29) *Ea*, deest ap. H.
30) *Veritatis.*
*) *Adeo*, non habet Hard.
31) *Et*, deest apud H.
32) *Sede.*
33) *Præsumant.*
34) *Generant in populo Dei.*
35) *Proponunt.*
36) *Recipiant de manibus laicorum etc.*
37) *Et interdictos*, addit Harduin.
38) *Cunctis*, deest apud Hard.
**) *Et*, addit Hard.
***) *Sit.*
39) *Ex eis de vna siue diuersis etc.*
40) *Nostrorum*, deest ap. H.
41) *In celebrandis officiis abutantur et etc.*
42) *Prædictas.*
43) *Pluribus.*
****) *Et conscientiam*, non legit Hard.
44) *Volunt accedere et se conferre.*
45) *Autem*, deest ap. H.
46) *Quemadmodum*, addit Hard.
47) *Dubietatem.*
48) *Quia*, deest apud Hard.
49) *Etiam*, deest apud H.
50) *Quas.*
51) *A regno*, addunt alii.
52) *Suorum*, deest apud Hard.
53) *Præsentent.*
54) *Ad ecclesiasticum interdictum.*
55) *Sepeliant.*
56) *Interdictorum*, legunt alii.
57) *Confratribus*, alii habent.

nitatibus

nitatibus 58) autem hoc constituimus, vt si non prædictis fratribus omnino reddiderint, sed in proprietatibus suis duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum 59) suorum sententia nullatenus eximantur, sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos, exerceant, cum pro suis excessibus fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus est dictum, 60) ab aliis quoque religiosis, qui sua præsumptione episcoporum iura 61) subripiunt, et contra canonicas eorum sententias et tenorem priuilegiorum nostrorum venire præsumunt, præcipimus obseruari. Si autem contra hoc 62) præceptum venerit, et ecclesiæ, in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto, et quod egerint, irritum habeatur 63) et vacuum.

58) *Hoc statuimus* legit Hard. omissa particula *autem*.
*) *se*, addit Hard.
59) *Suorum*, deest apud Hard.
60) *De aliis.*
61) *Præripiunt.*
62) *Institutum venerint.*
63) *Et vacuum*, deest apud Hard.

CAP. XIV.

Probibentur Christiani, ne seruiant Saracenis.

Ita quorundam animos occupauit sæua cupiditas, vt, cum 64) ipsi glorientur nomine christiano,*) Sarracenis arma, ferrum et 65) lignamina deferant galearum,**) et pares aut etiam superiores eis fiant in malitia, dum ad 66) expugnandos Christianos arma 67) et necessaria subministrant. Sunt etiam, qui pro sua cupiditate in galeis et 68) piratis Sarracenorum nauibus regimen et curam gubernationis ***) exercent. Tales igitur ab ecclesiæ communione 69) suspensos, et excommunicationi pro sua iniquitate subiectos, et rerum suarum per principes seculi katholicos et consules ciuitatum, priuatione mulctari, et capientium seruos, si capti fuerint, fore censemus. Præcipimus 70) autem, vt per ecclesias maritimarum vrbium crebra et solempnis in eos excommunicatio proferatur. Excommunicationis quoque pœnæ subdantur, qui Romanos aut Christianos alios, pro negociatione vel 71) pro aliis honestis causis nauigio vectos aut capere, aut suis rebus 72) expoliare præsumunt. Illi etiam, qui Christianos 73) naufragium patientes, quibus secundum regulam fidei auxilio esse tenentur, damnanda cupiditate suis rebus 74) exspoliare præsumpserint, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se nouerint subiacere.

64) *Ipsi*, deest ap. Hard.
*) *Sarraceno.*
65) *Lignamina.*
**) *Et pares eis, aut etiam in superiores in malitia fiunt,*
66) *Impugnandos.*
67) *Et*, addit Harduin.
68) *Piraticis.*
***) *Exercent.*
69) *Præcisos.*
70) *Etiam.*
71) *Pro*, deest ap. H.
72) *Spoliare.*
73) *Naufragia.*
74) *Spoliare præsumunt.*

CAP. XV.

Leprosi sibimet ipsis priuatam habeant ecclesiam et cœmeterium.

Cum dicat apostolus, abundantiorem honorem membris 75) inferioribus deferendum, 76) e contra quidam, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, quærentes, leprosis, qui cum sanis habitare non possunt, 77) vel ad ecclesiam cum aliis conuenire, 78) et ecclesias et cœmeteria non permittunt habere, nec proprii iuuari ministerio sacerdotis; quod quia procul a christiana pietate esse dinoscitur, 79) de benignitate sedis apostolicæ constituimus, vt, vbicunque tot simul sub communi vita fuerint congregati, 80) qui ecclesiam simul cum cœmeterio 81) construere sibi, et proprio valeant gaudere presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, vt iniuriosi veteribus ecclesiis de iure parochiali nequaquam existant. Quod 82) enim pro pietate conceditur eis, ad aliorum iniuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, vt de 83) ortis et nutrimentis animalium suorum decimas tribuere non cogantur.

75) *Infirmioribus.*
76) *Ecclesiastici quidam.*
77) *Et.*
78) *Et*, deest apud Hard.
79) *De benignitate apostolica.*
80) *Quot*, legunt alii.
81) *Constituere.*
82) *Namque.*
83) *Hortis.*

CAP. XVI.

Ne aliquis multas habeat ecclesias.

Quia 84) interim iam quorundam processit ambitio, vt non duas vel III, sed VI. ecclesias habere 85) perhibeantur 86) vel plures, cum nec duabus possint prouisionem debitam impendere, per fratres et coëpiscopos nostros 87) hoc emendari præcipimus, et de multitudine 88) canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam et vagationis inducit, et certum continet periculum animarum, eorum, 89) qui in ecclesiis deseruire valeant, indigentiam subleuari.

84) *In tantum.*
85) *Perhibeantur.*
86) *Aut.*
87) *Carissimos*, addit H.
88) *Præbendarum*, addit H.
89) *Qui ecclesiis digne valeant deseruire, volumus ecclesiasticis beneficiis indigentiam subleuari.*

CAP. XVII.

Ne laici clericos instituant in ecclesiis, vel eos remoueant.

Præterea quia in tantum quorundam laicorum processit audacia, vt, episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituant in ecclesiis, et remoueant etiam, cum voluerint, possessiones quoque atque alia ecclesiastica bona pro sua voluntate plerumque 90) distribuunt, et tam ecclesias ipsas, quam homines earum talliis et exactionibus grauare præsumant: eos, qui a modo ista commiserint, anathemate 91) decreuimus feriendos. Presbyter autem siue clericus, qui ecclesiam per laicos 92) siue patronatus obtentu, siue alio quocumque modo, sine proprii episcopi auctoritate 93) receperit, communione 94) priuentur, et si 95) persistiterint, a ministerio ecclesiastico et ordine 96) deponentur.

90) *Distribuant.*
91) *Decreuimus*
92) Verba: *siue patronatus obtentu, siue alio quocunque modo*, omisit Harduin.
93) *Receperit tenendam.*
94) *Priuetur.*
95) *Persisterit.*
96) *Deponatur.*

CAP. XVIII.

Ne laici clericos ad iudicia sua trahant.

Sane quia laici quidem ecclesiasticas personas, et ipsos etiam episcopos, iudicio suo stare compellunt, eos, qui de cetero id præsumpserint, e communione fidelium 97) decreuimus segregandos.

97) *Decernimus.*

CAP. XIX.

Ne laici decimas in alios laicos transferant.

Prohibemus 98) insuper, ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, et ecclesiæ non 99) reddiderit, christiana sepultura priuetur.

98) *Etiam.*
99) *Tradiderit.*

CAP. XX.

De ordinatione ecclesiarum.

Cum in cunctis ecclesiis, quod pluribus et senioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat obseruari: graue nimis et reprehensione 100) dignissimum, quod 1) per quasdam ecclesias pauci, 2) quando non tam de ratione, quam de propria voluntate 3) promotionem impediunt 4) multorum et ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt. Quocirca præsenti decreto statuimus, 5) vbi non a paucioribus 6) inferioribus aliquid 7) rationabiliter obiectum et 8) ostensum, appellatione remota, præualeat semper et suum consequatur effectum, quod 9) a maioris 10) et sanioris 11) consilii 12) parte fuerit constitutum; nec constitutionem nostram impediat, 13) nisi forte 14) ad conseruandam ecclesiæ 15) consuetudinem se iuramento dicat astrictum. Non enim dicenda sunt iuramenta, sed potius periuria, quæ contra vtilitatem ecclesiasticam et sanctorum patrum veniunt instituta. Si 16) quis autem huiusmodi consuetudines, quæ 17) nec ratione iuuantur, 18) nec sacris congruunt institutis, præsumserit 19) iurare, donec 20) condignam egerit pœnitentiam, e perceptione dominici corporis 21) existat alienus.

100) *Est dignum.*
1) *Quarundam ecclesiarum.*
2) *Quandoque.*
3) *Ordinationem.*
4) *Multorum.*
5) *Vt nisi a pauc.* etc.
6) *Et*, addit Hard.
7) *Rationabile fuerit ostensum, appell.* etc.
8) *Rationabiliter obiectum fuerit et ostensum, appell.* etc.
9) *a maiori et seniori.*
10) *a maiori et saniori* legunt alii, omissa voce *consilii*, seu quam H. habet *capituli.*
11) *Capituli.*
12) *Concilii.*
13) *Si*, pro: *nisi.*
14) *Aliquis*, addit H.
15) *Suæ*, addit H.
16) *Quis*, omisit Hard.
17) *Nec*, deest apud H.
18) *Et sacris congr.* etc.
19) *Irritare.*
20) *Congruam.*
21) *Fiat.*

TITVLVS XIII.

DE SIMONIA, ET NE MERCES PRO ECCLESIAE-CONSECRATIONE PROMITTATVR, VEL PRO MONACHATIONE VEL PRO SACRAMENTIS ECCLESIAE.

CAP. I.

De simonia. Ne merces pro ecclesiæ consecratione recipiatur, vel pro 24) monacatione, vel pro sacramentis ecclesiæ, vel pro licentia docendi: neue prælati vices suas ad causas terminandas vel regimen ecclesiarum sub annuo pretio committant: neue subditos talliis vexent, vel poena pecuniaria mulctent.*

ALEXANDER III. *Vigilensi episcopo.*

Cum sit sancta Romana ecclesia 25) catholica, cui licet immeriti præsidemus, mater ecclesiarum omnium et magistra, cogimur ex debitu suscepti 26) regiminis, prout nobis Dominus dederit, consultationibus respondere singulorum, vt dubiæ quæstiones apostolicæ sedis prouidentia 27) penitus enodentur. Quæsiuisti autem, frater episcope, fraternitati tuæ rescribi: vtrum pro ecclesiarum consecratione quicquam præter procurationem 28) habere debeas? 29) Et nos consultationi tuæ taliter respondemus, quod nihil pro ecclesiarum consecratione potes vel debes præter procurationem exigere, sed procurationem moderatam, cum apostolus dicat: Nemo cogitur suis stipendiis militare, 30) ab eadem ecclesiis exigere potes.

24*) Forte: *monachatione.*
25) *Catholica*, deest ap. Hard.
26) *Honoris et*, addit Hard.
27) *Penitus*, deest apud H.
28) *Moderatam*, addit Hard.
29) *Et nos consultationi* etc. vsque ad verba: *procurationem moderatam*, omisit Harduin.
30) Deest aliquid, quod monet Harduinus in margine.

CAP. II.

Ne pecunia pro assensu regio in electione detur.

IDEM *Toletano 31) episcopo.*

De hoc 32) autem, quod rex et principes sui 33) ab Arnardo, Exoniensi episcopo, pecuniam 34) recepisse dicuntur, vt eius electioni 35) præberent assensum, et quod idem episcopus archidiacono 36) Exoniensi beneficium certi reditus et cuidam clerico ante electionem suam prioratum dicitur promisisse, vt vterque eorum, archidiaconus videlicet et clericus, consentirent 37) electioni: hoc tuæ 38) prouidentiæ duximus respondendum. 39) Quod si manifestum est, eundem archidiaconum et clericum ob causam illam tam iniquam et detestabilem 40) promissas res recepisse; aut si 41) exin confessi fuerint in iure, 42) vel legitime conuinci poterunt; ab altaris ministerio perpetuo 43) sint deponendi. Si vero id manifestum 44) est, nec 45) tamen conuicti vel confessi fuerint, et tamen postea laborant infamia, eis canonica purgatio debet 46) iniungi: in que, si defecerint, tamquam auctores tanti sceleris puniendi sunt, 47) et deponendi. Regem autem et principes suos sollicite monere *) debet et diligenter inducere, vt, si que receperint a præfato episcopo, vt eius electioni 48) præberent assensum, ecclesiæ 49) Exoniensi sine diminutione restituant, cum ea sine graui salutis suæ periculo retinere non possint.

31) *Archiepiscopo.*
32) *Autem*, deest.
33) *a Bernardo, quondam Certomensi episcopo* etc.
34) *Accepisse.*
35) *Præstarent.*
36) *Senensi.*
37) *Eius*, addit H.
38) *Paternitati.*
39) *Quod si operis euidentia manifesta æstimatur, ita quod notorium est, eundem* etc.
40) *Promissam rem accepisse.*
41) *Exinde.*
42) *Vel legitime possent ab aliquibus conuinci.*
43) *Sunt.*
44) *Non*, addit Hard.
45) *Inde.*
46) *Indici.*
47) *Et deponendi*, omisit Hard.
*) *Debes.*
48) *Præstarent.*
49) *Ceromensi.*

CAP. III.

Ecclesiæ nemini promittantur pro negotio in curia expediendo.

ALEXANDER III. 50) *Eboracensi episcopo.*

Cum essent in præsentia nostra constituti R. clericus de ponte fracto, et nobilis vir W. 51) quia moram diutius facere non 52) poterant, in recessu suo dilectum 53) nostrum 54) Milonem, nuntium 55) tuum pro se in caussa illa responsalem sufficientem constituit. Cumque caussæ cognitionem *) dilectis filiis nostris M. presbytero tituli sanctæ Luciæ, et W. 56) sancti 57) Nicholai in carcere Tulliano diacono cardinali commisissemus, ipsi vtramque partem ante suam præsentiam 58) conuocauerunt: et ab ore præfati R. intellexerunt, quod 59) memoratus miles promiserat ei dare **) prædictam ecclesiam, si quoddam negotium eiusdem militis posset in curia nostra promouere. Vnde 60) cum id nobis per eosdem cardinales innotuisset, nos intelligentes, promissionem 61) ipsam simoniacam prauitatem continere; eidem R. 62) super eadem ecclesia silentium imposuimus. Ideoque 63) fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus memoratum militem occasione prædictæ controuersiæ a prænominato R. 64) et aliis super 65) præscripta ecclesia grauari vel inquietari, nulla ratione permittas.

50) *Eboracensi archiepiscopo sedisque legato.*
51) *Filius Godrici, pro controuersia, quæ versabatur inter eos super quadam ecclesia, quam idem R. asserebat a præfato milite sibi datam fuisse; prædictus W. qui moram diutius* etc. addit H.
52) *Poterat.*
53) *Filium*, addit Hard.
54) *Magistrum*, addit Hard.
55) *Suum.*
*) *Dictis.*
56) *Tituli.*
57) *Nicolai.*
58) *Conuocarunt.*
59) *Præfatus.*
**) *Præscriptam.*
60) *Et*, addit Hard.
61) *Illam.*
62) *Super ecclesiam.*
63) *Fraternitatem tuam* etc. *quat[illegible]* etc.
64) *Vel aliis.*
65) *Scripta.*

CAP. IV.

De clericis, simoniace ecclesiam intrantibus.

IDEM 66) *Cistrensi episcopo.*

Insinuatum est auribus nostris, quod, dum episcopatus tibi commissus vacaret, in ecclesiis eius plurimi 67) sint constituti 68) clerici, qui per simoniam dicuntur habere ingressum, et 69) inde infamia respergi. Vnde, quoniam indignum est, vt in tali crimine vel tam turpi suspicione 70) remaneant, 71) fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si qui fuerint in prædictis ecclesiis, quos publicum sit et notorium simoniace intrasse, eos ab ecclesiis taliter acquisitis, appellatione cessante, amoueas. Illis autem, quorum crimen non est publicum et notorium, si publica infamia laborant, cum 72) V. manu vel 73) VI. sui ordinis, infra 74) XL. dies post harum susceptionem *) litterarum, purgationem indicas; in qua, si defecerint, beneficiis ecclesiarum sibi commissarum priues perpetuo, prouisurus attentius, vt tales personas ad eorum purgationem recipias, de quibus verisimile sit, quod non debeant alicuius rei obtentu 75) deierare.

66) *Cestrensi.*
67) *Sunt instituti.*
68) Vox: *Clerici*, deest apud H.
69) *Inde*, deest ap. H.
70) *Remanerent.*
71) *F. T. etc.* cetera Harduinus omittit vsque ad vocem *quatenus.*
72) *Quinta.*
73) *Sexta.*
74) *Quadraginta.*
*) *Litterarum*, omittit Hard.
75) *Peierare*, legunt alii.

CAP. V.

Suffragium munere in electione redimens, statim dimittat ecclesiam.

Item LVCIVS III. 76)

77) Matthias cardinalis 78) secreta nobis insinuatione monstrauit, quod, cum fuisses ad ecclesiæ tuæ regimen de voluntate maioris et sanioris partis fratrum electus, quia, paucis contradicentibus, non valebas debita pace gaudere. Quidam amicus 79) tuus de conscientia tua et voluntate perturbata 80) ei, qui 81) magis discordare videbatur, certæ quantitatis munus exsoluit, et sic 82) quoniam prius sustinebas, contradictio 83) conquieuit. Nunc autem dubitas, quod non sis 84) a labe simoniæ prorsus immunis, donec in 85) amministratione volueris permanere. Quia igitur per iam dictum cardinalem apostolicæ sedis consilium quæsiuisti, præsentium tibi significatione 86) mandamus, quod multum tibi consulis, si 87) amministrationem prædictam celeriter et sponte dimittis, 88) illius verbi euangelici memor existens: 89) Nichil prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero 90) detrimentum patiatur.

76) *Item Lucius III. Turonensi archiepiscopo.*
77) *Presbyter.*
78) *Sua.*
79) *Tuus*, deest apud Hard.
80) *Tamen*, addit Hard.
81) *Magister discordiæ videbatur.*
82) *Quam.*
83) *Quieuit.*
84) *A labe*, omisit H.
85) *Administratione.*
86) *Monstramus.*
87) *Administrationem.*
88) *Illius*, non habet H.
89) *Nil.*
90) *Sua*, addit H.

CAP. VI.

CAP. VI. 91)

Ne a publice peccantibus xenia accipiantur.

ALEX. III.

Nemo presbyterorum xenium vel emolumentum quodlibet temporale, imo detrimentum ſpirituale a quocunque publice peccante vel inceſtuoſo accipiat; vt epiſcopo, vel miniſtris eius peccatum celet illius, vel pro reſpectu cuiuſcunque perſonæ, aut conſanguinitatis, vel familiaritatis alienis communicans peccatis, hoc epiſcopo innoteſcere detrectet, nec quemquam pœnitentam aut gratia aut fauore vel minus digne pœnitentem ad reconciliationem adducat, et ei teſtimonium reconciliationis ferat, vel quoque liuore digne pœnitentem a reconciliatione remoueat, quia ſimoniacum eſt.

91) Capitulum hoc plane non extat in compilatione Harduini.

CAP. VII.

Ne reſignatio pro pecunia fiat.

IDEM *venerabili fratri R.* 92) *W. epiſcopo,* 93) *dilecto filio de Pantea priori.*

Querelam monachorum de 94) 95) æra nobis transmiſſam accepimus, quod, cum ipſi 96) quondam 97) manſum, qui dicitur Walle, cum pertinentiis ſuis 98) ad eccleſiam 99) decaminum a monachis de 100) Cadonio ſub 1) annuo cenſu 2) XXV librarum fuiſſent adepti, et inde 3) cartam ab ipſis monachis habuiſſent, quidam prior eorum, capitulo inconſulto, præſcriptum 4) manſum et eccleſiam et 5) cartam de 6) Cadonio accepta 7) pecunia reſignauit. 8) Vnde quia præfati monachi de 9) æra ſe conquerantur iniuſte grauatos, et nobis immineat corrigendum, ſi 10) aliquid minus 11) rationabiliter 12) attemptatur; cauſſam ipſam experientiæ veſtræ committimus, præſentium vobis auctoritate mandantes, quatenus 13) partes ante præſentiam veſtram 14) conuocantes, quæ hinc inde propoſita fuerint, diligentius audiatis, et 15) præſcriptam cauſſam, ſublato appellationis remedio, concordia vel iudicio terminetis, prouiſuri, quod, ſicut emi non potuerunt, 16) ita nec redimi. Si vero monachi de 17) Cadonio legitime citati ad præſentiam veſtram accedere, et iudicio 18) veſtro ſtare contempſerint: vos prædictos monachos de 19) æra, in poſſeſſionem eorum, de quibus controuerſia vertitur, 20) contradictione et appellatione ceſſante, inducere 21) minime differatis, nec ipſos exinde permittatis abſque ordine iudiciario moleſtari. Si vero vterque veſtrum his exequendis intereſſe non poterit, alter nichilominus ea exequatur.

92) *Wigornenſi.*
93) *Et*, addit H.
94) *Atta*, habet Hard.
95) *Atra*, legunt alii
96) *Quoddam*, alii habent
97) *Manſum, quod dicitur Vella, cum etc.*
98) *Et*
99) *De Gadanno.*
100) *Gadano.*
1) *Canone.*
2) *Quadraginta.*
3) *Chartam.*
4) *Manſum.*
5) *Chartam.*
6) *Gadono.*
7) *Perſona.*
8) *Indeque præfati etc.*
9) *Atra.*
10) *Quid.*
11) *Quam*, addit H.
12) *Attentatur.*
13) *Partibus.*
14) *Conuocatis.*
15) *Prædictam.*
16) *Iura*, add. H.
17) *Gadono.*
18) *Veſtro*, deeſt apud Hard.
19) *Atra*
20) *Occaſione.*
21) *Feſtinetis.*

CAP. VIII. 22)

Ne nummi pro chriſmate dentur.

Item ALEX. III.

Ea, quæ de auaritia et cupiditatis radice procedunt, et in ſpeciem ſymoniacæ prauitatis erumpunt, penitus ſunt extirpenda, et quæ de ſpinis et tribulis procedunt, falce apoſtolici moderaminis ſunt reſecanda. Audiuimus autem, quod nummos pro chriſmate auſu temerario ab eccleſiis extorqueatis, quos diuiſis nominibus nunc kathedraticum, aliquando paſchalem procurationem, interdum vero epiſcopalem conſuetudinem appellatis. Quia vero ſimoniacum eſſe cognoſcitur, et periculum generat animarum per apoſtolicam ſedem mandamus præcipiendo, quatenus ab eccleſiis ſub prætextu alicuius conſuetudinis vel prælationis præſcriptos denarios vlterius nullatenus exigatis; pro certo ſcituri, quod ſi hoc auſu temerario præſumſeritis, periculum ordinis et dignitatis veſtræ poteritis non immerito formidare. Nichilominus etiam vobis præſentium auctoritate iniungimus, vt, cum eccleſias ipſas viſitaueritis, ſecundum quod canones præcipiunt, viſitationis officium exerceatis, nec eccleſias viſitationa veſtra grauetis, vt eas magis intuitu informationis et correctionis, quam affectu commeſſationis videamini viſitare. Cum autem beati Petri denariorum collectionem per archidiaconatus veſtros feceritis in collectione facienda, prædictas eccleſias vel parochias grauare nullatenus præſumatis, aliter ſiue magis quam prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ recordationis Innocentii, Eugenii, Romanorum pontificum, feciſſe noſcuntur. Quod ſi temeritate qualibet id præſumpſeritis attentare, id, quod videmini habere, auferetur a vobis.

22) Hoc capitulum apud HARDVINVM deeſt.

CAP. IX.

Ne ab his, qui ad religionem tranſeunt, pecunia accipiatur.

IDEM *in concilio Turonenſi.*

23) Non ſatis 24) a populo inutiliter redarguimur, ſi ab his, qui in clero conſtituti videntur, et præcipue 25) qui nomen religioſorum virorum profitentur, regula modis omnibus non 26) ſeruatur: prohibemus 27) igitur, ne ab 28) his, qui ad religionem tranſire 29) volunt, aliqua pecunia requiratur; 30) ne prioratus vel 31) capellaniæ quælibet monachorum 32) aut clericorum annua diſtractione 33) venundetur, 34) nec ab eo, cui regimen ipſarum committitur, 35) pro earum commiſſione vllum pretium 37) exigatur. Hoc 38) autem ſimoniacum eſſe, ſanctorum patrum auctoritas manifeſte declarat. Vnde quiſquis 39) contra hoc decretum attemptare præſumpſerit, 40) tam ille, quam qui conſenſerit, partem ſe cum Simona non 41) dubitet habiturum. Pro ſepultura 42) quoque et 43) criſmatis et olei perceptione nulla 44) cuiuſcunque pretii 45) emptio intendatur, 46) nec ſub obtentu 47) cuiuſquam conſuetudinis reatum ſuum 48) quis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit 49) peccata, ſed auget.

23) *Quia*, præmittit Hard.
24) *Vtiliter auaritia in populo redarguitur, ſi ab etc.*
25) *Contempto ſæculo religioſorum nomen profitentur, et regulae modis etc.*
26) *Cauetur.*
27) *Igitur*, deeſt apud H.
28) *Eis.*
29) *Voluerint.*
30) *Neue*
31) *Capellaniæ.*
32) *Vel*
33) *Vendatur.*
34) *Neque*
35) *Ex earum.*
36) *Vllum*, deeſt.
37) *Exigatur*
38) *Autem*, deeſt.
39) *Hoc de cetero attentare etc*
40) *Tam, qui dederit, quam, qui receperit, etc,*
41) *Dubitet.*
42) *Quidem.*
43) *Chriſmatis.*
44) *Alterutrius.*
45) *Exactio.*
46) *Neque.*
47) *Huius.*
48) *Aliquis.*
49) *Peccatum.*

CAP. X. *)

In crimine ſimoniæ etiam ſerui contra dominum accuſare poſſunt.

Tanta eſt labes huius criminis, quod et ſerui aduerſus dominos, et quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem. Item: omnis peccator miſſam cantare poteſt, præter ſymoniacum, quem etiam quilibet, vt ab ordine male accepto remoueatur, accuſare poteſt, vel etiam meretrix.

*) Hoc capitulum apud Hard. non legitur.

CAP. XI. *)

Vt vnius aſſertione Simonis labe pollutus conuinci queat.

IDEM.

Si dominus et magiſter omnium, qui ſine peccato fuit, accuſandi licentiam vni dedit, quanto magis vnius eſt aſſertione conuincendus, qui Simonis labe dinoſcitur eſſe pollutus; non ergo in tali quilibet katholicus eſt reſpuendus, ſed vt veritatem afferat, ad depellendam ſymoniacam prauitatem magis precibus eſt exorandus.

*) Neque hoc capitulum habet Harduinus.

TITVLVS XIV.

NE PRAELATI VICES SVAS SVB ANNVO PRETIO ALIIS COMMITTANT, ET AD CAVSSAS TERMINANDAS VEL SVB ANNVO PRETIO PRESBYTERI AD ECCLESIARVM REGIMEN STATVANTVR, LICET ECCLESIA ANNVO CENSV DARI POSSIT.

CAP. I.

Ne epiſcoporum vices ſub annuo cenſu dentur.

Item ALEX. *in concilio Turonenſi.*

Quoniam in quibuſdam partibus quidam decani vel archipresbyteri ad agendas vices epiſcoporum ſeu 50) archidiaconorum, et terminandas cauſſas eccleſiaſticas ſub annuo pretio ſtatuuntur,

50) *Archiepiſcoporum.*

tur, quod ad sacerdotum grauamen et ad 51) iudiciorum subuersionem non est dubium redundare; id vlterius fieri prohibemus. Quod si quis de cetero fecerit, nostra auctoritate remoueatur a claro. Episcopos autem, qui in dioecesi sua hoc sustinuerit, et ecclesiastica 52) iuditia sua 53) patitur dissimulatione peruerti, canonica districtione percellatur.

51) *Iudiciorum.*
52) *Iudicia.*
53) *Patiatur.*

CAP. II.

Sacerdotes sub annuo censu ne instituantur.

IDEM in *Turonensi concilio residens ait:*

Quoniam enormis consuetudo quædam in quibusdam locis contra sanctorum patrum 54) constitutiones inualuit, vt sub annuo pretio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur, ne id fiat, omnibus modis prohibemus, quia, dum sacerdotium sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

54) *Institutionem.*

CAP. III.

De clericis ad certum tempus constitutis non remouendis.

IDEM *Exoniensi episcopo.*

Querelam magistri 55) recepimus, 56) quod cum ecclesiam 57) de Ferelegia a 58) persona eiusdem ecclesiæ ad annuum censum per septennium tenendam suscepisset, ipse sibi, antequam eam per spatium vnius anni tenuisset, auferre præsumpsit, quamquam idem 59) præstita 60) fide firmauerit, quod vsque ad constitutum terminum, nullam exinde molestiam vel grauamen ei inferret. Ideoque *) per apostolicam sedem mandamus **) præcipiendo, quatenus si tibi constiterit ita esse, appellatione remota, districte compellas, vt præfatam ecclesiam 61) præfato W. restituat, et vsque ad terminum inter eos constitutum, secundum quod inter 62) se conuenerunt, 63) permittant eandem pacifice possidere.

55) *W.* addit H.
56) *Qui.*
57) *De Ferlele.*
58) *G* addit H.
59) *G.* addit H.
60) *Sibi*, addit H.
*) *Ideo tibi per A. S.* quas vltimas literas Harduinus interpretatur: *apostolica scripta.*
**) *Præcipiendo*, non legit Hard.
61) *Prædicto.*
62) *Eas conuenit.*
63) *Permittat.*

TITVLVS XV.

NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA DOCENDI.

CAP. I.

Ne pro licentia docendi aliquid exigatur et quid iuris, si quid promissum, aut solutum sit.

Item ALEX. III. *W. episcopo.* 64)

Prohibeas attentius de cetero, ne in parochia tua pro licentia docendi 65) aliquos aliquid exigatur, aut etiam promittatur. Si quid vero post tuam prohibitionem solutum fuerit, vel promissum, 66) remitti solutum facias, appellatione cessante, vel restitui; sciens, quod gratis accepistis, gratis date, scriptum 67) esse. Sane si aliquis occasione huius prohibitionis distulerit magistros 68) in locis congruis instituere, 69) ibidem liceat tibi de concessione nostra, omni contradictione et appellatione postposita, ibidem viros prouidos et discretos aliorum instructioni præficere.

64) *Idem Londonensi*, Hard. habet.
65) *Alios*
66) *Promissum remitti, solutum reddi facias, appellatione cessante, sciens* etc.
67) *Est.*
68) *Congruos*, addit H.
69) *Ibidem*, deest apud H. quum sequ. commate legatur.

CAP. II.

Consuetudo, vt pro licentia docendi aliquid soluatur, improbanda.

IDEM *) *archiepiscopis per Gallicana constitutis.*

70) Quanto Gallicana ecclesia maiorum personarum scientia et honestate præfulget, et eo cautius nititur 71) vitare, quæ confundere videantur ecclesiasticam honestatem: tanto vehementiori dignos animaduersione censemus eos, qui nomen magistri scholarum et dignitatem assumunt in ecclesiis vestris, et sine certo pretio ecclesiasticis viris licentiam docendi alios non impendunt. Cum autem hæc praua et enormis consuetudo a cupiditatis radice processerit, et decorem admodum ecclesiasticæ 72) dignitatis confundat; prouidendum nobis est, et summopere satagendum, vt consuetudo ista de ecclesiis vestris extirpetur. Cum nobis præcipue 73) et specialiter 74) ascribatur, si quid in ecclesiis 75) eadem laude dignum inuenia-

*) Verba: *archiepiscopis per Gallicana constitutis*, Hard. non habet.
70) *Quando.*
71) *Curare.*
72) *Honestatis.* Etiam in cod. nostro MSCto superscripta est voc: *honestatis.*
73) *Ac.*
74) *Adscribatur.*
75) *Ipsis eadem*, addit Hard.

tur, vel reprehensione notandum. Sub anathematis ergo interminatione 76) curetis, ne qui 77) dignitatem, si dignitas dici potest, fungentes, 78) præstanda licentia docendi alios, 79) ab aliquo exigere præsumant aliquid; sed eis districte præcipiatis, vt, quicunque viri idonei et litterati 80) volunt regere studia litterarum, 81) eo sine molestia et exactione qualicunque scholas patiantur regere. Si vero nostræ 82) præceptionis vel prohibitionis extiterint transgressores, eos nostra auctoritate et vestra officiis et dignitatibus spolietis. Porro, si iuxta mandatum nostrum 83) eos corrigere neglexeritis, negligentiam vestram grauem habebimus et molestam, et ad eam corrigendam manum extendere compellemur: ita, quod si voluerint in 84) huius rapacitatis proposito persistere, non valebunt.

76) *Prohibere*, addit H.
77) *Dignitate.*
78) *Pro*, addit H.
79) *Sub aliquo modo.*
80) *Voluerint.*
81) *Eo*, deest apud H.
82) *Præcepti.*
83) *Eos*, deest.
84) *Huiusmodi.*

TITVLVS XVI.

NE CLERICI ILLICITIS VEXATIONIBVS VEXENTVR, ET NE CLERICI VEL LAICI POENA PECVNIARIA MVLCTENTVR.

CAP. I.

Ne a clericis pœna pecuniaria exigatur.

IDEM *R. Cantuariensi archiepiscopo.*

Licet, iuxta apostolum, arguere, obsecrare et increpare debeamus: sic tamen debemus excessus corrigere singulorum, vt probemur non quæ nostra sunt, sed Iesu Christi, quærere, 85) et in correctione facienda videamur modestiam et maturitatem seruare. Accepimus autem, quod archidiaconi 86) Conuetrensis episcopatus pro excessibus et criminibus puniendis a clericis et laicis pœnam 87) pecuniariam 88) exigunt; 89) in examinatione ignis et aquæ XXX. denarios a viro 90) ac muliere quærere præsumunt, et pro annua exactione 91) pecuniæ personas quandoque suspendunt, ecclesias 92) interdicunt; a vicariis quoque XII. denarios, 93) vt eos in ecclesiis cantare permittant, exigere non formident, et alia agunt, quæ canonum obuiant institutis, et de radice cupiditatis et auaritiæ videntur prodire. Quia igitur sollicitudini nostræ incumbit, pastorali diligentia prouidere, ne ab ecclesiasticis personis tuæ 94) prouidentiæ aliquid 95) agatur, quod reprehensioni subiaceat, vel ecclesiasticam 96) honestatem denigret: fraternitati 97) tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus 97*) archidiacono prædicti episcopatus ex parte nostra et tua districte inhibeas, ne pro excessibus corrigendis aut criminibus puniendis, a clericis vel 98) a laicis pœnam pecuniariam, 99) ac pro examinatione ignis 100) vel aquæ denarios amplius exigere audeant, vel alia, quæ dicta sunt, quomodolibet exercere. Si autem contra prohibitionem tuam ausu temerario venire præsumpserint, eos, omni 1) occasione et appellatione 2) cessante, ecclesiastica 3) censura percellas, et sententiam ipsam vsque ad dignam satisfactionem facias inuiolabiliter obseruari.

85) Verba: *et in correctione* etc. vsque ad verbum: *seruare*, desunt in Hard.
86) *Conuentrensis.*
87) *Pecuniarum.*
88) *Exigant.*
89) *Et pro examinatione.*
90) *Et.*
91) *Personæ.*
92) *Interdicunt.*
93) *Vt in ecclesiis coram cantare.* etc.
94) *Prouinciæ.*
95) *Exigatur.*
96) *Dignitatem.*
97) *Tuæ quatenus* etc.
97*) *Archidiaconis.*
98) *A*, non extat apud Hard.
99) *Nec.*
100) *Et.*
1) *Excusatione.*
2) *Remota.*
3) *Districtione.*

CAP. II.

Ne sacerdotes talliis grauentur.

IDEM.

Peruenit ad audientiam nostram, 4) vnde, si verum est, plurimum miramur, et 5) aduersus vos de iure mouemur, quod 10 presbyteros, qui sunt in vestra iurisdictione constituti, singulis annis, quasi in seruos 6) mercenarios 7) talliam facitis; 8) et quibus, nisi 9) persoluerint pecuniam ad vestram voluntatem, 10) diuinum offi-

4) *Et plurimum miramur.*
5) *Aduersum.*
6) *Et*, addit H.
7) *Talliam faciatis.*
8) *Et*, non habet H.
9) *Soluant.*
10) *Diuinum.*

cium

cium interdicitis, et eos viliter et inhoneste 12) tractetis, in tantum, quod ipsos laicis despicabiles reddidistis. 13) Ideoque hæc, si vera sunt, graui debent 14) pœna puniri, cum eosdem presbyteros quasi filios et fratres 15) benigne ac fraterna caritate fouere debeatis. 16) Discretioni igitur vestræ per 17) apostolicam sedem præcipiendo mandamus, 18) quatenus in prædictos presbyteros huiusmodi talias et indebitas exactiones 19) nullatenus exercere præsumatis, nec eos de cetero irrationabiliter grauetis, vel inhoneste tractetis, aut sine iudicio capituli sui 20) eos suspendere præsumatis, 21) nec hos de cetero vel eorum ecclesias interdicto subiiciatis, 22) neque duas matrices ecclesias eos, quarum vnam 23) sufficere videbitis, 24) habere permittatis, nec 25) aliquem sine ordine iudiciario excommunicare præsumatis; 26) scituri pro certo, quod si huiusmodi rumores de vobis ad aures iterum nostras peruenerint, nos pro tantis excessibus auctore Domino taliter puniemus, quod 27) pro timore pœnæ 28) vestræ ceteri a similibus abstinebunt.

12) *Tractatis.*
13) *Ideo vero hæc.*
14) *Vitione.*
15) *Benigne ac summa* etc.
16) *Vnde vobis.*
17) *A. S.* etc.
18) *Vt.*
19) *Exercere non* etc.
20) *Eos*, deest apud Hard.
21) *Nec hos de cetero*, Hard. non legit.
22) *Nec.*
23) *Sibi*, add. Hard.
24) *Tenere.*
25) *Eos.*
26) *Sciatis.*
27) *Pro*, deest in Hard.
28) *Vestra*, deest apud eund.

CAP. III.

Ne sub prætextu consuetudinis aliquid exigatur a clericis.

IDEM *dilectis filiis archidiacono et decano.* 29)

Ad nostram noueritis audientiam peruenisse, quod personas ecclesiarum quasi seruos et 30) censuarios singulis annis 31) inhibitis exactionibus grauare præsumitis, extorquendo ab eis pecuniam, et procurationes eas diuersis nominibus, aliquando scilicet auxilium episcopi, interdum episcopi eiusdem et vestras consuetudines nuncupantes, quas si forte reddere vobis contradicunt, vos eosdem vicarios 32) et ecclesiarum personas ab officio suo suspendentes, in 33) eorum ecclesiis diuina prohibetis officia 34) celebrari, et 35) interea denarios crismates ab eis pro voluntate vestra in vestræ salutis periculum extorquere præsumitis, huiusmodi exactionem vt eam liberius videamini exigere, quandoque consuetudinem episcopalem, quandoque synodalia, quandoque paschales denarios appellantes, et *infra.* Quia vero non decet vos, clericos ita viliter et inhoneste tractare, 36) districtionem vestram etc. per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus indebitis exactionibus 37) ac procurationibus de cetero grauare, vel personas eorum aut ecclesias sine manifesta ratione et rationabili causa interdicto supponere nullatenus præsumatis, 38) etc. Alioquin, si ad nos iterata exinde 39) querela peruenerit, etc.

29) *Idem archidiaconis et decanis.*
30) *Mercenarios.*
31) *Indebitis*
32) *Ecclesiarum* et.
33) *Earumdem.*
34) *Celebrare.*
35) *Inter cetera denarios chrismatis.*
36) *D. V. quatenus* etc.
37) *Aut.*
38) *Et:* omisit H.
39) *Questio.*

CAP. IV.

Ne pecunia pœnæ redimantur vel examen aquæ et ignis.

IDEM *episcopo,* 40) *Conuentrensi et abbati* 41) *Cistrensi.*

Mandamus, vt ex nostra et vestra parte 42) prohibeatis, archidiaconum R. Cistrensi clericos siue laicos, qui pro suis excessibus puniendi sunt, pecuniarie pœna mulctare, 43) seu pro examine ignis et aquæ a quolibet viro vel muliere 44) denarios extorquere præsumat, aut pro annua et indebita exactione pecuniæ personas suspendere, vel ecclesias interdicere, neque ad ecclesias sui archidiaconatus visitandas nisi semel in anno accedat; nisi forte talis causa emerserit, propter quam ipsum 45) præfatas ecclesias oporteat sæpius visitare; et tunc cum ea moderantia hominum et equitaturarum, quod 46) qui in eis morantur, exinde non debeant merito 47) quereleri. Si autem contra 48) prohibitionem nostram venire præsumpserit, ecclesiastica seueritate 49) percellatis, omni occasione et appellatione cessante, et sententiam ipsam vsque ad dignam satisfactionem facietis inviolabiliter obseruari: ita quod in vos et in illos, hoc non cogamur 50) diutius vindicare.

40) *Couentrensi.*
41) *Cestrensi.*
42) *R. archidiacono Cestrensi prohibeatur, clericos siue* etc.
43) *Siue in examinatione ignis* etc.
44) *Pecuniam.*
45) *Præfatas*, deest apud Hard.
46) *Qui*, deest apud Hard.
47) *Querulari.*
48) *Inhibitionem talem.*
49) *Percellatis.*
50) *Durius.*

TITVLVS XVII.
DE PACTIONIBVS LICITIS ET ILLICITIS IN REBVS ECCLESIAE.

CAP. I.

Transactio simoniaca non admittenda.

ALEX. III. 51) *Exoniensi episcopo et W. episcopo.*

Cum 52) pridem Simon clericus procurator prioris et monachorum de Acre, et 53) Petrus clericus pro causa, quæ inter 54) monachos et prædictum P. 55) ac fratrem eius, pro cuius parte se vicem gerere dicebat, super ecclesia de 56) Wet. capella de Vel. vertebatur, 57) pariter ad præsentiam nostram accessissent, ita inter se, nobis non tamen mediantibus, 57*) conuenerint, quod prædictus procurator prioris et monachorum eidem 58) Petro pro expensis, quas fecerat, 59) III. marcas argenti 60) persolueret, et 61) vt idem Petrus liti cederet, et a monachorum infestatione penitus cessaret; cumque compositionem ipsam ad nostram pertulissent audientiam, eamque confirmari auctoritate apostolica 62) suspicarentur; nos eam 63) non duximus admittendam, pro eo, quod videbatur prauam speciem illicitæ pactionis continere. Monuimus autem prædictum Petrum, vt ipse tam pro se, quam pro fratre suo monachos in pace dimitteret, et eidem liti omnino 64) abrenunciaret. Ille 65) igitur 66) nostris 67) monitis acquieuit, et eidem liti pro se et 68) fratre suo penitus abrenuncians authentica instrumenta, quæ super eadem ecclesia et capella habebat, 69) nostris manibus resignauit, et nos 70) ea priori et monachis prædictis 71) scilicet destinauimus, monentes eisque mandantes, vt, ex quo nostris prædictus P. monitis super hoc adquieuit, ipsi quoque benignis nostris precibus intenderent, 72) eidem P. et fratri eius aliquod studerent beneficium prouidere, de quo melius lucrum valerent apostolica intercessione percipere, quam 73) in eis 74) debuerant ex illa pactione illicita prouenire. Ceterum, quia sæpe dicti prior et fratres, sicut accepimus, nec monitis, nec mandatis nostris acquiescere 75) noluerunt: nos eorumdem clericorum laboribus paterna pietate compatientes, vobis per 76) apostolicam sedem mandamus, quatenus priorem et monachos moneatis, vt 77) præfato P. 78) ac fratri eius decens et competens beneficium conferant 79) ac assignent. Quod si forte facere noluerint, vos, cum exinde fueritis requisiti, si vobis constiterit, 80) sæpe dictos clericos, prout ipsi asseuerant, a prænominata ecclesia de 81) Sertonia et capella de 82) Lintania iniuste et absque ordine iudiciario et *) laicali violentia eiectos fuisse, ipsos **) eidem restitui faciatis, non obstantibus litteris nostræ confirmationis, quas prædicti prior et monachi a nobis impetrasse noscuntur.

51) *Exoniensi et Wigorniensi episcopis.*
52) *Iampridem.*
53) *P.* tantum ponit Hard.
54) *Easdem*, addit H.
55) *Et.*
56) *Ha et capella de V. vertebatur.*
57) *Pariter*, deest apud Hard.
57*) *Conuenerunt.*
58) *P.* ponit Hard.
59) *Quatuor.*
60) *Et*, addit H.
61) *Vt*, Hard. non ponit.
62) *Supplicarent.*
63) *Minime.*
64) *Renunciaret.*
65) *Ergo*
66) *Nostris*, deest apud H.
67) *Monitus*, legunt alii.
68) *Pro*, addit H.
69) *In*, additur in H.
70) *Eam.*
71) *Scilicet*, deest apud Hard.
72) *Et*, addit Hard.
73) *In*, deest apud Hard.
74) *Deberet.*
75) *Volunt.*
76) *Auctoritatem præsentium præcipimus.*
77) *Præfatos.*
78) *Et.*
79) *Et.*
80) *Prædictos.*
81) *B.* et etc.
82) *L.* iniuste etc.
*) *Laicarum.*
**) *Eisdem.*

CAP. II.

Super decimis inter personas ecclesiasticas valet transactio.

IDEM.

Statuimus, vt, si super decimis inter vos et aliquam personam ecclesiasticam, assensu episcopi vel 83) archidiaconi sui, compositio facta fuerit, rata perpetuis temporibus et inconcussa persistat.

83) *Archiepiscopi.*

CAP.

CAP. III.

Non sunt concedendæ ecclesiæ, vt aliis nominatim succedant.

IDEM 84) *Eboracensi archiepiscopo.*

Accepimus, quod quædam ecclesiæ clericis sunt tali tenore concessæ, quod post eorum obitum alii nominatim succedant. Vnde, quoniam hoc iniquum est, et sacris canonibus inimicum, et ideo non debet aliquatenus tolerari, fraternitati tuæ 85) præcipimus, 86) quatenus huiusmodi successiones tam detestabiles et iniquas, contradictione et appellatione 87) remissa, fieri prohibeas, et 88) denuo friuolas et vanas esse decernas.

84) *Dunelmensi episcopo.*
85) *Etc.* addit Hard.
86) *Quatenus.*
87) *Cessante.*
88) *Omnino.*

CAP. IV.

Transactio, per abbatem cum literis ratihabitionis conuentus facta, rata permaneat.

IDEM 89) *Dilamensi episcopo.*

Contingit interdum, quod, licet abbas vel prior alicuius conuentualis ecclesiæ, cum ecclesiastico vel 90) seculari persona super his, de quibus inter eos controuersia vertitur, coram delegato vel ordinario iudice transigat, litteris sui capituli de ratihabitione monstratis, ipsum tamen capitulum eandem transactionem nititur reuocare. Vnde, quia super hoc consulere nos 91) voluistis, consultationi tuæ taliter respondemus: si abbas vel prior 92) a capitulo suo de ratihabitione litteras 93) habuerint, transactionem, quam facit, 94) si fuerit aliquot annis seruata, capitulum, ac si consenserit in eam, non poterit 95) reuocare.

89) *Dunelmensi.*
90) *Seculari.*
91) *Voluisti.*
92) *De.*
93) *Habuerit.*
94) *Præsertim*, addit H.
95) *Aliquatenus*, addit Hard.

CAP. V.

Concessio ecclesiarum, a laicis facta sine episcopali auctoritate, non valet.

96) IDEM *de Castra Forde et priori de Esebi.*

Super eo vero, quod clerici et religiosæ personæ, sicut asseris, litterarum intuitu, quas a laicis habent, sibi ius in ecclesiis 97) vendicant, hoc volumus tibi innotescere, quod, 98) nisi episcopalis auctoritas non accesserit, 99) per litteras illas non possit ecclesias obtinere.

96) Hæc verba desunt apud Hard. quum hoc cap sit adpendix antecedentis.
97) *Vendicant.*
98) *Vbi.*
99) *Per illas ecclesias suas possunt obtinere.*

CAP. VI.

Transactio, quæ speciem simoniæ habet, irrita est.

IDEM *abbati* 100) *de Castra Fora et priori de Cesebi.*

Constitutus in præsentia nostra 1) W. clericus sua nobis assertione monstrauit, quod, cum inter ipsum et 2) Alarinm clericum super capella de 3) Stanteras controuersia emersisset, tandem per transactionem sopita fuit; et licet transactio ipsa hinc inde præstita fide 4) formata fuisset: eam tamen præfatus 5) Alarius seruare 6) contradixit. Quia 7) igitur huiusmodi transactiones speciem nonnunquam 8) continent simoniæ, et non solum a malo, sed 9) et a specie 10) mala secundum apostolum nos conuenit abstinere: discretioni vestræ 11) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus eum 12) super hoc fueritis requisiti, partes ante vestram præsentiam conuocetis, et reuocata transactione in irritum, caussam 13) diligentius audiatis, et fine canonico terminetis.

100) *De Staforde, et priori de Heitsby.*
1) *G.* habet Hard.
2) *A.* habet Hard.
3) *Stancona.*
4) *Firmata.*
5) *A.* ponit Hard.
6) *Contradicit.*
7) *Ergo.*
8) *Obtinent.*
9) *Et*, deest apud Hard.
10) *Mali.*
11) *Etc* addit Hard. loco sequentium vsque ad quatenus.
12) *Propter.*
13) *Diligenter.*

TITVLVS XVIII.

SINE AVCTORITATE EPISCOPI NON POSSE CONSTITVERE ECCLESIAM SVAM CENSVALEM, VEL ALIAM OCCVPARE, VEL IN ALIVM TRANSFERRE AD EVITANDAM CONTROVERSIAM.

CAP. I.

Sine auctoritate episcopi ecclesia censualis constitui nequit.

Item ALEX. III. 14) *Wigsnensi episcopo.* 15)

Præterea illi, qui episcopo ignorante, auctoritate sua, pensionem 16) suam 17) annuam de ecclesiis 18) quadam illusione soluerint siue receperint, 19) eis defunctis 20) non ab his, qui per episcopum vel 21) ministeriales eius auctoritate instituendi personas habentes, ius recipiendi canonem receperint, in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi, præsertim si pontificalem aut alterius, qui de iure id facere potuerit, auctoritatem et assensum non constiterit interuenisse. Non enim simplices sacerdotes vel clerici possunt 22) ad ecclesias, quibus præsunt auctoritate 23) sua, 24) præsertim post decessum suum, censuales efficere.

14) *Wigurnensi.*
15) *Pars capituli: Meminimus*, h. l. addit Hard.
16) *Suam*, deest apud Hard.
17) *Annuatim.*
18) *Collusione facta soluunt aut recipiunt.*
19) *Eas, personis defunctis, etc.*
20) *Vbi.*
21) *Per magistrum tales.*
22) *Ad*, deest apud Hard.
23) *Propria.*
24) *Præsertim*, deest apud Hard.

CAP. II.

Ne pensio soluatur, vt facilius ecclesia ad suos transferatur.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo et suffraganeis eius.*

Cum clerici vestræ iurisdictionis, sicut accepimus, decedentibus ecclesiarum personis, paciscantur 25) ex ipsis ecclesiis maiores 26) solitis soluere pensiones, vt facilius easdem ecclesias possint adipisci: nos quidem ad tam detestabile vitium exstirpandum, 27) ad vestram volumus curam et sollicitudinem 28) exhibere. Inde est, quod fraternitati vestræ 29) per apostolica scripta mandamus, quatenus omnibus clericis vestris, ne id 30) attemptare præsumant, 31) sub districta pœna prohibeatis. 32) Si 33) quidam contra prohibitionem nostram venire præsumpserint, appellatione 34) postposita, eos ecclesiis taliter adeptis 35) quanto citius spolietis, et alios pro tantæ præsumptionis excessu, seueritate ecclesiastica puniatis. Ad hæc quia sunt clerici quidam, qui cum religiosis viris collusione facta 36) circa auctoritatem episcopi sui, ecclesias, quas tenent 37) ab eis, constituunt censuales, vt post decessum 38) eorumdem ecclesiæ per 39) repræsentationem eorumdem religiosorum virorum ad filios vel nepotes ipsorum clericorum possint transferri: præsentium auctoritate vobis præcipimus, vt, si qui clericorum 40) virorum inuenti fuerint facere talia, 41) eos a præscriptis ecclesiis, appellatione remota, apostolica auctoritate remouere non differatis, ne de sua fraude vel dolo 42) fructum videantur reportare.

25) *Ex*, deest apud Hard.
26) *Solito.*
27) *Attentam*, pro: *ad vestram*, habet Hard.
28) *Adhibere.*
29) *Etc.* addit Hard. pro sequentibus vsque ad *quatenus.*
30) *Attentare.*
31) *Publice*, addit Hard.
32) *Et*, addit Hard.
33) *Qui contra prohibitionem vestram.*
34) *Remota.*
35) *Quantocius spolietis* etc.
36) *Sine auctoritate diœcesani episcopi.*
37) *Ab*, deest apud Hard.
38) *Earum, eadem ecclesia* etc.
39) *Præsentationem.*
40) *Ipsorum.*
41) *Eos*, deest apud Hard.
42) *Lucrum valeant reportare.*

CAP. III.

Compositio coram delegato facta, iuri non contraria, valet, sed census ob hanc absque episcopi autoritate solutus non excedit vitam soluentis.

IDEM 43) *Caranensi episcopo. Pars capituli*, 44) *quod incipit: Nos in eminenti.*

De cetero 45) nouaritis, quod, cum aliquis 46) ab ecclesia ordinarium iudicem litteris impetratis cum aduersario suo 47) componit, postmodum in ecclesia, de qua agitur, ius aliquod habiturus, si compositio non est iuri contraria, non est ab episcopo loci 48) illius

43) *Carnotensi.*
44) *Quod incipit*, deest apud Hard.
45) *Noueris.*
46) *Ad extraordinarium iudicem.*
47) *Forte*, addit U.
48) *Illius*, deest apud Hard.

aliquatenus

aliquatenus reprobanda, sed census absque episcopali auctoritate et ecclesiæ, cui præest, sub hoc prætextu solutus, vitam eius, qui solverit, non excedit.

CAP. IV.

Ne occupentur ecclesiæ sine assensu diœcesani episcopi.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.*

Ex frequentibus querelis personarum satis manifeste didicimus, in partibus vestris consuetudinem pravam admodum et enormem et sacrorum patrum constitutionibus omnimodo contrariam a multis retro temporibus invaluisse: quod videlicet clerici causa cupiditate ducti, ecclesias et ecclesiastica beneficia sine assensu diœcesani episcopi 49) sui vel officialium suorum, qui de iure hoc facere possunt, recipiunt minus quam deceat; sollicite cogitantes, quomodo 50) sanctorum patrum id 51) institutionibus est alienum, et ecclesiasticæ honestati contrarium. Vnde cum tu, frater archiepiscope, ex officio commissæ tibi sollicitudinis, tam iniquam consuetudinem de provincia tua velis, sicut debes, extirpare radicitus, tam in clericos illos, qui ecclesias 52) vel ecclesiastica beneficia 53) de cetero taliter occupata scienter detinent, quam in ipsos, qui 54) ecclesiastica beneficia 55) de cetero taliter occupare præsumpserint, sicut ex litteris tuis intelleximus, excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam firmam et ratam habentes, eamque apostolica auctoritate confirmantes, 56) per apostolica scripta mandamus, quatenus 58) singuli 59) vestrum vestram sententiam in 60) suis episcopatibus saltem quater in anno 61) renovantes, eam, contradictione et appellatione cessante, faciatis inviolabiliter observari, nec clericos ipsos, qui sententiam 63) istam incurrerunt, vel de cetero incurrent, 64) nisi congrue satisfecerint, et a præsumtione sua omnino destiterint, absolvere præsumatis.

49) *Sui*, deest apud Hard.
50) *A*, addit Hard.
51) *Constitutionibus.*
52) *Et*, loco *vel.*
53) *De cetero taliter*, omittit Hard.
54) *Ecclesias vel*, addit Hard.
55) *De cetero*, non legit Hard.
56) *Per A. S. præcipiendo mandamus.*
58) *Episcopi*, addit Hard.
59) *Vestrum*, deest apud Hard.
60) *Singulis*, addit Hard.
61) *Innovantes.*
63) *Ipsam incurrunt.*
64) *Si congrue non* etc.

CAP. V.

Vt collusores beneficiis, de quibus collusio facta, spolientur.

IDEM *Norwicensi episcopo.*

65) Audivimus, in episcopatu tuo, et in aliis episcopatibus Angliæ usque adeo clericorum malitiam excrevisse, 66) vt interdum inter se collusione facta, super beneficiis, quæ possident, 67) se sustinent ab aliis molestari et postea, vt quæstioni cedatur, ac 68) idem clerici possideant beneficia quiete, quasi nomine transactionis solvunt aliis de beneficiis 69) illis novam pensionem, vt post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est inter eosdem clericos collusio facta, ius sibi valeant 70) vendicare. Vnde 71) quid tibi sit exinde faciendum, nos consulere voluisti, fraternitati tuæ 72) per apostolica scripta mandamus, quatenus, si quos clericorum iurisdictionis tuæ 73) per collusionem 74) huiusmodi fraudem legitime tibi constiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus 75) collusum fuerit, non differas, appellatione 76) remota, perpetuo spoliare, quia satis esset indignum et 77) absonum, si fraus et dolus, quem in præiudicium 78) cui iuris et aliorum nituntur committere, in eorum non redundaret incommodum et iacturam.

65) *Audivimus.*
66) *Quod*, habet Hard.
67) *Se*, deest apud Hard.
68) *Iidem*, Hard. habet, quod veteres sæpe duplex I. contraxerint.
69) *Ipsis.*
70) *Vindicari.*
71) *Ideo*, addit Hard.
72) *Etc.* addit Hard. vt quædam omissa videantur.
73) *Per*, deest apud Hard.
74) *Huius fraudis.*
75) *Collusi fuerint.*
76) *Cessante.*
77) *Absurdum.*
78) *Tua iurisdictionis.*

CAP. VI.

Ne deferatur captiosis appellationibus.

79) IDEM *Dulmensi episcopo.*

Ex quorundam certa relatione audivimus, quod cum aliqui viri ecclesiastici de provincia vestra pro iustitia sua prosequenda litteras 80) commissionis a nobis 81) impetrarent, adversarii eorum, vt mandatum nostrum eludant, antequam litteræ 82) nostræ ad 83) iudices perveniant, vel litteris 84) a iudicibus receptis, prius quam 85) illi ab 86) ipsis citentur, in vocem appellationis prorumpunt, aut 87) commutationem facientes, aliquos in 88) possessione eorum, de quibus controversia 89) vertitur, malitiose inducunt. Quoniam 90) huiusmodi calliditates et versutiæ suis non 91) debeant 92) fraudatoribus suffragari in aliquo, et nos contra 93) prædictam calliditatem et versutiam, pastorali volumus sollicitudine discretioni vestræ providere: 94) per apostolica scripta mandamus, quatenus si adversarii 95) eius, inter quos et ipsum super ecclesia controversia 96) est agitata, pro evacuando mandato 97) vestro 98) appellaverint, aut de possessione qualibet 99) commutationem fecerint, 100) aut malitiose se absentaverint, eos, qui 1) in prædictam possessionem se ingesserint, appellatione cessante, cogatis sub examine vestro iuris æquitati parere.

79) *Alexander tertius archiepiscopo Rotomagensi et abbati Gemmar.*
80) *Commissarias.*
81) *Impetrasset.*

82) *Illæ.*
83) *Iudicem.*
84) *Nostris*, addit Hard.
85) *Illi*, deest apud Hard.
86) *Eis*, pro *ipsis.*
87) *Concertationem.*
88) *Possessionem.*
89) *Vertuntur.*
90) *Igitur*, addit Hard.
91) *Debent.*
92) *Auctoribus.*
93) *Prædictas calliditates et versutias.*
94) *Et*, quatenus, etc.
95) *Eius*, deest apud Hard.
96) *Diutius*, addit Hard.
97) *Nostro.*
98) *Supradicto modo*, addit Hard.
99) *Commutationem.*
100) *Vel*
1) *In possessione prædicta ecclesiæ se* etc.

CAP. VII.

Filii personatuum, vel alii, qui se in ecclesias vacantes intrudunt, non possunt eas sub appellationis obtentu occupare.

IDEM *Cantuariensi 2) et eius suffraganeis.*

Ex 3) querimonia clericorum, qui de partibus vestris ad præsentiam nostram accedunt, 4) quandoque satis nobis evidenter innotuit, quod interdum decedentibus ecclesiarum personis, quandoque filii, quandoque alii absque conscientia et consensu episcopi diœcesani, se in prædictas ecclesias intrudere non verentur, et earundem ecclesiarum claves accipiunt, et, vt ecclesias vel earum bona teneant occupata, in vocem appellationis prorumpunt. 5) Quoniam igitur id iniquum est penitus et absurdum: nos tantæ iniquitati et enormitati pastorali volentes consideratione occurrere, et radicem 6) huiusmodi cupiditatis de clero penitus extirpare, fraternitatis tuæ 7) per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus, si qui sint vel fuerint in partibus vestris, qui tali modo ad detinendas ecclesias 8) in hac re præsumunt, ipsos ad easdem ecclesias relinquendas quantocius, monere studiose curetis et ecclesiastica districtione compellere: ita, quod si manifestum est, ipsus 9) temere et præsumptuose ecclesias detinere, 10) obtentu appellationis, si quam interposuerit, non omittatis, quin eos ad easdem ecclesias dimittendas, appellatione cessante, ecclesiastica censura compellatis.

2) *Archiepiscopo.*
3) *Crebris*, addit Hard.
4) *Quandoque*, deest apud Hard.
5) *Quum*, et paulo post loco *est* legitur *sit.*
6) *Huius.*
7) *Et*, quatenus, etc.
8) *Iobuere præsumant.*
9) *Ita temere et præsumptuose*, etc.
10) *Sed*, addit Hard.

TITVLVS XIX.

DE ILLIS, QVI INCIDVNT IN CANONEM DATAE SENTENTIAE, VEL INCIDERE VIDENTVR, CVM NON INCIDANT, ET QVI SINT AD SEDEM APOSTOLICAM 11) TRANSMITTENDI PROPTER ABSOLVTIONEM.

CAP. I.

Qui ignoranter manus violentas iniecerit in clericum, excusatur.

Item ALEXANDER III. *Bathoniensi, 12) Exoniensi episcopis.*

Si vero aliquis in clericum nutrientem comam ignorans, quod clericus fuerit, manus iniecerit violentas, propter hoc non debet apostolico conspectui præsentari, nec etiam excommunicationi notari, dummodo ipsum esse clericum ignoraverit: si hoc dubium fuerit, propria manu 13) duntaxat debet præstare, et si voluerit iuramentum.

11) *Mittendi.*
12) *Et Exoniensi.*
13) *Voluerit præstare sacramentum.*

24) Ab illo autem, quem violentas manus constat clericum iniecisse, sicut ab eecommunicato, donec de mandato Romani pontificis absoluatur, conuenit abstinere.

24) Verba: *ab illo autem, quem violentas* etc. vsque ad finem desunt apud Hard.

CAP. II.

Qui sui iuris non sunt, vel etiam mulieres manus violentas in clericum inicientes ab episcopo suo possent absolui cum aliis, alii vero mittendi ad sedem apostolicam.

IDEM 15) *Bertkoniensi.*

Mulieres vel etiam aliæ personæ, quæ sui iuris non sont, ab episcopo diœcesano absolui 16) non possunt, si manus in clericum iniecerint violentas. De his vero, qui magnæ potentiæ sunt, et ita delicati, quod 17) tantum laborem 18) nequeunt sustinere, si manus violentas iniecerint in clericos, tale damus petitioni tuæ responsum, quod status personæ prius et veritas negotii est Romano pontifici intimanda et secundum consilium eius 19) tales erunt de commisso scelere 20) corrigendi; illi vero, qui non 21) initiunt, sed 22) illorum auctoritate et mandato 23) violenter iniiciuntur manus in clericos, ad sedem apostolicam sunt, omni excusatione cessante, mittendi: cum is vere committat, cuius auctoritate committi delictum probatur.

15) *Bathoniensi episcopo.*
16) *Non*, deest apud Hard.
17) *Magnum.*
18) *Nequiverint.*
19) *Tales*, deest apud Hard.
20) *Puniendi.*
21) *Iniiciunt.*
22) *Eorum.*
23) *Violenta.*

CAP. III.

Ne per abbatem absoluantur, qui eete religionem susceptam in canonem datæ sententiæ inciderunt.

IDEM abbati. 24)

Consuluit nos tuæ 25) dilectionis prudentia, quid tibi faciendum sit de his, qui de hoc seculo fugientes in 26) monasterio tuo religionis habitum susceperunt, et 27) inter cetera postmodum confitentur, se tale commisisse delictum, quod ipso actu excommunicationis sententiam 28) incurrunt. Hos autem sine licentia 29) Romani pontificis 30) nec potes, nec debes absoluere, 31) sed si forte post conuersionem suam in aliquem de fratribus suis aliquis violentas manus iniecerit, licitum sit tibi ab excommunicationis sententia absoluere et præsumptionem delinquentium debita animaduersione punire.

24) *De Neapibus*, addit Hard.
25) *Discretionis.*
26) *In monasterium tua religionis habitum* etc.
27) *Infra certum tempus postmodum*, etc.
28) *Incurrerunt.*
29) *Summi.*
30) *Non.*
31) Verba: *sed si forte post*, etc. vsque ad *sententia absoluere*, desunt apud Hard.

CAP. IV.

Vt se, qui viros religiosos læserunt, apostolico præsentent conspectui.

IDEM.

Porro si aliqui violentas manus in fratres tuos 32) iniecerunt, et pœnitentiæ ducti, non conuicti, sed priuatim, sicut asseris, a te veniam postulant, eos monere debes propensius et inducere, vt his quos læserunt, congrue 33) prius satisfaciant et apostolico conspectui se 34) repræsentent, cum a te, vel ab 35) alio quolibet sine speciali mandato Romani pontificis absolui non possint.

32) *Miserunt*
33) *Prius*, deest apud Hard.
34) *Præsentent.*
35) *Aliquo sine*, etc.

CAP. V.

Vt religiosi pro violenta manuum iniectione in clericos euitentur sicut alii.

IDEM. 36)

Nulli autem monachi templarii se possunt priuilegio apostolicæ sedis tueri, quo minus excommunicatos vitare debeant, et pro violenta manuum iniectione in clericos sicut 37) excommunicati vitari.

36) *Exoniensi episcopo*, addit Hard.
37) *Excommunicatos vitare.*

CAP. VI.

Vt mandantes pariter atque malefactores pro violenta manuum iniectione in clericos euitentur sicut excommunicati.

IDEM Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.

Non sine 38) dolore et cordis amaritudine audiuimus, quod, cum viri ecclesiastici per vos aut per alias ecclesiasticas personas in ecclesiis secundum statuta canonum ordinantur, laici, 39) qui forte aliquando 40) ecclesiarum ordinationes ex vsurpatione 41) consueuerant in periculum suæ salutis habere, in tantam vesaniam et furorem prorumpunt, quod ecclesiasticos viros canonice in ipsis ecclesiis 42) ordinandos iniuriis multis afficiunt, aliquando eos 43) confligunt verberibus, 44) interdum etiam, quod est auditu terribile, occidere non verentur. Quoniam igitur, quanta sit præsumtio et impietas eorum, qui talia et tam atrocia facinora et nefaria committunt, nemo potest ignorare, qui recte sapit: ad eos puniendos et castigandos, qui hoc instinctu diabolicæ fraudis committitur, spiritalem gladium 45) debent exercere, et 46) nos ita volumus in 47) ipsos exercere rigorem ecclesiasticæ disciplinæ, vt 48) nichil videantur omittere, quod aduersus hos ex iuris districtione fieri possit. Inde est, quod 49) fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus si qui se in tantam vesaniam et præsumtionem erexerint, quod hac vel alia occasione clericos occidant, vel 50) occidi faciant, aut 51) alii in eos violentas manus 52) initiant, tam malefactores ipsos, quam illos quorum mandatu id fuerit perpetratum, publice accensis candelis et pulsatis 53) campanis 54) denuncietis et faciatis eos sicut excommunicatos 55) vitare, donec Deo et sanctæ 56) ecclesiæ satisfaciant, et cum litteris vestris rei veritatem continentibus ad apostolicam sedem accedant.

38) *Cordis dolore et amar.*
39) *Vero*, addit Hard.
40) *Contra ecclesiasticam ordinationem ex*, etc.
41) *Consueuerant.*
42) *Ordinatos.*
43) *Affligunt.*
44) *Et*, addit Hard.
45) *Debetis.*
46) *Vos.*
47) *Eos.*
48) *Nil videamini*
49) *Fraternitati vestræ*, etc. *quatenus*, etc.
50) *Occidere.*
51) *Aliter.*
52) *Iniecerint.*
53) *Signis.*
54) *Aperte excommunicatos*, addit Hard.
55) *Deuitari.*
56) *Matri*, addit Hard.

CAP. VII.

Excommunicati sunt, qui in clericos et fratres templi violentas manus iniiciunt.

IDEM.

Grauiter oculos diuinæ maiestatis offendunt, qui religiosos viros 57) fatigant molestiis et 58) otium suæ perturbant quietis. Sane a sanctæ memoriæ prædecessore nostro papa 59) H. 60) etiam Lateranensi-concilio constitutum est, vt qui violentas manus in clericos vel monachos, hospitalarios, templarios, siue in viros alterius religionis 61) immittunt, excommunicationi subiaceant. Nos autem statuta prædecessoris nostri ratum et firmum tenere volentes, fraternitati vestræ 62) per apostolica scripta mandamus, quatenus, si qui parochianorum vestrorum in fratres hospitalis 63) Ierusolymitani manus violentes iniecerint, eos, appellatione 64) cessante, publice excommunicatos denuncietis et ab omnibus faciatis cautius euitari, donec prædictis fratribus de illata iniuria congrue satisfaciant, et cum litteris episcoporum suorum rei veritatem continentibus, apostolico conspectui 65) repræsententur.

57) *Indebite*, addit Hard.
58) *Locum.*
59) *A. III.* i. e. *Alexandro.*
60) *In concilio Later.*
61) *Mittunt.*
62) *Etc. quatenus.*
63) *Hierosolymitani.*
64) *Remota.*
65) *Se præsentent.*

CAP. VIII. *)

Ne quis episcoporum speciales ecclesiæ Romanæ filios indicet.

IDEM archiepiscopis et aliis ecclesiarum prælatis per Angliam constitutis.

Licet vniuersa loca etc. vsque seruare vniuersitate, - - - per apostolica scripta mandamus, quatenus nullus vestrum in monachos prætextu monasterii vel cuiuslibet obedientiarum eius excommunicationis vel interdicti audeat de cetero promulgare sententiam. Cum autem sententia in parochianos alterius ab aliquo prolata de iure non teneat: multo minus illa, quæ in speciales filios Romanæ ecclesiæ, qui scilicet nullum episcopum præter Romanum pontificem habeant, profertur, debet obseruari. Igitur si aliquis vestrum attendere præsumpserit, eius in parte factum nullas vires obtineat, sed irritum potius et vacuum habeatur.

*) Hoc capitulum apud Hard. deest.

CAP.

CAP. IX.

Vt clerici impuberes sese inuicem percutientes, vel puberes ex iocosa leuitate, et magistri discipulos correctionis caussa, in canonem datæ sententiæ non incidant.

IDEM *Exoniensi episcopo.* Pars capituli, 66) quod incipit: *Sicut dignum.*

Super eo 67) vero, quod a nobis consilium postulasti, vtrum 68) scolares, si 69) se inuicem percusserint in plena vel minori ætate, clerici aut religiosi viri in claustro secundum canonem illum, quo statutum est, vt illi, qui in clericos violentas manus 70) mittunt, 71) ad apostolicam sedem absoluendi mittantur, et debeant pro sua ad eandem sedem absolutione venire; inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si clerici infra puberes annos sese 72) inuicem, 73) aut vnus alium percusserit, non sunt ad apostolicam sedem mittendi, quia ætas eos 74) excusat; nec etiam clerici si sunt plenæ ætatis 75) et non de odio, 76) vel de inuidia, vel 77) de indignatione, sed leuitate iocosa se 78) ad inuicem 79) percutere contigerit, nec 80) magister si scolarem clericum intuitu disciplinæ vel correctionis 81) percusserit, quia non potest in ipsis 82) manuum iniectio violenta notari. Ceterum, si 83) odio 84) idem scolares 85) vel clerici sese percusserint, pro sua absolutione debent ad apostolicam sedem venire.

66) *Quod incipit*, deest apud Hard.
67) *Vero*, deest apud Hard.
68) *Scholares.*
69) *Sese.*
70) *Iniecerint.*
71) *Ad sedem apostolicam pro sua absolutione venire debeant; inquisitioni tuæ*, etc.
72) *Ad*, præponit Hard.
73) *Vel vnus alterum.*
74) *Excusaret.*
75) *Si non sunt.*
76) *Aut inuidia*, simpliciter habet Hard.
77) *De*, omittit Hard.
78) *Ad*, deest apud Hard.
79) *Percusserint.*
80) *Magistri.*
81) *Percusserint.*
82) *Manus.*
83) *Ex*, addit Hard.
84) *Iidem.*
85) *Vel clerici*, omittit Hard.

CAP. X.

Vt religiosi sese inuicem percutientes a suo abbate vel episcopo absolui queant.

IDEM 86) *eisdem in eadem epistola.*

Monachi vero et canonici 87) regulares quocunque modo 88) se in claustro percusserint, non sunt 89) ad 90) eandem mittendi sedem, sed secundum prouidentiam et districtionem sui abbatis disciplinæ subdantur, et si 91) sui abbatis discretio non sufficiat, ad eorum correctionem 92) est diœcesani episcopi prouidentia adhibenda.

86) *Eidem.*
87) *Seculares.*
88) *Sese.*
89) *Super hoc*, addit Hard.
90) *Apostolicam.*
91) *Sui*, omittit Hard.
92) *Erit.*

CAP. XI.

Vt clericum lædens vel vulnerans prætextu officii ab episcopo suo possit absolui.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

Si vero 93) aliquis alicuius 94) potestatis 95) hostiarios sub prætextu officii sui malignatus clericum læserit, 96) ab episcopo suo poterit absolui, nisi forte eundem clericum grauiter vulnerauerit, 97) officialis pro iniectione 97*) manus in clericum, non potest sine mandato Romani pontificis absolutionis beneficium promereri: quia nulli laico super clericum tanta 98) auctoritas datur, nisi forte turbam 99) nimis arcendo irruentem non ex deliberatione, sed fortuito casu clericum lædat. Si 100) vero clericum vim sibi inferentem vi repellat vel lædat, non debet propter hoc ad sedem apostolicam transmitti, si in continenti vim vi repellat, cum vim repellere vi omnes leges 1) omniaque iura permittant; nec ille compellendus sit ad apostolicam sedem venire, qui in clericum cum matre, vxore, 2) sorore vel filia propria turpiter inuentum, manus iniecerit violentas. Ceterum, si 3) in stupro vel adulterio, quando ea, cum qua stuprum vel adulterium committitur, ipsum ita 4) linea consanguinitatis non 5) contingit, ceperit, aut alias 6) violentas manus iniecerit, non a sententia illius excommunicationis erit immunis.

93) *Aliquis*, deest apud Hard.
94) *Potentis.*
95) *Ostiarius.*
96) *Ab officio suo potest absolui.*
97) Hic in concil. Lateran. incipit nouus capituli numerus.
97*) *Manuum.*
98) *Potestas.*
99) *Nimis*, deest apud Hard.
100) *Forte.*
1) *Et omnia.*
2) *Vel*, addit Hard.
3) *Eum*, addit Hard.
4) *Proxima*, addit Hard.
5) *Contigerit*, ceperit etc.
6) *In eum*, addit H.

CAP. XII.

Vt, qui conuersis violentas manus iniiciunt, excommunicati sint.

IDEM *episcopis 7) et archidiaconis et aliis prælatis per 8) Galliam constitutis.*

Parochianos 9) vestros, si qui in monachos vel conuersos præfati ordinis violentas manus iniecerint, 10) appellatione remota, secundum tenorem generalis decreti excommunicatos denuntietis, ipsosque faciatis sicut excommunicatos 11) euitari, donec eis, quos læserint, congrue satisfacient, et cum litteris vestris apostolico conspectui se 12) repræsentent.

7) *Et*, deest apud Hard.
8) *Angliam.*
9) *Autem*, addit Hard.
10) *Sublato appellationis remedio.*
11) *Cautius*, addit Hard.
12) *Præsentent.*

CAP. XIII.

Vt, qui incidunt in canonem datæ sententiæ, si sine periculo Romam proficisci nequiuerint, ab episcopo suo possint absolui, sed sub conditione.

IDEM *Cenomanensi episcopo.* 13) (Pars capituli, quod sic incipit.)

De cetero noueris, quod si laicus pro violenta manuum iniectione in clericum vinculo excommunicationis est 14) astrictus, si 15) habet capitales inimicitias, vel alias iustas caussas, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, 16) ita, quod sine periculo, apostolico se 17) nequiuerint conspectui præsentare, licet diœcesano episcopo 18) recepto iuramento secundum morem ecclesiæ absolutionis gratiam impertiri, sed est illi sub iuramenti debito iniungendum, vt quam citius opportunitatem habuerit, Romanum pontificem adeat, mandatum apostolicum suscepturus.

13) Verba: *pars capituli quod sic incipit*, apud Hard. non leguntur.
14) *Adstrictus.*
15) *Habens*
16) *Vt sine*, etc.
17) *Nequeat.*
18) *Accepto.*

TITVLVS XX.

19) RAPTORIBVS ET VIOLATORIBVS ECCLESIARVM 20) QVANDOQVE 21) ETIAM POST 22) POENITENTIAM 23) NEGANDAM SEPVLTVRAM, NISI SATISDET DE DAMPNO SARCIENDO.

CAP. I.

Vt raptori rerum ecclesiasticarum, nisi ablata restituat, denegetur pœnitentia, et ne ipsius sepulturæ intersint clerici.

EVGENIVS 24) *vniuerso clero.*

Super eo, quod de raptoribus 25) et ecclesiarum violatoribus, atque presbyteris, qui pœnitentiam eis iniungere, vel eorum oblationes contra statutum nostrum suscipere attentauerint, a nobis communi deliberatione statutum, 26) in concilio cum fratribus nostris statuimus, 27) in constitutione ipsa sanctorum patrum vestigia subsequentes, auctoritate Dei et 28) beatorum apostolorum Petri et Pauli pariter confirmamus, statuentes, vt quicunque ex his raptoribus, qui in vrbe, suggerente diabolo, violenter surrexerint, in 29) rapinam siue in ecclesiarum 30) violationem manifeste deprehensus est, vel a modo fuerit, nisi prius ablata restituat, si poterit, vel 31) emendandam firmam et plenam securitatem fecerit, pœnitentiæ ei beneficium penitus denegatur. Si vero vsque ad obitum, quod absit, in sua contumacia durauerit, et in extremis positus, remedium pœnitentiæ humiliter postulauerit, si emendationem vel emendandi securitatem præstiterit, et fideiussores, qui ablata restituere 32) debent, idoneos dederit, 33) eis pœnitentia et sepultura eccle-

19) *De*, addit Hard.
20) *Et quando.*
21) *Etiam*, deest apud Hard.
22) *Peracta*, addit Hard.
23) *Sit neganda sepultura ecclesiastica, nisi satisdent de damno restituendo.*
24) *III.* adiungit Hard.
25) *Ecclesiarum atque presbyt.* etc.
26) *In concilio*, omittit Hard.
27) *Et constitutionem ipsam.*
28) *Sanctorum.*
29) *Rapina.*
30) *Violatione.*
31) Verba: *firmam et*, omittit Hard.
32) *Debeant.*
33) *Ei*, pro: *eis*, habet Hard.

siastica concedatur. Qui autem in sanitate 34) constituti obstinata mente 35) pœnituerint vel 36) emendauerint et in morte securitatem ac fideiussores, sicut diximus, præstare 37) nequiuerint, 38) pœnitentiam quidem parum prodesse, sicut credimus, videtur, viaticum tamen non 39) denegetur eis, ita tamen, vt nullus clericorum sepulturæ illius intersit, nec eius elemosynam præsumat accipere. Quod si qui presbyterorum vel clericorum contra 40) statuta nostra in vita vel in morte pœnitentiis dare, aut sepulturæ eorum interesse vel eorum elemosynas accipere attemptauerint, seu 41) huius rapinæ participes inuenti fuerint, ordinis sui dampnum irrecuperabiliter patiantur et ecclesiastico beneficio careant.

34) *Consistens*, deest ap. Hard.
35) *Non pœnituerit.*
36) *Emendauerit.*
37) *Nequiuerit.*
38) *Solemnitas pœnitentiæ parum* etc.
39) *Negetur, ita* etc.
40) *Statutum nostrum.*
41) *Huiusmodi.*

CAP. II.

Heredes vt de parentum excessibus satisfaciant.

ALEXANDER III. 42) *claromontino episcopo.*

43) In litteris tuis, quas 44) lator præsentium 45) exhibuit, continebatur; quod cum pater eius multis fuisset criminibus irretitus, qui per appositionem ignis, ecclesiarum incendium diabolo 46) instigante commiserat, tandem in vltima ægritudine constitutus, se confessus est peccatorem, et accepta pœnitentia de commissis per manum capellani sui fuit a sententia absolutus anathematis, sed moriens sepulturam ecclesiasticam habere nequiuit. Quapropter si ita res 47) habet, fraternitati tuæ 48) per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus eiusdem corpus patris, 49) id est supra dicti, appellatione cessante, facies in 50) cymiterio sepeliri, et heredes eius moneas et compellas, vt his, quibus ille per incendium vel alio modo damnum contra iustitiam 51) irrogauerit, iuxta facultates suas condigne satisfaciant, vt sic a peccato valeat liberari.

42) *Claromontano.*
43) *In*, deest apud Hard.
44) *I.* addit Hard.
45) *Exhibuerat.*
46) *Suggerente.*
47) *Se*, addit Hard.
48) *ea*, quatenus etc.
49) *I. supra dicti* etc.
50) *Cœmeterio.*
51) *Irrogauit.*

CAP. III.

Vt excommunicatus lecto aegritudinis detentus, si propinqui pro eo satisfecerint, Christianam possit ac debeat habere sepulturam.

IDEM *Lucensi episcopo.*

De secunda 52) quæstione hoc tuam volumus discretionem tenere, quod propinqui eius, quem pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in clericos, violatione multarum ecclesiarum et incestu, vinculo excommunicationis adstringis, monendi sunt, vt pro eo satisfactionem exhibeant, quod si fecerint, 54) cum laborans in extremis iuramento præstito per presbyterum 55) fuerit ab excommunicationis 56) relaxatus sententia, in 57) cimiterio potest sepeliri. Si autem propinqui 58) suis acquiescere monitis contradixerint; quia iam non est purgatum peccatum: defuncto 59) deneganda est ecclesiastica sepultura.

52) *Vero*, addit Hard.
54) *Qui.*
55) *Fuerit.*
56) *Relaxari.*
57) *Cœmeterio potest.*
58) *Sed* addit Hard.
59) *Neganda.*

CAP. IV.

Ne quis inuoluatur vsurarum crimine vel pro pio opere.

IDEM *Panormitano archiepiscopo.*

Super eo vero, quod a nobis 60) dilectio tua postulauit, vtrum possit in recipienda pecunia ad vsuram dispensatio fieri, vt pauperes, qui in Sarracenorum captiuitate tenentur, per eandem possint pecuniam liberari, præsentibus tibi 61) duximus respondendum. Quod cum vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam non 62) videamus adhibendam, quia cum scriptura sacra prohibeat, vel pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendum est, quia ne 63) pro redimenda vita captiui, vsurarum crimine inuoluatur.

60) *Discretio.*
61) *Litteris*, addit Hard.
62) *Videmus adhibendam.*
63) *In*, loco *pro*, habet Hard.

CAP. V.

Vt fructus in sortem computentur, et pignora restituantur sine vsurarum exactione.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.*

Quoniam non solum viris ecclesiasticis, sed etiam quibuslibet aliis periculosum est, vsurarum lucris intendere, auctoritate præsentium tibi duximus iniungendum, vt clericos tuos tibi liceat, qui de possessionibus vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem suam deductis expensis 64) iam receperunt, ad eadem pignora restituenda sine 65) dilatione ecclesiastica districtione compellere.

64) *Iam*, omittit Hard.
65) *Vsurarum exactione ecclesiast.* etc.

CAP. VI.

Vt vsurae ante vel post interdictum solutae et extortae restituantur quouis modo.

IDEM 66) *Salonitano archipresbytero.*

Cum tu, sicut asseris, manifestos vsurarios, qui in illo peccato 67) decesserint, communione altaris et ecclesiastica sepultura iuxta decretum nostrum, quod 68) nuper in concilio promulgatum 69) est, præceperis priuandos, donec 70) reddatur, quod tam praue 71) receperant, quidam eorum dicunt, ad 72) absoluendas perceptas vsuras proprias non sufficere facultates. Alii vero promittunt se 73) partem vsurarum, quae habent præ manibus, reddituros; 74) vsuras alias, quas 75) extorserant, cum de his possessiones comparatæ 76) sunt, et eorum filiis vel parentibus traditæ, se non posse reddere 77) confitentur. Alii vero ad excusandas excusationes in peccatis, 78) imprudenter affirmant, illas duntaxat vsuras restituendas, quæ sunt post interdictum nostrum receptæ, nec aliquos ad soluendas vsuras, quas ante interdictum 79) nostrum receperant, debere compelli. Super his tuæ discretioni duximus respondendum, quod, siue ante, siue post interdictum nostrum vsurae 80) extorserint, cogendi sunt sub pœna, quam statuimus in concilio, eas his, a quibus extorserint, vel eorum heredibus restituere, vel his non superstitibus, pauperibus erogare, dummodo in facultatibus 81) habeant, vnde ipsae restituere possint, cum iuxte 82) verba beati Augustini; non 83) dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Illi autem, qui non habent 84) facultates, de quibus vsurae valeant restituere, non debent illa pœna mulctari, cum eos nota 85) paupertatis 86) euidenter excuset. Possessiones vero, quæ de vsuris sunt comparatæ, debent vendi et 87) ipsarum pretia his, a quibus vsuræ sunt extortæ, restitui, vt 88) non solum a pœna 89) illa, sed etiam a 90) peccatis possint, 91) quæ per 92) vsuræ extorsionem incurrerant, liberari.

66) *Salernitano episcopo.*
67) *Decesserint.*
68) *Nuper*, omittit Hard.
69) *Est*, omittit Hard.
70) *Reddant.*
71) *Receperunt.*
72) *Soluendas.*
73) *Partes.*
74) *Sed*, addit Hard.
75) *Extorserunt.*
76) *Sint*, legit Hard.
77) *Profitentur.*
78) *Impudenter.*
79) *Nostrum*, omittit Hard.
80) *Receperint.*
81) *Habeant.*
82) *Verbum.*
83) *Remittatur.*
84) *In facultatibus.*
85) *Paupertas.*
86) *Euidenter*, omittit Hard.
87) *Ipsa*, habet Hard.
88) *Sic*, Hard. addit.
89) *Ista.*
90) *Peccato.*
91) *Quod.*
92) *Vsurarum extorsione incurrerunt.*

CAP. VII.

Vt sorte recepta restituatur pignus.

IDEM *Wintoniensi episcopo.*

Nihilominus tibi præcipimus præsentium auctoritate, vt, si qui sunt in parochia tua, qui sortem suam 93) de fructibus pignorum vel aliunde deductis expensis 94) perceperunt, eos moneas et 95) per excommunicationem compellas, 96) appellatione remota, vt debitoribus suis pignora ipsa sine dilatione et difficultate restituant.

93) *De fructibus arborum vel animalium, deductis* etc.
94) *Receperint.*
95) *Per excommunicationis sententiam.*
96) *Sublato appellationis remedio.*

CAP. VIII.

Clericus accipiens vsuras officii sui periculum sustinet.

IDEM *in concilio Turonensi.*

Plures 97) clericos 98) et quod mœrentes dicimus, eorum 99) quoque 100) qui præsens seculum professione vocis et habitu a) reli-

97) *Clericorum.*
98) *Et quod mœrentes dicimus*, omittit Hard.
99) *Quoque*, non legit Hard.
100) *Quia.*
a) *Religionis*, addit Hard.

querunt,

queruot, 2) a canonibus vsuras quamuis manifestius damnatas 3) exercentes, commodata 4) pecunia indigentibus possessiones in pignus 5) accipiant, et prouenientes 6) inde fructus vltra sortem 7) recipiant. Idcirco generalis concilii decreuit auctoritas, vt nullus constitutus in clero amodo vel hoc vel aliud genus vsuræ exercere præsumat: et si 8) quis hactenus possessionem alicuius pecunia data sub hac specie in pignus acceperit, si sortem 9) suam deductis expensis de fructibus iam perceperit, 10) absolutam possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet eo recepto, 11) possessio libera ad dominum reuertatur. 12) Quod si post hoc constitutos in clero quisquam extiterit, qui de detestandis vsurarum lucris insistat, ecclesiastici 13) officii periculum 14) incurrat, nisi forte beneficium ecclesiæ fuerit, quod redimendum ei de manu 15) laici 16) hoc modo videatur.

2) *Communes vsuras quasi manifestius* etc.
3) *Non exercent.*
4) *Autem*, addit Hard.
5) *Accipiunt.*
6) *Inde*, omittit Hard.
7) *Recipiunt.*
8) *Aliquis.*
9) *Suam*, omittit Hard.
10) *Absolute.*
11) *Quod deest, possessionem ei resignet.*
12) *Si autem quis in clero extiterit, qui detestandis sibi lucris vsurarum insistat* etc.
13) *Beneficii.*
14) *Patiatur.*
15) *Laicali.*
16) *Hoc modo*, omittit Hard.

CAP. IX.

Vt heredibus pignus restituatur, sorte recepta.

IDEM *Lundo episcops.*

Ex transmissa 17) conquestione T. 18) Eschaleri et matris eius innotuit, quod pater eius, qui est 19) ex hac luce subtractus, terram suam 20) de tulencam monachis 21) Wardina pro quadam pecuniæ summa pignori obligauit, qui licet sortem suam 22) inde receperint et vltra, tamen eam sibi reddere contradicunt. Quia vero vsurarum crimen Deo et hominibus 23) abhominandum existit, et tanto grauius in ecclesiasticis et religiosis personis est reprehendendum, quanto magis se et alios 24) a peccatorum laqueis tenentur eruere: fraternitati 25) tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus rei veritate inquisita diligenter et cognita, si tibi constiterit, quod prædicti monachi de præfata terra sortem suam deductis expensis receperint, eos attentius moneas, et si necesse fuerit, appellatione remota, ecclesiastica districtione compellas, vt memorato 26) T. et matri eius prædictam terram 27) sine difficultate restituant, pacifice possidendam.

17) *Nobis*, addit Hard.
18) *Eschaleri*, omittit.
19) *De hac luce.*
20) *Dullis*, alii: *de Dullen.*
21) *De Wardone.*
22) *Exinde.*
23) *Abominandum.*
24) *E peccatorum.*
25) *Tuæ etc. quatenus* etc.
26) *Tesatensi*, alii legunt.
27) *Absque.*

CAP. X.

Vt vitetur contractus vsuram continens, licet ex forma non sit censeatur.

IDEM *Ianuensi archiepiscopo.* Pars capituli, 28) quod incipit: *fraternitas tua.*

In ciuitate tua dicis sæpe contingere, quod quidam piper seu 29) cynamonium, aut alias merces comparant, quæ tunc vltra quinque libras non valent, 30) promittunt per publicum instrumentum, se 31) eis a quibus merces 32) istas 33) acceperunt, sex libras statuto 34) tempore soluturos. Licet autem contractus huiusmodi 35) forte non possit censeri nomine vsurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt: nisi dubium sit, merces 36) istas plus minusue tempore, quo pretium debent recipere valituras: et ideo ciues 37) vestri saluti suæ bene consulerent, si a tali contractu cessarent, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.

28) *Quod incipit*, omittit Hard.
29) *Cynamum.*
30) *Et*, addit Hard.
31) *Illis.*
32) *Istas*, deest apud Hard.
33) *Acceperunt.*
34) *Termino.*
35) *Ex forma.*
36) *Illas*
37) *Tui*, pro: *vestri.*

CAP. XI. 38)

Ne milites ex condicto ad nundinas vel ferias conueniant.

EVGENIVS III. *in concilio Tremensi.*

Temerariam 39) similiter audaciam 40) quorundam militum, qui ad detestabiles nundinas vel ferias ex condicto solent ad ostentationem virium suarum conuenire; vnde hominum 41) mortes et alia sæpe pericula prouenerunt, omnino fieri interdicimus, quod si quis ibidem 42) mortuus fuerit, 43) viaticum ei non negetur; ecclesiastica tamen careat sepultura.

38) Hoc capitulum sumtum est ex concilio Remensi apud Harduinum Tom. VI. P. II. can. 12. p. 1303.
39) *Quoque.*
40) *Quorundam*, non habet Hard.
41) *Mortes corporum et animarum sæpius prouenerunt.*
42) *Casu vel*, addit Hard.
43) *Pœnitentia et*, addit Hard.

CAP. XII. 44)

Vt arbitraria pœnitentia indicatur ei, qui modum excessit se defendendo.

ALEXANDER III. *in registro, mediolanensi archiepiscopo.*

Significauit nobis nobilis vir P. quod F. imperatori, cum olim ab vrbe rediret, castrum ferruca negauit. Vnde contingit, quod quatuor castris destructis, plus quam duo millia domorum destructa fuerunt et multi homines interfecti, alia etiam mala ibidem commissa dicuntur, quod per singula, longum esset, narrare. Quoniam igitur præfatus P. Deo exinde reconciliari desiderat, et pœnitentiam dignam desiderat suscipere; fraternitati vestræ præcipiendo mandamus, quatenus eidem super hoc concilium detis et pœnitentiam secundum quod visum fuerit misericorditer imponatis, attendentes, quod pro libertate sua et pro ecclesiæ deuotione fecit, quare in his talem debetis discretionem adhibere, vt alii et ipse austeritate pœnitentiæ a seruitio ecclesiæ nullatenus retardentur, nec ille aliquod salutis suæ periculum (damnato) debeat formidare.

44) Deest hoc capitulum, apud Hard.

TITVLVS XXI.

DE DEPOSITIONE CLERICORVM ET 45) DISPENSATIONE CIRCA EOSDEM.

CAP. I.

Vt in puniendo attendatur discrimen inter clericorum occulta et publica crimina.

46) IDEM *abbati sanctæ Xenophesæ.*

Ex 47) tuarum litterarum tenore perpendimus, quod quidam ægritudine longe confectus, 48) accepit consilium a 49) sacrilegis mulieribus, quod si sanari vellet, se iterum permitteret 50) rebaptizari. Qui insano credens consilio, vt sanaretur, iniuriam fecit per 51) reiterationem sacramento. Astitit autem huic sacrilegio adolescens 52) quidam bonæ, vt 53) videbatur, indolis, 54) acolitus, frater carnalis illius, in quo 55) baptismatis ministerium asseritur iteratum: 56) qui ministerium in respondendo exhibuit presbytero baptizanti, et cooperator extitit rei nefandæ. Quis 57) igitur nos tua prudentia duxit consulendos, qualiter puniri debeat vel purgari 58) acolitus, quem 59) tantum minor ætas et intentio fraternæ salutis corporeæ excusare videtur aliquantulum: 60) discretioni tuæ præsentibus respondemus litteris, quod, quamuis multum non videatur 61) pœna plectendus, ad superiores tamen promoueri ordines, si publicum est, quod proponitur, non valebit, nisi 62) a religione transire voluerit, vt fauore 63) ipsius religionis circa eum debeat dispensari. Si vero occultum est, promoueri poterit et excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

45) *Dispositione.*
46) *Idem etc.* omittit Hard.
47) Apud Hard. contextus verborum ipse ita se habet: *Ex litterarum tuarum tenore perpendimus, quod* etc.
48) *Cepit*
49) *Sortilegis.*
50) *Rebaptizari.*
51) *Iterationem.*
52) *Quidam*, omittit Hard.
53) *Videtur.*
54) *Acolytus.*
55) *Baptismus asseritur iteratus.*
56) *Et ministerium.*
57) *Ergo.*
58) *Acolytus.*
59) *Tantum*, omittit Hard.
60) *Dilectioni.*
61) *Propterea.*
62) *Ad religionem.*
63) *Illius.*

CAP. II.

Pœna diaconi missam celebrantis.

VRBANVS III. *Legionensi episcopo.*

Ex litteris tuæ fraternitatis nobis innotuit, quod diaconus, præsentium lator, volens ante tempus 64) et merita in presbyterum ordinari, asseritur, se 65) post ordinationem 66) gradum sacerdotalem adeptum, 67) etiam cum non 68) imposuisset 69) illi manum, missarum celebrationem publice vsurpauit. Postmodum vero 70) Deo

64) *Et merita*, omittit Hard.
65) *Per.*
66) *Tuam*, addit Hard.
67) *Et*
68) *Imposuisses.*
69) *Et, pro: illi.*
70) *Domino.*

 inspirante

inspirante rediit ad se ipsum, et proprium 71) recognoscens excessum, in tanto sibi periculo consuli 72) humiliter postulauit. Quia igitur 73) super hac re tua nos duxit fraternitas consulendos, litteris 74) respondemus: 75) ad 76) sacerdotii officium non poterit promoueri. A diaconatu 77) biennio vel triennio 78) prouisione 79) suspensus; de beneficio autem misericorditer cum eo agatur, ne sustentatione priuatus ad seculi 80) negotium reuertatur. Vt autem securius possis ei hanc misericordiam facere, de agenda pœnitentia 81) imposita, diligentem circa eum curam non desinas exhibere. Salubrius autem sibi absque dubio prouidebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum.

71) *Cognoscens.*
72) *Humiliter*, omittit Hard.
73) *Super hoc tua etc.*
74) *Præsentibus*, addit Hard.
75) *Quod*, addit Hard.
76) *Sacerdotii.*
77) *Quoque*, addit.
78) *Pro tua*, addit.
79) *Maneat*, addit.
80) *Negotia.*
81) *Imposita*, omittit Hard. et statim legit: *circa eum diligentem curam non desinas exhibere.*

CAP. III.

Vt ei, qui per saltum ex pia cautela presbyter factus, ordo diaconatus impendi queat, quo sacerdos maneat.

IDEM 82) *maiori abbati.*

Inter cetera, quæ a nobis sunt 83) de monasterio tuo requisita, illud quoque nuntii sollicitudo non tacuit, quod quidam monachus tuus, cum esset olim in seculo constitutus, presbyteratus officium prætermisso diaconatu suscepit; super quo tua deuotio postulat dispensari. Intelleximus, 84) quod ille non malitia, sed pia 85) vt frui videtur cautela præmonitus, ordinem 86) diaconatus, quem 87) accepisse 88) simulauit, 89) omiserit, ne eum, sicut quidem eius auunculus instigabat, de manu 90) schismatici sortiretur. Vnde quia de his nihil nobis 91) pro certo constare 92) poterit; 93) examinatorem fieri huius tuæ duximus conscientiæ relinquendam, auctoritate apostolica 94) concedentes: vt, si 95) tibi absque dubitatione constiterit, quod ille non ex superbia, sed vt 96) schismatici manus euaderet, et 97) dignatoris auunculi sui 98) oculos declinaret, tali simulatione sit vius; 99) competentem ei ordinem facias diaconatus impendi, et sic post aliquanti temporis abstinentiam, quam tuæ committimus discretioni, 100) taxandam corde contrito et humiliato spiritu, 1) officium poterit sacerdotalis ordinis exercere.

82) *Marmondensi.*
83) *Pro tuo ministerio requisita.*
84) *Autem*, addit Hard.
85) *Vt sibi videbatur.*
86) *Diaconii.*
87) *Se*, addit Hard.
88) *Simularat.*
89) *Omisit.*
90) *Schismatici.*
91) *Pro certo*, omittit Hard.
92) *Potuit.*
93) *Examinationem facto huius etc.*
94) *Mandantes.*
95) *Tibi*, non legit Hard.
96) *Schismatici.*
97) *Indignationis.*
98) *Auunculi.*
99) *Competenti tempore ordinem facias ei diaconatus impendi.*
100) *Dum taxat corde etc.*
1) *In beneficio sacerdotalis ordinis poterit exerceri.*

CAP. IV.

Quomodo quis in ordine simoniace adquisita possit tolerari.

Item ALEXANDER *abbati et fratribus* 2) *Trinfontium.*

Consuluit nos 3) vestra dilectio super quodam confratre, 4) qui, cum esset in seculo, 5) cum V. solidos pro ordinatione dedisset, statim postquam quantitatem delicti 6) nouit, pœnitentia ductus religioni 7) vestræ se contulit. Nos igitur quæstioni vestræ satisfacere cupientes, præsentibus litteris vobis significamus, quod ordine 8) taliter 9) accepto, carere meruit, nec ad superiores promoueri, 10) veruntamen in ordinibus, quos prius 11) receperat, domino poterit deseruire.

2) *Trium fontium.*
3) *Tua deuotio*, alii legunt *fraternitas.*
4) *Quod.*
5) *Et quinque.*
6) *Cognouit.*
7) *Vestra*, omittit.
8) *Taliter*, etiam omittit Hard.
9) *Suscepto.*
10) *Potest*, addit Hard.
11) *Suscepit.*

CAP. V.

IDEM 12) *narnitensi episcopo.*

De sacerdote 13) vero illo, qui litteras nostras falsauit, quas tibi misimus, 14) tuæ discretioni 15) per apostolica scripta mandamus, quatenus vt, si inueniri 16) possit omni officio sacerdotis et beneficio ecclesiastico perpetuo priuatum, in 17) aliquo monasterio districtæ religionis detrudas, vt ibi tanti facinoris pœnas 18) lugens, se 19) talia deflent commisisse, et alii per hoc a similibus valeant deterreri. Quod si aliquos de consimilibus comprehendere 20) possis, ipsos 21) arctissimæ custodiæ, sublato appellationis remedio, 22) detrudas, donec 23) apostolicum 24) susceperint mandatum.

12) *Wigorniensi et Norwicensi episcopis.*
13) *Vero illo*, omittit Hard.
14) *Vestra*
15) *etc. vt si inueniri etc.*
16) *Poterit.*
17) *Aliquod monasterium.*
18) *Luens.*
19) *Taliter.*
20) *Poteris.*
21) *Arctissimæ.*
22) *Retrudas.*
23) *Inde*, inserit Hard.
24) *Susceperitis.*

CAP. VI.

Vt cum presbytero attonito, qui se quodammodo purgauit, misericorditer agatur, qua post poenitentiam impositam rursus officium sacerdotale exercere queat.

IDEM *gangrensi Patriarchæ, in registro.*

Ex tuarum 25) tenore litterarum accepimus, quod V. presbyter, 26) lator præsentium, 27) iuuenili leuitate visus, cum quodam infami ad 28) priuatum locum 29) immundum spiritum inuocaturus accessit; vnde 30) tu eum, quia propter hoc infamia laborat, et facinus 31) eius publicum notorium erat, 32) et a beneficio et officio ecclesiastico suspendisti; ipse autem coram nobis viua voce proposuit, quod non ea intentione, vt 33) vocaret dæmonium 34) venerat, sed, 35) si per inspectionem astrolabii, furtum cuiusdam 36) causæ posset recuperare. Verum licet hoc ex bono zelo et 37) simplicitate 38) proponat: 39) ideo tamen grauissimum fuit, et non modicam 40) peccati maculam 41) contraxit. Sed quoniam 42) citius in dexteram, quam in sinistram, et in misericordiam, quam in seueritatem declinare: ipsum fraternitati tuæ duximus remittendum, monentes 43) atque misericordia vt fecit, misericorditer agens, VIII. dies post harum susceptionem 44) delicti pœnitentiam impones, quod per annum 45) sibi visum fuerit et amplius, ita tamen, quod biennium non excedat, ab altaris 46) ministratione præcipias eum abstinere, 47) vt tunc liberum 48) erit ei sacerdotale officium exercere.

25) Harduinus initium huius epistolæ facit tale: *Ex tuarum litterarum tenore accepimus, quod.*
26) *Lator præsentium*, omittit.
27) *Viuendi leuitate*, etc.
28) *Prauitatum locum* etc.
29) *Immundos spiritus.*
30) *Tu*, non habet Hard.
31) *Eius*, omittit.
32) *Ab officio et beneficio et ecclesiastico suspendisti.*
33) *Inuocares dæmonem.*
34) *Ierat.*
35) *Vt per.*
36) *Ecclesiæ.*
37) *Ex*, præponit Hard.
38) *Se fecisse*, addit Hard.
39) *Id tamen.*
40) *Peccati*, omittit Hard.
41) *Inde*, interserit Hard.
42) *Tutius est.*
43) *Atque mandantes, vt secum misericorditer agas et sibi infra octo dies etc.*
44) *Ecclesiam cum omnibus ablatis restituas: et talem ei pro expiatione ipsius delicti pœnitentiam imponas etc.*
45) *Et amplius*, *si*, addit, et pro: *sibi*, legit Hard. *tibi.*
46) *Administratione.*
47) *Et exinde.*
48) *Sit.*

CAP. VII.

Vt ecclesia, in qua commissum est adulterium, per adspersionem reconcilietur, adulterae confessae imponatur poenitentia, presbytero autem adultero neganti purgatio indicatur, qui causa cognita vel in officio suo manere, vel ab eo suspendi debet.

IDEM 49) *introneensi episcopo, in registro XIIII.* 50)

Significasti nobis, quemdam presbyterum cum alterius coniuge instinctu diabolico 51) infra ecclesiam frequenter, sicut asseris, 52) dormisse; quæ vtique se et illum 53) cuidam sacerdoti huiusmodi delictum confessos fuisse, publice tibi detexit, et hoc ipsum idem sacer-

49) *Carnotensi episcopo, in decimo quarto libro registri.*
50) *Pars illius capituli: cum sacrosancta romana*, addit Hard.
51) *In ecclesia.*
52) *Dormiuisse.*
53) *Quidam.*

dos, nomen 54) adulterii celant, 55) dicitur in præsentia tua 56) deposuisse, 57) de quibus, quid fieri debeat, cum negante adultero mulier in confessione persistat, 58) ad apostolicam sedem consilium requisisti. 59) Illos igitur iuxta sanctorum patrum decreta volumus, vt præfatæ adulteræ condignam pœnitentiam imponens, ecclesiam prælibatam per aspersionem 60) atque sacrificando reconcilies. Prædicto autem sacerdoti, ne contra apostolum infirmorum corda mala fama ipsius percutiantur, et ne vituperetur ministerium nostrum, 61) ne securiores presbyteri existentes licentius in peccatum prolabantur, 62) vicinis presbyteris, quos se nolle peierare 63) noueris, iuxta arbitrium tuum 64) purgationi indices. 65) Quem si purgare se poterit in officio 66) ministrare 67) permittas: si vero non 68) potuerit, 69) ab officio suo suspendere nulla ratione postponas.

54) *Adulterii.*
55) *In præsentia tua dixit.*
56) *Deposuisse*, deest apud Hard.
57) *Super quo quid etc.*
58) *Ab apostolica sede.*
59) *Nos ergo.*
60) *Atque sanctificando reconcilies.*
61) *Nec*, pro: *ne.*
62) *Cum vicinis quinque presbyteris.*
63) *Cognoueris.*
64) *Purgationem indicas.*
65) *Quod.*
66) *Suo*, addit.
67) *Ipsum*, addit.
68) *Poterit.*
69) *Ipsum*, iterum legit Hard.

CAP. VIII.

Ne confessio coram iudice saeculari facta clerico praeiudicet, neque depositus clericus tradatur saeculari iudici.

IDEM *Salernitano archiepiscopo.* Pars capituli: *licet præter* 70) *solam.*

71) Et si clerici coram seculari iudice conuicti fuerint vel confessi de crimine, non sunt propter hoc ab episcopo suo aliqua sententia condemnandi. * Sicut enim sententia a non suo iudice lata, non tenet, ita 72) etiam confessio coram ipso facta. Si vero coram episcopo de 73) criminibus minime confessi sunt, seu legitima 74) probatione conuicti, dummodo sint talia, 75) propter quæ suspendi debeant, vel deponi, non immerito sunt a suis ordinibus 76) suspendendi, et ab altaris 77) officio perpetuo remouendi. De adulteriis et aliis criminibus, quæ minora sunt, potest episcopus cum suis clericis post peractam pœnitentiam dispensare, vt in ordinibus suis deseruiant. Sed non debet quemlibet depositum pro suis excessibus iudici tradere seculari: quia suo functus est officio, 78) nec debet 79) duplici contritione conterere.

70) *Solum*, non legit Hard.
71) *At*, non et habet Hard.
72) *Nec confessio etc.*
73) *Crimine in iure sunt confessi.*
74) *Confessione.*
75) *Crimina*, addit Hard.
76) *Deponendi.*
77) *Ministerio.*
78) *Non.*
79) *Eum*, addit Hard.

CAP. IX.

Vt clericus, qui duellum sponte obtulit, vel oblatum suscepit, deponatur, episcopus vero pro euentu cum illo misericorditer agere queat.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

Porro si clericus sponte duellum alicui obtulerit, vel si oblatum susceperit, 80) siue victus 81) extiterit, siue victor, de rigore iuris merito est deponendus. Sed quantumcumque eius 82) sit in hac parte enormis excessus, euadere 83) poterit depositionis sententiam, si cum ipso suus episcopus duxerit misericorditer dispensandum: dummodo ex 84) ipso duello homicidium, vel diminutio 85) non sit subsecuta.

80) *Et victus.*
81) *Fuerit*
82) *Grauis*, addit Hard.
83) *Potest.*
84) *Illo.*
85) *Membrorum*, addit Hard.

CAP. X.

Ne toleretur sacerdos, qui in duello amisit partem digiti.

De presbytero 86) Campaniæ, qui duellum sponte obtulit, et oblatum suscepit, et in eo partem digiti amisit, sicut olim, ita et nunc prudentiæ tuæ respondemus, quod cum ipse, sicut et nos 87) audiuimus, non perdidit tantum 88) de digito, quin 89) sine scandalo possit solemnia celebrare: satis potes post peractam pœnitentiam cum 90) eo misericorditer agere, et permitte 91) eum in suo ordine ministrare, licet 92) excessus grauis 93) admodum 94) extitisset.

86) *Autem*, addit Hard.
87) *Vidimus.*
88) *Ex digito.*
89) *Ipse*, addit Hard.
90) *Ipso.*
91) *Ipsum.*
92) *Eius*, addit Hard.
93) *Admodum*, deest apud Hard.
94) *Sit.*

CAP. XI.

Vt sacerdos, qui puerum disciplinae causa ita percussit, vt exspirauerit, deponatur.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

95) Presbyter autem, 96) qui quendam puerum intuitu disciplinæ percussit in capite et vulnerauit, cum post paucos dies, sicut asseris, exspirasset, ab omni altaris ministerio debes perpetuo remouere, eumque ab officio sacerdotali deponere, si ex ipsa percussione interiit vel aliam infirmitatem 97) incurrit, de qua noscitur exspirasse.

95) *Presbyterum.*
96) *Alium*, addit Hard.
97) *Incurrerit.*

CAP. XII.

Vt infamatus, accusatoribus deficientibus se purget.

Ad audientiam nostram, venerabili 98) fratre W. Canomanensi episcopo 99) significante, peruenit, quod dilectus filius, 100) tuus W. archidiaconus eius de morte mulieris cuiusdam, quæ per officiales ipsius archidiaconi interfecta proponitur, non aliter, quam si ipse 1) eam occiderit, infamatur. Ceterum quia idem archidiaconus ab huiusmodi reatu se asserit innocentem, 2) ne prouidere volentes, ne infamia polluat, quem non facit 3) culpa nocentem: discretioni vestræ per 4) apostolica scripta mandamus, quatenus per ciuitatem et episcopatum Cenomanensem 5) faciatis publice nuntiari, vt, si qui de hoc ipsum archidiaconum accusare voluerint, eum secundum 6) ordinis coram vobis 7) accuset, et 8) si comparuerint, qui de homicidio illum velint impetere, causam conuocatis partibus audiatis, 9) et sub. ab. bb. ob. fi. ca. terminetis. Si vero 10) post manifeste denunciationem factam, infra XL. dies accusator non 11) comparuerit, vel 12) in probatione defecerit: prædicto archidiacono secundum quantitatem infamiæ, qua laborat, purgationem canonicam 13) interponas, et ea præstita et recepta ipsum 14) nota infamiæ, contradictione et appellatione cessante, absolutum publice 15) nuncies, et 16) facias absolutum haberi, 17) vt ex hoc eius aliquando non possit promotio impediri.

98) *Fratri nostro.*
99) *Intimante.*
100) *Noster.*
1) *Eam*, omittit Hard.
2) *Nos prouidere*, etc.
3) *Culpa*, omittit Hard.
4) *Apostolica scripta.*
5) *Faciatis.*
6) *Iuris ordinem coram etc.*
7) *Accusent.*
8) *Nisi.*
9) *Et sublato appellationis obstaculo, debito fine terminetis.*
10) *Publica et manifesta denunciatione facta, infra quadraginta etc.*
11) *Apparuerit.*
12) *Etiam*, hic interserit Hard.
13) *Imponatis.*
14) *A*, præponit Hard.
15) *Nuncietis.*
16) *Faciatis.*
17) *Vt ex hoc eius aliquando non possit promotio impediri*, omittit Hard.

CAP. XIII.

Vt praelati, qui decimas vel ecclesiarum dispositiones laicis, in saeculo manentibus, contulerint, deponantur.

Item 18) *in concilio Turonensi* ALEXANDER III.

Quamuis sit graue nimis et 19) diuini dignum animaduersione 20) iudicii habeatur, quod laici quidam, quod sacerdotum est, 21) in ecclesiasticis rebus 22) vsurpant: maiorem tamen 23) incutit formidinem ac dolorem, qui fomitem sui erroris in ipso 24) - - - - - dum 25) quidam fratrum coepiscoporum nostrorum 26) et aliorum prælatorum ecclesiæ decimas eis et ecclesiarum 27) dispositionem indulgent et in deum eos mortis impellunt, qui prædicatione eorum ad viam vitæ 28) fuerint reuocandi, de quibus Dominus 29) dicit per prophetam: populi mei peccata 30) comedent et 31) ab iniquitate re-

18) *In concilio Turonensi Alexander III.* omittit Hard.
19) *Diuina.*
20) *Iudicii*, omittit Hard.
21) *De ecclesiasticis.*
22) *Vsurpant.*
23) *Maiorem*
24) *Clero decimas assignatas inuenire, dum etc.* Ita Harduinus hic interruptum contextum restituit.
25) *Quosdam.*
26) *Aliorumque.*
27) *Dispositiones.*
28) *Fuerant.*
29) *Dicit.*
30) *Comedunt.*
31) *Ad iniquitatem prouocant.*

uocant

vocant animas eorum. Vnde statuimus, vt, si quis alicui laico in seculo remanenti ecclesiam 32) decimamue concesserit, a statu suo, tanquam arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur, et donec emendet, ruinæ suæ iaceat dolore prostratus.

32) *Vel decimas.*

CAP. XIV.

Vt, qui furtive ordinem diaconi suscepit, nisi anathemate facta esset prohibitio, possit promoueri in sacerdotem.

IDEM 33) *F. Lenonensi episcopo.*

Veniens 34) præsentium lator P. nobis exposuit, quod antiqui hostis 35) vesania circumuentus, furtiue diaconatus ordinem suscepit. Vnde 36) ita duximus respondendum, quod si forte non fuerit a te vel aliquo archidiaconorum vel prælatorum 37) nostrorum sub anathematis interminatione prohibitus, tu ipse in promotione ipsius ad sacerdotale officium condigna satisfactione 38) interposita, nisi aliqua impediant, pro tuo arbitrio dispenses. Si vero interminatio anathematis super hoc facta est, 39) amoneas eum, sicut 40) et nos 41) facimus, vt 42) aliquo monasterio 43) monasticum seu canonicum habitum suscipiant regularem, 44) qui iuxta 45) amonitionem, ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conuersatus, poteris misericorditer 46) ei prouidere. Alioquin nulla ratione concedimus, eum ad sacerdotalem ordinem promoueri.

33) *G. Lenonensi*
34) *Ad nos*, addit Hard.
35) *Surgerente versutia, furtiue diaconatus ordinem suscepit.*
36) *Tibi duximus etc.*
37) *Fuerit.*
38) *Imposita.*
39) *Commoneat.*
40) *Et*, non legit Hard.
41) *Fecimus.*
42) *In*, addit Hard.
43) *Seu canonica habitum suscipiat regularem etc.*
44) *Cui*, quia postea Hard. et omittit.
45) *Admonitionem tuam ex etc.*
46) *Ei*, omittit Hard.

CAP. XV.

Vt clerici excommunicati vel interdicti, qui ante absolutionem diuina celebrarant, perpetuo deponantur.

47) IDEM *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.* 48) Pars capituli *relatum.*

Clerici autem, si qui a suis aut etiam de mandato Romani pontificis, ab alienis 49) interdicti vel excommunicati 50) fuerint 51) et ante absolutionem diuina officia 52) celebrauerint, nisi ad commonitionem 53) vestram sine dilatione redierint, perpetuæ depositionis sententiam pro ausu tantæ temeritatis incurrant.

47) *Idem G. Lenonensi episcopo.*
48) *Pars etc.* omittit Hard.
49) *Episcopis*, addit Hard.
50) *Fuerint*, deest ap. Hard.
51) *Et*, omittit Hard.
52) *Celebrarint.*
53) *Nostram*, legunt alii.

CAP. XVI.

Vt clericus, qui in conflictu, vbi homines interfecti sunt, lapides proiecit, toleretur in ordine, si neminem percusserit.

IDEM *Lucensi episcopo et eius capitulo.*

Præsentium lator in quodam conflictu asserit se fuisse, pro parte tamen illorum, qui violentiam repellebant; in quo lapides ipse proiecit, sed aliquem non percussit: quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occisi 54) ab celebratione missarum 55) volumus abstinere. Mandamus itaque vobis, vt, si res ita se habuerit, et alia 56) eum causa non impedit, decurso huius temporis spatio, ad sui 57) executionem officii admittatis.

54) *A*, pro ab.
55) *Præcipimus.*
56) *Eum*, omittit Hard.
57) *Eum*, addit Hard.

CAP. XVII.

Vt diaconus homicidium fortaita patrans cum dispensatione in subdiaconatus officio ministret.

IDEM 58) *Esuentium episcopo.*

Continebatur in litteris, quas tua nobis deuotio destinauit, quod 59) cum diaconus, præsentium lator, et quidam clerici, qui rogati ad vineas ecclesiæ 60) putandas, 61) perrexerant, 62) cum circa vesperas opere consummato 63) redirent, 64) leuiandi laboris gratia, quendam ludum imitati sunt viatorum, proiicientes baculos suos in 65) longum. Studebant enim in directum iacere, et alter alterius 66) baculum ferire. Huius autem ludi 67) solet esse, sicut asserunt, conditio, vt, qui alterius baculum 68) percusserit, quasi 69) victor eo, cuius baculus percussus est, vteretur pro equo. Sed præfati clerici, equitandi licentia non vtentes, sola iactatione 70) erant contenti, vt dum alacrius ad baculos suos concurrerent, laborem itineris non sentirent. Quidam autem 71) alacrius, sicut prædictus diaconus asserit, dum baculum 72) eiusdem diaconi percussisset, 73) incautius in eum equitaturus insiliit, et sic a falce ipsius diaconi, qua erat adstrictus, mortale vulnus accepit, de quo post dies VIII. exspirauit. Inde est, quod commonemus fraternitatem tuam atque mandamus, quatenus eundem diaconum sine licentia 74) romani pontificis ad superiorem 75) ascendere vel in diaconatus officio nullo vnquam tempore permittas ministrare, sed 76) eum dispensatiue ministrare in subdiaconatus officio patiaris.

58) *Archiepiscopo Cusentino.*
59) *Cum*, non legit Hard.
60) *Putandas perrexerint et cum circa etc.*
61) *Perrexerint.*
62) *Et*, addit Hard.
63) *Redierint.*
64) *Leuandi.*

65) *Longinquum.*
66) *Fustem.*
67) *Sicut afferunt, talis est conditio.*
68) *Percuteret.*
69) *Victo eo.*
70) *Sua.*
71) *Laicus.*
72) *Prædicti diaconi percussit.*
73) *Inlante.*
74) *Summi.*
75) *Gradum*, addit Hard.
76) *Cum dispensatione.*

CAP. XVIII.

Ne imputetur clerico actio mortis.

IDEM 77) *capitulo Burdegalensi.*

Lator præsentium nobis viua voce proposuit, quod cum quadam die casu cum quodam clerico 78) ludere contigit, 79) ille proiecit istum ad terram et cultellus, quem ad latus 80) suum habebat, in alterum 81) incideret, et fortuito vulneratus occubuit. Eundem 82) itaque ad vos duximus remittendum, discretioni 83) vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus rei veritate comperta, si ita res se habuit, et alia iusta causa non impedit, prædictum 84) diaconum libere permittatis ad sacros ordines promoueri.

77) *Exoniensi episcopo.*
78) *Luderet.*
79) *Quod*, addit Hard.
80) *Suum*, non habet Hard.
81) *Incidit.*
82) *Igitur.*
83) *Vestra mandantes, quod rei veritate comperta etc.*
84) *D.* simpliciter ponit Hard.

CAP. XIX.

Vt, si quis alterum interfecerit, abstineat ab altaris ministerio.

IDEM *in eodem, abbati sancti Benedicti 85) de nabaria.*

Suscepimus litteras tuas et cognouimus ex earum tenore, quod cum lator præsentium in 86) custodiam cuiusdam domus cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos turpiter ipsos 87) et in personis affligere et 88) nudare vestimentis propriis præsumserunt, in quos illi 89) præsumptis iuribus insurgentes ligauerunt ipsos et detinere vsque ad notitiam capituli voluerunt. Cum autem alterum ad tuam 90) prolaturus audientiam, ligatos eos in fratris 91) custodia dimisisset, 92) fures se 93) absoluere niterentur: fratrem illos, ne ipse 94) ab eis intimaretur, occidit. Vnde quoniam expediebat potius post tunicam relinquere, 95) pallium et rerum sustinere iacturam, quam pro conseruandis 96) rebus transitoriis opere tam 97) - - in aliquos exardescere, abstineat 98) humiliter ab altaris 99) officio et peccatum 100) - - - ad arbitrium tuum 1) poterint, vterque studeat expiare. Constat equidem eos contra regularem mansuetudinem et ecclesiasticam disciplinam ex vtrisque 2) opere interemptos.

85) *De Vrbia.*
86) *Custodia.*
87) *Et*, omittit Hard.
88) *Denudare.*
89) *Resumptis.*
90) *Periaturus.*
91) *Sui*, addit Hard.
92) *Et*, addit Hard.
93) *Soluere*, habet idem.
94) *Ab illis interimeretur.*
95) *Etiam*, addit Hard.
96) *Vitiis rebus et transitoriis etc.*
97) *Acriter in alios exardescere etc.*
98) *Ipse*, addit Hard.
99) *Ministerio.*
100) *Suum, quibus ad,* hæc omissa restituit Hard.
1) *Modis poterit.*
2) *Ope.*

CAP. XX.

CAP. XX 3)

Vt digami ordinati pariter atque ordinatores eorum priuentur ordinibus: vt attendatur discrimen inter simoniacos; vt matrimonia quarto et quinto gradu coniunctorum sub silentio et dissimulatione prætereantur.

IDEM *in registro, Spalat. archiepiscopo.*

Super eo, quod a nobis fraternitas tua requisiuit, quid iudicialiter faciendum sit de bigamis, inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod ordinatores potestate et officio ordinandi, et ordinati, si ad sacros ordines fuerint promoti, eisdem debent ordinibus omnino priuari, quia bigami contra apostolum ad sacros ordines non debent promoueri, vel in eisdem, si promoti fuerint aliquatenus possunt permanere. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, vt ordinandi potestate et officio non priuetur. De simoniace vero ordinatis iuxta postulationem tuam certum tibi non possumus respondere, nisi plenius nosceremus, qualiter fuerint ordinati, cum quidam, licet secundum quandam speciem, vtpote ignorantes simoniace ordinati sunt, in suis possunt ordinibus remanere, quia simoniaci non sunt. Verum super hoc quod et in quarto vel in quinto gradu consanguinitatis, in prouincia tua dantur esse coniuncti, propter duritiam populi talia matrimonia, licet sint contra sanctorum canonum institutionem contracta, sub silentio et dissimulatione poteris præterire.

3) *Huius capituli pars deprehenditur in decretal. lib. I. tit. XXI c. 2. tribuiturque Lucio III. sed in collectione Harduini deest.* Directa vero sine dubio est ad *Spalatrinum archiepiscopum* in Sclauonia.

CAP. XXI. 4)

Vt B. ad sacros ordines promoueatur, qui de calice cuiusdam ecclesiae insipienter detento, satisfecerat.

ALEXANDER III. *in registro.*

Ex litteris tuis, si bene meminimus, auribus noftris innotuit, et dilecti I. subdiaconi nostri diligens relatio patefecit, quod B. lator præsentium calicem quandam minus caute dimissum inuenit, qui licet auaritiæ cupiditate rapuerit, et insipienter longo tempore detinuerit, postea tamen pœnitentia ductus presbytero in confessione sua humiliter et reuerenter excessum suum aperuit et ecclesiæ iuxta eiusdem presbyteri consilium, prout dignum fuit, exinde satisfecit. Vnde quoniam propter hoc ipsum fraternitatis tuæ discretio dubitat ordinare, prudentiæ tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, quia prædictus B. spontanea voluntate sui animi confessus fuit huius præsumptionis excessum, et exinde ecclesiæ, cuius calix fuerat, satisfecit, nec cum super hoc nota vel infamia manifeste respersus post peractam pœnitentiam ac congruam partem pœnitentiæ, dummodo ipsum alias idoneum cognoscas, ad sacros ordines non dubites promouere.

4) Hoc capit. in collectione Harduini deest.

CAP. XXII.

Ne presbyter propter membri deformitatem missam celebret.

Item EVGENIVS *papa* 5) *Quellensi archiepiscopo.*

Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmæ a prædone 6) abcisos esse significasti, missam celebrare non permittimus; quia 7) nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter membri 8) infirmitatem 9) hoc fieri posse confidimus; ipsum autem ceteris officiis sacerdotalibus fungi minime prohibemus.

5) *Primus Sarensi episcopo.*
6) *Abscissos.*
7) *Non, præ: nec.*
8) *Deformitatem.*
9) *Id*, pro: *hoc*, legit Hard.

CAP. XXIII.

Ne clerici habitu relicto, in crimine deprehensi, per apostolicam iustitiam liberentur.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

Præterea clerici, qui relicto ordine et habitu suo 10) in apostasia tanquam laici 11) conuersantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per 12) apostolicam liberari 13) iustitiam non præcipimus. Tales enim inter apostatas numerandos sanctorum patrum statuta declarant.

10) *Lapsi*, addit Hard.
11) *Versantur.*
12) *Ecclesiasticam.*
13) *Censuram.*

CAP. XXIV.

Ne clerici sint ministri vel procuratores laicorum.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

Sacerdotibus autem et clericis tuis denunties publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quod si postmodum 14) fieri præsumpserint, et occasione ipsius administrationis propter 15) pecuniariam cautionem a laicis capiantur, indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesiis scandalum generari.

14) Verbum: *fieri*, omittit Hard.
15) *Propriam.*

CAP. XXV.

Vt officium diacono reddi queat, qui alium vulnerauit.

16) ALEXANDER III. *Riminensi episcopo.*

De diacono 17) vero, qui in sabbato sancto quendam alium 18) diaconum vulnerauit et mulierem nomine vxoris accepit, hoc prudentiæ tuæ duximus respondendum: quod si contrito et humiliato 19) animo ad ecclesiam redire voluerit, dimissa 20) ista, quam in vxorem accepit, cum non possit, sicut nosti, contrahere matrimonium, ipsum debes recipere, et 21) absoluere a sententia excommunicationis, quam pro violenta iniectione manuum noscitur incurrisse, et iniuncta sibi pœnitentia de vtroque excessu post peractam pœnitentiam poteris ei diaconatus officium reddere, et 22) dispensatiue, si perfectæ vitæ et conuersationis fuerit, in presbyterum ordinare. Subdiaconum autem, siue 23) hominem interfecerit, siue non, matrimonium non posse contrahere, sacrorum canonum censura demonstrat. Parochianos 24) vero tuos ad soluendas decimas ecclesiis, quibus 25) eas debent, ecclesiastica debes seueritate compellare, 26) quia cum decimæ non ab homine, sed ab ipso 27) Domino sint institutæ, quasi debitum exigi possunt.

16) *Alex. III. Rem. episcopo*, omittit Hard. quum huic capitulo immediate præmiserit, quod sub cap. XXIIX. infra occurrit: adeoque epistolae *Cenomanensi episcopo* scriptae videatur esse pars altera.
17) *Vestra.*
18) *Diaconum.*
19) *Corde et*, addit Hard.
20) *Illa*, habet Hard.
21) *Absoluere*, omittit Hard.
22) *Etiam*, addit Hard.
23) *Homines interfecit*, legit Hard.
24) *Autem*, pro: *vero*, habet Hard.
25) Dictionem: *eas*, omittit Hard.
26) *Quod.*
27) *Deo.*

CAP. XXVI.

Vt episcopus, qui loco tantum renunciauit, exsequi possit officium.

IDEM *Tolosano episcopo.*

Requisiuit a nobis fraternitas tua, verum clerici 28) post renuntiationem factam, a prædecessore tuo ordines 29) susceperint, in ipsis debeant remanere, 30) aut ad maiores 31) de iure canonum promoueri. Nos igitur, quia nobis non 32) plenarie de veritate constat, non possumus tibi super hoc breuiter respondere. Nam distinguitur, verum 33) renuntiat simul loco et dignitati? Nam vbi tantum loco renuntiat, ordines sicut antea, nisi a summo pontifice vel eius legato prohibitus fuerit, rogatus ab episcopo 34) aliquo poterit de ratione conferre. Cum autem loco 35) episcopali simul cedit et ordini, ibi distinguendum 36) esse putamus, verum sacros 37) ordines contulerit, an minores? Si enim a tali ordines vsque ad subdiaconatum quis 38) acceperit, et quia huiusmodi ordines quandoque a non episcopis conferuntur: et in illis deseruire poterit, et ad maiores, si idoneus fuerit, 39) promoueri. Sane si ab eodem facta renunciatione sacros ordines quis scienter 40) susceperit, quia indignum fecit se, executionem officii non habebit: 41) vbi nescienter poterit, nisi crassa et supina fuerit ignorantia 42) districtus pontifex dispensare.

28) *Qui*, addit Hard.
29) *Susceperunt.*
30) *An*, pro: *aut*, legit Hard.
31) *Debeant*, rursus addit Hard.
32) *Plenarie*, non habet Hard.
33) *Renuntians simul loco et dignitati renuntiat: nam vbi*, etc.
34) *Alio*, pro: *aliquo*, habet Hard.
35) *Pontificali*
36) *Esse*, omisit Hard.
37) *Ordines*, non legit Hard.
38) *Receperit.*
39) *Ordinari.*
40) *Receperit.*
41) *Vbi autem non scienter, ibi poterit, nisi* etc.
42) *Dispensat.*

CAP. XXVII. 43)

Ne episcopus ab officio pontificali suspensus sacros ordines conferat.

Item VESANVS III. *abbati et capitulo sancti Albini.*

Licet in ecclesia Dei variæ sint species honoris pariterque decoris, quibus ipsa regina tanta verbis propheticis præmonstrata, et ad superni regis dexteram collocanda, plurimis circumdata varietatibus præfulgeat; in sacris tamen ordinibus, quos ad ministerium eius sancti Spiritus doctrina distinxit, eiusdem consistit potissima pulcritudo: dum per eos et sacra ministeria consummentur salubriter, et ipsa in membris suis qualiter decorentur ordinibus ecclesiasticis, pro gratiæ plenitudine apostolatus. In his ergo dandis vel suscipiendis ordinibus tantam debet adhibere cautelam, qui recipit, tanta puritate præcellere, qui largitur, vt nec stulta simplicitas decipiat ordinatum, nec præsumtionis temeritas reprobet ordinantem. Quod si vtique discretio vestra deliberatione, quæ conuenit, præcauisset et contigisset in vobis ordinationis illius inordinata facilitas, quæ sicut accepimus

43) Hoc capit. collectio Harduini non habet.

(p)

pimus I. clericus episcopus factus - - - cum esset ab officio pontificali suspensus: quosdam de monachis et clericis vestris, de cuius manu ordines acciperat nos curantes non ordinasse dicendus est, sed ausu potius sacrilego polluisse. Omni modo enim qui ad sacros ordines accedit, scire debet aut diligenter inquirere, quis et qualis - - - - - sit ordinum dispensator, cui in tali facto excusabilis sit ignorantia, et maxime in his, qui eius conuersationis esse probantur, vt die noctuque in lege Domini meditentur. Vnde simplicitas vestra et culpa sit plurimum arguenda, quod vt nobis melius in talibus prouidistis, in talibus nos tam de consueta sedis apostolicæ clementia dispensatores præsentibus litteris vobis indulgemus, vt prædicti fratres et clerici, qui ignorantes, illum esse suspensum, de manu illius ordines susceperunt, iniuncta eis a te, fili abbas, pœnitentia, quam tua discretio viderit expedire, eorundem ordinum ministerium prosequuntur, adhibita in postmodum cautela firmissima, vt ex eo, quod vobiscum misericorditer agitur, potius de cetero culpa similis caveatur.

CAP. XXVIII.

Vt, qui in remotis partibus ordinati sunt, habeant eorum litteras, qui eis manus imponunt, et incogniti per aliquod tempus debeant esse in suspensa, vt de eorum actibus eis instruantur.

Item ALEXANDER III. *Cenomanensi episcopo.*

Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid agendum sit de clericis, qui in remotis regionibus ordinati. 44) litteras suas ostendunt, e quibus sibi proponunt, manus esse impositas et incertum 45) esse, verum episcoporum sigilla 46) fuerint, quæ 47) repræsentantur. Tuæ igitur consultationi significatione præsentium indulgemus, 48) tutius esse, vt in his statuta patrum veterum obseruentur, quam nouum 49) aliquid statuatur. Statutum est 50) autem de transmarinis, vt ad minus V. episcoporum testimonio super ordinatione sua muniantur. 51) Quod in aliis similiter, qui sunt incogniti, credimus obseruandum, ita tamen, vt in suspensione 52) aliquanto tempore habeantur, in quo videntes plenius de ipsorum actibus instituantur. Sed 53) et de inferioribus ordinibus oportuit loquiti, quia posset contingere, vt aliquibus prætermissis saltum fecissent. His autem perfectis, si digni fuerint inuenti, circa eos poteris dispensari.

44) *Litteras eorum proponunt, a quibus sibi sit manus imposita, cum incertum sit*, etc.
45) *Sit, verum eorum* etc.
46) *Sint.*
47) *Præsentant. Tua ergo.*
48) *Tutum.*
49) *Quid.*
50) *Enim*, loco: *autem.*
51) *Quod in aliis, qui similiter sunt incogniti*, legit Hard.
52) *Aliquo.*
53) *Et*, non habet Hard.

CAP. XXIX. 54)

Ne liceat delegato aliquem instituere, eo, ad quem institutio pertinet, inscio vel reclamante.

Super eo 54*) autem, quod subiungere voluisti, si de præsentatione presbyteri inter aliquos quæstione suborta, caussam contigerit delegari alicui in hac forma, vt si constiterit ius, de quo agitur, ad alterutram partium pertinere, ad præsentationem eiusdem, 55) appellatione remota, personam idoneam ordinet in ecclesia; an liceat delegato iudici inscio diœcesano episcopo, archidiacono vel archipresbytero reclamante præsentatum sibi clericum in possessionem ecclesiæ mittere; præsertim si ignotus fuerit præsentatus aut minus idoneus, aut si archipresbyter 56) vel archidiaconus 57) vel episcopus, ad quem institutio pertinet, appellauerit, vtrum eorum appellationibus sit deferendum: hoc tuam volumus discretionem tenere, quod, licet quæstionem, quæ de præsentatione vertitur, appellatione remota, committamus terminandam alicui: non est tamen intentionis nostræ, 58) episcopo, 59) archipresbytero præiudicium generare. 60) Idem præsentandus est illi, qui instituendus fuerit, et tenebit 61) eorum appellatio, si videntes suo iuri detrahi, duxerint appellandum: quia 62) nonnullis, sed partibus, inter quas caussa commissa est, appellationis remedium est sublatum.

54) Huic capiti Harduinus ita inscribit: *Idem Cenomanensi episcopo.*
54*) *Autem*, omittit Hard.
55) *De persona idonea ordinet ecclesiam appellatione remota; an* etc.
56) *Aut.*
57) *Aut.*
58) *Diœcesano*, addit Hard.
59) *Vel archidiacono vel*, addit idem.
60) *Ideoque.*
61) *Eorum*, deest apud Hard.
62) *Non illis.*

CAP. XXX. 63)

Ne episcopus ecclesias, quas de manibus laicorum eripuit, nouis exactionibus prægrauet: et ne clerici de mobilibus, quæ per ecclesiam adepti sunt, testari queant.

Ecclesiis autem, quas de nouo 63*) episcopi de manu laicorum 64) eripiunt, præter cathedraticum et iura omnia, quæ aliis ecclesiis imponuntur, non videmus, 65) aliquam exactionem imponendam: 66) quia nouis exactionibus decreto nostro 67) generaliter 68) prohibemus amodo ecclesias prægrauari. 69) Ad 70) hæc præsentibus tibi litteris innotescat, quod clerici de mobilibus, quæ per ecclesias sunt adepti, de iure 71) testari non possunt. Viuentes tamen et sui compotes 72) moderate valent aliqua de bonis ipsis, non ratione testamenti, sed eleemosynæ intuitu, erogare, etiam in ægritudine constituti.

63) Atque huic cap. Harduinus ita inscribit: *Idem Cenomanensi episcopo.*
63*) *Episcopus.*
64) *Eripiunt.*
65) *Aliam.*
66) *Qui nouis*, habet Hard.
67) *Generaliter*, non habet Hard.
68) *Prohibemus.*
69) In collectione Harduini hic nouum cap. incipitur, cum inscriptione: *Idem Cenomanensi episcopo.*
70) *Hoc*, habet Hard.
71) *Restaurari.*
72) *Moderate.*

TITVLVS XXII.

DE EXCESSIBVS EPISCOPORVM CONTRA 73) SVOS ARCHIEPISCOPOS.

CAP. I.

Vt episcopus institutiones ab archidiacono post prohibitionem factas irritare queat.

ALEX. III. *Londoniensi episcopo.*

Ad aures nostras noueris peruenisse, quod quidam archidiaconi, 74) te inconsulto, contra consuetudinem ecclesiæ tibi commissæ, personas 75) instituunt in ecclesiis; et sic in ecclesiis vel 76) earum portionibus, nunc filios 77) sacerdotum, nunc alias personas et vicarios instituere non verentur. Volentes itaque pro nostri officii debito in irritum deducere, quod contra iuris ordinem attentatur, auctoritate apostolica duximus tibi iniungendum, vt si 78) idem archidiaconi post prohibitionem tuam ipsis inde factam instituerint, sine mandato et auctoritate 79) tua aliquos in ecclesiis, in quibus patres eorum 80) proximo ministrasse noscuntur; aut personas alias vel vicarios cum 81) idem sit canonicæ sanctioni contrarium, liberum sit tibi, nullius 82) contradictione vel appellatione obstante, institutiones huiusmodi penitus irritare, et taliter institutos ab ecclesiis remouere.

73) *Suos archidiaconos*, et archidiaconorum contra suos episcopos.
74) *Tui*, addit Hard.
75) *Instituerunt.*
76) *Eorum.*
77) *Sacerdotum*, deest apud Hard.
78) *Iidem*, cuius loco semper cod. MSCtus legit: *idem.*
79) *Vestra*, loco: *tua.*
80) Vocem: *proximo*, omittit Hard.
81) *Id*, habet Hard.
82) *Contractione.* Forsan per abbreuiaturam ita scriptum fuit in cod. MSCto.

CAP. II.

Ne archidiaconus obtentu consuetudinis, sine mandato episcopi, personis animarum curam committat.

IDEM 83) *Eliensi archidiacono.*

Cum satis sit absurdum et a sanctorum patrum institutionibus alienum, vt archidiaconus auctoritate propria debeat cuilibet 84) curam animarum 85) et ecclesiarum committere: ægre nimis ferimus, quod tu sine mandato episcopi tui personis animarum curam committis. 86) Quia igitur obtentu alicuius consuetudinis non debes sanctorum patrum institutiones transgredi, et quod ad tuum non spectat officium, 87) vendicare: ideo mandamus, vt 88) nemini de cetero sine licentia et mandato episcopi tui curam animarum committere præsumas.

83) *Heliensi archiepiscopo*, sed e contextu facile adparet, hanc inscriptionem Harduini esse falsam, rectiorem vero codicis MSCti.
84) *Caussam.*
85) *Et ecclesiarum*, non habet Hard.
86) *Quoniam.*
87) *Vindicare.*
88) *Nemini*, erronee legit Hard.

CAP. III.

Ne archidiaconus ecclesias vacantes occupet aut detineat.

ALEXANDER III. *Exoniensi episcopo.*

Ad aures nostras peruenit, quod quidam archidiaconi tui se in 89) ecclesiis, quæ in suis archidiaconatibus vacant, auctoritate propria non verentur intrudere, et sic ipsas ecclesias detinere non erubescant. 90) Attendentes 91) itaque absonum 92) et omni ratione contrarium præsumptionis 93) tantæ excessum, 94) non volentes incorrectum 95) dimittere, fraternitati tuæ per apostolica scripta

89) *Ecclesias.*
90) *Nos*, addit Hard.
91) *Itaque*, non habet Hard.
92) *Atque*, loco: *et.*
93) *Tanta*, omittit Hard.
94) *Nec*, pro: *non.*
95) *Relinqui.*

præcipiendo

præcipiendo mandamus, quatenus, si qui archidiaconi sint in episcopetu tuo, qui tali modo 96) ecclesias occupant vel occupatas detinent, ipsos ad eas dimittendas, omni occasione 97) remota et appellatione cessante, ecclesiastica 98) censura compellas, et eisdem ecclesias personis idoneis et honestis ordines et præfatos 99) archidiacones, pro tanta præsumtione, debita cures animaduersione punire.

96) *Ecclesias occupatas detinente, ipsos ad eas* etc.
97) *Remota*, non legitur apud Hard.
98) *Districtione*, pro: *censura.*
99) *Archidiaconos.*

CAP. IV.

Ne consuetudines ecclesiarum, archidiaconis debitae, minuantur ab episcopo.

IDEM *archiepiscopo Cantuariensi.*

Ad hæc quoniam prædictus episcopus, sicut accepimus, plures ecclesias et præcipue ecclesiam de 100) nortimen a consuetudine et obsequio erchidiaconorum liberas constituit et immunes, et in hac parte reditus eorum diminuit et 1) atenuauit: nihilominus præsentium 2) tibi significatione iniungimus, vt, si res ita se habet, factum episcopi 3) super hoc, appellatione remota, corrigas et emendes: et ita prouideas, 4) quod præsati erchidiacono 5) consuetudines, quas in 6) ecclesiis presbyteri sui erchidiaconatus debent, plenarie conseruentur, et illi debitam reuerentiam exhibeant et honorem.

100) *Nortun.*
1) *Attenuauit.*
2) *Tibi*, deest apud Hard.
3) *Super*, non habet Hard.
4) *Vt.*
5) *G.* addit Hard.
6) *Ecclesiis.*

CAP. V.

Vt quis vno archidiaconatu sit contentus.

IDEM 7) *Burgalensi archiepiscopo.*

Præterea de archidiaconu G. 8) qui in tua 9) Tolosana ecclesia 10) et dyocesiana archidiaconus constitutus sit, 11) in vtraque ecclesia regulariter professus, collectis illis, quæ in archidiaconatu tuæ ecclesiæ colligere potest, præter conscientiam tuam 12) Tolosani egreditur, et ibi per annum vel eo amplius moratur: prudentiæ tuæ significamus, vt 13) eundem G. si res ita se habet, altero, 14) quo maluerit, archidiaconatu, 15) omni occasione et contradictione et appellatione cessante, facias esse contentum.

7) *Burdegalensi.*
8) Forte: *qui eum in.* Ita coniicit Hard. in margine.
9) *Et in*, addit Hard.
10) *Et dyocesiana*, non habet Hard.
11) Forte: *et in:* Coniectura est Harduini marginalis.
12) *Tolosanam ecclesiam ingreditur.*
13) *Eum de cetero.*
14) *Quem.*
15) *Si res ita se habet, appellatione remota* etc.

TITVLVS XXIII.
DE EXCESSIBVS ET PRIVILEGIIS HOSPITALIVM.

CAP. I.

Ne quis contra priuilegia Rom. ecclesiae pro aliis indulta venire praesumat.

IDEM *venerabilibus fratribus archiepiscopis*, 16) *ad quos litterae istae peruenerint.*

17) Dilectissimi filii nostri, fratres hospitalis 18) Ierosolimitani, transmissa nobis conquestione monstrauerunt, quod vos eis de malefactoribus suis iustitiam 19) facere non velitis, 20) et priuilegia eorum inspicere 21) contempnitis, nec ipsos 22) elemosinas quærere in vestris parochiis, aut confratres 23) eorum sepelire 24) aliquatinus permittatis. Quoniam igitur iidem fratres multis sunt priuilegiis et libertatibus a Romanis pontificibus præmuniti, quæ vt nostris temporibus infringantur, nolumus sustinere: fraternitati vestræ 25) per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus isti dictis fratribus in his, quæ 26) sibi a Romana ecclesia noscuntur indulta fuisse, nullam prorsus molestiam faciatis, nec 27) eam sibi contradicere vel 28) denegare aliquatinus attemptetis. Si enim de vobis in veritate talia de cetero poterimus comperire: pro certo sciatis, quod nos concessa 29) nobis priuilegia 30) decurtabimus, cum nostris et ecclesiæ Romanæ scriptis authenticis obuiare minime timeatis.

16) *Episcopis et ceteris*, addit Hard.
17) *Dilecti.*
18) *Hierosolymitani.*
19) *Exhibere non vultis.*
20) *Et*, omittit Hard.
21) *Contempnentes.*
22) *Eleemosynas.*
23) *Ipsorum.*
24) *Aliquatenus.*
25) *Et:* quatenus etc.
26) *Sibi*, deest apud Hard.
27) *Ea*
28) *Negare aliquatenus attentetis.*
29) *Vobis.*
30) *Decidemus.*

CAP. II. 31)

Ne in fraternitate hospitalari recepto denegetur christiana sepultura, nisi interdicto vel nominatim excommunicato.

IDEM.

Simili modo 32) sanctimus, vt quicunque 33) in vestra fuerit receptus, si forte ecclesia, ad quam pertinet, a diuinis officiis fuerit prohibita, eumque mori contigerit, eidem ecclesiastica sepultura non denegetur, nisi nominatim interdictus, aut anathematis vinculo fuerit innodatus.

31) In collectione Harduina in margine scriptum reperitur: *pars capituli, in litteris quas a nobis: supra de potestate iudicum.*
32) *Sancimus.*
33) *In eorum fraternitate fuerit receptus.*

CAP. III. 34)

Vt, qui in excommunicatione defuncti, atque in coemeteriis ecclesiarum sepulti sunt, penitus extra illa eiiciantur.

IDEM *R. Cantuariensi archiepiscopo.*

Ad hoc in beatorum apostolorum principis cathedra Domino disponente, quamuis immeriti sumus constituti, vt plantare debeamus, quæ ad diuinum spectant decorem, et euellere et eradicare debemus, quæ obnia sunt rationi et profectum impediunt salutis. Intelleximus sane, quod hospitalerii nominati excommunicatos contra prohibitiones episcoporum ecclesiasticæ præsumant tradere sepulturæ, non cogitantes, quam graue sit, illis in morte communicare, quos, dum viuerent, ecclesia a suo sinu pro eorum excessibus segregauit. Vnde quoniam huiusmodi præsumptionem et temeritatem nolumus, nec debemus aliquatinus tolerare: fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus prædictos fratres moneas et horteris, et eis ex parte nostra præcipias, vt, si quos in excommunicatione defunctos in cymeteriis ecclesiarum sepelierint, eos extra cymiterium penitus ipsi eiiciant. Quod si ipsi facere noluerint, tu hoc ipsum de his, quos in excommunicatione defunctos in cymiteriis ecclesiarum sepelierunt, eos extra cymiterium penitus contiiceris auctoritate nostra, remoto appellationis obstaculo, obsequaris.

34) Hoc capit. in collectione Harduini deest.

CAP. IV.

Ne hospitalerii vel alii suum excedant priuilegium: quum istud abusu amittatur.

IDEM *fratribus hospitalis Hierosolymitani.*

Peruenit ad nos 35) ex transmissa insinuatione venerabilis 36) fratris 37) Hersfordensis episcopi, quod vos occasione priuilegii ab apostolica sede vobis indulti, non semel tantum in anno, sed frequenter episcopatum 38) suum visitatis et interdictas ecclesias aperitis, 39) vbi diuina officia 40) celebratis. Addit ad 41) hoc, quod vos corpora defunctorum, si qua inhumata iacuerint, dummodo excommunicati non decesserint 42) ecclesiasticæ dicimini tradere sepulturæ. Quoniam igitur non decet vos aliquatinus vsurpare, quod non est vobis indultum; cum priuilegium 43) mereatur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate: discretioni vestræ 44) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus sic tenorem priuilegii conferuatis, quod eius metas 45) in his vel in aliis transgredi minime videamini, nec nisi semel in anno in ecclesiis interdictis diuina præsumatis officia celebrare, scituri pro certo, quod si secus, quam 46) nos arbitramur, feceritis, vos a præsumptione vestra, auctore domino 47) seriue compescemus.

35) *Ex*, non habet Hard.
36) *Nostri*, adiicit Hard.
37) *Herefordensis.*
38) *Eius.*
39) *Vt*, pro: *vbi.*
40) *Celebretis.*
41) *Ad hec*, pro: *ad hoc.*
42) *Ecclesiasticis coemeteriis traditis sepulturæ.*
43) *Mereatur.*
44) *Etc. quatenus*, etc.
45) *Vel*, addit Hard.
46) *Nos arbitramur.*
47) *Arctius.*

CAP. V.

Ne episcopi hospitalarios excommunicent vel interdicant, vel eorum oratoria.

IDEM *episcopis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Galliam constitutis.*

Sane quoniam a prædecessoribus nostris et a nobis statutum est, 48) vt hos ipsos hospitalarios excommunicare vel oratoria sua interdicere nemini liceat: vobis præsentium auctoritate iniungimus, 49) vt prædictos 50) hospitalis 51) Ierosolymitani, aut ecclesias 52) interdicere vel excommunicare nullatenus præsumatis.

48) *Vt scilicet hospitalarios ipsos excommun.* etc.
49) *Atque præcipimus*, addit Hard.
50) *Fratres*, addit Hard.
51) *Hierosolymitani.*
52) *Suas*, addit Hard.

TITVLVS XXIV.

NE CLERICVS VEL MONACHVS SECVLARIBVS SE 53) IMMISCEAT, 54) NEVE MONACHVS SINE LICENTIA ABBATIS PROMOVEATVR.

CAP. I.

Ne monachi teneant ad firmam villas vel ecclefias.

IDEM *Cantuarienfi archiepifcopo et eius fuffraganeis.*

Fraternitati 55) tuæ per 56) apoftolicam fedem mandamus præcipiendo, quatenus vniuerfis monachis 57) auctoritate veftræ iurifdictionis arctius inhibere curetis, ne villas vel ecclefias 58) accipere ad firmas vel detinere præfumant. Quod fi 59) præfumtum fuerit, eos 60) apoftolica freti, fublato appellationis remedio, faciatis a fua præfumtione ecclefiaftica diftrictione ceffare.

53) *Negotiis*, addit Hard.
54) *Et de regula religioforum.*
55) *Veftra.*
56) *Apoftolica præcepta mandamus, quatenus* etc.
57) *Auctoritate*, deeft apud Hard.
58) *Ad firmam, vel receptas detinere præfumant.*
59) *Præfumpferint.*
60) *Auctoritate*, addit Hard.

CAP. II.

Ne religiofi ad legendas leges et confectiones phyficas ponderandas de clauftris fuis exeant.

ALEXANDER III. *in concilio Turonenfi.*

Non magnopere antiqui hoftis inuidia infirma membra ecclefiæ præcipitare laborat, 61) fed manum mittit ad 62) defiderabiliora eius, et 63) electos quoque nititur fupplantare, dicente fcriptura: 64) ecce eius electi. Multorum fiquidem cafum fe operari reputat, vbi preciofius aliquod membrum ecclefiæ fua fuerit calliditate 65) detractum. 66) Inde nimirum eft, quod in angelum lucis more folito fe transfigurans, fub obtentu languentium fratrum confulendi corporibus et ecclefiaftica negotia fidelius pertractandi regulares quosdam ad legendas leges et confectiones phyficas ponderandas de clauftris fuis educit. Vnde ne fub occafione fcientiæ fpirituales viri mundanis 67) rurfum actionibus inuoluantur, et in interioribus ex eo ipfo deficiant, ex quo fe aliis putant in exterioribus prouidere: 68) per præfentis concilii 69) affenfum ftatuimus, vt nullus omnino poft votum religionis, poft factam in aliquo loco religiofo profeffionem, ad 70) phificam legesue mundanas 71) perlegendas permittatur exire. Si vero 72) exierint, et ad clauftrum fuum infra duorum menfium fpatium non 73) redierint: ficut 74) excommunicati ab omnibus 75) euitentur, et in nulla cauffa, fi patrocinium præftare 76) voluerint, 77) audiantur. 78) Reuerfi autem in choro, capitulo, 79) menfa vltimi ceteris fratrum exiftant et nifi forte ex mifericordia apoftolicæ fedis totius fpem promotionis 80) amittant. 80*)

61) *Hic manum*, etc.
62) *Defiderabilia.*
63) *Electos*
64) *Electa*
65) *Subtractum.*
66) *Et*, præponit Hard.
67) *Rurfus.*
68) *De.*
69) *Affenfu.*
70) *Phyficam.*
71) *Legendas.*
72) *Exierit.*
73) *Redierit.*
74) *Excommunicatus.*
75) *Euitetur.*
76) *Voluerit.*
77) *Audiatur.*
78) *Reuerfus.*
79) *Menfa et ceteris vltimus fratrum exiftat*, etc.
80) *Amittat.*
80*) In collect. Hard. additum: *epifcopi vero, abbates, priores, tanta enormitati confentientes et non corrigentes, fpolientur propriis honoribus, et ab ecclefiæ liminibus arceantur.*

CAP. III.

Ne monachi negotientur lucri cauffa, et ne firmas habeant, neue laici ecclefias ad firmam teneant.

IDEM 81) *Lundo. epifcopo.*

Secundum inftituta prædeceſſorum noftrorum fub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici cauffa lucri negotientur, et ne monachi a clericis vel a laicis firmas habeant, 82) neque laici ecclefias ad 83) firmas teneant.

81) *Londonienf.*
82) *Vel laici.*
83) *Firmam.*

CAP. IV.

Ne clerici cauffam fanguinis agitent, et vt clerici vel inuiti tondeantur.

ALEXANDER III. *Cantuarienfi archiepifcopo.*

Clericis, qui in facris ordinibus conftituti funt 84) ex Tolletano concilio iudicium fanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per fe truncationes membrorum faciant, aut iudicent 85) faciendas. Quod fi quis tale quid fecerit, honore priuetur et loco. Iubemus etiam fub interminatione anathematis, ne quis facerdos officium habeat vice-comitis aut præpoliti fecularis. Clerici, 86) qui 87) comas nutriunt, 88) inuiti ab archidiaconis fuis tondeantur. Veftimentis autem et 89) calciamentis, nifi quæ honeftatem et religionem deceant, vti non liceat. Si quis autem contra 90) hoc venire præfumpferit, et commonitus emendare noluerit: excommunicationi fubiaceat.

84) *Ex Tolletano concilio*, non legit Hard.
85) *Inferendas*
86) *Etiam*, addit Hard.
87) *Comam.*
88) *Etiam*, addit Hard.
89) *Calciamentis.*
90) *Hoc*, omittit Hard.

CAP. V.

Ne fubditus inuito prælato promoueatur.

LVCIVS III. *Turonenfi archiepifcopo.*

Ad aures noftras te fignificante peruenit, quod religiofi quidam zelum Dei habentes, ad fuperiores defiderant ordines promoueri, putantes maius præmium cumulandum, quo in maiori gradu pofiti, fublimius officium 91) fint executi, fed prælati eorum defideriis contradicunt. Ideoque tua duxit fraternitas requirendum, an in inferioribus ordinibus conftituti iuxta beneplacitum fuorum 92) epifcoporum, quibus promotio difplicet, a fuperioribus debeant abftinere, an valeant prælatis fuis renitentibus promoueri? Tuæ ergo quæftioni refpondemus, quod honeftius et tutius eft, 93) fubiectis debitam 94) propofitis obedientiam impendendo, in inferiori minifterio deferuire, quam 95) cum præpofitorum 96) fcandalo graduum appetere 97) dignitatem. Nec eft in hac parte fubiectorum defiderium confouendum; quoniam effe poteft, 98) quod prælati fecreta eorum commiffa nouerint, ex quibus conftat eis, quod falua nequeunt confcientia fublimari: quia non in fublimitate graduum, fed in amplitudine 99) caritatis 100) adquiritur regnum Dei.

91) *Fuerint executi.*
92) *Prælatorum.*
93) *Subiectos.*
94) *Præpofitis.*
95) *In*, præf. cum.
96) *Scandalum.*
97) *Dignitatem.*
98) *Vt*, præf. quod.
99) *Meritorum*, addit Hard.
100) *Acquiritur.*

CAP. VI.

Vt clericus delinquens, fi peccatum eius occultum fit, promoueatur.

1) ALEXANDER III. *Bituricenfi archiepifcopo.*

Ex tuarum litterarum tenore accepimus, quod N. clericus adeo deliquit, quod, fi delictum eius effet publicum, ab ordine, quem fufcepit, degradaretur, et amplius non poffet ad fuperiores ordines promoueri. Verum quoniam peccatum ipfum occultum 2) et priuatum fore dixifti: fraternitati tuæ 3) per apoftolicam fedem præcipiendo mandamus, quatenus ei condignam pœnitentiam imponas et ei fuadeas, vt 4) peracta pœnitentia peracta, ordine fufcepto vtatur, et eo contentus exiftens, amplius ad fuperiores ordines non 5) afcendatur. Verumtamen, quia peccatum 6) eius occultum eft, fi promoueri 7) voluerit, ei non potes, nec debes aliqua ratione prohibere.

1) *Idem in eodem libro fecundo, W. Albanenf. epifcopo vicario noftro.*
2) *Eft*, addit Hard.
3) *Per A. S. mandamus*, etc.
4) *Per te, pœnitentia*, etc.
5) *Accedat.*
6) *Eius*, non habet Hard.
7) *Defiderat.*

TITVLVS XXV.

DE ORDINE ET SPIRITVALITATE QVORVNDAM REGVLARIVM.

CAP. I.

Vt fratres fine proprio viuant; priori profeffionem faciant; crucem ne accipiant, et vt iis liceat in hofpitalibus oratorium conftruere fine licentia epifcopi requifita.

ALEXANDER III. *dilectis filiis G. priori et fratribus iuxta difciplinam bonæ memoriæ 8) clerici viuentibus, 9) de ordine et fpiritualitate quorundam regularium.*

Ad petitionem veftram, regulam, fecundum quam viuere debeatis, et omnipotenti Deo feruire, duximus conftituendam: inprimis id ftatuentes, vt profeffionem maiori priori omnes laici faciant, in manu eius fe abfque proprio victuros, promittantes, et continentiam, quantum permiferit diuina gratia, feruare, cui 10) quidem tam clerici quam laici, ficut proprio magiftro et animarum fuarum rectori, debitam in omnibus obedientiam promittant, 11) ne alicui inter vos profeffo liceat ad alium ordinem abfque prioris

8) *Clerici*, non habet Hard.
9) *De ordine et fpiritualitate quorundam regularium*, omittit Hard.
10) *Quoque*
11) *Nec alicui*, habet Hard.

licentia

licentia vllo modo transire, nisi forte ad religionem migrauerit arctiorem. Nullus absque 12) maioris licentia hospitale audeat facere. Nullus proprium habeat, si 13) quis acquisierit, suo rectori assignat. Nullus vestrum 14) alii vobiscum volenti 15) ecclesiæ crucem tribuat, sed per medium vel integrum annum 16) nobiscum in probatione permaneat. Et tunc maiori priori 17) repræsentetur, 18) vt ab ipso, non ab alio, crucem 19) suscipiat.

12) *Prioris.*
13) *Quid acquisierit*, est lectio Hard.
14) *Alicui.*
15) *Ecclesiæ*, omittit Hard.
16) *Vobiscum.*
17) *Præsentetur.*
18) *Et ab ipso.*
19) *Accipiat.*

CAP. II.

Vt monachi de claustro exeuntes redeant ad monasteria, in quibus fecerunt professionem.

IDEM *episcopis, archidiaconis, 20) prælatisque aliis per Galliam constitutis.*

Non est vobis dubium 21) aut incertum, quomodo fratres religiosi cistrensis ordinis ea religione 22) præmineant et virtute, quod ex institutione patrum et prædecessorum nostrorum, hi, qui in eorum monasteriis professionem faciant, sine licentia abbatis sui de 23) claustris prohibentur discedere et discedentes in aliis monasteriis 24) recipi. Inde est, quod nos eandem institutionem non solum amicam religioni, sed etiam rationi 25) consociam, sollicite conseruare volentes, vniuersitati vestræ 26) per apostolicam sedem mandamus, quatenus monachos 27) et conuersos præscripti ordinis, post factam 28) monasteriis professionem sine licentia abbatum suorum per episcopatus vestros recipi nullatenus permittatis, et si qui 29) ex his fuerint, qui sine licentia abbatum suorum de 30) monasterio, in 31) quo professionem 32) fecerint, exire præsumpserint, et commoniti ad sua monasteria celeriter non redierint, eos tamdiu, appellatione remota, censura ecclesiastica percellatis, donec ad monasterio, vnde 33) exierint, regredi compellantur.

20) *Et aliis ecclesiarum præfectis per etc.*
21) *Vel*, pro: *aut.*
22) *Præmineant.*
23) *Claustro.*
24) *Non*, addit Hard.
25) *Consonam.*
26) *Et quatenus.*
27) *Vel conuersos.*
28) *In*, addit Hard.
29) *Ex eis.*
30) *Monasteriis.*
31) *Quibus.*
32) *Fecerunt.*
33) *Exierunt.*

TITVLVS XXVI.

DE MONACHIS 34) SINE PROBATIONE SVSCEPTIS 35) ET IN PROBATIONE 36) RECEDERE VOLENTIBVS.

CAP. I.

Habitus religionis ante decimum quartum annum quomodo licite possit relinqui?

37) IDEM *magistro sidaritio ciuitatensi.*

38) Ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod heremitæ de monte 39) soliano quosdam pueros infra XIIII annum in tantum ieduxerint, quod quidam illorum, suasionibus eorum præbentes assensum, ad ecclesiam 40) ipsorum accesserunt. Quos cum statim habitum religionis induissent, vnus prædictorum puerorum T. nomine statim pœnitens, quod habitum ipsum suscepisset, id quod fecerat, suis parentibus intimauit, qui ad locum ipsum mora postposita accedentes, eum exinde 41) traxerunt. Et cum 42) non stetisset ibi, nisi per vnam noctem, prout accepimus, præfati heremitæ et quidam alii eum non permittunt quandam puellam ducere in vxorem, quam 43) iurauit in vxorem accipere, et, sicut dicitur, desponsauit. Quocirca discretioni 44) vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, rei veritate inquisita diligenter et cognita, si 45) constiterit, quod præfatus T. ante consummationem XIIII. anni 46) susceptum habitum deposuerit, aut si post XIIII. annum habitum ipsum sine probatione susceperit, et infra triduum præscriptum habitum deposuerit, eum ab impetitione prædictorum heremitarum vel aliorum in hac parte 47) contradicentium, occasione 48) et appellatione cessante, penitus absolutum, et eam, quam iurauit accipere in vxorem, libere posse traducere, si alia rationabilis causa non impedit, 49) denuntietis.

34) *Et monialibus*, addit Hard.
35) *Item in etc.*
36) *Ponitis*, addit Hard.
37) *Idem magistro etc.* apud Hard. non legitur.
38) Apud Harduinum initium huius capituli hoc est: *Ad audientiam nostram noueris peruenisse etc.*
39) *Flauo.*
40) *Illorum.*
41) *Extraxerunt.*
42) *Non*, apud Hard. non legitur.
43) *Ipse*, addit Hard.
44) *Vestra etc. quatenus etc.*
45) *Tibi*, addit Hard.
46) *Habitum ipsum susceptum sine probatione susceperit et infra triduum deposuerit, eum ab impetitione etc.*
47) *Contradicentium*, omittit Hard.
48) *Et excusatione*, addit Hard.
49) *Denuntiis.*

CAP. II.

Vt puer, si habitum religionis susceperit, et eum voti pœnituerit, infra XIV. annum habitum possit relinquere et ad saeculum redire: dum tamen a parentibus non oblatus sit, nec id vnquam ratum habuerit.

IDEM 50) *Beneuentano episcopo et R.*

Significatum est 51) et pro certo monstratum, quod 52) G. nondum incipiens esse XIIII. annorum, timore magistri, et qui eum 53) litteras erudiebat, habitum religionis 54) apud ecclesiam de R. suscepit, et inde sicut 55) puer insinuauit, exinde et per seculi vanitates iam VI. annis et eo amplius vagabundus discurrit. Vnde quoniam 56) rei veritas nobis non constat, fraternitati tuæ 57) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus rem ipsam diligenter inquiras, et si inueneris, quod non 58) fuisset a parentibus oblatus, nec 59) inciperet esse XIIII. annorum, 60) cum ad religionem accessit, et cum infra annum XIIII. 61) facti voti pœnituerit, et ab ecclesia 62) ipsa recesserit, si in seculo voluerit 63) permanere, 64) eum ab illo voto professionis, quam fecit, auctoritate pontificali absoluas, 65) et absolutionem eius tam ecclesiæ de R. quam populo tuæ ciuitatis studeas publicare. Si autem a parentibus 66) forte oblatus, seu quartum decimum annum compleuerat, cum 67) ad religionem intrauit, siue post XIIII. annum professionem a se factam ratam habuit, eum ad eandem vel aliam religionem transire, 68) omni districtione compellas.

50) *Beneuens.*
51) *Nobis*, addit Hard.
52) *Grimoldus.*
53) *Litteris.*
54) *In ecclesia de Roffinis*, alii: *de Ressone.*
55) *Puer infra annum existens et per etc.*
56) *Huius*, addit Hard.
57) *Per A. S. mandamus.*
58) *Fuerit.*
59) *Inceperit.*
60) *Quando.*
61) *Facti*, deest apud Hard.
62) *Ipsa*, deest apud Hard.
63) *Remanere.*
64) *Et eum ab ipso voto, quod fecit, auctoritate etc.*
65) *Et eum absolutum tam in ecclesia de Roffinis, quam etc.*
66) *Suis*, addit Hard.
67) *Ad*, omittit Hard.
68) *Ecclesiastica districtione.*

CAP. III.

Ne qui habitum religionis ante professionem deserunt, in saecularibus admittantur ecclesiis.

IDEM 69) *Herfordensi episcopo.*

Super eo, quod quæsitum 70) fuit a nobis ex parte tua, vtrum sacerdotes, qui 71) religiosum habitum susceperunt, et antequam essent vinculo 72) religionis vel professionis 73) astricti, ad priorem statum reuersi sunt, permittandi sunt, 74) sicut ecclesias 75) vel animarum curam habere, et an electi, si 76) monasticum habitum ante oblatum professionis libellum 77) - - - ad sacros ordines promoueri et ad gubernationem 78) ecclesiarum possunt assumi: sanctitati 79) vestræ taliter respondemus, quod 80) si auctoritate vel austeritate religionis, ad quam 81) migrasse noscuntur, seruare noluerint, ad minorem religionem cogendi sunt transire, nec amplius in ecclesiis secularibus debent assumi, ne contra votum 82) suum, quod domino fecerunt, in animarum suarum periculum 83) comprobentur venire. Veruntamen si ante susceptum habitum positi in probatione recedere voluerint, secundum regulam beati Benedicti non videntur prohiberi ad priorem 84) habitum redire, sed illa videtur 85) præcipere vesta, vt redeant, qua venerunt.

69) *Herefordensi.*
70) *Erat.*
71) *Religiosis.*
72) *Religionis vel*, non habet Hard.
73) *Astricti.*
74) *Sicut*, Hard. non legit.
75) *Et*, loco: *vel*, legit Hard.
76) *Monachicum.*
77) *Deferunt*, supplet Hard.
78) *Animarum possunt assumi etc.*
79) *Tuæ.*
80) *Si austeritatem religionis etc.*
81) *Transisse.*
82) *Suum*, omittit Hard.
83) *Probentur.*
84) *Statum.*
85) *Præcipere, vt in eadem veste redeant in qua venerunt.*

CAP. IV.

Ne, qui habitum religionis suscepit, si professionem non fecit, et aliquam sibi postea matrimonio copulauerit, cogatur ob eo recedere et ad ecclesiam redire.

ALEXANDER III. *eid. episcopo.*

Meminimus 86) ex parte tua 87) quaestiones huius audiuisse, scil. vtrum illi, qui se ad religionam coram episcopo 88) deuouens transituros et habitum religionis suscipiant, si 89) postmodum duxerint vxores, cogendi 90) sint eas dimittere, et ad ecclesiam, cui se 91) contulerunt, redire. Super quo 92) ita tibi duximus respondendum, quod si 93) quisquam, qui religioni se dauouit, et habitu suscepto professionem 94) fecerit, 95) si postmodum aliquam sibi copulauit, est ab ea cogendus recedere, 96) et ad ecclesiam Christi, vbi se contulit; debet sine contradictione transire. Verum si habitum non 97) recepit, nec professionem, 98) sed votum fecit, et se ad religionem transiturum promisit; licet postea matrimonium contraxerit: non est ad ecclesiam cogendus transire et matrimonii 99) votum rescindere.

86) *Nos*, addit Hard.
87) *Huiusmodi quaestionem.*
88) *Deuouerant.*
89) *Et*, addit Hard.
90) *Sunt.*
91) *Contulerant.*
92) *Vtique duximus respondendo, quod etc.*
93) *Quispiam.*
94) *Fecit.*
95) *Si*, omittit Hard.
96) *Et ad eccles.* etc. vsque ad verb. *contradictione transire*, non habet Hard.
97) *Suscepit.*
98) *Fecit*, addit Hard.
99) *Voto.*

CAP. V. 100)

Ne clerici se fingant nomine et habitu monachos.

ITEM *ex concilio Tolletano* 1) *VIII.*

2) Hi clerici, qui se fingunt nomine et habitu monachos esse 3) et non sunt, omnibus modis corrigantur et emendentur, vt vel veri monachi, vel veri sint canonici.

100) Capitulum hoc cum inscriptione apud Hard. est antecedentis lacinia.
1) *VIII.* omittit Hard.
2) *Vt clerici.*
3) *Et non sunt etc.* vsque ad finem omittit Hard.

TITVLVS XXVII.

4) DE REBVS ECCLESIAE ALIENANDIS VEL NON ALIENANDIS.

CAP. I.

Vt res ecclesiae, pignori obligatae, a filio vel herede obligantis, ecclesiae resarciantur.

IDEM *Exoniensi episcopo.*

Ex praesentium insinuatione latoris accepimus, quod Alexander quondam sacerdos ecclesiae 5) de Offecoleo calicem 6) argenteum et medietatem vnius breuiarii eiusdem ecclesiae pro sua necessitate pignori obligauit, et ea, morte praeuentus, minime recollegit. Vnde 7) quoniam indignum est, vt eiusdem ecclesiae res suae et praesertim, quae sacris ministeriis deputatae sunt, taliter debeant deperire: fraternitati 8) tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus si verum est, quod asseritur, 9) Wal. filium eius, qui ex successione eius 10) ipsiusdem patrimonii ius dicitur obtinere, moneas diligenter et compellas, vt res ipsas pignoratas recolligat, et eas ecclesiae 11) restituat. Quod si facere noluerit, eum vinculo anathematis non differas 12) cohercere.

4) *De alienatione rerum ecclesiae, et de earundem recuperatione.*
5) *Dictae Offetolon.*
6) *Quemdam.*
7) *Dato.*
8) *Tuae etc. quatenus.*
9) *Filium eius V. qui etc.*
10) *Ipsius patrimonii.*
11) *Restituret.*
12) *Coercere.*

CAP. II.

Vt possessio ecclesiae sub conditione donata, nisi in casu, reuocari nequeat.

13) IDEM *W. Gar. episcopo.* Pars capituli: *Meminimus.*

Ceterum si abbatem tuae dioecesis, donationem cum priore et quibusdam de conuentu suo 14) vel solum abbatem facere contigerit, et 15) partes conuentus postea 16) reclamauerint, dare rei quantitas, et illius terrae consuetudo, quae tamen non sacris canonibus manifeste obviet, est diligentius attendenda, et secundum hoc donum est ratum vel irritum iudicandum. Verum cum alicui ecclesiae possessio 17) qualibet interposita conditione 18) donetur, non potest a donatore donum postea reuocari. 19)

13) Haec in collect. Harduini deest.
14) *Vel solum abbatem*, omittit Hard.
15) *Pars.*
16) *Reclamauerit.*
17) *Qualibet.*
18) *Donatur.*
19) *Nisi forte tali sit conditione collata, quod ea cessante possessio reuocari debeat* addit Hard.

CAP. III.

Vt illis, a quibus silues extirpatae sunt, terra concedatur ad censum annuum.

IDEM *Wigorniensi episcopo.*

Illas vero terras, quae de syluis extirpatae, sunt arabiles factae, eis hereditario iure poteris sub annuo censu concedere tenendas, a quibus ipsas suo vel parentum suorum labore fuisse constiterit extirpatas, nisi forte aliis possint ad maiorem ecclesiae vtilitatem cum eodem honore et labore conferri.

CAP. IV.

Ne clerici testentur de his, quae intuitu ecclesiae, adqeisierunt.

IDEM *Panormitano* 20) *episcopo.*

Quia nos tua duxit prudentia consulendos, vtrum clerici 21) seculares de mobilibus 22) vel immobilibus rebus possint condere testamentum: 23) taliter respondemus, quod, licet de his, quae paternae successionis 24) vel cognationis intuitu aut de artificio sunt adepti, 25) seu dono consanguineorum suorum aut amicorum, non habito respectu ad ecclesiam, 26) peruenerit ad ipsos, libere disponere valeant, de his tamen, 27) quae consideratione ecclesiae perceperint, nullum de iure possunt facere testamentum.

20) *Archiepiscopo.*
21) *Scholares.*
22) *Aut.*
23) *Consultationi tuae respondemus.*
24) *Et cognationis.*
25) *Siue.*
26) *Perueniunt ad etc.*
27) *Quae de consideratione ecclesiastica perceperant, nullum etc.*

CAP. V.

Vt clericus, decedens intra kalendas Martii et Nouembris, fructus illius anni largiri queat: at ne clericus vnus diuersa obtineat officia.

IDEM 28) *Salonitano episcopo.*

Ad haec licet consuetudo illa non sit consona rationi, secundum quam, si clericus a kalendis Martii vsque ad kalendas Nouembris decesserit, totum fructum beneficii, quem 29) debet illo anno 30) suscipere, pro sua voluntate largitur: quia tamen in multis ecclesiis obseruatur, eam satis in tuo archiepiscopatu poteris tolerare, praesertim si clericus in decessu suo 31) grauetur honere debitorum; illud est omnino rationi contrarium, vt vnus clericus in vna vel 32) diuersis ecclesiis archidiaconatum 33) et decaniam obtineat, cum singula officia 34) in ecclesia assiduitatem exigant 35) personarum.

28) *Salernitano.*
29) *Deberet.*
30) *Percipere.*
31) *Grauetur debitis, et illud etc.*
32) *In*, addit Hard.
33) *Et cantoriam vel decanatum obtineat etc.*
34) *Quae sunt in ecclesia etc.*
35) *Praestari.*

CAP. VI.

Ne fiat ecclesiae conditio deterior, et ne colonus defraudetur expensis in fundum ecclesiae factis.

IDEM.

De possessionibus autem, laicis sub modico censu concessis, noueris tua fraternitas, quod si ecclesia laesa est, 36) cum manifeste appareat, quod deteriorem ipsius conditionem facere non licuit, et ecclesia iure minorum semper debet illaesa conseruari, quae in damnum ipsius 37) data constiterit, ad ius ipsius conuenit proprietatemque redire. Prouidendum est tamen, ne si forte colonus possessiones illas expensis ac labore suo 38) reddidit meliores; sumptibus, quos bono animo 39) fecit debeas defraudari.

36) *Et manifestum appareat deteriorantem ipsas, cum eius conditionem deteriorem facere non licuerit, et* etc.
37) *Data*, omittit Hard.
38) *Fecerit meliores.*
39) *Fecerit.*

CAP. VII. 40)

Ne personae ecclesiasticae de bonis ratione ecclesiae adquisitis testamentum condant: et ne sine consensu episcopi intrent ecclesias.

ALEXANDER III. *Carnotensi episcopo.*

Admonet nos cura suscepti regiminis et auctoritas pontificalis inducit, vt pro statu ecclesiarum simus solliciti et earum profectibus et incrementis integro studio intendamus: quapropter fraternitati tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus nostra auctoritate et tua statuas et ordines, vt ecclesiasticae personae tui episcopatus, de his, quae sibi de bonis ecclesiarum proueniunt, aut ratione ipsarum accesserint, nullum audeat condere testamentum, sed bona ipsis ecclesiis prout iustum est et canonicum cedant. Si autem aliquae de personis ipsis intestatae decesserint, bona quae pro ipsis ecclesiis, aut ratione ipsarum accesserint, nihilominus ecclesiis eisdem cedere decernas. Sane de bonis illis, quae iure patrimonii aut aliunde fauore (*) acquisita sunt, testandi liberam habeant facultatem. Nihilominus etiam ex parte nostra et tua vniuersis ecclesiasticis personis tui episcopatus sub districtione prohibeas, ne ecclesias tuae dioecesis ad ordinationem tuam pertinentes, absque tuo assensu intrare

40) Hoc capitulum in collectione Harduini deest.
(*) *forte: principis.*

audeant,

audeant, aut retinere aut de inconsulto dimittere. Quod si quis contra prohibitionem tuam venire præsumpserit, in eum, auctoritate nostra et tua fretus, canonicam exerceas vltionem.

TITVLVS XXVIII.
DE IVRAMENTIS SERVANDIS.

CAP. I.

Vt soluantur vsur sub iuramenta promissae.

IDEM 41) *Ingildensi episcopo.*

Debitores autem ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerant, cogi non debent, nisi eas iuramento soluere teneantur. Si vero de ipsarum solutione iuramentum fecerint, cogendi sunt, domino reddere iuramentum, vt a creditoribus absoluantur, et cum vsuræ fuerint solutæ, creditores ad eas restituendas ecclesiastica, si necesse fuerit, seueritate sunt cogendi.

41) *Vigilensi.*

CAP. II.

Vt fructus redituum computentur in sortem.

IDEM 42) *Rotomanensi archiepiscopo 43) et eius suffraganeis.*

Ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod cum Petrus de 44) neafelea tempore guerræ, quæ fuit inter carissimum filium nostrum 45) H. illustrem anglorum regem et filios eius, quibusdam hominibus pro tuitione regni francorum 46) certam summæ pecuniam mutuasset, ab eis quasdam possessiones et reditus recepit in pignus, ipsos etiam iuramenti religione sibi adstrinxit, quod ei super possessionibus et reditibus illis, donec soluerent sibi pecuniam mutuatam, nullam molestiam vel grauamen inferrent. Licet autem de possessionibus illis 47) vel reditibus præfatus 48) P. nondum sortem suam, sicut asserit, deductis expensis receperit: quia tamen tu frater archiepiscope, eum 49) super hoc vinculo excommunicationis astrinxisti, exinde vobis cogimur litteras nostras destinare, præsertim cum ipse 50) sua, sicut asserit, forte esse velit contentus. Inde est, quod 51) fraternitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus 52) recepta a præfato P. sufficienti cautione, quod exinde vestro parere debeat mandato, ipsum contradictione et appellatione cessante a 53) sua sententia, qua tenetur, auctoritate nostra penitus 54) absoluatis, et deinde debitores 55) eius, qui sibi prædictas possessiones et reditus contra iuramentum suum subtraxisse dicuntur, si ita est, ecclesiastica censura 56) cogatis, vt possessiones 57) ipsas et reditus eidem 58) P. dilatione et appellatione cessante, restituant, nec sibi de cetero contra iuramentum molestias inferant, donec ei pecunia soluatur: quia non est tutum cuilibet, sed periculosum potius infringere religionem iuramenti. Cum autem prædicto P. pecuniam suam, sicut iurauerunt, persoluerint, vos ipsum ad restituendum, quicquid eum 59) vobis deductis expensis vltra sortem recepisse constiterit, studiose monere et diligenter inducere curetis. Et si commonitus id non fecerit, ipsum, remoto obstaculo appellationis, in eandem excommunicationis sententiam 60) reducatis: quia sicut periculosum est, debitoribus suum infringere iuramentum, ita non minus periculosum est, creditoribus 61) detinere, quod pro vsuris 62) receperint, cum sit 63) - - - vsurarum crimen detestabile et horrendum plurimum et vtriusque 64) T. pagina condemnatum.

42) *Cantuariensi*
43) *Et eius suffraganeis*, omittit Hard.
44) *Vestton.*
45) *Henricum.*
46) *Pe unam certa summa permutasset, ab eis etc*
47) *Et.*
48) *Petrus.*
49) *Propter hoc.*
50) *Sua*, omittit Hard.
51) *Fraternitati tuæ consulenti etc. quatenus etc.*
52) *Percepta.*
53) *Sua*, non habet Hard.
54) *Absoluas.*
55) *Eius*, non legit Hard.
56) *Compellas.*
57) *Illas*
58) *Petro dicto, appellatione etc.*
59) *Nobis deductis etc.*
60) *Reducas.*
61) *Retinere.*
62) *Receperunt.*
63) Deest aliquid, quod non Hard. supplet.
64) *Testamenti.*

CAP. III.

Non est contra iuramentum veniendum, nisi illius obseruatione periret salus aeterna.

65) IDEM *Exenensi archiepiscopo et eius suffraganeis.*

Si vero aliquis quemquam grauissimo metu sub religione iuramenti suum ius refutare coegerit: ipsum quoque sibi 66) restituerit. Quia nos consulere voluisti, 67) an alter 68) eorum 69) vel neuter id habere debeat: hoc tibi duximus respondendum, quod non est tutum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale 70) sit illud quod obseruatum vergat in interitum salutis æternæ. Nec nos cuilibet ex responsione nostra volumus dare materiam contra iuramentum suum 71) veniendi. 72) Verum aliquando in Romana ecclesia a pluribus et 73) prædecessoribus factum esse recolitur, quod clerici, qui coacti ecclesiæ ministerium abiurauerunt, de iuramento beneficium absolutionis meruerunt, et ad 74) coercendam iniquitatem eorum, qui ecclesiasticos viros ad præstandum illud iuramentum 75) compulerant, permissi sunt in eadem ecclesia ministrare.

65) Hæc inscriptio apud Hard. deest.
66) *Retinuerit.*
67) *An*, non habet Hard.
68) *E-rum*, omittit Hard.
69) *An neuter.*
70) *Fuerit iuramentum, quod seruatum etc.*
71) *Venire*, postea addit Harduinus: *ne auctores periurii esse videamur.*
72) *Vnde aliquando etc.*
73) *A*, iterum præponit Hard.
74) *Coercendam improbitatem eorum etc.*
75) *Impulerant.*

CAP. IV. 76)

Vt liceat promissum iuramento firmatum infringere, si commutetur in melius.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.*

Peruenit ad nos, quod, cum iam pridie ad partes alamanniæ etc. Non enim propositum infringit aut promissum, qui in melius id commutat. Nec tu ei etiam si præscriptum promissum tuum iuramento vel fidei obligatione, interposita conditione, firmasses, aliquatenus teneris, si constat, cum conditioni paruisse.

76) Apud Harduinum capitulum hoc non exstat.

CAP. V.

Vt mulier, quae propter filiam suam, quam interemit, a viro est abiurata, eidem viro restituatur, et ei de commisso indicatur pœnitentia.

LVCIVS III. 77) *Pragensi episcopo in registro.*

Intelleximus ex litteris tuis, quod M. mulier latrix præsentium diabolico furore accensa, quandam filiam suam animo multotiens perimendi aggressa, tandem 78) ipsam suggerente, 79) qui fidelium perditione lætatur, letali vulnere iugulauit, propter quod dominus terræ eius maritum 80) ipsum compulit abiurare. Quia vero 81) illam habere filios pariter intimasti, vnde circa 82) ipsam exilium debeat dispensari: nos de discretione tua plenam fiduciam 83) obtinentes, eam duximus tuæ 84) peritiæ remittendam, quatenus ita super hoc prouideas, 85) quod sceleris sui pœnam luat, et saluti eius et filiorum 86) prouidentia in domino consulatur; nec obstante proposito iuramento, quod 87) ab ipso dominus 88) dicitur extorsisse, 89) sicut eam expedire videris, viro et rebus suis restituas, ita quod filios suos 90) - - possit et pacifice gubernare.

77) *Parisiensi.*
78) *Ipsam*, omittit Hard.
79) *Eo*, addit Hard.
80) *Ipsum coegit.*
81) *Illam et*, addit.
82) *Ipsius.*
83) *Habentes.*
84) *Prouidentiæ remittendam: per A. S. tibi mandantes, quatenus etc.*
85) *Vt*, pro: *quod.*
86) *Ipsius per prouidentiam tuam in domino consulatur.*
87) *Ab eo dictus.*
88) *Proponitur extorsisse.*
89) *Eam (si expedire videris) viro suo et rebus suis restituas.*
90) *Libere*, supplet Hard.

CAP. VI.

Vt qui iurant iudicio sisti, et postea adpellant, seruare compellantur, quae iurant, vel intra quadraginta dies adpellationem prosequi.

IDEM 91) *Cantuariensi archiepiscopo 92) in registro.*

Præterea de his, qui iuramentum præstant, quod stabunt 93) mandato ecclesiæ et postea præstito iuramento appellant, 94) tua sollicitudo prouideat, vt eos seruare, quod iurant, vel infra XL. dies post appellationem 95) suam interpositam iter arripere ad ipsam 96) persequendam compellas.

91) *R.* addit Hard.
92) *In registro*, Hard. non legit.
93) *Iudicio.*
94) *Id*, addit Hard.
95) *Suam*, omittit Hard.
96) *Prosequendam.*

CAP. VII.

Contra iuramentum ex causa licite potest veniri.

IDEM 97) *decano Forensi et archidiacono de Bedefet.*

Insinuatum est nobis ex parte W. quod, cum ipse capellam 98) de te canonice fuisset adeptus, canonici 99) de claustro super eadem ecclesia huiusmodi conuentionem 100) fecerint, quod eandem ecclesiam 1) retinere a præfato W. et exinde 2) nouum canonem deberent persoluere. Et infra. Sed quia eorum compositio 3) eadem 4) ipsis fuit

97) *Cantuariensi archiepiscopo.*
98) *De N.*
99) *De Lanstanes super etc.*
100) *Fecerant, quia ipsi eandem etc.*
1) *Tenere.*
2) *Et*, addit Hard.
3) *Eadem*, omittit Hard.
4) *Hæc fuit etc.*

damnosa,

damnosa, de iuramento 5) pœnitentiam recipiant et 6) præfatam ecclesiam prædicto clerico restituant.

5) *Violato*, addit Hard.
6) *Prælibatam.*

CAP. VIII.

Vt iurantes compellantur seruare iusiurandum.

IDEM 7) *Xantonensi et* 8) *Gabilonensi episcopis.*

9) Ex scripto quodam, quod nobis est præsentatum, manifeste nobis innotuit, R. quondam 10) treuerensem abbatem cum W. super summa VII. millium solidorum conuenisse, *etc. et infra.* Super hoc quidem prædictus abbas quosdam 11) ex monachis obsides dedit, qui de obseruanda 12) conditione iuramentum 13) præstiterunt, vt, si ipsi 14) deficerent, alii monachi loco eorum 15) in obligationem reuerterentur. Insuper si dicti monachi fidem non seruarent, abbas dedit eidem W. 16) et eius 17) vxori sponsores, qui similiter fidem præstitisse dicuntur. Si ita est, tam abbatem, 18) quam monachos, qui iurauerunt, quam 19) W. et vxorem eius studiose monere curetis, vt, sicut 20) iurauerunt, eandem 21) conuentionem faciant 22) adimpleri. Si vero 23) ad commonitionem 24) nostram facere neglexerint, eidem abbati et monachis ingressum ecclesiæ interdicatis et in terra præfati 25) W. et eius vxoris vsque ad 26) satisfactionem inhibeatis diuina officia celebrari.

7) *Santonensi.*
8) *Bilonensi.*
9) *De rescripto*, *quod etc.*
10) *Treuerensem.*
11) *De monachis.*
12) *Conuentionis.*
13) *Dederunt.*
14) *Defecerint.*
15) *In obsagio.*
16) *I.* addit Hard.
17) *Vxorem fideiussores.*
18) *Et monachos.*
19) *I. et* etc.
20) *Iurauerint.*
21) *Compositionem.*
22) *Adimplere.*
23) *Ad*, non habet Hard.
24) *Vestram.*
25) *I.* est apud Hard.
26) *Dignam*, addit Hard.

CAP. IX.

Ne regant ecclesias, qui crimine periurii sunt irretiti.

IDEM 27) *Longonensi et* 28) *Wigordiensi episcopis.*

Querelam R. 29) canonici 30) licoleosis ecclesiæ accepimus, quod cum W. Saluagius 31) nomine clericus duos byzantios ei nomine ecclesiæ 32) destinatos, annis plurimis persoluisset, et se illos annuatim 33) sibi 34) soluturum interposito sacramento firmasset, contemta religione 35) iuramenti iam per biennium ab huius pensionis solutione cessauit. Quoniam igitur non 36) merentur ecclesias regere, qui sunt crimine periurii irretiti: fraternitati vestræ 37) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus partes ante præsentiam vestram conuocetis, et super his rei veritatem curetis diligenter inquirere, et si vobis constiterit, memoratum V. contra iuramentum suum non necessitate, sed voluntate 38) ab eiusdem solutione pensionis cessasse, ipsum a præscripta ecclesia, auctoritate nostra, contradictione et appellatione cessante, remouere curetis, et ecclesiam ipsam præfato R. restituere minime differatis, 39) ipsumque faciatis eam pacifice possidere.

27) *Londonensi.*
28) *Wigorniensi.*
29) *Clerici.*
30) *Lincolniensis.*
31) *Nomine*, omittit Hard.
32) *De Stanton, annis* etc.
33) *Sibi*, omittit Hard.
34) *Persoluturum.*
35) *Sacramenti.*
36) *Teneutur.*
37) *Etc. quatenus* etc.
38) *A pensionis solutione* etc.
39) *Et ipsum.*

CAP. X.

Vt clerici pro periurio ecclesiis perpetuo priuentur.

IDEM *episcopo Londoniensi.*

Si Stephanum contra compositionem fidei interpositione firmatam venisse constiterit, nisi manifestam rationem poterit allegare: ipsum 40) a præfata ecclesia et beneficiis eius, appellatione cessante, non 41) differatis spoliare. 42)

40) *A*, omittit Hard.
41) *Differas.*
42) *Et eam W. cum integritate resignes*, addit Hard.

CAP. XI.

Vt absoluatur, qui compulsus est ad iurandum.

Item 43) XX. egr. *Gregarii.*

Peruenit ad nos, 44) Laodicensem episcopum ab Arnulpho comite rebus suis 45) expoliatum, et ad nequitiæ 46) suæ 47) augmentum gladiis iurare compulsum, quod ablata nunquam repeteret; et huius tanti sceleris veniam sibi 48) impertiri rogat. Cognita itaque contumelia 49) sibi in beato Petro illata, valde doluimus, asserentes eius fraternitatem 50) nullis iuramentis posse constringi: tamen quia nefandissima coactione iurauerat, eum 51) auctoritate apostolica absoluimus.

43) *Ex registro Gregorii.*
44) *Laodicenum.*
45) *Spoliatum.*
46) *Suæ*, non legitur apud Hard.
47) *Augmenta.*
48) *Impetrasse rogat.*
49) *Sibi in beato Petro illata*, non habet Hard.
50) *Nullius iuramenti vinculis posse adstringi*, *quia* etc.
51) *Tamen*, addit Hard.

TITVLVS XXIX.

QVIBVS TEMPORIBVS CLERICI DEBEANT ORDINARI.

CAP. I.

Diebus dominicis non licet alicui, nisi summo pontifici, in subdiaconum aliquem ordinare, nec in vigilia pentecostes.

IDEM 52) *Partonensi episcopo.*

53) Subdiacones autem 54) nulli, nisi romano pontifici 55) liceat in diebus dominicis ordinare, quamuis Deo 56) dicatæ virgines consecrandi et minores ordines 57) habent his 58) diebus licentiam celebrandi. Sabbato quidem 59) Pentecosten non 60) liceat sacros ordines alicui celebrare: cum in sequenti septimana recepta sancti spiritus gratia celebrentur.

52) *Bathoniensi.*
53) *Subdiaconos.*
54) *Nullis.*
55) *Licet.*
56) *Dicatas.*
57) *Habeant licentiam conferendi*, addit Hard.
58) Verba: *his diebus licentiam celebrandi*, apud Hard. non exstant.
59) *Pentecostes.*
60) *Licet.*

CAP. II.

Extra quatuor temporum ieiunia nulli ad sacros ordines promouendi.

IDEM 61) *Herfordensi episcopo.*

Sane super eo, quod moris esse dixisti, quibusdam 62) ecclesiis scotiæ et galliæ in dedicationibus ecclesiarum vel altarium extra ieiunia IIII. temporum clericos ad sacros ordines promouere: prudentiæ tuæ significamus, quod consuetudo illa, tempore institutioni ecclesiasticæ inimica, et detestabilis est, et penitus improbanda, et nisi multitudo et antiqua consuetudo terræ esset in causa, taliter ordinati non deberent 63) permitti in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur 64) at ordinato reo priuarentur ordinandi auctoritate.

61) *Herefordensi.*
62) *Episcopis.*
63) *Pro merito in* etc.
64) *Et ordinantes, auctoritate ordinandi priuarentur.*

CAP. III.

Licite potest quis in diebus dominicis aut aliis festiuis aliques ad minores ordines promouere.

IDEM *Herfordensi episcopo.*

De 65) eo autem, quod quæsiuisti, an liceat extra ieiunia IIII. temporum aliquos in 66) hostiarios, lectores, exorcistas vel acolythos promouere, aut etiam 67) subdiacones facere; prudentiæ tuæ taliter respondemus, quod licitum est 68) in dominicis diebus et aliis festiuis diebus, vnum aut duos ad minores ordines promouere. Sed ad subdiaconatum, nisi in IIII. temporibus aut in sabbato sancto et in sabbatho ante dominicam de passione 69) domini, nulli 70) autem episcoporum præterquam romano pontifici 71) liceat aliquos ordinare.

65) *Hoc.*
66) *Ostiarios.*
67) *Subdiaconos.*
68) *Episcopis*, addit; *et in*, omittit Hard.
69) *Domini*, omittit Hard.
70) *Eorum*, non habet Hard.
71) *Licet.*

CAP. IV.

Ne conferantur ordines tempore minime congruo.

72) VRBANVS III. *Cantuariensi archiepiscopo a. f. l. in registro.*

Veniens ad apostolicam sedem W. lator præsentium, supplici nobis insinuatione monstrauit, quod cum presbytero I. de sancto alphir IIII. septembris ebdomada in vigilia beati Michaelis in presbyterii ordinem fuisset assumptus. Fraternitas tua discens episcopum ipsum fuisse ab antecessore tuo suspensum, pro vt tibi - - - qui cum erant tunc temporis dicebatur, pro eo, quod in festo Stephani, F. f. a. f. die 73) post natiuitatem domini, apud ecclesiam - - - ordinem publice celebrauerat, ipsum W. ab officio et beneficio, nec non et alios, qui cum eo erant ordinati, suspendi, qua de causa eundem W. cum litteris tuis ad sedem duxisti apostolicam destinandum. Vnde vos ipsum asserentem, se tunc de ipsius episcopi suspensione - - ad examen tuum de fratrum consilio remittentes: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus recepta ab eo et ab eis super

72) Hoc capitulum in collect. Harduini deest.
73) F. forte: *seu alio sancto.*

ignorantia

ignorantia - - propria manu purgatione et misericorditer illa satisfactiona interposita, pro eo, quod IIII. septembris ebdomada, tempore videlicet ordinationis celebrationi minime congruo, ordines susceperunt, sublato appellationis obstaculo ad officium et beneficium restituere non proponas. Licet enim ordines, qui prouida temporum institutione in tertia debent septem ebdomada celebrari, plerumque in IIII. ex ignorantia differantur; quanquam non vacet a culpa, quod per iuris ignorantiam noscitur vsurpatum: de misericordia Dei indulgemus, quod secundum iuris rigorem maiori fuerant animaduersione plectendi.

TITVLVS XXX.

QVIBVS ET QVANDO ET 74) INTRA QVAM AETATEM 75) ECCLESIAE COMMITTENDAE SINT ET AD QVEM 76) EARVM SPECTET REPARATIO.

CAP. I.

Non nisi his, qui aetatem habent et scientiam, ecclesiae sunt conferendae.

77) IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex commissæ tibi dignitatis ratione et consideratione legationis, 78) aciem tuæ sollicitudinis debes extendere, et quæ enormiter seu contra iustitiam 79) fuerint, pastorali cura corrigere et emendare, quatenus de commissis ouibus 80) coram patre T. valeas plenam reddere rationem, et tibi pro labore et sollicitudine 81) tua merces copiosa cumuletur in cælis. Accepimus autem, quod 82) cum vetrensis episcopus non attendens, quid sacrorum canonum 83) instituta decernant, nec modestiam pontificalem conseruans, pueris, qui sunt infra 84) X. annos constituti, in archidiaconatu dilecti filii 85) vestri R. archidiaconi 86) cistrensis ecclesias plures concessit, quæ non per clericos, sed per laicos 87) dispensatur et disponuntur. Vnde quoniam hoc ecclesiasticæ 88) vtilitati est inimicum et rationi contrarium et 89) ideo non debet 90) aliquatinus tolerari: fraternitati tuæ 91) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus si ita res se habet, prædictum episcopum super his 92) viua increpatione 93) corripias et castiges et clericis 94) ydoneis 95) amministrationes et custodiam 96) prædictarum ecclesiarum, donec pueri prædicti ad congruam perueniant ætatem, omni occasione cessante et appellatione, laicis amotis committas, et eidem episcopo arctius prohibeas, ne de cetero ecclesias, nisi personis, qui ætatem et scientiam habeant, regendas concedat. Quod si secus 97) egerit, ei debitam 98) pœnam infligas et institutionem et concessionem ipsius omnino viribus carere decernas.

74) *In quam etc.*
75) *Conferatur ecclesiasticum beneficium et ad etc.*
76) *Ecclesiarum*
77) *Alexander III. Cant. etc.*
78) *Ad vniuersas ecclesias,* addit Hard.
79) *Fiunt.*
80) *In patris familias præsentia rationem reddere valeas et etc.*
81) *Tua*, omittit Hard.
82) *Conuentrensis.*
83) *Statuta.*
84) *Decennium.*
85) *Nostri.*
86) *Conuentrensis.*
87) *Dispensantur.*
88) *Vtilitati*
89) *Ideo*, omittit Hard.
90) *Etenus.*
91) *Etc. quatenus etc.*
92) *Dura*
93) *Corrigas.*
94) *Seu ministris idoneis*
95) *Custodiam etc.*
96) *Præscriptarum.*
97) *Feceris.*
98) *Pœnitentiam.*

CAP. II.

Nemini, infra decimum quartum annum constituto, ecclesiae personatus vel regimen est concedendum.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.*

Indecorum est admodum et absurdum, vt hi debeant ecclesias regere, 99) qui non nouarint, cum ad ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ, quæ discretione 100) præmineant et morum fulgeant honestate. Nolentes itaque sustinere, vt ad preces vel instantiam aliquorum, sicut frequenter solet in vestris partibus fieri, paruulis regimen ecclesiarum committatur: fraternitati 1) tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus nemini infra XIIII. annum constituto, 2) personatus cuiuslibet ecclesiæ aliquorum gratia vel obtentu concedere præsumatis; scituri pro certo, quod si præcepto 3) vestro in hac parte contraira præsumpseritis, quod inde feceritis, auctoritate 4) nostra irritabitur penitus, et inobedientiam vestram grauiter puniemus.

99) *Qui semet ipsos regere non nouerunt.*
100) *Præemineant.*
1) *Vestræ etc. quatenus etc.*
2) *Personatum alicuius ecclesiæ.*
3) *Nostro.*
4) *Dei irritabimus.*

CAP. III. 5)

Vt excommunicentur, qui se viuis sacerdotibus adhiberi patiuntur successores.

Item *Gelasius papa.*

Qui in viuorum sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso secundum canones sunt ab ecclesiæ communione pellendi, quod se passi sunt successores viuis sacerdotibus adhiberi.

5) Hoc cap. in collect. Hard. deest.

CAP. IV. 6)

Vt idoneae instituantur personae: vt plures ecclesias habens cogatur ad vnam dimittendam: nec non vt appellans prosequatur appellationem, aut coram iudice iuri pareat; et ne sine iudicio et causa rationabili excommunicationis sententia feratur.

Item ALEXANDER III.

Eam te decet in ordinandis ecclesiis diœcesis tuæ curam habere, ne vllus in eis contra decreta, quæ in Lateranensi concilio edidimus, vel etiam contra antiquas sanctorum canonum sanctiones clericus ordinetur, sed tales in ipsis faragas ponare, qui sibi commissi gregis curam commode possint gerere, et exemplo boni operis ad virtutem inuitent. Inde est, quod præsentibus literis tibi arctius inhibemus, ne personas, quæ in ecclesiis tui episcopatus ad curam animarum fuerint ordinandæ, in ipsis instituas, vel aliqua occasione seu litterarum nostrarum obtentu institui patiaris, quæ scientia et moribus et ætate concilii non congruant institutis. Sed etiam plures ecclasias, quæ ex vna non pendeant, tibi liceat, appellatione postposita, cogere ad vnam ipsarum, quam maluerit dimittendam, nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprium sacerdotem non potuerint conuenienter habere. Illas autem ecclesias de quarum patronatu controuersia fuerit, si terminata quæstio infra sex mensas, postquam vacauerint, non fuerit, licitum sit tibi de persona idonea, sublato appellationis obstaculo, ordinare. Ad hæc præsentibus litteris tibi duximus indulgendum, vt cum ad te super aliquam fuerit causam appellatum: fas tibi sit, appellantes, appellatione remota, compellere, vt vel appellationem interpositam prosequantur, vel coram te iuris pareant æquitati, aut si alterutra partium te suspectum habuerit, te insistente iudicem eligant, qui propositam inter eos valeat dirimere quæstionem. Ceterum quia quandoque, sicut accepimus, in eos, qui a te terras vel possessiones alias tenent in feodum, licet super feodis illis coram te stare iustitiæ sint parati; sine iudicio et causa rationabili excommunicationis seu interdicti sententia feratur, volentes in posterum super hoc tibi et eisdem hominibus prouidere; præsenti scripto districtius prohibemus, ne de cetero id præsumas, donec fuerint super feodis illi in tua præsentia respondere parati, et in eis sine malitia et frustratione, dilationis obstaculo cessante, noluerint iustitiam exhibere. Quod si fuerit a quoquam temerario ausu præsumptum: liceat tibi eandem sententiam sublato appellationis remedio reuocare. Nulli ergo hominum fas sit hanc paginam nostræ concessionis etc.

6) Hoc capitulum in collect. Hard. deest pariter.

CAP. V.

Ad personatum parochialis ecclesiae non nisi subdiaconus debet admitti, vel supra, nisi ex dispensatione.

IDEM 7) *Exoniensi episcopo.*

Præterea licet ad 8) presbyteratum parochialis ecclesiæ non 9) debebat aliquis, nisi subdiaconus 10) admitti sint ad minus: dispensatiue tamen in minoribus ordinibus constituti consueuerunt admitti, 11) dum tamen tales sint, qui infra breue tempus subdiaconatum 12) et presbyteratum possint recipere.

7) *Exoniensi.*
8) *Personatum.*
9) *Debeat.*
10) *Ad minus, admitti vel recipi.*
11) *Dummodo tales etc.*
12) *Vel diaconatum possint etc.*

CAP. VI. 13)

Vt actori, qui iam transegit, perpetuum imponatur silentium.

IDEM *venerabilibus fratribus R. Eboracensi archiepiscopo et apostolicae sedis legato R. Wigorniensi episcopo.*

Ex litteris fraternitatis accepimus, quod cum olim inter R. et A. clericos super ecclesia de Remester et capella de Collorda ad eandem ecclesiam pertinente, coram te, frater episcope, qui iudex fueras delegatus, auctoritate W. qui tunc eidem A. patrocinabatur in causa et testis præscriptus fuerat, transactio iam pridem facta fuisset, et post transactionem idem W. veniens ad præsentiam nostram, et se mentiens clericum, nondum esset tonsoratus in clericum, ad Diuallinum episcopum et decanum Eboracensem, si bene meminimus, super eadem causa ecclasiæ et capellæ, tacita veritate de transactione ipsa, litteras nostras impetrauit, cum idem W. et responsalis prædicti R. deinde in nostra fuissent præsentia constituti, nos ex litteris vestris veritatem super his cognoscentes et attendentes etiam, quomodo præfatus W. non infitiabatur, transactioni interfuisse et nondum fuisse tonsoratum, cum litteras ipsas obtinuit, ei super præscripta ecclasia et capella, auctoritate apostolica silentium perpetuum imponimus, et memoratum R. ab eius impetitione duximus absoluendum.

13) Hoc capitulum in Hard. collect. deest.

CAP. VII.

Ne minor quindecim seu viginti quinque annis ante concilium celebratum in ecclesia institutus ab ea amoueatur.

14) IDEM *Diuellensi præposito.*

A nobis tua discretio requisiuit, vtrum is, 15) qui ante 16) XXV. annum ætatis suæ nondum concilio, quod nuper Laterani fecimus, celebrato, concessum 17) fuerit magisterium ecclesiæ, occasione decreti, 18) quod in eodem concilio clericis minoris ætatis conferri ecclesias

14) *Item.*
15) *Cui.*
16) *XV. annum etc.*
17) *Fuit.*
18) *Quo.*

prohibuimus, possit ecclesia spoliari, quam ante concilium obtinuerat, præsertim cum ipsa concessio fuerit 19) a diocesano episcopo post concilium adprobata. Super quo 20) consulto tibi taliter respondemus, quod nisi 21) aliqua causa 22) rationabilis obstet, occasione minoris ætatis aut decreti, quod in concilio promulgauimus, nolumus eum a percepto 23) beneficio remoueri.

19) *Ab ipso dioecesano* etc.
20) *Consultationi tuae taliter* etc.
21) *Alia.*
22) *Rationabiliter.*
23) *Ante*, addit Hard.

CAP. VIII.

Vt personae reparent ecclesias.

IDEM *Exaniensi episcopo.* 24)

De his 25) sane qui parochiales 26) habent ecclesias, fraternitati tuæ taliter 27) respondemus; quod ad reparationem et 28) instructionem ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt 29) ecclesiæ ipsius, si eis supersunt, conferre, vt eorum exemplo ceteri inuitentur.

24) *Pars capituli: ad aures, supra, de sponsis*, addit Hard.
25) *Sane*, omittit Hard.
26) *Tenent.*
27) *Duximus respondendum.*
28) *Institutionem.*
29) *Ecclesia*, omittit Hard.

TITVLVS XXXI.

VNI PLVRA ECCLESIASTICA BENEFICIA NON 30) SVNT COMMITTENDA, NEC VNVM INTER PLVRES DIVIDENDVM. 31)

CAP. I.

Vt is, qui in duabus ecclesiis praebendam habet, ab ea tantum communia exigat, cui in persona deseruire voluerit.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.*

Relatum est auribus nostris, quod 32) Nicholaus archidiaconus de 33) Bedefet, canonicus 34) Beluacensis ecclesiæ, ita integre et plenarie canonicam iam dictæ ecclesiæ requirit 35) et præbendam sicut et illi, qui die noctuque satagunt eidem ecclesiæ deseruire, super hoc 36) et litteras nostras se habere proponit. Quia vero hoc indignum et absurdum est, nisi de consuetudine prædictæ ecclesiæ hoc possit 37) requirere: fraternitati tuæ 38) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus eundem archidiaconum diligenter commoneas, quod occasione litterarum nostrarum communia prælibatæ ecclesiæ nulla ratione contra consuetudinem ipsius ecclesiæ et institutionem 39) ipsius audeat requirere, nisi eidem ecclesiæ in propria persona assidue vel per medietatem 40) anni voluerit deseruire.

30) *Sunt*, deest apud Hard.
31) *Et de, in beneficio sibi assignato, non residentibus*, addit Hard.
32) *Nicolaus.*
33) *Bedes.*
34) *Beluacensis.*
35) *Et*, omittit Hard.
36) *Etiam.*
37) *Inquirere.*
38) *Etc. quatenus* etc.
39) *Ipsius*, iterum legit Hard.
40) *Vnius*, addit Hard.

CAP. II.

Ne, qui sufficiens ecclesiasticum habuerit beneficium, si de alio litteras summi pontificis obtinuerit, prioris beneficii non facta mentione, exaudiatur a iudicibus.

IDEM. 41)

Cum teneamur ex debito suscepti regiminis prouisioni clericorum intendere: tibi et aliis 42) ecclesiarum prælatis pro eis scripta nostra dirigimus, et interdum etiam super 43) eorum prouisione, qui aliquod sufficiens beneficium habere noscuntur, 44) verum etiam aliquando ignoramus, eos habere 45) aliud beneficium, pro quibus tibi et aliis prælatis ecclesiarum scribimus: si preces et mandatum nostrum pro aliquo 46) recepistis, vel aliquando 47) recipietis, qui aliud beneficium habet, de quo 48) valeat commode sustentari, nisi forte in litteris 49) ipsius de alio beneficio, quod habet, mentio habeatur, 50) vt si non potes sine scandalo ei prouidere, æquanimiter sustinebimus, si pro eo preces et mandatum nostrum non 51) duxerint exequendum.

41) *Londoniensi episcopo*, addit Hard.
42) *Ecclesiasticis.*
43) *Illorum*
44) *Dum etiam* etc.
45) *Aliquod.*
46) *Recepisti.*
47) *Recipies.*
48) *Valet.*
49) *Ipsis.*
50) *Aut si nunc non* etc.
51) *Duxeris.*

CAP. III.

Ne duas habens ecclesias, si altera fuerit spoliatus, restituatur.

IDEM.

52) Referente nobis latore præsentium I. accepimus, quod, 53) dum duas ecclesias haberet, archidiaconus tuus ipsum altera illarum spoliauit, et eam cuidam presbytero 54) W. nomine assignauit. Prædictus autem I. sentiens, se in hac parte grauari, ad venerabilem fratrem nostrum 55) archiepiscopum appellauit. Cumque idem I. de mandato archiepiscopi eiusdem in præscriptam ecclesiam restitutus fuisset, memoratus 56) W. ad nostram audientiam appellauit. Postea vero 57) præfatus archiepiscopus eundem I. eo, quod ad præsentiam suam vocatus, vt alteram de prædictis ecclesiis prænominato 58) W. concederet, venire contempsit, vinculo excommunicationis astrinxit, nos autem a sententia, qua tenebatur facientes absolui, eundem duximus 59) remittendum. Quocirca mandamus, quatenus partibus ante præsentiam tuam conuocatis, præscripto I. vnam de præfatis ecclesiis, quam voluerit cum 60) pertinentibus suis, relicta 61) alia præfato W. si ecclesiam non habet, non differas assignare. Si vero aliam habet, 62) ipsam alteri personæ idoneæ, beneficio ecclesiastico carenti, incunctanter 63) assignes.

52) *Deferente I. Nob. presbytero, latore præsentium, accepimus* etc.
53) *Cum.*
54) *N. nomine* etc.
55) *Treuerensem*, addit Hard.
56) *G.*
57) *Prædictus.*
58) *G. concederet* etc.
59) *Tibi*, addit Hard.
60) *Pertinentiis.*
61) *Alteram præfato G. si* etc.
62) *Ecclesiam, alteri* etc.
63) *Assigna.*

CAP. IV.

Ne dignitates permutentur, nec præbendae diuidantur.

IDEM *in concilio Turonensi 64) residens ait.*

Maioribus in 65) ecclesiis beneficiis in sua integritate 66) permanentibus, indecorum 67) nobis videtur, vt 68) minores clericorum præbendæ patiantur sectionem. Idcirco 69) sicut in magnis ita 70) in minimis membris suis firmam 71) habet ecclesia vnitatem, diuisionem præbendarum 72) aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.

64) *Residens ait*, non habet Hard.
65) *Ecclesia*
66) *Manentibus.*
67) *Nimis videtur.*
68) *Minorum.*
69) *Vt*, addit Hard.
70) *Quoque*, addit Hard.
71) *Habeat.*
72) *Vt dignitatum* etc.

CAP. V.

Ne diuersis in ecclesiis curam animarum habens in aliena sit vicarius.

73) IDEM *Althe. - - W. archiepiscopo.*

Ad audientiam nostram peruenit, quod 74) Hug. presbyter monachos 75) de Remensis et 76) Thomam clericum suum petendo vicariam ecclesiæ de 77) Bordere, a qua 78) XX. annis retrocessit in diuersis postea ecclesiis, personatum adeptus, multipliciter vexare ac fatigare præsumit. Quia igitur non est canonicum, vt, qui curam animarum in diuersis ecclesiis habet, vicarius fiat in alienis: discretioni tuæ 79) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus rei veritate 80) inquisita plenius, si ita esse 81) noueritis, prædictum presbyterum a petitione vicariæ 82) supradictæ desistere, appellatione 83) et contradictione remota, districtius compellaris, non obstantibus litteris, si quas tacita veritate a nobis per nuntium 84) impetrauit; extirpari enim debent, quæ de auaritiæ radice procedunt et canonum sunt contrariæ sanctioni.

73) *Idem Norwicensi episcopo.*
74) *H. presbyter.*
75) *De Ramseia.*
76) *T.*
77) *Bernuelle.*
78) *Viginti nouem annis* etc.
79) *Etc. quatenus* etc.
80) *Diligenter inquisita, si* etc.
81) *Noueris.*
82) *Prædicta.*
83) *Et occasione remota* etc.
84) *Aliquem*, addit Hard.

TITVLVS XXXII.

PORTIONEM ECCLESIAE AVCTORITATE EPISCOPI VICARIO ASSIGNATAM, NON ESSE AB EO AVFERENDAM.

CAP. I.

Ne successor prædecessoris vicarium remoueat, vel eius portionem constitutam minuat.

IDEM 85) *Vicitorino episcopo.* Pars illius capituli: *quamuis simus.*

86) Ad hæc si persona alicuius ecclesiæ vicario, quem in eadem ecclesia 87) instituit, de assensu et auctoritate 88) diocesani episcopi 89) certam 90) assignauerint portionem, is qui persona illa defuncta, in personatum illius 91) substituitur ecclesiæ, non potest ab 92) ecclesia 93) eundem vicarium remouere, aut 94) designatam sibi 95) imminuere portionem, nisi aliquid 96) committat, propter quod per iudicem 97) munificentia vel beneficio sit condemnandus.

85) *Wintoniensi episcopo* reliqua non habet Hard.
86) *Ad hæc*, omittit Hard.
87) *Constituat.*
88) *Dioecesani.*
89) *Certam*, omittit Hard.
90) *Assignauit.*
91) *Successit.*
92) *Eadem*, addit Hard.
93) *Eundem*, non habet Hard.
94) *Assignatam.*
95) *Minuere.*
96) *Committeret.*
97) *Esse in vicario vel beneficio condemnandus.*

CAP. II.

Ne vicarii in vicariis suis constituant alios.

IDEM 98) *Nowirensi.* Pars capituli: *significa.*

Clericos 99) in presbyteratu vel in aliis 100) inferioribus ordinibus constitutos in vicariis 1) ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sub-

98) *Norwicensi episcopo.*
99) *Autem vel*, addit Hard.
100) *Minoribus.*
1) *Ecclesiarum*, non habet Hard.

stituere

ſtituere non permittas, cum id ſit ſatis 2) abſonum et abſurdum et contrarium 3) rationi.

2) *Sit*, addit Hard. 3) *Omni*, addit Hard.

TITVLVS XXXIII.

DE ORDINATIONE FILIORVM SACERDOTVM ET 4) DE EISDEM IN ECCLESIIS PATERNIS. 5)

CAP. I.

Ne quis habeat eccleſiam, in qua pater proxime adminiſtrauit.

IDEM 6) *Vigorenſi epiſcopo.*

Conquerente nobis Milona clerico 7) auribus noſtris innotuit, quod, cum presbyter R. eccleſiam beatæ Mariæ de 8) Wicu tanquam perſona diutius habuiſſet, et poſt mortem eiusdem 9) Aricardo 10) patrono 11) poſſeſſori domino fundi 12) fuiſſet præſentatus, R. filius 13) illius presbyteri in ſacerdotio genitus, inſtitutionem ipſius clerici viſus eſt impedire et ad habendam eandem eccleſiam modis omnibus, quibus poteſt, 14) adſpirat. Quoniam igitur indignum eſt et canonicæ obuiat ſanctioni, vt filii debeant patribus ſuccedere in eccleſiis, nos ad enormitatem iſtam eradicandam ſollicite et diligenter volentes intendere: fraternitati 15) veſtræ per apoſtolicam ſedem præcipiendo mandamus, quatenus ſi publicum eſt et notorium, patrem prædicti R. in 16) prædicta eccleſia perſonatum habuiſſe, filium 17) eiusdem ibidem miniſtrare, aut eiusdem eccleſiæ perſonatum habere, nullatenus patiaris, ſed forte ſi 18) iam inſtitutus eſt, ibi eum, 19) ſublato appellationis remedio, auctoritate noſtra non differas amouere et memoratum 20) M. 21) ſi tibi ad eccleſiam ipſam fuerit præſentatus ab eo, ad quem præſentatio ſpectare dinoſcitur, ibi, dummodo alias ſit ydoneus, contradictione et appellatione ceſſante non poſtponas recipere, ipſumque facias 22) ipſam eccleſiam quiete poſſidere.

4) *De*, non legitur apud Hard.
5) *Non tolerandis*, addit Hard.
6) *Wigornienſi.*
7) *Auribus noſtris innotuit*, omittit Hard.
8) *Wicum.*
9) *Milo*, addit Hard.
10) *a Richardo Paciford domino* etc.
11) *Poſſeſſori*, non habet Hard.
12) *Tibi*, addit Hard.
13) *Illius*, omittit Hard.
14) *Adſpirat.*
15) *Tuæ* etc. *quatenus* etc.
16) *Præſcripta.*
17) *Eius ibidem* etc.
18) *Aliqua cauſa inſtitutus* etc.
19) *Appellatione remota.*
20) *Miloncm.*
21) *Sicut fuerat ad ipſam eccleſiam præſent.* etc.
22) *Prædictam eccleſiam* etc.

CAP. II.

Ne filii ſacerdotum ad ordines admittantur, niſi in monaſterio, vel canonica regulari vita fuerint probati.

IDEM 23) *Dunel. epiſcopo.*

Quod ſuper his, de quibus dubitas, a nobis 24) deſideras edoceri et ab animo tuo dubitationem auferri, ſollicitudinem tuam et diligentiam, ſicut dignum eſt, commandamus, et conſultationi tuæ libenter in eo, quo poſſumus, reſpondemus. Inde eſt, 25) quod ſuper eo, quod tua a nobis dilectio poſtulauit, vtrum filii ſacerdotum, ſi ydonei inuenti fuerint, ad ſacros ordines poſſint promoueri, 26) et eis 27) poſſit animarum cura committi: inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quia filii ſacerdotum, niſi in monaſterio vel canonica regulari, ſi probatæ vitæ fuerint et conuerſationis habiti, ad diaconatum vel ſacerdotium non debent admitti.

23) *Dunelmenſi* etc.
24) *Poſtulat.*
25) *Quod a nobis deuotio tua poſtulauit, vtrum* etc.
26) *Vel eis* etc.
27) *Poſſit*, omittit Hard.

CAP. III.

Ne quis in eccleſia miniſtret, in qua pater miniſtrauit.

IDEM. 28)

Ad præſentiam noſtram accedens R. presbyter, tacita veritate, quod eſſet filius ſacerdotis, per fraudem a nobis litteras impetrauit, vt in eccleſia 29) Feble ſibi, in qua pater eius miniſtrauerat, capellanus exiſteret. Quia vero fraus 30) ſiue dolus nulli debet præſtare patrocinium: diſcretioni tuæ 31) per apoſtolicam ſedem præcipiendo mandamus, quatenus infra 32) XX. dies poſt harum ſuſceptionem litterarum, rei veritatem diligenter inquiras, et ſi tibi conſtiterit, quod memoratus R. ſit in ſacerdotio genitus, et quod pater eius in eadem eccleſia miniſtrauerit, non obſtantibus 33) prædictis litteris noſtris, ipſum exinde, omni occaſione et appellatione ceſſante, amoueas.

28) Pars capituli: *Ex inſinuatione*, addit Hard.
29) *De Beleubi, in qua R. pater* etc.
30) *Vel.*
31) *Etc. quatenus* etc.
32) *Quadraginta dies.*
33) *Prædictis*, non habet Hard.

CAP. IV.

Ne ſacerdotum filii in paternis eccleſiis miniſtrent.

IDEM *Wigornienſi epiſcopo.*

Præſentium auctoritate tibi iubemus, vt filios ſacerdotum in paternis eccleſiis miniſtrare vel eas occaſione 34) qualibet obtinere nullatenus 35) patiaris, 36) ſed eos ab eccleſiis, in quibus patres eorum 37) miniſtraſſe noſcuntur, ceſſante 38) appellationis obſtaculo ſtudeas penitus amouere.

34) *Aliqua.*
35) *Permittas.*
36) *Et ipſos ab* etc.
37) *Miniſtrare.*
38) *Omni*, addit Hard.

CAP. V.

Vt is, quem epiſcopus ſcienter in paterna eccleſia inſtituit vel ignoranter, dum ad eandem ipſum poſtea ordinauerit, in ea remaneat.

IDEM *Londonienſi epiſcopo.*

Veniens ad præſentiam noſtram 39) G. presbyter lator præſentium, ſupplici nobis 40) inſinuatione propoſuit, quod cum ipſum 41) ad capellaniam ſancti Laurentii 42) de nouo Purgo, quam ei conceſſiſti et aſſignaſti 43) intitulaſſes et ad eandem in presbyterum ordinaſſes, ipſum poſtea 44) prædicta eccleſia ſpoliaſti, eo quod pater eius in præſcripta eccleſia miniſtrauit. Quia vero ad noſtrum officium ſpectat, viris eccleſiaſticis paterna prouiſione conſulere, fraternitati tuæ 45) per apoſtolicam ſedem præcipiendo mandamus, quatenus ſi tibi 46) innotuit, quod 47) pater eius eccleſiæ in eadem miniſtrauit, quando eam ſibi aſſignaſti, ipſam ei, dilatione et appellatione ceſſante, 48) reſtitues et in pace dimittas, amoto alio, ſi quem inſtituiſti 49) in eadem. Verum ſi te ignorante, quod pater eius in eadem eccleſia 50) miniſtrauerit, ipſam 51) ſibi aſſignaſti, ex quo ad eccleſiam ipſam eum in presbyterum ordinaſti, 52) eam ſibi reſtituas, 53) et donec 54) eidem in alia 55) prouideas, vnde honeſte valeat ſuſtentari, 56) eidem nullam moleſtiam ſuper 57) prædicta eccleſia inferas vel grauamen.

39) *W.*
40) *Aſſertione.*
41) *Ad eccleſiam ſancti* etc.
42) *De Nouoburgo, quam* etc.
43) *Intitulaſſes.*
44) *Præſcripta.*
45) *Etc. quatenus* etc.
46) *Innotuerit.*
47) *Pater eiusdem presbyteri in præſcripta eccleſia miniſtrauerit, quando eum inſtituiſti, ipſam eidem dilatione* etc.
48) *Reſtituas et*, omittit Hard.
49) *In eadem*, non legitur apud Hard.
50) *Miniſtrauerat.*
51) *Et.*
52) *Eam*, omittit Hard.
53) *Et*, omittit Hard.
54) *Et ei* etc.
55) *Eccleſia*, addit Hard.
56) *Et ſibi nullam*, etc.
57) *Præſcripta.*

CAP. VI.

Vt filius ſacerdotis, ad ſacros ordines promotus eccleſiaſtici beneficii obtineat portionem.

IDEM B. 58) *Exonienſi epiſcopo.*

Propoſuit nobis R. præſentium lator, quod cum ipſe ad eccleſiam 59) Salabam a domino fundi fuit præſentatus, 60) in curam animarum noluiſti committere ſibi vel huic rei aſſenſum tuum præſtare, pro eo quod erat filius ſacerdotis. Super quo 61) vtique diſcretionem tuam, ſicut dignum eſt, in domino commendamus et prouidentiam tuam gratam gerimus 62) admodum et acceptam. Ceterum quia neceſſitatibus eius 63) in laboribus, quos ad nos veniendo ſuſtinuit, in tanta mentis affectione compatimur: indignum eſt, 64) vt poſtquam in 65) ſubdiaconatu ipſe, 66) vt aſſerit, eſt ordinatus, 67) omnino debeat eccleſiaſtici beneficii carere 68) perceptione: 69) diſcretioni tuæ per apoſtolicam ſedem præcipiendo mandamus, quatenus aliquem presbyterum honeſtum cum aſſenſu eiusdem 70) clerici infra XL. dies poſt harum ſuſceptionem litterarum, contradictione et appellatione ceſſante, inuenire ſtudeas, qui eidem eccleſiæ deſeruiat, ita 71) quod præfatus R. medietatem omnium 72) bonorum præſcriptæ eccleſiæ 73) eidem in ſuo ordine ſeruiendo, diuino intuitu, quoad vixerit, noſtra et tua auctoritate pacifice debeat obtinere. Non enim presbyter ſolus miſſarum ſolemnia vel alia 74) diuina officia ſine miniſtri ſuffragio poteſt celebrare.

58) *Exonienſi epiſcopo*, non habet Hard.
59) *De Saleſby.*
60) *In cauſam animarum.*
61) *Itaque*
62) *Accommodam et* etc.
63) *Et laboribus.*
64) *Autem*, addit Hard.
65) *Subdiaconatum.*
66) *Vt aſſerit*, omittit Hard.
67) *Omni debeat.*
68) *Suſceptione.*
69) *Diſcretionem tuam per A. S. monemus, vt aliq* etc.
70) *Presbyteri infra quadraginta* etc.
71) *Quidem*, addit Hard.
72) *Beneficiorum.*
73) *Eidem*, non habet Hard.
74) *Diuina*, non legit Hard.

CAP. VII.

Ne ſerui et ſpurii ordinentur.

IDEM *Turonenſi archiepiſcopo.*

Conſuluit nos tua fraternitas, vtrum tibi liceat ſpurios et ſeruos 75) promouere. Super quo 76) reſpondemus, quod 77) nec ſpurios, 78) nec ſeruos debes ordinare, et ſi memor 79) es, in conſecratione tibi dictum eſt: 80) videas, ne quemlibet ſeruilis conditionis ad ordines promouere præſumas.

75) *Ordinare.*
76) *Tibi taliter*, addit Hard.
77) *Neque.*
78) *Neque.*
79) *Eſſes.*
80) *Vide.*

CAP. VIII.

CAP. VIII.

Vt filius in patris ecclesia possit institui, si media intercesserit persona.

IDEM 81) *venerabilibus fratribus, R. Cantuariensi archiepiscopo 82) totius Angliæ primati et apostolicæ sedis legato et 83) R. Wigorniensi episcopo.*

Ex transmissa 84) quæstione nobis 85) G. clerici 86) percepimus, quod ad dilecti 87) filii nostri abbatis 88) de castro præsentationem in quoddam beneficium ecclesiæ de 89) Wt. 90) ab eo sibi canonice concessum, 91) eum in præsenti recipere distulisti, eo quod quidem, qui pater eius dicebatur, in præfata 92) ministrauerat ecclesia. Præterea ex parte 93) ipsius nobis 94) insinuatum est, quod memorato 95) G. defuncto, media intercesserit persona, cui prædictum est collatum beneficium. Inde est, quod fraternitati 96) tuæ per apostolicam sedem mandamus, quatenus si prædicta constiterint, prænominatum 97) G. in possessionem ei collati beneficii 98) inducere non 99) differatis, omni 100) contradictione et appellatione cessante, 1) non ideo minus 2) obseruato apostolici decreti præcepto, quod hic hereditariam in ecclesia Dei deseruit successionem, vt canonicam 3) adprobet possessionem. Porro 4) si bis exequendis ambo non poteritis interesse, alter vestrum nihilominus exequatur.

81) *Venerabilibus fratribus R.* omittit Hard.
82) *Totius Angliæ primati et apostolicæ sedis legato*, omittit Hard.
83) *R.* omittit Hard.
84) *Conquestione.*
85) *W. clerici* etc.
86) *Accepimus.*
87) *Fratris nostri.*
88) *De Castro.*
89) *Wenton.*
90) *Ab eo*, non habet Hard.
91) *Eum*, omittit Hard.
92) *Ministrauit.*
93) *Eius.*
94) *Insinuatur.*
95) *E.*
96) *Vestra.*
97) *W.*
98) *Mittere.*
99) *Differat.*
100) *Occasione.*
1) *Nec ideo* etc.
2) *Obseruare rescripta apostolica decet, quia hæc in ecclesia Dei hereditariam detestantur successionem,* vt etc.
3) *Adprobent in posterum possessionem*, etc.
4) *Si iis * ex. * A. inter. non possint, alter nihilominus exequatur.*

CAP. IX.

Vt filius paternam ecclesiam habere possit, si eius pater illius ecclesiæ vicarius perpetuus non fuerit vel persona.

IDEM 5) *W. et priori de hermet Wid.*

Constitutus in præsentia nostra G. clericus, præsentium lator, supplici nobis insinuatione monstrauit, quod cum capellam de 6) Strona canonice adeptus fuisset et eam pluribus annis pacifice 7) possedisset, R. miles ipsum 8) e capella priuata sine iudicio et iustitia spoliauit. Cumque memoratus clericus apud te 9) exinde, frater episcope, querelam deposuit, obiectum 10) est ei, quod pater 11) suus 12) in præfata ecclesia ministrauit et 13) præfatam ecclesiam nondum potuerit rehabere: quia vero ad nostrum spectat officium insolentiam laicorum contra 14) clericos ecclesiasticos viros debita seueritate compescere: discretioni vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus rei veritate diligenter inquisita et cognita, si vobis constiterit, quod idem clericus a 15) præfata capella fuerit per 16) laicalem potentiam eiectus, et quod pater eius præfatæ capellæ parsone seu perpetuus vicarius non fuerit, licet in eadem nomine 17) eius G. quandoque 18) ministrauerit, ipsam sibi cum redditibus inde perceptis, amoto alio, si quis eam 19) detinet, 20) dilationis occasione et appellatione cessante, instituatis: litteris nostris, si quæ sunt 21) exinde impetratæ veritati et iustitiæ non præiudicantibus, 22) ipsum, sicut eam canonice adeptus fuit, faciatis pacifice possidere. 23) Porro si bis exequendis ambo interesse non poteritis, alter adhibitis sibi viris discretis et honestis ea nihilominus exequatur.

5) *Wigorniensi episcopo et priori de Lacwerden.*
6) *Stretton.*
7) *Tenuisset.*
8) *Præscripta ecclesia sine*, etc.
9) *Exinde episcopo querelam deposuisset.*
10) *Fuit ei, quod* etc.
11) *Eius.*
12) *In eadem ecclesia* etc.
13) *Præscriptam capellam non potest rehabere.*
14) *Clericos*, omittit Hard.
15) *Præscripta ecclesia.*
16) *Manum laicalem electus*, etc.
17) *Ipsius.*
18) *Ministrauit.*
19) *Detinuit.*
20) *Dilatione et appellatione et occasione cessante restituatis.*
21) *Exinde*, non habet Hard.
22) *Et*, addit Hard.
23) *Porro si vos ex. in. n. po. - - - alter adhibitis* etc.

CAP. X.

Ne quis, si cum aliquo per litteras pontificis dispensauit, per posteriores litteras actum irritet.

ALEXANDER III. *Eboracensi archiepiscopo.* 24)

Ex tua nobis parte est propositum, quod cum olim ad tuam consultationem super filiis sacerdotum tales a nobis litteras 25) impetrasses, vt eos possis in ecclesiis, quas patres eorum 26) nullo mediante possederant, sustinere; quos 27) probatæ vitæ et sanæ conuersationis cognosceres, vel quos eas tenuisse longo tempore constaret. Quidam 28) autem iudices litteras impetrauerunt, vt si constaret, eos esse filios sacerdotum vel clericorum, qui 29) proximo ante eos ecclesias tenuerunt, super his imponant eis, appellatione cessante, silentium et ecclesias 30) illas ipsis assignent, quamuis se ostendere in eis nequeant per 31) episcopos institutos. 32) Si autem per priores litteras nostras cum aliquibus clericis 33) dispensas, dispensationem tuam posteriorum litterarum nostrarum intuitu nolumus irritari, sed eam præcipimus 34) obseruari illibatam. Alios vero clericos laicæ donationis intuitu in ecclesiis 35) parochiali iure subiectis sine auctoritate pontificis institui aut institutos remanere in eis auctoritate apostolica prohibemus.

24) Decit apud Harduin. hæc inscriptio.
25) *Suscepisses.*
26) *Nullo.*
27) *Bonæ.*
28) *Ad iudices* etc.
29) *Proxime.*
30) *Illas eis*, etc.
31) *Episcopum.*
32) *Super quo tibi respondemus, quod si per priores* etc.
33) *Dispensasti.*
34) *Seruari.*
35) *Ipsis*, addit Hard.

CAP. XI. 36)

Vt filii ecclesias paternas iam adepti ab iis penitus excludantur.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.*

Quoniam sacris canonibus prohibitum est, ne pro hereditario iure beneficia ecclesiastica possidere præsumant, nec hi, qui in sacerdotio sunt geniti, nisi probate vixerint in claustro monachorum et canonicorum regularium, ad sacros ordines debeant promoueri: vobis præcipimus, quatenus si manifestum et publicum fuerit, patrem ecclesiæ personatus gessisse, filios ab eisdem ecclesiis, si eas iam adepti sunt, appellatione cessante, penitus excludatis, nec ad earum gubernationem vlterius assumantur. Nolumus enim, vt propterea caussa in iudicium deducatur vel testes admittantur, cum hoc manifestum existat.

36) Hoc cap. in collect. Harduini deest.

TITVLVS XXXIV.
DE DECIMIS DANDIS NON TOLERANDIS.

CAP. I.

Vt de prouentibus molendinorum et piscariarum et de foeno et lana persoluantur decimæ.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.*

Peruenit ad nos, quod, cum parrochiani vestri decimas bonorum suorum consueuerint ecclesiis, quibus debentur 37) cum integritate persoluere: nunc tam laudabili consuetudine prætermissa, quidam ex ipsis de lana et 38) feno et de prouentibus molendinorum et piscariarum subtrahere ipsis ecclesiis non verentur. Quoniam igitur institutioni diuinæ 39) manifeste obuiant, qui decimas 40) ipsas ecclesiis non 41) persoluerint: fraternitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus parrochianos vestros monere curetis et si opus fuerit sub excommunicationis districtione 42) compellere, vt de prouentibus molendinorum et piscariarum et 43) feno et 44) lane decimas ecclesiis, quibus debentur, omni occasione 45) cessante, cum integritate persoluant.

37) *Cum integritate*, omittit Hard.
38) *De*, addit Hard.
39) *Manifestius.*
40) *Ipsas*, omittit Hard.
41) *Persoluunt.*
42) *Compellatis.*
43) *De*, addit Hard.
44) *De*, addit iterum Hard.
45) *Et appellatione*, addit Hard.

CAP. II.

Vt decimæ de foeno, equitio, pomis, piris et apibus, et omni fructu cum integritate persoluantur.

ALEXANDER III. 46) *Wigorniensi episcopo.*

Nuncios et litteras tuæ fraternitatis, ea, qua decuit, benignitate recepimus et petitiones tuas, quoad licuit, curauimus exaudire, sicut illius personæ, quam 47) pura in Domino et feruenti caritate diligimus et 48) eius commodis et profectibus volumus diligenter intendere. Cum 49) igitur ad officium tuum spectent ea, in quibus præcepti nostri desideras auctoritate muniri: tanto in his debuisti facilius exaudiri, quanto 50) ipsam eorum salutem specialius respiciunt, de quibus in extremo iudicio redditurus es rationem. Inde est, quod fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus tam comites, quam barones, nec non 51) et milites et omnes alios de parochia tua moneas propensius et inducas, 52) et appellatione cessante, 53) ecclesiastica districtione compellas, vt decimas ecclesiis matricibus 54) cum suis dominiis cum omni integritate persoluant. Præterea parochianos 55) tuos de feno 56) equino,

46) *Wintoniensi.*
47) *Pure.*
48) *Cuius.*
49) *Ergo.*
50) *Ipsa.*
51) *Et milites*, omittit Hard.
52) *Vt appellatione* etc.
53) *E. D. Con.*
54) *De dominiis suis cum* etc.
55) *Vestros.*
56) *Equitio.*

57) æquario, pomis, 58) piris et apibus et 59) de omni fructu decimas soluere ecclesiastica districtione, appellatione cessante, 60) constringas.

57) *Aquario*, omittit Hard.
58) *Et*, addit Hard.
59) *De*, non præponit Hard.
60) *Compellas.*

CAP. III.

Ne seruientibus et mercenariis de frugibus non decimatis debita impendantur, et vt de nutrimentis animalium præstentur decimae.

IDEM 62) *Exoniensi et* 63) *Wigorniensi episcopo.*

Cum homines de 64) Ortona secundum generalem ecclesiæ 65) Anglicanæ constitutionem de frugibus suis in autumpno VIIII partibus sibi retentis, decimas ecclesiæ 66) sancti Michaelis, cuius parochiani sunt, sine diminutione teneantur soluere, antequam eidem ecclesiæ decimas ad eam 67) pertinentes, persoluant, seruientibus et mercenariis suis de frugibus non decimatis, debita totius anni pro seruitio suo impendunt, 68) tunc 69) demum de residuo decimas persoluentes: vnde 70) discretioni tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus sub anathematis districtione 71) illos cogas, vt decimas tam de frugibus, quam de nutrimentis animalium suorum, sine fraude et diminutione aliqua in autumpno, sicut mos est, 72) et prout 73) debent, persoluant, 74) de subtractis 75) ac retentis dignam satisfactionem 76) exerceant.

62) *Ryonensi.*
63) *Wintoniensi episcopis.*
64) *Horton.*
65) *Anglicanæ institutionem.*
66) *Et mihi, cuius* etc.
67) *Spectantes.*
68) *Et*, præmittit Hard.
69) *Deinde.*
70) *D. V.* etc.
71) *Compellatis* etc.
72) *Statim collectis frugibus et in aliis temporibus*, addit Hard. omisso particula: *et.*
73) *Debentur.*
74) *Atque*, addit Hard.
75) *Atque.*
76) *Exhibeant.*

CAP. IV.

Ne decimae commutentur pro temporalibus.

IDEM 77) *Constantio episcopo.*

Intelleximus ex litteris 78) vestris, quod R. 79) diu seu VI. annis decimas capellæ suæ 80) detinuit, asserens, quod in commutatione ipsius decimæ prædecessori tuo reditus 81) quorundam dederit villanorum; quos etiam tibi ipsi vult assignare. 82) quia 83) cum decimæ cum temporalibus non 84) sint commutandæ: 85) auctoritate tibi præsentium inhibemus, ne præscriptos reditus in 86) commutatione ipsius decimæ præsumas recipere, sed prædictum R. ad restituendas tibi subtractas decimas, et ad eas soluendas imposterum ecclesiastica districtione compellas.

77) *Cosano.*
78) *Tuis.*
79) *De Lantino parochianus tuus tamdiu, scilicet sex annis* etc.
80) *Tuis*, addit Hard.
81) *Quorundam dedit villarum, quos reditus* etc.
82) *Ceterum*, addit Hard.
83) *Cum*, deest apud Hard.
84) *Sunt.*
85) *Attendentes*, addit Hard.
86) *Commutationem.*

TITVLVS XXXV.

DE DECIMIS A MONACHIS PRAESTANDIS VEL NON PRAESTANDIS ET DE PENSIONIBVS ECCLESIARVM SIBI DEBITIS ET NON AGENDIS.

CAP. I.

Ne religiosi, sine auctoritate episcopi, portiones vel antiquos reditus minuant, vel parochias diuidant.

IDEM *canonicis regularibus et monachis* 87) *archiepiscopatus Eboracensis.*

Auaritiæ, quæ est idolorum seruitus, 88) ii debent studiosius extirpare, qui seculi vanitatibus renuntiantes, elegerunt Domino in religionis habitu militare. Intelleximus autem, quod in ecclesiis vestris, de quibus certas 89) consueuistis 90) accipere portiones, vel antiquos reditus minorastis, quos 91) illi ante tempora venerabilis fratris nostri 92) R. Eboracensis archiepiscopi apostolicæ sedis legati 93) et etiam postquam est archiepiscopatum adeptus, clerici habuerunt. Vnde quoniam hoc ex radice auaritiæ et cupiditatis 94) procedit, quam debetis modis omnibus 95) euitare: fraternitati vestræ per apostolicam sedem mandamus, quatenus, si quas portiones vel antiquos reditus clericorum indebite 96) sine consensu 97) vel consilio 98) præfati archiepiscopi, postquam ipse 99) episcopatum habuerit, 100) minuistis, vel parochias diuisistis, eas ad integritatem pristinam reuocetis, et 1) rationabiles et antiquas pensiones clericorum, qui debent altaribus deseruire, integras et illibatas eis seruetis, et 2) in ecclesiis, de quibus certas pensiones soliti 3) estis percipere, 4) portiones vel antiquos reditus, quos in illis clerici ante 5) tempus illius archiepiscopi et postquam adeptus est archiepiscopatum, 6) habuerunt, nullatenus præsumtione 7) temeraria minuatis, nec parochias ecclesiarum auctoritate 8) nostra diuidere 9) aliquatenus præsumatis.

87) *Eboracensis ecclesiæ.*
88) *Radicem extirpare debent, qui* etc.
89) *Pensiones*, addit Hard.
90) *Percipere, portiones vel aliquos reditus* etc.
91) *In illis ante* etc.
92) *R* omittit Hard.
93) *Et*, non habet Hard.
94) *Procedit.*
95) *Deuitare*
96) *Et*, addit Hard.
97) *Et assensu.*
98) *Prædicti.*
99) *Archiepiscopatum habuit.*
100) *In minuistis vel per parochias* etc.

1) *Inde*, addit Hard.
2) *In*, non præponit Hard.
3) *Estis.*
4) *Partitiones.*
5) *Tempora ipsius.*
6) *Habuerint.*
7) *Temeraria.*
8) *Vestra.*
9) *Vllatenus.*

CAP. II.

Vt religiosi ex prædiis conductis soluant decimas.

IDEM *monachis* 10) *de Neubla.*

Dilecti filii nostri, abbas et 11) et monachi sanctæ crucis, transmissa nobis conquestione demonstrauerunt, quod prædia, 12) ex quibus decimas et in magna parte 13) sustentationes habere consueuerunt, conduxistis et recepistis ad 14) firmas. Vnde quoniam 15) id fratres ex hoc immoderate et enormiter grauantur, nec fuit intentionis 16) nostræ, nec antecessorum 17) vestrorum, vt de possessionibus, quas conducitis, decimas non 18) debeatis persoluere: 19) vniuersitati vestræ mandamus, 20) vt eisdem fratribus de prædiis, 21) quæ conduxistis in parochiis suis, de quibus 22) consueuerunt decimas percipere, plenerie persoluatis, vel cum ipsis inde pacifice et amicabiliter conueniatis, quod nulla inter vos scandali 23) debeat materia suscitari, 24) vt vos non videamini vltra, quam vobis indultum est, manus extendere.

10) *De Neubla*, non habet Hard.
11) *Et fratres sanctæ.*
12) *De quibus.*
13) *Sustentationem.*
14) *Firmam.*
15) *Iidem fratres.*
16) *Nostræ nec*, omittit Hard.
17) *Nostrorum.*
18) *Debeatis.*
19) *Discretioni vestræ per* etc.
20) *Quatenus eisdem.*
21) *Quæcumque conduxistis.*
22) *Consueuistis.*
23) *Debeant mala suscitari.*
24) *Et ne vos videamini.*

CAP. III.

Ne clerici a clericis decimas exigant.

PASCHALIS II.

Nouum exactionis genus est, vt clerici a clericis decimas frugum vel animalium exigant. Nunquam 25) in lege Domini hoc præcipi legimus, aut permitti; 26) non enim leuitæ a leuitis decimas accepisse 27) vel extorsisse leguntur. Illi profecto 28) clerici qui a clericis spiritualium ministeriorum labores excipiunt, decimas eis debent.

25) *Enim*, addit Hard.
26) *Nec.*
27) *Accepisse vel*, omittit Hard.
28) *Soluere laborum suorum decimas debent, qui a clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt.*

CAP. IV.

Vt religiosi de laboribus, quos propriis manibus vel sumtibus colunt, et de animalium nutrimentis a decimarum præstatione sint immunes.

ALEXANDER III. *Eboracensi archiepiscopo.*

Fraternitatem tuam scire volumus et firmiter tenere, quod 28) te 29) excommunicatis ex caritatis feruore ob multiplicia tuæ deuotionis gratissimæ obsequia, nobis frequenter impensa, diligimus, 30) vt nihil aliquando tibi negare 31) velimus, quod cuilibet fratrum nostrorum 32) debemus. Super eo autem, quod 33) compellendis monachis, albis 34) vel nigris et canonicis regularibus 35) vel secularibus ad soluendas decimas de terris conductis, quas habent ad terminum vel ad firmam, a nobis 36) tuæ discretionis prudentia postulauit, te vel 37) quemlibet alterum audire 38) vel exaudire nulla ratione possumus, nisi manifeste 39) velimus obuiare iustitiæ et prædecessorum 40) nostrorum institutis contraire, ne videamur religionem persequi: quam si forte in nobis non habemus, 41) in aliis fouere et diligere tenemur. Cautum, 42) si quidem habetur in scriptis prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, quod religiosi viri ab exactione decimarum de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus 43) suis 44) colerent et de nutrimentis animalium suorum penitus 45) essent immunes, sed piæ recordationis 46) Adrianus papa prædecessor noster labores in noualia pro sua voluntate conuertit. Illud etiam nos a tuæ petitionis 47) affectu 48) retrahit,

28) *Vt*, addit Hard.
29) *Excommunicatis*, omittit Hard.
30) *Ita et aliquando* etc.
31) *Nolumus.*
32) *Concedere*, addit Hard.
33) *De*, addit Hard.
34) *Et nigris*
35) *Vel secularibus*, Harduin. non habet.
36) *Tua discretio postulauit.*
37) *Quemlibet alium.*
38) *Et exaudire* etc.
39) *Vellemus*
40) *Nostrorum*, omittit Hard.
41) *In iis*
42) *Siquidem.*
43) *Suis*, non legit Hard.
44) *Colunt.*
45) *Erant.*
46) *Hadrianus.*
47) *Effectu.*

48) retrahit, quod 49) in libro veteris testamenti non recolimus 50) nos 51) vnquam legisse, vt leuitæ leuitis decimas 52) persoluerent, immo sicut tua discretio non ignorat, non ambigimus esse statutum, vt 53) propriis ecclesiis illis decimas 54) soluant, vbi ecclesiastica 54*) recipiunt sacramenta. Vnde apostolus 55) ait: non est magnum, si temporalia metimus, vbi spiritualia 56) seminemus. Non graue tibi sit, sicut esse non debet, si ratione diuinæ scripturæ et nostra 57) auctoritate pensata, petitionem illam, quantumcunque te diligamus et 58) sicut karissimo fratri nostro deferentes, non duximus admittendam. In nullo 59) enim 60) patiemini repulsam, quod secundum 61) Domini iustitiam a nobis 62) fieri 63) postulatis.

48) *Retrahere debet.*
49) *In veteri testamento.*
50) *Nos*, non habet Hard.
51) *Vsquam.*
52) *Persoluerint.*
53) *Propriis*, omittit Hard.
54) *Persoluant.*
54*) *Percipiunt.*
55) *Ait*, deest apud Hard.
56) *Seminauimus.*
57) *Honestate.*
58) *Sicut carissimum fratrem nostrum defendentes, non etc.*
59) *Enim*, omittit Hard.
60) *Patereris.*
61) *Domini*, non habet Hard.
62) *Fieri*, non legit Hard.
63) *Postulares.*

CAP. V.

Vt super decimis pacifica fieri possit compositio.

IDEM 64) *abbati et fratribus de Lorengensi.*

Suggestum est nobis ex parte 65) vestra, quod abbas et 66) fratres monasterii de Nisyon decimas 67) vobis auferre conantur et alia grauamina et damna vobis irrogare non cessant. Quia 68) vero non decet honestatem 69) vestram siue religionem monasticam litibus et contentionibus intendere: discretioni vestræ per 70) apostolicam sedem præcipiendo 71) mandamus, consulimus et hortamur, quatenus cum prædicto abbate et fratribus super decimis 72) illis et aliis, vnde inter vos est controuersia, pacifice conueniatis, ne pro huiusmodi contentionibus fama vestræ religionis valeat denigrari. Nam quando Romana ecclesia ordini vestro priuilegium dederat de decimis, domus vestræ ita erant 73) raræ decimæ, quod exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri, sed nunc per gratiam Dei in tantum sunt augmentatæ et possessionibus ditatæ, quod multi viri ecclesiastici 74) de confratribus vestris apud nos querelam sæpe 75) proponunt.

64) *Trecensi episcopo.*
65) *[illegible]*
66) [illegible] *de [illegible] decimas* [illegible]
67) [illegible] omittit Hard.
68) [illegible] deest apud Hard.
69) *[illegible]*, non habet Hard.
70) *A. S.*
71) *Monendo consulimus et hortamur.*
72) *Ipsis.*
73) *Rara.*
74) *De confratribus.*
75) *Deponunt.*

CAP. VI.

Ne religiosi decimarum indultarum abutantur priuilegio.

IDEM *Trecensi episcopo.*

Ex parte tuæ fraternitatis 76) noueris ad nos peruenisse, quod albi monachi et nigri et quidam alii religiosi viri ecclesias tuæ iurisdictionis et redditibus decimarum spoliare præsumunt, occasione priuilegiorum, quæ sibi Romana indulsit ecclesia. Sane volumus tuam latere prudentiam, quod sanctæ memoriæ prædecessores nostri fere omnibus religiosis decimas laborum suorum 77) concesserent, sed bonæ memoriæ prædecessor noster 78) Adrianus solis fratribus Cistrensis ordinis et templariis et hospitalariis decimas laborum suorum indulsit, ceteris vero vt de noualibus suis, 79) quæ propriis manibus et sumptibus excolunt, et de nutrimentis animalium 80) suorum et de hortis suis decimas non persoluant, concessit, quem super his imitati sumus. 81) Quare hi, indultæ quibus sunt decimæ de noualibus suis et de nutrimentis animalium suorum et de 82) ortis suis hac occasione decimas de aliis rebus ecclesiæ suæ, non debent, nec possunt subtrahere, vel sibi aliquid vlterius vendicare.

76) *Ad audientiam nostram noueris peruenisse etc.*
77) *Concesserunt.*
78) *Hadrianus.*
79) *Quæ*, omittit Hard.
80) *Suorum*, non habet Hard.
81) *Quatenus.*
82) *Hortis.*

CAP. VII.

Vt monachi dent decimas de prædiis, quae rusticis ad excolendum tradiderunt.

IDEM. 83)

Licet de benignitate sedis apostolicæ vobis sit indultum, vt de laboribus vestris, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, nemini soluere decimas teneamini: propter hoc tamen non est vobis licitum, cuilibet decimas de terris illis subtrahere, quas aliis tradditis 84) excolendas. Relatum siquidem est 85) nobis, quod cum terras quasdam, quas 86) in decimatione dilecti filii nostri 87) thesaurii 88) Seuensis habetis, 89) detis rusticis 90) vestris excolendas, et 91) exinde decimas, sicut debetis, non 92) exsoluitis, nec facitis a rusticis ipsis exsolui. Quoniam igitur, quanto 93) arctius vos et ordinem vestrum diligimus, tanto minus volumus vos facere, quæ sunt honestati contraria, vel obuia rationi, aut ex quibus priuilegiorum vestrorum tenorem 94) transgrediamini: cum priuilegium 95) videatur amittere, qui concessa sibi 96) abutitur potestate, fraternitati vestræ præcipiendo mandamus, quatenus de terris illis, quas in decimatione prædicti thesaurarii propriis manibus non 97) excolitis, sed rusticis traditis excolendas, decimas 98) nobis vsurpare nullatenus præsumatis, sed eas in primis eidem thesaurario faciatis cum 99) integritate persolui, scituri pro certo, quod si præceptum nostrum contempseritis, nos venerabili fratri nostro 100) archiepiscopo dedimus in mandatis, vt rusticos, quibus in decimatione præfati thesaurarii 1) vestri terras 2) dedistis excolendas, ad 3) soluendum inde decimas eidem thesaurario, appellatione cessante, districte 4) compellant.

83) *Et fratribus Rauensis ecclesiæ*, addit Hard.
84) *Ad colendum.*
85) *Auribus nostris.*
86) *In*, non præponit Hard.
87) *Thesaurarii.*
88) *Senonensis.*
89) *Datis.*
90) *Vestris*, omittit Hard.
91) *Et*, addit Hard.
92) *Soluetis.*
93) *Artius vinditis, tanto tardius debetis efficere vos, quæ sunt honestati etc.*
94) *Transgredi videamini.*
95) *Mereantur.*
96) *Abutantur.*
97) *Colitis.*
98) *Vobis.*
99) *Omni*, addit Hard.
100) *Senonensi*, adiicit Hard.
1) *Vestri*, non habet Hard.
2) *Dederitis.*
3) *Soluendas.*
4) *Compellat.*

CAP. VIII.

Ne religiosi decimas praestent de laboribus suis et animalium nutrimentis.

IDEM ex *priuilegio* 5) *Alexandri III.*

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus 6) ac sumptibus 7) colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum nullus omnino clericus 8) siue laicus decimas a vobis exigere præsumat. Hoc etiam idem ex priuilegiis aliis Romanorum pontificum aliorum.

5) *Alexandri papæ.*
6) *Vel.*
7) *Excolitis.*
8) *Vel.*

CAP. IX.

Vt religiosi de laboribus suis, sub quibus non modo noualia intelligenda, immunes sint a praestandis decimis.

IDEM. 9)

Ad audientiam nostram noueritis peruenisse, quod quidam 10) vestrum a dilectis filiis nostris 11) fratribus Cistrensis ordinis de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere et extorquere conantur. Illud 12) autem priuilegii capitulum apostolicæ sedis praua interpretatione ac 13) malitiosa peruertentes, 14) quod eisdem fratribus indulgetur, 15) ne dum laboribus aut sumptibus, quos propriis manibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere 16) valeat. Asserunt enim quod pro laboribus intelligi debent noualia. 17) Vnde quoniam fratres præscripti ordinis apostolica benignitate fouere 18) volumus, et ne vllus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra iustitiam molestandi 19) quamlibet, attentius prouidere; 20) fraternitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus a 21) prædictis fratribus de laboribus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a 22) parochialibus vestris exigi permittatis vel quolibet modo extorqueri. Nam si de noualibus tantum intellexissemus, vbi ponimus, de laboribus, de noualibus poneremus, sicut in priuilegiis quorundam aliorum 23) ponimus.

9) *Conuenarum episcopo et officialibus eius*, addit Hard.
10) *Vestratium.*
11) *Abbate et fratribus de Pipenella, qui sunt Cistrensis etc.*
12) *Autem*, omittit Hard.
13) *Malitiose.*
14) *Quo.*
15) *Ne de laboribus, quos propriis manibus et sumtibus excolunt etc.*
16) *Audeat.*
17) *Verum.*
18) *Debeamus.*
19) *Quamcumlibet.*
20) *Tuæ venerabilitati etc.*
21) *Præscriptis.*
22) *Parochianis.*
23) *Præsumimus.*

CAP. X.

Vt monasteria libere sint a decimis de suis prædiis.

Item 24) GREGORIVS 25) *papa.*

Statuimus, et monasteria ex suis prædiis nullo modo cogantur soluere decimas, quia, si legitime dandæ sunt, orphanis et peregrinis, 26) indigorum est, 27) vt ab 28) eis exigantur, 29) quia propter eum, cuius decimæ sunt, pauperes efficiuntur. Nam si pauperes Domini sunt 30) hereditas, pauperum hereditas pauperibus 31) eroganda est: illis videlicet, qui 32) pro timore illius, quæ possidere poterant, dimittunt, eumque nudi sequentes potestati alterius se 33) subdunt.

24) *Idem.*
25) *Papa*, non habet Hard.
26) *Dandæ sunt*, addit Hard.
27) *Etiam*, addit.
28) *Clericis.*
29) *Qui.*
30) *Hereditas*, deest apud Hard.
31) *Eius*, addit Hard.
32) *Propter amorem illius etc.*
33) *Submiserunt.*

CAP.

CAP. XI.

Ne monachis aliae indulgeantur decimae, quam de noualibus.

34) ADRIANVS.

Nobis in eminenti 35) speculo disponente Domino constitutis, si cunctarum iura ecclesiarum 36) integra non debeant et illibata seruari, locum beati Petri apostolorum principis inutiliter obtinere et 37) in ecclesia 38) nobis 39) commissa dispensationis officium negligenter egere 40) videremur. 41) Si enim 42) ecclesia Dei nobis 43) diuina gratia prouidente gubernantibus 44) recte suo cursu 45) dirigitur, dum nos et errata 46) quæque vigili prouisione corrigere, et vnicuique studemus ius 47) proprium seruare, 48) dilecti filii nostri 49) portariclaunensis ecclesiæ 50) canonici aduersus 51) nos quæstione deposita, nobis relatione sua 52) demonstrauerunt, 53) nos quasdam decimationes ad suum ius pertinentes, violenter auferre, et ipsos fratres eisdem decimationibus ausu temerario infestare. 54) Quod si beati Benedicti regulam, iuxta quam viuitis et 55) monasticum habitum gestatis, attenta sollicitudine pensaretis: ad proximorum bona 56) diripienda, non præsumeretis manum extendere, vel quæ alterius iuris sunt, 57) nobis 58) ita illicite vsurpare. Ne 59) igitur vos de cetero aut sustinæ malum, aut vitium, quod absit, rapacitatis accuset: 60) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus nullam 61) antiquam possessionem vel decimationem, 62) et eam præsertim, quæ 63) in eo loco, 64) quæ maciem nuncupatur, existit, auferre seu 65) perturbare præsumatis, et si 66) quid eis præter solitum 67) morem 68) hoc anno de ipsis decimis negastis, quascunque etiam possessiones per violentiam detinetis, secundum quod antiquitus præfata ecclesia noscitur possedisse, 69) eisdem canonicis in integrum, omni 70) appellatione cessante, nullatenus restituere differatis. Nos siquidem religiosis viris non alias decimas, nisi eas, quæ de noualibus prouenire noscuntur, duximus indulgendas. Si vero huius mandati ausi fueritis existere contemtores, et 71) ad apostolicæ sedis audientiam querimonia peruenerit iterata: timendum vobis erit, ne sentire debeatis seueritatis ecclesiasticæ vltionem.

34) *Idem Hadrianus papa.*
35) *Specula.*
36) *Integre.*
37) *In ecclesia*, deest apud Hard.
38) *Iuxta*, addit Hard.
39) *Commissæ.*
40) *Videmur.*
41) *Sic.*
42) *Ecclesia.*
43) *Cum*, addit Hard.
44) *Recto.*
45) *Dirigantur.*
46) *Quam.*
47) *Suum.*
48) Hic Harduinus nouam format periodum.
49) *Portaclaunensis.*
50) *Canonici*, non habet Hard.
51) *Aduersum vos*
52) *Monstrauerunt.*
53) *Vos.*
54) *Quia.*
55) *Monachicum.*
56) *Diripienda.*
57) *Vobis.*
58) *Ita*, non habet Hard.
59) *Ergo*
60) *Per apostolica scripta vobis mandamus*
61) *Eorum*, addit Hard.
62) *Vel eam etc.*
63) *In*, omittit Hard.
64) *Qui Macien.*
65) *Protrahere.*
66) *Quas.*
67) *Morem*, non habet Hard.
68) *In*, præponit Hard.
69) *Eas in integrum etc.*
70) *Occasione.*
71) *Ad sedem apostolicam querimonia etc.*

CAP. XII.

Ne priuilegium sequens priori conuentioni deroget.

72) ALEXANDER III. 73) *Vigordesordens. episcopis.*

Ex multiplici 74) questione W. presbyteri de 75) Certonis accepimus, quod cum 76) ecclesiam de 77) Certona XXX. annis et eo amplius 78) pacifice 79) possedisset, monachi de 80) Bineria decimas volueruns, 81) quas de terris cultis eadem ecclesia a prima fundatione 82) sui 83) suscipere semper consueuit, infra hoc 84) quadrigennium sibi et ecclesiæ 85) penitus subtraxerunt; cum inter abbatem de 86) Bruena 87) de consensu totius conuentus et presbyterum prædictum 88) XX. annis et eo amplius elapsis, talis dicatur 89) intercessisse conuentio, scripto monachorum autentico roborata, quod monachi 90) iam dicto presbytero et ecclesiæ suæ in integrum de 91) blando et vniuersis leguminibus, quamdiu viueret, deberent persoluere, minutis decimis exceptis, quas idem presbyter ob exaltationem ecclesiæ monachorum 92) donauit. Cumque conuentio temporibus trium abbatum præscripti loci seruata fuisset: abbas 93) eiusdem loci ad præsentiam nostram accedens, a nobis 94) priuilegium obtinuit, in quo monasterio 95) indultum est, vt de laboribus, quos propriis manibus 96) aut sumtibus excolit, nulli decimas 97) teneatur persoluere, qui siquidem reuersus ad propria, 98) tantum apud Henricum regem illustrem Angliæ 99) fauorem inuenit, quod rex totam terram 100) istius villæ, in qua ecclesia præfati presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuam eleemosynam contulit. Quo facto prædictus abbas vniuersis 1) istius villæ colonis expulsis, totam terram prædictæ parochiæ excolens propriis sumtibus ecclesiæ debitos reditus subtraxit. Vnde quia non fuit nostræ intentionis 2) priuilegium nostrum 3) præscriptæ conuentioni 4) derogari: fraternitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus vtraque parte ante vos conuocata rei veritatem 5) plenius inquiratis, et, si inter 6) prædecessores 7) memorati abbatis et prænominatum presbyterum consensu monachorum talis conuentio facta 8) fuit et per annum seruata: eundem abbatem et monachos auctoritate nostra moneatis et 9) districtius compellatis, vt eandem conuentionem, 10) non obstante priuilegio, 11) non credimus de transactione 12) ipsa in eodem priuilegio contineatur, occasione et appellatione cessante, inuiolabiliter teneant et obseruent, 13) et exinde secum pacifice conueniant, et secundum formam compositionis reditus 14) ipsi integre 15) soluant. 16) Si autem vterque vestrum etc.

72) *Alexander III.* omittit Hard.
73) *Wigorniensi et Herefordensi episcopis.*
74) *Conquestione.*
75) *Tritona.*
76) *In ecclesia.*
77) *Tritona.*
78) *Pacifice*, addit.
79) *Ministrasset.*
80) *Berla.*
81) *Qua.*
82) *Sui*, deest apud Hard.
83) *Percipere.*
84) *Quadriennium.*
85) *Prorsus*, omittit Hard.
86) *Bueria.*
87) *W. nomine*, addit Hard.
88) *Quindecim annis.*
89) *Interuenisse.*
90) *Prædicto.*
91) *Blado*
92) *Quitatas clamauit.*
93) *Illius loci.*
94) *Scriptum*, addit Hard.
95) *Suo*, addit Hard.
96) *Et.*
97) *Soluere.*
98) *Tantam gratiam aduersus H. regem etc.*
99) *Et*, addit.
100) *Illius.*
1) *Illius.*
2) *Per*, præponit Hard.
3) *Prædictæ.*
4) *Derogare.*
5) *Diligentius.*
6) *Prædecessorem.*
7) *Prædicti.*
8) *Fuerit.*
9) *Districte*
10) *Et compositionem*, addit Hard.
11) *Nisi quod*, addit Hard.
12) *Illa.*
13) *Vel.*
14) *Ipsius.*
15) *Persoluant.*
16) *Si autem vterque vestrum etc.* omittit Hard.

CAP. XIII. 17)

Vt monachi decimas dent de prædiis, de quibus olim dabantur.

IDEM 18) *bo. Thomæ Cantuariensi archiepiscopo.*

Commissum nobis a 19) Deo dispensationis officium nos admonet 20) et multipliciter et hortatur, vt vniuersis Christi fidelibus 21) de ecclesiis debeamus vtiliter prouidere, atque 22) integra iura sua nos oportet 23) et illibata 24) conseruare. Peruenit quidem ad nos, quod monachi de 25) Boseiæ ecclesiæ sanctæ Mariæ, in parochia cuius commorantur, decimas ex integro non 26) persoluerunt et eas reddere contradicunt. Ea propter fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus prædictos monachos, vt ipsas decimas ei de ipsis 27) cultibus, in quibus olim domus constructæ fuerant, præfatæ ecclesiæ cum 28) ea integritate persoluant, 29) qua priusquam in eadem 30) morarentur, solebant persolui, 31) sine appellationis obstaculo, nostra auctoritate cum omni districtione 32) compellas. Sicut 33) etiam de pascuis olim soluebantur decimæ, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem 34) translactis volumus, decimas sine diminutione persolui.

17) Hoc capitulum tribuitur Hadriano in C. 4. 6. de decimis.
18) *Ille.* omittit Hard.
19) *Domino.*
20) *Et*, non habet Hard.
21) *De ecclesiis*, omittit Hard.
22) *Integre.*
23) *Atque.*
24) *Seruare.*
25) *Boxle.*
26) *Persoluunt.*
27) *Cultis.*
28) *Ea*, omittit Hard.
29) *Quantam.*
30) *Ecclesia*, addit Hard.
31) *Si non, appellatione cessante.*
32) *Compellas*, non habet Hard.
33) *Etiam*, omittit Hard.
34) *Translatis.*

CAP. XIV.

Ne decimas ecclesiis detineant monachi.

IDEM *monachis de sancto Laurentio.*

Sicut vobis iura vestra integra vultis 35) illibataque seruari: sic aliis iustitiam suam nequaquam subtrahere debetis. Audiuimus 36) autem, quod ecclesiæ de 37) Colsigeam decimas cum ea integritate, in qua solui 38) debuerant, 39) antequam fundus ad vestrum dominium 40) perueniret, non 41) soluistis. 42) Vnde quoniam indecens et inhonestum 43) valde existit, vt aliis damna præsumatis inferre, quæ vobis nullatenus 44) irrogari velletis, vniuersitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus prædictas decimas memoratæ ecclesiæ sine diminutione aliqua et cum ea integritate, in qua antiquitus solui solebant, soluere non differatis, quia nobis plurimum graue 45) existeret, si super 46) hoc vlterius ad nos querimonia deferretur. Verumtamen si aliquid iuris ibi vos habere confiditis, in præsentia 47) venerabilis fratris nostri 48) W. episcopi et dilecti filii nostri decani 49) Castrensis, occasione et appellatione

35) *Et illibata.*
36) *Etiam.*
37) *Colli gham.*
38) *Deberent*
39) *Liganda.*
40) *Perueniret.*
41) *Soluistis.*
42) *Verum.*
43) *Vobis*, addit Hard.
44) *Inferri.*
45) *Existit.*
46) *His.*
47) *Venerabilis*, omittit Hard.
48) *Wigorniensis.*
49) *Cicestrensis.*

pellatione

pellatione 50) remota, ordine iudiciario experiamini, 51) id quod ipsi inter vos et partem alteram duxerint statuendum, firmiter suscepturi et inuiolabiliter seruaturi.

50) *Cessante.* 51) *Id*, omittit Hard.

CAP. XV.

Ne abbas decimas detineat, quae ad episcopum pertinent.

Item GREGORIVS.

Vt nullus abbas decimas et primitias et reliqua secundum canonum statuta, quae ad episcopos pertinent, detineat, sine auctoritate Romani pontificis seu episcopi, in cuius dioecesi 52) habitant, apostolica auctoritate firmamus.

52) *Habitat.*

CAP. XVI.

Decimae et oblationes mortuorum et viuorum conueniunt nihil in mundo habentibus.

Item IOANNES PAPA.

Certam habemus praedecessorum nostrorum constitutionem et rationem, 53) nihil in hoc mundo habentibus 54) et decimas 55) et oblationes viuorum et mortuorum conuenire, qui spontaneam eligentes paupertatem in monasterio sub degere volunt sub imperio 56) alterius, in quibus Christus alitur et vestitur.

53) *Nil.* 54) *Et*, non habet Hard. 55) *Et*, omittit Hard. 56) *Alterius*, deest apud Hard.

CAP. XVII.

Ne vicarii sine honesta sustentationis assignatione recipiantur a monachis.

57) ALEXANDER III. *W. episcopo.* 58) Pars capituli: *meminimus seu monachis sine praebenda receptis.*

De monachis autem, qui vicarios ecclesiarum parochialium in tantum grauant, vt hospitalitatem tenere non possint, nec honestam sustentationem habere, 59) eam curam et prouidentiam 60) habeas, quod ad 61) praesentationem monachorum nullum recipias, nisi 62) de beneficiis ecclesiae 63) coram te fuerit 64) ei assignatum, vnde iura episcopalia 65) possint persoluere, et congruam 66) atque sufficientem sustentationem habere. 67) Illis autem sacerdotibus, quibus e te vel 68) praedecessoribus tuis in ecclesiis monachorum est cura animarum commissa, eam subtrahere poteris, nisi ipsis a monachis honesta et sufficiens sustentatio fuerit assignata, et in his ita 69) sit 70) prouisum, quod tibi de iustitia tua 71) possit, si conuenit, respondere.

57) *Vrbanus III. Wigorniensi episcopo.* 58) *Pars* etc. vsque ad *receptis*, omittit. 59) *Haec.* 60) *Vene.* 61) *Praesentationem.* 62) *Tantum*, addit Hard. 63) *Coram te*, non habet Hard. 64) *Et.* 65) *Possit soluere.* 66) *Atque sufficientem*, omittit Hard. 67) *Illis.* 68) *A*, praeponit Hard. 69) *Sit*, omittit Hard. 70) *Promissum.* 71) *Possint.*

CAP. XVIII. 72)

Vt hospitalarii vel decimas vel earum aestimationem de certis terris et nutrimentis animalium persoluant.

IDEM *Lugdunensi et M. episcopis.*

Referente magistro Hen. latore praesentium nobis innotuit, quod hospitalarii de hered. W. decimas quarumdam terrarum, quae ad ius eiusdem ecclesiae spectare noscuntur et decimas de nutrimentis animalium suorum soluere contradicunt et iniuste retinere praesumunt. Inde est, quod vobis praecipiendo mandamus, quatenus praedictos hospitalarios inducatis, vt praescriptas decimas tam maiores, quam minores, aut earum aestimationem memorato Hen. sine diminutione restituant, et de persoluendis nullam inferant molestiam, aut in praesentia nostra, appellatione remota, exhibeant iustitiae complementum, nullo in munimento iuri Hen. praeiudicium faciente. Quod si ad commonitionem vestram neutrum horum complere voluerint, ipsos ad alterum efficiendum, appellatione cessante, ecclesiastica districtione compellas.

72) Hoc capit. deest apud Harduinum.

TITVLVS XXXVI. DE PAROCHIANIS SEPELIENDIS VEL NON SEPELIENDIS.

CAP. I.

Vt, qui in aegritudine ad loca religiosa se transtulerint, in aegritudine decedentes cogantur personis vel ecclesiis, a quibus pabulum receperunt salutis, portionem relinquere canonicam.

73) ALEXANDER III. 74) *Spalensi episcopo.* Pars capituli: *continebatur.*

De his, qui in sanitate vel infirmitate 75) cum bonis suis ad religiosa loca se 76) transtulerunt, nil tibi vel ecclesiis, a quibus 77) receperint salutis 78) pabula, relinquentes, hoc tuae 79) volumus prudentiae innotescere, quod si in aegritudine 80) ad religionem transeuns, dummodo 81) de aegritudine 82) decedant, 83) de bonis ipsis ecclesiis, a quibus assumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religiosa loca se transtulerint in sanitate; 84) de his, quae locis ipsis conferunt, cogi non possunt, aliquid praescriptis ecclesiis impertiri: quia liberum est eis tunc bona sua non solum religiosis locis, sed etiam 85) quibuslibet priuatis personis conferre.

73) *Lucius III.* 74) *Spalensi episcopo. Pars cap. continebatur*, non habet Hard. 75) *Cum bonis suis*, omittit Hard. 76) *Transtulerint.* 77) *Receperunt.* 78) *Pabulum.* 79) *Pro: volumus innotescere*, legit Hard. *innotescat.* 80) *Ipsa*, addit Hard. 81) *In.* 82) *Ipsa*, rursus addit Hard. 83) *Praedictis ecclesiis* etc. 84) *De his, quae locis ipsis conferunt*, Hard. 85) *Quibuscumque.*

CAP. II.

Ne monachi mortuos exceptis propria sepeliant in suo caemeterio.

Item GREGORIVS AVGVSTINO *Anglorum episcopo.*

86) Monachi tam viuorum, quam mortuorum deferre corpora 87) ad ecclesiam suam 88) nequaquam audeant, 89) nisi assensu et petitione 90) ecclesiae, quae 91) eis, dum 92) viuerent, consuluit et consulendo 93) seruiuit ac ministrauit, quod si fecerint, 94) vt inuasores sanctae ecclesiae sub 95) districto anathematis interpositione, quousque satisfaciant ecclesiae, fieri praecipimus, 96) omniquae semota fraternitatis occasione, simili modo vnaquaeque ecclesia suius ordinis aliam quamlibet inuadere pertimescat. 97) Si autem, anathematis eodem vinculo sciat se a nobis procul dubio subigi.

86) Initium huius cap. apud H. ita se habet: *monachi corpora dominum* etc. 87) *Hominum*, addit. 88) *Non.* 89) *Sine consensu.* 90) *Eius*, addit Hard. 91) *Et.* 92) *Viuere.* 93) *Viuentium suum administrauit. Quod* etc. 94) *Velut.* 95) *Districta.* 96) *Omni remota* etc. 97) *Sin.*

CAP. III.

Vt eligere sepulturam, vbi voluerit, vnicuique liceat.

98) PASCHALIS PAPA III.

Volumus 99) autem, ac iuxta canonum 100) scita probabile nobis 1) esse videtur, vt sicut morienti conceditur iudicium 2) rerum suarum 3) cuicunque loco sibi placuerit, sic nimirum iuitum sit, sui corporis habere licentiam 4) illud iudicandi, in quocunque loco voluntas extiterit, siue in 5) monasterio, siue in alia 6) religiosis locis.

98) *Paschalis secundus.* 99) *Autem*, omittit Hard. 100) *Sententiam.* 1) *Esse*, deest apud Hard. 2) *Facere*, addit Hard. 3) *Quocumque.* 4) *Eligendi sepulturam in quocunque* etc. 5) *Monasteriis.* 6) *Religiosis*, omittit Hard.

CAP. IV. 7)

Vt liberum sit vnicuique, vbi voluerit, sepulturam eligere.

Nos instituta maiorum patrum considerantes, illorum 8) quoque decreta 9) confirmando statuimus, 10) quod sanctissimum est, vnumquemque 11) videlicet in maiorum 12) sepulchris iacere, 13) vt 14) parochiarum exitus docet, 15) nulli tamen denegamus propriam sepulturam eligere et 16) alienam. Dominus enim et magister 17) noster alienam 18) elegit 19) vt propriam, qui sina peccata erat. Sed quia dignus est operarius mercede sua, tertiam partem sui iudicii illi censemus ecclesiae iure dari, in qua caelesti pabulo a principio sui exordii 20) cottidie refectus cognoscitur, vt iuxta apostolum 21) sic sint 22) consocii consolationum, vt fuerunt 23) et passionum, et sic demum, vbicunque libitum fuerit, 24) eundi habeant licentiam; aliter ne fiat, auctoritate Domini nostri 25) Iesu Christi, qui per prophetam locutus est, dicens: ne transgrediaris terminos antiquos, quos 26) posuerint patres tui 27) et apostolorum Petri et Pauli omniumque sanctorum sub vinculo anathematis detestamur et contradicimus, 28) quia nec nostrum est, nec alicui 29) sacerdotum vel fideli laico vnquam licuit, sine 30) manifesta delicti culpa 31) inferre praeiudicium. 32)

7) Inscriptio huius cap. apud Hard. est haec: *item papa Leo tertius.* 8) *Quoque*, non habet Hard. 9) *Firmando.* 10) *Quod sanctissimum est*, omittit Hard. 11) *Videlicet*, deest apud Hard. 12) *Suorum*, addit Hard. 13) *Debere*, addit Hard. 14) *Patriarcharum.* 15) Hoc loco noua ab Hard. formatur periodus. 16) *Etiam*, addit Hard. 17) *Noster*, omittit Hard. 18) *Sibi*, addit Hard. 19) *Non propriam.* 20) *Cottidie*, omittit Hard. 21) *Sic*, non habet Hard. 22) *Consocii.* 23) *Et*, deest apud Hard. 24) *Eligat sepulturam: aliter* etc. 25) *Iesu Christi*, omittit Hard. 26) *Posuerunt.* 27) *Et apostolorum P. et P. omniumque sanctorum*, omittit Hard. 28) *Quia*, omittit Hard. 29) *Vnquam vel sacerdos vel* etc. 30) *Magna.* 31) *In talibus proferre iudicium.* 32) *Etc. Ea quidem, quae mortuo posita ante sepulturam eius, facta fuerunt, vel exigendo, quod debitum esse dicerent, vel confessionem aliquis, aut sacerdotes aut pignora capiendo penitus amputari praecipimus*, addit Hard.

CAP.

CAP. V. 33)

Vt cuique liceat ire in monasterium, si medietatem possessionum suarum relinquat ecclesiae, ad quam pertinet, vel monasterio.

LEO PAPA *omnibus per Dardaniam constitutis.*

Relatum est auribus nostris, esse quosdam peruerse agentes, qui subuertere nituntur atque diuidere conantur ecclesiae vnitatem, videlicet abbates, monachos, qui non studio caritatis, sed zelo rapacitatis inuigilant et seducere conantur seculares homines, quos illaqueare non possunt, vt res suas atque possessiones siue in morte siue in vita monasteriis suis tradant, et ecclesiis, quibus subiacti esse videntur, et a quibus baptismum, poenitentiam vel eucharistiam, nec non pabulum vitae cum lacte carnis acceperunt vel accipiunt, nil de bonis relinquunt. Hunc quoque fomitem discordiae nos animaduertendo modis omnibus inhibere volumus, et ne amplius fiat, omnino prohibemus, considerantes, non esse bonum, si illi, qui olim fuerant socii passionum secundum apostolum, sint immunes a societate consolationum et quia dignus est mercenarius mercede sua; ideo praecipimus, vt quicunque amodo in monasterio conuerti voluerit, siue in morte, siue in vita omnium rerum et possessionum, quas pro salute animae suae disponi voluerit, medietatem ecclesiae, cui ipse dinoscitur pertinere, relinqueret, et sic in monasterio, prout libitum fuerit, eundi conuertendique habeat licentiam. Quicunque autem huius decreti vel edicti conuulsor ac temerator extiterit, gladio anathematis subiaceat.

33) Hoc capitulum deest in collectione Harduini.

TITVLVS XXXVII.
DE PRESBYTERO, QVI SINE VNDA BAPTISMATIS DECESSIT.
CAP. VNIC. 34)

Vt pro presbytero sine vnda baptismatis defuncto iuges ecclesiae offerantur preces et hostiae.

Item INNOCENTIVS II. *Cremonensi episcopo.*

Apostolicam sedem venerabilis frater, vt debuisti, consulere decreuisti, *et infra.* Vnde inquisitioni tuae taliter respondemus, presbyterum, quem sine vnda baptismatis extremum diem clausisse litteris tuis significasti, quia in sanctae matris ecclesiae fide et Christi nominis confessione perseuerauit, ab originali peccato solutum et coelestis patriae gaudium esse adeptum. Ex auctoritate sanctorum patrum, Augustini atque Ambrosii, incunctanter asserimus, lege super Augustinum VIIII. L. de ciuitate dei. Inter cetera ibi legitur, baptismum inuisibiliter ministratum, quem non contemtus religionis, sed terminus necessitatis excludit, vel* beati Ambrosii de obitu Valentiniani idem asserentis, reuolue. Sopitis igitur quaestionibus doctorum, patrum sententias teneas, et ecclesiae tuae iuges pro eo preces et hostias offerre iubeas.

34) Hoc capit. in collectione Harduini deest.

TITVLVS XXXIIX.
DE VANA QVADAM FESTIVATIONE TOLLENDA.
CAP. VNIC. 35)

Ne laici peculiares, sed de eodem die missas pro salute viuorum, vel pro defunctis audiant.

Item ex concilio Triburiensi.

Quidam etiam laicorum habent in consuetudine, vt cottidie audiant euangelium: in principio erat verbum etc. et vt missas peculiares, hoc est, de sancta trinitate et de S. Michaele; et ideo sancitum est in eodem concilio, vt hoc vlterius non faciant, nisi suo tempore vel aliquis fidelium velit audire propter reuerentiam S. Trinitatis, non pro aliqua diuinatione. Sed si voluerint, vt sibi missae cantentur: de eodem die missas audiant pro salute viuorum vel pro defunctis.

35) Deest in collectione Harduini hoc capitulum.

TITVLVS XXXIX.
CONTRA QVORVNDAM HAERESIM.
CAP. I. 36)

Ne quis dicere audeat, Christum non esse aliquid.

Cum perfectus sit Deus et perfectus sit homo, mirum est, qua temeritate quisquam audeat dicere, quod Christus non sit aliquid, secundum quod est homo. Ne autem tanta possit in ecclesia Dei abusio suboriri et error induci: per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus conuocatis magistris scolarium Parisiis et Remis, nec non et aliarum ciuitatum circumpositarum, auctoritate nostra sub anathemate interdicas, ne aliquis de cetero audeat dicere: Christum non esse aliquid, secundum quod est homo, quia sicut Christus verus est Deus, ita verus est homo ex a. r. et h. c. S.

36) Hoc capit. deest apud Harduinum.

CAP. II.

Vt liceat peregrinationis votum redimere.

Item Exoniensi episcopo.

De peregrinationis 37) quoque votis, an eleemosynis 38) restitui possint, vel 39) aliud pro necessitate 40) impleri, 41) respondemus, quod ab eius, qui 42) praesidet, dependet arbitrio, vt consideret diligentius et attendat qualitatem personae et caussam 43) commutationis, 44) an id ex infirmitate 45) seu affluentia diuitiarum contingat, 46) vtrum peregrinatio, an recompensatio 47) melior fuerit et Deo magis accepta? et secundum hoc debet 48) inde dispensare.

37) *Quoque*, omittit Hard.
38) *Redimi.*
39) *Per alium pro* etc.
40) *Adimpleri.*
41) *Tibi*, addit Hard.
42) *Praesidet.*
43) *Commigrationis.*
44) *Seu id.*
45) *Siue.*
46) *Et*, addit Hard.
47) *Vtilior.*
48) *Exinde.*

CAP. III. 49)

Vt votum peregrinationis redimere quis possit, si certo pauperi prouideat tam in victu, quam in vestitu, quoad viueret.

ALEXANDER III. *Nomentensi episcopo etc.*

Bene audiuimus, quod cum in puerili aetate constitutus fuisset, se Ierosolymam promisisse profecturum, cuidam consocio suo, qui nihilominus sepulchrum dominicum proposuerat visitare et fidem cedit, et sententiam ab eo recepit, quod sibi inuicem fideles socii existerent et bonam societatem seruarent. Qui vtique sollicite mente ad nos accessit, vt sibi nostrum super hoc auxilium aperiremus. Nos autem, ipsum graui infirmitate, sicut asserit, laborare, intelligentes, et quod in partibus orientis eius adueritum vtilitatem conferret, diligentius attendantes, praesertim cum non sit licitum, clericos intra sacros ordines constitutos arma sumere, et sanguinis effusioni vacare, ipsum a voto, quod in aetate tenera facilitate potius, quam arbitrio discretionis promisit, absoluimus, et ad proprie transmisimus absolutum, id, quod id votum eleemosynis redimere debeat, et iuxta auxilium vestrum toto vitae suae tempore vni pauperum Christi, tam in victu, quam in vestitu, dum modo ad hoc suae facultates sufficiant, prouidere.

49) Apud Harduinum deest hoc capitulum.

CAP. IV.

Qua ratione mulier, ob caedem filii damnata ad iter Hierosolymitanum, ab illo possit absolui.

ALEXANDER III. 50) *Turonensi archiepiscopo in registro.*

Veniens ad nos 51) M. lattrix praesentium mulier lacrymabili nobis confessione monstrauit, quod cum de quodam filium genuisset, et ille saepe sibi turgido vultu improperasset, quod filius eius non esset, ipsa iracundiae calore et furore animi ducta, eundem filium interfecit. Quo comperto comes Flandrensis, eam totam terram 52) abiurare coegit, nisi de nostra licentia 53) remaneret. Cumque se nostro conspectui praesentasset, et quod crucem 53*) recepisset et Ierosolymam 54) profecturam 55) nobis assertione sua proposuisset, et nos praesentiam suam in illis partibus non esse vtilem, sed damnosam consideraremus: 56) a Ierosolimitano itinere reuocantes, ipsam fraternitati tuae duximus remittendam, praesentium auctoritate 57) mandamus, quatenus praedictam mulierem labores inducere, vt 58) ad aliquod monasterium episcopatus tui transeat, et ibi peccata sua perpetue poenitentia deploret. Si autem repugnante carnis fragilitate ad hoc induci noluerit; ei licentiam nubendi in 59) Deo tribuas: quia tutius nobis videtur, vt in Domino nubat, et vni soli, quam multis adhaereat.

50) *Tornacensi episcopo.*
51) *M* deest apud Hard.
52) *Suam vsque ad septennium*, addit Hard.
53) *Remaneret.*
53*) *Susceptisset.*
54) *Se*, addit.
55) *Monstrasset: nos videntes, quod in partibus illis praesentia illius non potest esse vtilis, sed damnosa, eam ab Hierosolymitano itinere etc.*
56) *Ab Hierosolymitano.*
57) *Mandantes.*
58) *In aliquod.*
59) *Domino.*

TITVLVS XL.
DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE ET EPISCOPI RENVNTIATIONE ET SACRAMENTO AB ELECTO PRAESTANDO.
CAP. I.

Vt electio illius, qui nuper schismate abiurato ad vnitatem ecclesiae rediit, confirmetur, nisi ordines susceperit a schismatico.

IDEM 60) *presbytero cardinali apostolicae sedis legato.*

Quod diligentia tua per dilectum filium nostrum 61) S. a nobis 62) sollicite 63) inquisiuit, an electio electi, qui nuper 64) a

60) *I. Basilicae XII. apostolorum cardinali, apostolicae sedis legato.*
61) *H. S.*
62) *Sollicite*, non habet Hard.
63) *Requisiuit.*
64) *Abiurato schismate.*

iuramento

iuramento scismatis ad vnitatem ecclesiæ et deuotionem nostram rediit, confirmari debeat, id tibi duximus respondendum, quod si a scismatico nullum ordinem susceperit, et eius electio vnanimiter et concorditer fuerit secundum canonum 65) normam facta, dummodo 66) et alia impediant, tuam confirmationem ratam habemus, mandantes, vt eum facias a catholicis episcopis suffraganeis 67) Aquileiensis ecclesiæ, 68) consecrari. Idem nec canones, 69) *nec consuetudo ratione ecclesiæ habet, vt aliquis delegatos Romanæ ecclesiæ iudices recusare valeat, nisi ei fuerit appellationis remedium reseruatum.*

65) *Ordinem.*
66) *Alia tamen non impediant*, omissa particula: *et.*
67) *Aquileiensis.*
68) *In episcopum ordinari.*
69) *Salua tamen iustitia debita et reuerentia eiusdem ecclesiæ, cum ad catholicam redierit vnitatem.*

CAP. II. 70)

Ne archiepiscopus episcopi abrenuntiationem a papa haud adprobatam recipiat.

IDEM *Exoniensi archiepiscopo.*

Quanta opportunitate et precum instantia venerabilis frater noster actenus Altissiodorensis episcopus a pontificali sollicitudine a nobis petiit sæpe exonerari, et quoniam nos nulla ratione potuimus induci, vt eius voluntati assentiremus, ad fraternitatis tuæ notitiam credimus peruenisse. Vnde licet ipse, sicut homo religiosus ex humanitate pariter et debilitate forte mentis et corporis, commissæ sibi administrationi spontanea voluntate renunciauit. Quia tamen nisi eius abrenunciatio a Romano pontifice primitus approbetur, nec ab administratione illius fuit ecclesiæ absoluta, nec a regimine sibi credito ipse fuit exoneratus: tibi nullo modo licuit absque conscientia et mandato nostro eius abrenunciationem recipere, nec capitulum Altissiodorense de electione tractare potuit, aut ad nominationem alicuius procedere. Quapropter si vellemus rigorem canonum et sanctorum patrum auctoritates et statuta seruare, et te possemus dure secundum facti meritum redarguere, et illos de tantæ præsumptionis audacia grauiter et districte punire. Et quia in hoc nec secundum ordinem rectum, nec secundum canonum formam processum est: electio eorum ratione facti nullas debet vires habere. Ceterum quoniam tibi, qui omne factum et caussam ecclesiæ tuæ pro nostra reputasti, in multis debitores existimus, et honori et exaltationi tuæ, in quibus cum Deo et iustitia possumus et cupimus et tenemur deferre: non ponentes legem impostarum, sed similia fieri prohibemus. De cetero ex dispensationis apostolicæ moderatione, et non ratione facti prudentiæ tuæ præcipimus, vt filium nostrum dilectum W. fratrem tuum, quem inter alios fratres vestros respectu deuotionis et probitatis tuæ karissimæ reputamus, et propter prouidentiam et discretionem eius prædictæ ecclesiæ spiritualia et temporalia incrementa consequuntur, incunctanter assumas, et ipsum tempore opportuno in presbyterum ordines et demum in episcopum studeas euxiliante Spiritus S. gratia consecrare.

70) Hoc capitulum in collectione Harduini deest.

CAP. III. 71)

Vt episcopus, qui se tanquam emeritum postulauit relaxari, in episcopatus sui officio permaneat.

IDEM *Lunda episcopo.*

Litteras tuas nuper accepimus deuotione plenas et doloribus non vacuas, quæ quidem et tuam nobis insinuarent affectuosissimam caritatem, et tui episcopalis officii, quod fideliter gessisse et adhuc gerere gaudemus, contrariam exigebant ecclesiæ vtilitatibus cessionem. Nosti enim, sicut prouidus vir et prudens, quod tanta est clerici malitia et contra 72) - - - tam grauis tanquam diuturna persecutionis instantia, vt nequaquam ei cedat ad commodum, si tuam sedem contigerit talem subire defectum. Quod si tuam aut senectutem aut insufficientiam forte considerans, te tanquam emeritum postulas relaxari; scito, nos credere et pro certo tenere, quod tutius sit hoc tempore, si commissa tibi ecclesia sub vmbra tui nominis gubernetur, quam si alteri nouæ incognitæque personæ in tanto discrimine gubernanda committeretur: maxime quia in te vigor deuotionis et fidei etiam corpore senescente non deficit, sed vergente deorsum conditione corporee; feruor spiritus in subliniora conscendit. Ne igitur huius doloris aculeus viuidam circate nostri pectoris vulneret caritatem: rogandum duximus te potius et monendum, et super hoc diebus illis nulla te facies importunitate molestum. Quoniam iudacena omnino probatur, prius soluere militiæ cingulum, quam cedat victoribus aduersitas præliorum. Insta igitur, sicut bonus miles Christi, et in tuæ sollicitudinis officio perseuera, ne, dum tuæ quietis desideria quæris, aliquod telenti detrimentum tibi crediti patiaris. Illud quoque te oportet attendere, quod si pennas habeas, quibus in solitudinem volare satagis, vbi quiescas, ligatæ sunt tamen nexibus præceptorum, quæ ita, vt nosti, ex sacrorum canonum te institutione vinciunt, vt liberum non habeas absque nostra permissione volatum. Ceterum ne super hoc te intolerabiliter nos grauere causeris, qui melius tui potes tam animi debilitatem nosse, quam corporis, hoc tandem si tibi iudicio tuæ conscientiæ res id prorsus exigit, vt suscepta opportunitate tam per te, quam per principem terræ vel etiam per litteras tuas et idoneos nuntios, si forte corporalem ibi vel non potueris vel nolueris exhibere præsentiam, aliosque regni illius religiosos et industrios de substituenda sibi persona sollicitus, et talem inuenire satagas successorem, qui non a fidei caritate degeneret, neque a tramite rectitudinis et honestatis oberret; de his quoque, quæ tuis duxeris necessitatibus reseruanda, cum eisdem personis tractare et deliberare te conuenit, vt cum nobis hæc omnia tam tua, quam illorum fuerint assertione comperta, ita prouidere et secure possimus in facto procedere, quod neque nos, neque te ipsum oporteat huius operis imposterum pœnitere.

71) Hoc cap. in collectione Harduini deest.
72) C. IX. de renunciat. ibi supplentur, quæ hic desunt nimirum: *ecclesiam Dei,*

CAP. IV.

Vt moniales in electione dissentientes, per electionem in episcopum translatam, quam primum recipiant abbatissam.

Item 73) Rauenne archiepiscopo.

Caussam, quæ inter moniales sanctæ Margarethæ super 74) discordia et electionis 75) dissentione, quam 76) secerunt, agitari dinoscitur, experientiæ tuæ iam pridem commisimus terminandam. Vnde quoniam caussa 77) iste 78) in tantum protrahitur, nec dum, sicut accepimus, in factum processistis, et periculosum et damnosum est monasterio, quod caussa ipsa in tantum protrahitur: fraternitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus infra XL. dies vel duos menses ad plus secundum tenorem aliarum litterarum 79) nostrarum 80) in 81) eadem caussa procedas, ita videlicet, quod si sorores ipsæ electionem in episcopum contulerint, promittentes, quod illam, quam episcopus eis prouideret, reciperent, ipsam, quam eis episcopus 82) prouidit, facias ab eis, appellatione 83) remota, in suam recipi abbatissam, si tamen idonea 84) exstat. Si autem in caussa procedere non poteris: dilectis filiis 85) I. Basilicæ XII. apostolorum 86) presbytero cardinali apostolicæ sedis legato et priori 87) S. Victoris ex parte nostra 88) notifices, vt in eadem caussa 89) procedatur, et 90) caussa fine debito 91) decidatur.

73) *Alexander tertius Rauennæ archiepiscopo.*
74) *Discordiam.*
75) *Dissensiones.*
76) *Fecerant.*
77) *Ipsa.*
78) Apud Harduinum deest aliquid ibique ita legitur: *in tantum protrahitur etc. fraternitati tuæ etc. quatenus infra duos menses ad plus etc.*
79) *Nostrarum*, omittit Hard.
80) *Quas tibi misimus*, addit Hard.
81) *Eadem*, non habet Hard.
82) *Prouiderit.*
83) *Cessante.*
84) *Existit.*
85) *Nostris F. Basilicæ duodecim etc.*
86) *Presbytero cardinali apostolicæ sedis legato*, omittit Hard.
87) *Sancti Victoris etc.*
88) *Significes.*
89) *Procedatur.*
90) *Caussa*, non habet Hard.
91) *Decidatur.*

CAP. V.

Ne de rebus ecclesiæ disponendi facultatem vllam habeat electus ante confirmationem electionis.

IDEM 92) *W. episcopo.*

Nosti, sicut vir prudens et sapiens, 93) quod dilectus filius noster G. 94) nomine Lincolniensis electus 95) concedendi honores vel 96) præbendas 97) aut alias disponendi 98) in rebus ecclesiæ, cum sua 99) non sit electio confirmata, 100) non habeat facultatem. Inde est, quod fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus 1) iam dicto electo ex parte nostra non differas arctius inhibere, ne archidiaconatum, 2) vel præbendam cuiquam, quod non arbitramur, concedat. qui si concesserit: ei auctoritate nostra præcipias, vt concessionem suam 3) quam citius omni contradictione et appellatione cessante studeat reuocare. 4)

92) *Exoniensi episcopo.*
93) *Quod.*
94) *Dictus*, vox *nomine* in codice MSC^to lineæ alia manu superscripta est.
95) *Committendi.*
96) *Præbendam.*
97) *Et alia.*
98) *De rebus.*
99) *Nondum sit.*
100) *Nullam habeat.*
1) *Eidem dicto electo.*
2) *Alicui conferre præsumat, vel si iam contulit, ei auctoritate etc.*
3) *Quam citius*, omittit Hard.
4) *Quod si destiterit, in eandem concessionem, appellatione remota remedio, auctoritate nostra non differas reuocare*, addit Hard.

CAP. VI. 5)

Vt præbendam nouus episcopus concedat cuidam bene merito.

IDEM *Herefordensi episcopo.*

Dignum est et rationi consentaneum, vt eos, qui in seruitio tuo fideliter et constanter laborant, ampliori affectione diligas et circa eorum promotionem curam adhibeas efficacem. Lator præsentium Wal. sicut ex litteris tuis accepimus, apud nos, pro negotiis sibi iniunctis fideliter institit, et ad ea promouenda pro viribus suis diligenter et deuote laborauit. Inde est, quod nos, pensata fidelitate eius, quam erga te gerit, ipsum prudentiæ tuæ duximus attentius commen-

5) Hoc cap. in Harduini collectione deest.

dandum:

dandum: per apostolicam sedem praecipiendo mandemus, quatenus ei pro reuerentia beati P. et obtentu fidelitetis suae aliquem de ecclesiis ad tuam dioecesim spectantibus, si qua vacat, vel cum primo vacauerit, vnde possit vitae suae sustentationem sofficienter et honeste percipere, cum fuerts consormatus, concedas, in qua ipse tibi omni tempore deuotior existeret.

CAP. VII.

Vt in ambiguis recurratur ad communem verbi intelligentiam.

IDEM 6) *Cisterciensi electo.*

Cum de tua electione et aliorum, qui funt, 7) qui in quibusdam ecclesiis Anglicanis electi in praesentia 8) vestra et fratrum 9) nostrorum quaestio mota fuisset, et singulis 10) nostris quaedam obiicerentur, 11) vel obiectum est, quod in oculo maculam habeas, et quod 12) fueris canonici filiue: attendentes itaque prudentiem et honestetem tuam et volentes ta nostrae gretie 13) et dilationis prerogatiua gaudere, venerabili fretri nostro 14) R. Cantuariensi archiepiscopo epostolicae sedis legato 15) vel dedimus in mandatis, vt pro eo, quod canonici filius diceris, 16) in promotione tua ex multa dispensatione procedere non 17) postponas. De macula vero, quam in oculo habere diceris, hoc praedicto archiepiscopo 18) mandamus, 19) vt consilio suffrageneorum suorum 20) praesertim venerebilium fratrum 21) suorum, Exoniensis et Wigorniensis episcoporum, 22) quod sainde fibi visum fuerit, 23) exequantur. Tu 24) iteque eundem archiepiscopum super his 25) requirere studeas humiliter 26) et deuote, quia 27) tibi ea magna dispensatione in hac perte curauimus sollicite prouidere, 28) vtpote qui personam tuam sincere caritate diligimus, et libenter, quantum secundum Deum possumus, ad tuum intendimus commodum et honorem.

6) *Cisterciensi episcopo.*
7) *Qui*, non legit Hard.
8) *Nostra.*
9) *Nostrorum*, deest apud Hard.
10) *Vestrum.*
11) *Tibi obiectum.*
12) *Sis.*
13) *Ac.*
14) *R.* deest apud Hard.
15) *Vel*, omittit Hard.
16) *Fuisse*, addit Hard.
17) *Post ponat.*
18) *Mandauimus.*
19) *Vt in quo suffrag.*
20) *Et*, addit Hard.
21) *Nostrorum.*
22) *Examine visum etc.*
23) *Sic exequatur.*
24) *Vero.*
25) *Irequirere.*
26) *Ac.*
27) *Nos*, addit Hard.
28) *Vt personam etc.*

CAP. VIII. 29)

Iusiurandum, quo se papae obstringit episcopus.

GREGORIVS PETRO *subdiacono.*

Ego episcopus N. ab hac hora in antea fidelis ero sancto P. sanctaeque Romanae apostolicae ecclesiae, dominoque meo papae A. eiusque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio neque in facto, vt vitam perdat, aut membrum, aut capiatur mala captione. Consilium, quod mihi per se, vel per litteras, vel per nuntium manifestabit, ad eorum damnum nulli pandam. Papatum Romanae ecclesiae et regulas patrum eum ad retinendum, salno meo honore, contra omnes homines. Vocatus ad synodum veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Legatum sedis apostolicae, quem certum legatum esse cognouero, in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adiuuabo. Apostolorum limine singulis annis aut per me aut per certum nuntium visitabo, nisi eorum me absoluat licentia; sic me Deus adiuuet et haec sancta euangelia.

29) Hoc capitulum in Harduini collectione deest.

CAP. IX. 30)

Vt fidelitatis et obedientiae iuramentum prius praestet archiepiscopus, quam ei tradatur a sede apostolica pallium.

31) *Paschali Palmanae episcopo.*

Significasti, frater carissime, regem et regni maiores admiratione permotos, quod pallium tibi ab apocrisarius nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod a nobis scriptum deferebant, tuerares. In pallio, frater, conceditur plenitudo pontificalis officii, quia iuxta sedem apostolicam et totius 32) Europae consuetudinem ante acceptum pallium metropolitanis minime licet aut episcopos consecrare, aut synodum celebrare. Mirentur in hac caussa 33) Dominum 34) nostrum Iesum Christum. Cum enim Dominus Iesus Christus 35) ouium suarum curam Simoni Petro committeret, conditionem posuit dicens: diligis me Simon Petre? pasce oues meas. Si conscientiarum factor et conditor conditione hoc vsus est 36) non semel tantum, sed 37) etiam secundo et vsque ad contristationem, qua nos sollicitudine, qua prouisione oportet tantam ecclesiae praelationem, tantam Christi ouium curam fratribus imponere, quorum conscientias non videmus. Illis maxime, quos visu nullo nouimus, quorum dilectionem penitus ignoramus. Aiunt 38) omnes iusiurandum in euangelio 39) a Domino esse prohibitum, nec ab 30) apostolicis post Dominum, nec in conciliis inueniri statutum posse. Quid ergo est, quod idem Dominus subsecutus, eit: quod amplius est, a malo est. Hoc enim amplius, 41) nisi exigamus, malum nos, illo permittente, compellit, nonne malum est ab ecclesiae vnitate, a sede apostolicae obedientiae resilire, nonne malum, 42) contra 43) canonum statuta prorumpere. Quam multi etiam post sacramentum hoc 44) praesumpsere. Nonne praedecessor tuus praeter Romani pontificis conscientiam damnauit episcopum? Quibus hoc canonibus, quibus conciliis legitur esse permissum? Quid super episcoporum 45) translationibus loquuntur, quae apud vos non auctoritate apostolica, sed nutu 46) religionis praesumuntur; propter haec mala et alia vitanda huiusmodi iuramentum exigitur. Cur autem iuramenta Dominus prohibuerit, 47) manifestat apostolus Iacobus dicens: vt non sub 48) iudicium incidatis, 49) nec quisquam, sicut 50) beatus Augustinus exponit, assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem dilabatur. Quapropter iuratione quis non vtatur, nisi 51) ea necessitate, cum videt pigros esse homines ad credendum, quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmetur. Hoc nimirum malo 52) et necessitate compellimur pro fide 54) et pro vnitate 55) et pro obedientia requirere. Porro pro diffidentia auditorum apostolum 56) P. iurasse, 57) ipsius epistolae 58) protestentur. Aiunt enim, in conciliis statutum non inueniri, 59) quia Romanae ecclesiae legem concilia 60) nulla praefixerint: cum omnia concilia per 61) eius auctoritatem et facta sint et robur acceperint, et in eorum statutis Romana patenter excipietur auctoritas. 62) Et ita possunt apostolicam sedem contemnere, 63) apud nos calcaneum eleuare, 64) et datum a Deo priuilegium euertere, vel 65) auertere non possunt, quia petro dictum est: 66) Tu es Pe. et s. p. e. e. m. et t. d. c. r. c. 67) Quibusdam tamen consiliorum decretis, dandi pallii modus praescriptus est, et professionis vel obedientiae ordo 68) sancitus. Cum igitur e sede apostolica vestrae insignia dignitatis exigitis, quae a beati Petri tantum corpore assumuntur: iustum est, vt vos quoque sedi apostolicae soluatis 69) debita signa subiectionis. Quae vos cum beato Petro tanquam membrum de membro 70) habere, et 71) catholici capitis vnitatem seruare declarent, 72) ea est adhibita moderatio, vt nihil iniuriosum, 73) nil difficile sit adpositum, quod non etiam 74) per exactionem nostram ab omnibus debeat episcopis obseruari, qui sub apostolorum 75) P. et P. obedientiae 76) decreuerint et vnitate persistere. Numquid non vltra vos 77) Deci consistunt? et tamen eorum metropoliteni 78) idem iuramentum afferunt, et legatos apostolicae sedis honorifice tractant, et in suis necessitatibus adiuuent, et apostolorum limina per legatos suos non tantum per triennium, sed annis singulis visitent. 79)

30) Hoc caput apud Harduinum, ut geritur inter epistolas papae Paschalis II. et quidem Tom. VI. P. II. collect. Hard p. 1768.
31) *Paschalis episcopus seruus seruorum Dei N. Polonorum archiepiscopo.*
32) *Ecclesiae.*
33) *Et*, addit Hard.
34) *Nostrum*, omittit Hard.
35) *Vt*, addit Hard.
36) *Nec.*
37) *Et.*
38) *Omne.*
39) *A Christo Deo esse.*
40) *Ipsis*, addit Hard.
41) *Vt.*
42) *Est*, addit Hard.
43) *Sacrorum*, addit idem.
44) *Praesumpserunt.*
45) *Translationibus loquar, quae etc.*
46) *Regis.*
47) *Apostolus Iacobus manifeste adstruens docet:*
48) *Iudicio.*
49) *Ne.*
50) *Sanctus.*
51) *Ex*, non praeponit Hard.
52) *At.*
53) *Hac.*
54) *Et*, omittit Hard.
55) *Et*, non legit idem.
56) *Paulum.*
57) *Eius.*
58) *Testantur.*
59) *Quasi.*
60) *Vila.*
61) *Ecclesia Romana auctoritatem.*
62) *Nonne in Chalcedonensi concilio alibiue dictum sexta statutum est: ante omnia quidem primatus honorem praecipuum secundum canones antiquae Romae reuerentissimo, archiepiscopo conseruari? Itaque quod censuerunt rex et magnates a supradicta sacramenti conditione acquiescere, videturne vobis iudicium euangelicum? Videturne primatus nostri honor praecipuus? Nam quod animo cecidit illa sententia Domini: non est discipulus supra magistrum? Numquid Hungarico principi dictum est: et tu conuersus confirma fratres tuos? Numquid hoc nos commodi nostri profectione exquirimus, et non vnitatis catholicae statuimus firmamentum?* addit: *et ita*, omittit Hard.
63) *Aduersum*
64) *Et*, non habet Hard.
65) *Auferre.*
66) *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et tibi dabo claues regni caelorum.*
67) *Quibus tamen quatuor in conciliorum decretis etc.*
68) *Sanctitus est.*
69) *Debita.*
70) *Habere.*
71) *Catholicae.*
72) *In quibus a praedecessoribus nostris*, addit Hard.
73) *Nihil.*
74) *Praeter.*
75) *Principum Petri et Pauli etc.*
76) *Decreuerunt.*
77) *Saxones Daciquae consistunt?*
78) *Et*, addit Hard.
79) *Ita te, frater carissime, fruamur in Domino, vt non per te in ecclesia subtractionis et dissidii quod absit, oriatur occasio*, addit idem.

TITVLVS XLI.

DE OFFICIO ET POTESTATE PRAELATI ET IVDICIS ORDINARII.

CAP. I.

Vt vniuersi tamen suffraganeorum Cantuariensis, quamuis non iure metropolitico, legationis tamen obtentu, ad eum transferri queant, licet ad eum non sit appellatum.

ALEXANDER III. *vniuersis 80) episcopis suffraganeis Cantuariensis ecclesiae.*

Cum non ignoretis, venerabilem fretrem nostrum Cantuariensem archiepiscopum vobis non solum metropolitico, sed etiam lega-

80) *Episcopis*, omittit Hard.

tionis

tionis 81) nostræ vice præesse, mirabile satis est, quod quidam vestrum, sicut audiuimus, asseuerare 82) præsumunt, quod idem archiepiscopus nullam caussam de episcopatibus vestris 83) seu metropoleos siue legationis iure audire debeat, nisi per appellationem 84) proferatur ad ipsum. Sane licet forte 85) metropolitano iure non debeat caussam de episcopatibus vestris, nisi ad eum per appellationem deferatur, audire: legationis tamen obtentu vniuersas caussas de ipsis episcopatibus, quæ per appellationem vel 86) querimoniam 87) aliquorum 88) peruenerint ad audientiam suam, audire potest et debet, sicut qui in prouincia 89) sua vices nostras gerere 90) comprobatur. Mandamus itaque 91) vobis atque præcipimus, 92) vt caussas, quæ de vestris episcopatibus ad eundem archiepiscopum 93) proferuntur, eius iudicio relinquatis, nec quemlibet clericum vel laicum vestræ iurisdictionis deterrere vel impedire tentetis, quo minus 94) in præfata caussa ad præfatum archiepiscopum, si voluerit, possit transferre.

81) *Iure præesse* etc.
82) *Præsumpserunt.*
83) *Siue.*
84) *Deferatur.*
85) *Metropolitica.*
86) *Per aliquam*, addit Hard.
87) *Aliquorum*, non habet Hard.
88) *Peruenerint.*
89) *Tua.*
90) *Probatur.*
91) *Vniuersitati vestræ atque* etc.
92) *Quatenus caussas* etc.
93) *Perferuntur.*
94) *Caussas suas ad præfatum* etc.

CAP. II.

Vt sententia post adpellationem lata liget neminem: et vt archiepiscopus ante adpellationem excommunicatum possit absoluere.

Item 95) *Rotomagensi archiepiscopo.*

96) Quæsitum est a nobis ex parte tua, 97) vtrum liceat tibi eos, qui ab episcopis 98) suffraganeis tuis 99) sunt 100) excommunicatione innodati, et ad audientiam tuam appellent, absoluere, antequam tuo steterint iudicio? Inquisitioni tuæ præsentibus litteris 1) duximus respondendum, quod si post appellationem 2) in eos sit excommunicatio promulgata, absolutione non indigent; cum sententia post appellationem 3) factam neminem ligare possit. Si 4) vero ante appellationem excommunicati 5) sunt, ante ingressum caussæ, recepto ab eis sacramento; secundum ecclesiæ consuetudinem debes 6) ipsos absoluere: nisi episcopo, a quo excommunicati 7) sunt, in hac parte deferre volueris, et eos ad ipsum remittere absoluendos. 8) Cum autem ab ipso episcopo vel a te fuerint absoluti, caussam audire 9) poteris et 10) fine debito terminare: quia nec excommunicati ante absolutionem 11) suam in caussa sunt audiendi, nec 12) ad eos, a quibus appellatum est, 13) debent 14) remitti.

95) *Rotomagensi.*
96) *Quia*, addit Hard.
97) *Si liceat*
98) *Ab*, addit Hard.
99) *Fuerint*
100) *Excommunicationis vinculo innodati.*
1) *Respondemus.*
2) *Inter eos sententia excommunicationis est promulgata.*
3) *Lata*, addit Hard. voce: *factam* omissa.
4) *Autem.*
5) *Fuerint.*
6) *Eos*
7) *Fuerunt.*
8) Format hic Harduinus nouam periodum.
9) *Debes.*
10) *Eam*, addit Hard.
11) *Suam in caussa*, omittit Hard.
12) *Caussa*, addit Hard.
13) *Debet.*
14) *Aliquatenus*, addit Hard.

CAP. III.

Ne relaxetur sententia excommunicationis interdicti sine satisfactione congrua.

IDEM.

Cum ab ecclesiarum prælatis ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet et firma consistere, 15) et vsque ad dignam satisfactionem inuiolabiliter 16) obseruari. Quapropter discretioni 17) vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si quando dilectus filius noster 18) iam plebanus sancti Pancratii 19) de Lucrum in clericos vel 20) laicos suos parochianos 21) interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, 22) ipsam faciatis inuiolabiliter obseruari, vt eam sine congrua satisfactione 23) absque conscientia 24) eiusdem plebani 25) nullatenus relaxetis.

15) *Vt.*
16) *Obseruetur.*
17) *Tuæ*
18) *I. iam plebanus.*
19) *De Lucrum*, omittit Hard.
20) *In*, addit Hard.
21) *Interdum*, adiicit Hard.
22) *Præcipias obseruari, nec eam sine* etc
23) *Et*, addit Hard.
24) *Eiusdem*
25) *Aliqua ratione relaxes.*

CAP. IV. 26)

Vt parochianus publica fama laborans, accusatore et testibus deficientibus, per episcopum compellatur ad purgationem, nisi adpellauerit.

IDEM *Genuensi episcopo.*

Nos inter alios præminentes summa licet immeriti dignitate, vt quæ dubia sunt, debeamus declarare et singulorum consultationibus, quantum Dominus nobis ministrauerit, sollicite respondere, vt quæstiones sub examine ecclesiæ Romanæ terminentur, quæ inter alias disponente Domino obtinet principatum. Vnde quia nos tua fraternitas consulere voluit, vtrum episcopus parochianum suum, publica fama eum accusante ad purgationem cogere possit? consultationi tuæ taliter respondemus: quod si de aliquo crimine publica laborat infamia, accusatore et testibus deficientibus ad purgationem per dioecesanum episcopum est compellendus, nisi forte super ipso ad superiorem iudicem duxerit appellandum. Sane si appellauerit, eius parebit iudicio, ad examen cuius caussam voluit per appellationem transferre.

26) Hoc capitulum apud Harduinum deest. Vid. cap. 5. X. de purgat. canon.

CAP. V.

Vt in ecclesiis, quarum ordinatio differtur, ab episcopo constituatur oeconomus.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo 27) et eius suffraganeis.*

Cum nos plerumque oporteat 28) ordinationem differre 29) ecclesiarum, pro eo, quod quandoque persona 30) nobis minus idoneæ 31) præsententur, aut interdum inter nos et 32) præsentationes personarum alia de caussa radix dissensionis 33) emergit: prouidendum 34) nobis est, ne occasione huius 35) dissensionis et scandali 36) interim fructus illarum ecclesiarum depereant, aut eis in spiritualibus grauia proueniant detrimenta. Inde est, quod fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus si quando in illis vacantibus ecclesiis, in quibus ecclesiastica persona præsentationem non habet, vel quia personæ minus idoneæ 37) nobis præsentantur, vel 38) aliter de caussa 39) vel de iure personas non poteris instituere in ecclesiis, 40) et appellatione cessante, ponetis 41) Yconomos, qui 42) debeant ecclesiarum 43) fructus percipere, et eos aut in 44) ipsarum vtilitatem expendere, aut futuris personis fideliter 45) reseruare.

27) *Et eius suffraganeis*, omittit Hard.
28) *Ordinationes.*
29) *Clericorum.*
30) *Nobis*, non habet Hard.
31) *Præsententur.*
32) *Præsentatores.*
33) *Emerserit.*
34) *Nobis*, omittit Hard.
35) *Dissensionis et*, omittit Hard.
36) *Aut fructus ecclesiis depereant* etc.
37) *Nobis.*
38) *Alia.*
39) *Vel*, deest apud Hard.
40) *Ipsis contradicentibus*, addit Hard.
41) *Oeconomos.*
42) *Debent.*
43) *Reditus.*
44) *Ecclesiarum.*
45) *Obseruare.*

CAP. VI.

Vt sacerdos, sciens aliquem reum criminis, ad instantiam læsi possit eum excommunicare, non autem remouere ab officiis publicis.

46) EVGENIVS.

Si sacerdos sciat, 47) aliquem esse reum alicuius criminis, vel 48) confessus fuerit, et emendare noluerit, nisi iudiciario ordine quis probare possit: non debet eum nominatim redarguere, sed indeterminate, sicut 49) vnus vestrum me traditurus est. 50) Sed ille, cui damnum illatum est, petierit iustitiam, potest excommunicare auctorem damni, licet ei confessus 51) fuerit; sed tamen non 52) nominatum potest eum a communione remouere, licet sciat, eum esse reum: quia non vt index scit, sed vt Deus. Sed debet eum admonere, ne se ingerat, quia nec Christus Iudam remouit a communione.

46) *Alexander III. Norwicensi episcopo.*
47) *Pro certo*, addit Hard.
48) *Si*, addit idem.
49) *Dixit Christus*, addit Idem.
50) *Si vero ille.*
51) *Sit*
52) *Nominatim.*

CAP. VII.

Vt heredes iussa testatoris adimpleant.

Item *ex concilio 53) mor. C. I.*

Si 54) heres iussa testationis non 55) adimpleuerit: ab episcopo loci illius, omnes res, quæ his relictæ sunt, canonice interdicantur, cum fructibus et ceteris emolumentis, vt vota defuncti impleantur.

53) *Moguntiensi cap. primo.*
54) *Heredes.*
55) *Adimpleuerint.*

CAP. VIII.

Vt excommunicati, si, excommunicationis caussa tacita, priuilegium absolutionis meruerint, vitare tegantur: et vt, si dubium fuerit, confessis de hac indicatur purgatio.

ALEXANDER III. 56) *Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex parte tua nobis est constanti propositum assertione, quod interdum quidam pro certis caussis excommunicati sedem apostolicam visitant, et reticentes caussas, pro quibus sunt vinculo excommunicationis adstricti, 57) de absolutione sua litteras deferunt, continentes, eos ad apostolicam sedem accessisse, et auditis confessionibus suis absolutionis beneficium meruisse. Vnde quia nos consulere voluisti, vtrum illa 58) excommunicatio, si, occultatis excessibus, pro quibus excommu-

56) *Exoniensi episcopo.*
57) *De absolutione sua litteras deferunt, continentes, eos ad apostolicam sedem accessisse et*, omittit Hard.
58) *Absolutio teneat, si* etc.

nicati

nicati 59) fuerant, 60) et absolutionis 61) beneficium meruerunt, 62) sine excommunicationis eliam caussam prætendantes: consultationi tuæ taliter respondemus: quod si ita 63) tibi constiterit, eos cogere debes ecclesiastica censure, cum literis tuis rei veritatem continentibus ad apostolicam sedem redire. Si vero id tibi non constiterit, et eos suspectos habueris, quod non fuerint veritatem confessi: ipsos compellere debes 64) coram te, quod veritatem confessi 65) sint, purgationem præstare.

59) *Fuerant*
60) *Et*, omittit Hard.
61) *Privilegium.*
62) *Sine.*
63) *Tibi*, non legit Hard.
64) *Extrase*, addit Hard.
65) *Fuerint.*

TITVLVS XLII.
DE POTESTATE 66) ET OFFICIO IVDICVM DELEGATORVM. 67)

CAP. I.

Vt, licet inhibita fuerit adpellatio, a secundo tamen delegato ad primum delegantem adpellari queat.

68) ALEXANDER III. *regd. episcopo.*

Cum tibi sit de benignitate apostolicæ sedis indultum, vt caussas, quas de mandato nostro suscipis terminandas, liceat tibi personis aliis vni vel pluribus delegere, 69) et si ab his, quibus causa per te 70) fuerit e nobis commissa, appellatione 71) remota: accidit interdum, sicut tu asseris, quod caussam, quam tibi commisimus, appellatione postposita, terminandam, aliorum experientiæ 72) committis audiendam, et appellationem alter litigantium ad tuam, alter 73) nostram audientiam interponet: consultationi tuæ 74) taliter respondemus, quod ei appellationi, quæ ad nos interponitur, est omnino deferendum, licet 75) sit, appellatione remota, remissa.

66) *Et offic.*, omittit Hard.
67) *Et de variis litteris diversis temporibus impetratis*, addit Hard.
68) *Innocentius Londoniensi episcopo.*
69) *Sed ab his etc.*
70) *Fuit.*
71) *Cessante.*
72) *Committas.*
73) *Ad*, præponit Hard.
74) *Taliter*, non habet Hard.
75) *Fuerit.*

CAP. II.

Vt accusatores et eorum fautores, iustitiam impedientes censura coërceantur ecclesiastica.

IDEM. 76)

Quia quæsitum est e nobis ex parte tua, quid faciendum sit de potestatibus, 77) quas cum præcipimus alicui, iustitiam exhiberi, de his, 78) quos diligunt, aut tueri volunt, minis, 79) aut terroribus suis, conquerentes silere compellunt, et 80) sic mandatum nostrum eludunt: id tibi respondemus, quod 81) sic agentes et consentientes pari pœna scripturæ testimonio puniuntur. 82) Si tamen eos, qui trahuntur in caussam, quam principales fautores eorum, 83) manifesta cognoveris iustitiam impedire: censura ecclesiastica poteris coercere.

76) *Bathoniensi episcopo*, addit Hard.
77) *Quæ.*
78) *Quod.*
79) *Et.*
80) *Sic*, omittit Hard.
81) *Sicut.*
82) *Sic tam eos.*
83) *Si eos*, addit Hard.

CAP. III.

Vt pro varietate litterarum in exsequutione iudicibus supersederi queat.

ALEXANDER III. *Eboratensi archiepiscopo.*

Sane si a nobis 84) super alique causa prius litteræ impetrentur et aliæ postea, non facta mentione priorum litterarum, litteræ 85) obtinentur, si iudicibus 86) innotuerit, donec 87) romano pontifici consulant, et suam exinde plenius cognoscant voluntatem: executione litterarum debent penitus supersedere, ne pro varietate litterarum caussarum fines valeant impediri. 88) Item cum aliqua causa 89) per appellationem remotam committitur et sententia fertur, 90) in qua eam 91) euacuari oportet, nec ei debet 92) astari, si manifestam contineat iniquitatem.

84) *Super aliqua causa*, omittit Hard.
85) *Impetrentur.*
86) *Innotuit.*
87) *Romanum pontificem*
88) Verba: *Item cum aliqua causa*, vsque ad finem constituunt in collectione Harduini, cap. IV. et ibidem tom. VI. P. II. in append. ad concil. Lateran. III. p. 1741. in f. cap. III. pergitur: *Et hoc intimat etc.*
89) *Adpellatione remota.*
90) *In qua.*
91) *Vacuare.*
92) *Stari.*

CAP. IV.

Vt index delegatus alii vices suas possit committere.

Item 93) *Laudo episcopo.*

Si pro debilitate tua, vel 94) aliqua graui necessitate, tractandis caussis, quæ tibi ab apostolica sede committuntur, 95) interesse non poteris: liberum tibi sit, 96) discretis et idoneis personis vices tuas committere, ita 97) quidem, vt, si res tanti est, te consulere debeant, nisi forte caussæ ita graues sint, quod sine præsentia tua non possint 98) commode terminari.

93) *Laudunensi episcopo.*
94) *Pro*: addit Hard.
95) *Adesse.*
96) *Aliis*, addit Hard.
97) *Quod*, *si res* etc.
98) *Omnino.*

CAP. V.

Quid iuris sit, si caussæ intra certum terminum a iudice delegato decidendae sint?

IDEM 99) *Wi. Cantuariensi electo.*

De caussis, quæ 100) infra terminum certum decidendæ committuntur, 1) hanc tuam volumus cognitionem tenere, quod, nisi dies ab apostolico præfixus de communi 2) partium consensu prorogetur, eo transacto mandatum 3) expiret. 4) Illis etiam, qui pro causis tibi commissis ad citationem 5) venire, aut tuo super his iudicio parere neglexerint, si tale fuerit negotium, quod certa exinde pœna canonibus exprimatur, eam infligas: alioquin ipsos pro delicti qualitate et caussæ secundum tuum arbitrium punias.

99) *W. carnotensi electo.*
100) *Intra.*
1) *Ha.*
2) *Partium*, omittit Hard.
3) *Exspirat.*
4) *Ills.*
5) *Tuam*, addit Hard.

CAP. VI.

Vt iurisdictione delegata, omnia videantur delegata, quæ faciunt ad iurisdictionem.

IDEM *archiepiscopo* 6) *Cenonensi.* 7) Pars capituli: *sancte Romana.*

Præterea super hoc, quod nos consulere voluisti, verum liceat iudici delegato, non ordinario sine litteris 8) dimissoriis cogere 9) contumaces, vt 10) veniant, aut damnare, si non 11) veniant: hoc tibi præsentium auctoritate innotescat, quod 12) postquam ei caussa, licet simpliciter 13) delegatur, satis 14) potes 15) nostra auctoritate compellere, et contumaces seueritate ecclesiastica coercere, etiamsi litteræ commissionis id non contineant, aut partes mandatum non habeant, vt accedant. Quia ex eo, quod causse 16) alicui committitur, 17) his omnibus, quæ ad caussam ipsam 18) spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

6) *Senonensi.*
7) Pars capituli: *sancta Romana.* omittit Hard.
8) *Citatoriis.*
9) *Contumacem.*
10) *Veniat.*
11) *Venerit.*
12) *Quamuis ei etc.*
13) *Delegetur.*
14) *Poteft.*
15) *Partes*, addit Hard.
16) *Sibi.*
17) *Super*, præponit Hard.
18) *Pertinere.*

CAP. VII. 19)

Vt venditio rescindi queat ob enormem læsionem, vel emtor suppleat, quod deest iusto pretio.

ALEXANDER III. *Arelatensi episcopo.*

Cum dilecti filii nostri beluacenses canonici contra religiosos viros abbatum et fratres Caroli loci proponerent, syluam, quæ nigra vallis dicitur, a quibusdam eorum ignorante capitulo X. Li. et XL. M. tunc valentem, comparassent, post commissiones multas tandem caussam ipsam venerabili fratri morinensi episcopo et dilecto filio nostro decano remensi sub certa forma commisimus terminandam, adiicientes in litteris, quod vtrique, si causæ eius cognitioni interesse nequiverint, alter exhibitis sibi viris prudentibus et honestis in eodem negotio procedere non differre. Cum itaque decenus partes ad suam propter hoc præsentiam conuocasset, abbas et monachi non ad agendum vel respondendum, sed ad quærendum dilationes nuntios destinauerint, asserentes, quod ad nos miserant, et ad audientiam nostram appellauerunt. Verum quia in litteris appellatio remota fuerat, caussæ cognitione processit; et cum ei per testes beluacensis canonicorum constitisset, quod prædicti fratres minus dimidia iusti pretii comparassent, venditionem non tenere, et syluam ipsam adiudicauit ecclesiæ et canonicos in possessionem perduxit, nuntiis vtriusque partis in vestra propter hoc præsentia constitutis, dum ex parte canonicorum instaret et sollicite sententia peteretur auctoritate apostolica confirmari; habita deliberatione cum fratribus nostris et aliis sapientibus, qui legibus iudicant iurati eandem sententiam iuri contrariam intelleximus, quia emtoris in arbitrio, si velit supplere, an venditionem rescindere, cum res minus dimidie iusti pretii comparetur. Expropter sententiam ipsam de communi consilio fratrum prædictorum sapientium irritantes, possessionem monachis iudicamus esse reddendam, salua omni quæstione super deceptione pretii vel consensu capituli in venditione non habito, et alia rationabili caussa, quam canonici contra monachos duxerint proponendam.

19) Hoc capitulum in collectione Harduini deest. Vid. c. 3. X. de emt. et vendit.

CAP. VIII.

Ne iudex delegatus caussam adpellatione remota commissam alii committat remota adpellatione.

Item 20) *W. episcopo.*

Quamuis simus multiplicitate negotiorum impliciti et grauibus diuersisque sollicitudinibus occupati: nos tamen cogit præter commune debitum 21) fraterna tua caritas et dilectio, qua personam tuam diligimus

20) *Wintoniensi.*
21) *Tua fraternitas et etc.*

ligimus, tuis consultationibus respondere, ne videamur indiscussa relinquere, quæ tuæ nobis 22) voluerit 23) notanda 24) discretio præsentare. Innotescat 25) igitur tuæ sollicitudini, quod iudex a nobis delegatus causam sibi commissam potest alii vel 26) etiam pluribus delegare, aut totam audiendam et terminandam, aut etiam, ut 27) allegationes et rationes et attestationes recipiant et sententiam sibi servent, vel ut horum aliquid 28) tantummodo faciant iuxta voluntatem et beneplacitum delegantis, quamquam non possit eandem caussam alii, appellatione postposita, delegare, et si sibi sit appellatione remota commissa. Si vero duobus caussa committitur, 29) et si non apponatur, ut unus sine altero in 30) caussa procedat, nihilominus unus ex ipsis siue suo coniudici, siue alii vices suas in hac parte committere potest.

22) *Voluit.*
23) *Fundanda.*
24) *Discretio.*
25) *Itaque.*
26) *Etiam*, omittit Hard.
27) *Audiant rationes, et allegationes et attestationes* etc.
28) *Tantum.*
29) *Etiam si.*
30) *Ea.*

CAP. IX.

Vt priores litteræ derogent posterioribus, nisi intentio prioris commissionis habeatur in posterioribus, et ut in expensas condemnetur dolum et fraudem in delegatione adhibens.

IDEM eidem in eadem 31) *epistola.*

Ceterum si 32) quis ad iudices super aliqua caussa ab apostolica sede 33) commissionis litteras 34) impetrauit, aliis iudicibus forte committi, nisi de commissione prioribus 35) iudicibus facta in litteris commissionis, quæ aliis 36) iudicibus delegantur, mentio fiet, nihilominus priores 37) in cognitione 38) huius caussæ de cognitione procedere possunt, nec secundæ litteræ super eadem caussa taliter impetratæ, alicuius roboris firmitatem habere possunt. Si vero in secundis litteris habeatur mentio de commissione prioribus iudicibus facta: prædicta causa 39) appellatorum est exempta iudicio, cum eædem 40) litteræ non sint 41) tanta 42) vel aliqua veritate impetratæ. Verum si præsentibus partibus de ipsarum 43) assensu cuilibet causa committitur et processu temporis vel etiam 44) vel continuo altera partium, altera nesciente causam ipsam tacita veritate de priori commissione facta 45) impetrauerit committi: non immerito is, qui tali dolo et fraude aduersarium 46) suum cogit laborare, in expensis condemnari debet.

31) *Epistola*, omittit Hard.
32) *Qui.*
33) *Commissoriat.*
34) *Impetrent.*
35) *Iudicibus*, omittit Hard.
36) *Iudicibus*, omittit Hard.
37) *Iudices*, addit Hard.
38) *Ac causa de ipsa procedere debeat, nec secunda* etc.
39) *Priorum est*, etc.
40) *Litteræ*, non habet Hard.
41) *Tacita*
42) *Vel aliqua*, omittit Hard.
43) *Consensu.*
44) *Vel*, non legit Hard.
45) *Impetrauit.*
46) *Suum*, non legit id.

CAP. X.

Vt iudex delegatus suam exsequutionem demandare queat.

IDEM eidem in eadem 47) *epistola.*

Sententiam a delegato iudice latam, si ad mandatum ipsius iudicis 48) diocesanus episcopus executioni mandare neglexerit, is, qui ex delegatione romani pontificis sententiam tulit, eam executioni 49) mandandam plenam et liberam 50) habeat facultatem.

47) *Epistola*, deest apud Hard.
48) *Diœcesanus.*
49) *Mandandi.*
50) *Habet.*

CAP. XI.

Vt, libello citationis ante obitum delegantis proposito, et, lite post eius obitum contestata, delegatus procedere queat: et ut videatur appellationi renuntiasse, qui ad testes producendos postulauit inducias.

Item VRBANVS III. 51)

Gratum gerimus et acceptum, quod 52) negotiis vestræ 53) discretioni commissis debitam curam impenditis, et in his, 54) qui dubitationem 55) patiunt, pro grauitate officii vestri censuram sedis apostolicæ postulatis. Sane consuluit nos 56) deuotio tua, an ante obitum delegantis proposito 57) ei rationis edicto, lite vero post mortem 58) contestata, delegatus iudex nihilominus debeat in causa procedere, et verum is intelligatur appellationi renuntiasse, 59) qua interposita ad producendos testes inducias 60) postulasset, et 61) demum productioni et allegationi renuntiens, attestationes petiit solenniter publicari: sicut hoc totum circa decessum bonæ memoriæ prædecessoris nostri, 62) papæ Lucii, qui 63) vos iudices 64) delegauerat, sub examine vestro asseritis contigisse: nos 65) inquisitioni 66) tuæ taliter respondemus, quod 67) in casu 68) priori citatione facta negotium sit 69) inceptum, et maxime si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest et debet in causa 70) procedere; tenebitque quod iustitia 71) prima fuerit iudiciali tramite 72) definitum. In secundo 73) vero casu videtur 74) appellatione recessum, si secundum ea, quæ 75) proposita sunt, eum, qui appellauerat, constiterit processisse.

51) *Abbatibus de Welbeke et de Salvestan*, addit Hard.
52) *In*, præponit idem.
53) *Iurisdictioni.*
54) *Qua.*
55) *Faciunt.*
56) *Vestra discretio.*
57) *Citationis edicto.*
58) *Delegantis*, addit Hard.
59) *Qui ea interposita.*
60) *Postulauit.*
61) *Deinde.*
62) *Papa*, non habet Hard.
63) *Vos*, omittit Hard.
64) *Delegauit.*
65) *Autem*, addit Hard.
66) *Vestra.*
67) *Cum*, addit Hard
68) *Priore.*
69) *Quasi captum.*
70) *Procede.*
71) *Prænia.*
72) *Diffinitum.*
73) *Vero*, interiicit Hard.
74) *Ab*, præponit idem.
75) *Præmissa.*

CAP. XII.

Vt iudex delegatus suam exsequutionem demandare, sibique resistentem coercere possit.

IDEM. 76)

Significasti nobis per litteras tuas, quod interdum a iudice delegato frustra super aliqua caussa fertur sententia, cum ordinarius iudex eam ad mandatum ipsius nolit executioni mandare, vel aliis resistentibus effectui mancipare non 77) posse. Super hoc 78) consultationi tuæ taliter respondemus, quod si ordinarius iudex ad mandatum iudicis a nobis delegati non vult aut non potest, aliis resistentibus, sententiam ab eo latam effectui mancipare: delegatus iudex caussam, auctoritate sibi commissa, potest executioni mandare, et si 79) qui sibi restiterint, *97) ecclesiastica 80) sententia coercere.

76) *Norwicensi episcopo*, addit Hard.
77) *Posse.*
78) *Autem*, addit Hard.
79) *Quis sibi restiterit.*
*79) *Eum*, addit Hard.
80) *Censura.*

CAP. XIII.

Vt ad instans ordinarii commonitionem causa delegata differatur, et papa propterea consulatur.

IDEM. 81)

Si 82) qui vero clerici coram iudice delegato 83) prælatis ecclesiarum super ecclesiis, quas tenent, in causam traxerint, et coram eodem iudice transactione vel alio modo ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit, eas canonicam institutionem nullatenus habuisse, nec etiam possessionem corporalem: ordinarius 84) non debet iudicis delegati mandato resistere violenter, sed 85) ad hoc instare debet, ut differant in possessionem mittere, donec rei veritas nobis innotescat.

81) *Eidem in e. e.* addit Hard.
82) *Quando vero.*
83) *Prælatos.*
84) *Index*, addit Hard.
85) *Apud ipsum instare, ut differat illos in* etc.

CAP. XIV.

Vt secundum rigorem iustitiæ, non vero secundum formam in litteris expressam in causa procedatur.

IDEM 86) *Herfordensi episcopo.*

Intelleximus ex tuæ fraternitatis relatu, quod quandoque a nobis impetrentur litteræ, certam 87) formam continentes ad te et ad alios, aliquando per suggestionem falsitatis, aliquando per suppressionem veritatis. Vnde a nobis consilium postulasti, vtrum secundum formam, aut secundum rigorem iustitiæ tunc debeas in ipsa causa procedere? Super quo 88) fraternitati tuæ 89) taliter respondemus: quod si litteræ 90) nostræ ad te directæ formam expressam habuerint, et cognoveris, eas per suggestionem falsitatis, 91) aut suppressionem veritatis cum tali forma impetratas fuisse: tunc non secundum formam in eis expressam, sed secundum rigorem iustitiæ in causa ipsa sine personarum acceptione procedas.

86) *Herefordensi.*
87) *Causam habentes ad te* etc.
88) *Discretioni.*
89) *Tale damus responsum.*
90) *Nostra*, omittit Hard.
91) *Et per.*

CAP. XV.

Quid iustum sit circa delegationes.

IDEM.

Si autem lis infra certum terminum præcipitur decidi: non poterit negotium vltra præfixum 92) diem, nisi 93) de communi consensu partium prorogari. Verum si iudex delegatus aliter fecerit, et fines mandati excesserit: 94) iurisdictionem non est dubium expirare.

92) *Terminum.*
93) *De*, non præponit Hard.
94) *Eius*, addit Hard.

CAP. XVI.

Vt delegatus secundum priores litteras in causa procedat, nisi expresse in posterioribus contineatur, causam ab eius examine subtractam.

IDEM 95) *G. Londoniensi et* 96) *R. Wigorniensi.* 97)

98) Peruenit ad nos ex parte R. 99) - - - presbyteri, quod cum 100) ipse ad vos 1) litteras nostras attulisset, quod si vobis 2) constiterit, eum per vim T. clerici metu regio cooperante, ecclesiam 3) ea de 4) Begingia, quam se asserit per XL. annos pacifice possedisse, 5) pridem iuramento præstito refutasse eandem ecclesiam, *5) restituens

95) *G.* deest apud Hard.
96) *R.* deest apud eundem.
97) *Episcopis*, addit Hard.
98) *Peruenerat.*
99) *Senex*, supplet Hard.
100) *Ipse*, non habet Hard.
1) *Olim*, addit Hard.
2) *Constaret.*
3) *Et*, non legit Hard.
4) *Gesebergsa.*
5) *Iam pridem.*
*5) *Ei restitueret. Prædictus vero T. alias* etc.

ei

ei prædictus T. alias litteras a nobis posterius impetratas ad alios iudices super eodem negotio reportauit, et sic caussa ipsa sub vestro non fuit examine terminata. Mandamus itaque fraternitati 6) tuæ atque præcipimus, quatenus, non obstantibus litteris a memorato T. posterius impetratis, nisi ibi contineatur expressum, quod caussam ipsam vestro iudicio 7) subtraxerimus, vtramque partem ante vos conuoceris et eidem 8) ecclesiæ iuxta tenorem 9) aliarum litterarum nostrarum, sublato appellationis remedio, non differatis debitum finem imponere.

6) *Vestræ atque prudentiæ, quatenus etc.*
7) *Subtraxerimus.*
8) *Caussæ.*
9) *Alterarum.*

CAP. XVII.

Vt iudicis delegati cesset iurisdictio, simulac suo functus officio.

IDEM 10) *Lixoniensi episcopo.*

In litteris, quas tua nobis destinauit fraternitas, quæstiones quasdam instruxisti, 11) de quibus solutionem tibi, a nobis 12) postulasti exhiberi: quarum siquidem vna est, scilicet vsque ad quod tempus iudex delegatus se possit interponere, vt fiat res iudicatæ vel transactioni; super quo 13) prudentiæ tuæ taliter respondemus, quod ex quo iudex delegatus per se, aut per alium, si 14) potuerit, executioni mandauerit vel 15) præceperit mandari, eius auctoritas et iurisdictio cessat, quia semel est officio suo functus.

10) *Lexoniensi archiepiscopo.*
11) *Super quibus.*
12) *Postulas.*
13) *Vtique paternitati tuæ*, loco cuius in margine monet Harduinus legendam esse *fraternitati.*
14) *Potest.*
15) *Pro se fecerit mandari.*

CAP. XVIII.

Vt absens caussa studii vel peregrinationis vel alia certa caussa ante citationem excusetur, et ne terminus a delegatore præfixus prorogetur a delegato absque consensu partium.

IDEM abbati sancti 16) *Albini.*

Consultationibus singulorum ex ministerio 17) seruituris cogimur respondere, vt si quid dubietatis vel quæstionis in mentem alicuius emerserit, ab ecclesia Romana soluatur, quæ inter alias, disponente 18) Deo, meruit obtinere principatum. Quæsitum est a nobis siquidem, 19) vtrum, si aliquis ecclesia vel possessione 20) sua se asseuerat absque iudicio et caussa rationabili spoliatum, 21) a nobis ad iudicem litteras 22) obtinet, vt intra certum tempus restituatur sibi possessio; si constiterit iudici, eum esse taliter spoliatum: possessio debet restitui ei: cum is, qui tenet ecclesiam 23) vel possessionem, quam ipse requirit, antequam de litteris 24) ipsis aliqua mentio fieret, 25) studio peregrinationis, vel alia huiusmodi caussa se absentauerit, 26) nec infra præfixum tempus 27) iudicii possit suam præsentiam exhibere. Super quo 28) vtique inquisitioni tuæ taliter respondemus: 29) quia nec potest, nec debet 30) restitutionem habere, quamuis paratus sit coram iudice delegato testibus idoneis possessionem et eiectionem suam probare, nisi is, qui possidet, 31) se per contumaciam absentasset. Si autem iudex vsque ad reditum eius, qui possidet, terminum prorogauerit. Exspirat enim sua iurisdictio, quia sine consensu vtriusque partis non licet iudici terminum prorogare, aliquatenus præfixum a delegatore.

16) *Albani.*
17) *Suscepta*, adiicit Hard.
18) *Domino.*
19) *Vt si quis ecclesia etc.*
20) *Atque se asseuerans absque etc.*
21) *Et*, addit Hard.
22) *Obtinuerit.*
23) *Vel postquam ipse requirit etc.*
24) *Ipsis*, deest apud Hard.
25) *Studiorum.*
26) *Non infra etc.*
27) *Iudici.*
28) *Itaque.*
29) *Quod.*
30) *Testimonium habere.*
31) *Se per contumaciam absentasset. Si autem iudex vsque ad reditum eius, qui possidet*, omittit Hard.

CAP. XIX.

Vt conditio: si preces veritate nitantur; subintelligenda sit, licet non adponatur.

IDEM 32) *Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex parte venerabilis fratris nostri, 33) Conuentrensis episcopi, nostris est auribus 34) insinuatum, quod cum de caussa, quæ inter G. et F. clericum super præbenda de 35) Neale diligenter cognouisset et 36) idem G. secundum tenorem litterarum nostrarum, in quibus continebatur, quod si constaret, prædictum F. de periurio esse conuictum, et perpetuo illi præbendæ renunciasse, ab eadem præbenda, appellatione cessante, amoueretur, 37) eo cognito et probato, cum prælibatam præbendam 38) eidem G. adiudicasset, prædictus F. in vocem appellationis prorupit, et ad nos veniens 39) ad te secundum hunc 40) litteras 41) apportauit, quod ei 42) præbendam præcise et absque caussæ cognitione 43) restituens, 44) episcopum, qui post appellationem præbenda eum spoliauit, auctoritate alicui beneficium auferendi, appellatione cessante, priuares, donec per se vel per nuntium aut per litteras suas, 45) de tanto excessu satisfacturus ad sedem apostolicam accederet, et prænominatum G. si eundem F. super iam dicta præbenda præsumeret molestare, vinculo excommunicationis vsque ad dignam 46) factionem adstringens. Vnde, 47) quoniam non credimus, ita præcise 48) scriptum esse, et si taliter scripsimus, hoc ex nimia occupatione contigit; et in 49) huiusmodi litteris intelligenda est conditio, etiamsi non apponatur: si preces veritate nitantur: fraternitati tuæ 50) per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus inspecto tenore litterarum, quas prædicto episcopo direximus, si inueneris, quod secundum prædictum modum ei scripsimus et in litteris 51) nostris appellatio sit inhibita, et in litteris, quas 52) tibi præfatus F. reportauit, non fuit habita mentio 53) primarum litterarum, sententiam præfati episcopi, omni 54) appellatione 55) remota, confirmes et 56) sæpe dictum F. cum litteris nostris, quas tibi detulit, ad præsentiam nostram venire compellas.

32) *R.* addit Hard.
33) *Conuentrensis.*
34) *Intimatum.*
35) *Nerbale.*
36) *Eidem.*
37) Hic apud Hard. noua formatur periodus, addito particula *que.*
38) *Eidem*, omittit Hard.
39) *Ad te*, non habet Hard.
40) *Tenorem*, addit Hard.
41) *Reportauit.*
42) *Præbendam*, non habet Hard.
43) *Restitueres.*
44) *Et ipsum.*
45) *De tanto excessu*, omittit Hard.
46) *Satisfactionem adstringeret.*
47) *Quia*
48) *Nos scripsisse.*
49) *Huiusmodi.*
50) *Taliter etc.*
51) *Nullus appellatio fuit inhibita, et in litteris*, non legit Hard.
52) *Tibi*, deest apud eundem.
53) *Priorum*
54) *Contradictione et*, addit Hard.
55) *Cessante.*
56) *Prædictum.*

CAP. XX.

Vt liceat iudici terminum adpellationis abbreuiare, et adpellantem ad adpellationem prosequendam compellere, vel vt coram se stet iudicio.

IDEM 57) *Lixoniensi.* Pars cap. *in litteris.*

Ad hæc cum aliquis nimis prolixum terminum suæ appellationi 58) præfixit, iudex potestatem habet competenti modo 59) adbreuiandi et si in termino de tempore 60) adbreuiando competenter statuto appellationem prosecutus non fuerit, nec canonicam 61) excusationem prætenderit: sententia, 62) si lata est, tenet. Quod si non est lata: iudex, 63) appellatione cessante, potest compellere intra terminum statutum appellationem prosequi vel coram se iudicio stare.

57) *Exoniensi episcopo.*
58) *Præfigit.*
59) *Abbreuiandi.*
60) *Abbreuiando.*
61) *Excusationem.*
62) *Si lata est, tenet, quod*, non legit Hard.
63) *Appellantem*, addit Hard.

CAP. XXI.

Vt iudex delegatus maior sit eo, cuius caussam suscepit terminandam, eumque, si rebellis fuerit, punire queat.

IDEM 64) *Cantuariensi archiepiscopo.*

Sane quia nos inprimis consulere voluisti, qualiter a nobis 65) iudex delegatus episcopum, qui ei non subest, ad aliquid faciendum vel dandum compellere debeat, cum caussam, quæ inter episcopum 66) ipsum et clericum vel laicum vertitur, a mandato nostro suscepit terminandam: id tuæ quæstioni 67) duximus respondendum, quod iudex a nobis 68) vices nostras 69) querit. Vnde in caussa illa superior est et maior illis, quorum caussam 70) suscepit terminandam. Ideo, si episcopus vel alia persona, 71) quando sit de iurisdictione illius in 72) caussa illa, quam illi delegamus, rebellis 73) ac contumax fuerit, 74) vel qualitatem vel quantitatem facti poterit 75) interdicti vel suspensionis sententia a iudice delegato compelli. 76) Itaque iudex secundum negotii qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressum ecclesiarum vel sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suam specialiter pertinet, interdicto supponat. 77)

64) *Carnotensi episcopo.*
65) *Index*, deest apud Hard.
66) *Ipsum*, deest apud eund.
67) *Duximus respondendum.*
68) *Delegatus*, adiicit Hard.
69) *Gerit*
70) *Suscepit.*
71) *Quæ non sit.*
72) *Caussam, quam.*
73) *Aut.*
74) *Secundum qualitatem.*
75) *Vel*, addit idem.
76) *Ita quod eum vel etc.*
77) In collect. Harduini Tom VI P II. p. 1745. in fine adhuc plura reperiuntur, quæ in cod. MSCto desunt.

CAP. XXII.

Ne quis, etiamsi præstito iuramento iudici sisti fuerit absolutus, et statim in vocem adpellationis prorumpit, aliquatenus audiatur.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo et Conuentrensi episcopo.*

Ex parte N. capellani nobis innotuit, quod cum 78) a te frater Conuentrensis litteras 79) nostras impetrasset, vt ei archidiaconatum, quem in ecclesia 80) tua primo vacare 81) contigeret, assignares, R. aduersarius eius 82) ad te, frater Eboracensis, litteras, sicut dicitur, impetrauit, nulla de prioribus habita mentione, vt, si auunculus 83) suus archidiaconatum, quem habebat 84) in ea ecclesia, vellet omnino dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur, si memores fuissemus, nos pro præfato N. litteras nostras, sicut 85) diximus, direxisse, 86) aduersario eius nullatenus scripsissemus, nolentes nostras litteras, quas pro eodem N. misimus, occasione 87) hac care-

78) *Ad te.*
79) *Nostras*, non legit Hard.
80) *Tua*, omittit Hard.
81) *Contigerit.*
82) *Alius a te.*
83) *Eius.*
84) *In iam dicta ecclesia.*
85) *Prædiximus.*
86) *Pro*, præponit Hard.
87) *Assignata.*

te

re eneam: fraternitati 88) vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus præscriptum episcopum 89) moneatis, vt præfato N. archidiaconatum suæ ecclesiæ, si 90) vacat, iuxta promissum suum assignet, non obstantibus litteris, quæ ab aduersario eius postmodum fuerint tacite veritate impetratæ.

88) *Tua etc. quatenus.*
89) *Admoneat.*
90) *Vacet.*

CAP. XXIII. 91)

Vt iudex delegatus rationabiles exceptiones admittere queat, nisi licentia ista ipsi in litteris plane edemta sit.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.*

Ex parte tua quæsitum est e nobis, vtrum, cum causam aliquam sub certa forma committimus, iudices delegati formam sibi commissam debeant sequi, quod rationabiles exceptiones non admittant. Super quo taliter respondemus, quod etiam si quandoque iudices expediat, formam sibi constitutam tenere, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, et in caussa procedere iuxta iuris æquitatem: nisi expressum in litteris nostris, quod nullæ debeant exceptiones admitti, quod nec nos, nec antecessores nostros vnquam credimus expressisse.

91) Hoc capitulum in Harduini collectione deest. Vid. c. 13. X de offic. et potest. iud. deleg.

CAP. XXIV. 92)

Confirmetur abbatis Lecestriae et abbatis Ler. in caussa noui fecti sententia.

IDEM *abbati Conuentrensis monasterii maioris.*

Quoniam abbas Lecestriæ, qui prius suscepto mandato nostro partibus diem ad agendum præfixit, præhabito consilio prudentum abbatem Ler. de nouo substitutum et iudici præmortuo porrecto illi abbati mandato nostro, quia sub expressis locorum nominibus et non personarum commutatio litterarum e nobis emanauit, sibi socium in caussa cognitione admisit, ideo nos sententiam eorum, sicut lata est, rationabiliter latam et firmam habemus.

92) Hoc cap. apud Harduinum deest. Vid. c. 14. X. de off. et potest. iud. deleg.

TITVLVS XLIII.

93) DE COGNITIONE MVTVARVM PETITIONVM SVB EODEM IVDICE.

CAP. I.

Vt actor ei, quem conuenit, super aliis negotiis in eodem iudicio respondeat.

ALEXANDER III. 94) *Velintino archiepiscopo.*

Ex litteris vestris accepimus, quod dilecti filii nostri, abbas et fratres 95) Maturensis monasterii, super quæstionibus, quas plebanus et clerici 96) Maturenses aduersos eos proponunt, vestrum parati fuerint subire 97) examen, si 98) ibi in continenti de suis debent quæstionibus respondere. Vnde, quoniam indignum 99) est, et penitus absurdum videtur, vt memorati 100) prædictus plebanus et clerici abbati et fratribus, de his, quæ aduersus eos proponunt, respondere non debeant; cum sibi 1) iustitiam postulant exhiberi: discretioni 2) vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus actione plebani et clericorum proposita, et responsione facta, eos moneatis auctoritate nostra et 3) vestra districtius compellatis, memoratis abbati et fratribus super quæstionibus suis coram vobis respondere, et vos vicissim postmodum rationes et allegationes vtriusque partis diligentius audiatis et 4) concordia vel iudicio terminetis.

93) *Vt actor respondeat ei, quem conuenit.*
94) *Volterano.*
95) *Maturensis.*
96) *Maturenses.*
97) *Granamen.*
98) *Ils.*
99) *Est*, omittit Hard.
100) *Memorati.*
1) *Exinde*, addit Hard.
2) *Tua.*
3) *Vestra*, Harduin. non habet.
4) *Cum*, addit Hard.

CAP. II.

Vt actores in continenti, coram eisdem iudicibus rei, respondeant.

IDEM *decano 5) plebano et clericis 6) marturiensibus.*

Miramur plurimum et mouemur, quod, cum caussam, quæ inter vos et 7) dilectum 8) filium nostrum, abbatem et fratres monasterii 9) Ma. vertitur, dilectis filiis 10) nostris 11) Volintino et abbati de Spongia commisissemus fine debito terminandam; et abbas et fratres parati essent, iudicium 12) eorum subire, si vos eis super quæstionibus, quas edoctus vos proponunt, deberetis in continenti respondere, et vos, sicut idem iudices nobis suis litteris intimauerunt, id efficere noluistis. Vnde, quia rationis ordo 13) exigit, vt, 14) qui vult ab alio sibi iustitiam exhiberi, denegare et non 15) debeat, quod iustum est: 16) fraternitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus actione, quam aduersus prædictos abbatem et fratres intenditis, proposita et responsione facta eisdem abbati et fratribus coram prædictis iudicibus in continenti respondeatis, vt 17) caussæ vestræ et ipsorum vicissim postmodum audiri 18) debeant et terminari. Nos enim eisdem iudicibus in mandatis dedimus, vt vos ad id faciendum instanter moneant, et auctoritate nostra districte compellant.

5) *Plebano*, Hard. non legit.
6) *Maturensibus.*
7) *Dilectos.*
8) *Filium nostrum*, omittit Hard.
9) *Maturiensis.*
10) *Archidiacono*, addit Hard.
11) *Volterano.*
12) *Illorum.*
13) *Hoc*, addit Hard.
14) *Si quis sibi vult ab aliquo iustitiam etc.*
15) *Deest.*
16) *Fraternitatem vestram etc. quatenus accusatione ipsa, quam etc.*
17) *Causa vestra.*
18) *Debeat.*

TITVLVS XLIV.

19) DE IVRANDO PROPTER CALVMNIAM ET IVRAMENTO PVRGATIONIS.

CAP. I.

Ne iuramentum de calumnia aut aliud, prælato inconsulto, præstent clerici.

20) HONORIVS *episcopus vrbis romanae omnibus episcopis occidentalibus.*

Inhærentes vestigiis prædecessorum nostrorum, dicentium, grauiores quæstiones per summum pontificem terminari: 21) nostrorum fratrum diligenter consilio 22) quæsito, huius causæ speciem infragebiliter Deo opitulante 23) didicimus, legibus ita cautum esse, 24) vt nullus iuret clericus præsumat. Alibi vero reperitur scriptum, vt omnes principales personæ in primo litis exordio subeant iusiurandum 25) calumniæ. Nonnullis 26) legum peritis et aliis 27) quam plurimis sapientibus venit in dubium, vtrum clericus iusiurandum præstare debeat, 28) aut alii personæ liceat hoc officium delegare. Quia enim illud constitutionis edictum, vt clerici iurare prohibeantur, a 29) Marcho Augusto Constantino præfecto prætorio de constantinopolitanis clericis constitutum promulgatum fuisset, idcirco ad alios pertinere non creditur. Vt ergo ista dubietas ab omnibus penitus auferatur, secundum etiam decisionem filii nostri quondam 30) Henrici imperatoris, 31) vt accepimus factam anno - - III. nonas aprilis sicut ibi continetur, cuius et hæc verba sunt: nos itaque eius interpretationem corroboramus et diui Marci constitutionem ita interpretari debere 32) decreuimus, vt ad omnium ecclesiarum clericos pertinere iudicetur generaliter. Nam cum 33) diuus Iustinianus decreuit, vt canones patrum vim legum habere oporteat, et in 34) nullis canonibus patrum reperiatur, vt clerici omnino iurare non audeant: dignum est, vt totus clericalis ordo a præstando iuramento immunis esse procul dubio censeatur. Præterea statuta 35) principum tenor penes nos talis 36) esse dinoscitur. Nos itaque vtriusque diuinæ et humanæ legis intentione seruata 37) decreuimus, et imperiali auctoritate 38) irretractabiliter diffinimus, vt 39) nec episcopus, nec presbyter, 40) nec cuiuscunque ordinis clericus, non abbas, non 41) aliquis monachus 42) vel sanctimonialis in quacunque causa 43) seu controuersia, siue criminali, siue ciuili, iusiurandum compellatur qualibet ratione subire, sed aliis defensoribus idoneis, si expedire suæ ecclesiæ nouerint, 44) huius officium liceat delegare: verum cum hac moderatione, vt episcopus inconsulto Romano pontifice, vel 45) quis clericus, inconsulto prælato suo, minime iurare audeat. Omnibus autem episcopis ac cunctis generaliter sacerdotibus, 46) aut vniuerso clero ita custodiri debere, mandamus, vt si quis 47) in illa commiserit, veniam deinceps sibi nouerit denegari. Non sumentes exemplum 48) aut formam a nobis, quod aliter in causa nostrorum fratrum et coepiscoporum 49) Aretinæ et Senensis ecclesiæ nuper fecimus, quoniam eorum voluntati et postulationi annuimus.

19) *De iuramento calumniæ.*
20) *Item Henricus II. omnibus episcopis occidentalibus.*
21) *Debere*, addit Hard.
22) *Inquisito.*
23) *Terminantes decidimus. Legibus itaque etc.*
24) *Comperimus*, addit Hard.
25) *De calumnia.*
26) *Legisperitis.*
27) *Quam plurimis*, non legit Hard.
28) *An*, pro: *aut*, habet idem.
29) *Mar. o.*
30) *H.* solum habet Hard.
31) *Anno sui imperii, vt accepimus, factam iterum: nos itaque, inquam, interpretationem corroboramus, etc.*
32) *Decernimus.*
33) *Imperator Iustinianus decreuerit.*
34) *Nonnullis.*
35) *Principalis.*
36) *Esse*, omittit Hard.
37) *Decreuimus.*
38) *Irrefragabiliter.*
39) *Non*, hoc loco et paulo post iterum habet Hard.
40) *Non cuiuslibet.*
41) *Aliquis*, omittit Hard.
42) *Non.*
43) *Vel*, loco: *seu.*
44) *Huiusmodi.*
45) *Quilibet.*
46) *Ac*, non *aut*, habet Hard.
47) *In hanc constitutionem commiserit.*
48) *Sine.*
49) *Aretina et Senonensis.*

CAP. II.

Ne in caussis super rebus spiritualibus præstetur iuramentum de calumnia.

Item EVGENIVS 50) *papa III.* 51) (*Arditus*) *arditoni romanae ecclesiae subdiacono et magistro Omnebone.*

Litteras benignitatis 52) vestræ benigne 53) recepimus, in quibus, vtrum in caussa, quæ inter fratrem nostrum 54) et coepiscoporum

50) *Papa*, deest apud Hard.
51) *Cardinali.*
52) *Tua.*
53) *Accepimus.*
54) *Et coepiscoporum*, non habet Hard.

venerabilem

venerabilem G. Bononiensem episcopum, et dilectum 55) nostrum 56) ald. I. paduanum apiscopum sub vestra examine 57) agitatur, 58) iuramentum calumniæ præstari conueniat, 59) requisistis. Sane Romane ecclesia 60) in his causis, in quibus de decimis 61) ecclesiæ et rebus spiritualibus tantum agitur, iuramentum calumniæ 62) non dare vel recipere consueuit, 63) eo, quod huiusmodi causæ non ex legum districtione, sed 64) ex canonum æquitate finem debitum sortiuntur. Canones autem iuramentum calumniæ nulli prorsus indicunt. Vnde contentione de iuramento 65) præstando dimissa, ad 66) interiora fraternitas tua procadat.

55) *Filium*, addit Hard.
56) *Paduanum abbatem, sub vestro* etc.
57) *Agitatur*, omittit Hard.
58) *Iusiurandum de calumnia.*
59) *Requisisti.*
60) *In quibus causis de* etc.
61) *Ecclesiarum.*
62) *Nec*, et paulo post pro: *vel*, habet Hard. *nec.*
63) *Et quidem huiusmodi.*
64) *Ex*, omittit Hard.
65) *Calumniæ*, addit Hard.
66) *Ulteriora.*

CAP. III.

Ne a scientibus caussae praestetur iuramentum de calumnia.

67) EVGENIVS *papa.*

In pertractandis caussis de calumnia 68) sacramentum non pessim præcipimus exhiberi, sed cum fieri 69) præcipimus et caussæ et principalium personarum qualitate inspecta diligenter, quandoque per principales personas, quandoque per 70) yconomos sibi indultos, qui causam omnino non 71) nesciant, in anima iurantis præstari mandamus. 72) Vt igitur causam, quæ inter abbatiam sanctæ trinitatis et Rupulensem ecclesiam agitatur, sine dilatione finem debitum auctore domino sortiatur: præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus sicut salubrius et competentius nobis visum fuerit, causam ipsam, remota appellatione, dictante iustitia terminetis. Addicimus etiam vt propter iniuriam, quam ignorante abbate sanctæ trinitatis Ripulensi abbati illatam audiuimus, si alias ei facere iustitiam dinoscitur, monasterium s. trinitatis nullatenus suo iure priuetur.

67) *Idem.*
68) *Iuramentum.*
69) *Statuens.*
70) *Oeconomos.*
71) *Nesciant, in anima principalium personarum præstari iubemus.*
72) Hæc verba: *Vt igitur causam* etc. vsque ad fin. desunt in Harduino.

CAP. IV.

Vt religiosi statuant sibi oeconomum, qui iuramentum de calumnia subire valeat.

IDEM 73) *R. Magalonsi et A. Menansi episcopis.*

Imperatorum secularium leges et 74) sanctorum ecclesiasticæ patrum constitutiones viros religiosos in omnipotentis Dei seruitio protegunt et defendunt, et nullam eis molestiam vel turbationem, quæ sacro ordini contradicat, irrogari permittunt. Accepimus autem, quod quidam de terris vestris causidici occasione decidendarum litium, quæ aliquando solent 75) immergere, ab abbate et fratribus 76) Frankiuallis iuramentum de calumnia sicut ab aliis hominibus 77) exigebatur, quod quidem inter fratres eiusdem ordinis inusitatum est, et nos ad id faciendum eos cogere non possumus, nec debemus. Sed ne aliena iura 78) huiusmodi occasione videantur illicite detinere, et ipsi a causa sua decidant, si ex parte ipsorum prædictum iuramentum, 79) cum res postulauerit, non fuerit præstitum: eis præcipimus, vt in suo monasterio, sicut imperiales 80) leges constituunt, yconomum statuant, qui pro eis petere et accipere atque iuramentum de calumnia valeat, cum necesse fuerit, 81) exhibere. 82) Ideoque per præsentia scripta fraternitati vestræ mandamus, quatenus eosdem fratres, qui in ista causa sunt, sicut exigit plenius ratio, instruatis, vt de cetero sua iura propter hoc non possint amittere, et aliis, quantum iustitia permittit, in talibus causis debeant satisfacere, tu vero frater, Venasensis episcope, personam idoneam, quæ in tali officio videatur conueniens, ipsi monasterio yconomum statuas.

73) *R. Marabensi et Autmensi episcopis.*
74) *Sanctorum*, omittit Hard.
75) *Emergere.*
76) *Francæ vallis.*
77) *Exigebant.*
78) *Alieni hac occasione* etc.
79) *Si res ita postulauit.*
80) *Constitutiones consentiunt, oeconomum.*
81) *Valeat*, addit Hard.
82) Hoc vsque ad finem capit. deest in collect. Hard.

CAP. V.

Vt veritatis eliciendae gratia praestetur iuramentum calumniae ab vtraque parte.

LVCIVS III. 83) *Venerabili Eliensi episcopo et dilecto fratri suo archiepiscopo Wigorniensi.*

Peruenit ad nos 84) ex transmissa 85) questione Ruberti clerici de sancto Albano, quod cum ipse 86) pro Yleya et Philippo clericis londoñ. ad eorum instantiam pro altero 87) eorum, Helys videlicet, in VI. 88) et pro altero in VII. marcis argenti mercatoribus Bonon. fideiussisset, 89) ei, sicut vnus fida et alter iuramento præscriptam 90) promiserant pecuniam, non soluentibus, 91) eo actus est prædictis creditoribus pro ipsis pecuniam, sicut inter eos conuenerat, 92) exhibere. 93) Ne igitur supradictus R. dispendium patiatur, vnde videtur præmium meruisse: venerabili fratri nostro I. Bononiensi episcopo dedimus in mandatis, vt super debitis illis instrumenta, quæ sunt penes creditores, inspiciat, et eorum respecta suo sigillo signata nobis mittere non postponat. Mandamus itaque discretioni vestræ atque præcipimus, quatenus, si ex confessione prædictorum clericorum, vel alias legitime nobis rem istam ita se habere, constiterit, prædictos clericos moneatis, vt procuratori memorati R. pecuniam, quam pro eis soluit, dilatione et appellatione cessante, restituant, ipsumque seruent indemnem. Si vero id ad vestram commonitionem non egerint, vos apostolica auctoritate freti de reditibus eorum præscripta debita faciatis, appellatione remota, in integrum solui et damna, quæ idem R. propter hoc pertulit, resarciri, aut procuratori eius prædictos reditus assignetis, tamdiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint et debita sine diminutione soluta, præfatos vero clericos, si religionem fidei et iuramenti sui eos violasse contigit, sublato appellationis obstaculo officio et beneficio suspendatis. Ceterum quia nouis morbis noua conuenit antidota præparari, volumus et mandamus, vt ad veritatem eliciendam, appellatione remota, præstari faciatis ab vtraque parte iuramentum calumniæ. 94) Datum Romæ apud S. Petrum V. idus decembris.

83) *Episcopo Heliensi et Sanctadiacono Norwicensi.*
84) De, pro: ex.
85) *Nobis conquestione R. clerici* etc.
86) *Pro Ph. et pro Helia clericis Lund. ad* etc.
87) *Illorum.*
88) *Et*, deest apud Hard.
89) *Ei*, addit Hard.
90) *Promiserat.*
91) *Coactus est.*
92) *Præstitam.*
93) Hæc verba: *Ne igitur supradictus*, vsque ad verba: *beneficio suspendatis*, desunt in collectione Harduini.
94) Hoc vsque ad finem in Harduino deest.

CAP. VI.

Vt debitum vel accessiones inficians praestet iuramentum de calumnia.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.*

Constitutus 95) apud nos dilectus filius noster magister Stephanus sua nobis assertione monstrauit, quod 96) pro magistro P. Blesenensi cancellario tuo tempore Lateranensis concilii ad preces ipsius in XV. 97) marcis sterlingorum legalium et communium 98) intercessit. 99) Quas quoniam vsque modo debitor non persoluit, ipsas plurimas se asserit molestias a creditoribus pertulisse, antiquo debito plurimum augmentato. Vnde quia pro nostro volumus officio prouidere, ne qui gratiam meruit, pœnam sustineat: fraternitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus si legitime de huius tibi assertione constiterit, præfatum P. vt eum e præscripta intercessione sine dilatione prorsus absoluat, omni gratia et timore postposito, nullius appellationis obstaculo ecclesiastica districtione compellas. Quia vero 100) diuersa experimenta morborum varia nos 1) compellunt remedia inuenire: præsentium tibi significatione iniungimus, vt, si præfatus P. debitum vel 2) accessiones forte negauerit, consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante, 3) iuramentum calumniæ subire cogatur. 4) Præterea quia difficile foret intercessori testes suos audiendos in Angliam ducere, iudicibus Bonon. satisdatione idonea a P. accepta, quod ad testes audiendos vadat vel mittat, infra terminum competentem literis tuis significes, vt illos vice tua recipiant et examinent, et depositiones et attestationes eorum transmittant inclusas, et significent, quanta fides et testibus et instrumentis possit haberi. Ceterum si iam dictus P. citatus præsentiam tuam adire vel in iudicio tuo stare noluerit, eum infra XXX. dies post harum susceptionem litterarum reddas a beneficio ecclesiastico alienum et redditus eius in debitorum solutionem conuertantur, quousque fuit creditoribus satisfactum.

95) *In præsentia nostra: M. Stephanus* etc.
96) *Ms P. de Bless cancellario* etc.
97) *Marcas.*
98) *Intercesserit.*
99) Hæc verba: *Quas quoniam*, vsque ad illa: *P. sq. districtione compellas*, desunt in Harduino.
100) *Contra*, addit Hard.
1) *Conuenit medicamina inuenire.*
2) *Assertiones denegauerit, consuetudine* etc.
3) *Sacramentum.*
4) *Hoc*, vsque ad finem huius capit. deest in Harduini collectione.

TITVLVS XLV.

5) DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM ET NOVATIONE.

CAP. I.

Vt spoliatus, qui renuntiauit ecclesiae, etsi eam pluries abiurauerit, restituatur.

ALEXANDER III. *Wigorniensi episcopo.*

Sollicite cures et diligenter 6) inuestigare, quo tempore H. renuntiauit ecclesiæ, et si vobis constiterit, 7) eum spoliatum esse, cum eidem ecclesiæ renuntiauit, si hac 8) in re tantum renuntiauit, aut si pluribus vicibus renuntiauit ecclesiæ præscriptæ, dummodo spoliatus renuntiauit, contra eum testes alterius partis de iuramento et 9) renuntiatione 10) spontanea facta, nullatenus admittas, quia non est verisimile,

5) *De spoliatis restituendis vel non.*
6) *Inuestigare*, deest ap. Hard.
7) *Ipsum.*
8) *Vice tantum.*
9) *De*, præponit Hard.
10) *Spontanee.*

rifimile, quod sponte iuri suo renuntiauerit, qui spoliatus 11) renuntiat, sed 12) testes hos, quibus intendebat, posse probare, quod violenter prædicta ecclesia 13) fuerit spoliatus, dummodo idonei 14) fuerint, 15) recipere minime differas.

11) *Renuntiauit*
12) *Testes H. qui pro se intendunt, quod violenter* etc.
13) *Fuit.*
14) *Sunt*, pro: *fuerint.*
15) *Accipere.*

CAP. II.

Ne restituatur, qui nec vi, nec metu, sed spontanee abrenuntiauit ecclesiam.

IDEM. 16)

Accepta 17) quæstione P. clerici, quod violenter ecclesia 18) Præcedebuts fuerit spoliatus: discretioni 19) vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, si bene meminimus, dedimus in mandatis, vt, si per officiales venerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi, 20) apostolici scilicet legati, ex concessione 21) illius in eadem ecclesia introductus fuisset, et inde per violentiam 22) eiectus, sibi eam restitui faciatis auctoritate nostra. Quibus cognitis, responsum est, sicut nobis dicitur ab aduersario, ista omnia non debere proficere, eo quod spontanea voluntate præscriptam ecclesiam in 23) præsentiam archiepiscopi præfati abiurasset. Quia vero non scripsimus idiotis, sed discretis personis; 24) nostrum est discernere, quid ratio dictet: discretioni vestræ præsentium auctoritate iniungimus, vt rei veritatem diligenter et subtiliter requiratis, et si vobis constiterit, quod præfatus P. nullo metu vel vi coactus, sed 25) spontaneus prælibatam ecclesiam 26) abrenuntiauerit, ei, omni 27) occasione et appellatione remota, super hoc perpetuum silentium imponatis.

16) *Decano Lincolniensi et abbati de Renans*, addit Hard.
17) *Conquestione*
18) *De Spretebtur fuisset spoliatus.*
19) *Tuæ, si bene* etc
20) *Apostolicæ sedis legati.*
21) *Ipsius*, loco: *illius.*
22) *Exire coactus.*
23) *In præsentia.*
24) *Et nostrum discernere* etc.
25) *Spontanee.*
26) *Abiurauit.*
27) *Contradictione.*

CAP. III.

Vt monachi in accusationem abbatum suorum admittantur, eisque de monasterio expensae administrentur, et ne contra confirmationem Rom. pontificis aliquatenus iudicetur, nisi mandatum nouum emerserit, aut certum sit, ipsam per falsam suggestionem impetratam.

IDEM *Wigorniensi episcopo* 28) R.

Ex parte tua 29) huius quæstio fuit nobis proposita, vtrum monachi in accusationem abbatum suorum sint aliquatenus 30) audiendi? Super quo 31) itaque prudentiæ tuæ respondemus, quod, nisi alia rationabilis et manifesta causa 32) præpediat, eo quod monachi de obedientia et subiectione abbatis 33) esse noscuntur, ab eius accusatione 34) nullatenus sunt 35) remouendi, licet alios accusare non 36) possint, quibus si quidem, 37) dum proprium non habeant, de rebus monasterii expensæ debent 38) necessitate, donec causa debitum finem recipiat, ministrari. De confirmationibus autem Romanorum pontificum tuam volumus cognitionem tenere, quod contra illas nisi nouum apostolicæ sedis procedat mandatum, aut certum sit, quod ipsæ confirmationes per falsam sint suggestionem 39) elicitæ, non est aliquatenus iudicandum.

28) *In re tibra register.*
29) *Huiusmodi quæstio.*
30) *Admittendi.*
31) *Vesper.*
32) *Impediat*
33) *Suum, ab eius* etc
34) *Vllatenus.*
35) *Repellendi.*
36) *Possint.*
37) *Cum, pro: dum.*
38) *Necessaria.*
39) *Obtentæ*

CAP. IV.

Vt iudices ad locum veniant in quo facilius partes possunt esse praesentes.

40) ALEXANDER III. *Parisiensi episcopo et abbati sancti Remigii et decano Meldensi.*

Fratres 41) Areminenses grauem ad nos contra abbatem suum transmisere querelam, dicentes, eum 42) ipsius monasterii bona dilapidasse, ipsumque inutilem esse et sortilegum. Nuntius vero abbatis in præsentia nostra constitutus, 43) has omnes instantias negat, adiiciens, 44) prædictum abbatem ab administratione absque causa rationabili destitutum. Ideo discretioni vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus 45) in locum, in quo facilius possitis partes præsentes habere et de causa cognoscere, venientes, et quæ hinc 46) inde proposita fuerint, diligentius audientes, negotium ipsum, omni gratia et amore postposito, 47) terminetis, ita, quod si constiterit legitime, prædictum abbatem irrationabiliter destitutum, 48) restituatis. Si vero destitutus 49) est, et eum inueneritis destituendum, auctoritate nostra illum destituatis, indemnitati ecclesiæ, sicut melius expedire 50) videbitis, consulentes. Verum si 51) prælibati fratres 52) eum canonice 53) deuicerint de obiectis, depositionis sententiam 54) feratis. Ceterum, si præfati fratres, libello accusationis porrecto, defecerint in probatione, 55) ab abbate canonica approbatione iniuncta, illos debita animaduersione puniatis.

40) *Alexand* etc. omittit Hard.
41) *Ariminenses.*
42) *Illius*
43) *Ha omnia instantias denegabat.*
44) *Præscriptum.*
45) *Ad locum.*
46) *Et*, addit Hard.
47) *Terminare curetis.*
48) *Ipsum*, addit Hard.
49) *Non*, addit idem.
50) *Noueritis.*
51) *Prædicti.*
52) *Ipsum.*
53) *Conuicerint.*
54) *Afferatis.* Forte: *feratis.*
55) *Abbati canonica purgatione iniuncta* etc.

CAP. V.

Ne, si spoliatus quis renuntiauerit ecclesiam, licet id iuramento firmauerit, vllum exinde generetur ei præiudicium.

IDEM *Wigorniensi episcopo et* 56) *R. Eliensi archidiacono.*

Audita querela dilecti filii nostri T. clerici, carissimi in Christo 57) filii N. Scottorum regis, quod H. persona ecclesiæ de 58) Sandela, ipsum super ecclesia 59) de Pone indebite 60) molestaret, quam liberam tunc et vacantem 61) repræsentationem eiusdem regis prædictus T. adeptus fuerat, licet idem H. 62) spontanee iurasse dicatur, quod super eadem ecclesia 63) de Potten præfato T. nullam quæstionem moueret: venerabili fratri 64) Lundonensi episcopo et tibi, fili archidiacone, dedimus in mandatis, vt veritate rei 65) plenius inquisita, si vobis 66) constiterit, quod prædictus H. alterius ecclesiæ parsonatum 67) habere, vel iuramento spontaneo præstito firmauerit, se memorato T. super eadem ecclesia quæstionem de cetero non moturum, ei exinde, appellatione remota, perpetuum imponatis silentium et ab eius impetitione eundem T. absoluere minime differatis. Postmodum vero nuntius præfati H. ad præsentiam nostram accedens, constanti nobis assertione proposuit, quod per violentiam idem H. eadem ecclesia fuerit spoliatus, et ideo ad 68) nos litteras 69) nostras impetrauit, vt si constaret 70) nobis veritate cognita ipsum H. spoliatum esse, cum eidem renuntiauerit ecclesiæ, contra eum testes alterius partis de iuramento et renuntiatione spontanee facta, nullatenus 71) recipiatis, sed testes potius ipsius H., quibus intendebat posse probare, 72) quod violenter 73) prædicta ecclesia spoliatus fuerit, dummodo idonei essent, non 74) differatis recipere, et secundum 75) horum depositiones et rationes et allegationes hinc inde productas, in caussa ipsa, quod iustum 76) est, 77) iudicetis, 78) appellatione cessante: non obstantibus litteris 79) nostris, si quæ 80) aliæ ab 81) alterutra parte essent impetratæ, 82) aut formam, quam expressimus in aliis litteris super hoc impetratis. Addidimus insuper, quod si in caussa ipsa esset aliquid mutatum, postquam nuntius 83) prædicti H. tunc iter arripuit ad vestram præsentiam veniendi, totam caussam ante ingressum principalis caussæ, contradictione et appellatione cessante, in eum statum, 84) in quo fuisse dinoscitur, cum nuntius ipsius H. est ipsum iter aggressus, nisi forte 85) interim idem H. cum altera parte spontanea voluntate posset super ipsa ecclesia conuenire. Nunc autem ex litteris prædicti episcopi et tuis, fili archidiacone, nobis innotuit, quod priorum litterarum 86) nos secuti tenorem, partes debita solennitate citastis, 87) vt cum post plures citationes tandem die peremtorio constituto de iam dicti H. contumacia legitima probatione 88) plenius constitisset, idoneorum personarum testimonio cognoscentes, sæpe dictum H. ecclesiæ alterius personatum habere et spontanea voluntate ecclesiam 89) dispositioni in facie ecclesiæ in perpetuum abiurasse, ei super eadem ecclesia perpetuum imposuistis silentium, et ab eius impetitione prænominatum T. penitus absoluistis. Licet autem nuntius eiusdem H. litteras alias, sicut diximus, impetrauit, formam aliam continentes, et quod reuocari deberet, si quid immutatum 90) fuisset in caussa, postquam 91) id minus iter arripuit ad nos veniendi; quia tamen non intelleximus, nec intelligi 92) debuerit, vt reuocaretur in irritum, siquid per iudices delegatos factum esset auctoritate litterarum nostrarum, sed siquid præsumtione, 93) vel immutatione, vel violentia 94) esset immutatum: discretioni 95) tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si ante receptionem nostrarum litterarum, quas nuntius præfati H. super ipsa 96) ad 97) nos impetrauit, memoratus episcopus et tu, fili archidiacone, super iam dicta ecclesia sententiam protulistis, eam, contradictione et appellatione 98) remota, ratam habea-

56) *R.* deest ap. Hard.
57) *Filii N.* omittit Hard.
58) *De Sandeta.*
59) *De Portea.*
60) *Molestaret.*
61) *Ad præsentationem.*
62) *Sponte*
63) *De Portea.*
64) *Nostro Londoniensi.*
65) *Diligenter.*
66) *Constaret.*
67) *Haberet.*
68) *Vos.*
69) *Nostras*, deest.
70) *Vobis.*
71) *Reciperetis.*
72) *Ista.*
73) *Præfata*
74) *Differretis.*
75) *Eorum.*
76) *Esset*
77) *Iudicaretis*
78) *Remoto appellationis obstaculo.*
79) *Nostris*, deest ap. Hard.
80) *Alia*, non legit Hard.
81) *Alia.*
82) *Tacita forma, quam* etc.
83) *Præfati Henrici iter arripuit ad nostram* etc.
84) *Reducatis*, addit Hard.
85) *Interim*, omittit Hard.
86) *Vos.*
87) *Et cum* etc.
88) *Vobis*, non habet Hard.
89) *De Portea in* etc.
90) *Esset.*
91) *Idem nuncius iter* etc.
92) *Volumus.*
93) *Vel immutatione*, non habet Hard.
94) *Est*, habet idem.
95) *Vestra* etc.
96) *Ipsa causa*, addit idem.
97) *Vos*, loco: *nos.*
98) *Cessante.*

tis

tis et firmam, nec eam, obtentu posteriorum litterarum reuocare tentetis. Ita quidem, quod, si contra sententiam ipsam aliquid statuistis, id, sublato appellationis remedio, reuocetis, et præfatum H. contra eandem sententiam nullateuus venire permittatis, sed potius sententiam, contradictione et appellatione 99) remota, faciatis auctoritate nostra inuiolabiliter obseruari. Si vero post susceptionem sequentium litterarum sententia 100) data fuerit, 1) eandem sententiam non obstante, in causa, iuxta tenorem ipsarum litterarum, appellatione postposita, procedatis: dummodo præfatus H. 2) per violentiam spoliatus fuerit, et spoliatus illud præstiterit iuramentum.

99) *Postposita.*
100) *Lata.*
1) *Eadem sententia.*
2) *Spoliatus fuerit eadem sententia non obstante, et per violentiam spoliatus illud præstiterit sacramentum.*

CAP. VI.

Vt prius agatur de violenta electione, quam de canonica institutione.

IDEM 3) *Exoniensi episcopo.* Pars capituli: *In litteris.*

Super illa quæstione videlicet, cum quis dicit, se de possessione electum esse violenter et aduersarius dicit, eum non nisi canonice institutum, huiusmodi 4) damus responsum: prius de violenta electione, quam de canonica institutione agi debet, quia etiam prædo est secundum rigorem iuris restituendus.

3) *Lexouiensi.*
4) *Tibi*, addit Hard.

CAP. VII.

Ne in possessorio iudicio retardetur principalis caussa criminis obiectione.

IDEM *eidem in eodem* 5) *epistola.*

6) Cum 7) quis dicit, se de possessione 8) violenter eiectum, vel aduersarium clam possessionem intrasse et aduersarius ei crimen 9) obiicit, vt eum ratione criminis a sua intentione repellat, non occurrit 10) quidem nobis, quod illius obiectio debeat admitti, vel executio principalis caussæ propter hoc retardari, 11) quia criminaliter aduersus eum agere non potest, cum ipsum, constet, eius inimicum 12) consistere.

5) *Epistola*, deest ap. Hard.
6) *Item*, præmittit idem.
7) *Aliquis.*
8) *Violenter*, omittit Hard.
9) *Obiciat.*
10) *Quidem*, non legit Hard.
11) *Quoniam.*
12) *Existere.*

CAP. VIII. 13)

Vt laicus, a clerico de rebus suis vel ecclesiae impetitus, trahatur ad forense iudicium.

ALEXANDER III. *Geneuensi episcopo.* Pars cap. *Nos inter alios.*

Si presbyter vel clericus alius aliquem laicum de rebus suis vel ecclesiæ impetierit, et laicus, res ipsas non esse ecclesiæ vel presbyteri aut clerici, qui eum exinde impetit, sed suas proprias asseuerat; laicus ipse debet de rigore iuris super hoc ad forense iudicium trahi, cum actor forum rei debeat sequi, licet in pluribus partibus aliud de consuetudine fiat.

13) Hoc capitulum apud Hardoinum deest.

TITVLVS XLVI.

DE DOLO ET CONTVMACIA 14) ALTERIVS PARTIVM PVNIENDA.

CAP. I.

Ne in ecclesiasticis personis et negotiis nimius exerceatur rigor, si propter hoc non periclitetur iustitia.

IDEM *Herefordensi episcopo.*

Adhæc cum contingat 15) multotiens, actorem mittendum esse in possessionem caussæ rei seruandæ propter absentiam alterius partis, et per 16) dolum siue potentiam actor non possit rem custodiendam nancisci, et imminente fine anni reus 17) offerat cautionem, 18) vt possessionem recipiat, cuiusmodi pœne sit 19) reus mulctandus, 20) qui iussionem non implet iudicis, a nobis tua fraternitas postulauit. Ad quod dicimus: quod in ecclesiasticis personis et negotiis rigor et districtio iuris non requiritur, nec exercetur; sed cum iustitia propter hoc non periclitatur, admitti debet et patienter tolerari: cum reus 21) se cautioni astringit standi in iudicio.

14) *Et contumacia*, addit Hard.
15) *Multotiens.*
16) *Dolum*, addit Hard.
17) *Deletam*, addit idem.
18) *Ne possessionem amittat.*
19) *Reus*, deest apud Hard.
20) *Qui responsionem non parat iudicis etc.*
21) *Per cautionem standi iudicio se obstringit.*

CAP. II.

Ad hoc, vt litterae posteriores sint reuocatoriae, necesse est, vt in illis facta sit mentio de priore commissione.

IDEM *abbati de* 22) *Ramensi et archidiacono* 23) *Eliensi.*

Ex litteris 24) vestris ad nos directis accepimus, quod, cum 25) nobis causam, quæ inter dilectos filios nostros monachos 26) Croylis et canonicos 27) Lincoln. nec non etiam 28) Geruasius clericus super 29) eisdem ecclesiis de 30) N. et N. agitari dignoscitur, 31) cum commisissemus sub certa forma diffiniendam, et canonici nostrarum litterarum auctoritate citati, aliquando coram vobis apparuissent, et interdum nec venire, nec responsalem mittere voluissent, se contumaciter absentantes, licet monachi ob contumaciam aduersæ partis essent in possessionem mittendi, 32) fructus sequestrari fecistis, vt sic saltem canonici tædio affecti cogerentur iudicio stare. Tandem vero partibus in præsentia vestra constitutis et memoratis monachis ecclesias sibi restitui postulantibus, canonici responderunt, auctoritatem vestram penitus expirasse, eo quod a nobis litteras ad alios iudices impetrauerint, quæ præiudicare prioribus videbantur. Vnde quoniam in posterioribus litteris 33) non fuit facta mentio priorum, nec nomine ecclesiarum continebantur, quæ in prioribus fuerant posita, sed indefinite 34) super quibusdam ecclesiis: 35) nos attendentes, malitiam et dolum nulli debere patrocinari, et nolentes tantam illusionem 36) impunitam relinquere, discretioni vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, cum exinde requisiti fueritis, partes ante vestram conuocetis præsentiam, et præscriptam caussam secundum formam priorum litterarum, omni occasione et appellatione cessante, diffiniatis et canonicos, 37) qui ausi 38) fuerunt mandatum nostrum eludere, et subreptionem huiusmodi litteras impetrare, quod nuntius eorum [illegible] recognouit, ad metum et 39) pœnas aliorum expensas, quas monachi annis ad nos 40) mittendo fecerunt, eis, remoto appellationis obstaculo, reddere compellatis.

22) *De Lincol.*
23) *Gerundæ iterum.*
24) *Eisdem*, omittit Hard.
25) *Causam et Ecclesiam agitari etc.*
26) *Cum*, deest apud Hard.
27) *Fructus*, non legit Hard.
28) *Nostris*, addit idem.
29) *Dicebantur*, addit idem.
30) *Non*, pro. *nec.*
31) *Impunitatem.*
32) *Quoniam.*
33) *Fuerint.*
34) *Pœnam.*
35) *Veniendo.*

CAP. III.

Vt ob peremptorium in die prima citationis factum, vbi magna vrgeat necessitas, appellari queat.

41) IDEM *Cantuariensi et Wigorniensi.*

Dilecti filii nostri, abbas et 42) monachi, nobis monstrauerunt, quod cum caussa, quæ vertitur inter ipsos et 43) monachos de Flesen, super ecclesia de Alt. decano lingonensi et archidiacono commisissemus terminandam, prædicti abbas et fratres tunentes, 44) se a 45) prædictis iudicibus grauari, eo, quod ad primam citationem diem peremtorium sibi statuerunt, ad audientiam nostram appellauerunt, 46) ipsi nihilominus 47) prædictam ecclesiam 48) prætatis monialibus adiudicauerunt et infra. Quia vero non spectat ad iuris ordinem diem peremtorium et maxime, cum de rebus ecclesiasticis agitur, nisi 49) forte necessitate ingruente, ita maturare, nec in eos, qui contumaciter se absentant, sententiam taliter promulgare, nisi 50) vt aduersa pars in possessionem mittatur, vt sic tædio affecti iudicio stare cogantur: 51) discretioni vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus 52) conuocetis partes, 53) et si 54) constiterit, quod 55) sententia lata fuerit, ita eo, quod prædictæ partes venire aut iudicio stare noluerit, aduersam partem faciatis in ecclesiæ ipsius possessionem induci, postea si statim vel infra annum idem abbas et fratres vobis præstiterint cautionem, quod vestro super hoc stabunt iudicio, possessionem eis restituatis.

41) *Idem abbati Rinallis et priori de Brida.*
42) *Fratres de Neubur, transmissa nobis insinuatione litterarum monstrauerunt, etc.*
43) *Aduersum eam et moniales de Etuesham[illegible] super ecclesia [illegible] et de Aston, quam prædicti fratres [illegible]*
44) *Se*, Hard. omittit.
45) *Prædictis*, non habet idem.
46) *Sed*, præmittit Hard.
47) *Prædictam*, non legit Hard.
48) *Interdicto supposuerunt.*
49) *Maxime*, pro. *forte.*
50) *Quod*, habet Hard. pro *vt.*
51) *F. Certe*, quatenus etc.
52) *Ante præsentiam vestram*, addit Hard.
53) *Et vos veritatem diligenter inquiratis*, addit Hard.
54) *Vobis*, addit idem.
55) *Memoratis fratres præfatam ecclesiam contra [illegible] eorundem fratres ipsam ecclesiam ad [illegible] sub ap. pæna [illegible] partes plenius imponatis.*

TITVLVS XLVII.

MISSVM IN POSSESSIONE CAVSSA SERVANDAE REI POST ANNVM POSSIDERE.

CAP. I.

Vt, si quis caussa rei seruandae in possessionem missus fuerit, et alius intra annum possessionem secundum formam iuris non recuperauerit, licet postea, certo tempore, litteras ad sedem apostol. de recuperanda possessione impetrauerit, de proprietate tantum audiatur.

IDEM *priori et* 56) *fratribus ecclesiae de Gisb.*

Constitutis in præsentia nostra dilecto filio nostro R. canonico 57) vestro, et responsalibus dilecti filii nostri 58) G. præpositi ecclesie-

56) *Canonicis de Gisteburn.*
57) *Vestro*, deest apud Hard.
58) *G.* [illegible]

fiæ 59) Beuerlacensis super possessione ecclesiæ de 60) Lamentum, in qua de maodero 61) auctoritate nostra per iudices delegatos, videlicet Exonienfem episcopum et priorem de 62) Exmtwht causa seruandæ rei fueratis 63) inducti, hinc inde fuit coram 64) vobis aliquamdiu disputatum. 65) Tandem vero post rationes et allegationes vtrinque productas, ex vtriusque partis assertione tenuimus, quod, licet causa 67) conseruandæ rei tantum in 68) eiusdem ecclesiæ 69) fueratis introducti, infra annum tamen altera pars non præstitit cautionem super eadem 70) causa nostro iudicio nobiscum standi, licet voluntatem habuerit cautionem ipsam præstandi, et vos fuissetis parati eam recipere. 71) Ita est itaque, quod nos de communi fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica 72) decreuimus, 73) vbi nos e modo possessionem præscriptæ ecclesiæ saluo iure, quod idem præpositus in petenda ecclesia habere 74) noscitur, libere et absque contradictione qualibet habeatis; nec præfatus præpositus super 75) eadem possessione vos audeat aliquatious de cetero 76) vexationibus fatigere. 77) Vt autem hæc diffinitionis sententia futuris temporibus inuiolabiliter obseruetur, eam apostolico duximus patrocinio eoborandam, statuentes, vt nulli omnino homini liceat hanc paginam nostræ diffinitionis infringere. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei et apostolorum P. et P. se nouerit incursurum.

59) *Beuellacensis.*
60) *Lenitetri.*
61) *Et*, addit Hard.
62) *Knteleunede caussa* etc.
63) *Introducti*
64) *Te aliquantulum.*
65) *Et tantomdem post* etc.
66) *Quia vero tandem post* etc.
67) *Seruandæ.*
68) *Possessionem*, addit Hard.
69) *Fuissetis.*
70) *Ecclesia vobiscum iudicio standi fuit* etc.
71) *Inde.*
72) *Decreuimus.*
73) *Vt vos a modo.*
74) *Dignoscitur.*
75) *Eadem*, non legit Hard.
76) *Vexationibus*, omittit Hard.
77) Hæc verba vsque ad finem huius capituli desunt in Harduino.

CAP. II.

Quando quis rei seruandae caussa missus in possessionem post, per culpam suam, tantum de proprietate audiendus sit.

IDEM.

Caussam, quæ inter dilectos filios nostros de 78) Geseb. et canonicos de 79) Thutin super ecclesia 80) de Lauerint. et capella 81) de Rameri. et 82) super quedam transactione, quæ exinde post eppellationem facta fuisse dicitur diutius agitata, ad suggestionem cuiusdam canonici 83) de Thurin, experientiæ vestræ sub certa forma commisimus terminandam. Verum quidam canonicorum 84) de Giseb. ad nostram postmodum præsentiam accedentes, dilectorum filiorum nostrorum cardinalium, tunc sedis apostolicæ 85) legatorum, litteras 86) pertulerint, in quibus continebatur, quod cum de mandato nostro causam suscepissent diffiniendam, canonicos 87) de Giseb. in possessionem 88) præscriptæ capellæ induxerint. 89) Vnde quia prædicti cardinales tantæ honestatis, circumspectionis et maturitatis habentur, quod eis fidem omnimodem adhibemus, et eos credimus rectum 90) iudicium 91) pertulisse: discretioni vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si infra annum memorati canonici 92) de Thurin causam possessionis secundum formam iuris non 93) intrauerunt, canonicos de 94) Giseb. possessionem sibi a cardinalibus adiudicatam quiete faciatis 95) pacificeque possidere, non obstantibus litteris, quas 96) canonicus de Thutin, sententia cardinalium tacita, noscitur reportasse. 97) Ita quidem, quod si canonici de 98) Thurim de proprietate egere voluerint, causam ipsam vsque ad 99) finitiuam sententiam, appellatione remota, audiatis et fine debito termineris. Si qua vero partium duxerit appellandum, depositiones iuratorum testium et alias rationes vtriusque partis sub vestris sigillis clausas nobis mittatis, terminum 100) vtriusque partis congruum præfigentes, quo debeant cum ipsis attestationibus et rationibus apostolico conspectui se præsentare.

78) *Geseleborn*
79) *Thurin*, deest apud Hard.
80) *De Leuterl.*
81) *De Choran.*
82) *Iure decimarum*, addit Hard.
83) *De Chorun.*
84) *De Geseleboro.*
85) *Legatorum*, deest ap. Hard.
86) *Pertulerunt.*
87) *De Geseleboro.*
88) *Prædicta ecclesia induxerunt.*
89) *Verum quia* etc.
90) *Et iustum*, addit Hard.
91) *Protulisse.*
92) *De Thorun caussa possessionis* etc.
93) *Intrauerunt.*
94) *Geseleborn.*
95) *Et pacifice.*
96) *Canonici de Thorun.*
97) *Ita quoque, quod* etc.
98) *Thorun.*
99) *Diffinitiuam.*
100) *Vtrique parti.*

TITVLVS XLVIII.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS ET PVBLICIS INSTRVMENTIS.

CAP. I.

Ne post publicationem attestationum testes producantur.

IDEM 1) *capitulana episcopo et abbati S. Luciæ et priori sanctæ crucis.*

Causam, quæ inter N. et O. monachos 2) vertebatur, super electione de vtroque facta in monasterio diutius agitata, experientiæ vestræ commisimus audiendam et, appellatione remota, fine debito terminandam. Ideo discretioni vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus partes ante præsentiam vestram conuocatis et susceptis attestationibus vtriusque partis, quæ ab aliis iudicibus sunt receptæ, testes alios, si qui idonei sunt, admittentes, nisi attestationes ipsæ sint publicatæ, et rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis, ipsam causam, sublato appellationis remedio, fine debito terminetis.

1) *Caponæ.*
2) *Vertebatur*, omittit Hard.

CAP. II.

Ne religiosi a ferendo testimonio in propriis caussis repellantur.

IDEM R. *cantuariensi archiepiscopo et R. Wigorniensi episcopo.*

Cum nuntius canonicorum de 3) Plunnium et 4) Cel. militis nuntius etc. et infra. Præterea non lateat prudentiam vestram, quod prædicti canonici non sunt 5) afferendo testimonio 6) proprio negotio suæ ecclesiæ repellendi, nisi alia rationabilis causa impediat.

3) *Ptesuetum.*
4) *Ioelis.*
5) *A ferendo.*
6) *Super*, addit Hard.

CAP. III.

Ne audiatur testis super crimine conuictus.

IDEM 7) *Tarracensi episcopatus illius.* Cap. *significasti.*

Super eo, quod quæsiuisti a nobis, vtrum testes illi sint reprobandi in causa criminali vel ciuili, quibus ab aduersa parte crimina opponuntur: tuæ prudentiæ respondemus, quod si etiam 8) ante non sint conuicti 9) vel confessi de criminibus illis, dummodo inde 10) conuincantur, 11) ad testimonium non debent admitti.

7) *Tarraconensi archiepiscopo.*
8) *Aut non sunt* etc.
9) *Aut confessi de criminalibus illis* etc.
10) *Communicantur.*
11) *Ad testimonium*, omittit Hard.

CAP. IV.

Ne scripta authentica, si testes inscripti decesserint, robur habeant firmitatis, nisi sint authenticata.

IDEM *Wigorniensi episcopo.* 12) Pars cap. *Meminimus.*

Scripta vero autentica, si testes inscripti decesserint, nisi forte per manum 13) publica facta fuerit, ita, quod publica 14) appareat, aut sigillum autenticum 15) apparuerit, per quod 16) possit probari, non 17) videtur nobis alicuius firmitatis robur habere.

12) *Pars cap. Meminimus*, non habet Hard.
13) *Publicam fuerunt facta*, ita etc.
14) *Appareant.*
15) *Habuerint.*
16) *Possint.*
17) *Videntur.*

CAP. V.

Vt testis ob crimen probatum repellatur a testimonio, non autem puniatur.

IDEM 18) *Witoniensi episcopo.* 19) Pars cap. *Quamuis.*

Porro si 20) aliquis crimen obiicit testi, qui contra ipsum producitur, vt eum in ciuilibus causis eo modo possit repellere 21) a ferendo testimonio, audiendus est. 22) Vt si crimen ciuiliter probare poterit, 23) quod sibi obiicit, ad testimonium ferendum contra ipsum non est aliquatenus audiendus, sed propter hoc non debet puniri. Quemlibet autem ad perhibendum testimonium 24) Romana ecclesia minime cogere consueuit.

18) *Wintoniensi.*
19) In capite: *suggestum.*
20) *Quis, pro: aliquis.*
21) *Afferendo testimonium.*
22) *Et si* etc.
23) *Quod sibi obiicit*, omittit Hard.
24) *Veritati*, addit Hard.

CAP. VI.

Ne contra clericum laicus perhibeat testimonium, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam.

IDEM 25) *Salonitana archiepiscopo.* Pars cap. 26) *Licet p. Sol.*

De cetero laicos in testimonium vel in accusationem contra clericum in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonum manifestius edocet: nisi forte suam vel suorum iniuriam 27) prosequantur, nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

25) *Salernitano.*
26) *Licet pater.*
27) *Persequantur.*

CAP. VII.

Ne producantur testes vltra tertiam productionem.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

In causis ecclesiasticis vel ciuilibus vltra tertiam productionem non testes debent produci, nisi adhibita quadam solemnitate, quæ in legibus inuenitur expressa, et 28) supra dictis testium, cum 29) fuerit publicata, 30) potest publice disputari.

28) *Super.*
29) *Fuerint.*
30) *Potest*, non legit Hard.

CAP. VIII.

Vt benigne interpretemur dicta testium, ne notentur de periurio.

IDEM *præposito et canonicis* 31) *Ebordensis ecclesiæ.*

Cum tu, fili præposite, cum quibusdam canonicis tuis 32) et venerabili fratri archiepiscopo vestro, pro caussa, quæ inter vos et ipsum

31) *Eboracensis.*
32) *Et frater noster venerabilis archiepiscopus pro* etc.

vertebatur

vertebatur 33) - - - in præsentia nostre constitui archiepiscopo asserente, quod vos ante appellationem excommunicasset et postulante sententiam suam confirmari: e contra proposuisti, quod post appellationem in vos excommunicationis sententiam protulisset et ob hoc 34) dixistis, 35) eam nullius momenti fuisse, 36) obiecistis et tam tu, quem altera pars, quod testes fuerunt hinc inde producti et attestationes eorum receptæ. Nos autem, auditis et cognitis rationibus et allegationibus vtriusque partis et attestationibus inspectis diligenter, cum 37) constet, testes vestros iurasse, quod post appellationem 38) sententiam tulerit et testes archiepiscopi 39) similiter iurasse, quod ante appellationem, 40) dicta testium benigne interpretari et prouidere volentes, ne de periurii reatu notentur, quia vtrumque 41) esse potuit, quod post primam appellationem et ante secundam sententia lata fuerit, de consilio communium fratrum eandem sententiam denuntiamus et 42) decreuimus non tenere. Vt autem 43) hæc vestræ diffinitionis etc.

33) *Effetis*, supplet Hard.
34) *Dixisse*.
35) *Eam*, non habet Hard.
36) *Adiecistis etiam tam* etc.
37) *Constaret*.
38) *Sententia in vos lata fuisset et testes* etc.
39) *Iuramento confirmassent*, quod etc.
40) *Sententiam in vos tulerit*, addit Hard.
41) *Verum*, eddit Hard.
42) *Decreuimus*.
43) *Hic nostræ*.

CAP. IX.

Vt post testium renuntiationem in caussa adpellationis super nouis articulis testes admittantur.

EODEM *Placentino episcopo.*

Fraternitatis tuæ nos litteris consuluisti, vtrum noui testes super quæstione iudicata, in qua testibus renunciatum fore ex vtraque parte constet, sint recipiendi et vtrum testibus in prima caussa receptis 44) propter caussam appellationis liceat super quæstionibus iudicatis aliquid noui proponere? Licet igitur ex his nobis plene non 45) innotuit, vtrum testes super eisdem vel nouis capitulis a partibus 46) desiderentur induci. Quia tamen 47) tunc prudentium iuris copiam habebas, nos super hoc consulere voluisti: hoc tibi duximus respondendum, quod in prædicta caussa, si 48) noua contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit nouos testes inducere, vel per iam receptos aliquid comprobare, eos credimus super nouis duntaxat capitulis fraternitatem tuam posse recipere, receptis prius ab ipsis secundum formam recipiendorum testium iuramentis.

44) *Praeter*,
45) *Innotuerit*.
46) *Desiderantur*.
47) *Nunc*.
48) *Noua*, deest apud Hard.

CAP. X.

Vt iuramentis contraauenire liceat.

IDEM *Exoniensi episcopo et abbati S.* 49) *Albini.*

50) Intimauit nobis R. quod W. clericus capellanum eius et alios quam plures de testibus suis iuramento adstrinxit, quod nec testimonium vel consilium vel auxilium eidem R. contra ipsum præberent. Ideo 51) præsentium auctoritate vobis iniungimus, vt si testimonium illorum publicatum non est, et non 52) abrenunciatum testibus, eos qui sunt iuramento adstricti et alios, si necesse fuerit, idoneos, quos ipse in testimonium 53) duxerit, recipere non postponatis.

49) *Albani*.
50) *Innotuit*.
51) *Publica auctoritate* etc.
52) *Est*, addit Hard.
53) *Produxerit*.

CAP. XI. 54)

Ne recipiatur alicuius probatio super facto, nisi hoc communis fama loci habeat, vel fide dignae personae adpareant.

IDEM *decano Cistrensi.*

Quia veri similitudinem non habet, quod prædictus E. personatum ecclesiæ prælibatæ capellano prædicti R. concesserit, et ab eo ipsius ecclesiæ vicarium receperit: prouideas attentius, ne memorati Wi. super hoc probationem recipias, nisi hoc communis fama loci habeat, vel tales personæ appareant, de quibus verisimile non sit, quod debeant deierare, quoniam sæpe contingit, quod testes corrupti pretio facile inducantur ad falsum testimonium proferendum.

54) Hoc capitulum deest in collectione Harduini vid. *c.* 10. *X. de præsumt.*

CAP. XII.

Ne valeat priuilegium super re litigiosa impetratum.

IDEM *abbati et fratribus monasterii S. Michaelis de Martura.*

Caussam, quæ vertitur inter vos et dilectos filios nostros plebanum et clericos plebis sanctæ Mariæ de Martura iam pridem filius nostris archipresbytero 55) Volterrano et abbati de Spungie commisimus, appellatione remota, hoc debitu terminandam. Cumque vtraque pars propter hoc in præsentia eorum esset constituta, et testes essent hinc inde recepti, et eis ab vtraque parte renuntiatum et attestationes vtriusque partis publicatæ: quoddam priuilegium nuper a nobis impetratum in medium 56) pertulistis, asserentes, vos quædam alia munimenta a nobis impetrasse, quæ rationes prædictæ plebis obscurare et impedire videntur, 57) quare caussa ipsa nondum potuit terminari. Quia vero sollicitudini vestræ incumbit, ecclesiæ vtrique iura sua 58) seruare integra, ac litibus et contentionibus finem imponere: iudicibus ipsis præcipiendo mandamus, vt partes 59) ipsas ante suam præsentiam conuocent, et super aliis capitulis, si qua 60) alia 61) sunt, ab his super quibus testes sunt recepti, et eorum attestationes publicatæ, rationes hinc inde diligenter audiant, et testes, si qui idonei 62) producti fuerint, recipiant, et 63) nullis capitulis 64) nouiter per nuntios suos a nobis impetratis, quæ 65) continentur in priuilegio nostro vel in aliis litteris, quas vobis indulsimus, postquam caussam ipsam eisdem commisimus, prædictæ 66) ecclesiæ impedimentum præstantibus, concordia vel iustitia mediante decidant. 67) Quia venerabilis frater noster 68) I. Florentinus episcopus per suas nobis litteras intimauit, quædam capitula priuilegio nostro, quod monasterio vestro nuper indulsimus, esse inserta, quæ obuiare rationi videntur: per præsentia scripta vobis 69) præcipiendo mandamus, quatenus priuilegium illud, sicut gratiam 70) beati Petri et nostram caram habetis, cum nuntio vestro, qui ad nos secure cum eodem veniat, dilatione et occasione 71) remota, nobis remittatis.

55) *Volterrano*.
56) *Protulistis*.
57) *Quod caussa* etc.
58) *Conseruare*.
59) *Ipsas*, non legit Hard.
60) *Alia*, omittit Hard.
61) *Sunt*.
62) *Producti*, deest apud Hard.
63) *In illis*.
64) *Nuper*.
65) *Continentur*.
66) *Caussa*.
67) *Et*, addit Hard.
68) *I.* deest apud Hard.
69) *Praecipimus mandantes*.
70) *Sancti*.
71) *Cessante*.

CAP. XIII.

Vt testes duplex iuramentum præstent.

EVGENIVS III.

Quotiens aliqui separantur propter cognationem propinquitatis vel consanguinitatis, 72) duobus vel tribus 73) adhibitis affirmari debet, qui de eadem consanguinitate 74) supersunt, vel e duobus vel e tribus testibus senioribus et melioribus eiusdem loci probari debet. Probatio autem testium fieri debet duplici iuramento: testes 75) autem debent iurare, se neque priuato odio, 76) neque pro amicitia, neque pro aliquo commodo, quod habuerint vel habituri sint, vel habeant, ad hoc 77) iurandum esse inductos, postea 78) ipsi debent iurare, sicut ipsi dicunt, veritatem rei a maioribus suis accepisse et ita esse.

72) *Duobus vel*, omittit Hard.
73) *Testibus*, addit Hard.
74) *Supersunt*.
75) *Enim*.
76) *Vel amicitia, neque pro auro,* neque pro aliquo commercio, quod habuerint etc.
77) *Iuramentum*.
78) *Ipsi*, non legit Hard.

CAP. XIV.

Vt liceat religiosis in caussis ecclesiae suae ferre testimonium.

ALEXANDER III. *priori et fratribus sanctae Trinitatis* 79) *Londe.*

Insuper etiam auctoritate nostra statuimus, vt liceat vobis in caussis ecclesiæ vestræ testimonium ferre, dummodo vnus vel duo ex vobis ad agendum 80) vel respondendum instituantur, quorum testimonium in caussis, in quibus actores vel responsales sunt instituti, 81) non debeant admitti.

79) *Londensis*.
80) *Et*.
81) *Debet admitti*.

CAP. XV.

Vt testes moneantur, non rogentur.

IDEM *Exoniensi*, 82) *Wigorniensi episcopis.*

Ad 83) hæc quia præfati clerici scripta autentica non habent, quibus muniri possint: præsentium vobis significatione mandamus, vt omnes illos clericos siue laicos, quos 84) ipsi clerici nominauerunt, moneatis, vt rei veritatem, 85) quam super ipsa caussa nouerunt, coram vobis aperiant, 86) nec gratia vel timore 87) alterius vel odio in suæ salutis periculum reticere præsumant.

82) *Et*, addit Hard.
83) *Hoc quod præfati*.
84) *Ipsi*.
85) *Et quæ super* etc.
86) *Non etiam gratia* etc.
87) *Amoris*.

CAP. XVI.

Vt fornicarias habentes ecclesiastico spolientur officio, et ut latrones, raptores et de periurio conuicti perhibeant testimonium.

IDEM 88) *R. et Forden. episcopo et abbati de N.*

Ex parte 89) Alia presbyteri ad nos est querela perlata, quod cum ipse ecclesiam 90) de Cilonde canonice fuisset adeptus, et eam

88) *Herefordensi episcopo et abbati de Forde.*
89) *A. clerici ad nos* etc. vid. *c.* 7. *X. de test. et attestat.*
90) *De calumpnum.*

 91) XXX.

91) XXX. annis et emplius 92) pacifice possedisset, 93) miles quidam H. nomine 94) exinde grauibus molestiis et iniuriis 95) lacessunt, et tandem tacito, quod laicus 96) esset, ad 97) Resensem episcopum et ebbetem de 98) Faneres hinc nostras literas 99) impetreuit, quod si prædictus 100) presbyter filius esset illius, qui 1) in proximo in eadem ecclesie 2) ministreuerat, et iure hereditario eam teneret, vel quod publice fornicariem 3) teneret, vel haberet, a prædicta ecclesie prorsus amoueretur. Tandem vero cum idem miles per interpositam personam præfatum A. presbyterum coram prædictis iudicibus traxisset in caussam, quosdam laicos infames et notabiles produxisse dicitur ad testimonium perhibendum, quod videlicet memoratus presbyter filius 4) sacerdotis fuisset, qui 5) in proximo in 6) eadem ecclesie ministrauerat. Licet 7) A. prædictus presbyter asseretet, illos testes non esse recipiendos pro eo, quod quidam eorum latrones et rapturas 8) essent manifesti, quidam vero in alia caussa fuerent conuicti de periurio, et se constanter diceret hoc probeturum, nihilominus tamen præfati iudices, talibus testibus aduersæ partis receptis, eidem presbytero etiam post appellationem, quam super hoc se interposuisse proponit, 9) et eo absente præscriptam 10) abiudicauerant ecclesiam, quam nunc 11) præscripti militis dapiferi filius detinet occupatam. Quoniam 12) ergo de vobis satis plene confidimus: caussam ipsam discretioni vestræ duximus committendam, præsentium vobis auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus partibus 13) coram vobis conuocatis super hoc rei veritatem diligenter inquiratis, et si vobis constiterit, quod prædictus presbyter non fuerit legitime per idoneos testes præscripta ecclesia spoliatus, sententia eorumdem iudicum, literis confirmationis, si quæ sunt super eadem ecclesia impetratæ, non obstantibus, ecclesiam illam prænominato 14) presbytero, 15) dilatione omni et contradictione cessante, et appellatione remota, restituatis, ipsumque de cetero non permittatis exinde a supradicto milite, vel ab eo, qui ipsam 16) tenet, molestari. Si res vero aliter se 17) habeat, nihilominus caussam audiatis et fine debito terminetis, testes autem, si quos idem A. in suæ assertionis 18) testimonium inuocauerit, monere curetis et diligenter inducere diuino intuitu et amore iustitiæ, vt coram vobis super his perhibeant testimonium veritati, nec quicquam exinde in suæ salutis periculum reticere præsumant.

91) *Viginti quinque annis.*
92) *Pacifice*, omittit Hard.
93) *Mulier quædam H.* etc.
94) *Ipsum*, addit Hard.
95) *Lacessitus*, rectius legit Hard.
96) *Erat.*
97) *Tofensem.*
98) *Fenrsham nostras* etc.
99) *Appartaunt.*
100) *A. filius* etc.
1) *In*, non præponit Hard.
2) *Ministrauit.*
3) *Teneret vel*, non habet Hard.
4) *Illius*, addit Hard.
5) *In*, non legit Hard.
6) *Ipsa.*
7) *Etiam*, addit Hard.
8) *Erant.*
9) *Eo absente* etc.
10) *Abiudicauerunt.*
11) *Præfati.*
12) *Igitur.*
13) *Ante vos.*
14) *A.* addit Hard.
15) *Contradictione et appellatione cessante, restituatis* etc.
16) *Ecclesiam*, addit Hard.
17) *Habet.*
18) *Testimonium.*

CAP. XVII. 19)

Ad quos testes recipiendos personae idoneae mittendae sint?

IDEM *Exoniensi et Wigorniensi episcopis.*

Si qui testium valetudinerii sunt, et senio vel debilitate confecti, aut paupertate deprehensi et non poterint eos id ad vestram præsentiam inducere: ad ipsos recipiendos personas idoneas et discretas mittatis.

19) Hoc cap. in Harduino deest. vid. c. 8. X. de test. et attestat.

TITVLVS XLIX.
DE TESTIBVS COGENDIS VEL NON 20) COGENDIS.

CAP. I.

Vt vocatus ad testimonium perhibendum, nisi venerit, cogatur.

IDEM 21) *presbyteris Pontii et Asilii.*

Cum super caussa, quæ vertitur inter 22) venerabilem fratrem nostrum, Prænestinum episcopum, et dilectum filium nostrum 23) subiacere abbatem, 24) sit testimonium 25) vestrum necessarium, 26) ne contrarium veritati contingat: 27) omni occasione cessante, præsentium auctoritate vobis 28) mandamus, quatenus IIII. feria proximæ 29) sequentis ebdomadæ perhibituri testimonium veritati, omni occasione 30) cessante, apostolico vos conspectui præsentetis. Si vero tunc non veneritis: sciatis, vos 31) officio et beneficio apostolica auctoritate suspensos. Et si sic non veneritis: excommunicationis 32) et depositionis sententiam poteritis formidare.

20) *Cogendis*, non habet Hard.
21) *Presbyteris Pontii et Asilii*, omittit Hard. vid. c. 2. X. de test. cog.
22) *Venerabilis fratres nostros.*
23) *Subiacere*, non legit Hard.
24) *Sit.*
25) *Vestrum.*
26) *Et veritati contingat* etc.
27) *Omni occasione cessante*, non habet Hard.
28) *Præcipimus.*
29) *Sequentis*, non legit Hard.
30) *Et excusatione*, addit Hard.
31) *Ab*, præponit Hard.
32) *Et depositionis*, addit Hard.

CAP. II.

Ne quis cogatur ad testimonium ferendum, nisi timore aduersae partis se subtraxerit: et vt laicus a clericis in caussam tractus in foro forensi conueniatur.

IDEM 33) *Genuensi episcopo.* Pars cap. *Inter nos.*

Super eo 34) vero, quod certificari desideras, an, 35) cum aliquis de facto 36) manifesto ante iudicem 37) conuenitur, hi, qui facto 38) interfuerunt, cogendi 39) sunt ad ferendum testimonium veritati? prudentiæ tuæ 40) duximus innotescere, quod si factum est manifestum; non 41) eget testium depositionibus declarari: cum manifesta, sicut tua non ignorat discretio, probationem vel ordinem iudiciarium non requirent. 42) Verum si manifestum non est, et is, qui conuenitur, factum 43) negauerit: testes, qui interfuerint facto, 44) de consuetudine Romanæ ecclesiæ sunt monendi, non cogendi ad testimonium ferendum veritati, nisi forte timore aduersæ partis constiteret 45) iudici a ferendo testimonio reuocari, 46) et de rigore humani iuris 47) constaret iudici a ferendo testimonio, ad hoc forte 48) passim possint compelli. Si vero 49) clericus vel presbyter aliquem laicum de rebus suis vel ecclesiæ impetierit, 50) vel laicus res ipsas non 51) ecclesiæ vel presbyteri, 52) vel clerici, qui eum exinde impetit, sed suae proprias asseuerat: laicus ipse debet 53) super hoc de rigore iuris ad forense iudicium trahi, cum actor semper forum rei 54) debeat sequi, licet in pluribus 55) aliter de consuetudine fiat.

33) *Bauonensi episcopo.*
34) *Vero*, omittit Hard.
35) *Si*, legit Hard. pro: *cum.*
36) *Aliquo*, addit.
37) *Conuenitur.*
38) *Interfuerint.*
39) *Sint.*
40) *Volumus.*
41) *Eget.*
42) *Vnde.*
43) *Negauit*
44) *Ex*, habet Hard. loco: *de.*
45) *Iudicio ferendo* etc.
46) *Licet de.*
47) *Constaret iudici a ferendo testimonio*, omittit Hard.
48) *Passim*, omittit Hard.
49) *Presbyter vel clericus alius aliquem* etc.
50) *Et.*
51) *Esse*, addit Hard.
52) *Aut*, pro: *vel*, habet Hard.
53) *Super hoc*, non habet Hard.
54) *Sequatur*, licet etc.
55) *Partibus*, addit Hard.

CAP. III. 56)

Vt testes moneantur, minime cogantur.

IDEM *Carnotensi episcopo.*

De testibus non habemus in sacris canonibus, quod sint cogendi, sed admonendi: cum celare veritatem, sicut dicere falsum, mortale reputetur sæpe delictum.

56) Hoc cap. in Hard. deest.

CAP. IV.

Vt testes nominati compellantur ad testimonium.

IDEM *Exoniensi et Wigorniensi episcopis.*

Testes, quos R. 57) clericus clericos vel laicos vobis nominauerit, moneatis, et si opus fuerit, auctoritate apostolica compellatis ad perhibendum testimonium veritati.

57) *Clericus*, deest apud Hard.

TITVLVS L.
DE 58) PRAESCRIPTIONE.

CAP. I.

Vt quadragenarie praescriptio, nisi in casu, locum obtineat in ecclesiis.

IDEM 59) *Salonitano archiepiscopo.* Pars cap. *Licet præter.*

De quarta vero decimæ et oblationis defunctorum 60) clericus ab impetitione episcopi 61) XL. temporis præscriptione se posse tueri 62) videtur, nisi forte 63) in tantum pastoralis sedes pastore caruisset, qui iura ecclesiæ suæ exigere debuit: 64) nam Romana ecclesia tricennalem præscriptionem contra ecclesiam non 65) admittit.

58) *Præscriptionibus.*
59) *Salernitano.*
60) *Clerici.*
61) *Quadragenaria.*
62) *Valentur.*
63) *Cathedralis sedis pastore interim caruisset* etc.
64) *Sed*, legit Hard. pro: *nam.*
65) *Admisit.*

CAP. II.

Ne vlla antiquorum dierum possessio malae fidei possessorem liberet, quantum ad eum, nisi resipuerit.

66) ALEXANDER *episcopus.*

Vigilanti studio cauendum est, 67) cum summe dimensio diuini iudicii ab initio consueuerit propria dimittere, aliena non appetere, ne malæ fidei possessores simus in alienis prædiis atque rebus

66) *Item gloriosus Clemens in lib. Stromatum.*
67) *Quod summa* etc.

68) ec-

68) ecclesiasticis, 69) quam nulla antiqua dierum possessio 70) divino iure iuuat aliquem mala fidei possessorum, nisi resipuerit, postquam nouerit, se aliena possidere, cum 71) iuste et bonæ fidei possessor dici non possit. 72) Ephisioue enim 73) lator legis, 74) Originis patruus, solum propter vitandum miserorum f[illegible]itiem et longi temporis errorem et confusionem, primus tricenali 75) vel quadragenali possessioni legis vigorem imposuit, 76) tam in cognitis rebus, quam 77) in latentibus non habere vigorem placuit.

68) *Martinae*, addit Hard.
69) *Quantam.*
70) *Diuino*, non legit Hard.
71) *Iure et*, omittit Hard.
72) *Euphegius.*
73) *Legislator.*
74) *Origenis patruus*, non habet Hard.
75) *Et*, habet Hard. pro: *vel.*
76) *Nobis autem*, addit Hard.
77) *In*, non præponit Hard.

CAP. III.

Ne vllius vox audiatur contra tricennalem praescriptionem.

Item GREGORIVS.

Sanctorum patrum 78) sanctiones et humanæ leges irrefragabiliter 79) statuentes confirmauerunt, et nos in præsenti concilio cum omnibus, qui 80) sunt nobiscum, 81) irrefragabiliter confirmamus, vt 82) de omnibus possessionibus ad singulas prouincias nostrorum fratrum 83) pertinentibus, a quibus 84) XXX. annos possessæ sunt, absque synodali proclamatione quiete et 85) sincere perpetuo 86) teneantur, nullique vox audiendi alicui aduersario concedatur. 87) Si vero aliquis præsumtor temerario ore exorbitauerit, quia contra sanctorum patrum statuta aggressit: vinculis excommunicationis indissolubiliter innodatus, et penitus ab ecclesia extorris et a communione fratrum alienus.

78) *Auctoritas.*
79) *Confirmantes.*
80) *Adsunt.*
81) *Inuiolabiliter.*
82) *Omnes possessiones ad* etc.
83) *Pertinentes.*
84) *Per*, præponit Hard.
85) *Secure.*
86) *Detineantur.*
87) Hæc vltima periodus huius cap. apud Harduinum prorsus non legitur.

CAP. IV.

Vt seruetur quadraginta annorum praescriptio.

Item GREGORIVS *episcopo Syracusano.*

Ne religiosorum virorum corda ecclesiasticarum rerum contentio, a mutua, quod absit, caritate, disiungat, magna sollicitudine studendum est, vt facillimum finem res possit 88) altercatione deducta percipere. Hortamur 89) igitur, vt ad prædicta loca, de quibus contentio est, accedere debeeris, 90) et constituta loca, quæ in lite sunt, præsentiæ vestræ terminari faciatis, XL. tamen annorum ab vtraque parte præscriptione seruata.

88) *In altercationem.*
89) *Ergo.*
90) *Et vtraque parte constituta eomunes loca, quæ in lite sunt, vestra faciatis præsentia terminari* etc.

CAP. V.

Vt praescriptio tricennalis ecclesiae sufficiat.

ALEXANDER III. 91)

Controuersiam, quæ inter 92) Marciensam et 93) Formosc. super decimis de villa 94) Reguerrgis 95) fuerat mota, nos cum fratribus 96) pertractauimus. Et quidem monachi 97) decimationem illius villæ suo monasterio pertinere tam per Karoli regis donationem, quam 98) nostrum priuilegium, allegabant; clerici vero 99) de Formo tertiam partem detinere 100) per XXX. annos et eo amplius sine interruptione synodali 1) se legitime possedisse asserebant. Nos vero vtriusque partis 2) allegationibus diligenter indagatis, decreuimus, quod, si ecclesia 3) de Formo tertiam partem decimæ per XXX annos quiete et inconcusse possedisse se per 4) idoneas personas 5) poterit probare: eandem deinceps sine inquietatione possideat.

91) *Remensi archiepiscopo*, addit Hard.
92) *Macularensem.*
93) *Formolensem ecclesias super* etc.
94) *De Remigan.*
95) *Fuit.*
96) *Nostram.*
97) *Decimam omnem illius* etc.
98) *Per*, præponit Hard.
99) *Ecclesia Formolensis tertiam* etc.
100) *XXX. annos et* etc.
1) *Vel legitima.*
2) *Rationibus ac*, addit Hard.
3) *Formolensis.*
4) *Tres*, addit Hard.
5) *Sibi propriare poterit, ea deinceps* etc.

CAP. VI. 6)

Vt conditio possidentis melior sit quadragenali praescriptione.

IDEM *Mauritiano episcopo.*

Ad aures nostras te significante peruenit, duas ecclesias sub examine tuo sæpius litigare super decimis, quas vna ecclesiarum in alterius parochia annis XL. possedit, ac per hoc petat eius extinctam actionem, altera vero eas iure parochiali volens auincare, præscriptionem non debere sibi obesse proponit. Ideoque quid iuris sit in caussa, tua nos duxit fraternitas consulendos. Tuæ itaque fraternitati litteris præsentibus innotescat, quod diuino et humano iure melior est conditio possidentis, quem quadragenalis præscriptio et omnem prorsus actionem secludit.

6) Hoc cap. in Harduino deest.

TITVLVS LI.
DE APPELLATIONIBVS.

CAP. I.

Ne inquiratur, cuiusmodi actio intendatur, sed vt prima inquiratur rei veritas.

IDEM 7) *Exoniensi episcopo et decano* 8) *Linco.*

Dilecti filii nostri prior et canonici de 9) Gisab. grauem admodum et difficilem nobis querimoniam transmiserunt, quod venerabilis frater noster R. Eboracensis archiepiscopus 10) et apostolicæ sedis legatus, eundem priorem post appellationem ad nos factam suspendit, et ecclesias suas interdixit, et canonicos si eidem, tanquam priori obedirent, 11) excommunicatos denuntiauit *et infra.* Super quibus 12) rei veritatem per idoneas personas et famam loci sollicite inquiratis, et si ita esse inueneritis, ecclesiarum concessiones taliter factas, nisi prior et canonici malitiose distulerint eas, quarum ad se pertinet, ordinare, nullius appellatione obstante, in irritum nostra auctoritate, 13) et priori et canonicis ecclesias ipsas restitui facientes, tam vicarios, quam iuratos eorundem canonicorum interuentum præstitum seruare cogatis, nisi fuerit a priore iniqua extortum, *et infra.* Prouisuri attentius, ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, 14) eiusmodi actio intendatur, inquiratis, sed simpliciter et pure factum ipsum et rei veritatem, secundum formam canonum et sanctorum patrum 15) instituta, inuestigetis.

7) *Exoniensi.*
8) *Lincolniensi.*
9) *Giseburn.*
10) *Et*, apud Hard. deest.
11) *Tanquam*, addit Hard.
12) *Autem omnibus*, addit Hard.
13) *Reuocetis*, addit Hard.
14) *Cuiusmodi.*
15) *Statuta.*

CAP. II.

Ne admittatur adpellatio de omni grauamine futuro.

IDEM *archiepiscopo Remensi.*

Super eo, quod abbas sancti Apollinaris in claustro a te 16) appellationem interposuit generalem super omni caussa, quæ aliquo tempore aduersus eum posset moueri, ipsum exinde reddarguimus, nec huius appellationem 17) dicimus admittendam.

16) *Appellans, imposuit generalem super omnem caussam, quæ* etc.
17) *Dicimus.*

CAP. III.

Ne audiatur, qui appellat euitandae castigationis gratia.

IDEM *abbati sancti* 18) *P. super Fuld.*

Ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod, si quando subditos tuos vis pro excessibus suis secundum regulam sancti Benedicti et institutionem tui ordinis corrigere et castigare, ipsi, vt malitiam suam liberius valeant exercere, ad remedium appellationis confugiunt. Quia vero remedium appellationis non fuit ideo inuentum, vt alicui a religionis et ordinis obseruantia exorbitanti debeat in sua 19) nequitia exhibere patrocinium: discretioni 20) vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus si quando cuilibet subditorum, 21) ne ipsum pro suis excessibus corrigas et castiges, ad remedium appellationis conuolauerit, non 22) minus eum iuxta tenorem mandati, quod in 23) prædicta regula continetur, et 24) institutione corrigas.

18) *Petre de Dina.*
19) *Malitia.*
20) *Tuæ taliter* etc.
21) *Tu[illegible]*, adiicit Hard.
22) *Ideo*, addit Hard.
23) *Scripta.*
24) *Institutionem ordinis tui corrigas.*

CAP. IV.

Ne audiatur adpellans frustratoriae dilationis caussa, et ne morbo consimili laborantes admittantur in testimonium.

IDEM 25) *Wintoniensi episcopo.*

Personas ecclesiarum in tua diœcesi consistentium ita tuis et dominorum fundi autenticis præmunias scriptis, vt, cum 26) aliquam ecclesiarum personam decedere forte contigerit, decedentis filius vel vicarius seu alius quilibet personatum ecclesiæ vacantis viro idoneo conferendi 27) ubi viam præcludere aliqua calliditate non possit. Quod si aliquis talium frustratoriæ dilationis caussa ad nostram audientiam appellauerit, et appellationi suæ prolixum terminum 28) non præfixerit: tu ei 29) diem, infra 30) quam apostolicam sedem possit adire, conuenienter assignes, et si ad 31) illum venire contemserit,

25) *Wintoniensi.*
26) *Aliquem ipsorum decedere* etc.
27) *Tu.*
28) *Non*, omittit Hard.
29) *Terminum.*
30) *Quem.*
31) *Illam.*

rit, tu illum ex tunc iudicio tuo super his, quæ in quæstione vertuntur, sine contradictione aliqua stare, omni excusatione et appellatione cessante, districta compelles. Si autem quisquam appellationi suæ congruentem terminum præfigat, nec tamen caussam ad diem appellationis fuerit prosecutus: ipsum nihilominus ex tunc sententiæ tuæ, sicut de 32) alio diximus, parere compellas. Verum si coram te vel quolibet alio huiusmodi negotia ventilentur: nolumus, vt 33) aliqui morbo consimili laborantes, si certum sit, eum legitime 34) possunt conuinci super his, si ab alterutra parte 35) testes adducti fuerint, in testimonium recipiantur.

32) *Alia duximus appellatione remota, parere constringas.*
33) *Aliqui*, omittit Hard.
34) *Possint.*
35) *Parte adducti* etc.

CAP. V.

Ne frustratoriæ dilationis caussa appellans audiatur, et vt liceat iudici terminum abbreuiare, vtque, nisi appellans intra illum appellationem prosequutus fuerit, sententia contra eum lata teneat, et vt raptor et alienae rei detentor et fornicator, nisi sit manifestum, appellans audiatur.

IDEM 36) *Henrico Remensi archiepiscopo.*

Cum sit 37) sancta Romana ecclesia caput et magistra omnium ecclesiarum, disponente Domino, constituta, et ad eandem consultationes et quæstiones de diuersis mundi partibus 38) merito referantur, 39) quod eam super variis 40) iuris quæstionibus 41) consuli gratulamur et prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde est, quod fraternitati tuæ 42) præsentibus scriptis dignum duximus respondendum. Si frustratoriæ dilationis caussa vel 43) necessario ante sententiam vel 44) post fuerit appellatum, huiusmodi appellationibus annus indulgetur, aut si necessaria et euidens occasio fuit, 45) a quo appellatum fuerit, indulgatur biennium; nisi forte iudex, a quo appellatum fuerit, secundum locorum et prouinciarum distantiam et qualitatem 46) remissius tempus fuerit moderatus, infra quod si is 47) appellauerit, caussam appellationis non fuerit prosecutus: tenebit sententia. Si post sententiam appellauerit et a caussa iam cecidisse videatur, nec amplius super negotio eodem 48) audiatur appellans. Si vero a grauamine et ante litis ingressum fuerit appellatum: huiusmodi audiatur appellans, quoniam sacri canones passim appellare permittunt. Si vero ante sententiam 49) appellauerit: 50) cogitur illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse. Si autem in ægro vel alias ante caussæ ingressum fuerit appellatum: non solent huiusmodi dici appellationes, sed ad caussam 51) vocationes. Præterea si raptor sit, vel alias violentus detentor alienæ rei is, qui appellat: huiusmodi appellatio facta in iudicio apud ecclesiasticas personas, solet audiri, nisi forte 52) manifestus raptor vel fornicator existat, sicut ille, quem absentem et 53) inrequisitum apostolus excommunicauit.

36) *H.* tantum scripsit Hard.
37) *Sancta*, omittit Hard.
38) *Merito*, non legit Hard.
39) *Et*, addit Hard.
40) *Iuris*, non habet Hard.
41) *Consulis.*
42) *Taliter respondentes, præsenti scripto duximus respondendum.*
43) *Etiam*, addit Hard.
44) *Postea.*
45) *Apparuerit, indulgetur* etc.
46) *Temporis recessus tempus* etc.
47) *Qui*, addit Hard.
48) *Audiatur.*
49) *Appellauit.*
50) *Cogetur.*
51) *Prouocationes.*
52) *Manifestissimus.*
53) *Non requisitum.*

CAP. VI.

Vt teneat excommunicatio post appellationem ante interpositam.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

Si duobus coram 54) suo iudice litigantibus, alter ad nostram, alter ad sui iudicis audientiam 55) super eodem negotio appellauerit, et ille, qui ad suum iudicem 56) appellauit, ad diem appellationis veniens, appellasse se ad eum proponit, eo tacito, quod aduersarius eius ad audientiam Romani pontificis appellasset, si legitime citatus non 57) venit, nec aliquem 58) miserit responsalem, aut etiam alias parere contemnit et in eum sententiam excommunicationis tulerit: tenebit 59) sententiam excommunicationis 60) pro contumacia, 61) nisi 61*) cognouerit iudex, eum ad audientiam 62) Romani pontificis appellasse. Denique 63) quod in fine quæstionum tuarum quæris, si a ciuili iudice ante iudicium vel post ad audientiam nostram fuerit appellatum, an huiusmodi appellatio teneat: tenet quidem in his, qui vestræ sunt iurisdictioni 64) temporali subiecti, in aliis vero, etsi de consuetudine ecclesiæ teneat, secundum iuris rigorem tenere non credimus.

54) *Non*, addit Hard.
55) *Super eodem negotio*, non legit Hard.
56) *Appellauerit.*
57) *Venerit.*
58) *Misit.*
59) *Sententiam*
60) *In eum*, addit Hard.
61) *Promulgata*, addit Hard.
61*) *Agnouerit.*
62) *Nostram appellasse.*
63) *Quod*, omittit Hard.
64) *Episcopali.*

CAP. VII.

Ne, si iter adreptum fuerit ante citationem factam, in caussa procedatur.

IDEM *Wigorniensi episcopo.*

Ceterum cum aliquam caussam tibi contigerit, appellatione remota, commissam fuisse, et 65) diuersa pars post citationem factam iter 66) arripuit ad sedem apostolicam veniendi: 67) non minus poteris in negotii cognitione secundum formam iuris procedere. Quod vtique, si ante citationem factam iter 68) inceperit, non est aliquatinus procedendum.

65) *Aduersa.*
66) *Arripuerit.*
67) *Nihilominus.*
68) *Arripuerit.*

CAP. VIII.

Vt, si quis ab aliquo adpellauerit in aliqua re, et postea coram eodem super alia conueniatur, eum, velut suspectum, vitet.

IDEM *Remensi archiepiscopo.* Pars cap. *Cum sit 69) sacra.*

Si in vna caussa aliquis appellauerit, et pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commisisse dicatur, vel modo etiam accusetur, vel 70) conuincatur de illa re, 70*) de qua non sit appellatum, et illum 70**) proferri contingat ad audientiam iudicis, a quo etiam in alio negotio appellauerit: 71) eum potest, si voluerit, tanquam suspectum vitare, alioquin 72) debebit illius iudicio stare, a quo appellatum est, maxime si iudex suus ordinarius existat.

69) *Romana.*
70) *Conueniatur de alia re.*
70*) *Super qua.*
70**) *Perferri.*
71) *Tum potest.*
72) *Debet.*

CAP. IX.

Vt deferatur adpellationi super incidenti quaestione factae, si sine ea principalis quaestio terminari nequeat: et ne de falsa suggestione locus sit adpellationi, si ea sit inhibita.

IDEM *Wigorniensi episcopo.*

Super eo, quod 73) sollicitudo tua requisiuit, vtrum 74) sententiam, quam post appellationem, quam ex incidenti quæstione fieri sæpe 75) contingit, sit suspendenda, licet caussa fuerit, appellatione remota, commissa, tuæ prudentiæ duximus respondendum: quod si de aliqua exceptione quæstio suboriatur, et exinde appellationem fieri 76) contingit, eidem exceptioni erit merito supersedendum et si principalis caussa sine illa terminari non poterit, ei nihilominus 77) supersedatur. Si autem 78) diuersa pars de falsi suggestione in appellationem prorruperit, non est propter hoc sententia differenda, si litteris 79) commissoriis appellationis obstaculum inhibeatur.

73) *A nobis*, addit Hard.
74) *Sententia pro appellatione, quam ex* etc.
75) *Contigerit, fuerit.*
76) *Contingat.*
77) *Supersedeatur.*
78) *Aduersa.*
79) *Commissionis.*

CAP. X.

Vt adpellationi, pro qualicumque fiat caussa leui, deferatur: et vt adpellans compellatur ad adpellationem prosequendam aut standum iudicio.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

De appellationibus 80) vero, quæ 81) pro caussis minimis fiunt, talem volumus cognitionem tenere, quod eis, pro qualicunque 82) et quantumcunque leui caussa fiant, non minus 83) quam illis, quæ pro maioribus fieri contingit negotiis, deferendum est. Verum si appellantes suam contempserint 84) prosequi appellationem: tu ipsos aut appellationem prosequi vel tuo iudicio stare, appellatione remota, districte compelles.

80) *Vero*, omittit Hard.
81) *In*, legit Hard. loco: *pro.*
82) *Et quantumcunque*, non legit Hard.
83) *In illis, quam pro maioribus, est deferendum. Verum* etc.
84) *Prosequi*, omittit Hard.

CAP. XI.

Ne deferatur adpellationi, postquam caussa commissa est iudicibus, adpellatione remota.

IDEM 85) *Eboracensi archiepiscopo.*

Sicut Romana ecclesia omnium ecclesiarum, disponente domino, mater est 86) et magistra: ita etiam nos, qui eidem ecclesiæ, licet immeriti, supernæ dispositionis prouidentia præsidemus, prout nobis Dominus ministrauerit, 87) oportet consultationibus respondere cogimur singulorum, et quæ videntur dubia, apostolicæ circumspectionis prouidentia declarare. Sane quæsitum est a nobis ex parte 88) vestra, vtrum, si 89) aliquando caussa inter aliquos, delegatis iudicibus 90) absque remota appellatione, committitur, et altera pars litteras

85) *Senonum archiepiscopo.*
86) *Et magistra*, non habet Hard.
87) *Oportet*, omittit Hard.
88) *Tua.*
89) *Aliqua.*
90) *Absque*, non legit Hard.

apostolicæ

apostolicæ protectionis munita, quibus est ei generaliter indultum, vt libere sibi liceat appellare, si in vocem appellationis proruperit, 91) ei sententia in eadem caussa sit deferendum. Hoc 92) igitur præsentibus litteris tuæ inquisitioni respondemus, quod 93) ei in hac parte non est deferendum aliquatenus, postquam est iudicibus, appellatione remota, caussa commissa, quia speciale mandatum derogat generali.

91) *Eius appellationi.*
92) *Ergo.*
93) *Eius in hac parte appellationi non etc.*

CAP. XII.

Vbi inhibita est appellatio, ibi et recusatio: quod tunc incipit, quum iudices mandatum susceperint.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

Super eo 94) vero, quod interdum iudices delegati ab altera 95) parte tanquam suspecti recusantur, hoc tuæ prudentiæ præsentibus litteris innotescat, quod, cum sacri canones 96) et ante et post 97) litem contestatam, et in 98) probatione sententiæ, et post sententiam, singulis facultatem appellandi tribuunt, nec 99) admittant aliud remedium præter solam appellationem, 100) sicut leges faciunt seculares, quæ appellationem nisi in casu non admittunt ante sententiam. Vnde in caussis ecclesiasticis, vbi appellationis remedium tollitur, vtrumque remedium denegatur, et 1) ideo sicut appellationi, ita recusationi non est aliquatenus deferendum. Si autem infra certum 2) terminum personis aliquibus committatur lis decidenda, 3) ita quod contineatur in litteris, caussam post susceptionem litterarum infra certum terminum terminari debere: ex tunc terminus incipit, cum eos, quibus litteræ deleganturr, easdem contigerit litteras accepisse.

94) *Vero*, non habet Hard.
95) *Partium.*
96) *Et*, non habet Hard.
97) *Litis decisionem.*
98) *Prolatione.*
99) *Admittunt.*
100) *Nisi in casu ante sententiam (non admittunt.) Verum in caussis etc.*
1) *Ita sunt.*
2) *Temporis spatium aliquibus committitur lis etc.*
3) *Itaque contineatur etc.*

CAP. XIII.

Ne audiatur adpellans, qui violentas manus iniecerit in clericum.

IDEM. 4)

Peruenit ad nos, quod, cum 5) quidam presbyteri et alii 6) clerici se conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel 7) alios grauiter læsos, et ad probandum, quod 8) asserunt, plerumque testes 9) producant, hi, qui impetuntur, 10) apostolicam sedem appellant, sed appellationem interpositam prosequi vel 11) consortia hominum 12) vitare contemnunt. Vnde quia, quid 13) tibi faciendum sit, 14) exinde litteris nostris 15) certificari desideras: fraternitati tuæ præsentium auctoritate mandamus, quatenus illos, qui pro tali caussa appellant, si 16) illorum excessus publicus non sit et 17) notorius, contradictione et appellatione cessante, ecclesiastica censura 18) vt infra tempus conueniens ipsam appellationem interpositam prosequantur. Si vero 19) eorum excessus publicus et notorius est, appellationis obtentu, si quam ad suam iniquitatem fouendam interposuerunt, nullatenus prætermittas, quin eos excommunicatos denunties, sicut ex ipsa iniectione manuum in 20) clericos excommunicationis 21) sententiam incurrerunt, 22) ipsosque facias sicut excommunicatos cautius euitari, donec passis iniuriam satisfaciant, et cum litteris tuis apostolico se conspectui repræsentent.

4) *R. Cantuariensi archiepiscopo*, addit Hard.
5) *Quidam*, omittit Hard.
6) *Clerici*, non legitur apud Hard.
7) *Alii.*
8) *Asserunt.*
9) *Producunt.*
10) *Ad*, præponit Hard.
11) *Consortium.*
12) *Deuitare.*
13) *Tibi*, non habet Hard.
14) *Exinde*, omittit Hard.
15) *Certiorari.*
16) *Eorum.*
17) *Notarius.*
18) *Compellas*, addit Hard.
19) *Eorum*, non legit Hard.
20) *Clericum.*
21) *Sententia.*
22) *Et ipsos.*

CAP. XIV.

Ne in criminibus notoriis deferatur adpellationi, et ne iudex, quod dubium est, pro notorio habeat, vtque appellantes ad adpellationem prosequendam, vel ad parendum suo iudicio, compellat.

IDEM *archiepiscopo Toletano.*

Consuluit nos tua fraternitas, vtrum deferendum sit appellationibus, quæ super manifestis criminibus 23) imponuntur, 24) vel eorum appellationi, qui caussa frustratoriæ dilationis appellant, nec appellationem 25) interpositam prosequuntur. Super quo 26) itaque consultationi tuæ 27) duximus respondendum, quod, si quando aliqui, quos manifestum sit et notorium, vxorem alterius detinere, aut iniecisse violentas manus in clericum, 28) appellauerint, eorum appellationi non est aliquatenus deferendum, sed cum multa dicantur notoria, quæ non sunt, prouidere debes, ne, quod dubium est, pro notorio videaris habere. Illos autem, qui appellant a præsentia tua, cogere debes, infra tempus conueniens appellationem interpositam prosequi, aut iudicio tuo, appellatione cessante, parere.

23) *Interponuntur.*
24) *Aut eorum appellationibus.*
25) *Interpositam*, omittit Hard.
26) *Vtique.*
27) *Taliter respondemus.*
28) *Appellant, nec appellationem prosequuntur, eorum etc.*

CAP. XV.

Vt, vbi adpellatio inhibita, ibi quoque recusatio inhibeatur: quod tunc incipit, quum iudices mandatum susceperint.

29) IDEM *Rauennensi archiepiscopo.*

Consuluit nos tua fraternitas, vtrum recusationes admittere debeas in caussis, quas absque remedio appellationis tibi committimus terminandas. Super quo 30) fraternitati tuæ taliter 31) duximus respondendum, quod, licet sacræ leges remedium 32) illud admittant, 33) tamen censura sacrorum canonum aliud remedium præter 34) remedium appellationis non admittit, cum licitum sit secundum statuta canonum ante litis contestationem, et in ipsa litis contestatione et post decisionem caussæ, ad appellationis remedium conuolare. Ideoque remedium recusationis non debes admittere, si quando caussas 35) alicuius tibi commisimus, appellatione remota, terminandas. Verum tamen cognitioni caussæ, quæ vertitur inter 36) H. et nepotem B. volumus, vt 37) inpræsentiarum supersedeas, quia vtraque pars conspectui nostro se præsentauit.

29) *Idem Rauennensi archiepiscopo*, Harduinus non habet.
30) *Discretioni.*
31) *Respondemus.*
32) *Tale.*
33) *Cum censura.*
34) *Appellationem non admittunt, cum etc.*
35) *Aliquas.*
36) *B. et nepotem Balduini.*
37) *In præsenti.*

CAP. XVI. 38)

Ne auctoritas vsus atque consuetudinis veritati et legi praeiudicet.

IDEM *in registro Theobaldo ecclesiae sanctae Luciae.*

Cum caussa, quæ vertitur inter vos et Guitomon. et Hermannum laicos super domo quadam eis ab archiepiscopo vestro vendita, ad examen filii nostri in basilica XII. apostolorum P. cardinalis, tunc apostoli S. Iudæ, lata fuisset, post datas inducias et appellationem ad nos factam, quam infra terminum tibi fili t. d. illa prosequenda præscriptum iter ad nos veniendi non arripias, contra te sententiam tulit, et memoratis G. et A. prætaxatam domum secundum Veronensis ciuitatis consuetudinem adiudicauit. Deinde vero, cum caussa fuisset ad nos per appellationem delata, eam venerabili fratri R. Brixiensi episcopo, appellatione remota, finiendam delegauimus, qui vtrique rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis sententiam contra vos, spreta forma canonum, secundum Veronensis ciuitatis consuetudinem, sicut et præfatus cardinalis fecerat, promulgauit. Nos autem, cum tandem vtraque pars nostro se conspectui repræsentasset, diligentius considerantes, quod, licet vsus consuetudinis non minima sit auctoritas, nunquam tamen veritati aut legi præiudicat, sententiam de communi fratrum consilio reuocauimus, et vos a prælibatorum G. et Car. super hoc impetitione absoluentes, vobis et ecclesiæ vestræ sæpe dictam domum apostolica auctoritate adiudicauimus.

38) Hoc capitulum in Harduino deest. Vid. c. 8. X. *de sent. et re iudic.*

CAP. XVII.

Vt appellationi deferatur, nisi ab eo adpelletur, cui caussa commissa sub formula: remota adpellatione.

IDEM 39) *Veronensi.* Pars cap. *Significasti.*

Appellationi autem, 40) si qua super aliquo casu ab alterutra 41) parte fuerit interposita, nisi appelletur ab ipso, cui 42) sit appellatione remota commissa, est 43) debita deuotione deferendum.

39) *Exoniensi episcopo.*
40) *Autem*, omittit Hard.
41) *Partium.*
42) *Caussa*, addit Hard.
43) *Cum*, præponit idem.

CAP. XVIII.

Ne adpellans metu litterarum, quas scit impetratas, audiatur.

IDEM 44) *Dulinensi episcopo.*

Suggestum est auribus nostris, quod, cum oppressi et grauati ad præsidium 45) Romanæ ecclesiæ recurrunt, et appellatione facta iter arripiunt, aduersarii eorum appellationem interpositam cognoscentes, neque ad præsentiam nostram accedunt, neque pro se responsalem 46) mittunt; cum autem 47) persenserint, illos rediisse et litteras nostras reportasse, in vocem appellationis prorumpunt et iter ad nos 48) arripiunt, 49) et sic eorum sollicitudinem, a quibus impetuntur, 50) eludunt. Verum quoniam nemini fraus sua debet patrocinari, et falces apostolici moderaminis sunt 51) resecandæ, quæ in se noscuntur vitium calliditatis et fraudis continere: 52) fraternitati tuæ nos consulenti taliter duximus respondendum; si quis deprehensus

44) *Dunelmensi.*
45) *Sedis apostolicæ recurrunt.*
46) *Transmittunt.*
47) *Præsenserint.*
48) *Veniunt*, addit Hard.
49) *Vt sic.*
50) *Eludant.*
51) *Resecandi.*
52) *Et nos super hoc consulenti taliter respondemus, quod, si quis etc.*

prehensus fuerit, hoc ex fraude vel malitia facere, eius appellationi non deferas, neque ob id tibi commissam caussam sine congruo terminare postponas: quia decretalem epistolam, quae tales videntur munire, non ad deprimendam 53) cuiusque iustitiam, sed ad remouendum iniustum grauamen, nos fecisse cognoscas.

53) *Consequam.*

CAP. XIX.

Ne defendatur adpellans, ubi sub praetextu adpellationis nascitur crimen committendum.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.*

Relatum est auribus nostris, quod sint quidam in 54) prouinciis vestris, qui, vxoribus 55) suis propria auctoritate relictis, concubinis adhaerere non dubitant, 56) errorem suum et temeritatem suam per appellationis obstaculum tueri ac fouere nituntur. Quoniam igitur nostrae sollicitudinis officio imminet prouidendum, ne appellationis obtentu in sua malitia perseuerent: fraternitati 57) tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus, si manifestum 58) sit, aliquos de prouincia vestra vxores suas sine rationabili caussa dimisisse et adhaesisse aliis, si commoniti vxores suas, concubinis eiectis, 59) quantocius non receperint: 60) pro appellatione, si quam ad errorem suum fouendum 61) interposuerint, non permittatis, quin eos ad 62) abiiciendum concubinas, et 63) ad recipiendum vxores suas, et maritali 64) affectione 65) vxores tractandas per excommunicationis sententiam compellatis.

54) *Prouincia vestra.*
55) *Suas*, non legit Hard.
56) *Et*, addit Hard.
57) *Vestrae.*
58) *Est*, pro: *sit.*
59) *Quantocius*, omittit Hard.
60) *Per appellationem.*
61) *Interposuerint*, non praetermittatis.
62) *Abiiciendas.*
63) *Recipiendas.*
64) *Affectu.*
65) *Vxores*, Harduinus non legit.

CAP. XX.

Vt de facto excommunicatus, licet non de iure, de facto tamen absolui queat.

IDEM *Eboracensi 66) episcopo R. presbytero.*

Ad praesentiam nostram 67) venientibus episcopo Tusculano et P. sanctae Susannae cardinali, tuam et ipsius caussam commisimus audiendam, qui 68) ad obiectionem tuam, licet non esset excommunicatus de iure, de facto 69) fecerunt 70) absolui. Quia vero quod a fratribus nostris noscitur 71) statutum in hac parte, nolumus aliqua ratione mutari: fraternitati 72) tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus praedictum presbyterum, 73) vel alium pro eo, 74) quia post excommunicationem contra appellationem factam 75) cantauit, nullo modo inquietare 76) attentes, sed ad eum statum omnia 77) reducas, cessante appellatione, in quo erant tempore appellationis ad sedem apostolicam factae.

66) *Archiepiscopo et R.*
67) *R. presbytero venientes, episcopo* etc.
68) *Ob excommunicationem.*
69) *Tamen*, addit Hard.
70) *Eum*, addit idem.
71) *Constitutum.*
72) *Vestra.*
73) *Vel alium*, omittit Hard.
74) *Quod post.*
75) *Diuina*, addit Hard.
76) *Attentetis.*
77) *Reducatis.*

CAP. XXI.

Vt, si cuius possessio post adpellationem turbata fuerit, archiepiscopus emendet.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.*

Cum teneamur consultationibus singulorum, quantum 78) nobis Dominus ministrauerit, respondere: tanto volumus gratius tibi 79) respondere, quanto personam tuam abundantiori diligimus caritate. Quoniam igitur nos consulere voluisti, vtrum si eorum, qui ad audientiam nostram appellant, possessio turbata fuerit, 80) reformare eam tibi liceat, eo praetermisso, de quo appellatio 81) fuerit interposita: prudentiae tuae taliter respondemus, si exinde ad te querela peruenerit, id ordine iudiciario tibi 82) licebit.

78) *Nobis*, omittit Hard.
79) *Respondendum impendere, quanto* etc.
80) *Reformare debeas, eo* etc.
81) *Est*, Hard. habet pro: *fuerit.*
82) *Corrigere*, addit idem.

CAP. XXII.

Vt archiepiscopus post adpellationem excessus corrigat, de quibus non adpellatur.

IDEM *vniuersis 83) suffraganeis Cantuariensis ecclesiae.*

Significauit nobis 84) venerabilis frater noster, 85) Cantuariensis archiepiscopus, quod, si quando vos appellatis ad 86) praesentiam nostram, vel archidiaconi vestri super aliquo certo negotio episcopatus et archidiaconatus vestros sub protectione apostolica ponitis 87) et appellatis ad annum 88) et terminum, nec de nouis excessibus, nec de praeteritis ouomissis vestris, 89) siue subiectorum vestrorum delictis, permittitis 90) ipsum cognoscere, sed omnem iustitiam 91) ei suspenditis et 92) prorsus euacuatis. Quoniam igitur 93) prouidendum est, ne 94) appellationis obtentu 95) aut manifesta 96) delicta remaneant impunita, aut subditi vestri de suorum excessuum impunitate laetentur: fraternitati vestrae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus, si 97) vos episcopatus aut archidiaconi vestri archidiaconatus suos apostolicae protectioni 98) tunc subiiciunt et audientiam nostram appellant, propter hoc 99) memoratum archiepiscopum impedire nullatenus tentetis. Quo minus de 100) caussa vel excessibus subditorum vestrorum cognoscere valeant, et iuxta meritorum qualitatem eos debita animaduersione punire, aut 1) exinde excessus vestros, 2) si 3) qui manifesti sunt et notorii, his duntaxat exceptis, super quibus appellatio est interposita, 4) potest digne corrigere, et quod iniuste actum est, ad rectitudinis tramitem reuocare.

83) *Et*, *etiam*, addit Hard.
84) *Venerabilis*, non habet Hard.
85) *R.* addit.
86) *Audientiam.*
87) *Et appellatis*, omittit Hard.
88) *Et infra, nec* etc.
89) *Nec de subditorum vestrorum* etc.
90) *Eum.*
91) *Eam.*
92) *Prorsus.*
93) *Nobis*, addit Hard.
94) *Sub*, praeponit idem.
95) *Aut manifesta*, omissum ab eodem.
96) *Mala.*
97) *Qui vestrum episcopatus aut archidiaconatus episcopatus* etc.
98) *Tunc*, non adiicit Hard.
99) *Praedictum.*
100) *Caussis.*
1) *Etiam excessus* etc.
2) *Persequi*, addit Hard.
3) *Si*, omittit idem.
4) *Possit.*

CAP. XXIII.

Ne deferatur adpellationi de omni grauamine interpositae.

IDEM *Beneuentano episcopo et archipresbytero.*

Consuluit nos vestra dilectio, 5) vt, si appellatio, quae ab omni grauamine 6) interposita est, teneat, 7) prudentiam tuam redderemus certiorem, et ideo consultationi vestrae taliter respondemus: quod, si forte generaliter appellationem interponeret aliquis ab omni grauamine, quod sibi contingere posset, huiusmodi appellatio 8) tenere potest non, nec debet. Si vero aliquis ab 9) alio iudice super omni grauamine, quod in vna caussa sibi contingere 10) posset, appellationis obstaculum interponeret: quanquam generalis appellatio sit interposita: appellationi tamen 11) huius est 12) ab eodem iudice deferendum.

5) *Vtrum appellatio.*
6) *Interponitur, teneat.*
7) *Super quo vestrae consultationi vestra* etc.
8) *Tenere non debet.*
9) *Aliquo.*
10) *Posset.*
11) *Huiusmodi.*
12) *Ab eodem iudice*, omittit Hard.

CAP. XXIV. 13)

Vt adpellantes intra tempus congruum adpellationem persequi, aut iudicio parere compellantur.

Super eo, quod dicitis, quosdam frustratorie, vt poenam possint vitare canonicam, appellare, nec appellationem interpositam volunt persequi, hoc vobis volumus innotescere, quod, si qui a vobis appellauerint, eos debetis cogere, vt infra tempus congruum et competens appellationem prosequantur, aut super his, de quibus appellatum fuerit, appellatione remota, iudicio vestro pareant.

13) Hoc capitulum in Harduino deest.

CAP. XXV. 14)

Vt adpellantes compellantur ad persequendam adpellationem aut ad parendum iudicio, et ne deferatur adpellationi generali.

IDEM *Rotomagensi archiepiscopo.*

Inter cetera quod nos consuluisti, quid de his facere debeas, qui appellant a te, nec appellationem prosequuntur, taliter respondemus, quod debes eos compellere, infra congruum terminum appellationem interpositam prosequi, aut coram te iustitiae parere. Super eo vero, quod abbas sancti Apollinaris a te appellationem generalem interposuit super omni caussa, quae aliquo tempore aduersus eum posset moueri, ipsum exinde redarguimus, nec huius appellationem duximus admittendam. Veruntamen si quis specialiter a te ad nos appellauerit, ad examen tuum eum remittere non valemus.

14) Hoc capitulum in Harduino deest.

CAP. XXVI. 15)

Ne quis iudicetur a suspecto iudice.

IDEM *Genuensi episcopo. Pars cap. Nos inter A.*

Vtrum vero inimicitia vel contrarietate aliqua parochianus a iudicio dioecesani episcopi eximatur, quia consulere nos voluisti, dilectioni tuae taliter duximus respondendum: quod non solum pro inimicitia, sed etiam pro manifesta caussa suspicionis potest sui episcopi iudicium vitare, et ad iudicem superiorem recurrere. Nullus a suspecto iudice debet iudicari.

15) Hoc capitulum in collectione Harduini etiam deest.

CAP.

CAP. XXVII.

Ne quis obtentu appellationis excusetur, quin ad vocationem cardinalis veniat.

IDEM 16) *Aurienſi epiſcopo.*

Cum parati essemus, petitiones ; 17) quas nobis per nuntium tuum porrexisti, benigne 18) admittere et efficaciter 19) audire; dilectus 20) filius noster 21) Iacinthus sanctæ M. diaconus in Cosmedin cardinalis constanti nobis assertione proposuit, quod, cum te ad synodum suam vocasset, et ad eius vocationem contempsisses accedere: in personam tuam excommunicationis sententiam promulgauit, 22) pro cuius excommunicatione, qui vice 23) vestra fungebatur, te fecisti in episcopum consecrari. Cumque dilectus filius noster Martinus, canonicus 23) S. Iacobi, firmiter asseueraret, quod in legatione regis esses, et ideo non potuisses ad vocationem prædicti cardinalis accedere; cardinalis contra asseruit, quod non in legatione regis, sed in Salamantina ecclesia te suus nuntius inuenisset, tibique dixisset, quod in alia ecclesia 24) te non 25) esset requisiturus; et cum iterum ex parte tua fuisset propositum, quod, 26) quando venerabilis frater 27) noster, archiepiscopus Compostellanus, appellauit, tuam etiam appellationem interposuisses: cardinalis 28) obiecit, quod appellatio illa te tueri 29) villa parte non potuit, quin ad 30) ipsius vocationem accedere teneteris. Nos vero attendentes, quomodo te non 31) decuit contemnere obtentu appellationis ad cardinalis vocationem venire, fraternitatem 32) vestram 33) venia monemus, 34) atque mandando præcipimus, quatenus vel in propria persona, vel per idoneos nuntios, apostolico conspectui te 35) repræsentes, innocentiam et immunitatem tuam, si poteris, ostensurus.

16) *Zamorenſ.*
17) *Tuas*, addit Hard.
18) *Suſcipere.*
19) *Exaudire.*
20) *Frater.*
21) *Hyacinthus sanctæ in Cosmedin diaconus cardinalis, olim apostolicæ sedis legatus, te ſuis etc.*
22) *Post eius excommunicationem, qui etc.*
23) *Noster.*
23) *Beati Iacobi.*
24) *Te*, omittit Hard.
25) *Esset quæsiturus.*
26) *Legionensis*, deest ap. Hard.
27) *N. archidiaconus prædante appellauit.*
28) *Aſſerit.*
29) *In parte illa non etc.*
30) *Illius.*
31) *Decet.*
32) *Tuam.*
33) *Venire.* addit idem.
34) *Mandantes atque præcipientes.*
35) *Præſentes.*

CAP. XXVIII. 36)

Ne deferatur eius appellationi, qui præſtito iuramento absolui meretur.

IDEM *Carnotenſi epiſcopo.*

Quæstioni, quam facis, vtrum appellationi illius sit deferendum, qui, sicut moris est, præstito iuramento absolui meretur, si, antequam ei aliquid mandetur, appellet, vel si mandato accepto causa subterfugii appellauit, taliter respondemus, quod, postquam iurauit, appellationem eius, quam iuramento eius debeat derogare, non est in aliquo deferendum, sed statim erit in eandem sententiam reducendus, qui, donec mandatum susceperit, et susceptum pro posse suo fuerit prosecutus, debet firmiter obseruari.

36) Hoc capitulum in Harduino deest. Vid. c. 21. X. de appell.

CAP. XXIX.

Ne appellans defendatur, vbi ſub prætextu appellationis noſcitur crimen committendum.

IDEM *Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Relatum est auribus nostris, quod, si quando episcopi suffraganei 37) vel archidiaconi prouinciæ tuæ super aliquo certo negotio 38) tuo ad audientiam nostram 39) appellauerint, episcopatus et archidiaconatus suos protectioni nostræ et ecclesiæ Romanæ subiiciunt, et cum appellant, ad eam in interim de suis vel suorum excessibus subditorum cognoscere non permittunt, sed omnem iustitiam 40) enacuant et suspendunt. Volentes 41) itaque pastorali sollicitudine prouidere, ne appellationis obtentu detur eis audacia grauiora committendi, auctoritate apostolica tibi 42) indulgendum duximus, quod, si prælati archidiaconi et episcopi appellauerint ad audientiam nostram, et episcopatus et archidiaconatus suos sub apostolica protectione 43) posuerint: pro 44) illorum appellatione nullatenus prætermittas, quin de causis et 45) excessibus subditorum, et de suis propriis excessibus, si qui manifesti 46) sunt et notorii, his duntaxat exceptis, super quibus appellatum est, cognoscere possis, et super his statuere, quod secundum iustitiam videris statuendum.

37) *Tui*, adiicit Hard.
38) *Tuo*, deest apud Hard.
39) *Appellauit.*
40) *Tibi*, addit Hard.
41) *Igitur.*
42) *Respondendum.*
43) *Posuerint.*
44) *Eorum.*
45) *De*, addit idem.
46) *Sunt.*

CAP. XXX.

Ne appellationi deferatur, vbi prætextu appellationis crimen noſcitur committendum. it. vt, ſi excommunicatus, præſtito iuramento iudicio eccleſiæ ſiſti, abſolutus fuerit, ſtatim appellans per eandem ſententiam compellatur, vel appellationem proſequi, vel iudicio eccleſiæ ſtare.

IDEM 47) *Vitorinn. epiſcopo.*

Præterea, qui ad apostolicam sedem de clericis appellant, et postea grauia et enormia committentes, se, 48) dum conueniuntur, tuentur appellatione, hoc duximus respondendum: quod, si post appellationem grauia 49) committant, et ita publice et manifeste, quod alii scandalizentur, et decor ecclesiasticæ honestatis deformetur, eos 50) appellatio in tanta iniquitate et nequitia tueri non 51) debet, quo minus 52) eorum excessus canonica censura 53) puniantur. Porro de his, qui sententia excommunicationis innodati iurant iudicio ecclesiæ stare, et mox obliti in vocem appellationis prorumpunt: discretioni tuæ significamus, quod eos per excommunicationem compellere debes, appellationem 54) factam 55) congruo tempore prosequi, 56) et iudicio ecclesiæ stare.

47) *Wintonienſ.*
48) *Cum*: non *dum*, habet Hard.
49) *Committunt.*
50) *Appellantes.*
51) *Debet.*
52) *Eorum et excessus.*
53) *Puniatur.*
54) *Suam.*
55) *Congruo tempore prosequi*, omittit Hard.
56) *Vel.*

CAP. XXXI.

Ob appellationem ſuper incidenti quæſtione, ſine qua principalis cauſa terminari nequit factam, tota cauſa ſuſpenditur.

IDEM *Wintonienſi epiſcopo.*

Super eo, 57) quod a nobis quærendum tua discretio duxit, vtrum videlicet et propter incidentem quæstionem, 58) super qua fuit appellatum, tota principalis causa, quæ commissa est iudici, appellatione 59) postposita, terminanda, debeat indecisa relinqui, inquisitioni tuæ duximus respondendum, quod, si quæstio incidens talis sit, quod sine ea principalis causa non 60) potest terminari, 61) per interpositam appellationis obstaculum totius causæ cognitio debet 62) interim differri, donec superior iudex, ad quem super 63) iam dicta quæstione appellatum est, 64) aliter de tota causa disponat.

57) *Vero*, addit Hard.
58) *Sub qua fuerat.*
59) *Remota.*
60) *Poſſit.*
61) *Propter.*
62) *De iure deferri.*
63) *Prædicta.*
64) *Aliter.*

CAP. XXXII.

Ne litteræ pendente appellatione impetratæ valeant, et vt vim vi repellere liceat in continenti.

IDEM *Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Significauerunt nobis dilecti filii 65) nostri, prior et canonici sanctæ 66) Frid. quod, 67) cum super causa, quæ inter eos et canonicos de 68) Osone de ecclesia sanctæ Mariæ Magdalenæ vertitur, de mandato nostro coram venerabilibus fratribus nostris Exoniensi et 69) Castrensi episcopis tractaretur, ad audientiam nostram appellauerunt, idem episcopi canonicos de 70) Osentia in possessionem ipsius ecclesiæ causa rei seruandæ indicauerunt inducendos, et postmodum idem episcopi litteras commissionis nostræ, quas super causa ipsa receperant, diligentius intuentes et videntes appellationem alterutri partium in 71) his litteris inhibitam non fuisse: 72) Oxenefordensi archidiacono mandauerunt, vt omnia in eodem 73) statu seruaret, in quo tempore factæ appellationis fuisse 74) dignoscuntur. Interim vero canonici de 75) Osentia in præscriptam ecclesiam irruerunt, et ibi manere volentes a canonicis sanctæ 76) Frid. eiecti fuerunt. Deinde 77) autem canonici de 78) Osentia ad Lundensem et Wigorniensem episcopos litteras nostras impetrauerunt, continentes, quod, si a possessione ipsius ecclesiæ fuissent violenter eiecti, eis possessio redderetur. Et 79) sic cum pars vtraque propter hoc eorum conspectui se 80) præsentassent, præfatus prior 81) sanctæ Frid., quoniam litteræ ante terminum 82) appellationis præfixum, sicut dicebat, per subreptionem 83) fuerant impetratæ, ad nostram iterum appellauit audientiam. Sed Lundensis episcopus appellationi non deferens, canonicos de 84) Osentia in possessionem eiusdem ecclesiæ fecit induci. Inde est, quod fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus siue 85) ex litteris nostræ commissionis 86) I. prædictis Exoniensi et Cistrensi episcopis 87) factis, siue ex assertione ipsorum episcoporum, aut etiam alias legitime 88) tibi constiterit, in prædictis litteris appellationem inhibitam non fuisse, quicquid post appellationem ab 89) eisdem episcopis ad nos interpositam in causa ipsa innouatum est, 90) vel mutatum, in 91) eum statum facias, appellatione cessante, reduci, in quo tempore factæ appellationis noscitur 92) extitisse, non obstantibus litteris 93) nostris ad Lundensem, Wigorniensem episcopos postmodum directis, si ante terminum

65) *N.* addit Hard.
66) *Fritheſwide.*
67) *Cum*, omittit Hard.
68) *Oſenia.*
69) *Ceſtrenſ.*
70) *Oſenia.*
71) *Eisdem*
72) *Quæstione facta a Xenefordenſ archidiacono etc.*
73) *Statum.*
74) *Dignoſcitur.*
75) *Oſeneia.*
76) *Fritheſwitha.*
77) *Autem*, non habet Hard.
78) *Oſeneia.*
79) *Sicut vtraque pars eorum conſpectibus etc.*
80) *Præſentaſſet.*
81) *S. Fritheſwithæ.*
82) *Appellationis.*
83) *Fuerunt.*
84) *Oſenia*
85) *In*, præponit Hard. loco *ex*.
86) *Prædictis.*
87) *Facta.*
88) *Tibi*, non legit Hard.
89) *Eis*, tantum simpliciter legit Hard.
90) *Aut.*
91) *In eo statu.*
92) *Fuisse.*
93) *Neque Lundenſ. neque Wigorniensi episcopis postea directis etc.*

(t) 2 minum

minum 94) appellationis præfixum, aut etiam in termino fuerint tacita veritate impetratæ. Non enim a possessione fuerunt eiecti violenter, si 95) possessionem volentes intrare sunt in continenti reiecti: cum liceat omnibus vim vi repellere 96) in continenti, et ab 97) aliorum violentia iura 98) sua tueri. Deinde vero, vtraque parte ante 99) revocata, caussam ipsam diligentius audias, et eam, 100) appellatione remota, studeas terminare.

94) *Appellationi.*
95) *Possessionem*, omittit Hard.
96) *Tantum*, addit Hard.
97) *Eorum.*
98) *Sua*, non habet Hard.
99) *Præsentiam tuam vocata.*
100) *Sublato appellationis remedio terminare.*

CAP. XXXIII. 1)

Vt in caussa sublato appellationis remedio a secundo legato iudice appellari queat ad primos delegatos et ad delegantem, et vt remissiones tantum his prosint, qui remittentibus subsunt.

ALEXANDER III. *Cantuariensi episcopo.*

Nos in eminenti specula ecclesiæ, licet immeriti, domino disponente, constituti, fratrum et coepiscoporum tenemur consultationibus respondere, et quod a nobis in quæstione proposita melius visum fuerit, aperire. Inde est, quod prudentiæ tuæ litteris præsentibus respondemus, quod caussa aliquibus, sublato appellationis remedio, si alter iudicum coniudici, aut alii vices suas commiserit, a secundo legato iudice poterit appellari, quia delegatus non poterit appellatione postposita delegare, caussa vero post appellationem ad primos delegatos et ad eum, qui delegauit, secundum arbitrium delegantis referetur. Quod autem consuluisti, vtrum remissiones, quæ fuerint in dedicationibus ecclesiæ, aut conferentibus ad ædificationem pontium aliis prosint, quam his, qui remittentibus subsint: hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quod, cum a non suo iudice ligari nullus valeat vel absolui, remissiones illas prodesse tantummodo illi arbitramur, cui vt prodessent, proprii pastores specialiter indulserunt, et in hoc eam intelligas quæstionem solutam, in qua quæritur, vtrum is, qui excommunicato communicat, a suo episcopo vel excommunicati absolutionis gratiam debeat implorare.

1) Hoc cap. in collect. Harduini deest.

CAP. XXXIV. 2)

Vt a maiore et saniore parte cleri electus episcopus confirmetur, eique a patriarcha munus consecrationis impendatur, nisi appellationi prius fuerit delatum sit.

IDEM *Gradensi patriarchae et eodem T. S. Vitali cardinali presbytero sanctæ - - - et priori.*

Constitutis in præsentia nostra dilectis filiis nostris M. abbati sanctæ crucis et presbytero R. canonico S. Mauritii pro controuersia, quæ de electione Torcellanæ ecclesiæ faciente maligni hostis inuidia suborta est *etc.* et *infra*. Ideoque per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus in vnum pariter conuenientes vtramque partem ante vestram præsentiam conuocetis, et inquisita rei veritate diligenter et cognita, si vobis constiterit, quod præfatus archidiaconus post appellationem ad nos factam et post denuntiationem excommunicationis ad denominationem sæpe dicti C. processerit, et primicerius cum canonicis et plebanis cum consensu totius cleri episcopatus, vel maioris et sanioris partis prænominatum R. in episcopum et pastorem eligerent, non obstante appellatione vel prohibitione præfati archidiaconi, si ipse appellationi prius factæ non detulit, electionem de præfato L. factam, appellatione et excusatione remota, auctoritate apostolica confirmetis, et tu, frater patriarcha, consecrationis ei munus impendas. Si autem aliter se res habuerit, conuocatis suffraganeis Gradensis patriarchatus, aliisque viris discretis et honestis vobis electis, caussam audiatis, et eam, remoto appellationis obstaculo, fine debito terminetis.

2) Hoc cap. in Harduino deest. Vid. c. 23. X. de appellat.

CAP. XXXV. 3)

Ne iudex, a quo appellatum est, in caussa appellantis quacumque procedat, nisi grauis et manifesti criminis reus sit.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.*

Proposuit nobis clericus tuus, quod sæpe contingit, vt, cum aliquis sæpe super aliqua caussa appellet, in aliis caussis, in quibus non est appellatum, respondere prætentibus penitus recusat. Super quo consultationi tuæ taliter respondemus, quod, licet pro illa appellatione non minus teneatur in aliis caussis, super quibus appellatum non est, respondere: iudex tamen, a quo appellatur, quia illi omnino suspectus est, in caussa procedere non debet, nec eum ad respondendum super aliis caussis compellere, nisi pro crimine adeo graui et manifesto, quod ipso actu haberetur reus et merito foret damnandus.

3) Hoc cap. in Harduino deest. Vid. c. 24. X. de appell.

CAP. XXXVI.

Ne promissio de ecclesia non vacante quidquam firmitatis habeat.

IDEM *eidem.*

Relatum est auribus nostris, quod quidam clerici in beneficiis ecclesiasticis 4) C. vel CC. marcarum redditus possidentes et proponentes, primas vacantes ecclesias a monachis, vel canonicis, aut aliis, ius patronatus habentibus, sibi fuisse promissas, nam illis, cum vacant, instituuntur alii, vocem appellationis emittunt, vt interim arte aliqua propositum suum valeant adimplere. Quia igitur consulis, an 5) a dioecesano episcopo 6) huius appellationi sit deferendum: præsentibus tibi litteris respondemus, quod 7) in Lateranensi concilio promissiones factæ de ecclesiis non vacantibus sunt cassatæ. Prætextu appellationis eorum, qui iam 8) dictis promissionibus 9) nituntur, omitti non debet, quin ecclesiæ, cum vacauerint, 10) personis idoneis ordinentur.

4) *Centum vel ducentarum marcarum etc.*
5) *Dioecesano.*
6) *Huiusmodi.*
7) *Cum*, addit Hard.
8) *Prædictis.*
9) *Innituntur.*
10) *De*, præponit Hard.

CAP. XXXVII.

Quando in caussis appellatione remota commissis appellare liceat, vel non?

ALEXANDER III. *Eboracensi archiepiscopo.*

In eminenti specula ecclesiæ, licet immeriti, disponente domino constituti, intendere debemus consultationibus singulorum, et prout nobis 11) dominus reuelauerit, 12) quæstiones propositas enodare. Consuluisti autem, si caussa, appellatione remota, commissa, altera partium ante 13) vel post citationem, ante sententiam vel post sententiam, ad sedem apostolicam appellauerit, an appellationi sit in huiusmodi 14) articulo deferendum. Præterea, si caussa fuerit appellatione remota commissa, et alter aduersariorum 15) appellasset, quia delegatus iudex non vult probationes super 16) suggestiones falsi admittere, 17) qua 18) Cantuar. litteras impetrauit, an in hoc casu appellatio teneat, quæsiuisti. Dubitas 19) autem, si duabus fuerit caussa, appellatione remota, commissa, et alter suo coniudici vices suas commiserit, an ille 20) possit procedere, appellatione remota, vel ab eo liceat appellare, cum in fine 21) litterarum non sit appositum, vt, si vterque nequiuerit interesse, vnus procedat. Primæ 22) igitur quæstioni 23) taliter respondemus, quod caussa, appellatione remota, commissa, appellationi deferri non debet, siue ante citationem siue post, siue ante sententiam, siue post fuerit appellatum, nisi appellans prius, quam citaretur, iter arripuisset ad sedem apostolicam veniendi. Quod autem 24) quæsisti, si aliquis appellauerit, quia delegatus iudex audire super 25) falsa suggestione probationes recusat, an appellatio teneat, hoc tuam volumus discretionem tenere, quod in eo casu debet appellationi deferri. Ab vno vero 26) iudice appellatione remota in caussa procedi non potest, nisi hoc 27) specialiter in commissoriis litteris exprimatur. 28) De cetero noueris, quod, si sententiam a nobis latam, præceperimus per aliquem executioni 29) mandandam, et fraus interuenerit, non est facultas executori de toto negotio 30) cognoscendi, sed referri quæstiones, quæ inciderint, ad sedem apostolicam oportebit.

11) *Deus.*
12) *Quæstiones*, omittit Hard.
13) *Citationem*, addit Hard.
14) *Articulo*, non legit Hard.
15) *Appellet.*
16) *Suggestione.*
17) *Contra.*
18) *Cantuariensi.*
19) *Etiam.*
20) *Solus*, addit Hard.
21) *Litterarum*, deest apud Hard.
22) *Ergo.*
23) *Taliter*, non legitur ap. Hard.
24) *Sine fuisti.*
25) *Falsi.*
26) *Iudicum.*
27) *Speciale.*
28) Hic Harduinus nouum inchoat capitulum.
29) *Mandari.*
30) *Cognoscere.*

CAP. XXXVIII.

Vt contra appellationem ab aduersario interpositam possit iudex aliquem absoluere, præstita tamen iudicio sisti cautione.

IDEM *Cantuariensi 31) R. archiepiscopo 32) sedis legato.*

Qua fronte nos super articulis iuris consulere valeas, non videmus, cum in his, quæ tibi nota sunt, et 33) liquido manifesta, diceris ordinem 34) iuris peruertere et euidenter libertati 35) ecclesiæ contraire, pro qua ille gloriosus martyr et inclytus 36) tyro, Thomas, prædecessor tuus, subire martyrium non expauit. Iam enim non in ecclesia, sicut est canonicum et honestum, non in palatio, non in camera tua, sed propria in camera regis, contra debitum iuris, et contra 37) pontificum officium dignitatis, episcoporum electiones diceris confirmare. Verum 38) ne petitionibus tuis nostrum denegare videamus assensum, super his, de quibus nos consulere voluisti, tibi, prout dederit nobis dominus, 39) respondendum. Sane si quis pro contumacia vel alia qua-

31) *R.* non habet Hard.
32) *Sedis legato*, omittit Hard.
33) *Liquida, manifeste dicimus etc.*
34) *Iuris*, apud Hard. non legitur.
35) *Ecclesiastica.*
36) *Tyro*, non habet Hard.
37) *Pontificalis officii dignitatem, episcoporum etc.*
38) *Ne petitionibus tuis nostrum denegare videamus assensum*, non legit Hard.
39) *Respondemus.*

liber

libet caussa 40) interdicto vel excommunicatione 41) teneatur astrictus, et offert se ad iustitiam de his, pro quibus sententiam ipsam 42) excepit; iudex eum, ut non in excommunicatione decedat, absoluere poterit: etiam si pars aduersa, ne absoluatur, appellationis obstaculum interponat, ab ipso tamen ante absolutionem sufficienti cautione recepta, quod vel in praesentia Romani pontificis, ad cuius appellatur audientiam, si inualuerit aduersarius, vel coram iudice, cui caussam romanus pontifex 43) delegauit, 44) iuris pareat aequitati. 45) De his, 46) qui conqueruntur, irrationabiliter excommunicationi se vel interdictioni suppositos, illud idem dicimus: etiamsi 47) hi, qui huius protulerint sententiam, ad sedem apostolicam duxerint appellandum. 48) Super eo vero, quod defuncto aliquo interdum 49) religione personae, interdum ecclesiasticae, interdum 50) seculares postulant sibi debita, 51) quae defunctus ipsis debebat, et nisi soluantur, ne corpus 52) sepulturae tradatur, vocem appellationis emittunt: hoc tuae fraternitati duximus respondendum, quod 53) nisi 54) eis de solutione debitorum, dummodo sit soluendo, ab herede vel consanguineis defuncti sufficiens cautio detur, corpus 55) post eius appellationem non est tradendum sepulturae.

40) *Interdicto vel*, omittit Hard.
41) *Tenetur.*
42) *Excepit.*
43) *Delegauerit.*
44) *Vel coram eo, in quo vtraque pars conuenerit*, addit Hard.
45) Hic ab Harduino nouum inchoatur capitulum.
46) *Etiam*, addit Hard.
47) *Hi, pro quibus tulerint* etc.
48) Hic Harduinus rursum inchoat nouum capitulum.
49) *Religiosae.*
50) *Etiam*, addit Hard.
51) *Sibi*, addit Hard.
52) *Defuncti*, addit etiam Hard.
53) *Si defunctus de rebus suis dispositi et debita disponere praetermisit*, addit Hard.
54) *Eis*, apud Hard. deest.
55) *Eius, postposita appellatione, ecclesiastica sepultura non traditur.*

TITULUS LII.

DE CONFIRMATIONE VTILI ET INVTILI, ET RESCRIPTVM SVSPECTVM ET RESCRIPTORVM INTERPRETATIONE ET EXCEPTIONIS DILATIONE.

CAP. I.

Ne, si filum litterarum summi pontificis fractum fuerit, secundum illas in caussa procedatur.

IDEM 56) *Wimo. episcope.*

Sicut ex litteris tuis, frater episcope, euidenter accepimus, 57) aduersarius N. clerici proposuit, se respondere non teneri, eo quod filum 58) erat fractum quo bulla nostra 59) dependebat. *59) Verum licet litterae illae 60) ipsae a nobis impetratae fuissent, et in cancellaria nostra compositae; circumspectionem 61) tamen prudentiae tuae, frater episcope, non immerito commendamus, 62) qui hac occasione in caussa procedere distulisti, in qua non decuit aliter, quam feceris, processisse: 63) cum hoc non fuerit mirum, si pars praefati N. asserebat, se non teneri praedicto N. respondere, ex quo filum nostrae bullae fractum cernebat.

56) *Wigorniensi.*
57) *Aduocatum H. clericus eum proposuit, H. clerico non debere respondere, eo* etc.
58) *Eius.*
59) *Pendebat.*
*59) *Vt cum litterae* etc.
60) *Ipsae*, non habet Hard.
61) *Tamen*, deest apud Hard.
62) *Quod*, legit Hard.
63) Hoc vsque ad finem deest in Harduino.

CAP. II.

Ne valeat priuilegium de re litigiosa impetratum.

IDEM 64) *Exoniensi episcopo.* 65) Pars capituli: *In litteris.*

Si quis rei litigiosae confirmationem impetrauerit 66) apostolicae sedis: non minus iudex potest de caussa cognoscere et eam fine debito terminare. Sed si rem pacifice tunc possidebat, cum inde confirmationem obtinuit: non est tutum aut licitum iudici de quaestione postea suborta sine mandato Romani pontificis decernere, aut eam diffinire.

64) *Exoniensi.*
65) *Pars capituli: In litteris*, non legit Hard.
66) *A sede apostolica.*

CAP. III.

Vt sufficiat alterum, cum aliqua sub disiunctione mandantur.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.*

Inter ceteras consultationes tuas id fuit propositum, 67) quod tenere 68) debeat, cum aliqua sub disiunctione mandantur, quorum vnum 69) sit verum, alterum 70) sit falsum. Puta, 71) quod si 72) proponatur, quod 73) si talis sit sacerdotis filius et in sacerdotio genitus ab eo, qui 74) proximo in 75) tali ecclesia ministrauit, vel quod illicite 76) illam ecclesiam 77) occupauerit. Ei quaestioni taliter respondemus: 78) iudici quodcunque illorum constiterit, 79) adiudicare debere illi praelibatam ecclesiam et idem in similibus. 80)

67) *Quid.*
68) *Ti bent.*
69) *Erit.*
70) *Est*, deest apud Hard.
71) *Quod*, omittit Hard.
72) *Ponatur.*
73) *Si*, Hard. non habet.
74) *Proximus.*
75) *Eadem.*
76) *Ipsam.*
77) *Occupauit. Cui quaestioni* etc.
78) *Quod constiterit*, addit Hard.
79) *Et praedictam ecclesiam adiudicare et idem* etc.
80) *Decernere*, addit Hard.

CAP. IV. 81)

Ne moueatur atque turbetur episcopus, si ipsi durum atque asperum scriptum sit a pontifice, quod praua insinuatione suggestum.

IDEM *G. archiepiscopo Rotomagensi.*

Si quando tuae fraternitati aliqua dirigimus scripta, quae animum tuum videntur exasperare: turbari non debes, neque moueri, aut credere, quod velimus personam tuam contemptibilem reddere, vel despectam, quia te quasi carissimum fratrem nostrum et immobilem columnam ecclesiae affluentissima caritate diligimus, et honoris et exaltationis tuae desideramus modis omnibus incrementum. Nam si saepe fratribus nostris secundum varietatem eorum, quae nobis suggeruntur, aspera et dure scribimus, hoc tamen non ex minori affectione contingit, sed vt clamoribus querelantium secundum dominum, et iuxta officii nostri debitum, satisfacere comprobemur. Quapropter monemus prudentiam tuam et hortamur attentius, quatenus de cetero non mouearis, neque turberis, neque tuus animus deiiciatur, si tibi durum vel asperum scripsimus, sed sicut vir prouidus et discretus qualitatem negotii, pro quo tibi scripsimus, diligenter considerans et attendens, aut mandatum nostrum deuote et reuerenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, sufficientem et rationabilem caussam praetendas: quia nos patienter sustinemus, si non effeceris, quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum.

81) Hoc cap. in Harduino deest. Vid. c. 5. X. de rescriptis.

TITULUS LIII.

DE IVRE PATRONATVS ET 82) ECCLESIIS A LAICIS CONCESSIS.

CAP. I.

Vt rector ecclesiae resideat in illa, nisi iusta caussa subsit: et vt, vno praesentato et non instituto, alio postmodum praesentatus et institutus praeferatur.

ALEXANDER III. R. *Eboracensi archiepiscopo.* 83) Cap. quod incipit: *Meminimus.*

Relatum est nobis ex parte tua, quod, cum in Lateranensi concilio sit 84) constitutum, vt personae tali ecclesia 85) et beneficium conferatur ecclesiasticum, quae 86) residere in loco et curam animarum per se valeat exercere, nonnulli 87) ad ecclesias praesentati, se posse residere, affirmant, et curam habere ecclesiae 88) vel ecclesiastici beneficii profitentur, id tamen efficere contradicunt. Ideo consulere 89) voluisti, an propter hoc tales possis 90) praesentatos repellere, vel institutos, 91) sublato appellationis remedio, remouere. Tuae 92) igitur prudentiae innotescat, quod cum verba sint accipienda cum effectu, 93) talis si praesentatus 94) fuerit, licite 95) poterit amoueri, nisi forte de licentia praelatorum 96) suorum, vel studio litterarum vel pro aliis honestis caussis contigerit 97) eum abesse: nec patrocinari debet 98) ei appellationis diffugium, si contra intentionem decreti fuerit interiectum. Quia autem consulis, si clericus idoneus ad vacantem ecclesiam praesentatus 99) et institutus non fuerit, ab episcopo dioecesano admissus, at postmodum alius idoneus praesentatus et institutus ab episcopo possessionem tenuerit corporalem, an priore clerico ecclesiam 100) tenente, debeat posterior 1) remoueri, an posterior priori praeferri; dubium non est, quin in casu 2) isto melior sit conditio possidentis, quam petentis: quoniam antequam praesentatio 3) a dioecesano episcopo approbaretur, ratum non est, quod a patrono fuerit inchoatum. 4) De cetero prudentiae tuae litteris praesentibus intimamus, quod si laici, 5) clerici vel collegium de concessionibus vel donationibus instrumenta confecerint in haec verba vel similia: concessi vel dedi ecclesiam et praesenti carta confirmaui; si consensus episcopi non accesserit, nihil 6) dare videtur. A laico 7) H. ecclesia non potest 8) donari. Patronatum autem de auctoritate et assensu episcopi, certum est, a laico 9) in ecclesia de iure conferri.

82) *Clericorum institutionibus.*
83) *Cap. quod incipit: Meminimus*, omittit Hard. Vid. c. 4. X. de clericis non residentibus.
84) *Statutum.*
85) *Vel*, pro *et.*
86) *Residere in loco et* etc.
87) *Autem*, addit Hard.
88) *Et*, loco: *vel.*
89) *Nos*, addit Hard.
90) *Praesentatos*, non legitur apud Hard.
91) *Siue appellatione remouere.*
92) *Itaque.*
93) *Talis.*
94) *Fuerint.*
95) *Poterunt.*
96) *Suorum*, non legit Hard.
97) *Eos.*
98) *Eis.*
99) *Et ab episcopo dioecesano non fuerit admissus, et postmodum* etc.
100) *Petente.*
1) *Remoueri, an*, non habet Hard.
2) *Hoc.*
3) *Per dioecesanum episcopum approbetur.*
4) Hic nouum capitulum Harduinus inchoat.
5) *Clerici vel collegia.*
6) *Actum vel datum videtur.*
7) *Enim ecclesia.*
8) *Dari.*
9) *In eadem iure conferri.*

CAP. II.

Vt, qui aduocationes ecclesiarum adquisiuerunt ad easdem filios et nepotes praesentandi gratia, iis spolientur.

IDEM 10) *Exoniensi episcopo.*

Quia clerici 11) vestrae 12) iurisdictionis aduocationes ecclesiarum, sicut accepimus, comparant, 13) et quocunque modo possunt, adquirunt, vt postmodum filii vel nepotes ad easdem praesententur ecclesias; nos tam prauam consuetudinem eradicare penitus volentes, nihilominus 14) vobis praesentium auctoritate mandamus atque praecipimus, ne id attemptare praesumant, vniuersis 15) ecclesiis iurisdictionis vestrae curetis artius inhibere, et, si presbyteri vestrarum ecclesiarum aduocationes adquisierint, eos aduocationibus taliter adquisitis, appellatione 16) remota, auctoritate apostolica spolietis.

10) *Herefordensi episcopo, et abbati de Forde.*
11) *Quidam*, addit Hard.
12) *Dioecesis aduocationem ecclesiarum etc.*
13) *Vel.*
14) *Vobis*, deest apud Hard.
15) *Clericis.*
16) *Cessante.*

CAP. III.

Vt firmario reseruetur praesentatio, si gaudet iure patronatus.

17) IDEM *Herefordensi episcopo et abbati de Forde.*

Ex litteris 18) I. Saleb. - - - - episcopi accepimus, quod 19) defuncta 20) ecclesiarum persona de 21) itunde G. 22) quidam miles, qui villam in qua ecclesia sita est, a monasterio de 23) Wilton. ad firmam tenebat, ad eandem vacantem 24) Vlngulum de Leicester clericum praedicto episcopo 25) praesentauit. Post aliquantum temporis abbatissa praedicti monasterii ad episcopum veniens, et 26) Wi. de Vorale ad 27) praescriptam ecclesiam praesentauit. Nolente 28) autem episcopo personam praesentatam ab ea recipere, 29) tandem ad venerabilem fratrem nostrum Cantuariensem archiepiscopum abbatissa accessit et apud eum 30) grauem querimoniam de 31) episcopo deposuit. Archiepiscopus, 32) quia sibi visum 33) fuerat, quod factum militis super praesentatione praefata nullius esset momenti, praedicto episcopo in 34) virtute obedientiae iniunxit, 35) quod personam illam reciperet, et in possessionem induceret, quam abbatissa 36) sibi 37) decreuerat praesentandam, *et infra.* Restitutione autem facta, causam audistis, ita 38) quidem, quod si vobis constiterit, quod praefato militi 39) praefata villa fuerit, non excepto iure patronatus, ad firmam concessa, vel, si quaestio de iure patronatus inter 40) praedictam abbatissam et militem controuersia esset suborta, praefatus Wi. de Leicaster in praescripta ecclesia per institutionem episcopi ad praesentationem militis fuisset institutus, ei, dummodo alias 41) sit idoneus, ecclesiam ipsam adiudicetis, ita, quod, si abbatissa obtineat aduersus militem, illi de temporalibus debeat respondere.

17) *Idem I. Sabinensi (?) XII Apostolorum presbytero cardinali.*
18) *Sarisberiensi episcopo etc.* Lacunam vero subsequentem Harduinus non habet.
19) *Cum*, addit Hard.
20) *Ecclesiarum*, omittit Hard.
21) *Lauerstoc.*
22) *Quidam*, non legit Hard.
23) *Wilton.*
24) *Ib. de etc.*
25) *Praesentabat.*
26) *W. de Verbale.*
27) *Praedictam.*
28) *Vero.*
29) *Tum.*
30) *Grauem*, non habet Hard.
31) *Ipso.*
32) *Vero*, addit Hard.
33) *Erat.*
34) *Vt.*
35) *Vt*
36) *Sibi*, deest apud Hard.
37) *Duxerat.*
38) *Quidem*, non legit Hard.
39) *Praescripta.*
40) *Praedictam*, omittit Hard.
41) *Fuerit.*

CAP. IV.

Vt, si ecclesia non vacans alicui a patrono conceditur, postea, ea vacante, alio instituto, praeferatur posterior, et ut liceat laico etiam conferre ius patronatus loca religioso.

IDEM *Wintoniensi episcopo.* 42) Pars cap. *Quamuis.*

Illud praetereundum non duximus, super quo te intelleximus dubitare, quod si aliquis laicus, episcopo inconsulto, ecclesiam non vacantem 43) concedit alicui religiosae domui, 44) postea, cum vacauerit, ad praesentationem 45) eiusdem laici aliquis clericus ibi fuerit per 46) dioecesanum episcopum institutus, prior concessio, 47) secundum institutionem, quo minus habeatur rata 48) et firma, non potest, nec debet 49) impedire aliquatenus: cum illa concessio de iure nullius possit esse momenti, tum quia de re 50) nec vacante facta est, tum quia laicus sine auctoritate episcopi nemini potest ecclesias dare, licet religioso loco ius patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si vero ius patronatus ecclesia vacante religioso loco contulerit, et aliquis postea hoc praesentatione fratrum eiusdem loci fuerit in ipsa ecclesia institutus, alias institutio secundum rigorem iuris est irritanda.

42) *Pars cap. Quamuis*, non habet Hard.
43) *Concedat.*
44) *Et*, addit Hard.
45) *Eius.*
46) *Dioecesanum.*
47) *Per*, addit Hard.
48) *Infirmari non potest etc.*
49) *Impediat.*
50) *Non.*

CAP. V.

Ne secundum patronorum traditiones mutentur ecclesiarum ordinationes.

IDEM *Wigorniensi episcopo.*

Querimoniam prioris et fratrum de 51) Lauth nobis litteris destinatam audiuimus, quod R. 52) Hereford. comes, ius quod idem prior et fratres in ecclesia de 53) Wig. ex donatione H. de Lan. fundatoris ecclesiae eius et ipsius 54) R. soceri habere 55) debebat, coram bonae memoriae 56) Idem quondam Wigorniensi episcopo recognouit. Vnde 57) episcopus postea tam 58) dictos priorem et fratres, nullo reclamante aut contradicente, 59) exinde inuestiuit, quam illi deinde quiete et pacifice possederunt. Deinde vero cum inter comitem praefatum et 60) per C. vxorem suam, in cuius patrimonio ecclesia illa consistit, diuortium per ecclesiasticum iudicium celebratum fuisset; eadem C. W. Pictauiensi nupsit, qui ecclesiae 61) memoratae fructus 62) praefato priori et fratribus subtraxit omnino, et eos in vsus R. sacerdotis eiusdem loci, sine episcopali auctoritate, conuertit. Cumque postmodum, W. de medio sublato, praefata C. tertio viro 63) Wilhelmo scilicet de mediano, esset matrimonio copulata; idem Wi. in ea, qua 64) et W. temeritate persistens, iam dictum R. in ecclesia 65) praetaxata contra 66) praedictum priorem 67) tenere, manutenere et fouere incepit, dicens 68) praenominatus episcopus L. super ecclesia, 69) quae de vxoris suae aduocatione 70) exstitit, dum erat in potestate illius viri, a quo postmodum separata 71) fuisse dignoscitur, 72) nullam habere firmitatem 73) debere, praesertim cum patrimonium vxori suae, sicut asserit, integre sibi restitutum non esset, nisi de ecclesia illa suam adimplere posset voluntatem. 74) Vnde quoniam absurdum videtur omnino, et ab ecclesia 75) Dei penitus 76) alienum, eliminandum 77) est, vt ad singulas patronorum secundum humanam conditionem mutationes ecclesiarum debeant mutari ordinationes, 78) neque quod a supradicto 79) H. factum taliter 80) fuit, alicui 81) licuit successorem reuocare: fraternitati tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus rei veritatem diligenter et studiose inquiras, et, si ita inueneris esse, prout superius 82) est narratum, saepe dictis priori et fratribus ecclesiam praelibatam, omni occasione et appellatione cessante, restituas et in pace facias possidere. Violentias etiam ecclesiarum huiusmodi ab aduocatis, vel aliis 83) quibuscunque, in tua dioecesi fieri de cetero nulla ratione permittas, sed 84) eorum praesumptiones vsque ad dignam satisfactionem, dilatione sublata, vinculo excommunicationis percellas.

51) *Wicu ex ordinatione R. de Lac. fundatoris etc.*
52) *Quondam de Hereford comes.*
54) *Heuerds socii.*
55) *Debebant.*
56) *I. quondam.*
57) *Idem*, addit Hard.
58) *Dilbon.*
59) *Inuestiuit, et exinde eam deinceps sibi quiete etc.*
60) *Per*, non praeponit Hard.
61) *Praescriptae.*
62) *Memoratae.*
63) *W. scilicet de mediano esset etc.*
64) *Alter R.*
65) *Praescripta.*
66) *Supradictum.*
67) *Tenere*, deest ap. Hard.
68) *Quod praenominati instituto episcopi, quam super etc.*
69) *Ipsa*, addit Hard.
70) *Constitit.*
71) *Esse.*
72) *Facit*, addit Hard.
73) *Debet.*
74) *Verum.*
75) *Dei*, non habet Hard.
76) *Alienum*, deest ap. Hard.
77) *Est*, omittit Hard.
78) *Ne quod.*
79) *R.*
80) *Factis.*
81) *Eorum successorem reuocare.*
82) *Narratur.*
83) *Quibuscunque.*
84) *Eorum.*

CAP. VI.

Ne laici propria praesumtione in ecclesiis ordinent clericos.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.*

Cum laici, episcopis nescientibus aut non consentientibus, clericis ecclesias concedunt, in quibus habent ius patronatus; et postea poenitentia ducti alios ad 85) easdem ecclesias episcopis 86) repraesentant, et illi ad eorum 86) repraesentationem in eisdem ecclesiis instituuntur ab episcopis 87) et eorum debet institutio stare et 88) similiter obseruari, qui episcopi auctoritate 89) sunt instituti, concessione priori, quae nulla est, omnino euacuata. Non enim licet laicis, clericos propria praesumtione in ecclesiis ordinare.

85) *Ipsas.*
86) *Praesentant.*
86) *Praesentationem.*
87) *Et*, omittit Hard.
88) *Firmiter.*
89) *Fuerint.*

CAP. VII.

Longa praescriptio et consensus episcopi subsequens robur dat concessioni a laico factae sine auctoritate episcopali.

IDEM 90) *abbatibus et prioribus et ecclesiis per episcopatum Eboracensem constitutis.*

91) Quia pastorali necessitate 92) constringimur, et auctoritate iniuncti nobis officii 93) prouocamur, pro statu ecclesiarum 94) vigilanti studio satagere, et ne contra iuris ordinem conferri alicui ordine 95) valeant, attentiori sollicitudine prouidere: inde est, quod vniuersitati vestrae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus ex donatione laicorum, nisi auctoritas 96) dioecesani episcopi 97) sui et consensus adsit, nullus vestrum 98) aliquas sibi ecclesias vendicare praesumat, vel retinere taliter acquisitas, nisi longe fuerit praescriptione munitus, ac postea 99) dioecesani episcopi 100) sui habuerit forte consensum. Nos enim, cum laici non 1) possunt, nisi ius, quod

90) *Abbatibus etc. vsque ad constitutis*, non habet Hard.
91) *Cum*, pro: *quia.*
92) *Constringamur.*
93) *Prouocamur.*
94) *Vigili cura.*
95) *Debeant.*
96) *Dioecesani.*
97) *Interueniat et etc.*
98) *Aliquas*, deest ap. Hard.
99) *Dioecesani.*
100) *Sui*, non legit Hard.
1) *Possint.*

habeant,

habeant, transferre in alios, 2) huius concessiones viribus carere decernimus, et 3) irritum penitus esse censemus.

2) *Hacusmodi.* 3) *Irritas.*

CAP. VIII.

Ne ius patronatus adquiratur emtionis titulo.

IDEM 4) *abbatibus et fratribus Cistrensis ordinis.*

Relatum iest auribus nostris, quod vos ius præsentandi clericos ad 5) ecclesiam contra institutionem 6) antiquorum ordinis vestri emptionis titulo et modis 7) omnibus satagitis adipisci, vt sub tali prætextu ecclesias vobis liceat habere, et per vos vel per alios detinere. Quoniam igitur non decet nos, occasione qualibet vel obtentu, ab antiquis 8) institutionibus patrum nostrorum recedere, aut quicquam efficere, in 9) quibus possitis de vitio cupiditatis reprehendi: discretioni vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus iura 10) patronatuum in ecclesiis, aut 10*), ecclesias de cetero acquirere desistatis, quia non expedit vobis, nec 11) volumus sustinere, vt sub tali prætextu vobis vel ordini vestro derogetur. Sane vsque adeo vos et ordinem vestrum diligimus, vt 12) vos in his, quæ honestati et religioni contraria sunt, nullatenus 13) consouere velimus, qui de vobis nil incommodi, 14) nihilque audiri volumus sinistri.

4) *Abbatibus et fratribus Cistrensis ordinis*, omittit Hard.
5) *Ecclesias.*
6) *Antiquam.*
7) *Aliis.*
8) *Constitutionibus.*
9) *Ergo.*
10) *Patronatus.*
10*) *Ie*, reponit Hard.
11) *Nos*, addit Hard.
12) *In vobis, qua etc.*
13) *Fouere*
14) *Nil volumus audire sinistri.*

CAP. IX.

Vt euacuetur concessio ecclesiarum, viuentibus personis, facta.

IDEM.

Ea, quæ honestatis 15) decorem desormant, et canonum probantur sanctionibus obuiare, penitus sunt euellenda, et falce apostolici moderaminis resecanda. Vnde quia 16) ecclesiæ, viuentibus personis, aliis conferri non 17) debeant: consultationi tuæ taliter respondemus, vt, si quas concessiones ecclesiarum tui episcopatus viuentibus personis factas esse constiterit, et super hoc 18) euentum fuerit ad iudicium, eas auctoritate 19) nostra in irritum reuoces, et friuolas et vanas esse decernas.

15) *Dolorem*
16) *Cum ecclesia viuentibus.*
17) *Debeat.*
18) *Ventum.*
19) *Vestra.*

CAP. X.

Vt per episcopum in ecclesia instituatur persona, si cuius ordinatio propter controuersiam laicorum differtur.

IDEM 20) *Laudo. episcopo.* 21) Pars cap. *ad aures.*

Si vero 22) ordinatio alicuius ecclesiæ ad tuam institutionem spectat, et pro 23) controuersia laicorum de iure patronatus inter se 24) disceptantium malitiose differtur: fas tibi sit, de auctoritate nostra, nullius contradictione 25) vel appellatione obstante, in eadem ecclesia personam idoneam 25*) constituere, ita, quod ipsa eadem 26) repræsentetur ab eo, qui ius patronatus euicerit.

20) *Laudonensi.*
21) *Pars cap. ad aures*, non habet Hard.
22) *Aliquando*, addit Hard.
23) *Controuersia.*
24) *Disceptantium, ordinationes malitiose differuntur.*
25) *Et*, pro vel.
25*) *Instituere.*
26) *Præsentetur.*

CAP. XI.

Si fundus emitur, ius patronatus acquiritur.

IDEM 27) *dilectis filiis hospitalariis et templariis.*

Cum seculum 28) reliqueritis, vt creatori vestro possitis in arce contemplationis placere: decet vos ab his, quæ sunt obuia rationi, abstinere, 29) vel quæ reprehensioni subiacent, aut vestram opinionem aut famam valeant denigrare. Inde est, quod vniuersitati vestræ districtius per 30) apostolicam sedem mandamus, quatenus prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, 31) aliterque acquisitorum, vel etiam alio modo ius patronatus in ecclesiis parochialibus acquisieritis, in eis presbyteros nisi per 32) episcopum instituatis; nec episcopo 33) ius parochiale minuere 34) aut auferre aliquatenus præsumatis; excommunicatos 35) quoque ipsius episcopi vel archidiaconorum suorum, contra autentica scripta Romanæ ecclesiæ, ad 36) diuina officia in capitulis vestris recipere non audeatis.

27) *Dilectis filiis hospitalariis et templariis*, non legit Hard.
28) *Relinquitis.*
29) *Et*, loco vel, habet Hard.
30) *Apostolica scripta prohibemus, ne cum ratione etc.*
31) *Aliterue.*
32) *Episcopum.*
33) *Ita*, addit Hard.
34) *Vel.*
35) *Sine*, adiungit Hard. voci præcedenti.
36) *Digna.*

CAP. XII.

Vt ius patronatus licite donari queat, ideoque restituantur ecclesiae donatario.

IDEM.

Ex insinuatione dilecti filii nostri 37) C. clerici accepimus, quod, cum frater suus ius 38) patronatus, quod in quibusdam ecclesiis 39) in Boiculum et Saliceaborienfi episcopatu constitutis habebat, 40) ei liberaliter contulisset: easdem ecclesias quidam presbyteri 41) et alii occasione fratris 42) prædicti 43) C. sine ipsius voluntate et 44) assensu per violentiam occupauerunt, et eas iniuste detinent occupatas. 45) Quia ergo nostra interest prouidentia, ea, quæ minus ordinate ab aliquibus super 46) ecclesiis attentantur, ad rectitudinis tramitem reuocare: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus rei veritate 47) diligentius inquisita et cognita, si ita, sicut dictum 48) esse, inueneris, memoratos presbyteros ecclesiarum earum monens detentores, modisque omnibus inducas, vt easdem ecclesias prædicto clerico sine mora et difficultate restituant libere et pacifice ordinandas, et nullam ei eamde molestiam inferant vel grauamen. Quod si prædicti presbyteri commonitioni tuæ acquiescere forte noluerint: tu ipsos excommunicationi, et terras, si quas habent, omni occasione et appellatione cessante, interdicto subiicias, et in memoratis ecclesiis diuina facias cessare officia, quamdiu ab aliquibus prædictorum auctoritate militum occupatæ detinebuntur. Quod si nec sic earundem ecclesiarum detentores resipuerint: 49) eos, appellatione cessante, ecclesiastica censura compellas.

37) *O.* habet Hard.
38) *Et*, addit Hard.
39) *In Lincolniensi et Sarum episcopatibus constitutis etc.*
40) *Ei*, non habet Hard.
41) *Et*, deest apud Hard.
42) *Sui*, addit Hard.
43) *O.*
44) *Consensu.*
45) *Quia igitur nostra interest, quæ minus inordinata ab aliquibus etc.*
46) *Ecclesias.*
47) *Diligenter.*
48) *Est, cognoueris.*
49) *Ipsos.*

CAP. XIII.

Ne filii ecclesias a parentibus fundatas auctoritate propria detineant, aliisque conferant.

IDEM 50) *Andrensi episcopo.*

Consuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum sit de clericis, qui ecclesias 51) constitutas hereditario iure sibi vendicant, nec volunt tibi 52) exinde respondere, et de laicis, qui 53) præscriptas ecclesias filiis vel nepotibus suis dare nituntur. Cum autem sanctuarium Dei iure hereditario teneri non possit, et indignum sit penitus et absurdum, vt quilibet auctoritate propria ecclesias occupet, vel taliter occupatas detineat: nec te decet, aliquatenus sustinere, vt in episcopatu tuo vel clerici ecclesias a parentibus 54) suis fundatas auctoritate propria detineant, aut laici filiis, vel aliquibus aliis ecclesias concedant.

50) *Andrensi episcopo*, non habet Hard.
51) *A parentibus constitutas.*
52) *Exinde*, omittit Hard.
53) *Prædictas.*
54) *Suis*, deest apud Hard.

CAP. XIV.

Ne vendatur ius patronatus, quia est adnexum spirituali

IDEM. 55)

Ad aures nostras peruenit, quod R. et 56) Wi. de Carano ius patronatus 57) ecclesiæ eiusdem loci ab eo, ad quem præsentatio spectabat, 58) emerit; quibus decedentibus R. filius W. iam dicti exemplo patris 59) sui ius patronatus ecclesiæ emere non dubitauit, et canonicis de 60) Tolosa tantas molestias intulerit, 61) et persecutiones et grauamina, quod matu illius et dolo seducti suo iuri penitus renunciauerunt. Vnde 62) quoniam ius patronatus annexum sit spirituali, nemini licitum est, vendere illud. Discretioni tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, vtraque parte ante te 63) vocata, rei veritatem diligentius inquiras, et, si ita esse inueneris, prædicto R. super patronatu ecclesiæ, 64) et appellatione 65) cessante perpetuum silentium imponas, et prædictis canonicis ius, quod ibi habebant, si prior eorum metu 66) captus, quod idem R. se abscissurum, fide, 67) vt fertur, firmauit, eidem renuntiauit, integre facias restitui, non obstantibus litteris nostris, si quæ sunt tacita veritate, impetratæ.

55) *H... episcopo*, addit Hard.
56) *W. de Harana ius etc.*
57) *Ecclesiæ*, omittit Hard.
58) *Emerunt*
59) *Sui*, non adiicit Hard.
60) *Stodlera tantas.*
61) *Et*, deest apud Hard.
62) *Cum ius*
63) *Conuocata.*
64) *Occasione*, addit Hard.
65) *Remota.*
66) *Captus.*
67) *Nisi ut*, *firmauit.*

CAP. XV.

Vt reuocetur iuris patronatus emtio.

IDEM 68) *Cantuariensi archiepiscopo.*

De iure vero patronatus in præscripta 69) capella hoc tuæ discretioni mandamus, 70) vt si prædictus R. 71) ipsum comparauit,

68) *Cantuariensi archiepiscopo*, non legit Hard.
69) *Ecclesia*
70) *Inuenerit si etc.*
71) *Ius ... comparauerit.*

cum 72) inconueniens sit et penitus inhonestum, vendi ius patronatus, contractum illum, sublato appellationis remedio, 73) irritum denunties manere, ipsumque, apostolica auctoritate fretus, non differas reuocare.

72) *Illu.*, addit Hard.
73) *Irritum denunties manere ipsumque*, omisit idem.

CAP. XVI.

Ne quis ecclesiam, vel quod ecclesiastici iuris est, monasteriis vel canonicis sine episcopi auctoritate conferat.

IDEM.

Nullus laicus ecclesiam, aut decimas, aut quicquid ecclesiastici iuris est, sine concessione sui pontificis, nec monasteriis, nec canonicis offerat; et si quis episcopus improbitatis ac auaritiae 74) caussa consentire voluerit: Romano pontifici nuntietur, et quod offerendum est, tunc 75) eius licentia offeratur.

74) *Caussa.* 75) *Eius.*

CAP. XVII.

Vt episcopi personas admittant idoneas in ecclesiis, in quibus adepti sunt praesentationes.

IDEM Norwicensi 76) Pars cap. Signum. 77)

Ceterum si episcopi post promotionem suam 78) repraesentationes personarum ad ecclesias a patronis ecclesiarum pro ecclesiis sibi commissis adepti fuerint: idoneae personae, 79) quas ad eas vacantes 80) repraesentauerint, sunt admittendae.

76) *Episcopo*, addit Hard.
77) *Pars cap. Signum*, non habet Hard.
78) *Praesentationes.*
79) *Quae.*
80) *Praesentauerint.*

CAP. XVIII.

Ne destituatur clericus ab ecclesia, qui institutus est ab eo, qui tunc ius patronatus habebat, licet illud postea euicerit alius: et ne valeant donationes vel concessiones ecclesiarum priuatis factae, viuentibus adhuc possessoribus; ut tamen valeant, si locis religiosis factae.

IDEM abbati sancti 81) Albani. Pars cap. 82) consultationibus.

De cetero si 83) aliquis clericus ab ordinario iudice in aliqua ecclesia fuerit institutus 83*) ad repraesentationem 84) illius, qui eiusdem ecclesiae 85) esse credebatur patronus, et postea ius patronatus eius euicerit in iudicio: clericus, qui institutus est, non debet 86) et ab ipsa ecclesia 87) propter hoc moueri, si tempore praesentationis suae ille, qui eum praesentauit, ius patronatus ecclesiae possidebat. Si vero tunc non possidebat ius patronatus, sed tantummodo credebatur esse patronus, cum 88) non esset, nec possessionem patronatus haberet: secundum consuetudinem 89) Anglicanam poterit ab ecclesia remoueri eadem. Donationes vero 90) ecclesiarum, vel concessiones, si quae fiant 91) a priuatis personis, viuentibus illis, qui ipsas ecclesias possident, nullius 92) debet esse momenti. Si fiant religiosis locis, ratae debent haberi, ita quidem, quod personae, quae iam dictas ecclesias possident, sine 93) ipsarum assensu eis in vita sua non debent 94) priuari.

81) *Albani.*
82) *Inconsultam.*
83) *Quis.*
83*) *Ad praesentationem.*
84) *Ipsius.*
85) *Esse*, non legit Hard.
86) *Et*, deest apud eund.
87) *Propter hoc*, non habet Hard.
88) *Tamen*, addit Hard.
89) *Anglicanam.*
90) *Ecclesiarum*, omisit Hard.
91) *A*, non praeponit Hard.
92) *Debent.*
93) *Ipsorum.*
94) *Spoliari.*

CAP. XIX.

Vt episcopi instituant, et patroni consentiant.

IDEM.

Dilecti filii nostri, decanus Eboracensis et prior de 95) Nouoburgo, quibus caussam, quae inter canonicos de 96) Gisebr. et R. clericum super ecclesia 97) decretorum vertitur, commisimus terminandam, transmissa nobis relatione monstrauerunt, quod canonici concessionem 98) Domino fundi 99) petant, R. vero 100) donationem venerabilis fratris nostri, Eboracensis archiepiscopi, apostolicae sedis legati, et non Domini fundi se habuisse probauit. Vnde quoniam donatio ecclesiarum ad episcopos pertinet, et 1) laicos assensum spectat praebere: eidem 2) significauimus, quod, si res ita se haberet, videbatur nobis, concessionem archiepiscopi donationi laicali debere praeiudicare. Quia, sicut diximus, episcoporum est, 3) ecclesiastica beneficia conferre; laicorum vero, qui habent in ecclesia ius patronatus, assensum praebere, quibus in concessionibus ecclesiarum illud obseruandum est, quod sancti patres 4) obseruasse noscuntur.

95) *Neuburg.*
96) *Gisebyrne.*
97) *De Cradus vertitur.*
98) *Donari.*
99) *Habeant.*
100) *Donationem.*
1) *Ad*, praeponit Hard.
2) *Eisdem significauimus.*
3) *Ecclesiarum.*
4) *Seruare.*

CAP. XX.

Vt subsequens episcopi consensus sufficiat.

IDEM Eboracensi archiepiscopo.

Suggestum est auribus nostris, quod, cum ecclesiae de 5) Oseni H. de Ortalis Sarum, et de Laustender assensu domini fundi et auctoritate Eboracensis archiepiscopi ecclesiae beati Petri Eboracensi concessae et assignatae sint in praebendam, canonici de Nouoburgo concessionem illam enervare et irritare nituntur, occasione donationis, quam sibi asserunt prius factam fuisse. Vnde quoniam licet in donationibus 6) ecclesiae requirendus sit et 7) expetendus patronorum consensus: 8) ipsae tamen, nisi auctoritas interuenerit 9) pontificis, canonice concedi non possunt. Vniuersitati vestrae significamus, quod prior concessio, si cum 10) assensu patroni et auctoritate 11) dioecesani episcopi facta est, aut eius fuerit assensus postea subsecutus, posteriori concessioni praefertur; alioquin illa debet praeferri, quamuis posterius facta sit, quae consensu domini et auctoritate episcopi fulcitur.

5) *Osbern et de Matessart et de Lander, de assensu Domini etc.*
6) *Ecclesiarum.*
7) *Expectandus.*
8) *Ecclesiae tamen ipsae, nisi etc.*
9) *Pontificalis.*
10) *Consensu.*
11) *Dioecesani.*

CAP. XXI.

Vt personae ecclesiarum, in quibus monachi habent ius praesentandi, respondeant monachis de temporalibus, et episcopis de spiritualibus.

IDEM 12) dilectis filiis vniuersis monachis 13) et regularibus per Cantuariensem prouinciam constitutis.

Cum debeat nos commodis et profectibus ecclesiarum intendere firmiter: nobis summopere congruere dinoscitur, vt earum ordinationibus tanto studiosius intendamus, et ne inordinatae remaneant, vigilem curam et sollicitudinem adhibeamus. Inde est, quod vniuersitati vestrae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, 14) quatenus in ecclesiis, in quibus 15) repraesentationem habetis, cum vacauerint, 16) dioecesanis episcopis clericos idoneos praesentetis, qui illis de spiritualibus, vobis 17) autem de temporalibus debeant respondere.

12) *Dilectis filiis*, omisit Hard.
13) *Et*, deest apud eund.
14) *Vt in ecclesiis.*
15) *Praesentationem.*
16) *Dioecesanis.*
17) *Autem*, deest apud Hard.

CAP. XXII.

Ne clerici obtentu patronatus ab ecclesiis canonice adquisitis amoueantur.

IDEM illustri regi Anglorum.

Magnificentiae tuae litteras, quas pro R. milite super iure patronatus ecclesiae de 18) Bligurgie apostolatui nostro serenitas regia destinauit, ea, qua decuit, benignitate recepimos, animum promptum planamque voluntatem habentes, excellentiae tuae preces, in quibus cum Deo et honestate poterimus, exaudire. 19) Vnde quoniam sanctorum patrum statutis contrarium videtur, si clericos, 20) quos ab ecclesiis, quas canonice sunt adepti, patronatus obtentu sustineremus amoueri: salua conscientia praenominato militi non potuimus in parte 21) illa nostrum impertiri fauorem, cum ex hoc ei, si de iure debet habere, praeiudicium in posterum non generetur.

18) *Lagorgis.*
19) *Vtrum quoniam.*
20) *Quos*, omittit Hard.
21) *Ista.*

CAP. XXIII.

Ne ius patronatus vel ecclesiasticum beneficium, nisi requisita episcopi licentia, in foro saeculari ab aliquo vendicetur.

ALEXANDER III. archiepiscopis 22) per Galliam constitutis.

23) Relatum est auribus nostris, quod nonnulli ambitione nimia tracti, occasione 24) laicae recognitionis vel potentiae singularis in saeculari foro, 25) non requisita episcopi licentia, patronatus ecclesiarum et ecclesiastica beneficia sibi praesumunt in vestris parochiis vendicare. Quoniam igitur 26) huius personae non intrant per 27) ostium, sed aliunde 28) conscendunt, ac per hoc 29) digni non sunt pastoris nomine 30) vel praerogatiua gaudere: Fraternitati vestrae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus eos, quos patronatus ecclesiarum vel 31) beneficia constiterit praedicto modo adeptos, si commoniti minime resignauerint, nisi praescriptione aut episcopali concessione muniti fuerint, sublato appellationis diffugio, ab officiis reddatis et beneficiis alienos, 32) et si nec sic destiterint, 33) vinculo anathematis innodatis, et vsque ad dignam satisfactionem teneatis 34) adstrictos. 34*) Ad 35) haec quoniam quidam

22) *Et episcopis*, addit Hard.
23) *Nostris est auribus intimatum, quod etc.*
24) *Laici vel potentia saecularis in etc.*
25) *Nec requisita episcopi audientia.*
26) *Huiusmodi.*
27) *Ostium.*
28) *Conscendunt.*
29) *Indigni sunt.*
30) *Ac.*
31) *Ecclesiastica constiterit.*
32) *Si vero nec sic etc.*
33) *Eos*, addit Hard.
34) *Et faciatis tenere*, addit Hard.
34*) Hic nouum ab Harduino incipit capitulum.
35) *Hoc.*

laici

liici ecclesias terris et aliis possessionibus spoliant, vt sic viros ecclesiasticos faciant coram seculari iudice litigare, præsentium vobis auctoritate iniungimus, vt id publice curetis sub interminatione anathematis prohibere. Si quis autem prohibitionis vestræ contemtor extiterit, eum, si manifestum fuerit, appellatione 36) remota, excommunicationi 37) subiiciatis, et vsque ad dignam satisfactionem, sicut excommunicatum faciatis 38) arrentius deuitari.

36) *Cessante.*
37) *Subdatis.*
38) *Arctius euitari.*

CAP. XXV.

Ecclesia iudicat raptorem diris quæstionibus subiiciendum.

ALEXANDER III. 39) *Laudensi episcopo.*

Grauis illa et odibilis querimonia, quæ vsque ad nos super deposito tuo tibi 40) actenus denegato peruenit, duplici nos anxietate præstrinxit, eo, quod tibi 41) etiam in hoc 42) deesse non possumus, et adesse, prout velles, efficaciter non valemus. Cum enim non constet nobis, pecuniam tuam, quam ille, vt 43) belial, impia et detestabili subreptione furatus est, in vtilitates ecclesiæ conuersam: nec debemus de iure, nec possumus contra 44) clericos eiusdem ecclesiæ præcise intentare sublationis 45) iustitiam, vt tibi eandem reddant pecuniam, personæ, 46) vt dicunt, non ecclesiæ commendatam. Quocirca discretioni tuæ consulimus, et internæ caritatis 47) diligentia suademus, vt in raptorem illum et furem tuam interim dirigas actionem, eo quod, vt audiuimus, loculos habet, 48) et ea, quæ sunt tibi subrepta, asportauit, nam et nos ipsi venerabilibus fratribus nostris, 49) Senensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato et Parisiensi episcopo, dedimus in mandatis, vt 50) iniquum sub duris quæstionibus ad rationem ponent, et, 51) si oportuerit, vinculis macerent alligatum et affligant, vt cogatur bene ligatus reddere, 52) quod bene dissolutus ausus est asportare. Ceterum circa 53) illam ecclesiam 54) affectum te habere volumus, vt nihil ab ea exquiras 55) indebitum. Si autem amicabiliter poteris cum ea 56) redituum perceptione pacisci, noueris id nobis acceptum.

39) *Lugdunensi archiepiscopo.*
40) *Hactenus.*
41) *Etiam*, deest apud Hard.
42) *Ea*, addit Hard.
43) *Fur*, addit idem.
44) *Canonicos.*
45) *Inflationis.*
46) *Vt dicunt*, non legit Hard.
47) *Intuitu suademus.*
48) *Nos enim venerabilibus* etc.
49) *Senonensi.*
50) *Illum*, addit Hard.
51) *Etiam si.*
52) *Quæ male dissolutus* etc.
53) *Illam*, non habet Hard.
54) *Illam*, addit idem.
55) *Indebite.*
56) *Pactionem pacisci* etc.

TITVLVS LIV.

DE IVDAEIS. 57)

CAP. I.

Ne iudæi compellantur ad baptismum, sed, si voluerint absque calumnia, christiani efficiantur, et ne vlla eis adficiatur iniuria.

IDEM.

Sicut iudæis non debet esse licentia in synagogis suis vltra, quam permissum est, 58) legem præsumere: ita in 59) his, quæ 60) eis concessa sunt, nullum debent præiudicium sustinere. Nos 61) igitur, cum in sua magis velint duritia permanere, quam verba prophetarum 62) et suarum scripturarum 63) arcana cognoscere, atque christianæ fidei et salutis notitiam habere, 64) quod tamen defensionem nostram et auxilium 65) postulant, ex christianæ pietatis mansuetudine 66) et prædecessorum nostrorum felicis memoriæ 67) Kalixti et Eugenii Romanorum pontificum vestigiis inhærentes, ipsorum petitiones admittimus, eisque protectionis nostræ clipeum indulgemus. Statuimus enim, vt nullus Christianus inuitos 68) et nolentes eos ad baptismum 69) per violentiam venire compellat, sed, si eorum quilibet fidei caussa confugerit ad christianos, postquam voluntas eius fuerit patefacta, christianus absque calumnia efficiatur. Veram quippe christianitatis fidem habere non creditur, qui ad christianorum 70) baptisma non spontaneus, sed inuitus cognoscitur peruenire. Nullus etiam christianus eorum quemlibet sine iudicio potestatis 71) tenere, vel vulnerare vel occidere vel 72) illis suas pecunias auferre præsumat, aut bonas, quas hactenus in ea, 73) qua habitant, habuerunt consuetudines, religione immutare, præterim in festiuitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet, 74) neque aliquis ab eis coacta seruitia

57) *Et ne christiani mancipia eorum fiant*, addit Hard.
58) *Lege.*
59) *His.*
60) *Eis*, deest apud Hard.
61) *Ergo.*
62) *Et suarum scripturarum*, omittit Hard.
63) *Arcana.*
64) *Opta.*
65) *Nostrum*, addit idem.
66) *Et*, non legit Hard.
67) *Calixti.*
68) *Vel.*
69) *Per violentiam*, non habet Hard.
70) *Baptismum.*
71) *Terrena vulnerare* etc.
72) *Aut.*
73) *Quam prius habitabant regione habuerunt, consuetudines immutare.*
74) *Nec.*

exigat, nisi ea, quæ 75) præterito tempore facere consueuerunt. Ad 76) hæc malorum hominum prauitati et 77) auaritiæ obuiantes 78) decreuimus, vt nemo iudæorum 79) cymiterium mutilare 80) aut inuadere audeat, siue obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Si quis autem huius decreti tenore 81) cognito, temere, quod absit, contraire præsumpserit; honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis 82) vltione plectatur: nisi præsumtionem suam digne satisfactione correxerit.

75) *Ipsi prafato tempore* etc.
76) *Hæc.*
77) *Nequitiæ.*
78) *Decernimus.*
79) *Cœmeterium.*
80) *Vel*, pro *aut* idem habet.
81) *Agnito.*
82) *Sententia.*

CAP. II.

Ne clericus ad secularem iudicem trahatur; ne quis iudæis seruiat; ne iudæi christianas habeant nutrices aut obstetrices: et ne accipiantur vsuræ.

IDEM.

Licet vniuersis Dei fidelibus ex 83) commissis nobis 84) officii debito debeamus prouisione adesse: attentius tamen ecclesiasticos viros a prauorum molestiis malignantium vigili cura 85) defensare debemus, ad quorum regimen specialius sumus, licet insufficientibus meritis, 86) Dei prouidentia deputati. Perlatum est autem ad audientiam nostram, quod iudæi in ciuitate vestra 87) morantes, ad tantam superbiam 88) deuenerint et elationem, quod, si quando inter eos et quemlibet clericum, 89) seu inter vos et ipsos caussa emerserit, vos ad secularem trahunt iudicem, et coram quocunque iudice vobiscum litigant, per simplicem cartam absque testibus, 90) per qualemcunque vnum christianum, aut iudæum contra omnem iustitiam et rationem 91) caussam suam probare intendunt et 92) adversum se magnorum et 93) probatorum hominum non recipiunt testimonium. Quia vero 94) non est licitum cuilibet christiano, multo minus inimicis crucis, 95) licet vt viros ecclesiasticos ad secularem iudicem trahant, et caussæ suæ vnius tantum et legitimo 96) minime testimonio finem imponant. Discretioni 97) vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si inter vos et 98) quoslibet christianos siue iudæos caussa emerserit, pro nullius vocatione ad secularem curiam, vt ibi de 99) negotiis tractetis, aut secularem iudicem 100) accedere præsumatis, 1) et sicut iustitia exigit, et æquitatis ratio postulat, in qualibet caussa christiani et maxime clerici ad minus, 2) nisi testimonio duorum vel trium 3) virorum, qui sint probatæ vitæ et 4) fidelis conuersationis, 5) non admittatis, iuxta illud dominicum: in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. 6) Sed quædam, licet sint caussæ, quæ plures exigant testes, quam duos, nulla tamen est, quæ vnius tantum, quamuis legitimo testimonio 7) rationabiliter terminetur. Ad 8) hoc præsentium 9) vobis auctoritate 10) mandamus atque præcipimus, quatenus omnibus christianis, qui sunt in iurisdictione vestra penitus interdicatis, et si 11) necesse fuerit, ecclesiastica districtione prohibeatis, ne ipsi iudæorum seruitio assidue pro aliqua mercede se exponant. Obstetricibus 12) quoque 13) christianis omnibus prohibere curetis, ne infantes iudæorum in domibus 14) eorum nutrire præsumant: quia iudæorum mores et 15) vestri in nullo concordant, et ipsi de facili ob frequentem conuersationem et assiduam familiaritatem instigante humani generis inimico ad superstitionem et perfidiam suam simplicium animos inclinant. Præterea parochianis vestris vsuram accipere omnibus modis interdicatis, quia vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestatur. Quod si monitis vestris parere contemserint, si clerici sunt, eos ab officio et beneficio suspensos cum litteris 16) rei veritatem continentibus ad præsentiam nostram mittere non differatis, si laici fuerint, vsque ad dignam satisfactionem 17) ipsos excommunicationis vinculo 18) constringatis.

83) *Commissi.*
84) *Officii.*
85) *Defendere.*
86) *Dei*, deest apud Hard.
87) *Commorantes.*
88) *Peruenerunt.*
89) *Siue.*
90) *Vel*, addit idem.
91) *Sententiam.*
92) *Aduersus eos.*
93) *Proborum virorum non* etc.
94) *Quod*, addit idem.
95) *Caussis, vt seculares viros* etc.
96) *Non.*
97) *Tua.*
98) *Quoscunque.*
99) *Negotio.*
100) *Illi*, addit Hard.
1) *Sed sine.*
2) *Nisi testimonio*, omittit idem.
3) *Testium.*
4) *Fidelis*, deest apud Hard.
5) *Non*, omittit idem.
6) *Quia licet quædam sint* etc.
7) *Rationabiliter*, omittit idem.
8) *Hæc.*
9) *Tibi.*
10) *Significamus.*
11) *Opus.*
12) *Etiam*
13) *Et nutricibus*, addit Hard.
14) *Eorum.*
15) *Nostri.*
16) *Vestris*, addit Hard.
17) *Eos*
18) *Adstringatis.*

CAP. III.

Ne vllo titulo parochias occupent iudæi, et ne christiani eis præstent homagia.

IDEM.

Non sine multa admiratione auditur et creditur, quod iudæi parochias ecclesiarum per prouinciam vestram emptionis 19) vel con-

19) *Siue pandulitatis.*

 ditionis

dictionis aut etiam pignoris titulo 20) in contemptum Dei et fidei christianæ institutionis contumeliam detinent occupatas, et cum 21) debiti reditus eisdem ecclesiis non soluantur, hæ ecclesiæ penitus deperisse iam 22) dicuntur. 23) Quoniam igitur ad ea corrigenda, quæ sunt maiestati diuinæ contraria et a fidei christianæ institutionibus aliena, promptos nos decet et diligentes existere: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si qui iudæi sunt in prouincia vestra, qui tali modo parochias 24) ecclesiarum detineant, ipsos ad eas dimittendas requisito prius et habito 25) fauore carissimi in Christo filii nostri Henrici illustris Anglorum regis, arctius compellatis, aut si receptas detinuerint, aut parochias a modo receperint, ipsos cum omni districtione cogatis, vt ecclesiis, quarum eædem parochiæ sunt, debitos et collectos reditus cum omni integritate persoluant. Prohibentes omnibus Dei fidelibus sub interminatione anathematis, ne quis iudæis hominia vel fidelitates 26) facere audeat: quoniam contrarium sacris 27) ordinibus est, vt christiani debeant iudæis adstringi. Si, 28) qui vero contra 29) prohibitionem nostram venire 30) præsumpserint, in eos, contradictione et appellatione cessante, excommunicationis sententiam 31) feratis.

20) *In*, non præponit Hard.
21) *Debiti*, deest apud eundem.
22) *Dinoscuntur.*
23) *Quia.*
24) *Ecclesiarum*, omittit Hard.
25) *Consensu.*
26) *Faciat: quoniam* etc.
27) *Canonibus.*
28) *Quis*
29) *Inhibitionem.*
30) *Præsumpserit.*
31) *Proferatis.*

CAP. IV.

Ne iudæi christiana habeant mancipia.

IDEM.

Ad hæc cum sacris canonibus cautum sit, ne iudæi christiana mancipia habeant: præsentium tibi auctoritate præcipimus, quatenus 32) sub anathematis interminatione iubeas publice, ne quis christianorum alicuius iudæi mancipium efficiatur. Si quis autem contra 33) inhibitionem nostram venire præsumpserit, 34) eum, sublato appellationis remedio, ecclesiastica censura compellas.

32) *Sublato appellationis remedio, anathematis* etc.
33) *Prohibitionem tuam.*
34) *Eos.*

CAP. V.

Ne aliquatenus deferatur appellationibus, vt iudæi christiana mancipia habeant. Item ne iudæi nouas synagogas constituant, aut altiores, aut ampliores et pretiosiores faciant.

IDEM 35) *Bituriensi archiepiscopo.*

Consuluit nos tua fraternitas, an sit appellationibus deferendum a carissimo in Christo filio nostro L. Francorum rege illustri pro iudæis interpositis, vt mancipia christiana detineant et virum sustinere debeas, quod de nouo construunt synagogas, vbi eas nullatenus habuerunt. Scripsimus itaque memorato regi, vt a defensione iudæorum in hac parte desistat, et super hoc etiam per alios ipsum fecimus admoneri, et credimus, quod nostris monitis acquiescet: quia non esset 36) ei tutum, vt quod a 37) sacris patribus, et nuper in concilio 38) constitutum est, negligentius seruaretur. Vnde 39) nec conuenit, vt pro huiusmodi appellationibus ab obseruatione decreti debeas abstinere. Iudæos etiam de nouo construere synagogas, vbi eas 40) non 41) habuerunt, pati non debes. Verum si antiquæ coeuerint, vel ruinam 42) minantur, vt 43) ædificent, potes æquanimiter tolerare, non autem vt eas exaltent aut ampliores, aut pretiosiores faciant, quam antea fuisse noscuntur: quod vtique pro magno debent habere, quod in veteribus synagogis et suis obseruantiis tolerantur.

35) *Bituricensi.*
36) *Nostrum, vt* etc.
37) *Sanctis*
38) *Statutum est, negligenter seruaret.*
39) *Non.*
40) *Scilicet*, addit Hard.
41) *Habuerint.*
42) *Minentur.*
43) *Reædificent.*

TITVLVS LV.

44) DE PRAEEMINENTIA LVNDONENSIS ET EBORACENSIS.

CAP. I.

Vt, qui prioris est ordinationis, prior habeatur.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo.

Cum certum sit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni præmia regni reseruari, 45) tamen necesse est, eis 46) bonorum beneficia 47) impendere bilia tribuere, vt 48) spiritualis operis studio ex 49) remuneratione velint multiplicius insudare. Et quia 50) Anglorum ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam, 51) Domino largiente, 52) perducta est: vsum tibi pallii 53) in eo ad sola missarum solemnia 54) celebranda concedimus, vt ita per loca singula XII episcopos ordines, qui tuæ subiaceant ditioni, quatenus 55) Lundensis ciuitatis episcopus semper a synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta et apostolica sede, cui deseruio, auctore Deo - - 56) - - percipiat. Ad Eboracensem vero ciuitatem te volumus mittere, 57) ei quem ibi vocaueris ordinandum, ita, vt, si eadem ciuitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipse quoque duodecim episcopos ordinet, et 58) Metropolitano honore perfruatur, quia ei quoque, si vita comes fuerit, pallium tribuere, Deo 59) disponente, disponimus, quem tamen tuæ tamen volumus dispositioni subiacere, post obitum vero tuum 60) episcopis, quos 61) ordinauerit, præsit, vt 62) Lundinensis episcopi nullomodo ditioni subiaceat. Sit vero inter 63) Lundensis et Eboracensis ciuitatum episcopos inposterum honoris ista 64) discretio, vt ipse prior habeatur, qui prior 65) fuerit ordinatus, communi autem consilio et concordi actione, quæcunque erunt 66) Christi zelo agenda, disponant, vnanimiter recta sentiant, et ea, quæ 67) persuaserunt, non sibimet 68) in discrepando perficiant. Tua 69) vero fraternitas non solum 70) episcopos, quos ordinauerit, neque 71) qui tantummodo per Eboracensem episcopum fuerint ordinati, sed 72) omnes Brittaniæ sacerdotes 73) habeant, Domino 74) nostro auctore, 75) ita Christo subiectos, 76) qui ex lingua tua et vita sanctitatis, et recte credendi, et bene viuendi formam percipiant, atque officium suum fide 77) ac moribus 78) exequentes, ad cœlestia, cum Dominus voluerit, regna pertingant.

44) *De præeminentia Londoniensis et Eboracensis, et de priuilegiis generaliter vel specialiter indultis, et de eorum abusu et confirmationibus*
45) *Nobis*, addit Hard.
46) *Horum.*
47) *Ineffabilia*, omittit.
48) *In spiritali.*
49) *Remuneratione valeant multiplicius* etc.
50) *Noua*, addit Hard.
51) *Eadem*, præmittit idem.
52) *Et eo laborante*, addit idem.
53) *In eo*, non legit Hard.
54) *Peragenda.*
55) *Londoniensis*
56) Deest aliquid.
57) *Quem ipse iudicaueris ordinandum* etc.
58) *Metropolitani.*
59) *Fauente, proponimus: quem tamen tuæ fraternitatis dispositioni volumus subiacere.*
60) *Ita*, addit Hard.
61) *Ordinauerit.*
62) *Londoniensis.*
63) *Londonia et Eboraca ciuitatis.*
64) *Distinctio.*
65) *Fuerit*, omittit Hard.
66) *Pro*, præponit idem.
67) *Senserint.*
68) *In*, deest apud eumd.
69) *Ergo.*
70) *Eos*, addit idem.
71) *Eos*, iterum addit idem.
72) *Etiam*, addit idem.
73) *Habeat.*
74) *Deo*, addit idem
75) *Ita Christo*, non legit Hard.
76) *Quatenus ex vita et lingua tua sanctitatis* etc.
77) *Et.*
78) *Prosequentes.*

CAP. II.

Vt neuter ab altero professionem exigat. 79)

In hunc modum plures Romani pontifices a tempore 80) *Gregorii scripserunt.*

81) Antiquam Eboracensis ecclesiæ 82) dignitatem auctore 83) Deo cupientes conseruari et prædecessorum nostrorum 84) vestigiis inhærentes, auctoritate apostolica prohibemus, ne vlterius aut Cantuariensis archiepiscopus ab Eboracensi professionem exigat, aut Eboracensi Cantuariensis exhibeat, neque quod 85) penitus a beato Gregorio prohibitum est, vllo modo 86) Eboracensis Cantuariensi ditioni subiaceat, sed iuxta eiusdem patris constitutionem, ista 87) inter eos honoris 88) distinctio in perpetuum 89) seruetur, vt 90) prior habeatur, qui prior fuerit ordinatus. 91) Sane si Cantuariensis archiepiscopus ab Eboracensi electo 92) manum consecrationis subtraxerit, 93) quam videlicet iuxta ecclesiarum suarum morem ab Honorio sedis apostolicæ pontifice 94) institutum sibi 95) debet, liceat eidem Eboracensi, secundum consuetudinem communem et 96) prædicti patris nostri 97) Gregorii sanctionem 98) et Domini nostri 99) sanctæ memoriæ Paschalis mandatum a suffraganeis 100) suis auctoritate Romani pontificis consecrari.

79) *Item Alexander III. Eboracensi archiepiscopo*, addit Hard.
80) *Beati*, addit idem.
81) *Nos*, præmittit idem.
82) *Integram*, addit id.
83) *Domino.*
84) *Romanorum pontificum*, addit idem
85) *Penitus*, omittit idem.
86) *Cantuariensi Eboracensis iurisdictioni subiaceat*, etc.
87) *Inter eos*, non habet Hard.
88) *Distinctio*
89) *Conseruetur.*
90) *Qui prior ordinatur, prior habeatur.*
91) *Sed si.*
92) *Manus.*
93) *Quod videlicet.*
94) *Institutum*, deest apud Hard.
95) *Debetur*
96) *Prædicti*, omittit idem.
97) *Honorii.*
98) *Vel.*
99) *Sancta memoria*, non legit Hard.
100) *Suis*, deest apud Hard.

CAP. III.

Vt liberum sit archiepiscopo Eborac. per totam Angliam ante se crucem deferre.

ALEXANDER III. *Eboracensi archiepiscopo.*

A memoria nostra non 1) excidit, qualiter in primo anno vestræ promotionis scriptum litterarum felicis memoriæ prædecessoris nostri Honorii papæ nobis 2) fecistis præsentari, in quo continebatur.

1) *Recedit.*
2) *Feceritis.*

tur, antecessoribus 3) tuis indultum apostolica benignitate fuisse, vt tam eis, quam successoribus suis liberum esset, per totam Angliam ante se crucem deferre. Nos vero antecessoris nostri vestigiis inhaerentes, 4) tibi scripti nostri munimine 5) confirmamus, quod antecessoribus 6) tuis fuerat a praedecessore nostro Clemente indultum, postmodum 7) vero sanctae 8) ac venerandae memoriae 9) T. quondam Cantuariensis archiepiscopus existimans, hoc in depressionem iuris et suae dignitatis redundare, exinde coepit quaestionem mouere, 10) quod tibi 11) et praedecessoribus tuis nullatenus id 12) liceret. Sicque factum est, quod nos tibi per scripta nostra prohibuimus, ne in prouincia Cantuariensis ecclesiae, donec de caussa cognosceretur, ante te 13) deferre crucem aliqua ratione 14) auderes. 15) Quod ergo per dilectos filios nostros I. et A. clericos tuos grauem coram nobis querimoniam deposuisti, asserens, quod te 16) possessorem huius rei, quem tu et antecessores tui 17) habuistis, absque cognitione 18) iudicis spoliassemus. Nos 19) volentes tibi tanquam venerabili fratri nostro deferre, et iura tua integra et illibata seruare, praesentibus litteris statuimus, quod litterae prohibitionis 20) nullum tibi praeiudicium facient, quin immo tibi et successoribus tuis liberum sit, quemadmodum vobis est priuilegiorum beneficio apostolicae sedis indultum, 21) ac tu et praedecessores tui id, quod facere consueuistis, ante vos per totam Angliam crucem deferre, quousque diffinitiua sententia 22) decernatur, an id ecclesia tua de iure debeat habere.

3) *Vestris.*
4) *Et scripti.*
5) *Confirmauimus.*
6) *Vestris clementer fuit indultum*, etc.
7) *Autem.*
8) *Et*, pro: *ac.*
9) *Thomas*
10) *Et propter hoc ad apostolicam sedem appellare: affirmans si bene meminimus*, addit Hard.
11) *Vel*, pro: et.
12) *Liceat.*
13) *Deferres.*
14) *Auderes*, omittit Hard.
15) *Quoniam.*
16) *A possessione huius* etc.
17) *Habueratis.*
18) *Iudicii.*
19) *Igitur*, addit idem.
20) *Nostrae*, addit idem.
21) *Tuque et.*
22) *Determinetur.*

CAP. IV. 23)

Vt archiepiscopus Eborac. a rege Angliae requisitus, eius filio primogenito ex auctoritate sedis apost. coronam imponat.

ALEXANDER III. *Eboracensi archiepiscopo.*

Quanto per carissimum filium nostrum Henricum illustrem regem Anglorum ampliora incrementa et commoda in huius necessitatis articulo ecclesiae Dei peruenisse noscuntur; et quanto nos eum per suae deuotionis constantiam maiori affectione diligimus et cariorem in visceribus nostris retinemus: tanto ad ea, quae ad honorem et incrementa et exaltationem ipsius et suorum cognoscimus pertinere, libentius et promtius aspiramus. Inde est vtique, quod ad eius petitionem dilectum filium nostrum Henricum, primogenitum filium suum, communi fratrum nostrorum consilio ex auctoritate B. Petri et nostra concedimus in Anglia coronandum. Fraternitati itaque tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus, cum ab eodem filio nostro rege propter hoc fueris requisitus, coronam memorato filio suo ex auctoritate sedis apostolicae imponas, et nos, quod a te exinde factum fuerit, ratum et firmum decreuimus permanere, ita vero debitam ei subiectionem et reuerentiam, salua in omnibus patris sui mandato, exhibeas, et aliis similiter commoneas exhibere. Datum R. . . . . apud sanctam Mariam nouam XV. Kal. Iulii.

23) Hoc capitulum in collectione Harduini deest.

TITVLVS LVI.

DE CONTROVERSIA TVRONENSIS ECCLESIAE CVM DOLENSI.

CAP. VNIC. 24)

Vt archiepiscopus Turon. cum Dolensi de pallii vsu controuersia conueniat, aut apostolico se praesentet conspectui.

ADRIANVS papa *Turonensi archiepiscopo.*

Veniens ad apostolatus nostri audientiam Dolensis ecclesiae, multis quidem laboribus attrita et nobilitate fatigata, apud nos simpliciter intercessit, vt venerabili fratri nostro H. Dolensi archiepiscopo dignaremur pallii sui plenitudinem indulgere. Hoc votum ex tenore concordiae, quam inter te et ipsum factam fuisse confitebatur, tum ex antiqua consuetudine requirebat. Verum etiam aduersus eum nuncius tuus, qui quandam compositionem, quam per abbatem de ... tanis factam fuisse de suffraganeis ibi asserebant, confirmari vnanimiter postulabant. Porro eandem ecclesiam cum praelatu archiepiscopo suo in ipsa compositione suffraganeis renuntiasse dicebant, addentes etiam a praedecessore nostro bonae memoriae Lucio papa, sicut in eius scripto continetur, ita fuisse de communi consilio fratrum diffinitum. Ad haec, ipsam compositionem nullam fuisse penitus, Dolensis ecclesia respondebat dicens: insuper sententiam ipsam Romani pontificis non

24) Hoc capitulum in Harduini collectione deest.

tenere, quia ille, qui tunc temporis gerebat officium, fraudem et dolum adhibuit, cum nec Dolensis ecclesiae praesens in examinatione fuisset, et ad Capuanum archiepiscopatum, quem postea per intrusionem regis Siciliae adeptus est, vehementer aspiraret. Vnde cum ipsam nihil admodum Dolensi ecclesiae allegauit, nosque eiusdem rei plenam non potuimus habere cognitionem, cum altera pars in negatione persisteret, et se non habere mandatum penitus exequendi hoc affirmaret: nihil a nobis super eodem negotio est terminatum, praedictam tamen compositionem omnino cassauimus. Sane iuxta postulationem eiusdem ecclesiae memorato fratri nostro pallium, insigne videlicet pontificalis officii duximus indulgendum, quem cum apostolicae sedis benedictione et nostrae gratiae plenitudine remittentes, tanto ecclesiae, cui praeest, sua iura illibata seruare volumus et integra, quanto ecclesiasticis vtilitatibus conuenit nos ex iniuncto officio hactenus prouidere. Vnde nos consolationi Dolensis ecclesiae misericorditer consulentes, ne ipsam tamen sacrosanctam Romanam ecclesiam de executione suae iustitiae negligentem esse vel desidem conqueratur: fraternitati tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus aut cum eo conuenias, aut vsque ad proximam festiuitatem sancti Michaelis plenam exhibiturum et suscepturum in praesentia nostra iustitiam, apostolico te conspectui repraesentes.

TITVLVS LVII.

DE SPONSIS, 25) CONIVGATIS MONASTERIVM INGRESSIS VEL INGREDI VOLENTIBVS.

CAP. I.

Vt post legitimum consensum de praesenti liceat alteri, altero etiam repudiante, monasterium ingredi, et altero in saeculo remanere, si vna caro non effecti.

ALEXANDER III. *Salernitano archiepiscopo.*

Verum post consensum 26) legitimum de praesenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium, sicut quidam sancti 27) etiam de nuptiis vocati 28) fecerunt, dummodo inter eos commixtio 29) carnalis non interuenerit et alteri remanenti, si commonitus continentiam seruare 30) noluit, licitum esse videtur, vt ad secunda vota possit transire: quia, cum vna caro non fuissent 31) simul effecti, 32) satis potest vnus ad Dominum transire, et alter in seculo remanere.

25) *Et*, addit Hard.
26) *Illum*, adiicit idem.
27) *Etiam*; deest apud eund.
28) *Fuerunt.*
29) *Carnis.*
30) *Noluerit.*
31) *Simul*, non habet idem.
32) *Satis*, omittit idem.

CAP. II.

Vt, qui inuita vxore monasterium ingressus est, ea petente, ad eam redeat: sed et ea mortua, in saeculo manere queat, non vero aliam ducere.

IDEM 33) P . . . archiepiscopo.

Quidam intrauit monasterium 34) . . . vxore eadem ipsum repetente, coactus est ad eam redire, ea mortua quaeris, an ipse cogatur ad monasterium redire, an aliam possit accipere vxorem. 35) Promisit enim, se non exigere debitum, quod in eius potestate erat et ideo tenuit votum: 36) quia non reddere, non erat in eius potestate, sed 37) in potestate mulieris. Vnde apostolus: vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier.

33) *Pisano*
34) *Inuita*, addit Hard.
35) *Respondemus non teneri respondemus, quod votum non tenuit. Vnde ratione voti non tenetur ad monasterium redire. Vlterius vero non potest accipere vxorem*, addit Hard.
36) *Autem.*
37) *In potestate*, omittit Hard.

CAP. III.

Ne vir sine vxore, vel vxor sine coniuge, ad religionem conuolet, nisi qui remanet, tam senex sit, vt sine suspicione in saeculo commorari queat.

ALEXANDER III. *Exoniensi episcopo.*

Cum sis praeditus scientia litterarum: ignorare non potes, nec debes, sanctorum patrum 38) constitutioni contrarium, vt vir, vxore 39) in seculo remanente, aut 40) vxor, viro 41) suo non assumente religionis habitum, 42) debeat ad religionem transire: quia, cum vir et vxor vna caro sint, 43) sicut docet apostolus, 44) vnus non potest ad Deum 45) transire, et alter in seculo remanere. Inde est, quod 46) cum auctoritate apostolica tibi prohibemus, ne in episcopatu tuo virum 47) et vxorem, nisi vterque ad religionem migrauerit, ad religionem transire permittas. Sed si voluerint ad Deum conuerti: vterque ad frugem melioris vitae transeat. Verum si vxor iis est senex et sterilis,

38) *Constitutione contradictum.*
39) *Sua*, adiicit Hard.
40) *Mulier.*
41) *Suo*, omittit idem.
42) *Non*, praemittit idem.
43) *Vt ait.*
44) *Alter.*
45) *Conuerti*
46) *Cum*, omittit idem.
47) *Vel.*

quod

quod sine 48) susceptione possit esse in seculo, dissimulare poteris, vt vir, ea in seculo 49) permanente et castitatem promittente, ad religionem transeat.

48) *Susceptione.* 49) *Remanente.*

CAP. IV.

Vt mulier de profanatione eucharistiae in ore in carnem versae poenitentiam agat. Item vt liceat mulieri desponsatae, sed nondum coniunctae ad religionem transire: et ne admittatur matrimonium viri et mulieris ab eius consanguinea forsan vitiatae.

IDEM *episcopo S.* 50) *Agathae in XII. libro R.*

De muliere, quae, prout nobis significasti, cupiens amorem 51) sibi ampliorem acquirare, suscepto corpore Christi et in ore retento, 52) viro suo osculum cum eo porrexit, et ipsum trencere 53) postea cum voluit, non potuit, sed versum est in carnem, cum tangeret iuxta dentes molares et caro supercreuit et adhuc est intus in ore. 54) Fraternitati tuae non possumus sanius dare consilium, nisi quod 55) amoneas et compellas, vt tantum delictum per condignam poenitentiam et bona opera satagat expiare. Credere quippe debemus, quod si 56) contrita fuerit, et condignam poenitentiam egerit, et tu pro 57) ipsa deuote ad Deum oraueris, 58) vt corpus Christi traiicere poterit diuina gratia suffragante. Sane super eo, quod quaedam mulier fidem viro 59) dederat, et ipse illi, quod matrimonium inter se 60) contrahent et viro volente sacramentum servare, mulier 61) sacram vitam disposuit ducere: discretioni tuae taliter respondemus, quod si 62) coniuncti non fuerint, mulier permittatur ad religionem transire et Domino, relicto seculo, militare. Quod si 63) noluerint, sed in seculo caste viuere 64) disposuerint, quia hoc suspectum 65) esset, sed vtrumlibet ad bonum videlicet 66) ad malum 67) habere posset, ipsum matrimonium 68) consummare constringas. Beatum enim Ioannem et 69) quam plures alios ab ipsis etiam sponsalitiis ad vitam contemplatiuam legimus 70) reuocatos, et ideo eidem mulieri confidenter permittere, vt transeat ad religionem, castitatis, poteris, vota seruatura. Praeterea de muliere, quae e viro 71) petitur, cuius consanguineus, se cum ea deliquisse, proponit, 72) sed hoc publice confiteri recusat propter metum et potentiam mulieris: 73) discretioni tuae duximus respondendum, vt matrimonium ipsuor fieri, nisi iuramentum interuenisset, districte prohibeas, ne deterius inde contingat.

50) *Agathes, in eodem libro* 12.
51) *Viro sui ampliorem etc.*
52) *Eidem*, addit Hard.
53) *Postmodum*
54) *Circa quod fraternitati etc.*
55) *Eam moneas.*
56) *Vere*, addit idem.
57) *Ea.*
58) *Vt*, deest apud Hard.
59) *Suo dedit.*
60) *Contraherent.*
61) *Castam.*
62) *Iuncti.*
63) *Noluerit, et in etc.*
64) *Disposuerit.*
65) *Esse posset*
66) *Et*, addit Hard.
67) *Habere.*
68) *Consummari.*
69) *Complures.*
70) *Euocatos.*
71) *Appetitur.*
72) *Et.*
73) *Prouidentiae.*

CAP. V.

Vt, si quis licentia vxoris monasterium sit ingressus, ea non vouente continentiam, reuocetur ab episcopo.

IDEM *Herfordensi episcopo.*

Praeterea 74) sciscitatis, vtrum laicus vxoratus, qui praesentibus sacerdotibus et monachis, episcopo ignorante, 75) et de licentia et permissione vxoris suae est ingressus monasterium et forte professionem fecit, vxore 76) manente in seculari habitu, nec ad religionem transeunte, aut perpetuam continentiam vouente, ab episcopo suo possit ad thorum vxoris reuocari, an illa 77) compellata sit ad perpetuae continentiae obseruationem. Dicimus, quod, nisi 78) vxor transierit ad religionem, 78*) aut castitatem perpetuo seruare promiserit, ad eam debet et potest ab episcopo 79) a monasterio reuocari. Quia, cum vna caro sint, 80) non debet vna pars in seculo remanere et altera ad religionem transire. Veruntamen vxor commonenda est, et propensius exhortanda, vt ad religionem transeat et castitatem seruare promittat.

74) *Sciscitatis*, omittit Hard.
75) *Et*, deest apud Hard.
76) *Remanente.*
77) *Compellenda.*
78) *Vbi fuerit timor incontinentiae*, addit Hard.
78*) *Vel in conspectu ecclesiae continentiam seruare promiserit etc.*
79) *A monasterio*, omittit Hard.
80) *Iure*, addit idem.

CAP. VI.

Ne, si quis habitum religionis susceperit, nondum vero professus, et postmodum vxorem duxerit, cogatur ab ea recedere, et ad religionem transire.

Item ALEXANDER III. *Exoniensi episcopo.*

Si quisquam, qui religioni se deuouit et habitu suscepto professionem fecit, postmodum aliquam sibi copulauerit, cogendus est ab ea 81) recedere, et ad ecclesiam, cui se 82) contulerit, debet sine contradictione transire, 83) qui si habitum 84) non susceperit, 85) nec professionem, 86) sed solum facit votum, et se ad religionem 87) transiturum promisit, licet postmodum matrimonium contraxerit, non est ab ecclesia cogendus ad monasterium transire et matrimonii vota rescindere.

81) *Discedere.*
82) *Contulerat.*
83) *Quod si.*
84) *Non.*
85) *Et non.*
86) *Fecit, sed solum votum emisit etc.*
87) *Transire.*

CAP. VII.

Ne recipiatur viri conuersio, cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio: et ne quis ad sacros ordines promoueatur, nisi ab vxore continentiam profitente absolutus fuerit.

IDEM 88) *Strigon. et Coloniensi* 89) *archiepiscopis.*

Coniugatus 90) ad monasterium conuerti desiderans prohibetur suscipi, nisi vxor 91) eius similiter conuertatur. Nam, 92) dum vnum vtrinque corpus 93) coniugii copulatione sint factum: incongruum est, partem conuerti, et partem in seculo remanere. Nec recipitur apud 94) Dominum illius viri conuersio, cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio. Cum igitur 95) coetus clericorum longe 96) praeminet coetui monachorum, 97) vt aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat; nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam profitente fuerit absolutus, vt fiat deinceps de carnali copula spirituale coniugium.

88) *Strigoniensi.*
89) *Archiepiscopo.*
90) *In.*
91) *Illius.*
92) *Cum.*
93) *Post coniugii copulationem sit factum.*
94) *Deum.*
95) *Senatus S. clericorum.*
96) *Praeminet*
97) *Ita*, addit Hard.

CAP. VIII.

Ne maritus ordinetur, nisi vxor eius profiteatur continentiam, et sibi velamen imposuerit.

IDEM *eidem.*

Sane si coniugati consenserint ordinari, etiam vxoris voluntas prius requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postquam pariter conuersi fuerint, ordinentur. Quod si in quibuslibet gradibus 98) ecclesiae prouidenter scienterque curandum est, vt in domo Dei nihil sit inordinatum, nihilque praeposterum: multo magis laborandum est, vt in eius promotione, qui supra omnes gradus continetur, non erretur. Inde est, quod fraternitati tuae auctoritate apostolica prohibemus, ne vxoratum in 99) presbyterum ordinare praesumatis: nisi vxor prius professa continentiam sacrum velamen sibi imponat, et 100) religiosam vestem assumat. Nolumus etiam, vt promotio viri vxori relictae in seculo possit fieri perditionis occasio.

98) *Ecclesiasticis.*
99) *Episcopum.*
100) *Religioni congruam vestem etc.*

CAP. IX.

Vt coniux sine coniuge conuerti queat, et alter in saeculo remanere: nisi per carnis commixtionem vna caro effecti sint.

IDEM 1) *Brixiensi episcopo.*

Ex publico instrumento, quod nobis est praesentatum, et ex tenore litterarum tuarum nobis innotuit, quod, cum venerabilis frater noster Veronensis episcopus de mandato 2) vestro causam matrimonii, quae inter 3) Agelatem virum et mulierem vertebatur, suscepisset sine canonico terminandam, auditis vtriusque 4) partis rationibus et allegationibus, inter eos iudiciali sententia matrimonium adprobauit, et eidem mulieri praecepit, vt ad virum suum rediret, et exhiberet coniugalem affectum. Verum cum eadem mulier 5) iuxta sententiam praedicti episcopi 6) regredi nollet de mandato vestro, sicut 7) excommunicationis fuit astricta; ceterum quia praefata mulier, licet a praefato viro desponsata fuerit, 8) sicut 9) asserit, ab ipso est incognita: fraternitati tuae per apostolicam sedem 10) praecipiendo mandamus, quatenus 11) praedictus vir, si mulierem carnaliter non cognouit, per eadem mulier, sicut ex parte 12) eius nobis proponitur, ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire infra duorum mensium spatium debeat, ipsam, contradictione et appellatione cessante, a sententia, qua tenetur, absoluas, ita, quod si ad religionem transire 13) voluerit, vterque restituat alteri, si quid alter ab altero 14) acceperit, et vir ipse, ea religionis habitum assumente, ad alia vota licentiam habeat transeundi. Sane quod Dominus in euangelio dicit, non licet viro vxorem suam dimittere, nisi 15) ob causam fornicationis, intelligen-

1) *Brixiens.* c. 7. X. de conuers. coniugat.
2) *Nostro.*
3) *Matthaeum virum et Agalechen mulierem etc.*
4) *Partis*, deest apud Hard.
5) *Ad eum*, omittit Hard.
6) *Eredit.*
7) *Anteqnam, fuit vinculo.*
8) *Adhuc tamen*, addit idem.
9) *Ipsa*, addit idem.
10) *Praesentibus*
11) *Si supradictus vir mulierem.*
12) *Sua*
13) *Maluerit.*
14) *Habuit.*
15) *Causa.*

dum

dum est, secundum interpretationem sacri eloquii, de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua matrimonium consummari non potest, et ideo si prædicta mulier non 16) fuit a viro suo cognita, licitum est 17) ad religionem transire.

16) *Fuerit.* 17) *Ei*, addit Hard.

CAP. X.

Vt vxor, viro religionis habitum assumente, continentiam professa cum filiis et familia remanere queat, si suspicione careat, quod velit ad secunda vota migrare. Item ne quis vxorem tonsuret, et cum ea praesumat habitare.

IDEM *G. priori et fratribus iuxta disciplinam bonae memoriae.* 18)

Veoratus 19) sine licentia propriæ vxoris inter vos nullatenus recipiatur, quæ, si integræ famæ et opinionis 20) ita exiitet, quod nulla 21) marito suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare, vel quod minus continenter debeat viuere, 22) quæ si, prout dictum est, talis exiiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publice in conspectu ecclesiæ continentiam professa in domo propria cum filiis 23) familiaque poterit 24) permanere. Si autem talis fuerit, quæ suspicione non careat, voto continentiæ celebrato a secularium 25) conversatione se remoueat, et in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuo 26) commoretur: nullus vestrum audeat aliquam mulierem 27) consecrare, vel eam ad habitandum secum assumat.

18) *Electis viventibus*; addit Hard. 19) *Autem*, addit idem. 20) *Ita*, omittit idem. 21) *Alterio.* 22) *Quod si.* 23) *Suis*, addit idem. 24) *Remanere.* 25) *Hominum*, addit idem. 26) *Moretur.* 27) *Tonsurare.*

CAP. XI.

Vt post votum simplex metu interposito solutum permittatur contrahere matrimonium.

IDEM.

Veniens ad præsentiam nostram 28) Marchus heremita, sua nobis assertione proposuit, quod 29) I. mulier cuidem viro fide data se nupturam promisit 30) absenti, sed postmodum audiens plura de feueritate et inhumanitate ipsius viri, ei nulla ratione voluit copulari. Cum itaque timeret, ne illi cogeretur nubere: in manibus suis simpliciter votum continentiæ 31) promisit, non tamen locum aut vestem mutauit. Quo audito, prædictus vir aliam sibi copulauit, et ea eam prolem suscepit. Nos itaque attendentes, tutius esse, vt præfata mulier post fidem et votum simplex oblatum matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat: fraternitati tuæ 32) præcipiendo mandamus, quatenus si plus non 33) processit, 34) non vestem 35) et locum mutauit, nec professionem fecit, prædictæ mulieri de fide mentita et voto violato 36) condignam satisfactionem indicas, et ei, cui vult, nubendi in domino licentiam tribuere non postponas.

28) *Marcus eremita.* 29) *Quod quaedam.* 30) *Absente*, omittit Hard. 31) *Comprobasse.* 32) *Per A. S. mandamus.* 33) *Processerit.* 34) *Nec.* 35) *Aut.* 36) *Congruam.*

TITVLVS LVIII.

DE MATRIMONIO CONTRAHENDO VEL IAM CONTRACTO ET SPONSALIBVS.

CAP. I.

Vt, si quis inscia vxore aliam sibi matrimonio copulauerit, ab ea postea recedere nequeat inuita; ne de dolo suo videatur lucrum reportare.

IDEM *abbati sancti 37) Albani.*

Propositum est nobis, quod vir quidam, 38) dum vxorem haberet, sibi aliam huius rei insciam copulauit, de qua plures filios habuit. Sed prima mortua nititur a secunda recedere, asserens, quod vxore sua viuente eam non licuit sibi copulare. Licet autem 39) in canonibus habeatur, vt nullus 40) copulet in matrimonium, quam prius polluit adulterio, et illam maxime, cui fidem dederat, vxore 41) viuente, vel quæ machinata est in mortem 42) viri; quia tamen præfata mulier 43) erat inscia, quod ille aliam vxorem haberet viuentem, nec dignum esset, vt prædictus vir, 44) qui scienter contra canones veneret, 45) lucrum de suo dolo reportaret - consultationi tuæ 46) taliter respondemus, quod nisi prædicta mulier diuortium petat 47) viri, non sunt ab inuicem separandi, cum ex suo delicto 48) videbitur commodum reportare.

37) *Albani* 38) *G.* addit Hard. 39) *A*, præponit idem, pro in. 40) *Copulet in matrimonio, quod prius polluerat adulterio* etc. 41) *Sua*, addit id. 42) *Vxoris.* 43) *Esset*, omittit Hard. 44) *Ipsa.* 45) *Intra.* 46) *Taliter*, deest ap. Hard. 47) *Ad petitionem*, addit idem. 48) *Videretur.*

CAP. II.

Vt liceat a sponsaliis recedere, et ad vitam contemplatiuam venire. Item quid iustum sit circa matrimonia quaedam controuersa.

IDEM *procuratori et canonicis Sarum* 49) *in XII. libro R.*

Veniens ad apostolicæ sedis clementiam Mariota, latrix præsentium, supplici nobis insinuatione monstrauit, quod dum esset in adolescentia constituta, quendam adolescentem 50) annuit in tantum, quod vterque inter se matrimonio contrahendo sub trium personarum testimonio præstitit iuramentum. Quod parentes ipsius mulieris ignorantes, eam inuitam et reclamantem cuidam alij in vxorem tradiderunt; 51) et illa cuidam 52) alii, Tho. nomine, publice nupsit in conspectu ecclesiæ. 53) Sane cum de illo filium genuisset pater 54) ipsius Tho. quærens occasionem diuortii faciendi, ei 55) opponit, quod filium suum 56) non potuit, nec debuit de iure in virum 57) accipere, eo quod ab alio viro, qui *57) nunc defunctus est, prius desponsata fuisset. Quia vero assertioni eius fidem, sicut 58) nec debuimus, non adhibuimus, nec hoc potuimus sub silentio præterire: eam ad vos duximus remittendam, per apostolicam sedem præcipiendo *58) mandamus, quatenus huius rei veritate plenius 59) comperta, si inueneritis, quod prædicta mulier a priore viro iudicio ecclesiæ fuerit separata, et ab eodem 60) Tho. sine contradictione ecclesiæ in vxorem traducta, et 61) cui 62) a parentibus inuita et renitens copulata est, de præsenti vita decessit; prædictum 63) thol. moneatis et 64) districte compellatis, 65) vt præfatam M. postposita occasione recipiat, et sicut vxorem suam diligere studeat et maritali affectu tractare. Alioquin 66) eam super inductam et patrem etiam ipsius, si huic rei restiterit, excommunicationis vinculo innodetis, et vsque ad 67) dignam satisfactionem sententiam 68) ipsam faciatis inuiolabiliter obseruari.

49) *In eodem libro.* 50) *E. nomine in tantum adamauit, quod* etc. 51) *Quem ita exhorruit, quod se ab eo nullo modo cognosci permisit, Cumque publice profiteretur, quod a priore viro cognita esset, atque iurata: episcopus Saranus, qui tunc erat, eos ante præsentiam suam fecit venire, et cognito atque probato, quod inter eos esset proxima linea consanguinitatis, quod fieri deberent, nec possent de iure coniungi, ipsos ab inuicem separauit. Ceterum cum conjux ipsa traduceretur, et viro, cui tradita fuit a parentibus, consentire nollet: ipse aliam vxorem traduxit*, addit Hard. 52) *Viro Ptolomaeo nomine* etc. 53) *Tandem cum* etc. 54) *Illius Ptolomaei quaerens* etc. 55) *Opposuit* 56) *Nec*, habet idem. 57) *Habere.* 57*) *Nondum.* 58) *Non*, pro: *nec.* 58*) *Mandantes.* 59) *Inquisita et cognita, si* etc. 60) *Ptolomaeo.* 61) *Ille*, addit Hard. 62) *A parentibus*, addit id. 63) *Ptolomaeum.* 64) *Districte.* 65) *Vt prædictam Mariotam postposita* etc. 66) *Eum et super* etc. 67) *Condignam.* 68) *Ipsam*, non adiicit Hard.

CAP. III.

Ne, qui fidem dedit de aliqua ducenda, si eam cognouit, et aliam postea acceperit, ab ea separetur, sed ut de fidei laesione illi poenitentia iniungatur.

IDEM *Wigorniensi episcopo.*

Consuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum sit de 69) Wi. parochiano 70) tuo, qui, licet in manu tua fidem 71) dedit, quod mulierem quandam duceret in vxorem, spreta tamen religione fidei 72) et interdicto tuo, ipse sibi aliam copulare præsumpsit. Super hoc 73) consultationi tuæ taliter respondemus, quod, licet non sit tutum 74) cuilibet contra fidem suam venire, si tamen aliam in suam receperit, nec in facto primæ mulieris vltra 75) processit, nisi quod fidem 76) dederit, a muliere 77) secunda non debet separari, sed ei de læsione fidei pœnitentia est iniungenda.

69) *Willelmo.* 70) *Tuo*, non habet Hard. 71) *Dederat.* 72) *Et interdicto tuo*, omittit idem. 73) *Vtique*, addit idem. 74) *Cuilibet*, non legit Hard. 75) *Processerit.* 76) *Dedit.* 77) *Ea.*

CAP. IV.

Ne, qui infra annos matrimonio aptos fuerint desponsati, a pactione nuptiali recedant, et ad aliud matrimonium conuolent.

IDEM *Vigiliensi episcopo.*

Si vero puellam infra 78) XII. annos aliquis desponsauerit antequam ad annos matrimonio aptos 79) peruenerit, non potest a pactione nuptiali recedere, et ad aliud matrimonium conuolare, sed cum puella ad nubiles annos et sponsus ad annos matrimonio aptos peruenerint, tunc de pactione ipsa complenda vel 80) retinenda sunt audiendi, et ad implendum matrimonium ab his, qui matrimonium iurauerunt, commonendi.

78) *Duodecimum annum* 79) *Auia peruenerint, non possunt.* 80) *Remittenda.*

CAP. V.

Ne desponsationes et matrimonia ante septimum annum fiant: et si fierent, ne aliter valeant, quam consensu subsequuto.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.*

Accessit ad præsentiam nostram 81) quidam vir nobilis 82) W. filius G. cum literis tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod, cum

81) *Quidam*, omittit Hard. 82) *Willelmus.*

(v) 3 filiam

filiam cuiusdam nobilis viri, dum minoris esset ætatis, desponsasset, et postmodum ipsa in hac parte assensum non præbente, antequam ad nubiles annos peruenisset, celebratum est inter eos diuortium, procedente vero tempore, defuncto patre puellæ, matrem eius 83) Wi. sibi 84) in matrimonio copulauit. Quod quidem factum 85) sustinere nolens, eum sollicite monuisti, vt ipsam dimitteret; 86) sed quia monitis tuis in hac parte noluit acquiescere: ipsum excommunicationis vinculo innodasti. Tandem accepta ab eo cautione, quod nostram adiret præsentiam, et super hoc statutum nostrum firmiter obseruaret, 87) eum de mandato nostro absolutum denuntiasti, et 88) eum litteris tuis ad præsentiam nostram misisti. Verum præfatus 89) Wi. in præsentia nostra constitutus, sua nobis assertione proposuit, quod puellam ipsam, dum esset infra 90) XII. annos, desponsauit, postea 91) antequam ad nubiles annos peruenisset, noluit aliquatinus consentire, 92) et prædictum Wi. in virum accipere, et ita cum patre suo, in cuius potestate remanserat, et cum 93) præfato Wi. ad præsentiam tuam accessit. Et eam ab ore puellæ audisse, 94) et per eam cognosceres et per patrem 95) ipsius, quod memoratum 96) Wi. in virum nolebat, statim 97) illa in plena synodo ab huiusmodi desponsatione publice absolutum denuntiasti. Elapsis 98) vero plurimis annis, 99) mortuo patre puellæ, carissimus in Christo filius noster Henricus rex Anglorum matrem supradictæ 100) memorato 1) W. tradidit in vxorem, quam 2) idem Wi. vt discordia inter consanguineos suos orta et consanguineos mulieris sopiretur, accepit et solemniter desponsauit, et sine contradictione ecclesiæ duxit, et 3) ex ea liberos procreauit, et puella 4) fuerit alteri viro copulata. Verum licet, contineatur in litteris ipsis, quod puella 5) erat ætatis minoris, quando huiusmodi desponsatio facta 6) fuerit: tamen refert, vtrum 7) fuerit minoris ætatis proximæ ætati aptæ matrimonio, 8) an infra VII. annos. Ideoque fraternitati tuæ per apostolicam 9) sedem præcipiendo mandamus, quatenus, veritate diligenter inquisita et cognita, si tibi constiterit, quod 10) præfata non esset septennis, quando præmemorato 11) Wi. desponsata fuit, et postea in eum non 12) consensit, et quod idem 13) Wi. ab huius desponsatione per te fuerit absolutus, matrimonium inter eundem 14) Wi. et matrem 15) ipsius puellæ celebratum præcipias 16) inuiolabiliter obseruari, et eorundem proles omnimodis esse legitimas: quia, sicut discretio tua non ignorat, desponsationes et 17) matrimonia ante VII. annum fieri non possunt, præsertim si consensus postea non 18) interuenerit. Sane si præfata puella ante 19) desponsationem 20) VII. annos compleuerat; licet prædictus vir a desponsatione ipsius puellæ ipso iure fuerit absolutus, cum 21) in ea non consentire volebat: inhonestum tamen 22) esse videtur, 23) quod matrem eius habeat, cuius filia sibi fuerat desponsata. Verum si tibi visum fuerit, vt cum matre 24) puellæ 25) remaneat, ne, discordia inter vtriusque consanguineos olim exorta, nunc autem sopita; denuo suscitetur: id dissimulare poteris et æquanimiter tolerare. Filii autem, quos 26) de ea suscepit, si eam, tolerante ecclesia, in vxorem duxit, a successione paternæ hereditatis vel maternæ prohiberi non possunt.

83) *W[illelmus].*
84) *Sibi*, non præponit Hard.
85) *Cum sustinere nolles*
86) *Et*, loco: *sed*, habet idem.
87) *Eundem mandato.*
88) *Cum.*
89) *Willelmus.*
90) *Duodecimum annum.*
91) *Vero*, addit Hard.
92) *Et præfatum Wilhelmum in virum acciperet*
93) *Prædicto Wilhelmo*
94) *Et per eam cognosceres*, non legit Hard.
95) *Eius.*
96) *Willelmum.*
97) *Illum.*
98) *Vero*, deest apud Hard.
99) *Post*, addit idem.
100) *Puellæ*, addit idem.
1) *Willelmo.*
2) *Idem Wilhelmus.*
3) *Ab ea.*
4) *Fuit alteri viro.*
5) *Illa*, addit Hard.
6) *Fuit*
7) *Cum esset minoris ætatis fuit proxima ætate etc.*
8) *Aut infra.*
9) *Sanctionem præsentibus mandamus.*
10) *Puella*, addit Hard.
11) *Wi.* omittit idem.
12) *Consenserit.*
13) *Wilhelmus.*
14) *Willelmum.*
15) *Ipsius*, non adiicit Hard.
16) *Inuiolabiliter.*
17) *Matrimonia.*
18) *Interuenit*
19) *Huiusmodi*, idem addit.
20) *Septimum annum.*
21) *Ea in eam non etc.*
22) *Esse*, deest ap. Hard.
23) *Vt.*
24) *Puellæ*, omittit idem.
25) *Maneat.*
26) *Ab ipsa.*

CAP. VI.

Vt, si qui mutuo consensu se ad inuicem receperint dicentes: ego te in meum, et, ego te in meam recipio, licet alter eorum alii postea se copulauerit, ab eo, vel ab ea separetur: quamuis inter eos subsequuta fuerit carnalis commixtio.

IDEM *Salernitano episcopo.*

Licet præter solitum et amplius solito simus occupatissimus et variis negotiis præpediti, ita, quod non sit nobis fas se aliquorum consultationibus respondere: illa tamen 27) speciali gratia, quam ad personam tuam habemus et fraterna caritate cogimur, id sentiamus de libero per quibus consuluit 28) tua 29) fraternitas, tibi, quantumcumque alias 30) simus intenti, præsentium litteris apperire. Consuluit nos siquidem, verum 31) si inter virum et mulierem, præstito, vel non præstito 32) iuramento, legitimus consensus interuenerit de præsenti, carnali copula non secuta, liceat mulieri alii nubere, vel, si nupserit alii et carnalis fuerit copula secuta, an ab ipso debeat separari? Super 33) eo vero inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod, si legitimus consensus 34) sub ea solemnitate, quæ fieri solet, præsente 35) S. sacerdote aut etiam 36) notario, sicut etiam in quibusdam locis adhuc obseruatur, coram idoneis testibus interueniat de præsenti, ita 37) quidem, quod vnus alium in 38) suum mutuo consensu verbis 39) consuetis expresse recipiat, vtrimque dicendo: ego recipio te in meam, et ego 40) in meum, siue sit iuramentum, siue non non licet mulieri alii nubere; et si nupserit, etsi fuerit carnalis copula subsecuta: ab 41) eodem debet separari, et vt ad primum redeat, ecclesiastica districtione compelli; quamuis alii aliter sentiant, 42) et etiam aliter a quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum.

27) *Specialis*
28) *Nos*, addit Hard.
29) *Prudentia.*
30) *Simus.*
31) *Se*, deest apud Hard.
32) *Sacramento.*
33) *Hac inquisitioni*
34) *A solemnitate, quæ fieri solet etc.*
35) *S.* non habet Hard.
36) *Etiam*, addit idem.
37) *Quidem*, deest apud Hard.
38) *Suum*
39) *Expressis recipiat.*
40) *Te*, addit idem.
41) *Eo.*
42) *Et*, omisit idem.

CAP. VII.

Pubes est, qui procreare potest.

43) GREGORIVS VII.

Manifestum est, eum puberem esse, qui 44) ex corporis sui gesticulatione 45) procreare iam possit: 46) quamuis ad 47) illas metas legibus diffinitas non 48) peruenitur.

43) *Idem*, GG. 7.
44) *De.*
45) *Talis est, vt*, idem addit.
46) *Etiam.*
47) *Illas*, non legit Hard.
48) *Peruenerit.*

CAP. VIII. 49)

Quinam puberes, et qui puerperæ dicantur?

ISIDORVS *lib. XI. Ethim.*

Puberes a pube vocati, id est, a pudentia corporis nuncupati, quia hæc loca primam lanuginem ducunt, quidam autem ex annis pubertatem existimant, id est, eum esse puberem, qui XIV. annos expleuit, quamuis tardissime pubescat. Certum est autem, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, et generare iam potest. Puerperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt.

49) Hoc capitulum in Harduino deest. Vid. c. 3. X. de desponsat. impuber.

CAP. IX.

Ne, qui habitum religionis suscepit, et aliquam sibi postea matrimonio copulauerit, cogatur ab ea recedere.

ALEXANDER III. 50) *Wig. episcopo.*

Meminimus 51) ex parte tua quæstionem huiusmodi audiuisse, scilicet, verum illi, qui te ad religionem coram episcopo deuouerant transituros, et habitum religionis susceperunt, si postmodum vxores duxerint, cogendi 52) sint, eas dimittere: et ad ecclesiam, cui se 53) contulerant, redire. Super 54) quo vtique tibi duximus respondendum, quod si quisquam, qui se religioni deuouerit et habitu suscepto professionem 55) fecit, postmodum aliquam sibi copulauerit, ab ea cogendus est recedere et ad ecclesiam, cui se 56) deuouit, debet sine contradictione transire. Verum si habitum non suscepit, 57) neque professionem, sed votum solummodo fecit, et se ad religionem transiturum promisit; licet postea matrimonium contraxerit: non est ad ecclesiam cogendus 58) redire, et matrimonii votum rescindere.

50) *Wigorniensi.*
51) *Nos*, addit idem.
52) *Sunt.*
53) *Contulerant.*
54) *Hoc.*
55) *Fecerit*
56) *Deuouit.*
57) *Nec.*
58) *Transire.*

CAP. X.

Vt, si vir dixerit, mulierem a se esse cognitam, et ipsa negauerit, viri stetur veritati, si id affirmauerit iuramento: et quid iuris sit circa consanguinitatem desponsatorum.

IDEM 59) *Wormatensi episcopo.*

Continebatur in litteris tuis, quod, cum quædam puella infra nubiles annos cuidam viro in vxorem tradita 60) fuit, et ab ipso traducta, 61) suis parentibus 62) asserentibus, eam legitimæ ætatis existere: hæc ad nubiles annos perueniens 63) nubendi licentiam postulauit, asserens, 64) in eundem virum nullatenus consensisse: prædictus vero vir e contra proponit, quod, licet eadem puella nondum forte XII. annum attigisset, cum ei tradita fuisset in vxorem, vsque 65) tamen ætati 66) fuerit proxima, quod ipsam carnali commixtione cognouit. Inde est, quod 67) ipsa eidem viro dicit se incognitam, et 68) tu nos consuluisti, verum alii possit nubere, taliter respondemus, quod, cum in decretis 69) habeatur expressum, quod si vir dixerit, quod vxorem suam cognouerit, et mulier negauerit, viri standum est

59) *Wormatiensi.*
60) *Fuerit.*
61) *Suis*, omittit Hard.
62) *Asseuerantibus.*
63) *Aut*, addit idem.
64) *Se*, addit idem.
65) *Adeo*, addit idem.
66) *Isti.*
67) *Cum*, addit idem.
68) *Ita nos.*
69) *Habetur.*

veritati.

veritati. Vnde præfato viro, qui se dicit, præfatam 70) mulierem cognouisse, fides est 71) adhibenda, si id iuramento firmauerit et 72) fuerit proxime 73) in vndecimo, 74) vel circa XII. annum, et cum suo consensu et voluntate parentum desponsata et benedicta fuerit et cognita, ab eodem viro separari non 75) debet: præsertim cum parentes 76) eius, ipsam fuisse legitimæ ætatis fateantur. Si vero puella intra nubiles annos et ætati 77) proxima alicui desponsata fuerit, benedicta atque traducta; non licet alicui de consanguinitate illius, cui desponsata fuerit, eam ducere in vxorem: nec fas est eidem sponso, de consanguinitate puellæ 78) sibi desponsatæ aliquam sibi copulare.

70) *Puellam.*
71) *Habenda.*
72) *Si*, addit Hard.
73) *In*, non præponit Hard.
74) *Anno*, addit idem.
75) *Debebant.*
76) *Eius*, deest apud Hard.
77) *Non*, idem addit.
78) *Sibi desponsatæ*, omittit id.

CAP. XI.

Ne facile dissoluantur matrimonia canonice contracta.

IDEM *Norwicensi episcopo et 79) Wi. arc.*

Lator præsentium W. parochianus vester, sua nobis 80) insinuatione monstrauit, quod, cum in facie ecclesiæ quandam mulierem viduam, A. nomine, legitime desponsasset, et carnali copula subsecuta inter eos scandalum 81) est subortum, cuius occasione prædictus vir ei debitum coniugale subtraxit; consanguinei 82) eius mulieris hoc molestum habentes, coram vobis quæstionem mouerunt, proponentes, quod mulierem inuitam et renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio 83) duxisset 84) in vxorem, et quoniam idem vir, sicut nobis proponitur, vitam cupiebat agere 85) dissolutam, deinde vtriusque studio interueniente, 86) fuerunt minus rationabiliter separati. Nolentes igitur, vt matrimonia canonice contracta leuitate quadam dissoluantur, fraternitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si vobis constiterit, 87) prædictum virum et mulierem per iudicium ecclesiæ non fuisse rationabiliter separatos ecclesiamque decepram, ipsos, contradictione et appellatione cessante, faciatis sicut virum et vxorem insimul permanere.

79) *Archidiacono.*
80) *Assertione.*
81) *Esse.*
82) *Dicta.*
83) *Existentem*, addit Hard.
84) *In*, deest apud eundem.
85) *Dissolute.*
86) *Fuerant.*
87) *Prædictos.*

CAP. XII.

Vt, si iuramento sponsae obstrictus ad alienas partes se postea transtulerit, ea incognita, liberum sit mulieri ad alia vota transire:

IDEM 88) *Panorm. archidiacono.*

De illis autem, qui præstito iuramento promittunt, se aliquas mulieres ducturos, et postea eis incognitis dimittunt terram, et se ad partes 89) alias transferunt, hoc tuæ 90) prudentiæ volumus innotescere, quod liberum 91) erit mulieribus ipsis, si non est amplius in facto processum, 92) se ad alia vota 93) transferre, recepta tamen de periurio pœnitentia; si 94) propterea steterit, quo minus matrimonium 95) confirmetur. Si vero aliquis sub huiusmodi verbis alicui iuramentum mulieri præstiterit: Ego te in vxorem 96) accipiam, si tantum mihi 97) dederis: reus periurii non habebitur; si eam, nolentem sibi soluere, quod iuramento sibi petiit dari, non 98) accepit in vxorem, nisi consensus de præsenti, aut carnalis commixtio sit inter eos subsecuta.

88) *Pan. archiepiscopo.*
89) *Alienas.*
90) *Discretioni.*
91) *Erat.*
92) *Se*, deest ap. Hard.
93) *Transire.*
94) *Per eas non steterit.*
95) *Consummetur.*
96) *Accipio.*
97) *Dederitis.*
98) *Acceperit.*

CAP. XIII.

Ne quis vi compulsus ad aliquam ducendam, si aliam postea susceperit, cogatur ad primam redire.

IDEM *abbati de fontibus et magistro 99) Vagario.*

Significauit nobis O. Andegauensis parochianus Eboracensis ecclesiæ per W. fratrem suum, quod W. de 100) Romat. qui est ex hac luce subtractus, eum captiuus tamdiu in vinculis ferreis et carcere tenuit, donec 1) ipsum iurare coegit, quod 2) H. mulierem duceret in vxorem. Cum autem vincula et carcerem euasisset, aliam in vxorem accepit, de qua filios procreauit. Postea vero idem O. a præfata H. coram venerabili fratre nostro Eboracensi 3) episcopo, apostolicæ sedis legato, tractus in caussam, ab eo coactus est iuramento firmare, quod ad illam, quam sponte in vxorem acceperat, non accederet, donec lis esset iudicio ecclesiastico 4) firmata. Ceterum quia, priusquam de caussa cognosceretur legitime, prænominata H. diem clausit extremum, prædictus O. ad 5) eum de qua filios 6) habuerit, non audet reuerti.

99) *Vario.*
100) *Romare.*
1) *Ipsum* deest apud Hard.
2) Pro solitaria litera *H.* legit idem *He.* per totum: quod tamen hoc loco fluctu in secundo casu *Her.*
3) *Archiepiscopo.*
4) *Terminata.*
5) *Eam.*
6) *Habuit.*

Inde est, quod discretioni tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, rei veritate inquisita diligenter et cognita, si vobis constiterit, quod eidem O. tanta vis illata fuerit, vt prædictam H. iuraret in vxorem accipere, et quod non sponte in eam consensit, nec post præstitum iuramentum ipsam carnaliter 7) cognouit, propter hoc non dimittatis, quin ad illam, quam postea in vxorem accepit, reuertendi liberam, appellatione cessante, tribuatis facultatem. Verum si prænominatus O. in præfatam H. sponte consensit, et post præstitum 8) iuramentum, quod ipsam in vxorem acciperet, carnaliter cognouit 9) eam, sibi, ne ad secundam reuertatur, sub interminatione anathematis inhibeatis, dantes ei licentiam, aliam, si voluerit, ducendi vxorem.

7) *Cognouerit.*
8) *Sacramentum.*
9) *Eam*, deest apud Hard.

CAP. XIV.

Vt adulterium compensetur adulterio.

IDEM 10) *terrato arc.*

Significasti nobis, quod quidam miles in prouincia tua vxorem suam sine iudicio ecclesiæ et auctoritate 11) dimisit, pro eo, quod 12) sibi fuerat suggestum, ipsam incestum cum quodam consanguineo suo commisisse, et propter hoc fuit excommunicationis vinculo adstrictus. Verum mulier ipsa non continuit, sed sobolem 13) de altero viro suscepit: 14) nihilominus postulat viro suo restitui, asserens, se ab ipso iniuste fuisse dimissam, et eundem virum adulterandi sibi materiam dedisse. Vnde quia nos consuluisti, vtrum mulier 15) illa debeat viro suo restitui, et vir ad eius receptionem compelli: fraternitati tuæ præsentibus litteris respondemus, quod si manifestum est, mulierem ipsam adulterium commisisse; 16) ad eam præfatus vir recipiendam cogi non debet, nisi constiterit, ipsum cum alia adulterium commisisse.

10) *Cretensi episcopo.*
11) *Dimiserit.*
12) *Et.*
13) *Ab alio.*
14) *Nec minus.*
15) *Ista.*
16) *Post dimissionem (sed non idem si ante) addit Hard.*

CAP. XV.

Ne valeat confessio coacta ad diuortium, sicut nec sententia vnius in caussa duobus commissa.

IDEM *Arelatensi archiepiscopo et sanctæ Mariæ 17) in XII. libro registri.*

18) Caussam matrimonii, quæ inter 19) Hermen. et 20) Blan. agitari dignoscitur, venerabilibus fratribus 21) Forojuliensi et Vapicensi episcopis 22) nos meminimus commisisse, quibus vtique in vnum conuenientibus 23) et eandem mulierem, sicut accepimus, viro restitui mandantibus, vir cruciatibus et flagellis mulierem adeo 24) affecit, quod inuita et coacta inter se et virum, confessa est, esse parentelam. 25) Sic quoque factum est, quod ad iudicium vnius 26) eorum ipsam dimisit, 27) qui V. filius 28) ex ea dicitur genuisse et XIII. annis sine aliqua quæstione secum permansisse. 29) Verum quia matrimonium in ecclesia Dei adeo magnum sacramentum 30) comprobatur, quod sine rationabili et euidenti caussa dissolui non debet, præsertim cum non ab homine, sed a Deo sit institutum: discretioni vestræ per apostol. S. mandamus præcipiendo, quatenus huius rei diligenter veritatem et subtiliter inquiratis, et si inueneritis, quod præfatus 31) H. prædictam mulierem ad iudicium solummodo alterius prædictorum episcoporum a se separasset, quia cum caussa committitur duobus, sententia vnius non tenet, ipsum 32) instanter commoneatis et districte compellatis, vt 33) eandem mulierem, sicut vxorem suam, appellatione 34) cessante, benigne recipiat, et maritali 35) affectione pertractet. Quod si forte facere contempserit: eum et superductam, appellatione cessante, excommunicationis vinculo 36) astringatis. Si qui tamen apparuerint, qui postquam ab eo recepta fuerit, matrimonium 37) accusare voluerint, et legitime possint impetere: partibus ante vos conuocatis, caussam audiatis, et eam, 38) remoto appellationis obstaculo, fine canonico terminetis, illa maturitate et circumspectione adhibita, quam in tanto negotio conuenit 39) exhiberi.

17) *Insolata diacono cardinali* ad-dit idem.
18) *Caussa.*
19) *Ermengardem.*
20) *Blatum.*
21) *Nostris Forojuliensi et Vapincensi.*
22) *Nos*, deest apud Hard.
23) *Eandemque.*
24) *Infecit.*
25) *Sicque factum.*
26) *Ipsam* etc.
27) *Qua.*
28) *Sous*, addit Hard.
29) *Vnde quoniam.*
30) *Probatur esse, quod.*
31) *B.*
32) *Constanter.*
33) *Eandem*, omittit idem.
34) *Remota.*
35) *Affectu.*
36) *Perstringatis.*
37) *Eorum vetant et* etc.
38) *Appellatione remota.*
39) *Adhiberi. Quod si ambo* etc.

CAP. XVI.

Vt, si quis, dimissa vxore, consanguineam sibi copulauerit, et postea compererit sibi coniunctam primo vel secundo linea, vtraque perpetuo careat: si autem in tertio vel supra se gradu contigerint, vt a secunda separetur, et primae adhaereat.

IDEM 40) *Vig. episcopo.*

Ad aures nostras perlatum fuisse cognoscas, quod, cum quidam parochianus tuus vxorem duxisset 41) et ea dimissa aliam scilicet consanguineam

40) *Vigorniensi.*
41) *Et*, deest apud Hard.

sanguineam sibi copulare 42) præsumpserit, et eam carnali commixtione cognoscere, et secum tenere minime dubitauit, cumque prior mulier super hoc 43) querimoniam mouisset, matrimonium eius denegauit et 44) secundam copulam confessus est. Vnde cum primum coniugium eduxerit eum 45) probatum fuisset per testes, quoniam a secunda recedere noluit, ad audientiam nostram appellauit. Super quo 46) itaque prudentiæ tuæ respondemus, quod si prima mulier et secunda se 47) in prima et secunda linea contingit: tu virum facias, omni contradictione et appellatione cessante, vtraque carere et sine spe coniugii perpetuo manere. Si vero eas 48) in tertio gradu solummodo vel super sese 49) attinere constiterit: tu ipsum compellas a secunda recedere, et sic commissa pœnitentia sibi condigna imposita, eam priorem licet vxorem suam recipere, et maritali affectione de cetero tractare compellas.

42) *Præsumpsit.*
43) *Querelam.*
44) *Secunda.*
45) *Probaretur fuisse.*
46) *Vtique.*
47) *Vel prima vel secunda linea contingunt, tu etc.*
48) *Interdicto gradu.*
49) *Attingere.*

CAP. XVII.

Vt, si quis, vxore viuente, aliam acceperit, vel de ea ducenda fidem ei dederit, ab eius consortio perpetuo prohibeatur: et vt leprosis permittatur matrimonium contrahere dicitur.

IDEM 50) *Pinnarensi episcopo.* 51) Pars cap. *Quoniam ex multis* etc.

Super hoc 52) vero, quod de latore præsentium tuis litteris quæsiuisti, an liceat sibi cum ea matrimonium contrahere, 53) cum qua, alia vxore sua viuente, sibi de facto 54) matrimonium 55) copulauit: tuæ sollicitudini duximus respondendum, quod si adultera est in mortem alterius aliquid machinata, siue iste fidem dederit, quod ea defuncta hanc esset ducturus, secundum canones ab eius consortio perpetuo prohibetur et hæc prohibitio perpetuo est obseruanda. 56) Leprosis autem, si 57) continere 58) nolunt, et 59) aliquas, quæ sibi nubere 60) volunt, 61) inueniunt, liberum est 62) illis; matrimonium contrahendi. Quod si virum 63) vel vxorem diuino iudicio leprosum fieri 64) contingit, et infirmus a 65) sano carnale debitum exigat: generali præcepto apostoli, quod 66) exigit, est soluendum, 67) cui præcepto in 68) hoc casu nullam inuenimus exceptionem.

50) *Rotharensi.*
51) Pars cap. *Quoniam ex multis* etc. omittit Hard.
52) *Vero*, omittit idem.
53) *Quam vxore sua* etc.
54) *In*, addit idem.
55) *Copulauit.*
56) Hoc vsque ad finem deprehenditur apud Harduinum in cap. *Quoniam ex multis.*
57) *Se*, addit Hard.
58) *Noluerint.*
59) *Aliquam.*
60) *Velit.*
61) *Inuenerint.*
62) *Eis, ad matrimonium copulare.*
63) *Siue vxorem diuino* etc.
64) *Contigerit.*
65) *Sana.*
66) *Exegerit.*
67) *Contra præceptum.*
68) *Hac caussa.*

CAP. XVIII.

Vt ea, quam sibi quis nubili ætati aptam in suam receperit, licet postea ab alio desponsetur et cognoscatur, restituatur.

IDEM 69) *G. Paduano episcopo.*

Sollicitudini sedis apostolicæ incumbit, vt, si 70) qua dubia vel difficilia ad nostram aurem 71) deferuntur, eadem 72) debemus absoluere, et in 73) lucidum reuocare. Super eo siquidem, vnde consuluit nos dilectio tua, 74) quod videlicet 75) obseruandum sit et retinendum de muliere, quæ cum sit vni 76) viro desponsata et ab alio 77) viro postea 78) desponsetur et cognoscatur: sollicitudini tuæ 79) præsentibus litteris duximus respondendum, quod licet quarundam ecclesiarum habeat consuetudo, vt cum viro secundo debeat remanere, conuenientius tamen videtur, vt, si vir et mulier ad ætatem coniugio aptam deuenerint, et 80) ita mulier desponsata fuerit, quod 81) et vir mulierem in suam et mulier virum in suum recipiat, licet postea ab alio desponsetur et cognoscatur, debeat primo restitui. 82) De muliere vero, quæ est inuita tradita viro et detenta, cum inter vim et vim sit differentia, et vtrum postea consensus intercesserit, 83) certum nihil nobis postea expressisti: inquisitioni tuæ nil possumus respondere. Illos autem, qui 84) pro sanguinitate prohibentur coniungi, et postea contra interdictum ecclesiæ sese receperint, excommunicationi debes subiicere 85) tamdiu, donec separentur, quo vsque 86) legitime cognoscatur, vtrum eorum matrimonium de iure possit et debeat stare.

69) *Eberardo Paduano.*
70) *Quæ*, deest apud Hard.
71) *Referantur.*
72) *Debemus.*
73) *Locem.*
74) *Quod.*
75) *Seruandum.*
76) *Vero*
77) *Viro*, non legit Hard.
78) *Desponsatur et cognoscitur*
79) *Taliter respondemus, quod licet* etc.
80) *Infra.*
81) *Et*, deest apud Hard.
82) Hic ab Harduino nouum inchoatur capitulum.
83) *Quia*, addit Hard.
84) *Propter consanguinitatem.*
85) *Donec tamdiu separantur* etc.
86) *Legitime.*

CAP. XIX.

Ne partibus absentibus veritas in matrimonialibus plenarie inquiratur: et ne illi tum, a quo adpellatum est, caussa remittatur. Item, vt ad communem verborum intelligentiam in ambiguis recurratur: et ne, si sub prætextu adpellationis noscitur crimen committendum, adpellans defendatur.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex litteris, quas super caussa matrimonii cuiusdam iuuenis R. nomine et 87) M. filiæ 88) G. de ascoled. transmisisti, sollicitudo 89) tua nobis innotuit, quam in ipsius negotii examine seruasti. Quia vero absentibus partibus veritatem nequiuimus plenarie indagare, nec caussam ipsam ad te remittere, a quo pars mulieris ad audientiam nostram noscitur appellasse, eam venerabilibus fratribus nostris 90) inter Herfor. et Beterun. episcopis duximus committendam. Ideoque fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus partes adire eorum præsentiam, cum ab eis fuerint euocatæ, et quod ipsi iudicauerint 91) obseruare, contradictione et appellatione cessante, compellas. 92) De hoc autem, quod circa finem litterarum 93) consuluisti, quid debeat obseruari, 94) quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, vnę intelligit 95) aliter, quam alter proponit, hoc tuam volumus discretionem tenere, 96) quomodo inspiciendum est iudici, si matrimonium contracturi ad id faciendum sint idonei scientia et ætate, quo cognito, si alter aliter intellexerit, 97) quod alter proposuit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, et cogatur vterque verba prolata in sensu recipere 98) et tenere, quem solent recte intelligentibus generare. 99) Quod vero 100) proposuisti, an debeat appellationi deferri, vbi sub eius prætextu 1) noscitur adulterium vel aliud crimen committendum: consultationi tuæ 2) breuiter respondemus, quod vbi notorium 3) esset, adulterium, vel aliud crimen committendum, si appellationi 4) interpositæ 5) deferatur, deferri 6) nollemus. Nolumus enim incestus vel adulterii 7) materiam aliquibus ministrare.

87) *Marta.*
88) *Gilberti de sancto Leodegario transmisisti* etc.
89) *Tua*, non adiicit Hard.
90) *Wintoniensi, Herefordensi.*
91) *Inuiolabiliter*, addit idem.
92) Hic ab Harduino nouum inchoatur capitulum.
93) *Tuarum consulere voluisti, quod* etc.
94) *Cum inter alios.*
95) *Alter, quod alter.*
96) *Quoniam.*
97) *Quam alter proposuerit.*
98) *Et tenere*, non legit Hard.
99) Hic ab eodem nouum inchoatur capitulum.
100) *Quæsiuisti.*
1) *Noscitur.*
2) *Taliter.*
3) *Est crimen vel adulterium, si* etc.
4) *Interposita*, omittit Hard.
5) *Deferatur.*
6) *Non debet.*
7) *Materiam.*

CAP. XX.

Vt, si pari consensu contractum sit matrimonium, et vir aliam duxerit, et, priore incognita, cognouerit, posteriore relicta, priori adhæreat; et vt mulieri desponsatae et incognitae liceat ad religionem transire: vir autem aliam in vxorem sibi copulare nequeat.

IDEM *archiepiscopo Senonensi.* 8) Pars cap. *Sicut Ro.*

Porro si qui vir et mulier pari consensu contraxerint matrimonium et vir, ea incognita, 9) alteram duxerit in vxorem, et eam cognouerit: cogendus est, secundam dimittere, et ad primam redire, quia, quamuis exinde sit diuersa quorundam sententia, et non eadem consuetudo ecclesiæ, tutius tamen videtur, vt primam 10) habere debeat, quam secundam, cum a prima iudicio ecclesiæ separari non debeat, postquam cum ea pari voto et consensu matrimonium contraxit. Sane quamquam mulieri desponsatæ et a viro 11) nondum cognitæ 12) liceat ad religionem transire: aliam tamen non potest ducere 13) vxorem.

8) Pars cap. *Sicut ra*, non habet Hard.
9) *Aliam.*
10) *Hanc, quam secundam* etc.
11) *Non.*
12) *Liceat.*
13) *In*, præponit Hard.

CAP. XXI.

Vt, si quis aliquam sibi desponsauerit, et eam non cognouerit, alius vero eam acceperit et cognouerit, ea cum hoc remaneat: et vt hac in caussa deferatur adpellationi partium, nisi ea remota fuerit.

IDEM 14) Nor. Pars cap. *significasti.*

Super eo 15) vero, quod ex litteris tuis intelleximus, virum 16) et quandam mulierem de mandato domini vtriusque 17) se inuicem recepisse nullo sacerdote præsente, nec adhibita solemnitate, quam solet 18) anglicana ecclesia adhibere et 19) eiam prædictam mulierem ante carnalem commixtionem solenniter duxisse et cognouisse: tuæ 20) prudentiæ taliter duximus respondendum, quod si primus vir et mulier 21) ipsa pari consensu de præsenti sese receperint, 22) dicente vno alteri: ego recipio te in meam, et ego te in meum, et si non intercesserit

14) *Eberardo Paduano.*
15) *Vero*, deest apud Hard.
16) *Quendam et mulierem.*
17) *Accepta se inuicem.*
18) *Anglicana.*
19) *Alium.*
20) *Fraternitati.*
21) *Ipsa*, non adiicit idem.
22) *Dicente vno alteri: ego recipio te in meam et ego te in meum, et si non intercesserit illa solemnitas, nec vir mulierem carnaliter cognouerit, mulier*, omittit idem.

tercesserit

tercesseri. illa solennitas, nec vir mulierem carnaliter cognouerit, mulier ipsa debet priori restitui: cum nec 23) potuit, nec debuit post talem consensum alii nubere. Si vero consensus 24) taliter inter eos non intercesserit sub verbis illis, quæ diximus, nec carnalis copula: etiam assensu de futuro præeunte, secundo viro, qui eam postea 25) traduxerit atque cognouerit, debet mulier 26) illa restitui et ab impetitione prioris absolui, iniuncta 27) priori 28) viro pœnitentia de læsione fidei 29) et violatione iuramenti, si dedit 30) exinde fidem vel præstitit iuramentum. 31) Appellatio autem, si qua super 32) illo casu ab alterutra partium fuerit interposita, nisi 33) appellatur ab ipso, cui caussa 34) est, appellatione 35) cessante, commissa, 36) deuotione debita est deferendum.

23) *Potuerit, nec debuerit.*
24) *Talis*
25) *Traduxit atque cognouit.*
26) *Ipsa relinquat.*
27) *Primo.*
28) *Viro*, deest apud Hard.
29) *Vel.*
30) *Exinde*, omittit idem.
31) *Appellationi, si etc.* Hic ab Harduino nouum inchoatur capitulum.
32) *Aliquo.*
33) *Appelletur.*
34) *Sit.*
35) *Remota.*
36) *Cum*, addit idem.

CAP. XXII.

Ne quis consanguineorum sponsam sibi copulet, si est aetati nubili proxima.

IDEM 37) *Vigon. episcopo*, Pars cap. *consuluit.*

Sponsam autem alterius, si est nubili ætati proxima, nullus consanguineorum aliquando sibi matrimonio potest copulare.

37) *Eidem in eadem epistola.*

CAP. XXIII.

Ne ob coëundi impossibilitatem fiat diuortium.

IDEM 38) *Remensi episcopo*, Pars cap. *Consuluit f. de iure patronatus.*

Super eo vero, quod de illo nobis significasti, qui cum procreare vellet filios, vxori suæ nunquam 39) carnale debitum reddidit vel reddere potuit, inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod diuersa sunt inde decreta, 40) et diuersæ sententiæ. Sed consuetudo est 41) Romana, in similibus taliter tenere, quod si non potest eam 42) tanquam vxorem habere: habeat 43) eam tanquam sororem.

38) *Andrensi episcopo.*
39) *Carnale*, non legit Hard.
40) *Et*, deest apud eund.
41) *Romana ecclesia.*
42) *Sicut.*
43) *Ipsam sicut sororem.*

CAP. XXIV.

Ne dimittatur vxor sine manifesta caussa fornicationis, et vt vir tunc, ipsa viuente, contineat.

IDEM *abbatibus sancti Edmundi et de* 44) *Ramesia.*

Ex parte 45) N. mulieris nostris est auribus intimatum, quod Andreas sibi coram sacerdote quodam et diacono et aliis 46) plurimis, tam clericis, quam laicis ad hoc conuocatis, iuramentum præstiterit, quod 47) eam ex eo tempore pro coniuge teneret, et ei sicut vxori suæ fidem seruaret. Ipsa quoque 48) eidem Andreæ præstito iuramento promisit, se illum pro marito habituram et fidem ei tanquam proprio viro seruaturam, quo facto in eadem domo 49) commorantes diu, sibi 50) filios procreauerunt, procedente vero tempore 51) prænominatus A. contra iuramentum præstitum prænominatam 52) N. et filios ex ea 53) creatos reliquit, et 54) ab eorum cohabitatione recessit. Quia igitur nemini licet vxorem suam sine manifesta fornicationis caussa dimittere, et tunc eam 55) sibi reconciliare debet, aut, ipsa viuente, continere; nec nos sustinere debemus, vt prædictus Andreas iuramenti præstiti religionem infringat: discretioni 56) tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, rei veritate 57) diligentius inquisita, si, prout superius dictum est, ita esse 58) inueneris, eundem 59) moneatis diligentius, vt suæ saluti consulens 60) superinducta, quam habet, prius dimissa, ad vxorem suam redeat, et eam maritali affectione 61) pertractet, et reatum suum 62) cum digna satagat 63) pœnitentia expiare. Quod si commonitioni vestræ acquiescere forte 64) noluerit, vos eum et superinductam, omni occasione et appellatione cessante, excommunicationis vinculo innodetis, et vsque ad dignam satisfactionem præcipiatis 65) ab omnibus quasi excommunicatos cautius euitari.

44) *Ramesiensi.*
45) *Eiusmodi mulieris.*
46) *Pluribusque.*
47) *Ipsam.*
48) *Eidem*, omittit Hard.
49) *Cohabitantes.*
50) *Liberos*
51) *Prædictus Andreas.*
52) *Eandem etc.*
53) *Procreatos.*
54) *A cohabitatione recessit.*
55) *Vel*, addit Hard.
56) *Vestræ.*
57) *Diligenter.*
58) *Inueneritis.*
59) *Andream moneatis studiosius.*
60) *Et*, addit Hard.
61) *Tractet.*
62) *Condigna.*
63) *Pœna.*
64) *Contempserit.*
65) *Hominibus, sicut excommunicatos cautius euitare.*

CAP. XXV.

Vt is, qui, patre consentiente iurauit aliquam in vxorem recipere, eam recipiat et maritali affectione tractet, nisi rationabilem caussam prætendere possit.

IDEM *Pictauensi episcopo.*

Ex litteris venerabilis fratris nostri, 66) Senonensis episcopi, accepimus, quod, cum duo nobiles viri sui episcopatus W. scilicet de 67) Mostranda et 68) H. de Mauritania filios et filias impubescentes haberent, et spe pacis inter eos conciliandæ ira inter se 69) conuenerunt, quod filios et filias mutuis 70) ad inuicem matrimoniis sociarent, et hoc tam 71) parentes, quam filii sub iuramento se facturos promiserunt: inter quos 72) siquidem G. 73) filiam prædicti 74) H. consentiente patre, semel et iterum recipere in vxorem iurauit. Cumque, ipso volente ad alia vota migrare, eum episcopus sub districtione anathematis compellere voluit, vt, secundum quod iurauerat, filiam præfati 75) H. traduceret in vxorem; ipse ad audientiam nostram appellauit, et altera parte nuntium 76) ad nos destinante, 77) ipse nec venit, nec responsalem aliquem pro se transmisit. Quia igitur prædicto G. periculum 78) exibit contra iuramentum suum venire: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, cum exinde fueris requisitus, vtramque partem ante tuam præsentiam conuoces, et, rationibus hinc inde plenius auditis et agitatis, si tibi constiterit, quod præfatus G. præstito iuramento firmasset, quod filiam memorati 79) H. duceret in vxorem, eum 80) commoneatis, et auctoritate nostra 81) compellatis, vt 82) eam, nisi rationabilis caussa extiterit, in vxorem recipiat, et maritali affectione pertractet. Si vero rationabilem caussam prætendere voluerit: eam cum omni diligentia et studio audias et fine canonico, 83) omni appellatione cessante, decidas. Ceterum si legitime monitus 84) vel citatus, iudicio tuo parere 85) aut ad præsentiam tuam accedere contempserit: eum et patrem, 86) si fouere ipsum in sua malitia præsumserit, excommunicationis vinculo adstringas, et in tota terra ipsorum omnia diuina, præter baptisma paruulorum et pœnitentias morientium, prohibeas officia celebrari.

66) *Santonis.*
67) *Monda.*
68) *H.* loco *H.* idem habet.
69) *Conuenerunt.*
70) *Ad*, non præponit Hard.
71) *Patres.*
72) *Quidem.*
73) *Prioris filius*, addit idem.
74) *B.*
75) *B.*
76) *Suum*, adiicit id.
77) *Nec*, præmittit id.
78) *Extitit.*
79) *B.* rursus habet Hard.
80) *Moneas.*
81) *Districte compellas.*
82) *Ipsam.*
83) *Omni*, deest apud eundem.
84) *Vel citatus*, omittit id.
85) *Aut ad præsentiam tuam accedere*, non habet id.
86) *Suum*, deest apud eund.

CAP. XXVI.

Vt secundum matrimonium sollemne clandestino præiudicet, et vt matrimonium contra interdictum ecclesiæ contractum teneat etiam post adpellationem.

ALEXANDER III. 87) *Wint. Garon. Herfor. episcopis.*

Ex litteris venerabilis fratris nostri, 88) R. Cantuariensis archiepiscopi, apostolicæ sedis legati, ad audientiam apostolatus nostri peruenit, quod, cum G. de sancto 89) Leod. M. filiam suam absentem cuidam iuueni R. nomine desponsasset, postmodum quibusdam 90) personis mulieris consanguineis procurantibus memoratus R. cum ea præsente per verba præsentis temporis contraxit, sicut dicitur, matrimonium, fide hinc inde corporaliter præstita, quod vir mulierem de cetero sicut vxorem legitimam 91) haberet, et ipsa reuerenter ei sine contradictione sicut viro legitimo obediret, nilque defuit, nisi solennitas in facie ecclesiæ celebranda, quæ propter tempus quadragesimæ tunc non potuit effectui mancipari; 92) transacto vero tempore orta suspicione, quod præfatus R. desideraret ad alia vota transire, ad examen fuit iam 93) archiepiscopi caussa perlata, qui sub anathematis interminatione prohibuit, sicut ex litteris ipsius accepimus, ne, antequam de 94) scripto negotio plene constaret, vir ad secunda vota transiret, sed ipse præscripta prohibitione contempta filiam 95) Hu. de Posted. M. nomine in facie ecclesiæ sibi solenniter copulauit vxorem. Postmodum vero duabus mulieribus et viro coram archiepiscopo constitutis, præfatus R. publice confessus est, se cum Maria, sicut dictum est, 96) superius matrimonium contraxisse et aliam, scilicet 97) Mehtildam, quodam praua suggestione seductum, 98) postmodum accepisse. Maria vero 99) constanter asseruit, quod pater eius non 100) nouerat de voluntate eius, querelam adiiciens, quod inter ipsam et præfatum R. excepta sola fide de contrahendo matrimonio nulla obligatio intercesserat, quam quia ipse non seruauerat, minime seruare tenebatur, et ideo, quia eam, quam secundo acceperat, relinquebat. Cum autem 1) præfatus R. tanquam 2) propriam vxorem restitui postularet, et archiepiscopus vellet de 3) matrimonio cognoscere, ob id maxime, quia mulieres dicebantur sese consanguinitate contingere; ac per hoc tam incestus, quam adulterii vitium timebatur: Maria ad apostolicam sedem 4) appellans vocem emisit, et festum circumcisionis proxime 5) præstitum terminum appellationi præfixit. 6) Appellationi autem episcopus deferens

87) *Wintoniensi, Bathoniensi et Herefordensi episcopis.*
88) *R.* deest apud Hard.
89) *Leodegario Mariam filiam etc.*
90) *Ipsius.*
91) *Exhiberet.*
92) *Procedente.*
93) *Dicti*, addit Hard.
94) *Præscripto*
95) *Hugonis de Polstede, Mathildem nomine etc.*
96) *P...*
97) *Mathildem.*
98) *Postmodum*, non legit id.
99) *Frequenter.*
100) *Nouerat.*
1) *Præfatam.*
2) *Proprium virum.*
3) *Primo*, deest apud eund.
4) *Appellationis.*
5) *Præstitum*, omittit Hard.
6) *Appellationi vero archiepiscopus deferens.*

deferans eidem 7) M. sub periculo animæ 8) suæ et excommunicationis interminatione districtius interdixit, ne cui nuberet, donec caussa ipsa coram nobis vel coram delegatis ab apostolica sede iudicibus luceat debitum sortiretur: ipsa tamen de remedio appellationis confisa, cuidam alii W. nomine nihilominus nupsit, et 9) super hoc citata coram archiepiscopo suo noluit propter appellationem, quam 10) obiecerat, apparere. Cum igitur absentibus partibus non 11) videtur nobis negotium 12) diffiniendum: ipsum experientiæ vestræ, de qua confidimus 13) plene, committentes, præsentium auctoritate 14) mandamus, quatenus partibus ante præsentiam vestram conuocatis, inquiratis diligentius veritatem, et, si 15) nil extiterit, quod impediat, 16) propter consensum, qui inter præfatum R. et 17) M. asseritur 18) processisse, secunda matrimonia inuiolabiliter obseruanda, sublato appellationis diffugio, iudicetis. Licet enim contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota transire nequaquam debuerit: conueniens non videtur, vt ob id solum sacramentum coniugii dissoluatur. Alia tamen 19) pœnitentia debebit eis iniponi, 20) qui contra prohibitionem ecclesiæ hoc 21) fecerint. 22)

7) *Mariæ.*
8) *Suæ*, non adiicit Hard.
9) *Propter.*
10) *Obtetat.*
11) *Videretur.*
12) *Finiendum.*
13) *Plane.*
14) *Terminandum.*
15) *Nihil constiterit.*
16) *Preter.*
17) *Mariam.*
18) *Præcessisse.*
19) *Pœna debebat.*
20) *Quod*
21) *Fecerunt*
22) *Nonis Februarii*, addit id.

CAP. XXVII.

Ne puberes, qui sponsalia contraxerunt, postea reclamantes audiantur, omnino autem impuberes: vtque, si alter pubes, alter impubes, et hic reclamauerit, audiatur.

IDEM *Bathoniensi episcopo.*

De illis, qui infra annos aptos 23) matrimoniis contrahendis sponsalia contrahunt, siue vterque, siue alter, antequam ad annos aptos matrimoniis contrahendis 24) peruenerint, reclamet et postulet separari, non sunt 25) audiendi. Si vero 26) alter illorum ad annos matrimoniis contrahendis aptos peruenerit, infra eosdem annos altero existente 27) cum eodem sponsalia contrahuntur, si is, qui minoris ætatis est, cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit consentire: iudicio ecclesiæ poterunt separari ab inuicem. Vtrum autem mulier, quæ, postquam 28) annos nubiles attigerit, ei, quæ nondum ad annos aptos matrimoniis contrahendis 29) venerat, nupsit, ab eo, si quærat 30) discidium, debeat separari? consultationi tuæ taliter respondemus, 31) quia cum in eum semel 32) consensus erit; amplius 33) dissentire non 34) poterit aliquatenus vel diuertere: nisi forse 35) ipsa, cui nupsit, postquam ad annos 36) matrimonio aptos peruenerit, in 37) eam suum omnino negauerit præstare consensum.

23) *Existentes*, addit Hard.
24) *Perueniant, reclament et postulent.*
25) *Aliquatenus*, addit id.
26) *Alterutre eorum*
27) *Cum eadem*, Hard. non habet.
28) *Annos nubiles attigerit, et, qui nondum*, idem omittit.
29) *Venit.*
30) *Dissidium.*
31) *Quod.*
32) *Consenserit.*
33) *Consentire.*
34) *Potest*
35) *Ille nupsit.*
36) *Aptos matrimoniis contrahendis.*
37) *Eam*

CAP. XXVIII.

Ne vir aut mulier accusent suum matrimonium, aut alii, si octodecim annis tacuerint.

ALEXANDER III. *Burdegalensi archiepiscopo.*

Consuluit nos tua fraternitas, quid faciendum tibi sit de quodam milite, qui, cum mulierem quondam duxerit in vxorem, et eam tempore longo tenuerit, et prolem ex ea susceperit, nunc matrimonium 38) ipsum accusat, dicens, 39) se ei in quarto gradu consanguinitatis esse. Ad quod 40) itaque consultationi tuæ taliter respondemus quod si præfatus miles mulierem ipsam in facie ecclesiæ 41) duxit, et longo tempore 42) tenuit; non debet vox sua accusationis admitti, nisi personæ aliæ 43) idoneæ appareant et merito suspicionis carentes, qui matrimonium ipsum velint legitime et possint accusare: nec 44) eædem personæ admitti debent, si per XX. vel XVIII. annos insimul sine quæstione 45) mansissent.

38) *Suum.*
39) *Se et*, omittit Hard.
40) *Vtique.*
41) *Duxerit.*
42) *Tenuerit.*
43) *Et*, addit Hard.
44) *Heredes personæ.*
45) *Remanserint.*

CAP. XXIX.

Vt legitimus consensus matrimonium verum constituat, et eo reprehensibilius sit, quod cum alia postea factum est in coitu.

INNOCENTIVS 46) III. *Wintoniensi episcopo.*

Super eo, quod interrogasti de sacramento coniugii, breuiter 47) respondemus. Illam, quam dixisti a patre coniugi traditam, et ab eo, cui tradita 48) fuit, patri commendatam, donec statuta die in domum suam 49) traduceret, dico, quod legitimo consensu interueniente ex eo illarum coniux fuit, 50) quo sponsionem 51) confessione sese coniugem esse 52) consensit. Non enim futurum promittebatur, 53) si præsens 54) firmabatur. Quapropter, quicquid cum alia postmodum factum est in coitu, siue in generatione prolis, tanto reprehensibilius secundum est, quanto verius 55) est primum. Constante enim primo quanto amplius 56) - - committitur, tanto magis culpa augetur. His 57) igitur cognitis, facile erit discretioni tuæ negotium præsentium latoris debito fine terminare.

46) *III.* omittit Hard.
47) *Respondeo.*
48) *Fuerat.*
49) *Ille*, addit Hard.
50) *Quod*
51) *Voluntate.*
52) *Consenserit.*
53) *Sed*
54) *Confirmabatur.*
55) *Est*, omittit id.
56) *In Deum*, addit idem.
57) *Ergo.*

CAP. XXX.

Ne valeat eorum testimonium, qui post motam quaestionem vel ab accusatoribus consanguinitatem didicerunt; et vt nominentur personae, et gradus ex vtroque latere distinguantur: et ne, nisi per iudices discretos, et potestatem iudicandi habentes, caussa pertractetur.

58) ALEXANDER III. *Cassiarensi abbati.*

Ex litteris tuis ad nos directis accepimus, quod, cum quidam secreto 59) inductam mulierem subarrasset, et 60) eam cognoscens carnaliter cohabitasset cum ea per annum, 61) Mulduald us virum mulieris traxit in caussam, proponens, quod illam in potestate sua positam quasi fornicariam cognouisset, et cum vir et mulier iuramento firmauerunt, quod ab anno alter in alterius copulam maritalem consenserat, et de cetero sicut vir et mulier 62) cohabitauerint insimul. Cum autem nec iuramento fidem 63) iam dictæ mulieris procurator 64) habuerit: exegit eam publice subarrari. Quod cum vir 65) paratus esset facere in conspectu ecclesiæ: surrexerunt duo, 66) proponentes, præfatæ mulieris coniuges in quinto gradu 67) consanguinitatis se se contingere, quia pater 68) ipsius, qui eam subarrare volebat, priorem virum in quarto gradu consanguinitatis attigerit. Vnus autem ita se audiuisse iurauit, alius autem id 69) iuramento noluit firmare. Et ad hoc licet ille præfatam 70) mulierem subarrare distulerit: minime tamen ab eius cohabitatione discessit, processu vero temporis ad instantiam 71) Muduldi præfatus 72) publice matrimonium celebrauit, et postmodum fere cum vxore per annum permansit. Nunc autem quæstio prima reuixit, et iurauerunt duo coram archiepiscopo 73) Labdriol., vt dicis, quod primus vir 74) fuerit in V. gradu consanguinitatis 75) partis præsentis viri. Vnde quia diuersi diuersa sentiunt, quid in hoc casu agendum sit, quæris 76) nostris litteris edoceri. Quocirca discretioni tuæ per apostolicam sedem 77) præcipiendo mandamus, quatenus vtramque partem ante tuam præsentiam conuoces, et facias testes coram te iurata, 78) ad hoc inquiras, a quibus, et quando didicerint, quod testantur. Si vero post motam quæstionem didicerint; non est iam dictum matrimonium dissoluendum: similiter nec si ab accusatoribus matrimonii didicerint. Inquisita vero veritate diligenter, si per testes circumspectos et omni exceptione maiores inueneris, quod primus vir patrem superstitis 79) in V. vel IIII. gradu consanguinitatis attigerit: non 80) differatis, sententiam diuortii promulgare. Aequa enim, vt canones dicunt, abstinendum est a consanguineis vxoris 81) et propriis vsque ad 82) VII. gradum. Caterum prudentiam tuam nolumus latere, quod personæ idoneæ sunt nominandæ, et gradus distinguendi ab vtroque latere, et computandi: nec sunt caussæ matrimonii tractandæ per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem 83) habeant iudicandi, et statuta canonum super his nequaquam ignorent.

58) *Idem Cassiarensi abbati.*
59) *Mulierem viduam*, omissa voce: *inductam.*
60) *Eam*, deest apud Hard.
61) *Mundualdus.*
62) *Simul cohabitarant.*
63) *Iam dictæ*, omittit Hard.
64) *Habuit.*
65) *Publice*, adiicit id.
66) *Proponentes.*
67) *Vel sexto*, addit id.
68) *Eius.*
69) *Iurare voluit et ob hoc licet etc.*
70) *Viduam.*
71) *Mundualdi*
72) *Vir*, addit id.
73) *Plebano*, velut dicat.
74) *Fuit*
75) *Patri.*
76) *Meis.*
77) *Præcipiendo*, deest apud eund.
78) *Et adhuc inquiras.*
79) *In quinto vel sexto gradu attigerit etc.*
80) *Differas.*
81) *Ac*
82) *Sextum gradum.*
83) *Habeant.*

CAP. XXXI.

Vt, qui de matrimonio contrahendo fidem dederunt, commoneantur eam seruare.

IDEM *Exoniensi episcopo.*

Præterea hi, qui 84) in matrimonio pure contrahendo et sine omni contradictione fidem 85) dederint et iuramentum fecerunt, commonendi sunt, et diligentius exhortandi, et omnibus modis inducendi, vt fidem præstitam, vel iuramentum præstitum, obseruant, et ie, sicut 86) promiserint, contingant.

84) *In*, non præponit Hard.
85) *Dederunt, aut.*
86) *Promiserunt, coniungant.*

CAP.

CAP. XXXII.

Ne mulier, quae se nupturam iurauit, cogatur nubere: et ne illa, cuius vir cum matre adulterium vel incestum commisit, viro suo carnaliter coniungatur, aut eo viuente cum alio matrimonium contrahat.

LVCIVS III. 87) *Rapinensi episcopo.*

Requisiuit a nobis tua fraternitas, qua censura debeat compelli mulier, quae iurisiurandi religione neglecta nubere renuit, cui se nupturam interposito iuramento firmauit. Quaesiuisti etiam, 88) vtrum illa, cuius vir thorum matris polluit, ad alia vota cum 89) matre filii desiderarat, viro possit viuente transire; ad quod 90) tibi breuiter respondemus, quod mulier, quae se nupturam iurauit, cum libera debeant esse 91) de iure matrimonia, monenda est potius, quam cogenda: maxime cum coactiones 92) difficiles solent frequenter exitus habere. Illa sane, cuius vir cum matre adulterium et incestum commisit, nec viro suo coniungi carnaliter, nec eo viuente matrimonium cum alio 93) contrahere debebit.

87) *Capitaneo.*
88) *Et etiam etc.*
89) *Filiis desideret.*
90) *Tibi*, non legit Hard.
91) *De iure*, non habet idem.
92) *Huiusmodi*, addit idem.
93) *Inire valebit.*

CAP. XXXIII. 94)

Vt mulier, quae sponsalia iuramento firmata neglexit, et contra prohibitionem alii nupsit, in domum matris redeat, et post mensem iterum reuertatur.

ALEXANDER III. *Paduano episcopo.*

Litterae, quas tua deuotio destinauit, expresse declarant, quod quidam parochianus tuus sororem suam iam nubilem cuidam se daturum, ea praesente et consentiente, praestito iuramento firmasset; et illa non post multos dies dona et matrimonii viri sponte secundum morem terrae suscipiens, ipsum tanquam proprium virum saepe amplexata est: tandem mortuo fratre a proprio viri suo fratre se desponsari permisit, et, quod ab eo cognita fuisset, mendaciter asserit. Cumque fraternitas tua prohibuisset, ne cui illorum vel alicui se copularet: ipsa spretis monitis tuis alii nubere non formidauit. Demum cum vtrumque ante te conuocasses, et mulieri praecepisses, vt in domum matris rediret: ipsa ad nostram audientiam appellat. Vnde fraternitati tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus, si ita est, vt superius narratum, praefatam mulierem, ne mandatis tuis contemptibilis esse videatur, ad domum matris, appellatione remota, compellas, et imposita sibi sententia de tanto excessu, eam, postquam in domo materna per mensem steterit, iterum reuerti permittas.

94) Hoc cap. in Harduini collectione deest.

CAP. XXXIV. 95)

Susceptus habitus, ne contrahatur matrimonium, impedit, sed consummatum non dissoluit: et ne diaconus ob caussam homicidio datam fiat sacerdos.

ALEXANDER III. *Lucensi episcopo.*

Consuluit nos tua dilectio, quid faciendum sit de nobili muliere, quae post mortem mariti, vestibus abiectis pretiosis, mutauit habitum et de manu presbyteri velamen sumpsit, sed non renuntiauit propriis, nec intrauit claustrum, nec in manu alicuius episcopi aut abbatis vel abbatissae, aut super altare professa est, vel obedientiam promisit; postmodum vero anno elapso, cum multorum inquietudines ferre non posset, et lapsum incontinentiae formidaret: abiecto religionis habitu, cuidam nobili solenniter per licentiam ecclesiae nupsit. Super hoc itaque consultationi tuae taliter respondemus, quod, sicut simplex votum matrimonium impedit contrahendum, non dirimit contractum, ita sine professione susceptus habitus, ne contrahatur, impedit, sed consummatum non dissoluit. De cetero noueris, quod diaconus, quem litteratum asseris et honestate praeditum, qui homicidio caussam dedisse videtur, sicut ex tenore tuarum litterarum perpendimus, non videtur ad sacerdotium promouendus.

95) Hoc capitulum in Harduino deest.

CAP. XXXV. 96)

Vt viris a rege Angliae restituantur vxores.

IDEM *archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis, et vniuerso clero per Angliam et cismarinam terram illustris regis Anglorum constitutis.*

Non est vobis, sicut arbitramur, incognitum, qualiter illustris rex Anglorum pro discordia, quae inter ipsum et filios suos, peccatis exigentibus, est exorta, vxores eorum detinet, pro quibus sibi restituendis rex Francorum et generi sui preces sollicitas nobis porrexerunt. Nos itaque attendentes, iustum et honestum esse, vt viri suas petant vxores, et precibus eorum in omnibus, quae a iustitia non discordant, volentes prono animo acquiescere: praefatum regem Anglorum studiose satis et attente monuimus, atque dedimus in mandatis, vt ad commonitionem archiepiscopi Can. vel loco eius priore, si ipse adesse non poterit vel duorum ex his, si tres non poterint interesse, vxores eorum infra XL. dies post litterarum nostrarum susceptionem restituere non postponat. Si vero eas post praedictum terminum viris suis non restituerit: apostolica auctoritate praecipimus, vt totam prouinciam, in qua detinentur, et ad quam transferuntur, quamdiu ibi fuerint, donec viris suis restituantur, ab omnibus diuinis officiis praeter baptisma paruulorum et poenitentias morientium cessent. Inde est, quod fraternitati tuae per apostolicam sedem praecipiendo mandamus, quatenus eundem gloriosum regem Anglorum ad eas restituendas sollicite moneatis, et exhortationibus inducatis, proponentes ei, quod non minus expedit ei, eas restituere, quam viris suis, eas recipere. Et, si iuxta mandatum et commonitionem filiis suis vxores suas infra terminum constitutum non restituerit: extunc, in quacunque prouinciarum nostrarum detinentur vel transferuntur, donec ibi fuerint, praeter baptisma paruulorum et poenitentias morientium nulla officia celebretis vel celebrari permittatis, omni appellatione cessante. Scituri pro certo, quod, si qui contra interdictum vestrum, quod non credimus, venire tentauerint, suae temeritatis et transgressionis poenam debitam auctore Domino reportabunt.

96) Hoc capit. quoque in Harduino deest.

CAP. XXXVI.

Vt sacerdos infirmum, vno tantum praesente clerico, vel etiam solus, inungat. Item, vt festum B. Matthiae in anno bissextili, prima vel secunda die celebretur. It. ne mulier a viro suo pro crimine aliquatenus separetur, nisi ubi eum ad molestias transire contigerit: vtque de viris idem statuatur.

IDEM 97) *Vidrosiensi episcopo, apostolicae sedis legato in XIIII. L. R.*

Quaesiuit a nobis tua fraternitas, vtrum sacerdos vno clerico tantum praesente infirmum debeat inungere, et qua die festum beati Matthiae in anno 98) bissexti debeat obseruari, praesertim cum quidam inter vigiliam ac festum velint diem interponere, 99) taliter tibi respondemus. Sacerdos vno clerico praesente, et etiam solus potest infirmum inungere. 100) *et infra.* Festum beati Matthiae siue fiat in praesenti die, siue in sequenti, qui duo quasi pro vno reputentur, nullus est error, sed ecclesiae consuetudo 1) seruetur. *et infra.* 2) Mulier pro furto 3) et alio crimine viri sui, nisi ipse eam ad maleficia sua trahere nitatur, et fidei suae religionem corrumpere velit, non debet ab eo separari, nec alii aliqua ratione copulari 4) in matrimonio. Verum si coniugem suam ad 5) maleficium traxerit: mulier a viro 6) suo recedere poterit 7) separate. Itaque ei nubere non licebit alii: quia licet separentur, tamen semper coniuges erunt. Viris quoque praesens 8) forma seruetur.

97) *Vidrosiensi* etc. omittit Hard.
98) *Bissextili.*
99) *Et vtrum mulier pro latrocinio, aut alio quolibet crimine, a viro suo debeat separari, et alii nubere; et de viro simili modo exposuisti quaestionem, vtrum pro quolibet flagitio possit a coniuge sua diuidi et aliam sibi legitimo matrimonio copulare. Nos itaque tibi duximus taliter respondendum, quod sacerdos vno etc.*
100) *Festum vero beati Matthiae iuxta regulam ecclesiasticam vigilia externus praecedat, vt nec pro bissexto, nec quolibet alio modo inter se et solennitatem admittant aliquam diem, in qua vtique vigilia, nisi eueniat in dominica die, ieiunium celebratur. Ipsum autem festum siue in praesenti die, siue etc.*
1) *Teneatur.*
2) *Quod autem*, addit Hard.
3) *Vel quolibet alio crimine a viro separetur, et alii nubere possit et viro similiter eadem lege, consistatur: taliter respondemus, quod mulier pro furto vel alio crimine viri sui etc.*
4) *In matrimonio*, omittit Hard.
5) *Errorem.*
6) *Suo*, deest apud eumd.
7) *Et separari ita, quod et alii nubere non licebit: quia etc.*
8) *Sententia.*

CAP. XXXVII.

Vt, licet quis, sponsam habens, quam non cognouit, aliam acceperit et cognouerit, ab hac separetur, et primae, per verba de praesenti sibi desponsatae adhaereat: sin de futuro, et ei de violatione iuramenti poenitentia iniungatur. It. vt lite pendente nihil innouetur. It. vt matrimonium contra edictum ecclesiae, et vt contractum irritetur. It. vt in dubiis veritas fama inquiratur, et instrumentum cognitum habeatur ratum et firmum.

IDEM *Ianuensi episcopo.*

Tua fraternitas nos 9) consuluit, quid agere debeas de his, qui desponsant aliquas mulieres, et processu temporis, antequam eas ducant, vel cognoscant, accipiunt alias in vxores. 10) Super quo itaque taliter consultationi tuae respondemus, quod, si vir et mulier receperint sese expresso mutuo consensu de praesenti, neuter eorum, altero superstite, 11) et non transeunte ad religionem, poterit ad alia vota transire, etsi possit ad monasterium transmigrare. Verum si inter ipsos non accessit consensus de praesenti mutuus, sed promissio de futuro, 12) videlicet quod vterque dixerit alteri: ego te recipiam in meam, et ego te in meum; si alius mulierem [illegible] illam 14) desponsauerit et traduxerit, 15) etiamsi inter primos [illegible]-mentum,

9) *Duxit consulendos.*
10) *Super hoc vtique.*
11) *Et non transeunte ad religionem*, omittit Hard.
12) *Scilicet.*
13) *Illam*, deest apud Hard.
14) *Desponsauerit et traduxerit.*
15) *Etsi.*

tum, sicut diximus, 16) fuerit de futuro: huius desponsationis intuitu secundum non poterit separari matrimonium, sed de violatione 17) pœnitentia est eis iniungenda. De aliis vero, qui coram te super desponsatione facta per consensum mutuum de præsenti controuersiam 18) mouerint, et post appellationem, quam ante sententiam et cognitionem caussæ ad sedem apostolicam interponunt, 19) appellatione pendente, accipiunt alias 20) vxores, hoc arbitramur agendum, vt, si amodo in tali casu 21) duxerint appellandum, eis 22) ecclesiam publice debes districtius interdicere, ne ante decisionem caussæ aliud contrahant matrimonium. Et si contra interdictum ecclesiæ præsumpserint venire: matrimonium tam præsumtuose contractum poteris irritare. De illis 23) autem, qui in minori ætate desponsantur, traduntur et coniunguntur, et processu temporis diuortium postulant, minorem allegantes ætatem, aut vim sibi a parentibus factam, hoc inquisitioni tuæ litteris præsentibus respondemus, quod, si ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi; minoris ætatis intuitu non debent ab inuicem separari, si vnus in alium visus fuerit consensisse: cum ætatem videatur malitia 24) suppleuisse. Sed cuiuscunque ætatis fuerint, se possunt per 25) violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat. 26) Illud quoque nihilominus ex tua inquisitione nobis innotuit, quod, cum quædam libera mulier per annos X. et vltra cuidam seruo scienter cohabitauerit, et ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipsum, asserit, suum non esse maritum, pro eo, quod testes desponsationis non comparent. Verum vir vendicat eam in vxorem et ostendit publicum instrumentum, quo sese coniuges 27) nominant, et 28) per quod ipsum ei donationem propter nuptias fecisse 29) comparet. Mulier vero instrumentum illud vitiosum fuisse fatetur, vt suo 30) dominus fraudaretur, et plures testes produxit, 31) quoniam seruus ille ab 32) amicis mulieris sæpe rogatus 33) fuerit, vt eam desponsaret, et ille se eam non desponsasse, nec 34) desponsaturum firmiter asserebat. Vir autem non nisi 35) prædicto instrumento, et quibusdam aliis testibus, qui 36) videant eam annulos deferentem, mulierem 37) ipsam probauit esse vxorem. Sed mulier more illarum, 38) quæ panes vendunt, se annulos detulisse dicebat. Vnde 39) quia in huiusmodi dubietate famæ 40) loci et viciniæ magis debet attendi: tuæ sollicitudinis erit famam 41) loci diligenter inquirere, vt prædictus vir in lecto eam, et in mensa sicut suam vxorem vel concubinam habuerit. Et si fama loci habet, quod sicut vxorem 42) suam vir ipsam tenuerit, cum matrimonium sit maris coniunctio et feminæ indiuiduam vitæ consuetudinem retinens: cogenda est mulier, vt eidem viro affectu seruiat coniugali; præsertim si præscriptum instrumentum ab eo 43) conditum fuerit, qui officium suum fideliter adimpleuerit.

15) *Fuit.*
17) *Iuramenti*, addit Hard.
18) *Mouent.*
19) *Et*, præmittit Hard.
20) *In*, præponit idem.
21) *Aliquis*, addit idem.
22) *In ecclesia publice interdicat.*
23) *Vero.*
24) *Suppleße.*
25) *Metum*, adiicit.
26) Nouum hic Harduinus inchoat capitulum.
27) *Nouerant.*
28) *Propter.*
29) *Adparet.*
30) Scil. *seruo*, sed verba: *vt suo dominus frandaretur*, desunt ap. Hard.
31) *Quod.*
32) *Inimicis.*
33) *Fuerit*, non habet Hard.
34) *Desponsaturam.*
35) *Publico.*
36) *Viderant.*
37) *Propriam.*
38) *Mulierum*, addit Hard.
39) *Quoniam.*
40) *Loci et*, omittit Hard.
41) *Loci diligenter*, omittit idem.
42) *Aut concubinam*, addit idem.
43) *Cognitum.*

CAP. XXXVIII. 44)

Vt maritus ab impetitione alius mulieris absolutus pacifice maneat cum vxore sua: licet contra ipsum militare videantur et testes et spiritualis cognatio, super qua ipsi silentium imponendum.

ALEXANDER III. *Barensi archiepiscopo.*

Veniens ad nos P. ciuis tuus in audientia nostra proposuit, quod cum ipse mulierem quandam E. nomine iurasset, et desponsasset, et cognouisset, quædam mulier B. nomine ipsum impetiit coram te, et quod se eam iurasset ducturum in vxorem, in præsentia tua duobus testibus declarauit, et adiecit etiam idem P. quod mater eius parata sit fidem facere, quod præfatam B. de sacro fonte leuauit. Et ideo, etiamsi nullam aliam iurasset et desponsasset mulierem, illam de ratione habere non potest. Licet autem ille vir assereret, a tua se audientia appellasse; quia tamen ad tuam audientiam redire desiderat: caussam ipsam experientiæ tuæ committentes, præsentium auctoritate per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus præsentibus partibus, veritate inquisita, si tibi constiterit, quod præfatus vir mulierem E. desponsasset et cognouisset, et quod præfatam B. tantum iurauerat, ab impetitione eiusdem B. iniunctam sibi pœnitentiam [illegible] fidei violatione, contradictione et appellatione cessante, prorsus [illegible], et cum eam iam dicta E. pacifice manere permittas, aut si coram te probatum fuerit legitime, quod mater eiusdem viri præfatam B. de sacro fonte leuauerit, ei super hoc perpetuum silentium impones. Quod si manifestum et notorium esset, ipsum eam in vxorem duxisse, ab eius consortio, si ita esset, deberet separari.

44) Hoc capitulum in Harduino deest.

CAP. XXXIX.

Ne admittantur testes ad accusationem matrimonii, qui tempore contracti matrimonii consanguinitatem scientes siluerant.

IDEM 45) *H. Exoniensi episcopo.*

Peruenit ad audientiam nostram, quod 46) Wigandus de Tela et M. vxor eius in tali sunt linea consanguinitatis coniuncti, quod nullo modo 47) possint insimul legitime commorari. Vnde quoniam ad 48) hæc magna discretio adhibenda est: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus si aliqui apparuerint, qui velint et possint legitime matrimonium ipsum 49) impetere, vtraque parte ante 50) te conuocata, quanto tempore cohabitauerint, diligenter ac studiose perquiras, et vtrum tempore, quo coniuncti fuerunt, accusatores siluerint, et eos coniungi debere cognouerint, sollicite inuestiges. Quod si illo tempore coniunctionis hoc sciuisse et siluisse constiterit: de cetero graue esset, eos 51) audire. Tolerabilius est enim aliquos contra hominum statuta copulatos 52) simul relinquere, quam coniunctos quoslibet legitime contra statuta Domini separare. Si vero matrimonium 53) recenter est contractum, vel notitiam eius tempore contractus ad 54) accusationes peruenisse non 55) constiterint: fama viciniæ et personarum sollicite perscrutata, caussam audias et eam fine canonico studeas terminare.

45) *R.* est apud Hard.
46) *Hugo de Kalega et* etc.
47) *Possunt.*
48) *Hoc.*
49) *Impugnare.*
50) *Præsentiam tuam conuocata.*
51) *Audiri.*
52) *Simul*, deest apud Hard.
53) *Ipsum*, adiicit idem.
54) *Accusatores.*
55) *Constiterit.*

CAP. XL. 56)

Vt maritum ab hæresi reuersum recipiat mulier, nisi iudicio ecclesiae ab eo sine spe matrimonii redintegrandi recesserit.

VRBANVS III. *Florentino episcopo.*

De illa vero, quæ viro suo labente in hæresin ipsius consortium declinauit, vtrum reuertente illo ad catholicam vnitatem ad redintegrandum matrimonium sit cogenda, videtur nobis, quod si mulier ea duntaxat intentione discessit, vt lapsus in hæresim tædio pariter et confusione affectus, se ab errore suo conuerteret: ei, cum reuersus fuerit, est reddenda, quæ etiamsi reuerti noluerit, compellatur. Si vero iudicio ecclesiæ ab eo sine spe matrimonii redintegrandi recessit, ad eum recipiendum nullatenus dicimus compellendam.

56) Hoc capitulum in Harduino deest.

TITVLVS LIX.

DE EO, QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXORIS SVAE VEL SPONSAM PATRIS SVI VEL SPONSAE PROPRIAE CONSANGVINEAM.

CAP. I.

Vt is, qui matrem vel sororem vel filiam vxoris suae cognouerit, perpetuo sine coniugio permaneat, et ipsa.

ALEXANDER III. *Wigorniensi episcopo.*

Si 57) aliquis parochianorum tuorum matrem vel sororem vel filiam vxoris suæ carnaliter forte cognouerit, et hoc publicum 58) vel manifestum extiterit: ab ea est penitus separandus et vterque illorum, scilicet tam mœchus, quam mœcha, 59) debent sine coniugio manere. Si autem 60) id occultum fuerit et secretum, pœnitentiam de commisso debet accipere, et vxori suæ infra tempus pœnitentiæ, vel extra, si exegerit, debitum soluere. Sane si 61) aliquis vxoris suæ consanguineam, quæ illi in tertio gradu 62) et deinceps contingat, carnali commixtione cognouerit, non est propterea diuortium inter eos celebrandum, sed delinquenti secundum qualitatem personæ et criminis est pœnitentia iniungenda.

57) *Quis.*
58) *Et.*
59) *Debet sine spe coniugii perpetuo permanere.*
60) *Hoc.*
61) *Aliquam.*
62) *Vel deinceps.*

CAP. II.

Ne, si quis puellam nondum septennem desponsauerit, et postea eius matrem in vxorem duxerit, tales coniuges separentur.

IDEM.

Litteras fraternitatis tuæ 63) accepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod quidam parochianus tuus nomine A. cum esset perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsauit, procedente

63) *Suscepimus.*

dente vero tempore idem A. matrem puellæ cognouit, et eam in vxorem duxit. Vnde, quia dubitas, an huiusmodi matrimonium stare debeat, a nobis exinde consilium postulasti. Super quo fraternitati tuæ 64) taliter respondemus, quod si memoratus vir matrem præfatæ puellæ, antequam puella 65) ipse VII. annos habuisset, in vxorem accepit, matrimonium non dissoluas, sed eundem virum præfatam mulierem, sicut vxorem libere tenere permittas: cum huiusmodi 66) desponsationes nullæ sint, quæ in cunabilis 67) fiunt. Verum si, postquam præfata puella VII. annum compleuit, prædictus vir matrem eius in vxorem accepit, cum sponsalia extunc placere consueuerint: inter eos sententiam diuortii non differas promulgare, nec ipsum filiam seu matrem in vxorem 68) accipere.

64) *Duximus respondendum.*
65) *Illa annum septimum impleßet.*
66) *Dispensationes.*
67) *Facta sunt.*
68) *Habere permittas.*

CAP. III.

Quid iustum sit circa adulterium filii, iam vxorem habentis, cum patris sponsa commissum?

IDEM. 69)

Præsentium lator P. cum literis tuæ fraternitatis ad nostram præsentiam accessit, ex quarum tenore innotuit, quod pater eius quandam sibi iuuenculam desponsauit, ipsiusque, 70) vt 71) eam adduceret, 72) illi destinauit, sed ipse diabolico instinctu, licet vxoreius, sponsam patris 73) carnali commixtione corrupit. Cumque patretum scelus ambo celarent: pater ignarus sceleris commissi, 74) sponsæ suæ secundum morem accessit. 75) Tandem is 76) diuina miseratione compunctus ad præsentiam 77) nostram accessit, et crimen, quod illicite commiserat, humiliter confessus est. Mulier vero interrogata prius negauit, sed postea discussione cautius facta, eandem culpam confessione propria patefecit. Quod cum patri eius innotuisset: vehementi dolore commotus ad te pro consilio venit. Constitutis igitur in facie ecclesiæ tribus prædictis, licet clerici tui 78) in suo abundarent sensu 79) diuersa dantes consilia: vnum tamen omnium consilium fuit, vt super 80) hoc instanti 81) articulo in caussa tam difficili apostolicum 82) esset consulendum oraculum. Indicta itaque patri continentia et vxori suæ, filium pœnitentem cum litteris tuis rei veritatem 83) continentibus ad nostram curasti præsentiam destinare, quærens tibi formam 84) describi, quam in similibus, si forte 85) per diabolicam cooperationem 86) emerserint, obseruari: et quam eis debeas satisfactionem imponere, 87) rescripto nostro postulas edoceri. 88) Tuis quoque inquisitionibus respondemus dicentes, præsentium tibi significatione mandamus, quod si pater, postquam rei conscius fuit, vxorem suam non carnaliter cognouit; de priori commixtione 89) aut nullum aut leue peccatum incurrit: ei tamen 90) vel alii 91) illa viuente non poterit copulari. Ceterum si sciens facinus eidem mulieri carnaliter 92) adhæsit: ei septennis pœnitentia indicatur, nec illi, nec alii carnaliter de rigore commisceri valebit. Mulieri 93) vero perpetuam continentiam et XIIII. annorum pœnitentiam duximus imponendam.. Lator autem præsentium totidem annis pœniteat; ab vxore tamen legitime, quam 94) prius habuerit, nisi de communi consensu, nullatenus separetur.

69) *Tolleni episcopo*, addit Hard.
70) *Tempus*, addit idem.
71) *Illam.*
72) *Illi*, omittit idem.
73) *Sui*, addit idem.
74) *Ad sponsam suam secundum* etc.
75) *Tum.*
76) *De*, addit Hard.
77) *Vestram.*
78) *In suo*, omittit idem.
79) *Diuersa*, addit idem.
80) *Hoc*, deest apud eund.
81) *Periculo*
82) *Oraculum adirent.*
83) *Confessam*, *ad* etc.
84) *Præscribi.*
85) *Aliquod tale*, addit Hard.
86) *Emerserit*, *debeat obseruari.*
87) *Scripto.*
88) *Tua igitur inquisitioni respondentes*, *præsentium* etc
89) *Aut*, non habet Hard.
90) *Viuenti*, adiicit idem.
91) *Ea.*
92) *Adhæserit.*
93) *Quoque.*
94) *Habuerat.*

CAP. IV.

Vt is, qui, sponsa intacta, matrem eius cognouit, cum alia matrimonium contrahat, et illa alii nubat.

IDEM *Pictauiensi episcopo.*

Veniens ad nos P. lator præsentium litteras fraternitatis tuæ nobis 95) præsentauit, ex quarum tenore perpendimus, quod 96) quandem duxerat in vxorem, quam quidam dissuaserat ei per mensem, quo eam duxerat, carnaliter cognoscere. Contigit autem, sicut diximus, quod pater iussit vxorem suam, quæ mater erat sponsæ, in lecto busta iacere, quam, diabulo instigante, cognouit. Transacto vero mense iam patet, quam alii 97) egerunt, vt matrimonium cum sponsa sua consummaret, quod facere noluit, donec tecum super hoc loqueretur. Tu vero, audita eius confessione, ipsum cum litteris tuis ad sedem apostolicam transmisisti. Tuæ igitur inquisitioni taliter 98) duximus respondendum, quod si occultum esset 99) hoc peccatum, non posset matrimonium rescindere, quod publice contraxisset. 100) Vnde si publicum est, quod 1) matrem sponsæ 2) cognouisset, et sponsæ carnaliter non adhæsit: imponenda est 3) ei pœnitentia paulo maior, quam 4) pro adulterio, et exinde peracta pœnitentia vel parte, 5) poterit ex dispensatione matrimonium cum alia contrahere, et illa alii nubere. Ceterum si sponsam cognouerit antequam matrem, vel 6) postea, nunquam poterit eam vel 7) filiam in vxorem accipere.

95) *Reportauit.*
96) *Cum quandam vxorem duxisset*, *quidam dissuasserunt ei per* etc.
97) *Propinqui coëgerunt.*
98) *Respondemus*
99) *Huius delictum.*
100) *Verum*
1) *Matri sponsæ.*
2) *Carnaliter adhæsit, imponenda* etc.
3) *Et*, non habet Hard.
4) *De*, loco: *pro*, habet idem.
5) *Pœnitentia*, addit idem.
6) *Post.*
7) *Aliam.*

CAP. V.

Vt, qui sponsa intacta, eius consanguineam cognouit, ab adfectatione illius absoluatur.

IDEM 8) *Ber. archiepiscopo.*

Super eo, quod iuuenem quendam asseris 9) quandam puellam iurasse nondum nubilem fide interposita, quæ 10) nunc facta nubilis virum repetit, et excipit ille, dicens, se non debere 11) illam ducere, pro eo, quod postquam 12) puellam affectauerit, propinquam eius carnaliter cognouit, inquisitioni tuæ taliter 13) duximus respondendum, quod si manifestum est, eundem iuuenem cognouisse propinquam iam dictæ puellæ, aut si manifestum non est, et id fama loci 14) non habet, cum sponsio esset tantum de futuro: idem iuuenis 15) ab affectatione puellæ potest et debet absolui.

8) *Burdegalensi episcopo.*
9) *Quandam*, non adiicit Hard.
10) *Dum.*
11) *Eam.*
12) *Eam affidauit.*
13) *Respondemus.*
14) *Non*, deest apud Hard.
15) *A puella.*

CAP. VI.

Quid faciendum sit ei, qui siue matrem siue sororem eius, quam postea duxit in vxorem, ante aut post matrimonium contractum cognouit?

IDEM. 16)

Super eo, quod a nobis tua sollicitudo 17) quæsiuit, vtrum 18) scilicet ille, qui prius 19) cognouit siue matrem, siue sororem eius, quam postea ducit in vxorem, teneatur 20) eidem reddere carnale debitum, et ab ea non possit exigere, quod etiam consilium dandum sit ei, qui 21) secretius confitetur, cum probari non possit, nec ipse continere vlterius velit, tuæ 22) prudentiæ duximus respondendum, quod attentius est monendus, vt vxorem 23) laboret inducere ad continentiam 24) obseruandam, vt, si illa continere voluerit, continentiam simul obseruent. Si autem ad hoc induci non possit: et debitum vir soluat, et de commisso pœnitentiam agat. In hoc vero casu, cum aliquis post contractum matrimonium vxoris suæ 25) matrem 26) vel sororem cognoscit, id ipsum, quod in priori, 27) obseruetur.

16) *Exoniensi episcopo*, addit Hard.
17) *Requisiuit.*
18) *Scilicet*, omittit idem.
19) *Cognouerat.*
20) *Ei soluere.*
21) *Hoc*, adiicit idem.
22) *Petitioni.*
23) *Suam*, adiicit Hard.
24) *Seruandam*
25) *Suæ*, addit idem.
26) *Siue.*
27) *Seruetur.*

CAP. VII.

Vt ducens coniugem septennem separetur ab eius consobrina, quam postea duxit.

EVGENIVS PAPA 28) *Exculepio presbytero.*

Iuuenis ille, qui puellam nondum septennem duxit, quamuis ætas repugnaret, ex humana fragilitate tamen 29) forsitan tentauit, quod complere non potuit. Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius æstimauimus, tenere debemus, tum propter honestatem ecclesiæ, quia ipsa coniunx ipsius 30) fuisse dicitur, tum propter prædictam 31) dubietatem: mandamus tibi, vt consobrinam illius puellæ, quam postmodum duxit, ab eo diuidas.

28) *Eugenius tertius. Sed presbytero.*
29) *Forsitan*, omittit Hard.
30) *Esse.*
31) *Dubitationem.*

CAP. VIII. 32)

Ne ulli de se confitenti in quolibet negotio contra alium, nedum in matrimonialibus, credatur, et vt periuro imponatur pœnitentia.

ALEXANDER III. *Spalensi episcopo.*

Continebatur in litteris tuis, quas nobis tua fraternitas destinauit, quod quidam parochianus tuus cum multis lacrymis et suspiriis publice confessus est, quandam mulierem pollutione illicita cognouisse, et sororem eius matrimonio postmodum copulasse. Cum autem instanter et sollicite pœnitentiam sibi cum lacrymis imponi peteret de commisso, nec tu eius assertioni fidem duceres adhibendam, exinde curam te corporaliter præstitit iuramentum, sed nunc se mentitum fuisse et sponte periurium incurrisse proponit, pœnitentiam

32) In Hardu͂ino hoc capitulum deest.

de periurio postulans et requirens. Vxoris vero eius tanquam sui affinis consortia aspernatur, requirit diortii sententiam fratri et alii legitime copulari. Sane, cum sis discretus et prouidus, mirabile gerimus, quod iuramentum illius super hoc recepisti, maxime quia pollutione extraordinaria ab vxore sua diuidi non debet, et nemini de se confesso contra alium in quolibet negotio; nedum in tanto sacramento est credendum. Inde est, quod fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus tam virum, quam vxorem sese compellas, dilatione et appellatione cessante, recipere et coniugali affectione tractare et prædicto viro pœnitentiam imponere non postponas.

CAP. IX.

Pœna Sarracenorum rapientium mulieres et pueros; it. ne diuortium decernatur ex confessione mariti perhibentis, se rem habuisse cum vxore fratris, antequam huic iuncta fuisset matrimonio, nisi hoc notorium sit: et vt grauiter plectatur mulier christiana, cum marito Sarraceno.

ALEXANDER III. 33) *Panorm. episcopo.*

In archiepiscopatu tuo dicitur contigisse quandoque, quod sarraceni mulieres 34) et pueros rapiunt, et eis abuti præsumunt, et quosdam 35) occidunt. Cum autem excessus huiusmodi 36) dilectus in Christo filius noster rex Siciliæ illustris tibi et aliis personis ecclesiasticis, quæ pontificali 37) sunt præditæ dignitate, commiserit puniendos: quid de sarracenis agendum sit, qui fuerint in tam 38) nefario scelere intercepti, tua nos duxit prudentia consulendos: super quo vtique consultationi tuæ 39) respondemus, quod si tales in iurisdictione tua sint, vel in posterum fuerint intercepti, eos pecuniaria poteris pœna mulctare, et etiam flagellis afficere, ea 40) moderatione adhibita, quod flagella in vindictam 41) transire minime videantur. Si vero ita 42) fuerit super hoc 43) grauis sarracenorum excessus, quod mortem vel 44) detruncationem membrorum debeant sustinere: vindictam ipsam 45) exercendam reserues regiæ potestati. 46) De illo autem, qui, se vxorem fratris sui, antequam ei matrimonio 47) coniungeretur, cognouisse 48) proposuit, hoc tuæ prudentiæ 49) volumus respondendum, quod, nisi fuerit publicum et notorium, aut 50) legitimis testibus 51) comprobatum, ipsum prius 52) prælatam mulierem carnaliter cognouisse, prædictum matrimonium occasione illa 53) impetı non permittas. Super eo vero, quod asseris, sarracenum quendam de muliere christiana, quam 54) per XIIII. annos 55) tenuit, filios suscepisse, discretioni tuæ duximus 56) præsentibus litteris respondendum, quod tam sarracenus, quam mulier pro tanto excessu graui sunt animaduersione plectendi.

33) *Panormitano archiepiscopo.*
34) *Christianas rapiunt et pueros, et eis.*
35) *Etiam interdum*, addit Hard.
36) *Carissimus.*
37) *Supereminent dignitate, commisit.*
38) *Tam*, deest apud eumd.
39) *Taliter*, addit Hard.
40) *Tamen*, addit idem.
41) *Sanguinis*, addit Hard.
42) *Fuerint.*
43) *Grauis.*
44) *Truncationem.*
45) *Exercendam.*
46) Hic nouum capitulum inchoatur apud Harduinum.
47) *Iungeretur.*
48) *Proponit.*
49) *Respondemus.*
50) *Idoneis.*
51) *Approbatum.*
52) *Prædictam.*
53) *Dirimi.*
54) *Per*, non præponit Hard.
55) *Tenuerit.*
56) *Præsentibus litteris*, omittit idem.

TITVLVS LX.
DE CONIVGATIS LEPROSIS.

CAP. I.

Vt coniux leprosum sequatur coniugem, aut separatus continentiam seruet.

IDEM 57) *Cantuariensi archiepiscopo.*

Peruenit ad nos, quod, cum hi, qui lepræ morbum incurrunt, de consuetudine generali a communione omnium separentur, et extra ciuitates et villas ad loca solitaria 58) transferuntur, nec vxores viros, nec viri vxores suas taliter ægrotantes sequuntur, sed sine ipsis manere 59) præsumunt. Quoniam igitur, cum vir et vxor vna caro sint, non debet alter sine altero diutius esse: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si qui sint in prouincia tua viri vel mulieres, qui lepræ morbum incurrunt, vxores, vt viros, 60) et viros, vt vxores sequantur, et eis coniugali affectione ministrent, sollicitis exhortationibus inducere laboretis. Si vero ad hoc induci non poterunt: eis arctius indicatis, vt vterque altero viuente continentiam seruet. Et si qui mandatum nostrum 61) seruare contempserint: eos, 62) appellatione cessante, vinculo anathematis 63) constringas.

57) *Cantuariensi archiepiscopo*, add.
58) *Transferantur.*
59) *Præsumant*
60) *Viri ut vxores suas sequantur.*
61) *Venire.*
62) *Contradictione et*, addit Hard.
63) *Astringas.*

CAP. II.

Ne dimittantur vxores propter lepram, sed vt illis petentibus reddatur debitum: it. vt leprosi matrimonium licite contrahant.

IDEM 64) *Bauarensi episcopo.*

Quoniam ex multis auctoritatibus et 65) maxime in euangelica veritate apparet, nemini 66) licet, excepta caussa fornicationis, vxorem suam dimittere: constat, quod siue mulier lepra percussa 67) sit, siue aliqua graui infirmitate detenta, non est 68) a viro separanda vel dimittenda, *et infra.* Quod si virum sine vxore diutino iudicio 69) contingat fieri leprosum, et infirmus a sana debitum carnale exigat: generali præcepto apostoli, quod 70) exigit, est soluendum, cuius præcepti nullam in 71) hoc casu inuenimus exceptionem.

64) *Parmensi.*
65) *Præcipue ex etc.*
66) *Is etc.*
67) *Fuerit.*
68) *Propterea a viro suo separanda. Leprosi autem, si se continere noluerint, et aliquam, quæ sibi nubere velit, inuenerint, liberum est eis ad matrimonium conuolare. Quod etc.*
69) *Contigerit.*
70) *Exegerit.*
71) *Hac caussa.*

TITVLVS LXI.
DE FILIIS CONIVNGENDIS POST COMPATERNITATEM VEL ANTE GENITIS.

CAP. I.

* *Inter quas personas matrimonium compaternitate impediatur, vel non.*

Item ALEXANDER III. *Salernitano archiepiscopo.*

Vtrum autem filii 72) et filiæ ante vel post compaternitatem generati, possint 73) ad inuicem copulari, canones secundum diuersorum locorum 74) consuetudines inueniuntur, et licet primus canon exinde editus, natos post compaternitatem prohibeat ad inuicem copulari, alter tamen canon posterius editus primum videtur corrigere, per quem statuitur, vt siue ante, siue post compaternitatem geniti sint, simul 75) possunt coniungi, excepta illa persona duntaxat, per quam ad compaternitatem 76) venitur. Vnde tolerabilius nobis 77) videtur, 78) quod secundum posteriorem canonem 79) ante et post compaternitatem geniti 80) valeant copulari, præter illam personam, per quam compaternitas contrahitur: nisi consuetudo ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habeat.

72) *Vel.*
73) *Simul*, addit Hard.
74) *Consuetudinem.*
75) *Possint*
76) *Peruenitur.*
77) *Videretur.*
78) *Vt*
79) *Etiam post.*
80) *Simul possint copulari.*

CAP. II.

Ne vir vel mulier, si scienter vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperint, propterea separentur.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

Si vir vel mulier scienter vel ignoranter filium suum de sacro fonte 81) leuauerint, an propter hoc ab inuicem debeant separari, et alii copulari, quia nos 82) consulere voluisti: consultationi tuæ 83) taliter respondemus, quod, quamuis sit generaliter 84) institutum, vt debeant 85) separari: quidam tamen humanius et potius sentientes, aliter 86) statuerunt, et ideo nobis videtur, 87) siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab inuicem separandi: Nec alter debitum alteri subtrahere debet, nisi ad continentiam seruandam possint induci: 88) quia si ignorantia hoc factum est, eos ignorantia excusare videtur; si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus.

81) *Susceperit.*
82) *Generaliter*, addit Hard.
83) *Taliter*, non habet idem.
84) *Constitutum.*
85) *Separari*, omittit idem.
86) *Statuunt.*
87) *Quod*, addit idem.
88) *Quod si ex ignorantia id etc.*

TITVLVS LXII.
QVI FILII SINT LEGITIMI ET DE 89) DOTE POST DIVORTIVM RESTITVENDA.

CAP. I.

Ne exheres scribatur, qui ante desponsationem natus est.

IDEM. 89*)

Conquestus est nobis Henricus 90) lator præsentium, quod, 91) cum quandam mulierem, neptem R., accepit in vxorem, 92) præla-

89) *Exactione dotium post diuortium et ad quem pertineat huius caussa cognitio.*
89*) Vid. c. 1. X. qui filii sint legit.
90) *H. lator.*
91) *Quandam mulierem.*
92) *Et*, addit Hard.

tus

tus; R. ipsam exheredare conatur, eo quod ante desponsationem matris suæ nata fuerit, cum postea, prout 93) dicitur, pater mulieris præfatæ matrem ipsius acceperit in vxorem. Inde est, quod fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus rei veritate diligenter inquisita et cognita, omnibus appellatione obstante, legitimam esse iudicetis; 94) iubentes prædicto R. ex nostra et vestra parte, ne 95) supradictæ mulieri 96) et heredibus 97) eius hac occasione super hereditate sua molestiam inferat vel grauamen. Si autem contra inhibitionem nostram venire præsumpserit; sublato appellationis remedio, feveritate ecclesiastica percellatis.

93) *Dicitur.*
94) *Inhibentes.*
95) *Sæpe dictæ.*
96) *Vel.*
97) *Suis.*

CAP. II.

Vt nati ante diuortium, vel concepti filii vel filiæ habeantur pro legitimis.

IDEM.

Cum inter veterem Iohannem conciuem vestrum et T. mulierem diuortii sit canonice 98) lata sententia, filii eorum, qui ante sententiam 99) ipsam nati fuerunt, et ille, qui tunc conceptus erat, non 100) debet exinde sustinere iacturam; cum parentes eorum publice 1) et sine contradictione ecclesiæ matrimonium 2) contraxerunt inter se: inde est, quod apostolica auctoritate statuimus, vt filii eorum, quos ipsi ante diuortium habuerunt, et qui conceptus 3) erat ante latam sententiam, 4) non minus habeantur legitimi, et quod in bona paterna iure hereditario 5) succedat, et de bonis parentum suorum nutriantur. Quocirca 6) vniuersitati vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus præfatos filios memorati I. et prædictæ mulieris succedere in bona paterna, et exinde nutriri non prohibeatis, nec occasione diuortii inter parentes eorum 7) eis a quoquam molestiam vel 8) grauamen sustineatis inferri.

98) *Prolata.*
99) *Ipsam.*
100) *Debent.*
1) *Et*, non habet Hard.
2) *Contraxerint.*
3) *Fuerat.*
4) *Nihilominus.*
5) *Succedant.*
6) *Venerabilitati.*
7) *Celebrati*, addit Hard.
8) *Grauamina.*

CAP III.

Vt in caussa filiationis contra communem viciniæ opinionem stetur verbo viri et mulieris, nisi testibus conuincatur aliud.

IDEM *Rotomagensi archiepiscopo.*

Transmissæ nobis litteræ tuæ continebant, quod Nicolaus 9) Saganius, 10) ciuis tuus, vsque ad iuuentutem quendam puerum nutriuisset, vxore sua 11) masil. non desponsata cum eo 12) habitante, postmodum ipsam, sicut 13) dicitur, legitime desponsauit, et de ipsa filios sustulit, quibus paternam hereditatem petentibus prædictus iuuenis 14) contradixit, gerens se filium et heredem, quamuis e vicinia, quæ ipsum filium eorum 15) esse 16) credebat, spurius 17) prædictus diceretur. Prædictus vero 18) N. et vxor eius 19) M. præfatum iuuenem legitimum filium suum aut spurium 20) esse negabant, sed dicebant, quod pietatis intuitu 21) nutriuissent. Cum autem quæstio coram te mota 22) esset: prædictus iuuenis pro eo, quod iuri stare nolebat, vinculo excommunicationis sit astrictus, quid de hoc agere debeas, nos consulere voluisti. Super quo 23) vtrique consultationi tuæ taliter respondemus, quod in tali casu standum est verbo viri et mulieris: nisi certis indiciis et testibus prædictum iuuenem tibi constiterit 24) esse filium.

9) *Sagantinus*
10) *Ciuis tuus*, omittit Hard.
11) *Nondum matrimonio desponsata.*
12) *Cohabitante.*
13) *Creditur.*
14) *Contradictis*, dicens se.
15) *Esse*, non legit id.
16) *Credebant.*
17) *Prædictus*, deest apud eund.
18) *Nicolaus.*
19) *Matildis.*
20) *Omnino negabant.*
21) *Eum*, addit Hard.
22) *Esset*, et prædictus.
23) *Ita.*
24) *Eorum*, addit Hard.

CAP. IV. 25)

Vt ea, quæ de natiuitate eiusdem adpellantis obiecta sunt, legitime probentur, atque domino sæculari significentur, et litem de hereditate componat.

IDEM *B. Exoniensi episcopo.*

Lator præsentium R. non sine multo discrimine sui corporis ad præsentiam nostram accedens, sua nobis conquestione proposuit, quod cum auus suus duas vxores habuerit, de quarum vna eius pater processit, de altera Bur. partum suum sustulit. Idem XL. agros terræ, qui ipsum et patrem eiusdem R. contingunt, per violentiam detinet, nec eidem R., qui in bonis paternis succedere debet, debitam partem vult exhibere. Cum autem B. coram iudice sæculari tractus super hoc fuisset in caussam: ei præsumsit obiicere, quod pater eius non fuisset de legitimo matrimonio natus, et ideo de hereditate quondam aui sui, nihil posset sibi iure successorio vendicare. Tandem vero, cum super quæstione natiuitatis coram venerabili fratre nostro Norwicensi episcopo fuisset diu tractatum, de mandato ipsius episcopi idem B. teste, produxit, sed de termino in terminum producere caussam nitebatur. Cuius itaque tergiuersationem considerans ad vestram, sicut asseris, audientiam appellauit, sed eo veniente altera pars per se vel per alium suum nobis exhibere præsentiam contempsit. Nolentes itaque, caussam ipsam diutius protrahi, eam experientiæ vestræ committentes, discretioni vestræ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus vtramque partem ante vestram præsentiam conuocetis, et rationibus hinc inde plenius auditis et cognitis, caussam ipsam super quæstione natiuitatis infra duos menses post harum susceptionem litterarum, sublato appellationis remedio, terminetis. Si vero infra duos menses præfatus H. non poterit legitime probare, quod ei de paterna natiuitate obiecerit: ex tunc sæculari domino sub cuius iudicio de hereditate caussam - - - significetis, vt pro quæstione natiuitatis non dimittat, quin caussam super hereditate audiat et decidat.

25) Hoc capitulum in Harduino deest. Vid. c. 5. X. qui filii sint legitimi.

CAP. V. 26)

Vt spurii post matrimonium legitimi habeantur, minime vero adulterini, qui excluduntur ab hereditate, quorumque parentes, præsertim si mortem prioris coniugis machinati fuerint, matrimonium inter se contrahere nequeunt.

ALEXANDER III. *Exoniensi episcopo.*

Tanta est vis matrimonii, vt qui antea sunt generati, post contractum matrimonium legitimi habeantur. Si autem vir viuente vxore sua aliam cognouerit, et ex ea prolem susceperit, licet post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus filius spurius erit et ab hereditate repellendus: præsertim si in mortem prioris vxoris ab alterutra parte eorum aliquid machinatum fuerit, matrimonium legitimum inter se contrahere non poterunt.

26) Hoc cap. in Harduino deest. Vid. c. 5. X. qui filii sint legit.

CAP. VI. 27)

Vt dos mulieri, iudicio ecclesiastico separatæ, restituatur a viro quondam suo.

IDEM.

Ex quæstione M. mulieris nobis innotuit, quod N. quondam vir suus, a quo, sicut dicitur, fuit iudicio ecclesiastico separata, dotem suam sibi reddere contradicit. Quia vero indecens est, et a iuris ratione alienum, vt prædicta mulier dotem suam amittat: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus si eadem mulier a prædicto viro fuit ecclesiastico iudicio separata, ipsum moneas, et si necesse fuerit, ecclesiastica districtione, appellatione cessante, compellas, vt prædictæ mulieri dotem suam restituat, aut secundum consuetudinem terræ in præsentia tua iustitiæ plenitudinem exhibeat.

27) Hoc cap. in Harduino deest.

TITVLVS LXIII.

DE CLERICIS 28) MATRIMONIALITER COPVLATIS 29) ET ALIIS FORNICARIAS HABENTIBVS.

CAP. I.

Quid iuris sit circa concubinatum clericorum in sacris ordinibus constitutorum.

IDEM *Salernitano archiepiscopo.* Pars cap. *Cum tu sis.*

Clericos autem in sacris ordinibus constitutos, qui in domibus 30) propriis publice detinent concubinas, *30) eas abiurandas 31) volumus a tua fraternitate compelli, ne in 32) eadem fornicatione instinctu fraudis diabolicæ redeant, et insuper reatum periurii incurrant. 33) Verum ipsos per suspensionis et interdicti sententiam debes arctius cogere, vt mulieres ipsas a se ita remoueant, vt de ipsis sinistra suspicio non 34) possit haberi. 35) Et si qui eorum ad ipsas redire, vel alteras accipere forte præsumpserint: in aliquos illorum debes perpetua sententiæ excommunicationis vindicare, vt alii eorum exemplo a similibus arceantur.

28) *Matrimonio.*
29) *Vel aliis.*
30) *Suis*, addit Hard.
*30) *Ad*, præponit idem.
31) *Volumus.*
32) *Eandem fornicationem.*
33) *Vnde.*
34) *Habeatur.*
35) Hæc vsque ad finem in Harduino desunt.

CAP. II.

Vt clerici in subdiaconatu et supra, si intra XL. dies post commonitionem fornicarias non remouerint, ecclesiastico priuentur beneficio.

ALEXANDER III. *Cantuariensi archiepiscopo et eius suffraganeis.*

Sicut ad exstirpanda vitia, quæ periculum pariunt animarum summopere nos decet intendere: ita etiam nos conuenit, germina propagare virtutum, ex quibus Dei fidelibus salutis augmentum et decor sacris proueniat ecclesiis honestatis. Vnde cum in Anglia praua et detestabili consuetudine, et longo tempore sit obtentum, vt clerici fornicarias

carias 36) suas in domibus suis 37) habeant: 38) nos volentes tam grave scandalum 39) de populo remouere et prædictos clericos ad honestatem ecclesiasticam reducere, fraternitati 40) tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus 41) vestræ iurisdictionis, qui in subdiaconatu et supra in domibus suis fornicarias habent, 42) dilatione et appellatione remota, remoueant, eas vlterius non admissuri. Si vero infra XL. dies post 43) ammonitionem nostram nobis in his acquiescere forte 44) noluerint: eos apostolica auctoritate 45) freti, 46) sublato appellationis remedio, ab ecclesiasticis beneficiis vsque ad congruam satisfactionem suspendatis, et, si eas suspensi præsumserint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo curetis remouere. Si qui autem clericorum ipsorum infra subdiaconatum 47) acceperint vxores: ipsos ad relinquenda ecclesiastica beneficia, si quæ habent, 48) aut reiiciendas vxores districtione ecclesiastica compellatis. Sed si forte in subdiaconatu et aliis superioribus ordinibus vxores accepisse noscuntur: eos vxores dimittere et pœnitentiam de commisso agere auctoritate nostra per suspensionis et excommunicationis sententiam, appellatione postposita, compellatis.

36) *Suas*, omittit id.
37) *Haberent.*
38) *Neque volentes.*
39) *A*, præponit H. pro: *de.*
40) *Vestræ.*
41) *Clericos*, addit idem.
42) *Studiose monere curetis, vt a se illas, occasione et appellatione cessante, remoueant* etc.
43) *Commonitionem vestram vobis in.*
44) *Contempserint.*
45) *Freti*, deest apud Hard.
46) *Appellatione remota, ab* etc.
47) *Accipiant.*
48) *Et retinendas vxores suas* etc.

CAP. III.

Vt clerici vxores ducentes compellantur ecclesias libere et absolute dimittere.

IDEM 49) *Bononiensi episcopo.*

Vniuersalis ecclesiæ sollicitudo, quam prouidente domino gerimus, pro ecclesiarum statu nos compellit propensiori cura satagere, et vt secundum 50) domini iustitiam disponamus, 51) vigilare et studium cohibere. Accepimus autem, quod plerique in tuo episcopatu 52) diligentes, cum essent 53) officio accolitatus et infra constituti, duxerint vxores, et nihilominus ecclesias, quas prius habebant, detinere 54) præsumserint. Verum quoniam vxorati, 55) cum diuisi 56) sint, et eos cogitare 57) oporteat, quomodo vxoribus placere valeant, 58) et earum seruire obsequiis, non solummodo possunt intendere diuinis: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus prædictos viros ecclesias libere et absolute dimittere, appellatione cessante, compellas, et eas aliis personis idoneis 59) vel sacris ordinibus constitutis concedas. Verum si qui 60) eorum aliquid in eisdem ecclesiis simplex prius beneficium habuerint: ipsum eis excepto magistro ecclesiarum sub dissimulatione 61) dimittas.

49) *Londoniensi.*
50) *Deum et iustitiam.*
51) *Vigilem diligentiam et studium adhibere*
52) *Degentes.*
53) *In*, addit Hard.
54) *Præsumant. Vnde quoniam* etc.
55) *Cum*, omittit idem.
56) *Sunt.*
57) *Oportet.*
58) *Et seruire, obsequiis solummodo diuinis non possunt intendere.*
59) *In sacris*
60) *Illorum aliquando in.*
61) *Dimittere poteris.*

CAP. IV.

Ne clericis coniuges habentibus ecclesiastica beneficia conferantur.

IDEM *Herefordensi episcopo.*

Sane de clericis inferiorum ordinum, qui in coniugio constituti, diu ecclesiastica beneficia ex concessione prædecessorum nostrorum 62) habuerint, a quibus sine magno discrimine ac effusione sanguinis non possunt priuari, fraternitati tuæ id duximus respondendum, vt, quia ibi 63) ratio et gens est barbara, et multitudo est in causa, eos sub dissimulatione sustineas, ecclesiastica beneficia tamdiu habita possidere. Prouisurus attentius ne 64) clericis coniugatis ecclesiastica beneficia conferantur, 65) nec illorum aliqui ad sacros ordines vel ecclesiarum administrationes admittantur, nisi castitatem 66) voluerint perpetuo seruare, et qui vnicam et virginem habuerint vxorem.

62) *Habere.*
63) *Natio et barbarica gens et* etc.
64) *Deinceps*, addit Hard.
65) *Sed nec eorum aliqui.*
66) *Forte vouerint et perpetuo seruent, et qui* etc.

CAP. V.

Ne clerici citra subdiaconatum matrimonium contrahentes ab vxoribus separentur, nisi de communi consensu ad religionem voluerint transire: vtque si in subdiaconatu et supra ad matrimonium conuolauerint, vxoribus inuitis, segregentur.

IDEM 67) *Vigilensi episcopo.*

Inter cetera sollicitudini tuæ conuenit, studiose 68) ac diligenter attendere, vt tales ecclesiis tuæ gubernationi commissis ministros ordines, qui 69) et domum domini sciant decenter disponere, et populo 70) Dei præesse 71) possint et prudesse. Peruenit autem ad audientiam nostram, quod quidam in tua diœcesi 72) constituti sint, qui se ecclesiasticæ professionis esse fingentes, cum tamen ecclesiastica beneficia habeant, 73) matrimonia contrahant, et adepta beneficia nihilominus obtinere contendunt. Alii autem, licet filii 74) existant, patribus suis quasi hereditario iure succedunt, et in his postmodum constituti 75) ad sacros ordines et minus licite promouentur. Quod quia indignum est, et 76) sacrorum canonum institutionibus noscitur 77) penitus obuiare: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus illos, qui infra subdiaconatum 78) matrimonia contraxerunt, a suis vxoribus nulla ratione permittas diuertere, nisi de communi consensu 79) ad religionem transire voluerint, et ibi iugiter in Dei seruitio morari. Si autem cum vxoribus vixerint: ecclesiastica beneficia, quæ ad illos tantum, qui assidue in Dei seruitio 80) seruierint, spectare noscuntur, non debent vllatenus obtinere. Illi vero, qui in subdiaconatu, 81) vel supra ad matrimonia 82) conuolauerint, possunt mulieres inuitas, et renitentes debent relinquere, nec huiusmodi coniunctio matrimonium, sed contubernium est 83) nuncupandum.

67) *Wigorniensi.*
68) *Diligenter, vt.*
69) *Domini domini* etc.
70) *Domini.*
71) *Sciant.*
72) *Commorantur.*
73) *Matrimonium contrahunt.*
74) *Sacerdotum*, addit id.
75) *Ad sacros ordines et*, omittit id.
76) *Sanctorum.*
77) *Penitus.*
78) *Matrimonium.*
79) *Illi*, addit idem.
80) *Persistant.*
81) *Et supra.*
82) *Conuolauerunt.*
83) *Potius*, addit Hard.

CAP. VI.

Vt sacerdotes publica fornicarias habentes, si in sua immunditia persistant, remoueantur ab officio et beneficio.

IDEM *eidem in eadem epistola.*

De sacerdotibus publice fornicarias habentibus discretioni tuæ nihilominus præcipiendo mandamus, vt eos 84) diligentius conuenias et attentius commoneas, 85) quo fornicarias suas dimittant, et 86) eas a se penitus expellant. Quod si forte ammonitionem tuam contemserint, 87) et in sua immunditia duxerint persistendum: tu eos 88) absque appellatione remoueas ab omni officio, et beneficio ecclesiastico non differas spoliare.

84) *Diligenter.*
85) *Vt.*
86) *Eas*, omittit Hard.
87) *Sed in.*
88) *Appellatione remota, ab omni* etc.

CAP. VII.

Vt clerici fornicarias detinentes officio et beneficio priuentur.

IDEM 89) *Lundensi episcopo.*

Si autem clerici tuæ iurisdictionis, siue sint in sacris ordinibus, siue in inferioribus constituti, fornicarias detinent, nisi eas ad secundam 90) vel tertiam commonitionem 91) a se 92) abiecerint: 93) de cetero liceat tibi eos ecclesiis vel 94) eorum portionibus, si quas habent, appellatione 95) remota, spoliare, et ipsis 96) officia interdicere.

89) *Londoniensi.*
90) *Et*, pro: *vel.*
91) *Tuam*, addit Hard.
92) *Dimiserint.*
93) *Eas contempturi*, addit id.
94) *Earum*
95) *Postposita.*
96) *Diuina*, addit id.

CAP. VIII.

Vt sacerdos fornicariam detinens suspendatur, et, quousque eam dimittat, in suspensione permaneat.

IDEM *Eboracensi archiepiscopo.*

Super eo, quod asseris, A. presbyterum detinere fornicariam, et 97) eam ad crebram admonitionem tuam dimittere nolentem ab officio suspensum, prudentiæ tuæ 98) taliter respondemus, quod si super hoc appellatum 99) sit ad præsentiam nostram, si contigerit, ipsum ad nos accedere, prout expedire 100) videbimus: petitionem eius et 1) audientiam corrigemus. Si vero non venerit ad nostram præsentiam: suspensionis sententiam in eum propter hoc latam tamdiu volumus obseruari, donec fornicariam suam a se 2) prorsus abiiciat, et viuat, sicut decet presbyterum, continenter. Porro si litteras a nobis obtinuerit, quæ facti seriem non contineant: nolumus 3) litteras ipsas sibi prodesse.

97) *Eum.*
98) *Taliter*, non habet Hard.
99) *Fuerit.*
100) *Viderimus.*
1) *Audaciam.*
2) *Prorsus*, deest apud Hard.
3) *Litteras*, non habet idem.

CAP. IX.

Vt clerici concubinas vel focarias habentes, nisi eas abiiciant, spolientur ecclesiis.

IDEM *Cantuariensi archiepiscopo.*

Cum in prouincia 4) tua Cantuariensi, vbi legationis officio fungeris, quod tibi commisimus, multi clerici sint, qui in domibus 5) habere fornicarias dicuntur: 6) mirabile satis gerimus, quod eos in spurcitia vitiorum 7) permittis manere, qui ad resecanda vitia et præparandas virtutes diligens 8) omni modo et sollicite esse deberes. Vn-

4) *Tua*, non adiicit Hard.
5) *Suis*, adiicit idem
6) *Satis graue est, quod* etc.
7) *Permanere permittas.*
8) *Omnino et.*

de

de fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus, si 9) clerici prouinciæ tuæ concubinas vel focarias habent, eos constanter ammoneas, et, si opus fuerit, ecclesiastica districtione compellas, vt concubinas 10) a se, dilatione et appellatione 11) remota, prorsus amoueant, eas vel alias nequaquam vlterius admissuri. Si qui autem eorum ita fuerint pertinaces, quod noluerint in hac parte tuis mandatis parere: ipsos ab ecclesiis, quas habent, appellatione remota, non differas spoliare.

9) *Qui*, addit Hard.
10) *Et fornicarias*, addit id.
11) *Postposita.*

CAP. X.

Vt clericus, adulteram in domo sua et commatrem detinens, ob tam grauem excessum corrigatur animaduersione debita.

IDEM.

De cetero, quia Stephanus clericus 12) de Wale in archidiaconatu prædicti archiepiscopi adulteram in domo sua et commatrem dicitur detinere; si hoc publicum est et manifestum: 13) tam grauem excessum animaduersione debita, nullius contradictione et appellatione obstante, corrigas.

12) *Derelictus.*
13) *Ob tantum excessum.*

CAP. XI.

Vt clericus, qui, quod alium clericum vulnerauit, et mulierem vxoris nomine duxit, excommunicatus ad ecclesiam redit, dimissa muliere, absoluatur, eique diaconatus officium reddatur, et postea in presbyterum ordinetur.

IDEM 14) *Andrensi episcopo.*

De diacono 15) vero, qui in sancto sabbatho quendam alium 16) vulnerauit, et mulierem vxoris nomine 17) accepit, hoc tuæ prudentiæ duximus respondendum, quod, si contrito et humiliato animo ad ecclesiam redire voluerit, dimissa 18) illa, quam in vxorem accepit, cum non possit, sicut nosti, contrahere matrimonium, ipsum recipere 19) et absoluere a sententia excommunicationis, quam pro violenta iniectione manuum noscitur 20) incurrisse, et iniuncta sibi pœnitentia de vtroque excessu, post peractam pœnitentiam poteris ei diaconatus officium reddere, et 21) de dispensatione, si perfectæ vitæ fuerit et 22) conuersationis, in presbyterum ordinare.

14) *Andrensi episcopo*, non habet Hard.
15) *Vero*, omittit Hard.
16) *Diaconum*, addit id.
17) *Suscepit.*
18) *Illa.*
19) *Potes et absoluere.*
20) *Meruisse.*
21) *Etiam dispensatiue, si etc.*
22) *Conuersationis.*

CAP. XII.

Vt subdiaconi aut vxores suas, aut ecclesias, dimittant.

IDEM *Exoniensi episcopo.*

Significatum est nobis, quod quidam subdiaconi, in tua diœcesi 23) existentes vel commorantes, 24) matrimonia contrahere præsumpserint, et, sicut laici quilibet, cum 25) vxore commorantur. Vnde, quoniam id, sicut tua non ignorat discretio, sacrorum canonum obuiat institutis: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, 26) cum huiusmodi vitæ subdiaconi 27) illi ante contractum matrimonium extiterint, et quales futuri credantur, si vxores dimiserint, diligenter 28) et studiose inquiras, et, si eos honestæ vitæ ante contractum matrimonium, aut dimissis illis, quæ vxores eorum 29) fuisse dicuntur, caste victuros credideris, tu ipsos mulieres a se dimittere moneas diligentius, et appellatione remota, districte compelles. Si autem antea dissolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent, dimissis, in deteriora lapsuri 30) credantur, et plures pro vna frequentent: 31) cum id dissimulare poteris, et pro grauiori lapsu vitando, quod insimul maneant, sustinere, ita tamen, quod ad altaris ministerium non accedant, 32) nisi ecclesiastica beneficia percipiant. 33) Verum si tales aliqui ecclesiæ 34) personatum gerunt: aut vxores, aut ecclesias dimittere prorsus sunt cogendi.

23) *Existentes vel*, non legit Hard.
24) *Matrimonium.*
25) *Vxoribus.*
26) *Cuiusmodi.*
27) *Illi*, deest apud eundem.
28) *Ac.*
29) *Esse.*
30) *Credantur.*
31) *Tu id.*
32) *Nec.*
33) *Verumtamen si.*
34) *Personas gerunt.*

CAP. XIII.

Ne prohibeatur subdiaconus a contractu matrimonii obtentu sui ordinis.

IDEM *decano et canonicis* 35) *Lemon.*

Cum adstitisset apud nos 36) Herbertus præsentium lator, vester parochianus, vt de ordine subdiaconatus, ad quem recipiendum omnis enormiter et inordinate se ingesserat, cum eo misericorditer egeremus, 37) et non potuisset, sicut nec debuit, in 38) hac parte proficere: tandem 39) a nobis licentiam postulauit, vt posset sibi aliquam in 40) matrimonium legitime copulare. Nos itaque studiosius attendentes, quomodo prædictus ordo, cum nullam sibi dignitatem attulerit vel honorem, matrimonium eius non impedit, discretioni 41) tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, si matrimonium legitime duxerit contrahendum, nullus vestrum eum a 42) contractu matrimonii prædicti ordinis obtentu prohibere præsumat, et sibi propter hoc molestiam inferat vel grauamen.

35) *Lincolniensibus vel Lemouicensibus.*
36) *H.* tantum habet Hard.
37) *Nec potuisset.*
38) *Hac*, deest apud eund.
39) *Tamen*, deest apud eund.
40) *Matrimonio copulare.*
41) *Vestræ*
42) *Contractu matrimonii.*

CAP. XIV.

Vt presbyter concubinam tenens, tabernasque frequentans, amoueatur ab ecclesia.

IDEM *Wigorniensi episcopo.*

Ex parte prioris et fratrum de 43) Valle nobis innotuit, quod C. presbyter, qui habet vicariam in ecclesia ipsorum de 44) Elton, publice concubinam tenet, et, sicut laicus quilibet, tabernas frequentare non erubescit. Sed quia indecens et rationi contrarium est, vt hi, qui altario seruiunt, feminarum 45) amplexibus maculentur, aut per tabernas discurrant; cum eos castos sobriosque esse oporteat: fraternitati tuæ per apostolicam sedem præcipiendo mandamus, quatenus, rei veritate diligenter inquisita et cognita, si eum talem inueneris, qualis describitur, ipsum ab eadem ecclesia, 46) dilatione et appellatione cessante, amoueas.

43) *Wallebec.*
44) *Hortun.*
45) *Amatores sint, cum eos sobrios et castos esse etc.*
46) *Occasione.*

CAP. XV.

Vt subdiaconorum dissimuletur matrimonium, de quorum timetur incontinentia.

IDEM 47) *Spalensi episcopo.* Pars cap. *Continebatur.*

Super eo, quod asseris, quosdam viros tuæ iurisdictionis in sacris ordinibus constitutos 48) matrimonia contraxisse, hoc tuæ prudentiæ respondemus, quod si qui in diaconatu et supra 49) matrimonia contraxerunt: cogendi sunt, vxores dimittere, et continenter viuere, ita, quod post 50) peractam pœnitentiam ex dispensatione possint in suis ordinibus ministrare. Si vero subdiaconi contraxerint matrimonium; eos, dummodo ante 51) hoc tales fuerint, quod 52) timidum sit, ne pro vna pluribus abutantur, dissimulare poteris cum suis mulieribus remanere: quia tolerandum est malum, vt vitentur peiora.

47) *Hipponensi et Salernitano episcopis.*
48) *Matrimonium.*
49) *Matrimonium.*
50) *Actam.*
51) *Hoc*, deest apud Hard.
52) *Timendum.*

TITVLVS LXIV.
DE SECVNDIS NVPTIIS.

CAP. I.

Ne iteretur benedictio ad bigamiam transeuntium.

IDEM *Vigilensi episcopo.*

Vir autem vel mulier; ad bigamiam transiens, non debet a presbytero benedici: quia, cum alia vice 53) benedicta fuerit, eorum benedictio iterari non debet.

53) *Benedicti sunt.*

CAP. II.

Vt absque infamia nubat mulier infra tempus luctus.

IDEM *Exoniensi episcopo.*

Super illa quæstione vero, qua quæsitum est, an scilicet mulier possit nubere infra tempus luctus, sine infamia, secundum leges definitum, sollicitudini tuæ respondemus, quod 54) apostolus 55) dicit: mulier viro 56) suo mortuo soluta est a lege viri 57) sui, et in domino nubat, cui 58) vult. Per licentiam et auctoritatem apostoli eius infamia aboletur.

54) *Cum*, addit Hard.
55) *Dicat.*
56) *Suo*, deest apud eund.
57) *Sui*, deest apud eund.
58) *Voluerit: per sententiam et auctoritatem apostoli.*

CAP. III.

Vt mulier, pro licita ratione separata, dotem, et post annum virum alium recipiat.

IDEM *ex concilio habito* 59) *Guarmatiam* cap. 3.

Mulieres vero cum separatæ fuerint, pro hac vel 60) pro aliqua licita ratione, totam a propriis viris præcipimus recipere dotem,

59) *Apud Wormatiam cap. 4.*
60) *Alia iusta causa.*

quam

quam in die nuptiali receperunt, et post expletum annum 61) recipiant alium virum, si voluerint: similiter et vir vxorem.

61) *Accipiant.*

CAP. IV. 62)

Vt clausae feminae impetentes misceri maribus, si non possint haberi tamquam vxores, habeantur tamquam sorores.

ALEXANDER III. *Vigilensi episcopo.*

Consultationi tuae, qua nos consuluisti, vtrum feminae clausae impetentes misceri maribus, matrimonia possint contrahere, et si contracta fuerint, debeant rescindi, taliter respondemus, quod, licet incredibile videatur, quod aliquis scienter cum talibus contrahat matrimonium; et quamuis de huiusmodi expressum canonem non habeamus: sacro-sancta tamen Romana ecclesia consueuit in similibus iudicare, vt si non possint haberi tanquam vxores, habeantur tanquam sorores. Veruntamen talibus beneficio aliquando consueuit humano succurri, vt valeant apte reddere debitum, et recipere.

62) Hoc capitulum in Harduino deest.

CAP. V.

Vt delicti qualitas et quantitas, nec non delinquentis aetas, scientia, sensus et conditio respiciantur in poenitentia: et ut conatus non minus puniatur, quam effectus.

63)

Sicut dignum est, et rationi consentaneum graues et difficiles quaestiones ad examen apostolicae sedis 64) deferri: ita etiam nobis ex ministerio susceptae sollicitudinis imminet, easdem quaestiones, prout nobis 65) Deus dederit, soluere, et singulis a nobis consilium postulantibus respondere, vt prouidentia Romanae ecclesiae, quae vbique terrarum obtinet, disponente domino, principatum, quaestiones soluantur, et remoueatur in his ambiguitas de cordibus singulorum. Licet autem super quaestionibus, quas nobis 66) dilectio tua soluendas 67) direxit, te non 68) dubitamus prouidum et circumspectum existere: cogimur tamen ex susceptae seruitutis ministerio 69) iuxta discretionem et prouidentiam nostram exinde 70) tibi respondere. Sane cum 71) litteratus vir sis et discretus et sapiens, et in his plurimum exercitatus, 72) nosti, 73) quod in excessibus 74) non 75) tantum qualitas delicti 76) et quantitas, sed aetas, scientia, sexus, 77) conditio sunt attendenda: 78) quia non solum secundum quantitatem et qualitatem facinoris, sed secundum ea, quae diximus, et secundum locum, et tempus, quo committitur delictum, poenitentia vnicuique debet 79) indici. Cum, sicut tu ipse non ignoras, idem excessus magis in vno, quam in alio sit puniendus, *et infra.* Illi autem, qui animo occidendi illum sanctum 80) virum et reuerentissimum Cantuariensem quondam archiepiscopum aut feriendi, aut capiendi, 81) etiamsi de illa captione mora 82) eius subsecuta fuisset, 83) contra manuum iniectionem se fatentur venisse, pari poena 84) vel paene pariter sunt puniendi, et 85) illi, qui non, vt ferirent, sed vt percussoribus opem ferrent, si forte violentia, quam quidam 86) moliri debebant, 87) impedirentur, paulo minori poena 88) debent mulctari: quia, 89) cum scriptum sit, qui potuit hominem a morte liberare, et non liberauit, 90) eum occidit. Constat, 91) homicidii reatu immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios praestare 92) venerunt: nec caret scrupulo societatis occultae, qui 93) manifesto facinori 94) non desinit obuiare. Illi autem, qui animum regis 95) asseruntur inflammasse ad odium, vnde 96) fuit homicidium subsecutum, 97) dure et aspere, 98) et ita seuere sunt puniendi, 99) ac si forte regem ipsum ad homicidium illud 100) suggestionibus suis prouocassent. Illi quoque non 1) sunt a culpa liberi, nec a 2) poena debent esse immunes, qui, licet 3) illius iniquae machinationis ignari, tamen 4) eis, quos sycarios esse sciebant, 5) in sarcinis eius custodiendis ministerium praebuerint. Eos vero, qui dicuntur illius sancti viri et suorum 6) occupasse spolia, si nihil aliud in tanto facinore 7) commiserunt, a poena mortis 8) eos arbitramur 9) esse immunes: sed 10) quae occupauerunt, tenentur eis, 11) quorum sunt, in integrum restituere, si 12) habent in facultatibus 13) tantum, vnde ea reddere possint. Et ipsis poenitentia moderata 14) inde ex hoc indicenda est: quia, licet quaedam ex his, quae occupauerunt, se fatentur pauperibus 15) erogasse, 16) non tamen alienas res, cum ipsas potuissent eis, quorum 17) sunt, restituere, debuerunt 18) erogare, *et infra.* Illi, 19) qui sola excommunicatorum participatione se reos 20) cognoscunt, considerata temporis 21) mora, quo in eadem nequitia 22) perdurauerunt, et inquisito etiam, si eis timore 23) vel affectione communicauerint scienter vel ignoranter, secundum hoc 24) poena est eis 25) imponenda, *et infra.* Clericos 26) autem, quos constat, armatos 27) interfuisse tanto facinori, et illos etiam clericos, qui consilium 28) dederint illud, vt vel sanctus vir caperetur, perpetuo non solum ab altaris 29) administratione deponendos esse censemus, sed ita etiam, 30) quod in ecclesiis illis nullo vnquam tempore lectiones legant, 31) responsoria cantent, sed in psalmis apud dominum de commisso 32) satagant implorare. Insuper 33) autem ipsi clerici in 34) districto claustro monachorum vel 35) clericorum 36) regularium per quinquennium debent ab introitu ecclesiarum coerceri.

63) *Alexander III. Exoniensi episcopo*, addit Hard.
64) *Referri.*
65) *Dominus dederit, absoluere.*
66) *Discretio.*
67) *Duxit.*
68) *Dubitemus prouidere et discretum existere.*
69) *Discretioni tuae iuxta prouidentiam.*
70) *Tibi*, omittit Hard.
71) *Litteratus*, omittit idem.
72) *Plenius*, addit id.
73) *Quia.*
74) *Singulorum*, addit id.
75) *Solum.*
76) *Sed quantitas et aetas.*
77) *Atque*, addit id.
78) *Quare*
79) *Iniungi.*
80) *Et reuerendum Thomam quondam Cantuariensem arch.*
81) *Vt de.*
82) *Ei*
83) *Citra.*
84) *Vel poena pariter*, non habet Hard.
85) *Alii.*
86) *Auxilii.*
87) *Impediretur.*
88) *Debent*, deest apud H.
89) *Sicut.*
90) *Ipsum.*
91) *Quoque eos ab*, addit Hard.
92) *Praerius.*
93) *Cum possit*, addit id.
94) *Non*, deest apud eund.
95) *Se asserunt*
96) *Forte*, addit id.
97) *Satis*, addit id.
98) *Sed non ita.*
99) *Nisi forte.*
100) *Suggestionibus suis*, H. non legit.
1) *Fuerunt.*
2) *Reatu.*
3) *Fuerint iniquae.*
4) *Sicariis, si eos sicarios esse.*
5) *Vel in sarcinis, vel in armis eorum custodiendis ministerium praebuerunt. Illos vero.*
6) *Per mortem*, addit Hard.
7) *Commiserint.*
8) *Eius.*
9) *Esse*, omittit id.
10) *Haec*, addit id.
11) *Quibus ablata fuerunt.*
12) *Habeant.*
13) *Tantum*, deest apud eund.
14) *Ex hinc iniungenda.*
15) *In eleemosynam*, addit id.
16) *Non*, deest apud eund.
17) *Fuerint.*
18) *Pauperibus*, addit id.
19) *Vero*, addit Hard.
20) *Esse*, addit id.
21) *Qualitate.*
22) *Perdurauerint ignoranter et etc.*
23) *Amore vel.*
24) *Poenitentia.*
25) *Indicenda.*
26) *Vero.*
27) *Esse et*, addit Hard.
28) *Ipsi dederunt, vt vel.*
29) *Officio.*
30) *Vt.*
31) *Nec responsoria siue antiphonas cantare in choro, sed etc.*
32) *Veniam*, addit Hard.
33) *Etiam.*
34) *Obstructo*
35) *Canonicorum.*
36) *Si fieri potest, sunt includendi: ita quidem, quod ipsi in septennium seu quinquennium debeant ab introitu ecclesiarum cohiberi.*

TITVLVS LXV.

DE MATRIMONIO SERVORVM.

CAP. vnic.

Ne a dominis irritentur seruorum matrimonia: quum ab ecclesiae sacramentis amouendus sit nullus.

IDEM ADRIANVS PAPA 37) *Salisburgensi episcopo.*

Dignum est, et a 38) rationis tramite non discordat, quod ea, quae dubietatis videntur 39) in se scrupulum 40) retinere, ad apostolicae sedis iudicium 41) transmittantur, vt inde Christi fideles in dubiis certitudinem se gaudeant inuenire, vnde noscuntur 42) magisterii fidem accepisse. Tua 43) fraternitas de seruorum coniugiis, quae inuitis et contradicentibus dominis contrahuntur, quid fieri debeat, 44) si bene meminimus, requisiuit: super quo 45) taliter tibi respondemus. Sane 46) si iuxta verbum apostoli, 47) vt tua discretio 48) recognoscit, in Christo Iesu 49) neque liber, neque seruus a sacramentis 50) est remouendus, ita, 51) quod inter seruos matrimonia nullatenus 52) debeant prohiberi, et, si dominis inuitis et contradicentibus contracta fuerint, nulla ratione propter hoc sunt 53) dissoluenda. Debita tamen et 54) assueta seruitia non ex hoc minus sunt propriis dominis exhibenda.

37) *Eberardo Magdeburgi archiepiscopo.*
38) *Ratione non.*
39) *Inter se.*
40) *Continere.*
41) *Referantur.*
42) *Magisterium fidei.*
43) *Vero*, addit Hard.
44) *Ab apostolatu nostro*, addit id.
45) *Veritque duximus respondendum.*
46) *Si*, deest apud Hard.
47) *Prout.*
48) *Cognoscit.*
49) *Nec liber, nec seruus est, qui etc.*
50) *Ecclesiasticis sit amouendus.*
51) *Ita quae.*
52) *Debent.*
53) *Ecclesiastico iure*, addit Hard.
54) *Consueta.*

INDEX

INDEX

AD VSVM DECRETALIVM ALEXANDRI III. CVM HARDVINI TOM. VI. CONCIL. P. II. COLLATARVM.

Numerus maior denotat numerum capituli cum verbis initialibus apud Harduinum: numerus minor paginam.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

In

(III.)

DECRETALES INNOCENTII IV.

IN

CONCILIO GENERALI LVGDVNENSI

ANNO MCCXLV. CELEBRATO EDITAE.

INCIPIVNT DECRETALES DOMINI INNOCENTII PAPAE IV.
EDITAE IN CONCILIO LVGDVNENSI I.

INNOCENTIVS episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis vniuersitatis magistrorum et scolarium Bononiæ commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuper in concilio Lugdunensi, quasdam constitutiones super certis articulis duxerimus promulgandas: vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus litteris, quas sub bulla nostra vobis transmittimus, vti velitis a modo tam in iudiciis, quam in scholis, ipsas sub suis titulis, prout super qualibet earum exprimitur, inseri facientes.

CAP. I.
DE RESCRIPTIS.

INNOCENTIVS IV. in *concilio Lugdunensi.* (*cap. 2. de rescript. in VIto.*)

Cum in multis iuris articulis infinitas reprobetur; prouide duximus statuendum, vt per generalem clausulam *quidam alii*, quæ frequenter in nostris litteris inseritur, vltra tres vel quatuor in iudicium non trahantur; nomina quorum primo citatorio exprimat impetrator, ne fraudi locus forsitan relinquatur, si circa ea possit libere variare.

CAP. II.

IDEM *in concilio Lugdunensi.*

Præsenti decreto duximus prouidendum, vt a sede apost. vel legatis ipsius causæ aliquibus minime committantur, nisi personis, quæ vel dignitate sint præditæ, vel in ecclesiis cathedralibus seu aliis collegiatis et honorabilibus constitutis; nec alibi quam in ciuitatibus vel locis magnis et insignibus, vbi haberi valeat, iuris copia peritorum, causæ huiusmodi agitentur. Iudicibus vero, qui contra hoc statutum ad loca alia alterutram partium citauerint, vel vtramque, non pareatur impune, nisi citatio de communi vtriusque partis processerit voluntate.

CAP. III.

IDEM *in eodem.* (*c. 3. de rescript. in VIto.*)

Dispendia litium æquitatis compendio volentes, qua possumus, industria coarctare, statutum felicis recordationis Gregorii papæ IX. super hoc editum ampliantes, decreuimus, vt, si quis contra alium plures personales mouere voluerit quæstiones, non ad diuersos iudices, sed ad eosdem, super omnibus huiusmodi quæstionibus, litteras studeat impetrare. Qui vero contrarium fecerit, omnium commodo careat litterarum; nec processus valeat habitus per easdem: alias reo, si eum per ipsas fatigauerit, in expensis legitimis condemnandus. §. 1. Reus quoque, si, eodem durante iudicio, actorem sibi obnoxium dixerit, reconuentionis beneficio vel conuentionis, si litteras contra eum impetrare maluerit, de iure suo debet apud eosdem iudices experiri nisi eos, vt suspectos, poterit recusare. Simili pœna, si contra fecerit, puniendus.

CAP. IV.
DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

(*c. 1. h. t. in VIto.*)

Statuimus, vt, si quis electionem, postulationem vel prouisionem factam impugnat, in formam obiiciens aliquid vel personam, et propter hoc ad nos appellari contigerit, tam is, qui opponit, quam qui defendit, et generaliter omnes, quorum interest, et quos causa contingit per se, vel per procuratores, ad causam instructos, ad sedem apostolicam, a die obiectionis, iter arripiant infra mensem. Sed si pars alia non venerit per XX. dies, post aduentum alterius, expectata: in electionis negotio, non obstante cuiusquam absentia, sicut de iure fuerit, procedetur. §. 1. Hoc 1) autem in dignitatibus, personatibus et canoniis obseruari volumus et mandamus, adiicientes, vt, qui non plene probauerit, quod in forma opponit, ad expensas, quas propter hoc pars altera 2) fecisse docuerit, condemnetur. §. 2. Qui vero in probatione defecerit eius, quod obiicit in personam, a beneficiis ecclesiasticis triennio nouerit se suspensum; ad quæ, si infra illud tempus propria se temeritate ingesserit, illis 3) ipso iure perpetuo sit priuatus, nullam super hoc de misericordia spem aut fiduciam habiturus; nisi manifestissimis constiterit documentis, quod ipsum a calumniæ vitio causa probabilis et sufficiens excusaret.

CAP. V.

IDEM. (*c. 2. de elect. in VIto.*)

In electionibus seu 4) postulationibus ac scrutiniis, ex quibus ius oritur eligendi, vota conditionalia, alternatiua et 5) incerta penitus reprobamus. Statuentes, vt, huiusmodi votis pro non adiectis habitis, ex puris consensibus celebretur electio, voce illorum, qui non pure consenserint, ea vice in alios residente.

CAP. VI.
DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRAELATORVM.

IDEM *in eodem.*

Innocentius episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis vniuersitati magistrorum scolarium Parisiis commorantibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter venerabiles fratres nostros Remensem archiepiscopum ex parte vna et ipsius suffraganeos ac dilectos filios tam cathedralium, quam aliarum ecclesiarum capitula, nec non abbates et conuentus monasteriorum prouinciæ Remensis ex altera, super diuersis articulis quæstione pendente, nos diffinitiuam super eis sententiam duximus promulgandam, et non nulla, quæ terminata per sententiam huiusmodi extiterunt, fecimus postmodum specialiter elici: volentes ea deinceps a ceteris obseruari, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus illis in iudicio vtamini et in scolis, sub certis titulis, prout in pagina distinguimus, inseri facientes. Huius vero statuta sunt hæc:

(*conf. c. 1. h. t. in VIto.*)

CAP. VII.

IDEM *baronibus et comitibus regis Portugalliae.* (*c. c. h. t. in VIto.*)

Grandi non immerito. et *infra.* Mandamus, quatenus dilecto 6) filio vicecomiti Boloniensi præfati regis Portugalliæ fratrem, de deuotione, probitate ac circumspectione multipliciter commendatum, qui eidem regi, si absque legitimo decederet filio, iure regni succederet, quique examinatæ dilectionis affectu, quo vos et prædictum regnum prosequitur, magnanimitate et potentia sibi plurimis 7) suffragantibus, regnum ipsum maturius reformaturus, firma credulitate

1) Glossata: *hæc.* 2) *se*, addit. 3) *eis.* 4) *et.* 5) *vel.* 6) *dilectum filium nobilem virum comitem Bolon.* 7) *plurimum.*

litare speratur: præsertim cum ad curam et administrationem generalem et liberam regni eiusdem non minus 8) pro sæpe dicti regis, quam ipsius regni, vtilitate, si prouide attendatur, 9) ad defensionem ecclesiarum, monasteriorum aliorumque piorum locorum regni præfati et personarum ecclesiasticarum, tam religiosarum, quam secularium, nec non viduarum, orphenorum et ceterorum, ibidem degentium ac deperditorum inibi recuperatione, 10) salubriter 11) in Domino confidimus, sit essumptus. Cum ed vos accesserit, fidelitate, homagio, iuramento seu pacto, si aliquibus forte præfato regi, vel cuicunque aliæ 12) personæ, tenemini, aut etiam ipsius regis prohibitione, dummodo personam eius et vitam, ac legitimi sui filii, si aliquem ipsum habere contigerit; fideliter conseruetur: 13) debitum eis exhibentes honorem, nequaquem obstantibus, in ciuitatibus, castris, villis et munitionibus regni prædicti 14) cum omnibus suis recipere ac eius dispositioni, ordinationi et mandatis vniuersaliter singuli, et singulariter vniuersi, per omnia, et in omnibus attendere 15) absque difficultate qualibet procuretis; impendentes sibi contra quoslibet 16) violentes consilium, auxilium et fauorem: de reditibus et prouentibus, omnibus, 17) quæ sæpe dicti 18) regni iuribus, sine diminutione aliqua plenarie respondendo, aut 19) de illis dicto regi, secundum quod suam decet excellentiam, ac 20) sibi, ac suis et præfati regni necessitatibus, pro temporum 21) ac negociorum emergentium qualitate veleat prouidere. Alioquin venerabil. fratribus nostris, Bracarensi erchiepiscopo et episcopo Colimbriensi, 22) dedimus 22*) nostris litteris in præcepris, vt nos 23) ad id, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellent. Per hoc autem non intendimus memorato regi, vel ipsius legitimo filio, si quem habuerit, prædictum regnum adimere, sed potius sibi et eidem regno, destructioni exposito, ac vobis ipsis in vite eiusdem 24) regia, per sollicitudinem et prudentiem 25) comitis consulere fupra dicti.

CAP. VIII. DE OFFICIO VICARII.

(*c. 1. h. t. in VIto.*)

Romana ecclesia *et infra.* Cum Remensis erchiepiscopus in officialem alicuius suffraganei sui excommunicationis sententiem, ex aliqua rationabili causa profert; illos, qui vices ipsius gerunt, propter hoc excommunicationis vinculo non adstringit: cum non communicent 26) ob id officiali eidem in crimine, qui ecclesiasticæ 27) censuræ districtione pro eo, quod suum exercent officium, non arctantur. Ea tamen, quæ ipsi, regendo 28) huiusmodi vices agunt, eo taliter excommunicato manente, si iurisdictionem eatum recipiunt ab eodem, non possunt recipere (al. *obtinere*) 29) vigorem.

CAP. VIIII. DE OFFICIO DELEGATI.

IDEM *in eodem.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Statuimus, vt conseruatores, quos plerumque concedimus, a manifestis molestiis 30) et iniuriis defendere possunt, 31) quos eis committimus defendendos: nec ad alia, quæ iudicialem (requirunt) 31*) indaginem exigunt, suam valeant 32) extendere potestatem.

CAP. X. DE OFFICIO LEGATI.

(*c. 1. h. t. in VIto.*)

Officii nostri debitum remediis inuigilat subiectorum: 33) quia, dum eorum excutimus onera, dum scandala remouemus, nos in ipsorum 34) quieta quiescimus et fouemus in pace. Proinde præsenti decreto statuimus, vt ecclesiæ Rom. legati, quantumcunque plenam legationem obtineant, siue a nobis missi fuerint, siue suarum prætextu ecclesiarum legationis sibi vendicent dignitatem, ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem; nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum: quod tamen 35) in fratribus nostris, legationem 36) fungentibus, nolumus obseruari, qui 37) sicut honoris prærogatiua lætantur, sic eos auctoritate fungi volumus ampliori.

CAP. XI. DE OFFICIO ORDINARII.

IDEM *in eodem.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Romana ecclesia *et infra.* Prohibemus quoque, ne Remensis archiepiscopus in diœcesibus suffraganeorum suorum foraneos officiales constituat: quia, cum Metropolitani, 38) ne suffraganeorum suorum ingredientur diœcesin, 39) vt in eis auctoritate propria iudicent, disponant aliquid, vel 40) aliud agant, prohibeant canonica instituta, nequaquam hoc possunt in illis per alios exercere, sed 41) causas, per appellationem, delatas ad ipsos, possunt etiam suffraganeorum suorum diœcesibus delegare. Similiter licet eis tales officiales instituere in eisdem, qui eorum vice, cum appellatur ad ipsos, citationes vel inhibitiones facient, seu compescant, in hac parte, rebelles; quia in causis per appellationem deuolutis ad eos, 42) iurisdictionem iam obtinere noscuntur: propter quod licita super illis possunt committere vices suas. Non sic autem in aliis, in quibus nondum appellatum extitit. Et idcirco non debent aliquos constituere pro citationibus in futuris causis appellationum, et inhibitionibus faciendis: nisi aliud Remensis ecclesia circa talium institutionem officialium de consuetudine obtineat speciali. A quibus etiamsi consuetudinem 42*) huiusmodi possunt 43) in prouincia Remensi constitui: prohibitiones, 44) ne procedatur in causis, priusquam ad Remensem curiam appellatum fuerit, 45) penitus inhibemus. Officiales autem Remensis archiepiscopi, quamdiu in sua prouincia, vel circa illam, extiterint, 46) in suffraganeos suos 47) interdicti, vel suspensionis aut excommunicationis proferre sententiam 48) non attentent. Hoc 49) idem ab officialibus aliorum Metropolitanorum, circa ipsorum suffraganeos, quibus ob reuerentiem pontificalis officii deferre 50) volumus in hac parte, præcipimus obseruari.

CAP. XII. DE IUDICIIS.

IDEM *in concilio Lugdunensi.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Iuris esse ambiguum non videtur, iudicem delegatum, quia sedes apostolica ad hoc mandatum non recipit 51) speciale, iubere non posse alterutram partium coram ipso, 52) in iudicio personaliter comparere: nisi causa fuerit criminalis, siue 53) pro veritate dicenda, vel 54) iuramento calumniæ faciendo, 55) iuris necessitas partes sibi 56) exegerit personaliter præsentari.

CAP. XIII. DE FORO COMPETENTI.

IDEM *in eodem.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Romana ecclesia *et infra.* nec appellationis articulo prætermisso, nec aliter etiam, cum minime appellatum extitit, 57) Remen. archiepiscopos vel eius officiales, de causis clericorum, tanquam iudices, licet in ipsos iidem clerici de facto consentiant, absque diœcesanorum suorum voluntate cognoscant. Nec 58) suffraganeorum Remen. 59) subditos ipsorum delegationem suscipere, vel sententiae et præcepta exequi, aut in causis, per appellationem deuolutis, ad eos testimonium, nisi aliud in his tribus de consuetudine obtineat, perhibere compellant. Nec etiam suffraganeorum ipsorum officiales, aut archidiaconos, archipresbyteros, aliosque inferiores prælatos, suffraganeis eisdem subiectos; dummodo aliud eis contraria consuetudo non tribuat: nec subditos suffraganeorum ipsorum super salariis aduocatorum et procuratorum in causis, quæ in Remensi curia ventilantur, cogant querelantibus in sua præsentia respondere.

Contrahentes vero aliarum diœcesium super contractibus initis in Remensi diœcesi ab eisdem, nisi inueniantur ibidem, trahere coram se non debent inuitos; licet in possessionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciunt, si eorum auctoritate citati, comparere contemnunt, possint missionem facere contra eos: vel, si forte malitiose se ipsos occultent, ne citatio perueniat ad eosdem, decernere faciendam in possessionem bonorum, quæ in alia etiam diœcesi obtinere noscuntur; sed tunc loci diœcesanus, ad denuntiationem ipsorum, faciet huiusmodi missionem. Nec clericos suos mittant ad suffraganeorum suorum 60) diœceses, pro inhibendis 61) vel cognoscendis 62) contractibus coram ipsis: nec eorundem suffraganeorum subditos compellant coram se, occasione huiusmodi, stare iuri.

Neque potest archiepiscopus ipse in suffraganeorum suorum officiales et subditos, pro eo, quod vocati ab ipso nolunt eis 63) querelantibus in sua præsentia respondere, ecclesiasticam exercere censuram.

CAP. XIV. DE LITIS CONTESTATIONE.

IDEM *in eodem.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Exceptionis peremptoriæ, seu defensionis cuiuslibet principalis, cognitionem negorii contingentis, ante litem contestatam obiectus, nisi de re iudicata, vel 64) transacta, vel finita excipiet litigator, litis contestationem non impediet nec retardet: licet dicat obiector, 65) rescriptum non fuisse 66) obtentum, si, quæ sunt impetrenti opposita, fuissent exposita delegenti.

---

8) *Tum.* 9) *ac ad.* 10) *recuperationem.* 11) *vt in.* 12) *alii.* 13) *Conseruatis.* 14) *prædictis.* 15) *intendere.* 16) *repugnantes, ac etiam violentes.* 17) *omnibusque.* 18) *præfati.* 19) *vt.* 20) *et*, deest in Gl. 21) *tempore.* 22) *Columbriensi.* 22*) *damus.* 23) *vos*, deest in Gl. 24) *ipsius.* 25) *prouidentiam.* 26) *communicent.* 27) *ecclesiæ.* 28) *gerendo.* 29) ita et Gl. 30) *violentiis.* 31) *possunt.* 31*) Gl. non legit. 32) *possint.* 33) *subditorum.* 34) *eorum.* 35) deest in Gl. 36) *legationis.* 37) *quia.* 38) *metropolitanis.* 39) *diœceses.*

40) *Attendentes.* 41) *nec pro eo quod.* 42) *ipsos.* 42*) *de consuetudine* 43) *possint.* 44) *inhibitiones tamen.* 45) *appelletur.* 46) *extiterit.* 47) *suos*, deest in Gl. 48) *sententias.* 49) *et hoc.* 50) *deferri.* 51) *receperit.* 52) *se.* 53) *vel nisi.* 54) *vel pro.* 55) *vel aliàs iuris.* 56) *coram eo.* 57) *extiterit.* 58) *neque.* 59) *Remensis ecclesiæ.* 60) *ipsorum.* 61) *inuandis.* 62) *recognoscendis.* 63) *eis*, deest in Gl. 64) *particula, vel*, non habetur in Gl. 65) *quod rescriptum.* 66) *fuisset.*

CAP. XV.
DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

IDEM *in concilio Lugdunensi.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Frequens et assidua nos querela circumstrepit, quod spoliationis exceptio, nonnunquam in iudiciis calumniose proposita, causas ecclesiasticas impedit et perturbat. Dum enim exceptioni insistitur, appellationes interponi contingit: et sic intermittitur, et plerumque perimitur causæ cognitio principalis. Et nos propterea, qui voluntarios labores appetimus, vt quietem aliis præparemus, finem litibus cupientes imponi, et calumniæ materiam amputari, 67) statuimus, vt in ciuilibus negociis, spoliationis obiectu, quæ ab alio, quam ab actore, facta proponitur, iudex in principali procedere non postponat: sed si in ciuilibus, ab actore, in criminalibus autem, se spoliatum reus asserat a quocunque, infra XV. dierum spatium, post diem, in quo proponitur, quod asserit, comprobabit. Alioquin in expensis, quas interim actor ob hoc fecerit, iudiciali taxatione præhabita, condemnetur: alias, si æquum iudici visum fuerit, puniendus. §. 1. Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, cum criminaliter 68) quis 69) tota sua substantia, vel maiore parte ipsius, se per violentiam destitutum affirmat. Et secundum hoc loqui canones sano credendum est intellectu: quod 70) nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus. Habet enim spoliatus priuilegium, vt non possit exui iam nudatus. Solet autem inter scholasticos dubitari, si spoliatus a tertio, de spoliatione contra suum accusatorem excipiat, an ei tempus a iudice debeat indulgeri, infra quod restitutionem imploret: ne forte sic velit existere, vt omnem accusatorem 70*) eludat? quod satis æquitati 71) consonum existimamus. Et si 72) infra tempus indultum restitutionem non petierit, et causam, cum potuerit, non perducat 73) ad finem: non obstante spoliationis exceptione deinceps poterit accusari. §. 2. Ad hæc 74) sancimus, vt rerum priuatarum spoliatio agenti, super rebus 75) ecclesiasticis, vel e contrario nullatenus opponatur.

CAP. XVI.
DE DOLO ET CONTVMACIA.

IDEM *in concilio Lugdunensi.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Actor, qui venire ad terminum, ad quem aduersarium citari fecerit, 76) non curauit, venienti reo in expensis propter hoc factis legitime condemnetur: ad citationem aliam minime admittendus, nisi sufficienter cauerit, quod in termino debeat fideliter comparere.

CAP. XVII.
DE EO, QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSA REI SERVANDAE.

IDEM *in eodem.* (*c. vnic. h. t. in VIto.*)

Eum, qui super dignitate, personatu vel beneficio ecclesiastico obtinendis cum alio litigat possessore ob partis aduersæ contumaciam, causa rei seruandæ, in ipsius possessionem statuimus non mittendum, ne per hoc ingressus ad ea patere valeat vitiosus: sed liceat in hoc casu contumacis absentiam, diuina replente præsentia, etiam lite non contestata, diligenter examinato negotio, ipsum fine debito terminare.

CAP. XVIII.
DE CONFESSIS.

IDEM *in eodem concilio.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Statuimus, vt positiones negatiuas, quæ probari non possunt, nisi per confessionem aduersarii, iudices admittere possunt, 77) si æquitate suadente viderint expedire.

CAP. XIX.
DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

IDEM *in eodem.* (*c. 3. h. t. in VIto.*)

Romana ecclesia et *infra.* In appellationis causa, 78) qui appellantis procurator vel aduocatus ipsius, in priori iudicio, fuerit, non recipiatur in testem. Neque indistincte ipsi appellanti, præsumptione faciente pro eo, deferatur etiam iuramentum: sed tunc, cum, inspectis personarum et ipsius causæ circumstantiis, id fuerit faciendum.

CAP. XX.

IDEM *in eodem.* (*c. 2. h. t. in VIto.* sed verba init. sunt: *praesentium tibi.*)

Ad hæc quia in quadam epistola felicis recordationis Gregorii, papæ IX. prædecessoris nostri, quædam inuenimus declarata; ipsius tenorem epistolæ vobis transmittimus, sub titulo de testibus adnectendam, quæ talis est: Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri nostro, archiepiscopo Rothomagen. salutem et apostolicam benedictionem.

Præsentium tibi 79) auctoritate mandamus, quatenus in causa, quæ inter abbatem et conuentum sancti Nicholai Andegau. ex parte vna, et priorem et conuentum Spald. 80) Lincon. 81) diœcesis, ex altera, super eo, quod idem 82) abbas et conuentus se ab ipso priore et conuentu Spalditen. possessione subiectionis eiusdem prioratus asserunt spoliatos; et super irritanda quadem compositione olim inita inter partes, et rebus aliis vertitur: ab eisdem abbate et 83) priore nomine suo, et in animas conuentuum eorundem, vel maioris et senioris partis eiusdem, 84) recepto iuramento de veritate dicenda, iniungas dictis abbati et priori, vt tam ponendo, quam respondendo dicant veritatem, quam super positionibus tibi sub bulla nostra transmissis ipsi sciunt, et per ipsos 85) intelligunt, in quorum animas iurauerunt. Postea 86) sigillatim super quolibet articulo, in quolibet positione contento, facias a partibus sufficienter ad inuicem responderi: nulla prorsus, ab eis super ipsis positionibus contradictione recepta. Sine iuramento autem a syndico vtriusque partis, quid sciat de huiusmodi positionibus, inquiras, vel credat. Testes etiam, quos super articulis, sub eadem bulla transmissis, pars dictorum prioris et conuentus duxerit producendos, ad reprobandos testes partis alterius, in causa principali productos, quorum nomina in eisdem articulis continentur, vsque ad kalendas proxime venturas 87) examines, secundum aduersæ partis interrogatoria, quæ sub eadem bulla tibi transmisimus, 88) diligenter: primo tamen in persona 89) cuiuslibet testis, a prædictis abbate et conuentu producti, facta sigillatim specificatione criminum et aliorum obiectorum sibi, in eisdem articulis contentorum. Si vero dicti abbas et conuentus testes aliquos produxerint contra testes, ab eisdem priore et conuentu producendos: iuxta articulos, quos 90) abbas et conuentus tibi super reprobatione testium productorum prioris et conuentus, in eadem 91) produxerint, recipe, 92) ac eos vsque ad kal. Februarii proxime venturi diligenter examinare procures, simili conspecificatione 93) criminum et aliorum, quæ contra testes eorundem conuentus et prioris obiecta fuerint, obseruata: prius tamen præstito iuramento a procuratore dictorum abbatis et conuentus, quod ad hoc ex malitia non procedit. 94) Ceterum nobis, 95) sub sigillo dicta prædictorum testium, in scriptis redacta, vna cum prædictis positionibus et responsionibus transmittas, vsque ad kal. april. proxime venturi, quem procuratoribus partium, in vestra præsentia constitutis, peremptorium terminum duximus præfigendum: in quo sufficienter instructi cum omnibus rationibus, priuilegiis et munimentis suis, per se, vel per procuratores idoneos, compareant coram nobis, instante domino, sententiam recepturi. Dat. Lateran.

CAP. XXI.
DE EXCEPTIONIBVS.

(*c. 1. h. t. in VIto.*)

Pia consideratione statuit *sancta* 96) mater ecclesia, quod maioris excommunicationis exceptio, in quacunque parte iudiciorum opposita, lites differat, et repellat agentes: vt ex hoc censura magis ecclesiastica timeatur, et 97) communionis periculum euitetur, contumaciæ reprimatur vitium, et excommunicati, dum a communionis 98) actibus excluduntur, rubore suffusi, ad humilitatis gratiam et reconciliationis affectum facilius inclinentur. Sed hominum superescente malitia, quod prouisum est ad remedium, tendit ad noxam. Dum enim in causis ecclesiasticis frequentius hæc exceptio per malitiam opponatur: 99) contingit 100) differri negotia, et partes fatigari laboribus et expensis. Proinde quia morbus iste, quasi communis irrepsit: 1) dignum duximus commonem adhibere medelam. §. 1. Si quis igitur excommunicationem opponit, speciem ipsius 2) et nomen excommunicatoris exprimat, sciturus, eam rem se deferre 3) in publicam notionem, quam infra octo dierum spatium, die, in quo proponitur, minime computato, probare valeat apertissimis documentis. Quod si non probauerit: iudex ex tunc 4) in causa procedere non omittat, reum in expensis, quas actor ob hoc diebus illis se fecisse docuerit, præhabita taxatione, condemnans. Si vero postmodum, instantia durante iudicii, et probationis copia succedente, de eadem excommunicatione vel alia excipiatur interim, 5) et probetur: actor in sequentibus excludatur, donec meruerit absolutionis gratiam obtinere, hiis, quæ præcesserunt, nihilominus in suo robore duraturis. Prouiso; 6) vt vltra duas vices hæc exceptio non proponatur, 7) præterquam si excommunicatio noua emergat, 8) vel euidens et prompta probatio superuenerit de antiquis. 9) Sed si post rem iudicatam talis exceptio pro-

67) Gl. *amputare.* 68) Gl. *criminaliter accusatur.* 69) Gl. *quia.* 70) Gl. *quia.* 70*) *accusationem.* 71) Gl. *æquitati et iuri.* 72) Gl. *quod si.* 73) Gl. *ducat.* 74) Gl. *hoc.* 75) *Rebus*, deest in Gl. 76) Gl. *fecerat.* 77) Gl. *possint.* 78) Gl. *si qui.*

79) *Tibi*, deest in Gl. 80) Gl. *de Paldigen.* 81) Gl. *Lyconen.* 82) Gl. *videat.* 83) *et*, deest in Gl. 84) *ipsorum*, Gl. 85) Gl. *illos.* 86) Gl. *praeterea.* 87) Gl. *Nouembris proxime futuras.* 88) Gl. *transmittimus.* 89) Gl. *personatu.* 90) Gl. *quos ipsi.* 91) Gl. *eadem causa.* 92) Gl. *recipere.* 93) Gl. *specificatione.* 94) Gl. *procedent*, reliqua desunt in G. 95) Hæc et sequentia in impressis libris non leguntur. 96) *Sancta*, in Gl. deest. 97) *Et*, deest in Gl. 98) Gl. *communionis.* 99) Gl. *opponatur.* 100) Gl. *contingit interdum.* 1) Gl. *irrepsit.* 2) Gl. *illius.* 3) Gl. *deferre debere.* 4) Verba *ex tunc* in Glossata desunt. 5) Gl. *interim.* 6) Gl. *prouiso quod.* 7) Gl. *opponatur.* 8) Gl. *emerserit.* 9) Gl. *antiquis.*

pona-

ponatur; executionem impediet: 10) sed sententia, quæ præcessit, non minus robur debitum obtinebit. Eo tamen saluo, vt si actor excommunicatus sit publice, et hoc iudex nouerit quandocunque, etiam si 11) de hoc reus non excipiat: iudex actorem ex officio suo repellere non postponat.

CAP. XXII.
DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

IDEM *in eodem.* (c. 1. *h. t. in VIto.*)

Cum æterni tribunal iudicis illum reum non habeat, quem iniuste iudex condemnat, testante propheta; nec damnabit eum, cum iudicabitur illi: caueant ecclesiastici iudices, et prudenter attendant, vt in causarum processibus nil vendicent, 12) nil fauor vsurpet, 13) timor exulet, præmium aut expectatio præmii iustitiam non euertat, sed stateram gestant in manibus, lances appendant æquo libramina, vt in omnibus, quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis et ferendis, præ oculis habeant solum Deum, illius imitantes exemplum, qui querelas populi, tabernaculum ingressus, ad dominum referebat, vt secundum eius imperium iudicaret. §. 1. Si quis autem iudex ecclesiasticus, ordinarius aut delegatus etiam, famæ suæ prodigus, et proprii persecutor honoris, contra conscientiam, et 14) iustitiam in grauamen partis alterius in iudicio quicquam fecerit, per gratiam vel per sordes, ab executione officii per annum nouerit se suspensum, ad æstimationem litis parti, quam læserit, nihilominus condemnandus, siturus, quod, si suspensione durante damnabiliter ingesserit se diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluit 15) secundum canonicas sanctiones: a quo 16) non nisi per sedem poterit apostolicam 17) liberari, saluis aliis constitutionibus, quæ iudicibus male iudicantibus pœnas congerunt et infringunt. 18) Dignum est enim, vt, qui in tot præsumsit offendere, pœna multiplici castigetur.

CAP. XXIII.

INNOCENTIVS IV. *sacro præsente concilio, ad rei memoriam sempiternam.* (c. 2. *h. t. in VIto.*)

Ad apostolicæ dignitatis et *infr.* Sane cum dura guerrarum commotio nonnullas professionis christianæ prouincias diutius afflixisset, nos ad Fridericum præcipuum principem secularem, huius dissensionis 19) et tribulationis auctorem, a felicis recordationis Gregorio papa, 20) prædecessore nostro, pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuncios, et magnæ auctoritatis viros, videlicet venerabiles fratres P. Albao. *Vualen.* 21) et 22) Sabin. episcopos ad dilectissimum filium W. 23) basilicæ XII. apostolorum presbyterum, qui salutem celabantur ipsius, duximus destinandos, facientes sibi proponi per ipsos, quod nos et fratres nostros, quantum in nobis erat, pacem per omnia secum habere, nec non cum omnibus hominibus optabamus, paratus sibi pacem et tranquillitatem dare, et mundo etiam vniuerso. Et quia prælatorum clericorum omniumque aliorum, quos detinebat captiuos, et omnium tam clericorum, quam laicorum, quos ceperat in galeis, restitutio poterat esse pacis plurimum inductiua: eum, vt illos restitueret, cum hoc idem tam ipse, quam sui nuntii, antequam ad apostolatus vocati essemus officium, promisissent, rogari et peti ab ipso fecimus per eosdem, ac proponi insuper, quod eidem pro nobis parati erant audire et tractare pacem, ac etiam audire satisfactionem, quam facere princeps de omnibus, pro quibus vinculo erat excommunicationis astrictus, ut offerri 24) præterea, quod si ecclesia, eum in aliquo contra debitum læserat, quod non credebat, parata erat corrigere, ac in statum debitum reformare. Et si diceret ipse, quod in nullo contra iustitiam ecclesiam læserat, vel quod nos eum contra iustitiam læsissemus: parati eramus vocare reges, prælatos et principes tam ecclesiasticos, quam seculares, ad aliquem tutum locum, vbi per se, vel solemnes nuntios, conuenirent. 25) Eratque parata ecclesia de consilio concilii sibi satisfacere, si eum læsisset in aliquo, ac reuocare sententiam, si quam contra ipsum iniuste tulisset, et eum omni mansuetudine et misericordia, quantum cum Deo et honore suo fieri poterat, recipere de iniuriis et offensis, ipsi ecclesiæ suisque per eum irrogatis, satisfacere 26) ab ipso volebat, etiam 26*) omnes amicos suos sibique adhærentes in pace ponere, pleneque securitate gaudere, vt nunquam hac occasione possent aliquid subire discrimen. Sed licet sic apud eum pro pace paternis monitis prædicti 27) curaremus insistere lenitate: idem tamen Pharaonis imitatus 28) duritiam, et obturantis more aspidis 29) aures suas, preces huiusmodi et monita elata obstinatione, ac obstinata elatione, despexit. Propter quod non valentes absque graui Christi offensa eius iniquitates amplius tolerare, cogimur, vrgente nos conscientia, iuste animaduertere in eundem. Et, vt ad præsens de ceteris eius excessibus 30) taceamus, quatuor grauissima, quæ nulla possunt celari tergiuersatione, commisit. Deierauit enim multotiens, pacem quondam, inter ecclesiam et imperium reformatam, temere violando et *infr.* Perpetrauit sacrilegium, capi faciens cardinales sanctæ Rom. ecclesiæ, ac aliarum ecclesiarum prælatos et clericos religiosos, et seculares venientes ad concilium, quod idem prædecessor 31) duxerat conuocandum, et *infr.* De hæresi quoque non dubiis et leuibus, sed difficilibus et euidentibus argumentis suspectus habetur, et *infr.* Præter hoc 32) regnum Siciliæ, quod est speciale patrimonium beati Petri, et idem princeps ab apostolica sede tenebat in feudum, iam ad tantam in clericis et laicis exinanitionem seruitutemque redegit, quod eis pene penitus nihil habentibus, et omnibus exinde fere probis ejicientis 33) illos, qui remanserunt ibidem, sub seruili quasi conditione viuere, ad 34) Ro. eccl. cuius principaliter sunt homines et vasalli, offendere multipliciter et hostiliter impugnare compellunt. 35) Posset etiam merito reprehendi, quod mille quidem sartorum annuam pensionem, in quam 36) pro eodem regno ipsi ecclesiæ Ro. tenetur, per nouem annos et amplius, soluere prætermisit. §. 1. Nos itaque super præmissis, et quam pluribus aliis eius nefandis excessibus, cum fratribus nostris et sacro concilio, deliberatione præhabita diligenti, cum Iesu Christi vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in beati Petri persona sit dictum: quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in cœlis; et quodcunque solueris super terram, erit solutum et in cœlis, principem memoratum, qui se imperio et regnis omnique honore et dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates adeo, ne regnet vel imperet, est abiectus, suisque ligatum peccatis et abiectum, omnique honore et dignitate priuatum a domino denuntiamus, et nihilominus sententiando priuamus; omnes, qui iuramento ei fidelitatis astricti, *) e iuramento huiusmodi perpetuo absoluentes; auctoritate apostolica firmiter inhibentes, ne quisquam de cetero sibi, tamquam imperatori vel regi, pareat vel intendat; decernendo, quoslibet, qui deinceps ei, velut imperatori vel regi, consilium vel auxilium præstiterunt, seu fauorem, ipso facto excommunicationis vinculo subiacere. Illi autem, ad quos in eodem imperio imperatoris spectat electio, eligant libere successorem. De præfato Siciliæ regno prouidere curabimus cum eorundem fratrum nostrorum consilio, sicut viderimus expedire.

CAP. XXIV.

IDEM *præceptori hospitalis Ierusal. in Spania, et mandatori et fratribus domus de Turnaria, hospitalis eiusdem.* (c. 3. *eod.*)

Abbate suo *etc.* abbas de Benefaz. pro se et conuentu suo proponens, locum de Rosal. esse prædicti monasterii iure dominii vel quasi, et cum suis finibus, ex largitione regis Arragoniæ petiit adiudicari eidem monasterio locum ipsum, et vos exinde amoueri. Allegabatur autem pro parte vestra, quod facta vobis donatio de prædictis valida existebat; quamuis ille tunc sub Saracenorum consisteret potestate; quia non simpliciter, sed sub conditione fuere donata, videlicet, si ad manus fidelium deuenirent. In quo casu concessio poterat et debebat habere vigorem: quia ipsi donationi rerum donatarum naturalis qualitas non obstabat, et salubre et laudabile quidem erat, spectare et præstolari tempus, quo illa christianorum dominio subderentur. Quare mox, cum peruenerunt ad ipsos, fuerunt ad vos totaliter deuoluta. Multum quoque distabat, an ipsi monasterio de Benefaz. vel prædicto monasterio Populenti ab eodem rege donatio facta fuisset: quia, etsi liquebat, prædicta monasterio Populenti ab ipso rege, ac ab illo, abbati et conuentui de Benefaz. fuisse collata, non tamen ob hoc constabat, dictum regem ipsi monasterio de Benefaz. illa donasse, vel mandasse donari. Nec pro eo, quod voluit et statuit, vt hædificaretur ibi monasterium, poterat et debebat intelligi, eum prædicta vel eorum aliqua construendo monasterio donauisse; cum illa potius sua videretur fuisse intentio, vt, quia præfatum monasterium Populenti tot et tantorum bonorum largitione ditabat, abbates et conuentus ipsius pro sua suorumque salute, monasterium construere tenerentur: præsertim quia monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat. Præmissa vero concessio facta monasterio de Benefaz. ab abbate et conuentu monasterii Populenti nullum prorsus ei videbatur afferre suffragium, pro eo potissime, quod post litem contestatam et processum iudicii facta fuerat, sicut clare patebat ex instrumento præfato. Vnde cum ius, si quod in prædictis ipsi monasterio de Benefaz. ex concessione huius competebat, in iudicium minime deduxisset; quia videri non potest in illud venisse, quod postmodum accidit: pronuntiari vtique super petitis non poterat ex eadem. Pro parte autem altera dicebatur, quod, cum rex ipse sua probitate ac studio ab infidelibus loca conquisiuerit supradicta, donatio sui, vel patris ipsius, prius facta de illis, cum ad cultum fidei peruenirent, regem eundem quoad hoc, sic per eum postmodum acquisita obligare non potuit: cum sua propria facta essent, et viderentur a bonis aliis hereditariis separata. Porro præfata concessio, facta monasterio de Benefaz.

10) Gl. *impedit.* 11) Gl. *etc.* 12) Gl. *vendicet odium.* 13) Gl. *vsurpet.* 14) Gl. *et contra.* 15) Gl. *inuoluit.* 16) Gl. *qua.* 17) Gl. *per summum pontificem poterit.* 18) Gl. *ingerunt et infligunt.* 19) Gl. *huiusmodi dissensionis.* 20) Gl. *papa nono.* 21) deest in Gl. 22) Gl. *et H.* 23) Gl. *Gotelmum.* 24) Gl. *afferre.* 25) Gl. *conuenirent.* 26) Gl. *satisfactionem.* 26*) *et.* 27) Gl. *et precum.* 28) Gl. *imitatur.* 29) Gl. *aspidis.*

30) Gl. *sceleribus.* 31) Gl. *prædecessor noster.* 32) Gl. *hoc.* 33) Gl. *probis eiectis.* 34) Gl. *et.* 35) Gl. *compellit.* 36) Gl. *qua.* *) *tenentur,* add. Gl.

a monasterio Populenti, licet post acceptum iudicium caussæque processum instruanerit, prodesse tamen et valere debebat: cum pro actore, quod ex iure suo ex caussa idonea, quamuis superuenienti, appareat, satis sufficere videatur, satisque esse, si probatur in reg, interfir ipsius tempore sententiæ praferendæ. §. 1. Sed ad hoc pars vestra respondit, quod, cum tam supra dicti aui donatio, quam locorum acquisitio præmissorum fuerint nomine ragni factæ, memoratus rex donationem seruare huiusmodi tenebatur. Ceterum prædicta monasterio Populeti concessio, monasterio de Benefaz. auxiliari non poterat in hac parte; quia, cum quis egit ex aliqua certa et speciali caussa, et postea, siue alia siue similis ei, quam exposuit, accidit, videri non potest illa in iudicium deuenisse: cum iudex tunc prospicere ac attendere debeat diligenter, an ex animo eadem, quæ prius expressa extitit, vtpote quæ tunc etiam competenter actoris intentio sit fundata. Secus autem, cum egit vel petiit in genere, nullius certæ vel specialis caussæ faciens mentionem, videlicet, quia generaliter forte proposuit, aliquem obnoxium esse sibi, vel ad se iure domini vel quasi rem aliquam pertinere. Cum enim hoc præcipue inspiciendum est iudici: sufficienter, vel minime de iure, vel intentione constet actoris. Vnde si de hoc ex caussa, etiam postmodum accidenti, liqueat; potest et debet iudex, etiam si appareat, minus iuste a principio fore actum, suum exinde animum informare: quoniam, et si petitum fuerit indebite, non ob hoc tamen minus valuit et tenuit iudicium subsecutum, nec illius acta gesta propterea minus valida extiterunt. Nec etiam iudex ipse, cognita taliter veritate pronuntiare in contrarium posset cum libera conscientia et secura. Non prodesset etiam multum reo, si tunc forte in ipsum ex huiusmodi superuenienti causa condemnatio non ferretur: cum mox alio instructo iudicio foret ex illa merito condemnandus. Vnde etsi actori suam ex superuenienti causa intentionem sufficiat fundauisse, cum egit aliqua causa specialiter non expressa; secus tamen est, si certam et specialem in suam petitionem subiunxerit: nisi postmodum intentionem suam ex eadem prorsus, quam prius expressit, et tunc etiam competenti causa fundarit. Quare vt memoratus abbas monasterii de Benefaz. proposuit, se præfatum locum de Rosel. cum suis terminis ad ipsum monasterium ex prædicti regis largitione spectare, nec de aliqua facta ipsi monasterio super hoc ab eodem rege concessione docuerit. Ostendit autem donationem quondam factam illi de his abbate et conuentu in causa Populenti, quæ nec in sua petitione fuerat expressa, nec etiam ante facta: nullum profecto commodum ex ea reportare debebat. Præfatus ergo cardinalis, præmissis omnibus et aliis, quæ hinc inde fuere proposita, diligenter auditis, ac vtriusque partis meritis æqua iustitiæ lance discussis, prudenter attendit, id, quod prædicti abbas et conuentus de Benefaz. proposuerint, intentione videlicet actoris, ex his non post lit. cont. accidunt, posse fundari, eaque debere in iudicium deuenire, tunc locum habere, sicut congrue allegatum est supra, quando certa et expressa causa specialiter non est actum. Ex his enim, quæ post inchoatum iudicium eueniunt, quando causa fuit exposita specialis, nec debet, nec potest iudicis animus ad proferendam sententiam informari; quia, cum certæ causæ facta est mentio, vtpote donationis, vel venditionis, aut alterius specialis, oportet cœpti iudicii tempus attendi, vt liquido agnoscant, an interfuerit actoris propter illa, quæ specialem causam comitantur, et necessario adesse debent, veluti tempus, locus et huiusmodi: quæ sunt sollicite attendenda, et sine quibus nulla et inualide censerentur. Sed cum est in genere, absque alicuius causæ declaratione, petitum; non sic oportet accepti iudicii tempus inspici: quia non requiruntur, nec sunt opportuna, nec attendi possunt huiusmodi concomitantia etiam in hoc casu. Et licet aliquibus curiosis, qui de his, quæ non multum expediunt, sæpe disceptant, aliter forsitan appareat, quando actum est causa aliqua non expressa; vtilius tamen videtur, negotia tali expediri compendio, quam per quandam exactam subtilitatem longo dispendio prorogari: præsertim cum nonnulla pro vtilitate communi contra iuris asperitatem et æquitatis mansuetudinem tolerari noscantur. Vnde idem cardinalis considerans, quod ipsi abbas et conuentus de Benefaz. non probauerunt largitionem super his regiam sibi factam, ex qua specialiter vos impetere videbantur: ab huiusmodi eorum abbatis et conuentus impetitione, de mandato nostro prohibita, de fratrum nostrorum consilio, vos duxit similiter absoluendos. Nos igitur cardinalis eiusdem sententiam ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus.*)

CAP. XXV.
DE APPELLATIONIBVS.

IDEM *in eodem.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Cordi nobis est, lites minuere, et a labore releuare subiectorum. Sancimus igitur, vt, si quis in iudicio vel extra super interlocutoria vel grauamine ad nos duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare deproperet; petat apostolos, quos ei præcipimus exhiberi: in quibus appellationis causam iudex exprimat, et cur appellatio non sit admissa, vel, si appellationi forsitan ex superioris reuerentia sit delatum. §. 1. Post hæc appellatori secundum locorum distantiam, personarum et negotii qualitatem, tempora prosecutionis indulto, si appellatus voluerit, principales personæ per se, vel per procuratores instructos cum mandato ad agendum, rationibus et munimentis, ad causam spectantibus, accedant ad sedem apost. sic parati, vt, si nobis visum fuerit expedire, finito appellationis articulo, vel de partium voluntate omisso, procedatur in negotio principali, quantum poterit et de iure debebit, hisque in appellationibus a definitiuis sententiis interpositis antiquitus statutis, non mutatis. Quod si appellator ea, quæ præmissa sunt, non obseruet: reputabitur non appellans, et ad prioris iudicis redibit examen, in expensis legitimis condemnandus. Si autem appellatus contempserit hoc statutum: contra eum tamquam contra contumacem tam in expensis, quam in causa, quantum a iure permittitur, procedetur. Iustum est equidem, vt in eum iura insurgant, qui ius, iudicem et partem eludit.

CAP. XXVI.

IDEM *in eodem.* (*c. 2. eod.*)

Legitima suspicionis causa contra iudicem assignata, et arbitris a partibus secundum formam iuris electis, qui de ipsa cognoscant, sæpe contingit, quod ipsis in idem 36*) conuenire nolentibus, nec tertium aduocantibus, cum quo ambo, vel alter eorum, procedant 37) ad decisionem ipsius negotii, vt tenentur: iudex proferat excommunicationis sententiam contra eos. 38) Quoniam 39) ipsi, tum propter odium, tum propter fauorem partium diutius vilipendunt: quare, causa ipsa plus debito prorogata, non proceditur ad cognitionem negotii principalis. §. 1. Volentes igitur morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam, statuimus, vt ipsis arbitris per iudicem competens terminus præfigatur, infra quem iidem 40) conueniant, vel tertium aduocent, cum quo ambo, vel alter ipsorum, eiusdem suspicionis negotium terminare procurent: alioquin iudex ex tunc in principali negotio procedere non omittat.

CAP. XXVII.

IDEM *in eodem.* (*c. 3. eod.*)

Romana ecclesia, *et infra.* Cum suffraganeorum Remen. ecclesiæ suorumque officialium, qui generaliter de causis, ad ipsorum forum pertinentibus, eorundem vices supplendo cognoscunt, vnum et idem consistorium 41) sit censendum: ab ipsis officialibus non ad dictos suffraganeos, ne ab eisdem ad se ipsos interponi appellatio videatur, sed de iure ad Remensem est curiam appellandum. §. 1. Ab archidiacono vero, aliisque inferioribus prælatis, suffraganeis subiectis eisdem, et eorum officialibus, ad suffraganeos ipsos debet, et non ad eandem curiam, omissis dictis suffraganeis, appellari: nisi aliud Remensi ecclesiæ de consuetudine competat in hac parte. Cum autem ad præfatam curiam ab eorundem suffraganeorum, vel suorum officialium audientia fuerit appellatum, Rhemensis archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, vel officiales ipsius, nullatenus in appellationis interpositæ causa ante diffinitiuam sententiam citent partes, nec etiam aliis causam 42) committant, appellationis eiusdem causa probabili, seu legitima non expressa. Si vero, vocatis partibus vel nullatenus, aut non infra X. dies post interlocutoriam, vel diffinitiuam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile, sicque non esse per appellationem ad eundem archiepiscopum, vel eius officiales 43) deuolutum negotium proponatur: iidem, nisi constiterit prius, 44) causam ad eos taliter fore 45) delatam, prohibere, ne in illam, 46) vel ne ad executionem procedatur sententiæ, non præsumant. §. 2. Quod si obiiciatur ex iniusta causa, seu minus legitima, ante sententiam appellationem interpositam extitisse, ac 47) ex eo non esse appellationem huiusmodi admittendam; nequeunt prædicti archiepiscopus et officiales 48) prohibere, ne procedatur in causa: nisi prius appellatione recepta, velut emissa ex causa probabili, cognoscere incipiant de causa huiusmodi, an sit vera. Si autem in casibus post sententiam e iure prohibitis, vtpote a sententia in 49) manifesto et notorio crimine, vel de quo quis in iure confessus extitit, promulgata, vel consimilibus, appellatum fuisse dicatur: possunt, ne sententia executioni mandetur, postquam cognoscere cœperint, vtrum recipienda sit appellatio, an non, ab eo interposita, inhibere. §. 3. In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem et appellatum controuersia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentent, 50) non valent 51) occasione huius iurisdictionem aliquam vindicare. Cum vero is, qui ad Remensem curiam, super aliqua causa, vocem appellationis emittit, nihilominus in causis aliis, ordinarii sui iurisdictione subiaceat: 51*) Remensis archiepiscopus, vel eius 52) officiales nequaquam iurisdictionem ipsam in illis 53) impediant, aut 54) ab eiusdem ordinarii potestate totaliter eximant taliter appellantem. Debet autem ad eos ab episcopis præfatæ prouinciæ, super causis, in quibus temporalem

*) Quum hic textus nimis scateat vitiis: variantes lectiones omittimus.

36*) Gl. *in idem.* 37) Gl. *procedat.* 38) Gl. *ipsos.* 39) Gl. *quia.* 40) Gl. *in idem.* 41) add. Gl. *fore auditorium.* 42) Gl. *aliam.* 43) Gl. *officialem.* 44) Gl. *prius ipsi.* 45) Gl. *totaliter fuisse.* 46) Gl. *causa illa.* 47) Gl. *et.* 48) Gl. *vel eius officiales.* 49) Gl. *super.* 50) Gl. *attentat.* 51) *valet.* 51*) Gl. *subiiciatur.* 52) Gl. *ipsius officiales.* 53) Gl. *aliis.* 54) *vt.*

tutis-

iurisdictionem, 55) nisi forte de consuetudine, aut priuilegio, seu iure alio speciali sit appellandum ad alium, appellari. Sententias quoque interdicti, suspensionis seu excommunicationis in appellantem ab eo, a quo appellatum proponitur, promulgatas, nullatenus, nisi vocatis partibus, et de appellatione legitime cognito, reuocent aut denuntient, nullas esse. §. 4. Cum autem ad Remensem archiepiscopum ab audientia suffraganei sui, super aliqua causa, fuerit ante sententiam appellatum: idem archiepiscopus, postquam de appellatione cognito constiterit, eam minus rationabilem extitisse, causam ipsam 56) ad eundem suffraganeum remittere non postponat.

CAP. XXVIII.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

IDEM *in eodem.* (*c. 1, h. t. in VIto.*)

Quia cunctis *et infr.* Proponebatur itaque pro parte tua, quod 57) prædicta præpositura, dum vacabat, tibi per eum, qui conferre ipsam poterat, 58) collata fuisset. Collatio huiusmodi canonica existebat, maxime cum nulla per priorem ipsum, quæ illam impedire posset, inhibitio præcessisset. Dicebat autem pars altera, quod cum præmissæ literæ, sede Carnotensi vacante, fuissent in capitulo publicatæ, ac præfatus episcopus tunc de capitulo ipso esset, ibique præsens assisteret, ignorare non potuit mandatum apostolicum, super conferenda memorato D. præbenda vel dignitate sine cura, quam ipse duceret acceptandam, cum primo in ecclesia ipsa 59) vacaret, alii fuisse directum, et sic per consequens facultatem sibi esse sublatam conferendi huiusmodi dignitatem. Propter quod videbatur, quod nec per se, nec per alium, prædictam 60) præposituram, curam non habentem animarum annexam, primo 61) post mandatum ipsum, quæ in ecclesia prædicta vacauerit, 62) potuerit alicui conferre personæ; præsertim cum iam dictus prior, eodem publicato mandato, mox præfato D. præbendam, vel dignitatem, huiusmodi curam non habentem, quam primo in eadem ecclesia vacare contingeret, contulisset: nec etiam alias, ut 63) allegabatur, prodesse poterat ipsius episcopi ignorantia in hac parte. Nam si alicui a sede apostolica concedatur, quod excommunicari non possit, licet id forsan suus ignoret episcopus, non tamen propter hoc eius ligatur sententia, si quem proferat in eundem. Similiter si alicui conferendi præbendam aliquam tribuatur a sede apostolica potestas: ex hoc 64) videtur, quod sit episcopo conferendi eam tunc penitus interdicta facultas. Nec obstaret, si forte obiiceretur, quod lex seu constitutio et mandatum nullos constringunt, 65) nisi postquam ad notitiam peruenerit, 66) eorundem, aut nisi post tempus, infra quod ignorare minime debuissent: quia in priuilegiis et indulgentiis, seu concessionibus specialibus secus existit, in quibus sufficit, quod ad illorum, quibus conceduntur, notitiam perueniant, vt patet, cum indulgetur alicui, quod excommunicari nequeat, sicut superius est expressum. Equidem 67) cum tribuitur alicui potestas conferendi præbendam: videtur procul dubio ei concedi aliquid speciale. §. 1. Adiiciebatur insuper, quod cum sententia statim arctet etiam ignorantem; quoniam, si contra prælatum aliquem absentem depositionis sententia proferatur, contractus alios, 68) quos inijt ignoranter postea, vt prælatus, nullum robur obtinent firmitatis: et insuper litteris prædictis 69) continetur, in irritum decernimus et inane, quicquid super huiusmodi præbenda vel dignitate contra nostrum contingeret acceptari 70) mandatum: collatio, quam idem episcopus post tale nostrum decretum, siue illud ignorauerit, siue non, de præfata præpositura, per se vel alium fecerit, non valebit. §. 2. Ex parte vero tua extitit replicatum, quod 71) de illis priuilegiis et indulgentiis, æquitate suadente, debet 72) intelligi, quæ vim suam habent, mox, cum ad illos, quibus conceduntur, peruenerunt: 73) ex quo 74) tenore liquido nosci potest, quod talis circa ea fuerit intentio concedentis, vtpote cum alicui conceditur, quod excommunicari non possit. Ex hoc enim euidenter apparet, aliis excommunicandi eum ademptam esse penitus facultatem. Non sic autem est, si alicui conferendi præbenda, 75) siue certa 76) siue incerta 77) tribuatur potestas. Non enim tunc videtur esse tribuentis intentio, vt per hoc ei, ad cuius donationem præbenda ipsa pertinet, conferendi possibilitas adimatur: nisi prius illa sibi notificet, quod eam velit per huiusmodi potestatem conferre, aut ei collationem interdicat illius, vel postquam ipsi notificauerit, talem potestatem sibi fore concessam, vacuum et irritum decernit, si de ipsa secus præsumat. Quia, cum illi amplior non detur potestas, quam Romanus pontifex habeat in hac parte, sicut per eam, quam obtinet ipse Rom. pontifex, facultas conferendi beneficium vel præbendam, nisi suam in hoc 78) insinuet voluntatem, alicui non aufertur. Similiter et per eam, quae taliter illi ab ipso conceditur, ei, ad quem ipsius præbendæ spectat collatio, priusquam insinuet ille sibi, quod eam velit concedere, vel aliam 78*) conferat, si forte vacet, potestas non tollitur conferendi: nisi forsan, quod ipsam conferre non possit, exprimatur in concessione huiusmodi potestatis. Tunc enim licet talem confessionem forsitan ignoret; sua tamen collatio, si postmodum præbendam ipsam conferat, nihil valet: cum satis super hoc concedentis intentio agnoscatur, sicut, cum indulgetur alicui, quod excommunicari non valeat, vt in superioribus est expressum. §. 3. Subiunctum etiam extitit, quod, cum memorato priori per præfatas litteras mandassemus, vt nominato D. præbendam vel dignitatem sine cura, quam acceptandam duceret, si vacaret, tunc, vel quam primo vacare eam 79) contingeret in ecclesia prædicta, conferret. Idem prior prouidendi ei de præbenda vel dignitate ipsa, nisi post acceptationem ipsius, non habet aliquam potestatem. Vnde cum sæpe dicta præpositura fuerit tibi, antequam illam idem D. acceptaret, præfati episcopi auctoritate collata, huiusmodi collatio talis mandati nostri prætextu, etiamsi prius illud episcopus ipse sciuisset, non poterat vacuari. Nostrum autem in hac parte decretum ad præbendam seu dignitatem, quam prædictus D. acceptaret, referri debeat: alioquin super incerto fuisset edictum, 80) nec aliquem adstrinxisset. §. 4. Sed extitit ex aduerso responsum, quod, etsi præfatus prior iam dicto D. præbendam vel dignitatem huiusmodi, cum vacaret, ante ipsius acceptationem conferre nequiret, idem tamen D. præbendam seu dignitatem talem licite posset ac libere acceptare, si vellet: 81) quare præfatus 82) episcopus prædictam 83) præposituram, cum non prius eum requireret, 84) an acceptare vellet eandem, cuiquam conferre non poterat. 85) Quinimo ipsius collatio, cum idem D. præposituram ipsam postmodum 86) irritari debebat, et concessio, per iam dictum archipresbyterum sibi facta, debet stabilis permanere. Sicut cum legatur alicui vnus ex seruis, quem elegerit, vel optauerit, et heres ante optionem, vel electionem eius manumittit aliquem, vel alienat ex illis: profecto talis 87) manumissio vel alienatio irritatur heredis, ceditque ille legato, si eum legatarius duxerit eligendum. §. 5. E contra vero pro te 87*) propositum extitit, quod in vltimis voluntatibus illud 88) tenet; nec præmissa in legatis futuris, quemadmodum in extantibus habent locum: quia nec etiam ad optandum seu eligendum ex illis, sicut ex istis potest terminus assignari. Et grauis inesset conditio quodammodo 89) incongruum videretur, si quando mandaretur alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua prouincia, quam primo vacare 90) contingeret, prouideri. Oporteret ipsum in singulis beneficiis, postmodum ibi vacantibus, prorogata non absque periculo forsitan ipsorum collatione, requiri. Vnde cum sæpe dicto 91) priori fuisset iniunctum, vt iam 92) dicto D. præbendam vel dignitatem sine cura, 93) quam duceret acceptandam, si vacaret in memorata ecclesia, vel quam cito contingeret eam vacare, auctoritate 94) ap. conferret; et ita eidem D. circa futuras, siue vacaturas præbendas vel dignitates tales ipsius ecclesiæ optio esset data, non poterat per hoc memorati episcopi collatio in illis, cum 95) vacarent, aliquatenus 96) impediri; nisi forte, cum aliquam ex his vacare contingeret, ipsam ipse D. priusquam eam conferret episcopus, acceptaret; vel etiam nisi ante vacationem alicuius ipsarum vacaturarum ex eis primam, vel secundam, vel, ea omissa, ex aliqua causa ulteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatam conferre postmodum episcopus non valeret. Nos itaque tam tuis, quam præfati D. rationibus plenius intellectis, quia sæpe dictam præposituram ad te nouimus pertinere, ipsam tibi, habitu fratrum nostrorum consilio, adiudicare curauimus, memorato D. 97) super ea perpetuum silentium imponentes.

CAP. XXIX.

DE REBVS ECCLESIAE ALIENANDIS VEL NON.

IDEM *in eodem.*

Dudum *et infra.* Dictus vero archidiaconus ex aduerso respondit: illas decimas illi ecclesiæ restitui non debere, proferens in medium ordinationem quandam episcopi Dulmen. de consensu capituli sui factam, inter alia continentem, quod idem episcopus, attendens prouentus archid. Dulmen. adeo fore tenues et exiles, quod non sufficiebant ad ipsius onera supportanda, præfatas decimas archidiaconatui memorato concessit, *et infra* Quia vero in concessione huiusmodi prædicta ecclesia 97*) legitimo defensore caruit, qui sibi primum ab eodem episcopo de-

55) Gl. *iurisdictionem exercet.* 56) deest in Gl. 57) *quod cum.* 58) *potuit.* 59) *ipsa prædicta.* 60) *præfatam.* 61) *q. a primo.* 62) *vacauit, poterit.* 63) *prout.* 64) *hoc ipso.* 65) *adstringunt* 66) *peruenerunt.* 67) *Et quidem.* 68) deest, *alios* 69) *In supra dictis litteris irritum decernimus, etc.* 70) *Contigerit attentari.* 71) *quod hæc.* 72) *debent.* 73) *peruenerunt,* 74) *quorum.* 75) *præbendam.* 76) *certam.* 77) *incertam.*

78) verba: *in hoc,* desunt in Gl. 78*) Gl. *vel etiam.* 79) deest. 80) *Edictum* 81) *si vellet,* hæc verba desunt. 82) *prædictus.* 83) *præfatam.* 84) *requisierit.* 85) *potuit.* 86) *postmodum acceptauerit,* Gl. 87) *talis,* deest 87*) Gl. *pro parte tua.* 88) *id* 89) *quodammodo.* 90) *illud vacare.* 91) *sæpe præfato.* 92) *iam,* deest. 93) desunt hæc duo verba. 94) *sibi auctoritate.* 95) *quando.* 96) deest. 97) *ipsi D.* 97*) *cum vacaret,* addit Gl.

buerat

buerat deputari; quia etiam tractus 98) solemnis, qui in talibus concessionibus perpetuis alienationibus rerum ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus in eadem: ordinationem et concessionem ipsam, præsertim cum euidens necessitas, quare fieri deberet, vtilitas vel non subesset, de fratrum nostrorum consilio decernimus non valere, dictas decimas ipsi ecclesiæ, tanquam pertinentes ad eam, similiter adiudicare curantes.

CAP. XXX.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS ET PROCVRATIONIBVS.

IDEM *in eodem.*

Romana ecclesia *et infr.* Statuimus, vt quilibet archiepiscopus suam volens visitare prouinciam, prius ecclesiæ suæ capitulum ac ciuitatem et diœcesin propriam plene visitare procuret; nec sit solum erga maiorem,99) sed etiam minorum ecclesiarum, nec circa clericorum tantum, sed etiam visitationem populorum intentus: et si commode, vel absque difficultate accedere ad vnamquamque non poterit, de pluribus locis ad vnum congruum clericos et laicos studeat conuocare, nec in illis visitatio postponatur. Deinde liceat ei per totam prouinciam, vel eius partem visitationis officium exercere, diœceses, ciuitates, suffraganeos et eorum subditos, cathedralium, et aliarum ecclesiarum capitula, monasteria, ecclesias, et alia religiosa et pia loca, clericos et populos libere visitando, ac procurationes a locis tantum recipere visitatis. Ex quo tamen aliquam de ipsis diœcesibus visitare cœpit; nunquam postea, siue partem, siue totam eius visitauerit, reuertatur causa visitationis ad illam, priusquam ipsius prouinciæ diœceses in toto vel in parte, quas secure visitare poterit, sine 100) denuo ab eo fuerint visitatæ. Quod si forsan eadem diœcesis, vel aliqua ibi ecclesia, plus aliis indiguerit visitari; tunc aliarum visitatione intermissa, redeat ad eandem; si e loci diœcesi requisitus extiterit, vt de omnium, siue maioris partis episcoporum eiusdem prouinciæ, processerit consilio et assensu: ad quod iidem se pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si vero malitiose in his difficultatem adhibuerint: archiepiscopus licentiam super hoc e sede apostolica postulet confidenter. Postquam autem semel omnes prouinciæ suæ diœcesis visitauerit: licitum sit ei postea, prius tamen suffraganeorum requisito consilio, et ipsius definitione super hoc habita coram eis, quam in scriptis redigi volumus, vt possit aliis esse nota, visitationem per eandem reiterare prouinciam, iuxta modum superius annotatum. Etiamsi non interueniat in hoc suffraganeorum ipsorum assensus; illam semper prouidentiam adhibendo, vt in posterioribus visitationibus illas ecclesias, eosque clericos et populos prius visitet, quando fuerant ab eo in prioribus visitati: nisi magis sit eius visitationis officium opportunum. §. 1. Sane huiusmodi impensurus officium proposito verbo Dei, quærat de vita et conuersatione ministrantium in ecclesiis et locis, diuino cultui deputatis, ac ceteris, quæ ad officium ipsum spectant, absque coactione et exactione qualibet iuramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita, nunc leuia, nunc aspera, iuxta datam sibi a domino prouidentiam, diligenter intendens. Quod si de aliquibus orta fuerit infamia contra eos: ordinariis ipsorum, vt super his solemniter inquirant, denuntiet, si viderit expedire. Notoria vero crimina, quæ examinatione non indigent, cum super his merito notari possit ordinariorum negligentia, eorundem libere corrigat, pœnam pro eis debitam infligendo. Procurationes autem recipiat, secundum quod est in canonibus constitutum; nullam tamen pecuniam ipse, vel aliquis de sua familia, occasione alicuius officii, aut consuetudinis, seu alio quolibet modo nomine earum: sed in victualibus tantum recipiat moderatis. 1) Caueat insuper, ne ipse, vel quisquam suorum aliquod munus, quodcunque sit, et qualitercunque offeratur, præsumat recipere: vt non, quæ sua sunt, videatur quærere, sed quæ Christi. Quod si fuerit contra præsumptum: recipiens maledictionem incurrat, e qua nunquam, nisi duplum restituat, liberetur. Volumus etiam in his fraudem quamlibet penitus euitari. Hanc autem visitandi formam ab vniuersis etiam episcopis aliisque prælatis, ordinario iure suos subditos visitantibus, plene obseruari præcipimus, saluis super hoc rationabilibus et approbatis religiosorum consuetudinibus, et regularibus institutis.

CAP. XXXI.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO VEL CASVALI.

IDEM *in eodem concilio.* (*c. 1. h. t. in VIto.*)

Pro humani redemptione generis de summis cælorum ad ima mundi descendens, et mortem tandem subiens temporalem, Dei filius, IESVS CHRISTVS, ne gregem sui pretioso sanguinis gloriosi 2) redemptum,

98) *tractatus solemnis et diligens.* 99) Gl. *maiorum.* 100) Gl. *et sua denuo fuerint visitata.* 1) Gl. *expensas moderatas.* 2) Gl. *sui pretio sanguinis religiosi.*

e censurus resurrectionem ad patrem, absque pastore relinqueret, ipsius curam Petro, beato apostolo, suæ vt stabilitate fidei ceteros in christiana religione firmaret, eorumque meritis ad salutis opera suæ accenderet deuotionis ardore, commisit. Vnde nos eiusdem apostoli effecti, disponente domino, licet immeriti, successores, et ipsius redemptoris locum in terris, quanquam indigni, tenentes, circa gregis eiusdem custodiam sollicitis excitari vigiliis, et animarum salutis iugis accensione 3) cogitationis intendere, submouendo noxia et agendo profutura debemus, vt excusso a nobis negligentiæ somno, nostrique cordis oculis diligentia sedula vigilantibus, animas Deo lucrifacere, sua nobis gratia cooperante, valeamus.

§. 1. Cum igitur illi, qui sic horrenda inhumanitate detestandaque sæuitia mortem sitiuerit 4) aliorum, vt ipsos faciant per assassinos occidi, non solum corpus 5) sed mortem procurent etiam animarum: nisi eos exuberans gratia diuina præuenerit, non sint armis spiritualibus præmuniti, ac omnis potestas tribuitur a domino ad iustitiam vtrumque iudicium exercendum: nos tanto periculo volentes occurrere animarum, et tam nefarios præsumtores 6) ecclesiasticæ animaduersionis mucrone feriri, vt metus pœnæ meta huiusmodi præsumtionis existat; præsertim cum nonnulli magnates taliter 7) formidantes coacti fuerint, securitatem ab eorumdem assassinorum domino impetrare: sicque ab eo, non absque christianæ dignitatis opprobrio, redimere quodammodo vitam suam, sacri concilii approbatione statuimus, vt quicunque princeps, prælatus, seu quæuis alia ecclesiastica persona secularisue, quempiam christianorum, per prædictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, quamquam mors et 8) hoc forsitan non sequatur, aut eos receptauerit, vel defenderit seu occultauerit, excommunicationis et depositionis a dignitate, honore, ordine, officio et beneficio incurrat sententias ipso facto, et ista libere aliis per illos, ad quos collatio eorum pertinet, conferantur. Sit etiam cum suis bonis mundanis omnibus, tamquam christianæ religionis æmulus, a toto christiano populo perpetuo diffidatus. Et postquam probabilibus constiterit argumentis, aliquod scelus tam execrabile commisso 9): nullatenus alia, vel excommunicationis, vel depositionis, seu diffidationis aduersus eum sententia requiratur.

CAP. XXXII.

DE REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

IDEM *fratribus ordinis praedicatorum et fratribus ordinis minorum.* (*c. 2. h. t. in VIto.*)

Non solum 10) in fauorem conuersi, sed etiam monasterii, probationis tempus a sanctis patribus est indultum, vt ille asperitates istius, et istud mores illius valeat experiri. In regula quondam beati Benedicti præcipitur, vt ad conuersionem nouiter venienti non facile tribuatur ingressus, sed sicut docet apostolus, an sit ex deo, spiritus comprobetur, et dura et aspera, per quam itur ad dominum, exponantur. Præterea in eadem subiungitur, vt dicatur ecclesiæ lex, sub qua viuere desideras, si eam obseruare potes, ingredere: alioquin liber venisti, liber discede. Insuper felicis recordationis Gregorius papa, prædecessor noster, statuit, vt positi in probatione nouitii, ante susceptum religionis habitum, qui dari profitentibus consueuit, seu ante professionem emissam ad statum pristinum libere redire possint infra annum. §. 1. Nos ad omnem ambiguitatem penitus remouendam cum in quibusdam locis religiosis nouitiorum habitus non distinguatur a habitu professorum, professionis tempore benedicantur vestes, quæ profitentibus conceduntur, vt nouitiorum a professorum habitu discernatur. Licet igitur 11) zelum animarum habentes, eas lucrari domino sollicite cupiatis; quia tamen decet et expedit, vt conscientiæ puritati non desit iudicium rationis, ne, vnde profectus spiritualis quæritur, inde salutis dispendium subsequatur: nos, 12) de fratrum nostrorum consilio, in virtute obedientiæ, sub pœna excommunicationis, auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne ante annum probationis elapsum, qui est maxime in subsidium fragilitatis humanæ 13) institutus, quemquam ad professionem vestri ordinis seu renuntiationem seculi 14) faciendam recipere 15) præsumatis, nec constitutum in probatione nouitiorum aliquatenus impedire, quo minus infra eundem annum probationis ad aliam religio-

3) Gl. *attentione.* 4) Gl. *sitiunt.* 5) Gl. *corporum.* 6) Gl. *præsumtiones.* 7) Gl. addit *primi.* 8) Gl. *ex.* 9) Gl. *commisisse.* 10) Gl. habet: *et infra*, qua voce Glossata inuoluit omnia sequentia, vsque ad verba: *licet igitur zelum.* 11) *igitur*, deest in Gl. 12) *vobis.* 13) *regulariter*, add. 14) *in seculo.* 15) Gl. hic rursus admodum variat sequenti modo: *recipere, nec constitutum infra huiusmodi annum aliquatenus impedire, quo minus infra ipsum ad aliam religionem, quam maluerit, transeat: vel nisi maior tamen quatuordecim annis existens, professus sit tacite vel expresse, aut euidenter constet, illum vitam voluisse mutare; quod tamen non præsumitur, nisi clara probatione, vel competentibus iudiciis ostendatur, omnino ad seculum redeat, sicut de voluntate sua processerit, præsumatis. Locustis forte* etc.

nem,

nem, quam maluerit, transeat; sicut de sua processerit voluntate libera, non obstante statuto contrario, si quod a nobis est editum, quod in irritum decernimus et inane; vel aliquibus litteris a sede apostolica impetratis, seu impetrandis, quæ de præmissis expressam non fecerint mentionem. Quod si contra fecerit forte contra huiusmodi 16) nostram prohibitionem, quemquam recipere præsumpseritis: decernimus eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus vestro esse ordini alligatum vosque a receptione quorumlibet a professione eius 17) ordinis fore ipso facto suspensos, et insuper pœnæ subiiciendos, quæ fratribus ipsius ordinis, pro culpis infringi 18) grauioribus consueuit. 19) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli se nouerit incursurum.

CAP. XXXIII.

DE PRIVILEGIIS ET EXCESSIBVS PRIVILEGIATORVM.

IDEM in eodem. (c. 1. h. t. in VIto.)

Volentes libertatem, quam nonnullis apostolica sedes priuilegio exceptionis 20) indulsit, sic integram conseruari, 21) vt contra illam alii non insurgant, 22) et ipsi eius limites non excedant, declaratione irrefragabili definimus, vt 23) quantacunque sint exempti gaudeant libertate nihilominus tamen ratione delicti, siue contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint 24) coram locorum ordinariis conueniri, et illi quoad hoc, suam in ipsos iurisdictionem possunt, 25) vt 26) ius exigit, exercere. Nunquid ergo careot omnino in his commodo libertatis? non vtique: quia nec coram ordinariis ipsis, dummodo sit in loco exempto commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec vbi domicilium habent, si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsi 27) consistat, conueniri possunt aliquatenus super istis, neque domiciliorum prætextu locorum dioc. si alibi deliquerint vel contraxerint, 28) aut res ipsa exstitit, eos illis conuenire, remittendo 29) eos illuc, vel ipsis, vt illic respondeant, iniungendi habeant aliquam 30) potestatem: saluis nihilominus casibus aliis, in quibus eos episcoporum iurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta. Et id ipsum decernimus circa illos, quibus, vt non nisi sub vno certo iudice teneantur de se conquerentibus respondere, apostolicum priuilegium 31) est concessum.

§. 1. In eos autem, quibus, ne interdici, suspendi vel excommunicari a quoquam valeant, a sede apostolica est indultum, sicut sunt religiosi quamplures, in quorum priuilegiis continetur: ne quisquam archiepiscopus vel episcopus monasteriorum suorum monachos, pro vlla causa, vllo modo 32) interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat. Iidem ordinarii iurisdictionem, quantum ad ista, vbicunque illi fuerint, penitus exercere non possunt: nisi forsan ipsi monachi a 33) monasteriorum suorum prioratus ordinariis eisdem subiectos, vel vt illorum gerant regimen, vel in eis, tanquam proprii locorum ipsorum monachi resideant, fuerint destinati. Tunc enim etiam si 34) libere possint ad eorum 34*) monasteria reuocari, ac tam illorum, quam ipsorum prioratuum monachi reputentur: cum non sit inconueniens aliquem sic 35) vtrobique locum habere monachi, cum 36) vnum alteri subesse monasterio, vel ab alio noscitur dependere. Ratione tamen eorundem prioratuum dicti ordinarii sua iurisdictione in ipsis, etiam quoad permissa, quamdiu morantur in illis, licite vti possunt.

CAP. XXXIV.

DE POENIS.

IDEM in eodem concilio. (c. 1. h. t. in VIto.)

Romana ecclesia *et infr.* Licet autem Remen. archiepiscopo, suam ecclesiam visitanti, eos, qui tunc sibi vel suæ familiæ, aut aliis, quos propter hoc per eandem prouinciam dirigit, et etiam, quando concilium conuocat, eos, qui venientibus, quos pro illo vel altero per prouinciam ipsam sua debita iurisdictione vtendo transmittit, iniurias præsumunt; si hac occasione sua in his impeditur iurisdictio, pro iniuriis huiusmodi, dummodo exstant notoria, propria auctoritate punire: nisi amplius sibi 37) de Remens. ecclesiæ consuetudine competere dignoscatur. §. 1. Sibi etiam et metropolitanis aliis in suis prouinciis, dum sic in illis iurisdictionem exerceant, puniendi manifestas offensas et notorias 38) eisdem illatas vel suis, etiamsi exinde impediri iurisdictionem huiusmodi non contingit, 39) libera sit de nostra speciali concessione facultas.

16) *hanc.* 17) *ad professionem eiusdem* 18) *infligi.* 19) *Quæ sequuntur*, Glossa non habet 20) *exemtionis* 21) *conseruari,* 22) *vt et illam alii non infringant* 23) *quod* 24) *possunt.* 25) *possunt*, deest in Gl. 26) *prout.* 27) *ipsa*, legit Gl. pro *ipsi.* 28) *vel deliquerunt, vel contraxerunt.* 29) *compete*, *vel conueniatur*, *remittendi.* 30) *habent* 31) *apostolico priuilegio.* 32) *vllo loco* 33) *ad*, pro *a*, habet Gl. 34) *etsi.* 34*) *eadem,* 35) *sic*, deest. 36) *monachorum.* 37) *et.*

CAP. XXXV.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

IDEM in eodem. (c. 1. h. t. in VIto.)

Romana ecclesia *et infr.* Quæstoribus autem fabricæ Remensis ecclesiæ, Remensis archiepiscopus seu eius officiales citandi, suffraganeorum ipsius ecclesiæ subditos, quos iidem quæstores sibi resistere, aut nolle parere dixerint, vt super hoc compareant coram ipsis, nequaquam tribuant potestatem. §. 1. Super benigna vero ipsorum receptione ac subuentione ipsi fabricæ facienda, possunt eosdem suffraganeos et alios Christi fideles Remens. prouinciæ caritatiue monere. 40) In concedendis vero 41) indulgentiis non excedat Remensis archiepiscopus statutum concilii generalis.

CAP. XXXVI.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

IDEM in eodem. (c. 1. h. t. in VIto.)

Cum medicinalis sit excommunicatio, non mortalis; disciplinans, non eradicans; dum 42) is, in quem lata fuerit, non contemnit: 43) caute prouideat iudex ecclesiasticus, vt in ea ferenda ostendat, se prosequi, quod corrigentis est 44) et medentis. §. 1. Quisquis igitur excommunicat, sententiam 45) in scriptis proferat, et causam 46) expresse conscribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum vero scripturæ huiusmodi teneatur excommunicato tradere intra mensem, post diem sententiæ, si fuerit requisitus. Super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel litteras testimoniales confici, sigillo authentico consignatas. Si quis autem iudicum huius constitutionis temerarius violator exstitit: per mensem vnum ab ingressu ecclesiæ et diuinis 47) nouerit se suspensum. §. 2. Superior vero, ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxans, actorem 48) excommunicato ad expensas et omne interesse condemnet, 49) animaduersione condigna: vt pœna docente discant iudices, quam graue sit, excommunicationum sententias, sine maturitate debita, fulminare. Et hæc eadem in suspensionis et interdicti sententiis volumus obseruari. §. 3. Caueant autem ecclesiarum prælati et iudices vniuersi, ne prædictam suspensionis pœnam expectent: quoniam, si contingeret, eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut prius, irregularitatem non effugient, iuxta canonicas sanctiones, super qua non, nisi per summum pontificem, poterit dispensari.

CAP. XXXVII.

IDEM. (c. 2. eod.)

Solet a nonnullis in dubium reuocari: an, cum aliquis per superiorem absolui postulat ad cautelam, dum in se latam excommunicationis sententiam asserit esse nullam, sine conditionis 50) obstaculo, munus ei debeat absolutionis impendi? et an ante absolutionem huiusmodi, 51) qui se offert in iudicio, probaturum se post appellationem, 52) excommunicatione notatum, 53) vel intolerabilem errorem in sententia iustle patenter expressum: sit in ceteris, excepto probationis illius articulo, audiendus? In prima igitur dubitatione sic statuimus obseruandum, vt petenti absolutio non negetur, quamuis in hoc excommunicator vel aduersarius se opponat: nisi eum excommunicatum pro manifesta dicat offensa. In quo casu terminus octo dierum indulgebitur sic dicenti, vt, si probauerit, quod opponit, non relaxetur sententia: nisi prius sufficiens præstetur emenda vel competens cautio de perdendo, 54) si offensa dubia proponatur. In secunda vero quæstione statuimus, vt is, qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo in ceteris, quæ, vt actor, in iudiciis attentauerit, interim 55) euitetur. Extra iudicium vero in officiis, postulationibus et electionibus, ac aliis legitimis actibus nihilominus admittatur.

CAP. XXXVIII.

IDEM. (c. 3. eod.)

Statuimus, vt nullus iudicum participantes cum excommunicatis, ab eo in locutione et in aliis, quibus ligatur participans excommuni-

38) *tunc*, addit Gl. 39) *contingat.* 40) *monere* 41) *quoque.* 42) add. Gl. *tamen.* 43) *contemnit*, pro *condemnat.* 44) *fuerit.* 45) *excommunicationis.* 46) *excommunicationis*, addit. 47) *officiis*, add. 48) *iniustam.* 49) *et aliis pœnis*, add. 50) *contradictionis.* 51) *is*, addit Gl. 52) *legitimam*, add. 53) *inundatum.* 54) *de parendo.* 55) *Interim.*

cationе

catione minori ante commonitionem canonicam, excommunicare maiori excommunicatione præsumat: saluis constitutionibus contra illos legitime promulgatis, qui in crimine præsumuntur 56) participare damnato. Quod si ex locutione et aliis, quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius indurescat: poterit iudex, post commonitionem canonicam, huiusmodi participantes consimili damnare censura. Alter autem in participantes excommunicatio promulgata 57) non teneat, et proferentes pœnam legis 58) poterunt formidare.

CAP. XXXIX.

IDEM *in eodem.* (*c. 4. eod.*)

Quia periculosum est episcopis, et eorum superioribus propter executionem pontificalis officii, quod frequenter incumbit, vt in aliquo casu interdicti vel suspensionis incurrant sententiam ipso facto: nos deliberatione prouida duximus statuendum, vt episcopi et alii superiores prælati, nullius constitutionis occasione, sententiæ seu mandati prædictam incurrant sententiam vllatenus ipso iure, nisi in ipsis de episcopo et superioribus expressim 59) mentio habeatur. 60) Huic etiam sanctioni illud, quod in constitutione solet a nonnullis, a nobis hactenus promulgata, fuerat constitutum: vt, cum aliquis se offert in iudicio, probaturum se post appellationem legitimam excommunicationis sententia innodatum pendente probationis articulo in his, quæ extra iudicium aguntur, electionibus, postulationibus, officiis et aliis legitimis actibus non debeat euitari. Quod ad episcoporum, archiepiscoporum sententias nullatenus extendatur. Sed illud obtineat in futurum, quod olim in talibus extitit obseruatum.

CAP. XL.

IDEM *in eodem.* (*c. 5. eod.*)

Romana ecclesia *et infr.* Ceterum interdicti, suspensionis vel excommunicationis sententias latas ab officialibus archid. seu quibuslibet aliis iurisdictionem habentibus, suffraganeorum Remens. ecclesiæ subditis, Remens. archiepiscopus et eius officiales, omissis ipsis officialibus excommunicationibus, 61) non relaxent, salua contraria super hoc consuetudine, si quam habent. §. 1. Porro excommunicationum sententiæ a Remen. archiepiscopo suisque officialibus generaliter promulgatæ, subiectos eiusdem iurisdictioni archiepiscopi tantum ligant. Sed nec in specie, nec in genere, pro culpis et offensis præteritis vel præsentibus, excommunicationum sententias, absque competenti monitione præmissa, promulgent: et si contra præsumserint, iniustas nouerint esse illas. Caueant etiam, ne tales sententias, siue specialiter, siue generaliter in aliquos pro futuris, videlicet, si tale quid fecerint, nec 62) etiam pro iam commissis sub hac forma: si de illis infra tale tempus minime satisfecerint, proferre præsumant: nisi mora in exhibenda satisfactione vel culpa seu offensa præcesserit, quibus merito ad iniungendam satisfactionem huiusmodi et taliter prohibenda similia inducantur, aut alia rationabilis causa, quam in ipsis sententiis exprimat, subsit. §. 2. In vniuersitatem vero vel collegium proferri excommunicationis sententiam penitus inhibemus, volentes animarum vitare periculum, quod exinde sequi posset, cum non nunquam contingeret innoxios etiam huiusmodi sententia irretiri: sed in illos duntaxat de collegio vel vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur.

56) *præsumunt.* 57) *prolata.* 58) *legitimam.* 59) *expresse.* 60) Quæ sequuntur desunt in Gloss. 61) *excommunicationibus.* 62) *vel.*

CAP. XLI.

IDEM. (*c. 6. eod.*)

Dilecto filio, decano Aurialien. 63) *et infr.* Præterea cum omnes leges omniaque iura vim vi repellere, cunctisque sese defensari permittant: licuit vtique ipsi decano, si prædictus baluius eum bonis suis mundanis iniuriose spoliare, vel ea violenter occupare præsumsit, vt superius est expressum, contra illius violentam iniuriam se tueri. Et quoniam aduersus eius nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi forte non aderat: potuit etiam se spiritualiter, gladio videlicet vtendo ecclesiastico, defensare, ac recurrere propter hoc ad arma spiritualia, quæ sunt ecclesiæ propria, et pro sua munitione illis vti: præsertim, cum dictus baluius, post latas in eum ab eodem decano, ex aliis causis, excommunicationis sententias, sicut idem decanus asseruit, ipsum tamquam exinde prouocatus, sententiis ipsis contemptis, bonis spoliasset eisdem; et propter hoc postmodum ipse decanus sententiam tulerit interdicti, tamquam spirituali se mucrone defendens, contra illius iniuriam et violentiam, sibi ab eodem, occasione prædictarum sententiarum, et in ipsarum contemptum, illatam. Equidem cum liceat suo cuilibet vicino et proximo, pro repellenda ipsius iniuria, suum impertiri auxilium; imo, si potest, et negligit, videatur iniuriantem fouere ac esse particeps culpæ eius; licuit profecto ipsi decano proprio sibimet subuenire subsidio, et suammet temporalem iniuriam sua propria spirituali defensione tueri, sicque vtrumque quodammodo gladium, temporalem et ecclesiasticum, alterum videlicet altero adiuuare: maxime quia hi duo gladii consueuerunt, exigente necessitate, sibi adinuicem suffragari, in iuuamen alterius subuentione mutua, frequentius exerceri.

CAP. XLII.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

IDEM *in eodem.*

Veniens *at infr.* per illa verba priuilegii: 64) spirituales et proprios ecclesiæ Rom. filios vos recipimus, dictos fratres exemptos non intelligi, et ipsos ex illo in proprios eiusdem ecclesiæ filios fuisse receptos, quod ab alio, quam Romano pontifice, vel legato ab eius latere destinato, interdici vel excommunicari a quoquam non valeant, declaramus. §. 1. Illum locum desertum in præmissis intelligimus, qui non habitatus, neque cultus fuerit 65) vltra memoriam hominum, secundum indulgentiam Lucii, 66) sub Sarracenorum potestate detentus, censentes, ecclesias in talibus desertis locis, a fratribus ipsis constructas seu etiam construendas, in eo plena libertate gaudere; vt secundum indulgentiam Lucii nihil ab ipsis legis diœcesanæ nomine valeat per episcopos exigi; quia, 67) secundum priuilegium Alexandri, non possunt interdicto vel excommunicationi supponi, quas in locis huiusmodi dicti fratres habeant potestatem, petita a sede apostolica licentia, construendi, easque cum suis plebibus, per suos clericos gubernent idoneos, 68) qui ratione plebium examinandi episcopis præsententur, vt ab eis curam recipiant animarum, cum plebes episcopis sint subiectæ. §. 2. Ceterum dicti fratres decimas de laboribus et noualibus suis, quos propriis manibus et 69) sumptibus excolunt, et aliis bonis sibi a Deo præstitis, conuentibus clericorum ordinis sui, a quibus quarta vel tertia nullatenus exigatur, cum integritate persoluant, salua moderatione concilii generalis: in aliis eorum possessionibus iure communi, seu quolibet alio ecclesiis parochialibus et diœces. episcopo reseruato. Per declarationem autem huiusmodi nolumus aliis defensionibus seu iuribus partium derogari.

Data Lugduni, pontificatus nostri anno etc.

63) *Aurelianens.* 64) *in*, præmittit Gl. 65) *vel*, add. Gl. 66) *est*, add. 67) *quæ.* 68) *idoneos*, non habet Gl. 69) *aut.*

(IV.)

VARIANTES LECTIONES

AD

DECRETALES GREGORII X.

IN

CONCILIO GENERALI LVGDVNENSI II.

ANNO MCCLXXIV. CELEBRATO EDITAS.

VARIANTES LECTIONES E CAPITVLIS CONCILII II. GENERALIS LVGDVNENSIS, HABITI ANNO 1274.

HARDVIN. *pag. 705. sqq. in proœm.*

GREGORIVS episcopus, seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, salutem etc. *Infrascriptas constitutiones* v quæ exprimitur super eis.

CODEX MSCT. *hæc supplet.*

GREGORIVS episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis et vniuersitati magistrorum et scholarium Bonon. commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper in generali concilio Lugdunensi et post, quasdam institutiones super certis articulis duxerimus promulgandas: vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eis, quas sub bulla nostra transmittimus, vti velitis a modo, tam in iudiciis quam in scholis, ipsas sub suis titulis, prout super eis exprimitur, inseri facientes.

HARDVIN.	CODEX MSCT.
Tit. II. de electione etc.	
l. 2. intenditur	versitur.
8. solerter	feliciter.
17. hoc sacro	*hoc*, deest.
p. 706. *l.* 4 illuc	*illuc*, deest.
l. 23. solo	deest.
54. ad electionem	desunt hæc verba.
p. 707. *l.* 13. eadem obseruentur	eadem omnia obseruentur.
§. Præterea *l.* 15. Cuiuscunque sint præeminentiæ	Cuiuscunque sint *dignitatis*, præeminentiæ.
l. 39. contemplatione	pactione.
50. eorum culpa	et eorum culpa.
53. iuramenti	iuramento.
54. fuerint vinculo	sint vinculo.
§. Quia *l.* 13. in eligando	negligendo.
15. totius	communiter.
Tit. III.	
l. 7. prouisionibus	prouisionibus huiusmodi.
26. quæ appellantes	nisi sint alia, quæ appellantes.
penult. obiecerunt	obiecerant.
Tit. IV.	
l. 4. Nouerint	Nouerunt.
14. confirmetur	deest.
18. in totum	in toto.
Tit. V.	
l. 14. eo ipso priuatum	eo ipso *iure* priuatum.
Tit. VI.	
l. 6. priuentur	priuantur.
7. scientias	conscientias.
Tit. VII.	
l. 6. mox	morum.
reuelatur	reueletur.
Tit. IX.	
l. 23. quorum	quibus.
24. cessante	cessante *commissa*.
Tit. X.	
l. 11. causæ	deest.
Tit. XI.	
l. 7. bonis	bonis suis.
Tit. XII.	
l. 13. ipsorum	deest hæc dictio.
16. qui autem	quod autem.
Tit. XIII.	
l. 3. regimen	ad regimen.
ead. suscipiat	suscipiatur.
16. attigerunt	attingunt.
19. sui	sibi.
ult. expuscet	exposcit.
Tit. XIV.	
l. 5. Commendam	commendationem.
7. statuimus	statuentes.
penult. commendis	commendandis.
ult. ipsorum	ipso.
Tit. XVII.	
l. 25. ausu	abusu.
29. vt in eos	desunt.

HARDVIN.	CODEX.
Tit. XVIII.	
l. 5. compellant	compescant.
7. pro facti	præfati.
28. aliud	aliquod.
penult. dignitatibus	deest.
Tit. XIX.	
l. 7. desuetudine	de consuetudine.
10. reuocantes	renouantes.
20. improbam	improbandum.
21. receperunt	receperant.
26. autem	quoque.
29. ad eandem	ad eandem sedem.
30. iuris	iudicis.
42. a qua non aliter liberantur, nisi duplum eius restituerint	hæc omnia in codice desunt.
43. quod pro tam iniquis	quod pro causa iniquis.
49. inhibemus	prohibemus.
51. Turonenses	tenentur.
Tit. XX.	
ad rubr. quæ vi.	quæ vis.
Tit. XXI.	
l. 5. decreuimus	decernimus.
Tit. XXII.	
l. 6. emphitreusin	emphiteosim.
9. ab illis	ab aliis.
11. auuher	auocer.
13. ipsarum	ipsorum.
29. compulerunt	compulerint.
37. huiusmodi	dictio *huiusmodi* deest.
41. vel	vt.
Tit. XXIII.	
l. 3. vetuit	vitauit.
10. ne quis	ne aliquis.
17. per sedem eandem	per sedem apostolicam.
22. subsistere	subsidere.
ead. infra scripto	subscripto.
28. dispositioni	deest.
Tit. XXIV.	
l. 9. decreuimus	decernimus.
19. patriarchis	patriarchæ.
20. ipsum vltra	ipsius intra.
Tit. XXV.	
l. 6. sed reficiat	sed et reficiat.
10. fecit	facies.
34. in eis	desunt.
36. maxime	deest.
37. hæc faciant	sic faciant.
Tit. XXVI.	
l. 23. nouerint	se nouerint.
Tit. XXVII.	
l. 2. indistincte	deest.
20. ipse tamen	ipse autem.
22. fuerit	fecerit.
Tit. XXVIII.	
l. 2. pro alio	pro alie.
7. inhibentur	inhibetur.
8. ipsorum	ipsarum.
14. præsumptionem	præsumptiones.
Tit. XXX.	
l. 4. siue terras	siue in terras.
Tit. XXXI.	
l. 9. talibus	aliter.
15. quoque	quocunque.
18. prohibuimus	prohibemus.
antep. x. possint	possunt.
Datum Lugduni kalendis Nouembris anno tertio.	Data Lugduni kal. Nouembr. pontificatus nostri anno tertio.

Expliciunt decretales domini Gregorii papæ decimi.

Deo gratias.

(V.)

INSTITVTIONES IVRIS CANONICI,

QVIBVS

IVS PONTIFICIVM

SINGVLARI METHODO LIBRIS IV.

COMPREHENDITVR,

A

IOAN. PAVLO LANCELOTTO,

PERVSINO, CONSCRIPTAE, ET IN AVLA ROMANA, MANDATO PONTIF. MAX. AB ILLVSTRIBVS VIRIS OLIM RECOGNITAE.

PIO
PONTIFICI MAXIMO
IO. PAVLVS LANCELOTTVS,
IVRECONSVLTVS PERVSINVS,
S.

Pontificii iuris institutiones proximis annis superiorum pontificum iussu et nos conscripsimus, et summi viri castigarunt, quæ quidem optandum sane erat, vt iis in lucem prodirent auctoribus, quorum mandato et scriptæ et recognitæ fuissent, vel ea saltem ratione, quod auctores ipsi munera nobis gratiora ac pretiosiora facere consueuerint, et sæpe non tam quid, quam a quibus accipiant, homines soleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunque causa fieri non sinet, illud certe nulla ratione committi debet, vt iuris scilicet pontificii institutiones sub alterius, quam ipsius pontificis nomine appareant, a quo pontificia omnia iura emanant. Velut enim ab Oceano deducta flumina in ipsum tandem refluunt: ita hoc, quicquid est operis, quod totum de Romanorum pontificum constitutionibus deriuatum est, ad ipsum Romanum pontificem, quasi ad fontem proprium, redibit. Ad Te autem eo iustius, quod magnis aliis animi dotibus, quibus ad pontificatum tibi aditum parasti, exactissimam adiunxisti iuris huius cognitionem. Vnde perbelle nunc accidit, vt, quæ facultas optimum te meliorem reddit, et ad moderandam difficillimis temporibus Christianam rempubl. instructiorem, eam nunc Tu contra, cum canonum conditor euaseris, beneficium reponens meliorem sis redditurus: cuius rei non dubia iam apparent indicia, cum ad restituendos antiquos Christianorum mores, atque hæreses exstirpandas, sanctissimas quotidie constitutiones edere non desistas, quæ dubio procul Christiano gregi non minus futuræ sunt salubres iis ipsis, quæ iuris pontificii, quod nunc tenemus, libros implent, ad illas autem institutiones hæ nostræ gradum forte rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo: nam si ita contingere senserimus, ad alia promptiores reddemur, et alacriores. Deus Opt. Max. Te nobis diu incolumem, felicemque seruet.

INSTITVTIONVM
IVRIS CANONICI
LIBER PRIMVS
INCIPIT.
IO. PAVLVS LANCELOTTVS,
I. C. PERVSINVS,
IVRIS PONTIFICII CANDIDATIS
S.

PROOEMIVM.

Libros iuris pontificii diligenter intuentibus facile apparebit, eos ad quandam imitationem illorum, qui in iure ciuili exstant, fuisse conscriptos, atque digestos. Nam vt illi Romani imperatoris, sic hi Romani pontificis auctoritate potissimum nituntur: ac velut illi Romanorum imperatorum constitutionibus, senatus, aliorumque magistratuum placitis, et IConsultorum responsis constant, sic in hoc pontificum itidem Romanorum sanctiones, sacrorum conciliorum decreta, et sanctissimorum virorum haud dissimili ordine congestæ sententiæ conspiciuntur: quæ omnia tam pari postmodum studio posteritas amplexa est, et tam eodem stilo interpretata, vt inter

ter bonas artes nullæ prorſus ſint, quæ tanta ſimilitudine ſeſe inuicem contingant. Non parua hinc nos interdum cepit admiratio, quanam ratione contigerit, vt, veluti imperatorio nomine Cæſarei iuris in certos libros redacta ſunt elementa, non ita etiam ad vſum ſtudioſæ iuuentutis ad ius canonicum ab ipſis pontificibus compoſitæ inſtitutiones reperiantur: cum id, ſi, vt quidem nunc eſt, contemplemur, ædificii cuiuſdam referat ſpeciem, ianuis, atque omni propemodum aditu carentis, et vna hac tantum diſſimilitudine a iure ciuili ſeiungatur. Accedit, quod, cum nemo ſit mortalium, qui gloriæ cupidine non tangatur, hoc non ſine magna ſua laude facturi videbantur. Sed veteribus quidem facile id ignoſci poterit, in iaciendis et ſtruendis huius iuris fundamentis, videlicet occupatis, et quaſi materiæ defectu impeditis, at recentioribus, eius facultatis tractatibus ad iuſtum corpus excreſcentibus, inſtitutiones inde elicere, et quaſi de rudi marmore ſtatuæ cuiuſdam effigiem ducere non difficile fuiſſet: et quæ noſtrorum eſt felicitas temporum, non modo in ea re illuſtrium virorum opera vti, verum etiam per ſe id præſtare nonnulli potuiſſent. Sed et horum quidam vitæ breuitate, quidam multiplicium hæreſium, bellorumque tam ciuilium, quam externorum procellis facile excuſari poſſunt. Quis enim in ſacri apoſtolatus faſtigio vniuerſæ eccleſiæ præſidens, atque orbem ipſum principum diſcordiis fluctuantem, bellorumque incendiis æſtuantem circumſpiciens, ad otium litterarium varie agitatum animum facile poſſit appellere? Sed hoc nos parum aliquando perpendiſſe videri poſſumus. Nam cum in aula Romana difficillimis temporibus degeremus, de inſtitutionibus iuris canonici pontificio nomine conſcribendis, Iuſtiniani imperatoris exemplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſſimus: et quamuis minus forte opportune, de his tamen conſcribendis ab eodem mandatum accepimus, et quantum in nobis fuit, etiam expleuimus: ſiquidem intermiſſo ſuperioribus annis prælegendi ac patrocinandi munere, impenſe operam dedimus, vt per nos huiuſmodi inſtitutiones componerentur, quæ, vt Pontificio nomine exirent, non indignæ iudicarentur: quod quidem ex ſententia nobis ceſſiſſe, ita locupletiſſimum ſummorum Virorum probauit teſtimonium, vt illæ iam iam de manu Pontificis in manus veſtras venturæ crederentur. Sed vſque adeo poſtmodum, cum Romæ ob eam vnam rem diu fuiſſemus, ſupremæ manus impoſitio differebatur, vt qui grauiſſimis, ac multiplicibus vndique ad ſedem apoſtolicam confluentibus negotiis admodum ſummum Pontificem, et natura ipſa (vt aiebant) valde cunctatorem, diſtentum fuiſſe ignorauerit, magnam illo tempore in curia rerum harum incuriam fuiſſe facile ſuſpicari poterit. Itaque diutius ſuſtinere non valentes in patriam conceſſimus, pontifex paulo mox in fata. Sed hæc commentariolo ſufficiat nos aliquando fuiſſe complexos. Ergo ſi cui forte audentiores viſi ſuimus, qui tantam rem aggredi tam imbecilli auſi fuerimus, maximis auctoribus, atque adeo mandato ipſo pontificio hanc temeritatis culpam redimere poſſumus: vel certe id non impune tulimus, qui ob eam rem magnos labores, et impenſas, atque inuidorum obtrectationes, neſcio, an dicam, fruſtra ſubierimus, vtinam non amplius ſubituri. Sed hæc omnia æquiſſimo feremus animo, ſi, quod vehementer ſemper optauimus, noſtra hæc eiuſmodi ſit ſcriptio, quæ ſtudiis veſtris commoda videri poſſit: quod ſane his temporibus futurum non deſperamus, quibus, vt nonnullos forte ſacroſancti Pontificii iuris ignoratione in errores aliquos, atque hæreſes facilius prolabi potuiſſe, ita nunc expeditiore quadam eius tractatione non tam facile iuuenum hoc iure imbutos animos aberraturos veriſimiliter exiſtimare debemus. Vnde quamuis non iiſdem, quibus inchoatus fuit auſpiciis, liber hic noſter in lucem prodeat, in communi ſaltem periculo non fuiſſe nos otioſos, ſed quoquo modo tuliſſe opem, iuuabit. Accipite igitur priuati quidem hominis, pontificio tamen mandato, ad ius canonicum et ſcriptas et caſtigatas inſtitutiones. Cumque eis nihil ſit comprehenſum, quod (ni fallimur) ſacris canonibus penitus non conſentiat; ita exiſtimate, ſi de pontificis manu eas accepiſſetis, fuiſſe id perinde futurum, ac ſi vobis vaſis aureis, ac longe ſplendidiſſimis menſis fuiſſent fercula ſubminiſtrata: nunc cum de manu noſtra, ac ſi fictilibus illa quidem atque exoticis, in ſapore tamen nullam fore differentiam.

INSTI-

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

LIBER PRIMVS.

TITVLVS PRIMVS. DE IVRE CANONICO.

Diuiditur in tres partes. In prima ponit, vnde dicatur ius canonicum. In secunda, quid sit. In tertia, ex quibus constet. Partes patent. h. d.

Iuri canonico daturum operam nosse oportet, vnde talis denominatio descendat. Et quidem ius, generale est nomen: Canonicum vero, dicitur a verbo græco *κανὼν*, *a* quod latine idem significat quod regula: vnde ius canonicum, ius regulare non male dixeris: quam denominationem ex eo accepit, quod, ex regulis priscorum patrum ad rectam viuendi normam institutis, deductum fuerit. Est igitur ius canonicum, quod ciuium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. Constat vero inprimis id ius diuinæ legis præceptis, consuetudine, et constitutionibus: quæ singula qualia sint, diligentius dispiciamus.

TITVLVS II. DE IVRE DIVINO, CONSVETVDINE ET CONSTITVTIONIBVS.

Ius diuinum est, quod continetur in lege et euangelio, et est immutabile. h. d.

Ius diuinum est, quod in lege continetur, et euangelio, *b* atque immutabile semper permanet. Sunt *c* enim legis et euangelii præcepta, aut moralia, aut mystica. Moralia præcepta nullam omnino mutabilitatem recipere possunt: mystica vero, etsi quantum ad superficiem mutata videantur, secundum moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recepisse comperiuntur.

Quid sit consuetudo, et vnde duxerit originem, et quam vim habeat. h. d.

§. 2. Ius *d* consuetudinis, post naturalem legem sumpsit exordium, ex quo homines in vnum conuenientes cœperunt simul habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain ciuitatem ædificasse legitur. Est autem consuetudo, *e* ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur. In iis enim rebus, in quibus nihil certi diuina statuit scriptura, *f* mos populi Dei, et instituta maiorum pro lege tenenda sunt: et sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum sunt coercendi.

Praua consuetudo non ligat.

§. 3. Hæc tamen de ea consuetudine intelligere nos oportet, *g* quæ neque diuino iuri, neque canonicis contradicit institutis: si quid autem contra fidem *h* catholicam vsurpare dignoscitur, non tam consuetudo, quam vetustas erroris est appellanda. *i*

Quid sit constitutio, et quotuplex: et ciuiles constitutiones, quæ non sunt contra euangelium et canones, sunt honorandæ, licet ipsis ecclesia non ligetur.

§. 4. Constitutio *k* est lex scripta. Constitutionum autem *l* aliæ ciuiles, aliæ ecclesiasticæ. Ciuiles sunt, quas princeps, aut magistratus, aut populi sibimetipsis sanciunt: quæ quidem, si euangelicis atque canonicis decretis non sint contrariæ, *m* sunt omni reuerentia dignæ, atque eis ecclesia sæpe contra *n* hæreticos, contra tyrannos, et quoscunque prauos vtitur: alioquin nullius sunt momenti, quod vsque adeo obtinet, vt, etiamsi quid in eis statutum fuerit, quod ecclesiarum respiciat commodum, nullius firmitatis existat, nisi ab ecclesia fuerit comprobatum.

Sed nos ad ecclesiasticas constitutiones stilum vertamus, earum originem, species, et auctoritatem breuiter referentes.

TITVLVS III. DE ECCLESIASTICIS CONSTITVTIONIBVS.

Canones quibus constent, et quotuplicia sint concilia, et quæ concilia vniuersalia.

Canonum *o* quidem alii sunt statuta conciliorum, alii decreta pontificum, aut dicta sanctorum. Conciliorum vero alia sunt vniuersalia, alia prouincialia, alia vero episcopalia. Vniuersalia sunt, quæ sancti patres, ex vniuerso orbe *p* in vnum conuenientes, iuxta fidem euangelicam et apostolicam condiderunt.

Initium vniuersalium conciliorum celebrandorum post apostolos cœpit temporibus Constantini: et ipsorum celebrandorum est apud sedem apostolicam auctoritas.

§. 2. Quorum *q* celebrandorum initium post sanctissimos apostolos a temporibus Constantini Magni cœpit: ipse enim primus, cum feruente persequutione docendarum plebium commoditas minime daretur, Christianis, vt libere congregerentur, facultatem præstitit. Legitime *r* vero conciliorum vniuersalium aggregandorum potestas et auctoritas est penes sedem apostolicam: quæ, *s* si Romanus pontifex interesse impediatur, vnum vel plures speciales ad hoc legatos constituere solet.

Quatuor sunt principalia concilia: Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense.

§. 3. Inter *t* cætera autem concilia quatuor sunt, quæ totam principaliter Christianam fidem complectuntur, quasi quatuor euangelia: Nicænum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, et Chalcedonense: in quibus velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit.

Inter discordantia concilia proponitur sententia eius, quod est maioris auctoritatis.

§. 4. Alia vero concilia, quæ ductu sancti spiritus congregata et celebrata fuerint, proximum ab istis sibi locum vendicant. Quod si quando inter ea discors sententia inueniatur: illius sententia magis est tenenda, cuius antiquior et maior est auctoritas.

Prouincialia concilia quæ sint, et quam auctorit. habeant.

§. 5. Prouincialia *v* concilia sunt, quæ propter ecclesiasticas caussas, et altercationum sedationes per singulas prouincias, conueniente metropolitano episcopo omnes prouinciales episcopos, et cathedralium ecclesiarum capitula, celebrari placuit. Hæc autem neque diffiniendi, *x* neque generaliter constituendi vim aliquam habent: sed

a *Can. 1. dist. 3.* b *dist. 1. in sum.* c *can. fin. § his itaque. dist. 6.* d *can. fin. § ius vero consuetudinis. dist. 6.* e *can. consuetudo. 5. dist.* f *can. in iis rebus 11. dist.* g *c. consuetudinis § cum vero. etc. seq. dist. 11.* h *c. consuetudinem 8. dist. 12.* i *c. consuetudo. 8. dist.* k *can. constitutio. 2. dist.* l *2. dist. in sum.*

m *gl. p. can. cum ad verum. 96. dist.* n *can. 1 in fin. et can. seq. dist. 10.* o *can. 2. § porro. dist. 3.* p *can. 1. et p. in. vers. sub hac. dist. 15.* q *can. 1. in princ. dist. 15.* r *dist. 17. in sum. in fin. et can. 1 et seq. d. dist.* s *quibus, forte.* t *can. 1. § inter cætera. et can. seq. dist. 15.* v *dist. 17. per totum. et can. pr. grec. dist. 18.* x *d. dist. 18 c. 12. in sum.*

tantum

ratione nullus eorum admittendus erit, sibique mandans imputet, qui sic eos imprudenter constituerit.

Non potest votum in electione reddi per litteras.

§. 7. Sed cum absens, reclamante capitulo, extraneum constituere nequeat: videamus, an, si nullus de collegio velit esse procurator, saltem per litteras votum suum reddere valeat? Et sane, cum non ante electionem, sed in ipsa electione secrete, et sigillatim duntaxat, singulorum vota sint exprimenda, per litteras reddi non poterunt.

Superius dicta non habent locum in electione papae, in qua multa sunt specialia. h. d.

§. 8. Sed haec quidem in aliorum episcoporum, non in romani pontificis electione obtinent. In huius enim nec ulla necessaria est citatio, nec alii quis absens votum suum demandare permittitur. Alia quoque in eo specialiter constituta sunt, quae ex decretalium libris decantius est, quam hic, accipere.

Electio celebratur tribus modis, et quomodo per inspirationem: et quod laici non per inspirationem, sed per conspirationem dicuntur eligere. h. d.

§. 9. Celebratur autem electio tribus modis, *a* per inspirationem, per scrutinium, et per compromissum: per inspirationem, ut cum electores nullo praecedente tractatu, quasi divini spiritus impulsu, simul omnes in unum repente consentiunt, et simul unum nominant. Quod si forte laici, prece vel pretio *b* corrupti, aliquem concordibus clamoribus petant: is, non tam per inspirationem, quam per nefariam conspirationem nominatus, omni penitus electionis fructu merito carere debet.

Quomodo dicatur celebrari electio per scrutinium, et qui sint scrutatores. h. d.

§. 10. Per scrutinium fieri dicitur electio, cum praesentibus omnibus, qui debent, volunt et possunt commode interesse, tres de collegio fide digni assumuntur, qui secrete sigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, et demum in scripturam redacta publicant. Quo facto, collatione habita, is demum censetur electus, in quem vel omnes, vel maior et sanior pars capituli statim consenserint.

Pars minor eligentium, ad infringendam maioris partis electionem, potest opponere de propria auctoritate et zelo, et de meritis electi. h. d.

§. 11. Quod si eligentium vota ita se diviserint, ut hinc quidem electorum pars numerosior consistat, inde minor, sed quae non minus ex auctoritate eligentium, quam ex meritis electi sanior appareat: ad infringendam partis numerosioris electionem facultas erit minori, et de auctoritate ipsorum eligentium, et de meritis eorum, qui electi fuerint, opponere.

Contra electionem factam e duabus partibus non potest opponi, nisi de nullitate voti alicuius earum dictarum partium. h. d.

§. 12. Hoc tamen tunc obtinebit, cum non magnus in altera parte contigerit excessus. Caeterum si quando *c* duabus electionibus celebratis, pars altera eligentium, alia duplo maior numero deprehendatur; contra huiusmodi electores ad extenuationem meriti vel auctoritatis ipsorum paucioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit: quanquam, si quid opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum ipso iure redderet, id minime censetur interdictum. Vocantur autem viri tres, de collegio sumpti, scrutatores, eo, quod singulorum vota diligenter scrutentur.

Quomodo per compromissum celebretur electio, et quod arbitri, non servantes formam compromissi, aliter eligunt. h. d.

§. 13. Per compromissum celebratur electio, cum plures idonei viri eliguntur, in quos omnium vice eligendi certo modo facultas et potestas transfunditur, qui arbitri compromissi fines diligenter custodire debent, scituri, si quid non secundum demandatam formam egerint, nullum habiturum esse iuris effectum.

Potestas arbitrorum non exspirat re non integra, etiam non secuta electione. h. d.

§. 14. Quod *d* si intra terminos constiterint: quod ab eis gestum fuerit, usque adeo ratum habendum erit, ut etiam non secuta electione, re tamen non integra, demandata sibi potestas revocari non possit.

Ostendimus, quibus modis electio celebretur: consequens nunc est, ut videamus, et qui possint eligere, et in quos cadere possit electio.

TITVLVS VII.

QVI ELIGERE, ELIGIVE POSSVNT.

Quibus ius eligendi competat. h. d.

Ius igitur praelatum eligendi ad canonicos hodie, et ad viduatae ecclesiae pertinet collegium. Sed et, si qui consuetudine, vel praescriptione, pacto, vel privilegio fuerint muniti; ab electione minime sunt excludendi.

Impuberes, et non constituti in sacris non possunt eligere. h. d.

§. 2. Sed neque in pupillari aetate constituti, neque ii, qui sacris ordinibus non sunt decorati, sunt admittendi. Absurdum enim esset, si ad tanti ponderis res explicandas, ii, quorum nullum est animi iudicium, et ad sacra tractanda, ii, qui nondum illa attigerunt, assumerentur.

Excommunicatus minore excommunicatione eligit: secus maiore.

§. 3. Illud quaesitum est, an excommunicati ad eligendum admitti possint? Et sane, si minoris excommunicationis vinculo tantum fuerint innodati, ab electione arcendi non sunt: anathemate autem percussi ab omni penitus eligendi facultate repelluntur.

Suspensus a canone eligit: secus ab homine.

§. 4. In suspenso quoque non absimilis obtinet distinctio. Si enim quis per solam canonis dispensationem suspensus sit; electioni interesse minime prohibetur: si vero per iudicis sententiam, anathematizato similis habebitur.

Eligere a superiore prohibiti, absentes, haeretici non possunt eligere.

§. 5. Hic quoque et illi annumerari debent, quibus a superiore, ne eligant, interdictum est. Item absentes: qui tamen, si legitimis caussis ad electionem accedere impeditos esse se docuerint, alii de capitulo votum suum demandare, secundum ea, quae proxime *e* exposuimus, minime sunt prohibendi. Haereticis autem, vel non catholicis, indistincte ius eligendi adimitur.

Ob non servatam formam, et ob negligentiam eligentium, electio devolvitur ad proximum superiorem. h. d.

§. 6. Interdum tamen accidit, ut ii, quibus ab initio ius eligendi competit, eo iure postmodum priventur: ut puta, si qui aliter, quam per praescriptas formas, eligere tentaverint: item, qui per tempus, constitutionibus diffinitum, in eligendo negligentes fuerint: quo casu ad proximum superiorem eligendi potestas devolvitur.

Electio, facta de indigno, ius eligendi transfert ad romanum pontificem.

§. 7. Alia sane *f* caussa eorum est, qui scientes indignum eligunt, aut postulant. Nam licet et ii eligendi iure priventur: id tamen non ad primatem, aut archiepiscopum, sed immediate ad summum pontificem devolvitur.

Laici non possunt eligere. h. d.

§. 8. Laicis *g* quoque, etiamsi principes sint, nullo neque consuetudinis, neque praescriptionis, neque conventionis iure, ad electionem aspirare permittitur. Patroni tamen, circa iam factam electionem, non indecenter postulatur assensus.

Qualem episcopum esse oporteat. h. d.

§. 9. Oportet autem eum, qui in episcopum eligendus sit (cum ars sit artium, regimen animarum) aetate maturum esse, natalibus illaesum, corpore integrum, fama candidum, litteris instructum, religiosum, prudentem, temperatum, castum, hospitalem, mansuetum, irreprehensibilem, secundum ea, quae latius infra *h* dicturi sumus. Si enim ad saeculares honores sine suffragatione meritorum indignum est pervenire, et notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuvant: quam diligens et prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, et ecclesiasticarum dignitatum?

Minor triginta annis, excommunicatus, suspensus, et non constitutus in sacris, et schismaticus non reconciliatus, non possunt eligi.

§. 10. Igitur is, qui ad episcopalem dignitatem promovendus est, annos natus esse debet non minus triginta. *i* Nam ea aetate dominum *k* et baptizatum esse, et concionatum fuisse legimus: alioqui si quis minor fuerit, eligi non poterit. Idem *l* iuris est in iis, qui aut excommunicationis, aut suspensionis vinculo sunt innodati. Sed nec ii, *m* qui in sacris ordinibus non sunt constituti, saltem subdiaconatu, neque schismatici eligi debent.

Eligentes indignum per triennium eligi non possunt. h. d.

§. 11. Illi *n* quoque, qui scienter indignum eligunt, non solum eligendi potestate privandi sunt: verum etiam per triennium, ut ab aliis eligi possint, seipsos inhabiles reddunt.

Neophytae non possunt eligi.

§. 12. Neophytae *o* quoque, in episcopos ordinari prohibentur. Indecens est enim, et valde praeposterum, eum fieri magistrum, qui nondum didicit esse discipulus. Appellantur autem neophytae, *p* qui propositum sacrae religionis noviter assumpserunt.

TITVLVS VIII.

DE POSTVLATIONE.

Quid sit postulatio. h. d.

Postulatio *q* est eius, qui eligi non potest in praelatum, concors capituli facta petitio.

Qui non animi, vel corporis vitio, sed aliter non potest eligi, puta minor XXX. annis, vel spurius, potest postulari.

§. 2. Sciendum est enim, quosdam esse, qui, quamvis eligi non possint; postulari tamen minime prohibeantur. Quae res ita videtur posse

a C. perpetuo ubi praesump. §. Item. de elect. in 6. b c. si ergo. §. q. 1. et C. 2. de election. extra. c C. si quando contigerit de elect. in 6. d C. in compromiss. extr. eod. tit.

e supra tit. praeced §. sed et si quis. f d. C. quanquam. de elect. in 6. g d. C. sacrosanct. in fin. et C. cum terra in fin. eod. tit. cap. nobis extr. de iure patr. h infra, de vit. et translat. i C. cum in cunctis. extr. de elect. k can. presbyter. dist. 78. l l. supr. eod. tit. §. illud et §. seqq. m can. de Syracusana. in fin. dist. 28. C. a multis de aetate et qualitat. n C. cum in cunctis. §. fin. et cum Vintoniens. et. per inquisitionem, extr. de elect. o can. 1. dist. 48. p can. 2. ead. dist. q gl. in ver. vera postulatio C. 1. de postulat. in 6.

posse commode diffiniri, vt, quicunque non animi vel corporis vitio, sed ob alterius defectum qualitatis eligi impediuntur, iidem tamen postulari possint. Ex hoc apparet *a*, eum, qui trigesimum annum nondum compleuit, item in minoribus ordinibus constitutum, aut laicum, item natalibus læsum *b*, licet eligi non possint, postulari tamen posse.

Episcopus et electus debent postulari, non eligi: secus abbas, et alii inferiores. h. d.

§. 3. Episcopus *c* quoque, cum propriæ sit alligatus ecclesiæ, ad aliam transitum facere non potest: ea propter non eligendus, sed postulandus erit. Non idem iuris est *d* in abbatibus, et cæteris prælatis, infra episcopalem dignitatem constitutis. Illi enim, licet propriæ ecclesiæ videantur alligati, nihilominus eligi possunt: proprium tamen non deserunt monasterium, nisi licentia legitime impetrata.

TITVLVS IX.
DE CONFIRMATIONE ELECTIONIS.

Electus debet intra mensem consentire electioni, alioqui alius poterit eligi. h. d.

Nunc videndum est de confirmatione. Sciendum est itaque in primis, Gregoriana constitutione *e* in lugdunensi concilio cautum fuisse, vt electores, quamprimum commode possint, operam dent, vt electi consensum habeant: quem si intra mensem, sine caussa legibus cognita, electus accommodare distulerit, iura, si quod ei fuerat ex tali electione quæsitum, statim carere debere, electoresque ad aliam electionem libere posse conuolare.

Electus post consensum electioni præstitum, vel notitiam habitam, debet intra mensem ad sedem apostolicam iter arripere, et, quanto citius poterit, confirmationem obtinere.

§. 2. Eadem constitutione *f* cauetur, electum infra tres menses post consensum electioni præstitum, si nullum iustum impedimentum obsistat, confirmationem a superiore prælato petere debere: alioqui trimestri spatio elapso electionem esse penitus irritandam. Sed cum interdum eueniat, vt aliquorum locorum vicinitas minus exigat, aliquorum distantia prolixius tempus exposcat: consultissime Nicolaus *g* III. sanxit, vt electi, quorum electionum confirmationes ad sedis apostolicæ examen deducit, immediata subiectio, vel appellatio interiecta deuoluit, infra mensem post consensum, vel habitam de ipsorum electione notitiam, ad sedem ipsam apostolicam iter arripiant, et quanto citius commode poterunt, cum omnibus iuribus coram sede apostolica personaliter comparere nitantur, suarum electionum confirmationes petituri. Aliaqua insuper adiecit, quibus ecclesiarum periculosis vacationibus ac malignantium subterfugiis, electorumque incommodis facile occurritur: quæ non solum in electionibus, verum etiam in postulationibus obtinere voluit.

Non confirmatus non potest res ecclesiæ administrare. h. d.

§. 3. Quamdiu *h* autem quis confirmatus non est, rerum ecclesiasticarum administrator esse non potest. Quod si negotiis ecclesiæ, ad quam vocatus est, sese temere ingesserit; omni iure, quod ei per electionem quæsitum fuerit, statim priuandus erit: nullo, neque œconomatus, nec procurationis prætextu excusandus.

Electo non est obediendum, nisi litteris confirmationis ostensis. h. d.

§. 4. Petat igitur is, qui confirmatus est, ab apostolica sede litteras, confirmationis suæ tenorem continentes; illisque ostendat, ad quos ea res pertinet: alioqui nulli eum absque dictarum litterarum ostensione recipere tenebuntur. Quod et in promotione apud dictam sedem facta, et in consecrationis, vel benedictionis munere, locum sibi vendicat.

Confirmatio non conceditur, nisi cum caussæ cognitione. h. d.

§. 5. Is autem, *i* ad quem confirmatio pertinet, diligenter examinare debet, et electionis processum, et personam electi. Est enim hoc generale, vt ad eum pertineat examinatio, ad quem manus impositio spectat. Et cum omnia rite concurrunt: tunc munus ei confirmationis impendat. Quod si secus factum fuerit: non solum deiiciendus erit indigne promotus, earum etiam indigne promouens puniendus. Nihil est enim quod ecclesiæ Dei magis officiat, quam si indigni ad regimen assumantur animarum. Quod cum in cunctis sacris ordinibus sibi locum vendicet; in episcopo tamen multo fortius: qui, ad curam aliorum positus, in se ipso debet ostendere, quomodo cæteros in domo Dei oporteat conuersari. Quod si forte eligentium vota in duas se diuiserint partes: is confirmatoris iudicio alteri præferendus erit, qui maioribus iuuatur studiis et meritis.

Si vnus sit postulatus, alius electus; præponitur electus æque idoneus: nisi postulantium sit duplo maior numerus. Qui tamen si ignoranter indignum postulauerint; nec postulatio, nec electio valet: sed si scienter, electio tenet. h. d.

§. 6. Et *k* si vacante ecclesia, scisso in duas partes capitulo, alius quidem electus fuerit, alius vero postulatus: quæri potest, electione confirmanda, an vero postulatio sit admittenda? In qua specie, si tam postulatus, quam electus sint idonei, responsum est: si postulantium numerus sit eligentium duplo maior, vtique postulationem esse admittendam: sin id minus, electionem confirmandam. Sed si postulantes indignum nescii postulauerunt, nec postulatio, nec electio rata habenda erit: si scientes et prudentes, erit electio confirmanda.

In confirmatione facienda citandi sunt, quorum interesse potest. Et calumniose opponentes puniuntur. h. d.

§. 7. Illud *l* etiam confirmantem obseruare oportet, ne, dum nimia in confirmando celeritate vtitur, contra doctrinam apostoli proprium affectum iuri et æquitati præponat. Itaque si coelectus aliquis, vel contradictor apparet; ante confirmationem nominatim citandus est: alioqui si nemo apparet, in foribus ecclesiæ, in qua electio facta est, generaliter edicendum erit, vt, si qui sint, qui confirmationi futuræ velint opponere, ad contradicendum in assignato peremptorio termino præsentes esse debeant. Quæ omnia locum habent, siue concorditer electio fuerit celebrata, siue non. Sciant autem ii, qui contra electionem opponendum duxerint, se, si probationibus destituti fuerint, ab omni pœnitentiæ præsidio exclusos, legitimis pœnis esse subiiciendos.

Potest dispensari cum electo schismatico, si nullum ordinem a schismaticis susceperit. h. d.

§. 8. De *m* illo dubitari contingit, an eius, qui abiurato schismate ad vnitatem ecclesiæ rediit, confirmanda sit electio? Et responsum est: si a schismaticis nullum susceperit ordinem, et eius electio canonice celebrata deprehendatur, posse illam dispensatiue confirmari.

Confirmatus et nondum consecratus, exercet solum, quæ sunt iurisdictionis, non, quæ sunt ordinis. Et nemo dat, quod non habet. h. d.

§. 9. Igitur confirmatione secuta, inter electum et personas eligentium, hoc est, ecclesiam, spirituale coniugium *n* contrahitur. Quapropter confirmatus liberam super illis statuendi nanciscitur facultatem. Hoc autem sic intelligi oportet, *o* et eorum quidem, quæ iurisdictionis sunt, vt puta, corrigendi, excommunicandi, iusiurandum exigendi, conferendi, confirmandi, et iis similium, libera confirmato permissa sit tractatio: ea vero, quæ non iurisdictionis, sed ordinis sunt, *p* veluti clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depositiones, ecclesiarum et altarium consecrationes, ante propriam consecrationem peragere prohibetur. Neque enim ratio suadere videtur, vt quis in alios id conferre possit, quo eundem indigere dignoscitur. Quod si consecratus sit: non solum quæ iurisdictionis, verum etiam quæ ordinis sunt, exequi poterit.

TITVLVS X.
DE CONSECRATIONE.

Consecratio expediri debet intra tres menses post confirmationem. h. d.

Debet igitur is, qui canonice electus, confirmatus et examinatus est, nouissime consecrari. Quod *q* quidem, ne ecclesia, pastoris quasi destituta solatio, aliquod patiatur incommodum, intra tres menses post electionem, nisi legitimum subsit impedimentum, expediri debet: alioqui, si metropolitanus, aut ii, ad quos ea res pertinet, negligentes fuerint, ecclesiasticis condemnationibus subiiciendi erunt.

Consecrationi interesse debent ad minus tres episcopi, alioqui non valet. h. d.

§. 2. Ordinationi autem interesse debent, non solum metropolitanus, verum etiam comprouinciales episcopi, qui numerum efficiant trium. Nam et beatus Iacobus, qui Iustus appellatus est, *r* a Petro, Ioanne et altero Iacobo, apostolis, ordinatus est: successoribus suis scilicet formam dantibus, vt non minus quoque tribus episcopis, cæteris quoque assensum præbentibus, episcopus ordinetur. Quod si ab vno vel duobus episcopis ordinatio expedita fuerit: taliter ordinatis, vt episcopi nominentur, a sanctis patribus interdicitur. Ergo si nomen non habent, officium qualiter habebunt? Euocandi sunt igitur a metropolitano *s* suffraganei; qui si omnes concurrunt, bene est: si aliqui conuenire non possunt, sui præsentiam per epistolam facere debent.

Archiepiscopus impeditus consecrationem sui suffraganei alteri committere potest.

§. 3. Quod si metropolitanus, vel infirmitate, vel alia iusta caussa ita præpediatur, vt suorum suffraganeorum aliquem consecrare non valeat: alicui coepiscoporum vices suas demandare poterit, a quo consecrandus munus consecrationis recipere tenebitur.

Deficientibus episcopis comprouincialibus, aduocandi sunt episcopi vicinæ prouinciæ.

§. 4. Illud quæsitum est, si in prouincia, in qua olim plures episcopi fuerint, vnum tantum remanere contigerit, quid fieri debeat,

a gl. in C. fin. extr. de postulat. et C. cupientes. §. denique de elect. in 6. b C. innotuit extra. de elect. c d. C. vid. gl. extra. eod. tit. d C. nullus religiosus. et C. si abbatem. de elect. in 6. e C. quamsit. de elect. in 6. f d. C. quamsit. de elect. in 6. g C. cupientes de elect. in 6. h cap. auaritia. de elect. in 6. i C. nihil est. in princ. extra. de elect.

k C. scriptum est, extr. de elect. l C. fin. de elect. in 6. m C. quia diligentia. extr. de elect. n C. 2. §. sicut autem. extr. de translat. episc. o Gl. fin. C. transmissa. extr. de elect. p C. quod sicut §. præterea. et d. gl. fin. extr. de elect. q can. 2. dist. 75. r can. 1. et sequ. dist. 64. et can. 2. dist. 65.

cum

cum nec ſolus ordinare poſſit, et nullos, quos conuocet, habeat prouinciales. De hoc in Sardicenſi concilio [a] ſtatutum legitur, vt ſuperſtes epiſcopus conuocet epiſcopos vicinæ prouinciæ, et cum eis comprouinciales ſibimet epiſcopos ordinet.

Quomodo ſit expedienda conſecratio. h. d.

§. 5. Congregatis [b] igitur hora dominicæ lucis tertia epiſcopis, et ſcrutinio cum precibus celebrato, duo ſupra caput ordinandi, euangelii codicem tenentes, manus imponant, et, vno ſuper eodem benedictionem fundente, cæteri, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant, atque illud vna cum manibus ſacro chriſmate deliniant: quo demum peracto, eccleſiæ romanæ, atque eius pontificibus fidelitas ſecundum formam Gregoriani reſcripti iurande erit.

TITVLVS XI.
DE RECEPTIONE ET AVCTORITATE PALLII.

Pallii receptio non eſt differenda: et volens aliquid palliando obiicere debet iurare de calumnia, et intra duos menſes obiecta probare: alioqui tenetur ad pœnam talionis.

Hoc [c] amplius metropolitanum proſpicere oportet, vt pallii petitionem et receptionem non differat: cum ſibi ſine pallio epiſcoporum conſecrationem minime permiſſam ſcire debeat. Eſt autem pallium metropolitanorum inſigne ornamentum, quod de corpore beati Petri ſumitur, paſtoralis officii plenitudinem deſignans: cuius receptio, vt citius expediatur, nouiſſime conſtitutum eſt, ne per cuiuſuis criminis obiectionem, forte palliando faciendam, differri poſſit: niſi obiicientes corporali iuramento præſtito firment ſe, nec agere quicquam calliide, ac de obiectis promptam fidem, hoc eſt, intra bimeſtris temporis ſpatium afferent, ad talionis, vel extraordinariam pœnam ſe prætidis obligantes arbitrio, ſi obiecta minime probauerint. Quod ſi contradictores iſta facere renuerint: eorum obiectionibus nequequam obſtantibus, ad ipſius traditionem pallii procedendum erit.

Metropolitanus ſolum in ſua prouincia, et certis diebus pallio vtitur, et pallium perſonam ſequitur, et ideo commodari non poteſt.

§. 2. Sed eo nec ſemper, nec vbique metropolitanus vti poterit (id enim ſoli romano pontifici, [d] dum miſſarum celebrat ſolennia, permittitur) verum in ſua tantum prouincia, ac certis duntaxat diebus. Et cum perſonam pallium non tranſeat; [e] nec alteri commodari poterit: et cum eo quiſque ſepeliendus erit.

Pleraque dicta de creatione epiſcoporum habent locum etiam in aliis prælatis.

§. 3. Hæc de creandis epiſcopis ſufficiat: nunc de illorum vita, ac qualis eorum debeat eſſe conuerſatio, pleraque et de cæteris ſacerdotibus intellecturi, paucis expediamus.

TITVLVS XII.
DE VITA ET HONESTATE PRAELATORVM.

Qui præcellit dignitate, debet et innocentia præcellere. h. d.

Debet [f] igitur epiſcopus eſſe ſine crimine, et cunctum populum, cui præeſt, conuerſatione et innocentia præcellere. Qualis enim erit ædificatio diſcipuli, ſi ſe magiſtro intelligat eſſe præſtentiorem? Nam epiſcopus inſtruere et admonere omnes debet: nemo autem recte monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus ſuis aliorum errata condemnat. Quod non ſolum de epiſcopo, ſed etiam de omnibus, qui domui DEI deſeruiunt, intelligi oportet: quia vehementer eccleſiam DEI deſtruit, meliores laicos eſſe, quam clericos; quæque in aliis membris eccleſiæ vacant a culpa, ſæpe in ſacerdotibus habentur illicita.

Epiſcopus cauere debet ab improborum commercio, et in corrigendo non minus charitatem, quam poteſtatem exercere debet. h. d.

§. 2. Ab improborum quoque commercio abſtinebit. Malorum enim conſortia bonos corrumpunt. Habebit igitur ſecum honeſti teſtimonii clericos, qui poſſint irreprehenſibiles inueniri; et ſi quando illos, ſiue etiam laicos inter ſe diſſidere contigerit: ad pacem magis, quam ad iudicium compellat, inque illis corrigendis plus agat beneuolentiæ, [g] quam ſeueritas: plus charitas, quam poteſtas; neque dominari magis, quam conſulere ſubditis cupiat, ne, quod prouiſum eſt ad concordiam, tendat ad diſſidium.

Prælatus in corrigendo debet miſcere ſeueritatem lenitati. h. d.

§. 3. Cum lenitate tamen ſeueritas miſcenda eſt. Nam miſericordia multum demitur, ſi ſeueritate omnino ſit deſtituta. Ideoque rectoribus ineſſe debet iuſte conſulans miſericordia, et pie ſæuiens diſciplina: vt nec in diſciplinæ rigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ; quodque ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, non ſæuientis plectatur animo, ſed medentis.

Prælatus non debet tolerare peruerſos. h. d.

§. 4. Præterea cauendum eſt, ne peruerſe agentes conniuendo toleret. Culpam enim facientis habet, qui, quod poteſt, negligit emendare: et error, cui non reſiſtitur, approbatur.

Epiſcopus orationi debet inſiſtere. h. d.

§. 5. In primis autem orationi et prædicationi inſiſtat. Nam præconis officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit: hinc eſt, quod ſuper paſtores primos in linguarum ſpecie ſpiritus ſanctus inſedit. Populum itaque prædicando doceat, ſed illa doceat, quæ a DEO ipſe didicerit, non, quæ illi caro, vel humanus ſenſus ſuaſerit. Ea propter ſacris libris iugiter inſiſtere illum oportet. [h] Nec enim ſufficit prælatis bona conuerſatio: niſi addatur ſcientia doctrinæ.

Epiſcopus hoſpitalis eſſe debet et liberalis. h. d.

§. 6. Sed [i] nec vtramque ſibi ſufficere credet. Nam largam quoque menſam habere debet, et neceſſitatem patientibus ſubuenire, alienam inopiam ſuam credens. Res ſuas inter hiſtriones, venatores, aut aucupes minime diſpenſet: pauperes potius in hoſpitio recipiet, et facilius exemplo ſuo ad hoſpitalitatem ſubditos attrahat.

Prælatus debet ſobrius eſſe, prudens et peritus, non ſolum peritia litterarum, verum etiam negotiorum.

§. 7. Sobrius ſit, non violentus: [k] non ſit percuſſor, [l] et ad vindictam facilis: imo in omni genere rerum agendarum prudentiam ſecum habeat. Si enim mancum aut debilem ſancta contingere nequaquam lex diuina permittit: quanto magis dona cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit (id quod eſt deterius) mente debilitatos?

Epiſcopus non debet ſecularibus negotiis ſe implicare. h. d.

§. 8. Sicut autem epiſcopum nullo errore conuenit inuolui: ita nulla debet cupiditate corripi. Et propterea lucri cupidus eſſe prohibetur, et clericus, etiam honeſto negotio, [m] vt ſibi victum et neceſſaria quærat, operam dare. Nam et dominus negotiatores de templo verberatos expulit: et, apoſtolo teſte, nemo militans DEO, implicat ſe negotiis ſecularibus.

Pudicitiæ ſtudioſus eſſe debet epiſcopus. h. d.

§. 9. Pudicus [n] quoque debet eſſe, et moribus et verbis pudorem præ ſe ferre. Ea propter maguntino concilio [o] ſtatutum legitur, vt nullus ſacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe, retineat; ſed neque matrem, aut amitam, aut ſororem retinebit: quia et in illis, inſtigante diabolo, ſcelus perpetratum reperitur, aut in pediſſequis earum. Itaque domeſticarum [p] quoque perſonarum immoderatam familiaritatem vitabit.

Qualis quis ſit interius, debet per exteriora demonſtrare. h. d.

§. 10. Oportet [q] item epiſcopum, cæteroſque eccleſiaſticis officiis mancipatos, per decentiam habitus extrinſeci, morum intrinſecam honeſtatem indicare: et ideo, ſi, præterquam ex cauſſa vrgenti, indumentis, præter ordinis ac officii decorem, præſertim publice, luxurientur, illorum impudentiæ variis modis, non minus recentioribus, quam antiquis pontificum decretis coercetur. In ſumma, cum pro populo epiſcopi ſuffragatores ad DEVM pateantur, neceſſe eſt, vt omni genere virtutum eius gratiam habere nitantur: quia, cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.

TITVLVS XIII.
DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

Archidiaconus eſt a iure conſtitutus vicarius, et quaſi oculus epiſcopi et inter clericos cognoſcit, viſitat, et corrigenda emendat, et ardua ad epiſcopum defert, de cuius licentia poterit etiam excommunicare. h. d.

Quoniam vero grauis et lata eſt paſtoralis officii cura: recte conſtitutum eſt, vt aliqui in eccleſia ſint, qui vna cum epiſcopo onus ferant, et ſui prælati valeant ſubleuare ſollicitudinem. Talis eſt archidiaconus, [r] qui maior poſt epiſcopum, et eius vicarius reperitur. Cuius vigilantia et ſolertia vſque adeo in domo DEI excubare debet, vt oculus epiſcopi non immerito meruerit appellari. Ea propter debet is audire iurgia ſingulorum, et quæ corrigenda et emendanda viderit, corrigere et emendare. Quod ſi qua fuerint ita ardua, quæ per eum commode non poſſint terminari, ad epiſcopum ſuum deferet. Diſpiciet quoque vt primicerius, ſacriſta, et cuſtos iniuncti ſibi muneris ſollicitudinem diligenter exſequantur. Sed et tertio quoque anno, ſi epiſcopus non poterit, vniuerſam parochiam circumire debet, et cuncta, quæ ordinatione vel emendatione indigere viderit, ſecundum canonicas ſanctiones corriget: et, ſi epiſcopi auctoritas acceſſerit, excommunicationis etiam ſententiam feret.

TITVLVS XIV.
DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

Archipresbyter eſt vicarius epiſcopi, circa diuina: et archipresbyterorum duæ ſunt ſpecies. h. d.

Non abſimiles archidiaconis archipresbyteri habentur. Nam et ii prælati ſui circa ſpiritualia curam ſubleuant. [s] Horum autem duplex eſt ſpecies: alii enim vrbani ſunt, alii autem exteri. Vrbani ſunt, qui præſulis ſui abſentis circa diuina in vrbe vicem ſuſtinent, aut præ-

---

a *Can. fin. diſt.* 65. b *can.* 1. *diſt.* 75. c *can.* 1 *diſt.* 100. d *C. ad honorem, eod. tit. extr.* e *C.* 2. *eod. tit.* f *can. vnum orarium, verſ. oportet epiſc. d.* 25. g *can. licet plerumque,* 4. *diſt.* 45.

h *diſt.* 36 *et ſequ.* i *diſt.* 42. k *diſt.* 44. *in ſum. et per totum.* l *diſt.* 45. m *can.* 2. 21. *q.* 3. *et per totum.* n *in ſum. diſt.* 43. o *C.* 1. *extr. de cohabit. cl. et mul.* p *diſt.* 34. *in ſum. et per totum.* q *diſt.* 41. *et Cl.* 2. *eod. tit. de vit. et honeſt. præl.* r *cap.* 1. *et C. ad hæc nos extr. eod. tit. et per totum can.* 1. *verſ. archidiaconus, diſt.* 25. *et can. diaconus* 11. *diſt.* 93. s *can.* 1. *verſ. archipr. d.* 25.

sentis curam minuunt: vt officium inchoando, celebrando, et benedicendo, et cunctis prouidendo, quæ sacerdotum ministerio perfici debent.

Quæ sit potestas foraneorum archipresbyterorum. h. d.

§. 2. Ecteri sunt *a*, qui circa singulas plebes constituti, non solum vulgi sollicitudinem gerunt, verum etiam presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugi circumspectione custodire debent: qui, licet suis præsint plebibus, vt episcopus matrici præest ecclesiæ, nihil tamen contra sui præsulis ordinare decretum audere debent.

Obtinentes aliquam præposituram debent etiam habere eius præpositure ordinem. h. d.

§. 3. Admonendi *b* sunt autem ii, qui præpositure alicuius administrationem canonice volunt obtinere, vt non solum nomen, verum etiam ordinem habere studeant. Vnde *c*, nisi qui archidiaconatum tenent, diaconi, aut qui archipresbyteratum, presbyteri infra annum fiant, amittent honorem: etiamsi iusta caussa probibente presbyteri aut diaconi esse non potuerint.

TITVLVS XV.
DE OFFICIO VICARII.

Vicarius episcopi non potest inquirere, punire, priuare beneficiis, vel eadem conferre, nisi hæc specialiter sibi committantur. hoc dicit.

Per vicarium quoque, cum episcopus per se ipsum deseruire et residere rationabili caussa prohibetur, aut præsens omnibus commode par esse non potest, episcopalis repræsentatur auctoritas. In quo tamen illud aduertendum est, quod, licet per generalem officii commissionem vicario factam *d*, caussarum cognitio transferatur: potestas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos a suis beneficiis vel administrationibus amouendi, vel beneficia conferendi (nisi specialiter concessa sit) non transfertur.

Habens curam animarum in diuersis ecclesiis, vel laicus, non potest constitui vicarius.

§. 2. Debet autem episcopus circumspectus esse, ne laicum vicarium sibi constituat. Indecorum *e* est enim, laicum hominem viros ecclesiasticos iudicare: nec in vno eodemque officio debet dispar esse professio. Quod etiam lege diuina prohibetur, dicente Moyse, *non arabis in boue et asino.* Inde et Honoriana constitutione cauetur *f*, vt episcopus eum, qui perpetuam vicariam obtinet, per subtractionem prouentuum, vel ipsius vicariæ ablationem compellat, vt se in presbyterum promoueri faciat.

A vicario appellatur ad archiepiscopum: ab archidiacono ad episcopum. h. d.

§. 3. Inter vicarium autem et archidiaconum illud interest, quod a vicario non ad episcopum *g*, ab archidiacono vero, nisi aliud ecclesiarum inducat consuetudo, ad ipsum, cui immediate subiacet, episcopum erit appellandum.

TITVLVS XVI.
DE COADIVTORE.

Ex caussa datur episcopo coadiutor, cuius datio ad sedem apostolicam spectat. h. d.

Accidit *h* etiam interdum, vt pastor senio aut corporis valetudine impeditus, aut sanæ mentis consilio destitutus, super suum gregem excubias ducere non possit: eapropter vir prouidus et honestus, illi in coadiutorem adiungendus est, per quem tam episcopo, quam populo vtiliter consulatur. Cuius datio, cum de caussis maioribus esse constet, ad sedem apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit. Ceterum, si procul ab apostolica sede episcopus impeditus deget, tunc secundum Bonifacianæ constitutionis tenorem prouidendum erit.

Etiam inferioribus ab episcopis dandus est coadiutor: et vtrisque de facultatibus ecclesiæ erit subueniendum. h. d.

§. 2. Nec *i* solum episcopis dandus erit coadiutor, sed etiam, si res exigat, inferioribus: vnde, si vel ecclesiæ rectorem, vel archidiaconum ita morbo aliquo contigerit impediri, vt ecclesiasticis ministeriis, vel nullo pacto, vel non nisi cum scandalo interesse possint, eis quoque coadiutor adhibendus erit: et ita res temperanda *k*, vt vtrique iuxta facultates ecclesiæ vitæ necessaria ministrentur.

TITVLVS XVII.
DE COREPISCOPORVM VSV SVBLATO.

Corepiscoporum vsus sublatus est. h. d.

Erant olim corepiscopi, quibus circa plurima cum episcopis ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamen institutio tam in romana sede, quam in aliis totius orbis ecclesiis, tanquam improba ac superuacanea, est penitus interdicta. *l*

Matrimonium spirituale dissoluitur translatione, renuntiatione et depositione. h. d.

§. 2. Vidimus hucusque de spiritualis fœdere coniugii, quod inter episcopum et ecclesiam contrahitur, quod electione vel postulatione initiari, firmatione ratificari, consecratione intelligitur consummari; item de moribus, et vicariis, et adiutoribus episcoporum: tractemus nunc, quibus modis episcopus ab ecclesia remouetur, et sic quomodo tale coniugium præter mortem dissoluitur. Contingit autem id tribus modis: translatione, renuntiatione, et depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primum de translatione.

TITVLVS XVIII.
DE TRANSLATIONE.

Translatio inducta est ex vtilitate, et ex necessitate: et necessitate cessante, translatio irritatur. h. d.

Translationes, quæ et mutationes *m* nuncupari possunt, institutæ sunt vtilitatis et necessitatis gratia. Vtilitatis, cum episcopus ab ea ciuitate, cui præpositus est, in aliam transfertur, in qua magis proficere posse verisimiliter existimatur. Sic olim princeps apostolorum de Antiochena ciuitate se Romam transtulit, vt scilicet ibidem copiosius proficere posset. Necessitate *n* vero nonnunquam episcopalium sedium mutationes fieri solent, hostium vigente metu. Sed hoc casu, si ciuitatem, de qua effugerit episcopus, ab hostibus liberari *o*, et ad priorem statum contigerit reuocari, ad eam expulsus reuertetur.

Episcopos transferre ad solum romanum pontificem pertinet. h. d.

§. 2. Sciendum est autem episcoporum translationes, non etiam inferiorum, ad solum apostolicæ sedis antistitem certissima ratione pertinere *p*: neque super his matrimoniis quicquam præter eius assensum immutari debere aut posse. Quod obtinet non solum, si episcopus est consecratus, verum etiam si tantum canonice fuit electus, et confirmatus: cum (vt supra diximus) post electionem et confirmationem, inter personas eligentium et electi, coniugium sit spirituale contractum.

Qui propria auctoritate se ad aliam ecclesiam transtulerit, et habita carebit, et ambita. h. d.

§. 3. Ea propter *q* quicunque auaritia ducti, aut ambitione impulsi, ecclesiæ suæ mediocritate despecta, ad maiorem sese plebem propria auctoritate transtulerint, a cathedra repelli debent aliena, et carere propria: vt nec illis præsideant, quos per superbiam spreuerunt: nec illis, quos ob auaritiam vel ambitum concupiuerunt. Sicut enim vir *r* non debet adulterare vxorem suam: ita nec episcopus temere ecclesiam, ad quam electus fuit, relinquere, vt alteri sese coniungat, etiamsi a populo fuerit attractus.

Quod constitutum est in ecclesiis episcopalibus, trahitur etiam ad ecclesias inferiores. h. d.

§. 4. Non absimilis iuris ratio obtinet in presbyteris *r*, et ceteris infra episcopalem dignitatem constitutis. Nam si vel qualibet caussa, propria quis auctoritate *t* cum altero suum beneficium permutare voluerit: vterque proprii beneficii iacturam faciet. Beneficiorum enim et præbendarum permutationes generaliter fieri prohibentur *v*: præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel spiritualibus annexa, semper labem simoniæ continent: licet possit episcopus de suo loco ad alium aliquos transferre, vt, qui vni loco minus sunt vtiles, alibi se valeant vtilius exercere.

Si permutatio beneficiorum completa est ex vna parte, et per alteram stat quo minus impleatur; restituitur pars ad suum beneficium. h. d.

§. 5. Subuentum *x* tamen est ei, qui, de permutatione cum alio habito tractatu, præbendam suam cum resignasset, ab alio, qui cum permutationis tractatum habuit, et qui postea suam resignare recusat, deceptus est. Cum enim deceptis, et non decipientibus iura subueniant; licet is, qui renuntiauerit, a se beneficium abdicasse videatur: tributa tamen est simplicitati venia, constitutumque, vt ad resignatum beneficium reuerti possit.

Collatio, de beneficiis caussa permutationis vacantibus facta aliis, quam permutantibus, non tenet. h. d.

§. 6. Et generaliter, ne concessione iuris vtentibus, præsertim circa spiritualia, illudatur, si qua beneficia, ex caussa permutationis aliquibus resignata, aliis, quam ipsis permutare volentibus, conferantur, nullius firmitatis erit ipsa collatio.

Non obstantibus expectationibus, beneficiorum permutatio fieri potest. h. d.

§. 7. Quinimo *y* si in diœcesi aliqua quidam forte auctoritate apostolica beneficia proxime vacatura expectent: illi tamen, qui secundum formam iuris sua beneficia, in eadem diœcesi ad ordinarii collationem spectantia, libere ac sine fraude in manibus episcopi resignauerint, non nisi ex caussa permutationis resignaturi, ab huiusmodi expectationibus circa faciendam permutationem minime impedientur.

a *C. fin. eod. tit.* b *C. 2. de aetat. et qual.* c *can. 1 dist. 60.* d *C. 2. et cap. sequ. eod. tit. in 6.* e *can. 10 nona exceptione 16 q. 7.* f *C. fin. extr. eod. tit.* g *C. romana, de app. in 6.* h *C. 1. de cl. aegrot. vel debil. in 6.* i *per totum tit. extr. de cl. aegrot.* k *cap. 1. §. praesenti quoque de cler. aegrot. in 6* l *can. corepiscopo, et sequ. dist. 68.*

m *can. mutationes. 7. q. 1.* n *can. sicut frater. et sequ. d. c. q. 1.* o *can. pastoralis officii d. 7. q. 1.* p *cap. 2. et fin. extr. eod. tit. de translat. episcop.* q *C. quando extr. eod. tit.* r *can. sicut vir. 7. q. 1.* s *can. sicut alterius. in fin. d. 7. q. 1.* t *cap. cum olim magister extr. de rerum permutat.* v *cap. quaesitum. extr. de rerum permutat.* x *cap. cum vniuersorum. extr. de rerum permutat.* y *C. vnic. de rerum permut. in 6.*

TITVLVS

TITVLVS XIX.
DE RENVNTIATIONE.

Quid sit renuntiatio, et quibus ex caussis possit renuntiari. h. d.

Per renuntiationem quoque quis ab ecclesia sua remouetur. Est autem renuntiatio iuris proprii spontanea refutatio. Ea vero, propter quae episcopus potest cedendi licentiam postulare, haec fere habent. a conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiae, malitia plebis, graue scandalum et irregularitas personae.

Quale debeat esse crimen, ob quod renuntiare possit. h. d.

§. 2. Propter *b* conscientiam criminis, cedendi potest licentia postulari, non cuiuslibet, sed duntaxat illius, propter quod eius officii executio post peractam poenitentiam impeditur.

Quae debilitas corporis renuntiandi caussam praebeat. h. d.

§. 3. Non absimilis *c* iuris ratio in debilitate corporis obtinet. Nam non quaelibet, sed solum illa legitimam renuntiandi praestat caussam, per quam quis ad exsequendum officium pastorale redditur impotens: cum interdum non plus hortetur senilis debilitas aliquem cedere, quam maturitas, quae in senibus esse solet, quem in suo suadeat officio permanere.

Magnus defectus scientiae tribuit legitimam caussam renuntiandi. h. d.

§. 4. Propter *d* defectum quoque scientiae plerumque potest quis petere cessionem: quia, cum illa circa spiritualem administrationem sit potissimum necessaria, et circa curam temporalium opportuna, praesul, qui in vtrisque commissam sibi debet ecclesiam regere salubriter, ei renuntiat: si, quomodo ipsam regere debeat, ignorat. Quanquam autem desideranda sit eminens scientia in pastore; in eo tamen mediocris tolerari potest: quia imperfectam scientiam potest supplere perfectio charitatis.

Malitia plebis instam tribuit renuntiandi caussam: item vitatio scandali. h. d.

§. 5. Propter malitiam *e* quoque plebis cogitur interdum praelatus ab ipsius regimine declinare: veluti, quando plebs tam durae ceruicis exstitit, vt apud ipsam amplius proficere non possit. Item pro graui scandalo *f* vitando, cum aliter sedari non potest, licet episcopo petere cessionem; ne plus temporalem honorem, quam aeternam videatur affectare salutem.

Ob irregularitatem potest renuntiari. h. d.

§. 6. Item *g* ob irregularitatem: puta, si bigamus. Quod si forte de legitimo matrimonio non sit natus, licet huiusmodi irregularitatem subticere non potuerit; si tamen et culpa latet, et caussa: cum eos qui suum laudabiliter impleuit officium, iniuncta sibi competenti poenitentia, poterit non minus vtiliter, quam misericorditer, dispensari.

Gratia laboris fugiendi non potest renuntiari. h. d.

§. 7. Ceterum *h* ob alias caussas renuntiationem affectantes audiendi non sunt: dum forte aliqui laboris angustias declinantes, ad otium, aduersus gloriosi pontificis exemplum, aspirare contendant.

Episcopus, qui semel ad vitam monachalem transiit, non potest rursus ad episcopalem dignitatem reuerti. h. d.

§. 8. Accidit autem interdum, vt episcopus humilitatis et poenitentiae caussa, ab ecclesia sua remoueatur: quod tunc contingit, cum quis apostolica concessione ab episcopali sede ad monachalem descendit subiectionem. Quo casu alius in locum eius subrogari poterit: ille vero resurgere, constantinopolitano *i* concilio vetante, nequaquam valebit.

Impeditus administrare episcopatum, et propterea factus monachus, cessante impedimento, potest reuerti ad episcopalem dignitatem.

§. 9. Ceterum *k* speciales quidam casus inueniuntur, in quibus praedicto concilio non obstante, is, qui vitam monachalem elegit, rursum licite potest ad episcopatum assumi. Si enim quis, persecutionis rabie saeuiente, vel praepeditus aduersa valetudine corporis, cum proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris auctoritate ad monasticam vitam descendat: persecutionis vel aegritudinis impedimento cessante, ad episcopalem poterit resurgere dignitatem. Idem iuris est, si quis propter doctrinae defectum, locum regiminis deserens, auctoritate apostolica ad ordinem se contulerit monachale. Nam si per exercitium lectionis, scientiae repetit margaritam: procul dubio denuo vocatus ad cathedram pastoralem redire poterit.

Assecutus episcopatum simoniace, sed ignoranter, si fiat postea regularis, licet ad primum reuerti non possit, alium tamen episcopatum consequi potest.

§. 10. Rursus *l*, si quis inscius cupiditate parentum fuerit episcopatum adeptus, et hoc comperto de licentia superioris illum dimittens, obseruantiam elegerit regularem, etsi ad ecclesiam eandem redire nequeat, ad aliam tamen promoueri poterit, Constantinopolitani concilii constitutione non obstante: quam tunc obtinere oportet, cum poenitentiae caussa, quam episcopatum retinens peragere non valebat, vitam quis elegerit monachalem.

Ad eum fieri debet renuntiatio, ad quem spectat confirmatio. h. d.

§. 11. Abbas quoque, qui romanae immediate subditus est ecclesiae, nisi licentia a romano pontifice legitime impetrata, sui regiminis oneri renuntiare minime poterit *m*: quod si episcopo subiectus sit, cum eiusdem permissione locum suum licito iure poterit relinquere. Et hoc generale est in praebendis, et ceteris minoribus beneficiis, vt apud eum fieri debeat renuntiatio, ad quem pertinere dignoscitur confirmatio: ex quo apparere potest, quod resignatio facta laico, *n* nullam iure obtinet firmitatem.

Papa potest renuntiare papatui. h. d.

§. 12. De romano *o* pontifice quaesitum est, an, quia nullum habet superiorem, in cuius manibus renuntiare possit, pontificatui ex caussa cedere valeat? Et super hoc Caelestinus V. haesitationis cuiuslibet volens occasionem amputare, et statuit et decreuit, romanum pontificem posse libere resignare.

Per procuratorem renuntiari potest, et quatenus valeat renuntiatio facta a procuratore reuocato. h. d.

§. 13. Potest *p* autem quis non solum per semet ipsum resignare, verum etiam per procuratorem: qui, si ad cedendum pontificali, aut alii cuilibet dignitati vel beneficio, sponte ac libere constitutus fuerit, si postmodum ignorans reuocatus fuerit, tenebit cessio, per eum facta, antequam ad ipsius procuratoris, vel illius, in cuius manibus cessio fuerat facienda, notitiam reuocatio huiusmodi fuerit deducta: nisi forte per ipsos, aut alios dolo malo factum fuerit, quo minus ad eos, vel eorum alterum, ante cessionem reuocatio perueniret.

Qui impetrauit cedendi licentiam, compellitur renuntiare. h. d.

§. 14. Aliud iuris est, si cedendi licentia cum instantia postulata, atque ea obtenta, leuitate forte cedere praetermittant: eos enim ad cedendum compellendos esse generali concilio *q* statuitur.

TITVLVS XX.
DE DEPOSITIONE, SEV DEGRADATIONE.

Spirituale coniugium dissoluitur per degradationem. h. d.

Per degradationem quoque coniugium ecclesiae et episcopi dissoluitur. Nihil enim est aliud degradare, quam de gradu deiicere *r*: quod institutum est ad similitudinem exauctorationis eius, qui militiae deseruit castrensis, cui tam militaris ordo, quam etiam insignia ob delictum detrahuntur.

Duplex est degradatio, verbalis et actualis. h. d.

§. 2. Est autem degradatio duplex, verbalis *s* scilicet et actualis. Verbalis degradatio est, cum ab eo, qui auctoritatem habet, assistente certo episcoporum numero, depositionis fertur sententia: actualis vero, siue solennis est, cum non solum fertur sententia, verum etiam ab eo, qui degradandus est, vestes et singula insignia sui ordinis gradatim auferuntur. Cuius ordo ac series lautissime Bonifaciana constitutione *t* demonstratur.

Proprius solum episcopus potest deponere constitutos in minoribus ordinibus: secus in maioribus. h. d.

§. 3. Quod *v* autem dictum est, episcoporum numero assistente, sic intelligi oportet, si de episcopo, aut illo degradando agatur, qui sit in maioribus ordinibus constitutus. Ceterum si de iis agatur, qui minoribus tantum insigniti sunt: proprii episcopi sententia, absque vllorum episcoporum *x* interuentu, satis est.

In degradatione sacerdotum ob caussam haeresis potest procedere solus episcopus delinquentium, cum suis maioribus praelatis. h. d.

§. 4. Quinimo interdum etiam si presbyter, vel in sacris constitutus degradandus fuerit, plurimum episcoporum interuentus necessarius non erit. Nam tales, si pro haeresi *y* seculari curiae tradendi, vel perpetuo immurandi sint, quia episcoporum numerus facile conuenire non potest, solus episcopus, conuocatis abbatibus et aliis praelatis, virisque suae dioecesis, pietate ac bonis artibus instructis, degradare poterit.

Degradatus traditur curiae seculari, et pro eo debet ecclesia intercedere, et degradatus, se miscens sacris, excommunicatur. h. d.

§. 5. Clericus igitur ob graue flagitium degradatus, cum ab ecclesiastico foro fuerit proiectus, seculari curiae traditur puniendus. Vnde celebranda *z* erit talis degradatio, seculari praesente potestate; et cum perfecta fuerit, pronuntiandum, vt secularis iudex degradatum, tanquam clericali priuilegio exutum, in forum suum recipiat puniendum: pro quo tamen ecclesia debet intercedere, vt circa mortis periculum in eum sententia moderetur. Et si impetrauerit, et degradatus poenae superstes fuerit, ab administratione sui ordinis debet abstinere. Quod si cingulo militiae coelestis exauctoratus eius temerario sibi dudum commissum audebit in posterum attrectare ministerium: etiam ab ecclesia ex canone apostolorum erit abscindendus.

---

a [illegible] extr. eod. tit. b d. C. nisi. §. propter conscientiam. eod. tit. c d. C. nisi. §. alio vero. d d. C. nisi. §. pro defectu. e C. nisi. §. propter malitiam. f d. C. nisi. §. pro graui. g d. C. nisi. §. personae. h d. C. nisi. §. verum. i can. hoc nequaquam 7. q. 1. k C. post translationem. §. ceterum. extr. eod. tit. de renunt. l d. C. post translationem. §. rursus eod. tit.

m cap. fin. vbi gl. extr. eod. tit. n C. quid in dubiis. extr. eod. tit. o C. 1. de renunciat. in 6. p Clem. vnic. eod. tit. q C. quidam cedendi. extr. eod. tit. r C. 2. §. adiicientes. de poenis in 6. s d. cap. 2. §. verbalis. de poenis in 6. t d. cap. 2. v C. tuibm. si quis tonsidat. 15. qu. 7. x can. si autem. in fin. d. 15. q. 7. y cap. 1. de haeret. in 6. z cap. nouimus. extr. de verbor. significat.

TITVLVS XXI.
DE SACERDOTIBVS IN INFERIORI GRADV CONSTITVTIS.

Sacerdotes inferioris gradus, sunt presbyteri: nec sufficit aliquid obiter tractatum esse. h. d.

Nunc descendamus ad sacerdotes, in inferiore gradu constitutos: subsequenter postea de iis dicturi, qui, licet sacerdotes non sint, in in sacris tamen constituti reperiuntur: ac demum de iis, qui circa humiliora in domo DEI necessarium ministerium exhibent, qui in minoribus ordinibus dicuntur constituti. De quibus omnibus, si quid superius locuti fuimus, obiter potius, quam ex professo, locuti fuimus. Inferiores sacerdotes sunt presbyteri.

Sacerdotum in duas classes divisio sumpsit originem tam a testamento veteri, quam novo. h. d.

§. 2. Et a non ineleganter sacerdotes in duos ordines distributi esse videntur. Haec enim discretio, tam in veteri testamento a DEO per Moysen sumpsit exordium, qui ex praeceptis domini Aaron in summum pontificem, filios vero eius inunxit in minores sacerdotes: quam etiam in novo ab ipso Christo, qui duodecim apostolos, tanquam maiores sacerdotes, septuaginta duos quasi in minores instituit: Petrum vero quasi summum sacerdotem elegit, dum ei prae omnibus claves regni caelorum tribuit.

Presbyteri et episcopi olim erant iidem: sed in remedium schismatis, de presbyteris unus electus est, qui episcopus dicitur. h. d.

§. 3. Presbyterum *b* autem et episcopum, sunt, qui eundem olim extitisse affirment, et aliud aetatis, aliud dignitatis fuisse nomen. Sed cum multi in singulis ecclesiis presbyteri constitui essent; in remedium schismatis *c* factum esse, vt per illos vnus eligeretur, qui caeteris esset praeponendus: electum autem episcopi retinuisse nomen, eligentes presbyterorum: quorum erga episcopos vsque adeo crevit honor, vt illis tanquam filii coeperint obedire, nec iam pro sacerdotibus habeantur, qui sub nullius episcopi disciplina et providentia gubernantur.

Presbyter appellatur potius a prudentia, quam ab aetate. h. d.

§. 4. Presbyteri *d* vero nomen, quanquam a senectute sit sumptum, magis tamen sapientiae indicat maturitatem, quam corporis canitiem.

Quae sit presbyterorum potestas et auctoritas. h. d.

§. 5. Episcopi *e* igitur ac presbyteri non penitus est absimilis circa sacra ministeriorum dispensatio. Illorum enim, quae gerere potest episcopus, quaedam presbyter suo iure, quaedam illius permissione assequitur, quaedam vero nullo pacto potest attingere. Proprio iure presbyter, dominici corporis *f* et sanguinis consecrationem, etiam episcopo praesente, celebrat, infantes baptizat *g*, sanctificato oleo inungit, benedicit, et de occultis peccatis poenitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittendi potestatem habet. Episcopo permittente *h*, aut vltima cogente necessitate, et baptizatos sacro linire chrismate, et virgines DEO dicare, presbyteris conceditur. Ecclesias vero erigere, consecrare, reconciliare, sacrum chrisma conficere, clericos ordinare, excommunicare, poenitentes publice reconciliare, solis episcopis reservatur *i*.

TITVLVS XXII.
DE IIS, QVI IN SACRIS SVNT CONSTITVTI.

In sacris constituti sunt diaconi et subdiaconi: et diaconi debent episcopum custodire, sacerdotibus celebrantibus assistere, novum testamentum praedicare: eucharistiam vero, praesente episcopo vel presbytero, populo erogare non possunt. h. d.

Sicut autem episcopis presbyteri, ita etiam *k* vtrisque debent obedientiam diaconi: ad quos episcopum praedicantem ab insidiis custodire pertinet, ne aut ipse quoquo modo laedatur, aut divina verba per detractores polluantur. Sacerdotibus quoque celebrantibus *l* in omnibus assistent. Euangelium ad populum praedicabunt. Sed nec baptizare *m*, praesente episcopo, aut presbytero, nec dominici corporis eucharistiam populo erogare audere debent: nisi praedictis omnibus longius fortasse constitutis, necessitas ad id extrema eos compellat *n*.

Primitiva ecclesia non habuit subdiaconos, et apud antiquos subdiaconatus non reponebatur inter sacros ordines; sed postea et is ordo inter sacros coeptus est haberi: et subdiaconus potest eligi in episcopum. h. d.

§. 2. Subdiaconos *o* licet et ecclesia primitiva legatur habuisse: talis tamen ordo apud antiquos inter sacros non annumerabatur: paulatim tamen post aliquot temporum curricula coeptus est et subdiaconatus inter sacros ordines reponi, eisque ad similitudinem tam presbyterorum, quam diaconorum, continentia a suis imperata. Cumque a multis, an in episcopum subdiaconus eligi valeat, haesitaretur: novissime *p* post Vrbanum Innocentii processit constitutio, quae, vt is quoque in episcopum libere eligi valeat, declaravit ac statuit.

Circa quae versetur officium subdiaconi. h. d.

§. 3. Diaconum *q* igitur subdiaconus subsequitur: ad quem calicem et patinam ad altare deferre pertinet, et leuitis tradere, eisque ministrare. Vrceolum quoque, et aquam, mantile, et manutergium tenere, episcopo, presbyteris, et leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam praebere.

Subdiaconus potest quis ordinari in decimo octavo anno, diaconus in vigesimo, presbyter in vigesimo quinto. h. d.

§. 4. Sunt autem subdiacono minus creditur, quam diacono: et diacono minus, quam presbytero committitur: ita ad subdiaconorum minor aetas, quam ad presbyteratum suffragatur. Poterit igitur hodie *r* quis, nisi aliud canonicum obsistat impedimentum, decimo octavo natus anno et primum sacrum ordinem, vigesimo ad secundum, ad presbyteratum vigesimo quinto promoveri.

Proprie sacerdotes appellantur, qui eucharistiam conficiunt, improprie etiam diaconus et subdiaconus.

§. 5. Diximus autem, diaconum et subdiaconum non esse sacerdotes, proprietatem sermonis attendentes. Proprie enim *s* sacerdos is est appellandus, cui sacrificium corporis et sanguinis dominici in altari conficere permittitur. Caeterum et ipsi interdum sacerdotes appellantur, sed per abusionem. Vidimus hactenus de iis, qui in maioribus sunt ordinibus constituti: nunc videamus de iis, qui in ecclesia DEI minoribus sunt ordinibus insigniti.

TITVLVS XXIII.
DE IIS, QVI SVNT IN MINORIBVS ORDINIBVS CONSTITVTI.

Minores ordines sunt acolythatus, exorcistatus, lectoratus, et ostiariatus. h. d.

Sunt igitur in ecclesia alii minores ordines, qui sine sacramentali vnctione, sola episcopi benedictione, cum quadam vasorum vel indumentorum distributione, praestentur, vt sunt acolythus, exorcista, lector, ostiarius. Acolythus *t* est is, ad quem praeparatio luminum, et qui cereum (a quo nomen quoque ducit) deferre debet, quique suggesta pro eucharistia subdiacono praeparat. Exorcista *v* is est, qui exorcismos memoriter retinere debet, manusque super energumenos et catechumenos in exorcizando imponere. Lector *x* autem is appellatur, qui lectiones debet pronuntiare, et ea, quae prophetae vaticinati sunt, populis praedicare. Ad ostiarium *y* pertinent claues ecclesiae, vt claudat et aperiat templum DEI, et omnia, quae sunt intus extraque, custodiat, fideles recipiat, excommunicatos et infideles prouido iudicio repellat.

Psalmistatus est minor ordo, et potest conferri a solo presbytero. h. d.

§. 2. Est et psalmista, id est, cantor, qui absque scientia episcopi, *z* presbytero solum iubente, officium suscipit canendi: qui et ipse, licet apud antiquos dubitatum fuerit, inter minores ordines coeptus est annumerari. *aa*

Constituti in maioribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere possunt, sed constituti in minoribus possunt: sed si contrahant, priuantur beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis. h. d.

§. 3. Horum autem et sacrorum valde dispar est conditio: siquidem illis ita est continentia imperata, *bb* vt nunquam ad matrimonium aspirare valeant: his autem, si ad superiores ordines prouehi noluerint, matrimonium contrahere minime interdicitur. Sed eo casu non solum ad sacros ordines, et ecclesiasticas dignitates, et administrationes admittendi non sunt: sed etiam et beneficiis, quaecunque forte habuerint, priuandi erunt. Nam nec ea sine prauo exemplo possunt et graui scandalo retinere *dd* et tales bona ecclesiastica dilapidare solent.

Hucusque singulariter tam de maioribus ordinibus, quam de minoribus breuiter tractatum fuit: exponamus nunc aliqua, quae tam maiorum ordinum, quam minorum, sunt communia.

TITVLVS XXIV.
COMMVNIA TAM MAIORVM, QVAM MINORVM ORDINVM.

Minores debent maioribus exhibere reuerentiam, maiores vero minoribus amorem et charitatem.

In primis admonendi sunt ii, qui minori sub ordine constituti sunt et officio, vt iis, qui aut ordine praecellunt, aut officio, reverentiam et obedientiam ee exhibeant, nec per temeritatem alter alterius partes sibi vendicet. Maiores quoque meminerint, se maiores esse, non do-

a Dist. 21. in summ. et per totum. b can. 5. §. vnde et apud. 21. dist. c can. olim idem dist. 93. et can. legimus. dist. 93. d can. quis. ult. presbyter. dist. 24. e can. quamvis dist. 68. f d. can. quamvis. et can. ... presbyter. 25. dist. g can. constat baptisma. de consecrat. dist. 4. h can. 1. et seqq. 95. ... et can. pres. 3 ... de consecr. dist. 4. i d. can. quamvis. dist. 68. et can. ... vers. ad episcopum 25. dist. k can. diaconi sciant. §. vt lector dist. 93. et can. seqq. l can. ... vers. ad diaconum. dist. 25. m can. constat baptisma de consecrat. dist. 4. n ... a multis, extr. de aetate et qualitat. o can. 6. dist. 28.

p d. C. a multis extr. de aetate et qualit. q can. 1. vers. ad subdiac. dist. 25. r Clem. ... de aetat. et qualit. s can. ... vers. sacerdos. dist. 21. t can. 1. §. ad acol. dist. 25. v d. can. 1. §. ad exorcistam. x d. can. 1. §. ad lectorem. y d. can. 1. §. ad ostiarium. z can. psalmista. d. 23. aa gl. in vers. psalmista. can. 1. 21. dist. et can. 1. vers. ad psalmist. 25. dist. bb dist. 26. et 32. per totum. cc C. 1. C. quod ad ... cap. ... extr. de cler. coniug. dd cap. ... extr. de cleric. coniug. ee can. a subdiacono. dist. 93. gl. 2. cap. ad aures. extr. de temp. ordin.

minos

minos : et ob id inferioribus non tanquam subditis dominentur, sed quasi clericos honorent, et diligant: et tales sint, qui non solum præsint, verum etiam prosint.

Ordinatores debent instruere ordinandos in divinis. h. d.

§. 2. Item sub grauis ultionis comminatione ex ordinatione generalis concilii debent episcopi promouendos in sacerdotes per se ipsos, vel alios idoneos viros, super diuinis officiis, ecclesiasticisque sacramentis diligenter instruere, et informare. Sanctius a enim (inquit) est paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quia, si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam dilabentur.

Ordinationem præcedere debet diligens scrutinium. h. d.

§. 3. Præcedet autem ordinationem diligens scrutinium, b nec nisi qui c tam verbo fidei, quam rectæ conuersationis exemplo, episcoporum vel populari testimonio probentur, ad ordines admittendi erunt. Ordinaturus d itaque accipiat secum diuinæ legis peritos sacerdotes, et in ecclesiasticis sanctionibus exercitatos, qui ordinandorum genus, patriam, ætatem, locum, vbi ordinati sunt, si litteras calleant, si instructi in lege Dei, et ante omnia diligenter inuestigent, si fidem catholicam diligenter teneant.

Examen debet præcedere collationem beneficiorum. h. d.

§. 4. Quod e et in beneficiorum collationibus obseruandum erit. Qui enim beneficiis ecclesiasticis præficiendi fuerint, a suo prius archidiacono examinari debent, et per ipsum postmodum episcopo præsentari.

Tam simoniace ordinatus, quam ordinans, sunt puniendi. h. d.

§. 5. Ipsi f vero, quibus talis cura committitur, cauere debent, ne aut cuiusquam gratia, aut cuiuscunque muneris cupiditate illecti, a vero deuient, vt indignum, et minus idoneum, aut non examinatum ad sacros gradus suscipiendos episcopo præsentent. Quod si aliter fecerint, et qui indigne accesserit, ab altari remouebitur; et qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati, ecclesiastica dignitate carebunt.

Quæ tempora in ordinationibus seruari debent. h. d.

§. 6. Igitur g per tres continuos dies diligenter examinentur, et demum sabbatho, qui probati sunt, episcopo præsententur: qui tamen secundum diuersitatem ordinum, temporis quoque seruabit diuersitatem. Non enim h omnes ordines quibuslibet temporibus conferri possunt. Nam dominicis et aliis festiuis diebus vnum, aut duos ad minores licebit promouere, sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, et vno et altero statuto die, nulli episcoporum, præterquam Romano pontifici, licet aliquos ordinare, nec alicuius loci contraria est admittenda consuetudo. Quod si i forte secus factum fuerit: ordinans quidem potestate priuandus est ordinandi, et ordinatus, cum characterem k minime dubitetur recepisse, pœnitentia tantum prævia in susceptis ordinibus ministrare sustinendus erit.

Nec uno, nec duobus diebus continuatis possunt duo sacri ordines conferri. h. d.

§. 7. Sed l nec vno die, nec duobus continuato ieiunio ad duos quis potest sacros ordines promoueri, arbitraria ordinatori suspensionis imminente pœna.

Minores ordines omnes simul conferri possunt. h. d.

§. 8. Diuersum m statuitur de minoribus, qui omnes vel vnica die conferri possunt.

Cum promoto per saltum potest, prætermisso ordine repetito, dispensari. h. d.

§. 9. Per n saltum vero si promotus fuerit quis solenniter ordine prætermisso repetito, ex misericordia ministrare permittendus erit.

Promotus ad sacros ordines furtiue contra prohibitionem prælati, non potest fieri sacerdos, nisi prius fuerit monasterium ingressus: secus si non contra prohibitionem, quia tunc potest episcopus pro arbitrio dispensare, et qui cum ordinatus se miscuit diuinis, nunquam poterit ordinari. h. d.

§. 10. Quod si o furtiue ad sacros ordines quis irrepserit: dispiciendum erit, an prælati sub anathemate præcesserit interdictio. Tunc enim nulla ratione ad sacerdotalem poterit ordinem promoueri, nisi regulari habitu suscepto laudabilem aliquamdiu duxerit vitam: quo casu secum misericorditer dispensari poterit: alioquin nulla præcedente inhibitione, condigna satisfactione imposita, pro suo arbitrio cum illo poterit episcopus dispensare. Quod si is, qui nullum adhuc penitus attigit ordinem, p diuinum aliquod officium exercuerit: et ab ecclesia erit eiiciendus, et nunquam ordinandus.

Qui nondum baptizatus ordinatus est, debet baptizari, et rursus ordinari. h. d.

§. 11. De q eo, qui non baptizatus ordines susceperit, valde dubitatum est: de quo post multam tandem discussionem obtentum et constitutum fuit, vt baptizetur, atque iterum ordinetur. Et merito. Cum enim baptismus r omnium sacramentorum ianua sit et fundamentum: superædificari non potuit, vbi fundamentum defuit.

Sacros ordines tantum episcopus confert, minores interdum et alii: et episcopus, qui loco, non dignitati renuntiauit, sacros ordines conferre potest; secus, si etiam dignitati: quia tunc solum minores confert. h. d.

§. 12. Illud postremo omittendum non est, quod inter minores et sacros ordines illa est differentia: quia maiores ab episcopis, minores vero etiam ab aliis quandoque conferuntur. Vnde de eo quæsitum est s, qui episcopatui renuntiasset, an et quales ordines conferre posset? In qua specie obtinuit distinctio, vt, si quidem loco tantum quis renuntiasset, eos, quos ante renuntiationem poterat, rogatus conferre possit. Quod si non solum loco, verum etiam dignitati renuntiauit: minores tantum quis ab eo recipere, et in illis deseruire, et ad maiores, si reperietur idoneus, poterit promoueri. Sane si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit; quia indignum se fecit, officii non habebit executionem: vbi autem non scienter, nisi crassa et supina fuerit ignorantia, discretus pontifex dispensare poterit.

TITVLVS XXV.

QVI PROMOVERI NON POSSVNT.

Ponit quatuor casus siue respectus, ob quos prohibentur homines ordinari. h. d.

Quoniam vero præcaueri debet, quod vel infirmari, vel vituperari potest: sciendum est, quosdam esse, qui non sunt ad ecclesiasticos ordines admittendi: quod fieri contingit quatuor ex caussis. Aut enim quis promoueri impeditur ratione subiectionis, aut ratione delicti iam patrati, aut suspicione futuri lapsus, aut ob corporis læsionem.

Seruus et libertus non possunt ordinari, et seruus ordinatus sciente domino fit ex hoc liber et ingenuus. h. d.

§. 2. Ratione subiectionis t promoueri impediuntur serui. Eos enim, nisi a dominis libertatem consecuti fuerint, nullo debet ordine episcopus insignire. Liber enim esse debet, qui diuinæ aggregandus est militiæ. Quapropter non solum serui, sed nec, qui retento obsequio manumissi sunt, cum adhuc seruitutem quandam seruire videantur, sunt ad clericatus ordinem promouendi: quod si contra factum fuerit, tam ordinantis, quam eius, qui sacro præcinctus est cingulo, canonicis pœnis coercenda est audacia. Si tamen seruus, sciente domino, fuerit ordinatus: ex hoc liber erit et ingenuus.

Manumissus ab ecclesia, vt eidem seruiat in diuinis, non potest se transferre ad aliam ecclesiam: secus, si simpliciter fuerit manumissus. h. d.

§. 3. Quod si v quis ecclesiæ seruili conditione obnoxius, ab eadem manumittatur, vt insignitus ordine clericali in ea perpetuo seruiat in diuinis: liber factus et ordinatus, ad aliam se transferre non poterit. Sed si absolute manumissus fuerit: ad aliam transeundi non erit licentia deneganda.

Monachi non ordinantur, nisi de licentia abbatis.

§. 4. Monachi x quoque, nisi de sui fuerint abbatis voluntate præpositi, ad ecclesiastica non sunt officia promouendi.

Licentia concessa a superiore religioso, vt possit consentire promotioni de se factæ, non valet. h. d.

§. 5. Strictius y adhuc agitur cum religiosis, non solum circa ordines, sed etiam circa electionem, vel prouisionem quamlibet. Si cui enim a superiore suo licentia concedatur, vt electioni, vel prouisioni, si quam de ipso fieri contigerit, suum accommodare possit consensum; quia ambitionis vitio viam parat talis licentia: nullius firmitatis existet.

Non potest quis ab externo episcopo ordinari, nisi de licentia sui ordinarii: quam concedere poterit etiam vicarius et capitulum, si sedes vacet, vel qui administrat. h. d.

§. 6. Pari z ratione constitutum est, ne quis alienæ diœcesis virum præter proprii superioris licentiam ordinare audeat: quam tamen, episcopo in remotis agente, dare poterit ipsius in spiritualibus vicarius generalis, vel sede vacante capitulum, seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere.

Itali episcopi non debent ordinare vltramontanum, nisi de licentia papæ, vel sui ordinarii. h. d.

§. 7. Et aa hoc quidem non solum obtinet Italis, ordinari flagitantibus, verum etiam exteris. Etenim illos nullus Italicus episcopus ordinare debet: nisi vel a summo pontifice specialem habeat licentiam, vel ab episcopo, de cuius diœcesi traxerit originem ordinandus, vel in cuius diœcesi beneficiatus existit; per eius patentes litteras, caussam rationabilem continentes, quare ipsum nolit vel nequeat ordinare. Et ii, qui contrauenerint, censuris canonicis coercentur, prout latius ex Clementis IV. constitutione apparet.

Homicida voluntarius non potest promoueri, et promotus est deponendus: secus de necessario. h. d.

a Can. tales dist. 23. b Extr. de scrutinio in ord. faciend. c Can. 3. et can. episcopus dist. 24. d Can. quando episcop. d. dist. 24. e Cap. ad hæc nos. vers. et hic. idem extr. de offic. archid. f can. quando episcopus §. ipsi autem dist. 24. g d. can. quando episcopus §. tygitur. h C. 1. 2 et 3. extr. de temp. ordin. i C. dilectus filius, extr. de temp. ord. k C. fin. eod. tit. l C. litteras, extr. de temp. ord. m C. de eo, extra, de temp. ordin. n c. 1. dist. 52. et C. vnic. de aleris. per salt. prom. o C. 1. et sequ. extr. de eo, qui furt. ordin. suf. p cap. 1. et sequ. extr. de cler. non ord. ministr. q C. 1. extr. de presbyter. non baptiz.

r Gloss. 2. d. c. 1. s C. 1. extr. de ord. ab episc. t C. 1. et sequ. extr. de seruis non ordin. v C. eos libentius, extr. de seru. non ordin. x canon 1 dist. 58. C. ad aures, extra de temp. ordin. y Clem. fin. de elect. z C. 6. et sequ. de temp. ord. in 6. aa cap. 3. de temp. ord. in 6.

§. 8. Parvati delicti ratione quis ordinari prohibetur: ut cum homicidium, aut aliud capitale crimen a fecto, cui praecepto, aut consilio perpetraverit: et per surreptionem promotus, deiiciendus erit, dicente Domino, *si quis per industriam [illegible] aut per insidias hominem occiderit, ab altari meo evelles eum.* De eo itaque homicida intelligendum est, qui voluntate committit homicidium. Caeterum si qui necessitate maxima arctati, effugere nullo pacto valentes, homicidium admiserint: nullam ex hoc irregularitatem incurrunt.

Fortuitum homicidium committens, dum dabat operam rei illicitae, impedit quominus promoveri. h. d.

§. 9. Quod si neque voluntarium fuerit, neque necessarium, sed fortuitum: distinguendum est, num is, cuius occasione perpetratum fuerit, illicitae rei daret operam, an licitae. Si illicitae rei [illegible] dans operam, ut puta, vetito ludo incumbens, casu homicidium perpetraverit, vel bello etiam contra infideles sese immiscens, volens Christiani nominis hostem interfecerit: nec *d* ad sacros ordines promovendus est, et promotus non solum ad superiores ascendere prohibendus est, verum etiam in suo ministrare, plane e ex dispensatione in inferiore ministrare sustinendus erit.

Si dans operam rei licitae, ex negligentia homicidium commisit, irregularitatem incurrit: secus, si non ex negligentia, sed mero casu. h. d.

§. 10. Sed *f* et si licitae rei opera dabatur, nec tamen debitam quis operi suo adhibuit diligentiam, ex quo homicidium sequutum est, ab omni ministerio altaris excludendus erit: quod in eo responsum ait, qui puerum *g* intuitu disciplinae ita percussit, ut ex percussione exspiraverit vel ex eo in aliam infirmitatem inciderit, ex qua compertum fuit capitalis. Praeceptoris enim nimiae severitatis culpae adsignatur. Quod *h* liberatur, si nulla culpa subsit: ut in eo accidit, quo campanas *i* pulsante, ut signo dato conveniret populus ad divina, tintinnabulum cadens, ita subiectum puerum percussit, ut ex vulnere decesserit. Nam cum is culpa penitus expers fuerit, nullam incurrisse noscitur irregularitatem, etiamsi de homicidio veniam postulaverit. Bonarum enim mentium est ibi etiam culpas agnoscere, ubi culpa non est.

Infantes, furiosi, dormientes ex commisso homicidio non incurrunt irregularitatem. h. d.

§. 11. Idem *l* constitutum est de infantibus, furiosis, et de dormientibus, qui si hominem mutilent, vel occidant, nullam ex hoc irregularitatem contrahunt.

Clerici facientes querelam de suis malefactoribus, non fiunt irregulares, etiamsi iudex mortem illis inferat. h. d.

§. 12. Idem et de clericis *m*, qui de iniuriis sibi illatis apud iudicem conquaerunturs, protestantes, quod eis vindictam seu sanguinis poenam non intendunt. Nam si iudex iustitia exigente mortem delinquentibus inferat: accusatoribus imputari non debet: alioqui si propter huiusmodi metum, quia scilicet iudex ad poenam sanguinis posset procedere, sic conqueri non auderent, daretur plerisque materia trucidandi eos, et ipsorum bona pessum mittendi.

Publice poenitentes non possunt promoveri, possunt tamen ex necessitate deputari in aliquo minorum ordinum. h. d.

§. 13. Poenitentes *n* quoque tam ad sacros ordines, quam etiam infimos promoveri non debent. Quod utique non de omni poenitente intelligendum est, sed de eo tantum, quem publice ac solenniter poenituit: cum poenitentiae semel tantum in ecclesia conceditur. *o* Placuit tamen Toletano concilio, *p* si necessitas aut usus exegerit, inter Ostiarios, vel lectores huiusmodi poenitentes posse collocari.

Qui exercuerunt officia saecularia, si honesti sunt, post reddita ratiocinia possunt ordinari: secus est de usurariis. h. d.

§. 14. His e illi similes sunt, qui negotiis et officiis saecularibus serviunt: quorum tamen vitae si post deposita onera, et reddita ratiocinia deprehensa fuerit inculpata, omnibus possunt muneribus honestari. Quod si quis usuras, *p* dum negotiatur, exercuisse compertus fuerit: non solum ordinandus non est, verum etiam ordinatus deponendus. *q* Mens enim avida nec abstinere novit vetitis, nec gaudere concessis. *r*

Simoniaci, seditiosi, et iniuriarum ultores ordinari non possunt. h. d.

§. 15. Idem statuendum est de eo, qui quasi bona Dei empturus, pecuniam ad imitationem Simonis *s* obtulerit. Idem et de seditiosis *t*, et his, qui propriarum iniuriarum pertinaces fuerint ultores.

Fur occultus potest post restitutionem et poenitentiam ad sacros ordines promoveri. h. d.

§. 16. De *u* fure, an ad sacros ordines promoveri possit, quaeri potest: et si quidem sponte furtum conf[illegible] pacto satisfecerit, et pe[illegible] peregerit, si illo [illegible] furto manifesto aspersus sit infamia, ad sacros ordines proculdubio promoveri poterit.

Baptizatus in aegritudine non debet ordinari regulariter, et baptizati numquam ordinantur. h. d.

§. 17. Sed etsi nullum quis delictum perpetrasse deprehendatur, quod illum e sacris excludere valeat ministeriis: adhuc tamen, si vel de fide eius, vel continentia suspicio sit, promovendus non erit. Ut ecce, si quis in aegritudine *x* constitutus, baptizatus fuerit, quia fides eius non ex voluntate, sed ex necessitate videtur esse, presbyter ordinari non debet, nisi forte postea ipsius studium et fides enituerit, aut hominum raritas hoc exegerit. Scienter autem rebaptizatis, *y* ut ad clericatus gradum promoveantur, permittendum non erit.

Filii presbyterorum non possunt ordinari, nisi fiant regulares vel monachi, vel nisi fint nati ex legitimo matrimonio, vel fint valde morati. h. d.

§. 18. Presbyterorum *z* quoque filii a sacris ministeriis arcendi sunt, nisi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viventes, religiose probati fuerint conversari. Sed hoc ne de iis intelligere nos oportet, ad quos adulterio natos paterna flagitia haereditaria successione descendunt: unde si vel ex legitimo natifuerint matrimonio, *bb* vel morum honestas eos commendabiles fecerit exemplis et auctoritatibus, non solum sacerdotes fieri possunt, sed etiam summi sacerdotes.

Bigamus, et qui uxorem duxit viduam, eiectam, vel meretricem, ordinari non possunt. h. d.

§. 19. Item *cc* repellendi sunt bigamus, et qui viduam, vel eiectam, vel meretricem, vel ancillam uxorem duxerit. Vidua est, cuius coniux maritus mortuus est. Unde *dd* is, qui ab alio quidam ductam, sed minime cognitam duxit uxorem, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoveri: cum neuter carnem suam diviserit in plures. Eiecta est, quae vivente marito eiicitur. Meretrix, quae multorum libidini patet, et cuius turpitudo publice venalis est. Quod non de iis intelligendum est, qui tales adhuc uxores retinent (nam in iis alia ratio est, quia scilicet coniugati non possunt in sacris esse constituti) sed de iis, quorum uxores defunctae sunt.

Bigamus est, qui duas duxit uxores, et qui secundas nuptias tantum de facto contraxit, reputatur bigamus. Item, si cum vidua de facto contraxit. h. d.

§. 20. Est autem bigamus, *ee* qui duas habuit uxores, sive baptizatus ambas, sive etiam ante baptismum, alteram. Si *ff* quis tamen laicus primam duxerit, in sacris constitutus alteram, an sit inter bigamos reputandus, haesitatum est. Ex facto autem responsum est, hunc quidem nec bigamum esse, nec maritum viduae: quia tamen quantum in ipso fuit, secundas nuptias contraxit, et viduam duxit, tamquam de bigamo fore constituendum.

Fornicatus cum pluribus concubinis non incurrit irregularitatem bigamiae. h. d.

§. 21. Aliud iuris est de concubinis *gg*: quas si plures quis habuerit, irregularitatem bigamiae non incurrit: sed cum eo tanquam simpliciter fornicatus sit, quoad executionem sacerdotalis officii, dispensari potest.

Corpore vitiatus, nisi modica sit laesio, ordinari non potest. h. d.

§. 22. Cavendae sunt autem iis, qui ecclesiasticis mancipandi sunt officiis, non solum animi, verum etiam corporis vitia. Unde *hh* qui parte *ii* laesi ad sacerdotium ascendere non valent. Hoc tamen tunc obtinet, cum evidens et notabilis est laesio. Caeterum, si modica laesi, ut puta, qui exiguam partem digiti, vel unguem nolentes amiserint, ita ut sine scandalo possint celebrare, a sacerdotio repellendi non erunt.

Abscissi ex necessitate promoveri possunt: secus, si ex voluntate. h. d.

§. 23. Idem *kk* iuris est ac de eo, cui vel vi, vel in cunabulis, vel de medicorum consilio metu imminentis periculi virilia fuerint amputata: quod si volentes, et carnali vitio repugnare forte cupientes, seipsos absciderint, quia sui homicidae sunt, ad clerum pervenire non possunt *ll*. Corpore enim vitiati, non casu, sed propria voluntate sunt intelligendi *mm*: et sicut in illis veniam casus impetrat: ita vindictam in iis voluntas postulat.

Oculo privatus indistincte promoveri non potest, licet retineat ordines: secus, si postea talis privatio contingat.

§. 24. Haec autem distinctio non in omnibus membris sibi locum vindicat. Cui enim oculum *nn* abstulit casus, licet voluntas desit, sacerdotium tamen consequi non potest. Caeterum si sacerdotali in ordine constituto tale quid acciderit, quod olim integer acceperit, non amittet.

a [illegible] et per totum. et extr. de homicid. b C. [illegible] de homi[illegible] de homic. d can. clericum qui et [illegible] fege dist. [illegible] contingebatur, in fin. f C. continebatur, extra, de homicid. g de [illegible] de homicid. h c. Ioannes sacerdos. d. tit. de homicid. i Clem. [illegible] k C. 2. de homicid. in 6. l canon. canones apud. d. 50. m can. [illegible] poenit. d. dist. 50. n can. placuit. d. dist. 50. o C. ut. extra, [illegible] de vetan. ordin. vel non. p Canon. 2. dist. 33. q c. si quis clericorum [illegible] c. unum. in fin. d. d. 47. s c. 2. in fin. d. 33. et 1. [illegible] t. per totum. u c. [illegible] d. 46. v C. ex litteris, extr. de furt. w c. ex c. [illegible] d. 57. y c. confirmandum est in fin. d. 50. z C. 1. d. 56. et C. 1. extr. de fil. presbyt. aa d. c. 1. §. sed hoc d. 56. bb C. ad haec. extr. de filiis presb. cc c. poenitentibus. et seq. et c. si quis viduam. d. 33. cap. 1. et 3. per totum tit. extr. de bigam. dd C. debitum extr. de bigam. in fin. ee gl. pen. c. pen. dist. 26. ff C. nuper. et C. fin. extr. de bigam. gg C. pen. extr. de bigam. hh dist. 55. in sum. et per totum. ii C. 1. et fin. extr. de corpore vit. kk Can. si quis a medicis, cum duobus seq. dist. 55. C. 3. et 6. de corp. vitiat. ll Can. si quis absciderit. d. dist. 55. mm Can. [illegible] §. corp. d. dist. 55. nn Can. fin. dist. 55.

Olim

Olim furiosus, vel aliter vexatus, non potest ordinari. Clerici, qui aliquando fuerunt daemoniaci, non possunt ad ulteriores ordines promoveri.

§. 25. Is a quoque, qui, in furorem aliquando versus, insanivit, aut quolibet modo vexationis incursibus affertur, aut, quod prope furorem accedit, in scena luserit, vel afflictione diabolica vexatus fuerit, ordinari non poterit. Clerici autem b, qui in adolescentia a daemonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem gradum ascendere non possunt.

TITVLVS XXVI.

DE PRAEBENDIS, ET ALIIS BENEFICIIS.

Connexa et dependentia sunt simul tractanda. h. d.

Post haec videamus de praebendis, et aliarum concessione: quae pars iuris extra propositam quidem materiam forsasse videri poterit. Loquimur enim in praesenti de iure personarum. Sed cum supra de dignitatibus ecclesiasticis, quibus praebendae videntur annexae, locuti fuerimus; non sine caussa sequenti loco potest haec iuris materia tractari.

Qui in altari laborat, de altari debet et vivere. h. d.

§. 2. Praebenda nihil est aliud, quam ius percipiendi proventus ecclesiasticos, tanquam uni de collegio competens, et ex canonia procedens. Cum enim, ut lex divina praecipit c, qui altari servit, de altari debeat et vivere: dignum est, ut, qui divinis adscribuntur obsequiis, ecclesiae sustententur stipendiis. Et ideo institutum olim fuerat d, ut ordinationes eorum, qui sine certo titulo ordinati essent, in iniuriam ordinantium irritae essent. Paulatim tamen benignius agi coeptum. Constitutum est enim e, ut, si episcopus aliquem sine certo titulo, unde vitae necessaria percipiet, ordinaverit, tamdiu ipse, aut eius successor, ordinato necessaria subministret, donec ei in aliqua ecclesia convenientia clericalis militiae stipendia assignentur.

Mandatum suscipiens de ordinibus conferendis certis personis, non tenetur eisdem providere de beneficio, sed mandans: secus, si sit mandatum generale, vel ordinandi licentiam concedens.

§. 3. Quod si episcopus f mandato alterius in aliena dioecesi ordines celebret: distinguendum est, an de certis personis mandatum susceperit, an generale, et expresso nomine? Primo enim casu mandans, secundo mandatum suscipiens, inopi ordinato vitae tenebitur necessaria ministrare. Ii autem, quibus a dioecesano datur licentia, ut, a quo voluerint episcopo, ad sacros ordines promoveri possint, ad praemissa non qui ordinant, sed qui licentiam tradunt, obligantur: nisi g tamen ordinatus de paterna haereditate vitae possit habere subsidium.

Praebendae conceduntur per collationem, et per institutionem, et singulis rebus singula sunt imponenda nomina. h. d.

§. 4. Conceduntur autem praebendae vel beneficia duobus modis: per collationem, et per institutionem. Collatio h est libera quaedam praebendae concessio. Institutio est praebendalis iuris ad praesentationem patroni facta translatio. Quae licet et ipsa collatio possit appellari: commodius tamen est in praesenti, singulas caussas singulis appellationibus distingui.

TITVLVS XXVII.

DE COLLATIONIBVS.

Ex tribus capitibus conferuntur praebendae, et ordinarium collatorem facit lex vel consuetudo. h. d.

Conferuntur autem praebendae vel beneficia aut ab ordinario, aut ex mandato legati sedis apostolicae, aut pontificio rescripto. Ordinarius collator is est, quem aut consuetudo approbavit, aut iuris designavit auctoritas: ut episcopus, capitulum.

Si episcopus et capitulum habeant potestatem conferendi coniunctim: non potest unus sine altero, nisi in uno subsit impedimentum, conferre. Et si episcopus possit conferre, tamen de consilio capituli, etiam, quod sit impeditum; capitulum non potest se in collocatione intromittere: nisi episcopus sit negligens in removendo impedimentum. Et mortuo, vel absente eo, cuius consilio interveniente est conferendum, non est ob id differenda collatio. h. d.

§. 2. Quam conferendi potestatem episcopus et capitulum interdum habent communiter, interdum disiunctim: si communiter i, alter sine altero illam exercere non poterit, nisi vel mortis, vel suspensionis, vel maioris excommunicationis impedimentum in altero adesse contigerit. Cum k vero ad solum episcopum cum consilio sui capituli, vel assensu, praebendarum spectat collatio: eo defuncto, vel suspenso, nisi episcopus in petenda relaxatione suspensionis sit in mora, capitulum se non potest intromittere. Ubi vero l collatio ad aliquem cum consilio episcopi pertinet, si quid illi humanitus contigerit: non erit ob hoc vacantis beneficii collatio differenda. Idem iuris est, episcopo adeo in remotis agente, ut brevi non possit illius haberi praesentia: quia in petendi vel expectandi mora vacanti beneficio posset imminere periculum.

Si ecclesia steterit vacans per sex menses: ad capitulum beneficium devolvitur. h. d.

§. 3. Eadem ratione, ubi ad solum episcopum spectat collatio, si per sex menses m conferre distulerit, ad capitulum devolvitur. E contrario, si ad solum capitulum pertinuerit, et infra praescriptum terminum hoc non fecerit; episcopus cum religiosorum virorum consilio exsequetur: quod si omnes forte neglexerint, metropolitanus absque contradictione disponet.

Regularibus praelatis non conferentibus intra sex menses, fit devolutio ad ordinarium. h. d.

§. 4. Idem statuitur in regularibus praelatis. Si enim quaevis beneficia, ad illorum dispositionem spectantia, intra constitutum tempus conferre negligant: locorum dioecesani in non exemptis propria, in exemptis vero apostolica auctoritate eorum negligentiam, iuxta praescriptum in viennensi concilio modum, supplebunt.

Tempus devolutionis currit solum non impeditis, et a die notitiae. h. d.

§. 5. Tempus autem sex mensium, nec currit legitime impeditis: et a die notitiae, non a tempore vacationis erit computandum.

Devolutio non habet locum in ecclesia non numerata, vel quando dignitas est suppressa. h. d.

§. 6. Haec n autem demum obtinent, si in ecclesia erat distinctio praebendarum, et certus canonicorum numerus. Caeterum, si neque distinctae praebendae, nec certus sit canonicorum numerus, lateranensi concilio de beneficiis ultra sex menses vacantibus locus non erit. Idem etiam obtinet, si per capitulum vacans dignitas legitime fuerit sublata.

Sede vacante capitulum non fungitur vice episcopi in conferendo: et cessante caussa, cessat et effectus. h. d.

§. 7. Licet autem ob negligentiam episcopi, conferendi potestas ad capitulum devolvatur; sede tamen vacante o in collationibus praebendarum episcopi vice non fungitur: cum eo casu nullius superioris possit argui negligentia.

Circa collationem factam post devolutionem, dispensari potest. h. d.

§. 8. Is p quoque, qui nimium cessando conferendi ius amiserit, si post ius collationis devolutum, nihilominus viris idoneis de beneficiis providere voluerit, quanquam ob temporis lapsum collatio mero iure non teneat, ex dispensatione tamen et benignitate tolerari poterit.

Legati missi, vel nati vigore suae legationis, non conferunt, nisi sibi specialiter concedatur: secus est in legatis de latere, qui conferunt, et sine mandato speciali, etiam invito patrono ecclesiastico. h. d.

§. 9. Et q legationis quoque munere conferendi competit facultas: quod tamen non indistincte obtinet. Nam sive missi fuerint, sive suarum praetextu ecclesiarum aliqui legationis sibi vendicant auctoritatem; ex ipsa legatione nullam habent conferendi potestatem: nisi hoc eis specialiter indultum fuerit. His autem, quos rom. pontificis latus et comitatus illustrat, legatione fungentibus, sine speciali concessione, etiam ecclesiastico patrono invito, conferendi facultas competit. Sicut enim honoris praerogativa laetantur: sic et auctoritate fungi congruit ampliori.

Legatus de latere non confert cathedrales ecclesias, nec regulares, nec dignitates post pontificalem maiores: nec potest eodem tempore in eadem ecclesia plures reservationes facere. h. d.

§. 10. Sed tamen nec cathedrales r, nec regulares, aut collegiatas ecclesias, nec ecclesiarum cathedralium dignitates, ad quas per electionem promoti primum post episcoporum obtinent locum, vel suis archidiaconatum, suae dispensationi aut provisioni reservare possunt. Nec plures beneficiorum reservationes eodem tempore, in eadem cathedrali vel collegiata ecclesia, vel ad eiusdem collationem pertinentium facient.

Reservationes legatorum exspirant finita legatione. h. d.

§. 11. Illae s quoque, quas iure fecerint, dummodo ad beneficiorum iam vacantium collationem non sit processum, eo ipso, quod illorum finitur legatio, penitus evanescant: nec executores dati amplius ea conferre poterunt.

Taciturnitas habitis beneficii invalidat provisionem legati non ordinarii. h. d.

§. 12. Sed t nec aliter beneficium obtinenti ab apostolicae sedis legato facta collatio valebit, quam si de eo, quod tunc provisus obtinet, mentio facta sit specialis: licet id in aliorum ordinariorum collationibus minime requiratur.

Licet ante acceptationem beneficii quis nullum habeat in eo ius: tamen collator de eo alteri, primo non consentiente, providere non potest. Potest tamen primo proviso praefigi terminus ad acceptandum; quo lapso poterit beneficium alteri conferre: nisi primus etiam lapso termino acceptaverit.

§. 13. Illud autem tam in ordinario, quam etiam in legato statu-

a Can. 2. et 3 dist. 33. b can. clerici. d. dist. 33. c cap. cum secundum. extr. eod. tit. d can. 1. dist. 70. e C. episcopus. extr. eod. tit. f C. si episcopus. eod. tit. in 6. g C. episc. in fin. extr. eod. tit. h C. 1. de reg. iur. in 6. i C. 1. in princ. ne sede vacant. in 6. k d. C. 1. §. cum vero. l d. C. 1. §. ubi vero.

m C. 2. in fin. extr. de concess. praeb. n C. ex parte extr. de concess. praeb. o C. 1. extra, ne sede vacante. p C. interas. extr. de suppl. negl. prael. q C. 1. de off. leg. in 6. r C. deliberatione. de off. leg. in 6. s C. praesenti de off. leg. in 6. t Cap. fin. de off. legat. in 6.

tum est, quod, si cui beneficium contulerint, licet is [a], donec collationem ratam non habuerit, nullum ius in eo acquisiuerit, in persona tamen alterius, primo non consentiente, de beneficio non libere ab ipsis facta prouisio non subsistet: plane notificata collatione, et ad consentiendum termino competenti praefixo, si primus non consenserit, eo lapso, beneficium libere, cui viderint expedire, conferre poterunt. Antequam tamen ipsum alii contulerint, non obstante lapsu termini, suum primus collationi poterit accommodare consensum.

Per rescriptum apostolicum praebenda confertur pure, in diem, et sub conditione: et pura collatio est, cum alicui simpliciter de beneficio prouidetur. h. d.

§. 14. Per rescriptum apostolicum mandatur fieri collatio, aut pure, aut adiecto die, aut sub conditione. Pure, vt cum mandatur simpliciter, vt alicui de beneficio, aut praebenda prouideatur.

Collatio apostolici, in diem facta, accedente decreto irritante, ligat manus ordinarii. h. d.

§. 15. Dies adiicitur collationi, vt cum praebenda confertur, quam quis intra mensem [b], aut alio tempore a vacationis notitia duxerit acceptandam. Quo casu, cum temporis appositio fauorem afferat impetranti, si decretum irritans fuerit appositum, collatio, per ordinarium alteri facta, intra praefixum tempus nullius obtinebit roboris firmitatem. Decreti enim appositio, reseruatio, executoris inhibitio, et his mora, beneficium affectum reddunt.

Publica notam praesumitur notum etiam priuatis. h. d.

§. 16. Interpretamur autem quem praedictae vacationis habere notitiam, ex quo ipsa vacatio in loco, vel ecclesia huiusmodi beneficii publice nota erit. Imputet enim sibi, si hoc casu, quo de ipsius commodo agitur, id, quod per se, vel per alium scire potuerit, ignorauerit.

Collatio conditionalis, et concurrente decreto, non impletis conditionibus, non ligat manus ordinarii. h. d.

§. 17. Sub conditione mandatur fieri collatio, vt cum [c] alicui, si per executoris inquisitionem repertus fuerit vitae laudabilis, vel si consensus accesserit capituli, vel alia adiecta conditione, de beneficio prouideri committitur. Et eo casu, etiam apposito irritante decreto, non impletis adhuc conditionibus, vacans beneficium per ordinarium, aut per executorem ad prouidendum de tali beneficio datum, libere conferri poterit.

Obstat taciturnitas obtenti beneficii, etiam modici: nisi prouisio sit facta motu proprio. h. d.

§. 18. Sed multum interest, motune proprio, an ad alterius petitionem de beneficio prouideri mandetur? Si enim proprio [d] motu, longe pinguius erit mandatum. Nam etiam de beneficiis, quae impetrans obtinet, nulla habita mentione, erit huiusmodi prouisio valida; qualiacunque fuerint beneficia, et in numero quantocunque, quae habebat impetrans: cum sibi prouisio facta fuerit. Quod si ad petitionem gratia huiusmodi facta sit; quantumcunque modicum beneficium scienter taceatur: veluti surreptitia non valebit.

Collatio facta motu proprio, pluribus beneficiis in eadem ecclesia simul vacantibus, intelligitur facta de pinguiori. Si beneficia sint aequalia: ad eum spectat electio, cui gratia est concessa. Collatio vero, facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringitur: si sint aequalia, eligit, qui alias conferebat. Et motu proprio tunc censetur gratia fieri, cum id exprimitur. h. d.

§. 19. Item si pluribus [e] in aliqua ecclesia vacantibus dignitatibus vel praebendis, rom. pontifex, de hac vacatione incertus, dignitatem vel praebendam, si qua nulli debita in ipsa vacat ecclesia, cuiquam motu proprio conferat: fiet interpretatio plenissima, et ad illam dignitatem seu praebendam erit habenda relatio, quae inter illas melioris censetur esse valoris. Quod si forsan aequales sint: ad eam, quam is, cui confertur, infra decem dies post habitam de dicta vacatione notitiam, duxerit eligendam. Si vero ad petitionem alterius gratia huiusmodi facta fuerit; ad illam erit habenda relatio, quae minoris valoris extitit: et si sit aequalitas, ad eam, quam is, ad quem ipsarum spectat collatio, infra dictum tempus elegerit, postquam sibi huiusmodi gratia erit nota. Motu [f] autem proprio tunc solum gratia fieri censetur, cum hoc expresse cautum fuerit.

Solus papa tribuit ius in beneficiis vacaturis. h. d.

§. 20. Sed siue [g] motu proprio, siue ad alterius petitionem per rescriptum apostolicum fiat prouisio, caeteris longe praestat. Nam cum ex lateranensi concilio ministeria et beneficia ecclesiae tribui aut promitti non debeant, antequam vacent: romanus pontifex etiam in ipsis ius potest tribuere vacaturis.

Ponit gradus quosdam circa potestatem conferendi inter ordinarium legatum et summum pontificem. h. d.

§. 21. Est ergo inter ordinarium legatum, ac summum pontificem circa collationis potestatem, quasi per gradus, ascensus quidam. Nam ad episcopum [h] omnium quidem basilicarum, quae in eius territorio positae sunt, collatio regulariter pertinet [i]: vacaturam tamen praebendam suae dispositioni reseruare non potest, et longe minus in eadem alicui ius tribuere. Legatus autem non modo vacantes intra suae legationis terminos ecclesias conferre, verum etiam vacaturas (iuxta ea, quae supra diximus) reseruare poterit: licet eidem in vacaturis alicui ius tribuendi nulla sit facultas. At apostolicus et vbique vacantes donare, et vacaturas suae prouisioni reseruare [l], et in vacaturis ius tribuere potest: cum in ipso plenitudo resideat potestatis.

Si clericus, cum mandatur prouidere de beneficio vacaturo, negligat petere praebendam; non poterit postea aliam petere: nisi fuerit in canonicum receptus. h. d.

§. 22. Quo [k] tamen casu summus pontifex de vacatura praebenda alicui prouideri mandat. Si is, in cuius gratiam mandatum obtentum est, praebendam, quando vacat, negligenter omittit: non poterit postmodum praetextu dicti mandati, nisi antea in canonicum fuerit receptus, aliam in ipsa ecclesia vacaturam petere.

Habens expectatiuam, potest acceptare beneficium vacaturum primum, vel secundum, vel alterius: certum tamen acceptare non potest. h. d.

§. 23. Poterit [l] tamen is, cui, certis super hoc executoribus deputatis, ab apostolica sede huiusmodi gratia concessa fuerit, non solum primum in genere vacaturum beneficium vel praebendam, verum etiam, si rationabilis caussa subsit, secundum et vlterius acceptare; certum tamen et expressum, priusquam vacet, acceptare non poterit: ne captandae alienae mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis apostolicae tribuatur. Quod si de certo acceptatio secuta fuerit: nullam obtinebit roboris firmitatem, vt Bonifac. constitutionis tenore latius continetur.

Rescripto apostolico dispensatur super pluralitate beneficiorum, maxime circa litteratas personas. h. d.

§. 24. Inde [m] etiam licet beneficiatae personae de alio beneficio, nisi primo illud, quod obtinet, omnino dimittat, prouidere non possit; nisi aut cardinales sint, aut regum filii: per tale tamen rescriptum, maxime circa litteratas personas, super hac pluralitate dispensari poterit.

Vbi de prioritate beneficii pluribus collati non constat: primo possessor, deinde maior praerogatiua praefertur. h. d.

§. 25. Item si a sede [n] apostolica, aut legato, et ab ordinario eodem die idem beneficium conferatur, et quae fuerit primo facta collatio, non appareat, nemine possidente: is erit caeteris praeferendus, cuius conferens ampliore gaudet praerogatiua. Hac [o] ratione et ii, qui in aliqua ecclesia in canonicos sunt recepti, debent in praebendarum assecutione caeteris, siue legatorum, siue aliorum, quorumcunque auctoritate antea fuerint admissi, anteferri.

Qui dicatur receptus auctoritate apostolica. h. d.

§. 26. Auctoritate [p] autem apostolica receptus et is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, cui specialiter in ea re auctoritas apostolica concessa fuerit, recipitur. Sed et si mandatum legati ratum habeat [q] roman. pontifex, atque id auctoritate sua muniat; ex eo receptus non legati, sed apostolica intelligitur auctoritate receptus: atque ideo est in assecutione praebendae omnibus, post eum receptis, in ecclesia dicta praeferendus.

Expressio eius, quod tacite inest, nihil operatur: nisi per alium modum, quam quo tacite inest, fuerit facta expressio. h. d.

§. 27. Aliud iuris est, si iis, ad quos alias pertinet canonicorum receptio, facultas concedatur ab apostolico, vt aliquem recipiant in canonicum eiusdem ecclesiae, ordinationibus, forte certum numerum canonicorum praefigentibus, non obstantibus. Hoc enim casu non apostolica, sed recipientium censetur auctoritate acceptus: nisi, quod cum auctoritate apostolica recipiunt, in litteris caueatur expresse. Quod si ad eos alias talis receptio non pertinebat, apostolica dicetur auctoritate receptus. Alias vero, si litterae impetratae certi numeri canonicorum nullam fecerint mentionem, quod illarum occasione factum fuerit, nullam obtinebit firmitatem.

Papa non onerat aliquem pluribus prouisionibus, nisi id exprimat. h. d.

§. 28. Illud etiam omittendum non est, non solere apostolicum eundem collaturum pluribus onerare prouisionibus: nisi id velle se suis litteris expresse fuerit complexus.

Mandati apostolici fines sunt diligenter custodiendi, nec extenduntur, nisi ad casus expressos, etiam de consensu, et in praeiudicium prouisi. h. d.

§. 29. Sunt [r] autem apostol. mandati fines diligenter custodiendi: ideoque non debent ad casus alios, quam expressos extendi. Vnde, cum iniungitur, vt alicui de praebenda certi valoris prouideatur, in praebenda minoris valoris, etiam impetrante volente, mandatum impleri non poterit.

Mandatum faciens mentionem de collatione non potest trahi ad praesentationem, vel institutionem. h. d.

§. 30. Idem [s] obseruari oportet, si cui de beneficio, quod ad

a C. si tibi de praebend. in 6. b Clem. vnic. §. fecus. de concess. praeb. c d. Clem. vnic. in princip. de concess. praebend. d C. si motu proprio. de praebend. in 6. e C. si pluribus. de praeb. in 6. f C. si motu. in fin. eod. tit. in 6. g C. 2. vbi gloss. de praeb. in 6. h c. omnes basilicae. 16. q. 7.

i C. 2. in gl. de praeb. in 6. k C. si clericus. de praeb. in 6. l C. vt nostro de concess. praeb. in 6. m C. de multis extr. de praeb. extrau. Ioan. eod. tit. et extr. com. execrabilis. n C. si a sede. de praeb. in 6. o C. si qui de tit. in 6. p C. si qui. de praeb. in 6. q C. si cum super d. tit. in 6. r C. cui de non sacerdotali §. idem de praeb. in 6. s C. cum intellis §. cum autem de praeb. in 6.

alicuius

alicuius collationem spectat, prouideri mandatur. Hoc enim casu de eo, quod ad eiusdem præsentationem, vel institutionem pertinet, prouideri minime poterit, nec etiam e conuerso.

Casus resignationis non includitur, nec verificatur in casu mortis. h. d.

§. 31. Eodem spectat, a si quis ab apostolica sede mandatum susceperit, vt ab aliquo beneficii resignatione recepta, idem beneficium alteri conferat. Si enim is, qui resignaturus erat, rebus eximatur humanis; mandato locus non erit: cum non per resignationem vacauerit, sed per mortem.

Casus futuræ vacat. non verificatur in casu nouæ creationis. h. d.

§. 32. Idem obtinet, si litteræ apostolicæ super conferendo beneficio proxime vacaturo fuerint impetratæ. Nam ad illud, quod post illarum impetrationem fuerit creatum, non extenditur.

Appellatione beneficii non venit pensio. h. d.

§. 33. Et b si quis litteras super obtinendis beneficiis vsque ad certam summam impetrauerit; eidem non in pensione, sed in beneficiis ecclesiasticis erit prouidendum: nisi de pensione in litteris mentio habeatur.

Dispositio regulariter restringitur ad tempus præsens, et mentio potentiæ intelligitur de præsenti. h. d.

§. 34. Eodem etiam spectat, quod si de conferendo c alicui beneficio, ad episcopi collationem spectante, rescribatur, illud ei conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia ipsius episcopi ad eiusdem capitulum deuoluta fuit: quamquam ex contrario de eo, cuius ad episcopum ex capituli, vel alterius cuiuscunque, siue ad sedem apost. ex ipsius episcopi, vel aliorum, in hoc eidem succedentium, negligentia collatio fuerit deuoluta, hoc casu prouideri poterit.

Mandat. apostol. restrictionem recipit ex persona prouisi. h. d.

§. 35. Interdum tamen, licet mandatum generale sit, ex persona impetrantis recipit restrictionem: vt si cui d de præbenda proxime vacatura simpliciter prouideri mandatur. Nam si talis nondum in ea ætate existat, vt ad sacerdotium promoueri possit: sacerdotalis sibi præbenda conferri non poterit.

Ex loco sumitur rescripti interpretatio. h. d.

§. 36. Ex loci quoque expressione rescripti sumitur declaratio. Et ideo e, quamquam sub nomine ecclesiar. ciuitatis, etiam ecclesia cathedr. comprehendatur, cum tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua ecclesiar. ciuitatis vel diœcesi prouideri, ad cathedralem ecclesiam mandatum huiusmodi non extenditur: secus est, si in aliqua ecclesiar. prouinciæ prouideri mandatur. Tunc enim et metropolitana, et ceteræ cathedral. ecclesiæ, tali mandato includuntur.

Ordo scripturæ declarat mandatum. h. d.

§. 37. Ex ordine f quoque scripturæ rescripti interpretatio sumitur, veluti cum Ioanni de beneficio, ad collationem suam vel Pauli pertinente, vt alicui prouideat, mandatur. Nam si plura simul beneficia vacare contigerit, ad vtriusque collationem separatim spectantia: tunc ordo scripturæ seruandus est, et de illo beneficio prouidendum erit, quod ad Ioannem noscitur pertinere.

Cum mandatur prouideri de beneficio, spectante ad prouisionem plurium: intelligitur coniunctim. h. d.

§. 38. Si vero g de beneficio, ad aliquorum collationem, vel præsentationem spectante, non adiecto communiter vel diuisim, prouisio iniungitur facienda: in beneficiu, quod ad collationem vel præsentationem alterius tantum pertinet, adimpleri non potest.

Ex insertione caussæ elicitur interpretatio rescripti. h. d.

§. 39. Item insertio caussæ declarat rescriptum: sicut accidit h, cum clerico, nullum beneficium obtinenti, ob paupertatem per episcopum de beneficio prouideri mandatur. Nam si, antequam ei prouisum sit, beneficium fuerit assecutus: cessante caussa mandati, prouideri sibi episcopus in posterum non tenetur.

Ex simplici mandato de prouidendo non potest prouideri obtinenti aliud beneficium; nisi fuerit id expressum: quo casu solum vnicum, et non curatum beneficium obtinenti prouideri poterit. Et pluralis locutio restringitur ad duo. h. d.

§. 40. Nam i et is, cui conceditur, vt idoneo possit in sua vel aliena ecclesia prouidere beneficium, aliud obtinenti prouidere non potest: nisi vel primo ille beneficium, quod obtinet, omnino dimittat, vel in concessionem huiusmodi sit expressum, quod etiam beneficiatæ valeat prouidere personæ. Quo casu vnicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinenti, prouideri poterit. Sed si concessum fuerit, vt prouidere illi valeat, qui et alia beneficia noscitur obtinere: huiusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia non curata restringi.

Mandatum simplex de prouidendo non extenditur ad beneficium curatum, vel electiuum. h. d.

§. 41. Ex natura quoque et beneficii qualitate apostolicum rescriptum restrictionem recipit. Nam si de quibuscumque beneficiis prouideri mandatum fuerit, de animarum cura mentione non habita: de iis prouidendum non erit, quibus huiusmodi cura noscitur imminere. Illis quoque, pro quibus scribitur, vt de personatibus et dignitatibus ad collationem, prouisionem, præsentationem, vel dispositionem pertinentibus quorumcunque prouideatur, de iis prouideri non poterit, ad quos per electionem præficiendi assumuntur.

Gratia alicui concessa, vt prouidere possit personis idoneis in certa ecclesia, personis non expressis, non exspirat re integra per obitum concedentis: secus, si personæ essent expressæ. h. d.

§. 42. Illud quoque omittendum non est. Quod si cui k, nulla facta personarum expressione, sit gratiose concessa facultas, vt auctoritate apostolica aliquibus personis idoneis in certa ecclesia prouidere possit, vel beneficia, quorum collatio est ad sedem apostolicam legitime deuoluta, conferre; huiusmodi concessio etiam re integra, per obitum concedentis non exspirat: secus si super prouisione certæ personæ facienda eidem sit data potestas, non ob suam, sed eius, cui prouidetur, gratiam vel fauorem. Illa enim exspirat omnino, si concedens re integra moriatur.

Mandatarius, cuius non est electa industria, potest alteri mandare. h. d.

§. 43. Illud etiam interest, vtrum, cui ab apostolica sede prouisio de beneficio incerta ecclesia, diœcesi, vel prouincia certæ personæ facienda committatur, an de certa ecclesia, incertæ tamen personæ? Primo enim casu licite quis vices suas alteri committere poterit; secundo vero, cum in eligenda persona mandatarii electa videatur industria, prouisionem sibi commissam alteri demandare non poterit: nisi forma commissionis id habeat, vt per se, vel per alium hoc expedire valeat.

Beneficia ecclesiastica debent sine diminutione conferri. h. d.

§. 44. Postremo illud sciendum est, tam turonensi l concilio cautum esse, ne præbendæ aliquam sectionem patiantur; quam ex lateranensi, ne quis, conferens beneficium ecclesiasticum, partem prouentuum suis vsibus retinere audeat: cum sine vlla debeant diminutione conferri.

TITVLVS XXVIII.

DE INSTITVTIONIBVS, ET IVRE PATRONATVS.

Quando dicatur prouideri per institutionem; quid sit ius patronatus: et quibus modis constituatur. h. d.

Accidit autem interdum, vt prælati liberam de vacantibus beneficiis disponendi facultatem non habeant: quod tunc euenit, cum ea vacare contigerit, in quibus aliquis ius obtinet patronatus. Tunc enim stricte sumpto vocabulo, non conferre, sed instituere dicuntur eos, quibus præsentante patrono prouidendum erit. Est igitur m ius patronatus, potestas præsentandi instituendum ad beneficium vacans. Constituitur autem tale ius variis modis: veluti, ecclesiæ ædificatione, dotatione et similibus.

Ædificans rite, vel dotans, acquirit ius patronatus: et eum sequi debent commoda, quem sequuntur incommoda. h. d.

§. 2. Ædificatione n acquiritur ius patronatus, cum quis ecclesiam de consensu diœcesani, iuris ordine seruato, construxit. Dotatione acquiritur, vt cum is, qui non fundauit, ecclesiæ pro dote certa bona assignauit. Sicut enim in carnali matrimonio ad onera sustinenda dos assignari debet: ita etiam concedenda sunt ecclesiæ, quæ ad luminaria, et ad custodiam, et ad stipendia custodum, et ad cetera sacræ domui necessarie sufficiant. Institutum est igitur, vt quasi cuiusdam loco remunerationis ad præsentationem patronorum in fundatis vel dotatis ecclesiis sacerdotes instituantur, nullo professionis vel sexus habito discrimine.

Ecclesiasticus patronus habet ad præsentandum menses sex, laicus quatuor. Ecclesiasticus non potest variare, laicus potest. h. d.

§. 3. Sunt tamen inter ecclesiasticos et laicos patronos pleræque differentiæ. Nam o ecclesiastico ad præsentandum sex mensium conceditur spatium, laico quadrimestre tempus datur. Et videtur optima ratione inductum, vt longius prorogetur tempus ecclesiasticis; quippe p quibus, semel facta præsentatione, amplius variare minime licet: quod in laicis diuersum statuitur.

Episcopus, qui instituit secundo loco præsentatum, in pœnam tenetur prouidere etiam primo præsentato. h. d.

§. 4. Sed si laicus, cui plures præsentandi tributa est facultas, primo Ioannem instituendum offerat, secundo loco Paulum, vtrumque idoneum, ordinarius autem secundo loco præsentatum instituat: videamus, an primus appellare valeat? Et statutum est, de secundo factam institutionem infringi non posse: episcopum tamen, qui primo loco præsentatum dolo recusauit admittere, recusato vt in competenti beneficio prouideat, compellendum; vt in eo puniatur, in quo eum deliquisse constet.

Legatus de latere potest derogare iuri patronatus ecclesiasticorum, non laicorum.

a C. susceptum. de rescr. in 6. b C. quamuis. de præb. in 6. c C. si de benefic. de præb. in 6. d C. et, cui. de præb. in 6. e C. quamuis. §. quamquam d. tit. in 6. de præb. f C. mandatum. de præb. in 6. g C. cum in illis. §. fin. de præb. in 6. h C. si pauper. de præb. in 6. i C. is cui. d. præb. in 6.

k C. si cui nulla de præb. in 6. l C. maioribus extr. de præb. in 6. m gl. 1. can. pia mentis. 16. q. 7. n d. gl. 1. c. pia mentis. et c. filiis, ead. caus. et C. nobis fuit, extr. de iur. patron. o cap. vn. §. fin. de iur. patron. in 6. p C. pastoralis. §. vlt. et d. C. vn. in gl.

laicorum.

laicorum. Ecclesiastica patrono reddenda ratio prouentuum patronatæ ecclesiæ: secus laico. h. d.

§. 5. Legatus *a* etiam beneficium in præiudicium ecclesiastici patroni, vt supra tetigimus, conferre potest: cum in laicis diuersum accidat. Item ecclesiastico patrono de temporalibus rebus ratio debet exhiberi, quod in laico minime obtinet.

Patronus laicus potest deferre ad superiores clericos, qui dilapidant bona ecclesiæ, cuius est patronus. h. d.

§. 6. Licebit *b* tamen patrono laico, si sacerdotem ex collatis in ecclesiam rebus fraudare cognouerit, aut honesta illum conuentione compescere, aut episcopo, vel competenti iudici, corrigenda denuntiare. Quod si talia agere tentet et episcopus, metropolitano eius hæc insinuabit: sin autem et metropolitanus talia gerat, principis hæc auribus (si aliter ecclesiæ consuli non possit) intimare non differet.

Ius patronatus transmittitur ad quoscunque heredes: et plures succedentes vni, habent vocem vnius, nec heres patroni institutum mutare potest. h. d.

§. 7. Successione quoque ius patronatus acquiritur: quod quidem procedit, siue sui, siue extranei, siue ex testamento, siue ab intestato sint heredes. Plures tamen ab vno ex patronis ecclesiæ relicti heredes vocem duntaxat vnius habebunt in præsentatione rectoris, nec iam institutos mutare poterunt.

Si patroni in præsentatione non sint concordes: attenditur maior et melior pars. h. d.

§. 8. Et si *c* forte in plures partes patronorum se vota in præsentando diuiserint: ille præficiendus est ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, et plurium approbatur consensu.

Si ecclesia ob patronorum discordiam detrimentum patiatur: potest episcopus interdicere. h. d.

§. 9. Quod si *d* ita simultates inter eos ortæ fuerint, vt sacerdos suo ibi officio canonice fungi non possit; si aliter prouideri non poterit: præcipere debet episcopus, vt ibi missarum solennia non celebrentur, donec patroni ad concordiam redeant. Quod si intra quatuor menses factum non fuerit: tunc ordinet antistes ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum iudicauerit ordinandam.

Episcopus potest ex caussa ecclesiam patronatam secundum certam formam commendare. h. d.

§. 10. Quod si necessarium aut expediens esse duxerit: poterit etiam interim ecclesiam alicui commendare, ita tamen, vt, si parochialis sit ecclesia, nemini commendetur, qui non sit in sacerdotio constitutus. Nec huiusmodi commenda vltra semestris temporis spatium vires suas porriget, nec in vnius persona, nisi vnica fieri poterit.

Episcopus in ecclesia iuris patronatus laicorum ex caussa potest ponere œconomos, qui colligant fructus erogandos in vtilitatem laicorum. h. d.

§. 11. Erit *e* etiam episcopo facultas in ecclesiis, in quibus ecclesiastica persona præsentationem non habet, si vel minus idonei præsententur, vel alia de caussa aliquos in eis instituere non valeat, œconomos ponere, qui fructus percipere debeant in ecclesiarum vtilitatem erogandos, aut his, qui quandoque instituentur, fideliter reseruandos.

Patroni possunt conuenire de præsentando alternis vicibus, et plures simul possunt præsentari, vt de ipsis episcopus eligat instituendum. h. d.

§. 12. Sed *f* vt facilius prouideatur ecclesiis, non inconueniens visum fuit, patronos ipsos inter se posse libere conuenire de rectore, ab eis alternis vicibus præsentando: quibus etiam ex eadem caussa permittitur, vt plures ad vacantem ecclesiam præsentare valeant, ita, vt vnus ex eis eligi possit per episcopum, et admitti.

Ius patronatus donari potest, sed ob donationem non præiudicatur iuribus episcopalibus: vendi autem non potest, nisi cum vniuersitate. h. d.

§. 13. Donatione *g* quoque ius patronatus acquiritur. Vt cum ius, quod quis in ecclesiis habet, in aliquem liberaliter confert: quæ si fiat ecclesiæ, aut loco religioso, quamuis absque assensu episcopi facta fuerit, efficax est censenda, sed per eam episcopalibus iuribus in aliquo non derogatur. Sed si quis, dato pretio *h*, huiusmodi sibi ius comparare ausus fuerit; talis contractus irritus erit et inanis: nisi tale ius cum vniuersitate rerum temporalium transferretur.

Episcopus non potest spernere patroni præsentationem. Patronus non potest quem propria auctoritate instituere, sub pœna excommunicationis. h. d.

§. 14. Quemadmodum autem ad præsentationem patroni, debet episcopus clericos instituere, et quod spretis fundatoribus de vacanti ecclesia disposuerit, erit irritum: ita etiam patronus auctoritatem episcopi negligere non debet. Quod si laici *i* ausu temerario propria auctoritate ad institutionem processerint; tam ipsi anathemate feriendi, quam etiam perperam instituti clerici communione sunt priuandi: qui si etiam adhuc perstiterint, a ministerio ecclesiastico et ordine deponendi erunt.

Patronus putatiui præsentatio tenet.

§. 15. Interdum *k* accidit, vt eius, qui patronus non est, præsentatio tamen rata sit habenda: vt cum ordinarius ad eius præsentationem clericum instituit, qui et iuris patronatus erat possessor, et patronus credebatur. Nam si postea ius patronatus alius in iudicio euicerit: institutus non debet propter hoc ab ecclesia remoueri.

Nemo potest seipsum præsentare. h. d.

§. 16. Licet *l* autem patronus alios præsentet; seipsum tamen, quanquam clericus sit, præsentare non potest, quantumuis idoneus sit, et quibuscunque studiis iuuetur et meritis: cum nullus ecclesiasticis sese officiis vltro immiscere debeat.

Nemo sibi beneficium confert, veluti nemo se præsentat: nec vacaturi beneficii tenet collatio, aut præsentationis promissio. h. d.

§. 17. Sunt autem institutiones collationibus in quibusdam similes, in quibusdam vero dissimiles. Similes sunt, quia, quemadmodum is, qui seipsum præsentat, instituendus non est, ita etiam is, ad quem pertinet collatio *m*, seipsum non potest instituere: cum inter dantem et accipientem distinctio debeat esse personalis. Item quemadmodum vacaturæ præbendæ non tenet regulariter collatio: ita etiam promissiones de non vacantibus beneficiis ecclesiarum, in quibus quis ius obtinet patronatus, nullo iure subsistunt.

Capitulum sede vacante potest instituere præsentatos: idem potest vicarius sine speciali mandato episcopi. h. d.

§. 18. Dissimiles sunt, quia, etsi capitulum sede vacante *n* beneficia, quæ ad collationem episcopi pertinent, conferre non possit, præsentatos tamen a patronis potest, si idonei sint, admittere et instituere. Idem obtinet in vicario: quia, licet sine speciali concessione conferre *o* non possit, præsentatos tamen instituere *p* minime prohibetur.

In rectorem parochialis ecclesiæ potest præsentari etiam non in sacris constitutus, licet secus in libera collatione: in qua tamen potest dispensari cum eo, qui est constitutus in minoribus. h. d.

§. 19. Sunt etiam in eo dissimiles, quod in rectorem parochialis ecclesiæ etiam non in sacris constitutus præsentari potest: dummodo alias sit idoneus, et infra tempus, a iure constitutum, ad ordines, quos ipsius ecclesiæ cura requirit, promoueri valeat. Collatio autem fieri non potest, nisi in persona eius, qui saltem sit in subdiaconatu constitutus: cum his tamen, qui in minoribus sunt ordinibus constituti, si tales sint, qui infra breue tempus possint in presbyteros ordinari, dispensari poterit.

Patronis defertur circa honorem, et vitæ necessaria subministranda. h. d.

§. 20. Defertur autem patronis non solum circa præsentationem, verum etiam circa honorem processionis, et circa necessarium vitæ subsidium. Nam, si aut ipsi, aut illorum filii, ad inopiam redacti fuerint, illis erit modeste ab ecclesiis succurrendum. *q*

Ius patronatus tollitur cessione, collegii constitutione, ecclesiæ destructione, delicti perpetratione. h. d.

§. 21. Tollitur ius patronatus cessione, veluti, cum quis id ecclesiæ, in qua ius habet huiusmodi, conferendum duxerit. Item, si quis ecclesiam, sine sui reseruatione iuris, collegiatam fieri patiatur. Eo amplius constat, si ædes sacræ incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio suo corruerint, extingui ius patronatus necesse est. Sed et, si patronus ausu nefando rectorem, vel clericum ipsius ecclesiæ, per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausus fuerit, tam alias pœnas, quam iuris patronatus amissionem sustinere debet. Idem iuris est, si patronus efficiatur hæreticus. Cum enim bona hæreticorum vniuersa sint confiscanda *r*; merito cum illa vniuersitate etiam ius patronatus interibit.

TITVLVS XXIX.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS.

Si conferatur beneficium non idoneo ad residendum: et promissus priuandus est beneficio, et collator conferendi potestate. h. d.

Debent *s* autem hi, quibus ecclesiastica ministeria sunt committenda, tales deligi, qui et residere in ecclesiis, et curam demandati sibi officii per seipsos valeant exercere. Quod si aliter actum fuerit: et qui receptus fuerit, quod contra sacros canones acceperit, amittit, et qui dederit, largiendi potestate priuabitur.

Qui sine caussa non residet, post monitionem priuandus erit: et quæ sint iustæ caussæ non residendi. h. d.

§. 2. Si tamen ab initio idonei ad residendum reputati postea ecclesias, vel præbendas sibi concessas, sine iusta et necessaria caussa deserant; si moniti et congruo tempore expectati non redierint: eis priuari possunt. Iustæ non residendi caussæ sunt, veluti, si quis aut romano pontifici, aut proprio episcopo obsequium exhibeat: item si iura, et negotia ecclesiæ suæ fideliter prosequatur, aut si, vt studiorum caussa abesse possit *t*, est alicui specialiter indultum, et si quæ sunt aliæ similes.

Ad memoriam iuuandam conducit repetitio. h. d.

§. 3. Hæc de præbendis et dignitatibus, atque illarum prouisionibus dixisse nos sufficiat. Verum, quia in hoc tractatu diffuse innio-

a C. conquestus. extr. de iur. patron. b c. filiis vel. 16 q. 7. c C. quoniam in. extr. de iur. patr. d C. 1. extr. eod. tit. e C. cum vos. extra, de offic. ord. f C. cum. 2 verb. et vt. de iur. patr. g C. 1 d. iur. patr in 6. h C. quia clerici, et seq. extr. de iur. patr. i C. præterea. extr. d. tit. k C. consultationis. extr. d. tit.

l C. per nostras, extr d. tit. m C. fin. extr. de instit. n C. 2 extr. ne sed. vac. o C. fin. de off. vicar. in 6. p C. ex frequentibus. extr. de instit. q c. quicunque fidelium. 16 qu. 7 r C. vergentis. extr. de haret. s C. quia nonnulli. § cum igitur. extra, eod. t relatum eod. tit.

rati

rati sumus, vt sequentia præcedentibus melius contexamus, quædam in memoriam reducemus. Personarum ergo quidam laici sunt, quidam clerici. Rursus clericorum quidam sunt in sacerdotio constituti, quidam in sacris, licet non in sacerdotio: quidam nec in sacris, nec in sacerdotio. Eorum rursus, qui in sacerdotio constituti sunt, quidam sunt in celsiore gradu, vt episcopi: quidam in inferiore, vt presbyteri. In sacris vero dicuntur constituti diaconi et subdiaconi. Qui vero nec in sacerdotio, nec in sacris reperiuntur, ii sunt, qui sunt in minoribus ordinibus constituti. Cæterum, quoniam adhuc quidam in ecclesia sunt, qui non minus in laicatu, quam in clericatu constituti Domino deseruiunt, vt sunt regulares ac monachi, restat, vt de his pauca subiiciamus.

TITVLVS XXX.

DE REGVLARIBVS, AC MONACHIS.

Regulariter valet argumentum a regulari ad monachum, & contra. hoc dicit.

Quoniam vero, siue de regularibus agendum sit, siue de monachis, eadem fere intra seruantur; ne verbosa fiat euagatio: dirigamus sermonem in personas monachorum, idem etiam intellecturi de regularibus cæteris. Nam, si quid in iis proprie seruetur, separatim ostendemus.

Ex triplici capite quis fit monachus: et impubes, a patre traditus monasteriis, post annum pubertatis potest redire ad seculum, si velit. h. d.

§. 2. Monachi *a* fiunt, aut ex paterna deuotione, aut ex voti emissione. Ex paterna deuotione *b* monachus quis efficitur, cum pater filios impuberes monasterio offert. Quo casu, si impuberes sacram tonsuram vel velamina susceperint, quinto decimo ætatis anno moneri debent et inquiri, vtrum in ipso habitu permanere cupiant. Si permansuros se professi fuerint, vel professionem a se prius factam ratam habuerint; vlterius pœnitendi locum non habebunt: si vero ad secularem habitum reuerti maluerint, redeundi licentia concedenda erit, quia satis inutile est, vt coacta seruitia domino præstentur. Qua etiam ratione constitutum est, ne quis inuitus ordinari debeat.

Si impubes præter parentum voluntatem monasterium fuerit ingressus; possunt parentes intra annum reclamare: secus si sit pubes. h. d.

§. 3. Quod si *c* impubes præter parentum voluntatem tonsuram accepit monachalem; parentes id factum irritare valent: sed si intra annum ad proprium episcopum, vel alium competentem iudicem non reclamauerint, reuocare amplius non poterunt. Si vero in grandiori ætate adolescentes seruire Deo elegerint: non est potestas parentibus prohibendi.

Professio est duplex, tacita et expressa, et potest fieri etiam ante annum. hoc dicit.

§. 4. Propria professione monachus efficitur quis, aut expresse, aut tacite. Expressa, vt si quis, post annum probationis habitum suscipiens monachalem, regulis monasterii obstringi se velle profitetur. Si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum *d*, is, qui conuerti desiderat, habitum recipit, et professionem emittit, abbate per se vel per alium professionem recipiente: regularis obseruantiæ obligatur, et vere monachus est censendus.

Ex caussa post annum potest professio differri, vt si ingressus monasterium sit incognitus. Et seruus, triennio in monasterio commoratus, per monachationem fit liber. h. d.

§. 5. Quemadmodum autem discretus abbas ex caussa ante probationis tempus professionem recipere potest: ita ex caussa interdum proferre. Vnde *e*, si quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium monachalis habitus concedendus non erit: ne, si forte post annum statim præstetur, postea seruus, aut alias inhabilis ad monasterium deprehendatur. Quod si seruus, per triennium in monasterio commoratus, postea monachus effectus fuerit: ex hoc liber etiam efficiatur.

Ordinatus ignorante domino si fiat monachus, fit liber: alias dominus potest intra annum recipere seruum. h. d.

§. 6. Quinimo *f*, si prius ignorante domino ad sacra ministeria ordinatus monachus fieri elegerit, iugum seruitutis euadet: alias intra vnius anni spatium domino et seruilem fortunam probare, et seruum suum recipere licebit.

Prædicatores, minores, et mendicantes, non possunt profiteri ante lapsum anni: et recipientes professionem puniuntur.

§. 7. Quod *g* tamen de facultate recipiendi ante annum professionis dicitur, non est perpetuum. Prædicatores enim et minores, aliique mendicantium ordines, ante annum probationis elapsum, quanquam ad sui ordinis professionem, vel seculi renunciationem festinandam, recipere non possunt. Quod si forte contra fecerint: et is, qui sic receptus fuerit, eorundem ordini minime alligabitur, et receptores a receptione ad professionem quorumlibet suspensi, tam excommunicationi, quam aliis pœnis, quæ huiusmodi regularibus pro culpis infligi solent, grauioribus subiiciendi erunt.

Delatio habitus tacitam ostendit professionem: et vnusquisque debet se conformare eum habitu, quem gerit. h. d.

§. 8. Tacite profitetur quis, cum idoneis coniecturis appatet, *h* quod perpetuo vult Domino in religione seruire, et vitam ducere monachalem: vtpote, habitum post annum retinendo, vbi is nouitiis et professis communis et indistinctus est, vel professorum habitum suscipiendo, vbi is distinctus habetur. Vnde et toletano concilio inductum est, vt clerici, qui se fingunt habitu et nomine monachos, et non sunt, corrigantur, et veri monachi fiant.

Ponit differentiam inter expressam et tacitam professionem. h. d.

§. 9. Vtrum autem quis expresse professus fuerit, an tacite, interdum multum interest. Expressa enim professio, etiam seculari habitu non mutato, illi religioni præcise obligat, quam quis professus fuerit. Tacite *i* vero facta infra probationis annum, per habitus, qui profitentibus tantum datur, susceptionem, non illi specialiter, cuius est susceptus habitus, sed generaliter religioni recipientem obligat: dum tamen legitimæ sit ætatis, ac sciens et prudens triduo in eius habitus delatione perseueret.

Beneficium non vacat per religionis ingressum ante professionem, nisi de consensu ingressi. h. d.

§. 10. Etsi contigerit, eum, qui religionem ingreditur, beneficium retinere *k*; intra probationis annum non erit alicui conferendum: sed interim per alium, assignata sibi congrua de prouentibus portione, beneficio inseruiendum erit. Si tamen ingressi ad id accedat assensus, aut quod vitam mutare voluerit, liquido appareat, aut legitimam professionem emiserit: beneficium alteri libere conferri poterit.

Qui vitam regularem vouit, monasterium ingredi debet, non obstante, quod fuerit prælaturam consecutus. h. d.

§. 11. Is quoque, qui votum de ingressu religionis, compos mentis emisit, vt monachus fiat, cogendus erit. Vsque adeo enim Deo voti liget emissio, vt, etiamsi quis post votum prælaturam fuerit consecutus, Domino tamen promissa reddere sit compellandus.

Per votum solenne derogatur simplici. h. d.

§. 12. Illud quæri potest: si quis post votum *l*, de certa religione intranda emissum, aliam religionem, etiam laxiorem ingrediatur, ac in eadem profiteatur, ibidemne possit, voto non obstante priore, licite remanere? In qua specie, cum per secundum solenne votum priori simplici derogari potuerit, responsum est, posse monachum in ea religione, in qua professus est, remanere: eidem tamen pro voto non completo, pœnitentiam imponendam. Est autem in proposito votum simplex, quod non est aliqua professione munitum. Solenne vero est, quod quis per professionem tacitam vel expressam comprobauit.

Semel factus monachus cogitur remanere in monasterio. h. d.

§. 13. Is igitur, qui legitima in ætate constitutus, habitum semel induit sponte, religiosum propositum vltro susceptum deserere non poterit, sed proprio abbati obediens, in castitate in proprio deget monasterio.

Monachus non potest aliquid proprium habere: nec contra hoc potest papa dispensare. h. d.

§. 14. Sed *m* nec aliquid proprium possidere debet: et si quid habet, totum in continenti resignabit. Nam abdicatio proprietatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere. Et si proprietas apud quenquam inuenta fuerit in morte; is est christiana sepultura priuandus, et sepultus exhumandus: prout etiam beatus Gregorius se fecisse narrat.

Potest monachus transire solum in arctiorem religionem: et si dubitetur, an sit arctior, in quam monachus vult migrare, statur iudicio abbatis. hoc dicit.

§. 15. Sed nec temere monachus de monasterio *n* in monasterium migrare permittendus est: nisi monasterium, ad quod transitum facere cupit, districtius existat. Quo *o* casu, nullo obstante priuilegio, prælatus monacho sine difficultate debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire diuinitus inspiratum. Quod si forte probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem transire, an ad laxiorem; ex charitate, an ex temeritate: superioris est iudicium requirendum, ne forte angelus sathanæ in lucis angelum se transformet.

Mendicantes solum in ordinem carthusiensium migrare possunt. h. d.

§. 16. Mendicantibus *p* vero approbatis, qui prætextu arctioris ducendæ vitæ ad monasterium confugiunt, etiamsi auctoritate apostolica fuerint muniti, Clemens V. sacro approbante concilio, interdixit, ne vocem aut locum in capitulo talis monasterii haberent, neue ad prioratus administrationes, aut quæcunque officia assumi possent. Sed nouissime *q* Martinus IV. omnino vetuit, mendicantes ad aliquem monasticum ordinem, excepto ordine carthusiensium, sine speciali sedis apostolicæ concessione transire, tam recipientibus, quam receptis, ipso facto excommunicationis pœnam incursuris.

---

a c. monachum. 20 q. 1. b c. illud autem 20 q. 1. c C. 2. extr. de regul. d C. ad apostolicam. extr. eod. tit. e c. si seruus. d. 54. f c. si seruus, vlt. gl. d. 54. g C. constitutionem. eod. tit. in 6.

h C. statuimus. extr. eod. tit. i d C. constitutionem, § tacite. k C. beneficium. eod. tit. in 6. l C penult. eod tit. in 6. m C. cum ad monasterium. extr. de statu monachor. n C. licet. extr. eod. tit. o C. licet quibusdam, extr. eod. tit. p Cl. 1. eod. tit. de reg. q extr. 1. commun. de reg.

Abbates debent perquirere fugitiuos; et monachi non possunt præesse ecclesiis parochialibus: licet secus sit in regularibus. h. d.

§. 17. Fugitiuos *a* vero debent abbates sollicite perquirere, et vt ad monasterium et frugem melioris vitæ reuertantur, opportunis remediis prouidere, nec ordinarius, qui eorum suppleant negligentiam, expectare. Singuli quoque monachi per villas *b* et oppida non debent discurrere, nec per quæcunque parochiales ecclesias disponi: quod in regularibus, cum regulæ inseruiant laxiori, specialiter cautum non inuenitur. Ideoque *c* illis cum minori difficultate parochialibus ecclesiis præesse permittitur.

Quomodo, et qualis sit eligendus in abbatem. h. d.

§. 18. Vt autem inuiolabiliter monastica disciplina custodiatur, de congregatione monachorum abbas eligendus est *d*, quem ordo vitæ et meritum magis poposcerit ordinari, vt vni tantum præsit monasterio: qui cautus sit in regimine, humilis, et discretus; et cui monachi cum omni obedientia et deuotione subiaceant.

Non professus non potest eligi in abbatem, sed bene in episcopum. hoc dicit.

§. 19. Et præterea cum in magistrum *e* assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non nouit; religiosus, qui regularem ordinem acta non fuerit expressa professus *f*, in abbatem, vel ad aliam regularium prælaturam eligi non poterit: quanquam ad episcopalem dignitatem talis in secularibus, vel regularibus ecclesiis eligi minime prohibeatur.

Visitatores creandi, et quid agere debeant. h. d.

§. 20. Visitatores quoque in capitulo creandi sunt secundum formam generalis concilii, qui visitationis officium exsequantur, et omnia, quæ viennensi concilio *g* constituta sunt, fideliter obseruari faciant, et de statu monasteriorum, et obseruantiis regularibus diligenter inquirant: et tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant et reforment, quæ viderint corrigenda, et omnia secundum Honorianæ constitutionis tenorem prosequantur.

Non debet quis inuenire, vel fundare nouam religionem. h. d.

§. 21. Nouissime *h* sciendum est, generali concilio semel atque iterum cautum esse, ne quis in posterum nouam religionem inueniat: sed quod, quicunque ad religionem conuerti voluerit, vnam de probatis assumat. Similiter etiam de iis, qui religiosam domum de nouo fundare voluerint, cautum est, vt regulam et institutionem de probatis assumant.

a C. fin. extr. eod. tit. b C. 1. extr. de stat. monachor. c C. quod Dei. de statu monach. extr. d c. abbatem. cum duobus sequ. C. 18. q. 2. e C. cum in magistrum. extr. de elect.

f C. nullus religiosus. de election. in 6. g Clem. 1. eod. tit. de stat. monach. h C. fin. extr. de relig. dom.

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS PRIMVS.

DE RERVM DIVISIONE ATQVE ILLARVM ADMINISTRATIONE.

Res ecclesiasticæ sunt aut spirituales, aut temporales. hoc dicit.

Superiore libro de iure PERSONARVM exposuimus: modo videamus de REBVS ecclesiasticis, illarumque tractatione, et administratione. Summa rerum ecclesiasticarum diuisio in duos articulos deducitur. Nam aut spirituales sunt, aut temporales. *a* Spirituales sunt, quæ spiritui deseruiunt, atque animæ caussa sunt institutæ: vt sacramenta ecclesiæ, altaria, et his similia. Temporales sunt, quæ non tam spiritus, quam corporis gratia pro ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque ministrorum vsu sunt comparatæ: vt sunt, prædia, domus, et fructus decimales.

Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales: et corporales diuiduntur in sacramenta, in res sacras, sanctas et religiosas. h. d.

§. 2. Rursus spiritualium quædam sunt incorporales, quædam vero corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, et dona Dei, aut quæ in iure consistunt. Corporales sunt, quæ tangi et humanis sensibus percipi possunt. Harum autem quædam sunt sacramenta, quædam sacræ sunt, et sanctæ, quædam religiosæ.

Videamus igitur nunc de spiritualibus: et quidam incorporales, cum de his tam supra opportunis locis loquuti fuerimus, quam etiam infra suo tempora dicturi simus, specialem tractatum minime exigunt. Itaque tractenus iam de corporalibus, ac primum de sacramentis, de sacris, sanctis, et religiosis consequenter etiam loquuturi, ac demum de rebus temporalibus, atque illarum administratione.

TITVLVS II.

DE SACRAMENTIS.

Quid sit sacramentum. hoc dicit.

Sacramentum, *b* est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ita, quod eius similitudinem gerens et caussa existat.

Sacramentorum quædam necessaria sunt, quædam voluntaria. h. d.

§. 2. Sacramentorum summa diuisio hæc est *c*, quod aut sunt necessaria, aut voluntaria. Necessaria sunt, quæ sine interitu salutis æternæ prætermitti et contemni non possunt; vt sunt, baptismus, confirmatio, pœnitentia, eucharistia, extrema vnctio: quæ omnia ad particularem cuiusque profectum sunt principaliter instituta. Voluntaria sunt, quæ sine salutis dispendio; pro cuiusque arbitrio recipi possunt, et recusari; qualia sunt ordo sacer, et matrimonium: et hæc ad totius ecclesiæ profectum et subsidium principaliter pertinent.

Necessariorum sacramentorum quædam deseruiunt ad ingressum ecclesiæ, quædam ad progressum in ecclesia, quædam ad egressum ab ecclesia. hoc dicit.

§. 3. Et rursus necessariorum quædam ad ingressum ecclesiæ sunt comparata, vt baptismus; quædam ad progressum in ecclesia, vt confirmatio, pœnitentia, eucharistia: quædam ad egressum ab ecclesia, vt postrema vnctio.

Secunda distinctio sacramentorum, quod quædam characterem imprimunt, quæ iterari non possunt: quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt. h. d.

§. 4. Rursus sacramentorum quædam characterem imprimunt, quædam vero non. Quæ characterem imprimunt, iterari non possunt: vt baptismus, confirmatio, ordo sacer. Cætera vero, quæ characterem nullum imprimunt, iterari minime prohibentur: vt eucharistia, vnctio, pœnitentia, matrimonium.

Sacramenta constant elemento et verbo. h. d.

§. 5. Constant autem sacramenta elemento et verbo. Elementum hic accipimus, quicquid sub visibili natura inuisibilem gratiam designat et continet. Verba sunt, quæ formæ visibilis efficaciam exprimunt: ergo, accedente verbo ad elementum, sacramentum fiet.

Non ecclesia, sed Christus instituit sacramenta; quæ tamen dicuntur ecclesiæ: quia illa per ea sanctificatur, et illa ministrat. h. d.

§. 6. Illud quoque scire nos oportet, quod non ecclesia, sed ipso Domino instituente, sacramentis vtimur. Sed tamen ideo ecclesiæ sacramenta nuncupamus; tum quod per ea sanctificata, et cœlesti sponso matrimonii fœdere coniuncta sit: tum quod illorum dispensatio eius credita sit ministerio.

Etiam malus minister et hæreticus potest ministrare sacramenta. h. d.

§. 7. Ergo *d*, qui baptizat, qui absoluit, et in singulis sacramentis diuinitus operatur, Dominus est: ministri vero ecclesiæ in conficiendis sacris mysteriis, vel dispensandis, præter nudum ministerium nihil sibi vendicare valent. Cum non propriam, sed eius, qui sacramenta instituit, personam referant. Nec illa ex ipsis sanctificandi virtus manet. Vnde, quanquam eos inculpatos esse deceat, si tamen mali sint, vel a catholica communione seiuncti, nihilominus et conficere sacramenta, et dispensare poterunt. Veluti enim per lapideos canales ad areolas aqua transfunditur, et solis radii, per loca fœtidissima transeuntes, nulla contractus maculatione contaminantur: sic multo magis sacramenta nulla ministri fœditate commaculantur.

Spiritualis potestas exerceri sine fide potest, sed non sine intentione ecclesiæ. h. d.

§. 8. Hoc tamen sic intelligi oportet, si tales ministri intentionem ecclesiæ concordem habeant. Cæterum si aliud agere intendant, puta, sacris illudere mysteriis, vel aliud, quod ecclesiæ non consentit: nihil agitur. Sine fide enim spiritualis potestas exerceri quidem potest, sine ecclesiæ intentione non potest. His circa sacramenta generaliter cognitis, exordiamur nunc de singulis etiam specialiter dicere. Et quia baptismus fundamentum *e* est, et ianua cæterorum: merito ab eo principium sumamus.

a Can. sacrificium. 32 de cons. dist. 2. b can. inuisibilem. §. sed notandum. 1. q. 1. c gl. 1. C. veniens. 8. extr. de transaction.

d Can. aliud est. et sequ. de consecrat. dist. 4. e C. veniens. extr. de presbyt. non baptizat.

TITVLVS

TITVLVS III.
DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

Baptismus operatur animæ ablutionem, et in locum circumcisionis est institutus. h. d.

Baptismus a est ablutio corporis exterior, quæ, adhibita certa verborum forma, interiorem animæ ablutionem designat et operatur. Veluti enim circumcisio in populo b Dei, in fidei iustitiæque signaculum instituta, ad significationem purgationis originalis veterisque peccati paruulis valebat: sic et baptismus ad hominis innouationem valere cœpit.

Licet in baptismo plena contingat peccatorum remissio: non tamen contingit plena nouitas. h. d.

§. 2. Non tamen, ex quo quisque baptizatus, statim etiam in eo omnis vetus infirmitas absumitur; sed renouatio ad remissionem peccatorum incipit, et ad intelligentiam et operationem spiritualium: cætera vero sunt in spe, donec re compleantur, quod erit in resurrectionis tempore. Quamuis ergo in baptismate plena fiat peccatorum remissio: non propterea plena nouitas et mutatio contingit.

Cura baptizandi ad solos sacerdotes spectat, sed ex caussa necessitatis quilibet potest baptizare. h. d.

§. 3. Baptizandi c autem cura ad solos sacerdotes pertinet, eiusque ministerium nec ipsis diaconis explere permittitur, absque episcopo vel presbytero; nisi, his procul absentibus, vltima languoris cogat necessitas: quo casu et laicis fidelibus, atque ipsis mulieribus d baptizare permittitur. Presbyter vero, cuius negligentia commissum est, vt quis sine baptismate ex humanis excesserit, deponendus erit. e

Baptizati ab hæreticis, schismaticis, paganis, vel alias facinorosis, non sunt denuo rebaptizandi. h. d.

§. 4. Sed et si qui ab hæreticis f, siue schismaticis, vel etiam paganis, aut alias facinorosis baptizati fuerint: quasi baptizati non fuerint, iterum baptizari non debent. Antiqua g tamen patrum induxit institutio, vt, qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad sanctam ecclesiam redierint, aut vnctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei, ad sinum matris ecclesiæ recipientur.

Nemo seipsum baptizare potest. h. d.

§. 5. Sed h quanquam baptismus ab hæreticis, schismaticis vel paganis susceptus valeat: ipsum tamen se baptizare nemo poterit. Sicut enim in carnali generatione, qua proles ex viro et fœmina nascitur, alius est qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: sic in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua et Spiritu sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, alius, qui generetur. Vnde de Iudæo, qui in mortis articulo constitutus, in aquam seipsum immergendo dixerat: *Ego me baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, responsum est, denuo ab alio illum baptizandum esse; vt ostendatur, quod alius est, qui baptizatur, alius qui baptizat: quamuis, si talis continuo decessisset, protinus ad patriam euolasset, non propter fidei sacramentum, sed propter sacramenti fidem.

Baptismus alius fluminis, alius flaminis, alius sanguinis. h. d.

§. 6. Quod quidem et de illo recte creditur, qui visibiliter non baptizatus martyrii subit sacramentum. Baptismus enim inuisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Vnde scite i scriptum a quibusdam reperitur, baptismum alium esse fluminis, alium flaminis, alium vero sanguinis: cum baptismi virtus et efficacia, non tam ablutione k corporis, quam fide cordis contineatur, et aliud sit per ministerium baptizare, l quod sacerdos exsequitur: aliud per potestatem, quam Dominus non vsque adeo sacramentis adiunxit, vt sine illis eorundem gratiam tribuere non possit.

Paruuli baptizantur in fide parentum, et ecclesiæ: et non debet minor esse virtus baptismi, quam circumcisionis. h. d.

§. 7. Non tamen, quia fide cordis baptismatis virtus continetur, ideo minus paruulos m, qui credere ob ætatem non possunt, vnda salutaris abluit: cum et ii, non per vsum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismate, credere non male credentur, et in fide parentum n et ecclesiæ, alio profitente, baptizati, ob fidei sacramentum recte fideles dici possunt. Et cum circumcisio o tam adultis, quam paruulis ex præcepto Domini conferretur; ne baptismus, qui succedit in locum ipsius, et generalior tamen existit, cum tam viri, quam fœminæ baptizentur, minoris videatur effectus: tam adultis, quam paruulis est conferendus.

Tam mater, quam filius, in ipso articulo parturiendi, possunt separatim baptizari, nec ob id creditur baptismus iteratus. h. d.

§. 8. Is p quoque cuius mater vel prægnans, vel in ipsa hora, qua parturit, mortis vrgente periculo baptismatis gratiam perceperit, baptizari poterit. Nec propterea bis baptizatus reputabitur; cum vtique ad maternum corpus, cum esset in vtero, pertineret; nec ibi regeneratio reperiri possit, vbi generatio non præcesserit; nec in hoc infanti, qui nascitur, aliquid mater participat: cum vniuscuiusque propria voluntas in confessione sit attendenda.

Muti, surdi, et ægrotantes baptizari possunt. h. d.

§. 9. Muti quoque q et surdi, item ægrotantes, qui pro se respondere non possunt, aliis pro se profitentibus, recte baptizari poterunt.

Dormiens et amens, si ante somnum et amentiam habuerunt propositum baptizandi, baptizari possunt. h. d.

§. 10. De dormientibus r et amentibus quæsitum est. Et plane, si, prius quam dormirent, aut amentiam incurrerent, non baptizandi propositum haberent, quia in eis eadem perdurare voluntas intelligitur, si sic immersi fuerint, characterem sacramenti non suscipiunt: secus autem, si prius catechumeni extitissent, et baptizandi propositum habuissent. Tales enim in necessitatis articulo baptizare consueuit ecclesia. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem.

Inuitus baptizatus characterem suscipit, et cogendus est ad obseruantiam fidei: secus, si penitus coactus sit. h. d.

§. 11. Sed et, si quis non sponte, dum tamen non omnino coactus baptismatis susceperit sacramentum, christianitatis characterem suscipit, vt puta, cum quis terroribus, atque suppliciis ad vndam salutarem trahitur, et ob id tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, est ad fidei christianæ cogendus obseruantiam. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem sacramenti suscipit. Plus est enim expresse contradicere, quam minime consentire.

Is, de quo non est præsumptio, quod sit baptizatus, debet sine metu iterationis baptizari. h. d.

§. 12. Illud s in dubium venire non debet, quoties nulla exstant indicia inter propinquos et familiares, quibus aliquos baptizatos esse doceri possit, eosdem baptizari minime prohibendos esse. Quod enim factum esse nescitur, nulla ratio sinit, vt iteratum videatur: nec temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis. De eo tamen, qui christianis parentibus natus, inter christianos est fideliter conuersatus, tam violenter præsumitur, quod baptizatus fuerit, vt hæc præsumptio pro veritate sit habenda, donec euidentissimis argumentis contrarium probatum fuerit.

Iterum scienter baptizatus debet seuerissime puniri, ignoranter vero baptizatus non potest ordinari, nisi ex necessitate. h. d.

§. 13. Quod si t quis sciens et prudens iterum baptizari sustinuerit, arctissimæ pœnitentiæ subiiciendus erit: quod si ignoranter, nulla quidem imponenda erit pœnitentia, sed, nisi magna cogat necessitas, ordinari non poterit.

Iterantes baptismum sunt deponendi ab officio, et beneficiis. h. d.

§. 14. Illi quoque, qui casu temerario in homine iam baptizato cœleste lauacrum iterare ausi fuerint, excommunicationis mucrone percussi, ab omni officio et beneficio ecclesiastico deponuntur.

Multa fiunt in baptismo, quæ non sunt de eius substantia. h. d.

§. 15. Postremo sciendum est, quod, licet verbo tantum v et elemento, baptismatis substantia contineatur et forma, multa tamen a sanctis patribus ad eius decorem fuerunt solemniter constituta, vt immersionis numerus, exorcismi, clericorum exsufflationes, salis benedicti exhibitio, salivæ contactus, inunctio: quæ si ex neglectu prætermissa fuerint, omissio culpæ reos arguet.

Baptismus non debet conferri in priuatis domibus, nisi ex necessitate, vel ob magnam nobilitatem. h. d.

§. 16. Illud etiam nouissime x viennensi concilio constitutum est, ne quis in priuatis domibus, sed duntaxat in ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos audeat baptizare: nisi regum vel principum liberi baptizandi fuerint, vel talis necessitas emerserit, propter quam ad ecclesiam absque periculo accessus haberi nequeat.

TITVLVS IV.
DE SACRAMENTO CHRISMATIS.

Fideles post receptum baptismum debent chrismari. h. d.

Quamuis autem continuo transituris regenerationis sufficiat beneficium: victuris tamen etiam confirmationis auxilium est necessarium. Ita enim coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt vnum ab altero, nisi morte præueniente, separari non debeat.

Chrismatis sacramentum operatur augmentum gratiæ: et soli episcopi chrismant. h. d.

§. 2. Igitur omnes fideles post baptismum, paracletum y per manus impositionem accipere debent, vt perfecte christiani inueniantur. Spiritus z sanctus enim, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione

a Gl. 1. in sum. de cons. dist. 4. b can. ex quo. 6. dist. 4. de consecr. c can. constat 19. de cons. dist. 4. d can. mulier. d. dist. 4. de consecr. e can. quicunque. d. dist. 4. f can. siue ab hæreticis. et can. sequ. de consecr. dist. 4. g can. ab antiqua. d. dist. h C. debitum extr. de baptismo. i gl. 1. in sum. de cons. dist. 4. k can. verus baptis. d. dist. 4. l can. aliud est. d. dist. 4. m cap. maiores in fine princ. extr. eod. n cap. illud. et can. sequ. vers. paruuls de consecr. dist. 4. o cap. maiores §. cum ergo. extr. eod. p can. si ad matris. et can. 6. de cons. dist. 4.

q can. paruuli alio. et can. sequ. d. 4. de consecr. r cap. maiores in fine, extr. eod. s can. si nulla extant. de consecr. dist. 4. t can qui bis. de consecr. dist. 4. v C. non vt, extr. eod. x Cl. 1. eod. tit. y can. nouissime. de consecr. d. 5. z can. 1. de consecr. dist. 5.

firmatione

firmatione robur et augmentum praestat ad gratiam. Vnde *a* cum ceteras vnctiones simplex sacerdos vel presbyter valeat exhibere; hanc non nisi summus sacerdos, hoc est, episcopus conferre debet: alioqui, nulla excusante consuetudine, chrismatio irrita habebitur et vacua. Nec inter ecclesiastica sacramenta reputabitur; cum manuum imposuisse praeter apostolos, quorum hodie vicem sustinent episcopi, nulli alii legantur.

Ieiunis a ieiuno debet dari chrisma: nisi necessitas aliud cogat. h. d.

§. 3. Accedant igitur, qui legitimae sunt aetatis, ad confirmationem ieiuni *b*, vt a ieiunis episcopis sacro chrismate in fronte deliniti per manus impositionem paracletum recipiant. Plane infirmis, et morte periclitantibus, vel qualibet caussa impeditis, nulla de ieiunio habita ratione, manus imponi poterit.

In baptismo, confirmatione, et catechismo debent patrini interuenire. hoc dicit.

§. 4. Illud *c* commune est tam his, qui baptizandi sunt, quam etiam illis, qui confirmationis munus recipere debent, vt aliquem in patrinum habeant, qui eosdem in religione christiana, et fide dominica instituat, et qui pro eis apud Deum quasi fideiussor existat: quod et in catechismo obseruandum erit.

Patrini non debent esse plures, vel non baptizati, vel confirmandi. hoc dicit.

§. 5. Admonendi tamen sumus, quod nec plures quenquam in baptismo, aut in confirmatione suscipere debent, sed vnus *d* tantum siue vir, siue mulier: nec quenquam quispiam tenere, vel leuare poterit, qui ipse baptizatus non sit, vel confirmatus.

Parentes non possunt esse patrini propriorum filiorum, nec abbates vel monachi aliorum. h. d.

§. 6. Parentes quoque proprios filios, vel abbates *e*, vel monachi alienos de sacro fonte suscipere, aut in confirmatione tenere non debent.

Nec baptismus, nec chrisma possunt iterari, et vtrumque conferri potest tempore interdicti. h. d.

§. 7. Commune etiam illud est vtrisque, quod et neutrum (vt paulo ante diximus) iterari potest; quippe quod ambo characterem imprimunt: et quod interdicti tempore, ob imminens ex dilatione periculum, vtrumque conferri, et pro vtroque chrisma confici poterit, vt infra suo loco latius exponemus.

TITVLVS V.
DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBVS.

Quid sit poenitentia, et effectus poenitentiae. h. d.

Poenitentia est sacramentum, quod contritione, confessione et satisfactione concurrentibus, peccatorum operatur remissionem. Multiplex enim Dei misericordia ita lapsibus humanis subuenit, vt non solum per baptismi et confirmationis gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes aeternae vitae reparari velit. Vnde qui dona regenerationis violauerint, proprio se iudicio condemnantes, per sacramentum poenitentiae ad criminum remissionem, quasi ex naufragio arrepta tabula, ad portum peruenient.

Tres sunt species poenitentiae: et poenitentia solennis iterari non potest, et poenitentes ad sacros ordines reddit inhabiles. h. d.

§. 2. Sunt autem poenitentiae tres species: quaedam enim est solennis, quaedam publica, quaedam priuata. Solennis est, quam propter maiora scelera, episcopus in capite ieiunii, seruata certa rerum serie, delinquentibus solet imponere: quae quidem, ne ecclesiae vilescat auctoritas, iterari non debet: et tales poenitentes ad sacros ordines (vt supra exposuimus *f*) inhabiles reddit, quippe quae nec aliter potest sacerdotibus imponi, quam si prius coelestis militiae cingulo exuti fuerint.

Publica delicta et publica poenitentia lui debent. h. d.

§. 3. Publica poenitentia est, quae publice, nulla seruata iuris solennitate, peragenda iniungitur: qualis est, peregrinatio, certi habitus delatio, et his similia. Cum enim manifesta peccata non sint occulta correctione purganda: recte constitutum est, vt, qui publice peccando proximo suo scandalum praebuerint, publicam etiam poenitentiam e propriis sibi sacerdotibus impositam peragere debeant. Apparet itaque ex his, quod licet omnis solennis poenitentia publica sit, non tamen omnis publica est solennis.

Vnusquisque semel in anno debet confiteri, et eucharistiam sumere, nisi de consilio sacerdotis abstineat. h. d.

§. 4. Priuata aut secreta poenitentia est, quae in occulto Deo fit et sacerdoti. Statutum est enim generali concilio *g*, vt omnis fidelis, quamprimum sapere coeperit, omnia sua peccata proprio sacerdoti confiteatur, et iniunctam sibi poenitentiam propriis viribus adimplere studeat, suscipiens reuerenter ad minus singulis annis in paschate eucharistiae sacramentum; nisi forte de sacerdotis consilio ex caussa duxerit

abstinendum: alioqui et viuens ab ingressu ecclesiae arcebitur, et moriens christiana carebit sepultura.

Poenitentia constat contritione, confessione et satisfactione. h. d.

§. 5. Constat igitur poenitentiae sacramentum tribus partibus: contritione cordis, confessione oris, et operis satisfactione. Contritio nihil aliud est, quam dolor pro peccatis voluntarie assumptus, cum proposito confitendi, et satisfaciendi. Confessio, (vt Augustino placet) est, per quam morbus latens spe veniae aperitur: vel confessio est canonica peccatorum coram proprio sacerdote facta declaratio.

Tribus casibus potest quis confiteri non proprio sacerdoti: si obtineat licentiam ab eodem, vel ab episcopo, vel si confiteatur fratribus habentibus generalem potestatem audiendi confessiones. h. d.

§. 6. Quod autem dicitur, *coram proprio sacerdote*, ita demum obtinet, si nulla legitima caussa subsit eius declinandi iudicium. Caeterum si quis vel proprii sacerdotis imperitiam *h* vereatur, vel alias vitam et mores suspectos habeat, et propterea alieno sacerdoti *i* confiteri voluerit; licentiam prius postulet, et obtineat a proprio: cum aliter illum alienus, quacunque suffragante consuetudine, non possit absoluere, vel ligare. Si quis tamen regularibus, generalem audiendi confessiones potestatem habentibus, et locorum ordinariis praesentatis, et ab iisdem approbatis, confessus fuerit: Parisiensis doctoris reiecta sententia, non magis eadem peccata tenebitur iterum confiteri, quam si ea proprio sacerdoti iuxta generalis concilii dispositionem confessus fuisset.

Episcopus potest suo subdito concedere licentiam eligendi confessorem. hoc dicit.

§. 7. Episcopus quoque subdito suo, vt quemuis idoneum sibi deligat confessorem, facultatem concedere poterit: cum non minoris esse debeat efficaciae ab episcopo obtenta licentia, quam a parochiali sacerdote.

Necessitas facit affectum reputari pro effectu. h. d.

§. 8. Sed et si poenitendi vrgeat necessitas, nec desideranti locus aut tempus proprium sacerdotem offerat; et si is, cui quis confitetur, soluendi nullam potestatem habeat: tanta tamen est vis confessionis, vt dignus fiat venia ex desiderio sacerdotis, qui proximo suo criminis turpitudinem confiteri non refugit. Votum enim pro opera reputatur, cum operis perficiendi facultas deest.

In perpetuum est in monasterium detrudendus, qui reuelat confessionem. h. d.

§. 9. Sed *i* siue proprius sacerdos, siue alius poenitentiam audiat, cauebit omnino, ne aut verbo, aut alio quouis modo confitentem prodat: quoniam qui peccatum in poenitentiali iudicio sibi detectum reuelare ausus fuerit, non solum a sacerdotali officio deponendus erit, verum etiam ad agendam perpetuo poenitentiam in arctum monasterium detrudendus.

Sacerdos non debet quem absoluere de casibus, reseruatis papae, vel episcopo. h. d.

§. 10. Illud etiam animaduertere sacerdotem oportet, ne quem scilicet ab his criminibus absoluendo liberare tentet, quorum absolutio aut apostolico *k*, aut proprio ordinario est reseruata: veluti, si poenitens clericum enormiter laeserit, ecclesiam combusserit, vel fregerit, falsum commiserit, cardinalem, vel episcopum insecutus fuerit, cum moniali rem habuerit, et in aliis casibus.

In generali concessione non veniunt ea, quae quis non esset verisimiliter in specie concessurus. h. d.

§. 11. De *l* eo tamen quaesitum est, si episcopus subdito suo concesserit, vt sibi possit idoneum eligere confessorem, an tunc ille, quem is elegerit, in casibus, qui eidem episcopo specialiter reseruantur, absoluendi habeat facultatem? Et cum in generali concessione illa minime veniant, quae non esset quis verisimiliter in specie concessurus: responsum est, electum hunc huiusmodi non habere potestatem.

Contritio et confessio sine satisfactione parum proficiunt. h. d.

§. 12. Sed nec contritio multum proficiet, nec confessio, nisi ambabus adiuncta fuerit satisfactio: quae nihil aliud est, quam quaedam iniuriae illatae compensatio. Nullus enim delictorum accipit veniam, nisi si nulla necessitate fuerit impeditus, qualemcunque, etsi longe minorem, quam debeat, poenam soluerit. Nec sufficit mores in melius commutare, et a praeteritis malis recedere: nisi etiam de his, quae facta sunt, Deo satisfiat per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, orationibus et ieiuniis.

Medici, qui aegrotos ad poenitentiam non inducunt, sunt ab ecclesiae ingressu arcendi. h. d.

§. 13. Medicos *l* etiam admonere oportet, vt, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, et inducant, vt medicos vocent animarum; vt, postquam fuerit aegrotanti de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinae remedium salubrius procedatur. Si quis autem medicorum secus fecerit: ab ecclesiae ingressu arcebitur, donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit.

Qui habuit propositum confitendi, potest absolui, si saeuitia morbi non posset confiteri. h. d.

a *Can. vn. §. per frontis, extr. de sacr. vnct. et can. manus quoque, de consecr. dist. 5.* b *can. vt ieiuni, et can. sequ. de consecr. dist. 5.* c *c. vos ante omnia, de consecr. dist. 4.* d *c. non plures, de consecr. dist. 4. et can. sequ.* e *can. non licet de consecr. dist. 4.* f *tit. qui prom. non poss. §. poenitentes.* g *C. omnis vtriusque, extr. eod.*

h *c. fin. de poenit. dist. 6.* i *C. omnis vtriusque. §. si quis autem, extr. eod.* k *C. omnis vtriusque. §. caueat. extr. eod.* l *Clem. 1 § quibus, versic. nos etiam, de priuileg.* m *C. 2. de poen. in 6.* n *C. cum infirmitas, extr. eod.*

§. 14.

§. 14. Si quis autem in infirmitate constitutus, pœnitentiam petierit, et dum ad eum inuitatus sacerdos properat, morbo oppressus obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit: et pœnitentiam moriturus, et per manus impositionem reconciliationem accipere poterit.

Deputatis vltimo supplicio sacramentum pœnitentiæ et eucharistiæ non negatur. h. d.

§. 15. Nec infirmis solum, sed etiam vltore gladio morituris in hac parte iura subueniunt: cum vltimo damnatis supplicio a pœnitentiæ sacramentum, si petant non solum negari non debeat, verum etiam sint censura ecclesiastica ab ordinariis locorum coercendi, quicunque aduersarentur, quo minus id consequantur. Quod ipsum et de eucharistia quoque intelligendum erit: cum quibuscunque pœnitentia non negetur, viaticum quoque, quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligatur esse concessum.

TITVLVS VI. DE EVCHARISTIA.

Maximum est eucharistiæ sacramentum, et saltem semel in anno debet assumi, h. d.

Est autem inter cætera eucharistiæ sacramentum maximum b, et oblationes omnes longe antecellit. Vnde, sicut præstantius est cæteris, ita etiam diligentius excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentissima erat apud fideles sanctissimi viatici susceptio. Sed cum postea, paulatim tepescente charitate, rarius homines communicarent; constitutum fuit c, vt, nisi quis maioribus forsitan criminibus impediretur, tribus saltem vicibus in anno communicare deberet: donec refrigescente penitus religionis ardore, eo tandem ventum est, vt semel saltem singulis annis d vnusquisque cœlestis mensæ debeat esse particeps.

Quotidie sacerdotes hodie pro populo sacrificare debent, sed semel tantum, non pluries, nisi ex magna caussa, vel in natiuitate Domini. h. d.

§. 2. Inualuit tamen, vt Deo quotidie sacerdotes pro populo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quotidie labimur: ideo etiam Christus quotidie mystice pro nobis immoletur. In quo tamen illud cauendum est, ne sacerdos, quacunque præfulgeat dignitate e, amplius quam semel in die celebret: nisi aut aliter faciendum Domini natiuitas f suadeat, aut vrgens cogat necessitas. Satis enim felix est, qui semel digne celebrat.

Presbyter tantum debet exhibere eucharistiam, non inferior e nisi subsit necessitas. h. d.

§. 3. Sed nec ab omnibus, nec passim omnibus, tantum sacramentum exhiberi debet. Nam veluti solus sacerdos illud conficit: ita etiam nemo præter eum exhibere poterit. Quod si presbyter aliter, quam per semetipsum, infirmum, vel alium communicet: ex rhemensis g concilii dispositione, sui gradus periculo subiacebit. Permisit tamen laodicense concilium h, si necessitas vrgeret, vt diaconus præsente presbytero eucharistiam, iussus erogare posset.

Sacerdos, constitutus in peccato mortali, quoad seipsum est suspensus, non quoad alios. h. d.

§. 4. Imo et sacerdotes, si qua criminali i macula sese infectos esse sentiant, ab huiusmodi exhibitione abstinere debent. Quanquam, si peccato mortali k, vel minori excommunicatione illigatus celebret, et sacramenta conferat, licet grauiter peccat, nullam tamen irregularitatis notam incurrit; et sacramenta ab eo collata virtutis effectu non cirent: cum non a collatione, sed a participatione, quæ in sola perceptione consistit, videatur esse remotus.

Scenicis et histrionibus non est danda eucharistia: pro cæteris autem, maxime infirmis, semper debet esse parata. h. d.

§. 5. Item quamuis regulariter nullus, etiamsi quem sacerdoti peccatorem et impœnitentem esse liqueat, ab altari sit arcendus: scenicis l tamen, atque histrionibus, cæterisque personis huiusmodi, quamdiu tam detestandas artes exercuerint, sacra communio deneganda erit. Nec enim euangelicæ disciplinæ congruit, vt pudor et honor ecclesiæ tam turpi et infami contagione fœdetur. In cæteris prospiciet presbyter, vt, si quis infirmatus fuerit, ita eucharistiam paratam habeat m, vt nemo sine communione moriatur.

Sacramentum eucharistiæ constat visibili forma, veritate corporis, et spirituali virtute. Et in calice poni debet vinum, aqua mixtum. h. d.

§. 6. Constat n autem eucharistiæ sacramentum visibili forma, veritate corporis, et virtute spirituali. Forma visibilis est panis, et vini o: vinum vero hoc loco intelligimus aqua permixtum. Nec enim in calice domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri debet: cum vtrumque ex latere illius profluxisse legatur. Illud etiam rationabilis consuetudo generalis habet ecclesiæ, vt plus in eo vini, quam aquæ sit ponendum. p

In sacramento altaris et panis et vinum fiunt vera caro et sanguis domini. h. d.

§. 7. Veritas q est carnis et sanguinis. Sicut enim ante consecrationem panis est et vinum, quod natura formauit r: ita etiam post consecrationem vera Christi est caro et sanguis, quem benedictio consecrauit. r

Virtus sacramenti est charitas et vnitas. h. d.

§. 8. Virtus est charitatis s et vnitatis. Nam veluti ex multis granis vnus fit panis, et multis racemis vinum vnum: ita et nos, per hoc charitatis sacramentum Christo incorporati, vnum euadimus.

Panis, quomodo et quando tria, quibus constat sacramentum altaris, sint sacramenta. h. d.

§. 9. His igitur repetitis apparet t, primum quidem sacramentum esse non rem, secundum et rem esse simul et sacramentum, tertium vero rem esse, sed non sacramentum. Sed primum quidem sacramentum est geminæ rei, secundum est sacramentum vnius et alterius rei, tertium vero res est gemini sacramenti.

TITVLVS VII. DE EXTREMA VNCTIONE.

Extrema vnctio solet exhiberi, de quorum morte dubitatur: et duplex vnctio, exterior et interior: et interiorem exterior designat. h. d.

Hactenus loquuti fuimus de his sacramentis, quæ ad ingressum, et ad progressum in ecclesia comparata sunt: consequens nunc est, vt de iis videamus, quæ propter egressum ab ecclesia sunt constituta. Sciendum est igitur, grauiter ægrotantibus, et de quorum morte probabiliter timeri potest, certas corporis partes sanctificato oleo a presbyteris ex institutione diuina inungi debere: quæ quidem inunctio, non minus interius animæ, quam exterius corporis sanitatem operatur. Sunt v enim vnctionis duæ species: exterior, quæ materialis et visibilis: et interior, quæ spiritualis et inuisibilis. Exteriore visibiliter inungitur corpus: interiore inuisibiliter cor inungitur. Hæc, quod in extremitate vitæ constitutis exhiberi consueuit, merito extremæ vnctionis nomen est sortita.

Magis dignum trahit ad se minus dignum. h. d.

§. 2. Sanctificatum autem oleum hoc loco accipimus, non modo quod ipsum totum consecratum est, sed etiam quod ex consecrato admixtum. x

Postquam hucusque de iis sacramentis, quæ quoquo modo necessitatis sunt, tractatum habuimus: reliquum est, vt de iis loquamur, quæ dignitatis sunt et voluntaris.

TITVLVS VIII. DE SACRAMENTO ORDINIS.

Quid sit ordo. hoc dicit.

Voluntatis sacramenta sunt (vt paulo ante exposuimus) ordo sacer, et matrimonium. Est autem ordo, nihil aliud, quam signaculum quoddam ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato: de cuius speciebus, differentiis, et gradibus satis videtur superiore libro dictum esse.

Vnde solum nunc restat, vt ad matrimonii materiam orationem vertamus.

TITVLVS IX. DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Quid sit matrimonium. h. d.

Matrimonium y est viri et mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens, cum diuini et humani iuris communicatione.

Matrimonium præcedit alia sacramenta ratione loci, in quo institutum est, temporis, amplitudinis et mysterii. h. d.

§. 2. Et merito inter alia sacramenta matrimonium quoque annumerari meruit, cum cæteris loci, temporis, amplitudinis, et mysterii ratione etiam præcellat. Siquidem ab orbis primordio in paradiso a Deo ipso institutum est, vt esset omnibus etiam infidelibus commune: quod in aliis minime contigit. His illud quoque accedit z, quod animorum consensus et corporum commistio, quæ in matrimonio intercedunt, primum quidem charitatem significat, quæ consistit in spiritu inter Deum et iustam animam, vel ecclesiam: alterum vero sacro-sanctum coniugium designat, quod inter Christum et ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum.

Bona matrimonii sunt sacramentum, fides, proles, et fornicationis remedium. h. d.

§. 3. Consequuntur et inde præter sacramentum, et alia bona, vt puta aa, fides, et proles, et quid humana infirmitas, in ruinam turpitudinis prona, honestate excepta coniugii, minime læditur. Initiatur autem matrimonium sponsione, consensu ratificatur, et copula consummatur: de quibus singulis distinctius dispiciamus.

a Cl. 1. de pœnit. b can. nihil in sacrificiis de consecr. dist. 2. c can. etsi non de consecrat. dist. 2. d can. omnis de pœn. e C. te referente. extr. de celebr. missar. f C. consuluisti. extr. de celebr. missar. g can. peruenit. de consecr. dist. 2. h can. præsente. dist. 93. i can. sacerdotes, qui 1. qu. 1. in fin. k ap. fin. extr. de cler. excomm. l can. pro de consecr. dist. 2. m can. presbyter eucharistiam. de consecrat. dist. 2. n gl. in sum. de consecrat. dist. 2. o sum. d. dist. 2. p C. perniciosus. extr. de celebr. missar.

q cap. cum Marthæ. §. distinguendum. extr. de celeb. miss. extr. d. gl. r can. nos autem de consecr. dist. 2. s vide in tract. 66. t C. cum Marthæ. § distinguendum. extr. de celeb. missar. v C. 1. §. sciet te. extr. de sacra vnctione. x gl. fin. C. quod in dubiis. extr. de consecr. eccles. y in sum. 27. q. 2. § sque. z C. illud. extr. de præsumpt. C. debitum. extr. de bigam. aa c. omne 27. q. 2.

TITVLVS X.

DE SPONSALIBVS.

Quid sint sponsalia, et vnde dicantur. h. d.

Sponsalia a sunt futurarum nuptiarum mentio, et repromissio: et dicta sunt a spondendo, quod per ea sibi inuicem se futuros coniuges viri et mulieres spondent.

Sponsalia contrahuntur re, verbis, litteris, et consensu. h. d.

§. 2. Contrahuntur autem sponsalia variis modis, veputa, re, verbis, litteris, et consensu. Re contrahuntur per nudam subarrhationem, vel annuli immissionem. Verbis, vt si inter virum et mulierem promissio super futuro matrimonio intercesserit, veluti altero alteri vice mutua dicente: *ego b te accipiam in meum maritum, et ego te in meam vxorem*: siue in hunc sensum verba similia protulerint. Litteris, vt cum absentes, inter se de futuris nuptiis per epistolam paciscuntur: quod ipsum, et per nuntium, vel procuratorem fieri poterit.

Procurator ad contrahendum matrimonium non potest substituere: nisi hoc habeat in mandatis. h. d.

§. 3. Procurator c tamen ad hoc specialiter constitutus, ob magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere, alium substituere non poterit: nisi hoc ei specialiter commissum fuerit.

Si duo impuberes, quorum prudentia non supplet aetatem, et qui pubertati non sunt proximi, vel etiam alter tantum sit impubes, per verba de praesenti matrimonium contraxerint: talis contractus resoluitur in sponsalia de futuro: et ex eo inducitur iustitia publicae honestatis. h. d.

§. 4. Consensu d contrahuntur sponsalia: vt cum pubes et impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertati, et in quibus aetatem prudentia non supplet, matrimonium per verba contraxerint de praesenti. Licet enim verba in praesens matrimonium sonent; iuris tamen interpretatione in sponsalia, licet contrahentes matrimonium celebrare intenderent, coniugium, quod ab initio, aetate impediente, vt matrimonium non tenuit, per aduentum pubertatis minime conualescit: nisi per carnis copulam subsequutam, vel alium modum contrahentes cum eiusdem perseuerantia voluntatis, ad pubertatis tempora peruenisse euidenter constiterit. Per dictum tamen contractum, qui valuit, vt potuit, non sicuti agebatur, publicae honestatis iustitia censetur inducta.

In re denominanda potius effectum attendimus, quam modum. h. d.

§. 5. Et ideo hoc casu consensu contracta sponsalia dicimus: quia, si verba spectes, non sponsalia, sed ipsum matrimonium contractum videri poterit. Censuerunt autem inter eos, qui, cum non possent, coniugium de facto contraxerunt, voluisse etiam in casu, quo possent, contrahere, ideoque saltem, vt sponsalia, valere conuentionem.

Sponsalia contrahuntur tripliciter, pure, in diem, et sub conditione; et qui contraxerunt sponsalia pure, compellendi sunt etiam matrimonium contrahere: et consanguinei contrahentium non debent cum ipsis contrahentibus contrahere. h. d.

§. 6. Rursus contrahuntur sponsalia aut pure, aut, adiecta die, aut sub conditione. Pure e, vt cum vir et mulier se inuicem futuros coniuges pollicentur. Et hoc casu nullus consanguineorum aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio sibi copulare poterit: imo qui contraxerunt, vt se inuicem recipiant, et mutua coniugali affectione pertractent, moneri, et nisi rationabilis caussa obsistet, ecclesiastica censura compelli poterunt.

Si per contrahentem sponsalia in diem, non stetit, quo minus matrimonium contraheret intra terminum: cum alia postmodum matrimonium contrahere poterit. h. d.

§. 7. Dies adiicitur sponsalibus, cum quis intra certum temporis spatium aliquam se ducturum in vxorem conuenit. In qua specie, si per eum non steterit, quo minus intra praefixum terminum cum eadem matrimonium contraheret, libere ad nuptias alterius transire poterit.

Sponsalia contracta sub conditione, euanescunt, conditione deficiente: nisi ab ea recessum fuerit. h. d.

§. 8. Sub conditione celebrantur sponsalia, cum quis, si quid fiet, vel contigerit, nuptias se contracturum pollicetur, veluti si dictum fuerit: *ego f te in vxorem accipiam, si centum mihi dederis, aut, si pater meus consenserit*; quibus conditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit; nisi consensus de praesenti, aut carnalis fit inter eos commixtio subsequuta: cum his casibus a conditionibus recessum videatur.

Turpes conditiones adiectae sponsalibus, vel matrimonio non vitiant, sed vitiantur: nisi sint contra substantiam et naturam coniugii. h. d.

§. 9. Hoc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet, quae honestae sunt, et canonicis institutis non contrariae. Nam si turpes sint, aut impossibiles; ob fauorem matrimonii debent pro non adiectis censeri: si tamen non solum turpes sint, sed etiam contra substantiam, vel naturam coniugii, puta, si alter dicat alteri g: *tecum contraho, si generationem prolis euitaueris, vel donec aliam honore vel facultatibus digniorem inuenium, aut si pro quaestu adulterandam te tradideris*: matrimonialis contractus, quantumcunque sit fauorabilis, omni carebit effectu.

Minores septennio non possunt sponsalia contrahere, et contracta lapsu temporis non conualescunt: nisi noua voluntas accesserit, aut nimirum copula interuenerit. h. d.

§. 10. Non tamen omnibus, cuiuscunque sint aetatis, licet sponsalia contrahere. Nam inter minores septennio h celebrata nullius roboris efficaciam sortiuntur. Ideoque si infantes, vel vnus maior septennio i, alter minor, sponsalia contraxerint ipsi, vel parentes pro eis; nisi per cohabitationem eorum mutuam, siue alias verbo, vel facto eosdem in eadem voluntate factos maiores perdurare liquido appareat: sponsalia huiusmodi, quae ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minime conualescunt. Et ideo, cum sint nulla, ratione defectus consensus, publicae honestatis iustitiam non inducunt. Si tamen cum ea, quam nondum septennem domum quis traduxerit, copulae nisus intercesserit: aliud statuendum erit.

Qui contraxerunt sponsalia, debent compelli ad matrimonium: nisi aliquid triste timeatur. h. d.

§. 11. Initiatum igitur sponsalibus matrimonium fide consensus ratificare debet. Quod si, qui de contrahendo matrimonio fidem sibi dederunt k, se inuicem admittere omnino noluerint, instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, et postea eandem sibi remittunt; dissolutio tolerari poterit: cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

Non sunt audiendi impuberes volentes dissoluere sponsalia: sed exspectandum tempus pubertatis. h. d.

§. 12. De l illis, qui infra annos aptos matrimonio sponsalia contrahunt, quaeri poterit. Et sane, siue vterque, siue alter reclamet, et antequam ad annos matrimonio aptos peruenerint, separari postulent, non sunt audiendi. Si vero alteruter istorum ad pubertatis annos peruenerit, infra eosdem annos altero existente, cum sponsalia contraherentur, si is, qui minoris est aetatis, ad pubertatis annos perueniens reclamauerit, nec in alterum consentire voluerit: iudicio ecclesiae separari poterunt.

Mulier viripotens contrahens cum impubere non potest resilire, sed impubes, factus pubes, potest. h. d.

§. 13. Mulier m quoque, quae, nubiles annos attingens, ei, qui nondum matrimonio erat aptus, nupsit, cum in eum semel consenserit, amplius dissentire non poterit: nisi ipse, cui nupsit, postquam ad legitimam aetatem peruenerit, in eam suum negauerit praestare consensum.

Contrahens sponsalia cum impubere coacte non tenetur expectare impuberem. h. d.

§. 14. Haec tamen de his dicta intelliguntur, quae sponte cum minoribus sponsalia contraxerint. Si qua enim non tam sponte sua, quam a parentibus coacta, cum impubere contraxerit, et domum traducta fuerit, licet aliquando ibi inuita permanserit, si puerum vsque ad annum decimum quartum minime expectandum duxerit: ei alium sibi virum accipiendi libera concedenda facultas erit.

Sponsalia, contracta a parentibus, non tenent: nisi filii assentiant et ratificent. h. d.

§. 15. Non absimile est n, quod de sponsalibus, quae parentes pro filiis puberibus frequenter contrahunt, statuitur. Nam si quidem ipsi filii expresse consenserint, vel tacite, vt si praesentes fuerint, nec contradixerint; obligantur: et ex eis oritur publicae honestatis iustitia. Idem etiam obtinet, si filii tempore sponsaliorum absentes, et etiam ignorantes eadem sponsalia, post scientes et prudentes ratificauerunt tacite, vel expresse: alias ex sponsalibus contractis a parentibus pro filiis, nec ipsi obligantur, nec publicae honestatis iustitia inde exoritur.

Sponsalia dissoluuntur ipso iure, quando non habetur ratio voluntatis contrahentium. h. d.

§. 16. Dissoluuntur sponsalia, aut ipso iure, aut facto hominis. Ipso iure tunc dicuntur sponsalia dissolui, vt cum, nulla habita ratione voluntatis et consensus partium, ex certa superueniente caussa distrahuntur: vt ex contractu matrimonii, sacrorum ordinum susceptione, religionis ingressu, cognationis interuentu.

Matrimonium, per verba de praesenti contractum, tollit sponsalia praecedentia, etiam iuramento firmata: sed matrimonium contractum per verba de praesenti, non irritatur etiam secuta copula. h. d.

§. 17. Si quis igitur eam, quae sibi desponsata fuerat, per verba sibi iunxerit de praesenti, etiamsi inter se et ipsum sponsalia iuramento firmata extitissent, dum tamen copula non interuenerit; nihilominus per secundum matrimonium, etiam eo inuito, tolluntur; licet fidem frangentibus, salutaris sit iniungenda poenitentia: quanquam, si prius per verba contraxisses de praesenti, ita firmum maneret matrimonium, vt per secundum, etiam secuta copula, tolli non possit. Nec enim, vt pactionis fidem interdum frangi iura sustinent, ita etiam fidem consensus aboleri permittunt.

Per susceptionem sacrorum ordinum, et ingressum monasterii dissoluuntur sponsalia. h. d.

---

a .c. nostrates. xc. q. 5. gloss. 1. C. licet. extr. de transf. episc. b C. penult. extr. eod. c C. fin. de procurat. in 6. d C. 1. §. idem. de despons. impub. in 6. e C. 2. et C. ex litteris. ver. secund. extr. eod. tit. f C. de illis. et C. per tuas. extr. de condit. app. g C. fin. extr. de condit. appos.

h C. accessit. extr. de despons. impub. i C. 1. in princ. de despons. impub. in 6. k C. 2. extr. eod. l C. 1. de illis. extr. de despons. impub. m C. de illis. §. mulier. extr. de despons. impub. n C. 1. §. fin. de despons. impub. in 6.

§. 18.

§. 18. Item, ex contrario, si quis sacris ordinibus fuerit insignitus, aut religionem fuerit ingressus, pari ratione soluuntur sponsalia. Consultius [a] tamen egerit, qui certam mulierem se ducturum in vxorem forte iureiurando firmauerit, si antea contrahendo iusiurandum seruauerit, posteaque, nulla subsequente carnali copula, religionem ingrediatur.

Affinitas superueniens dirimit sponsalia de futuro. h. d.

§. 19. Item si inter sponsum et sponsam affinitas superueniat, vt puta, si sponsum [b] propinquam sponsæ cognouisse, aut manifestum sit, aut de hoc sit publice diffamatus, aut spiritualis inter eos cognatio intercesserit: dissoluentur inter eos sponsalia, nec ad matrimonium peruenire poterit.

Ponit, quomodo facto hominis sponsalia dissoluuntur. h. d.

§. 20. Facto hominis dissoluuntur sponsalia, vel contrario vtriusque contrahentis consensu, vel cum, legitima emergente caussa, dissolutio alterius tantum voluntati permittitur, veluti ex fornicatione [c], absentia, membrorum mutilatione, incurabilis morbi interuentu.

Sponsalia dissoluuntur contrario consensu: nec pœnæ appositio, sponsalibus opposita, aliquid operatur. h. d.

§. 21. Si contrahentes igitur, vel sese inuicem liberent, vel impubes contrahens, adueniente pubertate, ratum nolit habere matrimonium: dissoluentur sponsalia. Nec aliquid proderit, quod sub certa pœna contracta fuerint. Cum enim libera matrimonia [d] esse deceat: pœnarum inanis omnis est adiectio.

Ob fornicationem post sponsalia, etiam iuramento firmata, commissam, potest quis licite resilire: et id, quod coniunctos disiungit, multo magis impedit coniungendos. h. d.

§. 22. Vnius quoque tantum dissensu etiam iurata soluuntur interdum sponsalia: veluti [e] si quis aliquam se in vxorem ducturum iurauerit, et ea postmodum fornicata fuerit. Nam licet eidem fornicationem non possit opponere præcedentem; ob subsequentem tamen poterit eandem in coniugem non ducere: quia illi iuramento talis inest conditio, si illa contra regulam desponsationis non venerit. Alioqui si post huiusmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam in vxorem ducere; quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum coniugium vir propter fornicationem licite potest a sua cohabitatione recedere: longe fortius ante coniugium celebratum sponsus sponsam poterit non admittere.

Carnalis et spiritualis fornicatio æquiparantur. h. d.

§. 23. Idem erit, si sponsus, vel sponsa idololatrando, vel hæresim sequendo in spiritualem fornicationem inciderit.

Si sponsi conferant se ad remotas regiones: sponsæ possunt se ad aliorum nuptias conferre, recepta, si peierauerint, pœnitentia. h. d.

§. 24. Sed [f] et si qui præstito iuramento promittant, aliquas se mulieres ducturos, posteaque illis non cognitis, procul recedentes ad alias partes se transferant; liberum erit mulieribus ad alia migrare vota: recepta tamen de periurio, si forte iuramentum præstiterint, pœnitentia, si per eas steterit, quo minus fuerit matrimonium consummatum.

Lepra, vel similis morbus sponsalia dirimit: licet non dirimat matrimonium. h. d.

§. 25. Item si sponsus, aut sponsa, leprosus fiat [g], vel leprosa; paralyticus, vel paralytica; aut nasum vel oculos amittat; aut quid sibi turpius eueniat; ad consummandam maritalem copulam compelli non debent: licet iam contractum matrimonium superueniens lepra, vel alius morbus non dirimat.

TITVLVS XI.
DE NVPTIIS.

Ponit subordinationem præsentis tituli ad præcedentia et sequentia. hoc dicit.

Exposuimus hactenus, quid esset matrimonium, quaua ratione inter sacramenta reponatur, admonentes, illud initiari sponsalibus, consensu ratificari, et copula consummari. Sed cum proxime de sponsalibus, tanquam de principio tractatum habuerimus: reliquum nunc est, vt de consensu et copula, quibus substantia et perfectio matrimonii continetur, differamus, quid impediat nuptias contrahi, vel contractas dirimat, cum cæteris, quæ tractatui adiacent, recensentes.

Nuptiæ consensu partium contrahuntur, nec sufficit consensus parentum. h. d.

§. 2. Nuptias igitur, siue matrimonium inter se contrahunt viri puberes et mulieres viripotentes, simulatque in se inuicem consenserunt. Vbi enim non est vtriusque consensus, non potest esse matrimonium. Ideoque si ex altera parte pater puellæ tantum consenserit, ea altera, qui se cupit maritum fieri, nihil agitur: quanquam honesta faciant filii, si paternæ voluntati minime reluctentur.

Pubertas æstimatur non tam annis quam corporis habitu: et minores quatuordecim annis non possunt contrahere matrimonium, nisi pro bono pacis, et ex necessitate. h. d.

§. 3. Sed qui sunt puberes, videamus. Et quidam ex annis tantum pubertatem iudicandam asserunt, eum esse puberem, rati, qui quatuordecim annos impleuerit; et viripotentem, quæ duodecim: quamuis tardissime pubescant. Præualuit tamen opinio existimantium, ex habitu corporis pubertatem debere censeri, atque eos, qui generare possint, etiamsi minores annis sint, in proposito puberes reputari. Itaque, si malitia ætatem supplest, etiamsi minores ea ætate coniungi possunt: item, si forte vrgentissima necessitas [h] interueniat, vtpote quod pro bono pacis talium coniunctio sit toleranda.

Quantum ad ecclesiam, verba sunt necessaria ad contrahendum matrimonium: at muti et surdi signis nuptias possunt contrahere. h. d.

§. 4. Licet [i] autem per solum legitimum viri et mulieris consensum matrimonium contrahatur: attamen quantum ad ecclesiam, verba, præsentem consensum exprimentia, sunt necessaria, si contrahentes loqui poterunt. Muti vero et surdi, qui loqui non possunt et exaudire, si contrahere velint, et quod verbis ostendere nequiuerint, signis declarauerint, procul dubio legitimas nuptias contrahent.

Ponit quasdam verborum conceptiones, aptas ad matrimonium contrahendum. h. d.

§. 5. Verba autem ad hoc apta sunt, verbi gratia [k], *ego te in meam vxorem accipio, et ego te accipio in meum maritum*: vel, *promitto, quod te ab hoc tempore pro coniuge tenebo, et tibi, sicuti uxori meæ, fidem seruabo*: et contra: *promitto, me te pro marito habituram, et tibi, tanquam viro proprio, fidem seruaturam*: vel similia, consensum de præsenti exprimantia.

Verba prolata in contrahendo matrimonio sunt accipienda secundum communem intelligentiam. h. d.

§. 6. Inde quæritur, si alter coniugum ita loquutus fuerit [l], vt, quod propositum est, altera pars non intellexisse se affirmet, quid agendum sit, si tali prætextu caussæ dissidii quærantur? In qua specie, si matrimonium contracturi iudicio et ætate sint idonei, si alter, quod alter proposuit, non intellexerit, statutum est, ad communem verbi intelligentiam esse recurrendum: cogendique erunt ambo verba prolata in eum sensum accipere, quem solent recte intelligentibus generare.

Serui possunt, etiam inuitis dominis, contrahere matrimonium: dum tamen dominos non fraudent debitis obsequiis. h. d.

§. 7. Illud quoque explorati iuris est, quod matrimonia inter se contrahunt, non solum liberi homines, verum etiam serui [m]. Sicut enim neque liber, neque seruus ab aliis sacramentis ecclesiæ remouendus; ita nec inter seruos matrimonia prohiberi debent: ideoque, quanquam contradicentibus dominis et inuitis, contracta fuerint, nulla ratione propterea sunt dissoluenda. Serui tamen, qui contraxerint, proprios dominos debitis et consuetis obsequiis minime fraudare debent.

Si unus coniugum comperiatur post contractum matrimonium seruilis conditionis; potest dissolui matrimonium: nisi post talem cognitionem fuerit renouatus consensus, vel sequuta copula. Et liberi sunt ex libero ventre nati: nisi aliud inducat lex, et mos regionis. h. d.

§. 8. Si quis tamen [n], vel si qua, insciens, eum, vel eam sumpserit in coniugem, quem, vel quam postea seruilis compertum sit esse conditionis, nec post diem veræ cognitionis habitæ se inuicem cognouerint, aut aliter facto inuicem in se consenserint: ita separari poterunt, vt vtrique libera cum aliis contrahendi facultas non denegetur. Liberi autem sunt, qui sunt ex libero ventre nati: nisi quis patris conditionem secundum leges et consuetudinem prouinciæ sequatur.

Error in persona impedit matrimonium. h. d.

§. 9. Multo magis matrimonium inualidatur, cum quis in persona errauerit, vt puta, si existimans se cum Gemma contrahere, cum Berta contrahat.

Si alter contrahentium vtitur verbis dubiis animo decipiendi mulierem, et eam postmodum carnaliter cognoscit; iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: secus in pœnitentiali. h. d.

§. 10. De eo quæsitum est, qui, cum non aliter mulierem, vt sibi carnaliter commisceretur, perducere posset, quam si eandem desponsasset, proprium mentitus nomen, illam per hæc verba desponsauit [o]: *te Ioannes desponsat*: an, quia vir illo nomine non vocaretur, nec vllum nubendi haberet propositum, sed copulam tantum carnalem exsequendi, inter prædictos matrimonium sit celebratum, cum tamen mulier in virum consenserit? Et responsum est, non debere ex illo facto coniugium iudicari; cum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium inueniri valeat: quoniam ex altera parte solummodo dolus adfuit, consensus omnino defuit, sine quo cætera fœdus coniugale perficere nequeunt. Sed donec expresse non appareat, quod is, qui mulierem desponsauit in propria persona, sub nomine tamen alieno, quo vocari tunc se finxit, dissensit, interim erit pro matrimonio præsumendum.

TITVLVS XII.
QVAE MATRIMONIVM IMPEDIRE POSSVNT.

a *C. 2. extr. de conuers. coniug.* b *C. 2. extr. de consanguinit. et affin.* c *c. 2. 31. q. 1. can. apostolus. et can. omnes. 32. q. 7. C. discretionem. extr. de eo, qui cogn. consang.* d *C. gemma. §. cum itaque, extr. eod. tit.* e *C. quemadmodum extr. de iureiurando.* f *C. de illis. extr. eod.* g *C. 1. et fin. extr. de coniugio leprosor.*

h *C. 2. in fin. extr. de spons. impub.* i *C. tua fraternitatis. extr. de spons.* k *C. ex parte. extr. de spons.* l *C. ex litteris. el. 1. extr. de spons.* m *C. 1. extr. de coniug. seruor.* n *C. 1. et fin. extr. de coniug. seru.* o *C. tua nos. extr. de spons.*

Error.

Error personæ et conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis et fortunæ. h. d.

Ergo non omnis error matrimonium impedit. Nam si quis corruptam in vxorem accipit, quam virginem arbitratur; vel qui accipit meretricem, quam putat esse castam: vterque quidem errat, neutro tamen casu ob errorem matrimonium infringitur.

Ei qui scienter ducit in vxorem publicam meretricem, peccata remittuntur. h. d.

§. 2. Quin potius qui scientes et prudentes, mulieres publicas de lupanari extraxerint *a*, et in vxores duxerint, quod agent, in remissionem proficiet peccatorum: cum inter opera charitatis non minimum sit, errantem ab erroris semita reuocare.

Qualis sit error personæ, conditionis, fortunæ, et qualitatis. h. d.

§. 3. Solum igitur personæ et conditionis error obstat matrimonio: qualitatis vero et fortunæ non obstat. Est autem error personæ, cum hic, qui est Ioannes, Paulus putatur. Conditionis, cum is, qui seruus est, liber creditur. Fortunæ, vt cum is, qui pauper est, diues existimatur, vel contra. Qualitatis cum is reputatur bonus, qui tamen est malus. Sunt et alii plures modi, quibus matrimonia impediuntur, vt puta, conditio apposita, et non impleta, secundum ea, quæ supra diximus de sponsalibus.

Sacer ordo, et votum solenne impediunt matrimonium contrahendum, et contractum dirimunt: votum autem simplex solum impedit contrahendum, et pro voto simplici fracto imponenda est pœnitentia. h. d.

§. 4. Item voti *b* solennis emissio, et sacri ordinis susceptio, tam matrimonium impedit contrahendum, quam postea contractum dirimit. Secus vero statuitur in voto simplici. Quanquam enim contrahendum impediat: non tamen contractum dissoluit. Sic et religionis habitus sine professione susceptus, ne contrahantur, impedit, sed iam contractas nuptias nequaquam tollit. Huic tamen, qui nubendo votum simplex fecit irritum, quanto illud manifestius emiserit, tanto propter plurium scandalum erit durior imponenda pœnitentia.

Christiani non debent nubere infidelibus: et si nubant, sunt excommunicandi. h. d.

§. 5. Cultus quoque disparitas matrimonium et contrahendum impedit, et contractum interdum dirimit. Si quis *c* enim Iudæam coniugali societate iungi voluerit, siue Christiana Iudæo, vel alias infideli, siue Iudæe, vel alias infidelis Christiano carnali consortio misceatur: quicunque eorum id commisisse deprehenditur, a Christiano cœtu et ecclesiæ communione protinus segregandus erit.

Si unus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, et alter nolit sibi cohabitare, vel non sine peccato mortali: soluitur coniugium, et conuersus cum alio contrahere poterit, et proles communis conuerso assignabitur. hoc dicit.

§. 6. Item *d* si alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, et alter, qui in infidelitate remansit, vel nullo pacto, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt catholicum ad mortale peccatum protrahat, ei cohabitare noluerit: conuersus, quasi priore matrimonio dissoluto, licite ad secunda vota conuolare poterit, et communis proles ipsi conuerso assignabitur.

Si alter infidelium coniugum conuertitur, et antequam alii legitime coniunctus fuerit, alius quoque conuertatur: debent se inuicem recipere.

§. 7. Quod si conuersum *e* ad fidem et vxor conuersa sequatur, antequam propter caussas prædictas legitimam maritus ducat vxorem: eam recipere compellatur. Nec quicquam conuersa proderit, quod iam secundum *f* ritum suum eandem repudiauerit: cum repudium ipsum veritas euangelica repudiauerit. Sed nec fornicationem dimissor dimissæ poterit obiicere, propterea quod alii post repudium nupserit: nisi alias fornicata fuerit.

Si paganus prius plures vxores habeat: post fidem susceptam adhærebit primæ. h. d.

§. 8. Quia vero *g* pagani in plures simul fœminas affectum coniugalem diuidunt: vtrum post conuersionem omnes, vel quam ex omnibus conuersus retinere valeat, non immerito dubitari poterit. Et cum nulli unquam licuerit, plures habere simul vxores, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum, nec cuiquam, vxore etiam ob fornicationem dimissa, aliam liceat superinducere: euidenter apparet, pluralitatem in vtroque sexu (cum inter coniuges seruanda sit æqualitas) circa matrimonium reprobandam, et de pluribus primam tantum retinendam.

Matrimonium non soluitur, altero coniugum fidelium in hæresim lapso. h. d.

§. 9. Alia sane caussa est eorum coniugum *h*, quorum alter vel in hæresim labitur, vel ad infidelium transit errorem. Neque enim hoc casu, qui relinquitur, ad secundas nuptias descendere poterit. Nam etsi matrimonium verum inter infideles sit, non tamen est ratum. Inter fideles autem, et verum et ratum exsistit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugii sacramentum, vt ipsum in coniugibus, ipso durante, perduret.

Per dissimilem instantiæ soluitur argumentum. h. d.

§. 10. Nec *i* refert, quod a quibusdam forsan obiici posset, quod fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari: cum idem multis casibus contingat, vt si alter coniugum incidatur. Ex hoc quoque quorundam malitiæ occurritur, qui odio coniugum simularent hæresim, vt, postmodum nubentibus coniugibus, ab ipsa resilirent. Quinimo, qui in fide permanserit, ad eum, qui ab hæresi, vel infidelitate ad ecclesiam reuertitur, vel inuitus redire cogendus erit: nisi ad religionem transire maluerit.

Coniugiorum aliud est legitimum et non ratum; aliud legitimum et ratum: aliud ratum et non legitimum. h. d.

§. 11. Ex his apparet, coniugium *k* aliud esse legitimum et non ratum; aliud legitimum et ratum: quoddam vero, quod ratum quidem est, sed non legitimum. Legitimum, et non ratum coniugium est, quod legali institutione, vel prouinciæ moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum non est: quia dissolui potest dato libello repudii, lege fori, et non lege poli, quam non sequuntur. Inter fideles vero semper ratum est coniugium: cum coniugia semel inter eos contracta nunquam solui possint. Horum vero quædam sunt etiam legitima, veluti cum, seruatis nuptialibus ritibus, vxor sponso traditur. Illorum vero coniugia, qui, contemptis legitimis solennitatibus, solo affectu aliquam sibi deligunt in coniugem, non legitima, sed rata tantummodo esse creduntur. Quanquam enim, spretis ritibus ecclesiæ, matrimonium contrahi non debeat: non tamen ob id solum sacramentum coniugii dissolui debet. Quin potius, si tale matrimonium fuerit ab ecclesia postmodum comprobatum, filii generati, et legitimi iudicandi erunt, et heredes: aliqua tamen illis erit imponenda pœnitentia, qui, contemptis ecclesiæ præceptionibus, matrimonium contraxerunt.

Iustus metus, nisi purgatus fuerit, impedit matrimonium. h. d.

§. 12. Coactio quoque et iustus violentiæ metus matrimonium impediunt. Cum *l* enim solo consensu coniugium contrahatur: plena debet ille securitate gaudere, cuius est animus indagandus, ne metu impulsus dicat sibi placere, quod odit. Plane *m* quæ inuita probatur se sponsalia contraxisse, si comperiatur postmodum sponte cognita, ad matrimonii dissolutionem proclamare, et metum caussari non poterit.

Furor impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.

§. 13. Furor quoque, quia consensum impedit, nuptias contrahi prohibet: contractas autem non dirimit.

Frigiditas et coeundi impotentia matrimonium impediunt. h. d.

§. 14. Item frigiditas *n* et coeundi impotentia legitimum matrimonii impedimentum afferunt. Sicut enim puer, qui debitum reddere non potest, non est aptus coniugio: sic, qui ita sunt natura impotentes, vt nec ope medicorum sine mortis periculo iuuari possint, apti ad contrahenda matrimonia minime putantur. Ea igitur, quæ adeo est arcta, vt mulier fieri, et alteri carnaliter commisceri non possit, nisi per incisionem, ad matrimonium contrahendum non debet idonea iudicari.

Leprosi possunt matrimonium contrahere. h. d.

§. 15. Alia est caussa leprosorum *o*. Nam si mulierem inuenerint, quæ sibi velit nubere, vel mulier leprosa virum: liberum erit illis coniugali vinculo colligari.

Publicæ honestatis iustitia impedit matrimonium contrahendum, et contractum dirimit. h. d.

§. 16. Publicæ *p* quoque honestatis iustitia tam matrimonium contrahendum impedit, quam contractum irritat. Est autem publicæ honestatis iustitia, quæ ex legitimis sponsalibus oritur mulieris, quæ illi coniuncta est, cum qua nunc vir matrimonium contrahere desiderat, vt. ecce, cum Berta sponsalia contraxi; volo nunc cum Gemma, quæ Bertæ cognationis vinculo est coniuncta, matrimonium contrahere: publica honestate impedior. Inhonestum enim, ac turpissimi visum est exempli, vt ei, qui nubere valent, cuius coniunctam sponsalia frangendo deceperit, ne in eandem eius nubendo coniunctæ quasi iniuriam cumulet.

Sponsalia pura et certa, ex consensu valida, licet alias nulla, inducunt publicæ honestatis iustitiam, quæ sequentia sponsalia dirimit, non præterita. h. d.

§. 17. Vsque adeo autem ex puris et certis sponsalibus *q* impedimentum iustitiæ publicæ honestatis exoritur, vt, etiamsi illa consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione nulla sint; dum tamen non sint nulla ex defectu consensus, nihilominus et impedire et dirimere sequentia sponsalia, vel matrimonia dignoscantur: licet præcedentia dissoluere non valeant. Quare, qui sponsalia pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, et postmodum cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum sponsaliorum vigore ad matrimonium contrahendum, cum prima remanet obligatus.

---

a C. inter opera. extr. de sponsal. b C. 1. et 2. et per totum tit. extr. qui cler. vel vou. matrim. contrah. poss. c can. si quis Iudæus. q. 1. d C. quanto §. si enim alter extr. de diuort. e C. gaudemus. §. quod si conuersum. extr. de diuort. f d. C. gaudemus. §. qui autem. de diuort. g d. C. gaudemus. §. quia vero extr. de diuort. h C. quanto. §. si vero. de diuort.

i d. cap. quanto. §. nec obstat. extr. de diuort. k c. fin. §. ergo aliud. 28. q. 1. l C. cum locum. extr. de sponf. m C. insuper. extr. qui matrim. accus. poss. n extr. per totum tit. de frig. et malef. o C. 1. extr. de coniug. lepros. p C. referente. extr. qui filii sint legitim. C. iuuenis. et seqq. extr. de sponf. q C. 1. de sponf. in 6.

Filii

Filii nati ex matrimonio, cui obsistit publicæ honestatis iustitia, non succedunt patri scienter contrahenti. h. d.

§. 18. Filii quoque, nati ex matrimonio [a], quod, publicæ honestatis iustitia impediente, contractum fuit, cum nec ecclesiæ permissionem, nec patris allegare possint ignorantiam, ad successionem bonorum paternorum minime admittentur.

TITVLVS XIII.
DE TRIPLICI COGNATIONE.

Cognatio est triplex, spiritualis, legalis, et naturalis: et spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, et contractum dirimit. h. d.

Multo magis cognatio matrimonio interdum est impedimento. Est autem cognatio triplex, spiritualis, legalis, et naturalis. Spiritualis [b] cognatio est attinentia quædam, proueniens ex sacramenti collatione, vel ad sacramentum detentione. Non solum igitur [c] inter baptizantem, et illum, qui eum de baptismo suscepit, item inter baptizatum et suscipientis filios, et vxorem ante susceptionem a suscipiente carnaliter cognitam; verum etiam inter suscipientem, parentesque baptizati, cognatio spiritualis contrahitur: quæ et contrahendum matrimonium impedit, et dirimit postea contractum. Et quæ de suscipiente dicta sunt, eadem etiam de baptizante sunt intelligenda.

Excepto baptismate, et confirmatione, non oritur ex sacramentis cognatio impeditiua matrimonii. h. d.

§. 2. Eisdem modis ex confirmatione [d] spiritualis cognatio contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, et postea contracta dirimens. Ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel dissoluat.

Cognatio spiritualis, per catechismum contracta, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.

§. 3. Per catechismum [e] an spiritualis cognatio contrahatur, dubitatum est: et constitutum est, contrahi quidem illam, sed non tantam. Licet enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur: post eam tamen contractum minime dissoluetur.

Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum. h. d.

§. 4. Diximus autem, huiusmodi cognationem matrimonia contracta dirimere, non simpliciter, sed postea contracta. Nam [f] si vir, vel mulier ex ignorantia, vel dolo proprium filium de sacro fonte susceperit; propter hoc separari non debent, nec alter alteri debitum subtrahere; nisi ad continentiam seruandam possit induci; quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis proprius dolus patrocinari non debet. Quinimo pro tali ausu, matrimonio in sua firmitate durante, pœnitentia imponenda erit.

Filii, per quorum neutrum ventum est ad compaternitatem, copulari possunt: nisi mos regionis aliud inducat. h. d.

§. 5. De [g] filiis quoque, per quorum neutrum ad compaternitatem ventum est, an copulari possint, quæsitum est. Et sane, nisi consuetudo ecclesiæ, vbi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum vicinarum aliter se habeat, tali coniugio minime obsistendum erit.

Licet plures non debeant esse patrini; si plures tamen fuerint: cum omnibus spiritualis cognatio contrahitur. h. d.

§. 6. De eo quoque admonendi sumus, quod [h], licet non plures, quam vnus vir, vel vna mulier ad suscipiendum de sacro fonte infantem accedere debeant, si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio æque, quoad omnes, inde contrahitur, tam matrimonia contrahenda impediens, quam etiam postea contracta dissoluens: circa quod idem iteratur et de confirmatione.

Legalis cognatio modo affert temporale impedimentum matrimoniis, modo perpetuum. h. d.

§. 7. Legalis cognatio est proximitas per adoptionem proueniens. Eius autem duæ sunt species; vna, quæ temporalem impediendi matrimonii caussam continet: alia, quæ perpetuam. Temporalem caussam impedimenti continet ea, quæ inter te, et eam, quæ tibi per adoptionem soror esse cœpetit, intercedit. Nam per adoptionem quæsita fraternitas, eo vsque nuptias impedit, donec manet. Perpetuam prohibitionis caussam continet, vt puta quæ inter adoptantem et adoptatum, item inter adoptantem vxoremque adoptati, et inter adoptatum vxoremque adoptantis, intercedit. Nam et per emancipationem dissoluta adoptione matrimonium impeditur.

Quid sit naturalis cognatio, quid consanguinitas, quid affinitas. h. d.

§. 8. Naturalis cognatio est, quæ medio consanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Est autem consanguinitas [i] attinentia personarum, ex eo proueniens, quod vna descendit ab altera, vel ambo ab eadem: vel consanguinitas est vinculum personarum, ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur consanguinitas, quasi sanguinis vnitas: quia scilicet consanguinei de communi sanguine descendunt. Affinitas [k] quarumdam personarum proximitas ex coitu proueniens: ex eo dicta, quasi duorum sit ad vnum finem vnitas. Cum enim duæ cognationes diuersæ per aliquorum copulam coniunguntur: alter ad alterius cognationis quasi quosdam fines accedere videtur.

Affinitas et consanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu. h. d.

§. 9. Nec [l] interest, quod ad consanguinitatem, vel affinitatem contrahendam, ex iustis nuptiis aliqui, an ex damnato coitu inuicem copulati fuerint.

Hodie matrimonia vsque ad quartum gradum inclusiue sunt prohibita, et de facto contracta temporis cursu non validantur. h. d.

§. 10. Constitutum igitur erat olim, vt quicunque vel septimo consanguinitatis, siue affinitatis gradu sese inuicem contingerent, legitimas nuptias contrahere non possent: quod ipsum non solum in primo, verum etiam in secundo et tertio affinitatis genere sibi locum vendicabat. Nec suboles, ex secundo matrimonio suscepta, cognationi præmortui viri copulari poterat. Sed cum huiusmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerent, et aliquando periculum parerent animarum: euidenti vtilitate suadente, huiusmodi constitutiones abrogatæ fuerunt [m], sancitumque, vt prohibitio copulæ coniugalis quartum consanguinitatis gradum primi duntaxat generis non excedat. Vir [n] igitur, qui a stipite quarto gradu, et mulier, quæ ex alio latere distat quinto, licite coniungi poterunt. Alias, si propiore gradu sese inuicem contingant, temere contractum matrimonium adeo erit irritum, quod nullo poterit annorum numero defendi.

Infideles, intra quartum gradum coniuncti, si conuertantur, non sunt separandi, et eorum proles est legitima. h. d.

§. 11. Si tamen infideles [o], qui secundum veteris, vel propriæ legis instituta, circa gradus consanguinitatis, vel affinitatis a canonibus notatos, coniuncti sunt, Domino inspirante, conuersi fuerint; matrimonium, antea contractum, non erit post baptismi lauacrum irritandum: cum per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur. Vnde et proles inde nata legitima censebitur.

Propinquitas viri reputatur vxoris, et propinquitas vxoris reputatur viri. h. d.

§. 12. Admonendi etiam sumus, perinde virum a consanguineis et propinquis vxoris abstinere debere, et vxorem a propinquis viri, atque a propriis. Huius autem rei manifesta ratio illa est: quia, si secundum diuinam sententiam ego et vxor mea vna caro sumus, profecto mihi et illi mea suaque cognatio vna propinquitas efficitur. Quocirca ego et soror meæ vxoris in vno et primo gradu erimus, filius vero eius in secundo gradu erit a me, nepos tertio, et sic deinceps. Vxorem vero propinqui, cuiuscunque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum si eiusdem gradus fœmina propriæ propinquitatis existat: quod nimirum et vxori meæ de propinquitate mea, in cunctis cognationis gradibus, conuenit obseruare.

Consanguinei vxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum consanguineis viri. h. d.

§. 13. Quanquam autem omnes consanguinei viri, vxoris sint affines: inter consanguineos tamen vxoris et viri nulla intelligitur esse affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Pater igitur et filius cum matre et filia, item duo cognati cum duabus cognatis, licite contrahere poterunt.

Qui cognouit consanguineam vxoris suæ, non potest debitum petere, licet reddere tenentur: et vxori superstes, carebit spe coniugii. h. d.

§. 14. Si [p] quis autem contracto matrimonio consanguineam vxoris suæ cognouerit, vt puta, si vitricus priuignam, vel maritus sororem propriæ vxoris adulterauerit; matrimonium quidem, antea contractum, non dirimitur: sed qui se ita contra leges alteri commiscuit, a coniuge nunquam debitum petere poterit, nec cum aliqua legitimas vnquam nuptias contrahere, licet propriæ vxori superuixerit.

Vxor, cuius consanguinea a proprio viro cognita est, monenda est, non cogenda ad continentiam. h. d.

§. 15. Vxor quoque, cuius consanguinea a proprio marito fuit cognita, diligenter est commonenda, vt a commixtione viri abstineat [q], et in continentia maneat, donec vir viam vniuersæ carnis ingressus fuerit. Quod si forte monitionibus parere recusans, talis fuerit, vt de lapsu ipsius probabiliter timeri possit; vir eius et poterit et debebit debitum sibi soluere coniugale: cum [r] affinitas, post matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non extitit.

Subsequens affinitas non dirimit matrimonium, sed præcedens, legitime probata. h. d.

§. 16. Ergo præcedens affinitas, non subsequens dirimit matrimonium. Sed nec id quidem indistincte obtinet. Nam [s] etsi vtriusque coniugum constet assertione, acclamante etiam vicinia, quod coniugatus ante contractum matrimonium vxoris suæ consanguineam cognouerit: propterea coniuges separari non debent. Nec enim talis confessio momentum habere debet: cum alioqui facile fieri possit, vt qui-

a C. ex ferenti. extr. qui fil. sint legitim. b gl. in verf. spiritualis. C. 1. de cogn. spir. in 6. c d. C. 1. de cogn. spiritual. in 6. d C. 1. §. fin. de cogn. spirit. in 6. e c. 2. de cogn. spirit. f cap. 2. extr. de cogn. spirit. g C. super eo. extr. de cogn. spirit. h C. fin. de cogn. spirit. in 6. i Add. ad Arb. consang. in 6. in declar. k In declar. arb. affin.

l In declar. arb. affin. in 6. m C. non debet. extr. de consangu. et affin. n C. fin. extr. de consanguin. et affin. o C. de infidelib. extr. de consangu. et affin. p C. transmissæ. extr. de eo qui cogn. consangu. q C. pen. et fin. extr. de eo qui cogn. cons. r cap. discretionem. in fin. et 6. pen. extr. d. tit. s cap. super eo. extr. de eo, qui cogn. consangu.

cunque

quoque inter se contra matrimonium velint colludere, ad confessionem incestus facile prosiliant, si suæ assertioni ecclesiæ iudicium accessurum crederent. Rumor autem viciniæ non est adeo iudicandus validus, vt, nisi fide dignæ probationes accedant, possit rite contractum matrimonium irritare.

TITVLVS XIV.
DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

Prohibentur matrimonia contrahi clandestine, ne postea oporteat illa dissoluere. h. d.

Ne a tamen post secutam copulam et susceptam prolem, detectis quibusdam impedimentis, non sine graui scandalo contracta matrimonia retractari oporteat, neue, si alter coniugum, qui clam contraxerint, coniugium negauerit, legitimis probationibus deficientibus, iudicis sententia rite fuerit absolutus, vterque aliis nubendo reatum incurrat adulterii: consultissime constitutum est b, vt nullus fidelium occulte nuptias contrahat. Sed cum matrimonia contrahenda fuerint c, per presbyterum proponantur publice, competenti termino præfinito, intra quem, qui voluerit, et valuerit, legitimum impedimentum opponat, et vt ipse quoque presbyter per se inuestiget, verum aliquod futuro matrimonio obsistat impedimentum.

Suspenditur contractus matrimonii, donec exstat præsumptio, quod non possit contrahi. h. d.

§. 2. Cuius d si apparuerit probabilis coniectura: contractus expresse interdicetur, donec quid fieri debeat, manifestis constiterit documentis.

Nati ex clandestinis et interdictis matrimoniis non sunt legitimi; licet nati ex matrimonio contracto in facie ecclesiæ ante sententiam diuortii sint legitimi: nisi vterque coniugum nouerit impedimentum. h. d.

§. 3. Quicunque e vero huiusmodi clandestina et interdicta coniugia inire præsumpserit, etiam ignoranter: proles, ex huiusmodi coniunctione suscepta, prorsus illegitima censebitur. Nec de parentum ignorantia vllum est habitura subsidium; cum, si contrahentes, vel non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur: licet alioqui, si ignorantes in facie ecclesiæ contraxerint, ante latam sententiam diuortii nati, et legitimi habeantur, et in bona paterna hæreditario iure succedant. Idem iuris erit, si in conspectu quidem ecclesiæ contraxerint, sed impedimentum ambo nouerint.

Sacerdos, contemnens constitutiones ecclesiæ, punitur pro qualitate culpæ: et clandestina matrimonia, si publicentur, recipit ecclesia. h. d.

§. 4. Sane f si parochialis sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit; per triennium ab officio suspendendus erit: grauiter etiam puniendus, si culpæ qualitas postulauerit. Verum (vt supra indicauimus) si contrahentes clandestina matrimonia publicare voluerint, nisi alia caussa impediat: ab ecclesia recipienda sunt, tanquam a principio in ecclesiæ conspectu contracta.

TITVLVS XV.
QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT, VEL CONTRA ILLVD TESTIFICARI.

Non admittitur ad accusandum matrimonium, qui tempore denuntiationis siluit; nisi iuret de calumnia, et quod post denuntiationem nouit quæ obiecturus est: et negligentia auctoris mei non intelligitur esse mea. h. d.

Non tamen quandocunque aut indistincte omnes ad matrimonium impugnandum admittendi erunt. Nam si quis tempore factæ a sacerdote denuntiationis g in ipsa diœcesi constitutus, nihil contra matrimonium dixerit; eidem non coniunctos impetere minime concedendum erit: nisi proprio firmauerit iuramento, quod ea, quæ obiecturus est, postea didicerit, quodque ad accusandum dolo non prosiliat. Quo casu, etiamsi, quod obiecturus est, ab illis didicisset, qui denuntiationis tempore siluerunt, claudi non debet ei accusandi aditus: quoniam, etsi ab impetitione huiusmodi, culpa ex tali silentio contracta, auctores excludat, ille tamen, qui culpa caret, amoueri non debet.

Ex caussa etiam post denuntiationem potest quis matrimonium accusare. h. d.

§. 2. Idem iuris erit h, si tempore denuntiationis, vel extra diœcesim commorabatur, vel alias denuntiatio ad eius notitiam peruenire non potuit, vtpute, si nimiæ infirmitatis feruore laborans, mentis non erat compos, vel in annis tam teneris constitutus erat, vt ad talium rerum perceptionem eius ætas sufficere non valeret, siue alia legitima caussa fuerit impeditus.

Ad accusandum matrimonium, non ex caussa delicti, soli coniuges admittuntur. h. d.

§. 3. Sed nec omnes ad accusationem, testimoniumue dicendum admitti debent. Nam si de tali impedimento agendum sit, quod neque coniugum in se delictum contineat, nec ob id matrimonium dissolui cuiusquam intersit, præterquam ipsorum coniugum, vtpute, si erratum in conditione status fuerit, vel si mulier ita sit arcta, vt cognosci non possit, vel vir ita frigidus, vt coire nequeat: soli ipsi coniuges admittentur.

Ad accusandum matrimonium ex caussa delicti, omnes admittuntur, sed potissimum coniunctiores, antiquiores et honestiores. h. d.

§. 4. Quod si delictum contineat, vt, quia aliqui in gradu vetito vel contraxisse, vel contrahere velle dicantur: tunc quilibet quidem ad accusandum recipitur, sed omnium maxime parentes i, et si ii desint, proximiores, id est, soror, frater, patruus, auunculus, amita, matertera, eorumque descendentes. Quod si progenies tota defecerit k, ab antiquioribus, et honestioribus, quibus eadem propinquitas nota verisimiliter esse debeat: accusatio, testimoniumue recipi poterit. Ideo autem omnium maxime parentes, et coniunctiores admittuntur, quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus et chartis, tum vero ex recitatione maiorum scire laborat. Nulli igitur decentius admitti debent, quam qui melius sciunt.

Speciale est in caussa matrimonii, quod pater admittitur in caussa filii, et contra. Et testimonium parentum interdum non debet admitti, vbi est disparitas inter coniuges. h. d.

§. 5. Quod l autem legitur, pater non recipiatur in caussa filii, nec filius in caussa patris: in criminalibus caussis et contractibus sibi locum vendicat. In matrimonio vero coniungendo et impediendo, ex ipsius coniugii prærogatiua, et quia fauorabilis res est, congrue admittuntur. Vbi tamen m alter coniugum diuitiis, honore, nobilitate, et potentia superior esset; testimonium illius, qui parens esset inferioris, adeo suspectum redditur, vt illud nullo modo sit admittendum: cum parentes filiorum incrementum et honorem affectare procul dubio comperiantur.

Quales esse, et qualiter iurare debent testes super consanguinitate. h. d.

§. 6. Quoties n ergo aliqui propter cognationem propinquitatis separari petuntur: duobus vel tribus eiusdem consanguinitatis testibus adhibitis, vel totidem senioribus et melioribus eiusdem loci, id debet legitime comprobari. Testium autem examinatio in hac caussa duplicis interuentu iuramenti fieri debet; vt iurent scilicet, et se non priuato odio, neque amicitia, nec alicuius proprii commodi intuitu, ad hoc iurandum inductos: et sicut ipsi dicunt, rei veritatem a maioribus accepisse et, se credere ita esse.

Probatio matrimonialis impedimenti non potest reprobari. h. d.

§. 7. Præstitis o autem iuramentis et impedimento matrimonii legitime probato, si quis contra præcedentem probationem partibus publicatam, quasi matrimonium impediri iure non valeat, probare velit, audiendus non erit, sed priori standum erit probationi.

TITVLVS XVI.
DE DIVORTIIS.

Diuortium est dissolutio matrimonii. Et separatio tori potest appellari diuortium. h. d.

Diuortium p est dissolutio matrimonii, quæ vtroque viuente coniuge contingit. Sed et simplicem tori separationem diuortium non male appellamus.

Matrimonium regulariter dissolui non potest, et nisi sequuta sit copula, soluitur per ingressum monasterii, ita, vt remanens in seculo possit alteri libere nubere. h. d.

§. 2. Sciendum est igitur, legitime contractum matrimonium dissolui non posse: quippe a Deo coniuncti ab homine separari non debent, nec valent. Si tamen alter coniugum q, qui per verba contraxit de præsenti, copula non sequuta, sese ad obseruantiam regularem voluerit astringere: poterit id altero etiam inconsulto efficere, et ei, qui in seculo remanere voluerit, alteri se iungere permittendum erit. Nec caussari poterit religionem ingressus, se falso ad id caussa inductum, pute, quod coniugem lepra perculsam crediderit, et ob id eius abominatus complexus fuerit: cum et sine caussa id ipsum facere potuerit.

Dicenti se velle ingredi religionem, est certum tempus præfigendum, intra quod vel ingrediatur, vel ad vxorem redeat. h. d.

§. 3. Ei r autem, qui se ad religionem transire velle dictitet, certum est præfigendum tempus, intra quod legitime caueat, quod aut ad religionem se transferet, vel redibit ad coniugem.

Reddit rationem, cur, non sequuta copula, per religionis ingressum matrimonium dissoluitur. h. d.

§. 4. Neque mirum videri debet, quod, post legitimum de præsenti præstitum consensum, carnis non sequuta commistione s, alter coniugum, etiam altero inuito, ad vitam regularem transitum facere valeat: quia, cum nondum vna caro effecti sint, satis probabiliter, vno ad Deum transeunte, alter in seculo remanere poterit.

Per sacri ordinis susceptionem non dissoluitur matrimonium, etiam non consummatum. h. d.

a gl. in sum. 30. q. 5. et can. si quis diuinis §. his itaque dist. 30. q. 5. b c. n. 30 q. 5. c C. cum inhibitio. in princ. extr. eod. tit. d d. c. cum inhibitio §. cum autem, extr. eod. tit. e d. C. cum inhibitio §. si quis, extr. eod. tit. f d. C. cum inhibitio. §. fin. extr. eod. tit. g C. cum in tua. §. alioquin, extr. eod. tit. h C. cum in tua. §. super quo. extr. eod. tit.

i C. videtur. extr. eod. tit. k c. 1. cum palam sequ 35. q. 6. l C. videtur. §. quod vero, extr. eod. tit. m C. super eo. extr. de testibus. n C. quoties. extr. de testibus. o C. turanit. extr. de probation. p c. 1. in gl. 32. qu. 7. et gl. 2. in c. omnes 27. qu. 2. q C. ex parte. §. nos autem. extr. de conuers. coniugat. r C. ex publico. extr. de conuers. coniugat. s C. 2. extr. de conuers. coniug.

§. 5.

§. 5. Diuersum statuitur, si quis, post habito canonico religionis ingressu, post aliquam per verba de præsenti desponsatam, sacros ordines susceperit. Quanquam enim votum per sacri susceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum postea contractum habeatur efficax: ad dissoluendum tamen prius contractum, etiam non consummatum, inualidum censetur. Ideoque talium ordinum, non obstante susceptione, si ad profitendum probatam religionem induci non valeat, ac sponsa eius institerit contractum matrimonium consummare, per censuram ecclesiasticam compellendus erit.

Cultus disparitas, et creatoris contumelia sunt iusta caussa dirimendi: et quod fecit papa, Deus censetur facere. h. d.

§. 6. Sed et si inter fideles matrimonio contracto sequuta copula fuerit, si alter, qui in infidelitate permanserit a, velit a fideli disiungi, aut non nisi cum contumelia creatoris, cum altero commorari: licebit Christiano non modo matrimonium dissoluere, sed etiam (vt supra diximus b) alteri se matrimonio iungere. Quibus casibus, cum auctoritate sedis apostolicæ, et romani pontificis matrimonium distrahatur, non iam humana, sed potius diuina potestate coniugium dissolutum intelligitur.

Ob veram coeunde impotentiam, non ob putatiuam dissoluitur matrimonium. h. d.

§. 7. Item si quis ignarus virginem in vxorem duxerit, quæ adeo arcta sit, vt mulier fieri non possit, vel simile vitium a natura contraxerit, vt ope medicorum non possit adiuuari; aut mulier virum acceperit, qui adeo frigidæ sit naturæ, vt eidem carnaliter commisceri non possit: poterunt inuicem separari, et qui matrimonio aptus erit, ad secundas nuptias libere transitum facere. Si quis tamen coeundi impotentiam caussatus, post separationem aliam acceperit; aut ea c quæ arcta putabatur, aliquem inuenerit, qui sibi seras reseraret: vtroque casu post peractam pœnitentiam, ad priora coniugia redire compellendi erunt.

Quam quis duxit, vel retinuit sciens copulæ non idoneam, habebit vt sororem, si non potest habere velut vxorem. h. d.

§. 8. Plane si scienter d quis cum ea, quæ maribus impotens est commisceri, matrimonium contraxerit, vel alterius comperta postmodum impotentia, simul morari consenserint: his casibus ecclesia iudicare consueuit, vt quas viri tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.

Ob fornicationem carnalem, vel spiritualem non soluitur matrimonium, sed fit separatio tori. h. d.

§. 9. Sæpius tamen accidit, vt matrimonii remanente sacramento, tori tantum fiat separatio, vtputa, si alter coniugum carnaliter, vel spiritualiter fornicatus fuerit: quibus casibus matrimonium minime aboletur, sed sibi sunt inuicem coniuges, etiam separati.

Pendente iudicio super adulterio, non habet locum separatio tori. h. d.

§. 10. Sed et separatio non, instituta statim de crimine accusatione, facienda erit: sed probata e ac perfecta. Interim enim pendente iudicio, coniugum alteruter, iure, quod habet in altero, priuari non poterit.

Facta separatione tori ob fornicationem carnalem, post emendationem non compelluntur coniuges se resumere: secus, si ob spiritualem, nisi alter velit monasterium ingredi. h. d.

§. 11. Multum autem interest, vtrum ob carnalem, an vero ob spiritualem fornicationem tori sit facta separatio. Primo enim casu maritus adulteram vxorem etiam emendatam, nisi et ipse simili fornicatione f pollutus fuerit, recipere non compellitur, sed fornicatrix in claustris cum religiosis mulieribus ad perpetuam agendam pœnitentiam erit collocanda. g Secundo vero, si fornicatus spiritualiter, ab infidelitate reuertatur, cogetur, qui in fide remansit, illum resumere, nisi et ipse ad religionem transitum facere voluerit: quod, etiam nolente viro ad fidem reuerso, exsequi libere poterit.

Regulariter vxor et vir non possunt disiungi, vt alter sumat sacros ordines, aut monasterium ingrediatur: fallit hoc in casibus præcedentibus et sequentibus. h. d.

§. 12. His exceptis casibus alter coniugum, altero in seculo remanente, nec ad sacros ordines, nec ad regularem suscipiendam est obseruantiam: nisi forte remanens eius sit ætatis, vt sine suspicione incontinentiæ valeat in seculo remanere, aut ipsam continentiam vouere voluerit. Alioqui, quanquam de vxoris licentia h monasterium quis ingressus fuerit, et professionem fecerit, non vxor ad continentiam cogi, sed vir ad vxoris torum euocari poterit: nisi post coniugis ingressum fornicata fuerit, aut se inuicem continentiam promittendo absoluerint.

Qui, inuita vxore, ingressus est monasterium, et ab eadem vxore redire coactus, ea mortua, non cogitur rursus in monasterium reuerti, sed non poterit amplius vxorem ducere. Quod si, vxore non contradicente, fuerit ingressus; illa mortua non poterit exire: præsertim si fuerit professus, consentiente vxore. h. d.

§. 13. Quæsitum tamen est, si quis, vxore inuita i, monasterium intrauerit, et repetitus ad eam redire coactus fuerit, an, eadem mortua, cogendus sit ad monasterium reuerti, an vero aliam possit in vxorem ducere? Et in hac specie responsum est, votum quidem non tenuisse, et propterea ad monasterium redire minime illum teneri. Sed cum ingrediendo monasterium, debitum se non exacturum promisisse videatur; vlterius vxorem ducere non poterit: cum id vouere in sua positum voluntate fuerit. Quod si quis, sciente k vxore, nec contradicente, vitam professus fuerit monachalem: vxore postmodum defuncta, nec habitum quem semel assumsit, abiicere, nec aliquam sibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temere l contractum dirimendum erit; quod in eo, qui, consentiente vxore, professus fuerit, multo magis obtinebit: quanquam monasterium nunquam ingressus fuerit.

Quæ credens, virum esse mortuum, religionem est ingressa, a viro educta, si vir moriatur, non cogitur reuerti ad monasterium: licet id sibi expediat. h. d.

§. 14. Quid statuimus de ea, quæ credens, maritum mortuum m, habitum religionis assumpsit, an, si eo reuerso, de monasterio educta fuerit, post obitum viri sit ad regularem obseruantiam compellenda? Et quidem huic consultius ad salutem fuerit, si ad monasterium redeat: sed si ad hoc perduci non poterit, coganda non erit.

Etiam, altero coniugum inuito, potest quis vouere peregrinationem. h. d.

§. 15. Licet autem alter coniugum, altero inuito, religionis votum non possit assumere: viri tamen etiam præter vxorum assensum peregrinationis ad terram sanctam propositum vouere, et implere libere valent.

Vxor, non plene certificata de morte viri, contrahere non potest: quamuis continere nequeat. h. d.

§. 16. Et n quamuis illi diutissime in peregrinatione commorentur, vel etiam ab hostibus capti nuntiantur; donec certum nuntium de virorum morte vxores non receperint, ad aliorum coniugium conuolare non poterunt: quamuis, vt certiorarentur, magnum adhibuerint diligentiam, et sint ætatis sint et fragilitatis, vt continere nequeant.

Agenti petitorio ad coniugem, obstat consanguinitatis exceptio, secus si possessorio; quia antequam de exceptione cognoscatur, plenaria restitutio est facienda; nisi conuentus excipiens iuret de malitia, et probationes habeat in promptu: quo casu fit restitutio quoad alia, non quoad copulam. h. d.

§. 17. Ergo nisi legitima subsit exceptio, coniugibus temere disiunctis, alterum alterius repetendi semper integrum ius manet. Erit autem legitima exceptio, cum aliquis consanguinitatis gradus obiicitur o. Quo quidem casu, licet, si petitorio iudicio actum sit, antea de ipsa exceptione cognosci debeat; si tamen possessorio quis experiatur, antequam de consanguinitate discutiatur, plenaria erit facienda restitutio: nisi is, qui conuenitur, et de malitia iuret, et super exceptione promptas probationes offeret. Quo casu, excepta carnali commixtione, tantum quoad reliqua, restitutio facienda erit.

Si mulier restituenda timeat sæuitiam viri; debet ab eo præstari cautio; et si ea non putetur sufficiens, dum caussa plene cognoscitur: vxor est deponenda in loco honesto et tuto. h. d.

§. 18. Præstanda tamen erit idonea cautio p, quod nullam restitutæ violentiam vir inferet. Quod si tanta sit viri sæuitia, aut odio tam capitali vxorem prosequatur, vt trepidanti mulieri sufficiens securitas prouideri nequeat: vsque ad caussæ decisionem alicui probæ et honestæ mulieri studiosius custodienda committatur, in loco vbi vir, vel eius coniuncti, mulieri nullam possint iniuriam inferre. q

Ob solam traductionem mulieris ad domum, nullum ius oritur impeditiuum sequentis matrimonii. h. d.

§. 19. Et hæc quidem obtinent, sequuto inter viros et mulieres matrimonio. Ceterum r si, nullis præcedentibus sponsalibus, vel legitimo consensu mulier ad viri domum iam traducta, postea abscedens alii forte nubere voluerit: nulla facienda erit restitutio.

Qui, viuente vxore, etiam ab eo separata quoad torum, secundam conscium duxit vxorem, etiam, prima mortua, separabitur a secunda: sed cum alia contrahere poterit. h. d.

§. 20. Fornicationis s quoque repetenti obstat exceptio, torique ob eam caussam sequuta separatione, separata viuente, aliam vsque adeo superinducere quis prohibetur, vt, si de facto duxerit, exque ea filios susceperit, etiam mortua adultera, eandem retinere non possit. Quod ipsum, et priore vxore minime cognita, sibi locum vendicat: licet aliam ducere minime prohibeatur.

Si mulier matrimonium contraxerit cum eo, quem ignorabat coniugatum: vxore prima mortua, erit in eius potestate virum retinere. h. d.

§. 21. Hoc t tamen de ea intelligi oportet, quam quis non igna-

a C. quanto, extr. de diuort. b supra tit. quæ matr. imp. poss. §. item et §. sequ. c C. fraternitatis in fin. extr. de frig. et malef. d C. consultationi. extr. de frig. et malef. e C. 1. extr. vt lite pend. f cap. gen. et fin. extr. de adult. g C. gaudemus, extr. de conuers. coniug. h C. 1. extr. de conuers. coniug.

i C. quidam extr. de conuers. coniug. k C. constitutus nos. extr. d. tit. l C. ex parte. extr. d. tit. m C placet nobis. extr. de conuers. coniug. n C in præsentia nostra. extr. de spons. o C. litteras. extr. de restit. spoliat. p C. litteras in fin. extr. de restit. spol. q C. ex transmissa. extr. de eo. r C. ex parte. extr. de restit. spol. s C. ex litterarum. extr. de eo, qui dux. in matr. t C. 1. extr. de eo, qui duxit in matrim.

rans

Abbates debent perquirere fugitiuos; et monachi non possunt præesse ecclesiis parochialibus: licet secus sit in regularibus. h. d.

§. 17. Fugitiuos a vero debent abbates sollicite perquirere, et vt ad monasterium et frugem melioris vitæ reuertantur, opportunis remediis prouidere, nec ordinarios, qui eorum suppleant negligentiam, expectare. Singuli quoque monachi per villas b et oppida non debent discurrere, nec per quæcunque parochiales ecclesias disponi: quod in regularibus, cum regulæ inseruiant laxiori, specialiter cautum non inuenitur. Ideoque c illis cum minori difficultate parochialibus ecclesiis præesse permittitur.

Quomodo, et qualis sit eligendus in abbatem. h. d.

§. 18. Vt autem inuiolabiliter monastica disciplina custodiatur, de congregatione monachorum abbas eligendus est d, quem ordo vitæ et meritum magis poposcerit ordinari, vt vni tantum præsit monasterio: qui cautus sit in regimine, humilis, et discretus, et cui monachi cum omni obedientia et deuotione subiaceant.

Non professus non potest eligi in abbatem, sed bene in episcopum. hoc dicit.

§. 19. Et præterea cum in magistrum e assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non nouit; religiosis, qui regularem ordinem ante non fuerit expresse professus f, in abbatem, vel ad aliam regularium prælaturam eligi non poterit: quanquam ad episcopalem dignitatem talis in secularibus, vel regularibus ecclesiis eligi minime prohibeatur.

Visitatores creandi, et quid agere debeant. h. d.

§. 20. Visitatores quoque in capitulo creandi sunt secundum formam generalis concilii, qui visitationis officium exsequantur, et omnia, quæ viennensi concilio g constituta sunt, fideliter obseruari faciant, et de statu monasteriorum, et obseruantiis regularibus diligenter inquirant: et tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant et reforment, quæ viderint corrigenda, et omnia secundum Honorianæ constitutionis tenorem prosequantur.

Non debet quis inueare, vel fundare nouam religionem. h. d.

§. 21. Nouissime h sciendum est, generali concilio semel atque iterum cautum esse, ne quis in posterum nouam religionem inueniat; sed quod, quicunque ad religionem conuerti voluerit, vnam de probatis assumat. Similiter etiam de iis, qui religiosam domum de nouo fundare voluerint, cautum est, vt regulam et institutionem de probatis assumant.

a C. fin. extr. eod. tit. b C. 1. extr. de stat. monachor. c C. quod Dei. de statu monach. extr. d c. abbatem. cum duobus sequ. C. 18. q. 2. e C. cum in magistrum. extr. de elect.

f C. nullus religiosus. de electione in 6. g Clem. 1. eod. tit. de stat. monach. h C. fin. extr. de relig. dom.

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS PRIMVS.
DE RERVM DIVISIONE ATQVE ILLARVM ADMINISTRATIONE.

Res ecclesiasticæ sunt aut spirituales, aut temporales, hoc dicit.

Superiore libro de iure PERSONARVM exposuimus: modo videamus de REBVS ecclesiasticis, illarumque tractatione, et administratione. Summa rerum ecclesiasticarum diuisio in duos articulos deducitur. Nam aut spirituales sunt, aut temporales. a Spirituales sunt, quæ spiritui deseruiunt, atque animæ caussa sunt institutæ: vt sacramenta ecclesiæ, altaria, et his similia. Temporales sunt, quæ non tam spiritus, quam corporis gratia pro ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque ministrorum vsu sunt comparatæ: vt sunt, prædia, domus, et fructus decimales.

Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales: et corporales diuiduntur in sacramenta, in res sacras, sanctas et religiosas. h. d.

§. 2. Rursus spiritualium quædam sunt incorporales, quædam vero corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, et dona Dei, aut quæ in iure consistunt. Corporales sunt, quæ tangi et humanis sensibus percipi possunt. Harum autem quædam sunt sacramenta, quædam sacræ sunt, et sanctæ, quædam religiosæ.

Videamus igitur nunc de spiritualibus: et quidem incorporales, cum de his tam supra opportunis locis loquuti fuerimus, quam etiam infra suo tempore dicturi simus, specialem tractatum minime exigunt. Itaque tractemus iam de corporalibus, ac primum de sacramentis, de sacris, sanctis, et religiosis consequenter etiam loquuturi, ac demum de rebus temporalibus, atque illarum administratione.

TITVLVS II.
DE SACRAMENTIS.

Quid sit sacramentum. hoc dicit.

Sacramentum, b est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ita, quod eius similitudinem gerens et caussa existat.

Sacramentorum quædam necessaria sunt, quædam voluntaria. h. d.

§. 2. Sacramentorum summa diuisio hæc est c, quod aut sunt necessaria, aut voluntaria. Necessaria sunt, quæ sine interitu salutis æternæ prætermitti et contemni non possunt; vt sunt, baptismus, confirmatio, pœnitentia, eucharistia, extrema vnctio; quæ omnia ad particularem cuiusque profectum sunt principaliter instituta. Voluntaria sunt, quæ sine salutis dispendio; pro cuiusque arbitrio recipi possunt, et recusari; qualia sunt ordo sacer, et matrimonium: et hæc ad totius ecclesiæ profectum et subsidium principaliter pertinent.

Necessariorum sacramentorum quædam deseruiunt ad ingressum ecclesiæ, quædam ad progressum in ecclesia, quædam ad egressum ab ecclesia hoc dicit.

§. 3. Et rursus necessariorum quædam ad ingressum ecclesiæ sunt comparata, vt baptismus; quædam ad progressum in ecclesia, vt confirmatio, pœnitentia, eucharistia: quædam ad egressum ab ecclesia, vt postrema vnctio.

Secunda distinctio sacramentorum, quod quædam characterem imprimunt, quæ iterari non possunt: quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt. h. d.

§. 4. Rursus sacramentorum quædam characterem imprimunt, quædam vero non. Quæ characterem imprimunt, iterari non possunt: vt baptismus, confirmatio, ordo sacer. Cætera vero, quæ characterem nullum imprimunt, iterari minime prohibentur: vt eucharistia, vnctio, pœnitentia, matrimonium.

Sacramenta constant elementa et verba. h. d.

§. 5. Constent autem sacramenta elemento et verbo. Elementum hic accipimus, quicquid sub visibili natura inuisibilem gratiam designat et continet. Verba sunt, quæ formæ visibilia efficaciam exprimunt: ergo, accedente verbo ad elementum, sacramentum fiet.

Non ecclesia, sed Christus instituit sacramenta; quæ tamen dicuntur ecclesiæ: quia illa per ea sanctificatur, et illa ministrat. h. d.

§. 6. Illud quoque scire nos oportet, quod non ecclesia, sed ipso Domino instituente, sacramentis vtimur. Sed tamen ideo ecclesiæ sacramenta nuncupamus; tum quod per ea sanctificata, et cælesti sponso matrimonii fœdere coniuncta sit: tum quod illorum dispensatio eius credita sit ministerio.

Etiam malus minister et hæreticus potest ministrare sacramenta. h. d.

§. 7. Ergo d, qui baptizat, qui absoluit, et in singulis sacramentis diuinitus operatur, Dominus est: ministri vero ecclesiæ in conficiendis sacris mysteriis, vel dispensandis, præter nudum ministerium nihil sibi vendicare valent. Cum non propriam, sed eius, qui sacramenta instituit, personam referant. Nec illa ex ipsis sanctificandi virtus manet. Vnde, quanquam eos inculpatos esse deceat, si tamen mali sint, vel a catholica communione seiuncti, nihilominus et conficere sacramenta, et dispensare poterunt. Veluti enim per lapideos canales ad areolas aqua transfunditur, et solis radii, per loca fœtidissima transeuntes, nulla contactus maculatione contaminantur: sic multo magis sacramenta nulla ministri fœditate commaculantur.

Spiritualis potestas exerceri sine fide potest, sed non sine intentione ecclesiæ. h. d.

§. 8. Hoc tamen sic intelligi oportet, si tales ministri intentionem ecclesiæ concordem habeant. Cæterum si aliud agere intendent, puta, sacris illudere mysteriis, vel aliud, quod ecclesia non consentiat: nihil agitur. Sine fide enim spiritualis potestas exerceri quidem potest, sine ecclesiæ intentione non potest. His circa sacramenta generaliter cognitis, exordiamur nunc de singulis etiam specialiter dicere. Et quia baptismus fundamentum e est, et ianua cæterorum: merito ab eo principium sumamus.

a Can. sacrificium. 32 de consf. dist. 2. b can. sacrificium. §. sed attendum. 1. q. 1. c gl. 1. C. veniens. 3. extr. de transaction.

d Can. aliud est. et sequ. de consecrat. dist. 4. e C. veniens. extr. de presbyt. non baptizat.

TITVLVS

TITVLVS III.
DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

Baptismus operatur animæ ablutionem, et in locum circumcisionis est institutus. h. d.

Baptismus [a] est ablutio corporis exterior, quæ, adhibita certa verborum forma, interiorem animæ ablutionem designat et operatur. Veluti enim circumcisio in populo [b] Dei, in fidei iustitiæque signaculum instituta, ad significationem purgationis originalis veterisque peccati paruulis valebat: sic et baptismus ad hominis innouationem valere cœpit.

Licet in baptismo plena contingat peccatorum remissio: non tamen contingit plena nouitas. h. d.

§. 2. Non tamen, ex quo quisque baptizatus, statim etiam in eo omnis vetus infirmitas absumitur; sed renouatio ad remissionem peccatorum incipit, et ad intelligentiam et operationem spiritualium: cætera vero sunt in spe, donec re compleantur, quod erit in resurrectionis tempore. Quamuis ergo in baptismate plena fiat peccatorum remissio: non propterea plena nouitas et mutatio contingit.

Cura baptizandi ad solos sacerdotes spectat, sed ex causa necessitatis quilibet potest baptizare. h. d.

§. 3. Baptizandi [c] autem cura ad solos sacerdotes pertinet, eiusque ministerium nec ipsis diaconis explere permittitur, absque episcopo vel presbytero; nisi, his procul absentibus, vltima languoris cogat necessitas: quo casu et laicis fidelibus, atque ipsis mulieribus [d] baptizare permittitur. Presbyter vero, cuius negligentia commissum est, vt quis sine baptismate ex humanis excesserit, deponendus erit. [e]

Baptizati ab hæreticis, schismaticis, paganis, vel alias facinorosis, non sunt denuo rebaptizandi. h. d.

§. 4. Sed et si qui ab hæreticis [f], siue schismaticis, vel etiam paganis, aut alias facinorosis baptizati fuerint; quasi baptizati non fuerint, iterum baptizari non debent. Antiqua [g] tamen patrum induxit institutio, vt, qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad sanctam ecclesiam redierint, aut vnctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei, ad sinum matris ecclesiæ reuocentur.

Nemo seipsum baptizare potest. h. d.

§. 5. Sed [h] quanquam baptismus ab hæreticis, schismaticis vel paganis susceptus valeat: ipsum tamen se baptizare nemo poterit. Sicut enim in carnali generatione, qua proles ex viro et fœmina nascitur, alius est qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: sic in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua et Spiritu sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, alius, qui generetur. Vnde de Iudæo, qui in mortis articulo constitutus, in aquam seipsum immergendo diceret: *Ego me baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, responsum est, denuo ab alio illum baptizandum esse; vt ostendatur, quod alius est, qui baptizatur, alius qui baptizat: quamuis, si talis continuo decessisset, protinus ad patriam euolasset, non propter fidei sacramentum, sed propter sacramenti fidem.

Baptismum alius fluminis, alius flaminis, alius sanguinis. h. d.

§. 6. Quod quidem et de illo recte creditur, qui visibiliter non baptizatus martyrii subiit sacramentum. Baptismus enim inuisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Vnde scite [i] scriptum a quibusdam reperitur, baptismum alium esse fluminis, alium flaminis, alium vero sanguinis: cum baptismi virtus et efficacia, non tam ablutione [k] corporis, quam fide cordis contineatur, et aliud sit per ministerium baptizare, [l] quod sacerdos exsequitur: aliud per potestatem, quam Dominus non vsque adeo sacramentis adiunxit, vt sine illis eorundem gratiam tribuere non possit.

Paruuli baptizantur in fide parentum, et ecclesiæ: et non debet minor esse virtus baptismi, quam circumcisionis. h. d.

§. 7. Non tamen, quia fide cordis baptismatis virtus continetur, ideo minus paruulos [m], qui credere ob ætatem non possunt, vnda salutaris abluit: cum et ii, non per vsum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismate, credere non male credentur, et in fide parentum [n] et ecclesiæ, alio profitente, baptizati, ob fidei sacramentum recte fideles dici possunt. Et cum circumcisio [o] tam adultis, quam paruulis ex præcepto Domini conferretur; ne baptismus, qui succedit in locum ipsius, et generalior tamen existit, cum tam viri, quam fœminæ baptizentur, minoris videatur effectus: tam adultis, quam paruulis est conferendus.

Tam mater, quam filius, in ipso articulo parturiendi, possunt separatim baptizari, nec ob id creditur baptismus iteratus. h. d.

§. 8. Is [p] quoque cuius mater vel prægnans, vel in ipsa hora, qua parturit, mortis vrgente periculo baptismatis gratiam perceperit, baptizari poterit. Nec propterea bis baptizatus reputabitur; cum vtique ad maternum corpus, cum esset in vtero, pertineret; nec ibi regeneratio reperiri possit, vbi generatio non præcesserit; nec in hoc infanti, qui nascitur, aliquid mater participat: cum vniuscuiusque propria voluntas in confessione sit attendenda.

Muti, surdi, et ægrotantes baptizari possunt. h. d.

§. 9. Muti quoque [q] et surdi, item ægrotantes, qui pro se respondere non possunt, aliis pro se profitentibus, recte baptizari poterunt.

Dormiens et amens, si ante somnum et amentiam habuerunt propositum baptizandi, baptizari possunt. h. d.

§. 10. De dormientibus [r] et amentibus quæsitum est. Et plane, si, prius quam dormirent, aut amentiam incurrerent, non baptizandi propositum haberent, quia in eis eadem perdurare voluntas intelligitur, si sic immersi fuerint, characterem sacramenti non suscipiunt: secus autem, si prius catechumeni extitissent, et baptizandi propositum habuissent. Tales enim in necessitatis articulo baptizare consueuit ecclesia. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio: cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem.

Inuitus baptizatus characterem suscipit, et cogendus est ad obseruantiam fidei: secus, si penitus coactus sit. h. d.

§. 11. Sed et, si quis non sponte, dum tamen non omnino coactus baptismatis susceperit sacramentum, christianitatis characterem suscipit, vt puta, cum quis terroribus, atque suppliciis ad vndam salutarem trahitur, et ob id tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, est ad fidei christianæ cogendus obseruantiam. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem sacramenti suscipit. Plus est enim expresse contradicere, quam minime consentire.

Is, de quo non est præsumptio, quod sit baptizatus, debet sine metu iterationis baptizari. h. d.

§. 12. Illud [s] in dubium venire non debet, quoties nulla exstant indicia inter propinquos et familiares, quibus aliquos baptizatos esse doceri possit, eosdem baptizari minime prohibendos esse. Quod enim factum esse nescitur, nulla ratio sinit, vt iteratum videatur: nec temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis. De eo tamen, qui christianis parentibus natus, inter christianos est fideliter conuersatus, tam violenter præsumitur, quod baptizatus fuerit, vt hæc præsumptio pro veritate sit habenda, donec euidentissimis argumentis contrarium probatum fuerit.

Iterum scienter baptizatus debet seuerissime puniri, ignoranter vero baptizatus non potest ordinari, nisi ex necessitate. h. d.

§. 13. Quod si [t] quis sciens et prudens iterum baptizari sustinuerit, arctissimæ pœnitentiæ subiiciendus erit: quod si ignoranter, nulla quidem imponenda erit pœnitentia, sed, nisi magna cogat necessitas, ordinari non poterit.

Iterantes baptismum sunt deponendi ab officiis, et beneficiis. h. d.

§. 14. Illi quoque, qui ausu temerario in homine iam baptizato cœleste lauacrum iterare ausi fuerint, excommunicationis mucrone percussi, ab omni officio et beneficio ecclesiastico deponentur.

Multa fiunt in baptismo, quæ non sunt de eius substantia. h. d.

§. 15. Postremo sciendum est, quod, licet verbo tantum [v] et elemento, baptismatis substantia contineatur et forma, multa tamen a sanctis patribus ad eius decorem fuerunt solenniter constituta, vt immersionis numerus, exorcismi, clericorum exsufflationes, salis benedicti exhibitio, saliuæ contactus, inunctio: quæ si ex neglectu prætermissa fuerint, omissio culpæ reos arguet.

Baptismum non debet conferri in priuatis domibus, nisi ex necessitate, vel ob magnam nobilitatem. h. d.

§. 16. Illud etiam nouissime [x] viennensi concilio constitutum est, ne quis in priuatis domibus, sed duntaxat in ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos audeat baptizare: nisi regum vel principum liberi baptizandi fuerint, vel talis necessitas emerserit, propter quam ad ecclesiam absque periculo accessus haberi nequeat.

TITVLVS IV.
DE SACRAMENTO CHRISMATIS.

Fideles post receptum baptismum debent chrismari. h. d.

Quamuis autem continuo transituris regenerationis sufficiat beneficium: victuris tamen etiam confirmationis auxilium est necessarium. Ita enim coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt vnum ab altero, nisi morte præueniente, separari non debeat.

Chrismatis sacramentum operatur augmentum gratiæ: et soli episcopi chrismant. h. d.

§. 2. Igitur omnes fideles post baptismum, paracletum [y] per manus impositionem accipere debent, vt perfecte christiani inueniantur. Spiritus [z] sanctus enim, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in con-

a Gl. 1 in sum. de consecr. dist. 4. b can. ex quo. 6. dist. 4. de consecr. c can. constat 19. de consecr. dist. 4. d can. mulier. d. dist. 4. de consecr. e can. quicunque. d. dist. 4. f can. sive ab hæreticis. et can. sequ. de consecr. dist. 4. g can. ab antiqua. d. dist. h C. debitum extr. de baptismo. i gl. 1. in sum. de consecr. dist. 4. k can. verus baptis. d. dist. 4. l can. aliud est. d. dist. 4. m cap. maiores in fine princ. extr. eod. n cap. illud. et can. sequ. vers. paruuli de consecr. dist. 4. o cap. maiores. §. cum ergo. extr. eod. p can. si ad matris. et can. 6. de consecr. dist. 4.

q can. paruuli alio. et can. sequ. d. 4. de consecr. r cap. maiores in fine, extr. eod. s can. si nulla extant. de consecr. dist. 4. t can. qui bis. de consecr. dist. 4. v C. non vt. extr. eod. x Cl. 1. eod. tit. y can. nouissime. de consecr. d. 5. z can. 1. de consecr. dist. 5.

firmatione

firmatione robur et augmentum prestat ad gratiam. Vnde *a* cum ceteras vnctiones simplex sacerdos vel presbyter valeat exhibere; hanc non nisi summus sacerdos, hoc est, episcopus conferre debet: alioqui, nulla excusante consuetudine, chrisimatio irrita habebitur et vacua. Nec inter ecclesiastica sacramenta reputabitur; cum manum imposuisse praeter apostolos, quorum hodie vicem sustinent episcopi, nulli alii legantur.

Ieiunis a ieiuno debet dari chrisma: nisi necessitas aliud cogat. h. d.

§. 3. Accedent igitur, qui legitimae sunt aetatis, ad confirmationem ieiuni *b*, vt a ieiunis episcopis sacro chrismate in fronte deliniti per manus impositionem paracletum recipiant. Plane infirmis, et morte periclitantibus, vel qualibet caussa impeditis, nulla de ieiunio habita ratione, manus imponi poterit.

In baptismo, confirmatione, et catechismo debent patrini interuenire. hoc dicit.

§. 4. Illud *c* commune est tam his, qui baptizandi sunt, quam etiam illis, qui confirmationis munus recipere debent, vt aliquem in patrinum habeant, qui eosdem in religione christiana, et fide dominica instituat, et qui pro eis apud Deum quasi fideiussor existat: quod et in catechismo obseruandum erit.

Patrini non debent esse plures, vel non baptizati, vel confirmandi. hoc dicit.

§. 5. Admonendi tamen sumus, quod nec plures quenquam in baptismo, aut in confirmatione suscipere debent, sed vnus *d* tantum siue vir, siue mulier: nec quenquam quispiam tenere, vel leuare poterit, qui ipse baptizatus non sit, vel confirmatus.

Parentes non possunt esse patrini propriorum filiorum, nec abbates vel monachi aliorum. h. d.

§. 6. Parentes quoque proprios filios, vel abbates *e*, vel monachi alienos de sacro fonte suscipere, aut in confirmatione tenere non debent.

Nec baptismus, nec chrisma possunt iterari, et vtrumque conferri potest tempore interdicti. h. d.

§. 7. Commune etiam illud est vtrisque, quod et neutrum (vt paulo ante diximus) iterari potest; quippe quod ambo characterem imprimunt: et quod interdicti tempore, ob imminens ex dilatione periculum, vtrumque conferri, et pro vtroque chrisma confici poterit, vt infra suo loco latius exponemus.

TITVLVS V.

DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBVS.

Quid sit poenitentia, et effectus poenitentiae. h. d.

Poenitentia est sacramentum, quod contritione, confessione et satisfactione concurrentibus, peccatorum operatur remissionem. Multiplex enim Dei misericordia ita lapsibus humanis subuenit, vt non solum per baptismi et confirmationis gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes aeternae vitae reparari velit. Vnde qui dona regenerationis violauerint, proprio se iudicio condemnantes, per sacramentum poenitentiae ad criminum remissionem, quasi ex naufragio arrepta tabula, ad portum perueniunt.

Tres sunt species poenitentiae: et poenitentia solennis iterari non potest, et poenitentes ad sacros ordines reddit inhabiles. h. d.

§. 2. Sunt autem poenitentiae tres species: quaedam enim est solennis, quaedam publica, quaedam priuata. Solennis est, quam propter maiora scelera, episcopus in capite ieiunii, seruata certa rerum serie, delinquentibus solet imponere: quae quidem, ne ecclesiae vilescat auctoritas, iterari non debet: et tales poenitentes ad sacros ordines (vt supra exposuimus *f*) inhabiles reddit, quippe quae nec aliter potest sacerdotibus imponi, quam si prius caelestis militiae cingulo exuti fuerint.

Publica delicta et publica poenitentia lui debent. h. d.

§. 3. Publica poenitentia est, quae publice, nulla seruata iuris solennitate, peragenda iniungitur: qualis est, peregrinatio, certi habitus delatio, et his similia. Cum enim manifesta peccata non sint occulta correctione purganda: recte constitutum est, vt, qui publice peccando proximo suo scandalum praebuerint, publicam etiam poenitentiam a propriis sibi sacerdotibus impositam peragere debeant. Apparet itaque ex his, quod licet omnis solennis poenitentia publica sit, non tamen omnis publica est solennis.

Vnusquisque semel in anno debet confiteri, et eucharistiam sumere, nisi de consilio sacerdotis abstineat. h. d.

§. 4. Priuata aut secreta poenitentia est, quae in occulto Deo fit et sacerdoti. Statutum est enim generali concilio *g*, vt omnis fidelis, quamprimum sapere coeperit, omnia sua peccata proprio sacerdoti confiteatur, et iniunctam sibi poenitentiam propriis viribus adimplere studeat, suscipiens reuerenter ad minus singulis annis in pascha eucharistiae sacramentum; nisi forte de sacerdotis consilio ex caussa duxerit abstinendum: alioqui et viuens ab ingressu ecclesiae arcebitur, et moriens christiana carebit sepultura.

Poenitentia constat contritione, confessione et satisfactione. h. d.

§. 5. Constat igitur poenitentiae sacramentum tribus partibus: contritione cordis, confessione oris, et operis satisfactione. Contritio nihil aliud est, quam dolor pro peccatis voluntarie assumptus, cum proposito confitendi, et satisfaciendi. Confessio, (vt Augustino placet) est, per quam morbus latens spe veniae aperitur: vel confessio est canonica peccatorum coram proprio sacerdote facta declaratio.

Tribus casibus potest quis confiteri non proprio sacerdoti: si obtineat licentiam ab eodem, vel ab episcopo, vel si confiteatur fratribus habentibus generalem potestatem audiendi confessiones. h. d.

§. 6. Quod autem dicitur, *coram proprio sacerdote*, ita demum obtinet, si nulla legitima caussa subsit eius declinandi iudicium. Ceterum si quis vel proprii sacerdotis imperitiam *h* vereatur, vel alias vitam et mores suspectos habeat, et propterea alieno sacerdoti *i* confiteri voluerit; licentiam prius postulet, et obtineat a proprio: cum aliter illum alienus, quacunque suffragante consuetudine, non possit absoluere, vel ligare. Si quis tamen regularibus, generalem audiendi confessiones potestatem habentibus, et locorum ordinariis praesentatis, et ab iisdem approbatis, confessus fuerit: Parisiensis doctoris reiecta sententia, non magis eadem peccata tenebitur iterum confiteri, quam si ea proprio sacerdoti iuxta generalis concilii dispositionem confessus fuisset.

Episcopus potest suo subdito concedere licentiam eligendi confessorem. hoc dicit.

§. 7. Episcopus quoque subdito suo, vt quemuis idoneum sibi deligat confessorem, facultatem concedere poterit: cum non minoris esse debeat efficaciae ab episcopo obtenta licentia, quam a parochiali sacerdote.

Necessitas facit affectum reputari pro effectu. h. d.

§. 8. Sed et si poenitendi vrgeat necessitas, nec desideranti locus aut tempus proprium sacerdotem offerat; et si is, cui quis confitetur, soluendi nullam potestatem habeat: tanta tamen est vis confessionis, vt dignus fiat venia ex desiderio sacerdotis, qui proximo suo criminis turpitudinem confiteri non refugit. Votum enim pro opere reputatur, cum operis perficiendi facultas deest.

In perpetuum est in monasterium detrudendus, qui reuelat confessionem. h. d.

§. 9. Sed *i* siue proprius sacerdos, siue alius poenitentiam audiat, cauebit omnino, ne aut verbo, aut alio quouis modo confitentem prodat: quoniam qui peccatum in poenitentiali iudicio sibi detectum reuelare ausus fuerit, non solum a sacerdotali officio deponendus erit, verum etiam ad agendam perpetuo poenitentiam in arctum monasterium detrudendus.

Sacerdos non debet quem absoluere de casibus, reseruatis papae, vel episcopo. h. d.

§. 10. Illud etiam animaduertere sacerdotem oportet, ne quem scilicet ab his criminibus absoluendo liberare tentet, quorum absolutio aut apostolico *k*, aut proprio ordinario est reseruata: vtputa, si poenitens clericum enormiter laeserit, ecclesiam combusserit, vel fregerit, falsum commiserit, cardinalem, vel episcopum insecutus fuerit, cum moniali rem habuerit, et in aliis casibus.

In generali concessione non veniunt ea, quae quis non esset verisimiliter in specie concessurus. h. d.

§. 11. De *l* eo tamen quaesitum est, si episcopus subdito suo concesserit, vt sibi possit idoneum eligere confessorem, an tunc ille, quem is elegerit, in casibus, qui eidem episcopo specialiter reseruantur, absoluendi habeat facultatem? Et cum in generali concessione illa minime veniant, quae non esset quis verisimiliter in specie concessurus: responsum est, electum huic huiusmodi non habere potestatem.

Contritio et confessio sine satisfactione parum prosunt. h. d.

§. 12. Sed nec contritio multum proficiet, nec confessio, nisi ambabus adiuncta fuerit satisfactio: quae nihil aliud est, quam quaedam iniuriae illatae compensatio. Nullus enim delictorum accipit veniam, nisi si nulla necessitate fuerit impeditus, qualemcunque, etsi longe minorem, quam debeat, poenam soluerit. Nec sufficit mores in melius commutare, et a praeteritis malis recedere: nisi etiam de his, quae facta sunt, Deo satisfiat per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, orationibus et ieiuniis.

Medici, qui aegrotos ad poenitentiam non inducunt, sunt ab ecclesiae ingressu arcendi. h. d.

§. 13. Medicos *l* etiam admonere oportet, vt, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, et inducant, vt medicos vocent animarum; vt, postquam fuerit aegrotanti de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinae remedium salubrius procedatur. Si quis autem medicorum secus fecerit: ab ecclesiae ingressu arcebitur, donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit.

Qui habuit propositum confitendi, potest absolui, si saeuitia morbi non possit confiteri. h. d.

a Can. vn. §. per frontis, extr. de sacr. vnct. et can. manus quoque, de consecr. dist. 5. b can. vt ieiuni, et can. sequ. de consecr. dist. 5. c c. vos ante omnia. de consecr. dist. 4. d c. non plures, de consecr. dist. 4. et can. sequ. e c. non licet de consecr. dist. 4. f tit. qui prom. non poss. §. poenitentes. g C. omnis vtriusque. extr. eod.

h c. fin. de poenit. dist. 6. i C. omnis vtriusque. §. si quis autem. extr. eod. k C. omnis vtriusque. §. caueat. extr. eod. l Clem. 1. §. quidam, versic. nec etiam, de priuileg. m C. 2. de poen. in 6. n C. cum infirmitas. extr. eod.

§. 14.

§. 14. Si quis autem in infirmitate constitutus, pœnitentiam petierit, et dum ad eum inuitatus sacerdos properat, morbo oppressus obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit: et pœnitentiam moriturus, et per manus impositionem reconciliationem accipere poterit.

Deputatis vltimo supplicio sacramentum pœnitentiæ et eucharistiæ non negatur. h. d.

§. 15. Nec infirmis solum, sed etiam vltore gladio morituris in hac parte iura subueniunt: cum vltimo damnatis supplicio a pœnitentiæ sacramentum, si petant non solum negari non debeat, verum etiam sint censura ecclesiastica ab ordinariis locorum coercendi, quicunque aduersarentur, quo minus id consequantur. Quod ipsum et de eucharistia quoque intelligendum erit: cum quibuscunque pœnitentia non negetur, viaticum quoque, quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligatur esse concessum.

TITVLVS VI.
DE EVCHARISTIA.

Maximum est eucharistiæ sacramentum, et saltem semel in anno debet assumi, h. d.

Est autem inter cætera eucharistiæ sacramentum maximum *b*. et oblationes omnes longe antecellit. Vnde, sicut præstantius est cæteris, ita etiam diligentius excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentissima erat apud fideles sanctissimi viatici susceptio. Sed cum postea, paulatim tepescente charitate, rarius homines communicarent; constitutum fuit *c*, vt, nisi quis maioribus fortasse criminibus impediretur, tribus saltem vicibus in anno communicare deberet: donec refrigescente penitus religionis ardore, eo tandem ventum est, vt semel saltem singulis annis *d* vnusquisque cœlestis mensæ debeat esse particeps.

Quotidie sacerdotes hodie pro populo sacrificare debent. sed semel tantum, non pluries, nisi ex magna caussa, vel in natiuitate Domini. h. d.

§. 2. Institit tamen, vt Deo quotidie sacerdotes pro populo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quotidie labimur: ideo etiam Christus quotidie mystice pro nobis immolatur. In quo tamen illud cauendum est, ne sacerdos, quacunque præfulgeat dignitate *e*, amplius quam semel in die celebret: nisi aut aliter faciendum Domini natiuitas *f* suadeat, aut vrgens cogat necessitas. Satis enim felix est, qui semel digne celebrat.

Presbyter tantum debet exhibere eucharistiam, non inferior: nisi subsit necessitas. h. d.

§. 3. Sed nec ab omnibus, nec passim omnibus, tantum sacramentum exhiberi debet. Nam veluti solus sacerdos illud conficit: ita etiam nemo præter eum exhibere poterit. Quod si presbyter aliter, quam per semetipsum, infirmum, vel alium communicet: ex rhemensis *g* concilii dispositione, sui gradus periculo subiacebit. Permittit tamen laodicense concilium *h*, si necessitas vrgeret, vt diaconus præsente presbytero eucharistiam, iussus erogare posset.

Sacerdos, constitutus in peccato mortali, quoad seipsum est suspensus, non quoad alios. h. d.

§. 4. Imo et sacerdotes, si qua criminali *i* macula sese infectos esse sentiant, ab huiusmodi exhibitione abstinere debent. Quanquam, si peccato mortali *k*, vel minori excommunicatione illigatus celebret, et sacramenta conferat, licet grauiter peccet, nullam tamen irregularitatis notam incurrit; et sacramenta ab eo collata virtutis effectu non carent: cum non a collatione, sed a participatione, quæ in sola perceptione consistit, videatur esse remotus.

Scenicis et histrionibus non est danda eucharistia: pro cæteris autem, maxime infirmis, semper debet esse parata. h. d.

§. 5. Item quamuis regulariter nullus, etiamsi quem sacerdoti peccatorem et impœnitentem esse liqueat, ab altari sit arcendus: scenicis *l* tamen, atque histrionibus, cæterisque personis huiusmodi, quamdiu tam detestandas artes exercuerint, sacra communio deneganda erit. Nec enim euangelicæ disciplinæ congruit, vt pudor et honor ecclesiæ tam turpi et infami contagione fœdetur. In cæteris prospiciet presbyter, vt, si quis infirmatus fuerit, ita eucharistiam paratam habeat *m*, vt nemo sine communione moriatur.

Sacramentum eucharistiæ constat visibili forma, veritate corporis, et spirituali virtute. Et in calice poni debet vinum, aqua mixtum. h. d.

§. 6. Constat *n* autem eucharistiæ sacramentum visibili forma, veritate corporis, et virtute spirituali. Forma visibilis est panis, et vini *o*: vinum vero hoc loco intelligimus aqua permixtum. Nec enim in calice domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri debet: cum vtrumque ex latere illius profluxisse legatur. Illud etiam rationabilis consuetudo generalis habet ecclesiæ, vt plus in eo vini, quam aquæ sit ponendum. *p*

In sacramento altaris et panis et vinum fiunt vera caro et sanguis domini. h. d.

§. 7. Veritas *q* est carnis et sanguinis. Sicut enim ante consecrationem panis est et vinum, quod natura formauit: ita etiam post consecrationem vera Christi est caro et sanguis, quem benedictio consecrauit. *r*

Virtus sacramenti est charitas et vnitas. h. d.

§. 8. Virtus est charitatis *s* et vnitatis. Nam veluti ex multis granis vnus fit panis, et multis racemis vnum vinum: ita et nos, per hoc charitatis sacramentum Christo incorporati, vnum euadimus.

Ponit, quomodo et quando tria, quibus constat sacramentum altaris, sint sacramenta. h. d.

§. 9. His igitur repetitis apparet *t*, primum quidem sacramentum esse non rem, secundum et rem esse simul et sacramentum, tertium vero rem esse, sed non sacramentum. Sed primum quidem sacramentum est geminæ rei, secundum est sacramentum vnius et alterius rei, tertium vero res est gemini sacramenti.

TITVLVS VII.
DE EXTREMA VNCTIONE.

Extrema vnctio solet exhiberi, de quorum morte dubitatur: et duplex vnctio, exterior et interior: et interiorem exterior designat. h. d.

Hactenus loquuti sumus de his sacramentis, quæ ad ingressum, et ad progressum in ecclesia comparata sunt: consequens nunc est, vt de iis videamus, quæ propter egressum ab ecclesia sunt constituta. Sciendum est igitur, grauiter ægrotantibus, et de quorum morte probabiliter timeri potest, certas corporis partes sanctificato oleo a presbyteris ex institutione diuina inungi debere: quæ quidem inunctio, non minus interius animæ, quam exterius corporis sanitatem operatur. Sunt *v* enim vnctionis duæ species: exterior, quæ materialis et visibilis: et interior, quæ spiritualis et inuisibilis. Exteriore visibiliter inungitur corpus: interiore inuisibiliter cor inungitur. Hæc, quod in extremitate vitæ constitutis exhiberi consueuit, merito extremæ vnctionis nomen est sortita.

Magis dignum trahit ad se minus dignum. h. d.

§. 2. Sanctificatum autem oleum hoc loco accipimus, non modo quod ipsum totum consecratum est, sed etiam quod ex consecrato admixtum. *x*

Postquam hucusque de iis sacramentis, quæ quoquo modo necessitatis sunt, tractatum habuimus: reliquum est, vt de iis loquamur, quæ dignitatis sunt et voluntatis.

TITVLVS VIII.
DE SACRAMENTO ORDINIS.

Quid sit ordo. hoc dicit.

Voluntatis sacramenta sunt (vt paulo ante exposuimus) ordo sacer, et matrimonium. Est autem ordo, nihil aliud, quam signaculum quoddam ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato: de cuius speciebus, differentiis, et gradibus satis videtur superiore libro dictum esse.

Vnde solum nunc restat, vt ad matrimonii materiam orationem vertamus.

TITVLVS IX.
DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Quid sit matrimonium. h. d.

Matrimonium *y* est viri et mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens, cum diuini et humani iuris communicatione.

Matrimonium præcedit alia sacramenta ratione loci, in quo institutum est, temporis, amplitudinis et mysterii. h. d.

§. 2. Et merito inter alia sacramenta matrimonium quoque annumerari meruit, cum cæteris loci, temporis, amplitudinis, et mysterii ratione etiam præcellat. Siquidem ab orbis primordio in paradiso a Deo ipso institutum est, vt esset omnibus etiam infidelibus commune: quod in aliis minime contigit. His illud quoque accedit *z*, quod animorum consensus et corporum commixtio, quæ in matrimonio intercadunt, primum quidem charitatem significat, quæ consistit in spiritu inter Deum et iustam animam, vel ecclesiam: alterum vero sacrosanctum coniugium designat, quod inter Christum et ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum.

Bona matrimonii sunt sacramentum, fides, proles, et fornicationis remedium. h. d.

§. 3. Consequuntur et inde præter sacramentum, et alia bona, vtputa *aa*, fides, et proles, et quid humana infirmitas, in ruinam turpitudinis prona, honestate excepta coniugii, minime læditur. Initiatur autem matrimonium sponsione, consensu ratificatur, et copula consummatur: de quibus singulis distinctius dispiciamus.

a *Cl. 1. de pœnit.* b *can. nihil in sacrificiis de consecr. dist. 2.* c *can. etsi non de consecrat. dist. 2.* d *can. omnis. de pœn.* e *C. te referente. extr. de celebr. missa.* f *C. consuluisti. extr. de celebr. missar.* g *can. peruenit. de consecr. dist. 2.* h *can. præsente. dist. 93.* i *can. sacerdotes, qui 1. qu. 1. in fin.* k *ap. fin. extr. de cler. excomm.* l *can. pro dt conf. dist. 2.* m *can. presbyter eucharistiam. de consecrat. dist. 2.* n *gl. in sum. de consecrat. dist. 2.* o *sum. d. dist. 2.* p *C. perniciosus. extr. de celebr. missar.*

q *cap. cum Marthæ. §. distinguendum. extr. de celeb. miss. extr. d. gl.* r *can. nos autem de consecr. dist. 2.* s *vide in gl. d. §.* t *C. cum Marthæ. § distinguendum. extr. de celeb. missar.* v *C. 1. §. sciens. extr. de sacra vnctione.* x *gl. fin. C. quod in dubiis. extr. de consecr. eccles.* y *in sum. 27. q. 2. § sunt.* z *C. illud. extr. de præsumpt. C. debitum. extr. de bigam.* aa *c. omne. 27. q. 2.*

TITVLVS X.
DE SPONSALIBVS.

Quid sint sponsalia, et vnde dicantur. h. d.

Sponsalia *a* sunt futurarum nuptiarum mentio, et repromissio: et dicta sunt a spondendo, quod per ea sibi inuicem se futuros coniuges viri et mulieres spondent.

Sponsalia contrahuntur re, verbis, litteris, et consensu. h. d.

§. 2. Contrahuntur autem sponsalia variis modis, vtputa, re, verbis, litteris, et consensu. Re contrahuntur per nudam subarrhationem, vel annuli immissionem. Verbis, vt si inter virum et mulierem promissio super futuro matrimonio intercesserit, veluti altero alteri vice mutua dicente: ego *b* te *accipiam in meum maritum*, et ego te *in meam vxorem*: siue in hunc sensum verba similia promiserint. Litteris, vt cum absentes, inter se de futuris nuptiis per epistolam paciscuntur: quod ipsum, et per nuntium, vel procuratorem fieri poterit.

Procurator ad contrahendum matrimonium non potest substituere: nisi hoc habeat in mandatis. h. d.

§. 3. Procurator *c* tamen ad hoc specialiter constitutus, ob magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere, alium substituere non poterit: nisi hoc ei specialiter commissum fuerit.

Si duo impuberes, quorum prudentia non supplet aetatem, et qui pubertati non sint proximi, vel etiam alter tantum sit impubes, per verba de praesenti matrimonium contraxerint: talis contractus resoluitur in sponsalia de futuro: et ex ea inducitur iustitia publicae honestatis. h. d.

§. 4. Consensu *d* contrahuntur sponsalia: vt cum pubes et impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertati, et in quibus aetatem prudentia non supplet, matrimonium per verba contraxerint de praesenti. Licet enim verba in praesens matrimonium sonent; iuris tamen interpretatione in sponsalia, licet contrahentes matrimonium celebrare intenderent, coniugium, quod ab initio, aetate impediente, vt matrimonium non tenuit, per aduentum pubertatis minime conualescit: nisi per carnis copulam subsequutam, vel alium modum contrahentes cum eiusdem perseuerantia voluntatis, ad pubertatis tempora peruenisse euidenter constiterit. Per dictum tamen contractum, qui valuit, vt potuit, non sicuti agebatur, publicae honestatis iustitia censetur inducta.

In re denominanda potius effectum attendimus, quam modum. h. d.

§. 5. Et ideo hoc casu consensu contracta sponsalia dicimus: quia, si verba spectes, non sponsalia, sed ipsum matrimonium contractum videri poterit. Censuerunt autem iura eos, qui, cum non possent, coniugium de facto contraxerunt, voluisse etiam in casu, quo possent, contrahere, ideoque saltem, vt sponsalia, valere conuentionem.

Sponsalia contrahuntur tripliciter, pure, in diem, et sub conditione; at qui contraxerunt sponsalia pure, compellendi sunt etiam matrimonium contrahere: et consanguinei contrahentium non debent cum ipsis contrahentibus contrahere. h. d.

§. 6. Rursus contrahuntur sponsalia aut pure, aut adiecto die, aut sub conditione. Pure *e*, vt cum vir et mulier se inuicem futuros coniuges pollicentur. Et hoc casu nullus consanguineorum aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio sibi copulare poterit: imo qui contraxerunt, vt se inuicem recipiant, et mutua coniugali affectione pertractent, moneri, et nisi rationabilis caussa obsistet, ecclesiastica censura compelli poterunt.

Si per contrahentem sponsalia in diem, non stetit, quo minus matrimonium contraheret intra terminum: cum alio postmodum matrimonium contrahere poterit. h. d.

§. 7. Dies adiicitur sponsalibus, cum quis intra certum temporis spatium aliquam se ducturum in vxorem conuenit. In qua specie, si per eum non steterit, quo minus intra praefixum terminum cum eadem matrimonium contraheret, libere ad nuptias alterius transire poterit.

Sponsalia contracta sub conditione, euanescunt, conditione deficiente: nisi ab ea recessum fuerit. h. d.

§. 8. Sub conditione celebrantur sponsalia, cum quis, si quid fiet, vel contigerit, nuptias se contracturum pollicetur, veluti si dictum fuerit: ego *f* te *in vxorem accipiam, si centum mihi dederis*, aut, *si pater meus consenserit*; quibus conditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit; nisi consensus de praesenti, aut carnalis sit inter eos commixtio subsequuta: cum his casibus a conditionibus recessum videatur.

Turpes conditiones adiectae sponsalibus, vel matrimonio non vitiant, sed vitiantur: nisi sint contra substantiam et naturam coniugii. h. d.

§. 9. Hoc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet, quae honestae sunt, et canonicis institutis non contrariae. Nam si turpes sint, aut impossibiles; ob fauorem matrimonii debent pro non adiectis censeri: si tamen non solum turpes sint, sed etiam contra substantiam, vel naturam coniugii, puta, si alter dicat alteri *g* te*cum contraho, si generationem prolis euitaueris, vel donec aliam honore vel facultatibus digniorem inuenero, aut si pro quaestu adulterandam te tradideris*: matrimonialis contractus, quantumcunque sit fauorabilis, omni carebit effectu.

Minores septennio non possunt sponsalia contrahere, et contracta lapsu temporis non conualescunt: nisi noua voluntas accesserit, aut nixus copulae interuenerit. h. d.

§. 10. Non tamen omnibus, cuiuscunque sint aetatis, licet sponsalia contrahere. Nam inter minores septennio *h* celebrata nullius roboris efficaciam sortiuntur. Ideoque si infantes, vel vnus maior septennio *i*, alter minor, sponsalia contraxerint ipsi, vel parentes pro eis; nisi per cohabitationem eorum mutuam, siue alias verbo, vel facto eosdem in eadem voluntate factos maiores perdurare liquido appareat: sponsalia huiusmodi, quae ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minime conualescunt. Et ideo, cum sint nulla, ratione defectus consensus, publicae honestatis iustitiam non inducunt. Si tamen cum ea, quam nondum septennem domum quis traduxerit, copulae nixus intercesserit: aliud statuendum erit.

Qui contraxerint sponsalia, debent compelli ad matrimonium: nisi aliquid triste timeatur. h. d.

§. 11. Initiatum igitur sponsalibus matrimonium fide consensus ratificari debet. Quod si, qui de contrahendo matrimonio fidem sibi dederunt *k*, se inuicem admittere omnino noluerint, instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, et postea eandem sibi remittunt; dissolutio tolerari poterit: cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

Non sunt audiendi impuberes volentes dissoluere sponsalia: sed exspectandum tempus pubertatis. h. d.

§. 12. De *l* illis, qui infra annos aptos matrimonio sponsalia contrahunt, quaeri poterit. Et sane, siue vterque, siue alter reclamet, et antequam ad annos matrimonii aptos peruenerint, separari postulent, non sunt audiendi. Si vero alteruter istorum ad pubertatis annos peruenerit, infra eosdem annos altero existente, cum sponsalia contrahebantur, si is, qui minoris est aetatis, ad pubertatis annos perueniens reclamauerit, nec in alterum consentire voluerit: iudicio ecclesiae separari poterunt.

Mulier viripotens contrahens cum impubere non potest resilire, sed impubes, factus pubes, potest. h. d.

§. 13. Mulier *m* quoque, quae, nubiles annos attingens, ei, qui nondum matrimonio erat aptus, nupsit, cum in eum semel consenserit, amplius dissentire non poterit: nisi ipse, cui nupsit, postquam ad legitimam aetatem peruenerit, in eam suum negauerit praestare consensum.

Contrahens sponsalia cum impubere coacte non tenetur exspectare impuberem. h. d.

§. 14. Haec tamen de his dicta intelliguntur, quae sponte cum minoribus sponsalia contraxerint. Si qua enim non tam sponte sua, quam a parentibus coacta, cum impubere contraxerit, et domum traducta fuerit, licet aliquando ibi inuita permanserit, si puerum vsque ad annum decimum quartum minime exspectandum duxerit: ei alium sibi virum accipiendi libera concedenda facultas erit.

Sponsalia, contracta a parentibus, non tenent: nisi filii assentiant et ratificent. h. d.

§. 15. Non absimile est *n*, quod de sponsalibus, quae parentes pro filiis puberibus frequenter contrahunt, statuitur. Nam si quidem ipsi filii expresse consenserint, vel tacite, vt si praesentes fuerint, nec contradixerint; obligantur: et ex eis oritur publicae honestatis iustitia. Idem etiam obtinet, si filii tempore sponsaliorum absentes, et etiam ignorantes eadem sponsalia, post scientes et prudentes ratificauerint tacite, vel expresse: alias ex sponsalibus contractis a parentibus pro filiis, nec ipsi obligantur, nec publicae honestatis iustitia inde exoritur.

Sponsalia dissoluuntur ipso iure, quando non habetur ratio voluntatis contrahentium. h. d.

§. 16. Dissoluuntur sponsalia, aut ipso iure, aut facto hominis. Ipso iure tunc dicuntur sponsalia dissolui, vt cum, nulla habita ratione voluntatis et consensus partium, ex certa superueniente caussa distrahuntur: vt ex contracto matrimonio, sacrorum ordinum susceptione, religionis ingressu, cognationis interuentu.

Matrimonium, per verba de praesenti contractum, tollit sponsalia praecedentia, etiam iuramento firmata: sed matrimonium contractum per verba de praesenti, non irritatur etiam secuta copula. h. d.

§. 17. Si quis igitur eam, quae tibi desponsata fuerat, per verba sibi iunxerit de praesenti, etiamsi inter te et ipsam sponsalia iuramento firmata extitissent, dum tamen copula non interuenerit; nihilominus per secundum matrimonium, etiam te inuito, tolluntur; licet fidem frangentibus, salutaris sit iniungenda poenitentia: quanquam, si prius per verba contraxisses de praesenti, ita firmum maneret matrimonium, vt per secundum, etiam secuta copula, tolli non possit. Nec enim, vt pactionis fidem interdum frangi iura sustinent, ita etiam fidem consensus aboleri permittunt.

Per susceptionem sacrorum ordinum, et ingressum monasterii dissoluuntur sponsalia. h. d.

---

a *c. nostrates 30. q. 5. gloss. 1. C. licet. extr. de transl. episc.* b *C. penult. extr. eod.* c *C. fin. de procurat. in 6.* d *C. 1. § idem. de desponsat. impub. in 6.* e *C. 2. et C. ex litteris. ver. secund. extr. eod. tit.* f *C. de illis. et C. per tuas. extr. de condit. appos.* g *C. fin. extr. de condit. appos.*

h *C. accessit, extr. de desponsat. impub.* i *C. 1. de princ. de desponsat. impub. in 6.* k *C. 2. extr. eod.* l *C. 1. de illis. extr. de desponsat. impub.* m *C. de illis. §. mulier. extr. de desponsat. impub.* n *C. 1. §. fin. de desponsat. impub. in 6.*

§. 18.

§. 18. Item, ex contrario, ſi quis ſacris ordinibus fuerit inſignitus, aut religionem fuerit ingreſſus, pari ratione ſoluuntur ſponſalia. Conſultius e tamen egerit, qui certam mulierem ſe deducturum in vxorem forte iureiurando firmauerit, ſi antea contrahendo iusiurandum ſeruauerit, poſteaque, nulla ſubſequente carnali copula, religionem ingrediatur.

Affinitas ſuperueniens dirimit ſponſalia de futuro. h. d.

§. 19. Item ſi inter ſponſum et ſponſam affinitas ſuperueniet, vt puta, ſi ſponſum *b* propinquam ſponſæ cognouiſſe, aut manifeſtum ſit, aut de hoc ſit publice diffamatus, aut ſpiritualis inter eos cognatio interceſſerit: diſſoluentur inter eos ſponſalia, nec ad matrimonium perueniri poterit.

Ponit, quomodo facto hominis ſponſalia diſſoluuntur. h. d.

§. 20. Facto hominis diſſoluuntur ſponſalia, vel contrario vtriusque contrahentis conſenſu, vel cum, legitima emergente cauſa, diſſolutio alterius tantum voluntati permittitur, veluti ex fornicatione *c*, abſentia, membrorum amiſſione, incurabilis morbi interuentu.

Sponſalia diſſoluuntur contrario conſenſu: nec pœnæ appoſitia, ſponſalibus appoſita, aliquid operatur. h. d.

§. 21. Si contrahentes igitur, vel ſeſe inuicem liberent, vel impubes contrahans, adueniente pubertate, ratum nolit habere matrimonium: diſſoluentur ſponſalia. Nec aliquid proderit. quod ſub certa pœna contracta fuerint. Cum enim libera matrimonia *d* eſſe deceat: pœnarum inanis omnis eſt adiectio.

Ob fornicationem poſt ſponſalia, etiam iuramento firmata, commiſſam, poteſt quis licite reſilire: et id, quod coniunctos disiungit, multo magis impedit coniungendos. h. d.

§. 22. Vnius quoque tantum diſſenſu etiam iurata ſoluuntur interdum ſponſalia: veluti e ſi quis aliquam ſe in vxorem ducturum iurauerit, et ea poſtmodum fornicata fuerit. Nam licet eidem fornicationem non poſſit opponere præcedentem; ob ſubſequentem tamen poterit eandem in coniugem non ducere: quia illi iuramento talis ineſt conditio, ſi illa contra regulam deſponſationis non venerit. Alioqui ſi poſt huiuſmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam in vxorem ducere; quod eſt prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum coniugium vir propter fornicationem licite poteſt a ſua cohabitatione recedere: longe fortius ante coniugium celebratum ſponſus ſponſam poterit non admittere.

Carnalis et ſpiritualis fornicatio æquiparantur. h. d.

§. 23. Idem erit, ſi ſponſus, vel ſponſa idololatrando, vel hæreſim ſequendo in ſpiritualem fornicationem inciderit.

Si ſponſi conferant ſe ad remotas regiones: ſponſæ poſſunt ſe ad aliorum nuptias conferre, recepta, ſi peierauerint, pœnitentia. h. d.

§. 24. Sed *f* et ſi qui præſtito iuramento promittant, aliquas ſe mulieres ducturos, poſteaque illis non cognitis, procul recedentes ad alias partes ſe transferant; liberum erit mulieribus ad alia migrare vota: recepta tamen de periurio, ſi forte iuramentum præſtiterint, pœnitentia, ſi per eas ſteterit, quo minus fuerit matrimonium conſummatum.

Lepra, vel ſimilis morbus ſponſalia dirimit: licet non dirimat matrimonium. h. d.

§. 25. Item ſi ſponſus, aut ſponſa, leproſus fiat *g*, vel leproſa; paralyticus, vel paralytica; aut naſum vel oculos amittat; aut quid ſibi turpius eueniat; ad conſummandam maritalem copulam compelli non debent: licet iam contractum matrimonium ſuperueniens lepra, vel alius morbus non dirimat.

TITVLVS XI.
DE NVPTIIS.

Ponit ſubordinationem præſentis tituli ad præcedentia et ſequentia. hoc dicit.

Expoſuimus hactenus, quid eſſet matrimonium, quaue ratione inter ſacramenta reponatur, admonentes, illud initiari ſponſalibus, conſenſu ratificari, et copula conſummari. Sed cum proxime de ſponſalibus, tanquam de principio tractatum habuerimus: reliquum nunc eſt, vt de conſenſu et copula, quibus ſubſtantia et perfectio matrimonii continetur, diſſeramus, quid impediat nuptias contrahi, vel contractas dirimat, cum cæteris, quæ tractatui adiacent, recenſentes.

Nuptiæ conſenſu partium contrahuntur, nec ſufficit conſenſus parentum. h. d.

§. 2. Nuptias igitur, ſiue matrimonium inter ſe contrahunt viri puberes et mulieres viripotentes, ſimulatque in ſe inuicem conſenſerunt. Vbi enim non eſt vtriuſque conſenſus, non poteſt eſſe matrimonium. Ideoque ſi *a* ex altera parte pater puellæ tantum conſenſerit, ex altera, qui ſe cupit maritum fieri, nihil agitur: quanquam honeſte faciant filii, ſi paternæ voluntati minime reluctentur.

Pubertas æſtimatur non tam annis quam corporis habitu: et minores quatuordecim annis non poſſunt contrahere matrimonium, niſi pro bono pacis, et ex neceſſitate. h. d.

§. 3. Sed qui ſunt puberes, videamus. Et quidam ea annis tantum pubertatem iudicandam aſſerunt, eum eſſe puberem, rati, qui quatuordecim annos impleuerit; et viripotentem, quæ duodecim: quamuis tardiſſime pubeſcant. Præualuit tamen opinio exiſtimantium, ex habitu corporis pubertatem debere cenſeri; atque eos, qui generare poſſint, etiamſi minores annis ſint, in propoſito puberes reputari. Itaque, ſi malitia ætatem ſuppleat, etiamſi minores ea ætate coniungi poſſunt: item, ſi forte vrgentiſſima neceſſitas *b* interueniat, vtpote quod pro bono pacis talium coniunctio ſit toleranda.

Quantum ad eccleſiam, verba ſunt neceſſaria ad contrahendum matrimonium: at muti et ſurdi ſignis nuptias poſſunt contrahere. h. d.

§. 4. Licet *i* autem per ſolum legitimum viri et mulieris conſenſum matrimonium contrahatur: attamen quantum ad eccleſiam, verba, præſentem conſenſum exprimentia, ſunt neceſſaria, ſi contrahentes loqui poterunt. Muti vero et ſurdi, qui loqui non poſſunt et exaudire, ſi contrahere velint, et quod verbis oſtendere nequiuerint, ſignis declarauerint, procul dubio legitimas nuptias contrahent.

Ponit quaſdam verborum conceptiones, aptas ad matrimonium contrahendum. h. d.

§. 5. Verba autem ad hoc apte ſunt, verbi gratia *k*, *ego te in meam vxorem accipio, et ego te accipio in meum maritum*: vel, *promitto, quod te ab hoc tempore pro coniuge tenebo, et tibi, ſicut vxori meæ, fidem ſeruabo*: et contra: *promitto, me te pro marito habituram, et tibi, tanquam viro proprio, fidem ſeruaturam*: vel ſimilia, conſenſum de præſenti exprimentia.

Verba prolata in contrahendo matrimonio ſunt accipienda ſecundum communem intelligentiam. h. d.

§. 6. Inde quæritur, ſi alter coniugum ita loquutus fuerit *l*, vt, quod propoſitum eſt, altera pars non intellexiſſe ſe affirmet, quid agendum ſit, ſi tali prætextu cauſæ diſſidii quærentur? In qua ſpecie, ſi matrimonium contracturi iudicio et ætate ſint idonei, ſi alter, quod alter propoſuit, non intellexerit, ſtatutum eſt, ad communem verbi intelligentiam eſſe recurrendum: cogendique erunt ambo verba prolata in eum ſenſum accipere, quem ſolent recte intelligentibus generare.

Serui poſſunt, etiam inuitis dominis, contrahere matrimonium: dum tamen dominos non fraudent debitis obſequiis. h. d.

§. 7. Illud quoque explorati iuris eſt, quod matrimonia inter ſe contrahunt, non ſolum liberi homines, verum etiam ſerui *m*. Sicut enim neque liber, neque ſeruus ab aliis ſacramentis eccleſiæ remouendus; ita nec inter ſeruos matrimonia prohiberi debent: ideoque, quanquam contradicentibus dominis et inuitis, contracta fuerint, nulla ratione propterea ſunt diſſoluenda. Serui tamen, qui contraxerint, proprios dominos debitis et conſuetis obſequiis minime fraudare debent.

Si alter coniugum comperiatur poſt contractum matrimonium ſeruilis conditionis; poteſt diſſolui matrimonium: niſi poſt talem cognitionem fuerit renouatus conſenſus, vel ſequuta copula. Et liberi ſunt ex libero ventre nati: niſi aliud inducat lex, et mos regionis. h. d.

§. 8. Si quis tamen *n*, vel ſi qua, inſciens, eum, vel eam ſumpſerit in coniugem, quem, vel quam poſtea ſeruilis compertum ſit eſſe conditionis, nec poſt diem veræ cognitionis habitæ ſe inuicem cognouerint, aut aliter facto inuicem in ſe conſenſerint: ita ſeparari poterunt, vt vtrique libera cum aliis contrahendi facultas non denegetur. Liberi autem ſunt, qui ſunt ex libero ventre nati: niſi quis patris conditionem ſecundum leges et conſuetudinem prouinciæ ſequatur.

Error in perſona impedit matrimonium. h. d.

§. 9. Multo magis matrimonium inualidatur, cum quis in perſona errauerit, vt puta, ſi exiſtimans ſe cum Gemma contrahere, cum Berta contrahat.

Si alter contrahentium vtitur verbis dubiis animo decipiendi mulierem, et eam poſtmodum carnaliter cognoſcit; iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: ſecus in pœnitentiali. h. d.

§. 10. De eo quæſitum eſt, qui, cum non aliter mulierem, vt ſibi carnaliter commiſceretur, perducere poſſet, quam ſi eandem deſponſaſſet, proprium mentitus nomen, illam per hæc verba deſponſauit *o*: *et Ioannes deſponſat*: an, quia vir illo nomine non vocaretur, nec vllum nubendi haberet propoſitum, ſed copulam tantum carnalem exſequendi, inter prædictos matrimonium ſit celebratum, cum tamen mulier in virum conſenſerit? Et reſponſum eſt, non debere ex iſto facto coniugium iudicari; cum in eo nec ſubſtantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium inueniri valeat: quoniam ex altera parte ſolummodo dolus adfuit, conſenſus omnino defuit, ſine quo cætera fœdus coniugale perficere nequeunt. Sed donec expreſſe non appareat, quod is, qui mulierem deſponſauit in propria perſona, ſub nomine tamen alieno, quo vocari tunc ſe finxit, diſſenſit, interim erit pro matrimonio præſumendum.

TITVLVS XII.
QVAE MATRIMONIVM IMPEDIRE POSSVNT.

a *C. 2. extr. de conuerſ. coniug.* b *C. 2. extr. de conſanguinit. et affin.* c *c. 2. 31. q. 1. can. apoſtolus. et can. omnes. 32. q. 7. C. diſcretionem. extr. de eo, qui cogn. conſang.* d *C. gemma. §. cum itaque; extr. eod. tit.* e *C. quemadmodum. extr. de iureiurando.* f *C. de illis. extr. eod.* g *C. 1. et fin. extr. de coniugio leproſor.*

h *C. 2. in fin. extr. de ſponſ. impub.* i *C. tua fraternitatis. extr. de ſponſ.* k *C. ex parte. extr. de ſponſ.* l *C. ex litteris. el. 1. extr. de ſponſ.* m *C. 1. extr. de coniug. ſeruor.* n *C. 1. et fin. extr. de coniug. ſeru.* o *C. tua nos. extr. de ſponſ.*

Error personæ et conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis et fortunæ. h. d.

Ergo non omnis error matrimonium impedit. Nam si quis corruptam in vxorem accipit, quam virginem arbitratur; vel qui accipit meretricem, quam putat esse castam: vterque quidem errat, neutro tamen casu ob errorem matrimonium infringitur.

Ei qui scienter ducit in vxorem publicam meretricem, peccata remittuntur. h. d.

§. 2. Quin potius qui scientes et prudentes, mulieres publicas de lupanari extraxerint *a*, et in vxores duxerint, quod agent, in remissionem proficiet peccatorum: cum inter opera charitatis non minimum sit, errantem ab erroris semita reuocare.

Qualis sit error personæ, conditionis, fortunæ, et qualitatis. h. d.

§. 3. Solum igitur personæ et conditionis error obstat matrimonio: qualitatis vero et fortunæ non obstat. Est autem error personæ, cum hic, qui est Ioannes, Paulus putatur. Conditionis, cum is, qui seruus est, liber creditur. Fortunæ, vt cum is, qui pauper est, diues existimatur, vel contra. Qualitatis cum is reputatur bonus, qui tamen est malus. Sunt et alii plures modi, quibus matrimonia impediuntur, vt puta, conditio apposita, et non impleta, secundum ea, quæ supra diximus de sponsalibus.

Sacer ordo, et votum solenne impediunt matrimonium contrahendum, et contractum dirimunt: votum autem simplex solum impedit contrahendum, et pro voto simplici fracto imponenda est pœnitentia. h. d.

§. 4. Item voti *b* solennis emissio, et sacri ordinis susceptio, tam matrimonium impedit contrahendum, quam postea contractum dirimit. Secus vero statuitur in voto simplici. Quanquam enim contrahendum impediat: non tamen contractum dissoluit. Sic et religionis habitus sine professione susceptus, ne contrahantur, impedit, sed iam contractas nuptias nequaquam tollit. Huic tamen, qui nubendo votum simplex fecit irritum, quanto illud manifestius emiserit, tanto propter plurium scandalum erit durior imponenda pœnitentia.

Christiani non debent nubere infidelibus: et si nubant, sunt excommunicandi. h. d.

§. 5. Cultus quoque disparitas matrimonium et contrahendum impedit, et contractum interdum dirimit. Si quis *c* enim Iudææ coniugali societate iungi voluerit, siue Christiana Iudæo, vel alias infideli, siue Iudæa, vel alias infidelis Christiano carnali consortio misceatur: quicunque eorum id commisisse deprehenditur, a Christiano cœtu et ecclesiæ communione protinus segregandus erit.

Si vnus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, et alter nolit sibi cohabitare, vel non sine peccato mortali: soluitur coniugium, et conuersus cum alia contrahere poterit, et proles communis conuerso assignabitur. hoc dicit.

§. 6. Item *d* si alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, et alter, qui in infidelitate remansit, vel nullo pacto, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt catholicum ad mortale peccatum pertrahat, ei cohabitare voluerit: conuersus, quasi priore matrimonio dissoluto, licite ad secunda vota conuolare poterit, et communis proles ipsi conuerso assignabitur.

Si alter infidelium coniugum conuertitur, et antequam alii legitime coniunctus fuerit, alius quoque conuertatur: debent se inuicem recipere.

§. 7. Quod si conuersum *e* ad fidem et vxor conuersa sequatur, antequam propter caussas prædictas legitimam maritus ducat vxorem: eam recipere compellatur. Nec quicquam conuerso proderit, quod iam secundum *f* ritum suum eandem repudiauerit: cum repudium ipsum veritas euangelica repudiauerit. Sed nec fornicationem dimissor dimissæ poterit obiicere, propterea quod alii post repudium nupserit: nisi alias fornicata fuerit.

Si paganus prius plures vxores habeat: post fidem susceptam adhærebit primæ. h. d.

§. 8. Quia vero *g* pagani in plures simul fœminas affectum coniugalem diuidunt: vtrum post conuersionem omnes, vel quam ex omnibus conuersus retinere valeat, non immerito dubitari poterit. Et cum nulli unquam licuerit, plures habere simul vxores, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum, nec cuiquam, vxore etiam ob fornicationem dimissa, aliam liceat superinducere: euidenter apparet, pluralitatem in vtroque sexu (cum inter coniuges seruanda sit æqualitas) circa matrimonium reprobandam, et de pluribus primam tantum retinendam.

Matrimonium non soluitur, altero coniugum fidelium in hæresim lapso. h. d.

§. 9. Alia sane caussa est eorum coniugum *h*, quorum alter vel in hæresim labitur, vel ad infidelium transit errorem. Neque enim hoc casu, qui relinquitur, ad secundas nuptias descendere poterit. Nam etsi matrimonium verum inter infideles sit, non tamen est ratum. Inter fideles autem, et verum et ratum existit; quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugii sacramentum, vt ipsum in coniugibus, ipso durante, perduret.

Per dictionem substantiæ soluitur argumentum. h. d.

§. 10. Nec *i* refert, quod a quibusdam forsan obiici posset, quod fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari: cum idem multis casibus contingat, vt si alter coniugum incidatur. Ex hoc quoque quorundam malitiæ occurritur, qui odio coniugum simularent hæresim, vt, postmodum nubentibus coniugibus, ab ipsa resilirent. Quinimo, qui in fide permanserit, ad eum, qui ab hæresi, vel infidelitate ad ecclesiam reuertitur, vel inuitus redire cogendus erit: nisi ad religionem transire maluerit.

Coniugiorum aliud est legitimum et non ratum; aliud legitimum et ratum; aliud ratum et non legitimum. h. d.

§. 11. Ex his apparet, coniugium *k* aliud esse legitimum et non ratum; aliud legitimum et ratum: quoddam vero, quod ratum quidem est, sed non legitimum. Legitimum, et non ratum coniugium est, quod legali institutione, vel prouinciæ moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum non est: quia dissolui potest dato libello repudii, lege fori, et non lege poli, quam non sequuntur. Inter fideles vero semper ratum est coniugium: cum coniugia semel inter eos contracta nunquam solui possint. Horum vero quædam sunt etiam legitima, veluti cum, seruatis nuptialibus ritibus, vxor sponso traditur. Illorum vero coniugia, qui, contemptis legitimis solennitatibus, solo affectu aliquem sibi deligunt in coniugem, non legitima, sed rata tantummodo esse creduntur. Quanquam enim, spretis ritibus ecclesiæ, matrimonium contrahi non debeat: non tamen ob id solum sacramentum coniugii dissolui debet. Quin potius, si tale matrimonium fuerit ab ecclesia postmodum comprobatum, filii generati, et legitimi iudicandi erunt, et heredes: aliqua tamen illis erit imponenda pœnitentia, qui, contemptis ecclesiæ præceptionibus, matrimonium contraxerunt.

Iustus metus, nisi purgatus fuerit, impedit matrimonium. h. d.

§. 12. Coactio quoque et iustus violentiæ metus matrimonium impediunt. Cum *l* enim solo consensu coniugium contrahatur: plena debet illa securitate gaudere, cuius est animus indagandus, ne metu impulsus dicat sibi placere, quod odit. Plane *m* quæ inuita probat se sponsalia contraxisse, si comperiatur postmodum sponte cognita, ad matrimonii dissolutionem proclamare, et metum caussari non poterit.

Furor impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.

§. 13. Furor quoque, quia consensum impedit, nuptias contrahi prohibet: contractas autem non dirimit.

Frigiditas et coeundi impotentia matrimonium impediunt. h. d.

§. 14. Item frigiditas *n* et coeundi impotentia legitimum matrimoniis impedimentum afferunt. Sicut enim puer, qui debitum reddere non potest, non est aptus coniugio: sic, qui ita sunt natura impotentes, vt nec ope medicorum sine mortis periculo iuuari possint, apti ad contrahenda matrimonia minime putantur. Ea igitur, quæ adeo est arcta, vt mulier fieri, et alteri carnaliter commisceri non possit, nisi per incisionem, ad matrimonium contrahendum non debet idonea iudicari.

Leprosi possunt matrimonium contrahere. h. d.

§. 15. Alia est caussa leprosorum *o*. Nam si mulierem inuenerint, quæ sibi velit nubere, vel mulier leprosa virum: liberum erit illis coniugali vinculo colligari.

Publicæ honestatis iustitia impedit matrimonium contrahendum, et contractum dirimit. h. d.

§. 16. Publicæ *p* quoque honestatis iustitia tam matrimonium contrahendum impedit, quam contractum irritat. Est autem publicæ honestatis iustitia, quæ ex legitimis sponsalibus oritur mulieris, quæ illi coniuncta est, cum qua nunc vir matrimonium contrahere desiderat, vt. ecce, cum Berta sponsalia contraxi; volo nunc cum Gemma, quæ Bertæ cognationis vinculo est coniuncta, matrimonium contrahere: publica honestate impedior. Inhonestum enim, ac turpissimi visum est exempli, vt ei, qui nubere valeat, cuius coniunctam sponsaliæ frangendo deceperit, ne in eandem eius nubendo coniunctæ quasi iniuriam cumulet.

Sponsalia pura et certa, ex consensu valida, licet alias nulla, inducunt publicæ honestatis iustitiam, quæ sequentia sponsalia dirimit, non præterita. h. d.

§. 17. Vsque adeo autem ex puris et certis sponsalibus *q* impedimentum iustitiæ publicæ honestatis exoritur, vt. etiamsi illa consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione nulla sint; dum tamen non sint nulla ex defectu consensus, nihilominus et impedire et dirimere sequentia sponsalia, vel matrimonia cognoscantur: licet præcedentia dissoluere non valeant. Quare, qui sponsalia pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, et postmodum cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum sponsaliorum vigore ad matrimonium contrahendum, cum prima remanet obligatus.

a C. inter opera. extr. de sponsal. b C. 1. et 2. et per totum tit. extr. qui cler. vel vou. matrim. contrah. poss. c can. si quis Iudæus q. 1. d C. quanto. §. si enim alter extr. de diuort. e C. gaudemus. §. quod si conuersum. extr. de diuort. f d. C. gaudemus. §. qui autem. de diuort. g d. C. gaudemus. §. quia vero extr. de diuort. h C. quanto. §. si vero. de diuort.

i d. cap. quanto. §. nec obstat. extr. de diuort. k c. fin. §. item illud. 28. q. 1. l C. cum locum. extr de sponsal. m C. insuper. extr. qui matrim. a cus. poss. n extr per totum tit. de frig. et malef. o C. 2. extr de coniug. lepros. p C. referente. extr. qui filii sint legitim. C. iuuenis. et sequ. extr. de spons. q C. 1. de spons. in 6.

Filii

Filii nati ex matrimonio, cui obsistit publicæ honestatis iustitia, non succedunt patri, scienter contrahenti. h. d.

§. 18. Filii quoque, nati ex matrimonio *a*, quod, publicæ honestatis iustitia impediente, contractum fuit, cum nec ecclesiæ permissionem, nec patris allegare possint ignorantiam, ad successionem bonorum paternorum minime admittentur.

TITVLVS XIII.
DE TRIPLICI COGNATIONE.

Cognatio est triplex, spiritualis, legalis, et naturalis: et spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, et contractum dirimit. h. d.

Multo magis cognatio matrimonio interdum est impedimento. Est autem cognatio triplex, spiritualis, legalis, et naturalis. Spiritualis *b* cognatio est attinentia quædam, proueniens ex sacramenti collatione, vel ad sacramentum detentione. Non solum igitur *c* inter baptizantem, et illum, qui eum de baptismo suscepit, item inter baptizatum et suscipientis filios, et vxorem ante susceptionem a suscipiente carnaliter cognitam; verum etiam inter suscipientem, parentesque baptizati, cognatio spiritualis contrahitur: quæ et contrahendum matrimonium impedit, et dirimit postea contractum. Et quæ de suscipiente dicta sunt, eadem etiam de baptizante sunt intelligenda.

Excepto baptismate, et confirmatione, non oritur ex sacramentis cognatio impeditiua matrimonii. h. d.

§. 2. Eodem modo ex confirmatione *d* spiritualis cognatio contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, et postea contracta dirimens. Ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio, spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel dissoluat.

Cognatio spiritualis, per catechismum contracta, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.

§. 3. Per catechismum *e* an spiritualis cognatio contrahatur, dubitatum est: et constitutum est, contrahi quidem illam, sed non tantam. Licet enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur; post eam tamen contractum minime dissoluatur.

Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum. h. d.

§. 4. Diximus autem, huiusmodi cognationem matrimonia contracta dirimere, non simpliciter, sed postea contracta. Nam *f* si vir, vel mulier ex ignorantia, vel dolo proprium filium de sacro fonte susceperit; propter hoc separari non debent, nec alter alteri debitum subtrahere; nisi ad continentiam seruandam possit induci; quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis proprius dolus patrocinari non debet. Quinimo pro tali ausu, matrimonio in sua firmitate durante, pœnitentia imponenda erit.

Filii, per quorum neutrum ventum est ad compaternitatem, copulari possunt: nisi mos regionis aliud inducat. h. d.

§. 5. De *g* filiis quoque, per quorum neutrum ad compaternitatem ventum est, an copulari possint, quæsitum est. Et sane, nisi consuetudo ecclesiæ, vbi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum vicinarum aliter se habeat, tali coniugio minime obsistendum erit.

Licet plures non debeant esse patrini; si plures tamen fuerint: cum omnibus spiritualis cognatio contrahitur. h. d.

§. 6. De eo quoque admonendi sumus, quod *h*, licet non plures, quam vnus vir, vel vna mulier ad suscipiendum de sacro fonte infantem accedere debeant, si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio æque, quoad omnes, inde contrahitur, talia matrimonia contrahenda impediens, quam etiam postea contracta dissoluens: circa quod idem statuitur et de confirmatione.

Legalis cognatio modo affert temporale impedimentum matrimoniis, modo perpetuum. h. d.

§. 7. Legalis cognatio est proximitas per adoptionem proueniens. Eius autem duæ sunt species; vna, quæ temporalem impediendi matrimonii caussam continet: alia, quæ perpetuam. Temporalem caussam impedimenti continet ea, quæ inter te, et eam, quæ tibi per adoptionem soror esse cœperit, intercedit. Nam per adoptionem quæsita fraternitas, eo vsque nuptias impedit, donec manet. Perpetuam prohibitionis caussam continet, vt puta quæ inter adoptantem et adoptatum, item inter adoptantem vxoremque adoptati, et inter adoptatum vxoremque adoptantis, intercedit. Nam et per emancipationem dissoluta adoptione matrimonium impeditur.

Quid sit naturalis cognatio, quid consanguinitas, quid affinitas. h. d.

§. 8. Naturalis cognatio est, quæ medio consanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Est autem consanguinitas *i* attinentia personarum, ex eo proueniens, quod vna descendit ab altera, vel ambo ab eadem: vel consanguinitas est vinculum personarum, ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur consanguinitas, quasi sanguinis vnitas: quia scilicet consanguinei de communi sanguine descendunt. Affinitas *k* quædam personarum proximitas ex coitu proueniens: et eo dicta, quasi duorum sit ad vnum finem vnitas. Cum enim duæ cognationes diuersæ per aliquorum copulam coniunguntur: alter ad alterius cognationis quasi quosdam fines accedere videtur.

Affinitas et consanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu. h. d.

§. 9. Nec *l* interest, quod ad consanguinitatem, vel affinitatem contrahendam, ex iustis nuptiis aliqui, an ex damnato coitu inuicem copulati fuerint.

Hodie matrimonia vsque ad quartum gradum inclusiue sunt prohibita, et de facto contracta temporis cursu non validantur. h. d.

§. 10. Constitutum igitur erat olim, vt quicunque vel septimo consanguinitatis, siue affinitatis gradu sese inuicem contingerent, legitimas nuptias contrahere non possent: quod ipsum non solum in primo, verum etiam in secundo et tertio affinitatis genere sibi locum vendicabat. Nec soboles, ex secundo matrimonio suscepta, cognationi præmortui viri copulari poterat. Sed cum huiusmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerent, et aliquando periculum parerent animarum: euidenti vtilitate suadente, huiusmodi constitutiones abrogatæ fuerunt *m*, sancitumque, vt prohibitio copulæ coniugalis quartum consanguinitatis gradum primi duntaxat generis non excedat. Vir *n* igitur, qui a stipite quarto gradu, et mulier, quæ ex alio latere distat quinto, licite coniungi possunt. Alias, si propiore gradu sese inuicem contingant, temere contractum matrimonium adeo erit irritum, quod nullo poterit annorum numero defendi.

Infideles, intra quartum gradum coniuncti, si conuertantur, non sunt separandi, et eorum proles est legitima. h. d.

§. 11. Si tamen infideles *o*, qui secundum veteris, vel propriæ legis instituta, circa gradus consanguinitatis, vel affinitatis a canonibus notatos, coniuncti sunt, Domino inspirante, conuersi fuerint; matrimonium, antea contractum, non erit post baptismi lauacrum irritandum: cum per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur. Vnde et proles inde nata legitima censebitur.

Propinquitas viri reputatur vxoris, et propinquitas vxoris reputatur viri. h. d.

§. 12. Admonendi etiam sumus, perinde virum a consanguineis et propinquis vxoris abstinere debere, et vxorem a propinquis viri, atque a propriis. Huius autem rei manifesta ratio illa est: quia, si secundum diuinam sententiam ego et vxor mea vna caro sumus, profecto mihi et illi mea suaque cognatio vna propinquitas efficitur. Quocirca ego et soror meæ vxoris in vno et primo gradu erimus, filius vero eius in secundo gradu erit a me, nepos tertio, et sic deinceps. Vxorem vero propinqui, cuiuscunque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum si eiusdem gradus fœmina propriæ propinquitatis existat: quod nimirum et vxori meæ de propinquitate mea, in cunctis cognationis gradibus, conuenit obseruare.

Coniuncti vxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum coniunctis viri. h. d.

§. 13. Quanquam autem omnes consanguinei viri, vxoris sint affines: inter consanguineos tamen vxoris et viri nulla intelligitur esse affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Patet igitur et filius cum matre et filia, item duo cognati cum duabus cognatis, licite contrahere poterunt.

Qui cognouit consanguineam vxoris suæ, non potest debitum petere, licet reddere teneatur: et vxori superstes, carebit spe coniugii. h. d.

§. 14. Si *p* quis autem contracto matrimonio consanguineam vxoris suæ cognouerit, vt puta, si vitricus priuignam, vel maritus sororem propriæ vxoris adulterauerit; matrimonium quidem, antea contractum, non dirimitur: sed qui se ita contra leges alteri commiscuit, a coniuge nunquam debitum petere poterit, nec cum aliqua legitimas vnquam nuptias contrahere, licet propriæ vxori superuixerit.

Vxor, cuius consanguinea a proprio viro cognita est, monenda est, non cogenda ad continentiam. h. d.

§. 15. Vxor quoque, cuius consanguinea a proprio marito fuit cognita, diligenter est commonenda, vt a commixtione viri abstineat *q*, et in continentia maneat, donec vir viam vniuersæ carnis ingressus fuerit. Quod si forte monitionibus parere recusans, talis fuerit, vt de lapsu ipsius probabiliter timeri possit; vir eius et poterit et debebit debitum sibi soluere coniugale: cum *r* affinitas, post matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non existit.

Subsequens affinitas non dirimit matrimonium, sed præcedens, legitime probata. h. d.

§. 16. Ergo præcedens affinitas, non subsequens dirimit matrimonium. Sed nec id quidem indistincte obtinet. Nam *s* etsi vtriusque coniugum constet assertione, acclamante etiam vicinia, quod coniugatus ante contractum matrimonium vxoris suæ consanguineam cognouerit: propterea coniuges separari non debent. Nec enim talis confessio momentum habere debet: cum alioqui facile fieri possit, vt qui-

a C. referente. extr. qui fil. sint legitim. b gl. in verf. spiritualis. C. 1. de cogn. spir. in 6. c d. C. 1. de cogn. spiritual. in 6. d C. 1. §. fin. de cogn. spirit. in 6. e c. 2. de cogn. spirit. f cap. 2. extr. de cogn. spirit. g C. super eo. extr. de cogn. spirit. h C. fin. de cogn. spirit. in 6. i Add. ad Arb. consang. in 6. in declar. k In declar. arb. affin.

l In declar. arb. affin. in 6. m C. non debet extr. de consang. et affin. n C. fin. extr. de consanguin. et affin. o C. de infidelib. extr. de consangu. et affin. p C. transmissæ. extr. de eo qui cogn. consangu. q C. pen. et fin. extr. de eo qui cogn. cons. r cap. discretionem. in fin. et c. pen. extr. d. tit. s cap. super eo, extr. de eo, qui cogn. consangu.

§. 5. Diuersum statuitur, si quis, posthabito canonico religionis ingressu, post aliquam per verba de præsenti desponsatam, sacros ordines susceperit. Quanquam enim votum per sacri susceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum postea contractum habeatur efficax: ad dissoluendum tamen prius contractum, etiam non consummatum, inualidum censetur. Ideoque talium ordinum, non obstante susceptione, si ad profitendum probatam religionem induci non valeat, et sponsa eius institerit contractum matrimonium consummare, per censuram ecclesiasticam compellendus erit.

Cultus disparitas, et creatoris contumelia sunt iusta caussa dirimendi: et quod facit papa, Deus censetur facere. h. d.

§. 6. Sed et si inter fideles matrimonio contracto sequuta copula fuerit, si alter, qui in infidelitate permanserit a, velit a fideli disiungi, aut non nisi cum contumelia creatoris, cum altero commorari: licebit Christiano non modo matrimonium dissoluere, sed etiam (vt supra diximus b) alteri se matrimonio iungere. Quibus casibus, cum auctoritate sedis apostolicæ, et romani pontificis matrimonium distrahatur, non iam humana, sed potius diuina potestate coniugium dissolutum intelligitur.

Ob veram coeundi impotentiam, non ob putatiuam dissoluitur matrimonium. h. d.

§. 7. Item si quis ignarus virginem in vxorem duxerit, quæ adeo arcta sit, vt mulier fieri non possit, vel simile vitium a natura contraxerit, vt ope medicorum non possit adiuuari; aut mulier virum acceperit, qui adeo frigidæ sit naturæ, vt eidem carnaliter commisceri non possit: poterunt inuicem separari, et qui matrimonio aptus erit, ad secundas nuptias libere transitum facere. Si quis tamen coeundi impotentiam caussatus, post separationem aliam acceperit; aut ea c quæ arcta putabatur, aliquem inuenerit, qui sibi seras reseraret: vtroque casu post peractam pœnitentiam, ad priora coniugia redire compellendi erunt.

Quam quis duxit, vel retinuit sciens copulæ non idoneam, habebit vt sororem, si non potest habere velut vxorem. h. d.

§. 8. Plane si scienter d quis cum ea, quæ maribus impotens est commisceri, matrimonium contraxerit, vel alterius comperta postmodum impotentia, simul manere consenserint: his casibus ecclesia iudicare consueuit, vt quas viri tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.

Ob fornicationem carnalem, vel spiritualem non soluitur matrimonium, sed fit separatio tori. h. d.

§. 9. Sæpius tamen accidit, vt matrimonii remanente sacramento, tori tantum fiat separatio, vtpote, si alter coniugum carnaliter, vel spiritualiter fornicatus fuerit: quibus casibus matrimonium minime aboletur, sed sibi sunt inuicem coniuges, etiam separati.

Pendente iudicio super adulterio, non habet locum separatio tori. h. d.

§. 10. Sed et separatio non, instituta statim de crimine accusatione, facienda erit: sed probata e et peracta. Interim enim pendente iudicio, coniugum alterutrer, iure, quod habet in altero, priuari non poterit.

Facta separatione tori ob fornicationem carnalem, post emendationem non compelluntur coniuges se resumere: secus, si ob spiritualem, nisi alter velit monasterium ingredi. h. d.

§. 11. Multum autem interest, vtrum ob carnalem, an vero ob spiritualem fornicationem tori sit facta separatio. Primo enim casu maritus adulteram vxorem etiam emendatam, nisi et ipse simili fornicatione f pollutus fuerit, recipere non compellitur, sed fornicatrix in claustris cum religiosis mulieribus ad perpetuam agendam pœnitentiam erit collocanda. g Secundo vero, si fornicatus spiritualiter, ab infidelitate reuertatur, cogetur, qui in fide remansit, illum resumere, nisi et ipsa ad religionem transitum facere voluerit: quod, etiam nolente viro ad fidem reuerso, exsequi libere poterit.

Regulariter vxor et vir non possunt disiungi, vt alter sumat sacros ordines, aut monasterium ingrediatur: fallit hoc in casibus præcedentibus et sequentibus. h. d.

§. 12. His exceptis casibus alter coniugum, altero in seculo remanente, nec ad sacros ordines, nec ad regularem suscipiendus est obseruantiam: nisi forte remanens eius firmitatis, vt sine suspicione incontinentiæ valeat in seculo remanere, aut ipsam continentiam vouere voluerit. Alioqui, quanquam de vxoris licentia h monasterium quis ingressus fuerit, et professionem fecerit, non vxor ad continentiam cogi, sed vir ad vxoris torum reuocari poterit: nisi post coniugis ingressum fornicata fuerit, aut se inuicem continentiam promittendo absoluerint.

Qui, inuita vxore, ingressus est monasterium, et ab eadem vxore redire coactus, ea mortua, non cogitur rursus in monasterium reuerti, sed non poterit amplius vxorem ducere. Quod si, vxore non contradicente, fuerat ingressus; illa mortua non poterit exire: præsertim si fuerit professus, consentiente vxore. h. d.

§. 13. Quæsitum tamen est, si quis, vxore inuita i, monasterium intrauerit, et rapetitus ad eam redire coactus fuerit, an, eadem mortua, cogendus sit ad monasterium reuerti, an vero aliam possit in vxorem ducere? Et in hac specie responsum est, votum quidem non tenuisse, et propterea ad monasterium redire minime illum teneri. Sed cum ingrediendo monasterium, debitum se non exacturum promisisse videatur; vlterius vxorem ducere non poterit: cum ad vouere in sua positum voluntate fuerit. Quod si quis, sciente k vxore, nec contradicente, vitam professus fuerit monachalem: vxore postmodum defuncta, nec habitum quem semel assumsit, abiicere, nec aliquam sibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temere l contractum dirimendum erit; quod in eo, qui, consentiente vxore, professus fuerit, multo magis obtinebit: quanquam monasterium nunquam ingressus fuerit.

Quæ credens, virum esse mortuum, religionem est ingressa, a viro educta, si vir moriatur, non cogitur reuerti ad monasterium: licet id sibi expediat. h. d.

§. 14. Quid statuimus de ea, quæ credens, maritum mortuum m, habitum religionis assumpsit, an, si eo reuerso, de monasterio educta fuerit, post obitum viri sit ad regularem obseruantiam compellenda? Et quidem huic consultius ad salutem fuerit, si ad monasterium redeat: sed si ad hoc perduci non poterit, cogenda non erit.

Etiam, altero coniugum inuito, potest quis vouere peregrinationem. h. d.

§. 15. Licet autem alter coniugum, altero inuito, religionis votum non possit assumere: viri tamen etiam præter vxorum assensum peregrinationis ad terram sanctam propositum vouere, et implere libere valent.

Vxor, non plene certificata de morte viri, contrahere non potest: quamuis continere nequeat. h. d.

§. 16. Et n quamuis illi diutissime in peregrinatione commorentur, vel etiam ab hostibus capti nuntientur; donec certum nuntium de virorum morte vxores non receperint, ad aliorum coniugium conuolare non poterunt: quamuis, vt certiorarentur, magnum adhibuerint diligentiam, et eius ætatis sint et fragilitatis, vt continere nequeant.

Agenti petitorio ad coniugem, obstat consanguinitatis exceptio, secus si possessorio; quia antequam de exceptione cognoscatur, plenaria restitutio est facienda; nisi conuentus excipiens iuret de malitia, et probationes habeat in promptu: quo casu fiet restitutio quoad alia, non quoad copulam. h. d.

§. 17. Ergo nisi legitima subsit exceptio, coniugibus temere disiunctis, alterum alterius repetendi semper integrum ius manet. Erit autem legitima exceptio, cum aliquis consanguinitatis gradus obiicitur o. Quo quidem casu, licet, si petitorio iudicio actum sit, ante ea de ipsa exceptione cognosci debeat; si tamen possessorio quis experiatur, antequam de consanguinitate discutiatur, plenaria erit facienda restitutio: nisi is, qui conuenitur, et de malitia iurat, et super exceptione promptas probationes offerat. Quo casu, excepta carnali commixtione, tantum quoad reliqua, restitutio facienda erit.

Si mulier restituenda timeat sæuitiam viri; debet ab eo præstari cautio; et si ea non patetur sufficiens, dum caussa plene cognoscitur: vxor est deponenda in loco honesto et tuto. h. d.

§. 18. Præstanda tamen erit idonea cautio p, quod nullam restitutæ violentiam vir inferet. Quod si tanta sit viri sæuitia, aut odio tam capitali vxorem prosequatur, vt trepidanti mulieri sufficiens securitas prouideri nequeat: vsque ad caussæ decisionem alicui probæ et honestæ mulieri studiosius custodiende committetur, in loco vbi vir, vel eius coniuncti, mulieri nullam possint iniuriam inferre. q

Ob solam traductionem mulieris ad domum, nullum ius oritur impeditiuum sequentis matrimonii. h. d.

§. 19. Et hæc quidem obtinent, sequuto inter viros et mulieres matrimonio. Cæterum r si, nullis præcedentibus sponsalibus, vel legitimo consensu mulier ad viri domum iam traducta, postea abscedens alii forte nubere voluerit: nulla facienda erit restitutio.

Qui, viuente vxore, etiam ab eo separata quoad torum, secundam conscius duxit vxorem, etiam prima mortua, separabitur a secunda: sed cum alia contrahere poterit. h. d.

§. 20. Fornicationis s quoque repetenti obstat exceptio, toriqua ob eam caussam sequuta separatione, separata viuente, aliam vsque adeo superinducere quis prohibetur, vt, si de facto duxerit, exque ea filios susceperit, etiam mortua adultera, eandem retinere non possit. Quod ipsum, et priore vxore minime cognita, sibi locum vendicat: licet aliam ducere minime prohibeatur.

Si mulier matrimonium contraxerit cum eo, quem ignorabat coniugatum: vxore prima mortua, erit in eius potestate eum retinere. h. d.

§. 21. Hoc t tamen de eo intelligi oportet, quam quis non igna-

a C. quanto. extr. de diuort. b supra tit. quæ matr. imp. poss. § item et § seqq. c C. fraternitatis in fin. extr. de frig. et malef. d C. consultationi extr. de frig. et malef. e C. i. extr. vt lite pend. f cap. ∫en. et fin. extr. de adult. g C. gaudemus. extr. de conuers. coniug. h C. I. extr. de conuers. coniug.

i C. quidam extr. de conuers. coniug. k C. consuluit nos. extr. d. tit. l C. ex parte. extr. d. tit. m C. placet nobis. extr. de conuers. coniug. n C. in præsentia nostra. extr. de spons. o C. litteras. extr. de restit. spoliat. p C. litteras in fin. extr. de restit. spol. q C. ex transmissa. extr. de eo. r C. ex parte. extr. de restit. spol. s C. ex litterarum. extr. de eo, qui dux. in matr. t C. I. extr. de eo, qui duxit in matrim.

rata

ram, aliam viuere, et forte aliquid in morte alterius machinatam, in vxorem duxit. Nam ſi qua, præcedentia matrimonii penitus initia, eliceus nupſerit; priore mortua, niſi mulier diuortium petat, ad petitionem viri non ſunt ſeparandi. Nec enim ſuſtinendum eſt, vt vir, qui ſcienter in legem commiſit, de proprio dolo commodum reportet.

Cum ea, quam quis, vxore viuente, cognouit non ſub ſpecie matrimonii, defuncta vxore, poteſt quis contrahere: ſi neuter ipſorum machinatus eſt in mortem prædefunctæ vxoris. h. d.

§. 22. Cum ea autem, quam quis, vxore viuente, non prætextu matrimonii cognouit, ſi nihil in perniciem olim viuentis vxoris vir, aut mulier cognita, machinati fuerint, nec fidem de contrahendo ſibi inuicem dederint, contractæ poſtea nuptiæ legitimæ reputandæ erunt. Sed etſi fidem quidem ſibi inuicem dederint, vel etiam de facto contraxerint *a*, ſi nec ante, nec poſt, legitima coniuge ſuperſtite, carnalis interceſſit copula; quamuis vterque grauiter deliquerit, et propterea etiam ſit imponenda pœnitentia: matrimonium tamen, contractum poſt vxoris obitum, minime diſſoluetur.

Bonum aliquod ſubſequutum præcedens delictum et eius pœnam non abolet. h. d.

§. 23. Vſque adeo *b* autem machinatio in alterius coniugum obitum adhibita, inter ſuperſtites machinatores matrimonii ſpem excludit, vt, ſi infidelis cum Chriſtiana communicato conſilio eiuſdem maritum de medio ſuſtulerit, licet poſtea per ſtudium ſuperſtitis vxoris ad fidem Chriſtianam translatus fuerit, non tamen, propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim huiuſmodi lucro tam deteſtendum damnum eccleſia reſarcire patitur.

Animus et propoſitum diſtinguunt maleficia. h. d.

§. 24. Diuerſa *c* ratio eſt eorum, qui ad fidem conuerſi, illorum ſibi matrimonio iunxerunt vxores, quos in belli certamine occiderunt: eorumque, qui conuerſas duxerunt, quarum infideles maritos ſimili modo interfecerunt. Nam cum tales virorum defunctorum interitum ſpecialiter non quæſiuerint; et matrimonium inter huiuſmodi perſonas licite poteſt contrahi: et ſic coniuncti diuortium poſtulare nequeunt.

Punitur affectus: licet non ſequatur effectus. h. d.

§. 25. Sed etſi machinationem adhibitam in necem coniugis effectus conſequutus non fuerit, ſi inſidiator alteri ſuperuixerit, ipſa coniugii *d* perpetuo deſtitutus, ad ſecundas nuptias nunquam aſpirare poterit: ſicut et in iis accidit, qui inceſtum admiſerunt, ſacerdotem interfecerunt, et aliis pluribus caſibus.

Secundæ nuptiæ abſque timore infamiæ intra annum luctus poſſunt celebrari, ſed non debent benedici, quocunque tempore contrahantur. h. d.

§. 26. Illud quoque admonendi ſumus, quibus caſibus ſecundarum nuptiarum permiſſa eſt celebratio, minime verendum eſſe nupturis, ne, ſi intra annum luctus ad ſecunda vota tranſeant, aliqua notentur infamia. *e* Cum enim ſecundum apoſtolum mulier, viro mortuo, ſit ab eius lege ſoluta; eiuſdem ſententia et auctoritate omnis legalis infamia cenſetur abolita: cum in his præſertim ſeculares leges non dedignentur ſacros canones imitari. Vir *f* tamen et mulier, ad bigamiam tranſiens, non debet a presbytero benedici: quia, cum ſemel benedicti fuerint, huiuſmodi benedictio iterari non debet.

TITVLVS XVII.
DE REBVS SACRIS, SANCTIS, ET RELIGIOSIS.

Titulus ſequens ſolum ſubordinat ſequentia ad præcedentia. h. d.

Sacramentorum breuiter explicato tractatu, illorumque ſectione ac natura cognita, tranſeamus iam ad res ſacras et ſanctas, quales ſunt eccleſiæ, altaria, ſanctorum in his conditæ reliquiæ, vaſa, veſtes, et ſimilia ad diuinum cultum principaliter comparata. Paulo mox et de religioſis dicturi, vt ſunt religioſæ domus, xenodochia, cœmeteria, et ſepulturæ.

TITVLVS XVIII.
DE CONSTRVENDIS, CONSECRANDIS, ET REPARANDIS ECCLESIIS, ET ALTARIBVS.

Non licet celebrare, niſi in templis conſecratis: niſi ex priuilegio, vel ex cauſſa neceſſitatis. h. d.

Eccleſiam *g* hoc loco accipimus non tam Chriſtianorum multitudinem, fideliumque congregationem, quam manufactum ipſum templum Dei, et orationis domum, ab eo, quod continetur, eius, quod continet, ſumpta denominatione. Sicut ergo non alii *h*, quam ſacrati Deo ſacerdotes, ſacramenta miniſtrare debent; ſic non in aliis, quam in Domino conſecratis locis, cum ſuis altaribus, vaſis, veſtibus, et reliquis ad diuinum cultum explendum vtenſilibus, itidem conſecratis, ſacrificia offerre licet: niſi quis ſuper hoc ſpeciali ſit priuilegio munitus, vel ſumma coegerit neceſſitas, vtpote *i*, quia combuſta ſit eccleſia. Quo caſu, donec illa reſtauretur, in capellis cum ſacrata tabula celebrari poterit.

a C. fin. extr. de eo, qui duxit in matr. *b* C. 1. extr. de conuerſ. infid. *c* C. 1. extr. de conu. infid. *d* C. 1. extr. de diuort. *e* C. pen. et fin. extr. de ſecund. nupt. *f* C. vir autem. extr. de ſecund. nupt. *g* can. eccleſia. de conſ. diſt. 1. *h* c. ſicut non. alii. et can. 2. ibi. ea qua, de conſ. diſt. 1.

Conſtitutis in itinere, licet celebrare ſub dio: et celebrans in priuatis domibus eſt deponendus. h. d.

§. 2. In itinere *k* quoque conſtitutis, eccleſia non reperta, ſub dio, ſiue in tentoriis, ſi tabula altaris, cæteraque ſacra miniſteria adfuerint, miſſarum ſolennia celebrari permittendum erit: alioqui ſi quis in oratoriis *l*, intra priuatas domos conſtitutis, ſine conſenſu epiſcopi hoc facere auſus fuerit, deponendus erit.

Epiſcopus excreſcentibus fidelibus, nouam eccleſiam conſtruere poteſt, et vnam in plures diuidere. h. d.

§. 3. Conſtituuntur autem eccleſiæ, vel ob incrementum populi, vel ob commoditatem plebium, vel certæ vniuerſitatis intuitu, aut in paſtoralis dignitatis priuilegium. Ob incrementum populi tunc noua conſtituenda eſt eccleſia, cum certis in regionibus adeo multitudo fidelium excreuit, vt illorum curæ vnica ſit impar eccleſia. Sicut *m* enim ea ratione vnus epiſcopatus in duos, antiſtitis accedente voluntate, diuidi poteſt: ſic etiam epiſcopus de baptiſmalibus et parochialibus eccleſiis, rectorum accedente conſenſu, facere poteſt. Quod cum factum fuerit: illa pars populi, quæ nouis eccleſiis ſupponitur, a iure prioris eccleſiæ abſoluetur.

Plures baptiſmales eccleſiæ non debent fieri ſub vna terminatione: et terminationis controuerſia dirimenda eſt iudicio plebium, vel ſorte. h. d.

§. 4. Plures *n* tamen baptiſmales eccleſias in vna terminatione facere non poterit. Quod ſi de terminatione duarum matricum eccleſiarum contentio fuerit; plebes vtrarumque diſcernent: quod ſi non conuenerint, Dei iudicio controuerſia diſcernetur.

Non eſt periurus epiſcopus fabricans eccleſiam, licet iurauerit non alienare eccleſiaſtica. h. d.

§. 5. Nec *o* quicquam epiſcopo obſtiterit, quod de rebus eccleſiæ non alienandis iurauerit. Nam et tali, non obſtante iuramento, populo indigenti ſuper baſilicarum inſtitutione ſalubriter prouidere poterit, et debebit.

Ob commoditatem plebium noua eccleſia ædificari poteſt, quæ tamen matrici honorem exhibere debet. h. d.

§. 6. Plebium *p* commoditas tunc nouam ædificare ſuadet eccleſiam, cum parochianorum pars adeo diſtat a veteri, vt certis temporibus non ſine magna difficultate, et periculo illam adire, et ibi congruis temporibus diuinis intereſſe, et ſacramenta percipere poſſint. Quo quidem caſu, maxime ſi miniſtro commode pro ſuſtentatione ſua prouideri poſſit, noua quidem erit eccleſia conſtruenda, ſed a filiali matrici eccleſiæ pro facultate loci competens honor exhibendus erit.

Vniuerſitatis intuitu poteſt noua eccleſia ædificari, vt puta pro leproſis. h. d.

§. 7. Vniuerſitatis intuitu noua eccleſia ædificari permittitur, veluti cum plures ſimul leproſi *q* ſub communi vita congregati fuerint. Iis enim, quod eccleſia cum cœmeterio, et quod proprio gaudere valeant priuilegio, permittendum erit. Cauebunt tamen hi, vt iniurioſi veteribus eccleſiis de iure parochiali nequaquam exiſtant. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur, ad aliorum iniuriam flecti conuenit.

Epiſcopo conceditur pro ſepultura propria eccleſiam ædificare, aut nouum monaſterium conſtruere.

§. 8. Epiſcopo *r* quoque in ſua parochia nouam eccleſiam ædificare permittitur. Sed multum intererit, eccleſiam monaſticis informandam regulis conſtruat, an vero ex alia cauſſa, forte ſi propriis erigere velit ſepulturis: cum primo caſu eandem ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, vſque ad quinquageſimam tantum partem dotare debeat, ſecundo vero non amplius, quam centeſimam conferre licebit, ea quoque adhibita cautela, vt alteram tantummodo ex his duabus remunerationem eligat.

Quæ ſeruari debent in conſtruenda eccleſia, vel conſecranda: et quod eccleſia indotata conſecrari non debet. h. d.

§. 9. Quacunque tamen ex cauſſa noua exſtruenda ſit eccleſia, obſeruandum eſt inprimis, vt ciuitatis epiſcopus *s*, ſine cuius aſſenſu id inchoari non debet, ad locum veniat, in quo crucem ipſe figet, et publice atrium deſignabit. Nec illam antea patietur ædificari, aut munus impendet conſecrationis, quam dotem baſilicæ, et obſequium ipſius per donationem, chartula confirmatam, accipiat, quæ ad luminaria et ad cuſtodiam, et cuſtodum ſtipendia, ſufficere valeat.

Conſtruenti nouam eccleſiam poteſt nouum opus nuntiari. h. d.

§. 10. Sed *t* ſi quis, dum noua conſtruitur eccleſia, aut proprium ius imminui; aut ſibi quoquo modo noceri exiſtimat: noui operis nuntiatione conſulere ſibi poterit. Poſtquam ſi legitime non ſit impetrata remiſſio: quicquid ædificatum fuerit, ſiue illud iure, ſiue in-

i C. concedimus. de conſecr. diſt. 1. *k* c. concedimus verſ. in itinere de conſecr. diſt. 1. *l* c. 1. clericos. de conſ. diſt. 1. *m* c. precipimus §. ſi cui 16. q. 1. *n* c. plures baptiſmales. 16. q. 1. *o* C. fin. extr. de eccleſ. ædif. *p* C. ad audientiam. 3. extr. de eccleſ. ædif. *q* C. 2. extr. de eccleſ. ædif. *t* can. bona rei. pen. 12. qu. 2. et C. pen. extr. de donat. *s* can. nemo eccleſiam. de conſecr. diſt. 1. *r* C. 1. et ſequ. extr. de noui oper. nuntiat.

iuria

iuria, omnino ædificantium impensis destruendum erit, negotiumque ipsum secundum legum et canonum statuta terminabitur.

Qui præter episcopi consensum ecclesiam construit, facit iacturam iuris patronatus. h. d.

§. 11. Diuersum statuerunt in ea, quæ præter episcopi consensum constructa fuerit. Hæc enim, si nemini nocet, destruenda quidem non erit: sed ob superioris neglectum, excluso iure patronatus, cum dotibus suis episcopalibus iuribus applicabitur.

Ecclesia debet, quanto potest citius, consecrari. h. d.

§. 12. Basilica igitur, legitime exstructa, non ante sacris est deputanda a mysteriis, quam munus consecrationis acceperit: quod, ne qua diuino cultui afferatur mora, quanto poterit citius *b*, conficiendum erit.

Ecclesia consecranda est ab episcopo, qui prius baptizauit incolas regionis, vbi constructa est. h. d.

§. 13. Et *c* si dubitetur, a quo dedicanda sit; illud exquiri oportebit, cuius ciuitatis episcopus, antequam fundaretur, incolas baptizauerit, et ad cuius consignationem sub annua deuotione concurrerint: atque is etiam ad consecrationem vocandus erit.

Ecclesia, semel consecrata, non debet amplius consecrari: nec dicitur iteratum, quod ignoratur semel factum. h. d.

§. 14. Ecclesiæ *d* autem, vel altari semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio exhiberi: quia, velut infans a sacerdote rite baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus, semel Deo dicatus, iterum consecrari. Plane *e* si de ecclesiarum, vel altarium consecratione dubitetur, nec de ea aut scriptura appareat, aut testes exstant: sine vlla dubitatione erunt consecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit: quia iteratum dici non potest, quod semel esse factum ignoratur.

Ecclesia polluta debet reconciliari. h. d.

§. 15. Sed si ecclesia, aut *f* ab igne exusta, aut fusione sanguinis, vel seminis, vel excommunicati humatione polluta fuerit; etiamsi semel antea consecrata appareat: nihilominus diligentissime expurgata, iterato consecranda, vel reconcilianda erit.

Propter detrimentum altaris, ipsum altare, non ecclesia est iterum consecranda. h. d.

§. 16. De eo dubitari contigit, si altare motum fuerit *ff*, aut lapis superpositus, qui sigillum continet, confractus, aut diminutus, an ecclesia debeat iterum consecrari? Et responsum est, ob id ecclesiæ non esse consecrationem iterandam, sed ipsum solum altare denuo consecrandum.

Quibuscunque diebus potest ecclesia consecrari, sed solum ab episcopis, qui ea, quæ sunt iurisdictionis, possunt demandare inferioribus: secus, quæ sunt ordinis. h. d.

§. 17. Confici *g* autem poterit ecclesiarum, altariumque consecratio quibuscunque diebus, tam dominicis, quam priuatis, sed non a quocunque. Licet *h* enim aqua, per episcopum benedicta, per alium episcopum, qui aquæ benedictionem non impenderit, ecclesia reconciliari possit; idem tamen per sacerdotes simplices fieri non poterit: quia ea quidem, quæ iurisdictionis sunt, etiam inferioribus episcopis demandare potest, sed quæ ordinis sunt, inferioris gradus clericis committere non potest.

Non debet consecrari ecclesia, vbi sepulta sunt corpora infidelium: nisi seruata forma basis. h. d.

§. 18. Illud etiam animaduertere consecrantem oportebit, ne basilicam *i*, in qua infidelium sepulta sunt cadauera, sanctificet. Sed si consecrationi apta videbitur, euulsis inde corporibus, et rasis parietibus et tignis: consecrari poterit.

Festa dedicationum ecclesiarum debent celebrari. h. d.

§. 19. Solennitates *k* quoque dedicationum ipsarum ecclesiarum per singulos annos erunt celebrandæ, ipso Domino exemplum dante: qui, dum ad festum dedicationis templi celebrandum cum reliquis populis accessit, omnibus idem faciendi formam tribuit.

Reparatio ecclesiæ pertinet ad possessorem beneficii, et episcopus debet de sua tertia contribuere. h. d.

§. 20. Hæc de ædificandis et consecrandis ecclesiis, vel altaribus delibasse sufficiat. Nam si reparandæ sunt, vel emendandæ *l*: id oneris procul dubio ad eum, qui ecclesiasticum possidet beneficium, pertinebit. Sed et episcopus tertiam partem sibi obtingentem impendere debebit.

Nunc de ecclesiarum vnionibus, pauca dispiciamus.

TITVLVS XIX.

DE VNIONIBVS ECCLESIARVM.

Quid sit vnio, et quotuplex. h. d.

Vnio nihil aliud est, quam duarum pluriumue ecclesiarum facta connexio: dicta ab vniendo, ex eo, quod plures ecclesiæ in vnum coniungantur. Vnionum autem duæ sunt species: aut enim perpetuæ sunt, aut temporales. Perpetuæ sunt, quæ fiunt, vt sine præfinitione temporis perdurent. Temporales sunt, quæ ad certum tempus, puta ad alicuius vitam instituuntur.

Caussæ vniendi sunt necessitas et vtilitas. h. d.

§. 2. Velut ergo ex caussa vna ecclesia, vel episcopatus in plures diuidi permittitur: sic etiam, rebus suadentibus, plures ecclesiæ in vnam coniungi possunt. Caussæ vero vnionum sunt, aut *m* vrgens necessitas, aut euidens vtilitas. Necessitas, veluti cum duæ ecclesiæ adeo sunt pauperes *n*, vt impossibile sit earum prouentus ad victum duorum sacerdotum sufficere: aut, si altera hostium a immanitate desolata sit. Vtilitas *p*, vt cum locorum opportunitas id exposcit, vel temporis qualitas, puta, quia in loco nunc Christianorum dicatur imminutus numerus: aut, quia ob fructuum tenuitatem non perinde idonei sacerdotes ad beneficium procurendum inueniantur. His igitur casibus, ne quid detrimenti diuinus cultus et animarum cura patiatur, debent plura beneficia vel ecclesiæ in vnum coniungi.

Sicut vnire episcopatus pertinet ad romanum pontificem; sic minores ecclesias ad episcopum cui subsunt: inferiores vero non possunt vnire. h. d.

§. 3. Non tamen omnibus passim quascunque ecclesiae vniendi potestas indistincte permittitur, sed certis duntaxat seruatis regulis. Et quidem *q*, sicut vnire episcopatus, atque potestati alienæ subiicere ad summum pontificem pertinere noscitur: sic ad episcopum spectat ecclesiarum suæ diœcesis vnio atque subiectio. Ab episcopo itaque inferiores vniendi potestatem minime sibi vendicare poterunt. Ideoque si prior, vel abbas monasterium monasterio subiecerit, vel vnierit, episcopi consensu minime requisito: quod, inconsulto præsule, fecerit, non subsistet. Nec subiectionem, vel vnionem Metropolitani consensus, vel confirmatio sustinebit: cum in diœcesi sui suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitution. canonicas attentare.

Episcopus vnire potest ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, etiam non vocatis rectore, vel defensoribus: sed propriæ mensæ non potest. h. d.

§. 4. Vsque adeo autem episcopo in propria diœcesi facultas vniendi competit, vt, si per eundem, consentiente capitulo, ecclesia ecclesiæ, dignitati, vel præbendæ vnietur, aut religioso loco donetur, ex eo quod rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat, defensor ei super hoc datus non exstitit, nequaquam impugnari valeat. Aliud tamen obtinet, si quam is ecclesiam mensæ suæ, vel capitulo vniendam duxerit. Id enim (etsi capituli consensus accesserit, et loci consuetudo suffragetur) irritum penitus erit: cum vnientium vtilitas probabilem non reale factæ vnionis suspicionem ingerat.

In vnione facienda requiritur consensus non solum capituli, sed etiam eorum, qui lædi possent. h. d.

§. 5. Nec solum capituli vnientis episcopi in vnione consensus exigitur, sed etiam aliorum, qui ea vnione lædi possent. Vnde, si aut collegiata, aut patronata, alicuius suffraganei ecclesia sit vnienda, collegii, patroni, et suffraganei assensum interuenire oportebit.

Quis sit vnionis effectus. h. d.

§. 6. Sequuta vero vnione canonica, statim is, cuius ecclesiæ alia per vnionem est applicata, eandem in vnitam nanciscitur potestatem, et ius, quod in eam olim habebat, cui ab initio præfuit: statimque vnitæ ecclesiæ eadem priuilegia competunt, quæ principali ecclesiæ competere comperiuntur.

Per vnionem non præiudicatur iuribus episcopalibus. h. d.

§. 7. Sed quæri poterit *r*, si per apostolicum ecclesia, in certa diœcesi constituta, puta in perusina, ecclesiæ alterius diœcesis, veluti tiphernatis, vnita fuerit, an ecclesia, per vnionem alteri connexa, per hoc a iurisdictione præsulis perusini censeatur exempta, et tiphernati subiecta? Et responsum est, a iurisdictione prioris episcopi vnitam ecclesiam non eximi: cum Romanus pontifex in huiusmodi vnionibus singulis episcopis iura sua inuiolata seruare velit.

Vnio dissoluitur temporis lapsu, et caussæ cessatione, et ab his, qui habent ius vniendi.

§. 8. Dissoluitur autem vnio, si temporalis sit, temporis lapsu. Quod si sit perpetua, cessantibus eisdem caussis, ex quibus facta fuerit: ab iis itidem dissolui poterit, quorum consensu et auctoritate olim fuerit instituta. Nihil est enim tam rationi consonum, quam vt is destruendi habeat potestatem, cui construendi facultas conceditur.

Licet vacans ecclesia possit vniri; vnio tamen ecclesiarum vacantium dissolui non potest. h. d.

§. 9. Illud inter instituendam, et dissoluendam vnionem interest, quod, licet etiam vacans ecclesia alteri possit vniri, si tamen ecclesias per vnionem connexas vacare contigerit, vnio interim vacantium ecclesiarum dissolui minime poterit.

TITVLVS XX.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM ET SVBIECTIONE.

Immunitas in hoc titulo large assumitur, et quid sit immunitas. h. d.

---

a Monsignore torre. b C. fin. extr. de consecr. eccles. c C. 2 extr. de relig. dom. d can. eccl. semel de cons. dist. 1. e can. solennitates. §. de ecclesiarum, et can. ecclesia vel, de cons. dist. 1. f can. ecclesiis semel. vers. vbi. de consecr. dist. 1. C. proposuisti. C. consuluisti et C. fin. extr. de consecr. eccles. ff C. 1 extr. de consecr. eccles. vel alt. g C. 3 extr. d. tit. h C. aqua per, 9. extr. de consecr. eccles. i can. ecclesiam, in qua et can. sequ. de consecr. dist. 1. k cad. solennitates, de consecr. dist. 1. l C. 1. et C. de his, extr. de eccles. ædific.

m can. expossuisti. §. si eosdem. extr. de præb. n C. cum 30. extr. de ætat. et qualit. in fin. et can. vnic. 10. q. 3. o can. postquam hostilis 16. q. 1. p can. et temporis. 16. q. 1. q C. sicut vnire. extr. de excess. prælat. r cap. 2. extr. de relig. dom.

Immunitas est a muneribus indulta exemptio. Sed hoc loco immunitatem large accipimus, pro quolibet ecclesiarum fauore, indulgentia, rigoris remissione, et priuilegio.

Triplex est species immunitatis ecclesiarum, localis, personalis et realis: et quod immunitas localis est, per quam profana in ecclesiis, et non consecratis, vel oratoriis exerceri prohibentur. h. d.

§. 2. Est autem ecclesiarum immunitas triplex: localis, personalis, et realis. Localis immunitas est, quæ sacris ipsis domibus, aut aliquibus sacrarum ædium intuitu conceditur. Cum enim ecclesia *a* secundum euangelicam veritatem domus esse debeat orationis: merito a profanis vsibus esse conuenit alienam.

Processus facti, et sententiæ latæ in ecclesiis, vel cœmeteriis sunt nulli. h. d.

§. 3. Seculares *b* igitur iudices causas, præcipue vbi de sanguinis agitur effusione, aut de pœna corporali tractatur, in ecclesiis, vel earum cœmeteriis agere sub anathematis interminatione prohibentur. Absurdum est enim ibi iudicium sanguinis exerceri, vbi est tutela constituta refugii. Processus quoque *c*, quos ibi, legitima contempta prohibitione, et spreta vltione diuina, faciendos duxerint, ac specialiter prolatæ sententiæ, omni firmitate robore carebunt.

Consilia publica, nundinæ et negotia secularia non debent tractari in ecclesiis. h. d.

§. 4. Publicæ quoque *d* quarumlibet societatum, et vniuersitatum conciones, et consilia, nundinarum, aliorumque secularium tractationes negotiorum, confabulationes, et profana colloquia ab his penitus amoueri debent.

Conuiuia non debent fieri in ecclesiis, nisi ex necessitate: et quod dicitur de ecclesiis, intelligitur etiam de non consecratis et oratoriis. h. d.

§. 5. Sed *e* et conuiuia, et hospitia, licet illa despicere non oporteat, in sacris domibus celebrari, vel exerceri a laicis non poterunt, nec etiam a clericis: nisi forte transeuntes ob hospitiorum necessitatem illic reficiantur. Quod et in oratoriis obseruari conuenit, vt nomini opere iugiter impensa concordet: et ne, vbi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio. Idem statuitur et de ecclesia, in qua diuina mysteria celebrantur, licet adhuc consecrata non fuerit: quæ, cum obsequiis diuinis sit dedicata, nullius temerariis ausibus est profananda.

Qui inuitum abstrahit a sacris locis, excommunicatur, et quasi sacrilegus punitur. h. d.

§. 6. Sacrorum *f* locorum intuitu illis conceditur immunitas, qui ad ipsam ecclesiam confugiunt. Nam si eos, qui ad statuam principis se proripiunt, ab omni violentia leges seculares vindicant: quanto magis conuenit ad templum Domini confugientes, loci sancti reuerentia, et auctoritate defendi? Quicumque igitur inde hominem reluctantem reclamantemque violenter extraxerit, tam aliis pœnis pro sacrilegio, quod admisit, quam ecclesiasticæ subiacebit excommunicationi.

Non potest quis inuitus abstrahi a domo episcopi, vel ab ecclesiæ circuitu, intra triginta passus. h. d.

§. 7. Nec *g* ab atriis tantum ecclesiæ quenquam inuitum abstrahere non licebit, verum etiam nec a domo episcopi, et ab ecclesiæ circuitu intra triginta passus ab ostio: quod spatium ecclesiæ reuerentia defendi sacri canones voluerunt.

Liber homo non debet ab ecclesia violenter abstrahi: nisi impetrata vita, et membrorum incolumitate. h. d.

§. 8. Hæc tamen securitas non omnibus æque et indistincte solet indulgeri: sed status habetur ratio et caussarum, ex quibus quis fugiendum ad ecclesiam duxerit. Si liber *h* igitur quis sit, quantumuis grauia perpetrauerit: non est violenter ab ecclesia extrahendus. Nec inde ad mortem damnari debet, sed ecclesiarum rectores vitam et membra debent fugientibus obtinere: aliis tamen pœnis decreto, quod inique egerint, puniendi erunt.

Publici latrones, et qui in sacris locis, immunitatis spe ducti, delinquunt, priuilegiis sacrorum locorum non gaudent. h. d.

§. 9. Hoc autem *i* de publicis latronibus, vel nocturnis agrorum populatoribus, viarumque obsessoribus intelligi non oportet. Hi enim secundum canonicas sanctiones nulla impunitate præstita violenter, et egressionis adhibitis insidiis, ab ecclesia extrahi poterunt. Idem et de his statuendum erit, qui impunitatem suorum excessuum obtinere sperantes, homicidia, et mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis, vel ipsarum cœmeteriis committere non verentur: quæ, nisi per ecclesiam crederent se defendi, nullo pacto commissuri fuerant. Tales enim, cum in eo, in quo quis deliquit, puniri debeat, et frustra legis inuocet auxilium, qui in ipsam legem committit, immunitatis priuilegio, quo se fecerunt indignos, minime gaudebunt.

Dominus præstito iuramento de impunitate, potest seruum suum, etiam inuitum, ab ecclesia abducere. h. d.

§. 10. Quod si seruus sit *k*, qui ad ecclesiam confugerit postquam de impunitate Dominus clericis iuramentum præstiterit; ad seruitium domini sui redire compelletur: alioqui si redire nolit, a domino occupari poterit. Famuli enim, qui dominos metuunt, si ad ecclesiæ septa confugerint, intercessionem debent quærere, non latebras: nec quenquam religionis reuerentia proprio iure fraudari conuenit.

Clerici et monachi, deseruientes ecclesiæ, sunt exempti a muneribus personalibus. h. d.

§. 11. Personalis *l* immunitas est, quæ personis ecclesiasticis indulgetur. Cum enim in clericorum ministerio constituti, non nisi altari et sacrificiis deseruire debeant: rectissime constitutum est, vt Deo dicati ab omnibus personalibus muneribus reddantur immunes. Personalia autem munera sunt, quæ cum corporis labore, et animi sollicitudine, ac vigilantia principaliter sustinentur. Generaliter igitur episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, monachi, immunitate omnis molestiæ ac curæ ipso iure gaudebunt.

Miserabilium personarum tutelam debent clerici suscipere. h. d.

§. 12. Viduarum *m* autem et orphanorum curam suscipere non solum non prohibentur clerici, sed etiam iubentur: cum ipsis cupiditatis negotia, non pietatis, interdicantur.

Ad murorum custodiam etiam clerici tenentur, tempore necessitatis. hoc dicit.

§. 13. Excipitur *n* etiam ab his muneribus murorum custodia: a qua, si magna immineat necessitas, neminem excusari constitutum est, vt, cunctis vigilantibus, melius valeat ciuitas custodiri.

Personæ ecclesiasticæ non possunt a secularibus potestatibus collectari. h. d.

§. 14. Realis immunitas est, per quam res ecclesiasticæ a censu, vel collectis potestatum secularium liberæ redduntur. Siquidem etiam profanis legibus, quam sacris canonibus sub excommunicationis et interdicti pœna constitutum est, ne quis eorum, qui iurisdictionem temporalem obtinent, possit tributa, collectas, seu quascunque exactiones, sub quouis titulo, vel colore, imponere ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, pro domibus, prædiis, vel quibuscunque possessionibus legitime acquisitis: etiamsi ipsæ ecclesiæ, vel personæ, vel res sint intra illorum territorium constitutæ.

Ob magnam necessitatem, vel vtilitatem, consulto pontifice, possunt clerici, sine tamen coactione, laicis subuenire. h. d.

§. 15. Si tanta *p* tamen sit in republica necessitas, aut vtilitas, vt episcopus cum clero suo, laicorum non suppetentibus facultatibus, communes vtilitates per subsidia ecclesiastica subleuandas ducant: romano prius consulto pontifice, omni penitus cessante coactione, poterunt aliquid in commune conferre, et laici humiliter ac deuote cum gratiarum actione suscipere.

Ecclesiæ episcopo omnimodam subiectionem debent. h. d.

§. 16. Quemadmodum autem sacrosanctis domibus secularium potestatum intuitu omnimoda debetur immunitas, tam locorum ratione, quam personarum et rerum: sic eisdem rationibus ab illis proprio episcopo omnimoda subiectio debetur. *q* Nam quantum ad ipsa loca pertinet (vt paulo ante diximus) nemo ecclesiam in diœcesi ædificare poterit, aut consecrare, præter sui præsulis conscientiam. Quoad personas ecclesiasticas, ipsi debetur canonica obedientia *r*, subiectio, reuerentia. Ad eundem spectat institutio, destitutio, correctio, reformatio, caussarum omnium ad forum ecclesiasticum de iure spectantium iurisdictio, ecclesiasticarum censurarum promulgatio, sacramentorum exhibitio. Si res ecclesiasticas spectes: ipsi census debetur, ipsi cathedraticum, siue synodaticum, ipsi procuratio annua, ipsi mortuariorum et decimarum quarta.

Ad episcopum quædam pertinent iure ordinationis, quædam lege iurisdictionis, quædam lege diœcesana. h. d.

§. 17. Sed hæc omnia pastoralis potestas in tria principalia membra contrahitur. Quædam enim ad episcopum spectant iure ordinis, vt clericorum ordinatio, virginum benedictio, altarium et ecclesiæ consecratio; quædam lege iurisdictionis, vt corrigendi, conferendi, excommunicandi, et instituendi potestas: quædam lege diœcesana, vt ius census et cathedratici exigendi, decimam percipiendi, ius hospitii indicendi, et his similia. Sed cum tam de locali, quam de personali subiectione, deque his, quæ ad episcopos tam iure ordinis, quam lege iurisdictionis pertinent, supra locis congruis loquuti fuerimus: transeamus nunc ad eam subiectionem, quæ cognoscitur ex solutione census, et rerum, quæ lege diœcesana ad ordinarium pertinent.

TITVLVS XXI.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, ET PROCVRATIONIBVS.

Census generaliter sumptus continet omnem pensionem, specialiter vero tantum cathedraticum. h. d.

Census appellatio generalis est, sumiturque pro omni pensione, quæ prælatis de ecclesiasticis prouentibus singulis annis in signum subiectionis vel alterius iuris penditur. Speciali tamen nomine cen-

a C. cum ecclesia extr. eod. tit. b C. cum ecclesia §. seculares. extr. eod. c C. 2. §. fin. eod. tit. in 6. d C. 2. §. assent. eod. tit. in 6. e c. non oportet et can. sepe 42 dist. f can. diffinivit. 17. q. 4. g can. id constituimus. 17. q. 4. h C. inter alia §. nullus. extr. eod. i C. inter alia §. super hoc. extr. eod. k C. inter alia §. ... eod.

l C. non minus extr. eod. tit. cap. clericis. eod. tit. in 6. et §. verum. m dist. 87. in summ. et dist. 88. in summ. n C. 2. extr. eod. tit. o C. 1. §. volentes. eod. tit. in 6. et §. personalis. d. tit. p C. aduersus §. verum. extr. eod. tit. q §. de consecratione. extr. de consecr. dom. r C. conquerente §. nos. extr. de offic. iud. ordin.

sus

sus, qui episcopo ab ecclesiis in argumentum subiectionis tribuitur, *cathedraticum* appellatur eo, quod ob honorem cathedræ persoluatur.

Quibus temporibus, et quibus casibus potest census constitui in ecclesiis. hoc dicit.

§. 2. Constituitur autem census aut fundationis tempore, aut consecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ. Fundationis, aut consecrationis tempore census imponitur: quia, veluti præter ordinarii consensum, nec fundari, nec dedicari potest ecclesia, ita eodem tempore certum censum episcopus in subiectionis signum constituere poterit. Sed nec illud insolitum, aut nouum haberi debet, vt, cum episcopi ecclesias piis locis rite concesserint, aut exemptas fecerint, aliquid sibi in eis pensionis nomine reseruent. Sedes quoque apostolica, cum libertatis priuilegium, vel etiam quibusdam ecclesiis protectionis indulget præsidium, censum gratis oblatum suscipit, et in litteris apostolicis, ad futurorum pontifex memoriam quantitas census exprimitur. Sed a et patrono fundationis tempore poterit episcopus moderatos sumptus constituere.

Simplices sacerdotes non possunt proprias ecclesias facere censuales: et qui de facto id fecerit, ab ecclesia remouebitur. h. d.

§. 3. Simplices autem sacerdotes, vel clerici, non possunt ecclesias, quibus præsunt, propria auctoritate, præsertim post eorum decessum, censuales efficere. Ideoque b, qui ab eisdem quadam collusione pensionem annuam de ecclesiis receperint, illis defunctis, super pensionis receptione audiendi non erunt: si romani pontificis, aut alterius, qui de [illegible] id facere poterit, auctoritatem super hoc non interuenisse constiterit. Quin potius, si qui per collusionem c talia facere comperti fuerint, ab ipsis ecclesiis remouendi erunt.

Episcopus non potest nouum censum imponere, vel veterem augere, præter cathedraticum. h. d.

§. 4. Sed d nec episcopus ipse, aut quilibet alius ecclesiis nouos census imponere, aut veterem augere, aut partem prouentuum suis vsibus vendicare poterit. Idque adeo obtinet, vt, etiamsi iuramentum e de nouo censu persoluendo quis susceperit, non propterea soluere, sed absolui ab illicito iureiurando debeat. Nec quicquam profuerit, quod episcopus, vel quilibet de nouo f illas de manibus laicorum eripuerit. Nam nec eo casu præter cathedraticum, et quæ cæteris imponuntur, aliquid exigi poterit.

Ex causa, et non in propriam vtilitatem potest episcopus nouum censum constituere, vel augere veterem, accedente consensu capituli. h. d.

§. 5. Quod autem diximus, episcopum nec nouum posse censum imponere, nec augere veterem, ita intelligi oportet, si in propriam velit vtilitatem conuertere. Cæterum si non in suum, sed in alterius sibi subiectæ ecclesiæ commodum, ex iusta caussa, vel nouum censum constituere, vel veterem augere, vel etiam minuere velit, capituli accedente consensu: id sibi minime interdicitur.

Prouinciæ et ecclesiæ, de nouo conuersæ, in persoluendis censibus seruabunt consuetudinem vicinarum. h. d.

§. 6. Sed quis erit modus obsequiorum, metropolitano exhibendorum, si qua de nouo g conuersa prouincia, ad alicuius ecclesiæ iurisdictionem accesserit? Et ex facto responsum est, id obseruari debere, quod in vicinis prouinciis obseruatum reperitur.

Episcopis visitantibus debetur procuratio. h. d.

§. 7. Vtetiam prælatis diœcesim visitantibus h, etiam procuratio debetur. Est autem procuratio necessariorum sumptuum exhibitio. Nam cum, apostolico testimonio suffragante, congruum sit, vt, a quibus spiritualia recipimus, eisdem etiam temporalia nostra communicemus: rectissime constitutum est, vt, cum prælati diœcesim peragrando diuina nobis exhibent, illis etiam a nobis temporalia exhibeantur.

Episcopus remittens ecclesiæ seruitia, non censetur remittere procurationem: sed illam dare detrectantes potest excommunicare, et procurationi non præscribitur. h. d.

§. 8. Et adeo visitationi annexa est procuratio, vt, si episcopus i alicui ecclesiæ omnia seruitia remiserit, eidem visitanti nihilominus moderata debeatur procuratio. Quam si visitati exhibere negauerint k, si quam in contumaces rite tulerit sententiam; erit inuiolabiliter obseruanda: cum nec vllam aduersus procurationem, quæ ratione visitationis competit, præscriptionem currere dignoscatur. l

Qui visitare possint, et quod archiepiscopus potest visitare prouinciam, etiam cum suffraganei non sint negligentes. h. d.

§. 9. Visitandi m vero sollicitudo non modo incumbit episcopis, verum etiam archiepiscopis, patriarchis, sedis apostolicæ legatis, nuntiis, archidiaconis, et decanis: qui quidem, ne non tam diuina, quam propria quæsiuisse videri possint, caute prospicient, vt ea, quæ tam generali n, quam lateranensi concilio o continentur, et quæ Innocentiana p constitutione, atque aliis canonibus salubriter constituta cimperiuntur, inuiolabiliter obseruent. Quod autem diximus, archiepiscopis visitare licere prouinciam, ac procurationes e locis recipere visitatis, tunc etiam sibi locum vendicat, cum eius suffraganei in sui negligentiæ nomine non possunt: nec enim propterea minus suam libere visitare prouinciam poterunt.

Ob oratorium non est exigenda procuratio, et ob vrgentem necessitatem potest episcopus exigere charitatiuum subsidium. h. d.

§. 10. Postremo q admonendi sumus, propter priuatum oratorium, in quo quis interdum celebrat, procurationes, quæ visitationis ratione debentur, a quoquam exigi vel extorqueri non posse. Sed nec aliis exactionibus subditos suos episcopi grauare debent r; nisi quandoque eisdem multæ superuenient necessitates: quibus casibus, si manifesta ac probabilis caussa exstiterit, cum charitate moderatum ab eis postulare subsidium sustinendi erunt.

TITVLVS XXII.
DE CAPELLIS MONACHORVM.

Omnes ecclesiæ, positæ in diœcesi, subsunt episcopo, etiam monasteria, et monachorum capellæ, nisi defendantur priuilegio, vel præscriptione. h. d.

Vsque adeo autem omnes basilicæ s, per diuersa loca constructæ, in episcopi, in cuius territorio positæ sunt, potestate consistunt, vt, si ecclesia t, vbi monachi habitant, populi curam habeat, cum per monachum plebs regi non debeat, capellanus ad consilium monachorum ab episcopo sit instituendus ita, vt, consuetudine, aut quouis statuto contrario non obstante, ex solius episcopi arbitrio tam ordinatio eius, quam depositio, et totius vitæ pendeat conuersatio. Nec id mirum videri debet: cum v monasteria ipsa et monachorum disciplina, si nec priuilegio, nec legitima præscriptione doceantur exempta, ad eum pertineant episcopum, in cuius sunt territorio constituta.

TITVLVS XXIII.
DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

Xenodochia, orphanotrophia, et loca similia episcopis subsunt, qui prouidere debent, ne illorum res dissipentur. h. d.

Xenodochia quoque, orphanotrophia, brephotrophia, nosocomia, gerontocomia, aliaque similia loca, ad episcoporum x, in quorum sunt diœcesi, sollicitudinem pertinent, per eosdemque ad eas vtilitates, quibus constituta sunt, ordinanda ac dirigenda erunt. Nec, postquam huiusmodi loca ad hospitalitatis vsum y, et pauperum prouisionem, pontificis ordinatione deputata fuerint, ad profanos vsus conuerti poterunt: cum ea, quæ ad certum vsum largitione fidelium sunt destinata, ad alium, salua sedis apostolicæ auctoritate, conuerti non valeant.

Ordinarii loca pia et religiosa possunt reformare auctoritate apostolica, si opus sit reformatione. h. d.

§. 2. Quinimo z si talium locorum rectores exempti sint, si tamen illorum cura postposita, bona et iura ipsorum ab vsurpatorum manibus vendicare negligant, aut quoquo modo res illorum collabi sinant; poterunt ordinarii auctoritate apostolica, sibi ex viennensi concilio præstita, loca ipsa salubriter reformare, et occupata, alienata, deperdita, vt in statum pristinum redigantur, procurare, contradictoresque quoscunque per censuram ecclesiasticam, et aliis iuris remediis compescere: licet nullum per hoc exemptionibus, seu priuilegiis, quoad alia, præiudicium generari debeat.

Xenodochia, et loca similia non possunt in beneficium conferri, nisi certis casibus. h. d.

§. 3. Eodem cauetur concilio aa. vt nullus ex huiusmodi locis secularibus clericis in beneficium conferatur, etiamsi consuetudine id fuerit alias obseruatum; nisi in illorum fundatione aliter constitutum fuerit, siue per electionem sit de rectore huiusmodi locis prouidendum: sed quod eorum gubernatio viris prouidis, ac boni testimonii committatur, quos bona prædicta in alios vsus conuertere, præsumptio verisimilis non exsistet.

Administratores hospitalium æquiparantur tutoribus. h. d.

§. 4. Vt autem bb hi demandatæ sibi curæ diligentius insistant, instar tutorum et curatorum debent iuramentum præstare, ac de bonis inuentaria conficere, et ordinariis, seu aliis, quibus loca huiusmodi subsunt, vel deputandis ab eis, singulis annis de administratione sua rationem reddere. Quod si secus a quoquam fuerit attentatum: prouisio, seu ordinatio minime valebit.

Supradicta non habent locum in hospitalibus militarium ordinum, aut religiosorum. h. d.

§. 5. Prædicta cc vero ad hospitalia militarium ordinum, vel aliorum religiosorum minime extenduntur. Hi enim suorum ordinum institutiones et consuetudines obseruare cogendi erunt.

Hospitalium circa sacramentorum exhibitionem seruanda est antiqua consuetudo. h. d.

a *C. præterea. in fin. extr. de iur. patron.* b *cap. præterea. extr. hoc tit.* c *C. cum clerici. extr. eod tit.* d *C. prohibemus. extr. eod. tit.* e *C. significante. d. tit.* f *cap. ecclesias extr. eod tit.* g *C. super eo. extr. eod tit.* h *extrauag. cap. vas. eod. tit. et cap. cum apostolus. extr. eod. tit. et per tot. tit. in 6.* i *C. cum venerabilis. extr. eod.* k *C. cum nuper eod. tit.* l *C. accedentes. extr. de præscript.* m *C. felicis. eod. tit. in 6. et extra.* n *cap. 2. Conc. 1. d. tit. et cap. sopita. et cap. cum instantia. extr. eod. tit.* o *C. cum apostolus. extr. eod.* p *C. 1. eod. tit. in 6.*

q *C. fin. extr. eod. tit.* r *C. cum apostolus §. prohibemus. extr. eod. tit.* s *can. omnes basilicæ. 16. q. 7.* t *C. 1. extr. eod. tit. et C. 1. eod. tit. in 6.* v *C. fin. extr. de relig. domib. et C. 2. extr. eod. tit.* x *C. ad xenodochia. extr. eod. tit.* y *C. 2. ad hæc. extr. eod.* z *Cl. 2. in princ. eod. tit.* aa *Cl. 2. §. vt autem. eod. tit.* bb *d. Cl. 2. §. 1. vers. illi etiam. eod. tit.* cc *Cl. 2. §. permissa. eod. tit.*

§. 6. Sed *a* et si qua sint hospitalia, altaria et cœmeterium ab antiquo habentia, et presbyteres celebrantes et sacramenta ecclesiastica pauperibus ministrantes: quoad exercenda et administranda spiritualia prædicta, antiquam consuetudinem viennense concilium obseruari voluit.

TITVLVS XXIV.
DE SEPVLTVRIS.

Cur in ecclesiis et locis sacris sepulturæ constituantur. h. d.

Tractemus nunc de sepulturis, quæ quidem per fideles, nonnisi in sacris et religiosis locis, ideo constituuntur, quod nunus ibi spiritibus vexantur immundis, et quod sanctorum illorum commendantur patrociniis, quorum nomini ecclesia, in qua corpora conquiescunt, est consecrata. Accedit *b*, quod defunctorum proximi, ad sacra loca venientes, sepulturamque conspicientes, suorum recordantur, et pro eis pias preces fundunt. Vnde *c* mortuorum sepultura, et cœmeteria apud illas ecclesias, et monasteria ex antiquo disposita esse comperiuntur, in quibus religiosorum conuentus sunt constituti, vbi orationes, et missarum solennia, tam pro viuis, quam pro defunctis, frequentius celebrantur.

Vnusquisque habet liberam facultatem sepulturam eligendi; et si quis non eligat: in parochiali ecclesia, aut maiorum sepulcris est sepeliendus. hoc dicit.

§. 2. Regulariter igitur in parochiali ecclesia, aut ibi quis sepeliendus erit, vbi maiorum *d* suorum sepulcra constituta reperiuntur. Nulli *e* tamen propterea proprium, si contemptus absit, negatur eligere sepulturam; quod vsque adeo obtinet *f*, vt, antiqua omissa, nouam possit quis etiam in loco minus religioso sibi deligere. Nec propterea poterit hodie electio talis impugnari: licet antiqua iura super hoc diuersa esse videantur.

Vxor non tenetur sequi sepulturam viri, si velit aliam eligere. h. d.

§. 3. Nec *g* vlla super hoc inter virum et mulierem facienda est distinctio, quasi vxor capitis sui sequi iudicium et sepulturam sit compellenda; sed vtrique æqualis erit eligendi facultas: cum huiusmodi electio ad eum statum pertineat, quo mulier a lege viri soluitur.

Si vxor sepulturam non eligat: tenetur sequi sepulturam vltimi viri, si plures habuerit. h. d.

§. 4. Si tamen ipsa sibi sepulturam non eligat, et plures forte viros habuerit *h*: cum viro vltimo, cuius domicilium retinet, tumulanda erit.

Filiusfamilias, licet non possit aliquid relinquere pro anima, si caret castrensi peculio, vel quasi, tamen potest sibi eligere sepulturam; nisi sit impubes: quo casu poterit pater sepelire illum, vbi voluerit, nisi sit consuetudo in contrarium. h. d.

§. 5. De filiofamilias, an sibi sepulturam eligere valeat, dubitari poterit. Et multum interest, an eius ætas intra pubertatis annos contineatur, an vero pubertatem excesserit? Primo enim casu sepulturam eligere non poterit: permittendum *i* tamen erit patri, si id loci consuetudo patiatur, vbicunque voluerit, illum sepelire. Quodsi consuetudo id non habeat *k*: cum suis maioribus, vel in parochiali ecclesia tumulandus erit. Secundo vero casu, cum pubertatem attigit, libere absque patris assensu sibi sepulturam eligere poterit; quanquam pro anima sua præter patris assensum aliquid iudicare non possit: nisi *l* castrense, vel quasicastrense peculium habuerit.

Religiosi non possunt sibi sepulturam eligere. h. d.

§. 6. Impuberi similes religiosi habentur. Hi enim, cum propriæ voluntatis libertatem *m* non habeant, eligere sibi sepulturam nequeunt, sed apud propria monasteria tumulandi sunt: nisi adeo forte sint remoti, quod ad ea, cum moriuntur, commode exportari nequeant.

Non potest quis etiam iureiurando a seipso abdicare liberam eligendæ sepulturæ potestatem. h. d.

§. 7. Alias autem sepulturæ vsque adeo libera esse debet electio, vt Bonifaciana *n* constitutione cautum sit, ne qui ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, vel alias promittendum aliquos inducant, vt apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel iam electam vlterius non immutent, et secus factum omnino infringit.

Mortuus ruri, qui sepulturam non elegit, si sine periculo possit exportari, vel in parochiali ecclesia, vel in maiorum sepultura debet sepeliri. h. d.

§. 8. Illud *o* tamen in dubium venire potest, si quem, dum animi, vel agri colendi caussa rusticatur, ruri inopino fortitan interitu, nec electa sepultura contingat occumbere, an in ecclesia ruri constituta, an potius in alia sepeliri debeat? Et responsum est, si absque periculo defunctus inde valeat exportari, non in ecclesia ruri posita, sed in sua parochiali, vel in qua maiorum ipsius ab antiquo sepultura exitit, sepeliendum fore.

Quibus non communicamus viuis, nec mortuis communicamus. h. d.

§. 9. Non tamen omnes, qui fato functi fuerint, ecclesiasticæ tradendi sunt sepulturæ. Quibus *p* enim non communicamus viuis, nec defunctis communicare debemus. Vnde carebunt ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab ecclesiastica vnitate præcisi. Igitur nec paganus, nec Iudæus, nec hæreticus, nec qui vsuras exercuit, nec qui sibi mortem conscinerunt, aut qui personis ecclesiasticis violentas manus iniecerunt, nec homicidæ, nec incendiarii, aut ecclesiarum violatores, nec incestuosi, nec blasphemi, nec vllus, qui pro manifestis condemnatus est excessibus, ecclesiasticæ sepulturæ tradi poterit.

Tumulati contra canones, sunt exhumandi, si illorum corpora possunt discerni a corporibus fidelium. h. d.

§. 10. Et si contigerit aliquando horum corpora in cœmeterio ecclesiastico tumulari *q*, si ab aliorum corporibus discerni poterunt: exhumari debent, et ab ecclesiastica sepultura procul iactari. Quod si discerni non poterunt; cum excommunicatorum ossibus corpora fidelium exhumulanda non erunt: cum, licet non obsit iustis sepultura nulla, vel vilis, celebris tamen vel speciosa non prosit improbis.

Qui, contemptis clauibus, non humandos in locis sacris humauerit, excommunicationem incurrit: a qua non est absoluendus, antequam arbitrio episcopi satisfecerit. h. d.

§. 11. Si quis autem *r*, contemptis ecclesiæ clauibus, huiusmodi personas, aut interdicti tempore quoslibet, in ecclesiis vel cœmeteriis sepelire ausus fuerit: ipso facto excommunicationis sententiam incurrit. A qua, nisi prius ad arbitrium diœcesani episcopi eis, quibus iniuria irrogata fuerit, satisfactionem competentem exhibuerit, absolui non poterit: nec vllum circa præmissa contra facientibus priuilegium suffragabitur.

Reconciliati, licet alioqui ecclesiasticæ sepulturæ non essent tradendi, post reconciliationem tradi poterunt. h. d.

§. 12. Sed hæc de illis intelligenda sunt, qui impœnitentes decesserint, nec in articulo saltem mortis ecclesiæ reconciliati fuerint. Nam *s* si, dum forsitan in extremis agerent, legitime absoluti fuerint; cœmeterium his et alia ecclesiastica suffragia denegari non debent: hæredes tamen et propinqui, ad quos ipsorum bona peruenerint, vt pro eisdem satisfaciant, si casus exigat, ecclesiastici sunt censura compellendi.

Cadauera pœnitentium pœnitentiam sunt tradenda sepulturæ ecclesiasticæ. h. d.

§. 13. Ex his apparet, eorum cadauera, qui post confessionem Deo peractam, pro sceleribus suis in patibulis suspenduntur *t*, ad ecclesiam esse deferenda, et oblationes pro eis offerendas. Cum enim pro peccatis suis pœnam extremam soluerint, et digne pœnituerint: non iudicat Deus bis idipsum.

Deprehensi in scelere et vulnerati, si confessi ex vulneribus mortui fuerint, item improuiso casu oppressi, non priuantur ecclesiastica sepultura. hoc dicit.

§. 14. Quin etiam *v* si, dum in scelere comprehenduntur, vulnerati fuerint, et sacerdoti postmodum confessi, ex vulneribus acceptis decesserint; communio eis minime denegabitur: quanquam si, dum seipsos defendunt, interfecti fuerint, aliud sit statuendum. Is autem, quam casus improuisus opprimit *x*, si nihil aliud obsistat, ecclesiastica sepultura non arcebitur.

Pro sepultura non possunt clerici aliquid exigere; nec consuetudo in contrarium valet: possunt tamen sponte oblatum accipere. h. d.

§. 15. Illud etiam atque etiam admonendi sumus, sacris canonibus penitus interdici *y*, ne quis terram pro sepulchro vendere, aut pro hominibus sepeliendis quoquo modo munera *z* exigere audeat: nisi forte sepeliendus ecclesiæ, in cuius atrio *aa* sepelitur, aliquid viuens tradi iusserit, aut post mortem ipsius parentes, proximi, vel hæredes pro luminaribus, vel eleemosyna aliquid vltro dare voluerint. Quo casu sponte oblatum licite recipi poterit; peti *bb* vero, vel aliquid exigi, est omnino vetitum: ne aut venalis dicatur ecclesia, aut clerici hominum interitu gaudere videantur, si ex illorum cadaueribus studeant habere compendium. Nec obtentu cuiusquam consuetudinis, nisi pia et laudabilis fuerit, reatum suum quis excusare poterit.

TITVLVS XXV.
DE CANONICA PORTIONE.

Quid sit canonica portio, et quod est duplex, parochialis et episcopalis, et quod parochialis debetur curata de relictis fidelis ecclesiæ, in quo quis, posthabita propria ecclesia, elegit sepeliri. h. d.

Canonica portio est, quæ de relictis et prouentibus ecclesiis obuenientibus detrahitur, et prælatis debetur. Est autem duplex, parochialis et episcopalis. Parochialis est, quæ parochiali ecclesiæ, vel ipsius curato, ac rectori debetur. Sciendum est enim, si quis in alia ecclesia, quam in ea, in qua diuina audit officia, et ecclesiastica sacramenta percipit, sepulturam sibi elegerit (quod quibus casibus fieri possit, proxime exposuimus,) ne parochialium ecclesiarum rectores, spiri-

a Cl. 2. §. fin. eod. tit. b c. cum grauis. 13. q. 2. c C. fraternitatem. in prin. extr. eod. tit. d cap. 1. et C. fraternitatem. extr. eod. tit. e C. in nostra extr. eod. tit. f C. 2. §. 1. eod. tit. in 6. g C. de vxore vero, extr. eod. tit. h C. si qui. §. 1. eod. tit. in 6. i C. de vxore §. fin. extr. eod. tit. k C. pen. eod. tit. in 6. l d. C. pen. in fin. in 6. m C. fin. eod. tit. in 6. n C. 1. in princ. eod. tit. in 6. o C. is qui. in princ. eod. tit. in 6.

p C. sacris. in princ. extr. eod. tit. q C. sacris est. extr. eod. tit. r Cl. 2. eod. tit. s C. fin. extr. eod. tit. t can. quæsitum est 13. q. 2. v can. fures Cleus. pen. 13. q. 2. x C. ex parte parentum extr. eod. tit. y C. pen. extr. eod. z can. quæsta est. §. vnde. 13. q. 2. aa can. præcipiendum. d. 13. q. 2. bb d. can. quæstu. §. fero.

bus

bus cura incumbit animarum, debitis fraudentur subsidiis, constitutum esse *a*, vt curatus de his rebus, quas defunctus pro anima sua in vltima dispositione reliquit ecclesiæ, in qua sepeliri elegit, quartam partem percipiat, aut aliam, quam legitima consuetudo præfixerit.

De his, quæ quis viuus et sanus contulit alicui ecclesiæ, curato non debetur canonica portio: secus, si infirmus, et ex eadem infirmitate decedens. h. d.

§. 2. Sed etsi nihil quidem testamento quis reliquerit, sed in ægritudine *b* constitutus, cum bonis suis ad loca religiosa se transtulerit; ecclesiæ parochiali canonica portio debetur: si modo ille de eadem ægritudine decesserit. Quod si sanus ad ea loca se transtulerit; de his quæ locis ipsis contulit, cogi non poterit aliquid ecclesiæ, a qua discessit, impertiri: quia liberum est eis tunc bona sua non solum religiosis, sed etiam quibuslibet priuatis conferre.

Canonica portio soluitur ecclesiæ, in qua quis diuina percipit: et si duo quis habeat domicilia, diuiditur inter ecclesias duorum domiciliorum. hoc dicit.

§. 3. Dubitari tamen potest, si, cuius maiores antiquitus in aliqua ecclesia sepeliri consueuerant, ea dimissa, alibi sepulturam elegerit, num dimissæ canonica portio debeatur, an parochiali? Et statutum est, illi persoluendam, in qua quis audire diuina, vel sacramenta recipere debet. Quod si is, qui duo habet domicilia, seque in vtroque collocat æqualiter, in loco tertio sepulcrum eligat: domiciliorum ecclesiæ inter se canonicam portionem diuident.

Ponit, de quibus rebus parochialis non detrahatur. h. d.

§. 4. Sunt *d* tamen quædam relicta, ex quibus canonica portio detrahi non debet, vtputa si quid pro fabrica, pro luminaribus, pro anniuersario, pro equis *e*, vel armis, contra infideles exercendis, vel alias ad perpetuum cultum diuinum, vel particulari personæ legatur: de quibus omnibus, nisi ea machinatione facta fuerint, vt parochialis ecclesia fraudetur, huiusmodi portio detrahenda non erit.

Minores et prædicatores indistincte de omnibus obuentionibus parochialem portionem soluere tenentur. h. d.

§. 5. Sed illud *f* quidem ita demum obtinet, si neque in minorum, neque prædicatorum quis ecclesiis sepulturam sibi elegerit. Hoc enim casu dictorum ordinum fratres de omnibus obuentionibus, tam funeralibus, quam quibuscunque, et quomodocunque relictis, distincte vel indistincte, ad quoscunque certos, vel determinatos vsus, etiam de quibus canonica portio dari, siue exigi non consueuit, vel de iure non debet, nec non de datis, vel qualitercunque donatis in morte, seu mortis articulo, infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque, directe vel indirecte, quartam partem parochialibus sacerdotibus, et ecclesiarum rectoribus integre largiri tenentur.

Canonica episcopalis est, quam detrahit episcopus de relictis pro anima; quam testator prohibere non potest: et vbi eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio. h. d.

§. 6. Canonica portio episcopalis est, quæ de relictis alicui ecclesiæ pro anima ab episcopo deducitur. Nam veluti parochialis ecclesia pro labore, et cura, quam gessit, animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri ecclesiæ, in qua quis sepulturam elegerit; sic etiam licebit ipsi episcopo *g*, nisi sibi quadragenaria *h* obstet præscriptio, citra pastoralis intuitu, quam diœcesi superintendens suscipit de relictis, et pro anima cuiuslibet ecclesiæ oblatis, canonicam sumere portionem; etiamsi testator expresserit, quod non episcopi velit esse relictum, sed tantum ecclesiæ: cum priuata testatoris dispositio generalem canonis constitutionem immutare nequeat *i*.

Ecclesiæ debetur canonica portio de relictis episcopo, quam tamen potest testator prohibere. h. d.

§. 7. Item *k* ex contrario, quemadmodum episcopo sua portio competit, si quid ecclesiæ relinquatur: ita, si quid episcopo relictum fuerit, ecclesia de illo canonicam petere portionem poterit. Sed hoc casu, si testator exprimat, quod velit illud episcopi tantum esse, non ecclesiæ, testatoris erit seruanda dispositio.

Si quid simpliciter episcopo a coniuncto fuerit relictum; in dubio non debetur ecclesiæ canonica portio: secus si ab extraneo. h. d.

§. 8. Sed *l* in hac specie multum interest, qua legandi formula testator vsus fuerit. Nam si simpliciter dixerit: *rem talem relinquo*: distinguendum est, episcopi propinquus leget, an extraneus. Primo enim casu, cum non ecclesiæ relictum præsumatur intuitu, nisi forte id probetur, sed personæ, de relicto in vita episcopi ecclesia petere nihil poterit. Contraria obtinet præsumptio et dispositio, si ab extraneo quid episcopo relictum fuerit.

Si quid coniunctim legetur episcopo et ecclesiæ, fit inter ipsos diuisio; etiamsi testator hoc reliquerit episcopo, illud ecclesiæ: nisi stare velint testatoris voluntati, quod ob fauorem vltimæ voluntatis conceditur. h. d.

§. 9. Quod si *m* coniunctim dictum fuerit: *relinquo rem episcopo et ecclesiæ*: de ea inter ipsos canonica diuisio facienda erit. Si vero illud episcopo, et illud ecclesiæ relinquatur; relicta inter episcopum, et cathedralem ecclesiam ad canonicam diuisionem sunt redigenda: nisi ambo testatoris velint esse dispositione contenti, quam propter vltimæ voluntatis fauorem obseruare est satis condecens, vbi neque fraus interuenit, nec alterutter nimium debita portione fraudatur.

Cum ecclesiis inferioribus episcopus non diuidit sibi relictum, sed bene detrahit quartam de relictis dictis ecclesiis. h. d.

§. 10. Secus *n* autem est, si quid legetur episcopo, et capellis, vel monasteriis, aut aliis piis locis. Nam hoc casu, quod episcopo legatur, eius præcipuum est: cum ecclesia cathedrali, et de illis quæ aliis locis legantur, portionem canonicam nihilominus obtinebit. Et hæc ideo tam varie, quia non tanta inter monasteria, aut capellas est communio, quanta inter ecclesiam cathedralem et episcopum, qui cathedrali spirituali copulatus est coniugio: vnde et quæ acquirit episcopus, non illis, sed isti tantum acquirit.

Si testator aliquid episcopo, aliquid ecclesiis reliquit, et iussit episcopum esse contentum suo relicto, postlabita detractione quartæ; seruanda est testatoris voluntas: nisi sit facta in fraudem. h. d.

§. 11. Hoc autem tunc obtinere oportet, si simpliciter episcopo legatum factum fuerit. Ceterum si eam adiecerit conditionem testator, vt episcopus suo sit legato contentus *o*, et ipse legatum agnouit, quia per hoc alia renunciasse videtur: de ceteris portionem exigere non poterit. Sed si constiterit, quod eadem adiecta conditione in fraudem modicum constituit mortuarium, vt episcopus portione debita fraudetur in ceteris, quia dolus cuiquam patrocinari non debet: poterit is etiam ex aliis relictis exigere portionem, a canone constitutam, saluis tamen indulgentiis, quæ a romano pontifice quibusdam regularibus sunt concessæ.

Relictum ei, qui potest proprium possidere, non habenti prælationem vel administrationem, a quocunque præsumitur relictum intuitu propriæ personæ, non ecclesiæ. h. d.

§. 12. Illud *p* etiam generaliter obseruandum est circa eum, qui proprium possidere potest, prælationem, vel administrationem ecclesiæ non habentem, quod si ei aliquid relinquatur specialiter; non solum a propinquo, verum etiam ab extraneo, non intuitu ecclesiæ, sed personæ esse relictum intelligitur: nisi probatio in contrarium appareret. Et idcirco de illo, nec episcopus, nec ecclesia potest in vita eius sibi aliquid vendicare.

Episcopalis et parochialis pari passu ambulant. h. d.

§. 13. De quibus relictis parochialis portio non detrahitur, nec episcopalis detrahenda erit.

TITVLVS XXVI.
DE DECIMIS.

Ponit subordinationem tituli ad præcedentia et sequentia. h. d.

Explicito tractatu rerum, quæ spiritualitate quadam continentur et censentur, superest nunc, vt de rebus ecclesiasticis quidem, sed temporalibus, illarumque administratione dicamus. Sed cum decimæ mediam quandam inter spirituales res et temporales naturam obtineant; quippe quod ipsum decimandi ius spirituale sit, fructus vero ipsi decimarum temporales et profani: merito de his quasi in confinio quodam, tractatus habendus erit, et tam præcedentibus, quam subsequentibus annectendus. Quod eo etiam congruentius posse fieri videtur, quod eo proxime de iis, quæ sacerdotibus, et ecclesiis parochialibus debentur, et similem naturam habere videntur, loquuti fuimus, et ipsarum quoque decimarum ad parochiales ecclesias iure communi spectat perceptio.

Quid sit decima. h. d.

§. 2. Decima est quota bonorum mobilium pro Deo, tam diuina, quam humana constitutione debita. *q*

Decimarum aliæ personales, aliæ prædiales. h. d.

§. 3. Decimarum duæ sunt species: personales, et prædiales. Personales sunt, quæ ex iis prouentibus deducuntur, qui ex propria cuiusque sollertia et industria obueniunt, vtputa de negotiatione, artificio, et militia. Prædiales sunt, quæ ex fructibus prædiorum soluuntur, vt de vino, tritico, et his similibus, quas in signum vniuersalis sibi retenti dominii reddi Deus præcipere voluit.

Personales præbendæ debentur ecclesiæ, in qua quis sacramenta percipit; prædiales vero ecclesiæ, in cuius finibus sunt constituta prædia: nisi aliud inducat consuetudo. h. d.

§. 4. Inter personales autem et prædiales decimas hoc interest, quod personales illi solum parochiæ debentur, in qua quis ecclesiastica sacramenta percipit: tametsi lucrum alibi contigerit. Prædiales vero, si ex prædiis in aliena parochia constitutis fructus collecti fuerint, ei debentur ecclesiæ regulariter, in cuius territorio prædia sunt constituta: quanquam si consuetudo aliud introduxerit, seruanda erit. *r*

Personales decimæ, quæ soluuntur ex rebus venditis et paratis pecunia decimata, soluuntur deductis impensis: secus vero prædiales: et fructus non, nisi cum onere decimarum, alienari possunt. h. d.

---

a C. cum super. et C. sequ. extr. de sepult. *b* C. de his, extr. de sepult. *c* C. 2. de sepult. in 6. *d* C. fin. extr. de test. *e* C. in nostra, extr. de sepult. *f* Clem. 2. §. verum et per totum tit. de sepult. *g* C. requisisti. in princ. extr. de test. *h* C. de quarta extr. de præscript. *i* d. C. requisisti vers. secus autem. *k* C. requisisti. §. si ab extraneo, extra de test. *l* d. C. requisisti. §. si vero. *m* d. C. requisisti. §. quod si. et sequ. extr. de test.

n d. C. requisisti. §. secus autem. extr. de test. *o* C. officii et infra. extra. de test. *p* C. requisisti §. illud extra. de testam. *q* C. parochianos. extr. eod. tit. *r* C. ad apostolicam. in fin. extr. eod.

§. 5. Item si personales, quæ de rebus acquisitis, vel factis ex pecunia decimata, si vendantur, soluendæ sint *a*, veputa si vendatur domus, ager, vinea, molendinum, grex aut merces: quælibet expensæ prius, quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, et de residuo, quasi de lucro, decimæ præstabuntur. Expensæ vero etiam seminis, quæ fiunt pro percipiendis fructibus, ex illis de quibus fructus prouaniunt, etiamsi decimatæ fuerint, non deducentur: quoniam salua decima, fructus efficiuntur eorum, qui expensas ipsas faciunt. Sed nec fructus ipsi, nisi cum onere decimarum, alienari poterunt.

Non deducuntur impensæ factæ pro instaurandis rebus, de quibus soluendæ sunt decimæ, tam personales, quam reales. h. d.

§. 6. Illud commune tamen est tam personalibus, quam prædialibus, quod expensæ, quæ factæ fuerunt pro restaurando *b* detrimento rerum, ex quibus decimæ persoluuntur, vt si pars aliqua morianur armenti, vinea fiat deterior, mercis depereat portio, de prouentibus decimandis minime deduci debent. Cuius rei illa est ratio, quod penes dominum res instauratæ remanent.

Census et tributa de fructibus, de quibus decimæ soluendæ sunt, non debent deduci. h. d.

§. 7. Sed *c* nec census, nec tributa de fructibus, de quibus decimæ persoluendæ fuerint, primitus deduci poterunt. Cum *d* enim in signum vniuersalis dominii, quasi quodam speciali titulo decimas sibi Dominus reseruauerit: consequens est, vt in prærogatiuam dicti generalis dominii decimarum solutio, censuum et tributorum præcedat exactionem, vel saltem hi, ad quos census, vel tributa peruenerint, quoniam res cum suo transit onere, decimas soluere per censuram ecclesiasticam compellantur.

De omnibus prouentibus decimæ solui debent. h. d.

§. 8. Eadem e ratione constitutum est, vt non solum de vino et grano, fructibus arborum et hortorum, decimæ persolui debeant, sed etiam de pecoribus, de venationibus, negotiationibus, de ipsa etiam militia, ac denique de omnibus bonis, et prouentibus omnibus, ita, vt, qui de his eas cum integritate soluere neglexerint, ecclesiastica districtione percelli debeant.

Omnes tenentur soluere decimas, tam Christiani quam Iudæi. Iudæi tamen tantum prædiales tenentur soluere, Christiani et prædiales, et personales. h. d.

§. 9. Illud etiam nullam recipit dubitationem, ad solutionem earum quemlibet teneri: nisi quis speciali priuilegio ab ipsarum præstatione doceatur exemptus. Vnde non solum Christiani, sed etiam Iudæi tenebuntur. Inter eos tamen illa est differentia quod fideles ad personales et prædiales præstandas indistincte tenentur: Iudæi vero *f* ad prædiales tantum. Quas si recusent soluere, ad ipsas possessiones renuntiandas compellendi erunt: ne forte hac occasione ecclesiæ suo iure fraudari valeant.

Monachi regulares, et clerici communiter viuentes soluunt prædiales decimas: et quod nouale est ager de nouo redactus ad culturam. h. d.

§. 10. De monachis et regularibus, seu clericis communiter viuentibus videamus. Et sane nulla sinit ratio, vt ab his de laboribus ac nutrimentis propriis decimæ extorqueantur: ad prædiales tamen etiam de noualibus, de quibus antea decimæ soluebantur, tenebuntur. Est autem nouale, ager nunc primum proscissus, et nuper ad culturam redactus, de quo, quod aliquando cultus fuerit, memoria non exstet.

Decimas soluere tenentur monachi, et alii communiter viuentes, etiam de prædiis de nouo acquisitis, et propriis manibus excultis: nisi obstet aliquod priuilegium. h. d.

§. 11. Sed et si iisdem possessiones pia fidelium deuotione collatæ fuerint, aut pro monasteriis de nouo fundandis comparatæ, vel quoquo modo recenter acquisitæ, etiamsi eas propriis manibus aut sumptibus excolant; nihilominus decimas persoluent ecclesiis, quibus ratione talium prædiorum antea soluebantur: nisi *g* super hoc speciali iure vel priuilegio muniti esse probantur.

Priuilegium tollitur re iudicata et præscriptione. h. d.

§. 12. Sed nec semper eis priuilegium suffragabitur. Nam si res iudicata obsistat, vel priuilegio muniti decimas per quadraginta annorum spatium soluerint; cum liberum sit vnicuique iuri proprio renuntiare: præstatione tanti temporis proprio priuilegio derogare voluisse præsumuntur, et propterea ad decimarum præstationem compelli poterunt.

Priuilegia sunt interpretanda, vt nemini indebite damnum inferant, hoc dicit.

§. 13. Item si post initam inter aliquos super decimis conuentionem certi tenoris priuilegia obtenta fuerint; nisi conuentioni per ea derogetur expresse: illis non obstantibus, erit inuiolabiliter obseruanda. Ita etiam huiusmodi priuilegia sunt accipienda, vt nemini læsionem, præcipue enormem, inferre debeant. Vnde *h* si per huiusmodi concessiones parochiales ecclesias adeo grauari contingat, vt rectores de reditibus earum congrue sustentari, et episcopo debita persoluere non possint: per locorum ordinarios ita prouidendum erit, vt eisdem rectoribus tantum relinquatur, quod et competentem sustentationem habere, aliaque onera debita supportare valeant.

Priuilegiati super decimis, tenentur illas soluere de prædiis conductis: et priuilegiatus super laboribus propriis soluet decimas super prædiis locatis. hoc dicit.

§. 14. Super decimis quoque non soluendis priuilegiati, si aliena prædia conduxerint *i*, priuilegio minime obstante, de conductis prædiis solitas decimas parochiis suis integras persoluant. Idemque erit de locatis prædiis, si priuilegiatus super laboribus, quos propriis vel manibus, vel sumptibus excoleret, terras suas aliis locauerit.

Laici, et etiam imperator, non possunt concedere priuilegium super decimis non soluendis. h. d.

§. 15. Generaliter autem, nisi huiusmodi immunitatum priuilegia ab apostolica potestate obtenta fuerint, nullam habebunt efficaciam. Ideoque *k* etiam imperialis concessio quantumcunque concepta generaliter, cum nulla sit laicis de spiritualibus disponendi facultas, a solutione decimarum neminem poterit eximere: imo sacrilegii *l* crimen incurrit, qui de manu laicorum rem ecclesiasticam recipiet.

Laicus etiam de manu clericorum non potest decimas recipere, sub pœna excommunicationis, et priuationis sepulturæ, et clericus concedens deponetur. h. d.

§. 16. Ex contrario quoque laicus etiam a clericali potestate decimas recipere, et in alium, velut hereditario iure transmittere non poterit. Et si secus actum fuerit, et qui concesserit, a statu suo deiicitur *m*: et qui receperit, et ecclesiæ non reddiderit, et viuens excommunicationis vinculo *n* innodabitur, et mortuus ecclesiastica sepultura carebit. *o*

Reditus decimarum locari possunt, dummodo locatio non sapiat alienationem. h. d.

§. 17. Si *p* quis tamen, cum ecclesiæ suæ conditionem meliorem facere possit, decimarum suarum prouentus alicui locare velit; dummodo huiusmodi locatio ad feudum, vel alienationem non videatur extendi: id facere minime impediatur.

Episcopo debetur a rectoribus quarta decimarum, quas exigunt: nisi præscripta fuerit. h. d.

§. 18. Postremo sciendum est, quod, veluti parochialibus ecclesiis secundum ea, quæ proxime exposuimus, decimæ debentur, ita etiam decimarum ipsarum quarta episcopo a rectoribus ecclesiarum, nisi legitima obstet præscriptio *q*, persoluenda erit.

TITVLVS XXVII.

DE REBVS ECCLESIÆ ALIENANDIS VEL NON.

Regulariter episcopus non potest aliquid agere sine consensu, vel consilio capituli. h. d.

Tractemus nunc de rebus temporalibus ecclesiarum, illarumque administratione et alienatione, sine quibus spiritualium dignitas haud facile consistere potest. Et quidem illud in primis firmare nos oportet, nihil episcopum regulariter sine consensu sui capituli, vel consilio posse super his statuere: cum velut caput ad membra, ita sese prælatus habeat ad capitulum. In eo autem potius videtur esse consensus capituli, cui et maior et sanior fratrum accesserit sententia.

Alienatio rei ecclesiasticæ facta sine vtilitate ecclesiæ, et clericorum consensu, non valet: et quid contineat alienationis verbum. h. d.

§. 2. Ex his consequens est, vt rerum ecclesiasticarum absque clericorum subscriptione, et ecclesiæ vtilitate, et romano inconsulto pontifice *r*, ab episcopo facta donatio, vel alienatio, vel suppositio non teneat: nisi eam postmodum ratam habeant. Prælatus enim ecclesiasticarum rerum procurator est, non dominus: et conditionem ecclesiæ meliorem quidem facere potest, deteriorem vero non potest. Quod si secus factum fuerit: nec quod gestum est, vires vllas sortiatur, et canonum temeratores tam secularium, quam ecclesiasticarum legum pœnis subiacebunt. Alienationis autem verbum continet hoc loco venditionem, permutationem, hypothecam, donationem, conductionem, emphyteusim, et omnem conuentionem, per quam dominium transfertur.

Ecclesiam suam non potest quis grauare pro alienis debitis, et debita necessaria facta a prædecessore lacunda sunt. Idem, si clericus de mandato fideiusserit, aut in rem ipsius ecclesiæ mutuum verterit. h. d.

§. 3. Sed *s* nec commissam sibi ecclesiam pro alienis grauare debitis, aut litteras alicui, vel sigilla concedere, quibus ecclesia possit obligari, aliquis audere debet: alioqui nec ecclesia ad talium debitorum solutionem tenebitur, et qui id ausus fuerit, a spiritualium ac temporalium administratione suspensus erit. Debita *t* tamen a prædecessore suo pro ecclesiæ necessitate contracta, soluere procul dubio tenebitur.

a C. pastoralis. §. ex parte, extr. eod. tit. b C. pastoralis. §. nec pro, eod. tit. extr. c C. cum non, extr. eod. d C. tua nobis. circa med. eod. tit. extr. e C. ex parte et C. sequ. extr. eod. tit. f C. de terris. extr. eod. tit. et C. pen. in fin. extr. de vsur. g C. 2. §. caeterum. eod. tit. in 6. h C. 2. §. ubi autem. eod. tit. in 6.

i C. dilecti fili. et cap. ex parte. extr. eod. et cap. sequ. k C. tua C. 1. extr. eod. tit. l C. dudum. §. cum saepe extr. eod. m C. quamuis sit, in fin. extr. eod. n C. ad hac. eod. tit. extr. o C. prohibemus. extr. eod. tit. p C. 2. extra, locati q C. de quarta. extra, de praescript. r C. 2. in princ. eod. tit. in 6. s C. 2. extr. de fideiuss. t C. 1. extr. de solut.

tenebitur.

tenebitur. Idem, si clericus de mandato fideiusserit *a*, aut si non de mandato, in rem tamen ecclesiæ, mutuum verterit.

Potest prælatus rem non magni valoris in aliquem bene meritum transferre, et terram gratis fabricandæ ecclesiæ alicui concedere. h. d.

§. 4. Excipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus donandi, permutandi, locandi, libertatem, feudum et emphyteusim dandi, aut aliter alienandi iure licentia conceditur. Nam *b* si quid prælatus non magni valoris alicui forte ob bene merita donauerit, præsertim suadente consuetudine: iure sustinebitur donatio. Multo magis idem erit statuendum, si quid forte soli ad ecclesiæ fabricam erigendam concessum fuerit: quo casu tantum donare licet, quantum ecclesiæ pariates concludere possunt.

Prouentus ecclesiastici possunt vendi ad modicum tempus, et ad precariam concedi, quæ renouanda erunt de quinquennio in quinquennium. h. d.

§. 5. Idem iuris erit et de redituum fructuumque venditionibus ad tempus modicum faciendis, et de precariis, quæ quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent: quæ, ne temporis longinquitate iuris ecclesiastici pereat memoria, de quinquennio *c* in quinquennium renouandæ erunt.

Precarium soluitur ad beneplacitum concedentis; secus precaria, nisi sit irrationabilis. h. d.

§. 6. Distat autem precarium a precaria: quia precarium *d* tamdiu conceditur, quoad is, qui concessit, patitur. Precariæ vero non sunt pro voluntate concedentium reuocandæ; nisi sint irrationabiles: quo casu poterit successor a prædecessore concessam precariam rescindere et reuocare.

Ruinæ, prædia inculta, et siluæ exstirpatæ possunt sub annuo censu concedi in emphyteusim: et si per biennium in solutione census cessatum fuerit, potest emphyteuta expelli. h. d.

§. 7. Ruinæ quoque, quas ecclesia reficere non valet, et inculta prædia, vt exstirpatæ siluæ, in emphyteusim sub annuo censu his concedi poterunt, *e* quibus, vel suo, vel parentum e suorum labore constiterit exstirpatas: nisi forte possint aliis ad maiorem ecclesiæ vtilitatem cum eodem onere conferri. Qui *f* tamen, si per biennium in solutione canonis cessauerint, nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuerint, iure expelli poterunt. Nec quicquam eis proderit, quod, vt canonem soluerent, sibi nuntiatum non fuit: cum hoc casu præfixus dies pro domino interpellat.

Terrulas incommodas, et minus vtiles, item seruos fugitiuos potest prælatus alienare. h. d.

§. 8. Terrulas *g* quoque aut vineolas exiguas, et ecclesiæ minus vtiles, aut longe positas, vel domos, quæ ecclesiæ plus incommodi, quam vtilitatis afferunt, si necessitas fuerit, distrahendi potestatem episcopus habebit. Simili ratione fugitiuos seruos, et qui de fuga reuocati, retineri non possunt, si voluerint, aut illi ab alio maruerint, episcopis distrahendi potestas erit.

Feudum a vasallo alienatum, et difficilis recuperationis, potest episcopus alteri sub conditione recuperandi concedere. h. d.

§. 9. Sed et in feudum *h* certis casibus, et, iureiurando de non alienando minime obstante, res ecclesiasticas concedere poterit, veluti si feudum per vasallum alienatum fuerit, et per episcopum id facile recuperari non valeat. Poterit enim per episcopum illud alicui concedi, qui et ipsum recuperet, et in feudum ab ecclesia recognoscat.

Feudum deuolutum potest per episcopum alteri concedi. h. d.

§. 10. Quinimo *i* etiamsi talis necessitas non immineat: nihilominus alienantis filium, vel consanguineum, vel eiusdem feudi consortem poterit episcopus inuestire. Idem erit, si per obitum vasalli feudum ad ecclesiam remeauerit. Nam et eo casu inuestire prælatus alium libere poterit, si ecclesiæ viderit expedire.

Qui aliquid contulerunt, vel acquisiuerunt ecclesiis, possunt pro modo collati, vel acquisiti manumittere: dum tamen manumissus cum posteritate et peculio remaneat in patrocinio ecclesiæ. h. d.

§. 11. Illud etiam toletano concilio *k* diffinitum reperitur, quod si sacerdotes aliquid ecclesiæ suæ relinquunt, vel nihil habentes, aliqua prædia, vel familias ecclesiis suis acquirunt, liceat eisdem aliquos iuxta collatæ modum rei de familia eiusdem ecclesiæ manumittere, ita, vt manumissi cum peculio et posteritate sua sub ecclesiæ remaneant patrocinio. Quod si, qui nihil de proprio *l* ecclesiæ contulerunt, libertati seruos ecclesiæ donare ausi fuerint: ex eodem concilio episcopus successor ad ecclesiæ ius vocare poterit. Impium est enim, vt qui lucrum de rebus suis ecclesiæ non contulit, damnum inferre valeat.

Princeps potest rem suam æqualem, vel maiorem cum ecclesiastica permutare: et serui ecclesiastici, si frugi sint, præterquam ad libertatem, commutari non possunt. h. d.

§. 12. Sed et princeps, si caussa probabilis id poposcerit, cum re ecclesiastica et immobili, rem suam maiorem vel æqualem permutare poterit, pragmatica super hoc præcedente forma. Ecclesiastica tamen mancipia, quæ frugi fuerint, præterquam ad libertatem, commutari non poterunt.

Episcopus potest permutare terras duarum ecclesiarum suæ diœcesis, illarum accedente consensu: et de temporalibus ad spiritualia non potest fieri permutatio. h. d.

§. 13. Episcopus quoque duarum suæ diœcesis ecclesiarum terras, inuicem earum *m* partium accedente consensu, permutare poterit. Et si alterius partis prædium valore præponderet: ad æqualitatem inducendam ab altera parte pecuniam refundi iubebit. *n* De temporalibus autem ad spiritualia permutatio iure consistere non potest. *o*

Res ecclesiastica potest propter præscriptionem legitimam ab ecclesia abduci, et detrahi. h. d.

§. 14. Præterea et si quis per tempora sacris canonibus definita rem ecclesiasticam iusto titulo et bona fide ita possederit, vt nullo tempore rei conscientiam habeat alienæ: completa præscriptione, res possessa e iuribus ecclesiæ dubio procul intelligitur esse euocata.

Decimæ et oblationes præscribi non possunt. h. d.

§. 15. Prouentus tamen primitiarum et decimationum præscriptione tolli non poterunt: etiamsi e romano pontifice laicus quilibet super his rescriptum impetrauerit.

TITVLVS XXVIII.

DE PECVLIO CLERICORVM, RELICTIS ET SVCCESSIONIBVS EORVM.

Ecclesiasticæ reputantur etiam res illæ, quas sacerdos acquisiuit, cum tempore suæ promotionis nihil haberet: qui sub pœnis hic contentis curabit, vt de rebus a se emptis ad nomen ecclesiæ scripturam conficiat. h. d.

Ergo res ecclesiasticas ab ecclesiæ iuribus abdicare non licet. Ecclesiasticas autem res intelligimus, non modo quas ecclesiæ rationibus sacerdos comperit ascriptas, sed etiam eas, quas is emerit, cum tempore suæ promotionis nihil haberet. Cum igitur, et hæc tanquam de bonis ecclesiæ quæsita eiusdem esse intelligantur, ne quando ius ecclesiasticum imminuatur; curabit sacerdos, vt de his, quæ superemerit, et ad ipsius ecclesiæ nomen scripturam *p* conficiat, et ecclesiæ relinquat: alioqui ab eius ordinatione discedat. Qui vero prætextu proprii *q*, vel alieni nominis fraudem facere voluerit, sacrilegii crimen incurret.

Relictum sacerdoti pro anima, censetur relictum ecclesiæ: secus est, si quid ei sit relictum sub onere fideicommissi. h. d.

§. 2. Sed et si non emerit, sed pro anima quispiam intuitu ecclesiæ sacerdoti reliquerit, adhuc idem statuendum erit. Congruit enim, vt quemadmodum sacerdos habet, quod ecclesiæ dimissum est, ita et ecclesia id habet, quod relinquetur sacerdoti. Si quid tamen per fideicommissum, aut sacerdoti, aut ecclesiæ relictum fuerit, alteri postmodum profuturum: id inter ecclesiasticas facultates computandum non erit.

Bona quæsita sacerdotibus intuitu ecclesiæ, debent remanere apud ecclesiam, nec de his potest quis testari: et quid contineatur nomine ecclesiæ. hoc dicit.

§. 3. Generaliter *r* igitur bona qualibet ob ecclesiam acquisita sacerdotibus, siue mobilia, siue immobilia, post illorum obitum debent apud eandem remanere, nec super his vllum de iure testamentum fieri poterit. Nomine autem ecclesiæ, vbi clericorum est collegium, non episcopus, vel morientis clerici successor, sed congregatio communis intelligitur, quæ rerum illarum curam, et canonicam debet habere distributionem. Vbi autem in locum defuncti vnus tantum substituendus erit: is ea bona, velut et alia, dispensabit.

Clerici possunt, maxime accedente iusta caussa, de bonis ecclesiasticis facere eleemosynam. h. d.

§. 4. Licet autem clerici nec de mobilibus ipsis testamentum conficere possint: consuetudinis tamen est non improbatæ, vt de his pauperibus et religiosis locis, et his, qui viuenti seruierint, siue sint consanguinei, siue extranei, aliqua iuxta seruitii meritum conferantur, non testamenti ratione, sed eleemosynæ duntaxat intuitu. *s*

Potest quis tantum legare de bonis ecclesiasticis, quantum contulerit ecclesiæ. h. d.

§. 5. Item si tantundem de proprii iuris facultate contulerit ecclesiæ, quantum de ecclesiasticis bonis legauerit, legatum sustinebitur.

Clerici possunt testari de his, quæ acquisiuerint non intuitu ecclesiæ. hoc dicit.

§. 6. De his vero *t*, quæ aut paternæ successionis, vel cognationis intuitu, seu consanguineorum, vel amicorum munere, respectu non habito ad ecclesiam, ad clericos peruenerint, libere testari poterunt.

Clerico ingenuo, deficientibus successoribus ab intestato, succedit in totum ecclesia. h. d.

§. 7. Quod si decesserint intestati, nec aliqui fuerint inuenti, qui iure

a *C. pen. extr. de fideiuss.* b *C. ceterum extr. de donat.* c *C. 1. extr. de precar.* d *C. fin. extr. de prec.* e *C. ad aures. extr. eod.* f *C. fin. extr. locat.* g *c. terrulas. 12. qu. 2.* h *C. 2. extr. de feud.* i *C. fin. extr. de feud.* k *c. Consensus. extr. eod.* l *C. episcopi. extr. eod. tit.*

m *C. 1. extr. eod. tit.* n *C. ad quæstiones. extr. de rer. permut.* o *C. fin. de rer. permut.* p *C. 2. extr. eod.* q *cap. penult. extr. eod.* r *C. relatum, vel secundo. extr. de test.* s *C. ad hæc. extr. de test.* t *C. quia nos. extr. de test.*

inra cognetionis ipsis succedere valeant, si ingenuus gaudeant natalibus, io integrum tunc ecclesia succadet, nec cuiquam ex rebus eorum aliquid præsumera licebit.

Bona serui promoti ad sacros ordines ab intestato decedentis diuiduntur in quatuor partes, vt hic. h. d.

§. 8. Si vero seruus *a* ad sacros ordines promotus, libertatem na-ctus fuerit, idemque postea decesserit intestatus; nihil olim dominus de bonis eius vendicare poterit, sed eius peculium in quatuor partes diuidetur, quarum vna episcopo, altera ecclesiæ, tertia pauperibus assignabitur, quarta parentibus: at si non sint capaces parentes, episcopus eam recipiat, et in vsum ecclesiæ diligenter distribuet.

a Cap. 2. extr. de success. ab intest.

FINIS LIBRI SECVNDI.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

LIBER TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS.

DE IVDICIIS, ET ILLORVM DIVISIONE.

Quid sit Iudicium, et quid caussa. hoc dicit.

Restat, vt videamus de iudiciis. Potest autem iudicium ita descri-bi: IVDICIVM est discussio caussæ quæ rite fit in foro coram iudice. CAVSSA vero est origo negotii, et materia iudicii.

Quæ sint iudicia secularia, et quæ ecclesiastica. h. d.

§. 2. Summa diuisio iudiciorum hæc est, quod aut sunt secularia, aut ecclesiastica. Iudicia secularia sunt, quæ coram iudice laico inter personas seculares exercentur. Ecclesiastica vero sunt, quæ coram iudice ecclesiastico inter personas ecclesiasticas agitantur. Duo enim sunt, quibus principaliter orbis regitur *a*, auctoritas sacra pontificum, et imperialis ac regia potestas. Vnde sicut ciuilium legum non nisi ciuilis esse debet executor: ita etiam ecclesiasticarum ecclesiasticus iudex est administrator.

Laicus a laico coram seculari iudice conueniri debet; nisi caussa sit spiritualis vel similis: et litteræ impetratæ ad iudicem ecclesiasticum non tenent. h. d.

§. 3. Laicus *b* ergo a laico coram iudice seculari, non autem ecclesiastico, conueniendus erit. Quod vsque adeo obtinet, vt etiamsi alteruter litigantium ab apostolica sede litteras ad ecclesiasticum iudicem impetrauerit, irritæ sint et inanes. Si tamen caussa sit huiusmodi, quæ ad ecclesiasticum forum pertineat, qualis est matrimonii, vsurarum, periurii, et similes; licet inter laicos disceptatio sit: iudex ecclesiasticus adeundus erit. Idem iuris est, si vel a seculari iudice iustitia impetrari non potest, vel consuetudo loci, vel miserabilitas personarum ecclesiasticum iudicem compellandum suadeat.

Clerici habent priuilegium, ne coram iudice laico conueniri valeant; cui non potest vllo pacto renunciari: in iudicem tamen ecclesiasticum non suum possunt consentire, accedente consensu diœcesani. h. d.

§. 4. Pari *c* ratione tam mileuitanensi, quam carthaginensi concilio constitutum est, ne clerici clericos, relicto suo pontifice, ad publica iudicia, sub pœna depositionis et amissionis propriorum iurium pertrahant: cui beneficio, cum non sit personale, sed collegio ecclesiastico indultum, pactionibus priuatorum, aut iuramento illicito derogari non potest. In iudicem tamen non suum, si is persona sit ecclesiastica, et episcopi diœcesani consensus accesserit, clerici consentire poterunt.

Actor sequi debet forum rei. h. d.

§. 5. Quod si inter clericum et laicum contentio sit, vt cognoscamus, vtrum ecclesiasticus, an secularis iudex caussam dirimere debeat: dispiciendum erit, quis rei conuenti partes sustinet. Nam si clericus, apud ecclesiasticum forum; si laicus, apud secularem erit agitanda caussa: cum *d* generale sit, vt actor forum rei sequatur. Cauendum *e* erit igitur laico iudici, ne quoquo modo clericum condemnet: quod si fecerit, ab ecclesia, cui iniuriam irrogare noscitur, tam diu sequestrandus erit, quousque reatum suum cognoscens, emendet.

Si delinquens captus prætendatur clericus: vtrum ita sit, debet cognoscere iudex clericus, vocato iudice seculari. h. d.

§. 6. Dubitare tamen contigit, si iudex laicus *f* delinquentem captum detineat, et si is, se clericum asserens, ad curiam ecclesiasticam remitti postulet, vel illum curia ipsa ecclesiastica tanquam clericum repetat, si iudex laicus illum esse clericum inficiatur, et propterea minime remittendum contendat, quis sit huius dubitationis legitimus futurus iudex? Et cum de re ecclesiastica et spirituali sit controuersia: ad iudicem ecclesiasticum huiusmodi cognitio pertinebit. Iudex tamen secularis, vel alius, cuius interest, dum res huiusmodi cognoscitur, vocandus erit.

Delinquens captus, habitus pro clerico, statim debet restitui iudici ecclesiastico. h. d.

§. 7. Sed si notorium fuerit, vel fama publica extiterit, tàm captum talem esse clericum, qui huiusmodi priuilegio gaudere debeat, aut ipse pro clerico communiter habeatur: statim ante vllam de clericatu cognitionem ecclesiasticæ curiæ restituendus erit.

Talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur aliquandiu conuersatus et captus. h. d.

§. 8. Idem *g* dicendum erit, si ante deprehensionem pro clerico publice se gerens, tonsuram et clericales vestes deferens deprehensus fuerit. Donec enim contrarium non constiterit: talis, qualem eum demonstrat habitus, præsumendus erit.

Ex actu momentaneo non tollitur præsumptio, orta ex actu habente tractum temporis. h. d.

§. 9. Aliud *h* obseruandum, si antequam deprehenderetur, publice se pro laico gerebat, et quasi laicus communiter habeatur. Nam quanquam deprehensionis tempore in habitu clericali repertus fuerit; ob præsumptionem, quæ aduersus captum ex præcedenti laicalis habitus delatione orta est, non antea restituendus erit, quam de clericali titulo fidem fecerit: interim tamen omnis processus iudicis penitus conquiescet.

Secunda iudiciorum diuisio, quod quædam sunt ordinaria, et quædam extraordinaria: et quis sit iudex ordinarius. h. d.

§. 10. Est et alia diuisio iudiciorum. Nam ecclesiasticorum quædam sunt ordinaria, quædam vero extraordinaria, siue delegata. Iudicium ordinarium est, quod coram iudicibus ordinariis exercetur. Ordinarius iudex est, qui suo iure, vel superioris beneficio, vniuersalem iurisdictionem exercere potest, vt episcopus, archiepiscopus, legatus, et similes. Constituitur autem a lege, vel principe, consuetudine, vel vniuersitate. Igitur cum episcopus in tota sua diœcesi iurisdictionem ordinariam noscatur habere: poterit in quolibet loco suæ diœcesis, non exempto, per se, vel per alium, pro tribunali sedere, et ea, quæ ad ipsius spectant officium, libera exercere, et cum opus fuerit, auxilium publicum implorare. *i*

Quid sit iudicium extraordinarium, et quid iudex delegatus. h. d.

§. 11. Extraordinarium siue delegatum iudicium est, quod coram iudice delegato exercetur. Iudex delegatus est is, cui ab eo, qui demandare potest, caussa committitur.

Non solum princeps, sed etiam alii ordinarii possunt delegare: licet delegatus a principe sit magis priuilegiatus. h. d.

§. 12. Possunt autem iurisdictionem mandare, non solum princeps, verum etiam alii ordinarii. Is tamen, cui a principe mandatur, cæteris longe præstat. Nam et alteri ex caussa subdelegare, nisi illius electa fuerit industria *k*, renitentemque compellere, et propriam sententiam exequi *l*, et contra ipsum ordinarium procedere potest: quæ in cæteris delegatis non obtinent.

Delegatus a principe regulariter non potest quem citare, vt compareat personaliter. h. d.

§. 13. Non *m* tamen in ciuili iudicio alterutri parti, vt coram se personaliter compareat, iubere poterit: nisi vel mandatum ad hoc speciale receperit, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumniæ exhibendo, vel alia iuris necessitas partem coram exigat specialiter præsentari.

Delegatus a papa non subdelegat, nisi personis hic enumeratis. h. d.

a C. solitæ. extr. de maiorit. et obed. b cap. licet. et c. si quis extr. de foro compet. c C. si diligenti. tit. extr. de foro compet. d cap. cum sit. extr. de foro compet. e C. cunquesius. d. tit. f C. si iudex. de sentent. excomm. in 6.

g d. C. si iudex. § idem. de sentent. excomm. in 6. h d. C. si iudex. §. non se. de sentent. excomm. in 6. i C. 1. in fin. extr. de off. ord. k C. fin. §. pen. extr. de off. deleg. l C. significasti, extr. d. tit. m C. 1. de iud. in 6.

§. 14. Sed

§. 14. Sed nec omnibus promiscue vices suas demandare poterit *a*, sed illis duntaxat, quibus auctoritate litterarum sedis apostolicæ, vel legatorum eiusdem caussæ committuntur, hoc est, non nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, vel ecclesiarum cathedralium canonicis.

Potest una caussa etiam pluribus delegari. Et si in rescripto non fuerit adiecta clausula: quod si omnes; non valebit processus, nisi simul procedant; secus, si talis clausula fuerit adiecta: quo casu procedere poterunt, si constet, aliquos non posse, vel nolle interesse. h. d.

§. 15. Item mandari potest iurisdictio, tam vni, quam pluribus, certis tamen. Sed si pluribus mandata sit, non adiecto eo, *quod si omnes interesse nequiuerint, vel noluerint, reliqui exsequantur;* nisi simul omnes coniunctim processerint: quicquid aliqui fecerint, nullam iuris habebit efficaciam. Plane si is, qui interesse non potest, vel coniudici suo, vel alii vices suas commiserit: perinde res accipienda est, atque si omnes simul procedant. Aliud iuris est, si illud adiectum sit. Nam nec impeditorum collegarum subdelegatos admittere cogendi erunt, et quod pars illorum fecerit, ratum habendum erit. Hoc tamen ita demum obtinebit, si, reliquis procedere volentibus, quosdam vel interesse non posse, vel omnino nolle legitime constiterit: alioqui procedentes nihil agent.

Si vnus ex pluribus delegatis negotium inchoauerit: alii non possunt se intromittere, nisi ex caussa. h. d.

§. 16. Porro vno illorum commissum negotium inchoante, alii vlterius se intromittere non poterunt: nisi aut infirmitate, vel alia iusta caussa illum, qui caussam tractare inceperit, contigerit impediri, aut idem nollet, vel dolo malo in eo procedere recusaret.

Iurisdictio perpetuata per vnum, intelligitur perpetuata quoad omnes. hoc dicit.

§. 17. Iurisdictione *b* vero per vnum, viuo mandatore, perpetuata, quoad omnes condelegatos iudices perpetuata intelligitur.

Delegatus debet diligenter seruare fines mandati. Et cum quid committitur: censentur omnia commissa, per quæ peruenitur ad illud. h. d.

§. 18. Sed siue vni, siue pluribus, siue ab alio mandata fuerit iurisdictio: mandati forma diligenter custodienda erit. Nec aliquid contra, quam sibi mandatum fuerit, delegatus tentare audebit. Plane iurisdictionem impedientes, vel in iudicium venire detrectantes, delegatus a principe ecclesiastica districtione, etiamsi litteræ commissionis id non contineant, coercere poterit, vel pro delicti et caussæ qualitate, secundum arbitrium suum, si certa pœna a canonibus non exprimatur, mulctare: quia ex eo, quod alicui caussæ committitur super omnibus *c*, quæ ad caussam ipsam spectare noscuntur, plenam recipit potestatem.

Rationabiles exceptiones admittet delegatus: nisi verba rescripti sonent in contrarium. h. d.

§. 19. Rationabiles *d* quoque et honestas exceptiones, et a iuris æquitate non abhorrentes, licet id expresse mandato non comprehendatur, admittet: nisi, quod nullæ debeant exceptiones admitti, litteris expressum fuerit.

Delegatus habet iurisdictionem etiam in eum, in quem fuit facta alienatio post impetratum rescriptum: licet rescriptum de eo non faciat mentionem. h. d.

§. 20. Sed *e* etsi litteras aduersus Titium ab apostolico impetraueris, et is, vt mandatum eludat, antequam litteræ ad iudicem datum perueniant, vel etiam postea, antequam citetur de possessione, de qua controuersia vertitur, commutationem fecerit; eum, qui in possessionem sese ingesserit, poterit delegatus cogere, vt coram se iuris pareat æquitati: nec, quod rescriptum contra Titium impetratum fuerit, opponi poterit. Generaliter enim omnis venditio, cessio, et alienatio, iudicii mutandi caussa facta, vtroque iure prohibetur: alias delegata iurisdictio ad personas, rescripto non comprehensas, etiam ipsis volentibus, prorogari *f* non potest.

Mandatum apostolicum ex caussa potest exsecutioni mandari, etiam in alio loco, ab expresso in mandato. h. d.

§. 21. Simili ratione statutum *g* est, vt, si is, per quem ab apostolica sede certo loco inquisitio, vel quid aliud expediri mandatur, ob illius potentiam, vel malitiam, contra quem inquiri, vel procedi mandatur: vel fautorum eius eo loco secure mandatum exsecutioni mandari nequeat, ad id exsequendum locum securum et idoneum eligere valeat, ne quis scilicet ex proprio dolo, vel fraude commodum reportet. Quinimo idem faciet, si alia probabilis caussa subsit, propter quam in loco decreto perfici commode nequeat, quod mandatur: ne tali prætextu impediri contingat mandatum apostolicum, vel differri.

Delegatio soluitur reuocatione iurisdictionis, re integra. h. d.

§. 22. Soluitur autem delegatio multis modis, puta reuocatione, morte, impotentia delegati, exsecutione sententiæ, propria pronuntiatione, temporis fluxu, recusatione. Reuocatione, cum is *h*, qui mandauit iurisdictionem, antequam is, cui mandata fuerit, ea vti cœperit, mandatum reuocat: cum eo casu iurisdictio in eum efficaciter transisse non censeatur.

Morte tam delegantium, quam delegatorum soluitur delegatio. Et si vnus ex pluribus delegatis moriatur; adhuc soluitur delegatio: nisi aliud expressum sit in rescripto, vel sub nomine dignitatis facta sit delegatio. h. d.

§. 23. Morte exstinguitur delegatio tam eius, qui mandauit, si, re integra, decesserit, quam etiam eorum, qui delegationem susceperint. Quod quidem adeo obtinet, vt, si, pluribus iudicibus datis, vnus rebus eximatur humanis, delegatio etiam quoad superstites exspiret: nisi aliud in delegatione comprehensum fuerit, aut sub dignitatis nomine, non proprio facta fuerit.

Mors et absentia æquiparantur, re non integra. h. d.

§. 24. Quæsitum est, si ab apostolica sede datus iudex, quoties eum abesse *i* contigerit, vices ibi suas commiserit, an, si is rebus eximatur humanis, commissum tibi negotium libere valeas diffinire? Et cum tunc quoque censeatur abesse: rescriptum est, si illo viuente, iurisdictione vti cœperis, posse te non secus, ac si is viueret, et abesset, in negotio procedere. Idem iuris est, si tibi vices sub ea forma committat: donec eas reuocandas duxerit.

Delegatio perimitur impedimento delegati, tam iuris quam facti. h. d.

§. 25. Sed etsi delegatus mortuus quidem non fuerit, ita tamen impediatur, vt omnino delegationis negotio interesse non possit, exstinguitur delegatio. Impedimentum autem intelligitur, tam iuris, quam facti. Iuris, vt *k* si infamis factus, aut alio legitimo impedimento detentus fuerit. Facti, vt si ineuitabili necessitatis articulo, puta infirmitate, præpediatur.

Iurisdictio delegati a principe exspirat per exsecutionem sententiæ. h. d.

§. 26. Idem iuris est, si delegatus a principe per se, vel per alium sententiam exsecutioni mandauit, vel mandari præcepit. Tunc enim eius iurisdictio cessat: quia semel est officio suo functus.

Si iudex delegatus pronuntiat se iudicem incompetentem: exspirat iurisdictio. h. d.

§. 27. Item *l* si iudex delegatus interloquendo pronuntiauerit, se super aliqua caussa procedere non debere: vsque adeo iurisdictionem amittit, vt etiam ex litigatorum consensu illam reassumere non possit.

Si in rescripto tempus apponatur: transacto termino, exspirat iurisdictio. h. d.

§. 28. Sed *m* et, cum caussa intra certum terminum decidenda committitur, termino transacto, mandatum exspirat: nisi tempus communi partium consensu prorogatum fuerit. Terminus autem tunc incipit currere, cum iudices litteras recepisse contigerit.

Potest quis conueniri vigore litterarum posteriorum, etiam non facientium mentionem anteriorum, quas aduersarius impetrauit, sed per annum non fuit vsus. h. d.

§. 29. Non absimili ratione constitutum est *n*, vt, si quis, apostolicas litteras impetrans, infra annum, postquam iudicum copiam habuerit, dolo, vel negligentia eis vti distulerit, auctoritate posteriorum litterarum, quas postea forsan eius aduersarius impetrauerit, conueniri valeat: licet in posterioribus nulla mentio de prioribus habeatur.

Recusatione exstinguitur delegatio, cum iudex datus suspectus postulatur et pronuntiatur. h. d.

§. 30. Recusatione quoque exstinguitur delegatio: quod eo casu accidit, quo iudex datus, altero litigatorum petente, ob probabilem aliquam suspicionis caussam ab iudicio remouendus pronuntiatur, vt puta *o*, si iudex datus dicatur dominus litigantium, aut consanguineus, aut aduocatus, aut cum altero immodicam contraxisse familiaritatem, aut ab eodem in alia caussa partem appellasse, aut nondum iudicem ad legitimam ætatem peruenisse.

Qualiter cognoscatur et expediatur caussa suspicionis. h. d.

§. 31. Recusationis autem caussa varie cognoscitur *p*. Nam si contra vnum ex duobus ab apostolica sede delegatis suspicionis caussa proponatur; siquidem illa clausula apposita sit, *quod si ambo interesse non possunt, alter in caussa procedat*: coram non recusato coniudice expedienda erit. Vbi vero non est dicta clausula in rescripto: debet super hoc ad arbitros recursus haberi, prout Gregoriana constitutione latius continetur. Cum autem delegatus episcopi recusatur; recusationis caussa coram episcopo probanda erit: licet coram ipso, qui recusatur, sit allegeanda.

Iudicium summarium est, in quo subtili ordinis iudiciarii obseruatione prætermissa proceditur. Ordinarium et solenne est, in quo series iudiciariæ telæ obseruatur. h. d.

§. 32. Rursus iudiciorum tertia diuisio hæc est, quod quædam sunt summaria, quædam ordinaria et solennia. Summaria sunt, in quibus, subtili et solenni ordinis iudiciarii obseruatione prætermissa, proceditur, vt sunt *q* caussæ electionum, prouisionum, matrimonii, vsurarum et similes: in quibus nec solennis libelli porrectio, nec litis contestatio est necessaria, sed simpliciter de plano sine strepitu ac figura iudiciali proceditur. Itaque de his iudex, etiam tempore feriatum ob hominum necessitates indultarum cognoscet, et litem, dilationes amputando, exceptiones et appellationes dilatorias et frustratorias repel-

a *C. statutum. de rescr. in 6.* b *C. cum plures. in fin. de offic. deleg. in 6.*
c *cap. præterea. in fin. extr. de off. del.* d *cap. ex parte. Cl. 2. extr. de offic. deleg.*
e *cap. 1. et 2. extr. de alien. iud. mut.* f *cap. porro. in fin. extr. de offic. del.*
g *cap. statuimus. de offic. del. in 6.* h *cap. quamuis. de offic. del. in 6.*

i *cap. si delegatus de off. del. in 6.* k *cap. sciscitatus. extr. de rescript.*
l *cap. significantibus. extr. de off. deleg.* m *cap. de caussis. extr. de off. deleg.*
n *cap. si autem. et cap. plerumque extr. de rescript.* o *cap. caussam, quæ et cap. insinuantes. extr. de off. deleg.* p *cap. si contra. de offic. deleg. in 6.*
q *Clem. 2. de iud. et Clem. sæpe, de verb. signif.*

lendo, quanto poterit, faciet breuiorem, prout hæc duabus Clementis luculentissimis constitutionibus latius continentur. Iudicium ordinarium et solenne est, in quo, exquisito et solenni iuris ordine seruato, proceditur, vtputa, libellum porrigendo, litem contestando, et alia faciendo, de quibus infra latius visuri sumus.

TITVLVS II.
DE PROCVRATORIBVS.

Iudicia exercemus per nosmetipsos, et per procuratores, vel syndicos: et quot procuratorum species. h. d.

Expositis generibus iudiciorum, consequens nunc est, vt videamus, per quas personas illa exerceri possint. Exercemus igitur iudicia non solum per nosmet ipsos, verum etiam per procuratores nostros, aut syndicos. Procurator est, qui aliena negotia mandato domini, vel quasi domini administrat. Syndicus *a* est vniuersitatis defensor, et procurator. Porro procuratorum duæ sunt species. Alii enim dantur ad iudicia, alii ad negotia, extra iudicium explicanda.

Procurator constitui potest paterfamilias, et filiusfamilias: et ad negotia potest procurator constitui, qui natus est annos xvii. ad iudicium solum natus viginti quinque. h. d.

§. 2. Potest autem ad iudicia non solum paterfamilias, verum etiam filiusfamilias *b*, nullo intercedente patris consensu, fieri procurator, si legitimam ætatem compleuerit. Licet enim quis post xvii. annum procurator ad negotia licite constituatur: ad iudicia tamen, nisi maior xxv. annis fuerit, constitui non poterit.

Natus annos xiv. potest esse in iudicio super caussis spiritualibus per se et per procuratorem, non obstante patria potestate. hoc dicit.

§. 3. Aliud *c* tamen iuris est in principali. Nam si is ad quartum decimum ætatis annum peruenerit; in caussis beneficialibus, et aliis spiritualibus, nec non ab iisdem dependentibus, ad agendum, defendendumque per se, vel procuratorem, perinde admittendus erit, atque si vigesimum quintum ætatis annum natus esset; nec *d* vlla patriæ potestatis, vel voluntatis erit habenda ratio: quanquam alias regulariter filiusfamilias sine patris assensu in iudicio esse non possit.

Quomodo sit agendum, si minor quatuordecim annis in caussis spiritualibus in iudicio esse velit. h. d.

§. 4. Quod si *e* quartum decimum annum natus non fuerit; in huiusmodi caussis, nec agere, nec defendere per se poterit, sed vel per episcopum, vel eiusdem officialem ad has lites curator sibi dandus erit: vel si maior infante fuerit, cum auctoritate alterius eorundem procuratorem constituere poterit.

Delegatus sedis apostolicæ in caussis, quæ agitantur coram se, pro minori quatuordecim annorum potest eidem curatorem dare, vel auctoritatem constituendi procuratorem. Et omnis, qui non prohibetur, potest esse procurator. h. d.

§. 5. Quinetiam *f* apostolicæ sedis delegatus, et ab eodem subdelegatus ad eas duntaxat caussas, quæ coram ipsis ventilandæ fuerint, vel curatorem dare, vel procuratoris constituendi auctoritatem præstare poterunt. Constitui autem poterit non solum clericus, verum etiam laicus. Regulariter *g* enim omnis, qui non prohibetur, ad procuratoris officium idoneus habetur.

Si duo dati sint procuratores in solidum; occupantis erit melior conditio: nisi in mandato sit comprehensum contrarium. Quo casu solum, altero non valente, vel nolente prosequi poterit inchoatum negotium suscipere: nisi is, qui non prosequitur, alium substituerit. Si non sint dati in solidum: vnus sine alio procedere non poterit. h. d.

§. 6. Et tam vnus, quam plures possunt in vna caussa constitui procuratores. Si tamen *h* duo simul non adiecto, quod in solidum sint procuratores, constituantur; vnus sine altero non admittetur: secus, si sint in solidum constituti. Tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium primus occupauerit. Et dominus litis factus alterum excludet: nisi constituens dixerit, quod occupantis conditio melior esse non deberet. Tunc enim si eum, qui occupauit, aut legitime impediri contingat, aut prosequi forte nolit; poterit alter negotium, ab alio inchoatum, suscipere ac perficere: dum tamen ab alio alius non fuerit substitutus.

Procurator constitutus etiam ad ea, quæ speciale mandatum exigunt, non potest explicare ea, quæ exigunt mandatum speciale; nisi in procuratorio sit facta expressio aliquorum articulorum, speciale mandatum exigentium: quo casu etiam non expressos articulos poterit exsequi procurator. hoc dicit.

§. 7. Sed siue vnus sit procurator, siue plures, fines mandati diligenter custodiendi erunt, vsque adeo, vt, si generaliter *i* quis ad omnia, etiam speciale mandatum exigentia, constitutus procurator fuerit, ex vi generalitatis huiusmodi ad aliquem articulum, in quo mandatum speciale exigitur, admitti non debeat: nisi clausulam generalem quorundam articulorum, speciale mandatum exigentium, subsequatur expressio, puta transactionis, et iusiurandum deferendi. Tunc enim non expressos casus mandatum complectetur.

Mandatum non complectitur maiora, quam sint in procuratorio expressa. h. d.

§. 8. Crimina tamen, vel defectus in personam electi, siue eius, cuius fauore vel facienda, vel iam facta est prouisio, non huiusmodi generalitatis, vel expressionis obtentu, opponendi facultas competit, nisi super hoc aliud in mandatis habeat. Nam huiusmodi generale mandatum grauiora, vel maiora, quam in ipso procuratorio sint expressa, non complectitur.

Procuratori ad negotia liberum est quandocunque substituere. Procuratori vero ad iudicia substituitur solum in casibus hic expressis. h. d.

§. 9. Sed et illud non est omittendum, quod, licet procuratori ad negotia *l* liberum sit alium quandocunque constituere, iudiciario tamen *m* minime id concedi; nisi aut lis fuerit contestata, vel in rem suam datus sit, vel a domino substituendi fuerit concessa potestas: quo casu etiam non expressam personam poterit in procuratorem eligere.

Regulariter in caussis criminalibus non potest interuenire procurator. hoc dicit.

§. 10. Non tamen in omni iudicio procurator interuenire potest. In criminalibus *n* enim caussis neque accusator, neque accusatus, nisi per se ipsos impetere, vel defendere permittuntur: nisi *o* vel ab illustri propulsanda sit iniuria, aut rei contumacia sit accusanda, vel contra accusatorem sit incipiendum, aut de leui crimine tractetur, aut, si de graui agendum sit, ciuiliter agatur.

Clerici et monachi non possunt esse procuratores, nisi propriæ ecclesiæ, vrgente necessitate et superioris iussu. h. d.

§. 11. Sed nec omnes ad procuratoris officium temere admitti debent. Ideoque episcopus et vniuersi sacerdotes, cum ad solam Dei laudem, piorumque operum actiones sint constituti, ab huiusmodi ministerio excludendi erunt. Idem quoque obtinet in monachis *p*. Nam et illos, cum solitariam vitam degere profiteantur, a forensi strepitu, ac litigiis summoueri conuenit. Plane monasterii exigente vtilitate *q*, vel necessitate, et abbatis accedente imperio, ad procurationis *r* officium accedere minime prohibentur.

Clerici regulariter coram secularibus iudicibus postulare non possunt. hoc dicit.

§. 12. Postulandi *s* quoque officium clericis, qui stipendiis sustentantur ecclesiasticis, coram seculari iudice in secularibus negotiis interdicitur: nisi propriam caussam, vel ecclesiæ suæ prosequuti fuerint, vel *t* nisi, vrgente necessitate, pro coniunctis, aut miserabilibus personis postulare velint.

Excommunicati nec proprio nomine, nec alieno possunt esse in iudicio, nisi ad defensionem. h. d.

§. 13. Hi vero, qui excommunicationis vinculo innodati sunt *v*, non solum procuratorio nomine in iudicio interesse non possunt, verum etiam nec proprio: actore tamen impugnante, excommunicato reo legitimæ defensionis copia non est adimenda.

Procurator vniuersitatis, in qua sunt excommunicati, non potest a iudicio repelli, nisi tribus casibus. h. d.

§. 14. Sed belle dubitari contigit, an vniuersitatis *x* alicuius procurator ex eo repelli debeat, quod maiores et iurati, per quos eadem vniuersitas regitur, tempore, quo iniunctum fuit procurationi officium, erant excommunicationis sententia innodati, quasi et ille repelli debeat, cuius non repetuntur auctores? Et responsum est, huiusmodi procuratorem non repellendum: nisi vel illi *ipsi* excommunicati in litteris procurationis essent expressi, vel alias eorum auctoritate procurationis institutio facta fuisset, aut ipsa vniuersitas, excommunicationis conscia, simul cum iis eundem procuratorem constituisset.

Procurator reuocari potest expresse, et tacite, puta, si dominus per se incipiat caussam tractare. h. d.

§. 15. Tamdiu autem durat quis procurator, quamdiu is, qui eum constituit, reuocet, siue expresse, siue etiam tacite. Vnde *y* si tu Titium simpliciter procuratorem constitueris, isque in iudicio procuratorio nomine esse cœperit, deinde tu, siue ante litem contestatam, siue post, ad caussam ipsam venias, non, vt ipsi assistas, sed vt caussam eandem tractes; tractando caussam Titium procuratorem reuocare censeris: nisi quod non animo reuocandi feceris, vel expresse professus fueris, vel ex aliquibus appareat coniecturis.

Actus præcedens subsequentem limitat et interpretatur. h. d.

§. 16. Sed si eundem Titium sub ea forma *z*, quoties te abesse contigerit, procuratorem constitueris, et postmodum per te ipsum caussam tractes: non propterea tamen procuratorem reuocare videris. Quinimo Titius, quandocunque abesse te contigerit, procuratoris assumet officium.

Procurator, si substituit, non potest substitutum reuocare: nisi et reuo-

a Extr. de syndic. b cap. qui generaliter §. 1. et seqq. eod. tit. in 6. c cap. fin. de iudic. in 6. d cap. fin. §. in huiusmodi. de iudic. in 6. e cap. fin. §. si vero. de iud. in 6. f cap. fin. §. delegatus. de iud. in 6. g cap. 1. eod. tit. in 6. h cap. si duo. eod. tit. in 6. i cap. qui ad agendum. eod. tit. in 6.

k Clem. 2. eod. tit. l cap. 1. §. fin. eod. tit. in 6. m d. cap. 1. §. fin. d. tit. in 6. n can. in criminali. 3. qu. 3. §. 1. in cap. veniens. extr. de accus. o can. absens. §. vlt. qu. 9. p extr. ne cler. vel monach. q can. monach. 16. quæst. 1. r Clem. 3. eod. tit. s cap. 1. extr. de postul. t cap. fin. extr. de postul. v cap. intelleximus. extr. de iud. x cap. fin. eod. tit. extr. y cap. si quem. §. fin. eod. tit. in 6. z cap. si quem. in princ. eod. tit. in 6.

candi

candi habeat potestatem. Et procurator, qui substituit in una caussa, non prohibetur in aliis se intromittere. h. d.

§. 17. Hæc autem de reuocatione domini sunt intelligenda. Nam si a procuratore tuo a alius procurator legitime substituatur, post mandatum susceptum; etiamsi eo substitutus usus non fuerit: ab illo reuocari, nisi etiam potestas reuocandi fuerit eidem concessa, non potest. Sed si, cum ad plures, vel ad omnes caussas Titium generaliter procuratorem constituisses, is in una vel in altera substituerit: in reliquis procuratoris officium exercere minime prohibetur.

Acta cum procuratore reuocato, donec ignoretur reuocatio, tenent. hoc dicit.

§. 18. Ad hæc etiam admonendi sumus, quod, si, ignorante iudice, vel aduersario *b*, post contestatam litem mandatum reuocatum fuerit, ratum esse debet iudicium, in quo quia post ignoratam reuocationem quasi procurator versatus fuerit.

Matrimonium, contractum per procuratorem, reuocatum non tenet: licet reuocatio non venerit ad notitiam partium. h. d.

§. 19. Non sic tamen in matrimonio statuitur *c*. Nam si procurator ad contrahendum specialiter constitutus, antequam contrahat, a domino reuocatus fuerit; contractum postmodum matrimonium, licet tam procurator, quam ea, cum qua contraxit, reuocationem huiusmodi penitus ignorauerint, nullius momenti penitus existet: cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere non potuit.

Acta iudicis post reuocationem procuratoris, non ignoratam, non tenent. h. d.

§. 20. Quod si, scientibus iudice *d* et parte, mandatum reuocatum fuit, et nihilominus est in iudicio processum per procuratorem reuocatum; tam alia acta, quam ipsa sententia nullum afferet domino præiudicium; cum falsi procuratoris exceptio *e* non solum ante sententiam, verum etiam postea possit obiici: qua probata, iudicium prorsus nullum redditur.

Refutatio mandati non impedit refutantem acceptare, si mandans perduret in voluntate mandandi. h. d.

§. 21. Non *f* idem iuris statuetur in eo, qui, absens procurator constitutus, præsentatum sibi mandatum suscipere nolle dixerit. Is enim, refutatione huiusmodi nequaquam obstante, quamdiu constituens in eadem voluntate persisterit, ad libitum mandatum acceptare poterit.

Receptio instrumenti, et cautio domini operantur, quod procurator non possit renuntiare mandato, sed teneatur defendere. h. d.

§. 22. At *g* litteris, vel instrumento, quibus te aliquis, in caussis suis procuratorem constituens, pro te debito modo cauit, simpliciter nulla facta protestatione, *h* te scienter receptis, non potes postea recusare illius defensionem; imo cogi poteris illum defendere in omnibus caussis, et negotiis, ad quæ prædicta instrumenta, seu litteræ se extendunt: cum per hoc ad omnia tuum præstitisse videaris assensum.

Morte constituentis exspirat mandatum, interdum etiam re non integra. h. d.

§. 23. Morte quoque constituentis desinit quis esse procurator, quod interdum obtinet etiam re non integra. Nam *h* si prælatus, vel rector te pro beneficio suo, vel ecclesia procuratorem constituat, et tu, viuente illo, litem contestatus fueris, aut negotium aliter attigeris: post mortem tamen illius, etiam quoad cœpta, procurator esse desinis.

TITVLVS III.

DE PACTIS ET TRANSACTIONIBVS.

Metu iudiciorum interdum deuenitur ad pacta, ad transactiones et ad compromissa. h. d.

Consequens nunc est, vt videamus de serie, et actis ipsorum iudiciorum. Sed quia interdum accidit, vt iudiciorum metu litigaturi ad pacta et transactiones veniant, aut ad arbitros declinent: ideo prius paucis de his dispiciamus.

Pacta sunt seruanda, et per ea etiam indultis apostolicis derogari potest. h. d.

§. 2. Et quidem pacta inter quoscunque, quacunque de re inita, regulariter suam habere debent firmitatem. Neque enim quisquam, vt diuinum monet oraculum, ea, quæ de labiis suis procedunt, irrita facere debet. Quod quidem vsque adeo obtinet, vt apostolicis etiam indultis pactum deroget. Inde *i*, cum monasterio ab apostolica sede libera sepultura concessa esset, pactumque esset cum rectore parochialis ecclesiæ, ne parochiani ipsius ad sepulturam reciperentur, responsum est, in dicto monasterio sepeliri eligentes, obstante conuentione, voti fieri non posse compotes.

Pactum, per quod filia dotata renuntiat hæreditati paternæ, iuramento vallatum, tenet. h. d.

§. 3. Eodem etiam spectat *k*, quod pactum a filia, dum nuptui traditur, cum patre factum, vt dote contenta, ad bona paterna nullum habeat regressum, si iuramento vallatum sit, licet lege ciuili improbetur, seruari debeat: cum tale pactum non vergat in æternæ salutis dispendium.

Pactum, quod tendit ad periculum animæ, non ligat. h. d.

§. 4. Quod si seruatum in animæ tendat detrimentum *l*, quia forte sit pactum de re turpi, veluti quod post mortem Titii clerici Seius in beneficio succedat, vel aliter de iure, vel de facto sit impossibile, nullam inducet obligationem.

Transactiones, quæ non sunt iuri contrariæ, seruari debent, et pactionum iuribus derogant. h. d.

§. 5. Transactiones *m* quoque similem iuris firmitatem obtinent vsque adeo, vt iuribus omnibus, quæ partibus, aut obtentu præscriptionis, aut priuilegii, seu quocunque modo suffragari poterant, vites adimant. Sed et hoc de illis transactionibus intelligere nos oportet, quæ non sunt iuri contrariæ. Alioqui, si aut super re sacra *n*, et litigiosa, aut in caussa matrimonii interpositæ sint, nullum robur obtinent.

TITVLVS IV.

DE ARBITRIS.

Qui sint proprie arbitri. h. d.

Arbitri *o* dicuntur proprie, qui nullam potestatem habentes, consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sententiæ stetur.

Tam in iudicem ordinarium, quam delegatum potest compromitti. hoc dicit.

§. 2. Sed etsi qui legitimam in partes potestatem habeant: ab eisdem tamen in arbitros eligi poterunt. Quod non solum de eis intelligendum est *p*, qui ordinariam exercent iurisdictionem, verum etiam de his, qui delegatam tantum obtinent.

Ponit personas, in quas non potest compromitti. h. d.

§. 3. Sed neque serui *q*, nec qui seruis similes sunt, monachi et regulares, arbitrium in se recipere possunt. Ad hos enim quies, oratio, et manuum labor, non autem caussarum spectat cognitio. Hæretici quoque, apostatæ, schismatici, infideles, et excommunicationis vinculo ob delictum proprium innodati arbitrorum in se officium assumere non poterunt.

In laicum de re spirituali non potest compromitti, nisi sit clerico adiunctus, vel in eum sit compromissum auctoritate apostolica. h. d.

§. 4. Sed nec in eum, cuius licet ex delicto aliquo non sit læsa existimatio, laicus *r* tamen est, de re spirituali compromissum fieri potest. Si tamen *s* is, aut clerico sit adiunctus, aut apostolica auctoritate compromissum susceperit: arbitri partes exsequi minime prohibebitur.

In fœminas non potest compromitti, nisi id permittat regionis consuetudo, et ordines. Qui non prohibetur, potest recipere compromissum. h. d.

§. 5. Fœminæ *t* quoque, licet illæ summæ opinionis existant, ab omni iudiciali examine vsque adeo sunt separandæ, vt ex illarum sententiis nulla pœne aduersus illius contemptores, nullaque pacti exceptio oriatur: nisi regionis probata consuetudo talium munerum participes illas redderet. Cæteri vero, quos neque sacrorum canonum, nec secularium legum statuta specialiter arcent, omnes ad tractanda arbitria admittendi erunt.

Reperiuntur quidam, qui non possunt compromittere. h. d.

§. 6. Sicuti autem ii, quos supra recensuimus, arbitria exercere prohibentur: ita etiam illorum quidam compromittere non permittuntur, qui tam ex libris pontificii, quam cæsarei iuris commodius cognosci poterunt.

Ponit caussas, super quibus non potest compromitti. Et quod super matrimonio spirituali potest compromitti, secus super carnali. h. d.

§. 7. Pleræque etiam caussæ arbitrorum notionem effugiunt. Nam *v* liberales, matrimoniorum, filiationum, monachationum, conuersionum, in integrum-restitutionum, item *x* criminales, et quæ maiores iudices exigunt, per arbitros cognosci non possunt. Quod autem diximus, de matrimoniis compromitti non posse, de carnalibus intelligendum est. Nam quod de spirituali matrimonio compromitti possit, secundum ea, quæ supra diximus, nulla est dubitatio.

Arbiter super pluribus si super vno tantum pronuntiet; non exspirat compromissum: nisi habuerit a partibus facultatem ita pronuntiandi. h. d.

§. 8. Finiuntur autem arbitria pluribus modis, vtputa, sententiæ prolatione, et temporis lapsu. Sententiæ prolatione finiuntur arbitria, cum de omnibus, de quibus compromissum fuerit, arbiter pronuntiauit. Nam si de quibusdam tantum sententiam tulerit; nisi talem pronuntiandi potestatem a partibus habuerit: compromissum non exspirat.

Termini lapsu compromissum exspirat. h. d.

§. 9. Lapsu temporis exspirat arbitrium, cum terminus, compromisso comprehensus, re infecta, labitur.

---

a *C. ex. qui. de procur. in 6.* b *cap. mandato. extr. eod. tit.* c *cap. fin. §. fin. de procur. in 6.* d *cap. insinuatione. et sequ. extr. eod. tit.* e *cap. in nostra. extr. de procur. in 6.* f *cap. licet is eod. tit. in 6.* g *Clem. 1. eod. tit.* h *Clem. fin. eod. tit.* i *cap. 1. de pact. in 6.* k *cap. 2. de pact. in 6.*

l *cap. fin. extr. de pact.* m *cap. 1. extr. de transf.* n *cap. constitutus. et cap. fin. extr. de transact.* o *can. a iudicibus. § arbitrarii. 2. qu. 6.* p *cap. cum olim. extr. eod. gl. pen. can. a iudicib. 2. quæst. 6.* q *can. 2. §. 7. quæst. 7.* r *cap. contingit extr. eod.* s *cap. per tuas. in fin. extr. eod.* t *cap. dilecti filii. extr. eod.* v *cap. pen. in fin. extr. de rest. in integ.* x *d. cap. pen. in initio.*

Morte tam arbitrorum, quam compromittentium exſpirat compromiſſum: niſi ſpecialiter ſit dictum de heredibus promittentium. h. d.

§. 10. Mortis a quoque interuentu compromiſſe irritantur, tam arbitrorum, quam etiam litigatorum. Compromiſſum b enim in compromittentis heredes non extenditur: niſi de his quoque ſpecialiter caueatur. Sunt et alii modi, quibus compromiſſa finiuntur: quos tamen, vt ad cœptum iudiciarii ordinis propoſitum feſtinemus, ex aliis auctoris libris cognoſcendos relinquimus.

TITVLVS V. DE IN IVS VOCANDO.

Iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui ſcribant acta iudicii. h. d.

Ergo, ſi partes neque pactionibus, neque tranſactionibus, neque compromiſſis concordes reddi potuerunt, ad iudicem deueniendum erit. Illud autem inprimis proſpicere iudicem oportebit, ne ſcilicet debitæ ſolennitates in iudicio prætermittantur: adhibebitque c publicam perſonam, aut duos viros idoneos, qui vniuerſa acta iudicii conſcribant, vt Innocentiana conſtitutione, in generali concilio edita, latius continetur.

Initium iudiciorum eſt citatio, ſine qua omnes actus regulariter ſunt nulli. h. d.

§. 2. Omnium d autem iudiciorum inſtituendorum principium, et fundamentum ſunt citationes, ſine quibus omnia, quæ aduerſus abſentes in omni negotio, aut loco aguntur, viribus carent. Nam neque naturalis, neque ciuilis ratio quoquam indefenſum iudicari permittit. Quicunque igitur cum altero iudicio contendere voluerit, ante omnia curare debet, aduerſarium ita moneri, vt ſeſe coram iudice exhibere teneatur.

Ex quatuor capitibus eluſoria redditur citatio: et citatus a non ſuo iudice non tenetur comparere. h. d.

§. 3. Fit tamen interdum pluribus modis e, et quis vocationi de ſe factæ parere non compellatur, vtputa ex perſonæ qualitate, loci conditione, temporis ratione, et forma citationis. Perſonæ qualitas efficacem reddit citationem tam ius dicentis, quam etiam in ius vocati. Nam ſi te is in ius vocet, quem tibi iudicem non eſſe competentem manifeſtum ſit: dubio procul ad comparendum vocatio talis te minime coarctabit.

Qui legitime citatus mutauit iudicem, non propterea poteſt declinare iudicem: cum ſit præuentus. h. d.

§. 4. Si tamen f contigerit eum, qui legitime citatus fuerit, alterius poſtmodum fieri iuriſdictionis: quaſi præuentus, ius reuocandi forum non habebit.

Citatus ad inſtantiam ſpoliatoris non tenetur comparere. h. d.

§. 5. Idem iuris eſt, ſi iudex quidem tuus ſit g, ex eo tamen te mandet vocari, vt in iudicio cum ſpoliatore tuo ſtare compelleris. Nec enim antea comparere cogeris, quam ad omnia canonice reſtitutus fueris. h.

Ex qualitate loci citatio non arctat ad comparendum. h. d.

§. 6. Locus i quoque, ad quem vocatus fueris, tunc inualidam reddit citationem, cum aut incertus eſt, aut citantis non ſubeſt iuriſdictioni. Idem etiam dici poterit, ſi citandus extra iudicis territorium moram trahere comperiatur. Tunc enim ius dicenti impune non paretur: quemadmodum et, ſi locus citationi deſignatus peſtilens ſit, aut alias pro citato male tutus. k.

Diebus feriatis in honorem Dei etiam ex conſenſu partium non poteſt procedi. Et anguſtia temporis, ad comparendum dati, vitiat citationem. hos dicit.

§. 7. Sed et, ſi te iudex iuſſerit adeſſe, aut inter anguſta nimis tempora, aut quæ veneranda ſint diuini cultus gratia, nullas vires habebit talis iuſſio l. Quamuis enim non prorogate; ſed expedire debeat quæſtiones: vſque adeo tamen his diebus iudiciorum ſtrepitus debet conquieſcere, vt, niſi vel neceſſitas cogat, vel pietas ſuadeat, conſentientibus etiam partibus, proceſſus habitus non teneat.

Feriis indultis hominum cauſſa renuntiari poteſt. h. d.

§. 8. Aliud m autem obtinet, ſi ob hominum neceſſitates feriæ indultæ fuerint. Tunc enim acta cuncta tenent, ſi de partium proceſſerint voluntate.

Delegatus debet in citatione inſerere tenorem ſuæ commiſſionis, et deſignare auditorium: ſecus eſt in ordinario. h. d.

§. 9. Iam vero multum intereſt, delegatusne citet, an ordinarius. Ille enim, cum aliena vtatur iuriſdictione, longe remotus, non niſi litteris, commiſſionis n ſuæ tenorem continentibus, et intra certa ſpatia quem vocare poterit. Et cum proprium non habeat auditorium; certum huiuſmodi litteris locum, vbi ſe citatus exhibere valeat, deſignare illum oportebit: cum in ordinario nulla ſubſit huiuſmodi neceſſitas.

Ponit, quid agendum ſit delegato, ſi iuriſdictio eius exſpirat in peremptorio. h. d.

§. 10. Item in delegato quæri poteſt, ſi peremptorie o partes is citauerit, et earum altera, die data, ſeſe abſentat contumaciter, an ſaltem circa vltimam diei partem ſit in negotio procedendum? Et vtrum, ſi duxerit expectandum, ſit iterum citandus contumax? Et in hac ſpecie multum intereſt, duret iuriſdictio poſt peremptorium terminum, an exſpiret. Primo enim caſu, in diem alteram, æquitate ſuadente, iudex expectare poterit. Nec propterea, peremptorio elapſo, pars contumax citanda erit; niſi gratiam eidem fecerit benignitas iudicantis. Poſteriore vero, ne fruſtra iudicialis inſtantia euaneſcat, ſi partes, cum id nouerint, ſeſe iudici non præſentauerint hora, qua congrue procedi poſſit ad exſequendum, propter quod eis legitime terminum peremptorium aſſignauerit, ad executionem libere procedere poterit. Diſcretus tamen iudex in aſſignatione peremptorii, non debet iuriſdictionem ſuam, niſi neceſſitas vrgeat, adeo coarctare.

Citatus poteſt ex legitimo impedimento non comparere: quo tamen ceſſante, debet ſe iudici præſentare. h. d.

§. 11. Adhuc, tametſi omnia ſolenniter peracta fuerint, nec vocatus accedat ad iudicem, quibuſdam caſibus excuſandus erit, vt puta ſi facto aduerſarii impeditus, aut ad maius tribunal vocatus, vel vinculis, aut infirmitate detentus, aut aliis p ſimilibus cauſſis implicatus non acceſſerit. Debet tamen, ceſſante impedimento, quanto poterit citius, iudici ſui copiam facere. q

TITVLVS VI. DE DOLO ET CONTVMACIA, ET IN POSSESSIONEM MISSIONE.

Qui dicatur contumax, et quid ſit contumacia, et quibus pœnis puniatur. h. d.

Ergo iuridice vocatus, et nulla legitima cauſſa impeditus, ſi ſe iudici præſentare neglexerit, aduerſario accuſante, contumaciæ crimen incurrit. Eſt enim contumacia, erga iudicem vel prælatum commiſſa inobedientia. Hæc autem varie iuribus coercetur. Nunc enim litis damno, nunc mulcta, nunc expenſarum refectione r, et rei ſequeſtratione, vel eccleſiaſticæ ſententiæ s innodatione ob contumaciam ſuam conuentus afficitur.

Actor mittitur in poſſeſſionem rerum rei contumacis, et poſt annum efficitur verus poſſeſſor, reſeruata quæſtione ſuper proprietate. h. d.

§. 2. Illud quoque videtur ordinarium, vt contumace aduerſario tuo exiſtente, in poſſeſſionem earum rerum, de quibus quæſtio vertitur, vel t quæ alias ſunt in patrimonio rei, pro modo debiti, ſi perſonalis inſtituetur actio, cuſtodiæ cauſſa inducaris, vt tædio affectus reus veniat, aliquando reſponſurus. Quod ſi v adhuc per annum in ſua contumacia perſeuerauerit: iudice decernente, verus poſſeſſor efficieris, ſuper proprietate duntaxat aduerſæ parti defenſione reſeruata. Sed ſi miſſus in poſſeſſionem x fructus dilapidet: ſequeſtrandi erunt, et quod diſtractum eſt, in priſtinum ſtatum erit reuocandum.

Si ob potentiam aduerſarii contumacis non poſſit actor poſſeſſionem ingredi, vel illam amiſerit: nihilominus efficitur verus poſſeſſor, elapſo anno. hoc dicit.

§. 3. Si tamen propter rei potentiam y ſiue dolum contigerit, vt intra annum rem cuſtodiandam nanciſci non poſſis, vel etiam acquiſitam amittas, nec contumax melioris, quam obediens, conditionis exiſtat: de canonica æquitate ſancitum eſt, vt hoc etiam caſu verus, elapſo anno, poſſeſſor actor conſtituatur.

Si reus contumax dederit cautionem de ſtando iuri; nec mulctandus eſt, quod aduerſarium non fuerit paſſus eſſe in poſſeſſione: et miſſionem paſſus reſtituetur. h. d.

§. 4. Hoc tamen z tunc obtinet, cum reus nullam cautionem præſtitit. Nam ſi de ſtando iuri cauerit, nec mulctandus: et miſſionem paſſus illico reſtituendus erit.

Actor, anno lapſo, non reputatur poſſeſſor, ſi per eum ſteterit, quo minus intrauerit poſſeſſionem. h. d.

§. 5. Idem aa iuris eſt, ſi annus lapſus eſſe proponatur, per reum tamen non ſteterit, quo minus ante terminum et poſſeſſionem receperit, et cautionem dederit.

Excommunicatus a delegato principis, etiam delegato mortuo, non poteſt ab ordinario abſolui, vel alio, prætrquam in mortis articulo, vel de mandato papæ. h. d.

§. 6. Quum bb contigit, ſi delegatus, qui reum propter contumaciam manifeſtam excommunicationis vinculo innodauit, vel petitorem cauſſa rei ſeruandæ in poſſeſſionem induxit, rebus eximatur hu-

a C. pen. extr. de off. del. cap. ex parte in fin. extr. eod. b cap. fin. extr. eod. c cap. quoniam contra. extr. de probat. d gl. pen. cap. eccleſia ſancta Maria. extr. de conſtit. e gl. 2. can. pen. 3. qu. 2. f cap. pen. extr. de foro compet. g gl. 2. can. pen. 2. qu. 2. h can. fin. 5. qu. 2. i gl. 2. can. pen. 3. qu. 2. k cap. ex parte tua. extr. de appellationib. l cap. fin. extr. de feriis. m cap. fin. in fin. extr. de feriis. n cap. 2. extr. de dilat. gl. 2. can. pen. 3. qu. 2.

o cap. conſuluit nos. extr. de offic. deleg. p cap. quoniam. §. ſi autem de carnal. extr. vt lite non conteſt. q cap. cum dilectt. extr. de dolo et contumac. r cap. cum dilectt. in fin. extr. eod. s cap. tua fraternitatis. extr. vt lite non conteſtata. t cap. fin. §. in altero. extr. vt lite non conteſtata. v cap. 1. extr. de eo, qui mitt. in poſſ. x cap. 2. extr. de ſequeſtr. poſſ. y cap. contingit. extr. eod. tit. z cap. 1 eod. tit. aa cap. 2 in fin. extr. de eo, qui mitt. in poſſ. bb C. paſtoralis officii, §. praeterea. extr. de off. ord.

manis,

manis, an eidem iuri parere volenti, et idoneam cautionem offerenti ordinarius absolutionis beneficium impertiri; et possessionem restituere valeat? Et responsum est, quod, cum delegatus, quoad hoc, sit ordinario maior, excommunicatus ab eo non potest per illum, praeterquam in mortis articulo, sine mandato summi pontificis absolutionis gratiam obtinere, vel possessionem recuperare: nisi alius ei in onere successerit et honore.

Passus missionem, si, mortuo delegato, praestet infra annum cautionem de parendo iuri, etiam post annum recuperabit possessionem. h. d.

§. 7. Sed e ne missus in possessionem verus efficiatur post annum possessor, missionem passus coram ordinario, vel, si eius copiam habere nequiverit, coram publicas et honestis viris, vt quasi praescriptionem interrumpat annalem, offerre, ac praestare poterit de parendo iuri cautionem, vt sic etiam post annum per apostolicam sedem possessionem recuperare meretur.

In caussis beneficialibus non habet locum missio in possessionem, sed in locum eius poterit procedi, lite non contestata. h. d.

§. 8. Sed & ista quidem tunc procedent, cum de profanis rebus erit disceptatio. Nam qui super dignitate, personatu, vel beneficio ecclesiasticis obtinendis cum aliquo litigat possessore, ob partis aduersae contumaciam in possessionem mittendus non erit: cum per hoc ei ingressus viriosis pateat. Licebit tamen iudici hoc casu, etiam lite non contestata, diligenter examinato negocio, ipsum fine debito terminare, contumaciam absentia diuina replente praesentia.

Contra reum contumacem, si de caussa liqueat, potest ferri sententia etiam in caussa profana, lite non contestata: contra actorem vero, etiam lite non contestata. h. d.

§. 9. Quod interdum etiam in profanis obtinebit, vtputa e si, contestata lite, reus contumax fuerit, et de caussa liqueat: vel actor ipse contumaciae crimen incurrat: quo casu etiam lite non contestata, instante reo, iudex et testes recipere, et sententiam ferre debebit.

Si actor non venerit in termino, ad quem reum citare fecerit; debet reo refícere expensas, et tenere de in posterum comparendo: alias non admittitur ad aliam citationem. h. d.

§. 10. Idem d quoque actor, si ad terminum, ad quem aduersarium citari fecerit, venire contempserit, venienti reo in expensis, propter hoc factis, legitime condemnabitur, et ad aliam citationem minime admittendus erit; nisi de fideliter in posterum comparendo idoneam cautionem dederit.

Iudex debet esse contentus vna poena ex pluribus, quae aduersus contumacem competunt: et excrescente contumacia, potest etiam ad alias procedere. hoc dicit.

§. 11. Quod autem diximus, iuribus variis contumaciam coerceri, non est ita accipiendum, quasi omnes simul poenas iudex dicens infligere contumaci debeat, sed quod variarum poenarum sibi datur optio: vnde alterutra, quae magis timeri debeat, iudex a principio contentus erit, ad aliam nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis.

TITVLVS VII.
DE LIBELLI CONCEPTIONE, ET OBLATIONE.

Actor, reo comparente, debet clarum iudici libellum offerre: et quid sit libellus? h. d.

In primis igitur, reo in assignato termino comparente, iudici libellum actor offert e, et illum ita clarum et planum, vt ex eius inspectione deliberare reus valeat, vtrum cedere velit, an contendere, atque vt, si contendendum sit, despicere valeat iudex, quemadmodum a se concipienda sit sententia. Nihil enim aliud est libellus f, quam breuis scriptura, clarum actoris intentionem continens, et contra aduersarium necessario concludens.

Libellorum alii sunt accusatorii, alii conuentionales. h. d.

§. 2. Porro libellorum duae sunt species. g Alii enim sunt accusatorii, alii conuentionales. Accusatorii sunt h, quibus quis aliquos apud iudicem alicuius criminis reos defert: de quibus quidem in praesenti nobis non est institutus sermo, sed infra suo loco et ordine dicetur. Conuentionales sunt i, quibus in ciuilibus disceptationibus vtimur, dum rem nostram, aut quam nobis deberi putamus, in iudicio petimus.

Quae debeat continere libellus: et quod ineptus, vel obscurus libellus non obliget ad respondendum: et quod iudex illum potest lacerare. h. d.

§. 3. Exprimere igitur oblatus libellus, non solum agentis, et conuenti nomen, sed et ius dicentis, et petitae rei k, et actionis qualitatem. Et si personali l experiendum sit actione; petendi quoque caussa exprimenda erit: alioqui nec conuentus respondere tenebitur, et iudex libellum, non legitimae conuentionis formam continentem, concerpere ac destruere poterit.

Plures dantur casus, in quibus solemnis libelli porrectio non est necessaria. h. d.

§. 4. Sunt tamen casus, in quibus solemnis haec libelli oblatio minime est necessaria m, velut in quibus de plano ac sine strepitu et figura iudicii procedendum erit, et in quibus, etiam non contestata lite, testes recipi possunt, et alii plures.

Bene faciet iudex, si rem terminari quaeret sine tela iudiciaria. h. d.

§. 5. In his quoque casibus, in quibus libelli est necessaria porrectio, probe iudex fecerit, si principales personas, vel in subsidium etiam aduocatos factum ipsum proponere iusserit, et sine tela iudiciaria controuersiam terminare tentauerit.

Oblato libello, debent reo dari dilationes ad excipiendum: et ad vitandam obscuritatem vna materia est vno loco tractanda. h. d.

§. 6. Oblato tamen secundum iuris ordinem libello, certae reo conuento indulgendae sunt induciae n, quibus deliberet, cedendum sibi sit, an contendendum; acceptandus, an recusandus iudex: denique, vt proponat, si quas habet, exceptiones. Quae propterea comparatae sunt, vt ii, aduersus quos instituuntur actiones, defendantur. Harum vero quaedam ante litis contestationem opponendae erunt, quaedam vero etiam post contestatam litem. Sed ne, si qui inter has alieni tractatus medii fuerint interiecti, huiusmodi sectio obscuritatem pariat, videamus nunc generaliter de exceptionibus.

TITVLVS VIII.
DE EXCEPTIONIBVS, ET REPLICATIONIBVS.

Quid exceptio, et quod duplex eius est species, dilatoria et peremptoria. Et quod dilatoriarum quaedam respiciunt iudicem, quaedam actorem, quaedam reum, quaedam caussam. h. d.

Exceptio est a actionis vel intentionis exclusio. Exceptionum summa diuisio in duo genera deducitur. p Aut enim sunt dilatoriae, aut peremptoriae. Dilatoriae sunt, quae rem et iudicium differunt. Harum quaedam iudicis personam respiciunt, quaedam agentis, quaedam rei conuenti, quaedam vero actionis et caussae qualitatem. Personam iudicis respiciunt, vel quae illius incompetentiam arguunt, vel quae de ipso suspicionem ingerunt, secundum ea, quae supra suo loco latius exposuimus. Et hae declinatoriae quoque potiorunt appellari. Actoris partem illae spectant, quae, illum non legitimam in iudicio standi personam habere, demonstrant: quales sunt procuratoriae, vtputa, si quis pet monachum, aut regularem, aut clericum agere velit. Item si quis vt tutor, vel curator, vel procurator, vel syndicus compareat, et illum tutorem, vel curatorem, vel procuratorem, vel syndicum esse negetur, vel sua non interesse, vel audiri non debere potestetur, et si quae sunt his similes. Ex persona rei deducuntur, veluti si quis ab eo, qui alienam litem defendit, de iudicato soluendo cautionem postulet, aut si eb actore se spoliatum esse reus conuentus coram iudice queratur, et propterea restitutionis beneficium imploret, vel si actorem ee legitima caussa domum reuocet. Actionem et caussam respiciunt, vt cum proponitur de ineptitudine, aut incertitudine libelli, aut de litis pendentia, aut cum nondum diem solutionis venisse praetenditur.

Declinatoriae exceptiones proponi debent ante omnem exceptionem aliaqui amplius opponi non poterunt. h. d.

§. 2. Hae vero regulariter omnes ante litis contestationem proponi debent. Sed quas declinatorias appellauimus, non modo ante litem contestatam, verum etiam ante omnem dilatoriam exceptionem opponere reum oportebit: alioqui, si aliam primo proposuerit, cum per hoc in iurisdictionem eius, coram quo proposuit, consensisse videatur, eiusdem iurisdictionem ferre declinare conabitur.

Dilatoriae exceptiones, non declinatoriae, regulariter proponuntur ante litem contestatam, quandoque tamen etiam post. h. d.

§. 3. Ergo in initio litis declinatoriae opponi debent, et probari: caeterae post oblatum libellum ante litem contestatam, intra terminum, a iudice assignatum, quandocunque opponi et probari poterunt. Sed et lite contestata quandoque eas opponere licebit, veluti q si qua nuper reo competens exorta fuerit, vel is, qui eam opponere voluerit, postmodum ad suam notitiam peruenisse iureiurando fidem faciat, vel esset huiusmodi, quae retroactum processum nullum redderet, vt est ea, quae vel mandati, vel iurisdictionis defectum arguit.

Et ex loco, et ex tempore, et ex aliis fontibus ducuntur exceptiones. hoc dicit.

§. 4. Ducuntur autem huiusmodi exceptiones non solum ex supra positis caussis, sed etiam ex loco, ex tempore, et ex aliis pluribus, vt tam pontificii, quam caeterae iuris libris facile est legentibus cognoscere.

Exceptio excommunicationis licet sit dilatoria, tamen potest opponi et ante et post litem contestatam. h. d.

§. 5. His annumeranda est etiam excommunicationis r exceptio, quae licet et ipsa dilatoria sit, a caeteris tamen dissimilem naturam sortita esse deprehenditur. Nec enim post oblatum tantum libellum ante contestatam litem velut caeterae, sed in qualibet parte litis opponi

a C. pastoralis officii §. praeterea. vers. verumtamen. extr. de offic. ord. b C. vnic. de eo, qui mitt. in poss. in 6. c C. consultam, qua. et C. sequ. extr. eod. d C. 1. eod. tit. in 6. e c. iudicitae. §. offeratur. 5 qu. 3. f C. 1. et gl. 1. extr. de lib. obl. g gl. 1. C. 1. extr. eod. tit. h c. praesumptio fit. §. libell. §. qu. 8. i d. gl. 1. cap. 1. eod. tit. extr. k C. 2. extr. eod. tit. l §. fin. extr. eod. tit.

m Cl. saepe de verb. sign. n cas. indicitae §. offeratur. 5 qu. 3 o gl. in verb. irritari. C. dudum. Cl. 2. extr. de elect. gl. fin. C. ex parte. extr. de foro comp. p gl. 1. C. exceptionem. extr. eod. de except. q C. pastoralis. in fin. extr. eod. tit. r C. exceptionem excommunicationis. extr. eod.

poterit,

petierit a, peremptorio termino ad proponendum exceptiones declinatorias et dilatorias praefixo minime obstante. Quod est in hac exceptione specialiter obseruandum, ne quisquam in periculum animae suae excommunicato communicare compellatur. Quodsi eam reus omiserit, vt actor sumptibus et laboribus fatigetur: in expensis legitimis condemnandus erit.

In opponenda exceptione excommunicationis seruanda est certa forma. hoc dicit.

§. 6. Sed cum per malitiam haec exceptio in iudiciis opponeretur frequentius: Innocentiana constitutione consultissime cautum est b, vt certa in ea proponenda forma seruari debeat, vt ex ipsius constitutionis tenore facile apparere potest.

Exceptio excommunicationis potest actori opponi in prima tantum instantia, non in secunda. Idem de ceteris dilatoriis. h. d.

§. 7. Haec c autem in prima tantum instantia sibi locum vendicant. Quodsi succumbens actor appellauerit praetextu excommunicationis oppositae; a prosequutione appellationis minime excludendus erit: quod et in ceteris dilatoriis multo magis locum obtinet.

Reus excommunicatus, licet reconuenire non possit, admittitur tamen ad proponendas suas legitimas defensiones. h. d.

§. 8. Reus d autem, nullo obstante excommunicationis vinculo, velut racte conuenitur, ita ad legitimas defensiones semper admittitur. Satis enim absurdum esset, si, actore impugnante, defensionis copia reo denegaretur: quia sic multoties condemnaretur absoluendus. Reconuentionis tamen potestas eidem minime permittitur.

Superius dicta de excommunicatione intelliguntur de maiori. h. d.

§. 9. Ceterum e quae supra de excommunicatione diximus, non de quacunque excommunicatione sunt intelligenda, sed de ea tantum, quae a perceptione sacramentorum, et a fidelium communione separet, vt etiam ipsa Innocentianae constitutionis verba demonstrant.

Peremptoriae exceptiones sunt, quae ius actoris periment, et semper agentibus obstant. h.

§. 10. Peremptoriae, seu elisoriae exceptiones sunt, quae in totum ius agentis periment f, et semper agentibus obstant: qualis est, doli mali, metus, pacti conuenti, solutionis, iurisiurandi, praescriptionis ff, transactionis, et rei iudicatae, et si quid contra leges factum esse dicatur.

Exceptiones peremptoriae litis finitae sunt, quae impediunt litis ingressum. h. d.

§. 11. Harum quaedam dicuntur peremptoriae litis finitae, quaedam simpliciter peremptoriae. Peremptoriae litis finitae sunt, quae litis impediunt ingressum, et aduersus agentem omni tempore opponi possunt g; qualis est exceptio transactionis, iurisiurandi, et rei iudicatae: quae vel in ipso limine iudicii proponi poterunt. h Cum enim super negotiis, transactione, iureiurando, et sententia decisis, alias lis inchoata terminata fuerit: valde absonum visum fuit, super iisdem nouum assumi debere iudicium, et quasi in infinitum forensia iurgia protrahere. Inde quoque litis finitae exceptiones appellantur: quod, vt aliquis esset finis litium, institutae fuerint. Idem iuris est in aliis etiam peremptoriis exceptionibus, quae vulgo manifestae sunt, et notoriae habentur.

Exceptiones peremptoriae proponuntur post litem contestatam ante sententiam. h. d.

§. 12. Ceterae vero litis contestationem minime impediunt, atque ante sententiam erunt regulariter proponendae: quas quidem si dolo malo suo tempore in prima instantia reus proponere distulerit, etiam in caussa appellationis opponendi sibi facultas denegabitur.

Praeiudiciales exceptiones sunt, quae alteri caussae praeiudicium afferunt, puta exceptio consanguinitatis, caussae restitutionis viri, exceptio natalium, petitio hereditatis. h. d.

§. 13. Sunt etiam quaedam exceptiones, quae praeiudiciales appellari possunt ex eo, quod alteri cognitioni praeiudicium afferunt, vtpote si qua mulier Titium in virum petat, qui ad mulieris intentionem elidendam, consanguinitatis obiiciat exceptionem i: qua probata, cum quaestio principalis perimatur, de ipsa est cognoscendum, antequam ad diffinitiones articulum procedatur. Idem k si petenti hereditatem natalium obiecta sit exceptio. Cum enim successionis caussa a caussa natalium dependeat: posteriore quoque loco cognoscenda erit.

Spoliatus opponens de spolio in modum exceptionis, non cogitur respondere, antequam sit restitutus. h. d.

§. 14. Sed l et, si quaestio spolii in modum exceptionis petentibus obiecta fuerit, probationes super spolio primitus erunt audiendae: eoque legitime probato, reus non cogetur respondere m positionibus, donec integre restitutus fuerit.

Non debet iudex in caussa supersedere obtentu exceptionis spolii, nisi dicatur factum ab actore, et hoc in ciuilibus; in criminalibus vero potest etiam obiici de spolio, a tertio facto, si quis dicatur, vel tota sua substantia, vel maiori parte spoliatus: nec agenti super rebus ecclesiasticis potest opponi exceptio spolii rerum priuatarum, vel contra. h. d.

§. 15. Sed quia huiusmodi exceptionem nonnunquam in iudiciis calumniose propositam caussas ecclesiasticas contingebat impedire, ac per interpositas appellationes principalis caussae cognitionem perimere: consultissime Innocentiana n constitutione decretum fuit, vt in ciuilibus negotiis spoliationis obiectu ab alio, quam ab actore factae, iudex in caussa principali procedere non postponat. In criminalibus vero, etiamsi a tertio spoliatus fuerit, dum tamen, vel tota sua substantia, vel maiori parte ipsius se per violentiam priuatum affirmet, obiecta exceptio processum differet, poenis statutis, si eandem intra certa tempora non probauerit obiiciens: eo quoque salubriter statuto o, vt rerum priuatarum spoliatio agenti super ecclesiasticis, vel ex contrario, non opponatur.

Accusato excipiente de spolio, a tertio facto, debet indulgeri tempus, intra quod restitutionem petat, et caussam, si potest, finiat: quo elapso, non obstante tali exceptione, accusari poterit. h. d.

§. 16. Inter scholasticos p olim dubitari contigit, si spoliatus a tertio contra suum accusatorem de spolio excipiat, an ei tempus indulgeri debeat, infra quod restitutionem imploret, ne forte sic existens omnem accusationem eludat? Et id aequitati et iuri satis consonum visum fuit. Vnde si infra tempus indultum restitutionem non petierit, et caussam, cum posset, ad finem non perduxerit: non obstante exceptione spolii, deinceps accusari poterit.

Exceptiones contra testes, peremptoriarum naturam sapiunt, ideo ante sententiam proponendae. h. d.

§. 17. Sunt et aliae exceptiones, quas proprie neque dilatorias, neque peremptorias appellaueris: cuiusmodi sunt, quae aduersus productos testes opponuntur, vtpute q si quis Maeuium examinatum, infamem, excommunicatum, vel alias criminosum esse dicat. Quae tamen, cum ad peremptoriarum naturam accedere videantur, ipsae quoque ante sententiam proponendae erunt.

Ponit differentiam, vtrum testi obiiciatur crimen, de quo nunquam alias fuerit conuictus: vel obiiciatur crimen, de quo alias quis confessus et conuictus fuit. h. d.

§. 18. Multum tamen interest, an per exceptionem tantum testibus opponantur crimina, de quibus nunquam accusati fuerint, an vero ea, de quibus alias conuicti, vel confessi fuerunt. Primo enim casu r obiectorum criminum probatio antea exhibenda erit, quam caussa per sententiam terminetur. Et si conuicti vel confessi fuerint; ordinaria cessante poena, sufficiet, quod a perhibendo testimonio repellantur: praesertim cum obiectum crimen minime caussam contingat. Posteriore vero, cum non sit cuiquam contra alios credendum, nisi se prius probauerit innocentem, a ferendo testimonio penitus repelli poterunt.

Opponens exceptionem, quae aduersus opponentem opponi potest, nihil agit; et hoc, si proprio nomine excipiat: secus, si nomine suae ecclesiae. hoc dicit.

§. 19. Cauebit autem reus, ne quam contra aduersarium suum exceptionem porrigat, cuius ipse nexibus implicetur: cum scire debeat, nullam hanc esse iuris effectum habituram, veluti s si plura beneficia possidens de eadem pluralitate aduersus alium excipiet: vel si periurium t, aut excommunicationem is obiiciat, qui peierauit, vel ecclesiastica sententia innodatus fuerit. Hoc tamen ita recipiendum est, cum proprio nomine conuentus excipit v; ceterum si suam defendens ecclesiam tales exceptiones opposuerit; audiendus erit: nec quod opponens eisdem sit obnoxius, replicari poterit.

Qui excipit, non confitetur agentis intentionem; et potest quis plures etiam contrarias exceptiones opponere; et si iudex non admittat: potest appellari, et iudex puniri. h. d.

§. 20. Postremo, sciendum est, eum, qui excipit x, non propterea agentis intentionem confiteri illum videri: cum eidem non solum vnam, sed etiam plures, quanquam contrarias, proponere liceat. Quae si legitimae fuerint, et iudex non admiserit: reo quidem per appellationis remedium succurretur, et iudex ipse meritis poenis coercendus erit.

Aduersus exceptiones dantur replicationes. h. d.

§. 21. Dantur aduersus exceptiones replicationes: de quibus multa agere superuacuum esset, cum institutae sint ad similitudinem exceptionum, quae aduersus actiones opponuntur: de quibus si quis plenius velit intelligere, ex his, quae superius diffuse de exceptionibus posuimus, mutuari poterit.

TITVLVS IX.
DE MVTVIS PETITIONIBVS.

Si reus conuentus nolit, vel non possit excipere; si habeat vnde actorem reconueniat: poterit illum reconuenire. h. d.

Igitur oblato ab actore libello, si reus conuentus nulla sit exceptione munitus, quae vel iudicium differat, vel litis ingressum impediat,

a C. 1. eod. tit. b C. 1. eod. tit. in 6. c C. significauit. extr. eod. d C. cum inter. extr. eod. tit. e C. 1. eod. tit. in 6. f C. 1. de litis contest. in 6. ff can. 2. in fin. 3. qu. 6. g C. 1. de litis contest. in 6. h c. 2. 3. qu. 6. i C. litteras tuas. extr. de rest. spol. k C. pen. extr. de ord. cogn. l C. fin. extr. de ord. cogn. m Petitionibus, melius.

n C. 1. de rest. spol. in 6. o d. C. 1. §. fin. p C. 1. §. soler autem. de restit. spol. in 6 q C. praesentiam. vbi gl. extr. de test. r C. 1. extr. eod. tit. s C. cum ecclesia, extr. eod. tit. t gl. in C. praesentium. et C. testimonium. extr. de test. v cap. dilectis filii. extr. eod. tit. de exception. x C. cum venerabilis. extr. eod. tit. de exception. de regul. iur. in 6.

diar, mutuis petitionibus aduerſarium ſuum fatigare poterit, et agentem coram eodem iudice, antequam litem conteſtetur, reum conſtituere. Cuius enim quis *a* in agendo obſeruet arbitrium, eundem habere contra ſe iudicem in eodem negotio dedignari non debet. Propoſita ergo actoris intentione, et reſponſione facta, ſuper quæſtionibus, rei monitione præmiſſa, in continenti actor reſpondere compellendus erit, vt viciſſim poſtea rationes partium iudex audiens, concordie, vel iudicio vtriuſque negotium terminet.

Etiam coram iudice delegato poteſt reus actorem reconuenire. h. d.

§. 2. Nec ſolum coram ordinario reconuentio talis ſibi locum vendicat, verum *b* etiam coram delegato: vnde, niſi reus litteras impetrare maluerit, actorem ſibi obnoxium, eodem durante iudicio, coram datis iudicibus reconuenire poterit.

Actoris et rei reconuenientis æqualis debet eſſe conditio in iudicio. h. d.

§. 3. Vtriuſque autem, tam actoris, quam rei reconuenientis æqua debet eſſe conditio. Vnde *c* cum cauſſa, appellatione remota, committitur, ſi reus actorem reconuenerit: vno eodemque iure circa appellationis remedium vterque cenſendus erit.

Coram arbitris non habet locum reconuentio. h. d.

§. 4. De arbitris dubitari poterit, an coram eis reconuentioni locus eſſe poſſit *d*? Et cum arbitri iudicare non poſſint, niſi de his tantum, ſuper quibus in eos compromiſſum fuit: reſponſum eſt, coram eis reconuentionem locum habere non poſſe.

Reus, conuentus coram iudice laico, non poteſt reconuenire actorem ſuper cauſſa ſpirituali. h. d.

§. 5. Interdum etiam accidit, vt nec coram ordinario, nec coram delegato iudice, reo actorem conuenire ſit poteſtas, vtputa ſi coram iudice laico conuentus, actorem ſuper cauſſa iuris patronatus, decimarum, matrimonii, aut alia ſpirituali reconuenire velit.

Excommunicatus non poteſt reconuenire. h. d.

§. 6. Idem *e* iuris eſt, ſi conuentus excommunicationis vinculo innodatus exiſtat. Huic enim, licet alioqui excipiendi facultas minime ſit interdicta, actorem tamen reconuenire non conceditur, ne, quod (vt ſupra diximus) in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiem extendatur.

Super cauſſa criminali non admittitur reconuentio: idem in cauſſa depoſiti. h. d.

§. 7. Illis quoque, qui coram iudice criminaliter conuenti fuerint *f*, vel ſuper depoſito, niſi ſe prius innocentes probauerint, et depoſitum reſtituerint, alios criminandi, vel conueniendi licentia non conceditur.

TITVLVS X.*
DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

Intentans ſpolia non poteſt reconueniri, niſi ſuper cauſſa ſpolii. h. d.

Is quoque, qui ſe quibuſdam rebus, aut iuribus ſpoliatum conqueritur, ab aduerſario ſuo reconueniri non poterit. Nam ſuper ſpoliatione conuentus, aduerſus reſtitutionem petentem non eſt, niſi ſuper quæſtione ſpolii, audiendus. Reſtitutionis enim petitio in hoc priuilegiata eſſe noſcitur, vt ipſam intentans, non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatoribus reſpondere. Vnde *g* cum quis ſe de beneficii poſſeſſione violenter eiectum apud iudicem conqueritur, ſi aduerſarius eundem non canonice dicat inſtitutum: de violenta prius eiectione, quam de canonica inſtitutione cognoſcendum erit.

Spoliatus eſt ante omnia, et quoad omnia, reſtituendus. h. d.

§. 2. Sed etſi ſpoliatus non primus coram iudice ſuper ſpolio ſibi illato conſiſtat, ſed criminali iudicio ab aduerſario laceſſitus ſpoliationis cauſſam proponat: ita demum ſuper petitione iudex procedere poterit, ſi prius reſtitui ſpoliatum ſua ſententia iuſſerit. Omnes enim leges tam eccleſiaſticæ, quam ſeculares ante omnia cuncta ſpoliatis, vel eiectis redintegranda *h*, et damna ſarcienda eſſe præcipiunt: fructus *i* quoque non tantum a violento poſſeſſore percepti, ſed etiam qui a vero poſſeſſore percipi veriſimiliter potuiſſent, reſtituendi erunt. Nec reſtitutionis ſolum ſententia ſufficiat, niſi re ipſa omnia iudicis officio reſtituantur ita, vt eiectus, vel ſpoliatus etiam naturalem poſſeſſionem recipiat, cunctaque, quæ ſibi ablata fuerint, eodem, vnde ſurrepta fuerunt, reuocentur.

Quæſtio ſpolii, per modum reconuentionis propoſita, non impedit proceſſum ſuper alia cauſſa ciuiliter inſtitutum. h. d.

§. 3. Quod ſi ciuiliter conuentus aduerſario ſpolii quæſtionem regerat; cum mutuæ tunc intelligantur petitiones, in idem iudicium deductæ, viciſſimque tractatæ: vnica ſimul erunt ſententia terminandæ.

Cum ſpolium proponitur in modum exceptionis; nulla fertur reſtitutionis ſententia: ſed, quamdiu non fuerit reus reſtitutus, non eſt cogendus actori reſpondere. h. d.

§. 4. Sed hæc quidem obtinent, cum in modum actionis ſpolii quæſtio proponitur: ſed, ſi citra litis conteſtationem de ſpolio quis excipiendum duxerit, ſuper ipſa quidem exceptione, probationes permitus recipiendæ erunt. Ea tamen legitime probata, nulla reſtitutionis erit ferenda ſententia: ſed tamdiu ſpoliatori ſuper petitionibus ſuis reſpondere cogendus non erit *k*, donec ab ipſo reſtitutus fuerit. Quemadmodum enim, ſi in modum exceptionis aliquod crimen teſti obiicitur, vt a teſtimonio repellatur, etſi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, ſibi pœna non infligitur ordinaria, ſed eius duntaxat teſtimonio non creditur: ſic, ſpoliatione in modum exceptionis tantum probata, reſtitutionis ſententia minime ferenda erit.

Tribus capitibus priuatus a iudice dicitur ſpoliatus, ſi non ſeruauit iuris ordinem, ſi nulliter pronunciauit, ſi erat iudex incompetens. h. d.

§. 5. Spoliatus autem non ſolum is intelligitur, qui a priuato quocunque homine rerum quarumdam poſſeſſione indebite priuatus fuit; ſed etiam *l* ille, quem iudex ipſe, iuris ordine prætermiſſo, beneficio, vel aliis rebus carere coegit; vel is, qui, licet iuris quidem ordinem ſeruauerit, ſpoliati tamen, et de facto damnati iudex erat incompetens: vel, ſi iudex ſit competens, circa priuationem tamen nulliter pronunciauit.

Spoliaſſe et is intelligitur, qui mandauit ſpoliari, aut ſpolium ſuo nomine factum ratum habuit, vel ſpoliatori ſucceſſit in vitium. h. d.

§. 6. Is quoque ſpoliaſſe intelligitur, qui, licet ipſe non ſpoliauerit, per alium tamen ſpoliari mandauerit *m*, aut ſpolium ſuo patratum nomine, ratum habuerit. Vnde et is reſtitutioni obligabitur, quemadmodum *n* et ille, qui rem indebite occupatam, ſcienter recipiendo ſpoliatori ſuccedit in id vitium. Licet enim is non ſpoliauerit; cum tamen, quoad periculum animæ, non multum interſit, vtrum quis iniuſte detineat, an alienum inuaſerit: contra huiuſmodi poſſeſſorem ſpoliato per reſtitutionis beneficium, non obſtante iuris ciuilis rigore, ſuccurritur.

Renuntiatio facta poſt ſpolium non impedit ſpoliati reſtitutionem; ſecus, ſi ante fuerit renuntiatum: et teſtes ſuper ſpontanea renuntiatione non ſunt admittendi ante reſtitutionem. h. d.

§. 7. Illud quæſitum *o* eſt, ſi poſt ſpolium eccleſiæ renuntiaſſe quis dicatur, an ob huiuſmodi renuntiationem ſpoliato ſit deneganda reſtitutio? Et cum non ſit veriſimile, quod ſponte proprio iuri renuntiauerit, qui renuntiat, ſpoliatus huiuſmodi, non obſtante renuntiatione, reſtituendus erit. Teſtes etiam partis alterius de iuramento, et renuntiatione ſponte facta, non ante admittendi erunt, quam ſpoliatus plenarie fuerit reſtitutus. Quod ſi ante *p* ſpolium eccleſiam ſponte abiuraſſe reperiatur: perpetuum ei ſuper negotio ſilentium imponendum erit.

Ponit aliquos caſus exceptos ab illa regula, ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. h. d.

§. 8. Sunt et alii caſus, quibus iure denegabitur ſpoliatis reſtitutio, vtputa cum agenti per modum exceptionis de alia ſpoliatione opponitur, aut tam ſuper proprietate, quam ſuper ſpolio eodem tempore diſceptari ſpoliatus ipſe conſenſerit, aut ante reſtitutionis poſtulationem petitoria actione iudicium expertus ſuccubuerit.

Probatio ſpolii, abſentia ſpoliatoris, et lapſus temporis, non operantur reſtitutionem, ſi ſpoliator non abſit per contumaciam, vel dolum. h. d.

§. 9. Idem ſi, ſpoliatore non per contumaciam, vel per dolum abſente, ab apoſtolica ſede ad iudices ſpoliatus litteras obtinuerit, vt, ſi eum ſpoliatum iudicibus conſtiterit, intra certum temporis ſpatium reſtituatur, ſi reus intra præfixum terminum ſeſe iudici exhibere non poſſit; quanquam temporis lapſus immineat, et actor ſit ſuam poſſeſſionem et deiectionem probare paratus: nihilominus reſtituendus non erit.

Si contra agentem de ſpolio opponatur exceptio, per quam concludatur, actorem non poſſediſſe: ſpoliatus ante omnia non reſtituatur. h. d.

§. 10. Sed et ſi talis opponatur exceptio, quæ agentem minime poſſediſſe concludat: tamdiu ſuſtinenda erit reſtitutio, donec ſuper tali exceptione cognitum fuerit, vt ecce, nec laico ſpiritualia poſſidere, nec ſacerdotes vxores habere poſſunt. Vnde, ſi vel illi ſe beneficiis ſpoliatos, vel hi ab vxoribus ſe deſtitutos coram iudice conquerantur; et ab aduerſariis de ſecularitate, vel de ſacerdotio agentibus opponatur: procul dubio differenda erit reſtitutio.

Cum pro ſpoliatore militat iuris præſumptio: ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus. h. d.

§. 11. Quinimo et, cum ſola iuris præſumptio pro ſpoliatore contra ſpoliatum militat, impedienda erit reſtitutio, ex quo apparet *r*, eum, qui (exempli gratia) reſtitui poſtulat ad decimas, quas intra alienæ parochiæ limites poſſediſſe aſſerit, nequaquam reſtituendum eſſe; niſi euidenter docuerit, quod earum poſſeſſionem legitime aſſequutus fuerit, quia eas occupaſſe iniuſte veriſimiliter præſumitur: cum ex prædiis prouenientes intra alienam parochiam conſtitutis, manifeſtumque ſit, eas iure communi ad eandem eccleſiam pertinere, niſi aliud oſtenſum fuerit.

Hæreticus non reſtituitur ante omnia: idem ſi in reſtitutione timeatur de periculo animæ vel ſcandalo: quia differtur reſtitutio. h. d.

a *can. 1. §. cuius 3. qu. 8.* b *C. diſpendia. de reſcr. in 6.* c *C. fin. extr. de mut. pet.* d. *C. cum dilectus. extr. de arbitr.* e *C. cum inter. in fin. extr. de exc.* f *c. 1. et 2. 3. qu. 11.* g *C. in litteris tuis. extr. eod. tit.* h *c. redintegranda. 3. qu. 1.* i *C. grauis. extr. eod. tit.*

k *C. fin. extr. de ord. cogn.* l *C. 1. extr. de except.* m *C. conquerente. extr. eod. tit.* n *cum minor. vbi gl. 12. qu. 1. et C. cum ad ſecundum. in fin. vbi gl. extr. eod.* o *C. ſæpe contingit. extr. eod.* p *C. 2. extr. eod. tit.* q *C. accepta. extr. eod. tit.* r *C. fin. eod. tit. in 6.*

§. 12.

§. 12. Plures præterea sunt casus, quibus spolians illico non restituitur, veluti, cum hæresis labe pollutus deprehenditur, vel facta restitutione, animæ periculum immineret, vel scandalum timeri posset: et alii, qui non minus secularibus, quam pontificiis legibus continentur.

Spoliatus potest, suspenso petitorio, ante conclusionem in caussa, intentare possessorium; secus si sit conclusum: nisi tamen aliter iudici videatur. hoc dicit.

§. 13. Postremo sciendum est, in spoliantis odium constitutum esse *a*, si spoliatus proprietatis litem ingressus fuerit, nullam de illata sibi violentia, mentionem faciens, antequam renuntiatum sit, aut conclusum in proprietatis iudicio, vt idem debeat super possessorio, etiam petitorio suspenso, audiri. Quod si renuntiatum fuerit, vel conclusum, et iam possit caussa proprietatis sententia terminari, ne lites litibus inculcentur, et via possit fraudibus aperiri; caussæ non decisa, possessorio non erit vtendum: nisi iudex, qui de caussa cognoscit, hoc ipsum ex iuste caussa viderit expedire, puta, cum ex perspicuis indiciis iniquitas inuasoris facile arguitur, et spoliato casu, siue dolo spoliatoris, dominium probandi facultas subtracta fuerit.

TITVLVS XI.
DE LITIS CONTESTATIONE.

Litis contestatio est fundamentum iudicii, quo deficiente frustra superædificabitur: et quando dicatur lis contestata. h. d.

Hactenus ea complexi fuimus, quæ plerumque ante caussarum discussionem vertuntur, quæ non tam iudicii partes habentur, quam iudiciorum præparatoria. Peruenimus nunc ad ea, quibus ipsum iudicium constituitur. Est autem iudiciorum quasi fundamentum quoddam litis contestatio. Nam *b* si illa a partibus prætermissa fuerit; proeul dubio omnia, quæ sequuta fuerint, corruent, seque ipsos litigatores inanibus laboribus et sumptibus vexabunt: vnde nec testes recipi, nec ad sententiam per iudicem procedi poterit. Ea *c* vero fit per petitionem in iure propositam, et congruam responsionem sequutam, animo contestandi litem factam, cum iudex per narrationem negotii caussam audire cœperit. Vnde, si quis positionibus simpliciter responderit, aut peremptoriam exceptionem proponat, nequaquam per hoc esse facta contestatio litis intelligitur.

Procurator, tutor, et similes possunt litem contestari. h. d.

§. 2. Fit autem *d* litis contestatio non solum per principales, sed etiam per procuratorem, tutorem, et personas similes.

Aduocati responsio, nisi sit statim reuocata, facit litis contestationem. hoc dicit.

§. 3. An aduocati responsio litis contestationem faciat, dubitari potest: et ex facto responsum est, nisi statim reuocata fuerit, illius quoque responsione contestationem fieri.

Cum officium iudicis pro actione instituitur: est necessaria litis contestatio. h. d.

§. 4. Nec solum, cum per actionem iudicium instituitur, erit litis contestatio necessaria: sed etiam vbicunque iudicis officium pro ipsa proponitur actione, veluti, cum restitutio in integrum non incidenter, sed principaliter postulatur.

Qui effectus sequantur ex litis contestatione. h. d.

§. 5. Igitur, sequuta contestatione, reus et iudici subiicitur, et actori obligatur, dilatoriis exceptionibus via præcluditur, actiones perpetuantur, præscriptio interrompitur, alii quoque effectus emanant, vt tam ciuilibus, quam ecclesiasticis constitutionibus suis locis traditur.

Cum ciuiliter agitur, et probabiliter de morte testium, vel diuturna absentia timetur, possunt examinari testes etiam lite non contestata. h. d.

§. 6. Admonendi tamen sumus, quod traditum est, lite non contestata, non posse testes recipi *e*, aut ad sententiam perueniri, non esse perpetuum. Nam si forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, cum ciuiliter est agendum, ne veritas occultetur, et probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, senes et valetudinarii, et alii testes, de quibus ex probabili caussa timetur, etiam, lite non contestata, sunt admittendi, seu pars conuenta sit contumax, seu sine dolo sit absens, vt conueniri non possit.

Qui testes examinauit ad perpetuam rei memoriam, debet intra annum vel conuenire aduersarium, vel examen denuntiare. h. d.

§. 7. Debet *f* tamen actor intra annum, ex quo facultas sibi data fuerit, aduersarium conuenire, aut saltem huiusmodi testium receptionem eidem denuntiare: alioqui attestationes sic receptæ non valebunt, ne forte hoc procuretur in fraudem, vt scilicet processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel alias, locum habere non possint.

Nota ex isto §. bonam regulam ad cognoscendum, quando non est necessaria litis contestatio. h. d.

§. 8. Sunt *g* et alii casus, in quibus absque litis contestatione legitime possunt testes produci, et lis sententia terminari: quos tam ex his, quæ supra de contumacia diximus, quam etiam ex aliis locis cognoscere licebit. Et generaliter, vbicunque libellus non exigitur, aut ius agendi contra certam personam non dirigitur, litis contestatio non est necessaria.

TITVLVS XII.
DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

Actor, recusans subire iuramentum calumniæ, cadit ab actione, et reus habetur pro confesso. h. d.

Sed vt, veritate præuia, iudicia expediantur, institutum est, vt litigatores in exordio litis de calumnia vitanda iurare debeant. Quod iuramentum si quis præstare recusauerit *h*: actor quidem ab instituta cadet actione, et pro confesso reus habendus erit.

In caussa suæ ecclesiæ clericus non cogitur iurare de calumnia, secus in propria: quo casu iurat propositis tantum scripturis, non tactis. h. d.

§. 2. In hac tamen parte quibusdam casibus clericis iure pepercerunt. Voluerunt *i* enim, ne dum propriæ ecclesiæ caussa peragatur, inconsultis illorum prælatis huiusmodi subire iusiurandum cogantur: licet in propriis caussis huiusmodi priuilegio minime gaudere noscantur. Sed et quo casu hoc iuramentum subire vel permittuntur prælati, vel iubentur, non tactis *k*, sed tantum propositis scripturis, id implebitur.

Hodie etiam in caussis spiritualibus iuratur de calumnia. h. d.

§. 3. In caussis spiritualibus olim de calumnia minime iurabatur: sed quia et in illis litigatores frequenter calumniari compertum est: nouissime sancitum est *l*, vt in eis id, quod in cæteris constitutum est, obseruari debeat.

Etiam procuratores iurare de calumnia tenentur, quandocunque iudici videbitur. h. d.

§. 4. Et non tantum principales, verum etiam procuratores *m*, et syndici *n* huiusmodi iuramentum suscipere compellendi erunt, etiamsi quid ponere aut respondere debeant, a dominis instructi fuerint: aut post hoc præstitum iuramentum deputati fuerint. Nec enim illud intra certa iudicii tempora coarctatum reperitur, sed *o* poterit iudex exigere, quoties expedire viderit.

De calumnia iuratur etiam in caussa appellationis. h. d.

§. 5. Præterea *p*, quanquam in prima instantia partes iurauerint; non tamen propterea in caussa appellationis huiusmodi iuramentum declinare poterunt: cum rursus, et de calumnia vitanda, et dicenda veritate iurare partes sint compellendæ.

Iuramenti de calumnia omissio non vitiat processum. h. d.

§. 6. Illud postremo admonendi sumus, quod propter omissum *q* tacite in tota caussa calumniæ iuramentum, iudicialis processus alias factus legitime, nec est nullus, nec ob eam caussam venit annullandus: cum huiusmodi iuramento præstari de substantia ordinis iudiciarii non existat.

TITVLVS XIII.
VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

Lite pendente, nihil innouandum: et lis tunc pendere dicitur, cum citatio legitima peruenit ad partem citatam, aut per eam factum est, quo minus perueniret. h. d.

Instituta ergo lite, et solennibus præstitis satisdationibus, et calumniæ iuramento exhibito, ad probationes, et merita caussæ descendendum erit, et interim, pendente lite, nihil innouari poterit. Lis *r* autem pendere hoc respectu tunc dicetur, non modo cum lis contestata fuerit, verum etiam postquam a iudice competenti citatio emanarit, et ad partem citatam peruenerit, vel per eam factum est, quo minus ad eius notitiam perueniret: dum tamen in citatione ea sint expressa, per quæ possit quis instrui, super quibus in iudicio conuenitur.

Ob dilapidationem, etiam lite pendente, fit sequestratio. h. d.

§. 2. Plane *s* ab eo, qui postquam a sententia prouocauit, possessionis fructus dissipat, etiam lite pendente sequestrari poterunt.

Litis pendentia non inualidat matrimonium contractum. h. d.

§. 3. Sic etiam *t*, si, dum super matrimonio lis pendet, secundum quis matrimonium rite contraxerit, si primum non tenuisse declaratum fuerit, pendentis litis obtentu secundum irritari non poterit. Ei tamen, qui in contemptum contraxerit, competens pœnitentia imponenda erit.

TITVLVS XIV.
DE PROBATIONIBVS.

Quid sit probatio, et quibus modis fiat. h. d.

Probatio igitur est, idoneis argumentis et legitimis mediis facta demonstratio. Contingit autem quid probari variis modis, vtputa

a *C. is pastoralis extr. de caussa possess. et propriet.* b *C. 1. extr. eod. tit.* c *C. dudum secundo §. licet extr. de elect.* d *C. 1. extr. eod. tit.* e *extr. vt lite non contest. per totum, et C. 1. eod. tit. extr.* f *C. fin. §. sed si. extr. vt lite non contest.* g *d. C. fin. §. sunt et alii. vt lit. non contest.*

h *C. fin. extr. eod. tit.* i *C. 1. et sequ. extr. eod.* k *C. fin. extr. eod.* l *C. 1. §. fin. eod. tit. in 6.* m *C. 2. §. procuratores. eod. tit. in 6.* n *C. pen. et fin. extr. eod. tit.* o *C. 2. in fin. eod. tit. in 6.* p *C. 2. in princ. eod. tit. in 6.* q *C. 1. in princ. et §. 1. eod. tit. in 6.* r *Clem. 2. eod. tit.* s *C. fin. extr. de sequest. poss.* t *C. cum in apostolica. extr. de spons.*

confes-

confeffione partium, depofitione teftium, inftrumentorum exhibitione, iurisiurandi religione, infpectione iudicis, notorietate rei, fufpicione vehementi, fama, atque aliis adminiculis.

Quomodo nafcatur probatio ex confeffione: et quæ fint pofitiones. h. d.

§. 2. Partium confeffione tunc conftat probatio, cum reus pofitionibus refpondendo, vel alias in iudicio de intentione confitetur actoris. Sunt autem pofitiones, breues quædam narrationes, facti feriem continentes, ad eliciendam veritatem conceptæ, fuper quibus quis petit ab aduerfario refponderi, quas ad faciliorem *a* expeditionem litium propter partium confeffiones, et probationum defectum vfus longæuus in cauffis admifit, et iuris probauit auctoritas.

Recufans refpondere pofitionibus, habetur pro confeffo. h. d.

§. 3. Si *b* quis igitur pofitionibus fibi factis refpondere requifitus recufauerit, vel, ne refponderet, fe per contumaciam fubtraxerit: pro confeffo habendus erit. Hoc autem ita demum obtinet, fi a iudice refpondere iuffus, illum abfentem fieri contigerit. Sed fi, antequam iuberetur, contumaciter abfceffiffet; tunc pro confeffo minime reputabitur: fed contra eundem, tanquam contumacem, procedendum erit, prout iuris ratio dictauerit.

Confeffus et probationibus conuictus æquiparantur: et confeffio errone, fi ftatim reuocatur, non affert præiudicium. h. d.

§. 4. Redditis igitur circa exhibitas pofitiones refponfionibus, diligenter ab actore difpiciendum erit, an a reo fuper controuerfia legitimam confeffionem extorferit: quo quidem cafu et ipfe probationum oneribus releuabitur, et iudicis in cognofcendo partibus ceffantibus, iterum fuper tali confeffione pronuntiandum erit. Plane *c*, fi per errorem facti huiufmodi confeffionem emanaffe docetur, confitenti, fed tamen confeffionem fuam ftatim reuocanti, nullum præiudicium generabitur: alioqui, quod fua quifque voce dilucide teftatus eft, proprio non valebit amplius teftimonio infirmare.

Reus non tenetur edere actori, nifi inftrumenta communia. h. d.

§. 5. Non tamen *d*, quia pofitionibus reus refpondere compellitur, documenta quoque, quæ ad cauffam pertinentia, penes fe detinet, nifi fibi cum actore fint communia, exhibere compellendus erit. Nam graue nimis effet, illum ad eorum exhibitionem vrgeri, per quæ fibi poffet præiudicium fieri. Sed actor ipfe, inficiante reo, fumptis congruis dilationum temporibus, intentionis fuæ proprias probationes afferet, vel teftes inducendo, vel inftrumenta, et alias fcripturas producendo.

Reus citandus eft ad videndum iurare, et deponere teftes: et tefti iniurato non creditur, nifi fuerit remiffum iuramentum a parte. h. d.

§. 6. Debet autem in primis, fi ex dictis teftium rei fit eruenda veritas, admoneri aduerfarius, quod auditurus iuramentum veniat *f*, ne, fi prætermiffum id fuerit, quod contra leges actum deprehenditur, nullam habeat firmitatem. Sed et teftium depofitiones non aliter recipiet iudex, quam prius iurisiurandi religione firmauerint, quod tantum, quæ vera nouerint, profeffione fuæ teftificationis aperient. Nullius enim teftimonio, quantumcunque religiofus exiftat, nifi iuratus depofuerit, in præiudicium credi debet alterius: nifi forte iuramentum ab aduerfa parte remittatur.

Teftes, recufantes iurare, funt fub pœna excommunicationis cogendi: et iuramentum de non deponendo [illegible] tenet. h. d.

§. 7. Quod fi teftes, a iudi[illegible] moniti, fefe, vel odio, vel gratia, vel timore a ferendo teftimonio fubtraxerint; per cenfuras ecclefiafticas teftificari compellendi erunt: nec audientur, quod fefe, quo minus deponant, proprii iuramenti vinculo innodatos afferant. *g*

Diligens debet effe iudex in examinando fuper omnibus qualitatibus totius cauffæ. h. d.

§. 8. Interrogabit *h* ergo iudex teftes in qualibet cauffa ad minus duos. Nulla enim cauffa eft regulariter, quæ vnius teftimonio, quantumuis legitimo, terminetur. Eofque diligenter examinabit *i*, de fingulis circumftantiis diligenter inquirens, de cauffa videlicet, de perfonis, loco, tempore, vifu, auditu, fcientia, credulitate, fama, et certitudine, cæterifque, quæ ad rem facere, et negotio conuenire exiftimabit. Illud quoque fubtiliter animaduertere non omittet, quo vultu, qua conftantia, quaue animi trepidatione teftes deponant: cum interdum ex his, vel ipfis inuitis teftibus, magis, quam ex verborum ferie, rerum veritas elucefcat.

Ex cauffa delegabit iudex examen teftium. h. d.

§. 9. Si qui tamen erunt, qui interrogandi funt, valetudinarii *k*, vel fenes, vel debilitate confecti habeantur, vel etiam ita paupertate depreffi, vt ad præfentiam iudicis venire non poffint: idoneum deliget iudex, quem ad fufcipiendas illorum atteftationes dirigat.

Teftes confiderantur conditione, natura, et vita. h. d.

§. 10. Teftes vero non omnes recipiendi funt, fed fideles duntaxat, et idonei. Cenfentur autem teftes conditione, natura, et vita. Conditione, fi liber teftis fit, non feruus. Seruus enim fæpe metu dominantis, veritatis teftimonium fupprimit. Natura, fi vir fit, non fœmina. Nam varium et mutabile femper fœmina.

Mulieres non funt in forum trahendæ gratia teftimonii ferendi: fed ad eas eft mittendus tabellio. h. d.

§. 11. Cuius tamen teftimonium, fi quando neceffarium fuerit *l*, cum mulieres honeftas ipfa, et naturalis pudor virorum cœtibus immifceri prohibeat, quacunque auctoritate teftimonii ferendi cauffa, vel alia, quæ iure non exprimatur, in iudicium perfonaliter euocari, vel trahi non poterit: fed ad eam mittendus tabellio, et iuxta Bonifacianæ conftitutionis tenorem procedendum erit.

Teftis malæ vitæ caret fide. h. d.

§. 12. Vita cenfetur teftis, fi innocens fit, et integer. Nam fi vita bona defuerit: fide carebit.

Clerici poffunt teftificari pro ecclefia, et fingulares perfonæ pro vniuerfitate fua: nifi tamen aliqua cauffa probabilis impediat. h. d.

§. 13. In fumma, quicunque iure minime prohibentur, ad teftimonium perhibendum funt admittendi. Clerici *m* ergo a ferendo teftimonio fuper negotio propriæ ecclefiæ, vel aliæ fingulares perfonæ, in cauffa fuæ vniuerfitatis arcendi non erunt: nifi ad agendum, refpondendumue fuerint inftituti, vel ipfos alia cauffa probabilis impedierit.

Monachi de confenfu abbatis poffunt teftimonium dicere. h. d.

§. 14. Monachi quoque, et quicunque fub alterius obedientia conftituti funt, de fui præfulis licentia recte teftimonium dicent.

Chriftianorum teftimonia aduerfus infideles admittuntur, fed non contra. h. d.

§. 15. Chriftianorum *n* quoque teftimonia aduerfus Iudæos in omnibus cauffis recipienda erunt, nullis fibi contra hoc principum priuilegiis fuffragantibus. Sed contra Chriftianum, nec Iudæus, nec paganus, nec hæreticus, aut aliter infidelis, neque excommunicatus, aut aliter criminofus recte teftimonium dicent.

Criminofus, perfeuerans in crimine, non poteft teftificari, emendatus vero in cauffa ciuili poteft; nifi fuerit reus periurii, vel nifi fit affectus infamia: in cauffa vero criminali, licet emendatus, difficilius admittitur. hoc dicit.

§. 16. Plane quod de criminofo diximus, diftinctionem recipit. Nam fi is, cui ab aduerfa parte opponitur *o*, adhuc in ipfo crimine perfeuerat; tam in ciuili, quam in criminali cauffa ab omni prorfus teftificandi officio excludendus erit. Si vero fit de crimine emendatus, nec eum comitetur infamia: non eft in cauffa ciuili, vel etiam cum de crimine ciuiliter agitur, præterquam pro reatu periurii, repellendus. In criminali autem quæftione, fi in alio iudicio contra ipfum accufatione de crimine inftituta confeffus, vel conuictus fuit, vel fi tunc per exceptionem conuincatur, aut eius grauata fit opinio, ex eo, quod quandoque fuit tali modo repulfus, quamuis hoc cafu non excluderetur in cauffa ciuili, poteft a teftimonio, licet egerit pœnitentiam, remoueri.

Validum ab initio tractu temporis non infirmatur, etiam noua fuperueniente cauffa. h. d.

§. 17. Illud in dubium non venit, eius teftimonium, qui integer depofuit, infringi, debilitariue minime poffe: quanquam illum poft depofitionem factum effe contigerit criminofum. Nec enim, quod recte femel factum eft, ex huiufmodi euentu poftea debet infirmari: cum culpandus non fit, qui idoneum eum in teftem producit, fi aliquando eundem futurum malum non diuinauerit.

Domeftici et fimilem habentes cauffam, non poffunt effe teftes. h. d.

§. 18. Domeftici quoque, et qui fimilem habentes cauffam, confimili quoque morbo verifimiliter laborare exiftimandi funt, fi certum id fit, aut fuper eo legitime conuinci poffint, fi ab alterutra partium teftes adducti fuerint, ad teftimonium admittendi non erunt.

Non poteft quis effe teftis in cauffa, in qua fuit aduocatus, vel procurator. h. d.

§. 19. Is quoque *p*, qui in prima inftantia alicuius cauffæ aduocationem et patrocinium fufceperit, licet aduocatus et procurator effe defierit, quia tamen adhuc affectus cauffæ præfumitur, in iudicio appellationis in teftem recipiendus non erit.

Ad teftes examinandos etiam tres dilationes dari poffunt, et ex cauffa etiam quarta, fub certo tamen iuramento. h. d.

§. 20. Dabunt autem iudices tam in ecclefiafticis, quam in ciuilibus cauffis ad exhibendos teftes, non folum vnam, fed ex cauffa fecundam etiam, et tertiam dilationem: quartam *q* vero difceptantibus non largiantur, nifi præftito ab eo, qui poftulat, iuramento, quod non per calliditatem aliquam quartam productionem poftulet, fed quia illorum, quos intat nunc de nouo producere, prius notitiam habere nequiuerit, quodque neque per fe, neque per alium teftificata fubtraxerit, vel didicerit. Quo cafu quartam quoque dilationem concedere …

a Clem. fin. de verb. fign. b C. 1. de confeff. in 6. c C. fin. in gl. extr. de conf. d C. 1. vbi tot. extr. eod. e C. fi perpetuus. extr. de fide inftrumentorum. f C. 2. extr. de teftibus. g C. intimauit. extr. de teft. h C. licet vniuerfis. extr. de teftib. i cap. cum cauffam. extr. de teftib. k C. fi qui teftium. extr. de teftibus.

l C. 2. de iud. in 6. m C. cum nuntius. extr. de teftib. n C. Iudæi. extr. de teftib. et Clem. 1. eod. tit. o C. teftimonium. extr. de teftibus. p c. 2. §. teftes vero. patrum. 4. qu. 3. q C. pen. extr. de teftib.

commodabit iudex, maxime ſi productioni teſtium non fuerit a partibus renuntiatum. *a*

Multa conceduntur, ne probationes intereant, quæ alias non concederentur: quod probatur hic tribus exemplis. h. d.

§. 21. Siquidem ne probationes depereant, multa permittuntur, quæ alioqui non concederentur, vt ecce ſi is in cauſſa iudex datus fuerit, quem in teſtem produci ſit neceſſarium: remouendus, et alius in eius locum ſubſtituendus erit. Sic et alias, citato aduerſario, recipiuntur, et publicantur teſtes, quos reus inducendos duxerit. Sic et eccleſia, neceſſariæ probationis omiſſione læſa, etiam aduerſus eccleſiam reſtituenda erit.

Publicata processu, non poſſunt teſtes examinari ſuper eiſdem nec in prima, nec in ſecunda inſtantia: ſecus ſuper emergentibus de nouo. h. d.

§. 22. Elapſis igitur tribus dilationibus, poſtquam renuntiatum eſt probationibus, et publicata dicta teſtium, regulariter producendi teſtes curſus non erit danda copia. Et ſicut *b* non licet ſuper eiſdem, vel directo contrariis articulis, alios, vel eoſdem teſtes in principali cauſſa producere; ſic non debet in cauſſa appellationis licere: cum non minus in ea, quam in principali teſtium ſit timenda ſubornatio. Quod ſi *c* noua contingat emergere capitula, ſuper quibus partes teſtes nouos velint inducere; recepto ſolenni iuramento teſtium, non obſtante publicatione ſuper veteribus facta: nec in primo, nec in ſecundo iudicio reiiciendi erunt.

Qualiter et quando poſſit in teſtes obiici. h. d.

§. 23. Sed interdum accidit, vt eos, qui iure in teſtes recipi non debuerant, admiſſos tamen eſſe ab aliqua partium prætendatur. In qua ſpecie ſtatutum eſt *d*, vt, ſi quid in eos habeant, ante publicationem debeant obiicere: poſtea vero tunc demum id licebit, cum iuramento partes firmauerint, quod non dolo velint ad opponendum deſcendere. Sed et ſi oſtendere quis paratus fuerit, poſt publicationem didiciſſe ſe, quod in perſonas vult obiicere: tunc quoque opponendi patere debet aditus. Idem iuris eſt, ſi forte quis ante publicationem id fuerit proteſtatus. Ceterum cum quis proteſtatus fuerit, velle ſe poſt publicationem diſpoſitionum perſonas teſtium repellere, ſi quid in fauorem proteſtantis dixerit: non de facili fides adhibebitur.

Teſtes probatorios, et reprobatorios probatoriorum reprobare licet: ſed reprobatorios reprobatoriorum non licet. h. d.

§. 24. Illud *e* etiam admonendi ſumus, quod non ſolum teſtes, ſuper principali negotio deponentes, aliis teſtibus licebit repellere, ſed etiam contra ſecundos primorum reprobatorios probationes proferre licebit. Et, non admittente iudice, appellationis remedium licitum erit interponere. Vlterius autem partibus ad reprobationem teſtium aſpirare minime licebit: ne, ſi producendi quartos contra tertios, et ſic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium contingat in infinitum protelari. *)

Qualiter iudex penſare debet dicta teſtium, et quod poteſt illos repetere, et interrogare, vſque ad ſententiam. h. d.

§. 25. Publicatis igitur atteſtationibus, non ſolum *f* ad multitudinem teſtium reſpicere iudicem oportet, ſed etiam ad qualitatem illorum: item depoſitiones rimari, et diligenter inſpicere debet, et ex his, quibus potius veritatis lucem aſſiſtere iudicabit, animi ſui motum informabit. Quod ſi circa alicuius teſtis dictum iudicis hæſitet intellectus: eundem rurſus ad examen reuocare poterit. Et generaliter iudex vſque ad prolationem ſententiæ interrogare ſuper facto poterit, vbicunque aliquid dubitationis *g* inciderit.

Teſti, ſtatim ſeipſum corrigenti, non adimitur ob id fides: et poteſt iudex teſtem repetere ſuper omiſſis. h. d.

§. 26. Eum quoque, qui non ſtudioſe, ſed linguæ lubrico errauerit, et ſeſe confeſtim correxerit, reprobare iudex non debet: ſecus autem, ſi correctioni ſuæ tempus interpoſuerit. Repetere autem non ſolum obſcure deponentem poterit, ſed etiamſi a principio ſuper certis capitulis eundem interrogare, poſtulante aduerſario, vel negligentia, vel calliditate prætermiſerit.

Probationes fiunt non ſolum teſtibus, ſed et inſtrumentis: et inſtrumentorum appellatione, non large ſumpta, continentur ſolum ſcripturæ, quæ in iudicio exhibentur. h. d.

§. 27. At ſi partes viuæ vocis adminiculo in probando deſtitutæ fuerint, ad inſtrumentorum productiones decurrere eas oportebit. Et licet inſtrumentorum adeo late pateat appellatio, vt hoc nomine etiam teſtes contineantur, quippe et ipſi cauſſam inſtruunt: nos tamen in præſenti pro ſcripturis, in iudicio exhibendis, magis vtimur, quæ quidem in litibus exercendis eandem cum depoſitione teſtium vim obtinent.

Inſtrumenta poſſunt exhiberi vſque ad concluſionem in cauſſa. h. d.

§. 28. Exhiberi autem *h* in iure poterunt inſtrumenta, non ſolum ante atteſtationum publicationem, ſed et poſtea, vſque ad diffinitiuum ſententiæ calculum, ante tamen, quam in cauſſa concluſum fuerit. In cauſſa *i* autem concluſum eſſe tunc dicimus, cum a partibus omnibus probationibus renuntiatum fuerit.

Scriptura ſolum publica in iudicio fidem facit: et quæ ſit ſcriptura publica. h. d.

§. 29. Non tamen omnis ſcriptura in iudicio producta fidem faciet, ſed ita demum *k*, ſi per manum publicam ſcripta fuerit, ita vt appareat publica, aut authentico ſigillo muniatur: alioqui nullius roboris firmitatem obtinebit.

Exempla, ſolenniter ſumpta, fidem faciunt. h. d.

§. 30. Idem *l* et de exemplis dicendum erit, quæ tamen, ſi ſolenniter ſumpta fuerint, eandem cum originalibus habitura ſunt auctoritatem. Solenniter autem tunc dicentur ſumpta *m*, cum coram ordinario iudice, vel ad hoc ab ipſo ſpecialiter delegato præſentata fuerint, atque is diligenter inſpecta, dum nulla parte ſui vitiata compererit, per publicam perſonam exempla ſumi præcipit.

Redacta in publicam formam poſt mortem tabellionis faciunt fidem. hoc dicit.

§. 31. Eandem etiam auctoritatem et ea obtinebunt, quæ ad petitionem eorum *n*, ad quos pertinent, permiſſu iudicis ordinarii, in publicam formam redacta fuerint, ſi tabellio morte præuentus ea non perfecerit, ſed in notas tantum redacta moriens reliquerit.

Inſtrumentis non vitiatis, et de vitio non ſuſpectis creditur: et error vnius litteræ, et raſio in loco non ſuſpecto, non vitiat inſtrumentum. hoc dicit.

§. 32. Exhibebuntur *o* ergo inſtrumenta publica non cancellata, neque abolita, nec vlla parte ſui vitiata, aut aliquo psectu de falſitate ſuſpecta: quanquam, ſi exceptor litteram *p* imprudens omiſerit, aut documentum in loco non ſuſpecto *q* interleuerit, non propterea veri fides, et inſtrumenti auctoritas vacillabit.

Ad ſupplendam probationem poteſt iuſiurandum deferri. h. d.

§. 33. Quod ſi *r* nec teſtibus, nec inſtrumentis intentionem ſuam actor legitime deduxerit: permittente iudice, non plene probationes iuriſiurandi religione ſuppleri, et cauſſa terminari poterit. Nec enim aliud eſt iuramentum, quam veritatis confirmatio, cum aliquid Deo teſte aſſeritur.

Iuramentum aliud voluntarium, aliud neceſſarium: et neceſſarium, niſi ex cauſſa, recuſari non poteſt. h. d.

§. 34. Sed, cum ſit iuramentum multiplex, duplex tantum in propoſito conſiderari poterit *s*: aut enim eſt neceſſarium, aut voluntarium. Neceſſarium eſt, quod ad ſupplendas probationes a iudice parti defertur: quod propterea neceſſarium nuncupatur, et quod a iudice illud omnino deferri partibus oportet, et quod rite delatum ab eiſdem, niſi ex iuſtis cauſſis, recuſari non poterit.

Quæ ſint iuſtæ cauſſæ recuſandi iuramentum. h. d.

§. 35. Sunt autem iuſtæ recuſandi cauſſæ, vtputa, ſi actor plene probauerit, aut ſi ſibi non plene [illegible] eam ipſam afferat: et ſi quæ ſunt huiuſmodi.

Si pro reo ſunt præſumptiones; ſibi deferendum eſt iuramentum: niſi aliter iudex arbitretur. h. d.

§. 36. Sed etſi *t* pro reo præſumptiones fuerint; eidem hoc ſacramentum iudex deferet ad ſuam tuendam innocentiam: niſi, inſpectis perſonarum et cauſſæ qualitatibus, illud actori deferendum cenſeat.

Voluntarium iuramentum eſt, quod defertur a parte parti; quod deferenti poteſt referri: niſi ſimus in famoſis actionibus. h. d.

§. 37. Voluntarium *v* eſt, quod a parte parti in iudicio defertur: quod, quia litem terminat, deciſorium quoque nuncupari poterit. Et appellatur voluntarium, quia pars non niſi volens deferet, et ab eo, cui defertur, licite recuſari et referri poterit. Plane *u*, ſi reus famoſis actionibus conuentus fuerit, huiuſmodi iuſiurandum agenti referri minime permittetur: cum non actor, ſed ipſe, qui conuenitur facti proprii conſcius eſſe debeat.

Ponit exempla plura, in quibus probationes reſpiciunt perſonam iudicis. h. d.

§. 38. Iudicis inſpectione conſiſtunt probationes: vtputa, cum pro terminandis finalibus quæſtionibus propriis oculis loca iudex ſubiicit, aut ex aſpectu corporis ætatem colligit, aut cum ex litteris or-

a C. conſtitutis. in fin. extr. de teſtib. *b* Clem. 2. de teſtib. *c* C. cum cauſſam. extr. de teſtib. *d* C. præſentium. extr. de teſtib. *e* C. licet ex. §. extr. de teſtib. *) alii probari. *f* C. in noſtra. et C. cum cauſſam. extr. de teſtib. *g* C. cum clamor. extr. de teſtib.

h C. cum dilectos. extr. de fide inſtr. *i* gl. in d. C. cum dilectos. *k* C. 1. extr. de fid. inſtr. *l* gl. 2. C. 1. extr. de fid. inſtr. *m* C. fin. extr. de fid. inſtr. *n* C. pen. extr. de fid. inſtr. *o* C. inter dilectos. extr. de fide inſtr. *p* C. ex parte. extr. d. tit. *q* C. ex litteris. d. tit. extr. *r* C. fin. extr. de iureiur. *s* gl. 1. C. fin. extr. de iureiur. *t* C. fin. extr. de iureiur. *v* d. C. fin. in gl. 2. de iureiur. *u* C. fin. in princ. extr. de iureiur.

dinaeii

dinarii, vel apostolicis excommunicatus, aut dignitatibus honestatus quis deprehenditur, vel cum ad probandam virginitatem ab honestis et prudentibus matronis, vice sua iudex inspici mulierem iubet.

Notorium probatione non indiget. h. d.

§. 39. Sed et, si quid notorium fuerit a, testium depositionibus, vel instrumentorum exhibitione amplius declarari non debet: cum talia probationem, vel ordinem iudiciarium non requirant.

Iudex debet aduertere, ne dubium recipiat pro notorio. h. d.

§. 40. Sed cum multa dicantur notoria b, quæ non sunt: prospicere debet iudex, ne quod dubium est, pro notorio recipiat.

Vehemens suspicio interdum habet vim notorii. h. d.

§. 41. Ad notorium prope accedit vehemens suspicio. Nam si (exempli gratia) de c carnali copula quæratur, et sint, qui solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto iacentem, locis secretis, et ad hoc commodis, et horis electis se vidisse deponant: procul dubio ex suspicionibus tam vehementibus sequutam copulam pronunciari poterit. Plane si de graui crimine actum fuerit, propter solam suspicionem, quanquam vehementem, nemo condemnabitur.

Fama præstat adminiculum cæteris probationibus: et iudex ex variis debet animum suum instruere. h. d.

§. 42. Fama quoque, si de aliquo facto inuulgata fuerit, cæteris præsumptionibus non leue, præsertim in quibusdam, præstabit adminiculum. Etenim circumspectus iudex motum animi sui non ex vna tantum re, sed ex variis argumentis, et testimoniis, quæ rei aptiora esse compererit, confirmabit. Iudicaturum enim oportet cuncta rimari, et ordinem rerum plene inquisitione discutere, nec sententiam prius ferre, quam, peractis omnibus, nihil habeat in quæstione, quod proponat.

TITVLVS XV.

DE SENTENTIIS ET RE IVDICATA.

Duæ sunt species sententiarum, interlocutoria, et diffinitiua: et interlocutoria potest reuocari ante diffinitiuam. h. d.

Videamus nunc de sententiis, et re iudicata. Est autem sententia nihil aliud, quam controuersiæ propositæ a iudice rite facta diffinitio. Sententiarum duæ sunt species: aut enim interlocutoriæ sunt, aut diffinitiuæ. Interlocutoria est illa, quæ inter principium et finem caussæ fertur super his, quæ incidunt, vel emergunt; qualis est cum iudex dandam, vel negandam dilationem ad examinandos testes, vel exhibenda instrumenta interloquitur, vel super aliquibus exceptionibus pronuntiat: quam nec in scriptis ferri oportet, et ante diffinitiuam sententiam quandoque iudex reuocare poterit.

Diffinitiua sententia est, quæ condemnando, vel absoluendo liti finem imponit: nec requiritur de necessitate in ea verbum, condemno, vel absoluo, sed sufficit æquipollens. h. d.

§. 2. Diffinitiua vero sententia est diffinitio iudicialis, quæ condemnando, vel absoluendo principali controuersiæ finem imponit. Diffinitiua d enim, quæ nec condemnationem, nec absolutionem continet, pro nulla habetur: hanc simulac tulerit, retractandi copia iudici denegabitur. Non tamen vt sententia valeat, condemnandi vel absoluendi verbum necessario continere debebit: sed satis erit, quod verbum æquiualens contineat. Vnde rescriptum est, eius diffinitionem, qui ita se statuere et præcipere pronuntiasset, legitimæ sententiæ obtinere firmitatem.

Sententia debet ferri sedendo, et de scripti recitatione: alias non valet, et episcopus facere potest, quod alius pro se recitet. h. d.

§. 3. Vocatis igitur partibus, loco et tempore congruis, iudex ipse sedens e sententiam de scripti recitatione proferet: alias, si non iudex, sed alius legerit, vel scriptam litigatoribus tantum ediderit, vel stando, non sedendo, tulerit, nullius penitus momenti erit, vt ab ea nec appellare sit necesse. Episcopo tamen, quem tantæ dignitatis apex attollit, instar personarum illustrium, sententiam per alium recitare permittitur.

Ex pluribus iudicibus sufficit, quod vnus recitet sententiam vsus plurali numero: secus in actu electionis. h. d.

§. 4. Sed f et si plures iudices sint, vel arbitri, si cæteris præsentibus, et mandantibus per vnum tantum sententia recitetur, si plurali numero perlegendo vsus fuerit; perinde habebitur, ac si ab omnibus recitata fuerit: licet aliud in electione seruetur.

Si duo iudices ordinarii sententias diuersas ferant; tenet sententia lata pro reo; nisi actoris caussa sit fauorabilis. Si vero delegati: sententia pendet ex voluntate delegantis. Si vero arbitri, neutra tenet; si vero vnus tantum ex pluribus pronunciauerit: nulla erit sententia. h. d.

§. 5. Ex facto g dubitatum fuit, duobus iudicibus diuersas proferentibus sententias, vtra sit habenda potior? In qua specie responsum est, quod, si ex iurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo, non pro actore lata sententia: nisi agentis caussa sit fauorabilis, vtputa libertatis, dotis, matrimonii. Si vero ex delegata: vtraque ex delegantis pendebit arbitrio. Quod si ex compromisso: vtraque firmitatis robore destituetur. Quodsi, pluribus h iudicibus datis, vnus tantum ex eis pronuntiasse proponatur: adeo nullas sententia vires obtinebit, vt nec prouocationis remedium necessarium sit futurum.

Iudicare secundum leges et consuetudinem debet quilibet iudex, etiam summus pontifex, qui tamen ex caussa potest ab illis recedere. h. d.

§. 6. Sed, siue ordinarius sit, siue delegatus iudex, in primis illud obseruare debet, ne contra id iudicet, quod legibus, aut canonibus proditum sit: alioqui ipso iure sententia non subsistit. i In caussis quoque, quæ summi pontificis k iudicio deciduntur, cum in similibus caussis cæteri teneantur iudicare, similiter iuris ordo, et vigor æquitatis subtiliter obseruandus erit: nisi cum ille aliquid caussa necessitatis, et vtilitatis dispensatiue duxerit statuendum.

Licet sententia lata contra ius constitutionis sit nulla: secus tamen est in sententia lata contra ius litigatoris. Et quando dicatur lata contra ius constitutionis, vel contra ius litigatoris. h. d.

§. 7. Si tamen sententia non contra ius constitutionis expresse a iudice lata fuerit, sed contra ius litigatoris, cum iure quidem teneat: legitimis mediis retractanda erit. Dicitur autem iudex contra ius constitutionis pronuntiasse, veluti cum defunctus, et minor quatuordecim annis fuisse asseritur, et testamentum iure fecisse pronuntiatur. Contra ius vero litigatoris, veluti cum minor quatuordecim annis, annum quartum decimum impleuisse, ac per hoc testamentum iure fecisse asseritur.

Qui contra leges et conscientiam, corruptus iudicat, varie punitur. hoc dicit.

§. 8. Is autem l, qui in grauamen partis alterius in iudicio aliquid iniuste fecerit per gratiam, vel per sordes, siue ordinarius, siue delegatus sit, ab exsecutione officii per annum suspendendus erit, et ad æstimationem litis parti, quam læserit, nihilominus condemnabitur. Et si, suspensione durante, diuinis sese ingesserit: irregularitatis quoque laqueo innodabitur, a qua non, nisi per summum pontificem, liberari poterit. Aliis quoque legum animaduersionibus coercebitur: cum dignum sit, vt, qui in multis audet offendere, pœnæ etiam multiplici subdatur.

Sententia lata, postquam per decem dies non fuit appellatum, regulariter retractari non potest. h. d.

§. 9. Lata tamen sententia, nisi per appellationem intra terminum lege constitutum suspensa fuerit, amplius reuocari non poterit. Cum enim m post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei iudicatæ transeat; qui ad prouocationis subsidium intra id temporis spatium non recurrit, ideo appellandi sibi aditum præcludit: quia per hoc videtur interpretatione iuris velle latæ sententiæ obtemperare. Excipiuntur tamen multi casus, in quibus sententiæ etiam post decem dies rei iudicatæ firmitatem sibi vendicare non valent, veluti cum de matrimonio n est quæstio, aut, seruata sententia, salus animæ in discrimen adducitur, et alii plures.

Res, inter alios acta, aliis præiudicium regulariter non adfert. h. d.

§. 10. De eo quoque admonendi sumus, quod, etsi sententia transierit in rem iudicatam, præter eos, inter quos dicta fuerit, regulariter neminem lædat. Si quis tamen o, cum sibi primum de ea re actio, vel defensio competeret, sustinuit sequentem agere, aut passus est eum, a quo caussam habuit, experiri: ipse quoque sentiet ex re iudicata præiudicium.

TITVLVS XVI.

DE EXSECVTIONE REI IVDICATAE.

Sententia lata in reali actione mandatur exsecutioni statim, in personali vero post quatuor menses: qui terminus potest breuiari, et prorogari. h. d.

Si igitur sententiæ latæ legitima appellatio non occurrerit: intra statuta tempora exsecutioni mandanda erit. Sed multum intererit, vtrum super reali, an vero super personali actione sententia lata fuerit. Primo enim casu, statim: secundo non, nisi post emensa quatuor mensium spatia exsecutioni mandabitur. Licet autem quadrimestre

a *c. de manifesta. 2. qu. 1.* b *C. tua nos. extr. de cob. Cler. et mul.* it. *cap. consuluit nos. extr. de appell.* c *cap. litteris fraternit. extr. de præsumpt.* d *can. ei, qui appell. §. diffinitiua. 2. qu. 6.* e *cap. fin. eod. tit. in 6.* f *cap. pen. eod. tit. in 6.*

g *cap. fin. extr. eod. tit.* h *can. ei qui. §. si vero. vers. si plures 2. qu. 6.* i *cap. 1. extr. eod. tit.* k *cap. in caussis. extr. eod. tit.* l *cap. 1. eod. tit. in 6.* m *cap. quod ad consultat. § taliter. extr. eod. tit.* n *can. lator. extr. eod. tit.* o *cap. pen. extr. eod. tit.*

tempus in personali actione sit regulariter statutum: ex caussa tamen nonnunquam et arctari, et prorogari potest. Sed qui ab initio terminum recipit sponte breuiorem, sibi id imputare debebit: cum ex voluntate propria iuris beneficium contempsisse videatur. Vnde postea non audietur appellans; nisi forte aduersus eum modus exsecutionis canonicus excedatur: siue ab ordinario, siue a iudice delegato, siue etiam ab arbitro res iudicata fuerit.

Delegatus a principe potest propriam sententiam intra annum exsequi. h. d.

§. 2. Sed a si ordinarius ad mandatum iudicis a principe delegati nolit, aut, quibusdam obsistentibus, sententiam, ab eo latam, suo effectui mancipare nequeat: datus ipse iudex illam exsecutioni mandare poterit, et resistentes ecclesiastica sententia coercere, et non solum vsque ad quadrimestre tempus, quod ad soluendum debitum a lege reo conceditur, sed vsque ad annum integrum ad exsequendam sententiam, iurisdictionem exercere poterit.

Iudex deputatus super exsecutione sententiæ, admittit exceptionem fraudis, seu nullitatis, non vt super ea pronuntiet, sed vt negotium ad superiorem, qui iudicauit, transmittat. h. d.

§. 3. Quodsi *b* princeps propriam sententiam per aliquem exsecutioni mandari iubeat, et circa negotium fraus interuenisse dicatur: exsecutori de toto negotio cognoscendi facultas non erit, sed ad superiorem quæstiones, si quæ inciderint, deferri oportebit.

Iudex ordinarius tenetur exsequi sententiam delegati a principe, etiam iniustam. h. d.

§. 4. Cum igitur regulariter contingat, quod exsecutio sententiæ ordinario demandetur: quæri poterit, an, si ipsam iniustam esse cognouerit, exsecutioni eam mandare debeat, an sit ei subsistendum potius? In qua specie responsum est, quod, cum ordinarius delegato teneatur obsequi, licet sententiam non esse iustam nouerit, exsequi nihilominus tenebitur: cum sibi non cognitio, sed exsecutio tantum fuerit demandata: nisi a dato iudice impetrare valeat, vt ab hoc onere ipsum liberet. Nec enim debet iudicis delegati mandato violenter resistere *c*, sed et apud eundem instare poterit, vt exsecutionem tamdiu differri patiatur, donec principi rei veritas innotescat.

Si papa scienter commisit appellationem interpositam a suo delegato, data cum clausula, appellatione remota: iurisdictio primi delegati est suspensa, quoad exsecutionem. h. d.

§. 5. Sed quid si, cum a sententia lata auctoritate litterarum apostolicarum, in quibus inhibita fuerat appellatio, prouocatum fuerit, at litteræ post appellationem ad alios iudices emanauerint, an ad mandatum posteriorum iudicum exsecutio sententiæ a prioribus delegatis retardari debeat? Et quidem, cum apostolicus aliis iudicibus appellationis caussam ex certa scientia committit, et appellationem videtur recipere, et simul priorum iudicum reuocare iurisdictionem. Vsque eo igitur sententiæ suspenditur exsecutio, donec appellationis merita plenius discussa fuerint.

Postulatio restitutionis in integrum differt exsecutionem.

§. 6. Dantur et casus alii, in quibus, licet sententia in rem transierit iudicatam, differenda nihilominus erit exsecutio, vtputa, si non protelandi caussa in integrum restitutio *d* petita fuerit, et alii plures.

TITVLVS XVII.
DE APPELLATIONIBVS.

Quid sit appellatio, et quare inuenta. h. d.

Appellandi vsus præcipue iudicantium iniquitatem corrigit, et imperitiam detegit. Est autem appellatio iurisdictionis prioris iudicis per superioris inuocationem legitime facta suspensio: vel, appellatio est prouocatio ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi.

Appellatio alia extraiudicialis, alia iudicialis. Et de iure canonico etiam extra iudicium appellatur, quæ appellatio prouocatio dicitur. h. d.

§. 2 Appellationum duæ sunt species. Aut enim extra iudicium appelletur, aut in iudicio. Extra iudicium appellatur, cum quis ante litis ingressum *e* ab aliquo grauamine appellet, vtputa *f* ab electionibus, postulationibus, prouisionibus, et quibuslibet extraiudicialibus actibus, ex quibus se grauatum putet. Licet enim seculares leges *g* non, nisi in casibus, ante sententiam appellationem admittant: sacri tamen canones, etiam extra iudicium passim appellare permittunt. Nec solent huiusmodi dici proprie appellationes, sed prouocationes. *h*

Appellatio iudicialis diuiditur in duas species. h. d.

§. 3. Rursus in iudicio appellatur, aut ante diffinitiuam sententiam, aut postea. Antea appellatur, vt cum ab interlocutoria, vel alio grauamine prouocatur. Postea, vt cum ab ipsa diffinitiua sententia appellatur.

Appellans ab interlocutoria debet in scriptis appellare, et intra triginta dies apostolos petere, et exhibere continentes caussam appellationis: alias caussa censebitur deserta. h. d.

§. 4. Multum autem interest, ab interlocutoria quis prouocet, vel alio grauamine, an a diffinitiua. Nam *i* primo casu, et caussam appellationis in scriptis assignare, et a iudice infra triginta dies instanter petere debet litteras dimissorias, et eidem intra dictum temporis spatium debent ab eodem iudice exhiberi, continentes et appellationis caussam, et cur appellatio non sit admissa, vel si appellationi forsan ex superioris reuerentia sit delatum. Alioquin *k*, si eos intra idem tempus appellans petere prætermittat, appellationi sua renuntiasse putabitur, etiamsi vadat, aut mittat ad appellationem huiusmodi prosequendam.

Ponit tres casus, in quibus ab non petitos apostolos caussa deseritur, hoc dicit.

§. 5. Idem *l* iuris est, si iudex, a quo appellatur, certum terminum appellanti ad recipiendos apostolos assignauerit, et appellans in assignato sibi termino non compareat, nec eos sibi tradi petat: idem et si iudex appellanti responderit intra iuris terminum se daturum, nec intra dictum spatium congruo loco et tempore instanter et sæpius saltem vno contextu petierit, vel sibi oblatos appellans recipere recusauerit.

Taciti et expressi eadem est virtus. h. d.

§. 6. Quodsi iudex *m* in termino, per eum præfixo, ipsos petenti non dederit, aut si, dum petantur, vel intra iuris terminum, vel nullo certo termino præfixo, se daturum asseruerit, postea per appellantem congruo loco et tempore, sæpius et instanter, vnico etiam contextu requisitus eos exhibere non curauerit: perinde propriam appellationem prosequi appellans poterit, ac si ei expresse fuissent apostoli denegati. Alia quoque agenda erunt, prout ex tenore tam Innocentianæ *n*, quam aliarum constitutionum luculenter apparet.

In appellatione a diffinitiua non est necesse caussam inserere. h. d.

§. 7. In appellationibus autem *o*, a sententia diffinitiua interponendis, nec caussam reddere tenetur appellans, nec etiam supra dicta diligens obseruatio per omnia sibi locum vendicat.

In appellatione ab interlocutoria debet talis caussa allegari, quæ, si esset vera, reputaretur legitima. h. d.

§. 8. Cum autem ex probabili caussa ab interlocutoria quis duxerit appellandum; talem tenetur proponere, quæ, si probata fuisset, deberet legitima reputari: de quo postea superior cognoscet. Nec enim sufficit *p* appellanti probare, quod ex caussa huiusmodi appellauit, si eam non doceat esse veram, nisi hoc se offerens probaturum non fuisset admissus.

Is, qui minus rationabiliter appellauit, condemnatus in expensis ad inferiorem iudicem remittetur: nec potest quis alias caussas prosequi, quam expressas. h. d.

§. 9. Quodsi *q* iudex minus probabiliter appellatum esse comperit: appellantem ad inferiorem iudicem remittet, et in expensis alteri parti condemnabit, alioqui ipse procedet. Nec licebit appellanti alias caussas prosequi, quam quas in appellatione sua nominatim expresserit.

Si dicitur ex iniusta caussa appellatum; iudex, ad quem, inhibere non potest: nisi prius recepta appellatione, vt probabili, incipiat cognoscere de caussæ veritate. h. d.

§. 10. Quod si obiicitur *r*, non ex legitima caussa ante sententiam appellationem interpositam, et propterea non admittendam esse, nisi prius appellatione recepta, velut emissa ex caussa probabili: iudex superior cognoscere incipiet, ne procedatur, inferiori prohibere non poterit.

Cessante caussa cessat effectus. h. d.

§. 11. Sed et si iudex sano vsus consilio *s* ab eius exsecutione destiterit, quod comminando, vel interloquendo in grauamen partis protulit, non obstante, quod ad huiusmodi comminatione, vel interlocutione prouocatum fuerit, ne processus negotii friuolis occasionibus retardetur: in caussæ cognitione libere procedere poterit.

Iudex, a quo, compellere non potest appellantem a grauamine ipsius veritatem probare; licet citare possit ad ipsius reuocationem audiendam:

a cap. significasti nobis. extr. de off. deleg. b cap. de cetero. extr. de sent. et re iud. c cap. si quando. extr. de off. del. d cap. suscitata. extr. de in integr. restit. e cap. cum sit. §. si vero extr. eod. f cap. concertationi. eod. tit. in 6. g cap. super eo. Clem. secundo. extr. eod. h d. cap. cum sit. extr. eod. tit.

i cap. 1. eod. tit. in 6. k cap. ab eo, eod. tit. in 6. l Cl. 2. eod. tit. in princ. m Cl. 2. § fin. eod. tit. n cap. 1 eod. tit. in 6. o cap. 1. vers. is, qui. vbi gloss. eod. tit. in 6. p cap. interposita in vers. extr. eod. q cap. cum appellatum. eod. tit. in 6. r cap. Romana. §. quod si obiicitur. eod. tit. in 6. s cap. cum cessante. extr. eod. tit.

qua facta, in caussa procedere poterit, eius contumacia non obstante, ac si nunquam appellasset. h. d.

§. 12. Sed *a* videamus, an ius dicenti obtemperare tenearis, a quo propter grauamen, quod tibi illatum asseris, appellaueris, si tibi is ad docendum de grauamine, et si de ipso liquerit, ad eiusdem reuocationem audiendam terminum præfixerit. Et sane, cum id ipsum a iudice perspiciendum sit, nec coram eo de grauamine doceta, nec etiam tanquam coram iudice (cum per appellationem eius suspensa sit iurisdictio) comparere teneberis. Quodsi tantum, vt reuocationem audias, te vocandum duxerit, licet non compareas, ipse tamen in termino grauamen reuocauerit: perinde in caussa procedere poterit, ac si appellatio nunquam fuisset interposita.

Potest appellantem ab interlocutoria pœnitere, et facere, vt prior iudex cognoscat: sed appellato sunt reficiendæ expensæ, quas is fecit ob appellationem. h. d.

§. 13. Ac veluti in potestate iudicis, grauamen reuocantis, positum est, non obstante appellatione, caussam resumere: sic contra, si is, qui vocem appellationis emisit *b*, cuius adhuc nemini est demandata cognitio, petierit, vt ad iudicem, a quo prouocauit, rursus caussa remittatur, id est, alterius partis contradictione minime obstante, indulgendum erit. Sed hoc ita, vt in legitimis expensis aduersario, quas eum propter hoc fecisse constiterit, condemnetur.

Ponit quam plures casus, in quibus appellationi non est deferendum. hoc dicit.

§. 14. Non omnis ergo appellatio indistincte recipienda erit. Nam siue adeo sit vaga, et generalis, vt incertitudinem afferat, siue, quod omisso medio sit interposita, a parte opponatur, caussa non deuoluetur. Idem iuris est, si super notorio crimine, vel de quo quis in iure confessus fuit, prouocatur. Nec enim ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ est appellationis remedium institutum.

Regulares non appellant a correctione sui prælati. Nec a iudice seculari, sedi apostolicæ non subdito, appellatur ad papam. Et qui non defert legitimæ appellationi, punitur. h. d.

§. 15. Et ideo nec regulares, cum pro aliquo excessu corrigendi fuerint, contra regularem prælati sui, vel capituli disciplinam appellabunt, sed quod sibi pro salute iniungitur, humiliter suscipient. Sed nec tunc appellationi deferendum erit *c*, cum a seculari iudice, qui temporali sedis apostolicæ iurisdictioni non subiicitur, ad apostolicum appellatum fuerit: et aliis quibusdam casibus. Alioqui is, qui legitimæ appellationi etiam de minima caussa interpositæ non detulit, canonicis pœnis coercendus erit.

Appellans ab ordinario potest coram eodem super alia caussa conueniri. h. d.

§. 16. Licet autem, prouocatione canonica a partibus interiecta, iudicis, a quo appellatum fuit, officium in illa quidem caussa penitus conquiescat; si *d* tamen is, qui ab ordinario appellauit, super alia caussa coram eodem conueniatur, præsertim pro graui et manifesto crimine: appellationis obtentu, quo minus canonica censura puniatur, effugere non potest.

Innouata per iudicem post diffinitiuam sententiam, a qua appellatum fuit, reuocantur statim per iudicem apostolicum: etiamsi ante appellationem fuerint innouata. h. d.

§. 17. Interposita ergo a definitiua sententia appellatione, non solum post eam innouata *e* debent per iudicem appellationis penitus, et ante omnia reuocari: exceptis tamen casibus, in quibus iura post sententiam prohibent appellare, sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam, et appellationem contigerit innouari, perinde ac si post appellationem innouata fuissent.

Attentata post appellationem definitiuam non reuocantur: nisi prius de veritate constiterit, vel nisi post inhibitionem debito modo factam attentata fuerint.

§. 18. Illa *f* vero, quæ post appellationem interpositam ante diffinitiuam sententiam innouantur, donec appellationis caussam veram esse constiterit, reuocari non debent: nisi iudex appellationis, postquam sibi constiterit, per appellationem emissam ex caussa probabili, fore ad se negotium deuolutum, inhibeat canonice iudici, a quo appellatum fuit, ne procedat. Tunc enim, quicquid post inhibitionem huiusmodi fuerit innouatum, est per appellationis iudicem ante omnia in statum pristinum reducendum: licet eandem caussam non esse veram contingat.

Non refert, quid ex æquipollentibus fiat: et facta plus operantur, quam verba. h. d.

§. 19. Appellasse autem dicetur non solum is, qui vocem appellationis emisit, sed etiam qui aliquo indubitato facto prouocandi propositum declarauerit. Vnde rescriptum *g* est, eum, in quem post iter, ad sedem apostolicam arreptum, excommunicationis sententia ab ordinario promulgata fuerit, excommunicationis vinculo non teneri, quasi appellatione pendente lata fuerit: cum plus sit facto, quam verbo prouocare. Idem et in eo responsum est *h*, qui, licet ex simplicitate forte verbum appellationis non expresserit, se tamen et ecclesiam suam, cum molestaretur, rom. pontificis protectioni subiecit.

Iustus metus excusat adeo, quod non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, et caussas appellationis expresserit. h. d.

§. 20. Is quoque *i*, quem, quo minus appellaret, iustus metus impedierit, ad appellationis beneficium conuolasse reputabitur: dummodo infra tempus, quo licite prouocatur coram iudice, a quo appellasse vellet, vel si ipsius copiam habere nequiuerit, coram probatis viris, contestatione super hoc proposita, caussas appellationis expresserit.

Sufficit appellare coram maiori parte iudicum. Et omnium aliorum intimatio parte appellatæ est facienda. h. d.

§. 21. Quodsi *k* a pluribus iudicibus appellandum fuerit, quia non semper facile eorum præsentia simul haberi posset; coram maiori parte ipsorum appellare, et apostolos separatim petere licebit; valebitque hæc appellatio perinde, atque si coram omnibus interposita fuisset: omnium tamen subsequutorum appellato ignoranti intimatio legitima facienda erit.

Si vnus ex pluribus appellet, et obtineat in caussa appellationis; prodest victoria consortibus: si sit idem negotium, et caussa. h. d.

§. 22. Idem ex contrario *l*, si plures sententia condemnati fuerint, et vnus solus ad appellationis beneficium conuolauerit, illius victoria ceteris quoque suffragabitur: si communi iure iuuantur, idemque negotium et eadem caussa defensionis existat.

Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, et in vno remouetur appellatio: intelligitur remota in aliis. h. d.

§. 23. Iam dubitari poterit, si ex pluribus *m* articulis, vnis precibus comprehensis, in vno tantum contingat appellationem vetari, vtrum appellatio teneat, si super aliis prouocatum fuerit. Et cum delegantis hæc sit intentio, vt de omnibus articulis, qui in precibus ponuntur, iustitia finem consequatur effectum: in omnibus appellatio interdicta intelligitur. Vnde nihil intererit, vtrum appellatio inhibeatur in primo, an in secundo: in medio, an in fine. Sed hoc ita intelligi oportet, si capitula connexa fuerint. Ceterum *n* quoties clausula, per quam appellationis remedium tollitur, in medio litterarum ponitur, si sunt plura negotia, se minime contingentia; tantum præmissa complectitur: nisi forte et in fine litterarum prædicta clausula iteretur.

Appellari potest, si locus non tutus partibus assignetur, vel sententia contineat manifestam iniquitatem: etiamsi sit rescriptum appellatione remota. hoc dicit.

§. 24. Interdum etiam, non obstante prohibitione, appellari poterit, vt decretum est in *o* eo, qui per delegatos iudices in iudicium ad locum non tutum vocatus fuerit. Nisi enim locum idoneum iudices assignent: non erit propterea appellationis remedium interclusum, quod, appellatione remota, procedi debere mandatum fuerit. Idem etiam obtinet, cum sententia fertur iniqua. Licet enim caussa, appellatione remota, commissa fuerit: sententiæ tamen stari non debet, si iniquitatem contineat manifestam.

Lapso anno, et ex caussa biennio, appellatio est deserta. h. d.

§. 25. Illud tam iudiciali appellationi, quam ei, quæ extra iudicium interponitur, commune est, quod *p* huiusmodi appellationibus annus, et ex iusta caussa biennium a die appellationis interpositæ indulgetur: quo temporis spatio et prosequi, et finire appellationis caussam compellendi erunt. Alioqui si per negligentiam *q* appellantis hoc temporis spatium fluxerit: adeo caussa deserta censebitur, vt, etiamsi appellatus ipse cum appellato, aut appellans etiam per se, et principaliter prosequatur, non propterea minus in rem iudicatam censebitur transisse sententia, a qua fuerit appellatum.

Ponit casus, quibus tempus ad prosequendum non currit. h. d.

§. 26. Quamdiu *r* tamen per compromissum, vel alias de partium expresso consensu differtur prosecutio; tempus ad prosequendam appellationem ab homine, vel a iure præfixum minime currit appellanti: nisi forte iudex, ex dilatione periculum imminere videns, in illa procedi præciperet.

Tempus datum a iure ad prosequendam appellationem, potest breuiari per iudicem ex caussa. h. d.

§. 27. Et licet anni, vel biennii spatium appellantibus indulgeatur: poterit tamen iudex, a quo, secundum locorum distantiam *s*, per-

a *C. si a iudice. eod. tit. in 6.* b *C. interposita. §. ille extr. eod. tit.* c *C. si duob. §. fin. extr. eod. tit.* d *C. ad hæc. extr. eod. et cap. præterea. et primo. eod. tit.* e *C. non solum eod. tit. in 6.* f *d. C. non solum. §. illa. eod. tit. in 6.* g *C. dilecti filii, et. secundo. extr. eod. tit.*

h *C. ad audientiam. extr. eod. tit.* i *C. fin. extr. eod.* k *Clem. 1. eod. tit.* l *C. pen. extr. eod. tit.* m *C. secundo requiris. extr. eod. tit.* n *C. suprascriptioni tuæ. extr. eod. tit.* o *C. ex parte tua. et primo. extr. eod. tit.* p *C. cum sit romana. extr. eod. tit. can. et qui, 2. quæst. 6.* q *Clem. pen. de appellat.* r *Clem. quamdiu. eod. tit.* s *C. cum sit romana. extr. eod. tit.*

sonatumque et negotii qualitatem breuius tempus moderari, intra quod si is, qui appellauit, caussam appellationis non fuerit prosequutus, tenebit sententia. Coget ergo iudex partes, appellatione non admissa *a*, vt vel appellationem interpositam prosequantur, vel coram eo iuris pareant æquitati.

Quando periculum est in mora: debet iudex breuiare terminum prosequendæ appellationis. h. d.

§. 28. Superior *b* quoque iudex, si ex dilatione viderit imminere periculum, potest et debet, neutro appellationem prosequente, vt periculum euitetur, occurrere; puta si a sententia lata super confirmatione alicuius electi prouocatum fuerit, et vtraque pars velit etiam ad annum appellationis prosecutionem differre: potest vtique, imo debet is, ad quem appellatum fuit, prouide terminum moderari, ne diu gregi dominico cura pastoris desit.

Interdum ad prosequendam appellationem datur plus, quam biennium. hoc dicit.

§. 29. Accidit tamen aliquando, vt non per annum, vel biennium, sed etiam vlterius caussam appellationis alicui prosequi concedatur, vtputa si quem per impotentiam *c* prosecutionem omisisse constiterit, vel cum iudici ex proprio officio super caussa electionis, etiam lapso biennio, cognoscere conceditur.

Pars potest sibi terminum prosequendæ appellationis breuiare, non prorogare. h. d.

§. 30. Pars quoque interdum sibi prosequendæ appellationis terminum præfigit. Sed cum hoc gratia litium, citius expediendarum, indultum fuerit: iuris terminus a parte præueniri, non prorogari poterit, sicut nec in vna caussa tertio prouocari licebit.

Confirmatio in forma communi non præiudicat appellationi, nec laudum inualidum roborat, aut processum impedit, sed obtenta super re, ab aliqua pacifice possessa, facit, vt quis non possit conueniri absque mandato sedis apostolicæ. h. d.

§. 31. Postremo sciendum est, quod, si sententiam appellatione suspensam, antequam ipsius appellationis caussa commissa fuerit, vel laudum, contra iuris, vel compromissi formam latum, apostolico rescripto in forma communi confirmari obtentum fuerit, talis confirmatio nec appellationi præiudicium afferet, nec inualidum laudum vllo firmitatis robore muniet. Nam etiamsi ante latam sententiam litigiosæ rei confirmationem ab apostolica sede quis impetrauerit: non propterea minus de caussa poterit iudex cognoscere, et eam fine debito terminare. Quanquam, si rem pacifice quis possedisset, cum inde confirmationem obtinuit, non erit licitum iudici de quæstione postmodum exorta absque mandato sedis apostolicæ decernere: nisi certum sit, quod per falsam suggestionem fuerit elicita.

TITVLVS XVIII.
DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

Minor et ecclesia restituuntur aduersus sententiam, etiam a sede apostolica latam. h. d.

Adhuc autem iis, qui appellationis remedio destituti sunt, auxilio restitutionis in integrum succurritur: sed nec omnibus, nec semper, nec ab omnibus. Minor igitur et ecclesia *d*, si se prolatione sententiæ grauiter læsos conquerantur, et appellandi tempora iam fluxerint, restitutionem in integrum implorare poterunt. Quod quidem adeo obtinet, vt, etiamsi ab apostolico *e* sententia lata fuerit, non propterea magis in integrum restitutionis petitio impediatur. Nec enim negatur *f*, romanæ sedis sententiam in melius posse commutari: cum aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, et temporum, seu grauium necessitatum aliquid ordinauit.

Restituitur ecclesia aduersus quamlibet læsionem, etiam aduersus aliam ecclesiam. h. d.

§. 2. Sed si non sententia, sed vel contractu *g*, vel confessione *h*, vel probationis omissione, vel temporis fluxu *i*; ecclesia læsa fuerit, restitutio indulgenda erit: nec solum contra priuatos homines, sed etiam aduersus aliam ecclesiam *k*.

Beneficium restitutionis in integrum non indulgetur, nisi intra quatuor annos: si non subsit aliqua rationabilis caussa, vt dictum spatium prorogetur. h. d.

§. 3. Sed *l* siue sententia, siue contractu, vel aliter se læsam prætendat ecclesia, et propterea se ad beneficium restitutionis in integrum admitti postulet; si quadriennii spatium a die læsionis lapsum fuerit; amplius restituenda non erit: nisi præuaricationis, vel manifestæ fraudis probetur super hoc interuenisse commentum, aut alia caussa subsit, quæ iudicem ad hoc beneficium concedendum mouere debeat. Et *m* si tempore læsa asseratur: non fiet restitutio, nisi ad tantum temporis, in quantum se læsam esse legitime probauerit.

Restitutio in integrum, semel negata, non conceditur amplius, etiam in alio iudicio, nisi duobus casibus hic contentis. h. d.

§. 4. Quod si semel *n* restitutio in integrum in alio iudicio denegata fuerit, præterquam ad appellationem omissam; non erit eidem amplius concedenda: nisi nouis defensionibus ad huiusmodi beneficium admittenda fuerit.

Ponit, qui, et quando possunt de restitutione in integrum cognoscere. hoc dicit.

§. 5. Huiusmodi *o* vero restitutionum caussæ solum coram iudicibus ordinariis, administrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari poterunt, et terminari: siue hoc ipsis delegatis specialiter demandatum fuerit, siue commisso eis negotio huiusmodi quæstionem incidere contingat. Delegati vero ab ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantummodo iudicandi facultatem, siue arbitri, de his caussis cognoscere nequeunt: nisi coram eis incidenter motæ fuerint.

Per querelam et supplicationem retractatur sententia. Et sub qua forma supplicatio porrigatur. h. d.

§. 6. Per supplicationem *p* quoque, principi porrectam, aut per querelam appellationis remedio destitutis subueniri solet. Erit autem supplicatio intra decem dies post sententiam offerenda: quo subsequuto, sententia non aliter exsecutioni mandabitur, quam si victrix pars idoneam fideiussionem præbuerit, tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia resoluatur. Et, nisi sub hac forma supplicatio porrigatur, exsecutio sententiæ sine fideiussione procedet, retractationis iure illi seruando, qui se grauatum putauerit, vt intra biennium supplicare valeat.

a C. ad hæc. et, 3. extr. eod. *b* C. oblata. §. superior. extr. eod. *c* C. ex ratione. extr. eod. *d* cap. 1. C. ex litteris. et cap. sequ. extr. eod.

e cap. cum ex lit. eod. tit. extr. *f* d. cap. cum ex lit. §. nos. vers. præsertim. *g* cap. 1. extr. eod. *h* cap. 2. eod. tit. in 6. *i* Clem. vnic. eod. tit. *k* cap. auditis. extra. eod. tit. *l* cap. 1. eod. tit. *m* Clem. vnic. eod. tit. *n* cap. fin. eod. tit. extr. *o* cap. pen. extr. eod. tit. *p* gl. in vers. supplicauit. cap. ex litteris. extr. eod. tit.

FINIS LIBRI TERTII.

INSTITVTIONVM
IVRIS CANONICI
LIBER QVARTVS.

TITVLVS PRIMVS.
DE ACCVSATIONIBVS, DENVNTIATIONIBVS, ET INQVISITIONIBVS.

Criminalia iudicia non habent aliquid simile cum ciuilibus. Et instituuntur per accusationem, denuntiationem, et inquisitionem. Et accusationem inscriptio, denuntiationem charitatiua monitio præcedere debet. h. d.

Criminalia iudicia nihil ferme simile habent cum ceteris iudiciis, de quibus proxime loquuti sumus: magnaque diuersitas eorum est, et in instituendis, et in exercendis. Instituuntur autem aut per accusationem, aut per denuntiationem, aut per inquisitionem. Per accusationem, cum, solenni præcedente inscriptione *a*, per accusatorem rei crimen ad iudicem defertur. Per denuntiationem, vt cum, nulla præcedente inscriptione, sed tantum charitatiua monitione, ad iudicis notitiam crimen deducitur. Ideo autem, cum in modum accusationis crimen obiicitur, est inscriptio necessaria, non cum in modum denuntiationis: quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem est denuntiatio facienda.

a Can. qui crimen. 2. qu. 8. et cap. super his. in princ. extr. eod. tit.

Accusator

Accuſator non probens obiectum crimen, tenetur ad pœnam talionis; niſi ſuam innocentiam purgauerit: et interim dum ſe purgat, eſt ſuſpendendus. h. d.

§. 2. Accuſator igitur, ſi legitimis deſtitutus ſit probationibus, eam pœnam [a] debet incurrere, quam, ſi probaſſet, reus ſuſtinere debebat. Denuntians vero, licet ad talionem non teneatur, ſi tamen [b] in probatione deficiat, donec ſuam purgauerit innocentiam, et ab officio et beneficio ſuſpendendus erit: vt cæteri ſimili pœna perterriti ad aliorum infamiam facile non proſiliant.

Ponit quando procedendum ſit per inquiſitionem. h. d.

§. 3. Per inquiſitionem criminale iudicium inſtituitur, cum præcedente diffamatione [c], ac quaſi denuntiante fama, de crimine iudex inquirit. Conſtitutum eſt enim, ne criminum facilis nimis ſit obiectio, vt, ſicut ad accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, et [d] denuntiationem charitatiua monitio, ita et inquiſitionem clamoroſa inſinuatio [e] præcedere debeat.

Confeſſus criminis coram inquiſitore, non poterit confeſſionem ſuam ex prætextu reuocare, quod non præceſſerit fama inquiſitionem. h. d.

§. 4. Si quis [f] tamen, iam coram eo, qui contra ipſum ſuper certis criminibus inquiſitor deputatus fuerat, eadem crimina confeſſus fuerit: fruſtra poſtmodum eo prætextu confeſſionem ſuam impugnare contendet, quod ſuper eiſdem criminibus non fuerit antea diffamatus.

Si iudex proceſſerit, non excipiente inquiſito de non diffamatione: proceſſus tenebit. h. d.

§. 5. Idem etiam erit [g], ſi is, cui contra te commiſſa ſuper certis criminibus fuerit inquiſitio, te præſente, nec quicquam ſuper hoc excipiente, infamiæ inquiſitione omiſſa, ad veritatem eorundem criminum inquirendam proceſſerit. Nec enim proceſſum huiuſmodi eo, quod non fuit de infamia primitus inquiſitum, vlterius impugnare poterit.

Si crimen opponatur excipiendo: non eſt neceſſaria inſcriptio. h. d.

§. 6. Accidit autem interdum, vt alicui nec accuſando, nec denuntiando, nec inquirendo, ſed excipiendo crimen opponatur, vtpura [h], cum quid obiicitur, vt quis ab accuſatione, vel teſtificatione repellatur: quo caſu non erit inſcriptio neceſſaria.

Non eſt neceſſaria inſcriptio, ſi crimen obiicitur, vt quis ab officii vel beneficii aſſecutione excludatur: quo tamen caſu, ſi poſt confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœna extraordinaria. h. d.

§. 7. Sed [i] an, ſi propterea crimen opponatur, vt quis a promotione officii, vel beneficii aſſecutione excludatur, neceſſaria tunc ſit inſcriptio? Et proditum eſt, ſi ante confirmationem obiiciatur; non cogi quenquam inſcribere: quia crimen hoc modo probatum promouendum quidem impedit, non tamen iam promotum deiicit. Poſt confirmationem vero, cum ſcilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam conſecrandus, quia et ab obtinendo repellit, et ab obtento deiicit, ad extraordinariam pœnam ſecundum arbitrium iudicis, citra vinculum inſcriptionis, ſi defecerit in probando, eſt excipiens adſtringendus.

TITVLVS II.
DE DVPLICI PVRGATIONE.[*]

Quid ſit purgatio, et quotuplex. Et quod vulgaris purgatio eſt penitus improbata. h. d.

Contingit etiam interdum, vt, licet aduerſus criminoſum nec accuſator conſiſtat, neque teſtibus, aut propria ſit confeſſione conuictus, ita tamen alicuius criminis, vel maculæ publica laborat infamia, quod ſuper manifeſta fere nota eidem purgatio ſit indicenda. Eſt autem purgatio, demonſtratio innocentiæ ſuper obiecto crimine. Purgationis duæ ſunt ſpecies [k], vulgaris ſcilicet et canonica. Vulgaris purgatio eſt, quam vulgus vel inuenit, vel ſequitur, vt cum aquæ frigidæ, vel candentis ferri, vel ſingularis certaminis quis ſubdit iudicium: quæ, cum Deus in ea tentari videatur, merito iuſſa eſt ſacris canonibus exulare. Licet enim quoſdam ſingulare certamen iniuiſſe diuina prodat hiſtoria; nunquam tamen, vt id pro lege teneatur, diuina ſanxit auctoritas.

Quæ ſit canonica purgatio. Et quales eſſe debent compurgatores. h. d.

§. 2. Canonica purgatio dicitur, quæ ſacris canonibus eſt comprobata, vt cum [l] de crimine infamatus, iurat ſe non eſſe tali crimine, vel macula inquinatum, et certa compurgatorum manus eundem a crimine immunem, et verum credere illum iuraſſe, ipſa quoque iureiurando firmat. Erunt autem compurgatores huiuſmodi honeſtatis et opinionis, vt veriſimile ſit, eos amore, vel odio, vel obtentu pecuniæ non deierare: neceſſe etiam eſt, vt eius, quem purgare intendunt, vitam et mores notos habeant.

a *Can. qui non probare. 2. quaeſt. 3. et can. qui crimen. 2. quaeſt. 8.* b *C. 2. extr. de calumn.* c *cap. qualiter et quando. eſ. extr. eod.* d *cap. 2. extr. eod.* e *cap. inquiſitionis. § tertia. verſ. ad hac. extr. eod.* f *cap. 1. eod. tit. in 6.* g *cap. fin. eod. tit. in 6.* h *cap. ſuper his. § cum autem. extr. eod. tit.* i *d. cap. ſuper his. §. cum autem. extr. eod. tit.* k *gl. rubr. extr. de purg. vulg.* l *cap. quotiens. extr. de purg. can. et can. mennam. 2. q. 4.*

Deficiens in purgatione habetur pro conuicto. Et ſuper notorio non eſt indicenda purgatio. h. d.

§. 3. Quicunque [m] vero in canonica purgatione defecerint, perinde puniendi ſunt, atque ſi de crimine, de quo diffamati fuerint, legitime conuicti, vel confeſſi fuiſſent: niſi tamen aliud iudicantis æquitas ſtatuendum duxerit. Plane ſuper notorio [n] nulli erit indicenda purgatio, ſed tantum condemnationis promulganda ſententia: cum patrati ſceleris euidentia neque accuſatoris clamore indigeat.

Criminum quædam ſolum Deum lædunt, quædam etiam homines. h. d.

§. 4. Criminum autem quædam diuinæ maieſtatis læſionem continent: quædam vero et hominibus damnum irrogant. Quæ Deum principaliter lædunt, hæc ferme habentur, ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, ſortilegium, maledicentia, ſacrilegium. Hominibus vero læſionem inferunt, homicidium, adulterium, ſtuprum, rapina, furtum, vſura, falſum, iniuriæ: de quibus diſtinctius, ſed tamen breuiter, videamus.

TITVLVS III.
DE SIMONIA.

Quid ſit ſimonia, et vnde dicta. h. d.

Simonia [o] nihil aliud eſt, quam ſtudioſa voluntas, ſiue cupiditas emendi, vel vendendi ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa. Vel, ſimonia eſt rei ſpiritualis, vel ſpiritualibus annexæ, cum aliquo temporali facta commutatio. Appellata eſt autem a Simone mago, qui primus huius deteſtandi ſceleris auctor fuit.

Simonia aut eſt ſimplex conuentionalis, aut realis. Et realis ſubdiuiditur in realem conuentionalem, et realem mentalem. h. d.

§. 2. Simoniæ duplex eſt ſpecies. Nam aut eſt conuentionalis, aut mentalis. Conuentionalis eſt, cum aut aliquid datum eſt, vel de dando in poſterum tractatus interceſſerit, et conuentio. Mentalis eſt, cum nullum quidem interceſſit factum [p], ſed ſola praua dantis, aut recipientis mens et intentio concurrit: et propterea rudi, ſed congruenti vocabulo mentalis appellatur.

Cuiuſcunque muneris receptione ſimonia contrahitur. Et appellatione pecuniæ continetur, quicquid homines habent in terra. h. d.

§. 3. Contrahitur [q] autem ſimonia, non modo cum pecunia ipſa pro re ſacra datur, aut recipitur, vel de danda et recipienda tacite, vel expreſſe conuentum fuerit: verum etiam cum dans [a] lingua, vel obſequio recipientis onus exigit. Cum enim ſpiritualia tribuens, manus ab omni munere excutere debeat: id tunc facere intelligitur, cum pro diuinis rebus non ſolum pecuniam nullam, ſed nec humanum obſequium, aut gratiam aliquam requirit. Et ſicut pro manus impoſitione non debet epiſcopus [r], ita nec miniſter, nec notarius, in ordinatione, pro voce vel calamo, pecuniam recipere. Pecuniam vero hoc loco accipimus, quicquid homines habent. Hoc enim nomine ideo omnia continentur, quia antiqui, quicquid ferme habebant, in pecoribus habebant. Contrahitur ergo ſimonia, cum quis ſacra quodammodo in commercium deducit.

Ponit plura capita, ex quibus committitur ſimonia. h. d.

§. 4. Sed [s] et tunc quoque ſimonia committi dicitur, cum quid pro perſonis eccleſiaſticis deducendis in ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut ſepeliendis mortuis, ſeu pro nubentium benedictionibus accipitur. Is quoque, qui pro electione præmia largitur, quia per electionem peruenitur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habebitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet.

Simoniace dicitur quis electus, etiamſi quid, ignorante eo, datum fuerit, vel promiſſum. h. d.

§. 5. Nec diſtinguemus [t], ſciente, an ignorante eo, qui promiſſionis, vel dationis alicuius interuentu poſtmodum electus fuit, promiſſum quid, vel datum fuerit. Quamuis enim electus tempore dationis, vel promiſſionis conſcius non fuerit: non propterea minus electio rei probanda erit.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum electo ſimoniace, licet ignoranter, ſed bene ſuper obſeruatione beneficii ſimplicis, præuia tamen reſignatione. h. d.

§. 6. Sed videamus, an poſt reprobatam electionem cum eo ſuper prælatione, ad quam quis ſic electus fuerit, poſſit epiſcopus diſpenſare? Et conſtitutum eſt, non poſſe: quamuis [v] circa eum, qui per ſimoniacam prauitatem ſimplex beneficium recipit, poſt liberam reſignationem epiſcopi diſpenſatio toleretur.

Datum in diſpendium eligendi, vel illo etiam reclamante, non facit electionem ſimoniacam. h. d.

m *cap. cum ex. vbi gl. et cap. inter ſollicitudines. extr. de purg. can.* n *cap. pen. extr. eod. tit.* o *gl. 1. in ſum. 1. q. 1.* p *extr. cum 2. eod. tit.* q *gl. in ſumm. 1. q. 1.* r *cap. 1. extr. eod. tit.* s *cap. non ſatis et cap. ſequ. extr. eod. tit.* t *cap. nobis fuit. extr. eod. tit.* v *cap. pen. extr. de elect.*

§. 7.

§. 7. Plane si constet, eos, qui quid dederint, vel promiserint a, quod per fraudem in dispendium eligendi dolo malo id fecerint, aut electo ipso non modo ignorante, sed etiam reclamante, nec aliquando ratum habente; sequute electio minime reprobanda erit: alioquin contingeret, quod factum insidias inimico parantis innocenti damnosum existeret, et vir malus de fraude sua commodum reporteret.

Simoniace ordinans cum suo ordinato et clerico mediatore, est deponendus, laicus vero mediator excommunicatur. h. d.

§. 8. Ac, veluti variis modis simoniace labes committitur, sic etiam variis pœnis simoniacos percelli, admonendi sumus. Nam si quis, vt ordinetur, pecuniam episcopo obtulerit b, vt qui turpissimi lucri commodo sancti spiritus gratiam vendere c tentauerit; amissionis proprii gradus periculo subiacebit: et qui ordinatus est, a dignitate, quam pecuniis acquisiuit, erit prorsus alienus. Si quis vero d tam turpibus et nefandis datis, vel acceptis mediator extiterit, siquidem clericus; erit a proprio gradu deiiciendus: si vero laicus, anathematizandus erit.

Ordinatus a simoniaco non simoniace, et simoniace non simoniacus ordinem conferens, non sunt deponendi. h. d.

§. 9. Hæc tamen de illis intelligere non oportet, quos nec ignorantia, nec attractionis excuset violentia, sed simoniaci simoniace ordinati, vel ordinatores existunt. Ceterum si quis a simoniaco quidem, non tamen simoniace, ordinem susceperit, aut simoniace non simoniacus ordinem contulerit: misericorditer in ecclesiis sustinendi erunt. Hos enim facit simoniacos, non reatus criminis, sed ordinatio, vel susceptio simoniaca.

Beneficium consequutus simoniace, per accusationem conuictus, priuatur beneficio, et deponitur: per inquisitionem vero, priuatur quidem beneficio, sed post peractam pœnitentiam in suo ordine permittitur ministrare. h. d.

§. 10. Quodsi e non ordinem quis, sed beneficium ecclesiasticum data pecunia consequutus fuerit: multum interest, per accusationem, an per inquisitionem quis conuictus fuerit. Primo enim casu non solum ecclesia priuandus, verum etiam honore sacerdotii presbyter spoliandus erit: posteriore vero, postquam ab ecclesia, quam sibi per pecuniam comparauerat, amotus fuerit, et iniunctam pœnitentiam egerit, in susceptis ordinibus ministrare permittendus erit.

Cum paruulis, qui cupiditate parentum ecclesias sunt consequuti, post liberam resignationem potest dispensari. h. d.

§. 11. Quinimo f qui paruuli parentum cupiditate ecclesias per pecuniam sunt consequuti, ob paternum factum non modo a sacris ordinibus non sunt remouendi: verum etiam postquam eas omnino dimiserint, si canonice in eisdem viuere voluerint, pro magna misericordia sustineri poterunt.

Idem iuris est de accessorio, quod de principali. h. d.

§. 12. Nec obiiciat quis, non consacrationes emisse se, sed quæ ex consecratione prouenient. Nam sicut anima sine corpore corporaliter viuere non potest: sic corporalis ecclesia, vel dignitas, et ordo ecclesiasticus sine rebus corporalibus parum proficiet. Quisquis igitur eorum alterum vendit, sine quo alterum haberi non contingit, neutrum inuenditum reliquisse intelligitur.

Quilibet admittitur ad accusandum simoniacum. Et solus simoniacus inter peccatores missam non celebrat. h. d.

§. 13. Huius autem criminis tanta est labes g, vt etiam serui aduersus dominos, et quilibet criminosi admittantur ad accusationem. Item omnis peccator missam celebrare potest, præterquam simoniacus: quem adeo quilibet, vt ab ordine male accepto remoueatur, accusare potest, vt nec meretrix excludatur.

Oblatum sponte, vel datum gratia redimendæ molestiæ, super iure quæsito indebite illatæ, non inducit simoniam. h. d.

§. 14. Sciendum tamen est, non datione qualibet, aut receptione simoniam contrahi. Nam si quid sponte, pure h, sine pacto, et conuentione, et taxatione qualiber fuerit gratis oblatum: id sine scrupulo simoniacæ prauitatis recipi poterit. Idem obtinet ex contrario, si quid non sponte quis dederit, sed, vt indebite illatam molestationem super quæsito iure redimat, dare coactus fuerit.

Puniuntur prælati committentes vices suas sub annuo censu. h. d.

§. 15. Demum sciendum est, tam lateranensi, quam turonensi concilio statuente, canonicæ districtioni prælatos eos subiacere, qui vices suas i, vel ecclesias sub annuo censu concedunt: quia dum sacerdotium sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis premium consideratio non habetur.

Puniuntur aliquid recipientes pro concedenda docendi licentia. h. d.

§. 16. Pro docendi k quoque licentia concedende nullus cuiusque consuetudinis obtentu aliquid exigere debet, et qui secus fecerit, ab ecclesiastico beneficio fiet alienus. Dignum enim videtur, vt in ecclesia fructus sui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum nititur impedire.

TITVLVS IV.

DE HAERETICIS ET SCHISMATICIS, ET APOSTATIS.

Qui sint hæretici, et qui schismatici, et quomodo differant. h. d.

Hæretici sunt, qui vanæ gloriæ, principatusque sui caussa falsas opiniones gignunt, vel sequuntur. Schismatici sunt, qui se ab vnitate ecclesiæ per inobedientiam separant. Licet autem inter hos a principio quædam videatur esse diuersitas: nullum tamen est schisma, quod sibi aliquam tandem hæresim non confingat, vt ab ecclesia recte recessisse videatur.

Schismatici excommunicatione, depositione, bonorum confiscatione, et a se gestorum annullatione puniuntur. h. d.

§. 2. Vtrumque l vero crimen atrocissime ecclesiastica disciplina prosequitur. Nam schismaticos excommunicationis sententia canones insectantur: et si nec sic resipuerint, ab omni ministerio ecclesiastico deponentur, adhibito etiam, si necesse fuerit, brachii secularis auxilio, ad illorum insolentiam coercendam, cum omnium etiam bonorum confiscatione. Ordinationes quoque ab his factas, et dignitatum, siue beneficiorum concessiones, alienationes rerum ecclesiasticarum, omni penitus firmitate carere voluerunt.

Hæretici, nisi hæresim abiurauerint, omni ecclesiastica prærogatiua nudati traduntur seculari curiæ puniendi. h. d.

§. 3. In hæresi m autem deprehensi, præter perpetui vinculum anathematis, si clerici sint, vel religiosi, totius ordinis ecclesiastici prærogatiua spoliandi erunt, et omni officio, et beneficio nudati, secularis relinquentur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendi: nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem recurrere, et errorem suum publice abiurare, et congruam satisfactionem exhibere consenserint. Laici vero, nisi (prout dictum est) abiurata hæresi et satisfactione exhibita, ad fidem redierint orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquentur, debitam pro qualitate facinoris vltionem recepturi.

Bona hæreticorum post latam sententiam confiscantur. h. d.

§. 4. Bona quoque n damnatorum propter hæresim ipso iure, et omni spe potiundæ hæreditatis filiis adempta, confiscata intelliguntur: aut, si clerici fuerint, ecclesiis, a quibus stipendia receperunt, applicabuntur. Confiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum occupatio facienda non erit, antequam super crimine sententia fuerit promulgata.

Ob hæresim maritorum dotes vxorum non sunt confiscandæ: nisi scienter contraxerint matrimonium cum hæreticis. h. d.

§. 5. Sed et cum alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat, propter hæresim maritorum, vxorum catholicarum dotes o confiscari non debent: nisi forte cum viris matrimonia contraxerint, quos hæreticos esse sciebant.

Etiam post mortem bona hæreticorum confiscantur. h. d.

§. 6. Post mortem p quoque ob sceleris immanitatem hæreticos pœna prosequitur: ideoque et si, criminoso viuente, nihil fuerit super bonorum confiscatione declaratum, nihilominus ad eam etiam, ipso mortuo, procedendum erit.

Hæretici non possunt tradi ecclesiasticæ sepulturæ: et tumulantes eos excommunicantur, nec ante absoluuntur, quam propriis manibus exhumauerint. h. d.

§. 7. Ecclesiastica q quoque sepultura vsque adeo carere debent, vt, si qui eosdem credentes, aut fautores eorum scienter ecclesiasticæ sepulturæ tradere ausi fuerint, excommunicationis sententiæ subiacere debeant; nec ante absolutionis mereantur beneficium, quam propriis manibus huiusmodi corpora extumulent, et proiiciant: locus autem ille perpetuo carebit sepultura.

Descendentes ab hæretico vsque ad secundum gradum, ab hæretica vsque ad primum, non possunt habere beneficium ecclesiasticum: nisi pater aut mater decesserint emendati. h. d.

§. 8. Sed r et eorum filii ad beneficia ecclesiastica, seu publica officia admittendi non erunt: quod quidem per paternam lineam vsque ad secundum gradum, per maternam vero vsque ad primum tan-

a *Cap. nobis fuit. extr. eod. tit.* b *can. si quis. 1. qu. 1.* c *can. quando episcopus. §. quod si aliter. 24. dist.* d *can. si quis episcopus. 1. qu. 1.* e *cap. de regu, vbi etiam gl. in vers. amotus. eod. tit. in extr.* f *cap. sicut euis. §. quamuis. extr. eod.* g *cap. tanta. extr. eod. tit.* h *cap. tua nos. §. si vero. extr. eod. tit.* i *cap. 1. 2. et sequ. extr. ne prælat. vic. suas.*

k *cap. 2. et per totum tit. extr. de magist.* l *cap. 1. et per totum tit. de schismat. in 6.* m *cap. ad abolendam. et cap. excommunicamus. §. 1. extr. eod. tit. de hær.* n *cap. cum secundum. eod. tit. in 6.* o *cap. decernit. de hær. in 6.* p *cap. accusatus. § pen. eod. tit. in 6.* q *cap. in princ. eod. tit. in 6.* r *cap. statutum. eod. tit. in 6.*

tum

tum extenditur. Cum enim secundum legitimas sanctiones reis læsæ maiestatis capite punitis, et bonis confiscatis, eorum filiis vita solummodo ex misericordia conceditur: quanto magis, qui aberrantes in fide Deum offendunt, muneribus, bonis, honoribus debent spoliari? Cum longe sit grauius æternam, quam temporalem lædere maiestatem. Hoc *a* tamen intelligendum est de filiis et posteris eorum, qui tales esse, vel etiam decessisse probantur, non autem illorum, quos emendatos et ecclesiæ vnitati reincorporatos esse constiterit.

Qui receperunt pœnitentiam ecclesiæ, vel recipere sunt parati, sunt reincorporandi: post abiurationem vero relapsi non sunt amplius reincorporandi, sed traduntur curiæ seculari: eis tamen non negatur sacramentum pœnitentiæ. h. d.

§. 9. Sed videamus, qui et quando incorporari debeant. Et constat, eos, qui pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam acceptauerint, eamque vel perfecerint, vel humiliter prosecutioni eius insistant, recipiendos esse. Idem iuris est, si pœnitentia nec peracta sit, nec imposita: dum tamen crimini obnoxii ad eam recipiendam parati fuerint. Quodsi qui post *b* abiurationem erroris, vel, postquam se proprii antistitis examinatione purgauerint, in abiuratam hæresim reincidisse deprehensi fuerint; seculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquendi erunt: licet, si postmodum pœniteant, et pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sint relapsis humiliter petita sacramenta pœnitentiæ et eucharistiæ deneganda.

Quando quis dicatur relapsus. h. d.

§. 10. Relapsi autem intelligendi sunt non solum ii, quorum ante abiurationem crimen plene probatum fuerit, verum etiam *c* ii, qui, postquam accusati, vel vehementer suspecti semel hæresim in iudicio abiurauerint, et postmodum in eandem iterum reincidunt. Plane, si ex modica et leui suspicione semel quis abiurauerit, reincidens, quanquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœna puniri.

Qui abiurauerit in vno articulo, si post sit hæreticus in alio, dicitur relapsus. h. d.

§. 11. Is vero *d*, qui in vna hæresis specie, vel secta commisit, aut in vno fidei articulo, seu ecclesiæ sacramento errauerit, et postmodum hæresim simpliciter vel generaliter abiurauit, si deinde in aliam etiam hæresis speciem, siue sectam, aut alio articulo, seu sacramento committat, vt relapsus in hæresim, iudicandus erit.

Suspecti de hæresi, nisi se purgent, sunt excommunicandi, et excommunicati, si in excommunicatione insorduerint, condemnantur tanquam hæretici, h. d.

§. 12. Qui *e* vero inuenti fuerint sola suspicione notabiles, ob eam quantumuis vehementem de tam graui crimine condemnandi non erunt, sed, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio sese feriendos exponunt, et vsque ad satisfactionem ab omnibus euitabuntur: et si per annum id excommunicatione perstiterint, velut hæretici condemnabuntur.

Plura specialiter inducta sunt in caussa hæreticorum, et processu contra eos. h. d.

§. 13. Plura *f* quoque ad hoc atrocissimum crimen vindicandum specialiter et præter ordinarias iuris regulas inducta sunt, tam circa iudicium et processum instituendum, et testium depositiones, et carcerum custodiam, et immutationis pœnam: quam etiam contra fautores, receptatores et defensores eorum, vt clare ex lectione sacrarum constitutionum apparere potest.

Apostatæ qui sint, et quotuplex apostasia: et qua pœna puniantur apostatæ. h. d.

Et hæc est tertia pars principalis huius tituli.

§. 14. Apostatæ sunt, qui a statu fidei, obedientiæ, vel religionis, quam se tenere professi sunt, temerarie recedunt. Apostasiæ *g* triplex est species. Alia enim est perfidiæ, alia inobedientiæ, alia irregularitatis. Apostasia perfidiæ est, cum qui a fide recedunt: vtputa, cum Christiani effecti in Christi fide præuaricantur *h*, et ad iudaicos, vel alios detestabiles ritus se conuertunt. Apostasia inobedientiæ est *i*, cum quis præceptum superioris sui sponte transgreditur, siue patrum regulis, vel constitutionibus non obtemperat. Irregularitatis apostasia est, cum quis sub ordine suo *k*, siue assumptæ religionis recedit. Apostatas autem sacri canones tam inter infames *l* deputant, quam etiam excommunicationis et aliarum pœnarum vinculis innodandos esse præcipiunt.

a *d. cap. statutum. §. hoc.* b *cap. super. eod. tit. in fin.* c *cap. accusatus, in princ. eod. tit. in 6.* d *d. cap. accusatus. §. 1. eod. tit. in 6.* e *cap. cum contumacia. eod. tit. in 6.* f *in 6. et Cl.* g *gl. 1. cap. 1. extr. de apostat.* h *can. non potest. 2. q. 7.* i *cap. 2. et cap. illud. extr. de maior. et obed.* k *can. fin. dist. 50. et cap. 1. extr. de apost.* l *can. infames. 6. qu. 1. gl. in cap. 1. de temp. ord. in 6.*

TITVLVS V.
DE SORTILEGIS, MALEDICIS, ET SACRILEGIS.

Inquisitor hæreticæ prauitatis non potest procedere contra sortilegos: nisi sortilegium expresse contineat hæresim. h. d.

Sciendum est, hæreticæ pestis inquisitores de diuinationibus, et sortilegiis, nisi hæresim sapiant manifeste, sese intromittere non debere, nec talia exercentes posse punire, sed eos suis debere iudicibus puniendos relinquere: cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum esse conuenit, per occupationes alias non debeat impediri.

Qui sint sortilegi: et quod ab ecclesia sint omnino eiiciendi. h. d.

§. 2. Sunt autem *m* sortilegi, qui prætextu religionis per quasdam sortes diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione facta, futura promittunt. Ariolorum *n* igitur aruspicum, incantatorum, et omnium sortilegorum artes, cum sint ex quadam pestifera societate dæmonum atque hominum quasi pacta infidelis et dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt ab ecclesia eliminandæ: et superstitiosi artifices, nisi per pœnitentiam resipiscant, perpetuo anathemate feriendi, et, si clerici sint, degradandi.

Si blasphemus iniunctam sibi pœnitentiam peragere recuset: et viuens ab ingressu ecclesiæ arcebitur, et mortuus ecclesiastica carebit sepultura. hoc dicit.

§. 3. Diuersa est pœna maledicorum *o*. Nam si quis in Deum, vel aliquem sanctorum linguam in blasphemiam publice relaxare ausus fuerit: pœnæ, iuxta Gregorianæ constitutionis tenorem, subdendus erit. Quam si recipere, et pœnitentiam peragere recusauerit: et ecclesiæ eidem interdicetur ingressus, et in obitu ecclesiastica carebit sepultura.

Sacrilegi variis pœnis puniuntur. h. d.

§. 4. Similibus, interdumque acrioribus vrgentur pœnis, qui in sacrilegii crimen incidunt, et ecclesias incendere et violare minime verentur. Nam pro modo sceleris admissi, facinorisque perpetrati, nisi plene satisfecerint, aut de satisfaciendo plenam securitatem exhibuerint, nunc pœnitentiæ beneficium sacrilego penitus denegatur, nunc anathemate vincitur, nunc perpetua damnatus infamia carceri traditur, aut exsilio perpetuæ deportationis, et depositionis animaduersione coercetur: aliquando etiam pecuniaria pœna mulctabitur.

Consentientes sacrilegis, et sacerdotes, ipsis pœnitentiam dantes, vel sepulturæ eorum interuenientes, vel ab eis eleemosynas recipientes, pari pœna cum eis puniuntur. h. d.

§. 5. Nec solum talibus pœnis illi plectendi erunt, qui sacrilegium admiserint, sed etiam consentientes eis. Presbyteri quoque, vel clerici, qui in vita, vel morte sacrilegis pœnitentias dare, aut sepulturæ interesse, vel eorum eleemosynas accipere ausi fuerint, siue rapinæ participes inuenti fuerint, ecclesiastico beneficio priuati ordinis sui damnum irrecuperabiliter patientur.

Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quam personarum. Et qualiter intuitu rerum. h. d.

§. 6. Sacrilegium autem admitti dicitur, tam ratione rerum, quam personarum. Rerum *p*, vt cum quis sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufert. Sed et, si non de sacro aliquid ablatum fuerit, sed intra certos passus, qui in circuitu ecclesiæ sunt, adhuc sacrilegium committi dicitur.

Ratione personarum committitur sacrilegium, cum quis clericum percutit, vel cum moniali rem habet. h. d.

§. 7. Personarum ratione sacrilegium perpetratur, cum quis in clericum, vel monachum violentas et impias manus *q* iniicit; vel cum personæ, Deo dicatæ, per coitum appetuntur: de quibus infra suo loco latius dicturi sumus.

TITVLVS VI.
DE FVRTIS.

Furti nomine omnis illicita vsurpatio continetur: et fures promoueri non possunt, imo promoti, deponuntur. Et si sint incorrigibiles: debent excommunicari. Et si occisi fuerint in furto; non est pro eis orandum: nisi ante mortem sint confessi. h. d.

Furti quidem nomine omnis illicita vsurpatio alienæ rei concluditur; sed nunc de iis tantum agimus, quæ speciali nomine destituta generali furti appellatione continentur. Fures autem non solum seculares leges, verum etiam canones acriter insectantur. Nam nec ad sacros ordines promoueri, nisi secundum ea, quæ supra primo libro diximus, et promoti ab iisdem deiici, et si depositi incorrigibiles fuerint, excommunicari, et demum potestati seculari tradi debent. Et si *r*, dum

m *can. 1. 26. q. 1.* n *extr. de sortileg. et 26 q. 1. 2. 3. 4. et 5.* o *cap. 2. extr. de maled.* p *can. quisquis. §. sacrilegium. 17. qu. 4.* q *can. si quis suadente. §. sacrilegium. 17. qu. 4.* r *cap. 2. extr. eod.*

furtum committitur, occisi fuerint; pro eis minime orandum erit: quanquam, si comprehensi, aut vulnerati confessi fuerint, communio eis non sit deneganda.

Furtum committentes ob necessitatem mitius puniuntur: et pœna furum puniuntur partientes cum eis, et qui furtorum sunt conscii. h. d.

§. 2. Sed hæc de illis intelligere nos oportet, qui, nulla necessitate adacti, furtum commiserunt. Caterum si quis propter necessitatem a cibaria, vestem, vel pecus furatus fuerit: longe mitiori pœna puniendus erit. Nec fures solum supra dictis pœnis tenentur, sed ii quoque b, qui aut cum furibus partiuntur, aut qui furtorum conscii fures quærentibus possessoribus non indicant.

TITVLVS VII.
DE VSVRIS.

Vsura quid sit, et vnde dicta: et habens possessionem in pignus, recepta propria pecunia, si recuset fructus in sortem computare, vsuras committit. h. d.

Vsura est, quicquid vltra sortem mutuatam percipitur: dicta ab vsu, quia scilicet pro vsu pecuniæ recipitur. Vnde c et, si quis pignoris obtentu rei alicuius nactus fuerit possessionem, si sortem suam, deductis expensis, de fructibus iam perceperit, si eandem debitori restituere recuset, et perceptos fructus in sortem computare, procul dubio vsurarum committitur crimen.

Pœna vsurariorum sunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum et officiorum et ecclesiasticæ sepulturæ amissio. h. d.

§. 2. Multiplicibus autem pœnis sacri canones vsurarios insequuntur. Nam præter insultam infamiam, nec ad Christianos, nec ad communionem d admittuntur altaris, nec quisquam de manu eorum oblationes accipiet. Et si clerici fuerint e: tam officii, quam beneficii ecclesiastici periculum patientur. Nullus quoque sub pœnis, Gregoriana f constitutione comprehensis, manifestis vsurariis aut locabit domos, aut conductas habere permittet: sed et, si in hoc scelere decesserint, ecclesiastica carebunt sepultura.

Licet quis de vsuris satisfieri mandet per heredem: non tamen est tradendus ecclesiasticæ sepulturæ, donec fuerit satisfactum: et contra faciens incurrit pœnas eorundem: et testamenta vsurariorum non valent. h. d.

§. 3. Et id adeo obtinet, vt g etiam si morituri in vltima voluntate de vsuris satisfieri expressa quantitate, vel indistincte mandauerint, donec secundum Gregorianæ constitutionis tenorem satisfactum fuerit, ecclesiastica sepultura carere debeant. Quicunque vero manifestos vsurarios contra prædictæ sanctionis formam tumulare ausi fuerint, pœnæ lateranensis concilii, contra vsurarios promulgatæ, subiiciendi erunt. Testamenta h quoque ab eisdem facta, aliter quam secundum dictæ constitutionis formam non valebunt, sed ipso iure erunt irrita.

Non debemus facere malum, vt postea faciamus bonum. Et si non sint, quibus restitui possint vsuræ, eroganda sunt in pauperes: et paupertas excusat a restitutione. h. d.

§. 4. Nec quicquam i proficiet, quod quis pro captiuis redimendis, vel eleemosynis dandis sese vsuras exercuisse alleget. Nec enim propterea magis cum vsurario dispensari poterit, cum pro vita alterius nec mentiri quidem, nedum rapere liceat. Plane, si nec ii, a quibus quis vsuras extorserit, nec illorum sunt heredes superstites, non solum pauperibus vsurarum nomine acceptum erogare poterit, verum etiam compellendus erit: nisi eum nota paupertas euidenter excuset.

Non solum fœneratores, sed etiam illorum heredes debent vsuras restituere, nulla obstante appellatione. h. d.

§. 5. Nec is tantum ecclesiastica districtione extortas vsuras restituere cogendus erit, qui fœneratus est, verum etiam k filii, et quicunque extranei heredes: qui omnes, super vsuris conuenti, nullius appellationis remedio restitutionem subterfugere permittendi erunt.

Iudex fœneratori potest præcipere sub pœna excommunicationis, tam ne vsuras exigat, quam vt exactas restituat, non obstante iuramento præstito de non repetendis vsuris. h. d.

§. 6. Sed et, si quis sub vsuris pecuniam acceperit, et de eis nunquam repetendis fœneratori iurauerit l, adhuc iudex vsurarios per censuram ecclesiasticam compellere poterit, tam vt ab earum desistant exactione, et iuramentum remittant, quam etiam, vt exactas restituant: ne de dolo et fraude quenquam contingat commodum reportare.

Iudæi satisfacere debent de immoderata grauamine Christianis, alias excommunicantur modo, quo possunt. h. d.

§. 7. Iudæi m quoque, si a Christianis quocunque prætextu grauces immoderatasue vsuras extorserint, et per seculares principes et potestates illas remittere sunt compellendi: et donec de immoderato grauamine competenter satisfecerint, ab vniuersis Christi fidelibus tam in mercimoniis, quam in aliis per excommunicationis sententiam eis omnimoda communio denegabitur.

Ponuntur plures casus, quibus quis fructus in sortem computare non tenetur. h. d.

§. 8. Sunt tamen casus in quibus aliquid vltra sortem absque vitio vsurarum licite recipitur, vtpura, si clericus ecclesiasticum beneficium aliter redimere non valens, prætextu pignoris de manu laici illud acceperit. Nec enim hic in sortem fructus tenebitur computare. Idem, si terra non sit beneficii alicuius ecclesiastici, sed ad accipientem in pignus iure dominii directi pertinere noscatur. Idem n, si possessiones pro non numerata dote genero a socero pignori obligatæ fuerint. Cum enim frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda: pignoratarum possessionum fructus in sortem computandi non erunt.

Non est vsurarius rem emens minus iusto pretio, si tunc verisimiliter dubitetur, an tempore solutionis plus vel minus est res valitura, vel aliter dubius euentus vsurarum suspicionem remouet. h. d.

§. 9. Ille o quoque, qui dat decem solidos, vt alio tempore totidem sibi granis vini, vel olei mensuræ reddantur, ex hoc vsurarius censeri non debet: quia, licet tunc plus valeant, vtrum plus vel minus, solutionis tempore fuerint valituræ, verisimiliter dubitatur.

Vsurarius est, qui a debitore recipit aliquid vltra sortem: etiamsi suscipiat in se periculum. h. d.

§. 10. Aliud tamen iuris est, si quis nauiganti p, vel ad nundinas eunti certam pecuniæ quantitatem mutuatur, et ex eo, quod in se mutuans periculum suscipit, aliquid vltra sortem vt recipiat, conuenit. Num hic vsurarius reputandus erit.

TITVLVS VIII.
DE ADVLTERIIS, ET ALIIS CONIVNCTIONIBVS ILLICITIS.

Adulterii appellatio est generalis: proprie tamen in nuptam committitur: et quæ sit adulterii pœna. h. d.

Adulterii generalis est appellatio. Continet enim non modo alieni tori q violationem, sed omnem prope illicitam fornicationem. Proprie tamen adulterium in nuptam committitur. Pœna in laico, excommunicatio: in clerico, depositio, vel in vtroque, certæ pœnitentiæ impositio.

Arbitraria est pœna incestus, sodomiæ, et rei habitæ cum brutis. hoc dicit.

§. 2. Eadem vel etiam pro iudicis arbitrio maior, aut minor, eos manet pœna, qui incestum commiserunt, vtputa, cum qui contra naturam humanæ societatis parentibus, vel liberis, vel aliis eiusmodi personis impudice adhærent; aut si cum illa, quam quis de sacro fonte susceperit, aut quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate ungeretur, fornicationis scelus perpetrauerit; aut cum tacito naturali vsu contra naturam r more sodomitico fornicabitur: aut humani generis naturam transgressus, sese brutis commiscuerit.

Quæ pœna sit stuprantis mulierem honeste viuentem, et virginem deflorantis. h. d.

§. 3. Quod si quis stuprum admiserit, multum intererit, vtrum cum muliere, honeste viuente, rem habuerit, an virginem deflorauerit. Primo enim casu stuprator pœnitentiæ subditus, pecuniaria etiam pœna coercendus erit: posteriore vero s dotata virgine eandem, patre consentiente, habebit vxorem. Si vero pater virginis dare noluerit, aut stuprator eam vxorem habere legibus impediatur: reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Quodsi, consentiente patre, stuprator ipse corruptam virginem in vxorem ducere renuerit: corporaliter castigatus excommunicatusque in monasterium ad agendam pœnitentiam retrudatur, de quo nulla erit ei egrediendi sine iudicis permissione licentia.

Raptorum pœna, excommunicatio, depositio, et seruitus, cum facultate tamen seipsum redimendi. h. d.

§. 4. Maior t seueritas raptores cohibet. Nam præter secularium sanctionum pœnas, anathemate cum suis adiutoribus feriri, aut si clerici sint, proprii ordinis et honoris amissionem sustinere debent.

In propria sponsa non cadit raptus: et raptus per consensum purgari potest. h. d.

§. 5. Raptus v autem tunc committi dicitur, cum illa, de cuius nuptiis nihil actum fuerit antea, abducitur. Vnde qui sibi desponsa-

a C. si quis propter. extr. eod. b cap. qui cum fure. eod. tit. extr. c cap. 1. 2. et cap. conquestus. extr. eod. tit. d cap. quia in. extr. eod. e cap. præterea eod. tit. extr. f cap. 1. et sequ. eod. tit. in 6. g cap. 2. eod. tit. in 6. h d. cap. 2. in fin. i cap. super eo. gl. extr. eod. k cap. tua nos. extr. eod. tit. l cap. tua dudum. extr. eod. m cap. post miserabilem. cum sequ. extr. eod. tit.

n cap. salubriter. extr. eod. o cap. fin. §. ille. extr. eod. tit. p cap. fin. in princ. extr. eod. q can. 2. §. adulterium. 36. q. 1. r cap. clerici extr. de excess. prælat. s cap. 1. et sequ. extr. eod. tit. t can. 1. 36. qu. 2. v cap. pen. et fin. extr. de rapt.

tam

ram, vel parentibus reclamantibus, abduxerit, in crimen raptus, et in pœnas minime incidit. Rapta quoque puella legitime cum raptore matrimonium contrahet, si prior dissensio in consensum transeat. Raptor enim et rapta, nomina sunt vitiorum, non personarum. Vitia autem cum purgata fuerint: eorum etiam nomina abolentur.

Raptus monialis purgari non potest. h. d.

§. 6. Sed hæc de aliis intelligenda sunt, qui mulierum laicarum consensum habuerunt. Nam si quis Deo dicatas virgines a vel rapuerit, vel volentes matrimonio sibi sociare tentauerit; tanquam sacrilegium admittens, pro tam nefandi criminis atrocitate plectendus erit, nulla b prorsus voluntatis factarum virginum habita ratione.

Pœna simplicis fornicationis est arbitraria. h. d.

§. 7. Demum si quis cum muliere soluta et impudica simpliciter fornicatus fuerit: tam pœnitentiæ modus, quam etiam alia pœne in iudicis potissimum reponetur arbitrio, qui ex qualitatibus veris minorem, vel maiorem pœnam statuet.

TITVLVS IX.
DE CRIMINE FALSI.

Qui per se, vel per alios litteras papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus: et clerici officiis et beneficiis priuentur, et degradati tradantur curiæ seculari. h. d.

Aduersus eos quoque, qui falsi crimen commiserunt, varie statutum reperitur: illos tamen cæteris acrius canones insectantur, qui litteris apostolicis falsis vsi fuerint. Talium enim litterarum falsarii c cum fautoribus et defensoribus suis anathemate feriuntur; et si clerici fuerint, omnibus officiis et beneficiis ecclesiasticis perpetuo priuabuntur, ita, vt, qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquam per ecclesiasticum iudicem degradati fuerint, seculari potestati tradendi sint secundum legitimas constitutiones puniendi; per quam et laici, qui fuerint de falsitate conuicti, legitime punientur.

Qui falsis litteris vtitur, si clericus est, officio et beneficiis priuatur: si laicus, excommunicatur. h. d.

§. 2. Mitius cum illis agitur, qui licet his vtantur, tamen ipsi non falsificauerunt. Si enim clerici fuerint; officiis et beneficiis ecclesiasticis spoliandi erunt: si laici, tamdiu excommunicationi subiicientur, quamdiu competenter satisfecerint. In vtrisque tamen malitia grauius, quam negligentia puniatur, quod et de his, qui falsas litteras impetrant, obseruabitur.

TITVLVS X.
DE HOMICIDIO.

Assassinium sicuti omnium homicidiorum atrocissimum, ita etiam atrocissime punitur. h. d.

Cum non ad opera tantum sit respiciendum, sed tempus, caussa, voluntas, personarum differentia, et omnia, quæ operibus accidunt, sint peruestiganda: sequitur, vt non sit omnium homicidiorum eadem conditio. Cunctorum vero illud atrocissimum d videtur, quod *assassinium* vulgo nuncupant. Vnde non solum assassini ipsi, sed etiam receptatores, occultatores, consultatores et defensores eorum, et qui per eosdem quenquam interfici fecerit, aut mandauerit, dignitatibus, honoribus, officiis, beneficiis, omnibusque bonis nudatus excommunicationis et depositionis incurret ipso iure sententiam, et tanquam Christianæ religionis hostis a toto Christiano populo perpetuo diffidatus erit.

Interficiens per industriam similis est assassino. h. d.

§. 2. Non e absimilis eum tenet pœna, qui, licet non per assassinium, per insidias tamen et industriam hominem interfecerit.

Interficiens latronem non ex necessitate, punitur: secus, si ex necessitate. h. d.

§. 3. Quodsi f quis latronem et furem peremerit, videamus, an sit puniendus? Et, siquidem furem absque occisione comprehendere potuit, certa aduersus eum statuta pœnitentia reperitur: quodsi non potuit, nulla occisori erit ex necessitate iniungenda pœna.

Non punitur homicidium fortuitum, si nulla culpa casum præcessit. hoc dicit.

§. 4. Idem etiam obtinebit, si casu perpetratum fuerit homicidium, vtputa, si quis g, necessario insistens operi, arborem inciderit, et aliquis, subtus transiens, opprimatur. Nam si neque voluntate, nec vlla incidentis culpa factum fuerit, vt pertransiens opprimeretur: arborem incidens homicidii pœnis obnoxius non erit.

Pœnitentia certorum annorum est iniungenda parentibus opprimentibus filios. h. d.

§. 5. Alia ratio est eorum, qui proprios filios oppressisse reperiuntur. Cum enim hos grauiter deliquisse non sit dubium: certorum annorum erit illis iniungenda pœnitentia.

Filius a patre, vel ab alio, patre sciente, expositus, liberetur a patria potestate: et expositum suscipiens nullum in eo habet ius. h. d.

§. 6. Quodsi h filius a patre, vel ab alio, patre sciente, fuerit expositus, aut eidem alimenta denegata fuerint: hoc ipso a potestate patria liberabitur. Nec tamen propterea, qui expositos susceperit, aliquod in eis ius vendicare poterit.

Impediens conceptionem, vel abortum procurans, punitur vt homicida: secus, si id casu fieri contingat. h. d.

§. 7. Is quoque, qui vel caussa explendæ libidinis, vel odii meditatione, viro aut mulieri aliquid fecerit, vel potandum dederit, quominus possit generare, vel concipere, vel nasci soboles, vt homicida puniendus erit. Quanquam alias, si conceptus nondum viuificatus fuerit, nec vt abigeretur, quisquam dolo malo fecerit, qui abortui i occasionem tradidit, puniendus non erit.

Qui sibi mortem inferunt, habentur similes illis, qui impœnitentes moriuntur. h. d.

§. 8. Nouissime sciendum est pro his, qui quocunque prætextu voluntarie ferro, vel veneno, vel suspendio, vel quolibet modo sibi mortem inferunt, nullam in oblatione faciendam esse commemorationem, et ecclesiastica eos debere carere sepultura, non aliter atque illos, qui pro suis sceleribus impœnitentes moriuntur.

TITVLVS XI.
DE INIVRIIS, ET DAMNO DATO.

Inferens iniuriam et damnum, debet damnum passo satisfacere: nec illum excusat ignorantia. h. d.

Mitius k cum his agitur, qui in pugna, vel rixa aliquem lapide, vel pugno percusserint. Si enim ille mortuus non fuerit, sed in lecto iacuerit, vel operas exercere fuerit impeditus: qui percusserit, et opera eius, et impensas l immodicas restituet. Et generaliter, si culpa m tua datum est damnum, vel iniuria irrogata, vel aliis irrogantibus opem tulisti, aut hæc imperitia tua, siue negligentia euenerunt, iure te super his satisfacere oportebit: nec te excusabit ignorantia, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere, vel iacturam.

Si tuum animal damnum dedit; potes liberari illud dedendo: nisi sit ferum animal, et nocere solitum, et non fuerit adhibita debita diligentia. h. d.

§. 2. Quodsi n animalia tua nocuisse proponantur; nihilominus ad satisfactionem teneberis, nisi ea pro noxa dando damnum passis, teipsum velis liberare. Quod tamen ad liberationem non sufficit, si fera fuissent animalia, et quæ nocere consueuerant, et quam debueras, diligentiam non adhibuisti. Diuersum statuitur in eo, qui, vt damnum non contingeret, nihil omisit.

Iniuriæ inferuntur re, verbis, litteris: et pœna est arbitraria. h. d.

§. 3. Inferuntur o autem iniuriæ tribus modis: re, verbis, et litteris. Re, vt cum manus inferuntur. Verbis, vt cum conuicium dicitur. Litteris, vt cum in alterius vituperationem carmen, aut famosus libellus conscribitur: quibus omnibus casibus, pro qualitatibus admissi et atrocitate, prudens iudex pœnas irrogabit.

Conficiens famosum libellum, et manifestans, pari pœna punientur. hoc dicit.

§. 4. Eo amplius, si quis famosum libellum inuenerit, et non statim corruperit, vel combusserit, sed eius tenorem dolose manifestauerit, quasi auctor plectendus erit.

TITVLVS XII.
DE ECCLESIASTICIS CENSVRIS.

Ponit continuationem præcedentium et sequentium. h. d.

Postquam tam primo libro personarum, quam secundo rerum ecclesiasticarum tractatum cum his, quæ annexa sunt, summatim complexi fuimus; subinde ad reliquos venientes, iudiciorum tam ciuilium, quam criminalium materiam et seriem explanauimus, delictorum et naturam et pœnas breuiter perstringentes; cum tam ratione contumaciæ, quam etiam aliorum excessuum ecclesiasticis censuris interdum aliquos innodari variis locis admonuerimus: superest nunc, vt operi finem imponentes, de ipsis censuris fusius et distinctius disseramus.

Quid veniat appellatione censuræ ecclesiasticæ: quid sit excommunicatio, quid interdictum, quid suspensio. h. d.

§. 2. Ecclesiasticæ censuræ nuncupatio tria regulariter comple-

---

a can. 2. 36. qu. 2. cum seqq. b gl. 1. d. can. 2. c cap. ad falsariorum. extr. eod. tit. d cap. 1. eod. tit. in 6. e cap. 1. extr. eod. tit. f cap. 2. extr. eod. tit. g can. saepe contingit. 50. dist.

h C. vnic. extr. de infant. lang. et exposit. i cap. sicut ex litterarum. extr. eod. k cap. 1. extr. eod. tit. l in medicos, melius. m cap. fin. extr. eod. tit. n C. fin. §. quod. extr. eod. tit. o gl. in vers. sumtu. C. fin. extr. eod. tit.

ctitur;

ctitur, scilicet, excommunicationis, interdicti, et suspensionis sententiam. Excommunicatio est a communione exclusio. Interdictum ecclesiasticum est a certis sacramentis, et omnibus diuinis officiis et sepultura ecclesiastica facta prohibitio. Suspensio est inhabilitas quaedam ordinum, vel officiorum exsecutionem impediens.

Sed ne de omnibus simul tractantes, legentibus difficultatem ingeramus: distincte de singulis disseramus, ac primum de excommunicatione.

TITVLVS XIII.
DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

Minor excommunicatio a perceptione sacramentorum, maior etiam a fidelium communione separat. h. d.

Excommunicationum duae sunt species, minor scilicet, et maior. Minor est, per quam quis a sacramentorum participatione conscientia, vel sententia arcetur. Maior est, per quam quis non solum a sacramentorum excluditur perceptione, verum etiam a communione fidelium, quae ab omni actu legitimo separat ac diuidit, et haec alio nomine a *anathema* appellatur.

Excommunicationum aliae sunt latae sententiae, aliae ferendae. Et latae sententiae est, cum quis sine facto iudicis a iure excommunicatur. h. d.

§. 2. Rursus excommunicationum alia canonis, alia iudicis. Canonis est, qua quis ab ipso solum canone absque iudicis ministerio innodatur, quae etiam alio vocabulo *latae sententiae excommunicatio* nuncupatur. Sciendum est enim, complures esse casus, in quibus adeo quis delinquere existimatur, vt nulla expectata iudicis pronuntiatione ipso iure excommunicationis vinculis innodetur: quod quidem, quanquam innumerabilibus prope exemplis declarari possit, vnius tamen tantum prosecutione contenti erimus.

Qui Deo dicatos homines corporaliter offendunt, incidunt in excommunicationem latae sententiae, a qua non possunt absolui, nisi per papam. hoc dicit.

§. 3. Si quis igitur *b* in clericos, regulares, monachos, professos, vel nouitios, vel conuersos, violentas et impias manus iniecerit: ipso iure canonis incurret sententiam, a qua, praeterquam a romano pontifice, vel eius de latere legato *c*, a quoquam absolui non poterit.

Complices inferentium manus violentas clericis, pari poena cum inferentibus puniuntur. h. d.

§. 4. Sed et, si manus quis violentas non iniecerit, inferenti tamen vel auctor, vel fautor, vel adiutor fuerit, aut factum ratum habuerit, pari poena illum plectendum catholica sanxit auctoritas, eos etiam delinquentibus fauere interpretata, qui, cum possunt, manifesto sceleri desinunt obuiare.

Detinens, vel ducens clericos in vincula, incurrit excommunicationem latae sententiae: nisi faciat de voluntate suorum praelatorum. h. d.

§. 5. Interdum, etiamsi nullam corporis laesionem clericis quis intulerit, excommunicationis tamen poenam non euadet, vt puta *d* si laicus in publica, vel priuata custodia illos detinuerit, vel in vincula coniecerit: nisi tamen id de mandato faciat praelatorum, quorum illi sunt iurisdictioni subiecti. Tunc enim citra excommunicationis metum, et capere clericos, et ad iudicium violenter ducere laici poterunt; cum hoc non ipsi, sed illi, quorum auctoritate hoc faciunt, agere videantur: dum tamen non amplius eorum se extendat violentia, quam defensio clericorum exigit.

Si abbas imperet laico, vt monachum etiam caussa disciplinae verberet; vterque incidit in excommunicationem: secus autem, si imperet clerico ex caussa necessitatis. h. d.

§. 6. Quod autem diximus, non facientes, sed eos, quorum fit auctoritate, quid facere videri: absolute non procedit. Nam *e* si laicus, qui in abbatis ipsius seruitio commoratur, eiusdem iussu in clericum, vel conuersum, vel monachum, etiam subsistente caussa, manus iniecerit: tam qui tales verberari praecipit, quam qui mandato verberat alterius, excommunicationis sententiam non euadent. Nam si disciplinae regularis gratia id faciendum sit: vel abbas id per seipsum faciet, vel si necessitas vrgeat, per clericum, vel monachum id fieri iubebit.

Tam percutiens volentem clericum, quam clericus consentiens, sunt excommunicati. h. d.

§. 7. Volentem *f* quoque clericum si quis percusserit: nihilominus excommunicationis censuram incurret, vt responsum est de eo clerico, qui cum laico iniuriam intulisset, volens secundum consuetudinem patriae pro iniuria illata offenso satisfacere, sponte sua fustium se subiecit percussionibus. Quanquam enim haec manuum iniectio non sit violenta, tamen iniuriosa videtur. Et canon respexit non tam fauorem clerici ordinati, quam clericalis ordinis: vnde hoc casu tam percutiens, quam seipsum percussionibus sponte subiiciens excommunicationis sententia innodabitur.

Ponit tres casus, in quibus percutiens clericos in canonem latae sententiae non incidit. h. d.

§. 8. Ex contrario accidit interdum, vt etiam pro violenta manuum iniectione excommunicationi quis non subiiciatur, veluti *g* si clericum sibi manus inferentem ita quis incontinenti vi repellat, vt laesionem inferat, aut in eum, quem cum vxore, matre, sorore, vel filia turpiter se gerentem inuenerit, manus violentas iniecerit. Idem statuitur et de eo, qui illum percusserit, quam probabiliter ignorabat esse clericum.

Interficientes clericos, qui, postliabito habitu, committunt enormitates, non sunt excommunicati. h. d.

§. 9. Quinimo etsi occiderit quis clericos, vel presbyteros, qui, contempto clericali habitu, sceleribus sese immiscuerint: in odium clericalis excessus canone latae sententiae minime coercebitur. Frustra enim ecclesiae implorat auxilium, qui in ecclesiam ipsam committit. *h*

Qui ratione officii vel intuitu disciplinae clericos percutiunt, non sunt excommunicati. h. d.

§. 10. Item si qui ratione *i* officii, quod obtinent in ecclesia, aut si clerici seniores, pueros, vel adolescentes, in minoribus ordinibus constitutos, diuinum turbantes officium, vel etiamsi qui magisterii, vel praelationis obtentu subditos et scholares correctionis caussa percusserint, excommunicationis sententiam non incurrent. Quod et de his intelligendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum simili modo, vt ab excessibus prohibeantur, et scientia bonisque moribus instruantur, corrigendos duxerint, et aliis casibus compluribus.

Ex caussa potest quis absolui ab alio, quam ab apostolico. h. d.

§. 11. Quod *k* autem supra diximus, ab hac excommunicatione, ab alio quam ab apostolico, aut eius legato absolui neminem posse, non est perpetuum. Nam si quis excommunicationis latae sententiae vinculis innodatus, in mortis articulo constitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, aut alias iustas excusationes, ita, vt sine periculo apostolico se nequeat conspectui praesentare: licebit dioecesano episcopo, iuramento secundum morem ecclesiae recepto, sibi absolutionis gratiam impertiri.

Cessante caussa cessat effectus. h. d.

§. 12. Periculo *l* tamen et impedimento cessantibus, quam cito commode poterunt, ad sedem apostolicam se praesentabunt, mandatum illius super negotiis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter excepturi, et prout iustitia suadebit, satisfacturi: alioqui, si id facere contempserint, ne temere et impune censurae ecclesiasticae illudatur, ipso iure in eandem sententiam recident. Quod generaliter constitutum est, quotiescunque legitima subsistente caussa, ab alio quis, quam ab eo, a quo alias de iure absoluendus fuerat, absolutionis beneficium consequutus fuerit, et quibusdam casibus similibus.

Si modica sit illata iniuria clerico, vel qui intulit non prouectae sit aetatis: potest ordinarius absoluere eum, qui incidit in canonem latae sententiae. h. d.

§. 13. Item *m* si non enormis, sed modica et leuis iniuria fuerit clericis irrogata: inferens per episcopum absolui poterit. Item aetatis intuitu iuris rigor mansuetudine temperatur. Vnde *n*, si in pueritia constitutus in canonem inciderit sententiae promulgatae, siue ante, siue post pubertatem sese absolui postulet, dioecesanus episcopus absolutionis beneficium impertiri poterit.

Monachi, vel moniales se inuicem, vel conuersos percutientes, sunt ab abbate, vel episcopo absoluendi. h. d.

§. 14. Monachi quoque, et alii regulares, quomodocunque *o* in claustro se inuicem percusserint, non ad apostolicam sedem remittendi, sed secundum prouidentiam proprii abbatis coercendi erunt. Quodsi abbas non sufficit: episcopus adhibendus erit. Simile statuitur de monialibus. Nam si vel in se inuicem, vel conuersos, aut conuersas suas, aut etiam clericos violentas manus iniecerint, ne contra muliebris sexus verecundiam, et regularis obseruantiae decorem peregrinari compellantur, per episcopum, in cuius dioecesi monasteria fuerint: absolutionem consequuntur. Sunt et alii casus, quibus ab alio quis, quam ab apostolico ab hac excommunicatione absolui poterit, vt ex ipsis decretalium libris facile apparere poterit.

Ex caussa certis casibus absolutio potest delegari. h. d.

---

a *can. fin. 3. qu. 4.* b *cap. non dubium. extr. eod. tit.* c *cap. ad eminentiam. extr. eod.* d *cap. nuper a nobis. extr. eod. tit.* e *cap. vniuersitatis. extr. eod. tit.* f *cap. contingit interdum. extr. eod. tit.*

g *C. si vero, gl. 1. §. si vero, extr. eod.* h *cap. in audientia. §. ad haec. extr. eod. tit.* i *cap. cum voluntate. §. fin. extr. eod. tit.* k *cap. quamuis incidunt extr. eod. tit.* l *cap. eos, qui. eod. tit. in 6.* m *cap. peruenit. extr. eod. tit.* n *cap. fin. eod. tit.* o *6. cap. extr. eod. tit.*

§. 15.

§. 15. His autem a quibus id certis casibus ex officio competit, non solum per seipsos absoluere, verum etiam aliis, cum expedire viderint, huiusmodi absolutionem committere poterunt.

Excommunicatio iudicialis est, quam infert iudex, et cui caussa committitur, omnia quæ caussam contingunt, censentur permissa. h. d.

§. 16. Iudicis, siue iudicialis excommunicatio est, quæ iudicis ministerio infertur. Iudicem autem hoc loco intelligimus, non solum ordinarium, verum etiam delegatum. Nam si cui per apostolicum caussa etiam simpliciter delegetur, nec literæ commissionis de excommunicatione quicquam contineant: poterit nihilominus delegatus concessæ sibi auctoritatis ratione contumaces, vt supra diximus, ecclesiastica seueritate coercere.

Excommunicationis sententiam debet præcedere monitio: et debet ferri in scriptis, ita vt caussam contineat. h. d.

§. 17. Quoties autem caussa subetit, vt iudex subditum suum ecclesiastica districtione coerceat; cum medicinalis *b*, non lethalis excommunicatio esse debeat; non aliter, quam competentibus præmissis monitionibus *c*, ad huiusmodi sententiam descendet: quam etiam de scripti recitatione proferet, ita, vt caussam, ob quam profertur, expresse contineat. Aliaque obseruabit, quæ tam generali, quam lugdunensi concilio editis constitutionibus sunt comprehensa, earundem pœnis, si contra fecerit, subiiciendus.

Iudex aliquem excommunicans, in dubio censetur inferre maiorem excommunicationem. h. d.

§. 18. Sed quæri poterit *d*, si iudex illa verborum formula vsus fuerit, *illum excommunico*, vel simili, quæ de maiori vel minori excommunicatione quicquam non expresserit, vtra magis quis excommunicatus censeatur? Et responsum est, non tantum minorem, sed etiam maiorem censeri per iudicem illatam: quam non modo e sacramentis, et fidelium participatione exclusio, sed alii præterea multi consequuntur affectus.

Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem: et iudices iurare debent, quod excommunicati ab actis legitimis, et commercio aliorum abstineant. h. d.

§. 19. Quotum ille prætereundus non est, quod, quamdiu de excommunicatorum absolutione legitime non constet, qui cum ipsis communicauerint, ipsi quoque nullo obstante priuilegio, ipso iure excommunicationem incurrunt. Decretumque est *e* propterea, vt ab ecclesiasticis iudicibus seculares iudices, canonica præmissa monitione, ecclesiastica censura compellantur, vt excommunicatos ab agendo, patrocinando, et testificando in suis curiis et iudiciis repellant.

Defectu, qui obuenit mihi ex te, non potes vti contra me ad tuum commodum. h. d.

§. 20. Dubitatum *f* tamen fuit, num is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum e iudicio, contra se instituendo, summouere possit: cum ille communionem huiusmodi contra eum replicet? Et cum is, qui impetitur, a sacramentorum perceptione sit remotus; alius vero etiam e fidelium communione: replicatione minime suffragante, iudicium procedere non poterit.

Excommunicato communicari non potest ante absolutionem; etiamsi dederit cautionem iuratoriam de parendo mandatis ecclesiæ, et episcopus ei communionem reddiderit: etiamsi morte præuentus non potuerit absolui. hoc dicit.

§. 21. Nec *g* ideo magis agere volenti communicari poterit, quod ipse ex consuetudine de parendo mandatis ecclesiæ iuratoriam dederit cautionem, eique communionem episcopus reddiderit, aut quod eos, cum quibus participauit, postmodum impugnauit. Nam nisi post iuramentum præstitum secundum formam ecclesiæ absolutus fuerit; nec cautio, nec perperam restituta communio quicquam proderit. Quod ipsum obtinet *h* etiam, si post prædicta, morte quis præuentus, absolutionis beneficium obtinere non potuerit. Nec enim ei, cui viuo non communicamus, defuncto communicabimus.

Excommunicatus si ante mortem ostenderit signa pænitentiæ, etiam mortuus potest absolui. h. d.

§. 22. Plane *i* si de mortui pœnitentia per euidentia signa, dum viueret, constiterit, defuncto quoque absolutionis beneficium a proprio iudice impendendum erit, heredesque eius, vt pro ipso satisfaciant, si sponte nolint, ecclesiastica censura compelli poterunt.

Diffamato de excommunicatione non possumus communicare; nisi se purget, vel ad cautelam se faciat absolui: et toleratus ab ecclesia non debet vitari, nisi in occulto. h. d.

§. 23. Sed *k* etsi, qui pro sacrilega manuum iniectione in edictum excommunicationis incidit, denuntiatus quidem non sit, sed de patrato scelere publica laboret infamia; nemo sibi pari ratione communicare debet; nisi vel ad arbitrium episcopi de hoc se purgauerit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequutus: nisi forte *l* soli tibi de facinore constet. Hoc enim casu, quamdiu toleretur ab ecclesia, priuatim tantummodo a te vitandus erit, vt saltem verecundiæ rubore suffusus, pro latenti excessu satisfacere compelletur.

Participatio criminosa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione. h. d.

§. 24. Sed multum interest, qualiter excommunicato communicetur. Nam si quidem crimini et criminoso communicauit quis consilium, puta auxilium, vel fauorem impendendo, vel forte cum clericis, ab apostolico excommunicatis, scienter *m* et sponte participauerit, et ipsos in officiis receperit: eadem excommunicationis sententia inuoluetur, qua illi ipsi sunt obstricti, quibuscum ita ab eo communicatum fuit. Cumque ratione damnati criminis *n* in eum, qui damnatur, delinquere videatur: merito ab eo, vel si videtur, eius superiore, iuramento præstito, delicti tunc erit absolutio requirenda. Et idem statuetur, si qui cum participibus suis excommunicati fuerint.

Participatio cum excommunicato non criminosa, illigat participantem minori excommunicatione, a qua per ordinarium absolui potest. h. d.

§. 25. Quod si aliter, puta *o* in choro, in mensa, in osculo, aut sermone excommunicato communicatum fuerit: tunc minor tantum incurritur, et, nulla interueniente iuratoria cautione, a proprio sacerdote, vel episcopo, absolutionis beneficium obtineri poterit. Quamuis enim et tunc non iudicis, sed iuris sententia excommunicato communicans sit illigatus; quia tamen conditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit: eo ipso relaxandi facultatem aliis concessisse videtur.

Communicans excommunicato in contemptum, incidit in maiorem excommunicationem. h. d.

§. 26. Hoc *p* tamen tunc obtinet, cum non in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ cum excommunicatis quis commercium habuerit. Nam qui contra prohibitionem sui præsulis excommunicatorum communioni sese ingesserit, anathemate feriendus erit.

Si excommunicatus minori indurescat: in eo poterit excommunicari maiori. h. d.

§. 27. Quod si ex locutione et aliis similibus minori excommunicatione irretitus fortius indurescat: poterit iudex post canonicam monitionem *q* etiam maiori excommunicatione, et consimili participantem illigare. Quod et in suspensionis, et interdicti sententiis obseruandum erit.

Quæ sit monitio canonica. h. d.

§. 28. Tunc *r* autem canonice censebitur esse monitio, si competentibus interuallis atque aliis rite obseruatis, eos, qui monentur, exprimat nominatim.

Ignorantia excusat participantem cum excommunicato. h. d.

§. 29. Interdum tamen excommunicato communicans neutrius excommunicationis vinculo obstringitur, vt accidit in eo, qui cum illo conuersatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter ignorabat.

Episcopi debent propalare nomina excommunicatorum. h. d.

§. 30. Vnde, vt excusationis caussa omnibus auferatur, prouidere debent episcopi *s*, vt excommunicatorum omnium nomina tam suis parochianis, quam vicinis episcopis pariter indicent, easque in celebri loco posita pro foribus ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcent: vt huiusmodi adhibita diligentia excommunicatis ecclesiasticus aditus adimatur.

Omnes, qui ante prolationem sententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenentur etiam post. h. d.

§. 31. Vxores quoque excommunicatorum, filii, serui, ancillæ, rustici, seruientes, et omnes, qui ante sententiæ prolationem excommunicati obsequio tenebantur familiariter adhærere, non solum a communione excusantur, verum etiam (præter quam *t* in criminibus)

---

a *C. fin. extr. de off. ord.* b *cap. 2. eod. tit.* c *cap. sacro approbante. extr. eod. tit.* d *cap. pen. extr. eod.* e *cap. decernimus. eod. tit. in 6.* f *cap. 2. extr. de except.* g *cap. cum desideres. et c. a nobis. el. secundo. extr. eod. tit.* h *d. C. a nobis.* i *cap. a nobis. el. secundo. vers. potest. extr. eod. tit. et in fin.*

k *C. cum desideres. §. secundo. extr. eod. tit.* l *cap. cum non ab homine. extr. eod. tit.* m *cap. significauit nobis. extr. eod. tit.* n *cap. nuper a nobis. §. in primo. extr. eod.* o *cap. nuper a nobis. § in secundo. extr. eod. tit.* p *cap. fin. extr. de cler. excom.* q *cap. constitutionem. eod. tit. in 6.* r *d. C. constitutionem. eod. tit. in 6.* s *can. cura sit. 11. qu. 1.* t *cap. si concubina. extr. eod. tit.*

 commu-

communicare tenentur: cum sine illo debita præstare nequeant obsequia.

Necessitas, vel simplicitas excusat a communione cum hæreticis. h. d.

§. 32. Mercatores autem, et viatores, nisi eorum creditores sint excommunicatorum, aut necessitatis immineat articulus, abstinere debent. Sed si in terram excommunicatorum deuenerint, vbi vel non possint ab aliis emere, vel vnde emant, non habeant; ab eisdem accipere poterunt: nec illos excommunicationis metus impediet. Prædicatores quoque, præsertim qui aliter sustentari non possunt, ab excommunicatis, et alienorum bonorum detentoribus eleemosynam licite recipere possunt. Idem iuris est de iis, qui adeo sunt rudes, vt eorum consilio verisimiliter scelera perpetrari non possint: aut qui cum iis communicant, qui communicant excommunicatis.

Omnino coactus excommunicatis communicans non cadit in excommunicationem: secus, si quis solum metu communicat. h. d.

§. 33. Sed an inuitus excommunicatis communicans excommunicationis labe inquinetur, videamus. Et siquidem sit per coactionem astrictus; cum magis hoc casu pati, quam agere videatur: excommunicatione non tenebitur. Aliud statuendum erit, si quis per metum sit inductus. Licet enim metus culpam minuat; quia tamen eam non prorsus excludit, cum nullius metus obtentu mortale peccatum quis incurrere debeat: excommunicationis pœnam non euadet.

Communicans excommunicato in conuertendo, non est excommunicatus. hoc dicit.

§. 34. Item, cum voluntate *b* et proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit is, qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel alias ad salutem eius pertinent, in locutione participat: licet et alia verba incidenter, vt apud eum magis proficiat, interponat.

Absolutio ab excommunicatione ad cautelam peti potest. h. d.

§. 35. Si quis tamen *c* ex his dubitet, vel ex aliis, ne non iudicis, vel canonis sententia sit innodatus; sese per competentem iudicem, iuxta Innocentianarum constitutionum tenorem ad cautelam absolui postulare poterit: quod et is, qui minori innodatus est excommunicatione, exsequi poterit.

Excommunicationis absolutio non debet peti omisso medio: nisi in contrarium sit consuetudo. h. d.

§. 36. Sed hoc casu aduertendum erit, ne, omisso medio, ab eo, qui suus iudex non sit, absolutionis beneficium postules. Pone enim, quod suffraganei cuiusdam subditus, puta archidiaconus, excommunicationis in te tulit sententiam; non iam a metropolitano, cum nec excommunicantis iudex sit, nec excommunicati, sed ab ipso suffraganeo absolutio petenda erit: nisi consuetudo *d* contrarium induxerit.

Sede vacante, absoluit, qui habet episcopalem iurisdictionem. h. d.

§. 37. Episcopali vero sede vacante *e*, capitulum, seu is, ad quem episcopalis iurisdictio tunc temporis pertinere noscitur, his, quibus posset episcopus, si viueret, ab excommunicationis sententia, siue iuris, siue hominis fuerit, absolutionis beneficium impertiri poterit: nisi ei fuerit ab apostolica sede specialiter interdicta potestas.

Superior de excommunicatione cognoscens, videns illam iustam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere; nisi is malitiose differat absoluere; secus autem, si comperiat illam iniustam: sed si dubitetur, honeste faciet, si remittet. h. d.

§. 38. Vbi vero superiori competit de excommunicatione cognoscere, si eam iustam esse constiterit, veluti *f* cum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata; superior iudex, nisi sit in mora periculum, excommunicatum ad excommunicatorem prorsus remittere debet: nec eum absoluet, nisi excommunicator requisitus dolo illi absolutionis beneficium exhibere deneget. Si vero huiusmodi sententiam iniustam esse constet; excommunicatus ad suum excommunicatorem nequaquam remittendus erit: sed sine difficultate debet absolui. Quod si dubitetur, vtrum iusta sit vel iniusta; superior illam tollere poterit: quanquam hoc casu honestius et conuenientius egerit, si excommunicatori deferat.

Vbi manifestum est delictum, non conceditur absolutio, nisi præuia cautione: alias secus. h. d.

§. 39. Manifestum *g* autem excessum illum esse intelligimus, qui vel per confessionem vel probationem iuridice notus fuerit, vel si sit adeo res euidens, vt nulla possit tergiuersatione celari. Quo casu *h* non ante concedenda erit absolutio, quam idonea pro delicto præstetur satisfactio. Cæterum si de admisso dubitetur; vt sententia relaxetur, sufficiet, si de parendo mandatis ecclesiæ legitime cautum fuerit: quanquam, si pro simplici contumacia excommunicatus solam de stando iuri cautionem exhibuerit, absoluendus erit.

Si pars se dicat post appellationem, vel alias nulliter fuisse excommunicatam: sunt super hoc partium admittendæ probationes, vt appareat, an quis indigeat absolutione. h. d.

§. 40. Multum etiam intererit, vtrum absolutionis beneficium postulans se post appellationem ad rom. pontificem, legitime interpositam, vel alias nulliter excommunicatione innodatum conqueratur, an vero simpliciter iniuste se proponat excommunicatum. In prima enim specie, si episcopus sit probare paratus, se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, sententiam protulisse: antequam decernatur aliquid, vtriusque partis super hoc probationes sunt admittendæ, per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel potius non ligatus sit denuntiandus.

Si quis dicat se iniuste excommunicatum: prius est absoluendus, antequam sint admittendæ probationes super iustitia excommunicationis. h. d.

§. 41. Aliud iuris erit, cum iniuste se quis excommunicatum asserit. Tunc enim, si episcopus, vt ostendat, quod iuste excommunicauerit, probationes suas admitti postulet, audiendus non erit. Nam etsi constaret, excommunicationis sententiam iuste promulgatam; nihilominus humiliter postulanti esset absolutio impendenda: ideoque hoc casu protinus iuxta formam ecclesiæ congruentem absoluendus erit, vt demum probationibus vtriusque partis admissis, vtrum iuste quis ligatus fuerit, decernatur.

Innodatus pluribus non potest ab vna tantum excommunicatione absolui. Et absolutio subreptitia non tenet. h. d.

§. 42. Quodsi quis pluribus innodatus *i* excommunicationibus, etiam ex eodem facto descendentibus, de vna tantum caussa velit satisfacere; communioni ob id restituendus non erit: nec per veritatis suppressionem extorta absolutio sibi quicquam proderit. *k*

Si ordinarius sciat, per surreptionem impetratam ab apostolica sede absolutionem: debet remittere perperam absolutum ad sedem apostolicam. Si vero hoc sibi non constet, sed suspicetur: debet absolutum cogere ad purgationem. h. d.

§. 43. Quinimo si constiterit *l* excommunicatum occultatis excessibus, pro quibus in eum sententia lata fuerit, excommunicationis suæ caussam aliam prætendentem, ab apostolica sede absolutionis beneficium impetrasse; eundem debet ordinarius ecclesiastica censura compellere, vt cum litteris suis, rei veritatem continentibus, ad sedem apostolicam redeat. Si vero illud liquido non constiterit; eum tamen ordinarius, quod veritatem confessus non fuerit, suspectum habens, ad purgationem præstandam, quod verum fassus fuerit, compellet.

Absolutus vi, vel metu, duplici excommunicatione innodatur. h. d.

§. 44. Illud etiam admonendi sumus, quod licet vi, vel metu facta regulariter mero iure teneant; si quis tamen ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia, absolutionis aut reuocationis cuiuscunque beneficium per vim vel metum extorserit, viribus omnino cariturum: quin potius, ne sine vindicta violentia crescat audacia, qui absolutionem, vel reuocationem, vi vel metu extorserit, quasi propria confessus fagitia, iterato excommunicationis sententiæ subiacebit.

Excommunicatus, cui papa communicat, non propterea censetur absolutus: nisi papa id exprimat. h. d.

§. 45. Nouissime m sciendum est, quod, si apostolicus etiam scienter excommunicato participet litteris, forte cum salutatione alloquio destinatis verbis *n*, osculo seu alio quouis modo, ipsum per hoc absoluere nulla ratione censetur: nisi forsitan exprimat, velle illum ex hoc pro absoluto haberi.

Hæc de excommunicationis sententia delibasse sufficiant: nunc de interdicto ecclesiastico et suspensione paucis dispiciamus.

TITVLVS XIV.
DE ECCLESIASTICO INTERDICTO.

Interdictum aliud iuris, aliud iudicis: quæ distinctio exemplis declaratur. h. d.

Habent ecclesiastica interdicta cum excommunicatione multa communia. Nam et illorum alia ipso iure inducuntur, alia iudicis

a *cap. sacris est canonib. extr. de his, quæ fiunt vi, metusue caus.* b *cap. cum voluntate extr. eod. tit.* c *cap. 2. eod. tit in 6.* d *gl. 2. cap. recreente. extr. de prab.* e *cap. vnic. de maior et obed. in 6.* f *cap. venerabilibus. §. sane. eod tit. in 6.* g *cap. cum olim. extr. de verb. sign.* h *cap. ex parte. in fin. de verb. sign. extr.*

i *C. cum pro caussa extr. eod. tit.* k *cap. officii in fin. extr. eod tit.* l *cap. ex parte tua. extr de off. ord.* m *Cl. fin. eod. tit.* n *cap. si aliquando. extr. eod. tit.*

sententia.

ſententia. Iuris ipſius diſpoſitione interdictum inducitur, veluti cum ciuitas, vel vniuerſitas in electione romani pontificis ſeruanda non ſeruauerit, aut in necem cardinalis aliquid machinata fuerit, ſiue ab eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis aliquid extorſerit, aut vſurariis domos commodauerit. Item cum ib eccleſia a ſanguinis vel humani ſeminis effuſione polluta, aut ſimoniace conſecrata, celebrari iure vetatur.

Celebrans in eccleſia polluta, vel ſimoniace conſecrata, non incurrit irregularitatem: ſecus, ſi alia ratione violat interdictum. h. d.

§. 2. Eſt *b* autem inter hæc differentia non modica. Nam ſi quis in ea eccleſia celebret, quæ vel polluta ſit, vel ſimoniace conſecrata; licet hoc temerarie faciat: nullum tamen ob id irregularitatis laqueum incurrit. Is vero *c*, qui ſcienter celebrat in locis, alia ratione interdicto ſuppoſitis, irregularitatem incurrit, a qua per alium, quam per romanum pontificem, liberari non poterit: niſi aliqui ſuper hoc priuilegio, vel iure muniti fuerint.

Quid ſit iudiciale interdictum. h. d.

§. 3. Iudicis ſententia tunc inducitur interdictum, cum competens iudex ex aliqua cauſa terram, vel homines a diuinis arcendos pronuntiat ac præcipit.

Interdictorum quædam generalia, quædam ſpecialia. h. d.

§. 4. Rurſus interdictum, quod prolatione iudicis inducitur, aliud eſt generale, aliud ſpeciale. Generale interdictum eſt, non ſolum, cum regno et prouinciæ, ſed etiam cum caſtro et villæ diuinis interdicitur. Speciale eſt, cum inter plures eccleſias paucæ, vel vna interdicitur.

Interdicto loco principali, cenſetur interdictus acceſſorius vicinus et contiguus: et diſpoſitio iudicis non debet poſſe reddi eluſoria. h. d.

§. 5. Et ſi quidem ciuitas, caſtrum, aut villa *d* generali ſubiiciatur interdicto: non ſolum quæ murorum continentur ambitu, cenſentur interdicto ſuppoſita, ſed etiam illorum ſuburbia et ædificia *e* continentia. Alioquin ſi in illis locis poſſet licite celebrari: eccleſiaſtica cenſura facile contemni poſſet. Eadem quoque ratione, ſi ſpecialiter eccleſia ſit interdicto ſuppoſita, nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio, eidem eccleſiæ contiguis, ſepeliri poterit.

Reſpectu perſonarum interdictum eccleſiaſticum eſt ſtricte interpretandum: et vnus non poteſt pro delicto alterius excommunicari. h. d.

§. 6. At non, ſicuti in locis, ita et in perſonis lata fit interpretatio. Ideoque *f*, ſi ſententia interdicti proferatur in populum, clerus interdictus non intelligitur, nec econuerſo: vnde, interdicto altero, ad diuina licite alter admittitur. Sed et ſi propter delictum domini (nam pro pecuniaria cauſa ſine ſpeciali ſedis apoſtolicæ, et per patentes litteras expreſſa licentia, interdicti ſententia ferri non poterit) vel rectoris ciuitas ſit interdicta; ciues, qui culpabiles non exiſtunt, alibi diuinis licite intereſſe poterunt: niſi ciues quoque propter dominum, vel rectorem puniendum interdicti fuerint. Quod quidem in excommunicationis ſententia contingere non poterit. Neque enim pro peccato vnius alius, puta ipſius familia, excommunicari poterit.

Interdicta vniuerſitate, et ſinguli de vniuerſitate cenſentur interdicti: ne interdictum reddatur eluſorium. h. d.

§. 7. Item *g* cum loci alicuius populus eccleſiaſtico ſupponitur interdicto; ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat, vt ſententia effectu careat, non debent alicubi, caſibus expreſſis, a iure duntaxat exceptis, audire diuina, vel eccleſiaſtica recipere ſacramenta: cum diuinorum auditio, et ſacramentorum perceptio populo, vt vniuerſis, non competat.

Regulariter tempore interdicti poteſt quis baptizari, chriſmari, et verbum diuinum audire. h. d.

§. 8. Excepti *h* vero caſus ſunt, ſi qui ad baptiſmi, chriſmatis, et pœnitentiæ ſacramentum, vel ad verbum diuinum audiendum admitti velint, tam ſi infirmi ſint, quam ſi ſint in bona valetudine conſtituti. Quod tamen in his, qui interdicto cauſam dederunt, non obtinet indiſtincte: ſed in eis Bonifacianæ *i* conſtitutionis forma obſeruanda erit. Quæ et alia quædam interdicti tempore fieri benigne indulget, vt ex ipſius conſtitutionis perpenſo tenore facile apparere poterit.

Tempore interdicti poteſt confici ſacrum chriſma: ſed vnctio extrema, eccleſiaſtica ſepultura, et diuinorum celebratio ſunt prohibita, niſi conceſſa quibuſdam ſint ex priuilegio: et violantes interdictum incurrunt excommunicationem, non obſtantibus priuilegiis. h. d.

§. 9. Velut *k* igitur interdicti tempore iure chriſmatis vtimur vnctione: ſic, licet regio ſit interdicto ſuppoſita, chriſma die cœnæ domini poſſe confici, dubium eſſe non debet. Vnctio autem extrema, et eccleſiaſtica ſepultura, et diuinorum officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnibus denegatur, niſi quibuſdam, quibus id ex gratia, certa ſeruata forma, conceditur. Ceteri autem, ſiue clerici, ſiue laici, qui interdictum violando neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ conantur infringere, quibuſcunque priuilegiis non obſtantibus, ſententiæ excommunicationis ſubiicientur, a qua per ſedem duntaxat apoſtolicam abſolui poterunt.

Appellationis prætextus violatoribus interdicti minime ſuffragatur. hoc dicit.

§. 10. Nec aliquid violatoribus proderit, quod appellaſſe, atque adeo ſe interdicti ſententia minime teneri contendant. Sicut enim poſt appellationem excommunicari non poſſunt: ſic interdictum, cui ante appellationem eos conſtat eſſe ſuppoſitos, declinare nequeunt.

TITVLVS XV.

DE SVSPENSIONE.

Suſpenſio eſt duplex, vt excommunicatio, et interdictum. h. d.

Suſpenſio quoque alia eſt canonis, alia iudicis, ſicuti excommunicatio, et interdictum. Canonis eſt, veluti cum quis ob ſimoniam, vel ob notoriam fornicationem, vel aliud crimen ipſo iure a ſui executione ordinis vel officii arcetur.

Ob mortale peccatum non notorium eſt quis ſuſpenſus quoad ſeipſum, non quoad alios. h. d.

§. 2. At ſi *l* crimen per ſententiam, vel per confeſſionem factam in iure, aut per rei ipſius euidentiam notorium non ſit; et ſi quilibet pro mortali peccato, quoad ſeipſum, ſit ſuſpenſus, quoad alios tamen pro ſuſpenſo non habetur: ideoque in officiis eccleſiaſticis vitandus non erit.

Quæ ſit ſuſpenſio iudicis. h. d.

§. 3. Iudicis ſuſpenſio eſt, et cum ſententia quis ab eadem executione ex cauſa remouetur.

Suſpenſio ſolum ordinem et ſtatum eccleſiaſticum reſpicit: et priuatis præſupponit habitum. h. d.

§. 4. Eſt autem ſuſpenſio (velut eccleſiaſtica cenſura conſiderata) reſpectu quodam aliquanto quam excommunicatio, vel interdictum, ſtrictior; quippe quod excommunicatio, et interdictum non ſolum clericos, verum etiam laicos innectere poſſunt: vt ſuſpenſio, cum nihil aliud ſit, quam inhabilitas quædam ad exſequendos ordines, et officia eccleſiaſtica, nullos præterquam ipſos clericos attingere poteſt. Nec enim vlli eius ordinis, vel officii, cuius eſt penitus expers, adminiſtratio vetari et interdici poteſt.

Ingerens ſe diuinis, incurrit irregularitatem. Et quid ſit irregularitas? h. d.

§. 5. Cauebunt *m* igitur clerici, iudices, et eccleſiarum prælati, ne pœnam hanc ſuſpenſionis incurrant, ſcituri, quod, ſi, ea durante, ſeſe diuinis ingeſſerint (ſecundum canonicorum ſanctionum tenorem et diſtinctionem) irregularitatis laqueo ſeſe inuoluent, a quo interdum non, niſi per ſummum pontificem, liberari poterunt. Eſt autem irregularitas, nota quædam, ſeu canonicum impedimentum, ex facto ſeu defectu proueniens, quo quis tam ad eccleſiaſticos ordines promoueri, quam promotus in iiſdem miniſtrare prohibetur: quod qualiter accidat, tam ſupra ex primo libro *n* quam etiam ex variis decretalium locis facile eſt legentibus cognoſcere.

Epiſcopi et ſuperiores nunquam incurrunt ſententiam interdicti, vel ſuſpenſionis ipſo iure: niſi de ipſis expreſſa mentio habeatur. h. d.

§. 6. Euapropter optima ratione, Innocentiana *o* conſtitutione cautum eſt, ne epiſcopi eorumque ſuperiores vllius conſtitutionis, ſententiæ, ſiue mandati occaſione, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententiam (niſi in ipſis de epiſcopis expreſſa mentio habeatur) ipſo iure incurrant. Eſſet enim hoc nimis periculoſum, ob pontificalis officii, quod frequenter exercere compelluntur, executionem.

Explicit liber quartus et vltimus inſtitutionum iuris canonici; in quibus, ſi quid diuerſum, lector, inueneris ab his, quæ in commentario, iam pridem edito, delineata inueniuntur: ſcito, ea auctorem, cum vltimam operi limam adhiberet, meliora ſequutum immutaſſe.

---

a C. is, qui, de ſent. excomm. in 6. *b* d. cap. is, qui, §. fin. *c* d. cap. is, qui. §. fin. *d* cap. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6. *e* contigua, forte. *f* cap. ſi ſent. de ſentent. excomm. in 6. *g* cap. ſi ſententia. §. cum vero, de ſent. excom. in 6. *h* cap. reſponſo noſtro. extr. de ſent. excomm. *i* cap. fin. de ſent. excomm. in 6.

k cap. quoniam in. de ſent. excomm. in 6. *l* cap. fin. extr. de cohabit. cler. et mul. *m* cap. 1. in fin. et cap. is, qui. de ſent. excomm. in 6. *n* ſupra, qui promoueri non poſſunt. *o* cap. quia periculoſum. 4. de ſent. excomm. in 6.

F I N I S.

NOTARVM IN IVRE CANONICO OCCVRRENTIVM,

SIVE

ABBREVIATIONVM VSV FREQVENTIORVM EXPLICATIO,

IN GRATIAM TIRONVM

ADNEXA.

Ap.	*Apoftolicus, a, um.*
ap. Bonif.	*apud Bonifacium.* vide in 6.
ap. Greg.	*apud Gregorium.* v. 2.
ap. Iuftin.	*apud Iuftinianum.* v. inft.
arg. ar.	*argumento.*
auth.	*authentica*, id eft, fumma nouellæ alicuius, codici inferta.
auct.	*auctoritate.*
C. cau.	*cauffa*, fiue in 2. parte decreti Gratiani. Si nimirum fimul allegetur qu. aut folum q. alias capitula ita a nobis adducuntur, præfertim in inftitut. Lancellotti.
c. can.	*canone*, id eft, capitulo decreti eiufdem, aut alicuius concilii.
con. c.	*contra.*
cap.	*capite, capitulo*, decretalium tituli, nouellæ alicuius, aut libri alterius, extra ius vtrumque.
Clem.	*Clementina*, id eft, decretali Clementis V. feu capitulo tituli in Clementinis.
Cod.	*codice* Iuftinianæo.
C. Th.	*codice Theodofiano*
col.	*columna.*
coll.	*collatione.*
D.	*digeftis.* vide *ff.*
d. dift.	*diftinctione*, in prima præfertim decreti parte, et libr. fententiarum Petri Lombardi.
d.	*dicta, dicta*, etc.
de conf.	*de confecratione*, quæ eft tertia pars decreti.
de pœn.	*de pœnitentia*, in eo tractatu decreti, can. 33. quæft. 3.
e. extr.	*extra*, id eft, in decretalibus Gregorii IX. fcil. extra decretum Gratiani: quod allegatum etiam per X. fcribi folet.
e. eod.	*eodem*, (fupple, titulo.)
ead. C. et qu.	*eadem cauffa et quæftione.*
extr. Io. 22.	*extrauagantes Ioannis vigefimi fecundi.*
f.	*finali, finalis, fine.*
ff.	*pandectis*, feu *digeftis* Iuftiniani.
gl.	*gloffa*, feu receptæ in ius vtrumque notæ.
h.	*hic.*
h. t.	*hoc titulo.*
i.	*infra.*
i. gl.	*iuncta gloffa*, id eft, addita ad textum nota interpretis gloffæ auctoris.
in auth. col. 1. etc.	*in authentica, collatione 1.* fiue in nouellis Iuftiniani, fectione 1.
in extr. comm.	*in extrauagantibus communibus.*
in f.	*in fine.*
in p. d.	*in parte decifa*, id eft, in ea parte decretalis, quæ refecta eft, et omiffa a compilatore, tanquam minus neceffaria: quam fæpe ex antiquis collectionibus fubiungunt correctores romani, alio charactere.
P. Pp.	*papa.*
p. n.	*prædeceffor nofter.*
in pr. in f.	*in principio*, legis aut tituli, *in fine.*
pr.	*principii.*
inft.	*inftitutionibus Iuftiniani.*
in fum.	*in fumma.*
in 6. in vi.	*in fexto*, in libro decretalium e Bonif. VIII. collectarum poft quinque libros Gregorii IX.
l.	*lege.*
li. lib.	*libro.*
li. 6. lib. vi.	*libro fexto*, fiue inter decretales Bonifac. VIII. cura editas.
nou.	*nouellæ.*
pri.	*principium*, fiue initium tituli, vel legis, ante §. 1.
q. quæft.	*quæftione*, id eft, fectione cauffæ in decreto.
fc. fcil.	*fcilicet.*
fum.	*fumma*, id eft, principium diftinctionis, aut quæftionis, vel epitome legis, aut capituli.
t. tit.	*titulus, titulo.*
verf.	*verficulo*, id eft, membro paragraphi aut canonis.
vlt.	*vltimo, vltima* etc.
§.	*paragrapho*, id eft, periodo legis, capituli, aut etiam diftinctionis, et quæftionis in decreto.

(VI.)

INDICES VII.

IN

DECRETVM ET DECRETALES,

VIDELICET

TRES PONTIFICVM ROMANORVM, DVO CONCILIORVM,

VNVS RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM,

NEC NON

VNVS ADNOTATIONVM

IVSTI HENNINGI BOEHMERI, ICti.

INDEX I.
CHRONOLOGICVS OMNIVM
ROMANORVM PONTIFICVM.

A.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
LXXVIII.	Adeodatus.	669.	*annos 7. mens. 2. dies 17.*
LIIX.	Agapetus I.	535.	*mens. 10. d. 14. aut 18.*
CXXX.	Agapetus II.	946.	*ann. 9. m. 7. d. 19.*
LXXX.	Agatho.	678.	*ann. 4. m. 6. d. 25.*
VII.	Alexander I.	119.	*ann. 10. m. 5 d. 20.*
CLIV.	Alexander II.	1061.	*ann. 11. m. 6. d. 22.*
CLXIIX.	Alexander III.	1159.	*ann. 21. m. 11. d. 21.*
CLXXIX.	Alexander IV.	1254.	*ann. 6. m. 5. d. 4.*
CCIV.	Alexander V.	1409.	*mens. 10. d. 8.*
CCXIV.	Alexander VI.	1492.	*ann. 11. d. 8.*
CCXXXVII.	Alexander VII.	1655.	*ann. 12. m. 1. d. 15.*
V.	Anacletus.	101.	*ann. 9. m. 3. d. 10.*

Anacletus II. seu Petrus, Leonis antipapa, ann. 1130.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
XI.	Anastasius I.	398.	*ann. 4. m. 1. d. 13.*
LI.	Anastasius II.	496.	*ann. 1. m. 11. d. 23.*
CXXI.	Anastasius III.	910.	*ann. 2. m. 2. d. 29.*
CLXVI.	Anastasius IV.	1153.	*ann. 1. m. 4. d. 24.*
XII.	Anicetus.	165.	*ann. 7. m. 8. d. 24.*
XX.	Anterus.	235.	*mens. 1.*

B.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
LXIII.	Benedictus I.	573.	*ann. 4. m. 2. d. 15.*
LXXXII.	Benedictus II.	684.	*mens. 8. d. 17.*
CVI.	Benedictus III.	855.	*ann. 2. m. 6. d. 10.*
CXVII.	Benedictus IV.	905.	*per aliquot menses.*
CXXXII.	Benedictus V.	964.	*ann. 1. circiter.*
CXXXV.	Benedictus VI.	972.	*ann. 1. m. 3. dies aliquot.*
CXXXVI.	Benedictus VII.	975.	*annos 9.*
CXLIV.	Benedictus VIII.	1012.	*annos fere 12.*
CXLVI.	Benedictus IX.	1034.	*ann. 10. m. aliquot.*

Benedictus X. seu Ioannes Mincius, antipapa, ann. 1059.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
CXCII.	Benedictus XI.	1303.	*mens. 8. d. 17.*
CXCV.	Benedictus XII.	1334.	*ann. 7. m. 4. d. 6.*

Benedictus XIII. antipapa, Petrus de Luna dictus, ann. 1394.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
XLIII.	Bonifacius I.	418.	*ann. 4. m. 9. d. 28.*
LVI.	Bonifacius II.	530.	*ann. 2. d. 2.*
LXVII.	Bonifacius III.	605.	*m. 8. d. 23.*
LXVIII.	Bonifacius IV.	607.	*ann. 6. m. 8. d. 13.*
LXX.	Bonifacius V.	617.	*ann. 7. m. 10. d. 1.*

Bonifacius VI. ann. 974.
Bonifacius VII. Franco antipapa. ann. 974.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
CXCI.	Bonifacius VIII.	1294.	*ann. 8. m. 9. d. 18.*
CCI.	Bonifacius IX.	1389.	*ann. 14. m. 11.*

C.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
XXIX.	Caius.	283.	*ann. 12. m. 4. d. 5.*
XVII.	Callistus I.	219.	*ann. 5. m. 1. d. 12.*
CLX.	Callistus II.	1119.	*ann. 5. m. 10. d. 13.*
CCIX.	Callistus III.	1455.	*ann. 3. m. 5. d. 29.*

Callistus s. Theobaldus, ann. 1124.
Callistus III. s. Ioannes, abbas Stramensis, antip. ann. 1162.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
CXIX.	Christophorus.	906.	*menses 7.*
IV.	Clemens I.	91.	*ann. 9. m. 6. d. 6.*
CXLVIII.	Clemens II.	1046.	*mens. 9.*
CLXXII.	Clemens III.	1188.	*ann. 3. m. 2. d. 10.*
CLXXXI.	Clemens IV.	1265.	*ann. 3. m. 9. d. 25.*
CXCIII.	Clemens V.	1305.	*ann. 8. m. 10. d. 16.*
CXCVI.	Clemens VI.	1342.	*ann. 10. m. 6. d. 29.*
CCXIX.	Clemens VII.	1523.	*ann. 10. m. 10. d. 7.*
CCXXXI.	Clemens VIII.	1592.	*ann. 13. m. 1. d. 3.*
CCXXXIX.	Clemens IX.	1667.	*ann. 2. m. 5. d. 19.*
CCXXXIX.	Clemens X.	1670.	*ann. 6. m. 2. d. 22.*

Clemens III. antipapa, s. Guibertus, Ravennæ archiep. ann. 1080.
Clemens VII. Robertus, Gebennens. episc. antipapa, ann. 1378.
Clemens VIII. Aegidius, antipapa Panischolæ, ann. 1424.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
III.	Cletus.	78.	*ann. 12. m. 7. d. 2.*
XLIV.	Cœlestinus I.	423.	*ann. 8. m. 5. d. 3.*
CLXIII.	Cœlestinus II.	1143.	*mens. 5. d. 13.*
CLXXIII.	Cœlestinus III.	1191.	*ann. 6. m. 8. d. 28.*
CLXXVII.	Cœlestinus IV.	1241.	*dies 18.*
CXC.	Cœlestinus V.	1294.	*mens. 5. d. 8.*
LXXXIV.	Cono.	686.	*m. 11. d. 23.*
LXXXIX.	Constantinus.	708.	*ann. 6. m. 1. d. 2.*

Constantinus, antipapa, ann. 767.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
XXII.	Cornelius.	251.	*ann. 2. m. 4. d. 17.*

D.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
XXXVIII.	Damasus I.	367.	*ann. 17. m. 2. d. 27.*
CXLIX.	Damasus II.	1048.	*dies 23.*
LXIX.	Deusdedit.	614.	*ann. 2. m. 11. d. 26.*
XXVI.	Dionysius.	258.	*ann. 12. m. 3. d. 14.*

Dioscorus antipapa quintus, ann. 530.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
LXXIX.	Donnus I.	676.	*ann. 1. m. 5. d. 10.*
CXXXIV.	Donnus II.	972.	*mens. 3.*

E.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus consf.	Tempus pontificatus.
XIV.	Eleutherus.	177.	*ann. 15. d. 23.*
VI.	Euaristus.	110.	*ann. 9. m. 3.*

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
LXXVI.	Eugenius I.	655.	*mens. 5. aut 6. dies 23.*
CI.	Eugenius II.	824.	*ann. 3. m. 2. d. 23.*
CLXV.	Eugenius III.	1145.	*ann. 8. m. 4. d. 13.*
CCVII.	Eugenius IV.	1431.	*ann. 15. m. 11. d. 20.*

Eulalius, antipapa tertius, ann. 418.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XXXII.	Eusebius.	309.	*ann. 2. m. 8. d. 21.*
XXVIII.	Eutychianus.	275.	*ann. 8. m. 6. d. 4.*

F.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XXI.	Fabianus.	236.	*ann. 15. d. 5.*
XXVII.	Felix I.	270.	*ann. 4. m. 4. d. 29.*

Felix cum Liberio, ann. 366.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XLIX.	Felix II.	483.	*ann. 8. m. 11. d. 21.*
LV.	Felix III.	526.	*ann. 4. m. 3. d. 14.*

Felix IV. Amadeus, dux Sabaudiæ antipapa, ann. 1439.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
CXIII.	Formosus.	890.	*ann. 6. m. 6.*

G.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
L.	Gelasius I.	492.	*ann. 4. m. 8. d. 19.*
CLIX.	Gelasius II.	1118.	*ann. 1. d. 4.*
LXV.	Gregorius I. M.	590.	*ann. 13. m. 6. d. 10.*
XC.	Gregorius II.	714.	*ann. 16. m. 8. d. 20.*
XCI.	Gregorius III.	731.	*ann. 10. m. 9. d. 12.*
CIII.	Gregorius IV.	827.	*ann. 16. m. 4.*
CXXXIX.	Gregorius V.	996.	*ann. 2. m. 8. d. 6.*
CXLVII.	Gregorius VI.	1044.	*ann. 2. m. 8.*
CLV.	Gregorius VII.	1073.	*ann. 12. m. 1. d. 3.*
CLXXI.	Gregorius VIII.	1187	*duos fere menses.*
CLXXVI.	Gregorius IX.	1227.	*ann. 14. m. 5. d. 3.*
CLXXXII.	Gregorius X.	1271.	*ann. 4. m. 4. d. 10.*
CXCIX.	Gregorius XI.	1371.	*ann. 7. m. 2. d. 24.*
CCIII.	Gregorius XII.	1406.	*ann. 2. m. 6. d. 14.*
CCXXVI.	Gregorius XIII.	1572.	*ann. 12. m. 10. d. 10.*
CCXXIX.	Gregorius XIV.	1590.	*m. 10. d. 10.*
CCXXXIV.	Gregorius XV.	1621.	*ann. 2. m. 5.*

Gregorius antipapa, ann. 1013.

H.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XCVII.	Hadrianus I.	772.	*ann. 23. m. 10. d. 17.*
CVIII.	Hadrianus II.	867.	*ann. 4. m. 10. d. 17.*
CXI.	Hadrianus III.	884.	*ann. 1. m. 3. d. 19.*
CLXVII.	Hadrianus IV.	1154.	*ann. 4. m. 8. d. 29.*
CLXXXIV.	Hadrianus V.	1276.	*m. 1. d. 9.*
CCXVIII.	Hadrianus VI.	1522.	*ann. 1. m. 8. d. 6.*
XLVII.	Hilarius.	461.	*ann. 5. m. 9. d. 29.*
LXXI.	Honorius I.	626.	*ann. 12. m. 4. d. 27.*
CLXI.	Honorius II.	1124.	*ann. 5. m. 1. d. 17.*
CLXXV.	Honorius III.	1216.	*ann. 10. m. 8.*
CLXXXVIII.	Honorius IV.	1285.	*ann. 2. d. 1.*

Honorius II. seu Cadalous, antipapa, ann. 1062.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
LIII.	Hormisdas.	514.	*ann. 9. d. 10.*
X.	Hyginus.	152.	*ann. 4. d. 28.*

I.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XLI.	Innocentius I.	402.	*ann. 15. m. 2. d. 10.*
CLXII.	Innocentius II.	1130.	*ann. 13. m. 7. d. 10.*
CLXXIV.	Innocentius III.	1198.	*ann. 18. m. 6. d. 9.*
CLXXVIII.	Innocentius IV.	1243.	*ann. 11. m. 5. d. 14.*
CLXXXIII.	Innocentius V.	1276.	*m. 5. d. 5.*
CXCVII.	Innocentius VI.	1352.	*ann. 9. m. 8. d. 20.*
CCII.	Innocentius VII.	1404.	*ann. 2. d. 22.*
CCXIII.	Innocentius VIII.	1484.	*ann. 7. m. 10. d. 27.*
CCXXX.	Innocentius IX.	1591.	*m. 2.*
CCXXXVI.	Innocentius X.	1644.	*ann. 10. m. 3. d. 22.*
LIV.	Ioannes I.	523.	*ann. 2. m. 9. d. 14.*
LVII.	Ioannes II.	532.	*ann. 2. m. 8.*
LXII.	Ioannes III.	559.	*ann. 12. m. 11. d. 16.*
LXXIII.	Ioannes IV.	639.	*ann. 1. m. 9. d. 6.*
LXXXIII.	Ioannes V.	685.	*ann. 1. d. 11.*
LXXXVI.	Ioannes VI.	70 .	*ann. 3. m. 2. d. 12.*
LXXXVII.	Ioannes VII.	705.	*ann. 2. m. 7. d. 17.*
CIX.	Ioannes VIII.	872.	*ann. 10. diem unum.*
CXVI.	Ioannes IX.	901.	*ann. 3. d. 15.*
CXXIII.	Ioannes X.	913.	*ann. 15.*
CXXVI.	Ioannes XI.	931.	*ann. 4. mens. 10.*
CXXXI.	Ioannes XII.	955.	*ann. 9. aut 10.*
CXXXIII.	Ioannes XIII.	965.	*ann. 6. m. 11. d. 5.*
CXXXVII.	Ioannes XIV.	984.	*ann. 1. et aliquot menses.*
CXXXVIII.	Ioannes XV.	985.	*ann. 10. m. 4. d. 12.*

Ioannes XVI. antipapa.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
CXLI.	Ioannes XVII.	1003.	*mens. 5.*
CXLII.	Ioannes XIIX.	1003.	*ann. 5. m. 7. d. 28.*
CXLV.	Ioannes XIX.	1024.	*ann. 9. m. 8.*

Ioannes XX. antipapa, anno 1043. ideoque omissus.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
CLXXXV.	Ioannes XXI.	1276.	*m. 8. d. 8.*
CXCIV.	Ioannes XXII.	1316.	*ann. 18. m. 3. d. 28.*
CCV.	Ioannes XXIII	1410.	*ann. 5. d. 15.*

Ioannes diaconus, antipapa, anno 844.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XXXVI.	Iulius I.	336.	*ann. 15. m. 5. d. 17.*
CCXVI.	Iulius II.	1503.	*ann. 9. m. 3. d. 21.*
CCXXI.	Iulius III.	1550.	*ann. 5. m. 1. d. 16.*

L.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
CXXII.	Lando.	912.	*aliquot menses.*

Laurentius, antipapa quartus, anno 498.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XLVI.	Leo I. M.	440.	*ann. 20. m. 11.*
LXXXI.	Leo II.	683.	*ann. 10. d. 14.*
XCIIX.	Leo III.	795.	*ann. 20. m. 5. d. 17.*
CV.	Leo IV.	847.	*ann. 8. m. 3. d. 5.*
CXVIII.	Leo V.	906.	*dies 40.*
CXXIV.	Leo VI.	928	*m. 6. d. 15.*
CXXVII.	Leo VII.	936.	*ann. 3. m. 6.*

Leo VIII. ab Othone intrusus, ann. 962.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
CL.	Leo IX.	1049.	*ann. 5. m. 2. d. 7.*
CCXVII.	Leo X.	1513.	*ann. 8. m. 8. d. 20.*
CCXXXII.	Leo XI.	1605.	*dies 27.*
XXXVII.	Liberius.	352.	*ann. 15. m. 4. d. 2.*
II.	Linus.	67.	*ann. 11. m. 2. d. 23.*
XXIII.	Lucius I.	253.	*ann. 1. m. 4.*
CLXIV.	Lucius II.	1144.	*m. 11. d. 14.*
CLXIX.	Lucius III.	1181.	*ann. 4. m. 2. d. 18.*

M.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XXX.	Marcellinus.	296.	*ann. 7. m. 11. d. 26.*
XXXI.	Marcellus I.	304.	*ann. 4. m. 1. d. 25.*
CCXXII.	Marcellus II.	1555.	*dies 21.*
XXXV.	Marcus.	336.	*mens. 8. d. 22.*
CX.	Marinus I. *seu* Martinus II.	882.	*ann. 1. d. 20.*
CXXIX.	Marinus II. *seu* Martinus III.	942.	*ann. 3. m. 4. d. 13.*
LXXV.	Martinus I.	649.	*ann. 5. m. 4. d. 10.*
CLXXXVII.	Martinus, *dictus* IV.	1281.	*ann. 4. m. 1. d. 7.*
CCVI.	Martinus, *dictus* V.	1417.	*ann. 13. m. 3. d. 12.*

Mauritius Burdinus, Bracor. archiep. antipapa, ann. 1118.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XXXIII.	Melchiades.	311.	*ann. 2. m. 2. d. 7.*

N.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
CVII.	Nicolaus I. M.	858.	*ann. 9. m. 6. d. 20.*
CLIII.	Nicolaus II.	1059.	*ann. 2. m. 6.*
CLXXXVI.	Nicolaus III.	1277.	*ann. 2. m. 9. d. 2.*
CLXXXIX.	Nicolaus IV.	1287.	*ann. 4. m. 1. d. 14.*
CCVIII.	Nicolaus V.	1447.	*ann. 8. d. 19.*

Nouatianus, antipapa I. ann. 251.

P.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
C.	Paschalis I.	817.	*ann. 7. m. 3. d. 16.*
CLVIII.	Paschalis II.	1099.	*ann. 18. m. 5. d. 4.*

Paschalis antipapa, ann. 687.

Paschalis III. seu Guido Cremensis antipapa, ann. 1160.

Ordo successionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
XCV.	Paullus I.	757.	*ann. 10. m. 1.*
CCXI.	Paullus II.	1464.	*ann. 6. m. 10. d. 26.*
CCXX.	Paullus III.	1534.	*ann. 15. d. 18.*
CCXXIII.	Paullus IV.	1555.	*ann. 4. m. 2. d. 24.*
CCXXXIII.	Paullus V.	1605.	*ann. 15. m. 8. d. 12.*
LXI.	Pelagius I.	555.	*ann. 3. m. 10. d. 18.*

Ordo fucceffionis.	Nomen pontificis.	Annus conf.	Tempus pontificatus.
LXIV.	Pelagius II.	577.	*ann.* 12. *m.* 2. *d.* 27.
I.	S. Petrus.	43.	*ann.* 24. *m.* 5. *d.* 10.
	Petrus, antipapa, ann. 686.		
XI.	Pius I.	156.	*ann.* 9. *m.* 5. *d.* 27.
CCX.	Pius II.	1458.	*ann.* 5. *m.* 11. *d.* 27.
CCXV.	Pius III.	1503.	*dies* 26.
CCXXIV.	Pius IV.	1559.	*ann.* 5. *m.* 11. *d.* 15.
CCXXV.	Pius V.	1566.	*ann.* 6. *m.* 3. *d.* 24.
XIX.	Pontianus.	231.	*ann.* 4. *d.* 6.
	R.		
	Romanus Galefinius, antipapa, ann. 897.		
	S.		
LXVI.	Sabinianus.	604	*menf.* 5. *d.* 19.
LXXXV.	Sergius I.	687.	*ann.* 15. *m.* 8. *d.* 14.
CIV.	Sergius II.	844.	*ann.* 3. *m.* 1. *d.* 2.
CXX.	Sergius III.	907.	*ann.* 13. *m.* 4.
CXLIII.	Sergius IV.	1009.	*ann.* 2. *m.* 8. *d.* 13.
	Sergius, antipapa, ann. 890.		
LXXII.	Seuerinus.	639.	*menf.* 2. *d.* 4.
LIX.	Siluerius.	536.	*ann.* 4.
XXXIV.	Siluefter I.	314.	*ann.* 21. *m.* 1. *d.* 4.
CLXV.	Siluefter II.	999.	*ann.* 4. *m.* 2. *aut* 3.
	Siluefter III. antipapa, ann. 1043.		
XLIIX.	Simplicius.	467.	*ann.* 15. *m.* 5. *d.* 10.
XXXIX.	Siricius.	385.	*ann.* 13. *m.* 1. *d.* 14.
LXXXIIX.	Sifinnius.	708.	*dies* 20.
VIII.	Sixtus I.	132.	*ann.* 9. *m.* 10. *d.* 8.
XXV.	Sixtus II.	2[illegible]	*menf.* 11. *d.* 13.
XLV.	Sixtus III.	432.	*ann.* 7. *m.* 11.
CCXII.	Sixtus IV.	1471.	*ann.* 13. *d.* 5.
CCXXVII.	Sixtus V.	1585.	*ann.* 5. *m.* 4. *d.* 3.
XIII.	Soter.	173.	*ann.* 3. *m.* 11. *d.* 21.
XXIV.	Stephanus I.	255.	*ann.* 2. *m.* 3. *d.* 22.
XCIII.	Steph. *omitti folit.*	752.	*dies* 4.
XCIV.	Stephanus II.	751.	*ann.* 5. *d.* 30.
XCVI.	Stephanus III.	768.	*ann.* 3. *m.* 5. *d.* 18.
XCIX.	Stephanus IV.	816.	*ann.* 1. *m.* 7. *d.* 3.
CXII.	Stephanus V.	885.	*ann.* 6. *et dies aliquot.*
CXIV.	Stephanus VI.	896.	*ann.* 3. *aut* 4.
CXXV.	Stephanus VII.	929.	*ann.* 2. *m.* 1. *d.* 15.
CXXVIII.	Stephanus IIX.	939.	*ann.* 3. *m.* 4. *d.* 5.
CLII.	Stephanus IX.	1057.	*octo fere menfes.*
LII.	Symmachus.	498.	*ann.* 15. *m.* 7. *d.* 27.
	T.		
IX.	Thelefphorus.	140.	*ann.* 11. *m.* 8. *d.* 29.
LXXIV.	Theodorus I.	641.	*ann.* 7. *m.* 5. *d.* 20.
CXV.	Theodorus II.	901.	*dies* 20.
	Theodorus, antipapa, ann. 686. *et* 687.		
	Theophylactus, antipapa, ann. 757.		
	V.		
CII.	Valentinus.	827.	*dies* 40.
XV.	Victor I.	191.	*ann.* 9. *m.* 1. *d.* 28.
CLI.	Victor II.	1054.	*ann.* 2. *m.* 6.
CLVI.	Victor III.	1086.	*menfes fere* 10.
	Victor III. feu Gregorius, antipapa, ann. 1140.		
	Victor IV. Octauianus, antipapa, ann. 1159.		
LX.	Vigilius.	540.	*ann.* 15. *m.* 6.
LXXVII.	Vitalianus.	655.	*ann.* 13. *m.* 4. *d.* 27.
XVIII.	Vrbanus I.	224.	*ann.* 6. *m.* 7. *d.* 4.
CLVII.	Vrbanus II.	1087.	*ann.* 11. *m.* 4. *d.* 18.
CLXX.	Vrbanus III.	1185.	*ann.* 1. *m.* 10. *d.* 25.
CLXXX.	Vrbanus IV.	1261.	*ann.* 3. *m.* 1. *d.* 4.
CXCIIX.	Vrbanus V.	1362.	*ann.* 8. *m.* 1. *d.* 23.
CC.	Vrbanus VI.	1378.	*ann.* 11. *m.* 6. *d.* 6.
CCXXIIX.	Vrbanus VII.	1590.	*dies* 13.
CCXXXV.	Vrbanus VIII.	1623.	*ann.* 20. *m.* 11. *d.* 22.
	Vrficinus feu Vrfinus, antipapa, ann. 367.		
	Z.		
XCII.	Zacharias.	741.	*ann.* 10. *m.* 3. *d.* 10.
XVI.	Zepherinus.	201.	*ann.* 18. *d.* 18.
	Zinzimus, antipapa, ann. 824.		
XLII.	Zofimus.	417.	*ann.* 1. *m.* 4. *d.* 7.

INDEX II.

EORVM PONTIFICVM ROMANORVM,

QVORVM SCRIPTA VEL AVCTORITATES IN DECRETORVM COLLECTIONE CITANTVR.

A.

AGATHO PAPA omnibus epifcopis.	*can.* 2. *dift.* 19.
ALEXANDER I. PAPA, epift. 1.	*can.* 8. *dift.* 2. *de conf.*
omnibus orthodoxis, per diuerfas prouincias Chrifto Domino famulantibus, ep. 1. cap. 1.	*can.* 14. C. 11. *qu.* 1. *can.* 9. C. 3. *qu.* 4.
cap. 2.	*can.* 1. C. 15. *qu.* 6.
cap. 3.	*can.* 16. C. 1. *qu.* 7.
cap. 4.	*can.* 1. *dift.* 2. *de conf.*
cap. 5.	*can.* 20. *dift.* 3. *de conf.*
epift. 2. omnibus epifcopis.	*can.* 2. *dift.* 94. *can.* 91. C. 1. *qu.* 1. *can.* 5. C. 3. *qu.* 1.
epift. 3.	*can.* 16. C. 6. *qu.* 1.
ALEXANDER II. Geboardo, Viuarienfi * archiepifcopo, * *al.* Viennenfi. *rectius* : Iuuauenfi.	*can.* 1. C. 7. *qu.* 2.
Guilielmo de Monftrolio *. * *al.* Monafteriolo.	*can.* 10. C. 35. *qu.* 6.
Raynaldo, Cumano epifcopo.	*can.* 11. C. 2. *qu.* 5.
Valeriano epifcopo, martyri.	*can.* 4. C. 24. *qu.* 1.
Omnibus epifcopis Hifpaniæ.	*can.* 11. C. 23. *qu.* 8.
Landulpho in Corfica.	*can.* 2. C. 35. *qu.* 5
Epifcopus, feruus feruorum Dei, Lucenfis ecclefiæ clero et populo.	*can.* 9. C. 1. *qu.* 3.

Omnibus

epist.

Scriptum	Locus in decreto
epist. 5. ad suos discipulos.	c. 14. dist. 37. c. 2. C. 12. qu. 1.
Coelestinvs.	c. 9. et 10. C. 30. qu. 1. c. 6. §. 1. C. 24. qu. 3.
Coelestinvs papa episcopis Galliae, epist. 2. c. 12.	c. 53. dist. 4. de cons.
epist. 2. ad episc. Galliae, c. 2.	c. 13. C. 26. qu. 6.
cap. 3.	c. 4. dist. 59. c. 3. dist. 81.
cap. 4.	c. 12. dist. 61.
cap. 5.	c. 23. dist. 63. c. 26. dist. 63.
vniuersis episcopis, per Apuliam et Calabriam constitutis, epist. 3.	c. 4. dist. 38.
cap. 2.	c. 7. dist. 61.
cap. 3.	c. 2. dist. 62.
ecclesiae Florentinae.	c. 2. C. 35. qu. 6.
Cornelivs papa.	c. 16. C. 22. qu. 5.
epist. 2. c. 2. ad Rufum, episcopum Orientalem.	c. 1. 2. et 3. C. 2. qu. 5. c. 4. C. 3. qu. 9.
Cyprianvs papa Antoniano, libr. 4. epist. 2.	c. 35. dist. 50.
D.	
Damasvs papa.	c. 5. C. 25. qu. 1. c. 2. dist. 56. c. 15. C. 10. qu. 1.
ad Stephanum, epist. 3.	c. 3. dist. 17.
Stephano archiepiscopo, epist. 3.	c. 1. C. 5. qu. 2.
cap. 2.	c. 6. C. 3. qu. 6.
cap. 3.	c. 51. C. 2. qu. 7.
cap. 7.	c. 2. C. 4. qu. 4. c. 2. C. 2. qu. 3.
cap. 8.	c. 6. et 7. C. 3. qu. 9. c. 4. C. 3. qu. 3.
epist. 4. cap. 3.	c. 39. C. 2. qu. 7.
epist. 4. Prospero episc. * * al. Stephano: *sed male.*	c. 12. C. 25. qu. 2.
ad episcopos Africae, epist. 5.	c. 5. dist. 68.
epist. 4. de chorepiscopis.	c. 25. C. 2. qu. 7.
epist. 4. ad episcopos Italiae.	c. 3. C. 9. qu. 1.
epist. 6.	c. 3. C. 5. qu. 2. c. 76. C. 11. qu. 3.
epist. 7.	c. 8. C. 3. qu. 1.
ad Paulinum Antiochenum.	c. 43. C. 7. qu. 1.
Devsdedit.	c. 3. C. 30. qu. 3.
Devsdedit, sanctae Romanae ecclesiae episcopus, Gordiano, Hispalensis ecclesiae episc.	c. 2. C. 30. qu. 1.
Dionysivs papa Seuero episcopo, epist. 2.	c. 23. C. 2. qu. 7. c. 1. C. 13. qu. 1.
E.	
Elevtherivs, episcopus, ad episcopos Galliae, cap. 2.	c. 4. C. 2. qu. 1.
cap. 3.	c. 2. C. 3. qu. 9.
ad Galliae prouincias.	c. 3. C. 3. qu. 3. c. 11. C. 30. qu. 5. c. 55. C. 2. qu. 7.
cap. 2.	c. 7. C. 3. qu. 6.
Evaristvs papa.	c. 4. C. 26. qu. 6.
ad episcopos Africanos, epist. 1.	c. 11. dist. 93. c. 1. C. 30. qu. 5.
episcopis per Aegyptum, ep. 2.	c. 17. C. 2. qu. 7. c. 4. C. 3. qu. 2. c. 1. C. 2. qu. 7. c. 10. C. 30. qu. 5. c. 11. C. 7. qu. 2. c. 21. C. 2. qu. 7. c. 20. C. 2. qu. 1.
Evgenivs papa II.	c. 8. C. 16. qu. 1. c. 7. dist. 81.
cap. 1.	c. 3. C. 22. qu. 1.
in concilio Romano, c. 49.	c. 31. C. 27. qu. 2.
ex decreto evgenii papae II. in synodo Romano.	c. 22. dist. 81.
in syn. R. c. 36.	c. 23. C. 27. qu. 2.
Evsebivs papa.	c. 46. dist. 1. de cons. c. 27. C. 27. qu. 2. c. 27. dist. 5. de cons.
Evsebivs episcopis Galliarum, epist. 1.	c. 5. C. 3. qu. 5. c. 19. C. 6. qu. 1. c. 5. C. 2. qu. 7. c. 4. C. 5. qu. 5.
epist. 2.	c. 10. C. 12. qu. 2. c. 6. C. 3. qu. 2.
epist. 3.	c. 19. dist. 3. de cons.
Evsebivs, apostolicae sedis episcopus, epist. 2. ad Aegyptios.	c. 4. C. 3. qu. 2.
fratribus, constitutis per Alexandriam et Aegyptum, epist. 2.	c. 4. C. 2. qu. 2.
ad episcopos Alexandr. ep. 2.	c. 13. C. 2. qu. 7.
epist. 3. ad episcopos Tusciae et Campaniae.	c. 4. dist. 5. de cons. c. 11. C. 24. qu. 1. c. 9. C. 3. qu. 5.
Evtychianvs papa.	c. 3. C. 20. qu. 2. c. 91. C. 11. qu. 3. c. 7. C. 35. qu. 6. c. 2. et 3. C. 28. qu. 1. c. 27. C. 22. qu. 1.
episcopis Siciliae, epist. 2. cap. 1.	c. 3. C. 2. qu. 8.
cap. 2.	c. 18. C. 2. qu. 6. c. 12. C. 3. qu. 4.
in decretis.	c. 31. C. 23. qu. 8.
F.	
Fabianvs papa.	c. 10. dist. 90. c. 1. C. 35. qu. 6. c. 26. C. 30. qu. 7. c. 16. dist. 2. de cons. c. 18. C. 6. qu. 1. c. 3. et 4. C. 35. qu. 2. et 3.
epist. 1.	c. 16. C. 11. qu. 3. c. 4. C. 6. qu. 1.
epist. 1. ad ecclesiae ministros.	c. 7. C. 3. qu. 4.
epist. 2. ad episcopos orientales.	c. 1. C. 4. qu. 4. c. 6. C. 2. qu. 7. c. 18. dist. 3. de cons. c. 85. C. 1. qu. 1. c. 6. C. 3. qu. 1. c. 31. C. 11. qu. 1. c. 2. C. 3. qu. 1. c. 3. C. 6. qu. 1.
omnib. episc. epist. 2.	c. 95. C. 11. qu. 3.
ad Hilarium, episcopum, epistol. 3. cap. 2.	c. 20. et 21. C. 2. qu. 6. c. 2. C. 3. qu. 6.
cap. 3.	c. 1. et 2. C. 2. qu. 6.
cap. 4.	c. 2. C. 3. qu. 6. c. 5. C. 2. qu. 3.
Fabiani papae decretum.	c. 1. dist. 78.
Felix papa I.	c. 3. et 4. dist. 10. c. 3. C. 24. qu. 2. c. 8. *in fine.* C. 3. qu. 7.
omnibus orthodoxis, epist. 1. cap. 1. et 2.	c. 11. dist. 1. de cons. c. 16. dist. 1. de cons.
omnibus episcopis, per Galliae prouincias constitutis, ep. 2.	c. 3. C. 4. qu. 6. c. 11. et 18. C. 3. qu. 9. c. 2. C. 3. qu. 10.
ad episcopos Galliae.	c. 8. C. 3. qu. 2.
in concilio Carthaginensi II. c. 10.	c. 2. C. 3. qu. 8.
epist. 1. ad Paternum.	c. 11. C. 3. qu. 6. c. 5. C. 2. qu. 1.
Felix papa II. epist. 1. c. 14.	c. 11. C. 3. qu. 5.
episcopis, in Alexandrina synodo congregatis.	c. 12. C. 6. qu. 1.
cap. 19.	c. 16. C. 2. qu. 6.
epistol. ad fratres Aegypti, c. 8.	c. 1. C. 3. qu. 3.
cap. 20.	c. 2. C. 3. qu. 2.
Athanasio et omn. orient. episc. ep. 1. c. 3.	c. 4. C. 5. qu. 2.

Felix

GREGO-

GREGORIVS.	c. 16. C. 25. qu. 1.
	c. 3. et 66. C. 11. qu. 3.
	c. 12. C. 1. qu. 1.
	c. 2. diſt. 29.
	c. 1. C. 23. qu. 1.
	c. 3. C. 35. qu. 5.
	c. 1. et 4. C. 35. qu. 9.
	c. 23. C. 23. qu. 4.
	c. 6. diſt. 86.
Ioanni, Rauennati archiepiſcopo.	c. 1. et 2. C. 23. qu. 1.
Mauritio, imperatori.	c. 12. C. 27. qu. 2.
omnibus epiſcopis.	c. 1. diſt. 89.
	c. 5. C. 18. qu. 2.
Venerio, Caralitano epiſc.	c. 1. C. 35. qu. 10.
	c. 29. C. 27. qu. 2.
vniuerſis epiſcopis Hiſp.	c. 1. C. 1. qu. 3.
- - - Numidiæ.	c. 8. diſt. 12.
in *Commonitorio* ad Ioannem, defenſorem.	c. 9. C. 2. qu. 1.
in *concilio Meldenſi.*	c. 1. C. 35. qu. 2. et 3.
in *Dialogo.*	c. 8. diſt. 45.
libr. 1. c. 8.	c. 21. C. 23. qu. 4.
libr. 2. c. 3. Petro, diac.	c. 49. C. 7. qu. 1.
c. 30.	c. 16. C. 23. qu. 8.
libr 3. c. 30.	c. 22. diſt. 1. de conſ.
c. 31.	c. 41. C. 24. qu. 1.
	c. 72. C. 1. qu. 1.
libr. 4. c. 2.	c. 18. diſt. 32.
c. 43.	c. 60. diſt. 1. de pæn.
c. 50.	c. 17. C. 13. qu. 2.
c. 60.	c. 2. diſt. 4. de pæn.
GREGORII *Dicta.*	c. 22. C. 24. qu. 3.
GREGORIVS in *Homiliis.*	c. 16. diſt. 5. de conſ.
	c. 28. C. 23. qu. 4.
in homilia de diuite et Lazaro.	c. 47. diſt. 3. de pæn.
- - dominicæ reſurrection.	c. 53. diſt. 50.
ſuper Ezechielem libr. 1. hom. 3.	c. 4. C. 17. qu. 1.
	c. 9. diſt. 2. de pæn.
hom. 4. *ad* c. 1. Ezech.	c. 17. diſt. 4. de pæn.
hom. 5.	c. 10. et 11. diſt. 2. de pæn.
hom. 9. *ad* c. 2.	c. 17. diſt. 50.
hom. 10.	c. 29. et 40. diſt. 3. de pæn.
hom. 11. ad c. 3.	c. 16. diſt. 4. de pæn.
homil. 15.	c. 15. diſt. 1. de pæn.
in tractatu euangel. hom. 4.	c. 114. C. 1. qu. 1.
hom. 11.	c. 2. in f. C. 3. qu. 7
hom. 16.	c. 16. diſt. 5. de conſ.
in homil. paſchali, quæ eſt 22. euang.	c. 34. et 73. diſt. 2. de conſ.
hom. 24.	c. 7. diſt. 5. de pæn.
hom. 26.	c. 1. 60. 61. 62. et 88. C. 11. qu. 3.
	c. 45. C. 27. qu. 2.
	c. 10. C. 32. qu. 1.
hom. 29.	c. 67. diſt. 4. de conſ.
	c. 7. C. 36. qu. 2.
hom. 34.	c. 6. diſt. 3. de pæn.
	c. 15. diſt. 45.
hom. 38.	c. 15. et 16. C. 23. qu. 4.
hom. 39.	c. 10. C. 1. qu. 3.
in *libello de eccleſ. dogm.* c. 72.	c. 2. diſt. 33.
in præfat. *in Iobum,* c. 3. §. 8.	c. 5. C. 3. qu. 7.
in *Moralibus* et quidem in præfat. Moral. ad fin.	c. 13. diſt. 38.
libr. 1. Moral, c. *vlt.*	c. 17. diſt. 3. de pæn.
libr. 2. c. 29.	c. 48. §. 3. C. 7. qu. 1.
libr. 4. c. 2.	c. 5. diſt. 4. de conſ.
c. 6.	c. 12. C. 24. qu. 3.
libr. 8. c. 31.	c. 43. diſt. 2. de pæn.
libr. 12. c. 12.	c. 13. C. 32. qu. 4.
libr. 14. c. 13. *al.* 15.	c. 3. C. 3. qu. 7.
libr. 15. c. 21.	c. 13. diſt. 4. de pæn.
libr. 18. c. 3. et 3. *al.* 4.	c. 19. et 20. C. 22. qu. 2.
c. 4. *n.* 3. ad c. 27. Iobi.	c. 3. diſt. 46.
c. 16. ad c. 28. Iobi.	c. 18. diſt. 50.
libr. 19. c. 12. *n.* 16.	c. 24. diſt. 45.
c. 16. *n.* 25. in c. 29. Iobi.	c. 3. diſt. 47.
libr. 20. c. 8. *n.* 6.	c. 9. diſt. 45.
libr. 21. c. 3. 9.	c. 33. diſt. 2. de pæn.
	c. 13. C. 32. qu. 5.

libr. 23. c. 7. *ad* c. 33. Iobi, nunc c. 13. §. 23. et 24.	c. 1. diſt. 46.
libr. 25. c. 16.	c. 22. diſt. 2. de pæn.
libr. 26. c. 2.	c. 10. C. 22. qu. 2.
c. 7.	c. 11 C. 22. qu. 5.
c. 8. in c. 35. Iobi.	c. 9. C. 1. qu. 4.
libr. 30. c. 27.	c. 22. diſt. 5. de conſ.
libr. 32. c. 24. *al.* 18.	c. 45. diſt. 2. de pæn.
c. 17. 18. 19. et 20. in c. 40. Iobi.	c. 2. diſt. 13.
libr. 34. c. 9. et 10.	c. 44. diſt. 2. de pæn.
c. 16.	c. 102. C. 11. qu. 3.
libr. 35. c. 6.	c. 22. C. 24. qu. 1.
c. 12. *al.* 10.	c. 15. diſt. 81.
	c. 99. C. 11. qu. 3.
c. 13. *al.* 10. *ad* c. 42. Iobi.	c. 10. C. 8. qu. 1.
in *paſtorali*	pr. §. 1. diſt. 49.
part. 1. c. 1.	c. 10. diſt. 38.
c. 2.	c. 2. diſt. 83.
c. 11.	c. 1. diſt. 49.
part. 2. c. 4.	c. 1. diſt. 43.
c. 6.	c. 17. diſt 45.
part. 3. *admon.* 31.	c. 13. 14. 15. et 16. diſt. 3. de pæn.
GREGORIVS I. in *Regeſt.*	c. 3. C. 5. qu. 6.
	c. 3. 5. et 15. C. 1. qu. 1.
	c. 39. C. 16. qu. 1.
	c. 1. C. 35. qu. 8.
	c. 22. C. 18. qu. 2.
	c. 63. C. 11. qu. 3.
libr. 1. Reg. epiſt. 1. ad epiſcopos Siciliæ.	c. 1. diſt. 94.
ep. 9. Petro, ſubdiacono.	c. 2. C. 16. qu. 4.
ep. 11. Clementinæ patriciæ.	c. 3. diſt. 89.
ep. 12. Ioanni, epiſcopo de Vrbe Veteri.	c. 13. C. 16. qu. 1.
ep. 19. Natali, epiſc. Salonitano.	c. 2. diſt. 74.
ep. 24. Ioanni Conſtantinop.	c. 6. diſt. 41.
epiſt. 24.	c. 2. diſt. 15.
	c. 93. C. 1. qu. 1.
epiſt. 33. ad Venantium.	c. 3. C. 17. qu. 1.
	c. 4 diſt. 43.
ep. 40.	c. 32. C. 16. qu. 1.
- Anthemio, ſubdiac.	c. 39. C. 27. qu. 1.
epiſt. 41. Leandro, epiſcopo Hiſpaniarum.	c. 80. diſt. 4. de conſ.
ep. 42. Petro, ſubdiac. Sicil.	c. 1. diſt. 31.
	c. 4. et 5. C. 16. qu. 6.
ep. 48. ad Anthemium.	c. 5. C. 20. qu. 1.
ep. 50. ind. 9. Symmacho, defenſori.	c. 24. diſt. 81.
ep. 72. Gennadio, patricio et exarcho Africæ.	c. 48. C. 23. qu. 4.
ep. 73. eidem.	c. 49. ibid.
ep. 75. vniuerſis epiſcopis Numidiæ.	c. 8. diſt. 12.
libr. 2. ep. 5. ad Candidum, epiſc.	c. 2. C. 7. qu. 1.
epiſt. 6. ind. 11. ad Ioannem, epiſc.	c. 6. C. 24 qu. 3.
epiſt. 7. f. c. 46. Ioanni, epiſc. Lariſſæo.	c. 52. C. 16. qu. 1.
	c. 13 C. 21. qu. 1.
epiſt 9. Antonio, ſubdiac.	c. 64 C. 11. qu. 3.
ep. 11. ind. 9. epiſc. Vellitrano.	c. 44. C. 7. qu. 1.
epiſt. 13. f. c. 52. ad Agnellum, epiſc.	c. 5. et 6. C. 21. qu. 1.
epiſt. 14. ind. 10. Natali, epiſc.	c. 5. diſt. 44.
epiſt. 14. et 16. ind. 10. eid.	c. 40. C. 7. qu. 1.
epiſt. 15. ind. 10. Squillatino, *al.* Scillacino.	c. 10. diſt. 34.
epiſt. 16. ind. 10. Antonino, ſubdiac.	c. 8. diſt. 74.
epiſt. 17. ind. 11. Gratioſo, ſubd.	c. 75. C. 12. qu. 2.
epiſt. 18. ind. 11. Theodoro, conſiliario.	c. 67. C. 12. qu. 2.
epiſt. 19. Benenato, epiſc.	c. 11. diſt. 61.
epiſt. 22. f. c. 61. ind. 11. Antonio, ſubd.	c. 1. C. 8. qu. 2.
epiſt. 23. ind. 10. ad Iuſtinum, prætorem.	c. 6. C. 2. qu. 5.
epiſt. 25. ind. 10 Ioanni, epiſc. Scyllatino, *al.* Squillatino et Squillaceno.	c. 3. diſt. 98.
	c. 42. C. 7. qu. 1.
epiſt. 26. Magno, epiſc. Mediol.	c. 2. C. 24. qu. 3.

(kk 2) In con-

Rostano

SOTERIS,

ZEPHERI-

INDEX III.

EORVM PONTIFICVM ROMANORVM,

QVI IN DECRETALIVM, SEXTI DECRETALIVM, CLEMENTINARVM ET EXTRAVAGANTIVM COMPILATIONE REFERVNTVR.

A.

Arelat. epiſcopo. — c. 16. de off. et pot. iud. del.
Artinenſi archiepiſcopo. — c. 10. de teſt. et atteſt.
Attrebatenſi epiſcopo. — c. 3. de emt. et vend.
B. Exon. epiſc. et abbati. — c. 9. de homic.
Baionenſi epiſcopo. — c. 2. de coniug. lepr.
Baranenſi epiſcopo. — c. 3. de eo, qui duxit.
Barthol. Exon. epiſcopo. — c. 6. 7. et 8. de ſent. excomm.
Bathonienſi epiſcopo. — c. 7. et 8. de deſponſ. impub.
Bathon. * epiſcopo.
* al. Londonenſi al. Bonon. al. Arth. — c. 1. de temp. ordin.
Bathon. et Exon. epiſcopis. — c. 4. de ſent. excomm.
Beluacenſi epiſcopo. — c. 2. de clandeſt. deſp.; c. 9. de teſt. et atteſt.; c. 5. de pœn. et remiſſ.; c. 11. de regular.; c. 9. qui fil. ſint legit.; c. 2. de diuort.
epiſcopo et archidiacono Bononien. — c. 18. de appell.
Bononienſi epiſcopo. — c. 2. de offic. et pot. iud. deleg.
Brigenſi epiſcopo. — c. 6. de ætat. et qualit.
Brixienſi epiſcopo. — c. 5. de reſt. ſpol.; c. 7. de conuerſ. coniug.; c. 13. de decim.; c. 9. de offic. et pot. iud. del.
Burdegalenſi archiepiſcopo. — c. 14. de præbend.
canonibus regularibus, et monachis Eboracen. diœceſis. — c. 10. de præbend.
R. Cantuarienſi archiepiſcopo. — c. 5. de tranſact.; c. 1. de cleric. coniug.; c. 5. ne cleric. vel monach.; c. 2. de reſcriptis.; c. 3. de pœnis.; c. 7. de vita et honeſtate cler.; c. 7. de reſt. ſpol.; c. 5. de priuil.; c. 1. de coniug. lepr.; c. 7. de ſponſal.; c. 7. et 11. de filiis presbyt. ord. vel non.; c. 13. et 25. de appell.; c. 2. de æt. et qual. et ord. præficiend.; c. 5. de offic. iud. ord.; c. 13. de teſt. et atteſt.; c. 2. de exceſſ. prælat.; c. 4. de pœnit. et remiſſ.; c. 17. et 20. de appell.; c. 9. de præbend.; c. 18. de off. et pot. iud. del.; c. 16. de iure patron.
Cantuarienſi archiepiſcopo et eius ſuffraganeis. — c. 10. de filiis presbyt. ord. vel non.; c. 4. de offic. iud. ord.; c. 2. de vſur.; c. 3. de ætat. et qual. et ord. præfic.; c. 6. de pact.; c. 4. de cohab. cler. et mul.; c. 11. de cenſib.; c. 5. de decimis.; c. 3 de inſtitut.
vniuerſis ſuffraganeis Cantuarienſis eccleſiæ. — c. 1. de offic. leg.
Cantuarien. archiepiſc. et R. Vigor. epiſc. — c. 12. de teſt. et atteſt.; c. 1. de dilat.
Caprario, epiſcopo et abbat. S. L. et priori S. crucis. — c. 11. de teſt. et atteſt.
Carnotenſi epiſcopo. — c. 9. de cenſib.; c. 5 de adulter.; c. 21. de appell.; c. 5. de tranſact.; c. 11. de offic. et pot. iud. deleg.
V. Carnotenſi electo. — c. 4. de offic. et pot. iud. deleg.
electo et capitulo Caſſanen. — c. 12. de teſtam.
Caſſienſ. abbati. — c. 1. de conſanguinitate et affinitate.
Caſſien. decano. — c. 10. de præſumt.
Cenomanenſi epiſcopo. — c. 15. de off. et pot. iud. deleg.; c. 2. qui cler. vel vou.; c. 11. de ſent. excomm.; c. 1. de cler. peregrinis.
Ciſtercienſi epiſcopo. — c. 13 de Simon.
Ciſtercienſi electo. — c. 2. de corpore vitiatis ord. vel non.
Ciſtercienſibus. — c. 1. de ſuppl. negl. præl.
* Ciſtercienſibus fratribus.
* al. abbati Ciſtercienſi et fratribus Cumen. — c. 6. de reſcript.
Claromonten. epiſcopis. — c. 5. de raptor.
epiſcopo Conuentrenſi et abbati Ciſtrenſi. — c. 6. de offic. archid.
Cremonenſi epiſcopo. — c. 5. de furt.
decano Lincoln. et abbati de Ricmaus. — c. 3. de reſtit. ſpol.
Cuſentinenſi archiepiſcopo. — c. 8. de homic.
Dulmenſi epiſcopo. — c. 15. de appell.; c. 1. de alien. iud. mut. cauſſ.; c. 3. de tranſact.
abbati Dolen. * et priori de Artigis.
al.* Dulon. al. abbati et priori de Artigi, vel de Arcigia. — c. 2. de renunt.
Eboracenſi archiepiſcopo. — c. 4. de fide inſtrum.; c. 2. de arbitris.; c. 12. de Simonia.; c. 1. ut, lit. pend. nihil. innou.; c. 4. de reſcript.; c. 5. de deſponſ. impub.; c. 3. de conc. præb.; c. 5 de cohab. cler. et mul.; c. 5. de pact.; c. 3. de eccl. ædific.; c. 5. 10. et 20. de iure patr.; c. 4. et 5. de cler. non reſid.; c. 16. et 24. de appellat.; c. 9. de fil. presb. ord. vel non.; c. 5. et 9. de ſent. et re iud.
venerab. fratr. R. Eboracenſi archiepiſcopo, A. S. L. et R. Vigorenſi epiſcopo. — c. 6. de tranſact.
Eboracenſi archiepiſcopo, et epiſcopo Conuentrenſi. — c. 12. de offic. et pot. iud. deleg.
Elienſi, ſeu Helienſi epiſcopo. — c. 2. de offic. vic.; c. 28. de offic. et pot. iud. deleg.; c. 9. de regular.
Elienſi archidiacono. — c. 4. de offic. archid.
epiſcopo S. Agathæ. — c. 12. de ſponſal.
archiepiſcop. epiſcop. et aliis prælatis, per Galliam conſtitutis. — c. 9. de ſent. excomm.
Exonienſi epiſcopo. — c. 4. de conuerſ. coniug.; c. 6. qui fil. ſint legit.; c. 4. ne prælati vices ſuas.; c. 6. de reſt. ſpol.; c. 1. de confirm. util.; c. 1. de voto.; c. 2. et 16. de ſponſ.; c. 3. de exceſſ. præl.; c. 18. de teſt. et atteſt.; c. 1. et 2. de baptiſmo.; c. 4. de ſecund. nupt.; c. 5. de ætat. et qual.; c. 3. de pign.; c. 3. de arbitr.; c. 6. de iur. patr.
Exonienſ. et Vintonienſ. epiſcopis, et abb. Herſorden. — c. 4. qui fil. ſint legit.; c. 3. de dolo et cont.
Bartholomæo, Exon. epiſc. — c. 6. de homicid.
Exonienſi epiſcopo, et abbati Herforden. — c. 5. qui fil. ſint legit.; c. 9. de reſtit. ſpol.
B. Exonienſi epiſc. et abbati. — c. 9. de homic.
Exonienſi et Vigornenſi epiſcop. — c. 4. de pact.; c. 7. de decim.
Exon. et Vigorn. epiſcopis et abbati Eſtro. — c. 17. de offic. et pot. iud. del.
Exonien. epiſcopo, et decano Londonenſ. — c. 1. de appell.
Exonienſi epiſcopo, et capitulo Londonenſ. — c. 6. de iudic.
Firman. epiſcopo. — c. 24. de teſt. et atteſt.
Florentin. epiſcopo. — c. 3. de offic. iud. ord.
Gaietanenſi electo. — c. 7. de purg. can.
Gait. electo. — c. 10. de accuſ.
epiſcopis, per Gallicana conſtitut. — c. 3. de magiſtr.
Genuenſi * archiepiſcopo.
* al. Ianuenſi epiſc. — c. 6. de purgat. can.; c. 11. de præſumt.

Genuenſi

BONIF.

	c. 1. de offic. ordin. in Extrau.
	c. vnic. de reliqu. et vener. sanct. in 6.
	c. 13. 14. vsque ad 20. de hæret. in 6.
	c. 1. 2. et 3. de iur. calumn. in 6.
	c. 1. et 2. de renunc. in 6.
	c. vn. de immun. eccles. in Clem.
	c. 1. de iudic. in Clem.
	*c. vn. de iud. in Extrauag.
	c. 2. et 3. de iureiur. in 6.
	c. vn. de vita et honest. cleric. in 6.
	c. 2. de lit. contest. in 6.
	c. 2. de rest. in integ. in 6.
	c. 1. et 2. de arbitris. in 6.
	c. 1. et 2. de confessis. in 6.
	c. 1. 2. et 3. de hæretic. in Clem.
	c. 3. 5. et 6. de regul. et transeunt. ad relig. in 6.
	c. 1. et 2. de fil. presb. in 6.
	c. 3. de pœnit. in Clem.
BONIFACIVS VIII.	c. 3. et 4. sequ. vsque ad 15. de offic. deleg. in 6.
	c. 1. de elect. in Extrau.
	c. 3. 4. et 5. de offic. leg. in 6.
	c. 2. de confessis. in 6.
	c. 4. de elect. in Extrau.
	c. 2. et 3. de pœnit. et remiss. in 6.
	c. 1. et 3. de induciis. in 6.
	c. 1. 2. et 3. de cogn. spir. in 6.
	c. vn. de dolo et contum. in Extrau.
	c. 1. et 2. de sent. excomm. in Extrau.
	c. 2. et 3. de hom. in 6.
	c. 4. vsque ad fin. tit. de rescript. in 6.
	c. 1. et sequ. de regul. iuris. in 6.
	c. 1. 2. et 3. ne clerici vel mon. secul. negot. se immisc. in 6.
	c. 1. 2. et sequ. vsque ad 9. de procurat. in 6.
	c. 2. de dolo et contum. in 6.
	c. vn. de suppl. negl. prael. in Clem.
	c. vn. de homic. in Clem.
	cap. vn. de voto et voti red. in 6.
Biterensi episcopo.	cap. vn. de rer. permut. in 6.
	c. 2. de pœnis. in 6.
collectori decimæ.	c. vn. de decimis. in Extrauag.
inquisitoribus hær. prauitatis.	c. 13. de hæret. in 6.
Parisiens. capitulo.	c. 4. de regul. et transeunt. ad religionem. in 6.
BONIFACIVS, episcop. seruus seruorum Dei, dilectis filiis doctoribus et scholaribus vniuersis, Bononiæ commorantibus.	c. Sacrosanctæ in proœmio VI. Decret.
CALIXTVS III. episcopis Magdeburg. Nuemburgens. et Halberstad. eccles. decanis.	c. 2. de emt. et vendit. in Extrauag.
CLEMENS.	c. 7. de offic. archidiac.
CLEMENS II. *	
* al. III. imme: Cœlestinus III.	c. 5. de probat.
Aquilmari, episcopo.	c. 6. de probation.
	c. 3. et 4. de donat. inter vir. et uxor.
	c. 3. de procurat.
	c. 26. de testib. et attest.
	c. 9. de sepult.
	c. 3. de his, quæ vi metusue caus. fiunt.
	c. 6. de rerum permut.
	c. 5. de diuort.
	c. 9. 10. 11. et 12. de Iudæis.
CLEMENS III.	c. 4. de maiorit. et obedient.
	c. 12. de homicid.
	c. 21. de decimis.
	c. 4. et 5. de eo, qui duxit in matrim.
	c. 10. de conuers. coniug.
	c. 4. de statu monachor.
	c. 2. qui matrim. accusar. poss.
	c. 5. et 6. de renunciat.
	c. 4. et 5. de cognat. spirit.
	c. 1. de maledicis.
	c. 2. vt, lite pendente, nihil innou.

	c. 1. de confessis.
	c. 15. de censibus.
	c. 18. et 39. de appellat.
	c. 24. de iure patron.
	c. 20. et 21. de sponsal.
	c. 12. et 13. de regular.
	c. 12. de despons. impub.
	c. 7. de pœnitent. et remiss.
	c. 1. de loc. et conduct.
	c. 10. et 11. de sent. et re iudic.
	c. 25. et 26. de Simonia.
CLEMENTI III.	c. 13. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et 26. de sentent. excommun.
	c. 1. de auct. et vsu pallii.
	c. 13. de præsumt.
	c. 2. de suppl. negl. prael.
	c. 4. de feriis.
	c. 1. 2. 3. 34. et 35. de præbend. in 6.
	c. 6. de testib. cogend. vel non.
	c. 4. de cler. ægrot.
	c. 12. de elect. et elect. potest.
abbatib. de Osen. et de Herber. et priori S. Fidæ.	c. 17. de rescript.
Aletrino, episcopo.	c. 1. de ord. cognit.
Cæsaraugustensi episcopo.	c. 19. de sponsal.
R. Colon. canonico.	c. 7. de ætat. et qualitate etc.
Cassel. archiepisc.	c. 12. de filiis presbyt.
clero Constantinopolit.	c. 4. de institut.
episcopo et archid. Eboracensi et priori de Luc.	c. 2. de eo, qui mittit. in possess.
Florentino episcopo.	c. 3. qui matrim. accus. possunt.
Rauennati archiepisc.	c. 4. de corpor. vitiat. ord. vel non.
Segobiensi episcopo.	c. 5. de testib. cogend. vel non.
W. regi Siciliæ.	c. 14. de iureiurando.
Variensi episcopo.	c. 3. de corpor. vitiat. ord. vel non
	c. 10. de iudiciis.
Vpsaliensi episcopo.	c. 15. de iureiurande.
	c. 14. de sentent. excommun.
	c. 3 de præbend. in Extrau.
	c. 5. et 6. de priuileg. in 6.
CLEMENTI IV.	c. 1. de temporib. ordinand. in 6.
	c. 5. de appellat. in 6.
	c. 1. de verb. signif. in Clem.
inquisitoribus hæreticæ prauitatis.	c. 10. et 11. de hæretic. in 6.
S. tit. sanctæ Cæciliæ presbytero cardinali, apost. sed. leg.	c. 2. de offic. legati in 6.
	c. 4. et 5 de rescript. in Clem.
	c. 2. vsque ad finem tit. de elect. in Clem.
	c. 2. et 3. de ætat. et qualit. in Clem.
	c. 2 de offic. ordin. in Clem.
	c. 2. 3. et 4. de procur. in Clem.
	c. 2. de iud c. in Clem.
	c. 2. vt, lite pendente, nihil innouet. in Clem.
	c. 2. de cest. in Clem.
	c. 2 de sent. et re iudic. in Clem.
	c. 2. et seqq de appellat. in Clem
	c. 2. de vita et honest. cler. in Clem
	c. 2. et sequ. vsque ad fin. tit. de præbend. in Clem.
CLEMENTI V.	c. 2. de rebus eccl. non alien. in Clem.
	c. 2. de regul. in Clem.
	c. 2. de relig. domibus in Clem.
	c. 2. de iure patronat. in Clem.
	c. 2. de censibus. in Clem.
	c. 2. et 3. de pœnis. in Clem.
	c. 2. de pœnit. et remiss. in Clem.
	c. 2. de magistr. in Clem.
	c. vn. de sequestr. possess. in Clem.
	c. 2. 3. et 4. de sent. excomm. in Clem.
	c. 2. de verb. signif. in Clem.
	c. 1. de verb. signif. in Extrau. Ioannis.
	c. 2. et 3. de præbend. in Extrau.
	c. 2. de Iudæis. in Extrauag.
	c. 2. de priuileg. in Extrauag.
	c. 3. et 4. de sent. excomm. in Extrau.
	c. 1. de summa Trinit. et fid. cathol. in Clem.
in concilio Viennensi.	c. 1. 2. et 3. de rescript. in Clem
	c. 1 de elect. in Clem.

Grego-

Hon. II. *immo:* Alex. III. Aditioni, Romanæ ecclesiæ subdiacon. et magistro Omnibono.	*c. 2. ibid.*
Honorius III.	*c. 23. de priuileg.* *c. 10. de celebr. miss.* *c. 11. de fide instrument.* *c. 5.° de pœnit. in 6.* *c. 1. ne cler. vel monach. in 6.* *c. 3. de purgat. vulg.*
abbati et conuentui S. Remigii.	*c. 17. de offic. iud. ordin.*
abbati S. Cypriani ord. S. Ben. Torcell. diœcesis, et S. Mariæ Nouæ de Venetiis, et S. Mariæ Anan. Pap. prioribus.	*c. 8. de causs. possess. et propr.*
abbati Arruinensi Trecensis diœces. et archidiac. et decano S. Stephani Trec.	*c. 10. de offic. archidiac.*
abbati de Lapide S. Michaelis Abrad. diœces.	*c. 12. de maiorit. et obed.*
abbati et priori S. Genouefæ.	*c. 32. de præbend.*
vniuersis abbatibus et fratribus Cistercienf. ordinis.	*c. 43. de Simonia.*
abbati et conuentui S. Petri de Pratellis Lexou. diœces.	*c. 15. de pœnit. et remiss.*
abbatibus et monachis, in Lombardia et Marchia Teruisiano constitutis.	*c. 8. de statu monach.*
archiepiscopo Ablusen. *immo:* Vpsalensi.	*c. 13. de celebr. miss.*
Agathensi et Vticensi episcopis, et archidiacono Agathensi. *falso tribuitur Gregorio IX.*	*c. 15. de renuntiat.*
Ambianensi episcopo.	*c. 16. de vita et honest. cler.*
episcopo et magistro B. canon. Ambian.	*c. 7. de frigid. et malefic.*
decano, præposito maioris ecclesiæ et magistro Michaeli, canonico S. Nicolai Ambian.	*c. 3. de noui oper. nuntiat.*
H.* quondam reginæ Anglorum. * al. V. *immo:* Berengariæ.	*c. 9. de cler. coniug.* *c. 27. de priuileg.*
Venerabilibus fratribus, M. patriarchæ Antioch. et vniuers. archiepisc. episcopis ac dilect. fil. ceteris ecclesiarum prælatis, in patriarchatu Antiocheno constitutis.	*c. 10. ne cler. vel monach.*
Archiepiscopis et episcopis, in quorum diœcesibus monasteria et prioratus Cluniacen. monasterio subiecta consistunt.	*c. 26. de priuil.*
S. Andreæ et Dunckeld. archidiac. et magistro I. canonico de Melten.	*c. 64. de appellat.*
episcopo Assisinatin.	*c. 16. de offic. ord.*
S. Auberti archidiac. abbati de Annona et præposito Cameracensi.	*c. 15. de excess. præl.*
episcopo Auersan.	*c. 6. de cler. ægrot.*
Aurel. et Lameten. episc. et abb. de Palumbario Braccar. diœcesis.	*c. 13. de probat.*
episc. Baiocensi, et archidiacono Rothomagensi.	*c. 18. de offic. ord.*
episcopo Baiocensi. *immo:* Slesuicensi.	*c. 29. de priuil.*
episcopo Bergien.	*c. 28. de sponsal.*
Bituricensi et Carnotensi decan. et subdiac. Arelat.	*c. 52. de sent. excomm.*
Bituricensi archiepisc. apost. sedis legato.	*c. 31. de rescript.*
magistro Tancredo, canonico Bononiensi.	*c. 20. de iudic.*
episcopo et magistris, Tancredo Bon. et Bondi Praten. Bononiæ commorantibus.	*c. 21. de iudic.*
episcopo Bonon. et magistro B. Praten. Bond. commoranti, canonicis.	*c. 11. de test. cog. vel non.*
episcopo Bononiensi.	*c. 49. de sententia excommunicationis.* *c. 7. de iniur.*
archiepisc. et capitulo Braccarensi.	*c. 7. de in integr. rest.*
episcopo Brixiensi.	*c. 14. de celebr. miss.*
Burdegalensi archiepisc.	*c. 4. de capell. mon.*
Mauritio, episc. Burginensi.	*c. 3. ne, sede vacante, aliquid innou.*
episcopo et cantori Cabilonensi, et abbati de Firmitate Cabilon. diœcesis.	*c. 12. de constit.*
capitulo Caralitano.	*c. 6. de postulat.*
episc. Clamen. et magistris V. et S. canonicis Suessionen.	*c. 2. ne, sede vacante, aliquid innou.*
episc. et præposito capituli Cameracensis.	*c. 16. de conc. præb.*
Cantuariensi archiepisc. S. Rom. eccl. card. et coniudicibus suis.	*c. 29. de rescript.*
G. presbytero cardinali et capitulo Sancti Laurentii in Damaso.	*c. 11. de maior. et obedient.*
P. tit. S. Pudentianæ presbytero cardinali et vicario nostro.	*c. 13. de excess. præl.*
H. titulo sanctæ Praxedis presbytero cardinali, apost. sed. legato.	*c. 11. de translat.* *c. 51. de sent. excomm.*
archiepiscopo Coloniensi.	*c. 17. de arbitris.*
Colossen. archiepisc. et eius suffraganeis.	*c. 33. de iureiur.*
capitulo Bremensi.	*c. 15. de ætate et qual. et ord. præfic.*
abbati sancti Martini, archiepisc. Remensi, et decano Brunensi Colon. diœcesis.	*c. 19. de iudic.*
capit. Constant.	*c. 45. de elect. et elect. potestate.*
Corisoton. et Trecoren. episc. et abbati S. Crucis Campaell. Corosopit. diœcesis.	*c. 52. de test. et attest.*
archiepisc. decano et archid. Turon.	*c. 15. de foro comp.*
Eboracensi * priori et magistro Guidoni de Caupo. * al. Ebroicensi priori et magistro G. de Canabul. al. priori S. Barbaræ Lexou. diœc.	*c. 47. de electione et electi potest.*
episcopo Eboracensi.	*c. 22. de homicid.*
episcopo Egitanensi.	*c. 8 de procur.*
episcopo Engolismensi.	*c. 7. de corp. vit. ord. vel non.*
episcopo F. B. Bertrandi.	*c. 30. de verb. signif.*
Ferentino episcopo.	*c. 3. de dilat.*
archiepiscopis et episc. et vniuers. aliis eccles. prælatis et clericis, per Franciam constitutis.	*c. 11. de celebrat. miss.*
Haresben. et Beogad. præpositis.	*c. 11. de voto.*
episcopo et priori et archidiacono Herforden.	*c. 34. de præb.*
magistro et fratribus Hospitalis Hierosolymitani.	*c. 50. de sent. excomm.*
Præposito et magistro G. et R. Laudun. canonicis Remensibus.	*c. 50. de test. et attest.*
abbati S. Huberti et S. Martini Leodiensis.	*c. 7. de except.*
maioris ecclesiæ S. Ioannis decano et magistro R. cantori S. Dionysii Leodiensis.	*c. 13 de renunc.*
episcopo et archidiacono Legionensi.	*c. 30. de rescript.* *c. 14. de temp. ord.*
magistro G. archidiacono et offic. Lemou. et archipresb. de Nontron. Lemouic. diœces.	*c. 66. de appellat.*
* Leon. et Cal. abbatibus. * *immo rectius:* Innoc. III.	*c. 15. de temp. ordin.*
* episc. decano et thesaurario Linconiensi. * *falso:* Innocentius.	*c. 18 de conuers. coniug.*
Longamensi episcopo	*c. 10. de cleric. coniug.*
archiepisc. London. *et eius suffrag. * al. Lugdunensi.	*c. 2. de sacram. non iterand.*
archiepiscopo Londen. et eius suffraganeis.	*c. 12. de probat.*
decano, cancellario, et cantori Linconiensi.	*c. 62. de appellat.*
capitulo Lucan.	*c. 3. de sortileg.*
Ludouico, illustri regi Francorum.	*c. 3. de ord. cognit.*
electo Lugdunensi, *immo.* Lundensi.	*c. 46 de elect. et elect. potest.*
archiepiscopo Lugdunensi.	*c. 6. de apostatis.*
episc. Mantinensi et P. canonico Tusanensi.	*c. 65 de appellat.*
M. [illegible] episcopo	*c. 1[illegible] de clericis non residentibus.*

abbati

Dulmen

Addressee	Reference
Dulmen. epifcopo, et decano et priori S. Trinitatis Eboracenfis.	c. 34. de teft. et atteft.
Eboracenfi archiepifc.	c. 9. de renunc.
Eboracenfi * epifc. et de Luc. et de Monte Molli, feu: Morelli, abbatibus. Abricen. diœcef. * rectius: Abrincenfi.	c. 50. de appellat.
P. fobdiacono noftro, præpofito et capitulo Ebrodun.	c. 15. de conc. præb.
Elienfi * epifcopo. * al. Helienfi.	c. 29. de iure patron.
	c. 28. de decimis.
	c. 4. de except.
	c. 14. de refcript.
	c. 8. de fide inftrument.
	c. 6. de confuet.
	c. 1. de facr. non iter.
	c. 9. de his, quæ fiunt a præl. fine conf. cap.
	c. 29. de iure patron.
	c. 7. de donat.
	c. 14. de iudic.
Elienfi epifc. et archidiacono Noruicen. et magiftro H. de Gerll.	c. 6. de inftit.
Elienfi et Ciftrenf. epifcopis et archidiac. Niuern.	c. 3. de fupplend. negl. præl.
Elienfi et Ciftreofi epifc. et archidiac. de Norbanun.	c. 30. de teft. et atteft.
Elidenfi epifc. rectius: Helienfi.	c. 19. de priuil.
P. epifcopo, et decano et præcentori Herforden.	c. 48. de appellat.
F. cul. epifc.	c. 8. ne cler. vel monach.
Exon. epifcopo rectius: Oxunienfi.	c. 8. de cohab. cler. et mul.
H. epifc. Fauentin. in archiepifcopum Rauennatem electo.	c. 11. de renunc.
Ferratin. epifcopo. rectius: Ferentinati.	c. 22. de fponfal.
Ferrarienfi epifcopo.	c. 43. de fent. excomm.
	c. 3. de presbytero non baptiz.
Florent. epifc.	c. 7. de diuort.
	c. 8. de celebr. miff.
	c. 14. de purg. can.
	c. 5. de fonut.
	c. 31. de elect.
	c. 7. de maior. et obedient.
Florentin. et Falufan. epifc. et archipresbyt. Piftorienfi.	c. 8. de donat.
G. fubdiacono noftro, et P. Vitali, canonico Pifano.	c. 4. de pignor.
Gebennenfi epifcopo.	c. 26. de fponfal.
	c. 7. de conf. et adfin.
	c. 19. de homicid.
epifcopo Gebennenfi et N. Valentin.	c. 21. de accuf.
Gebennenfi electo.	c. 10. de voto.
archiepifcopo et archidiacono Genuenfi.	c. 7. de donat. inter vir. et vx.
Genuenfi. * archiep. * Ianuenfi.	c. 25. de iureiur.
Genuenfi * archiep. et Placentino et Bobien. ** epifc. * al. Ianuenfi arch. Plac. ** al Placentino et Papienfe epifc.	c. 21. de electione, et electi poteftate.
Gerunnino capitulo.	c. 12. de conceff. præb.
epifcopo Gerundenfi.	c. 8. de eo, qui cognou.
patriarchæ Gradenfi.	c. 16. de verb. fignif.
epifcopo et Grandisfiluæ et Bellæperticæ abbatibus.	c. 30. de elect.
nobilibus viris, H. et S. et M. ciuibus Venetis.	c. 16. de iureiur.
H. * epifcopo. * vel potius: Racebuegenfi.	c. 4. de coniug. feru.
H. de Cailen Guarei. immo: Rainerio militi de Vito.	c. 23. de fent. et re iud.
De Hel. Quarteiuco. et de Hel. Gu abbatibus.	c. 14. de refcript.
epifcopo Hel.n.	c. 53. de appellat.
Helienfi et Roffenfi epifcopis.	c. 15. de præfcript.
Helienfi et Floren. epifcopis. ind. Elienfi epifcopo.	c. 3. de in integr. reftit.

Addressee	Reference
capitulo Herbipolenfi.	c. 5. de maior. et obedient.
Hierofolymit. patriarchæ et archiepifcopo Caffen.	c. 2. vt, lite non conteft. non proced.
patriarchæ Hierofolymitano.	c. 3. de cler. peregrinis.
epifcopo et magiftro P. canonico Hildefen.	c. 9. de conc. præb.
epifcopo Hipponen. et abbati de Toleto, vifitatoribus Lombardiæ.	c. 10. de exceff. præl.
rectori et fratribus hofpitalis S. Bartholomæi in Ilica Lu nn.	c. 7. de arbitrio.
Hoftienfi epifcopo, apoftol. f. legato.	c. 2. de poftul. præl.
Hydruntin. archiepifcopo.	c. 12. qui filii fint legit.
I. quondam archiepifc. Lugd.	c. 6. de celebr. miff.
abbati Imulens.	c. 6. de confirm. vtil. vel inut.
epifcopo Imolenfi.	c. 26. de refcript.
L. * vicario noftro, apud C. P. conftituto. * al. Lucio.	c. 4. de confuetud.
Laon. et Sabar. abb.	c. 15. de temp. ordin.
epifcopo et capitulo Laudun.	c. 11. de conc. præb.
Aftoricenfi epifc. S. Ifidori Legionen. et de Cantaneto abbatibus.	c. 17. de fent. et re iud.
Lemouicen. et Cantuarienf. epifc.	c. 45. de appellat.
epifcopo et magiftro G. Lemouicenfi.	c. 15. de priuil.
Libonen. et Colimbrien. epifc.	c. 7. qui cler. vel vouentes.
epifcopo et archidiac. Linconien. immo: epifcopo Lincolnienfi et decano de Huntedon.	c. 6. de cogn. fpir.
epifcopo Lingonienfi.	c. 16. de priuil.
	c. 16. de Iudæis.
	c. 13. de homicid.
Lingonenfi epifc. et abbati Morimondenfi Cifterc. ord. Lingonenf. diœcef.	c. 16. de purg. can.
epifcopo Lingonienf.	c. 21. de regular.
Liuonienfi epifcopo, et eis, qui cum ipfo funt, fratribus.	c. 11. de vita et hon. cler.
	c. 9. de diuort.
	c. 8. de pœnit. et remiff.
decano et fubdiac. Lincon.	c. 4. de his, quæ vi metuue c. fiunt.
vniuerfis Chrifti fidelibus, per Lombardiam conftitutis.	c. 41. de fentent. excommun.
prælatis et clericis Lombardiæ.	c. 10. de vita et hon. cler.
Londonenfi epifcopo.	c. 35. de fent. excomm.
	c. 6. de pœnit.
Londonenfi * archiepifc. apoft. fedis legato. * immo: Lundenfi	c. 22. de priuil.
London. et Helienfi epifcopis.	c. 32. de teft. et atteft.
epifcopo Lucano.	c. 18. de præfcript.
Lucenfi epifc. abbati de Melon. et Petro Ioanni, archidiac. Aftoric.	c. 8. de rel. dom.
Lugduoenfi archiepifc.	c. 37. de fent. excomm.
	c. 14. de conuerf. coniug.
	c. 11. de priuil.
archiepifcopo, decano, et præcentori Lugdunenfi.	c. 27. de fent. excommun.
archiepifcopo, Lundenfi, apoft. fed. leg.	c. 6. de confangu. et adfin.
	c. 6. de bigam.
	c. 22. de priuil.
decano, cancellario et C. canonico Laudunenfi.	c. 16. de fent. et re iud.
archidiacono et facriftæ Magalonen.	c. 12. de fent. et re iud.
epifcopo Magalon.	c. 13. de fepult.
clericis S. Petri Magalon.	c. 1. de obferu. ieiun.
	c. 5. de celebr. miff.
Magdeburgenfi archiepifc. et præpofito Seburg.	c. 46. de teft. et atteft.
archiepifcopo Magdeborgenf.	c. 9. de eo, qui cogn.
præpofito S. Mariæ Magdeburgenfi.	c. 6. eod. tit.
archiepifcopo et magiftr. VV. canonico Magdeburgenfi.	c. 22. de refer.
magiftro * G. et P. de Firmifca. vel potius: G. de Vallibus, magiftro G. et P. de Funis, canonicis Laudun.	c. 25. de refcript.
magiftro Maximo, notario noftro.	c. 40. de elect. et elect. poteft.
magiftro C. presbyt. cardin. fedis apoft. legat.	c. 38. eod. tit.

Prænestino epiſcopo, apoſtol. ſedis legato.	c. 22. de elect. et elect. poteſt.
Prænellinen. epiſcopo, apoſt. ſedis legato et decano Brinen.	c. 6. de dol. et cont.
præpoſito S. Dominici, ſubdiac. noſtro.	c. 35. de offic. iud. deleg.
præpoſito et decano et ſcholaſtico Demeren. Colon. diœceſ.	c. 19. de regular.
præpoſito et capitulo Placentino.	c. 19. de verb. ſign.
Pragenſi capitulo.	c. 15. de accuſat.
priori et fratribus Carthuſien.	c. 20. de homicid.
priori et conuentui Dimnlienſ.	c. 18. de regular.
priori Sancti Victoris, magiſtris I. Bon. et L. Modicen. canonicis.	c. 31. de Simon.
priori S. Stephani.	c. 21. de cenſib.
priori et conuentui Glaſton.	c. 1. ne, ſede vac. aliqu. innou.
priori Cantuarienſi.	c. 35. de Simon.
priori S. Fridiani et magiſtro B. canonico Piſano.	c. 16. de accuſ. c. 8. de teſt. cogend. c. 8. de pœnis.
priori ſancti Sergii Spoletan.	c. 2. de purg. vulg.
priori S. Victoris.	c. 36. de teſt. et atteſt.
priori Hoſtienſi et ſuppriori S. Fridi.	c. 13. de conc. præb.
priori de Bolonic. et I. rectori eccleſiæ de Borellis.	c. 35. de teſt. et atteſt.
priori S. Fridiani Lucan. et magiſtro G. canonico Piſano.	c. 33. de teſt. et atteſt.
priori S. Fridiani Lucan.	c. 20. de verb. ſignif.
A. priori S. Frigidiani, G. et G. canonicis Lucanenſibus.	c. 27. de elect. et elect. poteſt.
S. Auguſtini et S. Gregorii prioribus Cantuar.	c. 52. de appellat.
de Coſta et de S. Donato prioribus. *vel potius* Viunanenſi de Coſta et de S. Torcano prior.	c. 11. de præſcript.
Rothomagenſi archiepiſcopo.	c. 8. de offic. iud. ordin.
R. de Monte Fortino.	c. 6. de pignor.
R. cantori * et R. priori de Monte leproſorum et I. de Sagie can. Rothomagen. * *al.* G. cantori Rothomagen. et R. priori etc.	c. 16. de reſcript.
capitulo Raguſino.	c. 9. de cleric. non reſident.
* Ratiſpa. epiſcopo. * *al.* Rothomag. *al.* Witalnenſ. *rectius:* Vratislauienſi.	c. 4. de bigam. non ordin.
clericis Rauennenſis eccleſiæ.	c. 3. de poſtul. præl.
W. Remenſi archiepiſcopo S. Sabinæ cardin. et ſoffraganeis.	c. 4. de crim. falſi.
rectoribus Romanæ fratern.	c. 7. de celebr. miſſ.
Illuſtri regi Francorum, Philippo.	c. 7. de offic. leg. c. 43. de appellat.
Illuſtri regi Scotiæ.	c. 6. de immun. eccleſ.
Illuſtri regi Arragoniæ.	c. 18. de iureiur.
Rheginenſi archiepiſcopo et epiſcopo Cephadulenſi.	c. 22. de offic. et pot. iud. deleg.
Rothomag. archiepiſc.	c. 36. de offic. iud. del. c. 24. de reſcript. c. 11. de ætat. et qualit.
Rothomagenſi archiepiſcopo et eius ſoffraganeis.	c. 8. de offic. ord.
magiſtro Honorio, archidiacono Richemundiæ.	c. 7. de conc. præb. c. 2. de except.
Roſen. et Bonden. epiſc.	c. 51. de appellat.
epiſcopo Roffenſi, archidiacon. Bathonienſi et magiſtro W. de S. fide, canonico Wellen.	c. 9. de crim. falſi.
Roſani, *immo:* Roſanenſi archiepiſc.	c. 5. de conſangu. et adfinit.
Rodinenſi epiſc.	c. 15. de conuerſ. coniug.
S. * epiſcopo. * *h. e.* Sleſuicenſi.	c. 21. de homicid. c. 14. de foro compet.
Iudici Sabinen.	c. 41. de teſt. et atteſt.
decano Salesbrienſi. * A. archidiacono et magiſtro P. Penetel. canonico Pariſienſ. * *al.* Saresbarienſi.	c. 8. de conſuet.

Salibuegenſi archiepiſc. *vel potius:* capitulo Pragenſi.	c. 15. de accuſ.
epiſcopo Samo. ſ. Zamorens.	c. 5. de ſuppl. negl. præl.
epiſc. Saronen. *rectius:* Cracouienſ.	c. 7. de rapt.
Senicenſi epiſc. ſ. Sleſuic.	c. 14. de foro compet.
Senon. archiepiſcopo. *immo:* Sleſuicenſi.	c. 7. de conſecr. eccleſ.
Senon. archiepiſcopo.	c. 10. de purg. can. c. 12. de offic. ord. c. 33. de offic. et poteſtat. iud. deleg. c. 17. de præb. c. 7. de rer. permut. c. 7. de conſ. eccleſ. c. 40. de ſent. excomm. c. 15. et 19. de reſcript. c. 10. de his, quæ fiunt a præl. ſ. c. capit.
archiepiſc. Senonenſi, et epiſc. Pariſienſ.	c. 13. de Iudæis.
Senonenſi archiepiſ. et epiſ. Trec.	c. 6. de conſtit.
decano et capitulo Senonenſ.	c. 1. de poſtul. præl.
archiepiſcopo et archidiacono Senonenſ.	c. 19. de præbend.
Sipontino archiepiſcopo,	c. 8. de crimin. falſi. c. 21. de homicidio.
Sleſuicenſi epiſcopo.	c. 14. de foro compet.
epiſcopo et decano Siluanectenſi. *plenius:* Siluanectenſi epiſcopo et abbati Latinicenſi Pariſienſis diœceſ. et decano Siluenect.	c. 22. de accuſ.
Spirenſi, Argent. et Worm. epiſcopis.	c. 47. de ſent. excomm.
epiſcopo, *vel potius:* capitulo Spoletan.	c. 6. de eo, qui duxit.
epiſcopo Spoletano.	c. 20. de cenſib. c. 9. de pœnis.
Strigonienſi archiepiſc.	c. 30. de ſent. excomm. c. 10. de eo, qui cognouit, c. 5. de voto.
capitulo Strigonenſi.	c. 5. de poſtul. prælat.
præpoſito et capitulo Strigonenſ.	c. 4. de poſtul. prælat.
epiſcopo et Geruaſio, archidiac. Sueſſionenſi, et abbati Vallis claræ Ciſtercienſis ord. Laudun. diœceſis.	c. 11. de pœnis.
magiſtro G. archidiacono et Wormanno, * et G. de Crethes, canonicis Sueſſionen. * *al.* Willio Normando.	c. 49. de appellat. c. 2. de libelli oblat.
archiepiſcopo et canonicis Sutrinis.	c. 3. de cauſ. poſſ. et propr.
epiſc. et capit. Targilen. *	c. 15. de regular.
* *immo:* Tragurienſi.	
epiſcopo Tarantino.	c. 8. de offic. archidiac.
archiepiſcopo Terracon.	c. 24. de iureiur.
archiepiſcopo Terraconenſi et abbati S. Mariæ de Populeto et archidiac. Barchinon.	c. 19. de accuſ.
Tiberiaden. epiſcopo.	c. 8. de diuert.
Tibur. *vel potius:* Tiberiadenſi epiſcopo.	c. 15. qui filii ſint legit.
epiſcopo Tiburtino.	c. 10. de probat.
archiepiſcopo et capit. Tiren.	c. 4. de conſ. et adfin.
Tyrenſi epiſcopo.	c. 29. de teſt. et atteſt.
Tiron. archiepiſc.	c. 13. de purg. can.
Tolet. * epiſc. et Sagonenſi et de Arden. abbatibus. * *rectius:* Dolenſi.	c. 29. de elect.
comiti Toloſano *immo:* nobili viro R. comiti Toloſ.	c. 26. de verb. ſignif.
archiepiſc. Toletano.	c. 24. de offic. et pot. iud. deleg.
Tornacenſi epiſcopo.	c. 2. de conſ. eccleſ.
epiſcop. archidiac. et cantori Turnac.	c. 18. de præbend.
Trecenſi epiſcopo.	c. 25. de præb. c. 7. de voto.
epiſcopo Trecenſi et archidiac. Pariſienſ.	c. 7. de inſtitut.
epiſcopo et cantori, et M. archidiac. Trecenſi	c. 55. de appellat.

Tridenti-

Hugon.

INDEX IV.

CONCILIORVM ET SYNODORVM,

QVAE IN DECRETIS MEMORANTVR.

Arela-

E.

synodi

Tolet.

I N D E X V.

CONCILIORVM ET SYNODORVM,

QVAE LAVDANTVR IN DECRETALIBVS, SEXTO DECRETALIVM, CLEMENTINIS ET EXTRAVAGANTIBVS.

G. Guer.

INDEX VI.

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM LOCVPLETISSIMVS.

A.

Absens

Nec.

Actor

Cæca

Appellatio

Appellare qui possint vel non.

A quibus et ad quos appellare liceat vel non.

Iter

fine

Attentat.

Poſt

Benenatus,

Capitulum

Chrisma

Clem-

Clericorum officium.

Clericorum iura et potestas.

Clerici, quomodo priuilegia ſua amittant, vel alias puniantur.

Concilia

Confirmare et confirmatio.

Coniu-

Consue-

In

De delegati poteftate et officio.

Delega-

Ecclesia

Qui et quales cum electi, tum eligentes esse debeant.

Qui ad electionem vocandi sint, et ad quos ea spectet, vel non.

De electionis forma et modo.

Electio

Episcopus

stante

Quinam excommunicationem incurrant.

Excommunicationis forma.

Excommunicationis vis et effectus.

Exemtus, exemtio.

Expen-

F.

Falsariorum pœna.

G.

Iudex

Iuramen-

Legitima

M.

Qui ad magistratus ordinem peruenire nequeant.

Monacho-

Mulieres

N.

Nullitas sententiæ quando sit ex persona iudicantis.

Nullitas sententiæ ex persona eius, qui indicatus est.

Ex quibus caussis oriatur sententiæ nullitas.

O.

Oblationes

Parentum

O

Praelati

Presbyter

Priuilegium quomodo amittatur, vel non.

Pre-

Q.

R.

Relatione

Resignationis

S.

Sacerdus

Sacra-

Scabin…

Relatione

S.

Sacerdos

Sacra-

Talionis

Teſtis

Non

V.

(eee)

Victor

INDEX VII.
OBSERVATIONVM
IVSTI HENNINGII BOEHMERI, ICTI.

Numerus Romanus ſolus indicat tomum, adiunctus vero ſiglæ: Pr. *præfationem, Arabicus prior, ſeu littera, notam, et poſterior paginam.*

delegato

B.

Basilius

Codex

(fff 2) *Corpus*

D.

Ecclefiæ

Hadria-

N.

 Nuptiæ

Q.

Sacerdotes

(hhh 2) Spolii

Teste-

V.

F I N I S.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

LITTERIS EMANVELIS SCHNEIDERI, ACAD. TYPOGR.